Monaſticon Anglicanum,

SIVE

Pandectæ
COENOBIORUM
Benedictinorum
Cluniacenſium
Ciſtercienſium
Carthuſianorum

A primordiis ad eorum uſque diſſolutionem

Ex MSS. Codd.

Ad Monaſteria olim pertinentibus;

Archivis

Turrium Londinenſis, Eboracenſis;
Curiarum Scaccarii, Augmentationum;

Bibliothecis

Bodleianâ; Coll. Reg. Coll. Bened.
Arundellianâ, Cottonianâ, Seldenianâ, Hattonianâ
aliiſque digeſti

Per { ROGERUM DODSWORTH Eborac.
GULIELMUM DUGDALE, Warwic.

Editio Secunda auctior & Emendatior.

Cum altero, ac elucidiori Indice.

LONDINI
Impenſis *Chriſtopheri Wilkinſon*, *Thomæ Dring*; & *Caroli*
Harper, in vico vulgo vocato *Fleet-ſtreet*, 1682.



The Hon.^{ble} S.^{r} James Mountague
K^{t}. Her Majestyes Sollicitor Gen.^{ll}

belongs to Vol 3

SERENISSIMO
CELSISSIMOQUE
Monarchæ
CAROLO SECUNDO
DEI GRATIA
MAGNÆ BRITANNIÆ,
FRANCIÆ & HIBERNIÆ
FIDEI DEFENSORI.

GULIELMUS DUGDALUS
NORROY
REX ARMORUM
Majeſtati ejus humilimus ac fidelis
ſubditus & ſervus,
HOC OPUS
Dicat, Dedicat, Conſecrat.

blapp b. l. 3

LECTORI.

P*oſtquam* Monaſtici Anglicani *Volumina Priora, nuperimè Edita, aliquibus Antiquitatum ſtudia colentibus, bene-cognita fuêre; diverſa iſtius farinæ, mihi non minimè grata, denique porrecta ſunt. Quorcirca, ne tanti favoris beneficium, rei literariæ ſtudioſis penitùs occluderetur, hæc, tanquam* Additamenta *in lucem prodere non longiùs diſtuli.*

De hiis, quæ Cœnobio aliquo, in utroque Voluminum antehac editorum reperto, pertinent; directio ſpecialis paginæ iſtius codicis ſollicitè inſeritur. Cœterum de talibus exiſtit, quibus conſpectui meo nihil antehac apparuit.

Iſtis adjeci quicquid ex Archivis Regiis, aliiſvé ſcriptis Autenticis Eccleſiarum Cathedralium, *necnon* Collegiatarum, *de Canonicis ſecularibus fundationes ſive præcipuas dotationes, ſeu quidquam aliud memorabile tangens, repertum habui.*

A quibuſdam hæc mea Collectanea *defectu aliquali arguta eſſe vereor: Illi autem qui in rebus Antiquis maximè verſantur, aliter proculdubio ſtatuerint: Iſtis enim evidenter conſtare poterit, quod Irrotulamenta Cartarum & Diplomatorum, Primariorum earundem Eccleſiarum Fundatorum, ſæpiſsimè prætereuntur; Libertatum verò & Privilegiorum rariùs.*

In

LECTORI.

In diſquiſitionibus hiſce arduis & tenebroſis, conatum omnem ſummâ fide & ſolertiâ per tempus non modicum adhibui; favore attamen v. cl. Thomæ Herberti *de* Tinterne *in agro* Monumethenſi *Baronetti (modò* Eboraci *degentis) necnon* Anthonii Wood, Mertonenſis *Collegii* Oxon. *alumni, in rebus antiquis apprimè peritorum, ſuppetias non minimas, uti gratanter agnoſco, habui.*

Quod ad hoc opus dilatandum remanet, niſui iſtorum, qui in ſcrutationibus aliis, operam & oleum ulterius impendere voluerint, omnimodè relinquo.

Vale.

ΠΡΟΠΥΛΑΙΟΝ
JOHANNIS MARSHAMI.

INTER maxima Chriſtianiſmi naſcentis miracula meritò habendum eſt Eccleſiæ Incrementum; quæ nec Veritatis odio, nec Perſecutionis rabie oppreſſa, in ultimas terrarum orbis oras, etiam in Alterum hunc noſtrum Orbem propagata eſt.

[a] Initium *autem* ab Hieroſolymis. *Illa* [b] primùm fundata Eccleſia totius Orbis Eccleſias ſeminavit: *Illinc egreſſi ſunt, qui ubique prædicaverunt, Apoſtoli. Diſceſſuris illis in præfecturâ rei familiaris (erant enim* [c] κοινόβιοι) *ſucceſſerunt* VII *viri illi, qui mox* [d] Presbyteri *appellati ſunt*; Diaconi *verò nuſquam. His autem præerat* Jacobus, *frater Domini,* [e] Epiſcopus Apoſtolorum (1.) *ex illorum Collegio: coram quo cum Petro* [f] *diſceptarunt Paulus & Barnabas: qui præſes Synodi Sententiam* [g] *dixit, atque Eccleſiis* [h] *denunciavit: cui deniq; Paulus (qui ab illo, Cephâ & Johanne acceperat* [i] δεξιὰς κοινωνίας εἰς τὰ ἔθνη) *Peragrationum ſuarum* [k] *rationem reddidit. Verùm Jacobus non tàm* [l] Epiſcopus *dicendus eſt, quàm reſidentiarius Apoſtolus.* [m] Omnes *enim* Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores ſunt.

B. Paulus [n] *primâ peragratione ordinavit* Presbyteros; *Epiſcopos autem poſtremâ, quum illis ultimum vale dicturus eſſet.* Mileti [o] convocat Presbyteros, *non Epheſinos* [p] *ſolos, ſed* omnes illos apud quos prædicaverat; *quibus inquit, vinculorum Romanorum præſcius,* [q] Scio vos faciem meam non ampliùs viſuros: [r] ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο Ἐπισκόπους. Sp. S. vos conſtituit Epiſcopos. *Convocavit* Presbyteros; *dimiſit* Epiſcopos.

Quos autem B. Paulus hîc vocat Preſbyteros, eoſdem in epiſtolâ ad Timotheum (qui ipſe Epiſcopus Epheſi celebratur) appellat [s] Διακόνους, Miniſtros. *Neque aliter, poſtquam conſtituerat in Macedoniâ Eccleſias, ad exemplar Hieroſolymitanæ, Philippenſem Epiſtolam inſcripſit* [t] Ἐπισκόποις καὶ Διακόνοις Epiſcopis & Miniſtris. *Sunt autem iſti* [u] Διάκονοι τοῦ Θεοῦ, τοῦ Χριστοῦ. Miniſtri Dei, Chriſti; Διάκονοι καινῆς Διαθήκης τοῦ Εὐαγγελίου. Miniſtri Novi Teſtamenti, Evangelii: Διάκονοι Δικαιοσύνης, τῆς Ἐκκλησίας. Miniſtri Juſtitiæ, Eccleſiæ; *qualis fuit ipſe* Paulus. *Eadem fuit etiam Cretenſis Eccleſiæ politia, in quâ B. Paulus per Titum ordinari juſſit* [w] Presbyteros & Epiſcopum, *talem omninò, qualis Epiſcopus, de quo ſcripſit ad Timotheum. Nimirùm ætate B. Pauli duo fuerunt Eccleſiaſtici ordinis gradus: Primus Apoſtolorum, ſive, poſt illorum diſceſſum,* Epiſcoporum; *alter* Presbyterorum, *qui ſynonymicè dicuntur* Miniſtri. *Néque ſatis intellexiſſem quam ob cauſam Latina Hieronymi verſio duobus iſtis, ad Philippenſes, & ad Timotheum, locis Græcam retinuerit vocem, quæ alibi per* Miniſtri *vocabulum trigeſies exprimitur, niſi perlegiſſem iſta, quæ Pater ille fervidiùs ſcripſit ad Evagrium, & in dictum Titi locum. An verò ad hanc Epiſcoporum inſtitutionem pertineat illa* [x] VII *virorum, itineris ſociorum, deſignatio: an illæ* VII *à B.* [y] *Johanne celebratæ Eccleſiæ, non eſt hic diſquirendi locus.*

Cæterùm Eccleſia Hieroſolymitana diù non perſtitit Hieroſolymis; ſed imminente Urbis excidio [z] *migravit Pellam, Decapoleos urbem, ſub Jacobi ſucceſſore Symeone.*

---

[a] Luc. c. ult. v. 47. Iren. l. 3. c. 12.

[b] Hieron. in Eſai. c. 2.

[c] Act. 2. 44. 4. 32.

[d] Act. 6. 5. 11. 30.

[e] Rufin. l. 2. c. 1.

[f] Act. 15. 7. 12.

[g] v. 19.

[h] v. 28.

[i] Gal. 2. 9.

[k] Act. 21. 18.

[l] Clem. Alex. apud Euſeb. l. 2. c. 1.

[m] Hieron. ad Evagr.

[n] Act. 14. 23.

[o] Act. 20. 17.

[p] Ut Hieron. ad Evagr.

[q] Act. 20. 25.

[r] v. 28.

[s] 1 Tim. 3. 8.

[t] Philip. 1. 1.

[u] 1 Theſ. 3. 2. 2 Cor. 11. 23. 3. 6. Epheſ. 3. 7. 2 Cor. 11. 15. Col. 1. 25.

[w] Tit. 1. 7.

[x] Act. 20. 4.

[y] Apoc. 1. 11.

[z] Euſeb. Hiſt. 3. 10.

Néque rediiſſe unquam videtur: Non ſanè ante Adrianum, quùm à Tito exciſa ſit Vrbs, néque manſerit [a] lapis ſuper lapidem; *non poſt conditam ab Adriano Æliam, quia* [b] Judæis introeundi licentia ablata eſt.

[a] Mat. 24. 2.
[b] Euſeb. chr.

Ex illo tempore duplex fuit Hieroſolymitanorum *Epiſcoporum ſucceſſio: altera* Pellenſis [c] τῶν ἐκ περιτομῆς ἐπισκόπων; *qui* [d] Chriſtum Deum ſub Legis obſervatione credebant, *& quia circumciſi erant, exulabant: altera* Ælienſis [e] τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας ἐξ ἐθνῶν συγκροτηθείσης, *quibus* [f] Chriſtianis civitas permiſſa, *quod ritus Judaicos non adhiberent. Vrbem, terrâmque patriam ingredi, &* [g] genitalia mutilare *vetitum fuit Judæis: de Judæo autem cognoſcebat Procurator, inſpiciendo* [h] an circumſectus eſſet. *Perperàm Euſebius, quem ſequuntur* [i] *plurimi, Epiſcopos* τοὺς ἐμπεριτόμους *intra paucos Trajani Adrianique annos coarctat, cum ſeries illa, ex* XV *conſtans, ultra Severi tempora duraſſe, nec niſi cum* ceſſatione Legalium (*ut loquuntur in Scholis*) *deſiiſſe videatur. Néque tunc quidem deſiit Epiſcopatus ille.* [k] Zebennus Epiſcopus Pellenſis *Concilio Chalcedonenſi,* [l] Paulus Epiſcopus Pellius *Conſtantinopolitano ſubſcripſit. Interim* Ælienſis *ſucceſſionis, ſicut Origo à Marco quodam obſcura, ita Auctoritas non parùm fuit imminuta.* [m] Ἔχρῆν τῶν Ἐπισκόπων ἐκ περιτομῆς ὄντων ἐν Ἱερουσαλὴμ καθισταθέντων τὸν πάντα κόσμον τούτοις συνέπεσθαι. Cum Epiſcopi excircumciſione fuerunt Hieroſolymis, totus mundus illis obſequi debuit. *Novi autem Æliæ præſules non erant quidem Vniverſales: erant tamen* αὐτοκέφαλοι, *néque Cæſareæ, quod putarunt magni viri, neque Antiochiæ ſubditi. Firmilianus, Cæſarienſis Cappadociæ Epiſcopus, Stephano Romano crimini dedit* [n] Non obſervari Romæ omnia æqualiter, quæ Hieroſolymis obſervantur. *Conſtantinopolitani patres Hieroſolymam agnoſcunt* [o] Omnium Eccleſiarum matrem: *Atque Hieronymus Apoſtolicam.* [p] Quid facient Orientis Eccleſiæ, quid Ægypti, & ſedis Apoſtolicæ? Oriens *eſt Diœceſis Antiochena*; ſedes Apoſtolica, [q] *Hieroſolymitana: neque aliam ob cauſam Pater ille (poſt Euſebium) cumulavit utriuſque generis Epiſcopos, quàm ut ab Apoſtolo deduceretur ſeries.*

[c] Euſeb. l. 4. c. 5.
[d] Sulp. Sever. l. 2.
[e] Euſeb. l. 4. c. 6.
[f] Oroſ. l. 7. c. 17.
[g] Spartian in Adriano.
[h] Sueton. Domit. c. 12.
[i] Epiphan. hær. 66. S. 10. Niceph. chr. Alexan. chr.
[k] Conc. Tom. 3. p. 305.
[l] Tom. 4. p. 92. B.
[m] Epiphan. hær. 70. para. 10. p. 822. c. An 256.
[n] Cyprian Epiſt. 75. p. 159. An. 382.
[o] Theodoret hiſt. l. 5. c. 9.
[p] Epiſt. 53. adv. Vigilan.
[q] Rufin. l. 2. c. 21.

Ob antiquum ſedis honorem, in Concilio [r] *Nicæno honoratur Macarius Hieroſolymitanus*; ſalvâ *Euſebii dignitate; quia Cæſarea politica fuit Palæſtinæ Metropolis. Theodorus Balſamon Antiochenus ipſe Patriarcha, tunc ſtatui putat* κατὰ τὰ παλαιὰ ἔθη, Hieroſolymitanum [ſ] præeſſe provinciis quæ in Palæſtinâ, in Arabia, & in Phænice. *Antiocheno poſtea litem de Diæceſeos limitibus movente, in Chalcedonenſi Concilio* [t] poſt multam contentionem, ex conſenſu *decretum eſt,* [u] Ut ſedes Antiochienſium habeat duas Phœnicias & Arabiam; ſedes autem Hieroſolymitana habeat tres Palæſtinas. *Nec quicquam ferè, quod Metropolitici ſubinde juris habebatur, non exercuerunt Antiſtites Ælienſes. Iſta autem omnia jam convaſare longum eſſet.*

An. 326.
[r] Can. 7.
[ſ] Bals in Can 6 Nicæn. p. 286. B.
[t] Part. 2. Act. 7. Conc. Tom. 3. p. 364.

Dum imminebant Perſecutionum tempeſtates, uno Epiſcopi *nomine regebatur Eccleſia: nulla fuit conſervandi limitis cura, aut de Primatu decertatio. Conceſſâ tandem Chriſtianis tranquillitate, ad Civilem plerúmque compoſita fuit Eccleſiæ Politia; & diverſi paulatim introducti ſunt Dignitatum Ordines.* Metropolitæ *nomen à provinciis Romanis in Eccleſiam tranſiit. A primatu Vrbium primum Epiſcoporum diſcrimen.*

Archiepiſcopi *titulus Alexandriæ ortus eſt. Vnus enim in Ægypto Epiſcopus fuit uſque ad Demetrium, qui* [u] *tres Epiſcopos inſtituiſſe dicitur; ejus autem ſucceſſor Heraclas, viginti. Vt a. maneret Metropolitæ Alexandrino ſuus honor, inventum eſt Archiepiſcopi nomen.* Petrus Alexandriæ Archiepiſcopus *nominatur* [x] *Epiphanio: fuit is poſt Marcum decimus ſextus.* Alexander, *qui decimus octavus,* Archiepiſcopus *dicitur* [y] *Athanaſio; qui primus omnium illius vocis meminit.* A° *demùm* 431, *in Concilio Epheſino, Cyrillus* Hieroſolymitanus *ſæpiſſime; etiam* Cæleſtinus Romanus *aliquoties Archiepiſcopi nomen obtinent.*

[u] Eutych. Seldeni p. 332.
[x] Hæreſ. 68. 69. p. 717.
[y] Apolog. 2. p. 791. c.

Ab Oriente demùm id nomen derivatum eſt in Oacidentem. Fœlix P III *vocem illam in Latinum ſermonem primus tranſtulit; ad Zenonem Aug. ſcribens,* [z] Acacium Archiepiſcopum *appellat.* Carthaginienſes *autem primi ſexto ſæculo Novæ ſubjecti Romæ titulum hunc ſibi arripuerunt.*

Anno 485.
[z] Epiſt. 5. T. C. 3. p. 603.
Vict. Tun. chron. an. 540. 548.

Patriarchæ *titulus judæis proprius fuit quamdiu ſtetit illorum res inter Chriſtianos. Poſtquam verò ab Honorio & Theodoſio Augg.* Codicilli Honorariæ Præfecturæ *dempti ſunt* Gamalielo, *Patriarcharum poſtremo, vox illa in Eccleſiâ Chriſtiana ambitioſe uſurpari cœpit. Dignitatis inſtitutionem ſedulò quæſivi, fruſtra tamen. Mitto*

A. 415.
[a] Cod. Theo. l. 16. tit. 8. c. 22.

Anacleti Clementiſque epiſtolas : mitto Arabicos Concilii Nicæni Canones, ab Alphonſo Piſano & Franciſco Turriano editos : mitto Cataphrygarum Patriarchas : ipſum Socratem mitto, qui hoſtoriam ad annum 439 *contexens, primus omnium* Patriarchatus *inter dignitates Eccleſiaſticas retulit, illoſque in Concilio Conſtantinopolitano inſtitutos aſſerit : Quem errorem ſatis redarguit illuſtriſſimus & doctiſſimus Cardinalis*[b]. *Labente jam Quinti ſæculi dimidio,*Leo *Romanus* Patriarcha *appellatur à Theodoſio, in*[c] *Epiſtolis Chalcedonenſi Conſilio præfixis ; & in Epiſtolâ*[d] *ſubnexâ,* Anatolius *Conſtantinopolitanus* Patriarcha *dicitur à Mæſiæ patribus. Fuerunt etiam*[e] Πατριάρχαι διοικήσεως ἑκάϛης. Patriarchæ uniuſcujuſque Diœceſeos; *quæ deinceps enumerantur iſtæ :* [f]Oriens, Pontica, Aſiana, Thracica, Illyricum. *Adeo ut non ſolùm Anatolius, ſed etiam Maximus* Antiochiæ, *Thalaſſius* Ceſariæ *Cappadociæ, Stephanus* Epheſi, *Athanaſius* Theſſalonicæ *Archiepiſcopi eſſent tunc* Patriarchæ. *Daciæ, à barbaris oppreſſæ, nulla eſt ratio ; nec Dioſcuri Alexandrini, in illo Concilio damnati. A°.* 512. [g] *Flavianus vocatur* Antiochiæ Catholicus Patriarcha. *Et in Concilio Conſtantinopolitano ſub Mennâ, anno* 536, *Petrus* [h]Hieroſolymitanus, Patriarcha *vocatur. Eodem tempore, præter Romanum, Conſtantinopolitanum & Antiochenum, etiam Epiphanius* Tyrius *tùm* Archiepiſcopus *ſalutatur, tum* [i] Patriarcha : *quaſi illa Phæniciæ metropolis non eſſet Orientis Diœceſi ſubjecta. Tandem* Alexandrinus *Apollinarius, anno* 553, *in Conſtantinopolitana Synodo, ſemel atq; iterum* Patriarcha [k] *vocatur ;* Archiepiſcopi *autem titulo, tanquam magis proprio, ubique deſignatur. Alexandriæ Archiepiſcopus etiam in Edicto* [l] *Juſtiniani nuncupatur* Patriarcha.

Scilicet ætate illâ Epiſcopatus tres fuerunt gradus. I. *Exarchi Diœceſeon, qui vel* Archiepiſcopi, *vel* Patriarchæ *ſynonymicè dicebantur.* II. Metropolitæ *Provinciarum.* III. Epiſcopi *Civitatum. Frequens occurrit in Codice & in Novellis triplex* [m] *hæc Antiſtitum diſtinctio : nec rara inibi mentio* Patriarcharum [n] uniuſcujuſque Diœceſeos. *Quaſi eſſet illo ævo cuilibet Diœceſi ſuus Patriarcha ; cuilibet Patriarchæ ſua Diocœſis.*

Obtinuit autem id jam inter Catholicos, quod S. Hieronymus non ita pridem exprobraverat Cataphrygis. [o]Apud nos (*inquit*) Apoſtolorum locum Epiſcopi tenent: apud eos Epiſcopus tertius eſt. Habent enim primos de Pepuſa Phrygiæ Patriarchas : Secundos, quos vocant Cenones : atque ita in tertium, id eſt pene ultimum locum Epiſcopi devolvuntur : quaſi exinde ambitioſior Religio fiat, ſi quod apud nos primum eſt, apud illos noviſſimum ſit.

In Occidentali autem Eccleſiâ Patriarchæ *nomen ſub Theodorico rege primùm uſurpari videtur. Erat is quidèm natione Gothus, ſed Romanis imbutus moribus ; Zenoni Imperatori Magiſter præſentis militiæ, filius adoptatus, & Cos. an.* 484. *ſub cujus regno refloruit admodùm Italìa. Præter Italiam, ille* [p]Gallias ſuo acquiſivit imperio, & victis Bulgaribus Sirmium recepit, *Pannoniæ metropolim.*

Illi tàm in Italiâ, quùm in [q]Dalmatiis & [r] Galliis (*a*° 526) *ſucceſſit Athalaricus filius. Caſſiodorus Latinorum primus* Patriarcharum, *tanquam ſoliti nominis, meminit in Reſcripto Athalarici ad Johannem* II. *P.* [ſ]quod etiam ad univerſos Patriarchas atque Metropolitanas Eccleſias voluit pertinere. *Epiſcopum Romanum,* MMM. *ſolidorum :* alios vero Patriarchas, *vel,* qui Patriarcharum honore reliquis præſident Eccleſiis, quando in Comitatu de eorum Ordinatione tractatur, intrà MM. ſolidorum jubet expendere. *Vetat ultrà onerari vel* Apoſtolicæ præſulem Eccleſiæ, vel Patriarcharum Epiſcopum, *id eſt, tàm Romanum, quàm quemlibet alium Patriarchalem Epiſcopum ſub ſuâ ditione. De numero non conſtat. Intra Athalarici regnum fuerunt quinque* Metropoliticæ Eccleſiæ ; *quarum Epiſcopi hic intelligi videntur. Italiæ, in* XVII *diviſæ Regiones, duæ fuerunt Diœceſes : altera* Italia *dicta eſt, altera* Romania. [t] Μητρόπολις ἡ Ρώμη τῆς Ρωμανίας ἐϛίν. Roma Romaniæ Metropolis. [u]Μεδιόλανον μητρόπολις τῆς Ἰταλίας Mediolanum Metropolis Italiæ. *Sub* Româ X *fuerunt Regiones, quæ* Suburbicariæ *dictæ ſunt ; ſub* Mediolano VII *Diſtributio iſta ante Conſtantinum facta eſt. Nam in Aureliani Imperatoris edicto de Pauli Samoſateno ſunt* [v] Οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ρωμαίων πόλιν ἐπίσκοποι, *id eſt, utriuſque Diœceſeos. Conſtantinus etiam de Cæciliano ſcribit tùm* [x] Miltiadi Romæ, *tùm* Merocli Mediolani Epiſcopo. *Sulp. Severus dicit Damaſum & Ambroſium fuiſſe* duos Epiſcopos, quorum ea tempeſtate ſumma auctoritas erat. *Et in Concilio*

[b] Baron. A. 381. par. 76.

[c] Conc. Tom. 3. p. 28. 29. B.

[d] p. 515. f.

[e] p. 211. D.

[f] p. 336. A.

[g] Marcell. Com. chron.

[h] Conc Tom. 4. p. 3. f. & alibi.

[i] Ibid. p. 98. 99.

[k] Ibid. p. 209. B. p. 214. D.

[l] Edict. 13. c. 10.

[m] Cod. l. tit. 4. c. 29. par. 2, 4. Novell. 6. 6. c. 3. 67. epilog. 120. c. 6. 123. 10, 22, 23, 25.

[n] Cod. l. i. tit. 4. c. 34. par. 5. Novell. 6. epilog. 7. epilog.

[o] Epiſt. 54. ad Marcellam p. 600. B.

[p] Caſſiodor. Chron.

[q] Caſſido. l. 8. ep. 4.

[r] 6. An. 532.

[ſ] Caſſiod. Varl. l. 9. Ep. 15.

[t] Athanaſ. ad Solit. p. 832.

[u] ibid. p. 831. c.

[v] Euſeb. hiſt. l. 7. c. 24.

[x] Ibid. l. 10. c. 5.

Hiſt. Sac. l. 2, de Gnoſticis

Conc. Tom. 1. p. 702. cap. 5.

Taurinenſi utraque ponitur auctoritas Ambroſii epiſcopi, vel Romanæ Eccleſiæ Sacerdotis.

An. 755.

[y] Ambroſ. Epiſt. 19. & 25 de Foro Cornelii.

Tertia Italiæ Metropolis poſterioris fuit ſæculi. Ex quo Honorius Aug. Ravennæ conſederat, urbs illa Imperii ſedes perpetua ac domicilium extitit. Inde Reges Gothi, inde Exarchi imperaverunt Romanis : adeò ut illo Primariæ urbis jure, quo cum Veteri Româ decertavit Nova, ipſa Roma diù fuit Ravennâ inferior. Verùm Ravennas ἀυτοκεφαλίας contrà Romanos impetus tuendæ ſatagebat; donec Pipinus rex Galliæ, cedentibus Longobardis, Exarchatum Pentapolimque Pont. Romano in perpetuum conceſſit. Tenuit autem Ravenna tres Italiæ provincias: Æmiliam; atque Flaminiam, ſive Picenum Annonarium, Mediolanenſis [y] *olim Diæceſeos; & Picenum Suburbicarium, Romanæ.*

[z] Subſcrip. Conc. Arelat. Tom. 1. p. 266. A.

[a] Subſc. Conc. Sardic. Tom. 1. p. 540. B.

[b] Paul. Diac. l. 2. c. 14.

Extrà Italiam duæ fuerunt ſub Athalarico Metropoles: altera Illyrici, altera Galliarum. Aquileia *prius* [z] Dalmatiæ, *dein* [a] Italiæ *urbs fuit: verùm redactâ intrà Adduam Mediolanenſi Diæceſi,* [b] Venetiæ etiam Hiſtria connectitur, ut utræque pro unâ provinciâ habentur, cujus Aquileia civitas caput extitit.

* Novella. XII.

* Caſſiodori Chron.

* Id. Variar. l. 11. c. 1.

* Sect. 40.

[c] P. Diac. l. 2. c. 10.

[d] Paul. Diac. l. 4. c. 34.

[e] Epiſt. 15. & 16. in Conc. Tom. 5. p. 456.

[f] Paul. D. l. 6. c. 51.

[g] a° 837. ib.

[h] De reb. Eccl. c. 25.

Juſtinianus * In antiquis, *inquit*, temporibus Sirmii Præfectura fuit conſtituta, ibique omne Illyrici faſtigium. tam in civilibus quàm in Epiſcopalibus cauſis; poſtea autem Attilanis temporibus, ejuſdem locis devaſtatis, Apennius Præfectus Pr. de Sirmitanâ civitate Theſſalonicam profugus venit, tunc ipſam Præfecturam & Sacerdotalis honor ſecutus eſt. *Quod quidem de iſtis Illyrici provinciis intelligendum eſt, quas Notitia* in partibus Orientis *recenſet. In Occidentis eadem ratio. Hiſce enim provinciis, etiamſi neque Pr. Pr. eſſet, neque Vicarius; tamen in Eccleſiæ primatum Aquileia ſucceſſiſſe videtur, & more ævi, Patriarchæ titulum induiſſe. Pacta autem eſt illa Illyrici partitio a°. 437, cum Valentinianus* III *Eudoxiam*, * Theodoſii filiam in matrimonium accepit. * Placidia (*inquit Senator P. P.*) nurum ſibi amiſſione Illyrici comparavit; factaque eſt conjunctio regnantis diviſio dolenda provinciis. *Circà idem tempus* Notitiam *fuiſſe ſcriptam, ſuadent tùm iſta Illyrici diſtributio, tùm* * Numeri Placidi Valentinianici Fœlices, *à Placidiâ dicti. Poſt quinquennium contigit devaſtatio Sirmii. An eſſet unquam Sirmienſis Patriarcha, non liquet; neque quis primus Aquileienſium. A° autem 568, quando Longobardi Italiam invaſerunt,* [c] Aquileienſi civitati B. Paulus Patriarcha præerat, qui ex Aquileiâ ad Gradum inſulam confugit. *Circa an.* 605. *Cum jam Longobardi Chriſtianam ſuſcepiſſent religionem,* [d] ordinatur Johannes Patriarcha in Aquileiâ Vetere cum conſenſu regis *Agilulfi*: In Grado quoque ordinatus eſt Romanis Candidianus. Et ex illo tempore cœperunt duo eſſe Patriarchæ. *Gregorius P.* II, *a°* 729 (*Paulo Diacono ſenior*) [e] Donatum Gradenſem Patriarcham *nuncupat*, Serenum, Forojulienſem Epiſcopum: *Patriarcham non appellat Eccleſiæ Romanæ minùs obſequentem. Forojulienſis autem dicitur non ab urbe, ſed a territorio. Nam Serenus &* [f] Superiores Patriarchæ, quia in Aquileiâ propter Romanorum incurſionem habitare minimè poterant, ſedem non in Foro Julii, ſed in Cormones habebant. *Ejus autem ſucceſſor* [g] *Caliſtus ſedem in Forum Julii tranſtulit. Walafredus Strabo* (*ſæculo nono*) [h] Patriarchæ Forojulienſis *meminit. Hodiè Aquileienſis Patriarcha Utini reſidet, & ſuffraganeos habet omnes Venetiæ atque Iſtriæ epiſcopos, à Verona uſque ad Polam; Gradenſis autem, ante annos abhinc ducentos, ab Eugenio P.* IV *in urbem Venetiarum tranſlatus eſt.*

[i] inter. 52. & 53. Leonis.

A° 454.

A° 556.

[k] Pelag. Epiſt. 3 & 5.

Conc. tom. 4. p. 404.

A° 680.

Mediolanenſis Epiſcopus (*tribus, quas diximus, amiſſis*) *quatuor retinuit Provincias; Liguriam, Alpes Cottias, Rhætiam Primam, & Secundam; Æmiliæ etiam partem, quando* XX *epiſcopi Suffragenei* [i] *Synodicæ Euſebii ad Leonem Epiſtolæ ſubſcripſerunt. Mediolano autem ab Attilâ incenſo, poſtquàm Theodoricus rex nobilem Ticini regiam conſtruxerat, in quâ Longobardi dein ſedem regni habuerunt, illius Eccleſiæ ſplendor paulatim imminutus eſt; ſalvo interìm ſuæ libertatis privilegio. Pelagius P. in cauſâ Trium Capitulorum, Mediolanenſem atque Aquileienſem præſules, cum non poſſit ſuâ,* [k] poteſtate ſæculari *compeſcere voluit, Narſetem fruſtrà poſtulans, ut illos ad Juſtinianum* ſub cuſtodiâ dirigat. *Et in Monothelitarum cauſâ, Manſuetus Concilium habuit Mediolani, ſicut Agatho Romæ. Sanè Mediolanenſes olìm Epiſcopi, à ſuâ Synodo ordinati, nemini ſubjecti erant; ſed abſque provocatione judicabant. Tandem autem exciſo Longobardorum regno, tota Italia juriſdictioni Romanæ tributa eſt.*

Galliarum Metropolis [l] *Treveris olìm fuit ſub Romanis: illius autem* [m] *regionis, inter Rhodanum & Alpes, quam Gothi obtinuerunt, metropolis Lugduni fuiſſe videtur; licèt iſtis temporibus Romanus Epiſcopus Vices ſuas Arelatenſi conceſſerit. Sub Theodorici atque Athalarici regnis Epiſcopos Lugdunenſes Patriarchas dictos fuiſſe, illumque titulum, poſt Gothorum* [*] *deceſſionem, tenuiſſe veriſimile eſt; cum non ita multò poſt, a° 567,* Nicetius Lugdunenſis *à Gregorio* [n] *Turonenſi; & Nicetii ſucceſſor* Priſcus Epiſcopus, *a° 585, in Concilio* [o] *Matiſconenſi* II, Patriarchæ *dicti ſint. At verò ſucceſſio iſta non fuit diuterna.*

Nam poſt Caſſiodori ætatem, Patriarchæ *vocabulum apud Latinos rariſſimè uſurpatum eſt. In Italiâ, neque Mediolanenſis, neque Ravennas, neque ipſe præſul Romanus illo titulo inſignitus eſt. Romanus quidem, licet inter primos* Patriarcha *ſalutatus ſit, nunquam tamen nomen illud aſſumſit, nec quemquam reperio, qui ſemetipſum Patriarcham nuncupaverit. Cum Nicolao P. reſpondendum eſſet ad Bulgaros,* [p] Quot ſint veracitèr Patriarchæ; *ille non ſibi dignitatem aſſerit, ſed* Eccleſiæ Romanæ, *quatenùs* Apoſtolicæ. *Omnium autem Epiſcoporum ſedes olim* Apoſtolicæ *dicebantur. Romæ tamen Lateranenſe palatium* [q] Patriarchii *nomen habet, & viſuntur hodiè unius urbis* [r] quinque Patriarchales Eccleſiæ.

Aquileienſis autem Patriarcha inter Grecos forſan numerandus eſt: ſanè inter illos ſeſſum ivit in Lugdunenſi Concilio. a° 1245. [ſ] Ex oppoſito tres Patriarchæ ordinati fuerunt, videlicet Conſtantinopolitanus, ad dextram Antiochenus, & Aquileienſis; de quo tertio ſcandalum eſt exortum, cum non eſſet de quatuor Patriarchis. *Græcos intellige, præter Romanum, qui Concilio præſidebat. Nam ex* XCII *illo Nicalai* [t] *reſponſo ad Bulgaros, a° 861; ex* [u] *Canone* XVII *Concilii Conſtantinopolitani* IV, *a° 870: ex Pſeudanacleti Pſeudoclementiſque epiſtolis, poſt id tempus fabricatis, & in Decretalia demùm derivatis, innotuerat Juriſconſultis celeberrima illa* Quinque Principalium Patriarcharum *diſtinctio.*

Anteà Gregorius M. (cujus tempore [1] *Severus in Grado fuit Patriarcha Aquileienſis)* [2] Quatuor patriarcharum *meminerat, qui fuerunt* in [3] quatuor præcipuis ſedibus antiſtites. *Neque enim plures quàm quatuor fuerunt in Oriente* αὐτοκέφαλοι ϗ αὐτόνομοι, *poſtquam Thracica, Macedonica, Aſiana, Pontica diœceſes Conſtantinopoli ſubjicerentur. Verùm manebat tunc temporis in Eccleſia triplex Epiſcoporum gradus: adhuc dignitas Archiepiſcopalis Patriarchali fuit æqualis.* [w] *Iſidorus Hiſpalenſis Gregorii diſcipulus* Archiepiſcopus *inquit* Græcè dicitur ſummus Epiſcoporum; tenet enim vicem Apoſtolicam, & præſidet tam Metropolitanis, quàm Epiſcopis cæteris. *In Concilio* [x] *Trullano, a° 680,* Romanus, Conſtantinopolitanus, Antiochenus & Ravennas; *& in Concilio Niceno* II, *a° 787, Adrianus* Romanus, *& Taraſius* Conſtantinopolitanus Archiepiſcopi *dicti ſunt.*

Nono etiam Sæculo duravit Triplex Ordo: Tituli autem quàm plurimùm immutati ſunt. Archiepiſcopus *à primò delapſus loco Metropolitæ æquiparatur; & Patriarcha* Primatem *parem habet. Rabanus Maurus Abbas Fuldenſis* [y] Ordo *inquit* Epiſcoporum tripartitus eſt, id eſt in Patriarchis, Archiepiſcopis, qui & Metropolitani ſunt, & in Epiſcopis. *Locus ille (ut obitèr dicam) apud Iſidorum, à recentiore manu interpolatus, ita legitur* [z] Ordo Epiſcoporum quadripartitus eſt (i) in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis & Epiſcopis: *Quæ quidem nec Iſidoro ipſi, nec illius ævo conſentanea ſunt. In Concilio Conſtantinopolitano* IV [a] Archiepiſcopus, aut Metropolitanus *præeſt* Epiſcopis, Patriarchæ *ſubditus. Atque inde eſt, quod* [b] *Nicholaus P.* Ortenſem Archiepiſcopum; *& Paulus Diaconus* [c] Angilramnum Metenſem Archiepiſcopum *vocat. Porrò apud Orientales evileſcebat adeò Archiepiſcopi nomen, ut poſtponeretur Metropolitæ. Ex Diſpoſitione Leonis Imp. cognomento Philoſophi (impetavit is ultrà an. 900) recenſentur Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubditæ,* [d] *Metropoles* LXXXI, *Archiepiſcopatus inſuper* XXXIX; *quibus cùm nulli ſubeſſent Suffraganei, novus fit epiſcoporum Ordo; ipſis epiſcopis, titulo tenùs, major; Metropolitis verò juriſdictione minor. Subſedente Archiepiſcopo, emergit Primas. Nicholaus P. qui Epiſtolam* [e] Patriarchis, Metropolitis, & reliquis Epiſcopis *inſcribit;* [f] Rodulfum Bituricenſem Primatem & Patriarcham *appellat; & Hincmarum* [g] Primatem Belgicæ *Galliæ confirmat, id eſt in primo gradu. Optimus ſui temporis interpres ipſe Hincmarus* [h] Archiepiſcopos & Metropolitanos *conjungit ſecundo loco; primò autem collocat* Patriarchas vel Primates, qui duobus his

[l] Athanaſ. p. 831. c.
[m] Procop. Goth. l. 1. c. 11.
[*] A° 536.
[n] l. 5. c. 10.
[o] Conc. tom. 4. p. 487. c.
[p] Conc. tom. 6. p. 622. A.
[q] Anaſtas ubique.
[r] Baron. a° 1057 ¶ 19.
[ſ] Conc. tom. 7 ¶. 2. p. 850. E.
[t] Conc. tom. 6. p. 622.
[u] ibid. p. 833.
[1] P. Diac. l. 3. c. 27.
[2] Epiſt. l. 7. ep. 5.
[3] epiſt. 54.
[w] Orig. l. 7. c. 12.
[x] Conc. tom. 5. p. 30. A. B.
[y] L. 1. c. 5. initio.
[z] Orig. l. 7. c. 12. A° 861.
[a] Can. 17. & 26. & 19. Conc. Tom. 6. p. 834.
[b] Epiſt. 26. ib. p. 553. E.
[c] De Long. l. 6. c. 16.
[d] Jus. Gr. Rom. Leuncl. p. 88. & p. 244.
[e] Con. Tom. 6. p. 486.
[f] Conc. Gall. tom. 3. p. 235. Epiſt. 39.
[g] Conc. T. 6. p 626.
[h] Hincm. LV. Capp. c. 17. tom. 2. Edit. Sirmondi p. 441.

his nominibus in unius Prioratus funguntur officio*:* & *Hieroſolymitanum Conſtantinopolitanumque antiſtites* inter Patriarchas & Primates computat.

Cæterùm Primatis *titulus, minùs ſublimis olim, & vetuſtiſſimis temporibus in Eccleſiâ Latinâ uſitatus, à* primâ cathedrâ *vel* ſede Epiſcopi *originem duxit. A°* 305, *in Eliberitano Hiſpaniæ concilio, verba ſunt de* [i]eo loco, in quo Prima Cathedra conſtituta eſt Epiſcopatus: *vel* Primæ Cathedræ Epiſcopus.

Crebrius autem & clarius id nomen in Africa; in quâ plures cum eſſent Civiles Provinciæ, unicus tamen erat Metropolita Carthaginenſis; ſub quo [k]Univerſa Africæ provincia, *ſive diæceſis; &* [l]omnes Epiſcopi cis mare poſiti. *Reliqui ſingularum provinciarum epiſcopi ſuum habuerunt Primatem, qui non alio nomine dictus eſt, quàm* [m]Primæ ſedis Epiſcopus. *Prima autem ſedes non erat provinciæ* [n]Metropolis, *ſed quæcunque civitas, in quâ* [n]Prioris Epiſcopi *ſedes contingeret, qui antiquiore ordinationis promotione, &* [o]Epiſcopatus ætate *reliquis prælatus eſt. Hinc in rebus Africanis Primates non rarò* Senes *vocantur: Cautumque eſt,* [p]Ordinatos literas accipere ab ordinatoribus ſuis, continentes Conſulem & Diem: ut nulla altercatio de poſterioribus vel anterioribus oriatur. *Et quidem vox illa propriè Afris attribui videtur. Quem Syricius ad Afros,* [q]Primatem; *Innocentius, rem ipſiſſimam ad Epiſcopum Gallum ſcribens,* [r]Metropolitanum *appellat. Primas itaq; initiò fuit Epiſcoporum primus; & in Africâ Senior Epiſcopus pro Metropolitâ fuit provinciæ. Extrà Africam Metropolita provinciæ Primatis honorem habuit. Arelatenſis & Viennenſis Epiſcopi in Concilio Taurinenſi decertarunt* [f]de Primatus honore*: cauſa* Metropoli *eſt adjudicata. Leo Magnus* [t]Primatis & Metropolitani *vocabulis promiſcuè uſus eſt. Apud Hiſpanos,* [w]Honor Primatus, *Toletanæ Eccleſiæ conceſſus, eſt* [v]Metropolitani nominis authoritas. *Edixit rex Gundemarus,* [w]ut ſicut Bætica, Luſitania, vel Tarraconenſis provincia ſingulos habent Metropolitanos, ita & Carthaginenſis unum veneretur Primatem, & inter omnes Comprovinciales ſummum Antiſtitem. *De Primatu etiam extra Africam, magna fuit Epiſcopalis ætatis ratio. Metropolitica ordinandorum in alienâ provinciâ Epiſcoporum poteſtas Proculo Maſſilienſi adjudicata eſt,* [x]ut non tam civitati ejus, quam ipſi deferretur, honore Primatus, & ut in diebus vitæ ejus Primatus habeat dignitatem. *Hilarus P.* [y]Ordinandorum Epiſcoporum poteſtatem *pertinere cenſuit ad* antiſtitem, qui ævo honoris Primas eſſe dicitur, & quem repererit Epiſcopalis ordo Primatem. *Neque aliter Gregorius M. ad Syagrium* [z]Cæteros, *inquit,* Epiſcopos ſecundùm Ordinationis ſuæ tempus ſua tenere loca decernimus: *& de Epiſcopis noſtris, ad Auguſtinum,* [a]Ipſe prior habeatur, qui priùs fuerit ordinatus. *Quod & noſtrates poſteà* [b]Ex concilio, *inquiunt,* Toletano IV, Milevitano, atque Bracarenſi ſtatutum eſt, ut ſinguli ſecundum ordinationis ſuæ tempora ſedeant.

Primatum ergò intra Secundum Epiſcopatus Ordinem diù contineri, & [c]Metropolitanos Primates eſſe ſingulos ſingularum Provinciarum, *ſatis conſtat. Tandem verò ambitioſa ſurrexit Metropolitarum* προεδρία, *fuitque ipſorum Primatum primatus; cum* [d]prælationem Primas Metropolitanorum habere debeat; *quem, Hincmari ætate, æqualem Patriarchæ fuiſſe diximus.*

Verùm diuturna non fuit iſta paritas. Poſtquam enim Patriarchis, *ex definito illorum numero, major acceſſerat honor; Primas, in medio derelictus gradu, Metropolitâ quidem major fuit, ſed Patriarchâ minor.*

Sed nec Patriarchæ principalitatem ſuam tueri potuerunt: gliſcenti ambitioni ſuccubuêre; & Summam Hierarchiæ apicem occupavit Papa; *Vocabulum omnibus non ita pridem Epiſcopis, etiam & Abbatibus nonnullis commune. Octava Synodus, a°* 870, *primo recenſet loco* Papam Senioris Romæ; deinceps autem Conſtantinopoleos, Alexandriæ, Antiochiæ atque Hieroſolymorum Patriarchas. *Quod quidem, dictante Gregorio* VII, [e]Quòd unicum eſt Nomen in mundo, *& compilante poſthac Decreta Gratiano, in Jus tranſiit. Ad hunc itaque modum in Eccleſiâ tandèm iſti numerabantur Dignitatum gradus.*

1 *Papa.*
2 *Patriarcha.*
3 *Primas.*
4 *Metropolita.*
5 *Archiepiſcopus.*
6 *Epiſcopus.*

Sanè non defuerunt inter veteres viri boni & cordati, qui Reip. Chriſtianæ inte-

reſſe

[i] Canon. 58. Con. T. 1. p. 235. A.

[k] Cyprian. Epiſt. 45.

[l] —— Ep. 40.

[m] African. Canon. Gr. 39.

[n] Vide Canon 86.

[o] Auguſtin. epiſt. 217. ad Victorin.

[p] Canon, 89.

[q] Conc. T. 1. p. 694. f.

[r] Ibid. p. 753. f.

A° 397.

[f] Conc. Tom. 1. p. 702.

A°. 440.

[t] Leo, Epiſt. 91. ad Theodorum Forojul.

[u] Conc. Tom. 4. p. 536. A.

A° 610.

[w] p. 537. D. f.

A° 397.

[x] Conc. Tom. 1. p. 702. A.

A° 462.

[y] Hil. Epiſt. 8. c. 2. Conc. T. 3. p. 574. D.

A° 592.

[z] Greg. Epiſt. l. 7. ep. 114.

[a] l. 12. epiſt. 15.

[b] Baron. A° 1075 ¶. 36. ex Lanfranci Epiſtolis.

[c] Hincmar. loc. cit.

[d] Ibid.

[e] Dictat. Papæ art. 11. Conc. Tom. 7. ¶. 1. p. 362. d.

A° 1075.

A° 1151.

reſſe exiſtimarunt, veræ fidei præſidium, & ὁρμητήριον in ſede Romanâ collocari. Concilium Epheſinum gratias egit Cæleſtino, [f] τῷ φυλακὶ τῆς πίστεως, Cuſtodi fidei. *Leo Magnus, magni in Oriente nominis, ſtrenuus fuit fidei propugnator contrà Neſtorianos, Eutychianos, Dioſcurum, alios. Qui neſcit Pontifices Romanos doctrinam Chriſtianam per aliquot ſæcula ſartam tectam conſervaſſe, næ is rerum Eccleſiæ parùm peritus eſt. Quis Gregorii Magni in reſtaurandâ re Chriſtianâ ſolertiam pro merito celebrare poteſt? Quis noſtratium non ingratus illius immenſitatem beneficii non agnoſcit?*

At verò vetuſtioribus ſæculis non incelebris fuit Britannorum religio. Nam ut omittamus Joſephi Arimathæi adventum, & Lucii regis Legationem, luculentus eſt Britannicæ fidei teſtis Tertullianus Afer. [g] Britannorum inacceſſa Romanis loca, Chriſto verò ſubdita. *Arelatenſi concilio tres interfuerunt è Britanniâ Epiſcopi; è ſingulis (ni fallor) provinciis: è Maximâ Cæſarienſi,* [h] Eborius Epiſcopus de civitate Eboracenſi; *è Britanniâ Primâ,* Reſtitutus Epiſcopus de civitate Londinenſi; *è Britanniâ Secundâ,* Adelfius Epiſcopus de civitate Col. *Legionenſium, vel Car-leonenſium, non* Londinenſium. *In* [i] *Sardicenſi concilio* ἐξ ἐπαρχιῶν Βρετανίων *adfuerunt Epiſcopi: & in Ariminenſi,* [k] Tres ex Britanniâ, tàm pauperes, ut nihil proprium haberent.

Sed quid ego ſpicilegium poſt uberrimam meſſem? [l] De Britannicarum Eccleſiarum primordiis *uſque ad Auguſtini miſſionem non ita pridem ſumma cum laude ſcripſit* Jacobus Uſſerius Archiepiſcopus Armachanus, *vir ob eruditionis immenſitatem, morumque ſanctitatem toto Orbi Venerandiſſimus; ob benevolentiam mihi colendiſſimus.*

Poſtquam [m] Saxones à mari uſque ad mare devaſtantes, Chriſtianitatem penè totam in Inſulâ deleviſſent; *placuit tandem Benignitati Divinæ Evangelium à patriâ noſtrâ poſtliminiò recipi; & tunc cùm Sol Eccleſiæ, incurſu Saracenorum, occidit in Oriente, ortus eſt in Occidente. Audiamus Bedam. Gregorius P.* [n] qui totus erga animarum lucra vacabat, divino monitus inſtinctu, anno circiter 150 ab adventu Anglorum, in Britanniam miſit Auguſtinum, & alios fermè 40 cum eo Monachos, prædicare verbum Dei genti Anglorum. [o] Acceperunt autem de gente Francorum interpretes; *quia lingua Teutonica utrique genti communis. Regnabat tunc in Cantio Ethelbertus, qui* uxorem habebat Chriſtianam, de gente Francorum, nomine Bertham. *Baptizato tandem rege, crevit indiès credentium multitudo.* [p] Intereà Auguſtinus Arelatum rediens, Epiſcopus ordinatus eſt. *Gregorius duas Britanniæ Diæceſes inſtituit; Londinenſem & Eboracenſem; utrique* [q] duodecim Epiſcopos *ſuffraganeos ordinari juſſit, ut* Metropolitani honore perfruatur *uterque: Eboracenſem verò,* omneſque Britanniæ ſacerdotes, *Auguſtini, quoad vixerit, diſpoſitioni ſubjecit: ita tamen, ut* poſt ejus obitum, eſſet inter Londoniæ & Eboracæ civitatis epiſcopos inpoſterum honoris iſta diſtinctio, ut ipſe Prior habeatur, qui priùs fuit ordinatus. *Pallium Auguſtino miſit; Eboracenſi quoque, Deo favente, miſſurus. Fuit itaque Auguſtinus Metropolita Londinenſis;* [r] quia ſcilicet ad id tempus Dorobernenſis obſcuræ urbis notitia Romanos non attigiſſet.

Eventus autem Gregorianæ diſpoſitioni non reſpondit. Auguſtinus enim duos tantum ordinavit epiſcopos; [s] *Juſtum Roſſenſem, & Mellitum ad prædicandum ultrà Thameſin; qui cum Londoniæ aliquot annis docuiſſet, pulſus eſt; & cum Juſto,* [t] ne inter Barbaros ſine fructu reſiderent, *in Galliam ſeceſſit. Laurentius etiam (qui Auguſtino ſucceſſerat)* [u] Britanniam relicturus erat. *Adeò conclamatum eſſet de Eccleſiâ noſtrâ, niſi Eadbaldus (qui poſt Ethelbertum patrem regnavit in Cantio) idololatricam exuiſſet mentem. Redierunt itaque Mellitus, qui ſucceſſit Laurentio; & qui Mellito,* [w] *Juſtus. Ad hunc Bonifacius* V [x] pallium *miſiſſe dicitur: ſed vix quadrat chronologia. Eadbaldi regis ſororem, Edelburgam Edwinus rex Nordanhumbrorum in uxorem petiit: nuptam comitatus eſt* [y] Paulinus, Epiſcopus à Juſto ordinatus, a° 625, *qui fælicem initiò operam navavit Eboraci, & Lincolinæ, ubi Honorium Juſti ſucceſſorem conſecravit Epiſcopum: ideò Honorius P.* [z] duo pallia utrorumque Metropolitanorum, id eſt Honorio & Paulino direxit; *ut decedente altero, alter ſucceſſorem ſtatuat. Verùm irrita iſtæc omnia. Nam a° 633 occiſo in acie Edwino,* [a] *Paulinus fugatus Cantium rediit, & Roſſenſi Eccleſiæ, poſt Romanum, præfuit. Eccleſia itaque Anglicana intrà Cantia nos limites iterùm redacta eſt: neque ulla adhuc fuit Epiſcoporum ſucceſſio, præterquàm Roſſenſium, & Cantuariorum.*

---

[f] Conc. Tom. 3. ¶. 2. Act. 2. p. 326. D.

[g] Adv. Jud. c. 7.

A° 314.

[h] Conc. Gall. Sirmondi p. 9.

A° 347.

[i] Athanas Apol. 2. p. 720.

A° 359.

[k] V. Sulp. Seu. l. 2. hiſt.

[l] Impr. Dublinii. A° 1639.

[m] Matth. Weſt: A° 511.

[n] Breda hiſt. l. 1. c. 23. A° 596.

[o] —— c. 25.

[p] —— c. 27.

[q] —— c. 29.

[r] Malmesb. Pont. Ang. l. 1.

[s] Beda l. 2. c. 3.

[t] —— c. 5.

[u] —— c. 6.

[w] A° 624.

[x] —— c. 8.

[y] —— c. 9.

[z] —— c. 17.

[a] —— c. 20.

Paulò poſt Sigebertus (*filius Redwaldi, qui* [b] jamdudum in Cantio Sacramentis Chriſtianæ fidei imbutus eſt, ſed fruſtra) [c] *fratri Eorpwaldo* (*qui ſuaſu Edwini fidem Chriſti ſuſceperat, moxque occiſus fuerat*) *in regno* Orientalium Anglorum *ſucceſſit. Hic*, vivente fratre, cum exularet in Galliâ, lavacrum baptiſmi ſuſcepit: *Regnanti adfuit Fœlix Burgundus, Epiſcopus ab Honorio ordinatus*, [d] accepitque ſedem Epiſcopatus in civitate Dummock. *Eodem ferè tempore Honorius P. in Britanniam miſit Byrinum Epiſcopum, qui Occidentalium Saxonum regem Cynigilſum ad fidem convertit. Ejus baptiſmo adfuit* [e] *Oſwaldus gener, rex Northumbrorum, qui à Scottis (apud quos exulans ipſe Chriſtianam fidem ſuſceperat) impetraverat Aidanum, cui Lindisfarnenſem inſulam in Epiſcopatus ſedem conceſſerat. Byrino autem Epiſcopalis ſedes fuit Dorcaceſtria.*

Fœlix fauſtumque hoc ſub duobus Honoriis Eccleſiæ Anglicanæ incrementum. De Româ Byrinus; de Burgundiâ Fœlix; de Scottiâ Aidan, Occidentem, Orientem, Septentrionem divino verbo illuminarunt. Ad Auſtrum etiam, a° 640, [f] Earcombertus rex Cantii, primus regum Anglorum, idola deſtrui, & jejunium 40 dierum obſervari præcepit. *Interim Mercii, qui mediterranea inter Thameſim & Humbrum, longè maximam inſulæ partem, tenuerunt, rudes fuerunt Evangelii. Vltrà Sabrinam Britones, licet Chriſtiani,* [g] fidem religionemque Anglorum pro nihilo habebant, neque in aliquo eis magis communicabant, quàm Paganis.

A° 655, Honorio ſucceſſit in [h] cathedrâ Dorovernenſi ſextus Deuſdedit de gente Occidentalium Saxonum; quem ordinavit Ithamar Roffenſis. *Illo ſedente, ad fidem converſi ſunt Sigbertus* [i] *rex Orientalium Saxonum, &* [k] *Penda rex Merciorum: reges ambo à Finano Lindisfarnenſi epiſcopo baptizati ſunt in villâ* [l] *regiâ* Ad murum *dictâ. Cedd fuit aliquandiù epiſcopus Orientalium Saxonum: Merciorum autem primus epiſcopus fuit Diuma Scottus. Tandem, a° 668, Vitalianus P.* [m] Eccleſiis Anglorum Archiepiſcopum miſit monachum Romanum Theodorum, natum ex Tharſo Ciliciæ, virum Græcè & Latinè inſtructum.

Hic primus (quantum video) Archiepiſcopi titulum in Britanniam attulit. Ita appellatur Theodorus in [n] *Concilio Romano; & in Epiſtolâ* [o] *Agathonis P. ad Synodum Conſtantinopolitanam* III; & [p] Pœnitentialis libri, *quem ſcripſit ille*, capitulum 65tum *agit* de Ordinatione Archiepiſcopi. *Beda quidem, &* [q] *Bonifacius noſtras Moguntinus Archiepiſcopus Theodori deceſſores* Archiepiſcopos *appellant; & Normannici ſcriptores ab Eleutherii P. tempore Archiepiſcopos in Britanniâ ſtatuunt. Verùm iſta ad morem ævi, in quo ſcripſerunt, non ad fidem veterum monumentorum dicta ſunt. Rectè olim Guilielmus Neubrigenſis notavit* Ne [r] unum quidem Archiepiſcopum unquam habuiſſe Britonas. *Nondum enim ætate Auguſtini apud Occidentales Archiepiſcopi vocabulum in uſu fuit. Gregorius M. Pallium conceſſit* [ſ] *Auguſtino noſtro,* [t] *Virgilio Arelatenſi,* [u] *Syagrio Auguſtodunenſi, aliiſque Metropolitanis, ſub* Epiſcopi *titulo. Nec quenquam facilè reperies inter Latinos, qui à ſcriptore illius temporis Latino Archiepiſcopus appelletur. Scio Gregorium non tantùm* [w] *Euſebium* Theſſalonicenſem & [x] *Johannem* Corinthium, *ſed etiam* [y] *Januarium* Calaritanum, & [z] *Marinianum* Ravennatem, Archiepiſcopos *appellare. Et paulò ante Gregorium,* [a] *Victor Tununenſis* Reparatum; [b] *Liberatus* Capreolum, Carthaginenſes Archiepiſcopos *nuncupant. Verùm iſta omnia ad Græcam ſcribendi formulam accommodata ſunt. Iſtis enim temporibus tàm Carthago, quàm* [c] *Sardinia & Ravenna, Conſtantinopolitano ſubjectæ Imperio, Græcæ accencebantur Eccleſiæ. Ac licet in Concilio Matiſconenſi* II *definitum ſit,* [d] ut Archiepiſcopus Miſſas ſine Pallio non dicat: *Iſiidorus tamen ejuſdem ævi ſcriptor interpretationem vocis, tanquam novitiæ & peregrinæ, exhibet.* Archiepiſcopus, *inquit,* [e] Græcè dicitur ſummus Epiſcoporum.

Theodorus itaque [f] primus erat Archiepiſcopus; cui omnis Anglorum Eccleſia manus dare conſentiret. *Ille a° 673* [g] Concilium cogit Epiſcoporum, in loco qui dicitur Herudford: *convenerunt de ſingulis Regnis*, Biſi Orientalium Anglorum Epiſcopus, Putta Rhofenſis, Eleutherius Occidentalium Saxonum, Winfridus Merciorum epiſcopus; Wilfridus Nordenhumbrorum epiſcopus per legatarios aſfuit. *Abſuit Wina, qui nuper à Vulfero rege Orientalium Saxonum* precio emerat ſedem Londoniæ. *Quot Regna, tot Epiſcopi. Cantiani duos habuerunt Epiſcopos; Auſtrales Saxones adhuc nullum. Sanctitum eſt hoc Concilio* [h] ut nullus Epiſcoporum

---

[b] Beda l. 2. c. 15.

[c] — l. 3. c. 18.

[d] — l. 3. c. 7.

[e] — c. 3.

[f] Bed. l. 3. c. 8.

[g] Bed. l. 2. c. 20.

[h] — l. 3. c. 20.

[i] — c. 22.

[k] — c. 21.

[l] — c. 24.

[m] Beda l. 4. c. 1.

[h] Spel. Conc. A° 680.

[o] Conc. tom. 5. p. 64. E.

[p] Spelm. ib. p. 156.

[q] Epiſt. 1. ad Zach. P. ¶. 5. Conc. Gall. tom. 1. p. 531.

[r] Proæm. hiſt.

[ſ] Greg. Epiſt. l. 2. ep. 15.

[t] l. 4. ep. 55.

[u] l. 7. ep. 114.

[w] L. 7. Ind. 2. ep. 6.

[x] l. 1. Epiſt. 26.

[y] l. 1. Epiſt. 62.

[z] l. 7. Epiſt. 1.

[a] Chron.

[b] Conc. tom. 4. p. 382. A° 548.

[c] Ex Conſtitutione Juſtiniani Aug. a°. 534. Cod. l. 1. tit. 27.

[d] Can. 6. a°. 581.

[e] Orig. l. 7. c. 12.

[f] Beda l. 4. c. 12.

[g] c. 5.

[h] ibid.

rum ſe præferat alteri per ambitionem, ſed omnes agnoſcant tempus & ordinem conſecrationis ſuæ. *Et* ut plures Epiſcopi, creſcente numero fidelium, augerentur. [i] Itaque Theodorus perluſtrans univerſa, ordinavit locis opportunis Epiſcopos. [k] *Apud Orientales Anglos præter Æccam Dommocenſem conſtituitur Bedwinus Helmhamenſis: apud* [l] *Mercios, pro uno Vinfrido, conſtituuntur Sexvulfus Lichfeldenſis, Edherus Lindeſſenſis, Boſelus Wicciorum, ſive Vigornenſis, & Putta Herefordenſis: apud Northanhymbros, puſo Wilfrido, præter Ætam Lindisfarnenſem, ſive Berniciorum, ordinati ſunt à Theodoro* [m] *Boſa Eboracenſis, ſive Deirorum epiſcopus, & mox Tumbertus Haguſtaldenſis: Occidentalium Saxonum duo erant Epiſcopatus, Wintonienſis & Shirburnienſis.*

Ad hunc modum Eccleſia Anglicana infantula adhuc à Theodoro Archiepiſcopo provecta eſt & ſtabilita: adultam verò [n] Cantuarienſem provinciam per parochias diſtribuiſſe perhibetur. *Wilfridus interim, licèt cauſam Romæ obtinuerit, reſtitutionem non adeptus eſt: divertens igitur ad Auſtrales Saxones, Evangelium ibi prædicavit, & ab Edilwalchio rege* [o] *Sæleſeienſem inſulam accepit; ubi Epiſcopatum exercuit, ubi homines loci (quos cum agris rex ei donaverat) baptizando,* ſervos & ancillas 250, libertatem donando, jugo ſervitutis abſolvit. [p] Hoc ergò ordine poſtquam omnes Britannorum provinciæ fidem Chriſti ſuſceperant, ſuſcepit & inſula Vecta; *poſt nonageſimum ſcilicet ab adventu Auguſtini annum.* Tantæ molis erat *Doctrinam* condere *Chriſti.*

Cæterùm quantò lentior, tantò uberior fuit Religionis Anglicanæ meſſis. Templorum extructiones, Decimarum oblationes, Monaſteriorum fundationes ingentia ſunt Pietatis veteris monumenta: Sanè crebra fuerunt illorum temporum Jejunia, Orationes ſedulæ, Eleemoſynæ inſignes. Liceat mihi trita trans Alpes, Religionis ergò, itinera commemorare; cum Romæ, inter diverſarum nationum Scholas, ſive contubernia, illa quæ Saxonum, ſive Anglorum fuit in Vaticano ſuburbio, omnium ſit celeberrima; utpote quæ loco nomen indidit, teſte [q] *Anaſtaſio.* Per quorundam, *inquit*, gentis Anglorum deſidiam, omnis illorum habitatio, quæ in illorum linguâ [r] Burgus dicitur, combuſta eſt. *Ac licèt Leo* IV *ſuburbium illud muro circumdederit, & de ſuo nomine* Leoninam Civitatem *nuncupaverit, obtinet tamen hodiè Anglicanum* [ſ] *Burgi vocabulum.*

Quis non miratur XXX [t] *Reges & Reginas Angloſaxones intrà 200 annos, contemptis mundi illecebris, religioſam obiiſſe ſolitudinem? Quis magnificam in condendis monaſteriis profuſionem non ſuſpicit?*

Cum autem tanto monaſticæ vitæ ardore flagraverit ætas illa, videamus quibus initiis, quibuſq; gradibus diſciplina iſta in Eccleſiam recepta fuit.

Nugantur ſcriptores iſti, qui Monachiſmum Chriſtianiſmo vetuſtiorem ſtatuunt: neque locum hìc habent Ἀσκηταὶ, Θεραπευταὶ, Ἱκέται *illi apud Euſebium,* [u] *qui ad Chriſtianos tranſtulit id, quod* [w] *Philo de Judæorum Eſſæis ſcripſerat. Monaſticum vivendi genus originem in Ægypto habuit.* [x] Anachoreticæ vitæ auctor Paulus, illuſtrator Antonius; *qui annum agens 105, in eremo* [y] *obiit a° Di 357.* [z] Pachumius monachus, fundator Ægypti cœnobiorum, ſcripſit Regulam utrique generi Monachorum aptam; *quam* [a] *Hieronymus in Latinum vertit.* [b] Tria, (*inquit ille*) ſunt in Ægypto genera Monachorum. Primum, Cœnobitæ in communi viventes: diviſi per decurias atque centurias, ita ut novem hominibus decimus præſit; & rurſus decem præpoſitos ſub ſe centeſimus habeat: manent ſeparati, ſed junctis cellulis. Secundum, Anachoretæ, qui ſoli habitant per deſerta. Tertium eſt *eorum, qui* bini, vel trini, nec multò plures ſimul habitant, ſuo arbitratu ac ditione, quàm plurimùm in urbibus & Caſtellis. [c] *Primus autem Syriæ monachus fuit Hilarion* [d] *Baſilius idem vivendi inſtitutum ſuſcepturus, & in Pontum illaturus* [e] multos invenit in Ægypto monachos: alios in Palæſtinâ, & in Cœloſyriâ, & Meſopotamiâ; quorum admiratus eſt tùm in diætâ temperantiam, tùm in laboribus tolerantiam. *E Meſopotamiâ in Scythiam monachiſmum tranſtulit* [f] Audæus, qui à Conſtantio relegatus, monaſteria fecit in Gothiâ. *S. Hieronymus Bethlehemi agens,* [g] De Indiâ, *inquit*, Perſide, Æthiopiâ monachorum quotidie turmas ſuſcepimus: *tanta fuit inſtituti hujus in Oriente dilatatio. Verùm uniformis non erat Orientalium monachorum diſciplina.* [h] In mandris (1) monaſteriis Meſopotamiæ comas muliebrem in modum producunt, & ſacco conſpicuo incedunt; *quod alibi nefas. De nimiâ*

[i] Bed. l. 4. c. 2.

[k] C. 5.

[l] C. 6.

[m] c. 12.

[n] Antiq. Cant v. Theod.

[o] Bed. l. 4. c. 13.

[p] c. 16.

[q] In Vita Paſchalis I p. 149.

[r] buꞃȝ

[ſ] Il Borgo.

[t] Capgravii. Chron. MS.

[u] Hiſt. Eccl. l. 2. c. 16.

[w] De Vita Contempl.

[x] Hieronym. Epiſt. 22.

[y] Hier. Chron.

[z] Gennadii Pachum.

[a] Inter opera Caſſiani ad fin.

[b] Hieron. ad Euſtoch. Epiſt. 22. p. 185.

[c] Hieron. in ejus Vitâ.

[d] A° 362. Baron.

[e] Baſil. Epiſt. 79.

[f] Epiph. hær. 70. ¶. 14. p. 827. B.

[g] Hier. ad Lætam. epiſt. 7. p. 55. f.

[h] Epiph. hær. 80. ¶. 7. p. 1073. A.

vitæ auſteritate Ponticorum monachorum, Gregorius Nazianzenus [i] Partim, *inquit*, ferreis compedibus ſeſe excruciant: alii, ferarum ritu, anguſtis domibus incluſi, neminem vident: totos 20 dies noctesque jejunant, ſilent. [k] O Chriſte, *inquit*, animis illis propitius eſto, piis quidem fateor, cæterùm non ſatis conſultis. *Prudentèr itaque Baſilius monachis præſcripſit Regulas, ab Orientalibus ſummo ſtudio obſervatas.*

In Occidente etiam ſenſim invaluit monaſticum vivendi inſtitutum: illius autem primordium eſt aliquantò obſcurius. [l] Marcella ab Alexandrinis ſacerdotibus, Papaque Athanaſio, & Petro, qui Romam confugerant, vitam B. Antonii adhuc tunc viventis, monaſteriorumque in Thebaide Pachumii, & virginum ac viduarum didicit diſciplinam. *Verùm non eſt quod idcircò putemus* [m] Athanaſium invexiſſe in Urbem Monachiſmum: *quoniam* [n] Suburbanus ager illis pro monaſterio fuit, & rus electum pro ſolitudine. *Auguſtinus circà an.* 388. [o] Vidit diverſorium ſanctorum Mediolani non paucorum hominum, quibus unus presbyter præerat. Romæ etiam plura cognovit, in quibus ſinguli cæteris ſecum habitantibus præſunt. Ipſi, Orientis more, manibus ſuis ſe tranſigunt: Jejunia prorſus incredibilia non in viris tantùm, ſed etiam in fæminis; quibus item, multis viduis & virginibus ſimul habitantibus, & lanâ ac telâ victum quæritantibus præſunt ſingulæ graviſſimæ. *Atque alibi.* [p] Erat Monaſterium Mediolani plenum bonis fratribus, extrà urbis mænia, ſub Ambroſio nutritore.

Parùm verò convenit vitæ Monaſticæ cum turbis civilibus. Hieronymus ad Paulinum, [q] Si cupis, *inquit*, eſſe, quod diceris Monachus, id eſt, ſolus; quid facis in Urbibus? *Itaque Valentinianus* II *Aug. a°* 390, *ejecit ex urbibus Monachos.* [r] Quicunque ſub profeſſione monachi repperiuntur, deſerta loca & vaſtas ſolitudines ſequi, adque habitare jubeantur. *Ac licèt Theodoſius biennio poſt,* [ſ] ſubmotâ hac lege, liberos in oppidis largitus ſit eis ingreſſus; *tamen in deſertis & Inſulis ut plurimùm primi degebant monachi.* [t] Inſularum Dalmatiæ *meminit in eam rem Hieronymus:* & [u] Inſularum Etruſci maris, in quibus Monachorum conſiſtunt chori: [w] Bonoſi *item cujuſdam inſularis monachi.* [x] *In Gallinariâ Etruſci maris inſulâ B. Martinus ſolitariam aliquandò vitam egit. De* Capràriæ & Gorgoniæ *inſularum monachis elegantèr quidèm ſed non Chriſtianè cecinit Rutilius Numatianus,* [y] *A.V.C.* MCLXIX *qui eſt æræ Chriſtianæ* 416.

Proceſſu pelagi jam ſe Capraria tollit.
  Squallet lucifugis inſula plena viris.
Ipſi ſe Monachos Graio cognomine dicunt;
  Quod ſoli nullo vivere teſte volunt.
Munera Fortunæ metuunt, dum damna verentur.
  Quiſquam ſponte miſer, ne miſer eſſe queat?
Quænam perverſi rabies tam ſtulta cerebri,
  Dum mala formides, nec bona poſſe pati?
Sive ſuas repetunt ex Fato ergaſtula pœnas;
  Triſtia ſeu nigro viſcera felle tument.
Sic nimiæ bilis morbum aſſignavit Homerus
  Bellerophontæis ſollicitudinibus.
Nam juveni offenſo ſævi poſt tela doloris
  Dicitur humanum diſplicuiſſe genus.

Aſſurgit Ponti medio circumflua Gorgon,
  Inter Piſanum Cyrniacumque latus,
Adverſus ſcopulos, damni monumenta recentis.
  Perditus hic vivo funere civis erat.

---

[i] Gr. Naz. ad Hellen.

[k] ibid.

[l] Hieron. ad Principiam epiſt. 16. p. 144. c.

[m] Baron. A° 340. ¶. 7.

[n] Hier. ibid. p. 145. E.

[o] De Moribus Eccl. c. 33.

[p] Aug. Confeſſ. l. 8. c. 6.

[q] Epiſt. 13. p. 121. c.

[r] Cod. Theod. l. 16. tit. 3.

[ſ] ibid. c. 2.

[t] Ad Heliod. Ep. 3. p. 27. f.

[u] Ad Ocean. ep. 30. p. 253. D.

[w] Ad Ruff. ep. 41. p. 278. E.

[x] Seu. Sulp. vit. Mar. c. 4. Sozomen. hiſt. l. 3. c. 14.

[y] L. 1. v. 135.

Noſter enim nuper juvenis, majoribus amplis,
Nec cenſu inferior, conjugiove minor,
Impulſus Furiis, homines Diuoſque relinquit,
Et turpem latebram credulus exul agit ;
Infœlix putat illuvie cœleſtia paſci ;
· Seque premit læſis ſævior ipſe Deis.
Num rogo deterior Circæis ſecta venenis ?
Tunc mutabantur Corpora, nunc Animi.

E Caprarienſi autem hoc cœnobio inſtitutio Monachorum in Africam manaſſe videtur, per Euſtathium & Andream, *ab Eudoxio abbate miſſos ; quos S. Auguſtinus ,* [z] *ad eundem Inſulæ abbatem, impensè celebrat. Donatiſtæ iſtam monachorum inductionem oppugnabant,* [a] *conatu irrito.* Monaſteria Carthagini, Tagaſte, Hippone Regio [b] *fuiſſe teſtatur Paulinus ad Alypium. Gorgonia verò inſula, in quâ unicum erat eremitæ monaſterium (agente iter Rutilio) plures deinceps recepit monachos: quos, cum* Palmariæ, *aliarumque inſularum aliis, reformavit tandem* [c] *Gregorius Magnus. Neque prætereunda eſt* Lerina *inſula, Antipoli urbi, Galliæ Narbonenſis ultimæ, objecta ; in quâ fuerunt,* [d] Auctore Honorato, ſancti ſenes, qui diviſis cellulis Ægyptios patres Galliis intulerunt. *Honoratus autem Epiſcopus* [e] *Arelatenſis factus eſt a° 426. Fuit ſanè illud cœnobium Gallicorum Epiſcoporum ſeminarium.*

Monachiſmus itaque paulò ante Quintum Sæculum in Occidente receptus fuit. Illud, inquam, infœlix ſæculum, in quo tota Romanorum Europa ferro Barbarorum flammâque fœdiſſimè vaſtata fuit, & Religio Chriſtiana pœnè obruta : Quaſi funeſtiſſimâ iſtâ ætate comparatum fuiſſet hoc vivendi inſtitutum, tutiſſimum adversùs humanas miſerias refugium. Verùm ad patriam redeo.

Quo tempore vitæ Solitariæ ſtudium apud Latinos radices egit, Patricius Brito, natus ad Vallum, [f] *in extremis Valenciæ oris, ad Occidentale mare,* [g] Galliam, atque Italiam, & inſulas quæ ſunt in mari Tyrrheno *peragravit. Vidit juvenis Martinum avunculum in Galliâ, præceptoremque habuit Germanum Autiſſiodorenſem, qui paulò poſt cum Lupo in Britanniam miſſus eſt. Poſt annos 30 in literarum ſtudiis exercitiisque ſpiritualibus impenſos, Patricius epiſcopus miſſus eſt ad convertendos Hibernos à Cæleſtino P. qui ſuperiore anno* [h] *Palladium nullo ſucceſſu miſerat. Quàm fœlicem illic navavit operam, quos Epiſcopos, quas Eccleſias, quæ Cœnobia inſtituit, accuratè tradit nunquam ſatis laudatus Archiepiſcopus Armachanus. Mortuus autem eſt grandævus ille Hibernorum apoſtolus a° 492. Circa idem tempus, dum Religio Britannica in Tranſabrinianis partibus contrà turbines Saxonicos ſeſe tuebatur, David Meneviæ antiſtes nobile conſtruxit monaſterium, in quo fratres* à [i] populari frequentiâ in angulari quadam ſolitudine ſuper Hibernicum mare longè remoti, quatuor his curis, manuum ſcilicet labore, lectione, oratione, & pauperum refectione vitam fæliciter exegere. · *Celebratur etiam Septemplex illud* [k] Monaſterium de Bancor, *in quo 2100 monachi* de labore manuum ſuarum vivere ſolebant ; *de cujus primordio mihi non ſatis conſtat. Columbanus poſtquam* [l] in Hyberniâ Armachanum *monaſterium fecerat, a° 565, Britanniam venit, ad Pictos : Auſtrales autem Pictos Nynias Brito ad Veritatem converterat ao 412, & Hii inſulam epiſcopatus ſedem fecerat. Iſtam inſulam Columbanus à Pictis* [m] in poſſeſſionem Monaſterii faciendi accepit. *Hyenſe hoc* monaſterium principatum tenuit in quàm plurimis monaſteriis à Columbâ ejuſque diſcipulis in Britanniâ & Hyberniâ exinde propagatis. *Ad hunc modum Monachiſmus in Britanniis extrà ditionem Angloſaxonicam conſtitutus fuit.*

In Angliâ etiam idem fuit Monachiſmi atque Chriſtianiſmi initium, idem incrementum. Auguſtinus [n] Monaſterii regulis eruditus, *ex præſcripto Gregorii,* inſtituit converſationem, quæ initio naſcentis Eccleſiæ fuit patribus noſtris, quibus omnia erant communia. [o] Monaſterium fecit non longe a Dorovernenſi civitate : primus ejuſdem monaſterii abbas Petrus presbyter fuit. *Sicut Auguſtinus Cantianos, ita Aidanus Northanhumbros inſtituit, & in Lindisfarnenſi inſulâ cœnobium habuit : ille è Romanâ, hic è ſcholâ Columbani prodiit ; ille Auſtrum, hic Septentrionem*

[y] Epiſt. 81.

[a] Auguſt. in Pſal. 132.

[b] apud Auguſt. Epiſt. 35.

[c] Gregor. li. 1. Epiſt. 48.

[d] Eucher. de laude Eremi.

[e] Proſper chron.

[f] Kirk-Patrick, hodiè.

[g] In Collectan. Tirechani apud Uſſerium p. 835.

[h] Proſp. chron. a° 431.

[i] Girald. Cambrenſ. in vita à S. David.

[k] Beda. l. 2. c. 2.

[l] Beda. l. 3. c. 4.

[m] ibid.

[n] Beda l. 4. c. 27. fine.

[o] l. 1. c. 22.

onem ſuâ doctrinâ imbuit; quæ cum omninò eadem non eſſet, magna fuit & diuterna ſententiarum decertatio. Præcipua quæſtio fuit [p] de Paſcha, & de Tonſurâ coronæ; *quæ non niſi altero ſæculo ſedata eſt* [q] *apud Pictos, circà annum 714: apud* [r] *Cambrenſes autem non niſi poſt ſubactam ab Henrico Primo regionem. Iſta autem ſententiarum diſcrepantia non aliunde fuit, quàm ab ipſâ Româ. Patricius, Romanis ritibus inſtitutus, ab Urbe in Hiberniam miſſus fuit; à quo tum Davidis, tùm Columbani doctrina manavit: Auguſtinus itidem de Româ miſſus. Suam interim Romana Eccleſia mutaverat ſententiam. De Paſchate res eſt manifeſta. Nondum enim, ætate Patricii, Dionyſius Exiguus decennovennalem Alexandrinorum Paſchalem Cyclum explicuerat. Neque fuit eadem ſemper Tonſura Romana: alia demùm fuit Clericorum, alia Monachorum tonſura; illorum exiguus in vertice orbis; horum autem totum ſupra aures caput: neque tonſi utrique, ſed raſi: cùm tamen, ætate Bedæ, unicus eſſet tonſuræ modus, &* [ſ] attonderentur omnes in coronam Miniſtri altaris, ac Monachi.

In Eccleſiæ noſtræ incunabulis Monachi non fuerunt à Clericis diſparati. [t] Siquidem à temporibus antiquis ibidem (*in Lindisfarnenſi monaſterio*) & Epiſcopus cum clero, & abbas ſolebat manere cum monachis, qui tamen & ipſi ad curam Epiſcopi familiaritèr pertinerent. *Etiam hodiè Eccleſia Cathedralis Anglicè appellatur* [u] monaſterium. *Multa quidem in re Monaſticâ (ut ſolet in aliis) immutavit tempus. Olìm indecorum non fuit Fæminam præſidere viris. Whitbeienſis* [w] monaſterii abbatiſſa Hilda tantum lectioni divinarum ſcripturarum ſuos vacare ſubditos faciebat, ut Eccleſiaſticum gradum, hoc eſt altaris officium aptè ſubirent. Quinque ex eodem monaſterio Epiſcopi, omnes ſingularis meriti, ac ſanctitatis viri *prodierunt.*

Initiò monachi ſub inſtitutis ſuorum patrum regularitèr vixerunt: Fundatores autem cœnobiorum variis conventibus, pro diverſitate morum atque ingeniorum, diverſimodò præceperunt. Caſſianus, circà annum 450, [x] Tot, *inquit,* propemodùm typos & regulas vidimus uſurpatas, quot etiam monaſteria cellaſque conſpeximus. *Cœnobia noſtra vetuſtiſſima ſuas habuerunt leges, & conſtitutiones privatas, quibus ſeſe obligabant monachi, quaſque religioſe obſervabant: verùm non tam præfractè, ut nullum fieri poſſet diſciplinæ veteris laxamentum.* [y] Ceolwlfo rege, *cui Beda hiſtoriam inſcripſit*, jam monacho facto, data eſt Lindisfarnenſis Eccleſiæ monachis licentia bibendi vinum, vel cereviſiam: anteà enim non niſi lac, vel aquam bibere ſolebant, ſecundùm antiquam traditionem S. Aidani, primi ejuſdem Eccleſiæ antiſtitis, & monachorum cum illo de Scotiâ venientium. *Extat hodiè S. Columbani Regula ſæpiùs in lucem edita; quæ an Bedæ olìm ſit cognita, neſcio. Sanè illa* [z] Columbæ Regula, *quam Colmannus in Whitbeienſi collatione contra Wilfridum urget, non alia fuit, quàm canon Paſchalis. Cæterùm ex antiquâ illâ Conſtitutionum varietate enatæ ſunt illæ monachorum* Regulares Conſuetudines, *quæ in noviſſima uſque tempora obſervatæ erant; quarum etiam in reſtaurandâ Diſciplinâ magna ſemper habebatur ratio. Majorum enim noſtrorum pietas redintegrando vitæ monaſticæ inſtituto non raró incubuit.*

Tres autem apud nos celebres fuerunt Monachiſmi veteris Reformationes. Prima ſub Cutberto Archiepiſcopo, a° 747, in Concilio Cloviſhoviæ, in quo nonnulla [a] De moribus & habitu monaſteriali *emendata ſunt.*

Altera ſub Dunſtano fuit, in Concilio Wintonienſi, a° 965, regnante Edgaro, magnificentiſſimo cœnobiorum inſtauratore. Tunc primùm Monachis præſcripta fuit Conſtitutio generalis, tàm ex Benedicti Regulâ, quàm ex veteribus Couſuetudinibus contexta, quæ dicta eſt Regularis Concordia Anglicæ nationis. *Edidit illam, in Spicilegio ad Eadmerum, V CL. Johannes Seldenus, nuper cum publico literarum luctu defunctus.* [b] Accitis Floriacenſis Monaſterii monachis, quæque ex dignis eorum moribus honeſta collegerunt. [c] Regulari itaque S. Patris *Benedicti* normâ ſuſceptâ, tam abbates quamplurimi, quàm Abbatiſſæ, cum ſibi ſubjectis fratrum ſororumque collegiis, SS. ſequi veſtigia, unâ fide, non tamen uno Conſuetudinis uſu ſtuduerunt. *Non erat ipſa Benedicti Regula, ſed plurima continebat Benedictinis præceptis accommodata. Vocabatur etiam* [d] **Oſwaldes lawe** *id eſt* Lex Oſwaldi, *Epiſcopi Vigornienſis & Eboracenſis; qui cum eſſet ipſe quondam Floriacenſis monachus,* [e] *Abbonem Floriacenſem in Angliam vocavit. Hunc Floriacenſium monachorum*

---

[p] Bed. l. 3. c. 25.

[q] V. Bed. l. 5. c. 22.

[r] Gerald. Itin. l. 2. c. 1.

[ſ] Bed. l. 5. c. 22. fine.

[t] Bed. l. 4. c. 27. fine.

[u] mẏnꞅꞇeꞃ.

[w] Bed. l. 4. c. 23.

[x] Inſtitut. l. 2. c. 2.

[y] Rog. Hoveden. a° 764.

[z] Bed. l. 3. c. 25.

[a] Spelm. Con. p. 256. Canon. 19.

[b] Selden p. 147.

[c] p. 146.

[d] Spelm. 432.

[e] Aymoin. in v. Abb. c. 4. apud Jo. à Boſco in Bibl. Floriac. p. 305.

rum adventum intelligit Malmeſburienſis. [f] A Floriaco Benedicti monaſterio religionis hujuſcemodi manavit exordium*: licèt paulò ante Wilfridum introduxerat jactantem* [g] Se primum fuiſſe, qui S. Benedicti regulam á monachis obſervandam juſſerit.

Tertia Monachorum regulatio ſub Lanfranco fuit, qui quod [h] tempore regis Edgari inchoatum eſt, labifactari non permiſit. *In Concilio itaque Londonienſi, a*° 1075, [i] Renovata ſunt nonnulla, quæ antiquis etiam fuerunt Canonibus definita. *Poſt res Epiſcopales; de Monachis* ſtatutum eſt, ex Regulâ B. Benedicti, [k] Dialogo Gregorii, & ex antiquâ Regularium locorum Conſuetudine. *Leges igitur Cœnobiales etiam Normannicis temporibus fuerunt mixtæ; neque adeò admiſſa eſt Benedicti Regula, ut abrogarentur veteres monachorum Conſuetudines.*

Sanè Normanni, licèt in victos iniqui, in dotandis Eccleſiis & fundandis cœnobiis fuerunt munifici. Ipſe Rex inſigne conſtruxit monaſterium in loco, ubi Angliam debellaverat. *Nam in Concilio Wintonienſi, a*° 1070, Jubente, & præſente rege Willelmo; Alexandro P. per legatos, Hermenfredum Sedunenſem Epiſcopum, & presbyteros Johannem & Petrum Cardinales, ſedis Apoſtolicæ authoritatem exhibente: *ita ìnter alia, ſtatutum eſt.* Qui in Magno prælio ſcit ſe hominem occidiſſe, ſecundùm numerum hominum, pro unoquoque uno anno pæniteat. &c. Vel eccleſiam faciendo, vel Eccleſiæ largiendo perpetuâ eleemoſynâ redimat. *Tanta fuit illis temporibus cædis hoſtilis conſcientia! Canonem hunc, nondùm inter editos, ex Synodico olìm Wigornienſis Eccleſiæ codice, circà ipſa Willielmi regis tempora, literis Saxonicis, per* Vulfgeatum Scriptorem Wigornienſem *exarato, communicavit mecum vir Eruditiſſimus, D. Gerardus Langbainius S.T. Pr. Pr. Coll. Reg. Oxon. Hinc autem conſtat tàm de causâ celeberrimi monimenti, quàm de tempore. Neque enim Rex ſuâ ſponte Eccleſiam ſtruxiſſe videtur, ſed ex Sanctione Concilii: neque redempta eſt Pœnitentia* pro defunctis ſuis; ſed [a] pro occiſis in bello ab ipſis: *neque incœptum eſt opus illud,* [b] *a*° 1067; *ſed poſt Synodi finem*; [c] A° 1076, cæpit eccleſiæ fabrica proficere.

Bellenſes illi monachi inſtituti ſunt ad Benedicti regulam; cujus maxima fuit apud nos, ab Edgari tempore, reverentia. Verùm quum omninò nulla ſit in Concilio Cloviſhoviæ Benedictinæ Regulæ mentio; licèt aptiſſima eſſet illius commemorandæ occaſio: & altiſſimum ſit eâ de re apud Bedam ſilentium: videamus quo modo, quove tempore Regula illa Occidentali eccleſiæ increbuit.

Benedictus Nurſinus in Caſſinenſi Samnitum agro cœnobium inſtituit; & [l] ſcripſit Monachorum Regulam. *Quo anno obierit, incertum eſt. Fuit ſanè Gregorio Magno ſenior, qui in Dialogis profitetur ſe Benedicti res geſtas didiciſſe,* [m] diſcipulis illius referentibus. *Neque hìc audiendus eſt Cedrenus, quì Gregorium, Dialogorum ſcriptorem, tempore Leonis Imp. vixiſſe tradit; cùm Beda, qui tunc ſcripſit, Gregorium Primum illorum auctorem celebret. Benedicto* [n] Conſtantinus in monaſterii regimine ſucceſſit. *Paulo poſt,* [o] deſtructo à Longobardis monaſterio, [p] fugientes fratres ex conceſſione Pelagii P. juxtà Lateranenſe Patriarchium monaſterium conſtruxerunt, ibique per 141 annos (quibus Caſſinenſe monaſterium deſtructum permanſit) habitaverunt. *Tandem Petronax quidam Brixianus* [q] hortatu Gregorii P. III. *Caſſinenſe monaſterium inſtauravit, &* multorum monachorum pater effectus, ſub S. Regulæ jugo, & B. Benedicti inſtitutione vixit. Zacharias P. qui *a*° 742 [r] Gregorio ſucceſſit, illis contulit codicem Sanctæ Regulæ, quam pater Benedictus manu propriâ ſcripſerat; *etiam* privilegium, ut monaſterium nullius epiſcopi juri ſubjaceat, niſi ſolius Rom. pontificis. *In Liptinenſi Concilio (Ad Liptinas locus eſt in Cameracenſi Galliæ agro) ſancitum eſt,* [ſ] ut monachi & nonnæ juxtà regulam S. Benedicti cœnobia ſua ordinarent. *Præſidebat concilio iſto Bonifacius noſtras Archiepiſcopus Moguntinus, qui Fuldenſe conſtruxit monaſterium* [t] *ſub regula S. Benedicti; cui Zacharias P. prædictum contulit Privilegium. Neque ſatis ſcio, an vetuſtius ſit, extrà Italiam, ſub illâ regula conditum monaſterium. A*° 758, [v] *Deſiderius, ultimus Longobardorum rex, monaſterium S. Benedicti conſtruxit, in agro Brixiano.* [w] Mirum dictu (*verba ſunt Baronii*) quanta mox ex novâ plantatione Petronacis fuerint propagata eo in loco germina monachorum, & aucta ipſorum examina, inſtar apum, quæ ex turgeſcentibus alueariis prodeuntes, in diverſa loca ad fœtus multiplicationem volaverint. *Neque enim à ſcriptâ per Benedictum*

---

[f] De geſt. Pont. l. 3. p. 153. b.

[g] ibid. p. 151. b.

[h] ibid. p. 118.

[i] ibid. p. 117.

[k] Baron. A° 1075 ¶. 37.

Malmeſb. p. 174. Rog. Hoved. eo a°.

Huntind. p. 211.

[a] Huntind. p. 211.

(b) Monaſt. Ang. p. 310.

(c) Ibid. p. 313.

[l] Greg. Dial. l. 2. c. 36.

[m] Ib. præf. l. 2.

p. 375.

Hiſt. l. 2. c. 1.

[n] Greg. Dial. l. 2. præf.

[o] Ibid. l. 2. c. 17.

[p] Leo Oſtien. chron. Caſſin. l. 1. c. 2.

[q] Paul. Diac. l. 6. c. 40.

[r] Leo Oſtien. l. 1. c. 4. A° 743.

[ſ] Canon. 7. Conc. Gall. tom. 1. p. 539. Baron. a° 742. ¶. 25. A 750.

[t] Con. Gall. p. 582.

[u] Baron. eo a° ¶. 3.

[vv] Baron. a° 716. ¶. 8.

Regulâ, ſed a reſtaurato Caſſinenſi monaſterio putanda eſt illius Regulæ propagatio.

[x] Paul. Diac. l.6.c.2. Regino chron. a° 620. Sigebert.chr. a° 651.
[y] Zach.Epiſt. 12. apud Conc. Gall. T.1.p.576. A° 749.
[z] Leo Oſtien. l.3.c.28.
[a] Lauret. annot.in chron. Caſſin. l.3. c.30.
[b] Ib. in l.4. c.5.
[c] Bar. a° 1088. ¶.6.

Cum verò ita ſe res habeat; nihilominùs non minor eſt de Regulâ, quàm de Corpore Benedicti controverſia [x] Cum in caſtro Caſſino vaſta ſolitudo exiſteret, corpus S. Benedicti ab Agilulfo monacho inde delatum eſt in cœnobium Floriacenſe, à Leopoldo abbate nuper fundatum in Aurelianenſi territorio. *Zacharias P. primus Benedictinæ regulæ fautor & propagator, ad Epiſcopos Galliæ ſcripſit, rogatu Optati abbatis Caſſinenſis,* [y] juxta petitionem monachorum, pro corpore B. Benedicti, quod furtivè ablatum eſt à ſuo ſepulcro, ut reſtituatur ad proprium locum: *neque obtinuit. Quid autem reſtitutionis opus eſt? Deſiderius abbas, a°* 1066, *dum nova Caſſinenſis Eccleſiæ fundamenta ſtruerentur,* [z] Benedicti patris venerabilem tumulum reperit. *Veritas rei diplomate* [a] *Alexandri* II *confirmatur: & ſub anathemate præcepit Vrbanus* II, *a°* 1088, [b] ne quis ulteriùs, falſam patris Benedicti tranſlationem celebrare præſumat: *ſed bullam hanc impoſturæ inſimulat* [c] *Baronius. Neque una eſt Italorum Gallorumque de Benedicti ſepulcro ſententia.*

Sed nec ſatis convenit inter viros doctos de tempore, quo Benedicti Regula in noſtram patriam illata ſit. Diſſenſioni facem prætulit recentiorum licentia monachorum, qui nimiùm ſaciles fuerunt in iis tradendis, quæ ad Eccleſiarum ſuarum gloriam conferre putarunt; & in contexendis hiſtoriolis, referciendiſque cœnobiorum monumentis audacem nimis navarunt operam: infœlici plerumque conatu, vel ex ineptâ Vetuſtatis affectatione, vel ex incogitantiâ, vel ex prætenui antiquiorum temporum peritiâ: quod ſatis teſtantur ἀναχρονισμοὶ, ἀνιϛορησίαι, aliæque ejuſmodi ineptiæ, quæ cum mercibus iſtis non rarò venditantur.

Joh. à Boſco in Bibl. Floriac. cap. 4. Monaſt. Angl. p. 12. Ingulf. p. 483. Monaſt. Angl. p. 164. cap. 55. Monaſt. Angl. p. 49. è Malmesb. de Geſt. Reg. p. 6. Bed. l.5.c.19. Monaſt. p. 144. 145. p. 146. De Geſt. Reg. l. 4. p. 162. Conc. Brit. p. 210. Spelm. p. 212.

Aymoinus, in vitâ S. Abbonis, & Glaſtonienſium Antiquitatum conſarcinator dicunt, Gregorium P. per Auguſtinum Regulam Benedicti Anglis obſervandam dediſſe. Quod tamen à nullo veteri authore traditum eſt; & vivente adhuc Bedâ, omninò inauditum fuit. Ingulfus, veluti ex Æthelbaldi cartâ, meminit Nigrorum monachorum ſub normâ S. Benedicti. *At verò Benedictus ipſe de colore veſtium nihil præcepit.* De colore (*inquit Regula*) aut groſſitudine non cauſentur monachi. *Palàm eſt Ingulfum ſua, id eſt Willielmi Primi, reſpexiſſe tempora. In Leutherii epiſcopi Cartâ ad Aldelmum datâ, de Malmesburienſis cœnobii primordio, occurrit* Norma Sanctæ Regulæ. *Beda dicit,* Aldelmum fuiſſe Abbatem monaſterii, quod Maildmurbem nominant: *iſtius autem Regulæ nuſquam meminit.*

In Bullâ Conſtantini P. & Diplomate regum Kenredi & Offæ, de Eveſhamenſis cœnobii fundatione, dicitur Regula B. Benedicti inſtaurari, quæ minùs in illis partibus adhuc habetur. *Et Egwini carta habet* regulam S. Benedicti. *W. Malmesburienſis olìm miratus eſt* Bedam, *qui iſtam regum Romanam* profectionem non ſiluit, tacuiſſe *de Egwini cœnobio.*

Illa Regum Carta doctiſſimo Spelmanno ſuſpecta eſt, quod Offa ſe Orientalium Anglorum gubernatorem *denunciet, cum eſſet Orientalis Saxo: neque ſatis eſt decorum monachos, jam mundo emortuos, ſe Regum titulis adornare. Egwini carta diſplicet, quod ſubſcriptionis tempore teſtes partìm Romæ fuerunt, partìm in Angliâ. Nonnullis minùs arridet Æra Chriſtiana, quæ vix tandem à Caroli Magni temporibus in uſum venit. Mihi quidem præcox illa Benedictinæ regulæ mentio recentiorem ætatem olere videtur.*

Chron. a° 1181. pag. 1458.

Neque nova eſt hæc fraudis ſuſpicio. Gervaſius Dorobernenſis notat ſchedulas, *quas protulerunt Monachi Auguſtinenſes, ſuſpectas fuiſſe &* raſas. *Cautè itaque intuendæ ſunt iſtiuſmodi cartæ: quæ fidem habent eò minorem, quò majorem præ ſe ferunt antiquitatem. Rudis olìm & iners gens noſtra abſque ſcripto Donationes conferre ſolebat. Ex Bedâ ſanè non conſtat, Scripturam adhuc illius ætate, in tranſferendis prædiis, aut concedendis privilegiis uſurpatam fuiſſe. Poſt Bedam contigit prima monachorum noſtrorum reformatio; in qua nulla Benedictinæ regulæ memoria. Inſecuta eſt Danica Monaſteriorum ſtrages: illa demùm inſtauravit rex Edgarus; ex cujus tempore celebris erat in cœnobiis Anglicanis Benedicti Regula.*

Gliſcebat indiès regulæ illius obſervantia; quæ initiò Caſſinatibus tantùm monachis data, durante monaſterii infortunio, ſopita jacuit. Poſteà verò quàm à Zachariâ P. non modò in Italia inſtaurata, ſed etiam ultra Alpes propagata fuit, tantam demùm obtinuit perfectionis ſuæ exiſtimationem, ut nullum ferè non eſſet in Occidente cœnobium ad normam Benedicti vel primitùs inſtitutum, vel denuò formatum. Verùm

rùm [q] Benedicti Regulam, in primæva paupertate laudatiſſimam, rerum opulentia poſtmodùm & copia corruperunt.

Diſceſſum eſt itaque, vel innovandi ſtudio, vel corrigendi, à vulgari monachorum inſtituto. Schiſma monachatus fuit origo Ordinum. Succreſcentibus novorum monachorum Sectis, qui Benedictinæ regulæ tenaciores fuerunt, diſtinctionis gratiâ, Benedictini *nuncupari cæperunt. Anteà enim quum non erant à quibus diſtinguerentur, non erat opus diſcretivi nominis: ſimplex* Monachi *ſufficiebat vocabulum. Poſtquàm verò nova diſciplina priſtinæ cæpit eſſe opprobrio, pro veteri Regula, tanquam pro aris & focis, decertatum eſt. Ab Univerſitate, ab Antiquitate auctoritatem illi ſtruunt, ne ſit ſeceſſio inculpanda: ipſam* Regulam Sanctam *haberi volunt, ne ſit violabilis: Benedictum* Patrem, & *Monachorum* Patriarcham *celebrant; & honoris ergô, ſibimetipſis* Benedictinorum *nomen vendicant.*

Primus novi ſodalitii auctor fuit Odo quidam, qui circà initium Decimi ſæculi, abbas factus Monaſterii novitèr extructi apud Cluniacum, *in Matiſconenſi Galliæ agro, Regulam Benedicti auctiorem atque emendatiorem monachis ſuis exhibuit; qui, ob novitatem rei, cæteris ſanctiores habiti ſunt.*

Vergente Undecimo ſæculo, monachi quidam è Moliſmo, Lingonenſis agri cænobio, egreſſi monaſterium Ciſtertii *in Cabillonenſi agro conſtituerunt. Stephanus Hardingus Anglus abbas novam edidit regulam, quæ* Charitatis Charta *dicta, ab Urbano* II *probata eſt.*

Iiſdem temporibus Bruno Colonienſis cum ſex ſociis in Carthuſia (*locus is eſt deſertus in Gratianopolitanis montibus*) *cellulas ſibi conſtruxit, & rigidiſſimæ regulæ anthor fuit, quam confirmavit Alexander* III; *circa an.* 1178. *Iſti autem à locis denominati,* Cluniacenſes, Ciſtertienſes & Carthuſiani *Benedictinæ omnes fuerunt profeſſionis; ſed reformatæ.*

Infinita res eſt Monachales Ordines: omnes undique pro ingeniorum locorumque varietate pullulantes non eſt inveſtigare. Deſudarunt in illâ palæſtrâ viri docti. Neque de monaſticis Anglorum inſtitutis huic diſſero: aptior erit eâ de re diſceptandi locus ad alterum, quod paratur, volumen de Canonicis (*uti vocant*) Regularibus. *Sùnt autem illi Canonici Auguſtiniani, Hoſpitalarii, Templarii, Gilbertini, Præmonſtratenſes, & Maturini, ſive Trinitariani: etiam de* Secularibus *quarundam eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum* Canonicis. *Quatuor autem iſti Monachorum Ordines, cum ante Undecimi ſæculi finem radices in Galliâ egiſſent, in Angliam non ita multò poſt traducti, tanto floruerunt incremento, ut illorum, qui hodiè ſuperſunt, Commentarii in juſtum hoc, quod eſt præ manibus, volumen excreverint.*

Equidem Editioni huic omninò non interfui; abſolutam tamen non potui non collaudare: neque difficilis opellam hanc, qualem qualem, amicè rogatus præſtiti. Interfuit autem vir eximius, Gulielmus Dugdalius Warwicenſis, cujus jam ſub prælo ſudat locupletiſſima Warwicenſis agri Notitia; qui tantam huic Operi ſupellectilem contulit, ut Authoris alterius titulum optimè meritus ſit. Interfuit etiam vir noſtrarum antiquitatum callentiſſimus, Gulielmus Somnerus Cantuarienſis, qui Saxonica, quæ exhibentur, atque Lelandi Anglica reddidit Latina: ad cujus Gloſſarium, non ita pridem cum Hiſtoriæ Anglicanæ *ſcriptoribus editum, amandandus eſt lector, ſiqua vox Latinobarbara moram injecerit; qui ad edendam copioſiſſimam Vocabularii Saxonicolatini congeriem nunc typos parat.*

Palma verò hujus incæpti tribuenda eſt viro egregio, Rogero Dodſworthio Eboracenſi, nuper quidem defuncto, ſed nunquàm oblivione ſepeliendo: qui vetuſtiſſimas Pietatis memorias in latibulis dormitantes ſuſcitavit, & ex laceris Antiquitatis reliquiis, tanquam membris Abſyrtianis, longe lateque diſſipatis Hiſtoricum hòc Corpus orbi Chriſtiano conſtruxit. Opus meherclè ut arduum, ita pulcherrimum, uſuque eximium. Non ſanè inter iſtiuſmodi ſcripta cenſendum, quæ Plato olim [r] τοῖς Ἀδωνιακοῖς κήποις εἴκαζεν, οἳ τὴν ἀρχὴν ἐφήμερον ἔχοντες, ῥᾳδίως μαραίνονται comparabat cum hortis Adoniis, qui uno dienati, celerrimè pereunt. *Benefactum hoc, labore indefeſſo, & triginta annorum impendio comparatum, vires capiet a tempore; cum in omnes literarum ſtudioſos, atque adeò in Literas ipſas collatum ſit.*

Quanti autem interſit Reipublicæ Literariæ naufragas haſce collegiſſe tabulas, non judicabit niſi is, qui ſatis intelliget, quanta fuiſſet jactura, illas periiſſe. Qui iniquo

feret

[q] Girald. Cambr. Itin. l.1.pag.831.

[r] Stob. in Eth. Elog.

feret animo Civilem Majorum noſtrorum Diſciplinam, res pace belloque egregiè geſtas, Urbes conditas, Regiones deſcriptas, Centurias diviſas, aliaque ad Politiam ſpectantia, vel prorſus ἄδηλα evanuiſſe, vel tenuibus incertiſque rumuſculis (quâ penuriâ ſcriptorum, quâ incuriâ) ad nos deveniſſe: Is ſanè gratiſſimo ſuſcipiet animo Chriſtianam inſtaurari Diſciplinæ veteris hiſtoriam; & Origines Cœnobiales, in penitiſſimis olim larariis, tanquam ſacra quædam anathemata, repoſitas, ab oblivione & interitu vindicari. Quemadmodum pii Majores, Reges, Magnates, alii, Templis conſtruendis, Monaſteriis fundandis, dotandis, ditandis, immunitatibus concedendis ad miraculum uſque magnifici fuerunt, eâque re in æternum honorandi: ita non defuit etiam Monachis ſua laus, quòd piâ curâ & ſedulâ gratitudine collata in ipſos beneficia mandarunt litteris; adeoque de bene merentibus Nominibus ipſi benè meruerunt: Optimè autem de utriſque noſter Συναγωγεὺς, *qui pias illuſtrium virorum memorias è tenebris eruit, ſeriiſque nepotibus tradidit. Verùm de Familiis, quibus inde lux enata eſt, quot, & quænam illæ ſunt, videndus eſt Index Nominum.*

Neque tàm privato, quàm publico conſulitur emolumento: Uberrimum eſt hoc Hiſtoriæ Anglicanæ Auctarium; è quo quamplurima illicienda ſunt, eàque non vulgaria, ad Eccleſiam, Remque publicam ſpectantia: quacum res (ſi modò diverſæ) adeò ſolent eſſe intertextæ, ut pro dignitate ſeorsìm dignoſci non poterint. Priſca Eccleſiæ noſtræ fabrica & politia abſque Monaſteriologiâ manca eſt. Monachatus enim olìm maxima fuit pars gentis Eccleſiaſticæ; & parietes Cœnobiales diù ſanctitatis & melioris literaturæ fuerunt ſepes. Ex illo ſeminario prodieruut ingentia illa Chriſtiani orbis lumina, Beda, Alcuinus, Willebrordus, Bonifacius, alii, ob Doctrinam, & propagatam Fidem impenſè colendi. Abſque monachis, nos ſanè in hiſtoriâ patriâ ſemper eſſemus pueri. Sed ſe recipiat oratio.

Jamdudùm diem fatalem obierunt Monaſteria noſtra; nec præter ſemirutos parietes, & deploranda rudera, ſuperſunt nobis avitæ pietatis indicia. Minùs impendioſa hodiè cordi eſt Religio, & vetus dictum obtinet.

[f] A Gell. l. 4. c. 9.

[f] Religentem eſſe oportet, Religioſum nefas.

Videmus nos, heù videmus, auguſtiſſima Templa & ſtupenda æterno dicata Deo monumenta (quibus nihil hodiè ſpoliatius) ſub ſpecioſo eruendæ Superſtitionis obtentu,

Hieron. epiſt. 3. p. 32. A. ad Heliodorum.

[t] Apoc. 9. 3.

ſordidiſſimo conſpurcari vituperio, extremamque manere internecionem. Ad altaria Chriſti ſtabulati equi, martyrum effoſæ reliquiæ. *Sunt quidam zelatores adeò religioſè delirantes, ut Religioſos veterum Ordines* [t] ἐκ τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου *prognatos aiant. Ita licentèr ſibi indulget* προσπάθεια. *Neque deerunt hac, qua vivimus, ætate homunciones, Elephantina olfacientes promuſcide, qui iſta, quæ jam prodeunt, tanquam futilia, inutilia, & hodiernæ rerum conditioni minimè congruentia damnabunt, & non tantùm à Bibliothecis (ut Gregorius olim Titi Livii codices) eliminanda, ſed & flammis tradenda judicabunt. Ea eſt novitiarum opinionum rigiditas, &* αὐθάδεια.

[u] Homer. Odyſſ. K. verſ. 495.

——— ——— [u] Τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.

Etenim cordatis viris, & φιλαρχαίοις *inſtitutum eſt gratiſſimum, omnique laude digniſſimum. Illi non modò calculos ſuos poſuerunt, ſed & impenſas contulerunt, ut egregium hoc* ἐκπόνημα *publici juris fieret: tempeſtivè admodùm hiſce temporibus, ut innoteſcat poſteris, non eſſe epidemicam gentis noſtræ* ληρωδίαν.

Ad laudis cumulum accedat Authoris noſtri tùm Fides; *tùm* Induſtria. *Fides in minimis maximè cernitur. Placuit illi* ſet *magis quam* ſed; *quoniam ita ſe habent Codices: ejuſmodi titivilitia ætatem rudem, editionem fidam indicant. Libuit tamen aliquandò* (&c.) *imponere, ne tædio forent tritarum formularum repetitiones. Cæterùm hùc non veniat Criticaſtri, delicatulas delibatum amænitates: neque ad ſtribiliginem dictionis ſemibarbaræ cieatur nauſea. Sanè non eſt optandum monachos noſtros Latiniores fuiſſe, aut rebus ſuis digniores. Quidquid tulerunt ſæcula, ferendum eſt nobis. Qui à rudiori ævo expectat elegantias, optat ille,*

[w] Martial. l. 10. ep. 3.

[w] Voce ut loquatur pſittaci coturnix. *Alia tempora alios ſcriptores habent: Hiſtoria autem, cum ſit univerſæ Antiquitatis conſervatrix, omnium ætatum auctores deſiderat: nec minùs à mediocri, quàm à comptiore ſtilo ſuppetit nobis vera ac genuina rerum anteactarum cognitio. De monachorum autem fide non eſt quod ambigamus; cum illi res tantùm ſuas tractent, ſibique notiſſimas: niſi forsàn uni aut alteri vitio demus, illos in illuſtrandis*

ſtrandis Monaſteriorum ſuorum natalibus Antiquitati plus quàm Veritati incubuiſſe. Verùm hoc illis facilè condonemus; cum præſtantiſſimos populos ſub oſcuras rerum origines etiam á Diis ſuis deduxiſſe videamus.

Induſtriæ *(quam diximus) index eſt Catalogus ille, ex Archivis Fiſcalibus depromptus, qui fini hujus libri ſubnectitur: in illo plurima interſeruntur (ſub ſingulis Literis) Monaſteriorum, in hac Sylloge tractatorum, nomina, quorum nulla eſt in Fiſco ratio; abſque Valoribus tamen, qui parùm dignoſcuntur. Tanta eſt Auctoris noſtri in Bibliothecarum (quæ non paucæ ſunt, tam publicæ, tam privatæ) perſcrutandis forulis ſolertia: tantum damni, ex viciſſitudine temporum, & mutatione dominorum illati, reſarciendi ſtudium. Poſtquam enim terræ cænobiales lege Parliamentariâ (quæ apud nos ſumma eſt) in jus Regium ceſſerant, Inſtrumentorum veterum uti vis, ita & precium exoluit; neque fieri potuit, quin nonnulla vel caſu, vel incuriâ interciderent. Verùm quæ deſiderantur neque multa ſunt, neque majorum gentium; atque aliqua fortaſſe dabit dies. Interim his fruimini, & Valete.*

Ex quodam MS. bibl. *Cottoniana* [ſub effigie Vitellii E. 12.] fol. 85.

De prima inſtitutione Monachorum

Vates cunctorum ſunt antiqui monachorum
Auctores dicti, vatum natique relicti.
Et ſunt auctores monachorum poſteriores
Chriſtus, ſanctorum cœtus quoque Diſcipulorum.

QUidam minus intelligentes non ratione ſed nec auctoritate muniti, contra originem Religionis Monaſticæ impugnant, utique minus diſcretè ipſam, ceteris religionibus matrem & auctricem, nequaquam aliarum Religionum normas eſtimant tempore præceſſiſſe, ſed beatum *Benedictum* primum patrem conſtituunt monachorum. Ad quod ponendum tales movere creditur quia & idem beatus *Benedictus* monachorum regulam ſalutarem compoſuit, quam etiam modernis temporibus monachi profitentes ſequuntur, & ſecundum ipſam probationem ſinguli converſantur, & ſic nec monachos in communi regulariter viventes ipſum beatum *Benedictum* arguunt præceſſiſſe; & per conſequens in antiquis patribus canonicatus pocius quam monachatus exordium præfuiſſe, nam per centum fere annos ante tempora beati *Benedicti* Ordo Canonicorum per ſanctum *Auguſtinum* fuit inſtitutus ut habetur in vita ſua. Sed quod beatus *Benedictus* non fuit primus qui iſtam vitam communem inſtituit, patet in ~~ſecundo libro dialogorum beati *Gregorii*, ubi legitur, quod~~ monachi cujuſdam monaſterii poſt mortem ſui Abbatis beatum *Benedictum* ab heremo vocaverunt & in abbatem ſuum præfecerunt. Similiter ſcribitur in quodam ſermone beati *Odonis* abbatis *Cluniacenſis*, quod plures ſancti patres hujus ſanctæ inſtitutionis decretores, ante hunc beatum *Benedictum* regulæ monaſticæ normam ſanxerunt.

Ex quo igitur patet eum non fuiſſe vitæ monaſticæ primum inſtitutorem, Videndum eſt à quibus & à quo tempore hæc inſtitutio & hæc celeſtis diſciplina primùm habuerit originem, ſecundùm enim *Magiſtrum* in *Hiſtoriis* & *Radulphum* ſuper librum Regum, hujus plantat[illegible]nis fructiferæ & ſalutiferæ converſationis primus inſtitutor fuit *Samuel* in veteri teſtamento, ut ait *Chriſoſtomus* in quadam omelia. Et *Jeronimus* in epiſtola ad *Ruſticum*, *Præcipui inventores & cultores monachatus fuerunt filii prophetarum in veteri teſtamento qui ædificabant caſulas prope fluenta Jordanis, & turbis & urbibus derelictis polentâ & herbis agreſtibus victitabant.* Et idem *Jeronimus* in epiſtola ad Paulinum *Nos habemus*, inquit, *propoſiti noſtri principes, Apoſtolos, Antonium, Hillarionem & Macharium.*

Et ut ad Scripturarum auctoritatem redeam, Noſter Princeps Helias, noſter Heliſeus, noſtri duces filii prophetarum qui habitabant in agris & ſolitudine & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta *Jordanis.* De hiis fuerunt filii *Rechab* qui vinum, & ſiceram non bibebant, qui morabantur in tentoriis & tabernaculis, qui etiam per *Jeremiam* Dei voce laudantur, & promittitur eis, quod non deficiet de ſtirpe eorum vir ſtans coram domino; Jer. 35. hii namque ab exercitu *Caldeorum* vaſtante *Judæam*, poſt ſolitudinis libertatem urbes introire compulſi ſunt. Et *Caſſianus* libro primo de *inſtitutis monachorum.* Hoc inquit *habitu monaſtico illos ambulaſſe qui in veteri teſtamento profeſſionis fundavere primordia, Heliam ſcilicet & Heliſeum, divinarum Scripturarum auctoritate monſtratur.* Ac deinde, *Principes auctoreſque teſtamenti novi, Johannem Baptiſtam videlicet ceteroſque ejuſdem ordinis viros taliter inceſſiſſe cognoſcimus.* Et idem *Caſſianus* in Collationibus patrum Collatione Piamonis capitulo 4, 5, & 6. In Helia quoque propheta monachatus exordium habuit in veteri teſtamento, quando ſuper filios prophetarum qui de mundo ad ejus magiſterium confugerant, juxta *Jordanem* domino jubente ſecedens in torrente **Carith**, gubernationem & principatum tenuit & ſuper eos abbas & pater extitit. Narrat inſuper *Joſephus* libro Judaicæ captivitatis: & hiſtoriis antiquitatum 18 qualiter *Eſſey* de genere *Judeorum* ante incarnationem domini vitam duxerunt quaſi monaſticam. Vide ibi proceſſum. Et in Hiſtoria ſcholaſtica ſuper evangelium & in Speculo Hiſtoriali, & bene facit ad propoſitum, ſed melius & plenius in *Joſephus*, de quorum ſecta tunc temporis perfectiſſima erat ille ſanctus *Carioth* abbas, qui ſicut dicit Magiſter in Hiſtoriis, in quadam incidentia, *Unus erat eorum qui cum Chriſto ſurrexerunt, quo mortuo, quidam monachi mortem ejus inconſolabiliter dolentes mortui ſunt, & adhuc compaginati videntur.*

Verùm quia de origine monachatus & quemadmodum ejus tipus in patribus veteris teſtamenti præceſſerit, oſtenſum eſt: qualiter in patribus novi teſtamenti quod in antiquis præfiguratum eſt compleatur reſtat ut pariter videatur, lex enim & prophetæ uſque ad *Johannem* Baptiſtam permanſerunt, *Johannes* autem utriuſq; teſtamenti quaſi mediator, prioris quidem ceremoniis finem impoſuit, novique teſtamenti & baptiſmalis gratiæ præco fideliſſimus fuit, qui necdum natus ſet adhuc matris utero clauſus, in adventu domini ſui jam concepti geſtiens ſicut præco certiſſimus extitit humanæ redemptionis, ſed puer adhuc & in teneris annis conſtitutus, turmas hominum fugiens, deſertum petendo, primus inſtitutor eſt novo teſtamento & auctor monaſticæ religionis, prout teſtatur *Caſſiamus* libro primo & ſecundo de inſtitutis monachorum. Iſtud etiam vitæ propoſitum ſacram videlicet religionem monachorum Chriſtus auctor omnium veraciter inſtituit quando primùm antiquis patribus veteris teſtamenti, revelante Spiritu ſancto, obſervandum & inſtituendum innotuit. Deinde tempore gratiæ, ſuis cum diſcipulis in terra converſando, ad abrenunciationem rerum ſecularium eos eorumque ſequaces provocans ut relictis omnibus eum ſequerentur, ait Mathei tertio, *Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum* &c. Et Mathei 19. *Si vis perfectus eſſe* &c. Item Lucæ nono *Si quis vult poſt me venire* &c. vide gloſam iſtorum pro monachis. Etiam in libro *Proſperi* ſecundo de vita activa & contemplativa, Et in gloſa ſuper librum *Numeri* cap. 18. & in epiſtola *Cipriani* ad *Furnenſem* & in proverbiis cap. 30. & in epiſtola ad Timotheum cap. 6. & in gloſa. Et in quadam omelia venerabilis *Bedæ* ſuper *Matheum*. Et in quodam ſermone beati *Leonis* papæ ſuper illud *beati pauperes ſpiritu.* Et in epiſtola ad *Romanos* cap. 15. Et in gloſa, & in actubus Apoſtolorum cap. 4. Et in libro *Caſſiani* 10. de inſtitutis monachorum. Iſtud quoque propoſitum vitæ in Evangelio primùm ſecutus ille *Petrus*, ad dominum fiducialiter pro ſe ſuiſque condiſcipulis cœnobitis ait, Mathæi 19. *Ecce nos reliquimus omnia* &c. *quid ergo erit nobis?* Et dominus ad hujuſmodi homines. *Vos* inquit, *qui ſecuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis.* Audita igitur dominica promiſſione, non ſolum cœnobitæ ſequaces Patrum de veteri teſtamento & *Johannis Baptiſtæ* in novo teſtamento, verumetiam fideles quique per Chriſtum converſi, omnia relinquentes quæ poſſidebant, dominum tota mentis intentione ſequebantur. Poſt aſcenſionem verò ejuſdem, ſicut habetur in actibus Apoſtolorum, fideles quotquot per prædicationem Apoſtolorum fidem Domini ſuſcipiebant, venditis ſuis omnibus, precium eorum ad pedes apoſtolorum ponebant; & ſic rebus ſeculi funditus expediti, in ſocialem vitam cum apoſtolis & Cœnobitis tranſibant, & omnem curam apoſtolicæ diligentiæ & ſollicitudini committebant. Dividebatur autem omnibus illis ab Apoſtolis prout cuique opus erat. De quibus apoſtolus *Paulus* ad *Romanos* 15. ait, *Nunc proficiſcar Jeroſolimam miniſtrare ſanctis.* Gloſa. Qui rerum ſuarum precia ad pedes apoſtolorum poſuerant &c. Talem vitam & regulam duxerunt apoſtoli & cœnobitæ in primordio primitivæ eccleſiæ, videlicet in communi & ſine proprio vivebant, & nullus eorum ſuum aliquid eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia, nec quiſquam egens erat inter illos ut ſcribitur Actuum 4. & 13. q. *ita dilectiſſimis.* Iſta conſuetudo vivendi etiam in primitiva eccleſia non diu perduravit poſt aſcenſionem domini. Nam apoſtolis per martyrium de medio ſublatis, multi retrocedentes cœperunt rurſus ſeculi res ambire, eaſque non in communi ſicut priùs cum apoſtolis & cœnobitis, ſed proprio jure poſſidere, & ita cœpit fervor communiter vivendi nimiùm tepeſcere. Quamplures tamen ſancti patres & probatiſſimi monachi quibus adhuc inerat fervor apoſtolicus, ſancti ſpiritus aſpirante gratia, nolentes apoſtotare, ad ſeculi curas non redibant, ſed congregati in unum, ſicut priùs communiter vivere ſatagentes, ſub unius eorum, qui ad hoc electus fuerat, magiſterio, ut eos apoſtolorum vice regeret, priſtinam Religionem reſtaurare cupiebant, & non ſolùm illa magnifica retinebant, quæ primitus eccleſia vel turbæ credentium in actibus apoſtolorum leguntur celebraſſe: verumetiam multo hiis ſublimiora cumulaverunt. *Euſebius* enim narrat in Hiſtoria eccleſiaſtica libro ſecundo beatum Marchum Evangeliſtam primùm ad *Ægyptum* perrexiſſe & ibi Evangelium prædicaſſe, & eccleſiam apud *Alexandriam* primùm conſtituiſſe. Cujus ſobrietatis exemplo, primo ingreſſu ejus, maxima multitudo virorum & mulierum credidit, & ab eo normam vivendi ſuſcepit, quorum exemplis per univerſum mundum adolevit ſancta inſtitutio monachorum. *Philo* etiam *Judæus vir* diſcretiſſimus tempore *Neronis*, converſationes eorum qui per beatum *Marchum* crediderant, & abſtinentiam & vitam eorum qui vitæ monaſticæ inſerviebant, librorum memoriæ commendabat, in quibus evidentiſſimè abſtinentium vitas qui in monaſteriis degunt deſcribit ad liquidum, & ſpecialiter in libello quem de *Vita theorica* vel *ſupplicum* attitulavit. Dicit enim quod renunciaverant omnibus facultatibus ſuis qui ſe ad hujuſmodi vitam dederant; & omnes vitæ ſolicitudines procul abiciebant, & ſecedentes in ſecretiora ſuburbiorum loca vel in agros ſolitarios ſummæ abſtinentiæ vitam agebant; Ægypto namque per ſingula quæque territoria, in ortulis vel in exiguis quibuſque agellulis habitabant copioſiùs. Fuit autem in ſingulis locis domus orationis conſecrata, in qua ſacerdotes caſtæ vitæ myſteria conſecrabant. Illi patres antiqui qui in eruditionibus ſapientiæ & in profundiore intelligentia ſacrorum voluminum converſabantur, tanquam copioſis dapibus ſcripturis inhiantes, expleri nequibant, ita ut nec quarto jam nec quinto ſed ſexto demum die neceſſarium corpori ſumebant cibum, vinum quidem nec in guſtu contingebant. Sed nec quamlibet carnem vel ſanguinem &c. Hæc Euſebius in eccleſiaſtica hiſtoria libro ſecundo. Hæc & multa alia ſcribit *Euſebius* in hiſtoria eccleſiaſtica & *Caſſianus* in libro de inſtitutis monachorum & *Sozomenus* in hiſtoria tripartita. De hiis etiam ſcribit beatus *Jeronimus* in epiſtola ad *Euſtochium*, ſic dicens; *Cœnobitarum in Ægpyto commorantium &c.* vide in libro epiſtolarum *Jeronimi*. Item *Caſſianus* in libro de inſtitutis monachorum conditiones & obſervantias antiquorum patrum deſcribit, quædam de *Ægyptiorum*, quædam de *Tabenenſionatarum* regulis admiſcens quorum *Thebaide* fuit cœnobium, in quo plus quam quinque millia fratrum ab uno regebantur abbate &c. vide ibi obſervantias. De moribus autem & converſatione monachorum in eccleſia primitiva ſi quis voluerit planiùs & exploratiùs edoceri, legat librum *Caſſiani* de inſtitutis monachorum & collationes eorum 24 & librum *Philonis* de vita theorica de quo tractat *Euſebius* in Hiſtoria Eccleſiaſtica & *Epiphanius* in hiſtoria tripartita, in quibus monaſticæ inſtitutionis principium & origo apoſtolicæque & evangelicæ traditiones pleniùs continentur. Inter illos namque patres monaſticæ Religionis qui illam communem vitam ab apoſtolis traditam retinentes eo tempore rurſus dedicaverunt, præcipui erant *Antonius* & *Hillarion*, *Macharii* duo, *Pachomus*, *Aurelius*, *Johannes* pater trium milium monachorum, *Serapion* pater decem milium monachorum, *Dioſcorus* pater centum monachorum, *Julianus* pater x. milium monachorum, *Amos* trium milium monachorum, *Theonas* trium milium monachorum, *Paulus* quingentorum monachorum, *Baſilius*, *Fructuoſus*, *Ferreolus*, *Egyptius*, *Yſidorus*, *Aurelianus*, *Johannes*, *Caſſianus*, *Jeronimus* & quamplures alii ſancti patres, qui vita & doctrina morum corruptionibus obviantes, non ſolùm illa magnifica ab apoſtolis tradita reſtituerunt, verumetiam regulas artiores aſperioreſque, de quibus ſupradictum eſt, pro devotione amplianda & perhenni gloria impetranda diverſis locis & temporibus ediderunt. Legitur etiam, beatus *Jeronimus* poſt tempora apoſtolorum *Ambroſium* & *Auguſtinum* ætate præceſſiſſe, peragratiſque priùs cœnobitarum & heremitarum per deſerta cœnobiis & cellulis, apud **Bethelem** monaſterium inſtituiſſe, ibique ducens vitam monachicam omnia cum fratribus communia poſſidendo, primitivam eccleſiam & patres antiquos imitatus fuiſſe. Tandem evangelici præcepti ſtrenuiſſimus auditor & executor beatus ſucceſſit *Benedictus*, qui quaſi quoddam ſydus celeſte præclarus enituit. Et hic circa annum Domini quingenteſimum ſextumdecimum in cœ-

nobis

nobio monaſtico in *Montem Caſſinum* in Chriſti milicia dimicator erat ſtrenuus &c. Regulamque ſcripſit laudabilem & ab univerſali eccleſia approbatam, ut teſtatur papa *Innocencius* ſecundus xvi. q ij, capitulo *pernicioſam*. Ubi etiam approbatur regula beati *Baſilii* & regula beati *Auguſtini* &c.

Ecce quod ſuperiùs in patribus veteris teſtamenti de cœnobitis præſignatum fuiſſe dicitur, jam in *Johanne* Baptiſta, Chriſto & apoſtolis inchoatum & inſtitutum eſſe monſtratur, & ab eorum ſequacibus ferventer & devotè fore proſecutum. Quorum inſtitutionem commendando ſic ſcribit *Januenſis* in libro queſtionum de Antichriſto dicens ; *Ordo* inquit, *cœnobitarum ymaginem habet ſpiritus ſancti &c.*

Ex præmiſis ergo ſufficienter & planè patet, Quod tempore apoſtolorum cœpit ordo monachorum pullulare, &, ut veriùs dicam, reviviſcere, quem à beato *Helia* & *Heliſeo* & filiis prophetarum, teſtante *Jeronimo*, novimus proceſſiſſe. Cœnobitæ ergo, ante legem, *Abraham* ; ſub lege, *Moyſen, Samuelem, Heliam, Heliſeum*, & prophetas : Sub evangelio, *Johannem Baptiſtam*, Chriſtum & apoſtolos, *Antonium, Hillarionem, Baſilium, Jeronimum* & prophetas alios, & ad ultimum legis latorem & eorum inſtitutionis beatum *Benedictum* præduces & advocatos in extremo examine habituri ſunt.

Ex regiſtro S. *Albani* in bibl. *Cotton.* [ſub effigie Claudii E. 4. f. 346.b.

CUm igitur conſtet apertè ordinem monaſticum tantæ antiquitatis exiſtere prout infra pleniùs elucebit, fruſtra canonici ceriant de prioritate qui per mille annos poſt monachos & regulam ſumpſerunt & exordium ſub ſancto Auguſtino, *vel ut dicamus veriùs, regulam extorſerunt, quam idem Sanctus inſtituerat de vita & honeſtate clericorum ut titulus manifeſte declarat. Deſiſtant ergo canonici ſe in antiquitate conferre monachis, quorum legiſlator & monachos habuit præceſſores & fuiſſe monachus prædicatur. Nempe ipſe beatus* Auguſtinus *de ſeipſo dicit in quodam Sermone quem dictavit,* Aut *inquit* monachus ſalvabor aut nunquam ſalvabor. *Signum quoque ſatis evidens in ſeipſo monachatus prætulit cum indutus fuiſſe tunica & cuculla narratur juxta morem monachorum qui eum præceſſerunt,* Antonii *ſcilicet* Hillarionis & Macharii *utriuſque ceterorumque quos longum foret numerare. Et hæc quidem canonicorum calumpniæ ſufficere ſatis putamus.*

Jam reſtat ut Jacobitarum *qui fratres prædicatores dicuntur, præſumptionibus obviemus, qui ſe prædicant & eorum ordinem ante monachatum longo tempore inſtitutos, aſcribentes ſibi nomen quod nec ex generis ſucceſſione nec meritorum titulis queſierunt. Volunt nempe à* Jacob *Patriarcha ſe vocari* Jacobitas *tanquam ab ipſo inſtituti primò fuiſſent vel de ejus genere proceſſiſſent, cum neutrum horum queant oſtendere vel probare. Nam quo tempore* Jacob *fuerit nullus ignorat qui Scripturas novit. Revolve librum* Geneſis, *& tempora* Jacob *ibi cernes. Anno verò nativitatis Chriſti MC. nonageſimo* 1198. *octavo prædicti fratres, ſub beato* Dominico *primo legiſlatore eorum, quod ipſi inficiari nequeunt, exordium habuerunt, & cito poſtea* Jacobitæ *vocati ſunt, non à* Jacob *ſed à* Jacobo, *ut ex chronicis illius temporis oſtendemus. Narrat nempe* Mathæus Pariſienſis, *quod hii fratres primitivi cum non haberent domum ubi poſt prædicationis laborem declinarent, longo tempore* Pariſiis *perdurarunt. Quo tempore fuit in eadem civitate quidam famoſus* Anglicus *de Villa S.* Albani *oriundus magiſter* Johannes *dictus de Sancto* Albano, *phyſicus præcipuus & Regis Franciæ curam gerens. Hic cum ditatus fuiſſet auro Franciæ, ſibi quoddam hoſpicium comparavit in civitate prædicta pene dilapſum & dirutum, in quod ſolebant ex longinquis partibus venientes cauſa peregrinationis verſus Sanctum* Jacobum *in* Hiſpania *divertere peregrini, & ibidem per dies aliquot exhibere. Sed deficientibus redditibus & elemoſina ſubtracta, eſt & hoſpicium deſolutum. Emit ergo magiſter* Johannes *dictum zenodochium & exinde fecit ſibi hoſpicium correſpondens fortunæ ſuæ. Qui cum videret dictos fratres cotidie miſſas celebrare, orationibus inſtare, & prædicationibus invigilare, motus tam devotione quam pietate, contulit eis prædictum zenodochium in habitaculum ſempiternum. Ex cujus hoſpitalis vocabulo nomen traxerunt præfati fratres ut* Jacobitæ *vocarentur ab adjecto nomine hoſpitalis.* Et *iſta ſufficiunt ad refellendum opinionem* Jacobitarum *de prioritate, quam vendicant ſui nominis ratione.*

Sanctus Franciſcus *ex poſt ordinem fratrum* Minorum *inſtituit & regulam eis dedit anno Chriſti MCC. ſexto, qui cautiùs incedentes aliorum ordinum fratrum mendacia prudenter devitant de prioritate nequaquam certantes.*

Supereſt

Techniques *Supereſt ut* Carmelitis *reſpondeamus qui ſe ab Helya propheta jactitant inſtitutos. Quod ſi ita eſt, dicant utrum* Helyas *verus zelator legis* Judaicæ *fuit an non. Si verus ſectator veteris teſtamenti fuit, quod negare non poſſunt, quomodo dicunt eum ordinem inſtituiſſe* Mendicantium, *qui ex lege præceptum habuit* Non ſines quemquam de genere tuo publicæ mendicitati ſubjacere. *Quieſcant ergo* Carmelitæ *mendacia inflectere in virum juſtum qui nichil dilexiſſe cognoſcitur niſi juſtum,*

Et ne legentes lateat origo fratrum de quibus nunc agitur, dicamus à quo tempore vel ſumpſerunt exordium vel nomen & habitum mutaverunt. Anno ſiquidem Chriſti Mxlv. Albertus *patriarcha fecit regulam fratribus qui ſtragulati radiati vel birrati vocabantur. Et ex poſt anno Chriſti MCC. ſeptuageſimo nono* Martinus *papa ad inſtanciam dictorum fratrum & nomen eorum mutavit & habitum, convertens veſtes ſtragulatas in capas abbas, dans eiis nomen novum, vocans eos videlicet Carmelitas. Et hæc ita tardè geſta ſunt ut plures adhuc ſuperſint qui viderint eos & birratis uti veſtibus, & birratos fratres ab omnibus appellatos.*

Hactenus Carmelitis *reſpondimus. Reſtat ut* Auguſtinenſibus *reſponſa demus, qui à beato* Paulo *primo heremita ſe dicunt principium habuiſſe. Quod ſi verum ſit, in quonam loco latuerunt à tempore* Pauli *uſque ad oſtenſionem omnium aliorum fratrum mendicantium, qui modernis temporibus, ut oſtendimus, emerſerunt. Vel, ſi volunt Paulum habere ducem qui monachus, & heremita fuit, quare non ſequuntur patronum & deſerta colunt potius quam frequentiam populorum? Neque enim* Paulus *mendicavit nec mendicare docuit, ſed labore manuum ſuarum vixit faciens ſibi ex palma tegumenta, ex qua etiam ſibi xx. & quinque annis collegit eſcas donec a corvo ſibi cibus ſubminiſtraretur domino diſponente & victum miſericorditer ampliante. Qua fronte ergo eum habuiſſe Principem gloriantur cujus vitam in nullo vel regulam imitantur. Sed ne & iſtorum reticeamus originem, ſciendum eſt hos poſt fratres* predicatores & Minores *ſurrepſiſſe, & ſibi regulam Sancti* Auguſtini *tanquam capite vel legiſlatore deſtituti ſumepſiſſe. Et hæc quidem fratribus ordinum* mendicantium *reſponſa ſufficiunt.*

De diverſis regulis monachorum & aliorum Religioſorum.

NUnc ad illos qui regulas diverſas ſcripſerunt monachis, diverſis temporibus, ſtilus vertendus eſt. Inveniuntur nempe plures monachorum regulæ poſt apoſtolorum tempora à ſanctis patribus antiquitus inſtitutæ, prout inferiùs hic patebit.

Sanctus *Fructuoſius* monachus & epiſcopus ſcripſit regulam monachorum circa annum domini 245.

Sanctus *Baſilius* ſcripſit regulam monachorum anno domini 350.

Sanctus *Pauchomius* ſcripſit regulam angelo dictante, & monachis tradidit circa annum Chriſti 400.

Sanctus *Aurelius* regulam monachorum compoſuit anno Chriſti 460.

Sanctus *Ferreolus* regulam monachorum compoſuit anno Chriſti 470.

Sanctus *Aurelianus* regulam monachorum edidit anno Chriſti 478.

S. *Egippus* abbas edidit regulam monachis, & *Johannes Gerundinenſis* aliam, quas *Tſidorus* in libro de viris illuſtribus multum commendat & approbat.

Vigilius Diaconus & monachus ſcripſit juxta *Genadium*, regulam monachorum.

Sanctus *Benedictus* pater noſter poſt hos Regulam monachorum edidit circa annum Chriſti 516.

Enumeratis in parte qui regulas nigris monachis ediderunt, conſequens eſt ut nec eos ſileamus qui aliorum ordinum profeſſoribus regulas conſcripſerunt. Quorum maximæ auctoritatis fuit ſanctus *Auguſtinus Tpponenſis* epiſcopus qui regulam compoſuit de vita & honeſtate clericorum quam regulares canonici profitentur, circa annum domini 400.

Bruno ordinem *Cartuſiæ* inſtituit anno Chriſti 1083.

Robertus abbas nigrorum monachorum in *Burgundia* ordinem *Ciſtercienſem* inſtituit anno Chriſti 198.

Norbertus ordinem *Premonſtratenſem* inſtituit anno Chriſti 1120]

Hoſpitalarii & *Templarii* inceperunt anno Chriſti 1120.

S. Gilbertus ordinem de **Sempryngham** inſtituit anno Chriſti 1148.

In præcedentibus (prout credimus) rationabiliter oſtendimus ordinem monachatus ceteros ordines & auctoritate & dignitate longe præceſſiſſe. In ſequentibus edocebimus magis plenè per quos inicium habuit ordo noſter.

De Regibus qui monaſticum habitum ſuſceperunt.

Ibid. fol. 554. b.

PEtrocus *Rex* Cambriæ *monachus factus eſt.* Conſtantinus *Rex* Cornubiæ *monachum induit ſpreto regno.* Sebby *Rex orientalium* Saxonum. Offa *Rex orientalium* Saxonum. Sigibertus *Rex orientalium* Anglorum. Etheldredus *Rex* Merceorum. Kynredus *Rex* Merceorum. Ceolwulphus *Rex* Northamhimbrorum. Edbrichtus *Rex* Northamhimbrorum *in hac inſula ſpretis pompis ſeculi monachatus converſationem & habitum ſuſceperunt. Et non ſolùm in hac inſula reges noſtrùm ordinem ſua converſione commendaverunt, ſed in remotis regionibus ſponte converſi ſunt reges ampliſſimarum facultatum, ut* Karolomannus *rex* Francorum *& alii quamplures numero, quorum nomina hic inſerere fortaſſis lectori foret tedio. De hiis & multis aliis ad religionem converſis monaſticam quidam metricè ita ſcripſit.*

Nomina Sanctorum rutilant cum laude priorum
Stemmate regali ſub veſtitu monachali,
Qui reges facti ſpreverunt culmina regni,
Electi monachi ſunt cœli munere digni.

Quod monaſteria non ſolùm ad honorem Dei ſed & ad utilitatem rei publicæ ſunt fundata.

UT autem nichil intactum remaneat quo minus noſtris æmulis ſatisfiat qui putant monaſteria nec ad honorem Dei nec commodum publicum fuiſſe fundata, non contendendo ſed ſuggerendo quædam infra ponemus, quæ fortaſſis ſi ratione fruantur, horum opinionem deſtruere meritò poterunt ſi à patientibus lectoribus admittantur. Nempe ſeculares præſentis temporis & verè ſeculares qui nichil niſi de ſeculo præſenti cogitant, putant ſua bona temporalia cunctis & in præſenti plus proficere & impoſterum fore profutura quam bona Deo dicata & monaſteriis aſſignata. Qui utique dati ſunt in reprobum ſenſum ut non intelligant quod bona hæreditaria viciſſim ad probos & reprobos, malos & bonos, juſtos & injuſtos, pios & impios, ſapientes & fatuos devolvuntur, Et ſic multociens conſumuntur, diſperduntur & penitus diſſipantur: Bona verò quæ piè conferuntur locis religioſis non uni perſonæ ſed pluribus aſſignantur, ubi ſi fortè unus vel duo inveniantur qui minus apti ſunt ad ſervandum bona communibus uſibus deputata, reliqui accepta poteſtate & horum inſipientiam cohercere debeant & inhabilitatem reſarcire. Hac occaſione contigit, ut loca religioſa inter tot bella tot peſtes tot fames tot deprædationes tot exactiones, ad elemoſinas faciendas ſemper valeant atque creſcant. Et revera videmus inter laicos, quod unus poſſeſſiones multorum olim nobilium occupat, elemoſinas preceſſorum ſubtrahit vel amputat & tamen eget, ita quod nec ſuis dominis neque Regi conferre ſubſidium valeat: In monaſteriis verò nec Regi debitum nec pauperibus ſubtrahitur neceſſarium alimentum, quoniam & hoſpites omnis conditionis ſuſcipiuntur & clericuli in eiſdem ſuſtentantur, & per conſequens ad diverſos gradus eccleſiæ promoventur, vel ad regendam rem publicam educantur peramplius quam in curiis dominorum.

Ex Epiſtola Magiſtri *Walteri Hilton* poſtea Canonici de **Thurgarton**, De Religionis Origine, utilitate, & ingredientium Religionem debita intentione Domino *Adæ* de *Horſley* monacho de **Bevale**, Ordinis *Carthuſienſis* tunc futuro.

In Bibl. *Bodl.* MS. *Digbean* n. 33. f. 32.

ET *non mirum ſi Religioni faveat Eccleſia, quia* Chriſtiana *Religio, introducta à* Chriſto *ejuſque Apoſtolis cæteriſq; fidelibus, in Eccleſia primitiva perfectiſſimè obſervata, in Religionibus ſpecialibus præcipuè præ aliis ſtatibus in Eccleſia Dei repreſentatur. Nam in primitiva Eccleſiâ, calente in cordibus fidelium recenter ſanguine* Jeſu Chriſti *in paucis* Chriſtianæ *fidei Cultoribus (quia tunc pauci erant ob metum perſecutionis) magna erat & excellens converſatio vitæ cum omni virtute & ſpiritus ſancti Chariſmatum plenitudine; nec tunc opus erat aliquibus aliquam ſingularem converſationem* *zelo majoris perfectionis aſſumere, cùm omnes Catholici erant tunc quaſi perfecti, fide præclari, ferventes charitate, martyrio digni: Iſta perfectio duravit quamdiù Tyrannica perſecutio contra fidem* Chriſti *ſe erexit; ſed poſtea, quando per gratiam* Chriſti *ceſſavit Tyrannorum perſecutio, & fidem recepit Gentium multitudo, à tempore* Conſtantini *primi, & deinceps, tunc per piſcationem* Petri *concluſa eſt in navem Eccleſiæ tanta piſcium multitudo, quòd quaſi ſciſſum eſt rete; quià ſtatìm arridente proſperitate per adventum pacis, in Eccleſiâ* Chriſti *ſuccrevit magna multitudo hominum carnalium, qui cœperunt vitâ laxiori nimis obfuſcare* Chriſtianam *Religionen, ab Apoſtolis traditam & diu obſervatam. Unde, nè totus rigor* Chriſtianæ *Religionis à ſua perfectione totaliter per Carnalium converſationem evaneſceret, totalitérque deſtrueretur, neceſſe erat jam aliquibus Dei Electis vitæ propoſitum ſingularis fortitèr arripere, & perfectionem Apoſtolicam in periculoſa mundi proſperitate perſeveranter continuare, quod & nutu divino factum eſt. Extùnc enim incepit ordo & Religio Monachorum per heremitas, Sanctóſque patres* Antonium, Macharium, *cæteroſque conſimiles inventus, ab eiſque ſtrictiſſimè obſervatus; qui non aliam Religionem vel ſectam (ſicut quidam errantes putant) Chriſtianæ Religioni contrariam cæpiſſe & tenuiſſe, ſuiſque æmulis verbo & exemplo tradidiſſe credendi ſunt; ſed eandem Religionem* Chriſti *veram & perfectam, vitámque Apoſtolicam in ſingulari & perfectâ converſatione repreſentantes, ſub Regulâ & imperio Superiorum, tanquàm ſub imperio* Chriſti, *omnes ebram ſequaces vivere in communi, & imitari vitam Apoſtolicam humilitèr, obedientèr & devotè, cum magnâ providentiâ ordinaverunt; quorum exemplo quamplures inducti, propria relinquentes amore perfectionis, & voluntariæ paupertati mancipantes ſe devotè ſervitio* Chriſti *ſe obtulerunt. Ex quibus ſummi in vitâ, & miraculis præclari* Benedictus, Maurus, Ægidius, Leonardus, *aliique Monachorum patres, Religioniſque providi moderatores temporibus ſuis clacuerunt, ad laudem Dei, & magnam* Chriſtianæ fidei *exaltationem.*

Formula fratrem recipiendi in Conventum.

The fyrſt Petycion in the Colloquium.

Ex codice MS. in bibl. *Cotton.* [ſub effigie] *Neronis* A. 3. fo. 131.

Syr I beſyche you and alle the Covent for the luffe of God, our Lady ſanct Marye, ſant John of Baptiſte, and alle the hoyle cowrte of hevyne, that ze wolde reſave me, to lyve & dye here among yow in the ſtate of a Monke, as prebendarye and ſervant unto alle, to the honour of God, ſolace to the company, prouffet to the place; & helth unto my ſawle.

The anſwer unto the examinacyon.

Syr I tryſte thrugh the helpe of God and your good prayers to keepe all theſ things which ze have now herr reherſede.

The fyrſt peticyon before the profeſſion.

Syr I have beyn herr now this twell month nere hand, and lovyde be God, me lyks ryght well, both the order and the company; wherapon I beſyche yow and all the company for the luffe of God, our Lady ſanct Marye, ſanct John of Baptiſt & alle the hoyle company of hevyn that ze will reſave me unto my profeſſion at my twell month day according to my Petycion whyche I made when I was fyrſt reſaved herr emongs you &c.


D. King sculp.

Ordinis Benedictini monialis.

58



Ordinis Benedictini Monachus. 58

MONASTICON ANGLICANUM.

Glaſtonienſe Cœnobium in agro Somerſetenſi Ordinis S. BENEDICTI.

Ex Hiſtoria *M. S. Glaſtonienſis* Eccleſiæ in bibliotheca *Cotoniana*.

De antiquitate vetuſtæ Eccleſiæ beatæ Mariæ Glaſtoniæ, *& de quadam augmentatione quam ſanctus* David *divina revelatione adjecit, & in honore beatæ* Mariæ *conſecravit.*

ANNO poſt paſſionem Domini triceſimo primo, duodecim ex diſcipulis Sancti *Philippi* Apoſtoli, ex quibus *Joſeph* ab *Arimathia* primus erat, in terram iſtam venerunt, qui regi *Arviraga* renuenti, chriſtianitatem optulerunt: Tamen locum iſtum cum duodecim hidis terræ ab eo inpetraverunt, in quo virgis torquatis muros perficientes, primam hujus Regni conſtruxerunt Eccleſiam, quam Chriſtus in honore ſuæ matris, & locum ad ſepulturam ſervorum ſuorum præſencialiter dedicavit. Iſti duodecim & eorum Succeſſores, diu ſub eodem numero heremiticam vitam hic ducentes, magnam multitudinem Paganorum ad fidem Chriſti converterunt. Tandem omnibus mortuis & hic ſepultis, Sanctiſſimi Viri *Phaganus* & *Diruvianus*, partes iſtas peragrantes, Regem *Lucium* cum Gente ſua ſacro fonte abluentes, prædictas hidas ſibi & ſucceſſoribus ſuis confirmatas adquiſierunt, & diu cum ſuis, ſocietate duodena, hic manſerunt, quibus alii ſucceſſerunt, & alii, & ſemper eodem numero, uſq; ad adventum Sancti *Patricii*, qui Cenobialem vitam eos docens, factus eſt eorum Abbas primus. Poſt quem Sancti Patres *Benignus*, *Kolumkilla*, & *Gildas*, in magnum fratribus exemplum ſanctiſſimam cum eis duxerunt vitam. Poſtea venit Sanctus *David Menevencium* Archiepiſcopus, prædictam Eccleſiam adhuc ſub forma priori reparatam, dedicare diſponens, cui Dominus in ſompnis apparuit & eum à propoſito revocavit: Necnon in ſignum quod Dominus ipſe Eccleſiam ipſam prius cum ejus Cimiterio dedicaverat, manum Epiſcopi digito perforavit; Et ſic perforata multis videntibus in craſtino apparuit. Mox idem Epiſcopus, Divina revelatione ammonitus, aliam minoremque capellam in modum cancelli, in parte orientali huic Eccleſiæ adjecit, & in honore Virginis *Mariæ* conſecravit, in cujus rei memoriam, precioſiſſimum altare ſuum huic loco contulit. Et ut ſemper noſceretur ubi Capellæ iſtæ conjungebantur, quædam Piramis in parte Septentrionali exterius, & quidam gradus interius, & meridies linealiter eas abſcindunt; Juxta quam lineam, ſecundum quoſdam antiquorum, jacet ſanctus *Joſeph* cum magna multitudine ſanctorum. Et licet Eccleſia ipſa cum augmentatione prædicta, poſtea fuerit per alios ſæpiùs de novo conſtructa atq; dedicata, tamen locus ab altiſſimo Domino & ſanctorum cineribus ſemper manet conſecratus: locus ſiquidem ipſe, tanta temporibus illis colebatur devotione, quod Reges, Reginæ, Epiſcopi, Duces & alii utriuſque ſexus nobiles, cujuſcunque eſſent celſitudinis vel dignitatis, ſe beatos fore arbitrabantur qui eum aliquibus poſſeſſionibus auxiſſent, vel qui in eo vel alibi cum aliqua particula terræ ejuſdem ſepeliri potuiſſent. Floruerunt interea hiis temporibus plures in hoc loco ſanctiſſimi Paſtores, qui ſecundùm majores Eccleſiæ poſſeſſiones majorem congregaverunt numerum Monachorum, & majorem pro eis conſtruxerunt Eccleſiam. Tamen intelligentes quanta beneficia propter antiquos duodenos, & pro perpetua ejuſdem numeri continuacione huic Eccleſiæ erant collata, duodecim ſemper ex confratribus ad divina obſequia in honore beatæ *Mariæ* & prædictorum Sanctorum devotius complenda, cotidie in hunc locum convenire fecerunt. Poſt quos venerabilis pater *Dunſtanus*, & alii hujus loci Abbates, Monachorum numerum ſemper ſervantes, clericos ſeculares bene cantantes ſuperaddiderunt. Antiquum ergo numerum per tantos ſanctos & annos continuatum, in cujus memoriam duodecim hidæ, plurimis libertatibus inſignitæ, adhuc nomen ſorciuntur.

De Antiquitate & Dignitate Glaſtonienſis Eccleſiæ.

GLaſtonienſem Eccleſiam non fecerunt aliorum hominum manus, ſed diſcipuli Chriſti eam per Doctrinam Angelicam fundaverunt & edificaverunt, ex deformi quidem ſcemate, ſed Dei multipliciter adornatam virtute, quam ipſe ſummus Pontifex cœlorum, fabricator & generis humani Redemptor, Dominus noſter *Jeſus Chriſtus*, ſibi ſuæq; ſanctiſſimæ genetrici præſentialiter dedicavit.

Hæc Eccleſia pro ſui antiquitate ab Anglis **Ealdechirche**, id eſt, vetuſta Eccleſia, dicebatur: ſatiſque conſtat homines iſtius provinciæ nullum ſanctius aut crebrius juramentum habuiſſe, quam per veterem Eccleſiam, nichil magis vitantes, metu ſceleris vindictæ, quam perjurare. Eſt enim omnium in *Anglia* Eccleſiarum, prima & vetuſtiſſima, primò ex virgis torquatis facta, ex qua virtus divina ſanctitatis, jam inde à principio redolevit ſpiravitque in omnem patriam; Et quamvis ex deformi fuerat materia facta, grandis tamen habebatur reverenciæ cultu; Et ſicut locus iſte multa ſubnixus eſt reverencia antiquitatis, ita magnificè præeminet privilegio ſanctitatis; *Roma* etenim ſecunda vocatur: Sicut enim civitas Romana, multitudine ſanctorum Martyrum inſignitur, ita Eccleſia iſta multitudine ſanctorum confeſſorum in ea quieſcencium venerabilis habetur. Unde exemplum ſubinferam. Contigit nempe tempore *Henrici Bleys* Epiſcopi & Abbatis hujus loci, quendam *Glaſtonienſis* Cenobii monachum peregrinari *Pariſiis* apud S. *Dioniſium*, nomine *Godefridum*, cui obvians quidam Senior ejuſdem loci, interrogavit eum quod genus? unde domus? Reſpondit ſe eſſe *Normannum*, *Britanniæ* monaſterio quod *Glaſtingeia* dicitur Monachum. Papè, inquid, Adhuc ſtat illa perpetuæ virginis & miſericordiæ matris vetuſta Eccleſia? Stat, inquid *Godefridus*. Tum ille lepido attactu capud *Godefridi* demulcens, diu ſilencio ſuſpenſum tenuit, ac ſic demum ora reſolvit.

Hæc glorioſiſſimi Martyris *Dionifii* Eccleſia & illa de qua te aſſeris, eandem privilegii dignitatem habent, iſta in *Gallia*, illa in *Britannia* uno eodemq; tempore exortæ, à ſummo & magno Pontifice conſecratæ, uno tamen gradu illa ſupereminet, *Roma* etenim ſecunda vocatur. Cumque hæc colloquerentur, ille cui cura ſuſcipiendorum hoſpitum erat commiſſa, invitos ab invicem non ſe reviſuros ſeparavit.

De diverſis nominibus ejuſdem Inſulæ in qua dicta Eccleſia ſita, & quomodo fuit inhabitata.

HÆc itaq; Inſula primò à Britonibus dicta eſt **Ynſwytryn**, id eſt, *Inſula Vitrea*, propter ampnem ſcilicet quaſi vitrei coloris in mariſco circumfluentem. Inſula verò dicta eſt, quoniam mariſco profundo eſt undique clauſa: Mediampnis magis propriè diceretur, quoniam mediis ampnibus ſita eſt, ſicut melius Inſulæ dicuntur quæ in mari ſitæ noſcuntur. *Avallonia* dicta eſt, vel ab *Aval* Britannicè, quod *pomum* ſonat, quia ſolet locus ille, pomis & pomeriis habundare; vel ab *Avallone*, quodam territorii illius quondam dominatore.

Legitur etiam in antiquis Britonum geſtis, quod à Boreali parte *Britanniæ* venerunt in occidentem duodecim fratres, & tenuerunt plurimas Regiones, ſcilicet, *Venedociam*, *Demeciam*, *Guther*, *Redweli*, quas proavus eorum *Cuneda* prius tenuerat. Horum fratrum nomina ſunt hæc, *Ludnerth*, *Morgen*, *Catgur*, *Cathmor*, *Merguid*, *Morvined*, *Morchel*, *Morcant*, *Boten*, *Morgen*, *Martineil*, *Glaſteing*. Iſte *Glaſteing* per mediterraneos Anglos ſecùs villam quæ dicitur **Eſcebtiorne**, ſcroſam ſuam uſq; ad *Wellys*, & à *Wellis* per inviam & aquoſam viam quæ **Sugewey**, id eſt, *ſcrophæ* via nunc dicitur, ſequens porcellos ſuos, juxta vetuſtam eccleſiam in prædicta Inſula latentem ſub malo invenit. Unde uſque ad nos emanavit, quod poma mali illius **Caldechurcheriaſapple**, id eſt, veteris Eccleſiæ poma vocantur. Hic igitur **Glaſteing** poſtquam Inſulam illam ingreſſus, eam multimodis bonis vidit affluentem, cum omni familia ſua in ea venit habitare. Et quia ibi primùm adveniens poma in partibus illis cariſſima repperit, Inſulam *Avalloniæ* ſua Lingua, id eſt, *Inſulam Pomorum* nominavit; & curſum vitæ ſuæ ibidem peregit, ex cujus progenie & Familia ei ſuccedente, locus ille primitus dicitur populatus. Demùm à Saxonibus terram ſibi ſubjugantibus interpretato priore vocabulo, id eſt, **Ynſwytryn**, ſua lingua dicta eſt **Glaſtynbury**, id eſt, *Glaſtonia*. *Glas* enim Anglicè vel Saxonicè *vitrum* ſonat; **bury**, Civitas. Vel dicta eſt **Glaſtingebury** à *Glaſteng* de quo præmiſimus, id eſt, *Civitas Glaſtenge*. Patet igitur ex hiis, quare *Inſula*, quare *Avallonia*, & quare *Glaſtonia* eſt dicta. In hujus Inſulæ laudem quidam Metricus ſic cecinit,

Inſula Pomorum quæ fortunata vocatur,
Ex re nomen habet; quia per ſe ſingula profert.
Non opus eſt illi ſulcantibus arva colonis,
Omnis abeſt cultus niſi quem natura miniſtrat,
Ultro fœcundas ſegetes producit, & uvas,
Nataque poma ſuis precioſo germine ſilvis.
Omnia gignit humus vice graminis ultro redundans:
Annis centenis & ultra vivitur illic.
Hæc nova Jeruſalem fuit, hæc fidei quoq; lima,
Hæc tumulus Sanctus, hæc ſcala poli celebratur:
Vix luit inferni pœnas hic qui tumulatur.

Habet quoque hæc Inſula circumjacentes Inſulas ſibi ſubjectas, quarum hæc ſunt vocabula, **Bekery** quæ parva *Hibernia* dicitur, ubi olim ſancta *Brigida* perhendinavit: **Ferrameir**, ubi S. *Benignus* hæremeticam quondam duxit vitam, cum Inſula de **Weſthey** in parte occidentali, & **Godeney** in parte orientali: Dicta eſt autem **Godeney**, id eſt, *Inſula Dei*, eo quod ſit ibidem eccleſiola de Sancta Trinitate. **Padnebeorge**, quæ eſt terra vinifera. **Andredeſey** ſive **Ylonde**, cæteras Inſulas loci ſitu & amænitate antecellens. Dicta eſt enim **Andredeſei** propter eccleſiolam ſancti *Andreæ* quæ ibi habetur. **Martineſey** alia eſt Inſula, ſic dicta propter eccleſiolam ſancti *Martini* ibidem; Hæc itaque Inſula cum pluribus aliis locis, ut infra melius patebit, eadem privilegii dignitate à principio congaudent, quæ ſimul junctæ, *duodecim Hidæ* nuncupantur.

De Bundis XII. Hidarum.

SEt quia hæ duodecim Hidæ *Glaſtoniæ*, majori libertate præ cæteris terris ſuis ſunt privilegiatæ, expedit earum metas non ignorare. Sciendum igitur, quod primò incipit à la **Brutaſche** apud pontem de **Strete** in capite auſtrali ejuſdem pontis, & tendit verſus orientem, in auſtrali parte mariſci, uſq; ad caput auſtrale pontis de **Balteneſberge**, & de **Balteneberge** in parte boreali, à Domo *Wlgari* cum barba, qui fuit operator ejuſdem Pontis tempore S. *Dunſtani* Abbatis, & ſic ſupra caucetum ultra **Pinnelake** per medium mariſci uſq; ad Domum *Normanni* apud Molendinum de **Balteneſberge**. Et ſic inde ſurſum in via uſq; in ſemitam quæ venit de illa Eccleſia, & poſtea ſurſum in **Reholte** uſq; ad *la* **Lupiwite** in orientali parte domus *Oſgari Attabolte*; Et inde in ſemitam quæ ducit per mediam extremitatem illius **Holte**, rectè uſq; ad pontem de **Beneward** in foſſatum ſancti *Dunſtani*; Et ſic in rivulum qui venit de **Coſlubery**; Et ita aſcendendo contra curſum aquæ, uſquæ ad Domum *Oſwardi de la Burne*, & inde ſurſum contra *la Burne* uſque ad curiam *Ailmeri* Seneſcalli à *la* **Bradelée**; Et ſic ſurſum de illa *burna* in viam illam quæ jacet ante curiam ſuam; Et ita

in

The Proſpect of the Towne of Glaſtonbury from the higheſt Part of Weriall Encloſure half a mile from the Towne South West.

GLASTONIENSIS

Oppidi, ab editiori ſepti Weriallenſis parte, dimidio ab oppido lapide in Africū diſtantis, proſpectus.



- A Fundi Abbatiæ intra murorum ambitum, lx in circuitu acrarum.
- B. Ioſephi Sacellum, maiori Eccleſiæ contiguum, L paſsus longum: xiiii latum.
- C Eccleſia major, cujus pars inferior Crucem uſq lxii paſsus longa, Magna Eccleſiæ Crux a Navi ſurſum xvi paſsus longa: xxviii lata, Chorus Eccleſiæ L paſs longus, Eccleſiæ latitudo xxx paſs, Totius Eccleſiæ, cum ſacello Ioſephi longitudo CC paſs, vel DLxxx ped:
- D Aulæ cænobij caput, cujus latitudo fuit xx paſs, altitudo Lxxx ped,
- E Culina (cujus pars inferior xx ped: alta) fuit quadrangula; in quolibet angulo caminum habens; tectum ex toto lapideum in viii quadras contractum.
- F Abbatiæ pars habitabilis adhuc manens,
- G Porta, (vel introitus) Abbatiæ præcipua.

loci et Eccleſiæ, inter Britan
antiquiſsimæ, et fidei Chriſtia
ſeminarij celeberrimi, memori
intercideret; Ruinas omnibus
intuendas, expoſuit
Ashmole An: Mercuriophilus
Anglicus,

- H. S. Iohannis Eccleſia.
- I S Cuthberti Eccleſia.
- K Platea ad wollam, quarto a Glaſtonia lapide ſitam, ducens.
- L Turris S. Michaelis, vulgò dicta le Torr, (cujus Eccleſia cum Abbatiâ unâ periit) mille ab Abbatia paſsibus diſsita, Ubi Richardus Whitingus, Ultimus loci Abbas, quòd juramentum de primatu Regio agnoſcendo præſtare; ſeu potius quòd Abbatiam in manus Regias (pro more temporum) reſignare noluerit, per collum ſuſpenſus, vitam finiuit.
- M Iter ad Egarlejam,
- N Abbatiæ horreum,

W: Hollar sculp:

2

The Proſpect of the Towne of Glastonbury
from Compton hills about three miles
Southward diſtant from the Towne

GLASTONIENSIS

oppidi à montibus Comptonianis,
tertio aut circiter ab oppido lapide
in Auſtrum diſtantibus, proſpectus,





Abbatia intra aream hanc quadrangulam, lx acras terræ in circuitu continentem, incluſa, intra quam olim ædificiorum multitudo, quorum tot periere, ut ne decima ipſorum pars hodie compareat.

A Montes Mendippenſes, V ab Oppido lapide ad Aquilonem ſiti.
B Septum Weriallenſe, dimid: ab oppido lapide in Occidentem ſitum,
C Sacra Spina.
D Oppidum Glaſtonienſe: quibuſcunq cœnobij ruinis hodie hinc viſibilibus, duarum quaſi pyramidum formam præ ſe ferentibus,
E Turris illa, vulgo le Torr, mille ab Abbatia paſsibus in Orientem diſsita.
F Locus paludoſus, vulgò Aller-moore.

W: Hollar sculp:

1 Eccleſia maior.
2 Ioſephi Sacellum.
3 Clauſtra.
4 Aula.
5 Coquina.
6 Eccleſia S. Cuthberti,
7 Eccleſia S.t Iohannis.
8 Plateæ.

P M
Celeberrimi Cœnobij
P
Tho: Stanlejus.
AR.


יהוה
Statuit eos Sacerdotes magnos, et beatificavit illos in gloria. Eccle: 45.
[illegible] in terra, erit semen eorum generatio [illegible] benedicetur. Psal.
O
O
M
H
L
G
F
N
E
K
B
I
C
D
S. Dunstanus
S. Gregorius
S. Benedictus
S. Augustinus
S. Cuthbertus
A
W. Hollar fecit.

A. Gloriosissimus Confessor Divus Benedictus qui et [illegible] Patriarcha, reformator instauratorque fuit Monasticae professionis in universo occidente [illegible] sub cuius regula militarunt haec magnalia quae arboris istius ramis representantur.

B. In isto ramo stipitis ponuntur Apostolici viri, qui triginta diversas provincias Christo lucrifecerunt. Ipse Benedictus etiam Campaniam. Greg: magnus per August: Angliam. S. Leander Hispaniam. S. Bonifacius Germaniam. S. Amandus Willibrordus Belgiam. S. Adalbertus Poloniam et Hungariam. Stephanus [illegible]. S. Bruno Lithuaniam. S. Ablo Gasconiam. S. Bonifacius alter Sclavoniam. Quin etiam primi fidei Christianae praecones in Occidentali India fuerunt Buellius et alij 12. Monachi Montis[illegible].

C. Ramus hic gerit ordines Monachales qui sub Benedicti regula militarunt, quorum in [illegible] Cluniacenses, Camaldulenses, Vallumbrosani, [illegible] Olivetani, Cistercienses, Silvestrini, [illegible] Grandimontenses, et [illegible] dicti nigri, qui in [illegible] et horum [illegible] fuerunt 5000 [illegible] virorum, et circa [illegible]

D. Hi sunt fortissimi militum [illegible] Ducas, quos pia principum devotio ad fidem defendendam sub regula S. Benedicti instituit, ut in Portugallia ordo Avisij et Christi; in Hispania ordines Alcantarae, Calatravae et Montesa; in Hetruria S. Steph: PP.

E. Ramus hic representat Abbatum doctissimorum [illegible] 15700: quorum scriptis et Doctrinis Ecclesia fuit illustrata. Inter primarios doctores [illegible] vere magnus Sanctitate et doctrina Gregorius, Benedictinus fuit, sicut alij hic Angli [illegible]. Refert etiam [illegible] Arnoldum [illegible] vidisse se 15050 libros impressos ab authoribus Benedictinis editos.

F. Dedit hic ordo S. Ecclesiae Episcopos 4600; Archiep: 1600. G. Cardinales 200. [illegible] 51 H. Sum: Pontifices 46.

I. In hunc ordinem a principio mundi fugerunt Principes, Duces, Marchiones et Comites ultra 243. K. Liberi Regum et Imperatorum 146. L. Reges 46. M. Imperatores 4. N. Imperatrices 12, et Reginae 51. O. Virginum [illegible]

in auſtrali parte illius Eccleſiæ verſus orientem uſque ad la **Stoke** in latam viam, & ſic de via eadem contra montem de **Wythelee** in illam ſemitam quæ jacet in auſtrali parte de **Chulebury**; deinde in quandam ſemitam uſque ad la **Wyndeiste**, & ſic in diviſas de **Bikenham** & de **Ferlege**; Et ſic deſcendendo per medium parcum de **Pilton**, ultra viam quæ extenditur ſupra pontem de petra in ſemitam illam quæ ducit ad **Wottone**; & ſic in quadam ſemita uſque ad **Fulebroc**; & inde in auſtrali parte illius Eccleſiæ ultra rivulum, uſque **Loſellegethe**, Et ſic deſcendendo in moram uſque ad **Hochye**, & inde per mediam moram ultra la **Sowye**, uſque in diviſis foſſati, in parte boreali de **Bachinwere**; Et ſic inde in ripam, & ita in longum antiqui curſus aquæ, uſque ad pontem de **Bledeney**; & ſic deſcendendo per medium ipſius pontis uſque ad **Litlenie**, quæ eſt diviſa **Martineſei**; Et ſic circa eandem inſulam uſque ad **Sadelby**, & inde in ripam, & ita in longum curſus æquæ uſque ad foſſatum quod eſt inter moram de **Stoke** & **Wytricheſham**; & ſic in *la* **Wynerdlake**, & ſic per diviſas Inſulæ de **Andredeſey**, & de **Draicote**, aſcendendo contra montem uſq; ad la **Horeſtone**: deinde in la **Wyarepathe**, & ſic deſcendendo uſque ad ſuperiorem **Batecumbe**; Et ſic per diviſas de **Cedre** uſque ad la **Grenehalle**; & ita ad **Litelelakewey**, inde ad **Ymerwivel**; inde directè per medium alneti uſque ad la **Horewythege**, & ita uſque ad la **Munekeneleghe**, ita quod totum coopertum pertinet ad **Cedre**, totum extra coopertum ad *Glaſtoniam*; inde uſque ad quandam trencheam quæ vocatur **Bitwynevorde**; & ſic ad la **Stearphorde**, ita quod totum coopertum ibidem verſus orientem, pertinet ad *Glaſtoniam*, & extra coopertum, verſus occidentem, pertinet ad **Cedre**; inde ad la **Notepulle**, ita quod totum coopertum remanet *Glaſtoniæ*, totum planum extra coopertum remanet **Cedre**. Inde uſque ad **Plake**, & ita in longum de **Plake**, deſcendendo uſq; ad **Ywere**; Et de **Ywere**; in longum de **Abbediſdiche**, aſcendendo uſque ad **Langeby**, inde in curſum magnæ aquæ, & ita in longum ipſius aquæ, aſcendendo contra orientem, in diviſas de **Wethmore**, & de **Northilade** uſque ad **Tunſingewere**. Inde uſque ad **Kympingmere**; inde uſque ad **Myddelmede**; inde ultra montem uſq; ad **Cumeſham**, Inde uſque in la **Lithlake**, deinde per mediam moram uſque ad diviſas de **Mere** & de **Pouldone**, & ſic per illas diviſas, verſus orientem in auſtrali parte illius moræ, uſque ſubtus **Scherpham**; Et ſic inde ſubtus **Hundewode**, inde verſus orientem uſque ad la **Brutaſche**, quam poſuimus primam bundam duodecim hidarum.

De locis principalibus infra duodecim Hidas.

LOca principalia quæ infra hos limites habentur & eodem gaudent privilegio. jam explanabo. Primò ipſa Inſula *Glaſtoniæ*, cum campis, ſilvis, pratis, ac moris ad eam ſpectantibus; Deinde Inſula de **Heorti** cum ſpecioſo, ſimul & ſpacioſo alneto, cum pratis, & paſcuis uberrimis. Poſt hæc magna pars de parco de **Pilton**; deinde **Bekenham** cum **Stiklingh**. Poſt hæc **Wythele**, & **Colnburi**, cum toto **Weſtpennard**, campis, pratis, & paſcuis ad illa ſpectantibus: Deinde *la* **Burne**, & **Kyneard**, cum campis ſuis, & pratis. Poſtea quædam pars de **Balteneſbergh**, cum campis, pratis, paſcuis largis, & cum omni alneto, & univerſis moris; verſus occidentem, in parte boriali de **Budclee**, uſque ad la **Brutaſche**, quæ eſt in capite auſtrali pontis de **Strete**: Deinde **Edgarlegh**: cum campis & pratis ad ſe ſpectantibus. Poſtea Inſula de **Beokery** cum ſuis pertinentiis; de prænominata autem **Brutaſchia**, totus mariſcus verſus occidentem, quæ eſt in parte boriali de **Hundeſwode**; & **Sherpham** uſque ad diviſas de **Pouldon**, & de **Mere** uſque in **Lichelake**. Deinde Inſula de **Mere**, & de **Weſtey**, cum campis, pratis, boſcis, & moris ſpacioſis. Deinde Inſula de **Godeney** cum ſuis terris & moris largiſſimis. Deinde Inſula de **Padenbeorge**, & **Northilade** cum terris, pratis, paſcuis, moris, & boſcis amplis ad eos ſpectantibus. Poſt hæc Inſula de **Andredeſey**, cæteras, ſitu & loci amænitate, antecellens, cum terris, boſcis, pratis, & moris largiſſimis. Deinde **Martineſey** cum terris, pratis, & paſcuis ad eam ſpectantibus; Et juxta montem de **Meindepe** eſt **Batecumbe**, cum omnibus terris & paſcuis ſuper eundem montem ad ſe pertinentibus. Hæc omnia loca, infra bundas duodecim Hidarum contenta, & ad *Glaſtoniam* pertinencia, omni immunitate gaudent Regiæ dignitatis, à temporibus antiquis, & prima Chriſtianitate hujus terræ, & confirmata ſunt Eccleſiæ *Glaſtonienſi*, tam à Regibus *Britonum*, quam *Anglorum*, & *Normannorum*.

De Sanctis in Eccleſia Glaſtonienſi quieſcentibus.

ET quoniam *Glaſtonienſis* Eccleſia multorum inſignitur ſanctorum cineribus, licet paucorum, ex multis, annotare nomina, quorum corporales exuvias, pro majori parte, ibidem requieſcere non dubitamus. Eſt enim locus idem à principio, multorum juſtorum incolatu ſacratus; multorum ſanctorum corporibus glorificatus, quorum præcioſæ animæ, in conſpectu Domini, jam gaudent in cælis. Adeò pavimentum lapide conſtratum, adeo Altaris latera, ipſum quoque Altare ſupra, & infra, reliquiis confertiſſimis aggeruntur, ut à beatorum cineribus nullus vacet eccleſiæ, vel cimiterii, aut ejuſdem cimiterii capellæ ambitus. Ibi enim requieſcunt duodecim Diſcipuli *Philippi* Apoſtoli, ab eo in *Britanniam* directi, hujus loci habitatores primi, quorum primas erat ille nobilis decurio *Joſeph* ab *Aramathia* qui dominum *Chriſtum* ſepelivit, cum filio ſuo *Joſephes*. De ſanctis *Phagano* & *Diriviano*, qui Regem *Lucium*, cum gente *Brittonum* baptizarunt, non eſt nobis certitudo ſi ibidem requieſcunt, licet legamus eos illic per novem annos moram feciſſe. Multi tamen ex eorum Diſcipulis ibidem requieſcunt; qui per ipſorum inſtitutionem vitam anachoriticam ſucceſſivè, in numero duodenario, per ducentos ſexaginta & ſeptem annos, uſque ad adventum *Sancti Patricii*, agebant. Ibidem quieſcit ſanctus *Patricius* magnus *Hiberniencium* Apoſtolus, & ejuſdem loci Abbas primus, qui ſepulturam, Angelo demonſtrante, flammaque ingenti de eodem loco erumpente, à dextris Altaris in vetuſta Eccleſia promeruit. Illic etiam requieſcit ſanctus *Benignus* beati *Patricii* contubernalis, & diſcipulus, & ſanctus *Pincius* ejuſdem S. *Benigni* Diſcipulus. Ibi quoque requieſcit S. *Gildas*, Britonum Hiſtoriographus, & S. *David Menevencium* Archiepiſcopus, cujus reliquias quædam nobilis matrona, tempore *Regis Edgari*, illic contulit, cum quibuſdam aliis reliquiis. Ibidem etiam requieſcit S. *Dunſtanus* Archiepiſcopus & *Glaſtonienſium* pater magnificus. Ibi quieſcit S martyr *Indractus* cum ſeptem ſociis ſuis commartyribus. Hii, ex Regali *Hibernenſium* genere, *Romam* cauſa peregrinationis euntes, & per *Glaſtoniam* ob amorem S. *Patricii* ad patriam ſuam redeuntes, in quadam villa Shapwike nominata, noctis ſilencio dormientes, ab iniquis ſatellitibus martyriſati ſunt: quorum corpora, poſt non modicùm, glorioſus Rex *Ina*, miraculorum datis indiciis, *Glaſtoniam* tranſtulit. Ibi quieſcit S. *Vrbanus*, & martyr quem contulit quidam Comes *Elſtanus*, de Boſtumb dictus. Ibi quoque ſunt reliquiæ S. *Apollinaris* Epiſcopi & Martyris, Diſcipuli beati *Petri* Apoſtoli, & S. *Vincencii* Archidiaconi & Martyris pro magna parte, quas perquiſivit pius Rex *Edgarus*. Illic ſunt reliquiæ duorum *Innocencium* integrè, & tertii *Innocentis* pro magna parte, ab eodem Rege collatæ. Ibidem quieſcit S. *Beſilius* martyr, qui pro Chriſto paſſus eſt in puerili corpuſculo. Ibi ſunt reliquiæ ſancti *Oſwaldi* Regis & Martyris, pro majori parte, de dono Regis *Edmundi* ſenioris, & reliquiæ S. *Valerii* Epiſcopi & Martyris, de dono Regis *Edgari*. Illic eſt S. *Canon* martyr, & ſanctus *Salvius* Epiſcopus & Martyr, de dono ejuſdem Regis. Ibidem etiam quieſcunt reliquiæ ſanctorum martyrum *Anaſtaſii*, *Benigni*, *Cæſarii*, *Abdon*, & *Sennen*, de dono Regis *Edgari*. Ibi ſunt reliquiæ ſancti *Paulini Northanhimbrorum* Epiſcopi, de dono Comitis *Eſtani*. Illic requieſcunt oſſa S. *Aidani Lindisfarnenſis* Epiſcopi, cujus animam beatus *Cuthbertus* vidit in cœlum transferri. *Coelfridi* Abbatis, *Boiſili* Abbatis, venerabilis *Bedæ* ſagaciſſimi doctoris, ac ſanctorum confeſſorum *Benedicti*, cognomento *Biſcope*, *Heſterpini*. *Sigfridi*, & *Herberti Wiornenſium* Abbatum, quorum geſta etiam apud nos habentur, de dono Regis *Edmundi* ſenioris. Ibidem etiam quieſcunt ſanctus *Idanus* Epiſcopus, frater ſancti *Furſei* Confeſſoris, & ſanctus *Vltanus* Epiſcopus, de dono *Tictan* Abbatis. Ibidem quieſcit idem ſanctus *Tictan* Abbas, cum duodecim Monachis ſuis qui de *Northumbria*, tempore perſecutionis *Danorum*, *Glaſtoniam*, cum multis reliquiis, commigravit, & eidem Eccleſiæ poſtea Abbas præfuit. Ibi etiam quieſcit ſanctus *Iltwith*, inter *Walenſes* famociſſimus, de dono *Ethelſtani* ducis. Illic quieſcit ſanctus *Lilianus* Abbas, de dono *Ethelnoti* ducis, & magna pars ſancti *Gutlaci* anachoritæ, de dono *Henrici Bleys Wintonienſis* Epiſcopi. Ibidem quieſcit ſanctus *Poppa Treverenſis* archiepiſcopus, qui multas reliquias adquiſivit, & *Glaſtoniam* veniens eas eidem ſacro loco contulit. Et ſanctus *Geminianus* Confeſſor, de dono Regis *Edgari*. Ibi requieſcunt corpora ſanctorum Virginum *Hildæ* Abbatiſſæ de *Witeby*, *Hebbe*, & *Begu*, de dono Regis *Edmundi* ſenioris. Ibi quieſcunt oſſa ſanctarum Virginum, *Criſante*, *Vdiliæ*, *Mariæ*, *Marthæ*, *Luciæ*, *Lucei*, *Walburgæ*, *Geretrudis*, & *Ceciliæ*, de dono *Alphari* ducis. Illic ſunt oſſa beatarum virginum *Wentæ* & *Mamillæ*, de dono *Ethelſtani* ducis. Ibidem eſt magna pars de ſancta *Edberga* virgine, de dono *Britwoldi* Epiſcopi. Item ibidem ſunt, pro magna parte, reliquiæ *Elſledæ* Reginæ, & ſanctæ *Batildis* Reginæ. Ibi ſunt corpora ſanctarum virginum & martyrum *Vrſulæ* & *Dariæ*, de dono *Henrici Bleys Wintonienſis* Epiſcopi. Ibidem quieſcit ſancta *Ealſwitha* virgo, tota in carne & oſſa integra, ſepulta inter magnum Altare & ſepulcrum Regis *Arthuri*, cum cilicio & ſacro velamine, ſicut teſtati ſunt qui eam viderunt.

Multorum autem aliorum ſanctorum nomina, & memoriam, antiquæ Eccleſiæ incendium, ex ſanctarum reliquiarum confuſione, ex toto delevit; Ideo plenè omnium Sanctorum, in Eccleſia *Glaſtonienſi* quieſcentium nomina, nullatenus fateor me enumeraſſe. Et quanquam incendium non fuiſſet, adeo longorum temporum fluxerunt curricula, ut omnes illuc ſanctos quieſcentes alicujus hominis poſſit inveſtigate inſtancia, ſet ſolius Dei comprehendit noticia, quot ſanctorum ibidem pauſant corpora. Fælices igitur hujus loci habitatores quos ipſa ſanctuarii reverencia ad morum compoſitionem invitat. Nullum de hiis crediderim deperire cœlo, quos, corpore egreſſos, tot patronorum excipit laus vel excuſatio. Quod cum ſæpius probatum ſit, ex viſione tamen, cujuſdam noſtri Monaſterii Monachi, celebrius cognitum & auditum eſt. Contigit enim quondam, vel Dei nutu, aut peſtiferi aëris corruptione, multis noſtrorum, peſtem creari; unde multi maturæ honeſtatis ſenes, ac bonæ impoſterum ſpei juvenes, ceſſerunt naturæ, inter quos quidam reverendæ caniciei ſenex, animi modeſtiam vultu pertendens ſereno, *Benedictus* nomine, decubuit. Huic, nocte quadam, viſum eſt in veteri Eccleſia ante beati martyris *Indracti* memotiam ſe eſſe, totiuſque baſilicæ ambitum venerabilibus viris conſtipari. Quorum unus, qui videbatur primatum tenere, ſic eum adorſus eſt, *Quorum in hac Eccleſiá ſanctorum veneraris reliquias?* Multorum inquid domine; Set cum ille repetita interrogatione nomina exigeret; & *Benedictus* ea quæ noverat evolveret ſingulariter, ait ille, *De quibuſcumque facis memoriam enarra?* Nec defuit Monacho memoria, ſet à beato *Patricio* incipiens, quæcunq; ſolitus erat decantavit; Cumque de beato *Patricio* inciperet, omnes ſurrexerunt: Ille verò, qui videbatur primas, unum, ante ſancti *Patricii* mauſoleum reſidentem, ad ſe vocans ait, *Audiſti quod iſte dixerit*? Et ille, Quod tibi videtur? Hæc omnia quæ de beato *Patricio* & cæteris dixit quaſi heſterna & nova ſunt, Nam ante eum fuerunt in *Glaſtonia* ſancti & honorabiles viri, quorum nomina, quia multa & barbara ſunt, iſte non valet retinere. Corpora verò hic in pace ſepulta ſunt, & nomina eorum vivent in ſæculum. Et converſus ad Monachum ait; *Hanc tibi ſedem glorioſa virgo Chriſti Katharina, hac nocte præſtitit; eſt enim ejus propria.* Tum *Benedicto* gracias, agenti, ſed viæ ſpacium ab eccleſia ad infirmariam, ſe timere reſpondenti, ait ſenex, *Vbi putas te eſſe?* Cumque ille in veteri Eccleſia ſe eſſe reſponderet, Immo inquit alter, in lecto tuo. Hoc dicto, ſurgentes omnes per mediam Eccleſiam, in Clauſtrum ordinatè proceſſerunt; Cumque ante infirmariam ſubſtitiſſent, ingenti ſilencio facto, is qui præcedebat, quaſi commotus, & retroverſus, ait, *Quid tam procacibus verbis me perſequimini? revera morientur, ſet ne curetis, quia omnia peccata eorum condonabuntur. Tu tamen frater Benedicte convaleſces, nec cum aliis morieris.* Et ita venerabilis viri viſo ipſum ad ſpem vivendi animavit, & reliquos, ne inparati exirent, admonuit.

De multorum Sanctorum particularibus reliquiis ibidem reconditis.

Sunt verò, præter ſuperius enumeratos, ſancti innumerabiles, quorum particulares hic habentur reliquiæ, quorum pleraque nomina apud nos ſcripta videntur, & plurimorum nomina ſcripta non habemus, ſet ſcripta ſunt in libro vitæ. Collatores verò harum reliquiarum fuerunt hii: Rex *Ethelſtanus*, rex *Edmundus* ſenior, rex *Edgarus*, *Elnotus* dux, *Alpharus* dux, *Ethelſtanus*, *Elwinus* dux, *Elſtanus* comes, *Poppa Treverenſis* archiepiſcopus, *Britwoldus*, *Wiltonienſis* Epiſcopus, *Britwyus Wellenſis* Epiſcopus, *Sarfridus Ciceſtrenſis* Epiſcopus, *Henricus Bleys Wintonienſis* epiſcopus, *Tiſtan* Abbas, *Euſtachius* prior, *Aelſwitha* nobilis matrona. Reliquiarum autem nomina, quæ apud nos habentur, ſcripta ſunt hæc.

De veteri Teſtamento.

De ſepulcro *Rachel*, de Altare *Moyſy*, in quo fundebat oleum; de virga *Moyſy* qua eduxit filios Iſrael de *Ægypto*, de virga *Aaron* quæ fronduerat; de Manna filiorum Iſrael; de ſepulcro *Yſaye* prophetæ, de reliquiis *Danielis* prophetæ. Reliquiæ de tribus pueris quos liberavit Deus de camino ignis ardentis. Item os unum eorundem. De pavimento templi domini, lapides ſex, quaſi tali, deaurati. Et de hoſtio templi domini.

De Domino noſtro Jeſu Chriſto ſunt hæ reliquiæ.

De loco ubi natus fuit dominus, de panno domini, in quo fuit involutus in præſepio. De præſepio eodem portiones duæ. De auro quo magi obtulerunt domino. Lapides de Jordanis flumine ubi baptizatus fuit dominus. De una idrea illarum in quibus Jeſus convertit aquam in vinum. De lapidibus de quibus dictum eſt Jeſu à Diabolo, *dic ut lapides iſti panes fiant*, & benedicti ſunt à Domino. De pane fragmentorum quinque panum ordeiceorum, quibus ſaciavit Dominus quinque millia hominum. De loco in quo transfiguratus fuit Dominus. De petra ſupra quam ſtetit Dominus in templo. De capillis Domini. De fimbria veſtimenti Domini. De ficone Domini, & ejus tunica inconſutuli. De menſa ſuper quam Dominus cœnavit cum diſcipulis ſuis ante paſſionem ſuam. De lapide ſuper quem oravit Dominus ante paſſionem ſuam. De panno ſub quo ſuſcepit Dominus alapas. De columpna ad quam ligatus fuit Dominus, quando flagellatus erat. De flagello cum quo Dominus erat flagellatus. De veſtimento quod *Herodes* induit Chriſtum. De ſpungia unde bibit Dominus myrratum vinum. De ſpungia unde offerebatur Domino acetum felle mixtum in paſſione ſua. Portiones multæ de ligno crucis dominicæ. Sex portiones de ſepulcro Domini. De monte *Calvariæ* portiones octo. De terra & lapide ubi crux Domini ſtetit. Item de foramine ubi poſita fuit ſancta crux in monte Calvariæ. Una ſpina de corona Domini. De Golgotha loco. De lapidibus ubi ſtetit Jeſus, quando aſcendit in cœlum.

De ſancta Maria ſunt hæ reliquiæ.

De lapillis, & terra ubi flevit ſancta *Maria* quando vidit Dominum lancea perforari, & lacrymæ ejus fluxerunt in terram. Item de univerſis veſtimentis ejuſdem. De ſepulcro ejus in valle *Joſaphat*. Oleum de quadam ymagine beatæ *Mariæ* miraculoſa. De lacte beatæ *Mariæ*. Item crux Cryſtallina quam beata virgo contulit inclito Regi *Arthuro*. Filum unum de quodam veſtimento S. *Mariæ* & de capillis ejuſdem.

De ſancto Johanne Baptiſta ſunt hæ reliquiæ.

Medium eo indicis beati *Johannis* Baptiſtæ. Os unum minutum de capite ejuſdem. De veſtimentis ejuſdem.

De Apoſtolis ſunt hæ reliquiæ.

De ſancto *Petro* unum magnum os. Duo dentes ejuſdem. De ſtola ejuſdem. De baculo ejuſdem. De cruce ejuſdem. De ſancto *Paulo* dens unus. De barba ejuſdem. De oſſibus ejuſdem. De ſanguine ejuſdem. De S. *Andrea* quinque minuta oſſa, duo dentes, & de cruce ejuſdem. De S. *Johanne* evangeliſta, de capillis ejus, de manna ſepulcri ejus. De ſpera ſive palma, quam idem *Johannes* tenebat manibus ſuis in ſepultura beatæ *Mariæ* virginis; de ſepulcro ejuſdem beati *Johannis*. De S. *Jacobo* majori, os unum. De S. *Philippo* maxilla, cum tribus dentibus, & medietate brachii ejuſdem. De S. *Bartholomeo* os unum. De S. *Thoma* duo fruſta, de brachio ejuſdem. De S. *Juda Tadeo* os unum. De S. *Mathia* os unum. De S. *Barnaba*, os unum. De ſancto *Luca* os unum. De ſancto *Marco* unum os, & minuta oſſa unius digiti ejuſdem.

De ſanctis Martyribus ſunt hæ reliquiæ.

De S. *Stephano* prothomartyre, os unum hanciæ de cruribus ejuſdem. De minutis oſſibus ejuſdem. De ſanguine ejuſdem. Cinis de corpore ejuſdem. De baculo ejuſdem. De petra una unde fuit lapidatus. De S. *Laurencio* unum magnum os. De coſta ejuſdem. De carne & ſanguine ejuſdem. Particula una de craticula ferrea ſuper quam fuit aſſatus. De S. *Georgio* martyre unum os magnum de brachio. De S. *Thoma* martyre *Cantuarienſi* archiepiſcopo oſſa duo. De pelle & crinibus ejuſdem. De carne & ſanguine ejuſdem. De panno, ſanguine & cerebro ejus intincto. De pulvere corporis ejuſdem. De mitra ejuſdem.

De veſtimentis, correo, pellicea, camiſia, & braccis ejuſdem. De cuculla, ſtamino, ſona, pedulibus quibus utebatur hora ſuæ paſſionis. Cultellus ejuſdem cum manubrio de corallo. Annulus qui fuit ſuper digitum ſuum, cum dicto *Peritot*, tempore quo gladiis impiorum occubuit. De S. *Chriſtophero* cranea capitis. De ſanctis *Cornelio* & *Cipriano* minuta oſſa. De S. *Dioniſio* os unum, cum parte lapidis molaris quæ alligata fuerat collo ejus in carcere. De oſſibus ſanctorum *Fæliciſſimi* & *Agapiti*. De oſſibus ſanctorum *Gervaſii* & *Prothaſii*. De reliquiis ſanctorum *Coſmæ* & *Damiani*. De ſancta *Fælicitate* & filiis ejus. De S. *Mauricio* dens unus. De reliquiis ſanctorum *Marici*, & *Marcelliani*. De S. *Albano Anglorum* prothomartire, dens unus. De ſancto *Blaſio* os unum. De ſancto *Alphego* archiepiſcopo os unum. De reliquiis ſancti *Leodegarii* epiſcopi & martiris. De ſancto *Clemente* os unum. De ſanguine ſancti *Alexandri* martiris. De S. *Pantaleone* martire os unum. De ſancto *Romano* martire dens unus. De S. *Quintino* martire dens unus. De coſta S. *Simphoriani* martiris. De reliquiis ſanctorum *Fabiani*, & *Sebaſtiani* martirum. De S. *Theodoro* martire. De ſanctis martiribus *Nito* & *Modeſto*. De ſancto *Ciriaco* martire. De ſancto *Gorgonio* martire. De *Cirico* martire. De ſanctis *Pruno* & *Fæliciano*. De ſanctis *Proceſſo*, & *Martiniano*. De ſancto *Kalixto* Papa & martire.

De Confeſſoribus ſunt hæ reliquiæ.

DE ſancto *Nicholao* unum os de brachio, & oleum de tumba ejuſdem. De S. *Martino* unum os. De S. *Edmundo Cantuarienſi* archiepiſcopo. De pelle, & oſſibus ejus. De pulvere corporis ejuſdem. De capillis ejuſdem. De caſula ejuſdem in qua ſepultus fuit; de alba, corporalibus, pallio, ſindone, pulvinari, & rocheto ejuſdem. De dalmatica, & ſandaliis ejuſdem. De cilicio ejuſdem. De caliga ejuſdem. De panno cerato quo erat involutum corpus ejus. De ſarcophago ligneo in quo primitùs jacuit. De S. *Gregorio* Papa oſſa duo de capite ejus. De ligno cellæ S. *Silveſtri* Papæ, & de dono ejuſdem cellæ. De S. *Ambroſio* Doctore, os unum. De S. *Auguſtino* Doctore os unum. De S. *Auguſtino*, Anglorum Apoſtolo, os unum. De S. *Ethelwoldo* epiſcopo os unum. De S. *Hillario* epiſcopo os unum. De veſtimento & pulvere corporis S. *Swithini* Epiſcopi. De S *Germano Altiſiodorenſi* epiſcopo, os unum. De cuculla, carne & ſanguine, & ſona pontificali beati *Wlſtani* Epiſcopi. De oſſibus SS. *Eildardi* & *Medardi*, epiſcoporum. De cilicio beati *Hugonis Lincolnienſis* epiſcopi. De S. *Audomare* confeſſore, oſſa tria. De S. *Sampſone* os unum. Reliquiæ de S. *Johanne Chriſoſtomo*, & de S. *Aniano* epiſcopo. De veſtimentis S. *Cuthberti* epiſcopi. Reliquiæ de ſanctis epiſcopis *Bricio*, *Macuto*, & *Rumone* confeſſoribus. De S. *Simeone* oſſa duo. De S. *Benedicto* Abbate, os unum. De S. *Leonardo* os unum. De S. *Jeronimo* Doctore os unum. De S. *Egidio* Abbate oſſa duo. De S. *Wynwaloco* os unum. De brachio ejuſdem. De oſſibus S. *Botulphi* Abbatis. Reliquiæ de S. *Grimbaldo* confeſſore. De S. *Cadoco*; cranea capitis ejuſdem. De reliquiis SS. *Wlurici* & *Egwini*. De veſtimentis S *Petroci* confeſſoris. De reliquiis SS. *Adulphi* & *Liſtbini* confeſſorum. De pellicea S. *Walteri* de *Corwiche*. De S. *Antonio* Abbate os unum.

De Sanctis Virginibus ſunt hæ reliquiæ.

DE capillis S. *Mariæ Magdalenæ*. De S. *Katerina* virgine oſſa duo. De oleo tumbæ ejus. De marmore tumbæ ejuſdem. De S. *Margareta* virgine, os unum de capite, & de ſandaliis ejuſdem. De oſſibus S. *Cutburgæ* virginis. De coſta S. *Scolaſticæ* virginis. De coſta S. *Brigidæ* virginis. De coſta S. *Petronillæ* virginis. De S. *Etheldreda* os unum. De oſſibus S. *Praxedis* virginis. De *Cecilia* virgine os unum. De S. *Agatha* virgine os unum. De velo, & capite S. *Barbaræ* virginis. De S. *Radegunde* virgine os unum. De oſſibus S. *Anaſtaſiæ* virginis. De S. *Fide* virgine os unum. De S. *Helena*, brachium ejuſdem in carne & oſſibus in duobus fruſtis. De reliquiis S. *Sapientiæ* & filiarum ejus, *Fidei*, *Spei* & *Caritatis*. Reliquiæ de S. *Editha*. De S. *Mildreda*. De S. *Tarſilla*. De S. *Marina*. De S. *Cirilla*. De S. *Ruphina*. De S. *Nimpha*. De S. *Sabulone*, & de S. *Triphone*, virginibus. Horum igitur ſanctorum & multorum aliorum, quorum nomina propter ſcripturæ defectum ignoramus, apud nos reliquiæ reconduntur. Sed quamvis apud nos non ſit earum plena cognicio, cognitione tamen divina & contemplatione plenius perfruuntur.

De Sanctitate Glaſtonienſis Eccleſiæ, & ejuſdem loci cimiterii, nec non Regibus, Epiſcopis, Ducibus & aliis Nobilibus ibidem ſepultis.

QUantum autem fuerit *Glaſtonienſe* Cœnobium primatibus patriæ venerabile, & ad ſepulturam deſiderabile, ut ibi potiſſimum, ſub protectione Dei genetricis & perpetuæ virginis *Mariæ*, diem opperirentur reſurrectionis, multa ſunt indicio; tanta utique locus ille colebatur devotione, ut Reges, Reginæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Duces, & utriuſque ſexus nobiles, cujuſcunque ordinis, cujuſcunque eſſent dignitatis & celſitudinis, ſe beatos fore arbitrabantur, qui locum illum ſuis poſſeſſionibus auxiſſent, vel diviciis ſuis locupletaſſent, quibus eſſet locus iſte, locus habitationis dum viverent, ſeu qui carnis educti ergaſtulo locum ibidem quietis, vel alibi cum aliqua porcione hujus ſanctæ terræ ſepeliri poſſent, promeruiſſent. Unde quidam *Britonum* vates, nomine *Melkinus* ita exorſus eſt. *Inſula Avallonis avida funere Paganorum, præ cæteris in orbe ad ſepulturam eorum omnium ſperulis propheciæ vaticinantibus decorata, & in futurum ornata erit altiſſimum laudantibus.* Abbadare, *potens in* Saphat, *Paganorum nobiliſſimus, cum centum quatuor millibus dormicionem ibi accepit. Inter quos* Joſeph *de Marmore, ab* Arimathia *nomine, cepit ſomnum perpetuum; Et jacet in linea biſurcata, juxta meridianum angulum oratorii cratibus præparatis, ſuper potentem adorandam virginem; ſupradictis ſpeculatis locum habitantibus tredecem. Habet enim ſecum* Joſeph *in ſarcophago duo faſſula alba & argentea, cruore propheſiæ* Jeſu, *& ſudore perimpleta. Cum reperietur ejus ſarcophagum inte-*

grum illibatum, in futuris videbitur, & erit opertum toto orbi terrarum; ex tunc nec aqua nec ros cæli, Inſulam nobiliſſimam habitantibus poterit deficere, per multum tempus ante diem judicialem in Joſaphat, *erunt aperta hæc, & viventibus declarata. Hucuſque* Melkinus. In hac quoque Inſula *Avalloniæ*, quæ *Tumulus Sanctorum* dicitur, requieſcit *Coel* Rex *Britonum*, pater ſanctæ *Helenæ*, matris magni *Conſtantini* Imperatoris, & *Caradocus* Dux *Cornubiæ*. Ibi quieſcit inclitus Rex *Arthurus* cum *Guenevera* Regina ſua, qui anno Dominicæ incarnationis DXLII, in *Cornubia* juxta fluvium de **Kemelen**, à *Modredo* letaliter vulneratus, in Inſulam *Avalloniæ* ad ſananda vulnera ſua evectus, & ibidem in æſtate, circa Pentecoſten, eſt defunctus, & in cimiterio Monachorum ſepultus. Ibi enim requievit ſexcentis quadraginta & octo annis; & poſtea, in majorem Eccleſiam tranſlatus eſt. In *Glaſtonia* etiam requieſcunt multi de Principibus & Nobilibus *Britonum*, ſet eorum nomina, præ nimia antiquitate, cæca delevit oblivio. Ibi requieſcit Rex *Kentwynus* in piramide Saxeo in Cimiterio Monachorum, qui primus de Regibus *Anglorum* libertates magnas terraſque multas contulit. Ibi requieſcit *Edmundus* Rex, filius *Edwardi* ſenioris, & frater Regis *Ethelſtani*, qui ſanctum *Dunſtanum* ibidem Abbatem conſtituit, terraſque dedit ampliſſimas & libertates magnas. Ibi requieſcit Rex *Edgarus*, filius ejuſdem *Edmundi*, & pater ſancti *Edwardi* Regis & martiris, ac ſanctæ *Edithæ* Virginis. Ibidem requieſcit Rex *Edmundus* junior, cognomento **Irenſide**, filius *Egelredi* Regis, & nepos Regis *Edgari*. Illic jacent *Hedda Wentanus*, *Britwoldus Wiltonienſis*, *Britwinus Wellenſis*, & *Saifridus Ciceſtrenſis* Epiſcopi. Ibi etiam quieſcunt *Alpharus*, *Athelſtanus*, *Elwinus* & *Elnotus* Duces; quorum quilibet centum libratas terras cum multis aliis bonis contulit *Glaſtoniæ*.

Sunt etiam ibi duæ piramides, quæ, aliquantis pedibus ab Eccleſia vetuſta poſitæ, cimiterium monachorum prætexunt. Procerior & propinquior eccleſiæ, habet quinque tabulatus, & altitudine viginti ſex pedum. Hæc, præ nimia vetuſtate, etſi ruinam minetur, habet tamen nonnulla antiquitatis ſpectacula, quæ planè poſſunt legi, licet non plenè poſſunt intelligi. In ſuperiori tabulatu eſt ymago pontificalis ſcemate ſancto. In ſecundo, ymago regiam pretendens effigiem, & hæ literæ *Her*, *Sexi*, & *Bliſier*. In tercio tabulatu ſunt hæc nomina, *Wemcreſt*, *Bantomp*, *Wineweng*. In quarto tabulatu, *Hate*, *Wlfred*, & *Eanfled*. In quinto tabulatu, qui & inferior eſt ymago, & hæc ſcriptura, *Logior*, *Weſlicas*, *Bregden*, *Swelwes*, *Hwingendes*, *Bera*; Altera verò piramis habet octodecim pedes, & quatuor tabulatus, in quibus hæc leguntur, *Hedde* Epiſcopus, & *Bregored*, & *Breorward*: Quid hæc ſignificent non temerè diffinio, ſed ex ſuſpicione colligo, eorum interius in cavatis lapidibus contineri oſſa, quorum exterius leguntur nomina. Certè *Logior* ſive *Logwor*, is eſſe aſſeritur de cujus nomine **Logwereſburgh** dicebatur, qui nunc *Mons acutus* dicitur. **Bregden** à quo **Brentknoll** qui nunc **Brentmareis** dicitur. *Beorward* Abbas fuit hujus loci. Requiſcunt etiam ibi multi præter ſupra nominatos, Epiſcopi, Duces, Abbates, aliiq; Magnates; quos pro prolixitatis tædio, annumerare ſuperſedio. Hii utiq; non ſepulcra dealbata conſtruentes, non monumenta ſumptuoſa ſabricantes, humilibus hujus Sanctæ terræ ceſpitibus contenti gloriabantur ſe poſſe ſepeliri. Et quamquam eorum ſepulturæ non appareant loca, tamen digni in conſpectu domini appareant æterna memoria. In tanta nempe reverentia habuerunt ſancti patres noſtri jam dictum locum, quod non audebant in dicta eccleſia aut cimiterio aliqua vana loqui, nec fluma, vel ſalivam in illam terram ſanctam expuere, vel projicere, niſi in magna neceſſitate cum magna cordis compunctione. Nec audebant aliquem hujus Eccleſiæ inimicum, aut aliquem enormem peccatorem notorium, in dicto ſacro cimiterio ſepelire, propter voces horribiles quæ ſæpe ab eis audiebantur, & fantaſmata malignorum ſpirituum quæ videbantur donec effoderentur, atque de cimiterio projicerentur. Multi etiam hujus loci monachi, propter irreverenciam huic ſacro loco factam, juſto Dei judicio ſepulturam inibi perdiderunt. Nullus autem illuc avem venatoriam advexit, vel quadrupedes induxit, qui ſui vel rei poſſeſſæ Indempnis abierit. Nam tempore Regis *Edgari* quidam comes, nomine *Arnulphus*, accipitrem in eodem tulit, qui ſtatim, de ejus manu elapſus, expiravit. Cocus quidam Abbatis *Hetelewini* equum ſuum in ſanctum cimiterium caſu neſcienter induxit, & continuò exalavit; multi etiam, eodem modo, canes ſuos ſæpe perdiderunt. Ferro vel aqua examinandi, quod antiquitùs plurimum habebatur in uſu, ſi orationem ibi depoſuerint, omnes quos præteritorum memoria complecti potuit, uno accepto, de ſalute ſui tripudiarunt. Si quis emano aliquod ædificium juxta locaſſet, quod, ab umbratione ſua, lucem impediret eccleſiæ, ſtatim patuit ruinæ. Locus ille in partibus tranſmarinis tantæ habetur auctoritatis, & reverenciæ, quod quidam eorum pro particulis hujus ſanctæ terræ ſæpe mittunt, & pro ſuis ſepulturis devotiſſimè cuſtodiunt. Et ſæpe dicunt *Anglicis* in partibus illis peregrinantibus, quod ſi dignitatem & ſanctitatem iſtius cimiterii ſcirent, non tantas tranſmarinas peregrinationes quærerent.

Tres enim ſunt cauſæ notabiles, quare terram illam ſanctam, ad Chriſtianorum ſepulturam præſencialiter dedicavit. Secunda quia omnibus hic vel alibi, cum aliqua portione hujus ſanctæ terræ ſepultis, per ſanctorum inibi requieſcencium preces & merita creditur magna peccatorum remiſſio à Domino conceſſa. Tercia propter Miſſas & alias orationes quæ quotidie pro eis dicuntur; Et ut evidens hiis inducam teſtimonium, quædam in remotis partibus orbis geſta, convenienter ſubjungam. Contigit quod quidam vir, nomine *Rainaldus*, de villa de **Merkeſbury** votum emiſit ut terram ſanctam viſitaret. Voto completo, & ipſo ibidem inimicos crucis Chriſti debellante, tandem à quodam *Soldano* captus, vinculis eſt mancipatus; & per multa tempora, in ejus cuſtodia fuerat detentus. Verùm quia decorus erat & pulcher aſpectu, elegantiſque ſtaturæ, ipſum de carcere educi, & coram ſe prandere cotidie faciebat; Et cognoſcens ipſum *Anglicum*, ſolebat ab eo inquirere de circumſtanciis terræ, & ritibus gentis illius. Demum inter cætera ſciſcitatus eſt, ſi haberet noticiam cujuſdam Inſulæ inter duos montes ſitæ, ubi *Joſeph* ab *Aramathia* nobilis decurio quieſcit, qui Prophætam *Jeſum* aſſumpſerat de cruce.

Ipſo verò affirmante illam benè noſſe, & ſe eſſe de dominio Abbatis *Glaſtoniæ*, ubi dicta Inſula ſcituatur, ſtatim Soldanus pepigit cum eo, quod ipſum ab omni jugo ſervitutis, & carceris liberaret, ac neceſſaria in via ſibi miniſtraret, ſi *Glaſtoniam* adire vellet, & obtenta licentia à cuſtode loci, unam cerotecam plenam terræ illius, ubi dictus decurio quieſcit, & monachi ſepeliuntur, ſibi reportaret. At ille, præſtito juramento, præmiſſa fideliter promiſit adimplere. Eo igitur *Glaſtoniam* perveniente, à ſacriſta qui tunc erat, *Michaele de* Bekery, de eadem terra quantum voluit impetravit. Ex qua cerotecam unam, & aliam de terra cimiterii eccleſiæ parochialis, extra monaſterium ſecum pariter delaturas, implevit.

Nec multo poſt reverſus in terram ſanctam, adiens prædictum Soldanum, cirotecam de terra parochialis eccleſiæ impletam eidem obtulit, quaſi ſic conventionem obſervaſſet. Mox Soldanus, exardeſcens in iram, aſſerebat ſe eſſe deceptum, dicens hanc non eſſe de terra quam optavit; *Rainaldo* autem contrarium affirmante, nullam fidem adhibebat ullo ſenſu. Tandem ipſo ſuper perjurio quaſi convicto, & ultimo fere ſupplicio mancipato, aliam cerotecam de terra cimiterii monachorum repletam ſtatim pretendebat. Quo viſo mox Soldanus aſſeruit ſibi eſſe ſatisfactum, in hæc verba prorumpens. *Parum norunt ibi degentes quanta virtus in iſta terra conſiſtit, quia vix inter mille homines quantuſcumq; enormis fuerit peccator, & ibidem ſepultus pænas pacietur infernales.* Poſt hæc, dicto *Rainaldo*, ut promiſſum fuerat liberato, & ad natale ſolum reverſo, *Glaſtoniam* rediens, quæ dictus Soldanus de prædicta terra quam portavit, & de noticia utriuſque quam habebat, prædicto ſacriſtæ jurejurando ſeriatim referebat. Quæ omnia dictus ſacriſta fratribus ſuis & aliis publicavit, ut creſcente fama ſanctitatis loci, ibidem degentes fierent ſanctiores, & alii non degentes ad venerationem loci impoſterum proniores.

De Archiepiſcopis, Epiſcopis & Abbatibus, de Conventu Glaſtoniæ *ad diverſas ſedes electis.*

SUPERIUS oſtenſum eſt quorum Sanctorum hic ſciamus pauſare corpora, tamen quot ſunt, ſolius Dei comprehendit noticia. Jam dicendum eſt quantæ induſtriæ viri, inter quos, vel pocius ſupra quos, beatus *Dunſtanus*, ſicut ſplendidum ſolis jubar minores ſtellas irradians, ex eccleſia *Glaſtonienſi* aſſumpti ſunt ad cæteras *Angliæ* eccleſias illuminandas. Memorabile nimirum exemplum hujus loci auctoritatis & gratiæ, quod non ſolum ſibi, ſed etiam aliis eccleſiis ſufficerint, tot illuſtres perſonæ ex eodem ſacro conventu aſſumptæ, non tamen de ſingulis omnium epiſcopatuum locis poſſum ſpecificare, niſi quantum reperiri potuit ex cronicis, quod talis vel talis epiſcopus obierit hujus loci monachus; Adeo enim longorum temporum fluxere curricula, ita ut ea nullius hominis inveſtigare poſſit memoria. Primò tamen dicendum eſt de archiepiſcopis, *Berthwaldus*, ſive *Britwoldus*, qui poſt adventum *Saxonum*, primus de *Anglis* hujus loci Abbas fuerat, poſt decem annos prælationis ſuæ, factus eſt Archiepiſcopus *Cantuariæ*. Nam ab adventu ſancti *Auguſtini*, uſque ad iſtum, fuerunt ſemper Romani archiepiſcopi, & ex tunc *Angli*. *Athelmus* monachus *Glaſtoniæ*, factus eſt epiſcopus *Wellenſis*, deinde archiepiſcopus *Cantuarienſis*; hic nempe patruus fuit S. *Dunſtani*. Sanctus *Dunſtanus*, cujus induſtria *Glaſtonienſis* refloruit eccleſia; ex monacho & Abbate *Glaſtoniæ*, factus eſt epiſcopus *Wigorniæ*; deinde *Londoniæ*, poſtremò Archiepiſcopus *Cantuariæ*. *Egelgarus* monachus *Glaſtoniæ*, factus eſt primus Abbas novi monaſterii de *Hida Wintoniæ*, deinde epiſcopus *Ciceſtriæ*, poſtremò Archiepiſcopus *Cantuariæ*. *Sigericus* monachus *Glaſtoniæ*, factus fuit epiſcopus *Wellenſis*, poſtea, tercio loco, poſt beatum *Dunſtanum*, Archiepiſcopus *Cantuarienſis*. Hic dedit eccleſiæ *Glaſtoniæ* ſeptem pallia. Sanctus *Elplegus* martir, ex Monacho & Priore *Glaſtoniæ*, factus eſt Abbas *Bathoniæ*, deinde epiſcopus *Wintoniæ* poſtea Archiepiſcopus *Cantuariæ*. *Elnothus*, ex monachò *Glaſtoniæ*, factus eſt Archiepiſcopus *Cantuariæ*.

Iſte, cum à beato *Dunſtano* baptizaretur, erectam manum tenuit, more epiſcopi benedicentis populum; Unde beatus *Dunſtanus*, divinitus inſpiratus, eum Archiepiſcopum futurum prædixit. Fuit autem archiepiſcopus tempore Regis *Cnutonis*, cujus juſſu & juvamine, tranſtulit beatum martirem *Elphegum* à *Londoniis* uſque *Cantuariam*. Hiis ſeptem archiepiſcopis coaptari poteſt illud Propheticum *ſuper lapidem unum, ſeptem oculi ſunt*. Quid melius per lapidem iſtum hic intelligitur, quam ſancta *Glaſtonienſis* eccleſia, ſicut de ſancta univerſali eccleſia ait dominus *Petro*, *tu es* Petrus, *& ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam*; Meritò igitur hii ſeptem, ſeptem oculi dici poſſunt, qui ex una eccleſia aſſumpti, & ſpeculatores domus Domini facti, ſicut lucernæ, non ſub modio, ſet ſuper candelabrum poſiti, tocius *Angliæ* tenebras ſuo ſplendore illuſtrarunt, ſubſequencium verò ipſorum, quamquam nomina deſcripſero, eorum tamen omnium epiſcopatuum loca, ut præfatum eſt, exprimere non valeo, ſed quoto anno Domini obierunt explanabo.

Gaufridus epiſcopus, Monachus *Glaſtoniæ*, obiit anno Domini ſeptingenteſimo octogeſimo ſecundo. Eodem anno obiit *Ethelwinus* epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*. *Wibertus* epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, obiit anno Domini octingenteſimo. *Wigthegn* epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, obiit anno Domini octingenteſimo triceſimo ſexto. *Alſtanus* epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, obiit anno Domini octingenteſimo quadrageſimo ſecundo. *Tumbertus* epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, obiit anno Domini octingenteſimo ſexcenteſimo ſexto. *Daniel* epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, obiit octavo idus Octobris, anno Domini nongenteſimo quinquageſimo ſexto. *Elfricus* epiſcopus, monachus & abbas *Glaſtoniæ*, obiit anno Domini nongenteſimo octogeſimo octavo. Hii qui ſecuntur fuerunt epiſcopi in diverſis locis tempore Regis *Edgari*. *Sigegarus Wellenſis* epiſcopus, monachus & Abbas *Glaſtoniæ*, obiit quarto Kalendas Julii: hic ſepultus fuit ſub S. *Benigno*. *Britelmus* epiſcopus *Wellenſis*, monachus *Glaſtoniæ*, obiit Idus Maii. *Alfwoldus Cridienſis* epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, obiit Idus Februarii. *Sigefridus* epiſcopus *Norwicenſis*, monachus *Glaſtoniæ*, obiit nonas Aprilis. Hic dedit *Glaſtonienſi* eccleſiæ quatuor capas, duas cum leonibus, & duas croceas. Sanctus *Ethelwoldus Wintonienſis* Epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, & primus Abbas *Abbandoniæ*, obiit Kalendas Auguſti. *Wiſinus* Epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, obiit Idus Marcii. *Aelfſtanus* Epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, obiit Idus Februarii. *Egelricus* Epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, obiit octavo Idus Maii. *Kenewaldus* Epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, obiit quarto Kalendas Julii. *Elmerus* Epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, obiit tertio Nonas Aprilis. *Livingus* Epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, obiit quarto decimo Kalendas *Aprilis*. *Brithwius Wellenſis* Epiſcopus, monachus & Abbas *Glaſtoniæ*, obiit anno milleſimo triceſimo quarto. Hic jacet in aquilonari porticu ad ſanctum *Johannem* Baptiſtam. *Britwoldus Wintonienſis* Epiſcopus, monachus *Glaſtoniæ*, obiit anno Domini milleſimo quadrageſimo quinto, qui multa contulit *Glaſtonienſi* Eccleſiæ. Hic ſepultus fuit cum *Brithwio* in eadem Eccleſia, in parte aquilonari.

De terris & poſſeſſionibus, à diverſis Regibus Epiſcopis, Ducibus & aliis, monaſterio Glaſtonienſi collatis.

SIcut olim devoti Chriſti famuli, Reges & Principes, Duces, cæterique utriuſque ſexus nobiles, omiſſo pompatico faſtus mundialis apparatu, pia liberalitate & ſpontanea devotione, viros Eccleſiaſticos religioſoſque Dei ſervos honorantes, ſanctam Eccleſiam ex ſuis poſſeſſionibus fundaverunt, atque ſuis diviciis ornaverunt & locupletaverunt, ita jam, juxta veritatis vocem, refrigeſcente multorum caritate, ſæculi potentes, præter paucos, zelum Dei præ oculis non habentes, ſet ſuum honorem quærentes, neque avariciæ ſuæ metam imponere ſcientes, non ſolum bona ſanctæ Eccleſiæ non augent, & theſauris ſuis non ornant, verum etiam ea quæ Dei ſervorum & Chriſti pauperum, nec non hoſpitum & peregrinorum, & domorum ſuſtentationis uſibus, ſuorum anteceſſorum pia collata erant caritate, ſibi præſumunt, & à poſſeſſionum largicione ſive theſaurorum ſuorum diſtributione manus contraxerunt. Libet ſummatim inſerere, quæ, & à quibus ſint Monaſterio *Glaſtonienſi* collata, ac Regia auctoritate confirmata, ut eorum nomina, in æternum coram Deo & hominibus, digna habeantur memoria. Etenim citra Conqueſtum, *Willielmi* Ducis *Normannici* anno Domini milleſimo ſexageſimo ſexto, de Regno *Angliæ* factum, qui *Glaſtonienſem* Eccleſiam enormiter de ſuis poſſeſſionibus mutilavit, & quamplures ex ſuis militibus inde fudavit, nec ante ab anno Domini milleſimo triceſimo uſque in diem præſentem, nulla facta eidem domui de aliquo manerio ſive poſſeſſione aliqua donatio, ſet pocius per *Bathonienſes* Epiſcopos multarum earundem poſſeſſionum violenta ablacio. Primo namque Rex *Britonum*, *Arviragus* licet paganus, contulit ſancto *Joſepho*, qui Dominum ſepelivit, & ſociis ſuis hanc Inſulam in qua Monaſterium ſitum eſt, tunc ſilvis, rubis atque paludibus circumdatam, ab incolis **Ynſwitryn** nominatam, quam poſtea *Lucius* Rex *Britannorum*, qui primus de *Britannis* Regibus, ſacrum baptiſma ſuſcepit, *Phag ano* & *Diruviano* monachis cardinalibus, qui mittente Papa *Eleutherio*, eum baptizarunt, & eorum Diſcipulis, benigniſſimè confirmavit.

Inclitus *Arthurus* Rex *Britonum* dedit **Brentmaris** & **Pouldon** cum multis aliis terris in confinio ſitis, quas *Angli-Saxones* pagani ſupervenientes, abſtulerunt. Sed poſtea ad fidem converſi, ea cum pluribus aliis, reſtituerunt. Unde Rex *Domp* nomine, eam terram quæ **Ynſwitryn** appellatur, quinque hidas reſtituit, & fratribus iſtic degentibus confirmavit. *Kenewalchius*, ſive *Kenwalli* Rex, dedit **Ferramere** cum duabus Inſulis ex utraque parte ſtagni, ſcilicet **Weſtei** & **Godenei**. Dedit inſuper Inſulas de **Bekery**, **Martineſei**, & **Andredeſei**. *Kentwinus* Rex dedit **Monkaton** viginti tres hidas, & in **Cari** viginti hidas, & in **Crucan**, tres hidas. *Baldredus* Rex dedit **Pennard** ſex hidas. **Loggareſbeorg**, id eſt, **Muntacu** ſexdecim hidas, & **Weſtmere**, cum captura piſcium in **Peret**. *Hedda* Epiſcopus dedit *Lontacai*, id eſt, **Legh**, ſex hidas, *Cedwalla* Rege, licet pagano, confirmante. *Ina* Rex dedit **Brentmareis** viginta hidas, **Pilton** viginti hidas, **Sowi** duodecim hidas, **Dulting** viginti hidas, & juxta **Tamer** ſcilicet **Livig** viginti hidas, & alibi, cum piſcaria, unam hidam. Sanctus *Wilfridus Eboracenſis* Archiepiſcopus, dedit **Wethmore** ſexaginta hidas, & **Cliſwerd** unam hidam. **Forthere** Epiſcopus dedit **Bledanhid**, unam hidam. *Buggu* Abbatiſſa dedit **Ora** tres hidas, *Ina* Rege conſentiente & confirmante. *Athelardus* Rex dedit **Poholt** ſexaginta hidas, & in **Torick** decem hidas. *Fridogida* ejus Regina dedit **Brunantun** quinque hidas. *Cuthredus* Rex dedit **Ure** tres hidas. *Lulla* Chriſti ancilla dedit **Baltenesbeorghe**, & **Shobbeſworthe** decem hidas. *Athelbaldus* Rex dedit **Gaſſic** & **Bradanlegh** iiii. hidas, *Sigebertus* dedit in **Poholt** viginti duas hidas. *Kinewlphus* Rex dedit & confirmavit **Wodeton** quinque hidas, **Cumpton** quinque hidas & **Huvereſburgh**. *Athelardus* ejus Miniſter dedit tres hidas in **Cedren**, id eſt, **Cleanbeare** & **Cumbe** tres hidas. *Sulca*, Chriſti ancilla, dedit **Culam** undecim hidas. *Offa* Rex dedit **Ineſworth** decem hidas. *Ethelmundus*, *Offa* Rege confirmante, dedit **Huneſpulle**. *Egbirtus* Rex dedit quinque hidas juxta flumen **Torick**. *Edgiſilus*, eodem Rege confirmante, dedit **Budeclege** viginti hidas; *Athelwlphus* Rex dedit viginti quinque hidas & reddidit **Dultinge**; Dedit etiam **Offaculum** viginti quatuor hidas, **Bocland** quinque hidas, **Pennard** novem hidas, **Occenfelde**, **Scearamton**, ſex hidas; **Sowi** decem hidas, **Pirinton**, **Logdereſbeorgun**, **Occemund**, & **Bedul**, **Braunc**, **Duneafa**: Confirmavit etiam, de dono *Ethelſtani* Comitis, **Clutton** decem hidas, & de dono *Enulphi* **Digeſgate**, & **Lotteſham** triginta hidas; **Hornblawerton** & **Beanganhangan**.

Ethelbaldus Rex dedit **Bramuncminſter** decem hidas. *Alfredus* Rex ſive *Aluredus* dedit partem de ligno Domini. *Athelſtanus* Rex conceſſit & confirmavit, de dono *Athelini* Ducis, **Merkeſbury** decem hidas; de dono *Wlthelmi* Archiepiſcopi, **Deverel**, viginti hidas; de dono *Offrici*, **Overdeverell**, id eſt **Munketon**, decem hidas; de dono *Elfledæ* Reginæ Regis *Edwardi*, **Wintburne** decem hidas; de dono *Ethelſtani* Ducis **Wrington** viginti hidas. **Weſton** ſive **Forcote** quinque hidas, & **Lim** ſex hidas; ac de dono *Uffæ* viduæ, **Stoke** quinque hidas. *Edmundus* Rex dedit **Chriſtmaleford** viginti hidas. **Kingeſtone** octo hidas, **Wodeton** quinque hidas, **Watheleg-ha** decem hidas, **Pokeleſchirche** triginta hidas, **Eſt-ford**, dimidiam hidam cum captura piſcium, **Domerham**, **Merton**, & **Pendrithe** centum hidas; **Stane** octo hidas. Confirmavit etiam de dono *Elfredæ* Reginæ Regis *Edwardi*, **Acford**, **Bocland**, & **Plis** viginti ſeptem hidas. **Hammedon** quindecim hidas. De dono **Wilfridi**, **Kington** triginta hidas; **Erithington** decem hidas; & ad **Turnamwrthe** quinque hidas; **Tintanhulle** quinque hidas. De dono *Elſii* **Batecumbe** viginti hidas. De dono *Ethelſtani* Comitis **Melnes**, viginti hidas. De dono *Segwlphi* **Abbedeſbury** quinque hidas. De dono *Wlfec* **Langeford**, duas hidas; Reddidit etiam, **Wrington** viginti hidas. *Edredus* Rex dedit **Badbury** viginti quinque hidas, & in **Chriſtchierche** duas hidas, & **Mornuc**, & **Stapelwil**, & duas hidas in **Noni**; Et **Elleberwe** unam hidam; dedit etiam manerium de **Aſhbury** quadraginta hidas, ut patet infra. *Elfredus* dedit **Camelarton** quinque hidas, *Edredo* confirmante. *Aelfgitha* ſanctimonialis dedit **Pendearminſter** decem hidas. *Edwinus* Rex dedit **Padenebeorge** duas hidas, & **Blakeford** ſex hidas. Confirmavit etiam de dono *Elfegi* **Cranemere** duodecim hidas. De dono *Eſſerici* **Widcumbe**, ſex hidas. De dono *Alwini* unam partem de **Stourton**, ſcilicet octo hidas: De dono *Britbrici Giffelton* quinque hidas. De dono *Britheræ* **Widangate**, *Edgarus* Rex dedit **Stoure** triginta hidas, **Middilton** duas hidas, **Luctun** duas hidas, **Blakeford** quinque hidas, **Hamme** ſeptem hidas, **Dundene** quinque hidas, **Wetehulle**, tres hidas; & reddidit **Merkſbury**. Confirmavit de dono *Alphari* Ducis, **Weſtbury** quadraginta hidas, & **Othebœ** quinque hidas; de dono *Alwinæ*. **Ertlington**, viginti quinque hidas, **Petelton** viginti hidas, **Horton** decem hidas. Item de dono *Alphari* **Ealderman** **Batecumbe** viginti hidas. De dono *Ealdred* **Clifan** undecim hidas. De dono *Aelflem* **Ditanbeorgh**, duas hidas; De dono *Aelfeah*, **Cranemere** decem hidas: De dono *Arbelfled* **Hannadon** quindecim hidas: De dono *Aelſwithæ* & Reginæ **Wineſcumbe** quindecim hidas, **Idemeſton** decem hidas, **Strecton** ſex hidas, **Andredeſcy** dimidiam hidam. De dono *Edredi* **Middelhale** quindecim hidas, **Aſchbury** quadraginta hidas. De dono *Brithſigæ* **Healton** quinque hidas. *Egelredus* Rex dedit **Auſtanclif** ſex hidas, **Sitebeorge** unam hidam, & **Fiſhwere**, & unam manſam in **Wilton** & **Hanandon**. Reddidit **Pokeleſchirche**, & confirmavit. De dono *Wlwini*, **Eſtune** viginti hidas. *Edmundus* Rex, dictus **Ironſide**, dedit **Newton-caſtel** ſeptemdecim hidas. Iſta & multa alia à diverſis Regibus & eorum familiaribus collata, ad *Glaſtonienſem* Eccleſiam devenerunt, ſicut per ejuſdem Eccleſiæ cartulas veteres apparet. Quæ tum mutationibus Regum & Regnorum, tum incuria Prælatorum quædam auferebantur & alienabantur, & poſtea multa per alios reſtituebantur, quædam verò uſque in præſens, nullatenus reſtituuntur. Et licet incredibilem numerum ac quantitatem terrarum uni loco ſpectantium hic poſuerim, omnes tamen has, & multo plures, quas pro ambiguitate numerare nolo, *Glaſtonienſi* Monaſterio datas fuiſſe non dubito. Nec eſt admirandum ſi quædam Maneria, aut realiter, aut nomine tenus, à diverſis legantur collata, tum quia nomina equivoca ſunt, quia multa, à prioribus data, deinde ablata demum reſtituebantur, cum etiam quia quidam partem unam Manerii, alter verò partem aliam ejuſdem, contulit, & totum utrique, fortaſſis, aſcribitur.

De Sancto Patricio.

ANNO Dominicæ incarnationis trecenteſimo ſexageſimo primo, natus eſt puer *Patricius*, patre *Calipurno*, matre verò *Conches* dicta, quæ ſoror fuit ſancti *Martini Turonenſis* Archiepiſcopi, ut teſtatur in ſua Chronica *Martinus*. Dictus eſt autem in baptiſmo *Sucath*; per ſanctum *Germanum Altiſiodorenſem* Epiſcopum, cujus diſcipulatui ſe tradidit, dictus eſt *Magonius*: à *Celeſtino* Papa *Patricius*, id eſt, Pater Civium appellatus eſt. Tradunt namque Hiſtoriæ, *Conſtantinum* & *Maximum*, ac alios quoſdam in *Britannia* Imperatores creatos, tranſito mari, omnem armatam & militarem manum abduxiſſe. & inermes, abſque tutela, *Britones* reliquiſſe.

Hoc percipientes hoſtes circumhabitantes *Hibernenſes* & *Picti*, in *Britannos* omnes, expertes miliciæ, irruentes, non-ignobiles prædas crebro abduxerunt. Quocirca inter cæteros captivos, etiam *Patricium*, jam ſexdecim annorum adoleſcentulum, *Hibernenſes* rapuerunt. Latrunculorum, ergo præda factus, venditus eſt in ſervum. Comparavit eum regionis illius quidam Regulus, nomine *Milchn*, atque eum ſuo ſervicio mancipavit. Denique durius quam herilis clemenciæ intereſſet agens cum adoleſcente, ſuum eum ſubulcum inſtituit. *Tranſierunt* in hac ſervitute ſex annis continui Domini, angelico oraculo aurum ſub ceſpite quodam inveniens, Domino tribuit, ac ſervitute liberatus patriam rediit, atque parentes expeciit.

Circa hæc tempora, occiſo proditoriè Rege *Conſtante*, qui prius Monachus in *Wintonienſi* fuerat Eccleſia, *Vortigernoque* diadema Regni indebitè ſurripiente, venerunt *Saxones* in *Angliam*. Illis diebus fides *Britonum* plurimum fuerat labefacta, tum propter *Saxonum* paganorum ſocietatem, tum etiam propter *Pelagianam* hereſin, qua multis diebus infecti fuerant; Quapropter ſanctus *Germanus Altiſiodorenſis* & ſanctus *Lupus Trecaſinus* Epiſcopi, *Britanniam* mittuntur, & fidem Catholicam expugnantes, Evangelicis atque Apoſtolicis confutarunt auctoritatibus. In patriam meditantes reditum, *Patricium* ſanctus

Germanus ad familiare aſcivit contubernium. Cujus diſcipulatui, duobus de viginti annis non ſegniter inſudans, *Patricius* Scripturarum divinarum lectione, quicquid deerat plenitudini, adjecit ſcientiæ. Jamque quadragenariam ætatem egreſſus, magiſtro valefaciens, ſuam preſenciam Romanæ intulit curiæ, invenitque graciam in conſpectu domini Papæ. Is erat *Cæleſtinus*, à beato *Petro* quadrageſimus quintus, anno Dominicæ Incarnationis quadringenteſimo viceſimo quarto Papatum ingreſſus. Ab eo *Patricius Hiberniam*, in opus Evangelii miſſus, anno Domini quadringenteſimo viceſimo quinto, datus eſt illis gentibus Doctor & Apoſtolus. Ille opus injunctum gnaviter executus, *Hibernicos* multis miraculorum ſignis, atque portentis, ad viam veritatis convertit, atque in fide Catholica ſolidavit. Tandem *Britanniam* reverſus Pontificalem celſitudinem, ſalutationeſque in foro reſpuens, ſuper altare ſuum *Cornubiam* appulit, in portum qui **Hailemont** dicitur, quod Altare uſque-hodie apud loci ipſius incolas, propter ſanctitudinem & utilitatem atque infirmorum ſalutem, in magna veneratione ſervatur. Inde *Glaſtoniam* veniens Anno Domini quadringenteſimo triceſimo tertio, quarto intrante, duodecim fratres Anchoriticè viventes ibidem reperiens, congregavit, Abbatis omnium voluntate & electione, licet invitus, ſuſcipiens officium, eoſdem vitam agere docuit Cœnobialem. Per hunc enim Religio Monachorum in *Glaſtonia* ſumpſit exordium, vitam ducencium Monachorum more *Egipciorum*; Nondum enim exortum erat ſidus aureum, beatus ſcilicet Pater *Benedictus*, quod orbem terræ ſua doctrina & exemplo foret illuſtraturum. Sanctus verò poſt hæc *Patricius*, à *Celeſtino* Papa qui eum in *Hiberniam* miſerat, omnibus Eccleſiam Dei Genetricis & perpetuæ Virginis *Mariæ*, pia deuotione viſitantibus, & de bonis ſibi à Deo collatis eam honorantibus, duodecim perquiſivit Annos indulgenciæ, ſicut ſequens ſcriptum, quod ipſe ſuo tempore conſcripſit, manifeſtius declarat.

Carta Sancti Patricii.

A. D. 425.

IN *nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti.* Ego Patricius *humilis ſerviunculus Dei, anno incarnationis ejuſdem quadringenteſimo viceſimo quinto, in* Hiberniam *à Sanctiſſimo Papa* Celeſtino *legatus, Dei gratia* Hibernicos *ad viam veritatis converti. Et cum eos in fide Catholica ſolidaſſem; tandem in* Britanniam *ſum reverſus, ac ut credo, duce Deo, qui vita eſt & via, incidi in Inſulam* **Ynſwitryn**. *In qua inveni locum ſanctum ac vetuſtum, à Deo electum & ſanctificatum, in honore intemeratæ Virginis Dei genetricis Mariæ. Ibique repperi quoſdam fratres rudimentis Catholicæ fidei imbutos, & piæ converſationis, qui ſucceſſerunt diſcipulis ſanctorum* Phagani *&* Diruviani, *quorum nomina pro vitæ meritis veraciter credo ſcripta in cœlis. Et quia in memoria æterna erunt juſti, cum eoſdem fratres tenerè dilexiſſem, eorum nomina ſcripto meo redigere volui, Quæ ſunt* Brumban, Hyregaan, Bremwal, Wencreth, Banttoniweng, Adelwolred, Loyor, Wellias, Breden, Swelwes, Hinloernus, *& alius* Hyn. *Hii cum eſſent nobilibus orti natalibus, nobilitatem ſuam fidei operibus ornare cupientes, heremiticam vitam ducere elegerunt: Et quoniam inveni eos humiles ac quietos, elegi pocius cum illis abjectus eſſe, magis quam in Regalibus curiis habitare. Set quia omnium noſtrum erat cor unum & anima una, eligimus omnes ſimul habitare, comedere & bibere pariter, & in eadem domo dormire. Sicque me licet invitum ſibi prætulerunt. Non enim dignus eram ſoluere corrigiam calciamentorum eorum. Et cum vitam monaſticam ita duceremus juxta normam probabilium patrum, oſtenderunt michi præfati fratres, ſcripta ſanctorum* Phagani *&* Diruviani. *In quibus continebatur, quod duodecim Diſcipuli ſanctorum* Philippi *&* Jacobi *ipſam vetuſtam Eccleſiam contruxerunt in honore prælibatæ advocatricis noſtræ, per doctrinamentum beati Arch-angeli* Gabrielis. *Inſuper & quod Dominus eandem Eccleſiam celitus in honore ſuæ matris dedicaverat, & quod tres Reges pagani ipſis duodecim ad eorum ſuſtenementum, duodecim porciones terræ dederunt; nec non & in ſcriptis recentioribus inveni quod ſancti* Phaganus *&* Diruvianus *perquiſierant ab* Elutherio *Papa, qui eos miſerat, triginta annos indulgentiæ. Et ego frater* Patricius *à piæ memoriæ* Celeſtino *papa, duodecim annos tempore meo adquiſivi. Poſt multum verò temporis, aſſumpto mecum* Wellia *confratre meo, per condenſitatem ſilvæ, cum magna difficultate, conſcendimus cacumen montis qui eminet in eadem Inſula. Quo cum perveniſſemus, aperuit oratorium unum vetuſtum, & ferè dirutum, habile tamen devotioni Chriſtianæ, &, prout michi videbatur, à Deo electum. Quod cum ingreſſi eſſemus, tanta odoris ſuavitate replebamur, ut in Paradiſi amænitate poſitos nos crederemus. Egredientes igitur & reingredientes, locumque diligentius perſcrutantes, invenimus volumen unum in quo ſcripti erant Actus Apoſtolorum, pariter cum Actis & geſtis ſanctorum* Phagani & Diruviani, *ex magna parte conſumptum. In cujus tamen fine voluminis invenimus ſcripturam quæ dicebat, quod prædicti* Phaganus *&* Diruvianus, *per revelationem Domini noſtri Jeſu Chriſti, idem oratorium ædificaverunt, in honore ſancti* Michaelis *Arch-angeli, quatinus ibi ab hominibus haberet honorem, qui homines in perpetuos honores, jubente Deo, eſt introducturus. At, cum delectaret nos illa ſcriptura, nitebamur eam ad finem legere. Dicebat enim eadem ſcriptura, quod venerandi* Phaganus *&* Diruvianus *moram ibi fecerunt per novem annos, & quod ipſi etiam perquiſierant triginta annorum indulgenciam omnibus Chriſticolis locum ipſum ad honorem beati* Michaelis *pia voluntate viſitantibus. Invento ergo tanto divinæ bonitatis theſauro, ego & frater* Wellias *tribus menſibus jejunavimus, orationibus vacantes & vigiliis, dæmonibuſque & beluis multiformiter apparentibus imperantes. Quadam autem nocte cum me ſopori dediſſem, apparuit michi Dominus Jeſus in viſu, dicens* Patrici *ſerve meus, ſcias me elegiſſe locum iſtum ad honorem nominis mei, & ut hic honoranter invocent adjutorium Arch-angeli mei* Michaelis. *Et hoc tibi ſignum & fratribus tuis quatinus & ipſi credant; brachium tuum ſiniſtrum areſcet, donec quæ vidiſti annunciaveris fratribus qui in Cella ſunt inferiori, & denuo huc redieris; Et factum eſt ita. Ab illo die ſtatuimus duos fratres imperpetuum ibi, niſi paſtores futuri ob juſtam cau-*

ſam aliter decreverint. Arnulpho *autem &* Ogmar Hibernicis *fratribus qui mecum venerant de* Hibernia, *pro eo quod ad exortationem meam apud dictum humiliter oratorium manere cœperunt, præſentem paginam commiſi; Aliam ſimilem in archa ſanctæ* Mariæ *retinens, in monumentum poſteris. Et ego frater* Patricius *per conſilium fratrum meorum, omnibus qui ſilvam ex omni parte præfati montis, in ſecuri, & aſcia, pia intentione dejecerint, ut facilior pateretur aditus Chriſtianis, Eccleſiam beatæ perpetuæque virginis pie viſitaturis, & oratorium prædictum, centum dies veniæ concedo,* (*&c.*)

Defuncto *Kynrico* Rege *Weſtſaxonum*, ſucceſſit *Ceaulinus* filius ſuus, & regnavit triginta tribus annis; cui ſucceſſit *Celricus* filius *Cutulphi* fratris *Ceaulini.* Hiis temporibus, anno Dominicæ Incarnationis quingenteſimo circiter quinto, ab adventu *Anglorum* in *Britanniam* centeſimo quadrageſimo ſeptimo, miſſus eſt in *Angliam Auguſtinus* Monachus cum multis aliis, à ſanctiſſimo Papa *Gregorio*, prædicare fidem Domini genti *Anglorum.* Qui Regem *Canciæ Ethelbertum*, & gentem *Anglorum*, ad fidem convertit, & baptizavit. Deinde in Archiepiſcopum conſecratus, Metropolitanam ſedem apud *Cantuariam* ſtatuit, & Monachos, ſecundùm beati *Benedicti* regulam viventes, eò aggregavit. Sed & aliud Cœnobium in ejuſdem Civitatis ſuburbio, in honorem ſanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, fundavit & dedicavit, & ſepulturam ſui ipſius & ſucceſſorum ſuorum, necnon & Regum *Canciæ*: Hinc in diverſis locis ordinantur ſedes Epiſcopales, conſtruuntur Monaſteria ſecundùm beati patris *Benedicti* Regulam Deo militancia, ita ut poſtea in gente *Anglorum* nulli reperiantur Monachi quin fuerunt beati *Benedicti* Regulam profeſſi. Unde iis temporibus in Monaſterio *Glaſtonienſi* cœpit primo eadem Regula exerceri, quod prius fuerat more Cœnobiorum *Ægypti.*

Poſtquam *Cowlphus* Rex obiit, ſucceſſit ei *Kinegilphus*, filius fratris ſui, & regnavit triginta duobus annis. Hiis temporibus fluxis, à tempore ſancti *Patricii*, annis ducentis ſexaginta ſeptem, Regnante poſt *Kynegilphum* filio ſuo *Kenwalco*, qui & *Cenwalli* eſt dictus, primus de *Anglis* præſedit in *Glaſtonia* Abbas *Britwaldus*; Iſte *Kynewalchus* à *Cerdico* apud *Weſtſaxones* Rex ſeptimus, per beatum *Birinum Weſtſaxonum* Apoſtolum, in Chriſtum credidit, anno Regni ſui viceſimo nono, & dedit *Britwaldo* Abbati terram quæ dicitur **Ferramere**, & duas parvas inſulas, ſcilicet **Weſtei**, & **Godeney**, ex utraque parte ſtagni, cum captura piſcium, paludibus, ſilvis, & moris largiſſimis eidem terræ pertinentibus, anno Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimo. Dedit inſuper idem Rex tres alias Inſulas, ſcilicet **Martineſei**, **Andredeſey**, & **Berkery**. Et ſciendum quod iſta terra & Inſulæ prædictæ, nec non & multa alia, fuerunt de poſſeſſione *Glaſtonienſis* Eccleſiæ prius, tempore *Britonum*; ſet Pagani *Saxones* ſupervenientes, fugatis *Britonibus* ultra *Sabrinam* in *Walliam*, & occidentalem angulum dictum *Cornubiam*, omnia occupaverunt, & poſtmodum, ad fidem Chriſti converſi, benigniſſimè reſtituerunt.

Poſt *Kynewalchium* regnavit ſuper *Weſtſaxones*, anno uno, ſancta *Sexburga* uxor ſua, cui ſucceſſit *Eſtwinus* tribus annis regnaturus; & illi ſucceſſit *Kentwinus.* Hic poſt promotionem *Britwaldi* Abbatis in Archiepiſcopatum, ob petitionem *Heddæ Weſtſaxonum* Epiſcopi, & Monachorum, conſtituit *Hengiſel* Abbatem, anno graciæ ſexcenteſimo ſeptuageſimo octavo; cui conceſſit *Glaſtoniam*, ab omni ſervicio liberam, ſex hidas. Et ut fratres ejuſdem loci habeant jus eligendi, & conſtituendi ſibi Rectorem, juxta Regulam ſancti *Benedicti*: Dedit inſuper juxta ſilvam de **Cantocdune**, manerium de **Weſtmunkaton** viginti tres hidas; & in **Caric** viginti hidas, ad ſupplementum vitæ regularis in Monaſterio *Glaſtonienſi.*

Et cum regnaſſet novem annis migravit ad Dominum, cujus exuviæ in cœmiterio Monachorum, in piramide quondam nobiliter exſculpta, requieſcunt. Anno graciæ ſexcenteſimo octoageſimo primo *Baldredus*, Rex *Cantiæ*, dedit *Hemgiſel* Abbati, ad ſupplementum honorabilis eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & Sancti *Patricii*, manerium de **Pennard** ſex hidas, **Loggeriſburgh**, qui nunc *Monſ-acutus* dicitur, ſexdecim hidas, & capturam piſcium in **Pedride.**

Eodem anno *Hedda Wentanus* præſul, dedit **Lantocai**, quod nunc **Legh** dicitur, Quam donationem poſtea *Cedwalla* Rex, licet paganus, confirmavit, & propria manu ſignum Sanctæ Crucis expreſſit.

Cedwallæ ſucceſſitglorioſus Rex *Ina*; In anno graciæ ſexcenteſimo octoageſimo nono. Hujus quantus fuerit ad *Glaſtonienſem* eccleſiam pius affectus, quanta in Deum & ſanctam ejus genetricem *Mariam* devotio extiterit, terræ, poſſeſſiones, & theſauri exprimunt, quæ idem eximius vir vetuſtæ eccleſiæ in *Glaſtonia* pia contulit liberalitate; Conſilio namque ſancti præſulis *Aldelmi*, monaſterium, quod ferè fuerat rerum turbinibus ſuis poſſeſſionibus deſtitutum, nec non privilegiis antiquis orbatum, Decrevit in melius reformare; Unde & *Hemgiſlo* Abbati dedit Manerium de **Brent**, decem hidas, & in hæc verba conceſſit privilegium.

“ IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti*;
“ Ego *Ina* Rex, decreto & conſilio præſu-
“ lis noſtri *Aldelmi*, ſimulque cunctorum
“ Dei ſacerdotum ſuggeſtione, & mona-
“ chorum Peticione qui in parochia *Weſtſaxonum*
“ converſantur, hanc libertatem Monachis, qui
“ in Eccleſia beatæ dei genetricis *Mariæ*, & bea-
“ ti *Patricii*, omnipotenti Deo, ſub Abbate *Hem-*
“ *giſlo* famulantur, in priſtina urbe quæ dicitur
“ **Glaſtingay**, impendo, & hanc privilegii dig-
“ nitatem ſuper Altare pono, ut ſine impedimen-
“ to ſecularium rerum, & abſque tributo fiſcalium
“ negociorum, liberis mentibus, ſoli Deo ſervi-
“ ant, & Monaſticam Diſciplinam, Chriſto ſuf-
“ fragium largiente, regulariter exerceant, &
“ pro ſtatu & proſperitate regni noſtri, & indul-
“ gencia commiſſorum criminum, ante conſpe-
“ ctum divinæ majeſtatis preces fundere dignen-
“ tur: & orationum officia frequentantes, in Ec-
“ cleſiis pro noſtri fragilitate interpellare nitan-
“ tur. Si quis verò contra hujus Decreti Syngra-
“ pham

“ phani venire temptaverit, ſciat ſe coram Chriſto,
“ novemq; Angelorum ordinibus, in tremendo examine
“ rationem redditurum. Pro ampliori
“ firmitatis teſtamento, principes & ſenatores,
“ judices & patricios ſubſcribere fecimus; Actum
“ publicè & confirmatum in lignea baſilica, anno
“ ab incarnatione Domini ſeptingenteſimo
“ quarto.

Hemigiſlus Abbas fato perfunctus, in vetuſta eccleſia pauſam corporis ſuſcepit; cui ſucceſſit *Berwaldus*, anno graciæ ſeptingenteſimo quinto. Rex *Ina* dedit ei viginti hidas juxta **Tamer**, & viginti hidas in loco qui dicitur **Rovelt**, **Sowy** duodecim hidas, **Correge** quinque hidas, **Eſcford** dimidiam hidam, cum captura piſcium; **Doulting** viginti hidas; **Pilton** viginti hidas. Sanctus *Wilfridus* Epiſcopus dedit huic Abbati Inſulam de **Wedmore** ſeptuaginta hidas, à Rege *Kentwino* ſibi datas, & villam de **Clyvewere** unam hidam. Mortuo *Berwaldo* Abbate ſucceſſit *Albertus*. Huic *Forthere* epiſcopus, ſucceſſor ſancti *Aldelmi*, dedit **Bleveneie** unam hidam. Rex *Ina* fundavit eccleſiam majorem in *Glaſtonia*, in honore domini Salvatoris & ſanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, in orientali parte vetuſtæ Eccleſiæ, pro anima cujuſdam propinqui ſui, nomine *Mollonis*, quem *Cantuaritæ* infra *Cantuariam* incenderant.

Carta *Inæ* Regis.

A*Ajuva nos Deus ſalutaris noſter. Quæcunque ſecundùm decreta Canonum, atque eccleſiaſtica inſtituta, ſalubri conſilio diffiniuntur, quamquam ſermo tantum abſque textu ſufficeret, tamen quoniam plerumque noſtris temporibus, tempeſtates, & turbines ſecularium rerum, etiam portas* Eccleſiæ *pulſant, iccirco operæ precium cenſuimus, ob cautelam futurorum, ea quæ diffinita ſunt, paginis ſcripturarum annectere, ne impoſterum oblivioni tradita, ignorentur. Quapropter ego* Ina, *regali fretus dignitate à Domino, cum conſilio* Sexburgæ *reginæ, & licentia* Beorthwaldi Dorobernenſis *Eccleſiæ pontificis, & omnium ſuffraganeorum ſuorum, necnon etiam hortatu* Baldredi *&* Athelardi *ſubregulorum, Eccleſiæ vetuſtæ quæ eſt in loco qui dicitur* **Glaſteie** *quam magnus ſacerdos, & pontifex ſummus Angelorum obſequio ſibi ac perpetuæ virgini* Mariæ, *beato* David, *multis & inauditis miraculis, olim ſe ſanctificaſſe innotuit, ex hiis quæ paterna hæreditate poſſideo, & in dominium peculiare teneo, locis continuis & congruentibus concedo, ad ſupplementum vitæ regularis, & ad uſum monachorum:* **Brent** *decem hidas,* **Sowy** *duodecim hidas,* **Pulton** *viginti hidas,* **Dulting** *viginti hidas,* **Bleveneie** *unam hidam, cum hiis omnibus, quæ anteceſſores mei eidem Eccleſiæ contulerunt.* Kenewalchius, *qui ſancto* Theodoro *Archiepiſcopo interveniente,* **Ferlingmere**, **Beokery**, **Godeneie**, **Martineſei**, **Edredeſei**; Kentwinus *Rex qui* **Glaſtingie** *matrem ſanctorum vocare ſolitus fuerat, & eam ab omni ſeculari, & Eccleſiaſtico obſequio immunem ſtatuit, & hanc privilegii dignitatem conceſſit, ut habeant fratres ejuſdem loci poteſtatem elegendi, & conſtituendi ſibi rectorem juxta regulam ſancti* Benedicti. Hedda *Epiſcopus qui,* Cedwalla *annuente & propria manu, licet paganus, confirmante,* **Lantocai**. Baldred *qui* **Pennard**, *ſex hidas.* Athelward, *qui* **Pohelt**, *ſexaginta hidas, me annuente & confirmante, dederunt. Quorum ego devocioni, & benigni peticioni aſſencio, & contra malignancium hominum, & oblatrancium canum inſidias, Regalium munimine invigilo literarum, quatenus Eccleſia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & perpetuæ Virginis* Mariæ, *ſicut in regno* Britanniæ *eſt prima, & fons & origo totius Religionis, ita & ipſa ſupereminentem privilegii obtineat dignitatem, nec ulli omnino hominum ancillare obſequium faciat in terris, quæ ſuper choros Angelorum dominatur in cælis. Igitur, ſummo pontifice* Gregorio *annuente, & ut matrem Domini ſui in ſinum & protectionem ſanctæ* Romanæ *Eccleſiæ, me, licet indignum, cum ipſa ſuſcipiente, conſencientibus etiam omnibus* Britanniæ *Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, atque Abbatibus, ſtatuo, atque confirmo, quatinus omnes terræ & loca; & poſſeſſiones beatæ* Mariæ **Glaſteie** *ſint quieta, & ab omnibus Regiis exactionibus, & operibus quæ indici ſolent, videlicet expeditione, pontis arciſve conſtructione, & ab omni Epiſcoporum promulgationibus, & perturbationibus, ſicut in antiquis ejuſdem Eccleſiæ Cartis ratum eſſe invenitur, & à prædeceſſoribus meis,* Kenewalchio, Kentwino, Cedwalla, *&* Baldredo *confirmatum eſſe dinoſcitur, inconcuſſa & illibata permaneant. Et quæcumque immerſerint cauſæ; in homicidiis, ſacrilegiis, veneficiis, furtis, rapinis; in diſpoſitione Eccleſiarum, & deſcriptione, & ordinatione Clericorum, in conventiculis Synodalibus, & in omnibus judiciariis examinationibus, abſque ullius hominis præjudicio, Abbatis & Conventus diſpoſitione diffiniantur; Sed & omnibus Regni mei Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, & principibus, ſuper honorem ſuum, & amorem meum præcipio, & omnibus, tam meis quam eorum miniſtris, ſuper ſalutem corporis ſui præcipio, ne ullus eorum in Inſulam Domini noſtri Jeſu Chriſti, & perpetuæ virginis* Mariæ **Glaſteie**, *nec ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſiones, cauſa placitandi, perſcrutandi, capiendi, percipiendi, interdicendi, vel aliquid faciendi, quod ibidem Deo famulantibus poſſit eſſe in ſcandalum, audeat intrare. Illud autem omnipotentis Dei & perpetuæ Virginis* Mariæ, *& beatorum* Petri *&* Pauli *& omnium interceſſione ſanctorum interdictione, interdico ne in ipſa* Glaſtonienſi *Eccleſia, nec in Eccleſiis ſibi ſubditis, videlicet* **Sowy**, **Brent**, **Merling**, **Schapewik**, **Stret**, **Budcaleth**, **Pilton**, *nec in earum capellis, ſed nec in inſulis, aliqua interveniente occaſione, Epiſcopus cathedram ſibi Epiſcopalem ſtatuere, nec miſſas ſolempnes celebrare, nec Eccleſias dedicare, nec ordines facere, nec aliquid omnino diſponere præſumat, niſi ab Abbate, vel à fratribus invitatus fuerit; quod ſi ad hæc invitatus fuerit, nichil de rebus, ſed nec de ipſis oblationibus ipſe ſibi aliquid uſurpet. Duobus in locis ex ipſius Eccleſiæ poſſeſſionibus duas ei deligamus manſiones, unam in* **Pohelt**, *alteram in villa quæ* Piltona *dicitur, ut habeat ubi adveniens hoſpitetur, vel inde veniens ſeſe recipiat. Neque enim eum ibi niſi importunitate temporis aut moleſtia corporis detentus fuerit, aut ab Abbate, vel à fratribus rogatus fuerit;*

fuerit; nec amplius quam cum tribus aut cum quatuor clericis pernoctare licet. Hoc etiam provideat ibidem Epiſcopus, ut ſingulis annis cum cleriſis ſuis qui Fontaneum *ſunt, ipſam matrem ſuam* Glaſtonienſem *videlicet* Eccleſiam, *feria ſecundâ poſt aſcenſionem Domini, cum Letania recognoſcat. Quod ſi ſuperbia inflatus eam diſtulerit, & quæ ſuperius dicta & confirmata ſunt prævaricaverit, manſiones ſibi ſuperius delegatas amittat. Abbas vel Monachi, à quocumque voluerint, ipſo qui paſca canonicum celebret, Eccleſiaſtica Sacramenta in* Glaſtonienſi *Eccleſia, aut in Eccleſiis ſibi ſubjectis, aut in earum capellis, percipiant. Quiſquis autem hujus meæ munificenciæ, & libertatis teſtamentum, quovis deinceps tempore, aliqua occaſione, cujuſlibet etiam dignitatis vel profeſſionis, vel gradus, pervertere, vel in irritum deducere temptaverit, ſciat ſe cum* Juda *proditore æterna confuſione edacibus ineffabilum tormentorum periturum flammis. Scripta eſt autem hujus donationis, & privilegii pagina, anno dominicæ incarnationis* A. D. 725. *ſeptingenteſimo viceſimo quinto, indictione quarta, ſub præſentia* Inæ *Regis, &* Beorthwaldi Doroborenſis *pontificis, venerandorumque antiſtitum* Danielis, *atque* Fordredis, *& aliorum quorum nomina inferius annotantur.* Ego Ina *Rex propriæ manus ſubſcriptione hanc donationem & libertatem, ſub ſigillo ſanctæ crucis, ratam fieri decerno.* Ego Edelburga *Regina conſenſi.* Ego Baldredus *Rex confirmavi.* Ego Adelard *frater Reginæ conſenſi.* Ego Beorthwaldus Dorobernenſis *Eccleſiæ Archiepiſcopus* Inæ *Regis donationem & libertatem, ſub ſigillo ſanctæ crucis coroboravi.* Ego Daniel, *plebis Dei inſpector, adquievi.* Ego Fordredus *Epiſcopus ſignum crucis impreſſi.* Waldhere *præfectus*, Ethelheard, Umming *præfectus*, Winchelin *comes, cum præſencia populationis conſenſerunt, & firmaverunt.*

Rex *Ina* poſtquam regnaverat triginta ſeptem annis, commendato regno *Ethelardo* cognato ſuo, de proſapia *Cerdici* oriundo, iterum cum *Ethelburga* Regina ſua, inſtinctu ejuſdem, Romam abiit, Ibi ne converſionis ſuæ pompam faceret, ſet ſolius Dei placerat oculis, amictu plebeio tectus, clam conſenuit, & tam ipſe quam Regina ſua, non ſine magna miraculorum corruſcatione, ſanctiſſimam clauſerunt vitam. *Echfrido* Abbati ſucceſſit *Cengiſlus*. Huic *Ethelardus*, ſucceſſor A. D. 729. *Inæ*, anno graciæ ſeptingenteſimo viceſimo nono, familiæ quæ in monaſterio *Glaſtonienſi* omnipotenti Deo famulantur, conceſſit in ſtabilem poſſeſſionem, ſexaginta hidas terræ in **Pohonholt**, & decem hidas in **Toric**; ejus quoque uxor, *Fridogida* nomine, dedit **Brunantun**. Et cum regnaſſet quatuordecim annis, defunctus eſt, & regnum *Cuthedro* cognato ſuo reliquit. Hic *Cuthredus* confirmavit univerſas poſſeſſiones & privilegia, per priores reges conceſſa. Defuncto *Cengiſlo* Abbate ſucceſſit *Tumbertus*. Huic *Cuthredus* Rex dedit **Ure** tres hidas. Hiis temporibus *Lulla*, Chriſti ancilla, dedit **Baltenesburg**, & **Scabworth** decem hidas. *Ethelbaldus* quoque Rex *Merciorum*, anno ſeptingenteſimo ſexto, pro redemptione animæ ſuæ, largitus eſt *Tumberto* Abbati, & familiæ quæ in monaſterio *Glaſtonienſi* Deo famulantur fideli obſequio, quatuor hidas terræ in duobus locis, ſcilicet **Glakeing** & **Bradlegh**, præcio quadringentorum ſolidorum,

Kenewlphus ſive *Kenulphus*, de proſapia *Cerdici*, auxilio *Weſtſaxonicorum*, *Sigisbertum* ob immanitatem ſcelerum ſuorum, poſt annum, de regno ejecit, & regnavit uno & triginta annis. *Guban* ſucceſſit *Tictan* Abbati. Huic *Kenewlphus* Rex dedit **Wudeton** quinque hidas. **Puneresburgh**, in orientali ripa de **Petrine**. Eodem tempore *Ethelardus* ejus miniſter dedit tres hidas in **Cedern**, id eſt, **Esenberge**, Et quædam venerabilis fæmina, nomine *Sulca*, Chriſti ancilla, dedit **Culum**, undecim hidas, & **Cumbe** tres hidas. Mortuo *Guban* Abbate, ſucceſſit *Waldunus*. Huic Rex *Kenewlphus* dedit manerium de **Compton**, quinque hidas, anno Domini ſeptingenteſimo ſecundo, & interfectus eſt à fratre *Sigeberti*, *Kineardo*, anno Domini ſeptingenteſimo octoageſimo ſeptimo, ac *Wintoniæ* ſepultus.

Poſt hunc ſucceſſit in *Weſtſaxonia*, *Brithtricus*. Qui ut gratiam ampliorum apud propinquos haberet, filiam *Offæ* Regis *Merciorum* eo tempore potentiſſimi, duxit uxorem. *Waldino* Abbate, poſt annos regiminis ſui triginta duos, de medio facto, ſucceſſit *Beadewlphus*, qui præfuit ſex annis. Huic *Offa* Rex *Merciorum* ad ſupplementum venerabilis eccleſiæ contulit, decem hidas terræ in **Eſwirth**. Quidam etiam *Ethelmundus*, de conſenſu Regis *Offæ*, dedit **Hunneſpulle** unam hidam. Defuncto *Beadwlpho* Abbate ſucceſſit **Cuman** anno Domini octingenteſimo, & præfuit duobus annis, cujus tempore nichil dignum memoria actum eſt. Mortuo *Brithtrico* rege *Weſtſaxonum*, & apud **Werham** ſepulto, cum regnaſſet annis ſexdecim, ſucceſſit *Egbertus*, regis *Inæ*, de fratre *Inigildo*, abnepos, anno Domini octingenteſimo tercio. Hic ſubjugavit ſibi *Canciam*, **Suthreiam**, auſtrales, & orientales Saxones. *Mucan* ſucceſſit **Cuman** Abbati, in regimine Abbaciali. Ob ejus petitionem, Rex *Egbertus* dedit eccleſiæ *Glaſtoniæ*, ad uſum Monachorum, poſſeſſionem quinque manencium ſecus flumen quod **Toric** dicitur. Eodem tempore *Edgeſilius*, conſenſu Regis *Egberti*, dedit manerium de **Budeclegh**.

Gutlaco Abbate mortuo, ſucceſſit *Edmundus*; Hic, annuente Rege *Athulpho*, anno Domini octingenteſimo quinquageſimo primo, tranſtulit manerium de **Doulting** in jus Monaſterii *Glaſtoniæ*. Sed & idem rex, ad ſupplementum vitæ regularis, viginti hidas terræ ſuper addidit. Inſuper decimam terrarum ſuarum eccleſiis regni ſui piè contulit. Monaſterio etiam *Glaſtoniæ* dedit *Offaculum*, viginti quatuor hidas, **Bocland** quinque hidas, **Pennard** novem hidas, **Octenefeld**, **Scearamton** ſex hidas, **Sowi** decem hidas, **Piriton**, **Logdereſborghe**, quod nunc **Muntacu** dicitur, **Occermund**, **Bedul**, **Braunc**, **Dunead**. Quidam *Ethelſtanus*, conſenſu ejuſdem regis, dedit **Clutton** decem hidas, una cum corpore ſuo, obſecrans ut Fratres ejuſdem loci nunquam illud dimittant. Alius quoque Comes, nomine *Enulphus*, ejuſdem regis voluntate, dedit præfato monaſterio, **Dicheſhet** & **Lotteſham** viginti hidas, **Hornblouton**, **Beange** & **Anhangram**. *Elmundo* Abbati ſucceſſit *Herefertus*. Rex *Ethelbaldus*

baldus dedit *Hereferto* Abbati **Braunciminſter** decem hidas, ad capturam Iſicorum ad vetuſtam eccleſiam beatæ Dei genetricis *Mariæ*, & ad uſum monachorum in Cenobio *Glaſtonienſi* degencium.

Rex *Ethelſtanus*, anno Domini nongenteſimo viceſimo ſexto, dedit *Athelmo* Duci, manerium de **Merkesbury** decem hidas, quas ipſe Dux poſtea contulit monaſterio *Glaſtoniæ*. *Wlſthelmus* archiepiſcopus, aſſenſu ejuſdem regis, pro veſtimentis monachorum, dedit **Deverel** viginti hidas, & *Oſſricus* dux, ad idem, dedit **Overdeverel**, id eſt **Eſtmunkaton** decem hidas. *Elfleda* regina, relicta regis *Edwardi*, dedit manerium de **Warington** decem hidas. *Ethelſtanus* dux, converſus & factus monachus in *Glaſtonia*, obtulit ſecum eidem monaſterio manerium de **Wrington** viginti hidas, à Rege *Ethelſtano* ſibi prius collatas; dedit inſuper idem Dux **Weſtone**, quod nunc **Forcote** dicitur, quinque hidas, & manerium de **Lyme**, ſex hidas. Eodem tempore *Vfſa* vidua, venerabilis fœmina, dedit **Stoke** quinque hidas. Prædicta omnia, per miniſtros Regis *Ethelſtani*, *Glaſtonienſi* Eccleſiæ collata, ejuſdem Regis aſcribuntur munificenciæ, & pium ejus, in *Glaſtoniam*, affectum, famulorum oſtendit liberalitas, quorum devotio frequenter inclinatur, quo dominorum animum viderint inardeſcere. Quæ omnia idem rex vetuſtæ eccleſiæ in *Glaſtonia*, ſcilicet octoginta ſex hidas benigniſſimè confirmavit.

Carta Edmundi *Regis.*

I*N nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Ego Edmundus *Rex* Anglorum *cæterarumq; in circuitu gencium perſiſtencium gubernator, & rector, cum conſilio & conſenſu optimatum meorum, pro æternæ retributionis ſpe & relaxatione peccaminum meorum, concedo eccleſiæ S. Dei genitricis* Mariæ Glaſtoniæ, *& venerabili viro* Dunſtano, *quem ibidem Abbatem conſtitui, libertatem & poteſtatem jura & conſuetudines & omnes forisfacturas omnium terrarum ſuarum, id eſt,* **Burgbrice**, **Hundred**, **Socna**, **Athas**, **Ordelas**, **Infangenetheofas**, **Homſocna**, **Frithbrice**, **Foreſteall**, & **Toll**, & **Team** *in omni regno meo, & ſint terræ ſuæ ſibi liberæ, & ſolutæ ob omni calumpnia; ſicut meæ michi habentur. Set præcipuè ipſa villa* Glaſtoniæ, *in qua celeberrima vetuſta eccleſia ſanctæ Dei genitricis ſità eſt, præ cæteris, ſit liberior cum terminis ſuis; Abbati tantum ejuſdem loci tantummodo poteſtas ſit, tam in notis cauſis, quam in ignotis, in modicis, & in magnis, & in hiis etiam quæ ſunt ſuper & ſubtus terram, in aridis in rivis, in ſilvis & in planis. Et eandem auctoritatem puniendi, aut dimittendi delinquencium in ea commiſſa habeat, quam mea curia, quemadmodum mei anteceſſores conceſſerunt, & ſtatuendo firmarunt, videlicet pater meus* Edwardus, *&* Elfredus *pater ejus, &* Kyntwines, Ines, Cuthredus, *Et alii quam plures qui locum illum honorantes glorioſum habuerunt, & Apoſtolica auctoritate roboraverunt. Et ne quiſquam mortalium, ſeu epiſcopus, aut Dux, aut Princeps, aut quilibet miniſtrorum eorum audeat eam omnino, cauſa placitandi, vel rapiendi, vel quippiam faciendi quod contrarium poſſit eſſe inibi Deo ſervientibus, Dei interdictione prohibeo. Quiſquis igitur benevola mente meam donationem ampliare, & privilegii dignitatem ſervare ſatagerit, in hoc præſenti ſeculo, vita illius proſpera ſit, & longiturnæ vitæ gaudia teneat. Si quis autem propria temeritate, violenter invadere temptaverit, ſciat ſe, proculdubio, ante tribunal diſtricti judicis titubantem, tremebundumq; rationem redditurum, niſi prius digna ſatisfactione emendare maluerit. Acta eſt autem hujus privilegii pagina an. Dom. Incarnationis nongenteſimo quadrageſimo quarto, indictione ſecunda.* Ego Edmundus Rex Anglorum *præfatam donationem, cum Sigillo ſanctæ Crucis, confirmavi.* Ego Eadred, *ejuſdem regis frater conſenſi.* Ego Eadgiua *ejuſdem Regis mater prædictum donum conſignavi.* Ego Oda, Dorobernenſis *eccleſiæ Archiepiſcopus, ejuſdem Regis donationem cum trophæo agiæ crucis ſubarravi.* Ego Wlſtanus *archiepiſcopus præfatam donationem confirmavi.* Ego Elpheah, Wintonienſis *eccleſiæ epiſcopus, triumphalem trophæum agiæ Crucis impreſſi.* Ego Wolfhelm Fontanenſis *epiſcopus corroboravi. Scriptaque eſt litteris aureis in libro Evangeliorum quem eidem eccleſiæ obtulit, opere ſatis eleganti compoſito; qui* tectus ſancti Dunſtani *dicitur.*

Dedit inſuper Rex *Edmundus* beato *Dunſtano* maneria de **Chriſtmaleford** viginti hidas, **Kington**, octo hidas; **Wodeton**, quinque hidas, **Wathle** quatuor hidas, reſtituit manerium de **Wrington** viginti unam hidas. Dedit etiam manerium de **Pokelchirch**, triginta hidas, **Eſcford**, cum captura piſcium dimidiam hidam. Uxor ejus *Elfgiua* regina, ejus juſſu, dedit manerium de **Domerham**, cum **Merton** & **Pedrington**, centum hidas; Dedit etiam **Stane** octo hidas. Hæc omnia, ob remiſſionem peccatorum ſuorum, & *Alfredi* avi ſui, nec non *Edwardi* patris ſui, contulit, ad vetuſtam Eccleſiam beati Dei genitricis *Glaſtoniæ*. *Elfleda* regina, relicta regis *Edwardi*, dedit **Acford**, **Bocland** & **Plis** viginti ſeptem hidas, & **Hammedonne** quindecim hidas. *Wilfridus*, miniſter dicti regis, conſenſu ejuſdem, dedit **Kington** triginta hidas, & **Gridlington** decem hidas; & ad **Turnanwrthe** quinque hidas. Idem *Wilfridus*, poſt obitum conjugis ſuæ, dedit **Gretlington** triginta hidas, & **Netelington** viginti hidas. Ejus tamen ſucceſſor, nomine *Aluuinus*, datis cartulis, aſſumpto habitu regulari, efficacius complevit. Præfatus etiam Rex *Edmundus* dederat prædicto *Wilfrido* **Tintanhulle** quinque hidas, quas idem *Wilfridus*, cum corpore ſuo, poſtea monaſterio *Glaſtoniæ* commendavit. *Alſius*, conſenſu Regis *Edmundi*, dedit **Batcumbe** viginti hidas. *Ethelſtanus* Comes, conſenſu ejuſdem regis, dedit manerium de **Melnes** viginti hidas, quas præfatus rex prius ſibi dederat. *Sigewlfus*, ejuſdem aſſenſu, dedit **Abbedeſbury** quinque hidas. *Wlpheh* dedit **Langforde** duas hidas. Hæ omnes terræ, videlicet tercentæ ſexaginta octo hidæ, ab *Edmundo* Rege, & ſuis miniſtris collatæ, ejuſdem regis & ſuorum, in monaſterium *Glaſtonienſe*, & protectorem ejus beatum *Dunſtanum* miram teſtantur devotionem.

Edmundo ſucceſſit in regnum *Edredus* frater ſuus, eo quod filii regis *Edmundi* præ immatura ætate, regnare non poterant. Quapropter *Dunſtanum*, qui eum primus in regem acclamaverat, ſibi & aliis præfecit, ut pro ſcientia imperitaret regno, & pro religione moderetur incommodo. Et quicquid preciociſſimum habebat, theſauros ab anteceſſoribus relictos, ejus tutelæ commendabat. Dedit autem rex *Edredus* beato *Ethelwaldo* quendam locum, vocabulo **Abbanduna**, in quo modicum antiquitus habebatur monaſteriolum, ſed erat tunc neglectum & deſtitutum. Factumque eſt, conſentiente *Dunſtano* Abbate, ſecundum regis *Edredi* voluntatem, ut vir Dei *Ethelwoldus*, ibidem monaſterii conſtruendi ſuſciperet curam, quatenus inde monachos ordinaret, regulariter Deo ſervientes. Venit igitur vir Dei ad locum ſibi commiſſum, congregavitque in brevi ſpacio gregem Monachorum, quibus ipſe, jubente Rege, Abbas eſt ordinatus, Anno Domini nongenteſimo quinquageſimo quarto. Rex *Edredus* dedit beato *Dunſtano*, præcio quinquaginta ſolidorum auri, manerium de **Badbury** viginti ſex hidas, & juxta oppidum **Twinham**, id eſt, **Chriſtchurche**, duas hidas, cum captura piſcium. Dedit etiam **Termic** & **Scapelwel**, & partem de **Noni**, & de **Ellenberwe**. Idem quoque rex dedit *Wilfrico* miniſtro ſuo **Horton**, decem hidas, quas ipſe conſenſu domini ſui, poſt obitum ſuum, monaſterio *Glaſtioniæ* delegavit; ſed *Alwinus* ſucceſſor ſuus in hæreditate, regulari ibidem ſuſcepto habitu, alterius votum duxit ad effectum. *Alfredus*, conſenſu *Edredi*, dedit **Camelarton** quinque hidas. Rex *Edredus*, poſtquam regnavit decem annis, obiit ſine liberis, quem beatus *Dunſtanus* ſepelivit *Wintoniæ* in veteri Cœnobio.

Abbendonenſe Cœnobium reſtauratum.

A. D. 954.

Cui ſucceſſit *Edwinus*, primogenitus Regis *Edmundi*, & conſecratus eſt in regem ab *Odone Cantuarienſi* archiepiſcopo, anno Domini nongenteſimo quinquageſimo quinto. Ipſo quippe die quo in regem conſecratus fuerat, in nepharium concubitum ruit, qua propter à beato *Dunſtano* redargutus, ipſum *Dunſtanum* in *Flandriam* relegavit, & quendam *Elſium*, pſeudo-Abbatem, monaſterio *Glaſtoniæ* intruſit. Cui dedit Inſulam de **Padenebeorh** duas hidas, & ab omni ſervicio liberam. Dedit etiam **Blakford** tres hidas. *Elphegus* miniſter ſuus, conſenſu ejus, dedit **Cranemere** duodecim hidas, & quidam *Eſericus* dedit **Widcumb** ſex hidas, *Alwinus* miles dedit unam partem de **Stourton**. *Britbricus* ejuſdem regis conſenſu, dedit **Giſſelton** quinque hidas, & *Britbcar* dedit **Widangate**.

Carta Edgari *Regis.*

IN Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Quamvis decreta Pontificum & verba ſacerdotum inconvulſis ligaminibus, velud fundamenta montium, fixa ſunt, tamen plerumque tempeſtatibus & turbinibus ſecularium rerum religio ſanctæ eccleſiæ, maculis reproborum, diſſipatur ac rumpitur. Iccirco, profuturum ſuccedentibus poſteris eſſe decrevimus, ut ea qua ſalubri conſilio, & communi aſſenſu diffiniuntur, noſtris literis roborata firmentur, Quapropter dignum videtur ut eccleſia beatiſſimæ Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ Glaſtoniæ, *ſicut ex antiquo, principalem in regno meo obtinet dignitatem, ita ſpeciali quadam & ſingulari privilegii libertate per nos honoretur. Hoc itaque* Dunſtano Dorobernenſi, *atque* Oſwaldo Eboracenſi *archiepiſcopis adhortantibus, conſentiente etiam, & annuente* Brithelmo Fontanenſi *epiſcopo, cæteriſque* Epiſcopis, *Abbatibus, & Primatibus.* Ego Edgar, *divina diſpoſitione,* Rex Anglorum, *cæterarumque gentium in circuitu perſiſtencium gubernator, & rector; in nomine almæ Trinitatis, pro anima Patris mei, qui ibi requieſcit, & anteceſſorum meorum, præſenti privilegio decerno, ſtatuo, confirmo, ut prædictum monaſterium, omniſque poſſeſſio ejus, ab omni tributo fiſcalium negociorum, nunc & imperpetuum, libera & quieta permaneant, & habeant* **ſocam**, & **ſacam**, *on* **ſtronde**, & **on ſtreame**, & **on wode**, & **on felde**, **on grithbrice**, **hundredſetena**, **adas** & **ordelas**, **callehordas bufan eorderan**, & **beneoderan**, **infangentheof** & **outfangenetheof**, & **flemenneferde**, **hamſocne fridezbrice**, **forſteall**, **toll**, & **team**, *ita liberè & quietè, ſicut ego habeo in toto regno meo; Eandem quoque libertatem & poteſtatem quam ego in curia mea habeo, tam in dimittendo quam in puniendo, & in quibuſlibet omnino negociis, Abbas & Monachi præfati monaſterii in ſua curia habeant. Si autem Abbas vel qualibet monachus loci illius, latronem qui ad ſuſpendium, vel quodlibet mortis periculum, ducitur, in itinere obviam habuerit, poteſtatem habeant eripiendi eum ab imminenti periculo in toto regno meo. Confirmo etiam & corroboro, ut quod hactenus, ab omnibus noſtris anteceſſoribus diligenter obſervatum eſt,* Fontanenſis *Epiſcopus, vel ejus miniſtri ſuper hoc monaſterium, vel ſuper parochiales ejuſdem eccleſias, videlicet* **Strete**, **Mirieling**, **Budecle**, **Shapewike**, **Sowy**, *aut ſuper earum capellas, nec etiam ſuper eas quæ in Inſulis continentur, ſcilicet* **Bekeria** *quæ* parva-Hibernia *dicitur,* **Godeneia**, **Marteneſeia**, **Ferramere**, **Padeneberga** & **Adredeſeia**, *nullam poteſtatem omnino habeant, niſi tantum cum ab Abbate cauſa dedicandi vel ordinandi advocati fuerint, nec eorum preſbyteros ad Synodum ſuam, vel capitulum, vel ad quodlibet placitum convocent, nec ab officio divino ſuſpendant; & omnino nullum jus in eos exercere præſumant. Monachos ſuos & prædictarum eccleſiarum clericos ſecundum antiquam eccleſiæ* Glaſtoniæ *conſuetudinem, & Apoſtolicam auctoritatem archipræſulis* Dunſtani *& omnium Epiſcoporum regni mei aſſenſu, Abbas à quocunque comprovinciali epiſcopo voluerit, ordinari faciat. Dedicationes verò eccleſiarum, ſi ab Abbate rogatus fuerit,* Fontanenſi *Epiſcopo permittimus. In paſcha quoque criſma ſanctificationis, & oleum à* Fontanenſi *epiſcopo ex more accipiat, & præfatas eccleſias ſuas diſtribuat. Hoc etiam ſuper omnia Dei interdictione, & noſtra auctoritate, ſalva tamen ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, &* Dorobernenſis *dignitate, probibeo, ne perſona cujuſcumque poteſtatis, ſive Rex, ſive Epiſcopus, ſive Dux, aut Princeps, vel quilibet miniſtrorum eorum,* Glaſtoniæ *terminos vel ſupradictarum parochiarum perſcrutandi, rapiendi, placitandi gracia, vel quicquam aliud faciendi quod contrarium poſſit eſſe, ibidem Deo ſervientibus, intrare præſumant. Abbati tantummodo*

& Conventui poteſtas ſit, tam in notis cauſis, quam in ignotis, in modicis, & in magnis, & in omnibus omnino negociis, ſicut ſupra memoravimus. Quiſquis autem hujus privilegii mei dignitatem qualibet occaſione, cujuſcumque dignitatis, cujuſcumque ordinis, cujuſcumque profeſſionis pervertere, vel in irritum deducere, ſacrilega præſumptione, à modo temptaverit, ſciat ſe procul dubio, ante diſtrictum judicem titubantem tremebundamque rationem redditurum, niſi prius digna ſatisfactione emendare ſtuduerit. Acta eſt hæc privilegii pagina, & confirmata apud Londoniam, *communi conſilio omnium primatum meorum, anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti nongenteſimo ſeptuageſimo primo, indictione quarta decima.* A. D. 971. *Hujus doni conſtipulatores fuerunt, quorum nomina inferius caraxari videntur.* Ego Edgar *Rex totius* Britanniæ, *præfatam libertatem, cum Sigillo ſanctæ crucis, confirmavi.* Ego Eilſgiva, *ejuſdem Regis mater, cum gaudio conſenſi.* Ego Edward Clito, *patris mei domini, cum triumpho ſanctæ crucis impreſſi.* Ego Kinadius *Rex* Albaniæ *adquievi.* Ego Maſcuſius *archipirata confortavi.* Ego Dunſtanus Dorobernenſis *eccleſiæ archiepiſcopus, cum trophæo ſanctæ crucis, & cum ſuffraganeis præſulibus regis domini, corroboravi.* Ego Oſwaldus Eboracenſis *Eccleſiæ primas, conſenciens, ſubſcripſi.* Ego Ethelwold, Wintonienſis *Eccleſiæ miniſter, &* Glaſtoniæ *Monachus, ſignum ſanctæ crucis impreſſi.* Ego Brithtelm, Fontanenſis *Epiſcopus, conſenciens, corroboravi.* Ego Elſtan *epiſcopus confirmavi.* Ego Oſwold *Epiſcopus adquievi,* Ego Elſwold *epiſcopus conceſſi.* Ego Winſigie *Epiſc. cum ſigno ſanctæ crucis concluſi.* Ego Segeger *Abbas vexillum ſanctæ crucis impreſſi.* Ego Eſcwi *Abbas confirmavi.* Ego Ethelgar *Abbas conceſſi.* Ego Kineword *Abbas conſenſi.* Ego Fideman *Abbas conſolidavi.* Ego Elpheh *Abbas ſubſcripſi.* Ego Adulf, Herefordenſis *eccleſiæ cataſcopus corroboravi.* Ego Elphere *Dux, dominæ meæ ſanctæ* Mariæ Glaſtonienſis *eccleſiæ libertatem, omni devotione, cum ſigillo ſanctæ crucis confirmavi.* Ego Offac *Dux conſenſi.* Ego Ethelwine *Dux, hoc donum triumphale agiæ crucis, propriæ manus depictione impreſſi.* Ego Oſwald *miniſter confirmavi.* Ego Elfwurd *miniſter corroboravi.* Ego Ethelſie, *miniſter, conſenſi.* Ego Elſſie, *miniſter, conſenſi. Hanc privilegii paginam Rex* Edgarus, *duodecimo anno regni ſui, ſacro ſcripto apud* Londoniam *communi conſilio optimatum ſuorum confirmavit.*

A. D. 963. Anno Domini nongenteſimo ſexageſimo tercio Rex *Edgarus* dedit ad uſum monachorum, in monaſterio *Glaſtonienſi* Deo regulariter ſerviencium, manerium de **Stoure**, quod nunc **Stouremiſter** dicitur, triginta hidas. Reddidit etiam manerium de **Merkeſbury** decem hidas. Dedit inſuper **Middleton** duas hidas, **Luctum** duas hidas, & **Blakeford** ſex hidas. Abbas autem *Aelwardus*, poſt decem annos prælationis ſuæ, migravit ad Dominum. Cui ſucceſſit *Sigregarus*. Huic Rex *Edgarus*, anno Domini nongenteſimo ſexageſimo quinto, contulit manerium de **Hamme** ſeptem hidas. **Dundene** quinque hidas. **Wetehull** tres hidas. Hiis temporibus *Alpharus* Dux dedit **Weſtbury** quadraginta hidas, & **Othlee** quinque hidas. *Ailwinus* dedit **Gretlinton** viginti quinque hidas. **Netelcumbe** viginti hidas, & ſic complevit votum *Wlfrici* primi donatoris, *Alpharus* **Ealderman** dedit **Batcumb** viginti hidas. *Ealdred* dedit **Clifan** undecim hidas. *Ealfhelm* dedit **Diranbeorgez** duas hidas. *Alpheah* dedit **Cranemere** decem hidas. *Ethelfled* dedit **Havandon** quinque hidas. *Aelſwithe* regina dedit **Wineſcumb** quindecim hidas. **Fenneſton** decem hidas. **Stretton** ſex hidas. **Tintenhulle** quinque hidas. **Coredeſei** dimidiam hidam; & hæc ornamenta, ſtolam cum manipulo, & caſulam incomparabilem. *Edred* dedit **Middelhele** quindecim hidas, & **Aſſebury** quadraginta hidas. *Brinſigo* dedit **Healton** quinque hidas. Omnes has terras Rex *Edgarus* venerabili eccleſiæ *Glaſton.* ſcilicet ducentas quindecim hidas, Regia authoritate, confirmavit.

Egelredus, filius regis *Edgari*, (*&c.*) aliqualem devotionem verſus *Glaſtonienſem* eccleſiam habens, reſpectu patris ſui & avi ibidem quieſcencium, contulit *Sigegaro* Abbati **Auſtanclif** ſex hidas. **Sitebeorge** unam hidam. Reddidit manerium de **Pokeleſchurche** triginta hidas. Dedit inſuper in **Wilton** unam manſam emptam quadraginta markis auri.

Cumque *Cnutonem Edmundus* filius *Egelredi*, aliquantis bellis contriviſſet, poſtremò tamen, pacto fædere, fraterna inter eos pax convenit, videlicet ut *Cnutoni Mercia*, *Edmundo Weſtſaxonia* remaneret. At verò, non multo pòſt, *Edmundus* letali tactus incommodo, ad extrema devenit, & *Glaſtonienſi* monaſterio **Neutoncaſtell**, ſeptemdecim hidas, cum corpore ſuo, in extremis, delegans, ibidem ante majus Altare ſepulturam accepit. (&c.)

Rex autem *Edwardus* cum regnaſſet viginti quatuor annis non plenis, vir ſimplex & Deo devotus, & ideo ab eo dilectus, apud *Weſtmonaſterium*, dedicata prius eadem eccleſia, obiit & ibidem ſepultus eſt. Poſt quem *Haraldus* Comes *Weſtſaxonum*, filius *Godwini* Comitis, frater *Edithæ* reginæ ſancti *Edwardi*, qui dudum ad regnum aſpiraverat contra jusjurandum quod prius *Willielmo* duci *Normanniæ*, de ſervanda ei fideliter *Anglia*, poſt mortem *Edwardi*, ſe fecit apud *Weſtmonaſterium* coronari, & fidelitates, ac homagia cepit per *Angliam*: Contra quem *Willielmus* Dux *Normanniæ* collectis gentibus quas habere potuit, Anno Domini milleſimo ſexageſimo ſexto in *Angliam* applicuit, & occiſo *Haraldo* regnum obtinuit, & coronatus eſt apud *Weſtmonaſterium* die natalis Domini. A. 1066. Hic *Glaſtonienſem* eccleſiam in ſuis poſſeſſionibus enormiter mutilavit, & quamplures ex ſuis militibus de eiſdem feudavit. Prioratum de *Monte acuto* fundavit, ſurripiens *Glaſtonienſibus* candem, quæ tunc **Lodgareſburg** dicebatur; & **Tintanhulle** & plura alia. Poſtea ordinavit quendam *Turſtinum Normannum*, Monachum *Cadomenſem* in Abbatem *Glaſtoniæ*, anno Domini milleſimo octogeſimo primo. Et ut injuriam eccleſiæ *Glaſtonienſi* prius illatam, aliquantulum redimeret, quaſdam terras quas monachi ejuſdem loci ſuo juri ſpectare dicebant, ſed injuſtè ablatas conquerebantur, eiſdem, auctoritate regni confirmavit in hæc verba:

Montis acuti prioratus fundatio.

“ NOTUM ſit omnibus tam præſenti-
“ bus quam futuris, quod Ego *Willi-*
“ *elmus* Dei gracia Rex *Angliæ* viſis
“ & cognitis cartis eccleſiæ *Glaſto-*
“ *niæ*, concedo eidem eccleſiæ in perpetuum,
“ ad uſum monachorum inibi Deo ſerviencium,
“ pro ſalute animæ meæ, quaſdam terras quas
“ calumniabantur pertinere ad præfatam eccleſi-
“ am, jure hæreditario, confirmo. Subnotantur
“ autem terrarum nomina, videlicet **Middleton**
“ **Fulebroc**, **Berwes**, **Burnyngton**, **Lyme**,
“ **Blakeford**, **Witon**. Teſtibus *W.* epiſcopo
“ *Dunelmenſi*, & archipræſule. *Lanfranco*, &
“ *Thoma* archiepiſcopo, & *Walkelino* epiſcopo, &
“ *Roberto* Comite de *Maurit*. & multis aliis,
“ (&c.)

De Herlewino *Abbate.*

ECcleſiam novam inchoavit, circa quam conſummandam, quadragintas octoginta libras expendit. Imaginem, & crucem ſeptuaginta marcis comparavit. Pro terris, per conqueſtum, à monaſterio ablatis, cum mille marcas regi contuliſſet, repulſam paſſus eſt, nec obtinere potuit, datis tamen inſuper centum marcis argenti, & duabus auri, quorumdam maneriorum ſuorum mutilationem reſarcivit. Sex enim hidas in **Pokeleſchurche** *retrahens, ad quadraginta libras augmentavit, quod vix ſexdecim, ante valuerat. Redemit etiam quandam terram in* **Wilton** *ſexaginta marcis, quam* Gaufridus *de* Magna villa *tenebat. Terram de* **Cranemere**, *annuente* Rege Henrico, *recuperavit.* **Melles** *&* **Lyme**, *de manibus cujuſdam* Hardingi *filii* Eadnothi, *tunc admodum potentis, & cauſidici, extorſit. Ab* Ulrico *fratre* Dunelmenſis *Epiſcopi, manerium de* **Blakeford** *recepit. In* **Compton** *unam hidam, & in* **Sowy** *aliam, prius perdita, Eccleſiæ recuperavit. Apud* **Walas** *terram decem librarum adquiſivit.*

De Henrico *Abbate.*

A. D. 1126.

HENRICUS, *frater* Theobaldi *comitis* Bleſenſis, *nepos* Henrici *Regis, monachus* Cluniaſenſis, *anno Domini milleſimo centeſimo viceſimo ſexto. Vir quem habundans literaturæ pericia illuſtravit, morumque honeſtas apprimè decoravit. Hujus induſtria tanta* Glaſtonienſi *Eccleſiæ præſtitit emolumenta, quod ejus ibidem memoria meritò vigebit in ſecula. Gregem enim ſibi commiſſum ſtrenuè Regens, capacibus Diſcipulis mandata Domini verbis propoſuit ſimplicioribus, verè factis ſuis oſtendere ſatagebat; Sic autem omni moribus ſeſe confirmabat, ut ſingulis tam carus eſſet quam reverendus. Poſſeſſiones Monaſterii, dilapidatas & diſtractas inveniens, eas viriliter revocare, ſuoque diligenti labore, in majus ſtudebat augmentare. Maneria de* **Melles**, **Uffeculum**, **Camelarton**, **Domerham**, *ac villam de* **Siſton**, **Aſhcote**, *cum* **Pedewel** *duas hidas & dimidiam; item tres hidas & dimidiam in manerio de* **Murilinche**, *quæ perdita prius erant, recuperavit. Inſulam de* **Andredeſei** *adquiſivit, & ſacriſtariæ annexuit. Penſionem quadraginta ſolidorum, de Eccleſia de* **Pokeleſchurche**, *ad ſuſtentationem unius cerei jugiter ardentis ante ymaginem ſanctæ Mariæ Virginis in vetuſta Eccleſia, ſacriſtariæ, aſſignavit.*

CANTUARIENSIS
Eccleſia Cathedralis.

TEMPORE quo beatus *Gregorius* ſanctam & celebrem *Romanam* rexit Eccleſiam, miſit in noſtram *Brittaniam*, quæ nunc *Anglia* vocatur, ſanctum *Auguſtinum*, & cum eo Monachos timentes Deum, ut ad fidem converterent gentem *Anglorum*. Qui ſexcenteſimo gratiæ anno in *Angliam* venientes converterunt in proximo regem *Ethelbertum* & nonnulla millia populi. Dedit autem eis præfatus Rex manſionem in Civitate *Dorobernia* quæ nunc eſt *Cantuaria*, quæ totius regni ſui erat Metropolis, ut ibi prædicarent, baptizarent & quoſcunque poſſent ad fidem *Jeſu Chriſti* vocarent. Conſecrato igitur beato *Auguſtino* ex præcepto beati *Gregorii* ab *Eluthberio Arelatenſi* Epiſcopo, & pallio ſuſcepto à beato *Gregorio*, conſtruxit *Auguſtinus* in eadem civitate *Cantuaria*, Eccleſiam, quam in honorem ſalvatoris *Jeſu Chriſti* dedicavit, ibidemque non aliàs, ſibi & ſucceſſoribus ſuis ſedem inſtituit metropolitanam. Congregatoque monachorum conventu concurrerunt undique populi, alii baptiſma, alii monachatum petentes, ſeſe ſuaque omnia, redditus, poſſeſſiones in uſus pauperum, & eorum maxime ſuſtentationem qui ibidem divino fuerant mancipati ſervicio, contulerunt.

Ex Chronicis *Gervaſii Dorobernenſis* M. S. in bibliotheca *Cottoniana.*

A. D. 160.

Donationes Maneriorum & Eccleſiarum Eccleſiæ Chriſti Cantuarien. *& nomina donantium, unà cum privilegiis & libertate eidem Eccleſ. conceſſis.*

ETHELBERTUS Rex, anno Regni ſui XXXV. ad fidem Chriſti per ſanctum *Auguſtinum* converſus, ſtatim Palatium ſuum eidem *Auguſtino* & ſucceſſoribus ſuis infra civitatem *Doroberniam* perpetuè dedit, ut ibi ſedem Metropolitanam in ævum haberent, quam beatus *Gregorius* primam totius Regni eſſe decrevit & confirmavit, ut ſicut prima fuit fidem ſuſcipiendo, prima eſſet in dignitate. Hoc donum fecit Rex anno Domini DXCVII. A. D. 600.

Ethelbaldus filius *Ethelberti*, dedit Monachis ejuſdem eccleſiæ, manerium de **Aveſham** ad cibum, Anno Domini DCXVI. cum campis, ſilvis, paſcuis, & omnibus aliis ad villam illam ritè pertinentibus, liberè ab omnibus ſecularibus ſerviciis, & fiſcali tributo, exceptis iſtis tribus conſuetudinibus, expeditione, Pontis, Arciſvè conſtructione i.e. communi labore de quo nullus excipiebatur.

Anno Domini DCLXXX. *Cedwalla* Rex dedit *Wilfrico* Archiepiſcopo **Pageham**, cum appendiciis

Figura Scrinij S. Thomæ Cantuarienſis ex M.S. in Bibliotheca Cottoniana deſumpta.


Deauratū pondo
lx. vnciarum.
Deauratū pondo
lxxx. vnciarum
Deauratū pondo
lx. vnciarum

Quæ Saxeo operi eminebant, è ligno fuere ſingula.

Clinodia aurea gemmoſa, aureis laminis tecta, & vinculis deauratis nexa; gemmis inſuper aureis, monilibus vtpote, Geniorū imagūculis anūliſque decem puta, aut duodeci in auream aream compoſitis.

Spolia hæc ſacra ciſtas binas, quales vix ſex aut octo robuſtiſsimi è Templo deportare valebant, impleverunt.

Gem̄am inſignem vna, cum Angelo eam indigitante, quam Galliarum Rex obtulit, Henricus ille annulo inſeruit, & in pollice rapaci geſtavit.



Loculus ille, quem vides ferreum, oſsa Tho: Becketti cum calvāria, necnon ruptâ illa craniy parte, quæ mortem inferebat complectebatur.

Ro: Vaughan ſculp:



AA Columnæ Chori ex vtroq late,
re 5. cum capitell.
BB Columnæ 2ᵈᵃ cum Cap.
CC Columnæ 3ᵃ cum cap.
DD Columnæ 4ᵃ cum cap.
EE Columnæ 5ᵗᵃ locus
FFFF Crucis Chori Columnæ 4ᵒʳ
angulares vniformes.
cum cap.
G. Columnarum 8 pluriformium
in Cap. Sᵗⁱ Thomæ, vna.
cum cap.
H. Columnarum 14 vniformium
in navi Ecclesiæ vna.
cum cap.

1 Navis Ecclesiæ, porticum habens australem et occidentalem.
2 Commissary Consistorium.
3 Capella Nevilliana.
4 D. Alexandri Nevilli tumba.
5 D. Thomæ Nevilli Decani t:
6 D Witlesei Archiep: t.
7 D Islepij Archiep: t.
8 D. Louelacij t.
9 D. Boysij t.
10 D. Bartlotti t.
11 Claustrum.
12 Martyrium.
13 D. Peckhami Archiep. t.
14 D. Warhami Archi: t
15 D. Chapmanni t.
16 Capella B. Mariæ
17 D. Rogersij Dec: t.
18 D Fotherbei Dec. t.
19 D. Boysij Dec. t.

20 Dom, olim Capitularis, hodie ad Conciones.
21 Sᵗⁱ Michaelis Capella.
22 D. Langtoni Arch: t.
23 Comitis Somerset. & Ducis Claren. cum vxore interjacen: t.
24 D. Halesij t.
25 D Thornhurstij sen: t.
26 D. Thornhurstij Iun. t.
27 D. Prudi t.
28 Chorus Ecclesiæ.
29 D. Reynoldi Archi: t.
30 D. Waltori Archi. t.
31 D. Chichlei Arch. t.
32 D. Kempi Arch. & Card. t.
33 D. Stratfordij Arch. t.
34 D. Sudburiensis Arch. t.
35 D. Bourgchiori Arch. & Card. t.
36 D. Mephami Arch. t.
37 Decani nup. Prioris olim, Capella, cum Librario sup. ædificato.

38 Summum Altare.
39 Auditorium exterius.
40 Auditor: inter:
41 Vestiarium.
42 S. Anselmi Capella.
43 Thronus vel sedes Archiepatis.
44 S. Thomæ Capella.
45 S Thomæ feretrum.
46 Edwardi Princ: Edwar: 3ᵗⁱⁱ filij primogeniti, vulgò nigri, t.
47 Henrici Regis 4ᵗⁱ et Ioannæ eius Reginæ, t.
48 Capella Cantaria eiusdem Regis.
49. D. Courtnei Archiep. t.
50 D Castilionis Cardi t.
51 D. Wottoni Dec. t.
52 D. Theobaldi Arch. t.
53 S Thomæ. Corona.
54 D. Poli Arch. & Card. t.

eæ Ca ienſis Eccleſiæ I phia.

The Ichnography of the Metropolitan Church of Canterbury.


Scala Pedum
30
90
120
150
180
210
37
40
39
41
17
16
18
19
A
D
E
F
31
F
35
43
38
44
47
45
48
G
G
50
46
49
52
54
53
28
A
F
32
F
33
34
36
42
29
30
24
D
A
C
B
H
G
F
G

Quo anguſtiis... publicos Ma-iorum pietatis monumentum, ab ipſis fundamentis poſteris innoteſcat.
Thomas Peyton, Baronettus.

Cryptam prӕterivimus: quòd lignorum ſtruibus (temporum, tota ferè refercatur) impervia.

Tho: Iohnſon delin: W. Hollar fecit,



The South Proſpect of the Cathedral and Metropoliton Chriſt Church of Canterbury

Eccleſiæ Cathedralis
Chriſti Cantuarienſis,

Tho: Iohnſon delin: Wenceſlaus Hollar fecit,


Tabula (tempore non per
Impenſis D. Iohannis
Episcopi Roſſenſis.
alis et Me opolitica
ſis, faci auſtralis,

In direptionem Metropoliticæ Eccleſiæ *Chriſti Cantuarienſis* particularem, ad fidiſſimum, & antiquæ probitatis virum, deque Clero Anglicano optimè meritum, *Gulielmum Somnerum.*

HEu lapidum veneranda ſtrues! ſic corruis? Aedes
  Sacrilegæ has audent ſic temerare manus?
Quæque feneſtrarum fracta eſt ſacra pagina: [a] *vultus*
  ampliùs & vitreos nec pia turba ſtupet.
Cæruleo quoties me pictus Dæmon amictu
  Terruit! Huic rabies Culmeriana [b] *favet.*
Qui tantâ affecit pretioſas clade feneſtras,
  Illæſum, hunc decuit, præteriiſſe patrem.
Nunc impunè licet pacem turbare ſepulchri:
  Amputat hic naſum Præſulis, ille caput.
Quàm verè jacet hic Bartlettus, Boyſius [c] *illic!*
  Nec ſatis utriſque eſt occubuiſſe ſemel.
Si parcas vivo, cervix ſit cæſa ſepulto:
  Et ferias manes, miles amice, meos.
Ut radias nimio nunc Chriſti Eccleſia plumbo!
  Majorum eſt pietas exitioſa tibi.
Ecce aurum liquefacta dabis, miramque per artem,
  Campana Henrici [d] *fuſa,* Jacobus [e] *erit.*
Quin clypeum, galeámque pares, jam vilior umbra,
  Et tumulum ſerves enſe, Edoarde, *tuum.*
Maxima debetur Nigri *reverentia buſto*
  Principis [f] *., atque ignes læſa favilla teget.*
Perge tamen turpis noſtrorum mango Deorum:
  Aedifices vetitas in tua damna domus.
Inſtat; & applaudit voto mens præſcia noſtro,
  Quæ prodat fraudes, & ſacra furta, dies.

Hinc quantum noſtro Somnero *Eccleſia debet!*
  Hic raptas nullâ lege recenſet opes.
Hic priſcum Templi ruituri inſtauret honorem:
  Integra ſunt ſcriptis & monumenta ſuis.
Pro veris hic molitur chartacea templa:
  Et ſolidum marmor picta columna refert.
Vel templum pinxiſſe pium eſt. Exempla nepotes
  Quæ ſeri plorent, quæque imitentur habent.
Urbs ſatis antiqua hæc non te, Somnere, *ſilebit;*
  Ingrata ob Librum [g] *ni velit eſſe tuum.*
Nomine tu Portas urbis, ſignáſque Plateas:
  Per te diſtinctas novimus ire vias.

Auguſtè coluiſſe Deum, nec farre litaſſe,
  Teſtatur noſtros quàm bene ſumptus avos!
Ah, nobis dici pudet hæc opprobria! noſtri
  Aras deſtruimus quas poſuere patres.
Hæc tua, Chriſte, domus? Quis nudum in paupere Chriſtum
  (Nam jejuna ſatis ſunt tua feſta:) fovet?
Non ſiccant calices convivæ, & ligna reponens
  Ante focum parvo non furit enſe coquus.
Nil niſi munda fames, & inhoſpita tecta ſuperſunt:
  Amiſſas querimur gens macilenta dapes.
Quàm cupimus reducem poſt triſtia tempore Clerum!
  Qui populum meliùs paſcat, utróque modo.

Charolus Fotherbeius, Charoli Fotherbèi,
ejuſd. Eccleſiæ olim Decani, Nepos.

[a] Ibi enim ſacræ paginæ hiſtoria, egregiis picturæ coloribus, illuſtrata.

[b] Quidam enim, *Culmerus* nomine direptorum fuit anteſignanus.

[c] Quorum ſepulchra violata, & ſtatuæ dejectæ.

[d] Campana in editiſſima eccleſiæ turri, ſic vulgò dicta.

[e] Nummus apud noſtrates aureus, à *Jacobo* R. percuſſus.

[f] Sic cognominati, ob acta ejus in bello facta & ſuſcepta: cujus ipſa quibus militavit arma ad mauſoleum ejus appenſa.

[g] De *Antiquitatibus Cantuarienſibus.*



The North Proſpect of Chriſt Church the Cathedral of Canterbury.

POSTERITATI SACRVM
IMPENSIS
EDOARDI DERALL A

Cantuarienſis Ecclesiæ Cath: facies aquilonalis.



Tho: Iohnſon delin:
Dan: King ſculp:

appendiciis ejus, ſcilicet **Slindo Scrippaneg**, **Serectun**, **Bucgrenora**, **Beorgamſtede**, **Chriſmehamme**, **Mundanham** aquilonare, & aliud **Mundanham**.

Anno Domini DCLXXXVII. *Cedwalla* Rex, cum conjuge ſua *Keneldritha*, dedit *Theodoro* Archiepiſcopo, & familiæ Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia*, **Geddinge** & **Wodetone**, liberè ſicut **Adeſham**:

Anno Domini DCLXXXXIII. *Withredus* Rex *Canciæ*, dedit terram quatuor aratrorum pro amore Dei & *Brithwaldi* Archiepiſcopi, eccleſiæ beatæ *Mariæ*, quæ ſita eſt apud **Liminge**, quæ terra vocatur **Nunhelmeſtun** L. S. A.

Anno Domini DCCXLI. *Eadbright* Rex, dedit eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* capturam piſcium in *Lambethe*. & alia quædam, eccleſiæ de **Liminge**, tempore *Cuthberti* Archiepiſcopi. L. S. A.

Anno Domini DCCXLVII. *Eadbertus* Rex *Cantiæ*, dedit eccleſiæ de **Reculure**, tempore *Bregwini* Archiepiſcopi tributum unius navis in villa de **Forwic**.

Anno Domini DCCLXXIIII. *Offa* Rex, *Janiberto* Archiepiſcopi rogante, dedit monachis eccleſiæ Chriſti *Doroberniæ* **Hlyden** juxta *Sandwicum*. L. S. A.

Eodem Anno *Offa*, rex totius *Angliæ*, dedit *Janiberto* Archiepiſcopo ad eccleſiam Chriſti *Dorobern*: terram trium oratorum, quam *Cantiani* Anglicè dicunt **thre ſwolinges**, in occidentali parte regionis quæ dicitur **Merſware**, ubi nominatur illa terra data **Hlyden**. Et ſignatum eſt hoc ſcriptum ſignis prædicti Regis & Archiepiſcopi, & ſimiliter *Kinedrithæ* Regiæ, trium Epiſcoporum, quinque Abbatum, *Edbaldi* Ducis, & xj. Principum.

Wallafus dedit **Bramling** Monachis eccleſiæ Chriſti *Cantuar*. qui illud habuit ex dono *Edwlfi* Regis idem donum confirmantis ut ſcriptum ſuum inde teſtatur.

Anno Domini DCCLXXXIIII. *Eadmundus* Rex *Kanciæ*, dedit *Hwatrede* Abbati de **Reculure**, & ejus familiæ ibidem degenti **Scheldwihc** ſcilicet terram xij. aratorum. L. S. A.

Anno Domini DCCXC. *Offa* Rex *Anglorum* anno Regni ſui xxxviij. ad inſtigationem *Athelardi* Archiepiſcopi, dedit Eccleſiæ ſancti *Saluatoris* in *Dorobernia* xc. tributaria terræ bipartita in duobus locis, lx. in loco qui dicitur, **Lingaheſe** & **Geddingas** circa rivulum qui dicitur **Fiſcesburna**, & xxx. in aquilonali ripa fluminis **Tamis**, ubi appellatur **Twicanham**: lx. ad emendationem Eccleſiæ *Saluatoris*, & xxx. ad indumentum fratrum qui Deo ſerviunt in illa ſancta Eccleſia.

Anno Domini DCCXCI. *Offa* Rex dedit Eccleſiæ Chriſti *Doroberniæ*, **Otteford**, & terram quindecim aratorum in Provincia *Canciæ* nomine **Pecham**, ad cibum monachorum. **Perhamſtede Roking** & **Andred** ad paſcua porcorum. **Dunmalingdene**, **Sandherſt**, **Suthelmingdene**. Et in ſilvis quæ dicuntur **Bocholte** & **Blean Heaubric**. Et aliud inter torrentem nomine **Corthburnan** & **Aghne**, **Orgariſwike**, **treou**, & paſtū unius gregis juxta **Theningden**, & quinquaginta porcorum **binnan Smede**.

Eodem anno *Cenulphus* Rex, rogatu *Athelardi* Archiepiſcopi *Doroberniæ* dedit vicario munere terram duodecim aratrorum ubi dicitur **Tenham**, ad metropolim *Saluatoris* Eccleſiam in *Dorobernia*. Hanc munificentiam maximè fecit Rex, quia idem Archiepiſcopus gratia recompenſationis terram xij. arratrorum dedit in loco ubi dicitur **Cregeſemilina**.

Anno Domini DCCXCIX. *Cenewlfus* Rex, Archiepiſcopo *Athelardo* rogante, Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* reddit in terras quas *Offa* Rex abſtulerat *Janiberto* Archiepiſcopo, ſcilicet **Cherring**, **Selebertes**, **Chert**, ad veſtimentum monachorum **Bruingland** & **Burne**.

Anno Domini DCCCIV. *Cenulphus* Rex & Rex *Cuthredus* dederunt Eccleſiæ de **Liminge**, ubi jacet corpus beatæ *Eadburgæ* ſex manſuras in civitate *Doroberniæ*, rogatu *Athelardi* Archiepiſcopi.

Anno Domini DCCCV. *Atehlardus* Archiepiſcopus dedit, vel potius reſtituit, monachis Eccleſiæ *Dorobern*. villam dictam **Burne**, ad victum monachorum, ſcilicet terram quatuor aratrorum, quam terram prius homo bonus, nomine *Aldhun*, qui in hac regali villa hujus Civitatis Præfectus fuit, prædictis monachis contulit ad victum, ſed rapacitate *Offæ* Regis de eadem terra privata eſt eadem Eccleſia L. S. A.

Eodem anno *Cuthredus* Rex *Canciæ*, cum licentia *Cenulphi* Regis *Merciæ*, tempore *Wlfredi* Archiep. dedit Eccleſiæ Chriſti *Cantuar*. terram duorum aratrorum, quæ dicitur **Bocholte** & **Kingeſcualand** L. S. A.

Eodem anno *Cenulphus* Rex dedit *Wlfredo* Archiepiſcopo, ad opus Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia*, terram x. aratrorum ſcilicet **Bixle**. L. S. A.

Anno Domini DCCCIX. *Cenulphus* Rex *Canciæ* dedit *Wlfredo* Archiepiſc. *Doroberniæ* & monachis Eccleſiæ Chriſti, terram ſeptem aratrorum, quæ dicitur **Bereham**. L. S. A.

Anno Domini DCCCXI. *Wlfredus* Archiepiſc. emit à *Cenulpho* Rege has terras, ad opus Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* ſcilicet **Gravenea**, **Caſſingburnam**, **Calmeſtede**, **Sunthunigland** juxta **Gravene** & **Appingland**, L. S. A.

Anno Domini eodem, *Wlfredus* Archiepiſc. *Doroberniæ* concambium fecit cum conventu ſuo de Villa de **Caſtria** pro **Burne**.

Anno Domini DCCCXIV. *Cenulphus* Rex dedit *Wlfrido* Archiepiſcopo, & monachis in Eccleſia Chriſti *Doroberniæ* circiter xxx. jugera inter duos gremiales rivos fluminis quod dicitur **Stour**, & vocatur terra illa **Binne**. L. *S*. A.

Lyſchild dedit **Middletone** *Wlfredo* Archiepiſcopo, & monachis eccleſiæ Chriſti *Cant*. & poſtea, ſcilicet anno Domini DCCCXXII. *Cenulpus* Rex *Merciorum* idem donum confirmavit, ab omni ſeculari gravitate liberum, & fiſcali tributo.

Anno Domini DCCCXXII. *Cenulphus* Rex dedit *Wlfredo* Archiepiſcopo **Coppanſtan**, **Greſtamarſc** & **Shaldeford**. L. S. M.

Eodem anno *Beornulphus* Rex *Merciorum*, dedit Eccleſiæ Chriſti **Godmerſham**, ad victum & veſtitum monachorum rogante *Wlfredo* Archiepiſcopo. L. S. A.

Eodem anno *Wlfredus* Archiepiſcopus *Dorobernia*, concilium cælebravit in loco præclaro qui dicitur **Cloveſho**, præſente *Beornulpho* Rege *Merciorum*, ſuper libertate Eccleſiæ, ubi idem Archiepiſcopus recuperavit quaſdam terras Eccleſiæ Chriſti *Doroberniæ* ablatis, ſcilicet **Harghes**, **Herefordingland**, **Wambelean**, **Geddin** & **Cumbe.**

Anno Domini DCCCXIII. *Cenulphus* Rex dedit *Wlfredo* Archiepiſcopo quandam terram infra mænia urbis *Doroberniæ*, ſcilicet lx. pedum in longitudine & xxx. pedum in latitudine, partem etiam extra civitatem ab aquilone civitatis xxx. jugera, xxv. in arido campo & v. acras prati.

Liſitanus dedit **Southcherch** monachis Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* Et poſtea *Cenulphus* Rex *Merciorum* dedit eiſdem, & idem donum confirmavit.

Anno Domini DCCCXXIV. *Wlfredus* Archiepiſcopus dedit monachis Eccleſiæ Chriſti *Dorobern.* **Eghethorne** & **Langedone** pro commutatione de **Bereham.**

Item idem dedit eidem villam quæ dicitur **Caſtur-Waldington** in occidentali plaga Eccleſiæ Chriſti, infra mænia urbis *Doroberniæ*, intra ripam fluminis **Stoure.**

Item idem dedit eiſdem terram quæ vocatur **Folquingland** in regione *Eſtriæ.* Ruriculum quoque unius aratri in loco qui vocatur **Byri.**

Anno Domini DCCCXXVIII. *Wiglaf* Rex *Merciorum* dedit Eccleſiæ Chriſti *Dorobern.* & *Wlfredo* Archiepiſcopo ejuſdem Eccleſiæ, **Brotewelle** in **Midd.** L. S. A.

Anno Domini DCCCXXX. *Werhardus* preſbyter præpotens in *Anglia*, de præcepto Archiepiſcopi dedit monachis Eccleſiæ Chriſti *Dorobern.* terras prius ablatas, ſcilicet **Harghes** civ. hidas. **Otteford** c. hidas. **Graveneyam** xxxij. hidas. **Burnan** xliv hidas. **Seſwalun** x, hidas **Bereham** xxxvj. hidas, &c.

Anno Domini DCCCXXXII. Rex *Athulphus* inſtinctu *Ceolnothi* Archiepiſcopi dedit **Ebbeneyam**, **Deſertheſta**, **Miſtanham**, **Langebornam**, **Blakebornhamme**, **Plegimunhamme**, **Ofnehamme**, & ſilvam quæ vocatur **Oſtrynden**, & villam juxta civitatem *Doroberniæ* quæ vocatur **Bertun**, ad quam pertinent quinque jugera & duo prata apud **Scertingan**, & aliud apud **Tanintun**, omnia L. S. A.

Ethelwlfus Rex dedit **Loſe** *Suete* viduæ & filiæ ejus, & illæ dederunt monachis Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* & eſt de veſtitu eorum.

Anno Domini DCCCXXXV. *Cinewarra* Abbatiſſa dedit *Humberto* Duci terram juris ſui, nomine *Wirceſmuth*, ea conditione ut omni anno det Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* pro gablo, plumbum trecentorum ſolidorum ad opus ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo *Ceolnotho*, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum.

Eodem anno **Hadleghe** in *Suthfolca* data fuit per *Elfledam* ſciente & conſentiente *Etheldredo* Rege.

Anno Domini DCCCXXXVIII. *Ecgbertus* & *Athelwlphus* Rex filius ejus, dederunt Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* **Mallings** in **Southſexan**, quod viz. manerium prius eidem Eccleſiæ dedit *Baldredus* Rex; ſed quia non fuit de conſenſu magnatum regni, donum id non potuit valere, Et ideo iſto anno in concilio apud **Kingſtone** celebrato ab Archiepiſ. *Doroberniæ Ceolnotho*, reſtauratum eſt Eccleſiæ antedictæ. L. S. A.

Anno Domini DCCCXXXIX. *Ceolnothus* Archiepiſcopus propria pecunia ſua emit **Chert** a quodam principe vocato *Halethe* concedente Rege *Athelwlfo*, & eandem villam Eccleſ. Chriſti monachis dedit L. S. A.

Anno Domini DCCCXXXIX. *Athulphus* Rex dedit *Ceolnotho* Archiepiſcopo **Caſtreaſta Delham**, ſcil. vij. jugera, quæ viz. terra adjacet Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Liming** L. S. A.

Anno Domini DCCCLXXI. *Elfredus* Dux dedit *Ethelredo* Archiepiſc. *Doroberniæ*, & monachis ejuſdem Eccleſiæ villam de **Chertham**, ad veſtitum monachorum, ut patet per chartam ſuam inde confectam, quam potius Codicellum dicimus.

Anno Domini DCCCXCV. **Weſtling-merſh** juxta flumen quod *Romeneya*, datum fuit per *Plegmundum* Archiepiſcopum Eccleſiæ Chriſti.

Anno Domini DCCCXLIX. **Heth** datur per *Elfredum* Regem *Plegmundo* Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, ad opus Eccleſiæ & Monachorum.

Anno Domini DCCCCXXIII. *Wlfelmus* Archiepiſcopus agros comparavit ab incolis qui nominantur **Waldland** & **Wlfrethingland**, juxta locum qui dicitur **Rethercheap**, extra portas *Doroberniæ*,

Anno Domini DCCCCXXVII. *Athelſtanus* Rex pro anima patris ſui *Edwardi* & honore *Wlfelmi* Archiſacerdotis *Doroberniæ*, dedit **Folkſtane** ſitam ſuper mare, ubi quondam fuit Monaſterium & Abbatia ſanctarum virginum, ubi etiam ſepulta eſt S. *Eanſwitha*, qui locus à Paganis deſtructus fuit L. S. A.

Anno Domini DCCCCXXXIV. *Ælfleda* dedit **Hamme** Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.*

Anno Domini DCCCCXXXIX, *Winhelmus* dedit *Wlfelmo* Archiepiſcopo *Dorober.* xj. agros à meridie *Doroberniæ.* Et eſt terra illa circumdata his terminis. Ab oriente **Adredſland**, ab aquilone **Kingſland**, à meridie publica ſtrata, & ab occidente **Brightelmeſland.** Factum fuit donum iſtud in præſentia *Athelſtani* Regis.

Anno Domini DCCCCXLI. *Eadulphus* Dux per conceſſionem Regis *Athelſtani*, præſente *Wlfelmo* Archiep. dedit **Mepeham** L. S. M.

Anno Domini DCCCCXLI. **Preſtantun**, **Winham**, **Wolecumbe**, **Swerdlingan**, **Boſington** & **Graveney** reſtitut: Eccleſiæ per *Eadmundum* Regem, & *Eadredum* fratrem ejus, & *Edwinum* filium ejuſdem *Edmundi.*

Athelſtan Rex dedit villam de **Terrings** ſitam ſuper mare in **Suthſexan**, Eccleſiæ Chriſti in *Dorob.* L. S. A.

Anno Domini DCCCCXLIII. *Eardulphus* Rex *Cantiæ*, dedit *Heabbertha* Abbati de **Racul**, & ejus familiæ, ſcil. Monachis conſiſtentibus in illo loco vocato **Raculfre**, & terram unius aratri in loco qui nominatur **Perhamſtede.**

Anno Domini DCCCCXLVII. **Pecchings** dat. eccleſiæ per *Wlfricum*, præſente & conſentiente Rege *Edredo*, matreque ejus Regina *Eadgiva*, *Odoneque* Archiepiſcopo *Doroberniæ*, *Wlſtano*

Archiepiſcopo


Cantuarienſis eccleſiæ cath: ab occidente proſpectus.
The West Proſpect of the Cathedral Church of Canterbury.

Ne deficiente Chriſtiana pietate, pri
ſcæ pietatis indicia ſimul pereant
Chriſti eccleſiam Cantuarienſem, cæte
rum in Anglia matrem, ſic à fronte e
liberi voluit præſenti ſeculo, et poſt
ris. Gulielmus Ducie
Tho: Johnſon delin:
Daniel King ſculp:

Cantuarienſis eccleſiæ cath
ab occidente proſpectus
The West Proſpect of the Cathedral
Church of Canterbury.



Tho: Johnſon delin:
Daniel King sculp

2

Archiepiſcopo & aliis multis nobilibus. L. S. A.

Anno Domini DCCCCXLIX. *Edredus* Rex, præſente *Odone* Archiepiſ. *Eadgiva* regina matre ipſius *Edredi*, dedit eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* Monaſterium *Raculfenſe*, bis denis ſemiſque eſtimatum caſſatis, cum omnibus pertin. ſive littorum, ſive camporum, agrorum, ſaltuumvè. L. S. A.

Anno Domini DCCCCLVIII. villa de **Icham** data fuit per *Athelwardum*, præſente *Odone* Archiepiſcopo.

Anno Domini DCCCCLX. *Ediva* Regina, alio nomine dicta *Edgiva*, ſcil. mater *Edmundi* & *Eadredi* Regum, dedit **Mepeham**, **Coulings**, **Oſterland**, **Leanham**, **Pecham**, **Farnleghe**, **Monketon**, & **Addingtone**, huic Eccleſiæ.

Anno Domini DCCCCLXIII. *Dunſtanus*, de conſenſu Regis *Edgari* dedit huic Eccleſiæ **Fengg.** vij. aratrorum, quod Anglicè dicitur vij. **hides**, emptorum de *Ingelram* optimato ejuſdem Regis.

Anno Domini DCCCCLXIV. *Ethelſtanus* conſentiente & concedente Archiepiſc. *Duſtano* dedit Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Limings**, ubi ſepulta eſt ſancta *Eadburga*, terram unius jugeri quæ **Wleham** nominatur.

Anno Domimi DCCCCLIX. *Egelredus* Rex dedit Eccleſiæ in *Dorobernia* **Sandwich**, ad veſtitum Monachorum, & **Eſtreyam** ad cibum monachorum L. S. A.

Anno Domini DCCCCXCI. *Aſchwinus Dorſetenſis* Epiſcopus reddidit Eccleſiæ Chriſti *Alfrico* Archiepiſcopo **Richbergh**.

Anno Domini DCCCCXCVII. *Elfgiva* Regina dedit Eccleſiæ, **Newington** & **Biotewelle** in regione de **Orinford**, & calicem aureum cum patena aurea, in quo ſunt xiij. marcæ de puro auro, & duo dorſalia de pallio, & duas capas de pallio cum taſſellis auro paratis L. S. A.

A. D. DCCCCLXXX. *Athelſtanus* filius *Aelthredi*, de conſenſu & licentia ejus dedit Eccleſiæ *Doroberniæ* **Holingburnan**, ad cibum Monachorum, quam villam emit à patre L. S. A.

Edmundus Rex filius *Edivæ* Reginæ dedit **Preſton** & **Eylwartone** monachis Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* & eſt de victu eorum.

A. D. DCCCCXLI. Dux *Brithnothus* iturus ad bellum contra paganos dedit **Laling**, **Illech**, **Hadlegh**, conſentiente Rege *Ethelredo*, præſente *Sirico* Archiepiſcopo *Dorobern.*

A. D. MIII. *Ethelredus* Dux dedit Eccleſiæ Chriſti particulam terræ in *Dorobernia*, quam ſibi Rex *Ethelredus* dedit. xv. virgatarum in longitudine, & viij. in latitud. & vj. agros extra murum. Termini terræ infra murum ſunt hii. In orientali parte, terra Regis, in parte auſtrali, platea civitatis. In occidente terra Eccleſiæ Chriſti. In aquilone cæmiterium Chriſti.

A. D. MVI. *Ethelredus* Rex confirmavit omnes donationes terrarum quæ datæ ſunt Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia*, & ſuper hoc ſcriptum ſuum dedit *Elfrico* Archiep. cum piſcationibus, venationibus, aucupationibus & aliis omnibus libertatibus, exceptis illis tribus in **Addeſham**, ſigno ipſius confirmatum, una cum xxxj. ſignis optimatum ſuorum.

Eodem anno *Ethelris* & *Leofwina*, annuente Rege *Ethelredo*, dederunt **Boking** & **Merſey** ad victum monachorum.

A. D. MX. *Elfegus* Archiepiſcopus adjunxit Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* quandam terram nomine **Merehorne**. **Fremingham**, & **Wodeton**, & eſt de veſtitu monachorum L. S. A.

A. D. MXVIII. **Weſteham** & **Chepham** duæ villæ in regione *Surreya* dat. per *Ethelſtanum*, qui & *Livingus*.

Eodem anno *Knuht* Rex dedit *Livingo* Archiepiſcopo, ad opus Eccleſiæ, ſilvam **Haſelherſt** L. S. A.

A. D. MXXIII. *Kanutus* Rex dedit Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* portum de *Sandwico*, cum corona ſua aurea, quæ adhuc ſervatur in capite crucis majoris in navi ejuſdem Eccleſiæ. Portum illum dedit monachis cum theolonio ejuſdem villæ, wrecco maris, & omnibus aliis conſuetudinibus ad portum illum pertinentibus.

A. D. MXXXII. **Apuldre**, **Orpintone**, **Palſtre**, & **Wihttriſcheham** dat. Eccleſiæ per *Edſinum* presbyterum conſentientibus *Canuto* rege, & *Elfgiva* regina ſua.

A. D. MXXXVI. *Theored*, conſentiente & concedente *Knutone*, dedit **Horſleghe** ad opus & victum monachorum. L S. A.

Memorandum quod idem rex *Knute*, confirmavit privilegia prædeceſſorum ſuorum legalia, in libertatem monaſteriorum infra *Kanciam* poſitorum.

Eodem anno **Hethe** & **Saltwode** data Eccleſiæ per unum de principibus *Angliæ*, nomine *Haldene*.

Eod. anno **Godmerſham** data fuit Eccleſiæ per *Egelnotum* Archiepiſc.

A. D. MXXXVIII. *Knuthus*, rex reddidit Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* villam de **Folkſtane**, quam olim rex *Athelſtanus* filius regis *Edwardi* eidem Eccleſiæ dedit: ea conditione hanc donationem fecit *Knutus*, ut nunquam alienaretur eadem villa per Archiepiſcopum, ſine licentia regis & monachorum.

Wlſtanus cognomento *Wildepreoſt*, annuente Domino ſuo *Hardeknuto*, dedit huic Eccleſiæ **Thurrock**.

A. D. MXLIV. *Egelricus Bigge* dedit huic Eccleſ. **Chert**, **Stouting**, & **Miletune**.

A. D. MXLVI. **Wlfgith** relicta **Elfwine**, & *Godwinus*, conſentiente ſancto *Edwardo* rege dederunt Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* **Stiſtede** & **Coggeſhale** in **Eſſex** ad victum monachorum L. S. A.

A. D. MLII. Villæ de **Chertham** & **Waleworth** conceſſæ & confirmatæ fuerunt per ſanctū *Edwardum*, cum maneriis jam habitis, & multis libertatibus conceſſis. Prædictam villam **Walworth** *Edmundus* rex dedit cuidam joculatori ſuo nomine *Hitardo*. Tempore tandem regis *Edwardi* idem *Hitardus* volens limina Apoſtolorum *Romæ*, venit ad Eccleſiam Chriſti in *Dorobernia*, & per conſenſum & conceſſionem regis *Edwardi* dedit eandem villam eidem Eccleſiæ Chriſti, chartam quoque ejuſdem terræ poſuit ſuper altare Chriſti, &c.

Siwardus & *Mathildis* uxor ejus dederunt **Merſham**, monachis Eccleſiæ Chriſti *Cantuariæ*. Sancto *Edwardo* rege A.D. MLI. per ſcriptum ſuum idem donum confirmante, & eſt de cibo eorū.

Eod. anno **Sake Sokne** & aliæ libertates conceſſæ & confirmatæ per S. *Edwardum.*

Carta ejuſdem de libera Warenna.

A. D. MLIV. *Brithmerus* civis **London** dedit Eccleſiæ *Cantuar.* meſuagium ſuum apud **Gerſcherche**, & de licentia & conſenſu Stigandi Archiepiſc, & *Godrici* decani dedit etiam Eccleſiam omnium ſanctorum teſtimonio *Leifſtani Portrevæ* & aliorum.

Willielmus Rex conqueſtor reddidit manerium de **Haltone** in comitatu **Buck** : monachis Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* antiquis & modernis temporibus à jure ipſius Eccleſiæ ablatum, & multa alia ut in martilogio continetur, Et plenius ſcriptum ſuum inde confectum teſtatur. Pro Deo & ſalute animæ ſuæ gratis hoc fecit & ſine ullo prætio.

A. D. MLXXV. Conqueſtor confirmavit donum fratris ſui *Odonis*, Epiſcopi *Bajocenſis*, & Comitis *Canciæ*, de domibus in *Sandwico*, datis Eccleſiæ, &c.

Carta regis *Willielmi* conqueſtoris ut Monachi *Cantuar.* omnes terras ſuas liberè teneant.

Similis Carta regis *H.* 1. *&* 2.

A. D. MLXXIII. couqueſtor confirmavit *Lanfranco* Archiepiſcopo, omnes conſuetudines in Eccleſia de **Newenton** anteceſſorum ejus, & in Eccleſia S. *Martini* de **Doffris** & in **Scapeia.**

Carta ejuſdem de eadem in omnibus Dominicis Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.*

Carta ejuſdem Anglicè & Latinè de libertatibus Eccleſiæ *Chriſti Cantuar.* conceſſis.

Carta ejuſdem de libertatibus quas *S. Edw.* conceſſit eid. Eccleſiæ *Chriſti Cant.* conceſſis.

Carta regis *Henrici* primi de eiſdem.

Carta regis *Richardi* de eiſdem.

Carlemannus levita dedit **Broke** Eccleſiæ *Chriſti Cantuar.* & poſtea *Hen.* rex primus idem manerium per cartam ſuam eidem Eccleſiæ contulit, & *Henricus* rex 2 per chartam ſuam idem manerium confirmavit.

A. D. MVI. rex *Henricus* rogatus ab *Anſelmo* archiepiſcopo reddidit Eccleſiæ *Chriſti Cantuar.* villam quæ vocatur **Slindone** in **Suthſex.**

Carta regis *Hen.* 1. *Hen.* 3. & *Richardi*, de **Geld** & **Danegeld.** *Anſelmus* Archieſpiſcopus *Cantuar*, reddidit monachis Eccleſiæ ſuæ medietatem altaris *Chriſti*, quam in manu ſua habebat poſt mortem prædeceſſoris ſui *Lanfranci* archiepiſcopi, qui eis aliam medietatem, cognita veritate quod ad illos pertineret, in vita ſua reddiderat. Similiter & manerium de **Stiſtede** eis reddidit idem *Anſelmus*, eo quod ad eos pertinere ſcitur.

A. D. MCXXX. *Henricus* Rex primus dedit Eccleſiam ſancti *Martini* **Dover** Monachis Eccleſiæ *Chriſti Cantuar.* in dedicatione ejuſdem Eccleſiæ *Cant.* cum omnibus pertinentiis & provenien. tam in terra quam in mari, ut inde charta teſtatur.

A. Eodem, *Willielmus* Archiepiſcopus dedit octo libras annui redditus de manerio ſuo de **Reculvere**, monachis Eccleſiæ Chriſti *Cant.* in dotem ipſius Eccleſiæ in perpetuum & hoc tempore regis *Hen.* 1. quod donum S. *Edmundus* Archiepiſc. poſtea confirmavit.

A.D.MCXLVI. *Henricus* de *Rya* ſeiſivit Eccleſ. Chriſti *Cant.* de manerio de **Diepham**, per quendam cultellum ſuper altare Chriſti, præſentibus *Theobaldo* Archiepiſc. *Waltero* Priore, aliiſque multis; & acceptus fuit in fraternitatem à prædictis Archiepiſ. & Prior. anno ſupradicto. Quam donationem *Hen.* Rex. 2. confirmavit.

Manerium de **Berkeſore** datum per *Stephanum* regem, ad inveniendum lumen, ante capſam beati *Anſelmi* Archiepiſcopi.

Henricus Rex ſecundus dedit & confirmavit Deo, beato *Thomæ* & Eccleſiæ S. *Trinitatis Cantuar.* xv. libratas redditus in **Berkeſor**, in *Hokis Aiſſe* & *Riſſendona*, & xxv. libratas redditus in *Leiſdona*, & ita liberè, &c. ſicut ego, &c.

Willielmus Tracy dedit **Doccombe** tempore *Hen.* ſecundi idem donum confirmantis.

Carta regis *Hen.* ſecundi de via circa murum cemiterii noſtri.

Carta ejuſdem de terra noſtra ſuper montes de **Hollingborne.**

Carta ejuſdem de libertatibus noſtris liberè tenendis.

Carta regis *Stephani* de eiſdem.

A. D. MCXCIX. *Richardus* Rex primus anno regni ſui primo dedit boſcum de **Blean**, monachis Eccleſiæ Chriſti *Cant.* per unum par cirotecarum, ſalvo tamen uno ſummario quem pater ejuſdem regis conceſſit Eccleſiæ & canonicis S. *Gregorii* in eod. boſco.

Duæ cartæ *Alianoræ* Reginæ de xiij. tenementis in Judaiſmo *Cantuar.*

Carta ejuſdem de maneriis de **Terſtane** & **Weſtfarlegh**, cum advocationibus Eccleſiarum de **Weſtclive** & **Weſterham** pro portu de **Sandwice**, quam donationem *Edwardus* Rex primus per cartam ſuam confirmavit.

A. D. MCCCXXVI. Dominus *Walterus Raynold* Archiepiſc. de licentia ſpeciali *Ed.* regis 3. dedit monachis Eccleſiæ Chriſti *Cant.* manerium de **Caldecote** juxta *Cantuar.* cum boſco de **Torholte**, & cum omnibus & ſingulis libertatibus.

A.*R.R.E d.* 3. xxvij. *Richardus Boviton* de licentia ſpeciali ejuſdem regis, dedit manerium ſuum de **Bovyton**, cum omnibus pertinen. in villa de **Bocking** in com. **Eſſex**, Priori & Conventui Eccleſiæ *Chriſti Cant.*

Dominus *Edwardus* Princeps filius regis *Ed.* 3. dedit monachis Eccleſiæ *Cantuar.* manerium de **Fawkeſhall** eodem rege *Edwardo* idem donum confirmante, ad ſuſtentationem duorum capellanorum in eadem Eccleſia celebraturorum.

Edwardus 3. anno regni ſui xxxviij. dedit in eſcambium Priori & Conventui Eccleſiæ *Chriſti Cantuar.* manerium de **Borle** in com. **Eſſex**, pro conſuetudinibus & redditibus una cum omnibus juribus, &c. quæ idem P. & C. habuerunt vel habere aliquo modo potuerunt in villa & portu de *Sandwico*, cum aliis redditibus in Inſula de **Scapeia**, ut in carta, &c.

Carta regis *Hen.* 4. ne furagium capiatur ubicunque in comitatu *Canciæ* ad equos ſuſtentandos in caſtello Dover.

Item Carta ejuſdem regis, de via infra murum civitatis *Cant.* quæ ducere ſolebat de **Northgate** uſque **Queningate.**

Reliquiarum
CŒNOBII S. AVGVSTINI CANTVARIENSIS
ab editiſsimâ ædium xpi. in eadem vrbe turri
proſpectus.

The Proſpect of ye Reliques of the Abbey of St.
Austin Canterbury from the high Tower of
Christ-Church in the same Citty.

1. Porta Cœnobij primaria.
2. Aula magna cœnobij, ſive monachorum
   commune Refectorium.
3. Proaulium, in quo gradus lapidei, quibus
   è Curia in eandem aulam aſcenditur.
4. Ruinæ aliquot, ſive quædam cœnobij reliquiæ.
5. Capella St. Pancratij.
6. Turris Ethelberti vulgò dicta.
7. Quædam cœnobij particulæ, in ædes dudum
   regias, hodie privatas, converſæ.
8. Cœmiterij, in hortum nunc tranſlati
   porta Occidentalis.
9. Murus Cœnobij ſedem cingens, intra quem
   16 aut eo circiter terræ jugera incluſa,
10. Eccleſia St. Martini ad Orien. Cœnobij.
11. Platea ab Vrbe ducens ad cœnobium,
12. Eleemoſynarium Cœnobij.

Hoc primævum Anglorum Christiani
ſmi monumentum, Regumq et Præſu
lum Cantianorum per multa ſecula
ſepulcretum, oblivione obrutum:
Idem quod ſupereſt æternum fecit
Anthon: Aucher: Eq: aur: Cantianus



Tho: Johnson delin: D. King sculp

CANTUARIENSE

Cœnobium S. Auguſtini.

Ex Chron. M. S. Thomæ Sprot monachi S. Auguſtini Cant. in bibliotheca Cottoniana [ſub effigie Vitellii D. II.]

A. D. 592.

A. D. 596.

Lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, etſi novo lucis ſuæ radio, totam illuſtret Eccleſiam, dum beatum *Gregorium* ſuæ Eccleſiæ ſummum præfecit paſtorem & pontificem; ſpecialiùs cum gentem viſitavit *Anglicam*. Cum eam de tenebris, & umbra mortis dignatus eſt evocare ad lucis ſuæ fidei notitiam. *Gregorius* namq; in ſummum Pontificem ordinatus, quarto nonas Septembris ſub anno domini DXCII. verbū Dei quod ipſe & in perſona propria genti *Anglorum* prædicare diſpoſuerat, divino admonitus inſtinctu, per ſuum alumnum Dei ſervum *Auguſtinum* explere curavit. *Gregorius* igitur quinto ordinations ſui anno, videlicet ſub anno Domini DXCVI. miſit beatum *Auguſtinum* & alios cum eo quam plures monachos ac verbi Dei miniſtros quaſi numero quadraginta genti *Anglorum* fidem prædicare catholicam, qui Dei miniſtri qualiter ſe gerebant in itinere verſus *Angliam* qualiterque *Angliam* venientes in *Thaneto* applicuerunt; qualitervè à rege *Athelberto* ſuſcepti fuerant, qualiterque *Cantuariam* pervenerant pertractare omitto; cum hæc omnia in textu vitæ *Auguſtini* pertractentur. *Auguſtinus* igitur cum ſuis ſociis, locum in civitate *Cantuariæ* adeptus, vitam cepit imitari Apoſtolicam. Interea Rex *Athelbertus* ſervorum Dei vita mundiſſima delectatus, & promiſſis eorum ſuaviſſimis, quæ miraculorum oſtentione vera eſſe perſpexerat, in fide roboratus catholica cum ſuis commilitonibus baptizatus eſt in die Pentecoſtes ſub anno domini DXCVII. Rege itaq; baptizato & in fide confirmato *Auguſtinus* ad civitatem *Galliarum Arelatenſem* progreditur, & ab ejuſdem urbis Epiſcopo *Etherio* in Epiſcopum ordinatur, ſub die xvi. calendas Decembris, Ordinatuſque *Auguſtinus Angliam* rediit, & cum gloria & omni qua decuit ſolemnitate à rege & populo ſuſceptus, atque in civitate *Cantuariæ* ſedem Epiſcopalem adeptus, continuò *Laurencium* Preſbyterum, & *Petrum* Monachum *Romam* miſit qui beato Pontifici *Gregorio* referrent regem cum regno fidem *Chriſti* ſuſcepiſſe, & ſe ipſi genti *Anglorum* Epiſcopum fore ordinatum, ſimul & de iis quæ neceſſaria videbantur queſtionibus ejus conſulta efflagitans. Quæ ſi quis plenius ſcire deſiderat *Bedam* de geſtis *Anglorum* legat, & deſiderata reperiet. Interea *Auguſtino* ſedem Epiſcopalem, ut ſupra diximus, in civitate *Cantuariæ* adepto, recuperavit in ea Eccleſiam regio fultus auxilio, quam ibidem antiquo fidelium *Romanorum* opere factam fuiſſe didicerat, & eam in nomine ſancti Salvatoris Dei, & domini noſtri *Jeſu Chriſti* conſecravit; atque ibidem habitationem ſibi ſtatuit, & cunctis ſucceſſoribus ſuis, quæ uſque in hodiernum diem vocatur *Eccleſia Chriſti Cantuarienſis* totius *Angliæ* Nutrix & Metropolis. Erat autem non longè ab ipſa civitate, ad Orientalem, quaſi medio itinere inter Eccleſiam ſancti *Martini*, & muros civitatis ſitum, phanum, ſive ydolum, in quo idem rex *Athelbertus*, ſecundùm ritum gentis ſuæ ſolebat orare, & una cum plebe ſua, demoniis magis quam Deo, immolare: Quod phanum ſtatim ut ab *Etherio Arelatenſi Auguſtinus* Epiſcopus ordinatus, ut ſubſcribitur, Angliam eſt regreſſus, ob inquinamentis, & ſordibus gentilium purgavit, & ſimulacro quod in ea erat confracto, Synagogam mutavit in Eccleſiam, & eam in nomine ſancti *Pancratii* Martyris dedicavit: Et hæc eſt prima Eccleſia ab *Auguſtino* dedicata. Extat adhuc altare in porticu ejuſdem Eccleſiæ auſtrali, in quo idem *Auguſtinus* ſolebat celebrare, ubi prius ſteterat ſimulachrum regis. His itaque geſtis *Auguſtinus*, prædictam ſancti *Pancratii* Eccleſiam, una cum terra adjacente à rege obtinuit. In cujus fundo prædictus rex *Athelbertus*, hortatu beati patris *Auguſtini*, Eccleſiam in honore ſanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* à fundamentis conſtruxit, & Monachos inibi perpetuis temporibus deſervituros in eadem eccleſia inſtituens, donis variis & poſſeſſionibus dotavit eandem, & in eadem Eccleſia præfatus rex ſibi & ſucceſſoribus *Cantuariorum* regibus ſepulturam elegit. In hac etiam Eccleſia *Auguſtinus* ſe & ſuos ſucceſſores, *Cantuarienſes* Pontifices, ſtatuit ſepeliri.

Rot. Cart. de a. 36. E. 3.

Edwardus, dei gratia, rex *Angliæ* (&c.) Archiepiſcopis (&c.) Salutem. Inſpeximus cartam bonæ memoriæ *Athelberti*, quondam regis *Angliæ*, in hæc verba. *In Nomine Domini Jeſu Chriſti.* Omnem hominem qui ſecundùm Deum vivit, & remunerari à Deo ſperat & optat, oportet ut piis precibus conſenſum hilariter, & ex animo præbeat, quoniam certum eſt tanto facilius ea quæ ipſe à Deo popoſcerit conſequi poſſe, quanto, & ipſe libentiùs Deo aliquid conceſſerit. Quocirca ego *Athelbertus* rex *Kanciæ*, cum conſenſu venerabilis archiepiſcopi *Auguſtini*, ac principum meorum, do, & concedo Deo in honore ſancti *Petri*, aliquam partem terræ juris mei, quæ jacet in oriente civitatis *Doroberniæ*; Ita duntaxat ut Monaſterium conſtruatur, & res quæ ſupra memoravi, in poteſtate Abbatis ſit, qui ibi fuerit ordinatus. Igitur adjuro & præcipio, in nomine domini Dei omnipotentis, qui eſt omnium rerum Judex juſtus, ut præfata terra ſubſcripta donatione ſempiternaliter ſit confirmata, ita ut nec mihi, nec alicui ſucceſſorum meorum, regum aut principum, ſive cujuſlibet conditionis, dignitatibus & eccleſiaſticis gradibus, de ea aliquid fraudare liceat.

A. D. 605.

Si quis verò de hac donatione noſtra aliquid minuerit, aut irritum facere temptaverit, ſit in præſenti ſeparatus à ſancta communione corporis & ſanguinis Chriſti, & in die judicii, ob meritum malitiæ ſuæ à conſortio ſanctorum omnium ſegregatus. Circumcincta eſt hæc terra hiis terminis; in oriente Eccleſia ſancti *Martini*, in meridie via de **Burgate**, in occidente, & in aquilone **Drutingeſtrete**. Acta in civitate *Dorobernia*, anno ab incarnatione Chriſti DC. V. Indictione VI. ✠ Ego *Ethelbertus* rex *Kanciæ*, ſana mente, integroque conſilio, donationem meam ſigno ſanctæ crucis propria manu roboravi confirmaviq;. Ego *Auguſtinus* gratia Dei Archiepiſcopus teſtis conſentiens libenter ſubſcripſi. *Edbaldus Hanngiſilus*, *Angemundus*, *Referendarius*, *Hocia*, *Gracys*, *Thougyl*, *Pinca*, *Geddy*.

Ex Regiſtro S. *Auguſtini Cantuar.* in bibl. *Cottonianæ* [ſub effigie Claudii D. 10.] f. 9. a.

IN *Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Notum ſit omnibus tam præſentibus quam poſteris, quod ego *Athelbertus* Dei gratia Rex *Anglorum* per evangelicum genitorem meum *Auguſtinum* de idolatra factus Chriſticola, tradidi Deo per ipſum antiſtitem aliquam partem terræ juris mei ſub orientali muro civitatis *Doroberniæ*, ubi ſcilicet per eundem in Chriſto inſtitutorem, Monaſterium in honore Principum Apoſtolorum *Petri & Pauli* condidi, & cum ipſa terra, & cum omnibus quæ ad ipſum monaſterium pertinent perpetua libertate donavi, adeo ut nec mihi, nec alicui ſucceſſorum meorum regum, nec ulli unquam poteſtati ſive eccleſiaſticæ, ſive ſeculari, quicquam inde liceat uſurpare, ſed in ipſius Abbatis ſint omnia libera ditione. Si quis verò de hac donatione noſtra, aliquid minuere, aut irritum facere temptaverit, auctoritate beati Papæ *Gregorii*, noſtrique apoſtoli *Auguſtini* ſimul & noſtra imprecatione, ſit hic ſegregatus ab omni ſanctæ Eccleſiæ communione, & in die judicii, ab omni electorum ſocietate. Circumcingitur hæc terra his terminis. In oriente Eccleſia ſancti *Martini*, & inde ab oriente, **be ſywenne dime**, & ſic ad aquilonem **be wikenge mearche**, iterumque ad orientem & ad auſtrum **be Burnware mearche.** Item ad orientem & ad auſtrum, **be ſuthburware mearche**; & ſic ad auſtrum & occidentem **be kynges mearche**, item ad aquilonem **be kynges mearche**, ſicque ad occidentem **to Kithere cheape**, & ita ad aquilonem **to Druting ſtrete.** Actum eſt hoc in civitate *Doroberniæ*, anno ab incarnatione Chriſti. DC. V. indictione vi.

A. D. 605.

Ego *Ethelbertus* Rex *Anglorum* hanc donationem meam, ſigno ſanctæ crucis, propria manu confirmavi. Ego *Auguſtinus* gratia Dei archiepiſcopus libenter ſubſcripſi. Ego *Edbaldus*, regis filius favi. Ego *Hamigiſilus* dux laudavi. Ego *Hocca* comes conſenſi. Ego *Angemundus* referendarius approbavi. Ego *Graphio* comes benedixi. Ego *Tangiſilus*, regis optimas confirmavi. Ego *Pinca* conſenſi. Ego *Geddy* corroboravi.

Cart. antiq. I. n. 18, & 19.

Rex *Anglorum Athelbertus* miſericordia omnipotentis Dei catholicus, omnibus ſuæ gentis fidelibus, & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris noſtri *Jeſu Chriſti*, beata ſpe expectantibus, ſalutem, vitæque æternæ beatitudinem. Largiente ſummi Regis clementia, Ego *Athelbertus* in ſolio paterno confirmatus, paceque divinitus conceſſa, eo jam per decem quinquennia ſceptrigera poteſtate potitus, & per venerabiles ſacræ fidei doctores ſpiritus ſancti gratia irradiatus, ab errore falſorum deorum, ad unius veri Dei cultum toto corde converſus, ne ingratus beneficiorum appaream illi à cujus ſancta ſede nobis in regione umbræ mortis ſedentibus lux veritatis emicuit, inter alias quas fabricavi Eccleſias monitu & hortatu beatiſſimi papæ *Gregorii* & ſancti patris noſtri *Auguſtini*, ipſi beatiſſimo apoſtolorum Principi *Petro* & doctori gentium *Paulo* monaſterium à fundamentis conſtruxi, illudque terris variiſque poſſeſſionum donariis decorare ſtudui, inibique monachos Deum timentes aggregari feci, & cum conſilio ejuſdem reverendiſſimi archipræſulis *Auguſtini*, ex ſuo ſancto ſanctorum collegio venerabilem virum ſecum ab apoſtolica ſede directum *Petrum* monachum elegi, eiſque ut Eccleſiaſticus ordo expoſcit Abbatem præpoſui. Hoc igitur monaſterium ad provectum debiti culminis promovere deſiderans, ſuarumque poſſeſſionum terminis dilatare geſtiens, ſana mente integroque conſilio, cum *Ædbaldi* filii mei aliorumque nobilium optimatumque meorum conſenſu, ob redemptionem animæ meæ & ſpem retributionis æternæ, optuli ei etiam villam nomine **Sturigao**, alio nomine dictam **Ciſtelei**, cum omnibus redditibus ei jure competentibus, cum mancipiis, ſilvis cultis vel incultis, pratis, paſcuis, paludibus, fluminibus, & contiguis ei maritimis terminis eam ex una parte cingentibus, omnia mobilia vel immobilia in uſus fratrum ſub regulari tramite & monaſtica religione inibi Deo ſervientium: miſſurum etiam argenteum, ſcapton aureum, iterum ſellam cum fræno aureo, & gemmis exornatam, ſpeculum argenteum, armilcaiſia oloſeria, camiſiam ornatam quod mihi xenium de domino Papa *Gregorio* ſedis apoſtolicæ directum fuerat, quæ omnia ſupradicto monaſterio gratanter optuli. Quod etiam monaſterium ipſe ſervus Dei *Auguſtinus* ſanctorum Apoſtolorum ac Martyrum reliquiis variiſque eccleſiaſticis ornamentis ab apoſtolica ſede ſibi tranſmiſſis copioſè ditavit, ſeſeque in ea & cunctos ſucceſſores ſuos ex auctoritate apoſtolica ſepeliri præcepit, ſcriptura dicente *non eſſe Civitatem mortuorum ſed vivorum.* Ubi etiam mihi & ſucceſſoribus meis ſepulturam providi, ſperans me quandoque ab ipſo apoſtolici ordinis Principe cui dominus poteſtatem ligandi atque ſolvendi dedit, & claves regni cœlorum tradidit, à peccatorum nexibus ſolvi, & æternæ beatitudinis Januam introduci.

Quod Monaſterium nullus Epiſcoporum, nullus ſucceſſorum meorum Regum in aliquo lædere aut inquietare præſumat, nullam omnino ſubjectionem in ea ſibi uſurpare audeat, ſed Abbas ipſe qui ibi fuerit ordinatus, intus & foris cum conſilio fratrum ſecundum timorem Dei liberè eam regat & ordinet, ita ut in die domini dulcem illam piiſſimi Redemptoris noſtri vocem mereatur audire dicentis, *Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.* Hanc donationem meam in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti largitate, divina ut mihi tribuatur peccatorum remiſſio, per omnia cum conſilio reverentiſſimi Patris *Auguſtini* condidi, idque ad ſcribendum *Augemundum* presbyterum ordinavi. De his ergo omnibus quæ hic ſcripta ſunt, ſi quis aliquid inde minuere præſumpſerit, ſciat ſe æquiſſimo Judici Deo & beatis Apoſtolis *Petro* & *Paulo* rationem eſſe redditurum. Confirmata eſt hæc donatio præſentibus teſtibus reverentiſſimo Patre *Auguſtino Dorovernenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopo primo, *Mellito* quoque & *Juſto Londoniæ*, & *Roſenſis* Eccleſiæ præſulibus, & religioſo famulo Chriſti *Laurentio* Presbytero, *Edbaldo* filio meo, *Hamigiſilo* Duce, *Augemundo* referendario, *Hocca* & *Graphione* Comitibus, *Tangiſilo* & *Pinca* & *Geddi* & *Aldbuno* Regis optimatibus, aliiſque plurimis diverſarum dignitatum perſonis. Actum ſanè quadrageſimo quinto anno regni noſtri, ſub Die V. Idus *Januarii.*

Privilegium



Summi Altaris in Ecclesia cœnobitica Sc̄i Auguſtini Cantuarienſis cum reliquiarum ſcriniis circumſtantibus, et inſcriptionibus in veteri ejus exemplari inſertis, Figura.

Ex veteri quodam codice M S. quondam ejuſdem cœnobii, modò penès Magiſtrum et ſocios Aulæ S. Trinitatis Cantabrigiæ, Año: viz: 1652.

Istud altar' dedicat' de S' trinitate

Anno Dn̄i MCCXL viii Kal.' octobr⁹

Antiqua Eccl̄a p̄sentis mōstīū dedicata fuit à Sc̄o Laurentio Arhiepō año Dn̄i DCXIII año XVI ab adventu Sc̄i Augusti in Angliā. quo año trāslatū fuit corpus Sc̄i Augusti á loco quo prius iacuit per VII años foras juxta Eccl̄iam nondum p̄fectā in eandē Eccl̄iam jam confectā ac reverēter in porticu aquilonali ubi modo ē Eccl̄ia Sc̄æ Mariæ tumulatū fuit. ubi jacuit per CCCC^tos LXXVIII años usque ad anū Dn̄i MXCI^mum.

Año Dn̄i MXCI° pontificatus Urbani Pape ii^n tcio Will̄i. II. Regis Angl: post conq̄stum V^to anno V. Widonis abbis et tempore vacationis Archiepiscop⁹ cantuar.' post obitū Lanfrāci año t'tio nova Eccl̄ia p̄ Scotlādū abbem incepta et p̄ Widonē translatū est corp⁹ Sc̄i Augusti cum corporib⁹ alior̄ Scor̄ á loco quo prius in prima Eccl̄ia jacuit usq; ad locū ubi m°. jacȝ p̄ Gundulphū Epū Rofensē.

Iſtud altare dedicat̄ in honore Scōrum Innocentium A°D MCCLXX° et corp⁹ Sc̄e Mildrede r̄conditū fuit in novo monumento. VII Kal. Iunii.

Istud altare dedicat̄ in honore Sc̄i. Stephi protomartyr. Sancti Laurentii et Sc̄i Vincentii. A.D. MCCXL. VIII. Kal. octob.

Scūs Laurēti⁹
Scs augustin⁹
Scus Melit⁹
Scus Iustus
Scs Honorius
Scus Deus dedit
Scs Theodorus
Sca Mildreda Virgo
Scus Adrian Abbas
Scus Nothelm⁹
Scus Lābert⁹
Scs Letard
Religē
Libri missi à Greg⁹ ad Augustin:
Scs Ethelbertus
Ostiū in parte aquilonali ad corpora Scor̄
Ostiū in parte australi ad corpora Sanctor̄

Año Dn̄i MCCXL. iſtud altare dedicat: in honorē Aplor̄ Pet: et Pauli et ſc̄i. Auguſtini V. Kal. Nov

Año Dn̄i MCCCXXV. iſtud altare dedicat: in honore Apoſt: Pet: et Pauli Sc̄i. Auguſtini Anglor̄ Apli. et Sc̄i. Æthelberti Regis. Kal. Martii à Petro Epo Corbanienſi.

Mappa Thaneti Insulae.

Ex quodam veteri libro mſ:
quondam cœnobij Sci.
Auguſtini Cantuar. modò
(viz: anō 1652) pènes M$^{\text{rū}}$.
et ſocios Coll: S. Trinitatis Cantab:


ORIENS
Sci. Petri.
Mergate
Sci. Iohannis.
Salmeſtone
Sci. Laurentij
Dunſtrete
Dunſ
Stonore.
helingdene
Wallis
Aldelond
Wodecherche
Gulpis aker
Aquilo
Auſter
Jus, fas, mentis ſanctosque
receſsus admoveam templis
P
Janus Williams Bar$^{\text{s}}$. Man$^{\text{rij}}$.
de Minſter-Court. D.


Libertas Baronia
Cursus Cervæ
Tenc
Berchingtone
Parker
Puteus thunor
Kingesto
Dunstrete
Môstrū Apторū Pet:et Pauli
Istud monste-rīu fundavit Edburga Abbissa, post mortem Stæ Mildredæ
Istud mōsterium de S. Maria, fundavit Domneva
Menstre. Ecclia Stæ Mariæ.
Clyne
quendele
Bosile
Plumstede
bancus radulphi
Eldriche
hoo
heye tey
Serreues Hope
Docwere Hope
Omū Scorum
Scī Nicholai
Dunstrete
Monketon
Scī. Egidij.
Occidens
de domio Baroniæ
Særre
Reculuere

Privilegium almi Auguſtini, *Angliæ Apoſtoli.*

[AUGUSTINUS Epiſcopus *Dorobexniæ* ſedis famulus, quem ſuperna inſpirante clementia, beatiſſimus Papa *Gregorius Anglicæ* genti Deo acquirendæ Legatarium miſit amminiſtrum; omnibus ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis, cunctiſque *Angliæ* regibus cum ſuis poſteris, atque omnibus Dei fidelibus & in fide & gratia pacem & ſalutem. Patet omnibus quod Deo amabilis Rex *Athelbertus*, primus *Anglorum* Regum Chriſti regno ſacratus, noſtra inſtantia & ſua prodiga benevolentia inter cæteras eccleſias quas fecit & epiſcopia, monaſterium extra Metropolim ſuam *Doroberniam*, in honore Principum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* regaliter condidit & regalibus opibus ampliſq; poſſeſſionibus ditavit, dilatavit, magnificavit, perpetuaq; libertate, & omni jure regio cum omnibus rebus & judiciis, intus & foris illi pertinentibus, munivit, ſuoque regio privilegio & ſuperni judicii imprecatione, atque Apoſtolica ſancti Papæ *Gregorii* interminatione excommunicatoria, contra omnem injuriam confirmavit. Ego quoque ejuſdem libertatis adjutor & patrocinator omnes ſucceſſores meos Archiepiſcopos, omneſque eccleſiaſticas vel ſæculares poteſtates per dominum Jeſum Chriſtum & Apoſtolorum ejus reverentiam obteſtor, atque Apoſtolica memorati patris noſtri Papæ *Gregorii* interminatione interdico, ne quiſquam unquam ullum potentatum, aut dominatum, aut imperium in hoc dominicum vel apoſtolicum monaſterium vel terras vel eccleſias ad illud pertinentes uſurpare præſumat, nec ulla prorſus ſubjugationis aut ſervitutis, aut tributi conditione, vel in magho vel in minimo, Dei miniſtros inquietet aut opprimat. Abbatem à ſuis fratribus electum in eodem monaſterio non ad ſuum famulatum ſed ad dominicum miniſterium ordinet, nec ſibi hunc obaudire ſed Deo ſuadeat. Nec verò ſibi ſubjectum, ſed fratrem, ſed conſortem, ſed collegam & co-miniſtrum in opus dominicum eum reputet. Non ibi miſſas quaſi ad ſuæ dicionis altare nec ordinationes vel benedictiones uſurpativè ſine Abbatis vel fratrum petitione exerceat, nullum ſibi jus conſuetudinarium vel in viliſſima re exigat quatinus pacis concordia unum ſint in domino utrimque, nec quiſquam, quod abſit, dominandi diſſidio in judicium incidat diaboli qui ſuperbiæ tyrannide corruit de cœlo. *Reges gentium* (inquit dominus) *dominatur eorum, vos autem non ſic.* Cumque ab alienis non à filiis accipiantur tributa, ſic ipſe dominus concludit, *ergo liberi ſunt filii.* Qua ergo irreverentia patres eccleſiarum in filios Regni Dei ſibi vendicant dominationem, maximè autem in hanc eccleſiam ſanctorum theſaurariam, in cujus materno utero tot pontificum *Doroberniæ*, Regumque ac Principum corpora ſperamus alma refovenda ſepulturæ requie, ex auctoritate ſcilicet apoſtolica, & hinc ad æternam gloriam reſuſcitanda. Tales ſupremi Judicis amicos ſi quis offendere non metuens hujus privilegii Statuta violaverit, vel violatorem imitando vim ſuam tenuerit, ſciat ſe apoſtolico beati *Petri* gladio per ſuum vicarium *Gregorium* puniendum niſi emendaverit. Hæc ergo omnia, uti hic ſunt ſcripta, apoſtolica ipſius inſtitutoris noſtri *Gregorii* comprobatione & auctoritate ſervanda ſancimus, ſuoque ore confirmamus, præſente glorioſo Rege *Athelberto* cum filio ſuo *Ethelbaldo*, & collaudantibus cum ipſo omnibus optimatibus Regiis, atque ultro volentibus reverentiſſimis fratribus noſtris à ſancta *Romæ* eccleſia huc mecum vel ad me in Evangelium domini deſtinatis, ſcilicet *Laurentio*, quem nobis Deo favente ſucceſſorem conſtituimus, & *Mellito Lundoniæ* Epiſcopo, & *Juſto Roſenſi* Epiſcopo, & *Petro* venerabili ejuſdem monaſterii Principum Apoſtolorum, Abbate primo, cum cæteris in Domino adjutoribus meis obnixè poſtulantibus, ſimulque in eos qui hæc fideliter ſervaverint benedictionem, aut in impænitentes, quod nolumus, tranſgreſſores damnationem exercentibus.

De Eccleſiis fundatis ante adventum Normannorum in Angliam.

Ex MS. quodam in Collegio *Corp. Chriſti Cantabrigiæ.* [Miſcellanea G.] p. 307.

Eccleſia S. Trinitatis apud Cant. *à* Romanis *fundata eſt, ſed ab* Auguſtino *conſecrata.*

Eccleſia Apoſtolorum Petri *&* Pauli *extra muros* Cantuar. *ab* Auguſtino *fundata eſt, ſed à* Laurentio *Archiepiſcopo conſecrata.*

PRædicante *Auguſtino*, cum ſociis ſuis in *Britannia* Verbum Dei genti *Anglorum*, anno ab incarnatione Domini quingenteſimo nonageſimo ſeptimo; *Athelbertus* Rex *Cantuar.* credidit & baptiſmi gratiam ſuſcepit. Qui Dei ac Salvatoris ſui amore, beato *Auguſtino* & omnibus ſucceſſoribus ſuis Palatium & Curiam ſuam, omnemque civitatem cum ſuburbanis ſuis jure perpetuo habere conceſſit. Ipſe verò ad *Raculphum* qd. ſecus mare ſitum eſt, tranſivit, ibique ſibi ac ſucceſſ. ſuis regalem ſedem paravit. *Auguſtinus* igitur civitate potitus, & iis qui in ejus ſuburbio erant exceptis, principio alodiis ad orientalem plagam, cimiterium civitatis extra muros fecit, ubi *Ethelbertus* Rex, rogatu *Auguſtini*, Monaſterium, in honore beator. Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* fabricavit, in quo ipſius *Auguſtini* & ſucceſſorum ejus corpora, monachorum quoque & aliorum fidelium *Doroberniæ* poſſent ſepeliri; duravit itaque mos iſte per plurima annorum curricula. Cum autem venerabilis vir *Cuthbertus* ad Archiepiſcopatum veniſſet, qui ab beato *Auguſtino* undecimus fuerat, ex more, propter dignitatis ſuæ pallium, *Romam* ivit: & peracto negotio conſideravit infra civitatem *Laterani* plures ſepultos fuiſſe, accedenſque ad Papam rogavit ut ſibi in *Anglia* infrà civitates liceret cimiteria facere. Annuit, rediit, & per *Angliam* paſſim cimiteria fieri conſtituit; à tempore illo præſules ac Monachi, cæterique ut ratio poſcebat, *Cant.* ſunt tumulati. Sed licet cimiterium in civitate ſit factum, illud tamen qd. extra civitatem prius fuerat nihilominus in dominio & poteſtate Archiepiſcopi manebat, quam quidem Eccleſiam illam beatorum Apoſtolorum, ubi corpus beati *Auguſtini* ſociorumque tumulata ſunt, liberè Archiepiſ. tenebant, utpote eam quæ in propria terra Archiepiſcoporum ſita eſt, unde etiam aulas ſuas cæteraſque domos neceſſarias infra ambitum Curiæ S. *Auguſtini* ipſi habebant; Ibique frequentius commanebant propter aerem liberiorem & locum

Cimiteria in Anglia conſtituta.

ſalubriorem quam in alia Curia ſua quæ juxta Metropolin Baſilicam infra civitatem habetur, nempe quæ Archiepiſc. adeo propria erat, ut illam cui voluiſſent darent, quodque inde decreviſſent facere potuiſſent: Omniaque itaque ad eam pertinentia diſponebant, ſic, Eccleſiam *Dorobornenſem* ubi ſedes Epiſcopalis erat; nec differentia aliqua inter Monachos *Cantuarienſis* Eccleſiæ & fratres ſancti *Auguſtini* erat, ſed utrique congregationi unum capitulum, refectorium cæteraque loca erant communia: In hoc tamen differebant, quod Monachi ſancti *Auguſtini* nunquam extra ſuum clauſtrum proceſſionem faciebant, niſi quando *Dorobernenſes* prodibant; tuncque illi omnes conjuncti coibant ad portam Eccleſiæ Chriſti; de ſancto *Auguſtino* venientes, cum ſuis ſanctuariis, *Dorobernenſibus* ſociebantur, unum continentes & ad nutum cantoris *Doroberniæ* pari modo in hiis quæ ſui officii erant parentes. Revertentes ad portam dividebantur, illi, ad Epiſc:, illi ad ſanctum *Auguſtinum*: campanis, minimè horas deſignabant antequam in Epiſcopali ſede ſignarentur, propter hoc nonnulla à præſulibus ſunt Abbatibus inſtituta, utpote hiis qui ab Archiepiſcopis habebant quicquam honoris tenebant. Siquidem in cæna domini annatim ædituus ſancti *Auguſtini* l. ſol. denariorum ſecretario ſancti Salvatoris *Doroberniæ* reddebat pro omnibus Capellis ad Eccleſiam beati *Auguſtini* pertinentibus, & vij. denarios pro cognitione ſubjectionis de Altari beatorum Apoſtolorum *Petri & Pauli*, ſuper altare Chriſti *Doroberniæ* propria manu ponebat; vel ſi ipſe non poterat, unus de Eccleſiæ ſenioribus. Præterea ipſa Eccleſia xxij. panes monachiles eidem præbet, duas amphoras de mellito potu qui eum *medonem* vocant, refertas, & duos arietes, trinos juvencos, cornubus & non mutilatos. Hac die in ſede Epiſcopali ad majoris campanæ ſonitum Pontifex abſolutionem facit; ſabbato verò manè ad ſanctum *Auguſtinum* vadit, ibi fratres abſque ſigni ſonitu abſolvit, & lavacro ibidem ſibi parato lavantur, radantur, ubi vero de lavacro exierit habebit ſibi Abbas indumenta nova parata, ſcilicet ſtaminam & fœmoralia, cucullam, & froccum, crurum quoque & pedum tegumenta. Quibus indutis equitaturam ſibi decentem aſcendit, quàm Abbas honeſtè conſtratam præbebit. Sicque Abbate eum ducente cum ſuis honeſtioribus ad ſedem ſuam reddibit. Cum verò ad ſuas manſiones, Archiepiſcopus ire decreverit & Abbas domi fuerit, ad Curiam Archiepiſcopi Abbas veniet, equitaturum operiet, & equitantem ad unum vel duo milliaria conducet. Cum verò redierit, ei obviam Abbas procedet & cum honore ad ſuam ſedem perducet. Hæc & hiis ſimilia ſunt *Cantuarienſium* Monachorum ſcripta. Inter hæc, conventus religioſorum multis in locis aguntur, cœnobia fabricantur, Abbatiæ conſtruuntur, apud Raculfe, quo in loco ſibi Rex *Ethelbertus* ſedem regni præparaverat, cœnobium conſtruitur, cujus Abbas ultimus fuit *Wenredus*. In auſtrali parte civitatis infra muros, Abbatia in honore beatæ *Mildrithe* ſtatuitur, cujus ultimus Abbas *Alfwicus*. Extra civitatem in parte orientali, eſt eccleſia beati *Martini*, ubi ſedes Epiſcopalis erat. Qui Epiſcopus domi vel in Comitatu ſemper manebat, & vices Archiepiſcopi qui regis Curiam frequentabat per omnia gerebat. Monachos ſibi de Eccleſia *Dorobernenſi*, & ipſe Monachos in obſequium accipiebat, ſolemnitates in ſede Metropoli celebrabat, ſicque ad ſua redibat, Archi-Diaconatus officium agebat ſimiliter clericos qui ad Archiepiſcopum pertinebat; clerricos verò qui in terris Monachorum erant, prior Eccleſiæ quem Decanum vocant, curabat, corripiebat, emendabat, In ipſis ſuis Eccleſiis ponendos ponebat, deponendos deponebat, ſua per ſe capitula tenebat.

Monaſterium de *Raculver* fundatur.

Vide Cart. antiq. 1. n. 3 uſq; n. 16.

In Synodis ipſe & Epiſcopus pari ornatu conſedebant, pariter audita decernebant. Cum autem quivis pro recto faciendo pignus porrigeret, is ad quem pertinebat illud & emendationem accipiebat. Moris iſtius ſeries uſq; ad tempora *Normannorum* perduravit. Hujus Epiſcopatus præſul extremus exſtitit *Godwynus*. Anno ab incarnatione Domini MLXVI. *Willielmus* Dux *Normannorum Angliam* bellando ſuperavit, & in ea, quanto tempore vixit, imperavit. Quarto anno ejuſdem Principis, *Lanfrancus*, *Cadomenſis* Abbas, invitante eodem Rege, & Papa *Alexandro* præcipiente, *Britanniam* venit, & *Dorobernenſem* Eccleſiam regendam ſuſcepit, quæ eſt totius *Britanniæ* Metropolis. In illo tempore *Godwynus* Epiſcopus Eccleſiæ beati *Martini* quæ ſita eſt in ſuburbio civitatis parte orentali, ex hac vita migravit; cui Succeſſorem *Lanfrancus* ſubrogare noluit, dicens quod in una civitate duo Epiſcopi minimè eſſe deberent, minus cautè conſiderans quod ille in civitate ſedem Epiſcopalem non habebat. Novus enim homo & nec dum conſuetudinem patriæ vel dignitatem *Dorobernienſis* Eccleſiæ edoctus, antiquum anteceſſorum ſuorum morem, in hac parte ſequi ſuperſedit; ipſum igitur non ſubrogavit, ſed loco Epiſcopi quendam Clericum ſuum Archidiaconum ordinavit, quod ſe feciſſe ante mortem ſuam vehementer indoluit. Archidiaconus ergo conſtitutus curam ſuper Clericos Archiepiſcopi intendebat, & Prior Eccleſiæ Chriſti illis qui ad Monachos pertinebant in choro, ſive aliis in locis diverſis, præſtabat. Sed poſt Monachos, locum ſtationis digniorem tenebat, unde cum in Capella Archiepiſcopi pro Monachis ſtaret, & Archiepiſcopo nonnullis inde verbum fieret, Clericos inquit debet erudire eiſque præſtare, ſed Monachis obedire, atque ſubeſſe, miniſter enim eorum eſt, Synodos ipſe & Prior Eccleſiæ tenebant concordi ſermocinatione, niſi diſpari veneratione. Cum ergo *Lanfrancus* ſuæ Eccleſiæ terras à principibus eſſe direptas ſenſiſſet, magno cum labore eas attrahere operam dabat: Abbatiam quoque beati *Auguſtini*, anteceſſorum ſuorum *Doroberniæ* pontificum more, in ſuo dominio tenere, cui & Abbatem providere & etiam virgam paſtoralem volebat præbere. Sed Rex novus id abnuit, dicens ſe ſolum omnes in regno ſuo baculos paſtorales velle tenere, nec poteſtatem hanc cuiquam concedere. Ea inquit quæ ad Abbatis, ejuſque Monachorum chriſtianitatem attinet exerce, neque in hiis quæ ad exteriora pertinent Abbatem ſervire permitte. *Lanfrancus* itaque, ne majora ſuæ Eccleſiæ negotia præpedirentur, ad tempus deſiſtere cæptis utile judicavit. Multa enim per Regis gratiam acquiſivit, multa fecit, & regias vices in Regni negotiis oportunè exercuit.



Roſſenſis eccleſiæ cath: facies occidentalis.

The weſt Proſpect of the Cathedral Church of Rocheſter.

Ne cum præſentis ævi dedecore, et futuri diſpendio, tam inſigne priſtinæ, tum pietatis, tum archi tecturæ, monumentum deſideretur.

P.

Rog: Twyſden Baronettus.

D: King delin: et ſculp:

ROFFENSE *Cœnobium* *in* Cantia.

Ex Textu *Roffenſi* ad Eccleſiam ſpectante A.D. 1640.

ANNO ab incarnatione Domini ſexcenteſimo ; Rex *Æthelbertus* fundavit Eccleſiam S. *Andreæ* Apoſtoli *Roſi* & dedit ei, **Preſtefeld**, & omnem terram quæ eſt à **Meduwaic** uſque ad orientalem portam civitatis in auſtrali parte, & alias terras extra murum civitatis verſus partem aquilonalem.

A.D. 738. Anno ab incarnatione domini ſeptingenteſimo triceſimo octavo, *Eadbertus* Rex *Cantiæ* dedit Eccleſiæ ſancti *Andreæ*, **Stokes**.

764. Anno ab incarnationeDomini ſeptingenteſſimo ſexageſimo quarto, *Offa* Rex *Merciorum* & *Sigeredus* Rex *Cantiæ* dederunt **Frendesberiam**, **Eſelingeham**, & **Wicham**. Item rex *Offa* & *Ecbertus* dederunt **Bromheie**, Item rex *Offa* dedit **Trotteſlive**. *Kenulfus* Rex *Merciorum* dedit **Borchſtalle**.

838. Anno ab incarnatione Domini, octingenteſimo triceſimo octavo *Ecbertus* Rex *Weſt-Saxonum*, & *Cantnariorum* dedit Eccleſiæ S. *Andreæ*, magnas libertates & iſta Maneria **Hallinges** & **Snodilande**. *Æthelwlfus* Rex, filius *Egberti* regis, dedit **Cuckeleſtane** & **Holenberghe**. *Eadmandus* Rex *Anglorum* dedit **Malinges**. Quidam præpotens cognomine *Bricbricus*, cum uxore ſua *Elſswitha* dederunt **Danitune** & **Langefeld**, **Falchenham** & **Davente**, quod Manerium quomodo ad Archiepiſcopatum pervenerit ignoratur. *Eadgarus* Rex *Anglorum* dedit **Bromlega**. *Æthelradus* Rex *Anglorum* dedit **Wldeham** & **Litlebroc**, **Stantune** & **Hiltune**, ſcilicet xv. manſas terrarum. *Willielmus* primus rex *Anglorum*, reddidit has terras *Roffenſi* Eccleſiæ à principibus injuſtè ablatas, **Stokes** videlicet, & **Denintuna** & **Falcheham**. Præterea inter cætera magna bona quæ eidem Eccleſiæ, in vita ſua, fecit imminente articulo mortis ſuæ, centum libras ei dedit, & tunicam propriam regalem, & & cornu eburneum & alia plura ornamenta.

Willielmus Rex, filius ejus, dedit **Lametham** & **Kevenham**, ad victum Monachorum, qui quidem conceſſit libertates quas Eccleſia *Roffenſis* hucuſque obtinuit, & ſua Carta confirmavit omnium prædictorum dona.

Nobiliſſimus Rex *Henricus* multa bona contulit, ſcilicet Eccleſias de **Boxle**, de **Tilleſford**, de **Kenteford**, **Suttune**, cum capellis de **Wilmuntune**, & de **Kingeſdune**. Item Eccleſias de **Chiſelherſte**, & de **Wlewich**. Item decimas de **Strodes**, & de **Chealkes** , & alia multa.

Ib.fol.19.2.

Incipiunt privilegia Eccleſiæ ſancti Andreæ Hrofenſis *conceſſa, à tempore* Æthelberti *Regis, qui fide Chriſtiana à beato* Auguſtino *ſuſcepta, eandem Eccleſiam conſtrui fecit.*

REgnante in perpetuum domino noſtro Jeſu Chriſto Salvatore, menſe *Aprili*, ſub die iiii.kl. *Maias*, indictione vii. Ego *Æthelberhtus* Rex, filio meo *Eadbaldo* admonitionem Catholicæ fidei optabilem. Nobis eſt aptum ſemper inquirere qualiter per loca ſanctorum pro animæ remedio vel ſtabilitate ſalutis noſtræ aliquid de portione terræ noſtræ in ſubſidiis ſervorum Dei devotiſſimam voluntatem debeamus offerre. Ideoque tibi ſancte *Andrea*, tuæque Eccleſiæ quæ eſt conſtituta civitate **Hiſtlebrebi** ubi præeſſe videtur *Juſtus* Epiſcopus, trado aliquantulum telluris mei.

Hic eſt terminus mei doni, ꝼꞃam ꞅuðꝫeaꞇe ƿeꞅꞇ ⁊ lanꝫe ꞅ ƿealleꞅ oð noꞃð þanan ꞇo ꞅꞇꞃæꞇe. ⁊ ꞅƿa eaꞅꞇ ꝼꞃam ꞅꞇꞃæꞇe oð ꝺoꝺinꝫ-hẏꞃnan onꝫean bꞃaꝺꝫeaꞇ. Si quis verò augere voluerit hanc ipſam donationem ; augeat illi dominus dies bonos ; Et ſi præſumpſerit minuere, aut contradicere, in conſpectu Dei ſit damnatus & Sanctorum ejus, hic, & in æterna ſecula, niſi emendaverit ante ejus tranſitum, quòd unquam geſſit contra Chriſtianitatem noſtram. Hoc cum conſilio *Laurencii* Epiſcopi, & omnium Principum meorum Signo ſanctæ Crucis confirmavi, eoſque juſſi ut mecum idem facerent, Amen.

De Stokes, *quæ antiquitus vocabatur* Andſcoheſham.

Ib. fol. 19. b.

IN *nomine domini Dei noſtri Jheſu Chriſti*. Ego *Eadberht* Rex *Cantuariorum* , donavi aliquam partem terræ, pro remedio animæ meæ, atque indulgentia delictorum meorum Epiſcopatui beati *Andreæ* Apoſtoli, ac venerabili viro *Ealdulfo* ejus Eccleſiæ antiſtiti in regione quæ vocatur **Hohg**, in loco qui dicitur **Andſcoheſham**, id eſt, ... aratrorum juxta æſtimationem provinciæ ejuſdem. Hujus verò terræ poſſeſſionem ita prædicto Epiſcopo largitus ſum, cum omnibus ad eam pertinentibus, id eſt, campis, ſilvis, pratis, piſcariis, ſal-ſilagine, atque omnibus utenſilibus ejus, juxta notos terminos conſtitutos. Hoc quoque præcipimus, ut nullus præſumat, propinquorum eorum, vel Succeſſorum eorum hanc donationem meam minuere vel infringere quoquomodo. Si quis verò, quod non credimus, contra præceptum meum huic donationi meæ malevolo animo contraire temtaverit, ſciat ſe in die judicii rationem Deo redditurum, manentem tamen hanc cartulam nichilominus in ſua firmitate. Si quis verò magis defendere augere voluerit, addat Deus bona ejus in terra viventium. Hanc quoque donationem meam, Ego *Eadberht* Rex *Cantuariorum* propria manu confirmavi, & ſignum ſanctæ crucis infixi, teſtes quoque idoneos Comites meos confirmari & ſubſcribere feci. Ego *Vlbaldus*, Comites meos confirmari & ſcribere feci. Ego *Dimheac* Comites meos confirmari & ſcribere feci. Ego *Hosberht* Comites meos confirmari & ſcribere feci. Ego *Nothbalth* Comites meos confirmari & ſcribere feci. Ego *Banta* Comites meos confirmari & ſcribere feci. Ego *Ruta* Comites meos confirmari & ſcribere feci. Ego *Tidbalth* Comites meos confirmari & ſcribere feci.

Ib.fol.122. a.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Omnem hominem qui ſecundùm Deum vivit & remunerari à Deo ſperat & optat, oportet ut piis precibus aſſenſum hilariter, ex animo, præbeat.

Quoniam certum eſt tanto facilius ea quæ quiſque à Deo popoſcerit conſequi poſſe, quanto & ipſe libentius hominibus rectè poſtulata conceſſerit. Quocirca ego *Sigiraed* Rex *Cantiæ* tibi venerabili *Eardulfo* Epiſcopo, ut diligenter poſtulaſti, aliquam particulam terræ juris mei, id eſt, quaſi unius & ſemis jugeri in civitate *Hroſi* ad augmentum Monaſterii tui æternaliter poſſidendam concedo ac deſcribo cum omnibus ſcilicet ad eam pertinentibus rebus. Hæc autem terrula ab aquilonali porta Monaſterii cui jacet & pertingit uſq; ad ſeptentrionalem murum præfatæ civitatis intra terras, videlicet, quas antea ab oriente & occidente poſſediſti; & ideo hæc tibi ſatis accommoda quia in medio jacebat. Siquis autem contra hanc donationem meam aliquando venire invido malevolóque animo temptaverit, ſit in præſenti ſeparatus à communione S. Eccleſiæ Chriſti. & in futuro à ſocietate ſanctorum omnium ſegregatus. Manentem hanc kartulam in ſua ſemper firmitate, ſigno dominicæ Crucis roboravi & idoneos teſtes, ut ad ipſum facerent, adhibui. Actum indictione decima quinta; anno Dominicæ incarnationis DCCLXII. 762. Ego *Sigiraed* Rex *Cantiæ* hanc donationem meam ſigno ſanctæ crucis roboravi ✠

Ego *Eadberht* Rex *Cantiæ* conſentiens propria manu confirmavi ✠ Ego *Bregouvine* Archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi ✠

Ego *Aldbunn* Abbas ſubſcripſi ✠

Signum manus *Suvithunn* ✠

Signum manus *Aethilbunn* ✠

Signum manus *Eſni* ✠

Signum manus *Egbaldi* ✠

Signum manus *Ouighaed* ✠

Signum manus *Bunan* ✠

Signum manus *Heabeorhtri* ✠

Signum manus *Tiideath* ✠

De Æſlingheam ſive Freondesberiam.

✠ REgnante imperpetuum Domino noſtro Jheſu Chriſto ac cuncta mundi jura juſto moderamine regenti. Ego *Offa* Rex *Merciorum* Regali pro-ſapia *Merciorum* oriundus, atque omnipotentis Dei diſpenſatione, ejuſdem conſtitutus in Regem, conſiderans & recolens quod vas electionis veraciſſimis innotuit verbis quod iſtis temporibus inſtarent tempora periculoſa: Iccirco unuſquiſque de ſemetipſo plenius poterit agnoſcere, quod quanto quis in hoc terreno habitaculo longiorem protraxerit vitam, tanto veraciora eſſe omnia quæ olim antiqui vates implenda eſſe prædixerunt. Iccirco neceſſarium Duxi ut pro interceſſionibus plurimorum pro venia delictorum, & requie perpetua adipiſcenda animæ meæ, aliquid ex his quæ mihi largitor bonorum omnium Chriſtus Dominus donare dignatus eſt, id eſt, terram aratrorum viginti in loco cujus vocabulum eſt *Aeſlingaham*, quæ etiam jacet ad occidentalem partem fluminis Meduuuetan, contigua ipſo fluvio, cum univerſis terminis ſuis ad eam ritè competentibus, cum campis, ſilvis, pratis, paſcuis, paludibus, & aquis, ſicut olim habuerunt Comites Principes regum *Cantia* & cum omni tributo, quod Regibus jure competit, tibi venerabili *Eardulfo* ſanctæ *Hrofenſis* eccleſiæ Epiſcopo libenter imperpetuum perdono & hoc cum conſenſu & licentia Archiepiſcopi noſtri *Bregouvini* atque *Heaberhti* Regis *Cantiæ* & Principum noſtrorum. ut poſſedendi vel vendendi, vel etiam tradendi cuicunque voluerit liberam per omnia habeat poteſtatem; Et quia pro ipſius terræ recompenſatione aliquam partem pecuniæ nobis fideliter, libenter optulit, ad promerendam, non ſolum ſpecialiter, michi à domino pietatem, ſcilicet indulgentiam delictorum totius gentis noſtræ, humiliter dominicam exorantes clemenciam ut liberet nos à malignis ſpiritibus, & importunis, & malis hominibus. Terminos verò hujus terræ ideo latius non ſcribimus, quia undique ab incolis abſq; ullo dubitationis ſcrupulo certi ſunt. Quicunque verò ſequentium regum aut principum, aut aliquis ſeculari fretus poteſtate, hæc noſtræ definitionis ſcripta irrita facere, quod abſit, viſus fuerit, ſciat ſe in preſenti vita domini benedictione eſſe privatum, & in noviſſima maledictione ſubjacere ut à conſortio ſit ſeparatus ſanctorum, & cum impiis & peccatoribus flammis ultricibus eſſe damnandum, excepto ſi digna ſatisfactione emendare curaverint, quod iniqua temeritate depraverint. Manente hac Cartula in ſua nihilominus firmitate, quā propria manu ſacro ſignaculo roboravi, & teſtes ut ſubſcriberent rogavi quorum infra nomina aſcripta tenentur. Scripta eſt autem hæc cartula in civitate *Doroverni*. Anno Dominicæ incarnationis DCCLXIIII. indictione 11. Ego *Offa* Rex *Merciorum* ſupraſcriptam donationem, 764. atque emptionem, ſigno ſanctæ crucis roboravi ✠. Ego *Bragouvinus* Archiepiſcopus, juxta petitionem clementiſſimi Regis prædicti concenſi & ſcripſi ✠. Ego *Hearberhtus* Rex conſenſi & ſubſcripſi. Coherent verò huic terræ in communi ſaltu Denberi III. Holanſpic, & Lindhrycg, & pæbanhricg. ✠ Ego *Botuvini* humilis Abbas conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Signum manus *Eſne*. ✠ Signum manus *Ubtredi*. ✠ Signum manus *Broerda*. ✠ Signum manus *Eadbaldi*. ✠ Signum manus *Berthtuvaldi*. ✠ Signum manus *Bobba*. ✠ Signum manus *Cee*. ✠ Signum manus Ƿuuitƿyre. ✠ Signum manus *Eſne* fratris ejus. ✠ Signum manus *Badobeardi*. ✠ Signum manus *Egbaldi*. ✠ Signum manus *Suithuni*. ✠ Signum manus *Eangeſli*.

Item de Aeſlingeham.

IN nomine Domini Dei ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Quamvis parva & exigua ſint quæ pro amiſſis offerimus, tamen pius omnipotens Deus non quantitatem muneris ſed devotionem offerencium ſemper inquirit. Qua de re ego *Sigeredus* Rex, dimidiæ partis provinciæ *Cantuariorum*, tam pro animæ meæ, remedio, quam pro amore omnipotentis Dei, terram aratrorum viginti quæ appellatur Eſlingaham tibi reverentiſſimo Epiſcopo *Earduulpho* ſanctæ *Hrofenſis* eccleſiæ, cum univerſis ad ſe pertinentibus, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, paludibus & aquis, & cum omni tributo quod Regibus inde dabatur in poteſtatem, cum conſilio & conſenſu principum meorum libenter in perpetuum perdono, ut poſſidendi vel habendi ſive vendendi vel etiam tradendi cuicumq; voluerit liberam per omnia habeat poteſtatem.

Roſſenſis ecclesiæ
facies aquilonaris.

The North View of the Cathedral
Church of Rochester


Labanti Ecclesiæ
Iohañes Marſham

Dan: King delin:
et ſculp:



teſtatem. Sanè quia cavendum eſt ne hodiernam donationem noſtram futuri temporis abnegare valeat, & in ambiguum devocare præſumptio placuit mihi hanc paginam condere, & *una cum ceſpite terræ prædicta tradere* tibi per quam non ſolum omnibus meis ſucceſſoribus, Regum ſive Principum, ſed etiam michi ipſi penitùs interdico ne aliter quam nunc à me conſtitutum eſt, ullo tempore de eadem terra quippiam agere audeant. Quod ſi qui fortè obſervare neglexerint, & abſque digna ſatisfactione, præſentis vitæ impleverint infælices dies, audiant vocem æterni Judicis ſub fine mundi dicentis ad impios, *diſcedite à me maledicti in ignem æternum qui præparatus eſt Diabolo & Angelis ejus.* Qui verò curaverint cuſtodire, nichilque irrogarint adverſi, audiant vocem clementiſſimi arbitri inquientes ad pios. *Venite benedicti patris mei percipite Regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi.*

Seiſina per ceſpitem.

Adjectis iv. *Danberis* in communi ſaltu, hoc eſt, healðꞃe, heꞅꞇꞃa, billincgðen. cealcbẏꞃnaꞅ. meoꞅðen ƿinðiꞅꞅel. ✠ Ego *Sigeredus* Rex hanc donationem à me factam ſigno S. Crucis propria manu ſcribendo firmavi coram *Bregouvino* Archiepiſcopo. ✠ Ego *Bregouvinus* Archiep. ad peticionem donatoris prædicti conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Signum manus *Hereberhti* Abbatis. ✠ Signum manus *Baere* Abbatis. ✠ Signum manus *Bruno* Abbatis. ✠ Signum manus *Æſuvaldi* presbiteri. ✠ Signum manus *Ecgbaldi* Comitis, atque præfecti. ✠ Signum manus *Ealdhuuni*. ✠ Signum manus *Eſne*. ✠ Signum manus *Badohardi*. ✠ Signum manus *Æthelnodi*.

H*Enricus* gratia Dei Rex *Anglorum* Archiep. Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, cæteriſq; omnibus baronibus ſuis Francigenis & Anglis totius Regni *Anglorum* ſalutem. Notum vobis omnibus eſſe volo, quod omnes donationes & conceſſiones omnium maneriorum & omnium terrarum omnium & Eccleſiarum cum omnibus redditibus, & rectitudinibus ſuis & omnium decimarum quæ hactenus conceſſæ & donatæ ſunt Eccleſiæ ſancti *Andreæ* Apoſtoli quæ ſita eſt in civitate *Roveceſtra*, à quibuſcunque, ſivè Regibus ſivè Archiepiſc. vel Epiſc. ſeu Comitibus ſeu aliis quibuſlibet hujus Regni nobilibus conceſſæ ſint aut donatæ, Ego *Henricus* Dei gratia Rex *Anglorum*, poteſtate Regiæ dignitatis michi à Deo collata, omnimodo firmas & in perpetuum ſtabiles eſſe concedo. Et eas nominatim quas *Gundulfus* illius eccleſiæ Epiſcopus, ut ad uſum monachorum illorum qui in eadem eccleſia Domino, Chriſto & prædicto Apoſtolo devotè famulantur permaneant, ordinavit, Ego eidem eccleſiæ & eiſdem monachis, jure æternæ hæreditatis habendas & libere atque quitè, confirmo poſſidendas. Et ſicut ipſe prænominatus Epiſcopus qui eccleſiam illam fundavit & monachos illos illic congregavit & ipſa maneria & terras quas in ſuo Dominico habebat ipſis monachis à ſuo proprio victu diſcrevit, & diſcretas jam dedit, videlicet **Wldeham**, cum omnibus appendiciis ſuis; **Frandesberiham**, cum omnibus appenditiis ſuis; **Stoches**, cum omnibus appenditiis ſuis; **Suthfletam**, cum omnibus appenditiis ſuis; **Danitunam**, cum omnibus appendiciis ſuis; **Lamhetham**, cum omnibus appenditiis ſuis; **Hedenham**, cum Manerio quod appendet, **Cudintuna** nomine, & cum omnibus quadraginta hidis terræ quæ appendent, & omnes alias minutas terras, & omnes redditus omnium terrarum ubicunque ſint, quas ſuo tempore acquiſivit & illis dedit; cum *Soca* & *Saca*, & *Tolne*, & *Teame*, & omnibus aliis conſuetudinibus, & rectitudinibus & libertatibus, quas ipſemet unquam melius habuit in terris, in aquis, & in ſilvis, & in viis, & in omnibus locis; Ita firmiter & ſtabiliter in omnibus, omnia iſta Monachis illis concedo & confirmo. Et hanc confirmationem meam, pro anima patris mei & matris meæ, & pro anima mea & uxoris meæ, & omnium parentum meorum ſtabilio, & ſtabilitate Signi ſanctæ Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti propria manu mea, & Sigillo meo conſigno.

Stone.

W*Illielmus* Rex *Anglorum*, *Walterio* Vicecomiti & omnibus Baronibus ſuis, *Francigenis* & *Anglis* de Comitatu de *Gloceſtre* ſalutem. Sciatis, me dediſſe Eccleſiæ S. *Andreæ* de *Roveceſtra* & Epiſcopo *Gundulfo*, Manerium *Eſtona*, quod fuit *Godæ* Comitiſſe, & quicquid ad illud pertinet, ita ſolidum & liberum & quietum, ſicut ipſa Comitiſſa habuit illud unquam melius, & ſicut Ego ipſe etiam illud habui in meo dominio, cum omnibus conſuetudinibus, quæ Anglicè nominatur *Soca & Saca*, *Toln & Team* & **Infangenetheof**. Et hoc facio pro anima Patris mei, & matris meæ, & pro anima mea. Teſtimonio *Walcelini* Epiſcopi *Wintonienſis*, & *Roberti* Epiſcopi *Lincolnienſis*, & *Willielmi* Cancellarii, & *Ranulfi* Capellani, & *Eudonis Dapiferi*, & *Rogerii Bigot*, & *Hugonis* de *Evermu*.

De Eccleſia de Tarenteford.

W*Illielmus* Dei Gratia Rex *Anglorum*, fidelibus ſuis *Francigenis* & *Anglis* ſalutem, Sciatis me conceſſiſſe eam donationem quam *Haimo Dapifer* meus fecit Eccleſiæ ſancti *Andreæ Roffenſis* civitatis, de Eccleſia quæ eſt in **Tarenteford** Manerio meo; Et filii ipſius *Haimonis Rodbertus* & *Haimo*, me preſente, conceſſerunt eandem patris ſui donationem. Teſtes *Rodbertus* Comes *Mellent*, *Rodbertus* Comes de *Meritolio*, & alii multi.

De Waletuna.

W*Illielmus* Rex *Anglorum*, Epiſcopo de *Suthfolca* & vice-Comiti & aliis Baronibus ſuis *Francigenis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe donum *Rogerii Bigot* quod dedit Eccleſiæ ſanctæ *Andreæ Roveceſtra*, ſcilicet, Eccleſiam ſanctæ *Felicis* de *Waletuna*, cum decimis & omnibus aliis rebus, quæ ad illam pertinent. Teſtimonio *Eudonis Dapiferi* apud *Wintoniam*.

De Rethravelda.

W*Illielmus* Rex *Anglorum* Epiſcopo de *Suthſexa* & vice-comiti & cæteris Baronibus ſuis, *Francigenis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe donum *Giſleberti* de **Tonebrige**, quod dedit Eccleſiæ, ſancti *Andreæ Roveceſtræ*. Scilicet, Eccleſiam de *Rathravelda* & quicquid ad illam pertinet, ſivè in decimis ſivè in venationibus, vel in aliis quibuſlibet rebus. Teſtimonio *Rogeri Bigot*, & *Haimonis* vice-comitis apud *Wentoniam*.

Henricus Rex *Anglorum Anſelmo* Archiepiſcopo & *Haimoni Dapifero* & omnibus Baronibus ſuis *Francigenis*, & *Anglis* de *Cant.* ſalutem. Sciatis me dediſſe Eccleſiæ S. *Andreæ* & Epiſc. *Gundulfo* de *Roveceſtra* Eccleſiam de *Eilesforda* cum terra, & decima, & omnibus aliis rebus quæ ad illam pertinent, ſimiliter. Eccleſiam de *Suthtuna*, cum tota decima in annona, & beſtiis & paſnagio, & molendinis, & in omnibus aliis rebus. Et Eccleſiam de **Wleuvic**, cum tota decima, & dimidiam decimam meam de *Tarenteforda* in annona tantum; & totam decimam meam de **Eſtrotes**, & totam decimam meam **Cealæs**. Et hoc facio pro anima patris mei & matris meæ: Et pro anima mea & uxoris meæ T. *Eudone Dap.* & *Haimone Dap.* apud *Roveceſtram*.

Item de eadem.

Henricus Rex *Anglorum*, *Anſelmo* Archiepiſcopo, & *Haimoni Dapifero* & omnibus Baronibus *Francis* & *Anglis* de **Chent** ſalutem. Sciatis me dediſſe S. *Andreæ* de *Roveceſtra* & *Gundulfo* Epiſcopo, & monachis ejuſdem loci Eccleſias de **Tarentefoꝛd**, & de **Ailesfoꝛt**, & omnes Eccleſias ipſis Eccleſiis ſubjacentes; & omnes decimas villarum illarum in quibus ſunt prædictæ Eccleſiæ, in annona, in paſnagio, in pecunia, & in omnibus aliis rebus, ſicut ſanctus *Auguſtinus* melius habuit in tempore patris mei, Eccleſiam de *Mideltona*, cum decimis ejuſdem villæ. Et decimam balenarum, quæ captæ fuerint in Epiſcopatu *Roſenſi*. Similiter concedo prædicto ſancto, & volo & firmiter præcipio. ut prædictus ſanctus, & Epiſcopus, & monachi, ipſas Eccleſias, cum decimis ſicut prædixi, teneant firmiter, & perhenniter, ita quod à nullo eis fiat inde injuria T. *Rotberto* Epiſcopo *Lincolie*, & *Willielmo Giffardo* Cancell. & *Eud. Dap.* & *Haimon. Dapif.* & *Will.* de *Albineio.* & *Willielmo Peurel* de **Doura.** apud *Roveceſtram.* In feſto S. *Gregorii.*

Henricus Rex *Anglorum Haimoni Dapifero* & *Hug.* de *Bocblaund* ſalutem. Prohibeo ne piſcatores piſcant in *Tamiſia* ante piſcaturam de *Roveceſtra*. Et ſi ulterius inveniuntur piſcantes, ſint mihi forisfacti. T. *Wald.* Canc. apud *Weſtmoſter.*

De **litle Wroteham.**

Henricus Rex *Anglorum Anſelmo* Archiepiſcopo & *Haimoni* vice-comiti & omnibus Baronibus ſuis *Francigenis* & *Anglis* de **Chent** ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe donum illud quod *Gausfridus Talebot* dedit Eccleſiæ S. *Andreæ* & Epiſcopo *Gundulfo* de *Roveceſtra* pro anima ſua, ſcilicet, medietatem parvi **Wroteham**. T. *Anſelmo* Archiepiſcopo & *Roberto* Epiſcopo *Lincolie*, & *Roberto* Comite de *Mellent*, & *Roberto* filio *Haimonis*.

De **Elham.**

✠EGO *Willielmus de Albeineio* Pincerna Regis, concedo Deo & ſancto *Andreæ* de *Roveceſtria*, & Monachis ejuſdem loci, totam meam decimam de villa mea, quæ vocatur **Elham**, in omnibus rebus, ſcilicet de bleio, & de paſnagio, & de molendinis, & de pecudibus, & de lana, & de caſeis & unam carucatam de terra in **Acheſtede**, & unum boſcum quod vocatur **Acholte**, quæ duo jacent in **Elham**, & medietatem decimæ de **Biſeuvitune**, in omnibus rebus, pro anima Domini mei *Willielmi* Regis, & *Henrici* Regis, atq; pro anima mea, & patris mei, & matris meæ, & uxoris meæ, & fratris mei *Nigelli*, & nepotis mei *Hunfridi*, & aliorum parentum meorum vivorum atque mortuorum. Teſtibus militibus meis, *Nigello del Waſt*, *Ausfrido Capellano*, *Radulfo* de *Chieresburgh*, *Ricardo Canelen*, *Anſgoto Camerario*, *Rogero* de *Ælham*, *Radulfo Clerico Epiſcopi Gundulfi*, & *Ansfredo Dapifero ejus.*

Item de **Elham.**

Henricus Rex *Anglorum Anſelmo* Archiepiſcopo, *Haimoni Dapifero* & omnibus Baronibus ſuis & fidelibus de **Chent** ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Eccleſiæ de *Roveceſtra* & S. *Andreæ* terras illas & decimas & boſcum quod *Willielmus* de *Albini* dedit eis, Et volo ut honorificè teneat, ſcilicet decimam de **Elham** de dominio ſuo, & terram j. Carrucam, & boſcum quod *Robertus* filius *Watſonis* tenuit de *Willielmo* prædicto, & medietatem decimæ de *Biſintona* de Dominio ſuo. T. *Rogero* Epiſc. & Canc. apud *Wint.*

Ricardus filius *Malgerii* de *Rokeſle*, cum uxore & filio acceperunt ſocietatem monachorum Eccleſiæ S. *Andreæ*, & ideo illis conceſſerunt omnem decimam ſuam de *Totintuna*, terra ſua æternaliter in omnibus rebus.

Edric de *Heſcendena* cum uxore & duobus filiis acceperunt ſocietatem noſtram, eo pacto, ut quando obierint faciemus ſervitium pro eis ſicuti pro fratribus, & habebimus decimas æternaliter de terris illorum quas habent in *Borcſtealla* & in *Freandesberia*, in annona tantum.

EGO *Rodbertus Henrici* Regis filius, concedo Eccleſiæ & monachis *Rouveceſtræ* pro meæ animæ, & *Roberti Hamonis* filii animæ ſalute, terram illam & conſuetudines, ac quietudines quas idem *Robertus* filius *Haimonis* eis apud **Merlavam** in eleemoſina dedit, & conceſſit; & volo ac præcipio quod eas ita liberè, & quietè teneant, ſicut eas tempore prædictorum *Roberti* liberiùs quiecius & melius tenuerunt. Teſt. *Giſleberto Dapifero.*

De **Dudecote.**

Gundulfus *Roffenſis* Epiſcopus *Rodberto Lincolienſi* Epiſcopo & *Goisfrido* vice-comiti, &

omnibus fidelibus Regis *Francigenis* & *Anglis* de Comitatu de **Bukingeham** ſalutem. Sciatis quod *Giſlebertus* noſter Clericus de **Hevenham**, conceſſit Eccleſiæ *Roffenſi* S. *Andreæ* tres hidas terræ, quas habuit in ſuo dominico in **Hevenham**, ea conventione, quod quando ipſa voluerit, fiet ibi monachus. Et hoc idem conceſſit & confirmavit *Radulphus* filius ſuus ex toto. Et ego conceſſi eidem *Radulpho* Eccleſiam de **Hevenham** cum una hida & dimidia terræ & duobus pratis, *Coiea*, & *Cetemora* & conceſſi ei paſturum decem boum, & omnes conſuetudines quæ ad eandem Eccleſiam pertinent, inſuper quicquid *Giſlebertus* tenuit in **Hevenham**, exceptis illis tribus ſupradictis hidis terræ. Et de ipſa Eccleſia non faciet ullum ſervicium niſi quod ad Eccleſiam pertinet tantum.

De Eaſtuna.

Excambium inter Hubertum Cantuar: Archiep. a monachos Reſenſes de manerio de Lambeth. cant. antiq; e. n. 17. 1 38.

POſtea verò non multo tempore contigit ipſum *Giſlebertum* mutaſſe habitum & vitam ſecularem in vitam & habitum monachi apud *Rofeſtriam*. Iiſdem diebus remanſit manerium *Eſtuna* quod ſitum eſt in comitatu de *Gloceſtra*, in manu præfati *Radulfi* filii *Giſleberti* & *Oſmundi* generis *Giſleberti*, qui ambo Regis exactionibus tantum fuerunt gravati, ut vix amplius hoc poſſent pati. Erant enim illis diebus conſuetudines Regis graviſſimæ, atque duriſſimæ per totum Regnum *Angliæ*. Itaque venientes pariter uterque ad Dominum Epiſc. *Gundulfum*, rogaverunt illum, quatinus, propter Deum & honorem ſuum, manerium ipſum à Rege requiret: quod ſi obtinere poſſet, de illo ulterius manerium ipſum tenerent. Quo audito Epiſc. quamcitius potuit, Regem impigrè adiit; amicorum itaque apud Regem uſus auxilio, tandem obtinuit quod petiit; dedit ergo Epiſcopus *Willielmo* Regi, magni Regis *Will.* filio, xv. libras denariorum & unam mulam quæ benè valebat centum ſolidos. Iſto tali ordine obtinuit *Gundulfus* Epiſc. prædictum manerium *Eſtunam*, quod poſtquam ita factum eſt, ſtatim *Radulfus* & *Oſmundus* devenerunt homines Epiſcopi, & ita tenuerunt ipſum manerium de Epiſcopo; Veruntamen non multo tempore poſt, iterum pariter requiſiverunt Epiſcopum, rogantes illum, ut propter Deum illas quatuor hidas terræ de *Eſtuna*, cambiret illis pro duabus hidis terræ infra **Hevenham**. Non enim ullatenus pati poterant amplius, & malas conſuetudines prædicti Comitatus, & viam longinquam ab **Hevenham** & laborem magnum quem propterea ſæpiſſimè ſuſtinebant; accepto ergo conſilio, Epiſcopus fecit illis partim juxta peticionem eorum, ſed non in omnibus; dedit namque *Radulpho* unam hidam terræ, *Oſmundo* verò non niſi dimidiam; debebat enim *Oſmundus* Epiſcopo quinquaginta ſolidos denariorum pro multis placitis quæ ſuper eum Epiſcopum habuerat, & quia Epiſc. clamavit *Oſmundum* quietum de ipſis quinquaginta ſolidis, & quærelis multis, ideo, è contra, non recepit ab Epiſc. niſi dimidiam hidam terræ. Et iſto modo habuit ipſe Epiſc. ipſum prædictum manerium, ita liberium & quietum ab omnia calumnia ſicut *Gota Comitiſſa* illud habuit unquam melius in ſuo dominico tempore Regis *Edwardi*. Dum hoc ita fuit, præcepit Epiſc. Domino *Willielmo* monacho *Roſenſi* præpoſito de **Hevenham** curam accipere ejuſdem manerii, & monachis Eccleſiæ ſancti *Andreæ* ſingulis annis firmam octo dierum inde reddere. Et quidem juſte, quoniam terræ illæ, quæ data fuerunt pro ipſius manerii cambitione, fuerant primum de **Hevenham**, quod penitùs erat, & eſt ad victum ipſorum monachorum.

WINTONIENSIS.

Eccleſia Cathedralis.

Ex Annalibus *Wintonienſis* Ec. cleſiæ M.S. in bibliothec. *Cottoniana* [ſub effigie Domitiani. A. 13] A. D. 608.

KINEGILSUS filius *Celrici*, Rex *Weſtſaxonum*. Iſte *Pendam* Regem *merciorum*, fines ſuos egreſſum, taliter ſemel excepit, quod ulterius nichil minus cogitabat quam cum illo contendere. Iſtum babtizavit ſanctus *Birinus* Epiſcopus. Baptizatur, ab eodem *Birino*, filius *Kinegilſt*, *Kinewalchus*, & omnes *Saxones*, ejuſdem regni credentes, baptizati ſunt. Iſte dedit ſancto *Birino* civitatem *Doroceſtram*, ut ſederet interim in ea donec conderet Eccleſiam, tanto ſacerdote dignam, in Regia Civitate. In votis enim ejus erat in *Wintonia* ædificare templum præcipuum; Et collectis jam plurimis ad opus ædificii, terram totam ambientem *Wintoniam*, à centro *Wintoniæ* uſque ad circumferentiam, ab omni parte linea exeunte, ſeptem leucas habentem, ædificandæ Eccleſiæ in dotem dare diſpoſuit; Quæ quia letifera præventus ægritudine per ſe complere non potuit, vicario uſus eſt; vocatumque ad ſe filium ſuum *Kinewalcum* fecit jurare, coram ſancto *Birino*, in animam ſuam, quod ipſe Eccleſiam, ſede Epiſcopali dignam, conſtrueret in *Wintonia*, & terram, quam circumiverat, eidem Eccleſiæ ad opus magiſtrorum ejus, ex parte ſua, Deo offerret, & in jus perpetuum confirmaret.

639. *Kinewalcus* filius *Kinegelſi* Rex *Britonum*. Iſte poſt vexationes quas pertulit à *Pendu* Rege *Merciorum* propter repudium filiæ ſuæ, Eccleſiam pulcherrimam conſtruxit in *Wintonia* & totam terram quam pater voverat Eccleſiæ contulit & confirmavit.

648. *Agilberto* vero Epiſcopo *Dircaceſtriæ*, ſucceſſore *Birini*, diffugiente ad votum Regis ſedem transferre *Wintoniam*, Rex qui linguam *Agilberti*, quia Gallus erat, parum noverat, fecit ſibi nacta occaſione ſacrari in Epiſcopum novæ ſedis quendam *Saxonem* nomine *Wine*, & diviſa eſt una dioceſis in duas. Appoſuit *Kinewalcus* Rex, poſt oblationem patris factam de *Chiltecumba*, de ſuo proprio dono ditare *Wintoniæ* Eccleſiam, cui tria maneria ſcilicet **Duntun**, **Alresford** & **Wordiam** contulit, & in illa humatus eſt.

670. *Eſcuinus* cognatus *Kinegilſi* Rex *Weſtſaxonum*. Iſte humatus eſt *Wintoniæ*.

672. *Centuinus Kinegelſi* filius, de acquiſitio Rex *Weſtſaxonum*, *Wintoniæ* quieſcit.

683. *Ina* Rex *Weſtſaxonum*. Iſte conſtruxit cœnobium *Glaſtoniæ* & per manam ſancti *Aldelmi* monachos impoſuit. Iſte cum Regina ſua *Ethelburga Romam* petiit, ubi in plebeio habitu nulli

hominum noti, labore manuum Deo viventes, poſt tranſitum ſuum qui fuerint, & cujus meriti miraculis oſtenderunt; Dicitur enim quod ad tranſitum utriuſque, ſigna urbis intracta ab homine & intacta ſonuerunt. Dederat iſte Rex *Ina* dum eſſet in Regno *Weſtſaxiæ* Rex & omnia potens, Eccleſiæ *Wintonienſi* in *Vecta* Inſula quæ nunc dicitur **Wicht**, in loco qui vocatur **Everland** xxx. hidas terræ & in **Brerdinga** l. hidas.

721. *Ethelardus* Rex *Weſtſaxiæ*. Hujus conjux *Frithewitha* Regina dedit *Wintonienſi* Eccleſiæ *Tantonam* de ſuo patrimonio. Et ipſe *Ethelardus* de ſua parte addidit ad prædictum manerium, ad opus ejuſdem Eccleſiæ vij. manſas.

735. *Cutredus* cognatus *Ethelardi* Rex *Weſtſaxiæ*. Hic dedit in *Vecta* Inſula *Wintonienſi* Eccleſiæ apud *Muleburnam* xl. hidas, & apud *Banewadam* xxv. hidas, & apud **Wippingeham** xxij. hidas & terram quæ vocatur **Drucan** & manerium quod vocatur **Clera**.

828. *Bernulfus* Rex *Merciorum*, Regis *Egberti* deridens ſtudia, experiri primus voluit, doctus plus valeat an indoctus dum luditur alea martis. Invitat & irritat exercitatum feriatus ad prælium vel ad faciendum ſibi humagium. Conſulti proceres *Egberti* quid decernerent eligendum, conſultum ferro propulſare pudorem. Honeſtius eſſe decollari quam libera colla jugo ſubmittere. Placet tempus, in æſtate, locus apud **Ellendone** manerium nunc Prioris *Wintonienſis*. Conveniunt Reges ad pugnam cum diſpare cultu & numero pugnatorum. Contra, quippe, centum milites *Egberti*, pallidos & macilentos, *Bernulfus* habuit M. refectos & rubicundos, quales decet eſſe milites ſanctæ *Mariæ*. Congrediuntur fortiter ſalutantes ſe de bene bonis. Mulctantur *Mercii* ſine miſericordiâ, tantoq; vincendi vincuntur velocius, quanto qui minus noverant inconſultiùs ſe ingerunt periculo. Cadunt uberiùs quam grando vel pluvia, & tamen plures ex delicatis ſuffocantur ſudore quam ſanguine. Tota tellus tegitur cadaveribus hominum & equorum. *Bernulfus* ipſe, non jam Rex *Merciorum* ſed mortuorum, qui nec ſupereſſe videt de tot modò millibus unum, fuga ſibi conſulens, pro iij. obolis nollet amiſiſſe calcaria triumphato *Bernulfo*. Rex *Egbertus* regno *Weſtſaxonum* regnum *Merciorum* univit. in quo xvj. pagi fuerant, ſcilicet **Gloeceſtreſire**, **Wiriceſtreſire**, **Warwickſire**, **Ceſtreſire**, **Derbiſire**, **Staffordſire**, **Herefordſire**, **Oxenefordſire**, **Buckingehamſire**, **Hartfordſire**, **Huntindunſire**, **Bedefordſire**, **Norhamteſire**, **Leiceſtreſire**, **Lincolnſire**, **Snotingehameſire**. Accepto homagio & fidelitate ſibi jurata ab omnibus *Merciis* libere-tenentibus, Rex *Egbertus* miſit *Ethulfum*, filium ſuum, clericum, cum exercitu ſuper *Cantianos* & *Orientales Anglos*, qui in brevi tempore, ſine multo ſanguine, utrumque regnum ſibi ſubjugavit patri ſuo, & rediens duo illi diademata præſentavit. Rex *Egbertus*, ultra progrediens, *Eboracum* cepit, ſuper *Norhumbros*, & civitatem *Legionum* ſuper *Britones*, & utrumque regnum ſibi ſubjiciens, ad ingreſſum *Scotiæ* reſtitit, ut hæredibus ſuis aliquid relinqueret adquirendum. Revertens inde *Wintoniam*, mandavit omnibus majoribus regnorum quæ conquiſierat, ut convenirent ad illum die certo *Wintoniam*. Veniunt *Wintoniam* clerus & populus, & aſſenſu omnium partium coronatus eſt *Egbertus* in Regem totius *Britanniæ*. Edixit, illa die Rex *Egbertus* ut Inſula in poſterum vocaretur *Anglia*, & qui *Juti* vel *Saxones* dicebantur, omnes communi nomine *Angli* vocarentur. Poſt cætera non eſt oblitus pro collato ſibi honore Deo gratias reddere, qui dedit Deo & *Wintonienſi* Eccleſiæ in *Vecta* Inſula apud *Cawelburnam* xxx. hidas, apud *Scaldefletam* xlij. hidas & iiij. villas, ſcilicet, **Drokeireford**, *Wordiam*, *Aweltonam* & *Beddintunam*.

Egbertus plenus dierum mundo valefaciens, *Ethulfum* filium ſuum, non jam *Weſtſaxonum*, ſed totius *Angliæ* Regem, teſtatus eſt; ſepultuſque eſt in Eccleſia *Wintoniæ*.

Rex *Ethulfus*, à *Roma* reverſus, totam terram de dominico ſuo decimavit, & decimam quamq; hidam contulit conventualibus Eccleſiis, per Regionem. Et hoc factum eſt ut totam ex integro terram de *Childecomba* nomine decimæ, pro una ſola hida *Wintonienſi* Eccleſiæ reſtitueret, quam *Kinegilſus* & *Kinewalcus* Reges prius dederant, ſed inter iſtius & illorum tempora alienata fuerat ab Eccleſia; dedit etiam idem Rex *Ethulfus*, eidem *Wintonienſi* Eccleſiæ ad augmentum *Tontoniæ* C. & xliij. hidas terræ, & ij. Maneria, ſcilicet *Brichtwellam* & *Wembergam* eidem contulit Eccleſiæ, in qua & ſepultus eſt. 837.

872. Leges *Britonum* Rex *Eluredus* tranſtulit in *Anglicum*. Quæ tunc dicebantur leges Regis *Eluredi*, & multos libros tranſtulit eodem modo. Iſte inſtituit *Hundredos* & *Tithingas* ad latrones inveſtigandos. Iſte condidit duo Monaſteria, unum in *Ethelingenie*, ad opus Monachorum, & aliud in *Seftiberia*, ad opus ſanctimonialium. Iſte fecit in *Wintonia*, in cimiterio Epiſcopalis Eccleſiæ, *Novum Monaſterium*, quod, multis ditatum poſſeſſionibus, ſancto *Grimbaldo* dedit, ut ſic illum retineret in *Anglia*. Iſte Regnum *Anglorum*, ante dies ſuos rude & incompoſitum, totum erudivit & informavit ad regulam. In proverbiis ita enituit ut nemo poſt illum amplius. Rex *Eluredus* ſepultus eſt in novo Monaſterio apud *Wintoniam*. Iſte *Eluredus* dedit ad aumentum *Tantoniæ* villam, quæ dicitur *Rinctune* ad opus *Wintonienſis* Eccleſiæ.

901. *Edwardus* filius *Eluredi* Rex *Angliæ*. Hujus filia fuit ſancta *Edburga*, cujus ſacrum corpus in *Wintonia* requieſcit apud *Nunnemenſtre* ſine fallacia, licet Monachi de *Malverna* ſe falsò jactitent illud habere. Tres filios habuit, ſucceſſores Reges, *Ethelſtanum*, *Edmundum* & *Edredum*. Iſte dedit Eccleſiæ *Wintonienſi* iiij. maneria. ſcilicet, *Huſſeburnam*, **Witchurche**, *Owertonam* & unam *Stokam*, dedit & novo Monaſterio, quod pater ſuus erexit in *Wintonia*, prædia multa, in quo quieſcit humatus.

924. *Ethelſtanus* filius *Edwardi* Rex *Angliæ*. Iſte unum Regem *Scottorum*, & v. Reges *Dacorum*, & xij. Comites cum copiis ſuis uno certamine vita privavit. Iſte tamen pacem fecit teneri in *Anglia*, quod torques aureus ſi exponeretur in compito citius ibi putreſceret quam furto tolleretur. Iſte dedit *Wintonienſi* Eccleſiæ caput ſancti *Juſti* Martyris & tria Maneria, ſcilicet, **Chilbeldintun Cenedford** & *Eiſmereſworthiam*. Monaſterio etiam *Malmeſberiæ* multa contulit in quo humatus fuit.

Wintonienſis eccleſiæ cath: facies auſtralis.

The South Proſpect of the Cathedral Church of winchester


Quô corpore ſublato
Poſteris Vmbra maneat
Impenſis
Thomæ Beaumont Ar: de
Staughton Grange in Co: Leic.

32

fuit. Cujus corpus, pia præſumptione fratrum ejuſdem loci, de terra levatum & in feretro eſt reconditum.

946. *Edredus* frater *Edmundi* Rex *Angliæ*. Iſte præ omnibus anteceſſoribus ſuis Deum timuit,& ideo omni qua voluit ſorte beatus erat. Pacem voluit & pacem habuit. Tantam illi Deus gloriam contulerat ut cum nullum hominum ſuorum terreret, ab omnibus ſolo amore timeretur. Iſte ad extrema veniens, ſanctum *Dunſtanum* Abbatem *Glaſtoniæ* mandavit adeſſe. Ad quem vir Dei properans audivit vocem de cœlo dicentem ſibi in eundo. *Rex* Edredus *modo migravit ad Dominum.* Jumentum cui *Dunſtanus* inſidebat ad hanc vocem cecidit exanimatum, corpus ejus in *Wintonienſi* Eccleſia ſepultum eſt,cui adhuc vivens duo maneria dudum amiſſa reſtituerat, ſcilicet *Duntonam* & *Heſſeburnam*.

959. *Edgarus* frater *Edvii* filius *Edmundi* Rex *Angliæ*. Sicut eadem terra malas herbas & bonas nutrit, & urticæ proxima ſæpe roſa eſt,ſic ex uno patre *Ædmundo* duo filii *Edwius* peſſimus & *Edgarus* optimus proceſſerunt. In ortu *Edgari* ſanctus *Dunſtanus* angelicam vocem audivit in hæc verba, *Pax Angliæ non deerit quamdiu puer iſte regnaverit*. Non fuit in *Anglia* monaſterium ſive Eccleſia cujus non emendaret cultum vel ædificia. In *Wintonienſi* Eccleſia & *Novo Monaſterio* quod nuuc ab eventu dicitur de *Hida*,monachos poſuit loco clericorum,quia clerici illi nomine tenus canonici, frequentationem chori, labores vigiliarum & miniſterium altaris vicariis ſuis utcunque ſuſtentatis relinquentes, & ab Eccleſiæ conſpectu,ne dicam Dei,plerumque abſentes ſeptennio, quicquid de præbendis percipiebant locis & modis ſibi placitis abſumebant. Nuda fuit Eccleſia intus & extra quia vicarii non habebant unde eam veſtirent & tegerent,nec præbendarii,qui perſonæ dicebantur, talibus poterant intendere: vix inveniretur unus & is ſorte coactus qui vel pauperem pallam aut callicem quinque ſolidorum conferret altari. Rex *Edgarus* iſta conſiderans & dolens tam divites eleemoſynas collatas Eccleſiæ, non in Eccleſia, non in miniſtris Eccleſiæ,non in pauperibus expendi,mandavit Traſonibus & ſæpe conſuluit, per Epiſcopum eorum *Æthelwoldum* & per *Dunſtanum* Archiepiſcopum, ut bona Eccleſiæ non ſine cauſa percipientes, in Eccleſia cujus ſe perſonas confitebantur,in propria perſona Deo ſervituri perpetuò facerent ſtationem. Canonicis mandata Regis & monita,ſurda aure tranſeuntibus,& nolentibus ſingulis pro annuo canone mille librarum auri vel per annum eſſe clauſtralibus, Rex inſtans propoſito, & malens per Canonicos quam per aliud genus artioris religionis adminiſtrari negotium, ablatis quibuſdam eorum præbendas, contulit vicariis quos viderat in Eccleſia preſtantes aſſiduò,ſed & illi promoti in perſonatum,vicarios ſibi facientes, facti ſunt ſimiles vel vagatiores & ſeculariores prioribus. Rex itaque circa correptionem Canonicorum nichil proficiens poſtquam gejunium fregit in illis, de Eccleſia & de novo monaſterio illos ejiciens, monachos in locis illorum conſtituens, illorum diſperſionem iſtorum congregationem à Papa *Johanne* xiij. ratam haberi meruit & confirmari. Hiis ita factis, Rex *Edgarus Novum Monaſterium* ampliavit poſſeſſionibus, & *Wintonienſi* Eccleſiæ dedit manerium quod dicitur *Awintonia*, & apud *Itinſtokam* x. hidas, & aqud *Madanlegam* iij. hidas, & apud *Breoudunam* xiij. hidas,& apud *Aderingefeldam* ij. hidas, & apud *Drucan* vij. hidas.

Monaſterium de Hida.

Rex *Edgarus* habuit duos filios *Edwardum* ex legitima ſua Regina, & *Ethelredum* ex relicta *Athelwoldi* Comitis filia. Qui *Athelvoldus Wintonienſi* Eccleſiæ villam quæ **Wili** dicitur dederat,quem Rex pulchræ uxoris gratia in foreſta de **Werewll** telo tranſiecerat. Nonfuit ille primus nec erit noviſſimus qui doluit aut dolebit ſuæ uxoris pulchritudinem. Vidimus & nos aliquem pro pulcra uxore ſua aliquid pertuliſſe.

975. *Edwardus* filius *Edgari* Rex *Angliæ*. Iſtum caſu à venatione reverſum ut erat in equo, noverca ſua illa *Athelwodi* Ducis relicta & necis occaſio,inter amplexus & oſcula dato ſitienti poculo per ſatellitem ſica transfodit. Qui cum quantis poterat animæ reliquiis mortis auctricem fugiens & ſonipedem calcaribus urgens, uno pede lapſus altero tractus, defluente ſanguine,ſe quærentibus ubi mortem exceperat & quo cum equus traxerat dedit indicia. Equus cui inſederat cum ſella cruentata currens ad locum qui dicitur **Edwardeſtowe**, ibi reſtitit, ubi uſque hodie in memoriam martyris eadem ſella ſervatur. Corpus vero occiſi primò apud *Waram*, & poſtea apud *Seſteberi* conditum,multis frequentatum eſt & honoratum miraculis.

979. *Etheldredus* frater *Edwardi* martyris Rex *Angliæ*. Hujus mater *Elfrida*, tacta tandem dolore cordis intrinſecùs quod Rex *Edwardus* per illam, & Dux *Ethelwoldus* pro illo occubuerunt, conſtruxit monaſterium monachorum in *Werewlla*, & ibi mirabiliter pœnitens conſummata eſt.

1035. Rex *Cnutus* dedit *Wintonienſi* Eccleſiæ terram trium hidarum quæ vocatur **Hille**,& feretrum ad reliquias ſancti *Birini* magnum & magni,& candelabrum argenteum cum vj. brachiis qualia modò videmus in eccleſiis precioçiſſima de auricalco, & ij. ſigna, & in eadem Eccleſia ſepultus eſt.

1040. Hiis temporibus *Emma* Regina morabatur *Wintoniæ* multum familiaris *Elwino Wentanæ*, tunc civitatis Epiſcopo. Omnia in regno potens plurimis referta divitiis, ſolo contenta filio qui regnabat, & ſoli intenta pontifici quem colebat; *Eluredi* caſum ſcire nolebat, & *Edwardo* exuli nichil penitus boni faciebat. Non deerant qui in *Neuſtriam* nunciarent *Edwardo* fratris interitum, *Godwini* maliciam, matris cum Epiſcopo ſuſpectam familiaritatem, Epiſcopum eſſe in cauſa præcipuum, quod mater filiorum ſuorum alterum non fleret, alterum non exhiberet.

Emma Regina, mater *Hardecnuti*, pro anima ejus, dedit *Wintonienſi* Eccleſiæ, plurima ornamenta in auro & argento, in gemmis & veſtibus precioſis, & duo Maneria, ſcilicet, **Weſtwde** & **Parimparmuſtier**.

Habebat enim Regina illa multa Maneria quæ *Ethelredus* Rex illi in dotem dederat, & *Cnutus*, & *Hardecnutus* Reges, in jus hæreditarium confirmaverant, quibuſcunq; vellet aſſignanda locis vel conferenda perſonis.

Rege defuncto, regni Cura, Reginæ aſſenſu, & magnatum conſilio, Comiti *Godwino* committitur

mittitur donec qui dignus eſſet eligeretur in Regem.

Edwardus, filius *Emmæ*, diuturno confuſus exilio & tribus Ducibus conſanguineis ſuis, *Richardo* & *Richardo* & *Roberto* jam defunctis, nullū habebat amicum in *Neuſtria*, *Willielmo* filio *Roberti* Ducis juvenculo, morante cum Rege *Francorum* in *Galliis*. De matris etiam nichil audens ſperare miſericordia, inter deſperandum, tutius credebat manifeſto ſupplicare inimico, quam fictum amicum ſine cauſa ſollicitare, unde relicta *Neuſtria*, navigans *Angliam*, cum appulſus eſſet in portam *Hamonis*, divertit à matre ſua, quæ tunc erat *Wintoniæ*, & ad æmulum ſuum & fratris interfectorem *Godwinum* pertendit *Londonias*. Ubi, matutina cujuſdam hora diei, quæſito ad cubile illius ingreſſu, proſtravit ſe ſolo in modum crucis coram *Godwino* jam vigilante, Cui *Godwinus*. Quis & cujas miſer es & quid hic quæris? Surge ut te inſpiciam. Ad hæc *Edwardus*. Ego (inquid) quidam pauper ſum ſervus tuus ſine meritis meis exul ab adoleſcentia, da michi obſecro capud, & patriam, & fletu multo commendavit orationem. *Godwinus* tunc ſemel ad inſtantiā & flentis & ſupplicantis factus miſericors; cum juramento quod ſemper ſervare ſolebat inviolabile, dixit ei, ſurge, ſurge, ſecurus eſto, *per vultum de Lukes*, non morieris. Quiſquis es fateri non verearis. Et ille, Ego ſum inquid *Edwardus Ethelred*, noviſſimus filiorum. Inveniam oro gratiam in oculis tuis. Cui *Godwinus*. Preveniſti me bono tuo, quod juravi non erit irritum. Ego ero tibi in patrem, & tu eris michi in filium; Jura michi in deum & in animam tuam te filiam meam accepturum in conjugem & me primum ſemper moraturum in regno, & ego dabo tibi regnum *Angliæ*. Juravit, & receptus in oſculum, juſſus eſt præire illum *Wintoniam*, nulli hominum nec ipſi matri ſuæ ſe notum facere. Venit *Edwardus*, plebeio amictus habitu, *Wintoniam*, quandoque in curia matris, quandoque in domo Epiſcopi comedens, ſed ignotus, affectus eorum ſedulus explorabat. Mandatur à *Godwino* in regione omnes majores Regni ad Reginam convenire *Wintoniæ*, de Rege conſtituendo conſilium habiturus.

Secundùm formam mandati venitur *Wintoniam* & convenitur in Eccleſiam Epiſcopalem.

Godwinus juxta Reginam ad lævam ejus reſidens, propter Archiepiſcopos qui tenebant dextram, & ante pedes ſuos *Edwardum* habens velatum faciem, poſt plurimas allegationes protenſa manu capud *Edwardi*, neſciente Regina, myſterium diſcooperuit, & erigens illum coram omnibus ſupra modum ſtupentibus, ecce, inquid, Rex veſter. Iſte eſt *Edwardus* filius hujus *Emmæ* Reginæ & *Ethelred* Regis *Anglorum*.

Hunc ego in Regem eligo, huic ego omnium primus homagium facio. Poſt diſceptationes aliquas conſentitur in electionem, quia etſi aliquibus diſpliceret, nemo tunc temporis quod *Godwinus* volebat fieri, præſumebat contradicere.

1403. *Edwardus* filius *Ethelredi*, Rex *Angliæ*. Iſte ut electus & conſecratus eſt *Wintoniæ*. Iſte accepit in conjugem *Weditham* filiam *Godwini*, ab utroque perpetua virginitate ſervata. *Godwinum* ante omnes homines honorabat, Matrem ſuam nec colebat nec publicè confundebat. De *Neuſtria* accerſivit quoſdam qui ſibi benefecerant exulanti, inter quos & *Robertum* quem priùs Epiſcopum *Londonienſem*, & poſtea fecit Archiepiſcopum *Cantuarienſem*. Hujus Archiepiſcopi crebras ſuggeſtiones Rex *Edwardus* mente revolvens, ad tantum acerbitatis perductus eſt, vir mali neſcius, ut *Godwinum* Comitem, qui illum Regem fecerat, cujus filiam deſponderat de regno conciliis ſuis expelleret, & honores eorum, inimicis eorum tribueret, Matri ſuæ *Emmæ* Reginæ quicquid in hoc mundo poſſederat, uſque ad precium quadrantis auferret, & illam in Abbacia de *Warewlla* retruſam cum ſumma parcitate faceret exhiberi; *Alwinum Wentanum* Epiſcopum, matris, ut dicebatur, amaſium, omnibus patrimonii ſui prædiis ſpoliatum, extra terminos civitatis *Wentanæ* proferre pedem ſub capitis periculo prohiberet.

Godwinus cum filiis ſuis regnum egreditur. *Alwino* Epiſcopo ſedes ſua mutatur in carcerem. Regina apud *Warewllam* cuſtodiæ tradita, ſed minus arctam quam filius dictaverat habens cuſtodiam, permiſſa eſt ſcribere omnibus Epiſcopis quos ſibi fidos crediderat & dolores ſuos exponere. Forma ſcriptoli talis erat, *Se de Pontificis dedecore plus torqueri & erubeſcere quam de proprio, paratam ſe Dei probare judicio pontificem injuſtè diffamatum nunquam carnem ſuam tetigiſſe, nunquam ſe vel illum contra Regem aliquid egiſſe vel agere voluiſſe. Accederent ad Regem Epiſcopi; & intercederent pro coepiſcopo, inducerent modis omnibus illum, ut matris pro ſe & epiſcopo, purgationem reciperet. Bonam conſcientiam publicè impetitam de crimine non debere niſi publica ſatisfactione purgari. Placere ſibi candentis ferri examen. Tantum apponant ut Rex jubeat examen fieri in eccleſia ſancti* Swithuni Wintoniæ, *ſecuram ſe eſſe de ſancti ſuffragio pro conſcientiæ teſtimonio. Si in exequendo negotio moram fecerint ſe morituram, ne paupertas ſua videatur diutius, quia*

Nil habet infælix paupertas durius in ſe
Quam quod ridiculos homines facit.

Regem filium ſuum ſi plus eligat nec convictam nec confeſſam matrem punire quam purgationem ejus admittere, ab omnibus hominibus infamandum;

Omne etenim vicium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto qui peccat major habetur.

Filius matrem perſequitur, Rex Reginam qui & manum miſit in Chriſtum Domini.

Singuli Epiſcoporum ad quos Regina ſcripſerat, reſcriptis ſe invicem conſulerunt, & die condicto convenientes ad regem, convenerunt eum ſuper querelis ſuæ matris & precibus.

Rex *Edwardus* ut erat miræ ſimplicitatis & innocentiæ qui nichil umquam egit perperàm niſi ex alterius ſuggeſtione, allegationibus Epiſcoporum ſe ſuſtinuiſſet facillime ſuperari, & quicquid in matrem aut Epiſcopum falſa ſeductus credulitate crudelitatis admiſerat, non ſolum ſine recipienda ſatisfactione purgatoria temperaſſet, immo ipſe veniam petiturus ad arbitrium Epiſcoporum de præſumptione ſatisfeciſſet, niſi *Robertus* Archiepiſcopus quem rex adſciverat obſtitiſſet. Tanti fuit homo ille in oculis Regis ut ſi diceret nigram cornicem eſſe candidam, Rex citiùs ori illius quam oculis ſuis crederet. Conſummatum fuiſſet ipſa die negotium ad honorem matris & filii, niſi cum aſſiſterent filii Dei coram Domino, affuiſſet inter illos etiam ille Satan.

Robertus Archiepiſcopus non rogatus partis ſe fortioris faciens, advocatum, talibus coëpiſcoporum induſtriam illudere conatus eſt, & avertere mentem Regis à matre.

Conveniſtis fratres Dominum meum Regem pro matre ſua fera non fœmina, & ut vobis parcam, non veſtris ſed illius verbis retorquetis crimen matris in filium.

En ſcelus ecce Jovem placidum nimis hanc nimis cauſam,
Quæ ſceleris tractat coram Jove de Jove cauſam.

Auſa eſt impudentiſſima mulierum, in Regem minas diffamationis evomere, & illum frequentatorem ſuum qui ſcit ſimilare ſanctitatem, qui de virtute locutus clunem agitat, illum cujus ad effigiem non tantum in egere fas eſt, ut Regem reum ſacrilegii faceret auſa eſt Chriſtum Domini nominare. Notate maliciam mulieris, ad hoc tantum Edwinum *ſuum Chriſtum Domini nominavit, ut Rex qui manum miſit in illam pro ſacrilegio plecteretur. Sed accedamus ad cauſam. Fœmina vult purgare pontificem, & quis purgavit eam quæ dicitur conſenſiſſe in necem filii ſui* Eluredi *& procuraſſe venenum* Edwardi? *ſed eſto quod autoritatem habeat ſupra ſexus conditionem quia Regina eſt, ſi vultis ut conſentiam in inauditam à ſeculis purgationem, & vos conſentietis ut ego diſponam genus examinis, quod ſi penitus illæſa pertulerit, me in Deum & Regem reum condempnabitis, honore privandum, & purgatis honores priſtinos reſtituetis. Totam culpam Regis quam nullam eſſe præſumo in me recipio. Non vos ſuſpendam diutiùs. Fœmina illa infamis pro ſe ipſa iv. pro Epiſcopo v. ſcilicet ix. continuos paſſus ſuper ix. ignitos vomeres faciat nudatis pedibus. Si titubaverit, ſi ſingulos vomeres pleno pede non preſſerit, ſi quantulumcumque læſa fuerit, ſententia proferatur in mecum & fornicariam, uterque religionis artiſſimæ perpetuo clauſtri recludatur in carcerem. Noveritis etiam quod plus de indulgentia quam de rigore procedit ſententia quæ non dicam decernit ſed ſuſtinet pedali examine crimen capitale purgari.*

Placere videbatur & Regi & Epiſcopis quod Archiepiſcopus decreverat, & die nominato ſtatuitur convenire *Wintoniam.*

Ad Reginam refertur ſententia, quæ non minus inde turbata eſt quam ſi vocaretur ad nuptias. Reginam taliter examinandum præconatur fama per Regnum, tantuſque populorum fit concurſus ad civitatem *Wentanam*, quod nunquam anteà illic una die tot viſi ſunt homines conveniſſe.

Regina de mandato Regis reducta eſt *Wintoniam* de *Warewlla*, & tota nocte proxima præcedente diem agonis ſui pervigilavit ad ſepulchrum ſancti *Swithuni.* Non eſt opus ut dicam quod toto corde oraverit, quod parum nocte illa dormierit, quot vota fecerit ut in tanto mereretur ſalvari diſcrimine. Et tamen dormire nolens dormitavit paululum, & vidit beatum *Swithunum* ſibi aſſiſtentem & hæc audivit dicentem ſibi. *Conſtans eſto filia. Ego ſum* Swithunus *quem invocas: ego tecum ſum ne paveas. Confundentur qui te perſequuntur quia cum tranſieris per ignem flamma non nocebit te. Tu autem remittes hanc noxam filio tuo.*

Die facto, convenit ad Eccleſiam clerus & populus, & Rex ipſe ſedebat pro tribunali, Regina producitur ante filium, & an velit proſequi quod promiſerat convenitur; quæ,

Reſpondere parat meruitque ſilentia vultus
Poſtquam fœmineo rediit mens mota ſtupore
Gratia verbum tenero diſtillat ab ore.

Domini (inquid) & fili. Ego illa Emma *quæ te genui, pro te de tuis impetita de crimine in te &* Eluredum *filios meos, & de conſenſu turpitudinis & proditionis cum hujus ſedis epiſcopo, invoco hodie Deum teſtem in corpus meum ut peream ſi quid horum quæ michi impoſita ſunt vel mente commiſerim.*

In pavimento Eccleſiæ ſcopato ix. vomeres, igne candentes, ponuntur in ordine. Quibus breviter benedictis, ſubtrahantur Reginæ calcei & poſito peoplo & rejecto velamine, ſuccincta à duobus hinc inde Epiſcopis ducebatur ad tormentum. Flebant qui eam ducebant Epiſcopi, & qui multo plus timebant quam illa, animabant illam ut non timeret. Fit per Eccleſiam fletus intolerabilis, & fuit omnium vox una dicentium ſancte *Swithune* ſancte *Swithune* tu illam adjuva, ſi interim reboaſſent tonitrua non audirentur in populo, tantis viribus, tantis vocibus clamabatur in cœlum ut ſanctus *Swithunus* vel tunc vel numquam feſtinanter accurreret. Deus inde patitur & ſervus ſuus *Swithunus* extrahitur violenter è cœlo. Regina ſine clamore hanc in eundo faciebat orationem.

Deus qui liberaſti Suſannam *de ſenſibus iniquis, qui liberaſti tres pueros de camino ignis, tu de incendio michi parato, per merita ſancti* Swithuni, *me liberare digneris.*

Videte miraculum. Epiſcopis pedes illius dirigentibus ſuper novem vomeres ix. paſſus faciens, & ſingulos eorum totius corporis pleno premens pondere, ſic omnes ſupergreſſa vomeres nec ferrum vidit nec ſenſit incendium. Unde & dixit Epiſcopis. Nunquid quod maximè petieram non optinebo? Quare me ducitis extra Eccleſiam quæ in Eccleſia deberem examinari, Erat enim procedens ulterius, & nondum ſciebat quod conſummaſſet examen. Ad quod Epiſcopi ſicut ſingultiendo poterant reſponderunt. Domina noſtra reſpice, jam feciſti, jam res facta eſt quam faciendam exiſtimas. Reſpexit, & aperti ſunt oculi ejus, & tunc primò vidit ferrum & intellexit miraculum. Ducite me inquid ad filium meum ut videat pedes meos, & ſciat quia nichil mali paſſa ſum. Reverſi Epiſcopi cum Regina invenerunt illum operto capite proſtratum in terra, jamque ei præ miſeratione verba defecerant quia erumpebant uberius lacrimæ & non poterat ſe continere.

Qui cum elevatus rem cognoviſſet ex integro, procidit ille ſanctiſſimus ad pedes matris dicens; *Mater peccavi in cœlum & in te, jam non ſum dignus vocari filius tuus.* Ad quem mater. Vocetur ad te *Elwinus* Epiſcopus & cum illi ſatisfeceris ad me citiùs veniam conſequeris. Vocato ad Regem Epiſcopo qui non ſederat in ordine Epiſcoporum, Rex veniam cum lacrimis poſtulat & meretur, & virgis cæſus à ſingulis Epiſcoporum, & per manum flentis matris tres ictus accepit. Et ſic datis oſculis & receptis Rex illos in gratiam

& illi Regem, in venerationem receperunt. Et redditum eſt Reginæ & Epiſcopo quicquid illis ſublatum fuerat.

Declamatus eſt, jubente Rege, in Eccleſia & in atrio exterius per plorantes populos modus & ordo miraculi. Et converſus eſt tam ſubitò fletus illorum in riſum, quod ſimul videres illos ridentes & flentes.

Regina *Emma* donata omnibus maneriis dotis ſuæ quæ illi priores Reges confirmaverant, non eſt oblita liberatoris ſui. Deditque ipſa die S. *Swithuno* in oblationem pro ix. vomeribus ix. maneria.

Elwinus Epiſcopus de ſuo patrimonio dedit ſancto *Swithuno* alia novem maneria.

Rex ipſe *Edwardus* donationes Reginæ & Epiſcopi ratas habuit, & confirmavit, & inſuper, de ſuo dominico, dedit ſancto *Swithuno* duo maneria ſcilicet **Meones** & **Porlande** & terram v. hidarum, quæ vocatur **Wrockeſhale**.

A. D. 1047. *Elwinus* Epiſcopus mortuus eſt, & *Stigandus*, illi ſucceſſit, qui de donis *Emmæ* Reginæ condidit magnam crucem cum duabus imaginibus, ſcilicet *Mariæ* & *Johannis*, & illas cum trabe veſtitas auro & argento copioſè dedit *Wintonienſi* Eccleſiæ.

1052. *Emma* Regina migravit à ſæculo, & ſepulta eſt in Eccleſia ſancti *Swithuni Wintoniæ*.

1053. *Githa* uxor *Godwini* fæmina multas habens facultates, pro anima ejus, multis Eccleſiis, in elemoſyna multa contulit, & *Wintonienſi* Eccleſiæ dedit duo maneria, ſcilicet *Bleodonam* & *Craukumbam*, & ornamenta diverſi generis.

1079. *Walkelinus* Epiſcopus à fundamentis *Wintonienſem* cæpit reædificare Eccleſiam.

1086. Fertur Regem conceſſiſſe Epiſcopo *Walkelino*, ad perficiendam eccleſiam quam inchoaverat *Wintoniæ*, tantum lignorum de **Hanepinges**, quantum iij. diebus & noctibus per carpentarios adquirere poterat. Carpentariis igitur innumerabilibus congregatis, totum nemus in præfixo termino, ſolo dejectum eſt, & ad *Wintoniam* deductū. Poſt hæc venit Rex, per **Hanepinges**, & poſtquam reſpexit illuc, admirans, quaſi in extaſi factus, *Nunquid faſcinatus ſum aut amens effectus, ubi* (inquid) *ſum? Nonne hic juxta* Wintoniam *nemus habui valdè delectabile?* Agnita denique re geſta in furorem verſus eſt. *Walkelinus* itaque, ſumpta circa ſe vetuſta capa, impetravit ab hoſtiariis Regis ingreſſum uſque in Regis cameram. Ad pedes autem ejus procidit, Domine, inquid, novi quod multos habeas clericos & capellanos promovendos, & ob hoc contra me quæris occaſionem. Accipe ergo ſi placet quem michi dediſti epiſcopatum, Reſervato michi cum amicitia tua officio quod dudum in capella tua habui. Quid multa? Poſtremo Rex. *Certè* (inquid) Walkeline, *ego nimis prodigus largitor, & tu nimis avidus extitiſti acceptor.* Pacificatus itaque Regi cum amoris redintegratione ad Epiſcopatum ſuum rediit.

Autographum penes Decanum & capitulum *Wintoniæ*.

✠. CUM *præſentis vitæ ſeries mutabilium varietur diſcurſu, & præterita oblivione tradantur, niſi literarum apicibus elucubrata poſteris clareſcunt.* Ego Eaduueardus, *divina largiente clementia* Angul-Saxonum Rex, *tempore quo diuceſim* Uuentanæ *Eccleſiæ in duas diviſi parrochias, obnixè rogatus fui à* Hitheſtano, *quem tunc prædictæ Eccleſiæ epiſcopum conſtitueram, ut novarum aſtipulatione literarum S. Eccleſiæ teſtamenta, uti olim ab anteceſſoribus meis* Cynegiſlo, *atque* Ernewallho, *multiſque eorum ſucceſſoribus devotè tradita, atque reſtaurata fuerant confirmans, renovarem, ob æternæ beatitudinis præmium, & proſperum hujus vitæ excurſum. Terram quæ undique adjacet civitati, quæ in exordio Chriſtianæ Religionis* Birino *venerabili epiſcopo, prædicante beato* Petro, *ejuſque co-Apoſtolo* Paulo *conceſſa fuerat, conſilio optimatum meorum uſus cum territoriis, antiquis cartulis inſertis, C. videlicet manſas, licet ſpacioſior ab incolis æſtimari valeat, ita quod in ipſius terræ quantitate quod* Epiſcopo *aratur, & quod Coloni inhabitant, pro uno tantummodò caſſato reputetur qui* **Ciltancumb**, *ab hujus patriæ peritis vocatur, avos, abavos, proavos, atavoſque ſpiritus ſancti igne ſuccenſos devotiſſimè imitans itidem corroborando æterna largior hæreditate. Quamobrem tam ego ſceptra* Anglorum *patrio more regens, quam* Plegmund *Dorobernenſis eccleſiæ Archiepiſcopus, cæterique utriuſque ordinis ſufraganei quorum inferius vocabula litterarum notulis deſignantur. In nomine almæ Trinitatis, atque individuæ unitatis præcipimus tam* Hitheſtano *ejuſdem* Uuentanæ *ſedis* Epiſcopo *quam cunctis ejus ſucceſſoribus, ut nulli ſecularium militum nec ipſum rus, nec aliud quodlibet ad eccleſiam Dei pertinens, pro munere quolibet dare præſumant. Seculares igitur epiſcoporum ditione ſubjecti intra ambitum hujus ſpacioſæ telluris, diverſis in villis degentes, cenſum* Epiſcopali *ſedi perſolvant, & expedicionem, pontis, arciſvè reſtaurationem, dum neceſſitas incubuerit, incuntanter peragant, Et has C. manſas omni obſequio defendant, ita ut* **Ciltancumb** *cum ſuis appendiciis pro una tantummodo manſa, ut olim conſtitutum fuerat, reputetur. Moderno tempore ut antiquitùs conſtitutum fuerat,* **Hnut-Scillinge**, *&* **Ceolboldintun**, *in quantitate horum C. caſſatorum, perſiſtant. Hoc quoque in nomine almæ* Trinitatis, *& individuæ unitatis obnixè flagitamus, & beati* Petri *Apoſtolorum principis auctoritate præcipimus; ut rura quæ ab anteceſſoribus ſuis maximè* Adenewlfo, *ad animæ ſuæ periculum diverſis ſecularium perſonis accommodata fuerant, dum oportunum fuerit, ſtatuto à prædeceſſoribus epiſcopis tempore, ſine ullo controverſionis obſtaculo in qualicunque ſine provincia vel epiſcopatu,* Uventanæ *cathedræ reſtituantur. Si autem redditum accelerare voluerit eorum, in ipſius conſiſtat arbitrio, præcipuè dum beatæ memoriæ* Theodorus *hoc olim interdixerat nefas, ne ſcilicet epiſcoporum quiſpiam Chriſto collatam à catholicis poſſeſſionem pro quolibet munere temerarium dare vel accommodare præſumeret, præſumentem equidem Anathematis vinculo inretitum Sinodali damnavit concilio, & tam inlicitum ac inconveniens datum, ſucceſſores nullatenus ſtare permitterent juſſit, ne pravo anteceſſorum conſilio ſucceſſores ad hanc deducerentur inopiam ut Chriſti pauperibus quid erogarent non haberent. C. manſæ in* **Duntun** *& in* **Eblesburnan** *quas mihi præfatus accommodavit epiſcopus. Et lxx. in* **Beaddingtune** *quas mihi* Denuulf *accommodaverat præſul, ſi hoc illi placuerit, ut his, vita comite, fruari, poſt obitum meum* Uventanæ *eccleſiæ liberè*

1640.

berè reſtituantur, noſtris ſalubribus obtemperantes præceptis præſenti proſperitate, & futura beatitudine jocundi perfruantur. Si autem temerarium quiſpiam nefas ſuperius interdictum ullo modo præſumerit, Anathema ſit, & auctoritate beati Petri *Apoſtolorum principis* Paulique, *quorum ſub almæ* Trinitatis *poſſeſſio eſt, quod à nobis modo renovatur damnatus intereat, niſi cum ejulatu magno qd. contra noſtrum decretum minuendo præſumens abſtulit, pœnitendo ante obitum ſuum ſatisfaciens reſtituerit*

Hæc Cartula ſcripta eſt anno dominicæ incarnationis DCCCCVIII. *Indict. xij. His limitibus hoc rus undique circundatur, & intra ambitum ſuum multas villas complectitur, quarum nomina incolis liquidò clareſcunt.* **Hnutſcillinc** *tamen &* **Coolholdington**, *quia* **Edue** *illæ contiguæ non ſunt C. manentium quantitatem perficientes, indumentis cleri deſervientes, non his limitibus ſed propriis & ratis terminis ambiuntur.*

✠ Æꞃeꞅꞇon icenan æꞇ Bꞃombꞃiᵹce up ⁊ lang ƿeᵹeꞅ ꞇo hlideᵹeaꞇe Ðanon on langꞅladeꞅ ꞇo Beamꞅꞇede ꝥ behaᵹan ꞇo Seaꞃneᵹleꞅꝼoꞃda ꝥ up beꞅƿe ðelinᵹe ꞇo Suᵹebꞃoce ðæc ꝼoꞃð be meaꞃce ꞇo Culeꞅꝼelda ꝼoꞃð be ᵹeꞃihꞇum ᵹemæꞇe ꞇo Sꞇodleꞇcᵹe ꞅƿa ꞇo ꞇicneꞅꝼelda. ꝥ ꞇo meaꞃcdene ꞅƿa ꞇo ꞇæppeleaᵹe ꞅƿa ꝼoꞃð ꞇo Scipleaᵹe ꝥ ꞇo bꞃadan eꞃꞅce ꞅƿa ꞇo þæꞃe ealdan cƿalmꞅꞇoƿe ꝥ ꝼoꞃþ be deopan delle ꝥ beꞇƿaꞃe leainᵹa meaꞃce ꞇo Baceᵹeaꞇe ꝼoꞃð be meaꞃce ꞇo ðe mæaldan ƿalde ꞅƿa noꞃð ⁊ eaꞅꞇ ꞇo heaꞃpaðe abe heaꞃpaðe ꞇo heaꞃꝼoꞃd Sꞇoccum ꞅƿa be hide buꞃninᵹa ᵹe mæꞃe on icenan. ꝥ up be ꞅꞇꞃeame ꝥ ꞅƿa ƿið eaꞅꞇon ƿoꞃdiᵹe Ðanon be ꞃihꞇꞃe meaꞃce ꞇo ðæm ᵹemæꞃ doꞃnan. ꝥ ꞇo þæꞃe ꞃeadan ꞃode ꞅƿa ꝼoꞃð be ealdoꞃmonneꞅ meaꞃce a be meaꞃce ꝥ hiꞇ cimð on icenan up be ꞅꞇꞃeame ꞇo alꞃeꞅꝼoꞃda þonan on ꞇiccebuꞃnan. up ⁊ lang buꞃnan ꞇo heaꞃpaðe ꞅƿa ꞇo ꞇẏꞃnᵹeade ƿiðinnan ða æꝼiꞅc ꞇo Sceapƿican ꝥ beꞃihꞇ ᵹemæꞃe ꞇo ellenꝼoꞃda ꞅƿa ꞇo Bꞃadandene. ꝥ ꞇo Meolucumbe ꞅƿa ꞇo Meolen beoꞃᵹe ⁊ lang ƿeᵹeꞅ ꞇo ƿealꞇi hæminᵹa meaꞃce be ꞅuhꞇon ᵹæmeꞃe ꞇo hiᵹe leaᵹe ꝥ ꞇo Clæneꝼelda ꞅƿa on aꞃedene ꝼoꞃð be haᵹan on ꞅceaꞇꞇe leaᵹe. ꝥ ꝼoꞃð on icenan be noꞃðan Sꞇanꝼoꞃde. ꞅƿa mid ꞅꞇꞃeame ðæꞇ hiꞇ cẏmð eꝼꞇ on Bꞃombꞃicᵹe.

Latinè redditum.

Imprimis ad *Icenam* (fluvium ſc. ſic dictum) apud *Brombrigam* [a] ſurſum (vel, aſcendendo) per longitudinem viæ (vel, longâ viâ) ad *Hlidegeatam* [b]: inde per longitud. vallis ad *Bramſtedam* [c]: inde per ſepem ad *Searneglesfordam* ([d] vadū ſc. ſic dictum) inde ſurſum per *Swæthilingam* ad *Sugebrocam* [e]: inde prorſum per ſignum (vel, limitem) ad *Culesfeldam* (agrum ſc. ſic dictum) pergendo rectâ lineâ ad *Stodlegam* [f]: ita ad *Ticnesfeldam* [g]: inde ad *Mearcedenum* [h]: ita ad *Tæppelegam* (campum ſic dicitur:) ita prorſum (vel, pergendo) ad *Sciplegam* [i]: inde ad patulum veprem: ita ad veterem patibuli (vel, morte plectendorum) locum; inde prorſum per profundam vallem: inde per ligneum terminum ad *Bacegeatam* (portam ſc. vel viam ſic dictam:) pergendo per terminum ad vetus ovile: ita boream & orientem verſus: ad *Hearpatham* [k]: per *Hearpatham* ad alti vadi ſtipitem: ita per *Hithenſis* amnis terminum ad *Icenam*: inde ſurſum per flumen: inde ita ad orientem *Wordigæ* [l]: inde per rectum terminum ad ſpinam terminalem: inde ad crucem rubeam: ita pergendo per Comitis terminum: à termino uſq; dum ventum fuerit ad *Icenam*, ſurſum per flumen ad *Alreſfordam* [m]: inde ad *Ticceburnam* (hodie *Tichbourne* i.e. hædorum amnem.) ſurſum per longitudinem amnis ad *Hearpatham*: ita ad diverticulum intra ða æꝼiꞅc ad *Sceapwicam* [n]: inde recto termino ad *Ellenfordam* [o]: ita ad *Brandandenam* [p]: inde ad *Meoluccumbam* [q]: ita ad farinariam collem per longitudinem viæ ad *Wealthamenſium* (i.e. ſylvicolarum) terminum, ad auſtrum termini ad *Higeleam* [r]: inde ad *Clænifeldam* [ſ]: ita ad *Aredenam* [t] pergendo per ſepem ad *Sceatlegam* [u]: inde pergendo ad *Icenam* ad aquilonem *Stanfordæ* [x]: ita cum flumine (vel, per fluvium) donec ventum fuerit iterum ad *Brombrigam*.

[a] *Celebrem pontem.*
[b] *Pſeudothyrum.*
[c] *Arbuſtū.*
[d] *Veſtigiū. vel tractū.*
[e] *Suum amnem.*
[f] *Equorum emiſſarior. campum.*
[g] *Hædorū campum.*
[h] *Vallem terminalē.*
[i] *Ovium campum.*
[k] *Altiorem ſemitam.*
[l] *Prædii vel curtis.*
[m] *Alnorū vadum.*
[n] *Ovium vicum.*
[o] *præceps vadum.*
[p] *Amplam vallem.*
[q] *Vallem lacteam.*
[r] *Fœni Campum.*
[ſ] *Purum vel Planum campum*
[t] *Vallem honoratam.*
[u] *Campum angularum.*
[x] *Vadi lapidei.*

✠ Ego *Eadweard* Rex, hanc reſtaurationem à me renovatam ſignum ſanctæ Crucis, propria manu ſcribendo, firmavi.

✠ Ego *Plegmund* Archiepiſc. mellifluam donationem præfati Regis ſubſcripſi cum ſignaculo ſanctæ Crucis.

✠ Ego *Frithestan* epiſc. cum conſilio ejuſdem Regis corroboravi atque connexi cum triumpho Regis æterni.

✠ Ego *Wulfſige* epiſc, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Wigbelm* epiſc. conſenſi & ſubſc.

✠ Ego *Ceolmund* epiſc. conſenſi & ſubſc.

✠ Ego *Æthelweard* frater Regis. ✠ Ego *Æthelſtan* filius Regis. ✠ Ego *Elfweard* filius Regis. ✠ Ego *Ordlaf* Dux. ✠ Ego *Oſred* Dux. ✠ Ego *Beorhtulf* Dux. ✠ Ego *Ordgar* Dux. ✠ Ego *Heahferth* Dux.

✠ Ego *Werulf* Presbiter. ✠ Ego *Æthelſtan* Presbiter. ✠ Ego *Beornſtan* Presbiter. ✠ Ego *Ealhſtan* Presbiter.

✠ *Deormund* Miniſter. ✠ *Wihtbrord* Miniſter. ✠ *Odda* Miniſter. ✠ *Ælfwold* Miniſter. ✠ *Ælfred* Miniſter. ✠ *Athulf* Miniſter. ✠ *Æthelferth* Miniſter. ✠ *Alfric* Miniſter. ✠ *Wulfhelm* Miniſter. ✠ *Uffa* Miniſter. ✠ *Ælfſtam* Miniſter. ✠ *Ælfred* Miniſter. ✠ *Ælſtan* Miniſter. ✠ *Ælſtan* miniſter. ✠ *Wulfhere* Miniſter. ✠ *Athulf* Miniſter. ✠ *Wulfhun* Miniſter. ✠ *Wullaf* Miniſter,

Ælred. Æthelnod. Ælfric.

Ex vetuſto exemplari pene *Thomam* dominum *Brudwell* an. 1652.

ANnuente Dei Patris ineffabili humana; proh dolor clementia qua filium ſuum redemptorem noſtrum huic mundo deſtinare dignatus, qui qd. mortiferi vetus per venenata contulerat arma virgine ſatis integerima divino refertus ſupplimento ut pax nova mundi deterſit, pro cujus inenarrabilis gloriæ recordatione Ego *Eadgar* Rex *Anglorum* aliarumque gentium in circuitu perſiſtencium, Deo & ſancto *Petro* Monachiſque veteris Cœnobii *Wentanæ* civitatis quandam telluris particulam, quinque videlicet manſas cum quindecim hidis & quindecim carucis terræ, cum octodecim ſervis, & ſexdecim villanis, & decem bordis, cum ſexaginta acris prati & paſtura, unius leuci us leuci & dimidia longitudine, & dimidia leuci latitudine, ubi à ruriculis **Bledone** nuncupatur, in perpetuam poſſeſſionem donando donavi, ut habeant & poſſideant benè honorificè in æternam hæreditatem,& inde prout voluerint liberè diſponant, & habeant ibidem omni die lunæ liberum mercatum. Sic autem prædictum rus liberum ab omni mundiali obſtaculo cum omnibus ad ſe pertinentibus, campis, paſcuis, pratis, ſilvis, mercatis, & quibuſcunque rebus aliis, hæc dedi dictis Monachis in puram & perpetuam elemoſynam. Si quis igitur hanc noſtram donationem in aliud quam conſtituimus transferre voluerit, privatus conſortio ſanctæ Dei Eccleſiæ æternis baratri incendiis lugubris jugiter cum *Juda* Chriſti proditore,ejuſq; complicibus puniatur, ſi non ſatisfactione Deo favente emendaverit. Hiis metis præfatum rus hinc inde giratur. Primò à **Welpul**,de **Welpul** uſque *la drove*, de *la drove* uſque **Chekewell**, de **Chekewell** uſque **Smalelynch**, de **Smalelynch** uſque **Aſſchewell**, de **Aſſchewell** uſque **Elmedevich**, de **Elmedevich** uſque **Solemereſweſtſnok** , de **Solemereſweſtſnok** uſque **Horehyrne**, de **Horehyrne** uſque **Stretfold**, de **Stretfold** uſque **Boylelane**,de **Boylelane** uſque **Beggareſthorn**,de **Beggareſthorne** uſque **Stokedene**,de **Stokedene** uſque **Cherchſtede**, de **Cherchſtede** uſque **Trendelye**, de **Trendelye** uſque **Wroſtlamwell**, de **Wroſtlamwell** uſque **Geyneſthorne**,de **Geyneſthorne** uſque **Wargrode**, de **Wargrode** uſque **Loxanwode-warztreen**, de **Loxanwode-warztreen** uſque **Wyteclane**, de **Wyteclane** uſque **Waterbergh**, de **Waterbergh** uſque **Wykeſtone**, de **Wykeſtone** uſque **Schuppullandeſwell**, de **Scuppullaveſwell** uſque **Taddeſchakeſwell**, de **Taddeſchakeſwell** uſque **Mereſpull**, de **Mereſpull** uſque **Midveareneſtreem**, de **Midveareneſtreem** uſque **Welpull**.

An. Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXV. ſcripta eſt hæc Carta. Hiis teſtibus conſentientibus quorum inferiùs nomina caraxantur.

✠ Ego *Eadgar* Rex, præfatam donationem conceſſi. ✠ Ego *Dunſtan Dorobornenſis* eccleſiæ Archiepiſcopus conſignavi. ✠ Ego *Æthelwold* epiſcopus confirmavi. ✠ Ego *Ælſwold* epiſcopus corroboravi. ✠ Ego *Elſtan* epiſcopus conſolidavi. ✠ Ego *Oſgar* Abbas. ✠ Ego *Ethelgar* Abbas. ✠ Ego *Elfric* Abbas. ✠ Ego *Elſhere* Dux. ✠ Ego *Ethelwine* Dux. ✠ Ego *Wirhmod* Dux. ✠ Ego *Ethelweard* Miniſter. ✠ Ego *Elfrige* Miniſter. ✠ Ego *Elſwald* Miniſter.

CY RO GRA PHUM

E. ✠ R.

Ex hiſtoria de primis fundatoribus *Abendonienſis* Cœnobii in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *Claudii* B. 6. fol. 85. a.

Sanctus Ædelwoldus *factus eſt Epiſcopus ab* Ædgaro *Rege.*

INterea dum viri Dei *Æthelwoldi* Abbatis vita & Deo acceptabilem & hominibus prædicabilem indies ſe exhiberet,à prædicto Rege *Eadgaro* eligitur *Wintonienſi* urbi antiſtes, Anno à dominica incarnatione DCCCCLXIII. Hujus vice *Abbendoniæ* Abbas conſtituitur *Oſgarus*, ejuſdem Eccleſiæ Monachus ; Et quanquam patriarchatum conſcenderit Præſulatus, non tamen à Monachicæ jugo Diſciplinæ aliquatenus ſe relaxavit, unde Clerici qui tunc temporis apud illius Epiſcopatus ſedem in Eccleſia convivere canonicè debuerant, religionis rigorem in ſuo præſule negligentes, loco cedere, quam diſtrictius vivere maluerunt. Qua propter prædicti Regis & beati *Dunſtani*, tunc Archiepiſcopi, conſiliis & auctoritate, eos expulit, Monachoſque de *Abbendonia* intromiſit illuc, qui uſque hodie Deo regulariter in eadem Eccleſia deſerviunt. Similiter & de Eccleſia ubi Abbatia eſt in eadem Civitate fecit. Nam in ea Monachos & Abbatem eis,primus ipſe inſtituit. Siquidem & apud *orientales Anglos* in Inſula *Helienſi* unum; In loco vero qui *Burch* appellatur aliud : & apud *Cerneium* tertium Monaſteria Cœnobitarum conſtituit. Quæ cuncta ex *Abbendonienſium* ſumpſere collegio cultum & fundamina, ubi pietatis juſtitiæque cultor ille vineam plantaverat tam fertilem; de qua per loca plurima tot propagines propagaret. Sed quia Eccleſiam *Abbendunenſem* ante ſuſceptum Epiſcopatum dedicandum reliquerat; poſt ſui conſecrationem & ipſam, una cum beato *Dunſtano* & aliis nonnullis coëpiſcopis ſuis,in honorem Dei genetricis conſecravit : Die quinto Kalendarum *Januariarum*.

Vide pag. 979. uſq; 983. inter addenda.

DUNELMENSE
Cœnobium.

Ex Hiſtoria *Dunelmenſis* Eccleſiæ in bibliothecâ *Bodleiana* inter codices *Cant.* [L. 53.] fol. 18. 2

ANNO Dominicæ incarnationis DCxxxv. qui eſt adventus *Anglorum* in *Britaniam* lxxxviij. adventus verò ſancti *Auguſtini* xxxix. piiſſimus Rex *Oſwaldus*, ſecundo Imperii ſui anno, veniente ad ſe *Aydano*, ſedem Epiſcopalem in Inſula *Lindisfernenſi* conſtituit, ubi & ipſe antiſtes, jubente & ſuffragante, & cooperante Rege, monachorum qui ſecum venerant habitationem inſtituit (&c.)

Ex Chronicis *Dunelm.* Eccleſiæ in bibliothecâ *Bodleina* [*H.* 76.] fol. 3. b.

Iſte igitur Reverendiſſimus Epiſcopus, inter cætera doctrinæ ſacræ,operum illuſtrium inſignia præconia, etiam xij. pueros de natione *Anglorum* in Chriſto erudiendos, primo ſui Epiſcopatus tempore ſucepit, ex quibus unus extitit *Eata* poſtea *Lindisfernenſis* Epiſcopus.

Anno gratiæ DCCCxlij. Pontificatus *Aydani* anno vij. Chriſtianiſſimus Rex *Oſwaldus* anno ætatis ſuæ xxxviij. Regni ſui nono, annumerato illo anno quem feralis impietas Regis *Brittonum*, & Apoſtaſia demens Regum *Anglorum* deteſtabilem fecerat, occiſus quinto die menſis *Auguſti*, commiſſo gravi prælio ab eadem Pagana gente, paganoque Rege *Merciorum*, & quo & prædeceſſor ejus *Edwinus* peremptus fuerat in loco qui lingua *Anglorum* appellatur **Maſerfeild**. Eſt locus ille conterminus finibus Armonicæ *Walliæ*, quia *Wallia* quondam pars maxima dicta eſt *Armonica*, à Civitate etiam **Schroweſbery** ſeptem fermè milibus verſus eandem *Walliam* diſtat, territoriumque ipſum Abbatis illius urbis ditioni

cedit

Eccleſiæ Cathedralis Dunel-menſis facies Orientalis.

The East Proſpect of the Cathedral Church of Durham.

In OCCASU Religionis, et pietatis.
ORIENTALEM faciem
Eccleſiæ Dunel: illust:
Tho: Daviſon Arm:

Primus Scotorum sentis Cuthberte tumultus:
Illicò Scotorum factus eſt et tumulus.



Dan: King delin et sculp.

38

Ecclesiæ Cath. Dunelmensis, facies Septentrionalis;

The North Prospect of the Cathedral
Church of Durham.



Daniel King delin: et sculpsit

Eccleſiæ cath: Dunelmenſis
facies Auſtralis.


Tho: Tempeſtius
Eq: Au: Dunelmen-
ſis, mundo peritu-
rus, noluit eccleſiã
Dunelmenſẽ perire.

D: King delin: et ſculp: 39-3

cedit in cujus campi fundo Eccleſia quæ *Candida Eccleſia* dicitur in ſancti *Oſwaldi* honore fundatum, in loco non longè ab iſto fons perhennis exoritur, qui ſancti *Oſwaldi* fons ab incolis illius gentis nominatur (&c.)

Firmanus autem ſucceſſit *Aydano* ab eodem gente & Monaſterio, unde & predeceſſor ejus fuerat miſſus, qui in Inſula *Lindisfarnenſi* fecit Eccleſiam ſedi Epiſcopali congruam, quam tamen more *Scotorum*, non de lapide ſed de robore ſecto totam compoſuit, atque arundine texit, quam tempore ſequente reverendiſſimus Archiepiſcopus *Theodorus* in honore beati *Petri* Apoſtoli dedicavit. Sed Epiſcopus loci ipſius *Eadbertus*, ablata arundine, plumbi laminis eam totam cooperire curavit.

Eccleſia quoque *Lindisfarnenſis* Epiſcopum proprium non habuit, reverſo jam patriam *Colmanno*, & *Tuda* defuncto; jubente autem Rege *Oſwio*, erant ſub cura Abbatis *Mailroſenſis* **Eate**, fratres ejuſdem loci, unde ipſe Abbas *Eata* Monachum ſuum Sanctum *Cuthbertum* de Monaſterio ſuo de **Mailros**, ubi ſtetit præpoſitus annis treſdecem, poſt mortem *Boyſili* Magiſtri ſui & Præpoſiti ejuſdem Monaſterii, tranſtulit in *Lindisfarnenſe* Monaſterium, ut ibi regulam Monaſticæ perfectionis Præpoſiti auctoritate doceret (&c.)

Cuthbertus conſecratus eſt Epiſcopus *Lindisfarnenſis*, *Eboraci* VII. Kalendas *Aprilis*, in ipſo die ſancto Paſchæ, ſub preſentia Regis *Egfridi*, covenientibus ad conſecrationem ejus ſeptem Epiſcopis, inter quos beatæ memoriæ *Theodorus* ordinator ejus, Anno Domini DCLXXXV, regni autem *Egfridi* XII. Cui Rex præfatus villam de **Creke** & tria in circuitu ejus miliaria ei dedit, ut haberet *Eboraeum*, iens vel inde rediens, manſionem ubi inde requieſcere poſſet, ubi Monachorum habitationem inſtituit. Et quia illa minus ſufficiens erat *Lugubaliam* que **Luel**, quondam (modo **Kaerleil**) vocatur, in circuitu XV. miliaria habentem, in augmentum ſuſcepit, ubi etiam, Sanctimonialium congregatione ſtabilita, Reginam *Ermenburgam* poſt mortem *Egfridi* Regis, dato habitu religionis, conſecravit, & in profectum divinæ ſervitutis ſcolas inſtituit. Dictæ donationis Carta ſequitur ſub hac forma.

“IN *Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen.* Anno Dominicæ incarnationis DCLXXXV. congregata Synodo juxta fluvium **Alne**, in loco qui dicitur **Twiford**, cui *Theodorus* Archiepiſcopus *Dorovernenſis* Præſidebat, cum *Cuthbertus* multis Legatariis ad ſe præmiſſis, nequaquam ſuo loco poſſit erui. Tandem Ego *Egfridus*, Regis *Northumbrorum*, cum Antiſtite *Trumwino*, & aliis religioſis viris Inſulam navigari, & invitum ad Synodum pertrari, ubi omnium juſſione Epiſcopatus officium ſuſcipere compellitur, cui & omnibus ſucceſſoribus ſuis, cum concilio *Theodori* Archiepiſcopi, & *Trumwini*, & totius Conſilii, pro ſalute animæ meæ & ſucceſſorum meorum donavi villam quæ vocatur **Creec**, & tria miliaria in circuitu ipſius villæ. Donavi etiam civitatem quæ vocatur *Lugubalia*, & in circuitu ejus xv. miliaria, ut hæc, tam ipſe quam ſucceſſores ſui, ad Dei ſervicium in perpetuum habeant, ita ſicut ego habui, libera & quieta, & ſecundùm ſuam voluntatem diſponendam.

“Ego *Theodorus* Archiepiſcopus *Dorovernenſis* ſubſcripſi.

“Ego *Boſa* Epiſcopus ſubſcripſi.

“Ego *Cedde orientalium-Saxonum* Epiſcopus ſubſcripſi.

“Ego *Sexul Merciorum* Epiſcopus ſubſcripſi.

“Ego *Eata Haguſtaldenſ.* Epiſcopus ſubſcripſi.

“Ego *Trumwyn Pictorum* Epiſcopus ſubſcripſi.

“Ego *Ceadda Lychefeldenſis* Epiſcopus ſubſcripſi.

“Ego *Eadbed Lyndiſſi* Epiſcopus ſubſcripſi.

Venerabilis autem Pater *Cuthbertus*, ſuſceptum Epiſcopatus gradum, commiſſam ſibi plebem, orationibus protegebat aſſiduis & admonitionibus ſaluberimis ad cœleſtia vocabat (&c.)

Animam ad gaudia Regni cœleſtis emiſit XIII. Kalendas *Aprilis*, Anno Domini DCLXXXVII. Epiſcopatus ſui tertio.

Pontificatum tenente *Ethelwoldo* cepit regnare in *Northumbria Ceolwlphus* Anno Domini DCC XXIX.

Intravit autem *Lindisfarnenſe* Monaſterium Sancto *Cuthberto* ſecum conferens theſauros regios & terras, id eſt, **Brigesne** & **Merceword**, cum ſuis appendiciis, ſimul & Eccleſiam quam ibidem ædificaverat, alias quoque quatuor villas unde **Cestr**, **Hwytingham**, **Eadulfingam** & **Ecgrolfingham**; accepta itaque tonſura in præfato Monaſterio Monachicam cum Monachis vitam ducere, & poſt imperium regni terreſtris cœleſti regno gaudebat militari. Et hii ſunt termini donationis predictæ. Ab aqua quæ vocatur **Lina**, uſq; ad **Cocwuuda**, & inde uſq; ad civitatem, quæ vocatur **Brincewele**. Et à **Cocwuuda**, uſque ad **Hafodschelfe** verſus orientem, & ab **Alna** uſque ad dimidiam viam inter **Cocwuuda** & **Alna**.

Mortuo *Eardulpho* ſucceſſit in Epiſcopatu *Gutheardus*, qui redemit de pecunia ſancti *Cuthberti* villam quæ vocatur **Seggesfeild** & quicquid ad eam pertinet, præter quod tenebant tres homines **Aculf**, **Ethelbryth**, **Frythlake**; ſuper hoc tamen habuit Epiſcopus *Sacam* & *Socnam*. Emit etiam idem Epiſcopus de pecunia ſancti *Cuthberti* villam quæ vocatur **Bedlyngton** cum ſuis appendentiis **Nedirton**, **Grubbathyse**, **Cebbengton**, **Sliceburne**, **Cambes**. Tempore ejuſdem *Edwardi* Regis *Tilbed* Abbas, **Hestresham** villam quæ vocatur **Joden** auſtralem redemit, cujus dimidiam partem dedit ſancto *Cuthberto* ut eſſet frater in ejus Monaſterio, alteram apud **Northam** ut ibi eſſet Abbas.

Eodem tempore *Bernardus* Presbiter dedit villam ſuam nomine **Twylington** ſancto *Cuthberto*, ut eſſet frater in ejus Monaſterio.

Hiis diebus *Aelfredus* filius *Byrttulfuici* fugiens piratas, venit ultra montes verſus occidentem & quæſivit miſericordiam ſancti *Cuthberti* & Epiſcopi *Gutheardi*, ut præſtaret ſibi aliquas terras. Tunc Epiſcopus *Gutheardus*, pro caritate Dei & amore ſancti *Cuthberti*, præſtitit illi has villas **Esyngton**, **Siletun**, **Thorep**, **Horredon**, **Jodene**, duas **Ceatton**, **Joden** auſtralem, **Holmu**, **Hotun**, **Tumington**, **Billingham** cum ſuis appendiciis, **Scrufatun**. Has omnes villas ſicut dixi præſtitit Epiſcopus *Aelfredo* ut ſibi & congregationi fidelis eſſet, & de hiis plenum ſervicium redderet, quod & fideliter fecit.

Anno Dominicæ incarnationis DCCCCxxv. *Tilredus*, cum jam in Epiſcopatu xiij. annis egiſſet, defunctus eſt. Et in ejus locum *Wygredus* eligitur Epiſcopus & conſecratur.

Prædictus autem Monarcha *Ethelſtanus*, *Ludwallum* Regem *Wallanorum* & *Conſtantium* Regem *Scottorum* cedere Regnis compulit, quos tamen non multo poſt miſericordia motus ſecundùm antiquum ſtatum, ſub ſe conſtituit regnaturos, glorioſius eſſe pronuncians, Regem facere quam Regem eſſe, ſed non multo poſt *Conſtantino Scotorum* Rege rebellante, Rex *Ethelſtanus* congregavit exercitum, *Scotiam* tendens beatum *Johannem Benerlacum* viſitavit, ſuper cujus altare cultellum pro vadio poſuit, promittens quòd ſi victor rediret cultellum digno prætio redimeret, quod ei implevit; Nam & dimicando contra *Scotos* dum rogavit & præce *Johannis Benerlacenſis* aliquod ſignum evidens oſtenderet quo preſentes & futuri cognoſcere poſſent *Scotos* de jure debere *Anglis* ſubjugari, unde Rex cum gladio ſuo percuſſit ſcopulum quoddam lapideum juxta caſtrum de **Dunbar**, quod uſque hodie ad menſuram ulnæ ex ictu cavatur. In redeundo quoque, peracta victoria, Rex territorium ſancti *Johannis* poſſeſſionibus & libertatibus ditavit. In dicto etiam itinere verſus *Scotiam* ad oratorium & ſepulchrum ſancti *Cuthberti* divertit, anno ſcilicet Pontificatus *Vigredi* 10. ejuſdem ſancti ſuffragia devotiſſimè poſtulavit, eique Regia munera dedit, & inde hoc teſtamentum compoſuit & ad capud ſancti *Cuthberti* poſuit.

“ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Ego
“ *Ethelſtanus* Rex do S. *Cuthberto* hunc tex-
“ tum Evangeliorum, ij. caſulas & j. albam & j.
“ ſtolam cum manipulo & j. cingulum & iij. Al-
“ taris cooperimenta, & j. calicem argenteum,
“ & ij. patenas, alteram auro paratam, alteram
“ Greco opere fabrifactam & j. thuribulum argen-
“ teum, & j. crucem auro & ebore artificioſè pa-
“ ratam, & j. Regium pilleum auro textum, &
“ ij. tabulas auro & argento fabricatas, & ij. can-
“ delabra argentea auro parata, Miſſale unum &
“ Evangeliorum textus auro & argento ornatas,
“ & j. ſancti *Cuthberti* vitam metricè & proſaicè
“ ſcriptam, & ſeptem pallia & iij. cortinas, & iij.
“ capecia & ij. coppas argenteas cum cooperculis
“ & quatuor magnas campanas & iij. cornua au-
“ ro & argento fabricata, & ij. vexilla, & j. lan-
“ ceam & duas armillas aureas, & meam villam
“ dilectam **Weremuth** auſtralem, cum ſuis ap-
“ pendiciis, id eſt, **Weſtun**, **Wilferton**, **Sil-**
“ **ceſworth**, duas **Reoſhoppas**, **Birden**, **Sae-**
“ **ham**, **Sacton**, **Dalton**, **Daldene**, **Heſildene**.

“ Has villas quus malorum malignitas ab Ec-
“ cleſia, multo ante tempore abſtulerat, reddo
“ ſummi Dei & ſancti *Cuthberti* teſtimonio, ut
“ ſi quis aliquid abſtulerit dampnetur in die judicii
“ cum *Juda* traditore, & trudatur in ignem æter-
“ num qui paratus eſt Diabolo & Angelis ejus.

Leges quoque & conſuetudines ipſius ſancti quas avus ejus Rex *Elfredus* & *Guthredus* Rex inſtituerant, ipſe approbavit & inviolabili firmitate ſervandas imperpetuum cenſuit; implevit etiam prædictas coppas pecunia optima, & juſſu ipſius optulit totus exercitus ejus ſancto *Cuthberto* duodecim hundredas & eo amplius. Fratrem verò ſuum *Edmundum* de ſanctitate & fideli patrocinio ſancti Confeſſoris diligenter prius edoctum fraternè commovit, ut ſi quid ſiniſtri ſibi in hac expeditione eveniret corpus ſuum ſancto *Cuthberto* referret, & ei illud in die judicii Deo repreſentandum commendaret.

Poſt hæc abiit, feliciter pugnavit, *Scotiam* uſque **Dunſtever** & **Wertſmor** terreſtri exercitu vaſtavit; navali verò uſque **Cateneſſe** depopulatus eſt, unde vi compulſus Rex *Conſtantinus*, filium ſuum obſidem cum dignis muneribus ei dedit, & fidelitatem juravit, Paceque ſic redintegrata Rex *Ethelſtanus* proſperè rediit.

Anno Domini DCCCCL. pro infidelitate *Northumbrenſium* egregius Rex *Anglorum Edredus* totam *Northumbriam* devaſtat; in qua devaſtatione Monaſterium quod dicitur in **Rypon**, à ſancto *Wilfrido* Epiſcopo quondam conſtructum, igne eſt combuſtum. Redeunte verò domum Rege, exercitus multum de *Eboraco* erumpens civitate, in loco qui dicitur **Ceſterford** de externa parte exercitus Regis multum ſtragam dedit, unde Rex nimis offenſus, voluit illico redire, & totam illam terram penitus delere. Verùm hoc cognito *Northumbrenſes* timore perteriti Civium quem ſibi Regem præfecerant abjecerunt, Regis injurias honoribus, detrimenta muneribus expleverunt, ejuſque offenſam pecunia non modica placaverant. Sic deficientibus *Northumbrenſibus* Regibus ſive regulis dicti Regis *Edredi* tempore *Angliæ* Monarchæ, & circa annum Domini DCCCCLIII. commiſſa eſt cura dictæ Provinciæ, per dictum Regem *Edredum Oſulpho Comiti*, qui, regnante poſtmodum *Edgaro*, ſocium accepit *Oſlacum*. Deinde *Oſulphus* ad aquilonem plagam **Tyne**. *Oſlac* verò ſuper *Eboracum* & ejus fines adminiſtrabat, qui fines pro tunc verſus aquilonalem ad flumen **Teſe** terminabantur; Nam ut ſupradictum eſt totam terram inter *Tynam* & *Teſam* ſancto *Cuthberto* data erat, & ex tunc regimini Epiſcopi ſancti *Cuthberti* ſubjacebat, licet poſtmodum per violentiam *Danorum* magna pars dictæ terræ ab Eccleſia ſancti *Cuthberti* per certum ſpacium temporis occupata erat minus juſtè, donec per *Ethelſtanum* Regem, & alios de jure ſancti *Cuthberti* plenius informatos dicta terra cum ſuis libertatibus prædicto ſancto *Cuthberto* & Eccleſiæ ſuæ reddita extitit & reſtituta. Nec invenitur quod ante predictum *Oſulphum* Comitem aliquis fuerat Comes *Northumbriæ*, & per conſequens nec ibidem Comitatus, quia Comitatus à Comite dicitur, id eſt, dignitas Comitis, vel tantum ſpacium terræ quantum ad Comitem pertinet. Ex quo ſequitur quod nulla pars terræ ſancti *Cuthberti* inter *Teſam* & *Tynam* unquam regimini Comitis *Northumbriæ* ſubjacebat, ut de jure Comitatus predicti, licet quidam Comites *Northumbriæ* quaſdam terras, ſancti *Cuthberti* inter dicta duo flumina ſcilicet *Teſam* & *Tynam* tenebant ex accomodatione *Alduni Dunelmenſis* Epiſcopi.

Dictus Comitatus commiſſus erat à Rege *Edwardo* (Confeſſore) & poſtmodum à Rege *Wilielmo* cuidam *Morkaro*, qui gravibus negotiis im-

peditus

The Weſt Proſpect of the Cathedral
Church of Durham.
Eccleſiæ Cath: Dunelmenſis
facies Occidentalis.


Iſte carbo parentum marmore
perennior.
Hoc poſuit NICOLAUS COLE
Miles, et Baronettus

The West Prospect of the
Church at Durham
Ecclesia Cath. Dunelmensis
Facies Occidentalis



peditus Comitatum ultra **Tyne** tradidit *Oſulpho* adoleſcenti, filio Comitis *Eadulphi*. Capto poſtmodum & cuſtodiæ mancipato *Morkaro*, Rex *Willielmus* Comitatum *Oſulphi* commiſit *Copſio*, qui erat partis *Toſti* Comitis, viro conſilario & prudenti. Iſte ſancto *Cuthberto* devotus donavit ſervientibus in ſua Eccleſia, ſcilicet, *Dunelmenſi*, has terras in **Merſtun**, decem carrucatas terræ & dimidium, & ejuſdem villæ eccleſiam ſancti *Germani*, & in **Thorntuna** duas carrucatas, & in **Theoſtuna** decem bonatas terræ, & in **Readclive** dimidiam carucatam, & in **Giſburham** unam carucatam terræ. Pulſus eſt poſtea ab *Oſulpho*, de Comitatu; *Copſius*, & ipſe *Oſulphus* anno ſequenti, cum ſibi latrones obviabant, in lanceam præceps irrueret, illico confoſſus interiit.

Quo mortuo, *Coſpatricius* filius *Maldredi*, filii *Crinani*, *Willielmum* Regem adiens, multa emptum pecunia, adeptus eſt Comitatum *Northumbriæ*, quem tenuit donec ei Rex auferret, imponens ei quod conſilio & auxilio affuiſſet eis qui Comitem *Robertum Comyn* cum ſuis, in *Dunelmia* peremerant, licet ipſe ad præſens non fuiſſet: Et quia in parte hoſtium fuiſſet, cum *Normanni* apud *Eboracum* necarentur.

Iſte *Coſpatricius*, eſt pater *Dolphini*, *Waltevi*, & *Coſpatrici*. Poſt *Coſpatricum* datus eſt Comitatus *Waltevo Siwardi* Comitis filio. Capto poſtmodum *Waltevo*, commiſſa eſt cura Comitatus *Walchero* Epiſcopo uſque ad diem occiſionis ſuæ, Inde, Rex dedit illum honorem *Albrio*, quo in rebus difficilibus parum valente, patriamque reverſo, idem Rex *Robertum* de *Moubreio* præfecit Comitem *Northumbriæ*; Sed eo poſtmodum capto, Rex *Willielmus* junior, & poſt eum Rex *Henricus* *Northumbriam* in manu ſua tenuerunt.

Rex *Anglorum Willielmus*, *Scotiam* intravit, cui Rex *Malcolmus*, in loco qui dicitur **Abernuthy** occurit, & homo ſuus devenit. Rex autem inde *Willielmus Coſpatricum* Comitatus honore privavit, imponens illi quod conſilio & auxilio affuiſſet eis qui Comitem in *Dunelmo* peremerant; & quia in parte hoſtium fuiſſet cum *Normanni* apud *Eboracum* necarentur. Quo dejecto *Walcherus* in Comitatum ſuſtollitur, ei ex patris atque matris proſapia debitum; fuerat enim *Siwardi* Comitis filius ex filia *Aldredi*, quondam Comitis, *Elfreda*.

Eodem ſcil. tempore quo Rex reverſus de *Scotia* fuerat in *Dunelmo*, Caſtellum condidit, ubi ſecum ſuis Epiſcopis tutè ab incurſantibus habere potuiſſet.

Hiis temporibus, ſcilicet, circa annum dominicæ incarnationis MLXXIIII. quidam, in Provincia *Merciorum*, Presbyter, ac Prior in Monaſterio quod in **Winchelſcumbe** ſitum eſt, habitu & actione Monachus, vocabulo *Aldwinus*, habitabat; qui voluntariam paupertatem & mundi contemptum, cunctis ſeculi honoribus ac divitiis prætulerat, didicerat enim, ex Hiſtoria *Angl: Northumb.* crebris quondam choris Monachorum ac multis conſtipatis agminibus S.S. qui in carne, non ſecundùm carnem viventes, cœleſtem in terris converſationem ducere gaudebant, quorum locorum (*viz.*) Monaſteria licet jam in ſolitudinem ſciret redacta, deſideravit inviſere, ibique ad imitationem illorum pauperem vitam ducere gaudebant. Perveniens ergo ad *Eoveſhamenſe* Monaſterium, deſiderium ſuum quibuſdam ex fratribus patefecit, è quibus duos mox in ſui propoſiti-ſocietatem ſibi adduxit, quorum alter, Diaconus, poſtea Presbiter, *Elfwius*; alter ignarus literarum, vocabatur *Remfridus*, quibus Abbas eorum, non aliter abeundi licentiam dari voluit, niſi prius *Aldewinum* eis præponeret & curam animarum illorum ipſi commendaret. Perrexerunt itaque ſimul, pedibus incedentes, tres Monachi, unum tantummodo ſecum ducentes aſellum, quo libri, neceſſaria, & veſtimenta ſacerdotalia, ad divinum celebrandum miniſterium ferebantur. Ac tandem venerunt *Eboracum* petentes ab *Hugone* filio *Baldrici* qui tunc Vicecomitatum gerebat, ut eis ducem itineris inveniret uſque locum qui **Moncheſter**, id eſt, Monachorum Civitas appellatur, qui nunc *Novum Caſtellum* mominatur, quo per ductum venientes, ad tempus ibidem ſunt morati, ubi nullum antiquum ſanctorum Chriſti reperiunt veſtigium. Ad quos venerandus pontifex *Walcherus* mittens, rogavit, ut ad ſe venirent, & ſub ejus & Eccleſiæ ſuæ poteſtate locum manendi reciperent. Quos advenientes, magno cum honore & gaudio ſuſcepit, magnaſque Deo gratias, ac communes, retulit, quod in hac provincia *Northumbrana* Monachicæ profeſſionis viros ad habitandum ſuſcipere & ſub ſuo Regimine meruiſſet habere. Dedit ergo eis Monaſterium beati *Pauli* Apoſtoli à Benedicto quondam Abbate conſtructum in *Giruum*, quod, ſtantibus adhuc ſolis ſine culmine parietibus, vix aliquod antiquæ nobilitatis ſervaverat ſignum.

Quibus, culmen de lignis informibus & fœno ſuperponentes, divinæ ſervitutis officia ibidem celebrare cœperunt, factaq; eſt, ſub ipſis parietibus caſula ubi dormirent. Religioſorum elemoſynis pauperem vitam ſuſtentarunt, ubi pariter, in frigore & fame pro Chriſto reſidentes, degebant, qui à Monaſteriis quæ relinquerant omnium rerum affluentiam habere poterant. Interea multi, exemplo eorum provocati, ſeculo abrenunciantes, Monachicum ab eis habitum ſuſceperunt, & ſub diſciplinæ regularis inſtitutione Chriſto militare didicerunt. Quorum pauci de ipſa *Norhanhumbrorum* provincia, plures verò de *Auſtralibus Anglorum* partibus fuerant.

Erat namque *Aldwinus* mundi contemptor egregius, habitu & mente humillimus, patiens in adverſis, modeſtus in proſperis. ingenio acutus, conſilio providus, ſermone & actione gravis, humilibus ſocius, contra contumaces juſtitiæ zelo fervidus.

Igitur Epiſcopus, videns numerum Deo ibidem ſervientium cotidie augeri & jam per multa annorum volumina ...... in illis partibus, extinctam Monachicæ converſationis reviviſcere lucernam, gratias Deo vehementer exultavit, & paſtoralem illis ſollicitudinem & paternam, cum omni affectu, impendebat benignitatem.

Cum enim eos Eccleſiam ipſam reædificare, & deſtructa monachorum habitacula videret velle reſtaurare, dedit eis ipſam villam *Giruum* cum ſuis appendiciis ſcilicet **Preſton**, **Muneroctum**, **Penworth**, **Heabern**, **Wyneſton**, **Heortedun**, & ut opera perficere, & ſine indigentia ipſi poſſent vivere, Taliter illi, ex adverſis locis, Chriſto paſtore congregante in unum ovile adducti, didicerunt quam bonum ſit & quam jucundum habitare fratres in unum.

Ex his tribus Monachis, tria in regione *Northanhumbrorum* inſtaurata ſunt monaſteria. Unum *Dunelmiæ*, in honore beatæ *Mariæ* Virginis & ſancti *Cuthberti* præſulis, Aliud in **Leſtingham**, de quo Monaſterio, proceſſu temporis, venerunt Monachi ſanctæ *Mariæ Eboraci*; Tertium in loco qui quondam **Streneſhalgh**, id eſt, ſinus fari, nunc **Qwytby** appellatur.

Inſuper *Waltheof* Comes *Northumbriæ* donavit dictis Monachis in *Giruum*, **Tynemuth**, ſub hac forma.

“IN *nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti Amen.* Ego *Waltheofus* Comes totius *Northumbriæ*, in præſentia Domini *Walcheri* Epiſcopi & totius ſancti Sinodi Epiſcopatus *Dunelmiæ*, multociens prædicti Epiſcopi exhortatione commonitus, & zelo fidei Chriſtianæ ſuccenſus, do, concedo, & præſenti ſcripto confirmo *Aldwino* Priori & fratribus cum eo apud **Girve** in Dei ſervicio congregandis, tam in præſenti quam in poſterum regularem vitam ibidem profeſſuris, & ſub Dei & beati *Cuthberti* patrocinio undecunque terrarum, ad ipſos accercendis, in puram & perpetuam elemoſinam, Eccleſiam ſanctæ *Mariæ* in **Tynemuth**, unà cum corpore ſancti *Oſwini* Regis & Martyris, qui in eadem Eccleſia requieſcit, unà cum omnibus terris & locis & cæteris quibuſcunq; rectè ad eum pertinentibus, liberam & quietam imperpetuum. Et, cum præſcripta elemoſina, offero puerum iſtum *Morekarum* nomine ſub monachicha diſciplina in Dei ſervitio inſtituendum. Et quia locus ille nimis videtur religioſis horridus & incultus, & Dominus Epiſcopus *Walcherus* & nos cæteri quiq; probi hujus Epiſcopatus viri, competentionem quietis ſedis circa ſanctū beati *Cuthberti* corpus, Deo annuente, eis præparare propoſuimus, præſcriptam Eccleſiam, cum omnibus quæ modo Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Oſwino* data ſunt vel impoſterum donanda ſunt, Deo & ſancto *Cuthberto* glorioſo confeſſori, cui fratres prædicti deſervituri ſunt dono & concedo, & ſcripto præſenti, ſigno ſanctæ crucis. ✠ *In nomine ſanctæ* Trinitatis, *confirmo*. Si quis vero impoſterum Deo & ſancto *Cuthberto* vel prædictis fratribus in **Girve** converſantibus, ſeu poſtea in Eccleſia prædicti Confeſſoris, ſicut conſtituimus, transferendis, eam vel aliqua ipſius pertinentia, auferre, ſubſtrahere, ſeu aliquo modo diminuere præſumpſerit, Domini *Walcheri* Epiſcopi, & totius Synodi hujus *Dunelmenſis* Eccleſiæ, & mea, atque omnium Chriſtianorum auctoritate perpetuo anathemate condempnetur, & cum Diabolo, & Angelis ejus æternis ignibus in æternum crucietur. Amen, Amen, Amen.

“Hanc donationem Ego *Walcherus Dunelmenſis* Epiſcopus ✠ ſigno ſanctæ crucis confirmo. Signum *Waltheofi* Comitis *Northumbriæ* ✠, ſignum *Alredi* Comitis ✠, ſignum ✠ *Utredi* fratris *Morkari*. Signum *Liulfi* ✠ patris *Morkari*. Signum *Leofwini* ✠ Decani *Dunelmenſis*. Signum *Gileberti* ✠ nepotis Epiſcopi. “Signum *Heremingi* ✠ Presbyteri (&c.)

Dicti pontificis *Walcheri*, ſtrenuitas, non ſolum nullum rerum Eccleſiaſticorum paſſa eſt detrimentum, verùm etiam in eorum augmentum dante ſibi Rege locum egregium, ſcilicet **Waltham** cum ipſius nobili Eccleſia, quæ canonicorum congregatione pollet, adquiſivit.

Comitatum autem *Northumbriæ*, capto à Rege Comite *Waltheof*, & pro infidelitate & conjuratione verſus dictum Regem *Willielmum* apud *Wintoniam* decapitato, ſuſciperat diſponendum.

Anno Domini M.lxxx. Rex *Willielmus* autumpnali tempore *Robertum* filium ſuum *Scotiam* contra *Malcolnum* miſit, ſed cum perveniſſet ad **Egglesbreth**, nullo confecto negotio, reverſus, *Caſtellum novum* ſuper flumen **Tyne** condidit.

Tenor cartæ *Willielmi* de *Karilepho Dunelmenſis* Epiſcopi, ſuper libertatibus & poſſeſſionibus monachis conceſſis.

EGO Willielmus *ſedem Epiſcopatus ſancti* Cuthberti *gratia Dei adeptus, terram illius penè deſolatam inveni, locumque quem ſacri corporis ſui præſentia illuſtrat negligentiori quam ejus deceret ſervitio ſanctitatem deſpicabiliter deſtitutum conſpexi; Nam neq; ſui ordinis ibi Monachos neque regulares reperivi Canonicos, unde gravi mœrore confectus Dominum & ſanctum* Cuthbertum *ſedulò, & ſuppliciter rogavi, ut mihi, ad emendandum quæ minus convenientia videram conſulendo, ſuccurreret, & ſuccurrendo perficeret. Igitur ſenes & prudentiores totius Epiſcopii homines qualiter in mi...... apud ſanctum ageretur* Cuthbertum *à me exquiſiti, ſedem illius Epiſcopalem in Inſula* Lindiſfarnenſi *fuiſſe (&c.) prout à venerabili* Beda *ſunt conſcripta (&c.)* —— *Longo dehinc tempore tranſacto crudelis barbarorum manus, non hunc ſolum, ſed & alia circumquaque loca vaſtantes, nobilem illius cœnobii cætum, auſu ſacrilego, neci tradiderunt, ſed non impune. Nam omnes in brevi, juſta Dei vindicta terribiliter percuſſi, à temporalibus, ad æterna cruciandi tormenta ſunt prærepti. Hiis ergo præceptis, priſtinum ad illius ſacrum corpus reſtaurare pertractans ſervicium, ne quis quæ mei ſolius molimine feciſſet irritanda putaret, Domini mei Regis* Willielmi *& conjugis ſuæ* Matildis *Reginæ &* Lanfranci *Cantuar. Arhciepiſcopi conſilium petivi. Rex ſtatim, ut ex omni parte tam utilis conſilii roboretur conſenſus, ad Papam* Gregorium, *tam de hiis eum conſulturum, quam de aliis quæ mandaverat ſibi locuturum, me miſit. Cui, dum de beati patris* Cuthberti *quædam, licet pauca, dixiſſem, noſtrum per omnia ſibi placuit conſilium, ut videlicet Monachos quos in duobus Epiſcopatus mei locis* **Weremuthe** *&* **Girwe** *inveneram, in unum, coram ſancto illius corpore ſervituros, congregarem, quia Epiſcopatus parvitas ad tria non ſufficeret Monachorum cœnobia.*

Igitur beatus Papa Gregorius, *eccleſiam beati* Cuthberti *ſub beati* Petri *& Apoſtolica protectione ſuſcipiens, Epiſcopalem ſedem, unà cum beati* Cuthberti *ſacratiſſimo corpore, cum omni Epiſcopatus integritate & cæterarum omnium poſſeſſionum libertate, perpetuis temporibus inviolabiliter conſervari præcepit, videlicet cum eccleſiis* Halguſtadenſi,

& Lindisfarnenſi *in quibus antiquitùs Epiſcopatus extiterant, cum omni parochia quæ eſt inter* **Teſe** *& flumen* **Tweodam**, *& inſuper cum* **Carleolo** *& omni circumjacenti, &* **Thevidale** *& omni parochia pertinente.* **Waltham** *verò cum ſuis omnibus appendiciis &* **Hoveden** *cum cæteris omnibus* Epiſcopi *maneriis, & terris aliis omnibus ſive redditibus ſancto* Cuthberto, *& omnibus ſucceſſoribus ipſius* Epiſcopis, *authoritate Apoſtolica conceſſit, & roborando munivit. In quibus omnibus ſanctus* Cuthbertus *& ejus* Epiſcopus *omnes dignitates & libertates quæ ad* Regis *Coronam pertinent ab omni ſervicio & inquietudine imperpetuum liberas, imminutas, & quietas, cum omnibus ejuſdem pertinentibus, poſſideret.* Ex *noſtra cæterùm petitione & conceſſione omnes Priores, unà cum fratribus cæteris, impoſterum in eccleſia beati* Cuthberti *futuris, ſub manu ſua, authoritate Apoſtolica ſuſcepit, & Prioribus ſedem Abbatis in choro ſiniſtro conceſſit, quatenus epiſcopis abſentibus ipſi Synoda celebrent, & cætera omnia Chriſtianitatis officia perſolvant, & omnes libertates, dignitates, poteſtates, & honores quæ Decani* Eboracenſes *ſub Archiepiſcopis obtinuerunt, ipſi ſub* Epiſcopis Dunelmiæ *liberas & quietas teneant.* Eccleſias *autem quaſcunque, me in ſubſequentibus donante vel adquirente, ſeu cæteris fidelibus largientibus adquiſierint, in ſua manu & donatione liberas habeant, & honeſtis clericis deſerviendas committant, qui* Epiſcopis *de cura animarum tantum in quacunque dioceſi fuerint intendant; Priori autem & fratribus, de beneficiis & redditibus omnibus cæteris, ſemper attendentes exiſtant. Præterea decrevit atque conſtituit ut Prior communi fratrum conſenſu & voluntate eligatur, & niſi conventu omni volente, & tunc pro certa & rationabili cauſa, minimè deponatur. Qui primus poſt Epiſcopum in omni loco ſedeat,* Epiſcopi *dextram habeat, & ejus collateralis exiſtat, & primam vocem in Epiſcopi electione ipſe & capitulum ejuſdem eccleſiæ habeat. Priores verò & fratres liberam diſpoſitionem in omnibus, tam eccleſiis quam cæteris poſſeſſionibus, vel facultatibus, & fratribus officialibus interius ponendis vel removendis, abſque ullius præjudicio imperpetuum ſemper obtineant.*

Hæc quoque omnia Apoſtolica, & ſua devotiſſimè confirmando auctoritate, ſuas per me literas Regi & Lanfranco *archipreſuli direxit, ſuum ex parte Domini & ſancti* Petri & Pauli *Apoſtolorum benedictionem, illis, omnibuſque hujuſmodi propoſitum adjuvare conantibus largiens; eos verò ſi qui niſu contrario talia debilitare præſumerent perpetuo, eorundem ex parte, Anathemate, niſi digna ſatisfactione reſipiſcerent, feriens.*

Talem namque Papæ conſenſum & cum audiſſet non mediocriter gaviſus, ſub teſtimonio Matildis *Reginæ,* Lanfranci *Archiepiſcopi, &* Thomæ *Eborum Archiepiſcopi, cæterorumque* Angliæ *Epiſcoporum & Baronum ſuorum, ad hoc peragendum licentiam dedit, immo properè, ut peragerem mihi præcepit.*

Inſuper etiam leges S. Cuthberti *quas ipſe coram ſancto illius corpore, ſicut unquam meliores ſub aliquo Regum Priorum fuerunt, fide ſua ſanctiebat denuò tunc revocando confirmavit; & omnia quæ Dominus Papa ei ſuiſque literis præcepit, ſicut ſuperius diximus, conceſſit, & in conſilio pleno coram omnibus roborando, conſentientibus prælatis* Angliæ *totius, conſtituit, &* **Billingham** *cum omnibus ſuis appendiciis, quod mali homines prius inde abſtulerant, ad nutrimentum inibi ſervientium reſtituit.*

Sub hac quoque conditione Scot, Elſtani *filius, pro animæ ſuæ redemptione, conſentientibus ſibi filiis, omnibuſque amicis,* **Acleam** *cum ſuis appendiciis tribuit, quod ego, addita quadam villa nomine* **Cattun**, *amplificavi; unam illius partem à* Madredo, *data ſibi villa* **Winleoctun** *cambiendo, aliam verò ab* Edmundo Elſtani *filio, pecunia emendo.*

Et ego Giruum *& aquilonem* **Wermutham** *cum ſuis appendiciis, Monachis ſtatim in primis tradidi congregatis. Nec non &* **Kenyngton**, *duo* **Tyttyngdunas**, **Heſildene**, **Daltun**, **Peringtun**, **Synecliue**, **Elvet**, *ut ibi xl. mercatorum domus Monachi ad uſum proprium habeant qui prorſus ab omni epiſcopi ſervitio liberi ſemper exiſtant. Ultra ampnem* **Tynam** *duas villas* **Wyflyngtun**, *&* **Walleſhend** *cum ſuis appendiciis. Duas quoque eccleſias* Lindisfarnenſem, *ſcilicet, quæ ſedes primitus fuit epiſcopalis, cum villa ſibi adjacente nomine* **Fennam** *&* **Northam**, *quam ipſe ibi corpore quieſcendo illuſtraverat, cum ſua etiam villa nomine* **Schorewurth**.

Ad hoc etiam Rex idem Willielmus *in* **Snotinghamſhir**, *in* **Normantune** *duorum aratrorum & dimidii terram, & unum molendinum, cum* **Saca** *&* **Socne** *dedit. In* **Bruncington** *x. bonatas terræ cum* **Saca**.

In **Kiveſtan** *quatuor aratrorum terram cum* **Saca** *&* **Socne**; *In* **Gatham**, *duorum aratrorum terram, cum* **Saca** *&* **Socne** *dedit. Et in* **Lincolneſhire**, Ego Willielmus *Epiſcopus rege eodem hoc laudante, in* **Bliburgh** *duorum terram aratrorum quam Regdher prius habuit, & in civitate.* Eboraca *eccleſiam ſanctæ* Trinitatis, *cum domorum trium poſſeſſionibus, tribuo.*

Hæc cum ſuis appendiciis Rex idem, litteris ſigillo ſuo ſignatis confirmavit.

Hæc ego Willielmus *Epiſcopus, pro ſalute tam corporis quam animæ ejuſdem* Domini *mei* Willielmi Regis *& ſuæ conjugis* Matildis *Reginæ, & filiorum filiarumque ſuarum, pariterque mei omniumque anteceſſorum ſucceſſorumque meorum Epiſcoporum, ſancto* Cuthberto *ſuiſque ſervitoribus, ſecundùm quod ſuprà ſcribitur, æternaliter tribuo, & ordino cunctos iſtius ordinationis fauctores, perpetua Dei omnipotentis patris & filii & Spiritus Sancti benedictione, benedicendo benedicens.*

Omnes autem ſi qui hanc prophanare vel quicquam inde; niſi fortè in melius mutare præſumpſerint, ex auctoritate Principis Apoſtolorum à Domini Papæ præfati Gregorii, *à ſanctæ conſortio eccleſiæ anathematizando ſequeſtro, & Dei judicio perhennibus cum Diabolo & Angelis ejus puniendos ignibus reſervo. Amen.*

Facta ſunt hæc omnia in conſilio Londonienſi *coram Domino* Willielmo *Rege, anno ab incarnatione Domini M. lxxxij. Hiis teſtibus,* Lanfranco *Primate totius* Angliæ Dorobernenſis *eccleſiæ Archipræſule, &* Thoma Eboracenſis *Archiepiſcopo, &* Odone, *fratre Regis,* Baiocenſi *Epiſcopo, &* Goſfrido *Epiſcopo* Conſtancienſi, *&* Willielmo Londonienſi *Epiſcopo, &* Walkelino Wintonienſi *Epiſcopo, &* Hermanno Syraburnenſi *Epiſcopo, &*

Wlſtano Wireceſtrenſi *Epiſcopo*, & Waltero Herefordenſi *Epiſcopo*, & Giſone Wellenſi *Epiſcopo*, Rimigio Dorcenſi, *vel* Lincolnienſi *Epiſcopo*, & Herfaſto Helmanenſi *Epiſcopo, vel* Norwicenſi, & Stigando Seleingenſi *Epiſcopo*, & Oſberno Exonienſi *Epiſcopo*, & Petro Lichefeldenſi *Epiſcopo, anno Epiſcopatus* Willielmi *quarto. Et* Thurſtino *Abbate* Glaſtoniæ, & Scolando *Abbate ſancti* Auguſtini, & Elſio *Abbate* Bathonienſi, & Edmundo *Abbate* Perſorenſi, & *Vitali Abbate* Weſtmonaſterii, & Egelwino *Abbate* Eoveſhamenſi, & Paulo *Abbate ſancti* Albani, & Turoldo *Abbate* Burgenſi. *Et* Roberto *Comite* Moritunenſi, & Rogero Scorbbesbornenſi *Comite*, & Roberto *Comite* Northumbrenſi, & Rogero Bigod, & Urſone *Vice-comite de* Abetot, & Richardo *de* Curceo, & Willielmo *de* Redueriis, & Roberto Diſpenſatore, & Hamone Dapifero, & Roberto *de* Monteforti, & Roberto *filio* Geraldi & Toroldo de Papelion, Morkaro & Rogerio, & Siwardo *cognomento* Barn, & Wlnoto Haraldi *Regis germano*. Et Alano *de* Lincolnia & *Capellanis Regis* Mauritio & Willielmo & Roberto.

Diploma W. *Regis de mutando Canonicorum Dunelmenſium in monachos.*

Hæc etiam in Cart. Antiq. littera D. numero 4.

IN *nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen.* Ego *Willielmus* Dei gratia Rex *Anglorum* hæreditario jure factus, ex præcepto Domini *Gregorii* papæ ſeptimi & ex petitione & conceſſione Domini *Willielmi Dunelmenſis* Epiſcopi, conſulentibus, & in mea præſentia aſſedentibus & aſſentientibus, *Lanfranco* & *Thoma* Archiepiſcopis, concedo & conſtituo ut Canonici ſæculares de Eccleſia beati *Cuthberti* amoveantur,& monachi in ipſam introducantur, qui ibi Deo & præſentiæ ſacræ corporis beati *Cuthberti* honorificè imperpetuum deſerviant,quos de duobus Epiſcopatus ſui locis **Weremuthe** ſcilicet & **Girwe** Epiſcopus ipſe accipiat, & omnes poſſeſſiones, quas Canonici in terris vel Eccleſiis habere dinoſcuntur, Monachis adjiciat cum omnibus prædiis eccleſiis & redditibus quos priùs habuerant. Volo etiam & præcipio ut omnes Priores *Dunelmenſis* Eccleſiæ, qui futuri ſunt, omnes libertates, conſuetudines,dignitates,& honores Abbatis optineant,& ſedem Abbatis in choro ſiniſtro habeant & omnes fratres officiales liberè ſtatuant & removeant,& jure Decani primum locum & vocem poſt Epiſcopum, & in Epiſcopi ſui electione cum capitulo ſuo teneant. Et quaſcunque dignitates ſeu honores Decani *Eboracenſes* ſub Archiepiſcopis *Eboracenſibus* & ſuper Archidiaconos ipſius Eccleſiæ liberè poſſederint Priores *Dunelmenſes* ſub Epiſcopo, & ſuper Archidiaconos ipſius Eccleſiæ, liberè & quietè imperpetuum habeant. Concedo etiam eis & confirmo quicquid *Willielmus* Epiſcopus de Epiſcopatu ſuo illis dedit, & quod habeant omnes terras & Eccleſias in libera diſpoſitione ſua, ita ut nullus ſe de ipſis intromittat niſi per conſenſum & licentiam eorum. Et omnes Eccleſias ſuas in manu ſua omni tempore habeant ut de eis quantum poterint redditus ſuos ſemper accreſcant. Et inſuper omnes alias dignitates & libertates quas Epiſcopus *Willielmus* eis conceſſit. Et ſuſcipio eos & omnes poſſeſſiones & res eorum in protectione mea & cuſtodia. Priores libera fratrum voluntate eligantur, qui cunctis diebus ſuis ſua dignitate liberè & quietè perfruantur; Hæc & omnia alia, quæ in præſenti poſſident vel in poſterum adquirere juſtè potuerint, ſive de pecunia ſancti *Cuthberti* emerint ad honorem & ob amorem prædicti ſancti,in Eccleſiis,terris,& aquis,villis,planis,& paſcuis,molendinis cum **Sac & Socne**, **Tol & Team & Infangenthef**, & ut curiam ſuam plenariam & **Wrech** in terra ſua liberè & quietè imperpetuum habeant,concedo,& confirmo. Præcipio etiam ut liberi & quieti imperpetuum cum, hominibus ſuis penitùs ſint ab omnibus exitibus,exactationibus,redditibus, theloneis, & omnibus conſuetudinibus cæteris Regiis, quæ ad coronam meam in Regno meo pertinent. Omnes præſcriptas libertates & dignitates Deo & ſancto *Cuthberto* pro ſalute animæ meæ & filiorum meorum, ex præcepto & authoritate Papæ prædicti,inviolabiliter imperpetuum conſervari præcipio. Et ut hæc confirmatio mea in æternum firma permaneat, præſentem cartam propria manu, ſigno ſanctæ Crucis,impreſſi & confirmavi.Hæc carta confirmata eſt apud *Weſtmonaſterium* in concilio meo, anno Regni mei xviij.præſentibus omnibus Epiſcopis & Baronibus meis. Signum *Odonis Baiocenſis* Epiſcopi ✠. Signum ✠ *Herfaſti* Epiſcopi. Signum *Oſmundi* Epiſcopi ✠. Signum *Wilielmi* Regis ✠. Signum *Mauricii* capellani ✠. Signum *Willielmi* capellani ✠. Signum *Roberti* capellani ✠. Signum *Thurſtini* Abbatis *Glaſtoniæ* ✠. Signum *Roberti* Comitis de *Moritonia* ✠. Signum *Siwardi Barn* ✠. Signum *Goſfridi* Epiſcopi *Conſtancienſis* ✠. Signum *Scolandi* Abbatis ✠.Signum *Richardi* de *Curceio* ✠. Signum *Roberti* de *Monteforti* ✠. Signum *Alani* de *Lincolnia* ✠. Signum *Rogeri Bigod* ✠. Signum *Rogeri* Comitis *Scrobbeſhiriæ* ✠. Signum *Walkelini Wintonienſis* ✠. Signum *Vitalis* Abbatis *Weſtmonaſterii* ✠. Signum *Urſonis* de *Abetot* ✠. Signum *Turoldi* de *Papilion* ✠. Signum *Roberti Diſpenſatoris* ✠. Signum *Hamonis Dapiferi.*

“ THomas Dei gratia *Eborac.* Archiepiſc.om-
“ nibus(&c.)ſalutem(&c.) Cum noſtrum ſit
“ officium omnibus præſtare pietatis obſequium
“ (&c.)—— Privilegium *Willielmi* fratris noſtri
“ *Dunelmenſis*, tam ego quam *Lanfrancus Can-*
“ *tuar.* Archiepiſcopus, literis noſtris ſubſcripſi-
“ mus, & ſigillis noſtris conceſſimus & confirma-
“ vimus, videlicet, ut ſedes Epiſcopalis, una cum
“ beati confeſſoris corpore, cum omni integritate
“ ipſius Epiſcopatus, inviolabiliter permaneat,
“ cujus dioceſis ita protenditur & definitur. To-
“ ta terra quæ eſt inter **Tyne** & **Teſe**, **Nor-**
“ **thumberland**, **Tevyedall**, **Tyndall**, **Carle-**
“ **ol**, **Weredale**, cum Eccleſia de **Herteſham**,
“ & omni parochia pertinenti, & Eccleſia *Lin-*
“ *disfarnenſi* ubi antiquitùs Epiſcopatus extite-
“ rat.

“ In omni etiam terra ſancti *Cuthberti*,quam ipſi
“ vel Monachi juſtè adquirere poterint, vel in
“ præſenti poſſident, rectitudines omnes,conſue-
“ tudines & libertates, quæ ad Regis coronam
pertinent

“ pertinent tam, Papa præfatus, quam Rex *Wil-*
“ *lielmus* eis conceſſerunt & liberas & quietas
“ omnino, & ubique in Regno *Anglorum*, ab om-
“ ni ſervitio perpetuis temporibus confirmave-
“ runt (&c.) Hæc omnia, preſenti carta, confir-
“ mavimus (&c.)

Idem *Willielmus* Rex primus prædictus, dedit ſancto *Cuthberto* & Epiſcopo *Walchero*, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, liberas & quietas poſſidendas, has terras in **Lindeſeie**, ſcilicet **Broculby**, **Snardesford**, **Berling**, **Bliburgh**, **Bratell**, **Cresby**, **Fugleſton**, *Neutona*, *Bolintona*, **Hardewic**, *Langetona*, **Wiſpinctun**, **Waldyngund**, **Cyrceby**, *Mortona*, **Thorp**, **Covenham**, **Scitebrok**, **Forby**, **Endreby**, **Radeby** **Spyslesby**, **Presby**, **Torp**, **Hundelby**, **Eſtrekale**, **Totintune**, **Germundtorp**, **Caditon**, **Creinton**, **Gundfordeby**, *Neutona*, **Pychemed**, **Brezby**, **Cheleby**, **Enedune**, **Rosby**, & alter **Rosby**, **Alesby**, **Ravenedale**, **Biſchop-Tore**, **Tore**, **Srenby**, **Aſceby**, **Horetorp**, **Wenſlett**, **Caceby**, **Salſlateby**, **Welletona**, **Hage** & **Calesby**, **Brunetorp**, **Slodeby**, **Fulleby**, **Oretun**, **Wulureceby**, **Trycongham**, **Heresby**, **Greyby**, **Gredby**. Hæc omnia libera & quieta dedit ſicut ipſe habuit in ſua propria manu.

Willielmo quoque epiſcopatum tenente, adjecit idem Rex *Willielmus* **Wealletune** & **Hovedon**, cum ſuis omnibus appendiciis, cum **Saca** & **Socne** & omnibus legibus & conſuetudinibus, ſicut in propria manu ipſe habuit eidem *Willielmo* Epiſcopo, omnibuſq; ſucceſſoribus ſuis, liberè in perpetuum poſſidendas. Præcepitque ut Monachis in Eccleſia ſancti *Cuthberti* Deo imperpetuum ſervituris, & pro anima ſua & ſucceſſorum ejus oraturis, idem *Willielmus* Epiſcopus daret in puram & perpetuam elemoſinam, omnes Eccleſias de eiſdem terris quas ei ipſe donaverat. Unde dictus *Willielmus* epiſcopus, in primordio quo terras ſibi donatas accepit, eccleſias eorum ſtatim Monachis donavit, *viz.* eccleſiam de **Hoveden**, cum omnibus capellis & terris & pertinentiis ſuis, eccleſiam de **Brentingham**, cum omnibus capellis, terris & pertinentiis ſuis, eccleſiam de **Welletuna**, cum capellis & terris & omnibus ejus pertinentiis, eccleſiam de **Walkyntuna**, cum capellis & terris & omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Skyppwith**, cum omnibus terris, (&c.)

Idem etiam Rex *Willielmus* dedit (&c) Regium Manerium ſuum, *viz.* villam de **Hemynbrugh**, cum omni terra de **Brakenholme**, cum omnibus adjacentibus, cum eccleſia villæ prædictæ, & cunctis rebus eidem pertinentibus, in boſco & plano (&c.) ita benè & quietè (&c) ſicut unquam ſanctus *Cuthbertus* alias terras habuit, cum omnibus conſuetudinibus Regiis & libertatibus, quas ipſe habuit in ipſo, dum illud poſt victoriam *Angliæ* in manu propria tenuit, per eaſdem diviſas quibus ipſe ſeu, ante eum, Comites *Toſtius* vel *Siwardus*, ipſum Manerium tenuit (&c.) Item **Byllingham**, cum omnibus ſuis appendiciis, quam Rex *Elle*, S. *Cuthberto* prius abſtulit, idem Rex *Willielmus* primus, ſancto *Cuthberto* reſtituit, & Priori & Monachis conceſſit (&c.)

In tempore dictorum dicti Regis *Willielmi* primi, & *Willielmi Dunelmenſis* epiſcopi, *Edgarus* Rex *Scotorum* dedit ſancto *Cuthberto* & eccleſiæ *Dunelmenſi* **Coldynghamſchyr**, ſub eo, qui ſequitur, tenore.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti Amen. *Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus præſentibus & futuris, quod ego* Edgarus, *filius* Malcolmi Regis Scotorum, *totam terram de* **Lodeneis**, *&* *Regnum* Scotiæ, *dono Domini mei* Willielmi Anglorum *Regis*, *& paterna hæreditate, poſſidens, conſilio prædicti Domini mei Regis* Willielmi *& fidelium meorum, pro animabus mei & matris meæ, necnon & fratrum meorum* Duncani *&* Edwardi, *& pro ſalute corporis mei & animæ meæ, & pro omnibus anteceſſoribus ſive ſucceſſoribus meis, do Deo omnipotenti, & eccleſiæ* Dunelmenſi *& ſancto* Cuthberto, *glorioſo Pontifici, &* Willielmo *epiſcopo & monachis in eadem eccleſia Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, Manſionem de* **Berwic**; *& cum iſta Manſione has ſubſcriptas Manſiones, ſcilicet.* **Greidene**, **Lemhale**, **Cliſtehale**, **Bricgham**, **Ederham**, **Cirneſte**, **Hilton**, **Blacedre**, **Cynebrytham**, **Hotun**, **Rabynton**, **Parton**, **Fulgelden**, **Mordernton**, **Lamberton**, aliam **Lamberton**, **Hedrynton**, **Fyſewic**, **Horford**, **Upſetyntun**, *&* Manſionem *de* **Coldingham**; *& cum iſta Manſione has ſubſcriptas Manſiones, ſcilicet* **Aldcamby**, **Lumesdene**, **Riſtun**, **Suineſton**, **Farndun**, **Eitun**, *aliam* **Eitun**, **Prenegeſt** **Crammeſmer**, **Heddyngton**. *Has ſubſcriptas Manſiones do Deo & ſancto* Cuthberto, *cum omnibus terris, & ſilvis, & aquis, & theoloniis, & fracturis navium, & omnibus conſuetudinibus quæ pertinent ad prædictas Manſiones, & quas pater meus in eis habuit, quietas & ſolidas, ſecundùm voluntatem* Dunelmenſis *epiſcopi, imperpetuum liberè diſponendas.*

Signum ✠ Edgari *Regis*. *Signum* ✠ Alexandri *fratris ejus*. *Signum* Ligulfi *filii* Memiavi. *Signum* Gilberti *filii* Dunecani. *Signum* Oulari *filii* Oghe. *Signum* Urtedi **Fuderne**. *Signum* Ædgari **Adeling**. *Hæc Carta firmata eſt quarto kl.* Septembris, *in Cimiterio ſancti* Cuthberti *apud* **Norham**, *præſente* Willielmo *epiſcopo*, *&* Turgoto *Priore*, *&* Auſketillo *Præpoſito de* **Norham**, *&* Agero *de* **Cornford**.

Deinde dictus *Willielmus*, *Dunelm.* Epiſcopus Monachorum poſſeſſiones ab Epiſcopi poſſeſſionibus ſegregrvit, & liberas & quietas Monachis ad ſuum victum & veſtitum conceſſit.

Poſt mortem *Walcheri* Epiſcopi *Dunelm*: Rex *Willielmus* primus, dedit Comitatum *Northumbriæ* *Albrio*, qui donum *Waltheof* de Eccleſia de **Tynemuth**, Monachis in **Girve** dudum factum eiſdem Monachis *Dunelmum* tranſlatis, revocavit, Eccleſiamque ipſam eidem ſancto *Cuthberto* perpetuò poſſidendam adjecit, quæ cum per xv. annos, velut deſerta ſine tecto duraſſet, eam Monachi, culmine impoſita, revocaverunt, & per tres annos poſſederunt. Sed, *Albrio* Comite *Northumbriæ*, in rebus difficilibus parum valente, patriamque reverſo, dictus Rex *Willielmus* primus, *Robertum de Moulbreio* præfecit Comitem *Northumbriæ*; qui *Robertus* propter inimicitias quæ inter ipſum & epiſcopum agitabantur ſancti *Cuthberti* Monachos de ipſa eccleſia expulit, eamq; *Paulo* Abbati ſancti *Albani* Martyris tradidit. Qui *viz.* Abbas à *Dunelmenſibus* Monachis frequenter admonitus, nitas, rogatus & prohibitus ne aliena invaderet, audire noluit, quin potius ſuos illuc ad habitandum miſit quos, non multò poſt, ipſe ſecutus repentè ibi infirmitate corripitur, & dum domum redire tentaret moritur. Ipſe quoque Comes poſſeſſiones in eadem eccleſia quam ſancto *Cuthberto* abſtulit, tempore Regis *Willielmi* ſecundi, res omnes & honorem, cum ſui Comitis libertate, amiſit.

Hic *Willielmus* (*viz.* Conqueſtor.) omnibus inimicis inſurgentibus expulſis, provincialibus autem ad nutum ſubactis, Monaſteria totius *Angliæ* perſcrutari fecit, & pecuniam quam ditiores *Angliæ*, propter illius auſteritatem & depopulationem, in eis depoſuerant, juſſerat aſportare, cenſum omnium capitum primus egerat, omnium prædiorum redditus in tota *Anglia* deſcripſerat, & omnes homines liberè ſuæ fidei ſubjugaverat: Monaſteria *Cadomis* & de *Bello* conſtruxerat.

Nunc jam vix aliquis Princeps de progenie *Anglorum* eſſet in *Anglia*, ſed omnes ad ſervitutem & ad mærorem redacti eſſent, ita ut etiam *Anglicum* vocari eſſet opprobrio.

In Anglia igitur injuſta teolonea & peſſimæ conſuetudines hiis temporibus pullulaverunt. Principes omnes, auri & argenti cupiditate cæcati adeo erant, ut illud de eis verè dici poſſet, *unde habeat nemo quærit ſed oportet habere.* Quanto magis loquebatur de recto, tanto major fiebat injuria. Qui juſticiarii vocabantur capud erant omnis injuſtitiæ. Vice-comites & præpoſiti quorum erat officium juſtitia & judicium, furibus & raptoribus atrociores erant, & omnibus ſævitiſſimis ſeviores. Rex ipſe cum ad firmam terras ſuas quanto carius poterat dediſſet, alii magis offerenti & dement alii, ſemperque pactum negligens & ad majora ſtudens dabat. Nec erat cura quanta injuria pauperibus à præpoſitis fieret.

Hujus *Willielmi* Regis ſecundi, ſicut & antea patris amicitiis, præfatus *Willielmus Dunelm.* Epiſcopus adjunctus familiariter adhærebat, unde etiam *Alvertonam* cum ſuis appendiciis Rex ille donabat, excepto quod Comes *Alanus* habuit in ſua Caſtellaria ex alia parte *Viſca* ; ita ſicut Comes *Siwardus* in vita ſua prædictum manerium melius & quietius tenuit. In *Alvertona* xij. carrucata terræ, (&c.)

Anno Domini M.lxxxxv. *Willielmi* Regis ſecundi nono, Comes *Northumbriæ Robertus* de *Moubrei* & *Willielmus* de *Owe Normannus* & ſedicioſus, cum multis aliis, Regem *Willielmum* Regno vitaque privare, & filium amitæ illius, *Stephanum* de *Albemarle* Regem conſtituere ſunt conati. Quo cognito Rex *Robertum* Comitem ad ſuam citavit curiam ; qui, quia Regem *Scotorum* cum ſuis copiis deleverat, curiam Regis adire contempſit. Tunc Rex, exercitu de tota *Anglia* congregato, Caſtellum prædicti Comitis *Roberti* ad oſtium **Tyne** fluminis ſitum, per duos menſes obſedit, & interim quadam municiuncula expugnata, ferè omnes meliores Comitis cepit milites, & in cuſtodia poſuit. Dein obſeſſum Caſtellum expugnavit, & fratrem Comitis & equites, quos intus invenit, cuſtodiæ tradidit. Poſt hæc autem **Bebbanburgh**, id eſt, urbem *Bebbæ* Reginæ, in quam Comes fugerat, caſtellum, firmavit, idque **Malveiſin** nominavit & in illo militibus poſitis ad **Suthumbriam** rediit. Poſt cujus deceſſum Comiti *Roberto* vigiles *Novi Caſtelli* promiſere, in id ſe permiſſuros illum intrare ſi veniret occultè. Ille autem lætus effectus, quadam nocte cum xxx. militibus, ut id perageret exivit. Quo cognito equites qui caſtellum cuſtodiebant illum inſequentes, ejus exitum cuſtodibus *Novi Caſtelli* per nuncios intimaverunt. Quod ille neſciens die quadam Dominica temptavit peragere cepta, ſed nequivit, deprehenſus enim erat. Ea propter ad monaſterium ſancti *Oſwini* Regis & martyris fugit, ubi ſexto die obſidionis ſuæ graviter in crure eſt vulneratus dum ſuis adverſariis repugnaſſet, quorum multi ſauciati, multi verò ſunt perempti ; de ſuis quoque nonnulli vulnerati, omnes ſunt capti ; ille verò in Eccleſiam fugit, de qua extractus in cuſtodiam apud *Windeſoram* eſt poſitus. Sicque idem ipſe Comes *Robertus* in eadem Eccleſia quam ſancto *Cuthberto* abſtulit, ut prædictum eſt, res omnes & honorem cum ſui Comitis libertate amiſit. Et extunc Rex *Willielmus*, & poſt eum Rex *Henricus* primus, Comitatum *Northumbriæ* in manu ſua tenuerunt.

Rot. Cart. de annis 15, 16, 17. *R.*2.n.29.

REx *Archiepiſcopis*, &c. *ſalutem.* Inſpeximus Cartam Domini *Egfridi* quondam Regis Northanhimbrorum factam in hæc verba. *In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen.* Anno Dominicæ incarnationis DC. lxxxv. congregata ſinodo juxta fluvium **Alne** in loco qui dicitur **Aet Twiford**, cui *Theodorus* Archiepiſcopus *Doruvernenſis* præſidebat , cum *Cuthbertus* multis legatariis ac literis ad ſe præmiſſis, nequaquam ſua inſula poſſet erui ; tandem ego *Egfridus* Rex *Northanhimbrorum*, cum Antiſtite *Trumvino* & aliis religioſis viris, inſulam navigavi, & invitum ad ſinodum pertraxi, ubi omnium juſſione Epiſcopatus officium ſuſcipere compellitur ; Cui & omnibus ſucceſſoribus ejus, conſilio *Theodori* Archiepiſcopi & *Trumvini*, & totius conſilii, pro ſalute animæ meæ & ſucceſſorum meorum, donavi villam quæ vocatur **Crec**, & tria miliaria in circuitu ipſius villæ. Donavi etiam civitatem quæ vocatur *Lugubalia* & in circuitu ejus xv. miliaria, ut hæc tam ipſe quam ſucceſſores ejus, ad Dei ſervicium imperpetuum habeat, ita, ſicut ego habui, libera & quieta, & ſecundùm ſuam voluntatem diſponenda. Ego *Theodorus* Archiepiſcopus *Doruvernenſis* ſubſcripſi ✠. Ego *Boſa* Epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego *Cedd Orientalium Saxonum* Epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego *Sexulf Merciorum* Epiſcopus ſubſcripſi ✠.
Ego *Eata Haguſtaldenſis* Epiſcopus ſubſcripſi ✠.
Ego *Trumvine Pictorum* Epiſcopus ſubſcripſi ✠.
Ego *Ceadda Lichefeldenſis* Epiſc. ſubſcripſi ✠.
Ego *Eadhed Lindiſſi* Epiſcopus ſubſcripſi ✠.
Hæc donatio ſcripta eſt tempore *Agathonis* Papæ, anno ætatis Regis *Egfridi* xl. Regni verò ejus xv.

Inſpeximus etiam Cartam quam bonæ memoriæ dominus *Richardus* quondam Rex *Angliæ* progenitor noſter fecit Deo & beato *Cuthberto* & Eccleſiæ *Dunelmenſi*, & *Hugoni* tunc *Dunelmenſi* Epiſcopo in hæc verba. *Richardus* Dei gracia, Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ Aquitaniæ.* Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) *Salutem.* Sciatis nos dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti Carta confirmaſſe, Deo & beato *Cuthberto*, & Eccleſiæ *Dunelmenſi*, & *Hugoni Dunelm.* Epiſcopo, karo conſanguineo noſtro, & ſucceſſoribus ejus, in puram & perpetuam elemoſinam, pro anima patris noſtri & anteceſſorum noſtrorum, & pro ſalute noſtra & heredum noſtrorum, & pro ſalute & pro ſtabilitate & incremento regni noſtri, Manerium noſtrũ *de* **Seberge** cum wapentaco ad idem Manerium pertinente, & cum omnibus aliis rebus ad illud pertinen. tam in hominibus quam in terris cultis & incultis in viis & ſemitis, in pratis & paſturis in ſtagnis & molendinis, in aquis & piſcariis, & ſervicium *Petri Caron* & hæredum ſuorum de feodo unius militis de *Setona*, & de **Oneton**, & ſervicium *Tomæ* de *Amundevill* & hæredum ſuorum de feodo unius militis de **Cotton** & de **Traiford**, & ſervicium filii *Godefridi Baard*, & hæredum ſuorum de feodo duarum partium unius militis, de **Middleton**, & de **Herceburn**, quas terras de nobis tenebant inter *Tynam* & *Teyſam*, cum omnibus aliis rebus ad prædicta feoda pertinentibus, in excambium pro ſervicio feodi trium militum, quod *Philippus* de *Kyme* de ipſo Epiſcopo in **Lincolneſire** tenebat & pro feodo duorum militum quod *Girardus* de *Canvill* de eodem ibidem tenebat, & pro feodo unius militis quod *Baldewinus Wac* & filius *Rogeri* de *Oſevill*, ibidem de eodem tenebant. Quare volumus & precipimus quod prædictus *Hugo Dunelm.* Epiſcopus, & ſucceſſores ſui prædicta duo feoda militum & duas partes feodi unius militis, cum prædicto manerio de **Seberge**, & *Wapentaco*, ſicut prædictum eſt, teneant, habeant, & poſſiderant liberè, quietè, & honorificè, cum omnibus rebus ad ea pertinentibus, in boſco & plano cum *Socha* & *Sacha* & **Thol** & **Thæm**, & **Infangenethef**, & cum omnibus aliis libertatibus & liberis conſuetudinibus, & cum placitis ad Coronam pertinentibus, ſicut nos ipſi in propria manu noſtra habebamus, & ſicut ipſe Epiſcopus habet & tenet alias terras ſuas & feoda militum in Epiſcopatu ſuo; & ut tam ipſe Epiſcopus quam ſucceſſores ſui diſponant de hominibus & terris ad idem manerium pertinentibus ad libitum ſuum & voluntatem, ſicut de aliis hominibus & terris ſuis in eodem Epiſcopatu ſuo faciunt. Hiis teſtibus *Baldewino Cantuar.* (&c.) Dat. anno primo Regni noſtri, xviij. die Septembr. apud *Gaitintonam* per manum *Willielmi* de *Longo Campo* Cancellarii noſtri.

Inſpeximus etiam cartam (&c.) Inſpeximus inſuper literas noſtras patentes quas nuper fieri fecimus in hæc verba. *Ricardus* Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ*, & Dominus *Hiberniæ*; omnibus (&c.) ſalutem. Sciatis quod cum Eccleſia *Dunelmenſis*, & bonæ memoriæ prædeceſſores venerabilis patris *Johannis* nunc Epiſcopi *Dunelm.* in diverſorum progenitorum noſtrorum, quondam Regum *Angliæ* illuſtrium, temporibus, tenuerint & poſſederint Civitatem & caſtrum *Dunolm.* manerium & *Wapentachium* de **Sethberge** ac maneria & villas de **Aukeland**, **Middelham**, **Derlington**, **Stokton**, **Eſington**, **Houghton**, **Cheſtre in the ſtræte**, **Gateſheved**, **Ryton**, **Langcheſtre**, **Evenwode**, **Fulley**, **Morley**, **Stanhop**, & **Wolſingham**, cum pertinenciis infra patriam & præcinctum vocatum *Epiſcopatum & libertatem regalem ſancti* Cuthberti *Dunolm. inter aquas de* **Tyne** & **Tese**; ac etiam caſtrum & villam de **Norham**, ac manerium de **Bedelyngton** cum pertinenciis, ut parcellam dictæ libertatis ultra *Tynam* verſus boream; necnon diverſa alia, terras, tenementa, redditus, ſervicia, feoda militum, advocationes, & patronatus eccleſiarum, tam Collegialium quam parochialium, hoſpitalium, *Cantariarum*, aquas, piſcarias, diverſaſque alias poſſeſſiones temporales & ſpirituales, tam infra patriam & procinctum Epiſcopatus prædicti quam infra patrias & procinctus vocatos **Norham ſhire**, & **Bedelingtonſhire**, unà cum medietatibus dictarum aquarum de **Tyne** & **Tese** verſus Epiſcopatum prædictum ac diverſis piſcariis & proficuis in eiſdem medietatibus, ut parcellam eorundem Epiſcopatus & libertatis regalis, poſſeſſionumque eccleſiæ antedictæ, & cum applicatione, oneratione, & exoneratione navium, batellorum, & aliorum vaſorum in dictis aquis, ac medietatibus aquarum ex parte Epiſcopatus prædicti; ſimul cum dominio & libertatibus Comitis *Palatini*, ac omnimodis aliis dominiis, libertatibus, juribus, proficuis, & prerogativis regalibus, in omnibus patriis, procinctibus, & locis prædictis, eorumque pertinenciis univerſis, & in quolibet eorundem; quæ quidem Civitatem, caſtra, villas, maneria, *Wapentachium*, terras, tenementa, redditus, ſervicia, feoda militum, advocationes, & patronatus, ac alias poſſeſſiones temporales & ſpirituales, idem Epiſcopus aſſerit ſe et eccleſiam ſuam prædictam tenere & poſſidere in preſenti. Nos ad ſupplicationem prædicti Epiſcopi, & ob ſpecialem affectionem, & devotionem quas erga glorioſum Confeſſorem ſanctum *Cuthbertum*, eccleſiæ prædictæ patronum, ac etiam propter affectionem quam ad præfatum Epiſcopum qui, tam cariſſimo Domino & Patri noſtro dum vixit, quam poſtmodum nobis per longa tempora laudabiliter deſervivit, & per noſtros aſſenſum & benevolentiam ad Epiſcopatum prædictum promotus fuit, gerimus, & habemus; volentes pro ſecuritate & quiete perpetuis dictæ eccleſiæ, præfatique Epiſcopi & ſucceſſorum ſuorum, & ut dictus Epiſcopus ſeu ſucceſſores ſui, ſuper poſſeſſionibus prædictis, ſeu aliquibus præmiſſorum, futuris temporibus, nullatenus inquietentur, ſeu graventur, ex Regia benignitate fæliciter providere; de gratia noſtra ſpeciali, & ex certa ſcientia noſtra, ratificamus, approbamus, concedimus, & hac carta noſtra confirmamus, pro nobis, & hæredibus ac ſucceſſoribus noſtris Regibus Angliæ, prædicto Epiſcopo & eccleſiæ ſuæ prædictæ, omnia & ſingula Civitatem, caſtra, villas, maneria, wapentachium, terras, tenementa, redditus, ſervicia, feoda militum, advocationes, & patronatus eccleſiarum; Hoſpitalium, & Cantariarum, piſcarias, & omnes alias poſſeſſiones antedicta, & eorum quodlibet, quas vel quæ idem Epiſcopus ac dicta eccleſia ſua tenent & poſſident, ut eſt dictum unà cum pertinenciis ſuis univerſis, & ſimul cum dictis aquis & medietatibus aquarum, applicatione, oneratione, & exoneratione navium, battellorum, & aliorum vaſorum in eiſdem, in parte Epiſcopatus prædicti; ac etiam unà cum dominio & libertatibus Comitis *Palatini* & omnimodis dominiis, libertatibus, juribus, proficuiis, placitis, juriſdictionibus, &

prærogativis regalibus in omnibus prædictis civitate, Caſtris, villis, maneriis, wapentachio, terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, feodis, advocationibus, patronatibus, aquis, & medietatibus aquarum, piſcariis, & quibuſcunque aliis poſſeſſionibus ſupradictis, & in omnibus partibus patriarum, procinctuum locorum, poſſeſſionum & pertinenciarum prædictarum; ac ſimul cum omnimodis aliis libertatibus, liberis conſuetudinibus & proficuis, tam in aqua quam in terra de quibus dicta Eccleſia, ſeu aliquis dictorum prædeceſſorum ſuorum in poſſeſſione extitit, & quibus eadem Eccleſia vel aliquis dictorum prædeceſſorum ſuorum, tempore alicujus dictorum progenitorum noſtrorum infra patrias, procinctus, loca, poſſeſſiones, & pertinentias prædicta, ſeu quamcunque parcellam eorundem uſus eſt & gaviſus.

Volentes & concedentes, ac firmiter præcipientes, pro nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris prædictis, quod prædictus Epiſcopus, ſucceſſores ſui, & Eccleſia prædicta omnia & ſingula Civitatem, caſtra, villas, maneria, wapentachium, terras, tenementa redditus, ſervicia, feoda militum, advocationes & patronatus Eccleſiarum, Hoſpitalium, & Cantariarum, aquas & medietates aquarum, piſcarias, & alia poſſeſſiones predicta, & quælibet eorundem cum pertinentiis ſuis univerſis, unà cum dictis applicatione oneratione & exoneratione navium battellorum, & aliorum vaſorū quæ ex parte ipſius Epiſcopatus applicare, onerare, ſeu exonerare voluerint, & ſimul cum omnibus dictis dominiis, libertatibus, juribus, proficuis, placitis, & juriſdictionibus, & prærogativis regalibus, & omnimodis aliis libertatibus, liberis conſuetudinibus, & proficuis, in omnibus civitate, caſtris, villis, maneriis, wapentachio, terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, feodis, advocationibus, patronatibus, aquis, & medietatibus aquarum, piſcariis, & quibuſcunque aliis poſſeſſionibus ſupradictis, & in omnibus partibus partiarum, procinctuum locorum, & pertinentiarum prædictorum, ac in qualibet parcella earundem pacificè & quietè imperpetuum habeant & teneant, ac eis gaudeant & utantur, adeo plenè & integrè ſicut aliquis prædeceſſorum ſuorum prædictorum ea, ſeu aliqua eorundem habuit, & eis ſeu eorundem aliquibus in dictis Epiſcopatu & libertate uſus fuit & gaviſus, tempore alicujus progenitorum noſtrorum prædictorum; & adeo ſicut dicta terræ, tenementa, redditus, ſervicia, feoda militum, advocationes & patronatus Eccleſiarum, Hoſpitalium, Cantariarum, aquæ, piſcaria, & aliæ poſſeſſiones temporales, & ſpirituales, dominia, libertates, liberæ conſuetudines, jura, proficua, placita, juriſdictiones, prærogativæ & omnes aliæ pertinentiæ, ſuperius generaliter nominata, & eorum quodlibet fuiſſent, ſeu fuiſſet in ſpeciali, per preſentes, declarata, ſive declaratum, abſque impedimento noſtri vel hæredum ſeu ſucceſſorum noſtrorum, aut Juſticiariorum, Eſcaetorum Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum ſeu miniſtrorum noſtrorum, vel hæredum ſeu ſucceſſorum noſtrorum quorumcumque, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito aut aliquibus aliis ſtatutis vel ordinationibus, & quibuſcunque foriſfacturis, jure, titulo, clameo, & alia actione, ad nos pertinentibus, ſi quæ forent, non obſtantibus. Et conſimiliter ad ſupplicationem præfati Epiſcopi, ex habundanti gratia noſtra, ob devotionem & affectionem ſupradictas, hac carta noſtra, acceptamus, approbamus, ratificamus, concedimus & confirmamus, pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris prædictis eidem Epiſcopo & Eccleſiæ ſuæ prædictæ maneria de **Howeden, Alverton & Creyk**, cum pertinentiis; ac omnia alia terras, tenementa, redditus, ſervicia, feoda militum, advocationes & patronatus Eccleſiarum, Collegialium, & Parochialium, Hoſpitalium & Cantariarum, aquas, piſcarias, & alias poſſeſſiones temporales & ſpirituales quaſcumque, quæ præfatus Epiſcopus & Eccleſia ſua prædicta, in comitatibus *Eboraci* & *Lincolniæ* tenent & poſſident.

Habendum, unà cum pertinentiis ſuis univerſis, ac omnimodis libertatibus, liberis conſuetudinibus, & proficuis, de quibus dicta Eccleſia ſeu aliquis prædeceſſorum dicti epiſcopi in poſſeſſione extitit, & quibus eadem eccleſia, ſeu aliquis dictorum Prædeceſſorum præfati Epiſcopi, Uti & gaudere conſuevit, temporibus alicujus progenitorum noſtrorum prædictorum, in maneriis, terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, feodis advocationibus, aquis, piſcariis, & aliis poſſeſſionibus, & pertinentiis antedictis, ac in quibuſcunque partibus patriarum & procinctuum ad Maneria, terras, tenementa, redditus, ſervicia, feoda, advocationes, & libertates prædicta pertinentium, in commitatibus ſupradictis imperpetuum; hujuſmodi ſtatutis, ordinationibus, foriſfacturis, jure, titulo, clameo, & actione, ſi quæ fuerint, non oſtantibus.

In cujus rei teſtimonium, has Literas noſtras fieri fecimus Patentes, T. meipſo apud *Weſtmonaſterium* XVI. die *Decembris*, Anno Regni noſtri. VII.

Car. 4. E. 4. m. 27.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem; Inſpeximus Literas Patentes Domini *W.* primi, nuper Regis *Angliæ*, Progenitoris noſtri factas, in hæc verba. *W.* Rex *Angliæ*, *Th.* Archiepiſc. & *H.* Vicecomiti, & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis de **Everwiſcira**, Salutem. Volo & præcipio ut tota terra ſancti *Cuthberti*, ita ſit libera & quieta ab omni opere caſtelli, & ab omnibus geldis, ſicut fuit tempore patris mei die qua *Willielmus Dunelmenſis* Epiſcopus vivus & mortuus fuit, *T. W. Canc.* & *Suich. Capel* apud *Pontem Arc.*

Cart. antiq. N.12. 40.

Inſpeximus etiam alias Literas Patentes ejuſdem Progenitoris noſtri, factas in hæc verba. In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti *Amen.* Ego *Willielmus* Rex *Anglorum* hæreditario jure factus, do & concedo, & preſenti Carta confirmo Deo & ſancto *Cuthberto*, & Priori & Monachis ibidem Deo ſervituris in perpetuam & puram elymoſinam, hoc Regium Manerium meum videlicet villam de **Heminburch**, cum omni terra de **Brathenholm**, & cum omnibus terris adjacentibus, cum Eccleſia villæ prædictæ & cunctis rebus eidem pertinentibus, in boſco & plano, moris ac prato, & ſilvis, & plaudibus, aquis, molendinis, aut ſtangnis, cum **Mert** & **Mere**, & **Sac** & **Socne**, & **Toll** & **Team**, & **infangentheof**,

Malmeſburienſis eccleſiæ conv:
(ſcil: quicquid nunc extat)
facies aquilonaris.
The North Proſpect of the Conuentuall
Church of Malmesbury that is to
say of that now remaynes.



Ex fragili lapide:
in æs perennius
inciſum, ſumptibus
Roberti Abbot gen:

D: King ſculp:

theof, & omnibus rectis diviſis ejus, ita benè & quietè, & liberè cum rectitudinibus, & omnibus conſuetudinibus, ſicut unquam *Sanctus Cuthbertus* alias terras ſuas melius & quietius habuit, cum omnibus conſuetudinibus Regis, & libertatibus quas ego habui in ipſo, dum illud poſt victoriam Angliæ in manu propria tenui, per eaſdem diviſas quibus ego ipſe, ſeu ante me Comites *Toſtius*, vel *Siwardus* ipſum manerium tenuimus. Quod ſi quis impoſterum hanc donationem meam irritare præſumpſerit, à Domini conſortio ſeparetur, & condempnatione extremi judicii cum Diabolo & Angelis ejus imperpetuum feriatur, Amen. Et ut hæc donatio mea firma ſit imperpetuum, manu propria præſentem cartam ſigno ſanctæ crucis ✠ expreſſi & confirmavi. Signum *Willi* ✠ *elmi* Regis *Angl.* Signum ✠ *Th. Ebor.* Archiep: Signum *Willielmi* ✠ *Dunelm.* Epiſc. Signum *Johannis* ✠ *Bathon.* Epiſcopi. Signum ✠ *Oſmundi Sar.* Epiſc. Sig ✠ num *Baldewini*, Abbatis ſancti *Edmundi.* Signum ✠ *Morealis* Vice-comitis. Signum *Hugonis* ✠ Comitis de *Ceſtria.* Signum *Arnoldi* ✠ de *Perceio.* Signum *Roberti* ✠. Signum *Guidonis* ✠ Abbatis. Signum *Rogerii* ✠ Comitis *Scrobeſhirienſis.* Signum ✠ *Willielmi* filii Regis. Signum *Richardi* de ✠ Curceio. Signum ✠ *Roberti* de *Redveriis.* Signum ✠ *Rodberti Bloet.* Signum *Roberti* Co ✠ mitis *Northymbr.* Signum ✠ *Rodberti Capellani.* Signum ✠ *Philippi* filii Comitis de *Ceſtr.* Signum *Alani* de ✠ *Liconia.* Signum *Ranulphi* ✠ Clerici Regis. Signum *Mauricii* Ca ✠ pellani. Signum *Philippi* filii *Rogerii* Comitis. Signum *Rodberti* de *Redveriis.* Signum ✠ *Ricardi* de *Bundevilla.* Signum *Rod* ✠ *berti* de **Hulmetſ.** (&c.) Nos autem donationes (&c.) confirmamus ſicut literæ & cartæ prædictæ rationabiliter teſtantur. In cujus (&c.) T. Rege apud *Ebor.* tertio die Junii.

Ex ſecundo Regiſtro penes *Decanum* & capitulum eccleſiæ Cathedralis *Dunelm.* 2, 1640.

EGO *Willielmus* de *Merley* filiis meis, & uxore mea conſentientibus, do Deo, & ſancto *Cuthberto*, & monachis *Dunelmenſibus* **Morewic** cum diverſis ad illam villam pertinentibus, præter unam piſcariam in *Tina*, pro anima mea, & uxoris meæ *Menialdæ*, & pro filiis meis *Ranulfo* de **Merle**, & *Goſfrido*, & *Morello*, & aliis filiis meis omnibus. ✠ Signum *Willielmi* de **Merle.** ✠ Signum *Ranulphi* filii ejus. ✠ Signum *Goſfridi* filii ejus. ✠ Signum *Moreli* filii ejus. ✠ Signum *Roberti.* ✠ Signum *Anſeri* de *Merlei.* ✠ Signum *Goſfridi* de *Cliftun*, liberè & quietè, in elemoſinam in perpetuum habendam; Et poſt mortem *Willielmi* de **Merle**, filius ejus *Ranulphus*, qui fuit hæres illius, venit *Dunelmum*, anno ab incarnatione Domini 1129. M.C.xxix. menſe Septembris, proxima die poſt feſtum ſancti *Cuthberti*, & dedit, & conceſſit & confirmavit, & ſuper ſepulchrum ſancti *Cuthberti*, per unum cultellum, obtulit prædictam terram, ſcilicet **Morewit**, ſancto *Cuthberto* & Monachis ejus in *Dunelmo*, liberam & quietam ab omni calumpnia, & ab omni ſervicio, & ab omni conſuetudine imperpetuum habendam. Ad iſtam donationem & confirmationem affuerunt præſentes hii Teſtes. Prior de **Tinemouth**, *Remigius*, *Robertus* Archidiaconus, *Johannes* de *Mundavilla*, *Willielmus* filius *Ranulphi*, *Euſtacius* ſororius ipſius *Ranulphi*, *Ricardus Tiſun*, *Robertus* filius *Normanni Bruis* de *Bointon*, *Ranulphus Blaca*, *Ellaf* Presbyter de **Hagulſtald**, *Helias* Presbyter de **Morpath**, *Willielmus* Presbyter de **Stainton**, *Gamel* de *Acle*, *Melded* de *Aclet*, *Roger Coiſners*, *Robertus Firberne*, *Radulphus* de *Winceſter*, *Unfreth* frater *Roberti* filii *Normanni*, *Edulf* de *Salwic*, *Paganus diſpenſator*, *Ranulfus* de *Merle*, *Unſpac Clibern*, *Johannes* de *Wdrinton*, *Auske* de *Mundavilla*, *Gancel.* filius *Edredi*, *Edmund filius Aculſi*, *Mervin* de *Hethewrth.*

Vide Vol. 12. pag. 845. col. 1.

MALMESBURIENSE
Cœnobium in agro Wiltonienſi.

——Amplectanda erat prædicabilis viri mentio, qui *Malmesburienſe* Monaſterium, in quo terreni incolatus prætendimus militiam, acri & pene divino mentis intuitu ex humili ad ampliſſimum ſtatum provexit, quod à quodam *Meyldulpho*, natione (ut aiunt) *Scotto*, eruditione philoſopho, profeſſione Monacho, adeò anguſtis ſumptibus elaboratum, ut inhabitantes quotidianum victum ægrè expedirent, ipſe diu multumque librato conſilio, *Aldelmo* ejuſdem loci Monacho, pro jure tunc Epiſcoporum regendum contradidit. De qua re, ut omnem ſermo noſter dubietatis deprecetur offenſam, verba ejus hic aliqua attexam. W. *Malmesburienſis* hiſt. fol. 6. a.

EGO Leutherius *gratia divina Epiſcopus, pontificatus Saxonia gubernacula regens, rogatus ſum ab Abbatibus, qui ſub jure Parochiæ noſtræ Cœnobiali Monachorum agmini Paſtorali ſollicitudine præeſſe naſcuntur, uti terram illam, cui inditum eſt vocabulum* **Maildulfesburch**, Aldelmo *Presbitero ad degendam regulariter vitam conferre largirique dignarer. In quo videlicet loco à primo ævo infantiæ, atque ab ipſo tirocinio rudimentorum liberalibus literarum ſtudiis eruditus, & in gremio ſanctæ matris eccleſiæ nutritus, vitam duxit. Et ob hoc potiſſimùm hanc petitionem fraterna charitas ſuggerere videtur. Quapropter prædictorum Abbatum precibus annuens ipſum locum tàm ſibi quàm ſucceſſoribus ſuis normam ſanctæ regulæ ſolerti devotione ſequentibus, fraterna petitione coactus, ultroneùs concedo, Actum publicè juxta flumen* **Bladon** *viij. kal. Septemb: anno incarnationis Domini 675.* 675.

Cum igitur, induſtria Abbatis accederet favori pontificis, tunc res Monaſterii in immenſum efferri, tunc Monachi undique aggregari: currebatur ad *Aldelmum* totis compitis, his vitæ ſanctimoniam, his literarum ſcientiam deſiderantibus. Erat enim vir ille cum religione ſimplex, tum eruditione multiplex, & qui famam virtute præiret. liberalium artium epotator, ut eſſet mirabilis in ſingulis, & in omnibus ſingularis. Mentior, ſi non hoc teſtantur codices de virginitate, immortalis ejus ingenli indices, quibus meo judicio nihil dulcius, nihil ſplendidius: quamvis, ut eſt noſtri ſeculi deſidia, quibuſdam pariant nauſeam, non attendentibus quia juxta mores gentium variantur modi dictaminum. Deniq; *Greci* involutè, *Romani* circumſpectè, *Galli* ſplendidè, *Angli* pompaticè dictare ſolent. Sanè quoniam dulce videtur majorum inhærere gratiæ, eorumque exemplis ignire memoriam, Non invitus evolverem quantos hic Sanctus pro eccleſiæ noſtræ privilegio ſudores inſumpſerit, quot miraculis vitam inſignierit, niſi quia aliàs avocamur: Et facta ejus etiam lippienti veraciùs apparent oculo, quam noſtro poſſint adumbrari penicillo. Innumera ſigna quæ modò apud ejus fiunt memoriam oſtendunt præſentibus præteritæ illius vitæ ſanctimoniam. Habet ille ergo laudes ſuas, habet meritis paratam gloriam, noſtra oratio proſequatur hiſtoriam. (&c.)

Ibid. Fol. 30.b.n.20. ——Ea tempeſtate (ſcilicet tempore Regis *Eadwi* filii *Edmundi* Regis, fratris Regis *Athelſtani*) facies monachorum fœda & miſerabilis erat: Nam & *Malmesburienſe* cœnobium pluſquam ducentis ſeptuaginta annis à Monachis inhabitatum clericorum ſtabulum fecit. (&c.)

Ex *libro antiquitatum* Meldunenſis *Cœnobii, ad verbum tranſcripta.*

Lelandi collectanea MS. in bibliotheca *Bodleiana*. vol. 3. p. 226.

MEildulphus vitam heremiticam ducens, ſub caſtello de *Bladow* quod Saxonicè dicitur **Ingelborne Caſtell**; fuit autem conſtructum à quodam Rege *Britanno*, nomine *Dumwallo Molvicius*. Civitas quondam ibi fuerat, quæ penitùs deſtructa fuit ab alienigenis, Caſtellum ſe munitum cuſtodivit, quod per multum tempus ſtetit ſine habitatione propinqua. Regia enim habitatio, & ejus manerium tam Paganorum, quam Chriſtianorum, non longè fuit à Caſtello apud **Kairdurberg**, quod Saxonicè dicitur **Brohambergh**, nunc verò **Brokenberg**. Prædictus Heremita petiit à caſtellanis tugurium ſibi fieri ſub caſtello, & obtinuit; non enim ibi erat magna hominum frequentatio. Hic dum ſibi neceſſaria deficerent, ſcholares ſibi in diſciplinatum adunavit, ut eorum liberalitate tenuitatem victus emendaret. Brevi enim tempore ſcholares in exiguum conventum coaluere. Horum conſortio, & exemplo S. *Aldelmus* ad plenum informatus, artem dialecticam adjeceit erudire. Unde hinc fugiens ad pedes *Adriani* Philoſophi, Abbatis S. *Auguſtini Cantuar.* per aliquod tempus ſtuduit, & ſufficienter edoctus *Meldunum* repetiit. Qui poſtea cum ſociis ſuis, ſub *Maidulpho* Monacho attonſus eſt, vivente *Meildulpho* poſt tonſionem ejus annos xiv. Caſtellum prænotatum tunc fuit ſub dominio *Elutherii* Epiſcopi *Wintonienſis*, qui dominabatur in tota *Weſt-Saxonia*. Mortuo *Maildulpho*, prædictus Epiſcopus dedit ſitum *Malmesberiæ* S. *Aldhelmo*.

Carta Berthwaldi *Regis, de* **Sumerford**, *quæ ſita eſt juxta fluvium qui dicitur* Tameſia, *quam Regali munificentia contulit* Aldhelmo *Abbati* Meldunenſis *Eccleſiæ & ſucceſſoribus ſuis hæreditate perpetua.*

Ex regiſtro cartarum Abb. de *Malmesbury*, in Scaccario, ex parte Rememoratoris Regis. Cart. 13.

EA quæ ſecundum timorem & amorem Domini, largitionis devotione diffiniuntur, quamvis ſolus ſermo ſufficeret, tamen pro incerta futurorum temporum conditione, ſcriptis publicis & documentorum geſtis ſunt confirmanda. Quapropter ego *Berthwaldus*, regnante Domino, Rex, pro remedio animæ meæ & indulgentia commiſſorum criminum, aliquam terram conferre, largiriquè *Aldhelmo* Abbati decreveram, id eſt, illam de orientali plaga fluminis, cujus vocabulum eſt **Temis**, juxta vadum, qui appellatur **Sumerford**. xl. caſſatos, ea ſcilicet definitione, ut omni ſervitute ſecularium poteſtatum portio terræ illius perpetualiter ſit libera, ad ſerviendum neceſſitatibus Monachorum, Deo ſervientium, in Monaſterio quod nominatur **Maeldubesburg**. Et ut firmius & tenacius hæc donatio in perpetuum roboretur, etiam præcellentiſſimum Monachum *Aethelredum* Regem ad teſtimonium aſcivimus, cujus conſenſu & confirmatione, hæc munificentia acta eſt. Si quis contra hanc donationem venire temptaverit, aut tyrannica fretus poteſtate, violenter invaſerit, ſciat ſe in tremendo cunctorum examine coram Chriſto rationem redditurum. Actum publicè in ſynodo juxta vadum **Berghford** menſe Julio triceſimo die menſis ejuſdem. Indictione xiij. anno ab incarnatione Domini DC.xxxv. 635.

Quomodo Lutherius Wintonienſis *Epiſcopus*, Aldhelmo *Presbytero* & Meldunenſi *Cœnobio*, *terram de* **Maldumesburg** *contulit, æterna largitione.*

Ib. Cart. 14.

SOlet enim plerumque contingere, ut autumpnali torrido faceſſante caumate, brumalia ſævientium ventorum flabra reciprocis alternatim curſibus ſuccedant, quibus procelloſa pelagi cerula inormeſquè oceani gurgites, hinc atque illinc, quatiuntur, quatinus navigio tramite, nullus abſque diſcrimine navigans, furibundo flamine carbaſa rumpente tranfretat. Ita nimirum proſtrata mundi pompulenta gloria, jamque appropinquante ejuſdem termino, fluctuantes ſeculi turbines incumbere evidenti experimento videntur, ut revera, & ullo abſque ancipiti ſcrupulo, illa Domini præſagmina, noſtris tandem temporibus comprobantur impleri: quibus ita cœleſti oraculo effatus eſt dicens, *Videte ficulneam, & omnes arbores &c.* porro inter has turbulentas ſeculi tempeſtates, ſcripturarumque flectenda ſunt gubernacula totiuſque navigii armatura atque inſtrumenta paranda: quatinus garrulo Syrenarum carmine, ſpreto ratis recto curſu, ad portum patriæ proſperè perducatur. Quamobrem, Ego *Lutherius* gratia Dei Epiſcopus, pontificatus *Saxoniæ* gubernacula regens, rogatus ab Abbatibus, qui ſub jure parochiæ noſtræ, Cænobiali Monachorum agmini paſtorali ſollicitudine præeſſe noſcuntur, uti terram illam, cui vocabulum eſt **Mealdumesburg**, *Aldhelmo* Presbitero ad degendam regulariter vitam conferre largirique dignarer. In quo videlicet loco, à primo ævo infantiæ, atq; ab ipſo tyrocinio rudimentorum liberalibus literarum ſtudiis eruditus, & in gremio ſanctæ matris eccleſiæ nutritus vitam duxit: & ob hoc potiſſimum hanc petitionem fraterna caritas ſuggerere videtur, quapropter prædictorum Abbatum precibus annuens ipſum locum de quo ſupra mentionem fecimus, tam ſibi quam ſuis ſucceſſoribus, normam ſanctæ regulæ ſollerti devotione ſequentibus, fraterna petitione coactus, ultroneus impendo, quatinus in futuram poſteritatem, remota omni diſceptationum conflictu ingruentium, quiete continua, & pace perpetua Deo famulari, ſine impedimento, valeant. Sed ne fortè contentionis occaſio deinceps, emergat, hac rationis conditione interpoſita roborans confirmo, ut nullus ſuccedentium demum Epiſcoporum, ſeu Regum hanc noſtræ donationis cartulam, tyrannica fretus poteſtate violenter invadat, aſſerens pertinaciter quod de jure poteſtatis Epiſcopatus ablatum, ſequeſtratumquè fuiſſe videretur; & iccirco ſciendum eſt, & contra æmulos promulgandum, multo magis me commodum, augmentumque pontifical: eccleſiæ addidiſſe, quam per vim abſtraxiſſe. Poſtremò ut firmior præfatæ donationis largitio jugiter manſura ſit, prædictos Abbates propriis manibus ſubſcribere juſſimus. Quod ſi quis hæc ſcripta & decreta noſtræ definitionis irrita facere nitetur, ſciat ſe ante tribunal Chriſti rationem redditurum. Actum publicè juxta flumen *Bladum* vij. kalendas Septembris anno incarnationis Chriſti DC.lxxx.

675. Ego *Leutherius*, ac ſi indignus epiſcopus, rogatus à fratribus, hanc donationis cartam ſubſcripſi.

Ego *Cunibertus* Abbas §.
Ego *Haeddi* Abbas §.
Ego *Wynibertus* Presbyter §.
Ego *Hiddi* Presbiter §.
Ego *Hedda* §.

Quomodo Athelredus *Rex, contulit* Aldhelmo *Abbati &* Meldunenſi *Cœnobio* **Heuentune** *&* **Cherletone** *juxta* **Tettebuři**.

Ibid. Cart. 15.

IN *nomine Domini Dei noſtri Jeſu Chriſti ſalvatoris.* Nihil intulimus ut Apoſtolicum teſtatur oraculum in hunc mundum, nec auferre quicquid poſſumus. Iccirco terrenis, ac caducis, æterna, & manſura mercanda ſunt. Quapropter ego *Athelredus* Rex *Merciorum*, rogatus à patricio meo, & propinquo *Coenfritho*, pro remedio animæ meæ, ac pro oratione fratrum in **Meldunesburg** Deo ſervientium, xxx. caſſatos ab occidentali parte ſtratæ publicæ; & non longè, in alio loco, quindecim, propè **Tettan** Monaſterium, *Aldhelmo* Abbati & ſucceſſoribus ejus in libertatem terrenarum ſervitutum perpetualiter, libenter largitus ſum. Et hanc donationem meam, ſacræ crucis ſignaculo, propria manu confirmavi, & favorabilium virorum claro conceſſu corroboravi, ut nulla, poſt obitum noſtrum, regalis audacitas, nec ſecularis dignitas contra decretum noſtrum confringere temptaverit. Si quis verò hanc donationem augere & amplificare voluerit, augeat Deus partem ejus in libro vitæ. Quod ſi quis, tyrannica poteſtate fretus, demere vel auferre ſatagerit, ſciat ſe coram Chriſto, novemque Angelorum ordinibus, rationem redditurum. Scripta eſt autem hæc cyrographi cartula, anno ab incarnatione Chriſti DC.lxxxj. indictione ix. Signum manus *Aethelredi* Regis *Merciorum*. Signum manus *Coenfrithi* Comitis. Ego *Theodorus* gratia Dei Archiepiſcopus confirmavi. Ego *Saxulphus* Epiſcopus §. Ego *Bolſel* Epiſcopus §.

Quomodo idem Rex dedit eidem eccleſiæ quindecim Caſſatos juxta **Tettebuři**.

Ibid. Cart. 16.

IN *nomine domini noſtri Jeſu Chriſti ſalvatoris.* Nihil intulimus, ut Apoſtolicum teſtatur oraculum in hunc mundum; verùm nec auferre quid poſſumus. Iccirco terrenis ac caducis eterna & manſura mercanda ſunt. Quapropter ego *Æthelredus* Rex *Merciorum* rogatus à patritio meo & propinquo meo *Cenfrito*, pro remedio animæ meæ, ac pro oratione fratrum in **Meldunesburg** Deo ſervientium, xv. caſſatos, prope **Tettan** Monaſterium, *Aldhelmo* Abbati libenter largitus ſum. Si quis vero hanc donationem augere & amplificare voluerit, augeat Deus partem ejus in libro vitæ. Quod ſi quis tyrannica poteſtate fretus demere vel auferre ſatagerit, ſciat ſe coram Chriſto, novemque Angelorum ordinibus, in tremendo examine rationem redditurum. Scripta eſt autem hæc Cyrographi cartula anno ab incarnatione Domini DC.lxxx. Indictione ix. Ego *Theodorus* gratia Dei Archiepiſcopus confirmavi. Ego *Saxulphus* Epiſcopus ſimiliter. Ego *Boſel* Epiſcopus §. Signum manus *Æthelredi* Regis *Merciorum*. Signum *Cenfrithi* Comitis.

De Kemela, *quam* Chedwalla *Rex dedit eidem eccleſiæ*.

Ibid. Cart. 17.

OMNIA quæ videntur temporalia ſunt, & quæ non videntur æterna ſunt; Iccirco viſibilibus inviſibilia, & caducis cæleſtia præferenda ſunt: quamobrem Ego *Cedwalla*, regnante Domino, Rex, aliquod emolumentum eccleſiæ impendere decrevi. Id eſt, terram ex utraque parte ſilvæ quæ appellatur **Kemele**, CXXXII. caſſatos. Et ita fixa & immobilis hæc donatio perſeveretur, ut nullus hoc decretum frangere aut irritum facere præſumat. Si quis verò, ſuperba inflat⁹ tyrrannide, hanc donationem violare aut prævaricare temptaverit; noverit ſe, in tremendo cunctorum examine, coram Judice vivorum & mortuorum, rationem redditurum. Scripta eſt verò hæc cartula Indictione prima, menſe *Auguſto*, Anno ab Incarnatione Domini DCLXXXII. 682.

Signum manus *Cedwallani* Regis.
Ego *Heddi* Epiſcopus conſenſi.
Signum manus *Ciſi*.
Ego *Wynberthtus* ſubſcripſi.

Carta Regis Eadwardi *de libertate* Meldunenſis *Eccleſiæ*.

Ibid. Cart. 42. Et Par. 4. E. 4. parte 3. m. 12. per Inſpex. Et Cart. antiq. q. n. 1.

QUæcunque ſcripta ſunt, dicit Apoſtolus, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus. Iccirco terrenis & caducis, æterna & manſura mercanda ſunt, & cum ſpe bona perquirenda. Ipſe enim Deus retributionem omnium actuum noſtrorum in die examinationis, juxta uniuſcujuſq; meritum, reddet. Ideoq; ſubtiliſſima mentis certatione, & ardenti inquiſitione, illũ imitari ſatagamus. Licet mortalis vitæ pondere preſſi, & labentis hujus ſæculi poſſeſſionibus miſerabiliter ſimus infecati, tamen miſerationis ejus largitate, caducis opibus æterna cœleſtis vitæ proemia mercari quæramus. Quapropter ego *Edwardus*, ſuprema gratia largiente, *Anglorum* regalia Sceptra gubernans, rogatus à *Bribtrico* Abbate *Meldunenſis* Cœnobii, cum conſenſu Epiſcoporum, optimatumq; meorum, ob honorem ſanctæ Dei genetricis *Mariæ* perpetuæ virginis, & ob reverentiam Sancti *Aldhelmi*, ejuſdem Cœnobii quondam abbatis, Deinde *Schiraburnenſis* præſulis, cujus corpus glorioſum, in eadem eccleſia venerabiliter requieſcit, & multis patratis miraculis eluſceſcit; Concedo, & regali auctoritate præcipio, quatinus eadem eccleſia, omnes terras & poſſeſſiones ſuas, quas hodierna die tenet & poſſidet, vel in futuro, largitione quorumlibet fidelium, tenenda eſt, vel poſſidenda, perpetuo jure, & perpetua pace teneat atque poſſideat. Subſcribimus enim nomina terrarum, & nomina eorum qui eas Eccleſiæ, fideli devotione, contulerunt. Imprimis *Newentuna* ex dono *Eathelredi* Regis; Terra eſt xxx hidarum, ſita ab occidentali parte ſtratæ publicæ quæ *Foſſa* nominatur. Item **Bemele**; Terra eſt xxx. hidarum, quarum quatuor ſunt in *Chellewrtha*. Hanc terram dedit *Adhelmo* Abbati *Cedwalla* Rex; Sita eſt in orientali plaga ſtratæ publicæ ſupra-nominatæ. Item *Pirituna*; Terra eſt xxxv. hidarum, de orientali parte ſilvæ quæ dicitur **Bradon**. Hanc dedit *Chedwalla* Rex *Aldhelmo* Abbati. Item *Creddewilla*; Terra eſt xl. hidarum: De iſta terra **Eaſtcotun, Honekynton, Morcotun**: Terram iſtam dedit *Æthelwlfus* Rex Chriſtianiſſimus. Item eadem eccleſia tenet *Cheorletuna*; Terra eſt xx. hidarum: Hanc dedit idem Rex *Æthelwlfus*. Item **Dometeſig**: terra eſt x. hidarum; Hanc dedit idem Rex *Æthelwlfus*. Item eadem eccleſia tenet **Wdetun**: Terra eſt x. hidarum, ſita eſt intra ſilvam **Bradon**; Hanc dedit *Æthelſtanus* Rex venerabilis, eccleſiæ *Meldunenſi*. Item *Bremela*; Terra eſt xxxviij. hidarum. De iſta terra eſt **Pwerig, Spætful, Chedecotun, Foxham, Avene**; Terram iſtam dedit Rex *Æthelſtanus*. Item, ex donatione ejuſdem Regis *Æthelſtani*, ipſa eccleſia tenet *Nortuna*, pro v. hidis. & **Sumerford** pro v. hidis. Item eadem eccleſia tenet **Brokeneberge**: Terra eſt quinquaginta hidarum; Hanc dedit Rex *Eadwy*. De hac eadem terra **Grutenham** pro j. hida, & ex occidentali parte fluminis, quod *Avena* nominatur, & *Suttuna* pro x. hidis. *Rodburna* pro x.; *Corſtuna* pro x.; **Cusfalde** pro iij.; **Bremelham** pro ij. hidis. Item *Brinkenetha*; Terra eſt v. hidarum. Hanc dedit quidam vir nobilis *Leofſi* nomine. Item *Hewy*; Terra eſt xl. hidarum. Hanc dedit *Æthelred* Rex. Item ipſa eccleſia tenet **Litletun**; Terra eſt v. hidarum: Hanc dedit *Uvenothus Æthelredo* Rege ſuo annuente. Ego igitur *Eadwardus*, Dei miſericordia *Anglorum* Rex, concedo atque præcipio quatinus eccleſia iſta ſit libera & quieta ab omni mundiali jugo. Scilicet de ſchiris, Hundredis, & placitis, & querelis, & omnibus geldis, & conſuetudinibus; concedo etiam ei libertatem plenariam; Id eſt, **Sacam** & **Socam Tol**, & **Tem**, & **infangenethefe, Monbriche, Hamſokne, Forſtell**. Quicunque ergo hanc noſtram donationem, ſeu libertatem ſervaverit, perducat eum Dominus ad gaudia Paradiſi. Qui vero contempſerit, ligatis manibus & pedibus mergatur in profundum inferni. Acta eſt hæc præfata libertas anno dominicæ incarnationis mileſimo lxv. Indictione iv. Hiis teſtibus conſentientibus quorum inferius recitantur nomina.

Ego *Eadwardus* Rex *Anglorum* præfatam donationem, cum titulo ſanctæ crucis, confirmavi; & impreſſione ſigilli mei conſolidavi.

Ego *Eadgith* Regina conſenſi & laudavi.
Ego *Stigant* Archiepiſcopus §
Ego *Ealdſith* Archiepiſcopus roboravi.
Ego *Hereman* Epiſcopus adquievi.
Ego *Leofric* Epiſcopus impreſſi.
Ego *Wyllelm* Epiſcopus ſavi.
Ego *Harold* Dux confirmavi.
Ego *Toſti* Dux carraxavi.
Ego *Gyfd* Dux prætitulavi.
Ego *Leofwyne* Dux ſubarravi.
Ego *Æthelnodus* Abbas ſubſcripſi.
Ego *Alwy* Abbas ſubſcripſi.
Ego *Ordrich* Abbas §.
Ego *Algelſige* Abbas ſubſcripſi.
Ego *Wlfric* Abbas §.

Ego *Britbricus* Abbas ſupra-nominati Cœnobii, lectis & diligenter perſcrutatis eccleſiæ noſtræ cartis, hanc ſcedulam dictã, & propria manu conſcripſi, & cum titulo venerandæ crucis, confirmavi, coadunavi & concluſi.

De libertate Meldunenſis *Cœnobii, Carta Regis* Willielmi *primi.*

Ibib. Cart. 43. Et Cart. antiq. q n. 2.

Regnante imperpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, *illoque regente ac dominante omnibus elementis, qui etiam incomparabili pietate, & magna Majeſtate omnia ſuſtentat, cunctaque prout vult ſive viſibiles, ſive inviſibiles, pulchro moderamine diſponit atque diſpenſat. Quapropter Ego* Willielmus, *Deo diſponente, Rex* Anglorum, *cæterarumque gentium circumquaque perſiſtencium, Rector, ac Dux* Normannorum, *rogatus à fideliſſima conjuge mea* Matilde *Regina, & multis Epiſcopis & Baronibus meis, conceſſi* Warino *Abbati* Meldunenſis *Cœnobii, ejuſque Succeſſoribus, eandem donationem terrarum atque poſſeſſionum, quam omnes prædeceſſores mei huic eccleſiæ providerunt & tribuerunt. Et quoniam eadem eccleſia in honore Dei genetricis, & perpetuæ virginis* Mariæ *fundata eſſe dinoſcitur, atque ſanctiſſimi* Aldhelmi *corpus ibidem requieſcit, & multorum Sanctorum reliquiæ, maximè patroni noſtri, & præſulis* Rothomagenſis; *dono & concedo huic* Eccleſiæ *perpetuam libertatem, & eandem, ſcilicet quam donavit Rex* Edwardus. *Hac eſt, ut ſit libera & quieta de* Schiris *&* Hundredis, *& placitis & querelis, & omnibus geldis & conſuetudinibus. Concedo etiam ei* **Sacam** *&* **Socam**, *&* **Tol** *&* **Tæm**, *&* **Infangenethef, Monbriche, Hamſokene, Foreſtal**. *Si quis autem, quod aabſit, à Diabolico inflatus ſpiritu, hoc meum regale donum infringere temptaverit, ſciat ſe proculdubio ante diſtricti tribunal Judicis titubantem, tremebundumquè, turba Archangeli perſtrepente, anathematizatum, niſi prius digna ſatisfactione emendare voluerit. Quicumque ſervaverit regnare cum domino Jeſu Chriſto mereatur in gloria Paradiſi. Facta eſt hujus donationis Cartula, anno ab Incarnatione*

Domini noſtri Jeſu Chriſti MLXXXI. *Indictione* IIII. *Anno Regni* Willielmi *Regis fortiſſimi* XV. *Hiis teſtibus ſubſcriptis.* Ego Willielmus *Rex* Anglorum *hoc danum confirmavi.* Ego Matildis *Regina ſiguavi.* Ego Lanfrancus *Archiepiſcopus* §. Ego Odo *Epiſcopus* Bajocenſis *ſubſcripſi.* Ego Oſmundus Sarisbirenſis *Epiſcopus* §. Ego Remigius *Epiſcopus* Lincolnienſis. §. Ego Goſfredus Conſtantienſis *Epiſcopus* §. Ego Walthelmus Wintonienſis *Epiſcopus* §. Ego Walterus Eveſhamii *Abbas* §. Ego Rodbertus *Comes* ſubſcr. Ego Henricus, *Regis filius* §. Ego Halamius *Comes* ſubſcr. Ego Baldwinus *Vicecomes* §. Ego Rodbertus Danteſeia §. *Actum* Lundonias *aſſiſtente* Warino *Abbate.*

De Garſduna, *quam* Matildis *Regina dedit eidem Eccleſiæ.*

Ibid. Cart. 44.

O*Mnibus orthodoxis, notum eſſe, remota omni ambiguitate cognoſco puro corde, bona facientes, æterna præmia recepturos. Quare* Ego Matildis *Dei gratia Regina & legalis* conjux Willielmi Anglorum *ſtrenuiſſimi Regis, cæterarumque gentium circumquaque perſiſtencium præpotentis rectoris, ac* Normannorum *nobiliſſimi Ducis, eodem præclariſſimo viro, volente & ſincero corde conſentiente, atque reverendo* Warino *Abbate hoc poſtulante, dedi Sanctæ Dei genetrici* Mariæ *integerrimæ Virgini, ſanctoque* Aldhelmo *in* Meldunenſi *Monaſterio, quandam terram* Gerſdunam *nomine, uti habebam propriam, cum omnibus ſibi accidentibus hæreditario jure imperpetuò habendam, ad voluntatem Monachorum in opere Dei ibi aſſiſtentium, atque ante divinæ conſpectum clementiæ preces fundentium, pro meorum remiſſione peccatorum, & filiorum. Illa autem terra trium hidarum menſuram continet, & ſupradicti Monaſterii terris undique circumvallatur. Hanc verò donationem, gratulanter feci, imperante ſummo atque ineſtimabili Domino noſtro* Jeſu Chriſto, *ineffabilis incarnatiouis ejuſdem Anno MLXXXI. Indictione IIII. Regnante Sereniſſimo Rege* Willielmo, *XV. anno, in menſe* Februario.

Ego Willielmus *Rex* Anglorum *hoc donum firmavi & manu mea ſignavi, Signum* Matildis *Reginæ quæ hoc donum fecit. Signum* Lanfranci *Archiepiſcopi. Signum* Bajocenſis *Epiſcopi. Signum* Remigii Lincolnienſis *Epiſcopi. Signum* Oſmundi Sareſbirienſis *Epiſcopi. Signum* Goſfredi Conſtantienſis *Epiſcopi. Signum* Walchelini Wintonienſis *Epiſcopi. Signum* Walterii *Abbatis* Eveſhamii. *Signum* Rodberti *Comitis. Signum* Henrici *filii ejuſdem Regis. Signum* Halamii *Comitis. Signum* Baldewini *Vicecomitis. Signum* Edwardi *Vicecomitis.* Lanfrancus *Archiepiſcopus, auctoritate Dei omnipotentis & ſuorum Clericorum, & poteſtate qua poſſumus, Excommunicamus illos qui in Concilio, vel facto, erunt, quod* Garſduna *ſeparetur à proprio uſu Monachorum* Meldunenſium. *Omnes ſupraſcripti hæc confirmaverunt.*

De Eccleſia Sancti Nicholai *apud* Lundonias.

ANno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MLXXXIIII, Indictione VII. Regnante *Willielmo* Rege in *Anglia*, Ego *Godwynus* cum uxore mea *Turund* pro redemptione animarum noſtrarum, & remiſſione peccatorum noſtrorum & omnium Chriſtianorum dedi Sanctæ *Mariæ*, & Sancto *Aldhelmo* Confeſſori in *Meldunenſi* Eccleſia, per manus *Warini* reverendi Abbatis, qui tunc præerat illi Monaſterio, Eccleſiam meam quæ dedicata eſt in honore ſancti *Nicholai*, & omnes domos meas, cum omnibus mihi pertinentibus, perpetuo jure ad habendum & poſſidendum. Et hoc donum feci in eadem domo in manu ſupradicti Abbatis, in præſentia ſuorum hominum, & meorum vicinorum. Quorum hæc ſunt nomina. *Robertus* & *Safelmus*, *Elwynus*, *Aldwynus*, *Godwynus beare*, *Ælrich*, *Godriceſſune*, *Hanuc*, *Cytel Goldſmyth*, *Elwynus Preſt*, *Leowynus Preſt*. Hic idem ſupradictus Abbas me, cum uxore mea, fecit fratres ſuæ Eccleſiæ quatinus ibi jaceamus, & partem in omnibus bonis factis eorum habeamus. Inſuper etiam vi. libras reddidit pro me *Theodrico* monetario pro dimidia terra quam tenebat *Ewart aurifaber*, *Elart Miniſter* terræ, *Ewyn*, *Chetel*, *Alwynus*, *Ulveret preſt*, *Alwynus Preſt*, *Leuſſi* filius *Croc*, *Berard* frater *Algob*. *Francigenæ* homines Abbatis. *Radulfus* de *Bernay*, *Cerlo Presbyter*, *Meinardus*, *Ricardus*, *Tovius*, *Anglus*. Hii ſunt teſtes conventionis *Warini* Abbatis & *Godwyni*.

De exemptione Monaſterii Malmesburiæ.

Ibid. Cart. 79.

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati Monaſterii *Malmesburiæ* ejuſque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium *Malmesburiæ Sarisburienſis* dioc. in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcepimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes ut ordo Monaſticus, qui ſecundùm Deum & beati *Benedicti* regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè ac Canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis procurante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinenciis ſuis, villam de **Malmesbury**, & ſancti *Pauli* & S. *Mariæ* ejuſdem villæ eccleſias, cum omnibus pertinentiis earundem. Villam de **Crevewelle** cum omnibus pertinentiis ſuis. Jus patronatus quod habetis in eccleſia villæ ipſius... De **Kemele**, de **Peritone**, de **Bremel**, de **Sutton**, de **Norton**, de **Nywenton**, de **Litletone**, de **Brinkewrth**, de **Gretehaw**, de **Ywerigge** & de **Garſdone** villas, cum omnibus pertinentiis earundem. Jus patronatus quod in eccleſiis prædictarum villarum habetis. Manerium quod habetis in loco qui *Album Monaſterium* nominatur cum pertinentiis ſuis. **De Brokenbereg**, de **Cheorletone**, de **Corſtone**, & de **Rodburne** villas, & ipſarum villarum capellas, cum omnibus pertinentiis earundem. Jus patronatus quod habetis in eccleſia villæ de **Minti**. Jus patronatus quod habetis in eccleſia beati *Nicholai* de *Londoniis*. Prioratum beatæ *Mariæ* de **Pilton** cum omnibus pertinentiis ſuis. Terras quas habetis in locis quæ dicuntur **Newebold**, **Fulinge**, **Walecote**, **Winkeworthe**, *la* **Lee**, & **Munechene-hamptone**. Terras quas habetis, in de *Glovernia* & de **Sutheamptone** villis. Terras quas habetis in civitate *Wyntonienſi*. Decimas quas habetis in, de **Kemele**, de **Credewelle**, de **Peritone**, de **Newentone**, de **Suindone**, de **Corſtone**, de **Rodburne**, de **Burgton** & **Thornhull** villis. Decimas quas habetis in, de **Brokeneberg**, de **Cleverdon**, de *la* **Lée**, de **Cheorletone**, de **Brinkewrthe**, de **Culerna**, & de **Brocton** villis. Decimas quas habetis in, de **Bromel**, de *la* **Hangher**, de **Forham**, de **Garſdon**, de **Gretcham**, & de **Pwerigge** villis. *Grangiam* de **Cufold** cum pertinentiis ſuis. Annuos redditus quos habetis; Sex, videlicet, marcarum argenti in eccleſia beati *Pauli* villæ de **Malmesburye**. Quinque marcarum in eccleſia beatæ *Mariæ* ejuſdem villæ. Quatuor marcarum in eccleſia villæ de **Peritone**. Trium marcarum in eccleſia villæ de **Norton**, duarum marcarum in eccleſia villæ de **Minti** & unius marci in eccleſia villæ de **Kemele**. Viginti ſolidorum ſterlingorum in eccleſia villæ de **Sutton**. Decem ſolidorum in eccleſia villæ de **Garſdone**. Octo ſolidorum in eccleſia villæ de **Newenton**, & quinque ſolidorum in eccleſia beati *Nicholai Londonii*. Redditum quam habetis in eccleſia villæ de **Compton**, cum pratis, terris, nemoribus, uſuagiis & paſcuis, in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum quæ propriis manibus vel ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animantium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & abſolutos, & ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliquo retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit, ſine Abbatis ſui licentia, de eodem loco niſi arctioris religionis obtentu, diſcedere. Diſcedentem verò, abſque communium literarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Criſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, à dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem ſacroſanctæ Romanæ ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper ut, infra fines parochiæ veſtræ, nullus ſine aſſenſu dioceſani Epiſcopi & veſtro, capellam ſeu oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc, novas & indebitas exactiones, ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Archidiaconis ſeu decanis, aliiſque omnibus eccleſiaſticis ſecularibuſvè perſonis, à vobis omnino fieri prohibemus; Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, aut etiam publice uſurarii, nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia illarum eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea & poſſeſſiones, ad jus eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad eccleſias ad quas pertinet revocandi, libera ſit vobis, de veſtra auctoritate, facultas. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi, qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia, præponatur, niſi quem fratres, communi conſenſu, vel fratrum major pars conſilii ſanioris, ſecundùm Deum & beati *Benedicti* Regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtræ, paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, ut, infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum, nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violenciam audeat excercere.

Præterea omnes libertates & immunitates â prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultis, auctoritate apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis Apoſtolicæ auctoritate & dioceſani Epiſcopi Canonica juſticia, & in prædictis decimis moderatione Conſilii generalis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona, huic noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiovè commonita niſi reatum ſuum, congrua ſatisfactione, correxerit, poteſtatis honoriſq; ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eodem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem proemia æternæ pacis inveniant, *Amen*, *Amen*, *Amen*.

Ego *Innocentius* Catholicæ Eccleſiæ Epiſc. (&c.) Datum *Lugduni* (&c.) tertio Id. *Octobris*, Indict. vij. Incarnationis Dominicæ MCCXLVIII. Pontificatus verò Domini *Innocentii* quarti, Anno ſexto.

AREÆ WESTMONASTERIENSIS ECCLESIÆ ICHNOGRAPHIA.

The Ichnography of the Church of Westminster.



Pro ſummâ ſuâ erga hunc
rentum ſuorum ſelectiſſi
mum requieſcendi locum
benevolentiâ et pietate:
P.
Randulphus Crew Arm:

⚜ Capella Regis Henr: 7
1. Rex Henri: 7. et Vxor an.° 1509.
2 Dux Richm: et Lenoxiæ, et vxor, a° 1624
3 Comitiſſa Richm: et Derb: mater Regis H. 7 an° 1509
4 Maria Stuarta Scot: Regina, an° 1587
5 Comitiſſa Lenoxiæ, avia Regis Iac: an° 1577
6 Dux Buckingh: et vxor an° 1628
7 Duæ filiæ Iac: Regis: ſcil: Maria et Sophia. an° 1606. et 1607
8 Regina Elizabetha an° 1602

‡ Capella Sti. Nicholai
1 Eliz: D. Cecill an° 1591
2. Duciſſa Somerſet: an° 1587
3 Nicholaus Baro Carew an° 1470
4 Georgius Fane Eq: aur: et vx: 1618
5 Anna Comitiſſa Oxon: et Domina Burleigh. 1588
6 Guil: Sutton, alias Dudley, Epiſcop: Dunelm:
7 Super Pyramidem cor, in poſculo, filiolæ Chriſtoph: Harzlej Viceecom: Bellomontis, 1606
8 Winifrida Marchioniſſa Winton: 1586
9 Eliz: domina Roſse
10 Philippa Duciſſa Ebor: an° 1474
11 Maria Comitiſſa Buckingh: cum Georg: Villerio Eq: aur: marito, 1505

ǂ Capella Sti. Edmundi
1 Ioh: de Eltham Co: Cornub:
2 Duo liberi Regis Edw: 3.
3 Franciſca Duciſſa Suffolciæ 1563
4 Franciſcus Holles Arm: 1622
5 Elizabeth Ruſſell, 1600
6 Ioh: Dominus Ruſſell 1584
7 Bern: Brocas Eq: aur:
8 Humfrey Bourchier dom: Cromwell. 1471
9 Ric: Peckſall Eq: aur: duæ vx: et 4 filiæ,
10 Comes Salopiæ et Vxor 1617
11 Comes Pembrochiæ, 1304
12 Duciſſa Glocestriæ 1399
13 Rob: Walbeus Ebor: Archiep: 1509

⊙ In ſpacio interjecto ſepeliuntur liberi quatuor Edw: 1 Regis. et 3 liberi Hen: 3 Regis. 1323

※ In Capella Sti. Benedicti
1. Gabriell Goodman Decanus Eccl: 1601
2 Franciſca Comitiſsa Hertfordiæ 1598
3 Simon Langham Cantuar: Archiep:
4 Gulielmus Bill Decan, eccl: 1561
5 Lionellus Granfeild Co: Middls: et vxor 1645

Δ In auſtrali parte Eccleſiæ
1 Galfr: Chaucer Poeta 1400
2 Mich: Drayton Poeta, 1631
3 Edw: Spenſer Poeta, 1596
4 Ric: Cox Eq: aur: 1625 ✱
5 Iſaacus Cauſabonus, 1614
6 Guliel: Cambdenus 162
7 Guliel: Thynne arm: 1584
8 Thomas Richardſon eq: aur: cap: Iuſtic: de Banco, regis
9 Thomas Owen ar: 1598

⊔ In Capella S. Pauli.
1 Ludov: Robſert et vx:
2 Anna dna Cottington, 1655
3 Franciſca Com: Suſſexiæ 1589
4 Dudlejus Carleton. Viceco: Dorceſtriæ. 1631
5 Thomas Bromley Eq: aur: 1587, Cancellarius Angl:
6 Iacobus Fullerton eq: aur: et vxor,
7 Ioh: Puckring eq: aur: D: 1596 Custos magni Sigilli Ang:

◇ In Capella St. Ioh: Bapt:
1 Georgius Flaccet Abbas Weſtm:
2 Thomas Ruthall Epiſc: Dunelm:
3 Guliel: de Colcheſter Abbas Weſtmo:
4 Henr: Carey Baro Hunſdonia 1596
5 Duo Liberi Comitis Argatheliæ
6 Tho: Vaughan eq: aur:
7 Tho: Cecill Co. Exon: cum prima vxore, 1622

☾ Ad ingreſsum oſtij huius Capellæ in columna, à dextra parte, est monumentum D. Ianæ Crew cum marito et liberis, et à ſiniſtra parte oſtij in columna, monumen

Ⓡ In Capella St. Eraſmi
1 Iohannes Iſlip Abbas Weſtmonaſt:
2 Chriſtop Hatton de Balneo miles cum vx: 1619

⊙ In Capella St. Ioh: Evang:
1. Tho: Parry eq aur 1560
2 Ioh: Harpenden eq aur: 1457
3 Ioh: Eſtney Abbas Weſtm: 1498
4 Georgius Holles eq: aur: 1626
5 Franciſcus vere eq aur 1608

✕ In Capella Sti. Andreæ
1 Edw: Kirton Abbas Weſtmon: 1466

♛ In Capella Regia
A Ric: 2. Rex Angl: cum vx: prima 1399
B Edw: 3. Rex Angl: 1377
C Regina Philippa, vx: Regis E. 3. 1369
D Henricus 5. Rex Angl: 1422
E Regina Alianora, vx: Ed: 1. R. Angl: 1298
Eliz: filia Primogenita Henrici 7. 1495
F Henr: 3. Rex Angl: 1273
G Edw: 1 Rex Angl: 1308.
H S. Edw: Confeſsor Rex Angl: 1065.
I Margareta filia Regis E. 4. 1472.
K Thomas de Wodſtoke D. Glouc: 1397
L Ioh: de Waltham Sariſb: Epiſc:
Solium Regni Scotici

◡ In auſtrali parte Sacrarij
1 Sebertus orient: et Medio-sax: Rex. 616
Anna Clivenſis 1557

◠ In Boreali parte Sacrarij
1 Edm: cogno: Crouchbake, Lanc: Comes. 1297
2 Audomarus de Valentia Comes Pembrochiæ,
3 Adelina Comitiſsa Lanc: 1269

✝ In Boreali parte Eccleſiæ,
Thomas Heſket eq: aur: 1605
Iana Stotefull 1631
Didacus Sanchez 1557
Margeria Dnā Forteſcue 1615

Scala Pedum

WESTMONASTERIENSE
Cœnobium infra Comitatum Middleſexiæ.

Ex hiſtoria fundationis Abbatiæ *Weſtmonaſterienſis* per *Richardum Sporley* Monachum ejuſdem loci, in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie Claudii A, 8.]

Pro fundatione hujus Abbatiæ Weſtmonaſterii, *in dedicatione ejuſdem, ex antiquitate patet evidenter ex vetuſtiſſimo cronicarum libro, veteri Anglorum ſive Saxonum linguâ conſcripto.* Cap. j.

A Primitivo tempore Chriſtianæ fidei inter *Britones* habitæ, hoc eſt à diebus *Lucii* Regis eorundem, qui primus in hoc Regno, id eſt, ſub anno gratiæ C. lxxxiv, legem divinam ſimul, & ſanctæ regenerationis lavacrum legitur ſuſcepiſſe, Iſte locus ad honorem Dei fundatus & conſecratus fuerat, atque ad Regiam ſepulturam, regaliumque repoſitorium ſpecialiter erat deputatus. Qui quidem locus in eâdem per multa Regum tempora permanſit dignitate, quouſque ſæviente, per totam *Britanniam* graviſſima *Diocleſiani* Imperatoris perſecutione, dejectum eſt inter cætera hoc ipſum Chriſtianorum habitaculum, ac deinde, juxta morem ritumque gentilium, in prophanum *Apollinis* templum ſacrilegâ poteſtate commutatum. Sicque factum eſt, ut ibi prius in ſuâ Deus colebatur eccleſia, ibidem poſtea fierent idolorum ſacrificia, & ablatâ memoriâ Chriſtianorum fidelium, caput efficeretur immolationis Regum paganorum. Evolutis itaque, ſub hac tempeſtate, non paucis annorum curriculis, ſed & multo poſtea tempore, langueſcente demum *Brittannorum* fide, & juſtitiâ, convenit, per vices, in diverſas *Britanniæ* partes incredulæ gentis *Anglorum* & *Saxonum* multitudo copioſa. Qui tandem totius inſulæ nacti dominium, ſecundum patrias leges, in cunctis Regni provinciis, aras & phana diis ſuis erigunt, eccleſias Chriſti ſubvertunt; Chriſtianos ejiciunt, & paganiſmi cultum in omnes fines terræ ſuæ dilatant. Rediit itaque veteris abhominationis ubique ſententia; à ſuâ *Britones* expelluntur patriâ, immolat *Dianæ Londonia*, thurificat *Appolloni* ſuburbana *Thorneia*, & variis erroribus circumquaque ſeducta Regio paganiſat univerſa. Fuerat autem ipſa *Thorneia* inſula *Thamenſi* fluvio circumdata, ab occidente civitatis poſita, qnæ nunc plaga *Weſtmonaſterii* eſt appellata. *Anglorum* denique populo tenebris ignorantiæ diucius eccæcato illuxit ſol juſtitiæ, Dominus oriens ex alto nempe, ſub anno gratiæ ſexcenteſimo quarto, beatus *Gregorius* miſit in *Britanniam* ſervum Dei *Auguſtinum* monachum, unâ cum aliis ejuſdem Regionis viris clariſſimis, *Mellito* ſcilicet & *Juſto*, atque *Laurencio*, reliquiſque multis, quibus orientalem Regni plagam, id eſt, *Kanciam* ingreſſis, & verbum ſalutis æternæ ibidem prædicantibus, Rex ipſe nomine *Ethelbertus*, gratiâ ſancti Spiritus illuſtratus, cum populo ſibi ſubdito, relicto mox gentilitatis errore, ſacræ fidei doctrinam, ſimul & baptiſmi gratiam conſecutus eſt ſalutarem. Denique Rex *orientalium Saxonum Sebertus*, dicti Regis *Ethelberti* ex ſorore nepos, ſimiliter accepto ſanctæ regenerationis lavacro, dejecit funditùs Appollinis templum propè **London** in *Thornenſi* Inſula, ut dictum eſt, ſituatum, & eccleſiam ibidem in honore beati *Petri* Apoſtolorum Principis, devotè fundavit & conſtruxit, quam poſtea idem cœleſtis claviger, in ſpiritu, cum ſupernorum civium comitatu, Deo & ſibi conſecravit.

Capitulum ſecundum ejuſdem fundationis & dedicationis, ut, in alia cronicâ vetuſtâ, invenitur.

TEmpore quo Rex *Ethelbertus*, qui regnavit in *Kancia*, prædicante beato *Auguſtino*, fidem ſacram ſuſceperat; nepos quoque ejus *Sebertus*, qui orientalibus *Saxonibus* præfuit, fidem, beato *Mellito* prædicante, ſuſcepit. Igitur in *Londonia* Civitate, Rex *Cantuariorum Ethelbertus*, juxta muros, eccleſiam in honore beati *Pauli* conſtruens, Epiſcopali eam ſede voluit eſſe ſublimem. Cui S. *Mellitus*, quem beatus *Gregorius*, cum pluribus aliis, in adjutorium miſerat *Auguſtino*, merito ſimul & honore pontificali, primus omnium præfuit. *Sebertus* autem, Rex *Eſſexiæ*, beato *Petro* devotus, in occidentali parte ejuſdem civitatis extra muros, in honore beati *Petri*, Monaſterium inſigne fundavit, multis illud donariis ornans, & ditans poſſeſſionibus. Venerat autem tempus, quo eccleſia in eo fuerat dedicanda, paratiſque omnibus pro loco, pro tempore, pro Monaſterii dignitate, agente etiam ea nocte in tentoriis Epiſcopo, dies craſtina præſtolabatur; magna plebis expectatio, quæ adhuc rudis in fide, hiis ſolenniis intereſſe non ſolum pro devotione, ſed etiam pro admiratione gaudebant. Eâdem nocte piſcatori cuidam in *Thamenſis* fluvii, qui eidem Monaſterio ſubterfuit, ulteriori ripâ, in habitu peregrino, beatus *Petrus* apparens, promiſſâ mercede, tranſponi ſe ab eodem, & peciit, & promeruit. Egreſſus autem è navicula, eccleſiam piſcatore cernente, ingreditur; & ecce ſubitò lux cœleſtis emicuit, miroque ſplendore colluſtrans omnia, noctem convertit in diem. Affuit cum Apoſtolo multitudo civium ſupernorum & choris Chriſtum dicens præeuntibus, melodiâ inſonuit; omnia plena lumine, omnia refecta dulcedine, aures Angelicæ vocis mulcebat jocunditas, nares indicibilis odoris fragrancia perfundebat, oculos lux ætherea illuſtrabat. Videbantur quaſi mixta terrena cœleſtibus, humana conjuncta divinis, &, quaſi in ſcala *Jacobi*, Angeli deſcendentes & aſcendentes, in illis ſacris ſolempniis viſebantur. Quid plura? Peractis omnibus, quæ ad eccleſiæ dedicationem ſpectant, ſolempniis, rediit ad piſcatorem piſcium piſcator egregius hominum; quem, cum, divini luminis fulgore perterritum, alienatum penè ſenſibus reperiſſet, blandâ conſolatione reddidit hominem ſibi, animum rationi.

Ingredientes cimbam ſimul uterque piſcator inter loquendum Apoſtolus hominem eiſdem, quibus ſe quondam magiſter ſuus conveniens verbis, *nunquid ait pulmentarium non habes?* Et ille, timui enim inconſuetæ lucis perfuſione ſtupidus, cum expectatione tui detentus nihil cepi, ſed promiſſam

miſſam à te mercedem, ſecutus expectavi. Ad hæc Apoſtolus, *laxa nunc inquid recia in capturam.* Paruit imperanti piſcator, & mox implevit rete piſcium maxima multitudo, quibus ad ripam extractis, Hunc, inquid, Salmonem, Apoſtolus, qui cæteris magnitudine, precioque præcellit, *Mellito* ex mea parte piſcem defer Epiſcopo; Pro nautica verò mercede, cætera tibi tolle. Ego ſum *Petrus* qui loquor tecum, qui cum meis concivibus conſtructam in meo nomine baſilicam dedicavi, Epiſcopalemque benedictionem meæ ſanctificationis auctoritate præveni. Dic ergo Pontifici quæ vidiſti & audiſti, tuoque ſermoni ſigna parietibus impreſſa, teſtimonium perhibebunt. Superſedeat igitur dedicationi, ſuppleat quod omiſimus, Dominici ſcilicet corporis & ſanguinis ſacro-ſancta miſteria, populumque ſermone erudiens, & confirmans benedictione, notificet omnibus hunc me locum crebrò viſitaturum; Hic me fidelium votis ac precibus affuturum, ſobriè verò, juſtè & piè, in hoc loco viventibus, cœli januam reſeraturum. Hiis dictis clavicularius cœleſtis diſparuit, Et jam nocturnis tenebris finem dedit aurora, cum beato *Mellito*, ut putabat, ad futuræ dedicationis celebranda miſteria proceſſuro, cum piſce Piſcator occurrit, quem cum Epiſcopo reſignaſſet, omnia, quæ ei ab Apoſtolo fuerant mandata, proſequitur. Stupet Pontifex, reſeratiſq; ſacræ jam baſilicæ valvis, videt pavimentum utriuſque Alphabeti inſcriptione ſignatum, parietem bis ſenis in locis ſanctificatis oleo litum, tot cereorum reliquias duodenis crucibus inhærere; & quaſi recenti reſperſione adhuc cuncta madeſcere. Nihil ulterius ambiguitatis de hiis quæ piſcator aſtruxerat, in cujuſquam animo potuit reſidere, cujus aſſercioni ſigna cœleſtia teſtabantur. Refert hoc Epiſcopus populo, & mox una vox omnium pulſat cælos laudancium Deum, & benedicencium, qui ad fidem omnium confirmandam, in hujus templi ſanctiſſimi dedicationem cœli terræque patriam unam fecit rempublicam. Dat fidem miraculo piſcatoris illius tota ſucceſſio, quæ, ſicut à patre acceperat, totius emolumenti, quod ei ars illa deinceps conferret, beato *Petro*, eique ſervientibus offerre decimas non deſineret.

Capitulum tertium, de eadem materiâ, prout reperitur in vitâ Sancti Melleti *Epiſcopi* Londinenſis, *contemporanei Sancti* Auguſtini.

ANno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo quarto, beatus *Auguſtinus Britanniarum* Archiepiſcopus, ordinavit duos Epiſcopos, *Mellitum* & *Juſtum*; *Mellitum* ad prædicandum Provinciæ *Orientalium-Saxonum*, qui *Thamenſi* fluvio dirimuntur à *Kancia*, & ipſi orientali mari contigui, quorum Metropolis *Londonia* civitas eſt ſuper ripam *Thamenſis* fluminis poſita, & ipſa multorum emporium populorum terrâ marique veniencium. In qua gente, tunc temporis, *Sebertus*, nepos *Ethelberti* Regis ex ſororculâ, ſub ejuſdem *Ethelberti* poteſtate poſitus regnabat. Ubi verò hæc Provincia, cum ipſo Rege, verbum veritatis prædicante beato *Mellito* ſuſcepit, fecit Rex *Ethelbertus* in civitate *Londoni* Eccleſiam Sancti *Pauli* Apoſtoli, in qua locum ſedis epiſcopalis, & ipſe S. *Mellitus* & ſucceſſores ejus haberent. Beatum verò *Juſtum*, in ipſa *Kancia*, Deo dilectus pater *Auguſtinus* Epiſcopum ordinavit, in civitate *Roffenſi*, in qua Rex *Ethelbertus*, beati *Andreæ* Apoſtoli eccleſiam fecit, Quam verò dilectus Deo & ſupernis civibus mellifluus *Mellitus* extiterit, etiam in inclitâ eccleſiâ, quæ ſub urbe *Londonia* ab occidente ſua attollit faſtigia, & ab ipſa plaga *Weſtmonaſterium* eſt appellata, divinitùs clareſcit; cujus dedicationis officium ſui honori decretum per ſe beatiſſimus Apoſtolorum princeps *Petrus*, pro ipſo *Mellito* hoc ordine explevit. Venerat idem Pontifex paratis rebus ad hanc dedicationem, & fixis tentoriis à dimidio miliario, craſtinum dominici diei diluculum expectabat; Ipſe igitur nocte dominicâ, æthereus ille janitor ſtans in ulteriori *Thamenſis* fluvii ripâ, qui ipſum Monaſterium alluit, vocato piſcatore qui tunc noctis fluvialem prædam exercebat, tranſponi ſe ad illam Eccleſiam, promiſſâ mercede, poſtulat, expoſituſque præſtolari ſe jubet donec redeat. Interea nauta, dum expectat, dum ſtupidè & trepidè quæ ſit illa tam ignotæ perſonæ majeſtas, non mortale ſpirans, ſecum reputat, conſpicatur repentè totam Eccleſiam ſupernis luminaribus flammeſcere, populoſum cantatorum chorum nunc intus, nunc foris, Eccleſiam, cum Angelicis concentibus ambire. Audit & inſuetam mortalibus, cœleſtis ſuavitatem armoniæ, poteratque, ſi prius interfuiſſet, Eccleſiaſticæ dedicationis morem perpendere, Sed præ timore tantæ viſionis vix poterat ſpirare. Exacto tandem omni Sacramento dedicationis, Dux ſiderius ducem ſuum repetit exanimatum pavore, clementiſſime lenit, utque de tam ſalutiferis miſteriis quæ vidit, amplius confidat, inſtruit. Cum ergo, remigantes ſuperiori ripæ approximaret, ſummus Apoſtolus percunctatus eſt hominem, an aliquid ipsâ nocte cepiſſet; Illo prorſus negante, nunc inquid, *jace Rete & capias habundanter*; paruit, & continuò plenum rethe traxit; Omnes erant penè ejuſdem generis piſces, præter unum miræ enormitatis eſicium; Hunc, inquit Apoſtolus, maximum piſcem repræſenta manè *Mellito* Pontifici, ex noſtrâ benedictione, cæteri omnes ſunt mercedis & dicionis tuæ. Hujus generis copia habundabis in vitâ tuâ, & longo tempore poſt te progenies tua; tamen ne piſcari ultrà audeatis in celebritate dominicâ. Dic etiam Epiſcopo cum noſtro munere ne Eccleſiam mihi paratam ſollicitus ſit dedicare, quia hanc ego modò dedicavi per me, ſicut apertis indiciis poterit videre, Quanquam hoc jam comperit ex mea revelatione, tantum quod reſtat miſſas dedicationis populo confluo peragat, & abſolutionem ac benedictionem mea vice impendat. Ac ne quid dubites de auctoris majeſtate, Ego ſum *Petrus* Apoſtolus Jeſu Chriſti Domini noſtri, qui hæc loquor tibi, & mando ei. Ut ergo ille omnia viſa & audita, manè Epiſcopo retulit, & Apoſtolico munere in piſce mirando fidem fecit, Hic nomine & pietate *Mellitus* Domino protinùs in beato ſuffragatore ſuo *Petro* gratiarum favos gratiſſimè mellificavit. Eccleſiam alatis pedibus caritatis irrupit. Vidit totam *Jordanicis* fluentis baptizatam, pavimenta tipicis caracteribus inſcripta, parietes duodenis crucibus criſmatos, totidem cereorum conflagratorum reliquias. Quid amplius faceret æditiuus domini in domo ſibi perfectâ & conſecratâ, miſſas celebravit, populum abſolvit, ac benedixit, & Deo poſſeſſori domus ſuæ, Regique regnanti in aulâ ſuâ gloriam & honorem & benedictionem imperpetuum dedit.

Capitulum quartum de eadem materia, ut ſcribitur in cronicâ Sulcardi *monachi* Weſtmonaſterii.

ILluſtrat urbem *Londoniæ* regius amnis equoria ſubterfluens vaſtitate *Thameſis*, nunc emittens itemque recipiens fluctus curſu & recurſu pelagi & fluminis, inſulamque *Thorneie* dictam tingit, ab urbe duobus miliaribus. Complacitum eſt Deo, ut creditur, & beato Apoſtolorum principi, in hac inſulâ manſionem parari ſibi, in quâ & Deus in ſuo coleretur, Apoſtolo, & per ejus patrocinium & interventum miſereatur ſupplici populo ſuo. Inſtat ergo prædives Chriſticola *Sebertus* in fundandâ eccleſiâ, brevique tempore perfectam reddidit inſtanti labore & opera. Commonuit intereà ejus dioceſis præſulem *Mellitum*, ut beato *Mellito* cordis *Petro* fundatum conſecraret locum. Addito Dei Miniſter opere perfecto gaudet de beati *Petri* honore, diemque denominat quo ad dedicandum velit exſolvere; Parantur interea quæ erant tantæ dedicationi neceſſaria, & annunciantur circumquaque manentibus Deicolis, ut accurrant ad cœleſtium nuptiarum celebria ſelempnia. Statutum diem prævenit Deo dilectus pontifex *Mellitus*, longèque à conſtructâ eccleſiâ dimidio miliario ad veſpera ſanctæ diei tentoria candeſcunt eminùs: tumor enim *Thameſinus* obtunderat undique *Thornenſem* inſulam, & intrare volentibus non niſi navigio aliquam affectabat viam. Clauditur cœlum nocturna caligine, & requieſcunt ſingula cælitus indulto ſopore: diurnoſque labores nocturnæ abſolvunt reliquiæ, cum cœleſtis dignatio omnem acceptans devotionem humilis & quieti cordis clarè intendit electi gloriam clientis. Audite quæſo & cunctis mentibus percipite, quàm ſublimi prærogativâ *Thornenſem* inſulam princeps Apoſtolorum ſibi dignatus ſit conſecrare, & quam fiducialiter in eâ Deo ſervientes ejus debeant ſuffragia implorare. Omnibus, ut dictum eſt, ſompno oppreſſis, adeſt ipſe paſtor noſter beatus *Petrus*, ſuper ripam *Thamiſiæ*, viſum in aliâ fluvii parte piſcatorem inclamat ad ſe venire, qui ſi vellet, & in ipſâ inſulâ poterat apperuiſſe. Sed voluit, ut arbitror, teſtem habere operis agendi hominem officii ſui, unde bis terque accitum piſcatorem habet cum navi. Tranſducit tandem petentem Apoſtolum, non ſine admiratione tamen, quid ignotus ille & in illâ omnium rerum quiete petere vellet trans fluvium. Tranſvectus cœli claviger commonet illic expectare ſocium, laboriſque ſui certiſſimum pollicetur præmium. Evadit è navi ad ſiccum, illoque ſpectante, terræ infigens baculum creat poſt ſe fontem fluidum; proceſſuſque paululum item infigendo quem ferebat baculum poteſtate ſua educit & alterum; qui duo fontes longo defluxerunt tempore, donec abſorberentur in fluminis alveo, litus devorante equoreo reumate. hoc in ducis ſui intuitu peracto, vadit ad ſibi delegatam eccleſiam, comitantur eum cœleſtes chori cœleſtem melodificantes armoniam, voceſque angelicæ ad uſque celſitudinem perſonuere æthereaṁ. Nova Dei nupta, conſecrante eo qui cœlum claudit & aperit, cœleſtibus reſplendet luminaribus, totoque ſolis lucente ambitu canditatus inſulam illuſtrat exercitus; pateſcunt deſuper æthera, quodque agit Apoſtolus in terra, actum favet in cœlis divinæ mageſtatis potentia. Spectator ſtupet attonitus, nedum diſcedere poſſet, permanendi caret viribus, tenetur ſolo corporis tremore ſui inops, apoſtolico nutu ligatus. Si ſe haberet in ſuo jure, diſceſſiſſet utique, ſed retinetur apoſtolicis vinculis, abſolvendus teſtimonio glorioſæ viſionis. Peracto ad quod venerat officio, ad nautam ſuum redit Apoſtolus tremebundum; ne paveat amplius blandis ſuadet ſermonibus. Ne, inquid, timeas ſuper hiis quæ audiſti & vidiſti, ſunt enim ita ex voluntate Domini, michique ne dubites audita & viſa edicere, ut ſciam utrùm, obſtante pavore, potueris viſorum capax eſſe, & quid per te notaveris geſtam rem & actorem ſignificare. Edocente ducius Apoſtolo, pavor abicitur, fiducia loquendi inducitur, tandemque, reſumptis viribus, ad reſponſum piſcator reſolvitur; licet domine mi ſcienciolam meam grandis exceſſerit viſio, te jubente dicam quod ſencio, voces cantancium mirâ ſuavitate audivi, claritatem magni luminis vidi, & ad hæc, ultra quàm ſciam extimui: Tu verò, domine mi, quis vel quid ſis certiùs neſcio, ſed aliquid boni eſſe te credens non dubito. Tunc Apoſtolus ſic recepit confitentem: *Quem*, inquid *bonum benè percipis, apertiùs intellige, quæ etiam expones aliis. Ego ſum Chriſti Apoſtolus* Petrus, *cui hanc eccleſiam fabricavit michi ille meus amicus* Sebertus, *pro cujus amore & devotione, locique ejus æternâ ſanctificatione, per meipſum volui eam Deo & mihi conſecrare. Quæ facta ſunt jam tu ipſe vidiſti & audiſti; in his quæ reſtant obſecundato michi; facto die adi* Mellitum *epiſcopum, rem ut eſt geſta edoce illum. Ipſe adveniens ſigna conſecrationis criſmate illitis parietibus poterit videre, in hiis jam ſuo non indigemus labore. Verùm cætera, id eſt, miſſas & miniſterium perficiat epiſcopale, ad teſtimonium ergo viſionis tuæ & allocutionis noſtræ retia proicies in flumine, cedetque tibi noſtro interventu proſperè. De captis piſcibus unum illi præſentabis mea ex parte, ut ſcilicet & de relatis tibi credat, & quæ à me illi dixeris exequens perficiat, tametſi credo quia jam illi noſtræ actionis aliquid celitus ſit oſtenſum, ut tuum cerciùs confirmetur alloquium. Te etiam commoneo ne in dominicâ nocte vel die amplius velis piſcari, cedetque in proſperum tibi, tuæque proſperitati futuræ, proficietiſque plurimùm in piſcatoriâ arte.* Erat enim nox dominica cum hic paſcator viſione & allocutione uſus eſt apoſtolicâ. Hiis dictis Apoſtolus ejus viſubus ſubtrahitur, cœloq; receptus piſcatori relicto in capturâ copioſiſſime, ut promiſerat, auxiliatur. Expanſis enim retibus in flumine tantam piſcium, quos ſalmones nuncupant, copiam traxit in litore, ut vix recia captis poſſent ſufficere. Credulus piſcator apoſtolicæ largitati facto die adeſt puericiæ præſulis deſignati, novoque modo dictis illum ſalutat

Nomen piſcatoris, ſecundum quoſdam, *Edricus*.

beati *Petri*, & juſſa dicens munus pariter exponit quod miſerat illi. Aſſurgit epiſcopus devotiſſimè gratiaſque Deo & Apoſtolo agens lætabatur ſe memorari & munerari à tanto cœlorum principe. Ingrediens autem Eccleſiam ubi oravit diligenciùs, circumiens & intuens parietes ſacro ſignatos invenit criſmate & ſigna defixarum candelarum apparentia in pariete. Excitis ergo omnibus, undique à plateis, & vicis, à civitate occurritur & oppidis, devotiſque aſſunt animis miſſarum celebrationi Deo electi præſulis, habitoque ſermone de re geſtâ & de reliquis animarum profectibus ſuſcitantur quamplures ad lætabundos piæ compunctionis gemitus, graciaſque Deo & Apoſtolo ſuo agentes, cum feſtivo gaudio propriis remittuntur quiſque manſionibus. Conſecrata eccleſia, ut nova Dei ſponſa, novum nomen obtinuit, vetuſque nomen Thorneye, id eſt *ſpina inſula*, amiſit, & à civitatis ſitu, occientale monaſterium nomen cepit. Acta ſunt hæc regis *Cantuariæ Ethelberti* tempore; quo tocius carnis viam ingreſſo, multiſque necligenciis habita eſt eadem eccleſia, utpote non adeo magna, uſque ad regnum regis *Offæ*, regis *Orientalium-Saxonum*, Hic itaque diligenciùs colens Apoſtoli memoriam, opere ampliavit eccleſiam, Hæc *Sulcardus*.

Capitulum quintum, de eadem materiâ ut habetur in quadam Cronicâ quæ intitulatur liber Regius, libro primo, prope finem.

REGES autem *Orientalium-Saxonum* dominabantur in *Eſſexia* & *Middleſexia*, & dimidia *Hertfordia*. In hiis itaque plagis regnavit quondam *Sebertus* rex, qui cum avunculo ſuo *Ethelberto Cantuariorum* rege, utrorumque proceribus, à ſancto *Auguſtino* baptizatus, in occidentali *Londonii* parte, de quodam phano, quod nunc *Apollinis* habebatur, & locus *Thorneya* dictus, baſilicam Deo & ſancto *Petro* fabricavit, ſanctoque *Mellito Londonienſi* Epiſcopo commendandam commendavit; Qui cum die ſtatutâ quâdam dominicâ, eam dedicare diſpoſuiſſet, nocte præcedente cuidam piſcatori, *Edrico* nomine, ſanctus *Petrus* apparens, & quaſi mercede compactâ, in navicula cum eodem piſcatore *Thamenſem* fluvium transfretans præfatam baſilicam cum cœleſtium comitatu, & laudibus angelicis, vidente tremebundo prænominato piſcatore, Deo & ſibi conſecravit. Mane autem facto, ſanctus Pontifex, piſcatore nuncio, à ſancto *Petro* hoc mandatum accepit, ut eccleſiam de ſe dedicatam rededicare non præſumeret, ſigna dedicationis univerſa reperiens, ſed transfretans (inacceſſibilis quippe abſq; navigio undique erat locus ille) & ſigna dedicationis videns, quod reſtabat, ſcilicet miſſam, celebraret, penitentibus pro arbitrio afflictionis dies indulgeret, & ſic finitis omnibus Dei & ſuam benedictionem populo daret, ſigna autem dedicationis hæc erant: parietes intrinſecus & extra madidi, oleum & cruces in ipſis cereique ſemicombuſti alphabetum utrumque græcum & latinum in atrio depictum, magna aqua a Sancto *Petro* benedicta, in medio altare oleo perfuſum, incenſum in ipſo altari ſuper tres cruces in eodem ſculptas ſemicombuſtum, cujus reliquum tunc temporis loci illius monachi noviter adunati, diligenter collectum in ſcrinio recondiderunt. Dedicato itaq; cœnobio quod hactenus *Weſtmonaſterium*, eo quod in civitatis occidentali parte ſitum ſit, dicitur, ad piſcatorem ſuum rediens ſanctus *Petrus*, ab interrogato qualiter ſe haberet reſponſum accepit, præ timore ſe penè fore mortuum inſuetæ claritatis viſione, & jubilancium inaudito ſtrepitu, cujus timorem compeſcens juſſit ut ſe reducens mereretur naulum. Cum itaq; in medio fluminis deveniſſent, interrogatus ab Apoſtolo, ſi ipſa nocte ars ſua ei aliquid contuliſſet, reſpondet ſe nichil cepiſſe. Ad quem Apoſtolus, mitte, inquid, in dextram naviculæ rete, & coadjutor tuus ero. Novi enim & ego aliquantiſper artem piſcandi, quod cum feciſſet, tantam ejus piſcis, qui *Eſicius* dicitur, cepit copiam, ut navicula penè mergeretur. Cui Apoſtolus, ſume, inquid, extremum quem cepiſti piſcem, & ex meâ parte defer epiſcopo pro munere. Decimationem nunc dedicatæ eccleſiæ dabis pro gratiarum actione, cæterum verò tibi tolle pro naulo. Sed & hujus dedicationis ſignum erit perpetuum, quod tu, & tota ſequens hujus artis progenies, hujus generis piſcium decimationem illi eccleſiæ dabitis imperpetuum, quatinus vobis ſit capiendi facultas, fluminiſq; fæcunditas. Orationiſq; causâ eam eccleſiam frequentantibus erit benedictio, & poſſeſſiones ei largientibus æterna in cœlis retributio. Pavens igitur paſcator, & admirans cum miraculo jubentis imperium, quiſnam eſſet tanta promittens, inquirit. Cui Apoſtolus, ego ſum, inquid, quem Chriſtiani ſanctum *Petrum*, Apoſtolum vocant, qui hanc eccleſiam meam, hac nocte, Deo dedicavi. Hæc dicens Apoſtolus, & de navi exiens diſparuit. Ab illâ itaq; uſq; in hodiernam diem ejus piſcatoris progenies *Eſiciorum* decimationem Deo & ſancto *Petro*, prout audent, conferunt. Presbiteri quippe, quorum parochiani ipſi piſcatores exiſtunt, malicia placitorum creſcente & dolo, arctant ipſos piſcatores, ut ſancti *Petri* decimationem ſibi conferant, propter quod & flumini ingerunt ſterilitatem, & ſibi maledictionem; aſſerunt enim etiam ipſi piſcatores, ab hoc ipſam fluminis eſſe ſterilitatem, & ob capiendi difficultatem ſe maximam pati penuriam, &c. Rex autem *Sebertus*, ſoluto naturæ debito, in præfata eccleſiâ quam ipſe conſtruxerat, juxta altare quod S *Petrus* dedicaverat, cum conjuge ſua tumulatur.

Item de dedicatione hujus loci Weſtmonaſterii, *ſic legitur in vitâ Sancti* Dunſtani. Cap. vj.

BEatus præſul *Dunſtanus*, cum eccleſiis ſibi commiſſis curioſè invigilaret, à perfectis viris probatiſque perſonis didicit, quanta dignatione beatus *Petrus*, Apoſtolorum princeps oratorium ſuum quod *Weſtmonaſterium* dicitur inſignivisſet, & per ſeipſum dedicaviſſet, regi, videlicet *Edgaro* perſuadet, ut ob venerationem tanti Apoſtoli loci honori intendat, &c.

Item

Contra injuriam
Temporum
P
Guil: Bromley Ar:



Weſtmonaſt: eccleſiæ
conv: facies aquilonalis.

The North Proſpect of the Conuentuall
Church of Weſtmynſter.


W. Hollar fecit 1654

Item de renovatione Weſtmonaſterii *ſic habetur in vita S. Regis & Confeſſoris* Edwardi, *ex literis cujuſdam ſancti viri & Monachi incluſi, nomine* Wulfini, *factâ ſibi cœlitus revelatione per Sanctum* Petrum *Apoſtolum.*

EST autem michi locus in occidentali parte *Londoniæ*, à me electus, michi dilectus, quem quondam michi propriis manibus conſecravi, mea nobilitavi præſentiâ, divinis inſuper miraculis illuſtravi. *Thorneya* nomen eſt loci, qui quondam ob peccata populi barbarorum traditus poteſtati, pauperrimus ex divite, humilis ex ſublimi, ex nobili factus eſt contemptibilis. Hunc Rex, me præcipiente, in habitaculum Monachorum ſuſcipiet reparandum, ſublimandum, edificiis & poſſeſſionibus ampliandum. Non erit ibi aliud niſi domus Dei & porta cœli. Ibi erigenda eſt ſcala illa per quam deſcendentes, & aſcendentes Angeli preces & vota hominum Deo perferant, & referant gratiam. Inde aſcendentibus reſerabo januam paradiſi, ut ex officio, quod meus michi Dominus ac ſalvator injunxit, & ligatos abſolvam, & abſolutos ſuſcipiam, & quam eis delictum obcluſerat, juſtificatis portum patriæ cœleſtis aperiam. (&c.)

Item de dedicatione Weſtmonaſterii *ſic legimus in fine cujuſdam ſermonis de S.* Petro *editi, & vetuſtiſſimâ literâ conſcripti, cujus tale eſt principium & infra.*

VEnit huc in partes *Ceſareæ Philippi* (&c.) Cum igitur tantam habeat poteſtatem, tantam dignitatem noſter advocatus, honoremus illum, amemus eum, ſerviamus ei in ſanctitate, & juſtitia omnibus diebus noſtris, nos, inquam, quos ſpirituales adoptavit in filios, quos in eccleſiâ ſuâ adunavit, quam propriam elegit in filiam, quam majeſtate ſuæ præſentiæ nobilitavit, quam propriis manibus conſecravit; celebremus igitur devotè ſolempnitatem illius. (&c.)

Item ſic habetur in Cronicis R. Ceſtrenſis, *ſive* Polycronicon.

QUidam ad inſtigationem Regis *Ethelberti* conſtruxit eccleſiam beato *Petro* in occidentali parte urbis *Londoniæ* in loco, qui *Thorneya* dicebatur, quod ſonat *Spinarum Inſula*, nunc autem dicitur *Weſtmonaſterium.*

Pro libertate, & dignitate eccleſiæ Weſtmonaſterii *taliter in Bullis ſummorum Pontificum, & Cartis Regum* Angliæ *invenitur.*

Bulla Nicholai *papæ miſſa ſancto Regi* Edwardo, *ſicut habetur in tertiâ Cartâ ejuſdem Regis.* Cap. vij.

NIcholaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, glorioſiſſimo ac piiſſimo omniumque honori digniſſimo, ſpirituali quoque filio noſtro *Edwardo Anglorum* Regi viſitationem omnimodam, ſalutem mellifluam, & benedictionem Apoſtolicam. Omnipotenti Deo referimus grates, & *inferius.* Præterea illi loco, quem ſub nomine ſanctæ penitentiæ conſtruendi, & meliorandi onus ſuſcepiſtis, quum, ut fertur, primam antiquitùs conſecrationem à beato *Petro* accepit, cujus licet indigni vicarii ſumus; Et quia Regiâ antiquitùs ſedes eſt, ex auctoritate Dei, & dictorum Apoſtolorum atque hujus Romanæ ſedis & noſtrâ, concedimus, permittimus, & ſolidiſſimè confirmamus, ut amplius imperpetuum Regiæ conſtitutionis & conſecrationis locus ſit, atq; repoſitorium regalium inſignium, & habitatio perpetua monachorum, qui nulli omnino perſonæ niſi regi ſubdantur; habeantque poteſtatem ſecundùm regulam beati *Benedicti*, per ſucceſſiones eligere ex ſe idoneos Abbates. Neque introducatur per violentiam extranea perſona, niſi quam concors congregatio præelegerit. Abſolvimus etiam eum locum ab omni ſervicio, & Epiſcopali dominatione, ut nullus Epiſcopus illuc introeat ordinaturus, aut percepturus aliquid, niſi ex petitione & conſenſu Abbatis & Monachorum. Et habeat idem locus liberum procinctum, id eſt, ambitum & cimeterium mortuorum abſque Epiſcopali & cujuſcumque reſpectu vel exactione. Et omnia, quæ ad libertatem & exaltationem illius loci ad honorem Dei pertinencia per noſtram auctoritatem accedere poſſunt, hilari & promptiſſima voluntate concedimus. Poſſeſſiones autem quas antiqui Reges, ſeu quicumque alii homines, vos quoque, ac veſtri barones ad eundem locum contuliſtis & cartas, quæ ex eis factæ ſunt, divinâ, & noſtra auctoritate roboramus & ratas & ſtabiles eſſe decernimus, & infractores earum, vel invaſores, aut diminutores, aut diſperſores, venditores etiam æternâ maledictione cum *Judâ* proditore dampnamus, ut non habeant partem in beatâ reſurrectione; ſed à beato *Petro* ſe judicandos ſciant, quando ſedebit cum ſuis co-Apoſtolis judicans xij. tribus *Iſraelis.* Vobis verò, & poſteris veſtris Regibus committimus advocationem & tuicionem ejuſdem loci, & omnium totius *Angliæ* eccleſiarum, ut, vice noſtrâ, cum conſilio Epiſcoporum & Abbatum conſtituatis ubiq; quæ juſta ſunt. Scientes, per hæc vos recepturos dignam mercedem ab eo, cujus Regnum, & imperium nec deſinet, nec diminuetur in ſeculum ſeculi. Valete.

Carta Regis Edwardi *confeſſoris, de reſtauratione* Weſtmonaſterienſis *Cœnobii.*

Autographum in bibliotheca *Hattoniana* A. 1640.

✠ IN nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Ego *Eadwardus Etholredi* Regis filius, gratia Dei *Anglorum* Rex, futuris poſt me Regibus & omnium dignitatum gradibus, omniumq; ætatum hominibus ſalutem & hujus rei notitiam. Scire vos volo quoniam tempore avorum meorum patriſque mei, multa & gravia bellorum pericula afflixerunt gentem Anglorum, & ipſos, tam à ſuis quam ab extraneis concitata, adeò ut penè periclitata ſit hæreditaria regum ſucceſſio, magnumque inſtertitium inter fratrem meum *Eadmundum*, qui patri meo mortuo ſucceſſit, meque habitum ſit, invadentibus regnum *Sunegeno* & *Cnuto* filio ejus, Regibus *Danorum*, ac filiis ipſius *Chnuti Haroldo* & *Hardechnuto*; à quibus etiam alter meus frater *Aelfredus* crudeliter occiſus eſt, ſoluſque ſicut *Joas* occiſionem *Otholiæ*, ſic ego illorum crudelitatem evaſi. Tandem reſpectu miſericordiæ Dei poſt plures annos Ego *Eadwardus* ad paternum Regnum reacceſſi, & eo potitus, ſine ullo bellorum labore, ſicut amabilis Deo *Salomon*, tanta pace & rerum opulentia abundavi, ut nullus antecedentium Regum ſimilis mei fuerit in gloria & divitiis. Sed gratia Dei non me, ut aſſolet, ex opulentia ſuperbia & contemptus invaſit, immo cæpi recogitare, cujus dono & auxilio ad Regni culmen evaſi, quoniam *Dei eſt Regnum & cui vult dat illud*, & quia *mundus tranſit & concupiſcentia ejus*, qui autem totum ſe ſubdit Deo feliciter regnat & perpetualiter dives eſt. Itaque deliberavi ire ad limina ſublimium Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, & ibi gratias agere pro collatis beneficiis, & exorare ut eam pacem firmaret Deus perpetuam mihi & poſteris meis. Præparavi ergo & dinumeravi expenſas neceſſarias itineri, & honorabilia dona quæ ferrem ſanctis Apoſtolis. Sed gravis ſuper hac re mœror habebat optimates meos, utpote memores malorum quæ ſub aliis regibus pertulerant, ne tanto Domino & pio patriæ Rege abſente, Regnum noviter ſedatum aliqua turbaretur hoſtilitate, & metuentes id quod & ſanctus *Ezechias*, ne ſi fortè in via aut egritudine aut alio incommodo deficerem, hæreditariis Regibus carerent, maximè quòd nullum habebam filium. Itaque communi habito conſilio, rogabant me ut ab hac intentione deſiſterem, pollicentes ſe ſatiſfacturos Deo pro voto meo, tam in miſſarum & orationum oblatione, quàm elemoſinarum larga diſtributione. Sed cum obnixè contra-dicerem, tandem utriſque placuit, ut mitterentur legati duo ab utraque parte, *Ealdridus* & *Heremannus* epiſcopi, & abbates *Welfricus* & *Aelfwinus*, qui Apoſtolico meam voluntatem & votum & illorum petitionem indicarent; & ſecundùm ejus ſententiam quam mihi mandaret promiſi me omnino facturum. Factum eſt ergo quod voluimus, & venientes *Romam* legati noſtri, ex voluntate Dei invenerunt collectam ſynodum in eadem urbe. Cumq; expoſuiſſent meam voluntatem & ſuam peticionem coram CCL. Epiſcopis & alia multitudine ſanctorum patrum, tunc Apoſtolicus ex conſultu ſanctæ Synodi hanc epiſtolam mihi ſcripſit: LEO *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Dilecto filio* Eaduuardo, Anglorum *Regi, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Quoniam voluntatem tuam laudabilem & Deo gratam agnovimus, gratias agimus ei per quem Reges regnant & Principes juſta decernunt. Sed quia prope eſt Dominus in omni loco omnibus invocantibus eum in veritate, & ſancti Apoſtoli cum ſuo capite conjuncti unus ſpiritus ſunt, & pias preces æqualiter audiunt; & quia conſtat periclitari regionem* Anglicam *ex tua diſceſſione qui fræno juſtitiæ ſeditioſos ejus motus cohibes, ex auctoritate Dei & ſanctorum Apoſtolorum & ſanctæ Synodi abſolvimus te à peccato illius voti pro quo Dei offenſam times, & ab omnibus negligentiis & iniquitatibus tuis; Eâ nimirum poteſtate uſi, quam Dominus in beato* Petro *conceſſit nobis dicens,* Quæcunque ſolveritis ſuper terram, ſoluta erunt & in Cœlis. *Deinde præcipimus tibi ſub nomine ſanctæ obedientiæ & pœnitentiæ, ut expenſas quas ad iter iſtud paraveras, pauperibus eroges, & cœnobium Monachorum in honore ſancti* Petri *Apoſtolorum Principis aut novum conſtruas, aut vetuſtum emendes & augeas, & ſufficiencia victualium fratribus de tuis reditibus conſtituas, quatinus dum illi aſſiduè inibi Deum laudaverint, & ſanctis augeatur gloria & tibi indulgentia. Cui loco quicquid contuleris vel collatum eſt vel conferetur, ut ratum ſit apoſtolica auctoritate præcipimus; & ut ſemper habitatio monachorum ſit, & nulli laicæ perſonæ niſi Regi ſubdatur: & quæcunque privilegia ibi inſtituere volueris ad honorem Dei pertinentia concedimus, & robuſtiſſima auctoritate confirmamus, & infractores eorum æterna maledictione damnamus.* Hæc & alia Apoſtolici mandata cum referrent nobis Legati, interea revelavit beatus *Petrus* cuidam probabilis vitæ monacho incluſo, nomine *Wlſino*, voluntatem ſuam eſſe ut reſtruerem locum qui dicitur *Weſtmonaſterium*, quod à tempore ſancti *Auguſtini*, primi *Anglorum* Epiſcopi, inſtitutum, multaque veterum Regum munificentia honoratum, propter vetuſtatem & frequentes bellorum tumultus penè videbatur deſtructum. Cumque hanc viſionem mihi meiſque retuliſſet, & apoſtolicæ litteræ æqualia præcepta detuliſſent, contuli voluntatem meam cum voluntate Dei, & cum totius Regni electione dedidi me ad reſtructionem ejuſdem loci. Itaque decimari præcepi omnem ſubſtantiam meam tam in auro & argento, quam in pecudibus, & omni genere poſſeſſionis, & deſtruens veterem novam à fundamentis baſilicam conſtruxi, & conſtructam dedicari feci v. kal. Januarii. In qua collocavi ipſa die reliquias quas *Martinus* Papa, & *Leo*, qui cum conſecravit, dederunt *Alfredo Regi*, & quas ipſe à *Carlomanno* Rege *Francorum* dari ſibi impetravit, cujus filius pater ejus *Æthelwlfus* Rex, poſt mortem primæ conjugis, duxerat uxorem, quæque ab ipſo ad ſucceſſorem ejus *Æthelſtanum*, deinde ad *Edgarum*, ad ultimum ad nos pervenerunt, ſcilicet duas partes crucis Domini, & partem unius clavi, partemque tunicæ ejus inconſutilis, & de veſtimentis Sanctæ *Mariæ*, & reliquias Apoſtolorum *Petri*, *Pauli*, *Andreæ*, *Bartholomei*, *Barnabæ*, & aliorum plurimorum Sanctorum, & quinque capſas aliis ſanctorum reliquiis plenas; & ſtatui ut quicunque reus majeſtatis Regiæ vel cujuſlibet alterius offenſæ ad locum in quo pauſant iſtæ reliquiæ confugerit, ejus rei & membrorum ac vitæ impunitatem conſequatur. Eodem die renovavi, confirmavi & emendavi privilegia quæ famoſiſſimus avus meus *Eadgarus*, patruuſque meus Deo amabilis Rex & Martyr glorioſus *Eaduvardus*, ejuſdem *Eadgari* filius, & ſanctiſſimus pater *Dunſtanus Cantuarienſis* Archiepiſcopus, ac piiſſimus Rex *Æthelredus* pater meus illi loco contulerunt; meam quoque auctoritatem adjeci, augmentans decreta utilia, admonitione venerabilium Archiepiſcoporum *Stigandi* & *Ealdredi*, & aliorum optimatum meorum, videlicet, ut ille locus imperpetuum ab omni ſeculari ſervicio ſit liber, & ſecundùm beati *Benedicti* traditionē, poſt obitum abbatis, ex eadem congregatione eligatur alter qui dignus ſit, alìorſum verò nullus, niſi culpis promerentibus inibi inveniri nequiverit qui dignus ſit tali officio fungi. Quod ſi evenerit, quod abſit, poteſtatem habeant de alio noto & familiari loco abbatem eligendi, cujus vita ſapientiâ & religione

Weſtmonaſterienſis Ecclesiæ conv:
facies auſtralis,

The South Proſpect of the Conuentuall
Church of Weſtmynſter.


Ne triſte, quod imminet fatum ſubeat
P.
Ioh: Robinſon arm:

D. King delin et ſculp.



WESTMONASTERIENSIS Eccleſiæ (quondā Conventualis,) facies occidentalis.
The West Proſpect of the late Conuentual Church of Westmynster.

P. S.
Ne memoria Petri (Pauli modo) cum mole ruat.
P
Wenceslaus Hollar Eq: Bohem;

religione clareſcat. Laicorum autem vel clericorum nemo ipſius loci dominium uſurpare præſumat. Poſſeſſiones verò quæ ibi à quibuſcunq; donatæ ſunt, non Abbas, non alia quælibet perſona licentiam habeat vendendi vel extraneis dandi, ſed Regum munimine deinceps locus ipſe tueatur, ipſeque abbas Regi ſoli ſerviens commiſſum ſibi gregem ſpirituali & temporali paſtu abundanter foveat. Conceſſi etiam & confirmavi donationes quæ ab eiſdem Regibus ante me donatæ ſunt, hoc eſt, circa ipſum Monaſterium xvij. hidas & dimidiam. In **Heandune** xx. In **Heamſtede** v. In **Greneforde** xij. & unam virgam. In **Hanawelle** viij. In **Scepertune** viij. In **Sunnabyri** vij. In **Caldenham** x. In **Deccewyrthe** iiij. & unam virgam. In **Wattune** iiij & dimidiam. In **Holewelle** vj. & dimidiam. In **Hamme** ij. In **Wuntune** iiij. In **Kynlevedene** v. In **Fentune** iiij. In **Mordune** x. In **Aewelle** ij. In **Wereham** vij. In **Fillingtune** iij. In **Cillingtune** iiij; necnon & illas quas optimates mei meo tempore addiderunt, ſcilicet **Leofeild**, **Muleſham**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. *Agelricus* **Kylewendun**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. *Wlfwinus* **Mapulderſtede**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. *Guthmundus* **Kynlevedene**, & **Raeine** & **Laecedune**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. *Alfricus* **Waenſtede**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. *Atſereſwerte* **Lygetun**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. *Ingulf* **Padeſham**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. *Atſere* **Leoſne**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. *Toſtig* **Cleigate**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. *Alfwine* **Gottun-Aegete**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. *Wiſtanus* **Deneham**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. *Siwardus* dimidiam hidam in **Agmodeſham**, & unam in **Weodune**. *Leoffi* de *Lundonia* duas hidas & dimidiam in *Wurmelea*. Poſtremò, ego ipſe pro ſpe retributionis æternæ & pro remiſſione delictorum meorum & pro animabus patris mei, & matris meæ, & omnium parentum meorum, ad laudem omnipotentis Dei poſui in dotalitium & in perpetuam hæreditatem ſuper altare, varia ornamentorum genera quibus eccleſiæ ſerviretur vel in quotidianis vel ſolennibus miniſteriis, & ad uſus fratrum inibi Deo ſervientium, de meo jure quod mihi ſoli competebat abſque ullius reclamatione vel contradictione, iſta; Inprimis **Langtun**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Gibtſlepe**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Stana**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Windleſoram**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Hunaet**, **Hampſtede**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Srithenaece**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Aeſcewelle**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Dene**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Suthburhe**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Pertun**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Roteland**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. Poſt mortem *Edgithæ* Reginæ, **Cingiſmeae**, **Perſcoran**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Deorhyrſte**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. Relaxavi igitur iſtis & omnibus ſupranominatis terris conſuetudines omnes & exactiones regalium & epiſcopalium miniſtrorum ſicut anteceſſores mei Reges prius fecerunt, ut nullis graventur oneribus expeditionum, nec pontium, vel caſtrorum reſtructione, nec furis apprehenſione. Et omnia quæ ad locum ipſum pertinent ſint omnino libera, cellæ, eccleſiæ, cimiteria, terræ, paſcua, ſilvæ, venationes, aquæ, piſcationes, cum redditibus, ſerviciis, debitis, oblationibus, luminaribus, decimis, donariis, cenſu morthidis, legibus, conſuetudinibus, cauſarum diſcuſſionibus, emendationibus, ſive eccleſiaſticis, ſive ſecularibus, & omnibus quæcumque ſcriptis & teſtimonio bonorum hominum rememorari potuerunt quæ à regibus conceſſa vel concedenda ſunt, ut nullus ex his ſubtrahere vel diminuere, aut diſperdere qualibet occaſione judicio vel poteſtate preſumat. Donavi etiam religioſo abbati *Eadwino*, qui tunc illo loco præerat & omnibus futuris poſt eum ibidem Abbatibus in tota poſſeſſione monaſterii, *Sacam* & *Socam*, theloneumque ſuum in terra & in aqua, & conſuetudinem quæ dicitur **Teames**, latrones, latronumque captiones, vel emiſſiones, & pacis fracturam, & pugnam in domo factam, & domus invaſionem & omnes aſſultus in ſuo jure, in via & extra, in feſto & extra, in urbe & extra, & omnes leges & conſuetudines tam plenè & tam liberè ſicut eas habebam in manu mea. Et ut omnia concludam, nullus ſuccedentium Regum per vim aut per conſuetudinem paſtum ab eorum poſſeſſionibus exigat, ſed omnimodam libertatem perpetualiter habeant. Poſt hanc donationem excommunicaverunt omnes Epiſcopi & Abbates totius *Angliæ* & monachi ac clerici, ſecundùm Apoſtolici *Leonis* præceptum, eos qui hoc conſtitutum infringerent vel infringi permitterent quantum in ipſis eſſet. Si quis ergo hanc noſtram dationem augere & amplificare voluerit, augeat Deus dies ejus proſperos hic & in futuro: ſi autem evenerit ut aliquis aut Regum ſuccedentium vel alicujus perſonæ homo, quod non optamus, diabolica temeritate fuerit elatus vel ſeductus, quatenus hoc noſtrum ſtatutum infringere vel minuere, aut in aliud mutare velit, ſciat ſe perpetuo anathemate damnatum, niſi tamen digna ſatisfactione emendaverit; ſin autem emendatione fuerit indignus, ipſe quidem cum *Juda* traditore gehennæ ignibus cremabitur, ſed hæc carta nihilominus in ſua libertate permanebit quamdiu Chriſtiani nominis timor & amor in hac noſtra gente perſeveraverit. Ad ultimum, cartam iſtam conſcribi & ſigillari juſſi & ipſe manu mea ſignum ſanctæ crucis impreſſi & idoneos teſtes annotari præcepi. Ad corroborandum itaq; propriam donationis libertatem.

Ego *Eadwardus*, domino largiente, *Anglorum* Rex, ſignum venerandæ crucis impreſſi ✠.

Ego *Eadgitha* Regina huic donationi Regis conſentiens ſubſcripſi ✠.

Ego *Stigandus* Archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi ✠.

Ego *Ealdredus* Archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi ✠.

Ego *Walterus* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi ✠.

Ego *Leofricus* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi ✠.

Ego *Willielmus* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi ✠.

Ego *Heremannus* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi ✠.

Ego *Wulſtanus* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi ✠.

Ego *Siwardus* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi ✠.

Ego *Wulfwinus* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi ✠.

Ego *Giſo* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi ✠.

Ego *Aelfwinus* Abbas conſenſi & ſubſcripſi ✠.
Ego *Leofricus* Abbas conſenſi & ſubſcripſi ✠.
Ego *Eadwinus* Abbas conſenſi & ſubſcripſi ✠.
Ego *Aegelſius* Abbas conſenſi & ſubſcripſi ✠.
Ego *Wulfwoldus* Abbas ✠.
Ego *Rembaldus* Concellarius ✠.
Ego *Aegelwinus* Abb. conſenſi & ſubſcripſi ✠.
Ego *Baldwinus* Abbas conſenſi & ſubſcripſi ✠.

Ego *Leofwinus* Dux ✠.
Ego *Gyrth* Dux ✠.
Ego *Haroldus* Dux ✠.
Ego *Eadwinus* Dux ✠.

Ego *Raulfus* Miniſter.
Ego *Rotbertus* Miniſter.
Ego *Eſgarus* Miniſter ✠.
Ego *Eadnothus* Miniſter.
Ego *Bondius* Miniſter ✠.
Ego *Wigodus* Miniſter.
Aegelnodus ✠.
Wulfric ✠.
Siwardus ✠.
Godricus ✠.

Acta apud *Weſtmonaſterium* v. kal. Januarii, die ſanctorum Innocentum anno Dominicæ incarnationis Mlxvi. Indictione tertia, anno Regni ſereniſſimi *Eduuardi* Regis vigeſimo quinto. *Swithgarus* notarius ad vicem *Rembaldi* Regiæ dignitatis Cancellarii hanc Cartam ſcripſi & ſubſcripſi in Dei nomine feliciter. Amen.

Vide Vol. 2. *Page* 847. *Col.* 1.

SHIREBURNENSE

Cœnobium in agro Dorſetenſi.

Nomina Regum eccleſiæ Scirbornienſis *fundatorum.*

MS. in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *Fauſtinæ* A. 2.] fol. 23. a.

KENEWALC Rex dedit **Lanprobi** de C. hidis. *Edgarus* Rex dedit **Waburnham** de v. hidis. *Athulfus* Rex dedit **Bradford**, **Cerdel**, & **Algerſtoke**, & **Getemnyſtre** v. hid. de xxxvj. hid. & **Nutherburie**, & **Ethelaldingham**. *Athertus* Rex dedit libertatem de Cxl. hid. & **Cernel** de xij. hid. & **Taviſtoke** de viij. hid. & **Stapulbrige** de xx. hid. & **Cumton** de viij. hid. *Keneuulfus* Rex dedit **Pidel** de v. hid. & **Lym** de j. hid. *Cutbredus* Rex dedit in **Lydene** xij. hid. & **Cornſcumbe** de x. hid. & apud **Menedip** xxv. hid. *Keneuulfus* Rex dedit **Snarſtok** de vj. hid. & **Talre** de viij. hid. & **Wegenceſterunte** & **Aveltune** de xxx. hid. & **Cruteſdune** de xxxvj. hid. & **Wytecumbe** & **Wluene**. *Offa* Rex dedit **Poterne** cum pertinenciis ſuis. *Egbertus* Rex dedit juxta **Cernel** x. hid. & **Power** de vij. hid. juxta flumen quod dicitur **Woch**, & x. juxta **Pedridune** & **Albambruth** de iv. hid. & in **Henangre** xij. hid. & **Kelk** xij. hid. & **Ros** & **Macor** de xviij. hid. Et in **Cheſterbled** x. hid. & in **Winnirod** xv. hid. *Sigebertus* Rex dedit **Boſelingtone** de v. hid. Et in **Eſt-Canne** vij. hid. *Ina* Rex dedit juxta **Predian** vij. hid. & **Conbusburie** de xx. hid. *Geroncius* Rex dedit **Macnir** de v. hid. juxta **Thamer**. *Ethelredus* Rex dedit **Acforde**, & **Clethangre**. *Ethelredus* Rex dedit & reſtituit **Coreſcumbam** in oblatum & poſtea *Enutus* eam reſtituit.

Fortè, *Cnutus*. Ib. fol. 25. b.

Memorandum, quod anno Domini MCxxij. *Schirbornia* & **Hortone** juncta ſunt in unam Abathiam, conceſſione Regis *Henrici*, & *Rogeri* epiſcopi, & conſecratur Abbas *Schirborniæ Thurſtinus*.

——*Scireburnenſem* Prioratum, qui proprius eſt epiſcopi *Salesburienſis*, *Rogerus* Epiſcopus *Salesb.* circa ann. 1139. in Abbatiam mutavit; Abbatia de *Hortuna* proinde deſtructa, & adjecta.

W. *Malmisb.* fol. 104. b. n. 30.

LESTINGENSE

Cœnobium in agro Eboracenſi.

Ut idem Epiſcopus Cedd, *locum Monaſterii conconſtruendi ab* Oſwaldo *Rege accipiens, orationibus & jejuniis Domino conſecraverit; & de obitu ipſius, Cap. xxiij.*

Hiſt. eccl. venerab. *Bedæ* lib. 3.

——Solebat autem idem vir Domini, cum apud *Orientales-Saxones* epiſcopatus officio fungeretur, ſæpius etiam ſuam, id eſt, *Nord-Humbrorum* provinciam, exhortandi gratiâ, reviſere. Quem cum *Edilwaldus*, filius *Oſwaldi* Regis, qui In *Deirorum* partibus Regnum habebat, virum ſanctum, & ſapientem, probumque moribus videret, poſtulavit eum poſſeſſionem terræ aliquam à ſe, ad conſtruendum monaſterium, in quo ipſe Rex, & frequentiùs ad deprecandum Dominum, verbumque audiendum advenire, & defunctos ſepelire deberet. Nam & ipſum fideliter credidit, multum juvari eorum orationibus quotidianis, qui illo in loco Domino ſervirent. Habuerat autem idem Rex ſecum fratrem germanum ejuſdem Epiſcopi, vocabulo *Celin*, virum æquè Deo devotum, qui & ipſi ac familiæ ipſius verbum & ſacramenta fidei (erat enim presbyter) miniſtrare ſolebat, per cujus notitiam maximè ad diligendum noſcendumq; epiſcopum pervenit; Favens ergo votis Regis antiſtes, elegit ſibi locum monaſterii conſtruendi in montibus arduis ac remotis. In quibus latronum magis latibula ac luſtra ferarum quam habitacula fuiſſe videbantur hominum, ut juxta prophetiam *Eſaiæ in cubilibus in quibus prius dracones habitabant, orientur viro calami & junci*, id eſt, quod fructus bonorum operum ibi naſcerentur, ubi priùs vel beſtiæ commorari, vel homines beſtialiter vivere conſueverant. Studens autem vir Domini acceptum Monaſterii locum primò precibus ac jejuniis à priſtina flagitiorum ſorde purgare, & ſic in eo Monaſterii fundamenta jacere, poſtulavit à Rege, ut ſibi per totum quadrageſimæ tempus,


Sherburnienſis eccleſiæ facies occidentalis.

The West Proſpect of the Church of Sherburne.

Carbo ſine flamma
Reſurgat Eccleſia, et reſplendeſcat in eternum.
Ita deſiderat Gulielmus Cole de Grayes Inn Arm: et hoc P.
Daniell King ſculp:

62



s
ar
er
Cui pia veterum
monumenta adm
dum grata
Deñer Strut eq:au
et baronettus P.

Shireburnensis ecclesiæ,
·olim conven:facies auſt:
The South Proſpect of the
Sometymes Conuentuall
Church of Shireburne.

D: King ſculp:

quod inſtabat, facultatem ac licentiam ibidem, orationis icauſâ, demorandi concederet. Quibus diebus cunctis, exceptâ dominicâ, jejunium ad veſperam juxte morem protelans, nec tunc niſi panis per modicum, & unum ovum gallinaceum, cum parvo lacte aqua mixto percipiebat. Dicebat enim hanc eſſe conſuetudinem eorum à quibus normam diſciplinæ regularis didicerat, ut accepta nuper loca ad faciendum monaſterium vel eccleſiam, prius orationibus ac jejuniis domino conſecrent. Cumque decem dies Quadrageſimæ reſtarent, venit qui clamaret eum ad Regem; At ille ne opus religioſum negotiorum regalium cauſâ intermitteretur, petiit presbyterum ſuum *Cymbellum*, qui etiam frater germanus erat ipſius, pia cepta complere. Cui cum ille libenter acquieſceret, expleto ſtudio jejuniorum & rationis, fecit ibi monaſterium quod nunc **Leſtinghen** vocatur, & religioſis moribus juxta ritum *Lindisfarnenſium* ubi educatus erat, inſtituit. Qui cum annis multis & in præfata provincia epiſcopatum adminiſtraret, & hujus quoque monaſterii ſtatutis præpoſitis curam gereret, caſu contigit ut ad ipſum monaſterium tempore mortalitatis adveniens, tactus ibidem infirmitate corporis obiret. Qui primò quidem foris ſepultus eſt, tempore autem procedente, in monaſterio eccleſia eſt in honorem beatæ Dei genetricis de lapide facta, & in illa corpus ipſius ad dextram altaris reconditum.

Ex hiſt. MS. *Joh. Tinemuthenſis* in bibl. *Bodl.* lib. 17. cap. 153.

Anno Domini DCXLVIII. Rex *Deirorum Edilbaldus*, filius ſancti *Oſwaldi*, dedit *Cedde* locum in arduis montibus qui vocatur **Leſtingay**, ad conſtruendum inibi monaſterium; Sed *Cedde* præfatus, antequam monaſterium illud fundaret, per totam Quadrageſimam jejunavit uſque ad veſperam, & tunc modicum panis, unum ovum gallinaceum, cum parvo lecte aqua mixto ſumebat, juxta morem diſcipulorum *Aidani*, à quibus edoctus fuerat. Hunc locum frater ſuus *Thimbel* rexit poſt eum, & tempore mortalitatis ibidem ſepultus eſt.

PETROBURGENSE

Cœnobium in agro Northamptonienſi.

De prima fundatione Eccleſiæ Medeſhamſtedenſis, *quod nunc* **Burgh** *vocatur.*

Ex Regiſtro Abb. de *Peterborough*, penes Decan. & capl. de *Peterborough*. a. 1640.

REX *Alhfridus* Regis *Peade* ſororem habebat Reginam *Kyneſburgam*, & *Peada* mutua cognatione ſororem *Alhfridi* acceperat *Alfedam*. *Alfridus* filius erat Regis *Northanhumbrorum* *Oſwii* fratris ſceptrigeri martyris *Oſwaldi*. *Peada filius Pendæ* Regis *Merciorum*. Hic ſuadente fideli cognato & pia ſorore baptizatus eſt à *Finano* pontifice, plus jam gaudens de æterna ſalute quam de petita virgine, aſſumptiſque ſecum quatuor evangelizatoribus religioſis cum conjuge fidem Chriſti & ſuo & paterno regno, patre licet pagano ſatis conſentiente, primus invexit. Hiis acceſſit comes & cooperator illuſtris *Saxulphus*, vir præpotens & ſeculo & religione, regique & eccleſiæ acceptiſſimus. Qui cupiens novellam plantationem Chriſtianitatis ſua vice in gentes dilatare, Dei clementia & Chriſtani Regis benevolentia molitus eſt monaſterium nobile quod **Medeſhamſtede** dicitur, in regione *Girviorum*, quod beato *Petro* in quo ſcilicet Dominus eccleſiam ſuam ædificavit, tanquam eccleſiæ primicias conſecravit. Hic itaque aggregato numeroſo fratrum contubernio ſedit abbas & doctor mediterraneorum *Anglorum* ac *Merciorum*, donec in epiſcopum aſſumptus eſt, docens incredulos, baptizans credentes, habens diſcipulos intus monachos religioſos, foràs propagandæ fidei magiſtros poſt ſuum principale monaſterium parturiens & ædificans ſuffraganea cœnobia & alias eccleſias tanquam hujus fæcundæ matris filias. Cultu quoq; divino ſub Chriſtianiſſimis & beneficis regibus *Peada*, *Oſuuio*, *Wlfero*, atq; *Ethelredo* qui ſibi ſucceſſerant latiùs regnante, ut ſapiens *Machabeus Symon* dilatavit terminos ſuos, & augmentavit gloriam eccleſiæ ſuæ Utque domum ſuam contra tam varias mundi tempeſtates perpetuò muniret, quam ſuprafirmam petram fundaverat, etiam Regiis cartis & privilegiis fulcire ſtuduit. Igitur poſt biennium ſuſceptæ fidei, *Penda* idolatriæ capite exciſo, victor *Oſwius* Regnum *Merciorum* triennio obtinuit, totam gentem ſubjectam ad Chriſtum convertit, monaſterium **Medeſhamſtede** regulariter provexit. Interea amabilis indolis & Regno condecentiſſimus *Peada* indigna & immatura nece ablatus fervorem dilatandæ eccleſiæ ſucceſſuris fratribus dereliquit. Deinde excluſo Rege *Mercii* ſuſceptam Chriſtianitatem cum naturali Rege *Wlphero* alio *Pendæ* filio conſtanter ſervaverunt. Anni erant ab adventu *Auguſtini Anglorum* luciferi quinquaginta quinque, ab incarnatione ſalvatoris DCL. exacti, jam ſextus à beato *Auguſtino* ſacer *Deuſdedit Dorovernenſi* cathedræ archiepiſcopus apoſtolicè præfulgebat, Cum igitur *Elferus* adeo flagraret in Chriſti cultura ut non ſolùm patrias gentes verùm etiam ſubjectos ſibi Auſtralium Reges & populos Regiis muneribus & ampliatis Regnis ad veram Dei ſectam accenderit, celeſtis verò clavigeri domum in **Medeſhamſtede** autenticam ac ſic Romanam coluit eccleſiam, Regia largitate qua finitimas illuſtraret eccleſias provexit, æterna libertate ne cui regia ſponſa ſerviret donavit, fines poſſeſſionum ſeu extenta linea attribuit. Auctoritate extulit privilegiis, ut prænotatum eſt, ſagacitate abbatis *Saxulphi* ſicut & ſucceſſores ſui corroboravit. Quarum rerum exemplaria ſeorſum deſcripta jubente Rege *Ethelredo* ſuum fraterno teſtamento ad jungi, atque unicum votum in unum corpus redigi, ad perpetuam videlicet monaſterii ſtabilitatem ſubtractis aliquibus verſibus cauſa breviandi, hîc inſeruntur.

Carta *Wulferi* Regis & aliorum Regum de fundatione hujus eccleſiæ.

UUlfere *Dei beneficio Rex* Merciorum *& Mediterraneorum Anglorum auſtraliumque Regnorum præſentibus & poſteris omnibus Chriſtum*

ſtum ſanctamque ejus eccleſiam colentibus perpetuam ſalutem. Benedicat anima mea dominum Jeſum ſalvatorem meum, & coram omnibus viventibus confitear ei cum fratribus & ſororibus meis populiſque meis novo nuper baptiſmate iniciatis, quia ſol juſticiæ ortus eſt nobis, qui nos de tenebris idolatriæ tranſtulit in admirabile lumen ſuæ agnitionis. Qui non ſolùm reos paternis erroribus abſolvit, & advenas & pupillos ſuſcepit, ſed etiam in filios adoptionis credentes elegit. Cumque æterna Regna omnium Regnorum diſtributor ſuis fidelibus repromiſit, etiam in hac brevi via qua ad æternitatem tranſitur nos regnare facit. Quid ergo retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Cum ſine ipſo nichil habeamus, nichil valeamus, nichil ſcimus, magna etiam aviditate ſalutis noſtræ omnium largitor accipit parva & infima noſtra, quatinus cauſam habeat retribuendi maxima ſua, quodque dederimus ſanctis ſuis, quodque dilectæ eccleſiæ ſuæ, hoc ſibi datum & acceptum ipſe teſtabitur in fine, mercedem quoque juſti juſti ſuſceptorem promittit accepturum eſſe. Quia propter illum divinæ fidei & eccleſiarum principem regnique Dei clavigerum per quem admittar in paradiſum domini ſpecialiùs reconciliari michi geſtio per privilegium domus ſuæ quæ in **Medeſhamſtede** ſtudio venerabilis abbatis Saxulfi glorioſè eſt condita, & divina monachorum familia bene diſpoſita. Cui quicquid anteceſſor germanus meus Peada vel Oſuuinus Chriſtiana fide confrater & conregnator conceſſerunt, non ſolùm mea auctoritate cupio ſtabilire, verùm etiam de meo aliqua addere. Ego itaque faventibus fratribus meis Athelredo ac Merwala, cum beatiſſimis ſororibus meis Kyneburga & Kyneſwida, quarum prior Regina mutavit imperium in Chriſti ancillatum præſidens monaſterio Kyneburgenſi, quod ſuo nomine decoratur, mater ſacrarum virginum, altera illibata virginitate in divinum flagrat thalamum. Hiis inquam conſentientibus trado beato Petro ad præfatum **Medeſhamſtede** monaſterium hæc ſtagna & paludes & lacus & piſcaturas cum terris videlicet & omnibus infra jacentibus quæ de meo Regali jure vel principum meorum mutuatione & aſſenſu amodò imperpetuum liberè famulentur Deo famulantibus. Quæ ita hic determinari volumus. Ab ipſo **Medeſhamſtede** ad **Northburc**, & inde uſque ad locum quem vocant **Folies** & indè totam paludem in directum uſque ad **Eſendic** & de **Eſendic** ad locum quem **Fethermuthe** dicunt, & deinde in directum ad locum via decem leugiarum quem **Cuggedic** circa habitantes nominant, & deinde ad **Raggewilh**, & de **Raggewlh** quinque miliariis ad magiſtram aquam quæ ducit ad **Elm** & ad **Wyſeberch**, atque inde ſicut itur tribus leugiis contra curſum magiſtræ aquæ uſque ad **Throkenholt** & **Trokenholt** in directum per immenſam paludem ad **Dereforde** longitudine viginti leugiarum, & inde ad **Grateſcros** per unam pulcram aquam **Bardanea** nomine ſex leugiis ad **Paccelade**, ſic & in medium partitis ſtagnis plurimis & immenſis paludibus cum habitatoribus Huntedunenſis provinciæ, unà cum ſtagnis & lacis **Scalfremere** & **Wittleſmere** & aliis quamplurimis ad hæc pertinentibus cum terris quoque & manſionibus quæ adjacent in auſtrali parte **Scalfremere** & cum infraſepta undique palude uſque ad **Medeſhamſtede** & ſic **Medeſhamſtede** uſque ad **Walmisford**; & de **Walmisford** uſque ad **Clive** & inde ad **Eſtune**, & de **Eſtune** ad **Stanford**, & de **Stanford** ſicut aqua decurrit ad ſupradictam **Northburch**. Hiis ergo terminis omnia ſint juris ejuſdem apoſtolici monaſterii. Hæc, inquam, omnia licet parva ita concedo ſicut ego regaliter tenui, vel ab aliis eſſe i libera, quatinus ab omni ſervitute abſoluta, in propriæ tantùm expenſas liberrima poſſideat eccleſia tanquam Regina non tanquam famula. Hæc nobis beato Petro principante principalis in ſua regione & ſpecialiùs Romana ſit eccleſia: hic quæramus ipſum patronum qui Romæ non poſſumus. Non decet, immo non expedit nobis ut hæc ſerviat quæ fide ipſius Petri Chriſto regaliter deſponſata eſt. Reges gentium, ait dominus Petro, à quibus accipiunt tributa à filiis, an ab alienis? ab alienis, inquit Petrus: Ergo liberi ſunt filii, dicit dominus. Ergo & à nobis ſit libera hæc Regina mater cum filiis ſuis miniſtris Dei noſtri, ut dimiſſis hiis quæ Regis erant, tota libertate quæ ſunt Dei Deo reddant. Alia quoque monaſteria quæ Dei famuli Saxulfi inſtancia aſſurgunt, cum aliis eccleſiis finitimis quæ deinceps generantur, hujus primævæ matris viſceribus fovenda & educanda pignora commendamus, quatinus Chriſtiana religio noſtris primùm temporibus noſtrum Regnum ingreſſa ubique propagetur, confirmetur, perpetuitur, hanc oblationem noſtram beatiſſime pater Deuſdedit apoſtolica manu tua obſecro perhenniter corroborari, qui ſucceſſor legationis fidei beati Gregorii & propagator evangelii pacis prothodoctoris noſtri Auguſtini, ſextus ab ipſo beato Auguſtino apoſtolicus vicarius præſides eccleſiæ Dorovernenſi. Tu quoque mi frater Athelrede, & vos ſorores piiſſimæ Kyneburga & Kyneſwida, pro mutua animarum noſtrarum redemptione huic teſtamento noſtro teſtes optimi ut præmiis condigniores ſubſcribite.

Precor etiam omnes ſucceſſores meos, ſive filii, ſive fratres, ſive externi Reges ſucceſſerint, ut hoc noſtrum partum ita ſervent inviolatum ſicuti volunt recipere rectitudinis præmium & evadere rapacitacitatis ſupplicium. Inter has donationes & ſanctiones venerabilis pater monaſterii Saxulfus, habens monachos anachoriticæ converſationis amatores, ſuggeſſit michi cum nonnullis fratribus velle ſè quidem Dei nutu & noſtro aſſenſu monaſterium in ipſa ſubjacente heremo cum heremeticis cellulis in honore Dei genetricis conſtruere in loco qui jam nomen accepit **Ancharig**, quatinus ibi vel cœnobitæ pro anachoritis vel anachoritæ pro cœnobitis divina pace poſſint converſari. Quibus tum ego: quod ſemel inquam vobis perpetuàm etiamſi ad alios veſtros uſus converteretis non habuiſſem contradicere, quanto magis cum id propoſueritis in ædificationem eccleſiæ & in augmentationem religionis divinæ. Immò ego faveo & laudo ut perficiatur eo loci hæc bona & laudabilis voluntas veſtra juxta veſtram dicionem in domino. Quicunque ergo hæc quæ noſtra vel cæterorum fidelium donatione beato Petro conſecrata ſunt auferre vel diminuere præſumpſerit, ipſe janitor cæli diminuat ejus partem in retributione beata: ejus verò qui hac largiùs auxerit augeat gaudia ſempiterna. Hujus confirmationis iſti teſtes ſubſcribuntur. Ego Ulfere Rex cum ſociis regibus & patribus ac ducibus hoc teſtamentum donationis meæ præſente apoſtolico patre noſtro Deuſdedit confirmavi.

Petroburgensis ecclesiæ
cath: facies aquilonalis.

The North Proſpect of the Cathedral
Church of Peterborugh.


Ne temporum injuriâ, memo-
ria ejus cum fabrica
intercideret: P.
Iohannes Oldfeild Ar:

D: King delin: et ſculp:

Ecclesiæ Cathedralis Petroburgensis facies Occidentalis.

The West Prospect of the Cathedral Church of Peterborough.


Beneuolo fronte Humfridi
Orme Petriburg: Armig:
Notitia frontis Ecclæ Cath.
ibid: posteritati conser-
uatur.



Daniell King Sculp:

vi. *Ego* Oſwius *rex* Northanhumbrorum, *amicus abbatis* Saxulfi, *immò eccleſiæ dei debitus adjutor, laudavi.* *Ego* Sighere *rex*, *voluntariè*, *immò Chriſtianæ fidei recenti perceptione regi* Wlfero *ſubjectus conſenſi.* *Ego* Siwius *Rex*, *ſimili gratia devotionis ac nova induſtria baptiſmatis eundem* Wlfere *habens prælatum ſubſcripſi.* *Ego* Athelredus, *frater Regis cum eodem conſenſi.* *Ego* Kyneburga, *ſoror regis amplector.* *Ego quoque ſoror regis* Kyneſuida *favi.* *Ego* Dorovernenſis *eccleſiæ pontifex* Deuſdedit *annui.* *Ego* Ithamor Roſenſis *epiſcopus corroboravi.* *Ego* Wina Londonienſis *epiſcopus ſubnotavi.* *Ego* Jerumannus Merciorum *epiſcopus approbavi.* *Ego* Tuda *epiſcopus aſpiravi.* *Ego* Wilfridus *presbyter famulus eccleſiarum & bajulus evangelii Dei in gentes affectavi.* *Ego* Eoppa *presbyter miſſus à rege* Wlfero *legatione Dei convertendis gentibus in* **Wyiht** *benedixi.* *Ego abbas* Saxulfus *ſpecie dicti monaſterii gratificè conclamavi.* *Signum in nomine principis*, *S.* Eadberhti *principis.* *S.* Yithberhti *principis.* *S.* Abonis *principis.* *S.* Athelboldi *miniſtri.* *S.* Brordani *miniſtri.* *S.* Walberti *miniſtri.* *S.* Alhmundi *miniſtri* *S.* Fethegyſi *miniſtri.* 664. *Hiis & cæteris optimatibus ac miniſtris regis hæc collaudata ſunt. Sancitum eſt hoc privilegium anno domini* DCLXIIII, Wlferi *regis VII.* Deuſdedit *IX. quod nullius inſana & punienda cupiditas violet.*

Carta Regis Edgari *de libertatibus eccleſiæ* Burgi *& aliis rebus,*

“GRatia domini noſtri Jeſu Chriſti, omnium ſeculorum omnia ſuo nutu diſtribuentis regna terrarum & moderantis habenas rerum. Ego *Eadgar* ſub ipſo ſidereo rege preſidens regno magnæ *Britanniæ* ſæpe petitionem venerabilis & Deo dilecti pontificis *Athelwoldi* ſuper ſtabilitate eccleſiarum quarum ipſe eſt infatigabilis conſtructor accepi, maximè autem ſuper antiqui monaſterii reſtitutione ac libertate quod primitus **Medeſhamſtede**, modò Dei adjutorio ac ſua ac noſtra inſtantia reſtauratum, **Burch** appellatur, quod ſcillicet quadam prærogativa gratiæ ſancti *Petri* ac priſtinæ nobilitatis eminentiùs diligit. Recolens enim illud à priſtinis regibus *Wlfero*, necnon *Athelredo* aliiſque ſucceſſoribus magnificè ditatum, & regalibus privilegiis fortiſſimè ſtabilitum, ſed ab externo paganorum exercitu deſtitutum, hic Dei ſapiens architectus magno zelo domus Dei ſtuduit reparare, & acquiſitis ac redemptis undique poſſeſſionibus rerum cum noſtra regali donatione prout potuit amplificare. Ego itaque, pro gratia ſancti *Petri*, tantiq; patris caritate, ac animæ meæ redemptione, concedo gratantiſſimè illud ſanctum & apoſtolicum cœnobium inperpetuum eſſe liberum ab omni ſeculari cauſa & ſervitute, ut nullus eccleſiaſticorũ vel laicorum ſuper ipſum vel ſuper ipſius abbatem ullum unquam habeat dominium. Sed ipſo abbate cum ſubjecta Chriſti familia in pace Dei ſuperni janitoris *Petri* patrocinio illud regente, ac rege in omnibꝰ neceſſitatibus adjuvante, ab omni mundiali jugo tam ſecurum æternaliter perſiſtat, quàm liberum, ſed etiam ab epiſcopali exactione & inquietudine, ex apoſtolica libertate & reverentiſſimi Archiepiſcopi noſtri *Dunſtani* auctoritate, cum ſuis appendiciis, id eſt, **Dodeſthorp** & **Ege** & **Paſtune** perpetuò maneat abſolutum. Villam quoque **Undale** cum toto jure adjacentium, quod **Ethahundred** Anglicè nominatur, & cum mercato ac theloneo ea prorſus libertate donamus, quatinus nec rex, nec comes, nec epiſcopus, præter Chriſtianitatem attinentium parochiarum, nec vicecomes, nec ulla umquam major minorve perſona ulla dominatione occupare, nec de ipſa villa **Undale**, ubi legitimè conſedere debet, in alium locum transferre ullatenus præſumat. Sed tantum abbas prædicti cœnobii illud cum ſuis cauſis & legibus totum in ſua poteſtate liberrimè teneat, & quando vel in quo loco ſibi placuerit ſine ulla contradictione ſedere faciat. Item terras noſtro adjutorio vel dono vel optimatum meorum per præfatum epiſcopum eidem monaſterio adjectas, quæ hîc ex parte titulantur, id eſt, **Barwe**, **Bermigtun** **Aſetun**, **Keteringe**, **Caſtre**, **Eyliſworthe**, **Waltun**, **Wideringtone**, **Eye**, **Thorp**, & unum monetarium in **Stanford**, in perpetuam libertatem concedimus. Sint ergo tam iſtæ villæ quàm ceteræ omnes quæ ad ipſum monaſterium pertinent, cum univerſis rebus & rationibus ſuis & totum quod appellatur **Saca** & **Socne**, ab omni regali jure & ab omni ſeculari jugo in æternum liberæ, & in magnis & in minimis, in ſilvis, campis, paſcuis, pratis, paludibus, venationibus, omnimodis mercationibus, theloneis, omnium rerum procurationibus Dei beneficio provenientibus. Concedimus etiam quartam partem ſtagni quod dicitur **Witleſmere**, per epiſcopum *Adelwoldum* acquiſitam, cum omnibus ſcilicet aquis, piſcariis, ſtagnis & paludibus attinentibus uſque ad hos terminos circumjacentes, quorum ſeptentrionalis eſt ubi primum intratur **Merelode** de amne **Nene**, orientales ad **Kingeſdelf**, auſtralis ad **Aldewineſbarue**, qui locus eſt in palude contra medietatem viæ **Ubmerlode**, occidentalis ubi aqua de **Oybete** finitur ad terram; quæ omnia antiquitus ad illud ſacroſanctum monaſterium multo latius & longius pertinuiſſe probantur. Mercatum quoque conſtituimus in **Burch** ſingulare, ut nullum aliud habeatur inter *Stanfordiam* & **Huntedune**, & ad illud damus ibidemque perſolvi jubemus totum ſine contradictione ulla theloneum, hoc eſt, primò de tota **Witleſmere** uſque ad theloneum Regis quod jacet ad hundred de **Normanneſcros**, & de **Witleſmere** ſicut **Merelode** venit ad aquam **Nen**, & inde ſicut aqua currit ad **Wolniſforde**, & de **Walmeſforde** uſque ad **Stanforde**, & de **Stanforde** juxta curſum aquæ uſque ad **Croulond** & de **Croulond** uſque ad **Muſt**, & de **Muſt** uſque ad **Kingeſdelf**, & deinde uſque prædictum **Witleſmere**. Propter varia quippe lucra & corporalium & ſpiritualium utilitatum hoc mercatum decrevimus illic celebrari & undique illud requiri, quatinus & Dei miniſtri inde adjuventur propinquius, & à concurrente populo inter terrena neceſſaria cœleſtia petantur ſubſidia, dummodo per ſancti *Petri* quæſita patrocinia & per miſſarum audita miſteria, ſecundum fidem cujuſlibet ibi poſſint redimi diverſa-

“rum offenſionum debita. Porro, decedente abbate, de eadem congregatione fratres ſucceſſorem idoneam eligant, & Regis favore ordinetur.

“Hanc igitur totius abbatiæ tam in longinquis quàm proximis poſſeſſionibus regificam libertatem ab omnibus approbatam, excepta moderata expeditione & pontis arciſve reſtauratione, ſatagimus per ipſum devotiſſimum hujus deſcriptionis auctorem *Athelwoldum* à ſede apoſtolica Romanæ eccleſiæ, juxta primitivam ejuſdem monaſterii inſtitutionem, perpetuò corroborare. Quam quicumque in aliquo violare præſumpſerit, ipſius ſummi præſidis *Petri*, & Romanæ jerarchiæ, omniumque ſacrorum ordinum animadverſione in infernum æternùm dampnetur. Qui verò provexerit & defenſaverit, in ſorte electorum Dei remuneretur. Sancitum eſt hoc privilegium anno dominicæ incarnationis nongenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, meiq; imperii terreni anno ſextodecimo. Quod hujuſmodi probabilibus teſtibus tum ſanctæ crucis indicio ſubnotatur juxta meam ſubſcriptionem. Ego *Edgar*, totius *Albionis* baſileus, hoc privilegium cum ſigno ſanctæ crucis confirmavi. Ego *Dunſtan*, *Dorovernenſis* eccleſiæ archiepiſcopus, hoc idem cum tropheo agiæ crucis corroboravi. Ego *Oſwald*, *Eboracenſis* archiepiſcopus ſubſcripſi. Ego *Athewold* præſul conſignavi. Ego *Alfſtan* epiſcopus favi. Ego *Athulf* pontifex conſenſi. Ego *Aſcwi* abbas non renui. Ego *Oſgar* abbas approbavi. Ego *Athelgar* abbas conſenſi. Ego *Alfere* dux. Ego *Athelwine* dux. Ego *Brithnode* dux. Ego *Oſlac* dux. Ego *Adelward* Miniſter. Ego *Erſnulf* Miniſter. Ego *Aſſis* Miniſter. Ego *Elfward* Miniſter. Ego *Freyegiſt*. Ego *Thured*. Ego *Vlf*. Ego *Wlfric*. Ego *Osferde*. Ego *Wlſtan*. Ego *Ringulf*. Ego *Alfſtan*. Ego *Athelſis*. Ego *Wlfeah*. Ego *Athelmund*. Ego *Thureferd*. Ego *Alfelin*. Ego *Frana*. Ego *Frethegiſt*.

GLorioſiſſimo filio Regi *Merciorum Ethelredò*, fratribus quoq; & coepiſcopis *Theodoro Dorobernenſi*, & *Saxulfo* mediterraneorum Anglorum vel *Merciorum* epiſcopo, ceteriſque conſacerdotibus, *Agatho* ſervus ſervorum Dei in domino ſalutem. Dominus Regnavit, exultet terra, lætentur inſulæ multæ, Reges terræ & omnes populi & cætera omnia laudent nomen domini, quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius. Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti Regis omnium ſeculorum feliciter cotidie adimpletur hæc prophetica exhileratio, quando Reges & gentes orbis terrarum & præcipuè juxta divinum oraculum Reges Inſularum multarum adorant & colunt ipſum Jeſum Chriſtum unicum dominum & Regem ſuum: unde etiam ſanctum nomen ejus ſpecialiùs benedicimus quod vos, præcellentiſſime fili, cum veſtris piæ memoriæ fratribus, non ſolùm dampnoſa ſculptilia dæmoninorum cum paternis erroribus exterminantes, verum ſalvatorem agnoviſtis & veræ divinitatis effecti eſtis cultores, verùm etiam ad vertendos ſubjectos vobis Reges & populos fidei balteo, ut boni miniſtri Chriſti, vos accinxiſtis. Cumque in eccleſiis & baptiſteriis extruendis, quibus populus adquiſitionis Dei multiplicetur, devotè laboretis, hanc caritatis veſtræ flagrantiam familiariùs amplectimur, quod de eccleſia beati *Petri* quam adeo primitivam abbatiam cenſetis in Regione veſtri imperii, quæ eſt mediterraneorum *Anglorum*, in loco qui appellatur Medeshamstede præclaram tam benevola vota nobis Regia ſcilicet legatione mandaveritis. Hanc quippe (ut perhibetis) anteceſſores veſtri & fratres Chriſtianiſſimi per venerabilem virum nuper abbatem nunc conſacerdotem *Saxulfum* Regaliter condidêre, & amore beati *Petri* præcipuè coluêre, hanc Regia largitate necnon & libertate Regia cum privilegii deſcriptionibus glorioſiùs extulere, hanc & vos clariſſimi filii non minori fervore Regalis induſtriæ vultis Romana & apoſtolica auctoritate contra omnes impetus procelloſi mundi perpetuò muniri, immò & jam quantum eſt in vobis prompta veſtri benevolentia Romanam & apoſtolicam eam facere, ubi beatum *Petrum*, nobis quidem corpore, vobis verò ſpiritu ſemper preſentem poſſideatis, ubi & à vobis & à toto Regno veſtro ac ſi *Romæ* requiratur à piis veneretur votis fidelium. Apparet nimirum vos eſſe intimum filium hujus quæ totius orbis mater eſt principalis eccleſiarum, & ipſum ejus præſidium affectare patronum qui clavigeri poteſtate vobis aperiat Regna cœlorum. Quapropter non ſolùm voluntariè, ſed & maximè gratias agentes annuimus piæ veſtræ petitioni, quatinus prædicta eccleſia in Medeshamstede, ſicut Regia, auctoritate Regia, ita apoſtolica confirmatione ſit apoſtolica, ſit ab omni ſervitute ſeculari libera, ita videlicet ut quemadmodum vos dictaſtis, nec Rex, nec epiſcopus, nec præſes aliquis abbati ipſius poſt electionem eccleſiæ & Regis aſſenſum quicquam terreni oneris injungat, non cenſus, non tributum, non milicia, non aliqua unquam ſervitutis occaſio de omnibus rebus ad ipſam eccleſiam pertinentibus vel in magno vel in minimo ab ullo exigatur, quatinus ſub Rege ſuo defenſore non tyranno liberè Chriſto ſoli deſerviat. Epiſcopus quoq; dioceſeos non typo prælationis ſed officio caritatis huic ſe impendat, abbatemq; ipſius, ac ſi Romanum legatum & comminiſtrum evangelii habeat, & ſecundùm ſibi ſocium æſtimet non ſubjectum. Nullum verò potentatum in hoc monaſterium præripiat, nec ordinationem ibi nec quodlibet officium ſine abbatis favore arroget, ſed neq; ab ipſius intimis & peculiaribus locis aut parochiis vel in omni privilegio ipſius, juris quicquam præter ejuſdem abbatis aſſenſum accipiat vel faciat, ne qua ſcilicet abuſione pacem perturbet gregis dominici, quales ſcandalizare eſt cum mola aſinaria in profundo dimergi. Ubi autem electus ab ipſa congregatione abbas ordinandus erit, ab archiepiſcopo *Dorobernenſi*, Romani pontificis vicario, aut à quo ipſe modò inefficatior juſſerit Rege favente ordinetur, nec parochianus pontifex, ſive ipſe ſive aliquis alius prædicta dumtaxat auctoritate ordinaverit, quicquam in eum præter fraternitatis obſequium præripiat. Hanc autem eccleſiam cæteris imperii veſtri monaſteriis quæ modò aſſurgunt, vel deinceps in omnem poſteritatem naſcentur, tanquam religionis primicias excipimus, quatinus Apoſtolica gratia ſuique *Petri* veſtræq; promotionis prærogativa præſtet cæteris à *Tamenſe* fluvio in aquilonem, ſicut & orta perhibetur mater primaria: abbas quoque ejus aliquis arctoæ plagæ prior habeatur & in omnibus conventibus anterior ſedeat, ita duntaxat ut, ad ſacræ fidei, religionis, caritatis, & concordiæ compaginem, loco primo-geniti & vice *Romana* affectuoſé præluceat, contratribus non imparet, ſed & in aula regia & regalibus conſiliis ſicut & monaſterii præſtantia laudamus, ut primus vel inter primos adhæreat, & exemplo *Saxulfi* omnes ſucceſſores opportuné ſeu importunè regem frequentent, religioſa converſatione à terrenis revocent, ad cœleſtia erigant, ad pietatem, ad juſtitiam, ad Dei cultum hortatu crebro accendant. Hanc quoque, ad veſtrum votum, non ſolùm voluntariè, verùm etiam neceſſariè concedimus benedictionem huic apoſtolicæ eccleſiæ, quatinus tam vos quam cæteri populi veſtri imperii totius quoque Britanniæ, ſed & proximorum regnorum nationes, quicumque, vel viæ longinquitate vel varia neceſſitudine præpediti, *Romæ* beatum *Petrum* in urbe ſua reviſere non ſufficitis, hîc eum ſpiritu vobis cohabitantem plena fide requiratis, hîc vota perſolvatis, hîc abſolutionem peccatorum & apoſtolicam benedictionem per ipſum ligandi ac ſolvendi principem fideliter ſperetis & juſta deſideria cum precibus exaudiri, ac cœli januam vobis aperiri credatis. Hæc igitur, &c. quæcumque ſunt tam à vobis quam à fratribus & anteceſſoribus veſtris huic monaſterio in æternam libertatem hæreditatemque perpetuam donata, ac privilegiorum ſanctionibus perhenniter commendata, quæcumque etiam impoſterùm aut à vobis aut à ſucceſſoribus veſtris vel à quibuſlibet perſonis uſque in finem jure tradentur, omnia ſcilicet ſecundùm veſtram poſtulationem apoſtolica beati *Petri* auctoritare confirmamus, & ita hæc obſervanda ab omnibus regibus & principibus *Britanniæ* conteſtamur, ſicut ipſum cœli janitorem timent offendere. Siquis autem hæc in aliquo, quod abſit, violare præſumpſerit, cujuſcumq; poteſtatis aut ordinis ſit, excommunicatorio ipſius ſancti *Petri* gladio niſi emendaverit excidatur. Qui verò cuſtodierit, quique res eccleſiæ amplificare maluerit, ipſius clavigeri gratiâ ſuſcipiatur, & ſicut infernus raptoribus, ita defenſoribus ejus paradiſus aperiatur. Huic ergo definitioni regia dignitas veſtra, ut veſtram majeſtatem decet, indelebiliter ſubſcribat. Tua quoque devotio, reverentiſſimè frater *Theodore*, quem tam Græcis quàm Romanis inſtitutionibus atque eruditionibus præſtantiſſimum, in lucem totius *Britanniæ*, beatæ memoriæ *Vitalianus* prædeceſſor meus deſtinavit, hanc quæſo regiam & apoſtolicam ſæpedictæ eccleſiæ libertatem vobiſcum corroborare, & omnem perverſorum injuriam divina animadverſione recidere ſatagat; ſed & cætera aquilonalia à *Tamenſe* monaſteria hoc ſibi cum abbate ſuo paterna auctoritate præſtare unanimi corpore foveant. Similiter & tua caritas frater *Saxulfe*, ſicut & obnixè petiſti hanc confirmationem perſeverabiliter cum coepiſcopis & amicis ſubſcribi, ut videlicet, nec tu, nec quiſquam ſucceſſorum epiſcoporum quicquam hujus eccleſiæ uſurpet præter abbatis præſidentis voluntatem, ne qua contentionis oriatur occaſio. Sic vos omnes cum veſtro rege filio noſtro kariſſimo in pace cuſtodiat Dei gratia.

Hoc privilegium à ſancto papa *Agathone*, aſſentiente concilio centum xxv. epiſcoporum per reverentiſſimum epiſcopum *Wilfridum* deſtinatum, ego *Athelredus* Dei dono rex, anno domini DClxxx. meique regni vj, ſuſcipiens approbante etiam domino archiepiſcopo *Theodoro*, cum concilio celebrato in campo **Eſtfeld**, tam gratanter regali ſubſcriptione confirmo, quàm ipſe deſideerioſus in hoc exactor extiti, ut ſcilicet dilectum nobis monaſterium beati *Petri* in **Medeſhamſtede**, per induſtriam ſpiritualis patris noſtri *Saxulfi* alienigena carnis genitore præunte, benigniſſimæ memoriæ fratres mei *Peada* regaliter inſtituit *Wlferus* regali opulentia & privilegio principaliter nobilitavit, ego quoque tam pro meæ animæ quàm ipſorum fratrum ſalute, necnon & pro ſacratiſſimis ſororibus meis, beatiſſimæ ſcilicet memoriæ *Kyneburga*, & quæ adhuc ſuperſtes ſacrata Chriſto virginitate deſervit *Kyneſwida*, & rebus augere & divina auctoritate munire curavi. Proinde trado beato *Petro* in hoc loco **Medeſhamſtede** has terras & poſſeſſiones cum omnibus rebus ad eas pertinentibus, hoc eſt, **Bredune**, **Hrepinges**, **Cedevac**, **Swineſhafed**, **Heanbirig**, **Lodeſhale**, **Scuffanhalch**, **Coſteſford**, **Stratford**, **Watelleburne**, **Luſgard**, **Aethelhuniglond**, **Bardunig**, Hæc, inquam, beato *Petro* regaliter habita regaliter concedo, habenda in perpetuam hæreditatem atque liberrimam eccleſiæ proprietatem, obſecrans per ipſum apoſtolorum principem & per apoſtolicam ſententiam præſumptam, ne quis unquam ſuccedentium, tam de hiis quam de omnibus rebus ad ipſum eccleſiam appendentibus quicquam detrahat: quod ſi quis fecerit, omnibus epiſcopis dampnantibus & hiis præſentialiter ſubſcribentibus apoſtolico gladio animadvertatur.

Ego *Theodorus*, Romana legatione in his fines terræ deſtinatus, & licet indignus, vice beatæ memoriæ *Auguſtini*. *Dorobernenſi* cathedra intronizatus, juxta apoſtolicum papæ *Agathonis* mandatum, privilegium monaſterii **Medeſhamſtede** ſubſcriptione noſtra confirmo, cujus violatores dampno & excommunico, defenſores verò gratifico & benedico.

Ego humilis *Saxulfus*, regali beneficio ejuſdem monaſterii fundator, ita ipſius in omnibus libertatem & prærogativam corroborare gaudeo, ſicut ei ſpecialiùs optima omnia cupio, ut nichil uſurpem vel de rebus vel officiis ipſius monaſterii præter voluntatem & poſtulationem abbatis, nec ego nec ſucceſſores mei. Ego quoque omnem violentiæ abuſionem anathemate hinc excludo.

Ego *Wilfridus*, apoſtolico favore repetens ſedem *Eboracenſem*, teſtis & relator hujus ſanctionis votivæ aſſentior.

Ego *Oſtrich*, regina *Athelredi* regis, prompto animo hiis annuo.

Ego *Adrianus*, apoſtolicus legatus & Comes & ſuffraganeus reverentiſſimo *Theodoro*, hæc approbo.

Ego *Johannes*, Romanus legatus conlaudo.

Ego *Putta*, *Rofenſis* epiſcopus ultro ſubſcribo.

Ego *Waldhere*, *Lundonienſis* epiſcopus confirmo.

Ego abbas *Cuthbaldus* ejuſdem monaſterii **Medeſhamſtede**, ſucceſſor venerabilis *Saxulfi* ſpeciali amore amplector, 'ut quiſquis hæc ſervaverit valeat, quiſquis prævaricatus fuerit, quod abſit, omnium epiſcoporum ac ſacerdotum excommunicatione diſpereat. Amen.

Confirmatio Edwardi *regis.*

EGO *Edwardus* rex, *Anglorum* monarchiam regiminis tenens, hoc decretum patris mei per deprecationem abbatis *Aldulfi* perhenniter affirmavi. Hiis teſtibus adjunctis quos ſupra nominavimus.

Ethelredi *regis de eodem.*

EGO *Ethelredus*, *Anglorum* imperio ſullimatus, has donationes prædeceſſorum meorum, precante abbate *Cenulfo*, ſolidavi cum hiis teſtibus *Dunſtano* & *Oſwaldo* archiepiſcopis.

Chnut *regis do eodem.*

EGO *Cnut* Rex *Anglorum*, Deo favente & *Elffino* abbate deprecante, hoc privilegium cum optimatibus corroboravi.

Edwardi *Regis de eodem.*

EGO *Edwardus* Dei gratia rex *Anglorum*, hoc teſtimonium anteceſſorum meorum, poſtulante abbate *Leofrico*, comprobavi & villam **Fiſkertune** quam regina mea, ipſo abbate *Leofrico* inſtante, per me dedit vel pocius reddidit, juri ſancti *Petri* in **Burch** concedo liberam, cum terris ſilvis & aquis, & omnibus rebus pertinentibus: ſimiliter de aliis terris, id eſt, **Aſtune**, **Flectune**, **Overtune**, **Alwaltune**, **Oſgotbi**, & cæteris quæ in eo tempore adjectæ ſunt. Concedo eidem loco **Saca** & **Socne**, & **Tol** & **Team**. Teſtibus regina *Eadgitha*, *Stigando* & *Aldredo* archiepiſcopis, *Haraldo* & *Coſtino*, cum ceteris optimatibus meis.

Willielmi *regis de eiſdem.*

EGO *Willielmus* Dei beneficio rex *Anglorum*, petente abbate *Brand*, iſtud privilegium in omnibus laudo & confirmo ſicut ſupraſcripti reges ante me, ſimiliter etiam terras fratrum vel propinquorum ſuorum quas habebant ſub rege *Edwardo* hæreditarias & liberas, hoc eſt, **Scotera**, **Scoctuna**, **Malmetun**, **Raganaldethorp**, **Meſsingham**, **Cletham**, **Hibaldeſtopa**, **Walcote**, **Muſcham**, cum omnibus adjacentibus, ego concedo monaſterio ſuo & ejuſdem loci patrono, beato *Petro* apoſtolo imperpetuum, liberas & quietas, cum omnibus conſuetudinibus quæ appellantur Anglicè **Saca** & **Socna**, quatinus jugiter ſint propriæ & dominicæ in firmas & quaſlibet neceſſitates ibidem Deo ſerventium. Hæc ergo nemo hæredum vel ſucceſſorum meorum temerare audeat, ne excommunicationis gladio intereat, & pro hæreditate eccleſiæ infernum poſſideat. Huic teſtes affuere *Aldradus Eboracenſis* archiepiſcopus, *Wilwimus Lincolnienſis* epiſcopus. *Merleiſuein* vicecomes, *Ulf* filius *Topi*, *Willielmus* Comes, *Willielmus Maleit*, *Ingeluus* Presbyter.

Ex cronicis *Petroburgi* in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie Claudii. A. 5.]

Anno Domini 654. Fundatum eſt monaſterium de *Burgo* ſancti *Petri* à *Peada* rege *Merciorum*, *Saxulfo* comite facto ejus abbate primo.

Anno Domini 870. Pagani *Eboracum* relinquentes, in *Lyndeſay* navigio applicant, ubi patriam depopulantes, etiam monaſterium de *Bardney*, monachis omnibus abſque ulla miſericordia interfectis, ignibus tradiderunt; pertranſeunteſque in **Keſtiven** omnia conterunt, perimunt, & incendunt. Contra quos, cum Comes *Algarus*, dictus junior, colligeret exercitum, contraxit univerſam juventutem *Hoylandiæ*. Ipſe duoque milites ſeneſcalli ſui, *Wibertus* & *Lefricus*, de quorum nominibus, adhuc villis in quibus manſerant nomina retinentibus, ſenes & ruſtici relicti, vocabula dederant; ſcilicet **Wyberton**, id eſt, villam *Wiberti*, & **Lefricton**, id eſt, villam *Lefrici*, appellantes, unà cum cohorte *Croylandenſis* manaſterii, videlicet ducentis bellatoribus robuſtiſſimis, eo quòd maxima pars illorum de fugitivis fuerat, quibus præfuit frater *Tolius*, monachus laicus ejuſdem monaſterii, miles ante ſuam converſionem, per totam *Merciam* in armorum exercitio nominatiſſimus, ſed tunc amore cœleſtis patriæ, relicto ſeculo, ſpirituali miliciæ apud **Croyland** mancipatus. Contrahebat etiam ſecum de **Depyng**, **Langtoff**, & **Baston**, circa CCC. viros fortes, & aptos ad bellum; inſuper *Morcardum* dominum, cum familia ſua, quæ fortiſſima fuit & numeroſa: occurrenteque vice-domino *Lincolniæ*, nomine *Oſgoto*, veterano ac validiſſimo bellatore, cum cuneo *Lincolnienſi*, numero D. omnes collecti in **Keſtiven**, in feſto ſancti *Mauricii* martyris, bellum cum paganis commiſerunt, & largiente domino, victoriam, occiſis tribus regibus, cum ingenti multitudine paganorum Chriſtiani cedentes Barbaros, uſque ad portas tentoriorum ſuorum perſequebantur, ubi cum acerrimè reſtiterunt, nox bellum dirimit, & invictiſſimus comes ſuum exercitum revocavit. Venerunt, in ipſa nocte, in caſtra paganorum omnes cæteri reges de patria, qui dividentes inter ſe provinciam, ad depredandum proceſſerunt; ſcilicet *Godron*, *Baſeg*, *Oskitell*, *Halfdenne*, & *Hamond*, & totidem comites, ſcilicet *Frena*, *Unguar*, *Ubba*, & uterque *Sidrok* ſenior & junior, cum ſuis exercitibus, & præda magna nimis, mulierumque ac parvulorum, multitudine infinita, quorum adventu cognito, pars magna Chriſtianorum, timore perterrita, noctanter diffugit, & remanſerunt cum prædicto comite, ac ducibus ſuis de octo mille virorum vix duo millia, cum quibus, ſummo diluculo, auditis divinis officiis, & ſumpto ſacro viatico, omnes ad moriendum pro Chriſti fide, patriæque ſuæ defenſione paratiſſimi, in campum contra Barbaros proceſſerunt; & videns validiſſimus comes ſuum exercitum nimis imminutum, ſtatuit iterum fratrem *Tolium* cum ſuis quingentis viris, eò quòd fortiſſimi fuerant, in dextro cornu, aſſignans ei alam etiam fortiſſimam, illuſtrem militem *Morcardum* de *Brunne*, cum omnibus qui ejus vexillum ſequebantur, inclitum verò vice-dominum *Lincolniæ*, *Oſgotum*, cum ſuis quingentis, in cornu ſiniſtro poſuit, donans ei alam ſtrenuam, ſcilicet militem *Hardingum* de *Reiballe*, cum omnibus *Stanfordienſibus*, eò quòd omnes invenes erant, & nimium bellicoſi; ipſeque cum ſuis ſeneſcallis in acie media verſabatur, utrique cornu, cum neceſſe fuerit, affuturus. Dani verò pro cæde ſuorum exeunt magis efferati, ſummo mane ſepelientes tres Reges ſuos in villa, quæ antea **Laundon** vocabatur, nunc verò pro trium Regum Danorum ſepultura, **Trekingham** nuncupatur, ſcilicet iv. Reges & octo comites, nam ij. Reges & iv. comites caſtra ſua, & captivos ſuos conſervabant. Porro Chriſtiani, pro paucitate ſua, in unum cuneum conglobati, contra ſagittariorum impetum duriſſimam teſtudinem clipeorum, & contra violenciam equitum denſiſſimam aciem lancearum, omnes optimè inſtructi à ducibus ſuis tota die ſtatione immobili prætendebant. Cumq; ſic invicti uſque ad veſperam perduraſſent, & adverſariorum ſagittarii tela ſua in vacuum perdidiſſent, equiteſque jam longo labore laſſati deficere inciperent, barbari ex condicto fugam fingentes, campum relinquere ceperunt; quod videntes Chriſtiani, ducibus ſuis invitis ac multùm diſſuadentibus, aciem ſuam diſſolvunt, & perſequendo paganos diſperſi per planiciem, ſine ordine ducumque cuſtodia dividuntur: revertentes autem barbari tanquam leones in paucas oviculas pro libito debaccantur, ſtrenuiſſimus comes *Algarus*, præclariſſimique milites prædicti, & frater *Tolius*, in quodam campi cumulo cætera planicie aliquantulum altiore in orbem conſerti, barbaros arietantes diutiſſimè ſuſtinebant. Cumque præfatus comes illuſtriſſimus & imperpetuum nominandus *Algarus*, prætactique duces robuſtiſſimi, omnes robuſtos ſui exercitus cecidiſſe cernerunt, in confirtiſſimum cumulum corporum Chriſtianorum ſimul irrumpentes, ibique pro viribus quicunque acceſſiſſet ſuum ſanguinem vindicantes, tandem innumeris confoſſi vulneribus, ſuper fratrum ſuorum cadavera corruerunt, pauci juvenes de **Sutton**, & de **Gedney**, projectis armis, in vicinam ſilvam vix evadentes, proxima nocte ſequenti, **Croyland** ingreſſi, ſtragem Chriſtianorum, & fratris *Tolii*, totiuſq; cohortis ſuæ internecionem, dum abbas *Theodorus*, & conventus ſuus ſuas vigilias matutinas perſolverent, lugubri ac lachrimabili ejulatu, ad oſtium eccleſiæ nunciabant cunctis. Itaque de nuncio confuſus abbas, retentis ſecum ſenioribus monachis, & paucis infantibus, ſi forſitan illorũ imbecillitas ad pietatem barbaros inclinaret, non recolens illud poeticum,

Nulla fides, pietaſque viris qui caſtra ſequuntur: omnes fortiores, & adoleſcentiores, aſſumptis ſecum ſacris reliquiis monaſterii, aliis etiam jocalibus, cartis & munimentis &c. Barbari tandem indignati, quod ſperatos theſauros non inveniſſent, univerſa ſanctorum corpora de tumulis effractis miſerabiliter contracta, immiſſo igne die tertio, more ſuo, cum eccleſia & omnibus monaſterii officinis, & edificiis, vij. kal. Octobris, funeſtiſſimi combuſſerunt quarto die. Tandem cum animalium & jumentorum innumeris gregibus verſus **Medeshamſtede** tranſmigrabant, ubi patriam collectam infra monaſterium portaſque obſeratas offendentes, ſagittariis ac machinis undique muros aggrediuntur, ſecundo aſſulto paganis irrumpentibus, *Lubba*, frater *Hubbæ* comitis, jactu lapidis graviter leſus corruit in ipſo introitu, & manibus ſatellitum ſuorum portatus in tentorium fratris ſui, etiam de vita deſperatus eſt; unde **Hubba** ſupra modum ira eſtuans, & maximè in monachos efferatus, omnes ſanctæ religionis ſcemate veſtitos, manu ſua interfecit, cæteri in cæteros graſſabantur, nemo de toto monaſterio ſalvatus eſt, tam venerabilis pater abbas *Hedda* ſenex valde, quàm monachi ſui univerſi, cum omnibus.

Monitus eſt tunc frater *Turgarus* per *Sidrok* comitem dominum ſuum, ne in aliquo loco unquam *Hubbæ* comiti obviaret, altaria omnia ſuffoſſa, monimenta univerſa confracta, ſanctorum librorum ingens biblioteca combuſta, cartarum monaſticarum immenſa copia diſcerpta, ſanctarum virginum *Kyneburgæ*, *Kyneſwythæ*, ac *Tilbæ*, precioſa pignora pedibus conculcata, muri funditùs everſi, ipſa eccleſia cum omnibus cæteris edificiis concremata, per totam quindenam ſequentem jugi incendio conflagrabat. Porro iiij. die, cum prædictis innumeris de tota patria congeſtis, exercitus congregatus verſus *Huntingdoniam* procedebat. Cumq; duo comites, *Sidrok* ſenior & junior, in tranſitu fluviorum ad tutandum caudam totius exercitus ſemper ultimi profiſciſcerentur, totuſque exercitus eorum fluvium de **Nene** ſalvus pertranſiſſet, ipſi tandem tranſeuntes in gurgite fluvii ad levam pontis lapidei profundiſſimi, duos currus immenſis opibus, & vario ſupellectili onuſtos, cum omnibus jumentis demerſis, & antequam extrahi poterant enecatis, ſubito infortunio perdiderunt. Occupata itaque tota familia junioris *Sidrok* ad extrahendum dictos currus, ut in alia plauſtra & vehicula prædictas contentas plures ſoliciti tranſmutarent, frater *Turgarus* per fugam elapſus in proxima parietina perque totam noctem ambulans, ſummo diluculo **Croyland** ingreſſus eſt, invenit ergo fratres ſuos commonachos de **Ankarig** pridiè rediſſe, & ad extinguendum ignes adhuc in multis monaſterii locis durantes fortiſſimè inſudare; quem, cum ſanum & incolumem cernerent, aliqualiter confortati, ſed audientes ab eodem quibus in locis, tam abbas eorum, quàm cæteri confratres & ſeniores eorum occiſi jacebant, & quomodo omnia ſanctorum ſepulchra, & fundamenta, ſacraque volumina, cum corporibus ſanctorum, confracta fuerant & combuſta, ineſtimabili dolore omnes contriſtati ſunt, planctuſq; & ploratus diutiſſimè factus eſt. Tandem lachrimis ſatiati ad extinguendum incendia revertuntur.----egentes verò ruinam tecti eccleſiæ ſuæ, circa magnum altare corpus venerabilis patris *Theodori* abbatis reperierunt, eruderatoque monaſterio toto cum longo maximoq; labore, & de cineribus aliiſq; immunditiis juxta poſſibilitatem temporis expurgato, de inter eos paſtore eligendo invicem colloquuntur, celebrataque electione venerabilis pater *Godricus*, omnium conſenſu, licet invitus & multùm renitens, abbas tandem eſt effectus; ad quem veniens venerabilis ſenex Prior de **Ankarig** *Toretus*, ac ejus ſupprior dominus *Tiſa*, ambo anachoritæ ſanctiſſimi, devotiſſimè ſupplicabant, quatinus, aſſumptis ſecum fratribus, quibus dignaretur **Medishamſtede** adire, & abbatis ſui, & aliorum confratrum ſuorum corpora, feris, avibuſque adhuc obnoxia & inſepulta Chriſtianæ ſepulturæ charitatis intuitu commendare: obtemperans itaque precibus illorum venerabilis abbas *Godricus*, cum multis fratribus, inter quos frater *Turgarus* aderat, occurrentibus eis ibidem omnibus fratribus de Ankarig, Medeſhamſted adiit, & multo ſudore omnia monachorum dicti monaſterii corpora comperta, numero LXXXIIII. in medio cimiterio dicti monaſterii, contra frontem eccleſiæ quondam orientalem, ſcilicet in uno latiſſimo tumulo ad hoc aptato, in feſto ſanctæ *Ceciliæ* virginis ſepelivit, ponens etiam ſuper corpus abbatis in medio filiorum ſuorum quieſcentis, petram piramidalem tres pedes in altitudine, & tres in longitudine, & unum in latitudine continentem, inſculptaſque imagines abbatis ac monachorum ſuorum circumſtantium geſtantem, quam in memoriam monaſterii deſtructi Medeſhamſted deinceps vocari omnes conſenſerunt, & omni anno, quamdiu vixit, dictus abbas *Godricus* ſemel locum viſitans, ſuperque petram ſuum tentorium figens, pro animabus ibidem ſepultorum, miſſas per biduum devotione continua celebravit. Jacebat in Regia via per medium dicti cimiterii habens dictam petram aſcendentibus de prædicto ponte lapidea versùs Hoyland ad dextram, & crucem lapideam ſimiliter imagine ſalvatoris inſculptam, quam prædictus abbas *Godricus* tunc ibidem poſuit ad ſiniſtram, ut tranſeuntes viatores memores ſanctiſſimi monaſterii, pro animabus fidelium, in ipſo cimiterio quieſcentium preces domino ſolverent, & à maleficiis, ac latrociniis in ſancti monaſterii parietinis nullo modo patrandis, ſaltem pro Chriſti reverentia continerent. Tunc etiam dominus *Toretus*, prior de Ankarig, per fratrem *Turgarum* edoctus, quomodo & in quo angulo eccleſiæ ſanctiſſima pignora beatarum virginum *Kyneburgæ* &c. per paganos projecta & conculcata, ſed per predictum fratrem *Turgarum* prout potuit reverenter recollecta fuerant, & impoſita, de communi via, prædictas reliquias ſecum aſſumpſit, & cum fratribus ſuis ad Ankarig rediens, honorificentiùs quam potuit, in ſuo oratorio collocavit. Pagani verò de Medeſhamſtede exeuntes ac depredantes provincias uſq; ad *Cantabrigiam*, monaſterium ſanctimonialium celeberrimum in *Elienſi* inſula ſituatum, omnibus inventis in eo, tam virginibus quàm viris crudeliter interemptis, catallis, ac immenſis diviciis, de tota patria, pro loci ſecuritate allatis ſed per barbaros tunc direptis, ignibus ultimò tradiderunt, & tranſeuntes in *Eaſt-Angliam*, &c. Regem ejuſdem provinciæ ſanctiſſimum *Edmundum*, captum per eoſdem, ad quendam ſtipitem alligatum, tanquam ſignum ad ſagittam, telis ſuis & ſagittis aggreſſi, horrida crudelitate, pro fide Chriſti & patriæ ſuæ defenſione decollantes martyrizaverunt. Sic tota *Eaſt-Anglia* ab eis optenta & occupata ibidem per totam biennem reſidebat, &c.

Anno DCCCClxx. S. *Adelwoldus* epiſcopus *Wyntoniæ*, tranſtulit de cimiterio in eccleſiam reliquias S. *Swithuni* prædeceſſoris ſui, ac ante altare S. *Petri* honorificè collocavit. Monaſterium etiam de Medeſhamſtede reſtaurare cepit, & *Burgum* ſancti *Petri* appellavit, anno deſolationis ſuæ equaliter centeſimo.

Hiſtoria de fundatione hujus cœnobii, elegantiſſimè in feneſtris vitreis, ex occidentali parte clauſtri ibidem depictâ fuit, cum Anglicanis hiſce carminibus argumentum ejuſdem illuſtrantibus.

King *Penda* a Paynim, as writing ſayth,
Got theſe five children of Chriſten ſayth.

Kyneburga and *Keniſwitha*, as I reade,
Peada, *Wlfer* and *Etheldred*.

The noble King *Peada*, by God's grace,
Was the firſt Founder of this place.

By Quéene *Ermenild* had King *Wlfere*
Theſe twae Sonnes that yée ſée here.

Wlfade went forth, as he was wont,
In the Foreſt, the Hart to hunt.

Fro all his men *Wlfade* is gon,
And ſuyeth, himſelf, the Hart alone.

The Harte brought *Wlfade* to a Well
That was beſides St. *Chad*'s Cell.

Wlfade asked of St. *Chad*,
Where is the Harte that me hath lad?

Wlfade prayeth *Chad*, that goſtly leach,
The faith of Chriſt him for to teach.

St. *Chad* teacheth *Wlfade* the fayth,
And words of Baptiſme over him ſayth,

St. *Chad* devoutly to meſſe him dight,
And ſhrived *Wlfade* Chriſt his knight.

Wlfade ſtayed with St. *Chad* that day,
And bad him for his Brother *Rufine* pray.

Wlfade told his Brother *Rufine*,
How he was Chriſtned by *Chad*'s Doctrine.

Rufine ſaid to *Wlfade* againe,
Chriſtned alſo would I bée fayne.

Wlfade *Rufine* to St. *Chad* brought,
And *Chad* with love of Chriſt him taught.

Rufine is Chriſtned of St. *Chad*, I wis,
And *Wifade*, his Brother, his Fader is.

Werbode, Steward to King *Wlfere*,
Told his Sonnes both Chriſtned were.

To *Chad*'s Cell *Wlfere* gan go,
And *Werbode* brought him hitherto.

Into the Chappell entred the King,
And found his Sonnes Chriſt worſhipinge.

Wlfere, in wodneſſe, his Sword out drew,
And both his Sonnes anon he ſlew.

King *Wlfere* with *Werbode* tho
Buried in Grave his Sonnes two.

Werbode for vengance his own fleſh tare,
The Devil him ſtrangled, and to Hell bare.

Wlfere for ſorrow was ſick,
In Bed he lay a dead man like.

Saint *Ermenild*, that bleſſed Queene,
Councelled *Wlfere* to ſhrive him cleane.

Wlfere contrite ſhrift him to *Chad*,
As *Ermenild* his Wife him councell'd had.

Chad bad *Wlfere*, for his ſinne,
Abbies to found this rewme within.

Wlfere in haſt performed then
To build what *Peada* his Brother began.

The Abbot *Saxulfe*, with his Monkes there,
Did Worſhip to King *Wlfere*.

Wlfere indued, with great Devotion,
The Abby of *Burgh* with great poſſeſſion.

The third Brother, King *Etheldred*,
Confirmed both his Brothers déed.

Saxulfe, that here firſt Abbot was,
For ancoris at *Thorney* made a place.

After came Danes and *Burgh* brent,
And ſlew the Monkes er they went.

Fourescore Years and Sixtéene
Stood *Burgh* deſtroyed by Danes téene.

Then *Athelwold*, the Biſhop of *Wilton*,
Was micle vext in contemplation.

To build ſome Cloiſter was his intent;
Yet where, or how, had no revelement.

An Angell appeared to him, by God's lore,
And bad him this place to reſtore.

St. *Athelwold* to King *Edgar* went,
And prayed him to help his intent.

Edgar bod *Athelwold* that work begin,
And him to help he would not linne.

Thus *Edgar* and *Athelwold* reſtored this place,
God ſave it and, kéepe it for his grace.

Vide Cart. antiq. F. 12, 14, 15.

WHITBIENSE

Cœnobium (*antiquitus* Strenſhalh *nuncupatum*) *in agro* Eboracenſi.

ANNO gratiæ DClv. *Penda* Rex *Merciorum*, jubente *Cadwallino Britónum* Rege, innumerabili exercitu collecto, *Northanhumbriam* petivit. At *Oſwius* neceſſitate compulſus, promiſit ei donaria multa, & ornamenta Regalia, ut rebus bellicis prætermiſſis, amicabiliter ad propria rediret. Cumque ille precio, nec precibus adquieſcere vellet, Rex ad divinum confugit auxilium, ut ab impietate barbarica poſſet liberari, votoque ſeſe obligans ait: *Si paganus neſcit noſtra accipere donaria, offeramus ei qui novit, domino Deo noſtro.* Vovit ergò quòd ſi victor exiſteret, filiam ſuam domino ſacra virginitate dicaret, ſimul & xij. manſiones prædiorum ad conſtruenda monaſteria donaret. Et ſic parvo ſtipatus agmine ſe certamini dedit, denique fertur paganam tricies majorem exercitum habuiſſe. Nam ducibus xxx. ad bellum diligenter inſtructis. *Oſwius* ſolus, cum filio *Aelfrido*, Chriſto duce occurrens, illos fugâ vicit, & in ſequendo peremit.

Flores hiſt. per *Math. Weſtm.*

Cecidit, inter cæteros, *Penda* Rex nequiſſimus, qui tot nobiles vita temporali privavit. Cecidit Rex *Aethelberus* frater *Annæ* Regis, de quo ſupra meminimus, author ipſe belli, qui perditis militibus, noluit ſolus perire. Et quia prope fluvium, qui Winwed dicitur, pugnatum eſt, qui tunc per inundantiam pluviarum omnes metas ſuas tranſierat, contigit ut multò plures aqua fugientes, quàm bellantes perderet enſis. Unde exivit proverbium: *In* Winwed *amne vindicata eſt cædes Anne, cædes Regum* Segeberti, *&* Egrici, *cædes* Oſwaldi *& Eadwini.*

Tunc Rex *Oſwius*, juxta quod domino voverat, pro collata ſibi victoria gratias Deo referens, dedit filiam ſuam, quæ vix unius anni ætatem impleverat perpetua ei virginitate conſecrandam, in monaſterio quod Herteſeie, id eſt, *inſula cervi* nuncupatur, qui tunc *Hilda* præfuit abbatiſſa. Quæ comparata poſſeſſione decem familiarum in loco qui Streneſhalh appellatur monaſterium ibi conſtruxit.

Ex vita S. Hilde.

MOnaſterium S. *Hildæ* aqud Streneſhale penitus deſtructum fuit ab *Inguaro* & *Hubba*, *Tituſque* abbas *Gleſconiam*, cum reliquiis S. *Hildæ*, anfugit.

Lelandi collectan. vol. 3. p. 36.

Reſtitutum fuit monaſterium de Strenſhale, tempore *Henrici* primi, per *Guilielmum Perſe*.

Mira res eſt videre ſerpentes apud Streneſhale in orbes giratos, & in clementia cœli, vel ut monachi ferunt precibus D. *Hildæ* in lapides concreti. Locus ubi nunc cœnobium eſt videtur mihi eſſe arx inexpugnabilis.

Ib. p. 37.

Pictura vitrea quæ eſt in clauſtro de **Streneſhale** monſtrat *Scotos*, qui prope fines *Anglorum* habitant, fuiſſe vel ad *Gulielmi* nothi tempora antropophagos, & hanc immanitatem à *Gulielmi* gladio fuiſſe punitam.

Eska flu. oritur in **Eſkedale**, defluitque per *Danbeium* nemus, & tandem apud **Streneſhale** in mare ſe exonerat.

W. *Malmesb.* fol. 10.a.n.50.

——De cujus in *Angliam* adventu (viz. *Theodori* archiepiſcopi *Cantuarienſis*) principi *Oſwio* (viz. Regi *Northumb.*) debetur gratia, licet *Egbertus* Rex *Cantiæ* pro jure provinciæ multùm illius delibet gloriæ, quin & Domino famulantibus frequentia conſtituens habitacula, hujus quoque boni patriam non reliquit exanguem. Quorum præcipuum monaſterium tunc fæminarum, nunc monachorum, ab *Eboraco* xxx. millibus, in boreali parte ſitum, antiquo vocabulo **Streaneſhall**, modò **Whiteby** nuncupatur, quod ab inſignis religionis fœmina *Hilda* cœptum, *Ethelfleda* ejuſdem Regis filia in Regimine ſuccedens, magnis fiſcalium opum molibus auxit, ubi & patri poſt xxviij. annos Regni defuncto funera juſta perſolvit. [*Vide plura de eodem cœnobio apud* Bedam. *Lib.* 3. *Hiſt. eccl. cap.* 24.]

Ex Regiſtro cartarum abbatiæ de *Whitby*, penes *Hugonem Cholmundeley* militem an. 1640. fol. 129.

Memorandum quod anno domini milleſimo ſexageſimo ſeptimo. *Hugo* comes *Ceſtrenſis*, & *Willielmus* de *Percy* venerunt in *Angliam*, cum domino *Willielmo* duce *Normannorum* conqueſtore; & idem conqueſtor dedit prædicto *Hugoni* villam de **Whytteby**, cum omnibus ſuis membris; & idem *Hugo* dedit prædicto *Willielmo* de *Percy*, omnia predicta terras & tenementa, ſibi & heredibus ſuis, ita liberè & quietè ſicut prædictus *Hugo* ea habuit ex dono Regis. Et prædictus *Willielmus* de *Percy* fundavit abbathiam de **Whitteby**, & dedit prædictam villam, cum ſuis membris Deo, S. *Petro*, & ſanctæ *Hildæ* de **Whitteby**, & *Serloni* fratri ſuo, & monachis ibidem Deo ſervientibus, tempore domini *Willielmi* Regis Conqueſtoris, ſcilicet à portu *Whittebyenſi* totam marinam uſque **Blawik**, & inde uſque **Grenedyke**, & in longitudine **Grenedyke**, & inde uſque **Swynſtyſchage**, & inde uſque **Thornelay**, & totam **Thornelay** uſque **Kyrkelake**, & uſque **Coppeceldbroke**, & inde in longitudine per ſilicem uſque ultra **Heneſdykes**, & uſque **Stanecroſgate** que eſt prope villam de **Suffeld**, & uſque **Grethayhevede**, & uſque **Elſykcroft**, & *Moſam* uſque dimidium *Moſe*, & inde uſque **Darwent**, & dimidium **Darwent** in longitudine uſque ubi erumpit **Darwent**, & uſque **Lillowcros** & **Stotgrayhows**, & uſque **Silhowe**, & uſque **Lythebeck**, & ſicut **Lythebeck** cadit in aquam de **Eſke**, & dimidium **Eſke** in longitudine, & ſicut aqua de **Brokelbek** in longitudine uſque **Sworhowecros**, & uſque **Horſecroft**, & uſque **Tordiſa**, & uſque in mare, & per marinam ad **Whytteby**. Quæ quidam bundæ continentur in quodam Quo waranto in comitatu *Eboracenſi* coram *Willielmo* de *Saham*.

Et predictus *Willielmus* de *Percy* dedit abbathie de **Whittebye** totum ſolum de **Tordſaybek** qui eſt ſubtus caſtrum de **Mulgriet**, currens in mare, uſque **Tyllaybeke**, qui eſt ſubtus **Ravencliffe**, juxta **Semer**, quod eſt manerium domini de *Percy*, exceptis ſex carucatis terræ, videlicet, duas carucatas in **Hakenos**, & quatuor in **Northfeld** juxta **Hakenos**. Quæ ſex carucatæ terræ erant donatio abbathiæ predictæ per *Willielmum* Conqueſtorem, prout notatur in quodam Inſpeximus domini *Edwardi* Regis filii *Edwardi* Regis, de diverſis donationibus dictæ abbathiæ factis.

Item ſunt in **Dunſeley** quatuor carucatæ terræ de feodo de *Percy* quas dictus abbas tenet.

Et idem *Willielmus* de *Percy*, fundator dictæ abbathiæ genuit *Alanum* de *Percy*, & *Richardum* fratrem ejus, & idem *Alanus* confirmavit cartam patris ſui, & obiit ſine herede de corpore ſuo, & ſepultus apud **Whitteby**, & ſic deſcendit hereditas *Ricardo* fratri ſuo & heredi ejuſdem *Alani*, & prædictus *Ricardus* nil dedit nec confirmavit. Et de prædicto *Ricardo* proceſſit *Willielmus* de *Percy*, qui quidem *Willielmus* de *Percy* filius *Richardi* fundavit domum de **Grenedall** (nunc vocatam **Handall**) in honore beate *Mariæ* virginis tempore *Henrici* Regis *Angliæ*, filii *Willielmi* Conqueſtoris, anno domini MCXXXIII. per cartam ſuam. Et idem *Willielmus* de *Percy* dedit illis monialibus duas toftas in campis de **Dunceley** ſuper mare; unam ſcilicet *Willielmi* filii *Ermoth*, & alteram *Aldewin*, & alibi in campis de **Staxton**, ſcilicet in **Depedale**, decem acras terræ de ſuis dominicis, & paſturam ducentarum ovium, ſicut in campis de **Grenedall**, & in campis de **Dunceley**, in perpetuam elemoſinam. Et idem *Willielmus* de *Percy*, filius *Richardi* de *Percy*, dedit monachis de **Whitteby** tres bovatas terræ in **Dunceley**, & quinque toftas, per cartam ſuam.

1133.

Carta *Willielmi* de *Perci* primi fundatoris abbatiæ de *Wyteby*.

Ibid. fol. 8.

Willielmus de Perci *omnibus cartam hanc legentibus, vel à legente audientibus ſalutem. Notum ſit omnibus tam futuris quam præſentibus, quod ego* Willielmus *dedi Deo & ſanctæ* Hildæ *abbatiſſæ, ad fundandam abbaciam, olim deſtructam, eccleſiam ſancti* Petri *& ſanctæ* Hildæ *ad* **Wyteby** *&* Serloni *Priori fratri meo, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in elemoſinam perpetuam, pro anima domini mei* Willielmi *Regis* Anglorum, *& dominæ meæ* Matildis *Reginæ; necnon pro domino meo Rege* Willielmo, *eorum filio, & pro hæredibus eorum Regibus* Anglorum, *& pro domino meo* Hugone Ceſtrenſi *comite, & pro animabus omnium parentum meorum, & pro memetipſo &* Emma de Port *uxore mea, &* Alano *de* Perci *filio noſtro, & pro hæredibus noſtris, videlicet, villas de* **Wyteby**, *& de* **Stainſker**, *& de* **Neuham**, *& de* **Stacheſby**, *cum omnibus pertinenciis earum, & portum maris de* **Wyceby**, *&* **Hakanellam**, *& eccleſiam ſancti* Mariæ *ejuſdem villæ, & eccleſiam ſancti* Petri *cum omnibus pertinenciis ſuis, ut jam dicti monachi, de* **Wyteby** *in pace ſint, & orent pro animabus prænominatis; &* **Nordfeld**, *&* **Sudfeld**, **Everlaye**, *&* **Brokeſay**, *&* **Tornelaye**, *cum omnibus ad eaſdem villas pertinentibus, in* Upeleya *francigenam decimam annonæ hallæ. In* Wyltona *ſimiliter. In* **Chevermunt** *ſimiliter.*

in **Ludeſort** *ſimiliter; in* **Covenham** *ſimiliter; in* **Emmingham** *in* Lindeſaya; *& decimam annonæ hallæ; in* **Sumerledeby** *ſimiliter; in* **Sanmare** *in* **Everwycheſire** *ſimiliter; & in* **Ergum** *dimidium piſcium; & foreſtas & paſturas, & omnia nemora cum aquis & ſtagnis ad prædictam ecceſiam de* **Wyteby** *pertinentibus. Hæc autem omnia dedi Deo & ſancto* Petro, *& ſanctæ* Hildæ *abbatiſſæ, & monachis de* **Wyteby** *Deo ſervientibus in elemoſinam perpetuam ita liberè quietè, ac ſolutè, ex omni exactione & conſuetudine ſeculari: & ego & hæredes mei prædictam elemoſinam defendemus & adquietabimus ab omni conſuetudine & ſervitio. Huic dono affuerant teſtes & conceſſores* Thomas *archiepiſcopus* de Eboraco, Emma *de* Port *uxor mea*, Alanus, Walterus, *&* Willielmus, *filii mei*, Ernaldus *de* Perci. Gilbertus Adelardi *filius*, Warinus, Richardus, Fulcho *filius* Rayfridi, Alfridus, Goſfridus, Urſeli *filius*.

Carta Hugonis *comitis* Ceſtriæ.

Ibid. fol.7. HUgo Ceſtrenſis *comes* Thomæ *Archiepiſcopo* Eborum, *&* Willielmo *de* Perci, *&* H. *vicecomiti, atque præpoſitis & miniſtris meis, & omnibus fidelibus ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe* Renfrido *priori & conventui ejus, eccleſiam ſancti* Petri Whitbyenſis, *& omnia quæ ad eam pertinent: Ipſique prædictæ eccleſiæ dedi eccleſiam de* **Flemesburgh** *cum omnibus decimis*, Francigenis, *&* Anglicis *in elemoſinam perpetuam. Teſte* Alano *comite, &* Radulpho Paganello, *&* Eſchetillo *de* Bulmer, *&* Roberto *de* Bruis, *&* Giſleberto Adelardi *filio, & aliis.*

Cart. de a. 5.R.2.m.6. REx *archiepiſcopis (&c.) Inſpeximus cartam quam* Johannes *quondam* Rex Angliæ *progenitor noſter fecit præfatis abbati & monachis in hæc verba.* Johannes *Dei gratia* Rex Angliæ *(&c.) Sciatis nos reddidiſſe, & conceſſiſſe, & præſenti carta confirmaſſe, Deo & eccleſiæ ſancti* Petri, *& ſanctæ* Hildæ *de* **Witeby**, *&* Petro *abbati, & ſucceſſoribus ſuis & monachis ibidem Deo ſervientibus imperpetuum, omnes cervos & cervas, & porcos de foreſtis ſuis, conſtitutis infra metas in carta* Regis H. *avi patris noſtri, & in carta* Regis H. *patris noſtri determinatas, quas idem* Rex H. *avus patris noſtri ſibi afforeſtaverat. Quare volumus & præcipimus quod abbas & monachi de* **Witeby** *omnia nemora ſua & paſturas ſuas imperpetuum teneant ita liberè & quietè & honorificè, ut nullus de miniſtris noſtris ſe intromittat de nemoribus, & paſturis eorum, nec diſturbet eos facere proficuum ſuum de nemoribus & paſturis eorum. Concedimus etiam & confirmamus prædictæ eccleſiæ ſancti* Petri *& ſanctæ* Hildæ *de* **Witeby**, *& monachis ibidem Deo ſervientibus omnes terras foreſtas & paſturas quas* Willielmus de Percy, *&* Alanus *filius ejus, fundatores illius abbatiæ, dederunt in elemoſinam per omnes metas, ſicut habetur in carta* Alani *de* Percy, *videlicet, à portu* Wytebyenſi *totam marinam uſque* **Blawyc**, *& inde uſque* **Grendic**, *& in longum* **Grenedic** *& inde uſque* **Swineſtioſchagh**, *& inde uſque* **Thornelay**, *& totam* **Thornelay**, *& uſque* **Kirkelac**, *& uſque* **Copkeldebroc**, *& inde in longum per cilium uſque ultra* **Theofneſdikes**, *& uſque* **Steincro ſſegate**, *quæ eſt prope villam de* **Suffeld**, *& uſque* **Gretehoueſd**, *& uſque* **Elſicroft** *&* Moſam, *& uſque dimidium* Moſæ, *& inde uſque* **Derewent**, *& dimid.* **Derewent** *in longum, uſque ubi erumpit* **Derewent**, *& uſque* **Lillacros**, *& uſque* **Stogeneſhoghes**, *& uſque* **Silehou**, *& uſque* **Lichebec**, *& ſicut* **Lichebec** *cadit in aquam de* **Esk**, *& dimid.* **Esk** *in longum, & ſicut aqua de* **Brochelebec** *cadit in* **Esk**; *& de* **Brochelebec**, *in longum, uſque* **Swarthontheſcros**, *& uſque* **Horſecroft**, *& uſque* **Thordiſa**, *& uſque in mare, & per marinam ad* **Witheby**. *Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod ipſi omnia prædicta habeant integre & plenariè libera, quieta, & ſoluta ab omnibus quæ ad foreſtam vel ad foreſtarios pertinent, cum omnibus beſtiis ſilveſtribus, & omnimoda venatione, ita quod nullus de miniſtris noſtris ſe inde intromittot, nec diſturbet eos facere inde proficuum ſuum. Et prohibemus, ſuper forisfacturam noſtram, ne quis venetur infra metas prædictas niſi de licentia eorum nec in aliquo veniat contra hanc cartam noſtram. Teſtibus* G. *filio* Petri *comite* Eſſexiæ. R. *comite* Leyc. Willielmo Briwerre, Hugone *de* Nevill, Simone *de* Pateſhull, Hugone *de* Chaucumbe. *Datum per manum* Simonis *Prepoſiti* Beverlaci, *& Archid.* Wellenſis *apud* Eboracum *primo die Marcii anno Regni noſtri quinto.*

Adhuc ex Regiſtro de *whitby* fol.139. b. NOtum ſit omnibus Deo & ſanctæ *Hildæ* abbatiſſæ ſervientibus in loco qui olim **Streoneſhale** vocabatur, deinde **Preſtebi** appellabatur, nunc verò **Witebi** vocatur; quod *Willielmus* de *Perci*, cognomento *Algernuns*, tempore *Willielmi Baſtard*, Regis *Anglorum*, ibi fundavit monaſteriū in honore ſancti *Petri* apoſtoli, & ſanctæ *Hildæ* abbatiſſæ, atq; *Reinfrido* monacho de **Eveſham**, cum ſociis ſuis quos ſibi adquiſiverat, ipſum locum commendavit, & primò duas carucatas terræ in **Preſtebi** illi tradidit: deinde, creſcente numero monachorum, cum *Serlo* de *Perci* frater prædicti *Willielmi* de *Perci*, ibi monachus fuiſſet effectus, villas, terras, eccleſias, & decimas, eis in perpetuam elemoſinam dedit, concedentibus & confirmantibus nobiliſſima *Emma* de *Port* uxore ejus, cum *Alano* de *Perci* filio eorum. Nam prædictus *Reinfridus*, cum eſſet miles ſtrenuiſſimus, in obſequio domini ſui *Willielmi Baſtard*, Regis *Anglorum*, cum per provinciam *Northanymbrorum* tranſiret, divertit ad præfatum locum **Streoneſhale**: cum verò cognoviſſet quod ſanctus ille locus à crudeliſſimis piratis, *Ingwor*, & *Ubba*, ducibus *Alariorum* & *Danorum*, cum præfata provincia *Northanymbrorum* ferori depopulatione eſſet devaſtata; à quibus etiam Rex ſanctus *Edmundus* decollatus eſt, ac deinceps per ducentos & eo ampliùs annos vacabat religio monachorum & ſanctimonialium in eodem loco, compunctus eſt corde. Deinde in provincia *Merciorum*, apud **Eveſham** monachus factus eſt, & monaſticis diſciplinis benè inſtructus, divino inſtinctu, cum *Aldwino* Priore de **Winchecumbe**, & *Elwino* monacho regreſſus eſt in provinciam *Northanymbrorum* ad ſuſcitandam monachicam religionem: venitque ad *Willielmum* de *Perci*, & ab eo honorificè ſuſceptus eſt. Dedit autem illi ſtrenuiſſimus prædictus *Willielmus* de *Perci* antiquum monaſterium ſancti *Petri* Apoſtoli, cum duabus carrucatis terræ in **Preſtebi**, in elemoſynam perpetuam. Erant enim tunc temporis in eadem villa, ut antiqui patriotæ nobis retulerunt, monaſteria vel oratoria penè quadraginta, tantum parietes & altaria vacua & diſcooperta remanſerant, poſt deſtructionem exercitus piratarum. Suſcepto ergo *Reinfridus* monaſterio, ad inhabitandum vel regendum, cepit regulariter converſari cum ſociis ſuis in humilitate, patientia, paupertate, & caritate, exemplum omnibus tribuens ad benè agendum, & ad Deo ſerviendum: ita ut infra breve tempus prudentiſſimos viros ad monachium habitum ſuſcipiendum ſocios ſibi aggregaverit. Tranſactis igitur plurimis annorum curriculis, cumque cauſa monaſterii ſui iter ageret, venit ad **Ormeſbrigge**, ubi artifices faciebant pontem trans *Darwentam*, & deſiliens equo ut illos adjuvaret incautè, lignum ſuper ipſum cecidit, & confracto cerebro, mox extremum exalavit ſpiritum, cujus corpuſculum perductum eſt ad **Hachanos**, ſepultumq; in cimiterio ſancti *Petri* apoſtoli in medio parietis orientalis contra altare. Poſt obitum verò Deo dilecti *Reinfridi* prioris, *Serlo* frater *Willielmi de Percy*, officium ejus ſuſceptus, in eo permanſit donec dominus *Willielmus*, nepos eorum, abbas de **Witebi** effectus eſt. Deniq; nobiliſſimus *Willielmus* de *Perci Jeroſolimam* petens, apud locum qui vocatur *Mons gaudii*, qui eſt in provincia *Jeroſolymitana*, migravit ad dominum, ibiq; à ſuis honorificè ſepultus eſt. Itaque omnes terras, poſſeſſiones, foreſtas, eccleſias, decimas, & libertates, quas ſæpe nominatus idem *Willielmus* de *Percy*, cum *Alano* de *Perci* filio ſuo, monaſterio de **Witebi** dederat, inprimis, nec non in ultimis temporibus ſuis, antequam *Jeroſolymam* peteret, vel quiq; fideles monaſterio noſtro de **Witebi** dederunt, vel conceſſerunt in elemoſynam perpetuam, ad monumentum hic breviter annotabimus Villam & portum maris de **Witebi**, **Overbi**, & **Nethrebi**, id eſt, **Steniſecher**, **Thingwala**, **Leirpel**; **Helredale**, **Gnip**, id eſt, **Haucheſgard**, **Normanebi**, **Fielingham**, & aliam **Fielingham**, **Bertwait**, **Setwait**, **Snetune**, **Hugelbardibi**, **Sourebi**, **Riſewarp**, **Newham**, **Stacheſbi**, **Baldebi**, **Breceha**, **Flore**, **Duneſleia**, heremitoria de **Eſchedale**, & de **Mulegrif**, foreſtas quæ pertinent ad eccleſiam de **Witebi**, eccleſiam ſanctæ *Mariæ* ejuſdem villæ, cum ſex capellis, & appendiciis ejus, **Aggemilnue**, **Rocchemne**, molendinum de **Riſewarp**, novum molendinum de **Fielinga**, villam de **Hachaneſſe**, & duo molendina, & eccleſiam ſanctæ *Mariæ* ejuſdem villæ, eccleſiam ſancti *Petri* ubi monachi noſtri Deo ſervierunt, obierunt, & ſepulti ſunt, **Dales**, **Everlai**, **Broccheſei**, **Northfeld**, ſine **Danegeld**, & **Silfhou**, **Suthfeld**, & vaccharias de **Stoupe**, & totam **Gaiteſei** & de **Thornlei**, & de **Reſebec**, & de **Bilroche**, in **Uplium** duas partes decimæ bladi de dominio, & de **Wiltune**, de **Semara**, de **Nafretune**, in *Lindeſeia* ſimiliter de **Immingheham**, de **Sumerledebi**, de **Stantune**, de **Caprimonte**, de **Ludeford**, de **Eſchintune**, de **Saletorp**, de **Covenham**, & **Aulnebi**, dimidium piſcariæ de **Hergum**. Ex dono *Emme* de *Port* habemus unam manſuram in **Uſegate**, & duas carucatas terræ, unam **Myſleham**, & alteram in **Smeleſwelle**. Ex dono *Richardi* de *Percy*, de *Duneſleia*, filii *Willielmi* de *Percy* **Otleſgernins** duas partes decimæ bladi de dominio de **Stacheſtun**. Similiter in **Boitorp**, ex dono *Hugonis* de *Boytorp*, & uxoris ſuæ *Aalizæ* de *Percy*, neptis *Willielmi* de *Percy*, & *Serlonis* prioris. Ex dono *Walteri* de *Perci* de **Rugemund**, duas carucatas terræ in **Newetune**. Ex dono *Alani* de *Perci le Meſchin*, duas carucatas terræ, unam in **Hetune** juxta **Rocheſburc**, & alteram in **Oteneham**. Ex dono *Willielmi* de *Perci*, filii *Alani* de *Perci* advocati noſtri eccleſiam de *Semara*.

Ex dono *Alani Bucell*, filii prædictæ *Aalizæ*, neptis *Willielmi* de *Perci*, & *Serlonis* prioris, eccleſiam de *Hotune* in **Pichernigelite**. Ex dono *Ace* filii *Wimundi* de *Lochintun*, nepotis *Willielmi* abbatis, dimidiam carucatam terræ in eadem villa de **Hotun**, & duas bovatas terræ in **Middletune**. Ex dono *Fulconis* Dapiferi *Alani* de *Perci*, duas carucatas terræ in **Thouleſtune**.

In **Scartheburch** habemus tres manſuras, unam ex dono *Mauricii* presbyteri; alteram ex dono *Richardi* presbyteri de **Raitone**; tertiam ex dono *Roberti* filii *Aſchetlni* cappellani, & duas bovatas terræ in **Rilverdebi**. Ex dono **Uctredi** filii *Thorkil* de **Cliveland**, duas carucatas terræ in **Brimſtone**, ſine *Danegeld*, & molendinum ejuſdem villæ. Ex dono **Uctredi** filii *Coſpatricii* duas carucatas terræ in **Raitun**. Ex dono *Torſini* de **Alverſtain**, filii prædicti *Uctredi*, duas bovatas terræ in eadem villa. Ex dono *Pagani* de **Wicham** dimidiam carucatam terræ in **Wicham**, & duas partes decimæ bladi de dominio ejuſdem villæ. Ex conceſſu & pacto *Wikemanni* prioris, & conventus de *Bredlintonia*, decimam piſcium piſcatorum de **Fivelei**, cum portum *Witebienſem* intraverint. Eodem verò modo piſcatores de **Witebi** decimam dabunt in **Fivelei**. Ex dono *Willielmi Bardolf*, & *Walteri* filii ejus, unam manſuram in **Farmanebi**. Ex dono primi *Durandi* de **Buttrewic** unam carucatam terræ in **Butterwic**, & duas bovatas terræ in **Scameſtone**, & unum molendinum. Ex dono *Roberti* de *Perci*, filii *Pichot* de *Perci*, eccleſiam de **Suttun**. Ex dono ſtrenuiſſimi militis *Alani* de *Munceus*, & *Ingéranni* filii ejus, eccleſiam de *Berneſtona*. Ex dono *Roberti Thalun* unam manſuram in **Relc**.

Ex dono *Willielmi* comitis *Albemarliæ*, dimidiam marcam argenti, quam reddit annuatim *Willielmus* filius *Seir* de terra ſua de **Newetun** in **Holderneſſe**. Ex dono *Hugonis Malet*, & *Margaretæ* matris ſuæ, totum dominium ſuum de **Rothewelle**.

Ex dono *Walteri* de *Canci*, & *Anfridi* filii ejus, eccleſiam de **Scerpinbec**, & in eadem villa quinquaginta acras terræ. Ex adquiſitione domini *Martini* monachi dimidiam carucatam terræ, & triginta acras terræ in eadem villa. Ex dono *Willielmi* de *la Fubble*, duas bovatas terræ, & triginta acras terræ ad pontem belli. Ex dono *Willielmi Hai*, & *Roberti Chamberd*, eccleſiam de **Slingebi**. Ex dono *Rogerii* abbatis & conventus de **Eveſham**, eccleſiam de **Hunteindune** juxta *Eboracum*, unde dabimus annuatim decem ſolidos eccleſiæ de **Eveſham**. Ex dono *Willielmi* Regis *Ruffi*, filii *Willielmi* mi *Baſtard*, regis *Anglorum*, in *Eboraco*, eccleſiam omnium ſanctorum de **Fiſchergate** cum omnibꝰ pertinentiis ſuis, quam dederat *Serloni* priori & monaſterio de **Witebi**, in elemoſinam perpetuam; ea pactione, ut ibi monachi prædictæ eccleſiæ Deo ſervirent, & pro eo orarent & pro hæredibus ſuis. Ex dono domini *Gernegoti* tres manſuras ibidem, ſcilicet in **Fiſchergate**, quas habent *Willielmus* filius *Odonis*, & *Leiſing*, & *Hugo Clericus* de **Brantſpade**. Et *Waltherus le Teler* unam manſuram. *Arnoldus* unam manſuram. *Siwardus* duas manſuras. *Hugo* filius *Audoeni*, unam manſuram quæ fuit *Wulfhet* fabri. *Willielmus Brunt* unam manſuram. *Henricus* frater *Willielmi*, de eodem **Fiſchergate**, unam manſuram. *Henricus le Corviſer*, unam manſuram. *Gocelinus* de *Araci*, unam manſuram. *Odo Clericus* unam manſuram. *Benedictu Clericus* unam manſuram. *Gamellus Burrigan* unam manſuram. Ex dono *Audoeni*, unam manſuram in **Walmegate**, quam tenet *Hugo* filius ejus. Ex dono *Rogerii* de *Mubrai*, unam manſuram ad pontem **Foſſe**, in eſcambuim propter **Hod** quam tenet *Richardus* faber.

Ex dono *Lewini Farthem* habemus unam manſuram in **Merſc**, quam tenet *Walterus Farthem*. Ex dono *Emmæ* de *Port*, unam manſuram in **Uſegate**, quam habet *Thomas* filius **Ulfhet**. Ex dono *Johannis* Lardirarii regis, unam manſuram quam tenet *Johannes Clericus*, filius ejus, in eodem vico. Ex dono *Godefridi* & *Turgiſii*, habemus duas manſuras in eodem **Uſegate**, quas tenuerunt de nobis *Orm* & *Audoenus*, & nunc tenet *Hugo* filius ejus. Ex dono *Gaufridi*, filii prædicti *Audoeni*, habemus terram quandam & edificia quæ tenet *Hugo* frater ejus. Ex dono domini *Gernegoti*, unam manſuram habemus in **Steingate**, quam habet *Hugo* filius *Willielmi* filii *Toſtini*. Ex dono *Paganæ* matris prædicti *Willielmi*, unam manſuram juxta eccleſiam ſancti *Wilfridi*, in **Bletkeſtrete**, quam tenet *Uctredus Malherbe*. Ex dono *Arnegrim*, unam manſuram in **Sceldergate**, quam habuit *Thomas Lolle*. Ex vendicione *Reginaldi le Poer* habemus totam terram ſuam, & totum jus ſuum, ſcilicet tres manſuras in **Sceldergate**, & ſex bovatas terræ, & quoddam pratum in **Torp**, quæ tenet *Osbertus Buſtard*. Et unam manſuram ſuper ripam fluminis *Uſe* ubi ipſe *Reginaldus le Poer* manebat, quam tenuit de nobis *Willielmus Clericus* de **Stokeſlei**. Ipſe verò *Reginaldus le Poer* terram illam cum hærede ſuo abjuravit, & quietè clamavit, tradiditq; in manu domini ſui *Rogerii* de *Mubrai*, & ipſe illam dedit & conceſſit & confirmavit Deo, & ſancto *Petro*, & ſanctæ *Hildæ* monachiſque noſtris de **Witebi**, in elemoſinam perpetuam.

Ex dono *Torfini* de *Alvertain*, filii *Uctredi*, filii *Coſpatric*, eccleſiam de **Croſſebi Ravenſwart**, cum duabus carucatis terræ & aliis pertinenciis ſus. Et centum quadraginta acras terræ in eadem villa. Ex dono *Adam* filii *Viel* eccleſiam de **Kirchebi**, & eccleſiam de **Englebi**, & molendinum ejuſdem villæ. Ex dono *Roberti* primi & *Stephani* del *Manul*, eccleſiam de **Hatun**, de **Cliveland**, cum omnibus appendiciis ſuis, ſcilicet *Capella* de **Neutun** ſub **Otneberch**, & **Torp** & parva **Hatun**. Ex dono *Roberti* de *Brus*, eccleſiam ſanctæ *Hildæ*, abbatiſſæ de **Midleſburgh**, & unam carucatam terræ in eadem villa, & duas carucatas, & duas bovatas terræ in **Neweham**, quas donaverat Deo & ſanctæ *Hildæ*, monaſterioque de **Witebi** in elemoſinam perpetuam, ea conventione, ut in **Midleſburch** monachi præfatæ eccleſiæ Deo ſanctæque *Hildeæ* ſervirent, quot locus honeſtè retinere poſſet, & pro eo orarent, & pro hæredibus ſuis, ſicut carta illius teſtatur. Ex dono *Johannis Ingeram*, ut frater ſpecialiter fieret ejuſdem loci in orationibus, & elemoſinis monachorum, duas *Thofiz* in eadem villa, & novem acras terræ in **Brigeſlat** dedit, & communem paſturam in **Fittis-merſc**. Similiter ex dono *Acelini* quatuor acras & dimidiam. Ex dono *Aufridi* unam acram terræ. Et ex dono *Rogerii*, filii ejus, tres acras terræ. Ex dono *Roberti Ramkil* tres acras & unam perchatam terræ. Ex dono *Henrici Malet* quatuor acras terræ, & novem acras in quoddam eſcambium. Ex dono *Willielmi* de **Acclum** & *Ceciliæ* matris ſuæ quatuor acras terræ. Ex dono *Rogerii Kuſin* unam acram terræ. Ex dono *Rogerii* de **Martun**, duas acras terræ in eadem villa. Ex dono *Willielmi* filii *Toſthun*, duas acras in **Martun**. Ex dono *Williel.* de **Thametun**, duas acras terræ in **Martun**. Ex dono *Roberti* de *Baius* unam acram in **Ormeſbi**. Ex dono *Roberti* de **Clieveland** unam acram & unam perchatam terræ in **Ormeſbi**. Ex dono *Warnerii* de **Uppeſale**, duas acras terræ in **Ormeſbi**. Ex dono *Unfredi* de **Hutun**, & *Suſannæ* uxoris ſuæ unam manſuram in **Hutune**. Ex dono *Roberti Foſſard*, unam carucatam terræ in **Roucebi**; Ex dono *Roberti* de **Argentune**, duas bovatas terræ in **Upplium**. Ex dono *Roberti* de **Livortun**, dimidiam carucatam terræ ſine **Danegeld**, cum additamentis quas *Willielmus Decanus* nobis adquiſivit. Ex dono *Walteri* de **Argentun**, & *Willielmi* de *Perci* de **Dunesleia**, & *Aalizæ* matris ſuæ habemus duas bovatas terræ in **Suth-loftus**. Ex dono primi *Willielmi Wirfand* dimidiam carucatam terræ in **Hilderwelle** cum una manſura. Ex dono *Willielmi* de **Othetun**, partem cujuſdam manſuræ in eadem villa. Jam numeravimus omnes donationes quas præfati advocati noſtri nobis dederunt in elemoſinam perpetuam.

Vide pag. 988. inter addenda.

CERTESEIENSE

Cœnobium in comitatu Surregiæ.

Incipit prologus de fundatione domus Certeſiæ.

ANNO ab incarnatione domini DClxvj. regnante glorioſo rege *Anglorum Egbertho*, fundata eſt domus **Certeſ.** à *Frithuualdo*; & à venerando patre *Erkenuualdo*, cujus vita & converſatio legitur tam fuiſſe ſanctiſſima ut in interiore homine divitias gloriæ cœleſtis per-

Ex Regiſtro abbatiæ de *Certeſeye* in bibl. *Cottoniana* [ſub effigiæ *Vetellii.* A. 13.]

666.

ſcrutatus caduca & ſecularia cuncta poſt poneret. Habebat autem germanam *Ælthelburgam* nomine, quam ita diſciplinis cœleſtibus inflammaverat, ut ipſa virgo & vita, & moribus, & converſatione ſanctiſſima Deo per omnia placere ſatageret. Renunciatis igitur pompis ſecularibus gloriæ cœleſtis amore, terrenam dignitatem & ampla patrimonia in divinam & eccleſiaſticam hæreditatem tranſtulere. Unde unico affectu amborum ipſe inclitus frater, ſcilicet *Erkenuualdus* ante pontificium ſuum primitivus conditor emicuit duorum illuſtrium cœnobiorum & utrumque, ſuum videlicet ac ſororis, divina familia & rerum copia ac regulari ſtabilivit diſciplina: ſuum in regione *Surregiæ* ſuper flumen **Thamiſe** in loco qui dicitur **Certeſeya**, id eſt, *Ciroti Inſula*, celeberrimè adhuc ſuis floret plantationibus, ubi ipſe pater monachorum converſatione ſanctiſſima perluxit primus: *Aethelburgæ* verò in *orientalium Saxonum* provincia in loco qui appellatur *Berkinga*, in quo & ipſa benigniſſima parens ſacro contubernio virginum perfulſit prima, & uterque monaſterialium animarum primitias obtulerunt ad ſydera.

Explicit prologus.

Carta fundationis Abbatiæ de Certeſia.

IN nomine Domini ſalvatoris Jeſu Chriſti, hanc donationem ego *Fritheuualdus* juris mei ad libertatem uniuſcujuſque rei concedo. Quotienſcunque aliqua pro opere pietatis membris Chriſti impendimus, noſtræ animæ prodeſſe credimus, quia ſua illi reddimus, & noſtra non largimur. Qua de re ego *Frithwaldus* provinciæ *Surrianorum* ſubregulus regis *Wlfarii Mercianorum*, propria voluntate, ſana mente, integróque concilio, à præſente die dono, concedo, transfero, & de meo jure in tuam tranſcribo terram, ad augendum monaſterium, quod primò ſub rege *Egberto* conſtructum eſt, manentium ducentos ad roborandum idem monaſterium quod nuncupatur **Cirotesege**, & quinque manſas in loco qui dicitur **Thorpe**. Non ſolùm terram do, ſed confirmo & meipſum & unicum filium meum in obedientiam *Erkenwaldi* abbatis trado. Et eſt terra intra totum conjuncta manentium trecentorum. Et inſuper juxta flumen quod vocatur **Thamis** tota conjuncta ſimul ripariæ fluminis uſque ad terminum qui dicitur antiqua foſſa, id eſt **Fullingadich**. In alia parte iterum ejuſdem fluminis ripæ uſq; ad terminum alterius provinciæ quæ appellatur **Sunninges**. Eſt tamen de eadem terra pars ſemota manentium decem juxta portum *Londoniæ*, ubi naves applicant ſupèr idem flumen in meridiana parte juxta viam publicam. Sunt tamen diverſa nomina de ipſa eadem terra ſupradicta, ſcil. **Sirotesegt, Torpe, Egeham, Cheleham, Getinges, Muleſes, Wodeham, Hunewaldesham.** Uſque ad terminum ſupradictum dono tibi *Erkenwaldo*, & ad monaſterium conſtruendum, & confirmo ut tam tu, quàm poſteri tui, pro animæ meæ remedio intercedere debeatis, cum campis, ſilvis, pratis, paſcuis, & fluminibus & omnibus aliis rebus ad monaſterium ſancti *Petri* apoſtolorum principis de **Ceroteſege** ritè pertinentibus. Omnia igitur in circuitu ad prædictum monaſterium pertinentia, quemadmodum à me donata ſunt, & conceſſa & confirmata, teneatis & poſſideatis, & quodcunq; volueritis de eiſdem terris facere tam tu, quàm poſteri tui liberam licentiam habeatis; nunquam me ullo tempore, hæredeque meo contra hanc donationis meæ cartulam eſſe venturis. Quod ſi quis contra hanc donationem meam & confirmationem venire temptaverit, ſit hîc ſeparatus ab omni ſocietate Chriſtiana, & à cœleſtis regni participatione privetur. Et ut hæc cartula donationis meæ & confirmationis ſit firma, ſtabilis, & inconcuſſa, teſtes ut ſubſcriberent rogavi quorum nomina infra ſunt annexa. Et ego *Fritheuualdus* qui donator ſum, unà cum *Erkenuualdo* abbate ſignum ſanctæ crucis ✠ pro ignorantia literarum expreſſi. Signum manus *Frithurici* teſtis ✠. Signum manus *Ebbi* teſtis ✠. Signum manus *Eguualdi* teſtis ✠. Signum manus *Baduualdi* teſtis ✠. Signum manus *Ceaddi* teſtis ✠. Similiter *Humfridus* epiſcopus rogatus ab abbate *Erkenuualde* manu propria ſubſcripſit ✠. Et iſti ſunt ſubreguli qui omnes ſub ſigno ſuo ſubſcripſerunt. Signum manus *Frithewoldi* teſtis ✠. Signum manus *Oſrici* teſtis ✠. Signum manus *Wigherdi* teſtis ✠. Signum manus *Ethelwoldi* teſtis ✠. Et ut firma ſit hæc donatio, & confirmatio ſtabilis, à *Wlfario* rege *Mercianorum* confirmata eſt hæc cartula: nam & ſuper altare poſuit manum ſuam in villa quæ vocatur **Thamu**, & manu ſuâ ſigno ſanctæ crucis ſubſcripſit ✠. Acta ſunt hæc juxta villam *Frithuwaldi* juxta ſupradictam foſſatam **Fullingadich**, circa kalendas Marcias.

Ignora literar

Limites terrarum ad abbatiam de Certeſeia *ſpectantium, Saxonicè deſcripti.*

Ðis is þare ninen hida boc to Cerotesege ⁊ to þorpe þe Friþewold king ybehte Criste ⁊ seint Petre ⁊ Erkenuuolde Abbude to fullen friedome þurg alle þing sua se þe londeimere hit bicluppeþ þe on þissen bok iƿrite bieþ. Ibid.

Ðis is þe lande gemere to Cerotesege ⁊ to Ðorpe. þat is erest on ƿaiemuþe up end longe ƿaie to ƿaigebrugge. of ƿaigebrugge innan þe aelile muledich. midewerde. of þere dich on þere ealde herestraet. and lange straete on ƿoburne-brugge. ⁊ lange-burne on þene grete ƿiþig. of þan grete ƿiþig endlong burne in þane pol buue Crocford. of þes poles heuede on gerigte to þane Ellene. of þane Ellene on gerigte a beƿertuualen on þe here-strate. and lang strate to Curtenstapele. of Curtenstapele eandlonge strate to þene hore þorne. of þane þorne to eccan treuue. of eccan treouue to ðen ðrem burghen. of þan þrim beorghen in to þe rihtran. of ðan riþren into Merchebroke. of Merchebroke on Exlaepesburnen. of Exlaepesburne to ðene hare mapeldure. of ðene hore mapeldure to ðen ðrum treouuen. of ðam ðrem treoƿen andlange Deƿenbrokes on gerihte to ƿealagate. of ƿealagate on shiren fol. of shirenpole on Fulanbroc. of Fulenbroke to ðan blake ƿiþig. of ðan blaken ƿiþig on gerihte to uuealers huþe ⁊ lange Temere on oþere halue Mixtenhames in ðere ea

betƿeone burghege ⁊ Mixtenham and-lang þes ƿeteres to Netelyge. of ðat ege ⁊-lang Temese abuten Oxelake. forþ and-lang Temese to Boresburghe. and sua forþ end-lange Temese to Hamen ege. ⁊ sua forþ end-lange stremes be norþen Hamenyge. and sua forþ and lange Temese be haeluen stremes eft on ƿaimuþe7

þus feale synden þere ygetta þe liggeþ into Chertseye. and to þorpe. þat synden viij. leassen and ƿaren. and vij. ƿerbiere þa synden ealle betƿeonon ƿealesnuþe and ƿaimuþe7

An oþer landimere me shal uinde her efterƿard þat ƿas igon albuten bi Ælfredes þe ƿise kinges daie to Chertes7

Þis be þe land mere of þe uiftene hide lond in Egeham7

Þis be þe landimere at Egeham. þat is ærest at en Shigtren bouen Halsam. and sua forþe-rihte to þe þrem burghen. fram þes burges to eccantriƿe forþrigte strechchinde to þe suþend of sire Giffreus heþe de la croiz. fram þe heþe forþrigte to Hertleis ouerende almest. and sƿa forþ þurg þere þorni hulle to Hertleys nuþerende. of þe Menechene rude. fram þe rude durrigte bi one ƿeie an ƿesthalf ƿoddenhale to ƿinebrigþ almest. fram ƿinebrigþ ƿestrigte to one ƿeie þet geþ to ƿincestre þat is ihoten Shrubbeshedde bitƿiene þe shrubbes and ƿinebrigt goinde adun norþrigte binuthe þe parkes gate and sua forþ fram þe gate goinde bi þe parkes heige to herpesford to þere mulle. fram þere mulle goinde forþ bi þe parkes heige to þe riƿe heþþe. fram þe heþþe endlonge þes friþesbroke to þere hore aepeldure. fram hore aepeldure to þe kneppe bi þe quelmes binuþe þere stonie helde. and sua goinde adun bi Tigelbeddeburne adun oþe þat eigt þe stant in þere Temese aet Lodderelake. and sua forþe endlange temese bi midstreme to Glenthuþe. fram Glenthuþe bi mid streme enlonge Temese to þare huþe a fomegene stone. fram þare huþe enlonge Temese bi midstreme dun to Nippenhale. fram Nippenhale to ƿhelershuþe. fram ƿhelershuþe oferrige in þere blake ƿiþige. of þe ƿiþige into Fulebrok. of Fulebrok into Sirepol. of Sirepol into ƿhelegate. of ƿhelegate ofer tigte into Derenbroke. of Derenbroke to þe þrem triƿen. of þe þrem triuuen to þe hore mapuldure. of þare hore mapuldure to Exlepesburne. of þere burne into Merchebroke. of þere Merchebroke to þan Shigtren bouen Halsam7

Þis be þe londimere into Chabbeham7

Þat is ærest on eccan triuue. of eccan triƿe and-lange strete to þe hore þorne. of þe hore þorne to ƿihsanleaghe. of ƿisanleghe to ƿoburne and lange burnen to ƿorshete. of ƿorshete to Mimbrugge. of Mimbrugge to ƿiþelershete. of ƿiþelershete to þe hagen aet Minfelda. sua of Minfelde to þare greten ƿich. of ƿere ƿich to ƿul urste riþe. of þere riþe to Siþfodehagan. andlange hagan to Fhyþekemere. of Fhyþekemere to Hasulhurste. of Hasulhurste forþ-rigte ofer þane feld to Cuscetes hagen. sua bi þan hagan to Cumore. of Cumore to þe stondind stone. of þe stone uprigte to Ruggestrate dun into Phiþekemere. fram Phyþekemere to Burth shlede. fram burgh shlede to Eggulfus brugge. of þere brugge to Cytereneforde. of Cytereneforde to ƿipsedone. of þere done andlange strate to Hertlye. of Hertlye eft on eccan triuue7

Expliciunt limitationes quatuor maneriorum.

Hoc eſt.

Hic eſt illarum novem hidarum [*terræ*] liber ad *Certeſeiam* & ad *Thorpam* [*ſpectantis,*] quas *Fritbewaldus* Rex ſcripto contulit *Chriſto* & ſancto *Petro*, & *Erkenwaldo* abbati, in plenam libertatem, omnino ſicut terræ termini eam incingunt, qui hoc in libro conſcripti ſunt.

Hii ſunt terræ limites ad *Certeſiam* & ad *Thorpam* [*ſpectantis.*] Id eſt, in primis apud oſtium [*fluvii*] **Way** [*dicti,*] ſurſum per longitudinem *Waiæ* ad *Waiæ* pontem, à *Waia* ponte in anguillarem molendini foſſam, medium verſus, à foſſa ad veterem viam militarem, per longitudinem viæ ad *Woberna* pontem, per longitudinem amnis ad magnam ſalicem, à magna ſalice per longitudinem amnis ad ſtagnum ſupra [*vadum*] **Trocford** [*dictum,*] à ſtagni capite rectà ad alnum, ab alno rectà ad dulcem [a] fontem apud viam militarem, per longitudinem viæ ad ſtipitem *Curten* [*dictum,*] à ſtipite *Curten* [*dicto*] per longitudinem viæ ad annoſam ſpinam, à ſpina ad ilicem, ab ilice ad tres colles, à tribus collibus ad **Sithran** [*fluvium, fortè, ſic dictum,*] à *Sithra* ad *Merchebrocam* [b], à *Merchebroca* ad torrentem *Exlaepe* [*dictum,*] ab *Exlaepis* torrente ad annoſam acerem, ab annoſa acere ad tres arbores, à tribus arboribus per longitudinem *Depenbrocæ* [c] rectà ad *Wealagdtam* [d], à *Wealagata* ad *Shirenpolam* [e], à *Shirenpola* ad *Fulanbrocam* [f], à *Fulenbroca* ad nigram ſalicem, à nigrâ ſalice rectà ad *Wealeſhitham* [g], per longitudinem *Thameſis* ad alteram partem [*villæ*] **Mixtenham** [*dicta,*] illâ in aquâ inter inſulam **Burgh** [*dictam*] & **Mixtenham**, per longitudinem aquæ ad *Netelygham* [h], ab illâ inſulâ per longitudinem *Thameſis* circum *Oxelacam* [i], prorſum [*vel, pergendo*] per longitudinem *Thameſis* ad burgum **Bore** [*dictum,*] & ita prorſum per longitudinem *Thameſis* ad *Hamæ* inſulam, & ſic prorſum per longitudinem fluminis ab aquilone *Hamenſis* inſulæ, & ita prorſum per longitudinem *Thameſis* à medietate fluminis rurſus ad *Waimutham* [*i. e. oſtium fluvii,* **Way** *dicti.*]

Tot ſunt inſulæ quæ pertinent ad *Certeſeiam*, & ad

[a] Fortè, oppletum

[b] Rivulum (*fortè*) limitarem.

[c] Profundi rivuli.

[d] Portam muralem.

[e] Limpidum ſtagnum.

[f] Cænoſum rivulum.

[g] Portum ad murum

[h] Urticarum inſulam.

[i] Boum lacum.

& ad *Torpam*, ſcilicet, octo minores & majores, & ſeptem inſtrumenta piſcibus capiendis & retinendis idonea, (*Weras* vocant) quæ ſunt omnia inter *Wealeſhitham* & *Waimutham*.

Alia terræ limitatio reperietur hîc poſtea, quæ fuit peragrata *Alfredi* ſapientis Regis tempore, apud *Charteſ*.

Hii ſunt terræ termini quindecim hidarum terræ in **Egeham**.

Hii ſunt fundi limites apud **Egeham** [k], ſcil. inprimis apud *Shigtrenam* [*arborem*, *forte*, *ſic dictum*] ſupra **Halſam**, & ſic rectà ad tres colles, à tribus collibus ad ilicem, rectà tendendo ad auſtralem finem portus domini *Galfridi* de *cruce*, à portu rectà ad *Hertlei* ſuperiorem finem ferè, & ſic prorſum per ſpinoſum collem ad *Hertlei* inferiorem finem uſque ad monacharum crucem, à cruce rectè deſcendendo per viam ex occidentali parte [*villa*] **Woddenhale** [*dicta*,] ad [*pontem*] **Winebrigge** [*dictum*] fere, à *Winebrigga* occidentem verſùs ad viam quâ itur ad *Winchestriam*, quæ vocatur **Shrubbeſhedde** [*i.e*, *ſurculorum caput*,] inter ſurculos & *Winebrigam*, deſcendendo boream verſùs infra roborarii [l] portam, & ſic prorſum à porta eundo per roborarii ſepem ad [*vadum*] **Herpesford** [*dictum*,] ad molendinum, à molendino pergendo per roborarii ſepem ad novum portum, à portu per longitudinem *Fritbesbroce* [*amnis ſcil. ubi prax facta*,] ad annoſam pomum, ab annoſa pomo ad verrucam juxta furcas, à furcis ſub lapidoſo clivo, & ſic deſcendendo per *Tigelbeddeburnam* [m] deorſum uſque ad inſulam ſitam in *Thameſi* apud [*lacum*] **Lodderelake** [*dictum*,] & ſic pergendo per longitudinem *Thameſis* à medio fluminis ad [*portum*] **Glenthith** [*dictum*,] à *Glenthitha* medio flumine per longitudinem *Thameſis* ad portum apud Fomegene lapidem, ab illo portu per longitudinem *Thameſis* medio flumine deorſum ad [*villam*] **Nippenhale** [*dictam*,] a *Nippenhala* ad [*portum*] **Wheleſhith** [*dictum*,] à *Wheleſhitha* ultra inſulam ad nigram ſalicem, à ſalice ad *Fulebrocam*, à *Fulebroca* ad *Sirepolam*, à *Sirepola* ad *Whelegatam*, à *Whelegata* trans inſulam ad *Depenbrocam*, à *Depenbroca* ad tres arbores, à tribus arboribus ad annoſam acerem, ab annoſâ acere ad *Exlepesburnam*, ab amne illo ad *Merchebrocam*, à *Merchebroca* ad *Shigtrenam* ſupra *Halſam*.

[k] Habitationem inſularem.

[l] Vel, ſepti.

[m] Torrentem à tegulis nuncupatum.

Hii ſunt terræ fines ad **Chabbeham** [*pertinentis*.]

Scilicet, primò apud Ilicem, ab ilice per longitudinem viæ [*vel, longâ viâ*] ad annoſam ſpinam, ab annoſâ ſpinâ ad [*campum*] **Wibſanleage** [*dictum*,] à *Wibſanleaga* ad *Woburnam* [a], per longitudinem amnis ad *Wopſhetam*, à *Wopſheta* ad [*pontem*] **Mimbrugge** [*dictum*,] à *Mimbrugga* ad *Withbeleſhetam*, à *Withbeleſheta* ad ſepem apud [*campum*] **Minfeld** [*dictum*,] ſic à *Minfelda* ad magnam opulum, ab opulo ad [*ſylvæ*] **Wuhurſt** [*dictæ*] torrentem, à torrente ad [*ſylvæ*] **Sithwod** [*dictæ*] ſepem, per longitudinem ſepis ad [*lacum*] **Phythekemere** [*dictum*,] à *Phythekemera* ad *Haſulburſtam* [b], ab *Haſulburſta* rectà trans campum ad palumborum ſepem, ita per ſepem ad *Cumoram* [c], à *Cumora* ad conſiſtentem lapidem, à lapide rectè aſcendendo ad *Ruggeſtratam* [d], deorſum ad *Phithekemeram*, à *Phithekemera* ad montis vallem, à montis valle ad *Eggulfi* pontem, à ponte ad [*vadum*] **Cytereneford** [*dictum*,] à *Cytereneforda* ad [*montem*] **Wipſedone** [*dictum*,] ab illo monte per longitudinem viæ ad *Hertlyam*, ab *Hertlya* iterum ad ilicem.

[a] Doloris amnem.

[b] Corylorum ſylvam.

[c] Vaccarum paludem.

[d] Aſperam viam.

Ibid.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis abbati monaſterii ſancti *Petri* de *Certeſeya*, ejuſdemque fratribus, tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringet, eapropter dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium ſancti *Petri* de *Certeſeya*, *Wintonienſi* dioceſi, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati *Petri*, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus qui ſecundùm Deum, & beati *Benedicti* regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona, idem monaſterium inpreſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneat. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis: prioratum de **Cardigan**, cum omnibus pertinentiis ſuis: eccleſiam ſanctæ Trinitatis ſitam in loco qui appellatur **Lando**, cum omnibus pertinentiis ſuis: eccleſiam ſancti *Petri* de **Berewyke**, cum omnibus pertinentiis ſuis: capellam ſancti *Petri* de **Cardigan**, cum omnibus pertinentiis ſuis: capellam ſancti *Michaelis* de **Treſman**, cum omnibus pertinentiis ſuis: decimas quas habetis in locis qui **Certeſei** & **Thorp** nominantur: medietatem decimarum quam habetis in loco qui dicitur **Egham**: medietatem decimarum in loco qui dicitur **Chabeham**: medietatem decimarum in loco qui dicitur **Coleſdune**: medietatem decimarum in loco qui dicitur **Sutthone**: medietatem decimarum in loco qui dicitur **Cheſham**: medietatem decimarum in loco qui dicitur **Bocham**; decimam quam habetis in molendinis ſitis in maneriis **Certeſey**, **Thorp**, **Egham**, & **Chabeam** vulgariter nuncupatis, cum terris, vineis, nemoribus, uſuagiis, pratis, & paſcuis, in boſco & plano, in aquis, & molendinis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat

A ſolutione decimarum immunitas.

at quoque vobis, clericos, vel laicos, liberos, & abſolutos, è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit, ſine abbatis licencia, de eodem loco, niſi arctioris religionis obtentu, diſcedere; diſcedentem verò abſq; communium literarum veſtrarum caucione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Criſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, à diocesano ſuſcipietis epiſcopo, ſi quidem catholicus fuerit, & gratiam, & communionem ſacroſanctæ *Romanæ* ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines parochiæ veſtræ nullus ſine aſſenſu dioceſani epiſcopi, & veſtro, capellam ſeu oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis pontificum *Romanorum.* Ad hæc, novas & indebitas exactiones ab archiepiſcopis, epiſcopis, archidiaconis ſeu decanis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis, ſecularibúſvè perſonis à vobis omnino fieri prohibemus, Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publicè uſurarii nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea & poſſeſſiones ad jus eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi & legitimè liberandas de manibus eorum, & ad eccleſias ad quas pertinent revocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum major pars conſilii ſanioris, ſecundùm Deum & beati *Benedicti* regulam providerint eligendum. Paci quoq; & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum, nullus rapinam, vel furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea, omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris, *Romanis* pontificibus, monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum, à regibus & principibus & aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſive quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & dioceſani epiſcopi canonica juſticia, & in prædictis decimis moderatione concilii generalis. Si quæ igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſq; ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni: cunctis autem ſua jura eidem loco ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus & fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem prœmia æternæ pacis inveniant. *Amen.*

BERKINGENSE

Cœnobium in agro Eſſexienſi.

—Fecit duo monaſteria (ſcilicet *Erkenwaldus London.* epiſcopus) unum ſibi, alterum ſorori. (&c.) Sororis cœnobium appellatur **Berekingum** in latere *Londoniæ* ad octo milliaria ſitum. Ibi illa *Ethelburga* vocata, habuit coherentes ſibi ſanctitatis & pietatis ſocias *Hildelidam* proximo loco ſucceſſorem, ad quam extat emiſſus beatiſſimi *Aldelmi* de virginum laude codex. (&c.) [Vide Hiſt. eccl. venerab. *Bedæ*, lib. 4. cap. 6.

W. Malmesb. fol. 134. a. n. 40.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Inſpeximus literas patentes domini *Ricardi* nuper Regis *Angliæ* ſecundi poſt conqueſtum, factas in hæc verba. *Ricardus* dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ*, omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Inſpeximus tenorem allocationis quarundam libertatum abbatiſſe de **Berkyng** & ejuſdem loci conventui coram *Adomaro* de *Valencia* & ſociis ſuis juſticiariis domini *E.* filii Regis *E.* quondam Regis *Angliæ* progenitoris noſtri, anno Regni ſui decimo ſeptimo, ad placita foreſtæ in comitatu **Eſſex** itinerantibus, factæ in hæc verba. Placita foreſtæ apud **Stratford Langthorn** in comitatu **Eſſex** in octabis ſancti *Hilarii* anno Regni Regis *E.* filii Regis. *E.* decimo ſeptimo, coram *Adamaro* de *Valencia*, comite **Pembroch**, *Willielmo la Zouche* de **Aſheby**, & *Willielmo* de **Cleydon** Juſtic. ad eadem placita, audienda & terminanda aſſignatis. In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti ſalvatoris, quotiens ſanctis & venerabilibus locis veſtris aliquid offerre videmur, veſtra vobis reddimus, non noſtra largimur. Quapropter ego *Hodelredus* parens *Sebby* provincia *Eſtſaxanorum*, cum ipſius conſenſu, propria voluntate, ſana mente integroque conſilio, tibi *Hedelburge* abbatiſſe ad augmentum monaſterii tui quod dicitur **Bedenham**, perpetualiter trado, & de meo jure tranſcribo terram quæ appellatur **Kytyngham**, **Buddenham**, **Deckengham**, **Angellalbeſham**, & campum in ſilva qui dicitur **Wydmondeſfeld**, quæ ſimul ſunt conjuncta quadraginta manentium, uſque ad terminos qui ad eam pertinent, cum omnibus ad ſe pertinentibus, cum campis, ſilvis, pratis, & mariſco, ut tam tu quam poſteri tui teneatis, poſſideatis, & quæcumque

Cart. 4. E. 4. n. 22.

cumque volueritis de eadem terra facere liberam habeatis poteſtatem. Datum menſe Marcio, & teſtes competenti numero ut ſubſcriberentur rogavit. Si quis contra hanc donationis cartulam venire temptaverit, aut corrumpere, ante omnipotentem Deum, & Jeſum Chriſtum filium ejus, & ſpiritum ſanctum, id eſt, inſeparabilem trinitatem ſciat ſe condempnatum, & ſeparatum ab omni ſocietate Chriſtiana; manente hac cartula donationis in ſua nichilominus firmitate. Et ut firmum & inconcuſſum ſit donum—— Termini ſunt autem iſti hujus terræ cum quibus accingitur : ab oriente *Thrictolaburna*, ab aquilone Centincertbrogh & Hanghemſtede, ab auſtrali flumen *Thamiſis*. Siquis autem hanc donationem augere voluerit, augeat Deus bona ſua in regione vivorum cum ſanctis ſuis ſine fine, Amen. ✠ Ego *Sebby* Rex *Eſtſaxonum* pro confirmatione ſubſcripſi. ✠ Ego *Hodebredus Donotez* ſubſcripſi. ✠ Ego *Erkenewaldus* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Wilfridus* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Hadde* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Cuda* presbyter & abbas conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Egebaldus* presbyter & abbas conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Hagona* presbyter & abbas conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Hooc* presbyter & abbas conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Signum manus *Sebby* Regis. ✠ Signum manus *Segehardi* Regis. ✠ Signum manus *Suebredi* Regis. ✠ (&c.) Nos autem cartas (&c.) confirmamus, prout cartæ & literæ prædictæ rationabiliter teſtantur. In cujus (&c.) T. R. apud *Weſtm.* viij. die Novembr.

Ex Teſtamento Ælfgivæ Abbatiſſæ.

Ad calcem cujuſdam vet. MS. in bibl. *Bodl.* quatuor Evangelia literis Saxonicis exarata, continentis. *p.* 79.

HOC *Teſtamentum fieri juſſum eſt à Dominâ Abbatiſſâ* Ælfgiuâ, *de decimâ, quam obtulit* Adam filius Leomari *de* Cochefeldâ *eccleſiæ* S. Mariæ *in Bepchingis, die Natavitatis S.* John Bapt. *una cum matre meâ* Saginâ *offero deo et S.* Mariæ, *&* *Sanctæ* Æpelburgæ, *ſuper hoc Altare, in perpetuam poſſeſſionem, pro ſorore meâ* Edgithâ, *duas partes decimæ omnium illarum rerum, quæ decimari debent de terrâ quam teneo ad* Laleſeie, *&* *teſtes adhibeo, qui ſunt*—— Godricus *presbyter de* Sexham—— Siwardus de Gingâ, *&c.*

Ex MS. in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *Julii*.D.8.]

This is the charthe longynge to the office of Celereſſe of the Monaſterye of *Barkinge*, as hereafter followeth.

The Arrerages.

FIrſt ſhe muſt luke, whanne ſhe commethe into here office, what is owynge to the ſaid office, by diverſe fermours and rente-gederers, and ſee that it be paid as ſoone as ſhe may.

Warle.

And thenne muſt ſhe receive yerly of the collectore of *Werley*, at the feſt of St. *Michell*, l. s. & of the ſame collectore, at the feſt of Eſter, l. s.

Bulfanne.

And alſo of the collector of *Bulfanne*, yerly, at the feſt of ſeynt *Michell*, l. s.

And alſo of the ſame collector ther yerly, at the feſt of Eſther, l. s.

Mockinge.

And alſo of the collector of *Mocking*, at the two termes foreſaid, iiij. l.

And alſo of the termes ther, at the ſaid two termes, lx. s.

Hockley.

And alſo of the collector of *Hockley*, at the feſt of Michelmeſſe and Eſter, by evene portions, x. l.

Tollesbury.

And alſo of the collector of *Tollesbury*, at the ſaid two feſtis, by even portion——

Wigberewe.

Alſo of the collector of *Wigberewe*, at the ſaid two feſtis by evene portion, x. l.

Gynge at *Stone.*

And alſo of the collector of *Gynge* at *Stone*, at the ſaid two feſtis, by evene portion, xlviij. s.

Slapton.

And alſo of the collector of *Slapton*, at the ſaid two feſtis, by even portion, viij. l.

Lytlyngton.

And alſo of the fermour of *Lytlyngton*, at the ſaid two feſtis, by evene portions, xvj. l.

Vphall.

And alſo of the fermour of *Vphall*, by yere, vj. l. xiij. s. iv. d.

Dunneſhall.

And alſo of the fermour of *Dunneſhall*, by the yere, lvj. s. viij. d.

Wanynges.

And alſo of the fermour of *Wanynges*, by the yere, iv. l. x. s.

Barkinge.

And alſo of the collector of the rentis and fermes of *Barkinge* and *Dagenham*, to the longing to the ſayd office, by the yere, xij. l. xviij. s.

London.

And alſo of the chanons of ſeynt *Powles* in *London*, for a yerely rent, by the yere, xxij. s.

And of the prior and covent of ſeynt *Bartholmewes* in *London*, by the yere, xvij. s.

And of *John Goldington*, for a yerely rent of diverſe tenementis at ſeynt *Mary-Schorehogge* in *London*, by yere, xxij. d. And ſhe ſhuld receive yerly xxiij. s. iv. d. of a tenement in friday-ſtret in *London*; bot it is not knowen wher it ſtonds. And ſhe ſhuld receive yerly, xxx. s. of the rent of *Tybourne*; but it is not paid.

The Iſſues of the Larder.

And alſo ſhe muſt be charged with all the orskeynes that ſhe ſelleth; & of all the inwardes of the oxen; and with all the tallowe that ſhe ſelleth, comming of hyr oxen: and alſo of every meſſe of the beyoſe that ſhe ſelleth: and all theſe be called the yſſues of the Larder.

The foreyn receyte.

And alſo yf ſhe ſell ony hey at oney ferme longynge to her office, ſhe muſt charge her ſelfe therwith, and is called a foryn receyte.

Some totalis of all the ſaid charthe.......

Beyinge of Creynys.

Wher of what parte of the ſaid ſome ſche muſt purvey yerly for three quarters malte, for the tounes of St. *Alburgh* and Criſtmaſſe, eche of them xij. buſhell, and than muſt ſche pay to the brewer of eache toune xx. d. And then muſt ſche purvy for a quarter and ſeven buſhels of whete fore pitaunce of *William Dune*, dame *Mawte Loveland*, dame *Alys Merton*, dame *Mawte* the Kynges daughter: And for ruſſeaulx in Lenton, and to bake with elys on ſchere Thurſday. And then muſt ſche pay to the baker for bakinge of every pituance vj.d. And alſo ſche muſt purvey for two buſhell of greyne peeſe for the covent in Lenton every yere. And then ſche muſt purvey for one buſhel of greyne beanes for the covent ayenſt Miſſomer.

Beyinge of ſtore.

And ſche muſt purvy for xxij. gud oxen by the yere fore covent.

Providence for Advent and Lentten.

Alſo ſche muſt purvy for two cadys of heryngs that be rede for the covent in Advent: and for vij. cades of red heryng for the covent in Lenton: and alſo for three berell of white heringe for the covent in Lentyn: and alſo ſche muſt Purvey for xij.C.lib. almondes for the covent in Lentyn, and for xviij. ſalt fiſh for the covent in Lentyn and for xiv. or ellys xv. ſalt ſalmones for the ſaid covent in Lentyn: and for three peces and xxiv. l. fyggis: and one pece reyſenez for the covent in Lenton: and alſo for xxviij. l. ryſe for the covent in Lenton: and for viij. galons muſtard for the covent.

Ruſcheaw ſylver.

And alſo ſche muſt pay to every lady of the covent, and alſo to the prioriſſe, to two celereſſe and kechener, for their doubls, for ther ruſchew ſylver, by xvi. times payable in the yere to every lady, and doubill at eche time ob. but it is paid nowe but at two times, that is to ſay, at Eſter and Michelmes: alſo ſche muſt paye to every lady of the covent, and to the ſaid four doubles, to eche lady and double ij. d. for ther cripſis and crumkakes alway payd at Shroftyd.

Anniverſaryes.

And alſo ſche muſt pay for v. anniverſaries, that is to ſay, ſir *William Vicar*, dame *Alys Merton*, dame *Mawte* the kynges daughter, dame *Maute Loveland*, and *William Dun*; and alſo to purvey fot xij. gallons good ale for the pittance of *William* at the day of anniverſary.

Offeringes and wages, and gyftes of the Selleris.

And alſo ſche muſt pay in offryng to two cellereſſes by yere xij.d. & than ſchall ſche pay to the ſteward of Howſhold, what tyme he brynght home money from the courtis, at eche tyme xx.d. and than ſchall ſche gyve to the ſteward of howſhold at Chriſtymes xx.d, and to my ladys gentyllwoman xx.d. and to every gentilman. xvi,d. and to every yoman as it pleaſeth her for to doo, and gromes in like caſe: and then muſt ſche bye ſuger loofe for my lady ad Criſtimas: and alſo ſche muſt pay to hyr clerk for his wages thirteen ſhillings four pence; to hir yoman cook twenty ſix ſhillings eight pence: and ſche ſhall pay for a gown to her grome coke and her poding wief by the yere ij. s.

Pitance of the Covent.

And alſo ſche muſt purvy for iij. caſſe of multon for the covent, for the pitaunce of ſir *William Vycar*: alſo ſche muſt purvey for a pece of whete, and iij. gallons melke for frimete on ſeynt *Alburghs* daye: Alſo ſhe muſt purvey iiij. bacon hogis for the covent, for pitance of dame *Alys Merton*, and dame *Mawte* the Kinges, daughter, at ij. times in wynter: and ſche muſt bye vi. grecys, vj. ſowcys for the covent and alſo vj. inwardys, C. egges to make white podinges, alſo bred, pepir ſaferon for the ſame podinges: alſo to purvey iij. galons gude ale for beſons. And alſo to purvey marybones to make white wortys for the covent: and then muſt ſche purvey at ſeynt *Andreweſtyd* a pitance of fyſche for my lady and the covent: & then muſt ſche pay at Shroftyde to every lady of the covent, and to iiij. doubles for ther cripcis, and for ther crumcakes to every lady and doubill ij.d. and thanne muſt ſche purvey for my lady Abbes againſt Shroftyd viij. chekenes: alſo bonnes for the covent at Shroftyd: alſo iiij. galons melke for the covent the ſame tyme: and yen muſt ſche purvey for every ſonday in Lenten pitaunce ſyſche for the covent: and alſo to be ſure of xij. ſtubble elles, and lx. ſchafte eles to bake for the covent on ſhere thurſday: and alſo one potel tyre for my ladye Abbes the ſame day, & two galons of rede wyne for the covent the ſame day; and alſo to purvey three galons of good ale for the covent every weke in Lenten, and to have one galone red wyne for the covent on Eſter evyn: and alſo to purvey for three caſſe of multon for the covent, for the pitaunce of *William Dune*: and alſo to purvey for every lady of the covent, and v. double to every lady, and double di. goſe delivered at the feſt of the Aſſumption of our lady.

Eyſylves.

And alſo ſche muſt pay to xxxvij. ladyes of the covent for ther eyſylver fro Michelmes tyll Allhallow daye, to every lady by the weke j.d. ob. and then to every lady by the weke fro Alhollow day tyll Advent j. d. ob. q. and then to every lady be the wege fro Advent ſonday till Childermas day j.d. q. and then to every lady for the ſame eſylver be the weke fro Cheldermeſday unto Aſchwedneſday j.d.ob.q. and then fro Eſter unto Michelmaſſe, to every lady be the weke j.d.ob. and then muſt ſche pay to eche lady for the eyſylver for eche vigill fallyng within the yere ob. and then muſt ſche pay to the priorie eche weke in the yere, except Lenten,xxxij. egges,or elles ij.d.ob.q.in money for them every weke,except iiij weke in Advent in the wheche ſche ſhall not pay but xvj egges be the weke: and alſo ſhe muſt pay to the ſaid priorie for every vigill fallynge within the yere viij. egges, or elles ob, dim. q. and iiij. part of q. in money for the ſame.

Beyinge of Butter.

And then muſt ſche purvey for feſt butter of ſeynt *Atburgh* for xxxvij.lades,and iiij.doubles, that is to ſaid, the prioreſſe, ij.celereſſys, and the kechener, to every lady and double j. cover, every diſch contenyng iij covettes: and then muſt ſche pay to the ſaid ladys and doubles for the ſtoryng butter by v. tymes in the yere,that is to wite,in Advent,and iij.tymes after Criſtmas, to eche lady and double at every ob. and alſo ſche muſt purvey for the ſaid lades and doubles for the feſt butter at Eſter and Whitſontide,lyk as ſche did at ſeynt *Alburghs* tyde: alſo ſche muſt purvey for the ſayd lades of the covent, and the ſaid iiij.doubles,and the priory for ther fourtnyght butter fro Trinite ſonday unto holy Roude daye, that is to ſeyd, to every lady,double, and priory,at eche fowrtnight betwene the ſayd two feſtes j. covette butter, iij. covetts makyng a diſch: and alſo ſche muſt purvey to the ſaid ladys with ther doubles to the feſt butter of Aſſumption of our lady, to every lady and doubles j. cover butter.

Hyreing of Paſtur.

And then muſt ſche be ſure of paſture for her oxen in tym of yere, as her ſervaunts can euforme her.

Mowyng and making of beye.

And alſo to ſee hyr heye be mowe, and made in time of the yere, as yeryng requeryth.

Coſtys of reparations.

And thanne muſt ſche ſee that all manner of howſes within her office be ſufficently repayred as well withought at hyr fyrmes,manners, as within the monaſtery.

This ys the forme of brening of the Celerſſe beofe; firſt the clerke ſhull enter in her boke as followeth:

The ſatyrday the xx.daye of *September* ſhe anſwereth of iiij.or v.meſſes remaynyng in ſtore of the laſt weke before, and of lxiij. meſſes of beofe comyng of an oxe ſlayn that ſame weke: and alſo ſche muſt anſwere of iiij.xx.meſſes of beofe be hyr boughte of the covente,of that they lefte behynd of ther lyvere paying for every meſſe j d.ob.las in all by j.d.ob. Summa Cxlvij. meſſe, theroff delyvered to eche lady of the covent for iij.dayes in the weke iij.meſſe of beofe, that is,ſonday,tewesday,and thursday:& thanne ſchall ſche pay to the priory for the ſeid iij. dayes vj. meſſes of beof, for eche day ij. meſſe; and yff there fall no vigill in the ſayd iij. dayes, and whene there falleth a vigill in ony of the iij. ſeyd dayes, for that day ſche ſchall pay no beofe: and the next ſatyrday ſche muſt loke what beof every houſhold will have, and thereafter muſt ſche purvey her beofe in the market; for ſhe ſhall ſley but every fortnight and yff ſche be a good huswyff.

The levery of red Herynge in Advent.

Firſt ſche ſchall delyvere to eche lady of the covent every weke in Advent for monday and wedynſday, for eche day to every lady iij. heryngs: and to the priory every weke in Advend for the ſayd ij. days viij. heryngs.

The Levery of Almond, Ryſſe, Fyggs, and Reyſſons in Lenton.

Firſt to my lady Abbeſſe in almonds for Advent and Lencteyn iiij.l.and to every lady of the covent for Advent and Lentten ij. l.almondis, and to the prioreſſe ij.celariſſes and kechenere for ther doubill to eche doubell ij. l.

Riſſe.

And eche lady of the covent for all the Lentten D.l.ryſe,and eche of the ſaid iiij. double to eche double for all the Lentten D. l. ryſſe.

Fyges and Reyſons.

And eche lady of the covent for every weke in Lenton j.l, fyges and reyſſons, and eche of the ſaid iiij doubles every weke in Lentton j. l. fyges and reyſons, and to the priori every weke j.l. fygs and reyſons.

Levery of Herynge.

And to every lady of the covent for every day in the weke in Lentton iiij. heryngsrede and white, that is, every lady xxviij. heryngs be the weke, and to the Priori be v. dayes in the weke, eche day iiij heryngs of the ſayd v. dayes, that is, monday, tewesday, wedynſday, thurſday, and ſatyrday; and the ſonday they recevy fiſche, and for the friday fygs & reyſous.

Levery of ſalt fyſhe.

And to every lady of the covent in Lentten eche oder weke one meſſe ſalt fyſch, and to the prioreſſe ij. celereſſes and kechener for the doubles eche other weke in Lentten, to eche double j. meſſe ſalt fyſch; and to the priory eche other weke in Lentton ij. meſſe ſalt fyſch, every ſalt fyſch conteyning vij. meſſe.

Levery of ſalt Salmon.

And to every lady of the covent in Lentten eche other weke j. meſſe of ſalt ſalmon; and in likewyſe to eche of the ſayd iiij. doubles j. meſſe ſalmon;and in lykewyſe eche other weke to the priorye ij. meſſe of ſalmon yeldyng ix. meſſe.

The levery of Sowſſe.

Be it remembred that the cellereſſe muſt ſe that every lady of the covent have hyr levery of ſowſſe fro my lady Abbeſſe kychen at Martinmeſe tyme; and every lady to have three thynges; that is to ſey, the cheke, the ere, and the fote, is a levery; the groyne and two fete ys anodyr leveray; ſoe a hoole hoggs ſowſſe ſhall ſerve three ladyes. And thanne muſt ſche have for three doubles in lyke wyſe, to every double three thyngs; and the three doubles be the prioriſſe, the high celereſſe, and the kychener; the under cellereſſe ſchall not have of double: and then muſt gyff to every lady and double beforeſaid of ſowce of hyre owne proviſſione two thyngs to every lady; ſo that a hoole hogg ſowſe do ſerve four ladyes.

Pitaunce Porke.

Alſo ſche muſt remember to ask for the covent at my Lady abbeſſe kychin allwey at Martynmeſſe pittaunce porke for every lady one meſſe, and for four doubles, that is to ſey, the prioriſſe, two celleriſſes and the kychener, to every double one meſſe: and then muſt ſche purvey pittaunce porke for the covent, wheche longeth to hyr owne office, for to doo at two tymes in wynter, and that is, ones for dame *Alys Merton*, and another for dame *Maute* the Kings daughter, at eche tyme to every lady one meſſe, and eche double one meſſe; and every hogge ſhall yelde xx. meſſe.

Pittaunce Mutton.

And alſo ſche muſt aske for the covent, at my lady abbeſſe kychyn pittaunce mutton three times in the yere, between the aſſumption of our lady and Michelmaſſe, at eche tyme to every lady one meſſe, and to the prioriſſe, the high cellereſſe, and to the kychener for there doubles, for every double one meſſe, and every mutton ſhall yelde xij. meſſe. And then muſt ſche purvey for pittaunce mutton for the covent wheche longeth to hyr owne office to doo at two tymes in the yere, that is, ones for Sir *William Vicar*, and another tyme for *William Dune*; to every lady and doubell beforeſaid, one meſſe mutton at eche tym, every mutton yeldynge xij. meſſe.

Soper Eggs.

And the under celereſſe muſt remember at eche principal feſt, that my lady ſytteth in the fraytoury; that is to wit, five tymes in the yere, at eche tyme ſchall aske the clerke of the kychen ſoper eggs for the covent, and that is, Eſtir, Wytſontid, the aſſumption of our lady, ſeynt *Alburgh*, & Criſtinmaſſe, at eche tyme to every lady two eggs, and eche double two egges, that is, the prioriſſe, the celereſſe, and the kychener.

Rusheals in Lenton.

Alſo ſche muſt remembir rusſheaulx in Lenton, that my lady abbeſſe have viij. of the ......

Leveray of Geeſſe and Hennes.

Alſo to remembir to aske of the kychyn at ſeynt *Alburghs* tyme, for every lady of the covent halfe a gooſe, and, for ſix double for every double dim. gooſe, that is, the prioriſſe, two celereſſe, the kychener, and two chauntereſſe. Alſo to aske of the ſaid feſt of ſeynt *Albrugh*, of the ſaid clerk, for every lady of the covent, on henne, or elles a coke, and for ix. doubles, to eche double a henne, or elles a coke, and the be iii. prioriſſes, the chaunteresses, ij. celeryſſes, the kychener, and the ij. freytoureſſes.

Leveray Bacon.

Alſo to remember to aske the levery bacon for the covent alweye before Criſtmaſſe, at my lady abbeſſe kechyner, for every lady of the covent iiij. meſſe, and to iij. doubles, to eche double iiij. meſſe, and that is, to the prioreſſe, the celeryſſe, and the kychener; and ſche ſhall underſtond that a flytch of bacon contenigh x. meſſe.

Levery of Otemeale.

Alſo to remember to deliver every lady of the covent every moneth in the yere, at eche tyme iiij. dyſhes of otemelle. Deliverid to the covent coke for ruſhesals, for palme ſundaye, xxj. pounde figgys. *Item*, delyveryd to the ſeyd coke, on ſherthurſday viij. pounde ryſe. *Item*, delyveryd to the ſeyd coke for ſherthurſday xviij. pounde almans. *Memorandum*, that a barrell off herring ſhuld contene a thouſand herrings, and a cade off herryng ſix hundreth, ſix ſcore to the hundreth.

THANETENSE
Cœnobium ſanctæ Mildredæ *in agro* Cantiano.

Hiſtoria fundationis.

ANNO domini 1262. decimo kalendas *Martii*, poſitum eſt corpus S. *Mildredæ* virginis in feretro in quo nunc jacet. Sed ut apertiùs hoc valeam referre ordinem nativitatis & vitæ progreſſum breviter demonſtrabo. *Mildreda* virgo ab utroque parente regalem ſan-

Ex M S. codice, authore *willielmo Thorne, in* bibl. *Cottoniana.*

ctamque traxit originem: nam patrem habuit *Merwaldum*, *Pendæ*, *Merciorum* regis filium, cujus *Pendæ* frater *Wulferus*, rex *Merciorum*, ad fidem Chriſti quam expulſo *Mellito* abjecerant, *Orientales-Saxones* revocavit. Hujus *Wulferi* filia ſancta *Wereburga* fuit. Matrem verò habuit *Mildreda Domnevam*, de ſtirpe regum *Cantuariæ*, filiam ſcilicet *Ermenredi*, qui fuit filius *Eadbald*, qui *Eadbaldus* fuit filius *Ethelberti* primi regum *Angliæ* Chriſtiani. Hujus *Mildredæ* mater *Domneva*, relictis poſtea pompis regalibus, elegit Chriſto perpetuò deſervire; quod contigit iſtò modo. *Ermenredus* pater *Domnevæ* duos habebat filios, ſcilicet *Ethelredum* & *Ethelbertum*, quos fratri ſuo *Ercomberto*, filio *Eadbald*, tradidit nutriendos, ut cum adulti eſſent, iiſdem hæreditatem ſuam reſignaret. Erat tum quidam regis *Egberti* (qui filius erat *Ercomberti*) præfectus, nomine *Thymur* *, qui prædictos parvulos in villâ de *Eaſtri* clam fecit occidi. Beati autem *Theodorus* & *Adrianus* Regem ſuper hoc ſcelere arguentes, ad hoc eum excitaverunt, ut vocatâ ad ſe *Domneva Merciorum* reginâ, & prædictorum Chriſti martyrum germanâ, eidem pro ipſorum jure ſatisfaceret. Quæ veniens recepit terram, in *Thaneto*, ſcilicet terram 48. aratrorum, quod terræ ſpacium cerva ſua unico currebat curſu. Ipſa verò *Domneva* cum regis adjutorio conſtruxit ibidem cœnobium virginale, & filiam ſuam *Mildredam*, *Merwaldi*, *Merciorum* regis filiam, de partibus tranſmarinis (monaſterio videlicet *Calenſi* prope *Pariſios*) revocavit, & eidem cœnobio à ſancto *Theodoro* abbatiſſam conſecravit, ubi ſeptuaginta virginibus, quas ſua mater congregaverat, præſidebat. Vixit autem cum ſororibus ſuis uſque ad terminum vitæ ſuæ. Qua mortua & cum matre ſua *Domneva* in eodem monaſterio ſepulta, ſucceſſit *Eadburga*. Iſta *Eadburga* corpus ſanctæ *Mildredæ* tranſtulit in novam eccleſiam ab ipſa fabricatam, & ab Epiſcopo *Cuthberto* in honorem principum apoſtolorum dedicatam. Cui *Eadburga* ſub annum domini 751. ſucceſſit *Sigeberta*, & à prædicto *Cuthberto* benedicta. Hujus tempore piratæ *Danorum* ipſum *Mildredæ* monaſterium ferè ſingulis annis devaſtabant. Cui ſucceſſit *Siledritha*, per regem *Coendredum* ab *Athelardo* archiepiſcopo, qui ſedit anno 753. conſecrata, quæ ſtatum ſui monaſterii tam in poſſeſſionibus quàm in numero ſororum reſtituendo quamplurimùm elaborabat. Cui etiam plures matres in ipſo monaſterio ſucceſſerunt, quarum ultima *Leofrina* cenſebatur abbatiſſa, cujus tempore, ſcilicet anno 1011. *Suanus* cum *Danis* & *Gentilibus*, non jam ad prædandum ſed ad ſubdendam totam *Angliam* venientes, ipſum primo *Thanetum*, nulli ſexui vel ordini parcentes, devaſtabant, & dictum ipſum cœnobium cum ſuis virginibus funditus concremarunt; à quo tamen incendio mira Dei operatione *Mildredæ* monumentum permanſit illæſum. Extunc autem nullæ ibidem virgines permanſerunt, ſed reædificato loco, facta eſt eccleſia duorum vel trium clericorum plebeiæ parochiæ, donec regnante *Cnuto*, prædicti *Suani* filio, prædictum virginale monaſterium cum tota ſua ſubſtantia monaſterio S. *Auguſtini* eſſet in corporatum. Dilata eſt tum per regem virginis transferendæ licentia, donec rex *Romam* peregre proficiſcens, hoc permittendum ſuper tumbam S. *Auguſtini* ſolemniter juraverit, ſi proſperè remearet. Qui rediens, in medio mari B. *Auguſtino* viſibiliter ſibi in forma epiſcopi apparente, à naufragio liberatus, votum gratiſſimè adimplevit. Abbas autem, habita licentia de virgine traſnferenda ſciens inſulanorum ferocitatem, ut cautiùs celaret conceptum animi propoſitum, convocat eoſdem inſulanos die feſto Pentecoſtes ad celebre convivium, ubi beata virgo quieſcebat, ut, deluſo populo, noctu aggrederetur tumbam virginalem. Sed ipſa durior chalybe reſiſtebat, donec facta promiſſione quod ipſius virginis feſtum inter feſta ſolenniora annotaretur. Tali promiſſo virgine placata, permolitur duritiem lapidum, & aperitur virginis ſepulchrum. Abbas verò exhauſit quicquid reperire poterat in monumento, vix ullum pulverem reliquiarū inſulæ orbatæ relinquens. Vix ad naves pervenerant, & ecce tota ferè occurrit inſula, vi & armis ablatum ſibi precium repetendo; quorum tamen viribus & precibus prævaluerunt orationes monachorum devotiores. Necdum à *Thaneto* exivit iſta fama, cùm jam tranſito maris brachio tota ferè provincia, vel, ut veriùs dicam, tota *Cantia* obvia virgini venienti proceſſit. Facta eſt autem hæc tranſlatio anno domini 1030. decimo quinto kalendas Junii ſub *Benedicto* papa, *Henrico* imperatore, *Knuto Angliæ* rege, *Agelnotho* archipræſule, *Aelſtano* tunc S. *Auguſtini* abbate. Condita autem eſt tunc ante principale altare S. *Petri*, ubi & habebat præeminentem tumbam, & altare, ſuper quod, juxta votum quod prædictus abbas fecerat virgini transferendæ, miſſa matitunalis quotidiè celebratur. Conditum eſt autem corpus ſanctæ virginis in loculo plumbeo cum hoc epitaphio deſuper poſito:

Clauditur hoc ſaxo Mildreda *ſacerrima virgo;*
Cujus nos precibus adjuvet ipſe Deus.

Anno Mxxxiij. Hîc tranſtulit abbas *Ethelſtanus* ſanctam *Mildretham* de *Thaneto* ad ſanctum *Auguſtinum*.

Annales S. *Auguſtini Cantuar.* in Bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *Julii*. D. 2.] Ibid. Vide etiam Cart. antiq. I. n. 10.

Charta *Cnuti* regis, de corporis S. *Mildredæ*, cum totâ terrâ ſua, in abbatiam S. *Auguſtini Cantuariæ* tranſlatione.

EGO Cnud *per dei miſericordiam* Baſileus, Agelnoto *archiepiſcopo, & omnibus epiſcopis, & abbatibus, & comitibus, vice-comitibus, & omnibus fidelibus totius* Angliæ *ſalutem & amicitiam. Notum ſit vobis omnibus me dediſſe ſancto* Auguſtino *patrono meo corpus ſanctæ* Mildredæ *glorioſæ virginis cum tota terra ſua infra inſulam* Thaneti *& extra, cum omnibus conſuetudinibus ad ſuam eccleſiam pertinentibus. Hæc omnia ita libera & quieta reddo Deo & abbati* Aelſtano *& fratribus loci, ſicut ego unquam meliùs habui tam in terra quam in mari & in littore, ut habeant & poſſideant in perpetuum. Et qui hanc donationem meam infringere vel irritam facere temptaverit, à Deo omnipotente & omni ſancta eccleſia excommunicatus ſit, Amen.*

Charta *Edwardi* regis, confeſſoris dicti, de eod.

Ibid.

C*Onditor cœli terræque Deus, univerſitate totius creaturæ de nihilo perfecta, primum hominem*

* Al. *Thunur.*

nem de limo formavit, eumq; ad imaginem ſuam configuravit, cui etiam omnium operum ſuorum dominari præcepit, ea videlicet ratione, ut homo rationabilis irrationali uteretur creatura, & ipſe Deo ſerviens obediret, & obediendo creatorem honoraret. Deinde ſuccedente generatione in generationem, templa & eccleſias fieri conſtituens, de primitiis & decimis ac de ſubſtantiâ ſuâ largitionis eas in homine ſuo honorari præcepit. Inſuper & per Evangelium nos inſtruens, ait, Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. *Quapropter* Ego Edwardus, *Regis regum gratiâ,* Rex *&* Anglorum *princeps, poſt longam exulationem ſolius miſerentis Dei nutu in Regnum meum reverſus, & in ſolio patrum meorum reſidens, eccleſiam quam hortatu* B. Auguſtini Rex Adelbright *in honorem apoſtolorum* Petri & Pauli *à fundamento conſtruxit, diverſiſque donis ditavit, in quâ ipſius Regis & omnium epiſcoporum* Cantuariæ *& Regum corpora poni poſſent, cum omnibus appendiciis vel adjacentiis ſuis liberam eſſe annuo & ſtatuo. Quoniam quidem in eadem eccleſia ſupradicta Rex conditus jacet, ejuſque ſtirpis progenies Deo dilecta requieſcit virgo* Mildreda, *ego etiam ejuſdem Regis ſtemmate ortus, & Regno ejus, Deo juvante, potitus,* Thanatos *inſulam trado, quam* Egbertus *Rex jure hæreditario conceſſit venerabili Reginæ* Domnevæ, *matri ſcilicet ſanctæ* Mildredæ, *quantum cerva curſu ſuo luſtraverat, pro interemptione duorum fratrum ejus* Ætheldredi *atque* Æthelberti, *quos juſſu ejuſdem principis Deo odibilis* Thimur *iniqua ſtravit morte, quem mox cæleſtis ultio terribiliter ſubſequuta eſt, ipſum perimendo. Sed & omnes donationes poſſeſſionum vel facultatum quas priſco ſive moderno tempore prædeceſſores mei Reges eidem eccleſiæ contulerunt, & ego Regia poteſtate contrado, atque firma aſtipulatione, cum conſenſu & teſtimonio epiſcoporum, ducum, principum & ſatellitum meorum, abbati* Ælſtano *ac monachis ibidem ſub Regula B.* Benedicti *abbatis Deo militantibus, ad habenda & perfruenda ſibi perpetua libertate conſtituens attribuo. Si cui verò hæc largitio diſplicet, vel ſi quis, quod abſit, hanc donationem zelo ductus diaboli, quoquo ingenio infringere temptaverit, iram Dei & omnium Sanctorum maledicta incurrat & ſubita morte intereat, ſicut prædictus Dei inimicus* Thymur *interiit: percutiat eum Deus amentia & cæcitate, ac furore mentis, omnique tempore calumpniam maledictionis Dei ſuſtineat, nec ſit qui eum liberet, niſi pœnitens riſipiſcat & digna emendatione ſatisfaciat. Hæc autem traditio regalis in eodem loco ſervetur inconvulſa & incontaminata, Deo teſte, qui dixit,* Mihi vindictam, & ego retribuam: *contradicentibus verò ad ruinam, & ad condemnationem in die furoris Domini, cum eis qui dixerunt Domino,* recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus, *&c.*

FOLCSTANENSE

Cœnobium in agro Cantiano.

E*thelbertus* rex *Canciæ* per ſanctum *Auguſtinum* epiſcopum ad fidem converſus, genuit *Edbaldum* & *Ethelburgam* virginem, quam pater ſuus *Ethelbertus* dedit *Edwino* Regi *Northanhumbrorum* in uxorem; ſicut inferiùs in vita ejuſdem ſancti Regis clariùs patet. *Edbaldus* verò ex *Emma*, Regis *Francorum* filia, genuit *Ermenredum* & *Ercombertum*, & filiam *Eanſwidam*. Quæ ab infantia pompis ſecularibus renuncians, Deo ſervire ſtuduit, precioſa quæque mundi calcavit, & ad vitam Regni cœleſtis tota virtute ſanctam amplexata doctrinam jugi deſiderio ſuſpiravit, & ſanctimonialis vitæ regulam ſubire deliberavit. Ad cujus obſervantiæ opportunitatem commodum elegit locum à vulgi frequentatione remotùm, **Folkſtan** nominatum, ubi & pater ejus *Eadbaldus* in honore beati *Petri* apoſtoli eccleſiam conſtruxit. Ibi ergo ex parte maris quæ remotior dicitur eſſe ab ipſis ruriculis hujuſmodi competentem fundavit eccleſiam cum officinis ſibi ſuiſque comitibus profeſſioni ejus neceſſariis, à pleno tamen maris gurgite ſeptem jugerum latitudine, id eſt viginti octo particarum diſtantem. Quæ hodie nuſquam apparet. Terra namque à mari paulatim conſumpta poſt longum ſeculum corruit, & ripa maris cimiterium hauſit. In qua caſtimoniam virginalem ſub regulari habitu ducens die nocteque Dei famulatui dedita ad beatum finem pervenire meruiâ pridie kal. Septembris. Cujus reliquiæ, ruinâ ipſius eccleſiæ imminente, in vicinam eccleſiam beati *Petri* tranſlatæ ſunt. (&c.) [Vide plura apud Lambard. *Itinerar. Cantii*, in **Folkſtone.**]

Joan. Capgrav. de vit. ſanctor. fo. 972.

LIMINGENSE

Cœnobium in agro Cantiano.

Ex libro de vita S. Werburgæ, *autore (ut arbitror)* Gotcelino.

Lelandi collectan. vol. 2. p. 154.

W*erburga* in civitate *Legeceſtriæ* requieſcit.

Ethelbrightus, ex *Berta* Regina, filia Regis *Francorum*, *Eadbaldum* cum *Ethelburga* filia procreavit, quem ſuæ pietatis & Regni hæredem reliquit. *Ethelburga* verò Regina, poſt pii Regis *Northumbrorum Eadwini* interfectionem, reverſa ad *Eadbaldum* fratrem, in villa *Liminga* monaſterium edificavit, in quo cum S. *Eadburga* requieſcit.

Ex vita Edburga *virginis*.

E*adburgis* beata civitas interpretatur. *Eadburga* novam eccleſiam & monaſterium

Ib. p. 153.

um apud **Limege** in gratiam *Mildruthæ* conſtruxit, in quo & neptis ſuæ, beatæ videlicet *Milthrudæ* ſacratæ virginis, decenter exanimes reconderet artus.

Olim paganorum infeſta ſævitia totam firmè *Cantiam*, exigentibus populorum peccatis, depopulata eſt, excepto hujus ſanctæ præſcriptæ virginis loco, quem Deus ſponſæ ſuæ meritis ab omni furentium infeſtatione tutavit, quouſque omnes *Limbienſis* eccleſiæ clerici, congregata ſuorum phalange egreſſi ſunt, ultro ſe paganis objicientes, viriliterque egiſſe cupientes, ut poſtmodum rei probavit eventus. Occurrentes ergo hoſtibus, valida manu peremerunt ex eis mille ducentos quadraginta, ſed & ipſi omnes interempti perierunt excepto prædicti loci presbitero. [Plura vide apud Lambard. *Itinerar. Cantii*, in **Liminge.**]

RACULFENSE

Cœnobium in agro Cantiano.

De hujus cœnobii fundatore, & fundationis tempore, vide Lambardi Itinerarium Cantii, *&* *Cambdeni* Britanniam. *Venerandam autem ejus antiquitatem ſatis oſtendunt hæc apud venerabilem* Bedam. *Hiſtor. eccleſ. li. 5. cap. 9.*

SUcceſſit autem *Theodoro* in epiſcopatum *Dorobernenſem*] *Berthwald*, qui erat abbas in monaſterio quondam juxta oſtium aquilonale fluminis **Genlade** poſitum, **Racuulf** nuncupatur.—— Qui electus eſt quidem in epiſcopatum anno dominicæ incarnationis ſexcenteſimo nonageſimo ſecundo, die primo menſis Julii, regnantibus in *Cantia* *Victredo*, & *Suebbardo*. (&c.) 692.

Carta Eadredi *R. de cœnobio* Raculfenſi, *cum omnibus ad id pertinentibus*, *eccleſiæ* Cantuarienſi *conceſſis & collatis.*

Ex ipſo autographo in bibliotheca *Cottoniana*.

✠ MUltis itaque vitiorum preſtigiis mentes humanas incentor fraudulenter perjugulando deludit, nunc inquam promiſſis quaſi prolixioris vitæ ſtadiis decipit, nunc rebus migrantibus pervicaciter quaſi neceſſarius inlicit. Interea etiam ſtigia inferni ſupplicia, tanquam levia & tranſitoria ſuggerit, quatenus miſerorum corda in cupiditate laſciviaque enerent * diſſolvat ſecumque cabeata ad tartara ducat. Sed ſancti viri præſago ſpiritu beſtiales præcognoſcentes inſidias, ſcuto bonæ voluntatis coronati, quicquid in ſemetipſis terrenum ſentiunt indeſinenter adq; naviter operibus ſanctis exauriunt, unde diſcoriatis coram Chriſto Jheſu meritis rutilantes ſimillima Titanei fulgoris luce præſententur. De quorum præconio tuba ſanctæ Scripturæ rebohans, inter alia teſtimonia propenſiùs intelligenda noſtris hæc geminis auribus reſultando profudit: *Beati quorum veſtimenta alba ſunt in conſpectu Domini.* & alibi: *Juſti fulgebunt ſicut ſol in Regno patris eorum.* Hujus ergo dominici conſpectus & pater in amore Regni perfuſus, unde nobis victus reſtat ſine dubio certus, de victuq; dominus dixit, *beatus qui manducabit panem in Regno Dei.* Ego *Eadred* Rex divina gratia totius *Albionis* monarchus, & primicerius, Chriſto Regi meo in throno Regni perennis perpetualiter ſubthronizato, & conceſſis mihi ab eodem labilium gazis rerum accepti tirocinii, quarto mei terreſtris Regni anno ad templum ſuo incomprehenſibili dedicatum numini in urbe *Dorobernia*, *Odone* archiepiſcopo metropolitanam cathedram præſidente, & Regni cœleſtis ſuper arva *Britannica* claves præportante, monaſterium *Raculfenſe* bis denis ſeniſque eſtimatum caſſatis, interiùs, exteriùſque cum omnibus ad hoc rebus ritè pertinentibus, ſive litorum, ſive camporum, agrorum, ſaltuumvè, ſicut inferius territoria promulgantur, humillimè atque devotiſſimè ſincero corde in perpetuum jus, quandiu Chriſtianitas vigeat, pro meis abluendis exceſſibus indeterminabiliter inpendo. Si quis autem, quod abſit, tirannica fretus poteſtate, regalis, epiſcopalis, ſive homo alicujus dignitatis, hoc decretum à Deo mihi conlatum infringere temptaverit, ſive hujuſce donationis à præfatâ eccleſiâ vel paſſum pedis ſegregaverit, niſi priùs hoc enorme ſcelus poenitendo deterſerit, ſe ſacrilegii culpam incurriſſe, & à domino Jheſu Chriſto in perpetuum ſine ullo ſubtractionis refocillatu dampnaturum perſentiat. Hæc enim Singrapha anno dominicæ incarnationis DCCCCxlix, orthodoxorum ſcripta eſt unanimo conſenſu, quorum inferiùs nomina literaria qualitate diſtingui videntur. 949

* Lege; inhærentia.

✠ Ego *Eadred* Rex, divina protegente gratia *Albionis* ſummam præſidens, agiæ crucis hanc cartulam notamine perſtrinxi.

Ego *Odo* archiepiſcopus, metropolitano præſidens gubernamine, hoc donum Regia conceſſum munificentiâ ſigno crucis fixi.

Ego *Wulfſtan* archiepiſc. metroplitici honoris faſtigio *Eboracenſi* civitate ſuffultus, huic largitati crucem aſcripſi.

Ego *Ælfheah*, epiſcopus *Wintanenſis* eccleſiæ, hoc donum ſigno crucis confirmavi.

Ego *Ætebelgar*, *Cridianenſis* eccleſiæ præſul, hanc largitatem corroboravi.

Ego *Ælfric* epiſcopus, hujus donationis conſtipulator, ſignum crucis depinxi.

Ego *Wulfſige* epiſcopus, hujus largiflui muneris donum ſigno ſalubri adnotavi.

Ego *Theodred* epiſc. prodigam hanc impenſionem patibuli confirmatu addidi.

Ego *Ælfred* epiſcopus, hoc, deo inſtigante, donum crucis Chriſti conſtipulatu munivi.

Ego *Birhtſige* epiſcopus, hujuſce donationis corroborationem contuli.

✠ Ego *Cœnwald* epiſcopus conſenſum adhibui.

✠ Ego *Cyneſige* epiſcopus unanimitatem præbui.

✠ Ego *Wlfhelm* epiſc. promiſionem profudi.

✠ Ego *Eadhelm* abbas devotus in hoc præſtiti.

✠ Ego *Oſulf* dux conſenſi & humiliter aſtiti.

✠ Ego *Eadmund* dux libens conſilio aderam.

✠ Ego *Æthelſtan* dux promto animo conſenſi.

✠ Ego *Eadgifu* Regis genetrix præfati, animo hanc præfatam letabundo in Chriſto largitionem ob optabilem remunerationem conceſſam ſigni corroboratione ſalutiferi humillimè conſignavi.

✠ Ego *Dunſtan* indignus abbas. Rege *Eadredo* imperante, hanc domino meo hæreditariam kartulam dictitando compoſui, & propriis digitorum articulis perſcripſi.

✠ *His inquam limitibus hæc telluris particula circumgirari videtur.*

Ærert on norð healfe Æðelferðes londe. sƿa forð be sande oð Norðmuðan. to Maeanbroce. ðonne to ærneƿege. of ærneƿege to Eanflædemuðan. of Eanflædemuþan on Mearc-fleotesmuþan. of Mearc-fleotesmuþan est on Eanfledmuþan. ðonne on east healfe to mylenfleotesmuþen oð Suðtun. of Suðtun and-lang broces to Hæðe mæringe. ðonne on Suðhealfe of hæðe mæringe to stoccum. of stoccum ⁊. long stræte oð sce Agustines mearce. from sce Agustines mearce oð broc. and-lang broces oð stanbrycge. suð from stanbrycge oð ƿifeling. to Christes cirican gemære. from Cristes cirican gemære oð ealdan hege. on ƿest healf ealdan hege to Feaxum. ðonne ƿest from Feaxum to celdan. to Cingesgemære. from Cingesgemære oð gata geþægge. ðonne siendan feoƿer sƿuling binnan ea ðæs londes þe ge-byreð into Raculfe. on Tenet feoƿer sƿulung ond an læs on ƿaruðe gebyreð innto Raculfe. ðonne is ealles þæs landes xxv. sƿuling ⁊ an sƿuling on Ceolulfingtune suð be ƿealda þære cirican to botes

Hoc eſt.

Primò, ab aquilone *Æthelferthi* terra; ita prorſum per arenam uſque ad *Northmuthama*[a], ad [*rivulum*] **Meanbroce** [*dictum*:] inde ad priſcam viam; à priſca viâ ad *Eanfledæ* oſtium; ab *Eanfledæ* oſtio ad *Mearcfleotam*[b], à *Mearcfleota* iterum ad *Eanfledæ* oſtium. Ab oriente verò, ad molendinarii fluenti oſtium uſque ad *Suthtunam*[c], à *Suthtuna* per longitudinem viruli ad *Hæthemæringam*[d]. Ab auſtro verò, ab *Hæthemæringa* ad ſtipites, à ſtipitibus per longitudinem viæ aduſque ſancti *Auguſtini* limitem; à ſancti *Auguſtini* limite uſque ad rivulum; per longitudinem rivuli uſque ad pontem lapideum, auſtrum [*verſus*:] à ponte lapideo uſque ad *Wifelingam*[e], ad eccleſiæ Chriſti [*Cantuarienſis*] limitem; ab eccleſiæ Chriſti limite uſque ad veterem ſepem; ab occidente veteris ſepis ad *Feaxum*. Tunc occidentem verſùs à *Feaxum* ad **Celdan**, ad Regis limitem; à Regis limite aduſque portæ ſepem. Sunt autem quatuor carucatæ terræ intra aquam quæ pertinent ad **Raculfe**. In *Thaneto* quatuor carucatæ [*terræ*] & unum paſcuum in littore pertinent ad **Raculfe**. ſunt autem de totâ terrâ illâ xxv. carucatæ, & una carucata in *Ceolulfingtuna*[f], ex auſtro ſaltus, ad eccleſiam reparandam [*aſſignata.*]

[a] Oſtium fluminis aquilonare.

[b] Limitaris fluenti oſtium.

[c] Auſtralem villam.

[d] Portum celebrem, *fortè*.

[e] Curculionum locum, *fortè*.

[f] Ceolulfi villa.

ELIENSE *Cœnobium* in agro Cantabrigienſi.

Ex hiſtoria *Elienſis* eccleſiæ in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *Neronis* A. 15.]

ANno Domini DCXXVII. beatus *Auguſtinus*, xj. anno adventus ſui in *Angliam* eccleſiam conſtruxit in **Ely** in honore beatæ *Mariæ* virginis in loco qui **Cradindene** dicitur, id eſt, *vallis crati*, miliario ab urbe qui nunc eſt diſtans, cujus operis Rex *Ethelbertus*, fundator extitit, in quo miniſtros officium Dei complentes inſtituit, quos *Pendæ* Regis exercitus inde poſtea fugavit, locumque in ſolitudinem commutavit, non erat in tota inſula niſi tantùm una eccleſia à beato *Auguſtino* facta.

673. Anno Domini DCLXXIII. virgo *Etheldreda* in **Ely** in loco eminentiori monaſterium conſtruxit prope fluentis alveum, & cœtum utriuſque ſexus ſub monachili habitu congregavit, quibus ipſa prima facta fuit abbatiſſa à ſancto *Wlfrido* antiſtite, & ita ſuccedente tempore durabat ſancta religio ſub abbatiſſarum regimine CXCVII. annis uſque dominicæ incarnationis DCCCLXX. in quo quidem anno eccleſia *Elyenſis* à paganis combuſta eſt. Ex ipſis autem clericis qui deprædati fuerant, poſt aliquot annos VIII. reverſi ſunt, verùm ipſis alii ſuccedendo porticus eccleſiæ reſarcientes archipresbyterum & præpoſitum inter ſe conſtituerunt. Et ita ſub ipſorum naufragoſa gubernatione fluctuans vacillabat eccleſia *Elyenſis* C. annis.

970. Anno incarnationis dominicæ nongenteſimo LXX. Regni glorioſi Regis *Edgari* anno X. ex quo virgo *Etheldreda* fabricas illic incepit anno ccxcvij. à devaſtatione monaſterii C. beatus *Ethelwoldus*, *Wintoniæ* epiſcopus, facta conventione cum Rege emit ab ipſo ex integro totam adjacentem regionem prædictæ inſulæ, & ipſam eccleſiam ab *Inguar* deſtructam innovavit, presbyteros inde expulit monachoſque introduxit, & virum religioſum nomine *Brythnodum* eis ordinavit abbatem. Prædictus abbas *Brithnodus* anno x. regiminis ſui à Regina *Elſtritha* martyrizatus eſt. Floruit autem ſancta religio ſub ſanctorum abbatum regimine CXXXIX. annis, abbatibus X.

Anno Domini MCVIII. Regni verò Regis *Henrici* primi anno IX. facta eſt tranſmutatio abbaciæ in epiſcopatum per papam *Paſchalem* anno pontificatus ſui X. unde manſit & manet adhuc ſub paſtorali cura.

Anno Domini Mxx. tempore *Canuti* Regis qui quartus à Rege *Edgaro* regnabat, *Alwynus* epiſcopus *Elmamenſis*, ſet prius monachus *Elyenſis*, præcepto ipſius Regis in **Wetrycheſworde** primo monachorum catervam induxit, quoſdam de **Ely**, quoſdam de **Holm** ibi collocavit, anno *Elſini* abbatis *Elyenſis* ſecundi xxxviij. & poſt introductionem monachorum in **Ely** per unum *Ethelwoldum* epiſcopum annis xlix. CClxv.

Anna Rex orientalium *Anglorum* filius *Eni* de Regio genere vir optimus nupſit *Herſwydæ* ſorori ſanctæ *Hyldæ* abbatiſſæ, ex quibus geniti ſunt duo filii *Adulfus* & *Jurminus* & quatuor filiæ. Primogenita *Sexburga*, *Etehlberga*, *Etheldreda*, & *Wythburga*. Præfatus *Anna* occiditur à *Penda* Rege *Merciorum* anno Regni ſui xix. ab incarnatione verò domini DCliv. & in loco qui **Blydeburch** nuncupatur ſepelitur corpus ejus, ubi uſque in preſentem diem pia devotione fidelium veneratur. Illic etiam ſepultus eſt *Jurmius* filius ejus, ſed apud **Betrycheſword**, quod nunc ſanctum *Edwardum* appellant, poſtea tranſlatus eſt, & honorificè collocatus. Turbatis hujuſcemodi rebus, *Hereſwytha* poſt interitum *Annæ* ſponſi ſui mundum deſpiciens apud *Gallias* peregrina in monaſterium *Cale* ſeceſſit, illic regularibus ſubdita diſciplinis coronam æternam expectabat. Prædicto igitur *Anna* mortuo, ſucceſſit ei in Regnum *Adelherus* frater ejus, in cujus tempore in loco qui dicitur *Wenno* monaſterium conſtruitur à ſancto *Botulpho*. Præfatus Rex interfectus eſt anno Regni ſui ſecundo ab exercitu *Oſwy* Regis *Northanimbrorum*, cui ſucceſſit frater ejus tertius, nomine *Edewoldus*, homo bonus ac verus Dei cultor juxta quod frater ejus *Anna* fuerat. Quo defuncto, ſucceſſit ei in Regnum *Adulfus* nepos ejus, filius *Annæ* fratris ſui, cujus filia *Edburga* abbatiſſa in *Rependuna* famulo Dei *Guthlaco* ſarcophagum plumbeum lintheumque tranſmiſit, in quo idem vir Dei poſt obitum locaretur & circumdaretur. *Sexburga* nupſit *Ercomberto* Regi *Cantiæ*, anno quinto Regni patris ſui, quibus nati ſunt duo Reges *Egbertus* & *Lotharius*, & duæ filiæ *Ermenilda* & *Erkengota*. *Sexburga* verò poſt obitum viri ſui, qui xxiv. annis imperium rexit, aliquandiu viriliter Regno præfuit donec impuberes annos *Egberti* filii ſui in robur virilis ætatis reformaverat. Commendato ei demum imperio, veſtem jocunditatis depoſuit habitumque mœroris ſuſcepit. Tandem apud *Schepeiam* in *Cancia* votum ſuum dirigit, ubi novum habitaculum virginibus ſanctis quas ſibi aſſociaverat conſtruxit, quæ etiam ab *Egberto* filio ſuo precio redemptas poſſeſſiones eccleſiæ adjecit, in qua lxxvij. diſcipularum ſibi adjunxit collegium. Nocte autem quadam, cum ſancta *Sexburga* ſopori ſe dediſſet, angelus Domini apparuit ei per viſum, dicens, ſcias quod non poſt multos hos dies multis annis evolutis deſertores Dei Regnum hoc invadent diripiendum, invaſumque oppriment & affligent. Quod tunc completa in ſe ferè tota *Anglia* eſt experta quando ab aquilone ruit tempeſtas ſuper habitatores terræ; *Inguar* & *Vbba* navali certamini cum triumpho Regnum ingreſſis & ſæviente gladio cædem eccleſiæ Dei intentantibus generalem. Conſiderans itaq; ſancta *Sexburga* deſolationem in Regno futuram ſicud ab angelo Dei acceperat, concepit affectum quod effectus prodidit, vitam videlicet pauperiorem arripere,& ſe ſub alterius poteſtate redigere. Acceſſit ad filias ſuas eiſque voluntatem ſuam oſtendit, & *Ermenildam* filiam ſuam eis abbatiſſam præfecit.

Cum igitur cuncta quæ inchoaverat honeſtè compleſſet, & totius *Canciæ* terciam partem ad uſus eccleſiæ emptam in manus earum collocaſſet, accepta licentia & datis benedictionibus beata *Sexburga* diſceſſit, nec ſine dolore & fletu facta eſt inter illas lamentanda diviſio. In principatu igitur virgineo beata *Ermenilda* remanente, glorioſa *Sexburga* in inſulam *Elienſem* proficiſcitur, ubi à ſancta *Etheldreda* ſorore ſua tunc ibidem abbatiſſa excipitur, & cum triumpho introducitur, & poſt obitum beatæ *Etheldredæ* eidem in monaſterii Regimine ſucceſſit, anno domini DCLXXIX. ubi ſago & cilicio contenta ſtrata mollia recuſabat, juges orationibus dies, juges eciam continuabat noctes, balnearum uſus tanquam ſeminaria venenata refugit. Tandem cum bonum certamen certaſſet, ſpiritumque ſuum in manum creatoris pridie nonas Julii commendaſſet, ſepulta eſt condecenti loco poſt beatam ſororem ſuam, ubi virtutum ſuarum merita florere non deſinunt, ſemperq; ejus præconia accipiunt incrementa, ut in libro geſtorum illius enarratur. *Ermenilda* filia ſanctæ*Sexburgæ* nupſit *Wlfero* Regi *Merciorum* filio *Pendæ* Regis,quibus nata eſt *Werburga* prefato *Wlphero* poſt xvij.annos ad æternaRegna migranti. *Ermenilda* Regina apud *Canciam* in monaſterio de *Schepeya* confugit, ubi genitrix ſua *Sexburga* choris virginum præluxit,& ſub ea habitum religionis ſuſcepit. Tandem recedente beata *Sexburga* de *Schepeia* ipſam abbatiſſam ibidem præfecit, quæ ſucceſſu temporis canonica electione *Sexburgæ* matri ſuæ apud **Ely** defunctæ in monaſterium abbatiſſæ ſucceſſit, ubi à cunctis dignè ſuſcepta mater omnium eſt effecta. Quantæ verò ſanctitatis & pietatis ipſa extiterit, vita ejus atque ſua mors precioſa pleniùs atteſtantur. Tranſiit enim ab hoc ſeculo idus Februarii,& in *Elyenſi* cœnobio cum beata genetrice ſua & virginali matertera ſua *Etheldreda* tumulata quieſcit. *Werburga* filia ſanctæ *Ermenildæ* poſt mortem patris ſui intravit monaſterium S. *Etheldredæ* apud **Ely**, ſicut legitur in vita ſua priuſquam mater ſua idem monaſterium intravit. Cujus ſanctitatem cum Rex *Ethelredus* pater ſuus comperiſſet, eam inde cepit,& principatum monaſteriorum ſanctimonialium quæ inRegno ſuo pollebant ei tradidit.Sponſa igitur domini *Werburga* cum quibuſdam eccleſiis præeſſet, poſt dilectæ genitricis ſuæ obitum jure prælationis eciam monaſterium **Elye** ſuſcepit. Cum ergo omni familiæ & monſtaeriis ſibi creditis præ nimia caritate optaret adeſſe, & econtra nulli tolerabile videretur ſua dulci præſentia carere, elegit cum divina præſcientia & voluntate **Hebanburge** monaſterio corpore requieſcere. Quamobrem præcepit *Hebanburgenſi* familiæ, ut ubicumq; migraret ex hac luce ipſi incunctanter venirent corpuſq; ejus ad monaſterium ſuum portarent. Depoſita itaq; *Werburga* in cœnobio quod **Tryttengeham** appellatur, cujus depoſitio tercio nonas Februarii celebratur, nocte depoſitionis ſuæ ſupervenerunt *Hebanburgenſes*, & corpus ipſius de eccleſia **Tryttengham** rapiunt, & ad eccleſiam *Hebanburgenſium* cum ingenti lætitia deducunt & ſepeliunt,& poſt ix. annos corpus ejus integrum veſteſque nitidiſſimæ apparuerunt. Tandem in *Ceſtram* ubi nunc requieſcit tranſlata eſt beata *Werburga*. In Anglico legitur quod *Sexburga* in eccleſia de *Schepeia* quam conſtruxit, à *Theodoro* archiepiſcopo velamen ſanctitatis accepit, atque ibidem filia ſua *Ermenilda* ſub ea normam religionis ſpretoRegni culmine poſtea ſumpſit. Quæ dum iter apud **Ely** praraviſſet filiam ſuã *Werburgam* pro ſe in miniſterio abbatiſſæ (ſicut diu optaverat) conitſtuit. *Erkengota* ſoror ſanctæ

Ermenildæ

Elienſis Eccleſiæ Cath: facies aquilonaris

The North Proſpect of the Cathedral Church of Ely.

Ecclesiæ Cathedrali Elienſi, (ne
omnino pereat) piæq; memoriæ Th
Goodrick olim Elienſis Epiſcopi, ſumm
Angliæ Cancellarij Decessoris sui,
ibidem ſepulti, P.
Franciſcus Goodrick Arm.



D. King delin et ſculp:

88

Ermenildæ, ad exteras nationes & ad loca tranſmarina demigrans, ſacros monaſteriorum conventus peregrina circuit,& ad quoddam cœnobium in regione *Francorum* conſtructum in loco qui dicitur **Brige** devenit, ubi ſub abbatiſſa vocabulo *Sara* Deo ſervivit uſque ad finem vitæ ſuæ,& poſt ejus deceſſum ſepultum eſt corpus ejus in eccleſia prothomartyris *Stephani*. *Ethelberga* ſecunda filia *Annæ* & *Hereſwytha*,dilectam perpetuæ virginitatis gloriam in magna corporis continentia ſervavit. Nam eo tempore, necdum multis monaſteriis in regione *Anglorum* conſtructis, multi de *Brittania*, monachicæ converſationis gratiâ *Francorum* vel ☞ *Galliarum* monaſteria adire ſolebant, ſed & filias ſuas ab iiſdem erudiendas ac ſponſo celeſti copulandas mittebant. Inter quas erat *Siderida* filia uxoris *Annæ* regis *Orientalium-Anglorum* ex alio viro procreata,& filia naturalis ejuſdem regis *Ethelberga*, quarum utraque cum eſſet peregrina, pro merito virtutum in monaſterio *Lingenſi* abbatiſſa eſt conſtituta. Cum igitur beata *Ethelberga* diem ibi clauſiſſet extremum,poſt vij. annos obitus ſui corpus ejus ita intemeratum invenitur ut à carnalis concupiſcentiæ corruptione erat immune, quod & â loco in quo priùs erat ſepultum in eccleſiam beati *Stephani* eſt tranſlatum, cujus videlicet natalis ibi ſolet cum magna gloria celebrari, die nonarum Juliarum. *Etheldreda* tertia ſoror apud *orientales Anglos* in loco famoſo **Exnynge** nuncupato orta, ut *Beda* teſtatur,libro iiij. de geſtis *Anglorum*, capitulo xvij. *Annæ* regis *orientalium Anglorum* exſtitit filia de matre vocabulo *Hereſwyda*, quæ à *Tomberto* principe *Girviorum auſtralium* poſtulatur in conjugium, cui licet invita à parentibus eſt deſponſata biennio ante interfectionem *Annæ* patris ſui], ab incarnatione Domini anno DClij. & ab eodem ſponſo ſuo cum quo firmè triennio ſub jugo maritali vixit in virginali contuberino, inſulam accepit in dotem ſecundùm *Bedam*, ubi priùs **Elge** à copia anguillarum quæ in eiſdem paludibus capiuntur nomen accepit, quæ mutato nomine meliorando **Ely** nuncupatur, modo ſcilicet digna Dei domus cui nomen convenit ejus, vel ſicut quidam differunt, **Elge** ex duabus verbis Ebraicis componitur, **El** enim dicitur Deus **ge** terra, quod ſimul *Dei terra* ſonat. Dignè quidem inſula tali onamate ſignatur, quæ ab initio Chriſtianitatis fidei in *Anglia* Dominum Jeſum Chriſtum mox credere cæpit & colere. *Tomberto* igitur defuncto, mox virgo *Etheldreda* ad propriam domum in **Ely** deſcendit,in ſancta viduitate per quinquennium permanens,ubi vanos mundi honores fugiens, ſilentium ſemper & vitam prorſus ignobilem affectans (locus autem ille difficultate adeundi & arboribus hinc inde circumdatus, habens aquas de ſupercilio collis tenues ſed irriguas) quaſi in heremum habitare cæpit, & quos præcipuæ religionis noverat eſſe admodum in amicitiam ſibi copulavit. Eodem verò tempore *Egfridus* in finibus aquilonis inter *Anglos* tenens imperium, inflammatur in virginis amorem, cui anno ſexto poſt interfectionem patris ſui unanimi voluntate parentum datur in conjugium. Cumque per duodecim annos matrimonii lege teneretur, noluit differre ulteriùs quod mente conceperat: vix a viro ſuo optenta licentia, virgo & regina intravit monaſterium ſanctæ *Ebbæ* abbatiſſæ, quæ fuit amita regis *Egfridi* apud *Coludi*,accepto velamine ſanctimonialis habitus ab antiſtite *Wilfrido*,ubi per anni ſpacium didicit, *quia jugum Domini ſuave eſt & onus ejus leve*. Deinde rex *Egfridus* in matrimonium eam concupivit reſumere, & inſtinctu ſuorum illam de monaſterio conabatur eripere. Nec mora, ad monaſterium ubi ſancta virgo degebat feſtinanter aſcendit. Quo audito, mater congregationis *Ebba* ex ſola fuga præſidium fore ſuggerit, nec quieſcendum donec ad domum ſuam in **Ely** perveniat.

Ipſa ob hoc gemens & anxia exit & fugit,& digreſſa jam ambitum loci cum duabus Dei ancillis, *Selbenna* & *Selbera*, collem eminentem qui prope **Coldeburcheſheved**, quod latinè *caput Coldeburty* dicitur adiit & aſcendit, ubi Deus aquas multiplices effudit, & locum in quo ſacræ virgines aſcenderant aqua circumdedit, & ſicut ab incolis loci illius accipitur, per vij. dies continuos ſine cibo & potu in oratione conſiſtentes eas occuluit, donec rex *Egfridus* qui nullum locum ipſas aggredi invenit,in ſtuporem verſus de loco receſſit & *Eboracum* rediit; *Ermenburgam*que ſibi matrimonio copulavit. Nec deinceps ſanctum *Wilfridum* affectu at antea coluit, ſed diu iram ſub pectore tacito geſſit contra illum, & expectata hora ob iſtjuſmodi cauſam eum de ſede ſui epiſcopatus expulit,qui apud **Ely** cum beata *Etheldreda* morabatur,ubi tunc & quotienſcumque neceſſitas popoſcerat jura officii epiſcopalis adminiſtravit. Pulſus ab epiſcopatu *Wilfridus*, *Romam*que iturus, ubi navem aſcendit flante favonio *Freſiam* eſt appulſus, ubi primus opus evangelicum cepit, & multa milia barbarorum ad fidem convertit. hiememque ibidem cum nova Dei plebe filiciter exegit. Poſtea verò *Freſiam* reliquit, *Romam* adiit,ubi *Benedicti* papæ & plurimorum epiſcoporum judiciis abſque crimine accuſatus fuiſſe, epiſcopatuque. dignus fuiſſe inventus eſt, *Britanniam* rediit, provinciam *ſuth-Saxonum* Chriſto credere fecit.

Wilfridus ſanctis meritis & nomine dignus
Quindecies ternos poſtquam egit epiſcopus annos
Tranſiit & gaudens cæleſtia regna petivit
Attactus multis per tempora longa periclis.

Sanctimoniales autem in rupis vertice degentes, cum ſitis ariditate nimium æſtuantes gravarentur *Ebba* venerabilis abbatiſſa *Etheldredam* commonet Deum Chriſtum exorare ut guſtum aquæ præſtet illis in hac ſitis neceſſitate,qui de petra potavit populum ſuum in deſerto, & fuſa intentius ad Deum oratione cum ſumma mentis devotione, fons aquæ juxta eam confeſtim erupit lucidiſſimæ, atque ad preces ejus quod per naturam non habuit per gratiam Dei arida rupes aquas perfudit quæ in uſum ipſarum ſufficeret,nec neceſſitati deeſſet, & uſque in ævum manare,non ceſſat,unde potum ſumentes Deo gratias egerunt & infirmis adhuc ſaluberrima præſtat. Inſuper memorabile & præ ceteris mirabile eſtquod veſtigia pedum illius aſcendentis & deſcendentis in latere montis infuſa tanquam in calida cera nunc uſq; oſtenduntur,ad laudem domini noſtri Jeſu Chriſti. In hoc enim facto ſi diligenter attendimus iiij. memoranda ſatis admiratione digna perpendere poſſumus. Unum,quod miſericorditer Deus illas ab oppreſſione regis protexit. Aliud, quod mare ſuas aquas ad earum munimentum tanquam pro muro effudit. Tercium, quod rupes aſpera in ſiti earum aquas donavit. Quartum, quod duritia petræ velut ſuæ oblita naturæ more mutato ad tactum plantæ illius molleſcere cœpit. Deinde beata *Ethelreda*, aſſumptis ſecum præfatis ancillis à loco atq; provincia receſſit, & ad flumen quod dicitur *Humbria* perveniens, cujus alveo lenis auræ pulſu tranſito, in portum **Wyntringham** proſperè eſt advecta, ſed inde quaſi ſtadiis decem adviculum divertens in modum inſulæ paludibus ferè circumdatum, **Alfham** nominatum, cum jam dictis puellis hoſpitium petiit & accepit. Ibique paucis diebus manſitatis, domino eccleſiam conſtruxit. Inde beata *Etheldreda* iter arripuit, ſed ex inſolito labore nimium fatigata in loco umbraculi ſe collocavit, atque dormivit. Cumq; de ſompno evigilata poſt Paululum ſurrexiſſet, invenit baculum itineris ſui quem ad caput ſuum antea fixerat aridum & diu inveteratum, jam viridi cortice accinctum fronduiſſe ac ſolia produxiſſe. Crevit ergo lignum illud & facta eſt fraxinus maxima cunctarum arborum illius provinciæ, appellatuſq; eſt locus ille **Etheldredeſtowe** uſq; in hodiernum diem: id latine ſonat, *pauſatio Etheldrede*. Facta eſt etiam illic eccleſia in honore beatæ virginis ad laudem domini noſtri Jeſu Chriſti qui mirabilis eſt in ſanctis ſuis.

Interea, beata *Etheldreda* per innumera itinerum diſcrimina & labores diverſos ad ſuam poſſeſſionem rediit in **Ely** cum ancillis ſuis, illicque cum debito honore ſuſcepta, inſulam poſſedit, quam *Huna* ſacerdos ſecutus fuit, ibique monaſterium habere deſideravit memorata Chriſti famula ſecundum *Bedam*: quoniam de earundem *orientalium-Anglorum gente* ipſa originem duxit, ſub qua nonnulli vivere decertabant & filias ſuas ab ea informandas tradiderunt. Inter quas *Werburga* filia *Ermenildæ* advenit & ab ea normam religionis accepit & didicit. Sed tunc temporis in inſula non erat niſi una eccleſia à beato *Auguſtino Anglorum* apoſtolo, facta apud *Cradundene*. In primitiva enim eccleſia naſcentis fidei & Chriſtianitatis beatus *Auguſtinus* eccleſiam ibi fabricavit in honore ſemper virginis *Mariæ*, anno ab incarnatione domini DCVII. adventus ſui in *Angliam* anno xj. cujus operis rex *Ethelbrithus* primus fundator exſtitit. In quo miſta Dei officium complentes inſtituit, quos *Pendæ* regis exercitus inde poſtea fugavit, locumque in ſolitudinem commutavit, & præfatam eccleſiam ad ſolum deſtruxit LXVII. annis antequam ſancta *Etheldreda* fabricas incepit in **Ely**. Sed beata *Etheldreda* poſtquam illic manſionem elegit, propefluentis alveum in loco eminentiori habitacula poſuit, predictamque eccleſiam renovare ac reformare ſummo opere curavit, & dum reædificata ut primitus in honore ſanctæ Dei genetricis *Mariæ* fuit, innumerabilibus virtutibus Deo operante refulſit. Sicque ſolutis prioris fundamenti reliquiis nova omnia præparantur.

Ipſa ſiquidem beata *Etheldreda* poſt modicum, auxilio fratris ſui *Adulſi* regis, majore inibi conſtructo monaſterio, virginum Deo devotarum mater & virgo & exemplis vitæ cæpit eſſe & monitis, quarum uſibus ex integro inſulam conſtituit & per dilectum ſuum *Wilfridum Romæ*, nutu apoſtolico corroborandum deſtinavit. Qui ibidem à papa *Benedicto* privilegium ſuper **Elge** monaſterium accepit, quatenus auctoritate ſancti *Petri* contra improborum irruptiones ſecuriùs ſtaret. Sed antequam de *Roma* rediit ſancta *Etheldreda* de hoc ſeculo migravit. In cronicis vero *Latinis* & *Anglis* habetur, quod anno ab incarnatione domini DCLXXIII. virgo *Etheldrda* fabicras incepit in **Ely** atque in brevi cœtum utriuſque ſexus Deum timentium ſub tramite vitæ regularis collegit, ſicut *Beda ſcripſit*, dicens, *In ejuſdem Deo dicatæ virginis tranſlatione omnem congregationem hinc fratrum illinc ſororum pſallentem circumſtetiſſe ſepulcrum ejus.* Unde intelligitur viros & mulieres in eodem ſimul monaſterio cælibem actitare vitam atque in eccleſia diutius ſervatum ut ipſa ſtatuerat, donec locum & patriam *Dani* vaſtaverunt, quod eciam apud *Coludi* & in multis *Anglorum* eccleſiis fuiſſe teſtatur hiſtoria *Anglorum* ſecundum *Bedam*. Poſt annum ex quo ipſa velamen ſanctimonialis habitus apud *Coludi* ſuſcepit facta eſt abatiſſa in **Ely**. Nec diu poſt diſceſſum ſanctæ *Etheldredæ* de *Coludi*, monaſterium virginum quod apud *Coludi* ſitum fuerat, in quo habitum religionis ſuſcepit per culpam incuriæ flammis conſumptum eſt, quod tamen à malitia inhabitantium in eo, & præcipuè illorum qui majores eſſe videbantur, contigiſſe omnes qui noverunt facilè potuerunt advertere quod hic minimè præteritur. Sed non defuit puniendis ammonitio divinæ pietatis, qua correpti per jejunia fletus & preces iram à ſe ad inſtar *Ninivitarum* juſti judicis averterent. Erat namque in eodem monaſterio vir de genere *Scotorum*, *Adam Nanus* nomine, ducens vitam in continentia & orationibus multum Deo devotam. Hic occupatus noctu vigiliis & pſalmis, vidit ſubito aſtare ſibi quendam incogniti vultus, cujus præſentia cum eſſet exterritus, dixit illi ne timeret, & quaſi familiari eum voce alloquens, bene facis inquit tempore nocturnæ quietis non ſompno indulgere, ſed vigiliis & orationibus inſiſtere & ſedulo Deum deprecari. Totum hoc monaſterium ex ordine perluſtrans modo ſingulorum lectos inſpexi, & neminem præter te ſolum erga ſanitatem animæ ſuæ occupatum reperi, ſed prorſus omnes viri & fœminæ, aut ſompno torpent inerti, aut ad peccata vigilant. Virgines quoque Deo dicatæ contempta reverentia ſuæ profeſſionis ac invicem ſponſarum in periculum ſui ſtatus adornant, aut externorum ſibi virorum amicitiam comparant, unde merito loco huic & habitatoribus ejus de cœlo vindicta flammis ſævientibus præparata eſt. Quod mox matri congregationis vocabulo *Ebbæ*, quæ Deo dignam *Etheldredam* in Religionem ſuſceperat & in filiam adoptatam nutrierat atque docuerat, curavit indicare.

At illa de tali præſagio merito turbata, dixit. *Quare non citius hoc compertum mihi revelare voluiſti?* Qui reſpondet. Timui propter reverentiam tuam ne fortè nimium conturbareris. Sed tamen hanc conſolationem habebis quod in dieb. tuis hæc plaga non ſuperveniet. Qua viſione vulgata, loci illius accolæ aliquantulum paucis dieb. timere & ſeipſos intermiſſis facinoribus caſtigare cæperunt: verum poſt obitum ipſius abbatiſſæ redierunt

The South Prospect of the Cathedrall Church of Ely

Ecclesiæ cath: Elienſis facies australis.



Ne victas in ecclesiam Elienſem, et magnifica ejuſdem ſtructura jamjam propriis ſepelienda ruinis non innoteſceret posteris; hoc ſibi morituro ac ecclesiæ poſuit monumentum Jacobus Ravenscroft Arm:

Da: King delin: et ſculp:

dierunt ad priſtinas ſordes, immo ſceleratiora fecerunt. Et cum dicerent pax & ſecuritas, extemplo præſatæ ultionis ſunt pœna multati, proh dolor! concitè nimirum illis extiterat judicium everſionis quòd non merebantur gratiſſimæ virginis ſuffragari conſortio, cujus præſentia fruſtrati, impiè & perverſè agentes incorrigibiles permanſerant, ut nec divino converſi amonitu, nec venerabilis *Etheldredæ* compuncti devotione, ob ſcelerum enormitatem & ſe & locum prodidiſſe, ſicut *Beda* meminit, agnoſcitur. Poſtquam autem beata *Etheldreda* gradum abbatiſſæ in Ely ſuſcepit, nunquam lineis ſed laneis veſtibus uti voluit, raroque, præter majora ſolempnia vel artiorem neceſſitatem, pluſquam ſemel in die manducavit, ſemperque ſi non infirmitas gravior prohibuiſſet, ex tempore matutinæ ſinaxeos uſq; ad ortum diei in eccleſia precibus intenta perſtitit; & poſt vij. annos ex quo gradum abbatiſſæ ſuſceperat, quodã tumore maxillæ preſſa, rapta eſt ad dominum, & æquè ut ipſa juſſerat non alibi quam in medio ſuorum juxta ordinem quo tranſierat in ligneo locello ſepulta eſt; cui ſuceſſit in miniſterium abbatiſſæ ſoror ſua *Sexburga*. Tranſiit autem ſancta *Etheldreda* nono kal, Julii, anno domini DCLXXIX. ſub regibus *Anglorum*, fratre ejuſdem videlicet *Adulpho Orientalium*, & *Lothario* filio ſanctæ *Sexburgæ Cantuarienſium*; cujus exequias celebravit ſanctus *Huna* ſacerdos, qui de ordine monachorum & presbyter almæ *Etheldredæ* fuiſſe perhibetur. Qui inſuper, ſicut ab ipſa mandatum acceperat, in cimiterio eccleſiæ juxta ſuos ſepelivit, & poſt venerandum illius obitum non in eccleſia conſtitit, ſed in eadem palude propè Ely ad quandam modicam inſulam ſeceſſit, quæ ejus nomine *Huneya* vocatur, ſolitariam ibidem eligens vitam, ubi quamdiu vixit glorioſam vitam duxit. Ad cujus tumbam multi, recuperandæ ſanitatis gratia, accedentes, ſoſpitatem ipſius recuperaſſe meritis plerique teſtantur. Quod quidam cognoſcentes, ſecretè ejuſdem reliquias, ſarcofago poſtea fracto, apud *Thorneyam* portantes poſuerunt, ſperantes à domino ejus patrociniis gratiam & miſericordiam. (&c.) Cumque beata *Etheldreda* ſexdecim annis fuiſſet ſepulta, placuit *Sexburgæ* abbatiſſæ oſſa ejus de terra levari & in locello novo poſita in eccleſiam transferri. Aperto igitur ſepulcro, corpore ejus in lucem prolato, ita incorruptum inventum eſt ac ſi eodem die fuiſſet defuncta ſive humo data; ſed & lintheamina omnia quibus involutum erat corpus, integra & nova apparuerunt, quorum tactu variis paſſionibus afflicti curabantur. Necnon & loculum in quo primò ſepulta eſt nonnullis oculos dolentibus ſaluti fuiſſe perhibent. Loto igitur ſanctiſſimæ virginis corpore noviſque veſtibus induto, in eccleſiam beatæ virginis *Mariæ* quam ipſa à fundamentis conſtruxerat defertur, & in ſarchoſago quod de *Granteceſtria* fuerat allatum reponitur. In quo quidem ſarchoſago nulla reperitur junctura ubi lapis lapidi cemento connectitur, ſic enim operculum unitum eſt ſuo vaſculo ut nulla diviſionis ſit ſimilitudo, nullatenus valet aperiri nec qualibet arte diſſolvi. Secundùm *Bedam* prædictum ſarchoſagum juxta muros civitatis de *Granteceſtria* fuit repertum, de marmore albo pulcherrime factum, operculo quoque ſimilis lapidis aptiſſimè tectum. Facta eſt igitur hæc tranſlatio, anno domini....ſub die kal. Novembris xvj. De loco autem in quo primo corpus ejus ſuerat ſepultum fons aquæ oritur lucidiſſimæ qui huc uſque manare non deſinit. Poſt deceſſum verò ſanctarum prædictarum eccleſia Elge minimè vacabat ab opere Dei, immò virtus divini cultus ſub regimine beatarum fæminarum non tepeſcente, ſed magis ac magis ferveſcente ſervore diſciplinæ regularis ac cuſtodiæ monaſticæ profeſſionis, multis annorum evolventibus orbitis floruit uſq; ad annum incarnationis dominicæ DCCCLXX. In quo quidem anno eccleſia *Elyenſis* à paganis, *Inguar* & *Ubba* igne combuſta eſt, exſtinctis ſanctimonialibus & omnibus qui intus erant. Et ſic ipſa ſancta religio quæ à beata *Etheldreda* in eadem eccleſia fuit inſtituta, quæ CXCVII. annis ſanctiſſimè duraverat, eſt deleta. Inter ipſos erat vir ceteris crudelior qui dum tumulum ſanctæ *Etheldredæ* intueretur, theſaurum ibi poſitum arbitrabatur, propter quod bipenni quam manibus ſuis geſtabat foramen fecit in tumulo marmoreo qd. hucuſq; apparet. Quo facto confeſtim oculis ejus à capite divinitus avulſis ſacrilegam ibi finivit vitam, quod cernentes ceteri ulteriùs virginis glebam inquietare non præſumpſerunt. Ad ultimum vero flamma & ferro cuncta conſumunt, totus pene clerus trucidatur, abducitur in captivitatem quiſque reſiduus. Sicque locus miſerè jacebat à cultu divini officii omnino deſolatus, nullus qui miniſterium implebat remanet.

A. D. 870. Deſtructio *Elien.* eccleſ.

Ex ipſis deniq; clericis qui deprædati fuerant, poſt aliquot annos viij. reverſi ſunt, qui prout poterant porticus eccleſiæ reſarcientes divinum officium ſolvebant. Verùm ipſis alii ſuccedendo clerici non canonicè immò irreligiose vitam duxerunt; de quibus quoddam mirabile contigit, videlicet quod unus eorum ſub perſona alterius de illo qui errori & facinori eorum conſenſerat aſſeruit & ſcripſit. Contigit quoque ut monaſterium Elge ſub eorum tranſiret dominio, quorum archipresbiter præpoſitus & magiſter inſtinctu diaboli auſus eſt ſepulcrum ſacræ Virginis violare hac ratione ut ſciret an virgo *Etheldreda* tunc carne maneret integra. Dixit enim quod ſi virgo tam ſancta ut olim in præſenti jaceret baſilica, per eam plurima Deus ſeciſſet miracula. Tunc unus ex ſacerdotibus ei dixit. Iccirco didaſcule tales profers ſermones quia noviter ad inſulam iſtam ex alia provincia veniſti, virtutum miracula minime vidiſti quæ conditor rerum peregit per hujus ſacræ virginis merita, è quibus ex pluribus pauca tibi referam, quæ paulo antequam huc adventares ſunt patrata. Quædam matrona quæ circiter vi. annos erat paralytica, quidem adoleſcens per vij. annos mutus, quædam puella à nativitate cæca, poſt tranſacta x. annorum ſpacia, quidam juvenis manum habens aridam, item manus ſervule cujuſdam ſacerdotis die dominico in orto olera colligentis, lignum quod manu tenebat & unde herbas evellere deſiderabat illicitè, tam firmiter adhæſit quod nullus hominum eum per quinque annos potuit dirimere, per merita ſanctæ *Etheldredæ* curati ſunt. Quapropter te moneo magiſter ut ab illicitis inchoamentis ceſſes. Qui noluit à ſceleratiſſimo conamine ceſſare. Sed convocavit quatuor juvenes ex clericali ordine quos conduxit in ruinam

ruinam faciles & condempnationem perpetrato crimine. Qui accipientes ſurculos marathri unde compta fuit ſuperficies pavimenti, quoſque ponentes in ſacroſagi foramine quod prius bipenni pagani in eodem fuerat factum, poſt dirum magiſtrum omnes auſi ſunt corpus ſanctæ virginis tangere, nec adhuc voluit quieſcere, ſed utrum veſtes ejus integræ eſſent affectavit videre. Accipiens igitur candelam, adhæſit virgulæ & per foramen immiſit tumuli, quæ cecidit ſuper ſacras veſtes ejus ac manſit donec tota cremata, eas contingere flamma metuente. Qui nec adhuc ceſſavit, ſed virgam in uno capite acuit & veſtibus virginis infixit, quas uſque foramen pertraxit, & quia nullam læſionem habebant cœpit mirari. Qui confeſtim ingentem macheram arripuit, & exiguam exinde particulam dæmonum ſuaſione incidit, ceteris ſodalibus, quatuor videlicet prædictis juvenibus, ipſam veſtem ſurſum trahentibus & omni virtute retinentibus. Quæ poſtquam ſceleratorum contactu eſt violata, ita ab eorum immundis manibus eſt ſubtracta, ſicut retulit presbyter qui hujus criminis fuit particeps, quaſi eam infra tumbam duo fortiſſimi milites retraherent, & quaſi ipſa adhuc virgo ſancta vivens eis diceret: nec Dei nec meam habeatis gratiam quia auſi eſtis corrumpere ſindonem meam.

Quid multa? mox ingens peſtis arripuit domum illius ſacerdotis quæ conjugem ejus ac liberos omnes cita morte percuſſit, totamque progeniem funditus extirpavit, ipſum quoque ad alterum commigrantem locum poſt paucos dies deduxit ad infernum: quoniam non purgavit per pænitentiam ſcelus commiſſum: ſed & de quatuor ipſius fautoribus divina ultio peremit duos ocius: tertius cum eſſet inſtitutus officiis literalib. eccleſiaſticis ac ſacerdotalibus, ita protinus in amentiam verſus, quicquid ſcivit eſt oblitus quaſi nichil didiciſſet penitus, qui adhuc vivens luit pænas de tam grandi facinore, quoniam per ſingulos menſes perdit ſenſum mentis vigorem deficiente luna ætatem quam habebat repente. Quartus verò fuit prælibatus presbiter *Alſelinus*, qui & ipſe gravi ægritudine correptus fermè per viij. menſes manſit paralyticus, donec parentes ſui mœſti ac dolentes quibus erat vinctus detulerunt enim cum plurimis muneribus ad corpus beatiſſimæ virginis. Qui dum ibidem ipſâ vigilarent nocte, promittentes per ſacramenta ſatisfactionem, meruit eorum æger recipere ſanitatem per virginis almæ *Etheldredæ* interceſſionem. Et mane glorificantes coſmi redemptorem, læti reverſi ſunt ad eorum manſionem. Ecce quod infideliter dubitantis temeraria generavit præſumptio, ecce quod injuſta juſté promeruit actio habeant ex hoc quilibet ſacrarum virginum indigni attractatores reliquiarum, quia non niſi cum cordis munditia & humilitate id debent præſumere, ſed nec quidem eccleſia ſic ab iniquorum ceſſavit presbiterorum dominio, verùm ſub eorum naufragoſa gubernatione uſque ad decimum regni regis *Eadgari* annum fluctuabat. Hujus regis tempore, duo de magnatibus regis, *Si edwoldus* epiſcopus natione *Græcus*, & *Thurſtanus* genere *Danus*, viſa loci altitudine magis cum cupiditate quam devotione á rege petierunt. Cumque pari ambitione decertarent, ne alter de alterius vel contemptu inſultaret, vel obtentu invideret, medium ſe interjecit quidam qui erat regi à ſecretis nomine *Wlſtanus* de *Delham*, & hic divino magis inſtigatus nutu quàm humano ductus affectu, ne alteri eorum cederet avaræ petitionis effectus, regem hac oratione convenit. *Domine rex cum tuæ ſaluti honori atq; regno cuncti providere debemus, nemo noſtrum conſulit iſtorum petitioni eſſe adquieſcendum, locus enim ſanctus & celebris eſt talibuſque indignus poſſeſſoribus cujus antiquam dignitatem, ne ignoranter peccare cogaris, paucis tibi ſi juſſeris expedire non differram.* Expoſuitque regi per ordinem loci dignitatem, vitam & miracula glorioſæ virginis *Etheldredæ* & ſororum ſuarum. Quo audito, ſanctus *Ethelwoldus Wyntonienſis* epiſcopus, qui erat confeſſor domini regis & ſecretorum conſcius, ſuper auditis nimium delectatus emit à rege prædictam inſulam integraliter ab omni jugo regalis exactionis liberam & quietam imperpetuum. Cujus regis auctoritate *Ethelwoldus* epiſcopus *Wyntonienſis* prædictos presbyteros inde expulit, & eccleſiam ipſam ab *Inguar* deſtructam & per C. annos deſolatam atque regio fiſco detentam diligenter innovavit, monachoſq; introduxit, & virum religioſum nomine *Brythnotum*, *Wintonienſis* eccleſiæ præpoſitum eis ordinavit abbatem. Acta ſunt hæc anno incarnationis dominicæ nongenteſſimo LXX. ex quo autem virgo *Etheldreda* fabricas incepit CCXCVII. à devaſtatione verò monaſterii anno centeſimo. Clericos quidem monachilem habitum ſuſcipere conſentientes in monachatum ſuſcepit, renuentes de monaſterio expulit: multas quoque terras tam per ſe emptas quàm ab ipſo rege gratis datas cum donis & ornamentis variis atq; privilegio regiæ auctoritatis confirmatas Deo & ſanctæ *Etheldredæ* totum commendavit, aliaſq; terras quamplurimas ab aliis emens eccleſiæ adjecit. Contulit eciam eccleſiæ nonnulla ornamenta, cappas videlicet plures, ſed unam inſignis operis.

Reſtauratio ejuſdem.

970.

Dedit etiam in auro & argento multa precioſa & magna quæ temporum viciſſitudine infortunii ab eccleſia diſtracta penitus conſumuntur. Ipſe iterum poſt hæc acceſſit ad regem *Edgarum*, factaque conventione ex integro emit ab eo totam adjacentem regionem prædictæ inſulæ, ſcilicet xx. hydas terræ quas rex infra inſulam habuit, ſed & dignitatem & *ſocam* ſeptem hundredorum & dimidii, duorum videlicet infra inſulam, quinq; verò & dimidii in provincia *orientalium Anglorum*, & quinque hydas apud **Meldeburne**, & tres hydas cum dimidia apud **Hernyngforde**, & xij. hydas apud **Northwolde**, datis mutuo lx. hydis, quas ipſe de dono domini ſui *Edelſtani* regis apud **Hertyngham** habuerat, datoq; inſuper precio centum librarum cum aurea cruce mirifico opere polita reliquiiſque referta, quam glorioſus rex in munimentum donorum ſuorum & loci libertatem cum textu mirifico ſuper altare ſanctæ *Etheldredi* in **Ely** gratanter optulit. Has igitur terras à rege emptas, cum omnib. regiis conſuetudinibus & cum privilegio æternæ libertatis corroboratas, ſanctus *Ethelwoldus* Deo & ſanctæ *Etheldredæ* optulit: unde collectis omnibus terris quas ipſe infra aquas & paludes & mariſcum de **Ely** adquiſivit Deoq; & ſanctæ *Etheldredæ* dedit inventæ ſunt lx. hydæ. Item præfatus rex dedit ſanctæ *Etheldredæ* xl. hidas terræ in pago qui dicitur **Hatfelde.** Ipſe etiam dedit ſancto *Ethelwoldo* manerium de **Sudburne**, eo pacto ut ipſe transferret regulam ſancti *Benedicti* de *Latino* in *Anglicum*, quod idem epiſcopus ſanctæ *Etheldredæ* optulit. Idem rex clamidem ſuam de inſigni purpura ad modum loricæ auro undique contextam illuc contulit, de qua inſula facta eſt. Dedit etiam de ſua capella capſides & philateria cum nonnullorum ſanctorum reliquiis indumentorum quæque inſignia.

Privilegium regis *Edgari* de libertate loci.

Ex hiſtoria *Elienſis* eccleſiæ. M. S. in bibliotheca *Bodleiana* [inter codices *Cantuar.* L. 58.] lib. 2. fol. 2. b. & Pat. 1. R. 2. parte. 5. m. 34.

Omnipotentis Dei cunctorum ſceptra regentis moderamine regum, immò totius ſeculi, creaturæque cunctæ indiſſolubili regimine æquè gubernantis habenas, ipſius nutu & gratia ſuffultus, ego Ædgarus *baſileus dilectæ inſulæ* Albionis, *ſubditis nobis ſceptris* Scottorum, Cumbrorumque *ac* Britonum, *& omnium circumcirca regionum quieta pace perfruens, ſtudioſus ſollicitè de landibus creatoris omnium occupor addendis, ne noſtra inertiâ noſtriſque diebus plus æquo ſervitus ejus tepeſcere videatur, ſed greges monachorum & ſanctimonialium hac noſtra tempeſtate, (ipſo opitulante qui ſe nobiſcum uſque in finem ſeculi manere promittere dignatus eſt) ubique regno in noſtro deſertis monaſteriis, antiquitus Dei famulatu deficiente nunc reviviſcente, aſſurgere cupimus ſub ſancti* Benedicti *abbatis regula viventes, quatinus illorum precatu & vigente religione ſancta ſervitus Dei nos ipſum rectorem placatum habere queamus. Unde frequentes monitus venerabilis* Ædhelwoldi *epiſcopi corde tenus pertractans, cupio honorare hoc privilegio rebuſque copioſis monaſterium quod in regione* **Ely** *ſitum dinoſcitur antiquitus, ac ſancti* Petri *apoſtolorum principis honore dedicatum, decoratumque reliquiis & miraculis almæ virginis* Ætheldredæ, *cujus vita venerabilis nobis modernis hiſtoriâ* Anglorum *promitur, quæ etiam incorruptibili corpore hactenus condita mauſoleo marmoreo albo perdurat.*

Locus denique prædictus deficiente ſervicio Dei noſtra ætate regali fiſco deditus erat, ſed à ſecretis noſtris Æhelwoldus *denique amator dioceſi* Wintonienſis *civitatis fungens, datis nobis ſexaginta caſſatis in villa quæ ab accolis* **Hertingas** *nuncupatur, mutuavit locum prædictum cum appendiciis ejus, augmentavique mutuationi tres villas quas hiis nominibus vocitantur,* **Meldeburne**, **Aerningeforde**, **Northwolde**, *& ipſe illico monachos meo conſilio & auxilio Dei fideliter regulari norma ſervientes perplures inibi collocavit, quibus* Brithnodum *quendam ſapientem ac bene morigeratum virum, Præpoſiti jure præfecit. Cui effectui admodum ego congaudens, lætabundus pro amore Chriſti & ſancti* Petri, *quem ſub Deo patronum michi elegi, & ſanctæ vriginis* Ædheldredæ *Deo dilectæ & ejus proſapiæ ſanctæ illic quieſcentis, & pro animabus patrum meorum Regum antiquorum augmentare largiter mutuationem illam hiis donis, teſtibus conſiliariis meis volo. Hoc eſt decem millia anguillarum quæ omni anno in villa quæ* **Wellen** *dicitur pro expenditione reddantur fratribus ad victualia, modò & deinceps concedo, & inter paludes cauſas ſeculares duorum centuriatuum in* **Wichelawe** *in provincia* orientalium Saxonum *benignè ad fratrum neceſſaria ſanciendo largior: quinetiam omnes cauſas ſeu correptiones tranſgreſſionum juſtæ legis in ſermonibus ſecularibus omnium terrarum ſive villarum ad monaſterium prædictum ritè pertinentium, & quas in futurum ævum* Dei *providentia loco præfato largitura eſt, ſive emptione ſive donatione aut aliqua juſta adquiſitione, ſtent cauſæ ſeculares emendatione tam clemente examine fratrum loco manencium victui vel veſtitui neceſſaria miniſtrantes. Adhuc inſuper omnem quartum nummum reipublicæ in provincia* Granteceſtriæ *fratribus reddendum jure perpetuo cenſeo. Et ſit hoc privilegium liberum quaſi munus noſtrum Deo devotè oblatum & ſanctis ejus prædictis ad remedium animarum noſtrarum, ſicuti præfati ſumus, ut nullus regum vel principum aut ullius ordinis quiſlibet præpotens impoſterum obſtinata tyrannide aliquid horum infringere præſumat ſi non vult habere omnipotentis Dei maledictionem & ſanctorum ejus & meam & patrum meorum, pro quibus iſta omnia libera haberi volumus æterna libertate in æternum. Amen.*

Hoc privilegium hujus donationis & libertatis fecimus ſcribi anno incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti nongenteſimo ſeptuageſimo, indictione tertiadecima, anno regni mei æquè tertiodecimo, in villa regali quæ famoſo vocabulo à ſolicolis **Wlfamere** *nominatur; non clam in angulo ſed ſub divo palam evidentiſſimè, ſcientibus totius regni mei primatibus.*

Hæc quoque conſtituta etiam noſtra uſitata ſermocinatione deſcribi mandavimus, quo poſſint in auribus vulgi ſonare, ne aliqua ſcrupuloſitate admiſceri videantur, ſed regia authoritate ſeu poteſtate nobis à Deo donata omnis contradictio funditus annulletur.

Carta regis Edwardi *ſuper omnibus quæ poſſidet eccleſia* Elienſis.

Ib. fol. 24. b.

E*dwardus* Dei gratia rex *Anglorum* cunctis Chriſti fidelibus perpetuam in domino ſalutem. Cum rex & dominus rerum omnium Deus nullo indigens cuncta poſſideat, agit ineffabili qua hominem dilexit caritate, ut ex hiis quæ uſui humano creata largitus miniſtrat, ipſe aliqua quaſi donaria gratanter recipiat, quo ſe colentes ad ſuæ ſervitutis intentionem devotiores reddat quos poſtmodum perpetua ſecum libertate regnare concedat. Quâ ſervitutis intentione antiqui patres ſuccenſi, ſua primùm domino ſtuduerunt impendere, poſtmodum ſe, mutuantes terrenis celeſtia, temporalibus ſempiterna. Quorum veſtigia, *Ædgarus* avus meus ac prædeceſſor ſeptrigeræ poteſtatis diligenter ſubſequens & exempla perfectiùs implens, *Elyenſe* cœnobium & alia, illud tamen egregiè præter cætera reſtauravit, reſtaurans ditavit, ditans omnimoda libertate quietavit, conſultus adjutuſque ſedula ſancti *Ædhelwoldi* ſummonitione vel copioſâ prædiorum augmentatione, quod & ſancto *Dunſtano* alacriter collaudante, cunctiſque primatibus regni privilegio firmatum eſt. *Ældredus* quoque pater meus ſuæ gubernationis tempore quædam prædia eidem loco contulit, prioremque libertatem ſuæ ſuorumque conceſſionis privilegio ſolidavit.

Horum ego *Edwardus* Dei gratia ſucceſſor licet indignus; cum in hiis devotam circa Dei eccleſiam religionem vel religioſæ devotionis operationem longe diſpar conſpicio, veneranda eorum ſtatuta nequaquam infringere præſumo, ſed fortiter quantum in mea efficacia eſt defenſare & utcumq; augere deſidero: unde & præfato cœnobio villam nomine **Lakinghede** firmè & hæreditarie ſubjicio, quo illorum aliquo modo jungar conſortio, & ſanctorum inibi multiplici meritorum laude quieſcentium amplificer ſuffragio: libertatem ab eiſdem ut diximus reſtitutam, ab ipſa autem regina virgine ſanctiſſima prius habitatione poſſeſſam, poſſeſſione ſanctificatam, ſanctificatione venerabilem factam, inviolatam manere & omnimodò provehendam cenſeo; quod & privilegii atteſtatione meorumque conſenſu fidelium ſtabile præſentibus & futuris pronuncio.

Summam ergo eorum quæ illi hoc noſtro adjacent tempore, vel quaſi legum conſuetudine, nominatim ſubjecta monſtrabimus deſcriptione.

In comitatu *Granteceſtriæ* ipſa inſula cum duobus centuriatibus & omnibus appendiciis extra, **Swafham**, **Horningeſeye**, **Dictune**, **Havecheſtune**, **Neutone**, **Stapelford**, **Scelford**, **Tripelave**, **Meldeburne**, **Ereningeford**, **Grantedene**, **Stevecheworde**, **Beleſham**, **Fuelburne**, **Thevereſham**, **Weſtlai**, **Trumpintone**, **Wrattinge**, **Sneilwelle**, **Dittune**, **Herdwic**, **Middeltune**, **Impetune**, **Cotenham**, **Wivelingham**, omniſque quartus nummus reipuplicæ in provincia *Granteceſtriæ*, & aliquæ terræ in ipſa villa.

In comitatu **Suthfolc**, **Hertherſt**, **Glameſford**, **Hecham**, **Rateleſdene**, **Drentheſtune**, **Neddinge**, **Berthinges**, **Bercham**, **Wederingſete**, **Liuremere**, **Acolt**, **Wichelave**, quinque & dimidium centuriatum. **Sudburne**, **Meltune**, **Kingeſtune**, **Ho**, **Stoche**, **Debham**, **Brithwell**, **Dodebruge**, **Brandune**.

In comitatu **Northfolc**, **Feltewelle**, **Brugeham**, **Medelwolde**, **Crocheſtune**, **Watinge**, **Mundeford**, **Berc**, **Weſtfled**, **Fingeham**, **Norwelle**, **Walepol**, cum apendiciis, **Merham**, **Derham**, **Thorp**, **Pulham**.

In comitatu **Eſſexe**, **Hateſtok**, **Litelbirig**, **Stratlai**, duæ **Rodinges**, **Ratendune**, **Amerpene**, **Brocheſeue**, **Eſtre**, **Fanbruge**, **Tirlinges**.

In comitatu **Hertford**, **Hadham**, **Hethfeld**, **Keleſhelle**.

In comitatu **Huntendune**, **Spaldwick**, cum appenditiis, **Somerſham**, **Colne**, **Blunteſham**.

Hæc & aliorum appendicia ſive majora ſive minora, inſuper omnia à quocumque adjecta vel adjicienda bonorum teſtimonio poſſeſſa, cum omni *ſacha* & *ſacha* ſine aliqua exceptione ſecularis vel eccleſiaſticæ juſtitiæ illi monaſterio damus, data quieta clamamus eâdem qua ſancti viri illud glorificaverunt libertate, quo neque Epiſcopus nec Comes nec alicujus exactionis miniſter ſine licentia vel advocatione abbatis & fratrum ullo modo ſe præſumant intromittere, vel rem Sanctæ aliquo modo inquietare, ſitque in eorum ut ſemper fuit arbitrio à quocumque potiſſimùm elegerint ordinari vel ſua ſanctificari epiſcopo.

Conveniente equidem diſpoſitione Regina hac utitur libertate, quæ regem & regnum mundumque florentem deſerens, inſulam pro dotalitio poſſedit, ubi ſponſo ſuo Chriſto integerrimè ſervivit, quod et caro florens in tumulo veſte etiam incorrupta oſtendit.

Hæc quemcumque voluit epiſcopum aſcivit; ſed ſanctus *Wilfridus Eboracenſis* archiepiſcopus familiarior ei extitit, qui eam cum ſuo cœtu virginum conſecravit. Cum autem multo poſteriori tempore ſervitio Dei plenè deficiente, *Edgarus* reſtauraret cœnobium, poſito ibi grege monachorum, quibus Abbates præfecit quos ſanctus *Ethelwoldus* & ſanctus *Dunſtanus* ſanctuſque *Oſwoldus* ordinaverunt, & quamdiu vixerunt quaſi ſuis conſuluerunt. Poſt hos quoſque meliores vinculo caritatis ſibi adtrahebant, è quibus aliquos ſecum in monaſterio retinebant.

Harum ergo conſuetudinum cum non fuiſſem conſtitutor, malo eſſe teſtis & fidelis conſervator quàm perfidus & deteſtabilis everſor, Deum ſummum ſervatorem invocans, ut qui hæc conſtituta Sanctorum noſtrumque infregerit teſtamentum, ſanctorum & omnipotentis niſi pœniteat intra triduum, induens maledictionem ſicut veſtimentum, dum *Judæ* æmulatur, ſuſtineat opprobrium.

Quàm ſollicita fuerat pii regis in ſua largitate benignitas, teſtatur ſequens Apoſtolici privilegium, quod individua ſocietate ſub eodem contentum ſignaculo, regiam munificentiam *Petri* autoritate confirmat. Voluit enim rex piiſſimus inde inſtitutionis ſuæ habere firmamentum, unde totius eccleſiæ proceſſit fundamentum, & tanquam in futuræ ſtabilitatis oraculum non alterum quàm *Petri* adhibere ſignaculum. Ut ergo fides vincat perfidiam, veritas falſitatem, & omnem de cætero juſta poſſeſſio repellat calumpniam, *Victor* papa & nomine & auctoritate legitimæ donationi incurrit, ſignificans invictam eſſe munus quod roborat.

Privilegium *Victoris* papæ de libertate loci.

Victor *epiſcopus ſervus ſervorum Dei* Eduuardo *regi* Anglorum *filio dilectiſſimo cunctiſq;* Ib. fol. 25. b. *principibus regni ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Privilegium apoſtolica &* Romanæ *eccleſiæ auctoritate antiquitus conſcriptum, & multorum ſæpius atteſtatione auctorizatum ſuper cœnobium* Elyenſe, *quod glorioſi ſanctæ eccleſiæ patres pio affectu larga manu conſtituerunt, veſtræ piæ petitioni ſuccinctè renovamus, ac perpetua ſtabilitate firmamus, immò firmatum conclamamus.*

Mandamus ergo & jure apoſtolico præcipimus liberam eſſe eccleſiam & omnia quæ ibi continentur vel adjacent vel adjicientur, cellis, terris, agris, paſcuis, paludibus, ſilvis, venationibus, aquis, piſcationibus, libertatibus, ſerviciis debitis, decimis, cenſu, capitationibus, legibus, conſuetudinibus, cauſarum diſcuſſionibus, correctionibus, emendationibus, ſive eccleſiaſticis ſive ſecularibus, & omnino quæcumque ſcriptis vel teſtamentis ipſius loci vel teſtimonio bonorum hominum rememorari poſſunt, quæ à Regibus vel ab aliquo fidelium Sanctis in illo monaſterio collata vel conceſſa ſunt, quo nemo ex biis ſubtrahere vel diminuere aut diſperdere aliqua occaſione judicio vel poteſtate præſumat, nec epiſcopus vel alicujus ordinis miniſter ſe intromittat. Si *quis vero malignitatis ſpiritu commotus hanc libertatem loci illius infringere, noſtrumque privilegium contemnere vel abjicere voluerit, a Deo & ab omnibus Sanctis ejus ſit condempnatus & a nobis in quantum licet excommunicatus, & a conſortio omnium fidelium ſeparatus niſi reſipiſcat.*

Ib. lib. 3. fol. 1 a.

P*Aſchalis epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto filio* Henrico *glorioſo regi* Anglorum *ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Omnipotenti Deo gratias agimus quod talem te noſtris temporibus regem conſtituit, qui & terrenum regnum ſapienter ad honorem Dei gubernas, & æterni regis ſollicitudinem ante oculos mentis portas. Poſtulaſti ſiquidem à nobis per literas, ut in loco qui* Ely *dicitur, novus ex apoſtolica auctoritate epiſcopatus conſtituatur, quia* Lincolnienſem *epiſcopatum tantæ magnitudinis eſſe dixiſti, ut ad peragenda ea quæ epiſcopalis ſunt officii unus epiſcopus nullatenus ſufficere poſſit. Pro quo & devotionem tuæ voluntatis laudamus, & diſpoſitioni aſſenſum præbemus, ita tamen ut in celebri loco conſtituatur, ne nomen epiſcopi, quod abſit, vileſcat. Ad hoc enim epiſcopus conſtituitur, ut populum Dei & verbo doceat & vita informet, & ad verum paſtorem domini commiſſarum igitur animarum lucra reportet. In aliis quoque de quibus rogaſti, licet quadam ibi inordinata videantur, tuæ tamen voluntati refragare nequaquam valemus.*

Novit præterea gloria veſtra dominum Herveum *epiſcopum, quem vita & ſcientia commendat non modica, nimia barbarorum ferocia & perſecutione de ſede ſua expulſum, & multa fidelium fratrumque ſuorum cede fuiſſe fugatum. Cujus ut ſcientia fructum qui non periit afferre, & vita bonum valeat Dei populo exemplum præbere, volumus & rogamus ut ſi qua eum apud vos vacans eccleſia vocaverit, ibi ex auctoritate apoſtolica conſtituatur, ne infructuoſo diu ſilentio torpeat qui vitæ cœleſtis documenta in ſcientia & moribus portat. Omnipotens Deus apoſtolorum ſuorum præcibus & vos & prolem veſtram cuſtodiat, & celeſte poſt terrenum vobis regnum concedat. Dat xj. kal. Decembris.*

Carta Regis *Henrici* quomodo abbatiam de Ely in epiſcopatum tranſmutavit.

Ib. fol. 2. a.

I*N nomine ſanctæ & individuæ* Trinitatis, *Patris & Filii & Spiritus Sancti, anno incarnationis dominicæ MCVIII. Indictione .... anno verò pontificatus domini* Paſchalis *papæ ſecundi x. regni quoque mei ſimiliter x.* Ego Henricus *providente divina clementta Rex* Anglorum *&* Normannorum *Dux,* Willielmi *magni regis filius, qui* Edwardo *rege hæreditario jure ſucceſſit in regnum, videns & eccleſiæ meſſem in regno meo multam eſſe, & agricolas quidem paucos, & ab hoc plurimum laborantes in meſſe, & ipſam* Lincolniæ *eccleſiam multa plebe fœcundam, ex auctoritate & conſilio prædicti pape* Paſchalis *& aſſenſu ſimul & prece* Roberti Lincolnienſis *epiſcopi qui tunc eccleſiæ prædictæ præſidebat, & totius capituli ſui, cum ipſo annuente dompno* Anſelmo *beatæ memoriæ* Cantuarienſi *archiepiſcopo, &* Thoma *ſecundo venerabili* Eboracenſium *archiepiſcopo, & univerſis epiſcopis, & abbatibus totius* Angliæ, *ſed & omnibus ducibus comitibus & principibus regni mei,* Elyenſe *monaſterium in quo quidem uſque in tempora mea abbates præfuerant, cum* Cantabrigienſi *provincia, quantum videlicet ad jus* Lincolnienſis *eccleſiæ pertinebat cum abbatiis duabus,* Thorneya *videlicet &* Catericht *in epiſcopalem ſedem ſicut & ceteros epiſcopatus regni mei liberam & abſolutam perhenniter ſtatuo & confirmo, & pro ſubjectione & omnibus epiſcopalibus conſuetudinibus ad ſupradictam* Lincolnienſem *eccleſiam pertinentibus abſolvendis, conſilio & aſſenſu prædicti papæ* Paſchalis, *de beneficiis ejuſdem monaſterii, villam nomine* Spaldwick *cum appendiciis ſuis quæ in territorio* Huntendone *ſita eſt, cum omnibus conſuetudinibus ad villam prædictam pertinentibus ſupradictæ* Lincolnienſi *eccleſiæ &* Roberto *ejuſdem ſedis epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, ſicut eam unquam* Elyenſe *monaſterium liberius & quietius tenuit jure perpetuo tradidi poſſidendam.*

Primum ſiquidem Londoniis *apud* Weſtmonaſterium *in ſolempnitate Pentecoſtes de negotio iſto in præſentia mea coram felicis memoriæ* Anſelmo *archiepiſcopo & univerſis epiſcopis & abbatibus & proceribus regni mei tractatum eſt, & eorum omnium communis aſſenſus eſt favorabiliter conſtitutus. Poſt mortem verò prædicti pontificis* Anſelmi, *ex auctoritate dompni papæ* Paſchalis, *ſicut jam ſupra dictum eſt, in conſilio apud caſtrum* Notingeham *habito in die tranſlationis beatæ* Etheldredæ *virginis, ſed ejuſdem feliciter per miſericordiam Dei & terminatum eſt & definitum xvj. kal. Novembris,* [*faventibus* * *& ſubſcribentibus iis quorum annotata ſunt hic, tam ſigna quam nomina. Ego* Mathildis Anglorum *regina ſubſcripſi* ✠. *Ego* Mathildis *ſponſa regis Rom.* ✠. *Signum* Hervei Elienſis *epiſcopi primi* ✠. *Signum* Rogerii *epiſcopi* Saleſburienſis ✠. *Signum* Ranulfi *Cancellarii* ✠. *Signum* Richardi Bajocenſis *epiſcopi* ✠. *Signum* Herberti Norwicenſis *epiſcopi* ✠. *Signum* Reinelmi Herefordenſis *epiſcopi* ✠. *Signum* Radulphi Roſenſis *epiſcopi* ✠. *Signum* Richardi Londonenſis *epiſcopi* ✠. *Signum* Roberti Ceſtrenſis *epiſcopi* ✠. *Signum* Willielmi Exonienſis *epiſcopi* ✠. *Signum* Ranulphi Dunelmenſis *epiſcopi* ✠. *Signum* Roberti Lincolnienſis *epiſcopi* ✠. *Signum* Roberti *comitis de* ✠ Mellento. *Signum* Willielmi *comitis de* W ✠ arrenna. *Signum* Simonis *comitis* ✠. *Signum* Stephani *de* ✠ Albamara. *Signum* Rogeri *comitis* Pacti ✠ venſis. *Signum* Gilberti *de* Aquila ✠ *Signum* Willielmi *de* Albini ✠. *Signum* Nigelli *de* Albini ✠.]

* Ex ipſo autographo in bibliotheca *Deuveſiana* an. 1640.

Mullicourt.

“HEnricus Dei gratiâ rex *Angliæ* & *Franciæ*, & dominus *Hiberniæ*, omnibus ad quos preſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & heredibus noſtris, dilectis nobis in Chriſto, Priori & conventui de Mullicourt, quod ipſi dare poſſint & concedere dilectis nobis in Chriſto Priori & conventui de Ely, unum meſſuagium & viginti quatuor acras terræ in Wygnale vocatas Towtes, & octo meſſuagia in Outwelle, Upwelle, & Downham in commitatibus *Cantebr.* & *Norfolc.* unde unum meſſuagium jacet

Ex Miſcellan. G. p. 241. in collegio corp. Chriſti *Cantabrig.*

“ in **Owtwelle** in comitatu *Cantebr.* juxta
“ meſſuagium *Thomæ Man* ex parte boreali,
“ & abbuttat ſuper communem ripam; & aliud
“ meſſuagium jacet in eadem villa & in eodem co-
“ mitatu vocatum **Sumpters**, juxta meſſuagium
“ *Johannis Cony* ex parte auſtrali, & abbuttat
“ ſuper communem ripam & aliud meſſuagium ja-
“ cet in eadem villâ in comitatu *Norff.* juxta
“ meſuagium *Johannis Smythe* ex parte boreali,
“ abbuttat ſuper communem ripam; & aliud
“ meſuagium jacet in eadem villâ in eodem co-
“ mitatu juxta pedem pontis, juxta meſuagium
“ nuper *Thomæ Barbor* ex utraque parte; & ali-
“ ud meſuagium jacet in eadem villâ & in eodem
“ comitatu juxta meſuagium *Willielmi Tyler* ex
“ parte occidentali, & abbuttat ſuper commu-
“ nem ripem; & aliud meſuagium vocatum **Bo-**
“ **denams** jacet in eadem villâ & in eodem co-
“ mitatu juxta terram predictam prioris & con-
“ ventus de **Mullicourt** ex parte orientali,& ab-
“ buttat ſuper communem ripam; & aliud me-
“ ſuagium jacet in **Upwelle** in eodem comitatu
“ juxta meſuagium *Thomæ Man* ex parte orien-
“ tali; & abbuttat ſuper **Smalelode**; & unum
“ meſuagium jacet in **Downham** in eodem comi-
“ tatu juxta meſuagium *Thomæ Spencer*, & ab-
“ buttat ſuper communem viam, & ſeptem acras
“ terræ in **Emnethe**, ac omina alia terras & te-
“ nementa redditus & ſervitia quæ prædicti prior
“ & conventus de **Mullicourt** jam habent in vil-
“ lis de **Owtewell**, **Emnethe**, **Walſokyn**,
“ **Downham**, & **Lenum** in comitatu *Norf.* & in
“ villis de **Owtwell**, **Upwelle**, **Wyſebeche**, &
“ **Leverington**, in comitatu *Cantabrig.* haben-
“ da & tenenda præfatis priori & conventui de
“ **Ely** & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum. Et quo-
“ niam iidem prior & conventus de **Ely** tam præ-
“ dictum meſuagia & terras quam omnia alia ter-
“ ras & tenementa, redditus & ſervitia prædicta
“ cum pertinentiis ſuis à præfatis priore & con-
“ ventu de **Mullicourt** recipere habere & tenere
“ poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum,
“ tenore preſentium ſimiliter licentiam dedimus
“ ſpecialem, & ſimiliter ex uberiori gratia noſtra
“ conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis &
“ hæredibus noſtris, prædictis priori & conventui
“ de **Ely** quod ipſi cum aſſenſu & conſenſu illo-
“ rum intereſſe in hac parte habentium prioratum
“ de **Mullicourte**, cum omnibus juribus & perti-
“ nentiis ſuis dictæ eccleſiæ ipſorum prioris &
“ conventus de **Ely** unire, adnectere, incorpora-
“ re & appropriare, & prioratum illum cum om-
“ nibus juribus & pertinentiis ſuis ſic unitum,
“ adnexum, incorporatum & appropriatum in
“ proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus
“ ſuis in puram & perpetuam elemoſinam imper-
“ petuum. Et ulterius qd. prædicti prior & con-
“ ventus de **Ely** & ſucceſſores ſui terras, tenemen-
“ ta, & redditus ad valorem decem marcarum
“ per annum, quæ de nobis non tenentur in capi-
“ te, a quibuſcunq; ea eis dare vel aſſignare vo-
“ lentibus perquirere poſſint; habenda & tenen-
“ da ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, in
“ puram & perpetuam elemoſinam, tenore præ-
“ ſentium, ſimiliter licentiam dedimus, ſpecialem,
“ dum tamen per inquiſitiones inde capiendas &
“ in cancellam noſtram ritè retornandas comper-
“ tum ſit, quod id fieri poterit abſque dampno
“ vel prejudicio noſtri vel hæredum noſtrorum
“ aut aliorum quorumcunq; ſtatuto de terris &
“ tenementis ad manum mortuam non ponendis
“ edito, aut aliis ſtatutis ſive ordinationibus qui-
“ buſcunque ante hæc tempora editis factis ſive
“ ordinatis, aut eò quod expreſſa mentio de vero
“ valore annuo prædictorum meſſuagiorum, ter-
“ rarum, & tenementorum, reddituum & ſerviti-
“ orum, ut de aliis donis & conceſſionibus præ-
“ dictis priori & conventui de **Ely** aut eorum
“ prædeceſſoribus per nos aut progenitores no-
“ ſtros ante hæc tempora factis, non exiſtit, non
“ obſtantibus. In cujus rei teſtimonium has literas
“ noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo
“ apud *Weſtm.* ſeptimo die Auguſti anno regni
“ noſtri viceſſimo quarto per
“ ipſum regem & de data prædicta
“ auctoritate Parliamenti *Stopynden.*

WIREMUTHENSE & Gerwienſe *Cænobia in epiſcopatu* Dunelmenſi.

ANno gratiæ DCCiij. ſanctus *Benedictus* abbas *Anglicus*, poſt vitam laudabilem, glorioſo fine in domino quievit. Hic vir Dei de ſtirpe nobili gentis *Anglorum* progenitus eſt, & in adoleſcentia militiæ rudimentis addictus. Denique cum eſſet miniſter *Oſwii* regis, & poſſeſſionem non modicam, ipſo donante percepiſſet, caduca mundi omnia pro Chriſto ſpernens, *Romam* adiit, ut ibidem eccleſiaſtica informatus diſciplina militiam aſſumeret ſpiritualem, qua ſibi prodeſſet & aliis, utiliſque miniſter in dominicæ poſſet cultura vineæ reperiri. Inde verò rediens apud *Lirinenſem* inſulam, ſe monachorum cœtui conjunxit, tonſuram accepit, ubi per biennium regulariter inſtitutus, ad limina ſanctorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* iterum repedavit. Quo tempore, cum papa *Vitalianus Theodorum Cantuariæ* archiepic. in *Britanniam* deſtinavit, ipſe ſimul adveniens, multas ſecum reliquias Sanctorum reportavit. Qui poſtea regi *Northanhumbrorum Egfrido* conjunctus, confeſtim rex ei terram lx. familiarum, ad conſtruendum apoſtolorum principi *Petro* monaſterium, contulit, ad oſtium *Wiræ* fluminis, anno gratiæ DClxxiiij. indictione ſecunda. Sed & aliud monaſterium, ad honorem doctoris gentium *Pauli* in **Girwi** non longè ab altero fabricatur, & à rege præfato, prædictis lx. familiarum acceptis, multipliciter illud ditare curavit. Hæc autem monaſteria religioſis implens monachis, *Ceolfridum* in uno, *Erſterwinum* in altero præpoſitos ordinavit. Hoc ideo fecit, ut tam in ejus abſentia, quam in præſentia, regularis ſemper cuſtodia ſervaretur. Huic denique famulo Dei *Benedicto Beda* venerabilis, & doctor *Anglorum*, traditur nutriendus, ſub quo etiam ad ordinem ſacerdotis legitur fuiſſe promotus. Quinquies *Romam* petiſſe aſſeritur, qui ſemper rediens divinorum locupletatus commodorum, ſubjectos inſtituere,

Flores hiſt. per *Math. weſtm.* in anno 703.

674.

Girwe.

inſtituere opere pariter & exemplo curavit. Tandem poſt vitam laudabilem, victor viciorum *Benedictus*, confeſſor Chriſti piiſſimus, carnis infirmitate victus, pridie Idus Januarii ſpiritum reddidit creatori. Succeſſit ei in onere & honore vir ſanctus, & ejuſdem diſcipulus, *Ceolfridus*, ſub quo *Beda* Chriſti famulus, ad univerſalis utilitatem eccleſiæ, de ſcripturis ſanctis, laborem inchoatum laudabiliter adimplevit.

Lelandi collectan. vol. 2. p. 302.

Ecfridi regis anno quarto, conſtructum eſt quoddam nobile monaſterium in **Wyremuth**.

Sed & aliud eſt cœnobium conſtructum in loco qui dicitur **at** *Gyrum*.

Ceolfridus.

Ib. p. 303.

Jubente pariter, & juvante *Benedicto*, monaſterium S. *Pauli* fundavit, perfecit, rexit, ac deindè utriq; monaſterio viginti & octo annis ſolerti regimine præfuit.

Gyrwi, *quarto à* Novo-caſtro *milliario.*

Lelandi collectan. vol. 3. p. 39.

Famoſum hoc monaſterium cujus *Beda* alumnus erat, ſemel atque iterum à *Danis* intrantibus *Tinam*, ita depopulatum fuit, ut locis aliquot veſtigia tantùm antiqui operis & ſtructuræ appareant. Monachi qui jam tantùm tres cœnobiolum inhabitant, monſtrant *Bede* oratorium & areolam in cujus medio pro gemma oſtentant fragmentulum ſerpentini aut viridis marmoris.

Ibid.

Inſcriptio ibidem reperta in quadrato ſaxo majuſculis literis Romanis *ſculpta.*

Dedicatio baſilicæ S. *Pauli* viiij. calendas Maij. An. xv. *Ecfridi* regis, *Ceolfridi* abbatis, ejuſdemq; M. eccleſiæ, Deo autore, conditoris anno iiij.

ABBENDONENSE

Cœnobium in agro Berrocenſi.

Ubi prima fundata eſt Abbacia.

Ex hiſtoria de primis fundatoribus *Abbendoniæ* in bibl. *Cottoniana*.

EO tempore quo nequiſſimus *Hengiſtus* paganus apud **Stanhengeſt** tot nobiles conſules & barones, id eſt, CCCC & LX. ſeductoriâ calliditate peremit, filius cujuſdam conſulis qui ibidem occubuit vix evaſit, cui nomen erat *Aben*. Hic maximo timore percuſſus, ad quandam ſilvam in auſtrali parte *Oxoniæ* ſitam pervenit, ibique cum feris, herbis & radicibus vitam ducens multo tempore delituit. Cum autem non haberet aquam unde biberet, oratione facta, dedit ei Deus fontem qui uſque hodie ibidem cernitur. Cum audiſſent ergo homines provinciæ illius ſanctitatem viri, confluebant ad eum, & ejus ſermonibus multùm proficiebant. Tunc conſtruxerunt ei habitaculum & capellam in honore ſanctæ *Mariæ*. Non ferens ergo vir ille ſanctiſſimus hominum frequentiam, latenter receſſit, & in *Hiberniam* profectus eſt, ibique bono fine in domino quievit. Mons verò ubi vir ille manebat & quem relinquebat, ex nomine ejus **Abendun** vocatur; hic eſt mons qui juxta **Baiworthe** ſitus eſt juxta **Pinneſgrave**.

De primo abbate Abbendoniæ.

REgnante *Kinwino* rege *Weſt-Saxonum* erat quidam nobilis vir *Cyſſa* nomine, & hic erat regulus, in cujus dominio erat **Wilteſire**, & pars maxima de **Berkſire**. Et quia habebat in dominio ſuo epiſcopalem ſedem in *Malmeſbiria*, regulus appellabatur. Metropolis verò urbs regni ipſius erat **Bedeuuinde**. In auſtrali etiam parte urbis illius conſtruxit caſtellum, quod ex nomine ſuo **Cyſſe** vocabatur. Habebat regulus iſte nepotem nomine *Heane*, virum valde divitem & potentem & religioſum, & erat ei ſoror nomine *Ciſſa*, & ipſa religioſa. Cum quadam die audiſſet vir iſte in eccleſia à quadam prædicatore quod *facilius eſſet camelum intrare per foramen acus quam divitem in regnum celorum*, cœpit repentè omnia terrena parvipendere & ad cœleſtia anelare. Venit ergo ad avunculum ſuum *Cyſſam*, rogans ut in dominio ſuo aliquem locum ſibi concederet in quo manaſteriū conſtruere, & fratres congregare poſſet. Quod *Cyſſa* audiens libenter annuit, & ad conſtruendum monaſterium opem promiſit. Circuendo ergo *Heano* invenit in auſtrali parte *Oxoniæ* locum quem *Aben* prædictus reliquid, & quia patria illa nemoroſa erat, placuit ei ibidem monaſterium conſtruere, anno ab incarnatione domini DCLXXV. *Ciſſa* vero avunculus ejus multa donaria & poſſeſſiones ad eundem locum dedit & confirmavit. Ipſe etiam *Heanus* partem hæreditatis ſuæ eidem loco conceſſit. *Ciſſa* verò ſoror ejus ex portione hæreditatis ſuæ, conſentiente *Ciſſa* avunculo ſuo, conſtruxit monaſterium ſanctimonialium juxta *Tamiſiam* in loco qui **Helneſtou** vocatur, in quo plurimas congregavit ſanctimoniales, quarum ipſa mater & abbatiſſa extitit. Ipſa etiam amicorum ſuorum auxilio parvulam punctam de clavis domini adquiſivit, quam cum alio ferro inſerere juſſit & inde crucem præparare, & poſt terminum vitæ ſuæ ſuper pectus ſuum ponere, & propter reverentiam crucis illius, monaſterium illud in honore S. *Crucis* & S. *Helenæ* fecit dedicare. Poſt mortem verò *Ciſſæ* tranſlatæ ſunt ſanctimoniales illæ uſq; ad **Witteham** & iterum de loco illo, propter bellum quod erat inter *Offam* regem *Merciorum* & *Kenewiſum* regem *Weſt. Saxonum* diſperſe ſunt, & uſque in hodiernum diem quo devenerint ignoratur.

1. *Heane.*

675.

Helneſtou.

Witteham.

De inventione nigræ Crucis.

SUccedentibus multorum annorum curriculis, cum ſuſciperet ſanctus *Adeluuoldus* curam monaſterii *Abbendoniæ*, fecit ductum aquæ quod eſt ſub monaſterio & molendinum ſub curia. Cum verò foſſores foderent circa monaſterium ſanctæ *Helenæ*, invenerūt in ſabulo crucem ferream quam *Ciſſa* abbatiſſa fecit ponere ſuper pectus ſuum in ſepulcro ſuo. Tunc tranſlata eſt crux illa in monaſterium monachorum, & ibidem cum maximo honore & reverentia, uſque in hodiernum diem conſervatur & adoratur. Hæc eſt illa crux glorioſa quæ nigra appellatur.

De obitu Cyſſæ *Regis, & quando primò fundata eſt* Abendonia.

IGitur *Heane*, de quo ſupra diximus, cæpit ædificare monaſterium in honore ſanctæ *Mariæ*, & officinas monachorum ſuper montem prædictum *Abendoniæ*, ſed nichil profecit: quicquid enim uno die operabantur cementarii, alio die corruit; hoc ſæpiſſime contigit. Dum hæc agerentur, venit quidam heremita, qui habitabat in ſilva de *Comenora*, dicens ei: *O pater* Heane, *hac nocte vidi in viſu quoſdam homines cum quadrigis, ligna & lapides à loco iſto aſportare.* Quibus ego: *malè facitis quod res iſtas hinc aſportatis, qui ad honorem Dei & ſanctæ* Mariæ *collectæ ſunt.* Unus verò eorum michi dixit: *Benè ſcimus bene, vade mane & dic* Heane *abbati quod non placet Deo hic ædificari eccleſiam, ſed eat ad villam quæ vocatur* **Sevekeſham**, *& ibi inveniet ſignum ubi eccleſiam ædificabit.* Quod audiens *Heane* lætus effectus eſt, & abierunt ipſe & heremita ad prædictam villam, & invenerunt juxta *Tamiſiam* fundamentum in modum ſulci noviter arati. Jam tranſacti ſunt v. anni ex quo cæpit ſuper montem *Abendoniæ* ædificare. Illo tempore defunctus eſt avunculus *Heane*, glorioſus regulus *Cyſſè*, & ſuper montem prædictum *Abbendoniæ* ſepultus, ſed poſtea corpus ejus uſque ad **Sevekeſham** tranſlatum eſt.

De Cedwalla *& de obitu ejuſdem.*

REge *occidentalium Saxonum Kinewino* mortuo, ſucceſſit ei *Cedwalla*, ad quem acceſſit *Heane*, petens ab eo ut locum quem *Ciſſa* ad monaſterium conſtruendum conceſſerat, & ipſe concederet. Quod libenter annuit, & villam etiam de **Sevekeſham** illi dedit, & in perpetuum confirmavit, præcipiens ut à die illa uſque in ſempiternum **Abendun** voceretur. Anno igitur ab incarnatione domini DClxxxviij. & imperii ſui anno v. reliquid glorioſus Rex *Cedwalla* pro Deo Regnum ſuum, & *Romam* profectus eſt, & à *Sergio* papa baptizatur, & in albis poſitus defunctus eſt, anno ætatis ſuæ xxix. & in eccleſia apoſtolorum ſepultus eſt, xij. kal. Maij. In baptiſmo verò *Petrus* appellatur.

De Rege Ine.

GLorioſo Regi *Cedwallæ* ſucceſſit *Ine*. Hic univerſas poſſeſſiones quas *Cyſſa* & *Cedwalla Abendoniæ* contulerunt abſtulit & diripuit; ſed poſtea pænitens eadem quæ abſtulit & multo plura eidem eccleſiæ reddidit & confirmavit. Nam ad conſtruendam eccleſiam *Abbendoniæ* & *Gleſtoniæ* tria millia librarum & DCC. & L. libras argenti contulit. Anno igitur Regni ſui xxxix. regnum ſuum pro Deo reliquid, & cum Regina ſua *Romam* ivit, ibiq; ſanctè vivendo vitam finivit, cui ſucceſſit *Athelardus*, in cujus tempore defunctus eſt *Heane* abbas, cui ſucceſſit *Conanus*.

Quomodo conſtructum eſt primò monaſterium Abendoniæ.

MOnaſterium *Abendoniæ* quod conſtruxit *Heane* primus abbas ejuſdem loci tale erat. Habebat in longitudine C. & xx. pedes, & erat rotundum, tam in parte occidentali, quàm in parte orientali. Fundatum erat hoc monaſterium in loco ubi nunc eſt cellarium monachorum, ita quod altare ſtetit ubi nunc eſt lavatorium. In circuitu hujus monaſterii erant habitacula xij. & totidem capellæ, & in habitaculis xij. monachi ibidem manducantes & bibentes & dormientes, nec habebant clauſum ſicut nunc habent, ſed erant circumdati muro alto qui erat eis pro clauſtro, nec licebat alicui eorum egredi portam niſi pro maxima neceſſitate vel monaſterii utilitate, & hoc cum licentia abbatis: fœmina nunquam infra terminum illum intrabat, nec aliquis morabatur niſi tantùm xij. monachi illi & abbas xiij. Habebant nigros pannos, ſed non utebantur ſtamineis; pellicias habebant, jacebant ſuper cilicia; habebant coopertoria cattina; nunquam carnem manducabant niſi pro maxima infirmitate. Habebant juxta portam domum pro locutorio, in qua cum notis ſuis & amicis, ſi fortè veniſſent, loquebantur. Diebus dominicis & præcipuis feſtivitatibus ſimul conveniebant & in eccleſia miſſam celebrabant, & ſimul manducabant. In præcipuis feſtivitatibus cucullis ſericis utebantur. Eo tempore defunctus eſt abbas *Conanus*. 2. *Conanus.*

Quod Rex Offa *dedit* **Goſie** *pro inſula quæ dicitur* Andreſeia.

ERat eo tempore in inſula quæ dicitur *Andreſeia* habitatio divitum qui monachilem habebant habitum, ſed tamen poſſeſſiones ſuas quamdiu vivebant gubernabant, ſed poſt obitum ſuum monaſterium hæreditabant. Eo tempore *Rethunus* epiſcopus *Merciorum*, abbatiam *Abendoniæ* 3. *Rethunus.* regebat & poſtea ejuſdem loci abbas factus eſt. Veniens igitur Rex *Merciorum* & *Weſtſaxonum Offa*, ut videret monaſterium, & habitacula monachorum, venit ad inſulam *Andreſeia*, & quia vidit locum illum amœnum, præcepit ut ſibi eodem loco Regiæ domus ædificarentur, & pro loco illo dedit monachis villam quæ dicitur **Goſie**, & non multò poſt defunctus eſt, & ſucceſſit ei filius ejus *Edbertus*, & eodem anno in eadem inſula defunctus eſt, cui ſucceſſit *Kenulfus*.

Quod villa de Suthuna *data eſt pro* Andreſeia.

REgnante Rege *Kenulfo*, ſoliti ſunt venatores Regis, & qui portabant accipitres, & cæteri aulici vaſſalli ſæpiſſimè hoſpitari in domibus regiis in *Andreſeia*, & multa incommoda & vexationes abbati & hominibus abbatiæ inferre. Quod videns abbas *Retunus* dedit Regi *Kenulfo* villam de *Suthuna*, & Cxx. libras argenti, ut eum ab hac vexatione liberaret, & ne aliquis regum ibidem ampliùs hoſpitaretur. Accipiens igitur Rex villam & pecuniam prænominatam, præcepit ne aliquis ſuorum, ſive regum ampliùs ibidem hoſpitaretur, ſed haberent monachi locum illum in perpetuum, & carta ſua confirmavit.

Deſcripta

Ex Regiſtro de *Abbendon.* in bibliotheca *Cottonia* [ſub effigie *Claudii* B.6.] fol.5.b.cap. 11.

Deſcriptio villæ de **Sevekeſham**, *poſtea* **Abbendon** *appellata.*

VErùm ne ſub ſilentio nobilitatem villæ **Seovecheſham** pretereamus, quaſi rei veritatis ignari, aliquid de ea probabili relatione, & fide digna, ad præſens in medium proferamus. Fuit itaque **Seovecheſham** civitas famoſa, aſpectu deſiderabilis, divitiis plena, agris circumdata uberrimis, vernantibus pratis, diffuſis campis,& gregibus lactifluis. Hic ſedes regia, huc, cum de regni præcipuis & arduis tractaretur negotiis, concurſus fiebat populi ubi etiam à primis *Britonum* temporibus locus fuit religionis, tam tempore religionis fanaticæ, quàm tempore religionis Chriſtianæ. In hac etiam civitare plura fuerunt indicia Chriſtianitatis & antiquorum converſionis *Britonum*, ut ſupradictum eſt. Cruces etenim & imagines quæ in villa ipſa nunc hîc, nunc illic, effoſſe, reperiebantur hujus rei præbent experimentum.



Inter alias etiam cruces inventa fuit crux illa ſancta quæ nigra crux appellatur. Sancta enim adeo eſt ut nullus juramento ſuper eam preſtito, impunè & ſine periculo vitæ ſuæ poſſit affirmare mendacium; creditur etenim ex clavis Domini, ex magna parte, conflata & facta. Nec tamen à *Conſtantino* magno, qui in ea regione Imperator creatus fuit ibi repoſita, ut quidam dicunt, ſed credibiliùs quidem à benevolis ſuis *Britannis*, quos ſecum *Romam* profecturus deducerat, tranſmiſſa illuc, ut memoria ſanctitatis & meriti utrorumque, ſcilicet matris & filii, inſigniùs appareret, ubi & corporalis preſentiæ ipſorum converſatio habita magnificabatur, vel certè tranſmittente *Cæſare* ipſo, vel matre ejus ad honorem & tuitionem patriæ, de qua ad imperium aſſumptus fuerat, ut prædiximus, a quibus, propter merita & ſanctitatem eorum, crucem domini conſtat fuiſſe inventam. Tempore *Anglorum* edificata ibi capellula ipſius ſanctæ *Helenæ*, quæ aliquando ibi, tempore viri ſive filii, converſata fuerat, crucem illam repertam fuiſſe aſſerunt, per quam multa ſigna indicans, ſanctuarii illius virtutes monſtratæ ſunt. Quot rei perjurii ſuper eam deprehenſi ſunt non eſt numerus. Unde cum tot virtutibus quas enumerare non poſſumus, mendacia & aſſertiones falſæ detegerentur, reverentia qua debebat honorabiliter tractabatur, & volentibus fratribus eam auro & argento ornare, quicquid ei in una die circa adaptabantur, totum altera decidiſſe & diſſolutum eſſe videbant, nec potuit aliqua parte aliquando aurum vel argentum circa eam confirmari, ſindone tantùm exteriùs per totum involuta eſt.

Ib.fol.6.a.

Verumptamen Rex *Cedwalla*, cujus animæ propicietur Deus, non tantum bona ſupra enumerata *Abbendoniæ* contulit, verùmetiam, de propria voluntate ſua, *Cillæ* ſorori *Heanæ* patricii dedit licentiam conſtruendi monaſterium in loco qui nunc dicitur **Helneſtoue** * juxta *Thamiſiam*, ubi virgo Deo ſacrata & ſacro velamine velata quamplurimas coadunavit ſanctimoniales, quarum in poſterum mater extitit & abbatiſſa. Poſt hujus deceſſum, ſuccedente temporis intervallo quamplurimo, tranſlate ſunt ſanctimoniales præfate ab illo loco ad villam quæ dicitur **Witham**. Succedentibus verò nonnullis annis, cum grave bellum, & à ſeculo inauditum, ortum fuiſſet inter *Offam* regem *Merciorum*, & *Kinewlfum* regem *Weſt-Saxonum*, tunc temporis factum eſt caſtellum ſuper montem de **Witham**, ob cujus rei cauſam receſſerunt ſanctimoniales illæ à loco illo nec ulterius redire perhibentur.

* Fundatio abbatiæ ſanctimonialium, de **Helneſtow.**

Teſtamentum Heani *antequam Abbas efficeretur.*

Ibid.fol.6. b.cap.15.

"EGo *Hean* diſpenſante domino Abbas ali-
" quam terræ poſſeſſiunculam quæ mihi ex
" munificentia parentum meorum, qui regni gu-
" bernacula potiri noſcuntur, in poteſtate conceſſa
" fuerat, in loco cujus vocabulum eſt **Bradanfeld**,
" cum adjacentibus, nec minùs aliis ſicut infra ſig-
" natum eſt locis, ac conditione *Cillan* ſorori meæ
" ad poſſidendam contuli, ut poſt obitum meum,
" ſi ipſa ſuperſtes vixerit, diſponat & regat cum
" Dei timore & poſt ſe ad iſtud monaſterium om-
" nino reddat. Si verò omnipotentis Dei judicio,
" me vivente, vitæ ſuæ ſortem diſpoſuerit, jus e-
" juſdem loci & diſpenſatio mihi cedat. Supradi-
" ctæ verò quantitas terræ in **Bradanfeld** xlviij.
" caſſatorum eſt. In **Eſceſdune** lv. in loco qui
" vocatur *Earmundeſlea* lxxxiij. Summa ſimul
" redacta in clxxxiij. caſſatos colligitur. Si quis
" ergo definitionem hanc à me factam unà, con-
" corditer, canonicè, & eccleſiaſticè à rege *Ini*, nec
" non ab epiſcopo *Daniele* roboratam, irritam
" facere temptaverit, ſciat ſe coram Chriſto rati-
" onem redditurum.

Carta Regis Ine.

Ib.cap.14.

I*N nomine domini Dei noſtri Jeſu Chriſti ſalvatoris. Ea quæ ſecundùm decretum canonum ſalubriter decernuntur, quamvis ſermo tantùm ad teſtimonium ſufficeret, tamen pro incerta futuri temporis ambiguitate firmiſſima literarum aſtipulatione roborentur. Quapropter Ego* Ina *rex* Saxonum, *terram juxta* **Abbendune** *CLXXIII. caſſatorum,* Hean *abbati libenter reddidi, quam* Ciſſa *Rex ſibi ac* Cillan *ſorori ſuæ atque abbatiſſæ aliquando dederat: ſed* Ina *rex eandem terram poſtea, dum regno potiretur, diripiens ac reipublicæ reſtituit, nondum conſtructo monaſterio in ea, nec ullo admodum oratorio erecto. Rurſus autem ad edificandum monaſterium, eidem* Heano *patricio tunc temporis ſuo, eandem terram redonavit, dicens;* Ego *Ina* Monarc. *Saxoniæ*, regnante domino regale gubernans ſceptrum, terram quam predeceſſores mei, *Ciſſa* & cæteri, *Heano* patricio ſuæque germanæ *Cillan*, dediſſe noſcuntur, iterum, cum conſilio plurimorum, reddo & relinquo. *Deinde prædictus patricius* Hean, *ſe cum omni facultate ſua & præfata terra, omni-*

699.

potentis Dei ſervicio ſubdidit, meque ad conſtruendum monaſterium illud in loco ſupra nominato, id eſt juxta **Abbendune**, *regulariterque regendum illud abbatem elegit, ſponteque ſua ſeipſum meo regimini commiſit, votoque monachico conſtringens. At nunc nondum revoluto ad integrum quinquennio ex quo hæc vota vovit, ſolvenda immutare decreta cupiens iniquè, regem in ſuffragium ſibi repetitæ hæreditatis aſſumpſit, quibus ego libenter ceſſi. Præfatamque terram & monaſteria quæ conſtruximus, ut dixi, in toto retribuam. Inſuper & de orientali parte fluminis* Tamiſe xx. *caſſatos, quos mihi* Cuthredus *regulus, &* Merciorum *rex* Ethelredus, *necnon &* Ina *rex* Saxonum *tradiderunt, adiciam X. quoque caſſatos ſecus vadum* **Beſtlesford**, *& C. in* **Bradenfeld**, *ubi monaſterium erexi, quos* Ina *&* Cenred *ſimul dederunt, pariter tribui, qui faciunt ſimul CClxxiij. caſſatos. Votum autem monachi quod mihi ſpoſpondit relaxans ei clementer indulſi, præſente venerando antiſtite* Hedde, *necnon* Aldelmo *abbate, &* Wintra, *& omni familia noſtra in eccleſia. Si quis verò contra hoc decretum abbatum venire temptaverit, vel has donationes regum religioſorum tirannica fretus poteſtate violenter demere vel auferre ſatagerit, ſciat ſe coram Chriſto rationem in ultimo vivorum & mortuorum examine redditurum. Scripta eſt verò hæc cautionis ſingrapha anno ab incarnatione Chriſti DCxcix. indictione xij.*

✠ *Ego* Ine *rex conſenſi.*
✠ *Ego* Athelbald *rex ſubſcripſi.*
✠ *Ego* Daniel *epiſcopus ſubſcripſi.*
✠ *Ego* Beſpha *ſubſcripſi.*
✠ *Ego* Egfrid *ſubſcripſi.*
✠ *Ego* Herrid *ſubſcripſi.*
✠ *Ego* Aldbriht *ſubſcripſi.*
✠ *Ego* Stranglic *ſubſcripſi.*
✠ *Ego* Halda *ſubſcripſi.*
✠ *Ego* Oba *ſubſcripſi.*
✠ *Ego* Selred *ſubſcripſi.*
✠ *Ego* Egbrith *ſubſcripſi.*

Privilegium Kenulfi.

Ibid. c.23. IN nomine Dei & Domini noſtri Jheſu Chriſti veri redemptoris mundi; anno verò dominicæ incarnationis DCCCxxj. indictione xiiij. Ego *Cenulfus* rex *Merciorum*, ab eodem Deo & Domino noſtro populis & tribubus præordinatus in regem, anno imperii noſtri xxv. fui rogatus ab apoſtolica ſede per privilegium domini Apoſtolici, gloriociſſimi *Leonis* papæ, & per *Rethunum* venerabilem epiſcopum, ut ſibimet vel ſuis propinquis ſeu ipſæ familiæ quæ habitat in monaſterio quæ ſita eſt in **Abbendune** eccleſia quæ ibidem dedicata eſt in honore ſanctæ *Mariæ* ſemper virginis & Dei genitricis Dominæ noſtræ: ut illud monaſterium vel omnia loca quæ ad ipſum pertinere dinoſcuntur, cum rebus mobilibus, & immobilibus, in notis cauſis & ignotis, in modicis & in magnis, domini Dei omnipotentis & beatiſſimi *Petri* principis apoſtolorum donans donabo perpetuis temporibus æternam libertatem, in S. Trinitatis patrocinio, omnia loca ad præfatum monaſterium pertinentia, quorum infra nominantur nomina, **Culanhom**, **Chenigtun**, **Hengeſteſeig**, **Cumanora**, **Carmuudeloeh**, **Eatun**, **Sunegawelle**, **Sondford**, **Suttun**, **Gagging**, **Deniceſworth**, **Ceornei**, **Goſſet**, **Faerhom**, **Waethenesfeld**, **Scrivenanhom**, **Burgtume**, **Laehhamſtede**, **Borora**, **Waelingford**, **Midheora**, id eſt, **Wicham**, cum appendiciis ſuis, **Geburatunum**, cum ſuis campis, ſicut *Ceadwalla* rex perdonavit cum alia ſilva integra quæ dicitur **Spene**, **Wohanloeh**, & **Trindlaeh**, **Caſtun**, cum omnibus agellulis ad præfata loca pertinentibus, concedens perdonabo, ſicut prædiximus, perpetuam libertatem. Mandantes itaque Mandamus in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, ut nullus qui ſuperveniat hominum, ſuperbia inflatus, nec rex ſuum paſtum requirat, vel habentes homines, quos nos dicimus, **Faeſtingmen**, nec eos qui accipitres portant, vel falcones, vel caballos ducunt ſive canes, nec pænam mittere ſuper eos quoquo modo audeat. Nec princeps nec graffio hanc lenitatem præfatam in alicujus oneris moleſtia mutare audeat, aut in diebus noſtris vel ſucceſſorum noſtrorum. Si pro aliquo delicto accuſatur homo Dei, eccleſiæ illius cuſtos ſolus cum ſuo juramento, ſi audeat, illum caſtigat. Siri autem ut recipiat aliam juſtitiam hujus viciſſitudinis condicionem præfatum delictum cum ſimplo pretio componat. Expeditio cum xij. vaſſallis & cum tantis ſcutis exerceatur, antiquas pontes & arces renovent; cæterùm plena & integra libertate glorientur, maximè cum ipſi diebus dominicis vij. miſſas pro nobis ſaluberrimas offerant, & armis ſpiritualibus centum pſalteriis contra inviſibiles hoſtes dimicare non ceſſant. Si quis autem præſcriptis ſtatutis noluerit obedire, ſciat ſe alienum eſſe à conſortio S. Dei eccleſiæ, & à participatione corporis & ſanguinis domini noſtri Jheſu Chriſti per autoritatem beati *Petri* apoſtoli, niſi dignè emendaverit quod contra Dei eccleſiam feciſſet. Dederat enim pro hujuſmodi rei gratia in auro & argento Cxx libras & centum manentes ad villam regalem quæ dicitur **Sudetun**. Quæ poſtquam vir ille prudentiſſimus dederat, in ſumma pacis ſecuritate quoad vixit cœnobium illud gubernavit.

Quomodo *Athelwlfus* rex dedit decimam partem regni ſui eccleſiis.

EGo Æthelwlfus *gratia Dei* occidentalium Saxonum *rex, in ſancta ac celeberrima paſchalis ſolennitate, pro meæ remedio animæ & regni proſperitate & populi ab omnipotenti Deo mihi collati, conſilium ſalubre cum epiſcopis, comitibus, & cunctis optimatibus meis perfeci, ut decimam partem terrarum per regnum noſtrum non ſolùm ſanctis eccleſiis darem, verùmetiam miniſtris noſtris in eadem conſtitutis in perpetuam libertatem habere conceſſimus: ita ut talis donatio fixa incommutabiliſque permaneat ab omni regali ſervicio, & omnium ſecularium ſervitute abſoluta. Placuit autem* Ælhſtano *epiſcopo* Sciréburnenſis *eccleſiæ,* Swithuno Wentanæ *eccleſiæ epiſcopo, & ducibus communiter. Hoc autem fecimus in honore domini noſtri Jheſu Chriſti & beatæ ſemper Virginis* Mariæ *& omnium ſanctorum, & Paſchalis feſti reverentia, ut Deus omnipotens nobis & noſtris poſteris propiciari dignetur. Scripta autem eſt hæc cartula anno ab incarnatione domini noſtri Jheſu Chriſti DCCCliiij.* Ib. c.33.

821.

854. *DCCCliiij. indictione ij. Die Paſchali in palatio noſtro quod dicitur* **Wiltun.** *Qui autem augere voluerit noſtram donationem, augeat omnipotens Deus dies ejus proſperos. Si quis verò minuere vel mutare præſumpſerit, noſcat ſe ante tribunal Chriſti redditurum rationem, niſi priùs ſatisfactione emendaverit.*

✠ *Ego* Æthelwulfus *rex conſenſi & ſubſcripſi.*
✠ Ego Ælhſtan *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.*
✠ *Ego* Swithun *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.*
✠ Ego Wlflaf *Abbas conſenſi & ſubſcripſi.*
✠ Ego Werferth *Abbas conſenſi & ſubſcripſi.*
✠ Ego Æthred *conſenſi & ſubſcripſi.*
✠ Ego Ælfred *filii regis conſenſimus.*

Cart. 10. E. 3. n. 30. REX *Archiepiſcopis* (&c.) *Salutem. Inſpeximus cartam bonæ memoriæ domini* Kenulphi, *olim Regis* Merciorum, *in hæc verba.* Regnante imperpetuum omnipotente Deo & domino noſtro Jeſu Chriſto, Ego *Kenulfus* rex *Merciorum*, de conſilio & conſenſu epiſcoporum ac ſenatorum gentis meæ, monaſterio *Abbendunenſi* & monachis inibi Deo ſervientibus quandam ruris mei portionem, id eſt, quindecim manſas in loco qui à ruricolis nuncupatur **Cullanhamme**, cum omnibus utilitatibus ad eam pertinentibus, tam in magnis quàm in modicis rebus, campis videlicet, pratis, paſcuis, derivativiſq; curſibus aquarum, piſcationibus, & cum paſtura quæ **Otteney** appellata eſt, in æternam largitus ſum hæreditatem. Quam donationem feci pro petitionibus ſororum mearum, *Keneſwyth* & *Burgevilde*, quæ in prædicto monaſterio temporalem ſibi elegerunt ſepulturam. Sit autem prædictum jus liberum ab omni regali obſtaculo& epiſcopali jure in ſempiternum ævum, ut habitatores ejus nullius regis aut miniſtrorum ſuorum, epiſcopivè aut ſuorum officialium jugo deprimantur, ſet in cuntis rerum eventibus & diſcucionibus cauſarum abbatis *Abandunenſis* monaſterii decreto ſubjiciantur. Si quis igitur hanc meam donationem in aliud quàm conſtitui transferre voluerit, privatus conſorcio ſanctæ Dei eccleſiæ æternis baratri incendiis lugubris jugiter cum *Juda* Chriſti proditore puniatur, ſi non ſatisfactione emendaverit congrua quod contra meum deliquid decretum. Karaxata eſt autem cartula hujus donationis anno dominicæ incarnationis 821. DCCCXXI. regni autem mei anno XI. Hiis teſtibus conſentientibus, & cum ſigno ſancte crucis corroborantibus, quorum inferius nomina notantur ✠. Ego *Kenulf* Rex, hanc donationem meam cum ſigno crucis Chriſti confirmavi ✠. Ego *Eldreda* Regina, cum ipſius ſigno crucis corroboravi ✠. Ego *Kenelmus* filius regis conſenſi ✠. Ego *Cybeorth* epiſc. ſavi & ſubſcripſi ✠. Ego *Wigbeorth* epiſc. conſenſi & ſubſcripſi ✠. Ego *Oda* epiſc. conſenſi & ſubſcripſi ✠. Ego *Wor* epiſc. conſenſi & ſubſcripſi ✠. Ego *Wyothrican* primicer ✠. *Willap.*not. ✠. (&c.)

Iterum ex præfato Regiſtro de *Abbendon.* fol. 33. b. ANno dominicæ incarnationis DCCCCLV. *Edredus* totius *Albionis* gubernator & rector, animadvertens (quodam abbate mihi pervetuſta privilegia narrante, nomine ſcilicet *Æthelwold*) villam puæ vulgari onomate **Abbendun** dicitur, cum ſuis appendiciis ruſculis, priſcis temporibus cœnobio qnod ſitum in eadem villula conſtat, fore ſubjugatam, verùm tempore quo archipiratæ totam hanc Inſulam devaſtantes pervagati ſunt ab avo meo, rege videlicet *Ælfredo*, ipſam cum omnibus ſuis adjectivis à prædicto cœnobio fuiſſe abſtractam, victori domino impares pro victoria qua functus eſt reddens taliones. Nunc igitur ob eam rem, cum conſilio atque conſenſu meorum præſulum optimatumque, quorum nomina caraxantur inferiùs, pro redemptione animæ meæ, & pro expiatione ſcelerum meorum prædeceſſorum, eandem villam præfato arciſterio ad uſus prædicti abbatis fratrumque inibi Deo ſervientium voti compos perpetualiter reſtituo. Terras verò appendicias quæ per loca diverſa ad eandem villam pertinent, id eſt, **Gaineg** x. **Goſige** x. **Weoꝛthe** xxx. **Cumenoꝛan** xxx. cum licentia prænominati abbatis ſubjectorumque ſibi fratrum diebus vitæ meæ ad neceſſarios perfruar uſus. Decurſo autem vitæ meæ ſpatio, eadem cum omnibus ipſarum ſupellectilibus ad præſcriptam villam redacta jugiter prædicto monaſterio ſubjugentur. Si quis autem hanc noſtræ munificentiæ ſingrafam, quam ego ab omni ſeculari jugo reddidi liberam, tribus exceptis, expeditione, pontis arciſvè conſtructione, demoniaca inſtinctus filarguria infringere immutarevè alíorſum quàm conſtituimus præſumpſerit, ſit alienatus à conſortio S. Dei eccleſiæ, & à participatione corporis & ſanguinis Jheſu Chriſti, æterniſq; baratri lugubriter deputatus incendiis cum *Juda* Chriſti proditore jugiter crucietur, niſi prius digna ſatisfactione emendaverit quod contra noſtrum deliquit decretum.

Metæ viginti hidarum Abbendoniæ *quas* Ceadwalla, *Rex* Weſt-Saxonum *Deo & Sanctæ* Mariæ *primitùs dedit, & ſic diviſit.* Ib. fol. 3 a.

Æꞃeꞅꞇ on Eoccenꝼoꞃꝺa. up ⁊-lanᵹ Eocceneꞅ ꞇo Abbeꞅꝺic. þeꞇ ꞇo Æalꝺenƿulle. ꝥ ꞇo Meaꞃcꝼoꞃꝺa. ⁊-lanᵹ bꞃoceꞅ oð þene ᵹꞃenen ƿeiᵹ. ⁊-lanᵹ ƿeiᵹeꞅ ꞇo bꞃoce oð Pippel ƿiðiᵹeꞅ uꞇ ꞅcyꞇe ꝥ þuꞃhð Denemoꞃ. a beƿiðiᵹe ꞇo ᵹuman ᵹꞃaue. ꝥ ꞇo Pippel-bꞃicᵹe. ꝥ on þene ꞅic æꞇ þeꞃe ꝼulan æc. ꝥ ꞇo Heᵹlea on þeꞃe bꞃaꝺan meꞃe. ꝥ abeƿꞃꞇ ƿalan ꞇo bꞃomcumbeꞅ Heaꝼoꝺ. ꝥ on ᵹeꞃihꞇum ꞇo Abbenꝺune ꞇo þeꞃe ƿoꞃꞇꞅꞇꞃeꞇe. ꝥ anꝺ-lanᵹ ꞅꞇꞃeꞇ on Hiƿeᵹe. ꝥ ꞇo Ecᵹuneꞅ ƿyꞃðeþenne on bacᵹanleah. ꝥ on ꞅcæcelinᵹ æceꞃ. ꝥ uꞇ on ꞅꞇanꝼoꞃꝺ. ꝥ ꞇo Meᵹþeꝼoꞃꝺa. ⁊-lanᵹlace uꞇ on Temeꞅe. ꝥ on ꝼoꞃþ miꝺ ꞅꞇꞃeame ƿiþuꝼan micclaniᵹe on Ceaꞃeƿyllan. eꞅꞇ ƿiþ neoꝺeꞃan beꞃiᵹe on Temeꞅe. ꝥ ðeꞃ up be ꞅꞇꞃeame. ꝥ on Bacᵹan bꞃoc. ꝥ on Heaꝼæꞅ oꞃan. ꝥ on Holan ꝺene. ꝥ on Tiꝺeƿolꝺeꞅƿylle. ꞅ lanᵹ bꞃoceꞅ uꞇ on Temeꞅe. ꝥ ꝼoꞃþ miꝺ ꞅꞇꞃeme oþ Geaꞃꝼlinᵹ lace. anꝺlanᵹ lace eꝼꞇ uꞇ on Temeꞅe. ꝥ up be ꞅꞇꞃeame on Occeneꞅ ᵹꞃeꞅꞇun ꝺic. þeꞇ abe ꝺic on eccen. ꝥ ðeꞃ up eꝼꞇ on Eccenꝼoꞃꝺa. Eþeleainᵹ uuꝺe Colman oꞃa anꝺ Geaꞇeꞅcumbe hyꞃen inꞇo þyꞅ ꞇƿenꞇiᵹum hiꝺum. ða ic ꞅylꝼ ꞅꞇuꝺum ᵹeꞃaꝺ ꞅꞇuꝺum ᵹeꞃeoƿ anꝺ ƿumoþlice ᵹeꞅcaꞃoꝺe me ꞅylꝼum anꝺ minum ꝼoꞃeᵹenᵹum ⁊ eᵹꞇyꞃᵹenᵹum ꞇo ecum ꞃymeꞇe ꝼoꞃ ᵹoꝺe ⁊ ƿoꞃ ƿoꞃolꝺe. Gyꝼ hƿa

ðuꞃh

ðurh deofles lare genẏrre. Ꝥ ic Gode ⁊ ſcā Mariam meaglum mode on ece ẏrfe ge-ſeald hæbbe drihten his andweald genẏðrige her ⁊ on ecneſſe. nẏmþe he mid fulre dædbote geminge Ꝥ he on urum drihtne gereafod.

Hoc eſt.

In primis apud *Eoccenfordam* [a] ſurſum per longitudinem (*vel* tractum) *Eoccæ* (*fluvii ſic dicti, hodie* **Okey**) ad *Abbeſdicam* [b]; inde ad *Æaldenwellam* [c]; inde ad *Mearcfordam* [d]; per longitudinem amnis uſque ad viridem viam; per longitudinem viæ ad amnem uſque ad *Pippelæ* rivi (*ſic dicti*) eruptionem, qui currit per *Denemoram* [e], à rivo ad *Gumæ* lucum; inde ad *Pippelæ* pontem; inde ad foſſam apud putidam quercum; inde ad *Hagleam* [f] apud amplum ſtagnum; inde à *Wrtwala* ad *Brumcumbæ* [g] caput; inde rectà ad *Abbendunam* ad viam publicam; inde per longitud. viæ ad *Hiwegam* [h]; inde ad *Eguni* curtem (*vel*, prædium) tunc ad *Bacgeleam* [i]; inde an *Scæcelingi* agrum; inde extra ad *Stanfordam* [k]; inde ad *Mægthefordam* [l], per longitudinem lacus extra ad *Tameſin*; inde prorſum cum flumine ſupra magnam inſulam ad *Cearewellam* [m]; iterum infra collem ad *Tameſin*; inde ibi ſurſum per fluvium; inde ad *Baccanbrocam* [n]; inde ad *Heafæ* marginem; inde ad *Holandenam* [o]; inde ad *Tidewaldi* fontem; per longitudinem amnis extra ad *Tameſin*; inde prorſum cum rivo uſq; ad *Geaſlingi* lacum; per longitudinem lacus iterum extra ad *Tameſin*, inde ſurſum per rivum ad *Occenſis* paſcui foſſam; inde à foſſa ad *Eccam*; inde ibi ſurſum denuo ad *Eccanfordam*. *Æthelingwuda* [p], *Colmanora* [q], & *Geteſcumba* [r], pertinent ad has viginti hidas, quas egomet poſtium diſcretione, poſtium ſerie, & ſpatioſè dividendo, in partem accepi mihimet & meis anteceſſoribus & ſucceſſoribus in perpetuum ſpatium (*id eſt*, in ævum) propter Deum & propter ſeculum (*i.e.* in divinis & humanis.) Si quis Diaboli inſtinctu coarctaverit quod ego Deo & ſanctæ *Mariæ* fixo animo in perpetuam hæreditatem donavi, Dominus ejus poteſtatem coarctet hîc, & in æternum, niſi ipſe unâ cum plenâ pœnitentià reddiderit quod Domino noſtro ſurripuerit.

[a] *Eoccæ* vadum.
[b] *Abbæ* foſſam.
[c] Veterem fontem.
[d] Vadum limitare.
[e] Vallis peludem.
[f] Campum ſeptum.
[g] Myricarum convallem
[h] Viam quandam.
[i] Cuiſdam *Bacgæ* campum.
[k] Vadum lapideum.
[l] Patriæ vadum.
[m] Fontem ad compita.
[n] Torrentem amnicum.
[o] Cavem vallem.
[p] Nobilis (*vel*, nobilium) ſylva.
[q] *Colmanni* ripa.
[r] *Getæ* convallis.

Hæc autem ſunt hujuſce donationis ſeu libertatis teſtimonia.

✠ Ego *Eadred* Chriſti ſuffragante gratia baſileus hoc donum agie crucis caumate confirmavi.
✠ Ego *Odo*, *Dorobernicæ* ſedis archipræſul conſolidavi.
✠ Ego *Oſcytel* *Eboracenſis* eccleſiæ primas conſenſi.
✠ Ego *Ælfſinus* *Wintanæ* cathedræ pontifex roboravi.
✠ Ego *Oſulf* epiſcopus huic regiæ dapſilitati aſſui.
✠ Ego *Eadgiva* ejuſdem regis genitrix, hanc donationem adquiſivi.
✠ Ego *Adelwold* præfati cœnobii abbas congaudens dictavi.
✠ Ego *Ælfere* miniſter.
✠ Ego *Ælfgar* miniſter.
✠ Ego *Ælfeah* miniſter.
✠ Ego *Brihtferth* miniſter.
✠ Ego *Siulf* miniſter.
✠ Ego *Ælfwine* miniſter.
✠ Ego *Eldred* miniſter.
✠ Ego *Ælfred* miniſter.

Privilegium Edgari Regis.

Ib. fol. 63.

Altitroni moderatoris imperio triviatim inſtruimur, ut illi oppidò ſubjecti ſuppeditantes famulemur, qui totius mundi fabricam miro ineffabilique ſerie diſponens, microcoſmum Adam *videlicet, tandem quadriformi plaſmatum materiâ, almo ad ſui ſimilitudinem inſtinctum ſpiramine, univerſis quæ in infimis formaverat, uno probandi cauſà excepto vetitoque, præficiens, paradiſiacæ amenitatis jocunditate, collaterana* Eva *ſcilicet comite, decentiſſimè collocavit. Larvarica, proh dolor! ſeductus cavillatione, verſipel. ſuæ viſibilique tergiverſatione viraginis pellectus, anathematis alogia ambo pomum momordit vetitum, & ſibi ac poſteris in hoc crumnoſo dejectus ſeculo lethum promeruit perpetuum. Vaticinantibus ſiquidem prophetis & cælitus ſuperni regis diuturna clandeſtino præſagia dogmate promentibus nitidè orthodoxis eulogium ex ſupernis deferens, non ut* Judeorum *ſediciosa elinguæ fatetur loquacitas, ſed priſcorum atque modernorum lepidiſſimum ambiens facundiam,* Arrianas, Sabellianaſ*que proterendo nenias anagogico in fruſtrans famine, noſque ab obtunſi cecitate umbra nimis ad ſupernorum alacrimoniam patrimoniorum advocans. Angelus ſupernis clapſus liminibus in aurem intemeratæ virginis, ut evangelica promulgant famina, ſtupenda ceciniſſe videtur carmina. Cui eccleſia tota videlicet catholica conſona voce altiboando proclamat.* Beata es virgo *Maria* quæ credidiſti, perficientur in te quæ dicta ſunt tibi à Domino. *Mirum dictu incarnatur verbum, & incorporatur, ſcilicet illud de quo Evangeliſta ſupereminens univerſorum altitudine ſenſuum inquit.* In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, *& bl. Qua videlicet ſumpta de virgine incarnatione, antiquæ virginis facinus demitur, & cunctis mulieribus nitidis precluens taumatibus decus irrogatur. Intacta igitur redolente Chriſti divinitate paſſaque ipſius humanitate, libertas addictis clementer contigit ſervulis. Hinc ego* Eadgar *altitrono amminiculante* Anglorum *cæterarumque gentium in circuitu triviatim perſiſtentium baſileus, ut hujus libertatis altitroni moderatoris clemencia merear optinere conſortium, rura quæ olim à prædeceſſoribus noſtris largita ſunt, injuſtè ab infidelibus quondam abſtracta, in* **Gaeging** *videlicet x, manſas, in* **Goſie** *xv. in* **Weorthe** *xxx. in* **Carmundesleah** *v.* Abbendunenſi *eccleſiæ reſtituens, domino noſtro ejuſque genitrici* Mariæ, *ad uſum monachorum inibi degentium, æterna largitus ſum hæreditate. Gratuita itidem domini gratia inſtinctus, monachis in præfato* Abbendunenſi *regulariter degentibus monaſterio, æternam privilegii, ut prædeceſſores noſtri, concedo libertatem, quatenus poſt deceſſum* Æþeluuoldi *abbatis egregii, cujus temporibus hæc libertatis reſtauratio Chriſto ſuffragante conceſſa eſt, quem ſibi univerſa præfati cœnobii congregatio* *apto elegerit conſilio, ſecundùm regularia beati* Benedicti *inſtituta, abbatem juſtè, ex eodem fratrum cuneo eligens conſtituat. Hujus privilegii libertas deinceps uſû perpetuo â cunctis teneatur catholicis, nec extraneorum quiſpiam tyrannica fretus contumacia in prædicto monaſterio jus arripiens exerceat poteſtatis, ſcilicet ejuſdem cœnobii collegium perpetuæ, ut prædixi, libertatis glorietur privilegio. Sit autem præfatum monaſterium omni terrenæ ſervitutis eodem tenore liberum quo à prædeceſſoribus noſtris catholicis, à ſancto* Leone *videlicet papa, &* Ceonulfo *Rege catholico vetuſto continetur privilegio,* Rethuno *abbate optinente, ſolutum. Agri equidem qui ad uſus monachorum domino Jeſu Chriſto ejuſque genetrici* Mariæ *priſcis moderniſque temporibus à regibus & religioſis utriuſque ſexus hominibus, & à meipſo, meoque patruo* Eadredo *rege fideliſſimo reſtituendi jure conceſſi ſunt, ejuſdem perpetualiter ſint libertatis. Nam Rex præfatus, rus quod* **Abbandun** *nuncupatur, quod Rex* Ceadwalla *Domino noſtro ejuſque genitrici* Mariæ *priſcis temporibus devoto conceſſerat animo, in quo prædeceſſores noſtri diabolica decepti avaritia ædificium regale ſibi injuſtè conſtruxerant, eccleſiæ Dei reſtituens, interdiximus, ut nemo inibi paſtum requireret, nec ædificium in ſempiternum conſtrueret. Quod ego* Eadgar Anglorum *baſileus, optimatum meorum uſus conſilio, tam meis quàm meorum ſucceſſorum temporibus fixum in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti fieri in æternum præcipio. Tempore ſiquidem quo rura quæ domino devoto conceſſi animo injuſtè à ſancti Dei eccleſia ablata fuerant, perfidi quique novas ſibi hæreditarias kartas uſurpantes ediderunt; ſed in patris & filii & ſpiritus ſancti nomine præcipimus, ut catholicorum nemo eaſdem recipiat, ſed à cunctis repudiatæ fidelibus in anathemate deputentur, veteri jugiter vigente privilegio. Si quis verò tam epylempticus philargyriæ ſeductus amentia, quod non optamus, hanc noſtræ munificentiæ dapſilitatem auſu temerario infringere temptaverit, ſit ipſe alienatus à conſortio ſanctæ Dei eccleſiæ, necnon & à participatione ſacroſancti corporis, & ſanguinis Jeſu Chriſti filii Dei, per quem totus terrarum orbis ab antiquo humani generis inimico liberatus eſt, & cum* Juda *Chriſti proditore, ſiniſtra in parte deputatus, niſi priùs hic digna ſatisfactione humiliter pœnituerit quod contra ſanctam Dei eccleſiam rebellis agere præſumſit; nec in vita hac practica veniam, nec in theorica requiem apoſtata obtineat ullam, ſed æternis baratri incendiis truſus jugiter miſerrimus crucietur.*

[Sequuntur metæ de **Gainige**, **Goſſe**, & de **Wrth** & de **Ermundeſlea**, Saxonico idiomate expreſſæ.]

958. A*nno dominicæ incarnationis* DCCCClviij. *indictione ſecunda ſcripta eſt hujus munificentiæ ſingrapha, his teſtibus conſentientibus quorum inferiùs nomina, ſecundùm uniuſcujuſque dignitatem utriuſque ordinis decuſatum, domino diſponente, karaxantur.*

✠ *Ego* Eadgar Britanniæ *Anglorum monarcus hoc taumate agiæ crucis roboravi.*

✠ Ego Dunſtanus Dorobornenſis *eccleſiæ archiepiſcopus, ejuſdem Regis benevolentiæ conſenſi.*

✠ *Ego* Oſcytel Eboracenſis *baſilicæ primas, inſigne hoc donum regale confirmavi.*

✠ *Ego* Oſulf *præſul, canonica ſubſcriptione manu propria hilaris ſubſcripſi.*

✠ *Ego* Bryhtelm *plebis Dei famulus, jubente rege ſignum ſanctæ crucis letus impreſſi.*

✠ *Ego* Adulf *pontifex, teſtitudine agiæ crucis intepidus hoc donum corroboravi.*

✠ *Ego* Alfwold *antiſtes, tropheo ſanctæ crucis hanc Regis donationem conſolidavi.*

✠ *Ego* Æthelſtan *legis Dei cataſcopus hoc eulogium propria manu depinxi.*

✠ *Ego* Daniel *ſpeculator commiſſarum plebium letabundus fore conſenſi.*

✠ *Ego* Eadguui *ejuſdem regis avia, hanc largitionem cum ſigillo ſanctæ crucis confirmavi.*

✠ *Ego* Atheluuold *abbas* Abbendonienſis *cœnobii, hoc ſintagma triumphans dictavi.*

✠ *Ego* Alfuuold *domino concedente abb. huic dapſilitati aſſenſum præbui.*

✠ *Ego* Ealdred *Chriſto allubeſcente abb. crucis modum gaudens impoſui.*

✠ *Ego* Ælfere *dux.*
✠ *Ego* Ælfeah *dux.*
✠ *Ego* Æthelſtan *dux.*
✠ *Ego* Athelwold *dux.*
✠ *Ego* Brihtnod *dux.*
✠ *Ego* Earmund *dux.*
✠ *Ego* Æthelmund *dux*
✠ *Ego* Ælfgar *miniſter.*
✠ *Ego* Ælfuuine *min.*
✠ *Ego* Briferth *min.*
✠ *Ego* Æthelſige *min.*
✠ *Ego* Oſuuig *min.*
✠ *Ego* Eadric *min.*
✠ *Ego* Oſuuard *min.*
✠ *Ego* Oſulf *min.*
✠ *Ego* Uulfgar *min.*
✠ *Ego* Uulfhere *min.*
✠ *Ego* Æthelſige *min.*
✠ *Ego* Ælfſige *min.*
✠ *Ego* Uulfhelm *min.*
✠ *Ego* Ælfſige *min.*
✠ *Ego* Ælfred *min.*
✠ *Ego* Ealdred *min.*
✠ *Ego* Æthelſige *min.*
✠ *Ego* Ælfeah *min.*
✠ *Ego* Ælfuuine *min.*
✠ *Ego* Atheluuine *min.*
✠ *Ego* Ealdred *min.*
✠ *Ego* Leving *min.*
✠ *Ego* Ælfuuig *min.*
✠ *Ego* Ælfuuine *min.*
✠ *Ego* Ætheluueard *m.*
✠ *Ego* Æthelferth *min.*
✠ *Ego* Ælfric *min.*
✠ *Ego* Uulfric *min.*
✠ *Ego* Cyneric *min.*
✠ *Ego* Uuihtſige *min.*
✠ *Ego* Eanulf *min.*
✠ *Ego* Leofa *min.*
✠ *Ego* Ælfnoth *min.*
✠ *Ego* Alfuuold *min.*
✠ *Ego* Ælfric *min.*
✠ *Ego* Uulfric *min.*
✠ *Ego* Ceoleah *min.*
✠ *Ego* Brihtric *min.*
✠ *Ego* Alfuuold *min.*
✠ *Ego* Atheluuold *min.*
✠ *Ego* Eaduuig *min.*
✠ *Ego* Ordgar *min.*
✠ *Ego* Ælfmær *min.*
✠ *Ego* Æthelferth *min.*
✠ *Ego* Ordnoth *min.*
✠ *Ego* Orduuold *min.*
✠ *Ego* Oſmær *min.*
✠ *Ego* Lefing *min.*
✠ *Ego* Ælfſige *min.*
✠ *Ego* Ætheric *min.*
✠ *Ego* Byrhtelm *min.*
✠ *Ego* Ælfuueard *min.*
✠ *Ego* Eadric *min.*
✠ *Ego* Brihtuuald *min.*
✠ *Ego* Æthelferth *min.*
✠ *Ego* Ætheluueard *mi.*
✠ *Ego* Eadulf *min.*
✠ *Ego* Sigelm *min.*
✠ *Ego* Æthelm *min.*
✠ *Ego* Eadric *min.*

De ſancto Adþeluuoldo.

NUnc verò reſtat ut de viro venerabili *Atheluuoldo*, tempore Regis *Eadgari* iſtius loci abbate ſanctiſſimo, mentionem faciamus, qualiter poſt amplas poſſeſſiones *Eadgari Regis Anglorum* illuſtriſſimi, domum iſtam venuſtiſſimè ordinaverit, utputa prudens ac vigilans Domini noſtri Jeſu Chriſti diſpenſator, videlicet quoad ordinis obſervantiam, & inſtitutiones ordini admodùm neceſſarias, Ib. fol. 84.

neceſſarias, ſimiliter & conſuetudines omni memoria dignas. Inprimis itaque beatus *Athelnuoldus*, regnante rege *Eadgaro* honorabili, templum in honore ſanctæ Dei genitricis ſemperq; virginis *Mariæ* in hoc loco conſtruxit, pariter & ad votum conſummavit. Quo conſummato, cum jam beatus *Atheluuoldus* nonnullos fratres ibi coadunaſſet, de communi conſenſu & pari voluntate eorundem, miſit quendam ſuum monachum nomine *Oſgarum* in tranſmarinas partes ad abbaciam *Floriacenſem* propter regulam beati *Benedicti*, ſub qua fratres iſtius loci Deo dignè famulantes fœliciter militarent. Attendens etiam diligenter beatus *Athelunoldus* illud propheticum quod dicitur, *Domine dilexi decorem domus tuæ*, ut de domo exteriori ad præſens intelligatur, quoad decentiùs potuit, domum iſtam ornamentis ditavit precioſiſſimis. Dedit autem, ut ex antiquorum librorum accepimus atteſtatione, calicem unum aureum immenſi ponderis, ob honorē & reverentiam corporis & ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti. Dedit etiam tres cruces admodum decoras ex argento & auro puro, quæ tempore werre regis *Stephani* ſunt confractæ, atteſtantibus monachis noſtris viam univerſe carnis ingreſſis. Ornavit etiam eccleſiam textis, tam ex argento puro quàm ex auro obrizo, pariter & lapidibus precioſiſſimis, thuribulis, & fialis, pelvibus fuſilibus, & candelabris ex argento ductilibus, multiſq; bonis aliis tam uſibus monachorum circa altare competentibus quàm decentiæ eccleſiaſticæ competentibus. Opitulante etiam piiſſimo Rege *Eadgaro*, memorandæ memoriæ abbas *Atheluuoldus* tabulam fecit argenteam precio adpreciatum trecentarum librarum, cujus etiam materiam forma exſuperabat artificialis; quæ etiam uſque ad tempus *Vincencii* abbatis illeſa permanſit & inconfracta. Interim vir Dei mulieri forti conſimilis ſindonem fecit, vendidit & tradidit Chananeo, dum per ſanctam converſationem & devotionem exemplum bonæ actionis præbuit diſcipulis ſuis, de bono in melius commutatus. Fecit etiam duas campanas propriis manibus, ut dicitur, quas in hac domo poſuit cum aliis duabus majoribus, quas etiam beatus *Dunſtanus* propriis manibus feciſſe perhibetur. Præterea fecit vir venerabilis *Atheluuoldus* quandam rotam tintinnabulis plenam, quam auream nuncupavit, propter laminas ipſius deauratas, quam in feſtivis diebus ad majoris excitationem devotionis reducendo volvi conſtituit. Fuerunt autem iſta ſuper enumerata ornamenta, cum augmentatione bonorum aliorum in eccleſia iſta uſq; ad adventum *Normannorum* in *Angliam*.

Iſto enim tempore erant in hac domo quidam monachi & ſacriſtæ de cœnobio *Gemeticenſi*, qui ornamenta quamplurima à beato *Atheluuoldo* laborioſè adquiſita, & huic domui collata, tam aurea quàm argentea, eruderato penitus argento à rota memorata, ſecum in *Normanniam* fraudulenter aſportaverunt. Attendens etiam diligentiùs vir venerabilis *Atheluuoldus* illud autenticum quod dicitur, *de altare vivunt qui altari ſerviunt*: ſimiliter & illud evangelicum, *dignus eſt operarius mercede ſua*, ſingulis diebus horis ſtatutis liis ſuis in vinea domini laborantibus annonam hujuſcemodi ſub certa aſtipulatione conſtituit. Monachis *Abbendoniæ* ad menſam diſcumbentibus, unuſquiſque panem accipiat ſibi deputatam de frumento puro quinq; marcis parem in pondere; unde verſus ille, *Panis* Abbendonie *par marcis pondere quinque*. Ad iſtum panem fruſtum caſei ad talem & tantam magnitudinem ſingulis diebus apponi conſtituit, ut infra v. dies pondus *Abbendunenſe* quod tunc conſtabat ex xx. duabus petris, ut ex antiquorum accepimus atteſtatione, penitus expenderetur.

Conſtituit etiam monachis iſtius loci Deo & beate *Mariæ* in perpetuum ſervientibus, quaqua die duo genera leguminum ante generale; & pulmentum poſt generale, unum etiam generale, & unam pitanciam eis conſtituit, quibus ad refectionem ſine crapula veſci poſſent. In albis unam pitanciam pluſquam in aliis diebus conſtituit. In cappis duas pitancias præter generale. In præcipuis feſtivitatibus tres pitancias præter generale. Et in eiſdem diebus artocreas, & ad cœnam oblata conſtituit. In quadrageſimali verò tempore loco caſei conſtituit unicuiq; fratrum unam anguillam groſſam cotidie cum generale. In eſtate verò conſtituit ad cœnam fratrum lac acidum in vaſis pulcherrimis quæ **Creches** vulgari onomate dicuntur, à die quæ dicitur **Hokedai** uſque ad feſtum ſancti *Michaelis* qualibet die. A feſto verò ſancti *Michaelis* uſq; ad feſtum ſancti *Martini*, lac dulce ſecunda die. Vas verò quod **Creche** nuncupatur vij. pollices continet, viz. ad profunditatem à ſummitate unius uſque ad profundum lateris alterius. Conſtituit etiam placenta v. diebus ebdomade *Paſche*. In ebdomada *Pentecoſtes* v. diebus. Et in die ſancti *Marchii* evangeliſtæ. Tribus diebus Rogationum. Die Aſcenſionis dominicæ.

Ad menſuram potus monachorum vir venerabilis *Atheluuoldus* quandam aſſiſam non ultra rationabilem ſufficientiam progredientem nec citra deficientem conſtituendam perutile fore dijudicavit. Conſtituit itaque ciſum quendam magnum, flaſconem & dimidium, ſcilicet duas caritates & eo amplius in ſe plenarie continentem, quem ciſum antiqui *bollam Ethelunoldi* vocabant. Hac verò menſurâ bis in die obbæ monachorum implebantur, ſcilicet ad prandium & ad cœnam. In feſtivis etiam diebus conſtituit eis, ſive in albis ſive in cappis, idromelum, videlicet ad prandium inter ſex fratres ſextarium, & ad cœnam inter xij. fratres ſextarium. In præcipuis verò diebus quas apud nos principales obſervamus, ſcilicet, Natali domini, in Paſcha, in Pentecoſte, in Aſſumtione ſanctæ *Mariæ*, & in Nativitate ejus, in Natali apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, in feſtivitate omnium Sanctorum vinum illis conſtituit ad menſuram qua prius; de Idromelo ad prandium, & ad cœnam Idromelum. Hæc verò & his ſimilia tam habundanter tamque circumſpectè conſtituit, ut non ſolùm monachi quoad uſum victus ſuſtentarentur, verumetiam pauperes ex eorum reliquiis propenſiùs recrearentur.

Præterea videns vir venerabilis, quod in maxima parte diminutæ eſſent veritates à filiis hominum, & magis ac magis impoſterum diminuendæ, timens ſibi ac ſuis ne conſuetudines inantea aſſignatæ, per proceſſum temporis aut deteriorarentur aut in pejus mutarentur, vel etiam penitùs adnullarentur, fecit quod potuit, & firmiter prohabuit

habuit

hibuit ſub anatematis interminatione, ne quis ſucceſſorum ſuorum in pejus mutare præſumeret aut variare, niſi fortè, zelo caritatis ſuccenſus, eaſdem conſuetudines de bono in melius augmentare decreviſſet. Oravit etiam pro domo iſta, antequam ad epiſcopatum *Wintonienſem* vocatus eſſet, orationem; cujus orationis tenor hic eſt.

Oratio Sancti Aþeluuoldi.

D*EUS eterne, ante cujus conſpectum aſſiſtunt angeli, & cujus nutu reguntur univerſa, protege domine quæſo locum iſtum qui in nomine tuo & beatæ* Mariæ *conſtructum eſt, & per virtutem nominis tui recedat ab eo virtus inimicorum, umbraque fantaſmatum & incurſio turbinum, percuſſio fulminum, leſio tonitruum, calamitas tempeſtatuum omniſque ſpiritus procellarum. Præterea quæſo domine, ut non ignis domum iſtam conſumat, nec homo inimicus per ſuperbiam eam deſtruat; ſed tu piiſſime Deus conſerva eam & guberna, multipliciq; fructuum ubertate pingueſcat, ut omnes habitantes in ea voce & corde Deo imnizent, & ſua modulatione nomen tuum magnificent, & ſuper eos deſcendat benedictio tua, & ſuper locum iſtum, maneatque ſemper per dominum noſtrum.*

Sanctus Adelwoldus *factus eſt epiſcopus ab* Edgaro *rege.*

963. INterea dum viri Dei *Atheluuoldi* abbatis vita & Deo acceptabilem & hominibus predicabilem indies ſe exhiberet, à prædicto rege *Eadgaro* eligitur *Wintonienſi* urbi antiſtes, anno à dominica incarnatione DCCCCLXIII. Hujus vice *Abbendoniæ* abbas conſtituitur *Oſgarus*, ejuſdem eccleſiæ monachus; & quamquam Patriarchatum conſcenderit præſulatus, non tamen à monachicæ jugo diſciplinæ aliquatenus ſe relaxavit: unde clerici, qui tunc temporis apud illius epiſcopatus ſedem in eccleſia convivere canonicè debuerant, religionis rigorem in ſuo præſule negligentes, loco cedere quam diſtrictiùs vivere maluerunt. Quapropter prædicti regis & beati *Dunſtani* tunc archiepiſcopi conſiliis, & auctoritate, eos expulit, monachoſque de *Abbendonia* intromiſit illuc, qui uſque hodie Deo regulariter in eadem eccleſia deſerviunt. Similiter & de eccleſia ubi abbatia eſt in eadem civitate fecit. Nam in ea monachos, & abbatem eis primus ipſe inſtituit. Siquidem & apud *Orientales-Anglos* in inſula *Helienſi* unum, in loco verò qui **Burch** appellatur aliud, & apud *Torneiam* tercium, monaſteria cœnobitarum conſtituit. Que cuncta ex *Abbendonenſium* ſumpſere collegio cultum & fundamina, ubi pietatis juſticiæq; cultor ille vineam plantaverat tam fertilem, de qua per loca plurima tot propagines propagaret. Sed quia eccleſiam *Abbendunenſem* ante ſuſceptum epiſcopatum dedicandam reliquerat, poſt ſui conſecrationem & ipſam, unà cum beato *Dunſtano*, & aliis nonnullis coepiſcopis ſuis in honorem Dei genetricis conſecravit die v. kalendarum Januariarum.

De ſilva apud **Winckefeld.**

Ib.fol.128. a. WILLIELMUS Rex *Anglorum*, *Waltero Oteri* filio Salutem. Mando tibi & præcipio ut abbati *Abbendoniæ* permittas habere ſuam terram & ſuam ſilvam omnino liberam, præter ſilveſtrem ſilvam & paſcua ſuorum hominũ habeat in prædicta ſilva, & inde ne amplius de hac ſilva vel villa injuriam abbati facias.

De dominiis hujus eccleſiæ.

Ib.fol.142. b. HENRICUS Rex *Angliæ*, *Rogero* epiſcopo *Salesberiæ*, & *Roberto* epiſcopo *Lincolniæ*, & *Hugoni* de **Bochelanð**, & *Willielmo* de **Oxeneforð**, & baronibus ſuis omnibus fidelibus *Francis* & *Anglis* de *Berchesſcira* & *Oxeneforðſcira* Salutem. Sciatis me conceſſiſſe & imperpetuum firmiter reddidiſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Abbendona* & *Faricio* abbati, & omnibus ſucceſſoribus ſuis omnia dominia, quicunque tenet ea quocunque modo: ſicut eadem eccleſia habebat ea die quando pater meus, rex *Willielmus*, dedit *Rainaldo* abbati abbatiam de *Abbendona*. Teſtibus *Matilda* regina, & *Rogero* epiſcopo *Salesberiæ*, cancellario, & *Willielmo Werelwaſt* apud *Weſtmonaſterium* in Natale domini.

Carta de dominiis hujus eccleſiæ.

“HENRICUS Rex *Angliæ*, *Richardo* Ib.fol.143. a.
“de *Monte* & omnibus baronibus *Francis* &
“*Anglis* de *Oxenford-ſcira*, Salutem. Sciatis quia
“volo & præcipio ut abbas *Faricius* & abbathia
“de *Abbendona* in pace & ſine calumnia omnium
“hominum teneant terram in *Gerſendona*, quam
“*Perchebaia* tenebat, & nulli inde reſpondeant,
“& ita bene teneant ſicut abbatia tenuit tempore
“fratris & patris mei, & meo. Teſtibus *Johanne*
“epiſcopo *Luxovii*, & *Gilleberto* filio *Richardi* a-
“pud **Windreſores.**

De terra de **Colebroc** *quam* Milo Criſpin *dedit,*

Ib.fol.144. b. M*Ilo Criſpin* pro ſervitio quod abbas *Faricius* ei in ſua infirmitate impenderat, dedit in elemoſina eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & monachis in *Abbendona* quoddam hoſpitium in via *Lundoniæ* apud **Colebroc**, in quo manebat quidam vocabulo *Aegelwardus*, & dimidiam hidam terræ pariter, cum omnibus illi adjacentibus, pratis, paſcuis & ſilvis. Et miſit *Abbendoniæ* ſuum dapiferum *Gilbertum Pipard*, cum capellano ſuo *Warrino*, & per eorum manus donum hujus rei ſuper altare ſanctæ *Mariæ* imponi juſſit, in preſentia domini abbatis & totius conventus eccleſiæ, anno videlicet ſeptimo *Henrici* regis.

Carta Henrici *regis de diverſis rebus quas abbas* Faricius *adquiſivit.*

“LIcèt omnia mundi regna ſint tranſitoria, per Ib.fol.147. b.
“ea tamen conquiruntur æterna, ſi eorũ di-
“vitiæ ritè tractentur & juſte diſpenſentur: Fœ-
“lix ſane commercium ubi pro tranſitoriis ſemper
“manentia, pro terrenis cœleſtia commutantur.
“Unde ego *Henricus* Dei gratia rex *Anglorum* &
“dux *Normannorum*, inter cætera quæ Deo aucto-
“re, pro ſalute animæ meæ & parentum meorum,
“uxoris meæ & filiorum in diverſis jam locis feci,
“concilio baronum meorum, hæc quæ infra le-

“ guntur Deo & ſanctæ genitrici ejus conceſſi in *Abbendonenſi* eccleſia perpetuo jure manentia, videlicet quinque hidas terræ quietas ab omnibus geldis & placitis & aliis rebus mihi pertinentibus in manerio ejuſdem eccleſiæ quod dicitur *Wrtha*, ad opus elemoſinæ. Et quoddam meum molendinum proprium cum terris & aquis & conſuetudinibus aliiſque rebus ſibi pertinentibus quod vocatur *Henoura*, poſitum ſuper flumen Eccam in manerio de *Suttuna*. Et duas hidas terræ quæ ſunt in Beneham quas *Vnfridus* de Bohun in preſentia mea & multorum baronum meorũ reddidit, & conceſſit predictæ eccleſiæ. Et quoddam pratum nomine *Kingeſmeda*, in feudo-firma perpetuò habendum pro viginti ſolidis reddendis unoquoq; anno, quod ante reddebat tantùm quindecim præpoſitis meis, Et terram quam *Algarus* tenet in Abbefeld, quam *Nigellus* de *Oilleio* reddidit eidem eccleſiæ in dominio habendam. Et unam hidam in *Weſtona* in loco qui dicitur *Wtemundeſleia*, quam *Droco* de *Andeleia* dedit eccleſiæ, & comes *Richardus* de *Ceſtra* fecit quietam de omni ſervitio ſuo pro anima patris ſui. Et eccleſiam de Niweham cum terra ſibi pertinente, & decimam ejuſdem villæ, & unam piſcariam cum rebus ſibi pertinentibus, ſicut *Willielmus* de *Curceio* prædictæ eccleſiæ dedit in elemoſina, & unam hidam in Femcote cum pratis & paſcuis & omnibus ſibi pertinentibus, ſicut *Adelina* de *Suereio* dedit eccleſiæ in elemoſina, & *Adeliza* filia conceſſit. Et ſartum quod *Robertus* filius *Hammonis* dedit eccleſiæ quod eſt inter *Merlavam* & Hamſtede, ſicut deſignatum fuit per barones ipſius *Roberti*. Et terram *Alwardi* de *Suttuna* juxta Colebrot, quam *Milo Criſpinus*, & uxor ejus *Matildis* dederunt eccleſiæ in elemoſina. Et terram *Roberti* filii *Hervei*, cum conſuetudinibus quibus eam tenebat à *Roberto Gernone* domino ſuo, qui eam dedit reginæ *Mathildi* uxori meæ, & ipſa cum eo jam dictæ eccleſiæ dedit in elemoſina. Et unam hidam cum dimidia virgata in villa quæ dicitur Holm, & dimidiam in *Eſturtuna* ſicut *Henricus* de *Albeneio* conceſſit eccleſiæ. Et unam hidam in villa Dumeltune quam *Willielmus Gomzenboeth* dedit eccleſiæ, & comes *Robertus* de *Mellent*, ex cujus feudo erat, ante me auctorizavit. Et in eadem villa dimidiam hidam quam ego ipſe conceſſi eccleſiæ in elemoſina. Et in villa *Kinſuetona* eccleſiam & duas hidas, duodenis xx. acris & unam virgatam, quas *Albericus* de *Ver* & uxor ejus *Beatrix* & filii ejus dederunt eccleſiæ pro anima *Gaufridi* filii ſui. Et hoſpitia ſua quæ ſunt *Londoniæ* in Weſtminſterſtret. Et terram quam *Richardus* filius *Remfredi* dedit eccleſiæ, & *Willielmus Clemens* ab eo tenebat, quam *Brientius* & uxor ejus *Mathildis* conceſſerunt eccleſiæ.

“ Signum regis *Henrici*.

“ Signum reginæ *Mathildis*.

“ Signum *Willielmi* filii regis.

“ Signum *Ranulfi* archiepiſcopi *Cantuarienſis*.

“ Signum *Turſtani* archiepiſcopi *Eboracenſis*.

“ Signum *Willielmi* epiſcopi *Exoniæ*.

“ Signum *Theobaldi* epiſcopi *Wintonienſis*.

“ Signum *Rogeri* abbatis *Fiſcam*.

“ Signum *Ranulfi* cancellarii *Henrici* regis.

Quomodo Robertus *de* Oili *reddidit eccleſiæ* Abbennoniæ Tadintun.

Fol.123

EJuſdem temporibus, & temporibus duorum regum, ſcilicet *Willielmi*, qui anglos devicerat, & filii ejus *Willielmi*, erat quidam conſtabularius *Oxoniæ*, *Robertus* de *Oili* dictus, in cujus cuſtodia erat illo tempore provincia illa in præceptis, & in factis, adeo ut de ore regis proferretur illi actio: dives enim valdè erat, diviti nec pauperi parcebat exigere ab eis pecunias ſibiq; gazas multiplicare, ſicut qui brevi verſiculo de ſimilibus comprehendit dicens: *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit*. Eccleſias vero cupiditate pecuniarum infeſtabat ubique, maximè abbatiam *Abbendoniæ*, ſcilicet poſſeſſiones abſtrahere & frequenter in placitis gravare quàm miſericordiam regis ponere. Inter cætera mala, pratum quoddam extra muros *Oxoniæ* ſitum, conſentiente rege, à monaſterio abſtraxit, & in uſum militum caſtelli deputavit, pro quo dampno contriſtati ſunt fratres *Abbendonenſes* magis quam pro aliis malis. Tunc ſimul congregati ante altare ſanctæ *Mariæ* quod dedicaverant ſanctus *Atheluuhaldus*, *Dunſtanus* archiepiſcopus, & ſanctus *Atheluualdus* epiſcopus, cum lacrimis proſtrati in terram deprecantes de *Roberto* de *Oili* monaſterii depredatore vindictam facere, aut illum ad ſatisfactionem convertere. Interea dum ſic per dies & noctes beatam *Mariam* invocaſſent, decidit ipſe *Robertus* in egritudine valida, in qua laborabat multis diebus inpenitens, donec videbatur ei quadam nocte in palatio cujuſdam regis magni inſiſtere, & hinc inde multitudinem magnatuum hominum aſſiſtere, & in medio illorum quandam glorioſam ſupra tronum ſedere in mulliebri habitu ſpecioſam valdè, & ante illam ſtare duos fratres ex congregatione prædicti cœnobii quorum nomina cognovit. Et cum ipſi duo vidiſſent illum in palatium intrare, flectebant genua ante illam dominam, dicentes cum magno ſuſpirio: *Ecce domina, iſte eſt qui poſſeſſiones eccleſiæ tuæ ſibi uſurpat, & pratum unde clamorem facimus nuper à monaſterio tuo abſtraxit*. At illa commota adverſus *Robertum* illum, juſſit foràs ejicere, & ad pratum ducere, quod à monaſterio abſtraxit, ibique illum torqueri. Ad cujus præceptum ſurrexerunt duo juvenes ex circumſtantibus & duxerunt eum in prædictum pratum ibique eum fecerunt ſedere. Et ſtatim convenerunt ibi turpiſſimi pueri portantes fenum de ipſo prato ſuper humeros ſuos, irridentes, & ad invicem dicentes: *Ecce kariſſimus noſter, ludamus cum eo*. Tunc faſciculos de humeris ſuis deponentes, & deſuper mingebant igne ſubpoſito, & ſic fumigaverunt eum. Quidam ex eis tortas de illo feno faciebant, & in faciem ejus jactabant, alii barbam ejus inflammaverunt. Ille verò in tali anguſtia poſitus, clamare cepit, adhuc ſopore detentus: *Sancta* Maria *indulge mihi, jam moriar*. Uxor autem ejus juxta lectulum ejus jacebat, & evigilavit illum, dicens, *Domine evigela, gravè enim dormis*. At ille expergefactus à ſompno, dixit, verè graveq;, nam in medio demonum erat. Illa reſpondit dicens: *Dominus cuſtodiat te ab omni malo*. Tunc ille narravit ſompnum ſuum uxori ſuæ.

ri ſuæ. Et illa, *Dominus flagellat omnem filium quem recipit.* Poſt paucos verò dies, cogente eum uxore ſua, ad *Abbendoniam* eum navigare ſecit, & ibi ante altare coram abbate *Reginaldo* & omni congregatione fratrum & amicorum ſuorum circum aſtantium, **Cadmertune** decem librarum redditum, quas *Athelelmi* abbatis illuc uſque dono exegerat, omnino remittens, conteſtatur ſuarum poſt ſe rerum poſſeſſiones, ne inde quicquam exactionis ultra quæretur : ſimul & amplius quàm centum librarum ſummam, ſuorum pro emendatione præteritorum commiſſorum hujuſmodi quoque monaſterii reedificatione quod nuper antea abbas *Reginaldus* ampliari inchoavit, ſuper altare optulit tunc ad præſens. Qui adeo monaſterii renovationi intendit tunc, ut illud toto illo anno ſine penuria fabricare acceleraret. Poſt prædictam autem viſionem, quum viderat juſſu Dei genetricis ſe à ſatellitib. malis torqueri, non tantum eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Abdendonia* curabat erigere, verumetiam alias parochianas eccleſias dirutas, videlicet infra muros *Oxenfordiæ*, & extra, ex ſumptu ſuo reparavit. Nam ſicut ante viſionem illam, deprædator eccleſiarum, & pauperum erat, ita poſtea effectus eſt reparator eccleſiarum, & recreator pauperum, multorumq; bonorum operum patrator. Inter cætera, pons magnus ad ſeptentrionalem plagam *Oxoniæ* per eum factus eſt. Qui menſe Septembrio obiens, in capitulo *Abbendonienſi* in parte aquilonis ſepulturam meruit; uxor autem ejus in ſiniſtra ejus condita requieſcit.

Privilegium *Eugenii Papæ tertii.*

E*Vgenius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Ingulfo *abbati monaſterii ſanctæ* Mariæ *de* Abbendona, *ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum, Salutem. Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet ſequente compleri, quatinus & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam ſancti Dei genitricis eccleſiam in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidetis, aut in futurum conceſſione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante domino, poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis : ipſum locum in quo monaſterium veſtrum fundatum eſt, hundredum de* Hornimera, Abbandonam *& forum, cum libertatibus & conſuetudinibus omnibus ſicut reges* Angliæ *eas vobis conceſſerunt, cum* Cumennora *&* Bertuna, *& omnibus appendiciis hundredi*, Mercham, Middletunam, Draitonam, **Saringeford**, **Wacheneſfeld**, *cum omnibus appendiciis ſuis. Eccleſiam ſanctæ* Mariæ *de* **Colum** *cum pertinentiis ſuis.* Eccleſiam *de* Cinſentuna, *& duas hydas cum eis quæ adjacent.* Eccleſiam *ſanctorum* Innocentum *& hoſpitia noſtra quæ juxta eccleſiam ſunt apud* Lundonias, *via* Weſtmonaſterii, *eccleſiam ſancti* Martini, *& eccleſiam ſancti* Aldadi, *& quicquid terræ & juris habetis apud* **Oxenford**, *eccleſiam de* **Miuneham** *eccleſiam de* Suttuna, **Lacing**, **Gaing**, *Fernebergam*, **Witteham**, **Apeſford** *cum appenditiis ſuis : Offentonam* **Goſi**, **Wurdeham**, **Cerm**, **Wueltford**, **Chivelaun**, **Wuinekefeto**, Viſſeleam *cum appendiciis ſuis;* **Chuleham**, Cutheſdonam, Leonechenoram, Thademertonam, Beredenam, Lechamſtedam, Lennartonam, Tubbeneiam, Linſordam, **Fageflor**, *cum omnibus que adjacent. In* Glouceſtriæ ſchira Dulueltunam, & **Cirne** *cum appendiciis. In* Chiltona *quinque hydas. In* **Peſi** *duas hydas. In* Dencheſwrdea *ſeptem hydas. In* Boclanda *quinque hydas. In* Chadeleſwrda *quatuor hydas, quæ fuerunt* Radulfi Baſſet. *In* Gerſendona *viginti hydas. In* Ceſtretona *unam hydam. In* Hulla *duas hidas. In* **Bereford** *quinque hydas. In* Hernicota *duas hydas. In* Suttuna *unam hydam, & molendinum de* Henovara. *In* Fencota *unam hydam. In* **Benneham** *duas hydas ex dono* Humfridi *de* Bohun. *In* **Nimeham** *unam piſcariam cum appendiciis. In* **Colebroc** *quicquid terræ & juris habetis ex dono* Milonis Criſpini, *&* Roberti Geruum. *In* Dumeltuna *unam hydam ex dono* Willielmi Guizemboez, *& dimidiam hydam ex dono* Henrici regis. *In* Stretona *unam hydam & tres virgatas ex dono* Henrici *de* Albenneio. *Obeunte autem te nunc ejuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibidem qualibet ſurreptionis aſtutia vel violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati* Benedicti *regulam, canonicè providerint eligendum. Probibemus inſuper, ut nullus poſt factam ibidem profeſſionem, abſque abbatis & fratrum ſuorum licentia, de eodem monaſterio audeat diſcedere, diſcedentem verò nullus audeat retinere.*

Statuimns quoque, ut in monaſterio veſtro in quo fratres regularem vitam profeſſi degunt, nulli omnino liceat ſecundum beati Benedicti *regulam ibidem conſtitutam ordinem immutare, nullus etiam epiſcoporum futuris temporibus audeat ejuſdem religionis fratres de monaſterio veſtro, abbate & fratribus minus conſentientibus, expellere. Sepulturam quoque monaſterii liberam eſſe concedimus ; ut eorum qui ſe illic ſepeliri deliberaverint devotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Præterea, libertates omnes & rationabiles monaſterii veſtri conſuetudines à regibus* Angliæ *& epiſcopis veſtris vobis conceſſas, & ſcriptis eorum confirmatas, ſicut eas hactenus in pace habuiſtis & tenuiſtis, vobis in perpetuum confirmamus. Decrevimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuſlibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ, auctoritate, & dioceſanornm epiſcoporum conovica Juſtitia & reverentia. Si quæ igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hujus noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, pote-*

ſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate agnoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena ſint, atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax domini noſtri Jheſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Amen.

✠ *Ego* Eugenius *catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.*

✠ *Ego* Conradus Sabinenſis *epiſcopus S.*

✠ *Ego* Ymarus Tudertulanus *epiſc. ſubſcripſi.*

✠ *Ego* Gregorius *presbyter Card. titulo* Calixti *ſubſcripſi.*

✠ *Ego* Guido *presbyter Card. titulo ſancti* Criſogoni *S.*

✠ *Ego* Ubaldus *presbyter Card. titulo ſanctæ crucis in* Jeruſalem *S.*

✠ *Ego* Guido *presbyter Card. titulo ſanctorum* Laurentii & Damaſi *S.*

✠ *Ego* Bernardus *presbyter Card. titulo ſancti* Clementis *S.*

✠ *Ego* Manſredus *presbyter Card. titulo ſanctæ* Sabine *S.*

✠ *Ego* Jordanus *presbyter Card. titulo ſanctæ* Suſanne *S.*

✠ *Ego* Odo *diaconus cardinalis ſancti* Georgii *ad velum aureum S.*

✠ *Ego* Johannes *diac. card. S.* Mariæ *novæ S.*

✠ *Ego* Bernardus *diac. ſanctæ* Romanæ *eccleſiæ ſubſcripſi.*

✠ *Ego* Cithius *diac. card. S.* Sergei & Bachei *ſubſcripſi.*

Datum Viterbi *per manum* Guidonis *S.* Romanæ *eccleſiæ diaconi cardinalis, & cancellarii, decimo kalendas Januarii, indictione ix. incarnationis dominicæ anno MCxlvj. pontificatus verò domini* Eugenii *iij. papæ anno ſecundo.* 1146.

GLOUCESTRENSE
Cœnobtum.

Annales de *Winchcumbe* in bibl. *Cottoniana.*

ANNO dominicæ incarnationis DClxxx. anno quinto Regis *Æthelredi*, *Oſrich* tunc ſubregulus *Wicciorum*, ex dono ejuſdem Regis, primùm fundavit eccleſiam in honore ſancti *Petri* apoſtoli in civitate *Gloceſtriæ*, præficiens eidem monaſterio abbatiſſam *Kineburgam*, ſororem ſuam, cui ſucceſſit *Ædburga* abbatiſſa cognata ejus, & poſtea *Eaſe* abbatiſſa. Præfuit illic monaſterio xxx. annis, & adquiſivit terras multas, æꞇ ƿinꝺeꞅ ƿilla. xx. hidas; extra civitatem, Cxx. hidas. Et poſtea ſubregulus *Wicciorum*, *Aldred* dedit hæreditatem ſuam illic, hoc eſt æꞇ Culnæ. lx. manentes illius terræ, & *Buregred* æꞇ Fæꞃenꝼoꞃꝺa dedit x. hidas, æꞇ ƿꞃaꞃcanꞅꞇane, xv. hidas, æꞇCeꝺꝺanƿynꝺa in terra montana xv. hidas. In Numeꝺeꞅꝼelꝺa iij. manentes. Iſtas terras omnes dedit *Aldred* ſubregulus. Similiter *Ædelmund* in Gelꝺinᵹ dedit xxx. hidas æꞇ Oꝼꞃe. & xxxv. æꞇ Lecc⁊

W. Malmesb. fol. 25.b.n.10.

——Deceſſit ante germanum (*Ethelfleda* ſcilicet filia Regis *Ælfridi*) quinquennio, ſepultaque eſt in monaſterio ſancti *Petri Glouceſtriæ*; quod ipſa cum viro *Ethelredo* (*Merciorum* comite) ingenti curâ extruxerat, eóque oſſa beati *Oſwaldi* Regis ex *Bardenia* tranſtulerat, ſed illo, tempore ſequenti *Danorum* deſtructo, aliud, quod nunc in eadem civitate præcipuum habetur, *Aldredus* archiepiſcopus *Eboracenſis* inſtauravit.

Ib. fol. 161. b.

——Eſt ergo in ipſa civitate *Glouceſtriæ* ſancti *Petri* monaſterium, quod ibi *Aldredum* archiepiſcopum incepiſſe non ſemel dixi. Paucos ibi & non plus quàm tres monachos invenit abbas *Serlo*, à Rege *Willielmo* ſeniore donum exile adeptus. Sed quantum Dei gratia cum illius conſpirans induſtria locum extulerit illum, quis congrua explicet facundia? (&c.) In eadem enim urbe tempore Regis *Elfredi*, filia ejus *Elfleda*, cum conjuge ſuo *Ethelredo*, monaſterium ædificaverunt, nulla parcimonia ſumptuum, nulla inopia victualium: illucq; ex *Bardanio* reliquias *Oſwaldi* Regis tranſtulerunt, quòd omnis *Mercia* pareret imperio. Floruit id cœnobium ad tempus *Danorum*, fuitq; affinitate arctiſſima noſtro, id eſt, *Malmeſberienſi*, conjunctum, ſicut in archivis utriuſque reperitur eccleſiæ. Sed monachis vi hoſtilitatis dilapſis, dum archiepiſcopus *Eboracenſis*, occaſione *Wigorn.* epiſcopatus monaſterium illud habuiſſet, canonicos recepit, præcipuamq; ibi *Turſtanus* archiepiſcopus exhibuit diligentiam, & in ſcrinio Sancti renovando, & in eccleſia dilatanda, ubi cum veteribus fundamentis deturbatis nova jacerentur, inventa ſunt amborum conjugum in porticu auſtrali ſepulcra, & corpora antiquam reverentiam prætendentia.

R. Hoved. f. 255. a. n. 10.

Anno Mlviij. *Aldredus Wigorn.* epiſcopus eccleſiam quam in civitate *Glavorna* à fundamentis conſtruxerat, in honore principis apoſtolorum *Petri*, honorificè dedicavit. (&c.)

Sequitur hic de prima fundatione monaſterii ſancti Petri Glouceſtriæ *ab* Oſrico *ſubregulo, de licentia Regis* Etheldredi.

Ex cronicis *Glouceſtrenſis* cœnobii in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *Domitiani.* A. 8.]

ANno ab incarnatione domini DClxxxj. *Ethelredus* Rex *Merciorum* quartus à *Penda* primo Rege, in eodem anno Regni ſui xxv. adjuvanter conceſſit, & dedit in provincia *Wicciorum* duobus miniſtris ſuis nobilis generis, *Oſrico* ſcilicet, & *Oſwaldo* fratri ejus. *Oſrico* trecentorum tributariorum in **Glouceſtreſchire**, *Oswaldo* ſimiliter trecentorum caſatorum apud **Perſovere**; hoc eſt, ut *Oſrich* **Glouceſtreſchire** acciperet, *Oſwaldus Perſoram* haberet. *Oſrich*, ex licentia Regis *Ethelredi*, ex poſſeſſione ſua, in civitate *Glouceſtriæ* monaſterium cœnobiale, in honore ſancti *Petri* apoſtoli, domino *Theodoro Cantuarienſi* archiepiſcopo, & *Boſel* primo *Wigornienſi* epiſcopo, confirmantibus, nobiliter conſtruxit, & ibi *Keneburgam* ſororem ſuam abbatiſſam conſtituit, & poſt eam *Eadburga* cognata ejus abbatiſſa ſucceſſit, quæ ante fuit Regina *Wlfredi* Regis *Merciorum*. Et poſt eum *Gaffe* abbatiſſa monaſterium illud, cum bona caſtitate & ſub eccleſiaſtica regula, xxxiij. annis benè cuſtodiebat, & adquiſivit terras multas, ſcilicet in **Alre** xx. hidas,

in

Ecclesiæ conventualis
Glouc: facies auſtralis.


Poſteritati, ſacrum, impenſis
Georgii filii vnici
Georgii D. Berkley.

D: King ſculp:



in **Pyndeſwell** xx. hidas, ovibus ſuis illic adhibendas. *Adeldred*, ſubregulus *Wicciorum*, dedit hæreditatem ſuam eidem eccleſiæ; hoc eſt in **Culne** ſancti *Ælwini* lx. manentes illius terræ. *Burgred* Rex *Merciorum* in **Faireford** x. hidas. In **Wyarkeſton** xv. hidas. In *Ceddanwyrda*, in terra montana xv. hidas. Item *Adelred* dedit extra civitatem *Glouceſtriæ* CXX. hidas ubi nunc *Bertona* eſt. In **Nymdeſfeld** iij. manentes. *Edelmund* ſubregulus dedit xxx. manentes. In **Overe** xxxviij. In **Northlech**——*Nodehardus* comes, & præfectus Regis in **Evencandeſfeld** iiij. manentes.

Omnes iſtæ donationes & hæreditariæ terræ, in multis ſinodis, & conſiliis confirmatæ fuerunt. *Ethelredus* Rex prædictus *Merciorum*, xxx. anno Regni ſui, relicto temporali, *Kynredo* ſuo fratrueli Regnum dedit, & apud **Bardeney** eſt attonſus, primò in monachum, poſt in abbatem allevatus; anno ab incarnatione domini DCCXVI. à ſeculo migravit, & ad gaudia æterna intravit. Anno ab incarnatione Domini DCCVIII. *Kynredus* Rex *Merciorum*, & *Offa* Rex *Eſt-Saxonum*, relictis Regnis, *Romam* venere, tempore *Conſtantini* papæ; ibiq; monachi facti uſq; ad finem vitæ permanſerunt, ſicque ad cœleſtia regna migravere. Hii multa bona contulerunt monachis S. *Petri Glouceſtriæ*.

De Cenredo *Rege* Merciorum.

ANno domini DCCVIII. *Kenred Northanhymbrorum* Rex moritur; cui Rex *Oſricus* ſucceſſit, qui dudum *Glouceſtrenſe* monaſterium condiderat: vij. idus Maii mortuus eſt, anno Regni ſui xij. & ſepelitur in eccleſia ſancti *Petri* coram altare ſanctæ *Petronillæ*, in aquilonari parte ejuſdem monaſterii, anno domini DCCXXIX.

Sequitur verſus de prima fundatione hujus loci, videlicet Glouceſtrenſis *monaſterii.*

HIc eſt principium primuſq; ſtatus monachorum
Profert indicium nobis Glouceſtria *quorum.*
681. *Tunc ſexcentenus erat annus virgine nati*
Ac octogenus primus per Ave *generati,*
Nobilis Oſricus, *quando loca ſtruxit amicus*
Regis Ethelredi, *ſi debent cronica credi.*
Ille monaſterium primum conſtruxit in urbe
Fæmineæ turbæ decus attollens ita Deum
Condidit eccleſiam ſub honore Petri *ſpecialem*
Perpetuam latriam per ſecula cœnobialem.
Hic abbatiſſam præfecit in urbe ſororem.
Terram ſubmiſſam ſibi fecit & urbis honorem.
Primùm prælata fuit hec Kyneburga *vocata,*
Sic vixit ſtrata donec fuit in ſua fata:
Statim ſucceſſit, jamque defuncta Kyneburga,
Nobilis Edburga, *quæ plurima commoda geſſit:*
Quondam Regina Wlferi *Regis honeſta;*
Hæc celebris domina: ſed mors clauſit ſua geſta.
Inclita matrona ſucceſſit in urbe patrona:
Cœlebs caſta bona cœleſti digna corona.
Walterus *ſtuduit* **Froncester**, *& hæc memoranda*
In ſcriptis poſuit clauſtralibus enucleanda.

De Kyneburga *abbatiſſa.*

K*Yneburga* ſoror Regis *Oſrici*, à *Boſello* primo epiſcopo *Wygorniæ*, in abbatiſſam monaſterii *Glouceſtriæ* conſecratur, quæ monaſterium illud xxix. annis ſub regularibus diſciplinis, in bona caſtitate rexit & cuſtodivit, & multa bona eidem monaſterio adquiſivit: tandem anno regiminis ſui xxix. obiit, & ſepelitur juxta fratrem ſuum *Oſricum*, coram altari ſanctæ *Petronillæ* ejuſdem monaſterii; cui ſucceſſit *Edburga*, anno ab incarnatione Domini DCCX. *Kyneburga* ante fratrem obiit xix. annis. *Edburga* uxor, & regina *Wolferi* Regis *Merciorum*, poſt mortem mariti ſui, relicto ſeculo, ſacræ religionis conſortium in monaſterio ſancti *Petri* adquiſivit; tandem à ſancto *Egwino*, tertio à *Boſello* epiſcopo *Wygorniæ*, in abbatiſſam ibidem conſecratur, & monaſterium illud in ſanctis propoſitis benè rexit ac cuſtodivit. Et anno regiminis ſui xxv. à beato *Wilfrido* epiſcopo *Wygorniæ*, in eodem monaſterio, juxta prædeceſſorem ſuam & ſororem *Kyneburgam* ſepulturæ tradebatur. Cui ſucceſſit *Eva* anno ab incarnatione Domini DCCXXV. *Eva* quæ fuit uxor & regina *Wolferi* filii *Pendæ* Regis, à ſancto *Wilfrido* epiſcopo *Wygorniæ* in abbatiſſam *Glouceſtriæ* conſecratur. Monaſterium illud, in bona caſtitate, & diſciplinis regularibus per xxxiij. annos benè rexit, & cuſtodivit, & multa bona eidem eccleſiæ adquiſivit, & ipſa in multis ſinodis confirmari procuravit; obiit tandem anno Regni *Offæ* xij. & juxta ſorores & prædeceſſores ſuas in eodem monaſterio tradebatur ſepulturæ, anno videlicet incarnationis Domini DCCLXVII. Poſt ejus deceſſum ceſſaverunt abbatiſſæ & regimen in ipſo monaſterio regulare, quoniam tam fuit diſcordia regum, quàm diſſidium conſuetudinarium in Regno, uſq; adventum *Egbriti* Regis, qui fuit anno ab incarnatione Domini DCCC. quippe *Egbritus* omnia Regna unico quadravit imperio, ut populus animoſus & erronicus magis bellum & ſubverſionem hinc inde movendum, quàm pacem inter ipſos uniformem pavere: ſet & ſpecioſitas religionis in monaſterio *Glouceſtriæ* per tranſlationem ſororum ibidem exiſtencium, huc atque illuc ad bellum & peccatum fugiendum, ſub poteſtate ſeculari, uſque ad tempus *Wolſtani* epiſcopi *Wygorniæ*, qui fuit anno ab incarnatione Domini Mij. mirifice diſtrahebatur. 1002.

De Clericis, qui eccleſiam ſancti Petri Glouceſtriæ *rexerant, à monialibus uſque ad ipſos monachos effectos.*

1022. ANno domini MXXII. *Wolſtanus* epiſcopus *Wygorniæ*, qui poſtea factus eſt archiepiſcopus *Eboracenſis*, concedente Rege *Cnutone*, duce *Danorum*. qui eccleſiam ſanctam exaltavit, & libertates ſuas antiquas renovavit ac promovit, ut dicit *Petrus Pictavenſis*: hic *Wolſtanus* clericos, qui eccleſiam ſancti *Petri* antea rexerant, cuſtodierant, ſub protectione Dei & apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, & regula beati *Benedicti*, in eadem eccleſia regulariter collocavit, & *Edricum* quendam in abbatem, & cuſtodem monaſterii illius conſecravit, qui monaſterium illud xxxvij. annis cuſtodivit,ſed & multa bona diſſipavit: quoniam tempore ſuo, in perpetuam exhæredationem, vendita fuerunt maneria de **Beggeworth**,de **Hatherleye.** Tandem obiit anno prælationis ſuæ xxxvij. Set ab hoc loco receſſit, & alibi ſepultus eſt, cui ſucceſſit *Wlſtanus Wygorniæ* monachus, 1058. anno Domini MLVIII.

De quodam cirographo *Edrici* abbatis.

EGo Edricus *abbas in* **Caldanhame** *notifico & declaro in hoc cirographo, quod ego, mea magna neceſſitate, tradidi cuidam* Starmarcoto *terram de* **Hegberleo**, *& de* **Becgwirde**, *de dominio eccleſiæ quoad vixerit, & hoc feci pro ejuſdem placita pecunia, videlicet pro xv. libris, quibus redemi omnia alia prædia monaſterii ab illa magna* heregoldi *exactione, quæ per totam* Angliam *fuit. Teſtes horum ſunt,* Wolſtanus *archiepiſcopus* Eboracenſis, *&* Leſſius *epiſcopus* Wygorniæ, Aglaf *comes, & tota congregatio veteris monaſterii, &* Anna *abbas & omnes fratres monaſterii ſancti* Oſwaldi; *&* Wihiſide *præfectus, & tota civitas* Glouceſtriæ, *& multi alii, tam* Angli *quàm* Dani. *Quare ſi foriſfecerit ille qui terram tenet, de ſe, & de ſuo emendet: terra autem ſit libera, & iterum monaſterio reddatur poſt mortem ejus. Acta ſunt hæc anno ab in-* 1022. *carnatione Domini circiter Mxxij. tempore* Chnuti *Regis.*

Aldredus Wygorniæ epiſcopus *Wlſtanum Wygorniæ* monachum, in abbatem *Glouceſtriæ* conſecra- 1058. vit, anno domini Mlviij. &, de licentia Regis *Edwardi* confeſſoris, ibidem conſtituit; ſet ipſe *Aldredus* eccleſiam illam à fundamentis conſtruxit de novo, & in honore principis apoſtolorum *Petri* honorificè dedicavit, ſed cauſa magis hoſpicii quàm operis ſui abſtulit à communi, **Lech**, **Odynton**, **Standiſch**, cum *Bertona*, retinens in manu ſua. Tandem in archiepiſcopum eccleſiæ *Eboracenſis* conſecratur, qui ipſa maneria eccleſiæ *Ebor.* appropriavit. Set *Wlſtanus Jeroſolimam* profectus,obiit peregrinus,anno Domini Mlxxij. prælacionis ſuæ xiiij. & anno Regni *Edwardi* filii regis *Egelredi* xvij. Acta ſunt hæc pridie idus Octobris, tempore Regis *Edwardi* confeſſoris. Iſte *Aldredus* epiſcopus poſtmodum mare tranſiit, & per *Hungariam* profectus eſt *Jeroſolimam*, quod nullus archiepiſcorum vel epiſcoporum 862. *Angliæ* eatenus dinoſcitur feciſſe. Ann. DCCClxij. *Burgredus*, Deo omnipotentiſſimo concedente & auxiliante, Rex *Merciorum* confirmavit donationes quas donaverunt eccleſiæ ſancti *Petri* prædeceſſores ſui Reges, id eſt, *Ethelredus* & *Ethelbaldus*, *Offa*, & *Kenulphus*, & cum conſenſu & conſilio, ac licentia omnium optimatum ſuorum, fecit eandem eccleſiam liberam, & quietam, & omnia monaſteria, & loca quæ eidem eccleſiæ obediunt, & pertinent, ab omni terreno negocio & ſervicio, ea duntaxat conditione ſtatuta, ut orationes illorum deprecationeſque pro ipſo, & pro juſtis hæredibus ſuis, jugiter in illa eccleſia nocte & die memoriter ſervarentur. Hæc fuerunt geſta & renovata, anno domini DCCClxij. cum conſenſu & confirmatione *Burgredi* Regis *Merciorum*, & archiepiſcopi *Cheolnothi* in *Walſeburnam*.

Sequitur de Serlone, *primo abbate monaſterii ſancti* Petri Glouceſtriæ *poſt conqueſtum.*

ANno domini Mlxxij. poſt deceſſum *Wlſtani* 1072. abbatis *Glouceſtrenſis* eccleſiæ, quem eidem eccleſiæ archipreſul prefecerat *Alredus*, ſucceſſit ei eodem anno, ſcilicet iij. kal. Septembris, reverendus pater dompnus abbas *Serlo*, duos ibi tantùm perfectæ etatis monachos & circiter viij. juvenes parvos inveniens. Hic idem pater primò fuit *Abricatenſis* Canonicus eccleſiæ, ſub *Michaele* pontifice, deinde monachus in eccleſia ſancti *Michaelis* de *Montetumba*. Quinto anno converſionis ſuæ, petente & concedente Rege *Willielmo* conqueſtore; & ſuggerente viro venerabili *Oſmundo*, tunc Regis cancellario, poſt *Sariſburienſe* epiſcopo, prædicti ſuſcepit locum regiminis, & à ſancto *Wolſtano* epiſcopo *Wygorniæ*, conſenciente Rege *Willielmo*, in abbatem *Glouc.* conſecratur, qui multa bona eidem eccleſiæ adquiſivit & revocavit, ſed & **Froncester** cum *Culna* ſancti *Elwyni*, quæ, tempore prædeceſſoris ſui, alienata extiterunt,cum aliis maneriis,auxiliante Rege *Willielmo* conqueſtore,ab archiepiſcopo *Ebor.* impetravit,cæteris in exactione relictis uſq; ad tempus *Hamelini* Abbatis. Hic idem pater adquiſivit huic eccleſiæ mille dies relaxationis.

Anno Domini Mlxxvij. ſucepit habitum reli- 1077. gionis, ſub dompno *Serlone* abbate venerabili, *Odo* primò celerarii functus officio, cujus labore, & induſtria, in terris & poſſeſſionibus multipliciter *Glouceſtrenſis* crevit eccleſia, anno Mlxxxix. 1089. In die feſtivitatis apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, hoc anno, *Glovernenſis* eccleſiæ locatur fundamentum, venerabili viro *Roberto Herefordenſi* epiſcopo primum lapidem in eo ponente, præſente dompno *Serlone* abbate.

De Bertona *& aliis maneriis eccleſiæ ſancti* Petri *iterum redditis.*

ANno Domini Mxcv. dominica in ramis pal- 1095. marum, venerabilis *Ebor.* archiepiſcopus *Thomas*, reddidit *Glovernienſi* eccleſiæ villas **Lech**, *Odyntunam*, **Standyſch**, *Bertonam*, ſemetipſum graviter inculpando, pectus tundendo, genu flectendo, quia injuſtè eas tam diu tenuerat. Hæc acta ſunt in preſentia dompni *Serlonis* abbatis in capitulo monachorum,multis præſentibus & gaudentibus. Has villas eidem eccleſiæ ante annos circiter xxxix. abſtulerat à communi prædeceſſor ſuus *Aldredus* archipreſul, hoſpicii ſui cauſa, regnante tunc Rege *Edwardo* confeſſore.

De dedicatione eccleſiæ ſancti Petri Glouceſtriæ, *tempore dompni* Serlonis *abbatis.*

ANno domini MC. idus Julii, die dominica, 1100. eccleſia quam venerandæ memoriæ abbas *Serlo* à fundamentis conſtruxerat *Glovernia*, ab epiſcopis *Sampſone*, *Wigorn.* *Gundulpho Rovenſi*, & *Henrico Bancorenſi*, dedicata eſt, magno cum honore.

Anno Domini MCI. *Henricus* clericus,Rex *An-* 1101. *gliæ*, contulit manerium de **Maysmor**, & ſilvam & planum cum omnibus pertinenciis, ſicut eam

1102. melius habuit. Et anno MCII. eccleſia ſancti *Petri Glouc.* cum civitate igne cremata eſt. Poſtquam venerandæ memoriæ dompnus abbas *Serlo*, per induſtriam ſuam & laborem, terras multas & pecunias adquiſierat, videlicet **Ledene**, **Lynkeholt**, **Donteſborne**, & molendinum in **Stonhouſe**, **Glaſebury**, **Sotteſhore**, **Nymdeſfelde**, **Cleyngrey**, **Lyttelton**, **Aſperton**, **Clyfford**, & eccleſiam ſancti *Petri* **Hereford**, *Seldenam* in **Deveneſchire**, & alia multa quæ continentur in kalendario donationum juxta literas alphabeti inde confectas.

1104. Anno Domini MCIIII. *Serlo* abbas, habens ſecum in omnibus cooperatorem & coadjutorem, dompnum *Odonem* celerarium, anno ætatis ſuæ circiter LXVIII. prælationis ſuæ anno xxxiij. quinto nonas martii, feria v. poſt cineres, jam ad veſperam inclinante die, carne ſolutus eſt, relinquens poſt ſe centum monachos in conventu; cui ſucceſſit dominus *Petrus*, ejuſdem monaſterii prior.

Sequitur verſus *de Serlone*, primo abbate hujus loci poſt conqueſtum.

Eccleſiæ murus cecidit Serlone *cadente:*
Virtutis gladius, buccina juſticiæ:
Vera loquens, & non vanis ſermonibus utens,
Et quos corripuit principibus placuit.
Judicium præceps, contrarius ordinis error,
Et levitas morum non placuere ſibi.
Tercius à Jano menſis, lux tercia menſis
Cum nece ſuppreſſum vita levavit eum.

Hic incipiunt donationes omnium bonorum monaſterii ſancti Petri Glouceſtr. *tam temporalium quàm ſpiritualium.*

De **Alre.**

Ethelbaldus Rex *Merciorum* dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* & monialibus ejuſdem loci xx. hidas terræ in villa quæ vocatur **Alre.**

Nobis Robertus *dedit hic* **Aſpertone** *Curtus.*

Robertus Curtus dedit Deo & ſancto *Petro* & monachis ejuſdem loci unam hidam terræ in **Herfordſhire**, quæ vocatur **Aſpertone**, anno Regni Regis *Willielmi Ruphi* x. tempore *Serlonis* abbatis, prælationis ſuæ xxv.

De **Alweſtone.**

Walterus vicecomes dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* & monachis ejuſdem loci eccleſiam ſanctæ *Helenæ* de **Alweſtone**, cum una virgata terræ in eadem, anno Regni Regis *Henrici* ſenioris vij. abbatia vacante per mortem *Serlonis.*

De **Ablode** *&* **Paygrave.**

Henricus Rex ſenior dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* & monachis ejuſdem loci **Ablode**, & gravam de *Bertona*, quæ vocatur **Paygrave**, in eſcambium pro placea ubi nunc turris ſtat *Glouceſtriæ*, ubi quondam fuit ortus monachorum, anno Regni Regis *Henrici* ejuſdem ix. tempore dompni *Petri* abbatis, de vj. ſellionibus retro curiam de **Ablode.** Item *Radulfus* de **Wylinton**, & *Olimpias* uxor ejus, dederunt vj. ſelliones terræ retro curiam de **Ablode**, tempore *Thomæ Breodone* abbatis, & Regni Regis *Henrici* ſecundi poſt conqueſtum xij.

De **Ameneye.**

Anno Domini MCXXVI. Ego *Wynebaldus* de *Balon*, unus de magnis Regis *Henrici* poſt conqueſtum primi baronibus, & *Rogerius* filius meus, conceſſimus ſancto *Petro* de *Glouc.* dimidiam hidam terræ in **Ameneye**, quam *Thomas* quidam *Anglicus* tenuit, ſolutam & quietam ab omni re quæ ad Regem pertinet, excepto *Denegeldo* Regis. Et nos ſimiliter, ego & filius meus *Rogerius*, eandem terram conceſſimus Deo & ſancto *Petro* & fratribus *Glouc.* ſolutam & quietam ab omni re quæ ad nos pertinet, excepto *Denegeldo* Regis. Et ego *Wynebaldus* teſtis ſum quod hæc facta ſunt antequam monachi *Theokesburiæ* habuiſſent manerium de **Aurenel.**

De **Brocthrop.**

Adeliza uxor *Rogeri* de *Breio*, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* **Brocthrop**, tempore *Serlonis* abbatis, cum eccleſia ibidem.

De eodem.

Gilbertus de *Myners* confirmat terras quas *Rogerus* primus dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* in **Brocthrop**, & in *la* **Rugge**, tempore *Hamelini* abbatis.

De eodem.

Rogerus primus, & *Hugo* heres ejus, dederunt eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* viij. acras terræ juxta curiam de **Brocthrop**, tempore *Hamelini* abbatis.

De **Bocholt.**

Helyas Giffard, & *Ala* uxor ejus, anno Domini MCXXI. & filius eorum *Elyas*, conceſſerunt monachis *Glouc.* & ſuper altare poſuerunt, terram de **Bocholt**, ſcilicet & ſilvam, & planum, pro dimidia hida, & dimidia virgata, apud regem ſolutam, & quietam ab omni conſuetudine, excepto *Denegeldo* Regis, tempore *Willielmi* abbatis.

De **Bocholt.**

Anno Domini Mlxxxxvj. *Helias Giffard* dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* quandam partem ſilvæ ſuæ, cum iij. bordariis, Rege *Willielmo* minore confirmante, tempore *Serlonis* abbatis.

De Bertona *abbatis.*

Aldredus, ſubregulus *Wicciorum*, dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* & monialibus ejuſdem loci,

C. hidas terræ ubi nunc eſt *Bertona* abbatis, tempore *Evæ* abbatiſſæ.

De **Brankamfeld.**

Bodehardus comes, & præfectus Regis, dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* & monialibus ejuſdem loci, iiij. manentes in **Brankamfeld,** tempore *Keneburge* abbatiſſæ.

De **Bache.**

Bernardus de *Novo-mercato* dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* unam hidam terræ quæ vocatur **Bache,** in parochia de *Coverna*, tempore *Serlonis* abbatis.

De **Bery.**

Willielmus dedit **Bery,** pro qua frater ejus *Gotelinus*, dedit nobis *Seldenam* in *Devenſchira* tempore *Serlonis* abbatis.

De **Beverſtone.**

Anſelinus de *Gorney* dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* quinque ſolidatas terræ in **Beverſtone,** cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ, tempore *Johannis Gamages* abbatis.

De Bertona *Regis.*

Anno xix. Regis *Edwardi* tercii poſt conqueſtum, idem Rex dedit & conceſſit monachis *Glouc.* manerium *Bertone* Regis, cum gurgitibus de **Munſtreworthe,** & dimidium gurgitis de **Duny** ad feodam firmam, in eſcambium pro eccleſia de **Wyrardesbery,** tempore *Adæ* de **Staunton** abbatis.

De **Brokeſworthe.**

1260. Anno Domini MCClx. dompnus *Johannes Deffelda* abbas emit de *Laurencio* de *Chaundos* milite lv. acras terræ arabilis in **Brokeworthe,** & de parco ejus lx. acras, & totum boſcum ſuum in **Bocholt,** & continet CCC. acras.

De **Bernewode.**

Willielmus conqueſtor Rex *Angliæ* dedit monachis *Glouc.* manerium de **Bernewode** cum omnibus pertinentiis ſuis, tempore *Serlonis* abbatis.

Hic Bromfelda *datur & Canonicus monachatur.*

1155. Anno Domini MClv. Canonici de **Bromfeld** dederunt eccleſiam ſuam & ſeipſos ſancto *Petro Glouc.* ibi monachari, per manum *Gilberti* epiſcopi *Herefordiæ*, *Theobaldo* archiepiſcopo *Cantuar.* confirmante, tempore *Hamelini* abbatis.

De **Boytone.**

Helias Boy Giffard, pro anima *Bertæ* uxoris ſuæ, & anteceſſorum ſuorum, dedit monachis ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam beatæ *Mariæ* de **Boyton,** eccleſiam ſancti *Georgii* de **Orcheſton,** cum capella ſanctæ *Andreæ* de **Wynterborne,** cum terris, & decimis, pratis, & paſcuis, viis, ſemitis, & omnibus eccleſiis eiſdem pertinentibus, ſalva tenura eccleſiæ de **Fintenay,** tempore *Hamelini* abbatis. *Walterus Giffard*, filius *Helyæ*, concedit, & confirmat eccleſiam de **Boyton** monachis *Glouc.* cum omnibus pertinentiis ſuis, cum dimidia hida terræ in eadem villa, & decimis totius ville, & cum inſtauramento viij. boum, j. averii, & Cxxij. ovium, & decimis totius villæ, tam dominii quàm hominum, de omnibus de quibus Chriſtiani decimare debent, tempore *Hamelini* Abbatis.

De eodem.

Heliâ Giffard, calumpniam ponente ſuper eccleſiam de **Boyton,** dompnus abbas *Thomas Carbonel*, pro bono pacis, conceſſit ei eccleſiam de **Orcheſton,** cum capella de **Wynterborne,** retinens ſibi eccleſiam de **Barton.** Dominus *Goſelinus* epiſcopus *Sarum* concedit & confirmat conventui ſancti *Petri Glouc.* ex dono *Heliæ Giffard* & *Walteri* filii ſui. *Johannes* epiſcopus *Sarum* confirmat, & ordinat monachis *Glouc.* ad hoſpitalitatem faciendam, xl. ſol. annuos, auctoritate epiſcopali, de eccleſia de **Borton.**

De **Bromptone.**

Willielmus conqueſtor dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* manerium ſuum de **Bromptone,** cum piſcaria de *Waia*, cum terra uſq; ad ripam *Waiæ* adjacente, tempore *Serlonis* abbatis.

De **Bokelond.**

Kynredus Rex *Merciorum*, dedit manerium de **Bokelond,** tempore *Edburgæ* abbatiſſæ.

De **Burneham.**

Robertus confirmat donum patris ſui *Haraldi*: inſuper dedit eccleſiam de **Burcham** Prioratui de **Ewyas,** ut conventus ibi inveniatur, quod conceſſum eſt, ſed non proſecutum. Inſuper dedit eiſdem decimas omnium maneriorum ſuorum, de quibus Chriſtiani decimare debent. *Theobaldus* archiepiſcopus *Cantuar.* confirmat. *Johannes* epiſcopus *Sarum* confirmat.

Hic ſancto **Chircham Petro** *donatur &* **Hynham.**

Quidam vir nobilis nomine *Wlfinus le Rue*, quando monachi primò inhabitabant *Glouc.* ex infortunio, occidit vj. presbyteros inter **Chircham,** & *Glouc.* qui ob tam enorme ſcelus confuſus, papam adiit, abſolutionem petens, qui, accepta pœnitentia, ea duntaxat forma abſolutus eſt, ut inperpetuum vj. ſacerdotes inveniret, pro ſe cantantes. Domum reverſus gaviſus, **Chircham,** & **Hynham,** cum pratis, planis, ſilvis, & paſturis, uſque ad aquam *Sabrinæ* ſe extendentibus, dedit eccleſiæ ſancti *Petri*, hac forma, quod vij. monachi, loco vij. ſacerdotum, pro eo Deum interpellantes, ſantes, imperpetuum inveniantur, tempore *Edrici* abbatis.

De Clifforde.

1099. Anno Domini MXCIX. *Rogerus* de Bulley miles, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* Clyfford, rege *Willielmo* minore confirmante, tempore *Serlonis* abbatis.

De Celeſworthe.

Willielmus rex *Anglorum* junior, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* duas breces in feodo ſuo de Celeſworthe, cum grava, & pratellis eidem terræ adjacentibus, in puram elemoſinam, teſte *Willielmo* cancellario apud Neuham, tempore *Serlonis* abbatis.

De eodem.

Rex *Willielmus* junior conceſſit dompno *Serloni* abbati & monachis ſancti *Petri Glouc.* ij. breces in feodo ſuo de Celeſworthe, cum grava, & pratellis eidem terræ adjacentibus, in elemoſinam. *Henricus* rex, frater ejus, confirmat *Odoni* & *Hugoni* monachis, & toto conventui *Glouceſtriæ*, in manerio ſuo de Celeſworthe, duas aſſartas, & ſilvam quæ eſt in medio illarum, cum pratellis adjacentibus, in elemoſinam & feodo, liberam, & quietam ſicut *Willielmus* frater ſuus primum conceſſit.

De Cronham.

Helias Gyfford filius *Helie* ſenioris, & *Ale* uxor ejus, quando monachatum accepit, dedit ſancto *Petro* & monachis *Glouc.* Deo ſervientibus. Cronham, tempore *Hamelini* abbatis.

De Culna Rogeri.

1105. Anno Domini MCV. *Rogerus* de *Glouc.* miles, apud Waleyſon graviter vulneratus, dedit monachis *Glouc.* pro anima ſua, in montanis *Culnam*, quæ vocatur *Culna-Rogeri*, rege *Henrico* confirmante, abbatia vacante per mortem *Serlonis* abbatis.

De Cerneya.

Walterus vice . . . . . . *Glouc.* dedit monachis ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam de Cerneye, cum decima ad eam pertinente, rege *Henrico* confirmante, tempore *Petri* abbatis.

De Ceſtretone.

Robertus de *Oleio*, filius *Nigelli* de *Oleio*, dedit monachis ſancti *Petri Glouc.* decimam de Ceſtretone, tempore *Serlonis* abbatis.

De Cumba.

Bernardus de *Baskevile*, cum ſemetipſo, quando habitum monachi ſuſcepit, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* unam hidam terræ in Cumbacius *Walterus* & *Robertus* de Baskevyle confirmant, tempore *Hamelini* abbatis.

Cuburley.

Manerium de Cuburleye datum fuit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* tempore *Edithæ* abbatiſſæ, & vocabatur Cutpyndeſwelle.

De caſtro Godrici.

Willielmus Mareſchallus comes de Penbroke, dedit monachis *Glouc.* in puram elemoſinam molendinum, cum ſecta & molitura tocius villæ ſuæ de caſtello *Godrici*, excepta molitura ipſius caſtelli, & cum ſecta & molitura totius villæ de Hunſton, & cum omnibus pertinenciis ejuſdem molendini, tempore *Henrici Folet* abbatis.

De Culna ſancti Elwini.

Anno Domini MCCXVII. *Silveſter* epiſcopus *Wygorniæ*, dedit monachis ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam de *Culna* ſancti *Elwyni* in proprios uſus, ad ampliationes hoſpitalitatis, tempore *Henrici Blond* abbatis. 1217. *Atheldred* ſubregulus *Wicciorum*, dedit hæreditatem ſuam eidem eccleſiæ, hoc eſt in Culne ſancti *Elwini* lx. manentes illius terræ.

Duntesbourne *datur, &* Walterus *tumulatur.*

Anno Domini MLXXXV. obiit *Walterus* fundator ſancti *Petri* Herford, ſcilicet, vj. kl. Aprilis, cujus corpus *Glouc.* in capitulo honorifice ſepelitur. 1085. Tunc uxor ejus *Ermelina* dedit eidem eccleſiæ, pro redemptione animæ viri ſui, villam quinque hidarum Dunteſborne, tempore *Serlonis* abbatis.

De eodem.

Anno Domini MC. *Gilbertus* de Eskecot, cum uxore ſua, & filio ſuo *Roberto*, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* terram quam habebat in Dunteſborne, pro anima domini ſui *Walteri* de *Lacy*, & ſua, tempore *Serlonis* abbatis. 1100.

De Duni.

Rogerus comes Herford, dedit medietatem piſcariæ de Duny Deo & eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* Rex *Henricus* junior confirmat, tempore *Hamelini* abbatis.

De eodem.

Rogerus de Staunton, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* unam virgatam terræ, quæ dicitur Duny, & unum ruſticum, cum terra ſua. *Cecilia Talebot* confirmat carta ſua, tempore *Hamelini* abbatis.

De decima venationis.

Rex *Henricus* dedit, conceſſit & confirmavit monachis ſancti *Petri Glouc.* decimam totius venationis, quæ capta fuerit in foreſta de Glouceſtreſchire,

ſtreſchire. Rex *Stephanus* confirmat, tempore *Petri* abbatis.

Estlech *hic* Petro *datur*, & *ſic inſero metro*.

De **Elmundeſton**.

1095. Anno domini MXCV, *Odo* filius *Gamalielis*, dedit ſancto *Petro Glouc.* **Plinctreu**, in **Devenſchire**, pro qua *Nicholaus* de *la Pole* dedit **Elmundeſton** in **Warewykſchire**. rege *Willielmo* juniore confirmante, tempore *Serlonis* abbatis.

De **Ewenny**.

1141. Anno Domini MCXLI. *Mauritius* de **London**, filius *Willielmi* de **London**, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam ſancti *Michaelis* de **Ewenny**, eccleſiam ſancti *Bridgidæ*, cum capella de **Ugemor** de **Lanfey**. Eccleſiam ſancti *Michaelis* de **Colveſton**, cum terris, pratis & omnibus aliis rebus ad eas pertinentibus, liberè & quietè in puram elimoſinam, ita ut conventus monachorum fiat. Inſuper & eccleſiam de **Oſtrenuwe** in **Goer**. Eccleſiam de **Penbray**, & eccleſiam S. *Iſmaelis*, cum terris & decimis ad eas pertinentibus, *Theobaldo* archiepiſcopo *Cantuarienſi* confirmante, tempore *Gilberti* abbatis.

De **Ewyas**.

1100. Anno Domini MC. *Haraldus* dominus de **Ewyas**, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam ſancti *Michaelis*, cum capella ſancti *Nicholai* de caſtro, capellam ſancti *Jacobi* de **Ewyas**, capellam ſancti *Kaene* cum capella de **Caneros**, in puram & perpetuam elemoſinam, ita quod apud **Ewyas** ſit in perpetuum conventus ſerviens Deo. *Ewyas prioratus.* Inſuper conceſſit decimam annonæ ſuæ, venationis ſuæ, & mellis, & omnium de quibus Chriſtianus decimare debet. Inſuper eccleſiam de **Foy** cum una carucata terræ, & decimis gurgitis ſui de **Foy**. molendinum dedit, eccleſiam de **Hidred**, cum omnibus pertinenciis, eccleſiam de **Alyngetone**, & eccleſiam de **Burnham**. Inſuper decimas dominii ſui, per totas terras ſuas in proprios uſus conceſſit, & decimam molendinorum ſuorum, & anguillarum, *Theobaldo* archiepiſcopo confirmante, tempore *Hamelini* abbatis.

De eodem.

Robertus confirmat donum *Haraldi* patris ſui. Inſuper dedit eccleſiam de **Burnham** Prioratui de **Ewyas**, ut conventus ibidem inveniatur, quod conceſſum eſt, at non proſecutum. Inſuper dedit eidem decimas omnium maneriorum ſuorum, de quibus Chriſtiani decimare debent, *Theobaldo* archiepiſcopo *Cantuarienſi* confirmante. *Johannes* epiſcopus *Sarum* confirmat tempore *Hamelini* abbatis.

1126. Anno Domini MCXXVI. *Wynebaldus* de *Balon* conſenſu *Rogeri* filii ſui, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* molendinum de **Fromelode**, & dimidiam hidam terræ in *Amneneya*, quam *Thoni*, quidam *Anglus* tenuit, liberam & quietam ab omni re quæ ad eos pertinet, excepto *denegeldo regis*. Inſuper dedit **Rodeforde**, ut in ſcriptis invenitur, *Willielmo* rege juniore, & rege *Henrico* confirmantibus, tempore *Serlonis* abbatis.

De **Froceſtre**.

Robanus Anglicus **Revenſwart**, & inſignis frater regis *Beornulphi* dedit manerium de **Froceſtre** Deo & eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* tempore clericorum ibidem degencium.

De eodem.

Anno Domini MCCXXV. *Willielmus* de *Bloys* epiſcopus *Wygorniæ*, rogatu *Johannis* de *Columpna* cardinalis *Romanæ* eccleſiæ, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam de **Froceſtre**, in proprios uſus, & capellam de **Nymdesfeld**, ſalva in eadem competenti vicaria, tempore *Thome Breodone* abbatis. 1225.

De **Fayrforde**.

Burgredus rex *Wicciorum*, dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* & monialibus ejuſdem loci, duas hidas terræ, **Fayreforde**, tempore *Eva* abbatiſſæ.

De **Forde**.

Robertus conſul de *Glouc.* dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* molendinum de *la* **Forde**, tempore *Willielmi* abbatis.

De **Frythmore**.

Walterus Gyffard dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* partem quam habuit in **Frythmore**, tempore *Thome Carbonel* abbatis. Tranſactio inter nos & eundem *Walterum Gyffard*, in qua duæ partes tocius terræ de **Wylingwyche** nobis remanent, & *Waltero* tercia pars cum advocatione eccleſiæ & principali domicilio.

De **Glaſebury**.

Anno Domini MLXXXVIII. tempore *Serlonis* abbatis, *Bernardus* de *Novo-mercato* dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* **Glaſebury** cum omnibus ad eam pertinentibus, liberam & quietam, & totam decimam tocius dominii ſui quod habuit in **Brekeneyam**, ſcilicet annonæ pecorum, caſeorum, venationum, & mellis. Inſuper eccleſiam de **Covere** majori, cum tota decima illius parochiæ, & terram ad ipſam eccleſiam pertinentem, & unam hidam quæ vocatur **Bache**, rege *Willielmo* juniore concedente, & confirmante, anno ſecundo regni ſui. Hoc anno, propter werram motam inter primates *Angliæ*, deſtructa eſt *Glouc.* & eccleſia ſancti Petri. 1088.

De eodem.

Dompus *Gilbertus* abbas eſcambiavit cum domino *Waltero* de **Clyfford**, manerium de **Glaſebury** pro manerio de **Estleche**; itaque dominus *Walterus* habebat **Glaſebury**, ſalva advocatione eccleſiæ monachis *Glouc.* monachi habeant **Estlech** cum omnibus pertinenciis, ſicut prædictus

1144. ctus *Walterus* unquam melius tenuit, anno Domini MCxliiij. *Rogero* comite confirmante, & rege *Stephano* confirmante.

De Gnytyng.

1009. Anno Domini Mix. *Gunuldus* de *Loges*, dedit monachis *Glouc.* pro anima *Jurici* viri ſui, duas hidas terræ in **Gnytyng**, *Willielmo* Rege juniore & Rege *Henrico* primo confirmantibus, tempore *Serlonis* abbatis.

De Gare.

Alexander de Cormel dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* molendinum de **Gare** cum omnibus pertinentiis. Rex *Henricus* junior confirmat, tempore *Thomæ Carbonel* abbatis.

De Glouc.

1109. Anno Domini MCix. *Robertus* de *Baskevilla*, de *Jeruſalem* reverſus, dedit eccleſiæ ſancti *Petri* **Glouc.** unam hidam extra muros ejuſdem civitatis, ubi eſt nunc ortus monachorum, Rege *Henrico* confirmante, tempore *Petri* abbatis.

De Glouc.

1125. *Adeliza* vicecomitiſſa, mater *Walteri* de *Glouc.* anno Domini MCxxv. dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* domos & redditus omnes quos habebat in **Glouc.** ſcilicet xiiij. terras, ſicut numerantur in carta ſua, tempore *Willielmi* abbatis.

Hic **Herforde** *datur, Conventus ut hic habeatur.*

1101. Anno Domini MCj. *Hugo* de *Lacy* eccleſiam ſancti *Petri* **Herford**, quam pater ſuus *Walterus* à fundamentis conſtruxerat, dedit monachis ſancti *Petri Glouc.* cum præbendis, & omnibus quæ ad eam pertinent, tempore *Serlonis* abbatis.

De eodem.

Rex *Willielmus* ſenior conceſſit & confirmavit, de terris *Walteri* de *Lacy* ad eccleſiam ſancti *Petri*, quam ipſemet conſtruxit in **Herford**, quantum pertinet ad quatuor carucas, & de x. villis, x. villanos, unum villanum in **Stoke** in **Herfordſchire**, unum de **Staunton** in **Schropſchire**, unum in **Stoke** in eadem ſchira, unum in **Webbeleya** in **Herfordſchire**, unum in **Bricmariſfrome** in eadem ſchira, quinque autem villanos de quinque villis in **Glouceſterſchire**, unum in **Gnyting**, unum in **Quenningtone**, unum in **Strattone**, unum in **Wyk**, in **Donteſborne**, unum in **Hamme**. De illis verò x. prædictis villis, conceſſit duas partes decimæ ad eandem eccleſiam. *Hugo* filius ejus confirmat. *Henricus* Rex primus confirmat. Similiter confirmat eccleſiam ſancti *Petri Audoeni* in **Herford**, cui adjacet una decima & unus——in die, & totam manſuram. Præcepit hæc omnia libera fieri perpetualiter, ab omni conſuetudine, tempore *Serlonis* abbatis.

De Hardpery.

Offa Rex *Merciorum* dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* manerium de **Hardeperye**, tempore *Evæ* abbatiſſæ.

De Hynetone.

Anno Domini DCCCClxxxj. *Elfleda* ſoror Regis *Ethelredi*, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* **Hynetone** pro anima ſua; erat tunc ipſa vetula ſterilis, & nimis egena. Cumq; de eadem poſſeſſiuncula exigerentur quinq; homines in expeditione Regis, & inveniri non poſſent, venerunt clerici qui tunc præerant eccleſiæ S. *Petri Glouc.* & requiſierunt dominam illam. Porro illa, in die nativitatis Domini, cum eſſet Rex in convivio ſuo, proſtravit ſe ad pedes ejus, & obtinuit tunc & deinceps, ut libera ſit poſſeſſio illa & quieta. 981.

De eodem.

Anno Domini MClvj. judicatum fuit in comitatu *Glouc.* quod **Hynetone** manerium ſancti *Petri Glouc.* propter habitam antiquitùs de omnibus querelis libertatem, quietum & liberum eſſe debet à murdro, tempore *Hamelini* abbatis. 1156.

De Hopemaleyſel.

Anno Domini MCij. *Willielmus* de *Pomeria* dedit monachis *Glouc.* in **Deveneſchire**, villam nomine **Bery**, pro qua *Goſelinus* frater ejus dedit **Seldene**, pro qua habemus **Hopemaleyſel**, Rege *Henrico* ſeniore conſenciente, & confirmante, tempore *Serlonis* abbatis. 1102.

De Hamptone.

Willielmus Revel dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* unam hidam terræ in **Hamptone**, conſenſu *Bernardi* de *Novo-mercato*, Rege *Henrico* ſeniore confirmante, tempore *Petri* abbatis.

De Hyda.

Helewyſa, relicta *Willielmi* de *Ebroys*, dedit Deo & eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* in **Herfordſchire** quandam terram vocatam **Hyda**, quam *Walterus* de *Lacy* dedit ei in matrimonium, Rege *Henrico* ſeniore confirmante, tempore *Willielmi* abbatis.

De Hamptone.

Hugo Talemach, quando monaſticum habitum ſuſcepit apud *Glouc.* dedit medietatem villæ de **Hamptone**, cum eccleſia. *Petrus* filius ejus confirmat; Rex *Henricus* junior confirmat, tempore *Hamelini* abbatis.

De Harſefelde.

Rogerus comes *Herfordiæ*, quando monachatum *Glouc.* ſuſcepit, dedit eidem eccleſiæ C. ſolidatas terræ in **Herfordſchire**, pro quibus, *Wal-*

terus conſtabularius *Herefordiæ*, frater ejus, dedit nobis vj. virgatas terræ, tempore *Hamelini* abbatis, liberas & quietas ab omni ſervicio ſeculari, & duas ſecus viam de **Briſtoll**, juxta parcum.

De **Heycote.**

Robertus de **Beckeſford**, dedit monachis *Glouc.* quandam decimam apud **Heycote**, tempore *Petri* abbatis.

De **Horcote.**

Patricius de *Cadurcis* dedit monachis ſancti *Petri Glouc.* molendinum de **Horcote**, tempore *Willielmi* abbatis.

De **Heythrope.**

Ernulphus de **Hesdyng** dedit eccleſiam de **Heythrop, Lynkholt**, & unum molendinum cum terris presbiteri, & eccleſiam de **Kynemerforde**, cum terris ſacerdotis. Inſuper terras & paſturas, & libertates quas ibi habemus. *Patricius* de *Cadurcis*, & *Matildis* uxor ejus, teſtificantes & confirmantes, carta ſua confirmant donationes hæredum ſuorum. *Paganus* filius *Patricii*, de dono ſuo concedit, ut ipſe & hæredes ſui, propriis operariis, & proprio cuſtu, facient metere, & intaſſare decimam dominii ſui de **Kynemerforde.** Rex *Henricus* ſenior confirmat, *Johannes* epiſcopus confirmat, & de ſuo dono dat nobis iiij marcas annuas in eccleſia de **Kynemerforde**, tempore *Serlonis* abbatis.

De **Hordpyrie.**

Henricus rex ſenior dedit monachis *Glouc.* aſſartas de **Hardpyrie**, tempore *Willielmi* abbatis, anno regni regis ſui xxiij.

De **Janeſworth.**

Robertus de **Betone** comes dedit xx.ſol. annuos, de redditu ſuo, in **Glouceſtreſchire**, eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* ſcilicet in **Janeſworthe**, x. & **Chedworth** x. tempore *Walteri* de *Lacy* abbatis. *Radulphus* de **Southle** dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* **Janeworth**, ſolutam & quietam ab omni ſervicio, rege *Henrico* confirmante, tempore *Gilberti* abbatis, rege *Stephano* confirmante.

Hic Janeworthe *datur, & bino rege dicatur.*

Reginaldus Thukes dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* & monachis ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam elemoſinam, **Haneworth**, villam ſuam, liberam & quietam ab omni ſervicio, & conſuetudine quod ad ſe vel hæredibus ſuis pertinebat perpetuo jure & hæreditate poſſidendam. Rex *Stephanus* confirmat, tempore *Walteri* de *Lacy* abbatis.

De **Kynemaresforde.**

Patricius de *Cadurcis*, filius *Patricii*, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* in puram elemoſinam unum molendinum quod vocatur **Horcote** in villa de **Kynemaresforde**, cum terris eidem molendino adjacentibus vel pertinentibus, & decimam pratorum ejuſdem villæ, rege *Henrico* ſeniore confirmante, tempore *Willielmi* abbatis. *Patricius* de *Cadurcis* dedit monachis *Glouc.* tria molendina in **Kynemeresforde**, quæ rex *Willielmus* junior confirmat, tempore *Serlonis* abbatis.

De eodem.

Johannes epiſcopus *Wygorniæ* ordinat, & de ſua gratiâ confirmat *Thomæ Breodone* abbati & conventui ſancti *Petri Glouc.* duas garbas decimæ de eccleſia de **Kynemeresforde**, cum terris & pertinenciis reliquis quas hactenus poſſederunt, imperpetuum habendas, & in proprios uſus convertendas. Conceſſit etiam idem *Johannes* epiſcopus dictis monachis iiij. marcas argenti de iij. virgatis terræ de **Kynemeresforde** ſingulis annis per manum vicarii percipiendas.

De **Kylpec.**

Anno Domini MCXXXIIII. *Hugo* filius *Willielmi Normanni*, dedit Deo & ſancto *Petro* & monachis *Glouc.* eccleſiam S. *David.* de **Kylpec.** cum capella beatæ *Mariæ* de *Caſtello*, & omnes eccleſias, & capellas ſuas, & terras, quæ ad eas pertinent. Inſuper omnes decimas terrarum ſuarum, de blado, fœno, lino, & lana, caſeis, & pullis equarum, de vitulis, agnis, porcellis, & de omnibus rebus de quibus Chriſtiani decimas dare debent. Conceſſit autem ut porci Prioris cum ſuis in peſſum communiter eant, & pannagium edant. Inſuper communionem ſilvæ ad uſum domorum, tempore *Walteri* de *Lacy* abbatis. 1134

De **Keteryngham.**

Radulphus filius *Walteri* dedit nobis decimam de **Keteryngham**, & xxx. acras terræ, *Willielmus* de *Curam* dedit decimam dominii ſui in eadem villa tempore *Serlonis* abbatis.

De **Dene.**

Anno Domini MLXXX. *Walterus* de *Lacy* dedit ſancto *Petro Glouc.* terras de *le* **Dene**, concedente & confirmante rege *Willielmo* ſeniore: quod factum eſt apud **Berkeleye**, prius oblato Domino & ſancto *Petro*, *Waltero* filio ſuo tunc parvulo, tempore *Serlonis* abbatis. 1080

De eodem.

Carta *Gilberti Herfordenſis* epiſcopi ſuper cimiterio de *le* **Dene**, tempore *Hamilini* abbatis.

De eodem.

Rogerus de **Stauntone** dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* aquam de *le* **Dene** & de **Clenche**, ad ſtagnum molendini attrahendum, anno regni regis *Ricardi* vij. tempore *Thomæ Breodone* abbatis.

De

De **Hynelevene.**

1239. An. Domini MCCXXXIX. *Ricardus* de **Wigmore** dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* terram ſuam de **Hynelevene**, & unam hidam, ſcilicet cum gravis, paſcuis, pratis, & omnibus pertinenciis, quæ habuit de *Galfrido* de *le* **Dene**, tempore *Henrici Folet* abbatis.

De **Lynkeholt.**

Erhulphus de *Hedyng* dedit Deo & ſancto *Petro* **Lynkeholt**, in purificatione ſanctæ *Mariæ* anno
1081. Domini MLXXXI. apud *Saleſburiam*, Rege *Willielmo* ſeniore concedente & confirmante, tempore *Serlonis* abbatis.

De **Lech.**

1095. Anno Domini MXCV. die palmarum, *Thomas Eborum* archiepiſcopus, reddidit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* **Lech**, **Doyntone**, **Standiſch**, *Bertonam*: ſeipſum inculpando, pectus tundendo, quòd eas injuſtè tam diu tenuerat, tempore *Serlonis* abbatis.

De **Lyteltona.**

1096. Anno Domini MXCVI. *Hugo* de *Portu* factus monachus in *Wynt.* dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* **Lyteltone** in **Hamptſchire**, *Willielmo* Rege juniore confirmante. *Henricus* filius *Hugonis* de *Portu* carta ſua confirmat donum patris ſui. *Adam* de *Portu* ſimiliter confirmat, tempore *Serlonis* abbatis.

De **Lancaruan.**

Robertus filius *Hamonis* dedit eccleſiam ſancti *Cadoci* de **Lancaruan** Deo & ſancto *Petro Glouc.* & **Penham** xv. hidas terræ, Rege *Willielmo* confirmante, tempore *Serlonis* abbatis.

Hic templum clarum Martini Londoniarum
Cum terraq; datur, velut inferius memoratur.

Radulphus Peverel dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam ſancti *Martini*. *Peverel* dedit etiam totam terram presbyteri, *Willielmo* Rege juniore confirmante, tempore *Serlonis* abbatis.

De **Mayſmore.**

1101. Rex *Henricus* primus, anno Domini MCI. dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* manerium de **Mayſmore**, & ſilvam totam & planum ſimiliter, ſicut ipſe eam in dominio ſuo umquā melius habuit, ſcilicet, cum omnibus rebus illi terræ pertinentibus, & confirmavit, tempore *Serlonis* abbatis.

Nimdesfelda *datur, aufertur, & hic revocatur.*

1087. **Nymdeſfeld**, anno Domini MLXXXVII. *Rogerus* ſenior de **Berkelæ**, in deſcriptione tocius *Angliæ* fecit **Nymdeſfeld** deſcribi ad menſam regis, abbate *Serlone* neſciente.

De eodem.

1093. Anno Domini Mxciij. *Euſtachius* de **Berkeleyæ** reddidit Deo & ſancto *Petro Glouc.* **Nymdesfeld**, tempore *Serlonis* abbatis.

De eodem.

Rex *Willielmus* primus conceſſit terram de **Nymdesfeld** eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* & abbati *Wlſtano*, ad habendum, tam plenè & tam perfectè, ſicut fuit in primordio, & in diebus *Edwardi* Regis cognati ſui, cum *ſaca* & *ſoca* in omnibus rebus, & noluit ut aliquis faciat illi injuriam.

De eodem.

Cirographum de concordiâ ſuper capella de **Nymdesfeld** contra *Nicholaum* filium *Roberti*, in quo appendit ſigillum ejuſdem *Nicholai*.

De Novo-burgo.

Dominus *Willielmus* junior Rex, apud *Glouc.* morbo gravi vexatus, dedit Deo & eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam S.*Gundeley* de *Novo-burgo*, cum xv. hidis.

De **Northwyche.**

Rex *Willielmus* conqueſtor dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam ſancti *Petri Northwycenſis*, quæ eſt in foro, & confirmat. *Thomas Cantuarienſis* archiepiſcopus confirmat eandem, in proprios uſus, & petit à *Willielmo Northwycenſi* epiſcopo, ut idem faciat, tempore *Serlonis* abbatis. *Walo* de ſancto *Petro* dedit eccleſiam ſancti *Petri Northwicenſis* in foro, & ſeipſum, eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* tempore *Serlonis* abbatis.

De **Nortone.**

Anno Domini MCxxvj. *Robertus* filius *Walteri*, & *Avelina* uxor ejus, dederunt Deo & ſancto *Petro Glouc.* eccleſiam de **Nortone** cum terris decimis & rebus omnibus eidem eccleſiæ pertinentibus, ſicut *Elmelina* mater *Avelinæ*, ante plures annos ejus donavit, liberè & pacifice, & quietè, Rege *Henrico* ſeniore confirmante, tempore *Willielmi* abbatis. 1126.

De eodem.

Willielmus Brito tempore *Willielmi* abbatis dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam de **Nortone** cum v. virgatis terræ, Rege *Henrico* ſeniore confirmante.

De **Northlech.**

Anno Domini MCCxx. Rex *Henricus*, filius *Johannis* Regis, conceſſit monachis ſancti *Petri Glouc.* mercatum de **Northlech** cum ſecta, ſcilicet die apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, tempore *Henrici Blont* abbatis. 1220.

De **Overe.**

Anno Domini DCCCiiij. *Ethelrich* filius *Ethelmundi* Regis, cum conſenſu ſinodali, invitatus ad ſinodum, dedit xxx. manentes in **Overe**, eccleſiæ 804.

cleſiæ ſancti *Petri Glouc.* & donum patris ſui confirmavit, tempore clericorum ibidem degencium.

De Oleneye.

Ranulphus comes *Ceſtriæ* dedit Deo & monachis ſancti *Petri Glouc.* xl.s. annuos in molendino de **Oleneye**, jure hæreditario ; confirmat etiam molendinum de **Tadewelle** quod dedit *Alicia* ſoror ejus pro anima *Ricardi* filii *Gilberti* viri ſui, tempore *Hamelini* abbatis.

De Oſelworthe.

Rogerus de *Berkeleya*, eccleſiam de **Oſelworthe** dedit prioratui de **Stanleye**, eccleſiam de **Coneleye**, eccleſiam de **Erlyngham**, eccleſiam de **Slymbrugge**, eccleſiam de **Uleye**, cum decimis & terris & omnibus rebus ad eam pertinentibus.

Terra poteſt cerni, templum datur hicq; Paterni.

De ſancto Paterno *in* Wallia.

1111. Anno Domini MCxj. *Gilbertus* filius *Ricardi*, unus de præcipuis *Angliæ* principibus, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* terram & eccleſiam ſancti *Paterni* in *Wallia*, & omnia quæ ad eam pertinent, inter diviſiones maris & duarum aquarum, & medietatem magnæ piſcaturæ quam fecit, & decimas omnium rerum de ſuo dominio appendencium ad caſtellum ſuum de **Penmedich**.

De Petſchawe.

1117. Anno Domini MCxvij. *Wybertus* de *Aula Regis*, pro anima *Hawiſæ* uxoris ſuæ dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* terram de **Petſwelle**, & ſuper altare cartam poſuit. Et in eodem capitulo reddidit idem *Wybertus* terram quam preſtitit ſibi dompnus abbas *Serlo*, juxta aulam Regis ubi eſt *Bertona* ſua, tempore *Willielmi* abbatis.

De Penycombe.

Agnes relicta *Turſtini Flandrenſis*, & *Euſtachius* miles filius ejus, dominus de **Wittenepe**, dederunt eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* unam hidam terræ in **Pencombe**, **Sudenehale**, liberam & quietam ab omni re, tempore *Reginaldi* abbatis.

De Paygrave.

Robertus conſul *Glouc.* confirmat donum *Ricardi* filii *Nigelli* de terra de **Paygrave** & de iiij. ſolidatis terræ in orto elemoſinariæ, & molendinum de *la* **Forde**, & totam decimam ſuam de **Wottone** & vj. acras terræ, carta ſua, tempore *Willielmi* abbatis.

De Parco.

Edwardus Rex tertius poſt conqueſtum, licentiam dedit monachis *Glouc.* ad faciendum parcum in **Chircham** & **Uppeledene**, tempore *Johannis Wigmor* abbatis.

De piſcatura juxta Clys.

Wido Flandrenſis dedit omnes decimas & eccleſias totius terræ ſuæ, & decimam piſcaturæ ſuæ, & locum ad faciendam piſcaturam, & terram ad opus piſcatoris, qui eam ſervabit, juxta caſtellum **Clys**. Dedit etiam terram quæ vocatur mons ſanctæ *Mariæ*, & ſilvam quæ vocatur **Gengod**.

Paſſagium.

Johannes comes de **Mortone** confirmat eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* & eccleſiæ apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & ſancti *Guthlaci Herfordiæ*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, quod ipſi & homines & ſervientes eorum ſint liberi & quieti inperpetuum de *theloneo*, *paſſagio*, *ſummagio*, *cariagio*, *conductu*, *paſnagio*, & *pontagio*, per totam terram ſuam, ſcilicet **Briſtoll**, **Keyrdyf**, *Novumburgum*, & per totam aliam terram ſuam, de omnibus rebus ſuis propriis quas vendiderint, & de hiis quæ ad uſus proprios emerint.

De Paneworthe.

Robertus de **Betun** comes, dedit xx.s. annuos de redditu ſuo in **Glouceſterſchire**, eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* ſcilicet in **Paneworthe** x. & in **Chewworthe** x.

De eodem.

Radulphus le Zouche dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* **Paneworthe**, ſolutam & quietam ab omni ſervicio, Rege *Henrico* confirmante, *Stephano* confirmante.

Quenyntone.

Hugo de **Lacy** dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam de **Quenyntone**, & eccleſiam de **Wyke**, quando de x. villis dedit x. villanos. *Thomas Wygorniæ* epiſcopus confirmat, tempore *Serlonis* abbatis.

Rodeſforde.

Dominus Rex *Willielmus* junior, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* **Rodeſforde**, tempore *Serlonis* abbatis.

De Rugge.

1112. Anno Domini MCxij. *Thomas* de *Sancto Johanne*, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* terram de *la* **Rugge**, quæ jacet in **Standiſch**, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam de *Geldo* & ſervitio & omnibus rebus, quæ ad ipſum regem pertinebant, Rege *Henrico* ſeniore confirmante, tempore *Petri* abbatis.

De Rodele.

Radulphus Bluet dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* in puram & perpetuam elemoſinam **Rodele**, Rege *Willielmo* juniore confirmante, tempore

Serlonis abbatis. Rex *Henricus* ſenior dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* manerium ſuum de **Rodele**, cum boſco & piſcaria ibidem, ad inveniendum lumen ante altare magnum ibidem jugiter arſurum, pro anima *Roberti Curthoſe* germani ſui ibidem ſepulti, tempore *Willielmi* abbatis.

Standyſſch.

Beornulphus Rex *Merciorum*, anno Domini DCCCxxj. dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* xv. 821. hidas terræ in **Standiſſch**, ſub **Ezimbury.** Et anno DCCCxxiij. à Rege *Edbrito* in prælio occiſus eſt, tempore clericorum ibidem degencium. 823.

De **Shotteſhore.**

Rogerus de **Berkeleye** ſenior, in die ſancti *Sebaſtiani*, ſub dompno *Serlone* abbate monachus effectus, reddidit Deo & ſancto *Petro Glouc.* **Shoteſhore**, liberam & quietam, quam diu injuſtè tenuerat, Rege *Willielmo* ſeniore confirmante. Hoc factum eſt anno Domini Mxcj. 1091.

De **Seldene.**

Henricus de **Pomeray** dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* **Seldene**, retentis ſibi duobus ſolidis de recognitione: hæredes ejus confirmaverunt, & ij. ſol. remiſerunt.

Stanle *prioratus hic eſt* Petro *titulatus.*

De **Stanleye.**

1146. Anno Domini MCxlvj. *Rogerus* de **Berkeleye** dedit Deo & conventui ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam ſancti *Leonardi* de **Stanleye**, cum omnibus pertinentiis ſuis, aſſenſu *Sabritbri* Prioris, & fratrum ejuſdem loci, per manum domini *Simonis Wygorniæ* epiſcopi. Idem *Rogerus* dedit eccleſiam de **Oſleworthe** prioratui de **Stanleye**, & eccleſiam de **Coneley**, & eccleſiam de **Erlingham**, & eccleſiam de **Slymbrugge**, & eccleſiam de **Wleye**, cum decimis, terris, & omnibus rebus ad eam pertinentibus, tempore *Gilberti* abbatis.

De eodem.

Robertus de **Berkeleye**, filius *Mauricii*, dedit prioratui de **Stanleye** molendinum de **Coveleye**, & meſſuagium cum terris & ſtopiol. ejuſdem molendini. *Rogerus* de **Berkeleye** prædictus, anno Domini MClvj. dedit eccleſiam de 1156. **Camme**, cum pertinentiis ſuis eccleſiæ ſancti *Leonardi* de **Stanleye**, Rege *Henrico* tertio confirmante, & *Johanne* epiſcopo *Wygorniæ* confirmante. Idem *Rogerus* prædicto prioratui gravam, quæ vocatur **Fyfacr.** dedit, tempore *Hamelini* abbatis.

De **Serlyngham.**

Johannes filius *Ricardi*, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* decimam de **Serlyngham.** *Euſtachius* filius *Johannis* dedit xx. ſol. annuos in eadem villa tempore *Serlonis* abbatis.

De **Slymbrugge.**

Anno Domini MCCxxiiij. lis mota inter *Thomam* de **Berkeleye**, & dompnum *Thomam* de 1224. **Breodone** abbatem, & conventum *Glouc.* ſuper eccleſia de **Slymbrugge**, quievit hoc modo: *Thomas* **Berkeleye** contulit locum de **Lorlynge**, cum omnibus ſuis pertinentibus eccleſiæ de **Stanley**, pro ſe & hæredibus ſuis. Dompnus abbas *Thomas* remiſit ei eccleſiam de **Slymbrugge.**

De **Treygoff.**

Robertus comes *Glouceſtriæ*, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* **Treygof.** Idem *Robertus* comes *Glouceſtriæ*, filius Regis, dedit monachis ſancti *Petri Glouc.* **Treygof** & **Penhou**, cum aliis pertinentiis ſuis. Inſuper quietos eos fecit & homines ſuos inſuper & prioratum de **Ewenny** à theloneo, per totam terram ſuam, tempore *Walteri* de *Lacy* abbatis.

De Tuffeleya.

Osbernus epiſcopus *Exoniæ*, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* **Tuffeley**, tempore *Serlonis* abbatis, Rex *Henricus* junior confirmat carta ſua, ut grava de *Tuffeleya* ſit libera, ut nemo eam vaſtet, neq; leporem ibi capiat ſine monachorum licentia, tempore *Hamelini* abbatis.

De **Teyntone.**

Hugo filius *Normanni* dedit prioratui de **Kylpec** eccleſiam de **Teyntone**, & capellam de *Silva* cum virgata terræ, tempore *Walteri* de *Lacy* abbatis *Matild.* de **Teyntone** dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* ad luminaria eccleſiæ, eccleſiam de **Teyntone**: & *Radulphus Avenel* confirmat, cum heremitorio ibidem, & cum j. villano & ſequela ſua. *Gilbertus Foliot*, epiſcopus *Herfordiæ*, confirmat, tempore *Hamelini* abbatis.

De **Typpertone.**

Baderoun filius *Willielmi*, quietam etiam clamavit calumpniam quam habuit verſus abbatem *Glouc.* de terra quæ eſt inter **Mortone** & **Typpertone**, ſcilicet boſcum & planum.

De Theloneo *ac quietanciis.*

Carta *Willielmi* comitis *Glouc.* quâ quietam fecit eccleſiam ſancti *Petri Glouc.* & homines ſuos de *Theloneo* in villa **Briſtoll.** Item carta ejuſdem de acquietancia apud **Briſtoll**, **Keyrdyf**, *Novum burgum* & per omnes terras ſuas. Inſuper eccleſiam ſancti *Guthlaci Herfordiæ* quietam fecit à theloneo per totam terram ſuam in *Wallia*.

De **Wyllyngwyke.**

Anno Domini MClxvij. tempore *Hamelini* abbatis, *Helias Giffard* junior, & *Berta* mater ejus, 1167. dederunt Deo & ſancto *Petro* viij. libratas terræ in **Wyllynwyke**, & abbas reddidit eis **Cronham.**

ham, quam pater ejus dederat quando factus fuerat monachus. *Helias* filius eorum confirmat. *Berta* uxor *Heliæ Giffard* dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* quaſdam terras in **Wyllyngwyke**, quas ipſe propriis ſumptibus edificaverat, tempore *Hamelini* abbatis.

De **Wynterburne.**

1112. Anno Domini MCxij. *Robertus Gernoun* dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam de **Wynturbourne**, & eccleſiam de **Laverſtoke**, & dimidium molendinum, & dimidium terræ, quæ ad illud pertinet, Rege *Henrico* confirmante, tempore *Petri* abbatis.

Vide page 993. *inter* Addenda { *Et Vol.* 3. *page* 7. *col.*2.

WIGORNIENSE

Cœnobium.

Ex Regiſtro quodam penes Decanum & capitulum eccleſiæ cath. *Wigorniæ*, A. 1640.

TEmpore *Æthelredi* Regis, & *Theodori* archiepiſcopi, conſtituta eſt ſedes epiſcopalis *Wigorn.* *Boſel* epiſcopus primus, ſecundus *Oſtfor*, tertius ſanctus *Eeguinus*, quartus *Wilfridus*, tempore cujus *Ceowlfus* Rex dedit **Wereberye** cum pertinenciis: quintus *Milredus*, tempore cujus *Huctredus* dux *Wicciorum*, Regnante *Offa* Rege, dedit **Stok** & **Scepeſton**: ſextus *Wermundus*, ſeptimus *Tylberus*, tempore cujus *Offa* Rex dedit **Cropthorn** cum pertinenciis: octavus *Ætheredus*, tempore cujus *Offa* Rex dedit **Bradewel, Lawern. Pcomb, Codeſton** & **Lockeſleg.**

Wiferdus dux, & *Æta* conjux, tempore *Offa* regis & *Ætheredi* epiſcopi, dederunt **Lindrug** cum pertinentiis, *Aldredus Wicciorum* dux, tempore *Offæ* Regis & *Ætheredi* epiſcopi, dedit **Seggeſberg.** Nonus *Denebertus*, tempore cujus *Kenulphus* Rex dedit **Hallag, Eſebyr** ambas, **Hynewich, Lappewrth, Humelton, Dunhamſted**, & in **Wich** decem domos cum ſalinis. Idem *Denebertus* epiſcopus dedit de patrimonio ſuo **Herforton.** Decimus *Heathbertus*, tempore cujus *Beorwlfus* Rex dedit **Hutton** & **Grimel.** Undecimus *Althunus*, tempore cujus *Burredus* Rex dedit **Wulwardelege** cum pertinentiis. Duodecimus *Werferdus*, tempore cujus *Æthelredus* dux dedit *Clivam* cum **Lench.** Tertiuſdecimus *Æthelhunus*. Quartuſdecimus *Wlferthus*. Quintuſdecimus *Kynewoldus*. Sextuſdecimus ſanctus *Dunſtanus*, tempore cujus *Edwius* Rex dedit **Fepſinton** & quinq; fornaces ſalis in **Wich.** Septimuſdecimus ſanctus *Oſwaldus*, tempore cujus *Edgarus* Rex dedit pratum ultra *Sabrinam* quod diditur **Kingeſham** uſq; ad terminos adjacentes de **Hynewyk.** Idem Rex fecit de tribus centuriaribus, ſcilicet **Wulverdeſlawe**, & **Wiburnetro**, qui erant epiſcopi, & de **Chutbereſlawe**, qui erat Prioris & conventus, unum centuriatum, id eſt, hundredum. Deditq; beato *Oſwaldo* & ejus ſucceſſoribus eandem per omnia libertatem in eodem hundredo perpetuò poſſidendam, quam ipſe Rex habuit in ſuis hundredis, & vocatur **Oſwaldeſlawe.** Priori quoq; & conventui conceſſit in eodem hundredo eandem libertatem quantum ad tertiam partem pertinet.

Mediante verò beato *Oſwaldo*, à clericis in monachos tranſlata eſt ſedes pontificalis honoris.

Ex cronic. *Wigorn.* in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Claudii* A. 10.]

ANno DCLXXX. tempore *Athelredi* Regis *Merciorum*, & *Theodori* archiepiſcopi, conſtituta eſt ſedes epiſcopalis *Wigorn.* eccleſiæ: *Boſelus* epiſcopus primus, & vixit annos xj.

Anno DCLXXXIX. *Boſelus Wigorn.* epiſcopus primus obiit, cui ſucceſſit *Oſtforus*.

Anno DCXCII. *Oſtforus Wigorn.* epiſcopus ſecundus obiit.

Anno DCXCIII. ſanctus *Egwinus* tertius epiſcopus *Wigorn.* conſecratur, qui abbatiam de **Eveſham** conſtruxit.

Anno DCCXVII. ſanctus *Egwinus* epiſcopus *Wigorn.* tertius obiit, cui *Wilfridus* ſucceſſit.

Anno DCCLXXXVIII. *Offa* Rex dedit eccleſiæ *Wigorn.* **Croppethorne** & **Neweuton, Elmeleye, Clivesho, Cherton, Hampton, Bengeworthe**, & magnam bibliam cum duabus armillis ex auro.

Anno DCCLXXXII. *Otheredus* dux dedit eccleſiæ *Wigorn.* **Stoke** & **Schepſtone.**

Anno DCCXLII. *Wilfridus Wigorn.* epiſcopus obiit, cui *Milredus* ſucceſſit.

Anno DCCCXXXII. Sanctus *Kenulfus* Rex *Merciorum* obiit, qui dedit eccleſiæ *Wigorniæ*, **Hynewyke, Hall. Bradew. Humelt. Lockeſleye.**

Anno DCCXLI. *Milredus* quintus *Wigorn.* epiſc. obiit, cui *Wermundus* ſucceſſit.

Anno DCCXLIIII. *Wermundus*, ſextus *Wigorn.* epiſc. obiit, cui *Thilberus* abbas de *Beorclea* ſucceſſit.

Anno DCCXLII. *Tilberus* vij. *Wigorn.* epiſc. obiit, cui *Heatheredus* ſucceſſit.

Anno DCCCLV. Rex *Anglorum Edredus* obiit, cui *Edwius*, filius germani ſui *Edmundi* regis ſucceſſit. Hic Rex dedit hobis *Fepſintonam*.

Anno DCCCLX. *Dunſtanus*, *Glaſtonienſis* abbas, ab *Odone Cantuarienſi* archiepiſcopo, epiſcopus *Wigorniæ* conſecratur.

Anno DCCCLXIIII. Religioſus monachus *Oſwoldus*, archipreſulis *Odonis* fratruelis, ad *Wicgorienſem* eccleſiam eligitur epiſcopus.

Anno DCCCLXXI. Sanctus *Oſwaldus Wigorn.* epiſcopus monachos primò conſtituit. ☞

Anno DCCCLXIII. *Winſinus*, ſanctæ *Helenæ* presbyter, anno tertio converſionis ſuæ, monachis *Wigornienſis* eccleſiæ primus Prior inſtituitur.

Anno DCCCLXXXIII. *Oſwaldus* monachos apud **Weſtburi** conſtituit.

Anno DCCCLXXXIIII. Idem apud *Perſoram*, ubi primus abbas *Fulbertus*.

Anno DCCCLXXXV. Idem apud **Winchelcumbe**, ubi primus Prior *Germanus*.

Anno DCCCCXVII. *Wertherthus* xij. *Wigorn.* epiſcopus obiit, cui *Ethelhunus* abbas de *Beorclea* ſucceſſit.

MS. in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Vitellii.* E. 12]

OSwoldus, *Odonis* archiepiſcopi, qui ante *Dunſtanum* fuerat, nepos, ex monacho *Floriacenſi Wigorniæ* epiſcopus, & *Eborac.* archiepiſcopus, monachorum regulam jure ſuo ampliavit, & monaſterium *Rameſiæ* in quodam paluſtri loco edificavit,

The North Prospect of the Cathedral Church of Worcester.



The North Proſpect of the Cathedral
Church of Worceſter.

Wigornienſis eccl: cath:
facies aquilonalis.


PIÆ PROGENITORVM HIC DORMIENTIVM
MEMORIÆ SACRVM:
IMPENSIS
HENRICI BROMLEY AR.

vit,ſedem epiſcopalem *Wigorniæ*,clericis non vi expulſis,ſed ficta arte circumventis,replevit monachis regularibus,circa annum gratiæ Dcccclix. [*W. Malmſb. lib.* 2. *de Regibus.*]

Fledanbyrig.

Ex regiſtro *Wigorn.* eccleſiæ in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Tiberii* A. 13.] fol 10. a.

REverentiſſimæ ſemper memoriæ pontificis *Oſtfori*, ego *Ecuuine* Deo diſpenſante ſucceſſor in epiſcopatum exiſto. Monaſterium autem cui nomen eſt **Fledanburh**, quod in hac eadem cartula ex altera ejus parte eidem prædicto prædeceſſori meo ſubſcriptione regali traditum aſſeratur,huic venerabili noſtro ſecundum ſeculum principi *Æthelbeardo*, quantum id à me fieri poteſt, in poſſeſſionem concedo, ea tamen conditione, ut ſemper inibi cœnobialis vitæ ſtatuta ſerventur. Pro recompenſatione verò hujus noſtræ donationis, in loco cui nomen eſt, **æt Stretforda**, xx. caſſatorum terram ab eo in jus eccleſiaſticum accepi. Sciendum tamen me rationabili quadam cauſa compulſum id voluiſſe facere,ut ei xliiij manentium terram pro viginti manentis darem, id eſt, ea conditione ut poſt diem ejus terra iſta ſine contradictione alicujus ad *Uueogernenſem* eccleſiam in jus epiſcopale ſit donata mihi & illi *Oſtforo*que meo anteceſſori in elemoſinam ſempiternam. Pax confirmantib. atq; ſervantibus, minuentibus verò vel contradicentib. diſperſio perveniat ſempiterna. *Æthelric*, *Æthelweard*, *Æthelberht*, *Omulinge* abbas. Hii ſunt confirmatores & teſtes.

Cœnobium de **Sture** *in agro* Wigornienſi.

Ex autographo in bibliotheca *Cottoniana*.

"✠ EGo *Athilbalt*, donante Deo,Rex non ſolùm *Mercenſium*, ſed & omnium provinciarum quæ generale nomine,*Sut-Angli* dicuntur, pro remedio animæ meæ,& relaxatione piaculorum meorum, aliquam terræ particulam id eſt,x. caſſatorum, venerando comiti meo *Cyniberhto*, ad conſtruendum cœnobium in provincia,cui ab antiquis nomen inditum eſt *Husmeræ*, juxta fluvium vocabulo **Stur**, cum omnibus neceſſariis ad eam pertinentibus,cum campis,ſilviſque,cum piſcariis, pratiſq; in poſſeſſionem eccleſiaſticam benignè largiendo trado. Ita ut quamdiu vixerit poteſtatem habeat tenendi & poſſidendi,ac cuicunq; voluerit,vel eo vivo vel certè poſt obitum ſuum,relinquendi. Eſt autem ſupradictus ager in circuitu,ex utraq;parte ſupra nominati fluminis, habens ex aquilonali plaga ſilvam,quam nominant **Cynibre**,ex occidentali vero aliam,cui nomen eſt **Moerheb**, quarum pars maxima ad præſatum pertinet agrum. Si quis autem hanc donationem violari temptaverit,ſciat ſe in tremendo examine tyrannidis ac præſumptionis ſuæ Deo rationem terribiliter redditurum. Scripta eſt hec cartula anno ab incarnatione Domini noſtri JeſuChriſti ſeptingenteſimo triceſimo ſexto, indictione quarta. 736.

"✠ Ego *Æthilbalt* rex *Britanniæ* propriam donationem confirmavi & ſubſcripſi.
"✠ Ego *Uuor* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
"✠ Ego *Wilfridus* epiſcopus,jubente *Ethelbaldo* rege, ſubſcripſi.
"✠ Ego *Æthelric* ſubregulus,atque comes glorioſiſſimi principis *Ethelbaldi*, huic donationi conſenſi & ſubſcripſi.
"✠ Ego *Ibeacſi* indignus abbas conſenſi, & ſubſcripſi.
"✠ Ego *Heardberht* frater atque dux præfati regis conſenſi & ſubſcripſi.
"✠ Ego *Ebbella* concenſum meum accommodans ſubſcripſi.
"✠ Ego *Ovoc* comes ſubſcripſi.
"✠ Ego *Oba* concenſi & ſubſcripſi.
"✠ Ego *Sigebed* concenſi, & ſubſcripſi.
"✠ Ego *Bercol* conceſſi & ſubſcripſi.
"✠ *Ealdunſt* concenſi, & ſubſcripſi.
"✠ Ego *Cuſa* conſenſi & ſubſcripſi.
"✠ Ego *Pede* concenſi & ſubſcripſi.

Fundatio Cœnobii de **Wudiandun** *in agro* Wigornienſi (*poſtea eccleſiæ* Wigornienſi *conceſſi.*)

Ex regiſtro eccleſiæ *Vigorn:* in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Tiberii* A. 13.] fol. 25. a.

GLorioſiſſimus *Merciornm* Rex *Æthelred*, cum comite ſuo ſubregulo *Hwicciorum Oſbero*,rogatus ab eo terram viginti caſſatorum juxta fluvium cui vocabulum eſt **Tillath** duab. ſanctimonialibus, *Dunnan* videlicet & ejus filiæ *Bucgan*, ad conſtruendum in ea monaſterium in jus eccleſiaſticum ſub libera poteſtate pro venia facinorum ſuorum condonavit,propriaq; manus ſubſcriptione hanc eorum donationem firmavit. Præfata autem Dei famula *Dunne*, conſtructum in prædicto agello monaſterium,cum agris ſuis, nennon & cartulam deſcriptionis agri cui tunc ſola ipſa præerat,filiæ,nimirum filiæ ſuæ in poſſeſſionem, ad dominum migratura, largita eſt. Sed quia hæc in parvula adhuc ætate erat poſita,cartulam conſcripti agri, necnon & omnem monaſterii procurationem quoad uſque illa ad maturiorem perveniret ætatem, matri illius maritate conſervandam injunxit. Quæ eum cartulam reddi popoſciſſet,illa reddere nolens,furtu hanc ſublatam reſpondit. Quo tandem omni negotio ad ſanctam ſacerdotalis conſilii ſynodum perlato decrevit omne venerabile conſilium,cum reverentiſſimo archiepiſcopo *Nothelmo*, hanc cartulam donationis, vel regum vel ſupradictæ Dei famulæ *Dunnan*,maniſeſtiſſimè deſcribi,præſateq; abbatiſſæ *Hrotuuari* reddi, ejuſque poſſeſſionem monaſterii firmiſſimam eſſe, damnato nimirum eo, atq; anathematizato ſynodi ſacratiſſimæ decreto,qui cartam illam ſubſcriptionis agri primitivam vel——furto,vel quolibet modo fraudulenter auferendo ſubripere præſumpſerit. Atque hoc decernit ſacra ſynodus, ut poſt obitum ejus,ſicut ante ſtatutum fuit a ſeniorib. ejus, ad epiſcopalem ſedem caſtrum *Uuegrin* liber hic, cum terra, reddatur.

✠ Ego *Nothelmus* gratia Dei archiepiſcopus canonicè ſubſcripſi.
✠ Ego *Danihel* epiſcopus ſubſcripſi.
✠ Ego *Uuor* epiſcopus ſubſcripſi.
✠ Ego *Inegwuald* epiſcopus ſubſcripſi.
✠ Ego *Uuilfrith* epiſcopus ſubſcripſi.
✠ Ego *Aldwulf* epiſcopus ſubſcripſi.
✠ Ego *Alwine* epiſcopus ſubſcripſi.
✠ Ego *Forthere* epiſcopus ſubſcripſi.
✠ Ego *Cutberht* epiſcopus ſubſcripſi.
✠ Ego *Hernuald* epiſcopus ſubſcripſi.

Ibid. fol. 25. b. *Carta* Milredi *regis de* **Wudiandun**, Wigornienſi *eccleſiæ conceſſo.*

DOmino & ſalvatore noſtro perpetualiter regnante. Ego *Milredus* Chriſti tribuente gratia humilis *Huicciorum* epiſcopus, terram monaſterii quod nominatur **Wudiandun**, quod ſitum eſt in occidentali parte fluvii qui dicitur **Tillnoth**, xxj. manentium, quam videlicet terram *Oſhere* ſubregulus *Huicciorum Dunnan* famulæ Dei, ut eſſet juris eccleſiaſtici, tradidit, conſentiente *Æthelredo* rege *Merciorum.* Illa autem præfatam terram poſt ſe reliquid poſſidendam filiæ ſuæ, *Hrothuuaræ* ſcilicet abbatiſſæ, cum conſcientia atq; licentia *Egcuuini* reverentiſſimi epiſcopi: at illa prædicta *Hrothuuara* abbatiſſa mihi in jus propriæ libertatis atque poſſeſſionis largitus eſt. Hinc ego, cum licentia ſervorum Dei qui ſub meo regimine Dei providentia conſtituuntur, libenter *Æthelburgæ* honorabili abbatiſſæ filiæ *Ælfredi* eam trado, ita tamen ut ipſa vivente habeat & poſſideat, & poſt obitum ejus ad eccleſiam beati *Petri* principis apoſtolorum quæ ſita eſt in *Uueogerna* civitate & ubi, pontificalis cathedra *Huicciorum* conſtruitur, pro æterna redemptione animæ meæ iterum reddat. Hæc cartula ſcripta eſt anno ab incarnatione Chriſti DCClxxiiij. indictione xij. his teſtibus confirmantibus. 774.

✠ Ego *Milred* epiſcopus hanc meam donationem ſigno crucis confirmabo, ea conditione, ut illa *Æthelburh* illud monaſterium **aet Uueogernaceſtre**, cum omnibus bonis quæ ibi ſunt, poſt diem ejus ad *Uueogernenſem* quoque reddat eccleſiam, ſicut præceptum erat patris ejus *Ælfredi.*

Breodune.

Ibid. fol. 6. a. CUncta labilis vitæ ſubſiſtentia momentanea & præ oculis caduca deceſſu præſentium à proximis cernuntur. Feſtinandum nobis eſt ſummopere ut operemur ad omnes, ſicut veridica apoſtolici dogmatis comprobat aſſertio, maximè autem ad domeſticos fidei. Quapropter ego *Offa* cœlica fulciente clementia rex *Merciorum*, ſimulq; aliarum circumquaque nationum, ad eccleſiam quam *Eanulfus* avus meus in honore beati *Petri* principis apoſtolorum conſtruxit, ubi dicitur **aet Breodune**, pro ſalute animæ meæ priorumque meorum, largior terram xx. manentium ubi dicitur **aet Werſthylle** & **aet Coſtune** cum ſilva quæ eidem telluri adjacet, & cum pratis, paſcuis, aquarum rivulis, ſine ullo obſtaculo contradictionis poſterorum meorum principum vel ducum, in uſum epiſcopi *Weogernenſis* eccleſiæ maneat. Sit autem terra illa libera ab omni exactione regum & principum, ac ſubditorum ipſorum, præter pontis & arcis reſtaurationem & hoſtilem expeditionem. Anno autem dominicæ Incarnationis DCClxxx. conſcripta eſt hæc donatio telluris à me & ab epiſcopis meis ac principibus meis quorum infra nomina adnotabo. 780.

✠ Ego *Offa* Dei dono rex hanc meam donationem ſigno ſanctæ crucis munio.

✠ Ego *Cynetbryth* Dei gratia regina *Merciorum* huic donationi regis conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Joanberhtus* archiepiſcopus.
✠ Ego *Eadberhtus* epiſcopus.
✠ Ego *Ciolwulfus* epiſcopus,
✠ Ego *Tilberus* epiſcopus.
✠ Signum manus *Brordan* principis.
✠ Signum manus *Berhtuudi* ducis.
✠ Signum manus *Eadbaldi* principis.
✠ Signum manus *Eadbaldi* ducis.

✠ IN *nomine omnipotentis Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti qui vivit in ſecula, Amen.* Ibid. fol. 11. a. Ego Offa *Dei gratia concedente rex* Mercenſium, *ſimulque in circuitu nationum, ſciens certè* cuncta quæ humanis conſpiciuntur oculis tranſitoria eſſe, & quæ conſpici non poſſunt æterna fieri, *& quod cum his tranſitoriis æterna mercari poſſe, ideoque pro mea meorumque propinquorum perpetua animæ ſalute, dabo terram ſepties quina tributariorum jugera continentem ad monaſterium quod nominatur* **Breodun** *in provincia* Hwicciorum, *& ad eccleſiam beati* Petri *principis apoſtolorum quæ ibidem in loco ſita eſt, quam* Eanuulfus *avus meus erexit ad laudem & gloriam Dei viventis in ſecula. Eſt autem rus præfatum in iiij. villulis ſeparatum, hoc eſt,* **Teottingtun**, *qui ſitus eſt juxta rivulum quod nuncupatur* **Cerent** *v. manentium. Huic adjacet viculus qui nominatur* **aet Uuaſſanburnan**, *qui habet ab oriente vadum qui dicitur* **Geolwaford**, *& ab occidente fontanum quod nominatur* **Gytingbroc** *x. caſſatorum. Tertius viculus eſt in monte quem nominant incolæ mons* Huuicciorum, **aet Codeſuuellan**, *& quæ x. manſionum: & quartus viculus, hoc eſt,* **Northtun** *x. manentium juxta rivulum qui nuncupatur* **Tyrl.** *Iſta ergo conditione firmiter atque ſtabiliter conpoſita, quatinus ad monaſterium ante nominatum terra illa quæ ad præfatam eccleſiam ſancti* Petri *in jus eccleſiaſticæ libertatis perdonabo, liberata ſit ab omni exactione regum & principum ac ſubditorum ipſorum, tam in agrorum donationibus vel terrarum poſitionibus, in omnipotentis Dei nomine præcipimus, tam diu fides Chriſtiana in* Britannia *perdurat, ſub dominio ac poteſtate parentillæ meæ atque cognationi ritè per ſucceſſiones hæredum juſtè ſuccedentium permaneat in perpetuum. Conſcripta eſt autem hæc donatio telluris à me & ab epiſcopo ac principibus meis quorum infra ſigna & nomina adnotabo,* **aet Bragantforda** *anno incarnationis Chriſti DCClxxx. indictione tertia, die quo paſſio ſancti* Mauricii *à fidelibus celebratur.*

✠ Ego Offa *Dei dono rex hanc meam donationem ſigno ſanctæ crucis munio.*

✠ Ego Cinethryth *Dei gratia regina* Merciorum *huic donationi regis conſenſi.*

✠ Ego Johanberhtus *archiepiſcopus conſenſi.*
✠ Ego Eadberhtus *epiſcopus conſenſi.*
✠ *Ego* Ceolwulfus *epiſcopus conſenſi.*
✠ Ego Tilherus *epiſcopus conſenſi.*
✠ *Signum manus* Brordan *principis.*
✠ *Signum manus* Berthuudi *ducis.*
✠ *Signum manus* Eadbaldi *principis.*
✠ *Signum manus* Eadbaldi *ducis.*

AGio *& alto Domino Deo* Zabaoth *regnante in ævum. Siquidem humani generis proſapia de primo patre & matre oriundus in hoc ſeculum venit, & ſic* Ibid. fo. 13. a

& ſic per longa vaga temporum ſpacia diverſis nationibus dirimuntur, ut janitor cœleſtis bibliothecæ & vas electionis, prædicator egregius, apoſtolus Paulus *dixit*, præteriit enim figura hujus mundi, quomodo in velocitate dies & anni deficiunt: *& iterum ſagax ſophiſta, qui quondam* Solymis *dives regnavit in arvis, katalectico verſu cecinit dicens,*

Non ſemper licet gaudere:
Fugit hora qua jacemur.

Et ideo ſunt omnes noſtræ ſeries literarum apicibus confirmandæ, ne poſteris ex memoria labere poſſit quicquid facta præcedentium patrum ac regum firmiter ſtatuerunt. Qua de re ego Berhtuulf *domino diſponente rex* Merciorum, *mihi & omnibus* Merciis *in æternam elemoſinam, donans donabo* Eanmundo *venerabili abbati & ejus familiæ* **on Breodune**, *cum licentia & teſtimonio obtimatum gentis* Merciorum, *hanc libertatis gratiam, id eſt, ut ſit liberatum & abſolutum illud monaſterium in æternitatem ab illis incommodis quæ nos Saxonica lingua* **feſtingmen** *dicimus, Chriſto Domino teſte & omnibus Sanctis in cœlis tam diu fides catholica & baptiſmum Chriſti in* Britannia *ſervetur. Ob hujus rei gratiam, ipſe verò ſupradictus* Eanmund *abbas & illius ſancta congregatio* Breodunenſis *monaſterii dederunt mihi & omnibus* Merciis *regaliter perfruendum & poſſidendum in famoſo vico in* **Tomeworthie** *magnum diſcum argenteum valde bene operatum ac faleratum in magno pretio, & CXC. mancuſas in auro puro: ſimiliter etiam decantaverunt duodecim vicibus C. pſalteria & Cxx. miſſas pro* Berhtwulfo *rege & pro illius caris amicis & pro omni gente* Merciorum, *ut eorum libertas firmior ac ſtabilior permaneat in ævum, & ut illius regis memoria & amicorum ejus, qui hanc pietatem in elemoſinam ſempiternam omnibus* Merciis *illis in congregatione* **on Breodune** *donaverat, in eorum ſacris orationibus jugiter permaneat uſque in ævum. Inſuper, in Dei omnipotentis nomine & novem ordinum angelorum & omnium electorum Chriſti præceptum ponimus, ut nullus unquam regum vel principum, aut alicujus perſonis homo, magnus ſive modicus, in aliquo tempore hanc præſcriptam libertatis gratiam infringere auſus ſit, ſed ſemper ſtabilis & indiſcuſſa firmiterque firmata illi congregationi* **on Breodune** *coram Deo & hominibus jugiter permaneat in ævum. Hæc autem cartula caraxata eſt anno dominicæ incarnationis* 841. *DCCCxlj. indictione iiij. in die natalis Domini in celebri vico* **on Tomeworthie**. *His teſtibus conſentientibus & ſignum crucis Chriſti ſcribentibus quorum ſubter nomina notata ſunt.* ✠ Ego Berhtuulf *largiflua Dei munificentia rex* Merciorum, *hanc meam libertatis gratiam ac omnium* Merciorum *cum ſigno ſanctæ crucis firmiter conſignabo.*

✠ Ego Sethryth *regina conſenſi & ſubſcripſi.*
✠ Ego Cyneferth *epiſcopus conſenſi.*
✠ Ego Aldred *epiſcopus conſenſi.*
✠ Ego Berehtred *epiſcopus conſenſi.*
✠ Ego Heaberht *epiſcopus conſenſi.*
✠ Egi Cuthuulf *epiſcopus conſenſi.*
✠ Ego Eanmund *abbas conſenſi.*
✠ Ego Wihtred *abbas conſenſi.*
✠ Ego Ceolred *abbas conſenſi.*

Cœnobium de Heanbirig *in agro* Wigornienſi.

...... in bibliotheca *Cottoniana.*

✠ Regnum domini quærendum eſt ſuper univerſa lucra terrena, *Paulo* teſtante apoſtolo: *quæ enim videntur temporalia ſunt, ſed quæ non videntur æterna ſnut. Quid prodeſt homini totum mundum lucrari, ſi anima ejus detrimentum patitur?* Quapropter, ego *Wiglaf* rex *Merciorum*, cum meis epiſcopis, & ducibus, & magiſtratibus illud monaſterium in **Heanburg** in circuitu, cum ſilva ad eam pertinente, & cum campis, & pratis, & cum omnibus utenſilibus, & cum puteis ſalis, & fornacibus plumbis, villis, & omnia illuc pertinentia, in cœleſte culmen generaliter per totam gentem *Merciorum*, & pro abſolutione criminum noſtrorum, liberaliter liberavimus a modicis, & à magnis cauſis, à notis, & ignotis, præter valli, & pontis conſtructionem. Facta eſt hæc donatio in **Craeſt**, anno dominicæ incarnationis DCCCxxxiij. indictione verò xiiij. regni 833. hujus noſtri à domino conceſſi quarto, pro redemptione animæ meæ: placabile atque delectabile mente prædicta loca liberabo, cum univerſis caſſatis qui ipſis locis univerſis ſunt ſubditi. Hoc modo per ævum liberabo à paſtu regis, & principum, & ab omni conſtructione regalis villæ, & à difficultate illa, quam nos *Saxonice* **Feaſtingmen** dicimus; hæc omnia mente concedo ſpontanea. Scitote ergo vos qui hoc labens regnum poſt me obtineatis, quare hoc munus, & hanc libertatem ſcripſi, & reſcribere præcepi, quòd in Deum meum deſidero, & in ejus ineffabilem miſericordiam confido, ut Dominus noſter Jeſus Chriſtus meas iniquitates, quas per ignorantiam feci Deus delere faciat. Credo per hoc bonum à cunctis me emundare dignetur, quia ſcriptum eſt, peccatum ibi emenda ubi naſcitur. Modo poſteros meos per glorioſum, & præmirabile nomen Domini *Jeſu Chriſti* humiliter ſupplico, ut elemoſinam, quam in altitudinem cœli culminis in manus domini datum habeo, communitèr per me, & per totam gentem *Merciorum*, tam benignitèr ſtare, permittetis, & multiplicare dignemini. ✠ Ego *Wiglaf* rex *Merciorum*. ✠ *Cunethryth* regina. ✠ *Ceolnoth* archiepiſcopi. ✠ *Cuneferth* epiſcopi. ✠ *Raethhan* epiſcopi. ✠ *Eaduulf* epiſcopi. ✠ *Heaberht* epiſcopi. ✠ *Eaduulf* epiſcopi. ✠ *Alhſtan* epiſcopi. ✠ *Beormod* epiſcopi. ✠ *Huſa* epiſcopi. ✠ *Cuuda* epiſcopi. ✠ *Ceolberht* epiſcopi. ✠ *Cunred* epiſcopi. ✠ *Eanmund* abbatis. ✠ *Weohtred* abbatis. ✠ *Beornhelm* abbatis. ✠ *Sigred* dux hanc donationem ſigno ſanctæ crucis Chriſti confirmavi. ✠ *Mucoel* dux. ✠ *Tidulf* dux. ✠ *Æthebeard* dux. ✠ *Cuniberht* dux. ✠ *Aetheluulf* dux. ✠ *Alhhelm* dux. ✠ *Humberht* dux. *Aelfſtan* dux. ✠ *Micoel* dux. ✠ *Wicga* dux. ✠ *Aldred.* ✠ *Altberht.* ✠ *Ælfrid.* ✠ *Huit-Huſe.* ✠ *Verenberht.* ✠ *Vulfred.* ✠ *Miglaf.* ✠ *Eanuulf.* ✠ *Alhmund.* ✠ *Berhtuulf.* ✠ *Eaghard.*

Heanbiri.

Ex regiſtro eccl. *wigor.* in biblioth. *Cotton.* fo. 52. b.

In nomine Domini Jeſu. *Spe enim ſalvi facti ſumus; ſpes autem quæ videtur non eſt ſpes, & quæ non videmus per patientiam expectamus quæ æ-*

terna ſunt. Ideoque ego *Ceolfrithus* abbas dono Dei jure paterno hæreditario dono terram meam, & hæreditatem patris mei *Cyneberhti*, pro redemptione animarū noſtrarum, ad eccleſiam beati *Petri* apoſtoli, & ad ſedem epiſcopalem in **Uuigrinnanceaſtre**, cui nunc præeſt venerabilis epiſcopus *Milredus*, cum conſenſu & licentia *Offani* regis *Merciorum*, & principum ejus, & teſtium quorum infra inſeruntur nomina. Eſt autem terræ locus celebris qui dicitur **Heanberi** xx. manentium & in provincia *Uſmerorum*, qui nominatur **aet Sture** xiiij. caſſatos habens. Si quis autem, quod abſit, ex parentela mea vel externorum, malivola mente & maligno ſpiritu inſtigatus, hujus donationis noſtræ munificentiam infringere nititur & contraire, ſciat ſe in die tremendo coram ſummo Deo rationem redditurum.

✠ Ego *Offa* rex *Mercenſium*, donum & datum *Ceolfrithi* abbatis conſentiendo ſubſcribo.

✠ Ego *Milred* ſignum crucis infixi.

✠ Ego *Aldred* ſubſcripſi.

✠ *Uhtred* ſubregulus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Eadbald* præfectus & princeps *Offæ* regis conſenſi.

Charta Offæ *regis, de* **Timbingetun**, *monaſterio* **aet Clife** *vocato conceſſo, quod monaſterium poſtea ad eccleſiam* Wigornienſem *devenit.*

Ibid. fol. 23. a.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti qui cuncta ſecula jugiter pio moderamine regit. Conſtat ergo, & incunctanter verum eſſe patet, omnia quæ hic humanis cernuntur viſibus vana ac caduca tranſitoriaque fieri, atque ea quæ hominum oculis velantur ſemper manſura & ſine fine ſtabiliter perdurare in ſecula. Unde & certiſſimè notum eſt, ex auctoritate teſtimoniorum ſacrorum voluminum, quod cum iſtis fugitivis mundanis rebus ſempiterna mercari poſſunt cœleſtia regna. Quapropter ego *Offa*, gratiâ gratuitâ Dei patris concedente, *Merciorum* rex, majorum meorum imitatus exemplum, cogitavi in corde meo quatinus ex his ſceptris regalibus mundanis regni perceptis à conditore ac largitore omnium bonorum aliquid quamvis minus dignum, pro remedio animæ meæ, & pro adipiſcendo præmia polorum, in uſus monaſticæ liberalitatis eccleſiis donarem. Ideoque ego, & *Aldredus* ſubregulus *Huuicciorum* in commune pro domino omnipotenti & pro æterna ſalute animæ noſtræ, terram ter quinas manſiones habentem, id eſt, vicum qui nominatur **Timbingetun** ad monaſterium quod propriè nuncupatur **aet Clife**, & ad eccleſiam beati *Michaelis* archangeli quæ inibi fundata eſt, libenter in eccleſiaſticam poſſeſſionem donantes concedimus. Eſt autem vicus ille ſitus ſub montis rupe qui antiquo vocabulo vocitatur **Uuendeſclif** in aquilonali parte rivuli qui dicitur **Tyrl**, & eſt conjunctus terræ ante nomina i monaſterii cum ſuis terminis. Ut ergo hæc munificentia noſtra pro Chriſto conceſſa eo firmiore ſtabilimento perpetualiter permaneat, teſtium & conſentientium epiſcoporum abbatum ac principum noſtrorum ſigna & nomina in hac cartula teſtimonii infra perſcripta adnotare curavimus.

✠ Ego *Offa* Domino concedente rex *Merciorum*, huic noſtræ donationi pro majore firmitate vexillum crucis Chriſti propriâ manu inpreſſi.

✠ Ego *Aldredus* Dei dono ſubregulus *Huicciorum*, hanc donationem noſtram muniens, ſignum ſalutifere crucis cunctis gentibus inpono.

✠ Ego *Eadberhtus* Chriſto Domino concedente epiſcopus, his dictis conſenſi.

✠ Ego *Berhthunus* Deo & patre donante præſul, his ſtatutis conſenſi.

✠ Ego *Ceolulphus* gratia Dei permittente antiſtes, his rebus conſenſi.

✠ Ego *Aldberhtus* domino tribuente eccleſiæ pontifex, his donis conſenſi.

✠ Signum manus *Botunini* abb.

✠ Signum manus *Folcberhti* abbatis.

Ðiſ ſẏnꝺan þa lanꝺ ᵹemæꞃu ꞇo Wenꝺleſclife. æꞃeſꞇ of ðam ꝼoꞃꝺa æꞇ Hleoƿeꝺe hlaƿe ſƿa ſe bꞃoc ſceoꞇ on naneſ monneſ lanꝺ. ꝥ ſƿa on Wiꞃꝺene. þanen on Rahlinc. þonen on Dẏꞃneſ ꞇꞃeoƿ. þonon on Heaneſpol þanon on ða ealꝺan ꝺic ꞇo Imman beoꞃᵹe. þonon on hƿæꞇan meꞃſc. ſƿa on Suðbꞃoc. ⁊-lanᵹ bꞃoceſ on Blacan meꞃe. ſƿa on þa ealꝺan ꝺic. ⁊-lanᵹ ꝺiceſ on ane ꞃiðiᵹe. of þeꞃe ꞃiðe on ane ealꝺe ꝺic. of þæꞃe ꝺice on Tẏꞃl. ⁊-lanᵹ Tẏꞃl on Mæꞃbꞃoc. of þam bꞃoce on þone ealꝺan ƿeᵹ. ⁊lanᵹ ƿeᵹeſ up on Coccanbuꞃh. of þæꞃe buꞃhᵹeſ ᵹeꝺe on Henᵹeſꞇeſheafoꝺ. ſƿa on ꝥ ſlæꝺ ꞇo Cẏppanhamme. on ane ꞃiðe. ⁊-lanᵹ ꞃiðeſ on þone heꞃpaþ ꞇo hinꝺelhlẏpan. þanon on ꞃciꞃƿẏllan. ⁊-lanᵹ cumbeſ on ꝼeaꞃneſlæꝺ. þanan on ƿaꞇancumb. þanon on Wulꝼleaᵹe. þanon on Calꝼhealaſ. ⁊-lanᵹ ƿeᵹeſ ꞇo Finan mæꝺƿuum. ⁊ ſƿa ꞇo ƿeohleſ-heale. ⁊ ſƿa ꞇo Anꞇanhlaƿe. ⁊ ſƿa on Pippanſlæꝺ. ⁊ on Heꞃƿih ꞇeſ beoꞃh. ⁊ on hƿeoᵹel ƿeᵹ ꞇo þan ꞃah heᵹe. on Heoꝼoc ƿẏllan. ⁊ lanᵹ ꞃiþeſ on Tẏꞃl. ⁊lanᵹ Tẏꞃl on buꞇan þameꝺeꞃe. ⁊ ſƿa on þone ꝼoꞃꝺ æꞇ Hleoƿeꝺe hleƿeſ

Id eſt.

Hii ſunt terræ limites ad [*montis*] *Wendel* [*dicti*] clivū [*vel*, rupem pertinentis.] Primò à vado apud *Hleowedehlawe* [*i.e.* aggerem, vel tumulū apricū,] ſicut flumen decurrit ad nullius hominis terram; inde ſic ad [*vallem*] *Windene* [*dictam*;] inde ad *Rahlincam*, inde ad *Dyrnei* arborem; inde ad *Heani* ſtagnum; inde ad veterem foſſam apud *Emmæ* montem; inde ad triticeam plaudem; ita ad auſtralem rivulum, in longum rivuli ad nigrum lacū, ita ad veterem foſſam, in longū foſſæ ad quendam rivum; à rivo ad quendā veterē foſſam, à foſſa ad [*rivulum*] *Tyrl* [*dictum*;] in longum *Tyrlæ* ad *Marbrocam* [*i. e.* amnem limitarem;] ab amne ad veterem viam; in longum viæ ſurſum ad *Coccanburgum* [burgum *ſcil.* à gallis nuncupatum;] ab illius burgi porta ad *Hengeſti* [*i.* caballi] caput; ita per vallem ad *Cyppanhamme* [*i. e.* habitationem mercatoriam] ad quoddam fluentum; per longitudinem fluenti ad viam militarem apud *Hindehlypan* [locum *ſcil.* à cervis denominatum ;] inde ad purum puteum, in longum vallis ad filicum vallem ; inde ad humidam vallem ; inde ad *Wulflegam* [*i. e. Wulfi* * campum ;] inde ad *Calfhealas* [locum *ſcil.* à vitulis nomen ſumentem ;] per longitudinem viæ ad [*cujuſdam*] *Finani* pratum ; & ſic ad *Weoblei* aulam ; & ſic ad formicarum acervum [*vel* tumulum ;] & ſic ad *Pippæ* vallem, & ad *Herribti* montem ; & per rotæ viam apud capreæ ſeptem ad accipitris puteum, in longum fluenti ad *Tyrlam*, per longitudinem *Tyrlæ* circumcirca pratum, & ſic ad vadum apud *Hleowedelawum*.

* *Fortè*, lupi.

Weſtburi.

Ibid. fol. 47. a.

✠ REgnante inperpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui mundi monarchiam ſua ſemper virtute gubernat in æternum: anno verò ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCxxiiij. indictione autem ij. regnante *Beornulfo* rege *Merciorum*, factum eſt pontificale & ſinodale conciliabulum in loco qui dicitur Cloſeſhoas, præſidente ibi rege præfato, ac venerando viro *Wulfredo* archiepiſcopo illo conventu regente ac moderante. Illic omnes epiſcopi noſtri, & abbates, & univerſi *Mercenſium* principes, & multi ſapientiſſimi viri congregati adeſſent, ubi inter alia plura colloquia aliqua contentio allata eſt inter *Heaberhtum* epiſcopum, & illam familiam aet Berclea de hæreditate *Æthelrici* filii *Æthelmundi*, hoc eſt monaſterium quod nominatur Weſtburhg. Habuit autem epiſcopus ante nominatus terram illam cum libris, ſicut *Æthelricus* ante præcepit ut ad *Weogernenſem* eccleſiam redderetur. Statuta eſt autem atque decreta ab archiepiſcopo & ab omni ſancta ſinodo illa conſentienti, ut epiſcopus qui monaſterium & agellum cum libris haberet cum juramento Dei ſervorum presbiterorum diaconorum & plurimorum monachorum ſibi in propriam poſſeſſionem terram illam cum adjuratione adjuraſſet. Et ita finita eſt præſcripta illa contentio coram epiſcopo: poſt xxx. noctes illud juramentum to Weſtmynſtre deductum eſt. Quapropter ſi quis hunc agrum ab illa eccleſia in Ceaſtre nititur evellere, contra decreta ſacrorum canonum ſciat ſe facere, quia ſancti canones decernunt quicquid ſancta ſynodus univerſalis cum catholico archiepiſcopo ſuo adjudicaverit nullo modo fractum vel irritum eſſe faciendum. Hæc autem geſta ſunt. Hii ſunt teſtes & confirmatores hujus rei quorum nomina hîc infra notantur, die iij. kal. Novembris.

✠ Ego *Beornulf* rex *Merciorum* hanc cartulam ſynodalis decreti ſigno ſanctæ crucis Chriſti confirmavi.

✠ Ego *Wulfred* archiepiſcopus hanc ſynodalem ſententiam cum ſigno glorioſæ crucis corroboravi.

✠ Ego *Oethelwald* epiſcopus conſenſi.
✠ *Hræthhun* epiſcopus conſenſi.
✠ *Eadwulf* epiſcopus conſenſi.
✠ *Heaberht* epiſcopus conſenſi.
✠ *Beonna* epiſcopus conſenſi.
✠ Ego *Wigthegn* epiſcopus conſenſi.
✠ Ego *Cioberht* epiſcopus conſenſi.
✠ Ego *Wermund* epiſcopus conſenſi.
✠ Ego *Cynred* epiſcopus conſenſi.
✠ Ego *Hunberht* epiſcopus conſenſi.
✠ Ego *Eanmund* abbas conſenſi.
✠ Ego *Cuthwulf* abbas conſenſi.
✠ Ego *Wihtred* abbas conſenſi.
✠ Ego *Wilferth* abbas conſenſi.
✠ Ego *Beornoth* dux.
✠ *Sigered* dux.
✠ *Eadwulf* dux.
✠ *Mucel* dux.
✠ *Judeca* dux.
✠ *Eadberht* dux.
✠ *Ecgberht* dux.
✠ *Alhheard* dux.
✠ *Uhtred* dux.
✠ *Bynna* frater regis.
✠ *Piot* presbiter.
✠ *Cyneberht*.
✠ *Nothhelm* præco à domno *Eugenio* papa.
✠ *Bola*. ✠ *Aldred* theloniarius conſenſi.
✠ *Wighelm*. ✠ *Beadheard*.
✠ *Eadbald* conſenſi.

✠ Æt ðam aþe ƿæs æt ƿest mynstre eƿeren fiftig mæsse-preosta ⁊ x. diaconas ⁊ eallra oþra preosta sixtig ⁊ hund teontig. [*Hoc eſt.* Eidem juramento apud *Weſtmonaſterium* [*preſtito*] aderant quinquaginta ſacrifici, & x. diaconi, & ex omnibus aliis presbyteris, centum & ſexaginta.]

✠ Her sindon ðara mæsse-preosta naman ðe on ðam aþe stodon ⁊ on ƿæron. [*Id eſt*, Hæc ſunt ſacrificorum nomina, qui juramento illi aſtiterunt, & idem præſtiterunt.]

✠ *Friothund* abbas.
✠ *Eadberht* abbas.
✠ *Ecgberht* abbas.
✠ *Cuthbald* presbiter.
✠ *Hehſtief* presbiter.
✠ *Brada* presbiter.
✠ *Ecgmund* presbiter.
✠ *Brada* presbiter.
✠ *Wigberht* presbiter.
✠ *Berhthun* presbiter.
✠ *Recngan* presbiter.
✠ *Cuthberht* presbiter.
✠ *Snyda* presbiter,
✠ *Berhtbred* presbyter.
✠ *Monn* presbiter.
✠ *Cuthbald* presbiter.
✠ *Alhmund* presbiter.
✠ *Lubhede* presbiter.
✠ *Ecgberht* presbiter.
✠ *Tidbald* presbiter.
✠ *Sucga* presbiter.
✠ *Eadgar* presbiter.
✠ *Aldhere* presbiter.
✠ *Eadheard* presbiter.
✠ *Monn* presbiter.
✠ *Plegberht* presbiter.
✠ *Tidberht* presbiter.
✠ *Cuthberht* presbiter.
✠ *Ciolheard* presbiter.
✠ *Ecgheard* presbiter.
✠ *Tidberht* presbiter.
✠ *Berhtwulf* presbiter.
✠ *Alhmund* presbiter.
✠ *Wigberht* presbiter.
✠ *Hwita* presbiter.
✠ *Beorhred* presbiter.
✠ *Hunlaf* presbiter.
✠ *Cynemund* presbiter.
✠ *Byrnhelm* presbiter.
✠ *Heathoberht* presbiter.
✠ *Eſne* presbiter.
✠ *Preoſt* presbiter.
✠ *Dudeman* presbiter.
✠ *Eadberht* presbiter.
✠ *Monnel* presbiter.
✠ *Beornwald* presbiter.
✠ *Eaſtmund* presbiter.
✠ *Mecga* presbiter.
✠ *Wigberht* presbiter.
✠ *Beorred* presbiter.
✠ *Hehferth* diaconus.
✠ *Berhthelm* diaconus.
✠ *Wighelm* diaconus.
✠ *Cynemund* diaconus.
✠ *Ceofa* diaconus.
✠ *Dynne* diaconus.

Annales *Wigorn.* in bilbl. *Cottoniana*.

Oſwaldus *monachos apud* Weſtburi *conſtituit*.

Iterum ex regiſtro *Wigorniæ* præcitato.

✠ IN nomine domine noſtri Jeſu Chriſti, ego *Offa* trado illam terram aet Weſtbyrig, cum omnibus ad ſe ritè pertinentibus, id eſt ſexaginta manentium, & in alio loco aet Heanbyrig

xx. manentium to **Weogernaceſtre**, pro remedio animæ meæ ac parentum meorum, poſt obitū meum & filii mei *Egfrithi*, & eadem libertatis dicione in omnibus rebus jure permanendam, qua eam ante *Æthelbaldus* rex avo meo *Eanulfo* conſcripſerat, id eſt, ut ſit libera tam in terrarum donatione, ſeu in omnibus cauſis parvis vel magnis inconcuſſa permaneat uſque in ſeculum tam diu fides Chriſtiana apud *Anglos* in *Britannia* maneat, & ut ſoluta ſit ab omni vi regum & principū & ſubditorum ipſorum, in ſummo Dei nomine præcipimus, præter ab his vectigalibus, hoc eſt: Ðæꞅ ᵹaꝼoleꞅ æꞇ ƿeꞅꞇbyꞃiᵹ. ꞇƿa ꞇunnan ꝼulle hluꞇꞃeꞅ aloþ. ⁊ cumb ꝼulne liþeꞅ aloþ. anꝺ cumb ꝼulne ƿeliꞅceꞅ aloƿ. ⁊ vij. hꞃiþꞃu. ⁊ ꞅix ƿeþeꞃaꞅ. ⁊ xl. cyꞅa. ⁊ vj. lanᵹþeꞃo. ⁊ þꞃiꞇiᵹ ombꞃa ꞃueꞅ coꞃneꞅ anꝺ ꝼeoꞃeꞃ ambꞃu meolƿeꞃ. ad regalem vicum. [*i. e.* Cenſus illius apud *Weſtburiam:* duo [*ſcil.*] dolia purioris cerviſiæ plena, & [*quædam*] menſura [4 *modiorum*] tenuis cerviſiæ plena, & [*ſimilis*] menſura cerviſiæ *Wallicæ* plena, & vij. boves, & ſex verveces, & xl. caſei, & vj. longa .... & triginta amphoræ hiſpidi grani [*ſecalis*, forte] & quatuor amphoræ farinæ.] Hoc itaque, cum conſenſu & conſilio pontificum & ſenatorum meorum, firmo fœdere dijudicaverunt. Nulla regalis vel principalis aut aliqua ſecularis dignitas de noſtra hæreditate plus his in modico vel in magno appetendo, per vim aut petitionem aliquid exiget abſque hoc tantum quod hæc præſens cartula continet.

✠ Ego *Offa* gratia Dei rex hoc regi ſingulis annis ſtatum cenſum manus meæ propriæ ſigno confirmo.

✠ Ego *Ecgferth*, ejuſdem regis filius conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Æthelbeard* archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Heathored* epiſcopus conſenſi & ſubſcr.

✠ Ego *Uuuona* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Signum *Brordani* patricii. ✠ Signum *Beonnani* abbatis. ✠ Signum *Albmundi* abbatis. ✠ Signum *Wigmundi* abbatis. ✠ Signum *Forthredi* abbatis. ✠ Signum *Bynna* principis. ✠ Signum *Eſne* ducis. ✠ Signum *Æthelmund* ducis. ✠ Signum *Albmund* ducis. ✠ Signum *Wigberht* ducis. ✠ Signum *Wigcgan* ducis ✠ Signum *Eadgar* ducis. ✠ Signum *Almund* ducis.

Ibidem fol. 193. a.

Judicium donationis eccleſiæ *Weſtbyriæ*, quam *Wlſtanus* epiſcopus uſibus monachorum hujus eccleſiæ dedit.

☧ L*Argiente gratia ſalvatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti ego* Wlſtanus Uuigornenſis *eccleſiæ prælatus antiſtes, eccleſiam ſitam in villa quæ vocatur* Uueſtburia, *à beato* Oſuualdo *quondam conſtructam, & terris & opibus & monachis ibidem Deo ſervientibus honorificenter jam pridem ditatam, poſtea verò à piratis devaſtatam & vetuſtate & præpoſitorum negligentia deſtructam, ad laudem ipſius Domini & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti ejuſque ſanctæ genitricis* Mariæ *omniumque apoſtolorum ſtudui reparare. Et quia terra quæ jure ad eccleſiam pertinebat impedita & direpta erat à laicis hominibus, inito congruenti conſilio, auxilio bonorum hominum, partem prædictæ terræ legali jure recuperatam, partem pecuniæ meæ redemptam precio, juri & ditioni eccleſiæ reſtitui, ſcilicet ij. bidas & dimidiam bidam & dimidiam virgam in* Uueſtbiria, *partem etiam terræ quæ concluditur ambitu ipſius monaſterii, partem quoque ſilvæ* **Aeſcgraf**, *& xij. acras prati liberas dedi ab omni tributo & vectigali omnique ſervitio regali & epiſcopali, pro remedio animæ meæ & redemptione animarum omnium epiſcoporum prædeceſſorum ſive ſucceſſorum meorum. Quicumque hanc noſtram eleemoſynam illæſam ſervaverint, aut in aliqua re augendo emendaverint ..... Hanc libertatem ideo dedi, quia, hac terra excepta & libera permanente, omne regale ſervicium quod de meis circumjacentibus terris jure debetur expleri poteſt & perſolvendum locavi & ſtatui. In* Heanbiria *etiam, & in* **Ceorlatune**, *& in* Uuica *ij. bidas & dimidiam bidam, & xxviij. acras terræ. Eccleſias quoque in* Henbiria *& in* **Stoke**, *cum omnibus decimis tam de frugibus quam de pecudibus ſive de armentis, ſimiliter liberas ab omni ſervitute regali & epiſcopali conceſſi; ſicut ſemper liberæ fuerunt ab antiquis temporibus. In* Bereuuica *etiam j. bidam & dimidiam bidam, & in* **Haſeldene** *j. virgam liberam præter regis ſervicium. Has terras cum omnibus ſibi pertinentibus ſilvis & planis, pratis & paſcuis, aquis & piſcaturis, ad ipſam eccleſiam & ibi Deo ſervientibus dedi ad ſuſtentationis neceſſaria, ipſumque monaſterium cum omnibus rebus quibus illud ditavi, terris, ornamentis, & cunctis eccleſiaſticis miniſteriis, Deo & ſanctæ* Mariæ *ad* Uuigornenſem *eccleſiam, utilitatibus monachorum qui ibi Deo ſerviunt in ſede epiſcopali deſerviendum dedi. Hujus donationis legitimam ſponſionem conſilio & teſtimonio meorum bonorum hominum & amicorum fidelium confirmavi, offerens illud ſuper altare ſanctæ* Mariæ, *die nativitatis ipſius ſanctæ & intemeratæ virginis & Dei genitricis, anno Dominicæ incarnationis MXCIII. regni autem regis* Willielmi *junioris v. ordinationis meæ xxxj. anno, eodem die completo indictione j. deſiderans & adjurans, ut hæc poſſeſſio & confirmatio firma & ſtabilis in æternum ad uſus monachorum in* Uuigornenſi *eccleſia Deo ſervientium permaneat, probibens pontificali noſtra & divina auctoritate, ne quis hoc violare præſumat. Si quis verò diabolicæ cupiditatis inſtinctu, hoc infringere præſumpſerit, exterminatus ab æterna cæleſti hæreditate, conſors factus proditoris* Judæ, *niſi in viam ſatisfactionis redierit, perpetualiter crucietur exitialibus flammis gehennæ, anathematizatus cum angelis Satanæ, ſine fine luiturus pœnas præſumptionis ſuæ.* 1093.

Hujus donationis & confirmationis teſtes hii ſunt.

Thomas *Prior*, *cum fratribus* Uuigornienſis *eccleſiæ.*

Alricius *archidiaconus.* Ordricus *dapifer.*

Fretthericus *capellanus.* Alſuuinus *filius Berhtmari.*

Alſuuinus *presbyter.* Alricus *camerarius.*

Aldredus. Alſtanus *cuneſtabularius.*

Mauricius. } *clerici epiſcopi.*
Freauuinus. }

Weſtbiria & **Stoc.**

Ibid. fol. 49. a.

“✠ IN nomine Domini Dei ſummi regis regum, qui in altis habitat & proſpicit omnia cœleſtia & terreſtria. Anno ab incarnatione Chriſti DCCCIIII. indictione xij. Ego *Æthelric*, filius *Æthelmundi*, cum conſcientia ſynodali invitatus ad ſynodum & in judicio ſtare in loco qui dicitur **Cloſeſhoh**, cum libris & ruris, id eſt, **aet Weſtmynſter**, quod priùs propinqui mei tradiderunt mihi & donaverunt, ubi *Æthelbeardus* archiepiſcopus mihi regebat atq; judicaverat, cum teſtimonio *Coenwulfi* regis & optimatib. ejus, coram omni ſynodo, quando ſcripturas meas perſcrutarent, ut liber eſſem terram meam atq; libellos dare quocumq; volui. Poſtea commendavi amicis meis ad ſervandum, quando quæſivi ſanctum *Petrum* & ſanctum *Paulum* pro remedio animæ meæ. Et iterum, me revertente ad patriam, accepi terram meam & precium reddidi quaſi ante pacti ſumus, & pacifici fuerimus adinvicem. Facta eſt autem. poſt paucos annos alia ſynodus **aet Aclea**. Tunc in illa ſynodo, coram epiſcopis rege & principib. ejus rememoravi priſtinæ libertatis mei quæ mihi ante judicatum eſt. & cum licentia eorum teſtificavi in præſenti teſtimonio quemadmodum meam hæreditatem dare voluiſſem, & ſic dixi. Hæc ſunt nomina illarum terrarum quæ dabo ad locum qui dicitur **Deorhyrſt** pro me & *Æthelmundo* patre meo, ſi mihi contingat ut illic corpus meum requieſcat, **Todanhom**, & **aet Sture**, **Screfleh**, & **Cohhanleh**: ea conditione ut illa congregatio vota eorum faciat firma ſicut mihi promiſerunt. Iterum dabo *Werferthæ* xi. manentium, **Bremer**, **Grefan**, & **Feccanhom**, ut habeat ſuum diem, & poſtea reddat ad **Wigornaceſtre**. Verumetiam do xxx. manentium, **Under Ofre** ad **Gleawecestre**. Et quando mihi contingat exitus mei dies, tunc dabo *Ciolburgæ* matri meæ, ſi diutius vivit quam ego, terram illam **aet Weſtminſtre**, & **aet Stoce**, ut habeat ſuam diem, & poſtea reddat ad *Weogornenſem* eccleſiam. Pro qua re ea vivente ut ibi habeat protectionem & defenſionem contra *Berclinga* contentione. Et ſi aliquis homo in àliqua contentione juramentum ei decreverit contra *Berclingas*, liberrima erit adreddendum, cum recto conſilio propinquorum meorum qui mihi donabant hæreditatem, & meo quò ei dabo. Et ſi non habeat patrimonium in civitate *Weogornenſi*, poſtea primùm quærat ad archiepiſcopum in *Cantia*, & ſi ibi non habeat, ſit libera cum libris & ruris ad eligendum patrocinium ubi placitum ſibi fuerit. Si aliter fiat, ut non opto, aliquis homo contendat contra liberos meos vel hæreditatem indignè, tunc habet *Aldwulfus* epiſcopus in *Licetfelda* iſtius cartulæ compatem, & amici neceſſarii mei & fideliſſimi alias, id eſt, *Eadbyrht*, *Eadgaring*, & *Æthelheh*, *Eſning*, ad confirmationem hujus rei. Rogo etiam *Æthelric*, pro amore omnipotentis Dei, & præcipio, & obſecro per omnes virtutes cœlorum, ut nullus homo hanc poſitionem crucis Chriſti quæ tantorum virorum teſtimonio confirmata eſt non præſumat minuere. Si auſus eſt aliquis confirmationem iſtam inſtingere; deleatur de laude Dei, ſi non ſatisfactione emendaverit.

✠ Ego *Coenwulf* rex Merciorum hanc munificentiam ſigno ſanctæ crucis ſubſcripſi.
✠ Ego *Æthelbeardus* archiepiſcopus *Dorovernenſis* civitatis ſignum ſanctæ crucis ſubſcripſi.
✠ Ego *Aldwulfus Licetfendenſis* epiſcopus conſenſi.
✠ Ego *Wernberht* epiſcopus conſenſi.
✠ Ego *Denebyrht* epiſcopus conſenſi.
✠ Ego *Wulfheard* epiſcopus conſenſi.
✠ Ego *Eadwulfus* epiſcopus conſenſi.
✠ Ego *Headberht* dux ſubſcripſi.
✠ Ego *Beornoth* dux ſubſcripſi.
✠ Ego *Ciolward* dux ſubſcripſi.
✠ Ego *Cynehelm* dux ſubſcripſi.
✠ Ego *Wicga* dux ſubſcripſi.
✠ Ego *Wigheard* dux ſubſcripſi.
✠ Ego *Byrnwald* dux ſubſcripſi.
✠ Ego *Aldred* dux conſenſi & ſubſcripſi.

Kymeſei.

Ib: fol. 2

TEmpora temporibus ſuccedunt, atque ad finem tanquam decidens ſolium præceps tranſeunt. Ideo omnes firmas ſtatutiones litterarum ſerie commendamus, ne fortè in poſterum aliquis ignorantiæ avaritiæve fraude inlectus infringere præſumat decretalia patrum fidelium, ſicut *Græcorum* eſt conſuetudo: quia quicquid firmiter ſcire volunt, literis commendant, ne ex memoria labetur.

Hanc vero terram *Coenwulf* rex donans donat *Balthuno* abbati, & liberam conſcripſit in omnibus tam in campo quàm in ſilva, tam etiam in flumine, & in omnibus utilitatibus ad eandem ritè terram pertinentibus, in monaſterium quæ dicitur **Kemeſei** xxx. manentium, ſive ad habendum quam diu vivat, & poſt ſe ſuis hæredib. cuicumque voluerit, liberam donandi habeat facultatem, & nulli homini nichil facere de eadem terra, exceptis tantùm in cauſis, pontem facere & arcem & expeditionem. Hanc quoque libertatem præfato monaſterio *Balthun* Abbas comparavit à prædicto rege *Coenwulfo*, & illi dedit terram xij. manencium in loco qui vocatur **Pereſord**, ſive ad habendum ſuiſq; hæredibus perhenniter relinquendum, ut eo firmiùs & immutabiliùs hoc decretum permaneat. De partibus verò & de cauſis ſingula res ſolvere pretium, & nihil aliud de hac terra. Et eandem libertatem ego *Coenwulf* rex donabo *Balthuno* abbati, ſive ad habendum tam diu vivat, & poſt ſe ſuis hæredibus perhenniter ad perfruendum. Pax ſervantib. & conſentientib. huic donationi; contradicentib. diſcordia ſemper ſine fine, Amen. Hæc cartula ſcripta eſt anno dominicæ incarnationis DCCxcviiij. indictione vij. Eod. anno facta eſt pax inter *Merciones* & *Occidentales Saxones*, & cum juramentis firmo fœdere roborata eſt, ſub regib. *Coenwulfo* & *Ecberhto*. Hanc donationem conſenſit, & cum ſui manu ſignum crucis impoſuit, cum epiſcopis & principib. quorum nomina hìc infra habentur, in eodem concilio qui dicitur **Coleſhyl**. 799.

✠ Ego *Coenwulf* rex crucem Chriſti impoſui.
✠ Ego *Æthelheard* archiepiſcopus ſimiliter.

✠ Ego *Unwona* epiſcopus.
✠ Ego *Cyneberht* epiſcopus.
✠ Ego *Alcheard* epiſcopus.
✠ Ego *Tidferth* epiſcopus.
✠ Ego *Ceolmund* miniſter.
✠ Ego *Cuthred* dux.
✠ Ego *Eſne* dux.
✠ Ego *Heabert* dux.
✠ Ego *Wigbeard* dux.

Ibid. fol. 118. a.

Incipit codicellus poſſeſſionum hujus eccleſiæ, qualiter primitus Deo & ſanctæ Mariæ *à religioſis hominibus donatæ, & poſtmodum ab iniquis quædam, ſed injuſtè, vi ſive fraude ablatæ.*

PLurimas terrarum poſſeſſiones quæ nunc ob aliis injuſtè poſſidentur, & villas quamplures ad hanc eccleſiam jam pridem juſtè pertinere, tam ſeniorum prædeceſſorum noſtrorum relatu, quàm etiam litterarum,& teſtatorum ſerie didicimus, quas poſtea,& regalium vectigalium importabilis exactio,& potentiſſimorum hominum impia direptio iniquè diſtraxit, & à monaſterii poſſeſſione abſtraxit, ſicuti factum eſt temporibus *Athelredi* regis *Anglorum*, vaſtante & depopulante hanc patriam pagano rege *Danorum Swein* nomine,cum maximum & ferè importabile tributum tota *Anglia* reddere cogeretur. Ob hujus itaque tam gravis tributi exactionem,omnia ferè ornamenta hujus eccleſiæ diſtracta ſunt, tabulæ altaris argento & auro paratæ ſpoliatæ ſunt,textus exornati,calices confracti,cruces conflatæ,ad ultimum etiam terræ & villulæ pecuniis diſtractæ ſunt. Simili modo etiam actum eſt regnante *Cnut* filio ſuo,& adhuc graviora vectigalia ſuperaddita ſunt temporibus regni filii *Cnut*, cujus nomen erat *Hardecnut*, qui etiam totam iſtam provinciam hoſtili exercitu ferro & igne depopulavit.

De eadem re.

De his autem terris & villulis quæ quondam ad hanc eccleſiam pertinere noſcuntur, ſed poſt potentum hominum rapina injuſtè ab hujus monaſterii poſſeſſione direpta, ut prædiximus, habentur,ſuccinctim narrare ordimur,prout ſeniorum noſtrorum relatione didicimus, vel notariorum cartis inſerta reperimus.

Item.

Primitus ultra fluvium *Tamedæ* narrationis noſtræ exordium ſumamus,ſicque per *Sabrinam* ordinatè revertentes ſermonis ſeriem pro poſſe noſtro contexamus.

De Peonedoc

De Peonedoc jam dicamus. Hanc villam *Northmanus* monaſterio dedit cum filio ſuo, quem cum eadem terra ad altare obtulit, monaſticis diſciplinis Deo perpetualiter ſervire, terramq; ipſam in uſus tam ejus quàm ceterorum fratum cum teſtamenti cyrographo, domno *W.* tunc decano, poſtea autem venerando epiſcopo devotus dedit. Extiterat quidem hæc terra & antea de poſſeſſione monaſterii,ſed vi,ut prædiximus,ablata ad ipſum *N.* hæredum ſucceſſione pervenerat,quiq;eam ſic reſtituit.Hanc villam *Rawulfus* vicecomes,adjutorio & fortitudine *Willielmi* comitis *Herefordenſis*,cum pluribus aliis terris monaſterio abſtulit,nec multò poſt comes ipſe juſto Dei judicio exul interiit,& *Rawulfus* idem carceri mancipatus publico,terras poſſeſſiones & cuncta quæ habebat perdidit, hacq; ex cauſa ſancta eccleſia poſſeſſione ipſius villæ caruit.

De Actune.

Quidam quoque miniſter *Orduuii* nominatus, vir videlicet magna largitate & laudabili probitate extiterat, qui cum per multum tempus villam quandam vocabulo Actune, ad jus eccleſiæ *Wigornenſis* ex antiqua temporum recordatione pertinentem tenuerat,ante finem vitæ ejus divino redactus inſtinctu, *Wlſtano* adhuc priore exiſtenti,ad eccleſiaſticam hæreditatem, ſicut prius fuerat, concedendo perpetualiter permiſit. Sed poſtea verò abbas *Ægelwinus* ſuperveniens, vi magnæ iniquitatis illatâ, loco ritè hæreditario villam illam abſtulit,à quo etiam non multò poſt *Urſo* vicecomes eam arripuit, & ad dotem filiæ ſuæ condonavit.

De Sceldeſlaehge.

Sceldeſlaehge verò,quidam nomine *Simund*, ex conceſſione fratrum illo in tempore in *Wigorna* manentium, tam diu tenuit, & ſervitium ſtatutum illis inde reddidit,quouſque *Franci* ſupervenerunt, & eum illo bono & pluribus aliis privaverunt.

De Cliftune *&* Eaſtham.

Temporibus regis *Athelredi* Cliftun,& Homme, & Eaſtham, & Buſawuda, & Temedebyrig,& Cyr, cum omnibus eis ſubjacentibus & pertinentibus eccleſiæ noſtræ *Wigornæ* ſubjacebant.Sed cum hæc provincia fuerat depredata & atrociſſimè devaſtata, & *Dani* terras multorum hominum, nobilium & ignobilium, divitum & pauperum,& ferè iſtius provinciæ omnium rapientes caperent, & violenter poſſiderent, comes *Hacun*,& ſui milites,has prædictas terras & alias perplures crudeli vi rapientes invaſerunt,& raptas pro ſuis propriis poſſiderunt. Quod deniq; uxor ejus *Gunnild* injuſtè factum fuiſſe recognoſcens,pro ſervicio terræ quandam imaginem ſanctæ *Maria* nobis aurificè ornare fecit: ſicque tamen terras uſque huc loco ſancto alienavit.

Item proemium.

His,ut credimus,veraci ſtilo exaratis,cunctiſq; qui legere voluerint pro poſſe notificatis,ad illas terras quæ inter *Tamedam* & *Sabrinam* ſitæ ſunt, vertimus eloquium noſtræ puſillitatis. Illud tamen in noſtræ præmittimus narrationis exordio, ut ſi quis ea quæ dicturi ſumus meditatus fuerit, ſcireq; pleniſſimè ſtuduerit,hunc libellum noſtrum legere non renuat,ſed omni mentis devotione legat. In quo proculdubio inveniat quo

reſſus

greſſus ſuæ,ut ita dixerim,meditationis figat,& quæ vera eſſe pro certo agnoſcat, quibus etiam fidem adhibere debeat. Et ſi ea quæ in illo ſcripta fuerint ſubtiliter legendo perſpexerit, nil falſitatis, verùm ut ſe rei veritas habet reperire poterit.

De Lauuerna.

Inter alios rebus pollentes ſecularibus,erat vir quidam nimiùm opulentus, nomine *Kinwardus*, cujus parentes, priuſquam mortis jura ſubjiſſent, ex hac noſtra eccleſia diverſas terrarum poſſeſſiones habuere, pro quibus,ſecundùm factam conventionem quam fecerunt cum illis qui nos præceſſere,fidele ſervitium exhibure. Quibus defunctis,ipſe factus illorum hæres non ſolùm hæreditatem ſuſcepit, verumetiam terras quas ipſi ante ex hoc monaſterio poſſidebant recepit,ea ſcilicet ratione,ut dum rerum neceſſitas expoſceret,conventionem quam ille jam fecerat ſine dilatione perſolveret. Quarum videlicet terrarum una eſt quæ ab incolis ejuſdem loci **Lauuern** nominatur, quæ etiam non longe ultra amnem *Sabrinam* ſita eſt.Hanc ille quoad vixit poſſidebat & pro ea fidele ſervitium nobis exhibebat. Morte verò ſibi ſuperveniente,illam nobis reſtituit,quam nos ſuſcipientes ut propriam habere cœpimus; verùm non diu ſub noſtrá ditione tenere potuimus. Inſtigante enim diabolò, frater vicecomitis *Urſonis*, *Robertus* nomine,nobis abſtraxit eam injuſtè,nec ſolùm illam, ſed & alias quamplures, de quibus nunc loqui omittimus,oportunis verò in locis de ipſis nullatenus tacebimus.

De **Cloptune.**

Alter quidam *Ælſgeardus* vocabulo, magnis pollens divitiis exiſtebat,qui *Edgithæ* venerandæ reginæ camerariam,*Mahtildam* nomine,uxorem ducebat.Huic ſummiſſa prece nos roganti modicam villam quæ **Cloptun** dicitur conceſſimus,pro qua ipſe tot annis quot eam habebat bene nobis & fideliter ſerviebat.Sed *Urſo* vicecomes eandem poſtmodum ſibimet adquiſivit,tale ſervitium pro ea ſe exhibiturum promittens qualẽ ille priùs exhibuit. Jurejurando illud promiſit, ſed nondum perſolvere voluit.

De **Rydmarlege.**

Pro alia ſimiliter terra quæ ab indigenis eſt **Rydmerleghe** nominata,juxta **Duddontreo** ſita, ſpoſpondit ſe ſerviturum eſſe, verùm per omnia immemor factus eſt promiſſionis ſuæ.

De **Coddarycge.**

Quidam dives ſecularis Præpoſitus, nomine *Earnwi*,loci hujus extitit. Hic fratrem ſibi vehementer karũ cui erat vocabulum *Spiritus* habuit, qui nimis diligebatur à duobus regibus iſtius patriæ,*Haroldo* ſcilicet & *Hardecnut*. Ipſe autem à fratre ſuo ſupradicto terram **Coddarycce**,cauſa hoſpitationis ſuſcepit, ea conditione, ut vel quando ad fratrem veniret, vel ab eo recederet ibi hoſpitari poſſet.Quo facto,ille denique ex tota *Anglia* fuit expulſus & in exilium ejectus;& *Ricardus Scrob* poſtea terram illam invaſit, & per hoc *Wigornenſi* monaſterio uſque adhuc ſubtracta & elongata perſiſtit.

De **Aelſintun,** *&* *de* **Sapian.**

Brihtegus epiſcopus ſuo in tempore villas quæ vocitantur **Aelſintun** & **Sapian**, cuidam viro qui ſororem ſuam duxerat uxorem,licentia fratrum hujus loci poſtpoſita,conceſſit. Quibus defunctis,*Ricard.* filius *Scrob* **Sapian** invaſit,& eam quamdiu vixerat injuſtè tenuit,filioque ſuo in fine vitæ ſuæ dereliquit. **Aelſintun** verò *Agelricus*, ipſius epiſcopi germanus, ſibi arripuit, ac brevi poſt tempore ſuo filio *Godrico* dedit : quam ab eo diu poſſeſſam injuſtè *Rauulfus* de *Beornaco*, domini ſui,comitis ſcilicet *Willielmi*,roboratus fortitudine,ſibi vi abſtulit,ſed ejus poſſeſſor diu non extitit. Pro re namque ignominioſitate plena,ut eccleſiaſticarum poſſeſſionum invaſor,ipſius dominatum perdidit.Deinde verò *Radulfus* de *Totaneia* eandem ut potuit à rege adquiſivit,ac non multo poſt ſanctum *Ebrulfum* inde donavit. Tali utique modo harum dominatu villarum locus iſte ſanctus caruit & adhuc caret.

De **Eſtlege.**

Idem quoque *Raulf* quandam aliam villulam **Eſtleh** appellatam à quodam *Dano*, *Ocea* nomine, injuſtè arreptam, & injuſtiùs poſſeſſam, ſimiliter invaſit,& ab eccleſiæ poſſeſſione & dominatione vi & fortitudine domini ſui *Willielmi* comitis ſuffultus ſubtraxit. Sicque hæc ſancta eccleſia jus dominationis ejuſdem villæ injuſtè perdidit.

De **Ribetforde.**

Simili modo villam quæ **Ribbetford** dicitur, cujus villani captatorias ſepes piſcium & alias venatorias inſtaurare debita lege debebant, operaque noſtra ubicumque eis præcipiebatur exercebant; priùs *Dani*, poſt *Turſtanus Flandrenſis* monaſterio vi abſtulit,ſicque ejus uſque nunc dominatum perdidimus. Ipſeque non multò poſt & ipſam & omnem terram ſuam perdidit,exilioque multatus eſt. Sic qui parum Deo injuſtè abſtulit omnia ſua juſtè perdidit.

De **Witlaege.**

Villam etiam quæ dicitur **Witlaehge** *Aldredus* epiſcopus & *Wulſtanus* tunc temporis Prior, obtentu *Edrici* cognomento *Siluatici*,presbytero ejus *Earnwio* præſtiterunt,quam poſtea *Rawulfus* de *Beornegia* vi monaſterio & ſibi abſtulit,ſed parvo poſt tempore non ſolùm illam, ſed etiam omnem ſuam terram perdens,carcerali cuſtodia multatus eſt, Deo ſibi dignam ultionem reddente.

De **Grimmanhylle** *&* **Careſbyrig.**

Has equidem villas **Grymmanhylle** & **Careſbyrig** nuncupatas, tẽporibus regis *Eadwardi* monaſterio ſubjacentes & per inedicibile temporis ſpatium jure & propria dominatione monaſterii habitas & poſſeſſas, *Vrſo* vicecomes invaſit poſtquam vicecomitatum ſuſceperat. Extitit enim tunc ex parte ambitioſus captor terrarum ferè ubicumque potuit,ſed poſt modicum temporis per Dei miſericordiam ſemetipſum juſtius aliquantulum optemperavit. Cui denique villæ ſupranominatæ(nec ſine nimio timore)conceſſæ fuerunt, ab his videlicet qui tunc temporis res monaſterii gubernandas habuerunt,nam illis & valere & nocere ſi vellet potuit ; atque ex hoc plurimùm ipſi metuentes conceſſerunt ei quæ ab illis habere voluit. His itaque ipſe ſuſceptis utens ut propriis, omne debitum ſervitium exinde tamen indeficienter perſolvit regis. Nos autem hac de cauſa terris prænotatis &,ut præmonſtratur, à ſancto loco alienatis,has etiam nunc terras quas diximus literis ſupponere curavimus ; quoniam minus ſervicium quam inde debetur nos jam habere ſentimus.

Præfatio.

Hactenus, ut timidus nauclerus,erga litora remigium temptando locutionis noſtræ cimbam circumdiximus, nunc autem,ut ita dicam,latum pelagus intrantes, opus eſt, ut rationis veritati, quaſi radio ſolari aciem mentis pervigili obtutu infigamus,ipſamq; Dominam noſtram quæ ſtella maris vocitatur,cujus ſacratiſſimi monaſterii poſſeſſioni hæc omnia iniquorum hominum rapinâ ablata ſunt,indefeſſis precibus interpellemus,quatinus eſſe nobis dignetur in hoc cœpto itinere ductrix & tutrix, ne nos tempeſtas timoris potentiſſimorum hominum à recto deviare compellat, vel aura falſitatis interveniens navem frangendo in profundum demergat,ſeu procella minarũ abſorbeat,immò ipſa ſuffragante caribdim avaritiæ ſirteſq; favoris & falſæ gratia devitantes,ſtudioſum lectorẽ ad litus deſtinatum cum tranquillitate ſermocinatione noſtra tranſvehere valeamus. Jam ergo incipiamus in orientali parte fluminis magni,*Sabrinæ* ſcilicet,terras ad iſtam eccleſiam jure pertinentes deſcribere, qualiterve quocumque modo ablatæ ſunt, prout ſeniorum noſtrorum relatione didicimus, ſive ipſimet ſcire potuimus.

Item de eadem.

Ac primò videndum quæ terræ trium hæredum temporibus accõmodatæ ſint, poſt quorum deceſſum juri monaſterii redderentur,quæve poſtea juxta hanc conventionem redditæ, quæve injuſtè ſunt retentæ,ſive ipſorum qui eas exigere deberent negligentia, ſive denegatæ ſint iniquorum hominum potentiâ.

De **Salawarpe.**

Terra quæ dicitur **Salewarpe** ad jus monaſterii pertinere certiſſimum eſt;Nam *Godwinus* quidam frater *Leofrici* comitis,ejuſdam villulæ poſſeſſor infirmitate tactus,cum ad extrema ductus eſſet, à piæ memoriæ *Wulſtano*, tunc temporis monacho & decano, poſtea verò epiſcopo,& à venerabili *Wilſtano* qui poſtea abbas **Gloeceaſtre** claruit,oleo unctus eſt, pœnitentiaque ſibi injunctâ,de terra illa ab ipſis calumniatus eſt. Qui ſtatim eam de jure eccleſiæ eſſe recognovit,eamq; bono animo eis tradidit in jus eccleſiaſticum poſſidendam,pœnitentiam agens quod tam diu eam retinuit. Poſt mortem autem ejus,filius ejus nomine *Agelwinus*,qui à *Danis* obſes manibus truncatus eſt, teſtamentum patris ſui irritum faciens, adjutorio patris ſui,comitis videlicet,& jam dicti *Leofrici*,eandem terram monaſterio auferens,ſuo juri addixit. Nec multùm poſtea juſto Dei judicio ipſam & omnia quæ habebat cum vita ſua perdidit, morteque ignominioſa in caſa bovarii ſui vitam finiens,vix duorum ſervorum miniſterio ſepulturæ traditus eſt.

De **Heamtune.**

Terra quæ dicitur **Heamtun** monaſterio juſtè ſubdi debere nullus ambigere debet:nam *Wulſtanus* epiſcopus eam ab *Erngeato*, filio *Grim*, juſtè per placita requiſivit & proclamavit,ſed eam minimè adquirere potuit, eo quod ipſe *Earngeatus* adjutorio comitis *Leofrici* fulciretur, ſuáque vi eam retinuit. Unde & ipſe *W.* epiſcopus filium ejus monachum facere recuſavit,cum ab eo plurimùm rogaretur. Sed rogavit ut ipſe primitus monaſterio rectitudinem conſentiret, terramque illam aut totam, aut ſaltem partem ejus quæ dicitur **Thiccan-Apeltreo**,monaſterio cum filio donaret. Quo renuente, ac dicente quod filii ejus eam poſt ſe habere deberent,ac ſic ad monaſterium reverti deberet,diſceſſerunt ſuper hac re non concordati. Sicque poſt parvum tempus ne unus ex tota ejus progenie remanſit qui ei in hæreditatem ſuccederet,ſicque hæc terra ſicut & cætera ejus ſubſtantia in manus extraneorum venit, & monaſterium noſtrum adhuc eam expetit.

De **Weareſleage.**

Temporibus *Alfſtani* Prioris & *Witherici* Præpoſiti, villa quæ dicitur **Weareſleah** noſtræ fuerat propriæ dominationi ſubjecta, quam poſtea quidem epiſcopus *Wulſtanus*,conſilio & obtentu conſiliariorum, obtimatumque ejus,*Alfwino* filio *Brithmari* ut petiit conceſſit. Ipſa itaq; eam poſſidendo tenuit quamdiu vixit. Ac ſic poſt mortem ejus *Vrſo* vicecomes omnes terras quas ipſe habebat invadens, monaſterii jus ſubtraxit ; ſicque ejus dominatum perdidimus.

De **Ceaddeſlaege,** *&* *de* **Broctune.**

Nonnullarum verò terrarum poſſeſſiones comes *Leofricus*, defuncto patre ſuo *Leofwino*, ex hoc poſſidebat monaſterio. Ex quibus duas, **Wulfardilea**, & **Blakewelle** nominatas, quas diu injuſtè tenuerat,nobis reddidit. Cæteras verò, **Cedeſlaech** videlicet, **Beolne**, **Broctun**, & **Forfeld**, in fine vitæ ſuæ ſe redditurum nobis ſpoſpondit. Cujus ſponſionis uxor illius,*Godgiva* nomine,non immemor,poſt mortem domini ſui, præfati ſcilicet ducis ad nos venit,& pro remedio animæ ipſius & ſuæ tria pallia,cortinas duas, bancalia duo,candelabra duo,bene & honorificè parata,& bibliothecam in duabus partibus diviſam, nobis obtulit, teſtemque ſe eſſe dicens promiſſionis quam vir ſuus dum adhuc viveret nobis promiſit,

miſit pro eiſdem terris pretium unoquoque anno dare, ut ſibi licentiam concederemus, petivit, idque etiam quoad viveret ut licenter faceret poſtulavit, ea ratione ut poſt mortem ejus terras cum omnibus quæ in illis inveniremus ſub noſtra ditione haberemus. Cui quod devotis quæſivit petitionibus mente promptiſſima annuimus. Verùm non elapſo longi temporis ſpacio, *Eduuinus* & *Morkere* duces, inſtinctu diabolico, eaſdem terras omnemq; ſubſtantiam illius abſtulerunt, ad ſui, (ut poſtmodum patuit) non ſolùm confuſionem, verumetiam ad honoris in quo diu fuerant celerem amiſſionem. Nam alter eorum, *Edwinus* videlicet à ſuis peremptus, alter verò in captivitate mortuus eſt.

De **Headdes-ofre.**

Villa quæ **Headdes-ofre** nominatur, ad orientem **Wic** ſita, juri monaſterii ſanctæ *Mariæ* juſtè ſubdi deberet: nam *Bribtwinus* quidam prædives, qui eam hæreditate parentum ſuorum poſſidebat, liberaliter habens videlicet poteſtatem donandi ſive vendendi, eam cuicumq; vellet, utpote paternam hæreditatem, nulli inde aliquod ſervicium niſi regi faciens, cum filio filii ſui, *Edwino* nomine, eandem terram Deo & ſanctæ *Mariæ* obtulit, eundemque nepotem ſuum monachum fecit. Filius ejus etiam, *Bribtmarus* nomine, pater ipſius jam dicti *Edwini* monachi, cum hæres patris extitiſſet, capitulum monachorum intravit, ipſamq; villam monaſterio dedit monachiſq; eam commendavit. Sed poſtquam *Normanni* hanc patriam devicerunt, *Willielmus* comes eam monaſterio abſtulit, eamque cuidam miniſtro ſuo dedit, *Gilberto* nomine, ſicque dominium ipſius villæ perdidimus. Ipſeque *Willielmus* comes, qui iſtam & plures alias terras Deo & ſanctæ *Mariæ* injuſtè abſtulit, juſto Dei judicio non multò poſt exul à patria ignominioſa morte vitam finivit, & qui monaſteria Dei exhæreditare non timuit, Deo ſibi digna factis reddente, nullum in hac terra hæredem ſui honoris ex omni ſua cognatione habuit, quia filius ejus paternæ hæreditatis parvo tempore dominus, pro traditione quam regi facere voluit, publicæ cuſtodiæ mancipatus, omne vitæ ſuæ explevit tempus ergaſtulo religatus, omniſque ejus progenies illa hæreditate lege publica privatus eſt.

De **Odduncgalea.**

Erat quidam clericus, *Kinechegen* vocatus, genere & ſapientia clariſſimus, & per totam hanc dioceſim bonitatis ſcientiæque ſuæ fama nominatiſſimus. Hic ſæpe veniens ad *Godwinum* virum venerabilem, & hujus monaſterii tunc temporis decanum, terram unius caſſati quæ ab incolis **Odduncgalea** dicitur, in uſus proprios quæſivit; cui quod petebat minimè denegare volebat, nam illum ſtrenuum magnæque prudentiæ virum eſſe ſciebat, conceſſit ſine dilatione, ea tamen ratione, ut v. ſolidos pro eadem terra perſolveret anni cujuſque revolutione; quam conventionem ipſe quamdiu vivebat mente devotiſſima perſolvebat. Verùm eodem ſubtracto ex hac luce, qui de ejus genere ſuperſtites fuere hanc eandem terram ſibi uſurpavere, nec poſtmodum ſervicium aliquod pro eo nobis exhibere voluere. Tali modo hac terra caruimus & ſervitio quod pro illa habere debuimus.

De **Crohlea.**

Tempore illo quo *Dani* hujus patriæ poſſeſſores fuerant, villa quæ dicitur **Crohlea** à dominico victu monachorum hoc modo ablata eſt, licèt ſervitio eccleſiæ adhuc Deo largiente mancipata. Nam *Simund* quidam, genere *Danus*, miles *Leofrici* comitis *Merciorum*, poſſeſſor exiſtens alterius **Crohlea** prædictæ jam vicinæ, ut illius generis homines erant ſoliti, noſtræ tunc propriæ villæ dominatum avare cupiebat: Quam cum adipiſci nullo modo poſſet, vi & potentia ſua & domini ſui eam tot damnis & placitis pejoravit, ut ferè eam colonis deſtitueret; hinc facto placito, precibus domini ſui prædicti comitis, *Ægelwinus* Prior iſtius monaſterii ei terram ipſam conceſſit poſſidendam vitæ ſuæ ſpacio, ea tamen conventione, ut pro ea ipſe ad expeditionem terra marique (quæ tunc crebrò agebatur) monaſterio ſerviret, pecuniaque placabili ſive caballo ipſum Priorem unaquoque anno recognoſceret.

De **Bradicote.**

Villam quæ dicitur **Bradicote** beatus *Oſwaldus* cuidam presbytero, *Godingo* nomine, ea conceſſit ratione, ut quicquid in ſcripturis neceſſe eſſet, abſque ulla ſcriberet contradictione: cui conventioni libens aſſenſum præbebat, multoſque poſtmodum huic monaſterio libros ſcribebat. Suſceptam verò villam quamdiu vivebat nimiùm ſuper hoc dato gaudens poſſidebat. Eo autem mortuo, ſuperſtites generis ipſius tam diu illam habuerunt quouſque *Franci* ejuſdem terræ dominatum ſua vi nobis abſtulerunt.

De **Hymeltune** & **Spoeclea** & **Wlfrintune.**

Eo tempore quo *Bribtegus* epiſcopus hujus loci epiſcopatum tenebat, cognatos & parentes ſuos ex hujus eccleſiæ poſſeſſione hæreditare inſtituit, qui ipſe de provincia *Occidentalium-Saxonum* genus ducens, ſcilicet de **Baerwicſcire**, parentelæ cognationem vel hæreditatem in hac provincia minime habuit. Accepit autem membra capitalis villæ quæ *Halbega* dicitur, & dedit *Agelrico* fratri ſuo, eumqne inde locupletavit; ſcilicet has villulas quæ ſic appellantur, **Hymeltun** & **Spoeclea** & **Wlfrintun**, & unam hidam in villa quæ vocatur **Hwitintun**. Et poſtea comes *Wilhelmus*, ipſo *Ægelrico* vivente, hæc omnia diripuit, & ſuæ poteſtati ſubjecit; ſicque à ſancti loci hujus poſſeſſione uſque modò alienantur; ſervitium tamen inde ij qui habent ſe facere debere monaſterio profitentur.

De **Lappawurthin.**

Idem verò epiſcopus *Bribtegus* quodam in tempore ad *Saxoniam Gunnilde, Cnuti* regis filie, ductor extitit, cum eam imperator *Cono* uxorē duceret, & quendam miniſtrū ſibi valde carū, *Hearle-*

winum nomine,ſocium itineris ſecum habuit. A quo epiſcopus prædictus quàm nimiùm eſt rogatus,ut aliquas lccupletationes terrarum ſibi tribueret. Quod libenter ipſe epiſcopus conceſſit, & quandam villam quæ **Lappawurthin** appellatur,dimidium ſcilicet hide,ſibi tradidit,ea tamen conditione,ut monaſteriali juri ad feſtivitatem aſſumptionis ſanctæ *Mariæ* ſolidum unum daret & ſic hactenus hujus ruris poſſeſſione ſancta eccleſia caret.

De Refnes hylle.

Villam etiam,**Refnes hyl** nomine,dedit idem epiſcopus cuidam cognato ſuo, vocabulo *Brithwine*,quam poſt eum vicecomes *Urſo* invaſit,taliterque hanc ſuam poſſeſſionem ſancta eccleſia amiſit.

De Emlaege.

Villam quæ dicitur **Emlaege**,*Brightegus* epiſcopus cuidam miniſtro ſuo dedit ; ſed *Livingus* epiſcopus poſtea eam juſtè placitando monaſterio reſtituit. Qui tamen poſtea hominum ſuorum precibus devictus, cuidam militi ſuo *Ægelrico*, cognomento *Kiu*, ſuo die poſſidendam accommodavit,ea lege,ut poſt obitum ſuum ad monaſterii dominationem redire deberet abſque omni placito & contradictione, anathemate perpetuo ligans illum qui ampliùs eam à monaſterii jure retineret. Poſt cujus obitum ad monaſterium quidem rediit,& *Withericus* modò præpoſitus ſuper eum fuit. Sed *Rodbeartus*,diſpenſator regis & frater vicecomitis,per potentiam regis monaſterio abſtulit. Sicq; à noſtra dominatione diſceſſit.

De Ceorlatuna.

Villa quæ dicitur **Ceorlatun** ad jus eccleſiæ pertinere nulli dubium eſt, nam dimidia ejus pars adhuc monaſterio ſubjacet:altera verò medietas,licet ab alienis poſſideatur,monaſterio ſervire debere nemo contradicit. Hanc autem partem iſtius villæ quam *Francigeni* poſſident, ſcilicet vij. hydas, quidam dives homo trium hæredum temporib. poſſidendam pecunia ſua adquiſivit:quo defuncto, filius ejus ei in hæreditatem ſucceſſit. Ipſoq; mortuo *Godricus* quidam,cognomento *Finc*,eam poſſedit. Hoc etiam vita ſubtracto,*Wlſtanus* epiſcopus eam recepit,& quia ei quidam *Francigeni* qui hæreditates *Anglorum* invaſerunt, contradicere nitebantur, regem adiit, eiq; calicem aureum magni pretii dedit,& accepto brevi ejus ſigillato ſuper hac re rediit, eamq; ſuſcepit & poſſedit. Poſtea verò *Rodbertus* regis diſpenſator,frater *Urſonis* vicecomitis,eam invaſit,adjutorio ſuffultus reginæ,ſicque eam perdidimus: ſervitium tamen inde eccleſiæ ſe facere debere profitebatur & velle.

De Benningwurthe.

Brihtegus epiſcopus dedit terram 5. hidarum aet **Benningwurthe** *Atſere* cognato ſuo, qui etiam camerarius epiſcopi fuit;ipſoq; adhuc vivente *Urſo* vicecomes illam ab illo vi ſubtraxit, eamque poſſedit. Sicque monaſterium injuſtè terram perdidit.

Item de Benningwyrth.

Alia autem pars ejus terræ à quodam alio,*Ærngrim* nomine,poſſidebatur,qui ſervicium eccleſiæ inde faciebat. Hic dum taliter fieri de vicino ſuo videret, *Ægelwinum* abbatem adiit,qui illis temporibus pro nimia ſeculari prudentia judex ferè totius *Angliæ* erat,& à rege plurimùm honorabatur, petiitque ſuffragium. Quod dum ad tempus inveniſſet,ei ſervire inſtituit pro eadem terra, ipſamque ſic à noſtra dominatione ſubtraxit. Sed ſancta Dei genetrix non diu paſſa eſt fraudatorem ſuæ poſſeſſionis impunè gaudere, immo ut ſcriptura dicit, *incidit in foveam quam fecit.* Nam unde ad tempus habuit præſidium inde majus poſtea ſuſcepit periculum. Circumventus ſiquidem dolis & ingeniis ipſius abbatis,poſt parvum tempus de terra,ſcilicet **Beningwurthe**,expellitur, omnibus tamen vicinis injuſtè hoc fieri acclamantibus,quamvis nihil proficerent quia potentiâ & ejus affluenti eloquentia quâ plurimùm vigebat(unde etiam & ab ipſis *Francigenis* timebatur)mox preſſi tacuerunt. Hoc igitur modo hanc terram perdidimus,& abbatum *Eveſhamii* dominationi ſubdita fuit.

De conflictu Wlſtani *epiſcopi &* Agelwii *abbatis*

Poſtquam *Ægelwii* abbatis *Eoveſhamii*, terrarumque quas ipſe vi vel fraude monaſterio huic injuſtè ſubtraxit mentionem fecimus, plura de eo, & quis qualiſve fuerit, & quomodo ipſæ terræ à domino noſtro *Wlſtano* epiſcopo innumeris & frequentib. placitis in manu ejus proclamatæ ſint, ſcribere dignum duximus, ne forte quis ſequentium credat ipſum domnum epiſcopum eas ſilentio negligenter præteriſſe. Devicta namque patria hac à *Narmannis*, perditiſque cunctis melioribus Baronibus iſtius provinciæ,cœpit ipſe abbas multùm creſcere ſeculari potentia,eo quod ingenio & calliditate & ſcientia ſecularium legum,quæ ſola ſtudebat, cunctos præcelleret, maximè quia domnus epiſcopus *Wlſtanus*, qui ſolus illo honorificentior ex omnibus in vicinio reſtabat,totum ſe Dei ſervitio mancipabat,nec ullo modo, cum plurimùm quidem poſſet , ſecularibus negotiis implicare ſe vellet:immo,ne occaſione aliqua honoris aut potentiæ ejus implicaretur quaſi mortem devitabat,apoſtolici memor præcepti, *Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus*, &c. Hinc factum eſt, ut ipſe jam dictus abbas, cum quaſi ſub obtentu ſuæ protectionis plurimos hujus provinciæ divites homines ſibi attraheret & paulatim ſubderet,tum etiam quoſdam milites & homines epiſcopi cum terris ſuis hoc modo ſibi conjungeret, nunc conſanguinitatis occaſione , nunc vicinitatis affinitate,ſuam eis protectionem contra *Normannos* ſpondet. Quos cum primò ſic decepiſſet,non multò poſt aſtutiâ ſuâ illos circumveniens,terrâ omnibuſque rebus ſuis defraudavit. Unde non minima altercatio inter ipſum,& domum epiſcopum excrevit hac de cauſa. Sed,ut ſcriptura dicit, *Filii hujus ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt*, ipſe aſtutia ſua ſanctum

ctum virum ſeducens, nunc ſervitium ſpondens, nunc aliarum terrarum damnum ſe illaturum minans, uſq; dum vixit ſermonem infinitum protraxit, ſervitium tamen ei pro eiſdem terris demum fecit, & de ſuo dominio eas recognovit, licet eas dimittere nollet. Hæ ſunt terræ quas ipſe de hoc monaſterio & de victu fratrum poſſidebat, **Actun, Careſbyri, Beningwurthe.** & in civitate domos quamplures, & in **Warewicſcire** *Mylecota*, & **Weſtun**, & de epiſcopatu **Cownilad** & **Doiglesford**. Cum autem in longum de his terris inter ipſos altercatio protraheretur, abbas ipſe podagræ dolore corripitur & defungitur ſuo pontifici, nec pacatus nec abſolutus ab ipſo. Pro cujus anima cum ipſe reverentiſſimus epiſcopus *Wlſtanus* compaſſionis viſceribus permotus, orationes peculiares inſtantiſſimè crebrè faceret, ſubitò & ipſe podagræ dolore in crure & pedibus invaditur, in tantum, ut non ſolùm à medicis qui ad eum curandum conducebantur curari non poſſet, immò etiam deſperaretur & à curatione ceſſaretur. Qui mox ut humana ſibi ſuffragari non poſſe ſenſit auxilia, ad nota orationum confugit ſubſidia, & (ut ipſe nobis referre ſæpiùs ſolebat) nocte quadam ſibi oranti divinitus revelatum eſt, quod hanc infirmitatem ideo incurriſſet, quia pro ipſius abbatis anima preces peculiares faceret, dictumque eſt ei, ut ſi curari vellet, dimitteret. Quod cum ſuis primo mane narraret, &, ut ſibi præceptum fuerat, ab ejus memoria agenda ceſſaret, ſtatim abſque humanæ medicinæ adminiculo intra paucos dies ſanus effectus eſt. Unde colligere poſſumus quante dampnationis ſit terras & poſſeſſiones monaſteriorum invadere, & monaſteriis auferre, quando etiam pro ipſis raptoribus exorari Deus averſatur. Sed de his ſatis. Jam propoſitum perſequamur. Succeſſit igitur in abbatis regimine ipſi *Egelwio* abbas *Walterius*, qui cum omnes terras quas prædeceſſor ejus ſic adquiſitas poſſederat & ipſe poſſideret, *Odo* quidam epiſcopus *Bajocenſis* & comes *Cantuarienſis*, frater ſcilicet *Willielmi* regis, omnes terras quas ipſe abbas ſæpedictus *Egelwius* poſſidebat, abſque terris quæ juſtè ab abbatiam pertinerent, à rege, fratre videlicet ſuo, poſtulavit & accepit, noſtraſque terras quas ipſe ſic poſſederat cum aliis invaſit; ſicq; eas perdidimus: vix tamen dominus epiſcopus ſervicium deal iq uibus eis adquiſivit, ipſeque qui eas primitus monaſterio abſtulit nihil præter peccatum inde habuit.

De Herefordſcire.

Poſtquam rex *Eadmundus*, cui prænomen erat *Latus ferreum*, bellum contra *Cnut* ter in uno anno commiſerat, & *Angliam* ſecum poſtremò partitus fuerat, provincia vicecomitatus de **Herefordſcire** comiti *Ronig* cui ſic vocabulum erat tradita fuit. Qui denique & ſui quos habebat milites terras quaſcunque potuiſſent arripientes eccleſiæ de **Wireceaſtre**, has etiam terras & villas cum omnibus eis ſubjacentibus abſtulerunt, ſcilicet **Pencoſan**, & **Cogre**, & **Wpledene**, & **Aclea**, & **Roeccesford**, quaſdam propter debilitatem eorum qui eas ſervare debuiſſent, quaſdam verò propter regis vectigalia ſæpe ſupervenientia & importabilia, quaſdam autem propter alia innumerabilia injuriarum incommoda. Super his igitur talibus & tantis amiſſionibus & ſancti loci privationibus nos omnipotentem Dominum, & totius boni hæredem, ejuſque piiſſimam genitricem ſanctam *Mariam*, necnon beatum *Oſwaldum* patronum *Wigornenſis* eccleſiæ atque advocatum inobliviſcentibus precibus invocamus, quatinus ſanctæ ſuæ miſericordiæ reſpectu has terras ablatas per aliquem bonum hominem juri eccleſiæ cui debentur quandoq; reſtituant, & eos qui conſilium vel auxilium ad hoc impendere ſtuduerint, indeficientem mercedem habere perpetualiter concedant.

De Scropſcire.

Comes quidam, *Swegen* nomine, adeo deditus erat vanæ gloriæ, adeo lætifera peſte fatigabatur ſuperbiæ, ut filium ſe eſſe comitis *Godwini* omnimodo negaret. De ſtirpe verò *Cnuti* regis ſtrenuiſſimi ſe eſſe profitebatur, illumque ſuum patrem & de nullo alio ſe genitum fore mentiendo teſtabatur. Quam nimiæ arrogantiæ vanitatem mater illius, conjux videlicet præfati ducis *Godwini*, exhorreſcens, multis ex *Occidentalium-Saxonum* parte adductis nobilibus feminis, ſe matrem illius, & *Godwinum* patrem ejus eſſe, magnis juramentis & illarum probavit teſtimoniis. Obſtitit ille & de eorum ſtirpe dixit ſe originem non duxiſſe. Iſte idem de quo loquimur ſanguine ſanguinem tangens, iniquitati videlicet iniquitatem addens, ut ſuperbiæ & vanæ gloriæ ſic etiam carnis illecebris quadam animi devotione ſerviebat; ſcilicet abbatiſſam de monaſterio, quod **Leomynſtre** dicitur, vi abſtractam, quod dici nefas eſt, ſuo per totius anni curriculum conjugio ſociavit. Verùm hanc Deo & hominibus rem nimiùm deteſtabilem venerabiles viri, *Edſius*, *Cantuariæ* archiepiſcopus, & *Lifingus*, hujus *Wigornenſis* eccleſiæ epiſcopus, nullatenus ferentes, illum pro tali facto vehementer increpare cœpere, & niſi ab hoc citiùs reſipiſceret opere, eum ſe velle excommunicare jurejurando dixere. Quorum increpationem ipſe non modicùm pertimeſcens, licet invitus, à tam Deo re peroſa cœpit ſe abſtinere. Verùm ad vindictam hujus talis increpationis, per illum & per alios ſuos amicos æque ſibi potentes, his terris **Moerebroc** videlicet, & **Hoptun** & **Wferecleobyrig**, cum multis aliis in **Scrobſcire** ſitis caruimus.

De Steffordſcire.

Villa quæ dicitur **Swinford**, ſita in **Steffordſcire**, & aliæ villæ ſitæ in **Wigereceaſtreſcire**, quæ ita nominantur, **Clent** & **Terdebiggan**, ad jus monaſterii quondam pertinere domni *Wlſtani* epiſcopi didicimus relatione, qui pius pater quomodo adquiſitæ & quomodo iterum ablatæ fuerunt, hoc modo ſæpius narrare ſolebat. Dixit enim quendam decanum loci iſtius exſtitiſſe, *Ægelſium* nomine, nobilem valde & prudentem, tam in monaſticis quàm in ſecularibus actionibus, in tantum ut etiam inter conſiliarios regis connumeraretur, & eſſet inter eos ſatis conſpicabilis. Hinc factum eſt, ut in divitiis & pecuniarum abundantia plurimos majoris ordinis præcelleret. Unde & ad ipſo rege *Athelredo* has prædictas villas emit

mit CC. libris argenti in jus perpetuum monaſterii, ipſeque quoad vixit tempore eas poſſedit. Mortuo autem rege *Athelredo*, facta eſt magna turbatio patriæ, certantibus de regno *Eadmundo* filio ejus, & *Cnut* rege *Danorum*. Manente verò regni, ut jam dixi, diſcidio, defunctus eſt ipſe *Ægelſinus* decanus. Quo mortuo, quidam malignus homo, *Eirc* nomine, qui fuit vicecomes in **Staeffordſcire** illis temporibus, eaſdem villas invaſit, & quia non erat qui juſtitiam ſanctæ eccleſiæ faceret, regno ubique, ut ſæpe dixi, turbato, nec adhuc ſub uno rege ſtabilito, à poſſeſſione hujus monaſterii ipſe Dei inimicus eas villas alienavit. Unde hucuſque ſub manu vicecomitis de **Staeffordſcire** ſunt omnes eadem villæ, licet quædam in hoc vicecomitatu ſunt ſitæ.

De Werewicſcire.

Tempore quo *Cnut* rex *Danorum*, hac patria devicta, vectigal importabile toti *Anglorum* regno impoſuerat, ablatæ ſunt hæ villulæ in **Warewicſcire** à monaſterii poſſeſſione, vi & fraude malignorum *Danorum*, quorum potentia eo tempore terrori erat indigenis hujus patriæ. Nomina autem terrarum hæc ſunt, **Ludingtun** & **Droeitun**, & iij. hidæ ad **Lockeſlea**, & **Lappawurthin**, & dimidia **Mylekote**. Conſtituerunt enim, ut ſi quid vectigalis ad terminũ conſtituti diei deeſſet, quiſquis prius pecuniam pro ea ſolveret ejus poſſeſſioni ſubjaceret. Hac calliditate inventa, quiſquis aliquam terram de monaſterio concupierat, pecunia data vicecomiti, vectigali reſutato etiamſi ſatis tempeſtivo, quod malè concupierat pro libitu injuſtè rapiebat. Sed Deus hanc ſui rapinam abſque ultione non dimiſit. Nam unuſquiſque eorum qui huic fraudi operam dederunt digna ultione percuſſi, aut luminibus privati, aut paraliſi diſſoluti, aut in inſaniam verſi ſunt, plurimi etiam ſemetipſos interfecerunt. Eo quoque tempore *Edwinus*, frater *Leofrici* Comitis, iſto modo invaſit has villas quæ his nominibus appellantur: **Bikemerſc** in **Warewicſcire**, & **Wichald** in hoc vicecomitatu & alias de quibus jam diximus in **Scropſcire**. Sed ipſe diu hac rapina gaviſus non eſt. Nam ipſe non multò poſt à *Grifino* rege *Brittonum* ignominioſa morte peremptus eſt. Ad cujus xxx. diem pius pater *Wlſtanus*, tunc temporis Prior hujus monaſterii, & *Wilſtanus* Præpoſitus, qui poſtea fuit abbas **Gloeceaſtre**, cum veniſſent ad **Alritune** expetentes terras monaſterii, vix pratum ſolũmodo ad **Marnanclive** adquirere potuerunt; villas verò nullo modo adquirere valuerunt, ſed uſque hodie injuſtè retentæ ſunt, quod Deus emendet cum ſibi placuerit. *Oegelunius* quoque abbas *Eoveſhamii*, proſperis ſucceſſibus in tantum accreſcens in ſeculo, ut ſub rege *Willelmo* ſeniore judex factus eſſet provinciæ, cũ dimidiam partem quæ antea á monaſterio ablata fuerat; ipſius villæ quæ *Mylekota* dicitur, ab ipſo qui eam poſſederat, ſuis ingeniis, ut ſolebat, adquiſiſſet, inſtabat quantum poterat ut etiam medietatem ejus quæ adhuc monaſterio ſubjacebat adquireret. Tandemque, adquiſitis fautoribus quibuſdam etiam ex conſiliariis epiſcopi pecunia ſua, ſpondens quoque ſe nominatam pecuniam unoquoque anno pro ea perſolvere; inſuper etiam & ejus terræ medietatem quæ ante ablata fuerat poſt certum annorum ſpacium ſe promiſit velle monaſterio redintegrare, ſuorum precibus & conſiliis victus quievit epiſcopus. Acceptâ verò terrâ abbas vix anno uno conventionem tenuit. Fracta autem conventione, & ipſe morte multatus eſt. Poſt cujus obitum ut jam diximus *Odo* epiſcopus frater regis, eandem terram, ſicuti & omnes alias quas tenebat præter abbatiam invaſit, ſicque à monaſterii dominio deviavit.

De Oxanfordſcire.

In vicecomitatu *Oxenfordenſi* duæ villæ ditioni hujus monaſterii adjacebant, quæ his nominibus vocantur, **Hethrop** & **Kidigtun**, quas rex glorioſiſſimus *Offa* Deo & ſanctæ Dei genetrici ad uſus ſervorum Dei qui in hoc monaſterio Deo ſervire ſtuduerint regali munificentia donavit. Has poſtea iniquiſſimi *Dani*, cum hanc patriam invaſiſſent, ſuis dolis & fraudibus & ſeculari potentia à monaſterii poſſeſſione abſtulerunt.

De Gloeceaſtreſcire.

Eo tempore quo *Edric* cognomento *Streona*, id eſt, adquiſitor, ſub rege primitus *Athelredo*, & poſtea aliquandiu ſub *Cnut* omni *Anglorum* regno præerat, & quaſi ſubregulus dominabatur in tantum ut villulas villis & provincias provinciis pro libito adjungeret, nam vicecomitatum de **Wincelcumb** quæ per ſe tunc erat, vicecomitatui **Gloeceaſtre** adjunxit. Hic tanta fretus potentia, ab hujus monaſterii poſſeſſione, *Leoffigo* epiſcopo exiſtente, vi & fortitudine ſua iij. villas abſtulit, quæ his nominibus appellantur, **Boecceſhofre**, & **Aſiege**, & **Beingaham**. Sed non multò poſt etiam ipſe omnia ſua cùm vita perdidit, jubente namque *Cnut* rege occiſus atque extra murum *Londoniæ* ignominioſè projectus, nec etiam ſepulturæ judicatus eſt dignus; Deo ſibi dignam ultionem reddente, ut qui multorum monaſteriorum deſtructor, & cunctorum fere extiterat oppreſſor, à cunctis etiam ad ſepulturam ſperneretur. Simili modo tempore *Willielmi* regis *Rogerius* de *Juri* invaſit terram in **Gloeceaſtreſcire** quæ **Hamtun** nominatur, domno *Wlſtano* epiſcopo exiſtente in legatione regis apud *Ceaſtram*. Et quia regnum erat adhuc turbatum, & de epiſcopatu etiam inter *Thomam* archiepiſcopum & dominum noſtrum altercatio, nulla hinc eo tempore poterat eſſe diſcuſſio. Hinc factum eſt ut uſque hodie monaſterium inde ſpoliatum eſt. Nec ipſe impunè ſuper rapina gaviſus eſt. Nam vivens, cum eſſet ditiſſimus & pincerna regis cariſſimus, regalem incurrit iram, vixque fuga vitam ad modicum protexit, omneſque ſuas poſſeſſiones permaximas perdidit, & exul à patria ignominiosè poſt parvum tempus obiit.

Enucleatio libelli.

Hunc libellum de poſſeſſionibus hujus noſtri monaſterii, ego *Hemmingus* monachus & ſacerdos quamvis indignus, & conſervus ſervorum Dei habitantium in monaſterio ſanctæ Dei genitricis *Mariæ* ſito in urbe quæ Anglicè **Wigornaceaſter** nominatur, multorum antiquorum hominum & maximè domni *Wlſtani* epiſcopi piiſſimi patris noſtri edoctus relatione,& corroboratus auctoritate, quædam etiam ex noſtra memoria ipſemet quibus aut interfui aut quæ noſtra ætate facta ſunt intermiſcui,utpote de terris quas *Francigeni* invaſerunt, quæ omnia tanto certius dico quanto ea noſtra memoria recolit facta,ea maximè intentione compoſui,ut poſteris noſtris clareſceret quæ & quantæ poſſeſſiones terrarum ditioni hujus monaſterii adjacere ad victum duntaxat ſervorũ Dei,monachorum videlicet,jure deberent,quamque injuſtè vi & dolis ſpoliati his caremus. Quid verò utilitatis hoc meo labore exerceatur,Dei pietas melius novit, cui totum committo. Quantum tamen ad meam attinet diſpoſitionem hæc eſt,ut ſi quando Dei gratia concedente cor regis juſtitia qua nunc marceſcit conſolidetur,lexque quæ nunc injuſtis principibus confuſa eſt juſtitia fulciente ſtabilietur,ſciat ſive epiſcopus,ſive decanus,vel aliquis Prælatus hujus monaſterii, dum tempus aptum invenerit,quomodo eas proclamat, quomodo eas expetat,ne ignorantiæ nebulis abſconſæ penitus ex memoria deleantur. Cognitis enim cauſis, perſonis, & temporibus quibus aut per quos quove modo ipſæ terræ vel poſſeſſiones à monaſterii dominatione ablatæ ſint,ſatis meliùs & convenientiùs quilibet earum proclamator, & ad jus monaſterii quo juſtè ſuppetere deberent ſtrenuus & juſtus exactor,ſuam componet orationem, & compoſitam majori auctoritate diligenter & nominatim ſingulis expreſſis cauſis,perſonis, temporibus, fulcire prævalet proclamationem. Noverit autem ſtudioſus lector me hoc opus non mea præſumptione,ſed plurimorum rogatu, maximè tamen ipſius reverentiſſimi patris noſtri jam dicti & ſæpe nominandi,domini videlicet *Wlſtani* epiſcopi juſſione incœpiſſe,cujus orationibus ſuffultus veraciter credo ad finem uſque me perduxiſſe.Solebat namque inter jocunda ammonitionis ſuæ colloquia, quæ nobiſcũ ut pius pater frequenter habere delectabatur,non quidem me ſolum expreſſo nomine,ſed cunctos fratres quosfortè caſus ſibi præſentaverat pigritiæ & deſidiæ arguere,cur nos otio torpentes res præcedenti ſive noſtro tempore geſtas de poſſeſſionibus dumtaxat eccleſiæ noſtræ nollemus literis commendare,cum nos & plura oculis noſtris facta vidiſſemus,& ipſe utpote vir venerandæ ſenectutis & caniciei multa poſſet recolere quæ plurimorum non erant recondita memoriæ.Aiebat etiam non minimum poſteritatis noſtræ temporibus,ſi litterali memoriæ commendaretur, huic monaſterio evenire poſſe Deo donante proficuum, ſicut è contrario ſi negligeretur accideret damnum, dũ nullus ſupereſſet qui memoria recolere poſſet,aut ei ætati rerum geſtarum veritatem vel ordinem narrare noſſet. His ſiquidem adhortationibus plurimùm inſtigatus, ad poſtremum etiam ejus præcepto conſtrictus, & auctoritate corroboratus,hoc opus aggredi ſum exorſus,in jubentis magis orationibus quàm in propriis viribus confiſus. Erat namque idem reverentiſſimus pater noſter,licèt ſecularium rerũ minimè cupidus,hujus monaſterii plurimùm ſtudens ſemper utilitatibus, & ne ſua utquorundam prædeceſſorũ ſuorũ negligentia,commiſſa ſibi eccleſia damnum aliquod poſteris temporibus pateretur,pro poſſe ſuo præcavebat providus. Unde & ſcrinium monaſterii coram ſe reſerari fecit,diligenterque omnia antiquorum privilegia & teſtamenta de poſſeſſionibus hujus eccleſiæ perſcrutatus eſt,ne fortè cuſtodum negligentiâ putrefacta aut iniquorum avaritiâ forent diſtracta. Cumque ex parte ut putaverat repperiſſet,curavit ſtudioſè & putreſcentia reparare,& quæ iniquè diſtracta fuerunt ſtrenuè adquirere, adquiſita verò inſimul congregare, congregataque in duobus voluminibus ſtuduit ordinare.In uno quidem ordinavit omnia primitiva teſtamenta & privilegia,in quibus manifeſtabatur quomodo vel per quos primò terrarum poſſeſſiones huic monaſterio datæ ſint.In altero verò cyrographa quibus beatus *Oſwaldus* archiepiſcopus, cum adjutorio regis *Ædgari*, terras injuſtè à viris potentibus aliquanto tempore poſſeſſas ditioni eccleſiæ attitulavit,eaſque regali auctoritate & ſenatorum conſenſu, & principum patriæ teſtimonio, data unicuique cirographi cautione, poſt duorum vel trium hæredũ tempora juri eccleſiæ abſque contradictione reddendas, cirographorũ etiam exemplaribus in ſcrinio ſanctæ eccleſiæ ob teſtimonium collocatis ſuis ſcriptis ſucceſſoribus manifeſtavit. Quibus ordinatis,præcepit cuncta eodem ordine in bibliotheca ſanctæ eccleſiæ ſcribi,quatinus etiamſi, ut aſſolet, contingeret quod aliqua negligentia teſtamentales ſcedulæ perderentur,earum exemplaria ſaltem inibi conſcripta nullatenus oblivioni traderentur. Hoc quoque juxta velle & imperium ſuum patrato, præcepit adhuc omnia privilegia & cyrographa terrarum quæ propriè ad victum monachorum pertinent ſeparatim ex his congregari, eaque ſimiliter in duobus voluminibus eodẽ ordine adunari, quod in hoc codicello ejus, ut prædixi,iperio pro modulo meæ parvitatis, ſtudioſus lector feciſſe me animadvertere poteſt. Deprecor ergo, ut ſi cui hic parvitatis meæ labor cordi ſedet, orationis mercedem mihi peccatori impendere non deneget: Si cui verò diſplicet,aut ſuperfluũ judicat, ſciat me nõ faſtidioſis & deſidioſis,ſed ſtrenuis & ſtudioſis laboraſſe, eiſque qui pro ſanctæ matris eccleſiæ proficuo & augmentatione non ſolùm ſtrenuè certare, verumetiam ſi neceſſe erit & ſemetipſos impendere non dubitant, hoc opus ſacraſſe. Annuat quæſo omnipotens Deus,& ſanctæ eccleſiæ honor & poteſtas jugiter creſcat & augmentetur ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti qui cum patre & ſpiritu ſancto vivit & regnat Deus in ſecula ſeculorum. Amen.

De **Calveſtune.**

EGO Wlſtanus *gratia Dei* Wigornienſis *eccleſiæ pontifex monaſterium ſanctæ Dei genitricis* Mariæ *à piæ memoriæ,beato ſcilicet* Oſwaldo, *predeceſſore meo, in ſede epiſcopali conſtructum, majori honore & dignitate amplificare cupiens,non ſolùm in eccleſiæ conſtructione, & ornatione, verùmetiam ex monachorum ibidem Deo famulantium illud locupletari ſtudui augmentatione. Quod utrumque Dei omnipotentis miſeratio per me ſervum ſuum adimplere ex parte dignata eſt. Nam cum à me paulò plus quàm duodecim inventi fuiſſent fratres, uſque ad quinquaginta à me ibi congregati ſunt in eodem* Ibid. fol. 192. a.

eodem monaſterio Dei mancipati ſervitio, unde factum eſt ut ſicut numerum fratrum, ita etiam ad eorum opus augere opportunum duximus poſſeſſiones terrarum. Conſilio igitur inito cum optimatibus meis, terram quandam xv. hidarum, quæ **Alfestun** *ab incolis nominatur, multo tempore à quibuſdam potentibus hominibus injuſtè poſſeſſam, maximo labore & pecuniæ donatione à rege* Willielmo *ſeniore adquiſivi, adquiſitam verò ad victum eorundem fratrum in eodem monaſterio Deo ſervientium dedi, eamque ſuper altare ſanctæ Dei genetricis* Mariæ, *pro remedio animæ meæ, atque ejuſdem regis, filiique ſui* Willielmi *ſimiliter regis, in teſtimonio tam optimatum ejus & meorum, quàm etiam totius populi devotè obtuli, anno Dominicæ incarnationis MLxxxviij. Indict. xij. regni autem regis* Willelmi *junioris tertio, epiſcopatus verò mei xxvij. ingreſſionis noſtræ in novum monaſterium quod conſtruxi in honore ejuſdem Dei genitricis primo, die ſancto Pentecoſtes. Adjuro igitur & obteſtor per nomen terribile omnipotentis Dei, tam cunctos fratres & coepiſcopos, meos ſucceſſores, quàm etiam omnes Chriſtianæ fidei cultores, ut ſicut ſua ſtatuta & decreta inconvulſa ſervari deſiderant, ſic hanc meam donationem & elemoſinam ſubtrahere, vel minuere non audeant. Si quis autem, demoniaco inſtinctus ſpiritu, hanc meam donationem, quod abſit, ſubtrahere, vel ab eorum, ſcilicet Dei ſervorum poſſeſſione auferre, ſive in aliquo minuere conatur, ex auctoritate patris & filii & ſpiritus ſancti, omnium ſanctorum patrum prædeceſſorum meorum & mea excommunicatione, anathemate æternæ dampnationis perpetualiter conſtringatur, & cum* Juliano *apoſtata, eccleſiarum Dei raptore & deſtructore, in die judicii dampnetur, niſi à talibus conatibus deſiſtat, & dignâ pœnitentiâ Deo, ipſiſque Dei ſervis ſatisfaciat. Hæc verò ſervantibus vita & pax æterna preſtetur in cœleſtibus. Nomina enim teſtium qui huic meæ donationi, & interfuerunt & conſenſerunt, hæc ſunt.*

✠ Ego Wlſtanus *epiſcopus, hanc meam donationem propria manu firmavi, & ſigillo corroboravi. His teſtibus,* Thomas *Prior cum omni congregatione* Wigornenſis *eccleſiæ.* Agelricus *archidiaconus.* Colemannus *monachus & cancellarius epiſcopi.* Frithericus *capellanus ejus, cum omnibus clericis epiſcopi.* Urſo *vicecomes, cum omnibus militibus vicecomitatus ejus.* Ordricus *dapifer, cum omni curia epiſcopi.* Alwinus *ſimiliter dapifer epiſcopi.* Ordricus *Præpoſitus ipſius villæ & plurimarum villarum epiſcopi.*

Ðiſ ſẏnꝺ þalanꝺ ʒemæꞃa inꞇo Ælꝼeſꞇune. æꞃeſꞇ oꝼ Aꝼene in Doꝺꝺaꝼoꞃꝺ. oꝼ Doꝺꝺaꝼoꞃꝺa in Kẏninʒeſbꞃoc. on-lanʒ Kẏninʒeſbꞃoce in Mæꞃꝺic. ꝼꞃom Mæꞃꝺic inꞇo Boʒilaƿe. oꝼ Boʒilaƿe ꞇo ƿeſꞇbꞃoce. oꝼ ƿeſꞇbꞃoce inꞇo Cumeꞃe. oꝼ Cumeꞃe inꞇo Clæiʒꝺuneſhale. on-lanʒeſ ſice ꞇo Hꞃucʒe-ſlo. ⁊ ſƿa onꝺ-lonʒeſ ƿæꞃe ea eꝼꞇ in Doꝺꝺaꝼoꞃꝺ.

Id eſt

Hii ſunt terræ termini ad *Ælfeſtunam* [*pertinentis.*] Primò ab *Avena* [*flumine ſic dicto*] ad [*vadum*] *Doddaford* [*dictum.*] à *Doddaforda* ad *Kyningeſbrocam* [*i. e.* regium amnem.] per longitudinem *Kyningeſbrocæ* ad *Mærdicam* [*i. e.* foſſam terminalem :] à *Mærdica* ad *Bogilawam* [tumulum, *fortè*, vel aggerem ſic dictum :] à *Bogilawa* ad *Weſtbrocam* [*i. e.* amnem occidentalem :] à *Weſtbroca* ad [*ſtagnum*] *Cumere* [*dictum* :] à *Cumera* ad *Cleiduneſhalam* [*i. e.* argillacei montis aulam :] per longitudinem foſſæ ad *Hrucgeſloam* [lacum, *fortè*, ſic dictum :] & ſic per longitudinem aquæ iterum ad *Doddafordam.*

Extractum de libro vulgò **Domesday** *dicto.*

Ibid. fol. 33. b.

IN vicecomitatu *Uuireceſtræ* habet ſancta *Maria* de *Uuireceſtra* unum hundred, quod vocatur *Oſuualdeſlau*, in quo jacent CCC. hidæ, de quibus epiſcopus ipſius eccleſiæ à conſtitutione antiquorum temporum habet omnes redditiones *ſocarum*, & omnes conſuetudines inibi pertinentes ad dominicum victum & regisſervicium & ſuum, ita ut nec vicecomes poſſit ibi habere ullam querelam, neque in placitis, neque in aliqua re, teſte vicecomitatu. Et hæ prædictæ CCC. hidæ fuerunt de ipſo dominio eccleſiæ, & quocumque modo præſtitæ fuiſſent, & cuicumque præſtitæ fuiſſent ad ſerviendum inde epiſcopo, ille qui eam præſtitam terram tenebat nullam omnino conſuetudinem ſibimet retinere poterat, niſi per epiſcopum, neque terram retinere, niſi uſque ad impletum tempus quod ipſi inter ſe conſtituerunt, & nuſquam cum hac ſe vertere poterat.

Pertinentia ad miniſterium Cellerarii Uuigorniæ.

Ibid. fol. 45. b.

AD miniſterium Gellerarii pertinet firma quæ datur per annum.

§. In ſeptimana recipiet x. ſextarios frumenti ſannatos, & x. mittas braſii, & ij. ſextarios piſarum, & viij. pondera caſeorum, & iiij. ſextarios avenæ ad præbendam, & j. marcam argenti in coquinam, & ad ſervientes ſexcentos panes de groſſa annona, & in feſtivitate ſancti *Martini* dabunt firmarii lij. porcos valentes totidem horas ad occidendum, vel totidem horas.

§. In nativitate Domini dabitur de unaquaque villa quæ firmam dat j. ſextarius frumenti, j. ſextarius braſii, j. ſextarius avenæ, & xvij. denarii, ij. aucæ, v. gallinæ, cc. ova, & j. denarius ad butirum. In Paſcha ſimiliter, & contra ij. aucas, j. agnus. In aſſumptione & in natali ſanctæ *Mariæ*, ſicut in natali Domini fiet.

§. In Quadrageſima pro caſeo dabitur omni ebdomade j. ſextarius mellis.

§. Ad piſces emendos in Quadrageſima, de unaquaque hida villanorum dabuntur xij. denarii & pro conductu iiij. d.

§. Ad lac in coquinam & ad pabula equorum hoſpitum, **Tidbertun**, **Lippard**, & *Herdewica*.

§. Ad vaſa & utenſilia officinarum, manſuræ & domus quas poſſidemus in civitate.

§. Ad ligna emenda *Hinewica* major & minor, & **Wantesford**, & *Wrbenhala*, & de Præpoſitis qui firmant in feſtum ſancti *Martini* xij. ſolidi, & in tercia hebdomade Paſche ſimiliter xij. s. & de ſupradicta marca argenti omni ebdomade iiij. d.

§. De *Cliva* & *Hallega* & *Grimelega* & **Fepſintun**, tercia pars decimationis.

§. De *Grimelega* & *Hallega* & **Bradewas** ligna iiij. navigiis ad ſervientes in aula in natali Domini.

§. De *Grimelega* & **Bradewas** C. diſcos in natali Domini, & in feſto ſanctæ *Mariæ* ſimiliter.

§. De *Stoca* & **Wlfwarde** duæ vaccæ pingues ad occidendum in feſtum ſanctæ *Mariæ*.

§. Ad karitatem fratrum de duodecim villis quæ firmant, ſcilicet *Linderugga*, **Neweham**, **Bradewas**, *Grimelega*, **Croppetorn**, **Wuerabirt**, **Tetintun**, **Scepwaſt**, **Blachewelle**, **Segesberi**, *Cliva*, *Alveſtona*, dantur xij. ſextarii mellis. De **Wlfwarde** ij. De *Horſelega* ij. De **Dunhamſtude** iiij. De **Stoctune** j. de dimidia hida de **Scepwaſt** j. ſextarius mellis, & de ſupradicta marca argenti omni ebdomade iiij. d.

§. Et molendinum ad *Salewarpam*. Et ex dono domini *Samſonis* epiſcopi, & domini *Teowaldi* epiſcopi decimatio vini, tercia pars de *Fladeberia*, *Rippelega*, **Saltemar.**

§. Et ſunt ad miniſtros v. piſcariæ & dimidia, ſcilicet *Etſieſwera*, quam dedit nobis *Walterus Puber* : ſecunda *Scadewella* : tercia apud *Hallega* : quarta apud *Bevereburna* : quinta apud **Bevereie** : dimidia apud *Grimelega*.

§. De molendinis de *Cliua* xl. ſticcæ anguillarum. De **Herfort** xxx. De **Croppethorne** xxx. De *Salewarpa* xxx.

§. Ex dono domini *Teolwoldi* epiſcopi xx. ſolidi in Pentecoſte ex proceſſione ad karitatem fratrum.

Ad initium cod. MS. in quo chronicon *Mariani Scoti* &c. in bibliotheca coll. corp. Chriſti *Oxon.*

De pontificali ſede, quomodo primitus ſtatuta ſit Wigornæ ; *& de poſſeſſionibus quæ à regibus, ſubregulis, & à bonæ recordationis viris datæ ſunt* Wigornenſi *eccleſiæ.*

EGregio *Merciorum* Regi *Wlfario*, qui regum totius *Merciæ* fidem Chriſti primus ſuſcepit, germanus ſuus, glorioſus Rex ſanctus *Æthelredus*, in regnum ſucceſſit : cui *Huniicciorum* ſubregulus *Osherus*, vir multùm laudabilis, *Huuicciam*, cui dignitate præſidebat regiâ, proprii antiſtitis dignitate honorari ſullimariq; deſiderans regimine, conſilium dedit utile ; rogavitque ſummopere, quatinus ſuum, quod tunc cæteris regnis præminebat *Angliæ*, pluribus antiſtitibus decoraret venuſtiùs, ac honoraret ſullimiùs, ſicut quoſdam reges *Angliæ* noverat olim feciſſe. Qui, cùm priùs id idem faciendi magno flagraret deſiderio, mox ejus ſuaſionibus ſalubribuſq; conſiliis acquievit ; & archipræſule *Doruberniæ Theodoro* ad ſe accerſito, rogavit ut, regno ſuo plures in parochias diviſo, epiſcopos locis conſtitueret oportunis. Ille autem utile ſatis regis votum gratanter approbans, quod rogabatur ſine dilatione maturabat explere. Itaque dioceſim, cui tunc *Saxuulfus* pontificali regimine præfuit, cum conſenſu ejuſdem regis ac principum illius, in quinque parochias diviſit ; anno ab incarnatione Domini DClxxviiij. Et quia civitas *Wigorna*, tempore quo regnabant *Brytones*, vel *Romani* in *Brytannia*, & tunc & nunc totius *Huuicciæ*, vel *Mageſetaniæ* metropolis extitit famoſa, cathedram erexit pontificalem digniter in ea, parochiarum jam diviſarum *primam* conſtituens *Huuicciam* ; ad quam, de monaſterio *Hild* abbatiſſæ, vir ſtrenuiſſimus ac doctiſſimus, *Tatfrithus* electus eſt antiſtes ; ſed priuſquam ordinari poſſet, morte præreptus eſt immaturâ. *Secundam* autem illam quæ pertinet ad epiſcopatum *Licetfeldenſem*, cui virum religioſum ac modeſtum *Cuthuuinum* præfecit. *Tertiam* verò mediterraneam *Angliam*, in qua prædictus epiſcopus *Saxuulfus*, quia ita ſibi placuit, reſedit ; pontificale cathedrâ illi conſtitutâ in civitate *Leogora*. *Quartam* denique *Lindiſſim* provinciam, cui præpoſuit virum ſanctum *Æthelwinum*, germanum ſancti *Alduuini* abbatis monaſterii quod **Partaneu** nuncupatur, ſtatuens ei epiſcopalem ſedem in civitate quæ vocabatur *Syddena*. *Quintam* verò conſtituit *Suthangliam*, ad quam de præfato monaſterio *Hild* abbatiſſæ ſingularis meriti & ſanctitatis virum *Ætlam* elegit antiſtitem ; eique præſulatûs ſedem in loco qui vocatur **Dorkaceſtre** conſtituit. Porrò pro *Tatfritho* venerabilis vir *Boſel* electus, ab ipſo *Theodoro*, ſicut & cæteri, ordinatus eſt epiſcopus ; habens epiſcopalem ſedem in prædicta civitate *Wigorna* ; quæ tunc temporis altis muris & moenibus pulchris decorata, multis urbibus clarior extitit atq; ſullimior. Interea ſanctus Rex *Æthelredus* eccleſias in quibus novi conſtituti ſunt epiſcopi ornamentis ditare, terriſq; ſtuduit locupletare. Uberiùs tamen & locupletiùs ipſe ac prædictus *Osherus* ejus ſubregulus eccleſiam *Wigornenſem*, & tunc & poſt, variis ac pretioſis ornamentis decoravere ; terriſque ab eis eidem eccleſiæ delegatis, partim ad antiſtitis, partim ad Canonicorum victum veſtitumq;, ſecundùm archipræſulis *Theodori* diſpoſitionem diſtributis, non mediocriter locupletavere.

Osherus Huuicciorum ſubregulus, licentiâ domini ſui regis *Æthelredi*, vicum qui dicitur **Rippel**, *Frithenualdo*, *Winfridi* quondam *Merciorum* epiſcopi monacho, ut ibidem eccleſiaſticæ converſationis normam exerceret, anno dominicæ incarnationis DClxxx. *Boſelo* pontificante, dedit ; & ab omnibus tributis, operibuſq; regis & principis gratis liberavit.

Æthelredus Rex *Merciorum* terram quæ dicitur **Fledanbyrig**, & in **Wic** unum caſulum cum duobus caminis de magno puteo ad eandem terram pertinentem, & **Suthheanbyrig**, & **Auſtan**, *Oftforo* epiſcopo, ad *Wigornenſem* eccleſiam, anno dominicæ incarnationis DCxcj. dedit.

Idem Rex vicum qui vocatur **Wicbold**, *Ecgwino* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ anno dominicæ incarnationis DCxcij. dedit ; & ab omnibus ſervitiis ſecularibus gratis liberavit.

Idem Rex & ejus ſubregulus *Osherus*, terram quæ **Widiandun** vocatur, duabus ſanctimonialibus *Dunnæ* famulæ Dei ejuſq; filiæ *Bucgæ*, ut eſſet juris eccleſiaſtici ad conſtruendum in ea monaſterium, ſub libera poteſtate condonaverunt. Eandem terram cum monaſterio ipſa *Dunna* ad dominum migratura, licentiâ *Ecgwini* epiſcopi, filiæ ſuæ *Rothuuaræ* abbatiſſæ reliquit, eâ conventione ut poſt curſum vitæ ſuæ ad *Wigornenſem* eccleſiam traderetur.

Donationis autographum hodieque in bibliotheca *Hattonirna*.

Æthelbaldus Rex *Merciorum* terram quæ vocatur **Breodun**, propinquo ſuo, comiti *Eanulfo*, ad monaſterium conſtruendum, *Ecgwino* pontificante dedit ; & excepta pontis & arcis conſtructione, liberavit.

Idem Rex **Suthhaenburh** & **Auſtan** liberavit. **Wudatun** etiam & **Baecceſoran** & curtem unam in *Lundonia* inter duas ſtratas, quæ **Tiddbertiſtret** & **Sadinſtret**, *Wilfrido* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ dedit & liberavit.

Dux *Hwita* terram quæ **Wilfordilea** dicitur, quam ei ſuus dominus Rex *Æthelbaldus* conceſſit, *Wigornenſi* eccleſiæ, ipſius regis licentiâ, *Wilfrido* pontificante, dedit. Idem Rex *Æthelbaldus* terram quæ dicitur **Bradanleach**, *Wilfrido* pontificante, dedit *Wigornenſi* eccleſiæ. Dedit etiam *Wigornenſi* eccleſiæ vicum qui dicitur **Wuduceaſter**, rogante *Wilfrido* epiſcopo. Pro ejuſdem regis anima vici **Caſtun**, & **Natangraf**, & **Salemonesbyrig**, dati ſunt *Wigornenſi* eccleſiæ, ita liberi ut tantum Deo omnipotenti eccleſiaſticæ ſervitutis famulatus impenderetur.

Ubtredus Wicciorum ſubregulus, licentiâ regis *Offani*, **Uuerabyrig**, anno dominicæ incarnationis DCClvj. *Milredo* pontificante, ad victum *Wigornenſis* familiæ dedit & liberavit.

Offa Rex *Merciorum* vicum qui **Piritun** vocatur, anno dominicæ incarnationis DCClx. *Milredo* pontificante, dedit & liberavit.

Præfatus ſubregulus *Ubtredus* ſervis Dei *Wigornenſis* eccleſiæ, ad menſam illorum, **Caſtun** juxta fluvium **Salewearpe**, cum conſenſu Regis *Offani* anno Dominicæ incarnationis DCCLXVII. *Milredo* pontificante, dedit & liberavit.

Idem ſubregulus, *Offano* Rege conſentiente, ad victum *Wigornenſis* familiæ, vicum qui **Scepuueaſctun** nuncupatur, *Milredo* pontificante, dedit & liberavit.

Aldredus Huniceiorum ſubregulus, germanus *Ubtredi* ſubreguli, viculum **Weſtun**, qui ſitus eſt in utraque parte rivuli *Tyrli* minoris, *Milredo* pontificante, anno dominicæ incarnationis DCClxxiij. *Breodunenſi* eccleſiæ dedit.

Eanbertus ſubregulus, germanus *Ubtredi* & *Aldredi* ſubregulorum, licentiâ Regis *Offani* villam quæ **Tredintun** vocatur, *Milredo* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ dedit & liberavit.

Ceolfridus abbas, regis *Offani* licentiâ pro anima ſua & patris ſui *Cineberti*, comitis regis ejuſdem, *Milredo* pontificante, **Northeanburh** & **Northſture** *Wigornenſi* eccleſiæ dedit.

Eodem etiam pontificante, *Rothuuara* abbatiſſa monaſterium quod **Widiandun** nominatur, cum terris in jus propriæ libertatis & poſſeſſionis, ut ante ſtatutum erat à ſenioribus ſuis & decreto ſinodali, ad epiſcopalem ſedem *Wigornenſis* caſtri tradidit. Epiſcopus autem prædictus eandem terram, cum licentia *Wigornæ* congregationis, *Æthelburgæ* abbatiſſæ, filio *Ælfredi* comitis, anno Dominicæ incarnationis DCCLXXIIII. conceſſit; ita tamen ut poſt obitum ejus ad eccleſiam *Wigornenſem* ipſum monaſterium, & etiam illud ad **Tuueoneaum** cum terris, ſicut pater ſuns præceperat, redderetur.

Prædictus ſubregulus *Aldredus*, licentiâ regis *Offani*, **Secgesbearuuue**, anno dominicæ incarnationis DCCLXXVIII. *Wermundo* pontificante ad victum dedit *Wigornenſis* familiæ.

Præfatus Rex *Offa* ad eccleſiam ſancti *Petri*, quam *Eanulfus* avus ſuus in **Breodune** conſtruxit, villam quæ **Aelfgithecirce** dicitur, & has villas **Waſſaburnan**, **Codeſuueallan**, **Northtun**, **Cowengelad**, **Wearſthylle**, & **Coſtun**, & **Wreodenhale**, *Tilhero* pontificante, anno dominicæ incarnationis DCCLXXX. dedit, & ab omni regis exactione gratis liberavit.

Idem Rex & ejus ſubregulus terram quæ **Geate** vocatur, *Tilbero* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ dederunt. Terram etiam quæ **Timbintun** vocatur ad **Uuendeſclif** dederunt, & gratis liberaverunt. Idem quoque Rex **Tettanbyrig**, **Beccanford**, **Pencodan**, & **Rippel**, *Wigornenſi* eccleſiæ liberavit. Prædictus Rex *Offa* duos vicos, **Ductun** & **Eſtn**, *Wermundo* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ dedit & liberavit.

Heathoredus epiſcopus & *Wigornenſis* familia cum *Offano* Rege *Merciorum* de aliquibus agellis conflictationis querelam per aliquod tempus habuerunt. Aiebat enim Rex eos ſine jure hæreditario propinqui ejus Regis *Æthelbaldi* hæreditatem ſub injuſto dominio habere, id eſt, in loco qui dicitur **Bathun**, & in aliis locis **Streford**, **Sture**, **Sture** in **Uſmaerum**, **Hamtun**, **Feccanlea**, & de **Breodune**, xij. manentes: ſed præfatæ contentionis cauſa anno ab incarnatione Domini DCClxxxj. in ſinodo in loco qui dicitur **Bregentford**, finita eſt hoc modo: nam ei monaſterium celeberrimum **Bathun**, & in auſtrali parte fluminis **Avene** terram quam à *Cineuulfo* Rege *Weſtſaxonum* ſunt mercati, conceſſerunt; pro quo ipſe Rex, ad recompenſationis ſatisfactionem, pro unanimitate firmiſſimæ pacis, præfatas terras quas ab eis abſtulerat, videlicet **Streford**, **Sture**, **Breodun**, **Hamtun**, **Sture** in **Uſmearum**, ad *Wigornenſem* eccleſiam eâ libertate liberatas reddidit & conceſſit quâ ſedes epiſcopalis *Wigornæ* civitatis à ſe ſuiſque prædeceſſoribus liberata extitit.

Eodem anno idem Rex vicum qui **Iccacumb** dicitur *Wigornenſi* eccleſiæ dedit, & ab omnibus ſecularibus negotiis liberavit.

Heathoredus epiſcopus terram **Auſtan** quam *Beonna* comes injuſtè tulit, & quam Rex *Æthelbaldus* antea liberavit, anno dominicæ incarnationis DCCxciiij: ſinodali judicio recuperavit.

Ælfredus, dux regis *Offani*, monaſterium quod **Tuueoneaum** vocatur, cum terris quæ ad illud pertinent, ſcilicet trium caſſatorum in orientali parte fluminis *Sabrinæ*, in occidentali verò x. manentium ab omni tributo & operibus regis liberum *Wigornenſi* eccleſiæ, cum licentia ipſius regis, *Heathoredo* pontificante, tradidit.

Wifertbus Dei amicus, & conjunx ejus *Alta* nomine, tres vicos, ſcilicet **Cnihtatun** & **Eardulfeſtun** cum ſuis appendicibus de parentum ſuorum hæreditate, licentia & conſenſu regis *Offani*, *Heathoredo* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ dederunt.

Kenulfus, Rex *Merciorum*, monaſterium **Kemeſeg** & vicum qui dicitur **Dorene** *Wigornenſi* eccleſiæ liberavit. Idem Rex omnia monaſteria quæ proprii juris *Wigornenſis* eccleſiæ extiterant, anno dominicæ incarnationis DCCCxiiij. *Deneberto* pontificante, liberavit; cujus petitione idem Rex *Wigornenſi* congregationi, terram quæ **Ceaddeſleah** vocatur, & in occidentali parte *Sabrinæ* fluminis, totam *Wigornaleagam* & in orientali ejuſdem fluminis parte **Huuitintun**, **Speaclea**,

Troleuualdincotan, **Reafneſhyll**, & in *Warewicenſi* pago **Lappawurthe** liberavit. Idem rex vicum qui vocatur **Slubford** in occidentali plaga fluminis **Sture** anno dominicæ incarnationis DCCCxvij. *Wygornienſi* familiæ, *Deneberto* pontificante, dedit & liberavit. Terram etiam quæ nominatur **Bituueoneaum**, quam ei *Denebertus* pro libertate dederat, *Wygornæ* eccleſiæ reddidit & liberavit.

Æthelricus filius *Æthelmundi* principis, terras **Feccanham** & **Bremeſgravan**, ut pater ſuus dum teſtamentum ſuum conderet præceperat, *Wigornenſi* eccleſiæ tradidit. Terras etiam **Weſtbyrig** & **Stoke** ea libertate qua rex *Offa* eas liberaverat *Wigornenſi* eccleſiæ cum licentia regis *Kenulfi*, *Deneberto* pontificante, dedit. Dei amicus *Alferthus* vicum qui **Locceſlea** vocatur, & alium qui **Coveſlea** dicitur conſenſu regis ejuſdem, *Wigornenſi* familiæ dedit.

Familia *Wygornenſis* eccleſiæ, ſuo epiſcopo *Deneberto* monaſterium **Kemeſeg** & poſt ſe uni hæredi cui voluerit ea conditione præſtitit, ut poſt diem ipſius hæredis eidem familiæ ſine aliqua diſſenſione reſtitueretur. Idem epiſcopus & *Wigornenſis* familia terram **Beormodeſlea**, & in alio loco vicum **Colesburnan** *Kemeſigenſi* abbati *Balthuno*, quia *Wigornenſis* eccleſiæ alumnus extitit, ea conditione preſtiterunt ut poſt finem vitæ illius eidem familiæ reſtituerentur.

Headda abbas, de propria hæreditate **Dogedeſwellan**, **Tyrltun**, & **Onnandun** pro remedio animæ ſuæ & propinqui ſui *Heathoredi* epiſcopi, *Wigornenſi* eccleſiæ dedit. *Denebertus* epiſcopus, cum ſua familia, terram quæ **Hereford** dicitur, venerabili matrone *Eanſuuithæ* conceſſit, ea conditione, ut ſemper *Wygornenſis* eccleſiæ indumenta innovaret, mundaret, & augeret, & poſt finem vitæ ipſam terram redderet.

Ceoluulfus rex *Merciorum* vicos **Rippel**, **Stretford**, **Deilesford**, quos anteceſſores ejus liberaverant, *Deneberto* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ liberavit.

Wiglaf rex *Merciorum* **Northheanbyrig** anno dominicæ incarnationis DCCCxxxvj. *Heaberto* pontificante, *Wygornenſi* eccleſiæ liberavit.

Beorktuulfus rex *Merciorum*, ut ſe inimici homines docuerunt, *Wigornenſi* eccleſiæ abſtulit villas, **Stoltun**, **Waſſaburnan**, **Cineburhgintun**, **Taterinctun**, **Codeſwellan** ſed, *Heabertus* epiſcopus anno dominicæ incarnationis DCCCxl. illas ab eo pretio redemit. Eodem anno idem rex **Colesburnan** liberavit. Monaſterium etiam *Breodunenſe*, anno dominicæ incarn. DCCCxlj. *Heaberto* pontificante, liberavit.

Eodem anno viculum unius manſionis quem ruricolæ **Myttun** appellant ad victum *Wygornenſis* familiæ dedit & liberavit. Idem rex terram **Wudatun** anno dominicæ incarnationis DCCCxliiij. & **Stretford** anno dominicæ incarn. DCCCxlv. quas prædeceſſores ejus liberaverant, liberavit. Familia *Wigornenſis* eccleſiæ ſuo epiſcopo *Albhuno* **Kemeſeg** & xij. manentes de terris *Breodunenſis* monaſterii anno dominicæ incarn. DCCCxlvij. præſtitit ea conditione, ut poſt finem vitæ ſuæ ac unius hæredis ipſius, ſine contradictione illis reſtituerentur, ipſeque hæres unquoque anno quamdiu viverat die anniverſarii ejuſdem epiſcopi iij. cupas cerviſa plenas, & iij. dolia *Britannicæ* cerviſæ, quorum unum ſit melle dulcoratum, tres modios medonis, tres vaccas craſſas, ſex verveces, ſex pernas, ſexaginta formaticos, ſexcentos panes mundos, quatuor groſſos cereos, & ſaginam ad omnes lychnos monaſterii, *Wigornenſi* familiæ perſolveret.

Burbredus Rex *Merciorum*, villas **Eſin**, **Pultun**, **Cadboldingtun**, **Beonetleah**, **Beorendeſlea**, anno dominicæ incarnationis DCCClv. *Albhuno* pontificante, *Wigornienſi* eccleſiæ liberavit. Eodem anno **Bloccelea** dedit & liberavit. Ab eodem rege idem epiſcopus villam quæ vocatur **Catun** juxta flumen **Cearwealle** ab ipſo rege prius liberatam, emit, & *Wigornenſi* familiæ dedit.

Humbrihtus, comes regis *Burhredi*, **Rippel** *Wigornæ* eccleſiæ injuſtè abſtulit, ſed idem Rex, *Albhuno* allaborante, reſtituit. Eadem vice Regina ejus *Eanſwitha* vicum qui **Crombe** dicitur, ut ibi ſuum haberet vaccarium, *Wigornenſi* familiæ dedit.

Ceolwulfus Rex *Merciorum*, *Werefritho* epiſcopo & familia *Wigornenſi* petente, totam parochiam *Huuicciorum* à paſtu equorum regis & eorum qui eos ducunt & ab omnibus aliis gravibus conſuetudinibus, anno dominicæ incarn. DCCClxxv. abſolvit.

Ælfredo Rege regnante, abbas & tota familia monaſterii quod **Beorclea** vocatur, *Ætheredo* ſubregulo *Merciorum* vicum **Stoke** nuncupatum juxta *Weſtbyriam* pro libertate ſui monaſterii in perpetuam hæreditatem dederunt. Quem ipſe, Rege *Ælfredo* teſte, *Wigornenſi* eccleſiæ reſtituit, anno dominicæ incarn. DCCClxxxiij. *Werefritho* pontificante.

Ælfredus Rex *Angulſaxonum*, & *Ætheredus* ſubregulus, *Werefritho* epiſcopo petente, ad eccleſiam *Wigornenſem* in *Lundonia* unam curtem à ſtrata publica uſque ad murum ejuſdem civitatis, anno dominicæ incarn. DCCClxxxix. dederunt, & ab omni regali ſervitute & exactione liberaverunt. Eodem anno dux *Athulfus*, Regis *Kenulfi* propinquus, vicos qui **Uptun** & **Wenlend** appellantur, conſentientibus *Ætheredo* & *Ægelfleda Merciorum* dominis, de hæreditate ejuſdem Regis *Kenulfi*, ſub teſtimonio Regis *Ælfredi*, *Werefritho* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ dedit. *Earedus* & ejus conjunx *Tunthrytha*, **Hymeltun**, **Dunhamſtede**, *Werefritho* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ, anno dominicæ incarn. DCCCxcvj. dederunt.

Quidam præpotens miniſter, *Cuthulfus* nomine, terram quæ **Mearneclive** vocatur, *Ælfredo* Rege conſentiente, & *Ætheredo Merciorum* duce permittente, ad victum dedit *Wigornenſis* eccleſiæ.

Æthelſtanus Rex totius *Albionis* vicum qui vocatur **Auſtan** ad piſcium utilitatem capiendorum, epiſcopo *Kineuuoldo* petente, valde benevolo animo *Wigornenſi* eccleſiæ anno dominicæ incarn. DCCCCxxix. reſtituit.

Idem Rex **Aelfithecirce** * *Wigornenſi* eccleſiæ reſtituit, & anno dominicæ incarn. DCCCCxxx. liberavit.

* *Ælfgithecirce.*

Edwinus Rex *Anglorum*, viculum cui vocabulum eſt **Fepſetnatun**, *Kinewaldo* pontificante, ad victum *Wigornenſis* familiæ, anno dominicæ incarn. DCCCClvj. dedit.

Leofricus, *Merciorum* comes, & ejus conjunx

Godgiva, villam **Wlfordilea** nominatam, quæ diu monaſterio fuerat ablata, petente beatæ memoriæ *Wlſtano* epiſcopo tunc decano, *Wigornenſi* eccleſiæ reſtituerunt, & aliam quæ **Blacwealle** dicitur, & unam curtem in civitate *Wigorna* ad victum monachorum dederunt.

Villam quæ **Teodintun** vocatur, *Aldredus Wigorneorum* epiſcopus anno ab incarnatione Domini ML. à quodam regis *Eadwardi* miniſtro, *Aki* nomine, octo marcis auri emit, & eam, curtemque unam in civitate *Wigorna* ad illam pertinentem ad victum & veſtitum monachorum *Wigornæ* degentium, à **Breodune** penitùs liberatam, dedit.

Idem epiſcopus terram quæ **Hamtun** vocatur in *Glaunornenſi* vicecomitatu ſitam x. marcis auri de pecunia monaſterii à *Godwino* regis *Eadwardi* miniſtro emit, ipſamque ad victum monachorum *Wigornenſium*, cum conſenſu regis ejuſdem anno Dominice incarn. MLXI. tradidit.

Wlſtanus, *Wigornenſis* epiſcopus, à *Willielmo* rege *Anglorum* terram quæ **Cullaclif** nuncupatur, anno Dominice incarnationis MLXVII. acquiſivit, eamque *Wigornenſi* eccleſiæ dedit. Ab eodem etiam rege villam quæ vocatur **Aelfeſtun** acquiſivit, & anno Dominicæ incarnationis MLXXXIX. eam cum molendino in **Tapenhala** ſito, eidem eccleſiæ dedit. Eccleſiam quoque ſitam in villa quæ nominatur **Weſtbyria** anno Dominicæ incarnationis MXCIII. uſibus monachorum *Wigornenſium* conceſſit; ſed eam ſucceſſor illius, *Samſom* epiſcopus, abſtulit.

W. Malmesb. fol. 244. b. n. 10.

ANno 969. Rex *Anglorum* pacificus Eadgarus ſancto *Dunſtano Dorobornenſis*, & beato *Oſwaldo Wigornenſis*, & ſancto *Ethelwaldo Wintonienſis* eccleſiæ epiſcopis præcepit, ut expulſis clericis in majoribus monaſteriis per *Merciam* conſtructis, monachos collocarent. Unde ſanctus *Oſwaldus* ſui voti compos effectus, clericos *Wigornienſis* eccleſiæ monachalem habitum ſuſcipere renuentes, de monaſterio expulit, conſentientes verò huic ipſe antiſtes monachizavit, eiſque *Winſinum* magne religionis virum loco Decani præfecit.

Eccleſia cathedralis *Wigorniæ*.

Cart. 9 E. 3. n. 49 & cart. 4 Ed. 4. memb. 3.

ALtitonantis *Dei largiflua clementia, qui eſt Rex Regum & Dominus dominantium,* Ego Edgarus Anglorum *baſileus omniumque regum inſularum oceani quæ* Britanniam *circumjacent cunctarumque nationum quæ infra eam includuntur, Imperator & Dominus, gratias ago ipſi Deo omnipotenti regi meo, qui meum imperium ſic ampliavit & exaltavit ſuper regnum patrum meorum, qui licet monarchiam totius* Angliæ *adepti ſint à tempore* Æthelſtani, *qui primus regum* Anglorum *omnes nationes quæ* Britanniam *incolunt ſibi armis ſubegit, nullus tamen eorum ultra ejus fines imperium ſuum dilatare aggreſſus eſt: Mihi autem conceſſit propritia divinitas cum* Anglorum *imperio omnia regna inſularum oceani cum ſuis ferociſſimis regibus, uſque* Norregiam, *maximamque partem* Hiberniæ *cum ſua nobiliſſima civitate* Dublinia, Anglorum *regno ſubjugare, quos etiam omnes meis imperiis colla ſubdere, Dei favente gratia, coëgi. Quapropter & ego Chriſti gloriam & laudem in regno meo exaltare & ejus ſervitium amplificare devotus diſpoſui, & per meos fideles fautores,* Dunſtanum *videlicet archiepiſcopum,* Æthelwoldum, *ac* Oſwaldum *epiſcopos, quos mihi patres ſpirituales & conſiliatores elegi, magna ex parte ſecundùm quod diſpoſui perfeci. Siquidem temporibus anteceſſorum meorum regum* Anglorum, *monaſteria tam monachorum quam virginum deſtructa & penitus neglecta in tota* Anglia *erant, quæ ego ad Dei laudem pro remedio animæ meæ reparare, & ſervorum & ancillarum Dei numerum multiplicare devovi, & ipſis ſupradictis meis cooperatoribus ſtrenuè annitentibus, jam quadraginta & ſeptem monaſteria cum monachis & ſanctimonialibus conſtitui. Et ſi Chriſtus mihi tam diu vitam conceſſerit, uſque ad quinquageſimum remiſſionis numerum meæ devota Deo munificentiæ oblationem protendere decrevi. Unde nunc in præſenti monaſterium quod prædictus reverendus epiſcopus* Oſwaldus *in ſede epiſcopali* Weogriecaſtriæ *in honorem ſanctæ Dei genitricis* Mariæ *amplificavit, & eliminatis clericorum neniis & ſpurcis laſciviis, religioſis Dei ſervis monachis, meo conſenſu & favore ſuffultus, locavit,* Ego *ipſis monaſticæ religionis viris regali auctoritate confirmo, & conſilio & aſtipulatione principum & optimatum meorum* corroboro *& conſigno. Ita ut jam amplus non ſit fas neque jus clericis reclamandi quicquam inde, quippe qui magis elegerunt cum ſui ordinis periculo & eccleſiaſtici beneficii diſpendio ſuis uxoribus adhærere quam Deo caſtè & canonicè ſervire. Et ideo cuncta quæ illi de eccleſia poſſiderant cum ipſa eccleſia, ſive eccleſiaſtica ſive ſecularia, tam mobilia quàm immobilia ipſis Dei ſervis monachis ab hac die perpetualiter regiæ munificentiæ jure deinceps poſſidenda trado & conſigno, ita firmiter, ut nulli principum nec etiam ulli epiſcopo ſuccedenti fas ſit aut licitum quicquam inde ſubtrahere aut pervadere, aut ab eorum poteſtate ſurripere, & in clericorum jus iterum traducere quamdiu fides Chriſtiana in* Anglia *perduraverit. Sed etiam dimidium centuriatum quod Anglicè vocatur* **Cudburigelawes hundred**, *ad quod jacent L. bida in* **Croppethorne**, *quos* Offa *rex* Merciorum *quondam familiæ in* **Weogerieceaſtrie** *donavit, liberas ab omni regali exactione. Ego ipſis Dei ſervis cum eadem libertate trado & conſcribo. Inſuper etiam ad ſupplendum ipſum centuriatum, id eſt,* hundredum, *ut ex meo dono illud plenum habeant, terras ipſius eccleſiæ quæ hactenus regiæ exactioni ſubjacebant ab hac die imperpetuum liberabo, & liberas eſſe concedo & præcipio, eas videlicet quæ ſunt ultra* Avenæ *flumen; Quæ iſtis vocabulis nominantur.* **Wuebreodun** *cum* **Peonedoc**, **Teotintune**, *cum* **Sutune**, **Setgesbearinge**, *& in monte* **Wibiſca**, **Nordwica**, **Cowenland**, **Doeiglceſforied**, *&* **Dorienne**, *&* **Iciacumb**, *& in ripa* **Sturé** *fluminis* **Scepweotceſtun**, *& ibi juxta eam* **Blacwaelle**; *& in occidentali parte* Sabrinæ, **Grumanloege** *cum* **Wecclage** *&* **Cintawice**, *&* **Hallege** *cum ſibi pertinentibus, & item* **Hertefordtun** *juxta* **Avene**, *pro ſupplendo, ut ſupradiximus, centuriatu, id eſt,* **Hundred**, *Deo & ſanctæ Dei genitrici* Mariæ *ad uſus ſervorum ejus, monachorum ſcilicet, liberas dono & quietas eſſe præcipio deinceps & imperpetuum ab omnibus ſecularium rerum oneribus, duris & levibus,*

& ab omni ſervitute & exactionibus fiſcalibus magnis & modicis, notis & ignotis, tam regis quàm principis, & miniſtrorum atque exactorum eorum, exceptis pontis & arcis conſtructione & expeditione contra hoſtem. Habeatque Winſinus reverendus ſacerdos, quem ipſe epiſcopus Oſwaldus, me favente & auctoritatem regiam præſtante, in ſede epiſcopali monachis præpoſuit, quamdiu ipſe vixerit, omneſq; poſt eum ſui ſucceſſores qui eidem congregationi præpoſiti fuerint, ipſum hundredum cum omnibus debitis quæ Rex antea in eo habuit, & jus & poteſtatem earundem poſſeſſionum cum **Tolle** & **Teame**, **Sacca** & **Socne**, & **Infangenetheof**, & proprii juris debitum tranſgreſſionis, & pœnam delicti quæ Anglicè dicitur **Oferſcewenes**, & **Giltwite**, nec ſit phas aut poteſtas cuique præpoſitorum ſeu exactorum vel miniſtrorum meorum, nec alicui principi, vel ex ſuccedentium numero pontifici, hanc mea munificentiæ libertatem & conceſſionis firmitatem in aliquo minuere vel infringere, vel quoquo modo mutare aut pervadere, aut quocumque ingenio ipſos monachos Dei ſervos inquietando perturbare, ut aliqua fraudulenta occaſione iterum in clericorum aut ipſius epiſcopi proprium tranſeant jus ab eorum poteſtate quorum uſui iſta conceſſi & donavi. Providi etiam cautelæ ſtudio ut hæc libertas firmius eis poſſet perdurare, ne cum regis miniſtris aut ejus centuriatus, id eſt hundredi, exactoribus naumachiæ expeditionem, quæ ex tota Anglia regi invenitur, faciant, ſed cum ſuo archiductore videlicet epiſcopo qui eos defendere & protegere debet ab omni perturbatione & inquietudine——Et quia idem reverendus antiſtes Oſwaldus per ſuos amicos & meos conſiliarios, ſupra nominatos videlicet Dunſtanum archiepiſcopum & Athelwoldum Wintoniæ epiſcopum, & virum magnificum Brightnodum comitem, me requiſivit & impetravit, ut ad confirmandam eccleſiaſticarum poſſeſſionum libertatem ſui epiſcopatus ad centuriatum qui **Wulferieſlay** dicitur, quem ipſa eccleſia antiquitus liberè poſſidebat, ei concederem alterum hundredum facere libertate devota de terris eccleſiæ quæ adhuc hactenus regiis exactionibus ſubjacebant, videlicet **Breodune**, **Bloctelea**, **Tyryduitune**, quatinus poſſet ipſe cum monachis ſuis unam navipletionem quod Anglicè **Scypfylled** dicitur per ſe habere: placuit mihi hoc ei annuere, tam pro ejus religioſa ſanctitate, quàm pro ipſorum legatorum reverentia & dilectione.

Quapropter ego Eadgarus Anglorum Rex & baſileus, Deo & ſanctæ Dei genetrici Mariæ ejuſque miniſtro Oſwaldo, meo fideli epiſcopo, libens annuo & dono hujus libertatis privilegium, ſicut ab ipſis rogatus ſum, ſcilicet ut ipſe epiſcopus cum monachis ſuis de iſtis tribus centuriatibus, id eſt, hundredis, videlicet **Wlferieſlay**, & **Wmburice Trwpe** & tertio monachorum, quod dicitur **Cudburieſelape**, conſtituant unam navipletionem, quod Anglicè dicitur **Scypſilled**, **Oththe Scyphorne** in loco quem ob ejus memoriam **Oſwaldeſ-lay** deiſinceps appellari placuit, ubi querelarum cauſæ ſecundùm morem patriæ & legum jura juridicè diſcernantur. Habeatque ipſe epiſcopus omneſque ſui ſucceſſores ibi ad jus eccleſiaſticum debita tranſgreſſionum & pœnam delictorum, quæ nos dicimus **Oferſeneſſe** & **Gyltwite**, & omnia quæcumque Rex in ſuis hundredis habet. Ita tamen ne ipſi qui ibi Deo ſerviunt monachi de ſuo jure aut libertate quam ad ſuum hundredum eis conceſſi, quicquam perdant, ſed habeant ipſi ibi omnia quæ ad ſuum jus, id eſt, ad tertium centuriatum pertinent æquè integra ac ſi per ſe ſeparatim eſſent, videlicet debita tranſgreſſionum & pœnam delictorum & cætera quæ ſuperiùs comprehenſa ſunt, quæ eis liberè & quietè perpetualiter tenenda conceſſi. Sintque hæc omnia & quæcumque illorum ſunt, ſub ejus manu & poteſtate qui ipſis in monaſtici ordinis regimine ſub epiſcopo præpoſitus fuerit. Qui ſi ſe viderint injuſtè gravari vel vi opprimi, fas ſit eis ad regiæ majeſtatis & archiepiſcopi examen & tutelam (ſi tamen neceſſe fuerit) confugere, qui propter Deum, æquitatem & clementem defenſionem eis impendant. Servantibus hæc vita æterna tribuatur à domino in cæleſtibus. Quicumque verò minuerit vel in pejus mutando ſubtraxerit eis quicquam de iis, ſit pars ejus cum Dathan & Abyram, & cum Juda traditore Domini, & Juliano apoſtata, eccleſiarum Dei oppreſſore & perſecutore æterno anathemate ligatus, cum diabolo & angelis ejus infernalibus ignibus perpetuò cruciandus, niſi reſipiſcat & emendet. Amen. Amen. Amen. Fiat. Fiat. Fiat. Facta ſunt hæc anno dominicæ nativitatis DCCCClxiiij. indictione viij. Regni verò Eadgari Anglorum regis vj. in regia urbe quæ ab incolis **Gleaueceaſtrie** nominatur, in natale Domini, feſtivitate ſanctorum Innocentium, feria iiij.

Ðiꞅ ꞅẏnꝺon ða ᵹeƿiꞇneꞅꞅe ðe ƿæꞃe æꞇᵹeꝺeꞃan. ⁊ ðiꞅne ᵹecƿiꝺe ᵹeꞇꞃẏmꝺon ⁊ þiꞅne ᵹecuꞃꞅalinᵹe ᵹeꝼæꞅꞇoꝺon uppon eallum ðam ðe ðiꞅ unꝺoꝺ. oþþe ᵹeƿanoꝺ. oþþe eꝼꞇ ᵹeceꞃe munecan anƿalꝺe eꝼꞇ on cleꞃucan hanꝺ ᵹeꞇẏꞃnaꝺ; [Id eſt, Hii ſunt teſtes qui erant congregati, & hanc chartam confirmarunt, atq; hanc imprecationem ſanciverunt in omnes illos qui hoc abolerent, ſive imminuerent, aut iterum retrahendo à monachorum poteſtate (vel, jure) in clericorum manus traducerent.]

✠ Ego Eadgar baſileus Anglorum & imperator regum gentium, cum conſenſu principum & archiepiſcoporum meorum hanc meam munificentiam ſigno crucis Chriſti corroboro. ✠ Ego Alfthrithd Regina conſenſi & ſigno crucis confirmavi. ✠ Ego Dunſtan archiepiſcopus Dorovernenſis eccleſiæ Chriſti conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego Oſcytell archiepiſcopus Eboracenſis eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego Alfſtan epiſcopus conſenſi. ✠ Ego Athelwold epiſcopus conſenſi. ✠ Ego Oſwald epiſcopus conſenſi. ✠ Ego Oſulf epiſcopus conſenſi. ✠ Ego Athulf epiſcopus conſenſi. ✠ Ego Wulfricus epiſcopus conſenſi. ✠ Ego Aſewi abbas. ✠ Ego Oſſtan abbas. ✠ Ego Alſtan abbas. ✠ Ego Arhegear abbas. ✠ Ego Alfricus abbas. ✠ Ego Kynwarthd abbas. ✠ Ego Alferic dux. Fgo Brughnodus dux. ✠ Ego Ordgar dux. ✠ Ego Alfeah dux. ✠ Ego Athelwold dux. ✠ Ego Agelwine dux. ✠ Ego Brihtferth miniſter. ✠ Ego Alfwine miniſter. ✠ Ego Athelward miniſter. ✠ Ego Wulſtan miniſter. ✠ Ego Ranulf miniſter. ✠ Ego Oſulf miniſter. ✠ Ego Wulſtan miniſter. ✠ Ego Leofwine miniſter. ✠ Ego Alward miniſter. ✠ Ego Athelmund miniſter. ✠ Ego Oſward miniſter. ✠ Ego Leofwine miniſter.

BARDNEIENSE

Cœnobium in agro Lincolnienſi.

Lelandi collectanea. vol. 3. p. 30.

Bardeneienſes *monachi primum fundatorem non noverunt, ita enim erat cœnobium* Danica *ſævicia deturbatum.*

Ex veteri chronico Anglicè ſcripto.

CORPUS ſancti *Oſwaldi* primum *Bardeneiæ* ſepultum, ubi erant id temporis trecenti monachi, quoram abbas *Lindiſeiæ* dominus fuit. Poſtea cœnobium ad ſolum proſtratum eſt ab *Inguaro* & *Hubba Danis*, reparatum verò poſt multos annos à *Giſliberto* de *Gaunt*, *Guilielmi* nothi avunculo.

MS. in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Vitellii* E. 12.] *W. Malmsb.* fol. 165. n. 30.

Sanctus *Ethelredus* conſtruxit monaſterium de **Bardeneie**, ubi ſepultus eſt circa annum gratiæ DCCXII. [*Cronic. Ceſtrenſe lib.* 5.]

——Cœnobium monachorum apud ſanctam *Mariam* de **Stou** ex novo fecit, (ſcilicet *Remigius* epiſcopus *Lincolniæ*) alterum apud **Bardenei** ex veteri favore ſuo innovavit.

Carta Walteri *de* Gaunt *de reſtauratione cœnobii.*

Ex tranſcripto regiſtri de *Bardney* penes dominum *Willoughby* de *Parham.*

ANno ab incarnatione Domini 1115. ſancti ſpiritus gratia inſpirante, Ego *Walterus* de *Gant*, filius & hæres *Giſilberti* de *Gant*, inſpectâ cartâ donationis, conceſſionis, & confirmationis poſſeſſionum diverſarum quas idem pater meus, charitatis intuitu, & ob ſanctæ religionis augmentum dedit Deo & monaſterio ſanctorum *Petri* & *Pauli* & ſancti *Oſwaldi* Regis & martyris de **Bardeney** & monachis ibidem Deo ſervientibus; piæ conſcientiæ intentionem conſiderans, paternæque devotionis imitator effectus, omnia & ſingula quæ pater meus per cartam ſuam in eleemoſinam dedit monaſterio ſupradicto pro ſalute animæ ſuæ patris mei, matris meæ & omnium fidelium defunctorum rata habens & grata, pro me & hæredibus meis approbo, ratifico, & præſentis ſcripti munimine confirmo, juxta tenorem carte patris quæ eſt talis.

Vide char. 5 *Ed.* 3. nu. 10. memb. 10.

OMNIBUS ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Giſibrictus* de *Gaunt* ſalutem. Notificetur univerſitati veſtræ me divinæ pietatis intuitu, ob ſanctæ religionis augmentum, monaſterium ſanctorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & ſancti *Oſwaldi* regis & martyris de **Bardenay**, ex conceſſione domini mei *Willielmi* Regis *Angliæ*, reædificare curaſſe. Et quoniam, ut venerabilis *Beda* in narratione eccleſiaſticæ hiſtoriæ teſtatur, per venerationem ſancti *Oſwaldi* Regis & martyris, nobile monaſterium propter crebra miracula quæ tunc temporis ad honorem Dei ibidem fiebant, notabatur Chriſtianæ devotionis affectu, ipſum locum qui jamdudum per multum annorum tempora monachorum congregationis & ordinis diſtractione propter exterarum gentium ſæviſſimas perſequutiones extitit deſertus, poſſeſſionibus meis & facultatibus duxi reparare, ut ordo monaſticus ſecundùm regulam ſancti *Benedicti*, ad honorem Dei in eodem monaſterio imperpetuum ſervetur. Præſenti itaq; carta præfato monaſterio do, concedo & confirmo **Bradneyam** & **Angodby** cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in plano quam in boſco, in pratis, paſcuis, moris, mariſcis, viis & ſemitis, aquis, ſtagnis, piſcariis & vivariis cum aliis libertatibus & aiſiamentis ad præfatum monaſterium & prædictas villas pertinentibus, liberè, quietè, honorificè, pacificè & integrè ſine aliquo retinemento mei vel hæredum meorum, in liberam puram & perpetuam elymoſinam. Do etiam & quatuor carucatas terræ & duas bovatas terræ in **Steping** & in **Frisby**, & eccleſiam ejuſdem villæ. In **Skendelby** eccleſiam ſancti *Petri* cum terris & decimis ſuis & decimam de toto dominio meo in eadem villa, & in **Steping** & in **Parteney**. In prædicta verò **Parteney** eccleſiam cum pertinentiis ſuis. In **Bamburg** totam decimam de dominio meo. In **Edlington** duas partes decimarum de dominio. In **Scamton** eccleſiam cum decimis ſuis & terris. In **Horstow** duas paſtes decimarum de dominio. In **Holm** & villis eidem pertinentibus totam decimam de dominio. In **Thorp** & appenditiis totam decimam de dominio. In **Folkingham** totam decimam de dominio. In **Stanton** totam decimam de dominio. In **Edilisburgh** cum adjacentibus eccleſiam, & præter hæc totam decimam de dominio. Et ut hæc donatio mea & conceſſio & præſentis cartæ confirmatio ſtabilis & firma imperpetuum permaneat, preſenti paginæ ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus *Lanfranco* archiepiſcopo *Cantuarienſi*, *Remigio* epiſcopo *Lincolnienſi*, *Roberto*, *Willielmo* & *Henrico*, filiis Regis *Willielmi*, *Willielmo* comite *Ceſtriæ*, *Roberto* filio *Henrici*, *Roberto Bigod*, *Waltero* de **Espec**, *Eudone* dapifero, & multis aliis.

Ego verò *Walterus* de *Gaunt* prænominatus in patrimonio meo, ex conceſſione *Henrici* Regis *Anglorum*, & conſilio *Radulfi Cantuarienſis* archiepiſcopi, prædicti monaſterii de **Bardeney** jura poſſeſſiones ac libertates juxta facultatem meam augere potiùs intendens quàm minuere, eidem monaſterio & ipſius abbati & conventui dedi *Bardneiam*, **Angodby**, **Boteyate** & *Surrea*, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, tam in plano quàm in boſco, pratis, paſcuis, moris, mariſcis, viis, ſemitis, aquis, ſtagnis, cum novem piſcariis integris & una dimidia piſcaria in aqua de **Witham**, quas ad majorem veritatis evidentiam poſteris inſinuandam propriis his nominibus duxi exprimendas, videlicet, **Goshilgarth**, cum piſcaria integra eidem pertinente, **Maydengarth**, **Chaumbleingarth**, **Horslaygarth**, **Feregarthe**, **Southgarthe**, **Fleggarthe**, unà cum **Thurghladegote**, **Pettingergarthe**, **Boslegarthe**, cum piſcariis ſuis integris & dimidium **Browningarth**, cum dimidia piſcaria eidem adjacente. In **Partney** Hoſpitale ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis: eccleſiam ejuſdem villæ & capellam ſanctæ *Mariæ* in eadem villa cum omnibus pertinentiis ſuis: manerium meum de **Stæping** cum omnibus libertatibus ſuis eidem manerio in villis de **Stæping** & **Frisbie** pertinentibus, & eccleſias earundem villarum cum pertinentiis ſuis. In **Sutton** duas bovatas terræ. In **Edlington** manerium meum cum omnibus libertatibus ſuis, ut in hominibus, tam liberis quàm nativis, & quibuſcumque pertinentiis ſuis, tam infra villam quàm extra cum imparcatione animalium in **Belghale**, & eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis. In **Hageworthingham** manerium meum & ſex bovatas terræ cum omnibus pertinentiis ſuis eccleſiam ejuſdem villæ cum ſex bovatis terræ. In **Barton** manerium meum cum tribus carucatis terræ, pratis, paſturis, hominibus & omnibus aliis libertatibus ſuis. In **Barton** eccleſiam ſancti *Petri* cum univerſis terris ſuis & decimis & cum capella *omnium Sanctorum* in eadem villa his diebus nuncupata: tres carucatas terræ in territorio ejuſdem villæ cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam terram quæ eſt inter viam per quam venitur de villa de **Brunham** in villam de **Bartun**, & viam propinquiorem ab uno foſſato extra ſciſſo uſque ad viam quæ ducit ad **Thornton** liberam & quietam ſine aliqua reclamatione mei vel heredum meorum & ſolutam ab omni ſeculari ſervicio, ita quod nec ego nec hæredes mei nec aliquis nomine noſtro de prædicta terra vel ejus pertinentiis aliquo modo intromittere debeamus in futurum. Medietatem etiam ejuſdem placiæ quæ vocatur **Littlemarſh** in territorio de **Bartun**, & tranſitum *Humbriæ* ſine precio abbati & monachis prædictis cum famulis & equis ſuis. Eccleſiam de **Edlesbergh** cum univerſis terris & decimis ſuis. In **Swaledale** paſturam ad xx. equas cum pullis ſuis in liberam puram & perpetuam eleemoſinam. Ita quod cum pulli earum fuerint de ætate duorum annorum, removeri debeant de ipſa paſtura, & equæ prædictæ abſque impedimento vel contradictione alicujus in ipſa paſtura in perpetuum permaneant cum equabus meis quas in eadem paſtura habuero: & ſi nullas equas ibidem habuero, nihilominus ipſas xx. equas præfati monachi cum pullis ſuis liberè habeant in paſtura prænominata. In **Willubie** juxta **Skendelbie** totam decimam de dominio ſuo, & duas partes decimæ meæ de dominio in **Askebie**. In **Scrubby** de eleemoſyna **Bogamer** duas bovatas terræ, & molendinum in **Wierne**. Concedo in **Luceby** duas partes decimarum de dominio & duas partes decimarum dominii de feodo meo quod eſt **Wincebie**. In **Hundmanby** eccleſiam cum una carucata terræ & capellis —— per parochiam ſuam quæ per —— hoc eſt, **Hundmanbie**, **Burton**, **Newton**, **Geldſton**, **Ricton**, **Fordon**, **Barkedale**, **Folkthorp**, **Muſton**, **Scrapton**, & in **Erghum** unam carucatam terræ in qua ſita eſt capella. In **Aſwordbie** concedo duas partes decimæ de dominio, & in **Willubie** duas partes decimæ de dominio, & in **Walcote** dimidiam partem decimarum *Willielmi* & hæredum ſuorum de dominio. In **Evenham** totam decimam de dominio. In **Heckington** & **Halle-Folkingham** & **Holme** totam decimam garbatum fœni de dominio; Et omnes decimas tam majores quam minores provenientes de maneriis meis in his villis, videlicet **Lockington**, **Folkinham**, & **Holme**. Dedi etiam abbati & conventui prædictis de iſtis meis molendinis **Bartonie** & de molendinis de **Skendelby**, **Bomburghe**, de **Skeinton**, de **Heckington**, de **Folkingham**, de **Holme**, & de **Hundmanbie**, decimas cum omnibus *ſtrayis, wreckis, & waiviis* per totum dominium de **Bardney**, **Edlington**, **Hagworthingham**, **Stepinge**, & **Friſbie**. Hæc autem omnia abbathiæ prædictæ donata per me & conceſſa, necnon & ea quæ homines feodi noſtri pietatis intuitu abbatiæ eidem dederunt rata habentes & grata, per hanc cartam ego *Walterus* & uxor mea & hæres meus —— præſentis ſcripti teſtimonio confirmamus, ſigillo meo ſignatam, ſigno ſanctæ crucis ✠✠✠ propriis manibus noſtris facto; benedicentes omnes benefacientes abbatiæ *Bardenenſi*. Et ego *Walterus* de *Gaunt* omnem poſſeſſionem quam huic abbatiæ & monachis perpetuò Deo famulaturis ibidem, vel quæ ex dono patris mei & matris meæ prædicto manerio pro ſalute animarum ſuarum donata ſunt, una cum catallis omnibus felonum & fugitivorum per totum dominium eorundem religioſorum & cum *viſu franciplegii* in **Bardeney** & villis eidem annexis, & in **Edlington**, **Hagworthingham**, **Lincebie**, **Stepinge**, **Friſbie**, **Pettney**, **Skendelbie**, **Sutton**, **Scrubbie**, **Wincebie**, **Burton**, **Barton**, & **Hundmanbie**, abbatem & conventum prædictos imperpetuum tenere volo & concedo in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ſolutam & quietam ab omni ſeculari ſervicio exactione vel demanda. Rex quoque huic abbatiæ eadem jura conceſſit quæ habent abbatiæ ſuæ per *Angliam* —— etiam abbathiis ſtabilire dignetur —— epiſcopis ſuis ad ſalutem domini mei *Richardi* & animæ patris & matris meæ ac etiam omnium fidelium defunctorum. Teſtibus *Roberto* de —— *Willielmo* nepote meo conſtabulario *Ceſtriæ*, *Willielmo* de *Mandevill*, *Lamberto* —— —— —— —— —— —— presbytero & aliis multis.

REx &c. *ſalutem. Inſpeximus cartam domini* Henrici *quondam Regis* Angliæ, *progenitoris noſtri, in hæc verba. Henricus* Rex *Angliæ Roberto* epiſcopo *Lincolnie*, & *Waltero* de *Gant*, & vicecomiti & omnibus Baronibus, *Francis* & *Anglis*, de *Linooliaſcira*, tam præſentibus quàm futuris ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe *Radulpho* monacho, qui fuit prior de *Bardenaio*, locum & eccleſiam ipſam abbatiam, precatione *Walterii* de *Gaunt*, & conceſſione abbatis *Fulcardi Carnotenſis* cujus fuit monachus. Et volo & concedo, & firmiter præcipio ut bene & honorificè, & quietè teneant totam terram, & decimas & eccleſias ſuas de quocunq; teneat abbatia, cum *ſoca* & *ſaca* & **toll**, & **team**, & **infangetheof**, & cum omnibus aliis conſuetudinibus, ſicut eccleſia unquam meliùs, & liberiùs, & honorabiliùs tenuit, & ſicut aliæ abbatiæ meæ liberiùs tenent per *Angliam*. Teſtibus *Roberto* epiſcopo *Lincoln.* & *Rogero* epiſcopo *Sareſbir.* & *Bernardo* epiſcopo de ſancto *Davide*, & *Ranulpho* epiſcopo *Dunelm.* & *Ranulpho* cancell. & abbate de *Salesbia*, & *Waltero* de *Gant*, & *Alano* de *Perceio*, & *Radulpho* de *Gant*, & *Radulpho Aloſt*, & *Radulpho* de *Novilla*, apud *Wynton.* xvj. anno poſtquam Rex accepit regnum *Angliæ*. Cart. an. 5 Ed. 3. n. 10.

Vide Vol. 2. Page 847. *Col.* 2.

EVESHAMENSE

Cœnobium in agro Wigornienſi.

W. Malmesb. fol. 162. a. n. 10.

HAbet etiam *Wigornenſis* provincia abbatiam *Eveſhamenſem*, & *Perſcorenſem*. *Eveſhamum* fundavit beatus *Egwinus* epiſcopus, de quo quid miraculi ſit, quod *Beda* tacuerit, nondum per me potui advertere, vel per alios addiſcere, preſertim quod cum *Kenredo* Rege *Merciorum*, & *Offa* Kege *Orientalium-Anglorum* Romam iverit, quorum profectionem hiſtoricus non ſiluit. Verumtamen quæcunq; res hanc taciturnitatem imperaverit, conſtat eum tertium *Wigornienſium* præſulem fuiſſe, locum illum quo nunc cœnobium viſitur, peculiariter amaſſe, incultum anteà & ſpinetis horridum, ſed eccleſiolam ab antiquo habentem, ex opere forſitàn *Brittannorum*. Eo loci vir ſanctiſſimus, dum ſolitudine invitante frequentaret excubias, Dei genitricis viſione & alloquutione mulceri meruit, planè & abſque ſcrupulo præcipientis, ut ibidem ſibi fundaret cœnobium futurum ſibi gratioſum, illi negotioſum. Inſtitit ille juſſis & complens opus, Apoſtolicis & Regiis privilegiis corroboravit. Quid illud; credendumne putatur, quod tradit antiquitas? peccatorum juvenilium quondam conſcium, pedes compedibus irretiiſſe, clavibus compedum in amnem jactatis, palàm dixiſſe, tunc ſe demum de peccatis ſecurum futurum, cùm compedes vel divinitùs, vel ipſis reſerarentur clavibus; ita *Romam* profectum proſperèque reverſum: Jam verò in illo mari, quo à *Gallico* continenti *Angliam* navigio tranſmittitur, cùm navigaret, immanem piſcem ſaltu puppim qua pontifex vehebatur, ingreſſum, certatimque annitentibus nautis retentum, in ejus exenterati jecore clavem repertam, ſeræque compedum appoſito, ſancto ſoluto ſecuritatis plurimum donaſſe.

Johannis Tinemuthenſis hiſt. aurea MS. cap. 199.

Kenredus Rex, relicto regno *Merciorum* unà cum *Offa* filio regis *Eſt-ſaxonum*, ſtrenuo juvene, *Romam* venit, anno Dominicæ incarnationis DCCIX. ubi & monachus attonſus obiit, cum quibus *Egwinus Wicciorum* epiſcopus *Romam* veniens, privilegium monaſterii ſui de **Eveſham** ſecum detulit.

Ib. cap. 203.

Anno DCCXVIII. circa hunc annum obiit ſanctus *Egwinus Wicciorum* epiſcopus, hoc eſt *Wigorn.* Hic in territorio *Wigorn.* extitit oriundus ex regali proſapia, ac tandem adultus, in *Wigorn.* epiſcopum electus, & tantò humilior effectus quantò altiori ſublimatus erat officio, pater orphanorum, ſuſtentator viduarum, & conſolator erat deſolatorum, pravis ſermo ejus quaſi ſtimulus, id eſt, quaſi clavis in alium defixus, manſuetis verò quaſi oleum, fortibus durus, humilibus mitis, & manſuetus. Populus tandèm videns ſe illicitam non licere, & aſſueta vitia relinquere, contra ſanctum Dei in iram odium & ſcandalum exarſit. & eum tandèm de epiſcopatu expulit. De eo nempè non ſolùm apud regem accuſatio, ſet etiàm apud *Romanum* antiſtitem ab inimicis prolata fuerat delatio.

Beatus igitùr *Egwinus*, quamvis coràm hominibus ſe immunem ab illatis ſciret, pro peccatis populi ſui, ac ſuis in juventute commiſſis, pedes ſuos vinculis ferreis aſtrinxit, quæ clave poterant ligari atq; reſerari, ipſamq; clavem in fluvium *Avene* projecit, palàmque dixit: Tunc demùm ſe de peccatis ſecurum fore quandò compedes ſui, aut divina virtute, aut illa clavi eſſent reſerati. Sic vinculatus *Romam* profectus eſt: campane urbis, ut fertur, in ejus adventu per ſe ſonuerunt. In eccleſia ſancti *Petri* ad orationem proſternitur, qua completa ad ſacra miſſarum miſteria celebranda ſolempnitèr præparatur. Interim namq; famuli pro cibis emendis ad fluvium pergunt, piſcem emunt, exenterant, clavem in ejus ventre reperiunt, & epiſcopo deſerunt, ferrumque quod *Anglica Avena* abſorbuerat *Romana Tiberis* exalat. Vir igitùr Dei coram cunctis clavem accepit, & vincula ſua reſeravit. (&c.)

Cœnobium de **Eveſham** *in agro* Wigornienſi.

Autographum *Saxonico* charactere ſcriptum in bibliotheca *Arundeliana*.

Con ſantinnſ epiſcopuſ. ſeruuſ ſeruorum Dei. Brihtwaldo Britanniarum eccleſiae primati, ſalutem et apoſtolicam benedictionem; Venerabilem uirum Eguumum epiſcopum, quem bis tua fraternitas ad apoſtolicam ſedem miſit. etiam nunc ſecundo manipulis iuſtitiæ refertum tibi remittimuſ. monenteſ quatinuſ ſic ſuoſ effectuſ adiuuando proſequeriſ. ſicuti illum a Deo incefiſſe et in uia Dei cucurriſſe cognouiti; Porro. de uiſione illa. immo aperta oſtentione. qua ſe beata uirgo Maria ei manifeſtauit· eque ita certum eſſe teneamur quemadmodum de uiri bonitate non dubitamuſ; Denique uigilantiam tuam admonemuſ. quatinuſ illiſ in partibuſ in quibuſ manifeſtatio habita fuiſſe refertur. concilium totiuſ. Angliae cogaſ. epiſcopoſ ſacrique ordiniſ religioſaſ perſonaſ illuc conuenire faciaſ. optimateſque regni cum proceribuſ ſuiſ adeſſe praecipiaſ. quibuſ in nomine domini congregatiſ denuntiamuſ. quod duo regeſ Angliae Kenreduſ et Offa. cum quibuſ iam dictuſ epiſcopuſ ad limina apoſtolorum uenit. in loco oſtenſae uiſioniſ plurima de ſuiſ beneficuſ in praeſentia noſtra regia libertate donata. ⁊ apoſtolica auctoritate confirmata contulerunt. quatinuſ ibidem congregatio monachorum. ſecundum regulam memorandi patriſ Benedicti. quæ minuſ in illiſ partibuſ adhuc habetur poſſit inſtaurari et indeſinenter Chriſto famulari; Ipſaſ autem donationeſ et beneficia praefati regeſ in ipſorum priuilegio nominatim determinauerunt. ⁊ a nobiſ corroborari fecerunt; Igitur. frater dilecte. quoquomodo Chriſto annuntietur lucrum Chriſti require. opuſ Chriſti exerce. promulgatiſque in concilio ſententuſ. tu a Deo oſtenſae uiſioniſ. tum apoſtolicae auctoritatiſ. tum regiae libertatiſ. ⁊ donationiſ. tum tui ipsius clerique ⁊ populi assensus ⁊ fauoris. constitue ouile Christo diuinitus ostensum. apostolica auctoritate fultum. regia libertate donatum. cleri ⁊ populi benedictione sancitum; Tibi autem et successoribus tuis memorato Egƿino episcopo assentiente. curam animarum eiusdem ecclesiae praecipue iniungimus. ut si. quod absit. aliquo diaboli impulsu quisquam peruasor aut tirannus sacrum locum minuere aut impugnare praesumpserit. tibi à Deo concessae potestatis sententia. ⁊ anathematis percussus uerbere complere non audeat; Si quid uero sinistrae partis inibi compertum fuerit oriri. auribus summi pontificis patriae potius deferatur. quam per alicuius occultam sententiam sanctus locus iniuste deprauetur; Ipsum ergo locum quem regia potestas regiae libertati donauit. ⁊ nos auctoritate Dei ⁊ sanctorum apostolorum ⁊ nostra donamus. ut nullus cuiuscunque ordinis homo hoc quod constituimus depprauare aut minuere praesumat; Qui hoc destruxerit. aut male contaminauerit. sit ille maledictus; Qui uero seruauerit ⁊ adauxerit benedictionibus repleatur; Scripta haec epistola anno dominicae incarnationis DCCIX. in ecclesia saluatoris Lateranensi. praecipiente ⁊ confirmante Constantino apostolicae sedis antistite. astantibus ⁊ confirmantibus regibus Angliae Kenredo et Offa. rogante uenerabili uiro Eguuino episcopo. coram pluribus archiepiscopis et episcopis ⁊ principibus et nobilibus diuersarum prouinciarum. cunctis clamantibus et dicentibus. quicquid in hac constitutione uestra sanctitas excercet. laudamus concedimus et confirmamus; ✠ Ego Constantinus romanae sedis episcopus per signum sanctae crucis has donationes et libertatem confirmaui; ✠ Ego Egƿinus humilis episcopus confirmaui; ✠ Ego Kenredus rex corroboraui; ✠ Ego Offa rex consensi;

Ex regiſtro de Eveſham in bibliotheca Cottoniana, fol. 64. a.

✠ IN *nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti Amen. Quoniam tranſeuntis quidem mundi viciſſitudo cotidie per incrementa temporum creſcit, & creſcendo decreſcit, & ampliando minuitur, creſcentibus repentinis variorum incurſuum ruinis, finis eſſe cunctis in proximo cernitur; ideo vanis ac tranſilibus rebus, manſura cœleſtis patriæ præmia mercanda ſunt. Quapropter ego* Kenredus, *Dei dono, rex* Merciorum; *& ego* Offa, *divina permiſſione* Orientalium Anglorum *gubernator, pro redemptione animarum noſtrarum ac prædeceſſorum noſtrorum, & ſubſequentium ſalute, donamus, concedimus in loco in quo beata virgo* Maria *ſe venerabili viro* Egwino *manifeſtavit, in* **Homme**, *& præſenti libello confirmamus, ad honorem & reverentiam ejuſdem Dei genitricis, lxvij. manſas ex duabus partibus fluminis quod vocitatur* Avena. *Tres videlicet quæ ſunt in* **Homme**. *In* **Lenchwic** *j. In* Nortona *vij. In* **Offeham** *j. In* Litletona *xiij. In* Aldingtona *j. In* Baddeſeia *v. & dimid. In* Bretfertona *xij. In* Huniburna *ij. & dimid. In* Willerſeia *vij. In* Wicwona *iij. In* Benigwrthia *& in* Hamtona *ix. Et ex mera liberalitate, ſicut dignum eſt, & regali munificentia, prænominatas manſas, ubi manifeſtatio habita fuiſſe refertur, cum cæteris partibus præaſſignatis, regiæ libertati donamus, ac omnipotenti Deo, ac beatis apoſtolis ejus* Petro *&* Paulo *inperpetuum liberas commendamus, quatinus ibidem congregatio monachorum, ſecundùm regulam beati* Benedicti, *poſſit inſtaurari, & indeſinenter Chriſto famulari. Ad majorem autem noſtræ donationis firmitudinem, in notitiam tam præſentium quàm impoſterùm ſuccedentium venire volumus, quibus limitibus ſacer locus quem regiæ libertati donatum Deo contulimus, circumſeptus includitur.*

In primis à **Twiford** *ex parte auſtrali uſque in* **Cronochomme**, *juxta decurſum fluminis ambitus loci protrahitur, ac inde juxta aquam uſque ad diviſionem terræ de* **Fladeburg**, *quæ* **Meredic** *appellatur, & ſic in directum per aſcenſum montis per medium* Ældegaren *ad* Ealdenesswinhage, *ab* Ealdenesswinhage, *ad* Boelagesette, *à* Boelagesette *in* Horþcnol, *ex quo per* Lencdune *uſque ad diviſiones terrarum de* Lench, *& de* Heruerton *in* pennecumbe. *Inde per* Fulanbroc *uſque in* Harenpilles, *& ab* Harenpilles *in* Carkeford. *Ac inde in* Goldepelle, *& ſic in longum rivuli, uſque in* Smalmoresýc, *ac inde in* Auenam, *& ſic in* Offepole; *ab* Offepol *in* Pikereshomme, *à* Pikereshomme *in* Burglences, *à* Hlence in Ealdenedune, *ab* Ealdenedune *in* Ealdenemýxan, *ex quo in* Buggildestret *in* Senieslod, *ac inde in* Chirchestige, *à* Chýrchestige *in* Flittindgare, *& ſic in* Blackanpýt. *A parte tamen orientali non longè à* Blakenepýt *in* Mereþurne, *à* Mereþurne *in* Huniburne *ex quo per* Norþamere *in* Easthammore, *inde in circuitu parti de* Poddenho, *dehinc in* Podemore, *& ſic in* Herienhale. *Iterum in* Huniburne *in longum rivuli, uſque ad* Stainteforþ. *Iterum in* Buggildrtret *verſus* Scenedune; *ac inde in* Merebroc, *à* Merebroc *in* Meredic, *& ſic in* pinburne *in* Lalesþorn, *à* Lalesþorn *in* Lauergeboerge, *à* Lauerkeboerge *in* Poddenhomme, *à* Poddenhomme *in* Polþorne, *à* Polþorne *in* Merebroc, *& ſic in* Stanitanhullessýce, *à* Sýce *in* Burespelle, *à* Burespelle *in* Burespalles, *ac inde in* Ealdegare *quod indigene* nanes monnesland *vocant, ſecus* Buggildestret, *ex quo, à parte occidentali uſque ad* Boerges, *à* Boerges *in* Halpichestan, *ab* Alpichestan *in* Cademunstre, *à* Cademunstre *in* Blechemere, *à* Blaehemere *in* Bracedestane, *à* Bracedestane *in* Ealdgare *in* pillerseiam, *à* pillerþeia *in* Sondbroc, *ex quo in* Hegepege, *& ſic in* Norþhomme, *à* Norþhomme *in* Brerþurne, *dehinc in* Hecheneige, *ab* Echeneige *in* Badespelle, *à* pelle *in* Litleþurne, *à* Ðurne *per* Pichedesho *in* Prestesmede, *ac inde in* Mereþorne, *à* Mereþorne *in* Brodemere, *à* Brodemere *in* Æstmerelope, *inde in* Poticot, *à* Poticot *in* Ðrittiacre, *& ſic in* Rugpeie, *à* Rugpeie *in* Meredic, *à* Meredic *in* padberegpe, *à* Beregpe *in* Lihtemede, *iterum per* Meredic *in* Esenburnen, *iterum in* Meredic, *deinde in* purtemede, *& ſic in* Meꞃebꞃoc, *per* Meꞃebꞃoc *uſque in* Domnipol, *ex quo in* Halleꞅbuꞃᵹe, *ab* Halleꞅbuꞃᵹe *in* Meꞃepelle, *à* Meꞃeꞅpelle *iterum in* Avenam.

Volumus inſuper ac decernimus, in nomine domini terram quinque caſſatorum quæ Mortona *nuncupatur, eadem libertate in perpetuum gaudere: quam quidem terram ego* Kenredus Rex Merciorum, *anno dominicæ incarnationis DCCiij. cum jam, unà cum venerabili viro* Egwino *epiſcopo, apoſtolorum limina viſitare diſponerem, inter quædam alia donaria ad fabricam monaſterii conſtruendi in* **Homme** *conceſſi eidem, & ſub teſtimonio plurium potentum meorum ſcripto confirmavi. Statuimus igitur in nomine domini & in virtute Dei ſummi præcipimus, tam viventibus, quàm domini prædeſtinatione, nobis inpoſterum ſuccedentibus; ut hujus donationis ſeu libertatis ſtatuta, ad irritum deducere minimè quiſpiam audeat. Si quis autem hoc noſtræ munificentiæ donum depravare vel diminuere, ſeu quolibet modo alienare verſutus attemptaverit, deleatur nomen ejus de libro vitæ, & æterna miſerrimus, cum complicibus ſuis, damnatione puniatur, niſi priùs ſatisfactione digna emendaverit, quod contra noſtrum decretum obſtinatus preſumpſit. Amen. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis DCCix. in eccleſia ſalvatoris* Lateran. *confirmante* Conſtantino *Romanæ ſedis antiſtite, aſtantibus & confirmantibus regibus* Angliæ Kenredo *&* Offa, *rogante venerabili viro* Egwino *epiſcopo, cum pluribus archiepiſcopis, & epiſcopis, principibus, ac nobilibus diverſarum provinciarum, cunctis clamantibus, & dicentibus, nos hanc voluntatem, & regiam liberalitatem laudamus, donationibus, ac libertatibus conſentimus.* Ego Conſtantinus, Romanæ *ſedis epiſcopus, per hoc ſignum ✠ ſancte crucis, has donationes in libertatem hanc confirmavi.* ✠ Ego Egwinus *epiſcopus humilis confirmavi.* ✠ Ego *Rex* Kenredus *corroboravi.* ✠ *Ego Rex* Offa *conſenſi.*

Carta Eguuini Wigornienſis *epiſcopi.*

“EGO *Egwinus*, *Wicciorum* humilis epiſcopus, volo manifeſtare omnibus fidelibus Chriſti, qualiter per ſancti ſpiritus inſpirationem, & per labores multarum & magnarum viſionum oſtenſum eſt mihi, quod ego primùm unum locum edificare deberem ad laudem & gloriam omnipotentis Dei & ſanctæ *Mariæ*, omnium electorum Chriſti, & etiam mihi ad eternam retributionem. Cum igitur maximè florerem in diebus *Ethelredi* regis, expetii ab eo locum qui **Haum** nuncupatur, in quo loco ſancta & perpetua virgo *Maria* primùm cuidam paſtori gregum, *Eoves* nuncupato, dehinc etiam mihi cum duabus virginibus librum in manibus tenens apparuit. Mundavi itaque locum, opuſque inceptum, Dei optimi laudetur gratia, ad finem perduxi. Volo igitur oſtendere omni ſequenti generationi quas poſſeſſiones ſupradicto loco acquiſivi, & ipſas terras ab omni exactione poteſtatum omnium adquietavi, ipſamque adquietationem apoſtolicis auctoritatibus & privilegiis, necnon & regalibus edictis confirmari feci, ut fratres ſecundùm regulam ſancti *Benedicti* inibi Deo ſervientes ſine perturbatione vitam agerent.

“Nomina etiam villarum volo manifeſtare, quas omnes liberas & juſte aquiſitas Deo & ſanctæ *Mariæ* obtuli. Itaque ab *Athelredo* rege quoddam cœnobium, quod **Flendaburch** nominatur obtinui, quod poſtea pro alio cœnobio quod *Streatforda* nominatur mutavi, poſt parvum verò tempus à predicti regis fratre *Oſwardo* viginti manſas in loco qui **Troiford** appellatur adquiſivi.

“Poſtea verò ſuccedente in regnum *Kenredo*, conceſſit & ipſe mihi octoginta quatuor manſas ſuper utraſq; partes illius fluminis, quod *Avona* vocitatur. Quidam autem adoleſcens, *Athericus* nomine, octo manſas mihi conceſſit, & *Walterus* venerandus ſacerdos alias octo mihi manſas donavit. Sicque Deo propitio brevi tempore 120. manſas predicte Chriſti eccleſie acquiſivi, ſicut ſcriptum eſt & confirmatum in chartis eccleſiæ, & in libro manifeſtatur terra & termini ejus, quem ſcripſit *Brichtwaldus* epiſcopus, & dictavit precepto *Romani* pontificis, cum conſenſu principum totius *Angliæ*. Hæc verò ſunt nomina villarum quas, ut ſupradictum eſt, acquiſivi: **Eoveſham, Benyagurth, Hautun, Baddeſey, Wicque, Haburne, Bradfortun, Willerſley, Withley, Samburn Kinwartun, Saltford** major & minor, **Ambreſley, Ulbeory, Mortun, Buchtun, Meleygaresberrie, Tittleſtrompe,** *Snella* major, **Mayeldesbeordy, Sildſwick** quoque. Has omnes terras, ut prefatus ſum, liberas ab omni calumnia adquiſivi & ſanctæ Dei eccleſiæ obtuli. Qui ergo locum quem apoſtolica dignitas & regia poteſtas regia libertate donavit, & nos auctoritate Dei & ſanctorum apoſtolorum donamus, depravare aut minuere vel contaminare preſumpſerit, judicetur ante tribunal Chriſti, & nunquam in Chriſti veniat memoriam, niſi in hac vita penitens emendet. Qui verò ſervaverit & adauxerit, benedictionibus repleatur. Fiat. Amen. Scripta eſt hæc charta anno Dominicæ incarnationis 714. ✠ Ego *Eguuinus* per ſignum ſanctæ crucis. ✠ Ego *Kenredus* rex ſubſcripſi. ✠ Ego *Offa* per ſignum crucis confirmavi. ✠ Ego *Brichwaldus* archiepiſcopus ſubſcripſi. Ego *Oſwardus* frater ejus confirmavi. 714.

LXVII. Monachi fuerunt in **Eveſham**, & ex hiis fuerunt xij. in *Denemarcia*, quos rex *Willielmus* juvenis illuc tranſmiſit, & v. moniales, tres pauperes ad mandatum, tres clerici, qui omnes habent tantum quantum monachi. LXV. ſervientes fuerunt in monaſterio, ſcilicet v. in eccleſia, duo in domo infirmorum, II. in cellario, v. in coquina, vij. in piſtrino, iiij. qui faciunt cerviſiam, iiij. ſertores, ij. in balneario, ij. ſutores, ij. in pomerio, iij. ortolani, j. ad hoſtium clauſtri, ij. ad magnam portam, v. ad vineam, iiij. qui ſerviunt monachis quando pergunt foràs, & iiij. piſcatores, iiij. in cambra abbatis, iij. in aula, ij. vigilantes. Ibid. fol. 37. b.

De conſuetudinibus & ordinationibus officialium ſeparalium in Abbatia de Eveſham.

Ex autographo ſub ſigillis in curia Augmentationum.

CUm *I.* Dei gratiâ *Mariæ* in via lata diaconus cardinalis, apoſtolicæ ſedis legatus, officio legationis ſibi injunctæ in *Anglia* fungeretur, *Officium Abbatis.*

retur, & orta eſſet controverſia inter me abbatem & nos conventum **Eoveſham** ſuper ſtatu domus noſtræ coram eo; tandem amicabiliter hoc modo ſopita eſt: videlicet, quod abbas infra ſepta monaſterii exiſtens, inter fratres ſecundùm antiquam domus illius conſuetudinem converſando regulariter vivet, & exteriora pro viribus ſuis ad utilitatem eccleſiæ, providè & fideliter diſpenſabit. Prior verò, ſubprior, tertiuſ-prior, & alii cuſtodes ordinis, Prior de **Penuertham**, precentor, ſacriſta, camerarius, celerarius exterior, coquinarius, pitanciarius, infirmarius, elemoſinarius, cuſtos vineæ, gardinarius, magiſter fabricæ eccleſiæ, magiſter hoſpitum, de concilio & conſenſu conventus vel majoris & ſanioris partis in capitulo ab abbate creenter. Qui ſi minus honeſtè, quod abſit, vel minùs prudenter in officiis ſuis ſe habuerint, vel malè adminiſtraverint, à fratribus prius correpti regulentur, ſi non emendaverint, in capitulo amoveantur, & alii ſub forma predicta in loco eorum in capitulo in conventu ſubrogentur, ne aliquo caſu in manum regis deveniant ipſa officia, abbate fortè decedente, vel per moram fiat deterioratio obedientiarum, aut aliquis defectus propter moram emergat. Prior verò, & prædicti magiſtri ordinis ſimul cum abbate, ut ordo monaſticus cum rigore diſciplinæ, ſecundùm regulam beati *Benedicti* obſervetur, ſummam diligentiam adhibeant. Maximè autem opera preſtent, ne monachi aliquid proprium habeant, & ne aliàs quàm in refectorio ſine licentia comedant, & ut elemoſina ſua per manus elemoſinarii erogetur; & ne à clauſtro ſine licentia exeant, & ut ſilentium locis & horis ſtatutis obſervetur, & ut fratres frequenter delicta confiteantur, nec tamen aliis quam hiis qui ad hoc deputantur. Alii vero ſupradicti officiales omnes qui redditus percipiunt, quater in anno coram abbate, vel eo quem loco ſuo ſtatuerit, Priore, & ſex clauſtralibus, tribus ab abbate, & tribus à conventu vocatis, de adminiſtratione ſua computum reddant, coquinarius vero qualibet ebdomada.

Iſti vero officiales, quotiens domi fuerint, in congregatione jugiter permaneant, & conventum in eccleſia, in capitulo, in clauſtro, in refectorio ſequantur, ut, ſi, quod abſit, in officiis ſuis aliquis defectus emerſerit, illi ſtatim ſuppleant. Nulli duo officia aſſignentur, ſed cuilibet adjungatur ſocius teſtis diligentiæ ſuæ.

Si vero in aliquo officio propter temporis maliciam aliquid ultra redditus officio illi aſſignatos expenſum fuerit, ſi in aliquo officio aliquid fuerit reſiduum; per illud defectus alterius officii ſuppleatur. Si autem ullum officium defectum alterius officii ſupplere potuerit, abbas per manum cellerarii exterioris ſuppleat. Præterea ſi quodlibet officium ſibi ſuffecerit, & aliquid reſiduum fuerit; abbas de concilio capituli, vel majoris & ſanioris partis in id quod in capitulo judicaverit utilius eccleſiæ expendat. Si verò aliquid de redditibus monachorum officiis aſſignatis, vel in perpetuum, quod abſit, vel ad tempus detineri contigerit, vel aliquo modo evacuari, vel diminui, abbas tandem de concilio capituli ubi commode fieri poterit alibi in eodem officio aſſignet.

Celerarius.

Liceat preterea monachis poſſeſſiones & redditus officiis ſuis aſſignatos, veluti, novalia faciendo, & redditus augmentando, & novos adquirendo ampliare, ſeu quibuſcunq; aliis juſtis modis meliorare. Celerarius ſiquidem exterior talis de proprio conventu & in capitulo ab abbate creetur, qui exceptis redditibus monachorum officiis aſſignatis ad preceptum abbatis totius abbathiæ curam gerens, ſciat & poſſit conventui neceſſaria miniſtrare, ſcilicet panem, cerviſiam, duo pulmenta, ignem & ſalem & quædam alia in conſuetudinibus expreſſa. Hoſpitibus autem juxta facultatem domus providebit celerarius. Viris tamen religioſis, qui de officio ſuo ſunt, videlicet perſonis eorum ſicut & fratribus adminiſtrabit, exceptis abbatibus & capellanis eorum, quibus non inveniet aliquid niſi in diebus jejunii, ſicut nec ipſi abbati, nec illis qui cum eo comedent, vel capellanis ejus, hoc dicimus niſi in refectorio comedant. Servientibus etiam obedientiarum abbathiæ, celerarius procurationem debitam & ſtipendia juxta conſuetudinem domus adminiſtrabit. Iſte quidem celerarius de adminiſtratione ſua, non ſolùm quater ſuperioribus, ſed quotiens ipſe abbas voluerit compotum reddat, qui niſi benè adminiſtraverit, ſicut de aliis obedienciariis dictum eſt, ad juſtam conqueſtionem conventus, & rationabilem voluntatem abbatis amoveatur, & alius ſtatim loco ejus ſubrogetur, & in capitulo numerum fratrum abbas integrum conſervet, nullum monachum recipiat, aut ejiciat, vel ad tempus vel in perpetuum, niſi de concilio conventus vel majoris & ſanioris partis, & in capitulo. Eccleſias autem, vel alios redditus, vel aliquas terras, non niſi de concilio univerſitatis vel majoris & ſanioris partis, & in capitulo alicui conferat, nec ruſticos ſine conſenſu eorundem manumittat. De terris ſiquidem revocandis, ſi quæ tempore ſuo vel predeceſſoris ſui alienate ſunt, pro viribus ſuis, concilio conventus ſui utatur. Similiter in cauſis eccleſiaſticis, vel forenſibus agendis, vel terminandis capituli ſui utatur concilio. Servientes autem qui monachis miniſtrare tenentur, ſcilicet, de infirmaria, ſartrina, lavandaria, refectorio, ſacriſtaria, locutorio, de concilio capituli ſecundùm priorem formam conſtituantur & deponantur. Hæc omnia intelligantur ſalvis in omnibus regularibus inſtitutis.

Hii ſunt redditus officiis monachorum Eoveſhamenſis *cœnobii aſſignati.*

AD Prioratum pertinent decimæ de **Beningworthe**, tam majores quam minores, de terris monachorum, ad pergamenum & exhibitionem ſcriptorum pro libris ſcribendis.

Præcentor.

Ad officium precentoris pertinet quædam terra de *Hamptona*, de qua percipit precentor annuatim quinque ſolidos: & decimæ de **Stokes**, & de quadam terra de **Alnecestre** decem & octo denarios. Ex his debet invenire præcentor incauſtum omnibus ſcriptoribus monaſterii, & pergamenum ad brevia, & colores ad illuminandum, & neceſſaria ad ligandum libros, & neceſſaria ad organa.

Ad ſacriſtariam autem pertinent ſex capellæ in valle, videlicet duæ in **Eveſham**, ex quibus percipit ſacriſta annuatim decem marcas & candelas quæ offeruntur in illis. Duæ etiam capellæ de **Lenchwic**, & de *Nortona*, de quibus percipit decem ſolidos annuatim, & una in *Mortona*, de qua percipit tres ſolidos annuatim, & una in **Uffeham**, de qua percipit decem & octo denarios. Item de eccleſia de **Baddebi** percipit duas marcas. De capella de **Wihtlakeford** decem ſolidos. De eccleſia de *Weſtona* dimidiam marcam. De eccleſia de *Stowa* quinque ſolidos vel duas petras ceræ. De Eccleſiâ ſancti *Albani* in *Wigornia* quinque libras ceræ. De *burgagio* in villa **Eoveſham** viginti ſolidos. De *burgagio* in *Wigornia* quinquaginta ſolidos. De terra in *Hamptona* quinque ſolidos. In **Lench** pertinent ad ſacriſtariam tres hidæ & dimidia. In *Bretfortona* in uno campo quinquaginta quinque acræ: in altero ſeptuaginta ſex in dominico; in villenagio quinque virgatæ terræ & dimidia, & decima de eadem terra, in garbis, linis, & agnis, & decimæ de quatuor hidis in eadem villa, duabus ſcilicet hidis *Hugonis*, & duabus *Willielmi* de *Cairdino*, & decimæ de novem virgatis terræ *Pagani* in **Littleton**. & decimæ de quinq; virgatis terræ ſeneſcalli in *Baddeſeia*, & decimæ de dominico de *Pikeſleia* in *Herefordiaſcire*. Omnes etiam oblationes & legata omnia altaris de **Eoveſham**.

Camerarius.

Ad cameram pertinent **Meilgaresbrai** & *Snella*, ſicut antiquitus, fuerit; & loco **Burhton** quæ fuit ad cameram, aſſignata eſt *Thecleſthropa*, ita videlicet quod abbas ex hac camera nec veſtimenta, nec aliud percipiet, ſicut conſuevit ex priori camera exigere. Hæc autem maneria imperpetuum cum omni integritate ſua ad veſtiendum fratres permanere debent.

Coquinarius.

Ad coquinam verò pertinent de villa & foro de **Eoveſham** qualibet die ſabbati quinque ſolidi & tres oboli. De molendinis ejuſdem villæ juxta vineam cum pertinentiis ſuis quinq; marcæ annuatim terminis ſuis ſolvendæ. De molendinis juxta pontem, & de molendinis in *Hamptona* cum pertinentiis ſuis qualibet die ſabbati triginta denarii, & ſexaginta ſticæ anguillarum annuatim. De villa de *Stowa* & foro, qualibet die dominicâ quatuor ſolidi. De *Mortona* ſexaginta ſolidi. De **Saltford** ſexaginta ſolidi. De **Wihtlakesford** quatuor libre. De molendino in eadem villa viginti ſolidi, & duodecim ſticæ anguillarum annuatim. De molendino ſeneſcalli in **Saltford** viginti ſolidi. De molendino de *Chadelberia* cum ſuis pertinentiis, viginti quinq; ſolidi & quadraginta ſticæ anguillarum. De molendino de **Twiford**, & de **Aldington**, cum pertinentiis ſuis viginti octo ſolidi & quadraginta ſticæ anguillarum. De molendino de **Uffeham** decem ſolidi cum pertinentiis ſuis. De *Fokemulna* dimidia marca. De molendino in **Wikewon.** octo ſolidi. De **Wdefeo** pertinent ſexaginta ſolidi ad coquinam. De piſcatione in **Ambrosl.** viginti tres ſolidi. In *Glouc.* de terra *Roberti Bould*, tres ſolidi & obolus. De terra quadam & quodam furno in **Wincelcumb**, duo ſolidi & una libra piperis. In **Eveſham** de terra uxoris *Johannis Grene* una libra piperis. De terra *Reginaldi* filii *Willielmi* in eadem villa dimidia marca annuatim. De **Pennertham** una ſumma ſalmonis. De qualibet carucata terræ in valle **Eoveſham** de dominico, excepto **Aldington**, trecenta ova annuatim, & de quolibet manerio tres denarii ad diſcos, & duodecim ollæ. De *Bradewella* viginta ova & tres denarii, & duodecim ollæ. Item ſingulis diebus habere debet coquinarius forragium ad unum equum & præbendam, vel duo præbendaria de furfure de granario, & duos porcos habere debet ad plancher. & quotiens emerit in villa de **Eveſham** piſcem ad totum conventum, debet habere de cellario panem & juſtam ad opus piſcatorum. Ad omnes etiam cibos qui condimento cerviſiæ indigent debet habere cerviſiam de cellario.

Pitanciarius.

Ad pitanciariam etiam pertinent in **Eveſham** de nova terra decem marcæ. De *Wroteſleia* duæ marcæ. De *Uleborga* viginti quinque ſolidi. De eccleſia de **Hildendon** una marca. De eccleſia de **Leilond** una marca. De molendino de **Wihtlakesforth** dimidia marca. De molendino ſeneſcalli in **Saltforth** dimidia marca. De **Ambresl.** duodecim ſextarii mellis.

Infirmarius.

Ad infirmariam pertinent molendinum fullonum de *Burhtona* cum pertinentiis ſuis, de quo percipit infirmarius tres marcas: & duo molendina ſub *Stowa*, de quibus percipit quatuordecim ſolidos. In eadem villa de terra *Towa* duos ſolidos. De terra eidem vicina duos ſolidos. De terra *Sowi* in eadem villa duodecim denarios. In villa de **Eveſham**, de burgagio triginta duos denarios. De *Sulſtano* quatuor ſolidos & quatuor denarios, & candelas quæ offeruntur in capella ſancti *Johannis*.

Elemoſinarius.

Ad elemoſinariam pertinent duo furni in **Eoveſham** & redditus de **Pennertham**, ſcilicet quatuor marcæ: In **Eoveſham** de terra portarii duodecim denarii. De terra ei contigua ſex denarii. De terra **Cranforth** cum Soppa ferri duodecim denarii. In *Glouc.* de terra data cum *Rodberto* monacho quatuor ſolidi. In eadem villa de terra *Johannis Crume* quatuor ſolidi. De *Aldintona* nonaginta ova. De toto etiam pane infra portam cocto vel empto, debet elemoſinarius habere decimam. Abbas etiam in cœna Domini debet invenire dimidiam marcam ad mandatum, per manum elemoſinarii liberandam fratribus ut diſtribuant pauperibus, & de cellario cellarius debet dare ſingulis pauperibus ſingulos panes, & tria allecia, & de cerviſia quantum opus fuerit. Debet etiam elemoſinarius curam habere orti monachorum.

Magiſter fabricæ.

Ad fabricam eccleſiæ & domorum clauſtro adjacentium pertinent decem libræ de eccleſia de **Ambresl.** quæ ſi aliquo caſu ſolutæ non fuerint, abbas eccleſiam & domos cooperire debet: & decimæ de terræ *Willielmi Beorn* & fabri in **Uffeham** & legata, & ſi que ſunt alie gratuite obventiones.

Celerari

Hæ ſunt conſuetudines *Eoveſhamenſis* cœnobii,

bii, ab antiquis temporibus ſtatute, & à celerario generali complende. Celerarius itaque qui totius abbatiæ curam geret, exceptis redditibus aſſignatis officiis monachorum, hoſpitibus juxta facultatem domus neceſſaria adminiſtrabit, omnibus videlicet, excepto eo quod coquinarius quæ de officio ſuo ſunt viris religioſis invenire debet. Debet etiam ibidem celerarius ea que inferiùs annotata ſunt de officio ſuo fratribus per manus ſubcelerarii adminiſtrare. A celario igitur ſingulis diebus debent venire in refectorium ſeptuaginta & duo panes monachiles, quorum quilibet erit ponderis ſexaginta quinque ſolidorum. Ex quibus ſinguli monachi ſingulos percipient. Prior & per duplum niſi cum abbate commederit. Nichilominus qui ad ſuperiorem menſam ut cuſtos ordinis ſederit duplum: qui miſſam majorem celebraverit duos: lector verò & ſervitores unum ad mixtum: elemoſinarius autem ſex de decima, & tres ad mandatum, & duos ad triennales currentes: percipiet etiam quilibet fratrum cotidie duas juſtas de cerviſia, & certe menſure. Inveniet etiam celerarius ſalem & ligna ad ignem, & ſingulis diebus duo pulmenta: ad unum, de fabis ſiccis unum prebendarium raſum, vel de novis cumulatum de granario: ad aliud verò pulmentum decem panes monachiles de celerario ſingulis diebus, preterquam in Quadrageſima in qua percipient duodecim ſummas fabar. de Huniburn, ad unum pulmentum inveniendum per totam Quadrageſimam, & de avena duodecim ſummas de eadem villa ad gruellum faciendum, ſcilicet quarta & ſexta feria per totam Quadrageſimam, & farinam ad olera ſingulis diebus in Quadrageſima. Inſuper debent habere monachi ad octo feſtivitates principales octo ſummas frumenti, ad quamlibet ſcilicet feſtivitatem unam ſummam ad frixuras de granario, & in eiſdem feſtivitatibus ſingulos fiſſuls de frumento ad waſtellos de granario, & in tranſlatione ſancti *Ecguini* duos, ad prandium ſcilicet & ad cenam. Preterea percipiet coquinarius ad Paſca tria prebendaria frumenti de granario ad flathones inveniendos. Similiter & in Rogationibus, ad feſtum ſancti *Odulfi* unum prebendarium ad frixuras. Similiter in Septuageſima, & uno die paraſceve ad pulmentum. Ad formictas verò in adventu Domini debent habere quatuordecim ſummas contra natale Domini, contra Quadrageſimam tantundem, contra Paſca totidem, contra Pentecoſten totidem, contra tranſlationem ſancti *Ecguini* totidem, omnes ſcilicet percipiendas de horreis. Debent etiam habere de celerario ſingulis diebus ſabbati caritatem ad collationem pro mandato. Et ad omnes collationes feſtivitatum tam in capis quàm in albis, in vigilia, & in die, exceptis collationibus ſeptem principalium feſtivitatum, tam in vigilia quam in die, tunc enim pitanciarius invenire debet. Debent etiam habere caritatem de cellario ad prandium ſingulis diebus octabarum principalium feſtivitatum quæ octabas habent, exceptis diebus quibus ſunt in capis, tunc enim pitanciarius inveniet. Et ad collationem ſingulis earundem octabarum, & à natali Domini uſque ad epiphaniam, ſimili modo habebunt de cellario, & quandocunque eſt potus poſt nonam, percipiet refectorarius duas juſtas de cellário, & ad mixtum unam. Item ſingulis diebus dominicis in Quadrageſima dimidium prebendarium frumenti, de granario ad oblatas ad cœnam, & dimidium ſimiliter in cœna domini ad idem. In minutionibus verò & miſericordiis regularibus duo & duo, unam juſtam de cellario tam ad prandium quàm ad cœnam: In— verò unam. Serviens verò qui fratres ſanguinaverit panem & juſtam recipiet de cellario, ſi plures fuerint ſanguinati. Quotiens etiam mappe de refectorio, abluuntur, ſervientes de lavendaria panem monachilem de cellario habere debent, & tribus ſeptimanis in adventu Domini, & tribus ante Paſcha, ſingulis ſcilicet diebus quando fratres balneant. Balneatores percipere debent de cellario panem & juſtam. Item duo capellani, ſancti videlicet *Laurentii* & *Omnium Sanctorum* debent habere quotidie de cellario panem & cerviſiam ſicut & monachi. Debet etiam camerarius habere cotidie de cellario ad unum ſervientem procurationem, & præbendam ad unum equum de granario, & forragium de grangia: ſimiliter & ſacriſta. Item in anniverſariis abbatum, *Reginaldi* ſcilicet, & *Ade*, habere debent monachi ſingulos fiſſuls de granario ad waſtellos, & viginti ſolidos de eccleſia de Bulnewellei ad pitanciam & caritatem. In die *Animarum* recipere debet elemoſinarius unam ſummam frumenti de granario pauperibus erogandam. Similiter fiet in obitu cujuſlibet monachi Eveſham. Abbas & monachi ejuſdem loci per totum annum poſt obitum ſuum totum corredium ſicut in vita ſua perceperint habere debent; quod alicui indigenti pro anima ſua erogabitur. Servientes etiam qui vigilant circa fratrem proximum morti, panem & cerviſiam habere debent de cellario. Si verò obitus abbatis vel monachi alterius domus, ſi fuerint de capitulo Eveſham, evenerit; ad annale pro abbate & tritennale pro monacho de cellario panis & cerviſia, ſicut & monacho alicui pauperi erogabuntur. Ut antem hæc in poſterum obſerventur, præfatus legatus ea ſub hac forma confirmavit.

Johannes *Dei gratia ſanctæ* Mariæ *in via lata diaconus cardinalis, apoſtolicæ ſedis legatus, dilectis fratribus abbati & conventui de* Eoveſham *in vero ſalutari ſalutem. Ea quæ pro ſtatu religioſorum locorum & obſervantia regulari providè ſtatuuntur, firmiter & inviolabiliter volumus obſervari. Eapropter veſtris poſtulationibus annuentes, conſtitutiones quaſdam pro ſtatu monaſterii & religionis obſervantia inter vos communi factas aſſenſu, & redactas in ſcripto, prout rationabiliter & regulariter factæ ſunt, & ab utraque parte ſpontè recepte, legationis auctoritate quâ fungimur confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Hujus autem confirmationis auctenticum ſub communi cuſtodia cum ſigillo eccleſiæ veſtræ ſervandum poſuimus: & hæc omnia ſigillorum noſtrornm appoſitione roboravimus. Et ut hæc omnia imperpetuum immutilata firmiter obſerventur, magiſter* Rodbertus *de* Wlveia, *& magiſter* Thomas *de* Warewic, *&* Willielmus *ſeneſcallus de* Eoveſham, *ad petitionem & inſtantiam domini* R. *abbatis, eo præſente, in animam ipſius abbatis, ipſum abbatem premiſſa omnia pro poſſe ſuo obſervaturum,* Ad ſacriſtariam autem pertinent ſex capellæ in valle, videlicet duæ in **Eveſham**, ex quibus percipit ſacriſta annuatim decem marcas & candelas quæ offeruntur in illis. Duæ etiam capellæ de **Lenchwic**, & de *Nortona*, de quibus percipit decem ſolidos annuatim, & una in *Mortona*, de qua percipit tres ſolidos annuatim, & una in **Uffeham**, de qua percipit decem & octo denarios. Item de eccleſia de **Baddcbi** percipit duas marcas. De capella de **Wihtlakeford** decem ſolidos. De eccleſia de *Weſtona* dimidiam marcam. De eccleſia de *Stowa* quinque ſolidos vel duas petras ceræ. De Eccleſiâ ſancti *Albani* in *Wigornia* quinque libras ceræ. De *burgagio* in villa **Eoveſham** viginti ſolidos. De *burgagio* in *Wigornia* quinquaginta ſolidos. De terra in *Hamptona* quinque ſolidos. In **Lench** pertinent ad ſacriſtariam tres hidæ & dimidia. In *Bretfortona* in uno campo quinquaginta quinque acræ: in altero ſeptuaginta ſex in dominico; in villenagio quinque virgatæ terræ & dimidia, & decima de eadem terra, in garbis, linis, & agnis, & decimæ de quatuor hidis in eadem villa, duabus ſcilicet hidis *Hugonis*, & duabus *Willielmi* de *Cairdino*, & decimæ de novem virgatis terræ *Pagani* in **Littleton**. & decimæ de quinq; virgatis terræ ſeneſcalli in *Baddeſeia*, & decimæ de dominico de *Pikeſleia* in *Herefordiaſcire*. Omnes etiam oblationes & legata omnia altaris de **Eoveſham**.

Camerarius.

Ad cameram pertinent **Meilgaresbrai** & *Snella*, ſicut antiquitus fuerit; & loco **Burhton** quæ fuit ad cameram, aſſignata eſt *Thecleſthropa*, ita videlicet quod abbas ex hac camera nec veſtimenta, nec aliud percipiet, ſicut conſuevit ex priori camera exigere. Hæc autem maneria imperpetuum cum omni integritate ſua ad veſtiendum fratres permanere debent.

Coquinarius.

Ad coquinam verò pertinent de villa & foro de **Eoveſham** qualibet die ſabbati quinque ſolidi & tres oboli. De molendinis ejuſdem villæ juxta vineam cum pertinentiis ſuis quinq; marcæ annuatim terminis ſuis ſolvendæ. De molendinis juxta pontem, & de molendinis in *Hamptona* cum pertinentiis ſuis qualibet die ſabbati triginta denarii, & ſexaginta ſticæ anguillarum annuatim. De villa de *Stowa* & foro, qualibet die dominicâ quatuor ſolidi. De *Mortona* ſexaginta ſolidi. De **Saltford** ſexaginta ſolidi. De **Wihtlakesford** quatuor libre. De molendino in eadem villa viginti ſolidi, & duodecim ſticæ anguillarum annuatim. De molendino ſeneſcalli in **Saltford** viginti ſolidi. De molendino de *Chadelberia* cum ſuis pertinentiis, viginti quinq; ſolidi & quadraginta ſticæ anguillarum. De molendino de **Twiford**, & de **Aldington**, cum pertinentiis ſuis viginti octo ſolidi & quadraginta ſticæ anguillarum. De molendino de **Uffeham** decem ſolidi cum pertinentiis ſuis. De *Fokemulna* dimidia marca. De molendino in **Wikewon**. octo ſolidi. De **Wdeſeo** pertinent ſexaginta ſolidi ad coquinam. De piſcatione in **Ambroſl.** viginti tres ſolidi. In *Glouc.* de terra *Roberti Bould*, tres ſolidi & obolus. De terra quadam & quodam furno in **Wincelcumb**, duo ſolidi & una libra piperis. In **Eveſham** de terra uxoris *Johannis Grene* una libra piperis. De terra *Reginaldi* filii *Willielmi* in eadem villa dimidia marca annuatim. De **Pennertham** una ſumma ſalmonis. De qualibet carucata terræ in valle **Eoveſham** de dominico, excepto **Aldington**, trecenta ova annuatim, & de quolibet manerio tres denarii ad diſcos, & duodecim ollæ. De *Bradewella* viginta ova & tres denarii, & duodecim ollæ. Item ſingulis diebus habere debet coquinarius forragium ad unum equum & præbendam, vel duo præbendaria de furfure de granario, & duos porcos habere debet ad plancher. & quotiens emerit in villa de **Eveſham** piſcem ad totum conventum, debet habere de cellario panem & juſtam ad opus piſcatorum. Ad omnes etiam cibos qui condimento cerviſiæ indigent debet habere cerviſiam de cellario.

Pitanciarius.

Ad pitanciariam etiam pertinent in **Eveſham** de nova terra decem marcæ. De *Wroteſleia* duæ marcæ. De *Vleborga* viginti quinque ſolidi. De eccleſia de **Hildendon** una marca. De eccleſia de **Leilond** una marca. De molendino de **Wihtlakesforth** dimidia marca. De molendino ſeneſcalli in **Saltforth** dimidia marca. De **Ambreſl.** duodecim ſextarii mellis.

Infirmarius.

Ad infirmariam pertinent molendinum fullonum de *Burhtona* cum pertinentiis ſuis, de quo percipit infirmarius tres marcas: & duo molendina ſub *Stowa*, de quibus percipit quatuordecim ſolidos. In eadem villa de terra *Towa* duos ſolidos. De terra eidem vicina duos ſolidos. De terra *Sowi* in eadem villa duodecim denarios. In villa de **Eveſham**, de burgagio triginta duos denarios. De *Sulſtano* quatuor ſolidos & quatuor denarios, & candelas quæ offeruntur in capella ſancti *Johannis*.

Elemoſinarius.

Ad elemoſinariam pertinent duo furni in **Eoveſham** & redditus de **Pennertham**, ſcilicet quatuor marcæ: In **Eoveſham** de terra portarii duodecim denarii. De terra ei contigua ſex denarii. De terra **Cranforth** cum Soppa ferri duodecim denarii. In *Glouc.* de terra data cum *Rodberto* monacho quatuor ſolidi. In eadem villa de terra *Johannis Crume* quatuor ſolidi. De *Aldintona* nonaginta ova. De toto etiam pane infra portam cocto vel empto, debet elemoſinarius habere decimam. Abbas etiam in cœna Domini debet invenire dimidiam marcam ad mandatum, per manum elemoſinarii liberandam fratribus ut diſtribuant pauperibus, & de cellario cellarius debet dare ſingulis pauperibus ſingulos panes, & tria allecia, & de cerviſia quantum opus fuerit. Debet etiam elemoſinarius curam habere orti monachorum.

Magiſter fabricæ.

Ad fabricam eccleſiæ & domorum clauſtro adjacentium pertinent decem libræ de eccleſia de **Ambreſl.** quæ ſi aliquo caſu ſolutæ non fuerint, abbas eccleſiam & domos cooperire debet: & decimæ de terræ *Willielmi Beorn* & fabri in **Uffeham** & legata, & ſi que ſunt alie gratuite obventiones.

Celerarius.

Hæ ſunt conſuetudines *Eoveſhamenſis* cœnobii,

bii, ab antiquis temporibus ſtatute, & à celerario generali complende. Celerarius itaque qui totius abbatiæ curam geret, exceptis redditibus aſſignatis officiis monachorum, hoſpitibus juxta facultatem domus neceſſaria adminiſtrabit, omnibus videlicet, excepto eo quod coquinarius quæ de officio ſuo ſunt viris religioſis invenire debet. Debet etiam ibidem celerarius ea que inferiùs annotata ſunt de officio ſuo fratribus per manus ſubcelerarii adminiſtrare. A celario igitur ſingulis diebus debent venire in refectorium ſeptuaginta & duo panes monachiles, quorum quilibet erit ponderis ſexaginta quinque ſolidorum. Ex quibus ſinguli monachi ſingulos percipient. Prior & per duplum niſi cum abbate commederit. Nichilominus qui ad ſuperiorem menſam ut cuſtos ordinis ſederit duplum: qui miſſam majorem celebraverit duos: lector verò & ſervitores unum ad mixtum: elemoſinarius autem ſex de decima, & tres ad mandatum, & duos ad triennales currentes: percipiet etiam quilibet fratrum cotidie duas juſtas de cerviſia, & certe menſure. Inveniet etiam celerarius ſalem & ligna ad ignem, & ſingulis diebus duo pulmenta: ad unum, de fabis ſiccis unum prebendarium raſum, vel de novis cumulatum de granario: ad aliud verò pulmentum decem panes monachiles de celerario ſingulis diebus, preterquam in Quadrageſima in qua percipient duodecim ſummas fabar. de **Huniburn**, ad unum pulmentum inveniendum per totam Quadrageſimam, & de avena duodecim ſummas de eadem villa ad gruellum faciendum, ſcilicet quarta & ſexta feria per totam Quadrageſimam, & farinam ad olera ſingulis diebus in Quadrageſima. Inſuper debent habere monachi ad octo feſtivitates principales octo ſummas frumenti, ad quamlibet ſcilicet feſtivitatem unam ſummam ad frixuras de granario, & in eiſdem feſtivitatibus ſingulos fiſſuls de frumento ad waſtellos de granario, & in tranſlatione ſancti *Ecguini* duos, ad prandium ſcilicet & ad cenam. Preterea percipiet coquinarius ad Paſca tria prebendaria frumenti de granario ad flathones inveniendos. Similiter & in Rogationibus, ad feſtum ſancti *Odulfi* unum prebendarium ad frixuras. Similiter in Septuageſima, & uno die paraſceve ad pulmentum. Ad formictas verò in adventu Domini debent habere quatuordecim ſummas contra natale Domini, contra Quadrageſimam tantundem, contra Paſca totidem, contra Pentecoſten totidem, contra tranſlationem ſancti *Ecguini* totidem, omnes ſcilicet percipiendas de horreis. Debent etiam habere de celerario ſingulis diebus ſabbati caritatem ad collationem pro mandato. Et ad omnes collationes feſtivitatum tam in capis quàm in albis, in vigilia, & in die, exceptis collationibus ſeptem principalium feſtivitatum, tam in vigilia quam in die, tunc enim pitanciarius invenire debet. Debent etiam habere caritatem de cellario ad prandium ſingulis diebus octabarum principalium feſtivitatum quæ octabas habent, exceptis diebus quibus ſunt in capis, tunc enim pitanciarius inveniet. Et ad collationem ſingulis earundem octabarum, & à natali Domini uſque ad epiphaniam, ſimili modo habebunt de cellario, & quandocunque eſt potus poſt nonam, percipiet refectorarius duas juſtas de cellario, & ad mixtum unam. Item ſingulis diebus dominicis in Quadrageſima dimidium prebendarium frumenti, de granario ad oblatas ad cœnam, & dimidium ſimiliter in cœna domini ad idem. In minutionibus verò & miſericordiis regularibus duo & duo, unam juſtam de cellario tam ad prandium quàm ad cœnam: In—— verò unam. Serviens verò qui fratres ſanguinaverit panem & juſtam recipiet de cellario, ſi plures fuerint ſanguinati. Quotiens etiam mappe de refectorio, abluuntur, ſervientes de lavendaria panem monachilem de cellario habere debent, & tribus ſeptimanis in adventu Domini, & tribus ante Paſcha, ſingulis ſcilicet diebus quando fratres balneant. Balneatores percipere debent de cellario panem & juſtam. Item duo capellani, ſancti videlicet *Laurentii* & *Omnium Sanctorum* debent habere quotidie de cellario panem & cerviſiam ſicut & monachi. Debet etiam camerarius habere cotidie de cellario ad unum ſervientem procurationem, & præbendam ad unum equum de granario, & forragium de grangia: ſimiliter & ſacriſta. Item in anniverſariis abbatum, *Reginaldi* ſcilicet, & *Ade*, habere debent monachi ſingulos fiſſuls de granario ad waſtellos, & viginti ſolidos de eccleſia de **Buldewellei** ad pitanciam & caritatem. In die *Animarum* recipere debet elemoſinarius unam ſummam frumenti de granario pauperibus erogandam. Similiter fiet in obitu cujuſlibet monachi **Eveſham**. Abbas & monachi ejuſdem loci per totum annum poſt obitum ſuum totum corredium ſicut in vita ſua perceperint habere debent; quod alicui indigenti pro anima ſua erogabitur. Servientes etiam qui vigilant circa fratrem proximum morti, panem & cerviſiam habere debent de cellario. Si verò obitus abbatis vel monachi alterius domus, ſi fuerint de capitulo **Eveſham**, evenerit; ad annale pro abbate & tritennale pro monacho de cellario panis & cerviſia, ſicut & monacho alicui pauperi erogabuntur. Ut antem hæc in poſterum obſerventur, præfatus legatus ea ſub hac forma confirmavit.

JOhannes *Dei gratia ſanctæ* Mariæ *in via lata diaconus cardinalis, apoſtolicæ ſedis legatus, dilectis fratribus abbati & conventui de* **Eoveſham** *in vero ſalutari ſalutem. Ea quæ pro ſtatu religioſorum locorum & obſervantia regulari providè ſtatuuntur, firmiter & inviolabiliter volumus obſervari.* Eapropter *veſtris poſtulationibus annuentes, conſtitutiones quaſdam pro ſtatu monaſterii & religionis obſervantia inter vos communi factas aſſenſu, & redactas in ſcripto, prout rationabiliter & regulariter factæ ſunt, & ab utraque parte ſpontè recepte, legationis auctoritate quâ fungimur confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Hujus autem confirmationis auctenticum ſub communi cuſtodia cum ſigillo eccleſiæ veſtræ ſervandum poſuimus: & hæc omnia ſigillorum noſtrornm appoſitione roboravimus. Et ut hæc omnia imperpetuum immutilata firmiter obſerventur, magiſter* Rodbertus *de* Wlveia, *& magiſter* Thomas *de* **Warewic**, *&* Willielmus *ſeneſcallus de* **Eoveſham**, *ad petitionem & inſtantiam domini* R. *abbatis, eo præſente, in animam ipſius abbatis, ipſum abbatem premiſſa omnia pro poſſe ſuo obſervaturum,*

rum, & nos paterna dilectione tractaturum, & concilio conventus ſui ſe uſurum; tactis ſacroſanctis evangeliis juravit, & nos conventus ſinguli & univerſi hoc idem nos obſervaturos ſub eadem cautela promiſimus, & domino abbati, ut patri & domino reverendo, obedientiam & reverentiam exhibituros, quamdiu nos paterna tractaverit affectione. Et prædicti Rodbertus, Thomas *&* Willielmus *jurati in teſtimonium præmiſſorum ſimul nobiſcum ſigilla ſua appoſuerunt.*

Prioratus de Otheneſie *in* Dania, *cella de* Eveſham.

Ex regiſtro de *Eveſham* in bibliotheca *Cottoniana* fol. 16. a. [*Veſpaſ.* B. 24.]

“WAldemarus Dei gratia Rex *Danorum* univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Quod antiqua prædeceſſorum majeſtas firmavit, nullatenus volumus infirmare, verùm prout debemus, & poſſumus, roborare, & ampliare. Notum ſatis eſt, & verum eſt, quod cum avus meus, piæ memoriæ *Ericus*, apud Otheneſei monachos habere deſponeret, ſuggerente & conſtituente *Hubaldo* tunc ibidem epiſcopo, ædificatores primos de eccleſia *Eveſhamenſi*, & monaſticæ religionis inſtitutores accepit. Dignum itaque judicamus, ut confederationem eccleſiæ de *Othenſia* quam habet ad matrem ſuam eccleſiam de Eveſham, & dignitatem quam habet eccleſia *Eveſhamenſis* in filiam eccleſiam de Otheneſei, à præfato avo meo *Erico* confirmatam, autoritate noſtra firmemus: Ut ſcilicet eccleſia de Otheneſei matrem ſuam de Eveſham veneretur, concilium, & auxilium in deſolatione ab ea quærat. Eccleſia de Eveſham filiam ſuam, eccleſiam de Otheneſei, & filios inibi habitantes, diligat, & foveat. Prior loci de Otheneſei, apud Eveſham, vel *Otheneſeiam*, electus, auctoritate matricis eccleſiæ de Eveſham firmetur. Si quis frater cum licentia ad utroſlibet venerit, ſicut monachus eccleſiæ ſuſcipiatur, nec in aliquo, quod ad fratres eccleſiæ pertineat, fiat alienus. Sic uſque ad tempora noſtra fuiſſe & ſic eſſe debere, & hæc *Othenienſis*, & illa *Eveſhamenſis* teſtatur eccleſia, quod & nos in omnibus imperpetuum obſervari volumus, & auctoritate noſtra præcipimus, & ne ducatur id in irritum, at inconcuſſum & ratum maneat, ſigilli noſtri teſtimonio confirmamus. Hæc conſervantes conſervet dominus, renitentes & obloquentes impugnet altiſſimus. Amen. Data eſt carta anno Dominicæ incarnationis MCLxxiiij. per manum fratris *Willielmi* à corpore eccleſiæ de Eveſham tunc in Priorem electi, & ad regimen prioratus, *Otheneſeiam* tranſmiſſi, & per propriam manum noſtram ibidem introducti, præſidente tunc eidem loco venerabili epiſcopo *S.* & preſente *Fretherico Hethebienſi* epiſcopo.

1174.

Ibid. fol. 19. a.

R. *Dei gratia epiſcopus* Othenienſis, *&* B. *Prior, totuſq; conventus kariſſimis dominis & amicis, Domino* R. *abbati* Eveſhamenſi, *totique conventui, cunctis quoque fidelibus ſalutem, & debitam dilectionem. Notum ſit omnibus Dei cultoribus, tam preſentibus quam futuris, ſanctam* Othenienſem *eccleſiam, ab* Eveſhamenſi *eccleſia, à Dei genitrice electa, monachica inſtitutione regulariter inſignitam, temporibus* Willielmi *junioris regis* Anglorum, *&* Erici *ſapientiſſimi regis* Danorum. *Quamobrem inter matrem & filiam hujuſmodi ſtatutum eſt privilegium, ut quamvis eas corporaliter dividat terrarum ſpatium, ſint tamen omnimodis ſpiritualiter idem & unum. Si quis fratrum* Eveſhamii, *cum licentia abbatis ſui, & ſine litteris commendatitiis ad* Otheneſeiam *venerit, ſit ibi quanto tempore cupit, & permiſerit licentia, omnino ſubditus, & obediens Priori ejuſdem loci, in capitulo & omnibus aliis locis habens neceſſaria de illo loco, quamdiu ibi fuerit, ſicut unus ex fratribus loci. Si quis verò aliter venerit, propter vitandam ſecuritatem exeundi de clauſtro, atque occaſionem peccandi, omnino à tali conſortio repudiabitur: ſimiliter apud* Eveſham *fiat. Pro fratribus verò defunctis hoc utrinque ſervabitur: Anniverſarium in martirologio ſcribetur, cibus triginta diebus pro fratribus dabitur. Pro paſtoribus autem locorum integro anno triginta officia plenaria in conventu cantabuntur; ſinguli fratrum triginta miſſas, vel decem pſalteria perſolvent. Mox ut breve defuncti venerit tabula pulſabitur, vigilia cantabitur, ſonabunt claſſicum. Defuncto Priore* Otheneſie, *& alio in ejus loco, aſtipulantibus rege, & epiſcopo, electione totius capituli conſtituto, ſive de* Otheniſia, *ſive de* Eveſham, *ſi opus & voluntas congregationis* Otheniſiæ *fuerit; vel ad conventum* Eveſham, *& patrem loci deferretur, vel ab ipſo Priore electo, vel ab ejus nuntio, illorumque concilio, prece, & adjutorio, pro poſſe roborabitur. Hæc ſervans ſervetur, deſtruens à Deo deſtruatur. Fiat, Fiat, Fiat, Amen.* Ego Riculfus *epiſcopus ſubſcribo.* Ego Riqui *epiſcopus ſubſcribo.* Ego Illuch *epiſcopus ſubſcribo.*

De abbatibus Eveſhammiæ, *&c.*

Ex antiquo codice MS. in bibl. *Deveſiana.*

ANno gratiæ DCxcij. tempore regis *Æthelredi*, filii *Pendæ* regis *Merciorum*, & *Brithwaldi* archiepiſcopi, ſanctus *Egwinus* Deo dilectus, *Wigornenſis* eccleſiæ præſulatum ſuſcepit, cui glorioſiſſima virgo *Maria* decimo anno ſui epiſcopatus, in loco qui dicitur Hethome, nunc vero Eveſham hominatur, manifeſtâ viſione apparuit. Quem quidem locum, conſentiente rege *Æthelredo* atque donante, ſtatim ædificare inchoavit in honore ejuſdem glorioſæ virginis *Mariæ*. Sexto ſiquidem anno poſt hæc epiſcopatum prædictum ex toto reliquit, & apud Eveſham primus abbas paſtor & patronus effectus eſt; ubi ſanctiſſimè ac religioſiſſimè novem annis vivens cum fratribus, devotiſſimè perrexit ad Dominum, videlicet iij. kal. Januarii anno gratiæ DCCxvij. Poſt cujus mortem, decem & octo abbates huic loco ſucceſſivè præfuerunt, quorum hæc ſunt nomina: *Athelwoldus*, *Aldbore*, *Aldbath*, *Aldfert*, *Tyldbrith*, *Cutulf*, *Almund*, *Credanus*, *Tinthferth*, *Aldbald*, *Etbrith*, *Elferd*, *Wlfard*, *Kynelm*, *Kinach*, *Ebba*, *Kynath*, *Edwinus*. Qui omnes poſſeſſiones à beato *Egwino* adquiſitas integerrimè ſine diminutione, veluti ipſe dereliquit, annis quamplurimis tenuerunt: ſed defuncto *Edwino* præfato abbate, facta eſt diſperſio monachorum *Eveſhamenſis* cœnobii per *Athelmum* & *Wlricum* laicos & *Eſulfum* epiſcopum,

& ſubſtituti ſunt Canonici ſeculares, anno videlicet Domini DCCCCxlj. uſque ad tempus regis *Edgari* & beati *Dunſtani*, anno gratiæ DCCCClx. Item poſt mortem pii regis *Edgari*, expulſi ſunt monachi *Eveſhamenſes*, & inſtituti ſunt Canonici per *Alferum* principem *Merciorum*, anno gratiæ DCCCClxxvij. Deinde rex *Ethelredus*, frater beati *Edwardi* martyris, dedit hunc locum cuidam potenti, *Godwino* nomine, deinde epiſcopo *Agelſio*, & poſt epiſcopo *Athelſtano*. Quo defuncto, *Aldulfus* epiſcopus *Wygorniæ* à rege hanc abbathiam obtinuit, & primus libertate ſua fraudavit, & ſuæ juriſdictioni ſubjecit, & ita de una poteſtate in aliam poteſtatem contrariam res hujus monaſterii miſerrimè diſtrahebantur. A tempore tamen ſecundæ diſperſionis monachorum, quidam abbates huic loco per vices præfuerunt, non continuè, ſed interpolatim, videlicet *Oſwardus*, *Freodegarus*, *Alfricus*, *Alfgarus*, *Brithmarus*, *Agelwinus*. Qui quidem abbates antiquas poſſeſſiones integrè minimè potuerunt habere: ſed tandem, videlicet anno gratiæ Mxiiij. rex *Ethelredus* quendam monachum *Rameſienſem*, *Ailfwardum* nomine, inibi abbatem conſtituit, & poſt, epiſcopum *Londonienſem*, non tamen hujus loci gubernationem deſeruit. Qui vir venerabilis illuc adveniens, pervaſorem *Godewinum*, qui ſemper quadraginta habuit hidas, illinc expulſit, terras & poſſeſſiones omnes viriliter adquiſivit. Tranſiit autem iſte glorioſus *Ailfwardus*, *Londonienſis* eccleſiæ, ut prædiximus, antiſtes, & hujus eccleſiæ paſtor piiſſimus, xxx. anno ſui adventus, videlicet anno ab incarnatione domini Mxliiij. & apud *Rameſienſem* eccleſiam, ubi priùs fuerat monachus, ſepultus requieſcit.

Huic ſucceſſit *Mannius*, hujus eccleſiæ monachus, à rege *Edwardo* electus, qui vir venerabilis & ſacris liberiſque plurimis artibus fuerat imbutus; videlicet, cantoris, ſcriptoris, pictoris aurique frabrilis operis ſcientia pollens, ſuper omnes alios ferè hujus patriæ magiſter optimus habebatur. Hic poſt aliquantum tempus gravi infirmitate detentus, quendam monachum de ſuis, conſentiente rege *Edwardo*, ad officium paſtorale elegit, *Egelwinum* nomine, cui rex abbathiam iſtam ex toto tradidit & abbatem pro eo fecit. Vixit autem *Mannius* poſtmodum vij. annis; & eadem nocte & hora, ut fertur, qua rex glorioſus *Edwardus*, ex hoc ſeculo tranſiit, videlicet viij. idus Januarii, in feſto epiphaniæ anno Domini Mlxv.

De abbatibus Eveſhamiæ *poſt conqueſtum.*

E*Gelwinus*, ut dictum eſt, ſucceſſit *Mannio*. Hic vir venerabilis moribus erat valde probatus, & tam generis nobilitate quàm divina lege ac ſeculari prudentia plurimùm inſignitus, quem rex *Edwardus* ab *Aldredo* archiepiſcopo fecit honorabiliter conſecrari. Defuncto rege *Edwardo*, & *Haraldo* rege à *Willielmo* conqueſtore devicto, iſte abbas *Egelwinus* ad eum acceſſit, Deoque gratiam donante, inter omnes Barones hujus *Anglicæ* gentis maximam amicitiam apud eum optinuit. Tandem, multis laboribus & ægritudine fatigatus, plenus dierum laudabilem vitam finivit xiiij. kal. Marcii anno Domini Mlxxvij. Poſt quem, miſit rex huc quendam monachum de monaſterio quod vocatur *Ceraſia*, *Walterum* nomine, literis tam liberalibus quam gramaticis undecumq; eruditiſſimum. Iſte abbas per iniquam potentiam *Odonis*, fratris regis, *Baiocenſis* epiſcopi, viginti octo villas amiſit. Et cum ferè octo annis iſti eccleſiæ præfuiſſet, diem ſuum clauſit extremum xiij. kal. Februarii anno gratiæ Mlxxxvj.

Huic ſubſtitutus eſt *Robertus*, monachus de **Gimeges**, cujus tempore forum de **Stowe** fuit adquiſitum. Et cum decem annis eccleſiam rexiſſet, migravit ad dominum anno Domini Mxcvj.

Cui ſucceſſit *Mauricius*, hujus eccleſiæ monachus: vixit autem xxxij. annis & obiit anno Domini MCxxij.

Iſti ſubſtitutus eſt *Reginaldus*, monachus *Glouceſtriæ*, nepos comitis *Milonis Herefordiæ*, cujus adjutorio & aliorum conſanguineorum amovit domos militum de **Kynewarton** & de **Cotton** & aliorum à loco ubi modò eſt ortus monachorum & cruſta ſancti *Kenelmi*, quibus quaſi obſeſſa fuit abbathia. Obiit autem viij. kal. Septembris anno gratiæ MCxlix.

Poſt quem ſucceſſit *Willielmus* de *Andivilla*, monachus eccleſiæ Chriſti *Cantuariæ*. Iſte audacter *Willielmum* de *Bello Campo*, & complices ſuos, qui muros cimiterii deſtruxerant, & bona eccleſiæ tempore guerræ rapiebant, extricavit. Tranſiit autem II. nonas Januarii anno Domini MClix.

Huic ſubſtitutus eſt *Rogerus*, monachus ſancti *Auguſtini Cantuariæ*, qui pro tempore viriliter tamen ſicut abbas prior vixit, & obiit ij. nonas Januarii anno Domini MClx.

Iſti ſucceſſit *Adam*, monachus *Cluniacenſis* de *Caritate*. Iſte felicia habuit tempora, & multa bona hîc ejus tempore facta ſunt. Et quamvis prædeceſſores ejus fuerint viri religioſi & valde ordinati, iſte dicitur præ cæteris ordinem reformaſſe. Et cum fermè xxx. annis eccleſiam ſuam rexiſſet in pace, vitam finivit pride idus Novembris anno Domini MCxcj.

Cui ſucceſſit *Rogerus Norreys*, quondam eccleſiæ Chriſti *Cantuariæ* monachus, qui à nullo collegio requiſitus vel aſſumptus, per regiam poteſtatem, ut intruſor, in *Eveſhamenſem* promovetur abbatem. Iſte abbas monachos crudeliter oppreſſit, victum & veſtitum ab eis pro magna parte ſubtraxit, redditus eorum & omnes obedientias ferè ſibi appropriavit. Unde propter ſuam tyrannidem & exordinationes, à domino *Nicolao*, *Tuſculanenſi* epiſcopo, tunc domini papæ in *Angliæ* legato, depoſitus eſt, & exabbas factus anno Domini MCCxiij.

Depoſito *Rogero*, ſubſtitutus eſt vir venerabilis vitæ dominus *Rondulphus*, prior *Wygorniæ*, natione *Eveſhamenſis*, qui ſecundo anno ſuæ inſtallationis ivit *Romam* ad concilium generale, ubi confirmationem diſpoſitionis reddituum & conſuetudinum domus, & alia multa neceſſaria impetravit. Et cum xv. annis ſuam eccleſiam gubernaſſet, in domino feliciter obdormivit xvj. kal. Januarii anno Domini MCCxxix.

Poſt quem *Thomas* de **Marleberg**, prior ejuſdem loci eligitur, ſed minimè potuit admitti niſi per curiam *Romanam*, unde derogatur juriſdictini *Cantuarienſis* archiepiſcopi ; & anno ſequenti benedicitur in abbatem ab epiſcopo *Coventrenſi.* Iſte abbas primò ſculpſit ſuper duas tumbas prædeceſſorum ſuorum ad honorem & oſtenſionem dignitatis eccleſiæ ymagines epiſcopales, & ſibiipſi cum eiſdem fecit mauſoleum, & incidit in lapide marmoreo ſuperpoſito ymaginem epiſcopalem ad honorem eccleſiæ. Obiit autem idus Septembris anno Domini MCCxxxvj.

Iſti ſucceſſit *Ricardus le Cras*, Prior de **Hurlye**, cujus tempore venerabilis pater *Johannes* epiſcopus dedicavit eccleſiam de **Eveſham**, videlicet anno Domini MCCXXXIX. Hic autem abbas multum fuerat occupatus in ſervicio domini *Henrici* regis *Angliæ* citra mare & ultra, ac tandem in partibus *Guaſconiæ* viam univerſæ carnis ingreſſus eſt quinto idus Decembris anno gratiæ MCCLII.

Poſt quem *Thomas* de *Glovernia*, monachus ejuſdem domus, in abbatem eligitur, qui anno ſequenti à domino *Innocencio* iiij. confirmatur, & ab epiſcopo *Elienſi* de mandato ejuſdem papæ, recepto priùs juramento, benedicitur. Tranſactis utique ferè quatuordecim annis ex hoc ſeculo migravit ad Dominum xviij kal. Januarii, anno videlicet Domini MCCLV.

Cui ſucceſſit *Henricus*, ejuſdem eccleſiæ Prior, qui à papa *Alexandro* iiij. poſtmodum confirmatur. Iſte abbas peroptimus multa beneficia conventui contulit, ac obedientias tenues benigniſſimè ampliavit, & cum vij. annis hanc eccleſiam prudenter ac ſtrenuè gubernaſſet, feliciter in Chriſto quievit idus Novembris, anno videlicet gratiæ MCClxiij.

Defuncto abbate *Henrico*, vacavit eccleſia per multum tempus ; tandem circa feſtum ſanctæ crucis in autumpno, anno videlicet Domini MCClxvj. venit legatus *Ottobonus* apud **Eveſham**, & conſtituit monachis ibidem in abbatem dominum *Willielmum* de **Wytechurche**, quondam monachum de **Perſore**, poſtea abbatem de **Alynceſtre.** Iſte abbas comparavit de domino *Willielmo* de *Bello Campo*, comite *Warewyci*, manerium de **Bengeworth**, cum terris & tenementis & omnibus ad idem manerium pertinentibus. Obiit autem iij. nonas Auguſti, anno videlicet gratiæ MCClxxxij.

Huic ſucceſſit *Johannes* de **Brokehampton**, monachus ejuſdem domus, qui à papa *Martino* iiij. *Romæ* confirmatur. Iſte abbas multis poſſeſſionibus monaſterium tempore ſuo ditavit, nobilia ædificia ſumptibus magnis erexit, portionem conventus benignè adauxit, vacationem abbathiæ à domino rege, ut Prior & conventus habeat cuſtodiam, pro certa ſumma pecuniæ adquiſivit. Tandem ſenectute bona feliciter in Chriſto dormivit xv. kal. Septembris, anno videlicet Domini MCCCxvj.

Poſt quem electus eſt in abbatem iij. kal. Septembris, *Willielmus* de **Chyryton**, monachus ejuſdem domus, qui à domino papa *Johanne* xxij. Dominica ſexageſima confirmatur. Ipſe etiam abbas, ſicut prædeceſſor ſuus, multas terras & tenementa cum aliis bonis ſuo tempore adquiſivit, tres eccleſias appropriavit, plura ædificia de novo ædificavit, portionem conventus de ſuis perquiſitis diverſimodè remuneravit, multaque alia bona fecit. Et cum xxviij. annis ſuam gubernaſſet eccleſiam, idus Decembris in pace vitam finivit, anno Domini MCCCxliiij.

Poſt ejus deceſſum electus eſt concorditer in abbatem *Willielmus* de *Boys*, monachus ejuſdem domus, kal. Januarii, & à papa *Clemente* vj. dominica in Ramis palmarum proximò ſequente *Avinioni* confirmatur. Iſte vir honorabilis erat atque affabilis, jocundus, dapſilis atque facetus : ditavit eccleſiam pontificalibus ornamentis, campanis, veſtimentis, & aliis neceſſariis, terris & redditibus monaſterium augmentavit, nobile privilegium papale pro benedictione novi abbatis adquiſivit, conventum in multis gratioſè reſpexit. Tandem ægritudine fatigatus, diem ſuum clauſit extremum, videlicet viij. Idus Junii anno Domini MCCClxvij.

Succeſſit frater *Johannes* de **Ombreſleye**, monachus domus ejuſdem iiij. nonas Julii, à conventu electus. Qui ſtatim à venerabili patre *Lincolnienſi* epiſcopo xv. kal. Auguſti, virtute cujuſdam privilegii à papa *Vrbano* v. indulti, munus benedictionis apud **Bannebury** ſuſcepit. Deinde kal. Auguſti proximè tunc ſequentis apud **Eveſham** eſt honorificè inſtallatus, rexit autem ſuam eccleſiam xij. annis, & obiit tercio kal. Novembris anno Domini MCCClxxix.

Poſt cujus exequias vir venerabilis, religioſus frater *Rogerus Zatton*, monachus & ſacriſta domus ejuſdem, in feſto ſancti *Edmundi* regis & martyris, videlicet xij. kal. Decembris unanimiter ibidem in abbatem eligitur. Deinde acceptus & receptus à rege, ſecundùm quod eorum volunt privilegia, à Domino *Lincolnienſi* epiſcopo apud *Londonias* in hoſpicio dicti epiſcopi ſolempniter denedicitur. Ac tunc conſequenter in vigilia natalis Domini in ſuo monaſterio *Eveſhamiæ* intronizatur.

Vide Vol. 2. *Page* 851. *Col.* 2.

SCAPEIENSE

Cœnobium in agro Cantiano.

[De hujus cœnobii fundatione, & fundationis tempore, vide Lambardi *Itinerar. Cantii*, & Cambdeni *Britanniam*, qui fundatum aſſerunt per reginam quandam, *Sexburgam* nomine, circa annum Domini 710. Vide etiam ſupra. pag. 88. col. 1. & 2.]

Charta Henrici *regis iiij. chartas & donationes monialibus olim conceſſas, vel impoſterùm concedendas, confirmans.*

R*EX omnibus ad quos &c. Salutem (&c.) Inſpeximus cartam quam celebris memoriæ dominus* H. *quondam* Rex Angliæ, *proavus noſter fecit in hæc verba. Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ* dominus *Hiberniæ*, dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, juſticiar. vicecomit. prepo- pat. 1. H. 4. Parte 8. M. 8.

poſitis, miniſtris, & omnibus ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe, intuitu Dei, & pro ſalute anime noſtre & animarum anteceſſorum & heredum noſtrorum, eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſanctæ *Sexburgæ* de *Scapeya*, & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, in liberam & perpetuam elemoſinam, locum ſuum in *Scapeya* & eccleſiam ſanctæ *Mariæ* & ſanctæ *Sexburgæ*, cum omnibus pertinentiis, & eccleſiam de **Gillingeham** cum capellis & decimis & omnibus pertinentiis, & terras in inſula de **Gryen** quas *Willielmus Cantuar.* archiepiſcopus eis dedit de emptione ſua, cum mariſcis & omnibus pertinentiis, & dimidium ſulingum terre de feodo *Ricardi* de *Lucy* ex adquiſitione ejuſdem *Willielmi* archiepiſcopi per * *Avelinam* matrem prefati *Ricardi* de *Lucy*, de **Newenthon**, & terram de **Rypen**, in inſula de *Scapeya*, & in inſula de **Gryen** redditus ſex librarum quas prædictus archiepiſcopus mercatus eſt de ipſis heredibus; ſalvis conſuetudinibus curiæ de **Gillingeham**: & terram de **Bradefeld**, quam idem archiepiſcopus mercatus eſt ab *Aldina* & *Ordina* & heredibus ſuis. Concedimus etiam eis eccleſiam de **Bobbing** cum pertinenciis, & terram de **Wode**, ſcilicet quadraginta ſeptem acras & tres acras & dimidiam de **Grave in Pinnegrave**, ex dono *Willielmi* de **Ros**, & terram de **Holte** quam *Gober* tenuit, ſcilicet triginta & unam acram, & in **Godmefeld** ſeptem acras, & triginta & duas acras nemoris in **Kyngeſdun**, quas habent ex dono *H.* regis avi noſtri: & terram quam receperunt cum filiabus *Goſcel* in mariſco de **Leſſledehop.** paſturam etiam ſexaginta ovium quam *Osbertus* de **Borden** dedit eis cum uxore ſua & filia; & terram de *Eſtlanda* quam *Avelina* femina *Hardingi* dedit quando ſanctimonialis facta eſt, & in inſula de **Gryen** redditus quindecim ſolidorum & quatuor denariorum, quos *Galfridus* de *Ros* dedit cum filia ſua: mariſcum qui adjacet novo portui quem *Radulfus* de **Swyneſheth** dedit cum aliis terris quas parochiani in dotem dederunt quando eccleſia dedicata fuit; dimidiam terram & dimidium mariſcum de **Sedun.** cum ſorore *Henrici* de **Hores**, terram quam ipſe ſanctimoniales emerunt de *Osberto Raſum* & *Alditha* amita ejus, terram eciam de **Milſtede** quam emerunt de *Elrico Goſeſune* & *Edwardo Maynard* & aliis heredibus; terram de **Bordefeld** quam *Osbertus* de **Wordun** dedit cum filia ſua: terram *Wynæ*, terram *Godardi* de **Cumbes**, & ſeptem ſolidos de **Dunton**, quos *Hugo* de **Ginges** dedit cum *Agnete* filia ſua, & totum eſſartum quod habuit in **Northwod** cum pertinentiis, & omnes alias terras & tenementa & homines & poſſeſſiones ſuas, ſecundùm cartas rationabiles vel cirographa donatorum vel venditorum vel excambitorum ſuorum. Quare voluimus & firmiter præcipimus, quod prenominate ſanctimoniales prefatas eccleſias cum capellis & ceteris pertinentiis & omnes terras & homines & poſſeſſiones ſuas habeant & teneant liberè & quietè integrè & plenariè in liberam elemoſinam, & quecunq; alia in futuro pia devotione fidelium vel conventione venditorum illis de cujuſcumque feodo fuerint rationabiliter collata, cum omnibus pertinentiis & libertatibus & liberis conſuetudinibus, in terris, & in eſcambiis, & emptionibus terrarum, in mariſcis, in grangiis, & virgultis, in civitatibus, & villis, ſtagnis, piſcariis, in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis locis & rebus cum *ſoca & ſaca* & **thol & theam & infangenethef**, ſoluta & libera ab omni ſeculari ſervicio, ſalvis conventionibus erga univerſos ſecundùm rationabiles cartas vel cirographa ſua. Et quieti ſint de ſectis comitatuum, *Leth. Hundred*, & auxiliis vicecomitum & omnium miniſtrorum eorum, & de omnibus ad eos pertinentibus. Prohibemus etiam, quod nullus eas aut poſſeſſiones aut homines aut res ſuas vexet vel diſturbet contra libertates cartarum ſuarum ſuper decem librarum forisfactura, ſicut carta *Ricardi* regis avunculi noſtri, quam inde habent, rationabiliter teſtatur. Hiis teſtibus *L.* de *Segrave* juſtic. *Angl. J.* comite *Linc.* & conſtab. *Ceſtriæ W.* comite *Albermarl. Phillippo* de *Albuniaco. Briano* de *Inſula. Petro* de *Malolaco. Radulfo* fil. *Nichol. Godefr.* de **Crancumb.** *Galfr. Diſpenſer*, & aliis. Dat. per manum venerab. patris *R. Ciceſtr.* epiſcopi Canc. noſtri apud *Roffam*, 7. die Aprilis anno regni noſtri 18. *Nos autem, &c.*

* Ita MS.

Shepey-moynſtre, *monialium Abbatia.*

GUlielmus archiepiſcopus *Cantuar.* reſtituit, poſt conqueſtum, monaſterium longo ante tempore à *Danis* combuſtum.

Lelandi collectan. vol. 1. p. 84.

SELESIENSE
Cœnobium in comitatu Suſſexiæ.

Lelandi collectan. vol. 3. p. 72.

ANNO Domini DCCXI. *Wilfridus Haugustaldenſis* epiſcopus perſecutionem declinans, in inſula de **Seleſeye** per quinquennium latuit, & ibi monaſterium fundavit in honorem beatæ *Mariæ*, donante ei terram rege *Auſtralium Saxonum Ethelwoldo*, quod, multo poſt tempore ſucceſſores ejus tenuerunt.

711.

THEOKESBURIENSE
Cœnobium in agro Glouceſtrenſi.

Incipiunt Chronica de fundatoribus & de fundatione eccleſiæ Theokusburiæ, *quæ fundata fuit primò, anno graciæ Domini DCCXV. per duces* Merciorum.

Chronica de *Tewkesburye* in bibliotheca *Cottoniana.* [ſub effigie *Cleopatræ* C. 3.] fol. 220. a.

TEMPORIBUS illuſtriſſimorum principum ac regum *Merciorum Ethelredi*, *Kenredi* & *Ethelbaldi*, floruerunt duo duces in *Mercia* ſub prædictis regibus valdè nobiles, ſcilicet *Oddo* & *Doddo*, viri quoque præclari generæ, morum probitate inſignes; ſed (quod magis ad divinæ laudis augmentum) devoti, & divino honori dediti, Deum præ omnibus, & ſuper omnia diligentes, ſyncera devotione

tione coluerunt. Quorum profectò virtus ad Dei cultum, & probata dilectio ex eorum factis efficaciter claruit, dum (ſacro ſpiritu inſpirante) monaſteriis pluribus, ad divinæ laudis augmentum, & religionis favorem, per ſe & ſuos progenitores magnificè conſtructis terras plurimas contulerunt. Hii præfati duces, inter cætera ſuæ charitatis opera ac beneficia pietatis, in eorum dominio, propè *Sabrinam*, ſeptem milliaria verò diſtans à *Claudiaceſtria*, (modò verò *Glowceſtria*) ubi quidam heremita manebat nomine *Theokus*, unde *Theokusburia* dicitur, ſub anno graciæ DCCxv. quoddam monaſterium, ad Dei honorem ac glorioſæ virginis *Mariæ* ædificari juſſerunt, & contulerunt ad illud **Stanwey** cum ſuis membris ſic dicta, & alias paucas poſſeſſiones ad ſuſtentationem monachorum, quorum erat numerus modicus, ſcilicet quatuor vel quinque, ſub Prioris obedientia ſecundùm ſancti patris noſtri *Benedicti* regulam militantibus.

Iſtis verò ob eorum merita (ut firmiter credimus) ad cœleſtia tranſlatis, eorum corpora in eccleſia de *Perſora* (quam plurimis poſſeſſionibus ampliaverunt) ſunt ſepulta, quia *Dodo* dux ibidem monachi habitum induit. Iſti præfati duces habuerunt quendam fratrem nomine *Almaricum*, cujus corpus fuit ſepultum apud **Derhurſt** in parva capella contra portam prioratus ibidem, quia capella illa aliquando fuit aula regia; ibi monſtratur ſepulchrum ejus uſque in hodiernum diem, ubi ſcribitur in pariete ſupra hoſtium: *Hanc regiam aulam* Doddo *dux conſecrari fecit in eccleſiam ad honorem ſanctæ* Mariæ *virginis ob amorem fratris ſui* Almarici. Poſt mortem iſtorum, varia bellorum ſtrage, *Merciorum* principes ac totius regni nobiliores per plurimos annos ſunt attriti, ut in cæteris inſulæ regionibus, quæ tunc temporis ſeptem regibus ſubjacebat, quia nullus eorum ſolus monarcha in tota *Brytannia* extitit uſque ad tempora *Adelſtani* regis, qui primus monarcha fuit, manifeſtè claret contigiſſe. Unde fortuna variante, & regnorum faſtigia ſub rota volubili lamentabiliter ſubvertente, quis, qui per illa tempora periculoſa in hujus eccleſiæ patronatu jure hæreditario ſuccedere debuerat penè noſtris majoribus reddebatur incertum; dum occiſis pluribus, ſubactis aliis, nonnullis proſcriptis, potentum potentior ſemper expelleret ipſum, ſed & ipſum monaſterium, expulſis fratribus, ſepe depredatum eſt, & bis combuſtum ignibus hoſtium regni. Tranſactis igitur in tam gravi depopulatione hominum ac mutua cæde nobilium ducentis annis, poſtquam regnorum inſulæ hujus diviſio multifaria ceſſit monarchæ, ſevitia bellorum ſedari cepit, & in pacis concordia armorum tempeſtas paulatim ſerenari & pacari cepit.

A. D. 800. Anno Domini DCCC. floruit in *Mercia Hugo* magnus dux, patronus prioratus *Thewkeſburiæ* qui anno prædicto ſepelivit regem *Bricticum Weſt-Saxonum* in prioratu ſuo **Thewkesbury** in capella ſanctæ *Fidæ* virginis, qui poſtea obiit & ipſe anno Domini DCCCxij. & ſepultus in eodem prioratu ſuo fuit.

930. Circa annum graciæ DCCCCxxx. ſub inclyto & primo monarcha *Adelſtano*, miles quidam nobilis *Haylwardus Mew* dictus, propter albedinem, ex illuſtri proſapia regis *Edwardi* ſenioris ortus, claruit; vir quidem armis ſtrenuus, honoribus pollens, animique præſtans fide ſtabili: qui ſui finis non immemor, pro ſe ac ſua conjuge (nomine *Algiva*) temporibus regis *Ethelredi* & ſancti *Dunſtani* archiepiſcopi, parvu[illegible] monaſterium in honorem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, matriſque ejus, ac ſancti apoſtoli *Bartholomei* in ſuo dominio apud **Craneburne** fundari fecit, terriſque & poſſeſſionibus ditari. Congregatis fratribus ibidem ſub abbatis obedientia ſecundùm regulam ſancti patris noſtri *Benedicti* regulariter ſervituris, prioratum *Thewkesburiæ* 980. cujus patronus erat, eidem eccleſiæ de **Cranburne** in omnibus ſubjecit. Hæc acta ſunt prope annum Domini DCCCClxxx. Primo domino *Haylwardo* migrante ad cœleſtia, & in eccleſia quam ipſe fundaverat, honorificè ſepulto, ejus filius cum ſua uxore *Algiva* jure hæreditario ſuccedit, dominus *Algarus*, *Algaro Brictricus*, fidei & nobilitatis ſuorum progenitorum teſtes ydonei, ſimilique ſpiritu ducti & animo, juxta parentum vota, eccleſiam ab illis incœptam ſatis magnificè ampliaverunt. Poſtea, verſa vice, ſcilicet anno Domini Mlxvj. *Willielmus* dux *Normanniæ Angliam* adquiſivit, qui dux[illegible] ſecum nobilem virum atq; juvenem *Robertum* filium *Haymonis*, dominum de *Aſtremervilla* in *Normannia*. Et cum *Matildis* regina (uxor conqueſtoris) haberet nobilem virum, ſcilicet dictum dominum *Brictricum Meaw*, & dominum honoris *Glouceſtriæ*, exoſum, eo quod nollet ei in matrimonium copulari, cum ipſe eſſet in tranſmarinis partibus circa negocia regia imbaſſatoria, & illa erat ſola, ſed poſtea maritata Domino *Willielmo* conqueſtori, quæ tempore opportuno reperto, licentiata à rege, regeque jubente, ipſum in manerio ſuo de *Hanleya* capi fecit & *Wyntoniam* adduci; qui ibidem mortuus & ſepultus ſine liberis diſceſſit.

Rex verò *Willielmus* dedit honorem *Brictici Matildi* reginæ, quæ totum honorem *Brictrici* ſcilicet *Glowceſtriæ*, quoad vixit, occupavit; mortua verò ipſa regina anno Domini Mlxxxiij. menſe Aprili, rex *Willielmus* ipſum honorem in manu ſua cepit. Defuncto igitur *Willielmo* conqueſtore anno Domini Mlxxxvij. ſucceſſit ſibi *Willielmus Rufus* filius ejus. Iſte *Willielmus* proceſſu temporis dedit honorem *Brictrici Roberto* filio *Haymonis*, cum omni libertate & integritate quibus pater ſuus vel etiam ipſe *Brictricus* unquam tenuerunt, & hoc egit propter magnos labores quos prædictus *Robertus* ſuſtinuit cum patre ſuo.

Iſte dominus *Robertus* copulavit ſibi in uxorem *Sibillam* ſororem *Roberti* de *Beliſmo*, comitis *Salopiæ*, & genuit ex ea quatuor filias *Mabiliam*, *Hawyſiam*, *Ceciliam*, *Amiſiam*. Anno Domini MC. menſe Auguſti obiit *Willielmus* rex junior, & ſucceſſit ſibi *Henricus* frater ejuſdem. Anno Domini MCij. *Robertus* filius *Haymonis* ad exhortationem bonæ uxoris ſuæ *Sibillæ* & abbatis de **Craneburne** *Giraldi*, divino ſpiritu tactus, eccleſiam **Theokesb.** ad Dei honorem & glorioſæ virginis *Mariæ*, cum cæteris ſibi officinis de novo fieri ſtatuit, terris, redditibus, & amplis poſſeſſionibus ditavit. Et quia locus iſte fœcunditate ſoli, amœno ſitu, terræque fertilitate, quàm monaſterium de **Craneburne** pro tunc videbatur

præ-



Theokeſburienſis Eccleſiæ (quondam Conventualis) facies auſtralis,

The South Proſpect of the ſometyme Conuentuall Church of Theokesbury.

Quod lapidum fragilitas
ære ſuppleatur
P
Owenus Owen Arm.

D. King ſculp.

154



Theokeſburienſis Eccleſiæ (quondam Conventualis) facies auſtralis.

The South Proſpect of the ſometyme Conventuall Church of Theokeſbury.

Quas lapidum fragilitas
arte ſupplevit
P
[illegible] Owen Arm.

154

præſtantior eſſe, Priore cum duobus fratribus ibi relictis ob fundatorum illius loci memoriam peragendam impoſterùm ſemper aſſignandis, cæteros omnes cum eorum abbate *Giraldo* ſupradicto, & quibuſdam poſſeſſionibus ſub anno gratiæ ſupradicto *Theokesburiæ* tranſtulit: ipſamq; abbathiam de **Craneburne** mutans in prioratum & in perpetuum abbathiæ *Theokesburiæ* in omnibus ſubjecit: ſicq; ipſum prioratum de **Theokeſ.** in abbathiæ honorem magnificè ſublimavit.

Iſte venerabilis *Robertus* filius *Haymonis*, poſt fundationem hujus famoſi monaſterii, & alia ſtrenuè geſta, diebus Marcii anno gratiæ MCvij. regis *Henrici* primi ſcilicet anno ſeptimo, mortis ſolvens debitum, ad cœleſtia migravit. Corpuſq; ejus in domo capitulari **Theokeſ.** (ut mos tunc erat plurimorum dominorum venerabilium ac nobilium:) traditum erat ſepulturæ. Quod poſtmodum, tempore ſanctæ memoriæ beati *Roberti* tertii abbatis in eccleſiam tranſlatum eſt, & in dextra parte presbiterii, inter duas columnas honorificè collocatum. Hæc acta ſunt circa annum Domini MCCxlj. Super quo ſucceſſu temporum dominus *Thomas Parkarus* abbas octodecimus capellam erigi fecit ex lapide ſatis mirificè tabulatam, ſub anno gratiæ MCCCxcvij. Et ob illius fundatoris & uxoris ejus memoriam, miſſam quæ celebratur quotidiè pro defunctis ſtatuit in eadem celebrari cum collecta pro fundatoribus, ſcilicet *Miſerere quæſumus Domine.*

Anno Domini MCxiij. dominus *Robertus* de **Candos** fundavit eccleſiam de *Goldcliva* in honorem Dei & domini Jeſu Chriſti & beatæ dilectricis ſuæ *Mariæ Magdalenæ* & ſanctæ *Mariæ* matris ejus, terriſque ac poſſeſſionibus ditavit, atque libertatibus à rege *Henrico* primo confirmatis, & per conſilium ejuſdem regis eam ad abbates *Beccenſes* . . . ſive monachorum ibidem. Sic quoq; ordinavit Priorem nomine *Hugonem* cum xij. fratribus qui ſecundùm regulam ſancti patris noſtri *Benedicti* militarent & in eadē eccleſia Deo ſervirent.

Iſte dominus *Robertus* de **Candos** venit cum conqueſtore de *Normannia*, qui genuit de uxore ſua nomine *Iſabella* tres filios, quorum nomina hæc ſunt, *Robertus*, *Rogerus*, & *Godardus*, ſicque patronatus traditus in manum regis quarto nonarum Novembris, obdormivit in domino anno domini MCxx. & in eadem eccleſia de *Goldcliva* in dextera parte presbiterii ſepultus. A diſceſſu ejus omnes reges *Angliæ* tenuerunt patronatum eccleſiæ de *Goldcliva* in ditione eorum ab *Henrico* primo uſque ad *Henricum* ſextum, hoc eſt pro CCCxviij. annorum ſpatio, ſicque nullus Prior fuit admiſſus ad dictum prioratum niſi priùs præſentaſſet ſe regi, ſicque licentiatus à rege & admiſſus inductus & inſtitutus fieret per epiſcopum *Landavenſem*, & ejus archidiaconum. Et ultimus horum omnium ſic inſtitutorum, erat Prior *Laurentius* de *Bona-villa*, quia tempore iſtius Prioris dominus *Henricus* rex ſextus gratis contulit patronatum hujus eccleſiæ, vel prioratus, domino *Henrico* duci de **Warwick** & prioratum ejuſdem ad abbates & monachos **Theokesburye.**

Quomodo & quo ordine actum ſit inſequentibus declarabimus. Rex autem *Henricus* primus, poſt diſceſſum *Roberti* filii *Haymonis*, nolens tantum ac tale dominium, ſcilicet honorem *Glowceſtriæ* inter ſorores dividi, *Ceciliam* & *Hawiſiam* in abbatiſſas, *Ceciliam* **Shaftisbury**, *Hawyſiam Wyntoniæ*, promoveri fecit, tertiam *Amiciam* comiti *Brytanniæ* in uxorem dedit; ſolam *Mabiliam* primogenitam reſervando, quam filio ſuo notho, unà cum integro honore patris dictæ *Mabiliæ*, ſcilicet *Roberti* filii *Haymonis*, in uxorem dedit, creans eum conſulem, & *Glowceſtriæ* comitem poſt conqueſtum primum. Qui *Robertus* comes in dominio ſuo apud *Briſtoliam* quendam prioratum in honorem Dei & matris ejus ac ſancti *Jacobi* apoſtoli à fundamento conſtruxit; terriſque & ornamentis, poſſeſſionibus & libertatibus ditavit; ſtatuitq; illum membrum fieri monaſterii **Theokesb.** (ſicut prioratus **Craneburne**,) ſubjectum in omnibus & unitum propter amorem quem habebat ad illud monaſterium, & quia ſolebat omni die ſolis per annum habere ſecum abbatem **Theokesb.** cum duodecim monachis dum viveret. Item conſtruxit caſtrum *Briſtoliæ*, & dedit decimum quemq; lapidem caſtri ad fabricam capellæ beatæ *Mariæ* virginis in dicto prioratu ſancti *Jacobi*. Deceſſit autem hic comes præluſtris ſub anno Domini MCxlvij. pridie calendas Novembris, & regis *Stephani* anno duodecimo, cujus corpus in choro prioratus ſancti *Jacobi Briſtoliæ* (quem ipſe fundaverat) in tumba lapidea ex viride jaſpide honorificè, ut decuit, collatum eſt ac ſepultum. Cui ſucceſſit comes *Willielmus*, filius & hæres ejuſdem, qui accepta conjuge *Hawiſia*, filia comitis *Leiceſtriæ*, genuit ex ea *Robertum* ante patrem morte præventum, cujus corpus ſepultum eſt apud **Keynesham**, quod ipſe *Willielmus* ob ipſius *Roberti* filii ſui memoriam fundavit, terriſq; & ornamentis ditavit. Genuit etiam tres filias; primògenitam videlicet *Mabiliam* comiti de *Evercis* in *Normannia* nuptam, de qua naſcitur *Almaricus*, qui comitatum *Glowceſtriæ* poſt mortem *Iſabellæ*, tempore regis *Johannis* paululum poſſidens ſine liberis citò deceſſit. Alteram genuit filiam nomine *Amiciam*, quam domino *Richardo* de **Clare**, comiti de **Hertford**, nuptui tradidit. Tertiam quoq; filiam, *Iſabellam* nomine, habuit. Sed poſt mortem patris ſui, *Henricus* rex ſecundus honorem *Glowceſtriæ* detinuit in manus ſuas per vj. annos. Qui regni ſui anno ultimo, *Iſabellam*, filiam dicti comitis *Willielmi Johanni* filio ſuo dedit in uxorem (dicto *ſine terra*) cum integro honore totius comitatus *Glowceſtriæ*: quem quidem honorem *Johannes* idem tenuit omni tempore fratris ſui regis *Ricardi*.

Iſte fecit pontem apud **Theoceſ.** qui vocatur *pons longus*, tempore comitatus ſui; & dedit ad ſuſtentationem dicti pontis totum teloneum de mercatu **Thewkeſ.** quod uſque hodiè ſervatur, qui poſt mortem patris ſui & fratris in regem electus eſt. Sed tunc quia non habebat liberos per *Iſabellam*, poſt annum unum factum eſt divortium inter ipſos, ſed tenuit ſibi honorem *Glouceſtriæ*, caſtrum *Bryſtoliæ* cum burgo, & totam bertonam, hundredum, cum ſuis annexis qnod non devenit ad hæredes uſque ad præſentem diem. Et maritavit *Iſabellam Galfrido* de **Mandevile** comiti *Eſſexiæ* cum comitatu *Glowceſtriæ*. Quo *Galfrido* de medio ſublato, *Iſabella* prænominata, tempore ejuſdem regis (cum *Lodovicus* rex *Franciæ Angliam* occupaſſet) regis aſſenſu, *Huberto* de *Burgo* juſticiario *Angliæ* maritata eſt, ſed infra breve de medio ſublata eſt. Obiit nobilis comes *Willielmus Glouceſtriæ* anno Domini MClxxiij. corpuſque ejus apud abbathiam Canonicorum de **Keniſham**, quam ipſe ob ſui filii *Roberti* memoriam fundaverat, terriſque ornamentis & libertatibus ditaverat, venerabiliter ut decuit, cum ſuo filio traditur ſepulturæ, Iſte *Robertus* natus fuit apud **Cardiſ**, & ibidem obiit anno Domini MClxvj.

Iſte dominus *Willielmus* comes confirmavit omnes cartas, confirmationes, & libertates & donationes quas pater ſuus & anteceſſores ſui dederunt vel confirmaverunt eidem **Tewkesbury**. Etiam iſte comes *Willielmus* dedit & conceſſit ad eccleſiam & prioratum de **Goldclif**, quod Prior & omnes tenentes ſui ſint liberi imperpetuum ſine tolneto, id eſt, non debent ſolvere, & tam in *Anglia* quàm in *Wallia* apud *Briſtolliam*, **Kerdif**, **Newport**, **Karleon** & **Chepſtow**, teloneum. Duabus igitur filiabus *Willielmi* comitis ſine liberis decedentibus, devoluta eſt hæreditas ad *Amiciam* (*Ricardo* de **Clare** nuptam) & filiam *Willielmi* comitis, quæ omnem hæreditatem ſuam dedit *Gilberto* filio ſuo & dicti *Ricardi*, qui *Ricardus* obiit anno domini MCCvj. & apud **Clare** ſepultus eſt.

Cui ſucceſſit filius ejus *Gilbertus* primus *Glowceſtriæ* & *Hertfordiæ* comes conjunctim & diviſim, qui accepta conjuge domina *Iſabella*, filia *Willielmi Mareſcalli* ſenioris, comitis de **Pembroke**, genuit ex ea filiam *Amiciam* de nomine matris ſortitam, anno MCCxx. & anno MCCxxij. poſteà genuit filium nomine *Ricardum* ſecundum, & hæredem ſuum. Denique elapſo parvo tempore genuit duos filios, ſcilicet *Willielmum* & *Gilbertum*. Poſtremò genuit duas filias, *Agnetam* & *Iſabellam*. Prædictus *Gilbertus* primus legavit nobis boſcum de *Mutha* unà cum corpore ſuo ad ſepeliendum in eccleſia noſtra de **Thewkeſ.** in medio presbiterii, anno Domini MCCxxx. Iſte obiit apud **Penros** in minori *Brytannia*. Iſte confirmavit ad eccleſias de **Theokusbury** & **Goldclif** omnes donationes & confirmationes anteceſſorum ſuorum. Cui ſucceſſit *Ricardus* de **Clare** ſecundus filius & hæres ejuſdem *Gilberti* & *Iſabellæ* in hæreditatem patris ſui, comitatus *Glowceſtriæ* & *Hertfordiæ*, qui duxit in uxorem *Matildem* nomine, filiam comitis *Lincolniæ*, genuitq; ex ea filium, nomine *Gilbertum* ſecundum in craſtino ſancti *Egidii* anno Domini MCCxliij. apud eccleſiam Chriſti in **Hampſcire**. (Iſte *Gilbertus* ſecundus dictus eſt *rubeus comes*, quia rufus erat & pulcher aſpectu;) genuit quoq; alios duos filios, *Thomam* & *Benedictum*, cum tribus filiabus, quarum una *Iſabella* primogenita, *Margareta* & *Rayſea*. Iſte *Ricardus* ſecundus confirmavit nobis boſcum de *Mutha* & cætera dona & privilegia patris ſui & anteceſſorum ſuorum. Et etiam ratificavit omnia dona comitis *Willielmi* eccleſiæ de **Goldclif** anno domini MCClij. Iſte *Ricardus* de **Clare** comes *Glowceſtriæ* & *Hertfordiæ* tenuit feſtum natalis Domini apud **Theokeſ.** Habuit in eodem loco ſecum lx. milites ſibi ſervientes. Qui *Ricardus* obiit 14. die Julii anno Domini MCClxij. tempore *Henrici* regis iij. ante ſtatutum apud **Eſmerfelde**, qui comes perluſtris quinto kalend. Auguſti honorificè humatur in presbiterio apud **Theokeſ.** in dextera patris ſui, ubi interfuerunt *Landavenſis* & *Wigornienſis* epiſcopi, & xij. abbates & copioſa multitudo baronum, militum ac magnatum. Et poſteà uxor ejus ornavit tumbam ejuſdem, auro & argento & lapidibus pretioſis, cum gladio & calcaribus quibus utebatur vivus. Defuncto *Ricardo* ij. de **Clare**, *Gilbertus* ſecundus filius ejus ſucceſſit in comitatum *Glowceſtriæ* & *Hertfordiæ*, qui ex ſua conjuge *Johanna* de **Acres**, filia regis *Edwardi* primi, habuit filium unicum, ſcilicet *Gilbertum* tertium, & tres filias viz. *Elianoram*, *Elizabetham*, & *Margaretam*. Iſte *Gilbertus* ſecundus confirmavit omnia dona patrum ſuorum eccleſiæ **Theokeſ.** & etiam cartam comitis *Willielmi* eccleſiæ beatæ *Mariæ Magdalenæ* de **Goldclif** de tolneo & aliis donis ſuis. Qui *Gilbertus* ſecundus obiit in caſtello de **Monmouth** vij. idus Decembris anno Domini MCClxxxxv. & ſepultus eſt apud **Theokeſ.** in ſiniſtra *Gilberti* primi; cui ſucceſſit *Gilbertus* tertius filius & hæres ejuſdem, qui de uxore ſua *Matilda*, filia *Johannis* de **Borow** comitis *Ultoniæ*, genuit filium, nomine *Johannem*, ante patrem immatura morte præventum, ſepultus eſt apud **Theokeſ.** in capella glorioſæ virginis *Mariæ*. Iſte *Gilbertus* tertius non declinans retrorſum, à *Scotis* in *Albania* apud **Streveling** die natalis S. *Johannis Baptiſtæ* anno .... regis *Edwardi* ſecundi lamentabiliter occubuit, anno ætatis ſuæ 23. 8. kal. Julii, anno Domini MCCCxiiij. Sed delatum eſt venerabile corpus ejus ad locum patrum ſuorum, ſcilicet **Theokeſ.** & ſepultus eſt in læva patris ſui; & domina *Matilda* uxor ejuſdem obiit vj. nonas Julii, anno MCCCxv. & ſepulta eſt in ſiniſtra viri ſui. Tunc citò poſt deceſſum iſtius *Gilberti* tercii, comitatus & honor *Glouceſtriæ* & *Hertfordiæ* ſic penitùs ſunt diſperſi, ut nullus in eodem dominio integro poſtmodum ſucceſſerit uſque ad preſentem diem : eò quod in trium filiarum *Gilberti* ſecundi, & ſororum *Gilberti* tertii devenerit partitionem, quæ variis conjunctæ viris numeroſa prole fuerant fecundatæ. Poſt *Gilbertum* tertium de **Clare**, ſeceſſit in tertia parte honoris, & prima comitatus *Glouceſtriæ* domina *Elianora* prima ſoror præfati *Gilberti*, in cujus partem devenit dotatio & prioratus eccleſiæ **Theokeſ.** quæ nupta fuit illuſtri *Hugoni le Deſpenſer*, filio domini *Hugonis le Deſpenſer* , comitis *Wintoniæ*, qui genuit ex ea *Hugonem* tertium, & *Edwardum*.

Iſte *Hugo* primus peremptus fuit apud *Bryſtolliam* vj. kl. Novembris in caſtello, anno MCCCxxvj. & eodem anno in vigilia ſanctæ *Andreæ* apoſtoli apud *Herefordiam*, *Hugo* ſecundus, camerarius regis *Edwardi* de **Karnarvan**, & maritus dominæ *Elianoræ* de *Clare*, & filius *Hugonis* primi, enormiter, perditioſè & crudeliter, ſine judicio vel reſponſione, ſuſpenſus, diſtractus, & in quatuor partes diviſus fuit, & in noſtra eccleſia diu poſtea ſepultus. Obiit domina *Elianora* uxor ejuſdem ij. kal. Julii anno Domini MCCCxxxvij. Iſta erat mater *Hugonis* tertii, & *Edwardi* primi & *Gilberti le Deſpencer* per conjugem ſuam *Hugonem* ſecundum. Poſt mortem ejus maritata fuit domino *Willielmo le Sowch*, de quo genuit *Hugonem Souch*. Anno Domini MCCCxxxv. primo die Martii obiit *Willielmus le Souch*, & ſepultus eſt in capella beatæ *Mariæ* **Theokeſ.**in medio.Et domina *Elizabetha* de **Clare**, ſecunda filia *Gilberti* ſecundi, & ſoror ejuſdem *Elianoræ*, habuit tres viros, videlicet *Johannem* de **Borow** comitem de **Holveſtere**, à quibus *Willielmus* comes **Holveſtre**: à quo *Willielmo*, *Elizabetha* de **Borow** hæres ejus, quam *Leonellus* filius ſecundus regis *Edwardi* tertii duxit in uxorem; à quibus (*Leonello* videlicet & *Elizabetha* uxore ejus) filia una, unica hæres eorundem, nomine *Philippa* deſcendit.

Iſta *Philippa* poſtea copulavit ſe in uxorem domino *Edmundo* comiti *Marchiæ*, de qua genuit *Rogerum* & *Edmundum*. Et iſte *Rogerus* genuit *Edmundum* ultimum comitem *Marchiæ*, & *Rogerum* & *Annam*, quæ domina *Anna* deſponſata fuit domino *Ricardo* comiti de **Cambridge**, cujus pater erat dominus *Edmundus* de **Langley**, dux *Eboraci*, & regis *Edwardi* tertii filius tertius: de qua *Anna* genuit dominum *Ricardum* ducem *Eboraci*, qui copulavit ſibi in uxorem dominam *Ceciliam* & filiam comitis de **Weſtmerland**, de qua genuit———

Et domina *Iſabella*, tertia filia *Gilberti* ſecundi, copulata erat domino *Hugoni* de **Audley**. De cujus genealogia in ſequentibus dicemus. Modò vertamus ſtylum ad *Hugonem* cum fratribus ejus *Edwardum* primum, atque *Gilbertum*, pro quo *Gilberto* pro multis beneficiis quæ contulit eccleſiæ noſtræ habemus quotidie orationem, *Inclina*, in miſſa de ſancto ſpiritu. Domino *Hugone* ſecundo ſepulto, ſucceſſit filius ejus *Hugo* tertius, qui de uxore ſua *Elizabetha*, filia comitis **Sarum**, nullo penitus genito hærede, deceſſit ſexto Idus Februarii ſub anno Domini MCCCxlviij. ſepultus eſt apud **Theokeſ.** juxta ſummum altare in dextera parte. Iſte, inter alia bona quæ contulit, eccleſiam **Lantriſſam** appropriavit, de cujus eccleſia, in die anniverſarii ejus conventus percipiet xx. marcas, & xxx. pro una pitantia. Iſte fregit **Scheltram** apud bellum de **Sclupſe** in mari, quia potens erat in bello.

Anno Domini MCCClix. obiit domina *Elizabetha le Deſpencer* apud **Aſteley** in comitatu *Hamptoniæ*, filia quondam *Willielmi* de *Monte-acuto*, comitis **Sarum**, ac uxor *Guidonis* de *Bryene* militis, & relicto *Hugone* tertio *le Deſpencer*, ultimo die menſis Maii, hoc eſt, in die ſanctæ *Petronellæ* virginis, ſepulta jacet cum nobili viro ſuo primo marito in tumba ſatis præclara cum ymaginibus de marmore albo. Iſte *Gwido* de **Bryen** appropriavit quoſdam redditus in villa *Briſtoliæ* pro anima ſua, & dictæ dominæ *Elizabethæ* uxoris ſuæ, & delegavit illud ad officium ſacriſtæ **Theokeſ.** & qui primam miſſam celebrat pro dicto *Gwidone* quotidiè in eccleſia noſtra ad altare ſanctæ *Margaretæ* cum hiis orationibus: *Deus qui charitatis, &c.* pro conſanguineis ſuis viventibus; & *Inclina* pro mortuis. Miſſa in dominica de *Trinitate*; Feria ſecunda de *ſancto Spiritu*; Feria tertia de *ſancto Thoma*; Feria quarta de *ſancta requie*; Feria quinta de *aſcentione*; Feria ſexta de *ſancta cruce*, ſabbato de *ſancta Maria*. Et qui celebrat per hebdomadam percipiet pro ſuo labore xxi.d. & in anniverſario ejus & dictæ *Elizabethæ*, ſi abbas celebraverit miſſam, percipiet v. s. ſi Prior, iij. s. iiij. d. & qui legit evangelium viij. d. qui epiſtolam, viij. d. qui patenam viij d. & præcentor cum duobus ſociis cuilibet eorum viij. d. & priori xij. d. & unicuique monachorum iiij. d.

Edwardus igitur primus, frater *Hugonis* tertii, ex *Anna* filia domini de **Ferrers**, genuit *Edwardum* ſecundum, *Thomam*, *Henricum*, & *Gilbertum* ſecundum, & fortunio belli ante fratrem ſuum deceſſit. Iſte erat comes inſulæ de **Wight** & poſteà factus comes *Devoniæ*. *Edwardus* verò ſecundus, filius iſtius *Edwardi*, ſucceſſit *Hugoni* tertio, & copulavit ſibi in matrimonium dominam *Elizabetham*, filiam domini *Bartholomei* de **Borowaſhe**, de qua genuit *Edwardum* tertium, qui obiit duodenus apud **Kardif**, ſed apud **Theokeſ.** ſepelitur in capella ſanctæ *Mariæ*, & *Hugonem* quartum, qui obiit citò poſtquam natus erat & ſepelitur cum fratre ſuo. Deinde genuit quatuor filias, quarum nomina ſunt iſta, ſcilicet *Ceciliam*, quæ obiit invenis, & ſepulta eſt cum fratribus ſuis: deinde *Elizabetham* dominam de *la Sowch*, & relictam domini *Johannis* de **Arundell**, & dominam *Annam* quæ fuit deſponſata *Hugoni Haſtings*, & poſt *Thomæ Morley* & *Margaretam* quæ fuit nupta domino *Roberto* de **Ferrers**; & prædictus *Edwardus* in ultima ætate ſua genuit *Thomam le Deſpencer* & comitem *Glouceſtriæ*. Iſte ſucceſſit patri ſuo in hæreditatem & copulavit ſibi in matrimonium dominam *Conſtantiam* filiam domini *Edmundi* de **Langley**, filii regis *Edwardi* tertii & ducis *Eboracenſis*, de qua *Conſtantia* præfatus *Thomas* genuit *Ricardum*, *Elizabetham*, & *Iſabellam*. Et prædicta domina *Margareta*, uxor domini *Roberti* de **Ferrers**, obiit tertio nonas Novembris, anno Domini MCCCCxv. & ſepulta eſt apud **Merivale.** Iſta fuit mater domini *Thomæ*, *Edmundi*, & *Edwardi* de **Ferrers.** Et prædictus *Edwardus* ſecundus obiit in *Cambria*, apud **Lanblethian** in die ſancti *Martini*, anno MCCClxxv. & ſepultus eſt apud **Theokeſ.** ante oſtium veſtiarii juxta presbiterium, ubi uxor ejus ædificavit capellam ex lapidibus arte mirifica conſtructam, quæ dedicata eſt in honore *ſanctæ Trinitatis*. Iſte, inter cætera bona quæ nobis contulit, calicem de puriſſimo auro nobis ditiſſimum dedit, & aliud jocale precioſiſſimum arte mirifica fabricatum, in quo corpus dominicum in diebus ſolennibus eſt impoſitum. Et domina *Elizabetha* uxor ejuſdem permanſit in viduitate ſua poſt mortem viri ſui ferè xxxiij. annis. Et obiit die ſanctæ *Annæ* anno Domini MCCCCix. & ſepulta eſt infra chorum **Theokeſ.** in ſiniſtra viri ſui ſub lapide marmoreo. Iſta, inter alia bona quæ contulit monaſterio, obtulit unam ſectam veſtimentorum rubeam cum leonibus de auro, ſcilicet, unam caſulam cum iij. dalmaticis, & albis paratis, cum xv. cappis. Poſt obitum *Edwardi* ſecundi, *Thomas* filius ejus & hæres ſucceſſit, comes *Glouceſtriæ*, qui nequiter fuit occiſus apud *Briſtoliam* à populari vulgo, feria tertia poſt feſtum ſancti *Hilarii*, anno domini MCCCxcix. & apud **Theokeſ.** ſepultus in medio chori ſub lampade quæ jugiter ardet ante corpus dominicum: obiit autem anno x. ante matrem ſuam.

Anno Domini MCCCCxiiij, obiit dominus

Ricardus tertius *le Deſpenſer*, filius & hæres ejus, anno ætatis ſuæ xviij. apud **Merton**, cum eſſet in cuſtodia regia quinq; milliaribus diſtans à *Londino*, ſeptimo die Octobris, ſed ſepultus eſt apud **Theokeſ.** in ſiniſtra patris ſui. Iſte duxit in uxorem primam filiam domini *Radulphi* comitis de **Weſtmerland**, nomine *Elizabetham*, ſed poſt obitum ejus, hærede nullo ex eis exiſtente, maritata fuit domino *Henrico Percy* comiti de *Northumbria*, dotatione ſua exeunte de dominio de *Deſpenſere*. Et domina *Elizabetha*, prima filia domini *Thomæ* & *Conſtantiæ* uxoris ſuæ, & ſoror dicti *Ricardi*, obiit in invenili ætate apud **Kardyf**, & ſepulta eſt in eccleſia beatæ *Mariæ* ibidem, & in ſeptimo menſe poſtquam dominus *Thomas le Deſpencer* mortuus eſt, domina *Conſtantia* uxor ejus peperit ei egregiam filiam, nomine *Iſabellam* apud **Kardyf**, in die ſanctæ *Annæ*, anno Domini MCCCC. Et poſtea domina *Conſtantia* nupta erat domino *Thomæ* comiti de **Arundell**, de qua genuit filiam nomine *Elianoram*, quæ poſtea maritata fuit per dominam *Iſabellam* ſororem ſuam (comitiſſam de **Warwick.**) *Hugoni* domino de **Audley**, de qua genuit filium nomine *Jacobum*; quem ſuſcepit de ſacro fonte dominus *Willielmus* de **Bryſtow**, abbas **Theokeſ.** Poſt obitum domini *Ricardi* tertii *le Deſpenſer*, domina *Iſabella* ſoror ejus ſuſcepit dominum *le Deſpenſer*, quam deſponſavit dominus *Ricardus* quartus de *Bello-campo*, filius & hæres domini *Willielmi Bewchamp*; & dominus de **Abergeveni**, in die vij. dormientium, anno MCCCCxj.

Iſtas nuptias celebravit apud **Theokeſ.** dominus *Thomas Parker*, abbas ejuſdem loci xviij. Obiit domina *Conſtancia*, mater dictæ dominæ *Iſabellæ*, anno Domini MCCCCxvij. & ſepulta eſt apud monaſterium de **Reding** anno domini MCCCCxx. Dum dominus *Henricus* rex quintus *Francos* infeſtaret, dominus *Ricardus* quartus de *Bello-campo* factus eſt comes *Wigorniæ* apud *Londoniam*, & domina *Iſabella* uxor ejus concepit de eo, & peperit ei filiam nomine *Elizabetham*, quæ naſcebatur apud *Hanleyam* xvj. die Septembris, anno gratiæ MCCCCxv. litera dominicali C. Quam ſuſcepit de ſacro fonte dominus *Thomas Parker* abbas, quæ poſtea nupta fuit domino *Edwardo Nevill* juniori filio comitis de **Weſtmerland**, de qua natus eſt dominus *Georgius*, hæres eorundem.

Et iſte *Ricardus* iiij. de *Bello Campo* comes *Wigorniæ* poſtea, tempore regis *Henrici* vj. xv. kal. Aprilis anno Domini MCCCCxxj. in *Gallia* apud *Mews* in *Brye*, lapide baliſtæ in latere percuſſus, cito poſt ibidem occubuit, & xxv. die Aprilis apud **Theokeſ.** eſt ſepultus, ad finem chori, inter chorum & capellam fundatoris, inter ij. columnas, ubi poſteà domina *Iſabella* uxor ejus ordinavit pulchram capellam arte mirificè fabricatam, quam conſecrari fecit in honorem beatæ dilectricis domini noſtri Jeſu Chriſti, *Mariæ Magdalenæ*, ſanctæ *Barbaræ* virginis, & ſancti *Leonardi* abbatis. Quæ capella dedicata eſt ij. die menſis Auguſti anno Domini MCCCCxxxviij. Poſt annum & decem menſes poſtquam dominus *Ricardus* quartus comes *Wigorniæ* mortuus eſt, dominus *Richardus Bewchampe* v. comes *Warwichiæ*, & filius patris *Ricardi* quarti comitis *Wigorniæ*, habita diſpenſatione papali deſponſavit ſupradictam dominam *Iſabellam* comitiſſam *Wigorniæ* & relictam domini *Ricardi* ſupradicti, & ſeiſivit eam in comitatu de **Warwic**, an. Domini MCCCCxxiij. xxvj. die Novembris. Poſt annum & tres menſes & paucos dies, xxij. die Marcii, anno domini MCCCCxxiiij. peperit prædicta domina *Iſabella Ricardo* quinto marito ſuo egregium puerum nomine *Henricum*, & hæredem eorundem apud caſtrum de **Hanley**. Sed & nuptias ſupradictas celebravit magiſter *Johannes Fordam*, Prior *Wigorniæ*, ubi interfuit dominus *Willielmus Briſtow* abbas **Theokeſ.** in eodem caſtello. Et quinto die poſtquam venerabilis *Henricus* natus fuit, dominus *Henricus Bewford* cardinalis Presbyter, titulo S. *Euſebii*, atque epiſcopi *Wintoniæ* frater, & avunculus regis, & dominus *Humfridus* dux *Buckinghamiæ* & comes *Staffordiæ*, & *Johanna* domina de **Abergeveni**, pro nobilitate parentum, chariſſimo amore puerum ſuſceperunt de ſacro fonte: quem baptizavit dominus *Johannes Fordam*, Prior *Wigorniæ*, & tenuit eum ad confirmationem dominus *Johannes Beuchamp* baro de **Powik.**

Iſte nobilis *Henricus* dominus *le Deſpenſer*, decimo anno ætatis ſuæ, copulavit ſibi in uxorem dominam *Ceciliam*, filiam domini *Ricardi Nevill* comitis **Sarum**, anno Domini MCCCCxxxiiij. Poſt annum & vj. menſes quàm iſte generoſus *Henricus* natus erat, nata eſt domino *Ricardo* quinto comiti de **Warwick**, de uxore ſua *Iſabella*, filia nomine *Anna*, quam eodem anno & menſe (quo frater ejus *Henricus* duxit filiam comitis **Sarum**) *Ricardus*, filius dicti *Ricardi* comitis **Sarum**, conduxit in uxorem. Tempore elapſo, iſte venerabilis *Henricus* cognovit uxorem ſuam, genuitque ex ea filiam, nomine *Annam*, quæ nata eſt apud **Kardif** menſe Februarii anno Domini MCCCCxliij.; quam ſuſceperunt de ſacro fonte dominus *Johannes Abyndon* abbas viceſimus **Theokeſ.** & domina *Anna* ſoror dominæ *Iſabellæ* comitiſſæ, & amita domini *Henrici*, & uxor domini *Hugonis* de **Audley**, & domina *Elizabetha* ſoror dicti *Hugonis*. Et venerabilis dominus *Ricardus* quintus, comes *Warwichiæ*, cum haberet regimen *Franciæ* & *Normanniæ* ſub domino *Henrico* rege vj. apud civitatem *Rotomagenſem* diem clauſit extremum, anno Domini MCCCCxxxix. & ſepultus eſt apud **Warwick** eodem anno. Et domina *Iſabella* comitiſſa uxor ejuſdem domini, & patrona noſtra nobiliſſima, receſſit de tranſmarinis partibus cum corpore viri ſui, & venerabilis *Henricus* & ſtrenuiſſimus juvenis, filius & hæres eorundem, cum maximo dolore, & infirmitate uſque ad prioratum canonicorum de **Southwick** juxta mare, ibique aliquamdiu morigerati, domina *Yſabella* ægritudine feſſa poſt paululum venit *Londinum* ad domum *Fratrum minorum*, ubi dominus *Henricus* rex vj. venit viſitare ac conſolare eam; qui commendavit filium ſuum dilectiſſimum *Henricum* domino regi, petiitque ob eo humilimis precibus, quatinus executores illius appropriarent ad eccleſiam & abbathiam **Theokeſ.** ac valorem CCC. marcharum; quatinus ibidem ordinarentur vj. monachi plures quàm fuerant à prima fundatione, quatinus altiſſimo turificarent miſſarum orationumque ſuffragia pro ſalute animæ ſuæ & anteceſſorum & ſucceſſorum ſuorum. Benigniſſimus Rex, Deoque devotus, peticioni ejus annuit, atque in hæc verba conſolationis receſſit ab ea, dicens: *Deus quem puro corde colis det tuam petitionem adimpleri ſecundùm deſiderium animæ tuæ.* At illa gratias egit Deo, regique benigno, ſicque graviter vexata infirmitate in eodem loco obdormivit in Domino, in die ſanctæ *Johannis* evangeliſtæ, hoc eſt vj. kalend. Januarii, & in teſtamento ſuo legavit etiam eccleſiæ **Theokeſ.** omnia ornamenta capitis & corporis ſui quibus utebatur viva, videlicet aurum & argentum lapideſque pretioſos, & veſtimenta precioſiſſima ad valorem, ut æſtimabatur, CCC. marcharum. Ordinavit etiam quatuor miſſas quotidie celebrari in nova capella quam fundaverat pro ſe, & anteceſſorum & ſucceſcorum ſuorum animarum ſalute, & quatuor monachos prima miſſa quotidiana, *de die*, ſecunda *de Trinitate* vel *de ſancto Spiritu*, tertia de *ſancta Maria*; iiij. de *beata requie*: conſtituitque unicuique ad finem ſeptimanæ ij. ſol. ſterlingorum pro labore ſuo. Confirmavit etiam omnia privilegia & donationes atque cartas anteceſſorum ſuorum. Et præcepit ſub benedictione ſua filio ſuo *Henrico*, quatinus ipſe hæc omnia ratificaret & confirmaret atque adimpleret. Atque ita idus Januarii ſepulta eſt apud **Theokeſ.** in dextra patris ſui, à venerabilibus viris, ſcilicet *Thoma Plufford* epiſcopo *Herefordiæ* & ejus confeſſore, & domino *Willielmo Briſtow* abbate **Theokeſ.** & domino *Johanne* abbate *Winchcombiæ*, ubi & alii magnates plurimaque multitudo interfuerunt. Hæc autem omnia facta ſunt eodem anno quo dominus *Ricardus Bewchamp* quintus, & maritus ejus, mortuus eſt, cum magna ſolemnitate honore atque reverentia, ſicut decuit, ſic eſt humata: modò ædificatur ſuper ejus membra tumba marmorea arte mirificè fabricata. Poſt deceſſum parentum venerabilium, venerabilis dominus *Henricus* hæres eorundem ſucceſſit in hæreditatem paternam & maternam, qui per biennium exiſtens in cuſtodia regia poſtea reſtitutus eſt ad ſua omnia in magna gloria. Nam coronatur à rege in regem de **Wight** manu regia, & nominatur primus comes totius *Angliæ*. Factum eſt autem poſt duos annos ut dominus *Henricus* rex vj. propter amorem parentum valde eum diligens, ſpeciale amore contulit ei ducatum *Warwichenſem*, dans ei caſtrum *Briſtolliæ* cum omnibus ſuis annexis, quod olim rex *Johannes* detinuit ſibi, ſicut ſupra memoravimus; dedit quoque ei inſulas **Gardſey** & **Jardſey**. Addiditque ei patronatum eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Magdalene* de **Goldclif** cum omnibus ſuis annexis. Deditque ei licentiam appropriare illam eccleſiam & prioratum cum omnibus ſuis pertinenciis, & facere illa omnia & ſingula membra fieri eccleſiæ **Theokeſ.** quatinus monachi ibidem Deo ſervientes turificarent miſſarum ſolemnia, orationum ſuffragia, cæterorum quoque contemplativa bonorum operum ſuſpiria pro ſalute animæ & corporis ipſius regis atq; domini *Henrici* ducis, & in ſpeciali pro ſalutæ animæ dictæ *Iſabellæ*, dominæ & comitiſſæ *Wigorniæ* & *Warwichiæ*, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum ſuorum, atque pro animabus omnium ſundatorum & benefactorum eccleſiæ *Godcliviæ*. Atq; altiſſimo quotidie ſic adorato, animæ eorum epularentur in Paradiſi amœnitate ut loco à Deo eis limitato.

Confirmavit etiam ipſe nobilis rex, & ſua carta magna atq; ſecreto ſigillo omnia privilegia poſſeſſioneſque terrarum & ornamenta donationeſque regum ac nobilium anteceſſorum ſuorum, tam in ſpiritualibus quàm temporalibus, ſive in *Anglia*, ſive in *Wallia*. Conceſſit etiam omnia confirmari ab archiepiſcopis, epiſcopis, archidiaconibus, capitulis generalibus & ſpecialibus, & in ſpeciali à domino *Nicholao Landavenſi* epiſcopo, & à Magiſtro *Roberto Cole* ejus archidiacono, atque à capitulo *Landavenſis* eccleſiæ, & Parliamento à ducibus, marchiis, comitibus, baronibus, militibus, juſticiariis, ballivis, & aliis. Hæc omnia acta & confirmata ſunt anno domini MCCCClxij. & v. kal. Junii. Eodem anno monachi **Theokeſ.** ingreſſi ſunt primùm in prioratum prædictum **Goldclif**, domino *Willielmo Briſtow* tunc abbate **Theokeſ.** Et frater *Johannes Abindon* tunc fuit cellerarius & procurator, & frater *Thomas Winchcombe* ordinatus Prior ibidem per abbatem & conventum. Poſtea eodem anno per laborem magiſtri *Adam Molenis*, à domino papa *Eugenio*, ejuſq; conſilio ratificata & confirmata ſunt iſta omnia & ſingula. Sicq; temporis intervallo dominus *Ricardus Langley* dux *Eboracenſis* confirmavit omnia dona & franchesia & privilegia anteceſſorum ſuorum ad dictam eccleſiam pertinencia, ſcilicet *Goldcliviam*. Dedit etiam protectionem ſuam domino *Johanni Abindon*, & Priori **Goldclif**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro omnibus hominibus ſuis, tenentibus, officiariis, ac miniſtris in *Wallia*, ſive in marchia *Walliæ*.

Similiter dominus *Henricus Beuchamp* dux *Warwichiæ* ratificavit, & confirmavit omnia dona anteceſſorum ſuorum in *Wallia* ſive in marchia *Walliæ* eccleſiæ prædictæ. Sic quoque dominus *Humfridus* dux *Bokinghamiæ* confirmavit omnes donationes & confirmationes anteceſſorum ſuorum in *Wallia* ſive in marchiis *Walliæ*. Ita & dominus *Richardus* dux *Norfolchiæ*, & dominus de **Chepſtow**, hoc eſt *Striguliæ*, ratificavit & confirmavit omnia dona anteceſſorum ſuorum. Memorandum quod frater *Robertus Newent* Prior prioratus *Goldcliviæ*, & frater *Ricardus Hardwick*, & frater *Thomas Percior* expulſi ſunt ex prioratu *Goldcliviæ* anno domini MCCCCxlv. litera dominicali C. nonas Junii, ex invidia *Wallencianorum*. Etiam tempore iſtius dominæ *Iſabellæ*, dum adhuc viveret, appropriatæ ſunt ſuo labore & adjutorio duæ eccleſiæ; ſcilicet eccleſia de **Tarrande** monachorum in dioceſi **Sarum**, & eccleſia de **Penmarche** in dioceſi *Landavenſi* tempore domini *Willielmi Briſtow* abbatis, & fratrum *Willielmi Faukenere* elemoſinarii, & *Johannis Abindon* celerarii atque procuratoris.

Obiit autem dominus *Henricus* nobilis dux *Warwichiæ*, & primus comes *Angliæ*, dominus *le Deſpencer* & de **Albergeveny**, rex de inſulis **Wight**, & **Gardſey**, & **Jardſey**, dominus quoque caſtri *Briſtoliæ* cum ſuis annexis, tertio idus Junii, anno Domini MCCCCxlvj. anno ætatis ſuæ xxij. apud caſtrum de *Hanleya*, & ſepultus eſt in medio chori *Theokusburiæ*, inter ſtallos, ubi ipſe elegit ſepeliri, quatinus commonachi, & allecti ſui eum ſemper haberent in memoria. Media nocte fuit humatus cum magno luctu ſingulorum ſuorum, propter tumultus populi qui eum ſic amabant, ne damnum viderentur inferre monaſterio concurſus populorum venientium. Iſte dum viveret confirmavit omnia dona, privilegia, & cartas patrum & anteceſſorum ſuorum eccleſiæ **Theokeſ.** Legavitq; nobis in ſuo teſtamento eccleſiam de **Scherſton**, & omnia ornamenta corporis ſui, ad faciendum inde veſtimenta.

Memorandum, quod quinto idus Martii dominus *Johannes* abbas **Theokeſ.** ingreſſus eſt ſecundò in prioratum de **Goldclif**, anno Domini MCCCCvj. litera dominicali A. Et viij. idus Aprilis poſt, Prior ingreſſus eſt cum ſuis ſociis, ſcilicet monachis de **Theokeſ.** iij. nonas Junii. Et domina *Elizabetha*, filia domini *Ricardi* quarti comitis *Wigorniæ*, & dictæ *Iſabellæ*, & ſoror dicti *Henrici* ducis, obiit xiiij. kal. Julii, anno Domini MCCCCxviij. anno ætatis ſuæ xxxij. & apud eccleſiam fratrum *Carmelitarum* de **Coventry** eſt ſepulta. Et poſt obitum domini *Henrici* ducis, domina *Anna*, filia ejus unica & parvula atque hæres, tradita eſt in cuſtodiam regis qui dedit eam, cum nonagia, dominæ *Margaretæ* reginæ. At illa dedit eam iterum domino *Willielmo Pole*, duci *Suffolchiæ*, in cujus cuſtodia obiit, anno Domini MCCCCix. anno ætatis ſuæ ſexto. Et obiit apud manerium de **Herpendene**, & ſepulta eſt apud monaſterium de **Reding.** Poſt mortem iſtius puellæ, ſucceſſit in patronatum **Theokeſ.** eccleſiæ dominus *Ricardus Nevill*, ſextus filius domini *Ricardi Nevill* comitis *Sarum*, qui duxit dominam *Annam* filiam ſupradicti *Ricardi Bewchampe*, quinti comitis *Warwichiæ*, & dominæ *Iſabellæ* uxoris ſuæ & comitiſſæ, & ſororis domini *Henrici* ducis. Et dominus *Henricus* rex ſextus dedit illi comitatum *Warwichiæ* & dominium de *le Deſpenſer* atque de **Abergeveni** ſub ſigillo magnæ cartæ ſuæ atque ſecretæ.

Iſte appropriavit eccleſiam de **Scherſton**, & fecit eam annecti eccleſiæ **Theokeſ.** Confirmavit etiam omnia dona, privilegia, & cartas anteceſſorum ſuorum, & in ſpeciali confirmavit cartam de piſcatione apud **Theokeſ.** in *Sabrina*, & in *Abbana*, & etiam in **Tofe** apud **Kardif**, quod dominus dux ſimiliter conceſſit & confirmavit. Anno Domini MCCCCL. obiit domina *Cecilia*, duciſſa de **Warwicke**, & relicta domini *Henrici* ducis de **Warwick** quinto kal. Auguſti, quæ poſt mortem domini *Henrici* maritata fuit comiti *Wigorniæ*, & domino *Tiptoft*, & ſepulta fuit ſecundo cal. Auguſti in capella beatæ *Mariæ* virginis apud **Theokeſ.** in loco ubi *Willielmus Sowche* antea erat ſepultus. Et dominus *Ricardus Nevill*, ſextus filius comitis *Sarum* genuit de uxore ſua *Anna* (filia comitis de **Warwick** & dominæ *Iſabellæ* uxoris ſuæ) duas filias, *Iſabellam* & *Annam*, quæ *Iſabella* nupta fuit domino *Georgio* duci *Clarenciæ* & filio *Ricardi*, ducis *Eborum*, & fratris *Edwardi* regis quarti, de qua genuit filiam, nomine *Margaretam*, apud caſtrum de **Farloy** quartodecimo die Auguſti, anno Domini MCCCClxxiij. Et anno Domini MCCCClxxv. natus eſt dominus *Edwardus*, filius & primogenitus prædicti ducis *Clarenciæ* de prædicta domina *Iſabella* & patrona noſtra apud caſtrum de **Warwick** xxv. die Februarii, quem ſuſceperunt de ſacro fonte dominus *Edwardus* quartus, & avunculus ejuſdem pueri, & epiſcopus de **Carlile**, & duciſſa de **Suffolke**, ſoror ejuſdem *Georgii*; & ad confirmationem dominus *Johannes Strenſham* abbas **Theokeſ.** Et dictus *Edwardus* tunc ordinatur comes **Warwick** per dominum *Edwardum* regem. Et anno Domini MCCCClxxvj. natus eſt prædicto *Georgio* filius, nomine *Ricardus*, de ſæpedicta *Iſabella* apud monaſterium **Theokeſ.** in nova camera infirmariæ ibidem, ſabbatho, viz. ſexto die Octobris, circa horam ſecundam poſt nonam, litera dominicali F. & ſeptimo die ſequenti baptizatur in eccleſia parochiali, quem ſuſceperunt de ſacro fonte dominus *Ricardus*, abbas *Eveſham.* & dominus *Ricardus*, Prior *Batoniæ*, & domina uxor *Jacobi Lutterell*: ad confirmationem, dominus *Willielmus Ferley*, abbas *Glowceſtriæ*, diverſis Abbatibus & Prioribus præſentibus veſtitis pontificalibus. Et octavo die ejuſdem menſis confirmatur à domino *Johanne Alkok* epiſcopo *Wigorniæ* ad majus altare eccleſiæ noſtræ, & veſtitus ipſe in pontificalibus. Quo tempore graviter infirmatur dicta *Iſabella* ferè ad mortem. Et dominus prædictus *Georgius* receſſit à monaſterio noſtro cum *Iſabella* uxore ſua infirmata uſque ad **Warwicke** xij. die menſis Novembris & anno Domini MCCCClxxvj. obiit domina *Iſabella*, duciſſa *Clarentiæ*, patrona noſtra, apud caſtrum de **Warwicke** duodecimo die menſis Decembris circa horam undecimam ante mediam noctem, & defertur ejus corpus ad monaſterium noſtrum **Theokeſ.** Quarto die menſis Januarii dominus *Johannes Streniſham* abbas **Theokeſ.** cum diverſis abbatibus (veſtitis in pontificalibus) & toto conventu, recepit ejus corpus in medio chori noſtri & immediatè poſt fiebant exequiæ ejus à domino abbate & cæteris abbatibus & toto conventu in ix. lectionibus, poſtea à ſuffraganeis epiſcopi *Wygorniæ*, & epiſcopi *Lincolniæ*, & decano & clericis domini ducis exequiæ agebantur; & vigiliæ per totam noctem à familia dicti ducis cuſtodiebantur in craſtinum, viz. in vigilia *Epiphaniæ*. Primam miſſam de ſancta *Maria* celebravit ſuffraganeus *Lincolniæ* epiſcopi in capella ſanctæ *Mariæ*; ſecundam miſſam de *Trinitate* celebravit dominus abbas ad magnum altare; tertiam verò miſſam celebravit ſuffraganeus epiſcopi *Wigorniæ*, de *Requie æterna*, in qua ſermonem fecit ad prælatos in choro, & cæteros ibidem quidam doctor ſacræ theologiæ ordinum *Minorum* de *Wigornia*, *Petrus Weld* nomine. Et miſſâ finitâ, relictum eſt corpus ejuſdem duciſſæ in medio chori ſubtus *le herſe* ibidem uſque ad xxxv. diem. Et per omne id tempus ſolennes exequiæ fiebant quotidie in conventu pro anima dictæ *Iſabellæ*. Poſtea, videlicet in octava purificationis beatæ *Mariæ*, in quo die, miſſâ finitâ, corpus illius ſepulturæ traditum fuit ſubtus *le volte* artificialiter facto retro altare majus, ante capellam beatæ *Mariæ* eccleſiæ conventualis & hoſtium, ſepulturæ poſitum eſt ex oppoſito oſtii capellæ ſancti *Edmundi* martiris. Et dominus *Ricardus*, filius eorundem, obiit in juvenilitate apud caſtrum de **Warwick**, in feſto circumciſionis domini, eodem anno quo mater ejus obiit. Et domina *Anna*, ſecunda filia *Ricardi Nevill* & *Annæ* uxoris ſuæ, nupta fuit domino *Edwardo* principi, filio *Henrici* regis ſexti. Et poſt obitum ejus nupta fuit *Ricardo* duci *Glouceſtriæ*, & filio *Ricardi* ducis *Eboraci*, & fratri *Edwardi* regis quarti, de qua genuit filium nomine—— apud caſtrum de **Middlam**, anno Domini MCCCClxxvj.

E*GO dux* Odo *apud* **Theok.** *prioratum fundo.*
Atq; ego Doddo **Stanwey** *cum membris addo.*
Abbathiam fundo Ailwardus, **Meaw** *dictus ego.*
Algarus *dico hæc omnia ibi confirmo.*
Et Bictanus, *ultimus ante conqueſtum dominus,*
Hoc templum fundo mihimet verè corde jucundo
Briſtow *conſtruxi honor ut fiat crucifixi.*
Cartas confirmo facto verè corde paterno
Rex Comes & eram quia duxi Iſabellam. (Amiciam
Glowc. & Hertfordiæ *comes eram, quia dilexi*
Sylvam donavi, Templum hoc ſemper amavi.
Argento jaceo, vos quia ſemper amo.
Bella conſtruxi ne me perdent inimici.
Propter jus regni, gladii quoque mortem ſubivi.
Lantriſſam Hugo *mihimet tamen appropriabo.*
Conſtruxi, quia locum hunc ſemper amavi.
Et tuli dolorem propter mei regni amorem.
Et obii fato juvenili ſic in ætate.
Propter regis regulam periit cum fundo **Bewcham.**
Warwick *cuſtos* Normanniæ *dux ſicque placuit.*
(*propriavi.*
Dominus quoque primus ego fui ſicque **Goldclyf** *ap-*
Scherſton *approprio* **Theokes** *cartaque confirmo.*

W. Malmesb. fo. 89. nu. 30

——— *Robertus* (filius *Haimonis*) monaſterium **Theochesberie** ſuo favore, non facilè memoratu, quantum exaltavit; ubi & ædificiorum decor, & monachorum charitas adventantium rapit oculos, & allicit animos.

Ibid. fol. 162. a.

——— Eſt & monaſterium **Theocesberie**, quod noviter *Robertus* filius *Hamonis* favore ſuo provexit, nec facilè memoratu quantum exaltavit, ubi & ædificiorum decor, & monachorum charitas adventantium rapit oculos, & allicit animos. Fuerat illud primitùs apud *Craneburnam*, ſed abbatis *Giraldi* proviſione, pro vicini fluminis opportunitate, & dominicarum terrarum, contiguò *Theokesberiam* aptius locari viſum. Simul & videbatur voluntati religioſæ nomen applaudere, quod *Theokesberia* dicatur, quaſi *Theotocosbiria*, id eſt, Dei genitricis curia, vocabulo ex *Græco* & *Anglico* compoſito.

Orderic. Vitalis hiſt. eccl. pag. 600. C. D.

——— *Giroldus* autem (clericus capellæ *Hugonis Ceſtrenſis* comitis. p. 598. B.) (&c.) ubi *Guentam* pervenit (&c.) in veteri monaſterio ſancti *Petri* monachile ſchema devotè ſuſcepit (&c.) Inde poſt aliquod tempus ad regimen eccleſiaſticum canonicè provectus eſt, & *Theokesburiæ*, (dum *Baiocenſis Samſon Guigornienſi* epiſcopio præerat) primus abbas effectus eſt. Ibi nempe cœnobium ſanctæ *Mariæ*, *Robertus Haimonis* filius, ſuper *Sabrinam* fluvium conſtruxerat, & multis opibus tempore *Gulielmi* junioris *Anglorum* regis affatim locupletavit (&c.)

Chartæ Regum.

Cart. 28. Ed. 1. nu. 16. memb. 3.

REX archiepiſcopis &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam celebris memoriæ dominus *Willielmus*, quondam rex *Angliæ*, progenitor noſter, fecit monaſterio ſanctæ *Mariæ* de *Theocheſberia* in hæc verba. *Ego* Willielmus *rex* Anglorum *concedo monaſterio ſanctæ* Mariæ *de* Teochesberia *imperpetuum has res ſubſcriptas, quas* Robertus *filius* Hamonis *dedit & homines ſui, piſcinam ejuſdem cum aqua libera, & molendina, & pratum pro decima, & pratum de paſtura quod eſt juxta piſcariam, & pratum* de Edmondeſalla, *& pratum de* Seldena, *& terram* Rogeri *vinitoris, & eccleſias de* **Walis**, *cum terris & cum decimis de denariis & de omnibus rebus, & unum* **heid** *cum una piſcaria, ſicut inſula dividit* **heid**, *& unum pratum juxta illud* **heid**, *& decimam equarum & decimam coriorum venationis, &* ſocam *&* ſacam, *&* **toll** *&* **teim** *per totam terram ſanctæ* Mariæ, *& paſturam de* Teochesberia, *& ubique cum dominicis pecoribus.* Guilielmo *cancellario teſte, &* Roberto *filio* Hamonis, *&* Rogero *filio* Geroldi, *&* Gualtero Giffard. Inſpeximus etiam cartam, quam bone memoriæ dominus *Henricus* quondam rex *Angliæ* ſimiliter progenitor noſter fecit eccleſiæ beatæ *Mariæ* **Teokesberie** in hæc verba. *In nomine ſanctæ Trinitatis. Notum ſit fidelibus cunctis tam præſentibus quam futuris, quod ego* Hainricus *Dei gratia rex* Anglorum *apud* Marlebergam, *in anno ab incarnatione domini milleſimo & centeſimo, concedo & perpetualiter confirmo has ſubſcriptas res & terras eccleſiæ beatæ* Mariæ **Teokesberie**, *quas* Robertus *filius* Hamonis, *cæterique barones mei dederunt prædictæ eccleſiæ, videlicet* Gingeſtonam, *&* **Eſtanleie**, *& unam hydam de* **Mildellande**, *& duas hydas de* Bermertona, *& unam de* **Berchelai**, *& piſcariam de* Teokesberia, *& pratum juxta eam, & molendina, & eccleſiam de* **Walis**, *& decimas & eccleſiam de* **Faireſfort**, *& eccleſiam de* Coteſleia, *& decimam de* **Denelis**, *& decimam de* Chenuceia, *dimidiam hydam de* Aluretona, *& decimam de* **Ceotol**, *quam dedit prædictæ eccleſiæ* Robertus *de* la Haia, *& eccleſias de dominio ſuo, & piſcariam de* **Walis** *&* **Amenel**, *quod dedit prædictæ eccleſiæ* Winebaldus *de* Balaon, *favente rege, & terram* Rodberti *filii* Hugonis *de* Wertona, *quam dedit prædictæ eccleſiæ. Signum* ✠ Heanrici *regis* ✠ Hugo *comes.* Robertus *de* Beleme. Willielmus *de* Mortama. Rogerus le Peitevin. Heanricus *de* **Werwick**. Willielmus *cancellarius*. Evorardus. Willelmus *de* Wreouuaſt. Eodounus *dapifer.* Robertus *filius* Hamonis. & Haimon *frater ejus.* Willielmus *de* **Albegni**. Mile Criſpin, Hugo *de* Belcamp. Rogerus *de* Nuvant. Nigellus *de* Monevile. Rogerus le Bigod. Robertus Malet. Hugo Maminot. Inſpeximus etiam cartam quam idem *Henricus* fecit eidem eccleſiæ in hæc verba.

Par. 10 H. 4. parte 2. m. 5.

✠ IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, cunctis eccleſiæ catholicæ filiis & dilectoribus* rex H. *ſalutem. Notum ſit vobis omnibus me* Henricum *Dei gratia* Anglorum *regem perhenniter conceſſiſſe & liberè confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ*

Dei genitricis & perpetue virginis Mariæ *de* Teokesberia, *anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo ſexto, apud* Wintoniam, *has res ſubſcriptas, quas* Robertus *filius* Hamonis, *& plures alii homines dederunt, vel quas abbas emit, pro anima mea & pro animabus patris & matris meæ omniumque parentum & anteceſſorum meorum, ſcilicet terram de* **Byrnete**, *unam hydam, & terram de* **Bullingahope**, *& de* **Kerevals**, *& unam hidam apud* Ameneam *de* Hunfrido *camerario, & duas hidas de* Purbika, *& unam hidam cum duabus decimis de* Alfredo *de* Nicola, *& unam hidam de* Panimtuna, *& unam virgatam de* Eſtuna, *& eccleſiam ſancti* Petri *de* **Brigſton**, *& decimam redditũm de* **Brigſton**, *& eccleſias quæ fuerunt* Roberti *capellani, cum terris & decimis. Eccleſiæ iſte ſic diſtinguntur. Quædam eccleſia in* Londonia, *quæ vocatur* **Semanneſcyrce.** *Eccleſia de* Merlana. *Eccleſia de* Hameldena. *Eccleſia de* Aſcentona. *Eccleſia de* Mereffelda. *Eccleſia de* Sopeberia. *Eccleſia de* Torneberia. *Eccleſia de* **Pentric.** *Eccleſia de* Eſſemera. *Eccleſia de* Froma. *Eccleſia de* **Lapaford.** *Eccleſia de* Winchelea. *Eccleſia de* Eduſlea. *Eccleſia de* Sut-Moltona. *Eccleſia de* Citelmentuna. *Eccleſia de* **Bideford.** *Eccleſia de* Litehama. *Eccleſia de* Chilchentona. *Ego autem ipſe rex* Henricus *dedi iſti eidem eccleſiæ unam villam quæ fuit de honore* Roberti *filii* Hamonis, *poſt mortem ejuſdem* Roberti *dedi eam, & pro anima ipſius: villa ipſa vocatur* Ferthelmentona, *unam piſcinam in* Teokesberia, *& aquam liberam ſupra piſcariam ſubtus quantum terra ejuſdem ville durat, & unum molendinum, pratum & decimam pratorum, pratum de paſtura, pratum de* Eadmundeſſella, *pratum de* Sealdena, *& paſturam ubique in* Teokesberia, *cum dominicis pecoribus, terram* Rogeri *vinitoris, & eſſartum de* North-haia, ſocam & ſacam, & **toll** & **teim**, *in tota terra eccleſiæ. Curiam cum domibus juxta eccleſiam quam* Robertus *filius* Hamonis *dedit eccleſiæ in burgo* **Teokesberie**, *unam hagam de dono* Goduuini, *duas de dono* Eglaf, *& parum terre de dono* Godwini *piſtoris juxta* Suthuudam. *In boſco* **Malverne** *quicquid opus eſt ad utilitates eccleſiæ, & paſnagium quietum;* Chingeſtonam, Stanlegiam, Mildelandam, Bermertonam, **Berthele**, Wodecheſuuda, *dimidiam hidam in* Hamma. *Unam virgatam terræ* **Alangeford**, *eccleſiam de* **Faireford**, *eccleſiam de* **Ceteſlege**, *decimam de* **Hehtredeberi**, *decimam de* Chenuka, *decimam de* Tarrenta, *eccleſiam de* Umberlega, *eccleſiam de* Bikentona, **Amenel**, Wertona, **Chetel**, *cum hida* Aiulfi, *& cum terra* Walteri, *duas domos in* **Bureford**, *de dono* Radulfi *ſacerdotis. In* Biſſelea *unam virgatam terræ de dono* Sibillæ. *In* Oxenduna *unam hidam terre emptam à* Godrico Dydicote *de eſcambio* Alexandri. *In* **Sumerſete**, *in villa que vocatur* **Aiſſe**, *triginta duas ſolidatas terre per annum, quam dedit* Gilbertus *de* Umfranvilla *pro anima uxoris ſue. In* Aſcentona *duas hidas & unam virgatam terræ, de dono* Roberti *filii* Nigelli. *In* **Wualis**, *eccleſiam parochialem ſanctæ* Mariæ *de* Burgo *de* **Cardi**, *cum una carucata terre, capellam de caſtello de* **Cardi** *cum una carucata terræ. Decimas omnium dominicorum redditũm de* Burgo *de* **Cardi.** *Decimas totius dominii quod* R. *filius* Hamonis *habuit in* **Walis.** *Omnes decimas omnium baronum* R. *filii* Hamonis *per totam terram de* **Walis.** *Totum brachium aquæ de* **Taf**, *quod eſt juxta eccleſiam, ex quo exit de* **Taf** *quouſque reintrat in* **Taf**, *ad faciendas piſcarias & quaſlibet utilitates eccleſiæ, pratum ultra aquam juxta eccleſiam, villulam quæ vocatur* **Landoho.** *Terram quam dedit* Walterus *de* **Landblethien.** *Decimam terre quam abbas de* Gloec. *habet in* **Landcarven.** *Eccleſiam de* **Landhiltunit.** *Terram quam* Walkelinus *dedit, molendinum de* **Raz**, *& piſcarias quas* Robertus *de* Haia *dedit. Terram quam* Robertus *filius* Nigelli *dedit. Eccleſiam de* Novo-Caſtello. *Hæc autem omnia confirmaverunt mecum iſti barones mei. Signum regis* ✠ *Heanrici. Signum* ✠ Walteri *cancellarii. Signum* ✠ Girardi *archiepiſcopi. Signum* ✠ Roberti *epiſcopi de* **Nichole.** *Signum* ✠ Sampſonis, *epiſcopi* Wigorniæ. *Signum* ✠ Hugonis *abbatis. Signum* ✠ Humfridi *de* Bohun. *Signum* ✠ Haymonis *dapiferi. Signum* ✠ Roberti *comitis de* Mell. *Abbatis* ✠ Glaſton. *Signum* ✠ Roberti *filii* Nigelli. *Signum* ✠ *abbatis* Germundi. Pha ✠ ris *abbatis. Signum* Rogeri ✠ Sareſburienſis *epiſcopi. Signum* ✠ Thomæ *Capell. Signum* Willielmi ✠ Exonienſis *epiſcopi. Signum* ✠ *abbatis* Nigelli.

Inſpeximus eciam cartam quam idem *Henric.* fecit ſancte *Marie* & abbati & monachis de *Tekesbiria* in hec verba. Henr. *Dei gratia rex* Angl. *& dux* Norm. *Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, & omnibus miniſtris ſuis Salutem. Sciatis me in honore Dei & ſancte* Marie *genitricis Dei, pro ſalute anime mee, & pro animabus regis* Willielmi *patris mei, & regis* Willielmi *fratris mei, &* Mathild. *regine matris mee, &* Mathild. *regine uxoris mee, omniumque anteceſſorum meorum, & pro anima* Roberti *filii* Hamonis, *conceſſiſſe & confirmaſſe ſancte* Mariæ *& abbati & monachis de* Teokesberia, *omnes poſſeſſiones ſuas, in eccleſiis & decimis, in terris & aquis, in molendinis & piſcariis, in paſturis & nemoribus, & in omnibus rebus tenendas in perpetua elemoſina ita liberè & quietè ſicut fuit quietum dominium* Roberti *filii* Hamonis, *qui eandem eccleſiam fundavit, quando illud fuit in dominico regis* Willielmi *patris mei &* Mathild. *reginæ matris meæ, de ſiris & hundredis, de geldis & denegeldis, de omnibus conſuetudinibus & de omnibus cauſis. Teſtibus* Rogero *epiſcopo* Saresb. Roberto *epiſcopo* Linc. Roberto *comite de* Mellent. Roberto *comite de* Gloeceſtr. Briencio *fil. com.* Hamo. *dapifero.* Waltero *de* Gloeceſtr. *apud* Winton.

Inſpeximus eciam cartam quam idem *Henricus* fecit ſancte *Mariæ* de **Teokesbir.** in hec verba. H. *rex* Angl. *Archiepiſcopis, Epiſcopis, Juſtic. Com. Baron. Vic. & omnibus miniſtris in quorum miniſteriis abbas* **Teokesbir.** *terras habet, Salutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe ſancte* Marie *de* **Teokesbir.** *has res ſubſcriptas in perpetua elemoſina, liberas & quietas, pro anima mea, & pro animabus patris & matris mee, omniumque anteceſſorum meorum, eccleſiam de* Chedeſlega, *eccleſiam de* **Lethe**, *decimam de* Chaldewella, *& de* Fiſhida, *decimam de* **Sutton**, *decimam de* Bacheberga, *decimam de* Weſtona, Roberti *de* Baſchervilla, *decimam de* **Hareſfelde**, *decimam de* Muchelesberga, *terram que dicitur* **Lancadel,**



Croilandenſis eccleſiæ facies occidentalis.

The West Proſpect of the Church of Croyland

Crux Christi: Lux Mundi.
Heu Petræ, sine Petra! ingemuit THOMAS BLOUNT Inti Temp. Soc.

30 Daniel King delin: et sculp:

Lancadel, *quam dedit* Walchelinus *eidem eccleſiæ. Terram de* **Didicot**, *quam habet ipſa eccleſia per excambium de* Alexandro *de* Cormelis, *terram de* Poltona, *quam dedit eidem eccleſiæ* Adeliza *de* Inſula, *pro anima* Reginaldi *de* Dunſtanvilla *viri ſui*, *duas hidas in* Porbica *de feodo* Roberti *de* Clavilla. *Volo autem & præcipio quod tota poſſeſſio ſancte* Marie *de* **Teokesbir.** *ita ſit quieta de placitis & geldis, & de omnibus cauſis ſicut fuit quietum dominium* Roberti *filii* Hamonis, *quod nunc eſt dominium* Roberti *filii mei. Teſtibus* Ranulfo *cancellar. &* Hamone *dapifero*, *apud* Burnam.

Inſpeximus eciam cartam quam bone memoriæ dominus *Henr.* quondam rex *Angliæ*, proavus noſter, fecit monachis prædictis in hec verba. Henricus *Rex* Angliæ, *& Dux* Norman. *&* Aquit. *& Comes* Andeg. *Juſtic. & Vicecom. & Baronibus, & omnibus miniſtris & fidelibus ſuis* Angliæ *&* Wallie *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe monachis de* **Teokesbir.** *quod liberè & quietè vendant & emant res que ſibi neceſſarie fuerint ſine toloneo per totam* Angliam *&* Walliam. *Et prohibeo, ne quis eos diſturbet ſuper x. l. forisfacture. Teſte* Unfrido *de* Bohun *apud* Glocc. Nos autem donationes, conceſſiones & confirmationes prædictas ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto nunc abbati & conventui loci prædicti & eorum ſucceſſoribus, concedimus & confirmamus, ſicut carte prædicte rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus venerabilibus patribus *A Dunelmen. J. Carliolen.* & *W. Coventr.* & *Lych.* epiſcopis *Joh.* de *Warenna* comite *Surr. Thoma* comite *Lanc. Henr.* de *Lacy* comite *Lincoln. Joh.* de **Haſtinges.** *Joh.* de **Segrave.** *Hugone le Deſpencer*, & aliis. Dat. per manum noſtram apud *Karliolum* primo die Julii. Dupp. per finem factum in ſcaccario.

Cranburne *cella de* **Theokesbyrie.**

Lelandi collectan. vol. 1. p. 78.

A*Lredus Meaw*, comes *Gloceſtriæ*, primus fundator. Famulabatur huic antiquitus monaſterium de **Theokesbyri**; ſed *Robertus* filius *Hamonis*, comes *Gloceſtriæ* dedit prædia hujus domus monaſterio de **Theokesbirie.**

Prior & duo monachi.

WINBURNENSE

Cœnobium in agro Dorſetenſi.

Henric. Huntind. li. 4. fol. 194. a.

CIrca hoc tempus [*Inæ* ſcil. regis] *Cudburh*, ſoror *Cudburh*, conſtituit abbatiam apud **Wineburne**, quæ data fuerat *Egferdo* regi *Northumbrorum*, ſed eo vivente ſeparata.

Annales de *Derleye* in bibl. *Cotton.* Hiſt. aurea MS. *Joh. Tinemuthenſis* in bibl. *Bodl.* lib. 17. c. 205.

Anno Domini DCCxv. ſancta *Cuthbritha* conſtruxit monaſterium virginum in **Winburne.**

Anno Domini DCCxviij. ſancta *Quinburga*, & ſancta *Cuthburga*, ſorores *Inæ* regis *Weſt-Saxonum* claruerunt, quæ monaſterium apud *Winburnam* conſtruxerunt.

CROILANDENSE

Cœnobium in agro Lincolnienſi.

W. Malmesb. fol. 166. b. n. 50.

C**Royland** eſt una inſularum jacentium in illo tractu orientalium ſtagnorum, quæ à meditullio terræ orientia, & per cum centum & eo amplius millaria fluentia in mare, multis & magnis fluminibus impetu ſuo præcipitantur. Hic *Guthlacus*, non dejecta ſtirpe oriundus ephebus, ſpreto uſu armorum quo pollebat, cum eſſet xxv. annorum, ſolitariam vitam ingreſſus, xv. annis deguit, quibus, aſſiſtente Dei gratia, & ſacerdotii gradu & ſignorum honore, & vaticiniorum veritate approbatus eſt. Sed magis virtutum ejus gratia poſt obitum ſplenduit, tam ſacratiſſimi corporis poſt annum incorruptela, quàm multorum miraculorum oſtenſione præcipua: meritis quoque ejus datur, quod ad corpus ejus edificato monaſterio, inter tot bellorum turbines, inter tot temporum volubilitates, nullam ærumnam vel detrimentum ſui locus ille perſenſerit.

Ingulphi Croiland. hiſt. fol. 484. b. n. 30.

——— Defuncto igitur ac ſepulto Dei famulo *Guthlaco*, ſigna virtutum (&c.) coruſcare frequenter cæperunt (&c.) Rex autem *Ethelbaldus*, ut beatum conſolatorem ſuum miraculis coruſcare comperiret, locum ſepulturæ ejus gaudens, & devotus expetiit, & ea quæ dicto viro Dei adhuc viventi, jam regnum adeptus, ante promiſerat, plenè perſolvit. Accerſito namque quantocyùs, quodam famoſæ religionis monacho *Eveſhamenſi*, nomine *Kenulpho*, ut ibi cœnobium aggregaret ſibi & Deo ſervientibus, perenniter conceſſit, dedit & confirmavit, & ab omni redditu & conſuetudine ſeculari, totam inſulam *Croylandiæ* omninò abſolvit; & inde chartam ſuam in præſentia epiſcoporum procerumque regni ſui ſecuram ſtatuit.

Lelandi collectan. vol. 2. p. 278.

Ex chronic incerti autoris quod inveni in cœnobio Canonicorum Barnwellenſium *non procul à* Granta.

Ethelbaldus rex *Merciorum* inſulam *Croylandiæ*, palis quercinis, quindecim vel eo amplius pedum, in paludem defixis, & terra deſuper congeſta, fratribus Deo & ſancto *Guthlaco* ibidem ſervituris, locum illum, ſicut finibus diſtinguitur, cum aliis donavit.

Croyland, *ex tabula quadam deſcripta.*

Ibid. vol. 3. p. 27.

Sanctus *Guthlacus* heremita *Croylandiæ* inſulam à demonibus liberavit, tandem ibidem obiit, & ſepultus eſt.

Sanctus *Cyſſa* ex pagano factus Chriſtianus, ſucceſſit *Guthlaco*. *Etheldrutha Offæ* regis filia & uxor *Ethelberthi* regis, & martyris, poſtea monialis, ibidem ſepulta.

Beccelinus ſancti *Gudlaci* diſcipulus, ibidem ſepultus.

Ethelbaldus rex *Merciorum* poſt *Gudlaci* anachorite

chorite tempora, *Croylandiam* adduxit monachos, & eccleſiam novam fabricavit, quæ poſtea per *Henguarum* & *Hubbam* penitùs ſpoliata, & deſtructa fuit.

Eccleſia verò quæ nunc extat opus fuit *Ingulfi Normanni*, ejuſdem monaſterii abbatis.

[Sancti *Guthlaci* vitam deſcriptam habes apud *Ordericum Vitalem.* Hiſt. Eccleſ. p. 537. pluraque de hujus cœnobii fundatione pag. 541. *&c.*]

Ex *Ingulphi* hiſtoria *Croylandenſi* fol. 484. b. n. 40. Vide Pat. 17 *R.* 2. parte I. m. 31.

Carta Ethelbaldi regis, *de fundatione monaſterii de* **Croyland.**

“E*Ehelbaldus* divina diſpenſatione rex *Merciorum*, omnibus catholicæ fidei cultoribus ſalutem perpetuam. Regi regum omnium & univerſorum creatorum magna cum exaltatione gratias ego, qui me uſque ad præſens cunctis involutum ſceleribus patienter ſuſtinuit, meſericorditer attraxit, & ad ſui nominis agnitionem parumper erexit. Unde Deo adhærere mihi bonum eſt, & in ipſo ponere ſpem meam. Sed quid retribuam Domino pro omnibus, quæ tribuit mihi ut perluceam coram eo in lumine viventium? cum ſine ipſo nihil habemus, nihil ſumus, nihilque valemus. Magna enim aviditate noſtræ ſalutis author, & univerſorum largitor, acceptat noſtra minima ut cauſam habeat tretribuendi maxima, & infinita gaudia. Sectantes ejus doctrinam per opera meſericordiæ ſic conſolatur, dicens, *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Hinc eſt, quod cum dilecti confeſſoris mei, *Guthlaci* anachoritæ devoti inſtructus fuiſſem conſilio, precibus pulſatus, gratanter in hunc modum acquievi. Ad perpetuam ſecuritatis memoriam hoc chirographo patenti dono, trado & concedo omnipotenti Deo, beatæ *Mariæ*, & ſancto *Bartholomeo* de dominicis meis ad fundationem monaſterii nigrorum monachorum, ſub norma ſancti *Benedicti* Deo famulantium totam inſulam *Croylandiæ* ad ſedem abbathiæ ſeparatam, . & ſeparaliter obtinendam, cum quatuor aquis intercluſam: videlicet cum aqua quæ dicitur **Schepiſhée**, verſus orientem, & cum aqua quæ vocatur **Nene**, verſus occidentem, & cum aqua quæ vocatur **Southée**, verſus auſtrum, & cum aqua vocata **Aſendik**, verſus aquilonem, ubi communis ſewera eſt, inter **Spaldelinge** & dictam inſulam. Et continet dicta inſula in longitudine quatuor leucas, & tres leucas in latitudine cum mariſcis adjacentibus verſus occidentem ex oppoſito ejuſdem inſulæ ex utraque parte aquæ de **Weland**: cujus una pars verſus boream, vocata **Goggiſlond**, continet duas leucas in longitudine à ponte de **Croyland**, ubi fit ingreſſus ad inſulam uſque ad **Aſpath**, & unam leucam in latitudine ab aqua de **Weland** in auſtrali parte uſque ad **Apenholt**, verſus boream juxta ripam; & habet per totam longitudinem æqualitatem latitudinis: & altera pars mariſci in auſtrali parte aquæ de **Weland** continet in longitudine duas leucas è ponte de **Croyland** uſque ad **Southlake** juxta ripam ex oppoſito de **Aſpath**. & habet in latitudine duas leucas ab aqua de **Weland** uſque ad **Fynſett** juxta aquam de **Nene** in auſtrali parte ejuſdem mariſci, cum ſeparali piſcaria in aquis de **Weland** & **Nene**, uſque ad ſupradictos utriuſque mariſci limites, & in aquis omnibus ſupradictam inſulam ambientibus, unde quendam cænobitam *Eveſhamenſem* probate religionis virum, nomine *Kenulphum*, ut ſecum ejuſdem ordinis monachos probatos, ibidem congregaret, abbatem conſtitui, præbens eis de theſauro meo ad ædificationem monaſterii ejuſdem, primo annò trecentas libras legalis monetæ, & per decem annos proximè ſequentes quolibet anno centum libras, concedendo eiſdem licentiam ad villam ædificandam ibidem ſive includendam, quantum ex iis duobus mariſcis verſus occidentem dictis monachis pro ſe & ſuis placuerit. Quare volo, quod prædicti monachi habeant iſta dona mea cum omnibus appendiciis libera & ſoluta ab omni onere ſeculari in perpetuam eleemoſynam meam, cum omni commodo, quod evenire aut extorqueri poterit infra dictos limites, tam ſubter terram, quàm ſupra, cum communa paſturæ pro omni genere animalium, omnibus ſciſonis ibi, & hominibus ſuis, ſive tenentibus ſuis ſecum ibidem moram facientibus ex utraque parte aquæ de **Weland**, videlicet, ex una parte uſque ad agrum de **Mediſhamſted**, & ex altera parte uſque ad ædificia **Spaldelinge**, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, quas regia poteſtas liberiùs alicui eccleſiæ in regno meo contulerit temporibus retroactis. Et diſtrictè præcipio, quod ſi quis contra hoc meæ authoritatis teſtamentum aliquod machinari impedimentum præſumpſerit, quominùs pacificè poſſideant aliqua per me data & conceſſa, centum libras legalis monetæ theſauro meo perſoluet, necnon dictis monachis pro damnis & expenſis dignè ſatisfaciet. Deprecor omnes poſteros meos ad regnum ſuccedentes, ut hanc penam & cenſuram meam ita obſervent inviolatam, ſicut voluerint recipere debitæ juſticiæ præmium, & evadere rapacitatis ſupplicium. Qui verò iſtam eleemoſinam meam provexerit & defenſaverit, in ſorte electorum Dei remuneretur æternaliter. Firmatum eſt hoc chirographum meum in anno ab incarnatione Chriſti, DCCxvj. quod & his probabilibus teſtibus ſanctæ crucis indicio ſubnotatur. 716.

✠ Ego *Ethelbaldus* rex *Merciorum* gratuito conſenſu confirmavi. ✠ Ego *Brithwaldus Dorobernienſis* archiepiſcopus ratificavi. ✠ Ego *Winfridus Merciorum* epiſcopus approbavi. ✠ *Ingualdus Londonienſis* epiſcopus merè conſenſi. ✠ Ego *Adwinus Lichefeld.* epiſcopus adoptavi. ✠ Ego *Tobias Roffenſis* epiſcopus collaudavi. ✠ Ego *Ethelredus* abbas de **Bardney** multum affectavi. ✠ Ego *Egbaldus* abbas de **Medeſhamſted** illud fieri devotè rogavi. ✠ Ego *Egga* comes *Lincoln.* conſilium dedi. ✠ Ego *Leucitus* * comes *Leyceſtriæ* aſſenſum præbui. ✠ Ego *Saxulphus* filius *Saxulphi* comitis corroboravi. ✠ Ego *Ingulphus* presbyter & humilis miniſter vocatus audivi. ✠ Ego *Ethelbaldus*, licèt indignus patientia tamen divina regni *Merciorum* gero gubernacula, ſumma cum fi-

* Lege *Lenricus.*

“ ducia



The South Prospect of the Conuentuall Church of Croyland.

Crowlandensis eccl: conv: facies australis.

FEMID'UN BUEN HIDALGO
Pristini ævi Memoriæ
P
Wingfeild Bodenham Eq: Aur.
Dan. King delin. et sculp.

“ ducia authori meo Chriſto redeo humiliter: de quo prophetice ſcribitur in Pſalmo, *Miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus:* ejuſdem pietati me totum ſubmitto, & ſanctæ matris eccleſiæ precibus, beneficiis ſpiritualibus, commendo.

Hinc quidam poeta ſic dixit.

Ethlebaldus *ego rex ſub domino ſuper* Anglos
Hanc abbathiam conſtruo, Chriſte, tibi.
Inſula de **Croyland**, *vaſtum regis ſpeciale,*
Dicitur hæc terra, quam tibi trado, Jheſu.
Hanc totam terram cum circumeuntibus undis
Quæ claudunt illam, do tibi, ſumme Deus,
Inſuper argenti primo fabricantibus anno
Trecentas latomis annumerabo libras:
Annis inde decem dabo centum quolibet anno
Libras in latomos, qui ſteterint ad opus.
Kenulphus *monachus profeſſus* Eveſhamienſis
Abbas primus erit, huic ego trado locum.
Cunctaque confirmo magnatum dona meorum,
Si dederint terras ſeu tenementa Deo.
Iſtum Kenulphum *ſi quis vexaverit* Anglus,
Rex condemno mihi cuncta catella ſua:
Inde meis monachis de damnis omnibus ultra
Uſque ſatisfaciat, carcere clauſus erit.
Adſunt ante Deum teſtes hujus dationis
Anglorum *proceres, pontificeſque mei.*
Sanctus Guthlacus *confeſſor & anachorita*
Hic jacet, in cujus auribus iſta loquor.
Oret pro nobis ſanctiſſimus iſte ſacerdos,
Ad tumbam cujus hæc mea dona dedi.

Carta regis Offæ *monaſterio de* **Croyland**.

Ibid. fol. 486. a. n. 30.

“ Offa rex *Merciorum*, omnibus per univerſum regnum *Merciæ* philochriſtis ſalutem perpetuam. Indeſinenter recolens, quòd breves dies hominis ſunt, & in hac paucitate dierum noſtrorum, quæcunque ſeminaverit homo, hæc & metet: cupio per vitæ meæ præſentis ſancta opera mercari mihi, & metere in futuro præmia ſempiterna. Ideoque *Patricium* abbatem *Croylandiæ*, ac monachos ſuos ibidem Deo ſervientes, & ſervos ſuos univerſos, ipſumque locum **Croyland**, & omnia quæ ſua ſunt, accipio in manum meam, & tanquam fratres meos monachos de ſancto *Albano*, liberos & ſolutos eſſe ab omni onere ſeculari, & quietos ubique per regnum meum ab omnibus vectigalibus haberi præcipio: & confirmo eiſdem prædictum monaſterium ſuum, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, ac aliis rebus, quaſcunque cognatus meus, quondam inclytus rex *Ethelbaldus*, fundator dicti monaſterii, contulerat eiſdem, & quæcunque proceres ſui vel mei poſtea contulerunt, ſeu conferent in futurum, vel quæcunque fideles Chriſti dicto monaſterio *Croylandiæ* conferent in æternum. Iſtud cirographum anno incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſeptin-
793. genteſimo nonageſimo tertio, Ego *Offa* rex *Merciorum* conceſſi & confirmavi. ✠ Ego *Ethelardus* archiepiſcopus *Dorobernienſis* conſenſi. ✠ Ego *Egbaldus* epiſcopus **Wincheſter** ſubſcripſi. ✠ Ego *Aldredus* epiſcopus *Dorcaſiſtrenſis* ſubnotavi. ✠ Ego *Aldulphus* epiſcopus **Lichfeild** colaudavi. ✠ Ego *Benna* abbas de **Pedeſhamſted** corroboravi. ✠ Ego *Ceolburga* abbatiſſa de *Berdea* aſpiravi. ✠ Ego *Heaberictbus* comes ad imperium domini mei regis conſignavi. ✠ Ego *Tilberus* presbyter domini mei regis *Offæ*, ad ejus præceptum hoc chirographum manu mea ſcripſi.

Confirmatio Witlafii *regis* Merciorum *monaſterio de* **Croyland**.

Ibid. fol. 487. n. 10.

Witlaſius diſpoſitione divina rex *Merciorum* omnibus chriſticolis univerſā *Merciam* inhabitantibus ſalutē ſempiternam. Magnalia Dei prædicare & publicare minimè mihi verecundū, ſed verè videtur honorificū & glorioſum: unde apertè confiteor Domino, qui in altis habitat, humilia reſpiciens in cœlo & in terra, quoniam ad tempus iratus eſt mihi, converſus eſt furor ſuus, & conſolatus eſt me, humilians in ira ſua peccatorem uſque ad terram, detrahens uſque ad pulverem, & iterum meſericordia ſua ſuſcitans de pulvere egenum, & de ſtercore erigens pauperem, ut ſedeam cum principibus & ſolium gloriæ teneam. In die igitur bonorum, ne immemor ſim malorum; memor ero *Rahab* & *Babylonis* ſcientium me; non *Rahab* meretricis, ſed *Etheldrithæ* ſanctiſſimæ virginis, cognatæ meæ, pro ſponſi ſui, agni immaculati, amore *Croylandiæ* recluſæ, & in tempore tribulationis meæ me in cella ſua quatuor menſium ſpatio diligentiſſimè abſcondentis à facie inimici & perſequentis; memor etiam ero *Babylonis*, non turris confuſionis, ſed ſanctiſſimæ eccleſiæ *Croylandenſis*, quæ terra turris ad cœlum aſcendens vigiliis & orationibus, pſalmis & lectionibus, diſciplinis & afflictionibus, lachrimis & ſingultibus, eleemoſinis & innumeris aliis devotionibus pietatiſq; operibus, pro ſæculo *peccatore fortiſſimam violentiam regno cœlorum ingerit die ac nocte. Itaque quoniam venerabilis pater dominus *Siwardus* abbas *Croylandiæ* protexit me in tabernaculo ſuo in die malorum, celans ac ſalvans à facie tribulantis: ultra privilegia meorum anteceſſorum regum *Merciorum*, qui prædictum monaſterium variis libertatibus & donariis nobiliter illuſtrarunt, offero & ego magno altari prædicti monaſterii de paupertate mea calicem aureum, crucem auream, & tabulam capellæ propriæ laminis aureis deauratam, me profitens dictæ eccleſiæ perpetuum pro viribus defenſorem. Inſuper præcipio omnibus miniſtris meis per univerſam *Merciam* conſtitutis, quod abbati *Croylandiæ*, monachis, & omnibus fratribus illius ſanctiſſimi monaſterii, cum ad civitates & caſtella regia pro quocunque negotio acceſſerint, tanquam *Wimundo* filio meo, vel mihi, obediant in omnibus & miniſtrent, nihil pro expenſis, quas ipſi, vel ſui fecerint ibidem, ab iis accipientes, ſed cum litera vel ſigno dictorum monachorum, arcarius meus omnes expenſas hujuſmodi, cum dicti miniſtri mei annumeraverint, pro fiſco integrè acceptabit. Volo etiam & præcipio, quòd quicun-
que in regno meo pro quocunque delicto reus in- Sanctuarium.
ventus, & legibus obnoxius fuerit, ſi fugerit ad dictum monaſterium; & coram abbate dicti monaſterii, qui pro tempore fuerit, gratiam ſanctiſſimi confeſſoris *Guthlaci*, ibidem corporaliter quieſcentis, invocans, fidelitatem ei & ſervitium juraverit ſempiternum: ſalvus & ſecurus protectione

* Forte, ſecluſo.

ctione abbatis & monachorum ſuorum, in quocunque ſervitio per totam inſulam *Croylandiæ* ipſum poſuerint, ſicut in aſylo, vel in camera mea propria pace mea & impunitate gaudeat, nulluſque miniſtrorum meorum ultra illum inſequi audeat, nec in aliquo moleſtare, ſub pœna perditionis dextri ſui pedis, quicunque in meo regno illud meum privilegium tentaverit in aliquo violare. Licebitque dicto fugitivo in quibuſque aquis quæ dictam inſulam ambiunt, navigare & piſcari, ac aliter, quocunque modo à dominis ſuis aſſignatus fuerit, laborare, abſque miniſtrorum meorum, vel alicujus alterius calumnia vel gravamine. Quòd ſi extra dictas aquas, vel metas dicti monaſterii captus aliquando fuerit, pœnam quam quondam meruit, ſive mortem, ſive membrorum ſuorum mutilationem, ſi miniſtri mei, vel quicumque ſui adverſarii per juramentum ſex hominum fide dignorum probare poterunt, quòd extra metas ſuas inventus fuerit, abſque ulla gratia ſuſtinebit. Dictas verò metas monaſterii **Croyland** in quinque ejus aquas prædictas tam miniſtris meis, quam abbati & monachis ſuis pro ſuis dictis fugitivis deſcribi feci & notari. Dictæ namque aquæ vocantur iſtis nominibus, videlicet **Schepiſhée** ad orientem, in cujus ripa occidentali crux lignea ſtat vetuſta, & diſtat ab ipſa aqua per decem pedes, æqualiter poſita in medio inter duos angulos ejuſdem inſulæ, ſcilicet **Aſwictoft**, qui eſt angulus & meta dictæ inſulæ contra vulturnum, & **Tedwarker**, qui eſt angulus & meta dictæ inſulæ contra ſubſolanum. Secunda aqua, quæ claudit dictam inſulam ad auſtrum vocatur **Southée**, in cujus ripa eſt poſita crux lapidea diſtans à **Namanlandhirne** per 5. perticatas. & à **Southée** per ſex perticatas, ubi **Southée** intrat in aquam de **Nene**, quæ currit ad pontem de **Croyland**: ſed metæ fugitivorum in illa parte diriguntur in mariſcum occidentale per * **Einſet** contra africum, & ſic uſque ad **Folwardſtaking** contra corum, & ſic divertendo ad boream, ubi **Southlake** intrat in aquam de **Weland** ex oppoſito lapideæcrucis, quæ ſtat in boreali ripa dictæ aquæ de **Weland**, diſtans ab ipſa aqua per 5. pedes, quæ currit inde ad prædictum pontem de **Croyland**: ſed metæ fugitivorum ab illa cruce diriguntur in mariſcum boreale directè uſque ad **Oggot**, qui eſt angulus metarum contra favonium, & ſic redeundo verſus orientem per **Wodelade** uſque ad **Apinholt**, & ibi aſcendendo per aquam de **Weland**, quæ eſt quarta aqua claudens inſulam in illa parte, ſicut tercia aqua de **Nene** claudit eam ex altera parte pontis de **Croyland**, uſque ad ſeweram de **Aſendike** cadentis in **Weland**, ubi ſtans fracta crux lapidea diſtat ab ipſa aqua de **Aſendike** per tres perticatas in ejus ripa auſtrali: & ipſa aqua de **Aſendike** eſt quinta aqua claudens ab illo loco inſulam prædictam, contra aquilonem uſque ad **Aſwictoft**. Si extra iſtas 5. aquas & metas prænotatas fugitivus inventus fuerit, tanquam *Semei* extra *Jeruſalem* publicis legibus ſubjiciendus, pœnam quam meruit patietur. Quod ſi infra prædictas metas, & prædictaruma quarum ripas exteriores homicidium, furtum, vel aliam foriſfacturam fecerit, per balivos dicti monaſterii capiendus, juxta demerita in ipſa inſula, cujus immunitatem perdidit, patietur, & ibidem judicandus in carcere abbatis condemnabitur. Et ut illud meum privilegium firmiùs & fortiùs ad poſteros perſeveret, per dominum meum *Egbertum* regem *Weſt ſaxoniæ*, & *Athelwolphum* filium ejus illud obtinui confirmari. Offero etiam ſecretario dicti monaſterii in miniſterium ſanctiſſimi altaris chlamydem coccineam, qua indutus eram in coronatione mea, ad capam inde ſive caſulam faciendam; & in eccleſiæ ſanctiſſimum ornamentum, velum meum aureum quo inſuitur excidium *Troiæ*, in meo anniverſario (ſi placuerit) in parietibus ſuſpendendum. Offero etiam refectorario dicti monaſterii ad uſum Præſidentis quotidie in refectorio ſcyphum meum deauratum, & per totam partem exteriorem barbaris vinitoribus ad dracones pugnantibus cœlatum, quem crucibulum meum ſolitus ſum vocare, qua ſignum crucis per tranſverſam ſcyphi imprimitur interiùs, cum quatuor angulis ſimili impreſſione protuberantibus, & cornu menſæ meæ, ut ſenes monaſterii bibant inde in feſtis Sanctorum, & in ſuis benedictionibus meminerint aliquando animæ donatoris *Witlaſii*. Confirmo etiam dicto monaſterio omnes terras & tenementa, poſſeſſiones, & earum peculia, & omnia alia donaria, quæ prædeceſſores mei reges *Merciorum*, & eorum proceres, vel alii fideles Chriſtiani, ſive Judæi dictis monachis dederunt, vendiderunt, vel invadiaverunt, aut aliquo alio modo in perpetuam poſſeſſionem tradiderunt; & ſpecialiter donum *Thoroldi* quondam vicecomitis *Lincolniæ* in **Bokenhale**, videlicet duas carucatas terræ & dimidiam, & viginti ſex acras prati, & quinquaginta acras ſylvæ de **Bruſh**. Item donum *Geolphi* filii *Maltæ* in **Halington**, viz. 4. bovatas terræ de **Inland**, & 10. bovatas in ſervitio, & 24. acras prati in **Gerathorp**. Item donum *Fregiſti* militis, viz. totam villam de **Langtoft**, & in campis ejuſdem ville 6. carucatas terræ arabilis, habentes in longitudine 15. quarentenas, & 9. quarentenas in latitudine, & 100. acras prati, & ſylvam & mariſcum duarum leucarum in longitudine, & duarum leucarum in latitudine. Et eccleſiam ejuſdem villæ, & 40. acras de eodem feodo in campo de **Deping**. Item donum *Algari* militis, ſcilicet **Northland** in **Baſton**, viz. 4. carucatas terræ arabilis, continentes in longitudine 8. quarentenas, & octo quarentenas in latitudine, & 45. acras prati, & mariſcum continens in longitudine 16 quarentenas, & 8. quarentenas in latitudine, & eccleſiam ejuſdem villæ, & unum molendinũ, & dimidium alterius molendini, & totam piſcariam in aqua à molendino verſus occidentem uſque ad finem ejuſdem mariſci verſus orientem. Item donum ejuſdem *Algari* militis in **Repingale**, viz. 3. carucatas terræ arabilis, & 40. acras prati. Item donum *Normanni* quondam vicecomitis in **Sutton** juxta **Boſworth**, duas carucatas terræ, & unum molendinum ventricium. Item donum ejuſdem *Normanni* in **Stapleton**, viz. manerium & duas carucatas terræ. Item donum ejuſdem in **Badby**, viz. 4. hidas terræ cum appendiciis. Item donum domini *Algari* comitis in **Holbecke** & in **Cappelade**, viz. 4. carucatas, & 6. bovatas, & 18. acras prati & mariſcum. Item donum ejuſdem in villa ſua de **Spalding**, viz. 3. carucatas terræ, & unam bovatam, & 26. acras prati, &

quatuor

* Aliàs *Einſet*.

Aliàs, *Ergiſti*.

quatuor ſalinas cum eccleſia ejuſdem villæ. Item donum *Oſwii* militis in *Draitona*, viz. 8. hidas terræ, & quatuor virgatas, & eccleſiam ejuſdem villæ. Item donum *Asketelli* coci mei in **Clapthorn**, videlicet, tres virgatas terræ. Item donum *Wulgeti* pincernæ mei, videlicet, 3. virgatas terræ in **Piekerk**. Item donum nuncii mei in **Laythorp**, unam bovatam terræ. Item donum *Siwardi* vicecomitis in **Kirkby**, 3. bovatas terræ, unam manſionem & tria cotagia. Et in *Standona* donum *Sigburgæ* comitiſſæ, 5. hidas terræ, & donum *Wulnoti* dapiferi mei in *Adingtona*, videlicet, duas hidas terræ: & piſcariam cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ, & in alia *Adingtona* ex dono ejuſdem unam virgatam terræ. Iſtas terras & tenementa prædicto monaſterio *Croylandiæ* & monachis ibidem Deo ſervientibus in pacificam & perpetuam poſſeſſionem concedo, trado, & confirmo, habenda de me & heredibus meis quibuſcumque regibus *Merciorum* poſt me ſucceſſuris in perpetuam & puram eleemoſynam libere, quietè & ſolutè ab omnibus oneribus ſecularibus, exactionibus, & vectigalibus univerſis, quocunque nomine cenſeantur. Quod ſi quis adverſarius, inſtigante diabolo, in quibuſcunque prædictis terris aut tenementis tot regum ſpatio pacificè poſſeſſis, & eorum authoritate confirmatis, calumniam ponere voluerit in futurum, me & ſucceſſores meos reges *Merciorum* profiteor præſenti cirographo & polliceor, dicti monaſterii futuros in perpetuum defenſores. Iſtud chirographum domino *Siwardo* abbati patri meo, & *Etheldrithæ* ſanctiſſimæ virgini, pro Chriſti amore ibidem recluſæ, carne quidem cognatæ meæ, ſed (quod magis eſt) in Chriſto chariſſimæ ſorori, quondam promiſſum in præſentia dominorum meorum *Egberti* regis *Weſt-Saxoniæ* & *Athelwulphi* filii ejus, coram pontificibus & proceribus majoribus totius *Angliæ*, in civitate *Lundonia* (ubi omnes congregati ſumus pro conſilio capiendo contra *Danicos* piratas littora *Angliæ* aſſiduè infeſtantes) ſigno ſanctæ crucis confirmavi. ✠ Ego *Celnothus* archiepiſcopus *Dorobornienſis* conſului. ✠ Ego *Eubaldus* archiepiſcopus *Eboracenſis* conſignavi. ✠ Ego *Oſmundus Londonienſis* epiſcopus collaudavi. ✠ Ego *Helmſtanus* epiſcopus *Wintonienſis* aſſenſum præbui. ✠ Ego *Herewinus* epiſcopus *Lichfeldenſis* conſenſi. ✠ Ego *Cidda Herefordenſis* epiſcopus aſpiravi. ✠ Ego *Adelſtanus Shireburnenſis* epiſcopus procuravi. ✠ Ego *Humbrithus Helmati* epiſcopus approbavi. ✠ Ego *Wilredus Dommocenſis* epiſcopus annui. ✠ Ego *Herferdus Wigornienſis* epiſcopus gratum habui. ✠ Ego *Godwinus Roffenſis* epiſcopus ſavi. ✠ Ego *Hedda* abbas de **Medeſhamſted** ratificavi. ✠ Ego *Ambertus* abbas *Ripadii* interſui. ✠ Ego *Kinevinus* abbas de **Bardiney** aſtiti. ✠ Ego *Egbertus* rex *Weſt-ſaxoniæ* conceſſi. ✠ Ego *Adelwulphus* fillius regis *Weſt-ſaxoniæ* conſenſum dedi. ✠ Ego *Wulhardus* dux affui. ✠ Ego *Athelinus* dux audivi. ✠ Ego *Herenbrithus* dux acceptavi. ✠ Ego *Swithinus* presbiter regis *Egberti* præſens fui. ✠ Ego *Boſa* ſcriba regis *Withlafii* manu mea chirographum iſtud ſcripſi. ✠ Ego *Withlafius* Domini noſtri Jeſu Chriſti gratia rex *Merciorum*, ad ſanctæ matris eccleſiæ honorem, & divini cultus exaltationem, anno incarnationis ejuſdem noſtri ſalvatoris octingenteſimo triceſimo tertio in feſto ſancti *Auguſtini* confeſſoris, doctoris, & apoſtoli noſtræ gentis, hæc pauca offero, pluraque offerem, quin corpus meum in morte mea tam ſancto monaſterio promitterem, niſi antea ſepulturam meam *Ripadio* devoviſſem. Veruntamen ſpiritus meus permanebit vobiſcum in æternum.

833.

Carti Eadredi *regis.*

Ibid. fol.

“PAX in ſummæ trinitatis nomine, patris & filii & ſpiritus ſancti, Amen. Ego *Edredus* rex terrenus, ſub imperiali potentia regis ſeculorum æternique principis, magne *Britanniæ* temporale gerens imperium, univerſis Chriſtianis tam præſentibus quàm poſteris ſalutis beneficium in authore ſalutis. Vobis liqueat omnibus quod per devotam ſuggeſtionem & frequentem provocationem dilecti clerici & cognati mei *Turketuli* mihi factam ſuper reparatione, reſtauratione ac libertate ſacroſanctæ eccleſiæ & monaſterii *Croylandenſis*, in quo reconditæ ſunt reliquie ſancti *Gutblaci* confeſſoris & anachoritæ, non modicum condolui & compaſſus ſum, tam pro depopulatione ſanctæ matris eccleſiæ, quàm pro minoratione beneficiorum ſpiritualium pro animabus progenitorum meorum per opera miſericordiæ multipliciter & frequenter impenſorum, recolens, ibi cœnobium nigrorum monachorum ordinis ſancti *Benedicti* à nobili rege *Merciorum*, *Ethelbaldo* nomine, quondam *Alwionis* filio eſſe fundatum, affluenter ditatum, & regalibus privilegiis ſufficienter munitum, ut per inſpectionem cartarum ejuſdem *Ethelbaldi* ad ſecuritatem dictorum monachorum compoſitarum, ſatis erat conſilio meo declaratum. Sed poſt multorum temporum curricula per paganorum exercitum erat devaſtatum, & cum omnibus ornamentis & monumentis compluribus igne crematum & conſumptum. Ubi prædictus *Turketulus*, qui juxta Pſalmiſtæ vocem propheticam, *odit eccleſiam malignantium, & dilexit decorem domus domini*, pio ſtimulatus deſiderio, dictum cœnobium reparare & reædificare ſummopere molitur. Hic homo divinæ charitatis zelo in tantum accenſus eſt, ut corde ac corpore ſe ovili dominico ibidem mancipare indeſinenter adoptat. Unde quinque monachi ſenes in eadem inſula latitantes, de quibus duo à * diſpoſitione regreſſi, de ejuſdem *Turketuli* & aliorum juriſperitorum conſilio informati, quaſi graviter formidantes jacturas & diſpendia varia futuris temporibus inopinatè emergentia, totam abbatiam cum omnibus poſſeſſionibus obtentis, & ejuſdem *Turketuli* ſolicitudine recuperatis, meo etiam favore acquiſitis, cum ſex maneriis de prædiis ſuis hæreditarils, in manum meam funditus & ſponte reſignarunt, ut per meam redonationem de firmiori & liberiori ex tunc & inpoſterum gratulentur poſſeſſione. Sed quum fœdus verbo ſolummodo initum, dum à memoria fuerit devolutum, in materiam contrahit litigioſam, niſi rei geſtæ perennis ſcripti patr

* *Aliàs* diſperſione.

cinium ſuffragetur. Hinc eſt, quod ſæpedictum *Turketulum* cum præfatis monachis jam in habitu adunatum, grato meo conſenſu & aſſenſu abbatem ejuſdem monaſterii conſtituo, & tam abbathiam quam omnes poſſeſſiones ſic recuperatas & mihi reſignatas, ex dono meo regali de cetero in perpetuam & puram eleemoſinam illis monachis, & omnibus ſucceſſoribus eorum ſub eadem regula & eodem habitu ſancti *Benedicti* ibidem Deo ſervientibus, trado, dono, & confirmo, & in hunc modum per ſingula declarare diſpono. Inprimis totam inſulam *Croylandiæ* pro gleba eccleſiæ & pro ſitu ſeparali ejuſdem monaſterii cum his limitibus diſtinctam, videlicet, à ponte de **Croyland** triangulo per aquam de **Weland** verſus **Spaldeling** uſque ad **Aſcendick**, ubi **Aſcendick** cadit in aquam de **Weland** ex orientali parte crucis lapidie per prædictum *Turketulum* ibidem affixe, & ſic ſurſum verſus orientem per **Aſcendick** uſque ad **Aſwicktoft**, & inde uſque ad **Shepſhæ** in orientali parte ejuſdem inſulæ, & ſic uſque ad **Tedwarthar**, & ibi intrando **Southæ** uſque ad **Namanlandhirne**, ubi crucem lapideam affigi præcepit idem *Turketulus*, diſtantem à **Southæ** per ſex perticatas, & ſic in illa aqua diviſio duorum comitatuum, *Lincolniæ* videlicet & *Grantebrigiæ*, & diſtat eadem crux ab aqua de **Nene** verſus occidentem per 5. perticatas; & inde per eandem aquam de **Nene**, ſicut currit ad ſupradictum pontem de **Croyland**, cum ſeperali piſcaria tam in aquis omnibus ambientibus eandem inſulam quam in ſtagnis & plaudibus infra ſitum incluſis, una cum mariſcis & alnetis adjacentibus verſus occidentem ex oppoſito ejuſdem inſulæ, in omnibus *Lincolniæ* comitatui annexis & reſpondentibus, & per hos limites in hunc modum determinatis, videlicet à **Namanlandhirne** per aquam de **Nene** verſus occidentem uſque ad finem fictum, ubi crux lapidea defixa eſt juxta ripam, & ab inde uſque ad **Grinis**, & ſic uſque ad **Folwardſtaking**, & inde uſque ad **Southlake**, ubi **Southlake** cadit in aquam de **Weland**, & ſic tranſeundo eandem aquam, & incipiendo ad **Kenulphſton** juxta ripam ex oppoſito de **Southlake**, ubi primus abbas à fundatione ejuſdem monaſterii, nomine *Kenulphus*, poſuit crucem lapideam pro limite inter **Croyland** & **Deping**, & ab inde tendendo verſus boream juxta **Aſpath** uſque ad **Werwarlake**, & ſic uſque ad **Harinholt**, & deinde ſurſum per **Mengarlake** & **Lurtlake**, & ibi ſunt limites dividentes **Hoiland** & **Keſtevene**, & inde uſque ad **Oggot**, & ſic uſque ad **Apinholt**, ſive alio nomine **Wodelade**, ubi **Wodelade** cadit in aquam de **Weland**, cum omnibus appendiciis, & omni commodo quod poſſit evenire ſive extorqueri infra ſupradictos limites, tam ſubter terram quàm ſupra, cum communa paſturæ in mariſcis adjacentibus ex utraque parte aquæ de **Weland**, videlicet ex una parte ab ipſa aqua uſque ad agrum de **Medeſhamſted**, & ex alia parte ab eadem aqua uſque ad ædificia de **Spaldeling**, cum ſeperali piſcaria in eadem aqua de **Weland**, à **Kenulphſton** uſque ad pontem de **Croyland**, & ab inde in eadem aqua & in aqua de **Weland** coadunatis uſque ad **Aſcendick**. Poſſunt etiam dicti monachi de eiſdem mariſcis verſus occidentem adjacentibus pro ſe & hominibus ſive tenentibus ſuis includere croftos ſive pratum circa pontem ſeperariter quantum illis placuerit. Quare volo, quod dicti monachi habeant prædia iſta de donatione & confirmatione mea, libera & ſoluta ab omni cauſa & onere ſeculari, & omnes libertates & liberas conſuetudines, cum omni illo quod appellatur, *ſocha*, *ſacha*, **Tol** & **Tem**, **Infangthef**, **Weif** & **Stray**, & cum hiis legitimè appendentibus in puram & perpetuam eleemoſynam meam. Præterea trado, dono & confirmo eiſdem monachis has poſſeſſiones eidem cœnobio ex donatione antiqua procerum regni mei ab olim dependentes, videlicet, in **Lincolnſhire**, in **Spaldelinge** tres carucatas terræ. In **Pincebeck** unam carucatam terræ. In **Cappelade** tres carucatas terræ, ſex bovatas terræ, & duodecim acras prati, cum eccleſia ejuſdem villæ. In **Algare** duodecim bovatas terræ. In **Donneſdike** duas carucatas terræ, & viginti acras prati. In **Drayton** unam carucatam terræ & ſex acras prati, & 4. ſalinas. In **Burtoft** unam bovatam terræ, cum *Socha*, *Sacha*, & cum eccleſia de **Sutterton**. In **Bokenhale** duas carucatas terræ & dimidiam, & viginti ſex acras prati, & quinquaginta acras ſylvæ, & 70. acras de **Bruſhe**. In **Halington** decem bovatas terræ cum quatuor bovatis de **Inlond**, & cum triginta duabus acris prati de eodem feodo in **Gerumthorp**. In **Langtoft** ſex carucatas terræ arabilis (& habet quindecem quarentenas in longitudine, & novem quarentenas in latitudine) & centum acras prati, & ſylvam, & mariſcum duarum leucarum in longitudine, & duarum leucarum in latitudine, & eccleſiam ejuſdem villæ, & quadraginta acras de eodem feodo in campo de **Deping**. In **Baſton** apud **Tetford** quatuor carucatas terræ arabilis, & quadraginta quinque acras prati cum eccleſia ejuſdem villæ, & cum 16. quarentenis mariſci in longitudine & 8. quarentenis in latitudine; cum uno molendino aquatico, & dimidio molendino. In **Repingale** tres carucatas terræ arabilis & 60. acras prati. In **Laithorp** unam bovatam terræ. In **Kirkby** tres bovatas terræ, unam manſionem & tria cotagia. In **Northamtonſhire**, in **Wedlingburough** 6. hidas terræ, & dimidiam cum eccleſia ejuſdem villæ, cum *ſocha*, *ſacha*, &c. In **Adington** tres hidas terræ cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ. In **Helmington** tres hidas. In **Glapthorn** tres virgatas terræ. In **Wirthorp** unam hidam & dimidiam cum uno molendino aquatico. In **Peykirk** duas virgatas terræ. In **Badby** manerium & quatuor hidas terræ, cum triginta acris prati. In **Huntindonſhire**, in **Morberne** 5. hidas terræ cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ. In **Thiring** vnam hidam & dimidiam terræ. In **Leyceſtreſhire**, in **Beby** decem carucatas terræ & dimidiam cum eccleſia ejuſdem villæ. In **Sutton** 2. carucatas terræ. In **Stapleton** 2. carucatas terræ. In **Grantebridgſhire**, in **Kotenham** 11. hidas terræ



Beverlacenſis eccleſiæ conventualis, facies. occidentalis.

The West Proſpect of yᵉ Conventual Church of Beverley.



Daniel King delin: et ſculpſit.

“ cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ alternis vicibus. In **Hokitton** *6.* hidas terræ & dimidiam cum eccleſia ejuſdem villæ. In **Draiton** octo hidas terræ & dimidiam cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ. In **Hartfordſhire**, in **Standonn** 5. hidas terræ. Et volo quod dicti monachi ſint quieti & ſoluti ab omni *Scotto*, *Geldo*, auxiliis vicecomitum, *Hydagio*, & à ſecta in *Schiris*, *Wapuntakis*, *Hundredis*, *Thrichingis* & omnimodis aliis curis, & ſeculi oneribus univerſis. Et præcipio quod omnes homines fugitivi quòs iidem monachi & teſtimonium quatuor vel quinque hominum fide dignorum, coram vicecomite in patria in qua tales manent, poſſunt affidare ſuos nativos eſſe, reducantur per prædictum vicecomitem in abbathiam eorum cum omnibus catallis & ſequelis eorum, omnium reclamatione & reluctatione abinde remota & annullata. Et ſi quid priùs egerint in fraudem dominorum ſuorum, illud caſſatum omnino decerno. Et ſi quis hominum nativorum ſuorum vel nativè de eis tenentium aliquod delictum fecerit, pro quo catalla ſua debet perdere, ipſa catalla prædictis monachis integrè liberentur ubicumque facta fuerit juſtitia. Et volo, quod vicecomes vel aliquis de ballivis ſeu miniſtris meis repertus negligens, vel protrahens eorum negotia contra juris ordinem & libertates eorum, ſit in foriſfactura 20. librarum theſauro meo ſolvendarum. Et ne aliquid omittatur quod ad ſecuritatem jurium & libertatum eorum monachorum præſenti chartæ convenit inſerere, ſaltem propter eos quos plus terret diſpendium temporale vitæ præſentis quàm ſupplicium gehennale perpetuò duraturum, diſtrictè præcipio, quod omnes & ſinguli cujuſcumq; fuerint gradus vel conditionis qui præſentis ſcripti ſanctionem contra formam & effectum voluntatis meæ expreſſæ in eodem, in aliquo violare nituntur, perturbare vel minuere procurant, conſilio, auxilio vel favore, quominùs pacificè poſſideant aliqua dona ſibi conceſſa, vel veſcantur aliquibus privilegiis ſuperius memoratis, ſint condemnati in pœna forisfacturæ centum librarum legalis monetæ theſauro meo, hæredum vel ſucceſſorum meorum perſolvendarum, quoties ſic attentare præſumſerint; necnon quod ſatisfaciant dictis monachis pro damnis & expenſis per eos ſibi factis vel illatis, taxandis per juramenta quatuor vel quinque hominum fide dignorum, per quos rei veritas meliùs agnoſci poterit, coram judicibus meis, hæredum vel ſucceſſorum meorum definiendis. Ut ſic qui ſeculo ſponte renunciantes ſe jugo dominico manciparent, & jam facti ſunt mundo mortui, abſque mundi turbine & inquietudine liberam habeant facultatem divinæ vacare contemplationi.

“ Iſta donaria licet minima ad laudem ſummæ Trinitatis, & in precium redemptionis animæ meæ, prædictis monachis devotus perpetuavi & ſtabilivi, in anno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti nongenteſimo, quadrageſimo octavo, in præſentia archiepiſcoporum, epiſcoporum & procerum regni mei ſubſcriptorum. ✠ Ego *Wulſtanus*, archiepiſcopus *Eboracenſis* devotus ſubnotavi. ✠ Ego *Odo*, *Dorobernenſis* archiepiſcopus conſilium & conſenſum meum ad iſtud dedi. ✠ Ego *Alfredus*, *Schireburnenſis* epiſcopus affectavi. ✠ Ego *Kinſius*, *Lichfeldenſis* epiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Kinewaldus*, *Wigornenſis* epiſcopus iſtud factum corroboravi. ✠ Ego *Ceolwulphus*, *Dorcaciſtrenſis* epiſcopus deſideravi. ✠ Ego *Athelwoldus*, abbas *Abbendonenſis* approbavi. ✠ Ego *Dunſtanus*, abbas *Glaſconiæ* multùm adoptavi. ✠ Ego *Oſlake* dux ad inſtantiam domini mei regis callaudavi. ✠ Ego *Brithnodus* dux commendavi. ✠ Ego *Alcinus* comes favi. ✠ Ego *Aigulfus* comes conſignavi. ✠ Ego *Radbodus* comes conſenſum dedi. ✠ Ego *Bingulph* vicedominus conſului. ✠ Ego *Alfer* vicecomes audivi. ✠ Ego * *Harceus* miniſter interfui. ✠ Ego *Sigeus* miniſter auſcultavi. ✠ Ego *Athelwardus* miniſter aſpexi. ✠ Ego *Turketulus* (licet miniſter inutilis) finem cernens mei propoſiti, ob hujus rei gratiam æternum Deum laudo per omnia, & licèt ſerò veniens ſub habitu monachali, & animo contrito jugo regulari meipſum ſubmiſi, ut ſaltem ſic ſenectutis meæ fæces creatori meo cogar immolare. Magnificat ergo anima mea dominum, & vos fratres magnificate dominum mecum, ut in ſanctitate & juſtitia coram ipſo ſervientes, ſemperq; mundi principe triumphato, ſic curramus in præſentis vitæ ſtadio, ut in futuro ad divinæ ſpeculationis bravium pertingere mereamur. *Amen.*

* *Aliàs* Farceus.

Vide vol. 2. pag. 853. col. 1.

BEVERLACENSE

Cœnobium in agro Eboracenſi.

SANCTUS *Johannes* epiſcopus *Eboracenſis* in oppido ſuo *Beverolaco* cœnobium monachorum inſtituit, in quo ſepultus eſt, unà cum ſancto *Brithuno* ejus diacono, quem ibidem conſtituerat religioſorum abbatem.

Lelandi collectan. vol. 3. p. 3.

S. *Winewaldus* ibidem ſepultus.

Monaſterium *Beverolacenſe* olim à *Danis* deſtructum, quo tempore erant & monachi & velatæ virgines in eodem cœnobio.

Ex libro incerti autoris de vita S. Johannis *archiepiſcopi* Eboraci, *ſive de antiquitate* Beverlacenſi.

Ib. p. 153.

SAnctus *Johannes* archiepiſcopus *Eboraci* natus, ut vulgo creditur, in villa de **Harpham**.

Folchardus Cantuar. ſcripſit vitam D. *Johannis* archiep. *Eboraci.*

S. *Johannes* primus doctor theologiæ in *Oxonia.*

Beda diſcipulus divi *Johannis.*

D. *Johannes* diſcipulus *Theodori* archiep. *Cantuariæ.*

S. *Johannes* fuit heremita apud **Harneſhalg** in monte aquilæ ſuper ripam *Tinæ* propè **Hexam.**

Alfridus rex fautor S. *Johannis.*

S. *Johannes* ſucceſſit *Eate*, epiſcopo *Haguſtald.*

S. *Johannes* frequentabat oratorium S. *Michaelis* propè **Hexham.**

Herebaldus diſcipulus S. *Johannis*, comesque individuus.

Brithunus poſtea abbas *Beverlaci*, diſcipulus S. *Johannis.*

S. *Sigga* diaconus S. *Johannis.* *Quenburga* monacha de **Wetandun** curata à D. *Johanne.* **Deirewald** locus nemoroſus, id eſt, *ſilva Deirorum*, poſtea **Beverlac**, quaſi *locus*, vel *lacus caſtorum*; dictus à caſtoribus quibus *Hulla* aqua vicina abundabat.

S. *Johannes* reperit in **Beverlac** eccleſiam parochialem ſancti *Johanni* Evang. ſacrum. Acquiſitis hujus loci ſitu & dominio, prædictam eccleſiam ſanctam in monaſterium convertit & monachis aſſignavit. Presbyterium, hoc eſt chorum eccleſiæ, de novo ibi conſtruxit, habente Priore eccleſiæ S. *Joannis* locum in navi eccleſiæ. Fabricavit ad auſtralem prædictæ eccleſiæ oratorium S. *Martini*, ubi poſtea moniales collocavit. Aſſociavit monaſteriis iſtis ſeptem preſbyteros & totidem clericos in navi eccleſiæ S. *Johannis.*

S. *Johannes* acquiſivit ſuis monaſteriis manerium de **Ridings.** Ex tunc conſtruxit eccleſiam S. *Nicholai* in fundo dominii ſui.

Puch, comes quidam, habens manerium apud auſtralem **Burton** duobus paſſuum millibus à *Beverlaco.* *Yolfrida* filia comitis *Puch*, monialis facta apud **Beverlic**, cujus matrem liberaverat S *Johannes* ab egritudine. *Puch* dedit cum filia manerium de **Walkingtone.** *Yolfrida* obiit 3. Id. Martii anno Domini 742. cujus oſſa ſepulta ſunt *Beverlaci.*

Addi comes de boreali **Burton** dedit borealem **Burton**, cum ejuſdem eccleſiæ advocatione eccleſiæ de *Beverlaco*, tempore S. *Johannis* archiepiſcopi. Poſt hæc conſtructæ capellæ in **Lekinfeld**, & **Scorburgh** quæ fuerunt in parochia de **Burton**, quæ proceſſu temporis factæ ſunt eccleſiæ parochiales. *Herebaldus* diſcipulus S. *Johannis* abbas de **Tynmuth.** *Oſredus* rex ob amorem S. *Johannis* dedit **Dalton** eccleſiam *Ebor.* in qua villa eatenus fuerat manerium regis. S. *Johannes* relicto epiſcopatu quatuor annos tranſegit in **Beverlac.** S. *Johannes* comparavit eccleſiæ de **Beverlac** terras in **Middelton**, in **Welwik**, in **Bilton**, & **Patrington.**

Obiit *Brithunus* primus abbas *Beverlacenſis* id. Maii anno Domini DCCxxxiij. & ſepultus juxta S. *Joannem.*

Winwaldus, monachus ejuſdem loci, abbas ſecundus, obiit anno Domini DCClj.

Wulfeth tertius abbas *Beverlacenſis* obiit anno Domini DCClxxiij. cæterorum abbatum nomina ignota.

Anno Cxlvj. à depoſitione S. *Joannis*, deſtructum monaſterium *Berverlaci* à *Danis* cum libris & ornamentis omnibus. Monaſterium de **Berverlac** manſit triennio deſolatum, poſtea redierunt presbyteri & clerici ad **Beverlac**, & locum reparaverunt.

Athelſtanus rex venit ad **Beverlac**, & victis *Scottis* novum ibidem collegium inſtituit Canonicorum ſecularium. Villa S. *Johannis* in *Scotia*, ſic nominata ab *Athelſtano* ob amorem quem habuit erga eccleſiam S. *Johannis Beverlacenſis.*

Adelſtanus terras eccleſiæ *Beverlac.* dedit in **Brandesburton** & **Lokington.** Rex *Athelſtanus* ſuum jus de *Heſtraffla*, id eſt, de *pabulo equorum*, quod ei in **Eſtriding** ſingulis annis ſolvebatur &c. S. *Joannis* vexillum aſſumptum ab *Athelſtano*, quo tempore debellavit *Scottos.* *Athelſtanus* ſignum quærens quo jure dignoſceret *Scottos* ſubjectos jure *Anglis*, gladio altè vulneravit ſaxum apud **Dunbar.**

Charta ibidem *Athelſtani* regis de immunitate & libertate denique aſylo terrarum S. *Joannis* Saxonicè ſcripta. Crux ultra vallem **Molleſcroft** una metarum pacis & aſyli S. *Johannis.* *Athelſtanus* rex ſtatuit ut *Beverlacus* eſſet caput totius *Eſt Ridingiæ.* *Athelſtanus* hæc privilegia confirmavit anno Domini DCCCCxxxviij. & à depoſitu S. *Johannis* CCxvij. Ab hoc tempore devenit villa *Beverlaci* eſſe amplior, & populi fuit magnus confluxus. His temporibus confluente populo, conſenſu Canonicorum *Beverlaci*, conſtructe ſunt duæ capellæ *Eboraci*, una in honore beatæ *Mariæ*, alia in honore S. *Thomæ* apoſtoli, ſalvo jure matricis eccleſiæ.

Alfricus xvij. archiepiſcopus *Eboraci* tranſtulit oſſa S. *Joannis.* Annulus cum fragmentis libri evangeliorum, inventus in ſarcophago S. *Joannis.* Facta eſt tranſlatio anno à depoſitione *Joannis* CCCxvj. anno Domini MCCCvij. viij. cal. Novembris, tempore *Edwardi*, antequam regiam conſecutus fuiſſet dignitatem. Hæc ſcriptura inventa poſtea in theca reliquiarum S. *Joannis.*

Anno Domini Mlxxxviij. vj. menſis Sept. combuſta fuit eccleſia S. *Joannis* in ſequenti nocte poſt feſtum *Mathei* apoſtoli. Tranſlata ſunt eodem tempore oſſa S. *Britbuni* abbatis *Beverlaci.*

Hic *Alfredus* epiſcopus *Ebor.* ordinavit tres officiarios in eccleſia *Beverlaci*, ſacriſtam, cancellarium & præcentorem, habitum Canonicor. geſtaturos. Hic *Alfridus* acquiſivit à quodam *Fortio* divite, pecunia ſua terram apud **Middleton**, **Holme**, & **Fridaythorp.** Hic etiam *Alfridus* ab *Edwardo* rege impetravit, ut tres feriæ annuæ eſſent *Beverlaci.* Hic etiam conſuetudinem fecit ut vicini nobiliores ter in anno, jejuni & diſcalceati, reliquias S. *Joannis* intra & extra villam ſequerentur. Hic etiam refectorium & dormitorium diſpoſuit apud *Beverlacum* fabricari, ſed morte præventus eſt.

Kinſius archiepiſcopus *Eboraci* turrim in eccleſia excelſam fabricavit apud *Beverlacum.* *Aldredus* archiepiſcopus *Eboraci*, refectorium & dormitorium in *Bederna Ebor.* perfecit.

Edwardus rex, inſtantia *Aldredi*, dedit eccleſiæ *Beverlacenſi* dominium in **Leven.** Hic primus ſeptem Canonicos fecit Præbendarios. Hic etiam Præbendariis certa loca aſſignata & vicarios eis deſignavit. Hic *Aldredus* veterem eccleſiam novo presbyterio decoravit. Hic etiam addidit octavum Canonicum Præbendarium. Hic a preſbyterio ad turrim totam eccleſiam pictorio opere, quod *cælum* appellabat, exornavit. Hic ſupra oſtium chori pulpitum ære, ære auro, argento auro,

mirabili

Beverlaicensis ecclīæ colleg: latus meridionale.

The South Prospect of yͤ Collegiat Church of Beuerley


Quo Memoria ipsius diutine permaneat Michael Warton Arm. hoc posuit.

mirabili opere *Tentonico* exornavit.

Alveredus hiſtoricus ſacriſta & theſaurarius *Beverlaci* ſcripſit hiſtoriam de rebus *Anglicis*. Rex *Gulielmus* primus fixerat tentoria vij. millium paſſibus à *Beverlaco*.

Thurſtinus miles *Gulielmi* primi inſequutus eſt veteranum in eccleſia *Beverlacenſi* ſtricto gladio, & ibi miſerrimè morbo correptus eſt.

Gulielmus primus dedit **Sigleſthorne** eccleſiæ *Beverlacenſi*, & præceplt ne ejus exercitus eccleſiam *Beverlacenſem* lederent.

Thomas ſenior, archiepiſcopus *Eboraci*, dedit *Thomæ* juniori nepoti ſuo, propter diſcordiam Canonicorum novam dignitatem, id eſt, præpoſituram de *Beverlaco*, ita tamen ut neq; vocem in capitulo neq; ſtallum in choro haberet.

Locus qui *Bederna* antiquitùs dicebatur, nunc eſt domus Præpoſiti; & nova *Bederna* adjuncta eſt ejus domui, ubi nunc ſunt vicarii præbendariorum, quibus Præpoſitus ſtipendia perſolvit.

Ex libello adjuncto de Præpoſitis Beverlaci.

T*Homas* junior primus. *Thurſtinus* ſecundus, poſtea archiepiſcopus *Ebor*. Hic primus archiepiſcopus *Ebor*. habuit præbendam in *Beverlaco*, & hanc dignitatem retinuere ejus ſucceſſores, archiepiſcopi *Eboraci*. *Thomas Normannus* iij. *Robertus* iiij. *Thomas Beket* v. *Robertus* vj. *Galfridus* vij. temporibus *H.* 2. *Simon* viij. *Fulco Baſſet* ix. *Joannes Cheſhub* x. *Gulielmus Ebor.* xj. temporibus *H.* 3. idem epiſc. *Sarum*. *Joannes Maunſel*, xij. Hic fuit theſaurarius *Eboracen*. *Alanus* xiij. *Morganus* xiiij. *Petrus* de **Cheſter** xv. *Haymo* de *Charto* alienigena xvj. Hic fuit præpoſitura privatus, & poſtea factus eſt epiſcopus *Giberenenſis*. *Robertus* de **Alburwik** xvij. Magiſter *Walterus* xviij *Gulielmus* de **Melton** xix. *Nichol. Hugate* xx. *Gulielmus de la Mar* xxj. tempore E. 3. *Ricardus* de **Ravenſar** xxij. qui præpoſituram melioravit. *Adam Limbergh* xxiij. Magiſter *Joannes Thoresby* xxiiij. Magiſter *Joannes Manfeld* xxv. *Gulielmus Kinwolmarſch* xxvj. poſtea theſaurarius *Angliæ*. *Robertus Nevile* xxvij. Hic ædificavit turrim in *Bederna* tempore *H.* 6. *Robertus Rolleſton* xxviij. *Johannes Gerningham* xxix. fuit theſaurarius *Eboracen*. *Laurentius Bouthe*. xxx. poſtea epiſc. *Dunelmenſis*, & archiepiſc. *Eboracenſis*. Magiſter *Joannes Bouth* xxxj. poſtea *Exon*. epiſc. *Henricus Webber* xxxij. *Patrus Taſtar* alienigena xxxiij. *Guliel. Potman* xxxiiij. *Hugo Trotter* xxxv. . . . . xxxvj. *Thomas Dalby* xxxvij. *Thomas Winter* xxxviij.

Carta *Adelſtani* regis ſancto *Johanni Beuerlaci* data anno Domini DCCCC xxv. de privilegiis.

Yat witen alle yat ever béen,
Yat yis charter heren and ſéen.
Yat I ye king *Adelſtan*
Has yaten and given to ſeint *John*
Of *Beverlike* yat ſai now;
Tol and *Theam* yat wit ye now.
Sok and *Sake* over all yat land
Yat es given into his hand,
On ever ilks kinges gai,

Tol, Theam. Sok, Sake.

Be it all frée yan and ay;
Be it almouſend, be all frée
Wit ilke man and éeke wit mée.
Yat wil i (be him yat me ſcop)
Bot til an Ercebiſcop,
And til ye ſeven minſtre preſtes
Yat ſerves God ther ſaint *John* reſtes.
Yat give i God and ſeint *John*,
Her befor you ever ilkan.
All my herſt corn ineldæl
To uphald his minſtre Wéæll.
Ya four threve (be heven kinge)
Of ilka plough of *eſtriding*:
If it ſwa betid, or ſwa gaas,
Yat ani man her again taas,
Be he baron, be he erle,
Clare, preſt, parſon, or cherel;
Na be he na yat ilk Gome,
I will forſaye yat he come,
(Yat wit ye wæl or and or)
Til ſaint *John* mynſtre dor;
And yar i wil (ſwo Criſt me red)
Yat he bet his miſded,
Or he be curſed ſon on on
Wit al yat ſervis ſaint *John*.
Yif hit ſwa betid and ſwa es,
Yat ye man in manſing es:
I ſai yow over fourti daghes,
(Swilke yan be ſain *John* laghes)
Yat ye chapitel of *Beverlike*
Til ye ſcirif of *Everwike*
Send yair writ ſon onan,
Yat yis manſedman betan.
Ye ſcirref yan ſay i ye,
Witouten any writ one me
Sal minen him (ſwo Criſt me red)
And into my priſon lede,
And hald him (yat is my wilt)
Til he bet his miſgilt.
If men reiſes newe laghes
In any oyer kinges daghes,
Be yay fromed, be yay yemed
Wit yham of the mynſtre demed.
Ye mercy of ye miſdéed,
Gif i ſaint *John*, ſwo Criſt me red,
Yif man be cald of limes or lif,
Or men challenges land in ſtrif
Wit my Bodlaik, wit writ of right,
Y wil ſaint *John* have ye might.
Yat man yar for noght fight in féeld,
Now yer wit ſtaf no wit ſhéeld:
Bot twelve men wil i yat it telle
Swo ſall it be ſwo héer ibelle.
And he yat him ſwo werne may
Overcomen be he ever and ay.
Als he in feld war overcomen,
Ye cravantiſe of him be nomen.
Yat yat i God and ſaint *John*
Her befor iow ever ilkon.
If man be founden ſlan idrunkénd,
Sterved on ſaint *John* rike, his aghen men
Withouten ſwike his akhen bailiffs make ye (ſight,
Nan oyer coroner have ye might:
Swa milkel fredom give i ye,
Swa hert may think or eghe ſée.
Yat have I thought and forbiſéen
I will yat yer ever béen

Libera eleemoſyna.

4. Frumenti. *Thravæ*.

In contradicentes.

Anathema.

Breve *de excommunicato capiendo*.

In innovatores.

Judicium vitæ & membror. It. breve *de Recto*.

Duodecim virale judicium.

Coronatoris officium.

Samenyng and mynſtre lif
Laſt follike witouten ſtrik.
God help alle thas ilk men
Pat helpes to ye thowen. *Amen.*

RIPPONENSE *Cœnobium* *in agro* Eboracenſi.

Rog. Hoved. fol. 243. a. n. 10.

ANNO 948. pro infidelitate *Northimbrenſium* egregius Rex *Angliæ Edredus* totam *Northimbriam* devaſtat, in qua devaſtatione monaſterium quod dicitur in Hripun, à ſancto *Wilfrido* epiſcopo quondam conſtructum, igne eſt combuſtum.

Ex libro de vita S. Wilfridi.

Lelandi collectan. vol. 3. p. 169.

TErræ datæ S. *Wilfrido* à regibus juxta Ribel flumen, id eſt, Hacmundernes, & in Gedene, & in regione *Dunutinga* & in Aetleuum, in ceteriſq; locis. *Ecfridus* rex adhuc juvenis, cum *Bernoth* quodam ſubregulo ejus amico, *Pictorum* ingentem numerum parva manu ſtravit, & duos fluvios cadaveribus interfectorum replevit. *Wilfridus* adeptus eſt locum à regina ſancta *Ætheldrythe*, condendo monaſterium Haguſtaldun. *Berthwaldus* frater *Ethelredi* regis *Merciorum*, *Wilfridum* exulem hoſpicio excepit. *Wilfridus* miſit *Bradwinum* presbyterum & abbatem, magiſtrumque *Alfridum* nuncios ad *Alfridum* regem *Northumbrorum*.

Berthwaldus archiepiſcopus *Cantuar*. ſynodum congregavit in partibus aquilonis juxta flumen Nid ab oriente, ubi rex erat cum principibus & abbatibus, & beata *Elfleda*.

Berectfridus princeps ſecundus a rege in Synodo. Synodus in campo nomine Coſtrefeld.

Berechtfridus unà cum regio puero *Alfridi* obſeſſus in Bebbanberg, vovit ſe ſatisfacturum *Wilfrido*, ſi hoſtes recederent, & regius puer aliquando paterno potiretur ſolio. *Wilfridus* deſignavit *Tatbertum* comitem ſuum individuum præfectum, ſi ipſe fortè moreretur, *Ripenſi* eccleſiæ.

Tibba & *Eabba*, monitu *Ceolredi* regis *Merciorum*, invitabant *Wilfridum* ut in partes *Merciorum* veniret. Poſtremò ad monaſterium ejus quod in Undalum poſitum eſt, in quo olim *Andreæ* apoſtoli dedicavit eccleſiam *Wilfridus* pervenit, ubi paulo poſt obiit.

Bacula abbas, inter ceteros, corpus *Wilfridi* ſyndone involvit. Vixit *Wilfridus* in epiſcopatu annis xlvj.

Tatbertus fit præfectus *Ripenſis* eccleſiæ. *Wilfridi* corpus perductum ad *Ripenſem* eccleſiam. Nobiles quidam exules combuſſerunt cœnobium in Undalum ubi *Wilfridus* obiit, excepta una domo in qua *Wilfridus* obiit, illam nullis fomitibus adjectus comburere potuerunt. Monaſterium de Undalum erat magna ſepi ſpinea circundatum, quæ etiam conflagravit, ſed crux lignea ibi poſita ubi *Wilfridi* corpus ligneo balneo collutum fuit, à trucum labibus intacta permanſit.

Erat in ſacro veſtiario Ripodun liber *Petri Bleſenſis* de vita S. *Wilfridi* dedicatus *Galfrido* archiepiſcopo *Eboracenſi*.

Ex libello de privilegiis ab Æthelſtano *rege* Ripenſi *eccleſiæ conceſſis*.

ATHELSTANUS ſanctuarium *Riponenſi* eccleſiæ conceſſit, & terminos hinc inde ad unum milliare extra oppidum ſanctuario deſignavit, quorum unus appellatus crux *Athelſtani*.

Athelſtanus dedit eccleſiæ *Ripenſi* eaſdem libertates quas dedit eccleſiæ *Beverlacenſi*. Qui pacem ſanctuarii inter eccleſiam *Ripenſem* violaverit, reus ſit bonorum omnium, & vitæ. *Athelſtanus* venit cum omni exercitu ad eccleſiam ſancti *Wilfridi* in Ripon. Voluerat *Osbertus* vicecomes *Eboracenſis* vim tuliſſe libertati *Ripenſis* eccleſiæ anno Domini MCvj. ſed *Gerardus* archiepiſcopus rem regi detulit; venerunt igitur, à rege miſſi, *Robertus* epiſcopus *Lincoln. Radulphus Baſſet*, *Galfridus Ridel*, *Radulphus le Meſchines*, & *Petrus* de *Valoniis*, qui cauſam ventilarent, & tandem jura *Wilfridi* libera eſſe ſtatuerunt.

Habeant omnes pacem in feſto *Petri* & *Pentecoſtes*, eundo & redeundo ad eccleſiam *Ripenſem*.

Ex vita Wilfridi, *autore* Petro Bleſenſi, *quod opus* Galfrido *archiepiſcopo* Eboraci *dedicavit*.

COnſtruxit eccleſiam in *Ripis* ad honorem *Petri*. Magnates qui aderant in conſecratione terras plurimas in dotem eccleſiæ contulerunt, ſcilicet Rible, & Haſmundeſham, & *Marcheſiæ*, & in regione *Duninga*. Idemq; vir Dei quatuor evangelia & bibliothecam pluresq; libros novi ac veteris teſtamenti cum tabulis tectis auro puriſſimo & pretioſis gemmis mirabili artificio fabricatis, ad honorem Dei, & ſui nomini memoriam præſentavit.

Carta Adelſtani *Regis ſancto* Wilfrido *de* Rippon *conceſſa*.

Ex antiquo regiſtro penes ....*Lindle*, ſubdecanum eccleſiæ *Riponenſis*. 1630.

WYt all that es and es gan
Pat ik king *Adelſtan*
As gyven als frelich as i may
And to ye capitell of ſeint *Wilfrai*,
Of my free devotion
Pair pees at *Rippon*
On ilke ſide ye kyrke a mile
For all ill deedes and ylke agyle
And within yair kirke yate
At ye ſtan yat *Grithſtole* hate.
Within ye kirke dore and ye quare
Pair have pees for les and mare.
Ilkan of yis ſtedes ſal have pees
Of *Frodmortell* and il deedes
Pat yair don is, *Tol*, *Tem*,
With iren and with water deme
And yat ye land of ſeint *Wilfrai*
Of alkyn geld fre ſal be ay.

At

The South Prospect of yͤ Ripponensis eccl: conven:
Conventuall Church of Rippon) facies australis.



Maneat vſus;
Tollatur abuſus.
Iohaes Ruſhworth
Arm:

D: King delin: et ſculp:

The West Proſpect of yͤ Church of Rippon.

Ripponenſis eccl: facies occidentalis.



cleſiæ Collegiatæ Riponenſis
m minitantis, Patrimonii aliena
monumentum, ære incidend
(uti ſperat) perennius curav
annes Goodrick Miles, Baronett

D: King delin:et ſculp:

34



The West Prospect of ye Church of Rippon.
Ripponensis eccl: facies occidentalis.

34

At na nan at langes me to
In yair *Herpſac* * ſal have at do
And for ik will at yai be ſave
I will at yai alkyn frædome have:
And in al thinges be als fræ
As hert may thynke or eygh may ſe
At te power of a kinge
Masts make fræ any thynge.
And my ſeale have i ſatt yerto
For I will at na man it undo.

* For. *Frithſoke*, i. immunitatis locus.

Alia carta ejuſdem regis.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis* Adelſtanus *rex Dei gratia regni* Angliæ *omnibus hominibus ſuis* Eboraci, *& per totam* Angliam *ſalutem. Sciatis quod ego confirmo eccleſiæ & capitulo* Ripon. *pacem ſuam, & omnes libertates & conſuetudines ſuas, & concedo eis curiam ſuam de omnibus querelis & in omnibus curiis de hominibus* S. Wilfridi, *pro ipſis & hominibus ſuis, vel contra ipſos, vel inter ſe adinvicem, vel quæ fieri p* ..... *& judicium ſuum pro* Frodmortell; *& quod homines ſint credendi per ſuum* ya, *& per ſuum* na, *& omnes ſuas terras habitas, & habendas, & homines ſuos ita liberos, quod nec rex* Angliæ, *nec miniſtri ejus, nec archiepiſcopus* Eboraci, *nec miniſtri ejus, aliquid faciant vel habeant quod eſt ad terras ſuas vel ad* ſocam *capituli. Veſtibus* G. *archiepiſcopo* Eboracenſi *&* P. *Præpoſito* Beverlaci.

SANCTÆ FRIDISWIDÆ
Cœnobium Oxoniæ.

Will. Malmsb. fol. 166. a. n. 10.

FUit antiquitùs in *Oxenfordenſi* civitate monaſterium ſanctimonialium in quo requieſcit *Frideſwida*, virgo ſacratiſſima, regis filia, quæ regis thoros deſpexit, integritatem ſuam Domino Chriſto profeſſa. Sed ille, cum ad virginis nuptias appuliſſet animum, precibus & blanditiis inaniter conſumptis, vi agere intendit. Quo *Frediſwidæ* cognito, fugæ in ſilvam conſuluit. Nec latibulum latere potuit amantem nec cordis deſidia obfuit, quin perſequeretur fugitantem. Iteratò ergo virgo juvenis furore comperto, per occultos tramites, Deo comitante *Oxenfordiam* ingreſſa eſt nocte intempeſta. Illuc cum manè curioſus amator devolaſſet, puella jam de fuga deſperans, ſimulque pro laſſitudine nuſquam progredi potens, Dei tutelam ſibi, proſequutori pœnam, imprecata eſt. Jamque ille cum comitibus portas ſubibat urbis, cum cœleſti plaga irruente cæcitatem incurrit. Intellectoque pertinaciæ delicto, & *Fredeſwida* per nuncios exorata, eadem celeritate qua perdiderat, lumen accepit. Hinc timor regibus inolevit *Angliæ*, illius urbis ingreſſum & hoſpitium cavere: quod feratur peſtifer eſſe, ſingulis refugientibus ſui damno periculi veritatem rei experiri. Ibi ergo fœmina virginei triumphi compos, ſtatuit monaſterium & diebus ſuis ſponſo vocante ſubivit fatum. Tempore vero *Egelredi*, cum *Dani* neci adjudicati, in monaſterium illud confugiſſent, pariter cum domibus inſatiabili ira *Anglorum* flammis abſumpti ſunt. Sed mox regis pœnitentia purgatum ſacrarium, reſtitutum monaſterium, veteres terræ redditæ, recentes poſſeſſiones additæ. Noſtro tempore, paucitlimis ibi clericis, qui pro libito viverent reſiduis, datus ille locus à *Rogero Salesberienſi* epiſcopo, *Guimundo* excellentis literaturæ & non aſpernandæ religionis Canonico, qui non inoperosè commiſſo inſudans muneri, multos ibi Canonicos regulariter victuros Deo exhibuit.

Ex hiſtoria MS. *Johannis Tinemuthenſis* in bibliotheca *Bodleiana*. lib. 17. cap. 210.

Anno DCCxxxv. *Frideſwida* virgo hoc tempore obiit. Hæc enim filia fuit *Didani* ſubreguli, & *Safridæ*, in urbe *Oxoniæ* moram trahentis, ſuper terram nudam ſompno victa recumbebat illam, aſſiduè proſtrata petebat genibus quando orationes fundebat domino, vilium olerum pulmento modicoque pane ordeaceo famis expugnavit proterviam, aqua verò ſitim extinguebat, parentumque aſſenſu habitum monialium ſuſcepit, cujus exemplo xij. nobilibus ortæ natalibus puellæ, relictis omnibus ſecutæ ſunt dominum. Ex regis itaque munificentia cœnobium conſtruxit, jejuniis, & orationibus inſtabat continuis (&c.)

Sancta autem *Fridiſwida* tribus fermè annis in prædicta ſolitudine (&c.) vacavit.

Tandem *Oxoniam* rediit, & ne ſororibus in cœnobio dimiſſis oneroſa eſſet, in loco quodam juxta urbem multis arboribus conſito, Thornbiri nuncupato, oratorium ædificiaque conſtruxit, fontemque uſque hodiè manantem precibus impetravit & meritis.

Ex libello incerti authoris de vita ſanctæ Fridiſwidæ *virginis.*

Lelandi collectan. vol. 1. p. 342.

CIrca annum Do. DCCxxvij. *Didanus* quidam ſubregulus, civitatem *Oxenefordæ* incolatus ſui frequentia honeſtabat. *Safrida* uxor *Didani*. *Fridiſwida* filia *Didani* & *Safridæ*.

Algiva, fœmina religioſiſſima, erudivit *Fridiſwidam* (*Algiva* forſan abbatiſſa monaſterii ſanctæ *Mariæ Winton.*)

Fridiſwida fit ſanctimonialis, & xij. nobiles puellæ ejus exemplum ſecutæ ſunt. Ex regis itaq; munificentia diverſoria religioni aptiſſima ſecus eccleſiam conſtruuntur.

Didanus conjugis nuper amiſſæ dolore percuſſus, eccleſiam infra urbis ambitum conſtruxit, & in honore ſanctæ *Mariæ* & *omnium Sanctorum* dedicatam, filiæ commendavit poſcenti.

Rex *Algarus* inflammatus amore *Frideſwidæ*, eam, quamvis monacham, in uxorem expetit *Fridiſwida* fugit, rapta navicula, per *Tameſim* ad *Bentonam* villam, decem millium paſſibus hinc diſtantem, & ſilvam vicinam petit, ubi in derelicto porcorum mapali hædera obducto delituit. *Algarus* comminatur excidium urbi *Oxenefordenſi*, non inventa *Frideſwida*. *Algarus* in pœnam tyrannidis ſuperum vi oculorum lumen amiſit. Hinc innatus eſt horror regibus *Angliæ*, ut nec unus profectò ſucceſſorum ejus *Oxenefordiam* præſumat intrare. Manſit *Frideſwida* tribus ferè annis in ſolitudine præfata, ſed non ignota incolis. *Frideſwida* conſcenſa navicula properè venit ad prædium *Oxonienſi* civitati propinquum, quod *Bu-*

ſencia

ſeneia dicitur, ubi oratorium conſtruxit, ac ædificia. Erat in prædicto prædio locus **Thornebyri** dictus, ſolitarius ac religioni aptus, ubi oratorium conſtruxit. *Frideſwidæ* precibus fons erupit in **Thornebyri**. Obiit ſancta *Frideſwida* xiiij. kal. Novembris. Sepulta eſt in eccleſia ſancti *Mariæ Oxon.* propè *Tameſim.*

Ethelredus Rex, combuſtis *Danis*, qui in eccleſiam ſanctæ *Mariæ* confugerant, ambitum eccleſiæ, ſicut ante voverat, ampliavit.

Ex Cronicis Tinemutenſis *cœnobii*, *incerto autore.*

Ibid. p.418.

ANno Domini MCxj. *Rogerus Sarum* epiſcopus, dedit locum in *Oxonia*, in quo corpus beatæ *Frideſwidæ* virginis requieſcit, cuidam Canonico nomine *Wimundo*, qui multos ibi Canonicos congregans, vices Prioris ſuper eo gerebat. Fuerat enim antiquitùs locus ille ſanctimonialibus deputatus, quorum monaſterium tempore *Ethelredi* regis *Danis* neci adjudicatis & cauſa ſalutis in illud confugientibus, omnino cum eis igne conſumptum eſt.

Ex Regiſtro *Oſeneyen.* in bibl. *Cottonianâ.* [*Vitellius* F 16] fol. 4. b.

NOtandum quod *Didanus*, quondam rex *Oxenfordiæ*, regnavit anno incarnationis Dominicæ DCC. circiter xxvj. Iſte Rex *Didanus*, pater fuit ſanctæ *Frediſwidæ*; qui ſibi hunc locum dedit optatum, & monachorum habitum dari fecit: eccleſiam, diverſoriaq; religioni aptiſſima ſecus eam conſtruxit, ut patet in vita beatæ virginis. Item patet ibidem, quod locum illum qui tunc dicebatur **Thornebirie**, nunc autem *Benſeya*, eadem virgo pacificè optinuit; nam ibidem latitando fontem precibus impetravit, & unum à dœmonio vexatum, & alterum cujus manus ſecuri adhæſerat liberavit. Poſt glorioſum beatæ *Frediſwidæ* obitum, per intervalla temporum, amotis monialibus, introducti ſunt Canonici ſeculares. Poſtea, anno gratiæ milleſimo quarto, *Etheldredus* rex omnes *Danos Angliam* incolentes utriuſque ſexus juſſit occidere, & combuſti ſunt apud *Oxoniam* omnes qui illuc confugerant, cum eccleſia, libris & ornamentis, quod patet per cartam *Etheldredi* regis in hunc modum quæ ſubſequitur.

A*Nno dominicæ incarnationis milleſimo quarto, indictione ſecunda, anno verò imperii mei viceſimo quinto, Dei diſponente providentia, Ego* Adelred, *totius* Albionis *monarchiam gubernans monaſterium quoddam in urbe ſitum quæ* **Oxoneforde** *appellatur, ubi beata requieſcit* Frideſwide, *libertate privilegii, auctoritate regali pro cunctipatrantis amore ſtabilivi, & territoria quæ ipſi adjacent Chriſto archiſterio novi reſtauratione libelli recuperavi, cunctiſque hanc paginam intuentibus, qua ratione id actum ſit paucis verborum ſignis retexam. omnibus enim in hac patria degentibus ſat conſtat fore notiſſimum, quoniam dum a me decretum cum conſilio optimatum ſatrapumque meorum exivit, ut cuncti* Dani *qui in hac inſula velut lolium inter triticum pullulando emerſerant, juſtiſſima exinanitione necarentur, hocque decretum morte tenus ad effectum perduceretur, ipſi quique in præfata urbe morabantur* Dani *mortem evadere nitentes, hoc Chriſti ſacrarium, fractis per vim valvis & peſſulis, intrantes, aſylum ſibi propagnaculumque contra urbanos ſuburbanoſque inibi fieri decreverunt: ſed cum populus omnis inſequens, neceſſitate compulſus, eos ejicere niteretur nec valeret, igne tabulis injecto, hanc eccleſiam, ut liquet, cum ornamentis ac libris combuſſerunt. Poſtquam Dei adjutorio à me & à meis conſtat renovata, & ut præfatus ſum, retentis privilegii dignitate cum adjacentibus ſibi territoriis in Chriſti honore roboratâ, & omni libertate donatâ, tam in regalibus exactionibus quàm in eccleſiaſticis omnino conſuetudinibus. Si autem fortuitò aliquo contigeret tempore aliquem veſanæ mentis, quod abſit, irretitum diſſidia, hujuſce donationis noſtræ munus, ſatagente diabolo, defraudare, anathema ſanctæ Dei eccleſiæ excipiat æternum mortis, niſi ante exitum quæſtionem tam calumpniferam ad ſatisfactionem perducat exoptabilem. Iſtis terminis præfati monaſterii rura circumcincta clareſcunt.*

Cætera deſunt in Regiſtro.

Charta Henrici *regis primi.*

Ex Regiſtro quodam monaſterii S. *Fridiſwidæ, Oxon.* in bibliotheca colleg. *corp. Chriſti* remanente an. 1642. p. 271.

“HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ* omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Priori & Canonicis regularibus eccleſiæ ſanctæ *Fridiſwide* de *Oxonia* monaſterium ſanctæ *Fridiſwidæ* cum omnibus pertinentiis ſuis, & capella de **Hedindon**, & **Merston**, & **Beneseye**, de quibus nulla redditur conſuetudo epiſcopis, archidiaconis vel eorum miniſtris. Preterea dedi & conceſſi eiſdem Priori & Canonicis infra civitatem *Oxenefordiæ* eccleſiam *omnium ſanctorum*, eccleſiam S. *Mildredæ*, eccleſiam ſancti *Michaelis* ad portam borealem, eccleſiam ſancti *Petri* ad caſtrum, medietatem eccleſiæ ſancti *Aldatis*, capellam ſancti *Michaelis* ad portam auſtralem, eccleſiam ſancti *Edwardi*, capellam ſanctæ *Trinitatis*. Extra civitatem capellam ſancti *Clementis*. Eccleſias ſanctorum *Luciani* & *Leonardi* **Walingford**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Præterea dedi dictis Priori & Canonicis totam villam de **Winchedon** cum pertinentiis ſuis. Deſuper portam orientalem *Oxoniæ* duas hidas terræ, in **Codeslawe** duas hidas terræ, & totum locum qui dicitur **Beneseye**. In **Walton** unam hidam. In **Covele** unam dimidiam hidam terræ cum pertinentiis ſuis. Dedi etiam & conceſſi prædictis Priori & Canonicis decimam de toto dominio de **Gersindon**. In **Forsthull** duas arcras & dimidiam bladi, & de qualibet virgata terræ ejuſdem villæ unam travam. In una **Horspath** duas acras bladi, & de qualibet virgata terræ ejuſdem villæ unam travam. In alia **Horspath** unam acram, & de qualibet virgata terræ ejuſdem villæ unam travam. In **Codesdon** tres acras bladi. In **Dentun** quatuor acras. In **Chibenhust** duodecim travas. Quare volo & concedo quod prædictus Prior & Canonici regulares habeant & teneant imperpetuum prædictam eccleſiam ſanctæ *Fridiſwidæ* ad capellam meam ſpectantem cum omnibus terris eccleſiis & capellis



Oxoniensis ecclesiæ Christi cath:
facies aquilonalis.
The North Prospect of yͤ Conuentuall
Church of Christ Church in Oxford.

Honori hujus ecclesiæ, et
Academiæ, cujus ipse
olim alumnus.
Johañes Wolstenholme Ar.

“ pellis prædictis liberam, & ab omni ſervicio ſe-
“ culari quietam & ſolutam imperpetuum.

Ib. pag. 280. “ H*Enricus* Dei gratia &c. Sciatis nos intuitu
“ Dei &c. confirmaſſe Priori & Canonicis
“ ſanctæ *Fridiſwide*, *Oxonie*, omnes donationes
“ (&c.) videlicet, ex dono *Reginaldi* de ſancto
“ *Walerico*, filii *Guidonis* de ſancto *Walerico*, totam
“ villam de **Knictetun** in **Berkeſire**, cum om-
“ nibus pertinentiis (&c.) Ex dono *Willielmi*
“ de **Stratford**, filii *Willielmi* de **Stratford**, to-
“ tam terram de **Helſefeld**, ſcilicet quintam
“ partem ejuſdem villæ cum pertinentiis (&c.)
“ Hiis teſtibus (&c.)

Confirmatio *Adriani* Papæ.

Ib. p. 286. ADrianus *epiſcopus (&c.) Dilectis filiis* Roberto *Priori eccleſiæ ſanctæ* Fridiſwidæ *de* Oxonia (&c.) *Infra ipſam civitatem capellam ſanctæ* Trinitatis *ſuper portam orientalem, capellam ſancti* Michaelis *ſuper portam auſtralem, eccleſiam ſancti* Michaelis *juxta portam aquilonis, eccleſiam ſancti* Petri *juxtra caſtrum, eccleſiam ſanctæ* Mildredæ, *eccleſiam ſancti* Edwardi, *eccleſiam* omnium Sanctorum, *quicquid habetis in eccleſia ſancti* Aldati, *terram quæ ara ſanctæ* Frideſwidæ *vocatur, terram de* **Socaland**, *& de octo virgatis. In ſuburbio, eccleſiam ſancti* Clementis, *capellam de* Hedindona, *capellam de* Merſtona, *cum decimis & pertinentiis ſuis, capellam de* Helſefelda, *cum decimis & reliquo jure parochiali, molendinum ſupra pontem auſtralem, prædium quod vocatur* **Biſcopeſmor** *cum molendino, terram in qua eſt orreum, cum terra quæ eſt ante orreum, pratum de* **Preſteit**, *pratum juxta* Oſeneyam. *In comitatu prædictæ civitatis ultra portam orientalem duas hidas. In* Coveleia, *dimidiam hidam & virgatam, totam decimam de dominicatu* Gerſingdonæ, *quæ eſt de parochiali jure eccleſiæ veſtræ, terram datam capellæ* **Hedendone**. *In* Thumeleia, *dimidiam hidam terræ. In* **Foreſthill**, *duas acras de dominicatu, & de ſingulis virgatis terræ unam travam cum omni jure parochiali. In una* Horſpeda, *tres acras, & de ſingulis virgatis unam travam. In alia* Horſpeda, *unam acram, & de ſingulis virgatis unam travam. In* **Cudeſdune** *tres acras, unam de frumento, aliam de ſiligine, tertiam de avena. De* Dentona *quatuor travas, de omni blado. In* **Cunbehuſt** *tres acras. Extra portam quæ ſpectat ad aquilonem, prædium quod vocatur* Buneſeia. *Unam hidam in* Waltona, *& duas hidas in* **Cudeſlawe** *cum pertinentiis ſuis. Molendinum de* **Hetune** *cum omnibus pertinentiis ſuis, & duos gurgites & aquas quæ ad eoſdem gurgites pertinent. De eccleſia de* Hamtona *xvj. denarios & duos coddos bladi. In* **Eſcote** *capellam cum decimis curiæ & dimidia hida terræ & omnibus ad ipſam pertinentibus. In* Langechirchilla *de dominicatu duas partes decimæ. Redditus quoque & conſuetudines de nundinis quæ circa feſtum beati* Benedicti *in eadem civitate* **Oxenford** *fiunt, ſicut veſtri monaſterii juris eſſe noſcuntur. In* Bukingamſcira, *villam quæ vocatur* Uuere-Wincedona *cum capella & omnibus ad eandem villam pertinentibus. Eccleſiam de* Acleia *cum capella de* Brehilla *& capella de* Borſthalla, *& capella de* **Hedingrave**, *& omnibus aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* **Wrmehale** *cum una virgata terræ & ſex acris & omnibus aliis pertinentiis ſuis. In* Bercheſira, *in caſtro* **Wallingeford** *eccleſiam ſanctæ* Trinitatis *minorem. Eccleſiam ſancti* Luciani *cum capella de* **Sottewelle** *& omnibus ad eam pertinentibus. Ex dono* Ailwini *filii* Edmundi *infra burgum & extra quinquaginta & unam acram. Villam quæ vocatur* Edmetona *cum tota decima de dominicatu & duabus partibus decimæ ruſticorum & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Capellam ſitam in terra quam dedit* Bartholomeus *de* **Denford**. *Ex dono* Johannis de Folia, *terram ad reficiendum gurgitem molendini veſtri.*

Præfatum quoque monaſterium beatæ Fridiſwidæ *cum capellis ſuis ſive aliis ad ipſum pertinentibus, in ea libertate quam uſque ad hæc tempora juſtè noſcitur habuiſſe, apoſtolica auctoritate manere ſancimus, & ab omni exactione liberum eſſe cenſemus* (&c.)

“ M. Imperatrix, *Henrici* regis filia & *Anglo-* Ib. p. 305.
“ *rum* domina, epiſcopo *Lincolnienſi* &
“ omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalu-
“ tem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe eccleſiæ
“ ſanctæ *Fridiſwidæ Oxoniæ* & Canonicis ibidem
“ Deo ſervientibus eccleſiam de *Acleia* cum ca-
“ pellis & omnibus rebus ad eaſdem pertinenti-
“ bus, ſcilicet capellam de *Brehulla* & capellam de
“ **Borſtalle** & de **Edigrave**, pro anima patris mei
“ & matris meæ & omnium prædeceſſorum meo-
“ rum, & pro ſalute mea & filiorum meorum
“ & ſtabilitate regni mei. Quare volo (&c.)

“ COmes *Simon*, omnibus hominibus ſuis tam Ibidem.
„ *Francis* quàm *Anglis*, tam clericis quàm
“ laicis ſalutem. Sciatis me dediſſe Deo & ſanctæ
“ *Mariæ* & eccleſiæ ſanctæ *Fridiſwidæ Oxoniæ* &
“ Canonicis ibidem Deo ſervientibus in liberam
“ & perpetuam elemoſinam villam *Pidentonam* in
“ **Oxenefordſire**, pro ſalute mea & patris & ma-
“ tris meæ & omnium anteceſſorum & ſucceſſo-
“ rum meorum. Ita ut *Johanna* in vita ſua teneat,
“ & ſervicium indè debitum Canonicis prædictis
“ reddat. Poſt deceſſum verò præfatæ *Johannæ*
“ villa prædicta eiſdem Canonicis remaneat (&c.)

“ SCiant (&c.) Quod ego *Radulphus Foliot* Ib. p. 306.
“ dedi (&c.) Deo & eccleſiæ beatæ *Fridiſwi-*
“ *dæ Oxoniæ* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus
“ eccleſiam de **Fretewelle** in puram & perpetu-
“ am elemoſinam (&c.) liberè & quietè & ſicut un-
“ quam meliùs & liberiùs, tempore patris mei vel
“ meo, eam poſſederunt. Hanc verò conceſſio-
“ nem prædictis Canonicis pro anima mea & *Ha-*
“ *wiſiæ* uxoris meæ (&c.) feci (&c.)

“ UNiverſis (&c.) *Robertus* filius *Heliæ* ſalu- Ib. p. 307.
“ tem. Sciatis me dediſſe (&c.) Deo &
“ ſanctæ *Fridiſwidæ* de **Oxeneford** (&c.) eccleſi-
“ am de **Wrmehale** cum omnibus ad ipſam per-
“ tinentibus in liberam puram & perpetuam ele-
“ moſinam (&c.)

“ NOtum ſit (&c.) Quod ego *Emma* de **Pe-** Ib. p. 309.
“ **ri** conſenſi donationi, quam *Willielmus*
“ filius *Heliæ*, vir meus & dominus meus, fecit
“ eccleſiæ ſanctæ *Fridiſwidæ* de *Oxonia* (&c.) de

“ eccleſia de **Wrmehale** & ejus pertinentiis,
“ (&c.)

Ib.p. 313. “ ROBERTUS, filius *Roberti*, comitis
“ *Legreceſtriæ*, omnibus hominibus ſuis
“ *Francis* & *Anglis*, tam præſentibus quàm futu-
“ ris, ſalutem. Sciatis quod ego concedo & præſen-
“ ti carta in perpetuam elemoſinam confirmo vil-
“ lam *Edmetonam* cum omnibus pertinentiis ſuis
“ eccleſiæ ſanctæ *Fridiſwidæ* de *Oxonia* & Cano-
“ nicis ibidem Deo ſervientibus, ſicut pater meus
“ prædictam villam eidem eccleſiæ conceſſit, &c.

Ib.p. 315. “ OMnibus (&c.) *Hugo* de **Eleſfeld**, ſalu-
“ tem. Sciatis me reddidiſſe (&c.) Deo
“ & beatæ *Mariæ* & ſanctæ *Fridiſwidæ* de **Oxe-**
“ **neford** (&c.) capellam de **Elſefeld** quæ ad ec-
“ cleſiam beatæ *Fridiſwidæ* pertinet (&c.) & ipſi
“ Canonici invenient mihi & capellæ de **Elſe-**
“ **feld** imperpetuum capellanum qui aſſiduè ibi
“ ſit & capellæ deſerviat. Iidem etiam Canonici
“ conceſſerunt mihi & capellæ de **Elſefeld** im-
“ perpetuum, ut pauperum quæ in villa de **Elſe-**
“ **feld** moriuntur corpora in cimiterio capellæ de
“ **Elſefeld** ſepeliantur, & aliorum qui ibi ſepeli-
“ ri voluerint de eadem parochia. T. &c.

Vide page 983 inter Addenda.

DEREHAMENSE
Cœnobium in agro North-folcienſi.

Lelandi collectan. vol. 2. p. 154. *Ex vita* Withburgæ, *filiæ* Annæ, *regis* orientalium-Anglorum.

EST in provincia *Nordfolca* villa quæ dicitur **Dereham**, ubi ſilva & fluvius loci habitationem fecit apricam. Hic monaſterium condere ſatagebat *Withburga*, ſepelitur in cœmiterio *Derhamenſi*.

Illud virginale monaſterium in **Derham**, irruptione paganorum, ac tempeſtate bellorum, fugato choro ſacrarum virginum, in vulgarem parochiam eſt deſtitutum.

Ut Edewoldus *epiſcopus* Ventanus *curaverit* Withburgæ *corpus transferendum ad monaſterium* Elienſe.

Inter alia verò magnifica, expetitum à rege *Edgaro* monaſterium **Dereham**, cum pretioſiſſimo theſauro ſuo, *Withburga* adjecit, cui nimirùm in omnibus his gratia transferendi parabatur.

Anno Domini DCCxcviij. Corpus ſanctæ *Withburgæ* ſine corruptione inventum eſt, poſt annos ferè quinquaginta quinq; in **Dereham**.

Vide Vol. 2. Page 853. Col. 2.

Sancti ALBANI *Cœnobium in agro* Hertfordenſi.

INtereà *Diocleſianus in* oriente, *Maximianus Herculeus* in occidente, vaſtari eccleſias, affligi, interficiq; Chriſtianos, decimo poſt *Neronem* loco, præceperunt. At ubi turbo perſecutionis, elapſis decem annis, conquievit, progreſſi in publicum fideles Chriſti, qui ſe tempore diſcriminis ſilvis remotis, locis deſertis, abditiſvè ſpeluncis occuluerant, Sanctorum eccleſias ad ſolum uſque deſtructas renovant, baſilicas ſanctorum martyrum fundant, conſtruunt, & perficiunt, ac veluti victricia ſigna propalant, dies feſtos celebrant, ſacra conficiunt. *Math. Weſtm. in. an. 313.*

Hoc denique tempore, baſilica in honore beati *Albani* conſtruitur, *Anglorum* prothomartyris, *Beda* in hiſtoriarum lib. 1. cap. 7. taliter referente. Paſſus eſt beatus *Albanus*, die decimo kalend. Juliarum juxta civitatem *Verolamium*, quæ nunc à gente *Anglorum*, *Warlamceſtria*, vel *Watlingeceſtria* appellatur, ubi poſteà temporum Chriſtianorum ſerenitate, eccleſia eſt mirandi operis, atque ejus martyrio condigna, fabricata x. ſcilicet annis poſt paſſionem ejus elapſis. In quo videlicet loco uſque in hodiernum diem curatio infirmorum, & frequentium operatio virtutum non deſinit celebrari. Quod autem civitas memorata nomine cenſetur bifario, hæc ratio. Ab alveo enim quæ **Warlame** dicitur, & ad orientalem civitatis plagam defluit, *Warlanceſtria*: à via autem regia, quæ **Watlingeſtreete** nuncupatur, & ad partem civitatis jacet occidentalem, *Watlingeceſtria* nominatur. Pax quoque in *Brittanorum* eccleſiis, uſque in tempora *Ariana* veſaniæ permanſit illibata.

Pagus *Bedefordenſis* continet abbatiam ſancti *Albani*. Is non mercenarius nec futilis martyr, habet laudatores, & teſtes martyrii præcipuos, *Bedam* & *Fortunatum*, quorum copiæ ſi vellem aliquid adjicere, tale eſſet ac ſi cuperem mari aquas infundere. Corpus ſanctiſſimum, quod diu in terræ pulvere jacuerat, rex *Offa* in ſcrinio collocatum erexit in lumen, baſilica pulcherrimi operis, & monachorum numeroſitate honoravit. Nec res eſt in ambiguo eum *Bathoniæ* conſiſtentem admonitum ſomnio, cumque illuc iter ageret, eſſetque, vir proximo lucis in modum ingentis faculæ ſupra locum ſepulchri, & noctu & interdiu deſcendentis animatum indicio. Id cœnobium nunquàm omnino ruinæ patuit, ſed noſtra ætate per *Paulum* abbatem, agente *Lanfranco* archiepiſcopo, in ſummum auſpicium religionis evaſit. *Will. Malmesb. fol. 166. a. nu. 30.*

Anno Domini DCCXCIIII. *Offa* rex *Merciorum* potentiſſimus, angelica admonitus viſione, & cœleſtis lucis ad modum faculæ ſuper ſepulchrum glorioſi prothomartyris *Anglorum Albani* emiſſæ, de loco humili & populo incognito ſublata, in locellum ex auro & argento, & lapidibus pretioſis fabricatum, pii martyris repoſuit pignora, *Lelandi collectan. vol. 3. pa. 72.*



The South Prospect of yͤ Sometyme Conuentuall Church of Sᵗ Alban.

Ecclesiæ olim Conventualis, Sᵗ Albani facies australis,

In memoriam Ecclesiæ Sᵗⁱ Albani protomartiris Angloru̅ hoc posuit, Galfridus Palmer Arm:
Dan: King delin: et sculp.

176

ſa, & eccleſiam in honorem ipſius, quæ barbarorum incurſu fuerat deſtructa, reparavit, & monachos ut ad Sancti corpus deſervirent, inſtituit, & *Romam* pergens à Papa *Adriano* canonizationem martyris prædicti, & monaſterii confirmationem, privilegiis ſpecialibus impetravit.

Fuerat namque locus ille tempore adventus *Anglorum* in *Britanniam*, ſicut cætera loca *Britanniæ* penitus deſtructa, & ſolo tenus complanata. Acta ſunt hæc à paſſione beati martyris anno DVII. ab adventu *Anglorum* in *Britanniam* anno CCCXLIIII. indictione prima, kalendis Auguſti.

Hiſt. aurea *Joh. Tintmuthen.* MS. in bibl. *Bodleiana* ca, 126.

Anno DCCLV. *Offa* rex *Angliæ*, (*&c.*) monaſterium ſancti *Albani* fundavit, impetravitque à pontifice *Romano*, ut eccleſia beati *Albani* **Romeſcot** ab omni *Hertfordenſi* provincia, in qua ſita eſt eccleſia, fidelitèr colligeret, & collectum in uſus proprios retineret. Unde ſicut à Rege jura regalia, ita Abbas loci jura habet pontificalia.

Ibid. ca. 223.

Anno DCCLXXXVII. *Rithulphus* archiepiſcopus *Dorobernenſis*, baſilicam ſancti *Albani* à fundamentis inchoans, miro opere de cocto latere circa hæc tempora conſummavit.

Ibid. cap. 103.

Anno autem Domini MLXX. in *Angliam Lanfrancus* intravit, & quarto kal. Sept. in archiepiſcopum conſecratus eſt.

Lanfrancus inſtauravit, & poſſeſſionibus ditavit monaſterium ſancti *Albani*, reſtituit in priſtinum ſtatum, in quo poſuit abbatem *Paulum Cadomenſem* monachum.

Chron. MS. *Johan. Bever*, in biblioth. *Deweſiana* fol. 38. b.

Anno MCLIIII. eodem anno, defuncto Papa *Anaſtaſio* ſucceſſit *Nicholaus*, *Albanenſis* epiſcopus, & vocatus eſt *Adrianus*. (*&c.*) Hic eccleſiam ſancti *Albani* inſignivit privilegiis, ut ſicut beatus *Albanus* prothomartyr eſt *Angliæ*, ita & ejus abbas inter omnes *Angliæ* abbates primus ſit ordine & dignitate.

Liber additamentorum *Mathei Pariſ.* in bibliotheca *Cottonia*, [ſub effigie *Neronis* D. I.] fol. 158.

Antiqua & primitiva munimenta eccleſiæ S. Albani, Anglorum *prothomartiris*.

“Regnante Domino noſtro *Jeſu Chriſto* in perpetuum. Decet igitur ut regalis benignitas omnipotentis Dei & ſanctorum martyrum quantum valeat honori provideat. Quia honor Dei, & pia in ſanctis ejus devotio, ſtabilitas eſt regni terreni, & proſperitas longevæ vitæ, & indubitata æternæ mercedis retributio. Unde ego *Offa* rex *Merciorum*, cum *Egfrido* filio meo, & omni conſenſu ſynodali, pro remedio & ſalute animarum noſtrarum, terram quinquaginta manſionum in locis infra dictis, id eſt, ubi dicitur **Aetcaegeſtho**, manſiones xxxiiij. **Ondaet, Heanhamſtede** vj. manſiones, & **Stanmere** x. manſiones, cum ſegetibus, pratis, paſcuis, & ſilvis, & omnibus rebus mobilibus vel fixis ad ea prænominata loca ritè pertinentibus, Domino meo *Jeſu Chriſto*, & S. *Albano* martyri, cujus reliquias, in ſpem proſperitatis præſentis & futuræ beatitudinis, divina oſtendit nobis gratia, in jus monaſteriale tradens donabo; quatinus perpetuo jure præfata terra, ſancti martyris *Albani* eccleſiæ deſerviat. Et per magnum omnipotentis Dei nomen & terribile ejus judicium adjuro, immo & impero, quod nullus ſupervenientibus temporibus, ſeu rex, ſeu epiſcopus, aut aliqua magna vel parva perſona, aliquid de his meis donis quæ Deo & ſancto martyri ejus dedicavero, immutare, ſeu auferre, ſeu imminuere preſumptuoſè audeat; nec aliquam moleſtiam aut eccleſiæ aut ſilvis ad eam pertinentibus inferre præſumat, ſed ſit libera omnino ab omni tributo, & neceſſitate, ſeu regis, ſeu epiſcopi, ducis, judicum, comitum, exactorum etiam, & operum quæ indici ſolent, necnon & expeditionis, & omni edicto publico, perpetuò eam libertate donabo. Sed obſecro quatinus ſtudeant ſupervenientes reges auxiliare, defendere, & curam illius eccleſiæ habere in omni bonitate, ſicut & ego habeo: ut ſit illis & regno eorum benedictio & protectio à domino Deo & ſancto ejus martyre in perpetuum. Si autem quiſquam loci hujus curam non habuerit, vel eum malitioſè tractaverit, ſciat & ſentiat ſancti martyris ſe ipſum benedictione privari, & rationem ante tribunal Chriſti redditurum. Hoc verò monaſterium, cum his præfatis terris, *Willigoda* presbiter habeat & regat dies ſuos, & monachicam in eo vitam vivat, doceat, &, quantum valeat, erigat. Poſt dies autem illius, eligant ſibi fratres, cum concilio illius epiſcopi qui ſuper eos erit, ſi habent dignum & monachicæ vitæ eruditum, ex ſemetipſis quem voluerint. Si autem, quod non opto, acciderit quod ibi dignus nequeat inveniri, prævideat ille epiſcopus, cum conſilio fratrum, qui illud monaſterium dignè ſecundùm regulam monachicæ vitæ gubernare ſciat & velit.

Jam jamque, iterum iterumque, in nomine Domini, præcipio & adjuro, quatinus eo loco regula ſancti *Benedicti* abbatis doceatur & exerceatur, quantum poſſibile eſt, perpetuo jure. Etſi ipſa elemoſina oret ad Dominum pro faciente, tamen obſecro ut aſſiduæ interceſſiones pro anima mea, & amicorum meorum, canonicis horis ſemper in ea ammoneantur eccleſia: quatinus omnipotentis Dei clementia, quæ tale theſaurum temporibus meis, gentibus & populis *Anglorum* aperire dignata eſt; mihi quoque æternum cœlis theſaurum cum Sanctis ſuis donare dignetur. Scripta eſt hæc cartula anno dominicæ incarnationis DCCxciij. indictione iij. anno verò *Offani* regis *Merciorum* xxxiij. in loco celebri qui dicitur **Celchyth**, præſente ſynodali conventu, teſtibuſque infra nominatis confirmata. Data die regnante Domino noſtro in perpetuum.

793.

Teſtimonia magnatum.

✠ Ego *Offa* hanc donationem meam ſigno crucis Chriſti confirmo. ✠ Ego *Ecfridus* ſimiliter conſencio & ſubſcribo. ✠ Ego *Ceolnulphus* rex id ipſum conſencio. ✠ Ego *Cenuulphus* rex conſencio. ✠ Ego *Beornulphus* rex. ✠ Ego *Ludecha* rex. ✠ Ego *Unilaf* rex. ✠ Ego *Ecgbirhtus* rex. ✠ Ego *Beartulfus* rex. ✠ Ego *Burhredus* rex. ✠ Ego *Ælfredus* rex. ✠ Ego *Higberctus* archiepiſ. conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Signum *Æthelheardi* archiepiſ. ✠ Signum *Ceolwulfi* epiſcopi. ✠ Signum *Hunwone* epiſcopi. ✠ Signum *Ceolmundi* epiſcopi. ✠ Sig-

“num *Ealcbeardi* epiſcopi. ✠ Signum *Ælſhuni* epiſcopi. ✠ Signum *Heaberti* epiſcopi. ✠ Signum *Heathoretbi* epiſcopi. Signum *Cynebeardi* epiſcopi. ✠ Signum *Deneferdi* epiſcopi. ✠ Signum *Cenwalchi* epiſcopi. ✠ Signum *Wermundi* epiſcopi. ✠ Signum *Wibthuni* epiſcopi. ✠ Signum *Wynberhti* epiſcopi. ✠ Ego *Wicga* dux. ✠ Ego *Æthemundus* dux. ✠ *Hearbertus* dux. ✠ *Brorda* dux. ✠ *Binna* dux. ✠ *Eſne* dux. ✠ *Heabert* dux. ✠ *Cudberht* dux. *Ceol. Æmund* dux. ✠ *Ceolweordus* dux.

Item aliud munimentum ab eodem rege Offa.

“Regnante in perpetuum Deo & Domino noſtro *Jeſu Chriſto*. Licèt per totum ubiq; mundum beatorum martyrum, qui ſuum pro Chriſto ſanguinem ſuderunt, merita divinæ laudis exultatione celebranda ſunt, eorumq; Dei auxilio exempla glorioſa ſequenda; præcipuè nobis tamen beatiſſimi *Albani*, qui ſub hac *Britannia* inſula glorioſus martyrio effulſit, memoria, pia ſemper intentione, & ſedula ſollicitudine obſervanda eſt. Unde ego *Offa* gratia Dei rex *Merciorum*, cum filio meo *Egfrido*, pro amore omnipotentis Dei & hujus Sancti interceſſione, terram xxx. manentium in locis quorum ſub inſeruntur nomina, domino meo Jeſu Chriſto ad eccleſiam ſancti *Albani*, ubi ipſe tyro primus in paſſione victima effectus eſt, jure perpetuo perdonabo. Eóq; delectabiliùs hanc donationem perficio, quia ſuperna protectio tam nobilem temporibus noſtris theſaurum qui diu fuit clauſus & hujus terræ indigenis abditus, revelare dignata eſt. Hæc itaq; ſunt ſupradictarum vocabula terrarum, **aet Wuineſhauue** xij. manentium cum terminis ſuis, **aet Scelfdune**, ſive **Baldinigcotum**, trium manentium, quorum ſcilicet trium manentium termini ſunt hii, *Suanaburna*, **Heortmere**, **Stret**, **Wealebroc**. Item verò x. manentium ubi dicitur **Scuccanhlau**, vel **Fentuun** cum ſilva quæ cognominatur **Horwudu**, cum terminis ſuis; **aet Lygetune**, v. manentium; quam videlicet terram *Albmundus* abbas, expeditionem ſubterfugiens, mihi reconciliationis gratia dabat.

“Hoc quoque, conſentientibus epiſcopis meis & abbatibus, ducibus, ac principibus ſub invocatione ſanctæ Trinitatis & individuæ unitatis donando præcipio, quatinus tota terra illa ſit libera ab omni tributo, & neceſſitate ſeu regis, ſeu epiſcopi, ducis, judicis, exactorum, & operum quæ indici ſolent; neque emendationem pontium, neque foſſam adverſum inimicos faciendam.

“Totum omne præfatæ terræ ſtipendium & exactio ad ſupradicti martyris tumbam inſolubiliter perſolvatur. Et ſi fortè quis intra ejuſdem eccleſiæ poteſtatem, aut extra, cum epiſcopo ſeu abbate communis inveniatur, bello, furto, vel fornicatione, aut alio quolibet ſimili reatu aſtrictus; ſemper ea pars pœnæ & emendationis quæ regi vel epiſcopo debetur, ad beati *Albani* monaſterium inviolato ſemper fœdere reddatur. Credo enim & veraciter confido, quod hæc munificentia non ſolùm mihi meiſque, ſed etiam univerſis *Anglorum* populis ſalubriter proficiat, quia pro ejus amore ille miles intrepidus meruit coronari, qui totius mundi pericula paſſus eſt ſuo ſanguine expiare. Hæc ſunt nomina teſtium qui hanc donationem meam conſentientes ſigno crucis Chriſti confirmarunt.

“✠ Ego *Offa* rex huic donationi meæ ſignum crucis inpono. ✠ Ego *Ecgfridus* paternæ munificentiæ conſenciens ſubſcripſi. ✠ Ego *Higbertus* archiep. conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Ceoluulfus* epiſc. conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Heothored* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Unwona* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Signum manus *Albmundi* abbatis. ✠ Signum *Beonani* abbatis. ✠ Signum *Wimundi* abbatis. ✠ Signum *Forthredi* abbatis. ✠ Signum *Brordani* patricii. ✠ Signum *Binnani* principis. ✠ Signum *Euuini* ducis. ✠ Signum *Albmundi* ducis. ✠ Signum *Wigberti* ducis. ✠ Signum *Æthelmundi* ducis. ✠ Signum *Eadgari* ducis. ✠ Signum *Heardberti* ducis. ✠ Signum *Ealhmundi* ducis. ✠ Signum *Cuthberhti* ducis. ✠ Signum *Eadberhti* ducis. ✠ Signum *Wulfheardi* ducis. ✠ Signum *Ealheri* ducis.

“Perſcripta autem hujus donationis cartula anno dominicæ incarnationis DCCXCV. indictione v. & regni regis *Offani* xxxv. ſub iiij. nonas Maias, in loco qui dicitur æt *Beranforda*. 795.

“[Quaſdam alias ſuccedentium regum & aliorum chartas & donationum tabulas jam publicatas, vide in Matthei Pariſienſis *Additamentorum* libro ſub finem Hiſtor. *Angl.*]

Carta *Johannis* regis, de libertatibus ſancti *Albani* & cellarum.

Ex Regiſtro de Binham penes Thoman Widdrington equit. aurat. an. 1652.

Johannes *Dei gratia rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ, *dux* Normanniæ, Aquitaniæ, *comes* Andegaviæ, *archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis* Francis *&* Anglis *in omnibus comitatibus in quibus ſanctus* Albanus *martyr cellas & terras habet amicabiliter ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti* Albani *& monachis ubicumque fuerint, omnes cellas ſuas & terras, & omnes poſſeſſiones ſuas, tam eccleſiaſticas quàm laicas, ſcilicet, cellas de* **Tynemue**, *de* **Binham**, *de* **Wymundham**, *de* **Beauuer**, *de* **Walmeſford**, *de* **Herford**, *de* **Hetfend**, *de* Bello loco, *cum eccleſiis cæteris, homagiis, redditibus, & omnibus rebus ad eaſdem cellas pertinentibus, & villam ſancti* Albani, *cum foro & omni libertate quam burgus debet habere, & villam de* **Watford** *cum foro, &* **Kingesbiri**, **Weſtwic**, **Redburn**, **Sanwruag**, **Bridewell**, **Tydenhangre**, *cum nemore de* **Northawe**, *quod* Petrus *de* Valoniis *aliquando tenuit tantùm in vita ſua, &* **Barnette** *cum boſcis de* **Suthaweborham** *&* **Huzeheg**, *& cum per tota* ſoca **Langley**, **Kaiſho**, **Rykemereſworthe**, **Saret**, **Greneburne**, **Wyuell**, **Siptun** *&* **Horwode**, *cum foreſta & chacia, &* **Eſtun**, *&* **Biſſopeſtun**, *&* **Horſameſtun**, **Norton**, *&* **Newham**, **Cudithote**, **Walden**, *&* **Brakeweye**, *cum eccleſiis, terris, boſcis, homagiis, redditibus, molendinis, pratis, paſcuis, & omnibus aliis rebus ad eadem maneria pertinentibus. Concedimus*

Ecclesiæ olim conventualis
S^ti^. Albani facies Septentrionalis.

The North Proſpect of y^e^ Sometymes
Conuentuall Church of S^t^. Alban.

Tantorum cinerum
ne pereat crypta,
P.
Chr: Terne Med: D.



Daniel King delin: et ſculp:

inſuper & confirmamus abbati & monachis ſancti Albani, *ad ſuſtentationem coquinæ hoſpitum, eccleſias de* **Luitun**, *de* **Houtun**, *& de* **Podeſgrave**, *cum omnibus terris, homagiis, & decimis omnimodis, tam de ſartis ſi fiant, quàm de terris quecumque tempore cultis; & eccleſias de* **Walden**, *& de* **Apelton**, *in* Eboraciſyra, *& eccleſiam de* **Watford** *ad procurationem ſupervenientium hoſpitum, & eccleſias de* **Titefeld**, *de* **Redburn**, *& de* **Wineſley**, *cum ſuis capellis & de* **Langley** *ad veſturam monachorum, & eccleſias de* **Egulingeham** *& de ſancto* Stephano, *cum ſuis capellis, ad ſuſtentationem coquinæ monachorum, & terras de* **Cumbe**, *& de* **Greneſtude** *in* Soudſexia *& de* **Middelton** *in* Buckynghamſyra, *& terram in* **Sutton** *in* Bedefordſyra, *& in* Eboraciſyra **Thorp** *cum eccleſia ejuſdem villæ, &* **Nortun** *cum ſuis omnibus pertinentiis. Terras etiam militum qui dominicum abbatis tenent ad defendenda omnia ſcutagia & alia ſervicia omnia forinſeca, Deo & eccleſiæ ſancti* Albani *concedimus & confirmavimus, ſcilicet* **Crokeſle**, **Muklefeld**, **Sacet**, **Backeſworth**, **Brutewell**, **Pinnesfeld**, **Muriden**, **Childewik**, *hidam de* **Langley**, **Siſſevern**, *terram* Alexandri *filii* Thoroldi, **Burſtun**, **Winringe**, *& terram* Willielmi de **Nortun**, *& terram* Hamonis Verrarii *& hidam de* **Herpeſfeld** *& terram* Ricardi *de* **Reymes**, *& terram* Roberti Taleboys, *terras etiam omnium liberè tenentium de abbate, ſcilicet terras* Johannis *de* **Walden** *in* **Walden**, *& in* **Titeburſt**, *& terram* Hog. *de* **Tyteburſt**, *&* **Wiel**, *& de* **Thæbrigge**, *&* Hugonis *de* **Badwe**, *&* Elyæ, *&* Petri *de* la Cambre, *&* Willielmi *de* **Aiethe**, *&* Willielmi *de* **Wicke**, *&* Nicholai *filii* Willielmi *&* Radulphi *de* **Herpesfeld**. *Hæc omnia concedimus Deo & eccleſiæ ſancti* Albani, *cum omnibus ad ea pertinentibus cum* ſoca *&* ſacca **on ſtronde** *&* **ſtreme, on wude** *&* **feld, tol** *&* **teym, tribuch, hamſokene, murdre, foreſtal, danegeld, infangenthef,** *&* **utfangenthef, flemenefremthe, blodwyt, wrech,** *ut habeant ſuper omnes terras ſuas & ſuper omnes homines ſuos ubicumq; ſint intra burgum vel extra, in tantum & tam pleniter ſicut proprii miniſtri noſtri exquirere deberent ad opus noſtrum. Et volumus ut aliquis hominum, nec* Francus *nec* Anglus, *de terris eorum neq; de hominibus ſe intus mittat in aliquo niſi ipſi & miniſtri ſui quibus ipſi curam committere voluerint: quia nos Deo concedimus & eccleſiæ ſancti* Albani, *pro redemptione animæ noſtræ & parentum noſtrorum, omnes libertates & liberas conſuetudines quas regia poteſtas liberiores habet vel alicui eccleſiæ conferre poteſt. Et prohibemus ſuper forisfacturam noſtram ne aliquis eas aliquo modo infringere præſumat. Prohibemus etiam, ne in ipſorum terris vel domibus miniſter, dapifer, pincerna, camerarius, diſpenſator, janitor, cuſtos, vel præpoſitus, contra ipſorum voluntatem & aſſenſum, tempore noſtro, aut ſucceſſorum noſtrorum, per manum alicujus principis vel juſticiarii quocumque tempore ponatur, ſicut felicis memoriæ regis* Henrici *patris noſtri carta teſtatur. Teſtibus hiis* Willielmo, Londonienſi, Hugone, Lincolnienſi, Herberto, Saresbyrienſi, *epiſcopis*; Galfrido *filio* Petri, *comite* Eſſexiæ, Willielmo Mareſcallo, *comite de* **Penbrok**, Willielmo *comite de* Saresberia, Willielmo *de* Braus, Willielmo *de* **Brigwere**, Hugone Randolf, Stephano *de* **Turneham**, Symone de Patch. Ricardo *de* Heriet. *Data per manum* Huberti Cantuarienſis *archiepiſcopi cancellarii noſtri apud* Weſtmonaſterium, *xj. die Junii regni noſtri anno primo.*

Privilegium Honorii *de omnibus libertatibus ſancti* Albani *& poſſeſſionibus cum cellis adjacentibus.*

Ibidem.

“HOnorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis *Willielmo* abbati monaſterii ſancti *Albani* ejuſque fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur quod abſit, ſacræ religionis infringatur. Eapropter, dilecti in domino filii, ob reverentiam beati *Albani* glorioſi *Anglorum* prothomartyris, cujus ſacratiſſimum corpus in loco veſtro requieſcere dinoſcitur, prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ *Calixti*, *Celeſtini*, *Eugenii*, *Adriani*, *Alexandri*, *Lucii*, *Clementis* & *Celeſtini* tercii, *Romanorum* pontificum veſtigiis inhærentes, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium ipſum in quo divino vacatis obſequio, quod ad jus beati *Petri* ſpecialiter ſpectare dinoſcitur, cum adjacentibus cellis & eccleſiis & omnibus eidem monaſterio pertinentibus, ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut univerſa quæ illuſtris memoriæ *Offa* videlicet, & filius eius *Egfridus*, *Edredus*, *Willielmus*, & *Henricus*, *Ricardus*, *Johannes*, *Anglorum* reges, aut alii fideles de ſuo jure veſtro monaſterio contulerunt, quæcumque etiam ipſum monaſterium inpræſentiarum juſtè ac canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: videlicet, monaſterium ipſum beati *Albani* cum villa tota, eccleſiam beati *Petri*, eccleſiam quoque beati *Stephani*, & eccleſias de **Kyngesbyri**, & de **Watford**, de **Richemareſwithe**, de *Langeleya*, de **Rethburne**, de **Cudicote**, de **Waldene**, de **Hecſtoneſtun**, de *Northuna*, de **Neuham**, de *Eſtuna*, de **Barnet**, de **Scepeale**, de **Thinhirll**, de **Brantefeld**, de **Stanmere**, cum eiſdem villis & omnibus earum pertinentiis. Ad ſuſceptionem hoſpitum, eccleſiam de **Podesgrave**, & eccleſiam de **Lutune** cum eccleſia de **Hoctune** & cum tota terra quam *Willielmus* camerarius tenuit in * ſoca *Lutunie*, & in villa de **Hoctune** & in **Hertwell** & in **Badelesdune** & in **Podesgrave** & cum omnibus terris & decimis & quibuſcunque rebus ad eas pertinentibus, ſicut regis *Henrici* carta teſtatur. Ad coquinam monachorum, eccleſiam omnium ſanctorum in *Suberia* cum capella de **Berindune** & adjacente terra, & eccleſiam de *Lethewrtha* cum capella de *Burgaleya*.

* MS. Soc. *lutunia*.

“ Eccleſiam etiam de **Waulingetune** & eccleſiam de **Bigrave.** Ad ſuſtentati nem pauperum, eccleſiam de **Heveresdune**, & eccleſiam de *Kenebella* cum adjacente terra ; & eccleſiam de **Wengrave** cum decima de *Heſwa* & de **Kyngetune**, & decimam de **Roynges**. Terram quoque quam *Willielmus* filius *Gaufridi* dedit, ſcilicet unam hidam in **Helesburne** in ſartis de **Wydehale**, & unam virgatam in nemore ejuſdem **Wydehale**, ſicut donatoris carta confirmat. Ad cameram monachorum, eccleſiam de **Thirefeld**. Ad ſacriſtam, eccleſiam de **Dachat**, & ex dono *Hamonis* in villa de **Chalfunte** unam virgatam terræ & dimidiam, & unam aſartum cum libera paſtura pecudum & porcorum. In *Eboraciſira* eccleſiam de **Hapeltune** cum eccleſia **Haymundesby** & omnibus earum pertinentiis. Præterea eccleſiam de **Tynemuhe**, cellam de **Bynham**, cellam de **Wymundham** , cellam de **Walinford**, cellam de **Beuwer**, cellam de **Hertford**, cellam de *Bello loco*, cellam de **Hethfeld**, cum omnibus omnium earum pertinentiis, dignitatibus, ac liberis conſuetudinibus, necnon & alias eccleſias, decimas, villas, terras, aquas, prata, paſcua, ſilvas, redditus etiam & omnia eidem monaſterio vel cellis ejus pertinentia, ſicut in privilegiis pontificum, regum vel aliorum ſcriptis fidelium continetur. Quicquid præterea dignitatis, libertatis & competentis eccleſiæ ac monaſterio conſuetudinis per regum vel aliorum fidelium ſcripta loco eidem & cellis ejus collatum eſt, nos quoque hujus ſcripti noſtri robore confirmamus , ut videlicet eccleſias ſancti *Albani* & cellæ ejus & omnia ad eas pertinentia libera ſint ab omni tributo ſive regis ſeu epiſcopi ſive comitis, vicecomitis, ducis, judicis & exactoris & omnibus operibus quæ indici * vel emendatione pontium, caſtellorum, parcorum.

* Deeſt *ſolent.*

“ Omnia etiam pontificalia jura cellarum ſancti *Albani* & eccleſiarum ejus ſub ejuſdem abbatis diſpoſitione atq; arbitrio permaneant. Criſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, benedictiones abbatis, monachorum ſeu clericorum ordinationes, à quocunque malueritis catholico ſuſcipiatis antiſtite, qui nimirum veſtra fultus auctoritate quod poſtulatus fuerit indulgeat, nec quod petieritis audeat denegare. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur. Sed liceat vobis communi conſilio conventus vel partis conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem & beati *Benedicti* regulam, abſque ullius contradictione abbatem eligere, qui in ſuſceptione benedictionis ſuæ cunctis inpoſterum diebus ſoli *Romanæ* eccleſiæ profeſſionem obedientiæ debeat exhibere. Cui etiam abbati licitum ſit, ſicut à prædeceſſoribus noſtris vobis conceſſum eſt, perſonam de ſuis fratribus quam maluerit honeſtam, ydoneam & maturam conſtituere, quæ curam animarum ſub eo gerat & archidiaconi officium in omnibus impleat. Verùm, ne per hujus dignitatis prærogativā abbas prædicti monaſterii aliquo tempore faciliorem fortaſſis ad epiſcopatum habeat acceſſum, apoſtolica auctoritate interdicimus, ne unquam in monaſterio beati *Albani* ſedes epiſcopalis conſtituatur, ne occaſione iſta quandoque monachi diſpoſitioni ſubjaceant clericorum & clauſtralis quies turbetur, necnon & regularis obſervantiæ diſciplina ſimul cum ſubſtantia monaſterii minuatur ; ſed cunctis inpoſterum diebus eccleſia ſancti *Albani* non epiſcopum ſed abbatem à quo regatur habeat, qui ob reverentiam ejuſdem precioſi martyris pontificalis dignitatis, in quantum abbati concedi fas eſt, debeat optinere, videlicet ut ſicut pontificalia habet jura, ita & pontificalia habeat ornamenta, mitram ſcilicet, cirotecas annulum & ſandalia, tunica quoq; & dalmatica in celebrationibus miſſarum utatur, quæ liceat ei non tantùm in propria eccleſia & in cellis veſtris ſed & in omnibus eccleſiis ad quas rogatus acceſſerit in feſtis diebus geſtare, benedictionem dare, veſtimenta ſacerdotalia benedicere, clericos ſuos tonſare, & in ſortem dominicam aſſumere, ſanctimoniales ſuas benedicere. Et ſicut beatus *Albanus Anglorum* prothomartyr eſſe dignoſcitur: ita & abbas monaſterii ipſius inter abbates *Angliæ* primus omni tempore dignitatis ordine habeatur. Ita tamen quod nunquam hac occaſione infra clauſtra monaſterii abbas ipſe præſumat uti cappa clericali, vel ſeculari aliquo indumento, ſed monaſtici habitus reverentiam in omnibus diligenter obſervet & formam religionis prætendere intuentium oculis comprobetur.

“ In ponendis verò vel removendis, Prioribus cellarum vel monachis, nullus omnino clericus ſive laicus ſe obiciat, ſed abbas qui pro tempore fuerit ponendi vel removendi eos, ubi oportunum fuerit, abſque alicujus contradictione liberam habeat facultatem, quatinus tam Priores quam monachi in abbatum ſuorum ſemper poteſtate permaneant, & ita per omnia liberi ſint ubilibet habitantes ab epiſcoporum ſubjectione, ac ſi in corpore monaſterii morarentur, in quos nulla omnino perſona præter *Romanum* pontificem vel legatum cardinalem à noſtro latere deſtinatum excommunicationis ſeu interdicti ſententiam audeat promulgare. Quod ſi quiſpiam alius aliquo tempore attemptare præſumpſerit, ejus in hac parte factum omnino viribus careat & penitùs irritum habeatur. Prohibemus quoque, ut nullus epiſcopus ſive archiepiſcopus in veſtro cœnobio vel adjacentibus eccleſiis in quibus ejuſdem monaſterii abbas jus pontificale habere dinoſcitur, miſſas puplicas vel conventum ſive ſinodum celebrare, cathedram collocare, proceſſionem ſollempnem facere aut exigere, regem coronare ſeu aliquod epiſcopale officium in aliqua cellarum ſuarum excercere vel hoſpitium exigere præſumat. Univerſaliter ſtatuentes, ut quicumque epiſcopi, archiepiſcopi vel eorum clerici aut miniſtri ſuper ipſum monaſterium vel ſuper cellas & prædictas parochiales eccleſias nullam aliquatenus poteſtatem habeant, nec earum presbyteros vel clericos quoſcumq; ſive laicos, ſed nec abbatem Priores vel monachos ad ſinodum ſuam vel capitulum convocare, vel ab officio divino ſuſpendere, ſeu aliquod in eos vel minimum jus exercere, aut parochianos ſuos à communione illorum prohibere præ-

“ſumant, ſed omnia pontificalia eorum jura & quæcumque eccleſiæ ſancti *Albani* fuerint abbatis ſolummodo ejuſdem monaſterii poteſtati liberè tractanda ſubjaceant. Nolumus enim ut alicui niſi tantum *Romano* pontifici debeant in aliquo reſpondere. Nec monaſterii veſtri abbas vel monachi ſeu cellarum veſtrarum ubilibet poſitarum fratres pro qualibet interdictione vel excommunicatione, etiamſi commune interdictum terræ fuerit, divinorum officiorum ſuſpenſionem patiantur. Sed tam abbas & monachi ipſi quam & famuli eorum & qui ſe monaſticæ profeſſioni devoverunt, clauſis eccleſiarum januis, non admiſſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis tintinnabilis, humiliori voce divina celebrent & ſepulture eis debita peragant. Liceat quoq; vobis quandocumq; vos manifeſte gravari ſenſeritis, ad remedium appellationis confugere, etiamſi in cauſa quæ contra vos agitur appellatio ſit remota. Poſt factam verò appellationem, nemini liceat in vos ſententiam dare, vel aliquid innovare, ſeu vos aut poſſeſſiones veſtras auſu temerario perturbare. Ad hæc ſancimus, ne quis fratres veſtros, poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem, abſque abbatis licentia, ſuſcipere audeat vel retinere. Inhibemus inſuper, ut nulli omnino hominum liceat in cellis veſtris abſque aſſenſu veſtro abbatem aliquando conſtituere. Eccleſiæ autem in quibus jura pontificalia non habetis, ſive capellæ veſtræ & cimiteria libera ſint & ab omni exactione immunia præter epiſcopi conſuetam poteſtatem & juſtitiam in presbyteros ſi adverſus ſui ordinis offenderint dignitatem. In quibus etiam eccleſiis vel capellis liceat vobis ſeu fratribus veſtris presbyteros eligere, ita tamen quod ab epiſcopis vel epiſcoporum vicariis animarum curam abſque venalitate ſuſcipiant. Quibus nimirum presbyteris cum tantum aſſignaveritis unde victus & veſtitus neceſſaria poſſint honeſtè percipere, quicquid reſiduum fuerit liceat vobis in uſus proprios convertere. Si qui præterea fidelium monaſterio veſtro aut cellis ad ipſum pertinentibus eccleſiam aut poſſeſſionem aliquam ſeu beneficium pietatis intuitu conferre voluerit, nullus omnino audeat impedire. Adicientes etiam auctoritate apoſtolica prohibemus, ut nullus miniſter de cetero, dapifer videlicet, vel pincerna, camerarius, diſpenſator, janitor, ſeu per manum regis, vel alicujus principis, violentiam, vobis invitis in veſtro monaſterio vel in locis ad ipſum pertinentibus ordinetur. Antiquas quoque conſuetudines & redditus monaſterio veſtro debitos, ſcilicet in ſexta feria poſt aſcenſionem dominicam, de unaquaque caruca *Herefordenſis* comitatus obulum unum & in eadem die ſive ebdomada Pentecoſtes ex toto comitatu proceſſionem ſollempnem, In ſecunda verò ſollempnitate beati *Albani*, de unaquaque caruca nummum unum; itemque eodem die de unaquaque domo totius terræ ſancti *Albani* nummum unum vobis auctoritate apoſtolica confirmamus, & perpetuis temporibus inviolabiliter præcipimus obſervari. Decernimus ergo ut nulli hominum liceat ſupradictum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſive quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra obſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; ſalva in omnibus apoſtolicæ ſedis auctoritate. Ad indicium autem hujus à ſede apoſtolica perceptæ libertatis, unam unciam auri nobis noſtriſq; ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò terciòve commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri *Jeſu Chriſti* aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus fiat pax Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, quatinus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant *Amen*.

“Ego *Leo* tituli ſanctæ crucis in *Jeruſalem* presbyter cardinalis.

“Ego *Stephanus* baſilicæ duodecim apoſtolorum presbyter cardinalis

“Ego *Gregorius* tituli *Anaſtaſie* presbyter cardinalis.

“Ego *Thomas* tituli ſanctæ *Sabinæ* presbyter cardinalis.

“Ego *Honorius* catholicæ eccleſiæ epiſcopus.

“Ego *Guido Preneſtinus* epiſcopus.

“Ego *Conradus*, *Portuenſis* & ſanctæ *Rufinæ* epiſcopus.

“Ego frater *Nicholaus*, *Tuſculanus* epiſcopus.

“Ego *Guido* S. *Nicholai* in carcere *Tulliano* diaconus cardinalis.

“Ego *Oct.* ſanctorum *Sergii* & *Bachi* diaconus cardinalis.

“Ego *Gregorius* ſancti *Theod.* diaconus cardinalis.

“Ego *Stephanus* ſancti *Adriani* diaconus cardinalis.

“Data *Laterani* per manum *Ranerii* ſanctæ *Romanæ* eccleſiæ vicecamerarii x. kal. Marcii, indictione vj. incarnationis Dominicæ anno MCCXVIII. pontificatus verò domini *Honorii* tercii anno tercio.

Ex vet. MS. in bibl. *Bodl.* I. E. 31.

Hic ſubſcribuntur metra illa omnia quæ ponuntur in clauſtro monaſterii ſancti *Albani* in feneſtris, proclariori hiſtoriarum intelligentia adipiſcenda.

SAra *licet vetula prægnans hîc ſtat patriarcha.*
Prægnans virgo pia ſtat & hîc cum prole Maria.
Anna *diu hic ſterilis ſe fit flendo* Samuelis.

Hic muri Jericho *flatu cecidere ſonoro.*
Hic parit ut virgo, templum pacis ruit ultrò.
Hic in Ægipto *ſimulachra ruunt quaſi toto.*
Hic aqua de ſilice, bibat ut plebs, defluit ecce,
Fons olei Romæ *cibat ut populum fluit hicque.*
Hic ſtat vas & aquæ quod potum præſtat Heliæ.
Hic Helizeus *aquas in dulces vertit amaras,*
Hic Jeſus *in vinum metretas vertit aquarum.*
Hic Moyſes *& aquas en ſtanti reddidit aptas.*
Hic fons Nicopolis *cunctis bene ſubvenit agris,*
Fons ſacer hic & aquæ bene mundat crimina quæque.
Morbos quoſcunque piſcina lavat Siloeſque.
Hic per contactum cadit Oſa *levita retrorsùm.*
Ægra Jeſum *tetigit mulier, mox ſana receſſit.*
Tangere dum voluit regi manus hicque ſtupeſcit.
Hic modo per Moyſen *mare dividitur rubicundum.*
Imperat hic Chriſtus, *ſiſtit mare ventus & ejus.*
Jordanis *flumen hic dividitur per* Eliam.
Hic mare diviſum Moyſes *intrat gradiendum,*
Hic ſupraque mare Chriſtus, Petrus *ambulat atque.*
Hic intrat Pharao, *rediit mare, tangitur ergo.*
Hic dum Suſanna *fert, caſta probatur* Oſanna.
Hic accuſata ſtat adultera ſalvificata.
Hic mandatque dari prolem Salomon *meretrici.*
Hic per collirium Raphael *juvat ecce* Tobiam.
Per ſputumque lutum curat Jeſus *hic quoque cæcum.*
Perque oleumque merum ſanat Samarita *plagatum.*
Dum parat ipſe patri Jacob *eſcas complacet illi.*
Dum lux fit veluti, placuit Jeſus *ac benè patri.*
Dumque Joſeph *refecit patrem, pater ac benedixit.*
Filius hic viduæ prece rurſus vivit Heliæ,
Alter & hic obiit, Chriſto *danteque revixit.*
Tertius hic ſtratus Eliſeo *ſtatque levatus.*
Terret per tonitrum populum Deus hic inimicum.
Terret & hic homines Jeſus *hunc captare volentes.*
Terret & hic plebem, regem Deus ac Pharaonem.
Dum cogitat Joſue *ſtat pauſans ſolque ſororque.*
Dumque Jeſus *patitur, ſoror obſtat, ſol tenebratur.*
Dum rex fert ſignum, ſe traxit ſolque retrorſum.
Fictores Joſuæ *fuerant hic* Gabaonitæ.
Hic Chriſtus Cleophæ *ſe finxit longiùs ire.*
Hic & Achis *regi fictu placuit* David *uti.*
Idola conſuluit Occaſias, *rexque receſſit.*
Chriſtum percoluit Abagarus *rexque revixit.*
Vitam dum flevit Eſechias *rexque redemit.*
Stirpibus eſca datur cœli quæ manna vocatur.
Hic ſedet in cœna cum Chriſto *plebs duodena.*
Melchiſedec Abrahæ *panem vinum dedit ecce.*
Dum citharaque canit, David *ictu penè perivit.*
Per pacis ſignum ſtudet hic fraus prodere Chriſtum.
Baſia perque doli fert Amaſa *vulnera fratri.*
Samſon *cæcatus ſtat & hic malè ludificatus.*
Hic illudebat Chriſto *plebs ac feriebat.*
Hic ſubſannatum tulit plebiſque ſacratum.
Jurgia ſponſarum fert Lamech *verber & harum.*
Ecce flagellatur orbs per quem ſalvificatur.
Hic Achior *vinclis valè multaturque flagellis.*
Hic proboque gravi redeunt à principe miſſi.
Hic à plebe Jeſus *illuditur eſt quoque cæſus.*
Hic exprobatur David, *à* Semeyque *gravatur.*
Hicque ferunt alii, pro vita ſolet recreari.
Hic Chriſtuſque *crucem daret ut vitamque ſalutem.*
Hic Iſaac *ligna fert, fiat ut hoſtia digna.*
Hicque per inſidias lapidatus erat Jeremias.
Hic claviſque Jeſus *jacet in ligno crucifixus.*
Hic Sarra *cecidit,* Iſaias *ac requievit.*
Dirutus ac Elephas *agat ut bene prælia* Judas.

Confoſſuſque

Confeſſuſque Deus ut homo ſit vivificatus.
Abſalon *eſt ſtratus,* David *ut ſit ſalvificatus.*
Hicque Joſep *cæſum credens* Jacob *ingemit ipſum.*
Hicque ſuum natum plangit virgo cruciatum.
Occiſum flentes Abel *ſtant ecce parentes.*
Sic in ciſterna Joſep *aſt fuit hæc mora parva.*
Chriſtus *ſic gelida fuit infra viſcera terræ.*
Piſcis erat trinis Jonas *ſeu ventre diebus.*
Sicque Jonas *ceti rediit de ventre marini.*
Clauſo ſic ſaxo prodiit Jeſus *è monumento.*
Urbe velut clauſa Samſon *perfregit ad extra.*
Salvus & à morſu Daniel *rapidoque voratu.*
Sic ſtigis à facula ſtat Adam *benè ſalvus &* Eva.
A flamma pueri ſeu ſunt hic ſalvificati.
Hicque rubo dominus focus apparet velut ardens.
Apparetque piæ Jeſus *hic ſurgendo* Mariæ.
Hic Abrahæ *trinus apparet ſed Deus unus.*
Hic & tranſlatus eſt Ennoc *& veneratus.*
Hic ſcandenſque polum Jeſus *accipit à patre regnum.*
Hic curru clauſum petit Helias *paradiſum.*
Ars nova ſcribendi datur hic nova lexque regendi.
Ad fandum variis datur hic nova gratia linguis.
Linguarum prima fuit hic diviſio facta.
Hic unum ſalvat, hic alterum Pharao *dampnat.*
Dat Jeſus *hic dignis plaudenda, dolenda malignis.*
Hic Nabuchadonoſor *interſedet agmina cenſor.*
Explicit.

Ibidem. Hîc ſubſequuntur metra illa omnia quæ ponuntur in feneſtris in domo libraria monaſterii prædicti.

D*Ecor* Donatus *ſum radix grammaticatus.*
Ortographuſque vocor Dindimus *hicque locor.*
Sum quantus dat opus minus & majus Priſcianus.
Derivans quis ego fert ſtilus Hugucio.
Rethor eram magnus Marcus Cicero *vocitatus.*
Alter ego dictus Saluſtius *amulus ejus.*
Muſæus. *Ipſe Poeta fui, primuſque poetica ſcripſi.*
Orpheus. *Ipſe ſecundus ei manes modulamine flexi.*
Dicor Ariſtoteles, *direxi philoſophantes.*
Ac ego Porphirius *doctor monui logicantes.*
Nuncupor ipſe Plato, *moralia civibus apto.*
Ipſeque Pitagoras *do normas moribus aptas.*
Chriſippus. *Dixi quis cubicus numerus ſit quiſque quadratus;*
Ac ego cur impar numerus mas fœmina ſit par.
Nichomachus. *Dixi quot* Guido *moduli ſunt in monacordo.*
Quotque tenet cithara unchalus ve viella.
Euclides *vocitor, magnus fueram geometer.*
Circi quadrator Archimedes *ego dicor.*
Maximus aſtronomus reputatus eram Tholomæus;
Magnus & Albimaſar *introductor vocitabar.*
Doctor eram minimus, docui magis ipſe . . . :
Paſtor & exiguus rexi magis imò regendus.
Mitram depoſui, libro ſtudioque vocavi.
Ruffus *eam ſumpſi loca libris hæcque paravi.*
Moyſes. *Lator eram veteris primævus ſcribaque legis.*
Aaron. *Frater eramque ſuus primus legiſque ſacerdos.*
Sol legis fueram Rabi-Moyſes *mihi nomen.*
Ipſeque ſal legis Rabi-Salomon *vocitatus.*
Petrus. *Claviger eccleſiæ ſera legis eramque novella.*
Paulus. *Legifer in gentes legem docuique ſalutis.*
Athanaſius. *Dixi ſimbolicè qua debet credere quiſque.*
Alexan. Johan. *Conſtant.* *Scripſi retoricè quis quomodo crederet atque.*
Juſtinian. *Imp.* *Duximus in quinos duo legum millia libros.*
Gratianus *monach.* *Junximus & ſparſas multas in Canone cauſas.*
Accurtius. *Legum doctor eram, dubias patulas faciebam.*
Hugutius. *Alter ego juris bonus enucleator & ejus.*

Regula

Benedictus.	*Regula clauſtralis per me viget & monachalis.*
Auguſtinus.	*Per me lata prius ſtat normaque canonicatus.*
Bernardus *Caſſinenſis.*	*Illius dubia declaravi quaſi cuncta.*
Nich. Trevet.	*Iſtius obſcura manifeſtavi quoque plura.*
	Magnus eram medicus, Hypocras *ſum nomine dictus.*
	Alter & egregius vocitatus eram Galienus.
Gulielmus *Chirurgicus.*	*Emplaſtri cura ſanavi vulnera plura.*
Brunus *Chirurgicus.*	*Oſſaque confracta mea fecit potio recta.*
De rerum creſcentiis.	*De agricultura dederam nova dogmata plura.*
Palladius. Virgilius.	*Arteque de ſimili poſt paſcua rura retexi.*
Petr. Bartholomæus	*Quomodo plantabis vites docuique putabis.*
de rerum naturis.	*Quando ſereſque metes ſcripſi quoque florida carpes.*

Ibidem.

De pictura presbiterii monaſterii ſupradicti.

D*Ic ubicunque vides ſit pictus ut agnus & ales,*
Effigies operis ſexti patris iſta Johannis
Eſſe vel in toto——vel in faciendo.
Eſt opus hoc unum, cauſavit cum faciendum.
Attamen illius inceptor erat capitalis.
Nomine Willelmus Blackney *cognomine dictus.*
Obſequioque ſibi functus cuſtoſque ſigilli.
Contulerant fratres varii Sanctum venerantes.
Quorum Willelmus *Prior* Albon *ſubſtitit unus.*
Alter Willelmus Wallingford *clavigeratus.*
Tertius & primus Willy *ſacriſta* Johannes.
Poſt illos quartus Albonque Thomas *cameratus.*
John Thortun *quintus burſarius officiatus.*
Halley *devotus vir ſextus* Bartholomeus.
Valtam ſeptenus dives duruſque Ricardus.
Octavuſque Thomas Wittun, *vir munere parcus.*
Pauperibus nonus Ruſſel *dans æra* Ricardus.
Willelmus *denus* Lichfeld, *vir corpore parvus,*
Aſt animo largus, & more ſatis generoſus.
Contulerant iſti: ſint propterea benedicti.

BATHONIENSE

Cœnobium in agro Sumerſetenſi.

MS. in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Vitellii*. E. 12.]

MONASTERIUM *Batonienſe* Rex *Offa* conſtruxit, quod poſt Rex *Edgarus*, ſicut alia monaſteria, reparavit.

Bathe.

Lelandi collectan. vol. 1. p. 80.

OSRICUS Rex, primus fundator, inſtituit moniales. *Offa* Rex, ut quidam volunt, induxit Canonicos ſeculares. Deinde inducti monachi.

Lelandi itinerar. vol. 2. fol. 38.

It apperith in the boke of the antiquities of the late monaſterie of *Bath* that King *Oſric*, in the yere of our Lord *676*, *Theodore* then being archbiſhop of *Cantwarbyri*, did erect a monaſterie of Nunnes at *Bath*, and *Bertane* was the firſt abbatiſſe thereof.

It apperith by a Charte that one *Ethelmod*, a great man, gave, by the leave of King *Ædelrede*, in *Theodore* the archbiſhop of *Cantwarbyris* time, lands to one *Berneguid* abbatiſſe of *Bath*, and to one *Fulebure*. The boke of the antiquitie of the abby of *Bath* makith no great mention of any great notable doyng of *Offa* King of the *Merches* at *Bathe*.

The Prior of *Bath* told me, that after the Nunnes time there were ſecular Chanons in S. *Peters* Chirch at *Bath*. Peradventure *Offa* King of *Merches* ſet them there, for I have red that *Offa* did a notable act at S. *Peters* in *Bath*: or elſe the Chanons cam yn after that the *Danes* had racid the Nunry there.

Edgar was a great doer and benefactor to S. *Peters* at *Bath*, in whos time, Monks were yn *Bathe*, and ſyns, except *Alfarus* Erl of *March*, that was a ſcurge of Monks, expellid them for a tyme.

John, a phiſician born at *Tours* in *France*, and made Biſhop of *Wells* did obteine of *Henry* the firſt to ſette his Se at *Bathe*, and ſoe he had the abbay lands gyven unto hym, and then he made a Monke Prior there, deviding the old poſſeſſions of the Monaſterie with him. This *John* pullid down the old Chirch of S. *Peter* at *Bath* and erected a new much fairer and was buried in the middle of the Presbyteri thereof, whos image I ſaw lying ther a nine yers ſins, at the which tyme al the Chirch that he made lay to waſt, and was onroffed, and weds grew about this *John* of *Tours* ſepulcre. This *John* of *Tours* erectid a palace at *Bath* in the ſouth-weſt ſide of the monaſterie of S. *Peters* at *Bath*, one great ſquar tour of it with other ruines yet appere.

I ſaw



Bathenſis eccleſiæ cath:
facies occidentalis.
The West Proſpect of the
Cathedrall Church of Bath.

[illegible]
fieri fecit.
Thom: Bayly
S. T. D.

Daniel King delin: et sculps:

Bathenſis eccleſiæ cath.
facies occidentalis.
The Weſt Proſpect of the
Cathedrall Church of Bath.

[illegible]
fieri fecit
Thom: Bath
[illegible]

Bathonienſis Eccleſiæ Cath:
facies auſtralis.

The South Proſpect of the Cathedrall Church of Bath.



Quo memoria ipſius diutius vigeret.
P.
Franciſcus Paulet Arm.
D. King ſculp.

[illegible]

The South Prospect of the
Cathedral Church of [illegible]



184

I ſaw at the ſame tyme a fair great marble tumbe ther of a biſhops of *Bath*, out of the wich they ſayid that oyle did diſtille, and likely, for his body was enbaumid plentifully. Ther were other divers biſhops buried ther.

Oliver King, biſhop of *Bath*, began of late dayes a right goodly new chirch at the weſt part of the old chirch of S. *Peter*, and finiſhed a great part of it. The reſidue of it was ſyns made by the Prior of *Bath*, and eſpecially by *Gibbes* the laſt Prior ther that ſpent a grete ſumme of mony on that fabrike. *Oliver King* let almoſt al the old chirch of S. *Peters* in *Bath* to go to ruine; the walls yet ſtand.

Quæ Latinè ſic vertamus.

Ex libro antiquitatum nuperi monaſterii *Bathonienſis* conſtat *Oſricum* regem, anno Domini DClxxvj. *Theodoro* tunc archiepiſc. *Cantuarienſi*, monaſterium ſanctimonialium apud *Bathoniam* erexiſſe, & *Bertanam* primam ejuſdem fuiſſe abbatiſſam.

Conſtat etiam ex charta quadam *Ethelmodum*, virum potentem, de conſenſu *Ædelredi* regis, tempore *Theodori* archiepiſcopi *Cantuarienſis*, cuidam *Berneguidæ* abbatiſſæ *Bathonienſi*, & alteri *Fuleburcæ*, terras dediſſe. Rerum antiquarum *Bathonienſis* cœnobii codex vix aliquid commemorat notatu dignum ab *Offa*, *Merciorum* rege, *Bathoniæ* geſtum.

A Priore *Bathonienſi* accepi, quod poſt ſanctimonialium tempora, ſeculares erant Canonici in eccleſia ſancti *Petri Bathon.* Fortaſſis *Offa*, *Merciorum* rex, eos ibi collocavit: legi enim *Offam* aliquid egiſſe notabile apud ſanctum *Petrum Bathoniæ*. Alioqui, Canonici, poſtquam *Dani* monialium ædes funditus everterant, ingreſſi fuerint.

Ædium ſancti *Petri Bathon.* reſtaurator fautorque præcipuus erat *Edgarus*; cujus ævo, citraque, monachi erant *Bathoniæ*: niſi quod *Alfarus*, *Merciorum* comes, monachorum ipſe flagellum, eos ad tempus expulit.

Johannes, medicus quidam, natione *Turonenſis* in *Gallia*, epiſcopus factus *Wellenſis*, ab *Henrico* primo impetravit ut ſedem ſuam *Bathoniæ* collocaret; hinc ipſi cœnobii terræ dabantur, qui tunc monachum quendam conſtituit loci Priorem, veteris monaſterii poſſeſſiones cum eo dividens. Iſte *Johannes* veterem ſancti *Petri Bathon.* eccleſiam demolitus eſt, & novam longè pulchriorem extruxit, in cujus presbyterii medio ſepultus fuit; cujus effigiem ibi jacentem vidi ante annos novem jam elapſos, quando tota quam ipſe conſtruxerat eccleſia deſertam & tecto orbatam reperi, zizaniis & loliis iſtius *Johannis* ſepulchrum circumcirca ambientibus.

Iſte *Johannes Turonenſis* apud *Bathoniam* ad auſtro-occidentale monaſterii ſancti *Petri Bathon.* latus palatium conſtruxit, cujus magna quædam turris quadrata, inter alias ruinas, adhuc apparet. Eodem tempore pulchram ibidem amplamque tumbam vidi marmoream cujuſdam epiſcopi *Bathonienſis*; unde, uti narrabant, oleum diſtillabat: & veriſimiliter; corpus enim ejus erat copioſè conditum. Plures alii ibi ſepeliebantur epiſcopi.

Oliverus Kyng, epiſcopus *Bathonienſis*, valde pulchram nuper incepit eccleſiam, ex occidentali veteris ſancti *Petri* eccleſiæ parte, & magnam ipſius partem conſummavit. Reliquum poſtea addiderunt Priores *Bathonienſes*, præcipuè poſtremus loci Prior, *Gibbs* nomine, qui magnam pecuniæ ſummam in fabricam illam expendebat. *Oliverus Kyng* totam ferè veterem ſancti *Petri Bathon.* eccleſiam perire paſſus eſt. Muri adhuc ſtant.

Carta *Willielmi* regis primi.

Ex vetuſto exemplari in bibl. *Deuveſiana* an. 1644.

W. Rex Anglorum, O. *epiſcopo* Saresberienſi, & L. *Abbati* Glaſtonienſi, & A. *vicecomiti, omnibuſque baronibus*, Francigenis, & Anglis *de* Sumerſeta, & *de* **Wiltunſcire** *ſalutem. Sciatis me dediſſe Deo & ſancto* Petro *in* Bathonia, & Johanni *epiſcopo totam civitatem* Bathoniæ *in elemoſinam, & ad augmentationem pontificalis ſedis ſuæ, & omnibus ſucceſſoribus ſuis, pro remedio anime patris mei, matriſque meæ & mei ipſius, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum; dedi, inquam, ei ita liberè & honorificè, cum omnibus appenditiis, quicquid ego ibi habui, vel pater meus, dum meliùs habuimus, cum omnibus conſuetudinibus extra, & intra, ut liberaliùs habeo civitatem in tota* Anglia, *cum moneta, cum theloneo, tam in campis, quàm in ſilvis, tam in foro quàm in pratis, & in terris, ut cum maximo honore ibi pontificalem ſuam habeat ſedem. Et de hoc propalantur teſtes*, Walkelinus Wintonienſis *epiſcopus*, Robertus Lincolienſis *epiſcopus*, Robertus *comes de* **Mellent**, Henricus *comes de* **Warwic**, Robertus *filius* Hamonis, Eudo *dapifer*, Ivo *dapifer*, Robertus *filius* Geraldi, Robertus *diſpenſator*, Williel. *de* Carokela.

Charta *Henrici* regis primi.

Ibid.

IN *nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, Amen.* Henricus *gratia Dei rex* Anglorum, *omnibus archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, & fidelibus ſuis* Francis & Anglis *totius regni* Angliæ *ſalutem. Notum ſit vobis, quod eam donationem, quam donavi Deo, & ſancto* Petro *in* Batha, *ubi frater meus* Willielmus *& ego conſtituimus & confirmavimus ſedem epiſcopatus totius* Summerſete, *quæ olim erat apud villam quæ dicitur* Wella; *ſcilicet, ipſam urbem, & omnia pertinentia ad firmam ejuſdem civitatis, dono & confirmo ipſi Domino noſtro Jeſu Chriſto, & beato apoſtolo ejus* Petro, & Johanni *epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus jure perpetuo, & hæreditario. Dono etiam hidagium, quod exigebatur de viginti hidis ad eandem urbem pertinentibus, & omnia placita & leges, juſtitias, & omnes conſuetudines omnino, & adjutoria, & ſi quæ alia ſunt, quæ pater meus, vel frater, vel ego ipſe habuimus in ea: omnia plenariè & integrè dono Deo, & concedo, eccleſiæ ejuſdem civitatis, &* Johanni *epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, ut ſit rata & perpetua elemoſina pro anima mea, & conjugis meæ, ac filiorum meorum, necnon patris ac matris, fratrumque meorum. S.* Rogeri ✠ Salesberienſis *epiſcopi S.* Willielmi ✠ Exon. *epiſcopi. S.* ✠ Roberti Lincolnienſi *epiſcopi.*

Signum Re✠gis. Signum Regine ✠. S. Willielmi ✠ Winton. *epiſcopi. S.* Richardi ✠ London. *epiſcopi.* *S.* Kein✠elmi, Hereford. *epiſcopi.* *S.* Herve✠ii, Elienſis *epiſcopi.*

Hujus rei teſtes ſunt, Rogerius, Salesberienſis *epiſcopus*, Willielmus, Exon. Willielmus, Winton. Richardus, London. Robertus, Lincoln. Keinelmus, Hereford. Herveius, Elienſis, Ranulphus *cancellarius*, Johannes, Baiocenſis, Ebrard. Bernardus, Grumbaldus *medicus*, Giſlebertus *de* Aquila, Goſfricus *de* Magnevilla, Thomas *de S.* Johanne, Willielmus Peverell *de* Dovra.

Hæc cartula confirmata fuit apud Waltham, Wintonienſis *epiſcopi*, *à rege & regina, anno ab incarnatione Domini MCxj. vj. idus Aug. in tranſitu regis in* Normanniam, *anno xij. regni ſui.*

Carta Johannis *epiſcopi* Bathon.

Ibidem.

“IN nomine patris & filii, & ſpiritus ſancti. Ego *Johannes* gratia Dei *Bathonienſis* epiſcopus, futuris poſt me epiſcopis, & omnibus eccleſiæ ſanctæ filiis ſalutem. Notum vobis facio, quod ad honorem Dei & ſancti *Petri*, elaboravi, & ad effectum perduxi, cum decenti autoritate, ut caput & mater eccleſia totius epiſcopatus de *Sumerſeta* ſit in urbe *Bathonia*, in eccleſia S. *Petri.* Cui beato apoſtolo, & ſervitoribus ejus monachis reddidi terras eorum, quas aliquandiu injuſtè tenueram in manu mea, ita integrè & liberè ſicut *Alſius* abbas ante me tenuit; & ſi quid melioravi vel acquiſivi, & quicquid boni ſuper ipſas habetur, totum reddidi poteſtati eorum. Donavi etiam eis ad ſupplementum victus & veſtitus eorum, & ut augeatur conventus fratrum ibidem Deo ſervientium, & ad reſtaurandum theſaurum quem accepi de eccleſia, eas terras quas labore meo acquiſivi, & pretio emi, ſcilicet v. hidas in *Weſtona* quas emi à *Patricio* de *Caurcia**, & terram *Hugonis* cum barba, ſcilicet *Clafortonam*, Docne, *Meresfeldam*, & *Eſtonam*, & *Herleiam*, & *Arnemudam* ſuper mare, & quicquid ad eas pertinet, & unam domum in *Batha*, & alteram in *Wintonia.* De urbe vero *Bathonia*, quam primùm rex Willielmus, & poſtea frater ejus rex *Henricus* donaverunt ſancto *Petro* pro elemoſina ſua: & propter meam deprecationem, hoc conſtitui, ut omnes redditus ponantur ad perficiendum novum opus quod incepi. Preterea quæcunque acquiſivi in ornamentis eccleſiaſticis, in cappis, in palliis, in cortinis, in dorſalibus, in tapetis, in crucibus, in textibus, in calicibus, in filacteriis, & quicquid de proprio addidi in capella epiſcopali, & plenarium armarium meum, pannos etiam meos, ſcifos, & coclearia argentea, & omnem omnino ſupellectilem domus meæ, perpetuo & hæreditario jure donavi ſancto *Petro* & monachis ejus, pro remiſſione peccatorum meorum. Quicunque ergo hanc donationem meam infregerit, Dei & ſanctorum apoſtolorum & omnium Sanctorum, & meâ quamvis peccatoris autoritate anathema ſit. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo ſexto, regnante *Henrico* filio magni *Willielmi*, *Northmannorum* ducis, & *Anglorum* regis, *Anſelmo* archiepiſcopo, anno ordinationis noſtræ nonodecimo, indictione xiiij. Et ut rata & inconcuſſa permaneat hæc noſtra conſtitutio, ſigno ſancte crucis eam manu mea confirmavi ✠ & idoneos teſtes adhibui, quorum nomina ſunt, *Herevius* epiſcopus, *Herlewinus* abbas *Glaſton.* *Walkerius* archidiaconus, *Robertus* archidiaconus, *Girbertus* archidiaconus, *Agelbertus* capellanus, *Vitalis* clericus, *Walterius* Hoſatus, *Hildebertus* dapifer, *Turoldus*, *Willimus*, *Athelardus* filius *Faſtredi*, & omnes alii milites & miniſtri mei qui affuerunt.

* Aliàs *Chaurcis.*

WELLENSE

Cœnobium in agro Sumerſetenſi.

Charta Cynewulfi *regis.*

Godwin. de præſulib. Angl. tit. Bath. & wells.

IN nomine domini noſtri *Jeſu Chriſti.* Cum conſtet omnibus Catholicis & rectè credentibus in domino, quod tempora hujus temporalis vitæ longè latèque per orbem incertis ac diverſis cauſis quotidie tranſeunt, necnon homines ſubitanea ægritudine præventi, ſtatim vitam finiendo deſerunt, ſimulque omnia ſugitiva amittunt, beneficia domini ſine aliqua tarditate pauperibus hic tribuendo erogemus, ut illic fructum mercedis in æterna patria ſine fine cum domino fæliciter accipiamus. Quapropter, ego *Cynewlphus occid. Saxonum* rex, aliquam terræ partem, pro amore Dei, & pro expiatione delictorū meorum, necnon (quod verbo dolendum eſt) pro aliqua vexatione inimicorū noſtrorum *Cornubiorum* gentis, cum conſenſu epiſcoporum atque ſatraparum meorum, Dei apoſtolo atq; miniſtro, ſancto *Andreæ* humiliter aſcribendo donabo, hoc eſt, xj. manentium prope fluvium qui dicitur Weluue, ad augmentum monaſterii, quod ſitum eſt juxta fontem magnum quem vocitant Wielea, (ut eo diligentiùs in eccleſia S. *Andreæ* apoſtoli Deo ſoli deſerviant) hiis territoriis circumſcriptam. A meridie de valle quæ dicitur Aſancumb, in occidentali plaga in unam fontem qui appellatur Diernanwiel, deinde in collem quem incolæ appellant Dornhill, deinde in deſertum on picelon dorn, & tunc ultra flumen Weluue in fontem Holanwielle, & inde in deſertum in unam foſſam quæ eſt juxta fontem rivuli quem incolæ vocitant Sealtbroc, & tunc in eundem rivulum uſque flumen Welwe, deinde in ripam fluminis uſque vadum Welwe, & tunc in viam publicam uſque ſambucum quam vocitant Ellentrow, & inde in torrentem lutoſum in vadum orientalem, inde ſurſum per campeſtria inter duas petroſas vias ad ſupra nominatam vallem Aſancumb.

Si quis hæc infringere vel imminuere auſus ſit, ſciat ſe coram Chriſto, & ſanctis angelis ejus in ultimo examine rationem redditurum. Scripta eſt hæc ſyngrapha anno Dominicæ incarn. DCClxvj. indictione xij.

✠ Ego

Wellenſis eccleſiæ cath:
facies occidentalis.

The West Proſpect of the
Cathedrall Church of Wells


a
b
m
NE
A POSTERIS
FRVSTRA QVÆRATVR
P.
ROBERTVS LE WRIGHT
E SOC:MED:TEMPLI
LON: I.C.
CRIMEN
ERIT
SVPERIS

41

D: King ſculp:

The South Proſpect of yͤ Cathedral Church of Wells. Wellenſis eccl: Cath: facies auſtralis.


In
gratiam poſteritatis
P
Ioh: Strangways
Eq: Aur:

Dan: King ſculp:

✠ Ego *Cynewlphus*, *Gewiſorum* rex, hanc meam donationem cum ſignaculo ſanctæ crucis coroboravi.

✠ Ego *Herewaldus* epiſcopus, hujus munificentiæ cartulam propria manu ſignavi.

✠ Ego *Ernehardus* epiſcopus, huic largitati conſenſi & ſubſcripſi.

Charta Edwardi *Regis*, *Confeſſoris dicti.*

Ex vet. cod. mſ. in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Tiberii* E. 8.] fo. 250.

"Regnante in perpetuum *Jheſu Chriſto* omnium Regum Principe. Ego *Eadwardus* ſecundùm voluntatem ejus Monarcha totius *Britanniæ*, ſciens glorioſis regibus nihil eſſe fœlicius, & præclaro populo ſalubriùs, quam jus eccleſiaſticæ rectitudinis in omnibus ſervare, & in divinis atque ſecularibus negotiis juſta judicia agere, propoſui, juſtè & clementer regendo, mihi ſubditis prodeſſe, & ſic ſingularum utilitatibus providere, ut confirmatis noſtrâ authoritate quæ quibuſque contingunt hæreditario jure, per poſteritates ſibi ſuccedentes inviolata queant eſſe. Unde rogatus à *Gyſone* epiſcopo *Wellenſi*, (quem ante hoc biennio *Romæ* cum commendatitiis literis direxi, & apoſtolica ordinatione *Nicolai* Papæ functum recepi) & maximè ab *Eadgytha* Regina mihi matrimonio ſociata, & ſibi gratuitæ miſerationis dignatione propicia, ut ea quæ anteceſſorum largitate donata ſunt, vel ſagacitate confirmata, apicibus noſtræ authoritatis, eccleſiæ ſedis ſuæ literatò confirmarem, & quæ in multis chirographis regum priorum eſſent, aliquibus jam vetuſtate conſumptis, in armariolo unius cartulæ congregare permitterem. Eorum juſtis petitionibus libens annuo, & non ſolùm ea quæ ipſe à me, vel anteceſſores ejus à meis impetraverunt, vel etiam pretio acquiſiverunt ex his quæ regibus debentur, habere eum, & omnes ſucceſſore ejus inviolabiliter permitto; ſed etiam quicquid poſſidere videtur eccleſia quam regit, conſtituo in perpetua libertate, exceptis tribus, expeditione, pontis, arciſvè reſtauratione. Quod ut per ſuccedentia ſibi ſeculorum tempora apud filios juſticiæ perduret fixum, & in hac cartula coram ſubnotatis teſtibus manu propria Dominicæ crucis depingo ſignum, & meæ imaginis adnecto ſigillum. Si quis quæ à me canonicè decreta ſunt fregerit, anathemate irremediabili multatus, ſententiæ æternæ damnationis ſubjaceat niſi reſipuerit. Quamvis autem in ſingulis chirographis poſſeſſiones ejuſdem eccleſiæ pleniter annotatæ habeantur, tamen non infructuoſum ratus ſum, ſi in hoc quoque recapitulentur.

"Inprimis, in territorio *Wellenſi* quod antiquo vocabulo dicitur Tidington, & in ſingulis viculis ad ſe pertinentibus, ſunt 50. manſus, hoc eſt, Paulesham, pokẏ, Hentun, Gẏrdleg, Bledenhẏð & Eastun, pestbirig, pokẏhole & Æbbepẏrð, Burcotan, Middletun & oþer Middletun & Ætþam. Ðænne Horuningdun & oðer Horuingdun, & Hpete-Circe, Denrenn, Dulcotan, pælsleg, puormestorr, Celicotan, Bægenhangra, pandastrap, Hlẏttun. Item in alio quod Ciro dicitur, 50. Hii ſunt viculi ſibi adjacentes, Liteletun, Hæsele, Dundreeg & 3. Suðtunes. In alio quod dicitur Evoceric, 20. manſus, Præstole, Cestrebælde, Srættun. Et in illo quod vocatur Cẏnegesbẏrig 38. manſus, & hii ſunt ejus viculi, Landbroc, Beadpelle & Ællhambeorge, & Lẏtlemge, Hipisc, Cuma, Pibbisbẏrig, Cardren & oþer Frisa Cerdren, Guæmerestun, Langanham, pinerham, atque Cungareshbẏrig, necnon & Banapelli, cum omnibus ad ſe pertinentibus. In eo quod pellingtun nuncupatur eſt poſſeſſio 15. caſſatorum, & hæ ſunt villulæ eorum, Bocland, Hamme, Huntanapoth, Heppaðford, Pitnocesmor, Ceolfestun. Sunt 15. in altero, pifelescombe nominato in his villis diſtributo, Nunnetun, Upcotan, Hpitfeld, Hpithicumb, Acumetun, Langele, Forda, Peddesford, Fifehẏda, & oðer Fifehẏda, Dene, Slæp, Hpentmor. Habentur etiam in eo quod Lidegard dicitur, 15. caſſati, & hæ curticule adjacentes ſibi, Cuma, Peddenallrar, & þ pudu-land, Arce, Baggenbeorge, Anaro, Hylle. In eo loco quod pedmor dicitur 4. manſuum eſt poſſeſſio, & hæ ſunt villulæ huc pertinentes, Biddesham, quod Tarnuc proprie appellatur, & alia quæ dicitur Heanican & Mercern.

"Hæc igitur cum omnibus ad ſe pertinentibus, *i.* ſilvis, campis, pratis, paſcuis, piſcariis, molendinis, eccleſiæ præſatæ vel epiſcopo, ut prædixi, confirmo, & libertatem ejus ſecundùm anteceſſorum meorum ſtatuta amplifico. Scripta eſt hæc carta ab eodem *Giſone* epiſcopo juſſu meo anno dominice incarnationis MLXV. Indictione 3. 20. die menſis Maii in regali villa pendlesore nuncupata.

Signum manus *Giſonis* epiſcopi. ✠

[*A Tergo hæc.*]

"Ðis is eallra þære landa land boc þe mid rihte hẏrað into þan biscoprice þe Eadpeard cẏnge gebocode sancto Andrea Apostolo, into þam biscop stole to pillan on ece ẏrfe.

Hoc eſt.

Iſte eſt omnium terrarum liber, quæ jure ſpectant ad epiſcopatum, quas Edwardus *Rex ſcripto contulit ſancto Andreæ apoſtolo, apud epiſcopalem ſedem* Wellenſem, *in æternam hæreditatem.*

WINCHELCUMBENSE

Cœnobium in agro Gloceſtrenſi.

Annales de *Winchcumbe*, in bibl. *Cotton.*

ANNO Dominicæ incarnationis DCCLXXXVII. Rex *Merciorum Offa*, in *Glaornenſi* pago, in loco qui *Winchilcumba* dicitur, monaſterium conſtruxit, in quo ſanctimoniales conſtituit.

In eodem pago (*Glouceſtrenſi* ſcilicet) eſt *Wen-*

Will. Mal.

mesb. fol. 161. b. n. 20.

celcumbenſe monaſterium, quod *Kenulphus* rex *Merciorum* conſtruxit, ingenti & temporibus noſtris incredibili munificentia, fecitque dedicari eccleſiam à xiij. epiſcopis, quorum princeps *Wilfridus Cantuariæ* archiepiſcopus. Ibi in illa dedicationis pompa in decem Ducum conventu manumiſit ad altare regem *Cantuaritarum*, quem nuper belli jure ceperat captivum. Ibi præter illa xenia quæ magnates ſuſceperant, ineſtimabilis ſcilicet numeri & pretii, erogavit omnibus qui agros non habebant, libram argenti, presbyteris marcam auri, monachis ſolidum unum; preterea toti populo plura. Hoc monaſterium, ut ſemper mortalia labuntur in decurſum, cum tempore regis *Edgari* ſolo ferè nomine ſtaret, per beatum *Oſwaldum* archiepiſcopum nonnihil reſuſcitatum eſt. Factus ibi *Germanus* abbas, quem de *Floriaco* ſecum adduxerat, magno adjumento fuit & religioni, & reſtaurationi eccleſiæ.

Ibi requieſcit pater *Kenulphus*; cum filio *Kenelmo*, quem genitor ſeptennem *Quendridæ* ſorori reliquerat alendum. Sed illa falsò cupiditati ſuæ regnum pollicita, fraterculum tollendum è medio ſatelliti qui alumnus erat commendavit. Is inſontem quaſi venatum ducens, inter fruticeta obtruncatum occuluit.

Et mirum dictu, quod fraus tam celatè in *Anglia* commiſſa, *Romæ* divinitùs innotuit. Siquidem membrana ſuper altare ſancti *Petri* columba supernè ferente delapſa, necis & ſepulturæ loci per ordinem index fuit. Quæ quod elementis *Anglicis* erat conſcripta, à *Romanis* & aliarum gentium hominibus, qui aderant, fruſtra legi tentata. Sed ſalubriter & in tempore aſtitit *Anglus*, & latialitèr linguæ involucrum evolvens, effecit ut Apoſtolici epiſtola regibus *Anglis* compatriotam martyrem indicaret. Quocirca frequenti cœtu, pueruli corpus levatum vehebatur in *Wincelcumbam*. Ita clericorum vocali cantu, & laico alacri plauſu parricida fœmina commota, è feneſtra cænaculi in quo ſtabat caput extulit, & fortè Pſalmum cantabat, *Deus laudem meam*. Quem à fine, neſcio quo præſtigio, retrogradum ducens, nitebatur lætitiam cantantium infirmare. Tum verò vi divina lumina veneficæ cavis orbibus evulſa, cruore verſum polluerunt. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum, & qui loquuntur mala adverſus animam meam. Cruoris ſigna extant hodiè immanitatem mulierculæ, & Dei ultionem ſpirantia.

Annales de *Winchelcumbe*, in bibl. *Cottoniana.*

Anno DCCxcviij. rex *Merciorum Kenulphus Winchelcumbenſe* cœnobium conſtruxit, & in eo monachos numero CCC. collocavit. Eccleſia ejuſdem monaſterii dedicata eſt à xiij. epiſcopis, quorum princeps erat *Wlfredus*, *Cantuarienſis* archiepiſcopus.

Lelandi collectan. vol. 1. p. 391.

Ex *vita* Kenelmi *regis* Merciorum.

KEnulphus rex *Merciorum* obiit anno Domini DCCCxix. *Kenelmus* rex, *Kenulfi* filius. *Quendrida* & *Burginilla* germanæ ſorores *Kenelmi* regis.

Quendrida Kenelmo inſidias tendit per *Askebertum* ejus nutricium & procuratorem, ut ipſa regnaret. *Kenelmus* ſeptennis ducitur ab *Askeberto* prætextu venandi in ſylvam. Eſt profunda vallis inter duos montes abdita in ipſa ſilva, **Clenthe** dicta. In hac valle *Askebertus Kenelmi* caput abſcidit. Candida vacca hac valle olim frequentabat. Hic locus *Vaccæ vallis* appellari conſuevit.

Columba membranam aureis literis inſcriptam roſtro detulit, ac *Romæ* ſuper altare S. *Petri* poſuit, memoriam videlicet martyris S. *Kenelmi*.

Contentio in tranſlatione corporis S. *Kenelmi*, inter *Gloceſtrenſes* & *Wigornienſes* de reliquiis S. *Kenelmi*. Corpus S. *Kenelmi* defertur *Winchelcumbam*.

Stabat tunc *Quendrida* in ſolario occidentalis partis eccleſiæ S. *Petri*, quam viæ ſpatium dirimit ab atrio monaſterii. Legebat autem Pſalmum Cxiij. uſque ad hunc verſum, *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum, & qui loquuntur mala adverſus animam meam.* Quo loco cecidere ejus oculi ſuper librum adhuc cruore maculatum.

Præfatio.

Ex regiſtro abb. de Winchcumbe, penes Will. Morton eq. aur. an. 1644.

QUoniam antiqua teſtimonia de prima noſtri *Winchelcombenſis* cœnobii inſtitutione, & de dotatione eccleſiæ noſtræ, magna ex parte, tempore *Stephani* quondam regis *Angliæ*, ingenti ignis fragore perierunt, quod, Deo annuente, in ſuo loco apertiùs ſcribere ſtatuimus: & etiam ex illis ſcripturarum monumentis, quæ apud nos in hunc diem remanſerunt, nonnulla ſunt quæ eorum vetuſtate in illam jam devenerunt obſcuritatem ut vix à quoquam legi intelligive poſſint; nonnulla quoque eſſe cernimus, quæ hominum negligentiâ penitus exulcerata exiſtunt, atque dilacerata, &, quod magis ſentio dolendum, noſtros anteceſſores & eos qui fuerunt ante nos hujus cœnobii fratres, neque vetuſtiora innovando, neque ſcribendo recentiora diligentes fuiſſe. Idcirco, ne ea quæ in noſtris vetuſtioribus, ac antiquis cartis adhuc remanſiſſe cernimus conſimili hominum negligentia tandem magis ac magis perire videantur: ita ut ſuorum fundatorum ac benefactorum nomina (quod abſit) ſint aliquando oblita, animo concepimus, primam noſtram fundationem, ac omnes noſtri loci antiquitates per diverſas cartas ac libellos hinc inde diſperſas, in unum redigere volumen.

Primoque hunc procedendi ordinem ſervare decrevimus, ut primò de noſtre ſacratiſſime edis fundatione, & laude fundatoris noſtri. Secundò de privilegiis, penſionibus, & portionibus eorundem. Tertiò, de cartis & privilegiis regum. Quartò, de ſingulis dominiis & poſſeſſionibus noſtris à regibus, principibus, aliiſque fidelibus Chriſtianis, per tempora, & vices præfato monaſterio noſtro conceſſis. Poſtremò, de abbatum hujus loci nominibus, & quæ quiſque eorum in commodum, & utilitatem domus noſtre contulerit, prout ea omnia nos reperire contigerit, fideliter, optimo Deo inſpirante, exprimere conabimur, ab illo tempore ducendo exordium, quo illuſtris rex *Merciorum Kenulphus* dictam eccleſiam noſtram primò fundaverit, ubi ſi fortè alicubi aut minùs aut ſuperhabundantèr dixiſſe videar, id obſecro prudens &

ſtudioſus lector ex ſua charitate, vel diminuere, vel ſupplere ſtudeat.

Laudatio cœnobii Winchelcombenſis.

798. ANno igitur ab incarn. domini DCCxcviij. rex *Merciorum Kenulphus* in pago *Glaornenſi*, in loco qui *Winchelcomba* dicitur, cœnobium conſtruxit, & in eo monachos CCC. numero collocavit: eccleſia verò ejuſdem monaſterii dedicata eſt à treſdecim epiſcopis, quorum princeps erat *Wilfredus Cantuarienſis* archiepiſcopus, in præſentia trium regum,& decem ducum,& idem rex *Kenulphus* actionem ſuam ſecundùm ſubſcriptam formam confirmavit.

Carta glorioſiſſimi regis *Kenulphi* de *Winchelcumbenſis* cœnobii prima fundatione.

Annales de *winchelcumbe* in biblioth. *Cottoniana* [ſub effigie *Tiberii* E. 4.]

R*Egnante domino noſtro in evum per ſecula cuncta; anno verò incarnationis ejuſdem ſalvatoris mundi Domini noſtri Jeſu Chriſti* 811. *indictione autem quarta, imperii verò noſtri à Deo dati anno xvj. die verò* 5. *idus Novembris. Tunc ego* Kenulphus *rex* Merciorum *hoc opuſculum, Deo auxiliante atque favente, in plenitudine provinciæ* Wictionum *inchoavi, famoſo in loco quem ſolicolæ antiquo nomine*, Winchelcomba *appellare ſueſcunt. Eccleſiam, quæ modò pulcherrima clareſcit ſcemate jam nempè preparata enituit, ibi* Wulfredus *quoque præſul* Cantuariæ *in honore Jeſu Chriſti Domini noſtri beatæque* Mariæ *genetricis Dei, quæ ſuo concluſit gremio quem cœli capere terraque nequierant, dedicavit. Ibi quoque meum in domino corpus pauſare decrevi. Complacuit autem mihi* Kenulpho, *ut ad conſecrationem antenominatæ eccleſiæ univerſos accerſiſſem* Merciorum *optimates, epiſcopos, principes, comites, procuratores, meoſque propinquos, necnon* Cuthredum *regem* Cantuariorum,*atque* Siredum *regem* orientalium Saxonum, *cum omnibus qui teſtes noſtris ſynodalibus conciliabulis aderunt. Quam verò baſilicam ad laudem & ad honorem Domini Jeſu Chriſti, pro amore regni cœleſtis, atque expiatione piaculorum meorum, edificavi, non modò ad roborationem hæreditatis meæ, atque ad ſolidationem apoſtolici privilegii, quæ mihi apoſtolici pontifices cum auctoritate beati* Petri *apoſtolorum principis, direxerunt. Ego etenim* Kenulphus, *Dei arridente gratia,*rex Merciorum,*ad gratiarum actionem pro devotione illorum, qui mihi & meæ hæreditati benevola mente cum auctoritate apoſtolorum affirmatione atque cunctorum ſynodalium noſtrorum reconciliationem firmiter roboraverunt: jam autem pro confirmatione meæ hæreditatis,quam dominus* Leo *papa primus affirmabat cum ſuo privilegio, & poſtea* Paſchalis *ſummus pontifex, cum præceptis ſuæ autoritatis & univerſis* Merciorum *optimatibus, in tribus ſynodis, unanimo conſilio, in perpetuam hæreditatem mihi meiſque hæredibus, dona mea omnibus archontis* Merciorum *necnon & aliarum provinciarum, in auro, argentoque & in omnibus utenſilibus meis, letus erogavi, necnon in equis electiſſimis, unicuique ſcilicet ſecundùm dignitatem ſui gradus, & univerſis qui agros non habebant, libram in argento puriſſimo tribui, atque in auro mundiſſimo, unicuique presbitero, marcam tribui unam, & omni ſervo Dei ſolidum unum; & ea dona innumerabilia ſunt ſicut noſtram regalem dignitatem decebat; quæ nullus enumerare valet, neque numeranda ſunt, quæ tunc meæ erogavi genti, ea conditione, ut mihi meiſque hæredibus, plena libertate hæreditas mea eo firmior atque ſtabilior æternaliter perduraret. Ego* Kenulphus *etiam rex* Merciorum *vexillum ſanctæ crucis in quo paſſus eſt Jeſus Chriſtus, Dominus noſter, ad hoc conquiſivi, ut animæ meæ, & omnium bonorum ſecularium, ſeu hæredum immobilitèr patrocinando, contra tumultum pravorum tutatrix, atque defenſatrix perpetuis temporibus permanſiſſet. Et ſi quis aliquid ab hoc vexillo per vim ſtudeat auferre, majoris ſive minoris perſonæ, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum, & à ſancta crucis tutela coram Deo in die judicii ſeparatum, niſi ante hic cum ſatisfactione emendaverit, & ab illo patrocinio prædicto ſanctam iſtam eccleſiam, ſub almæ Trinitatis nutu, atque angelorum, & archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum, martirum, confeſſorum, virginum, & omnium Sanctorum protectione corroboratam ſciatis permanere. Hoc quoque ego* Kenulphus *rex, & omnes qui in noſtris ſynodalibus conciliis teſtes atque conſcii hujus rei præſentati fuiſſent, dijudicavimus, atque unanimo conſenſu conſtituimus, ut ſi homo aliquis culpabilis vitæ ſuæ aut in aliquo delicto, occultè publicève delinquens, perveniſſet ad apicem hæreditatis meæ, & noſtram eccleſiam, atque vexillum ſalutiferæ crucis requireret, firmiſſimam ibi pacem atque indulgentiam inveniret, & nulus fuiſſet homo aliqua audacitate fretus, quoquo modo curvave cogitatione, aliquid per vim exinde rapere, nec diminuere, neque agros meæ hæreditatis foràs tranſdonare, vel accomodare, niſi ad tempus, & ad conditionis ſtatutum unius hominis, ſed immobilitèr permanſiſſent quaſi in noſtris tribus ſynodis firmiter decrevimus, æternaliter perdurare. Hii omnes hujus rei veritatis teſtes extiterunt, & ſacratiſſimo crucis Chriſti ſignaculo roborando confirmaverunt.* ✠ Ego Kenulphus *rex* Merciorum *hujus definitionis reconciliationem ſigno ſanctæ crucis confirmavi.*

✠ Ego Cuthredus rex Cantuariæ *conſentiens ſignum ſalutifera crucis impono.*

✠ Ego Siredus,rex Orientalium-Saxonum *ſignum crucis ſalutifere corroborans impono.*

✠ Ego Wulfredus, Cantuariæ *archiepiſcopus conſenſi, & ſubſcripſi.*

✠ Ego Aldulphus,Lichelfeldenſis *epiſcopus conſenſi, & ſubſcripſi.*

✠ Ego Denebertus,Wigornienſis *epiſcopus conſenſi, & ſubſcripſi.*

✠ Ego Wulthardus, Hecana (*quæ nunc* Herefordienſis *dicitur*) *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.*

✠ Ego Werenbrihtus, Leogerenſis *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.*

✠ Ego Tilferdus, Haguſtaldenſis *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.*

Ego Ethelwlfus, Eaſt-Anglorum *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.*

✠ Ego Alchbartus, South-Saxoniæ *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.*

✠ Ego Ethelnotus, Londonienſis *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.*

✠ Ego Wibartus, Sirebornienſis *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.*

✠ Ego *Beormodus Roveceſtrenſis* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Wignothus*, *Exonienſis* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Cudulphus*, *Cridiatunenſis* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Eambeortus* dux conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Heardbeorthus* dux conſenſi & ſubſc.

✠ Ego *Beornothus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Cynhelmus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Ceolbertus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Aldredus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Wulfredus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Heafrethus* dux, conſenſi & ſubſcripſi

✠ Ego *Colfarthus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Heatfarthus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Pleſa* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

Ex regiſt. abbathiæ de *winchelcumbe*, penes *will. Morton.* mil. an. 1644.

De prædiis, dominiis & poſſeſſionibus per beatiſſimum regem Kenulphum Winchelcumbenſi *monaſterio collatis.*

SI quiſpiam cupiat ſcire que & quanta ſint illa dominia, poſſeſſiones, & predia que monaſterio *Wenchelcumbenſi*, à principio fundationis ſue, idem beatiſſimus Rex *Kenulphus*, ex ſua munificentia, contulerat; ſanè reſpondemus, nullicubi nos de antiquis noſtris munimentis, cartis aut libris illud unquam reperire potuiſſe. Quod fortè ideò evenit, quia omnia antiqua noſtra munimenta, tempore Regis *Stephani* (ſicut ante diximus) aut igne penitùs conſumpta ſunt, aut certè ob nimiam eorum vetuſtatem ita predeceſſorum noſtrorum negligentiâ perierunt, quod eorum veſtigia minimè jam appareant. Arbitramur tamen, ex multis conjecturis hec infra ſcripta dominia, & dona, & munificentia ejuſdem glorioſi fundatoris noſtri, nobis in hodiernum diem remanſiſſe, videlicet, dominium ſive manerium de *Schurburnia* cum pertinenciis; dominium ſive manerium de *Bladingtona* cum pertinentiis; dominium ſive manerium de *Euſtona* cum pertinentiis; dominium ſive manerium de *Honiburnia* cum pertinentiis; dominium ſive manerium de *Adelmingtona* cum pertinentiis; dominium ſive manerium de *Alna*, cum pertinentiis; dominium ſive manerium de *Twiningia* cum pertinentiis; dominium ſive manerium de *Charlingtona-abbatis* cum pertinentiis; dominium de *Newtona* cum ſuis pertinentiis; & dominia ſive maneria de *Stawntona*, & *Snowſhulla* cum eorum pertinentiis & membris. Sicque inpræſentiarùm nobis *Winchelcumbenſibus*, ex dono & liberalitate prædicti fundatoris noſtri, undecim integra dominia, cum ſuis membris, ſaltèm quo ad principalitatem & dominium remanſiſſe videntur; niſi fortè aliqua eorum ex illuſtriſſimi, ac Deo devotiſſimi principis, regis *Eadgari*, ex ſue pietatis elemoſina, ad nos devenire potuerint, cum ſcribitur in vita ſancti patris *Oſwaldi*, *Wigornienſis* ſedis epiſcopi, ſeptem monaſteria in ſua dioceſi *Wigornenſi*, induſtria, & labore ejuſdem patris, ad obſervantiam regularis vitæ fuiſſe reformata, & regem Deo devotum *Edgarum* ad ejus preces multa predia, & poſſeſſiones eiſdem contuliſſe, ac noſtrum *Winchelcombenſe* cœnobium unum fuiſſe ex ſeptem ita per eum reformatis. Quod enim ad alias poſſeſſiones, portiones, & dominia noſtra, quæ inpreſentiarum poſſidemus attinet, & quando ad *Winchelcombenſium* manus devenerunt, ſuis locis hic inde in ſequentibus, Deo volente, pluribus aperiemus.

Si verò ſint qui ſcribunt *Winchelcombenſium* & *Perſcheorenſium* monaſteria, tempore quo *Willielmus Normannorum* Dux, ſibi regnum ſubjugaverat, longè majora, atque plura, quam modò habuiſſe poſſeſſiones, & dominia, ſed quia minus cautè ſibi de futuris proſpicientes, elegerunt eidem *Willielmo* duci pro viribus reſiſtere, aut eum fortè debellare, ideo dicunt eundem *Willielmum* regem vehementèr in eos commotum, abſtuliſſe plurima ex eorum poſſeſſionibus, & ea pro ſua voluntate aliis piis locis contuliſſe. Verùm an hec aliquid veritatis habeant, necnè, cum ea in noſtris antiquitatibus nuſquam legerim, non auſim ſcribere. Memini tamen me, apud monaſterium *Eveſhammenſium*, in eorum antiquiſſimis hiſtoriis olìm legiſſe, *Willielmum* ducem *Normannorum*, tunc *Anglorum* regem, *Godricum* abbatem *Winchelcumbenſem* violentèr tenuiſſe, ac in caſtro *Glounceſtriæ* juſſiſſe retrudi cuſtodiendum, *Winchelcumbenſeque* cœnobium abbatis *Eveſhammenſium* moderationi commendaſſe, & paulò poſt cuidam monacho ex *Normannorum*, ut creditur, genere, *Galando* nomine, illud idem *Winchecumbenſe* monaſterium contuliſſe regendum. Quod reverà fieri unquam haud potuit, niſi (ut communis ſe habet fama) idem *Willielmus* Rex, in abbatem hujus loci fuiſſet vehementèr exacerbatus. Quod autem aiunt, ſecundùm vulgi opinionem, ſilvam juxta *Twynningiam*, **Wythwood** hodie nuncupatam, olim ad *Winchelcombenſes* pertinuiſſe, atque per eundem *Galandum* abbatem fuiſſe aut impignoratam aut venditam; quia illud in noſtrarum antiquitatum codicibus minùs potui alicubi inſpicere, ideo pro vero nolim aliquo pacto affirmare. Tutius quidem ſentio, in his quæ nobis dubia ſunt, totum Dei judicio cum humilitate commendare, quàm, ut incerta pro veris & certis, cum ſcrupulo conſcientiæ noſtræ, aliqua affirmamus. Quæ autem *Perſcheorenſes*, de ſuis poſſeſſionibus amiſerunt à ſua prima fundatione, (quæ etiam paulò anteà meminimus) ipſi de ſeipſis & loqui & ſcribere meliùs atque apertiùs noverunt. De illo autem quod anteà diximus *Kenulphum* glorioſum regem *Winchelcumbenſe* cœnobium conſtruxiſſe, & in eo collocaſſe monachos numero trecentos, quemadmodum nos in noſtris vetuſtioribus teſtimoniis pro hiſtoriæ veritate indubiæ accepimus, ſi quiſpiam roget, quomodo potuit tam ingens religioſorum cohors tantillis prædiis, & poſſeſſionibus victitari; reſpondemus, hoc magno eſſe argumento, pro illa vulgari & communiſſima opinione amplexanda, quæ dicit quod *Willielmus* de *Normandia* dux plurima oppida, & poſſeſſiones, à ſancto fundatore noſtro antea collata, per vim & conqueſtoris potentiam nobis abripuiſſe; vel fortè ita reſpondendum, tantam tunc monachorum multitudinem, longè minoribus prædiis, quàm ſit hac noſtra tempeſtate credibile, habunde ſatis vivere potuiſſe. Quoniam in illo magno religioſorum numero, vix fortaſſis quadraginta vel circiter in ſacerdotes aut clericos ordinari cerneres. Reliqua verò multitudo, heremitarum & laicorum more, diverſis artificiis, & aliis manuum laboribus operam dantes, pro hiis que in neceſſariis defuerunt, prout ab antiquo boni fecere monachi, diligenter proſpiciebant. Sed hæc de noſtro glorioſo fundatore jam memoraſſe ſufficiat.

Vide Cart. antiq. C. n. 8.
Vide vol. 2. *p.* 854. *col.* 1.

WILTONENSE
Cœnobium.

Wilton.

Lelandi collectan. vol. 1. p. 65. PRIMUS fundator abbatiæ de Wileton erat *Alfredus* junior, filius *Æthelwolphi* regis, qui conceſſit manerium ſuum in *Wiltonia* dicto monaſterio. Secundus fundator fuit *Edwardus* ſenior, filius *Alfredi* regis. Tertius, *Æthelſtanus* filius *Edwardi* ſenioris. Quartus, *Edwardus* frater *Athelſtani*. Quintus, *Edredus* frater ſuus. Sextus, *Gulielmus* conqueſtor.

Lelandi collectan. vol. 2. p. 195. *Ex chronico quodam* Vilodunenſi, Anglicis *rithmis ſcripto, incerto tamen autore, hæc quæ ſequuntur, me interprete, decerpta ſunt.*

E*Cbertus* rex *Weſt-ſaxonum* frequenter egit *Severiæ*. Sancta *Alburga*, ſoror *Ecberti* regis, nata *Viloduni*.

Atwulphus rex, *Ecberti* filius, ſecundus fundator *Vilodunenſis* monaſterii. *Atwulphus* rex, ſalutata *Roma*, per *Galliam* domum rediens, filiam *Caroli* in uxorem accepit.

Ethelbald Atwulphi filius, *Shiroburnæ* ſepultus.

Ethelbright rex ſepultus apud Winburne, & hic fuit tertius fundator *Vilodunenſis* monaſterii.

Wulſtanus comes *Vilodunenſis* contra *Ethelmundum* regem *Merciorum* pugnans, vicit; graviſſimis tamen vulneribus acceptis, ex quibus ante annum periit. Hic quandam antiquam eccleſiam S. *Mariæ Viloduni* reparavit, antea per *Danos* tantùm non deſtructam: inſtituitque in ea collegium ſacerdotum qui preces, & pro *Alquimundo* patre ſuo, crudeliter ab *Ethelmundo Merciorum* rege interfecto, & pro ſe aſſiduè funderent. Mortuo poſtea *Wulſtano* comite, uxor ejus *Alburga*, ſoror *Ecberti* regis *Viſi-Saxonum*, obtinuit à fratre, ut monaſterium ibidem fieret ſacrarum virginum, cujus primus fundator idem *Ecbertus* dictus. Propè hoc monaſterium erant *Wulſtani* comitis ædes, regiaque civitas in qua monaſterium conditum fuit, Kinggesbyri dicebatur, quod nomen vel hodiè ſervat. Fundatum verò fuit monaſterium anno Domini 800. DCCC. erantque duodecim ſacræ virgines prætèr præſidem.

Alfredus vicit *Danos* cruentiſſima pugna, quingentis à *Viloduno* paſſibus in loco vulgo Waſcheſorne dicto.

Ælfled, puellula trium annorum temerè à nutrice in balneo relicta, quæ fugerat proptèr metū & ſtrepitum pugnantium, periit; & ſepulta fuit in monaſterio S. *Mariæ Viloduni*.

Alfredus rex, devictis *Danis*, motu uxoris ſuæ *Egwinæ*, condidit novum monaſterium *Viloduni*, eo loco ubi ipſe primus habitaverat, & duodecim ſacras virgines curæ *Radegundis* abbatiſſæ tradidit, tranſtulitque tredecim virgines monaſterii ſanctæ *Mariæ* in ſuum. Ita erant numero viginti & ſex. Abſolvit eccleſiam novam cum officinis in duobus annis, quam dedicavit D. *Mariæ* & ſancto *Bartolomeo*.

Edgarus rex nomine, filiæ ſuæ *Edithæ*, ex *Wultrilde* concubina genitæ, auxit monaſterium *Vilodunenſe*.

Vide vol. 2. *pag.* 857. *col.* 1.

AMBRESBURIENSE
Cœnobium in agro Wiltonienſi.

W. Malmesb. fol. 143. n. 50. IN *Wiltenſi* pago ſunt iſta cœnobia, *Malmesburiæ* virorum, *Wiltoniæ* & *Ambresberiæ* fœminarum. De *Malmesberienſi* aliàs loqui ſedit animo. De *Ambresberienſi* nihil aliud ad noſtram notitiam attigit, niſi quod ab *Helfrida*, ſancti *Edwardi* interfectrice, & illud & *Warwellenſe* facta ſunt cauſa pœnitentiæ. Jacet ibi ſanctus *Melotius*, cujus proſapiæ cujuſve ſanctimoniæ incertum mihi.

Rob. Glouceſtr. MS. in bibl. *Bodleianá* fol. 81. a.

Get Alfred the luther quene that ſeynt Edward ſloug
Of hure treſpas bifore hure dethe repentant was ynoug.
And rered two Nonneryes; Whorwell that one was,
And Ambresbury that othere, to bœte hure treſpas.

Rog. Hovid. fol. 320. n. 40. Anno gratiæ MClxxvij. idem rex (ſcilicet *Henricus* ſecundus) expulſis ſanctimonialibus de abbatia de Ambresberie propter incontinentiam ſuam, & per alias domus religioſas in arctiori cuſtodia diſtributis, ipſam abbatiam de Ambresberie dedit abbatiſſæ & domui de *Frunt Everoit* in perpetuum poſſidendam: & miſſo à *Frunt Everoit* uno conventu ſanctimonialium, *Ricardus Cantuarienſis* archiepiſcopus introduxit eas in abbatiam de Ambresberie 11. kal. Junii, die dominica, præſentibus domino rege patre, & *Bartholomæo Exonienſi*, & *Johanne Norwicenſi* epiſcopis, & aliis multis clero & populo.

Charta Johannis *regis.*

Cartæ antiquæ lit. B. n. 8.

“ J*Ohannes* Dei gratia rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, &c.
“ Sciatis moniales de *Ambresburia*,
“ circiter xxx. propter vitæ ſuæ turpitudinē, & ordinis
“ ſui diſſolutionē, & infamiam quæ divulgabatur
“ publicè, mandato domini papæ *Alexandri*,
“ voluntate etiam domini regis *Henrici* patris noſtri,
“ conſilio quoque & prudentia *Ricardi*, *Cantuarienſis*
“ archiepiſcopi, apoſtolicæ ſedis legati, &
“ *Joſelini*,

“*Joſelini*, *Sarum*, & *Bartholomei*, *Exonienſis*, & *Rogeri Wigornenſis*, & *G. Londonenſis*, & aliorum plurimorum epiſcoporum, & magnatum, & Baronum noſtrorum, à monaſterio ſuo fuiſſe amotas, & in aliis monaſteriis collocatas, & moniales de ordine *Fontis Ebraldi* ibidem, ad ſerviendum Deo introductas. Quamobrem concedimus, & præſenti cartâ confirmamus, ordini & religioni *Fontis Ebrardi*, pro ſalute animæ regis *Henrici* patris mei, & religionis honeſtate, pro ſalute noſtra, & omnium anteceſſorum noſtrorum, donationem quam dominus rex *Henricus*, pater noſter, fecit eccleſiæ prefatæ *Fontis Ebrardi*, ſcilicet, eccleſiam ſanctæ *Mariæ*, & ſancti *Melori* de **Ambresbery**, cum omnibus rebus quæ ad eam pertinent, tam in eccleſiaſticis quam in mundanis poſſeſſionibus, ut ordo & inſtituta eccleſiæ *Fontis Ebrardi* ibidem quietè conſerventur, & conventus monialium multo major quam fuerat, ſub cuſtodia Prioriſſæ, ſecundùm ordinem præfatæ eccleſiæ Deo famuletur. Hanc eccleſiam, cũ omnibus rebus quæ ad eam pertinent, & omnes poſſeſſiones *Fontis Ebrardi*, ſciatis nos velle manutenere, & defendere, & liberas & quietas eſſe ab omni ſeculari ſervitio & exactione, & gravamine, & accepiſſe in manu noſtra & defenſione, & protectione contra omnes homines ſicut propriam noſtram & domini regis *Henrici*, patris noſtri, & anteceſſorum noſtrorum elemoſinam. Concedimus etiam & confirmamus eiſdem monialibus manerium de **Wallop** in *Hanteſira*, cũ omnibus pertinentiis ſuis, quæ ad nos pertinet, & cum emendatione quam ibi facere poterint in perpetuam elemoſinam, & omnes elemoſinas, & terras, quæ eis rationabiliter datæ ſunt vel erunt, firmiter concedimus, & in omni jure ſuo, & poſſeſſione, in omnibus locis, omnes conſuetudines ſive in eccleſiaſticis, ſive in ſecularibus rebus, tam liberè, quietè, & plenariè, ſicut nos haberemus ſi eſſent in dominico noſtro. Confirmamus etiam eis monaſterium de **Ambresbery**, & parochiam, cum omnibus decimis, & terris eidem adjacentibus. Scilicet capellam de **Durenton**, cum omnibus decimis, & decimã de *Forſtelberia*, & de **Wadhall**, & de *Lodewrtha Johannis* mareſchalli, & *Lodewrtha Hugonis* de **Laſcy**, & undecem acras bladi, & undecem agnos de **Niwenton** *Humfridi* de **Bohun**, & quinque ſolidos annuatim, pro cimiterio habendo, in auxilio ejuſdem villæ; & manerium de **Bulliford** cum **Hindorinton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & capellam cum decimis adjacentibus, & manerium de *Boſcumba*, membrum de **Bulliford**, quod adjacet predictæ eccleſiæ, cum decima de dominio quæ adjacet capellæ de **Bulliford**, & manerium de **Maidwinterburgh**, cum eccleſia & dimidia hida terræ, cum decimis adjacentibus, & manerium de **Aleton**, cum decimis de dominio, & medietate decimæ ruſticorum; & manerium de **Chelſtanton**, cum decima ejuſdem manerii, & manerium de **Northwinterburne**, quod adjacet predictæ eccleſiæ; & manerium de *Kenetebiria*, cum eccleſia, & omnibus decimis ejuſdem manerii; & capellam de **Deneford**, cum omnibus decimis; & decimam de **Hingelſted**, & de **Goingford**, cum omni jure parochiali; & decimam de **Hamſted**, cum omni jure parochiali, quæ adjacet matri eccleſiæ de *Keneteberia*; & manerium de *Chanleia*, & manerium de *Faleleia*, cum eccleſia ejuſdem manerij, & decimam de *Sutfaleleia*, quæ adjacet matri eccleſiæ & decimam de *Rotleia* de dominio Templariorum; & eccleſiam de *Letecumba*, cum decimis & omnibus ad eccleſiam pertinentiis; & de redditu nemoris de **Barroc** viginti ſolidos; & decimam paſnagii, tam denariorum, quam porcorum, & quot porcos ibi habere voluerint, quietos de paſnagio; & centum porcos in **Cheton** quietos de paſnagio, & totidem ſimiliter quietos in **Bentewde**, & quatuor acras in *Boſcumba*, duæ ſcilicet de **Pantorne**, & duæ de *Avena*, & quatuor agnos; & in **Botenſen** quinque acras bladi, & in **Bruthmareſton** duas acras, & in **Cheldrington** tres acras, & in **Aldinton** quatuor acras, & in **Wineleſford** duas acras, & in **Sideſton** unam acram, & in **Newenton** *Johannis* de **Nevell** unam acram, & unum agnum, & decimam de **Brumelham**, & in *Dawteſeia* tres ſolidos, & in **Deverell** *puellarum* quinque caſeos, & quinque agnos, & in **Hungdungton** decimam de quinque virgatis terræ, quas *Robertus* capellanus tenebat; & omnes alias terras, & elemoſinas quas habent, vel habituri ſunt; & quinque caretas errantes* ſingulis diebus ad ligna deferenda ad prædictum monaſterium de **Ambresbery**, unam ſcilicet caretam in boſco de **Chettun**, unam in **Graveling**, & unam in **Winterſlaw**, quæ pertinet ad **Bethamſted**, & unam in **Bentelewde**, quam prædictum monaſterium de **Ambresbery** antiquitùs habebat, & unam in boſco ſuo de **Wallop**, quod appellatur *boſcum reginæ*. Ita ſcilicet quod de waſto quod facient quadrigæ quæ ibunt in boſcum de **Wallop**, & de **Widelai**, neque de waſto aliarum quadrigarum qui ibunt in alios prædictos boſcos non ponantur in *merci*, nec ſcribantur in waſto.

* f. euntes

“Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædictæ moniales, & earum miniſtri, & ſervientes, omnes poſſeſſiones ſuas, & elemoſinas habeant, & teneant, cum *ſacha* & *ſocha*, & **Tol** & **Theam**, & **Infangenethef** & **Utfangenethef**, & cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, & quietaniis ſuis in boſco, & plano, in paſcuis, & pratis, & paſturis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, in ſtagnis & vivariis, in mariſcis & piſcariis, in grangiis & virgultis, infra burgum & extra, & in omnibus locis & omnibus rebus, ſolutas, liberas, & quietas de *ſiris* & *hundredis*, de placitis & querelis, & de pecunia pro *murdris* & latrociniis, & de *Hamſoka* & de **Forſtall** & de **Wapentake**, & *Scutagiis*, & *Hidagiis*, *Geldis*, *Denegeldis*, *Hornegeldis*, *Fotgeldis* & *aſſartis* factis ante confirmationem domini Regis patris noſtri factam, anno ſcilicet incarnationis Domini MCLXXIX, & de *aſſiſis*, & donis, & *Scotis*, & auxiliis, & operationibus caſtellorum, domorum, wallorum, parcorum, vivariorũ, pontium, foſſarum, & *fledwita* & *hengwita*, & *flemanfremtha*, & *ſumagio*, & **warpeni**, & **averpeni**, & **Theingpeni**,

1179

ſingpeni, & hunderedeſpeni, & de Miſchening, & blodewite, & Fithwite. Et ſint in perpetuum quietæ per totam terram noſtram, citra mare, & ultra mare, tam per terram, quam per aquam de theoloneo, & paſſagio, & pontagio, & tallagio, leſtagio, ſtallagio, & de omni conſuetudine & omnibus occaſionibus quæ ſunt vel eſſe poſſunt, & generaliter de omnibus rebus, & omnibus modis, quæ ad nos, vel ad hæredes noſtros, vel ſucceſſores noſtros pertinent vel pertinere poſſunt, excepta ſola juſtitia mortis & membrorum. Prohibemus etiam regia auctoritate à Deo nobis conceſſa, ne aliquis hominum, ſive miniſter noſter, ſive alius, in tota terra noſtra præfato monaſterio, vel ullis rebus ad ipſum pertinentibus, moleſtiam ſive injuriam, ſive contumeliam inferat, nec res vel jura ſua, nec nativos, vel fugitivos ſuos, vel catalla eorum detineat, nec homines venientes ad molendina ſua ullo modo impediat, nec eas vel homines earum, pro conſuetudine aliqua vel ſervitio aut exactione pro aliqua cauſa diſturbet de rebus ſuis, quas homines earum affidare poterunt ſuas eſſe proprias; nec de aliqua poſſeſſione ſua in placitum ponatur niſi in præſentia noſtra, vel hæredum noſtrorum, ſicut cartæ domini regis *Henrici* patris noſtri, & regis *Richardi* fratris noſtri teſtantur. Teſtibus *Willielmo* comite *Arundelliæ*, *R.* comite *Leiceſtriæ*, *W.* mareſcallo, comite de Penbrok, *R* conſtabulario *Ceſtriæ J.* de *Pratellis*, *P.* de *Pratellis*, *W.* de *Stagno*, *B.* camerario, *W.* de Clapam, *W.* de *Cantilupo*, *R.* de Wanci, *W.* de *Ewla*, *R.* de Montebegun. Dat. per manus *Huberti Cantuarienſis* archiepiſcopi, cancellarii noſtri, xxx. die Auguſti apud *Rupem Andel.* Anno regni noſtri primo.

Alia ejuſdem *Johannis* regis charta.

Chartæ antiquæ, lit. BB.

JOhannes *Dei gratia rex* Angliæ *&c. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ* A. *reginæ, cariſſimæ matris noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dediſſe, & conceſſiſſe, & præſenti carta noſtra confirmaſſe, in liberam puram & perpetuam elemoſinam Deo, & abbathiæ* Fontiſ-Ebrardi, *& capellæ ſancti* Laurentii, *quam* A. *regina, mater noſtra fundavit quinquaginta ſolidos ſterlingorum annuatim percipiendos ad Scaccarium noſtrum, ad feſtum ſancti* Michaelis, *per manum prioriſſæ de* Ambresbiri, *ad ſuſtentationem capellani, qui in prædicta capella ſancti* Laurentii *miniſtrabit, in perpetuam elemoſinam, pro anima prædictæ* A. *reginæ, matris noſtræ. Ita quod prædicta abbathia celebrari faciat in prædicta capella in perpetuum, pro anima prædictæ* A. *reginæ, matris noſtræ, & quod illi quinquaginta ſolidi non convertantur in alios uſus, quam in ſuſtentationem capellani qui ibidem adminiſtrabit. Teſtibus* H. Sariſberienſi *epiſcopo.* G. *filio* Petri *comitis* Eſſexiæ. *Datum apud* Clarendon *ſecundo die Maii, anno regni noſtri quinto.*

Vide Vol. 2, *Page* 869. *Col.* 1.

MIDDLETONENSE

Cœnobium in agro Dorſetenſi.

W. Malmeſb. fol. 143. a. n. 10.

M*Ildeltunenſem* eccleſiā fecit Rex *Ethelſtanus* pro anima fratris ſui *Edwini*, quem pravo corruptus conſilio, ab *Anglia* ejecit. Cujus qui fuerit finis aliàs non ſilui. Ibi multas Sanctorum reliquias ex *Britannia* tranſmarina emptas repoſuit, inter quos eminent præcipuè beatiſſimi *Sampſonis* oſſa, *Dolenſis* quondam archiepiſcopi ſanctiſſimi, & planè Deo digni viri: cujus virtutes aliquas hic referam, niſi quia notæ ſunt, & indigenarum ſanctorum miraculis ſcribendis occupatas manus habeo.

De nativitate regis Athelſtani *fundatoris abbathiæ de* Middletone.

Ex Regiſtro cartarum abbathiæ de *Midleton* in Scaccario pens remem. regis fol. 3. a.

ERat in quadam villa opilionis filia, elegantis ſpeciei puella, quæ quod non contuliſſent natales formæ mercabatur gratia. Huic per viſum demonſtratur prodigium, lunam de ſuo ventre ſplendere, & hoc lumine totam *Angliam* illuſtrari. Quod cum mane ad ſodales ludo detuliſſet, ab illis non jocularitier exceptum, confeſtim villicæ auribus quæ filios reges nutrire ſolebat inſonuit. Illa rem examinans, puellam intra lares ſuos receptam filiæ loco habuit, cultioribus cibis, delicatioribus veſtimentis, geſtibus facetioribus virgunculam informans. Non multò poſt filius regis *Elfredi Edwardus*, itineris caſu per villam tranſiens, ad domum divertit infantilium olim rudimentorum conſciam. Neque enim integrum famæ ſuæ rebatur ſi nutricem viſitare faſtidiret. Ubi viſæ virginis amore captus, noctem petiit. Ipſa uno complexu gravidata cum peperiſſet filium *Athelſtanum* ſompnii fidem abſolvit, nam cum ille pueritia mortua in adoleſcentiam evaderet, magnam ſpem regiæ indolis dabat præclaris facinoribus approbatus. Itaque patre defuncto, *Edwardus* ex legitima conjuge creatus concita more ſecutus eſt. Tunc omnium ſpeciebus in *Athelſtanum* erectis, ſolus *Elfredus*, magnæ inſolentiæ *homo*, cum ſuis clam reſtitit, quoad potuit, dedignans ſubdi dominio quem ſuo non delegiſſet arbitrio. Fuerunt quidam qui fratrem regis *Athelſtani*, nomine *Edwynum*, inſidiarum inſimularent; ſcelus horrendum & fœdum, quod ſedulitatem fraternam ſiniſtra interpretatione turbarent. *Edwynus* per ſe & per germanos fidem implorans germani, & licet ſacramento delationem infirmans, in exſilium actus eſt: tamen quorundum muſſitatio apud animum in multas curas diſtentum valuit, ut ephebum etiam exterius miſerandum, oblitus conſanguineæ neceſſitudinis, expelleret, inaudito ſanè crudelitatis modo, ut ſolus cum armigero navem conſcendere juberetur remige & remigio vacuam, præterea vetuſtate quaſſam. Diu laboravit fortuna ut inſontem terræ reſtitueret, ſed cum tandem in medio mari furorem ventorum vela non ſuſtinerent, ille adoleſcens & vitæ in talibus pertæſus, voluntario in aquas præcipitio mortem conſcivit. Armiger ſaniori conſilio paſſus animam producere, modò adverſus fluctus eludendo, modo pedibus ſubremigando domini corpus ad terram detulit, anguſto ſcilicet à *Doveria* in **Withſand** mari.

Athelſtanus poſtquam ira deferbuit, animo ſedato factum exhorruit, ſeptennique pœnitentia, ut fertur, apud **Lamport** ſpontaneum carcerem ſubivit. Unde cum proximam eccleſiam *Michelnienſem* humili ſtatu compactam videret, voviſſe pluſquam ſemel dicitur, ut ſi unquam exiret, eam in ſublime culmen eveheret. Sed hæc quomodocumque ſe habeant, illud reverà conſtat, quod ſicut in cartis ejuſdem eccleſiæ legitur, Rex *Athelſtanus* eccleſiam *Michelnienſem* ſancto *Petro* excelſiorem fecit, multis redditibus villarum & reliquiarum exhenniis habitatores conſolatus. Eſt enim aditu difficili, permeaturque æſtate pede vel equo plerumque, yeme nunquam. Nec illud vacat à gloria quod in delatorem fratris, ſi tamen credimus, animoſè ultus eſt. Erat enim pincerna regis, & per hoc ad ſuadenda quæ excogitaſſet accomodus. Itaque cum fortè die ſolempni vinum propinaret, in medio triclinio uno pede lapſus altero ſe recollegit. Tunc occaſione arrepta, fatale ſibi verbum emiſit, ſic frater fratrem adjuvat. Quo rex audito, perfidum obtruncari præcepit, ſæpius auxilium germani ſi videret increpitans, & mortem ingemeſcens. Hæc de fratris nece etſi veriſimilia videntur, eo minus corroboro, quod admirabilem ſuæ pietatis indulgentiam in reliquos fratres intenderit, quos cum pater puerulos admodum reliquiſſet, parvos magna dulcedine & adultos conſortes regni faciens, nunquam eorum intuitu dare operam matrimonio curavit. De ſororibus autem quinq; quas pater indotatas & innuptas reliquerat, quanta eas majeſtate provexerit, liber de geſtis *Anglorum* ſatis expreſsè narrat.

Unde Rex *Athelſtanus* poſtquam eccleſiam *Michelnienſem*, ut ſuperiùs lectum eſt, humili ſtatu compactam in ſublime culmen eveheret, eadem illectus cauſa, *Middeltonienſem* eccleſiam in decimo regni ſui anno, in pago *Dorſetia*, pro anima fratris ſui *Edwyni*, de quo ſuperiùs ſatis commemorat, fundavit, eoque plus quod monachi liberiùs celeſtibus poſſint excubare ſecretis, quo minùs frequentabantur hominum conventiculis; ſimiliaq; contulit & villarum & poſſeſſionum exennia, & etiam reliquias de tranſmarina *Britannia* & aliis locis, magna cura, magno labore magnarumq; divitiarum ſuarum expenſione emptas, monaſterio ſuo de **Middeltone** miſit, quo loco monaſterium â fundamentis procuderat.

Ib. fo. 9. a.

Fundatio Abbathiæ de **Middeltone**.

Cap. I. 824.

ANno Dominicæ incarnationis DCCCxxiiij, *Adelſtanus*, primogenitus regis *Edwardi* primi, filii regis *Alfredi*, regnare cœpit, omnes anteceſſores ſuos devotione mentis, & omnes eorum titulos triumphorum ſuorum ſplendore obnubilans, omnem fere *Angliam* ſolo nominis terrore ſibi ſubjugavit præter *Northanhumbros*, cum quorum rege *Dano*, *Sithrico*, data ei ſorore ſua, fœdus iniit. Quo poſt annum mortuo, *Northanhumbriam* totam ſibi ſubjugavit, expulſo *Adulpho*, qui rebellabat. *Judwallum* verò regem omnium *Wallenſium*, & *Conſtantinum* regem *Scotorum* cedere regnis compulit. Quos tamen non multò poſt miſeratione infractus, in antiquum ſtatum ſub ſe regnaturos conſtituit, pronuncians glorioſius eſſe regem facere quam regem eſſe. Poſt hæc *Analaphus* quidam rex *Dacus*, prædicti *Sithrici* filius, juvenis audaciſſimus, cum prædicto *Conſtantino* rege *Scotorum* iterum rebellante, cum multis copiis militum & peditum ſpe invadendi in *Angliam* proceſſerat. Cui Rex *Adelſtanus* apud **Bromfeld** cum exercitu *Anglorum* occurrit, ad dimicandum cum eo paratus, ſed cum ad locum congrediendi perveniſſent, accidit infortunium grande regi *Adelſtano*, quod gladius ſuus ex vagina excidit. Tunc rex ratione infortunii formidatus, invocato Deo, ſanctoq; *Sampſone*, atque ſancto *Aldelmo*, reducta ad vaginam manu, invenit enſem, qui uſque hodie in theſauro regum pro miraculo ſervatur. Ut igitur *Adelſtanus*, ſicut ſuperiùs dictum eſt, enſem invenit, ſocios hortabatur totam ſpem ſuam in filium Dei ponere, hoſtes inde ſuos audacter invadere, & pro patria unanimiter pugnare. Diſpoſitis tandem *Anglorum* cuneis, congrediuntur acies, mutuos ictus ingeminant, cruorem non minimum diffundunt. Ceciderunt ibi prædictus *Conſtantinus* rex *Scotorum*, aliiq; reges quinque, comites duodecim, omniſque pene *Dacorum* atque *Scotorum* exercitus. Et dum talem decertationem facerent, nitebatur ſemper *Adelſtanus* rex habere aditum congrediendi cum *Analapho*, ſet non habuit; nam *Analaphus*, ut vidit ſuos ſubcumbere, *Anglos* verò nutu Dei prevalere, confeſtim diffugit, petivitque *Hiberniam*. Imperaverat enim rex *Adelſtanus* ut præda in caſtris prædictorum *Analaphi* & *Conſtantini* reperta, ac omnia alia conqueſita, vel monaſteriis regni ſui, vel fidelibus ſuis largirentur. Deinde *Northwalenſium*, id eſt *Brittonum*, regulos ad deditionem & ad annuum tributum ſolvendum coegit.

Poſtea *Cornwalenſes Brittones* ab *Exceſtria*, quam cum *Anglis* jure inhabitarant, cedere compulit, atque terminum provinciæ ſuæ citra *Tambram* flumen conſtituit. Et ſic *Adelſtanus* fuit primus rex *Anglorum*, qui monarchiam totius inſulæ *Britanniæ* optinuit. Hic *Adelſtanus* rex habuit filium nomine *Aluredum* qui parum vixit. Fueruntque regi *Adelſtano* tres fratres, videlicet *Edmundus*, *Eadredus*, & *Edwynus*; quorum *Edmundus* & *Eadredus* poſt regem *Adelſtanum*, alter poſt alterum, diadema regni ſuſceperunt. Contigit autem in anno regni regis *Adelſtani* nono, quod *Edwynus* frater ejus quartus, per quendam delatorem apud ipſum graviter fuerat accuſatus. Cauſam accuſationis & accuſatores hîc ſcribere diſſimulo, ne forte prolixitate lecturæ legentes graverentur. Rex autem parvo corruptus conſilio, *Edwynum* ab *Anglia* ejecit, inaudito crudelitatis modo, ut ſolus cum armigero apud *Doveriam* navem intraret remige & remigio vacuam, præterea vetuſtate quaſſam. Diu laboravit fortuna ut inſontem terræ reſtitueret; ſed cum tandem in medio mari furorem ventorum vela non ſuſtinerent, *Edwynus* adoleſcens voluntariè in aquas ſe miſit & mortem conſcivit. Armiger verò ſaniori uſus conſilio, modò adverſus fluctus eludendo, modò pedibus ſubremigando, domini ſui corpus ab aquis extraxit & in Wythland ad terram detulit. Cumque id regi nunciatum fuiſſet, poſtquam ira deferbuit, animo ſedato factum exhorruit, ſæpius auxiliū *Edwyni* fratris ſui, ſi viveret, increpitans & mortē ingemiſcens. Deinde Rex *Adelſtanus* in decimo regni ſui anno, in pago *Dorſetiæ*, eo quod in feſtivitate ſancti *Sampſonis* archipræſulis victoria de rege *Analapho* & ejus ſatellitibus in loco quo nunc ſua capella eſt ſanctæ *Katerinæ* divinitus ei præmonſtrata fuit, & etiam de morte fratris ſui *Edwyni* reminiſcens, & ingemeſcendo in culpa ſe extitiſſe dampnabili, contra dictum regem *Analaphum* victoria belli habita, pro dicti fratris ſui *Edwini* anima monaſterium de Middelton in puram & perpetuam elemoſinam fundavit, ita quod nullum omnino ſervitium inde fieret niſi tantum orationes. Ibidem etiam monachos nigros conſtituit, atq; præfatum monaſterium multis donariis villarum & aliarum poſſeſſionum ditando honoravit, & illud in honore ſanctæ *Mariæ* ſanctique *Sampſonis* dedicare fecit. Paulo poſt *Amphelisa* mater regis *Adelſtani* ab hoc ſeculo migravit, cujus corpus rex juſſit regio more parari, paratumque corpus ad monaſterium ſuum de Middeltone deferri, ut ibidem à pontificibus & clero regni honorificè ſepeliretur. Hic *Adelſtanus*, rex glorioſus ac Deo devotus, multa bona monaſteria conſtruxit, quia ſcribitur, quod nobilis animus ſemper incitatus ad ampliora conatur. Vixque fuit in tota *Anglia* aliquod vetuſtum quod non vel ædificiis vel ornamentis aut libris aut prædiis decoravit. Inter quæ monaſterium ſuum de Middeltone, tum pro reverentia ſancti *Sampſonis* archipræſulis, tum pro animabus fratris ſui *Edwyni*, atque matris ſuæ ibidem ſepultæ, diverſorum ſanctorum reliquiis ac aliis ornamentis ſpecialiùs ornare diſpoſuit.

Charta Regis Athelſtani.

Cap. II.

Hanc chartam (paucis hic omiſſis, illic additis) Latinè exhibitam vide infra, pag. 196. col. I.

IN Godes name. ich Aþelstan God gyuing kyng welding eal Brytone. mid alle mine ƿytene. ⁊ alle biscope of þan kinedome of Engelonde. geald by þe ƿricingge of ðe haly goste. grantye and confirmye by ðisse minre chartre. for me and for þe kingges of Engelonde ðæt comeþ æfter me ene and euere ich. tille Gode and sainta Marian. and sainte Michaele. sainte Sampsone. and sainte Branƿaladre xxvj. hyde londes æt Muleburne. mid ðan ꝥ ðereto liþ. and fif æt ƿonlonde. and þreo atte Fromemouþe. atte yle ðan ye to on see. and on on londe ꝥ is to seggende æt Ore. and þreo at Clyve mid ðare mede ꝥ þere to liþ. and þreo and on half at Liscombe. and on at Burdaluerston. and on at litele Pudele. and fiue at Catterstoke. and vj. at Comptone. and to at ƿidecome. and v. at Ormyntone. ⁊ vj. at Holeƿertþe. ꝥ is alles seuene and sixty hyden into Middeltone. and anne ƿere on Auene at Tƿynham. and al ꝥ ƿater binne staþe of ƿaimouþe. and half strym on ðan ƿaymouþe out on see. and tƿelf acres to þan ƿere ⁊ ðan ƿerhurde. and þreo ðegne on Suþsexan. and salterne by þere. and xxx, hyden on Sidemyntone. to Fosterland. and to at Chelmyntone. and six at Hylfelde. ⁊ x. hyde at Ercecombe. to tymberlonde ; And ich ƿolle ꝥ al ðis myn almeslonde mid al ðan ꝥ ðereto liþ. and freo beo in alle ðinge. and freo custumes. ꝥ is for mine saule helpe and for ðe helpe of here saulen ꝥ to fore me sere and after me comen schulle kynges of Engelonde, ðan minster to fore gesed of Middeltone in rigte clene almesse ƿulle ⁊ grantye ꝥ hit beon al so freo in alle ðinge mid ðan ꝥ ðerto liþ in eche stede in Englonde in myne cynedome alsƿa myn ogen ore ; And ich stedeuastliche hote. and bebeode in Gode almigties hege name, fader and son and holy gost. ꝥ ðis min ƿille and gifte.. and of ðis ƿrit fastnynge ungeƿemmed beo and ungeƿened. and ungeƿendelich ðe hƿile ꝥ christendom dureþ in ðis gelonde Englisckan ; Oure lourd God almigtig and alle his halgen al ðe ylc ho so hit beo ꝥ ðis my dede in oðere ƿise hit byturne: oþer geƿanye. oþer ho ꝥ euere beo. be hey Iudan feyre Christes traytour on helle pytte pynende ⁊ on echenysse ; And ꝥ ðis sond beo and stedeuast euere boute ende. ich ðe foresedene kyng Adelstan ðis geƿritene bocleof habbe gemerked mid Cristes holy rode tokne ✠ and min ogen honde mid ðisse geƿitnesse of alle mine geƿytene ꝥ herafter geƿriten beo gefunden. ⁊ mid mine biscopes ;

✠ Ego *Wolfhelmus*, *Dorobernenſis* eccleſiæ archiepiſcopus teſtimonium perhibeo, & cum ſigno agiæ crucis hoc donum & hanc ſententiam prædictam confirmavi. ✠ Ego *Athelдredus*, *Londonienſis* urbis epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Conwaldus* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
✠ Ego *Alfredus* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
✠ Ego *Caynan* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
✠ Ego *Egwinus* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
✠ Ego *Radulphus* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
✠ Ego *Brinſtanus* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
✠ Ego *Alla* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
✠ Ego *Offerdus* princeps conſenſi & ſubſcripſi.
✠ Ego *Alfledus* miniſter domini regis conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Athelmundus* miniſter conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Acta eſt hæc noſtra donatio & conceſſio ac præſentis noſtræ cartæ confirmatio anno ab incarnatione Domini DCCCxliij. in villa regali quæ dicitur *Doraceſtria* ſecunda die paſchæ domini. 843

Iſtæ ſunt reliquiæ quas Rex Adelſtanus *monaſterio ſuo de* Middeltone *contulit.*

Cap. III.

VIdelicet, portiunculam ſanctæ crucis in qua ſalvator noſter pro ſalute mundi pependit. Et crucem magnam ex auro & argento atque lapidibus precioſis fabricatam. Brachium & plura oſſa ſancti *Sampſonis* archipræſulis, ſuper cujus ſcapulam columna de ſupernis celitus miſſa dum ipſe ſacros ordines, videlicet diaconatus & preſbiteratus ſuſciperet, immobilis ſtetit uſquequo officium ordinationis ejus completum fuiſſet. Quod miraculum ſanctus *Dubricius* archiepiſcopus,

pus, ejus conſecrator & omnes qui aderant ſe vidiſſe teſtabantur. Item brachium ſancti *Branwaladri* epiſcopi, & etiam plures alias reliquias in quinque ſcriniis adhuc firmiter clauſis. Omnes iſtas reliquias prænominatus rex *Adelſtanus* à ſancta *Romana* eccleſia, & ex *Britannia* tranſmarina, & à multis aliis locis magnu cura, magna labore magnaque divitiarum ſuarum expenſione emptas monaſterio ſuo de **Middeltone**, pro animabus fratris ſui *Edwyni* & matris ſuæ, quæ in eodem monaſterio jacet ſepulta contulit, & in ſcriniis deauratis, ut prædictum eſt, locare fecit.

Hic *Adelſtanus* rex glorioſus, ſanctæ exaltator eccleſiæ, gentilitatis humiliator pravæ, regni ſui ſpeculum, totius bonitatis exemplum, diſſipator hoſtium, pater monachorum & clericorum, adjutore gentium, reformator omnium, Sanctorum innovator *Anglorum*, multùm ſplenduit in vita ſua, qui à fortiſſimis bellatoribus potuit laceſſiri, ſet nunquam potuit vinci. Poſt ſextumdecimum regni ſui annum rex *Adelſtanus Gloceſtriæ* diem clauſit extremum. Exuviæ triumphales *Malmesburyæ* fuerunt delatæ, & ſub altari magno tumulatæ. Ante corpus portata fuere multa in argento & auro donaria. In talibus enim theſauros patris quos ille diu coacervatos & intactos reliquerat conſumpſit, ſompnio ut fertur admonitus, vir qui parum vixit mundo multum gloriæ, cujus Deus propicietur animæ.

Confirmatio cartæ regis Athelſtani.

Cap. III. HEnricus Dei gratiâ rex *Angliæ*, & dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſtitiariis, vicecomitibus, & omnibus miniſtris & fidelibus ſuis totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis nos cartam piæ memoriæ *Athelſtani* regis *Angliæ*, anteceſſoris noſtri, de terris & tenuris ac libertatibus & liberis conſuetudinibus ab eo abbathiæ de **Middletone** in comitatu *Dorſetiæ* ſitæ, ac monachis ibidem in divinis Deo ſervientibus per feoſamentum datis & conceſſis, audiſſe & inſpexiſſe in hæc verba.

In nomine Domini, Ego Athelſtanus *Dei gratia rex* Brittonum, *cum aſſenſu & voluntate totius conſilii mei & epiſcoporum regni* Angliæ, *ductus inſtinctu ſpiritus ſancti, do & concedo & hac præſenti carta mea pro me & ſucceſſoribus meis regibus* Angliæ *in perpetuum confirmo Deo & ſanctæ* Mariæ, *ſancto* Michaeli, *ſancto* Sampſoni, *& ſancto* Branwaladro, *viginti & ſex hidas terræ cum pertinentiis ſuis apud* **Muleborn**, *& quinque apud* **Wonlonde**, *& tres apud* **Fromemuthe** *apud inſulam quæ dicitur* la ye, *duas in mari & unam in terra, ſcilicet apud* **Ore**, *& tres apud* **Clyve** *cum prato ibidem pertinente, & tres apud* **Liſcombe** *& dimidiam, & unam apud* **Bordeleſtone**, *& unam apud* **Litelepidele**, *& triginta apud* **Sidelyng**, *& quinque apud* **Stoke**, *& ſex apud* **Cumptone**, *& duas apud* **Chelmingtone**, *& ſex apud* **Hylefeyld**, *& quinque apud* **Oſmingtone**, *& duas apud* **Wydecombe**, *& ſex apud* **Holewourthe**, *& decem apud* **Stokelonde**, *in monaſterium & abbathiam de* **Middeltone**. *Et ego volo quod tota iſta terra cum pertinentiis ſuis & libertatibus omnibus & liberis conſuetudinibus quam pro ſalute animæ meæ & ſalute animarum progenitorum & ſucceſſorum meorum regum* Angliæ *monaſterio & abbathiæ prædictæ de* **Middeltone** *in puram & perpetuam elemoſinam do & concedo, ſit adeo libera in omnibus rebus cum pertinentiis ubique in regno* Angliæ *ſicut mea propria dominica terra. Et firmiter præcipio in nomine omnipotentis Dei patris & filii & ſpiritus ſancti quod iſta donatio mea conceſſio & præſentis paginæ confirmatio illibata ſit & immutabilis ac inpervertibilis dum Chriſtianitas duraverit in iſta terra* Anglicana. *Dominus Deus omnipotens, & omnes Sancti ejus omnes illos & ſingulos qui hoc factum meum in aliquo pervertere vel permutare voluerint, ſeu quocumque modo attemptaverint, ſocii ſint* Judæ *traditoris Chriſti in gehennalibus cruciatibus perpetuò cruciandi. Et quod iſtud verum ſit & ſtabile ſemper ſine fine, ego prædictus rex* Athelſtanus *hujus ſcripturæ paginam cum ſigno crucis Chriſti mea propria manu ſignavi cum hiis teſtibus de meo conſilio qui ſubſcripti reperientur, & cum epiſcopis meis.* ✠ Ego Wulfhelmus, Dorobernenſis *eccleſiæ archiepiſcopus teſtimonium perhibeo, & cum ſigno agiæ crucis hoc donum & hanc ſententiam prædictam confirmavi* ✠ Ego Athelredus, Londonienſis *urbis epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi* ✠ Ego Cenwaldus, *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi* ✠ Ego Alfredus, *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi* ✠ Ego Caynan, *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi* ✠ Ego Egwynus, *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi* ✠ Ego Radulphus *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi* ✠ Ego Brinſtanus, *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi* ✠ Ego Alla, *epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi* ✠ Ego Offerdus, *princeps conſenſi & ſubſcripſi* ✠ Ego Alfledus, *miniſter domini regis conſenſi & ſubſcripſi.* ✠ *Ego* Athelmundus, *miniſter conſenſi & ſubſcripſi.* ✠ *Acta eſt hac noſtra donatio & conceſſio ac preſentis noſtræ cartæ confirmatio anno ab incarnatione Domini* DCCCxliij *in villa regali quæ dicitur* Doraceſtria *ſecunda die Paſchæ Domini.*

843.

Quam quidem donationem conceſſionem de terris prædictis & tenuris, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus quibuſcumq; idem rex *Athelſtanus*, dum eaſdem terras & tenuras in manu ſua & dominico ſuo habuit, pleniùs & meliùs umquam uſus fuit, eidem monaſterio videlicet abbathiæ de **Middeltone**, ac monachis ibidem Deo ſervientibus, & eorum in perpetuum ſucceſſoribus, nos *Henricus* Rex prædictus, hac præſenti carta noſtra cum ſigillo noſtro eidem appoſito reſtituimus, reddimus, & imperpetuum, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris regibus *Angliæ* confirmamus, & corroboramus; firmiter præcipientes quod prædictum monaſterium & monachi de **Middeltone** habeant in pace & liberè & quietè omnes terras & tenuras & libertates & liberas conſuetudines & aquietancias ſuas in mari & in terra cum **ſoc** & **ſac**, & **Tol** & **Them**, & **Infangenthef**, & **Wayf** & *Aſſiſa* panis & cerviſiæ, cum furcis, pilloriis & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, in boſco, in plano, in pratis & paſturis, in aqua, in via, & ſemitis, & cum omnibus aliis rebus ſicut umquam meliùs & pleniùs & liberiùs tempore prædicti regis *Athelſtani* & ſucceſſorum ſuorum regum *Angliæ* uſq; ad nos & deinceps habuerunt quibus uſi ſunt.

MICEL,

MICELNENSE

cœnobium in comitatu Dorſetenſi.

W. Malmesb. fol. 145. b.

AUthor *Micelnenſis* cœnobii idem qui *Middeltunenſis*, ubi eadem illectus cauſâ, ſimilia contulit & villarum & reliquiarum xenia; eòque plus quod monachi liberius celeſtibus poſſint excubare ſecretis, quo minus frequentantur hominum conventiculis. Eſt enim aditu difficilis, permeaturque æſtate pede vel equo plerumque, hieme nuſquàm.

POLLESWORTHENSE

cœnobium in agro Warwicenſi.

De rege Weſt-Saxonum, Ethelwlpho (*ſive* Athulpho.)

Ex hiſt. aurea *Joh. Tinemuth.* MS. in bibl. Bodleiana, lib. 18. cap. 14.

HIc quoque *Athulphus* filium ſuum *Aluredum*, incurabili morbo languentem, ad ſanctam *Modwenam*, *Hiberniæ* morantem, curandam tranſmiſit; unde poſtmodum, vaſtatâ eccleſiâ S. *Modwenæ*, *Angliam* venienti, terram pro duobus monaſteriis virginum conſtruendis tradidit, unam in *Arderna* apud Polleſworth, quæ uſque hodie floret, in quo *Oſitha* & *Athea* virgines, unà cum ſancta *Editha* ſorore regis *Athulphi* manſerunt. Ipſa autem *Modwena* manſit aliquantiſper in altero monaſterio apud Streneſhale, & inde *Romam* ter viſitavit.

Ex rotulo pervetuſto penes *Johannem Ferrers* de caſtro *Tamworthenſe* armigerum, an. 1640.

IN the wolde tyme the londe of Englonde was departyde abowt in mony kings: for one kinges toward the weſt, that had the name Egbright, that was king of the countyes of Warwyke, Worſyttur, Colcheſtur, Arforte, Salysbery, Stafford, Darbyſhire, Chieſturſhire, Lancaſturſhire.

This Egbright the kinge had on Son his Eyre that had the name Arnulſe, and a Dowhtur that had the name Edith. This Arnulſe the ſon of the kinge was a lepur and taken with many ſore ſyknyſſez that hee himſelfe might uneth meve: wherefore the kynge his fadur and his Lords made right great ſorrow and ſowhton meyddiſſons all abowyt, and nothynge aveyled. Bott at the laſt there came a boſchoppe from Hyrelond towards the kings cowrte, that ſpake with the kynge Egbright, and cownſylde him, that he ſhuld ſend his ſon Arnulſe that was taken with ſo many ſicknyſys into Hyrelond to a wholly lady a nune that was the dowgtur of the kinke of Cunoke, and was callyd Modwen, that heplyd all maner of ſyknyſez of folke that to hur came. And the kynge Egbright, did after his counſell to ſend his ſone Arnulſe into Hyrelond to ſent Modwen that him reſeyvyd full gladly, and hylde him with hur a yeare and more in Hyrelond, and him heplyd by the grace of Gode of all manner of ſyknyſes and ſende him agyne into Englond to his fadyr kinge Egbryght on the feriſt chyld in all the world. And the kinge Egbrigt ſend to ſent Modwen that and ſhe wold come into Englond to him hee wold gyffe to hure londs and tenements with the wech ſhee hurſelfe myght make on abbey for hur and hure ſiſters; and ſowne aftur thys ſendynge the kynge of Hyrelond and thoyſe of Hyrelond fowgton togedur and ich one of them dyſtryde and ſlaue odur; ſoe that the howys of ſent Modwen in Hyrelond was bronyd and dyſtride, and all the country about, for the wych cauſe ſent Modwen toke with hur two of hur ſiſturs and came into Englond to kinge Egbryht and fonde Arnulſe that ſhee hadde helyde the kyngs ſone one of the feyryſt kneytys of the worlde, and the king Egbryght for the wolleneſſe that was in ſent Modwen betoke to hure his dowgtur Edyth to norych and to kepe and to informe hur aftur the reule of ſent Benett, and aftur to veyle his dougtur of the boſchoppe of Cheſtur, and gaffe to the ſeyde ſent Modwen a dwellynge place in the foreſt of Ardurne, that was callyd Trenſale there where ſent Edyth and ſent Lyne and ſent Oſythe were dwellyng togedur, ledinge wholly live, and ſone aftur ſent Modwen ſend to the kynge Egbrygt by Arnulſe his ſone that he wold come at the leyſt every ere on tyme for them to veſyt, and that hee wold giffe to his dowgtur Edythe londez and tenements and a dwelling place worwythe ſche and hur ſiſters might be ſuſteyned God to ſerve; for mony dowgters of good folke were veyled in her company, and they had not worwych they might bee ſuſteyned. Wherfore the kynge Egbrygt made for to make a dwellyng place not far from Trenſale there where ſent Modwyn dwelled undyr a revar that was callyd Ancur upon a depneſs of watur that was callyd Poll and Worth, that is a worde of wold Engliſh that is as much to ſay as wonyng: ſo that of this Poll and Worth was callyd Polleſworth: and there the kynge foundyt an abbey in the honor of our lady, and gaffe to the ſeid ſent Edyth his dowhtur and to hur ſyſturs certyn londys and tenements for them to ſuſteyne at all deyes and ſo werin in the wold tyme and yet hyn callyd in a boke that is callyd Domiſdey. There were all the wolde townes of Englond hyn namyd, ſoe as the abbey of Pollyſworth with the apurtenauns namyd the lond of ſeynt Edyth without odyr thinge there namyd. Then made the kynge Egbrygt to make his ſaid dowhtur abbys of Pollyſworth, and from that tyme the ſeyde ſent Edyth unto the conqueſt of Englond of William Baſtorde fro abbys to abbys were the poſſeſſions of ther howys holden fre and pure and perpetuall all deyes to them to holde.

Bot when William the Baſtard came into

England and conqueſt the londe after that hee had ſleyne Harrold the Kynge of England and the greateſt party of the folke of this lond, ſo made hee to ſeyt a Parlement at London, and ordeyned there Pees to make in his londe: and to mayntene that Pees, hee gaffe diverſe londs & tenements to the folke that him ſerved: among the whych there were two knights ſwarn' bredur, to the weche the Kinge gave, that is to wytt, to ſir Robert Marmyon the caſtyll of Tomworth and the forren londys without, and the town of Tomworth that was in the tyme of the conqueſt a wolrich at the watur wend; and ſoe hee ſteyde in the grace of the kynge that hee him granted the towne of Tomworth and all the home that is called Wyggynton-home the terme of his live. And for that that the aforeſeyde abbey of Pollyſworth was within the purſute of the londys that the kyng him had gyffyn, ſo put out the ſeyde ſir Robarte and ſchaſyd awey the abbys Oſeyth and all the ladyes of the howys of Polliſworth out of theyre abbey, ſo that the ſeyde abbys and hur nunns the went unto ther cell of Woldbyry and dwelled there well nigh a yere. And the tothyr ſwarne brodyr of ſir Robert Marmyon was callyd monſieur Galtere of Somervile, to whom the kynge gave Wychynore and Barton with apurtenauns, ſo that hit hapannyd within a yeare aftur that the ſeyde ſir Robert Marmyon made a greyte gedyringe at his caſtill of Tomworth of yourlys and barons, and made to ſend for his ſwarne brodyr monſieur Galtere of Somervile that he ſchulde come to him, and when the dey of the feſt was paſſyd, and ſchon went to theire reyſt, and the lord Marmion was leyd in ſleppynge: ſo there came byfore him that him was advyſed a nunne with a croyſe in hur honde and ſeyde to hyme, yelde to me and to my ſiſturs my londys and my tenements, the wech the king Egbright my fadyr mee gaffe, or you ſhall have an evill end, ſo ſchall you goe into hell. And for that you ne ſchuld this thinge forgeytt; the ſeyde lady him ſmotte undyr the ſide with the poynt of hur croyſe, ſo vaniſhed awey, and the ſeyde Robert cryde with a right feyrefull cry, and continually cryde as a woyde man unto they lordys that arboryd en his caſtyll and his ſwarne brodyr of Somervyle came unto him, and he ſeyde to them the aventure that was befallen to him by ſleppynge, and they foundon his ſhetys blody of the ſyde of him that was woundyt be the croyſe, as if hee had byn at a mortall batyll, for the wich wonde he might have no reſt. Warfore they made him to be confeſſyd of a pryſt and ſethyn to avow to reſtore to ſeynt Edith and bringe ageyne to the ſeyd ladys what that he had of them takynne & borne awey. And when hee had makyn the avow his pennys ſeyſſed, and they made him to lye in a new beyde, and he ſleppyd anon, and when hee wakinnyde hee feyld no manner of grevans. And the wonde that hee had in his ſide of the croyſe of ſent Edyth was all woll without blemych, for why the ſeyde ſir Robert Marmyon and all the odyr greyte lordys that were at that gedyryng leght upon their horſes on the morrow betyme, and ſoe went they unto the cell of Woldbyrie and broght agyn the abbys Oſyth and hur ſiſturs unto theire abbey of Pollyſworth and reſtoryd unto them there londys and tenements that he had of them unto the leyſt alpurth of godys that he had takyn from them, and preyd them of pardon and abſolition: and moreover he preyed them that hee and his ſworne brodyr of Somervyle myght be bredur and myntenars of there howys from that dey furth, and that hee and his heyrys might be byrreyed there, and his brodyr of Somervyle and his heyrys, for why ſir Robert Marmyon chayſe his bereyng place for him and his heyrys in the chapitur of Polliſworth, & monſieure Galtere of Somervile his berryinge for him and his heyrys in the clowſtur, ſoe that the Marmyons and the Somervyles have theire bereyinges before namyd, for there frendys byn byrreyde in the quere, and in the choppyll of our lady and ſo indured ſir Robert Marmyon and Somervyle as avowes of the howys all the tyme of the live of William the Baſtarde. Bot aftur the deth of William the Baſtard, William his ſone that was kinge, after that he was cronyd kynge ſo hylde hee a parlement at London and chalynchyd dyverſe of his barons there foundations, and there avowes of all the howſon in England of relygion there were they had don croyſes, ne that the ſeyde howſon might not be put from the crone. Then he preyde to his lordys that his crone might be reſtoryd of that that was wrongfully takynn awey in the tyme of his fadyr William the Baſtard, and grantyd was by the lordys then to the ſeyde kynge William and to his heyrys that all the howſon of religion there where the had don croyſes belongyd to the kynge and to his heyrys as avowes of the ſeyde howys, and that the ſeyde kinge and his heyris ſchulde have the avoydons and the vantagyſtis if hit were without a pleyt unto the pleyt were reſeyvyd of the kinge. And ſoe in thys manner was the lord Marmyon put fro the foundation and the avoery of the howys of Polleſworth, and all the grettyſt lordys of the lond in the ſame maner from there avoreys there where the haddyn croyſes: but that tyme there was nothyng ſpokyn of the croyſes of whyte monkys for that that there was not at that tyme in this lond bot few howſon of that religion, and never the wodyr hyt was foundun that the were not abbotts perpetuall, bot at the will of there covynt reſonabull. And for that this law and cuſtome is not in the croyſys of whyte monkys all be they of the foundation of the kinge himſelfe or of odyr lordys, nothinge ne have they to doe, ne to take awey ony thinge in the tyme when the whyte abbotts dyne or beynge put done. And in the ſame maner it is in the croyſes of whyte chanons that the kinge ne non odyr lorde hath nothinge with them to medyll in the tyme of the avoydons of the abbot of that ſeyde relegyon.

Polleſworth *Moniales*.

Lelandi collectan. vol. 1. pag. 33.

ROBERTUS *Marmion* fundator, & *Miliſent* uxor ejus.

Verba

Verba donationis.

N*Otum ſit omnibus nos conceſſiſſe* Oſanne *Prioriſſe, ad relig. inſtaurandam ſanctimonialium ibi, eccleſiam S.* Edithe *de* Polleſworda *cum pertinentiis, ita quod conventus de* Aldeberia *ibi ſit manens.*

Oldbury, *Cella de* **Polleſworth.**

Ex ipſo autographo penes *Franciſcum Netherſole* de *Polleſworth*, equit. aurat.

Carta *Walteri* de **Haſtinge** de **Aldburi** & **Stiperſhull.**

S*Ciant tam preſentes quàm futuri, quod* Walterius *de* **Heſtinges,** *cum uxore ſua* Athawis *dedit & confirmavit jure perpetuo Deo & ſancto* Laurentio *&* Oſſannæ *Prioriſſæ, & omnibus ſanctimonialibus ſub ejus diſciplina Chriſto militantibus, & in preſentia* Rotgerii, Ceſtrenſis *epiſcopi, ſitum loci de* Aldaburia *& totam* Stiperſhullam *in plano & in nemore uſque ad medium valli ex parte* Mangeſtriæ, *& quandam partem nemoris ex* **Suteſt** *de* Aldaburia *uſque ad torrentem qui venit de* Herdredeſhulla, *& totam terram de* **Calvecroft** *&* Bircheſleiam, *illam ſcilicet terram quæ jacet inter duas vias de* **Mereſtret** *&* **Bircheleiaſtret** *uſque nemus* Hugonis *per circuitum. His teſtibus* Hugo *de* Herdredeſulla. Willielmus *de* Welesburia. Petrus *ſacerdos de* Wiredela, Willielmus *ſacerdos de ſancto* Martino, *& multi alii.*

Confirmatio Rogeri *epiſcopi* Ceſtriæ *ſuper eandem conceſſionem.*

Ibidem.

“ROGERUS Dei gratia *Ceſtrenſis* epiſcopus, omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ filiis ſalutem. Noverint tam præſentes quàm futuri *Walterum* de **Haſtinge** & *Hadeviſam* ejus uxorem in mea preſentia dediſſe & conceſſiſſe & religioni & converſationi pauperum mulierum deputaſſe, locum de *Aldeburia* cum omnibus ſuis pertinentiis, ita quod nichil proprii juris vel dominii vel advocationis terrenæ inibi ſibi retinuerunt, præter hoc quod eundem locum debent munire & portegere contra omnes importunitates ut ſuam elemoſynam. Eapropter volo & firmiter præcipio, ut locus ille in ea libertate jugiter perſeveret quam *Walterus* & *Hadeviſa* eidem annuerunt. Et ego eorum precibus eandem libertatem confirmavi, & ratam & conſtantem fore ſtatui. Si quis autem auſu temerario ſciens hujus meæ confirmationis & teſtimonii tenorem, prædicti pauperis loci libertatem minuerit vel in aliquo turbaverit, aut manum laicalem vel poteſtatem terrenam in ejus poſſeſſiones exercuerit, anathematis ſententia dampnetur, & Dei maledictionem & beatorum apoſtolorum ejus *Petri* & *Pauli* incurrat. Valete.

Carta *Hugonis* filii *Ricardi.*

Ibidem,

O*Mnibus fidelibus ſanctæ eccleſiæ,* Hugo *filius* Ricardi *& uxor ejus* Margareta *in Chriſto ſalutem. Notum ſit omnibus quod ego cum uxore mea & filiis meis concedo & confirmo in elemoſinam jure perpetuo pro anima patris & matris meæ, & pro anima patris & matris uxoris meæ, & omnium parentum meorum, quicquid* Walterius *de* **Heſtinges** *& uxor ejus* Ethawis *dederunt ſanctimonialibus de* Aldburia, *ſicut earum carta commemorat & teſtimonium perhibet, hoc eſt, totam* **Calvacroft,** *ſcilicet illam terram quæ jacet inter duas vias de* **Mereſtret** *&* **Bercheliaſtret** *uſque ad nemus* Hugonis *per circuitum, & cetera omnia quæ ipſæ ſanctimoniales tenuerunt & habuerunt ex dono & conſenſu ipſius* Walterii *& uxoris ejus* Ethauuis. *His teſtibus,* Margarita *uxore* Hugonis *& filiis ejus,* Willielmo, Jordano *de ſancto* Edwardo, Roberto *de* Turbervilla, G. *de* Tutaburia, Pagano *de* **Stepfort,** *& multis aliis qui hoc viderunt & audierunt.*

Carta *Walchelini* de *Manceſtria.*

Ibid.

U*Niverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam futuris quàm præſentibus,* Walchelinus *de* Manceſtria *ſalutem. Sciant omnes tam futuri quàm præſentes, quod ego* Walchelinus *conceſſi & hac preſenti carta mea confirmavi Deo & ſanctæ* Mariæ *& ſancto* Laurentio *& eccleſiæ ſanctæ* Eadithæ *de* **Polleſworth** *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus ſitum loci de* Aldeburia, *& totam* Stipereſhullam, *in plano & nemore uſque ad medium valli ex parte* Maneceſtriæ, *& quandam partem nemoris ex* **Sutheſt** *de* Aldeburia *uſque ad torrentem qui venit de* Herdredeſhulla, *& totam terram de* **Chelurecroft** *&* Bircheleiam, *ſcilicet illam terram quæ jacet inter duas vias de* **Mereſtret** *&* **Bircheleiſtret** *uſque ad nemus* Willielmi *de* Herdredeſhulla *per circuitum, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & liberorum meorum & omnium anteceſſorum meorum, in liberam & quietam elemoſinam, de me & de hæredibus meis jure perpetuo tenendam liberè & quietè & bonorificè abſque omni ſervicio ſeculari & conſuetudine & exactione & placitis & querelis. Nam ego & hæredes mei adquietabimus totam ſupradictam terram de toto forinſeco ſervitio. His teſtibus* Rogero *Can.* del **Hou.** Gaufrido *presbytero,* Siwardo *preſbytero.* Adam *presbytero.* Reginaldo *clerico de* Grendona, Will. *de* **Bromchot,** Richerio *de* Overtona, *&* Rogero *fratre ejus,* Adam *de* Wellesberga, Helia *de* Odeſtona, Jordano *de* Poneleia, *& multis aliis.*

SANCTAE WERBURGAE

Cœnobium in urbe Ceſtrenſi.

W. Malmesb. fol. 50. n. 30.

HAbuit ex illo rege *Ercomberto* (*Sexburga* ſcilicet, filia *Annæ* regis *Orientalium Anglorum*) duas filias, *Ercongotam*, & *Ermenildam*. De *Ercongota* ſcire volentes lectio *Bedæ* informabit. *Ermenilda Wlphero* regi *Merciorum* locata, habuit filiam *Werburgam* virginem ſanctiſſimam. Sanctæ utræque, mater

ſe licet

ſcilicet ſancta *Ermenilda* apud **Hely**, ubi poſt matrem *Sexburgam* abbatiſſa fuit, & filia apud civitatem *Legionum* pauſant in monaſterio ejuſdem urbis, quod conſtruxit noviter *Hugo* comes *Ceſtrenſis*, ejectis inde pauculis clericis, qui ibidem fœdo & pauperi victu vitam tranſigebant.

Ibid. fo. 123.b.nu. 20.

——Adventus (*Anſelmi* ſcilicet abbatis *Beccenſis*, poſt *Cantuar.* archiepiſcopi) plures & rationabiles fuere cauſæ, ſed hæc precipua, ut abbatiam apud *Ceſtriam* firmaret, quam ejuſdem civitatis comes, *Hugo*, monachis potiſſimùm *Beccenſibus* implere volebat, & ut eundem *Hugonem* jamdudum languentem viſitaret.

Ibid.f.164. b.nu.30.

——In urbe fuit ex antiquo ſanctimonialium monaſterium: nunc per *Hugonem*, *Ceſtrenſem* comitem, monachis repletum. Predicatur ibi *Wereburga* virgo, filia *Wlferii* regis *Merciorum*.

Cron. anonym, *Eveſham.* cœnobii. MS. in biblioth. *Bodleiana*, fo. 9. b.

Hoc quoque anno (ſcilicet Mxciij.) venerabilis *Anſelmus* abbas *Beccenſis* de *Normannia* venit *Angliam*, rogatu *Hugonis Ceſtrenſis* comitis, tribus de cauſis videlicet, ut monaſteria quæ priùs in *Anglia* fundaverat à gravi tributo regio levigaret, ut *Hugonem* comitem tunc gravitèr ægrotantem viſitaret, & ut monaſterium apud *Ceſtriam* fundaret, cui loco capellanum ſuum *Ricardum* primum aſſignavit abbatem, Canonicos ſeculares in monachos regulares convertendo: ſed inde redeundo factus eſt archiepiſcopus *Cantuar.*

Joan. Tinmuthen. Hiſt. aurea, in bibl. *Bodl.* MS. c. 1. 12.

Anno Mxcv. *Ancelmus*, rogatu *Hugonis* comitis, fundavit monaſterium *Ceſtriæ* in honorem ſanctæ *Werburgæ*. Monachos de Canonicis ibidem inventis tonſoravit, *Ricardum* capellanum ſuum abbatem fecit, & in redeundo archiepiſcopus *Cantuar.* conſecratus eſt.

Lelandi collectan. vol. 2. p. 63.

Leofricus reparavit monaſterium S. *Werburgæ Ceſtriæ*.

Hugo Lupus, filius ducis *Britanniæ*, & nepos *Gulielmi* magni ex ſorore, factus eſt comes *Ceſtriæ*, & poſtea, vocato *Anſelmo* mutavit collegium S. *Werburgæ* ubi erant Canonici & prebendarii, in collegium monachorum, ubi primus abbas erat *Richardus Beccenſis* monachus per *Anſelmum* deſignatus.

Ex vetuſto exemplari penes *Willielmum Vernon* de *Skakerley* in com. *Lanc.* generoſum. an. 1630.

Carta fundationis abbatiæ *Ceſtriæ* per *Edgarum* regem.

OMnipotens pater, ſpes unica mundi, fabricator cœli, conditor orbis, qui diem Titanis ſplendidiſſimè radiis flagrantibus luſtrando procreavit, noctemque Cinthiæ jubaris ſplendore ——— omnia nobis bona plus merito concedens donavit, vicemque aliis tam per Evangelii *paradigma quam per aliarum ſeriem ſcripturarum rependi precepit. Quapropter ego* Edigarus, *regni* Merciorum, *Chriſti favente gratia, ſublimatus ad culmina, pro expiatione animæ meæ meorumque prædeceſſorum,* Edmundi *videlicet, incliti Anglorum regis & genitoris mei, necnon & beatæ memoriæ* Ethelſtani *ejuſdem, gentis regis nobiliſſimi, dono & libenter concedo humili familiæ Deo omnipotenti in honore ſanctiſſimæ ſemperquè virginis* Werburgæ *in loco qui dicitur* Leiaceſtria *aſſiduè militanti, quandam partem agrorum, hoc eſt xvij. manentium, non in uno tantùm loco ſed in diverſis ſparſim locis, quorum nomina hîc tenentur inſerta, qui ſic vocitantur,* **Hovesnid**, *&* Ceoſaula, *&* **Huntingdon**, *&* **Hupton**, *&* **Eſton**, *&* **Barve**, *ut habeant cum omnibus bonis ad illam terram pertinentibus, & ſine ulla contradictione omni tempore jure hereditario poſſideant, & quicquid exinde facere voluerint liberam in omnibus poteſtatem faciendi. Eſt autem hæc terra circumcincta terminis & metis. Etiam hoc meæ conceſſionis donum liberum ab omni aggregatione * ſecularis ſervicii & ab omni cenſu & expeditionis profectione pontiſque conſtructione & arcis munitione. Si quis verò quod abſit, donationis munimen frangere aut minuere voluerit, ſciat ſe reum omni hora vitæ ſuæ, & tenebroſi Tartaris flammineas voragines in futuro non evadere, niſi priùs cum ſatisfactione pleniter emendaverit. Actum eſt hoc meæ conceſſionis donum anno dominicæ incarnationis DCCClviij. indictione* 858. *——anno regni mei, in loco famoſo qui dicitur* **Wentric.** *Hii teſtes aderant qui hoc conſenſerunt & ſubſcripſerunt & cum triumphali vexillo ſanctæ crucis Chriſti firmaverunt & corroboraverunt. Ego* Edgarius *rex* Merciorum *ceterarumque nationum conſenſi & ſcribere juſſi, & cum ſigno ſanctæ crucis firmavi & corroboravi.*

* F. aggravatione.

Sanctæ Werburgæ *prædia & poſſeſſiones, ex dono* Hugonis *comitis* Ceſtren. *& aliorum.*

Ex ipſo autographo penes decanum & capitulum eccleſiæ cathedralis *Ceſtren.* ann. 1640. Vide etiam cart. 2 *H.* 5. parte 1. m. 26.

“SAnctorum priſca authoritate patrum, qui in nomine patris, & filii & ſpiritus ſancti in ſancta eccleſia regiminis gubernacula hactenus tenuerunt, quique ſuos adjutores, ſanctæque eccleſiæ fundatores, ſua nobis induſtria, ſuorumque ſcriptorum longa traditione cognitos reddiderunt, admoneri videmur, ut ea quæ à temporaneis noſtris in ſanctæ eccleſiæ matris exaltatione facta ſunt, preſentibus per nos manifeſtentur, poſteriſq; dinoſcenda nobis ſcribentibus reſerventur.

“Nos igitur, majorum imitantes exempla, jam quædam pietatis opera referamus, quæ in *Anglica* terra geſta ſunt à *Hugone*, *Ceſtrenſi* comite, anno ab incarnatione Domini milleſimo nonageſimo 1093. tertio, regnante potentiſſimo rege *Willielmo*, atque in archiepiſcopatu *Cantuarienſi* pontificante *Anſelmo*, atque in *Eboracenſi* pontificante *Thoma*.

“Volumus verò ut religioſi atque fideles Chriſtiani cognoſcant, quia iccirco nobis iſta deſcribere placuit, ut qui ea relegerint vel audierint, dominum ſupplicabiliori affectu pro ſanctæ eccleſiæ fundatorum ſalute implorent, & ut præſentes ad regna cœleſtia tendentes etiam inter ætatis hujus primates quos ſequantur inveniant.

“Igitur ad honorem & gloriam ſummæ & individuæ Trinitatis, atque incomprehenſibilis divinitatis, jam proferamus quæ nos dicere ſpoſpondimus: *Hugo* comes *Ceſtrenſis* atque *Ermentrudis* comitiſſa, devotioni religioſè pia mente ſubditi, piiſſimaque Dei viſitatione inſpirati, in quadam eccleſia quæ conſtructa eſt in honore ſanctæ *Werburgæ* virginis in civitate *Ceſtriæ*, monachos religioſè viventes poſuerunt, (concedente rege *Willielmo*) qui dominum aſſiduè exorarent tam pro utilitate animæ regis

Willielmi

Ceſtrenſis eccleſiæ (quondam conventualis) S. Werburgæ facies auſtralis.

The South Proſpect of the Sometyme Conuentual Church of St Werburg of Cheſter.



P. M.
Eccleſiæ Ceſtrienſis
et
Iohãnis Ceſtrienſis
Epiſcopi poſuit
Orlandus Bridgemã
(Ioh: fil:) equ:aur:

Dan: King delin:
et ſculp:

“ *Willielmi*, & *Willielmi* patris ejus nobiliſſimi regis, & *Mathildis* reginæ matris ejus, fratrum & ſororum ejus, atque regis *Edwardi*, quàm pro animarum ſuarum ſalute, & pro animabus patrum, & matrum, & anteceſſorum, hæredum, parentum & baronum ſuorum omniumque Chriſtianorum tam vivorum quàm defunctorum.

“ Huic verò eccleſiæ ſanctæ *Werburgæ*, *Hugo* ſupradictus comes, & *Ermentrudis* comitiſſa, poſſeſſiones priores liberas imperpetuùm & quietas conceſſerunt, & de ſuis augmentaverunt, habitationique monachorum habilem reddiderunt, eamque abbatiam nulli omnino abbatiæ ſubditam fecerunt. Poſtea in ea monachos & abbatem, Deo donante, & ſupradicto rege *Willielmo* concedente, conſtituerunt. Hanc etiam & quicquid ad eam pertinet abbati & monachis dederunt: videlicet **Ynes**, *Salthonam*, *Sutthonam*, *Cheveleiam*, *Huntithonam*, *Bocthonam*, **Wevereſham**, *Croctonam*, **Trochford**, *Clifthonam*, *Eſtonam*, **Wiſdleth**, *Hodeſleiam*, **Weapram**, & dimidiam **Rabbi**, & tertiam partem de *Weſtona*, & tertiam partem de **Salchale**, & tertiam partem de *Staneia*, & dimidiam partem de **Leche**, & unam carucatam terræ ad **Pulford**, & tertiam partem de *Berewardeſleia*, & **Edinchale**, & *Sotewica*.

“ Inſuper dederunt huic eccleſiæ in ipſa civitate de ſuo dominico vicum à porta de **North** uſque ad eccleſiam, & locum unius molendini ad pontem civitatis, & duo maneria in **Angleſi**, unum autem in **Ros**, unum in **Wirhalle**, *Erberiam*; & in **Lindſei** terram decem boum, & poſt obitum comitis vel comitiſſæ, *Weſtonam* cum appenditiis ſuis in *Derbeſira*, & ad præſens decimam ipſius manerii, & eccleſiam de *Eſtona*, & terram duarum carucarum, & rectam decimam non ſolùm de annona, verùmetiam de pullis, & vitulis, de porcis & agnis, de butiro & caſeo, & de omnibus rebus de quibus debeat decima dari in his meis maneriis, ſcilicet *Etthona*, **Frodeſham**, **Wevereſham**, **Lech**, *Roeceſtra*, *Haurdina*, **Coleſhul**, **Biſſopeſtred**, *Uppetuna*, *Campedena*, **Eſteham**, & rectam decimam piſcatoriarum de **Frodeſham**, de **Rodelent**, de *Angleſheia*, non ſolùm de dominio ſuo, ſed etiam de navibus ibi, & in omnibus aquis ſuis piſcantibus, & decimam de piſcatoria **Etthone**, & de omni piſce qui accipitur in **De**, & unum batellum ab omni re liberum.

“ Adhuc verò dederunt eccleſiam, & terram eccleſiæ, & decimam de molendinis, & de omnibus rebus quæ decimari debent in *Denefordia*. Quinetiam baronibus ſuis principalibus conceſſerunt, ut unuſquiſque daret præfatæ abbatiæ centum ſolidatas terræ, alii autem ſecundùm ſuum poſſe & velle.

“ Inſuper conſtituerunt, ut ſinguli barones & milites darent Deo, & ſanctæ *Werburgæ* poſt obitum ſuum ſua corpora, & tertiam partem totius ſubſtantiæ ſuæ. Et non ſolùm hæc conſtituerunt de baronibus, & militibus, ſed eciam de burgenſibus & aliis hominibus liberis ſuis. Teſte *Anſelmo* archiepiſcopo, *Herveio* epiſcopo, *Baldwino* monacho, *Euſtachio* monacho, *Heldebaldo* monacho, *Roberto* filio *Hugonis*, *Willielmo* conſtabulario, *Willielmo Malbanc*, *Ranulfo* dapifero, *Hugone Normanni* filio, *Radulfo* dapifero, *Hugone* filio *Oſberni*, *Hammone* de **Maci**, *Gilberto* de **Venables**, *Richardo* de **Vernon**, *Richardo* de **Rullos**, *Bigod* de **Loges**, *Richardo* filio *Nigelli*, *Roberto* filio *Serli*, *Ranulfo* venatore, *Erneiſo* venatore, aliiſque quamplurimis.

“ *Willielmus Malbanc* dedit huic abbatiæ ſanctæ *Werburgæ Witebiam*, & tertiam partem **Wenpre**, & eccleſiam & decimam de **Tattenhale**, & unam ſalinam in **Wich**, & terram duobus bobus, & decimam de **Salchale**, & de *Claitona*, & de **Praduc**. Teſte comitiſſa, *Ricardo Banaſtre*, *Hugone Oſberni* filio, *Bigod* de **Hoge**, *Richardo* pincerna & *Suardo*. *Robertus* filius *Hugonis* dedit capellam **Crinſtentune**, & terram capellæ, & terram cujuſdam ruſtici, ipſumque ruſticum, & quoddam molendinum, terramque ipſius molendini, & chotam *Ordrici* ipſumque *Ordricum*, & quendam campum junctum huic chote & **Cryn**; & quandam ſalinam in **Fulewich**, & duas manſuras in civitate, & paululum terræ juxta **Cotecheruneſtan**. Hoc donum conceſſit *Hugo* comes. Teſte *Willielmo Nigelli* filio, & fratre ejus *Richardo*, *Ranulpho* dapifero, *Bigod*, *Hamone* de **Maci**, *Hugone Oſberni* filio, *Hugone Normanni* filio, *Fulcone* de *Bajunvilla*, *Unfrido* de **Coſtentin**, *Willielmo* de **Berneres**, *Acardo*, multiſque aliis. *Hugo filius Normanni*, & *Radulfus* frater ejus dederunt partem ſuam de **Loſtoch**, & eccleſiam de *Cotintuna*, & terram eccleſiæ, & decimam illius villæ, & de **Lay** ſimiliter. Teſte *Willielmo Malbanc* multiſque aliis. *Richardus* de **Vernon** dedit decimam **Eſtone**, & **Pichetone**. *Richardus* de **Rullos** dedit eccleſiam & decimam *Wavertonæ*, & *Hettonæ*, & *Clotonæ*, & molendini *Clotonæ*. Item *Billeheld* uxor *Baldrici* dedit *Pecfortunam*. Teſte *Normanno* de *Arrecio*, multiſque aliis. *Radulfus* venator dedit terram trium carrucarum in *Brochetuna*. Item *Hugo* de *Mara*, *Reddeclivam*, concedente comite. Teſte comitiſſa, *Willielmo Nigelli* filio, *Ranulfo* dapifero, *Gileberto Venables*, multiſque aliis. Item *Hugo* comes, dum habuit in ſuo dominio **Calders**, dedit inde decimam de omnibus quæ decimari debent, quod etiam conceſſit & confirmavit *Robertus* filius *Serlonis*, quando villa data eſt ei. Item comes *Hugo*, quando habuit in ſuo dominio *Stortonam* & **Gravesbiri**, dedit inde decimam de omnibus quæ decimari debent, ſicut antea dederat in ſuis propriis maneriis. Quæ omnia confirmavit *Nigellus* de *Burceio* veniens in hæreditatem, augens etiam ex ſua parte terram octo bobus in **Gravesbiri**. Teſte *Ranulfo* & *Garacino* fratre ejus, multiſque aliis. Item *Radulfus Ermiwini* filius, & uxor ejus *Claricia*, dederunt terram ad octo boves in **Wudechurche**, & decimam de *Berleſtona* in *Wirhala*, & de *Werveleſtona* in **Wiſchesfeld**, de equabus omnibus ubicunque ſint, & de omnibus quæ decimari poſſint. Teſte *Godfrido* mercatore, *Roberto Anglico*, *Fulberto*, multiſque aliis. Item *Robertus* de **Fremouz** dedit **Fidelueſtan**. Teſte *Radulfo* fratre ſuo, *Roberto* dapifero, *Richardo* de *Briceio*.

“ *Walcelinus* nepos *Walteri* de **Vernon** dedit

" quandam agricolam, & terram quatuor boum in *Neſſa*, & decimam de omnibus rebus ſuis quæ decimari poſſint in *Preſtona* in **Levedeſham**, & tertiam partem totius ſubſtanciæ ſuæ & uxoris ejus. Teſte *Gileberto*, multiſque aliis, Item *Seward* dedit capellam de **Bebintone**, & terram quatuor boum, & decimam illius manerii, & decimam de **Bromhale**, & de **Walei**, & de **Paynes**, & de *Weſtona*, & de **Willne**, & poſt obitum ſuum omnis ſubſtantiæ ſuæ & ſuæ mulieris tertiam partem de *Ceſturſira*; & de **Paynes**. Teſte *Willielmo* conſtabulario, *Hugone Osberni* filio, & *Wimundo* de *Col.* Item *Gilbertus* de **Venables** dedit Deo & S. *Werburgæ* eccleſiam de **Eſtburi** cum medietate boſchi, & plani, & omnium quæ pertinent ad **Neobold**. Item *Ganfridus* de **Sattes** dedit decimam ſuam in **Withtricheſtun**. Teſte *Willielmo* filio *Gud.* & ipſo domino ſuo *Willielmo Malbanc.* *Richardus* de **Meſnilwaren** dedit decimam de **Blachenot**, de annona, de piſcatoria & de omnibus de quibus decima debet dari. Teſte *Rogerio* fratre ſuo, & *Ranulfo Bruello*, & *Ranulfo* de *Walbruno*. *Robertus Pultrel* dedit terram unius carucæ apud **Maſclesfeld**. Teſte *Waleranno* de *Baro*, & *Nigello* de **Rapentune**, & multis aliis. Item *Walterius* de **Vernon**, dedit decimam equarum ſuarum. Item comes dedit navim unam cum decem retibus ad piſcandū in **Angliſi** imperpetuum liberam & quietam. Teſte comitiſſa, *Willielmo* Pincerna, *Hugone* Camerario. Item ad feſtum ſanctæ *Werburgæ* in æſtate dedit comes *Hugo* theoloneum omneſque redditus & exitus nundinarum trium dierum: præcipiens ut ſi aliquis foriſfecerit in nundinis, omnia placita pertractentur in Curia ſanctæ *Werburgæ* ad opus monachorum. Conceſſit etiam ad honorem virginis, ut ſive latro, ſive aliquis malefactor venerit ad ſolennitatem, habeat firmam pacem dum fuerit in nundinis niſi fortè in illis aliquid foriſfecerit.

" Hæc ſunt itaque dona data abbatiæ ſanctæ *Werburgæ*, quæ omnia ego comes *Hugo*, & *Richardus* filius meus, & *Ermintrudis* comitiſſa, & mei Barones, & mei homines dedimus abbatiæ ſanctæ *Werburgæ*, & conceſſimus ut hæc omnia prædicta, & abbathia, & omnia ad eam pertinentia eſſent libera & pacata & quieta ab omni conſuetudine, & ab omni re, nichil retinentes in his omnibus, niſi orationes & beneficia monachorum in hoc loco commanentium, & tam liberum & quietum honorem ſanctæ *Werburgæ* dedimus & conſtituimus, pro ſalute animæ regis *Willielmi*, & omnium noſtrorum, ut nullus poſt nos aliquid libertatis, vel quietis addere poſſit. Et quando nos hanc chartam confirmavimus, nullum opus, nullum ſervicium, nullam conſuetudinem, nullam omnino rem præter orationem in terra ſanctæ *Werburgæ* retinuimus præter hoc ſolum, quod ſi abbas hujus loci ſuperbia inflatus nollet facere rectum viciniſ ſuis, comes conſtringeret eum ad rectum faciendum, & hoc in Curia ſanctæ *Werburgæ*, quia volumus ut ſancta *Werburga* habeat per omnia Curiam ſuam, ſicut comes ſuam.

" Et ut hec omnia eſſent rata & ſtabilia imperpetuum, ego comes *Hugo*, & mei Barones confirmavimus iſta omnia coram *Anſelmo* archiepiſcopo, non ſolùm ſigillo meo, ſed etiam ſigillo Dei omnipotentis, id eſt, ſigno ſanctæ crucis ✠ ita quod ſinguli noſtrum propria manu in teſtimonium poſteris ſignum in modum crucis facerent ✠. Signum *Hugonis* Comitis ✠.

" Signum *Richardi* filii ejus ✠.
" Signum *Hervei* epiſcopi ✠.
" Signum *Ranulfi* nepotis comitis ✠.
" Signum *Rogeri Bigod* ✠.
" Signum *Alani* de **Percey** ✠.
" Signum *Willielmi* Conſtabularii ✠.
" Signum *Ranulfi* Dapiferi ✠.
" Signum *Willielmi Malbanc* ✠.
" Signum *Roberti* filii *Hugonis* ✠.
" Signum *Hugonis* filii *Normanni* ✠.
" Signum *Hamonis* de **Maſci** ✠.
" *Bigod* de **Loges**.

Vide Page 985. *inter* Addenda.

ATHELINGENSE

cœnobium in agro Somerſetenſi.

A*Delingea* eſt non maris inſula, ſed ita ſtagnorum refuſionibus & paludibus inacceſſa, ut nullo modo niſi navigio adiri queat. Alnetum in ea permaximum cervos & capreas multaſque id genus beſtias continet. Terra ſolida vix duobus jugeribus lata monaſteriolum & monachorum officinas habet. Ejus conſtructor fuit rex *Elfredus*, qui quondam à *Danis* pulſus provinciâ, tutas illic aliquandiu latebras confoverat. Mox cum per ſomnium reſtitutionis ſuæ vadem ſanctum *Cuthbertum* accepiſſet, ibidem ſe monaſterium conſtructurum Deo pollicitus eſt: fecitque eccleſiam ſitu quidem pro anguſtiâ ſpacii modicam, ſed nova ædificandi modo compactam. Quatuor enim poſtes ſolo infixi totam ſuſpendunt machinam: quatuor cancellis opere ſpherico in circuitu ductis.

Will. Malmesb. fol. 145. a. p. 50.

Al. *ſuſtentant.*

Sunt ibi monachi pauci numero & pauperes, ſed qui egeſtatem ſuam quietis & ſolitudinis amore vel magni pendant vel conſolentur: qui laudes patroni ſui ſancti *Egelwini* ferant in aſtra præconiis, ſanctitatem ſentiant continuis impenſis beneficiis. Illum fratrem regis *Weſtſaxonum Kenewalh* fuiſſe, & generis magnitudinem ſanctitatis indole inaltaſſe perſeverans eſt opinio, languoris perpetuo detentum compede nihilo ſegniùs Deo ſerviiſſe, bono fine conſummatum omnibus ſe invocantibus preſtò ad remedia occurrere.

Carta *Ælfredi* Regis de amplificatione monaſterii de *Æthelneia*.

R*Egnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto. Omnia regna hujus vitæ labentis, regnorumque diſpenſatores ab initio iſtius ſæculi cum velocitate deficientes, tranſeunt. Ideo fugitivis & mortalibus rebus æterna gaudia promerenda ſunt.*

Reynerus, Apoſtol. Benedict. par. 2. tract. 2. pag. 132.

ſunt. Quapropter *ego* Ælfred, *divina ordinante miſericordia*, occidentalium-Saxonum *rex, pro remedio animæ meæ, & criminum meorum abſolutione, aliquantulam agri partem, id eſt, decem caſſatas in loco ubi dicitur* **Sudton** *ad inſulam* Clitonum, *quæ,* Anglicè *uſitato onomate,* **Aedlingaeg** *nuncupatur, ad ſupplementum monaſterialis vitæ, monachis ibidem ſub regulari exercitio Deo omnipotenti devotè ſervientibus, animo volenti largitus ſum; hancque libertatem præfato monaſterio devota mente donavi, cum pratis, paſcuis, rivulis, & omnibus rebus ad ea ritè pertinentibus, ut ab omnium regalium tributorum, & exactione operum, atque pœnalium cauſarum, abſque expeditione ſola, arcis, & pontium ſtructura, ſecura, immunis, & libera perpetualiter permaneat. Et qui hoc augere voluerit, augeat Deus bona illius in regione viventium. Si autem aliquis, quod abſit, ſuperbiæ faſtu inflatus, & tyrannica poteſtate illectus, hoc infringere, & irritum facere conatus fuerit, ſciat ſe ab omni eccleſia Chriſtianorum anathematizatum, & in die judicii coram Chriſto, & angelis ejus, niſi ante emendaverit, rationem redditurum eſſe. Præfatæ verò terræ & donatio hujus agelli, his terminis circumſepta pateſcit.* Æꞃeꞅꞇ, (&c.) *Scripta autem eſt hæc ſcedula hujus donationis anno ab incarnatione Chriſti, DCCClxxviij. indictione* 4. *his teſtibus conſentientibus, quorum nomina pateſcunt.* Ego Elfred Rex *hanc meam donationem cum ſigno ſanctæ crucis corroboravi.* ✠ *Ego* Ealferd *epiſcopus* (&c.)

878.

De fundatione cœnobiorum, & elemoſinis Regis Alfredi.

Ex MS. in Bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Neronis*, D.2.] fol. 86.

ANno Domini DCCClxxxviij. *Athelinus Wintonienſis* comes, regis *Alfredi*, & *Weſt-Saxonum* elemoſinas *Romam* deportavit. Quo utique tempore duo monaſteria fundavit, unum monachorum apud *Ethelingeiam*, id eſt, *nobilium inſulam*, ubi idem Rex quondam cum ſubulco exulavit; quo in loco *Johannem* presbiterum abbatem ordinavit. Aliud quoque monaſterium ad orientalem plagam **Seafteſbire**, ad habitationem ſanctimonialium fabricari præcepit. In quo filiam propriam *Algivam* abbatiſſam conſtituit, virginem domino conſecratam. Et hæc monaſteria divitiis & poſſeſſionibus habundantèr ditavit.

PERSHORENSE

Cœnobium in agro Wigornienſi.

Will. Malmesb. fol. 162. a. n. 40.

PErſcoræ fundavit, & perfecit cœnobium, tempore regis *Edgari*, *Egelwardus*, dux *Dorſatenſis*, minimè parcus animo, ſed effuſo in largitatem ſtudio. Verùm & illud, ut cætera, quanto ſuccubuerit detrimento miſerabile, plus ſui medietate diminutum, partem divitum occupavit ambitio, partem ſepelivit oblivio, majuſculam portionem reges *Edwardus*, & *Wilhelmus* contulere *Weſtmonaſterio*. Habentur hic aliquanta felicis *Edburgæ* oſſa, celebranturque inſtanti reverentia, quòd ibi frequentiori quàm aliàs miraculorum meruit gloria.

Anno Domini DClxxx. ſancta *Hilda* abbatiſſa migravit. His igitur diebus monaſteria *Perſoræ* & *Gloverniæ* à duobus fratribus *Oſwaldo* & *Oſtrico*, dicti regis glorioſi *Athelredi* miniſtris & nepotibus, fundata fuerunt, ſcil. *Perſora* ab *Oſwaldo*, *Glovernia* ab *Hoſtrico*. Circa hoc tempus ab incarnatione Domini DCiiij. fuerunt anni, quo tempore fundata eſt & conſtructa.

Lelandi collectan. vol. 1. p.283.

604.

Anno Domini MII. introitus fuit *Perſorenſis* novæ eccleſiæ poſt combuſtionem.

Lelandi collectan. vol. 1. p. 284.

Anno Domini 1198. obiit *Simon* abbas *Perſorenſis*, cui ſucceſſit *Anſelmus*.

Anno Domini 1223. eccleſia de **Perſoꝛe** combuſta eſt in die S. *Urbani*.

Anno Domini 1234. *Gervaſius* abbas **Perſoꝛe**, qui multa bona eccleſiæ ſuæ perquiſivit, in feſto Paſche obiit, cui ſucceſſit *Rogerus* vir ſimplex & timens Deum.

Anno Domini 1251. *Rogerus* abbas **Perſoꝛe** obiit, cui ſucceſſit *Elerius* monachus *Fiſcamenſis*, Eſchaetor regis *Angliæ* effectus ſuper totam *Angliam* citra ripam *Trentæ*.

Anno Domini 1241. Recepta fuit aſſiſa de advocatione eccleſiæ ſanctæ *Andreæ* de **Perſoꝛe**, pro abbate & conventu ejuſdem loci, & ſic liberati ſunt ab oppreſſionibus abbatis *Weſtmonaſterii* & *Gulielmi* de *Bellocampo*.

Anno Domini 1255. *Elerius* abbas **Perſoꝛe** per totam *Walliam* in expeditione & executione crucis & decimæ domino regi conceſſæ; ſuſceptuſque eſt à *Lewelino* principe *North-Walliæ*, & à cæteris magnatibus ejuſdem terræ ubique honorificè.

Anno Domini 1259. In capella ſanctæ *Mariæ* de **Perſhoꝛe**, cum, veteribus fundamentis deturbatis, ad novam pavimentum conſtruendum terra foderetur, inventa ſunt oſſa *Oddæ* comitis vel ducis, ejuſdem loci quondam fundatoris, in quadam ciſta plumbea, quæ ibidem poſt ſecundam eccleſiæ combuſtionem fuerunt ſepulta, & intus in quodam plumbo tale ſcriptum invenitur Epitaphium.

Odda *dux quondam, priſcis temporibus* Ædwinus *vocatus in baptiſmo, cultor Dei, qui monachus effectus fuit ante mortem ſuam, hìc requieſcit. Sit ei gaudium in pace cum Chriſto Deo,* Amen.

Hic eſt *Odda*, de quo in ſuperioribus pleniùs ſuo declaratur loco, qui *Delfero* conſuli nequiſſimo jure ſucceſſerat hæreditario. Hic *Delferus*, magna uſus inſolencia, *Perſorenſem* eccleſiam, ſicut & ceteras plures per *Angliam*, graviter & læſit & minuit, quod ejus exitus horribilis miſerè probavit; conſumptus namque vermibus quos pediculos vocamus, miſerabili fine vitam miſerè terminavit. *Oddo* verò dux ſuccedens ei in hæreditatem, & intelligens illud inauditum malum quod invaſori illi eccleſiaſticarum poſſeſſionum contigerat, non tantùm terram illam quam eccleſiæ *Perſorenſi* nequiſſimus ille abſtulerat benignè reddidit, ſed & virginitatem Deo imperpetuùm vovit, ne hæres ſuus eccleſiam Dei exhereditaret; quo apud **Deoꝛhurſte** monachato & defuncto, **Perſoꝛe** allatus eſt, & ibidem in ſarchophago optimo poſitus, anno Domini 1056. cujus oſſa hoc anno videlicet incarnationis 1259. in craſtino

“ quandam agricolam, & terram quatuor boum in *Neſſa*, & decimam de omnibus rebus ſuis quæ decimari poſſint in *Preſtona* in **Levedeſham**, & tertiam partem totius ſubſtanciæ ſuæ & uxoris ejus. Teſte *Gileberto*, multiſque aliis, Item *Seward* dedit capellam de **Bebintone**, & terram quatuor boum, & decimam illius manerii, & decimam de **Bromhale**, & de **Walei**, & de **Maynes**, & de *Weſtona*, & de **Willne**, & poſt obitum ſuum omnis ſubſtantiæ ſuæ & ſuæ mulieris tertiam partem de *Ceſturſira*; & de **Maynes**. Teſte *Willielmo* conſtabulario, *Hugone Osberni* filio, & *Wimundo* de *Col.* Item *Gilbertus* de **Venables** dedit Deo & S. *Werburgæ* eccleſiam de **Eſtburi** cum medietate boſchi, & plani, & omnium quæ pertinent ad **Neobold**. Item *Gaufridus* de **Sattes** dedit decimam ſuam in **Withtricheſtun**. Teſte *Willielmo* filio *Gud.* & ipſo domino ſuo *Willielmo Malbanc*. *Richardus* de **Meſnilwaren** dedit decimam de **Blachenot**, de annona, de piſcatoria & de omnibus de quibus decima debet dari. Teſte *Rogerio* fratre ſuo, & *Ranulfo Bruello*, & *Ranulfo* de *Walbruno*. *Robertus Pultrel* dedit terram unius carucæ apud **Maſcleſfeld**. Teſte *Waleranno* de *Baro*, & *Nigello* de **Rapentune**, & multis aliis. Item *Walterius* de **Vernon**, dedit decimam equarum ſuarum. Item comes dedit navim unam cum decem retibus ad piſcandũ in **Angliſi** imperpetuũm liberam & quietam. Teſte comitiſſa, *Willielmo* Pincerna, *Hugone* Camerario. Item ad feſtum ſanctæ *Werburgæ* in æſtate dedit comes *Hugo* theoloneum omneſque redditus & exitus nundinarum trium dierum: præcipiens ut ſi aliquis forisfecerit in nundinis, omnia placita pertractentur in Curia ſanctæ *Werburgæ* ad opus monachorum. Conceſſit etiam ad honorem virginis, ut ſive latro, ſive aliquis malefactor venerit ad ſolennitatem, habeat firmam pacem dum fuerit in nundinis niſi fortè in illis aliquid forisfecerit.

“ Hæc ſunt itaque dona data abbatiæ ſanctæ *Werburgæ*, quæ omnia ego comes *Hugo*, & *Richardus* filius meus, & *Ermintrudis* comitiſſa, & mei Barones, & mei homines dedimus abbatiæ ſanctæ *Werburgæ*, & conceſſimus ut hæc omnia prædicta, & abbathia, & omnia ad eam pertinentia eſſent libera & pacata & quieta ab omni conſuetudine, & ab omni re, nichil retinentes in his omnibus, niſi orationes & beneficia monachorum in hoc loco commanentium, & tam liberum & quietum honorem ſanctæ *Werburgæ* dedimus & conſtituimus, pro ſalute animæ regis *Willielmi*, & omnium noſtrorum, ut nullus poſt nos aliquid libertatis, vel quietis addere poſſit. Et quando nos hanc chartam confirmavimus, nullum opus, nullum ſervicium, nullam conſuetudinem, nullam omnino rem præter orationem in terra ſanctæ *Werburgæ* retinuimus præter hoc ſolum, quod ſi abbas hujus loci ſuperbia inflatus nollet facere rectum vicinis ſuis, comes conſtringeret eum ad rectum faciendum, & hoc in Curia ſanctæ *Werburgæ*, quia volumus ut ſancta *Werburga* habeat per omnia Curiam ſuam, ſicut comes ſuam.

“ Et ut hec omnia eſſent rata & ſtabilia imperpetuũm, ego comes *Hugo*, & mei Barones confirmavimus iſta omnia coram *Anſelmo* archiepiſcopo, non ſolũm ſigillo meo, ſed etiam ſigillo Dei omnipotentis, id eſt, ſigno ſanctæ crucis ✠ ita quod ſinguli noſtrum propria manu in teſtimonium poſteris ſignum in modum crucis facerent ✠. Signum *Hugonis* Comitis ✠.

“ Signum *Richardi* filii ejus ✠.

“ Signum *Hervei* epiſcopi ✠.

“ Signum *Ranulfi* nepotis comitis ✠.

“ Signum *Rogeri Bigod* ✠.

“ Signum *Alani* de **Percey** ✠.

“ Signum *Willielmi* Conſtabularii ✠.

“ Signum *Ranulfi* Dapiferi ✠.

“ Signum *Willielmi Malbanc* ✠.

“ Signum *Roberti* filii *Hugonis* ✠.

“ Signum *Hugonis* filii *Normanni* ✠.

“ Signum *Hamonis* de **Maſci** ✠.

“ *Bigod* de **Loges**.

Vide Page 985. *inter* Addenda.

ATHELINGENSE
cœnobium in agro Somerſetenſi.

ADelingea eſt non maris inſula, ſed ita ſtagnorum refuſionibus & paludibus inacceſſa, ut nullo modo niſi navigio adiri queat. Alnetum in ea permaximum cervos & capreas multaſque id genus beſtias continet. Terra ſolida vix duobus jugeribus lata monaſteriolum & monachorum officinas habet. Ejus conſtructor fuit rex *Elfredus*, qui quondam à *Danis* pulſus provinciâ, tutas illic aliquandiu latebras conſoverat. Mox cum per ſomnium reſtitutionis ſuæ vadem ſanctum *Cuthbertum* accepiſſet, ibidem ſe monaſterium conſtructurum Deo pollicitus eſt: fecitque eccleſiam ſitu quidem pro anguſtiâ ſpacii modicam, ſed nova ædificandi modo compactam. Quatuor enim poſtes ſolo infixi totam ſuſpendunt machinam: quatuor cancellis opere ſpherico in circuitu ductis.

Will. Malmesb. fol. 145. a. p. 50.

Al. *ſuſtentant.*

Sunt ibi monachi pauci numero & pauperes, ſed qui egeſtatem ſuam quietis & ſolitudinis amore vel magni pendant vel conſolentur: qui laudes patroni ſui ſancti *Egelwini* ferant in aſtra præconiis, ſanctitatem ſentiant continuis impenſis beneficiis. Illum fratrem regis *Weſtſaxonum Kenewalh* fuiſſe, & generis magnitudinem ſanctitatis indole inaltaſſe perſeverans eſt opinio, languoris perpetuo detentum compede nihilo ſegniùs Deo ſerviiſſe, bono fine conſummatum omnibus ſe invocantibus preſtò ad remedia occurrere.

Carta *Ælfredi* Regis de amplificatione monaſterii de *Æthelneia*.

REgnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto. Omnia regna hujus vitæ labentis, regnorumque diſpenſatores ab initio iſtius ſæculi cum velocitate deficientes, tranſeunt. Ideo fugitivis & mortalibus rebus æterna gaudia promerenda ſunt.

Reynerus, Apoſtol. Benedict. par. 2. tract. 2. pag. 132.

ſunt. *Quapropter ego* Ælfred, *divina ordinante miſericordia*, occidentalium-Saxonum *rex, pro remedio animæ meæ, & criminum meorum abſolutione, aliquantulam agri partem, id eſt, decem caſſatas in loco ubi dicitur* **Sudton** *ad inſulam* Clitonum, *quæ*, Anglicè *uſitato onomate*, **Aedlingaeg** *nuncupatur, ad ſupplementum monaſterialis vitæ, monachis ibidem ſub regulari exercitio Deo omnipotenti devotè ſervientibus, animo volenti largitus ſum; hancque libertatem præfato monaſterio devota mente donavi, cum pratis, paſcuis, rivulis, & omnibus rebus ad ea ritè pertinentibus, ut ab omnium regalium tributorum, & exactione operum, atque pœnalium cauſarum, abſque expeditione ſola, arcis, & pontium ſtructura, ſecura, immunis, & libera perpetualiter permaneat. Et qui hoc augere voluerit, augeat Deus bona illius in regione viventium. Si autem aliquis, quod abſit, ſuperbiæ faſtu inflatus, & tyrannica poteſtate illectus, hoc infringere, & irritum facere conatus fuerit, ſciat ſe ab omni eccleſia Chriſtianorum anathematizatum, & in die judicii coram Chriſto, & angelis ejus, niſi ante emendaverit, rationem redditurum eſſe. Præfatæ verò terræ & donatio hujus agelli, his terminis circumſepta pateſcit.* Æꞃeꞅꞇ, (&c.) *Scripta autem eſt hæc ſcedula hujus donationis anno ab incarnatione Chriſti, DCCClxxviij. indictione* 4. *his teſtibus conſentientibus, quorum nomina pateſcunt.* Ego Elfred Rex *hanc meam donationem cum ſigno ſanctæ crucis corroboravi.* ✠ Ego Ealferd *epiſcopus* (&c.)

878.

De fundatione cœnobiorum, & elemoſinis Regis Alfredi.

Ex MS. in Bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Neronis*, D.2.] fol. 86.

ANno Domini DCCClxxxviij. *Athelinus Wintonienſis* comes, regis *Alfredi*, & *Weſt-Saxonum* elemoſinas *Romam* deportavit. Quo utique tempore duo monaſteria fundavit, unum monachorum apud *Ethelingeiam*, id eſt, *nobilium inſulam*, ubi idem Rex quondam cum ſubulco exulavit; quo in loco *Johannem* presbiterum abbatem ordinavit. Aliud quoque monaſterium ad orientalem plagam **Seafteſbire**, ad habitationem ſanctimonialium fabricari præcepit. In quo filiam propriam *Algivam* abbatiſſam conſtituit, virginem domino conſecratam. Et hæc monaſteria divitiis & poſſeſſionibus habundantèr ditavit.

PERSHORENSE

Cœnobium in agro Wigornienſi.

Will. Malmesb. fol. 162. a. n. 40.

PErſ*coræ* fundavit, & perfecit cœnobium, tempore regis *Edgari*, *Egelwardus*, dux *Dorſatenſis*, minimè parcus animo, ſed effuſo in largitatem ſtudio. Verùm & illud, ut cætera, quanto ſuccubuerit detrimento miſerabile, plus ſui medietate diminutum, partem divitum occupavit ambitio, partem ſepelivit oblivio, majuſculam portionem reges *Edwardus*, & *Wilhelmus* contulere *Weſtmonaſterio*. Habentur hic aliquanta felicis *Edburgæ* oſſa, celebranturque inſtanti reverentia, quòd ibi frequentiori quàm aliàs miraculorum meruit gloria.

Lelandi collectan. vol. 1. p.283.

Anno Domini DClxxx. ſancta *Hilda* abbatiſſa migravit. His igitur diebus monaſteria *Perſoræ* & *Gloverniæ* à duobus fratribus *Oſwaldo* & *Oſtrico*, dicti regis glorioſi *Athelredi* miniſtris & nepotibus, fundata fuerunt, ſcil. *Perſora* ab *Oſwaldo*, *Glovernia* ab *Hoſtrico*. Circa hoc tempus ab incarnatione Domini DCiiij. fuerunt anni, quo tempore fundata eſt & conſtructa.

604.

Lelandi collectan. vol. 1. p. 284.

Anno Domini MII. introitus fuit *Perſorenſis* novæ eccleſiæ poſt combuſtionem.

Anno Domini 1198. obiit *Simon* abbas *Perſorenſis*, cui ſucceſſit *Anſelmus*.

Anno Domini 1223. eccleſia de **Perſore** combuſta eſt in die S. *Vrbani*.

Anno Domini 1234. *Gervaſius* abbas **Perſore**, qui multa bona eccleſiæ ſuæ perquiſivit, in feſto Paſche obiit, cui ſucceſſit *Rogerus* vir ſimplex & timens Deum.

Anno Domini 1251. *Rogerus* abbas **Perſore** obiit, cui ſucceſſit *Elerius* monachus *Fiſcamenſis*, Eſchaetor regis *Angliæ* effectus ſuper totam *Angliam* citra ripam *Trentæ*.

Anno Domini 1241. Recepta fuit aſſiſa de advocatione eccleſiæ ſanctæ *Andreæ* de **Perſore**, pro abbate & conventu ejuſdem loci, & ſic liberati ſunt ab oppreſſionibus abbatis *Weſtmonaſterii* & *Gulielmi* de *Bellocampo*.

Anno Domini 1255. *Elerius* abbas **Perſore** per totam *Walliam* in expeditione & executione crucis & decimæ domino regi conceſſæ; ſuſceptuſque eſt à *Lewelino* principe *North-Walliæ*, & à cæteris magnatibus ejuſdem terræ ubique honorificè.

Anno Domini 1259. In capella ſanctæ *Mariæ* de **Perſhore**, cum, veteribus fundamentis deturbatis, ad novam pavimentum conſtruendum terra foderetur, inventa ſunt oſſa *Oddæ* comitis vel ducis, ejuſdem loci quondam fundatoris, in quadam ciſta plumbea, quæ ibidem poſt ſecundam eccleſiæ combuſtionem fuerunt ſepulta, & intus in quodam plumbo tale ſcriptum invenitur Epitaphium.

Odda *dux quondam, priſcis temporibus* Ædwinus *vocatus in baptiſmo, cultor Dei, qui monachus effectus fuit ante mortem ſuam, hìc requieſcit. Sit ei gaudium in pace cum Chriſto Deo*, Amen.

Hic eſt *Odda*, de quo in ſuperioribus pleniùs ſuo declaratur loco, qui *Delfero* conſuli nequiſſimo jure ſucceſſerat hæreditario. Hic *Delferus*, magna uſus inſolencia, *Perſorenſem* eccleſiam, ſicut & ceteras plures per *Angliam*; graviter & læſit & minuit, quod ejus exitus horribilis miſerè probavit; conſumptus namque vermibus quos pediculos vocamus, miſerabili fine vitam miſerè terminavit. *Oddo* verò dux ſuccedens ei in hæreditatem, & intelligens illud inauditum malum quod invaſori illi eccleſiaſticarum poſſeſſionum contigerat, non tantùm terram illam quam eccleſiæ *Perſorenſi* nequiſſimus ille abſtulerat benignè reddidit, ſed & virginitatem Deo imperpetuùm vovit, ne hæres ſuus eccleſiam Dei exhereditaret; quo apud **Deorhurſte** monachato & defuncto, **Perſore** allatus eſt, & ibidem in ſarchophago optimo poſitus, anno Domini 1056. cujus oſſa hoc anno videlicet incarnationis 1259. in craſtino ſanctæ *Barbaræ* virginis inventa ſunt, ut prædictum eſt.

Inventa ſunt & juxta eadem, die proximo huic ſequente, in alio plumbo, oſſa venerabilis patris *Foldbrithi* primi quondam abbatis **Perſoꝛe**, quæ poſt prædictam combuſtionem, quæ fuit anno Domini 1223. dum eccleſia nova fabricaretur, ibidem cum aliis oſſibus fuerunt recondita, qui, ut ſcripta tradunt, in vita ſancti *Oſwaldi* epiſcopi *Wigorniæ*, cum hujus *Foldbrithi* corpus exanime componeretur in feretro, aſtantibus qui exequiis invigilabant, revixit & erexit ſe, cujus à quodam in virtute fidei nihil hæſitans, in verbo domini conjurato ſpiritu, ut ſi ex Deo eſſet, novitatem facti & reverſionis cauſam aperiret; inquit defunctus, *acturus gratias beato* Oſwaldo *redii, cujus dignitas meritorum in conſpectu domini mihi veniam impetravit delictorum, nam à beato* Benedicto *in viſionem Dei perductus, cum mihi trepidaret conſcientia, accuſaret vita, accepi à Domino pro meritis* Oſwaldi *immunitatem pœnæ, ſecuritatem ſalutis.* Quibus dictis exti . . . . uit & accepto viatico Domini corporis dimidium diem ſupervixit; ſicque iterato obitu obdormivit in Domino ſecundo Id. Auguſti.

Lelandi Itinerar. vol.5. f.1.

Oſwaldus primùm inſtituit Canonicos ſeculares apud **Perſoꝛe.**

Poſtea fuit ibidem chorus monachorum, rurſus Canonici inducti. Poſtea monachi per *Edgarum*. *Elferus* abſtulit prædia monachis. *Odda* comes ejus filius, reſtituit.

Monaſterium conflagravit & à monachis deſertum eſt.

Monachi *Weſtmonaſterienſes* prædia uſurpabant.

Wada comes attulit reliquias ſanctæ *Edburgæ*. Et per *Oſwaldum* epiſcopum *Fulbrightus* abbas inductus.

Charta Edgari *Regis.*

Autographum in biblioth. *Cottoniana.*

“ORthodoxorum vigoris eccleſiaſtici monitu creberrimè inſtruimur, ut illi oppidò ſubjecti ſuppeditanter famulemur, qui totius mundi fabricam mira ineffabilique ſerie diſponens microcoſmum, *Adam* videlicet, tandem quadriformi plaſmatum materia almo ad ſui ſimilitudinem inſtinctum ſpiramine, univerſis quæ in infimis formaverat, uno probandi cauſâ excepto vetitoque, præficiens, paradiſiacæ amœnitatis jocunditate conlaterana, *Eua* ſcilicet, comite decentiſſimè collocavit. Larvarica pro dolor! ſeductus cavillatione verſipellis, ſuaſibiliſque tergiverſatione viraginis pellectus, anathematis alogiâ ambo pomum momordit vetitum, & ſibi ac poſteris in hoc ærumnoſo dejectus ſeculo lethum promeruit perpetuum. Vaticinantibus ſiquidem prophetis, & celitus ſuperni regis diuturno clandeſtino præſagia dogmate promentibus, nitide orthodoxis eulogium ex ſupernis deferens, non ut *Judæorum* ſeditioſa elingue fatetur loquacitas, ſed priſcorum atque modernorum lepidiſſimam ambiens facundiam, *Arrianas*, *Sabellianaſque* proterendo nenias, anagogico infruſtrans famine, noſque ab obtuſi cæcitate umbraminis ad ſupernorum alacrimoniam patrimoniorum advocans, angelus ſupernis elapſus liminibus in aurem intemeratæ virginis, ut evangelica promulgant famina, ſtupenda ceciniſſe videtur carmina, cui eccleſia tota catholica conſonâ voce altibohando proclamat. *Beata es virgo* Maria, *quæ credidiſti perficientur in te quæ dicta ſunt tibi à Domino.* Mirum dictu, incarnatur verbum & incorporatur, ſcilicet illud de quo evangeliſta ſupereminens univerſorum altitudine ſenſuum inquit, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum &c.* qua videlicet ſumpta de virgine incarnatione, antiquæ virginis facinus demitur, & cunctis mulieribus nitidis præcluens caumatibus decus irrogatur. Intactâ igitur redolente Chriſti divinitate, paſſaque ipſius humanitate, libertas addictis clementer contigit ſervulis. Hinc ego *Eadgar*, altithirono ammniculante, *Anglorum* ceterarumque gentium in circuitu triviatim perſiſtentium baſileus, ut hujus libertatis althithroni moderatoris clementia merear optinere conſortium, cœnobio, loco celebri, qui ab hujus proſapiæ ſolicolis **Perſoꝛan** nobili nuncupatur vocabulo ſitum, genitricique Domini noſtri ſemper virgini *Mariæ*, necnon beato *Petro* apoſtolorum principi, ejuſque coapoſtolo *Paulo* dedicatum habetur, monachis regulariter degentibus monaſtici æternam privilegii concedo libertatem, quatenus poſt deceſſum *Foldbribti* abbatis egregii, cujus temporibus hæc libertatis reſtauratio Chriſto ſuffragante conceſſa eſt, quem univerſa præfati cœnobii congregatio apto elegerit concilio . . . . juſtè ex eodem fratrum cuneo eligens conſtituat. Hujus privilegii libertas deinceps uſu perpetuo à cunctis teneatur catholicis, nec extraneorum quiſpiam tyrannica fretus contumacia in prædicto monaſterio jus arripiens exerceat poteſtatis, ſed ejuſdem cœnobii collegium perpetuæ ut prædixi libertatis glorietur privilegio. Sit autem præfatum monaſterium omni terrenæ ſervitutis eodem tenore liberum quo à preceſſore noſtro, à rege videlicet *Cœnulpho* orthodoxæ fidei ſtrenuiſſimo fuerat, uti vetuſto continetur privilegio, *Beornotho* duce optinente, ſolutum. Agri equidem qui ad uſus monachorum domino noſtro Jeſu Chriſto ejuſque genitrici *Mariæ* priſcis moderniſque temporibus regibus & religioſis utriuſque ſexus hominibus & à meipſo reſtituendo jure conceſſi ſunt, id eſt in **Perſcoꝛan** videlicet . . . . . . manſi: in **Bꝛihtul, Fingtune** x. manſi: in **Cumbꝛinctun** x. manſi: in **Pedneſhamme** v. manſi: in **Eccinctunne** xvj. manſi: in **Wyclingahamme** x. manſi: in *Deopanforda* x. manſi: in **Strengeſho** x. in *Bettesforda* x. in **Cromban** . . . . in **Stoce** x. in **Pyritune** x. in **Wadbꝛeoꝛhan** iiij. in **Civincgtun** iij. in **Bꝛoctune** iij. in **Piplincetune** x. in **Snoddesbyꝛi** x. in **Niwantune** vij. in **Eadbꝛihtincgtune** iiij. in **Wightlafeſtune** v. in **Fleferth** v. in **Gꝛaftune** v. in **Deoꝛmodeſealdtune** v. in **Huſantreo on Meretune** v. in **Bꝛeoctune** iij. in **Pleobyꝛi** ij. in **Langandune** xxx. in **Poincgwic.** vij. in **Beoꝛnotheſleane** iij. in **Actune** iij. in **Suthſtoce** vij. **on Hileane and on** *Treſkaa*, **and on Cyllincocan,**

“ **tan, and on Ealdanbuꝛi, and Dydimeretune,**
“ **and Badimyncgtun, & Uptun** xl. in **Deoꝛham**
“ x. in **Longahege** v. **on Lidanege** vj. in **Wig-**
“ **gangeate** vj. in **Beoleane** v. in **Gyrdeleane**
“ v. in **Sture** x. in **Bꝛadanwege** xx. in **Coltune**
“ v. in **Wicwennan** x. & ad uſum conficiendi
“ ſalis duobus in locis **xviij.** doliorum ſitus, **on**
“ **Midlewic x. and on Neodemertanwic** viij. &
“ duarum fornacium ſtatio **on Wictune**, & vas
“ quod dicitur **Weſtrinege**, cum uno manſo &
“ dimidium manſi in loco qui dicitur **Hoꝛtun** e-
“ juſdem perpetualiter ſint libertatis. Tempore
“ ſiquidem quo rura quæ Domino devoto conceſ-
“ ſi animo injuſtè à ſancta Dei eccleſia ablata fu-
“ erant, perfidi quique novas ſibi hæreditarias
“ kartas uſurpantes ediderunt. Sed in patris &
“ filii & ſpiritus ſancti nomine præcipimus, ut ca-
“ tholicorum nemo eaſdem recipiat, ſed à cunctis
“ repudiatæ fidelibus in anathemate deputentur,
“ veteri jugiter vigente privilegio. Si quis verò
“ tam epilempticus philargiriæ ſeductus amentia,
“ quod non optamus, hanc noſtræ munificentiæ
“ dapſilitatem auſu temerario infringere tempta-
“ verit, ſit ipſe alienatus à conſortio ſanctæ Dei
“ eccleſiæ, necnon & à participatione ſacroſancti
“ corporis & ſanguinis Domini Chriſti filii Dei,
“ per quem totus terrarum orbis ab antiquo hu-
“ mani generis inimico liberatus eſt; & cum *Juda*
“ Chriſti proditore——————————depu-
“ tatus, niſi priùs hic digna ſatisfactione humilis
“ pœnituerit quod contra ſanctam Dei eccleſiam
“ rebellis agere præſumpſit, nec in vita hac practi-
“ ca veniam, nec in theorica requiem apoſtata
“ optineat ullam, ſed æternis barathri incendiis
“ truſus, cum *Anania* & *Saphira* jugiter miſerri-
“ mus crucietur.

Ðiꞅ ꞅindon ða lond ᵹemeꞃa——————londa ðe into Peꞃꞅcoꞃan belimpaþ. æꞃeꞅt on Punꝼoꞃd on ða dic (&c.)

Ex quod. regiſtro abbatiæ de *Perſore*, modo in curia *Augmentationum* dicta.

Litere *Galfridi de* Chamuilla *de Capella de* **Lemerſoꝛd.**

U*Niverſis ſanctæ matris eccleſie filiis ad quos preſens ſcriptum pervenerit*, Galfridus *de* Chamuilla, *Salutem. Noverit univerſitas veſtra me divine pietatis intuitu dediſſe & conceſſiſſe pro anima patris mei* Willielmi *de* Camuilla, *& pro anima matris meæ* Albrede Marmiun, *& pro anima mea & uxoris meæ* Leuciæ, *& pro animabus fratrum & ſororum meorum, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, domino* Gervaſio, *abbate de* **Perſoꝛe**, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, capellam ſancti* Nicholai *de* **Lemerſoꝛd**, *cum omnibus pertinentiis ſuis, in terris, in paſturis, & in decimis, & cum omnibus libertatibus ad dictam capellam pertinentibus. Habendam & tenendam imperpetuùm liberè & quietè ab omni ſeculari ſervicio & demanda. Item quod fructus ejuſdem capelle expendantur annuatim in vino & pitanciis dictorum monachorum in feſtivitatibus ſanctæ* Mariæ *dum vixero & poſt deceſſum meum ad anniverſarium meum faciendum. Ut igitur hæc donatio & conceſſio mea perpetue firmitatis robur obtineat, eam præſenti ſcripto ſigillo meo communiter confirmavi. Hiis teſtibus, &c.*

Teſtium poſt cœnobii Perſorenſis *combuſtionem, de loci privilegiis igne combuſtis, examinatorum depoſitiones.*

Ex autographo in bibl. *Cottoniana.*

WALTERUS Prior *Perſoræ* juratus dicit, quod habuerunt privilegia à *Romano* pontifice ſibi indulta, quæ dicit eſſe cumbuſta ſimul cum monaſterio eorum de *Perſora.*

Requiſitus utrum exemplar alicujus privilegii combuſti habuerint per quod conſtare poſſit de tenore alicujus privilegii igne conſumpti; dicit quod ſic, ſcilicet tantùm unum exemplar unius privilegii, prout dictum eſt, conſumpti, quod exhibuit, quod examinatores penes ſe retinuerunt ſub ſigillis ſuis claudendum & principalibus judicibus tranſmittendum.

Requiſitus utrum omnes articuli in illo exemplari contenti inſererentur in Autentico igne conſumpto; dicit quod ſic.

Requiſitus qualiter hoc ſciverit, dicit, quod ſæpiùs illud inſpexit & audivit.

Requiſitus utrum abbas & conventus aliquando uſi fuerint privilegio illo; dicit quod ſic, adiciens quod cum bonæ memoriæ *Malgerus* epiſcopus *Wigornenſis*, ad monaſterium de *Perſora* aliquando acceſſiſſet, & ordinationes clericorum in eodem monaſterio facere vellet, auctoritate dicti privilegii receſſit idem *Malgerus* ad capellam ſancti *Andreæ*, quæ ſita eſt infra limites cimiterii dictorum monachorum. Qui tamen poſtmodum invitatus ab eiſdem monachis, ad dictum monaſterium iteratò acceſſit ad dictas ordinationes celebrandas. Dicit etiam quod cum jam dictus epiſcopus invitatus fuiſſet ad feſtum ſanctæ *Eadburgæ* à dictis abbate & conventu, & ibidem accedendo miſſam ſolempnem celebrare, & poſt miſſæ celebrationem oblationem aſportare vellet, oſtenſo dicto privilegio eaſdem oblationes dictis abbati & monachis reddidit, & abſque contradictione dimiſit. Dicit etiam quod auctoritate dicti privilegii, *Gervaſius* quondam abbas *Perſoræ* in ſinodo domini *W.* de *Bloys*, *Wigornenſis* epiſcopi, locum à dextris petiit & optinuit.

Requiſitus de ſepulturis, dicit quod omnia corpora defunctorum de tota villa de **Perſoꝛe**, de **Pendefene**, de **Berfoꝛde**, de **Deſſoꝛde**, de **Wodemoncote**, de **Burlingham**, de **Pedneſham**, de **Wicha**, de **Bꝛithlenton**, de tota **Ekentun**, de **Strengeſhain**, de **Wolhacſham**, de **Nepfoꝛde**, de **Piritone**, de **Stoke**, de **Newintun**, de magna **Cumbꝛintone**, de **Pipplitone**, de **Noꝛthpidele**, de **Edbꝛithtun**, de **Flavel**, de **Bꝛoctone**, de **Mertone**, de **Huſintreo**, de **Snodesbury**, de **Uptone**, de **Conleſdone**, de **Bꝛoctone**, de **Walecote**, de **Chivintun**, de **Caldewelle**, de **Wedberge**, de **Thoꝛndone**, de **Harelege**, de parva **Cumbꝛinton**, corpora omnium hominum terras tenentium ſepelientur apud *Perſoram*, alii ſepelientur in cimiterio de parva **Cumbꝛinton.**

Nota.

Requiſitus de teſtamentis dictorum hominum, dicit quod principale legatum debet deferri ante corpora defunctorum ad eccleſiam de **Perſoꝛe**, & ibi per ſacriſtam illius monaſterii & capellanos dictorum locorum æſtimari, & facta æſtimatione medietas debet reſidere penes ſacriſtam, & alia medietas penes capellanos dictorum locorum. Adjecit etiam quod in electione ſacriſtæ eſt, utrum velit legatum totum retinere & capellanis medietatem æſtimationis ſolvere, necne.

Requiſitus de oblationibus, dicit quod omnes oblationes oblatæ pro corporibus defunctorum in monaſterio de **Perſoꝛe** reſident penes ſacriſtam.

Requiſitus, utrum corpora defunctorum dictorum locorum deferri debent ad capellas, & miſſa ibidem celebrari pro eorum animabus; dicit quod ſic, exceptis defunctis de *Wicha*, & de parochia ſancti *Andreæ* de **Perſoꝛe**, & **Bꝛithlemtun** ſubtus eccleſiam, & de **Pendefeue**, & de **Burlingham**; præter homines de feodo *Walteri* de **Neyfoꝛde**.

Requiſitus, cujus eſſe debeant oblationes oblatæ in dictis capellis pro corporibus defunctorum; dicit quod capellanorum.

Requiſitus, utrum dicti articuli, ſcilicet de decimis, ſepulturis, legatis & oblationibus, in aliquo inſtrumento dictorum monachorum deperdito vel igne conſumpto continerentur; dicit quod ſic, ſcilicet in carta quadam quam habebant de bonæ memoriæ *Gileberto*, quondam abbate *Weſtmonaſterii* & ejuſdem loci conventu, ſicut teſtantur cartæ archiepiſcopi *Cantuarienſis*, & epiſcopi dioceſis *Wigornenſis*, *Johannis* de **Pageham**, quæ exhibitæ fuerunt judicibus inſpiciendæ.

Requiſitus, utrum dampnificata ſit eccleſia de **Perſoꝛe** contra tenorem dicti privilegii; dicit quod ſic, eo quod ſpoliati ſunt ante combuſtionem privilegii, una thrava bladi de ſingulis virgatis terræ de **Snodesbiri**, de **Uptone**, de **Coulesdone**, per rectorem capellæ ſancti *Andreæ* de **Perſoꝛe**.

Requiſitus, ſi libertates ſuper quibus facta fuit mentio in privilegio igne conſumpto in aliquo læſæ fuerint; dicit quod non, ut recolit. Dicit etiam quod omnes decimæ, oblationes pro corporibus defunctorum, & obventiones, modo & ordine quo inſeruntur in exemplari privilegii prætaxati igne conſumpti, principalibus judicibus ſub ſigillo eorum clauſo & tranſmittendo, continebantur in dicto privilegio.

Requiſitus qualiter hoc ſciverit; dicit, quod frequenter dicti privilegii tenorem inſpexit, unde omnes articulos in dicto exemplari contentos firmiter ad memoriam reduxit. Adjecit etiam, quod cum multociens inquietati fuiſſent abbas & conventus **Perſoꝛe** ſuper hiis quæ continebantur in dicto privilegio, & à pacifica poſſeſſione eorum pulſi, ad ſingulos articulos in jam dicto exemplari contentos recurſum habuerunt, & eos ſingillatim extrahendo in diverſis locis ſcripſerunt, ut per eorum exhibitionem coram diverſis judicibus tam ordinariis quam à domino papa delegatis, ab inquietatione liberarentur.

Requiſitus, ſi quas alias indulgentias præter dictas de quibus mentio facta eſt, à curia *Romana* ibi indultas vel à dioceſano vel ab aliis aliquando habuiſſent, quæ caſu fortuito ſint modo deperdita vel igne conſumpta, dicit quod ſic.

Requiſitus, quæ continebantur in ſcriptis illis & quæ libertates & quæ immunitates, dicit quod non recolit.

JOhannes filius *Alani*, monachus & ſupprior *Perſorenſis* monaſterii, juratus & requiſitus concordat in omnibus cum *Waltero* Priore ejuſdem loci conjurato ſuo, excepto quod non recolit de continentia illius cartæ quam habebant de bonæ memoriæ *Gileberto*, quondam abbate *Weſtmonaſterii* & ejuſdem loci conventu, niſi in tantum in quantum mentio facta eſt ſuper articulis in dicta carta contentis in confirmationibus archiepiſcopi *Cantuarienſis* & epiſcoporum *Wigornienſium*, quas idem *I.* juratus exhibuit inſpiciendas. *Teſt. 2.*

WIllielmus de **Linderuge**, monachus **Perſoꝛe**, juratus idem dicit per omnia quod *J.* filius *Alani* conjuratus ſuus. *Teſt. 3.*

RObertus monachus *Perſorenſis* monaſterii, & in eodem monaſterio per triginta & tres annos converſatus, juratus & requiſitus, concordat in omnibus cum *Waltero* Priore ejuſdem monaſterii conjurato ſuo, excepto eo quod non recolit utrum *Gervaſius* quondam abbas *Perſorenſis* in ſinodo domini *Willielmi* de **Bleys**, *Wigornenſis* epiſcopi, locum à dextris optineret, vel non. *Teſt. 4.*

GOdefridus de **Linderuge**, monachus *Perſorenſis* monaſterii, & in eodem per triginta annos converſatus juratus & requiſitus, concordat cum *R.* conjurato ſuo ſuper privilegio igne combuſto, & in omnibus articulis in eodem contentis; qui ſcilicet articuli modo & ordine continentur in exemplari penes judices reſidente: & de ſepulturis, & de omnibus aliis articulis requiſitus vacillanter dicit. *Teſt. 5.*

WAlterus de **Pendefen** monachus *Perſorenſis* monaſterii, & in eodem per triginta annos converſatus, juratus & requiſitus, concordat cum *Roberto* monacho conjurato ſuo in omnibus, excepto eo quod non recolit de hiis quæ continebantur in carta *Gileberti*, quondam abbatis *Weſtmonaſterii* & ejuſdem loci conventus, quam aliquando habebant, niſi quatenus tenor confirmationis archiepiſcoporum, & epiſcoporum *Wigornenſium* de dicta carta mentionem faciens oſtendit, & eo excepto, quod non recolit quæ corpora defunctorum quæ ſepeliri debent in cimiterio monachorum de **Perſoꝛe** debent deferri in capellas quarum fuerint parochiani, & miſſæ ibidem pro eorum animabus celebrari, excepto eciam eo quod non recolit quod cum *Malgerus* epiſcopus *Wigornenſis* ad monaſterium de **Perſoꝛe** aliquando acceſſiſſet, ordines clericorum facturus, quod auctoritate dicti privilegii receſſiſſet vel repulſus fuiſſet; audivit tamen quod receſſit. *Teſt. 6.*

RIcardus de **Wadine**, ſenex & valetudinarius juratus dicit, quod tam de dominico quam de omnibus aliis terris liberorum & ruſticorum pertinent duæ partes garbarum ad abbatem & monachos de **Perſoꝛe**, tercia autem pars *Teſt. 7.*

earundem ad eccleſiam de **Madine**.

Requiſitus de minutis decimis & de oblationibus & de legatis, dicit, quod penitus ſpectant ad eccleſiam de **Madine**.

Requiſitus, utrum dicti abbas & conventus aliquando aliquod inſtrumentum habuerint ſuper dictis decimis, quod ſit deperditum vel igne combuſtum, dicit quod neſcit, bene tamen ſcit, quod ultra memoriam hominum dictæ decimæ ad dictum abbatem & conventū de jure ſpectaverunt.

Teſt. 8. G*ilebertus* de **Madine**, ſenex & valetudinarius, juratus dicit idem & concordat in omnibus cum *Ricardo* conjurato ſuo.

Teſt. 9. R*obertus* de *Malvernia*, ſenex & valitudinarius juratus dicit, quod tota decima garbarum de dominico abbatis de **Perſore** ad ipſum abbatem & monachos ſpectat, & ſimiliter omnes minutæ decimæ. Dicit etiam quod medietas garbarum de tota villa de **Perſore**, excepta decima de dominico abbatis *Weſtmonaſterii* tantùm ad abbatem *Weſtmonaſterii* ſpectante, pertinet ad abbatem & conventum de **Perſore**.

Requiſitus de minutis decimis de villa de **Perſore**, ſcilicet ad quem de jure ſpectare debeant, dicit, quod neſcit. Dicit etiam quod medietas decimæ garbarum, tam de liberis hominibus quàm de ruſticis de *Wicha* ſpectant, & ultra memoriam hominum ſpectare conſueverunt ad abbatem & monachos de **Perſore**, & ſimiliter de **Brithlemton**, & etiam de magna **Cumbrinton**, excepto eo quod non percipiunt de terra **Hoevecurt** in eadem villa niſi tertiam garbam, & de **Pendeſene** & de **Pipplintune**.

Requiſitus de minutis decimis iſtarum villarum ad quem ſpectant, dicit ſe neſcire. Dicit etiam quod de tota villa de **Ekintun** habent tertiam garbam, excepto dominico dominæ *Conſtanciæ* de *Lega*, de quo nihil percipiunt, & excepta decima garba ſeptem virgarum terræ in eadem villa ad eccleſiam ſancti *Petri Wigorniæ* ſpectante. Dicit etiam quod tertia pars decimæ de lino de tota dicta villa ſpectat ad abbatem & monachos de **Perſore**. Dicit etiam, quod tertia pars decimæ garbarum de **Strengesham** ſpectat ad abbatem & monachos de **Perſore**, etiam quod ad dictos abbatem & monachos de **Perſore** ſpectat medietas garbarum de **Berforde**, de **Deſſorde**, de **Wodemonecote**.

Requiſitus de minutis decimis dictarum villarum, dicit ſe neſcire.

Requiſitus, utrum dicti abbas & conventus cartam aliquam habuerint vel inſtrumentum vel confirmationem ſuper dictis decimis obventionibus & ſepulturis, à Domino papa vel à *Cantuarienſi* archiepiſcopo vel à dioceſano, dicit quod ſic.

Requiſitus qualiter hoc ſciverit, dicit, quod ex auditu.

Teſt. 10. R*obertus Scurel* ſenex juratus & requiſitus ſuper omnibus articulis ſuper quibus aſſertivè dicebat *Robertus* de *Malvernia* conjuratus ſuus, & ſuper alius requiſitus vacillanter reſpondit.

Teſt. 11. R*icardus* filius *Andreæ* de *Lega* juratus dixit, quod duæ partes decimarum bladi & fœni totius feodi abbatis & conventus **Perſore** de *Lega* ſpectant de jure ad dictos abbatem & monachos de **Perſore**, tertia verò pars ad eccleſiam de *Lega*.

Requiſitus, utrum dicti abbas & conventus ſint in poſſeſſione dictarum decimarum, dicit quod ſic.

Requiſitus, per quantum temporis extiterint in dicta poſſeſſione, dicit quod per continuum ſpacium ſexaginta annorum & eo amplius.

Requiſitus, utrum confirmationem aliquam ſuper dictis decimis habeant à ſede apoſtolica, vel à dioceſano, dicit quod ſic, ut audivit. Dicit etiam quod penſionem annuam unius marcæ ab antiquo de eccleſia de *Lega* conſueverunt recipere.

Requiſitus, utrum penſio illa continetur in aliquo inſtrumento deperdito, dicit quod neſcit, bene tamen recolit penſionem illam eſſe confirmatam abbati & monachis de **Perſore** à domino *W.* de **Northale** quondam *Wigornenſi* epiſcopo. Dicit etiam quod dicti abbas & conventus recipiunt primum legatum de conſuetudinariis ſuis tanquam perſonæ de *Lega*.

Requiſitus de oblationibus, dicit, quod eccleſia de *Lega* eas integrè percipit.

E*rnaldus Mareſcallus* juratus, idem dicit per omnia quod *Æ.* filius *Andreæ* conjuratus ſuus, excepto eo quod non recolit penſionem de qua mentio facta eſt confirmatam fuiſſe dictis abbati & monachis à ſede apoſtolica vel à dioceſanis. Teſt. 12.

R*eginaldus*, portarius de **Perſore** juratus dicit, quod, ut audivit, abbas & conventus de **Perſore** quædam habuerunt privilegia à *Romano* pontifice ſibi indulta, quæ, ut credit, cum monaſterio eorum fuerunt combuſta. Teſt. 13.

Requiſitus de continentia dictorum privilegiorum, dicit quod neſcit.

Requiſitus, utrum uſi eſſent dicti abbas & conventus dictis privilegiis, dicit quod neſcit. Dicit autem quod corpora defunctorum de tota villa de **Perſore**, de **Pendeſene**, de **Berforde**, & de omnibus aliis villis, prout *Walterus* Prior de **Perſore** conjuratus ſuus deponit, ſepeliuntur in cimiterio de **Perſore**. De teſtamentis dictorum hominum concordat cum dicto *W.* Priore. De oblationibus etiam concordat cum eodem.

Requiſitus, utrum corpora defunctorum dictorum locorum deferri debeant in capellas ſuas, & ibidem miſſa celebrari pro eorum animabus, dicit quod non. Adjecit etiam, quod de licentia dictorum abbatis & conventus corpora jam dicta in capellas ſuas aliquando deferebantur.

Requiſitus ſuper omnibus articulis in exemplari cujuſdam privilegii contentis, ſuper quo exemplari deponunt monaſterii monachi jurati, dicit quod dictum monaſterium ultra memoriam hominum fuit in uſu & poſſeſſione eorum, & ipſis pacificè gaudebat, utrum autem in aliquo inſtrumento deperdito vel igne conſumpto continerentur aliqui dictorum articulorum neſcit, niſi ex auditu.

J*ohannes* de **Evesham**, monachus *Perſorenſis*, & in eodem monaſterio per ſexaginta annos converſatus, juratus & requiſitus ſuper omnibus articulis Teſt. 14.

ticulis ſuper quibus requiſitus fuit *W.* Prior de **Perſore**, cum eodem *W.* in omnibus concordat, eo tantùm excepto, quod non recolit de continentia cartæ quam quondam habebant abbas & conventus de **Perſore** de bonæ memoriæ *Gileberto* quondam abbate *Weſtmonaſterii* & ejuſdem loci conventu, prout teſtantur cartæ archiepiſcoporum *Cantuarienſium*, ſimiliter epiſcopi dioceſani *Johannis* de **Pageham**, quarum exhibitio facta fuit judicibus inſpicienda.

Teſt. 15. Henricus, monachus de **Perſore** juratus & requiſitus dicit, quod habuerunt quædam privilegia unà cum aliis inſtrumentis, quæ dicit eſſe combuſta ſimul cum monaſterio eorum de **Perſore**.

Requiſitus de continentia eorum, dicit quod neſcit.

Requiſitus, utrum exemplar alicujus privilegii vel inſtrumenti combuſti habuerint, per quod conſtare poſſit de tenore alicujus privilegii vel alterius inſtrumenti igne conſumpti, dicit quod neſcit. Adjecit tamen, quod cum *Malgerus* epiſcopus *Wigornenſis* ad monaſterium de **Perſore** aliquando acceſſiſſet, ut ordinationes clericorum in eodem monaſterio faceret, auctoritate cujuſdam privilegii igne conſumpti dicto epiſcopo oſtenſi & perlecti, receſſit idem *Malgerus* ad capellam ſancti *Andreæ*, quæ ſita eſt infra limites cimiterii monachorum de **Perſore**; qui tamen poſtmodum invitatus à fratribus, ad dictum monaſterium rediit, ut dictas ordinationes celebraret. Dicit etiam, quod cum jam dictus epiſcopus invitatus fuiſſet ad feſtum ſanctæ *Eadburgæ* à fratribus dicti monaſterii, ut ſic accederet & miſſam ſolempnem celebraret, & poſt miſſæ celebrationem oblationes aſportare vellet, per oſtenſionem dicti privilegii igne conſumpti eaſdem oblationes dictis fratribus reddidit, & abſque contradictione dimiſit. De omnibus aliis requiſitus, dicit quod neſcit.

Teſt. 16. H*Enricus* de **Ferers**, monachus de **Perſore** juratus & requiſitus, in omnibus concordat cum *W.* Priore ejuſdem monaſterii, excepto, quod non recolit de carta *Gileberti* quondam abbatis *Weſtmonaſterii*, nec de ejus continentia niſi de auditu.

HIDENSE *Cœnobium in agro* Hantonienſi.

Will. Malmesb. fol. 140. a. n. 40.

EST etiam in eadem civitate (*Wintonia* ſc.) monaſterium, qd. quondam rex *Elfredus* mente conceperat, & *Edwardus* filius edificaverat, & in eo Canonicos poſuerat, *Grimbaldo* quondam *Flandrenſi* ſuadente, qui ibidem magna gloria humatus, ſanctus prædicatur & creditur. Sed beatæ memoriæ *Ethelwoldus*, Canonicis expulſis, monachos poſuit, præficiens eis abbatem, *Edgarum* nomine. Ad hujus monaſterii officinas inſtituendas ſufficiens terræ ſpatium ab epiſcopo *Denewlfo* & Canonicis illius temporis mercatus ſupradictus rex, ad unumquemque pedem mancam auri publico pondere penſitavit. Et erant ambæ eccleſiæ ſic vicinæ parietibus contiguis, ut voces canentium aliæ obſtreperent aliis. Undè tum propter hoc, tum propter cætera, infelix livor plurimas effodiebat cauſas, quibus non modicas invicem exculperent offenſas. Quapropter nuper illud cœnobium extra urbem tranſlatum ſaniùs incolitur, liberiùs inſignitur.

Præterea conſtruxit rex ſupradictus in eadem urbe ſanctimonialium cœnobium, ſed poſterioribus annis per beatum *Ethelwoldum* ampliatus eſt locus ille, quibus præpoſuit *Etheldritham* virginem anum, quæ ad conjecturam ſomnii, quod mater ejus de aquila viderat aurea, multa de ipſo prophetavit. Fuerat ibi antehac monaſteriolum, in quo *Edburga*, regis *Edwardi* ſenioris filia, converſata & defuncta fuerat, ſed tunc penè deſtructum. (*&c.*)

Anno MCxj. Novum autem monaſterium, quod infra murum *Winton.* conſtructum erat, agente *Willielmo Wintonienſi* epiſcopo, rex extra murum conſtrui juſſit.

Rog. Hoved. fol. 271. a.

Anno DCCCClxiiij. Rex *Anglorum Edgarus Ælfrytham*, *Ordgari* ducis *Domnaniæ* filiam, in matrimonium accepit, & monachos in *Novo-monaſterio*, & in **Middelton** collocavit.

Annales de Winchcumbe in bibl. Cottoniana.

Anno MCxj. Novum monaſterium quod erat infra murum *Wintoniæ*, agente *Willielmo Giffard* epiſcopo, rex *Henricus* extra murum conſtrui fecit.

Annales de Wavele in bibl. Cottoniana.

SAnctus *Ethelwoldus*, jubente rege *Edgaro*, anno Domini DCCCCLXIII. à ſancto *Dunſtano Dorobornenſi*, epiſcopus *Wintoniæ* conſecratus eſt. Erant autem tunc in veteri monaſterio Canonici nephandis moribus implicati, elatione, inſolencia, atque luxuria præventi, adeo ut nonnulli eorum dedignarentur miſſas ſuo ordine celebrare, repudiantes uxores quas illicitè duxerant, & alias accipientes, gulæ & ebrietati jugiter vacabant; quod minimè ferens epiſcopus, accepta à rege *Edgaro* licentia, expulit eos, & monachos de *Abendonia* introduxit, quibus ipſe abbas & epiſcopus fuit. Miſit autem rex miniſtros ſuos clericis, præcipiens ut confeſtim loco renunciarent, aut habitum monaſticum ſuſciperent, qui nimis pavore conterriti, & vitam execrantes monaſticam, intrantibus monachis illico exierunt; ſed tamen poſtmodum tres illorum habitum ſuſceperunt, nam uſque nunc in gente *Anglorum* non erant monachi niſi in *Glaſtonia* & *Abendonia*. *Johannes Tinemuthen.* in hiſt. aurea ſub anno gratiæ ſupradicto.

MS. in bibl. Cottonjana [ſub effigie *Vitellii* E. 12.

Hæc ſunt nomina regum, fundatorum novi cœnobii Wintonienſis, *quod vocatur* Hida, *cum maneriis & privilegiis, quæ eidem cœnobio contulerunt.*

Ex veteri MS. in bibl. Cottonjana fol. 30.

ALfredus juvenis elegantiſſimus, à patre ſuo rege *Anglorum Athulpho Romam* miſſus, à papa *Leone* in regem, & ſucceſſorem paterni regni conſecrandus & coronandus, apud almum *Bertinum* gratiſſimo ſuſcipitur hoſpitio. Hic beati ti patris *Grimbaldi*, illius cœnobii præpoſiti, cæterorumque fratrum caritate, aliquot diebus decenter ad famuli Chriſti veſtigia ſedere, & ab eo divina documenta percipere gaudebat. Qui jam tunc magno amore, & nobis omnibus, ad regnum *Anglicanum* transferre decrevit monitorem ſuum *Grimbaldum*, ſi Deus proſperum faceret deſiderium ſuum. Veniens igitur *Romam*, à ſummo pontifice regiam conſecrationem accepit, & reverſus in *Angliam* poſt mortem patris totius regni principatum obtinuit. Qui ſtatim miſit nuntios ad monaſterium patris *Bertini*, rogans abbatem & fratres, ut ſibi mitterent venerabilem virum *Grimbaldum*, ſuum & totius *Angliæ* futurum conſiliarium. Mittens ergo illum præclarus abbas cum fraternis lacrimis, ſuſceptus eſt reverentiſſimè rege à ſummo, pontifice, & ab omni eccleſiaſtica & ſeculari dignitate. Rex autem tanta dilectione ſanctum virum aſtrinxerat, ut quicquid in ſua poteſtate optaret promptiſſimè concederet. Vir autem domini tantam clementiſſimi regis penes ſe attendens dilectionem, devotiſſimè petiit, ut in urbe *Wentana*, locum ſibi competentem ad monaſterium conſtruendum tribueret, in quo cum miniſtris Dei divino ſervitio poſſit occupari. Rex verò munificus petitionibus libentiſſimè adquieſcens, totum mox circa locum ad monaſterium conſtruendum animum intendit. Sed morte ſurripiente, propoſitum ſuum ad exequendum filio ſuo *Edwardo* dereliquit.

Edwardus, primus poſt mortem patris ad regalis ſolii ſtadium ſublimatus, paterni voti non ſegnis executor, ad officinas monaſterii ſupradicti conſtruendas, tantum terræ, ſcilicet tres acras, & tres virgatas, quæ lingua *Anglorum* **threo furlange**, in aquilonari parte veteris monaſterii à *Denulfo* ipſius civitatis epiſcopo, & Canonicis illius eccleſiæ comparavit, & pro unoquoque pede unam marcham auri contulit. Moxque in arduam monaſterii ſtructuram totam mentis diligentiam impendit, & inſignem eccleſiam, quæ *Novum monaſterium* appellatur ædificavit, atque totam fabricam infra biennium conſummavit. Prædictam autem eccleſiam in honore ſummæ *Trinitatis*, genetriciſque Chriſti *Mariæ*, atque apoſtoli *Petri*, benedictione pontificali devotiſſimè fecit dedicari. Ipſamq; (congregatis in eadem Canonicis ſecularibus Deo ſervituris) ſanctiſſimo patri *Grimbaldo* juxta votum paternum regendam commiſit. Expleto autem parvo tempore, deliberavit beatus *Grimbaldus* Canonicos ſeculares, ob nephandos eorum mores, eliminare omnino, atq; monachos Deum timentes imponere. Sed prævidet diem tranſitus ſui appropinquare, & ideo voluntatem ſuã in congregandis fratribus non potuit explere.

Erant autem ambo eccleſiæ parietibus contiguis innexæ, quod in illa civitate plurima in utraque eccleſia devotionis & obſequii divini frequenter emergebant impedimenta. Ita ſiquidem unum monaſterium alteri memoratur eſſe contiguum, quod vix unius hominis tranſitus inter ipſorum fundamenta haberetur. In uno enim choro clarè reſultabat quod fratres pſallebant in alio. Ita quod unà voces canentium vocibus contreperint aliorum, claſſico nihilominus campanarum maximam generante confuſionem. Ita quod vix diſcerni poterat quando in uno loco, & quando in alio pſallebatur. Aqua etiam, quæ per devexos civitatis vicos à porta confluens occidentali, circa ſitum monaſterii prædicti in paludem horridam congregata, & in lutum ex flacone * diutina condenſata, fœtorem ex ſe intollerabilem emittens, & ſua corruptione aerem vicinum inficiens, fratribus in loco memorato Deo ſervientibus, plurima infirmitatum gravamina frequentèr inferebat. Unde propter hæc & alia multa incommoda, illud monaſterium, tempore regis *Henrici* ſenioris, & *Willielmi Giffard*, *Wintonienſis* epiſcopi, procurante illius monaſterii abbate, extra urbem, in loco qui nunc *Hyda* vocatur, eſt tranſlatum, videlicet anno Domini MCXXI. *Edwardus* rex liberaliſſimus tantum eidem eccleſiæ contulit opum, prædiorum, ornamentorumq; copiam, ut ditiſſimorum monaſteriorum æquare videretur opulentiam.

Dedit enim **Mucheldever**, cum ſuo Hundredo, & eccleſia, cum C. & VI. hydis, utramque villam de **Strattun**, cum novem hydis, **Burchet**, cum quatuor hydis, & dimidiam, **Pophame**, cum duabus hydis, & dimidiam, **Northamptone** cum VI. hydis, **Wodmanchot** cum X. hydis, **Candever** cum X. hydis, **Crameburne** cum VIII. hydis, **Drayton** juxta **Newtone** cum IIII. hydis, **Swereneton**, cum tribus hydis & una virgata, & dimidia, **Sclatſtede** & **Tachburye**, cum una hyda & dimidia, libera à conſuetudine regia, *Anna* cum XV. hydis, **Colingborne**, cum L. hydis, **Cheſcleve** cum XL. hydis, & omnibus aliis pertinentiis & privilegiis. Cui ſucceſſerunt tres filii, ſcilicet, *Adthalſtanus*, *Edmundus*, *Edredus*. *Adthelſtanus* Rex dedit **Staneham** cum ſex hydis, capellam cum pertinentiis & privilegiis, & duo amicta, cum margaritis & gemmis. *Edmundus* frater ejus Rex dedit *Peniciam* cum XXXVI. hydis, & **Liggput** cum tribus, **Bechandever** cum X. hydis, pro anima ſua, & patris ſui *Edwardi*, cum pertinentiis & privilegiis. *Edredus* frater ejus Rex, **Andever** cum L. hydis, & **Marwell** cum XXX. hydis, **Lecford** cum quinque hydis, **Fuglareton** cum V. hydis, & eccleſiam, & **Sweiſe** cum XXXVIII. hydis, & eccleſiam, **Titleſcombe** cum X. hydis, & **Winterburne** cum duabus hydis & pertinentiis, & privilegiis, ſcriptis aureis literis. Hujus tempore beatus *Adelwoldus*, *Wintonienſis* epiſcopus, annuente rege *Edgaro*, Canonicos ſeculares laſcivè & luxurioſè viventes, de novo expulſit monaſterio, illicq; monachos de **Abindone** introduxit regulariter converſantes, illis ordinans abbatem diſcipulum ſuum nomine *Algara*, qui poſtmodum epiſcopus apud *Selſeyam*, ac deinde *Cantuariæ* epiſcopus effectus eſt. *Athelfleda* uxor, & regina *Edgari* regis, mater ſancti *Edwardi* regis & martyris, filia *Ordmari* comitis, dedit **Sandelſtede** cum XVIII. hydis, & eccleſiam; Et **Lingedefelde** cum ſex hydis, & eccleſiam; Et **Langhurſt** cum duabus hydis, cum pertinentiis & privilegiis. *Ethelredus* Rex, filius *Edgari* regis, & *Eſtrilde* reginæ, dedit **Panggeford**, cum X. hydis, & eccleſiam: **Lammere** cum tribus hydis, & eccleſiam; & inſulam **Ethameton**, cum tribus hydis; **Badingburne** cum quatuor hydis; **Melokedene**, cum tribus hydis; **Eſthede** cum una hyda; & inſulam de **Porteſey**; **Fredington** cum quatuor

* L. ſtatione.

hidis; **Suthingwerke** cum duabus hidis; & apud **Berton** juxta **Warewell** unam hidam; & **Aprinelforde** unam hidam, & pratum quod jacet inter **Bingeſmell** quod dicitur **Mune**, & pratum de **Suwetone**, ob amorem *Algari* archiepiſcopi, & pratum quod vocatum eſt **Dennemarke** ad quod jacet fluvius qui vocatur **Ichen**. *Emma* regina, uxor *Adeldredi* regis, mater ſancti *Edwardi* **London**, dedit **Pidele**, cum triginta hidis, & eccleſiam cum pertinentiis & privilegiis, & ſcrinium auro & argento lapidibuſque precioſis decentèr ornatum, ſancti *Valentini* martiris capud continens preciociſſimum. *Edmundus* Rex, qui dicebatur *Ferrei lateris*, filius *Ethelaredi* regis, dedit **Wortinges** cum quinque hidis cum pertinentiis, & privilegiis. *Knuthus*, rex *Anglorum* & *Danorum*, dedit **Drayton** juxta **Biketon**, cum quinque hidis, cum pertinentiis & privilegiis, & crucem nobiliſſimam, auro & argento lapidibuſque precioſis, cum multis Sanctorum reliquis decentèr ornatam, in qua (ut dicitur) totius *Angliæ* annuum redditum contulerat. Et duas imagines magnas auro, argentoque benè ornatas, & caſulam unam per totam brudatam, & alias tres optimas de pauleo*. *Edwardus* ſanctus **London** Rex, filius *Etheldredi*, dedit terram de **Papcholt**, & ſylvam quæ vocatur **Dres**, cum pertinentiis & privilegiis. *Willielmus* cognomento *Baſtard*, filius *Roberti* ducis *Normanniæ*, rex *Angliæ*, dedit eccleſiam de **Awlton** cum capella & omnibus aliis pertinentiis, & in eadem villa quinque hidas, & eccleſiam de **Clere**, cum quatuor hydis, & una virgata terræ, cum capellis, & aliis pertinentiis, ab omni exactione liberas & regia conſuetudine. *Henricus* ſenior, filius *Willielmi Baſtardi*, Rex *Angliæ*, dedit hidam in qua monaſterium ſitum eſt, & *Abbatis-Wordiam*, cum ſeptem hydis. Dedit etiam **Litelwordy**, in remotionem eccleſiæ extra civitatem, & libertatem viæ extra portam aquilonarem, cum multis privilegiis.

* Ita MS.

Matildis regina, filia regis *Scotiæ*, uxor *Henrici* ſenioris regis, dedit **Lamerkeſtoke**, cum decem hidis, cum pertinentiis & privilegiis. Magnates etiam *Angliæ*, plurima auri, argentique donaria eidem eccleſiæ promptiſſima devotione contulerunt, quibus aleretur chorus miniſtrorum ibidem in Chriſto militantium. *Brygwynus* comes dedit **Upwarnford**, cum octo hidis, quas jure hæreditario poſſedit, permiſſione, & licentia *Adelredi* regis, cum pertinentiis & privilegiis. *Hugo Portuenſis* comes, dedit **Bedhampton** cum decem hydis, & eccleſiam cum pertinentiis & privilegiis, permiſſione & licentia ſancti *Edwardi* regis **London**. *Robertus*, dapifer *Hugonis* de *Portu*, dedit **Fidleworth**, cum decem & ſex hydis, cum pertinentiis & privilegiis, permiſſione & licentia ſancti *Edwardi* ſupradicti.

Sequitur deſtructio Monaſterii de Hida.

DE quibus beneficiis, per prædictos fideles in Chriſto Monaſterio de *Hida* conceſſis & confirmatis, tantæ deſtructiones dictæ abbathiæ factæ ſunt. Videlicet, Rex *Haraldus* habuit avunculum, nomine *Godwynum*, abbatem de *Hyda*, qui adduxit ſecum contra *Willielmum Baſtard* in ſuo adventu in *Angliam* in ſubſidio nepotis ſui *Haraldi*, de domo ſua duodecim monachos & viginti milites, pro ſervitio: quibus occiſis, & ſpoliatis, inventi ſunt memorati abbas & monachi ſub armis militaribus, in habitu monachili, & de novo *Wintoniæ* Monaſterio, videlicet de *Hida* cœnobitas eſſe. Rex igitur *Willielmus*, iracundia repletus, eo quod monachi proceſſiſſent ad bellum, abbathiam & ſua jura extorſit, & eam ferè per biennium abſque paſtore in manu ſua tenuit. Anno verò regni ſui tertio mare tranſiit, ducens ſecum eccleſiæ prædictæ theſauros, qui in brevi rediens, dicti Monaſterii, videlicet, pro abbate, baroniam unam, & pro ſingulis monachis, qui cum abbate contra dictum regem in bellum proceſſerunt, ſingula feoda militum arripuit, militibus qui cum eo venerant conferendis. His dampnis ſic peractis, ſupervenit *Henricus*, epiſcopus *Wintoniæ* tempore *Stephani* regis, neſcio quo ductus ſpiritu, & dampna ampliora cumulavit. Nam quum *Henricus* epiſcopus primò tenuit abbathiam de *Hida* quinque annos & dimidium, & quatuor hebdomadas, & tres dies, ſub hoc termino, unoquoque anno habuit trecentas libras ad opus ſuum: poſt iſtum terminum eccleſiam comburi fecit; qua combuſtione, in officiis & ornamentis plurima eccleſiæ intulit damna. Eodem incendio nominatiſſima crux Chriſti, à *Kanuto* rege *Novo-Monaſterio* collata, in cineres redacta eſt. Per hanc verò combuſtionem, tenens abbathiam per unum annum, & quindecim dies, unicuique fratrum binos diatim ſolvit denarios. Eodem anno monachi ejuſdem eccleſiæ commiſerunt ei bona fide, ex incenſo cinere, pondera argenti quinquaginta decem, & quindecim pondera auri, & diademata tria gemmis precioſis ornata, & duas imagines, videlicet, ſanctæ *Mariæ*, & ſancti *Johannis*, quarum una auro & gemmis excruſtavit: duas patenas argenteas, auro decentèr ornatas, cum duobus urceolis precioſiſſimis, ex operibus *Salomonis*, & cruſto aureo columnis deliciis octoginta ſexdecim, à rege *Henrico* eccleſiæ donata in ſua extorſit: ſigillum conventus quindecim marcarum, vas argenteum ad aquam benedictam cum duobus jocis ſaccorum à domino rege *Knutone* donata, aſportavit. Turibulum decem marcarum nequitèr ſubſtraxit; archam quoque quandam in qua ſupradicti ornatus habebantur, cum lintheis optimis aſportavit. Imagines verò prædictas auro & argento coopertas à monachis pro centum marcis reddendis de eccleſia aſportare fecit. In additamenta malorum monachum *Cluniacenſem* tributa ſibi annuatim, ut dictum eſt, perſolventem, ſcilicet *Hugonem Schorchevyleyne*, abbatem conſtituit, qui monachos per diverſas eccleſias, jubente epiſcopo, cum literis ſuis diſperſit, adeò ut ex quadraginta monachis, domi niſi ſolummodo decem remanſerant. In qua diſperſione viduatam à propriis filiis corruens eccleſiam, manum in ſanctuarium domini extendens, cruces quinque, ſcrinia decem, textus totidem, auro, argento, gemmiſque pretioſis ornatos, cum morſibus capparum aureis excruſtavit. Quo hac de cauſa remoto, ex præcepto domini Papæ, dominus *Thomas Cantuarienſis* archiepiſcopus, ſub apoſtolica protectione, & ſua, ſuſcepit eccleſiam. Epiſcopus autem *Henricus*, contra juſſionem ipſorum, dominationem eccleſiæ vi obtinens, & contra Deum, & contra conventum

Ita MS.

ventum donavit eccleſiam de Lingefelde, eccleſiam de Sandeſtede, capellam ſancti *Leonardi*, capellam de Wordye, capellam ſanctæ *Helenæ*, capellam de Stanham, & decimam de Cramham, & capellam ſancti *Bartholomei*, quæ eſt ſita in cimiterio monaſterii, cujus clavem ſuper altare poſitam, vi abſtulit & aſportavit.

Ex MS. in bibliotheca *Cotton.* [ſub effigie *Veſpaſiani* A. 8.]

Diploma Regis *Edgari* aureis characteribus exaratum.

A*Nnuente altithroni moderatoris imperio totius* Albionis *triviatim potitus regimine, non immemor ob hoc michi recidiva fore conceſſa ut bis ſtrenuè eterna lucrarer. Quapropter ego* Eadgar *totius* Britanniæ *baſilens, quaſdam villas ut nominentur* Dunketone, *habentem quinque hidas terræ & eccleſiam* ; Sueiſe, *cum viginti octo hidis terræ & eccleſia* ; Titeleſcumbe, *cum decem hidis terræ, & quandam ruris ij. videlicet caſſatos terræ, loco qui celebri* WINTERBURNA *nuncupatur vocabulo, do & concedo in puram & perpetuam elemoſinam novæ* Wintonienſi *eccleſiæ, beato* Petro *Apoſtolorum principi dicatæ, necnon ſancto* Edocio, *cujus reliquiæ inibi miraculis clareſcunt, cum omnibus utenſilibus, pratïs videlicet, paſcuis, rivulis, æterna largitus ſunt hæreditate. Præcipimus etiam Canonicos qui incorrigibiles perdurarunt de eccleſia dicta eijci, monachos de* Abindonia *loco ſubſtitui. Sint autem prædictæ villæ, rus, manſiones, terræ, rivuli, omni terrenæ ſervitutis jugo liberæ, tribus exceptis, rata, videlicet, expeditione, pontis arciſve reſtauratione. Si quis autem hanc noſtram donationem in aliud quam conſtituimus transferre voluerit, privatus conſorcio ſanctæ Dei eccleſiæ, eternis barathri incendiis lugubris jugiter cum* Juda *Chriſti proditore, ejuſque complicibus puniatur, ſi non ſatisfactione emendaverit congrua, quod contra noſtrum deliquit decretum. Anno dominicæ incarnationis DCCCClxvj. ſcripta hæc carta, conceſſio, & donatio. His teſtibus conſentientibus.* Ego Eadgarus *rex* Anglorum *hoc donum, noſtro largiente redemptore, locoque ejus ſanctiſſimo, primus omnium regum monachorum inibi collegium conſtituens, manu propria ſignum* ✠ *agyæ crucis imprimens confirmavi.* Ego Dunſtanus Dorobernenſis *eccleſiæ archiepiſcopus, largifluam benevoli regis donationem venerans, crucis ſig*✠*naculo corroboravi. Ego* Edmundus, *clito, legitimus præfati regis filius, crucis ſignaculum, infantuli* ✠ *florens etate propria indidi manu. Iterum ego* Edwardus, *eodem rege clito procreatus, præfatam* ✠ *patris munificentiam crucis ſigno conſolidavi. Ego* Elfſtrid, *legitima præfati regis conjux, mea conceſſione monachos eodem loco* ✠ *donum regis crucem impreſſi.* Ego Ediva, *prædicti regis ava,* ✠ *hoc donum regis crucis taumate conſolidavi.* Ego Asketillus, Eboracenſis *eccleſiæ archiepiſcopus, donum regis confirmavi.* Ego Athelwoldus, *eccleſiæ* Wintonienſis *epiſcopus, donum regis confirmavi.* Ego Athelſtanus, Londonienſis *eccleſiæ epiſcopus, donum regis confirmavi.* Ego Oſwaldus, *epiſcopus donum regis confirmavi.* Ego Othulſus *epiſcopus donum regis confirmavi.* Ego Byrthelmus *epiſcopus donum regis confirmavi.* Ego Adeluius *epiſcopus donum regis confirmavi.* Ego Athulſus *epiſcopus donum regis confirmavi.* Ego Aluſiius *epiſcopus donum regis confirmavi.* Ego Aſcuynus *abbas donum regis confirmavi.* Ego Oſgarus *abbas donum regis confirmavi.* Ego Albrychtus *abbas donum regis confirmavi.* Ego Alfſtanus *abbas donum regis confirmavi.* Ego Algarus *primus huic loco abbas ordinatus Chriſto gubernante, benivoli regis donationem accepi & confirmavi.* Ego Alfhere *dux donationem regis confirmavi.* Ego Ælſeac *dux confirmavi. Ego* Ordgarus *dux confirmavi. Ego* Athelgarus *dux confirmavi.* Ego Aluuinus *comes confirmavi.* Ego Burthnotus *comes confirmavi.* Ego Wuluine *miles confirmavi.* Ego Bricſertus *miles confirmavi. Ego* Oſuuardus *miles confirmavi.* Ego Ateluuardus *miles confirmavi.* Ego Wilfrerdus *miles confirmavi. Ego* Byrthancus *miles confirmavi. Ego* Wluuinus *miles confirmavi.* Ego Wlſtanus *miles confirmavi.*

Charta regis Henrici.

Carta antiq. lit. y. nu. 19.

“ H*Enricus* rex *Angliæ* archiepiſcopis, epiſco-
“ pis, abbatibus, comitibus, baronibus, vi-
“ cecomitibus, miniſtris & omnibus fidelibus ſuis,
“ *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis
“ quod conceſſi & hac carta mea confirmavi
“ Deo & ſancto *Petro*, & abbati atque mona-
“ chis de *Hida*, in liberam & perpetuam elemo-
“ ſinam, eccleſias de *Kingeſclera*, & *Aweltona*,
“ cum capellis & decimis & omnibus pertinen-
“ tiis ſuis, & cum quinque hidis terræ in eadem
“ villa Aweltone, ſicut rex *Willielmus* pater meus
“ eis dedit in eſcambium pro terra illa in qua
“ edificavit aulam ſuam in urbe *Winton*. Et volo
“ & firmiter precipio quod eas habeant & teneant
“ ſolutas & quietas de geldo & de murdro & de
“ placitis, & de omnibus querelis ſicut terra illa
“ ubi domus mea ſedet in *Wynton*. fuit unquam
“ melius quieta. T. &c.

Charta *de Inſpeximus* dicta.

Cart. de anno 16. Ed. 4. memb. 9.

R*E X omnibus ad quos, &c. Salutem. Inſpeximus cartam, &c. celebris memoriæ domini* H. *quondam regis* Angliæ, *progenitoris noſtri, in hac verba. H.* Rex *Anglorum*, Archiepiſcopis ac Epiſcopis ac omnibus Baronibus, *Francis* & *Anglis*, totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis quod hanc conventionem fecit *Willielmus Winton*. epiſcopus cum *Gaufrido* abbate ſancti *Petri* novi monaſterii coram me & Baronibus meis. Reddidit ipſe epiſcopus in manu mea *Hidam* in qua nunc ſedet abbatia ſancti *Petri*, & preter hanc quandam terram que eſt ex parte in qua abbathia eſt, in qua ſunt domus reddentes ſeptem ſolidos per annum, & præter hanc, manerium quod dicitur Wrdte ; & ego dedi & conceſſi ipſam *Hidam* cum prædictis ſeptem ſolidatis terræ & ipſam terram Wrdie monaſterio ſancti *Petri* & abbati & monachis jure perpetuo poſſidendam, ita liberam & quietam ſicut quilibet *Winton*. epiſcopus melius & liberius ipſam terram unquam una die tenuit, & ſicut abbathia ſancti *Petri* vel abbas quilibet ejuſdem loci terram in qua prius abbathia in civitate ſedit melius & liberius unquam habuit. Et *W*. epiſcopus prædictus conceſſit perhenniter monaſterio ſancti *Petri* & abbati parochiam harum terrarum, & quicquid pertinebat ad eccleſiam Wrdie, præter epiſcopalia, in vivis & mortuis, & decimis & ſepulturis & oblationibus, ſicut ipſa eccleſia epiſcopatus vel ipſius eccleſie quilibet epiſcopus ea meliùs & liberiùs unquam una die tenuit. Similiter abbas *G.* reddidit in manu mea ad opus prædicti epiſcopi *W.* & eccleſiæ beatorum apoſtolorum *Petri & Pauli*, ubi ſedes eſt epiſcopalis, terram infra civitatem, in qua priùs fuit abbathia, cum capellis & domibus & molendinis quæ ſunt infra ambitum ipſius terræ; & preterea terram totam de *Durleia*; & ego eaſdem terras eidem epiſcopo & eccleſiæ ſuæ conceſſi & dedi jure perpetuo poſſidendas, & illam in qua abbatia erat, ita liberam & quietam ab omni conſuetudine, ſicut erat quando abbatia mea dedit, & terra de *Durleia*, ſicut aliquis abbas eam melius unquam habuit. Et ego inſuper, ex parte mea, conceſſi & dedi ipſi epiſcopo & epiſcopali eccleſie quinq; dies in feria ſancti *Egidii*, ſuper illos tres dies quos priùs habebat, & hoc pro eſcambio illius hide, in qua nunc abbatia ſedet. Et preter hæc ipſe abbas conceſſit epiſcopo & eccleſie ſue corpora mortuorum terre ſue proprie quam ipſe abbas ea die infra muros civitatis habebat. Si quæ verò terra poſt diem facte conventionis in proprietatem abbatis & monaſterii ſui venerit, epiſcopus *Wimon.* in ejus ſepulturis vel corporibus nil clamabit niſi priùs eccleſia epiſcopalis ea per conſuetudinem habuit. Illi vero qui in terra mea vel baronum meorum in civitate manent libere apud abbathiam novi monaſterii jacere poterant, ſi volunt, ſicut potuerant antequam monaſterium transferrebatur. De proceſſione in *Ramis palmarum* unde inter eos fuerat diſſenſio, hoc ſtatutum eſt, quod abbas, cum duobus vel quot voluerit monachis ad epiſcopalem eccleſiam veniet, ſi proceſſio eccleſie epiſcopalis ad ſanctum *Jacobum* ſit itura, & cum ipſa proceſſione ad ſanctum *Jacobum* ibit; proceſſio verò abbatie cum Priore & reliquis ſupra caſtellum ei obviam veniet ante portam caſtelli & cum epiſcopali proceſſione apud * ſecundum *Jacobum* faciet ſtationem & redditum uſq; ante portam civitatis de **West**, ad propinquiorem vicum qui vocatur ſancti *Walarici*, & inde cum ſuis revertetur abbas ad monaſterium ſuum. Si me receperit epiſcopus, veniet abbas cum toto conventu eccleſiæ ſuæ ad proceſſionem illam. Si autem archiepiſcopum vel aliam perſonam receperit, adducet abbas decem monachos ad minus & intererit proceſſioni; ſecunda vero die Nativitatis & Paſchæ & Pentecoſtis, & in una feſtivitate ſancti *Petri*, quam epiſcopus elegerit, abbas, ſi epiſcopus eum vocaverit, ad epiſcopalem eccleſiam veniet cum quot voluerit monachis, & epiſcopo ſerviet in celebratione miſſarum, & cum eo commedet: ſerviet eciam ei abbas quando miſſam dicit epiſcopus. Ad curiam meam, ad ſinodum quoq;, veniet ſi epiſcopus eum vocaverit ad danda conſilia epiſcopo, & judicia facienda eccleſiaſtica, & audienda præcepta epiſcopi. Hæc convencio facta & confirmata eſt apud *Burnam*, anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo decimo, quarto die iduum Septemb. preſentibus hiis teſtibus, *Radulpho* archiepiſcopo *Cantuarienſi*, *Turſtino Eborum* archiepiſcopo, *Richardo Londonienſi* epiſcopo, *Rogero Salesbur.* epiſcopo, *Rodberto Lincolnie* epiſcopo, *Johanne Batonienſi* epiſcopo, *Willielmo Exon.* epiſcopo, *Ranulpho Dunelmenſi* epiſcopo, *Rodberto* comite de **Mellent**, *Henrico* comite de **Warwic**, *Waltero* Conſtabulario, *Willielmo* Camerario de *Tancardavilla*, *Adam* de **Port**, *Nigello* de **Dievlei**, *Henrico* de **Port**, *Radulfo* de **Limesi**, *Nigello* de **Albinni**.

* Lege ſanctum.

Inſpeximus cartam quam H. *quondam Rex* Anglie *fecit abbati & monachis de* Hyda *in hæc verba.* *Henricus* Rex *Angliæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, miniſtris, & omnibus fidelibus *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis quod conceſſi & hac carta mea confirmavi Deo & S. *Petro* & abbati atq; monachis de *Hyda*, in liberam & perpetuam elemoſinam, eccleſias de *Kyngeſclera* & *Aultona*, cum capellis decimis & omnibus pertinentiis ſuis, & cum quinq; hydis terræ in eadem villa **Aultone**, ſicut Rex *Willielmus* pater meus eis dedit in excambium pro terra illa in qua edificavit aulam ſuam in urbe *Wintonienſi*. Et volo & firmiter precipio quod eas habeant & teneant ſolutas & quietas de *geldis*, & de *murdris*, & de placitis, & de omnibus querelis ſicut terra illa ubi domus mea ſedet in *Wynton.* fuit unquam meliùs quieta, teſte *Rogero*, epiſcopo *Sarum*, *R.* epiſcopo *Lincolnienſi*. *W.* epiſcop ——— ——— ——— *R.* comite de **Mellent**, *H.* de **Port**, apud **Windleſore** (&c.) *Nos autem cartas & terras prædictas* (-) *confirmamus.* (-) *T. rege apud* Weſtmon. *xxviij. die Junii.*

WINTONIENSE

Cœnobium ſanctimonialium.

ANno Domini DCCCCV. *Albſwitha* Regina, mater Regis *Eadwardi* ſenioris obiit, quæ monaſterium ſanctimonialium *Wintoniæ* conſtruxit.

Annales de *winchelcumbe* in bibl. Cotto*niana.*

Anno DCCCCiij. religioſa Chriſti famula, Regina *Elſwitha*, mater Regis *Eadwardi*, vita deceſſit, quæ ſanctimonialium monaſterium *Wintoniæ* conſtruxit.

Rog. Ho*ved.* fol. 281. b. n. 50.

Albſwida, uxor *Alfredi* regis, extruxit monaſterium virginum *Wintoniæ*, cui præfecit *Etheldridam*, ruſque ampliſſ. poſſeſſionis arcis fundum contulit. Sed nec *Alfredus*, nec *Anſwitha* neuter, prohibentibus fatis, potuit opus inceptum complere.

Lelandi collectan. vol. I. p. 337.

Edwardus filius *Alfredi* finem novis impoſuit fundamentis.

PETRO-

PETROCENSE *Cœnobium in agro* Cornubienſi.

Lelandi collectan. vol. 1. p. 71 E*Thelſtanus* Rex monachos hic poſuit primùm. Poſtea introducti ſunt Canonici ſeculares. Tandem verò Canonici regulares.

Leyland.

Sunt qui putant monachos immediatè tranſlatos in Canonicos regulares.

Hæc quæ ſequuntur tranſcripta ſunt ex antiquis donationum chartis.

SAnctus *Petrocus* monaſticam profeſſus vitam, ſub regula D. *Benedicti* apud *Bodeminam*, tunc temporis vocatam *Boſmana*, id eſt *manſio monachorum*, in valle ubi S. *Guronus* ſolitariè degens in parvo tugurio, quod relinquens tradidit S. *Petroco*; quam regulam, uſque ad tempus *Athelſtani*, monaſticæ dicatum diciplinæ, monachi ibidem tenuerunt.

926. Primus fundator *Æthelſtanus*.

Mortuis tunc ibidem monachis in ſortes clericorum hæredipetarum maxima pars reddituum ceſſerat.

Supervenientibus *Normannis* expugnata erat *Anglia*, & diadema cum jure regni victoribus tranſlatum.

1100. Poſt hæc comes *Moritoniæ* & *Cornubiæ*, quod in monaſterio ſupererat in uſus proprios convertit. Tandem, ortâ inter regem *Henricum* & *Robertum* fratrem Ejus diſcordiâ, comes incarceratus mortuus eſt, & tali modo eccleſiæ poſſeſſio in regis devolvitur proprium. Sed poſt hæc quidam *Algarus*, cum conniventia epiſcopi *Exonienſis*, *Gulielmi Warweſt*, obtinuit licentiam à rege ut eadem eccleſia regulari dicaretur diſciplinæ. Quâ optentâ, incipit ordo Canonicorum regularium, & perſeveravit in hunc diem. Cui epiſcopo rex fundationem hujus monaſterii contulit cum ſitu & terris vicinis.

Johannes Rex dedit Canonicis S. *Petroci* Donemeyz in *Cornubia*.

Annal. Petroburgen. in bibl. Cottoniana Anno Domini DCCCClxxxj. S. *Petroci* monaſterium in *Cornubia* à *Danis* piratis devaſtatum eſt.

S. GERMANI *Cœnobium in agro* Cornubienſi.

Lelandi collectan. vol. 1. p. 71 *S.* Germani *in* Cornubia *Prioratus.*

Octo Canonici & Prior.

E*Thelſtanus* Rex primus fundator. *Bartholemeus*, epiſcopus *Exonienſis*, poſtea Canonicos regulares induxit authoritate regis.

Fuit tempore *Æthelſtani* ſedes epiſcopalis, quæ poſtea per *Edwardum* confeſſorem regem tranſlata fuit ad eccleſiam *Exonienſem*. Et poſt, *B.* tunc epiſcopus *Exon.* hic fundavit monaſterium Canonicorum regularium.

Ex charta *B.* epiſcopi *Exonienſis* tempore *Henrici* ſecundi.

E*Go eccleſiam S.* Germani *in* Cornubia *parum eccleſiaſticè & penè ſeculariter converſantem in vitam Canonicorum regularium, religionis & pietatis intuitu, converti.*

Balduinus archiepiſcopus *Cantuar.* factum approbavit.

SCEPTONIENSE *Cœnobium* (*vulgo* Shaftesbury *nuncupatum*) *in agro* Dorſetenſi.

SCeptonia eſt vicus modò, quondam urbs, locus in prærupto montium ſitus: vetuſtatis indicium dat lapis in capitulo ſanctimonialium ſculptus, ita à vetuſtiſſimi muri ruinis illuc tranſlatus. Anno dominicæ incarnation. DCCClxxx, *Elfredus* Rex fecit hanc urbem regni ſui viij. Ibi *Elgiva* uxor *Edmundi*, qui fuit pronepos hujus *Alfredi* monaſterium ſanctimonialium fecit, ibidemq; carnis exuvias poſt fatum depoſuit. Mulier bonis operibus ſemper intenta, pietate & dulcedine prædita, & ut reos quos triſtis ſententia judicum palam damnaverat ipſa occultè redimeret: precioſus amictus qui mulieribus nonnullis eſt leno ſolvendi pudoris, illi erat ſupellex munificentiæ, ut quamlibet caram veſtem conſpecto ſtatim largiretur pauperi, ſpeciem corporis, & artificium manuum in ea livor quoque laudaret, cum nihil reprehendere poſſet. *(&c.)* *Will. Malmesb. fol. 143. a. n. 10.*

Eo loci jacet, vel potius jacuit S. *Edwardus* hujus ſanctæ ex filio *Edgaro* nepos, quem novercali fraude innocenter cæſum cælum excepit, & prima quidem ſepultura illi apud Warham fuit, quod non longè à loco in quo occiſus fuit, qui Corf vocatur, imminet mari *(&c.)* Poſteriori verò tempore, pars corporis *Leſmonaſterium*, pars *Abendoniam* deportata eſt. Ubique ipſe viget, maximèque *Sceftoniæ*, & virtutum gratia & ſanctiſſimo virginum choro coruſcat.

Ædmundus *Rex apud* Stokes 11. *terræ manſas in perpetua graphii cuſtodia dono commiſit.* *Ex regiſtro de Shafteſbury in bibl. Deweſiana, 1648. fol. 4. b.*

“ IN nomine trinæ & unæ deitatis. Omnipo-
“ tens ſupernarum temporaliumque verus ar-
“ biter rerum, ante omnia tempora & ante omnia
“ ſidera duas originales de nichilo creaturas fieri
“ diſpoſuit, angelicam videlicet lucem, & infor-
“ mem

mem materiam. Ex qua ſiquidem materia informi omnia quæ videntur, & quæ temporalia ſunt, ſecundum temporis diſcretionem producens, inſuper formavit hominem. Qui ſpiritu vitæ inflatus, & ad imaginem, & ſimilitudinem Dei factus, divina diſpenſatione poteſtatem ſuper alia cuncta elementa dominandi habuit. Quiq; paradiſo cum omnibus ſede perenniter ſi vellet locatus, divinis imperiis humiliter obedire nolens; ſed prona voluntate & ſerpentina ſuaſione inobedienter contra dominum ſuperbire mallens, de ſuperiori ſtatu in inferiorem ſortem cum omni ſua progenie ſubſequente in labore & erumpna procreatus eſt. Cumque nature ſub lege per multa tempora innumerabili prole nationeq; erat ſolutus, tandem miſericors author, ne ſua factura periret, miſericordiam non judicium penſans, legem litere, prophetaſque, & mundo veſperaſcente per unigenitum filium ſuum incarnatum legem gratiæ ſuper homines ——— Et pro multiplici hominum multitudine, humanum genus per multas gentes linguaſque dividens, ſecundum ejuſdem legis judicium, quamvis equali origine tamen divina conſcientia & humana ſolertia pro lege ſervanda, alios in ſuperiori gradu conſtituit Imperatores & Reges, qui ſpiritu ſancto gubernante, ſubditorum cauſam modò diſcipinaliter modò miſericorditer procurarent, & divinis legibus adherentes, militum curam munera dando, humiliumque inopiam conſolationem præſtando ſuſtinerent; alios in inferiori humiles ſubditos, qui aliis gubernantibus obſequium ſubjectionis miniſtrarent. Igitur quoniam omnes qui proſunt propter donorum largitionem & divitiarum impertitionem, ab hominibus amabilem laudem, & à Deo glorioſam remunerationem habent. Ideo ego *Ædmundus*, ex regali progenie, Deo annuente regenteq;, ſuper *Angligenas* aliaſque multas gentes in circuitu habitantes, Rex ordinatus, amabili vaſſallo meo *Ædrico*, fidelique amico, duas terræ manſas in perpetuam dono hæreditatem. Quatenus temporalium rerum mobili preſentia utens, fidelem obedientiam ac pacem laudabilem erga regni ſceptra noſtri, & regale noſtrum ſolium eternabiliter impetret & benigniter ſervet: & poſt preſentis vitæ exceſſum illis quibuſcunque voluerit ſubſequentibus hoc donum commendet, ut in omnibus paterne obedientie exemplis circa regiam dignitatem fideles inveniantur. Pro eo illam terram perhenniter ipſe primus pater, cum ſuis quibus poſt ſe commendavit à progenie in progeniem, in illis terminis quibus periti coloni ipſius regionis proprium nomen antiquo propoſito eſſe dicunt Stoke diſpono, ut poſſideat & perpetua graphii cuſtodia me largiente cum omnibus pertinentibus ipſius telluris officio, campis pratis paſcuis, teneatur, his tribus exceptis ad regalem dignitatem neceſſariis, expeditione, pontis arciſve cooperatione. His namque terminis ex omni parte ſita terra dinoſcitur eſſe circumgirata, &c. [*Metæ Saxon. hic inſerendæ, ſed exemplari deſunt.*]

“ Quicunque iſtam terram præſignatam cum mea voluntate meaque benedictione benigniter & humanitus ſub tali decreto talique graphio eternaliter cuſtodierit, & regali more terminos ipſius in ampliore telluris protentu dilataverit, auctor donorum ſpiritus omnem præſentem converſationem illius omni hilaritate & rerum omnium proſperitate magnificet & jocundet; potens in terra ſit ſemen ejus; ipſius generatio benedicatur; gloria & divitiæ in domo ejus, & juſticia ipſius maneat in ſeculum ſeculi; & poſt hanc lucem temporalem eterno lumine cum omnibus Sanctis in regno celi perfruatur. Et è contrario quiſquis, me nolente, meq; prohibente, invidie ſtimulis agitatus, & ejus execrabili livore retortus, ejuſdem terræ dimenſionem diminuerit, & ſub tali pacto non cuſtodierit, preſens commiſeratio ipſius in terris ab omni bonorum poſſibilitate diminuatur, & in die futuro calamitatis collocetur à ſiniſtris cum Tartarorum demoniis, ubi erit fletus & ſtridor dentium, pœna eterna ſine præſtolatione conſolationis, niſi digna pœnitentia & reconciliatione pura per ſatisfactionem in hujus lucis ſpatio hoc emendaverit & amplius peccare deſinerit.

“ Anno ab incarnatione Domini noſtri Jheſu Chriſti DCCCCxlj. indictione xiiij. librata eſt in hoc graphio iſta terra. Hæc ſunt nomina illorum teſtium graphium hoc atteſtantium cum nomine regis. 941.

“ Ego *Ædmundus*, *Anglicarum* aliarumq; nationum Rex, hanc telluris donationem ſub ſigillo dominicæ crucis tradidi ✠.

“ Ego *Ædred*, ejuſdem regis frater, conſignavi ✠.

“ Ego *Odo*, *Dorobernenſis* eccleſiæ archiepiſcopus, regis traditionem tropheo crucis aſſignato benedixi ✠.

“ Ego *Theodred*, *Londonienſis* epiſcopus conſecravi ✠.

“ Ego *Alphæh*, *Wintonienſis* epiſcopus adjuvavi ✠.

“ Ego *Cenwold* epiſcopus prædeſtinavi ✠.

“ Ego *Eluric* epiſcopus munivi ✠.

“ Ego *Burgric* epiſcopus in hoc adheſi ✠.

“ Ego *Wlfhelm* epiſcopus hoc ſigillum impreſſi ✠.

“ Ego *Alfgar* epiſcopus, hæc certando me eſſe decrevi ✠. Ita MS.

“ Ego *Wulfgar* dux ✠.
“ Ego *Elfhelm* dux ✠.
“ Ego *Athelwold* dux ✠.
“ Ego *Athelwin* dux ✠.
“ Ego *Athelſtan* dux ✠,
“ Ego *Uhtred* dux ✠.
“ Ego *Odo* miniſter ✠.
“ Ego *Wullaf* miniſter ✠.
“ Ego *Wulluric* miniſter ✠.
“ Ego *Ordeah* miniſter ✠.
“ Ego *Athered* miniſter ✠.
“ Ego *Aluric* miniſter ✠.
“ Ego *Withgar* miniſter ✠.
“ Ego *Wulgar* miniſter ✠.
“ Ego *Atheric* miniſter ✠.
“ Ego *Vulfhelm* miniſter ✠.
“ Ego *Ædmund* miniſter ✠.
“ Ego *Alfred* miniſter ✠.
“ Ego *Ælfſige* miniſter ✠.
“ Ego *Ælfſige* miniſter ✠.

Ædredus

Ibid. fol. 4. a. *Ædredus* Rex, hujus ſcripti teſtimonio, IX. manſas agelluli in loco qui à ruricolis *Purbicinga* nuncupatur, ut in preſente continetur ſcripto, dono ſuo commiſit.

IN *nomine Dei ſummi & altiſſimi Jeſu Chriſti. Beatorum univerſorum voce monemur preclarâ, ut procuremus inceſſanter, ſine amaritudine mentis, hujus ſeculi ambitione, integra libertate, apertis januis intrare ad eum qui ſuo cruore ſcelera noſtra deterſit injuſta. Idcirco ego* Ædredus *Rex* Anglorum, *ceterarumque gentium in circuitu perſiſtentium gubernator & rector, ſecundo anno imperii mei litteratoriis apicibus roboravi, quod cum conſenſu heroicorum virorum tradidi cuidam religioſe feminæ vocitate nomine* Ælſthrith. *Et pro amabili petitione patris ſui viij. manſas agelluli; necnon pro placabili pecunia quam mihi in ſuæ devotionis obſequio detulit, hoc eſt, lx. mancuſas puriſſimi auri, in illo loco ubi turbarum collatione jamdudum nomen illatum hoc adeſſe profertur pars telluris* Purbicinga, *ut terram jam prefatam in eo ſcilicet ovante conſeſſu tramitibus ſue poſſideat vite; deinceps namque ſibi ſuccedenti cuicunque voluerit heredi derelinquat in æternam hæreditatem. Maneat igitur meum hoc immobile donum æterna libertate jocundum, cum omnibus quæ ad ipſum locum pertinere dinoſcuntur, campis, paſcuis, pratis, ſilvis, excepto communi labore & expeditione, pontis arciſve coedificatione. Si qui denique mihi non optanti hanc libertatis cartam livore depreſſi, violari ſategerint, agminibus tetre caliginis lapſi, vocem audient examinationis die arbitri ſibi dicentis:* Diſcedite à me maledicti in ignem æternum; *ubi cum demonibus ferreis ſartaginibus crudeli torqueantur pena, ſi non ante mortem dignâ hoc emendaverint pænitentiâ. Iſtis terminibus prædicta terra circumgyrata eſſe videtur, &c.* [Metæ Saxonicæ in exemplari deſiderantur.]

948. *Acta eſt hæc præfata donatio anno ab incarnatione Domini DCCCCXLVIII. indictione VI.*

Ego Ædredus *Rex* Anglorum *præfatam donationem ſub ſigillo ſanctæ crucis indeclinabiliter conſenſi atque roboravi* ✠.

Ego Odo, Dorobernenſis *eccleſiæ archiepiſcopus ejuſdem regis principatum & benevolentiam ſub ſigillo ſanctæ crucis concluſi* ✠.

Ego Theodred, Lundonienſis *epiſcopus corroboravi* ✠.

Ego Alpheah, Wintonienſis *eccleſie epiſcopus teſtitudine ſanctæ crucis ſubſcripſi,*

Ego Alured *epiſcopus conſignavi* ✠.

Ego Wlſige *epiſcopus concluſi* ✠.

Ego Alfgar *epiſcopus roboravi* ✠.

Ego Alfred *epiſcopus conſenſi* ✠.

Ego Athelſtan *dux* ✠.

Ego Ædric *dux* ✠.

Ego Ealfhelm *dux* ✠.

Ego Edmund *miniſter* ✠.

Ego Alfſige *miniſter* ✠.

Ego Athelſige *miniſter* ✠.

Ego Elfſtan *miniſter* ✠.

Ego Wluric *miniſter* ✠.

Ego Alfred *miniſter* ✠.

Ego Wluric *miniſter* ✠.

Ego Aluric *miniſter* ✠.

Ego Athelgard *miniſter* ✠.

Æthelaredus *Rex iſtius inſcriptionis firmitate, in loco noto qui nuncupatur* Tiſſebiri, *xx. manſas eccleſiæ ſancti* Edwardi *in perpetuum contulit.* Ibid. fol. 2. b.

“O. Altithroni genitoris ingeniti, ejuſdemque nativi divinitùs uniti, cum ſancti unione paracleti, monarchia, rebus eſſendi facultatem, ac illis ne adnullentur ſuavem impertinente gubernationem filiis adoptionis, non jam vetuſte configuratis ignorantiæ deſideriis, ſed ſecundùm eum ut ait beatus apoſtolus *Petrus: qui vocavit vos ſanctus eſt: ipſis quoque in omni ſancta converſatione fundatis* commutatione temporalium ſpes futurorum ac eternalitas poſſidendorum conceditur. Fiducia bonorum hujuſmodi, mihi gratuitò, uti ceteris, allubeſcente gratiâ, ego *Atheldred*, regionis *Angligenarum* rex, monaſterio ſanctimonialium, quod inſulani uſitato Schaftesbury appellant onomate, xx. manſas, illo in loco qui noto aet Tiſſebiri vocatus vocamine ſitas, quas ſicut antiquis diebus omnes anteceſſores mei illuc donaverunt, ita ego quoque hiis regni mei temporibus eandem donationem, cum optimatum meorum conſultu renovando in hereditatem concedo perhennem. Nam & priſtinis ante me temporibus avus meus, *Ædmund* ſcilicet Rex, idem pro commutatione *Butticanlea* adquiſitum conjugi ſue *Algife* in jus æternaliter habendum conceſſit, & ipſa quoque illud ad laudem Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque genetricis ſemperque virginis *Mariæ*, adque æternam ſui liberationem præfato ſtuduit attribuere loco. Sed patruus meus, *Ædwi* viz. Rex, poſt obitum *Alfigife* ſupradicte jus mutavit, hoc ipſum ſibi viz. *Bucticanlea* accipiens ſanctorum cœnobio præfatam terram aet Tiſſeburi perpetualiter attribuens. Quod idcirco cum optimatibus meis renovare ſtudui, ut omnibus mihi hanc voluntatem ineſſe manifeſtè pateat, eandem portionem cum omnibus ad ſe rite pertinentibus ab omni mundana ſervitute, ſicut antiquitus, liberam fore, tribus exceptis, rata expeditione, pontis, arciſve recuperatione. Silvam ſane Ficnyllebar appellatam, quam meorum quidam præpoſitorum auſu diripere conabantur infeſto, eidem monaſterio totam integramque reſtituo, & nullus hanc invadere, nullus unquam ſibi aliquatenus audeat uſurpare, ſed uti olim, ſeu prædixi, ita nunc & in poſterum ad inibi Deo famulantium uſum, quam diu rota voluitur hujus ſeculi, libera perpetualiter exiſtat. Si quis igitur hanc meam cum Dei voluntate renovatam præſumpſerit infringere donationem, æternis baratri incendiis cum diabolo ſine fine crucietur, niſi in hac priùs emendaverit vita quod contra noſtrum deliquit decretum. Rus verò præfatum hiis metis idcirco rotatur, &c. [*Hic iterum metæ Saxonicæ in exemplari deſiderantur.*]

“Anno Dominice incarnationis DCCCCLXXXIIII. ſcripta eſt hec donationis mee cartula. Teſtibus his omnibus unanimiter adquieſcentibus quorum inferius onomatum ſtigmata 984.

“ ſecundùm competentem unicuique dignitatem caraxantur.

“ Ego *Æthelred* Rex *Anglorum*, præfatam donationem renovando cum ſacre crucis impreſſione Deo omnibuſq; Sanctis ejus æternaliter conceſſi ✠.

“ Ego *Dunſtanus* archiepiſcopus concedendo adquievi ✠.

“ Ego *Oſwaldus* archiepiſcopus conſenſi ✠.
“ Ego *Athelwold* epiſcopus conſolidavi ✠.
“ Ego *Alfſtan* epiſcopus corroboravi ✠.
“ Ego *Alfſtan* epiſcopus conſcripſi ✠.
“ Ego *Athulf* epiſcopus conſignavi ✠.
“ Ego *Alfeah* epiſcopus conſigillavi ✠.
“ Ego *Afwig* epiſcopus conſenſi ✠.
“ Ego *Alfric* epiſcopus corroboravi ✠.
“ Ego *Athelſige* epiſcopus conſignavi ✠.
“ Ego *Wlgare* epiſcopus concluſi ✠.
“ Ego *Athelgar* epiſcopus confirmavi ✠.
“ Ego *Alwine* dux ✠.
“ Ego *Beornod* dux ✠.
“ Ego *Athelwerd* dux ✠.
“ Ego *Alfric* dux ✠.
“ Ego *Ordulfe* miniſter ✠.
“ Ego *Godwine* miniſter ✠.
“ Ego *Alfward* miniſter ✠.
“ Ego *Wlfſige* miniſter ✠.
“ Ego *Alfric* miniſter ✠.
“ Ego *Beorthwold* miniſter ✠.
“ Ego *Leofric* miniſter ✠.
“ Ego *Athelmer* miniſter ✠.
“ Ego *Alfwine* miniſter ✠.
“ Ego *Alhelſige* miniſter ✠.
“ Ego *Athelweard* miniſter ✠.
“ Ego *Alfgar* miniſter ✠.
“ Ego *Wlſige* miniſter ✠.
“ Ego *Wlfric* miniſter ✠.
“ Ego *Leofric* miniſter ✠.
“ Ego *Leofwine* miniſter ✠.

Ibid.fol.1.

Hæc eſt carta Aetheldredi *regis de* Bradefordia, *quam in perpetuum ſuccedens teſtatur tranſcriptum, eccleſiæ ſancti* Edwardi *de* Shaftisbury.

“ Conditore creaturarum univerſalium, ſeu quæ in ſecretis celeſtibus ocellis hactenus latent humanis, ſeu que in terris viſibiliter patent, ſeu que in profundis gurgitibus fluctivagis circumquaque trahuntur diſcurſibus in ſuæ incommunicabilitatis firmiſſima eternaliter regnante ſtabilitate, cunctaque ab ipſo & per ipſum & in ipſo condita, redempta, vivificata ſunt, ineffabili ſue mageſtatis regente privilegio, hujus erumpnoſe ac miſerrime vite inſtabilitas flebilibus querimoniis ſue defectionis jam jamque ſupervenientis laborioſum prenuntiat terminum. Quippe cum veritatis præconium quæ in ſe poſt illam protoplaſti prevaricationem, carnem noſtre mortalitatis, ut eam immortalem poſtmodum redderet, ex intemerato ſemper virginis utero pro ſalute totius humani generis induere dignata eſt, noſtra ſuſcipiens, ſuaq; haut relinquens, inter cetera ſue ammonitionis eloquia, ita dicendo omnibus proclamaret. *Cum videritis hæc fieri, ſcitote quod prope eſt regnum Dei. Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Celum & terra tranſibunt ; verba autem mea non tranſibunt.* Attamen alicubi fidelium undique conſulendo ſaluti, lucrumque requirens quas proprio livore redemit animarum ſaluberrimum, ut ita dixerim, ſubminiſtravit antidotum, taliter univerſos commonens : *Vendite quæ poſſidetis & date elemoſinam & ecce omnia munda ſunt vobis.* Talibus mandatorum Chriſti ſententiis à meis frequentiùs premonitus conſiliariis, & ab ipſo ſummo omnium largitore bonorum, diriſſimis hoſtium graviter nos depopulantium creberrime anguſtiatus flagellis, Ego *Atheldredus*, Rex *Anglorum*, ut ſupradicte merear particeps fore promiſſionis, quoddam Chriſto ac Sancto ſuo, germano ſcilicet meo *Edwardo*, quem proprio cruore profuſum per multiplicia virtutum ſigna ipſe dominus noſtris mirificare dignatus eſt temporibus, cum adjacente undique villa, humili devotione offero cœnobium quod vulgariter aet Bradeforda cognominatur, hoc meum ſub ſapientum meorum teſtimonio tacitè præjudicans, ut ſupradictum donum ſancto ſemper ſubjaceat monaſterio aet Sceftesbirie vocitate, ac ditioni venerabilis familiæ ſanctimonialiū inibi degentium, quatenus adverſus barbarorum inſidias ipſa religioſa congregatio cum beati martyris cæterorumque Sanctorum reliquiis ibidem Deo ſerviendi impenetrabile obtineat confugium. Et adepto, poſtmodum, ſi Dei miſericordia ita previderit, pacis tempore rurſus ad priſtinum revertantur ſtatum, ea tamen ratione ut in loco quem Domino obtuli pars aliquantula ex ipſa remaneat familia, que divini operis ſedula mihi jugiter expleat officia ; hocque an fieri poſſit ſapienti conſilio Prioris præmeditetur induſtria. Sin aliàs, prævideat rectoris examinatio, unde ibidem continuè exerceatur ordo pſalmodie. Ut autem iſta noſtra donatio incommunicabilem capiat ſtabilitatem, & ut præſentes quid obſervent, vel ſubſequantur certiùs agnoſcant futuri ; hoc interea hac ſcedula annotari dignum duxi, quatenus præſcripta villa cum omnibus ad ſe ritè pertinentibus, campis, ſilvis, paſcuis, pratis, ita ſanè ut ego ipſe illam in uſus poſſederam proprios, venerabili ſupradicte familie Chriſto ſanctoque martyri inceſſanter famulanti ſemper ſubjugetur liberrima ; tribus tantummodo exceptis communium laborum utilitatibus, ſi contingat expeditionem promoveri, arcem pontemque conſtrui. Hocque regia precipimus authoritate, ut nullius elatio, vel muſſitatio altioris aut inferioris perſone, hanc noſtram donationem evertere ſeu minorare preſumat, hoc ſolummodo adverſus omnia contradicentium machinamenta noſtræ dapſilitatis prævalente privilegio. Preſertim, cum ego hoc non privatim pro remedio animæ meæ, ſed pro totius noſtræ genealogiæ, qui vel olim prætererierunt, vel in poſterum fortè venturi ſunt, generali ſalute dictaverim. Nec iſtud decretum noſtris tantùm temporibus perduret immutabile, verùmetiam & ſucccceſſorum meorum diebus, quos, quales, qui, ſeu quoti futuri ſunt, Dei preſtet æterna prædeſtinatio. Quiſquis autem hanc noſtram munificentiam amplificare ſtuduerit

“erit, augeatur ei in preſenti temporis quieti longevitas & in futuro * centuplicate retributionis celeſte præmium. Qui vero evertere, aut in aliud quis transferre ſategerit, adbrevietur hic dies vitæ ipſius, ut cum his qui Chriſto reſiſtere nituntur in inferiori prolongetur inferno, ni velocius recedat à perverſa meditatione, & eum quem offendere non metuit, dignis penitentie lamentis placare feſtinaverit. Hiis confiniis præſcripta circumcingitur tellus.

* Al. centuplicis.

“Aeꞃeꞅꞇ oꝼ ꞅeuen on ꞇheꞃe Heꞃeƿai ðe ꞅcheꞇ ꞅuð &c. (*cætera deſunt.*)

“Scripta eſt ſiquidem hæc cartula anno Dominice incarnationis milleſimo primo, indictione xiiij. horum teſtimonio ſapientum quorum nomina inferiùs deſcripta eſſe cernuntur. 1001.

“Ego *Athelredus* Rex, hanc largitatem Chriſto ſanctoque martyri *Edwardo* humili obtuli devotione, & ne noſtra oblatio oblivionem forſitan in poſterum ſortiretur, omnia prout geſta ſunt hac in ſchedula exprimi mandavi.

“Ego *Alfric*, *Dorobornenſis* eccleſiæ archiepiſcopus confirmavi ✠.

“Ego *Ealdulf*, *Eboracenſis* eccleſiæ archiepiſcopus condixi ✠.

“Ego *Adleſtan*, *Uuentane* eccleſiæ epiſcopus conſcripſi ✠.

“Ego *Wlſtan*, *London.* eccleſiæ epiſc. concluſi ✠.

“Ego *Ordbriht*, *Auſtralium-Saxonum* epiſcopus conſigillavi ✠.

“Ego *Alpheah*, *Licetfeldenſis* eccleſie epiſcopus conquievi ✠.

“Ego *Liefwine*, *Fontane* eccleſie epiſcopus coadunavi ✠.

“Ego *Wlſige*, *Scirburnenſis* eccleſie epiſcopus conſenſi ✠.

“Ego *Athelſtan* filius Regis ✠.
“Ego *Edmund* filius Regis ✠.
“Ego *Adwig* filius Regis ✠.
“Ego *Ecgebirtht* filius Regis ✠.
“Ego *Ædred* filius Regis ✠.
“Ego *Ædgar* filius Regis ✠.
“Ego *Athulf*, *Herefordenſis* eccleſie epiſc. ✠.
“Ego *Godwine*, *Rovecen.* eccleſie epiſcopus ✠.
“Ego *Alwolf*, *Cridienſis* eccleſie epiſcopus ✠.
“Ego *Algar*, *Orientalium Anglorum* epiſc. ✠.
“Ego *Æſcwig*, *Dorcenſis* eccleſie epiſc. ✠.
“Ego *Atheldred*, *Cornubienſis* eccleſ. epiſc. ✠.
“Ego *Sigeferd*, *Lindiſſi* eccleſie epiſcopus ✠.
“Ego *Alwerd* abb. ✠.
“Ego *Alfſige* abb. ✠.
“Ego *Wlfgar* abb. ✠.
“Ego *Alfere* abb. ✠.
“Ego *Alfſige* abb. ✠.
“Ego *Leofric* abb. ✠.
“Ego *Godwine* abb. ✠.
“Ego *Alfric* dux ✠.
“Ego *Ælfhelm* dux ✠.
“Ego *Leffige* dux ✠.
“Ego *Leofwine* dux ✠.
“Ego *Athelmar* miniſter ✠.
“Ego *Ordulf* miniſter ✠.
“Ego *Weltheah* miniſter ✠.
“Ego *Adric* miniſter ✠.
“Ego *Wluric* miniſter ✠.
“Ego *Athelric* miniſter ✠.
“Ego *Siwert* miniſter ✠.
“Ego *Sired* miniſter ✠.
“Ego *Wlgar* miniſter ✠.
“Ego *Leofwine* miniſter ✠.

Vide page 983. *inter* Addenda.

TAVESTOCIENSE

Cœnobium in agro Devonienſi.

W. Malmesb. fol. 146. a. n. 10.

EST in *Domnonia* cœnobium monachorum juxta **Tau** fluvium, quod **Taviſtok** vocatur, quod per *Ordgarum*, comitem *Domnonienſem*, patrem *Elfridæ*, quæ fuit uxor regis *Edgari* ſurgendi exordium, per *Livingum* epiſcopum (*Exon.*) creſcendi accepit auſpicium. Locus amœnus opportunitate nemorum, capturâ copioſâ piſcium, eccleſiæ congruente fabricâ, fluvialibus rivis per officinas monachorum decurrentibus, qui ſuo impetu effuſi, quicquid invenerint ſuperfluum, portant in exitum. *Rumonus* ſanctus ibi prædicatur, & jacet epiſcopus pulchritudine decoratus ſcrinii, ubi nulla ſcriptorum fides aſſiſtit opinioni, quòd non ſolùm ibi, ſed in multis locis *Angliæ*, invenies violentia hoſtilitatis abolitam omnem geſtorum notitiam, nuda Sanctorum nomina, & ſi quæ modo prætendunt miracula ſciri. Cernitur in eodem monaſterio ſepulchrum *Ordgari*, ſpectaculoque ducitur enormitas mauſolei filii ejus. *Edulfus* hic vocatus eſt, giganteæ molis, & immanis roboris, ſicut breviter demonſtrare incidit animo. Viam agebat cum *Edwardo* rege, cujus erat cognatus, *Exoniam* verſus. Ita cum juxta portam equis diſſiluiſſent, offenderunt introitum forinſecùs repagulis, intùs ſeris damnatum. Et fortè janitor, quem latuiſſet eorum adventus (nam domeſtico adequitaverant ocio) longè diſceſſerat. Tùm *Edulfus* ambabus manibus arripiens repagula, parvo, ut videbatur, conamine deiecit in fruſta, partem etiam muri pariter evellens. Semelque calefactus, & ſecum infrendens ſecundò virtutum periculum dedit. Nam pedis impulſu valvas debilitans biforem recluſit cardinem, adeo ut etiam materiam elideret. Cæteris laudantibus, rex factum jocularitèr attenuans, diabolicæ fortitudini, non humanæ virtuti attribuit.

R. Hoved. f. 246. a. n. 10.

Anno DCCCCXCvij. Ad hæc etiam *Ordulfi* primatis monaſterium, quod **Tauſtoke** dicitur, combuſſit, (videlicet, exercitus *Danorum*) ingentiq; præda onuſtus, ad naves repedavit.

Math. weſtm. annales.

Anno gratiæ DCCCClxj. *Ordgarus* comes, cœnobium apud **Thaviſtoke**, in *Devonia* conſtruxit, & illud religioſis monachis replevit. Erat autem comes *Ordgarus* pater *Ælfdrithe*, reginæ regis *Eadgari*, ex qua genuit *Æthelredum*, poſteà regem *Anglorum*.

Chartæ regum de Inſpeximus *dictæ*.

Cart. 22. *Ed.* 3. n. 30. memb. 17.

R. (*&c.*) Inſpeximus cartam quā celebris memoriæ *Ædelred*, quondam rex *Angliæ*, fecit abbati & conventui de **Taviſtok** in hæc verba.

☧ Univerſitatis Creatore in æternum regnante, ac juſto moderamine cuncta creata viſibilia & inviſibilia miro ineffabiliq; modo gubernante; Ego *Æthelred Angliciæ* nationis, cæterarumq; gentium triviatim intra ambitum *Britanniæ* inſulæ degentium, regiæ dignitatis ſolio ad tempus, Chriſti mundi redemptoris gratia, ſubtronizatus baſileus, à quodam milite avunculo videlicet meo, qui ſecundæ regenerationis utero innovante gratia ineffabiliter editus, nobili *Ordulf* pollens floret onomate, humili devotione compunctus, ſubnixis depoſcens precibus efflagitare Deum compunctus gratia benivolus ceperat ut arciſterium, cui notabile at Taviſtoce fulget vocabulum, ubi mater ejus fraterque, ava videlicet mea & avunculus, ceteriq; noſtre poſteritatis proſapies mauſoleis ſomate tumulati, tuba hujus caduce vite clangente ultima, terciam reſurrectionis nativitatem, animâ corpori Deo faciente in ictu oculi mirabiliter aſſociatâ, diem judicaturi vel judicandi præſtolantur extremum, ut ibi loco celebri domino noſtro Jeſu Chriſto ejuſq; genetrici ſemperq; virgini *Mariæ* dedicato, monachos non ſeculares ſet regulares in omnibus ſancte regule obtemperantes preceptis, licenter conſtitueret, fiſciſq; naturalibus devotus locupletaret. Ejus igitur votis applaudendo, voti compos animi, & quod fides catholica popoſcerat admodum libens tripudianſq; conceſſi. Admiranda namq; ejus fidei conſtancia. Nam illo in tempore quo præfatus miles, ſancti ſpiritus gratia compunctus, ad legitimos monachorum uſus, ad æternæ vitæ lucrum, hoc conſtruxerat cœnobium, cæteri quiq; infidelitatis nevo turpati, loca ſancta diſſipantes, ſancte religionis monachos inſipidi, me impote nolenteque, infantili adhuc, ut ita dicam, etate vigente, atrociter, veluti pagani, ad perpetuum ſui dampnum fugabant. Ejus igitur benivolencie congaudens, meorum optimatum uſus conſilio, libertatis privilegium præfato loco ſancte Dei genitrici ſemperq; virgini *Mariæ* dicato, magna animi alacritate tripudians concedo, & ſecundùm patroni noſtri beati *Benedicti* traditionem, poſt obitum abbatis qui nunc ſancto præſidet loco, abbas ex eadem eligatur congregatione qui dignus ſit tali fungi officio; aliorſum verò minimè, niſi culpis promerentibus inibi inveniri nequiverit qui aptus ſit animabus lucrandis. Quod ſi hoc, quod abſit, miſerabiliter evenerit, de alio noto & familiari monaſterio unanimi fratrum conſilio eligatur, cujus vita probabilis ſapientia predita, cultuq; religionis fulgida, fidelibus clareſcat. Finitis namq; diebus benivoli & laudabilis viri; qui ſpecialis lucri copia ſanctum dapſilis ditaverit locum, laicorum nemo ipſius loci dominium preſumens ſibi uſurpet. Rex verò, quæ ab eo Domino noſtro Jeſu Chriſto ejuſq; genitrici ſemperq; virgini *Mariæ* ab æterno uſq; remunerationem conceſſa ſunt vel concedenda, nec abbas nec alicujus perſone homo licenciam habeat pro pecunia vendendi vel gratis concedendi vel mutandi, ſet æterno Deo maneat imperpetuum, quod ei conceſſum vel concedendum eſt. Regum verò munimine deinceps ipſe locus domino protegente tueatur, ipſiuſque loci abbas regi deſerviens, gregem ſibi commiſſum dirocheo, id eſt, duplici paſto foveat. Sit igitur præfatum monaſterium omni terrene ſervitutis jugo liberum, tribus exceptis, rata videlicet expeditione, pontis, arciſve reſtauratione. Si quis verò tam epilempticus philargyrie ſeductus amentia, quod non optamus, hanc noſtre munificencie dapſilitatem auſu temerario infringere temptaverit, ſit ipſe alienatus à conſorcio ſancte Dei eccleſiæ, necnon & à participatione ſacroſancti corporis & ſanguinis Jeſu Chriſt filii Dei, per quem totus terrarum orbis ab antiquo humani generis inimico liberatus eſt, & cum *Juda* Chriſti proditore, ſiniſtra in parte deputatus, ni prius hic digna ſatisfactione humiliter penituerit quod contra ſanctam Dei eccleſiam rebellis agere præſumpſerit, nec in vita hac practica veniam, nec in theorica requiem apoſtata optineat ullam; ſet æternis baratri incendiis truſus cum *Anania* & *Saphira* jugiter miſerrimus crucietur. Anno dominicæ incarnationis DCCCClxxxj. indictione ix. Scripta eſt hæc carta. Hiis teſtibus conſentientibus, quorum inferiùs nomina caraxantur. ✠ 981.

Ego *Adelred*, rex totius *Britanniæ* præfatam donationem cum ſigillo ſanctæ crucis confirmavi.

✠ *Dunſtan*, *Dorobernenſis* eccleſiæ archiepiſcopus ejuſdem regis benivolentiam conſenſi.

✠ Ego *Alſthrith* ejuſdem regis mater hanc donationem confirmavi ✠.

✠ *Oſwald* archiepiſcopus triumphalem tropheum agiæ crucis impreſſi.

✠ *Adeluuold*, *Pictavienſis* eccleſiæ epiſcopus prædictum donum conſenſi.

✠ Ego *Ælfſtan*, *Londonienſis* eccleſiæ epiſcopus conſignavi.

✠ Ego *Athelgar* epiſcopus tropheum agiæ crucis impoſui.

✠ Ego *Alfſtan* epiſcopus jubente rege ſignum crucis infixi.

✠ Ego *Alfſtan* epiſcopus conſenſum prebui figens crucem.

✠ Ego *Athulf* epiſcopus crucis modum manu propria ſubſcripſi.

✠ Ego *Ælfric* epiſcopus.
✠ Ego *Ælfeah* epiſcopus.
✠ Ego *Cerdic* epiſcopus.
✠ Ego *Ædelric* epiſcopus.
✠ Ego *Wulfr.* epiſcopus.
✠ Ego *Alchere* dux.
✠ Ego *Athelwine* dux.
✠ Ego *Bryhtnod* dux.
✠ Ego *Athelbriht* dux.
✠ Ego *Athelmere* dux.
✠ Ego *Ædwine* dux.
✠ Ego *Athelweard* min.
✠ Ego *Oedelweard* min.
✠ Ego *Beorthwold* min.
✠ Ego *Ælfric* miniſter.
Ego *Brightwold* miniſter.
Ego *Ælfric* miniſter.
Ego *Ordelm* miniſter.
Ego *God* miniſter.
Ego *Ælfric* miniſter.
Ego *Leofwine* miniſter.
Ego *Leofric* miniſter.

“ Ego *Ælmere* miniſter.
“ Ego *Goduuine* miniſter.
“ Ego *Ælwine* miniſter.
“ Ego *Ælfric* miniſter.

Ibid. INſpeximus etiam cartam quam dominus *H.* quondam rex *Angliæ*, progenitor noſter, fecit præfatis abbati & conventui in hæc verba. H. *rex* Angliæ Willielmo *epiſcopo* Exon. *&* Ricardo *filio* Baldwini *vicecomiti, & omnibus fidelibus ſuis de* Deneſcira *& de* Cornualia *ſalutem. Volo & mando vobis, & precipio firmiter, quod faciatis venire ad dominium eccleſiæ meæ de* **Taviſtoch**, **Rueberge** *&* **Cudelipe,** *quas* Wymundus Willielmo *fratri ſuo injuſtè tradidit. Et prohibeo ne aliquis preter monachos ipſas terras amplius teneat, vel alias aliquas quæ de dominio eccleſiæ fuerunt, exceptis illis quas* Gaufridus *abbas dedit ad ſervicium milicie. Et precipio ut ipſa eccleſia mea habeat & teneat omnes terras & tenuras ſuas liberè quietè & integrè, & ne aliquis abbas ulterius aliquam diſtrahat vel alicui donet preter confirmationem meam, & aſſenſum etiam tocius capituli. Volo etiam & precipio pro anima* Willielmi *regis & mea, hundredum de* **Taveſtoch** *liberum eſſe per ſe & quietum, ne in aliquo hundredo* **Liſton** *ſubjaceat aut reſpondeat. Et concedo, ſicut per aliam cartam conceſſi, mercatum eſſe omni die Veneris in villa de* **Taviſtoch**, *& nundinas ad feſtum ſancti* Rumoni *per tres dies. Et prohibeo ne aliquis emptor ſive venditor thelonium ſuum ibi retineat, qui illud in vicinis burgis vel civitatibus meis juſte dare debeat. Teſtibus* Radulfo *archiepiſcopo* Cantuar. *&* Willielmo *filio regis, &* Roberto *comite de* **Mellent** *apud* **Ovyham**. Inſpeximus eciam cartam quam dominus *H.* quondam rex *Angliæ* proavus noſter fecit prefatis abbati & conventui in hæc verba. H. *rex* Angliæ, *dux* Normanniæ *&* Aquitaniæ, *& comes* Andeg. *juſticar. & vicecom. & miniſtris & omnibus fidelibus ſuis* Angliæ, *ſalutem. Concedo quod* Walterus *abbas de* Taviſtoca *habeat omnes warennas & defenſa ſua in boſco & plano, ita bene & in pace & honorificè ſicut rex* H. *avus meus anteceſſori ſuo per breve ſuum conceſſit. Et prohibeo ne quis in eis fuget, vel leporem capiat, ſine ejus licentia, ſuper x. librarum foriſfacturam. Teſte* Henrico *de* **Eſſex**, *apud* **Oxenford**. Inſpeximus eciam quandam aliam cartam ejuſdem domini *H.* quondam regis *Angliæ* in hec verba. H. *rex* Angliæ *& dux* Norman. *&* Aquitan. *& comes* Andegav. *juſticiar. vicecom. & omnibus miniſtris ſuis* Devoniæ *&* Cornubiæ *ſalutem. Precipio quod abbas & monachi mei de* Taveſtocha *habeant & teneant omnes terras & tenuras ſuas & miniſteria ſua, ita bene & in pace liberè, & quietè, & juſtè & integrè, & honorificè, ſicut predeceſſores ſui melius & liberius habuerunt & tenuerunt tempore regis* H. *avi mei. Et prohibeo ne ipſi inde in placitum ponantur niſi coram me, niſi nominatim precepero. Teſte* Gaufrido *archiepiſcopo* Cantuar. *apud* Silveſtonam, (*&c.*) Nos autem conceſſiones & confirmationes prædictas ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, nunc abbati & conventui dicti loci de **Taviſtok** & ſucceſſoribus ſuis concedimus & confirmamus, ſicut cartæ prædictæ rationabiliter teſtantur, & prout iidem abbas & conventus & prædeceſſores ſui terras & tenementa prædicta hactenus tenuerunt, & libertatibus prædictis rationabiliter uſi ſunt & gaviſi. Hiis teſtibus venerabilibus patribus *J.* archiepiſcopo *Cantuar.* totius *Angliæ* primate, *W.* epiſcopo *Winton.* theſaurario noſtro, *Henrico* comite *Lancaſtr. Willielmo* de **Bohun** comite *North. Henr.* de **Percy**, *Radulpho* de **Stafford**, *Richardo Talbot* ſeneſcallo hoſpitii noſtri, & aliis. Dat. per manum noſtram apud *Weſtmon.* xiiij. die Februar.

Per finem quinque marcarum ſolutarum clerico hanaperii *Devon.*

Vide Page 995. *inter* Addenda.

RUMESIENSE
Cœnobium in agro Hantonienſi.

APud *Rumeſeiam*, quod cœnobium præcellentiſſimus rex *Edgarus* inſtituit, novi jacere duarum virginum corpora, *Merewinnæ* & *Elfredæ*, quarum geſta, quòd neſcio, non tam prætereo, quàm ad majorem ſcribendi diligentiam reſervo, ſi fortè cognovero. *W. Malmesb.* fol. 140. b. n. 20.

Anno DCCCCvij. Rex *Angl. Edgarus* in monaſterio *Rumeſiæ* (quod avus ſuus Rex *Edward.* ſenior conſtruxerat) ſanctimoniales collocavit, ſanctamque *Merwinam* ſuper eas abbatiſſam conſtituit. *R. Hoved.* fol. 244. b.

Literæ Regis *Patentes* dictæ.

REX *omnibus &c. Salutem. Quia accepimus per inquiſitionem quam per dilectum & fidelem noſtrum* Nicholaum *de* Turri, *& ſocios ſuos juſticiarios noſtros ultimò itinerantes in comitatu* **Suthampton** *fieri fecimus, quod abbatiſſe de* **Romeſeye** *habuerunt furcas in manerio ſuo de* **Romeſeye**, *& habere conſueverunt à tempore* Edgari, *quondam regis* Angliæ, *qui abbaciam de* **Rumeſeye** *fundavit, uſque ad deceſſum* Matill. Paric. *quondam abbatiſſe de* **Rumeſeye**, *que anno tercio regni noſtri obiit, ut dicitur, ex conceſſione ipſius regis* Edgari *& ſucceſſorum ſuorum prædeceſſorum noſtrorum Regum* Angliæ, *illis uſæ ſunt, & quod poſt mortem ejuſdem* Matill. *furcis illis uſe non fuerint, & quod nullus poſtea fuit dampnatus in eodem manerio, propter quod deciderunt furcæ prædictæ, ita quod poſtmodum auſe non fuerunt furcas illas ſine licentia noſtra relevare. Nos* Amicie *nunc abbatiſſæ de* **Romeſeye** *& monialibus ejuſdem loci ſuper hoc gratiam facere volentes ſpecialem, conceſſimus illis quod furcas illas in manerio ſuo prædicto poſſint levare, & eis uti ſicut eiſdem temporibus dicti regis* Edgari *& ſucceſſorum ſuorum progenitorum noſtrorum regum* Angliæ *uſe fuerunt. In cujus &c. Teſte Rege apud* Weſtmon. *xxij. die Auguſti.* Patent. 47. Hen. 3. memb. 4. nu. 10.

Confirmatio literarum præcedentium.

Pat. 8. *Ed.* 1. memb. 27.

REx omnibus, &c. ſalutem. Sciatis nos inſpexiſſe cartam quam bone memoriæ dominus *H.* Rex proavus noſter fecit eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Romeſeye** in hæc verba. “ *H.* Rex “ *Angliæ* & dux *Norman.* & *Aquitan.* & comes “ *Andegav.* epiſcopo *Wynton.* & juſtitiariis & vi- “ cecomitibus, & baronibus, & miniſtris, & om- “ nibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de **Hamp- “ teſcire** ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe eccleſiæ “ ſanctæ *Mariæ* de **Romeſeye** totum boſcum “ ſuum de **Northwod**, ſicut Rex *Edwardus* eis “ dedit & carta ſua confirmavit. Et prohibeo ne “ miniſtri mei ſe inde quicquam intromittant niſi “ per abbatiſſam ejuſdem eccleſiæ de **Romeſeye.** “ Teſtibus *Thoma Cantuar.* archiepiſcopo, & *R.* “ *Eborum* archiepiſc. & *R. Lincoln.* epiſcopo, & “ *Th.* cancellario, & magiſtro *Alvero* & *R.* comi- “ te *Legrec.* & *W.* filio *Hamonis*, & *Hamone Bo- “ ter.* apud *Sarum.* Et hoc vobis tenore præ- “ ſentium ſignificamus. In cujus, &c. T. *R.* apud “ *Wynton.* iiij. die Januarii.

HORTONENSE *Cœnobium in agao* Dorſetenſi.

W. Malmesb. fol. 146. a. n. 20.

—— EST præterea in *Dorſeta* nemus juxta *Hortunam*, quæ modo deſtructa, tunc ejus (*Ordgari* ſcilicet, comitis *Devoniæ*, qui ſub *Edgaro* rege floruit, & mortem obiit anno DCCCClxxj.) liberalitate inter abbatias numerabatur. Ibi mirandæ fortitudinis dabat ſpectaculum, ſi quando remiſſis curis venerat in ccium. Rivulus juxta ſaltum venationis feracem labitur, ab una ripa ad alteram decem pedum ſpatio. Ille divaricatis pedibus utramque continuabat, parvoque cultro ferarum ad ſe actarum capita levibus & penè irritis ictibus decutiebat in amnem, ſed enim tantus taliſque adhuc ætatis calore perfervidus ceſſit morti, juſſitque ſe apud *Hortunam* ſepeliri ; veruntamen quia ſecum quedam eccleſiæ danda demandaverat, prævenit abbatis *Sictritii* violentia, datorem & data pariter transferens in ſua. *Sithtricius* poſtea ſub rege *Willielmo* piraticam aggreſſus, religionem polluit, eccleſiam inflammavit.

Horton *cella de* **Shirburne.**

Lelandi collectan. vol. 1. p. 78.

ORGARUS, comes *Devoniæ*, primus fundator. Poſtea quidam *Rogerus*, epiſcopus de **Shirburne**, obtinuit ab *Henrico* primo, ut poſſeſſiones monaſterii de **Horton** transferret ad monaſterium de **Shirburne.**

EXONIENSE

Cœnobium in agro Devonienſi.

Annal. de Winchcumbe. in bibl. Cottoniana.

ANno Domini DCCCCLXVIII. Rex *Anglorum*, *Edgarus*, monachos in **Exaceaſtre** collocavit.

De ſede epiſcopali Exon.

Ex vetuſto MS. in bl. Bodleiana [Med. 76.]

ANno illo quo tranſacti ſunt à nativitate Domini noſtri *Jeſu Chriſti* anni DCCCCV. miſit *Formoſus*, pontifex apoſtolicus *Romanæ* eccleſiæ, in terram *Anglorum* ad regem *Eaduuardum*, filium *Alfridi*, motus cum magna iracundia, & mandavit ei cum ſuis omnibus maledictionem contra benedictionem quam beatus papa *Gregorius* per ſanctum virum *Auguſtinum* genti *Anglorum* antea miſit, niſi cum epiſcopis inſtituiſſet deſtitutas parochias epiſcoporum ſecundùm antiquam traditionem quæ tradita eſt genti *Anglorum* à ſede ſancti *Petri* ; nam per ſeptem annos plenè deſtituta eſt regio *Jeuuiſſorum*, vel *Uueſt-Saxonum*, ab omni epiſcopo. Quo facto, congregavit *Eaduuardus* Rex ſynodum ſenatorum gentis *Anglorum*, in quo præſidebat *Plegmundus* archiepiſcopus, regi recitans & diſputans diſtricta verba apoſtolicæ legationis quam miſit beatus papa *Formoſus*. Tunc ſibi rex cum ſuis, & *Plegmundus* archiepiſcopus ſalubre conſilium invenerunt, aſſumentes ſibi dominicam ſententiam, *meſſis quidem multa eſt, operarii verò pauci* ; ſinguliſque tribubus *Jeuuiſſorum* (vel *Uueſt-Saxonum*) ſingulos conſtituere epiſcopos, & ſingulis epiſcopia conſtituêre, & quod dudum duo habuerunt in quinque diviſerunt. Acto illo conſilio, cum honorificis muneribus *Plegmundus* archiepiſcopus *Romam* rediit, apoſtolicum *Formoſum* cum magna humilitate placavit, regis decreta & ſeniorum regionis enuntiavit, quod & apoſtolico maximè placuit. Rediens ad patriam, in urbe *Dorobernia*, VII. epiſcopos VII. eccleſiis in uno die ordinavit : *Frytheſtanum* ad eccleſiam *Uuentanienſem*, *Athelſtanum* ad eccleſiam *Corvinenſem*, *Wærſtanum* ad eccleſiam *Scirabunenſem*, *Æthilhelmum* ad eccleſiam *Fontanienſem*, *Eadulfum* ad eccleſiam *Cridionenſem*. Inſuper addiderunt illi tres villas in *Cornubia*, quorum nomina **Polltun**, **Caelling**, **Landuuithan**, ut inde ſingulis annis viſitaret gentem *Cornubienſem* ad exprimendos eorum errores : nam antea, in quantum potuerant, veritati reſiſtebant, & non decretis apoſtolicis obediebant ; ſed & aliis provinciis conſtituit duos, *Auſtralibus-Saxonibus* virum idoneum *Beorneh* ordinavit, & *Mercionibus Coenuulfum* ad civitatem quæ dicitur **Dorceceaſter** : hoc ——-—— Sicque papa apoſtolicus in ſynodis eccleſiæ ſancti *Petri* concluſit, ut dampnaretur imperpetuum qui hoc ſalubre mutaret conſilium.

Anno verò dominicæ incarnationis Mxliij. loco xj. poſt *Eduuardum* prædictum, filium ſcilicet *Alfridi* regis, imperium totius *Anglorum* regni ſuſcepit *Edwardus*, filius *Athelredi* regis, die dominico



Exomenſis eccleſiæ cath: facies occidentalis.

The Weſt Proſpect of the Cathedrall Church of Exeter.

Parentalis ne pereat Pietas,
P.
Franciscus Englefeild
Baronettus.
44
Da: King sculp:

The North Proſpect of yͤ Cathedrall Church of Exeter.

Exonienſis Eccleſiæ Cathe-dralis, facies aquilonaris.


In honorem DEI, et Sanctæ Eccleſiæ, Inſigniſſimus ille Vir IOHANNES STAWELL Miles de balneo Monumentum hoc Pietatis aſſignavit.

Dan: King ſculpſit

45

minico Paſcæ id eſt iij. Non. Aprilis cum magno gaudio totius gentis *Anglicæ*, in *Uuintonia* civitate conſecratus. Tertio autem anno imperii ſui, id eſt anno Mxlvj. dominicæ incarnationis, dedit epiſcopatum *Cridionenſis* eccleſiæ, atque *Cornubienſis* provinciæ, capellano ſuo *Leofrico*, vita moribuſque modeſto; qui vir venerabilis accepto pontificatus honore dioceſim ſuam perluſtrans, populo ſibi commiſſo verbum Dei ſtudioſè prædicabat, clericos doctrina informabat, eccleſias non paucas conſtruebat, & cætera quæ officii ſui erant ſtrennè amminiſtrabat; cernens verò utramque provinciam dioceſis ſuæ, id eſt *Devenoniam* & *Cornubiam* piratarum barbarica infeſtatione ſepiùs devaſtari, cepit, divina, ut credimus, inſpiratione, diligenter meditari qualiter epiſcopalem cathedram *Cridionenſis* loci ad urbem *Exonicam* transferre poſſet. Et quia ſagaci animo proſpexit, hoc abſque *Romanæ* eccleſiæ auctoritate fieri non poſſe; miſſo illuc idoneo legato, id eſt *Landberto* presbitero ſuo, ad ſanctiſſimum papam *Leonem*, humiliter poſtulavit, quatinus, directis paternitatis ſuæ literis regem *Eduuardum* rogaret, ut de *Cridionenſi* villa ad urbem *Exonienſem* epiſcopalem ſedem tranſmigrare concederet; ubi, ab hoſtilitatis incurſu liber, tutiùs eccleſiaſtica officia diſponere poſſet. Apoſtolicus verò pontifex libenter rationabili ejus petitioni annuens, hujuſmodi literas regi *Eduuardo* direxit.

Leo *epiſcopus ſervus ſervorum Dei*, Eduuardo, Anglorum *regi ſalutem kariſſimam cum benedictione apoſtolica. Si bene habes & bene vales, inde non modicas domino* Jeſu Chriſto *referimus gratias, & hoc optamus ut ita luculenter poſſideas regni gubernacula, ut in æterna maneas tabernacula. Et quia audivimus te circa Dei eccleſias & eccleſiaſticos viros ſtudioſum & religioſum eſſe, inde multum gaudemus, & hoc ammonemus atque benignè rogamus, ut ita in Dei opere perſeverare ſtudeas, quatenus regi regum Deo placere valeas, atque cum illo in cœleſti regno permaneas. Notum itaque eſt noſtræ pietati qualiter* Leofricus *epiſcopus ſine civitate ſedem pontificalem tenet, unde multum miramur, non de illo ſolo, ſed & de omnibus illis epiſcopis qui talia agunt. Cum verò ad vos noſtrum miſerimus legatum, de aliis dicens, nunc autem de noſtro fratre jam dicto* Leofrico *præcipimus atque rogamus, ut propter domini & noſtri amoris cauſam adjutorium præbeas, ut à* Cridionenſi *villula ad civitatem* Exoniam *ſedem epiſcopalem poſſit mutare. Hæc & alia bona opera ita agere ſtudeas, ut à Chriſto domino æternum regnum adquirere valeas. Vale kariſſime ſemper in domino.*

His Rex literis cum magna devotione aſſenſum præbens, ilico dedit prædicto epiſcopo monaſterium ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Petri* apoſtoli in civitate *Exonia*, ut ibi epiſcopale ſolium conſtrueret, & poſt aliquot menſes illuc veniens Rex ipſe glorioſus, per brachium dextrum epiſcopum ducens, & nobiliſſima regina *Edgitha* per ſiniſtrum, in cathedram pontificalem in præfato monaſterio conſtituerunt, præſentibus ducibus, multiſque *Angliæ* proceribus.

Sicque venerabilis vir *Leofricus*, anno dominicæ incarnationis ML. indict. iij. cum magna gloria inthronizatus, primus epiſcopus factus eſt *Exonienſis* eccleſiæ, juſſuque regis Canonicos ibi conſtituit. Et quia locus ille terris, libris, omnibuſque ornamentis eccleſiaſticis pene deſpoliatus erat, (nam ex xxvj. terris qua rex religioſus *Æthelſtanus* illuc dedit vix una viliſſima remanſit, & tres codices, feretrumque reliquiarum) preſul ipſe de ſuis propriis multo tempore congregationem pavit, & cum maximo ſtudio, quantum potuit, locum illum reſtauravit & emendavit, datiſque illuc tribus proprietatis ſuæ terris augmentavit. Anno autem dominicæ incarnationis Mlxxj. epiſcopatus verò ſui anno xxvj. die quarto idus Februarii, ex hac erumnoſa vita ſubtractus, ſepultus eſt in cripta ejuſdem eccleſiæ, pro cujus animæ requie, pie lector non omittas orare.

De terris, ornamentis, veſtimentis, atque libris huic eccleſiæ à Leofrico *loci epiſcopo datis.*

Ex veteri MS. in bibl. *Bodl iana* [Med. 120.] fol. 1. a.

Her sƿutelaþ on þissere Cristes bec hƿæt Leofric B. hæfþ gedon innto sancte Petres mynstre on Exeanceastre ðær his bisceop-stol is. ꝥ is ꝥ he hæfþ geinnod ꝥ ær geutod ƿæs ðurh godes fultum. and ðurh his foresƿræce. ⁊ ðurh his gærsuma. ꝥ is ærest ꝥ lande æt Culmstoke. and ꝥ land æt Brancescumbe. and æt Sealtcumbe. ⁊ ꝥ land æt sancte Marian circean. and ꝥ land æt Stofordtune. and æt Sƿeartan ƿille. and ꝥ land æt Morceshille. and Sidefullan hiƿisc. ⁊ ꝥ land æt Brihtricestane. and ꝥ land æt Toppeshamme. ðeah ðe Harold hit mid unlage ut nam. ⁊ ꝥ land æt Stoce. ⁊ ꝥ land æt Sẏdebirig. ⁊ ꝥ land æt Niƿantune. ⁊ æt Norðtune. ⁊ ꝥ lande æt Clift þe ƿid hæfde ⁊

Ðonne is þis se eaca on landum ꝥ he hæfð of his agenum ꝥ mẏnster mid gegodode hor his hlaforda saplum ⁊ for his agenre. þam godes þeoƿum to bigleofan þe for heora saplum þingian sceolan. ꝥ is ærost ꝥ land æt Bæmtune. ⁊ æt Esttune. ⁊ æt Ceommenige. ⁊ ꝥ land æt Doflisc ⁊ æt Holacumbe. ⁊ æt Suðƿuda. ⁊ he ne funde þa he to þam minstre feng nan mare landes ðe ðider ẏnn geƿẏlde ƿære ðonne tƿa hida landes æt Ide. and ðæron næs orfcẏnnes nan mare buton vij. hruþeru ⁊

Ðonne ẏs þis seo oncnaƿennis þe he hæfþ god mid gecnaƿen ⁊ sanctum Petrum into þam halgan mẏnstre on ciriclicum madmum. ꝥ is. ꝥ he hæfþ þider ẏnn gedon II. B roda. ⁊ II. mẏccle gebonede roda. butan oþrum litlum silfrenum sƿur rodum. ⁊ II. mẏcele Cristes bec gebonede. ⁊ III. gebonede scrin. ⁊ I. gebonede altare. ⁊ V. silfrene caliceas. ⁊ IIII corporales. ⁊ I. silfrene pipe. ⁊ V. fulle mæssereaf. ⁊ II. dalmatica. ⁊ III. ƿistel roccas. ⁊ IIII. subdiacones handlin. ⁊ III. cantercæppa. ⁊ III. canterstafas. ⁊ V. pællene ƿeofod sceattas. ⁊ VII. brædelsas. ⁊ II. tæppedu. ⁊ III. bera scin. ⁊ VII. setl hrægel. ⁊ III. ricg-hrægel. ⁊ II. ƿahræft. ⁊ VI. mæsene sceala. ⁊ II. gebonede hnæppas. ⁊ IIII. hornas. ⁊ II. mẏcele gebonede candelsticcan. ⁊ VI. læssan candelsticcan gebonede. ⁊ I. silfren stor-cẏlle mid silfrenum storsticcan. ⁊

VIII. læflas. and II. guþfana. and I. merc*. and VI. mid reca †. and I. firdpæn. and I. cyrte. and þær næron ær buton VII. upp-hangene bella. and nu þær synd XIII. upp-hangene. and XII. hand-bella. and II. fulle mæsse bec. and I. collectaneum. and II. pistel bec. ⁊ II. fulle sang bec. ⁊ I. niht sang. and I. ad te leuam. ⁊ I. tropere. ⁊ II. salteras. ⁊ se þriddan saltere spa man singþ on Rome. ⁊ II. ymneras. ⁊ I. deorpyrðe bletsing boc. and III. oðre. and I. englisc Cristes boc. and II. sumer ræding bec. and I. pinter ræding boc. ⁊ regula canonicorum: and martyrlogium. and I. canon on leden. and I. scrift boc on englisc. and I. full spel boc pinteres and sumeres. and Boeties boc on englisc. and I. mycel englisc boc be gehpilcum þingum on leoðpisan geporht. and he ne funde on ðam mynstre ða he to feng boca na ma buton ane capitulare. and I. forealdodne niht-sang. and I. pistel boc. and II. forealdode ræding bec spiðe pake. and I. pac mæsse reaf. and ðus fela leden boca he beget inn to ðam mynstre. liber pastoralis. ⁊ liber dialogorum. ⁊ libri IIII. prophetarum. ⁊ liber Boetii de consolatione. ⁊ isagoge Porphirii. ⁊ I. passionalis. ⁊ liber Prosperi. ⁊ liber Prudentii de martyribus. ⁊ liber Ezechielis prophetæ. ⁊ Cantica canticorum. ⁊ liber Isaiæ prophetæ on sundron. ⁊ liber Isidori eþimologiarum. ⁊ passiones apostolorum. ⁊ expositio Bedæ super apocalipsin. ⁊ expositio Bedæ super VII. epistolas canonicas. ⁊ liber Isidori de nouo et uetere testamento. ⁊ liber Isidori de miraculis Christi. ⁊ liber Oserii. ⁊ liber Machabeorum. ⁊ glose Statii. ⁊ liber officialis Amalarii. ⁊ ofer his dæs he ann his capellam ðider binnan forð mid him silfum on eallum ðam ðingum þe he silf dide mid godes þeninge. on ꝥ gerad ꝥ þa godes þeopas þe þey binnan beo ðærfre his saple gemunon mid heora gebedum and mæsse-sangum to Criste. and to sancte Petre. and to eallum þam halgum þe ꝥ halige minstre is fore gehalgod. ꝥ his saple beo gode þe anfengre. ⁊ se ðe ðas gyfu ⁊ þisne unnan pille gode ⁊ sancte Petre ætbredan. is him heofna rice ætbroden. and si he ecelice geniþerod into helle pite ⁊

Idem Latinè *verſum.*

HIc oſtenditur in hoc *Chriſti* codice, quid *Leofricus* epiſcopus contulerit ſancti *Petri* monaſterio *Exceſtrenſi*, ubi ſedes ejus epiſcopalis eſt. Scilicet, quod ea recuperavit quæ antea alienabantur, Dei auxilio & ſuâ advocatione ac theſauro. Id eſt, primò fundum illum apud *Culmſtocam*, & fundum illum apud *Branceſcumbam*, & apud *Sealtcumbam*, & fundum illum apud S. *Mariæ* eccleſiam, & fundum illum apud *Stofordtunam*, & apud *Swearta* fontem *, & fundum illum apud *Morceſhillam*, & *Sidefullæ* familiam, & fundum illum ad *Brihtrici* lapidem, & fundum illum apud **Toppeſhamme**, quamvis eum *Haraldus* poſtea injuſtè ademerit, & fundum illum apud *Stocam*, & fundum illum apud *Sydeberiam*, & fundum illum apud *Niwantunam*, & apud *Northtunam*, & fundum illum apud *Cliftam* quem *Wido* habuit.

Hæc autem eſt augmentatio terrarum, quâ de proprio monaſterium illud ampliavit, pro domini ipſius animâ, & ſuâ; ad victum Deo ſervientium qui pro ipſorum animabus intercederent. Id eſt, primò, fundus ille apud *Bemtunam*, & apud *Eſtunam*, & apud *Ceomeneiam*, & fundus ille apud *Doſlicam*, & apud *Holacumbam*, & apud *Suthwudam*. Ipſe autem quando monaſterium ſuſcepit [*regendum*] non invenit fundi quid eidem loco ſubjecti plus duabus hidis apud *Idam*, & inibi haud plura erant pecora quàm ſeptem boves.

Hæc autem eſt remuneratio, quâ Deum agnovit (*i.* honoravit) & ſanctum *Petrum* apud ſanctum illud cœnobium in eccleſiaſticis theſauris. Videlicet, quod illuc introduxit duas cruces epiſcopales, & duas magnas cruces oſſeas, [*vel*, oſſe, ebore *fortè*, paratas] præter alias parvas cruces collares argenteas, & duos magnos *Chriſti* libros oſſeos*, [*vel*, ebore ornatos] & tria feretra [*vel*, ſcrinia] oſſea, & unum altare oſſeum, & quinque calices argenteos, & quatuor corporalia [*quibuſdam*, pulvinaria ſacroſancta, quibus *ſcilicet* panem imponunt conſecratum :] & unam fiſtulam argenteam, & quinque completa ad uſum miſſæ veſtimenta [*al.* veſtes ſacerdotales :] & duas dalmaticas, & tres tunicas epiſtolares [ab epiſtolas *ſc.* legentibus geſtari ſolitas :] & quatuor ſudiaconorum mantilia [*vulgò*, manutergia, *&* manipulos:] & tres cantorum pileos, & tres cantorum baculos [*vel*, virgas :] & quinque altaris pallia, & ſeptem ſtragulas, & duo tapeta, & tria coria urſina, & ſeptem ſcamnorum [*vel* ſedilium] tegmina [*vulgò*, bancalia :] & tria dorſalia [aulæa, *ſcil.* à tergo menſæ dominicæ ſuſpenſa :] & duo vela [*vel*, cortinas :] & ſex conchas faginas, & duos calices oſſeos, quatuor cornua, & duo magna candelabra oſſea, & ſex minora candelabra oſſea, & unum thuribulum argenteum, cum thuriaria ferula [*vel*, virgula] argentea, & octo aquiminaria [vaſa *ſc.* luſtralia :] & duo labara [*vel*, vexilla ſacra :] & unam menſam, & ſex arcas, & unum plauſtrum viaticum, & unam ciſtam. Erant autem antea niſi ſeptem campanæ ſuſpenſæ, nunc ſunt tredecim ſuſpenſæ præter duodecim tintinnabula. Item duo [*ſunt*] completa miſſalia [divinor. *ſcil.* officiorum libri :] & unum collectaneum [collectarum *ſc.* eccleſiaſticarum liber :] & duo epiſtolarum libri, & duo completi cantionum libri, & unus cantionis nocturnalis [*vulgò*, completorii] liber, & unus [*liber*] Ad te levavi [*dictus* :] & unum troparium, & duo pſalteria, & tertium pſalterium ſecundùm *Romanum* cantandi modum, & duo hymnorum codices [*al.* antiphonaria :] & unus pretioſus benedicendi codex, & tres alii, & unus *Anglicus Chriſti* liber, & duo

---

* Fortè, mere.

† Fortè, mider-ca,

* Quales erant hi, mihi ſatis eſt incertum : id autem eò magis quod hic inter ſacra utenſilia & ornamenta locum ſint ſortiti, ubi libror. nulla quidem mentio, qui per ſe poſtea recenſentur; ubi, inter alios, talis nominis liber : qualis autem vel ibi intelligendus, (cum nuſquam antea de eo legerim) plane neſcio : judicent alii. Fortè *de paſſione*, vel *miraculis Chriſti* : niſi quis malit, *Evangelium* ipſum. Obſtat interim idem huic ſcripturæ, ut in ejus initio, nomen datum. Doctiores adi.

* Fortè nigrum fontem.



Exonienſis eccleſiæ cath:
facies auſtralis.
The South Proſpect of the
Cathedrall Church of Exeter




a
g
Posteris, et præsentibus,
quibus curæ pristini ævi
memoriæ: Impensis
Solom: Bolton gen:

D. King sculp:

222



duo æſtivales lectionum libri, [*vulgò*, legendæ :] & unus hyemalis, & regula canonicorum,& martyrologium, & unus Canon *Latinus*, & unum confeſſionale [*vel*,confeſſionum formula] *Anglicum*,& unus completus homiliarum codex hyemalis & æſtivalis, & *Boetii* liber *Anglicus*, & unus magnus liber *Anglicus* omnino metricè deſcriptus. Porro, non invenit in illo monaſterio, quando id [*regendum*] ſuſcepit libros plures quàm unum capitulare, & unum pervetuſtum cantionis nocturnalis [*vulgò*, completorii] codicem, & unum epiſtolarum librum, & duas pervetuſtas legendas viliſſimas, & unum ad uſum ſacrorum vile veſtimentum [*vel*, veſtem ſacerdotalem.] Tot autem libros *Latinos* impetravit huic monaſterio, [*quorum nomina hic ſequuntur :*] Liber (*ſcil.*) paſtoralis & liber dialogorum, & liber quatuor prophetarum, & liber *Boetii* de conſolatione, & iſagoge *Porphirii*, & unus paſſionilis, & liber *Proſperi*, & liber *Prudentii* de martyribus, & liber *Ezechielis* prophetæ, & Cantica Canticorum, & liber *Iſaiæ* prophetæ,ſeorſim, & liber *Iſidori* etymologiarum, & paſſiones apoſtolorum, & expoſitio *Bedæ* ſuper apocalypſin, & expoſitio *Bedæ* ſuper ſeptem epiſtolas canonicas, & liber *Iſidori* de miraculis Chriſti,& liber *Oſerii**, & liber *Machabeorum*, & gloſſæ *Statii*, & liber officialis *Amalarii*. Et poſt dies ſuos [*vel*, obitum ejus] conceſſit ſuam capellam, ſimul cum ſeipſo eò transferendam, & omnibus ad Dei ſervitium pertinentibus quorum ipſe author (*vel*,donator) erat, eâ lege ut ſervi Dei inibi exiſtentes, ſemper in ſuis orationibus & miſſis animæ ejus ſint memores, apud *Chriſtum*, & apud ſanctum *Petrum*, & apud omnes Sanctos illos quibus ſacrum illud monaſterium conſecratur,ut anima ejus Deo ſit acceptior*. Et qui hæc dona, & hanc conceſſionem Deo & ſancto *Petro* abſtulerit, auferatur ei regnum cœlorum, & ad inferni cruciatus ſit in æternum depulſus.

**F. Oroſii.*

**Al. boni ſit capacior.*

De reliquiis ab Æthelſtano *rege collatis.*

Ibid.

HEr sputelað on ðisum geƿrite be ðam halgum reliquium þe Æþelsta se ƿurþfulla kyning geaf into sancta Marian and sancte Petres mynstre on Exancestre. gode to lofe. for his sawle alisednisse eallum þam þe þa halgan stoƿe gesecaþ and geƿurþiaþ to æcere hæle.

Witodlice se ilca kyning Æþelsta þa þa he æfter his fæder Eoƿarde cynerice onfenge. ⁊ þurh godes gife ana geƿeold ealles Englalandes þe ær him manege cyningas betƿix heom hæfdon. þa come he on sumne sæl hider to Exancestre. sƿa sƿa hit of soðfæstra manna sage gefyrn gesæd ƿæs. ⁊ he ongan smeagan ⁊ beahtian hƿæt him sælost ƿær 20 geforþienne of his cynelicum madmum gode to lofe and him silfum and his þeode to ecere þearfe ⁊

Se almihtiga god. þa þe eallum þam þe ƿel þencaþ simle is fultum and firþriend. gesende þam godan kyninge þone geþanc on ꝥ he mid þam geƿytendlicum madmum þa unateorienlican madmas begitan sceolde. he sende þa ofer se getriƿe men and gesceadƿise and hig ferdon sƿa ƿide landes sƿa hig faron mihton. and mid þam madmum begeaton þa deorƿurþestan madmas þe æfre ofer eorþan begitene mihton beon. ꝥ ƿæs haligdom se mæsta of gehƿilcum stoƿum ƿydan and sydan gegaderod. and hig þam foresædan cyning brohton. and se cyninge mid micelre blysse gode þæs ðancode ⁊

He bebead þa ꝥ man her on Exancestre. þær þær him ær god ðone nyttƿirþan geðanc on besende. mynster aræran sceolde. gode to ƿurþminte. and ðære heofenlican cƿene sancta Marian Cristes meder. and sancte Petre þære apostola ealdre. þone se ilca cyning him to mundboran gecoren hæfde. and he geald þider inn six and tƿentig cottlifa. and þone þryddan dæl þæs foresædan haligdomes þyder inn let don. his sawle to ecere alysednisse. and eallum þam to hylpe þe þa halgan stoppe þe se haligdom on is mid geleafan gesecaþ and ƿurðiaþ ⁊

Nu ƿille ƿe eoƿ segean butan alcere leasunge hƿæt se haligdom is þe her on þisum halgan mynstre is. and geƿritu forþ mid ðe gesƿuteliaþ butan alcere tƿeonunge hƿæt arra gehƿilc ðera haligdoma beo ⁊

Erost. of ðam sylfan deorƿyrþan treoƿe þære halgan rode ðe Crist on þroƿode and us ealle þæron of þæs deofles anƿalde alysde ⁊

Of drihtnes byrgene ⁊

Of þam gyrlan þe ure drihten silf on him hæfde þa þa her on ƿorulde betƿix mannum ƿæs ⁊

Of þare bynne þe ure drihten on læg þa he ƿæs of sancta Marian acenned ⁊

Of Jordane þe ure drihten ƿæs on gefullod ⁊

Of þam spere þe ures drihtenes halige syd ƿæs mid geopenod on þere rode ⁊

Of þam beode þe se hælend on uppan hine gereordode mid his tƿelf apostolum ⁊

Of þære dune Synay þær god anuppan atiƿde þam halgan Moyse and him þære ða ealdan æ gesƿutelode ⁊

Of ðam þorne-þifele þe ƿundorlice barn ⁊ ðeah ungeƿemmed ƿæs fram ælcere bærninge ða ða god silf of þare ilcan ðyrnam spræc ƿiþ ðone halgan Moysen ⁊

Of ðære dune þe ure ðrihten on uppan færde ⁊

Of ðære candele ðe godes engel ontende mid heofenlicum leohte æt ures drihtenes sepulchre on Easter æfen ⁊

Of ðam altare þe ure drihten silf gehalgode ⁊

Of þære stoppe þe ure drihten ƿæs on geeacnod ⁊

Of Oliuetes dune uppan þære se hælend hine gebæd gebigedum cneoƿum to his heofenlican fæder ær his ðroƿunge ⁊ æft of þere ilcan dune to heofenum astah ⁊

Of þam girlan ðære heofenlican hlæfdian sancta Marian ⁊

Of ðam heafode claþe ðære ilcan godes moder ⁊ of hire feaxe ⁊

Of sumere halignisse þe se heah engel

Michahel on eorþan gesƿutelode ⁊

Of sanctus Iohannes lichaman þæs fulluhteres ⁊ of his geƿædum ⁊

Of sanctus Petrus apostoles bende ⁊

Of sanctus Petres fexe. of sanctus Petrus gyrlan. of sanctus Paulus apostoles sƿurbane ⁊ of his claþon. of sanctus Andreas stafe ðæs apostoles ⁊

Of sanctus Iohannes claþon þæs apostoles ⁊ godspelleres þe ure drihten to þon sƿiþe lufode ꝥ he æt his gereorde uppan his breost hlinode. ⁊ ða ða he on ðære rode for us þrowode ða betæhte he þam ilcan Iohanne his dyrlinge sancta Marian his leofon modor ꝥ he hire begiman sceolde ⁊

Eac her is of ðam heofenlican mete ðe ƿæs funden on Iohannes byrgene þæs apostoles. of sanctus Barþolomeus heafde þæs apostoles. of sanctus Iacobes reliquion þæs apostoles ⁊

Of sanctus Stefanes heafde þæs forman Cristes martyres. ⁊ of his halgan blode. and of ðam stane þe he ƿæs mid oftorfod ⁊

Of sancto Oslamno þam martyre ðe ƿæs Petrus mæg ðæs apostoles ⁊

Of sanctus Laurentius reliquion ðæs æþelan martyres. ⁊ of ðam glædon þe he ƿæs mid for Cristes naman gebrædda ⁊

Of sancto Vincentio ðam dyacone and martyre. of sanctus Georgies banum þæs mæran Cristes cempan ⁊ martyres ⁊ Of sanctus Sebastiane ðam martyre manege ban ⁊

Of reliquion þæra tƿegra broþra ⁊ martyra Tyburtius ⁊ Ualerianes ⁊

Of sancto Urbane ðam papan ⁊ martyre ⁊ Of sancto Apollonare ðam B. ⁊ martyre ⁊ Of sancte Candides banum ðæs m. of sanctus Mauritius reliquion þæs m. of sancto Quintino þam m. of ðam martyrum Luciane ⁊ Maximiane. of S. Quirino. m.

Of S. Cornelio ðam papan ⁊ m. of S. Marcelle. of S. Petre ðam m. of sancto Iuliane ðam m. of reliquion S. Cyriaces þæs ƿurþfullan diacones ⁊ martyres ⁊

Of reliquion Cristantes ðæs m. ⁊ Darian ðæs mædenes. of sancto Genuarie ðam m. of sancto Christofore ðam m. of S. Vite ðam m. of ðam deorƿyrþum martyrum Crispine ⁊ Crispiniane ⁊ Of sanctus Nicasses reliquion ðæs m. of sancte Iuuenales reliquion ⁊ of his earme ⁊ Of S. Tiburtio ðam m. of S. Viuianes blode ðæs m. of þam martyre Generie ⁊ of S. Benignes banon þæs m. of S. Pancratio þam æþelan m. of sancto Desiderio ðam m. of S. Iusto ðam m. ⁊ of sancte Ladio ⁊ of S. Felice ðam papan ⁊ Of S. Cesaries banum ðæs martyres ⁊ of his claþon ⁊ Of S. Eustachie ðam m.

Of sanctus Eadƿardes rel. ðæs cyninges þe ƿæs unscyþþig acƿealde. ac hine siþþan Crist ƿurþode mid mænigfealdum tacnum ⁊

Eac her beoþ manegra martyra rel. þe on Hierusalem for Cristes naman ƿæron gemartyrode. of sancto Vitale ðam unoferswiþodan martyre. se ƿæs sƿa cucu for Cristes naman on eorþan bedolfen ⁊ ðær mid eorþan ⁊ stanum to deaþe ofþrowen. ac he lifaþ nu mid blisse on ðam heofenlican rodere. ⁊ eallum ðam ðe her on eorðan mid geleafan to him clypiaþ to Criste þingaþ ƿelƿillendlice ⁊

Her is eac sanctus Mauricies toþ ðæs eadigan martyres þe under Maximiane ðam casere for Cristes naman þrowode. ⁊ six þusend ⁊ six and sixtig martyra forþ mid him ðrowedon. þe ge ealle þurh his tyhtinge to ðam ƿuldorbeage martyrdomes becomon ⁊

Her sind eac þa reliquias þæra haligra confessorum. ꝥ is Cristes andetteras. þe ge forsegon þas sƿicolan ƿorulde and mid stiþre drohtnunge ꝥ heofenlice rice gearnodon ⁊

Erest of S. Martynes . reliquion þæs ƿuldorfullan B. se þe her on life betƿix manegum oþrum tacnum þri men of deaþe to life arærde mid his gebedum ⁊

Of sancto Siluestre ðam ƿurþfullan papan ⁊ Of S. Gregorie ⁊

Of S. Hieronime þam æþelan lareoƿe. se þe betƿix oþrum mænigfealdum bocum ðe he gedihte þa myclean bibliothecan. on ðære beoþ tƿa ⁊ hund seofentig boca. of Ebreiscre ⁊ of Greciscre to Ledene æþelice aƿende ⁊

Of reliquion S. Augustines þæs ƿisan ⁊ þæs snoteran B. se gedihte an þusend boca Criste to lofe ⁊ ealre Cristes gelaþunge to ecere nyttƿyrþnisse ⁊

Of sancte Germane þam apostolican ƿere. þe on ðisum lande ⁊ eac on oþrum landum gehƿær manege ƿundra þurh god geƿorhte ⁊

Of S. Basilius toþe ⁊ of his biscope stafe ⁊

Of S. Euurties lichaman þæs B. ðam atiƿde dextera Dei. ꝥ is godes sƿiþre. þa þa he mæssode ⁊ þa offrunge mid heofenlicre bletsunge gebletsode ⁊

Of S. Audoenes rel. of S. Medardes banum þæs B. Of sancto Crispino. of sancto Maurilie þam B. of S. Galle þam B. of sancto Lupo þam B. of S. Benedicte þam halgan abbude ⁊ Of S. Remigies rel. þæs deorwirþan B. þe ealle Francrice to Cristes geleafan gebigde. ⁊ of his keppan. ⁊ of his tunecan. ⁊ of his hæran þe he ƿerode ⁊

Of S. Annianes lichaman þæs halgan B. of S. Maximines lichaman C.

Of sanctus ƿulframnes rel. ðæs B. of sancto Crispo ⁊

Of S. Nicholaus rel. þæs arwesan ⁊ ðæs bencyþan B. ꝥ þurh godes mihte manege godnissa gehƿær kyþ on sæ ⁊ on lande þam þe him inƿerdlice mid geleafan on Godes naman to clypiaþ ⁊

Of S. Petroces banum. ⁊ of his fexe. ⁊ of his claðon ⁊

Of S. ƿinƿaloe þam Abbode. of S. ƿinande ðam B. of S. ƿernoco. of S. ƿigenoce. of S. Tutes hæron þæs B. of S. Odones rel. ðæs mæran B.

Of Iuuenales earme þæs B. of S. Dyonetes

tes earme ðæs B. of S. Irotemies earme Cristes andetteres. of S. Concanes heafde ⁊ of his earme. of S. Derignates rel. of S. Auites ribb ðæs B. of S. Melanies banon ðæs B. of S. ƿiþenoces lichaman ðæs B. of S. Valerianes rel. of S. Tuduale. of S. Simiones sepulchro. of þam stane þe S. Siluinus bær ðrira to Rome. of S. Siluines claþon. of S. Maioce. ⁊ S. Ermelane. of S. Liudgere þam B. of S. Sigebrane. of S. Marcelle þam deorƿirþan Cristes halgan ⁊ of S. Uiuiane 7

Of S. ƿulmare þane halgan Abbode. of S. Petrus reliquion þæs halgan dyacones. þe ƿæs S. Gregories leorning cniht þæs æþelan Papan þe us Engliscum mannum cristendom ⁊ fulluht hyder to lande asende 7

Eac her beoþ reliquiæ of manegum halgum fæmnum ⁊ of þam halgum Cristes mædenum þæ ge þurh godes gife þone ealdan deofol ⁊ ealle flæsclice unlustas ofers ƿiþdon. ⁊ sume þurh haliges lifes drohtnunge. sume þurh sigefæstne martyredome þam heofanlican brydguman Criste beoþ geþeodde 7

Erost of sancta Maria Magdalene fingerliþe. seo þe her on life ures drihtnes fet mid hire tearum aþƿoh. þæ ge ure drihten to þon sƿiþe lufode. ⁊ ƿurþode ꝥ he hire firmest atiƿan ƿolde þa þa he of deaþe aras 7

Of S. Elizabeþ. of S. Agaþ rel. of hire toþon sume IIII. ⁊ of hire haligrefte7

Of S. Iuliana þam halgan mædene þe on þam geƿinne hire martyrdomes sƿa sƿiþe ƿæs þurh þa godcundan gife gestrangod ꝥ heo þone deofol band ⁊ sƿang þe hire on þam cƿerterne to com 7

Of S. Cecilia þam æþelan mædene. of S. Agnete. of S. Praxide þam mædene. of S. Eugenia. S. Felicula ribb þæs halgan mædenes. of S. Margareta. of S. Lucia. of S. Mamilla. of S. Balþilde þære halgan cƿene. of S. Leonilla. of S. Gereþrude ðam æþelan mædene. of S. Genouefa rel. of S. Morenina. of S. Alfgiua þære halgan Cristes ðinene. seo ƿolde dæghƿamlice hire andettnissedon ær heo into cyrcan eode7

Of S. Satiuola þam bileƿitan mædene. seo ƿæs unscæþþiglice acqueald fram hire fæder mæd-mannum. ⁊ god ælmihtig siþþan æt hire byrgene gesƿutelode mænigfealde ƿundra7

Of S. Sigeburga. of S. ƿærburga. of S. Brigida hleorbane ðæs deorƿirþan mædenes ðe manige ƿundra her on life ðurh god geƿorhte ⁊ manegra manna heortan onlihte ðurh ða birne hire halgan drohtnunge 7

Id eſt.

Hîc oſtenditur in hoc ſcripto de ſacris reliquiis quas *Æthelſtanus* inclytus Rex dedit ſanctæ *Mariæ*, & ſancti *Petri* cœnobio apud *Exceſtriam*; ad Dei laudem, animæq; ſuæ redemptionem, omniumq; eorum qui ſacrum illum requirerent & honorarent locum ad æternam ſalutem.

Scilicet, idem rex *Æthelſtanus*, quando poſt patrem *Edwardum* regnum ipſe capeſſebat, & Dei gratiâ totius *Angliæ* monarchiam, quam ante eum nonnulli reges inter ſe diviſam habuerant, quodam tempore huc *Exceſtriam* (quod & veracium hominum fuerat ſuper eo vaticinium :) acceſſit, & meditari, ac conſilium inire cœpit, quid ſibi maximè conveniens, quod, de theſauris ſuis regalibus ad Dei laudem & populi ſui æternam utilitatem, erogaret.

Deus omnipotens, qui omnibus benè proponentibus ſemper eſt adjutor, & promotor, illam regi immiſit cogitationem, quà gazis ipſe tranſitoriis indeficientes impetrare valeret theſauros. Ipſe autem ultra mare viros miſit fideles & diſcretos, qui quam latè poterant terram peragrarunt, & gazis illis pretioſiſſimos acquiſiverunt theſauros, qui, ullo tempore uſquam terrarum acquiri poſſint, id eſt, reliquias præſtantiſſimas ex omni loco longè lateq; collectas, eaſq; dicto regi attulerunt ; rex autem multâ cum lætitia Deo propterea gratias egit.

Deinde præcepit, ut hîc *Exceſtriæ*, ubi Deus illam ſalubrem ei immiſit cogitationem, monaſterium extruerent, in honorem Dei, & cæleſtis reginæ divæ *Mariæ*, Chriſti genitricis, & S. *Petri* apoſtolorum principis, quem idem rex ſibi in patronum elegerat, & eò contulit viginti (*&*) ſex villas, item tertiam prædictarum reliquiarum partem illuc inferri fecit, in æternam animæ ſuæ redemptionem & eorum omnium auxilium qui ſacrum illum locum quo reliquiæ illæ inſunt, in fide requirerent & honorarent.

Nunc vobis edicere planè volumus, cujuſmodi ſint reliquiæ quæ hîc hoc ſancto inſunt monaſterio, & ſcriptum ſimul indubitanter oſtendet cujuſmodi fuerint reliquiarum ſingulæ.

Primò, de ipſo pretioſo ſanctæ crucis ligno in qua *Chriſtus* paſſus eſt, & nos omnes in ea à diaboli liberavit poteſtate.

De ſepulchro dominico.

De veſtimento quo Dominus ipſe noſter indutus eſt, quando hîc in mundo inter homines erat.

De præſepi ubi Dominus noſter jacebat quando natus erat de ſancta *Maria*.

De *Jordane* ubi dominus noſter erat baptizatus.

De lancea quâ Domini noſtri ſacrum latus aperiebatur in cruce.

De menſa ad quam Salvator ſeipſum cibavit cum duodecim apoſtolis.

De monte *Sinai*, cujus in vertice Deus apparuit ſancto *Moiſi*, & ipſi veterem ibidem manifeſtavit legem.

De rubo qui miraculosè conflagravit, minimè tamen ab igne læſus erat, quando Deus ex eopſe rubo ſancto *Moiſi* loquutus eſt.

De monte unde dominus noſter aſcendit.

De candela ab angelo Dei cœleſti lumine accenſâ apud Domini noſtri ſepulchrum in vigilia Paſchæ.

De altari quod Dominus noſter ipſe ſacravit.

De loco ubi dominus noſter natus fuit.

De montis *Oliveti* vertice, ubi Salvator ad patrem ſuum cœleſtem flexis genibus oravit ante paſſionem, & unde poſt cœlum aſcendit.

De veſtimento cœleſtis dominæ, ſanctæ *Mariæ*.

Ce capitali [*vel* velamine] ejuſdem Deiparæ, & de capillis ejus.

De re quadam ſacra quam *Michael* archangelus in terra manifeſtavit.

De ſancti *Johannis* baptiſtæ corpore, & veſtimento.

De ſancti *Petri* apoſtoli barba.

De ſancti *Petri* capillis. De ſancti *Petri* veſtimento. De ſancti *Pauli* apoſtoli collo *, & de ipſius veſte. De ſancti *Andreæ* apoſtoli baculo.

* Sax. *colli oſſe*, ſpinæ ſcilicet ſpondylis collum conſtituentibus.

De veſte ſancti *Johannis* apoſtoli & evangeliſtæ, quem Dominus noſter adeo amavit, ut inter cœnandum in pectus ejus diſcubuerit; & quando in cruce pro nobis paſſus eſt, eidem *Johanni* corculo ſuo ſanctæ *Mariæ*, matris ſuæ dilectæ, curam commendarit.

Item hîc eſt cœleſtis cibi [*quid*] in ſepulchro *Johannis* apoſtoli reperti. Sancti [*etiam*] *Bartholomæi* apoſtoli capitis. Sancti [*etiam*] *Jacobi* apoſtoli reliquiæ quædam.

Capitis etiam ſancti *Stephani* protomartyris Chriſti, & ſacri ipſius ſanguinis, lapidum etiam quibus fuit lapidatus.

Sancti [*etiam*] *Oſlamni* martyris, *Petri* apoſtoli cognati.

Sancti [*etiam*] *Laurentii* nobilis martyris reliquiarum pars, carbonum etiam quibus pro Chriſti nomine torrefactus fuit.

Sancti etiam *Vincentii* diaconi & martyris. Divi *Gregorii* illuſtris Chriſti militis & martyris oſſium pars. Sancti *Sebaſtiani* martyris oſſa quamplurima.

Reliquiarum [*etiam*] duorum fratrum & martyrum, *Tiburtii* & *Valeriani*.

Sancti *Vrbani* papæ & martyris. Sancti *Apolinaris* epiſcopi & martyris.

Oſſium [*etiam*] ſancti *Candidi* martyris. Reliquiarum [*etiam*] ſancte *Mauritii* martyris. Sancti *Quintini* martyris. *Luciani* & *Maximiani* martyrum. Sancti *Quirini* Martyris.

Sancti *Cornelii* papæ & martyris. Sancti *Marcelli*. Sancti *Petri* martyris. Sancti *Juliani* martyris. Reliquiarum [*etiam pars*] ſancti *Cyriaci* inſignis diaconi & martyris.

Reliquiarum [*etiam quædam*] *Criſantis* martyris, & *Dariæ* virginis. Sancti *Gervaſii* martyris. Sancti *Chriſtophori* martyris. Sancti *Vitæ* martyris. Pretioſorum martyrum *Criſpini* & *Criſpiani*. Sancti *Nicaſti* martyris reliquiæ [*quædam.*] S. *Juvenalis* reliquiæ, & brachii ejus quid. Sancti *Tiburtii* martyris. Sancti *Viviani* martyris ſanguinis quid. Sancti *Ereſii* martyris. Sancti *Benigni* martyris oſſa quædam. Sancti *Pancratii* nobilis martyris oſſium & veſtium pars. Sancti *Euſtachii* martyris.

Sancti *Eadwardi* regis reliquiæ quædam, qui injuſtè occiſus fuit; Chriſtus autem eum poſtea ſignis multiplicibus honoravit.

Item hîc multorum martyrum ſunt reliquiæ qui *Hieroſolymæ* pro *Chriſti* nomine martyrium paſſi ſunt: S. (*ſcil.*) *Vitalis* martyris invicti, qui vivus pro *Chriſti* nomine, terrâ fuit infoſſus, ibiq; terra & lapidibus obrutus; veruntamen in cœleſti firmamento lætus nunc vivit, & pro omnibus eum hîc in terrâ ex fide invocantibus apud *Chriſtum* intercedit benevolè.

Hîc eſt etiam ſancti *Mauricii* beati martyris dens, qui ſub *Maximiano* Imperatore pro *Chriſti* nomine paſſus eſt, & ſex mille & ſexaginta ſex martyres ſimul cum eo paſſi ſunt, quorum ſinguli ſuaſu ipſius martyrii coronidem adepti ſunt.

Hæ ſunt etiam reliquiæ ſanctorum *Chriſti* confeſſorum, qui huic falaci mundo renunciarunt, auſtera converſatione regnum cœleſte promeruerunt.

Primò, ſancti *Martini* glorioſi epiſcopi reliquiæ, qui dum vixit, inter alia ſigna quamplurima, tres homines de morte ad vitam orationibus ſuis ſuſcitavit.

Sancti *Silveſtri* venerabilis papæ. Sancti *Gregorii*.

Sancti *Hieronymi* inſignis doctoris, qui, inter multiplices alios quos compoſuit libros, magnam Bibliam, in qua ſeptuaginta duo continentur libri, de *Hebraico* & *Græco* in *Latinum* eximiè tranſtulit.

Reliquiæ quædam Sancti *Auguſtini* ſapientis & prudentis epiſcopi; ſcripſit ille mille libros, ad laudem *Chriſti*, & ad univerſæ *Chriſti* eccleſiæ utilitatem æternam.

Sancti *Germani*, viri apoſtolici, qui in hac, & aliis terris paſſim, multa Dei auxilio fecit miracula.

Dentis ſancti *Baſilii*, & baculi ejus paſtoralis.

Corporis ſancti *Euurtii* epiſcopi, cui dextra Dei quando miſſam celebravit apparuit, & oblationi [*vulgò*, offertorio] cœleſti benedixit benedictione.

Sancti *Audoeni* reliquiæ quædam. Sancti *Medardi* epiſcopi oſſa quædam. Sancti *Criſpini*. Sancti *Maurilii* epiſcopi. Sancti *Galli* epiſcopi. Sancti *Lupi* epiſcopi. Sancti *Benedicti* abbatis pii. Sancti *Remigii* pretioſi epiſcopi, qui univerſam *Francorum* gentem ad fidem convertit chriſtianam, reliquiæ, quin & pilei ejus, tunicæ, & cilicii quo fuerit indutus.

Sancti *Anniani* epiſcopi pii corporis quid. Sancti *Maximini* corporis quid C. Sancti *Wulframni* epiſcopi, reliquiæ quædam. Sancti [*etiam*] *Criſpi*.

Sancti *Nicholai*, pii & orandi facultate præſtantis epiſcopi, reliquiæ quædam, qui Dei adjutorio [*vel*, virtute,] plurima ubiq; terra mariq; contulit beneficia eum internè ex fide in Dei nomine invocantibus.

Oſſium capillorum & veſtium S. *Petroci*.

Sancti *Winwalci* abbatis. Sancti *Winardi* epiſcopi. Sancti *Wernoci*. Sancti *Wigenoci*. Cilicii (*quid*) Sancti *Tuti* epiſcopi. Sancti *Odonis* inſignis epiſcopi reliquiæ quædam. Brachii ſancti *Juvenalis* epiſcopi. Brachii ſancti *Dyoneti* epiſcopi. Capitis & brachii ſancti *Conocani*. Sancti *Deſignati* reliquiæ. Sancti *Avitis* epiſcopi coſta. Sancti *Melanii* epiſcopi oſſa quædam. S. *Withenoci* epiſcopi corporis quid. Sancti *Valeriani* reliquiæ quædam. Sancti *Tuduali*. S. *Simeonis* ſepulchri quid. Lapidis quid à ſancto *Silvino Romam* ter delati. Sancti *Salvini* veſtimenta quædam. Sancti *Majoci* & ſancti *Ermelani*. Sancti *Luidgeri* epiſcopi. Sancti *Sigebrani*. Sancti *Marcelli*, pretioſorum *Chriſti* ſanctorum, & ſancti *Viviani*.

Divi *Wulmari* ſancti abbatis. Divi *Petri* ſancti diaconi reliquiæ quædam, *Gregorii* ſcilicet papæ magnifici (qui nobis *Anglis* Chriſtianiſmum & baptiſmum in hanc terram tranſmiſit) diſcipulus.

Hîc ſunt etiam quamplurium ſanctarum fœminarum, & ſanctarum *Chriſti* virginum reliquiæ, quæ Dei gratiâ veterem diabolum, & omnes carnales ſubjugarunt libidines; quarum quædam pia vitæ converſatione, quædam autem glorioſo martyrio, cœleſti ſponſo, *Chriſto* conjunguntur.

Primò ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* digitus, quæ vivens Domini noſtri pedes lacrymis ſuis lavavit, quam Dominus noſter adeo amavit, & honoravit, ut ipſi primùm apparere voluerit, quando de morte ſurrexit.

De ſancta *Elizabetha*. Sanctæ *Agathæ* reliquiæ, dentium (*ſcilicet*) ſuorum quatuor, & veli ſui ſacroſancti quid.

De diva *Juliana*, virgine ſancta, quæ in martyrii certamine Dei gratiâ adeo erat roborata, ut diabolum ad eam carcerem incluſam accedentem ligaret & verberaret.

De ſancta *Cecilia* nobili virgine. De ſancta *Agnete*. De ſancta *Praxide* virgine. De ſancta *Eugenia*. Divæ *Feliculæ* ſanctæ virginis coſta. De ſancta *Margareta*. De ſancta *Lucia*. De ſancta *Mamilla*. De ſancta *Balthilda* pia regina. De ſancta *Leonilla*. De ſancta *Gerethruda* nobili virgine. Sanctæ *Genovefæ* reliquiæ. De ſancta *Morenna*. De ſancta *Algiva*, pia *Chriſti* famula, quæ quotidie ſuam abſolvere curavit confeſſionem antequam eccleſiam intraret.

De ſancta *Sativola* manſueta virgine, quæ inſons occiſa fuit à patris ſui mercenariis: Deus autem omnipotens poſtea apud ejus ſepulchrum multiplicia oſtendit miracula.

De ſancta *Sigeburga*. De ſancta *Werburga*. Sanctæ *Brigidæ* pretioſæ virginis maxilla, quæ quamplurima miracula dum vixit Dei auxilio fecit, & multorum hominum corda ſanctæ ſuæ converſationis illuminavit exemplo.

Charta Henrici *regis tertii, priorum regum chartas recenſentis & confirmantis.*

Cart. de 2. 55. H. 3. n.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, & dux *Aquitanniæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, præpoſitis, miniſtris & omnibus ballivis & fidelibus ſuis, ſalutem. Inſpeximus cartam *Æthelredi* quondam regis *Angliæ* factam Deo & eccleſiæ beati *Petri Exoniæ* in hæc verba.

Vide cart. 36. Ed. 3. memb. 12.

“Rector altipolorum culmine atq; architector ſummæ fabricæ æthereæ aulæ ex nihilo quidem cuncta creavit, celumq; ſcilicet & terram & omnia quæ in eis ſunt; candida quidem angelica agmina, ſolem, lucidaq; aſtra & cætera quæ ſuper firmamento ſunt, mundi autem fabricam inenarrabili diſponens ordine, ut *Geneſis* teſtatur, & hominem ſexto die formavit ad ſimilitudinem ſuam, *Adam* videlicet, quadriformi plaſmatum materia; unde nunc conſtat genus humanum, quæ in terris moratur, & ima terræ larvarica latibula, ubi & *Lucifer* cum decimo ordine per ſuperbiam de cœlo ruit. Sed & hoc invidet peſtifer *Chelidrus*, protaplaſtum à Deo conditum intellexerat ut hoc impleret, à quo ipſe miſer cum ſatelliti illius de cœlo projecti ſunt. Heu quidem boni creati ſunt, ſed miſerabiliter decepti. Ideo invidus *Zabulus* totis viribus homini invidet, ſuadet mulieri, mulier viro; per ſuaſionem atque per inobedientiam ambo decepti ſunt fraudulenter per guſtum pomi ligni vetiti, atque amœnitate paradiſi dejecti ſunt in hoc ærumnoſo ſeculo, & lethum ſibi ac poſteris ſuis promeruerunt, atque in tetrum abyſſi demerſi ſunt. Sed hoc miſericors & piiſſimus pater indoluit perire tamdiu nobilem creaturam, ſui imaginem, miſertus eſt generi humano, miſit nobis in tempore, id eſt, poſt quinque millia annorum, proprium filium ſuum, ut mundum perditum iterum renovaret, & ſicut mulier genuit mortem in mundo, ita per mulierem enixa eſt nobis vita in mundo; & ſicut per delictum *Adæ* omnes corruimus, ita per obedientiam *Chriſti* omnes ſurreximus: & ſicut mors per lignum introivit, ita & vita per lignum ſanctæ crucis venit & antiquum inimicum ſuperavit, & fortis fortem alligavit & in imo baratro retruſit. Juſtè periit qui injuſtè decepit, atque omnes antiquas turmas à fauce peſſimi leonis eripuit, & ovem perditam in humeris poſuit, & ad antiquam patriam reduxit, & decimum ordinem implevit.

“Unde ego *Æthelredus*, compunctus Dei miſericordia, totius *Albionis* ceterarumque gentium triviatim perſiſtentium baſileus, dum plerumqne cogitarem de hujus ſeculi caduci rebus tranſitoriis, quomodo ſuperni arbitris examine, *cuncta quæ videntur vana ſunt, & quæ non videntur æterna*, & cum tranſitoriis rebus perpetua præmia adquirantur. Qua de re nunc patefacio omnibus Catholicis, quod cum concilio & licentia epiſcoporum ac principum & omnium optimatum meorum, pro amore Domini noſtri Jeſu Chriſti, atque ſancti confeſſoris *Germani*, necnon & beati eximii *Petroci*, pro redemptione animæ meæ, & pro abſolutione criminum meorum, donavi epiſcopium *Ealdredi* epiſcopi, id eſt, in provincia *Cornubia*, ut libera ſit eique ſubjecta omnibuſque poſteris ejus, ut ipſe gubernet atque regat ſuam parochiam ſicuti alii epiſcopi qui ſunt in mea ditione, locuſque atque regimen ſancti *Petroci*, ſemper in poteſtate ejus ſit ſucceſſorumque illius. Itaque omnium regalium tributorum libera ſit atque laxata, vi exactorum, operum, pœnalium cauſarum, necnon & furum comprehenſione, cunctaque ſeculi gravedine, abſq; ſola expeditione atque libera perpetualiter permaneat.

“Quicumque ergo hoc augere atque multiplicare voluerit, amplificet Deus bona illius in regione viventium, paceq; noſtra conglutinata vigens & florens atque inter agmina beatitudinis tripudia ſuccedat qui noſtræ donationis muneri conſentiat. Si quis verò tam epilenticus philargyriæ ſeductus amentia, quod non optamus, hanc noſtræ elemoſinæ dapſilitatem auſu temerario infringere temtaverit, ſit ipſe alienatus à conſortio ſanctæ Dei eccleſiæ, necnon & à participatione ſacroſancti corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti, filii Dei, per quem totus terrarum orbis ab antiquo humani generis inimico liberatus eſt, & cum *Juda*, Chriſti proditore, ſiniſtra in parte deputatus; ni prius hîc digna ſatisfactione humilis pœnituerit quod contra ſanctam Dei eccleſiam rebellis agere præſumpſit, nec in vita hac practica veniam nec in theorica requiem apoſtata obtineat ullam, ſed æternis baratri incendiis truſus jugiter miſerrimus crucietur.

994. “Anno dominicæ incarnationis DCCCCxciiij. indictione vij. ſcripta eſt hæc cartula à venerabili archiepiſcopo *Sigerico*, *Dorobornenſis* eccleſiæ, hujus munificentiæ cyrographa.

“Hiis teſtibus conſentientibus quorum inſerius nomina decuſatim domino diſponente caraxantur.

“Ego *Athelredus*, *Britanniæ* totius *Anglorum* monarchus, hoc agyæ crucis caumate roboravi.

“Ego *Sigeric Dorobornenſis* eccleſiæ archiepiſcopus, præfati regis benevolentiæ lætus conſenſi. Ego *Alfuh* præſul, canonica ſubſcriptione manu propria hylaris & triumphans ſubſcripſi. Ego *Ealdred*, plebis Dei famulus, jubente rege ſignum ſanctæ crucis plaudens impreſſi. Ego *Alfwod* pontifex, agyæ crucis teſtitudine intepidus hoc donum lepidiſſimè roboravi. Ego *Ordbricht* legis Dei cataſcopus, hoc eulogium propria chyra devotus conſolidavi. Ego *Ælrich* epiſcopus *Wiltanæ* civitatis conſenſi & ſubſcripſi. Ego *Wulfryc* epiſcopus *Shireburnenſis* eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi.

“Ego *Athelwerd* dux. Ego *Ælfric* dux. Ego *Leofric* dux. Ego *Leofwine* dux. Ego *Leofric* abbas. Ego *Ealfred* abbas. Ego *Ælfric* abbas. Ego *Brichtelm* abbas. Ego *Athelwin* miniſter. Ego *Alfric* miniſter. Ego *Alfwine* miniſter. Ego *Leofwyne* miniſter. Ego *Oſulf* miniſter.

Inſpeximus etiam chartam *Chnuti* quondam regis *Angliæ* factam Deo & eidem eccleſiæ in hæc verba.

“Rector altipolorū culmine atq; architector ſummæ fabricæ æthereæ aulæ ex nihilo quidem cuncta creavit, cœlum ſcilicet & terram & omnia quæ in eis ſunt, candida quidem angelica agmina, ſolem, lunam, lucidaque aſtra & cætera quæ ſuper firmamento ſunt; mundi autem fabricam inenarrabili diſponens ordine ut *Geneſis* teſtatur, & hominem ſexto die formavit ad ſimilitudinem ſuam, *Adam* videlicet quadriformi plaſmatum materia. Unde nunc conſtat genus humanum & ima terra larvarica latibula, ubi & *Lucifer* cum decimo ordine per ſuperbiā de cœlo ruit. Sed & hoc invidet peſtifer *Chelidrus*, prothoplaſtum à Deo conditum intellexerat ut hoc impleret à quo ipſe miſer & ſatellites illius de cœlo projecti ſunt. Heu quidem boni creati ſunt, ſed miſerabiliter decepti, ideoque invidus *Zabulus* totis viribus homini invidet, ſuadet mulieri, mulier viro; per ſuaſionem atque per inobedientiam ambo decepti ſunt fraudulenter per guſtum pomi ligni vetiti, atq; æmœnitate paradyſi dejecti ſunt in hoc ærumpnoſo ſeculo, & lethum ſibi & poſteris ſuis promeruerunt, atque in tetrum abyſſi demerſi ſunt. Sed hoc piiſſimus pater indoluit perire tandiu nobilem creaturam ſui imaginem, miſertus eſt generi humano, miſit nobis in tempore, id eſt, poſt quinque millia annorum, proprium filium ſuum ut mundum perditum iterum renovaret, ut ſicut mulier genuit mortem in mundo, ita per mulierem enixa eſt nobis vita in mundo. Et ſicut per delictum *Adæ* omnes corruimus, ita per obedientiam *Chriſti* omnes ſurreximus; & ſicut mors per lignum intravit, ita & vita per lignum ſanctæ crucis venit & antiquum inimicum ſuperavit, & fortis fortem alligavit, & in imo baratro retruſit. Juſtè periit qui injuſtè decepit; atque omnes antiquas ſanctas turmas à fauce peſſimi leonis eripuit, & ovem perditam in humeris poſuit, & ad antiquam patriam reduxit, & decimum ordinem implevit.

“Unde ego *Cnhut* rex *Anglorum* cæterarumq; gentium perſiſtentium in circuitu, patefacio omnibus hanc cartulam legentibus & auſcultantibus, quod *Athelredus* dux revelavit mihi, quod mei Præpoſiti in *Devena* provincia imponebant jugum ſervitutis prædiis ſanctæ eccleſiæ Dei & ejus genitricis *Mariæ* omniumque Sanctorum quæ eſt in *Exceſtria*, diruto monaſterio à paganis & crematis privilegiis quæ antiqui reges conceſſerant ſupradicto cœnobio. Quamobrem ego *Cnhut* Deo favente totius *Albionis* primicerius, pro petitione ſupradicti ducis, & pro remedio animæ meæ, mearumque culparum emendatione, atque incolumitate mei regni, hanc cartulam concedo *Athelwoldo* abbati, ejuſque fratribus ut ſuis ſucceſſoribus in prædicto monaſterio commorantibus, ad perpetuam libertatem, & liberum permaneat ipſum monaſterium cum omnibus prædiis illi conceſſis, & cum omnibus rebus ad eum ritè pertinentibus, id eſt, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, venationibus, piſcariis, ab omni regali & ſeculari gravedine majori aut minori, exceptis aſſiduis orationibus, niſi ſola expeditione, & pontis conſtructione. Et ſi aliquid pro expeditione aut pro aliquo regali tributo reddatur, detur monaſterio.

“Quicumque ergo hoc donum vel hanc noſtram libertatem augere vel multiplicare voluerit, amplificet Deus bona illius in regione viventium, paceque noſtra conglutinata vigens & florens, atque inter agmina beatitudinis tripudia ſuccedat qui noſtræ donationis muneri conſentiat. Si quis verò tam epilenticus phylargyriæ ſeductus amentia, quod non optamus, hanc noſtræ elemoſinæ dapſilitatem auſu temerario infringere tentaverit, ſit ipſe alienatus à conſortio ſanctæ Dei eccleſiæ, necnon & à participatione ſacroſancti corporis & ſanguinis *Jeſu Chriſti* filii Dei per quem totus terrarum orbis ab antiquo humani generis inimico liberatus eſt, & cum *Juda*, *Chriſti* proditore, ſiniſtra in parte deputatus, niſi prius hîc digna ſatisfactione humilis pœnituerit quod contra ſanctam Dei eccleſiam rebellis agere præſumpſerit, nec in vita hac practica veniam, nec in theorica requiem apoſtata obtineat ullam, ſed æternis baratri incendiis jugiter miſerrimus crucietur. Anno dominicæ incarnationis Mxix. indictione ſecunda, ſcripta eſt hujus munificentiæ ſingrapha. Hiis teſtibus conſentientibus quorum inſeriùs nomina, ſecundùm uniuſcujuſque dignitatem utriuſque ordinis decuſatum, domino diſponente, caraxantur.

“ ✠

“✠ Ego *Cnbut*, *Britanniæ Anglorum* monarchus hoc caumate donum agyæ crucis roboravi. ✠ Ego *Lyving*, *Dorovernenſis* baſilicæ primas huic regali dono aſſenſum præbui. ✠ Ego *Wilfſtan*, *Eboracenſis* baſilicæ archipontifex ſignum ſanctæ crucis lætus impreſſi. ✠ Ego *Alwig* epiſcopus conſenſum præbui. ✠ Ego *Godwyne* epiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Edſwyne* epiſcopus adquievi. ✠ Ego *Leoſſige* epiſcopus annui. ✠ Ego *Ælſige* epiſcopus aſſenſi. ✠ Ego *Brichtwolf* epiſcopus juſſi. Ego *Athelſtan* epiſcopus roboravi. ✠ Ego *Athelwine* epiſcopus præbui. ✠ Ego *Eadnod* epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego *Brutbwolf* epiſcopus impreſſi. ✠ Ego *Hurcwild* dux. ✠ Ego *Hacun* dux. ✠ Ego *Leowine* dux. ✠ Ego *Haſdan* dux. ✠ Ego *Yric* dux. ✠ Ego *Æthelred* dux. ✠ Ego *Milaf* dux. ✠ Ego *Godwine* dux. ✠ Ego *Haram* dux. ✠ Ego *Sybrod* dux. ✠ Ego *Brithrig* abbas. ✠ Ego *Ælfſige* abbas. ✠ Ego *Ælfſtan* abbas. ✠ Ego *Ælbere* abbas. ✠ Ego *Leofric* abbas. ✠ Ego *Athelwold* abbas. ✠ Ego *Germanus* abbas. ✠ Ego *Ætheric* abbas. ✠ Ego *Ava* abbas. ✠ Ego *Athelwine* abbas. ✠ Ego —— abbas. ✠ Ego *Ælnod* abbas. ✠ Ego *Filnod* abbas. ✠ Ego *Elwine* miniſter. ✠ Ego *Haldan* min. ✠ Ego *Sweſa* min. ✠ Ego *Leofric* min. ✠ Ego *Ælfgar* miniſter. ✠ Ego *Odda* min. ✠ Ego *Athig* miniſter. ✠ Ego *Ædthig* min. ✠ Ego *Offerd* miniſter. ✠ Ego *Leoſſige* miniſter. ✠ Ego *Eadſith* miniſter. ✠ Ego *Ælfgat* miniſter. ✠ Ego *Ælfrich* miniſter. ✠ *Adelmar* miniſter. ✠ *Eadwyne* miniſter. ✠ *Leofnod* miniſter. ✠ *Wulſighe* miniſter. ✠ *Eadwig* miniſter. ✠ *Wyne* miniſter. ✠ *Aelna* miniſter. ✠ *Atheline* miniſter. ✠ *Sewlf* miniſter. ✠ *Aelfric* miniſter. ✠ *Sodda* miniſter. ✠ *Athelnod* miniſter. ✠ *Athelmar* miniſter. ✠. Inſpeximus etiam cartam beati *Edwardi* quondam regis *Angliæ* factam prædictæ eccleſiæ in hæc verba.

“Igitur cum univerſa in ſapientia à Deo bene condita ſint,videlicet,cœlum arvum & quæ in eis continentur, dignum quippe æquumque dinoſcitur fore, quanquam impoſſibilitas ægre humanitatis humanos actus plurimis calamitatibus conturbet,quod nos qui rectos hominum à Deo conſtituti dicimur, inſtinctu ſupernæ clementiæ, juxta modulum noſtræ cenſuræ prudenter æquitatem civilis exquirere ſtudeamus ſcientiæ, atque præcipuè res eccleſiaſticas benignè diſcutiendo tractare, & ea quæ cernuntur noſtris non æqua obtutibus rectiùs conſtituere, ſicque ſancita ad perfectum innocentiæ ſive utriuſque vitæ corroborando gubernare. Equidem glorioſum eſt nimiumque laudabile deſtructas ædes ſanctorum locorum ad divinum adminiculum expoſcendum reædificare, ſacraque altaria venuſtis velis cum nitore pii cordis velare, & unamquamque nocturnam ſive diurnam ſynaxim innovatis modulis reſonare. Quapropter, ego *Edwardus* Dei gratia *Anglorum* Rex, conſilio imbutus bonæ voluntatis quam Ita MS. promiſſum eſt mihi, juxta quod præcipitur in divinis decretis,cathedram pontificalem conſolidare *Exoniæ* civitatis in monaſterio beati *Petri* apoſtolorum principis, quod eſt ſitum infra mœnia ejuſdem urbis, auctoritate ſuperni regis, mea meæque conjugis *Eaditha* ac univerſorum epiſcoporum ducumque meorum per hoc privilegium teſtamenti atque cautionem chyrographi in perpetuo tempore conſtituo & præſulem *Leofricum*, ut ſit ibi pontifex & poſt illum cæteri affuturi, ad laudem & gloriam ſanctæ & individuæ Trinitatis, patris & filii & ſpiritus ſancti,& ad honorem ſancti *Petri* apoſtoli. Dono etiam omnes poſſeſſiones ad eundem locum pertinentes quæcumque ſint, tam in ruribus quam in paſcuis,pratis,ſilvis,aquis,liberis,ſervis, ancillis, legibus,cenſu,pagis, Deo ſanctoque *Petro* fratribuſque canonicis ibi ſamulantibus,ut habeant jugiter ſubſidium ubertim corporis quo valeant Chriſto militare ſine ulla moleſtia animi. Hoc autem notum Domino in primis *Leoni* facio, ipſiuſque atteſtatione confirmo, deincepſque cunctis *Anglorum* magnatibus, quod *Cornubienſis* diocesis quæ olim in beati *Germani* memoria atque *Petroci* veneratione epiſcopali ſolio aſſignata fuerat, ipſam cum omnibus ſibi adjacentibus parochiis, terris, villis,opibus, beneficiis, ſancto *Petro* in *Exonienſi* civitate trado,ſcilicet ut una ſit ſedes epiſcopalis unumque pontificium & una eccleſiaſtica regula propter paucitatem atque devaſtationem bonorum & populorum quam piratici *Cornubienſes* & *Cridutunnenſes* eccleſias devaſtare poterant, ac per Ita MS. hoc in civitate *Exoniæ* tutiorem munitionem adverſus hoſtes habere viſum eſt. Et ideo ibi ſedem eſſe volo, hoc eſt in *Cornubia* cum ſuis eccleſiis & *Devenonia*, cum ſuis ſimul in uno epiſcopatu ſint & ab uno epiſcopo regantur. Ita hoc privilegium ego *Edwardus* rex manu mea ſuper altare ſancti *Petri* pono, & præſulem *Leofricum* per dextrum brachium ducens, meaque Regina *Eaditha* per ſiniſtrum, in cathedra epiſcopali conſiſto,præſentibus meis ducibus & conſanguineis nobilibus,necnon capellanis,& affirmantibus,laudantibuſq; archiepiſcopis *Eadſino* & *Alfrico*,cum cæteris aliis quorum nomina deſcribuntur in meta hujus cautionis.

“Enimvero ſi quis hoc teſtamentum privilegii affirmare poſt meum vitæ tranſitum & bona eccleſiæ augere tuendo voluerit, augeat omnipotens Deus dies vitæ ejus atq; centuplicato fructu nonodecimo coronet eum æterno præmio in gaudio æthereo. Si autem,quod abſit,aliquis compilator fraudis,vel cavillator fautoris veneno fomitatus inique cupidinis hanc cautionem ſeu decretum hujus epiſcopii deſtituere aut permutare contemnendo preſumpſerit,vel ejuſdem minuere, vel detrahere ſubſtantiam tentaverit, æternis mancipatus habenis cum diabolo ejuſque miniſtris ſit ſeparatus à Chriſto ipſiuſque ſanctis diſgregationis perpetuæ anathematis fiat. Ita MS.

“Anno igitur incarnationis Dominicæ ML. indictione tercia, epactaque xxv. & concurrentes vij. hæc cautio ſcripta eſt, edictione ſolida karacterata caracteribus teſtium, jubente piiſſimo rege *Anglorum Edwardo*, gubernante eodem feliciter totius monarchiam majoris *Britanniæ*.

“Ego *Edwardus* Rex hoc donum cautione hac affirmo. Ego *Eadſynus* archiepiſcopus Chriſti

“ eccleſiæ manu mea ſubſcripſi. Ego *Ælfricus* archiepiſcopus *Eboracenſis* eccleſiæ confirmavi. Ego *Stigandus* epiſcopus dignum duxi. Ego *Heremannus* epiſcopus corroboravi. Ego *Robertus* epiſcopus teſtis fui. Ego *Ealdredus* epiſcopus conſolidavi. Ego *Godwinus* dux. Ego *Leofricus* dux. Ego *Sywerdus* dux. Ego *Sweſen* dux. Ego *Heroldus* dux. Ego *Radulfus* dux. Ego *Egelardus* abbas adjuvavi. Ego *Elſwinus* abbas adjuvavi. Ego *Sibricus* abba adjuvavi. Ego *Ramboldus* presbyter laudavi. Ego *Teſti* nobilis. Ego *Odda* nobilis. Ego *Birimtricus* nobilis. Ego *Ordgarus* miniſter. Ego *Touinas* miniſter. Ego *Elfgarus* miniſter. Ego *Radulfus* miniſter. Ego *Dodda* miniſter. Ego *Eadulfus* miniſter. Ego *Ordulfus* miniſter. Ego *Ormanus* miniſter. Ego *Æthelredus* miniſter.

Inſpeximus etiam cartam domini *Johannis* Regis, patris noſtri factam prædictæ eccleſiæ in hæc verba. “ *Johannes* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus Prepoſitis, & omnibus ballivis & fidelibus ſuis, ſalutem.

“ Sciatis nos conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Petro Exonienſis* eccleſiæ & *H. Exonienſi* epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis has ſubſcriptas eccleſias, videlicet, eccleſiam ſancti *Petroci*, ſancti *Stephani*, *Piravi*, **Thohou**, **Probos**. Præter hæc autem tres eccleſias in *Devonia*, ſcilicet, eccleſiam de **Plymton**, eccleſiam de **Braunton**, & eccleſiam ſancti *Stephani* intra ipſam civitatem Exo*niæ*, necnon & eccleſiam de **Culynton** cum omnibus terris & decimis & rebus ad eas pertinentibus, ita liberas & quietas ab omnibus geldis querelis & conſuetudinibus ſicut fuerunt temporibus anteceſſorum noſtrorum *H.* regis, avi ac patris noſtri, ſicut carta ejuſdem *H.* Regis rationabiliter teſtatur.

“ Conceſſimus etiam & confirmavimus prædictis *Exonienſi* eccleſiæ, *H.* ejuſdem eccleſiæ epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis capellariam de **Boſeham**, cum terris & decimis & omnibus pertinentiis ſuis, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, imperpetuum tenendam & poſſidendam, adeo liberè quietè & pacifice ſicut aliquis alius eam unquam melius & liberiùs tenuit.

“ Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicta *Exonienſis* eccleſia, & prædictus *H.* ejuſdem eccleſiæ epiſcopus & ſucceſſores ſui poſt eum habeant & teneant omnes prædictas eccleſias & prædictam capellariam de **Boſeham** bene & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè & honorificè cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis in omnibus locis & rebus ad eas pertinentibus. Teſtibus *Philippo Dunelmenſi* epiſcopo. *Galfrido* filio *Petri*, comite **Eſſex**. *Willielmo* de **Stutevill**. *Roberto* de **Turneham**. *Hugone Bardolf*. *Willielmo Brewer*. *Johanne* Mareſcallo. *Willielmo* de *Cantilupo*. *Roberto* filio *Walteri*. *Ricardo* de *Riveriis*. Data per manum *Simonis* archidiaconi *Wellenſis* & *Johannis* de **Gray** apud *Eboracum* xxvj. die Martii anno regni noſtri I.

Nos igitur donationes & conceſſiones prædictas ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *W. Eboracenſi* archiepiſcopo. *G. Wigornenſi*. *R. Coventrenſi* & *Lichfeldenſi* epiſcopis. *Rogero* de **Somery**, *Rogero* de **Leyburn** (&c.) Data per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* viij. die Maii, anno regni noſtri lv.

Cart.36. Ed.3. m. 12.n.16.

REX, Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam *Henrici* quondam Regis *Angliæ* progenitoris noſtri in hæc verba. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* Ego Henricus, Willielmi Anglorum *primi regis filius, totiuſque* Angliæ *Rex ac Moderator*; *Notum facio omnibus, clero ſimul & populo tam preſentis ſeculi quàm futuri, quia Dei miſericordia compunctus, pro abſolutione peccatorum meorum, & ſalute animæ meæ, reddo & reſtituo ſanctæ* Mariæ, *& ſancto* Petro Exonienſis *eccleſiæ has ſubſcriptas eccleſias ita omnibus modis liberas & quietas ſicut eas donatas eſſe à preclaris regibus predeceſſoribus meis ipſorum carthe teſtantur: eccleſiam videlicet ſancti* Petroci, *ſancti* Stephani, Petani, **Tohon**, **Probos**, *cum omnibus terris & rebus ad eas pertinentibus, ita liberas & quietas ab omnibus geldis querelis & conſuetudinibus, ſicut fuerint temporibus anteceſſorum meorum. Preter hæc autem tres eccleſias in* Devonia *quas piæ memoriæ* Willielmus *rex pater meus*, Willielmo *epiſcopo* Exoniæ, *dum adhuc capellanus ſuus eſſet, dedit, eccleſiam ſcilicet de* Plintona, *eccleſiam de* Bramtona, *& eccleſiam ſancti* Stephani *intra ipſam civitatem* Exoniæ : *ipſas concedo & dono ſedi epiſcopali* Exoniæ *hæreditario jure imperpetuum optinendas, pro redemptione animæ meæ & patris mei, cum omnibus terris & decimis & rebus ad eas pertinentibus. ita liberas & quietas ab omnibus conſuetudinibus & querelis ſicut pater meus prædicto* Willielmo *eas dederat. Necnon & eccleſiam de* Culitona, *quam ego præfato* Willielmo *epiſcopo dederam ſimiliter concedo & dono ſedi epiſcopali* Exoniæ *pro remiſſione peccatorum meorum, cum terris & decimis & omnibus rebus ad eam juſtè pertinentibus. Et ut hæc ita data inviolabiliter & inconcuſſè ſub æterno munimento permaneant, ſigno ſanctæ crucis conſignata dimitto.* ✠ Ego Adelidis *Regina confirmo.* Ego Willielmus, Cantuarienſis *archiepiſcopus confirmo. Ego* Turſtinus, Eboracenſis *archiepiſcopus confirmo.* Ego Ricardus, Londonienſis *epiſcopus confirmo.* Ego Willielmus, Wintonienſis *epiſc. confirmo.* ✠ Ego Rogerius, Sareſburienſis *epiſcopus confirmo.* ✠ Ego Alexander, Lincolnienſis *epiſcopus confirmo.* ✠ Ego Ebrardus, Norwicenſis *epiſcopus confirmo.* Ego Herveius, Elienſis *epiſcopus confirmo.* Ego Radulfus, Ciceſtrenſis *epiſcopus confirmo.* Ego Rannulfus, Dunelmienſis *epiſcopus confirmo.* ✠ Ego Robertus Coventrenſis *epiſcopus confirmo.* Ego Teoldus, Wygornenſis *epiſcopus* confirmo. Ego Bernardus, *de ſancto* David *epiſcopus confirmo.* Ego Ricardus, Herefordenſis *epiſcopus confirmo.* Ego Godefridus, Bathonienſis *epiſcopus confirmo.* Ego Gaufridus, *Cancellarius confirmo. Ego* Gaufridus, *abbas ſancti* Petri Wynton. *confirmo.* Ego Osbertus *abbas* *de* Taviſtocha *confirmo.* *Ego* Turſtinus, *abbas de* Sireburna *confirmo.* *Ego* Vincentius, *abbas* Abbendonenſis *confirmo.* *Ego* Safridus, *abbas* Gleſtonienſis *confirmo.* *Ego* Willielmus, *abbas* Cernenſis *confirmo.* *Ego* Robertus *comes de* Gloceſtria *conſigno.* *Ego* Willielmus, *comes de* Sudreia *conſigno.* *Ego* David, *comes de* Huntendona *conſigno.* *Ego* Ranulfus, *comes de* Ceſtra *conſigno.* *Ego* Rogerus *comes de* **Warwic** *conſigno.* *Ego* Robertus *comes de* Legreceſtria *conſigno.* *Ego* Hugo Bygotus *dapifer conſigno.* *Ego* Willielmus *de* **Piron** *dapifer conſigno.* *Ego* Willielmus *de* Albinneio *conſigno.* *Ego* Nigellus *de* Albinneio *conſigno.* *Ego* Ricardus *filius* Balduini *conſigno.* *Ego* Balduinus *de* Redveriis *conſigno.* *Ego* Johellus *de* Berdeſtapula *conſigno.* *Ego* Guido *de* **Toteneis** *conſigno.* *Ego* Robertus *de* Badentona *conſigno.* *Ego* Willielmus *filius* Odonis *conſigno.* *Ego* Goiſlinus *de* Pomereda *conſigno.* *Ego* Rainaldus *de* Valletorta *conſigno.* *Ego* Willielmus *filius* Ricardi *conſigno.* *Ego* Herbertus *de* Alneto *conſigno.* *Ego* Unfridus *de* **Bohun** *conſigno.* *Ego* Walterus *filius* Turſtini *conſigno.* (&c)

RAMESIENSE

Cœnobium in agro Huntindonenſi.

De fundatione abbathiæ Rameſienſis.

Ex regiſtro de *Ramſey* in Scaccario, ex parte rememorator. Regis 1640. fol. 218. a.

ANno Domini nongenteſimo ſexageſimo nono, *Ailwinus*, dux *Orientalium Anglorum*, inſtigante *Oſwaldo Eboracenſi* archiepiſcopo, fundavit monaſterium *Rameſienſe* duodecimo die Novembris, & anno ſequenti de *Wigornia* miſit ibidem *Ednotum*, qui emendata capellâ quam invenit, fecit officinas monachorum, & quarto anno ſequenti, videlicet anno nongenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, miſit *Oſwaldus* prædictus ibidem duodecim monachos de **Weſtbiri**, & anno tertio ſequente, ſcilicet nongenteſimo ſeptuageſimo quarto, ſanctus *Dunſtanus*, *Cantuarienſis*, & *Oſwaldus*, *Eboracenſis*, ſexto idus Novembris, primam eccleſiam beate *Mariæ* & omnibus ſanctis virginibus & ſancto *Benedicto**. Poſt cujus fundationem, tam dux *Ailwinus*, quâm ſanctus *Oſwaldus*, vixerunt viginti quatuor annos. Et anno DCCCCxcviij. de hac vita temporali tranſierunt ad æternam; ſcilicet ſanctus *Oſwaldus* ſecundo calendas Martii, & dux prædictus octavo calendas Maii. [*Plura vide apud* Will. Malmesbur. *fol.* 166. *b.* Henric. Huntind. *fol.* 204. *a.* *nu.* 40. & Roger Hoved. *fol.* 245. *b.* *num.* 20.]

* Deeſt, *conſecrarunt*, aut ſimile quid.

Genealogia comitis Ailwini.

Ibid. fol. 217. b.

FUit in diebus *Æthelſtani* regis quidam dux *Orientalium Anglorum*, *Æthelſtanus* **halfkineg**, id eſt, *ſemirex*: hic deſponſavit uxorem *Alfwen* nomine, quæ poſtea nutrivit & educavit regem *Edgarum*, qui poſtmodum ſorte hæreditaria totius *Angliæ* regimine ſuſcepto, eidem *Alfwen* nutrici ſuæ non ingratus, villam quæ vocatur **Weſton** dedit, quam illa poſtea *Rameſienſi* eccleſiæ pro ejus animâ donavit. Iſte dux *Ethelſtanus* genuit ex *Alfwen* uxore ſua quatuor filios, primus *Ethelwoldus*, ſecundus *Alfwoldus*, tertius *Ethelſinus*, quartus *Ailwinus*, poſteà fundator *Rameſiæ*. Horum pater prænominatus dux *Ethelſtanus*, ſagaci providentia, mundum deludens antequam deluderetur à mundo, monachus factus eſt *Glaſtoniæ*, tandemque prædictos novellos fœcunde vitis quatuor palmites in ſortis ſuæ hæreditariæ & morum ſucceſſionem relinquens, ibidem & vitæ finem ſortitus eſt, & ſepulchrum. Perſeveravit autem vir iſte chriſtianiſſimus ab *Ethelſtano* rege uſque ad nepotem ipſius ex fratre *Edmundo*, illuſtrem regem *Edgarum*, quatuor regum tempora complens.

Anno Domini DCCCClxix. ſanctus *Oſwaldus*, & dux *Ailwinus*, *Rameſiam* conſtruxerunt.

Anno DCCCClxxvij. obiit *Ethelfleda* comitiſſa uxor *Ailwini* prima; quæ dedit nobis *Saltreiam.*

Anno DCCCClxxxj. obiit *Ethelwoldus* comes, frater *Ailwini*, & ſepultus eſt apud **Rameſey.**

Anno DCCCClxxxiij. obiit *Alfwen* mater comitis *Ailwini*, quæ dedit **Weſton**, & ſepulta eſt apud **Chateriz.**

Anno DCCCClxxxv. obiit *Ethelgiva* uxor *Ailwini* ſecunda, quæ dedit nobis **Stowe** & **Brune.** Comes verò *Ailwinus* trigamus fuit, prima *Ethelfleda*, ſecunda *Ethelſgiva*, tertia *Wlgiva.*

Anno DCCCClxxxvj. obiit *Ethelſtan Maneſune*, qui dedit **Chateriz** & **Clopham**, **Grabele**, **Wereſle**, **Elleſworth**, & apud *Ramſiam* ſepelitur. Et anno ſequenti obiit *Ethelſinus* frater *Ailwini* & ſepultus eſt apud *Rameſiam.*

Anno DCCCClxxxviij. obiit ſanctus *Dunſtanus*, qui dedit nobis **Wardebois**, & anno ſequenti obiit *Alfelinus*, qui dedit terram de **Ecclepe** & de **Potton** & ſepultus eſt apud *Rameſeiam.*

Anno DCCCCxc. obiit *Alfwoldus* comes, frater *Ailwini*, qui dedit *Rameſiæ* **Hotton** & **Witton**, **Rippon** cum **Wenigton**, **Bithern** cum **Clinton**, & *Rameſiæ* ſepelitur.

Anno DCCCCxciij. obiit ſanctus *Oſwaldus* & eodem anno comes *Ailwinus.*

Anno DCCCCxciiij. obiit *Wlgiva* com. uxor *Ailwini* tertia, quæ dedit **Brancester** ad pellicias monachorum, & *Rameſiæ* ſepelitur.

Anno DCCCCxcvij. obiit *Ethelfleda* comitiſſa, uxor *Ethelwoldi* fratris *Ailwini*, quæ contulit *Rameſiæ* multa beneficia, & ibidem ſepelitur in parvo locutorio.

Anno DCCCCxcviij. obiit *Ailwinus* niger, qui dedit **Clopham**, **Gerdington**, **Kembeſton** & **Cranfeld**, & *Rameſiæ* ſepelitur.

Anno Mvij. obiit *Alfwara*, quæ dedit **Haliwell** & eccleſiam de **Elleſworth**, cujus erat advocata, ac terram de *Burleya*, & multa alia ornamenta; & ſepulta eſt *Rameſiæ.*

Anno Mxiij. obiit *Godricus*, qui fuit frater *Ednoti* primi abbatis *Rameſienſis*, qui dedit terram de **Eyrnington.**

Anno Mxix. obiit *Arnketel* & *Wlfron* uxor ſua, qui dederunt terram de **Pikkeling** & de **Kulvoton**,

doton, & ſepeliuntur *Rameſiæ.* Hujus patre & matre natus eſt *Ethelſtanus* quartus abbas *Rameſiæ.*

Anno Mxxij. obiit *Alfwinus* filius *Bricii*, qui apud *Rameſiam* comam depoſuit. iſte dedit **Lauſhutt** & **Halſtede.**

Anno Mxxix. obiit *Brithnotus* comes, qui dedit *Rameſiæ* **Wichington** & **Doddinton** in perpetuam elemoſinam.

Anno Mlj. obiit *Jol.* qui dedit **Querington**, **Sleford** & **Cranewell.**

Anno Mliiij. obiit *Wak.* frater noſter, qui dedit *Wthliſmarom.*

Anno Mlvj obiit *Leofwina*, quæ dedit **Stotton**, **Dilington**, **Gravele** & **Gillinge** & unam crucem optimam, & ſepulta eſt apud *Rameſiam.*

De ſitu inſulæ quæ Rameſia *dicitur.*

Ibidem fol. 103. a.

QUum igitur in orientali angulo territorii *Huntingdonenſis*, quem *Uſæ* fluvii alveus terminus coanguſtat mariſcorum memorata inſula ſita eſt, paluſtrium inſularum juxta quantitatem ſui pulcherrima eſt. Quæ quia apud pleroſque ſui commendatione jam nititur, ſtili noſtri officio non indiget commendari. Attamen ne adjacentem materiam omnino intactam prætergrediamur, locum illum à parte occidentali, nam aliàs paluſtria loca humanis greſſibus haud pervia longiùs protenduntur, à tellure ſolidiori duobus ferè baliſtæ jactibus interjacentes luteæ ſalubre * dirimunt. Qui locus olim ſegni tantummodò ampne naves ſerenâ advectas aurâ placido jocundi marginis excipiens gremio, nunc gravi labore & ſumptu, lignorum arenæ pariter & lapidum congerie lutoſa obſtructa abyſſo, via publica vel calle ſolido in eadem parte pedibus aditur. Hæc autem inſula duobus fermè millibus in longum extenſa, egena latitudine paulò ſtrictior habetur. Quæ tam alneto quidem quàm arundineto cum virore calami & juncti * pulcrè in girum coronata, multo antequam inhabitaretur arborum genere, potiſſimùm autem humidanti tota veſtiebatur orno. Quæ cujus proceritatis fuerit, & quantitatis, ex trabium & tignorum quorundam ad tectum eccleſiæ exinde aſſumptorum inſpectione poterit quilibet edoceri. Nunc verò longiore temporis tractu nemoribus ex parte demolitis, terra ubere gleba arabilis cernitur & optima, fructibus & frugibus jocunda, hortis conſita, paſcuis opulenta, nonnullis adhuc arboribus nemoroſa, & pratorum gratia verno tempore ſpectantibus & arridente velut depicta floribus tota inſula vario coloratur colore. Ambitur præterea idem locus paludibus anguilloſis, maris * latè patentibus & ſtagnis multimodi generis piſcium, & avium natatilium nutritivis, de quibus maris * una eſt **Rameſmere** de nomine inſulæ dicta, quæ cæteras adjacentes aquas pulcritudine & fertilitate ſuperexcellens, ab ea parte qua major inſula ſilva denſior habetur, arenoſam ipſius horam in loco qui dicitur **Mereham** pulcre allambens, delectabile videntibus ſpectaculum præbet. In cujus vaſtis gurgitibus laxatis tam ſagenis quam alterius generis retibus, immiſſis quoq; ineſcatis hamis, cum cæteris artis piſcatoriæ inſtrumentis, admirandum magnitudinis lutei *, qui ab incolis **Hakedes** nuncupantur, per ſepe extrahuntur, & tam diebus, quàm noctibus indeſinenter ibi laborat aquatilium induſtria venatorum. Semper ibi multiplex aquatici generis capitur fœtus, ſemper quod capiatur, habundat. Hæc de ſitu inſulæ & adjacentibus aquis, ad notitiam ignorantium exarata ſufficiant, nunc de nominis ratione aliquid breviter ſubjungamus.

* Lege, *ſalebræ.*

* Lege, *junci.*

* Lege, *mariſcis.*

* Ita MS. pro *mariſcis.*

* Corrige, *lucii.*

De ethimologia nominis & triplici ratione.

Ibid.

IGitur *Rameſia* congruè ſatis dici poteſt à duobus nominibus *Anglicis*, **Ram**, quod eſt *aries*, & **Eye** quod *inſulam* ſonat, ut inde compoſito *Rameſia*, quaſi inſula arietis nominetur. Siquidem antiqui hujus loci patres junioribus ſuis, quorum relatione & nos ſibi relata didicimus, referre ſolebant in eadem inſula olim poſtquam * ab ullo inhabitaretur homine vel domeſtico animali, arietem inter ſilveſtres feras carpentem germina reperitur. Qui, ut putatur, limoſis locis & humantibus aliqua parte inſulæ, vel gelu hiemali obduratis, vel æſtivi ſolis longo fortè calore arentibus, relicto alibi grege ſuo illuc errabundus deveniens, eiſdem iterùm locis in humorem & mollitiem ſolitam reſolutis, tortis ac recurvis de naturæ artificio cornibus armatus heremita remanere compulſus, ſempiternum loco nomen temporalis inhabitator reliquit. Ut autem hoc dictum ſimilium caſuum quodam confirmemus exemplo: *Auguſtudunum* in finibus *Burgundiæ* nominatiſſimam urbem, à duobus hædis qui in initio fundandæ civitatis, omnium pecudum domeſticarum ſoli ibi inventi ſunt, alio nomine *Eduam* uſque hodiè conſtat eſſe nominatam. Poſſumus & aliter nomen ipſum de authoritate veterum à *ramis* interpretari, quaſi inſula ramorum, ob copiam videlicet arborum, quæ, ut ſupra taxatum eſt, antiquitùs ibi habebatur, ſicut teſtantes adhuc reliquiæ teſtantur. Ex divina autem, ut credimus, providentia, tale loco inditum eſt nomen, quæ ab exordio naſcentis mundi à ſanctis viris & religioſis hanc præviderit & præſciverit inhabitandum. Et proculdubio de oleaſtro ſterili mundanæ converſationis ſecuri divinæ vocationis abſciſi, verè olivæ, & tanquam boni rami ſocii intimæ pinguedinis effecti, ſolius gratiæ inſitioni adhærentes, diverſos virtutum & bonorum actuum fructus velut virentia folia protulerunt. Jam verò, ut interpretationem ipſius nominis aptiùs ad miſticum intellectum reducamus, congruè dici poteſt à *Rameſſe*, urbe quondam opulentiſſima in extremis, ut vult *Yſidorus*, *Juliacæ* regionis ſita finibus, quam filiis *Iſrael* divino monitu ab eiſdem locis poſt diuturnam duræ ſervitutis calamitatem demigrantibus, primam legimus præbuiſſe manſionem. *Rameſſes* quoque, commotio vel tonitruum interpretatur. Rectè igitur huic loco hoc congruit nomen, quod demorantes in eo viri ſancti pſalmodiæ vel lectionis divinæ ſonitu quaſi terrore tonitrui à malis compeſcuntur, & cum *Ezechiele* propheta vocem commotionis magnæ poſt ſe frequenter audiunt, dum per exhortationis verbum ad pœnitentiam concuſſi in lacrimas & gemitum plerumque erumpunt. De hujuſmodi commotione per prophetam alium dicitur, pedes ejus ſteterunt & mota eſt terra. Quia, ut ait *Gregorius*, cum veritatis

* Lege, *priuſquam.*

veſtigia in mente audientium figuntur, ipſa mens in ſui conſideratione turbata commovetur. Congruè ergo *Rameſia* commotio vel tonitruum dicitur,quandoquidem peccatores quilibet in ea ad ſervitium Dei, de ſubdolè blandienti & malè pacato mundi amore converſi, ex contritione commoti & contriti ſua acta condempnantes, in mœrore pœnitentiæ ſalubriter perturbantur. Hæc triplici jam ratione de ipſius ethimologia nominis breviter perſtrinximus. Si quid rectius ſuper hoc aut utilius dici poteſt, tuo, ô lector, arbitrio relinquentes, dummodò omnimodis tuæ conſtet prudentiæ,honeſtum eſſe de incertis honeſta æſtimare, & in re ambigua, de qua nulla invenitur auctoritas majorum, in meliorem ſemper partem deflecti debere æſtimationem.

Incliti regis Ædgari *donaria*, *quibus eccleſiam* Rameſienſem *inſignivit.*

Ex eod. Regiſtro fol. 110.b.

QUum igitur prima hujus baſilicæ jacerentur fundamenta, illuſtris Rex *Ædgarus* prece & inſtantia archipræſulis *Oſwaldi* provocatus, in neceſſarios incepti ædificii ſumptus quinq; hidas apud **Burwell** liberalitate regali ſcripto ſuo eidem eccleſiæ perpetuò poſſidendas confirmavit. Itemque idem Rex,ad petitionem ejuſdem ſancti pontificis,in devotionis ſuæ memoriale æternum, dedit eccleſiæ *Rameſienſi* & fratribus ibidem Deo ſervientibus, & per ſucceſſiva tempora ſervituris, eccleſiam de **Guthmunceſter**, cum tribus hidis terræ,& regalis munificentiæ donum ſcripto quod hodiè apud nos habetur, confirmavit. Qualiter autem hæc eccleſia cum memorata ruris portione à nobis alienata ſit, in ſequentibus noſſe cupienti curabimus indicare. Perpendens præterea jam dictus Rex Chriſtianiſſimus ſæpe memoratam *Rameſienſem* eccleſiam in divina religione ſuccreſcere, & gregem ibidem Deo famulantium tam merito quam numero adaugeri, ad devotionis ſuæ cumulum, pro pace & firmitate regni ſui, dedit eis etiam unam hidam terræ,quæ fuerat cujuſdam viri *Tukem.* nomine, in **Stivecle** & duas campanas viginti librarum pretio comparatas.

Donationes quædam ſancti Oſwoldi.

Ibid.

DEinde vir domini *Oſwoldus*, calliditatis & malitiæ,quam hac noſtra ætate contra ſimplicitatem veterum, & fidem turgeſcere videmus, præſcius & judex,miſſis nuntiis ad *Johannem* papam qui tunc temporis *Romani* pontificatus arcem tenebat, privilegium ſuum in libertatem & munimentum eccleſiæ noviter conſtructæ & dedicatæ adquiſivit: ne ſucceſſoribus ſuis calumpniandi occaſio arrideret, nihil de epiſcopii jure, ſed quæ familiaris loculi emunctione in jus ſuum tranſierunt nevo expoſita, ſeu quæ legitima cambitione fuerant adquiſita, hæc ſola eccleſiis quarum vel fundator extiterat vel patronus, liberiùs & quietiùs poſſidenda conferre ſtuduit & confirmare. Emerat igitur à rege *Ædgaro* villam quæ **Pidingworth** dicitur, competentis pretii mutatione, multis ſcilicet & pretioſis reliquiis, quæ in duabus crucibus de ſexies viginti marcarũ auri pondere fabricatis continebantur. Pro qua itidem villam de **Wystowe**, quia eccleſiæ *Rameſienſi* viciniori acceſſu magis competens erat & receſſu, à memorato rege in eſcambium accepit, acceptam Deo, & ſancto *Benedicto* in perpetuam ſolempniter tradidit hæreditatem. Provida autem anteceſſorum noſtrorum ſagacitas ſuſpecta prudenter præcavens pericula, prædictam villam de **Pidingworth** pro commutatione memoratæ eccleſiæ, & trium hidarum de **Gumeceſter** eccleſiæ *Rameſienſi* in funicularem hæreditatis perpetuæ ſortem redemit; ſicque quemadmodum ſuperiùs promiſimus referendum, eadem eccleſia & terra in alienæ jus poteſtatis uſque hodie conceſſit. Dedit præterea vir ſanctiſſimus *O.* v. hidas apud **Burwell**,alias ab illis quas piiſſimum regem *Ædgarum* ſuperiùs retulimus nobis contuliſſe. Hæc eſt illa terra quam,ſicut in vetuſtiſſimis ſcedulis *Anglicè* ſcriptum reperimus,vir quidam, *Edwynus* nomine, fillius *Othulfi*, venerabili antea conceſſerat archiepiſcopo *Odoni*, pro mercede ſollicitudinis & laboris quo regem *Ædredum* ad conſenſum inflexerat, ut ei liceret filiam cujuſdam viri *Ulfi* quam concupiverat maritali ſibi fœdere copulare. Hanc autem donationem cum presbiter quidam *Æthelſtanus*, prædicti archipræſulis *Odonis* germanus, inficiari conatus,ejuſdem terræ medietatem ſuo juri legitimè competere allegaſſet,pacificus Chriſti vernula *Aylwynus* aldorium, * facultatum ſuarum diſpendio, ſemper *Rameſienſis* eccleſiæ obvians detrimento, datis ei in mutuam commutationem pro eodem agello octoginta marcis auri, ſub teſtimonio regis *Ædgari*, & *Dunſtani* archipræſulis, & *Alferi* & *Oſlaki* comitum,omnem calumpniæ viam obſtruxit, & jam dicto viro poſteriſque ejus perpetuum, ut putabatur,ſuper hoc ſilentium induxit. Poſtea verò quia rebus humanis nil ſolidum,nil diu quietum, piiſſimo rege *Ædgaro* vita præſenti exempto, quidam *Wynſigus* à præfato *Othulfo* longam conſanguinitatis lineam trahens, ex ſola ſucceſſionis hæreditariæ fiducia, ſine ulla auctoritate judiciali memoratas quinque hidas ſibi vendicavit, manſumque ſuum in eis conſtituit, unde vir illuſtris *Ailwinus*, nobilis animi indignationem nobilis iræ ſtimulis urgens,tantæ temeritatis præſumptionem ferro vindice ulciſci ſpiravit, & profectò conceptum tumentis pectoris opus expleſſet, niſi cujuſdam fratrum *Rameſienſium Ædnothi* nomine, prudens & provida diſcretio obſtitiſſet, qui cum homicidium in dampnum eccleſiæ *Rameſienſis* factioſa contrariæ partis criminatione redundare poſſe manifeſta affirmaret ratione, pacatum prudentis viri animum à propoſito revocavit. Deinde, communicato idem frater *Ædnothus* ſalubriori conſilio, majores & prudentiores de comitatu *Cantebrigiæ* convocavit, quorum opera & induſtria ad hoc memoratum *Wynſigum* induxit, ut quandam terram de **Delſingetune** in mutuam jam dictæ terræ de **Burwell** cambitionem gratanter acciperet, ſicque eadem terra in jus *Rameſienſis* eccleſiæ rediit, ab omni tam ipſius *Wynſigi*, quam totius poſteritatis ſuæ calumpnia ſoluta penitùs & quieta. Cujus laboris proventu, quidam vir, *Alfgarus* nomine, aldermanni familiaris & à ſecretis, congratulans, prædictæ terræ ab omni reclamatione jam liberæ, domos ſuas & curiam, tres quoque hidas cum xl. acris & unam præterea virgatam, & eccleſiam de **Bur-**

Ita MS.

* Corrige *alderman.* i.e. ſatr. apa. *vel,* princeps.

Well, cujus fuit advocatus, pro ſua prædeceſſorumque ſuorum animabus, mera libertate adjecit. Quædam quoque matrona, *Æthelgiva* nomine, aliorum provocata devotione & exemplo, dedit Deo & ſancto *benedicto Rameſiæ*, in eadem villa lx. acras, & unam virgatam terræ quæ fuerat *Guthredi*, & octo hidas apud **Exainge**. Fratres quoq; *Rameſienſes* favorem domini, cum gratia ſancti patris arridere cernentes, plurimas ibidem terras tam in campo arabili quam in villæ manſis multotiens pretio comparaverunt. Sæpedictus etiam *Wynſigus*, læſam præcedentis temeritate facti Dei & eccleſiæ *Rameſienſis* gratiam plenius ſibi geſtiens referre, ſub teſtimonio aldermanni & uxoris ſuæ, & filiorum, dedit dimidiam hidam in **Stivecle**. Cujus occaſione doni fratres *Rameſienſes* poſtea, dato cuidam filio ejuſdem *Wynſigi* competenti pretio, aliam hidam integram in eadem villa juſto emptionis titulo poſſederunt.

Hic annotantur donaria quibus inclitus dux Æthelwinus eccleſiam Rameſienſem *dotavit.*

Ibid.

HEC verò ſunt quæ piæ recordationis dux *Ailwinus*, tanquam pater filiæ maritatæ, dedit eccleſiæ *Rameſienſi* in jus patrimoniale perpetuò poſſidenda. Primò ſcilicet inſulam ipſam ubi xenodochium conſtructum eſt, cum adjacentibus mariſcis & ſtagnis. Deinde terram de **Upwode** quam à rege *Ædgaro* regalis munificentiæ largitate, cum vicinorum gurgitum piſcariis ad eam pertinentibus fuerat aſſecutus. Ibi tamen aulam ſuam & curiam tanti viri nobilitati vita ſua habuerit congruentem. Quia enim locus & nemoribus conſitus, & mariſcorum paludibus erat vicinus, frequenter ibi in venatu & aucupatione vel aucupio ſpatians morabatur. Dederat ei præterea idem Rex *Rafleam* illam quæ propinquior prædictæ villæ de **Upwode** adhæret, quam ipſe inde Deo & ſancto *Benedicto* cum dominio & debito hominum ſervitio, in perpetuam hæreditatem conceſſit. Dedit etiam totum quod juri ſuo in *Saltretha* competebat. Nam pater *Æthelfledæ* uxoris ſuæ cum adhuc viveret, & quandam ejus ruris portionem legitimo patrimonii jure poſſideret, dedit eam cuidam viro, *Æthelſtano* nomine, Aldermanno, in mutuam alterius cujuſdam terræ quæ ei erat acceptior permutationem. Poſtea verò eadem *Æthelfleda*, patre ſuo prædicto & eodem *Æthelſtano* alea fatali deluſis, ſuper terra memorata calumpniam inſtruens, ordine judiciario eam in hæreditariæ ſortis ſuæ jus revocavit, revocatam deinceps Deo & ſancto *Benedicto Rameſiæ* cum funere corporis ſui conferens, in redemptionem peccatorum ſuorum, & pretium ſepulturæ. Idem præterea verus *Iſraelita*, *Ailwinus*, terram de **Helbigeye** quæ undique aquis accincta eſt, & profunda uligine mariſcorum, dedit *Rameſiæ* cum **Snores**, berewico ſuo, quod foris inſulam habetur, & molendino adjacente; medietatem quoque piſcariæ ejuſdem loci dedit eccleſiæ, alteram verò partem filiis ſuis. Dedit etiam v. hidas apud **Walſokne** & dimidium piſcariæ ſuæ quæ eum in *Wella* contingebat. Poſtea verò terminum vitæ poſiturus, alteram medietatem reliquæ adjiciens portioni, totam ſimul piſcariam *Rameſienſi* eccleſiæ contulit cum manſis & toſtis piſcatorum. Terram quoque de **Brininton**, quæ poſt patris ſui obitum, & x. hidas quæ poſt deceſſum matris in hæreditariam ſibi ſortem ceciderunt, dedit *Rameſiæ* pro ſua & utriuſque parentis ſalute.

Hæc eſt illa terra de **Weſton**, quam ſicut ſupra in prima hujus opuſculi diſtinctione retulimus, Rex *Ædgarus* dederat eidem *Alfwen* matri comitis, pro ea quam ſibi in cunabilis impenderat ſedulitate nutrituræ. Dedit etiam idem vir Deo devotus *Alwinus* x. hidas apud **Giddinge** & **Wedeton**, quas ſub regis & optimatum teſtimonio, appenſo cuidam viro *Othingaro* non modici æris prætio, juſto poſſederat titulo emptionis. Nec in hiis quoque fervori devotionis ſuæ terminum ponens, dedit ſeptem hidas apud **Stivecle**, & quandam partem decem hidarum quas habuit apud **Tofte**, pro anima jam dictæ *Athelfledæ* uxoris ſuæ: pro alia verò illarum hidarum parte, ut integrè omnes cederent eccleſiæ *Rameſienſi* in poſſeſſionem, à fratribus ejuſdem loci accepit in eſcambium terram quandam de *Lincolnia* quam vir quidam, *Wlfhunus* nomine, in liberam eis contulerat elemoſinam quandò ſeculo renuncians collegio eorum ſociatus eſt. Porrò terram de *Acleia* prædictis donationibus ſuis vir fidelis adjecit, quam quidam presbiter, *Kinemundus* nomine, vivendi finem faciens, multis teſtibus ei in teſtamento reliquit. Dedit & ſex hidas in **Wammefoꝛd**, quas poſtea fratres *Rameſienſes* per poſterorum calumpniam ablatas numerata pecunia redemerunt; pratum præterea apud **Hoctun**, & molendinum quod à quodam cognato ſuo *Sirico*, dato ei non modico probatæ monetæ pretio, comparaverat, eidem eccleſiæ in jus perſeverabile conceſſit. Terram quoque de **Hemmingfoꝛd**, quæ oppido *Huntingdoniæ* ex oppoſita parte fluminis——vicinior, eidem eccleſiæ in fidei ſuæ & devotionis monumentum contulit ſempiternum; hanc autem terram quæ acceſſu propiore ſibi erat acceptior, in publicam & legitimam acceperat permutationem à ſancto *Athelwino*, *Wyntonienſi* epiſcopo pro terra de **Hathfeld**, multis à præfato epiſcopo precibus ſolicitatus, xxx. ſcilicet hidas pro xl, fertilitatis fortè vel vicinitatis gratiâ, pluris reputans pauciores.

Charta fundationis monaſterii de **Ramſey** *in comitatu* **Huntington**.

Ibid. fol. 336 a. It. Car. 8. E. 3. n. 29. Vide etiam car. 2. H. 5. parte 2. n. 18.

“ REge regum & domino dominantium, in
“ æternum & ultra omnipotente ubique
“ regnante, & ineffabili ſua clementia univerſa
“ celeſtium, & terreſtrium ac infernorum agmi-
“ na gubernante. Ego *Edgarus*, per magnam
“ ipſius Dei miſericordiam, totius *Anglorum* reg-
“ ni ſolio ſublimatus, omnibus poſt me futuris
“ regibus, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus,
“ comitibus, vicecomitibus, centenariis, cæte-
“ riſque ſanctæ eccleſiæ filiis innoteſco: quod
“ quidam vir dilectiſſimus mihi necnon & pro-
“ pinquitatis conſanguinitate connexus, *Alwy-*
“ *nus* **Aldeꝛman** nomine, inſtigante divina cle-
“ mentia, cum benevolo meo aſſenſu, ac licen-
“ tia, in inſula que nuncupativo uſu ab incolenti-
“ bus *Ramſeya* promulgatur, in honorem beatæ
“ Dei genitricis, ac perpetuæ virginis *Mariæ*,
“ ſanctiq;

“ ſanctique *Benedicti*, omniumque ſanctarum virginum, arciſterium conſtruxit, prævidens itaque incertum futurorum temporum ſtatum, omnibus poſteris meis ſcire pro futuro decrevi, quale omnipotentis gratia operante, ibidem miraculum emicuit; ſicut non incerta relatione quorundam epiſcoporum meorum, imo & ipſius *Aylwini* didici.

“ Igitur diuturno ac laborioſo cruciatu podagræ pedum ſuorum prædictus illuſtris vir *Aylwinus* multis laborans annis, uſque quo vox affuit ſalutiſera, in qua piſcator quidam ipſius, qui *Wlfget* vocabatur, cum carinula, & aſſeclis ſuis, & lino aquam, quæ Anglico nomine **Rammeſmere** dicitur, ingreſſus eſt. piſcem videlicet gratia ad uſum domini ſui prædicti uſu conſueto adquirendi. Sicut itaq; noverat velle dominum ſuum, rete ſuum ſedulo huc, & illuc projiciendo, aliquid capere nitebatur, ſed ex prædeſtinatione Dei omnipotentis fruſtra laborans, & tandem piſcario labore nimium fatigatus, in carinula ſua ſoporatus obdormivit, cui ſanctus in ſomnis apparuit ſic fando *Benedictus: Aurora ſpargente polum, tuum ejiciens tragum multitudini copioſæ voti compos obviabis piſcium; captorum itaque piſcium majorem, quem vos* **Haked** *nuncupatis*, Aylwino *domino tuo ex mea parte offerens, dices ei, ut meam donationem benignè aſſumens piæ matri miſericordiæ, & mihi, omnibuſque ſacris virginibus in hac inſula monaſterium, monachorum habitationi, cum officinis neceſſariis congruum ſine dilatione ſtudeat fabricare: ut ei igitur hæc omnia per ordinem innoteſcas exhortor, ſermonem addens ſermoni, quatenus ſcrutetur diligentius in loco prædicto, quomodo noctu feſſa terræ ſua incumbant animalia, ac ubi taurum ſurgentem pede dextro viderit percutere terram, ibidem proculdubio xenodochii ſciat ſe aram erigere debere. Et ut mente perſpicatiori & fide conſtantiori, meis his credat mandatis; hunc tuum tibi exteriorem incurvo digitum, quem & ipſe, mox a nexu podagræ ſolutus, & ſigni certioris judicio roboratus, tibi erigat reparandum.*

“ Prædictus igitur piſcatorum didaſculus hiis auditis evigilans, luciſque diei ſpiculum in oriente conſpiciens, in aquam, ſicut ſibi juſſum fuerat, tragum ſuum laxare cœpit, & ſicut ſanctus pater prædixerat, copioſam multitudinem piſcium concluſit, quorum majorem eligens ex parte ſancti *Benedicti* eum domino ſuo obtulit, eique omnia quæ in ſomnis didicerat, revelavit; digitumque ſuum à ſancto incurvatum, ut erigat obnixè rogavit, quæ omnia mente ſagaci concipiens *Aylwinus*, digitum viri hærentem erexit, piſcemque ſuſcipiens, matri domini Jeſu Chriſti, & ſancto *Benedicto* grates innumeras benedicendo exſolvit, ſurgenſque vir inſignis feſtivus jubet mannum præparari, & in Inſulam ipſam vadens, quomodo jacent ſua animalia, ut præceptum erat, explorat. Mira res, & miranda, ubi vir prædictus Inſulam eſt ingreſſus, ab intractabili ſtatim, & gemino morbo, nutu Dei, funditùs liberatus eſt, animaliaque ſua in modum crucis, taurum verò in medio eorum jacere proſpexit. Et ſicut quondam ſancto *Clementi* agnus pede dextro locum fontis; ſic viro iſti taurus terram pede percutiendo locum menſæ futuri arciſterii ſignificavit divinitus. Unde vir præfatus Deum laudans, confeſtim truncatis lignis excitari capellam ibi pulchro opere præcepit, ac deinde ſcemate condecenti, ſicut mandatum ſibi fuerat, regulare futuræ congregationi monachorum conſtruxit cœnobium. Deinde revoluto quinquennio, diebuſque duodeviginti, precibus venerabilium amicorum meorum *Dunſtani, Dorobernenſis*, & *Oſwaldi, Eboracenſis* archiepiſcoporum, eandem eccleſiam in honorem beatæ virginis *Mariæ*, ſanctorumque prædictorum, ſexto idus Novembris, anno ab incarnatione Domini nongenteſimo ſeptuageſimo quarto, indictione ſecunda 974. ſolemniter, ut decebat, dedicari conceſſi.

“ Eodem verò anno, cum in natali Dominico omnes majores totius regni mei, tam eccleſiaſticæ perſonæ quam ſeculares, ad curiam meam celebrandæ mecum feſtivitatis gratia conveniſſent: prædictis amiciſſimis meis archiepiſcopis itidem rogatus, omnes donationes terrarum, vel poſſeſſionum, quas vel idem *Aylwinus*, vel quæcunque aliæ perſonæ, in dotalitium ejuſdem eccleſiæ, & jus hæreditatis perſeverabile, ad victuale ſubſidium monachorum Chriſto jugiter ibi famulantium indulſerant, dando, & concedendo hoc regiæ majeſtatis meæ privilegio, coram tota curia mea corroboravi, & tam ipſas donationes quam nomina donatorum, literis meis ad futuræ poſteritatis notitiam exprimere curavi, hoc eſt, primitus dona ipſius aldremanni, ſcilicet inſulam, in qua ſedet xenodochium prædictum, cum omnib. ſibi pertinentibus pratis, paſcuis, campis, paludibus, ſilvarumque denſitatibus. Deinde rus illud, quod **Upwode** nominatur, cum *Raveleya* berewico ſuo, **Hemmingford**, *Saltreiam*, *Stivecleiam*, **Brininton**, **Weſton**, **Hebugeh**, *Walſocnam*, cum omnibus ad eaſdem villas pertinentibus; in **Welles** quoque viginti homines piſcatores, ſexaginta millia anguillarum ſingulis annis debentes ad uſum fratrum prædictorum; *Wulfina* uxor ejuſdem aldremanni, **Branceſter**, cum omnibus ad eam pertinentibus; *Dunſtanus*, archiepiſcopus *Dorobernenſis*, **Wardebulc** cum omnibus ſibi pertinentibus, *Oſwaldus*, archiepiſcopus *Eboracenſis*, **Kingeſton**, id eſt, **Wiſtow**, cum **Ravell**, & **Biri** berewicis ſuis ac omnibus ſibi pertinentibus; *Athelſtan Mannueſſune*, *Slepam*, & **Chateriz**, & de **Eleſworth** partem orientalem cum omnibus ſibi pertinentibus; *Brithnot* aldremannus, **Wythenton**, & **Iſham** cum omnibus ſibi pertinentibus; *Aylfwoldus* frater *Aylwyni* præſcripti, **Honaon**, **Witton**, *Riptonam*, **Clinton**, & **Withernam**, cum omnibus ſibi pertinentibus; *Hinith* vidua, **Gravel**, **Belington**, **Stocton**, & **Gillinger**, cum omnibus ſibi pertinentibus.

“ Hæc itaque rura, ut ſupradixi. pro adipiſcenda dulcedinis divinæ miſericordia, & pro ſtabilitate regni mei, libente animo in dote perſeverabili annui, cum eccleſiis, cum terris cultis, & incultis, exitibus, redditibus, viis, inviis, ſegetibus, ſilvis, brueriis, ſecundùm antiquos diu “ſervatos confinium terminos, in pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, paludibus, piſcariis, mariſcis, molendinis, & theloneis, ad ſe pertinentibus, & cum omni utilitate, quæ inde poterit omni tempore evenire, & cum omnibus per circuitum terminis, & metis ſuis, ab regia actione, & angaria, vel à qualibet humanæ ſervitutis ſubjectione, liberrima, lege, libertate, conſuetudine, tam benè, & tam plenè, ſicut ea ſub mei juris dominio, ſuffragator. Deo, meliùs, & liberiùs prænominati nobiliſſimi poſſiderunt viri, favore & conſenſu primatum & optimatum meorum prænominatæ eccleſiæ firmiter perpetuò habenda conceſſi & confirmavi.

“Ut igitur hoc donationis meæ decretum fixiori firmitate, & ſtabilitate perduret, præſentis paginæ privilegio decerno, & ſtatuo, ut ſint libera, & expedita, tam prædicta territoria ibidem jam data, quàm ea quæ à fidelibus deinceps ſunt danda, ab omni angaria conſtructionis pontis, arciſve reſtaurationis, & ab omnibus ſecularibus ſervitiis, & operibus: Ita quod nullus unquam regum, vel epiſcoporum ſeu principum, procuratorum, ſive exactorum, ab illis paſtum, nec opera, vel tributa exigat; ſed omnia ſint libera omnino, & quieta, quæcunque ſuperiùs prænotantur. Præterea ex conſulto, & admonitione venerabilium amicorum meorum, *Dunſtani*, *Dorobernenſis*, & *Oſwaldi*, *Eboracenſis* archiepiſcoporum, decreta utilia ſtatui, ut quicunque majeſtatis regiæ reus, vel cujuſlibet alterius offenſæ, ad locum illum confugerit, ejus rei, & membrorum, ac vitæ impunitatem conſequatur: ſemperque ſit habitatio monachorum, ac ſecundum beati *Benedicti* traditionem, poſt obitum abbatis, ex eadem congregatione alter, qui dignus ſit, eligatur: aliunde verò nullus ibi præficiatur, niſi nullum, quod abſit, ibi contigerit, qui dignus tali officio ſit, inveniri; quod ſi contigerit, poteſtatem habeant de alio noto monaſterio abbatem eligendi, cujus vita ſapientia, & religione clareſcat: laicorum autem, aut clericorum nemo loci illius dominium uſurpare præſumat. Poſſeſſiones verò, quæ ibi à quibuſcunque donatæ ſunt, non abbas, non alia quælibet perſona licentiam habeat vendendi extraneis, vel dandi, ſed regū munimine locus ille ſemper tueatur, ipſeq; abbas regi Deo ſoli ſerviens, ſpirituali & temporali commiſſum ſibi gregem paſtu diligenter foveat: liceatque ipſi congregationi quod ſibi per rectam delegationem collatum eſt, perpetuò poſſidere, & pro me, & pro ſtabilitate regni mei Deum jugiter exorare. Poſt hujus itaque privilegii mei donationem, excommunicaverunt omnes epiſcopi, abbates, presbiteri, qui in plurima numeroſitate eodem die affuerunt, eos qui hoc conſtitutum infringerent, vel infringi permitterent, quantum in ipſis eſſent.

Sanctuarium.

“Et ut hæc auctoritas meis, & futurorum poſt me regum temporibus, circa ipſum ſanctum locum firma perennitur permaneat, & inviolata, & ut ab omnibus optimatibus meis, & judicibus privatis & publicis meliùs, & certiùs credatur; manus meæ ſubſcriptione, hanc chartulam quinto kalend. Januarii decrevi roborare, & ſigilli mei impreſſione communire. ✠ Signū *Edgari*, & ſereniſſimi *Anglorum* Imperatoris. ✠ Signum *Edowardi* ejuſdem regis filii. ✠ Signum *Æthelredi* fratris ejus. ✠ Ego *Dunſtanus*, *Dorobernenſis* archiepiſcopus confirmavi. ✠ Ego *Oſwaldus*, *Eboracenſis* archipræſul corroboravi. ✠ Ego *Alfſtanus*, *Londoniæ* epiſcopus conſolidavi. ✠ Ego *Æthelwoldus*, *Wintoniæ* epiſcopus * commodum duxi. ✠ Ego *Ælfnothus*, *Dorecenſis* epiſcopus concluſi. ✠ Ego *Ælfſtanus*, *Roffenſis* epiſcopus conſigillavi. ✠ Ego *Ælfgarus*, *Winton.* epiſcopus Amen dixi. ✠ Ego *Æſcwius* abbas. ✠ Ego *Oſgar* abbas. ✠ Ego *Ælfricus* abbas. ✠ Ego *Æthelgar* abbas. ✠ Ego *Ælfeah* abbas. ✠ Ego *Flodbyrht* abbas. ✠ Ego *Germanus* abbas. ✠ Ego *Ailwinus* Aelderman hoc meum deſiderium ad perfectum, Deo ſuffragatore, uſque perduxi. ✠ Ego *Ælfwold* dux. ✠ Ego *Ethelſtan* dux. ✠ Ego *Brihtnoth* dux. ✠ Ego *Æthelweard* dux. ✠ Ego *Wulſtan* presbiter. ✠ Ego *Leoffa* presbyter. ✠ Ego *Thured* presbyter. ✠ Ego *Sideman* presbyter. ✠ Ego *Wulfhere* presbyter. ✠ Ego *Æthelſi* presbyter, cum ſupradictis & aliis quamplurimis presbyteris infractores hujus firmitatis excommunicavi.

* Al. præſul wintonienſis.

Confirmatio fundationis monaſterii de Ramſey per S. *Edwardum*, Confeſſorem dictum.

Ibid.

I*N onomate ſummi Kyrios omnia jura regnorum gubernantis, & ab alto cœli faſtigio cuncta cernentis, ego* Edowardus, *totius* Albionis, *Dei moderamine, gubernatione baſilens, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, centenariis, cunctiſque ſanctæ fidelibus eccleſiæ clericis, & laicis, inſuper & omnibus poſt me futuris regibus ſalutem, perpetuamque pacis fœlicitatem. Summum regibus, ac principibus bonum eſt, juſtitiam Dei colere, ſanctam eccleſiam ejus exaltare, & honorare, quia qui eam exaltant, & honorant, cum ea, & in ea, & per eam exaltantur, & honorantur. Prævenit cor meum gratia Dei, ut quod ab anteceſſoribus meis Regibus collatum eſt ejus eccleſiæ, mea firmetur authoritate. Eccleſiæ namque beatæ Deigenetricis ſemperque virginis* Mariæ, *ſanctique* Benedicti, *omniumque ſanctarum virginum, quæ* Ramſey *nuncupatur, quæ olim in tempore præcellentiſſimi regis* Edgari *à quodam inſigni viro* Alwyno *onomate, utpote in ejuſdem regis glorioſi munificentiæ cartula, quam ibidem donaverat, data ac ſigillo regio confirmata, legitur, almipotentis Chriſti mirabilis cooperante gratia, eſt constructa, ac terrarum copioſis ditata muneribus. Inprimis eam ita liberam, & quietam, tam ab omni exactione epiſcopali, quàm à ſeculari eſſe volo, ut neque nos, neque ſucceſſores noſtri, neque quilibet epiſcopus, nec quicunque de judiciaria poteſtate, in ipſam ſanctam baſilicam, vel in manentes in ipſa, vel in homines, qui cum ſuis terris, vel quibuſlibetcumque ſubſtantiis ad ipſam tradere vel devovere ſe voluerint, niſi per voluntatem abbatis, & omnium ſuorum monachorum, ullam unquam habeant poteſtatem, ſed ſit hæc ſancta mater eccleſia ſpecialis dominæ noſtræ perpetuæ virginis* Mariæ, *ac patroni noſtri ſancti* Benedicti, *& omnium ſanctarum virginum libera, & abſoluta ab omni invaſione,*

ſione, vel inquietudine omnium hominum, cujuſcunque ordinis, vel poteſtatis eſſe videantur.

Præterea in perpetuum confirmo, ut monachi ejuſdem eccleſiæ per ſucceſſiones ſecundùm regulam ſancti Benedicti *eligere ſibi idoneos abbates habeant poteſtatem; & quiſquis fugitivorum de quocunque loco, pro quacunque cauſa, cujuſcunque conditionis ſit, ipſum ſanctum locum, vel procinctum ejus intraverit, fugiens; membrorum ſuorum, ac vitæ impunitatem conſequatur. Poſſeſſiones verò, quæ ibi à puibuſcunque donatæ ſunt, non abbas, non alia quælibet perſona licentiam habeat vendendi, vel extraneis dandi: ſed regum munimine deinceps locus ipſe tueatur; ipſeque abbas regi ſoli ſerviens, atque ei ſoli os ad os reſpondens, commiſſum ſibi gregem ſpirituali, & temporali paſtu abundanter foveat. Concedo, & confirmo omnes donationes terrarum vel libertatum, ut aliarum rerum, quæ à regibus,* Edgaro *videlicet, &* Hardeknut, *ſeu aliis fidelibus ante me donatæ ſunt; hoc eſt,* **Upwode**, *cum* Raveleya, *berewico ſuo & cum inſula, in qua prædictum ſtat arciſterium, cum omnibus ſibi pertinentibus;* **Hemingeford**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Walſoke**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Sautrey**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Hellingh**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus; in* **Welles** *viginti piſcatores ibidem ſingulis annis ad uſum fratrum lx. M. anguillarum reddentes;* **Branceſtrei**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus, & cum omni maris projectu, quod nos* Anglicè **Shipwrec** *appellamus;* **Ripton**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Tinell**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Kingeſton** *cum* Raffleya, *&* **Byri** *berewicis ſuis, omnibuſque ſibi pertinentibus;* **Wardebult**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Scepton**, *cum omnibus pertinentiis ſuis;* **Chaterih**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus, & unam manſionem orientalem de* **Cleſworth**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Houſton**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Witton**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Clinton**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Bitherum**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Briumton**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Wichinton**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Pſham**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Weſton**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Gravell**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Bilinchon**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Stocton**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* **Gillinger**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus: necnon & illas, quas optimates mei meo tempore addiderunt, ſcilicet* Ethericus, Dorcenſis *eccleſiæ epiſcopus* **Clincon** *&* **Bernewell**, *&* **Hemingeton**, *& unam manſionem in* **Cleſworth** *occidentalem, &* **Gretton**, *&* **Therefeld**, *&* **Sucklingdon**, *&* **Weſtmulne** *orientalem, &* **Offerton** *in* Hoylandia, *& tres hidas in* **Broucton**, *& tres hidas in* **Bodekeſham**, *& cum omnibus ad ſe pertinentibus;* Ethnothus *ſucceſſor ejus epiſcopus,* **Over** *&* **Barton**, *&* **Snapwell**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* Ethnothus *filius* Godrici, Accleyam, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* Eylwynus, **Swerte**, **Cranfeld**, *&* **Kemeſtan**, *&* **Cloppam**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* Leoffius *diaconus* **Wipſinton**, **Langetehill**, *&* **Watlinworth**, *cum omnibus ſibi pertinentibus;* Leoffius *nepos ejus* **Meringe**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* Alfſius *de* **Lamwathe**, **Burcwell**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus;* Johol *de* **Lincoln**, **Querinton**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus:* Hardeknut *verò frater meus,* **Hemingeford**, *&* **Gilling**, *cum omnibus ſibi pertinentibus.*

Poſtremò ego ipſe, propter ſpem retributionis æternæ, & pro remiſſione delictorum meorum, & pro animabus patris, & matris meæ, & omnium parentum meorum, ad laudem omnipotentis Dei, ad uſus fratrum ibidem Deo ſervientium, de meo jure, quod mihi ſoli competebat, abſque ullius reclamatione, vel contradictione, iſta addidi. Inprimis **Kingeſted**, *cum omnibus ad ſe pertinentibus, & cum omni maris ejectu, quod* **Shipwrec** *appellamus, &* **Wynebodeſham** *cum hundredo, & dimidio infra* **Bichamdich**, *& cum 64.* Socmannis *ad hundredum pertinentibus, & cum foro de* **Bunham** *ad* **Wynebodeſham** *pertinente. Relaxamus igitur iſtis, & omnibus ſupra nominatis terris, conſuetudines omnes, & exactiones regalium, & epiſcopalium miniſtrorum, ſicut anteceſſores mei reges primò fecerunt, ut nullis graventur oneribus expeditionum nec pontium, nec caſtrorum reſtructione, nec furis apprehenſione, & emiſſione, nec ſanguinis effuſione, & omnia quæ ad locum ipſum pertinent ſint omnino libera; cellæ, eccleſiæ, cœmiteria, terræ, paſcua, ſilvæ, venationes, aquæ, piſcationes, cum redditibus, ſervitiis, debitis, oblationibus, luminaribus, decimis, donariis, cenſu mortbidis, legibus, conſuetudinibus, cauſarum dicuſſionibus, emendationibus, ſive eccleſiaſticis, ſive ſecularibus, & cum omnibus quæcunque maris procelloſis tempeſtatibus in aquam, vel in terram eorum ejecta fuerint, quod* Anglicè **Shipwrec** *promulgatum eſt onomate, & omnibus, quæcunque ſcriptis, & teſtimonio bonorum hominum rememorari potuerint, quæ à regibus conceſſa, vel concedenda ſunt; & nullus ex iis ſubtrahere vel diminuere, aut diſpergere qualibet occaſione, judicio, vel poteſtate præſumat.*

Renovamus etiam, & confirmamus privilegia antiquorum regum, atque ob reverentiam Dominæ noſtræ perpetuæ virginis Mariæ, *ſanctique* Benedicti, *ſanctorumque virginum, omnibuſque futuris ibidem abbatibus in tota poſſeſſione monaſterii,* Sacham & Socham, Theloneumque *ſuum in terra, & in aqua concedo, & conſuetudines, ut ab omnibus apertiùs, & pleniùs intelligantur,* Anglicè *ſcriptas, ſcilicet,* **mundbriche**, **feardwite**, **fitwite**, **blodewite**, **miskeninge**, **frithſoke**, **hamſocne**, **forſtall**, **forphange**, **thiefphang**, **hangwite**, **frithbriche**, **utlep**, **infongenthef**, **kypbriche**, **tol**, *&* **tem**, *aliaſque omnes leges & conſuetudines quæ ad me pertinent, tam plene, & tam liberè, ſicut eas in manu mea habebam.*

Et, ut omnia concludam, nullus ſuccedentium regum, epiſcoporum, principum, comitum, vicecomitum, procuratorum, ſeu aliorum regum clientium, vel alia quælibet magna, vel parva perſona, per vim, aut per conſuetudinem, paſtum, cenſum, vel impenſionem, non opera, non tributa, xenia ſeu munuſcula, vel aliud quidlibet ab eorum poſſeſſionibus exigat: ſed omnimodam libertatem perpetualiter in terra, & in aqua, in urbe & extra, in domo & extra, in villa & extra, in via & extra, in placito, *in* Soca & Saca, *in* Theloneo, *& in omnibus ſuis appenditiis habeant. Quiſquis igitur fidelium*

lium hanc noſtram munificentiam amplificare propriis donis ſategerit, augmentet illi omnipotens Deus gaudium perenne ubi perpetuitas viget. Si quis vero, quod abſit, eam deſtruere voluerit, vel hujus noſtri decreti contradictor, convulſor, & temerator extiterit, perpetuo anathemati ſubjiceat, niſi Deo, & ejus glorioſæ matri digna pœnitentia ſatiſſecerit.

Scripta eſt namque hæc ſcheda me jubente, & ſigillata, his teſtibus, quorum onomata infra habentur, conſentientibus, ſecundo kalend. Decemb. ✠ Ego Edwardus Rex, *Deo largiente,* Anglorum, *ſignum venerandæ crucis impreſſi.* ✠ Ego Stigandus *archiepiſcopus conceſſi, & confirmando ſigno ſanctæ crucis conſignavi.* ✠ Ego Ethelredus *archiepiſcopus gratanter corroboravi.* ✠ Ego Wlfſtanus *epiſcopus vexillo ſanctæ crucis prænotavi.* ✠ Ego Gyſo *epiſcopus conſentaneus fui.* ✠ Ego Walterus *epiſcopus conſenſum præbui.* ✠ Ego Reinbildus *Cancellarius conſigillando commodum duxi.* *Ego* Switgarius *notarius ſcripſi.* ✠ Ego Aelſius *abbas.* ✠ Ego Edwinus *abbas.* ✠ *Ego* Egelwinus *abbas.* ✠ Ego Baldewinna *abbas.* ✠ *Ego* Alwinus *abbas hoc meum deſiderium ad perfectum adduxi, & à Rege hilariter ſuſcepi.* ✠ *Ego* Leofricus *dux.* ✠ *Ego* Haroldus *dux.* ✠ *Ego* Leofwinus *dux.* ✠ Ego Edwinus *dux.* ✠ *Ego* Hugelinus *Cubicularius.* ✠ *Ego* Edgarus Stallere. ✠ *Ego* Robertus *filius* Wittnam. ✠ *Ego* Wigodus *de* **Lincolne**.

Charta Regis Edwardi.

Ex eod. Regiſtro de *Rameſey.* fol. 316. a.

Edwardus* Dei gratia rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & dux *Aquitaniæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, juſtitiariis, vicecomitibus præpolitis, miniſtris & omnibus ballivis & fidelibus ſuis, ſalutem (*&c.*) Inſpeximus cartam celebris promoriæ domini *Henrici*, dudum regis *Angliæ*, megenitoris noſtri, in hæc verba.

“*Henricus* rex *Angliæ*, epiſcopo *Elienſi* & baronibus & juſtitiariis & vicecomitibus & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Grantebricſcira* ſalutem. Sciatis quoniam *Bernardus* abbas de *Rameſeia* dirationavit in curia ſua apud ſanctum *Yvonem*, coram juſtitia mea quam illuc miſeram, terram de *Stowa* & *Griſtona* verſus *Paganum Pevrellum*, quam ipſe *Paganus* clamabat tenere de eccleſia de **Rameſeye**, & recognitum ibi fuit quod nullum jus in terra illa reclamare poterat, ſed remanſit terra illa eccleſiæ de *Rameſia* & abbati ſolida & quieta de tota calumnia *Pagani* & ſucceſſorum ſuorum, & hoc dirationamentum warantizo & per cartam meam confirmo, & ideo volo & præcipio quod eccleſia de *Rameſeia* & abbas eam amodò in pace & quietè & liberè teneant, ſicut dominium eccleſiæ ejuſdem, ita ne ulterius ei inde reſpondeat, nec alicui de ſucceſſoribus ſuis nec alteri qui per illum clamet. Teſtibus R. epiſcopo de *Sarum* & *Pagano* filio *Johannis* & *Wilielmo* de *Hoctona* apud *Weſtmonaſterium*.

Inſpeximus inſuper quandam aliam cartam ejuſdem progenitoris noſtri in hæc verba. “*Henricus* rex *Angliæ*, *Roberto* epiſcopo *Lincolnienſi*, & *Aldvino* abbati de *Rameſeia*, & toti conventui monachorum, & *Hugoni* de **Bochland**, & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Bedeforiſcira* & de *Hertfordſcira* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe concordiam quam fecerunt invicem *Aldwinus* abbas & *Renaldus* de **Argentuem** de molendinis de **Icleſford**, & de terra quæ eſt de feudo abbatis & *Renaldi*, ſcilicet unam partem quæ ſita eſt in feudo *Renaldi*, ita quod *Renaldus* teneat molendinum & terram quamdiu vixerit, & poſtquam obierit reſumat abbas molendina & terram in dominio ſuo, cum omni augmentatione & emendatione quam *Renaldus* faciet ſuper terram illam. Et *Gundritus* teneat molendinum de abbate ſicuti tenebat de *Renaldo*, & ſi *Renaldus* morietur in *Anglia*, ſepelietur in dicta abbathia: & propter hanc conventionem dabit *Renaldus* abbati quoquo anno x. ſolidos. Teſtibus *Geroldo* de **Calz** & *Roberto Gerbert*, apud *Brantonam*, &c.

Nos autem donationes, conceſſiones, confirmationes & præcepta prædicta rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto *Simoni* nunc abbati de **Rameſeye** & ejuſdem loci conventui, & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus. Datum per manum noſtram apud *novum Caſtrum* ſuper *Tynam* decimo die Julii anno regni noſtri octavo.

Ex libello donationum Rameſienſis *monaſterii.*

Lelandi collectan. vol. 1. pag. 837.

Henricus* primus, rex, ut liquet ex ejus donatione, inſtituit unam feriam apud S. *Ivonem* de **Seleye**, quæ incipiat in die lunæ hebdomade paſchæ, & duret uſque in diem lunæ ſequentem, & toto illo die.

Henricus ſecundus dedit liberam warrennam monachis de **Rameſeye** in terris quas habebat in **Herſtingſtan** hundred.

Johannes rex, ut patet ex charta ejus donat. inſtituit unam feriam apud *S. Ivonem* de **Sleye**, incepturam quarto die ante feſtum S. *Laurentii* & per octo dies duraturam.

Eadwardus primus inſtituit mercatum in opido S. *Ivonis* de **Sleye** in die lunæ.

Henricus ſecundus dedit manerium ſuum de *Ripatona* in feodi firmam monaſter. de **Ramſey**.

Cuſtodia ferarum in **Huntinduneſhire** data monaſterio de **Rameſey** à *Joanne* rege.

Ricardus primus dedit eccleſiæ de **Rameſey** 50. acras de veteri eſſarto quietas & ſolutas de reguard. in **Huntingeſtan** hundred.

Ex charta Henrici *primi regis.*

Ib. p. 840.

G*ilebertus* filius *Guidonis* quietum clamavit abbati de **Rameſeie**, **Kingſtede**, & **Holm**.

Ex charta Henrici *primi.*

Habeat abbas de **Rameſeie**, **Winebodeſham** cum pertinentiis, & *Biriam*, quas *Gul.* de *Hoctona* camerarius meus tenuit.

Ex charta Henrici *primi.*

R*Eginaldus* abbas de **Rameſeie** conceſſit *Simoni* de *Bellocampo* terram de **Holewelle** in **Brdfordſhire** hac conditione &c.

Ex Charta Henrici *primi.*

A*Lbreda*, quæ fuit uxor *Euſtachii* de *Scyelleia*, dedit anno MCxxxiiij. **Walton**, cujus hoc manerium hæreditas fuit, eccleſiæ de **Rameſeie**, conſenſu *Walteri* de **Bolebec** domini ſeodi illius, & *Hugone* filio & hærede *Gualteri*, & *Euſtaobio* filio & hærede *Albredæ*, conſentien.

Ex charta Henrici *primi.*

R. De **Luvetot** fuit in miſericordia mea pro terra de **Brocton** de dominio abbatis de **Rameſey**.

Ex charta Henrici *ſecundi*:

TEneant abbas de **Rameſey** & monachi in pace manerium de **Bradenheth**, ſicut *Gul.* camerarius de *Hoctona* coram *Henrico* avo meo illud eis reddidit.

Ib. p. 841. *Stephanus* de *Mariſco*, & *Galfridus* ejus hæres acceperunt terras apud **Walſoch** de abbate *Rameſien.*

Robertus de **Broy** per *Walterum* ejus filium & hæredem reſtituit *Cranleiam* in hora mortis, quam violenter abſtulerat ab eccleſia de *Rameſeia.*

Oliverus Moyne monachus movebat querelam contra *Gul.* abbat. de **Rameſeie** pro **Bradenath**.

Ib. p. 842. 843.

Annui redditus terrarum de **Rameſeie.**

DE *Sexaligduna* xl. li.
De **Bertune** xv. l,
De **Cranefeld** & **Craveleie** xxv. l.
De **Ferrefeld** & **Bradenhac** xxvij. l.
De **Aethelingtune** xxx. l.
De **Weſtune** ix. l.
De **Bremtune** vi. l.
De *Bitherna* vi. l.
De *Bernewella* C. ſol.
De *Saltretha* vij. l.
De **Elingtune** tempore *Ailſii* abbatis xvj. l.
Tempore *Reginaldi* abbatis ix. l.
De **Octune**, **Slepe**, & **Haliwelle** lx. l.
De **Wardebuſc** xvij. l.
De **Broctune** xviij. l.
De **Wiſtow** ix. l.
De **Upwodde** x. l.
De **Riptune** xj. l.
De **Stivocle** vij. l.
De *Gidinga* vj. l.
De **Hemingford** xv. l.
De *Oura* vij. l.
De *Grettuna* ix. l.
De **Knappewelle** xij. l.
De *Elleſwurtha* xxx. l.
De **Graveleie** x. l.
De **Burwelle** xxx. l.
De **Katericht** viij. l.
De **Branceſtre** xxiiij. l.
De *Ringeſteda* & **Holme** xv. l.
De **Brunham** xl. ſolid.
De **Lauſell** xxiiij. l.
De **Walſocna** v. l.
De **Winebodeſham** cum hundredo viij. l.
De **Dunham** vj. l.
De **Helingeie** viij l.
De **Snor** j. marcam.
De **Fordham** j. marcam.
De **Trikingaham** viij. marc.
De **Meringis** x. ſol.
De **Cantebruge** xxvij. denar. &c. de minutis redditibus, & decimis eccleſiarum multarum.

Ex libello de univerſariis in eccleſia Rameſienſi *obſervatis.*

G*Ul.* de **Say** obiit 3. id. Januarii. Undecimo cal. Febr. obiit *Jol* frater noſter, qui dedit nobis **Quenton**, **Cranewelle**, & **Sleford**.

Nono cal. Febr. obiit *Ailfricus* archiepiſcopus. Septimo cal. Martii obiit *Wac* frater noſter, qui nobis dedit **Withleſmere**.

Tertio idus Apr. *Turgunt* ſoror noſtra obiit. quæ dedit pſalterium, & philaterium aureum cujus pretium erat xij. marcarum auri.

Decimo octavo cal. Maii obiit *Ailwoldus* comes, frter *Ailwini* ducis, qui dedit **Hocton** & **Withon**.

Nono cal. Maii obiit *Ethelredus* rex *Angliæ*, qui dedit **Brochtune**.

Nono cal. Maii, obiit *Ailwinus* comes, fundator *Rameſienſis* monaſterii, qui dedit plurima ornamenta pretioſa & CC. hidas terræ.

Et *Ailwinus* niger, frater ejus qui dedit **Crayfelde**, & **Clopham**, & **Kemptun**, & **Herdingtune**, & **Cherletune**.

Decimo tertio cal. Junii, obiit *Reginaldus* abbas, hujus novæ eccleſiæ conſtructor.

Sexto Junii, obiit *Hardcnute* rex, qui dedit **Hemingford**. Ib. p. 844.

Decimo octavo cal. Junii obiit *Ethelſtanus Manneſſone* frater noſter, qui dedit crucem unam de ligno Domini honorificè factam, & *Slepam* cum ſuo appenditio, & **Chaterlz**.

Edgarus rex *Angliæ*, obiit viij. idus Julii, qui dedit quinque hidas terræ in **Burewells** & eccleſiam de **Gomiceſtre** cum tribus hidis.

Et *Alfwen* ſoror noſtra, mater *Ailwini* ducis, comitiſſa, quæ dedit **Weſtune**.

Septimo cal. Auguſti, obiit *Ailwardus* aureus epiſcopus, qui dedit plurima dona in auro & argento, & palliis pretioſis, & veſtimentis, & aliis ornamentis, & **Horſheth**, & **Hemingtune**.

Tertio idus Auguſti, obiit *Brightnothus* comes, qui dedit **Wichentune** & **Dodiugtune**.

Nono cal. Septemb. obiit *Oſegodus* frater noſter, qui dedit **Opeford**. *Wulgifa* comitiſſa, uxor *Ailwini* ducis tertia, obiit nono cal. ſeptemb. quæ dedit **Branceſtre**.

Sexto idus Septemb. *Ailflid* comitiſſa, uxor *Oſwaldi* comitis fratris *Ailwini* ducis, quæ dedit **Welinctune**, & **Weninctune**, & **Bitherne**, & **Riptun**.

Tertio decimo cal. Octob. obiit dominus *Eadnothus* epiſcopus qui dedit **Over**, & **Bartune**, &

Knappewelle, & plurima ornamenta.

Quinto cal. Octob. obiit *Ailwinus* monachus, & levita, qui dedit **Lauſhul**, **Hauſted** & **Criſeby**.

Quinto idus Octob. obiit *Ethelfleda* uxor *Ailwini* ducis prima, quæ dedit **Stivecle**.

Tertio idus Octob. *Ailſinus* frater *Æthelwini* ducis.

Quartodecimo cal. Novemb. obiit dominus *Eadnothus* epiſcopus, primus abbas hujus loci, qui attulit huc S. *Ivonem*,& *Wulſin.* abb.

Ib. p. 845.

Et *Ethelwardus* filius *Æthelwini* ducis. Omnes iſti fuerunt interfecti à *Danis* quando *Cnuto* venit in *Angliam*. Et epiſcopus *Ednothus* ſepultus eſt apud **Ely**. Abbas & comes apud **Rameſeie**.

Pridie cal.Novembris obiit *Alwen* ſoror noſtra, quæ dedit **Potton** & **Hattele**.

Tertio idus Novemb. obiit *Seldwara* ſoror noſtra, quæ dedit unum aureum calicem qui librabat quatuor marcas & dim. & unam auream muſcam pulchrè gemmis ornatam.

Idibus Novembris obiit *Knuto* Rex, qui dedit nobis S. *Felicem*. Decimo octavo cal. Decembris obiit *Legvina* ſoror noſtra, quæ dedit **Stoctune**, & **Wilingtune**, & **Gravelele**, & **Gillingham** & unam crucem optimam.

Sexto idus Decembris obiit *Ethelricus* epiſcopus qui dedit **Shutlingdune**, **Thereferd**, **Eleſwurth**, **Ailingtun**, **Bernewelle**, **Hemington**, **Stow**, **Bodekeſham**, **Overton**, **Weſtmulne**, **Grettune**,& in **Broughton**,3. hidas cum omnibus appendiciis eorum.

Inſcriptio ſepulchralis Ailwini.

Lelandi collectan. vol. 3. p. 44.

HIC requieſcit *Ailwinus*, inclyti regis *Edgari* cognatus,totius *Angliæ* Aldermannus, & hujus ſacri cœnobii, miraculoſè, fundator.

De Abbatibus Rameſienſibus.

Ex Regiſtro de *Ramſey* ſæpius memorato. fol. 218. b.

A*EDNOTHVS* primus Abbas. Iſte venit *Rameſiam* miſſus à ſancto *Oſwaldo* de **Weſtbury**, quæ eſt cella *Wigornienſis*, anno DCCCClxx.dominicæ incarnationis,& tertio anno ſequenti,die decollationis S. *Johannis*,venit hic ſanctus *Oſwaldus* cum duodecim monachis de **Weſtbury**, quos hîc poſtea plantavit in prædicta eccleſia, quæ dedicata fuit â ſanctis *Dunſtano*, *Dorobernenſi* & *Oſwaldo Eboracenſi* archiepiſcopo, poſt duos annos elapſos, ſcilicet Dominicæ incarnationis nongenteſimo ſeptuageſimo quarto. Et iſte fuit Præpoſitus, id eſt, Prior *Rameſiæ* per viginti duos annos uſque ad annum nongenteſimum nonageſimum ſecundum , quo anno obiit comes *Ailwinus*, & ſequenti anno electus eſt in abbatem, & benedictus à ſancto *Elphego*,& *Wlſius* factus eſt Prior, & iſte fuit abbas ſedecim annis uſque ad annum milleſimum octavum, quo anno electus eſt in epiſcopum *Dorcaſtriæ*, & fuit epiſcopus per octo annos, uſque ad annum milleſimum & decimum ſextum, quo anno fuit occiſus in guerra à *Danis* apud *Eſſdonum*, cum ibi eſſet ad orandum pro exerciru *Anglicano*, & ſic fuit Prior, Abbas & Epiſcopus per triginta octo annos. Et anno iſtius in abbatia exeuntis nono fuit inventio ſancti *Ivonis* & ſociorum ejus apud **Slepe**, & eodem anno tranſlatio eorundem ſanctorum apud *Rameſiam*.

Sanctus *Ivo*.

Wlſius Abbas primus poſt ipſum,factus fuit abbas anno milleſimo octavo, & fuit interfectus à *Danis* cum dicto *Ednotho* epiſcopo & *Ethelwardo* duce, filio ducis *Ethelwini*, & eodem anno quo interfecti fuerunt, *Ethericus* monachus *Rameſiæ* factus eſt epiſcopus *Dorcaſtriæ*, & vixit in epiſcopatu annis novemdecim. Iſte epiſcopus multa maneria & bona contulit eccleſiæ *Rameſienſi* & ibidem ſepelitur juxta cornu magni altaris, fuitque abbas octo annis.

Withmannus Abbas. Iſte ſuſcepit abbathiam anno milleſimo decimo ſexto. Hujus tempore tranſlatum eſt regnum de *Anglis* ad *Danos*, ſcilicet de *Ethelredo*, poſt mortem ejus, ad *Cnutonem* electum ab *Anglis*; fuitque abbas per tres annos, & quarto anno peregrè profectus eſt in *Jeruſalem*, & rediens anno ſequenti invenit *Ethelſtanum* abbatem, cui voluit *Ethelſtanus* cedere, & ipſe noluit, ſed elegit vitam ſolitariam apud **Northeye**, & ibi vixit pluſquam viginti ſex annos;cujus tempore ſanctus *Edwardus* Rex & Confeſſor, filius *Ethelredi* Regis ex *Emma*, inſtinctu ipſius *Withmanni* dedit eccleſiæ *Rameſienſi* **Kingſtede** cum omni libertate & omni maris ejectu quod **Wrec** appellatur, & *Oſwaldi* monachi ſecum commorantis nepotis ſancti *Oſwaldi* **Winebodeſham** cum hundredo & dimidio & lx. ſocamannis & forum de **Seham**,ac omnibus libertatibus ſuis,& hæc donatio facta fuit anno milleſimo quadrageſimo ſeptimo.

Ethelſtanus abbas. Iſte ſuſcepit abbathiam anno milleſimo viceſimo, & ſub iſto *Ednothus* ſecundus ſive junior electus eſt in epiſcopum *Dorcaſtriæ*, ſcilicet anno Domini M. —— quarto, & vixit in epiſcopatu per ſedecim annos. Iſte fuit abbas viginti tres annos, ſcilicet uſque ad annum Domini milleſimum quadrageſimum tertium, & in eccleſia occiſus eſt in vigilia ſancti *Michaelis* à quodam *Hibernico*. Tempore iſtius abbatis *Ethericus*, epiſcopus *Dorcaſtriæ*, ſanctum *Felicem* de **Seham** uſque *Rameſiam* cum honore fecit transferri, ſcilicet, anno Mxxvj.

Alfwinus Abbas ſuſcepit abbathiam anno milleſimo quadrageſimo tertio, & fuit abbas triginta ſex annos, & hujus tempore venit *Willielmus* **Baſtard** in *Angliam*, ſcilicet, anno Domini milleſimo ſexageſimo ſeptimo, & eodem anno obiit *Aielwardus* aureus epiſcopus.

Ailſinus Abbas ſuſcepit abbathiam anno milleſimo octuageſimo, & fuit abbas per octo annos, & eidem revelatum fuit in mari quod feſtum conceptionis ſanctæ *Mariæ* celebraretur, & per ipſum primò fuit inventum.

Herbertus Abbas factus fuit anno milleſimo octuageſimo ſeptimo, fuitque abbas per quatuor annos, poſtea factus eſt epiſcopus *Norwicenſis*, & vixit ibidem viginti novem annis, iſte tranſtulit ſedem epiſcopalem de **Elmham** uſque *Norwicum*.

Aldwinus abbas ſuſcepit abbathiam anno milleſimo nonageſimo primo. Iſte fecit aſſiſas *Rameſiæ*, & tenuit abbathiam per undecim annos, & tunc depoſitus eſt in conſilio à ſancto *Anſelmo Cantuarienſi* archiepiſcopo, cum *Ricardo* abbate *Elienſi*, & *Godrico Burgenſi*, & permanſit depoſitus quinq; annis; & factus eſt abbas, poſt depoſitionem per regem, *Bernardus* monachus de ſancto *Albano*. Et poſt quinque annos recuperavit abbathiam, & tenuit eam per quatuor annos, & mortuus eſt, & vacavit abbathia per annum & plus, cujus tempore poſt aſſumptionem abbathiæ, ſcilicet, anno milleſimo nonageſimo nono, rex *Anglorum Henricus* abbathiam *Elienſem* ad epiſcopalem mutavit ſedem, & *Harvæum Bancornienſem* epiſcopum eidem eccleſiæ præfecit.

Bernardus Abbas. Iſte fuit abbas per quinque annos, dum *Aldwinus* erat depoſitus, & mortuus eſt.

Reginaldus Abbas factus eſt anno milleſimo centeſimo decimo quarto, & elapſus duobus annis incepit ædificare novam eccleſiam, in quam intravit conventus poſt ſeptem annos, ſcilicet, anno milleſimo centeſimo viceſimo tertio, fuitque abbas ſedecim annos, & mortuus eſt.

Walterus Abbas factus eſt anno milleſimo centeſimo triceſimo tertio. Iſte fuit abbas viginti ſeptem annos, & poſt decem annos ſuſceptæ abbatiæ expulſi ſunt monachi *Rameſiæ* per *Galfridum Mandevill*, comitem *Eſſexiæ*.

Willielmus Abbas. Hujus tempore ſanctus *Thomas* factus eſt archiepiſcopus *Cantuarienſis*, ſcilicet, anno Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo, & anno ſequenti *Walterus* Prior *Rameſiæ* factus eſt abbas *Thorneyæ*. Iſte abbas *Willielmus Rameſienſis* rexit abbathiam de **Ramſey** ſedecim annos, & tunc in abbatem *Cluniacenſem* electus eſt, videlicet, anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, & anno ſequenti receſſit à *Rameſiâ* & vixit ibidem duobus annis, & vacavit abbathia *Rameſiæ* duobus annis.

Robertus Trianel factus fuit abbas anno milleſimo centeſimo octogeſimo. Iſte fuit Prior ſancti *Andreæ Norhamtoniæ*, fuitque abbas viginti annos & mortuus eſt. Hujus tempore, ſcilicet, anno mileſimo centeſimo octuageſimo ſexto, *Radulfus* Prior *Rameſiæ* factus eſt abbas ſancti *Benedicti* de *Hulmo*. Item tempore iſtius, ſcilicet, anno milleſimo centeſimo nonageſimo ſecundo, oſſa Sanctorum, ſancti *Felicis*, *Ethelredi*, ac *Ethelbrithi* in feretris ſunt collata.

Eudo abbas, iſte factus fuit abbas MCC. & fuit Prior *Burgi*, vixitque per unum annum, & eodem anno *Acarius* Prior ſancti *Albani* factus eſt abbas *Burgi*. Item anno antedicto obiit ſanctus *Hugo*, *Lincolnienſis* epiſcopus.

Robertus de **Redinges** factus eſt abbas *Rameſiæ* anno MCCij. ad inſtantiam *Johannis* de **Grey** cancellarii *Angliæ*, poſtea epiſcopi *Norwicenſis*. Fuit abbas per quinque aunos & reſignavit baculum ſuum paſtoralem in manus *Willielmi Lincolnienſis*, habuitq; pro ſuſtentatione ſua manerium de **Cranfeld**. Hujus tempore *Cantuarienſis* archiepiſcopus conſtituit tres monachos receptores omnium proventuum hujus monaſterii; & ab hoc anno vacavit monaſterium ſine abbate per ſeptem annos ſequentes, & proximo anno ſuæ ceſſionis combuſta eſt eccleſia Prioratus ſancti *Ivonis* cum officinis ſuis, ſcilicet anno MCCvij. mortuus eſt apud **Redinges**, & Rex *Johannes* tenuit abbathiam in mana ſua per ſeptem annos pro eo quod monachi *Rameſiæ* ad præceptum ſuum noluerunt eligere in abbatem Priorem de *Frontonâ*.

Sanctus *Ivo*.

Richardus, abbas de **Selby**, electus eſt in abbatem *Rameſiæ*, anno MCCxiiij. procurante *Nicholao Tuſculanenſi* epiſcopo, cardinali & legato, & eodem anno relaxatum eſt interdictum in *Anglia* per dictum legatum. Item eodem anno idem *Nicholaus* legatus depoſuit abbates *Weſtmonaſterii*, *Eveſhamiæ* & *Bardeneæ*, & ſubſtituti ſunt per eundem Prior *Fronton.* apud *Weſtm.* Prior *Wigorn.* apud **Eveſham**, Prior de **Lenton** apud **Bardney**, & anno ſequenti fuit eccleſia *Rameſienſis* ſpoliata multis divitiis, & vixit per duos annos.

Hugo Foliot, Prior *Rameſienſis*, factus eſt abbas anno MCCxvj. & vixit per quatuordecim annos & in creatione ſua recepit benedictionem ab epiſcopo *Batonienſi*. Hujus tempore, ſcilicet anno Domini MCCxviij. *Silveſter* primò monachus, poſtea epiſcopus *Wigornienſis*, obiit *Rameſiæ*, cujus viſcera ante altare beatæ virginis ſepulta ſunt, corpus verò *Wigorniæ* delatum eſt. Item iſtius tempore, ſcilicet anno MCCxx. electus eſt *Johannes* abbas de *Fontibus* in epiſcopum *Elienſem*, ſecundùm mandatum domini papæ & vixit per quinque annos, cui ſucceſſit *Gaufridus* frater *Huberti* Juſticiarii, qui vixit per quatuor annos, cui ſucceſſit *Hugo* abbas ſancti *Edmundi*, & *Ricardus* de *Inſula*, monachus & Prior ſancti *Edmundi*, poſtea abbas de **Burton** in abbatem ſancti *Edmundi* eſt electus.

Ranulfus, Prior *Rameſiæ*, factus eſt abbas anno MCCxxxj. & tertio anno elapſo venit *Henricus* Rex *Angliæ*, primus omnium regum *Angliæ* apud *Rameſiam*, ſcilicet die ſancti *Matthiæ* apoſtoli, & fecit ſe convivari, manens ibi per quatuor dies. Et ſexto anno hujus abbatis dedicata eſt eccleſia ſancti *Ivonis*, & anno ſuo octavo idem abbas factus eſt Juſticiarius apud *Norwicum*. Item hujus tempore celebratum eſt concilium *Lugdunenſe* per *Innocentium* quartum, anno MCCxlv. Iſte fuit abbas viginti duobus annis.

Sanctus *Ivo*.

Willielmus Acolt factus eſt abbas anno MCCliij. qui à domino archiepiſcopo *Cantuarienſi* benedictionem accepit. Iſte vixit per unum annum, & mortuus eſt.

Hugo de **Sulgrave** factus eſt abbas anno MCCliiij. Iſte fuit Prior ſancti *Ivonis*, & anno ſequenti electus eſt magiſter *Willielmus* de **Kilkenni** tunc domini regis cancellarius in epiſcopum *Elienſem*, qui nactâ dignitate epiſcopali eccleſiam *Rameſiæ* multis oppreſſit injuriis, & eodem anno miſſus fuit à domino rege in *Hiſpaniam* & mortuus eſt ibidem; poſt cujus mortem conventus *Elienſis* elegerunt *Hugonem* de **Balſam** ſub-Priorem ſuum, quo præſentato *Cantuarienſi* archiepiſcopo & ab eodem malitioſè caſſatus eſt, ſed appellans *Romam* adiit. Et in eodem anno dominus papa conceſſit regi *Henrico* decimam cleri *Angliæ*, & obligata ſunt monaſteria *Angliæ* in curia *Romana* per epiſcopum *Herefordenſem*, ipſis ignorantibus, *Rameſia* obligabatur in DCxxiiij. marcis. Anno ſequenti electio ipſius *Hugonis Elienſis* in curia *Romana* approbatur per papam *Alexandrum*, & fuit decretum quod de cætero archiepiſcopus electiones poterit examinare & caſſare & non alium ſubrogare. Et anno ſequenti *Simon* de **Luton** Prior ſancti *Edmundi* eligitur in abbatem ejuſdem domus, qui vocatus *Romam* adiit, & rediit confirmatus, collata ſibi poteſtate more epiſcopali benedicendi populum ſibi occurrentem. Item quarto anno hujus abbatis, Dominus *Willielmus Brito* juſtitiarus regis, per breve regis deliberavit gaolam *Rameſiæ* apud **Wineboveſham** in hundredo de **Clacloſe**, de multis latronibus captis in libertate abbatis & extra. Item anno MCClxvij. capta eſt inſula *Elienſis* ſuper Barones qui in eam confugerant, per *Edwardum* filium regis *Henrici*. Item tempore hujus abbatis, ſcilicet anno MCClix. *Henricus* rex *Angliæ* recepit à rege *Franciæ* CCC. M. libras *Turonenſium* parvorum, promiſſaque reſtitutione terrarum ad valorem, xx. libr. annui cenſus, & omnibus terris in manu regis *Franciæ* exeuntibus, idem *Henricus* rex reſignavit plenè & purè: exinde literarum ſuarum abbreviavit titulum, ut nec ducem *Normanniæ*, nec comitem *Andegaviæ* deinceps ſe vocaverit.

Iſte *Hugo* abbas incepit refectorium, fecit feretrum ſancti *Ivonis* & tabulam argenteam & deauratam ad magnum altare, & perquiſivit **Gravenhurſt**, & aſſignavit pietantiam propter cœnas conventus, & multa alia terras & tenementa perquiſivit & ædificia fecit, rexitq; eccleſiam ſuam per tredecim annos & dimidium tam guerræ quam pacis, & anno ſequenti obiit.

Abbas *Willielmus*, iſte electus eſt in abbatem & confirmatus per *Ottobonum* legatum anno MCClxvij. Iſte perquiſivit de *Berengario le Moygne* maneria de **Bernewell**, **Hemington**, **Crouthorpe**, & **Litlethorp**, cum advocatione eccleſiæ ſancti *Andreæ* de **Bernewel** anno Domini MCClxxvj. & hoc anno intravit conventus primo in refectorium, & anno ſequenti fecit conductum aquæ in *Romeſia* ſumptibus propriis, & multa alia perquiſita fecit eccleſiæ *Rameſienſi*. Iſte fuit abbas octodecim annos & in decimo nono anno percuſſus fuit paralyſi, propter quod reſignavit baculum, & ſponte ceſſit ab officio ſuo, & vixit poſt per unum annum & menſes duo, obiit.

Johannes abbas, iſte ſuſcepit abbathiam anno MCClxxxv. Iſte transfretravit in *Gaſconiam* ad regem, ut ab eo reciperetur, & ſolvit pro fine cuſtodiendæ domus ſuæ tempore vacationis ij. M. marcas, & tempore ipſius dominus *Edwardus* Rex habuit per extorſionem de eo dimidiam partem omnium proventuum abbathiæ ſecundùm taxationem. Item hujus tempore, ſcilicet anno MCCCix. *Iſabella* Regina *Angliæ*, & filia regis *Francorum*, perendinavit apud **Rameſey** per octodecim dies ad magnos ſumptus ipſius abbatis. Iſte ſuſtinuit infinita tribulationes & onera, & perquiſivit terras & tenementa ex quibus aſſignavit conventui decem libras pro calceamentis. Iſte vixit per triginta annos, & in anno xxxj. obiit, & fuit cæcus ante mortem ſuam ſex annos, nec fecit ceſſionem.

Simon Abbas, juris canonici profeſſor. Iſte ſuſcepit abbathiam anno Domini MCCCxvj. Iſte perquiſivit terram *le* **Hauker**, & contulit novo operi eccleſiæ quod incepit, & multa alia perquiſivit tempore ſuo. Iſte rexit abbathiam viginti ſex annos & mortuus eſt, & ſepultus in novo opere ante majus altare in ſiniſtra parte altaris.

Robertus abbas. Iſte ſuſcepit abbathiam anno MCCCxlij. Iſte in vita ſua plura fecit mirabilia, iſte fuit abbas ſex annis & dimidio & mortuus eſt anno Domini MCCCxlix. tempore peſtilentiæ, ſepultus eſt in novo opere in dextra parte altaris.

Ricardus abbas. Iſte ſuſcepit abbathiam anno Domini MCCCxlix. tempore peſtilentiæ, oneratus debitis prædeceſſoris ſui in ij. mille & quingentis marcis, ultra onera quæ ſuſtinuit tempore creationis ſuæ. Iſte *Ricardus* electus eſt in craſtino S. *Mariæ Magd.* & benedictus die S. *Bartholomei* anno MCCCxlix.

Edmundus Abbas, creatus fuit in abbatem anno Domini MCCC——-———-& obiit anno ſuo xviij.

Thomas Botterwick Abbas, ſuſcepit abbathiam anno Domini MCCCC. & obiit anno ſuo xxiiij. incipiente, circa feſtum omnium Sanctorum.

Johannes Tychemarſh Abbas, electus fuit in abbatem menſe Octobri, octavo kalendas Novembris, anno Domini MCCCCxix. & mortuus eſt in vigiliis aſſumptionis beatæ *Mariæ* anno Domini MCCCCxxxiiij. Iſte fuit nobilis pater, renovavit lapſa, conſtruxit & poſuit nova ædificia.

Johannes Crowland Abbas electus fuit xxvij. die menſis Auguſti anno Domini prædicto, & poſtea vixit per unum annum & dimidium, & obiit decimo tertio calendas Aprilis, anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto. Et quarto calendarum ejuſdem menſis, anno prædicto, electus fuit dominus *Johannes Stowe* in abbatem, cujus ſumptibus & induſtria, Regis *Edwardi* quarti obtenta licentia, perquiſitum fuit manerium vocatum *le Moyres manner* cum pertinentiis in magna **Ravcley** & **Sautre**. Hic poſtquam præſentem eccleſiam xxxij. annis rexerat, percuſſus ſenio & invaletudine baculum paſtoralem reſignavit, & tribus annis poſtea vixit: tandem reſolutus in mortem ſepultus eſt coram altari ſancti *Johannis Baptiſtæ* in boreali parte eccleſiæ.

Vide Vol. 2. pag. 869. Col. 1.

THORNE YENSE

Cœnobium in agro
Cantabrigienſi.

—TORNEIA quippe ſpinarum inſula nuncupatur *Anglicè*, quia diverſarum ſaltus arborum copioſis aquarum gurgitibus circumluitur undique. Ibi monachile habetur monaſterium in honore ſanctæ Dei genitricis *Mariæ*, quod in cultu ſummæ deitatis grata pollet religione, & ab omni ſemotum eſt ſecularium cohabitatione. Illud venerabilis *Adelwoldus*, *Guentonienſis* præſul, *Edelredi* Regis tempore conſtruxit, & illùc corpus ſancti *Botulfi*, abbatis *Icanoenſis*, cum aliis Sanctorum multis pignoribus tranſtulit poſt *Danicam* cladem, in qua beatus *Anglorum* rex *Edmundus* in confeſſione Chriſti martyr occubuit. Soli monachi cum famulis ſuis in opaco *Torneiæ* gremio habitant, De-

Ordric. Vitalis hiſt. eccl. pag. 834. D.

oque tuti fideliter militant. Nulla mulier inſulam niſi cauſa orationis ingreditur, nec aliqua ibidem commorari pro qualibet occaſione permittitur; ſed muliebris habitatio prorſus uſque ad novem milliaria, religioſorum ſtudio, elongatur. Poſtquàm *Normannica* virtus *Angliam* edomuit, eamque *Gulielmus* Rex ſuis legibus commodè ſubegit, *Fulcardum* ſancti *Bertini Sithienſis* monachum, multa eruditione validum, *Torneiæ* præpoſuit, qui ferè xvj. annis, abſque benedictione abbatis vices ſupplevit. Hic affabilis & jocundus fuit atque caritativis, grammaticæ artis, ac muſicæ peritiſſimus. Unde precioſa peritie ſue monumenta reliquit in *Anglia* futuris generationibus. Nam plures dictatus memoria dignos edidit, & ſancti *Oſwaldi, Guigornenſis* epiſcopi aliorumque Sanctorum, quorum propago de *Albione* proceſſit, delectabiles ad canendum hiſtorias ſuaviter compoſuit. Ortis poſtmodum quibuſdam ſimultatibus inter ipſum & *Lincolnienſem* epiſcopum receſſit. *Cenomannenſis Gunterius* de *Bello* monachus, qui *Salesburienſis* fuerat archidiaconus ſucceſſit. Hic monachilem *Torneiæ* conventum ordine Majoris monaſterii regularitèr inſtituit, & pulcherrimam à fundamentis baſilicam cum officinis monachorum diligentèr conſtruxit, in qua idem poſt obitum à fidelibus diſcipulis tumulatus quieſcit.

De fundatione, renovatione & dedicatione hujus Monaſterii.

Ex regiſtro abbat. de *Thorney*, penes comitem *Weſtmorland* an. 1638. fol. 11.

ANno ab incarnatione Domini DCCCClxxij. fundatum fuit monaſterium hoc *Thorneyæ* per ſanctum *Adelwoldum*, *Wintonienſem* epiſcopum, tempore & aſſenſu regis *Edgari*, ut patet in principio libri in carta fundationis.

Anno Mlxxxv. renovata fuit eccleſia per abbatem *Gunterium*, tempore regis *Willielmi* ſenioris, & dedicata fuit per *Herveium* primum epiſcopum de Elye, tempore Domini *Roberti* abbatis *Thorneyæ* primi, anno Domini MCxxviij. qui dicto *Gunterio* ſucceſſit, & tempore regis *Henrici Angliæ* primi, anno regni ſui xxix. & fuerunt anni à prima fundatione monaſterii, uſque ad ſupradictam dedicationem per prædictum primum epiſcopum *Elienſem*, centum & quinquaginta & ſex anni, & poſt prædictam renovationem tranſierunt anni xlv. antequam dedicaretur.

Carta regis *Edgari* de fundatione abbathiæ de Thorney.

Ibid. fo. 1.

UNiverſis ſophiæ ſtudium intento mentis conamine ſedulò rimantibus, liquido pateſcit, quod inſtabilis hujus miſerrimæ ac caduce vitæ curriculum, cum marcido inanis gloriæ floſculo tabeſcendo lugubritèr deficit, & frivola ejus gloria nunquam in eodem ſtatu permanens, velut fumus rotatu celerrimo evaneſcit. Attamen annuente Chriſti, mundi creatoris, ac redemptoris, gratiâ, cum recidivis preſentis vitæ munuſculis, futuram æternæ beatitudinem centuplicato queſtu adquirere lucrando, fide vigente catholicâ prudentiſſimè valemus. Quamobrem ego Edgar, *totius* Britanniæ *baſileus, quoddam monaſterium beatæ Dei genetrici ſemperque virgini* Mariæ, *ad laudem & honorem ejuſdem Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *mundi ſalvatoris, dedicatum, in loco qui quondam* Ancraig, *nunc verò uſitate* Thornig *nuncupatur vocabulo, & rura præfato monaſterio ſubjecta, cum omnibus utenſilibus, pratis videlicet, paſcuis, ſilvis, piſcuariis, capturis, gronnis, atque culparum emendationem, quæ reatu aliquo in ipſis peraguntur ruribus, Domino noſtro* Jeſu Chriſto, *ejuſque genetrici, ſemperque virgini* Mariæ, *octavo decimo mei terreni imperii anno, attamen primo meæ regiæ dedicationis,* Adeluuodo *mihi epiſcoporum dilectiſſimo, cum omni ſubjectionis humilitate impetrante, eternâ largitus ſum hæreditate, ea ſemper interpoſita conditione, ut nullius altioris, vel inferioris gradus hominis reatu, à domino noſtro Jeſu Chriſto, ſanctoque loco quod tam à me, quàm à prædicto epiſcopo, vel à cæteris catholicis, conceſſum, vel concedendum eſt, ulla occaſione, diabolo inſtigante, privetur. Si verò crimen quod venie non ſit dignum, ſuadente diabolo, quod abſit, loci procurator comiſerit, agatur rationabilitèr de eo quod de regis agitur Prepoſito, ut videlicet, reo ritè decuriato, ac juſto ordine depulſo, illi qui dignus ſit Chriſti deſignetur, uti regis ſolet prepoſitura, à nullo ſecularium Chriſti poſſeſſione violata. Nam in ipſo præfato loco anachoretice vite aptiſſimo, duo quondam præcipuæ ſanctitatis* Germani *antiſtites,* Tancredus *videlicet, &* Tortredus, *cæleſtis vitæ beatitudinem, alter martyrio, alter confeſſionis gloria obtinentes, cum glorioſi egregii triumphi palma migraverunt ad Chriſtum.* Tona *vero eorum ſoror, non ſolùm carnalis propinquitatis fœdere compaginata, ſed etiam imitatione virtutum, & charitatis repagulo connexa, in intima hujus inſule parte, anachoreticam vitam ducens, agonem ſanctæ converſationis decentiſſimè complens, ac putidam hujus fragilitatis mortem deſerens, membrum tripudians perrexit ad capud quod eſt Chriſtus, humani generis redemptor, qui cum coeterno patre, & ſpiritu ſancto, utriuſque ſexus milites infiniti tripudii gloria beatificando coronat. Hic namque tante, & tam ſecrete quietis, ac venuſtatis locus, peccatis promerentibus, priùs à paganis vaſtatus, & diu poſtea miſerabilitèr à ſecularibus poſſeſſus ſine Dei ſervitio & ſpiritualium converſatione extiterat. Tali igitur, tantaque miſeria prefatus præſul compaſſus, & inſulam, unius, videlicet, manſe quantitatem, à quadam muliere, quæ noto* Æthelfled *vocitabatur onomate, cum quadraginta mancuſis auri emendo obtinuit, & edificia monachorum habitationi convenientia inibi conſtruens, eccleſiam ad laudem Trinitatis, quæ in coeterna deitatis unitate conſiſtit, in unitate tripertitam conſtruens ad ſanctitatis memoriam trium Sanctorum, quorum ſuffragiis præcipuè confidebat, Dei ſcilicet genetrici, ſemperque virgini* Mariæ, *orientale altaris presbiterium dedicans, Occidentalem verò cleri & populi ejuſdem eccleſiæ partem beato* Petro, *regni cælorum clavigero, necnon aquilonarem ipſius baſilice porticum beato* Benedicto, *omnium monachorum patrono, conſecravit, multiſque & diverſis telluris portiunculis locupletans, ac diverſo eccleſiaſtici juris ſupellectili ornans decoravit. Vitæ igitur regularis monachos inibi conſtituens, ipſe abbatis vice fungens, abbatem ſanctæ monachorum congregationi preferre poſt obitum ſuum inſtituit; ita ut deinceps abbatum electio, ſecundùm regulæ preceptum, ex eadem congregatione uſu teneatur perpetuo, id eſt, ut ex eadem congregatione, qui ordinandus eſt & ali-*

unde nequaquam, niſi peccatis, quod abſit, promerentibus vel impediente imperitia, talis qui dignus ſit in ea reperiri nequiverit, cum regis conſilio eligatur. Rex autem non ad tirannidem, ſed ad loci munimen & augmentum, uti mos eſt, ſuper paſtorem, & Chriſti gregem dominium ſolerti vigilantia miſericorditer cuſtodiat. Secularium verò, nec epiſcoporum quiſpiam, nè ad magni detrimenti ruinam deveniat, ut dominium loci teneat, excepto rege, nunquam eligatur. Sunt etenim rura hæc quæ à præfato rege, & divinæ ſervitutis obſequio, cum magna humilitate obtinuit, & auro argentoque, non ſolùm à rege, ſed etiam à diverſis hominum perſonis comparavit, & in exordio domino noſtro Jeſu Chriſto, *ejuſque genetrici ſemperque virgini* Mariæ, *necnon beato* Petro *apoſtolorum principi, ad uſus monachorum inibi, ſub regula patroni noſtri beati* Benedicti *degentium, æterno conceſſi donario, id eſt,* **Witleſig, Niwantun, Wydeſtun,** Geakeſlea, & **other** Geakeſleia, **Fearreſheafod, Bearuwe, Tealfolſcet:** *duas manſas juxta* **Huntandune**, & *monaſteriolum ſanctæ* Mariæ *extra oppidum dedicatum ſupradictum. Nam ſupradictam inſulam quæ* **Whitleſig** *nuncupatur, totam prudentiſſimè adquirens, ejus mediam partem ab* Leofſige *filio* Ælfiges, *cum xl. meri argenti libris, & cum ſex manſis* **aet Brigrafan** *emendo obtinuit; duas verò partes alterius medietatis, cum viginti libris à* Leofwine *filio* Athulfi *comparando acquiſivit; tertiam verò partem ejuſdem medietatis, & duas partes illius ſtagni quod* **Witleſmere** *nominatur, emit ab* Ufan, & *ab ejus uterinis fratribus, cum xxx. argenti libris puriſſimi: has autem triginti libras præfatus miles dedit* Henrico, & *ſibi ab eo rus quod* **Draegtun** *nuncupatur, cum ipſa argenti pecunia quam illi epiſcopus ſubveniendo ne depopularetur dederat, multis coram teſtibus comparavit; rurſumque cum illi immutare vellent hanc commutationem, idem epiſcopus illis viginti libras appendit.* **Niwantun** *à quodam milite, qui* Ælfric Child *vocatur, devotiſſimè primò cum viginti libris, ac deindè cum præfatus miles hoc immutare diſponeret, prædictus epiſcopus illi duas manſas* **aet Reſuan,** *duaſque* **aet Pranceaſter,** *unam quoq;* **aet Tutean Merſce,** *inſuper & tredecem libras pro pecunia appendit, & ſic altera vice* **Niwanton** *mercando adquiſivit.* Leofſtan, *quidam miles, ob patrocinium ſui muniminis, epiſcopo manſam & dimidiam in* **Ticcean-Merſce** *gratuitè dedit; dimidiam verò manſam à quadam vidua comparavit, unam autem manſam quam fur quidam ante poſſiderat, à rege cum triginta mancuſis auri emit.* **Wudeſtan** *præfatus præſul à rege mutavit, dans villam* **Paninctun** *in commutatione, quam epiſcopo ſuperſtiti* Ælſſig *poſt obitum ejus condixerat; viginti quoque manſas quæ* Geakeſleia *nominantur, quas dedit ſanctæ Dei genetrici ſemperque virgini* Mariæ **aet Thornige** *mutavit à* Wulſtano, *primò cum viginti quatuor manſis in* **Waſſingatune** *in* **Sudſexon:** *rurſumq; cum ille totum hoc in aliud transferre moliretur, epiſcopus alteram comparationem innovans, cum ſexaginta puriſſimi libris argenti, ab* Ælfrico *ſupranominato prædictas viginti quinque manſas* **aet twam Geakeſlean,** & **aet Farreſhehafde** *comparavit, nam villam quæ* **Beruwe** *in* **Lindeſige** *nominatur idem epiſcopus à rege præfato cum quadraginta meri argenti libris, emendo comparavit, & inſuper munera ſibi multò hac pecunia cariora pro eadem addidit tellure: eccleſiam autem in* **Huntandune,** *cum cimiterio, & tribus agellulis manſis, Rex præfatus ſupradicto monaſterio, ob æternæ beatitudinis præmium, gratulabundus æterna largitus eſt hæreditate; hoc excepto, ſupranominata rura omnia mutavit, vel emit à* Rege, *vel poſſeſſoribus, majori, minorique pretio: piſcaria verò in circuitu villularum,* **Wyllan** *ſcilicet &* **Eolum,** *præfatus emit epiſcopus cum viginti libris, ac una libra, in quibus per ſingulos annos xvj. millia anguillarum capiuntur. Cujus medietatem capturæ, octo ſcilicet millia, ad* **Thornig** *ſimiliter, & octo millia ad* **Burch** *annuatim diſtribui idem conceſſit epiſcopus. Quartam quoque partem ſtagni quod ſolito* **Witleſmere** *nominatur onomate, ac duo piſcaria, decemque mutata ſunt jugera de* **Thornig,** *videlicet ad* **Burh** *pro commutatione centum viginti porcorum paſcualium, ac pro domorum, ſepium, & ſtabulorum emendatione. Sint igitur donanti domino noſtro* Jeſu Chriſto, *ejuſque genetrici, ſemper virgini* Mariæ, *à prædicto rege, & epiſcopo perpetualiter repreſentata, omni terrenæ ſervitutis jugo libera, tribus exceptis, rata videlicet expeditione, pontis, arciſve reſtauratione. Si quis igitur hanc noſtram donationem in aliud quam conſtituimus transferre voluerit, privatus conſortio ſancti Dei eccleſiæ, æternis baratri incendiis lugubris cum* Juda *proditore Chriſti, ejuſque complicibus puniatur, ſi non ſatisfactione emendaverit congrua quod contra noſtrum diliquit decretum. Anno dominicæ incarnationis DCCCClxxiij. ſcriptum eſt hoc privilegium primo meæ regiæ dedicationis anno.* 973 *His teſtibus concordantibus, quorum infra caraxantur vocabula.* ✠ Ego Eadgar *totius* Albionis *baſileus hoc privilegium tanta roboratum auctoritate, crucis taumate confirmavi.* ✠ Ego Dunſtanus, Dorovernenſis *eccleſiæ archiepiſcopus hoc idem cum tropheo agiæ crucis corroboravi.* ✠ *Ego* Oſwold, Eboracenſis *archiepiſcopus ſubſcripſi.* ✠ *Ego* Adelwold *epiſcopus conſignavi.* ✠ *Ega* Alſtan *præſul favi.* ✠ Ego Adulf *pontifex conceſſi.* ✠ *Ego* Eſching *abbas non renui.* ✠ Ego Oſgar *abbas impreſſi.* ✠ Ego Adelgar *abbas concenſi.* ✠ Ego Alfere *dux.* ✠ Ego Adelwine *dux.* ✠ *Ego* Beorthnod *dux.* ✠ Ego Oſlac *dux.* ✠ *Ego* Adelward *diſc'.** ✠ *Ego* Alnulfe *diſc'.* ✠ *Ego* Alfſi *diſc'.* ✠ *Ego* Alfward *diſc'.* ✠ *Ego* Fridegiſt. ✠ *Ego* Tored. ✠ *Ego* Tureferd. ✠ *Ego* Alfhem. ✠ *Ego* Frena. & *Ego* Ulf. ✠ Sigeferd. ✠ Trunip. ✠ Ulf. ✠ Tureferd. ✠ Wlf. ✠ Wlfſig. ✠ Oſferd. ✠ Wlſtan. ✠ Tridegiſt. ✠ Ringulf. ✠ Alſtan. ✠ Adelſi. ✠ Leſſi. ✠ Wlfget. ✠ Adelmund.

* Forte, diſcþein i. dapifer.

Heremitorium de **Trokenholt.**

Ibidem.

IN libro de hiſtoria *Elyenſis* inſulæ literis antiquiſſimis ſcriptum invenitur quod eccleſia *Elyenſis* Cxcj. annis gaudebat monialibus, & Cxj. annis, propter barbaricam irruptionem, quaſi deſolationi ſubjacebat. Deinde Cxxxix. annis abbatibus gaudebat, ſub regula ſancti *Benedicti* degentibus uſq; ad annum Domini MCvij. ex quibus unus abbas, nomine *Tedwinus*, quendam monachum ſuum vocabulo *Trokonolum* in loco **Es-** 1107.

verdwic dicto ſibi ſubjecto heremitare licentiavit. Et ſic locus ille nomen priſtinum repudiavit, & ab iſto monacho nomen quod adhuc continuatum eſt **Trokenholt** mutavit. Quem quidem locum tempore regis *Henrici* ſecundi, *Nigellus* epiſcopus ſecundus *Elyenſis*, monaſterio **Thorney** contulit, per cartam ſuam & confirmavit, & eccleſiam, & cimiterium ibidem dedicavit ut ſequitur.

Charta *Nigelli Elienſis* epiſcopi.

Ibidem. NIGELLUS *Dei gratia* Elyenſis *eccleſiæ epiſcopus, totò conventui eccleſiæ ſanctæ* Ethelrede, *& omnibus baronibus, vavaſſoribus, & omnibus hominibus ſuis totius epiſcopatus*, Francis *&* Anglis, *ſalutem. Paſtoralis cura nos admonet ſubditis noſtris debitam adhibere tuitionis protectionem, illis maximè quos commendat habitus religionis, & honeſte vite titulus claros oſtendit. Hinc eſt quod dilectorum filiorum noſtrorum abbatis & conventus de* **Thorney** *congaudentes opinioni, ſibi & ſucceſſoribus ſuis heremitorium, quondam* **Everdewike** *dictum, nunc verò* **Trokenholt** *nominatum, in comitatu* Cantabrigiæ *ſitum, cum uno milliario circumjacente de mariſco noſtro concedo & confirmo, ad ponendum ibi—— ſi ita voluerint, qui Deo ſerviant ſub obedientia ſua; & inſuper ut eorum corpora, & famulorum ſuorum defunctorum, vel ibi, vel apud* Thorneyam, *ſecundùm diſpoſitionem abbatis & conventus, ſine omni calumpnia ſepeliantur. Sitque iſta poſſeſſio eterna, & libera ac quieta* Thornenſi *eccleſiæ, quam quicunque inquietare quocunque modo preſumpſerit, Dei atque noſtram maledictionem incurrat*, Amen. *&c. Hanc cartam poſtmodum Rex* Edwardus *tertius confirmavit anno regni ſui xxij.*

Trokenholt *in comitatu* Cantabrigiæ.

Ibidem. EST igitur quidam locus in extremis finibus comitatus *Cantabrigiæ* verſus aquilonem, qui **Trokholt** nuncupatur, juxta ripam illam quæ incipit à loco illo qui *Anglicè* vocatur **Normanneslond**, & in mare deſcendit per illud caſtrum quod dicitur **Wiſebiche**, ſeptem milliariis diſtans monaſterio illo, ſcilicet **Thorney**: Et iterum ſeptem milliariis à præfato caſtro, inter quaſdam paludes, quarum una verſus aquilonem dicitur **Grindelmere**, & altera verſus occidentem dicitur **Trokenhee**, ſuper parvulam quandam ripam **Suckedelf**, protendentem ſe ad meridionalem plagam. Locus autem præfatus ad cœnobium *Thornienſe* ſemper ſpectare dinoſcitur.

Ibidem. [HIC ſubſequuntur hæc:] Hiſtoria S. *Goderici*, qui per revelationem ei per *Andream* apoſtolum factam, capellam in honore beatæ *Mariæ* & ſancti *Andreæ* apud **Trokenholt** ædificabat.

In comitatu **Bedford.** Pars ſexta, fol. iiij. cap. j.

Ibid. WIllielmus *Peverel* de **Brunne**, omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ filiis & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, amicis & vicinis ſuis ſalutem & dilectionem in domino. Sciatis quod ego dedi in **Wildene** villa mea, in ea ſcilicet parte quæ vocatur **Oddewic** Deo & ſanctæ *Mariæ Thorneiæ*, & conventui monachorum qui ibidem Deo ſerviunt duas virgatas terræ cum hominibus qui illas tenent, illam ſcilicet nominatim quam tenuit *Ailerus*, & aliam quam tenuit *Herbertus* & *Paganus*, *Tedricus* & *Turgod Coc*, ita liberè & tam quietè & honorificè, ut nec mihi nec cuiquam inde reſpondeant de aliqua exactione niſi de orationibus fratrum & beneficiis eccleſiæ, pro anima avunculi mei *Willielmi Peverel* de **Doure**, & pro anima patris mei *Rodberti Peverel*, fratris ſui & *Hamonis Peverel* avunculi mei, & pro anima matris meæ *Adeliciæ* & pro anima *Henrici* regis *Angliæ*, & pro animabus omnium benefactorum meorum, & pro ſalute vivorum & mortuorum. Hujus donationis ſunt teſtes (*&c.*)

Pars ſexta, cap. ij. fol. j.

De terra in **Colmeworthe** *quam* Paganus *de* Bello campo *& domina* Roiſia *uxor ſua dederunt præfato monaſterio de* **Thorney.**

Ibid. “NOtum ſit omnibus filiis ſanctæ matris eccleſiæ me *Paganum*, & comitiſſam *Robeis* quæ ſponſa mea eſt, conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & fratribus de *Thorneia* ibidem Deo ſervientibus, unam virgatam terræ & xxvij. acras & unam rodam in **Colwurthe**, quam *Hugo* filius *Radulfi* de **Dildebof** dedit eidem eccleſiæ pro anima patris ſui, & hoc requiſitu & conceſſu dominæ *Robeis* prædictæ, cujus ſervicii eſt. Concedo eciam eidem eccleſiæ iiij. acras quas *Petrus* de **Dildebof** dedit ei pro ſe & pro anima fratris ſui *Radulfi*, & xx. acras terræ quas *Paganus Coſin* dedit ei pro anima *Milonis* domini ſui in **Caysho** & pro ſe. Aliunde concedo eidem eccleſiæ xxij. acras quas *Willielmus Tirel* dedit ei pro anima domini ſui *Milonis* & pro ſe. Item concedo eidem eccleſiæ x. acras & j. rodam quas *Willielmus Fortin* dedit ei pro anima patris ſui & pro ſe & pro uxore ſua. Hujus rei teſtes ſunt dominella *Elena*, *Robertus* de **Broi**, *Ivo Taillebois*, *Nicholaus* filius *Aſcelini*, &c.

Quarta pars. Cap. xxxv. Carta dominæ *Adeliz* matris comitis *Gileberti*.

ADELIZ, *uxor* Gilberti *filii* Ricardi, & Gillebertus, *&* Walterus, *&* Baldewinus, *&* Rohaiſia *pueri* Gilberti, *epiſcopo* Lincolnienſi, *& omnibus amicis & vicinis ſparſim diffuſis ſalutem, & hominibus ſuis nominatim* Francis *&* Anglis *omnibus ſuam benevolentiam cum ſalute continua. Notum ſit vobis me conceſſiſſe & liberos meos, ſanctæ* Mariæ *& ſancto* Botolfo *de* Thorneia *in elemoſina, illud quod* Tovi *dedit in vita ſua in* **Luſcewyk**, *videlicet dimidiam virgatam & x. acras, decem acras ſcilicet de dominio, & dimidiam virgatam illam quam* Adricus *habebat, & in* Randa *iiij. virgatas quas* Turgiſius *ibi tenebat per illud ſervitium quod* Tovi *mihi reddebat & anteceſſoribus meis, videlicet xij. s. de terra de* Randa *tantùm, & hoc per conceſſum omnium hæredum,* Tovi, Ra-

dulphi

dulfi *filii* Nigelli, & Aviciæ *uxoris ejus*, & *conſenſu* Agnetis *uxoris ejuſdem* Tovi, & *filii ejus quem habuit* Tovi *de illa* Agnete, *quæ* Agnes *clamabat eſſe de dote ſua*. *Hiis teſtibus*. Gilberto *filio* Gilberti. Galterio, Hervæo, Baldwino, *fratribus ejus*, & Rohaiſia *ſorore eorum*. Simone *de* **Wadhell**. Fulcone *de* Luſoriis. Stephano *de* Leghia. *De bonore* Gilberti *filii* Ricardi. Adam *filio* Warini. Gilberto *filio* Reinald. Osberno *filio* Hugonis. Roberto *filio* Odelmi. Ricardo *de* Tous. Oſmund *de* Waſpria, & *eorum hæredibus*, & Galtero *capellano qui fecit cartam*, *cujus maledictione confundantur qui illam voluerint deſtruere in æternum*.

Pars ſexta. Cap. 1.

“ SCiant tam preſentes quam poſteri quod ego *Hugo* de *Bello-campo* filius *Oliveri* de *Bello-campo* dedi & conceſſi, & hac mea carta confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Thorney**, redditum unius marcæ in feodo *Ricardi* de **Coſtentin** in **Etone**, in liberam & perpetuam elemoſinam pro ſalute mea & patris mei & matris meæ & hæredum meorum & omnium anteceſſorum meorum. Hunc autem redditum reddent prædictus *Ricardus* de **Coſtentin** & hæredes ſui annuatim ad feſtum ſancti *Michaelis* eidem eccleſiæ de *Thorneia*. Hiis teſtibus, *Philippo* filio *Roberti* de **Evolſesberi**, &c.

Ibid. Cap. 2.

“ SCiant omnes preſentes & futuri quod ego *Willielmus* de *Bello-campo*, filius *Johannis* de *Bello-campo* conceſſi (*&c.*) eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Thorneia* redditum unius marcæ ſolvendum in feſto ſancti *Michaelis* de feodo *Reginald Coſtentin* in **Etone**, in liberam & perpetuam elemoſinam, illum redditum ſcilicet quem *Hugo* de *Bello-campo* filius *Oliveri* de *Bello-campo* dedit eiſdem monachis de feodo *Ricardi Coſtentini*, patris *Reginaldi*. Teſtibus domino *Johanne* de *Nevile*, *Mauricio* de **Audley**, &c.

Pars nona, de geſtis abbatum.
Fol. 13.

D*Ominus Abbas* Gunterus *cunctique fratres* Thornenſis *cænobii*, *me* Guffridum de **Trailli** *una cum uxore mea* Albretha *filiiſq; meis* Gefſrido & Willielmo, *immo cum tota mea ſobole fraternitatis vel ſocietatis ſuæ conceſſerunt collegam fieri, & in cunctis beneficiis ſuis ſimul ſecum æque perpetuò participari : unde eis bonæ viciſſitudinis obnoxius, pro tanti beneficii adeptione eccleſiam de* **Giveldene**, *cum omnibus oblatis vel offerendis, & unam plenariam bidam, ſanctæ & intemeratæ virgini* Mariæ, & *ſancto* Botulpho, *ceteriſque Sanctis fidelibus Domini ibidem pauſantibus, cum decimis ejuſdem villæ, in theſauro eccleſiæ, ad emptionem ornamentorum perpetua largitus ſum hæreditate &c. Hujus donationis teſtes ſunt ipſe dominus abbas* Gunterus, *quem per clavem eccleſiæ ſaiſivi de prædicta poſſeſſione.* Radulfus *de* **Trailli** *&c.*

Ibid. fol. xiiij.

“ EGo frater *Oddo Revellus* dono in hoc monaſterio *Thornenſi* Deo & Sanctis ejus pauſantibus, pro fraternitate, duas partes decimarum omnium rerum mearum quas poſſideo in **Ceſtertune** de ſegitibus & agnis & porcis & pullis. Et hanc donationem concedunt uxor mea filiuſque meus *Andreas*, quem poſt me hæredem adopto, ut & ipſi habeant partem mecum in fraternitate hujus loci, ſitque maledictus & anathematizatus à Deo quicumque hoc donum irritum fecerit, quod Deo & ſanctæ genetrici ejus hic ſuper hoc altare per hunc cultellum offero, & confirmo vobis monachi, domini *Petre*, *Wido*, *Osberne*, *Benedicte*, aſtantibus; vobiſque teſtibus laici, *Willielme* vicinus meus de **Ceſtretune** & *Oſgode* & nepos meus *Ranulfe* & *Ogere*.

Ibid. fol. xvj.

“ NOtum ſit omnibus præſentibus & poſteris, quod *Willielmus Peverel* abbati *Thorneiæ* & ejuſdem loci monachis pro eccleſia de **Bolehirſt** adverſabatur; ſed poſtquam dominus abbas *Robertus* regimen illius eccleſiæ adeptus eſt, præfatum *Willielmum* ſepiùs expetens ab eo impetravit, ut ſibi deinceps pro eadem eccleſia minimè adverſaretur, quòd hoc modo factum eſt. Quadam die comes *David* & *Willielmus Peverel* & *Robertus* abbas de *Thorneia* in villam quæ vocatur **Betelſtan** ſimul convenerunt, ubi idem abbas *Willielmum* rogavit ut ſupradictam adverſitatem, pro ſalute animæ ſuæ & pro animabus anteceſſorum ſuorum dimitteret, quam protinus comite, & cetera procerum multitudine quæ illic præſens aderat, interveniente, dimiſit, atque abbati per quandam virgam in manu tradidit. Quamobrem comes *David* manum ejus, deinde manum abbatis oſculatus eſt, pro tali ſiquidem facto particeps omnium beneficiorum eccleſiæ de *Thorneia* cum comite effectus eſt. Hujus rei ſunt teſtes ex parte *Willielmi*, comes *David*, *Hugo* nepos *Willielmi*, *Reinaldus* filius *Herefridi*, &c. Ex parte monachorum, dominus abbas *Robertus*. *Hugo* monachus. Alius *Hugo* monachus. *Odo Revel*. *Robertus* presbyter, &c.

Ibid. fol. xix.

FULCO *filius* Guillelmi *de* **Liſures**, & Rogerus *de* **Stibinton** *venerunt* Thorneyam, *& optulerunt ſuper altare decimam ejuſdem* Rogeri *quam idem* Rogerus *ante eidem eccleſiæ dederat. Hujus rei teſtes ſunt* Ricerius & Hamun *patrui* Fulconis. Henricus *filius* Ailrici *de* **Paſſington**. Radulfus *de* **Gerevell** *&c.*

Ibid. fol. xx.

“ SCiant preſentes & poſteri, quod *Henricus* de **Perch** advocationem & dominationem quam habebat in eccleſia de **Stibenton** in preſentia domini *Roberti*, *Lincolnienſis* epiſcopi, clamavit,

“ clamavit liberam & quietam imperpetuum à ſe & ab omnibus hæredibus ſuis eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Thorneiæ*, &c.

Pars 2. fol. xciiij. cap. lxij.

VEnerabili *Dei gratia* T. Cantuarienſi *archiepiſcopo*, Anglorum *primati & apoſtolicæ ſedis legato*, & Nigello, Elyenſi *epiſcopo &* R. Lincolnienſi *epiſcopo, &c.* Henricus *de* **Merch** *ſalutem. Noverit ſanctitatis veſtræ diſcretio, quod advocationem & dominationem quam habebam in eccleſia de* **Stibinton** *in præſentia* Roberti, Lincolnienſis *epiſcopi* apud **Stangrund** *clamavi in perpetuum liberam & quietam, &c. Hujus rei teſtes*, Robertus, Lincolnienſis *epiſcopus, & clerici ejus. De meis hominibus ſunt teſtes*, Radulfus *frater meus.* Druelinus. Galterius *armiger meus.* Johannes *nepos meus. De hominibus abbatis teſtes ſunt, &c.*

Ibid fol. xciiij. cap. lxiij.

Neutone.

SCiant *præſentes & poſteri quod ego* Euſtachius, *filius* Henrici *de* **Merch**, *concedo & confirmo elemoſinam quam pater meus* Henricus Thornenſi *eccleſiæ dedit, ſcilicet advocationem eccleſiæ de* **Stibenton**, *& dominationem quam ipſe & ſucceſſores ejus habuerant in eccleſia de* **Stibinton** *cum omnibus pertinentiis ſuis eidem pertinentibus & meo juri ſervientibus, liberam & quietam ab omni conſuetudine & ſervitio in perpetuam elemoſinam. Do etiam & confirmo decimam duarum virgatarum terræ & decimam de dominio meo ad opus pauperum qui ſunt in hoſpitali de* Thorneia, *pro ſalute animæ meæ & patris & matris meæ, &* Henrici *avunculi mei & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum. Hujus teſtes ſunt ex parte mea* Radulphus, *avunculus meus. &c.*

Pars nona, de geſtis abbatum, fol. 9. cap. 11.

Ex eodem regiſtro Thorni-enſi.

“ ROBERTUS Dei gratia *Lincolnienſis* epiſcopus, omnibus catholicæ eccleſiæ fidelibus ſalutem. Juſtis monachorum *Torneienſis* monaſterii petitionibus annuentes, ex dono *Baldewini*, filii *Giſleberti* eccleſias de **Deppynges** ſanctorum *Jacobi* & *Guthlaci*, & quandam partem ejuſdem villæ. Ex dono *Roberti* de **Muntfort** & *Turſtini* fratris ſui medietatem villæ de *Wenga*, cum medietate eccleſiæ ejuſdem villæ, & cum molendino. De dono *Radulfi* filii *Nigelli* iij. bovatas terre in eadem villa de *Wenga*, & de dono *Hugonis* de *Grantemainil* unam virgatam terræ in eadem villa. Præterea de dono *Willielmi* de **Welvehof** duas virgatas terræ in **Sandeie**, & de dono *Hugonis* de *Bellocampo* unam virgatam terræ *Elbodeſeia*. Et ex donatione *Willielmi Peverel* de *Brunna* duas virgatas terræ in *Wildena*. Et de dono *Hugonis* de **Welvehof** iiij. acras. Et de dono *Hugonis* de **Welvehof** unam virgatam terræ & xxvij. acras in *Colinwordo*. Et de dono *Petri* de **Welvehof** iiij. acras. De dono *Pagani Coſin* xx. acras in eadem villa. De dono *Willielmi Fortin* x. acras. Præterea de dono *Roheſiæ* comitiſſæ xx. s. annuatim in molendino de **Torleie**. De dono *Willielmi Briton* de *Albiniaco* in **Stokes** manerio ſuo unam hidam terræ. In **Pippewelle** terram quæ fuit *Hugonis* militis de *Bellovidere* cum omnibus quæ in parochia noſtra canonicè poſſident, ſicut cartæ advocatorum teſtantur, eis confirmamus & communimus; ſalva tamen in omnibus *Lincolnienſis* eccleſiæ dignitate. Præterea de dono *Adelidæ* de *Montemoraci* iiij. virgatas terræ in *Randa* quas *Turgiſius* tenuit & *Toui* priùs dederat per conceſſionem & confirmationem prædictæ Dominæ de **Deneforde**, quieta & ſolutâ ab omni ſeculari ſervicio. Conſervantibus prædictæ eccleſiæ pacem & bona illius augentibus ſit ſalus pax & vita æterna: adverſantibus & ejus jura diminuentibus pœna ſempiterna. *Amen.*

Copthorn, fol. xxxij. cap. xxiiij. pars 2.

WIllielmus Peverel *de* Duura, Hugoni *de* **Lysures** *& omnibus hominibus ſuis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ Thornenſi *vij. acras terræ ad* **Copthorn** *& pratum ad eandem terram pertinens in* **Botulfbrigg**, *ſicut* Hugo *de* **Luilurs** *eandem terram* Thornenſi *eccleſiæ donavit & per cartam ſuam confirmavit. Et volo eandem terram eſſe liberam & quietam ab omni ſervitio tam à me quam ab omnibus hæredibus meis. Hujus conceſſionis teſtes ſunt* Alanus *dapifer &* Hugo *frater ejus*, Euſtachius *de* Bauns *&* Robertus *de* **Beche**, &c. Ibid.

Comitatus **Norhampton.**

Quarta pars libri, fol. j. cap. ij.

“ WIllielmus de *Albeneio*, *Brito*, omnibus hominibus ſuis clericis & laicis & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me & *Ceciliam* uxorem meam & *Willielmum* filium meum conceſſiſſe eccleſiæ de *Thorneia* & monachis ibidem in ea Deo ſervientibus unam carrucatam terræ in manerio meo de **Stokes** & j. toftum quod fuit equarii & totam terram quam *Hugo* tenuit in **Pippewelle**, in boſco & plano & omnibus quæ ad eam pertinent, in elemoſinam pro ſalute noſtra & anteceſſorum noſtrorum & omnium fidelium, ita quod teneant ſolutè & quietè & abſque omni conſuetudine & ſicut ulla eccleſia quietiùs & liberiùs & honorificentiùs tenet elemoſinas ſuas. Teſtibus *Rogero* & *Roberto* filiis meis, &c. & *Warino Ridel*, & *Olivero*, & *Iwan*, & *Gaufrido* nepotibus meis, & *Roberto Brito* & *Godefrido Clement* & *Radulfo* filio *Willielmi*, &c. Ibid.

Folio prædicto, cap. iij.

“ ALexandro Dei gratia *Lincolnienſi* epiſcopo & omnibus fidelibus ſanctæ eccleſiæ, *Willielmus* de **Albenei** *Brito* ſalutem. Sciatis me dediſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe in elemoſinam *Thornenſi* eccleſiæ terram de **Pipewell**, Ibid.

“**well**, quæ eſt de feodo de *Bellovidere*, quam *Hugo* miles tenebat cum omnibus pertinentiis ſuis, & in **Stokes** manerio meo unam carucatam terræ de meo dominio, & hoc bene, honorificè, liberè ab omni conſuetudine per conceſſionem *Ceciliæ* uxoris meæ, & *Willielmi* filii mei, qui eſt hæres meus &c. Et hujus donationis teſtes ſunt *Alanus* capellanus & *Rogerus* clericus & tres nepotes mei, *Oliverus* filius *Galfridi*, & *Iwanus*, & *Gaufridus* de **Cablun**, & *Warinus Ridell*, *Robertus Brito*, *Godefridus Clement*.

Ibidem.

Folio j. cap. iiij.

RAndulſus *comes* Ceſtriæ *confirmat eccleſiæ ſanctæ* Mariæ Thornenſi *totam terram & tenuram quam* Hugo *de* **Radewelld** *habuit in* **Pipewell** *& unam carucatam terræ in* **Stoke** *cum prato eidem terræ pertinente, & præter hoc totum toftum quod fuit* Roberti *foreſtarii in* **Stoke**, *ſicut* Willielmus *de* **Albeney** Brito *eis conceſſit & carta ipſius teſtatur. Teſtibus* Rogero *de* Molbrai, *&* Baldwino *filio* Gilberti, *&* Waltero *de* Remervilla, *&* Gaufrido *filio* Gaufridi, *&* Gaufrido *diſpenſatore, &* Willielmo *capellano, &* Hugone Wake *apud* **Stanford**.

Ibidem.

Folio xj. cap. ix.

“ADeliz*, mater comitis *Gilberti*, omnibus amicis & hominibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis quod *Radulfus* filius *Nigelli*, & *Amicia* uxor ejus, dederunt atque conceſſerunt eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Botolfi* apud *Thorneiam*, me annuente, terram de **Rande** quam tenebant de me & iiij. s. quos de redditu conſtituto inde per annum habebant prædictæ eccleſiæ, & omnes conſuetudines & quicquid eis inde pertinebat. Sciendum eſt autem, hæc eſſe facta coram comite *Gilberto*, & *Waltero* fratre ejus, & coram pluribus hominibus meis clericis atque laicis apud *Michelburnam*. Ego autem poſtea eidem eccleſiæ xij. s. cum omnibus conſuetudinibus & ſervitiis quæ mihi de prædicta terra pertinebant in elemoſinam dedi atque conceſſi. Teſtibus *Roberto* capellano meo, & *Roberto* milite meo de *Bertonia*, *Roberto* dapifero meo, *Mabilia* puella mea. *Aderiz Heaved*.

* *Adelitia* de *Claromonte* dicta fol. 11. cap. 9. parte 4.

Ibidem.

Folio iij. cap. xiiij.

U*Niverſis præſens ſcriptum inſpecturis vel audituris*, Ricardus *de* Claro, *comes* Gloverniæ *&* **Hereford** *ſalutem. Noverit univerſitas veſtra nos inſpexiſſe cartam* Aliciæ *matris comitis* Willielmi *anteceſſoris noſtri ſub hac forma. Omnibus fidelibus ſanctæ eccleſiæ*, Adeliz *mater* Willielmi *comitis ſalutem. Sciatis me dediſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Thorney** *unam hidam terræ in* **Rande**, *&c. & xij. ſolidos qui deinde mihi reddebantur, &c. per conceſſionem* Hervei *filii & hæredis mei, &c. Nos igitur hanc donationem confirmamus, &c. Teſtibus dominis* Rogero *de* Scaccario, Willielmo *de ſancta* Elena, Gilberto *de* **Eneford** *militibus. Data* Londoniis *xxix. Januarii xxxviij. H. 3.*

Ibidem.

Fol. xxviij. cap. xxx.

“EGo *Albericus*, regis camerarius, terram de **Twiwell** quamdiu vixero de domino abbate *Guntero* & monachis de *Thorneya* per talem conventionem teneo ad firmam, ut per unumquemque annum eis vj. lib. pro ea reddam: ante nativitatem xl. s. ante paſcham xl. s. & ad vincula S. *Petri* extremos xl. s. Inſuper, pro remiſſione peccatorum meorum, illis de una mea decima, ſcilicet de **Islep**, unoquoque anno, ad feſtivitatem ſancti *Michaelis* x. s. reddam. Totum verò ſurplus quod miſerim in eadem villa ultra quam recepi, in extremo die vitæ meæ, pro ſalvatione animæ meæ, ſanctæ *Mariæ*, fratribuſque meis, ſimul cum terra illorum, concedo ſolidum * & quietum ab omni calumpnia. De alia terra quam pro dimidii militis ſervitio in eadem villa de *Willielmo* de *Bloſſavilla* teneo in feodo, & de dimidio unius hidæ quam certo emi precio, ſanctam *Mariam*, meoſque fratres poſt me concedo eſſe hæredes, in quantum id eis concedere poſſum. Hujus conventionis ſunt teſtes *Hardwine* de **Escalers**, & *Radulfus* dapifer, *Willielmus* de **Witlesige**, & *Simo*, immo fratres illius loci & alii quam plures.

* Fortè ſolutum.

Ibid.

Folio xxix. capite xxxj.

Alia charta de *Roberto* filio ejuſdem *Albrici*.

EGo Robertus, *filius* Albrici *camerarii regis, terram de* **Twiwelle**, *quamdiu vixero, de domino abbate* Roberto, *& monachis de* Thorneia, *per eandem conventionem in feodi firmam teneo per quam conventionem pater meus ante me tenuit, & decimas de* 5. *carucis quas pater meus Deo & ſanctæ* Mariæ Thorneiæ *conceſſit, ſcilicet* **Islep**, *&* **Draitune**, *&* **Edinton**, *Deo atque ſanctæ* Mariæ *atque monachis* Thorneienſibus *concedo. Hujus conventionis ſunt teſtes* Robertus *de* **Jakesley**, Ertnoldus, Willielmus *de* **Cestreton**, Ogerus, Tirri. *De hominibus ipſius* Roberti Hugo, Waze, Adam, *immo omnes fratres ipſius loci*.

Ibid.

Fol. xxix.

De terris & tenementis quondam *Johannis Hay* in **Twywell**.

M*Emorandum, quod* Odo *quondam abbas* Thornenſis, *poſt mortem* Johannis Hay *cepit in manum ſuam omnes terras & tenementa quæ idem* Johannes *adquiſierat de tenura ipſius abbatis & conventus in* **Twiwell**, *tanquam eſcaetam ſuam, quia idem* Johannes *habuit & tenuit dicta tenementa de dono cujuſdam domini* Willielmi Hay *militis, qui manerium de* **Twywell** *integrè cum omnibus ſuis pertinentiis tenuit de abbate de* Thorneya *ad terminum vitæ ſuæ, in eſcambium manerii de* **Clopton**, *quod idem dominus* Willielmus *dederat abbati & conventui* Thorneiæ *tempore domini* Willielmi *de* **Jakeley**, *quondam abbatis dicti monaſterii, in liberam & perpetuam elemoſinam. Quæ quidem tenementa ſupradictus* *abbas de gratia ſua ſpeciali conceſſit & dedit conventui ad anniverſarium præfati* Johannis *annuatim celebrandum. Salvis ſibi & ſucceſſoribus ſuis ij. s vj. d. annui redditus & releviis & aliis conſuetudinibus ſibi inde debitis & conſuetis.*

Roteland, adhuc pars quarta.

Fol. j. cap. j.

V*Enerabili Dei gratia* Rodberto, Lincolnienſi *epiſcopo, & univerſis eccleſiæ filiis,* Thurſtanus de Monteforti *ſalutem. Sciant tam præſentes quam futuri me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & ſanctæ* Mariæ Thorneiæ, *& fratribus ibidem Deo ſervientibus medietatem villæ quæ dicitur* **Wenge** *& medietatem eccleſiæ & molendini ejuſdem villæ cum univerſis earum pertinentiis, excepto feudo* Radulfi *filii* Nigelli, *& feodo* Thurſtani *armigeri mei, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & filiorum meorum, & nominatim pro anima fratris mei* Roberti *de* Monteforti *& pro animabus omnium anteceſſorum meorum & ſucceſſorum. Quare volo & firmiter præcipio quatinus prædicta eccleſia hanc elemoſinam teneat liberè & quietè & ſolutè ab omni calumpnia & conſuetudine & ſervitio mibi & hæredibus meis pertinentibus, excepto ſervicio regis & comitis* **Warwic.** *Concedo etiam eis curiam ſuam quam habent in eadem villa. Pro hac conceſſione eccleſia* Thorneiæ *dedit* Rodberto *filio meo marcam unam auri. Hujus rei teſtes ſunt* Robertus *filius meus.* Radulfus *Prior de* **Warwic.** Radulfus *filius* Hugonis. Malgerus, *& ceteri qui continentur in carta.*

Ibidem.

Fol. j. cap. iij.

Rotll.

R*Oberto epiſcopo* Lincolniæ, *& omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ filiis, & omnibus hominibus ſuis* Francis *&* Anglis, Johannes *de* **Stutavill** *ſalutem. Sciatis me dediſſe & confirmaſſe dimidiam villam quæ dicitur* **Weng** *cum omnibus pertinentiis ad prædictam terram pertinentibus canonicè pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & patris mei & matris meæ & fratrum & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum & omnium fidelium Dei deſunctorum, & pro fraternitate loci, ſicut* Robertus *de* **Montfort** *dedit Deo & eccleſiæ de* Thorneia *in elemoſinam. Et hæc volo & concedo, ut* Giſlebertus *abbas prædictæ eccleſiæ de* Thorneia *& monachi illius loci prædictam elemoſinam de* **Wenge** *bene & in pace & liberè & quiete ab omni ſervitio & calumpnia & conſuetudine de me & hæredibus meis imperpetuum habeant & teneant. Iſtius donationis ſunt teſtes,* W. *decanus de* Saresberia. Ern. *capellanus &c. Super hanc verò donationem ſciatis me accreviſſe eccleſiam de* Thorneia *de donatione & dominatione totius eccleſiæ prædictæ villæ. Teſtibus* Waleramo, Havenanno Papeillun, Anſg. *de* Cance, Ivone *&* Gerardo *de* Palmer.

Parte 8. *fol. vj.*

“ *Et ſciendum eſt quod in veteribus ſcriptis hu-*
“ *jus eccleſiæ continetur hujuſmodi Memoran-*
“ *dum quod non continetur in* **Domeſday.**

T*Erra* *Juditæ* Comitiſſæ in **Normancroſhundred. Cunintune** ix. hidæ. De hac terra fuerunt vj. hidæ de eccleſia ſanctæ *Mariæ* de *Thorneia. Turkil* tenebat de abbate & caritatem inde reddebat, marcam videlicet auri unoquoque anno. Has autem hidas in **Cunintun** tenebat *Turkil* de **Harmewrth** de monachis *Thorneiæ* ad firmam; ſed poſtquam terram ſuam reliquid, & ad *Danos* qui ejus erant parentes transfretavit, tota ejus terra *Waltevo* comiti à rege data eſt, qui *Waltevus* cum alia terra etiam terram ſanctæ *Mariæ Thorneiæ* ſaiſivit. Quod audientes monachi, comitem adierunt, & ei qualiter prædictus *Turkill* terram illam ad firmam tenuiſſet apertè oſtendunt. Ipſe verò, ut erat vir ſanctus ac totius juſtitiæ amator, audita rei veritate, terram illam reddidit eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Thorneiæ.* Verùm monachi timentes ne *Fulcardus* qui ea tempeſtate illi præerat eccleſiæ, ſæpedictam terram alicui parentum ſuorum ad devaſtandum traderet, optulerunt comiti *Waltevo*, ut eam ab eis teneret ſicut anteceſſor ſuus *Turkil* eam tenuerat. Qui eis multas gratias agens eam lætabundus ſuſcepit, & eandem firmam quam prædeceſſor ſuus ante reddiderat, annuatim reddidit. Quo deſuncto, *Judita* comitiſſa terram illam habuit, ſed nullam firmam monachis ſanctæ *Mariæ Thorneiæ* reddidit: unde factum eſt ut alii qui poſt eam terram tenuerunt, monachis ſanctæ *Mariæ* de *Thorneia* conſuetam firmam reddere neglexerint.

Privilegium domini Alexandri *Papæ tertii, capite primo.* Ibid parte 9. fol. 1. 2

“ ALEXANDER Epiſcopus, ſervus ſer-
“ vorum Dei, dilectis filiis *Hereberto* Ab-
“ bati eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Botulphi*
“ **Thorney**, ejuſque fratribus tam præſentibus
“ quàm futuris religioſam vitam profeſſis in per-
“ petuum. Juſtis religioſorum deſideriis conſen-
“ tire & rationabilibus eorum petitionibus cle-
“ menter annuere, apoſtolicæ ſedis, cui largiente
“ domino deſervimus, auctoritas & fraternæ cha-
“ ritatis unitas nos hortatur.

“ Quocirca, dilecti in domino filii, veſtris ju-
“ ſtis poſtulationibus clementer annuimus, &
“ præfatam eccleſiam in qua divino mancipati eſtis
“ obſequio, ſub beati *Petri* & noſtra protectione
“ ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio com-
“ munimus. Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſi-
“ ones, quæcunq; bona eadem eccleſia impræſen-
“ tiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futu-
“ rum, conceſſione pontificum, largitione re-
“ gum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu
“ aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci,
“ firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata per-
“ maneant. In quib. hæc propriis duximus expri-
“ menda vocabulis. Inſulam videlicet **Thorney**,
“ in qua ipſum monaſterium ſitum eſt, cum nemo-
“ re & mariſco & omnibus appenditiis ſuis. Eccle-

“ſiam de **Wytleſey**, eccleſiam de **Stangrund**, eccleſiam de **Jakeſley**, eccleſiam de **Wodeſton**, eccleſiam de **Haddon**, eccleſiam de **Newton**, eccleſiam de **Stibinton**, eccleſiam de **Twywell**, eccleſiam de **Bollehorſt** & eccleſiam de **Givelden**, cum una hida terræ & decimis ejuſdem villæ & omnibus oblationibus. Eccleſiam ſancti *Gregorii* de **Thetford**, duas eccleſias de **Deping**, eccleſiam de **Tid**, quicquid juris in eccleſia de **Wenge** habetis. In comitatu *Cantabrigiæ*, *Wytleſeyam*, & omnes illas rationabiles conſuetudines quas habebat *Elienſis* eccleſia in hundredis ſuis de **Wycheforde** de terra & de hominibus *Thornenſibus*. Eccleſiam de **Witleſey**, exceptis propriis regalibus conſuetudinibus quæ ſuper terram illam evenerint, quas *Hervæus* primus *Elienſis* epiſcopus, cum aſſenſu capituli ſui, eccleſiæ veſtræ in elemoſinam rationabiliter contulit in die dedicationis ejuſdem eccleſiæ.

“In comitatu *Huntingdoniæ*, **Neuton**, **Wodeſton**, **Jakeſley**, & mercatum ejuſdem villæ cum *Soka* & *Saka*, & **Tol**, & **Team**, & **Infangenthef**, & omnibus ejuſdem pertinentibus conſuetudinibus, medietatem ſtagni quod **Wytleſmere** dicitur, **Stangrund**, **Farſheved**, **Haddon**, **Sibeſton**, duas hidas & dimidiam, & in **Stibington** v. virgatas pertinentes ad **Sibeſton**, & decimam unius carucæ in **Sibeſton**. In **Stibinton** decimam *Rogerii*. In villa quæ dicitur **Covinton** vj. hidas.

“In prato de **Stanton** xxviij. acras de diverſis hominibus. In **Coppedethorn** xiv. acras terræ & pratum eidem terræ pertinens. In villa quæ dicitur **Hontendon** duas domos & terras in quibus ipſæ domus ſunt. Jus quod habetis in eccleſia *omnium Sanctorum*, de mercato ejuſdem villæ. Deciman *Widonis* filii *Goſcelini* in **Ceſtreton**.

“In **Folkeſworth**, duas virgatas terræ & dimidiam, & aliam terram in eadem villa viij. ſolidos annuatim reddentem. De dono *Andreæ Revelli* xv. acras quas dedit in elemoſinam pro ſe & omnibus parentibus ſuis vivis & mortuis.

“In comitatu **Hampton**, **Twywell**, duas hidas & molendinum. Terram in **Luffewyk**. Item dimidiam virgatam terræ & decem acras de **Inland** in prædicta villa, unam hidam in **Rande** cum redditu ejus, ſcilicet xij s. Dimidiam hidam in **Charwalton**. Terram de **Pippewell**, de dono *Willielmi* de **Albeni** *Brittonis*. Et in **Stoke** unam carrucatam terræ de dominico ejuſdem villæ cum toſta & prato & tota communitate in boſco & plano & paſcuis. De dono *Alberici* de **Twywell**, duas garbas decimarum ſex carucarum trium villarum, ſcilicet, **Iſley**, **Drayton**, **Adinton**.

“In comitatu de **Warrewick**, **Salebrigg** cum appenditiis ſuis. Unam virgatam terræ in **Wolfhamcote**, & molendinum de **Ricton**. Servitium *Edrici* de **Fleckenho**, cum ſua terra, ſcilicet v. jugera in campo & in villa tres croſtas & dimidiam.

“In comitatu *Bedfordiæ* duas hidas & dimidiam in **Bollehorſt**. In **Wildene** duas virgatas terræ cum hominibus qui illas tenent. In **Bedeford** unam domum & terram ei pertinentem. Item in *Norfolcia* in villa quæ dicitur **Tuameres** unam terrulam reddentem quinque ſolidos.

“Item medietatem villæ quæ dicitur **Wenge** & dimidium molendini ejuſdem villæ. Inſuper villanum unum, nomine *Normannum* cum terra ſua, ſcilicet, una virgata in prædicta villa. Item x. ſolidos de redditu molendini de **Teſeburge** cum dimidio augmentationis quantum creverit.

“Piſcationem de **Welle**, de **Elme**, de **Tillinga**, de **Trillinga**. Item terram de **Stanford**. Item heremitorium de **Trokenholt**. Terram quam habetis in **Chelſey**. Terram quam habetis in **Etune**. Terram quam habetis in **Tid**. Ex dono comitis de *Clara*, redditum centum ſolidorum ſub jurejurando promiſſum. Ex dono *Hugonis* filii *Radulfi* de **Wildeboef** unam virgatam terræ & libertatem quam beatus *Adelwoldus* epiſcopus, fundator prædicti cœnobii, favente rege *Edgaro*, & ſancto *Dunſtano Doroberniæ* archiepiſcopo, *Oſwaldo Eboracenſi* archiepiſcopo, & omnibus aliis epiſcopis, abbatibus & baronibus totius *Angliæ*, eidem loco conceſſit, & ſcripto proprio confirmavit.

“Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omninò à vobis decimas exigere præſumat. Obeunte vero te tunc ejuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptione ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi aſſenſu, vel fratrum pars concilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem & beati *Benedicti* regulam providerint eligendum. Decrevimus ergo ut nulli hominum omninò liceat præfatum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablata retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salvâ nimirum apoſtolicæ ſedis auctoritate & dioceſanorum epiſcoporum canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri *Jeſu Chriſti* aliena fiat atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjiciatur.

“Cunctis autem eidem loco jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, quatenus hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. *Amen*.

“Dat. *Turoni*, per manum *Hermanni* ſanctæ *Romanæ* eccleſiæ ſubdiaconi & notarii, v. Idus Januarii. Indictione xj. Incarnationis Dominicæ anno MClxij. Ponificatus verò *Alexandri* Papæ tertii, anno quarto.

Series abbatum de Thorney.

Ibid.

20. *W.* Conq.	1085.	G*Unterus* abbas diruit veterem ecclesiam priùs fundatam à ſancto *Athelwoldo*, & conſtruxit novam. Hic poſt confirmationem electionis ſuæ, benedictionem obtinuit à *Remigio* epiſcopo *Lincolnienſi.*
13. *H.* 1.	1113.	*Robertus* primus abbas.
4. *Steph.*	1139.	Fundatio Prioratus de Deppinge.
16. *Steph.*	1151.	*Gilbertus* abbas.
1. *H.* 2.	1154.	*Galterus* abbas.
5. *H.* 2.	1158.	*Herbertus* abbas.
10. *H.* 2.	1163.	*Walterus* abbas.
17. *H.* 2.	1170.	Vacat abbathia per ſex annos ad annum 1176. 23. *H.* 2.
18. *H.* 2.	1171.	Obiit *Baldwinus* fundator de Deppyng.
23. *H.* 2.	1176.	*Salomon* abbas.
5. *R.* 1.	1193.	*Robertus* 2. depoſitus anno 6. *R.* 1. & abbathia vacabat per 4. annos.
1. *Jo.*	1198.	*Radulphus* abbas fuit Prior de Freſton.
1. *H.* 3.	1216.	*Robertus* 3. abbas.
16. *H.* 3.	1231.	*Wido Wake* dedit Prioratum de Deping abbatiæ de Thorney.
22. *H.* 3.	1237.	*Ricardus* abbas.
23. *H.* 3.	1238.	*David* abbas.
39. *H.* 3.	1244.	*Thomas Caſtre.*
46. *H.* 3.	1261.	*Willielmus Yakeſl'y.*
21. E. 1.	1293.	*Odo* de Witleſey.
33. E. 1.	1305.	*Willielmus Clopton.*
16. E. 2.	1322.	*Reginaldus* de Water-Neutō
21. E. 3.	1347.	*Willielmus Haddon*, doctor decretorum.
39. E. 3.	1365.	*Johannes depyng*, Baccalarius in decretis.
20. R. 2.	1396.	*Nickolaus Iſlep*, baccalarius in decretis reſignabat anno 1399.
4. *H.* 4.	1402.	*Thomas Charw*, fuit Prior de Deppng.
4. *H.* 6.	1425.	*Alanus Kirketon*, baccalarius in decretis.
26. *H.* 6.	1437.	*Johannes Kirketon*, baccalarius in decretis.
29. *H.* 6.	1450.	*Johannes Ramſey*, baccalarius in decretis, electus quaſi per viam ſpiritus ſancti.

Abbatia de CHATERIZ *in comitatu* Cantabrigiæ.

Ex MS. quodam penes *Robertum Hewes* de *Grayes-Inne*, juriſconſultum an. 1638.

ABbas de Rameſey tenuit manerium de Chateriz in comitatu *Humingdonia*, de dono regis *Edgari*, antequam fuit *Elienſis* aliquis epiſcopus.

In evidences de Chateriz per *Johannem Stivecle.*

Ex munimentis abbat. de *Chateriz.*

ITem Alwen, *le mere* Aylwyn *founda l' abbey de nonnes de* Chateriz *per aſſent de luy, come en ſa toumbe mencion eſt fait ; & l' abbiſſe tenoit de de Roy en cheſe auxi come fait l' abbe tánq; le Roy* H. *le primier dona la patronage des ditz nonnins à* Henrie *eueſq; de* Ely *en peroles q' enſuent.* H. Rex *Angliæ*, &c. Sciatis nos dediſſe & confirmaſſe Deo & eccleſiæ *Elienſi*, & *Herveio* epiſcopo in elemoſinam abbathiam de Chateriz cum terris & poſſeſſionibus, & omnibus rebus eidem eccleſiæ pertinentibus. Et volo & præcipio (*&c.*)

Iſtæ ſunt villæ & hamlettæ adjacentes parochiæ de Chateriz, aliàs Ceateriz, videlicet Sutton, Mepehale, Berenghale, Wytcham, Wicheford, Comeney, Maney, & Dodyngton.

Cronica fundationis monaſterii ſeu abbathia de Chateriz.

Ex chronicis de *Chateriz*, in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *julii*. A. 1.] fol. 71.

SEquitur *Ednodus*, vir in Chriſto famoſus, & monaſticæ religionis cultor egregius, qui à beato *Oſwaldo Eboracenſi* archiepiſcopo & glorioſo duce *Egelwino* in *Rameſienſem* eccleſiam, quam ipſi conſtruxerant de *Wygornienſi* monachatu ad officium abbatis eſt aſſumptus. Ubi cum in omni honeſtate ſuo Chriſto floreret, & gregem domini fideli cura ſalubriter gubernaret, facta eſt cuidam ſabro divina revelatio de corpore beati *Ivonis* & ſociis ejus, ſimul cum ipſo apud villam de *Slepa* quieſcentibus. Apparens enim ſabro in epiſcopi ſpecie beatus *Yvo*, & ſe & ſocios ſuos in eadem villa, ab antiquiſſimo tempore jacuiſſe indicavit, & ut *Ednodo* id indicaret imperavit. Ac ille ſtatim evigilans, viro Dei viſionem revelavit, & de oblata ſuo tempore gratia nimis eum letificavit. Qui tantum ſanctorum gloriam non paſſus eſt diutius in cœno latitare; ſed, convocato clero & populo ad effodiendum cœleſtem theſaurum, cum eccleſiaſticis apparatibus properavit, & beatum *Yvonem* propriis manibus, cæteris cereos ferentibus, ipſe uſque in *Rameſiam* portavit; & poſtea in ipſa *Slepa* eccleſiam in nomine ejuſdem Sancti edificavit. Nec multum poſtea, defuncto *Lincolnienſi* antiſtite, in epiſcopum promovetur; pro qua poteſtate nihil minuit de antiqua religione: ſed quanto altior, tanto melior effectus, circa condendas eccleſias, & augendas congregationes, aſſiduus inſiſtebat, quarum unam apud Chateriz, ob amorem ſanctæ Dei genetricis *Mariæ* & *Alfwenne* ſororis ſuæ cognomento Dominæ, ad ponendas ibi cum ipſa ſanctimoniales conſtruxit; & rebus neceſſariis ampliavit. Ipſe quoque corpus beati *Alphegi* martiris & archiepiſcopi apud *Grenewicum* à *Danis* lapidatum, pietate ſuccenſus, & fide armatus collegit atque *Londoniis* ſepelivit. Tandem verò martirii gloria, pro glorioſa converſatione decorandus, in bello quod fuit inter *Edmundum* regem, & *Canutum*, apud Aſſandun dum miſſam cantaret, à *Danis Canuti* ſociis prius dextera manu, propter annulum amputata; deinde toto corpore ſciſſo interfectus eſt, cum abbate *Wiſio*, qui ſecundùm cronicam, ad adorandum dominum pro milite bellum agente commemorant. Hujus corpus, cum ad hanc *Elyenſem* eccleſiam, à ſuis fuiſſet allatum, ut confeſtim hinc ad *Rameſeyam*, ubi abbas fuerat, deferretur *Alfgarus* vir ſanctus, qui tunc temporis, relicto *Helmamenſi* epiſcopatu, hic ex toto ſe dederat, corpus illud, ad augendum loci hujus dignitatem, inebriatis cuſtodibus, in ſecreto loco ſepelivit, tum quia illum Sanctas noſtras valde dilexiſſe cognoverat, tum quia matrem eam eſſe credebat, qui & ipſe, de veteri ſepultura inter alios tranſlatus magno nobis honori habetur. Paſſus eſt anno ab incarnatione Domini Mxvj. & fuit in diebus *Ethelredi* & *Edmundi* regum temporibus.

Ibid. fol. 73. b.

Quomoda Herveus *primus epiſcopus* Elienſis *monaſterium de* Chateriz *optinuit, &* Elienſi *eccleſiæ jure perpetuæ poſſeſſionis de manu regia temporibus perpetuis attribuit.*

EST autem Chateriz circa inſulam *Elyenſem* ſanctimonialium habitatio, ubi monaſterium ſub nomine abbaciæ conſtitutum, quamdiu ſub manu regia verſabatur, graviſſimis angariis premebatur. Videns itaque vir diſcretiſſimus locum deſtructioni proximum, & pauperes Dei ancillas nimium inquietari, nec poſſe ullo modo ſine meliore patrocinio locum incolere, paterna pietate ductus, epiſcopalem ſollicitudinem ad liberandum Chriſti familiam appoſuit, & mira efficacia regium favorem ad ſui deſiderii modum aptavit. Tantoque pondere ſuſcepto negotio inſtitit, ut locum illum *Elienſi* eccleſiæ jure perpetuæ poſſeſſionis aſcriberet, & deinceps matres ibi ſtatuendi, & monachas imponendi principalem poteſtatem haberet. Egit hoc itaq; miſericors manus Domini, ut pater animarum pater eſſet & rerum, & in omnibus neceſſitatibus ſuis quibus manus fœminea non ſufficiebat, filiæ ad patrem recurrerent, & congruum auxilium invenirent. Nemo igitur tantum epiſcopum putet, rebus quidem terrenis multipliciter abundantem, aliquam ſiniſtram intentionem in hac cauſa fuiſſe ſecutum, qui non ut terreno commodo conſuleret, ſed ut ancillæ Dei de craſtino non cogitarent alloboravit. Quanto autem robore locum illum ſibi ſuiſque ſucceſſoribus vendicaverit quanta utilitate locus ille illi ceſſerit, duæ ſequentes cartæ teſtantur quas regiá largitas *Elyenſi* dedit eccleſiæ.

Ibid fol. 74. a.

Charta Regis *Henrici* de connexione eccleſiæ de Chateriz, quam monaſterio de Ely cum omnibus ad eam pertinentibus condonavit.

HEnricus *Rex* Anglorum *archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, & omnibus fidelibus totius* Angliæ *ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo &* Elyenſi *eccleſiæ &* Herveo *epiſcopo in elemoſinam, abbaciam de* Chateriz, *cum terris & poſſeſſionibus & omnibus rebus eidem abbatiæ pertinentibus. Et volo & præcipio firmiter ut benè & in pace & quietè & honorificè teneat cum* ſaca *&* ſocha, *&* **toll** *&* **theam**, *&* **infangenetheof**, *& omnibus conſuetudinibus & libertatibus ſicut meliùs & quietiùs & honorificentiùs tenet alias terras ſuas de epiſcopatu de* Ely. *Teſtibus* Gaufrido *cancellario*, Willielmo *de* Albeni *pincerna*, Gaufrido *clerico*, Pagano *filio* Johannis, *apud ſanctum* Petrum *deſuper* Dinam.

Carta Regis *Henrici* de relaxatione pecuniæ de eccleſia de Chatriz quam condonarat ſanctæ *Æthelfredæ*.

HEnricus Rex Anglorum *archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, & omnibus fidelibus ſuis* Francis *&* Anglis *totius* Angliæ *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe eccleſiæ* S. Mariæ de Chateriz, *quam conceſſi & dedi in elemoſinam eccleſiæ de* Ely, *pro Dei amore & pro anima patris mei & matris meæ, & pro redemptione peccatorum meorum, & petitione* Hervei *epiſcopi ejuſdem eccleſiæ primi, ſex ſolidos & vij. d. de* Warpeni *quos prædicta eccleſia de* Chateriz *unoquoque anno dare ſolebat, ita quod modo imperpetuum ſit inde in pace & quiete.* Amen.

Per bullam ſubſequentem, videlicet Innocentii *quarti, qui tenuit pontificatum anno Domini MCCxlij. renovatur bulla* Alexandri *tertii qui tenuit pontificatum anno Domini MCxlij.*

Ibid. fol. 71. b.

“ INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus
“ ſervorum Dei, dilectis in Chriſto fideli-
“ bus, abbatiſſæ monaſterii de Chateriz,
“ ejuſque ſororibus tam præſentibus quam
“ futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.
“ Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum con-
“ venit adeſſe præſidium, ne forte cujuſlibet te-
“ meritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet,
“ aut robur, quod abſit, ſacræ religionis enervet.
“ Eapropter dilectæ in Domino filiæ, veſtris ju-
“ ſtis poſtulationibus clementer annuimus & mo-
“ naſterinm de Chateriz *Elienſis* dioceſis, in quo
“ divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub beati *Pe-*
“ *tri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſen-
“ tis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſi-
“ quidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſe-
“ cundùm Deum & beati *Benedicti* regulam in e-
“ odem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, per-
“ petuiis ibidem temporibus inviolabliiter obſerve-
“ tur. Præterea quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq;
“ bona, idem monaſterium impreſenciarum juſtè,
“ ac canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſio-
“ ne pontificum, largitione regum, vel principum,
“ oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præ-
“ ſtante domino poterit adipiſci, firma vobis &
“ eis quæ vobis ſucceſſerint & illibata permane-
“ ant. In quibus hæc propriis duximus exprimen-
“ da vocabulis: locum ipſum in quo præfatum
“ monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinen-
“ tiis, ſuis eccleſiam quam habetis in villa de Cha-
“ teriz cum omnibus pertinentciis ſuis. Terram
“ & redditus quos habetis in eadem villa de Cha-
“ teriz. Terram quam habetis in villa de Fortun
“ cum medietate unius molendini & pertinenciis
“ ſuis. Terram quam habetis in villa de Baran-
“ tun, cum uno molendino & pertinenciis ſuis.
“ Villam de *Kareſeya*, cum pertinenciis ſuis. Ec-
“ cleſiam, terram & molendinum quæ habetis in
“ villa de Sceperey, cum omnibus pertinentiis
“ eorundem. Terras quas habetis in Berele, O-
“ vere, Lincoln, Huntedunne, & Bozewelle vil-
“ lis cum omnib. pertinentiis earundem. Terram
cum

“cum molendino quem habetis in villa de **Trippelowe**, cum pertinenciis eorundem. Terram cum portu quos habetis in burgo de *Cantabrigia* cum omnibus ſuis pertinenciis. Capellam de **Honezeh**.cum decimis & omnibus pertinenciis, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis,in boſco & plano, in aquis & molendinis, & viis & ſemitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum quæ propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere, ſive extorquere præſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas è ſeculo fugientes ad converſionem accipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli ſororum veſtrarum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine abbatiſſæ ſuæ licentia de eodem loco, niſi arctioris religionis obtentu diſcedere, diſcedentem verò abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Criſma verò, oleum ſanctum,conſecrationes altarium,ſeu baſilicarum,benedictiones monialium, à dioceſano ſuſcipietis epiſcopo, ſi quidem catholicus fuerit, & gratiam & communionem ſacroſanctæ *Romanæ* ſedis habuerit; & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines parochiæ veſtræ nullus,ſine aſſenſu dioceſſani epiſcopi & veſtro,capellam ſeu oratorium de novo conſtruere audeat; ſalvis privilegiis pontificum *Romanorum*. Ad hec novas & indebitas exactiones ab archiepiſcopis,epiſcopis, archidiaconis,ſeu decanis, aliiſque omnibus eccleſiaſticis,ſecularibuſve perſonis,à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntate,qui ſe illic ſepeliri deliberaverint,niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint,aut etiam publicè uſurarii, nullus obſiſtat; ſalva tamen juſticia illarum eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea & poſſeſſiones ad jus eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à laicis detinentur redimendi,& legitimè deliberandi de manibus eorum,& ad eccleſias ad quas pertinent revocandi, libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci abbatiſſa, vel earum aliqua quæ tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualibet ſubreptionis aſtutia,ſeu violentia præponatur, niſi quam ſorores communi conſenſu, vel earum major pars conſilii ſanioris, ſecundùm Deum & beati *Benedicti* regulam, providerint eligendam. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes, apoſtolica auctoritate prohibemus, ut infra clauſuras locorum veſtrorum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeu violenciam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris, *Romanis* pontificibus monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum à regibus & principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apoſtolica confirmamus,& præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare,ſed omnia integra conſerventur,earum pro quarum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſib., omnimodis profutura; ſalva ſedis apoſtolice auctoritate, & dioceſani epiſcopi canonica juſticia, & in prædictis decimis moderatione conſilii generalis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat,atq;in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ulcioni. Cunctis autem eidem loco ſua jurà ſervantibus,ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti,quatinus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant,*Amen*.

Vide Vol. 2. pag. 869. col. 2.

CERNELLENSE
Cœnobium in agro Dorſetenſi.

IN *Dorſatenſi* pago ſunt abbatiæ: *Cirnelienſis Mideltunenſis* virorum, *Sceptonienſis*, fœminarum, præter aliquas, quæ vel omnino deſtructæ, vel multùm imminutæ ſunt. *Cernelienſis* exordium ita accepimus. *Auguſtinus* primus Doctor *Anglorum* poſt *Cantiam* Chriſto ſubditam, reliquas *Anglorum* provincias pervagabatur, quantùm *Ethelberthi* regis imperium protendebatur. Habebat enim (ut aliâs diximus) ſibi ſubjectum, quicquid *Angli Britaniæ* incolunt, præter ſolos *Northanimbros*. Pagum ergo ſuprà nominatum *Auguſtinus* adorſus, crebris à diaboli damno prædis chriſtianitatis augebat numerum. Sed loco illo virtus hæſit,dæmonis conflata invidia, qui tantis animarum lucris doleret. Aggrediuntur ergo virum & ſocios furiatis mentibus incolæ, & magnis dehoneſtatum injuriis, ita ut etiam caudas racharum veſtibus ejus affigerent, impellunt, propellunt, expellunt. Patientèr ille & modeſtè gaudenſque pro nomine Jeſu contumeliam pati, & ne magis miſerorum irritaret inſaniam, excuſſo pedum in eos pulvere, longè, quaſi milliariis tribus, receſſit. Tum verò perſecutionis remoto turbine in quietem regreſſûs animi, vidit mentis oculo divinam adeſſe præſentiam, exhileratoque vultù ait ſuis. Cerno Deum qui & nobis retribuit gratiam, & furentibus illis emendatiorem infundet animam

W. Malmeſb. fol. 142. b.

Cum dicto advenerunt illi properatis greſſibus, facti poſcentes veniam, fidem pollicentes ſuam, eventus vel potiùs verbum loco indidit vocabulum, ut vocaretur **Cernel** ex duobus verbis *Hebraico* & *Latino*, quod *Hel* Deus dicatur *Hebraicè*. Dixit *Auguſtinus* dominum ſecernere: nec veritas ſermoni abſuit, quod ſtam citò mente mutata plebs antè lymphata credidit. Nam & ibidem cum ad baptiſmum deeſſet aqua, ad juſſum pontificis ex occultis meatibus fons erupit, qui hodièq; & *Auguſtini* merito, & uſus ſui commodo incolis clarus habetur. Ibi ſuccedentibus annis *Edwoldus* frater *Edmundi* regis & martyris vitam heremiticam ſolo pane cibario, & aqua trivit, pertæſus (ut fama eſt) mundi deliciarum, quod ſe ad fratrem durior excepiſſet fortuna. Fit enim plerumque, ut adverſitatibus ſeculi admonitus generoſus animus, ad dominum ſe convertat attentiùs, qui nec falli, nec fallere novit. Et prima quidèm virtus eſt bene per ſe velle, ſecunda cogi poſſe. Non minoris, ut eſtimo, deputatur meriti *Paulus*, qui ad bonum flagello coactus eſt aſpero, quàm *Petrus*, qui libens & ſtatim accurrit vocanti domino. *Edwoldus* poſt religioſè actam vitam, magna ſanctitatis opinione ibi ſepultus dedit occaſionem poſteriori tempore *Egelwaldo* prædiviti homini, ut cœnobium eo loco ſancto *Petro* conſtrueret: non ita exilitèr (ut putatur) quinimò abundanter, ſi illi quorum intereſt non ea nebulonibus ſuis, ſed Dei ſervis impertirent.

Cernelium *ſive* **Cerne.**

Lelandii collectan. vol. 3. Pag. 65.

EX fundatione *Ailmeri* comitis *Cornubiæ*, tempore *Ædgari* regis, ſepultus eſt *Egneſhami* propè *Oxonium*.

Ex veteri codice.

Athelbaldus, & *Abilberhtus* reges, filii *Atulphi* ſepulti *Shireburniæ* ab *Alchſtano* epiſcopo eorum propinquo.

Fons ſancti Auguſtini Cernelii.

Ante novam fundationem *Cernelii*, tantùm erat trium monachorum cœnobiolum ubi nunc eſt parochialis eccleſia de **Cernel**.

Ex libello de vita ſancti Ædwoldi *fratris ſancti* Edmundi *martiris*.

Eadnualdus duxit vitam heremiticam in provincia *Dorcetenſi* propè fontem, cognomento argenteum.

Almarus comes *Cornubiæ*, cum *Dunſtano* tranſtulere reliquias *Eadwoldi* ad veterem eccleſiam *Cernelienſem*, ubi nunc parochialis Eccleſia.

Ex libro annalium, cui titulus, Memoriale fratris *Gualteri* de **Coventre**.

Idem, collectan. vol. 1. pag. 350.

DEus *Helith* colebatur in pago de **Cernel**, tempore *Auguſtini*, *Anglorum* Apoſtoli.

Elwoldus, frater *Edmundi* regis & martyris, heremita apud **Cernel**, cui poſtea ſuccedens *Ælwardus*, homo prædives, cœnobium ec in loco divo *Petro* conſtruxit.

Carta abbatis de **Cernel**.

Cartæ antiquæ. litera W. numero 16. 987.

A*Nno incarnationis domini noſtri Jeſu Chriſti nongenteſimo octogeſimo ſeptimo, regnante ipſo cum coæterno patre & ſpiritu ſancto perpetua majeſtate, ego* Æthelmer *filius* Æthelwerdi, *ſatrapa regis* Æthelredi, *notum fore ſtudui ipſius regiæ ſublimitati hoc ſalubre meum conſilium, & archiepiſcopo* Dunſtano *&* Ælfeago Wintonienſi *epiſcopo, & omnibus epiſcopis cunctiſque ſapientibus gentis* Anglorum, *quòd ego liberè perpetua munificentia tribui illum locum qui vulgò* **Cernel** *nuncupatur, cum poſſeſſionibus quas ei ſubjugo, cuncticreanti Deo ad almi onomatis ejus laudem & ad honorem* Mariæ *genitricis Dei perpetuæ virginis, ac ſancti* Petri *principis apoſtolorum, necnon & ſancti* Benedicti, *pro meo cariſſimo hero baſileo* Æthelredo, *& pro memetipſo, necnon & pro dilecta mihi animula mei genitoris, & redemptione meorum præcedentium patrum, qui propria colla ſpontè fidei Chriſtianæ ſubdiderunt, ſuarum poſſeſſionum me hæredem haut ingratum relinquentes. Illud monaſterium, videlicet* **Cernel**, *de quo præfatus ſum primitus ditavi, ſicuti, mihi largitas tunc dictavit, ſed poſt paucorum annorum ſpatia majoribus illud poſſeſſionibus Deo inſpirante ampliavi, largiens ei & fratribus inibi degentibus illam villam* **Cernel**, *cum omnibus quæ ad eam pendent, poſtquam ego mortali jure hoc ſeculum relinquam. Hac etiam ratione concedo illam villam quæ* **Aeſcere** *dicitur, cum cunctis eis adhærentibus; denique me in carne, & poſt obitum perpetuè has poſſideant quas modò nomino terras; in illa villula quæ à ruricolis* **Winterne** *nominatur, ſex caſſatos, in* **Minceburnan** *decem manſas, in* **Bridian** *ſex, in ulteriore* **Brydian** *duodecim, in* **Hremneſcumbe** *tres. Hæc noſtra dona augmentavit* Leofricus *clericus de* **Poceswylle**, *donans ſpontanea largitate ſuam villam de* **Poceswylle**, *cum poſſeſſiunculis, fratribus prædicti loci in adjutorium cum territoriis, quod poſtea conceſſit eodem jure noſter baſileus* Æthelredus *coram teſtibus.* Ælfrithus *etiam meus propinquus de* **Beuncumbe** *largitus eſt unum rus juxta* **Pydelan**, *quatuor caſſatos, poſt dies* Leofwini *noſtri propinqui.* Alſwoldus *quoque in* **Blaeewyrthe** *quinque manſas poſt ſui conjugis obitum illi monaſterio conceſſit. Et ego mando in nomine omnipotentis Dei, ut decimæ totius anni redditus in* **Cernel** *&* **Ceoſolburnan** *præfato monaſteriolo cum omni diligentia dentur, quamdiu aura vitali alor, & æquè poſt metam labentis vitæ, & ex meis reliquis ruribus mellis caſei & pinguium porcorum decimæ ſimiliter per omne ævum incunctanter præſcripto loco adducantur. Et ego volo ut illuc habitent ſervientes & vacantes Deo, & hiis commodis utantur qui ſanctam regulam beati* Benedicti *vita & moribus teneant. Qui locus & ejus habitatores Deo omnipotenti ſint commendati. Et ſit eis liberum arbitrium ſecularem patronum ubi meliùs autumant ſibi eligere. Et inſuper adjuro per nomen æterni judicis quemcumque ſuperſtitem derelinquo, ut nequaquam præſumat hoc privilegium temerè pervertere. Sed caveat ipſe & caveant valde oppido omnes iniqui raptores*

raptores, ne noſtrum donarium aut ſuis dominiis vendicent, aut avare minuant, ut non cum impiis avaris & ſceleratis rapacibus æterna animadverſione in baratri incendiis crucientur. Precor nunc obnixè ut quicumque fidelis illius loci res augmentare ſatagit, multiplicet ei Chirſtus Dominus æternas divitias.

Sancti IVONIS *Cœnobium in comitatu* Huntendoniæ.

De ſancto Yvone *Epiſcopo*,

Hiſt. aurea *Joh. Tinemuthenſis.* lib. 18. cap. 69.

ANNO Domini Mj. facta eſt autem tranſlatio ſancti *Yvonis*, viij. kal. Maij. dieſque tranſlationis ejus quarto id. Junij conſecrata perpetuò indicitur celebranda. Eſt autem Slepe, villa antiquitùs ſic dicta, ubi corpus ſanctiſſimi confeſſoris repertum fuiſſe dinoſcitur, à *Rameſiæ* monaſterio viij. diſtans milliaribus, à burgo Huntindon tribus, ſuper fluvium *Ouſa* ſituata; modo verò villa S. *Yvonis* eſt nuncupata.

Abbas quoque *Ednothus*, in loco inventionis ſancti epiſcopi, eccleſiam conſtruxit; ipſiuſque tumbæ media pars infra parietem, & media extra protenſa eſt, quatinus adventantibus tam obſerata janua, quam aperta æque gratia non deeſſet, quæ jugiter in eodem loco habundans, meritis hujus Sancti multis beneficia confert ſanitatum.

Confirmatio Prioratus Sancti *Ivonis*.

Ex Regiſtro de *Ramſey* in archivis Scaccarii remanente fol. 158. a.

URBANUS *Epiſcopus, ſervus ſervorum* Dei, *Dilectis filiis* Willielmo *Priori & monachis monaſterii ſancti* Ivonis *tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, & ut devotionis ſanctitas laudabiliter eniteſcat, ut utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatum monaſterium ſancti* Ivonis, *in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundùm Domini & beati* Benedicti *regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona, idem monaſterium impræſentiarum, juſte & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc ipſis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* Elleſworth *cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum manſo* Manfredi *preſbiteri ejuſdem villæ. Eccleſiam de* Cnapwelle *cum omnibus pertinentiis ſuis ab abbate & fratribus* Rameſienſibus *vobis conceſſam & ſcripto firmatam. Eccleſiam de* Slepa *cum duabus capellis de* Waldehirſt *& de* Wodehirſt *ad eandem eccleſiam pertinentibus. Sane novalium veſtrorum quæ propriis manibus vel ſumptibus colitis ſeu de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos è ſeculo fugientes liberos & abſolutos ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus ne ulli fratrum veſtrorum poſt factam in eo loco profeſſionem fas ſit abſque Prioris ſui licentia, niſi arctioris religionis obtentu, de eodem diſcedere, diſcedentem verò abſque communi literarum cautione nullus audeat retinere. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat; ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Libertates præterea, ſeu immunitates, antiquas & rationabiles conſuetudines eccleſiæ veſtræ conceſſas, & hactenus obſervatas, ratas habemus, eaſque perpetuis temporibus illibatas manere ſancimus. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis ſuppreſſa voce, divina officia celebrare. Decernimus ergo ut nulli omninò hominum liceat præfatum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablata retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis apoſtolicæ auctoritate, & dioceſani epiſcopi canonica juſtitia, ac monaſterii ſancti* Benedicti *de* Rameſia *debita* Reverentia. *Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri* Jheſu Chriſti *aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Dimini Noſtri* Jheſu Chriſti, *quatenus & hic futurum * bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicium præmia æternæ pacis inveniant,* Amen.

* lege fructum.

De ſancto Ivone.

Ibid.

INquiſitio facta de conſuetudinibus & redditibus hominum domini abbatis in villa de ſancto *Ivone*, Wodehyrſt & Waldehyrſt, die Veneris proximo poſt feſtum ſancti *Michaelis*, anno regni regis *Henrici* filii regis *Johannis* trigeſimo ſexto per *Robertum* filium *Richemanni*, *Robertum Palmere*, *Robertum* filium fabri, & *Johannem* ad eccleſiam, qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum,

36. H. 3.

quod eccleſia parochialis ſancti *Ivonis* eſt fundata & dedicata in honorem omnium Sanctorum, ad quam pertinent duæ capellæ de **Wodehyrſt** & **Waldehyrſt**: & corpora defunctorum villæ de **Wodehyrſt** & **Waldehyrſt** ſolebant deferri apud ſanctum *Ivonem* ad ſepeliendum, quæ de novo in præjudicium matris eccleſiæ in cymeterio de **Waldehyrſt** non dedicato, ut dicitur, ſepeliuntur. Ad quam eccleſiam cum capella abbas & conventus *Rameſiæ* præſentant vicarium, quia Prior de ſancto *Ivone* percipit nomine perſonæ omnes garbas decimales apud ſanctum *Ivonem*, **Wodehyrſt**, & **Waldehyrſt**, & decimam fœni, & etiam ſi in curtilagio alicujus bladum ſeminaretur, decimam garbam illius bladi ſicut in campis percipiet. Percipit etiam à vicario pro portione ſua, quatuor libras tredecim ſolidos quatuor denarios, minores etiam decimas & omnes obventiones altarium tam eccleſiæ quam capellarum, & teſtamenta ſingulorum recipiet vicarius, videlicet, de quolibet homine terram tenente, & vidua in villenagio apud ſanctum *Ivonem*, **Wodehyrſt** & **Waldehyrſt**, cum contigerit ipſum decedere, melius averium domus præter equum habebit, & ſi mulier deceſſerit vivente marito melius averium ſibi remanebit, & vicarius percipiet ſecundum. Recipit etiam vicarius nomine decimæ agnos, porcellos, aucas, pullos, & ova gallinarum, lanam, linum, curtilagium, venarium * pro pullo utriuſque ſexus, obolum pro vitulo, & quolibet decimo die, dominico die non computato, decimam lactis. De qualibet caruca juncta inter Paſcha & Pentecoſten unum denarium, qui dicitur ploualmes. Recipit apud ſanctum *Ivonem* pro ſingulis capitibus junctis eodem tempore in carucis apud **Waldehyrſt** & **Wodehyrſt** unum panem, cujus collectionum medietas remanet vicario & altera medietas pro voluntate parochianorum erogatur pauperibus. De qualibet etiam domo aſtrum habente, ad luminare eccleſiæ recipit unum obolum ad Paſcha. De liberis decedentibus recipit equum, & de manentibus in vico pontis reſpicitur eccleſia, pro voluntate propria decedentis, de pannis, bladis & hujuſmodi, & non de averiis: de quolibet etiam uxorato habente ad vincula ſancti *Petri* unum averium de precio triginta denariorum, colligit vicarius unum denarium ad opus ſancti *Petri*, à viro etiam ſine ſponſa & vidua obolum. Pro decimis etiam totius dominicæ abbatis percipit Prior quatuor acras frumenti & quatuor avenæ, in culturis poſt finitium * ex liberatione Servientis & menſuratione Præpoſiti. Vicarius etiam habet communam cum villata & non cum abbate, &c.

* *Fortè*, denarium.

Lelandi collectan. vol. 3. Pag. 65.

* *Lege*, * fœniſicium.

WHERWELLENSE

Cœnobium in agro Hantonienſi.

—— A*Thelwoldus* quidam erat, ſui temporis, [ſcilicet *Edgari* regis] comes egregius, & à ſecretis, huic Rex injunxerat negotium, ut *Elſthridam* filiam *Ordgari* ducis *Devoniæ*, quæ forma ſui oculos relatorum pellexerat, quatenus eam regiis auribus commendarent; huic inquam, præceperat, ut illam adiret ſpeculatum, nuptias conciliaturus, ſi veritas famæ conquadraret. Ille viam celerans, nihilque præter opinionem comperiens, celato apud parentes nuncio, ſuis potius uſibus puellam applicuit. Rediens ad regem, quæ ſuis partibus conducerent, allegat ſpeciei vulgaris & quotidianæ puſiolam eſſe, nec tantæ majeſtati convenire. Reducto ab his animo, & aliis amoribus intento, delatores nuntiant quanta illum *Ethelwoldus* aſtutia emunxerat. Ille clavo clavum expellens, fraude ſcilicet fraudem eludens, frontem ſerenam comiti oſtendere, diem quo viſitaret tam laudatam mulierem quaſi joco edicere. Qui tam terribili joco exanimatus, præcurrit ad conjugem, rogans ut ſuæ ſaluti conſuleret, & quantum poſſet, veſtibus ſe deformaret, tunc primum aperiens facti ſui concilium. Sed quid non præſumit fœmina? auſa eſt primi amatoris, & primi conjugis fidem fallere, & ſpeculo vultū comere, nihil omittens quod ephebi & potentis lumbos pertentaret. Nec citra propoſitum accidit: viſam enim adeo inarſit, ut diſſimulato odio, comitem in ſilvam **Warewelle** (quæ vocatur **Harewoode**) gratia venandi accitum jaculo trajiceret. Ubi cum filius occiſi nothus familiari viſu ſuperveniſſet, & à rege interrogatus eſſet, qualiter ei talis venatio placeret, reſpondiſſe fertur, *benè domine rex, quod tibi placet mihi diſplicere non debet*; quo dicto, ita tumentis animum manſueſecit, ut nihil chariùs in vita ſua poſthæc haberet, quàm juvenem illum, tyrannici facti offenſam in patrem ſedulitate regia in filium allevans. Ob illius ſceleris expiationem, ibidem monaſterium ab *Elſthrida* ædificatum, ſanctimonialium frequentia inhabitatur.

W. Malm. fol. 32. a. nu. 10.

—— De **Warewelle** ſcitur, quod *Elfrida* uxor regis *Edgari* ædificaverat illum in honore ſanctæ crucis, compuncta privigni ſui *Edwardi* nece indigna, cujus ipſa conſcia & autor fuit.

Ibid. fol. 140. b. n. 20.

—— Combuſta eſt etiam abbatia ſanctimonialium de *Warewella* à quodam *Willielmo* de *Ipra* homine nefando, qui nec Deo, nec hominibus reverentiam obſervaret, quod in ea quidam Imperatricis fautores ſe contutati eſſent, (tempore regis *Stephani*.)

Ibid. fol. 107. b. n. 50.

A*Lfredus* Rex *Weſtſaxonum* ſilvam quendam venandi gratiâ quadam vice adiit, & vocem parvuli vagientis in arbore audivit, & à venatoribus quid hoc foret diligenter inquiſivit. Qui aſcendentes arborem, invenerunt in ſummitate arboris in nido aquilæ, infantem eligantem, forma conſpicuum, habentem in corpore notam quaſi regificum ſignum, purpureo pallio involutum, in brachiis gemellis armillas aureas nobilitatis indicium præferentem, quem Rex babtizari fecit, & à nido, *Neſtingum* vocans, nobiliter educatum in comitem provexit. Hic genuit *Witburdingum*, qui genuit *Wlſhelmum*, qui ex uxore ſua liberos procreans, cum conjuge ſua xviij. annis, uſq; ad provectam ætatem, cælibem vitam duxit. Angelus autem Domini, trina viſione utrumque hortatus eſt ut convenirent, quia ſponſum Chriſti generarent, & de cætero propoſitum ſervarent. Nata eſt eis igitur infantula & *Wlſhildis* vocata, ablactaque, virginibus *Wiltoniæ* tradita educanda,

Hiſt. MS. *Joh. Tinmuthenſis* in bibl. *Bodleiana* lib. 21. cap. 113.

quam cum interjecto tempore *Edgarus* rex ad ſe non poſſet accerſire, nec de eccleſia eam capere auderet, per ejus amitam nomine *Wenfledam* irretire temptat. Tunc illa languorem ſimulans, puellam ad domum ſuam apud **Warewelle** invitat, ut eam quaſi neptem ſuam rerum ſuarum hæredem moritura conſtituat, quo cum perveniſſet, ecce Rex *Edgarus* ſedens ad convivia, aſſidente ſibi *Wenfleda*, non languida, ſed regalibus epulis jocunda, jubetur in cubiculo puella regaliter parari, & ad regem adduci, quam Rex lateri ſuo aſſidere fecit, & ei divicias, regnum, & imperium, reginam & dominam *Britanniæ* fore pollicetur, ſi ſibi matrimonialiter voluerit copulari. Virgo autem tacito ore, ſet corde clamoſo, ad Chriſtum attollit ſuſpiria, & ut eripiatur ſilenter exorat, ſimulatâ verò infirmitate, de convivio ad pauſam in cubiculo ut defeſſa egreditur. Rex verò ne quoquo modo poſſet evadere, ad oſtium cubiculi militum ponit cuſtodiam: procedit itaq; virgo quaſi ad ſecreta naturæ, ubi turpe erat mares ſequi, & exutis pompaticis indumentis, per meatum cuniculi, angelo duce, fuga dilabitur, atque in villa de **Werwelle** cujuſdam pauperculæ tugurio, ut mendica mulier hoſpitata eſt, & mane facto cum feſtinatione *Wiltoniam* advenit, quod Rex comperiens illuc properat, & tam per ſe, quam per alios inſidias apponens, fortè eam in clauſtro apprehendit, fugientemque in ipſo eccleſiæ limine, per manticam rapuit, ſed illa utcunque potuit renitente, mantica in manu regis trahentis remanſit, adeo videlicet ut non ſentiretur ſciſſura, & ſolida veſtis tanquam humana induſtria erat circumciſa.

Virgo igitur coram altari proſtrata, pudicitiam ſuam cum lacrimis Deo commendabat: at Rex ad ſe converſus obſtupuit, & accedens ad eam dixit.

Noli timere virgo Dei devota, quia nequaquam ultra moleſtus ero propoſito tuo, ſed potius adjutorem, & defenſorem tibi me præbebo. Dedit igitur Rex ſibi monaſterium virginum de **Berkinge**, & ad antiquum ſtatum regali munificentia reparavit, ipſiuſque *Wlfbildæ* nobile patrimonium ad xxiiij. villarum manſion. auxit, prædictoque monaſterio de **Berkinge** tam numero virginum, quam copia rerum coæquavit.

Charta regis De Inſpeximus *dicta*.

Cart. 44. H.3.m.6.

REX archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus ſcripturas *Æthelredi* quondam regis *Angliæ* monialibus de **Werewell**, ſuper quibuſdam terris redditibus ac libertatibus confectas, abſque ſigilli ſui appoſitione, cum ſubſcriptione quorundam magnatum temporum illorum conſcriptas, quas pro eo quod vetuſtate erant attritæ, fecimus ſub noſtro ſigillo exemplificari ad cautelam, nolentes quod dictis monialibus, per rupturas ſeu commiſſuras ſcripturarum illarum, periculum immineat de terris, rebus, aut libertatibus quas per ſcripturas prædictas habent, & hactenus juſtè poſſederunt. Tenor autem prædictarum ſcripturarum is eſt.

Charta re-
is Ethel-
di.

Poſtquam prothoplaſtus, invida veneniferi ſerpentis deceptus verſutia, ſtola immortalitatis depoſita, feliciſſimam paradiſiacæ amenitatis amiſerat beatitudinem, mortis illico cunctis poſtmodum inevitabilem ſortitus ſententiam, in hanc miſerrimam, & erumpnis pleniſſimam detruſus eſt peregrinationem, domino ſibi tale pronunciante preconium, terra es & in terram reverteris, *unde & ab ipſius ſtirpis origine demoniacæ poteſtatis jugum in omnes aggravatum eſt poſteros, adeo cunctis fermè mortalibus portæ paterent infernales, clauſis amiſſæ fælicitatis firmiſſimè jannis, donec unicus æterni patris verbigena creaturam ſuæ imaginis quam per ſe factam meminerat, inimico ſibique ab inicio contrario ſubditam, & ad pœnas ruere gehennales dolens, in extrema ferè hujus caduci ſeculi margine carne velatus virginali, Deus immortalis hominem indueret mortalem, initaque veri Dei, & veri hominis perſona, homo inter homines apparere atque converſari dignatus eſt. Quod miſterium diabolo in tantum celebatur, ut eum eiſdem modis quibus primum proſtraverat hominem aggredi non diffideret, autumans ſe, & ipſum qui Deus in homine latebat ſuo poſſe mancipare dominio. Set ab ipſo triphariæ confoſſus reſponſione, abceſſit inanis, & vacuus inferos petendo ſuæ tumidæ preparatos adinventioni. Hinc ipſa veritas hominem ad ymaginem & ſimilitudinem ſui conditum reformare atq; ab hoſtili eruere diſponens tirannide, viam patriæ celeſtis, quam prius in* Adam *perdidimus, in ſeipſo reſtaurandam rectis corde & paulatim intimare curavit, ita dogmatizando.* Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. *Rurſumque inter reliqua ſuæ ammonitionis eloquia filios hominum humilitatis ſequi ortatur veſtigia, taliter proclamans.* Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longevus ſuper terram.

Hujuſmodi ſententiis multociens à meis præmonitus ſapientibus, Ego Æthelred *gentis gubernator* Angligenæ, *totiuſque inſulæ coregulus* Britannicæ, *& cæterarum inſularum in circuitu adjacentium, quoddam nobile cœnobium cum villa circumquaque ſibi connexa, Chriſto Sanctiſque omnibus humilima offero devotione, quod vulgares ſuaptè, à vicinitate fontis* **aet Werewelle** *appellare conſueverunt, cum villulis quæ vel præſcripto arciſterio, vel villæ, (ut prædiximus) ſubjacent circumpoſitæ, quæ utriuſque porcio tota pariter in unam collecta quantitatem, in ſe continet manſarum ſeptuaginta, licet diverſis disjaceat in locis, ut ſit prætitulatum monaſterium cum omnibus quæ ſupra taxata ſunt ad ſe ritè pertinentibus, omni mundiali jugo liberrimum. Et hoc devotè ipſe omnium largitori bonorum optuli pro remedio animæ patris mei* Eadgari, *& matris meæ* Elfdryd *vocitatæ, quod ipſa dum vixit poſſedit & jugi extruere aggreſſa eſt diligentia. Exiſtimavi etiam me participem fore retributionis æternæ in elemoſinaria partitione poſſeſſionis tranſitoriæ. Atque iccirco hoc egi, ne me argui pertimeſcerem ante diſtricti tribunal judicis, ſi ſupra memoratam ipſius ſententiam, dum ſcirem quid in oculis ſuæ majeſtatis eſſet placitum, contempſiſſe ſeu neglexiſſe convincerer.*

Adhuc autem, ut in illo tremendo examine miſericordiam in conſpectu tam juſti cenſoris invenire, & in dextera parte inter oves aſciſci merear electas, adicio munus devotionis ſinceriſſimæ, tribuens ad adminiculum victus & veſtitus ſanctimonialium in prænotato monaſterio Chriſto ſedulò ſervientium famulatu, quoddam aliud rus ſitum in provincia

Saxonum Auſtralium, *quod loci accolæ* **Evelingedene** *cognominant, caſſatorum ſexaginta, quod & ipſa prædicta regina quamdiu ſpiraculo vitæ potita eſt ſibimet in uſus uſurpavit proprios; ut ſubiciatur hujus portio telluris crebrius preſcripto cœnobio, quatenus illi ſanctæ familiæ ad uſus ſibi nil deſit neceſſarios, tantum ut laus Chriſti numquam per murmuracionis torpeſcat gravedinem, nec regulæ ſanctæ frigeſcat obſervantia, prævalente qualibet naturalis inopia refocillationis.*

Ut verò iſtud noſtrum decretum ſtabile capiat ſolidamentum, hujus curam regiminis commendo abbatiſſæ venerabili Heanfled *agnominatæ, quæ ad eundem ſanctum locum ipſum honoris, & ut veriùs dicam, oneris ſortita eſt gradum, ut ipſa hæc omnia quamdiu ſpiritum geſſerit vitalem diligenti cura juxta Dei velle præordinet; poſtque ſui defectum exceſſus, habeat ipſa religioſa congregatio, cum ſui conſilio metropolitani, ſibi inter ſe arbitrium eligendi, ſi inter eas talis inveniri poſſit, cui more omnes obediant regulari. Perduret ſiquidem iſtud cœnobium villaque quam prætitulavimus cum univerſis appendiciis ſibi jure ſubjacentibus, campis, ſilvis, paſcuis, pratis, aquarum decurſibus, gronnis, piſcationum hoſtiis, jugi ſecuriſſimum libertate, ſequeſtratis ſolummodo trium cauſis neceſſitatum communium, ſi contingat expeditionem educi, arcem, ſeu pontem redintegrari. Et ne faſtidium faciam in multiloquii prolongatione, omnes Chriſtum timentes per ejus adjuro crucifixionem, ne quiſpiam elationis inflatus ſupercilio hoc noſtrum munus quod Deo optuli evertere; ſeu in aliud quid tranſmutare, vel minuere præſumat, ſervata æternaliter à cunctis hujus inſtitutione privilegii. Si quis autem hoc noſtrum donum augere ſtuduerit, augeatur ei æterna felicitas. Qui verò evertere ſeu in aliud transferre ſatagerit, duplicentur illi cum* Juda *proditore pœnæ infernales, niſi celerius cum penitentiæ ſingultu à ſua reſipiſcat fatuitate.*

1002. *Scripta ſiquidem eſt hec cartula anno Dominice incarnationis milleſimo ſecundo. Hiis unanimi conſpirantibus teſtimonio quorum inferius ſubſequuntur onomata. Ego* Athelred *Rex* Anglorum, *hoc munus Chriſto devotè offerens, ne forſan poſtero tempore oblivioni traderetur, hac ſcedula titulari mandavi.* Ego Athelſtan *filius regis.* Ego Ecſbyrht *filius regis.* Ego Eadmund *filius regis.* Ego Eadred *filius regis.* Ego Adryc *filius regis.* Ego Eadgar *filius regis.* Ego Ealfric *archiepiſcopus ut ita fieret ſollicitè deſudavi.* Ego Ealdulf *archiepiſc. adquievi.* Ego Ealphan *epiſcopus annotavi.* Ego Uulſtan *epiſc, adſignavi.* Ego Ealf heah *epiſcopus adunavi.* Ego Brithric *epiſcopus adſenſi.* Ego Saxulf *epiſcopus addixi.* Ego Egwine *epiſcopus adfirmavi.* Ego Godwine *epiſcopus annui.* Ego Alfwold *epiſcopus.* Ego Ordbyrht *epiſcopus.* Ego Aelfſtan *epiſcopus.* Ego Æthelric *epiſcopus.* Ego Sigeferd *epiſcopus.* Ego Ælfweard *abbas.* Ego Wulfſtan *abbas.* Ego Ælfſige *abbas.* Ego Elfuric *abbas.* Ego Keanulf *abbas.* Ego Alfwold *abbas.* Ego Godwin *abbas.* Ego Wulfric *abbas.* Ego Ælfgar *abbas.* Ego Willnod *abbas.* Ego Alfric *abbas.* Ego Leofric *abbas.* Ego Ælfric *dux.* Ego Ælf helm *dux.* Ego Leofwin *dux.* Ego Ethelmær *miniſter.* Ego Ordulf *miniſter.* Ego Wulgead *miniſter.* Ego Wulf heah *miniſter.* Ego Wulfric *miniſter.* Ego Ædric *miniſter.* Ego Ælric *miniſter.* Ego Birthric *miniſter.* Ego Birthſige *miniſter.* Ego Leofwyn *miniſter.* Ego Siweard *miniſter.* Ego Sired *miniſter.* Ego Egwin *miniſter.* Ego Leofwyn *miniſter.* Ego Ethelric *miniſter.*

Viginti verò & novem prædia ſunt in urbe Wentana *variis disjacentia in locis, que vectigali ſervicio præfato ſubjacent monaſterio, omnique alieno permanent extranea dominio & cunctis penalibus cauſis ſupraſcripto ſancto famulantibus loco, quod vulgari uſu ita Anglicè dicitur:* Nigan ⁊ xx. hagena ſyndon on ƿintaceaſtre þ hyrað in to ðam mynſtre. mid eallan þam gerihtum ⁊ þam ƿitan þe þær of ariſað ⁊ [*i. e.* Novem & xx domus ſunt *Winceſtriæ*, quæ ſpectant ad hoc monaſterium, cum omnibus juribus & mulctis inde provenientibus.] *Anno Dominicæ incarnationis milleſimo octavo, regni verò mei triceſimoquarto.* 1008. *Hoc quoque ruris additamentum prænotato ſanctimonialium cœnobio libens ſuperadicere curavi; decem videlicet manſas illo in loco ſitas qui ſolito* **Bulandun** *nomine ſolet appellari: eandemque telluris portionem, cum omnibus finibus ſimul & redditibus ad ſe ritè pertinentibus, in hoc privilegio ſcribere juſſi, & cum Dei omnipotentis atque mea auctoritate præcipio, ut hujus munificentiæ dapſilitatem nullus ſibi uſurpare, vel auſu temerario hanc in aliud quid immutare, & à præfato monaſterio violenter auferre præſumat. Set hæc quoque portio jugiter libera permaneat, eadem ſcilicet libertate qua reliquæ poſſeſſiones que in hoc privilegio conſcripta ſunt liberæ exiſtunt.*

Nos igitur ſcripturas prædictas dictis monialibus, ut prædictum eſt, exemplificari fecimus ad cautelam: nolentes quod per rupturas ſeu commiſſuras ſcripturarum prædictarum eis periculum immineat. Set omnia quæ per ſcripturas prædictas habent & juſtè poſſident eis concedimus & hac carta noſtra confirmamus, ſicut rationabiliter eis conceſſa ſunt, & ea hactenus juſtè poſſederunt. Hiis teſtibus venerabilibus patribus, *B. Cantuar.* archiepiſcopo, *Waltero Wigorn. H. London.* E. *Sarum* epiſcopis, *Simone* de *monte forti* comite *Leyceſtr. Ricardo* de **Clare** comite *Glouc.* & *Hereford. Humfrido* de *Bohun* comite *Hereford.* & *Eſſex*, *Johanne* de *Pleſſetis* comite *Warr. Philippo Baſſet*, *Hug. le Bigot*, *Jacobo* de *Alditbel. Johanne Maunſel* Theſaurar. *Ebor. Roberto Walerand*, & aliis. Dat. per manum noſtram apud *Weſtmon.* xxvj. die Octobris.

Vide Vol. 3. Page 9. Col. 2.

EYNESHAMENSE

cœnobium in agro Oxonienſi.

Carta regis Æthelredi *de fundatione ecleſiæ de* **Eyneſham.**

Ex regiſtro de Ey- neſham penes decanum & capitulum eccleſiæ cathedralis Chriſti Oxoniæ fol. 7. a



"Dominante per ſecula "infinita omnium do"minatore, Chriſto ſalvatore "noſtro, univerſitatiſq; crea"tore, *Æthelredus* gratia Dei, "ejuſq; miſericordia Rex & "Rector regni *Anglorum*, & "devotus ſanctæ Eccleſiæ de"fenſor, humiliſq; adjutor, "omnibus eccleſiaſticæ pietatis ordinibus, "ſeu ſecularis potentiæ dignitatibus, in

“Chriſto domino pacis & beatitudinis præmia. Conſiderans pacifico piæ mentis intuitu, cum bona voluntate, una cum Dei ſacerdotibus, & conſiliariis noſtris, iram plus ſolito ſævientis Dei in nos, eum placare cum continua bonorum operum exhibitione, & ab ejus laudibus nunquam deſiſtere decrevi. Et quia in noſtris temporibus bellorum incendia, direptioneſque opum noſtrarum patimur, necnon ex vaſtantium crudeliſſima depredatione hoſtium barbarorum, paganarumque gentium multiplici tribulatione, affligentiumque nos uſque ad internecionem, tempora cernimus incumbere periculoſa: nobis, in quos fines ſeculorum devenerunt, nimium convenit de noſtrarum utilitatibus animarum cura diligenti perſcrutari, qualitèr quibuſque meritis in ſeculo jam futuro, cum auctore omnium Chriſto ſint victuræ, *quia non ullam*, (ut apoſtolus ait) *hic habemus manſionem, ſed futuram inquirimus*; & ideo magna nobis incumbit neceſſitas, cum terrenis divitiis futuram totis inquirere viribus. Noſtræ ſiquidem divitiæ niſi communicatæ in plures, nobis prodeſſe nequaquam poſſunt; nullus enim tam compoſite felicitatis conſtat, ut non ea quæ poſſidet vel ſponte ſive nolens amittat: & ideo multis humanæ felicitatis dulcedo amaritudinibus reſperſa eſt, quæ etſi ad tempus fruenti jocunda eſſe videatur, finem tamen amaritudinis ſemper introducet. Duo quippe ſunt quibus omnis humanorum actuum conſtat effectus; voluntas ſcilicet, & poteſtas, quorum ſi alterum deſit, nihil eſt quod explicare quis queat: voluntate autem deficiente, ne aggreditur quidem quiſque quod non vult. Ac ſi poteſtas deſit, voluntas omnino neceſſe eſt ut fruſtra ſit. Sed boni quique recta voluntate, & optima poteſtate adipiſcuntur bonum quod adappetunt, quia per temporalia hujus evaneſcentis vitæ negotia æterna ſibi futuri calce carentis ſeculi præmia mercantur ſine fine manſura.

“Quapropter Ego *Æthelredus*, multiplici Dei clementia indulgente, *Angul-Saxonum* antedictus rex, ceterarumque gentium longè latèque per circuitum adjacentium gubernator & rector, mihi inſitum video & velle & poſſe; & ideò memoriæ preſentium, & etiam futurorum ſequentium poſt nos veracibus literarum apicibus inſinuare curavi, quod *Ethelmaro*, viro valde fideliſſimo, mihi quoque dilectiſſimo impetrante, abſolutiſſimum libertatis privilegium conſtituo monaſterio ejus in honore ſancti Salvatoris, omniumque Sanctorum ſuorum, jure dedicato, in loco celebri juxta fluvium qui vocatur **Tamis** conſtituto, quod ab incolis regionis illius **Egneſham** nuncupatur vocabulo. Quod quidem monaſterium *Æthelmarus* ab *Æthelweard* genero ſuo mutuando accepit, & pro illis triginta manſiunculis dedit triginta ſex manſiones, tribus diviſas in locis, tres videlicet in **Upoteri**, & decem in **Litlancumtune**, in **Lellincge**, & treſdecem in *Scildforda*. Vite igitur regularis monachos inibi conſtituens, ipſe patris vice fungens vivenſque communiter inter eos, abbatem ſanctæ monachorum congregationi perferre ſe vivente inſtituit, ut ita deinceps poſt ipſum quem conſtituit abbatem, abbatum electio, ſecundùm regulæ præceptum ex eadem congregatione uſu teneat perpetuo, id eſt ut ex eadem congregatione qui ordinandus eſt, & aliunde nequaquam, niſi peccatis pormerentibus, vel impediente imperitia, talis qui dignus ſit in ea reperiri nequiverit, cum regis conſilio eligatur. Rex autem non ad tirannidem, ſed ad munimen loci, & augmentum, uti mos eſt, ſuper paſtorem & Chriſti gregem dominum ſolerti vigilantia miſericorditer cuſtodiat. Secularium verò quiſpiam, ne ad magni detrimenti ruinam deveniat, ut dominium loci teneat, excepto rege nunquam eligatur. Sunt etenim rura hec, quæ ſancto Salvatori, omnibuſque Sanctis ejus, vir prefatus *Æthelmarus*, & divinæ ſervitutis obſequio, & magna cum humilitate, non ſolùm à Rege ſed etiam a diverſis hominum perſonis nunc comparando nunc mutuando optinuit, quæ ad uſus monachorum inibi degentium æterno conceſſit donario. Quinque videlicet manentes in loco ubi ab indigenis **Sceaptun** dicitur. Villam quoque quæ **Scipford** dicitur, dedit vir prædictus ad monaſterium antedictum, quam ei *Leofwinus* ſuus conſanguineus ſpiritu in ultimo conſtitutus donavit, quam *Birthnotus* antea dux prelcarus ab *Eadgaro* patre meo, dignis præmium pro meritis accipere lætabatur. **Micclantun** ſimiliter ad monaſterium dedit, quam ille *Birthnotus* dux prædictus ultimo commiſit dono, ab *Eadgaro* quoque ei antea donatam, & in kartula firmiter commendatam. Terram quoque quinque manentium, quæ **Burtun** dicitur, donavit, quam a me promeruit, & ab *Æthelweardo* genero ſuo voluntate antea accepit, pro remedio animæ uxoris ſuæ. Emit quoque prædictus vir *Æthelmarus* a me cum triginta libris, duodecem manſiones de villulis quas matrona quædam, nomine *Leofiet*, ſuis perdidit ineptiis & amiſit, tres ſenis videlicet manentes **aet Maranaclive**, quas pari modo ad monaſterium dedit, duas ſimiliter manſiones **aet Beonetlege** ſilve communis dedit. Donavit etiam vir ſæpe nominatus quinque manſas **aet Stodelege** & decem **aet Ceſtertune**, propinquo ſuo, nomine *Godwino*, pro decē manſionibus terræ communis quæ **aet Erdintune** dicitur, quas quoque prædicto monaſterio commiſit. Dedit quoque *Byrthtelmus* quondam epiſcopus *Æthelweardo* propinquo ſuo, patri videlicet *Æthelmari*, viginti manſiones, ubi ab incolis **aet Aeſcaeron** dicitur, quas *Æthelwerdus* filio ſuo *Æthelmaro* longè ante mortem ſuam donavit, & ille ſupradictas manſiunculas ad monaſterium dedit. Terram ſimiliter quæ **Bictun** dicitur, quam a me promeruit kartula confirmatam, monaſterio antedicto donavit. Rus quoque quod **Rameslege** dicitur, & portum ad ſe pertinens quod illi *Wulfin* propinqua ſua, in ultimo conſtituta ſpiritu commiſit, monaſterio prædicto conceſſit. Sit igitur monaſterium prædictum ab omni humanæ ſervitutis jugo liberum cum omnibus ſupradictis villulis ad ſe ritè pertinentibus, expeditione excepta, & pontis arciſve conſtructione. Si quis igitur hoc noſtræ libertatis donum confirmare, & firma voluntate ſtabilire & amplificare ſatagerit, augeat amplificetque ei deus om-

" nipotens in ſeculo præſenti proſpera cuncta, & " in futuro felicitatis tripudium. Qui vero in aliud " evertere, & noſtræ libertatis munimen deſtrue- " re voluerit, ſit ipſe alienatus à ſanctæ Dei eccle- " ſiæ conſortio, necnon & à participatione ſacro- " ſancti corporis & ſanguinis Chriſti, & in mag- " ni judicii die, cum *Juda* Chriſti proditore, ſi- " niſtra in parte condemnatus, niſi hic priùs dig- " na ſatisfactione humilis pœnituerit, quod con- " tra noſtra decreta deliquit.

Ðys synd ða land gemæro to Egnesham. ærst of Rugan lace on Buggan broc. andlang broces on Tilgares dic. of ðære dic on wearstige. of ðam stige on winburge stoc. of þam stocce to þrim acon. andlang weges on þæt gemær treoƿ. þonne andlang weges on þa Port stræt. of þære stræte on swana croft. þanon on hæþfeld on þa ealdan dic. þanon rihte on mærbroc. andlang broces innon Bladene. andlang Bladene into Temese;

Ðys synd þæra V. hida land gemæru to Sceaptune. of Craswylle on Humbran. andlang Humbran on ꝥ slad. þanon on þa stræt. of þære stræte on Bradewyllon on þone ealdan garan. of þam ealdan garon andlang þæs wudu weges on þa heh stræte. of þære stræte on þone weg þe scyþ to Bladene. þonne andlang weges to þam hagan. of þam hagan to Bicanbyrig. of Bicanbyrig on þa ealdan dic. of þære dic on þone weg. andlang weges to wiþigleas gemæro. andlang mores on langan hlæw. of langan hlæwe. andlang weges to þam ealdan Cristesmæle on Cyrwylle. eft on Humbran;

Ðys synd þa land gemæro to Scypforda. ærest of Temese on Ceomina laca. of þære laca on þone weg. andlang weges on Cynlafes stan. of þam stane andlang weges on Kenewines treow. of þam treow andlang weges on þa lace. andlang lace ꝥ eft on Sumerford. ⁊ II. weras. oþer bufan þære lade. oþer beneoþan;

Ðys synd þa land gemæro to Mycclantune. ærest on þone stane. of ðam stane. on grenan broc. andlang broces on ða dic. of þære dic on Aþulfes treow on þa stræt. ⁊lang stræte on Hysemannes þorn. of ðam ðorne on Badelan broc. andlang broces oþ ða twicelan. andlang broces on ꝥ slæd. of ðam slæde on campsætena gemære ⁊ wæsþæma. ðonne andlang wæges on Mærcumbeswylle. of ðam wylle on Hengesþes cumb. of ðam cumbe on Oppan broc. andlang broces on wulfgyþe brigce. of ðære brigce on ða stræte. þæt eft on ðone stan;

Ðys synd ða land gemæro to Maranacliue. ærest up be þam heafdon. of ðam heafdon in ðone stodfold. of þam stodfold up on ꝥ clyf. ꝥ a dune mid clyf innon þa ea oþ midne stream. andlang streames ꝥ eft on ðone pyt;

Ðys synd þa land gemæro to Æsceron. ærest on Cranmere eastweardne to Lulleswyrþe hyrnan on mela hulle eastweardne. of mela hylle on winanbeorh midne. of winanbeorhe on midne alarbroc. of ðam broce to þære ealdan dic. andlang dic to readan holte. be wyrtwalan to readan burnan. ⁊lang rædan burnan on Æmenan. andlang Emenan be healfan streame oþ Bulon weorþe. ⁊ of Bulan weorþe to berihtere mearce. to werstanes treowe. to Cranemere. ⁊ ðære gebyraþ to six wærbære;

Ðys synd þa land gemæro to Dictune. of Cranmeres ðorne to blacan græfan. of þære blacan græfan on VII. æceras eastweardne. of ðam VII. æceron on Emenan be healfon streame innon Cytanforde. of Cytanforda to Tatanbroce. of Tatanbroce on Cwicelmeswyrþe eastweardne;

Ðys is se wuda. on ðæs hagan ende to Byrlagate. fram Byrlagate to wydangate. fram wydangate to Cnuceshyrste. and to Egceanlæa. fram Egceanlæa to þam haran wiþie. ⁊ wulfrun becwæþ ꝥ land æt Hrammeslege ⁊ ða hyþe ꝥ ðærto gebyraþ Æþelmere hire mæge;

Ic Æþelmer cyþe minan leofon hlaforde Æþelrede cynge. ⁊ eallon his witon. ðæt ic an ðysse are gode. ⁊ sancta Marian. ⁊ eallon his halgon. ⁊ sancte Benedicte into Egnesham. ofer mine dæg æfre to brice ðam ðe Benedictus regol æfre rihtlice healdaþ; And ic wille ðere beon ofer hi ealdor ðe ðær nu is. ða hwile ðe his lif beo. ⁊ siþþan. gif hit hwæt getymaþ. ðæt hi ceoson heom ealdor of heora geferædne ealswa hæra regol him tæcþ. ⁊ se ðe ðis geice god ælmihtig him gerume heofonan rice. ⁊ se ðe hit awanie god ælmihtig him sylle swylce mede swylce he ðam dide ðe hine belærde. ⁊ ic me sylfe wylle mid ðære geferrædne gemænelice libban. ⁊ ðære are mid him notian ða hwile þe min lif biþ;

Id eſt.

Hi ſunt fundi limites apud **Eyneſham.** Primò à *Rugæ* lacu in *Buggæ* rivulum; in longum rivuli ad *Tilgari* foſſam; à foſſa in *Weardi* ſemitam; à ſemita in *Winburgi* ſtipitem; à ſtipite ad tres quercus; in longum viæ ad illam terminalem arborem; tunc in longum viæ ad publicam plateam; à platea in *Swanorum* [*i.* ruſticorum *] agellum, inde in *Hæthfeldam* [*i.* ericetum:] in veterem foſſam; inde rectà in *Marbrocam* [*i.* rivulum terminalem:] in longum rivuli in *Bladenam*; in longum *Bladenæ* ad *Thameſin.*

Hi ſunt quinque hidarum terræ fines apud *Sceaptunam.* A *Craſwilla* [fonte *ſic dicto*] in *Humbram*; in longum *Humbræ* ad vallem; inde ad vicum; à vico in *Bradewillam* [*i.* latum fontem] in veterem gurgitem; à veteri gurgite in longum ſylveſtris viæ ad altam viam [viam regiam, *fortè* :] ab illa via in viam quæ ducit ad *Bladenam*; inde in longum viæ ad ſepem; à ſepe ad *Bicanbiriam* [oppidum *ſic dictum* :] à *Bicanbiria* in veterem foſſam; à foſſa in viam; in longum viæ ad *Withigleæ* terminos; in longum paludis ad longum ſaltum *; à longo ſaltu in longum viæ ad veterem crucem; à cruce in *Cyrwillam* [*i.* fontem ad compita :] rurſum in *Humbram.*

---

* Al. ſubulcorum.

* For. hlæw i. aggerem, vel tumulum.

Hi ſunt fundi limites apud *Scypfordam*. Primò à *Thameſi* in *Ceominæ* lacum; à lacu ad viam; in longum viæ ad *Cynlaſi* lapidem; à lapide in longum viæ ad *Kenewini* arborem; ab arbore in longum viæ ad lacum; in longum lacus iterum ad *Sumerfordam*. Et duo ſepta illa piſcatoria quæ *Weras* vulgò vocant, alterum [*ſcil.*] ſupra fluentum, alterum, [*verò*] infra, [*huc ſpectant.*]

Hi ſunt terræ termini apud *Mycclantunam*. Primò in lapidem; à lapide in viridem amnem; in longum amnis ad foſſam; à foſſa in *Athulſi* arborem in vicum; in longum vici ad *Hyſemanni* ſpinetum; a ſpineto in *Badelæ* rivulum; in longum rivuli uſque ad *Twicelam*; in longum rivuli ad vallem; à valle in præliantium * terminos & *Weſthamam*; tunc in longum viæ ad *Macumbeſwyllam* [fontem *ſic dictum:*] à fonte ad *Hengeſti* vallem; à valle in *Oppæ* rivulum; in longum rivuli ad *Wulfgithæ* pontem; à ponte in vicum [*vel*, plateam:] iterum ad lapidem.

* Al. *caſtrametationum.*

Iſti ſunt fundi limites apud *Maranclivam*. Inprimis ſurſum per capita [*i. for.* montis juga, *vel* cacumina:] à capitibus in equorum admiſſariorum ſeptum; ab illo ſepto ſurſum in clivum, inde deorſum per clivum in aquam uſq; ad medium fluenti; in longum fluenti iterum in puteum.

Hi ſunt terræ limites apud **Aeſceron**. Primò in *Cranmeram* orientem verſus ad *Lulleſwyrthæ* [*i. Lulli* curtis *vel*, prædii] angulum in farinarium montem orientem verſus; à farinario monte in *Winæ* collis medium; à *Winæ* colle in medium amnis ab alnis nomen ducentis; ab amne ad veterem foſſam; in longum foſſæ ad rubeum lucum juxta plantarium ad rubeum torrentem; in longum rubei torrentis ad *Æmenam*; in longum *Emenæ* per dimidium fluenti uſq; *Bulanweorthbam* [curtem *ſic dictam:*] & à *Bulanweortha* ad oppidanum limitem ad *Werſtani* arborem, ad *Cranmeram*. Et huc pertinent ſex piſcium ſepta illa piſcatoria quæ *Weras* vulgò nominant.

Hi ſunt fundi termini apud *Dictunam*. A *Cranmeræ* ſpineto ad nigrum lucum *; à nigro luco in ſeptem agros orientem verſus; à ſeptem agris in *Eminam* per dimidium fluenti intus *Cytanæ* vadum; à *Cytanæ* vado ad *Tatanbrocam* [rivulum *ſic dictum:*] à *Tatanbroca* in *Cwicelmi* curtem orientem verſus.

* For. *ſpeluncam.*

Hæc eſt ſylva. Apud ſepis finem ad *Byrlagatam* [portam *vel* januam *ſic appellatam*] à *Byrlagata* ad *Wydangatam* [aliam *januam*, à latitudine fortè ſic dictam] à *Wydangata* ad *Cnuceſhyrſtam* [*ſylvulam* ita vocatam.] & ad *Egceanleam* [*campum* ita nominatum:] ab *Egceanlea* ad canam ſalicem. Et *Wulfwunus* legavit terram illam apud *Hrammeſlegam* [*i.* arietum campum:] & portum [*vel*, crepidinem *] qui eò ſpectat, *Æthelmero* cognato ſuo.

* Al. *ſinum.*

Ego *Æthelmerus* notifico dilecto domino meo *Æthelredo* regi, & omnibus ejus ſapientibus, quod ego concedo has res * Deo & ſanctæ *Mariæ*, & omnibus ejus Sanctis, & ſancto *Benedicto* apud *Egneſhamiam*, poſt dies meos ſemper à ſancti *Benedicti* regulam perpetuò rectè ſervantibus perfruendas: & volo ut ſit ſuper eos præſes ille qui ibi nunc eſt, quoad vixerit; & poſtea (ſi quem locus produxerit) eligant ſibi præſidem ex eorum collegio omnino ſicut eorum regula ipſos inſtruit. Et is qui hoc amplificaverit, Deus omnipotens ei ampliet regnum cœlorum. Et is qui hoc diminuerit, Deus omnipotens ei det talem mercedem, qualem ei dedit qui eum prodidit. Et ego ipſemet volo cum eodem collegio vitam ducere communem, & rebus illis cum eis uti ſi uſque quamdiu vixero.

* Vel, *hæc bona.*

“ Scripta eſt igitur hæc præſens cartula anno dominicæ incarnationis milleſimo quinto, indictione verò tertia, eorum conſilio & teſtimonio, quorum nomina hic infra ſcripta eſſe videntur.

1005.

“ Ego *Æthelredus* gratia Dei regiæ dignitatis ſublimatus honore, hoc noſtræ libertatis privilegium cum ſignaculo ſanctæ crucis confirmando conſignavi ✠. Ego *Æthelſtanus* ejuſdem regis filius teſtimonium adhibeo ✠. Ego *Ecgbrihtus* clito teſtis aſſiſto ✠. Ego *Ædmundus* clito teſtificans affui ✠. Ego *Eadredus* clito non abnui ✠. Ego *Eadwius* clito conſenſi ✠. Ego *Ædgarus* clito ſcivi ✠. Ego *Ædweardus* clito non renuſi ✠. Ego *Ælfgifu* regina ſciens teſtimonium adhibui ✠. Ego *Wulfſtanus Eboracenſis* eccleſiæ archipræſul conſolidavi ✠. Ego *Ælfricus Dorobernenſis* eccleſiæ archiepiſcopus hanc privilegii libertatem cum benedictione corroboravi ✠. Ego *Ælfheah* epiſcopus conſignavi ✠. Ego *Athulf* epiſcopus corroboravi ✠. Ego *Ordbrith* epiſcopus conſolidavi ✠. Ego *Godwine* epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego *Liſing* epiſcopus collaudavi ✠. Ego *Æthelric* epiſcopus benedixi ✠. Ego *Ælfgar* epiſcopus conſcripſi ✠. Ego *Godwine* epiſcopus concluſi ✠. Ego *Alfwold* epiſcopus conceſſi ✠. Ego *Ælfun* epiſcopus favi ✠. Ego *Ælfhelm* epiſcopus aſſenſi ✠. Ego *Buſwold* epiſcopus ſignavi ✠. Ego *Ælfweard* abbas ✠. Ego *Ælfric* abbas ✠. Ego *Wulfgar* abbas ✠. Ego *Kenulf* abbas ✠. Ego *Ælfric* abbas ✠. Ego *Leofric* abbas ✠. Ego *Wulfric* abbas ✠. Ego *Ælfere* abbas ✠. Ego *Byrthwold* abbas ✠. Ego *Germanus* abbas ✠. Ego *Godeman* abbas ✠. Ego *Ædnoth* abbas ✠. Ego *Æthelnoth* abbas ✠. Ego *Ælfmer* abbas ✠. Ego *Leofric* abbas ✠. Ego *Ælfwig* abbas ✠. Ego *Ælfric* dux ✠. Ego *Ælfhelm* dux ✠. Ego *Leofwine* dux ✠. Ego *Ordulf* miniſter ✠. Ego *Wulfgeat* miniſter ✠. Ego *Wulfeah* miniſter ✠. Ego *Æthelric* miniſter ✠. Ego *Ædric* miniſter ✠. Ego *Leofric* miniſter ✠. Ego *Æthelmer* miniſter ✠. Ego *Æthelwold* miniſter ✠. Ego *Ædwine* miniſter ✠. Ego *Æthelweard* miniſter ✠. Ego *Æthelwine* miniſter ✠. Ego *Brichtric* miniſter ✠. Ego *Ælmer* miniſter ✠. Ego *Wulfweard* miniſter ✠. Ego *Brichtric* miniſter ✠. Ego *Wulfgar* miniſter ✠. Ego *Leofwine* miniſter ✠. Ego *Wulnoth* miniſter ✠. Ego *Siward* miniſter ✠. Ego *Sired* miniſter ✠. Ego *Brixie* miniſter ✠. Ego *Ædwig* miniſter ✠. Ego *Wulfmar* miniſter ✠. Ego *Leofwine* miniſter ✠. Ego *Ælfgar* miniſter ✠. Ego *Æthelſtan* miniſter ✠. Ego *Ælfweard* miniſter ✠. Ego *Ælwine* miniſter ✠. Ego *Ulfcytel* miniſter ✠. Ego *Morcar* miniſter ✠. Ego *Godwine* miniſter ✠. Ego *Siverth* miniſter ✠. Ego *Leofwine* miniſter ✠. Ego

" *Siward* miniſter ✠. Ego *Godrice* miniſter ✠.
" Ego *Æthelwold* miniſter ✠. Ego *Leafnath*
" miniſter ✠. Ego *Thurfearth* miniſter ✠. Ego
" *Frithegift* miniſter ✠. Ego *Wither* miniſter ✠.
" Ego *Oſwig* miniſter ✠. Ego *Brichtric* mini-
" ſter ✠. Ego *Wada* miniſter ✠. Ego *Æthel-*
" *wine* miniſter ✠.

Stow *in agro* Lincolnienſi, *cella de* **Eyneſham.**

Will. Malmesb. fol. 165. b. n. 30. *Hen. Huntind.* fol. 210. a. n. 20.

COenobium monachorum apud S. *Mariam* de **Stou,** (*Remigius Linc.* epiſcopus) ex novo fecit.

——*Lefricus* quoque, conſul nobiliſſimus, *Ceſtriæ* defunctus eſt eo tempore, cujus uxor *Godiva*, nomine perpetuo digna, multa probitate viguit, & abbatiam apud **Coventre** conſtruxit, & auro & argento incomparabilitèr ditavit. Conſtruxit etiam eccleſiam **Stow** ſub promontorio *Lincolniæ*.

Rog. Hoved fo. 255. a.

——Eccleſiam quam *Lincolnienſis* præſul *Eadnothus* in loco famoſo qui ſanctæ *Mariæ* **Stow** *Anglicè*, *Latinè* verò ſanctæ *Mariæ locus* appellatur, pretioſis ditaverunt ornamentis (*Leofricus* comes ſcilicet, & *Godiva* uxor ejus.)

Charta de pacto inter Wulwium *epiſcopum*, Leofricum *comitem*, *&* Godivam *ejus uxorem*, *de monaſterio* Stowenſi *ordinando.*

Ex regiſtro *Eynſhamenſi* prædicto.

HEr sƿutelaþ on ðisan geƿrite hu ða fore ƿearde geƿorhte syndon ðe ƿlƿig B. ⁊ Leofric eorl. ⁊ Godgife ðæs eorles ƿif geƿorhtan ymbe ꝥ mynster æt sancte Marian stoƿe. ꝥ is æs ost ꝥ hig bædan ðone bisceop ꝥ hig moston ꝥ mynster godian ⁊ lande ðider into lecge be his fullre leafe. ða tyþede heom se bisceop. ⁊ ƿæs sƿyþe bliþe ꝥ he ænigne fultum hæfde ðæt him ðærto fylstan ƿolde ⁏ Nu habbiþ hig hit gesett mid preostan. ⁊ ƿillaþ ðær habban ðeoƿdom eallsƿa man hæfþ on Paules-byrig binnan Lundene. ⁊ ða land ðe hig ðider inlecgeaþ beon ða ðam gebroþran ðe ðær binnan beoþ to fodnoþes to scrude. ⁊ se B. habbe into his feorme ælc ðæra ðinga ðe Æþeric B. ⁊ Ædnoþ B. hæfdan ætforan him of þam þe mid rihte gebyraþ into his bisceoprice. ꝥ is þa tƿegen deles ælc þæra þinga þe kymþ into þam mynstre. ⁊ þa preostas habban þone þriddan dæl for utan þam tƿam mæssan ⁏

Ðonne habbe se B. eall ꝥ þærto kymþ ehta dagas to þære ærre sanctæ Marian mæssan ⁊ ehta dagas to þære æfstan sancta Marian mæssan butan þam mete anum. þonne habban þa preostas ða ðriddan dæl of ðam mete ꝥ ðærto kymþ. ⁊ þa land þe se B. ⁊ se Eorl ⁊ Godgife ⁊ gode menn ðider ungeunnaþ beon ða æffre into ðæra halgan stoƿe þam gebroþran to neode ⁊ ꝥ mynstre to godianne. ꝥ nan B. þe æfter him kymþ ðærof nane feorme ne crafige butan of ðam þe him mid rihte to gebyraþ into his B. rice. eallsƿa oþer bisceopas ær ætforan him hæfdon. ⁊ þis gedon be Eadƿeardes cynges fulra leafe ⁊ on his geƿitnesse. ⁊ on Eadgyþe his gebeddan, ⁊ on Stigandes arcebisceopes. and on kynsiges arcebisceopes. and on Heremannes bisceopes. and on Dodika bisceopes. and on Leofrices bisceopes. and on Ealdredes bisceopes. and on Heka bisceopes. and on Ægelmeres bisceopes. and on Alfƿoldes bisceopes. and on ƿillelmes bisceopes. ⁊ on Leofƿines bisceopes. ⁊ on Sigƿeardes eorles. ⁊ on Haroldes eorles. ⁊ on Raulfes eorles. ⁊ on Ælfgares eorles. ⁊ on Manniges abb. ⁊ on Ælfƿines abb. ⁊ on Leofsiges abb. ⁊ on Leofrices abb. ⁊ on oþres Leofsiges abb. ⁊ on Brihtmæres abb. ⁊ on Esgæres stealres. ⁊ on Raulfes stealres. ⁊ on Lifinges stealres. ⁊ on eallra þæs kynges huscarlan. ⁊ on his mæssepreostan. ⁊ on Ðurgodes lagen. ⁊ on Sigferþes. ⁊ on Godrices. ⁊ on Osƿines. ⁊ on Sigrices. ⁊ on eallra ðara burhƿare geƿitnesse on Lincoln. ⁊ on ealra ðæra manna þe seceaþ gear market to Stoƿe. ⁊ se ða geferædne mid god geece. God ælmihtig geece his lif dagas her on life. ⁊ on ðam toƿeardan life ꝥ he mote ƿununga habban mid Godes gecorenan. ⁊ se ðe hig todræfe. ⁊ ða land ut of ðære halgan stoƿe geutige. adrefed ƿurþe he fram Gode. ⁊ fram sancta Marian. ⁊ fram eallan his halgan on ða myclan domesdæg ⁏ Nu syndon ðisse geƿrita ðreo. an is mid ðæs kynges haligdome. ⁊ oþer is mid Leofrice eorle. ⁊ ꝥ þridde is mid þam bisceop on þa halgan stoƿe ⁏

Id eſt.

HIC oſtenditur in hoc ſcripto, quomodo pactum ſe habuerit, quod *Wulwius* epiſcopus, & *Leofricus* comes, & *Godgifa* comitis uxor inierunt, de cœnobio ſanctæ *Mariæ*] *Stowenſis.* Id eſt, primò ſupplicarunt epiſcopo, ut monaſterium illud locupletare poſſint, fundi collatione illud augere, plenâ cum ejus veniâ. Annuit autem eis epiſcopus, & perlætus erat quod aliquorum haberet auxilium qui ſibi ea in re aſſiſterent. Inſtituerunt itaque inibi presbyteros, & voluerunt ibi idem omnino habere ſervitium ac in ædibus habetur *Paulinis* intra *Londinum.* Terræ verò quas illuc collaturi ſunt, ſint fratrum qui inibi fuerint ad victum pariter & veſtitum. Et epiſcopus habeat ad menſam ejus omnia ea quæ *Æthericus* epiſcopus, & *Ædnothus* epiſcopus habuerunt ante eum, de eis apud ipſius epiſcopatum jure pertinentibus, duas ſcilicet partes omnium ad illud monaſterium pervenientium ; & presbyteri tertiam habeant partem, duobus feſtis exceptis. Habeat autem epiſcopus quicquid per octo dies prioris ſanctæ *Mariæ* feſti, & octo dies poſterioris ſanctæ *Mariæ* feſti eò pervenerit, præter ſolummodo cibaria. Habeant autem presbyteri tertiam cibariorum eò adductorum partem. Terræ inſuper quas epiſcopus, & comes, & *Godgifa*, atq; pii viri eò contulerint, ſint ſancto illi loco ſemper annexæ in fratrum neceſſitatem [*uſus ſcilicet neceſſarios*] & monaſterii inſtaurationem ; ita ut nullus epiſcopus ei ſucceſſurus, ullum inde paſtum requirat, niſi de eis quæ ad eum ritè pertinebunt jure epiſcopatus, quemadmodum alii epiſcopi ante eum habuerunt. Hoc autem actum [*eſt*]

Eadwardi regis pleno conſenſu, ejuſque teſtimonio [*vel,* præſentiâ] & *Eadgytha* conjugis ejus, & *Stigandi* archiepiſcopi, & *Kynſii* archiepiſcopi, & *Heremanni* epiſcopi, & *Dodikæ* epiſcopi, & *Leofrici* epiſcopi, & *Ealdredi* epiſcopi, & *Hekæ* epiſcopi, & *Ægelmeri* epiſcopi, & *Ailſwoldi* epiſcopi, & *Willielmi* epiſcopi, & *Leofwini* epiſcopi, & *Sigwardi* comitis, & *Haroldi* comitis, & *Raulſi* comitis, & *Alfgari* comitis, & *Mannii* abbatis, & *Aelfwini* abbatis, & *Leofſii* abbatis, & *Leofrici* abbatis, & alterius *Leofſii* abbatis, & *Brithmæri* abbatis, & *Eſgeri* ſtratoris, & *Raulſi* ſtratoris, & *Liſingi* ſtratoris, & omnium regis famulorum domeſticorum [*i.* miniſtrorum palatinorum:] & ipſius ſacerdotum, & *Thurgodi* laici, & *Sigferthi*, & *Godrici*, & *Oſwini*, & *Sigrici*, & omnium civium *Lincolnienſium* teſtimonio, & omnium hominum qui forum ſequuntur annuum *Stowenſe*. Porro, qui beneficentiâ ſuâ collegium auxerit, Deus omnipotens vitæ ſuæ dies augeat in hac vita, & in futurâ manſionem ei tribuat Dei inter electos; qui verò eos [*presbyteros*] expellet, fundumque ſacro illo loco abalienabit, abalienetur is à Deo, & à ſancta *Maria*, & ab omnibus Sanctis ejus in magno judicii die. Eſt autem hoc ſcriptum triplex, [*cujus*] una [*pars*] regis reponitur ſacrario, alia eſt penes *Leofricum* comitem, tertia penes epiſcopum in illo ſacro loco.

Carta comitiſſæ Godivæ.

“Clariſſimo ac reverentiſſimo *Victori* Apoſtolico noſtro, *Godiva* uxor *Leurici Anglici* conſulis, quicquid in Chriſto carius extat, Cum omni Chriſtianæ religioni univerſalis catholicus populus te prelatum & omni ſanctitate glorioſum aſſerit, decet de precibus ancillæ tuæ placabiles aures parumper accommodare. Precor ergo te, paſtor ſumme, quatinus dona quæ ego pro redemptione animæ mariti mei, meæque, beatæ Dei genetrici *Mariæ* attribui Stou, auctoritate tua confirmes, ſicut noſtratum compatriotum epiſcoporum atque abbatum, necnon & conſulum quorum nomina ſubſcripta habentur corroborata ſunt. Poſſeſſionum nomina hæc ſunt, *Newarcha* ſcilicet, atq; Flatburche, cum appendiciis ſuis, & Branthon, & Martine-Welle cum appendiciis. Has ergo per monile meum & murenulas aureas vermiculatas matri Domini dedi. ✠ Ego *Ædwardus* rex *Anglorum* hujus donationis libertatem, regni totius faſtigium tenens libenter conceſſi. ✠ Ego *Aldredus* preſul electus ad archiepiſcopalem ſedem *Dorobernenſis* eccleſiæ, huic regali munificentiæ aſſenſum præbui. ✠ Ego *Wulfwi* epiſcopus. ✠ Ego *Leofric* dux. ✠ Ego *Heraldus* comes. ✠ Ego *Toſti* comes. ✠ Ego *Siward* dux & alii multi apoſtolicum ✠ ſignum.

“Hoc autem donum omni conamine annuo, & *Romana* auctoritate confirmo, & cartulam ſignatam meo ſigillo retranſmitto. Si quis verò hoc auſus evertere fuerit, cum *Pilato* & *Juda Scariothen*, *Caypha* quoque, eorumque commanipularibus æternaliter acherontica combuſtione trudatur, niſi ante mortis articulum ſatisfactione penituerit congrua.

Carta regis Willielmi.

“Willielmus rex *Anglorum* epiſcopis & omnibus fidelibus ſuis per *Angliam* ſalutem. Sciatis me confirmaſſe donationem quæ *Leofricus* comes & *Godiva* ſua conjux eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Stowenſi* dederunt, ſcilicet *Nuwercham*, & *Flaburcham*, ac Welle wapentac cum appendiciis ſuis. Præterea concedo prædictæ eccleſiæ, deprecatione *Remigii* epiſcopi, *Egneſhamenſem* eccleſiam cum terris quas modo poſſidet, tali pacto, ut ibi abbas per meum conſilium ordinetur, qui res eccleſiarum ſemper tractet: abbatia autem in meo dominio maneat ſicut ceteræ per *Angliam*. Et ne quis ulla occaſione querelam adversùs ipſam abbatiam habeat, concedo pro commutatione altaris de Stow & quatuor carucarum terræ quæ pertinent ad epiſcopum, epiſcopis *Lincolniæ*, Statforde prædium bonum. Et hoc facio conſilio & teſtamento *L.* archiepiſcopi. Teſtes *E.* vicecomes & *R.* de *Oili*. Ibid.

Item carta regis Willielmi.

“Willielmus Rex *Angliæ*, hominibus abbatiæ de *la* Stou ſalutem. Præcipio vobis omnibus, ut ita ſitis obedientes domino veſtro *Columbano* abbati ſicut fuiſtis *Remigio* epiſcopo in omnibus rebus. Teſte *Ricardo* de *Curci*. Ibid.

Confirmatio Remigii *epiſcopi de omnibus terris noſtris:*

“✠ Mediator Dei & hominum homo *Chriſtus Jeſus* ſponſam ſuam, ſanctam videlicet eccleſiam, variis enigmatibus, ab ipſo mundi exordio præfiguratam, ſibique ſalutari lavacro unitam, ac demum proprii lateris è cruce manante ſacramento prorſus figuratam, ob nimiam dilectionis caritatem dilatari, ac magnificari volens, nonnullis ſanctorum præcedentium patrum exemplis qualiter id fiat, fidelibus ſuis hortando creberrimè inſinuat. Neceſſe ergo eſt omnes eandem agni ſponſam, ſummique regis filiam, necnon perfectam cunctarum gentium matrem, juxta prolata patrum exempla, animo ſullimare geſtientes, ſic erga eam fideliter agant, ut ſponſi immortalis dextræ aſſiſtens, veſteque deaurata fulgens, non eos quaſi adulterinos, vel criminum feditate circundatos indignanter abiciat; verùm ut filios adoptivos ab intemerato utero productos, ac liquido ſacrorum uberum nectare educatos, reſpiciendo gratulanter aluiſſe ſe gaudeat. Et quanquam hæc ſollicitudinis cura cunctis fidelibus neceſſaria judicatur, rectoribus tamen ejuſdem matris noſtræ, qui ei propagandi gratia, non tam præeſſe quàm prodeſſe divinitus conſtituuntur, præ cunctis ſpecialius congruit, quos quidem tota mentis integritate niti decet, ut cujus fluviali fecunditatis alvo renati, cujuſve ſacramentis ſalutaribus delibuti ſunt, eam temporaliter dotare temporalibuſq; donariis ditare & decorare diligenter ſtudeant, quatinus cum magni dies Ibid.

examinis repentinus ingruerit, immortalitatis ſtola decorari,atq; inopinata Sanctorum remuneratione,ejuſdem immortali ſponſo largiente, cum legitimè certantibus eternaliter ditari mereantur. Cujus quidem ineſtimabilis præmii vaſto cordis conamine conſors fieri geſtiens, & ut illud nanciſci fœliciter merear ſatagens, ego *Remigius* ſanctæ *Lincolnienſis* eccleſiæ pontifex, ob temporalem Domini mei glorioſiſſimi regis *Anglorum*, *Willielmi* videlicet ſecundi, proprii que corporis mei, atque omnium mihi ſubditorum proſperitatem, necnon æternam utriuſque domini mei, patris ſiquidem & filii, dominæ meæ quoq; dulciſſimæ *Mathildis* reginæ, animæq; meæ egentis, ac utriuſq; mei parentis, & ut præfixum eſt, omnium mihi commiſſorum ſalutem, eccleſiam ſanctæ Dei genetricis & perpetuæ virginis *Mariæ* in loco qui vulgò dicitur *Stowe*, quondam prolixo temporis ſpacio præſidentium incuria deſolatam, reformare decerno; ibique memorati domini mei victorioſiſſimi regis *Anglorum Willielmi*, filii videlicet præcellentiſſimi regis *Willielmi* præcedentis, necnon omnium epiſcoporum, & abbatum cæterorumq; optimatum totius regni ſui auctoritate, *Columbanum* virum venerabilem, ſacriſq; exercitiis haut modicè cluentem, abbatem cum monachis ſibi regulariter ſubditis inviolabiliter conſtituo; cui etiam poſſeſſiones univerſas ſibi olim, ob divinæ pietatis amorem à clariſſimo conſule *Leofrico*, & ab ejuſdem devotiſſima conjuge *Godgiva* collatas, *Brantonam* ſcilicet, & duas portiones **Guelleg-uapentac**, cum omnibus ſibi pertinentiis, *Newercham* quoque & **Flatburch**, cum univerſis ſibi adjacentibus, perpetuo concedo, præſentiſque paginæ teſtimonio indiſſolubiliter corroboro. Et ut ipſa Dei genitrix, & unica virgo *Maria*, filio ſuo unico largiente, me fontem vitæ ſitientem ab ſpe ad ſpeciem transferat, quo regem in decore ſuo cernere merear, quæcunque in ipſo capite prænotatæ pontificalis manſionis, in qua præfata ſita eſt eccleſia, juris epiſcopii hactenus extiterant; oblationem ſcillicet illius eccleſiæ altaris, & terram ibidem quatuor aratrorum, cæteraque quæ, ut ſupra memini, epiſcopatui jure debebantur, præfatæ eccleſiæ cœlorum reginæ dudum dicatæ, ad ejuſdem ſcilicet inſtaurationem, & ad uſum fratrum inibi Deo militantium beneficia prolata, accumulando ſimili modo perhenniter poſſidenda attribuo, & attributa inviolabiliter affirmo. Et ne poſteri mei diebus vitæ meæ finitis, animæ meæ detrahentes, epiſcopatum me temerè minuiſſe, vel ſuis quocunq; modo rebus expoliaſſe aſſerant, poſſeſſionem quandam, immaniſſimis à me laboribus vindicatam, **Slatfort** ſcilicet pagum quendam perpulchrum, mihi nempe, mihiq; Chriſto jubente ſuccedentibus aptum, ac valdè neceſſarium, cum cunctis ritè attinentiis, pro ſupra memoratis ſtipendiis epiſcopatui ſublatis, tam mihi quam ſucceſſoribus meis in epiſcopatum commutationem perhennem reſtituendo, firmiterq; ſtabilio.

“Addo etiam præterea eidem glorioſiſſimæ Dei genitricis eccleſiæ, ſibiq; famulantibus monachis, augmentum quoddam inſigne *Egneſhamenſem*, cum eodem pago in quo antiquitùs conſtruitur, cæteriſque ſibi membris adhærentibus, **Scipfort** ſcilicet & **Rollendricht**, necnon *Aerdintona* atque *Micletuna*, quadam quoque eccleſiola ſanctæ *Aebbæ* in urbe *Oxenefordenſi* conſita, cum reculis ſibi devotione pia fidelium collatis; atque etiam duobus molendinis ſecùs ejuſdem urbis aquarum decurſus pridem erectis, cum univerſis quoq; jure ſibi appendicibus, ſupradicto modo perpetualiter optinenda annuo, ſtrictimq; connecto.

“Hujus itaque conſtitutionis, atque inviolabilis meæ donationis ſerie taliter explanata; non ſolum à me conceſſa & attributa præſentique cartula jam inviolabiliter inſerta; verum etiam quæcunq; in futuro pia fidelium largitione vindicari poterunt, ſepiſſime memoratæ Chriſti matris eccleſiæ,cui omnia prælibata ſunt; necnon piæ memoriæ patri ſupradicto, *Columbano* videlicet abbati, ſuiſq; ſucceſſoribus, ibidem canonicè imperpetuum promovendis, jure perhenni cum omnibus conſuetudinibus præſidenda, concedo; & conceſſa ſub Chriſti & totius eccleſiæ teſtimonio, præſentiſque cirographi aſſertione, pontificali autoritate conſtanter conſolido, propriaque manu conſigno ✠.

“Et ne antiqui hoſtis inſtinctu conſcripta conſtitutionis meæ donaria in poſterum à quolibet proditionis filio fruſtrentur, ſed potius rata & ſolida habeantur, eidem ſacratiſſimæ virginis eccleſiæ talem æternaliter libertatem largior, ut nullus mortalium, elationis tumore debriatus, dominationem in eam aliquam exerceat, excepto *Lindicolinenſi*, noſtræ videlicet eccleſiæ ſedis antiſtite, cui cum ſuo paſtore quicunque ſit, cæteriſque ſibi beneficiis ob multorum fidelium animarum remedium impenſis, juxta veterum patrum traditionem, utpote domino, immo ut conditori in æternum ſubjacebit, à quo etiam honoris donationem, & ſacri ordinis conſecrationem, ſecundùm Canonum cenſuram adepturus eſt: qui ſic tamen ei piè & paternè præſit ut nunquam tributum vel quemlibet redditum inde exigat, ſeu teſſeram neceſſitate aliqua ingruente ſibi imponere præſumat, vel etiam conſuetudinem quamlibet aliam ab ea extorqueat, ſed potius eam ob hoſtium infeſtatione muniat, ut in die retributionis arbiter orbis, mitiſſimæ genetricis ſuæ ſupplicatione ſibi largè retribuat. Si quis autem in futuro, quod abſit, totius bonitatis inimico machinante, huic ſalutiferæ conſtitutioni noſtræ mente ſacrilega fraudulenter obviaverit, meamque hanc ſaluberrimam donationem, tot tantorumque procerum ſanctione roboratam, avaritiæ veneno repletus, minuere vel delere violenter præſumſerit, deleatur de libro viventium, & cum juſtis non ſcribatur, ſed tanquam pulvis quem projicit ventus à facie terræ, ne gloriam Dei videat, cum impiis tollatur, ſitque juxta Apoſtolum, *Anathema maranatha*, niſi reſipuerit, & Deo ſanctæq; eccleſiæ quam fraudulenter leſerit dignè ſatisfecerit. *Amen.*

“Anno ab incarn. Chriſti Mxcj. indictione xiiij. anno quarto regni inclitiſſimi principis *Anglorum Willielmi* ſecundi; pontificatus au-

“tem *Remigii Lindocolinenſis* epiſcopi anno xxiiij.

De excambio S. Mariæ *de* **Stowe.**

Ibid. WIllielmus rex *Anglorum* R. *Linc.* epiſcopo ſalutem. Præcipio ut *Columbanum* abbatem pacificè & honorificè teneas, & plenè facias ei habere excambium ſuum pro omnibus terris quas habebat apud *le* **Stou**, ita ut nichil inde deſit, quin habeat totum ad valens ſicut habebat illuc. Et vide ne inde ampliùs audiam clamorem, quia aliter non conſenſi te facere mutationem loci. *T. W.* Cancellario apud *Ou.*

Carta Regis H. *ſenioris de omnibus terris noſtris.*

Ibid. “IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & ſpiritus ſancti ; Ego *Henricus* Rex *Anglorum*, aſſenſu & conſilio pontificum & Baronum meorum, abbatiam de **Egnesham** ſcilicet eccleſiam Chriſti, & beatiſſimæ Dei genetricis *Mariæ* hactenus deſolatam & diſſipatam redintegrare & confirmare, pro ſalute animæ patris & fratris mei *Willielmi*, & pro ſalute mea & conjugis & natorum meorum decrevi, & omnia quæ ad eam pertinent jure perpetuo, eccleſiaſtico more, poſſidere eam conſtitui ; ſcilicet villam de **Egnesham**, & omnia quæ ad eam pertinent, in pratis & aquis & ſilvis, & **Rollendrith** & quicquid ad eam pertinet, & **Scipford** ſimiliter, & in *Gloeceſtraſcira Mucletonam*, & omnia quæ ad eam pertinent. Et in **Oxeneford** eccleſiam ſanctæ *Aebbæ* & omnia quæ ad eam pertinent. & duos molendinos juxta **Oxeneford** & prata, & *Aerdintonam*, & quicquid *Robertus Lincolnienſis* epiſcopus dedit pro commutatione *Newerchæ* & *Stowa* ; ſcilicet *Cherleberiam* ita ſolidam & quietam ut epiſcopus *Robertus* tenuit in ſilvis & pratis & agris & aquis. Similiter **Stoches** & quicquid ad eam pertinet. Similiter **Wdecote** cum ſilva quæ ad eam pertinet. Et in *Cantebriggeſcyra* in *Hiſtona* xv. hidas & tres virgatas, & decimam de *Thama*, ſcilicet in annona, in pecudibus & lana, & caſeis, & unum bordarium cum duabus acris. Similiter decimam de *Banneberia*, & de *Cropperia* cum bordariis. Similiter **Mideltone** decimam. Similiter decimam ceræ altaris de **Stou.** Concedo etiam prædictæ eccleſiæ omnia quæ fideles mei pro ſalute animarum ſuarum dederunt & dabunt. *Nigellus* de *Oleio* tenebat unam hidam terræ ab eccleſia *Egneſhammenſi*, quam ipſe clamavit quietam & ſolutam prædictæ eccleſiæ pro anima ſua, conceſſu *Roberti Lincolienſis* epiſcopi, in qua etiam miſit unum monachum, & cum xl. ſolidatis terræ, ſcilicet tres hidas & dimidiam in *Mildecumba*, tam pro ſua quàm pro uxoris ſuæ & filiorum animabus. *Ricardus* de *Graio* miſit unum filium ſuum in eodem monaſterio, & cum eo decimam de **Baerneford**, & de **Wideli** & de *Cornwella*, omnium ſcilicet eorum quæ ad eaſdem villas pertinent, tam de annona quam de lana, & caſeis, & de cæteris pecuniis, *Rogerus* de **Cheiſnet** dedit pro anima ſua eidem eccleſiæ decimam terræ ſuæ de **Munstre**, & de tota lana ſua de *Oxenefordſcyra*. *Gillebertus Baſſet* dedit ſimiliter eidem eccleſiæ, decimam ſuam de *Strattona*, ſcilicet duas partes, & de tota lana ſua, & caſeis ſuis de tota terra ſua. *Radulfus Baſſet* dedit ſimiliter eidem eccleſiæ decimam ſuam de una hida de **Estelai**, & de tota lana ſua ubicunque aliquid inde habet. *Robertus* filius *Walchelini* dedit ſimiliter eidem eccleſiæ totam decimam ſuam de **Wicheam.** *Goſfridus* de **Cropperi** dedit duas partes decimæ ſuæ. *Ricardus* de *Newarcha* duas partes decimæ ſuæ dedit de *Cleindona*. *Willielmus* filius *Nigelli* unam domum apud **Oxeneford** dedit, *Hardingus* de **Oxeneford**, qui in *Hieruſalem* ivit & ibi mortuus eſt, duas domos apud **Oxeneford** dedit, unam intra burgum, aliam extra, *Gillebertus* de *Damari* unam domum dedit extra burgum, excepta conſuetudine regis. *Willielmus* filius *Bernardi* decimam ſuam dedit eidem eccleſiæ.

“Hæc autem abbatia tota eſt in manu & poteſtate *Lincolnienſis* epiſcopi, conſtituendi abbatem canonicè, aſſenſu & conſilio regis. Hæc autem omnia ſupraſcripta eidem eccleſiæ vel abbatiæ concedo & confirmo tenenda imperpetuum regali auctoritate ſicut ulla abbatia melius tenet in tota *Anglia*. Hoc autem confirmatum eſt anno ab incarnatione Domini MCix. anno verò *Henrici* regis decimo, apud *Weſtmonaſterium* in nativitate domini.

BURTONENSE

Cœnobium in agro Staffordienſi.

Charta Eadredi *regis.*

✠ EADREDUS rex *Anglorum* glorioſiſſimus rectorque *Northanhumbrorum* & paganorum imperator, *Brittonum*que propugnator, quem rex regum omnipotens regali gubernatione conſulgoravit ; quique rex confert alacriter larga lucra lictoribus, ut deinceps accipiat charitatis chariſmata. Ejus donum dignanter ritè refert cum cœteris *Wulfric* miles, de perenni hujus ruris libertate quod ſibi nunc atque ſuis contulerat heredibus perfruendum, in **Burgetune** nuncupatum, taliterque terminatum in * xij. caſſatibus.

Ex vetuſto exemplari in bibl. *Cottoniana.* an. 1652.

✠ Ðiſ ſyud ðara tƿentiȝeſ hida land ȝemæra to Burhtune. ærest oꝼ ƿiþiȝꝼorda andlanȝ ƿeȝeſ to Ƿippenneſƿenne. oꝼ Ƿippenneſƿenne andlanȝ ſladeſ on Turcandene. up andlanȝ dene to ðære Spelſtoƿe. ſyþþan ȝ-lanȝ Foſſ to ðan ealdan ſice ƿiþ Slohtreƿꝼord. andlanȝ ſiceſ on Penriſ. andlanȝ ſtreameſ eꝼt on ƿiþiȝꝼord.

✠ Ðon iſ ðiſ ðara VII. hida land ȝemæra æt Mæþelȝareſ-byriȝ ðe hyrd into Burȝhtune. ærest oꝼ Mæþelȝareſ-byriȝ on Deoƿancumb. oꝼ Deoƿancumbe on Creneabroce.

* Forſan legendum xx. ſic enim Saxon. ƿio niſi tƿentiȝeſ reponendum tƿelꝼtiȝeſ.

up be ðam geƿihte to ðam beorgan. of ðam beorgan on Fiscƿille. of Fiscƿille on Mærƿille. of Mærƿille on Sealtesƿille. of Sealtesƿille andlang broces to ðam greatan ðorne. of ðam ðorne on ðornbeorh. of ðornbeorge on Foss est andlang Foss ðæt monda ea on Fæðric. up on stream oþ ðone Garan Suþƿeardne. of ðam Garan on Horpyt. of Horpyt est on Foss. ƿiþ suþan ðone Garan. andlang Foss est on Mæþelgares byrig.

✠ Ðon is ðis ðara VII. hida land gemæra æt Degelesforda ðe hirþ into Burgtune. ærest of Blædene on mules hlæƿ ꝥ forþ up to Heortdune. to Hƿettanstanesƿylle. of Hƿettanstanesƿylle on Heortbroc. of þam broce on ða stige. andlang stige on ða dic. andlang dic on ða stræt to ðære oðere stræt. of ðære stræt on Beagan ƿille. ⁊ lang broces est on Blædene.

Id eſt.

✠ Hi ſunt viginti hidarum terræ termini (*vel*, fines) ad *Burtonam* (*pertinentium.*) Inprimis à *Withigforda* per longitudinem (*vel*, tractum) viæ ad **Pippeneſpenne**, à **Pippeneſpenne** per longitudinem vallis ad **Tuttandene**, ſurſum per longitud. vallis uſque ad **Spelſtowe**, inde per longitudinem *Foſſæ* ad veterem foveam juxta **Slohterford**, per longitud. foveæ ad **Penris**, per longitudinem fluminis iterum ad *Withigfordam.*

✠ Hi verò ſunt ſeptem hidar. terræ termini apud *Mæthelgari* burgum, quæ ad *Burtonam* ſpectant. Inprimis à *Mæthelgari* burgo ad **Deopcumbe**, à **Deopcumbe** ad **Quenebroce**, à **Quenebroce** ſurſum recta ad montem (*vel*, collem:) à monte ad **Fiſcwille**, â **Fiſcwille** ad **Maeſwille**, à **Maeſwille** ad **Sealteſwille**, à **Sealteſwille** per longitud, amnis ad magnum ſpinetum, à ſpineto ad montem ſpinoſum, à monte ſpinoſo ad *Foſſam*; iterum per longitud. *Foſſæ*, aquæ (*ſcil.*) illius munimenti, ad **Penric**, ſurſum per flumen uſque ad gurgitem verſus auſtrum, â gurgite ad **Horpyt**, ab **Horpyt** iterum ad *Foſſam* ad auſtrum gurgitis, per longitud. *Foſſæ* iterum ad *Mæthelgari* burgum.

✠ Hi verò ſunt ſeptem hidar. terræ termini apud **Daegelesford**, quæ ad *Burtonam* pertinent. Inprimis à **Blaedene** ad *Mulli* aggerem, quo aſcenditur ad **Heortdune** (*& inde*) ad **Whettanſtaneſwylle**, à **Hwettanſtaneſwylle** ad **Heortbroce**, à broca (*i.* amne) ad ſemitam, per longitudinem ſemitæ ad foſſam, per longitudinem foſſæ ad plateam illam uſq; ad aliam plateam, ad plateam uſq; apud **Beaganwille**, per longitudinem amnis iterum ad **Blaedene**.

949. ✠ Actum eſt anno nongenteſimo quadrageſimo atque nono dominicæ incarnationis, quarto quoque quo regebat *Eadredus* rex regimina, & cum archiepiſcopis ceteriſque conſulibus hanc tellurem ad **Burghtune** conſignavit. ✠ *Odo*, *Wulfſtan*, *Theodred*, *Ælfhæh*, *Ælfred*, *Ælfric*, *Wulfſig*, *Æthelgar*, *Keonwald*, *Wulfhelm*, *Cynſige*, *Albred*, roborabant conſcribendo cum laicis. *Howæl* rex *Marcant* regulus, *Oſulf*, *Bebba*, *Æthelmund*, *Ælfhelm*, *Vrin*, *Grim*, *Gunner*, *Vhtred*, *Ælfgar*, *Scule*, *Coll*, *Morcær*, *Wulfric*, *Berhtferth*, *Æthelgeard*, *Ælfnoth*, *Ælfhæb*, *Clate*, *Wigſtan*, atque *Ælfſige*, *Dunſtan* abbas, & *Oſcetel* circƿærð (*i.* eccleſiæ cuſtos, *vulgò*, gardianus) triumphali ſignaculo ſigillabant cœlotenus titulantes (*i.* rem datam cœlo, Dei *ſc.* protectioni, commendantes.)

Ex libro MS. *Abbendonenſi* quondam penes —— baronem de *Fenton* fol. 101. b.

IN his diebus quidam miniſter *Athelredi* regis *Anglorum*, dictus *Wulfricus Spot*, conſtruxit abbatiam **Burtun** vocatam, deditque ei omnem hæreditatem paternam, appreciatam DCC. libras. Et ut hæc donatio rata haberetur, dedit *Athelredo* regi, CCC. mancas auri, pro ejus confirmatione, & unicuique epiſcopo v. mancas, & duobus archiepiſcopis x. mancas. Inſuper *Alfrico* archiepiſcopo *Cantuariæ*, villam *Dumbaltunam*, à prædeceſſoribus ſuis, ab eccleſia *Abbendonenſi* injuſtè ablatam, & unicuiq; abbatie libram auri, & unicuiq; abbatiſſe v. mancas.

Teſtamentum Wulfrici Spott, *cœnobii fundatoris.*

Ex regiſtro de *Burton* penes *Will.* dominum *Paget* anno 1650. fol. 2. a.

IN nomine Domini Her swutelaþ Wulfric his leofan hlaforde his cwide ⁊ eallon his freondon. ꝥ is ꝥ ic geann minum hlaforde twa hund mancessa goldes. and twa seolfor hilted sweord. and feower hors. twa gesadelod. and twa ungesadelode. ⁊ ða wæpna ða ðærto gebyriaþ. ⁊ ic geann ælcum bisceope V. mancessa goldes. ⁊ ðam twam arcebisceopan heora ægþron tyn mancusas goldes. ⁊ ic geann into ælcum munuc regole. I. pund ⁊ ælcon abbode. ⁊ ælcon abbatissan. V. mancusas goldes. ⁊ ic geann Ælfrice arcebisceope ðæs landes æt Dumeldan forþ mid ðon oþran for mine saule. ƿiþ ðon ðe he freond ⁊ fultum ðe betere sy into ðære stoƿe ðe ic geƿorht hæbbe. ⁊ ic geanne Ælfhelme ⁊ Wulfage ðæra landa betwux Ribbel ⁊ Mærse. ⁊ on Wirhalum. ꝥ heo hig dælan him betweonan swa hig efnost magon. butan heora ægþer his agen habben ƿille. on ꝥ gerad ðonne sceadgenge sy ꝥ heora ægþer sylle III. ðusend sceadda into þære stoƿe æt Byrtune. ⁊ ic geann Ælfhelm Rolfestun. ⁊ Heorelfestun. ⁊ ic geann Wulfage þæs landes æt Beorelfestune. ⁊ æt Merchamtune. ⁊ ic geann Ælfhelme þæs landes æt Cunugesburh. ƿiþ þon þe he do ꝥ þa munucas habban ælcegeare þriddan dæl þæs fisces. ⁊ he þa twa dæl. ⁊ ic gean Wulfage þæs landes æt Aleƿaldestune. ⁊ ic gean Ufegeate þæs landes æt Norþtune. on ꝥ gerad ꝥ he freond ⁊ fultum þe betere sy into þære stoƿe. ⁊ ic gean minre earman dehter þæs landes æt Elleforde. ⁊ þæs æt Aclea. mid eallon þam þe þær nu to hyrþ þa hwile ðe hire dæg biþ. ⁊ ofer hire dægga ꝥ lande into þære stoƿe æt Byrtune. ⁊ heo hit nage mid nanon þinge to forƿyrcenne. ac hæbbe heo þone bryce þa hwile þe heo hit geearnian cann. ⁊ ga hit syþþan into þære stoƿe æt Byrtune. forþon þe hit ƿæs mines godfeder gyfu. ⁊ ic ƿile ꝥ Elfhelme sy hire mund ⁊ þæs landes. ⁊ ꝥ æt Tomƿurþin hire to nanon þeowdome. ne nanon geborenan men butan ꝥ heo þone ealdordom hebbe. ⁊ ic geann ƿulfgare minan cnihte þæs landes æt Baltryþe leage. ealsƿa his fæder hit him begeat. and ic becƿeþe Morcare ꝥ land æt ƿalesho. ⁊ ꝥ æt Ðeogendeþorpe. ⁊ ꝥ æt Hƿiteƿille. ⁊ ꝥ æt Clune. ⁊ ꝥ æt Barleburh. ⁊ ꝥ æt Ducemannestune. and ꝥ æt Moresburh. and ꝥ æt Eccingtune. and ꝥ æt Bectune. and ꝥ æt Donecestre. and æt Morlingtune. and ic geann his ƿife Aldulfestreo ealsƿa hit nu stont mid mete and mid mannum and ic geann Ælfhelme minan meage þæs landes on Paltertune. and þæs þe Sægþ me becƿæþ. and ic geann Æþelrice ꝥ land æt ƿibbetofte. and ꝥ æt Tƿongan his dæg. and ofer his dægga ꝥ lande for mine saule ⁊ for his moder. ⁊ for his into Byrtone. and þis synd þa þe ic geann land into Byrtone. ꝥ is ærest Byrtone þe ꝥ mynstre on stent. ⁊ Strætton. and Bromleage. and Bedintune. and Gageleage and ƿitestun. and Laganford and Styrcleage. ⁊ Niƿantun æt ðære ƿic. ⁊ ƿædedun ⁊ ꝥ little land ðe ic ahton ofer Niƿantune. ⁊ ƿineshylle. ⁊ Suttun and Ticenheale. and æt Scenctune. and æt ƿigestane. and æt Halen and æt Remesleage. and ꝥ æt Sciplea. and ꝥ æt Suþtune. and ꝥ æt Actune tƿegra manna dæg ealsƿa ða foreƿord sprecaþ. and Deorlafestun. and ꝥ ðær to hereþ. ꝥ is Rudegard. and min litle lande on Coteƿaltune. and Lege mid eallon ðam ꝥ ðærto hereþ. Acofre mid ðam ðe ðær to hæreþ. ꝥ is Hilum. and Celfdum. and Cætesþurne. and ꝥ heregeat land æt Suttune. and Morlege. and Brægeshale. Mortun. and eal seo socna ðe ðærto hereþ. and ꝥ land þiþerinn æt ƿyllesleage. and Oggodestun. and ƿinnefeld. and Snodesƿic. into Mortune. and ꝥ æt Taþaƿyllan. and ꝥ land æt Eppelby þe ic gebohte mid minum feo. and æt ƿestune. and Burhtun. and seo hid æt Scearnforda into ƿiggestane. and ꝥ æt Hereburgebyrige. ⁊ Ealdesƿurþe. ⁊ Elfredingtune. ⁊ Eccleshale. ⁊ æt ƿaddune. ⁊ and hida æt Sceon. ⁊ ic geann ðon hirede in Tamƿurðin ꝥ lande æt Langandune ealsƿa hi hit me ær toleton. ⁊ habban hi ðone bryce healfne. ⁊ healfne ða munecas into B. ge on mete. ge on mannon. ge on yrfe. ge on ælcon ðingon. ⁊ se biscop ƿo to his lande æt Bubandune ⁊ ƿon þa munucas into B. to þan þe on þam land is. ge on mannon. ge on eallon ðingon. ⁊ ꝥ lande ðam biscope æt ðære syle. ⁊ ic ƿille ꝥ se cyng beo hlaforde ðær mynstres ðe ic getimbrede ⁊ ðæra landara ðe ic þyder inn becƿeden hæbbe. gode to lofe ⁊ to ƿurðmynta. for minan hlaforde. ⁊ for minre saulan. ⁊ Ælfric arceb. ⁊ Ælfhelm min broþor. ꝥ hig ben mund ⁊ freont ⁊ forespreocan into ðære stoƿe ƿiþ ælcne geborenne man. heom to nanre agenre æhta. butan into sanctus Benedictus regole. ⁊ ic geann minre goddohtor Morcares ⁊ Ealdgyþe ꝥ lande æt Strættune. ⁊ ðone bule ðe ƿæs hire ealder moder ⁊ into ðan mynstre æt Byrt. an hundra ƿildra horsa. ⁊ XVI. tame hengestas. ⁊ ðær to eall ꝥ ic hæbbe. on libbandan. ⁊ on licgendan. butan ðan þe ic becƿeden hæbbe. ⁊ God almihtig hine aƿende of eallum godes dreame ⁊ of ealre cristenra gemanan. se ðe ðis aƿende butan hit min ane cyne hlaford sy. ⁊ ic hopige to him sƿa godan. ⁊ sƿa mildheortan ꝥ he hit nylle sylf dan. ne eac nanum oþrum geþafian. Valete in Christo ⁊

Ðis is seo freols boc to ðan mynstre æt Byrtune. ðe Æþelred cyng æfre ecelice gefreode gode to lofe ⁊ eallon his halgan to ƿeorþunge sƿa sƿa hit ƿulfric gestaþelode for hine ⁊ for his yldrena saule ⁊ hit mid munecon gesette. ꝥ ðær æfre inne ðæs hades menn under heora abbude gode ðeoƿian æfter sanctus Benedictus tæcinge ⁊

Quod Latinè ſic interpretamur.

IN nomine Domini. Hic declarat *Wulfricus* dilecto Domino ſuo teſtamentum ſuum, & omnibus amicis ſuis: hoc eſt, quod ego do Domino meo ducentas marcas auri, & duos gladios cum manubriis argentatis, & quatuor equos, duos (*ſcil.*) ephippiatos, & duos ſine ephippiis, & arma quæ eò ſpectant. Item do cuiq; epiſcopo quinque marcas auri, & duobus archiepiſcopis, ipſorum (*ſcil.*) utriq;, decem marcas auri. Item do unicuiq; regulæ monachicæ (*vel*, monachorum ordini) unam libram, & cuiq; abbati, & cuiq; abbatiſſæ quinq; marcas auri. Item do *Ælfrico* archiepiſcopo terras illas apud **Dumeltun**, unà cum cæteris, pro animâ meâ, ut ipſe amicus & adjutor eò propenſior ſit erga illum locum (monaſterium *ſcilicet*) quem ego conſtruxi. Item do *Ælfhelmo* & *Wulfago* . . . * . . . terrarum illarum inter **Ribbel & Maerſe**, & in **Wirhale**, ut ipſi diſtribuant inter ſe maximâ quâ poſſint æqualitate, niſi eorum uterque ſuam propriam (*partem*) habere malit, eâ lege, ut quando ad ſquatinas capiendas itum fuerit *, uterque det tria ſquatinarum millia loco illi apud **Byꝛtune**. Item do *Ælfhelmo* **Rolfeſtun**, & **Hroꝛelfeſtun**. Item do *Wulfago* terras illas apud **Beoꝛelfeſtune**, & apud **Merchamtune**. Item do *Ælfhelmo* terras illas apud **Cunugesburh**, dummodo ipſe curet ut monachi habeant quotannis tertiam partem piſcium, (*ibi ſcil. capiendorum*) & ipſe duas partes. Item do *Wulfago* terras illas apud **Alewaldeſtune**. Item do *Vſegeato* terras illas apud **Noꝛhtune**, eâ lege, ut is amicus & adjutor eo propenſior ſit erga illum locum. Item do miſellæ filiæ meæ, terras illas apud **Elleſoꝛde**, & illas apud **Aclea**, cum omnibus quæ eò nunc pertinent, quamdiu dies ejus fuerint, (*i.e. quoad vixerit*) & poſt dies ſuos, tranſeant illæ ad locum illum (monaſterium *ſcil.*) apud **Byꝛtune**: Ipſa autem (*ita*) poſſideat, ut nullo modo corrumpat, ſed habeat uſumfructum (*earundem*) quamdiu promereri poſſit: (*i.e. quamdiu benè ſe geſſerit:*) tranſeat autem poſtea ad locum illum apud **Byꝛtune**, quoniam erat (*fundus iſte*) ſuſceptoris mei donum. Item volo quod *Ælfhelmus* ſit ipſius patronus: terras autem illas, & illam apud **Tomwurthin** nulli ſubjiciat ſervituti, nec cujuſvis generis hominibus niſi ipſi principatum illum (*quam*

* Aliquid, hic deeſſe conjicio.

* *vel*, ſquatinarum capiendar. tempore ad veniente.

hodie dicimus comitatum) habuerint. Item do *Wulfgaro* puero (*vel*, famulo) meo terras illas apud **Baltrytheleage** prout pater ejus ipſi illas conquiſivit. Item *Morcaro* terram illam apud **Waleſho**, & illam apud **Theagendethorpe**, & illam apud **Hwitewille**, & illam apud **Clune**, & illam apud **Barleburh**, & illam apud **Ducemanneſtune**, & illam apud **Moresburh**, & illam apud **Eccingtune**, & illam apud **Bectune**, & illam apud **Doneceſtre**, & apud **Morligtune**. Item do uxori ſuæ **Aldulfeſtred**, ſicut modò conſtat, cum cibariis, (i. *terræ fructibus*) & hominibus (*colonis ſcil.*) Item do *Ælfhelmo* cognato meo terras illas in **Paltertune**, & illas quas (*quidam*) *Segth* mihi legavit. Item do *Æthelrico* fundum illum apud **Wibbetofte**, & illum apud **Twongan**, in dies (i. *vitam*) ſuos, & poſt dies ſuos tranſeat fundus ille pro animâ mea, & pro matre ipſius, & pro ſuâ, in *Byrtonam*. Atque hæ ſunt terræ quas ego do (*monaſterio apud*) **Byrtone**, i. e. inprimis **Byrtone**, ubi monaſterium illud fundatum conſtat, & **Straeton**, & **Bromleage**, & **Bedintune**, & **Gageleage**, & **Witeſtun**, & **Laganford**, & **Styreleage**, & **Niwantun** apud vicum, & **Waededun**, & agellus ille quem habeo in altra **Niwentune**, & **Wyneſhylle**, & **Sutton**, & **Titenheale**, & apud **Scenctune**, & apud **Wicgeſtane**, & apud **Hallen**, & apud **Remeſleage**, & (*fundus*) ille apud **Sciplea**, & ille apud **Suthtune**, & ille apud **Aſtune**, (quem teneo) in duorum hominum dies, (*i.e. vitam*) prout pactum loquitur, & **Deorlafeſtun**, quoque eò ſpectat, id eſt, **Rudegard**, & agellus meus in **Cotewaltune** & **Lege**, cum omnibus eò ſpectantibus: **Acofre**, cum illis quæ eò ſpectant i.e. **Hilum**, & **Celfedum**, & **Ceteſthurne**, & fundus ille hereoto (*ſervitio ſic dicto*) obnoxius apud **Suttune**, & **Morlege**, & **Braegeſhale**, **Mortun**, & omnis illa juriſdictio (*Normanno-Latinis* francheſia) quæ eò ſpectat, & fundus ille eò pertingens apud **Wylleſleage**, & **Eggodeſtun**, & **Winnefeld** & **Snodeſwic** ad *Mortunam* pertinens, & ille apud **Tathawyllan**, & fundus ille apud **Aeppelby**, quem emi pecuniâ meâ, & apud **Weſtune**, & **Burtune**, & hida (*terræ portio ſcil. alendæ uni familiæ ſufficiens*) apud **Scearnford** ad *Wiggeſtanam* pertinens, & ille apud **Hereburgebyrige**, & **Caldeſwurthe**, & **Aelfredingtune**, & **Eccleſhale**, & apud **Waddune**, & una hida apud **Sceon**. Item do conventui in **Tamwurthin** fundum illum apud **Langandune**, ſicut ipſi (*monachi*) illum mihi ante hac locarunt, & habeant ipſi uſum fructum (*ejus*) dimidium, & dimidium monachi *Byrtonenſes*, cum in cibariis, tum in hominibus, tum in pecudibus, tum in rebus omnibus. Et epiſcopus accipiat terram ſuam apud **Bubandune**, & accipiant monachi *Byrtonenſes*, id quod in fundo illo exiſtit, tam in hominibus, quàm in rebus omnibus, & fundum illum epiſcopo exinde tradant. Item volo ut rex ſit dominus monaſterii illius quod ego conſtruxi & prædiorum illorum quæ ego illi legavi, Dei in laudem & honorem, pro domino meo, & pro animâ meâ. Et *Ælfricus* archiepiſcopus, & *Ælfhelmus* frater meus, (*volo*) ut ſint patroni, & amici, & advocati illius loci contra omnes homines, ab eis non in propriam (*ipſorum*) poſſeſſionem (*capeſſendi*) niſi ſecundùm ſancti *Benedicti* regulam. (*curam ſcilicet habeant ut res & bona loci nemini cedant in peculium, ſed omninò pro regulæ S.* Benedicti *ratione diſponantur.*) Item do filiæ meæ luſtricæ (*ſive* in baptiſmo à me ſuſceptæ) *Morcaræ* & *Ealdgithæ* fundum illum apud **Straettune**, & bullam illam quæ fuit aviæ ſuæ & monaſterio illi apud **Byrtune** (*do*) centum equos feros (*vel*, indomitos) & ſedecim equos domitos, (*forſan* ſpadones) & præterea quicquid habeo, vivum (*ſcil. ſit*) vel mortuum, præter ea quæ (*ſupra*) legavi. Et Deus omnipotens eum avertat ab omni divino gaudio, & ab omni Chriſtianorum communione, qui hoc (*teſtamentum*) averterit, niſi meus proprius naturalis dominus ſit. Quin & ſpero eum adeo bonum, adeoque miſericordem (*fore*) ut nec id ipſe facturus ſit, neq; etiam ab ullo alio fieri ſit paſſurus. Valete in Chriſto.

Burtonenſis cœnobii prædia.

Hæc eſt magnifica illa charta (*charta donationis ſcil.*) monaſterii apud **Byrtune**, quod *Æthelredus* rex ſemper & æternum liberum fecit, Dei in laudem, omniumque Sanctorum ejus in honorem, ſicut id *Wulfricus* antea ſtabilivit, pro ſuâ & pro anteceſſorum ſuorum animabus & id monachis aſſignavit, ut inibi ſemper hujus ordinis viri * ſub eorum abbate Deo ſerviant ſecundùm ſancti *Benedicti* doctrinam (*vel*, inſtitutionem.)

* *Vel*, hi ſacris initiati.

Locorum hic memoratorum (cum ſitu) nomina vetuſta ex modernis illuſtrata.

Dumelꞇan.	**Dumbleton,** in com. *Glouc.*	
Ribble ⁊ Mæꞃꞅe.	*Lancaſtriæ* pars tria (fortè) wapentachia.	**Derby.** **Leland.** **Salford.**
ƿiꞃhalum.	**Wyrehall**, juxta *Ceſtriam.* (viz. foreſta de **Wirehall.**	
Rollꝼeꞅꞇun.	**Rolleſton,** in comitatu *Derb.*	
Heoꞃelꝼeꞅꞇun.	**Harlaſton,** juxta **Clifton,** in com. *Staffordienſi.*	
Beoꞃelꝼeꞅꞇune.	**Barleſton,** in com. *Stafford.*	
Maꞃchamꞇune.	**Marchington,** juxta **Uttoxeter,** in com. *Staffordienſi.*	
Cunuᵹeꞅbuꞃh.	**Coningsborough** juxta **Doncaſtre,** in com. *Ebor.*	
Aleƿalꝺeꞅꞇune.	**Alveſton,** in com. *Derbienſi.*	
Noꞃþꞇune.	**Norton,** in com. *Derb.* (in **Scarſdale.**)	
Elleꝼoꞃꝺa.	**Ellefordе,** in com. *Staff.*	
Aclea.	**Okeley** juxta **Elleford.**	
Tomƿuꞃþin.	**Tameworth,** in com. *Staff.*	
Balꞇꞃẏþeleaᵹe.	**Walterley,** in com. *Staff.*	
ƿaleꞅho.	**Walſhall,** in comitatu *Staff.* fortaſſè.	
Ðeoᵹenꝺeþoꞃpe.	———— ——:————	
Hƿiꞇeƿille.	**Whittwell,** in com. *Derb.*	
Clune.	**Clowne,** in com. *Notting.*	
Baꞃlebuꞃh.	**Barlborough,**	in co. *Derb.*
Ducemanneꞅꞇune	**Duckmanton,**	
Moꞃeꞅbuꞃh.	——— ———:———.———,———	
Eccinᵹꞇune.	**Ekinton,** in com. *Derb.*	in **Scarſdale.**
Becꞇune.	**Beyghton,** in com. *Derb.*	
Doneceꞅꞇꞃe.	**Doncaſtre,** in com. *Ebor.*	
Moꞃliᵹꞇune.	————————————	
Alꝺulꝼeꞅꞇꞃeo.	**Auſtrey,** in com. *Warw.*	
Palꞇeꞃꞇune.	**Palterton,** in com. *Derb.*	

ƿib-

Ƿibbetofte.	**Wibtoft**, in comitatu *Warw.*
Tƿongan.	**Tonge**, in comitatu *Leiceſtrienſi*, juxta **Dunnington.**
Stræton.	**Stretton** juxta **Burton**, in comitatu *Staff.*
Bromleaȝ.	**Bromley-Abbots**, in comitatu *Staff.*
Bedintune.	In comitatu *Staff.*
Gaȝeleaȝe.	
Niƿantune.	
Ƿæbedun.	
Niƿantune.	
Ƿyneshylle.	In comitatu *Staffordiæ* juxta **Tutbury.**
Suttun.	**Sutton**, in comitatu *Derb.* propè **Tutbury.**
Ticenheale.	**Tikenhall**, in com. *Derb.*
Scenctune.	**Shankton**, in comitatu *Leic.*
Ƿicȝestune.	**Wigston**, (cum duobus campanilibus) in com. *Leic.*
Halen.	
Remesleaȝe.	**Ramſley**, in paroch. de **Aveley**, in comitatu *Salopienſi.*
Sciplea.	**Shipley**, juxta **Claverley**, in comitatu *Salopienſi.*
Suþtune.	
Actune.	**Acton**, in com. *Staff.* fortaſſè.
Deorlafestune.	**Dorlaston** juxta **Stone**, in comitatu *Staffordiæ.*
Rudeȝard.	**Rudyard**, in comitatu *Staff.*
Coteƿaltune.	
Acofre.	**Okeover**, in com. *Staff.*
Hilum.	**Ilum**,
Celfdum.	
Cetteshurne.	**Casterne**, in com. *Staff.*
Sutton.	**Sutton**, in com. *Derb.*
Morlega.	**Morley**,
Breȝeshale.	**Bredeshale**,
Mortun.	
Ƿilleslega.	**Wilſley**, in comitatu *Derb.*
Oggodestun.	**Ogston**, in comitatu *Derb.*
Ƿinnefelde.	**Wingfeild** manerium, in comitatu *Derbienſi.*
Snodesƿic.	
Mortun.	
Æppelbye.	**Appleby**, in com. *Leiceſt.*
Ƿestune.	**Weston**, in com. *Derbienſi.*
Burhton.	**Burton** ſuper **Trent**, in com. *Staff.* ubi abbatia ſita.
Scearnforda.	**Sharnford**, in com. *Leic.*
Ƿiggestune.	**Wigston** parva juxta **Sharnford.**
Herburȝebiriȝ.	**Harbury**, in com. *Warw.*
Ældesƿurþ.	**Aldſworth**, in com. *Notting.*
Ælfredingtune.	**Alfreton**, in com. *Derb.*
Eccleshale.	**Eccleshall** (in **Scarsdale**) in com. *Derb.*
Ƿaddune.	
Sceon.	**Shene**, in com. *Derb.*
Langandune.	**Longdon**, in com. *Staff.*
Bubandune.	**Bubbington**, in com. *Staff.*

Charta Æthelredi *regis.*

Adhuc ex eodem regiſtro, de *Burton.* fol. 1.

“Poſtquam maleſuada veneniferi ſerpentis ſuggeſtio primũ generis humani parentẽ, invidia fraudi lenti, ſeduxit edulio pomi, mortis continuò ſententia, huju ſq; vitæ ærumnoſa ipſi protoplaſto opponitur peregrinatio. Unde & in poſteros mortiferæ cumulus damnationis ob multiplices iniquitatum exercitationes adeo excrevit, ut totius adinventor maliciæ diabolus, ab ipſius quam prædiximus, radicè originis totam ſibi firmè hominum progeniem, divina permiſſione, & culpa exigente, ad pœnas conſociaret gehennales, ejus tumidæ ab initio ſatellitumq; conſpirantium præparatas elationi, donec unicus æterni patris verbigena ſubſtantia, dolens periſſe quæ ſuæ ymaginebatur ſimilitudini miſterio ſecretiori in ultima ſeculi ætate virginea ſeſe carne velaret, ac verus Deus veruſq; homo inter homines ſine peccati macula in perſonæ converſaretur unitate. Idq; ſupernum concilium inimico in tantum celabatur, ut ipſum gula, vana gloria, avaritia quibus armis primum proſtraret hominem, adgredi non diffideret; autumans ipſum qui totius bonitatis fons caputq; eſt laqueo iniquæ poſſe irretiri prævaricationis; ſed ſacræ Scripturæ teſtimonio tertiò ab ipſa tranſverberatus veritate, umbras denuò victus repedat infernales, Huic noſtræ auctori ſalutis mox famulatus adfuit angelicus. Eiſq; omnibus, ita ut diximus, humanitatis exactis, Jeſus ſancto refectus pneumate, ſapientia ætate proficiens & gratia medicamenta reſtaurationis humãæ tali protinus propoſuit inſtitutione, *pœnitentiam* (inquiens) *agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.*

“Hæcque & alia ſuæ documenta pietatis multiplicis dignatus eſt confirmare ſignis miraculorum, cæcos illuminando, ſurdis auditum reddendo, mutis loquendi officium, mancis manuum utilitatem, claudis gradiendi poſſibilitatem, paraliticis membrorum integritatem, leproſis corporis emundationem, lunaticis dæmoniaciſque ſenſum mentis, mortuis vitam, vivis viam vitæ hujuſmodi ſententiis celerando: *Currite dum lucem habetis ut non tenebræ vos comprehendant.* Verumtamen hoſtis inſidiis antiqui infidelium corda *Judæorum* inter hæc omnia obduraverunt, ut ipſum mediatorem Dei & hominum poſt illata probra & flagella cruci adfigere animo non metuerint cæcato. Qui tamen corpus animatum tertia die incorruptibile victor reſumpſit, & immortale, diſcipuliſque palpandum clauſis exhibuit januis, quadraginta inter eos, crebrius illis apparendo, converſatus ymeras, illiſque adſtantibus & intuentibus die quadrageſima cœli petiit habitacula, collocans ſecum noſtræ carnis ſubſtantiam in paterna dextera throni, angelis hæc verba apoſtolis pronunciantibus. *Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.* De quo adventus ſui die ita ipſe prophetavit, *Dies*, inquit, *ille, dies iræ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tribulationis & an-*

“ *guſtiæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis, dies tubæ & clangoris.*

“ Tanti ſiquidem formidine diei attactus, & tam diſtricto judici placere geſtiens, Ego *Æthelred* Rex *Anglorum*, offero ipſi domino noſtro Jeſu Chriſto, libertatem monaſterii cujuſdam vulgari uſu aet Byrtun appellati, ut ſit ſemper cum omnibus quæ ſibi ſubjacent villulis, prædiis, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquarum decurſibus, piſcationum hoſtiis & cunctis neceſſitatis humanæ utenſilibus, æterna ſecuritate liberrimum, ut illud nobilis progeniei miniſter *Wlfricus* extruxit & collegio inſtituit monachico, dominium loci & in eo habitantium, meæ regali committens dominationi. Habeatq; abbas vocabulo *Wlfgeat* qui ad hoc ordinatus eſt primus, liberam facultatem interiùs exteriuſq; ſub mea ditione illud gubernandi poſt poſito cujuſlibet alterius hominis dominio.

“ Hæc verò libertas hujus privilegii annotatione ideo roboratur, quatinus in ipſo loco ejuſdem quo prædiximus ordinis familia jugiter regulari more ſub abbate tunc ſibi prælato juxta S. militans *Benedicti* adgregetur, ſpeſq; præſcripti miniſtri qui hoc Chriſto contulit monaſteriũ, per puram in ipſo habitantium converſationem, ſanctamq; eorum interceſſionem ad cœleſtium remunerationem erigatur divitiarum. Verum ſi quiſpiam altioris inferioriſve perſonæ hunc locũ devaſtare, vel quicquã ex eo abſtrahere ſeu minuere aut in ſervitutem ſtuduerit redigere, tribus tantummodo exceptis, expeditione ſcilicet, arcis pontiſve conſtructione, ſciat ſe à cœleſti alienigenari gloria, & gehennalia ſubire tormẽta, ubi vermis eſt non moriens & ignis indeficiens dentiumq; ſtridor intolerabilis, ni citiùs â ſua recipiſcat pravitate. E contrario, ſi quis hoc donum quod Chriſto offertur augmentare voluerit, noverit cœleſtia ſe recipere præmia, ubi Chriſtus omnia in omnibus, dies ſine nocte, lux indeficiens, claritas ſempiterna, vita perpetua, gloria ineffabilis gaudium ſine fine.

“ Hæc ſunt nomina villarum quæ præfatus miniſter ipſi ſancto devotiſſimè ſubegit monaſterio.

Ærest Byrtune þe ꝥ mynster on stent. ⁊ Strætun. ⁊ Bromleage. ⁊ Bedintun. ⁊ Gageleage. ⁊ ƿitestun. ⁊ Laganforde. ⁊ Styrcleage. ⁊ Niƿantun æt ðære ƿic. ⁊ ƿædedun. ⁊ oþer Niƿantun. ⁊ ƿineshylle. ⁊ Suþtun. ⁊ Ticenhealle. ⁊ þæt æt Scenctune. ⁊ ꝥ æt Halen. ⁊ Remesleage. ⁊ ðæt æt Scipleia. ⁊ ðæt æt Suþtune. ⁊ ꝥ æt Actune tƿegra manna dæg ealsƿa ða foreƿard sƿreocaþ. ⁊ ꝥ æt Orlafestune. ⁊ Lege mid eallon ðam ðe ðærto hyrþ. Hilum ⁊ Acofre mid eallon ða ðe ðar in to hyrþ. ⁊ Brægdeshealе. ⁊ Mortun. ⁊ eal seo socna ðe ðærto hereþ. ⁊ ƿilles leage. ⁊ Taþa ƿillan. ⁊ Æppelby. ⁊ þæt æt Burhtune. ⁊ æt ƿestune. ⁊ ðæt æt ƿitgestane. ⁊ ꝥ æt Scearnforda. ⁊ ꝥ æt Ealdesƿyrþe. ⁊ ðæt æt Ælfredincgtune. ⁊ þæt æt ƿaddune. ⁊ ꝥ æt Snodesƿic. ⁊ þæt æt ƿynnefeld. ⁊ ꝥ æt Oggedestune forþ in mid Mortune. ⁊ ꝥ æt Hereburgebyrig. ⁊ ðæt æt Eccleshale. ⁊ ꝥ æt Suþtune. ⁊ ꝥ æt Morlege ⁊

“ Scripta ſiquidem eſt hujus libertas privilegii anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Miiij. indictione ij. horum teſtimonio ſapientum, quorum nomina inferiùs annotata cernuntur. 1006.

“ Ego Æþelred Rex *Anglorum* hoc donum perpetuâ ditavi libertate. Ego Æþelstan filius regis. Ego Ecgbryht filius regis. Ego Ædmund filius regis. Ego Ædwig filius regis. Ego Eadgar filius regis.

“ Ego Ælfric archiepiſcopus compoſui.
“ Ego ƿulfstan archiepiſcopus concluſi.
“ Ego Ælfheah epiſcopus conſignavi.
“ Ego Ælfhun epiſcopus conſenſi.
“ Ego Lyuuing epiſcopus condixi.
“ Ego Æþelric epiſcopus confirmavi.
“ Ego Ælfhelm epiſcopus corroboravi.
“ Ego Ordbryht epiſcopus aſſenſi.
“ Ego Godƿine epiſcopus adquievi.
“ Ego Ælfgar epiſcopus adunavi.
“ Ego Godƿine epiſcopus affirmavi.
“ Ego Sigeferþ epiſcopus auxiliatus ſum.
“ Ego Ælƿeardus abbas Ego ƿulfheah miniſter.
“ Ego Ælfsinus abbas. Ego ƿulfstan miniſter.
“ Ego ƿulfgarus abbas. Ego Styr miniſter.
“ Ego Keanulfus abbas. Ego Morkare min.
“ Ego Ælfsinus abbas. Ego Fræna miniſter.
“ Ego Germanus abb. Ego Æþelric miniſter.
“ Ego Godemannus ab. Ego Æþelmer miniſter
“ Ego ƿulfricus abbas. Ego Ælfgar miniſter.
“ Ego Leofricus abbas. Ego Æþelƿold min.
“ Ego Byrhtƿoldus abb. Ego Ulfcytel min.
“ Ego Eadred abbas. Ego Eadric miniſter.
“ Ego Æmer abbas. Ego Godƿine miniſter.
“ Ego Ælfric dux. Ego Æþelƿeard min.
“ Ego Ælfhelm dux. Ego Ælfgar miniſter.
“ Ego Leofƿine dux. Ego Lefƿine miniſter.
“ Ego Æþelmer min. Ego Byrhthere min.
“ Ego Ordulf miniſter. Ego Lefƿine miniſter.
“ Ego ƿulfgeat min. Ego Ælmer miniſter.

Bulla *Lucii* papæ tertii.

LUcius *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Ricardo *abbati monaſterii de* Burthonia, *ejuſque fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis, imperpetuum. Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, ut & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter, dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus vehementer annuimus, & præfatum monaſterium de* Burthonia, *in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio, communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus qui ſecundùm domini & beati* Benedicti *regulam in eodem monaſterio noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea, quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, idem monaſterium inpræſentiarum juſte & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus* Ib. ſo. 7. a.

ceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipſum in quo idem monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis: villam de Burthonia *cum eccleſia & omnibus appendiciis ſuis: villam de* **Branteſton**, **Sobenhal**, *terram de* **Tatenhille**, **Horniglawe**, **Straton**, **Withmere**, **Anſevelega**; *villam de* **Wineſhull**. **Berſicote**, **Tichenhale**; *villam de* **Stapenhulle**, **Appelby**, **Aldulfeſtre**, **Caldewell**; *terram de* **Wulfricheſton**; *villam de* **Pilatehale**; *villam de* **Witeſtone**; *villam de* **Derlaveſton**, *cum omnibus pertinentiis ſuis*; *villam de* Bromlega, *cum eccleſia & omnibus pertinentiis ſuis*; *villam de* Felda, *& villam de* Lega, *cum eccleſia & omnibus pertinentiis ſuis, ex dono* Wulfrici Spotti *veſtræ eccleſiæ fundatoris.*

Ex donatione bonæ memoriæ Willielmi *regis* Angliæ, *villam de* Offra *cum eccleſia & omnibus pertinentiis ſuis: villam de parva* Offra *cum capella:* Findernam *cum capella:* **Pothlac** *cum capella: villam de* Wilentona *cum eccleſia: eccleſiam ſanctæ* Mariæ *de* Derbeya *cum duobus molendinis, & terram in eadem villa: terram de* Henofra. *Ex donatione quoque prædicti* Wulfrici Spotti, **Plum** *cum eccleſia & omnibus appendiciis ſuis:* Acofram *cum capella:* **Catheſturne** *& capellam de* Blora *cum pertinentiis ſuis: capellam de* Grendona *cum pertinentiis ſuis: capellam de* Calfdona, *capellam de* Scona *cum tota decima: decimam de* Lintona *de terra illa quæ pertinet ad feudum de* Caldewella *cum tota decima; totam etiam decimam de* Truelega, *decimam de* **Poſſidene**, *decimam de* **Waterfale**, *de parte illa quæ vocatur* **Haſelbache**, *cum tertia garba de alia parte. Terram quam habetis in* Staffordia, *decimam de* Neutuna, *terram de* Hamtona, *eccleſiam de* **Stapehull** *cum omnibus pertinentiis ſuis, decimam videlicet de* **Drachelawe** *cum capella, capellam de* **Heſcote** *cum tota decima, capellam de* Nova-aula *cum tota decima, & totam decimam de* Stantona.

Sanè novalium veſtrorum quæ propriis manibus vel ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus â vobis decimas extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos è ſeculo fugientes liberos & abſolutos ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit de ipſo abſque abbatis ſui licentia, niſi arctioris religionis obtentu, diſcedere. Diſcedentem verò ſine communium literarum cautione nullus audeat retinere. In parochialibus verò eccleſiis quas habet, iſlicet vobis clericos vel ſacerdotes eligere, & dioceſano epiſcopo preſentare, quibus ſi idonei fuerint, epiſcopus curam animarum committat, & ei de ſpiritualibus, vobis autem de temporalibus, debeant reſpondere. Criſma quoque, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, à dioceſano epiſcopo vobis ſine pravitate aliqua præcipimus exhiberi. Cum autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſubpreſſa voce, divina officia celebrare. Sepulturam præterea ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia illarum eccleſiarum quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Prohibemus etiam, ut nullus archiepiſcopus, vel epiſcopus, aut eorum officialis, in vos vel eccliſiam veſtram excommunicationis vel ſuſpenſionis aut interdicti, ſententiam ſine manifeſta & rationabili cauſa promulgare præſumat, vel novas aut indebitas exactiones imponat. Libertates inſuper, & immunitates, ac rationabiles conſuetudines in eccleſia veſtra hactenus obſervatas ratas habemus, eaſq; futuris temporibus illibatas volumus permanere.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ autoritate & dioceſani epiſcopi canonica juſtitia. Si quæ igitur in futurum, eccleſiaſtica ſeculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examinè diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Ego Johannes *presbyter cardinalis tituli ſancti* Marci *ſubſcribo* (&c.) *Data* Veronæ *per manum* Hugonis *ſanctæ* Romanæ *eccleſiæ notarii, iij. Non. Septembris, indictione iij. incarnationis dominicæ anno MClxxxv. pontificatus verò domini* Lucii *papæ iij. anno quarto.*

Hiſtoria fundatoris & Abbatum.

Illuſtris & præpotens conſul ac comes *Merciorum*, Dominus *Wulfricus Spott*, regali propinquus proſapiæ, abbatem *Wulfgetum* & monachos à *Wintonia*, in monaſterium ſuum de **Burton** ſuper **Trent**, quod cunctis commodis copioſè condidit, primitùs induxit, anno Domini Milleſimo quarto, & regni *Ethe ldredi* xxv. In cujus clauſtro chariſſima ejus conjux domina *Elſwitha* ſub arcu lapideo juxta hoſtium eccleſiæ inferioris venerabiliter eſt tumulata cujus, ſolamen ſemper cœlo fiat. *Amen.* Ipſe verò ſexto anno ſequenti, apud **Gipiſwich** à *Danis*, in bello letaliter contuſus, die lunæ xj. kal. Novembris anno Domini M.x. & regni *Etheldredi* prædicti xxxj. feliciter migravit ad dominum, & in clauſtro monaſterii ſui antedicti, ſub arcu lapideo juxta hoſtium eccleſiæ ſuperioris, honorificè eſt tumulatus, fratre ſuo duce *Alwino*, & comite *Morkero*, ceteriſque cognatis ejus & amicis largas terrarum tribuentibus poſſeſſiones. Quem Sanctorum ſolamen ſemper lætificet *Amen.*

Ex Chronicis abbatum *Burton.* penes *Will.* dominum *Paget.* an. dom. 1640.

Chriſti millenis tranſactis quatuor annis ,
Eſt fundata domus Burtoniæ, cui quoq; patronus
Spot Wulfricus *erat, ſi quis de nomine quærat.*

1. W*Vlfgetus* monachus *Wintoniæ* , ſicut ſupradictum eſt, prædicti monaſterii de **Burton** ſuper **Trent** primus abbas factus eſt, anno Domini Mliij. & regni prædicti regis *Etheldredi* xxv.& præfuit monaſterio xxij. annis, temporibus prædicti *Etheldredi*, *Edmundi*, & *Canuti* regum *Angliæ*, & obiit die Jovis xij. kal. Maii anno Domini Mxxvj. & regni *Canuti* prædicti x. Prædictus verò *Wulfgetus* adquiſivit à rege *Etheldredo* villas de **Withmere** & de **Rolleſton** pro **Alleſworth** & **Alfordington**, quæ longè erant à monaſterio, pro xl. libris in auro & argento, ut patet per cartas de eiſdem.

2. *Britericus* mònachus *Wintoniæ* ſucceſſit prædicto *Wulfgeto*, & præfuit monaſterio xxiiij. annis, tempore *Canuti*, *Harauldi*, *Hardekanuti* & ſancti *Edwardi*, regum *Angliæ*, & obiit die ſabati xij. kal. Maii, anno Domini Ml. & dictus ſanctus dedit monaſterio de **Burton**, **Willington** cum eccleſia ejuſdem, & **Stappynhull** cum eccleſia ejuſdem.

3. *Leuricus* monachus *Wintoniæ* ſucceſſit dicto *Briterico*, & præfuit monaſterio xxxv. annis tempore S. *Edwardi* confeſſoris, *Haraldi* perjuri, & *Willielmi* primi regis *Angliæ*. Et obiit die lunæ viij. die idus Januarii anno Domini Mlxxxv. & dicti regis *Willielmi* xix. ſepultus quoque eſt. Hic ſpolavit feretrum ſanctæ *Modwenæ* quod ſatis precioſum erat , inſtinctu cujuſdam aurifabri ad alendum inopes, quia fames ægra fuit, de quo dominus ſumpſit vindictam, ut in miraculis dictæ virginis plenius continetur. Et anno ejus xviij. fuit conqueſtus *Angliæ*. Item hujus tempore dedit rex *Willielmus* prædicto monaſterio manerium de *Overa* cum ſuis pertinentiis: videlicet parva *Overa*, *Fynderna*, *Henovera*, **Potlac**. Item in **Derby** eccleſiam ſanctæ *Mariæ* cum ſuis pertinentiis, duas ſedes molendinorum videlicet **Cope-caſtelmyln** cum inſula ejuſdem, *le* **Schiriſmylne**, cum ceteris terris. Et xij. acras prati, cum ceteris conſuetudinibus in **Walwikſtrete** ibidem, in recompenſatione ceterarum terrarum quas abſtulit de prædicto monaſterio, ut habetur in libro de **Domuſdaie** apud *Wintoniam* & *Weſtmonaſterium*.

4. *Galfridus mala terra*, monachus *Wintoniæ* ſucceſſit dicto *Leverico*, & præfuit monaſterio x. annis, tempore *Willielmi* primi, & *Willielmi* ſecundi regum *Angliæ*. Hic propter diſſipationem terrarum ceterorumque bonorum monaſterii, inde expulſus eſt, anno Domini Mxciiij. & dicti regis *Willielmi* ſecundi ſeptimo. Hujus tempore idem rex *Willielmus Rufus* dedit monaſterio villas de **Coton & Cawldwall**, &c. ut habetur in libro de **Domuſdaie** apud *Wintoniam* & *Weſtmonaſterium*. Item hujus tempore, contigit illud grande miraculum, vel illa horrenda vindicta de duobus ruſticis de **Stapinhull**, apud **Drakelowe**, qui confugerunt ad *Rogerium Pictarium* comitem de **Drakelowe**, ut habetur in miraculis ſanctæ *Modwenæ* virginis; unde proceſſit illud vulgare dictum, **The Devill of Drakelow**.

5. *Nigellus*, monachus & ſacriſta *Wintoniæ*, ſucceſſit antedicto *Galfrido* , & præfuit monaſterio annis xxj. tempore *Willielmi* ſecundi & *Henrici* primi regum *Angliæ*, & obiit die ſabbati vj. nonas Maii, anno Domini MCxiiij. & dicti regis *Henrici* xiiij. Hujus tempore contigit illud miraculum, vel illa vindicta de cuſtode nemorum comitis *Totesburiæ* de amiſſione oculorum ejus. In noviſſimis diebus ejuſdem, inchoatum fuit novum opus in occidentali fine eccleſiæ.

6. *Galfridus*, monachus & prior *Wintoniæ* ſucceſſit prædicto *Nigello* , & præfuit monaſterio xxxvj. annis, tempore *Henrici* & *Stephani* regum *Angliæ*. Hic ceſſit ſequenti *Roberto* anno Domini MCl. & obiit die lunæ iiij. non. Auguſti anno ſequenti, videlicet anno Domini MClj. & dicti regis *Stephani* xvj. Hic dictavit vitam & miracula ſanctæ *Modwenæ* virginis , pro qua miſit in *Hiberniam*, ut habetur in prohemio ejuſdem. Item conſtruxit ſpecioſum campanile ſuper chorum coopertum plumbo diverſ.tot——ut habetur in miraculis dictæ virginis, in fine.

7. *Robertus*, monachus *Wintoniæ* ſucceſſit dicto *Galfrido*, & præfuit monaſterio ix. annis tempore antedicti *Stephani* & *Henrici* ſecundi filii imperatricis regis *Angliæ*. Hic propter alienationem poſſeſſionum & rerum monaſterii depoſitus & expulſus eſt de abbatia, anno Domini MClix. & dicti regis *Henrici* quinto. Iſte *Robertus* dedit villam de **Cotes** alias **Coton** cuidam vicecomiti de **Stafford**.

8. *Barnardus*, quondam monachus *Gloverniæ*, poſtea abbas de **Cerne**, unde receſſit propter magnas ejuſdem domus exordinationes, ſucceſſit antedicto *Roberto*, & præfuit monaſterio xvj. annis tempore *Henrici* ſecundi, & *Thomæ Cantuarienſis* archiepiſcopi, & obiit die martis iiij. kal. Feb. anno Domini MClxxv. & dicti regis *Henrici* xxj. Hic proſecutus eſt propter villam de **Cotes** ſive **Coton**, & recuperavit eam.

9. *Robertus* antedictus ſic antea expulſus iterum ſucceſſit prædicto *Barnardo*, & præfuit monaſterio uno anno & dimidio, conſenſu fratrum, tempore prædicti regis *Henrici* ſecundi, filii imperatricis, & obiit die veneris xv. kal. Decembris anno Domini MClxxvij. & dicti regis *Henrici* xxiij.

10. *Rogerus Malebraunch* , Prior *Malverniæ majoris*, ſucceſſit prædicto *Roberto*, & præfuit monaſterio iiij. annis & amplius, tempore *Henrici* ſecundi, & obiit die dominica ſecundo nonas Maii anno Domini MClxxxij. & dicti regis *Henrici* xxviij. Hic implacitavit *Stephanum Segrave* pro villa de **Coton** ſive **Cotis** qui ejecit eum inde, & adhuc pendet placitum, quia Rex inde ſeiſitur.

11. *Ricardus*, Prior de *Roſſa*, ſucceſſit dicto *Rogero*, & præfuit monaſterio ferè v. annis, tempore *Henrici* ſecundi, & obiit die veneris xiij. kal. Maii anno Domini MClxxxviij. & regis *Henrici* antedicti xxxiij.

12. *Nicholaus*, Prior *Abendoniæ*, ſucceſſit prædicto *Ricardo*, & præfuit monaſterio xij. annis tempore *Henrici* ſecundi & *Ricardi* primi, regum *Angliæ*, & obiit die jovis idus Decembris anno Domini MClxxxxvij. & dicti regis *Richardi* viij. ſepultuſque eſt ante altare ſanctæ *Modwenæ* vir-

ginis inter duos fratres. Hic fecit primum Burgum de **Burton**, videlicet villam & novum vicum de **Burton**. Item dimiſit coquinam conventui, & dedit ad pitanciam eidem, ut patet per cartas inde.

13. *Willielmus Melburne*, monachus de *Radingia*, ſucceſſit prædicto *Nicholao*, & præfuit monaſterio xvj. annis, tempore *Richardi* primi, & *Johannis* regum *Angliæ*, & obiit die Jovis viij. kal. Auguſti, anno Domini MCCx & anno regis *Johannis* xvj. Anno hujus primo facta erat revelatio Reliquiarum eccleſiæ *Burtonii*, ut patet in libro de eadem revelatione. Item hic burgum à magno ponte de **Burton** uſque ad novum pontem verſus **Horninglowe** fecit, & dedit burgenſibus cartam inde, & tenuit ibidem primò forum & feriam. Item dedit capellæ ſanctæ *Modwenæ* in *Anderſeya* xij. d. de burgagio *Roberti* de *Pecco*, quia *Galfridus* epiſcopus præcepit ei in dedicatione ejuſdem ut dotaret eam in aliquo. Item dedit coquinæ molendinum de **Siwardmore**, & cameræ xviij. s. de terra *Willielmi* de **Derby**, & xij. d. ad lampadem coram cruce, & x. s. ad obitum ſuum.

14. *Rogerus Normannus*, monachus de *Normannia*, ſucceſſit prædicto *Willielmo*, & præfuit monaſterio ferè duobus annis, tempore regis *Johannis* & *Henrici* tertii regis *Angliæ*, & obiit die lunæ xviij. kal. Octobris, anno Domini MCCxviij. & dicti regis *Henrici* anno primo. Hic dedit coquinæ virgatam terræ, quæ fuit *Johannis* de **Lane**.

15. *Nicholaus* de **Wallingford**, monachus & Prior *Burtonii* ſucceſſit antedicto *Rogero*, & præfuit monaſterio vj. annis, tempore *Henrici* tertii regis *Angliæ*; & obiit die Martis quarto kal. Auguſti anno Domini MCCxxij. & dicti regis *Henrici* vj. Hic dedit coquinæ unam virgatam terræ quæ fuit *Johannis Pikhull*, & decimam de **Horninglow**, & relaxavit ſervicium parochianorum in lapicidina, pro quodam annuo cenſu. Item fecit tenentibus totius parochiæ tam liberis quam nativis cartam de minutis decimis, pro quodam annuo reddit u.

16. *Ricardus* de *Inſula*, monachus & Prior ſancti *Edmundi*, ſucceſſit dicto *Nicholao*, & præfuit monaſterio vj. annis, tempore dicti regis *Henrici* tertii. Et poſtea electus eſt in abbatem ſancti *Edmundi*, anno Domini MCCxxix. & dicti regis *Henrici* xiiij. Iſte *Ricardus* fecit capellam ſancti *Edmundi* & donavit eidem certos redditus, & dedit eandem capellam Priori cū redditibus eiſdem. Item dedit coquinæ conventuali molendinum ſuperius contra **Stapinhull**, & de **Stretton** ſuper *Douſam*, &c. in permutatione cum camerario, & vj. s. viij. d. ad pitanciam in die obitus ſui, qui eſt iiij. kal. Septembris, & erat redditus dicti burgi ad abbatem pertinentis, (ut patet per rentale inde) xlv. s. viij. d.

17. *Laurencius*, monachus & coquinarius **Burton** ſucceſſit prædicto *Ricardo*, & præfuit monaſterio xxxij. annis, tempore *Henrici* tertii, & inſtallatus eſt in feſto tranſlationis ſanctæ *Modwenæ* virginis, & obiit die Mercurii ſexto nonas Julii, anno Domini MCClx. & dicti regis *Henrici* lxv. ſepultuſque eſt ſub arcu ſuperiùs inter altare martyrum & capellam ſanctæ *Mariæ* virginis. Hic dedit conventui molendinum de **Aldoveſtre** & vivarium in viridario ad recreationem infirmorum & elemoſinariæ illam domū lapideam juxta eccleſiam ad pauperes ſuſcipiendos & in die obitus ſui ad coquinam x. s. & ad vinum x. s. & ad pauperes x. s. & de granario abbatis ſingulis monachis ſingulos ſimnellos. Et hujus tempore inchoata fuit capella beatæ *Mariæ* virginis, & erant in conventu xxx. monachi. Item habuit placitum cum villanis de *le* **Hurſt** apud **Bromley**. Hujus tempore fuit redditum burgagium.

18. *Johannes Stafford*, monachus & Prior *Burtoniæ* ſucceſſit dicto *Laurencio*, & præfuit monaſterio xx. annis, tempore *Henrici* & *Edwardi* regum *Angliæ*. Et ceſſit die ſabbati xix. kal. Februarii anno Domini MCClxxx. & dicti regis *Edwardi* viij. & monachatus ſui lx. & obiit vij. kal. Martii, ſepultuſq; eſt in capella beatæ *Mariæ* ſub lapide marmoreo, ferè in medio ante altare. Et hoc eſt epitaphium ſepulchri ejuſdem;

> *Hic jacet abbas* Johannes *de* **Stafforde**,
> *cujus animæ propicietur Deus, & det vitam æternam.* Amen.

In hujus tempore Prior *Michael* fecit dictam capellam, qui ſimiliter jacet ibidem ſub marmore juxta altare, à ſiniſtris ejuſdem *Johannis* abbatis. Et hoc eſt epitaphium ejus ſcriptum gallicè;

> *Ici git daun* Michel *de* **Mercinton** *a ki*
> *alme Dieu face pardon & joye pardurablement li done Dieu omnipotent.* Amen.

Anglicè.

> **Here lyeth dawn** Michel of Merchinton, **to whose sole God make pardon, and joy everlasting to him give God almighty.** Amen.

Iſte *Johannes* fecit burgum de **Bradwate** *a le* **Brerelecroſſe**, **Hantaſie**, & **Andeſleyreſt**, & remiſit v. d. de tenemento quod *Willielmus Davy* tenuit, pro via amplianda ibidem verſus **Withtemore**, ubi priùs non erat niſi modica ſemita. Item dedit coquinæ conventuali piſcariam inter vadum de **Drakelowe** & molendinum ibidem, & contra terram de **Stretton**, & xl. s. de molendino de **Bromley**. Item fecit ſeldas in foro de **Burton**, & dedit eaſdem Elemoſinario, &c. Item habuit placitum cum villanis de *Overa* pro quo obligavit C. s. capellæ de **Hallowe**, &c. Hic quoque natus eſt in **Stretton**. Ex bonis parentum ſuorum fecit pontem ibidem ultra aquam de **Dowſe**, ideo vocatur *le* **Monksbridge**. Hujus tempore videlicet anno ipſius xj. fuit redditus burgi de *Burtona* vij. l. vj. s. j. d.

19. *Thomas Pakington*, monachus & Prior *Burtonenſis*, ſucceſſit dicto *Johanni*, & præfuit monaſterio ferè xxvj. annis, tempore *Edwardi* prædicti. Et obiit die Jovis kal. Octobris anno Domini MCCCv. & dicti regis *Edwardi* xxxiij. ſepultuſque eſt in medio ante ſummum altare ſub lapide marmoreo cum cruce, modo ligni frondoſi. Qui quidem lapis poſtea tranſlatus eſt in **Anderſeye** per *Thomam Feylde* abbatem, & jacet ſuper tumbam ſanctæ *Modwenæ* virginis. Hic

fecit burgum de *le* **Catteſtrete** per medium de **Siwarmore** uſque **Pikenelſtrete.** Et dedit coquinariæ tres acras prati ad molendinum ſuperius. Et anno ejus ſexto fuit maxima fames, ob quam fecit burgum prædictum. Et xvj. die Decembris anno ejus xij. quidam puer dictus *Willielmus Bonde* aſcendit trabes eccleſiæ ante ſummum altare cum quodam carpentario vocato *Roberto Helcote*; & hora veſpertina quando antiphona *ô ſapientia* incipiebatur, decidit in terram & expiravit. Et ſic ejus tempore facta fuit nova fabrica cancellæ eccleſiæ ſuperioris & conſummata. Et circa feſtum exaltationis ſanctæ crucis anno ejus xxiij. facta eſt diſſentio inter monaſterium de **Burton** & liberè tenentes de patria pro quodam foſſato facto circa nemus de **Winſhull.**

20. *Johannes Piſcator*, aliàs **Stapunhull**, monachus *Burton.* ſucceſſit dicto *Thomæ*, & præfuit monaſterio xj. annis, tempore *Edwardi* primi & *Edwardi* ſecundi, filii *Edwardi* regum *Angliæ*; & obiit die Jovis viij. kal. Julii anno Domini MCCCxvj. & dicti regis *Edwardi*, filii regis *Edwardi*, x. ſepultuſque eſt ſub lapide marmoreo ante ſummum altare à dextris *Thomæ* abbatis. Et hoc eſt epitaphium ejuſdem abbatis *Johannis* ſcriptum in parva cruce [-] & die Martis xviij. kal. Januarii anno ejus primo dedicatum fuit ſummum altare, & altaria de apoſtolis & martyribus. Iſte fecit ædificium longum juxta portas abbatiæ **& Helle**: Item ædificium inter campanile, & longum ædificium ſacriſtariæ & anno ejus tertio Dominica in craſtino poſt feſtum ſanctæ *Mariæ* frater *Robertus Longdon* monachus **Burton** factus eſt Prior *Tutteſburiæ* per dominum *Thomam* comitem *Lancaſtriæ*.

21. *Willielmus* de **Bromley**, monachus & cellerarius *Burtoniæ*, ſucceſſit dicto *Johanni*, & præfuit monaſterio xiij. annis, tempore *Edwardi* ſecundi & *Edwardi* tertii regum *Angliæ*, & obiit die Mercurii xj. kal. Julii anno Domini MCCCxxix. dicti regis *Edwardi* tertio, ſepultuſque eſt ſub lapide hiſpido ſive arenario ante ſummum altare à ſiniſtris *Thomæ* abbatis. Hic fecit magnam aulam juxta aquam de **le Flete**, & columbare in **le Polevert**, & magnum horreum in **le Bere** de **Stapenhull** per fratrem *Robertum Britebil* celerarium ejuſdem. Et dedit conventui longum illud ædificium juxta portas abbatiæ, & duo meſſuagia *Thomæ Ruſs*, & inſulas ultra molendinum ſuperius, & quinq; dies ad ſanguinis imminutionem à meridie diei ſabbati uſque ad veſperas feria quarta in loco illo circumfoſſato in parco de **Shapenhale**, cum augmentatione panis & cerviſiæ ultra ſolitum corrodium. Item anno ejus ſexto dominus *Thomas*, comes *Lancaſtriæ* removit à monaſterio die Mercurii ſexto idus Martii, Rege *Edwardo* ſuperveniente.

22. *Robertus Longdone*, Prior *Tutteſburiæ*, & prior monachus *Burtoniæ*, ſucceſſit prædicto *Willielmo*, & præfuit monaſterio xij. annis, tempore regis *Edwardi* tertii, & obiit die Mercurii iiij. kal. Martii, anno Domini 1340. & dictii regis *Edwardi* xiiij. ſepultuſq; eſt ſub arcu inter altare apoſtolorum & confeſſorum. Hic fecit capellam eandem confeſſorum cum voluta ejuſdem, & capitulum opere artificioſo, videlicet à fundo uſque ad medium in altitudine ejus. Iſte *Robertus* remiſit camerariæ unam marcam quam abbas habere conſueverat, & dedit ei vij. provenientes de decem burgagiis incluſis infra croftam coquinarii, in recompenſationem xix. s. quos abbas ei ſolvere conſueverat pro **le Hurſt** aſſignata per *Willielmum Melbourne* abbatem prædictum.

23. *Robertus Brikbull*, monachus & cellerarius *Burtoniæ* ſucceſſit dicto *Roberto*, & præfuit monaſterio viij. annis tempore *Edwardi* regis iij, & obiit idus Auguſti anno Domini MCCCxlviij. & dicti Regis *Edwardi* xxij. ſepultuſque eſt ſub lapide marmoreo in cancella ſuperiore in medio ante ſummum altare. Hic conſummavit capitulum opere artificioſo, & fecit magnam feneſtram ſupra ſummum altare, & magnum orrium, columbare, & cætera ædificia apud **Shopinhale** &c. Hujus etiam tempore frater *Robertus Stapenhull* fecit & dedit conventui molendinum fullonicum & duo ædificia, unum quondam *Rogeri* de *Parco*, & aliud quondam domini *Ricardi* de **Aſheburne** capellani. Qui quidem *Robertus* obiit die ſabati, & eſt ſub arcu inferiori juxta altare apoſtolorum & confeſſorum tumulatus.

24. *Johannes Ipſtoke*, monachus & elemoſinarius **Burton** ſucceſſit prædicto *Roberto*, & præfuit monaſterio xviij. annis tempore *Edwardi* tertii. Et obiit die lunæ 5. kal. Octobris anno Domini MCCClxvj. & dicti regis *Edwardi* xl. ſepultuſq; eſt ante ſummum altare à dextris prædicti *Roberti Brikbull* abbatis. Hic, dum eſſet elemoſinarius, fecit altum ædificium in foro, videlicet **Gareſſes**. Item fecit boreale latus eccleſiæ parochialis, depoſita prius ibidem quadam magna ſynagoga. Item fecit cameram parvam abbatis inter magnam aulam & exteriorem cameram ibidem. Et acquiſivit dimidium manerii de **Calwelle**. Item dedit conventui **le Belhouſe orchard**, & xx. s. de **Felde**, & addidit ad ſanguinis imminutionem duos dies & dimidium, & conceſſit ut habeant ſolatium hujuſmodi à ſabbato ad ſabbatum.

25. *Thomas Sowtham*, monachus **Burton**, capellanus abbatis ſucceſſit prædicto *Johanni*, & præfuit monaſterio xxxiiij. annis, tempore *Edwardi* tertii, *Ricardi* ſecundi, & *Henrici* quarti regum *Angliæ*. Et ceſſit ante feſtum omnium Sanctorum, anno Domini MCCCC. & dicti regis *Henrici* ſecundo. Et obiit 3. idus Aprilis, ſepultuſq; eſt ſub lapide marmoreo in capella Martyrum. Hic acquiſivit terras & redditus ad cantariam ſuam & obitum ſuum. Item hujus tempore frater *Johannes Sudburie* ſacriſta fudit de novo tres magnas campanas in campanili inferiori. Item emit crucem argenteam cum tribus imaginibus, & calicem cum crucifixo in pede, ad ſummum altare. Item hujus tempore frater *Reginaldus Ibſtoke* acquiſivit redditus ad obitum ſuum, qui quidem jacet à dextris *Roberti Stapenhull* monachi.

26. *Johannes Sudburie*, monachus & ſacriſta *Burtoniæ*, ſucceſſit dicto *Thomæ*, & præfuit monaſterio xxiiij. annis, tempore *Henrici* quarti, quinti, & ſexti, regum *Angliæ*, & ceſſit die Martis xviij. die Januarii, anno Domini MCCCCxxiiij. & dicti regis *Henrici* ſecundo. Et obiit ſecundo idus Septembris xv. anno ſequenti, videlicet anno Domini MCCCCxxxix. Hic fuit bacca-

larius in jure canonico, ſepultuſque eſt in medio ante altare in capella confeſſorum ſub albo lapide. Hic appropriavit rectoriam de Alveſtre, conſenſu domini *Walteri Batill* rectoris. Hujus tempore frater *Ricardus Creyhton* ſacriſta, fecit opus lapideum cancellaturæ cum novo tecto eccleſiæ inferioris. Item frater *Johannes Babe*, Prior & ſacriſta fecit novum opus lapideum campanilis eccleſiæ ſuperioris, & nova ſtalla in choro, cum feretro novo ſanctæ *Modwena*, portiforium, & duos textus ejuſdem operis, & ſcripſit librum magnum & choro in juvenili * cum eſſet ſubſacriſta. Idem *Johannes Sudburie* adquiſivit terras & tenementa ad cantariam & obitum ſuum &c.

* Ita. MS.

27. ***Willielmus Mathew***, monachus & elemoſinarius *Burton* ſucceſſit prædicto *Johanni*, & præfuit monaſterio vj. annis, tempore regis *Henrici* ſexti, & ceſſit die Jovis idus Septembris in feſto exaltationis ſanctæ crucis anno Domini MCCCCxxx. & dicti regis *Henrici* viij. Et obiit ſexto idus Octobris proximò ſequentis, ſepultuſque eſt ſub lapide hiſpido ſive arenario in capella beatæ *Mariæ* ſupra gradum juxta ſedile in muro ibidem. Et anno ejus primo frater *Nicholaus Wardé* coquinarius fecit portas fluviales apud molendinum inferius. Et anno ejus ſecundo dominus *Johannes Babe* Prior obiit die Lunæ x. kal. Auguſti ſepultuſq; eſt ad capud in medio chori ſub lapide emplaſtro. Et vij. kal. Martii anno ejus quarto, die lunæ, dominica prima Quadrageſimæ, idem abbas poſuit primum lapidem auſtralis partis portarum abbatiæ. Et menſe Junii inchoatum fuit opus lapideum inter Andrewſepmeyda & *le* Horſeholme. Et anno ejus quinto, die Lunæ xv. kal. Martii inceptum fuit pavimentum altæ villæ, diruto cauſeto, ponendo gutteram in medio. Et die Lunæ xij. kal. Aprilis proximo ſequentis inceptum fuit cauſetum novi vici ante portas abbatiæ.

28. *Robertus Ousby*, monachus S. *Albani*, ſucceſſit prædicto *Willielmo* in feſto S. *Edmundi* regis & martyris, inſtinctu *Willielmi Heyworth*, *Coventriæ* & *Lichfeldii* epiſcopi, & præfuit monaſterio duobus annis, tempore regis *Henrici* ſexti, & ceſſit die ſabbati ix. kal. Februarii anno Domini MCCCCxxxij. & dicti regis *Henrici* xj. Hujus tempore iij. kal. martii, die Jovis Dominica prima Quadrageſimæ, anno ejus primo, poſitus eſt primus lapis novi clauſtri incipiendo ad angulum verſus elemoſinariam, & eodem anno conſummatum. Item die Mercurii ſecundo idus Septembris, eodem anno, inceptum fuit opus lapideum fontis in foro juxta *le* Garetts.

29. *Radulphus Henley* monachus Burton, ſucceſſit dicto *Roberto*, & præfuit monaſterio xxij. annis, tempore regis *Henrici* ſexti. Et ceſſit die lunæ vj. kal. Marcii anno Domini MCCCCliiij. & dicti regis *Henrici* xxxiij. ſepultuſque eſt in clauſtro in parte boreali ad dextram patris ſui. Hic depoſuit hiemalem aulam, & ſtabulum hoſpitum, & fecit alteram partem portæ abbatiæ verſus boream. Et hujus tempore conſummatum eſt campanile eccleſiæ inferioris, & campana in eo poſita. Et anno ejus ſeptimo, obiit *Johannes Sudburiæ* abbas. Et anno ejus xiiij. obiit dominus *Willielmus Heyworth*, *Coventriæ* & *Lichfeldiæ* epiſcopus iij. idus Martii anno Domini MCCCCxlvj. qui legavit huic monaſterio C. l. & ultra, videlicet, ad ædificationem clauſtri xl. l. & pro cappis xx. l. ij. pelves argenti, ij. candelabra, & magnum thuribulum de argento, & xl. marcas ad ædificationem ij. tenementorum in villa.

30. *Willielmus Bronſton*, monachus & cellerarius Burton, ſucceſſit prædicto *Radulpho* & præfuit monaſterio xviij. annis, tempore *Henrici* ſexti & *Edwardi* quarti regum *Angliæ*, & obiit ſeptimo die Martii, anno Domini MCCCClxxij. & regni regis *Edwardi* xj. ſepultuſque eſt honorificè in capella beatæ *Mariæ* ſub tumba de marmore. Hic adquiſivit à domino rege cartam de *les fraunches*, videlicet, quod abbas & conventus & ceteri tenentes de abbathia, ſint quieti ab omni vexatione vicecomitis *Staffordiæ*, ſive eorum ſatellitum, imperpetuum, ut patet per cartam inde. Item acquiſivit terras & redditus ad cantariam ſuam & ad obitum ſuum. Item acquiſivit redditus & dedit capellæ beatæ *Mariæ* ad ſuſtentationem cantatorum. Et dedit conventui ſex pecias argenteas & deauratas. Item miſſam de nomine *Jeſu* ſextis feriis celebrari inſtituit, ad quod continuandum redditus condonavit.

———*Abbatis geſſit qui hic requieſcit*
Willielmus nomine Branſton, *cui det Deus Amen.*
Felix, namque piæ laudes reparando Mariæ
Ille decem marcas———*procurat ad archas*
Expenſis propriis reddendas omnibus annis.
Ut miſſa matris ditet benedictio * *patris.*
Dat tres cantorum marcas utriuſque duorum,
Quatuor ex reliquis bis———*benè marcis.*
Dat pueris marcam ſic unicuique dat unam.
Hoc in propoſitum qui pervertit alienum
Dampnet eos merita patris maledictio ſumma.
Nunc [Cætera deſunt.]

* MS. patris.

31. *Thomas Feylde*, monachus Burton ſucceſſit prædicto *Willielmo*, & præfuit monaſterio xx. annis, tempore *Edwardi* quarti, *Ricardi* tercii & *Henrici* ſeptimi regum *Angliæ*, & obiit ſecundo die Julii, anno Domini MCCCCxciij. & dicti regis *Henrici* octavo, & in area ante tumbam ejus juxta hoſtium veſtibuli ſepelitur. Et anno ejus ſecundo cecidit memoratum campanile eccleſiæ ſuperioris, tectum eccleſiæ, voltas, muros, chorum quoque antedictum ſatis præcioſum & omnia ante ſe ad terram uſque proſternens. Et anno ſequenti, iſte *Thomas* fecit de novo tectum ejuſdem eccleſiæ, & muros reparavit, unam ex quatuor columnis juxta chorum, ſuperiorem ſcilicet, verſus aquilonem reædificavit, archam inter eccleſiam ſuperiorem & inferiorem compoſuit, & campanile ibidem inchoavit, ſummum altare erexit & gradus ibidem fecit. Ipſum quoque altare miro tabulatu ornavit. Capellam ſanctæ *Modwenæ* in *Anderſeya* depoſita veteri, à fundamentis, & magnam aulam in foro extruxit. Cameram abbatis & multa alia ædificia in monaſterio fecit. Item adquiſivit terras & redditus ad obitum ſuum.

32. *Willielmus Fleigh*, monachus & coquinarius Burton ſucceſſit prædicto *Thomæ*, & præfuit monaſterio ix. annis, tempore *Henrici* ſepti-

timi regis *Angliæ.* Et obiit in vigiliis pentecoſtes xiiij. die Maii anno Domini MDij. & dicti regis *Henrici* xviij. ſepultuſque eſt juxta finem chori verſus aquilonem, ſub lapide quaſi marmoreo. Fuit enim iſte vir innocens, ac ſuorū fratrum amator præcipuus; contemplativam namq; vitam magis quam activam elegit. Nec aliquid ab ipſo factitatum compertum habemus quod magnopere laudari aut reprehendi poſſit. Paſcua tamen monaſterii ſufficienter inſtauravit, & monaſterium in bono ſtatu dereliquit.

33. *Willielmus Beyne*, monachus & prior **Burton** ſucceſſit prædicto *Willielmo*, & præfuit monaſterio xxiij. annis, tempore *Henrici* ſeptimi & *Henrici* octavi regum *Angliæ*.

34. *Johannes Boſton* abbas.

35. *Richardus Eder* ultimus abbas *Burtoniæ*.

[Hactenus ex chronicis de **Burton**.]

Vide Vol. 2. p. 869. Col. 2.

ABBOTTESBURIENSE
cœnobium in agro Dorſetenſi *circa ann. Dom.* 1026. *fundatum**, *&* *S.* Petro *Apoſtolo dedicatum.*

[QUidam *Orcus**, vir ſuo tempore præpotens, & *Canuto Anglo Danorum* regi, eximiè charus, ſimul cum Heroina quadam, *Tola* nomine, conjuge ſua, *Rothomagi* in *Normannia* oriundâ, cœnobium iſtud fundavit. Quæ quidem *Tola* villam quandam, tunc **Piddle**, hodie verò **Tole-Piddle**, nuncupatam, in agro *Dorſetenſi* pretio emit, quam cum villis iſtis, **Abbotesbury**, **Porteſham**, **Helton**, & **Anstie**, vulgò nominatis, & in eodem agro ſitis, ipſa ſimul cum viro, cœnobio ſuo dono dedit. De cujus fundationis quam ita vocant chartâ, hæc (inter alia) olim excerpta : ——— *Et cum ea* (*Tola* ſcil.) *diu vixit* (idem *Orcus*) *non ſine ſpe, ſed ſine poſſibilitate procreandæ prolis.* Ubi etiam, de eccleſiaſtico loci officio hæc : ——— *Et eccleſiam raro ſervitio ibidem miniſtratam invenit ab uno presbytero ſuam uxorem habente.* Hæc autem ex relatione viri quidem cui credatur longè digniſſimi, domini *Johannis Strangewayes*, ordinis ſui, equeſtris ſcilicet, magni ſanè ornamenti, ac ædium iſtarum nunc domini nuper accepimus; unà cum duabus chartis, & quadam de tempore *Henrici* regis ejus nominis ſeptimi, membranâ, ſigillo abbatis & conventus *Abbotteſburienſis* communi roboratâ, *perpetuæ* quam ita nominarunt *Cantariæ* in eadem abbatia celebrandæ, progenitorum ſuorum quibuſdam, ob eorum in locum munificentiam ſingularem, gratitudinis ergo, pro more ſeculi, conceſſæ, & **Strangewayes Chantery** vulgariter nuncupatæ, formam ſatis prolixè deſcriptam continente. Chartæ verò, quas ex ipſiſſimis deſcripſimus autographis, nobis à nobiliſſimo equite, pro ſuâ erga nos humanitate & benevolentiâ, atq; operis illius promovendi & exornandi ſtudio, nuper, ut diximus, libentiſſimè tranſmiſſis, ſequuntur. Quarum utrâque, quæ notis his incluſa [ ] cum in autographis, ex nimia vetuſtate in illis locis laceris & lacunoſis, planè deſint, ne claudicent, noſtra qualis qualis ſupplevit conjectura.]

* *Reyner.* Apoſtolat. Benedictin. in *Angl.* tract. 2. ſect. 6. memb. 3.
* Eid. *Reynero, Orkingus*, quem *palatii regii Oeconomum* appellat.

Strangewayes Chantery.

Charta Canuti *regis*, *de* **Porteſhamme**, Orcio *miniſtro ſuo collato.*

MUndanis cladibus iſta erumpnoſa vita [tam var] iis, defectibus ita laceſcendo tabeſcit ac deficit, ut inmaturæ mortis occiduis caſibus, heu pro dolor ! quamplurimi æternum trahantur ad interitum. Sed n[obis cu]nctis elaborandum omnibus notis extat ſanè ſapientibus, ut ſpurcitias *Belial* evitantes, theoricæ vitæ amæniſſima conſequi mereamur contubern[ia. Quam o]brem ego *Cnut*, annuente ac favente Dei omnipotentis clementiâ, totius *Anglorum* baſileus, cæterarumque nationum in circuitu degentium regens atque [gubernans, q]uandam ruris particulam vij. ſcilicet terræ manſas, eo in loco ubi ruricolæ terræ illius nomen indidere **aet Porteſhamme**. meo miniſtro quem noti atque a[mici *Orcy* voc]itare ſolent, pro ejus amabili fidelitate libenti animo, libertate perpetuâ largitus ſum, quatinus ille habeat atque perpetualiter poſſideat quamdiu vita [e ſuum ſta]men * viguerit. Cumque diſſolutionem ſui corporis imminere cognoverit, cuicunq; ſibi libuerit hæredi jure hæreditario in æternam poſſeſſionem derelinqu[at. Sit autem] hæc prænominata villula libera, cum omnibus ad illam ritè pertinentibus, in campis ac paſcuis, pratis, aquarumq; curſibus, rebus tantummodo tribus excepti[s, expeditione] videlicet, pontis, arciſve recuperatione. Si autem tempore contigerit aliquo quempiam hominum aliquem antiquiorem librum contra iſtius libri libertatem produ[cere, irritum] conputetur, iſto per omnia in ſua ſtabilitate permanente atq; vigente. Si quis autem quod non optamus, noſtræ munificentiæ donum pervertere conamine ſ[uo præſumpſerit,] collegio privatus perpetuæ fœlicitatis, erumpnam hauriat atrociſſimæ calamitatis, mortis niſi ante terminum præſumptionem hanc temerariam legali [ſatisfactione] emendare ſtuduerit. ✠ His verò vocabulis divulgari videntur termini agrorum videlicet prædictorum. Æꞃeꞅꞇ oꝼ Mylebꞃoce on Cuceleꞅhylle. oꝼ Cuceleꞅ[hylle on Holun. oꝼ] Holun on Moꞇbeoꞃh. oꝼ Moꞇbeoꞃᵹe on þe ꞅꞇꞃæꞇ. oꝼ ðæꞃe ꞅꞇꞃæꞇ on ðone ealꝺan ƿæᵹ ðuꞃh ðone ᵹꞃaꝼ ⁊ ꞅƿa on ðone ꞅmalan ƿæþ oꝼeꞃ ða ꞅꞇꞃæꞇ on þone ealꝺan ƿeᵹ ⁊ ꞅƿa anꝺlanᵹ ƿeᵹeꞅ on Aꞇanᵹe [* .. . . b]eaꞃh. ⁊ ꞅƿa on æꞇ ꞅꞇealleꞅ beoꞃh. oꝼ ðam beoꞃᵹe Suþ on ða ealꝺan ƿale. ꞅƿa on coꞃꝼᵹeꞇeꞅ ƿeꞅꞇꞃan ꞇoꞇan *. oꝼ ðam ꞇoꞇan Suþ be ƿale on ðæꞃe ꝺicehyꞃnan. ⁊ ꞅƿa ƿeꞅꞇ be ꝺic on oþꞃe hyꞃnan. ꞅƿa Suþ be ꝺic on ðæꞃe mæꝺe hyꞃnan. ⁊ ðæꞃ ƿeꞅꞇ be ꝺic on oþꞃe mæꝺe hyꞃnan. ⁊ ꞅƿa Suþ anꝺlanᵹ ꝺic on halᵹan ƿyl. oꝼ halᵹan ƿylle ƿeꞅꞇ be ꝺic on ða clæꞇan lane. oꝼ ðæꞃe cleꞇan lane on myle bꞃoc aꝺun be ꞅꞇꞃeame eꞅꞇ oꝼ myle bꞃoce on cuceleꞅhylle ⁊

Id eſt. Primò à *Mylebroca* [amne à molendino fortè nominato]. ad *Cucelishyllam* [montem

* *For ſiramen.*

* Quædam hic fugerunt, ne conjecturâ quidem facilè revocanda.
* Forte, cotan.

tem ſic dictum :] à *Cucelishylla* ad cavernam : à caverna ad *Motbeorgam* [collem ſic dictum :] à *Motbeorga* ad vicum, à vico ad veterem viam, per lucum ; & ſic ad anguſtam ſemitam ultra vicum ad veterem viam ; & ſic in longum viæ ad *Atange*——————collem, & ſic ad ſtationis collem : à colle Auſtrum verſus ad veterem voraginem ſic ad *Corſgetis* tugurium : à tugurio Auſtrum verſùs ſecùs voraginem ad foſſæ angulum ; & ſic Occidentem verſùs per foſſam ad alterum angulum : ſic Auſtrum verſùs per foſſam ad prati angulum ; & ibi Occidentem verſùs per foſſam ad alterum prati angulum ; & ſic Auſtrum verſùs in longum foſſæ ad ſacrum fontem : à ſacro fonte Occidentem verſùs ſecus foſſam ad viculum argillaceum : à viculo argillaceo ad *Mylebrocam* per decurſum fluminis : iterum à *Mylebroca* ad *Cucelishillam*.

✠ Acta eſt autem hæc præſata donatio anno dominicæ incarnationis Mxxiiij. indictione vij. horum conſilio & teſtimonio, quorum nomina hic infra habentur. ✠ Ego *Cnut* Rex *Anglorum* almæ crucis ſignaculo hanc munificentiam conſignavi.

✠ Ego *Æthelnoth* archiepiſcopus.
✠ Ego *Ælfſie* epiſcopus.
✠ Ego *Byrhtwold* epiſcopus.
✠ Ego *Ælfmar* epiſcopus.
✠ Ego *Byrhtwi* epiſcopus.
✠ Ego *Godwine* dux.
✠ Ego *Eglaf* dux.
✠ Ego *Hacun* dux.
✠ Ego *Byrhtmer* abbas.
✠ Ego *Æthelwerd* abbas.
✠ Ego *Ethelwold* abbas.
✠ Ego *Ælfwi* abbas.
✠ Ego *Lyfing* abbas.
✠ Ego *Eadſie* preſbyter.
✠ Ego *Eadwold* preſbyter.
✠ Ego *Ælfwine* preſbyter.
✠ Ego *Thorth* miniſter.
✠ Ego *Agemund* miniſter.
✠ Ego *Thorth* miniſter.
✠ Ego *Leofwine* miniſter.
✠ Ego *Thurcylboga* miniſter.
✠ Ego *Karl* miniſter.
✠ Ego *Tovihwita* miniſter.
✠ Ego *Byrhſie* miniſter.
✠ Ego *Kartoca* miniſter.
✠ Ego *Tovireada* miniſter.
✠ Ego *Brothor* miniſter.
✠ Ego *Ælfget* miniſter.
✠ Ego *Bovi* miniſter.
✠ Ego *Thurgod* miniſter.
✠ Ego *Æthelmer* miniſter.
✠ Ego *Byrhtric* miniſter.
✠ Ego *Sigewerd* miniſter.
✠ Ego *Winhus* miniſter.
✠ Ego *Wulfnoth* miniſter.
✠ Ego *Thurſtan* miniſter.

[*A tergo hæc.*]

Ðis is ðæra VII. hida landboc to Porteshamme ðe Cnut kẏninge gebocode Orce his ðegne on ece ẏrfe ⁊

Id eſt.

Hic eſt ſeptem hidarum *Porteſhammenſium* codex, quas *Cantus* Rex ſcripto contulit *Orco* ejus miniſtro, jure hæreditario [*vel*, in æternam hæreditatem.]

De fraternitate (vulgò *gyldâ*) *apud* Abbotteſburiam *per* Orcium *inſtitutâ.*

✠ HEr cẏþ on ðisum ᵹeƿrite ꝥ Orcẏ hæfþ ᵹeᵹẏfen ða ᵹeᵹẏld healle and ðone stede æt Abbodesbẏrig gode to lofe and sancte Petre. and ðam gẏldscipe to agenne. on dæge. and æfter dæge him and his gebeddan to langsumum gemẏnde. se ðe þis awendan ƿẏle hæbbe him ƿiþ gode gemæne on ðam mi lan dome ⁊ Ðonne sẏndon ðis þa forƿard þe Orecẏ and þa geᵹẏldan æt Abbodesbẏrig gecoren habbaþ gode to lofe. and sancte Petre to ƿurþmẏnte. and heora saulum to þearfe ⁊ ꝥ is ærost þrẏm nihton ær Petres mæssan æt ælcan geᵹẏldan ænne peningc. oþþe an peningc ƿurþ ƿeaxes. loc hƿæþer mare neod sẏ into ðam mẏnstre and on mæsse æfen æt tƿam geᵹẏldum ænne bradne hlaf ƿell beseƿen and ƿell gesẏfled to urum gemænum ælmẏssan. and fif ƿucan ær Petres mæsse dæge sceote ælc geᵹẏlda ænne gẏldsester fulne clænes hƿætes. and ꝥ beo gelæst binnan tƿam dagum be þæs inganges ƿite. ꝥ sẏndon þrẏ sestras hƿætes. and se ƿudu beo gelæst binnan ðrẏm dagum æfter þam corn gesceote. æt ælcon ƿiht gegildan ane bẏrþene ƿudes. and tƿa æt þam ungẏldan. oþþe gẏlde ænne gẏld sester cornes ⁊ And se ðe brẏþene underfehþ. and ꝥ gecƿeme ne deþ beo he his inganges scẏldig. and ðær ne beo nan gẏfu. and se gẏlda þe oðerne misgret innan gẏlde on eornoste hige gebete he ꝥ be his ingange ƿiþ ealne geferrædene. ⁊ sẏþþan ƿiþ ðone man þe he mẏsgrette sƿa sƿa he hit findan mæge and gẏf he nele to bote gebugan. ðolige he ðære geferrædene. and ælcere oþre gẏldrædene ⁊ And se ðe ma manna inlæde. þonne he sceole buton ðæs stiƿerdes leafe and ðæra feormera gẏlde his ingang ⁊

And gẏf ænigum on urum geferrædene his forþ siþ getide sceote ælc gegẏlda ænne peningc æt þam lice for þære saule oþþe gẏlde be ðrẏg gẏldum. ⁊ gẏf ure ænig geuntrumod sẏ binnan sẏxtigu [in milan ðon] ne findon ƿe fẏftẏne men ꝥ hine gefeccon. ⁊ gẏf he forþfaren sẏ. XXX. ⁊ ða hine gebringon to ðære stoƿe þe he to gẏrnde on his life. ⁊ gẏf he on neaƿẏste forþfaren sẏ. ƿarnige man ðone stiƿerd. to hƿẏlcere stoƿe ꝥ lic sceole. ⁊ se stiƿerd ƿarnige sẏþþan þa geᵹẏldan sƿa fela sƿa he mæge mæst to geridan oþþe to gesendan. ꝥ hi ðær to cumon. ⁊ ꝥ lic ƿurþlice bestandan ⁊ to mẏnstre ferian. ⁊ for ðære saule georne gebiddan. ꝥ bẏþ rihtlice gecƿeden gẏldrædene ꝥ ƿe þus don. ⁊ hit gerisþ ꝥ ƿell ægþer ge for gode ge for ƿorolde: forþanþe ƿe nyton hƿylc ure hraþost forþfæarþ. ðonne ᵹelyfe ƿe þurh ᵹodes fultume ꝥ us fremiᵹe eallon þas forƿord ᵹecƿeden on ær. ᵹyf ƿe hit rihtlice healdaþ ⁊

Uton biddan ᵹod ælmihtiᵹne ᵹeorne mid inƿeardre heortan ꝥ he us miltsiᵹe. ⁊ eac sƿa his halᵹan apostol sancte Petre ꝥ he us ᵹeþinᵹiᵹe ⁊ urne ƿeᵹ ᵹerýme to ecere reste. forþan ðe ƿe for his lufon þis ᵹeᵹýld ᵹeᵹaderodon. he hæfþ ðone anƿeald on heofenum ꝥ he mot lætan into heofenon ðone ðe he ƿýle. ⁊ forƿirnan ðam þe he nele. sƿa sƿa Christ sýlf cƿæþ to him on his ᵹodspelle ⁊ Petrus ic betæce ðe heofenon rices cæᵹe. and sƿa hƿæt sƿa ðu ƿýlt habban ᵹebunden ofer eorþan ꝥ býþ ᵹebunden on heofenum. and sƿa hƿæt sƿa ðu ƿýlt habban unbunden ofer eorþan ꝥ býþ unbunden on heofenum. Uton habban hýht ⁊ hopan to him. ꝥ he us ƿerite. a her on ƿorulde. ⁊ æfter forþsiþe ure saƿla ᵹehelpe he us ᵹobrinᵹe on ecere reste. Amen ⁊

Idem Latinè redditum.

HIC innoteſcat ex hoc ſcripto, quod *Orcyus* dedit [vel dedicavit] ſodalitii aulam & locum apud *Abbodesberiam* ad laudem Dei, & S. *Petri* & fraternitatis, [à ſeipſo] dum vixerit poſſidenda; & poſtea in perpetuam ſui & uxoris ſuæ memoriam; qui hoc averterit, inter Deum ſit & ipſum [rationem ſcil. ſuper eo Deo reddat] in magno [vel generali] judicio. Hoc autem eſt pactum quod *Orcyus* & contubernales apud *Abbodesberiam* elegerunt [i. fecerunt] ad laudem Dei, & ad honorem ſancti *Petri* atq; ad animarum ſuarum opus [utilitatem ſc. vel ſubſidium.] Id eſt, imprimis, tertia ante *Petri* miſſam [i. feſtum] nocte, ſodalium unuſquiſque unum denarium, ſive ceræ quantitatem æquivalentem, utrum horum magis expediat monaſterio conferat: Et in vigilia feſti duo ſodales [pendant] unum panem amplum, bene paratum, & bene cribratum, ad noſtram communem eleemoſynam. Et hebdomadâ ante *Petri* miſſæ diem [vel feſtum] quintâ, contribuat ſodalium quiſq; unum ſextarium contubernalem [dictum] frumento puto plenum, & perſolvatur id intra biduum, ſub ingreſſus mulctâ [non ſolventibus irrogandâ: mulcta fortè ſummâ vel ſymbolam à quolibet in ſodalitium admiſſo introitus nomine, ſolvendam æquivalente:] trium ſcilicet frumenti ſextariorum. Et lignum perſolvatur [i. inferatur] intra triduum poſt illam tritici collationem: unuſquiſque [ſcilicet] verus ſodalis unum (inferat) ligni onus, & non ſodales [in fratrum album ſcil. tanquam contributarii, licet fortè indigenæ, & fratribus cohabitantes, nondum relati] duo: ſin minus unum reddant tritici ſextarium [illum] contubernalem [dictum.] Et qui onus ſuſceperit, illud autem, uti par erit, non præſtiterit, ſit introitus ſui reus [mulctam ſcil. incurrat, ſummam vel ſymbolam, introitus nomine, ſolutam, æquivalentem] ſine ulla indulgentia. Porrò ſodalis qui alium intra contubernium deditâ operâ malè tractaverit, ingreſſu ſuo id redimat [vel compenſet, mulctam ſcil. de quâ ſupra, pendendo] apud univerſam ſocietatem, & poſtea apud illum quem malè tractaverit, prout poterit. Et ſi compenſare recuſaverit, ſodalitio mulctetur [i. expellatur] nec alterius cujuſcunque contubernii capax ſit. Plures autem (quàm par erit) qui introduxerit homines abſq; diſpenſatoris & obſonatorum licentiâ; introitu ſuo mulctetur [mulctam ſcil. de qua ſupra, ſolvendo.]

Et ſi noſtræ fraternitatis mortem quis obierit, defuncto conferat unuſquiſque ſocius denarium pro ejus animâ, [vel, in animæ defuncti remedium:] aut in triplum mulctetur. Et ſi noſtrum quis infirmetur intra ſexaginta abhinc milliaria, inveniamus [i. congregemus] quindecim viros qui eum abducant: ſi autem deceſſerit xxx. qui ad locum illum quem ipſe vivens deſideraverit, eum deferant. Si verò in vicinia deceſſerit, notificetur diſpenſatori quem ad locum corpus pertinet; diſpenſator autem poſtea tot ſodalibus quot, vel ad eos equitando vel mittendo omnino poterit notificet, hoc fine, ut eò ſe conferant, & corpori honorabiliter aſſiſtant, atque ad cœnobium deferant, ac pro anima [defuncti] ſedulò orent. Id meritò vocetur ſodalicium, ſi ita faciemus, & bene conveniet, tùm Dei tùm mundi intuitu, quoniam neſcimus quis noſtrum moriatur primus. Credimus autem, Dei auxilio freti nobis omnibus hoc pactum antedictum, id ſi rectè obſervemus profuturum.

Deum omnipotentem oremus ſedulò, intimo corde, ut noſtri miſereatur, & ſimiliter apoſtolum ejus ſanctum *Petrum*, ut pro nobis intercedat, & viam noſtram ad requiem æternam ampliet [vel, aperiat.] Amoris enim ejus intuitu hoc ſodalitium congregavimus [i. inſtituimus.] Ipſe [ſiquidem] poteſtatem habet in cœlo, ut in cœlum admittere poſſit quos voluerit, & repellere quos [ingredi] noluerit, ſicut Chriſtus ipſe dixit ei in Evangelio. *Petre, tibi regni cœlorum clavem trado, & quicquid tu ligari velis in terra, id ligabitur in cœlo; & quicquid tu ſolvi velis in terra, id ſolvetur in cœlo.* Confidamus & ſperemus in eo, ut nos, hoc in mundo, ſemper cuſtodiat, & poſt animarum noſtrarum exceſſum, auxilium nobis ferat in requie æterna. *Amen.*

[Præter hæc, monumenta quidem haud vulgaria, ſuperiùs exhibita, pauca alia à nobis, ſaltem ad præſens expectanda: quandoquidem veterem cœnobii librum mſ. (Regiſtrum vulgò vocant) in quem & fundationis hiſtoria, & donationum omnium tabulæ, cæteraq; loci monumenta literaria, ſuperioris ævi curâ, relata fuerant, ab eodem equite ornatiſſimo, ejus domino, in nupera rerum *Anglicarum* adeo funeſtâ, verè ſceleſtâ commotione, aut ſubleſta manu ſurreptum, aut hoſtium igne conſumptum, magno cum ſuo ipſius & rei antiquæ diſpendio, periiſſe juſtè doleamus.]

Abbotesbury.

ORcus, œconomus *Canuti* regis, expulſis canonicis ſecularibus, introduxit monachos, Sepultus eſt ibidem cum *Thola* conjuge.

Lelandi collectan. vol. 3. pag. 254.

Charta Edwardi *regis, confeſſoris dicti.*

REx archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam celebris memoriæ domi-

Chartæ 8 *Ed.* 2. nu. 5.

nus *Edwardus*, quondam Rex *Angliæ*, progenitor noſter fecit in hæc verba. ✠ Eadƿard Kinge gret Alfƿold B. ⁊ Harold eorl. and Alfred scyrgereuan and ealle mine þegenes on Dorsætan freondlice. ⁊ ic ciþe eow. ꝥ Urk min huskarl habbe his strand eall forne gen hys a de * land.ofer eal wel ⁊ freolice. upp of sæ. ⁊ ut on sæ. ⁊ eall ꝥ to his strande gedryuen hys be minum fullan bebode ⁊

*F. age.

Id eſt.

✠ *Edwardus* rex, ſalutem dico *Alfwoldo* epiſcopo, & *Haroldo* comiti, & *Alfredo* vicecomiti, & omnibus meis *Dorſetenſis* pagi miniſtris, amicè. Et vobis notum facio, quod *Vrkus* famulus meus domeſticus, habeat littus per univerſum fundum ſuum ubique, benè & liberè, tam ad mare, quàm extra mare, cum omnibus ad idem littus naufragio delatis, meo pleno mandato.

Alia ejuſdem regis charta.

Ibid. INſpeximus etiam quandam aliam cartam quam præfatus *Edwardus* fecit in hæc verba. ✠ Eadƿard Kyng gret Hereman B. ⁊ Harold eorl. ⁊ ealle mine ðegenas on Dorsætan freondlice. ⁊ ic cyþe eow ꝥ hit is min fulla unna ꝥ Tole min man Urces lafe ꝥ heo becƿeþe hire land ⁊ ehta into sancte Petre æt Abbodesbyrig sƿa hire leofest sy be minan fullan geleafan. sƿa full ⁊ sƿa forþ sƿa ða foreƿirda ær geƿorhte ƿæran ꝥ hit sceolde æfter heora begra dage hire ⁊ Urkes hire hlafordes for heora saule gan into ðam haligan mynstre ⁊ Nu ƿille ic ꝥ heora cƿide stande sƿa sƿa hit geforeƿird ƿes on godre manna geƿitnesse ðe ðar ƿid ƿeran. ⁊ ic ƿille ꝥ sƿilc freols beo into ðam mynstre sƿilce is into elcan oþre þær ðe best is on eallan þingan. ⁊ ic me sylf ƿille beon gehealð ⁊ mund þer ofer. ⁊ ofer þa are þe ðar into hirþ. ⁊ ic nelle nanan menn geþafian ðe ðar geutige ænig ðæra ðinga ðæs ðe hig ðider inn gedon habbaþ ⁊

Id eſt.

✠ *Edwardus* rex, ſalutem dicit *Hermanno* epiſcopo, *Haroldo* comiti, & omnibus ſuis agri *Dorſetenſis* miniſtris, amicè. Notum vobis facio, quòd *Tola* famuli mei *Vrci* vidua, legare [*vel*, donare] poſſit fundum ſuum atque bona [*cœnobio*] S. *Petri* de *Abbotesburia*, eo quo ſibi magis placuerit modo, plenâ meâ cum licentiâ; tam plenè & eatenus omnino ſicut eorum erat pactum antea factum; quod [*videlicet*] poſt eorum obitum [ſuum *ſcil.* & *Vrci* domini ſui *] ad ſanctum tranſirent illa cœnobium. Volo autem ut eorum inſtitutum ſtet [*vel*, valeat] modo & formâ quibus antea inter eos coram probis hominibus in teſtimonium adhibitis pactum fuit. Volo etiam ut idem cœnobium eiſdem omnino gaudeat libertatibus, ac aliud quodcunque cujus optimus eſt ſtatus. Egomet etiam cuſtos ero & protector ejus, omniumque rerum eò ſpectantium: nec ut aliquis inde abſtrahat quod illud contulerunt, permittam.

*l. viri.

Charta Gulielmi *regis*, *Conqueſtoris dicti.*

Ibid. INſpeximus etiam chartam quam celebris memoriæ dominus *Willielmus*, quondam Rex *Angliæ*, progenitor noſter, fecit abbati & conventui de **Abbodesbury** in hæc verba. ƿillelm Kyng gret Hereman biscop ⁊ Brihtƿi ⁊ Sceƿine ⁊ ealle mine ðegenas on Dorsæton freondlice. ⁊ ic cyþe eow ðæt se abbod æt Abbodesbyrg. ⁊ ða gebroþra. ⁊ ða land. ⁊ ða men. ⁊ ælc ðara ðinga ðæt ðe hyrþ in to sancte Petres mynstre to Abbodesbirig ðæt hit ys eall on minre munde ⁊ on minan fullan gehealde under god. sƿa full ⁊ sƿa forþ sƿa hit ðeder in furþ. Orc leg on Eadƿardes dæge kynges mines meges. ⁊ ic geann him ðæt he beo ƿirþe hys sace ⁊ his socne binnan porte ⁊ butan ⁊ tolles ⁊ teames ⁊ infanggenes ðeofes. ⁊ ic nelle nanum men geþafian ðæt him æt ænigon ðingon misbeode: god eow gehealde.

Willielmus rex ſalutem; dico *Hermanno* epiſcopo, & *Britbwio*, & *Scewino*, & omnibus miniſtris meis *Dorſetenſibus*, amicè. Et notum vobis facio, abbatem *Abbotesburienſem*, & fratres, & terras, & homines, & omnia ad cœnobium S. *Petri Abbotesburienſis* pertinentia, meâ omnino ſub Deo gaudere protectione & plenâ cuſtodiâ, adeo plenè & amplè ac ab *Orco*, tempore regis *Edwardi* cognati mei, eò fuerint collata. Eidem etiam [*abbati ſcil.*] concedo ut habeat libertates, *ſaca* & *ſoca* [*dictas*] intra portus & extra, **tol** inſuper & **theam**, & **infangentheiſe**; nec alicui permittam, ut ei in aliquo injuriam faciat. Valete.

Inquiſitio de prædiis, privilegiis, & redditibus *Abbottesburienſis* cœnobii.

Eſcheat. 53 *Hen.* 3. nu. 40. *Dorſet.*

INquiſitio *facta coram* Johanne le Moyne, *domini regis Eſcheatore*, *&* Andrea Wake *vicecomite* **Dorſet**, *apud* **Uggeſcumb**, *die Mercurii proximo poſt feſtum apoſtolorum* Simonis *&* Judæ, *anno regni regis* Henrici *quinquageſimo quarto*, *per* Johannem *de* **Witefeld**, (*&c.*) *Juratores, qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod abbas de* **Abbodesburie**, *& predeceſſores ſui, habent omnes libertates & liberas conſuetudines in brevi contentas, & quietantias ſuas cum* ſocâ & ſacâ *&* **tol** *&* **them** *&* **infangenthef**, *& eiſdem uſi ſunt in omnibus terris ſuis infra limites hundredi de* **Uggeſcumbe**. *In cæteris verò terris forinſecis, ut* **Helton**, **Tollenidele**. * **Oth**, **Wudeton**, *non. Præterea* **Wudeton** *eſt infra limites hundredi de* **Wytchurech**. *Et prædicti abbas & prædeceſſores ſui ſunt quieti de ſecta illius hundredi, per conceſſionem* Roberti *de* **Mandevil**, *quondam domini ejuſdem hundredi excepto quod villani ſui ter in anno venient ad* la **Lagh-day**, *ad præſentandum placita coronæ ſine occaſione. Et idem abbas veniet per aliquem liberum hominem attornatum ſuum*

qualem

* L. Tolle Pidele.

qualem præſentare voluerit, ad afforciamentum curiæ tantum.

Item dicunt, quod idem abbas & prædeceſſores ſui quieti ſunt hucuſque in omnimodis exercitibus de ſervitio domini regis per ſervitium unius militis. Et quod ſemper hucuſque habuerunt omnia per mare appulſa littori pertinentia ad ipſam abbathiam, ſcilicet **Wrek**, *& quod ſemper hucuſque uſi ſunt libertatibus prædictis. Et quod prædicti jurati benè intelligunt quod dominus* Rex *poteſt confirmare omnes conceſſiones regum* Angliæ *priùs factas, ſine dampno vel ſui præjudicio. Item dicunt quod dictus abbas & prædeceſſores ſui nunquam tenuerunt in* Baronia, *ſed per ſervitium unius militis, & tenuerunt abbathiam, illam de domino rege in capite. Et non tenentur ei facere ſervitium baronis in ſuo exercitu; nec unquam in aliquâ ſummonitione fecerunt, nec unquam fuit dominus* Rex *in ſeyſina de ſervicio baronis.*

Item de terris poſtmodum adquiſitis dicunt quod dominus abbas & prædeceſſores ſui adquiſierunt ſibi & abbathiæ ſuæ in **Graveſton** *unam carucatam terræ de dono* Euſtachii *filii* Roberti, *&* Roberti Clerk *filii* Hugonis *de* Boſco *&* Jordani *de* **Sarmevil** *de feodo* Aluredi *de* Lincoln. *Item in* **Wytheſton** *unam carucatam terræ de dono* Willielmi *filii* Roberti, *de feodo* Henrici *de* Novo Burgo; *& dimidiam virgatam terræ de dono* Henrici le Warner *de eodem feodo, & in* **Denekam** *unam virgatam terræ de dono* Rogeri *de* **Denekam** *de eodem feodo. Et in* **Porpete** *unam virgatam terræ de dono* Philippi *de* **Porpete**, *unde medietas de feodo* Galfridi *de* **Wrokeſhall**, *& alia medietas de feodo* Waketti *de* **Roſey**. *Et in* **Bexinton** *ſervitium* Johannis le Frye, *quod valet per annum iiij. d. de dono & feodo* Henrici *de* Novoburgo. *Et in* **Shypton** *tres virgatas terræ de dono* Thomæ Marreward, Roberti *de* **Kayneſham**, *&* Thomæ *de* **Childecumb**, *de feodo* Galfridi Marreward. *In* **Perton** *dimidiam virgatam terræ de dono domini de* **Porton** *de feodo* Gilberti *de* **Oskereswull**. *Et in* **Eſchalnedon** *unam virgatam terræ de dono* Randulfi le Sperniſſin, *de feodo* Willielmi Harang. *In* **Weſtchalnedon** *dimidiam virgatam terræ & v. s. viij. d. annui redditus de dono* Roberti *de* Boſco, *de feodo* Aluredi *de* Lincoln. *In* **Morbathe** *unam virgatam terræ de dono* Galfridi *de* Morba. *Et dimidium ferlingum terræ de dono magiſtri* Roberti *de* **Bridiport**, *de feodo comitis* Devoniæ. *In* **Wrokeſhal** *unam virgatam terræ de dono* Oſberti le Deneys *de feodo* Henrici *de* Novo-Burgo. *In* **Winterbern-Stapleton** *unam virgatam terræ de dono* Radulfi Belet, *de feodo* Willielmi Martel. *In* **Waram** *unum meſſuagium cum libertatibus de dono* Thurſtani *de* **Waram**, *de feodo comitis* Gloverniæ. *In* **Wape** *v. s. annui redditus de dono* Roberti *de* **Bingeham**, *de feodo* Johannis *de* **Wittfeld**. *In* **Brodewaye** *unum meſſuagium de dono* Johannis *de* **Cruket**, *de feodo* Nicholai Poynz. *In* **Langton** *dimidiam virgatam de dono* Roberti *de* **Langeton**, *de feodo* Aluredi *de* **Lincoln**. *In* Burgo *de* **Bridiport** *quinque meſſuagia & xij. s. ix. d. annui redditus, & ij. li. ceræ, de dono diverſorum, de feodo domini regis. In burgo de* Dorceſtria *unum meſſuagium, & ij. s. annui redditus, & ij. l. ceræ, j. l. piperis de dono diverſorum, de feodo domini regis. In* **Brigge** *ij. ſolidos annui redditus de dono* Philippi *de* **Sarmevil**, *de feodo* Aluredi *de* Lincoln. *In* **Preſton** *in comitatu* **Sumerſett** *xv. s. annui redditus, de dono* Walteri *de* **Bruges**, *de feodo* Willielmi Quarrel. *In* **Horſinton** *x. s. annui redditus de dono* Radulphi Ruſſel, *de feodo* Jacobi *de* Novo-Mercato.

Cantariæ (**Strangwayes-Chantery** *vulgò nuncupatæ*) *apud* Abboteſburiam, *æternum celebrandæ, ordinatio.*

Ex autographo penes D. Johannem Strangways mil. an. 1652.

PRæſens indentura tripartita indententa facta inter *Johannem* abbatem monaſterii de **Abbotysbury** in comitatu **Dorſet**, & conventum ejuſdem, ex una parte, & *Willielmum Milton*, abbatem monaſterii de **Milton** in eodem comitatu, & *Thomam Strangways* armigerum, executorem teſtamenti *Alianoræ*, nuper uxoris *Thomæ Strangways* ſenioris armigeri, poſteaque uxoris *Johannis Twynyho* armigeri defuncti, viduæ, unius filiarum *Walteri Tarleboys* de **Lyme**, & *Aliciæ* uxoris ejus, quæ fuit una filiarum *Humfridi Stafford* de **Hoke** cum manu argentea, parte ex altera, teſtatur, quod cum præfata *Alianora* in vita ſua, pro ſalute animæ ſuæ aliorumque infraſcriptorum, cum magnis ſuis ſumptibus labore & expenſis, appropriari fecit vicariam eccleſiæ parochialis de **Porteſham** in comitatu prædicto ad antedictum monaſterium de **Abbotesbury**, nec non regium licenciam optinuit quod præfatus abbas de **Abbotesbury**, & ſucceſſores ſui, perquirere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis terras & tenementa annui valoris decem marcarum ultra repriſas, prout in literis domini regis patentibus inde confectis pleniùs liquet. Et ulteriùs eadem *Alianora*, ad perquiſitionem terrarum & tenementorum annui valoris viginti ſex ſolidorum & octo denariorum per eoſdem abbatem de **Abbotesbury** & conventum nuper virtute licenciæ regiæ prædictæ perquiſitorum, viginti libras legalis monetæ *Angliæ* eiſdem abbati & conventui dedit & expoſuit.

In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum conſideratione, & pro laudabili & largiflua ejuſdem *Alianoræ* erga monaſterium illud diſpenſatione præhabita, prædicti abbas & conventus de **Abbotesbury**, habitaque ſuperinde matura deliberatione, ex eorum communi conſenſu & bona voluntate per præſentes concedunt, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi & ſucceſſores ſui annuatim imperpetuum aſſignabunt, ordinabunt & invenient ſive exhibebunt unum monachum presbyterum idoneum & honeſtum de conventu ſuo prædicto, juxta diſcretionem ipſorum abbatis & conventus & ſucceſſorum ſuorum nominandum & deputandum, cotidie imperpetuum unam miſſam in capella beatæ *Mariæ* infra eccleſiam monaſterii illius celebraturum, immediatè poſt miſſam beatæ *Mariæ*, ut moris eſt celebraturam, videlicet die Mercurii, miſſam *de Requiem*, die Veneris, *de paſſione Chriſti*, in Sabbato, *de ſancta Maria* Dei matre, & in aliis diebus cujuſlibet ebdomadæ, miſſam ad placitum ſacerdotis miſſam celebrantis, niſi aliquod duplex feſtum in aliquo dictorum dierum intervenerit, extunc miſſa ejuſdem feſti celebretur.

Et immediate poſt quamlibet hujuſmodi miſſam celebratam, idem ſacerdos protunc celebrans dicere tenebitur Pſalmum *de profundis*, cum oratione *inclina Domine* pro animabus ſequentibus. In quibus quidem miſſis cotidianis idem ſacerdos dicere tenebitur orationem ſive collectam *Deus qui caritatis dona per gratiam*, cum ſecreto & communione ejuſdem pro felici & bono ſtatu Chriſtianiſſimi Principis & domini noſtri *Henrici*, regis *Angliæ* & *Franciæ* ſeptimi, *Edmundi* epiſcopi *Sariſberienſis*, *Willielmi Arundell* de **Mautreverſe** militis, & *Elizabethæ* uxoris ejus, *Roberti Willoughby*, domini de **Broke**, *Edwardi Willoughby*, decani eccleſiæ cathedralis *Exoniæ*, *Wil. Milton*, abbatis de *Milton*, *Egidii Strangways*, armigeri, *Tho. Strangways* & *Elizabethæ* uxoris ejus, *Johan. Strangways*, *Jacobi Strangways*, *Hen. Champneys*, & *Johannæ uxoris* ejus, & *Ricardi Elyot* ſervientis ad legem, & omnium aliorum viventium pro quib. prædicti *Thomas Strangways* ſenior, & *Alianora* uxor ejus orare tenebuntur. Necnon collectam ſive orationem *Inclina Domine*, aut orationem, *Omnipotens ſempiterne Deus unica ſalus mortalium*, cum ſecreto & communione debitis pro animabus ipſorum omnium ſuperiùs nominatorum, cum ab hac luce migraverint, & pro animabus præfatæ *Alianoræ* hujus miſſæ fundatricis, *Thomæ Strangways* ſenioris, & *Johannis Twyniho*, nuper virorum ſuorum prædictorum, *Walteri Taleboys* armigeri, & *Aliciæ* uxoris ejus, parentum ipſius *Alianoræ*, *Johannis Stafford*, quondam *Cantuarienſis* archiepiſcopi, *Humfridi Stafford*, nuper comitis *Devoniæ*, *Aviciæ*, nuper commitiſſæ *Ormund*, filiæ *Ricardi Stafford* militis, *Roberti Willoughby* militis, nuper domini de **Broke** & *Blanchiæ* uxoris ejus, *Joh. Willoughby* militis, & *Annæ* uxoris ejus, parentum ipſius *Roberti*, *Thomæ Strangways* armigeri, & *Katerinæ* uxoris ejus, quondam duciſſæ *Norfolciæ*, *Humfridi Stafford* militis, & *Aliciæ* uxoris ejus, *Humfridi Stafford* junioris militis, & *Elizabethæ* uxoris ejus, *Willielmi Stafford* armigeri, *Ricardi Stafford* militis, *Johannis Stafford* militis, *Rogeri Strangways* armigeri, & *Johannæ* uxoris ejus *Johannis Mautereverſe* militis, & *Aliciæ* uxoris ejus, *Johannis Colſyll* militis, & *Elizabethæ* uxoris ejus, *Henrici Strangways* armigeri, & *Dorotheæ*, *Margaretæ* & *Katerinæ* uxorum ejus, ac pro animabus omnium anteceſſorum & amicorum ſupradictorum *Thomæ Strangways* ſenioris, & *Alianoræ*; Et pro animabus omnium & ſingulorum pro quibus iidem *Thomas* & *Alianora* uxor. ejus quomodolibet orare tenebantur. Necnon pro animabus omnium fidelium defunctorum. Et hæc miſſa vulgariter **Strangways-Maſſe** nuncupabitur. Et monachus autem qui ipſam miſſam cotidie, ut præmittitur, celebraverit, percipiet in fine cujuſlibet ſeptimanæ, pro ſalario ſuo, quatuordecim denarios legalis monetæ *Angliæ* ſolvendos ac fideliter & integrè ſibi liberandos apud Scaccarium ejuſdem abbathiæ per manus abbatis vel receptoris ſui pro tempore tunc ibidem exiſtentis, ultra ſalarium proventum & emolimentum ipſi monacho à dicto monaſterio ſeu aliter ſolvi tradi & liberari conſueta.

Strangways-maſſe.

Concedunt etiam prædicti abbas & conventus pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quod dies anniverſarius ipſorum *Thomæ* & *Alianoræ* annuatim imperpetuum quolibet ſecundo die menſis Aprilis, in eodem monaſterio ſolempniter obſervetur cum exequiis defunctorum die immediatè precedenti poſt prandium ſolempniter decantandis, & miſſa ſolempnis de *Requiem*, ut eſt moris, ipſo ſecundo die ad magnum altare ejuſdem monaſterii, cum orationibus, ſuffragiis, & ceremoniis idoneis celebretur, niſi illo ſecundo die feſtum Paſche, vel dominica in paſſione Domini ſeu ebdomada in Paſſione vel ebdomada infra octavas Paſchæ illo tempore contigerit, quo caſu, quamcitiùs poſtea commodè fieri poterit modo prædicto celebretur, quarum exequiarum & miſſarum ſolempnitatum abbas monaſterii prædicti pro tempore exiſtens, continuè erit executor, ſi juſta cauſa non fuerit impeditus, quo caſu dignior perſona illius monaſterii tunc præſens præmiſſa ſolempnia exequetur. Et idem abbas & ſucceſſores ſui annuatim in ipſo anniverſario quatuor cereos in illis exequiis & miſſa in choro ibidem ardentes, & quatuor cereos circa funerale tunc ibidem ardentes inveniet. Necnon inter pauperes tunc adeſſe contingentes, poſt miſſam illam finitam, decem ſolidos bonæ monetæ ſeu eorundem valorem in pane frumentario confecto diſtribuet ſeu diſtribui faciet imperpetuum, & ſacriſtæ monaſterii prædicti pro luminariis prædictis inveniendis duos ſolidos, & pro pane vino & cereis cotidie in Miſſis prædictis expendendis duos ſolidos annuatim ſolvet. Et eodem die anniverſario idem abbas & ſucceſſores ſui abbati & conventui monaſterii prædicti pro eorum pietancia octo ſolidos deliberavit ſeu deliberari faciet annuatim imperpetuum, & clericis in eodem anniverſario pulſantibus quatuor denarios, & bedmanno qui obitum & anniverſarium hujuſmodi denunciabit annuatim quatuor denarios, & monachis juniorib. ſacerdotibus non exiſtentibus, & pſalterium tunc ibidem dicentibus, duodecim denarios annuatim diſtribuet vel diſtribui faciet, & cuidam pauperi homini per præfatum abbatem & ſucceſſores ſuos juxta ordinationem *Humfridi Stafford* militis, fundatoris cujuſdam miſſæ ibidem, vulgariter **Staffords Maſſe** nuncupatæ electo, ſex ſolidos & octo denarios, ad feſta Paſchæ & ſancti *Michaelis* archangeli annuatim æquis portionibus perſolvet imperpetuum, ut idem pauper, ut præmittitur per abbates illos ſolomodo & non per aliquos hæredes ipſius *Alianoræ* electus, tam prædictæ miſſæ cotidianæ ipſius *Humfridi*, quàm ipſius *Alianoræ*, ſi commodè fieri poterit, adeſſe, & ſacerdotes miſſas illas dicentes adjuvet, & miniſtret, ſi literatus exiſtit.

Staffords-maſſe.

Et ulterius idem abbas & conventus & ſucceſſores ſui imperpetuum, de tempore in tempus, omnimoda veſtimenta miſſalia, calices, corporalia, & cetera omnia neceſſaria in ſingulis hujuſmodi miſſis ibidem dicendis, & omnia alia prædicto altari incumbentia & oportuna invenient. Volunt inſuper & concedunt præfati abbas & conventus pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quod bene liceat, epiſcopo loci illius dioceſano pro tempore exiſtenti, in qualibet viſitatione ſua ordinaria, necnon aliis temporibus congruis, per ſe aut per alium ſufficientem deputatum ſuum vel deputatos ſuos, abſque onere tamen ipſorum abbatis & conventus, aſcultare & inquirere quotiens ſibi videbitur oportunum, an præmiſſa omnia & ſingula modo & forma ſicuti præmittitur, in omnibus & per omnia continuè ſint facta, dicta, impleta, & fideliter obſervata.

Et ſi defectum in præmiſſis vel in aliquo præmiſſorum per culpam ſive necligentiam dictorum abbatis & conventus, aut eorum ſucceſſorum vel alicujus eorundem reperiri contigerit, ipſi abbas & conventus obligant ſe & ſucceſſores ſuos per præſentes eidem epiſcopo loci prædicti dioceſano, & ejus ſucceſſoribus, necnon præfatis executoribus & ipſius *Alianora* hæredibus, ad ſolvendum pro qualibet miſſa hujuſmodi omiſſa, eidem epiſcopo dioceſano pro tempore exiſtenti, tres ſolidos & quatuor denarios ſterlingorum, ſtatim & immediatè poſt hujuſmodi omiſſionem ſolvendos, & de terris & tenementis dictorum abbatis & conventus ibidem levandos, & tres ſolidos & quatuor denarios præfatis executoribus, & poſt eorum deceſſum, præfatis hæredibus ſolvendos &, ut præfertur, levandos. Ita tamen & proviſo, quòd abbas & conventus prædicti & eorum ſucceſſores, propter culpam, necligentiam, defectum vel pœnam hujuſmodi extra monaſterium ſuum prædictum non vocentur trahantur vel turbentur, dummodo culpa aut necligentia illa non ſit nimiùm multiplicata aut continuata.

Proviſo ſemper, quod ſi monachorum monaſterii de **Abbottesbury** prædicti numerum per mortem, infirmitatem, infortunium, aliamve juſtam & rationabilem cauſam, impoſterum minui contigerit, ita quod plures quam octo monachi presbiteri non ſint in monaſterio prædicto idonei & potentes ad miſſas dietim celebrandas, quod tunc ipſi abbas & conventus & ſucceſſores ſui, à celebratione hujuſmodi cotidianæ miſſæ vocatæ **Strangways Maſſe** exonerentur, quouſque numerus monachorum ibidem presbiterorum creverit & auctus fuerit uſque ad numerum novem monachorum, miſſas legere valentiu, & ydoneorum. Et in hoc caſu, ac pro tempore quo numerus monachorum, ut præfertur, defecerit, quilibet monachus ipſorum monachorum presbiterorum infra numerum novem monachorum presbiterorum, ut prædicitur, pro tempore deficientium, dicet quolibet die in miſſa ſua per eum dicenda ſpecialem memoriam pro bono ſtatu prædictorum viventium, inter vivos videlicet collectas ſive orationes prædictas pro vivis prænotatis, & pro animabus defunctorum, inter mortuos, videlicet, orationes & collectas ſupraſcriptas pro eis ut decet ſuperiùs ordinatas: & pro ſpeciali memoria illa per eoſdem monachos ſic dicenda quilibet eorundem octo monachorum eaſdem orationes & collectas in miſſis ſuis ſic cotidiè dicentium, percipiet in fine cujuſlibet ſeptimanæ toto tempore quo numerus prædictorum novem monachorum defecerit, duos denarios per manus abbatis vel receptoris ſui pro tempore exiſtentis, fideliter perſolvendos.

Strangways maſſe.

Concedunt inſuper prædicti abbas & conventus de **Abbottesbury** prædicto, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quòd omnes ſupradicti, tam inter vivos nominati, quam, (ut prædicitur,) nominandi, necnon omnes ſupradicti inter mortuos nominati & nominandi, participes ſint omnium bonorum ſpiritualium tam in vigiliis orationibus, jejuniis, & aliis quibuſcunque piis operibus & elemoſinis quæ fiunt & amodò fieri contigerint in ſuo monaſterio prædicto, quàm etiam in miſſis omnium & ſingulorum monachorum monaſtarii illius ubicumque infra monaſterium illud vel extra celebraturis. Et quod nomina eorum infraſcripta in martilogio inſcribi articulari *, recitari, & commemorari debeant, & animæ eorum immediatè poſt animas defunctorum ejuſdem monaſterii, & animas eorum quas idem abbas & conventus & eorum ſucceſſores recommendari priùs tenentur, nominatim recitabuntur, temporibus & locis congruis ad hæc ibidem conſuetis imperpetuum. In cujus rei memoriam & teſtimonium prædicti abbas & conventus de **Abbottesbury** prædicto, ſigillum ſuum commune, & cæteræ partes prædictæ ſigilla ſua, præſenti ſcripto tripartito indentato appoſuerunt. Data ultimo die menſis Februarii anno domini milleſimo quingenteſimo quinto.

* Anne, *matriculari?*

Epitaphium *Jacobi Strangways* armigeri,

Hic jacet corpus Jacobi Strangways *armigeri, qui obiit octavo idus decembris, anno Domini milleſimo CCCCC. ij. pro cujus anima celebrabitur ad præſens altare imperpetuum miſſa cotidiana, ex ordinatione & fundatione dominæ* Katerinæ Gordan, *conſortis ſuæ: quorum animæ perpetua pace quieſcant.* Amen.

Ibidem.

HULMENSE

Cœnobium S. Benedicti *in agro* Suffolcienſi.

EOdem anno [anno ultimo ſc. Regni ſui,] *Kanutus* Rex de *Roma* rediens, *Malcolmum* regem *Scotiæ* ſibi rebellantem ſicut & priùs fuerat ſubjecit, ac alios duos reges *Melbeathe* & *Jermare* in deditionem recepit. Circa idem tempus *Egelnotus Cantuarienſis* archiepiſcopus, baſilicam ſancti *Edmundi* conſecravit. Iſte rex *Kanutus*, poſtquam de *Roma* regreſſus fuerat, vitam ſuam in humilitate & devotione ducens, in honore ſancti *Benedicti* (quem ultra omnes Confeſſores ſpiritualiter dilexerat) duo monaſteria fundavit, unum in *Norwegia*, & aliud in *Anglia*, in partibus *Norfolchiæ*, quod in ſolo paluſtri infra aquas quaſi in Inſula, in quodam loco qui olim **Couholm** & **Calvescroft** vocabatur, ſitum eſt, ad quem locum antiquis temporibus ante adventum *Danorum* in *Angliam*, quidam heremita, nomine *Suneman*, adire & illum inhabitare per angelum monitus eſt in ſomnis. Qui licet dictum locum ſibi predeſtinatum penitùs ignorabat, gratiâ tamen divinâ per diverſa tunc deſerta tranſiens, ad quoddam manſum cujuſdam reguli, nomine *Horn*, quod **Hornyng** vocabatur, prope eundem locum advenit, ubi à bubulcis & paſtoribus **Calvescroft** & **Couholm** nominantibus de dicto loco doctus, & per

Joan. Brompton MS. in bibl. Cotton. fol. 7. b.

Eccleſiæ Cœnobialis S. Benedicti de Hulmo in Agro Norfolcienſi, cœnobio nondum everſo delineatæ, et in quodam codice MS. in Bibliotheca Cottoniana repertæ, Figura.


Vaughan sculp.

per eoſdem lætus ibidem perductus, unam capellam in honore ſancti *Benedicti* infra paludes loco prædicto erigere incepit, ad quem alii heremitæ pro pœnitentia ſecum agenda confluxerunt, quos ipſe benigne in ſocios recepit, & ſecum cohabitare permiſit. Quod dictus regulus ſive dominus percipiens, **Couholm** & **Calveſcroft** ſibi & fratribus ſuis dedit pro perpetuo, & conceſſit: ubi pluſquam 50. annis vixit.

Poſtmodum non modico tempore tranſacto, Pagani *Inguar* & *Hubbe* de *Dacia* manu forte in *Angliam* applicantes, *Northumbriâ* primo gravi depopulatione pervagatâ, & eis ſubjectâ, in *Eſt-Angliam*, id eſt, *Norfolchiam* venerunt, ubi ſancto *Edmundo* Rege tunc ibidem regnante ab eis capto & interfecto, totam patriam prædaverunt, ac dictam capellam ſancti *Benedicti*, heremitis omnibus occiſis, funditus deſtruxerunt. Poſt hæc, quidam vir Deo devotus, *Wolfricus* nomine, divinâ inſpiratione ad dictum locū veniens, dictam capellam ſancti *Benedicti* de novo incepit ædificare, & congregatis ſibi ſeptem ſociis, ædificia eis neceſſaria conſtruxit, quos uſque ad tempus regis *Kanuti* per lx. annos rexit. Tempore autem illo, quidam præpoſitus regis *Kanuti*, *Maynard* nomine, in partibus illis erat, qui dictum *Wolfricum* & ſocios ſuos odio habens, eos erga regem *Kanutum* tunc propè apud **Hornyng** exiſtentem, nequiter diffamando accuſavit. Unde rex erga eos iratus, ſolus cum ſimplici familia, quaſi Rex non eſſet, ad eos pervenit, omnes uſque ad mortem in mente minans, ſi illud quòd *Maynard* de eis dixerat verax eſſet. Quod *Wolfricus* in ſpiritu comperiens, contra eum cum ſociis ſuis exceſſit dicens. *Salve Rex* Kanute; cui Rex, *Qualiter pro Rege* Canuto *me noſcis, cum ipſum nunquam agnovi?* Cui *Wolfricus*. *Angelus Dei regem huic adventurum & nos & locum iſtum plurimùm ditaturum nobis infra tres dies preteritos nunciavit.* Quod Rex audiens & eos penès ſe malicioſè accuſatos percipiens, omnes ad dictum manſum ſuum de **Hornyng** invitavit: quod illis illuc venientibus Rex, una cum villis de **Ludham** & **Neteſherde**, cum omnibus appendentibus, per cartam ſuam imperpetuum à ſe & hæredibus ſuis dedit, quam citò poſt in Parliamento ſuo apud *Wyntoniam* (verſus quod dictus *Maynard* Regis præpoſitus collum ſuum fregerat) coram omnibus regni ſui magnatibus confirmavit, & ſic Rex *Canutus* monaſterium ſancti *Benedicti*, monachis per dictum *Wolfricum* introductis, fundavit.

Dicto vero *Wolfrico* citò poſtea viam univerſæ carnis ingreſſo, quidam *Alſinus* in abbatem ſibi ſucceſſit. Qui de duobus monachorum conventibus tunc ibidem congregatis medietatem uſque **Bury** ad eccleſiam ſancti *Edmundi* regis & martyris mittens, unum eorum, *Uvinus* nomine, primum abbatem ibidem Rege *Kanuto* annuente, & ipſos monachos introducente, ſtatuit & ordinavit; & ſic primus abbas & monachi abbathiæ de **Bury**, primò de abbathia ſancti *Benedicti* venerunt, quos Rex *Kanutus* quam plurimùm ditavit & magnis privilegiis ditavit ſive decoravit.

Carta Canuti *Regis.*

Ex regiſtro S. *Benedicti* de *Hulmo*, in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Galbæ* E. 1.] fol 1. a.

“CHriſto omnipotenti qui eſt omnium regum Rex, omnino perſolvendæ ſunt gratiarum actiones pro omnibus indebitis beneficiis quibus hominibus, ſua ſola pietate intercedente, ſuffragatur, nullis noſtris promerentibus meritis. Ne ergo ſimus ingrati beneficiorum tantorum ejus, cumque magno opere ſtudendum eſt, noſtrum ut aliquod conferamus ei cujus ſunt omnia, & qui nobis non habita contulit habere, cuiq; non poſſumus dare niſi propria, & de ſuo proprio tribuit nobis mercari, & in uſus proprios uti, quæ minimè proprio uſu potuimus habere, niſi ejus tribueret gratia, ſcilicet regni cœlorum cœlicolorum contubernium.

“Ejus quippe largifluâ bonitate, regia dignitate ſubtronizatus, Ego *Knuth* rex *Angligenæ* nationis, pro nanciſcendo ejus immenſitatis miſericordiæ dono; concedo ſibi de ſuo proprio, quæ mihi gratuitò conceſſit, villam noto nomine, cognominatam **Horninga**, cum paſcuis, ſilvis atque confinibus ſibi rite ſubter jacentibus, ſcilicet, **Ludham** cum pertinentiis, **Netheſhirth** cum ſuis pertinentiis. Eſt denique noſtrum donum à Chriſto nobis collatum, cui dantes fœnoratum expoſcimus, ut rurſum ſuæ largitionis donationem excipere dignetur à nobis omni intentionis affectu oblatam, quatinùs poſſimus per ſua ſibi data conſequi, quæ à nobis non poſſunt poſſideri niſi à ſe collata. Si quiſquam, quod abſit, à diaboli incitatione fuerit inflatus, ut Deo omnium rerum poſſidenti ſuum temptaverit, quod nobis ſibi conceſſit tribuere, abſtrahere vi, vel fraude qualibet, utinam remaneat nobis ad gratiam ejus quæ conceſſimus, & ſit ei ad interitum æternæ dampnationis, qui pravæ mentis, aut niſu hoc aliò transferre conatur, niſi plenitudo ſatisfactionis ejus ſubveniat.

Ego *Knuth* Rex, hanc donationem Chriſto contuli pro conſequendo præmio cœleſtis hæreditatis.
Ego *Elgifu* Regina, hanc regiam donationem augendo confirmavi.
Ego *Wlſtanus* archiepiſcopus corroboravi.
Ego *Æthelnthus* archiepiſcopus confirmavi.
Ego *Godwinus* epiſcopus corroboravi.
Ego *Ælwinus* epiſcopus aſſenſum dedi.
Ego *Alfwinus* epiſcopus conſignavi.
Ego *Ethericus* epiſcopus concluſi.
Ego *Ælſwius* epiſcopus corroboravi.
Ego *Huc* dux.
Ego *Godwine* dux.
Ego *Ulf* dux.
Ego *Eglaf* dux.
Ego *Hacun* dux.
Ego *Leofwine* dux.
Ego *Godric* dux.
Ego *Brithwaldus* epiſcopus conſenſi.
Ego *Brihtwix* abbas.
Ego *Leofric*.
Ego *Ælfward*.
Ego *Æthelſtan*.

Carta Regis *Edwardi*, confeſſoris dicti.

Ex regiſtro abbatiæ S. *Benedicti* de *Hulmo* in bibliotheca *Cottoniana* [*Galbæ* E. 2.] fol. 1.

✠ EDUUARDUS *Rex* Anglorum *omnibus Deum timentibus, & fidelibus ſuis totius* Angliæ, *Salutem. Chriſto omnipotenti Deo, qui eſt omnium regum Rex, omnino perſolvendæ ſunt*

ſunt gratiarum actiones, pro omnibus indebitis beneficiis quibus hominibus, ſua ſola pietate intercedente, ſuffragatur, nullis noſtris meritis promerentibus. Nè ergo ſimus ingrati tantorum ejus beneficiorum, cum magnopere ſtudendum eſt, noſtrum ut aliquid conferamus ei, cujus ſunt omnia. Itaque ego Edwardus Angliæ *nationis, ſola largiflua* Dei *bonitate, regia dignitate ſubthronizatus, pro nanciſcendo ejus miſericordiæ dono immenſæ, de ſuo proprio, quod mihi conceſſit, gratuitò, do, & concedo ſibi eccleſiæ almiflui confeſſoris ſui* Benedicti *eccleſias, villas, terras, & libertates ſubſcriptas, videlicet, villam de* **Hornyngge** *cum eccleſia, villis, paſcuis, atque confinibus ſibi ripis ſubterjacentibus, & cum hundredo de* **Tunſtede**, *eccleſias de* Netheſhyrda, *cum tota villa; eccleſias de* **Hovetone** *&* **Belhae**, *cum tota villa de* **Hovertone**, *& terras de* **Suthwaleſham**, *quæ fuerunt* Radulphi Stalre; *eccleſiam de* **Witheſtede**, *cum tota villa; Eccleſiam, de* **Hanninge**, *cum terra quæ fuit* Edrici Scireſman *in eadem villa; eccleſiam de* **Purgartun**, *cum tota villa; eccleſiam de* **Thweyt**, *cum tota villa; eccleſiam de* **Calethorp**, *cum terra quæ fuit* Edrici *: eccleſiam de* **Totinton** *cum tota terra quæ fuit* Agelwini *Aldermayn; eccleſias de* **Erpingham** *& de* **Antingham** *cum terra quæ fuit* Edrici Scireſman *in ipſis villis; eccleſiam de* **Northwalſham** *cum ipſa villa quæ fuit* Sket; *eccleſiam de* **Swaneton**, *cum terra quæ fuit* Saxi *in eadem villa; eccleſias de* **Scothowe**, *&* **Lammeſſe**, *cum terra quæ fuit* Ægelwini *Aldermanni in ipſis villis, & in* **Eſtone**, *terram quæ fuit* Ægelwini *Alderman in* **Holveſſe**; *eccleſiam de* **Ludham** *cum terra ejuſdem villæ, & pertinentiis ſuis: eccleſiam de* **Beſtone** *cum terra quæ fuit* Ægelwini *Aldermanni in eadem villa, eccleſiam de* **Stalham**, *cum terra quæ fuit* Odulf; *eccleſiam de* **Waxtoneſham**, *cum terra quæ fuit* Edrici Scireuſman; *eccleſias de* **Wintertone** *&* **Somertone**, *cum terra quæ fuit* Godrici; *eccleſias de* **Thirne** *&* **Askeby**, *cum terra quæ fuit* Ægelwini *Aldermanni in ipſis villis, & in* **Rollesby**. *Eccleſiam de* Caſtra, *cum terra que fuit* Grimolphi Davi *in eadem villa. Terram de* **Redham**, *& de* Nortuna, *quæ fuit* Agelwini *Aldermanni; eccleſiam de* **Baſtwick**, *cum terra quæ fuit* Egelwini *Aldermani in eadem villa. Eccleſiam de* **Randeworthe**, *cum terra quæ fuit* Egelwardi *preſbiteri. Eccleſiam ſancti* Martini *de* **Shoteſham**, *cum terra quæ fuit* Brictrictim *in eadem villa. Et in* Greneſevilla, *terram de* **Tybenham** *quæ fuit* Egelwini *Aldermani.*

Omnia igitur quæ prædicta eccleſia in præſenti poſſidet, ſive in futuro ex dono fidelium poſſidere poterit, tam in propriis vocabulis expreſſa, quam non expreſſa, liberè & quietè eidem eccleſiæ poſſidenda, conoedo, ipſamque abbatiam integrè ab omni ſeculari ſervitio, & poteſtate, delibero in cujuſcunque poteſtate, vel hundredo poſſeſſiones habet pro ſalute mea, & anteceſſorum, & poſterorum meorum. Et ideo volo & firmiter præcipio, ut eccleſia ſancti Benedicti *de* **Holm**, *in omnibus poſſeſſionibus ſuis ubicunque ſint, habeat* **ſache**, *&* **ſokne**, *&* **toll**, *&* **theam**, *&* **infangenetheof**, *&* **grithbriche**, *&* **foreſtall**, *&* **dom**, *&* **ſom**, *&* **wreche** *in mari, & in litore maris, & in portibus maris, &* **Hamſokne**, *&* **Blodewite**, *&* **Flitwite**, *&* **Ferdwite**, *&* **Flemeneferd**, *&* **Haverpeni**, *&* **Wardpeni**, *& præter hoc, omnes alias libertates & liberas conſuetudines, quas ego ipſe habeo in dominicis terris meis, & elemoſinis, pertinentibus coronæ meæ. Et hac habeat eccleſia prædicta in boſco, in plano, & pratis, & paſcuis, & molendinis, & turbariis, & ſtagnis, & vivariis, & viis, & ſemitis, in mari, & in portibus maris, in mariſcis, & in aqua, & extra aquam in feriis, & mercatis, in civitate, & extra, in burgo, & extra burgum, & in omnibus locis. Sit etiam prænominata eccleſia libera, & quieta per totam* Angliam *de* **thol**, *& habeat regalem liberam licentiam ducendi, & portandi omnia ſua, quocunque voluerit vel neceſſe fuerit; Ita ut aliquis in tota* Anglia, **thol**, *vel aliquam aliam conſuetudinem, pro rebus ſuis, ab ea non præſumat exigere, ſeu vi extorquere. Et prohibeo ne quis ſuper hoc ſcriptum, & ſigilli mei proteſtationem, illam inquietare, perturbare, aut in ſervitutem deinceps redigere præſumat.*

Ego Rex Edwardus *hanc donationem* Chriſto *& ſancto* Benedicto *pro conſequendo præmio cæleſtis hæreditatis contuli. Ego* Egeda *regina hanc regiam donationem augendo confirmavi. Ego* Edſius *archiepiſcopus* Cantuarienſis *confirmavi. Ego* Eluricus *archiepiſcopus* Eboracenſis *corroboravi. Ego* Elwinus Wintonienſis *epiſcopus hoc donum laudavi. Ego* Robertus London. *epiſcopus aſſenſum dedi. Ego* Egelmerus Thethfordenſis *epiſcopus conſignavi. Ego* Wulſius Lichefeldenſis *epiſcopus concluſi. Ego* Luricus *dux laudavi. Ego* Algarus *dux laudavi.* Egelwardus *abbas de* Glaſtonia *audivi & vidi. Ego* Lewinus *abbas de* **Coventre** *audivi & vidi.* Godwinus *abbas* Winchel. *audivi & vidi.* Godricus *abbas de* **Eveſham** *audivi & vidi.* Haraldus *dux laudavi. Ego* Toſti *dux laudavi. Ego* Siwardus *dux laudavi.*

Cœnobium S. EDMUNDI *in agro* Suffolcienſi.

Math. Weſtmon. p. 319. 320. 321.

I*Nguar* igitur, cum de ſtrage ſuis illata inconſolabiliter anxiaretur, venit ad eum apud **Thedforde** *Hubba* frater ejus, qui jam *Merciam* totam depopulaverat, cum x. millibus armatorum, & ſic junctis viribus, ut ſe vindicarent, in ſanctum regem *Eadmundum* caſtra moventes ad *Hegleſdunam* villam, ubi rex beatiſſimus *Eadmundus* tunc erat, celeriter pervenerunt. Tunc tyrannus *Hinguar* juſſit, circumcingi regem cum turba, ne quidem unus ex omnibus elaberetur vivus. Sanctus itaque rex *Eadmundus*, cum ſe ab hoſtibus undique vallatum cognoſceret, de conſilio *Humberti*, *Helmhamenſis* epiſcopi confugit ad eccleſiam, ut ſe membrum Chriſti oſtenderet, & armis temporalibus projectis, cœleſtia induit, humiliter patrem, & filium, cum ſancto ſpiritu deprecans, ut ſibi in paſſione conſtantiam largiretur: igitur à miniſtris iniquitatis clementiſſimus rex *Eadmundus* ab eccleſia truculantèr extrahitur, loris diriſſimis coarctatus, & ſicut Chriſtus ante *Pilatum* præſidem, ita ducitur *Eadmundus* ante in quum ducem, cupiens ejus ſequi veſtigia, qui pro nobis immolatus eſt hoſtia. Quo jubente, ad arborem quandam, quæ non multum aberat, religatus, diutiſſimè flagellatur, multiſque modis illuditur. Sed invictus athleta Chriſti *Eadmundus*, inter flagella, Chriſtum ſemper invocando flebilibus vocibus, tortores ſuos compulit in furorem. Et ad ipſum tunc arcubus, quaſi ad ſignum, ludendo, totum corpus ejus telis confodiunt & ſagittis. Nec erat locus in corpore martyris vacuus, cui novum poſſet imprimi vulnus. Nam, ſicut hericius in cute denſis armatur ſpinis, ita corpus invicti regis ſpiculis configitur ſagittarum. Cumque nec ſic *Hinguar* carnifex truculentus ſanctum martyrem *Eadmundum* à fide Chriſti, & confeſſione trinitatis potuit ſeparare, ut ſuis iniquis perſuaſionibus præberet aſſenſum, protinus lictori mandat, ut enſe cruento martyris caput præcidat: At lictor ſanctum de ſtipite truculenter avulſum, inter verba orationis, & confeſſionis Chriſti nominis, unico ictu ipſum decapitando. xij. kal. Decemb. gratiſſimum Deo holocoſtum, igne paſſionis exanimatum, cum palma victoriæ, & coronæ juſtitiæ tranſmiſit ad cœlum.

Corpus verò martyris, miniſtri diaboli, capite truncatum, relinquentes, & in ſylvam cui **Heglesdune** nomen eſt, aſportantes, inter denſa veprium fruteta projecerunt. Adhuc enim laborabant laniſtæ iniqui, ne à Chriſtianis, quos paucos ſuperſtites reliquerant, corpus martyris ſepulturæ, ut decebat, cum capite traderetur. Didicerant namque *Hinguar* & *Hubba*, piratæ nequiſſimi, in ſylva jam dicta, olim de medio ſublatum fuiſſe *Lothbrocum* patrem ſuum. Undè falſa ſuggeſtione *Berni* venatoris beato regi & martyri *Eadmundo* talionem reddere cupientes, in ſylva eadem caput ejus ignominioſè projecerunt, avibuſque cœli tradentes & beſtiis devorandum. Paſſus eſt autem cum ſanctiſſimo rege *Eadmundo* comes ejus individuus *Humbertus Helmhamenſis* antiſtes, qui regem eundem in regni faſtigium ſublimaverat, & conſtantia invicti regis ad martyrium animatus, cum ipſo eſt regni cœleſtis poſſeſſor effectus. Sicque rege beatiſſimo ad cœleſtia tranſlato, pagani nimium gloriantes hyemaverunt in regione illa, expulſis paucis indigenis, qui ſuperſtites cladi precedenti fuerunt. Eodem anno *Ceolnothus Cantuarienſis* archiepiſcopus, diem clauſit extremum, cui ſucceſſit *Æthelredus* vir venerandus, & in rebus divinis ſufficienter eruditus.

Cum igitur poſt martyrium beatiſſimi regis *Eadmundi*, fratres *Hinguar*, & *Hubba*, Deo odibiles, hyemale tempus in regione *Eſtanglorum*, prædis vacantes & rapinis, jam pro parte expleverant, venit ibidèm ad eos *Gytro* quidam de regibus *Danorum* potentiſſimus, ut cum prædictis fratribus hyemaret. Superveniente itaque tempore vernali, omnes pagani ab *Eſtanglia* paritèr receſſerunt. Quo audito, Chriſtiani undècumque de latibulis erumpentes, ſummopere ſatagebant, ut caput beati regis *Eadmundi* inventum, reliquo corpori uniretur, & ſepulturæ corpus integrum, more regio, traderetur. Cumque omnes pari affectu ad id concurrerent, & ſylvas perluſtrando caput martyris diligenter quærerent, res contigit dictu mirabilis, & ſæculis inaudita: Nam cum caput quærendo inter ſilvas, & veprium denſitates, ſocii ad ſocios mutuis clamoribus patria lingua *ubi es*, *ubi es*, interrogarent, caput martyris eadem lingua reſpondens dixit, **her, her, her**, quod latinè dicitur *hic*, *hic*, *hic*. Nec ceſſavit eadem repetendo clamare, quouſque ſingulos ad ſe perduxit. Ubi cum capite lupus ingens, & viſu horribilis, repertus eſt, qui caput ſacrum inter brachia complectens, beato martyri excubias impendebat. Aſſumentes itaque homines caput intrepidi, profuſis Deo laudibus ad ſuum corpus detulerunt, ſubſequente lupo illos uſque ad locum ſepulturæ. Tunc caput corpori conjungentes in mauſoleo competenti, illa paritèr concluſerunt. Quo facto lupus dilectæ ſolitudinis ſecreta petivit. Conſtructa eſt autem in eodem loco, pauperrimo opere, à fidelibus eccleſiola, ubi poſtea per multa annorum curricula corpus ſanctiſſimum requievit. Paſſus eſt autem beatiſſimus rex & martyr *Eadmundus*, anno gratiæ DCCClxx. anno ætatis ſuæ xxix. regni verò ſui anno xvj. die xij. kal. Decemb. feria ſecunda indictione tertia, luna exiſtente viceſſima ſecunda.

Lapſo deinde multorum intervallo annorum, ſedatis penitùs bellorum incendiis, cæpit fidelium pietas reſpirare, qui in loco ubi corpus martyris requievit, **Hoxon** nunc ab incolis nuncupato, viſis creberrimis miraculorum ſignis, in villa regia, quæ lingua *Anglorum* **Beodricheſworth**, latinè verò *Beodrici* curtis ſive habitatio nominatur baſilicam permaximam conſtruxerunt, & ad illam ſanctum martyrem in magno tripudio tranſtulerunt. Sed mirum dictu contigit.

Nam cum corpus martyris præcioſiſſimum, ob ſpacium diuturni temporis putrefactum ab omnibus putaretur, ita integrum repertum eſt & illæſum, ut non ſolùm caput corpori redintegratum & compaginatum ſed omnino nihil in eo vulneris nihil apparuit cicatricis. Sicque Deo dignus martyr *Eadmundus*, viventi ſimillimus, ad locum memoratum eſt tranſlatus, apparente in collo ejus ſigno martyrii per gyrum quaſi filo coccineo, ſicut teſtari ſolita fuit quædam beatæ recordationis fœmina, *Oſwen* vocata quæ ad ſacrum martyris ſepulcrum, jejuniis ſæpè vacans & orationibus per multa annorum curricula, revulſo beati martyris mauſoleo in cæna dominica, ejus attondendo capillos, & ungues præcidendo. Quæ omnia diligentèr colligens, & in capſella recondens, ſuper altare illius eccleſiæ ponere conſuevit, ubi uſque in hodiernum diem veneratione debitâ conſervantur.

Anno Domini Mxx. rex *Cnuto*, conſtructo regali monaſterio, cum competentibus officinis in loco qui **Bederickworth** nuncupabatur, ubi rex & martir, *Eadmundus* incorrupto corpore diem beatæ reſurrectionis expectat, & monachos in eo inſtituit. Cœnobium quoque illud beati regis & martiris *Eadmundi* tot prædiis & bonis aliis ampliavit, ut omnibus fere *Angliæ* monaſteriis in rebus temporalibus meritò præferatur.

Lelandi collectan. vol. 3. p. 73.

— Supra corpus beatiſſimi *Edmundi*, quem antiquiores *Dani* interfecerant (rex *Canutus*) baſilicam

Will. Malmeſb. fol. 41. a. num. 40.

baſilicam, animoſitate regiâ, conſtruxit, abbatem & monachos inſtituit, prædia multa & magna contulit, præſtat hodieque donorum ejus amplitudo integra, quòd locus ille infra ſe aſpiciet omnia pene *Angliæ* cœnobia.

Ex chron. S. *Bened.* de *Hulmo* in bibl. *Cottoniana.*

Anno Mxx. *Cnuth* rex *Angliam* rediit, & concilio cleri & reginæ *Emmæ*, & comitis *Turkilli* monachos ad S. *Edmundum* conſtituit, clericis qui ibidem inordinatè vivebant ejectis, præfecitque eis abbatem *Uvium* quem à domo S. *Benedicti* de *Hulmo* cum xii. monachis tranſtulerat.

Anno Mxxj. *Alwinus*, *Eſt-Anglorum* epiſcopus, cepit conſtruere eccleſiam S. *Edmundi* regis ad quem media pars librorum, & eccleſiaſticorum ornamentorum à domo S. *Benedicti* eſt tranſlata.

Fundatio Eccleſiæ ſancti Edmundi.

Ex regiſtro S. *Benedicti* de *Hulmo* in bibliotheca. *Cottoniana*, fol. 7.b.

TEmporibus primi *Knut*, magni regis *Anglorum*, & *Danorum* qui ſupra novem regna dominabatur, qui etiam *Romæ* ſcholam *Anglicam* conſtituit, & ad fovendam eam ex *Anglia* omni anno cenſum dari fecit, quod *Anglicè* dicitur **Romeſcot**, inventum eſt corpus ſancti *Edmundi* regis & martyris, abſque reverentia & religione condigna, in monaſterio ſanctæ *Mariæ* ligneo apud villam **Bedrichſwrthe** dictam ſub ſecularium clericorum cuſtodia conditum, qui beneficia eidem martyri collata & oblationes inter ſe dividebant & corpus ſanctum abſque condigno honore dimittebant. Concilio verò archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, clericorum atque baronum totius *Angliæ* inito, præcepit rex, ut in prædicta baſilica fierent monachi, qui die, noctèque ibidem Deo, & ſanctæ *Mariæ*, devotè ſervirent, & corpus, precioſi martiris, cum majori diligentia, & reverentia obſervarent. Placuit autem prædicto regi, & clero, cum primatu baronum, ut, ex eccleſia beati *Benedicti* de *Hulmo*, antiquitùs conſtituta, illuc adducentur monachi religioſi, & tali obſervatione, quod conventus *Holmenſis* eccleſiæ in duas partes divideretur: Et pars dimidia ad monaſterium in villa *Beotrici* dirigiretur, & altera pars fratrum in eccleſia beati *Benedicti* remaneret.

Ea verò tempeſtate, viginti ſex monachi, viri religioſi, & bonæ famæ in eadem eccleſia Deo & ſancto *Benedicto* famulabantur; de illa verò parte dimidia fratrum ad *Beotrici* villam directam, vir prudens & honeſtus, *Uvius* nomine, Prior fuit, qui poſtea, in monaſterio ſancti *Edmundi*, abbas extitit primus; & cum eo, alius frater, *Leofſtanus* nomine, qui in eodem loco poſt ipſum *Uvium* abbas effectus eſt. Hæc autem ſunt nomina aliorum undecim fratrum monachorum qui cum ipſis directi ſunt: *Agelwinus* monachus & auriga ſancti *Edmundi*. *Ælwardus* valdè religioſus, *Leofdenus* decanus, *Alfricus*, *Bondo*, *Edricus*, *Aſſiwoldus*, *Leoffinus*, *Sparhavocus*, & pueri *Oſwoldus* & *Ordricus*. Tota quidem ſupellex in domo ſancti *Benedicti*, in libris & veſtimentis, in vaſis & ornamentis, & omnibus rebus ſimiliter dividebatur, & pars dimidia illuc, cum eiſdem fratribus, mittebatur: altera verò pars eidem domui reſervabatur.

Creſcente autem ibidem religione, talis obſervatio & familiaritas, inter utraſque eccleſias, ſcilicet, ſancti *Benedicti*, & ſancti *Edmundi* facta eſt, ut quicunque harum eccleſiarum, majori rerum copia videretur habundare, opulentior inferiorem opibus relevaret. Simili quidem providentia pro defunctis invicem fratribus, in utroque monaſterio fieret & quantum pro ſemetipſis, tantum & pro illo perſolverent, in miſſis & elemoſinis & in omnibus aliis bonis Deo placitis. Quod uſque in æternum, gratia Dei, obſervabitur firmiter. Si vero caſu accidente, quod abſit, quælibet prædictarum eccleſiarum combuſtione, vel guerra, vel aliquo gravi infortunio impediatur, pars dimidia conventus de altera ad alteram, conſilio utrorumque abbatum & conventuum migrabit eccleſiam, & donec plenariè in priſtino ſtatu reformetur, tanquam fratres ejuſdem eccleſiæ per omnia & in victu & in veſtitu, pars illa participetur. In tanta etiam familiaritate, & affinitate conſociantur heæ prædictæ eccleſiæ, ut ſi quis in aliquo gravi corruat flagitio, unde vel ab eccleſia ſua expellatur, aut ſponte decedat, & illuc confugerit, omni remota occaſione, præter proditionem monaſterii ſui & abbatis, in altero monaſterio tanquam unus fratrum loci illius collocetur.

Nomina eorum qui debent habere mandata in cena Domini cum Monachis viventibus; Abbates omnes hujus loci, *viz.* *Alfinus*, *Thurſtanus*, *Alfwoldus*, *Richerus*, *Conradus*, *Willielmus Baſſet*, *Anſelmus*, *Hugo Danus*, *Willielmus* ſecundus, *Thomas*, *Radolphus*, *Johannes*, *Reginaldus*, *Sampſon*, *Robertus*, *Willielmus* tertius, *Adam*, *Richardus*, *Nicholaus*. Et hi ſimiliter, qui nobis villas & terras dederunt. *Cnut Rex*, qui dedit **Horning**, cum pertinentiis, videlicet **Netherd**, & **Irſtod**, **Ludham**, & **Hecham**, **Thyrn**, & **Aſhby**, & **Nurched** cum pertinentiis ſuis. *Edwardus* Rex, qui dedit **Tunſted** hundredum, *Radulphus* comes, qui dedit **Holt**, & **South-Walſham**, *Skeyb*, qui dedit **Northwalſham**, *Brutricus*, qui dedit **Shotſham**, *Wulfricus*, qui dedit **Hecham** juxta *Norwicum*. *Edgiva Swanſhals*, qui dedit **Thurgarton**. *Saxi*, qui dedit **Swaneton**, *Wulfricus* qui dedit **Hardeal**. *Ernaldus* qui dedit **Wichingham**. *Alfwinus* qui dedit **Scothow**. *Edwinus* & *Ingreda*, qui dederunt **Melton**. *Osfertbus* qui dedit **Felmingham**. *Leſwaldus* qui dedit **Tybnam**. *Wulfricus* qui dedit **Wextonſham**. *Grimbolf*, qui dedit **Caſtre**; *Thurnardus* & *Edwardus*, edificatores hujus eccleſiæ.

Ex hiſtoria *Mariani Scoti* MS. in bibliotheca *Bodleiana* v. 3.7. Jur.

ANno Domini DCCCCxlv. hoc etiam anno rex *Eadmundus* dedit hoc privilegium ſancto *Edmundo* regi & martyri.

“ In nomine ſanctæ Trinitatis. Quamvis de-
“ creta pontificum & verba ſacerdotum velut
“ fundamenta montium in diſtrictis ligaminibus
“ fixa ſint, tamen plerumque tempeſtate & tur-
“ bine ſecularium rerum etiam religio ſanctæ Dei
“ eccleſiæ maculis reproborum diſſipatur ac rum-
“ pitur. Iccircò incertum futurorum temporum
“ ſtatum prævidentes, poſteris ſuccedentibus pro-
“ futurum eſſe decrevimus, ut ea quæ communi
“ tractu, ſalubri conſilio, definiuntur, certis lite-
“ rulis roborata confirmentur.

“ Quapropter ego *Eadmundus*, rex *Anglorum*
“ cæterarùmq; gentium in circuitu perſiſtentium

“gubernator & rector, ad memoriam revoco geſta anteceſſorum meorum qui terrenis opibus eccleſias Sanctorum ditaverunt, quorum exempla imitatus, ad monaſterium quod ſitum eſt in loco qui dicitur Badericheſwyrthe in quo ſanctus *Eadmundus* rex & martyr quieſcit corpore, terram quæ circa illum locum eſſe videtur libenter tribuo, & æternaliter perſiſtat, eatenus ut illam ejuſdem monaſterii familia poſſideat, atque ſuis poſteritatibus eadem dictione derelinquat. Sit autem prædicta terra libera ab omni mundali obſtaculo cum omnibus quæ olim ad ipſum locum pertinere dinoſcuntur, tam in magnis quàm in modicis rebus, campis, paſcuis, pratis, ſilvis: & non reddat aliquod debitum niſi ad neceſſitatem familiæ ejuſdem eccleſiæ. Si quis autem propria temeritate violenter invadere præſumſerit noſtram prænotatam donationem, ſciat ſe proculdubio ante tribunal diſtricti judicis titubantem tremebundumque rationem redditurum, niſi prius hic digna ſatisfactione emendare maluerit.

“Iſtis terminibus prædicta terra circumgyrata eſſe videtur.

Ðiꞅ ꞅẏnꝺen þa lanꝺ ᵹemæꞃo þe Eꝺmunꝺ kẏnᵹ ᵹebocaꝺe ınꞇo ꞅaıncꞇe Eꝺmunꝺe. Ðone ıꞅ þæꞃ æꞃeꞅꞇ ꞅuþ be Ahꞇe ꞇꞃeouuan. ⁊ þonne up be Ealmunꝺeꞅ ꞇꞃeouuan. ⁊ ꞅua ꝼoꞃþ ꞇo Oꞅulꝼeꞅ lea. ⁊ ꞅua ꝼoꞃþ on ᵹeꞃıchꞇe be manıᵹe hẏllan. ⁊ þanan up ꞇo Hamaꞃ loꝺa. ⁊ ꞅua ꝼoꞃꝺ ꞇo ꝼouueꞃ haᵹaꞅ. ⁊ ꞅua æꝼꞇeꞃ þem uueᵹe ꞇo Lıꞇlanꝺꞇune. ⁊ þonam oꝼeꞃ þa ea æꝼꞇeꞃ þam uueᵹe ꞇo Beꞃꞇune ꝺene. ⁊ ꞅua on ᵹeꞃıhꞇe eaꞅꞇ ꞇo Holᵹaꞇe. ⁊ ꞅua ꝼoꞃþ an ꝼuꞃlanᵹ be eaꞅꞇen Bꞃomleaᵹa. ⁊ þonan ꞅuþ ꞇo Nıuuanꞇune meaꝺuue. *Hoc eſt.*

Hi ſunt terræ termini, quam *Ædmundus* Rex ſcripto contulit ſancto *Ædmundo.* Imprimis igitur auſtrum verſus per (cujuſdam) *Abti*, arborem, & inde ſurſum per *Eadmundi* arborem, & ſic deinceps ad *Oſulfi* campum; & ſic deinceps rectà per plures montes; & inde ſurſum ad *Hamari* fluentum; & ſic deinceps ad quatuor ſepes, & ſic per viam ad *Litlandtunam* (i. e. modicam villam) & inde trans aquam per viam ad *Bertunæ* (i. e. villæ frumentariæ) vallem; & ſic rectâ orientem verſus ad *Holgatam* (i. e. portam ad cavum) & ſic deinceps uno ſtadio ad orientem Bromliga (i. e. myricarum campi) & inde auſtrum verſus ad *Niwentune* (i. e. villæ novæ) pratum.

Acta eſt hæc præfata donatio anno ab incarnatione Domini *Jeſu Chriſti* DCCCCxlij. indictione 3.

Ego *Eadmundus* Rex *Anglorum* præfatam donationem cum ſigillo ſanctæ crucis ✠ indeclinabiliter confirmavi.

Ego *Elfgiva* regina firmiter confirmavi & corroboravi.

Ego *Odo, Dorobernenſis* eccleſiæ archiepiſcopus ejuſdem regis principatum & benevolentiam cum ſigillo ſanctæ crucis concluſi.

Ego *Theodred, Londonienſis* eccleſiæ epiſcopus corroboravi.

Ego *Ælfeah, Wintonienſis* eccleſiæ epiſcopus teſtitudinem ſanctæ crucis ſubſcripſi & confirmavi.

Ego *Kenwald* epiſcopus, prædictum donum conſenſi.

Ego *Ælfric* epiſcopus conſignavi.
Ego *Ælfred* epiſcopus confirmavi.
Ego *Burbric* epiſcopus conſenſi.
Ego *Æthelgar* epiſcopus roboravi.
Ego *Æthelwold* epiſc. conſignavi.
Ego *Athelm* dux.
Athelſtan dux.
Alfgar dux.
Athelwold dux.
Albealm dux.
Edmund miles.
Alfgar miles.
Vlfric miles.
Wihtgar miles.
Ælſtan miles.
Ælfred miles.
Ælfheah miles.
Æthelgeard miles.
Æthered miles.
Æthelſige miles.
Elſſige miles.

Charta Canuti *Regis inſpecta & confirmata.*

Carta 8. Ed. 2. nu. 11. memb. 5. Vide etiam Cart 7. & 8. R. a. n. 11.

REX Archiepiſcopis &c. Salutem. Inſpeximus Cartam quam bonæ memoriæ *Knutus* quondam Rex *Angliæ* progenitor noſter, fecit in hec verba. *In nomine poliarchis Jeſu Chriſti Salvatoris mundi tociuſque creaturæ creatoris cujus divino dominatui queque dominationes debito ſervicio ſubnixè deſerviunt, cujus eciam omnipotentatui univerſi potentatus obſecundari examuſſim preproperant, quia bonitas ejus bonitatis eſt in comprehenſibilis, & miſeratio interminabilis, dapſilitas bonitatis ineffabilis, longanimitas quoque ſuper pravorum nequitias quantitatis prolixitate cujuſlibet longior, qui cotidianis admonitionibus religipſam converſationem ducentes monet, ut pia ſectando juſtitiæ culturam, non eam deſerendo linquant, quin pocius perſeverabili inſtancia in ejus cultura ut permaneant paterno affectu hortatur, qui nihilominus eadem affectione mandat peccatoribus ut recipiſcant à ſuis iniquitatibus convertentes, quia eorum execratur mortem.*

Ejus amoris ſtimulo & fide ſuffultus, cujus largiflua miſeratione ego Cnut Rex *tocius* Albionis *inſulæ aliarumque nationum plurimarum in cathedra regali promotus, cum conſilio & decreto archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, comitum, aliorumque omnium meorum fidelium elegi ſanciendum, atque perpeti ſtabilimento ab omnibus confirmandum, ut monaſterium quod* Badriceſworde *nuncupatur, ſit per omne evum monachorum gregibus deputatum, ad inhabitandum, & ab omni dominatione omnium epiſcoporum comitatus illius funditus liberum, ut in eo domino ſervientes monachi ſine ulla inquietudine pro ſtatu regni dominum prevaleant precari. Placuit eciam michi hanc optionis electionem roborare privilegio iſto, in quo videre precepi libertatis donum quod jam olim* Eadmundus *rex* occidentalium Saxonum *largitus eſt ſuo equivoco pro nanciſcenda ejus gratiâ & mercede æterna, ſcilicet* Eadmundo *Regi & martyri, quod bona voluntatis voto augere cupimus, quatinus ejus promereri precibus merear porcionem ejus beatitudinis poſt hujus curſum vitæ.*

Tali libertate concedo fundo frui illi, in quo idem ſanctus

ſanctus pauſat ut quocies populus univerſus perſolvit cenſum Danis, *vel ad naves, ſeu ad arma, perſolvant inhabitantes in ipſo fundo eadem ad uſus quos elegerint fratres illius loci. Sitque nobis remedio hoc, michi quippe eque reginæ mee* Alfgiſe, *ac filiis noſtris, omnibuſque qui pridem ei hoc contulerunt. Huic libertati concedo additamentum, ſcilicet maritimos piſces qui michi contingere debent annualiter per thelonei lucrum, & piſcationem quam* Ulfkitel *habuit in villa & omnia jura quarumcumque cauſarum in villis que monaſterio adjacent & que adiciende ſunt per gratiam Dei. Dedi quoque Regine mee aſſenſum, concedens ei, pro ſua elemoſina dare quatuor millia anguillarum cum muneribus que pertinent ad illas pro annuali cenſu in villa quæ cognominatur* **Lacynga-hythe.**

Si quiſlibet, quod abſit, iſtam libertatem quoquolibet conatu nititur ſervitutis jugo ſubigere, vel prava intentione tranſmutare, ut rurſus clericos in eo collocet, ſit addictus captivitati eterne, carens ſempiterna libertate & mancipatus ſervitio diaboli ejuſque conſortio ſit inextricabilius habenis conſtrictus, niſi ſatisfactio ejus erratui ſubveniat quod prorſus optamus ✠ *Ego* Cnut Rex *gentis* Anglorum *aliarumque nichilominus hoc privilegium juſſi componere & compoſitum cum ſigno dominice crucis confirmando impreſſi* ✠ *Ego* Alfgifa *Regina omni alacritate mentis hoc confirmavi* ✠. *Ego* Uulſtanus *archiepiſcopus conſenſi* ✠. *Ego* Adelnodus *archiepiſcopus confirmavi* ✠. *Ego* Godwinus *epiſcopus corroboravi* ✠. *Ego* Alfwinus *epiſcopus aſſenſum dedi* ✠. *Ego* Alfſinus *epiſcopus conſignavi* ✠. *Ego* Athericus *epiſcopus concluſi* ✠. *Ego* Alfwius *epiſcopus roboravi* ✠. *Ego* Brihtwaldus *epiſcopus* ✠. *Ego* Iric *dux* ✠. *Ego* Godwinus *dux* ✠. *Ego* Ulf *dux* ✠. *Ego* Eglaf *dux* ✠. *Ego* Hacun *dux* ✠. *Ego* Leofwinus *dux* ✠. *Ego* Godricus *dux* ✠. *Ego* Oſlacus *miles* ✠. *Ego* Thored *miles* ✠. *Ego* Thurkil *miles* ✠. *Ego* Thrym *miles* ✠. *Ego* Broſor *miles* ✠. *Ego* Alfricus *miles* ✠. *Ego* Alfwynus *miles* ✠. *Ego* Leofricus *abbas* ✠. *Ego* Alfwardus *abbas* ✠. *Ego* Athelſtanus *abbas* ✠. *Ego* Alfſius *abbas* ✠. *Ego* Leofwinus *abbas* ✠. *Ego* Wulfredus *abbas* ✠. *Ego* Ofkytelus *abbas* ✠. *Ego* Alfwinus ✠. *Ego* Alfricus ✠. *Ego* Alfricus ✠. *Ego* Leofſius ✠. *Ego* Leofricus. On alnnhtiȝer (&c.) Nos autem donationes &c. confirmamus (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* iiij. die Maii, per ipſum regem & per finem centum & viginti librarum. Duppl.

De lite quadam inter abbatem, & epiſcopum Tedfordenſem.

Ex hiſt. MS. *Mariani Scoti* in bibl. *Bodleiana.* v. 3.7. Jur.

ANno Mlxv. Glorioſus rex *Willielmus*, qui primus ex *Normannorum* gente prudentia ſua & fortitudine totam *Angliam* ſuo ſubjugavit imperio hanc licentiam & facultatem *Baldwino*, abbati ſcilicet de burgo ſancti *Edmundi* contulit, ut quocumq; modo poſſet, terras eccleſiæ S. *Eadmundi* adiceret; vel pecunia eas à vicinis ſuis redimendo, vel dono ipſorum proprio & ſpontanea eorum voluntate adquirendo; unde factum eſt, ut plures liberos homines, quos *Sokemannos* vocamus, & illorum homagia adquireret, & eorum adquiſitione monaſterium ſuum locupletaret. Cum autem hiis atque aliis modis infinitis honor per eum creviſſet eccleſiæ, crevit in quibuſdam & exarſit inſatiabilis fames avaritiæ, ita ut eundem locum invaderent, & ſuo eum dominio ſubjugare temptarent.

Extitit malitie hujus exactor & princeps quidem *Erfaſtus*, *Tedfordenſis* epiſcopus, qui propter cupiditatem poſſeſſionum apud ſanctum Dei *Eadmundum* ſibi conſtituere volebat epiſcopatum. Orta verò tali de cauſa inter epiſcopum & abbatem gravi contentione & gravi controverſia, dominus *Baldewinus* abbas concilio & auxilio famoſiſſimi regis *Willielmi* Romam profectus eſt, dominumq; *Alexandrum* papam ſecundum in ſede beati *Petri* principantem invenit, A quo benignè & diligenter ſuſceptus, maximo honori & venerationi habitus, inſigne privilegium ad gloriam & laudem beati regis & martyris *Eadmundi* optinuit, cujus præmunitione eandem eccleſiam uſque ad finem ſeculi in maxima libertate Deo protegente collocavit. Fuit autem cum domino papa converſans aliquantis diebus, donec eum ad ordinem presbyterii promoveret, & quibuſdam dignitatibus ultra quoſdam abbates honorificè inſigniret. Dedit ei virgam paſtoralem & annulum, curamque illi delegavit animarum. Altare præterea quoddam ex porphiritico lapide pretioſum, & in honore beatæ Dei genetricis & ſanctiſſimi regis *Eadmundi* ſolenniter ab ipſo conſecratum, cum maxima dulcedine & dulci devotione, abbati *Baldewino* dominus papa dedit, eique in hæc verba denuntiavit, dicens. *Si totum regnum* Anglorum *aliqua excommunicationis cauſa à divino ceſſaret officio, quamdiu altare illud integrum & illibatum cuſtodire poteritis, nunquam à ſacris miſſarum ſolenniis pro aliqua prohibitione, niſi dominus papa hoc nominatim interdixerit, ceſſabitis.* Et ut in privilegio ſequenti patebit, ex authoritate Dei & beati *Petri* apoſtolorum principis, & ſanctorum canonum ſancivit & confirmavit, ut idem locus ſub abbatis regimine imperpetuum ordine monaſtico deſerviat, neque aliqua eccleſiaſtica aut ſecularis perſona eundem in ſedem epiſcopalem convertat.

Privilegium verò ita incipit.

Alexander epiſcopus (*&c.*) Data *Lateranis* vj. kal. Novembris anno Domini Mlxxj. indictione vij.

Anno Mlxxxj. finitis placitis, calumniis, & querimoniis, quas *Arfaſtus* epiſcopus faciebat *Baldwino* abbati, videlicet de eccleſia ſancti *Eadmundi* & de villa in qua ſanctus martyr requieſcit, die pridie kalendas Junii apud *Wintoniam* coram rege & principibus terræ dedit Rex *Willielmus* glorioſo regi & martyri *Eadmundo* hoc privilegium.

> “ ☧ *Willielmus* Rex *Anglorum*, princeps *Normannorum* atq; Cynomannenſium, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatib. comitib. & cæteris ſuis fidelib. Quoniam nos ad regni faſtigia Dei miſeratione provectos eſſe credimus, oportet ut de proſpera ſtabilitate plebis nobis ſubjectæ, &

“maximè eorum qui in Domini ſervitio die ac nocte deſudant, vigilare curemus. Igitur notum facimus fidelibus regni noſtri preſentibus & futuris, quod *Arfaſtus* epiſcopus eccleſiam beati *Eadmundi*, in qua ipſe venerabilis Rex & martyr incorrupto corpore diem expectat beatæ reſurrectionis, ſuam epiſcopalem debere eſſe ſedem, nobis & multis aliis referebat. Unde inter *Baldwinum* abbatem prædictæ eccleſiæ & ipſum epiſcopum per multum temporis facta quam maxima altercatione, concilio archiepiſcoporũ, epiſcoporum, & aliorum multorum nobis fidelium, ut utrorumque ſuper hiis ratio in noſtra diſcuteretur curia, dignum cenſuimus. Qui dum die ſtatuto coram adeſſent, epiſcopus ſuum ſatis facunde fecit clamorem, ſed ſcriptis & teſtimoniis omnimodo vacuum. Abbas verò e contra quomodo *Canutus* Rex à prædicta eccleſia, cum communi conſilio archiepiſcoporum, epiſcoporum, & optimatum ſuorum, presbyteros qui inibi inordinatè vivebant ejecerit & monachos poſuerit. Quodque poſtmodum ipſam eccleſiam *Ailnodus* archiepiſcopus *Cantuarienſis* juſſu prælibati regis dedicaverit, atque primum abbatem loci illius epiſcopus *Lundonienſis*, ſecundum epiſcopus *Wintonienſis*, ipſum etiam *Baldwinum*, qui tertius eſt abbas, archiepiſcopus *Cantuarienſis* ſacraverit.

“Et quia per liij. annos, ſine alicujus jam dicti *Arfaſti* anteceſſoris contradictione, monachi prædicti loci à quibus voluerint epiſcopis ordines ſuſceperint, ex ordine luculenter enarravit. Oſtendit denique & præcepta, videlicet *Canuti* Regis atque glorioſiſſimi Regis *Eadwardi*, in quibus ab omni dominatione omnium epiſcoporum comitatus illius funditùs ſæpedictam eccleſiam liberam perpetualiter ipſi Reges eſſe conceſſerunt. Quod *Cantuarienſis* archiepiſcopus *Lanfrancus*, & *Thomas Eboracenſis* archiepiſcopus, & *Odo Baiocenſis* epiſcopus frater meus & comes *Cantiæ*, & plerique alii epiſcopi, *Rotbertuſ*que filius meus atque cæteri principes regni noſtri qui aderant audientes, cenſuerunt tanti loci tantam auctoritatem, inviolatam uſque in finem ſeculi debere permanere. Quorum irrefutabili judicio, prout dignum fuit, aſſenſi & conſenſum præbeo.

“Placuit etiam nobis, conſilio archiepiſcoporum, epiſcoporum comitum, aliorúmq; multorum nobis fidelium, atque digna petitione *Baldwini* abbatis, qui noſtram humiliter requiſivit ſerenitatem, anteceſſorum noſtrorum *Anglorum* regum, ſcilicet *Eadmundi*, *Canuti*, *Hardecanuti*, atque illuſtris *Eadwardi*, cujus, miſeratione domini, genere & dono in regno ſumus hæredes, præcepta quæ jam ſæpe nominatæ eccleſiæ contulerunt, noſtro roborare præcepto, ex hoc ut ab *Arfaſti* epiſcopi, omniumque ſibi per tempora ſuccedentium epiſcoporum dominatione ipſa eccleſia & villa in qua ſita eſt eadem eccleſia, ſit libera. Et ut hæc auctoritas noſtris & futuris temporibus circa ipſum ſanctum locum perhenniter firma & inviolata permaneat, manus noſtræ ſubſcriptione cartam hanc decrevimus roborare & ſigilli noſtri impreſſione firmare.

“✠ Ego *Willielmus* Dei gratia *Anglorum* Rex hoc præceptum juſſi ſcribere, & ſcriptum cum ſigno dominicæ crucis confirmando impreſſi. ✠ Ego *Mathildis* regina corroboravi. ✠ Ego *Lanfrancus*, *Cantuarienſis* archiepiſcopus confirmavi. ✠ Ego *Thomas* archiepiſcopus *Eboracenſis* roboravi. ✠ Ego *Odo Baiocenſis* epiſcopus aſſenſum dedi. ✠ Ego *Gosfridus*, *Conſtantienſis* epiſcopus conſignavi. ✠ Ego *Hugo Lundonienſis* epiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Walquelinus*, *Wintonienſis* epiſcopus concluſi. ✠ Ego *Wlſtanus*, *Wigornenſis* epiſcopus aſſenſum præbui. ✠. Ego *Remigius*, *Lindisfarnenſis* epiſcopus non renui. ✠. Ego *Stigandus*, *Bathonienſis* epiſcopus affirmavi. ✠ Ego *Oſbertus*, *Exonienſis* epiſcopus aſſenſum dedi. ✠ Ego *Petrus*, *Ceſtrenſis* epiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Arfaſtus*, *Theodfordenſis* epiſcopus collaudavi. ✠ Ego *Gundulfus*, *Roſenſis* epiſcopus laudavi. ✠ Ego *Oſmundus*, *Searuberienſis* epiſcopus roboravi. ✠ Ego *Rodbertus*, *Herefordenſis* epiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Rodbertus*, regis filius aſſenſum dedi. ✠ Ego *Willielmus*, filius regis collaudavi. ✠. Ego *Henricus*, filius regis confirmavi. ✠ Ego *Mauricius* regis cancellarius relegi & ſigillavi. ✠ Ego *Bernardus*, capellanus regis. ✠ Ego *Scollandus* ſancti *Auguſtini* abbas. ✠ Ego *Wlfwoldus*, *Certeſienſis* abbas. ✠ Ego *Vitalis* abbas de *Weſtmonaſterio*. ✠ Ego *Ægelnothus*, *Glaſtonienſis* abbas. ✠ Ego *Ægelwius*, *Eoveſhamenſis* abbas. ✠ Ego *Ægelſinus*, *Rameſienſis* abbas. ✠ Ego *Turoldus*, *Burgenſis* abbas. ✠ Ego *Rogerius* comes de *Montegumerici*. ✠ Ego *Hugo* comes *Ceſtrenſis*. ✠ Ego *Alanus* comes *orientalium-Anglorum*. ✠ Ego *Albericus* comes *Nordanbymbrorum*. ✠ Ego *Rodbertus* de *Belomonte*. ✠ Ego Hugo de *Monteforti*. ✠ Ego *Ricardus*, *Giſleberti* comitis filius conſignavi. ✠ Ego *Baldwinus* frater ejus. ✠ Ego *Henricus* de *Ferrariis*. ✠ Ego *Hugo* de *Grentemaiſnilo*. ✠ Ego *Walterius Giffardus*.

“Data pridie kalendas Junii anno xv. regnante *Willielmo* rege glorioſiſſimo; ab incarnatione autem Domini Mlxxxj. indictione iiij. Actum apud *Wintoniam* in palatio regio in Dei nomine fœliciter. *Amen*.

Inquiſitio dè ſtatu Seneſcalli libertatum loci.

INquiſitio facta in magna curia ſancti *Edmundi* coram eſcaetore domini regis citra *Trentam*, die Jovis in ſeptimana paſche anno regni regis *Edwardi* triceſimo, videlicet cujuſmodi ſtatum *Johannes* de *Haſtingis*, qui clamat ſeneſcalliam libertatis ſancti *Edmundi* in feodo ſolebat habere, & de jure habere debet, tam tempore vacationis dictæ abbathiæ quàm in vita abbatis ibidem per ſacramentum *Willielmi Talemaſche*, *Petri* de **Taleworth** militis, *Walteri* de **Cloptone**, *Thomæ Giffard*, *Reginaldi* filii *Jordani*, *Johannis* de **Wicham**, *Willielmi* de *Capellis*, *Sampſonis* de **Batisforde**, *Ricardi* de **Hanvyle**, *Thomæ Undertwode*, *Nicholai de* **Depeden**, *Oſberti* de **Aldham**, *Willielmi* de [illegible] *vilo*, *Henrici* de **Brockeleie**, & *Thomæ* **atte Goze**, jurator. Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum quod *Henricus* de *Haſtinggis*, pater ipſius *Johannis* de *Haſtinggis*, & *Henricus* de *Haſtinggis*, avus ejuſdem *Johannis*

Eſcaet. an. 30. *Ed.* 1. nu. 19.

de *Haſtingges*, & anteceſſores ſui tenuerunt tempore ſuo Seneſcalliam libertatis ſancti *Edmundi* in feodo, tam tempore Abbatis ejuſdem loci qui pro tempore fuerit, quam tempore vacationis ejuſdem Abbatiæ, capiendo ad quamlibet magnam curiam ſancti *Edmundi* unam marcam, ſi curiam prædictam in propria perſona tenuerit, de Abbate ſancti *Edmundi* per manus Conſtabularii dicti Abbatis, niſi Abbas fuerit in villa ſancti *Edmundi*, vel in maneriis de **Elmiſwelle**, **Chenyngton**, & **Coleforde** die curie tente. Et ſi Abbas non ſit in villa ſancti *Edmundi*, & ſit in aliquo de prædictis maneriis, poſt curiam tentam Seneſcallus ibit ad Manerium illud ubi Abbas fuerit cum octo equis ſuis & tredecim hominibus ſuis, & ſero capiet unam ſummam avene cum feno ſufficienti, unum ſextarium vini, & ſexdecim lagenas cerviſiæ, & viginti quatuor candelas cere, ſcilicet tempore iemali, & tempore eſtatis duodecim, & octo panes leporariis ſuis, & duas gallinas falconibus ſuis. Et prædictus Seneſchallus die prædicto habebit cum hominibus ſuis honorabilem ſuſtentationem, ut in cibo & potu.

Præterea ſi Seneſchallus adeat ad comitatum *Gippewici*, vel alibi in negotiis Abbatis per præceptum domini regis vel pro officio ſuo faciendo, capiet de Abbate expenſas ſuas idoneè prout decet. Et capiet ſingulis annis de Abbate pro ferrura equorum ſuorum i. marcam. Et capiet decem ſolidos per annum pro hominibus ſuis. Præterea idem *Henricus* de *Haſtinggis* & anteceſſores ſui ſolebant capere, & de jure habere rationabiles expenſas ſuas verſus Scaccarium ſingulis annis pro duobus profris faciendis, & uno compoto reddendo per annum, & ibidem morando pro debitis domini regis per ſummonitionem Scaccarii levatis, & de dicto Scaccario verſus partes ſuas redeundo. Et dicunt quod *Johannes* de *Haſtinggis* filius & hæres prædicti *Henrici* qui Seneſcalliam prædict. nunc de feodo clamat, & de jure hæreditatis prædicti *Henrici* dictam Seneſcalliam habere debet & tenere ſibi & hæredibus ſuis imperpetuum, capiendo ipſe & hæredes ſui ratione Seneſcalciæ prædictæ totum feodum prædictum ſi dictum officium in propria perſona ſua facere voluerit. Set dicunt quod ſi dictus *Johannes* de *Haſtinggis* dictum officium per aliquem locum ſuum tenentem facere voluerit, tunc idem locum ſuum tenens medietatem totius feodi prædicti & rationabiles expenſas capiet pro officio prædicto faciendo, tam tempore Abbatis ibidem qui pro tempore fuerit, quam tempore vacationis ejuſdem Abbathiæ.

Et dicunt quod in ultima vacatione dictæ Abbathiæ per mortem *Symonis* tunc Abbatis ibidem, idem *Johannes* de *Haſtinggis* fuit infra ætatem, & terræ & tenementa ſua in manu domini regis extiterunt, & in cuſtodia comitis *Cornubiæ*, ex dimiſſione domini regis, per quod idem *Johannes* de *Haſtinggis* in eadem vacatione nichil percipiebat per manus proprias, ſet quidam *Jordanus* de **Sakevile** tunc locum Seneſcalli tenens medietatem iſtius feodi prædicti percipiebat. In cujus, &c.

Quædam loci memorabilia.

Ex regiſtro ejuſdem cœnobii penes Robert. Bacon equit. aur. fol. 214.

CUm Monaſterium glorioſi Regis & Martyris ſancti *Edmundi* in quo incorruptum ipſius corpus requieſcit humatum, à prima introductione Monachorum, viz. à tempore regis *Canuti*, qui Monachos in eodem primo inſtituit, extitit & eſt realiter & de facto notorieque exemptum, ut in charta dicti regis *Canuti*, qui cum aſſenſu & decreto regni ſui dominorum ſpiritualium & temporalium in ſuo pleno Parliamento (prout ſibi ad tunc & aliis licuit regibus quibuſcunque, Eo quod nullum pro tunc per ſummos Romanorum Pontifices editum fuerat decretum ſive decretale in oppoſitum) prædictum exemit Monaſterium, aliiſque chartis Regiis & bullis Papalibus patet manifeſte, ita, videlicet, quod nullus Archiepiſcopus, ſive Epiſcopus, aliave perſona Eccleſiaſtica, vel miniſter regis ullam quomodolibet in eodem habere debet dominationem ſive exercere poteſtatem vel juriſdictionem.

Ac poſtea nonnulli reges & principes, aliique regni proceres, ut *Hardecanutus*, præfati Regis filius, glorioſuſq; Rex ſanctus *Edwardus*, *Willielmus* Conqueſtor & alii, quorum memoria ſit in benedictione, prædicti regis *Canuti* veſtigia imitantes, dictum Monaſterium bonis & poſſeſſionibus dotaverunt, ac privilegiis regiis fortiſſime munierunt. Nonnulli tamen Sathanæ ſatellites, ſpiritu ducti ſathanico, dicti monaſterii infringere privilegia perſepe attemptaverunt, Inter quos *Arfaſtus* quidem & *Willielmus Bateman*, *Norwicenſes* Epiſcopi ſpecialiter ſunt notati, qui tamen in foveam quam paraverant meritò inciderunt, ut quidem ſequens proceſſus poſtea declarabit; quia à ſeculo non eſt auditum, Quod quis ſancti *Edmundi* Monaſterium leſerit vel ejuſdem Monaſterii privilegia infregerit, quin eum dominus ſpiritu oris ſui aut penitentem correxit vel non correptum contriverit.

Cum ergo proverbialiter dicatur, *Jacula previſa minus lædunt*, *Willielmus Curteys* Abbas ad memoriam reducens quædam gravamina nuper dicto Monaſterio illata, ac ſuos volens ſucceſſores reddere cautiores, quædam privilegia dicti Monaſterii exemptionem ſpecialius concernentia, una cum quodam proceſſu de quibuſdam gravaminibus contra præd. privilegia per præfatos Epiſcopos & alios, ut premittitur, injuſte attemptatis, poſteros ne lateret, ſerioſè ſub certa forma decrevit regiſtrari. Et quanquam ab aquilone pandatur omne malum, ſicut cum *Petri* navicula undis periclitata divinæ manus dante gratia non periit, ſic glorioſi Martyris ſancti *Edmundi* Monaſterium, ipſo intercedente à cunctis ventis Aquilonaribus illeſum permanebit. Quidam enim *Willielmus Alnwick*, *Norwicenſis* Epiſcopus, tempore præfati *Willielmi Curteys* Abbatis, contra privilegia & exemptionem Monaſterii voces emiſit teterrimas, ventumq; Aquilonarem fortiter exufflavit, Sed benedictus Deus, qui non deſerit ſperantes in ſe. In nobis adimplevit miſericordiam ſuam ipſius maliciam gratioſe compeſcendo. Quidam etiam *Clemens Denſton*, ipſius Epiſcopi Archidiaconus, & quidam *Nicholaus Bakhot*, contra exemptionem & privilegia ventum validum commoverunt,

moverunt, ſed ſancti *Edmundi* Monaſterium ſuper firmam fundatum petram, ut mons ſtetit immobilis facieſque ipſorum confuſio cooperuit. Et quemadmodum *Berith* & *Aſteroth* à facie fugierunt beati *Bartholomæi* Apoſtoli, ſic iſti fugierunt impii nemine perſequente. Deo tunc volente poſtea capti fuerunt & in foveam quam fecerant meritò inciderunt, &c.

Ibid. fol. 211.212. I*Ngwar* & *Vbba* apud **Thetford** junctis viribus ad **Egleſdene** venientes ſanctum *Edmundum* martyrizaverunt : occubuit ſanctus *Edmundus* anno Dom. DCCClxx. & anno ætatis ſuæ xxix & regni ſui xv. 12.Kalend. Decemb. ſepultus fuit vero in eodem loco ubi occubit & jacuit ibidem in terra defoſſus per xxxiij. annos. Ceco igitur ibi ſanato & multis jam factis miraculis, multitudo populi, non ſolùm vulgi, ſed etiam nobilium, conſtruxit in villa de **Bedriceſworth**, permaximam ligneo tabulatu baſilicam, ad quam cum Clero & Pontifice tranſtulit eum de loco in quo ſepultus erat poſt martyrium: cujus corpus cum capite unito ita incorruptum eſt repertum acſi eodem die fuiſſet ſepultum, &c.

Tempore regis *Ethelſtani* circa annum Domini DCCCCxxv. perpendentes quidam clerici martyrem magni eſſe meriti, ſub ejus patrocinio devoverunt ſe Deo perpetuo famulari; fuerunt enim in principio 7. vel 8. progreſſu verò temporis multiplicati ſunt ad numerum 19. viventes de præbendis ſuis & oblationibus à fidelibus eidem loco collatis. Clareſcentibus igitur miraculis, multa eidem cœnobio clericorum, ob amorem ſancti *Edmundi* ſunt collata beneficia, inter quæ rex *Edmundus* filius regis *Edw.* primi & *Edgari* regis pater dedit ſancto *Edmundo* & Clericis ſuis villam de **Bedriceſworth** cum charta quæ incipit, *Quamvis Decreta*, &c.

Anno Domini Mx. & anno regni regis *Etheldredi* xxx. ſanctus *Edmundus*, propter infeſtationem *Turkilli*, comitis *Danorum*, *London.* eſt ab *Ailwino* tranſlatus: ſed tertio anno ſequente ad **Bedriceſworth** eſt reverſus: anno quarto regis *Canuti*, idem rex *Canutus* ad magnam ſolertemque inſtantiam *Ailwini* præſulis *Elmamenſis*, (cujus ſedes Epiſcopalis poſtea ad **Thetford** per *Arfaſtum*, & tandem per *Herbertum*, *Thetfordenſem* Epiſcopum uſque ad *Norwicum* extitit tranſlata) Clericis, qui adtunc apud **Bedriceſworth**, quæ nunc villa ſancti *Edmundi* nuncupatur, vitam actitabant minus regularem, ab inde expulſis & ejectis, Monachos ordinis ſancti *Benedicti* regulariter profeſſos, Abbatem nomine *Vnium* eis præficiendo ibidem introduxit, per CCClxxxiij. annos poſtquam *Sigebertus* rex *eſt-Anglorum*, qui apud **Bedriceſworth** prædictum Monaſterium conſtruxerat, in quo accepta tonſurâ Monachicâ æterno regi Chriſto per multorum annorum curricula fideliter deſervivit, & tandem anno Domini DCxxxvij. à rege *Mercior.* *Pendæ* nomine, pagano & ſacrilego fuerat interemptus, per CCxxxiv. annos ante paſſionem glorioſi regis & martyris *Edmundi* ſuperius memorati.

Quibus verò Abbati & Monachis ſic ad dicti præſulis inſtantiam ibidem introductis, idem præſul munificus adtunc exemptionem conceſſit ſpecialem, omne videlicet jus ſuum & juriſdictionem, necnon omnibus dictum oppidum, ſive in ejus circuitu per unius ſtadii ambitum inhabitantibus, ab ipſius Epiſcopi ſucceſſoribus, aut à quibuſcunque aliis Epiſcopis juſtè & legitimè creatis & ordinatis, licentiam recipiendi omnia Epiſcopalia ſacramenta libere concedendo. Necnon idem Monaſterium, Abbatem, Monachos, & oppidum cum omnibus & ſingulis in eodem oppido commorantibus à ſua juriſdictione Epiſcopali & omnium ſucceſſorum ſuorum pro perpetuis extunc futuris temporibus gratanter eximendo. Hic inſuper præſul magnificus videlicet *Aldwin*, anno primo immediate ſequente poſt introductionem Monachorum apud ſanctum *Edmundum*, videlicet anno Domini Mxxj. conſtruere cœpit Eccleſiam ſancti *Edmundi* regis & martyris antedicti in eodem ſcilicet loco in quo per *Sigebertum* regem antedictum primitus conſtructum erat monaſterium, & in quo idem rex devotus habitu tectus Monachico vitam duxit regularem, tempore *Felicis*, *eſt-Anglorum* Epiſcopi, prout ex cronicis *Crolandiæ* atque *Ceſtriæ* colligitur manifeſtè. Cujus conſtructionis ſumptus populus patriæ illius videlicet *Norfolk*, & *Suffolc.* quatuor denarios annuos de qualibet carrucata terræ, quod uſque hodie *Carucagium* appellatur, ad fabricam eccleſiæ antedictæ pro perpetuo unanimi aſſenſu & conſenſu conceſſit pariter & perſolvit: ex qua quidem pecunia collecta incepta fuerat Eccleſia ſancti *Edmundi* antedicta. Quæ anno ab inceptione ejuſdem xij. videlicet anno Domini Mxxxij. ab Archiepiſcopo *Agelnotho* in honore Chriſti beatæ *Mariæ* & ſancti *Edmundi* extitit dedicata, in qua ad feretrum martyris glorioſi, ob ipſius reverentiam, plerique reges *Angliæ* ſuas tranſmittere coronas perſepe conſueverunt.

Illuſtris Rex *Hardicanutus*, Regis *Canuti* filius hæres & ſucceſſor, per chartam ſuam (inter alia) conceſſit, ut nullus Archiepiſcoporum aut Epiſcoporum, vel aliqua ſecundi ordinis eorum diſciplinatui adherentium perſonarum audens quoquo modo ſuæ conſtitutionis violare inditium præſumeret, quicquam conſuetudinis ſive dominationis in prædicto Monaſterio & villa prædicta ſive ſuper Monachos clericos aut laicos proclamare, uſurpare, juſtitiam aliquam facere aut miſſas celebrare niſi à præfati loci Abbate ſpecialiter fuerat invitatus, pœnam nimium formidabilem incurſurus, ac inſuper regio fiſco xxx. auri talenta perſolvat, quæ in pecunia numerata reddunt & in ſe continent librarum decem millia. In qua pecuniæ ſumma quidam *Norwicenſis* Epiſcopus, prædictorum præcepti & decreti violator, temerariis ſuis exigentibus demeritis, quondam per placitum diuturnum ac tandem per judicium fuerat condemnatus. Extunc autem prædictorum regum nobilium ſucceſſores egregii, ante decretorum ſive aliorum canonum quorumcunque compilationem, præcepta & decreta prædicta benigne confirmaverunt.

Ut inſuper omnium regum prædictorum præcepta & decreta per quemlibet eorum ſolide confirmata perpetuis extunc futuris temporibus infringibilas & inconcuſſa valerent perdurare, *Alexander* Papa ſecundus, anno Pontificatus ſui undecimo videlicet anno Dom. Mlxxj. (per ſeptinginta & octo annos ante compilationem decretorum vel aliorum canonum quorumcunque) ad inſtantiam præfati *Willielmi* regis & conqueſtoris, ipſius regis *Willielmi* ac omnium aliorum regum ſuorum prædeceſſorum prædictorum præcepta & decreta per bullam ſuam confirmavit, cujus ſucceſſor immediatus *Gregorius* Papa ſeptimus, *Urbanus* ſecundus, *Calixtus* ſecundus, ac nonnulli alii *Romani* pontifices præfati *Alexandri* ſecundi præcepta per ipſorum omnium bullas confirmaverunt. Præterea *Alexander* Papa tertius anno Pontificatus ſui 30. videlicet Anno Dom. MClxiij. & poſt compilationem decretorum 13. omnium prædeceſſorum ſuorum *Romanorum* Pontificum ac etiam omnium regum prædictorum præcepta & decreta una cum regis *Henrici* ſecundi, adtunc apicem regni gubernantis, præcepto & decreto, firmiter roboravit & ſuis bullis authenticis de facto confirmavit. Proceſſu verò temporis nonnulli ac pene omnes extunc ſummi *Romani* Pontifices, ac omnes *Angliæ* reges nobiliſſimi omnium prædeceſſorum & progenitorum ſuorum præcepta & decreta in firma permanere ſtabilitate per ſuas bullas ac chartas ſpeciales veriſſimè decreverunt.

Ibid.f.83. VEnerandæ memoriæ ſanctus *Theodredus*, *London.* Epiſcopus; qui fuit à tempore *Ethelſtani* regis uſq; ad tempus *Edmundi* regis fundator *Claſtinberenſis* cœnobii, dedit S. *Edmundo* hæc maneria, **Neuton**, **Horningeſh**, **Ikeworth**, **Wepſted**. Item quidam *Godricus Charck* cum filio ſuo dedit ſuam partem in **Newton**, de **Horningeſhe** jam dictus Epiſcopus ſuam partem dedit & *Robertus le Manant* aliam partem, tertia pars de *Soccagio* fuit.

Tempore *Canuti* regis & filii ejus *Haroldi*, fuit quidam Epiſcopus *orientalium Anglorum*, *Elricus* nomine, qui dedit ſancto *Edmundo* hæc maneria **Haneſtoneſton**, & terram ad **Holme**, **Tichwel**, **Docking**, **Grimſton**, & manſuram apud **Norwich**, & molendinum *Ulnothi*.

Tempore *Edwardi* regis, & primo tempore *Willielmi* regis fuit *Agelmerus orientalium Anglorum* Epiſcopus, qui dedit ſancto *Edmundo* hæc maneria **Hindringham**, **Langham**, **Hildolneſton**, **Swanton**, & lx. marcas argenti.

Item *Theodredus* Epiſcopus dedit ſancto *Edmundo* unam partem de **Berton**, & *Eadwinus* aliam partem, & *Ericus* prepoſitus tertiam partem acquiſivit tempore ſancti *Edwardi* regis.

Inclitus Rex *Edwardus* dedit cognato ſuo beato *Edmundo*, **Mildenhall** & octo & dimidium hundreda, & **Conegeſton**, & **Caſtre**, & **Pakenham**, quod ante habuit *Oſgodus Claf.* Inſuper omnes libertates quas nunc habet Eccleſia ſancti *Edmundi* ipſe eidem Eccleſiæ conceſſit, illas conceſſas in perpetuum tenendas privilegiis ſancivit. Mater vero ejus *Ealſgina* regina inter alia multa bona **Kirkeby** eidem ſancto conceſſit. Idem rex ſanctus dedit **Wlpet** quod fuit de *Soccagio*, & **Riſeby** & **Staunton**.

Willielmus primus rex dedit ſancto *Edmundo* prima vice qua ejus requiſiverunt ſuffragium **Broc** & omnia appenditia ejus, In alia vice totum feodum *Brithulſi* filii *Leomari* fratris abbatis *Baldwini*; nam ad opus Eccleſiæ & fratris ſui ipſe abbas impetravit omnes terras prædicti viri à rege *Willielmo*, ſcilicet hæc maneria **Cheventon**, **Sayam**, **Dunham**, **Cotſtock**, & **Somerledeſton**. Item ipſe rex dedit **Hargrave** totam. *Matildis* ejus reginæ conſenſu & aſſenſu ejus dedit ſancto *Edmundo* **Berket** cum omnibus appenditiis ejus.

Rex *Henricus* dedit ſancto *Edmundo* & *Anſelmo* abbati unam manſuram in urbe *Rothomas* ſuper *Sequanum* fluvium, & dedit **Halſted**.

Stephanus Rex remiſit ſancto *Edmundo* cuſtodiam xl militum de *Norwic.* caſtello & hundred. de **Stow**, **Beccles** & *les aſſarts* de **Herlaw**.

Richardus Rex dedit ſancto *Edmundo* decem libratas terræ in manerio ſuo de **Aylſham**, ad ſuſtentationem quatuor cereorum continuè ardentium circa feretrum beati *Edmundi*, anno gratiæ 963. temporibus & licentia *Edgari* regis, & ſancti *Dunſtani* archipreſulis, & *Ædulfi* preſulis *Elmanenſis*. *Wolfſtanus* comes dedit ſancto *Edmundo* **Palegrave**.

Tempore *Edmundi* regis, patris ſanctæ *Edithæ* virginis, & *Theodredi London.* Epiſc. quidam comes nomine *Ealfgar* conceſſit ſancto *Edmundo* **Cocfeld**, poſt mortem *Ailfled* filiæ ſuæ, quæ poſtea eandem terram cum alio manerio viz. **Cherleſworth** eidem ſancto per ipſam chartam per quam rex *Edgarus* eandem ſaiſiavit devotè contulit.

Edmundus rex dedit villam de **Bedriceſworth** & minorem **Fornham**: *Alnothus* prepoſitus regis *Edwardi* dedit majorem **Fornham**, *Edwinus* rex dedit **Benkls**.

Alfricus, Epiſcopus *Elmenſis* cognomento *Bonus* dedit tertiam partem in **Palegrave**, **Wirlingworth**, & **Saliam**, & **Rungton**, & **Thorp** & **Weſtle** & **Sichwold** & partem de **Brockford** & **Bradfield**.

Walterius filius *Roberti* dedit molendinum apud **Hemenhall**.

Warinus filius *Geroldi* dedit **Sabriceſworth**.

Thirketell nobilis heros dedit ſancto *Edmundo* **Palegrave** & dimidiam **Witingham**.

Ulfketil comes, tempore *Etheldredi* regis, dedit ſancto *Edmundo* **Redgrave** totum, & **Rikenhall** totum, **Wlpet**, & **Ruchan**, & **Hilderel** & **Bedfareſthorp**, **Bradfield**, **Falſtian** & **Hegeſete**.

Thirkeel Dreing inclitus dedit **Culford** & **Bridwel** & **Ixworth** cum Eccleſia & **Caſtre**, **Thorp** & **Anhouſe**.

Vir glorioſus *Lauerd Edwinus* dedit ſancto *Edmundo* **Eskereſthorp** & item aliud **Thorp**. Et ſancto *Benedicto* de *Hulmo* **Midleton** majorem & minorem.

Oſulf le Sire & domina *Leveruna* uxor ejus dederunt ſancto *Edmundo* **Briſingham**.

Wlfius procer dedit ſancto *Edmundo* **Wiken**, cum ſilva adjacente.

Wlfgat Barun notus tempore *Stigandi* dedit ſancto *Edmundo* **Fakenham** & **Giſlingham**.

Walter dedit dimidium de **Northo**.

Stigand Lauerd dedit **Playford**, tempore *Alfrici* Epiſcopi & *Unii* Abbatis.

Leofgina inclita matrona, cognata *Alfrici* filii *Withgari*, dedit ſancto *Edmundo*, tempore *Alfwardi* preſulis **Hincleſham** & **Griſlingthorp**.

Sifleda virago famoſa dedit **Mernigthorp** quando mare tranſiit.

Tempore regis *Edwardi* fuit quidam vir ſtrenuus *Hering*, *Thurſtanus* filius *Wine*, qui dedit ſancto *Edmundo* **Herlaw** & **Schoulham** ad **Northall** & *Cantuariæ* Eccleſiæ **Wimbiſh**. Et ſanctæ *Etheldredæ* **Wetheringſet**, **Cnapwell**, **Weſton**, & **Henham**.

Alfricus Modercopp nobilis heros tempore *Edwardi* regis dedit ſancto *Edmundo* **Lodne** & **Thirwehole**, & ſanctæ *Etheldredæ* **Beorch**.

Leofgina inclita matrona tempore *Willielmi* regis & *Baldwini* Abbatis dedit ſancto *Edmundo* **Blinham**.

Tempore *Etheldredi*, *Canuti* & *Edwardi* regum *Alfricus* comes famoſus, filius *Withgari* dedit ſancto *Edmundo* **Meleford** & Eccleſiam ſancti *Johannis* Baptiſtæ apud *Claram* conſtruxit & Clericos ibidem collocavit, & manerium eidem Eccleſiæ dedit & ſancto *Edmundo* & *Leoſtano* Abbati dimidium ejuſdem Eccleſiæ tradidit in perpetuum, & *Withgarum* filium ſuum idem concedere compulit.

Tirkill & *Ethelget* dedit ſancto *Edmundo* **Wigorham**.

Quidam languidus apud **Stapleford**, qui hoſpitio recepit corpus ſancti *Edmundi*, pro ſanitatis gratia conſecutæ illud manerium ſancto dedit in perpetuum.

Idem apud **Aungre** hoſpitabatur ubi in ejus memoria lignea capella permanet uſque hodie. *Manning*, *Swartingi* **Sone** dedit ſancto *Edmundo* **Chebenhall**, & *Ulf* filius ejus abſtulit cum ſponte congreſſus ipſum interemit, ſed gutta veneni in timorem verſus, cum mori ſe viderit, fratres vocavit, & apud eos penituit, & optionem dedit utrum manerium prædictum vel **Silham** recipere vellent, ſed ipſi prius datum elegerunt.

De *Leofſtano* dapifero *Leofſtani* Abbatis & de *Stannardo* cognato ejus **Welnetham**, **Halſted**, **Greenfield** & **Rothing** Eccleſia ſancti *Edmundi* obtinuit.

Ad **Borſted** ſanctus *Edmundus* ab antiquo tempore habuit ſex carucatas terræ.

Sywardus Monachus, quem *Leoſtanus* Abbas decanum fecit à ſuis parentibus **Titeſhall** procuravit, & ſancto *Edmundo* reliquit.

Fuit & quidam Monachus de *Weſtmonaſterio*, qui hereditatem parentum ſuorum **Hemegreth** conſecutus fuerat, ubi delectandi cauſa reſidebat. Cujus cum infamiam quidam Monachus *Edridus* prepoſitus ſancti *Edmundi* multoties erubeſceret, acceſſit ad eum inquiens, *nunquam congruum eſt ut vita Monachi laicalis fiat, hinc diſcede, nec amplius infra hundreda ſancti* Edmundi *aliquam villam vendicare, nec hanc repoſcere quia ſancti* Edmundi *eſt*, *præſumas*. Ita Monachus alterius auſteritate perteſus diſceſſit, & villa hactenus in poſſeſſione ſancti *Edmundi* permanſit.

Leofgiva nobilis matrona tempore *Baldwini* Abbatis pro *Siredo* nepote ſuo & ſuo victu dedit ſancto *Edmundo* **Blunham**.

Quædam alia matrona dedit **Semer**, & quædam alia dedit **Lacford**. Monachi adquiſiverunt **Hemegred**.

Ulfricus, vir dives, dedit ſancto *Edmundo* **Heringeſwell**.

Erat quidam vir ſtrenuus *Reynaldus ſans naſe*, ſic vocatus, quia naſum in bello cum *Willielmo* ſeniore amiſerat, cui rex multa pro ſuis laboribus, ac inter cætera **Lidgate** dederat, qui pro remedio animæ ſuæ dum *Jeruſalem* adire vellet ſancto *Edmundo* prædictam villam dedit, ſed *Baldwinus* Abbas, quo viam diſpoſitam melius complere poſſet, pluſquam xl. libras argenti ei beneficio largitus eſt.

Teſtes corporis S. Edmundi *incorrupti.*

Lelandi collectan. Vol.1. p.247.

O*Swenne* devota fœmina, prima vice vidit ejus incorruptum corpus apud **Bederiche-worth**.

Secunda vice *Egelwinus* Monachus, præpoſitus ſepulchri ſancti *Edmundi* xxx. annis, tempore clericorum.

Tertia per S. *Theodredum* Epiſcopum Diœceſanum.

Quarta per Abbatem *Leofſtanum*.

Quinta per Abbatem *Baldewinum*, qui corpus ſancti *Edmundi* à capella rotunda in novam baſilicam ab eo conſtructam tranſtulit, ubi hodiè requieſcit.

Sexta per Abbatem *Sampſonem*, hic invenit unum Angelum de auro optimo fabricatum, cubiti longitudine, jacentem ſupra pectus martyris, & dextra gladium habentem; ſiniſtra verò ſcriptum ſic dicens.

Martyris ecce zoma Michaelis *ſervat agelma.*

Septima comes quidam *Leofſtanus*.

Chronica aurea. *Chronicon* Jocelini.

Circa annum Domini DCCCCxxv. & ſecundo regis *Athelſtani*, quidam clerici, numero ſeptem vel octo, cœperunt ſervire Deo, & ſancto *Edmundo* tanquam patrono. Proceſſu temporis creverunt ad numerum xx. viventes de Præbendis ſuis & oblationibus.

Edmundus Rex, filius *Edwardi* primi, & pater *Edgari* regis, dedit S. *Edmundo* & clericis villam de **Bedericeſworth** anno Domini DCCCCxlv. & anno ante introductionem ibi Monachorum lxxvi. 945.

Idem Rex *Edmundus* dedit ſancto *Edmundo* **Fornham** minorem. Circa hoc tempus fuit *Theodredus Elmanenſis* Epiſcopus, & poſtea *Londonienſis*. Anno regis *Ethelredi* vii. deſcripta fuit vita & paſſio ſancti *Edmundi* ad inſtantiam ejus & ſancti *Dunſtani* ab *Abbone* Monacho *Floriacenſi*, *Rameſiæ* tunc commorante.

Circiter triceſſimum annum *Ethelredi* regis anno Domini Mx. ſanctus *Edmundus*, propter infeſtationem *Turchilli*, comitis *Danorum*, *Londoniam* ab *Ailwino* Monacho tranſlatus eſt; ſed tertio anno ad **Bedericheſworth** eſt reverſus.

Languidus quidam apud **Stapleford** hoſpitio recepit corpus ſancti *Edmundi* in redeundo de *Londoniis*, &, pro ſanitate recepta, dedit ſancto *Edmundo* manerium ſuum de **Stapleford**.

Ailwinus Monachus à diæceſano, propter inſolentiam & irregularitatem clericorum, deputatus fuit ad cuſtodiam corporis ſancti *Edmundi*, cui officio præfuit annis xxx. ante ingreſſum Monachorum.

Anno Domini Mxiv. *Swenus* Rex *Angliæ* ab *Ailwino* Monacho admonitus eſt, ne à populo ſancti *Edmundi*, hoc eſt de **Northfolk**, & **Southfolk**, tributum exigeret; ſed *Swenus* eum non exoravit. Nocte purificationis ſanctæ *Mariæ* ſanctus *Edmundus* *Swenum* regem apud **Gaineſburg** lancea ſua interfecit.

Northfolcienſis & *Southfolcienſis*, audito miraculo, & nece *Sweni* regis, dederunt ſancto *Edmundo* de qualibet carucata terræ in toto Epiſcopatu quatuor denarios annuos; quod uſque modo, ea de cauſa, *Carucagium*, eſt appellatum; quodque poſtea tempore Monachorum per *Herebertum* Epiſcopum *Norwicenſem*, fraudulenter ab Eccleſia ſancti *Edmundi* eſt alienatum, & Eccleſiæ *Norwicenſi* appropriatum.

1020. Anno Domini Mxx & à paſſione ſancti *Eadmundi* CCx. Rex *Canutus* filius *Sweni* regis, anno regni ſui quarto, ad inſtantiam *Ailwini* præſulis *Elmanenſis*, ejectis clericis, Monachos apud ſanctum *Edmundum* induxit, & libertatem quam Rex *Edmundus* pater *Edgari*, clericis contulerat, Monachis confirmavit.

Idem Epiſcopus dedit omne jus ſuum & juriſdictionem infra idem oppidum, & in circuitu ejus per ambitum unius ſtadii.

Idem Epiſcopus deſtructa antiqua Eccleſia clericorum, cœpit conſtruere novam ſumptibus ſuis propriis, una cum prædicto *Carucagio*, & oblatione proveniente, quam Archiepiſcopus *Ethelnotus* anno xj. ſequente perfectam dedicavit in honore *Chriſti*, S. *Mariæ* & S. *Edmundi*, anno Domini Mxxxij.

Donationes.

Vide Cart. antiq. p. n. 1 uſque n. 9.

Edmundus Rex, pater *Edgari* regis, dedit S. *Edmundo* villam de **Beodriceſworth**.

Theodredus primo *Elmanenſis* dein *Londonenſis* Epiſcopus, dedit **Newtun**, **Whepſted**, & partem ſuam in **Horningeſherth**, **Ikeworth**, quod Monachi commutaverunt pro **Elvedene**, cum quodam milite, & una parte de **Bertun** magna & **Sutherete**.

Edwinus Rex frater *Edgari* regis, dedit **Becles**, & **Elmeiſwell**, cum libertatibus & feodis militum, & ferè omnes terras, quarum incertus collator.

Stephanus Rex confirmavit donationem villæ de **Becles**, & quicquid habuit in dominio ejuſdem villæ, exceptis placitis coronæ.

Wulſtanus comes & *Turkitill* dederunt **Palgrave**. *Alfgarus* comes & *Ailfleda* ejus filia, dederunt **Cokefeld** & **Chelmeſworth**.

Ulfketel, comes *Eſt-Angliiæ* dedit **Hildercle**, **Redgrave**, **Rigenhale**, **Wulfpitte**, **Rougham**, & partem de **Bradfeld**, **Fulleſham** & **Hegſete**.

Alfricus ſecundus Epiſcopus *Elmanenſis* dedit aliam partem.

Dominus de **Stapilford** languidus, qui corpus ſancti *Edmundi*, rediens à *Londoniis*, hoſpitio accepit, dedit **Stapleforde** manerium ſuum pro recepta ſanitate.

Alfricus Epiſcopus *eſt-Anglorum* dedit **Wirlingwurth**, **Hunſtantune** cum **Holm**, **Tichewelle**, **Docking**, **Germeſtune** & manſionem in *Norwico*, ubi modo Eccleſia ſancti *Laurentii*, quæ reddit annuatim unum **laſt** de **Heringes**. Alius *Alfricus* Epiſcopus *eſt-Anglorum* dedit **Saham**, **Thorpe**, **Rungetun**, **Southwold**, & partem ſuam in **Bradefeld**, & **Weſteloe**.

Turketel Tyreing, alias *Dreing*, inclytus, dedit **Culford**, **Wordewelle**, & **Ireworth** cum Eccleſia.

Ailmerus, Epiſc. *eſt-Anglorum*, dedit **Langham**, **Swantun**. & lx. marcas argenti, vir ſtrenuus *Henig*. *Thurſtanus* filius *Winæ* dedit **Herlaw** & **Northale**.

Alfricus filius *Widgari*, comes famoſus, dedit **Meleford**.

Siwardus Monachus manerium de **Titeſhale** à parentibus ſuis acquiſivit, & ſancto *Edmundo* dedit.

Edwinus quidam dives dedit ſecundam partem de **Bertun** magna.

Brithricus dedit tertiam partem; poſtea acquiſivit **Maniunge**. *Swartinglone* dedit **Chebenhale**.

Prior *Edmundus* *Brundicti* reliquum ibi perquiſivit.

Alfricus Kempe dedit **Warbenaſe**. *Wulfricus* quidam dives dedit **Heringeſwelle**.

Alnothus, præpoſitus ſancti *Edwardi*, dedit majorem **Fornham**.

Odo & ..... ſua dederunt **Hauſted**.

Mathildis regina dedit **Werketun**.

Quædam matrona inclita dedit **Seniere**.

Quædam matrona dedit **Lacford**. *Edricus* Prior acquiſivit **Hemgrave**.

Reginaldus Stanclere dedit **Lidgate**.

Robertus Hoo dedit *parvam* **Bertun**.

Matheius de **Fraiers**, & *Hugo* filius *Pinceon* dederunt **Wainflete**, cum nundinis in feſto S. *Petri* ad vincula.

Hildredus dedit terram in **Karſoul** xx. ſol. per annum.

Robertus de **Manaunt** dedit partem de **Herningeſherth**. Tertia pars fuit de *Scotagio*.

Alfgiva regina mater S. *Edwardi* Confeſſoris dedit **Kirkeby**.

Godricus Charek, cum filio ſuo, dedit partem ſuam in **Newtun**.

Elfleda famoſa virago dedit **Morinthorp**.

Stephanus, comes *Britanniæ* dedit terras in **Cambrige**, pro anima *Alani* fratris ſui, comitis *Britanniæ*, qui jacit ad oſtium auſtrale in Eccleſia S. *Edmundi* coram altare S. *Nicholai*.

Henricus, comes *Lincolniæ* dedit feretro S. *Edmundi* tres cruces aureas & carbunculum; dedit etiam cupam argenti deauratam, quam adfirmabat fuiſſe S. *Edmundi*. Dedit etiam partim & partim vendidit manerium de **Bradenham**.

Guilielmus primus, Rex *Anglorum* dedit **Broke** cum appendiciis.

Alfridus, ſecundus Epiſcopus *Elmanenſis*, dedit partem ſuam in **Brokford**.

Leofgiva nobilis matrona dedit **Blunham**.

Oſulphus le Syr & domina *Laverina* .... ejus dederunt **Briſingham**.

Turketil Hayng dedit S. *Edmundo* & S. *Benedicto* de *Hulmo*, in communi **Caſtre**, & **Thorpe**.

S. *Edwardus* Confeſſor confirmavit donationem de **Caſtre**. Idem dedit **Congeſtun**.

Baldewinus, Abbas S. *Edmundi*, impetravit à rege *Gulielmo* primo **Cheventun**.

Henricus primus dedit terras in **Cantabrige**.

Galfridus ſacriſta emit partem de **Dunham** de *Illano* filio *Frodonis*.

Baldewinus Abbas partem aliam impetravit.

Laverd Edwinus dedit **Eskerthorp**, & poſt aliud **Thorp**, poſt mortem *Wulfrici* & *Ketel Alder*, &c.

Wulgeat Barum dedit **Fakeham**.

Leoſgiva nobilis matrona dedit **Griſtlingthorp**.

Wulgeat Barum nothus dedit **Giſlingam**.

Leofſtanus, dapifer *Leofſtani* Abbatis, & *Stavardus* ejus cognatus dederunt **Grenefeld**.

Wulwardus de **Haſtings** dedit terras in *Germenuta*.

Leofgiva matrona dedit **Hinleſham**.

Amerus Epiſcopus dedit **Hyndringham**, & **Hildolveſton**.

Stephanus rex dedit **Herwick**.

Walterus filius *Roberti* dedit duo molendina apud **Hemenhale**.

Alfridus Modercoppe, nobilis heros, cum licentia S. *Edwardi*, dedit **Lodne**.

S. *Edwardus* Confeſſor dedit **Mildenhale** cum octo hundredis & dimidio.

Stephanus rex dedit **Munhale**.

Ex regiſtro *Joh. Lakingbith* ejuſd. loci Monachi, penes eund. *Rog. Bacon.* fol. 1.

Quot, & qui, & quot annis ſinguli fuerunt Abbates ſancti Edmundi.

1. ANno Domini 1120. *Canutus* Rex *Angliæ*, cum conſilio & decreto Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & optimatum ſuorum, expulit clericos inhoneſtè viventes ab Eccleſia ſancti *Edmundi*, Monachos in illa conſtituit, quibus præfecit in Abbatem quendam Monachum de *Hulmo*, nomine *Uuium*, qui rexit Eccleſiam ſancti *Edmundi* 24. annis, confirmatus ab Epiſcopo *Londonienſi*, & obiit 1044.

2. Anno 1044. *Leofſtanus* Abbas ſucceſſit, & rexit Eccleſiam 21 annis, confirmatus ab Epiſcopo *Wintonienſi*, obiit 1065. Kalend. Auguſti.

3. Anno 1065. ſucceſſit *Baldwinus*, profeſſus in nobili Monaſterio ſancti *Dionyſii*, confirmatus ab Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, qui rexit Eccleſiam ſancti *Edmundi* 32. annis, & obiit anno Domini 1097. 4. Kalend, Januarii . . . . . ut putabat plus . . . . . octoginta annorum.

4. *Robertus* filius *Hugonis*, comitis *Ceſtrenſis*, & Monachus ſancti *Ebrulfi*, recepit ex dono regis *Henrici* primi nonas Auguſti die dominico, in die videlicet conſecrationis ipſius regis, anno Domini 1100. Sed tertio anno ſequente, in generali Concilio per beatum *Anſelmum* Archiepiſcopum *Cantuarienſem London.* celebrato, fuerat depoſitus & ejectus, eo quod Eccleſiam illam abſque electione Monachorum canonica præſumpſerat acceptare, anno Domini 1102. Vide ibidem *Marianum* in cronicis.

5. Anno Domini 1102. *Robertus*, Prior *Weſtmonaſterii*, electus eſt Abbas ſancti *Edmundi*, confirmatus ab Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, & rexit Eccleſiam quinque annis, & obiit anno Domini 1107. 16. Kalend. Octobris, & vacavit Abbatia ſeptem annis.

6. Anno Domini 1115. *Alboldus* Prior ſancti *Nichaſii* de **Molent**, factus eſt Abbas ſancti *Edmundi*, confirmatus ab Archiepiſcopo *Contuarienſi*. Hic rexit Eccleſiam ſancti *Edmundi* quinq; annis, & obiit anno Domini 1119. Kal. Martii. Iſte primo dedit *Mauritio* de **Windeſhore** officium Seneſchalſiæ in feodum, & quinque feoda militum.

7. *Anſelmus*, nepos beati *Anſelmi* Archiepiſcopi *Cantuarienſis*, qui fuit Abbas ſancti *Sabæ* in *Roma* & Apoſtolicæ ſedis legatus in *Anglia*, factus eſt Abbas ſancti *Edmundi* anno Domini 1121. confirmatus ab Archiepiſcopo *Cantuarienſi*. Poſtea, anno Domini 1138. electus eſt in Epiſcopum *Londonienſem*, & ibidem ſolemniter receptus. Sed quia hoc proceſſit ſine conſenſu decani à *Londonia* ſemotus eſt, & vix in Eccleſia ſua ſancti *Edmundi* receptus eſt, & rexit Eccleſiam 28. annis, & obiit 3. nonas Januarii 1148.

8. Anno Domini 1138. *Ordingus* Prior ſancti *Edmundi* ſucceſſit *Anſelmo* Abbati, ſed *Anſelmus* expulſus à *Londonia* iterum receptus eſt Abbas. Quo defuncto iterum ſucceſſit *Ordingus* anno Domini 1148. qui rexit Eccleſiam S. *Edmundi* novem annis & obiit ij. nonas Februarii anno Domini 1156. anno vero ſuo quarto omnes officinæ ſancti *Edmundi*, præter Eccleſiam ſunt combuſtæ.

9. Anno Domini 1157. *Hugo*, Prior *Weſtmonaſterii*, electus & confirmatus eſt Abbas ſancti *Edmundi* ab Epiſcopo *Wintonienſi*, & rexit Eccleſiam 24. annis & obiit 17. Kalend. Decembris anno Domini 1180. & vacavit Eccleſia annis duobus & menſibus tribus, ſecundum cronicas *Jocelini*.

10. Anno Domini 1182. *Sampſon* Monachus ſancti *Edmundi* factus eſt Abbas, confirmatus ab Epiſcopo *Wintonienſi Richardo*, ij. Kalend. Martii, & xij. Kalend. Aprilis à fratribus eſt ſuſceptus, qui rexit Eccleſiam 30. annis & obiit 3. Kalend. Januarii anno Domini 1211.

11. Anno Domini 1213. *Hugo* Monachus S. *Edmundi* electus eſt in Abbatem, propter cujus electionem poſtea in conventu ſciſma factum eſt. Sed per judices à domino Papa delegatos confirmatus anno Domini 1215. & eodem anno 8. Idus Martii accepit benedictionem à *Roffenſi* Epiſcopo, *Benedicto*, rexit Eccleſiam S. *Edmundi* 14. annis & anno Domini 1229. conſecratus eſt Epiſcopus *Elienſis* quarto Idus Junii, & obiit anno Domini 1254. octavo Idus Auguſti, anno conſecrationis ſuæ in Abbatem xliij. anno vero Pontificatus ſui 26.

12. Anno Domini 1229. *Richardus*, Abbas de **Burton**, poſtulatus eſt Abbas ſancti *Edmundi*, Nonas Junii confirmatus ab *Hugone* Epiſcopo *Elienſi*. Hic rexit Eccleſiam 5. annis, & obiit quarto Kalend. Septembris 1233.

13. Anno Domini 1233. *Henricus* Prior S. *Edmundi*, electus eſt in Abbatem in die ſanctorum *Coſmæ* & *Damiani*, & ſuſcepit benedictionem ab *Hugone Elienſi* Epiſcopo, in die purificationis beatæ *Mariæ*, anno Domini 1234. Qui rexit Eccleſiam 15. annis & obiit anno Domini 1248.

14. Anno Domini 1248. *Edmundus* de **Walpoole**, Monachus S. *Edmundi* & doctor in decretis, anno ſuo ſecundo à ſuſceptione habitus, electus eſt in Abbatem, confirmatus eſt ab *Hugone* Epiſcopo *Elienſi*, & rexit Eccleſiam 9. annis & obiit 2 Kalend. Januarii anno Dom. 1256.

15. Anno Domini 1257.19.kalend.Februarii, *Simon*, Prior S. *Edmundi*, electus eſt in abbatem, confirmatus à papa *Alexandro* 4 undecimo kal. Novembris. Hic rexit eccleſiam 23. annis. Hic erat primus exemptorum in *Anglia* ad curiam *Romanam* pro ſua confirmatione vocatus.

16. Anno Domini 1279. In vigilia ſancti *Johannis* ante *Portam Latinam*, *Johannes* de **Norwold**, monachus S. *Edmundi* & Hoſtilarius, electus eſt in abbatem, confirmarus à papa *Nicholao*, & rexit eccleſiam 22. annis, & obiit quarto kalendas Novembris 1301. & anno regni regis *Edwardi* primi poſt conqueſtum 29.

17. Anno Domini 1301. *Thomas* de **Cottington**, monachus S. *Edmundi*, & Supprior, electus eſt in abbatem, confirmatus à papa *Bonifacio* 8. & rexit eccleſiam undecim annis & obiit ſeptimo idus Januarii, anno Domini 1312.

18. Anno Domini 1312. *Richardus* de **Draugton**, monachus S. *Edmundi*, & poſtea Prior, electus eſt in abbatem, confirmatus à papa *Clemente* quinto, & rexit eccleſiam 23. annis, & obiit anno Domini 1335. quinto nonas Maij & anno regni *Edwardi* tertii poſt Conqueſtum nono.

19. Anno Domini 1335. octavo kalend Junii. *Willielmus* de **Bernham**, Subprior S. *Edmundi*, electus eſt in abbatem, confirmatus eſt à papa *Benedicto* 12. & rexit eccleſiam S. *Edmundi* 25. annis, menſibus 9. & 5. diebus, & obiit ultimo die Februarii anno Domini 1361.

20. Anno Domini 1361. vj. idus Martii, *Henricus* de **Hunſtanſton**, utriuſque juris bacalarius & inceptor monachus ſancti *Edmundi*, electus eſt in abbatem. Sed eodem anno, nono kalend. Auguſti ante confirmationem ſuam obiit in provincia in *Baſtida* de *Farges*; quæ quidem *Baſtida* eſt locus inhabitatus diſtans ab *Avinione* per duo milliaria, ubi peſtilencia tunc extitit exceſſivè.

21. Anno Domini 1361. quarto die menſis Auguſti, papa *Innocentius* ſextus contulit abbatiam ſancti *Edmundi* fratri *Johanni* de **Brinkele**, commonacho de **Bury**, utriuſque juris bacalario, & eodem anno in die Dominica, viz. decimo nono menſis Septembris, de mandato papæ *Innocentii* ſexti, facto vivæ vocis oraculo, Conſecratus fuit à *Petro Caſtrenſi* epiſcopo in capella domini *Nicholai* ſanctæ *Mariæ*, & duodecimo die menſis Novembris, Rex *Edwardus* tertius conceſſit ſibi temporalia ſua *Londonijs* in ſua ſecreta capella, & decimo ſexto Novembris conventus recepit eum, cum proceſſione ipſum inſtallando & ſibi, ut moris eſt, in capitulo obedientiam faciendo, & rexit eccleſiam annis ſeptemdecim, & obiit anno Domini 1379.

Iſte abbas, anno ſuo primo, vocatus fuit ad incipiendum *Oxoniis* in utroque jure, ut patet per literas dictæ univerſitatis *Oxoniæ* in Regiſtro ipſius abbatis ſcriptas, & eodem anno in capitulo provinciali electus fuit in Preſidentem, & fuit preſidens decem annis.

Abbatia vacavit per ſexennium.

Johannes **Tymouth** creatur 7. *R*. 2. obiit 13. R. 2.

Willielmus de **Cratfeild** abbas creatur 13. *R*. 2.

Willielmus **Exeter** abbas 5. *H*. 6. 1427.

Willielmus Curteys abbas 7. H. 6. 1429.

Johannes Boone creatur abbas 1457.

Richardus **Hengham** abbas 15. *Ed*. 4. 1475.

Thomas **Racleſden** abbas 18. *Ed*. 4. 1478.

Johannes Reeve, alias **Melford** ultimus abbas reſignavit. creatur 5. *Hen*. 8.

De manerio de **Mildenhall**, *à ſancto* Edwardo *regiæ abbatiæ conceſſo.*

Ex lib. veteri MS. ejuſd. cœnobii penes eund. *Reg. Bacon*, fol. 120.

NOveritis nos ab anteceſſoribus noſtris didiciſſe, quod beatus *Edwardus* primo anno regni ſui, orationis gratiâ veniens apud ſanctum *Edmundum*, circumibat officinas eccleſiæ, & tandem in refectorium intravit, qui videns ibi juvenes monachos ante prandium conventus reficientes pane veſci hordeaceo, quæſivit cur hoc fieret? Cui reſponſum eſt à Priore & monachis; Quia bona eccleſiæ non ſufficerent ut bis in die vel ter pane triticeo veſcerentur. Tunc ſanctus Rex ait: *Et ego do beato* Edmundo *Manerium meum de* **Mildenhall** *hic vobis proximum, & cavete ne pueri mei conſanguinei ſancti* Edmundi *deinceps panem comedant hordeaceum:* (Sic enim ſolebat vocare ſanctum *Edmundum.*) Et hoc donum nobis quam habemus confirmavit. Succedente tempore, *Stigandus* ejuſdem ſancti Regis capellanus, factus eſt *eaſt-Anglorum* epiſcopus; erat enim tunc ſedes apud **Helmham**, à cujus juriſdictione tunc temporis plenè non eramus exempti: Qui frequenter ad nos divertens, & graviter expenſis & aliis exactionibus onerans, petiit à nobis ut villam de **Mildenhall** ei ad tempus accomodaremus: Cui propter potentiam quam tunc habuit in tota *Anglia*, & maximè in nobis nondum per Curiam *Romanam* plene exemptis, contradicere non audebamus.

Ille ergo tenuit dictum manerium de nobis omni tempore quo fuit tam epiſcopus quàm archiepiſcopus *Cantuarienſis*. Quem archiepiſcopatum vi & dolo invaſit, expulſo *Roberto* archiepiſcopo. Anno igitur *Willielmi Baſtardi* quinto, concilium *Wintoniæ* celebratum eſt per epiſcopum *Sedunenſem*, & *Johannem* & *Petrum* presbyteros, cardinales, Apoſtolicæ ſedis Legatos preſidente & jubente eodem rege *Willielmo*. In concilio *Stigandus* archiepiſcopus degradatur pluribus de cauſis, maximè, quia vivente archiepiſcopo *Roberto*, non ſolùm archiepiſcopatum invaſit, Sed ipſo *Roberto* injuſtè expulſo, Pallio ejus quod *Cantuariæ* remanſit uſus eſt, & poſtea à *Benedicto*, quem ſancta *Romana* eccleſia excommunicavit, eò quod pecuniis ſedem Apoſtolicam invaſit, dictum pallium accepit. Quo degradato, Rex omnia maneria quæ tenuit in manu ſua cepit quorum unū erat manerium noſtrum de **Mildenhall**, quod poſtea rex *Richardus* nobis per chartam ſuam reddidit, tanquam jus ſancti *Edmundi* & confirmavit, & inſuper Chartæ S. *Edwardi* Sigillum ſuum appoſuit.

De Teſtamento Hamonis Blundi.

Ex chronico MS. *Johan.* de *Bucklandi* hujus cœnob. monachi, penes eund. *Rog. Bacon.* fol. 144.

H*Amo Blundus*, unus ex ditioribus hominibus iſtius villæ agens in extremis, vix aliquod Teſtamentum voluit facere. Tandem fecit Teſtamentum ad pretium trium marcarum, nullo audiente niſi fratre ſuo & uxore ſua & capellano.

Quod cum abbas recognoviſſet, poſt mortem ejus illos tres convenit & acriter corripuit ſuper hoc quod frater ejus qui heres erat.& uxor ejus, non ſuſtinuerunt aliquem alium accedere ad infirmum, cupientes omnia capere. Dixit quoque abbas in audientia. *Ego fui epiſcopus ejus & curam habui animæ ejus, nec mihi vertatur in periculum ſacerdotis & confeſſoris ejus inſcitia, qui infirmo viventi conſulere non potui abſens. Quæ mea intereſt faciam ſaltem tardè. Præcipio ut omnia debita ejus & catalla mobilia quæ valent* CC. *marcas, ficut dicitur, reducantur in ſcriptum: & una portio detur hæredi,& alia uxori, & tertia pauperibus conſanguineis ſuis & aliis pauperibus. Equum autem qui ductus eſt ante feretrum defuncti & oblatus eſt ſancto* Edmundo *jubeo reverti & reddi; non decet enim eccleſiam noſtram coinquinari munere ejus qui deceſſit inteſtatus, & quem fama accuſat quod ex conſuetudine ſolebat pecuniam ſuam ad uſuram dare. Per os Dei ſi alicui de cætero tale quid contigerit diebus meis, non ſepelietur in cimiterio.* Hiis dictis receſſerunt cæteri confuſi.

Nota.

Carta de diviſione portionum abbatis & conventus.

Ex regiſtro abbatiæ S. *Edmundi* in officio ducatus *Lanc.* fol. 84.

E*Dwardus* Dei gratia Rex *Angliæ* dominus *Hiberniæ* & dux *Aquitanniæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, Prioribus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, præpoſitis, miniſtris, & omnibus ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Inſpeximus conventionem factam inter dilectos nobis in Chriſto fratrem *Johannem* de **Northwood** abbatem S. *Edmundi*, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis ex parte unâ, & Priorem & conventum ejuſdem loci ex alterâ, in hæc verba.

“Ad æternam rei memoriam placuit religioſis viris, domino *Johanni* Dei gratia abbati S. *Edmundi*, & ejuſdem loci conventui pro ſe ac eorum ſucceſſoribus in perpetuum futuris, quod ſubſcripta ordinatio & diviſio pro communi utilitate utriuſque & pacis tranquillitate, unanimi providentia voluntate & conſenſu, ſicuti hactenus à tempore à quo non extat memoria ab utraque parte diviſim optenta, habita, dinoſcitur & obſervata, firma ſit & ſtabilis, ac in perpetuum perſeveret; Ita videlicet ut de poſſeſſionibus ac rebus ad monaſterium ſancti *Edmundi* pertinentibus certæ portiones certaque maneria cum omnibus ſuis exitibus conſuetudinibus fortunis & perquiſitis ad ipſa regaliter ſpectantibus, necnon reditus qui dicuntur *bidagium* & **Foddercorn**, unà cum ſectis liberorum hominum ad prædicta hundreda, necnon in placitis magnæ curiæ ſancti *Edmundi*, eorum videlicet qui ad hoc occaſione tenementorum ſuorum ex antiquo jure tenentur, & eorum homagiis & releviis, pariter cum homagiis, releviis, wardis, maritagiis, & eſchaetis de feodis militaribus, eccleſiarum quoque advocationes & ad eaſdem præſentationes cum ipſas vacare contigerit, Sed & ſergentiarum infra curiam ſancti *Edmundi* ſecundùm antiquam eccleſiæ conſuetudinem collationes, in perpetuum abbatibus deſignentur.

“Cætera omnia & ſingula ad portionem baroniam & dignitatem dicti domini abbatis ſpectantia eidem ſuiſque ſucceſſoribus abſque ullo clameo ſeu contradictione aliqua Prioris & conventus ejuſdem loci, integra pacifica permaneant & illibata. Pari etiam modo conſimiliſque providentia certa maneria cum omnibus ſuis exitibus, proventibus, & emolumentis, redditibus, ſectis curiarum, auxiliis, quærelis, conſuetudinibus, fortunis, releviis, & eſchaetis & omnibus aliis undecumque & qualitercumque, juſtitia tamen mediante, provenientibus, adeo liberè & integrè, ſicuti abbati ſua, (ſalvis tamen domino abbati qui pro tempore fuerit, in ſui nova creatione homagiis liberorum hominum & recognitione de hominibus in maneriis prædicti conventus prout antiquitus fieri conſuevit) conventui ſupradicto inperpetuum deputantur. Videlicet.

Celerariæ.

“Ad uſus *Celerariæ*, quæ ad victum conventus hoſpitumque ſuſceptionem, necnon ad quaſdam pitantias annuas, ſervientum etiam liberationes, & alia conventui facienda. In comitatu *Suffolchiæ* grangia celerarii apud ſanctum *Edmundum* cum terris, redditibus, boſcis, pratis, paſturis, molendinis, aquis, fortunis, conſuetudinibus, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. In villa de **Riſſeby** duæ carucatæ terræ cum omnibus ſuis pertinentiis. Item manerium de **Horingewelle** magna, cum terris & omnibus aliis ſuis pertinentiis. Item manerium de **Wepſted** cum terris & omnibus aliis ſuis pertinentiis. Item manerium de **Neutone** juxta ſanctum *Edmundum* cum terris & omnibus aliis ſuis pertinentiis. Item manerium de magna-**Berton** juxta ſanctum *Edmundum* cum terris cum eccleſia in proprios uſus conventui deputata & omnibus aliis ſuis pertinentiis. Item manerium de **Pakeham** cum terris cum eccleſia in proprios uſus conventui deputata & omnibus aliis ſuis pertinentiis: ſalva tamen abbati præſentatione ad vicarias utriuſque eccleſiæ prænominatæ cum eas vacare contigerit. Item manerium de **Rutham** cum terris & omnibus aliis ſuis pertinentiis. Item manerium de **Bradefeud**-monachorum cum terris & omnibus aliis ſuis pertinentiis. Item in villa de **Fornham**-ſancti-*Martini* duæ carucatæ terræ cum omnibus ſuis pertinentiis. Item manerium de **Mildenhale** cum terris, mariſcis, aquis cum eccleſia in proprios uſus conventui deputata & omnibus aliis ſuis pertinentiis. In villa de **Berton**-parva juxta **Mildenhale** tres carucatæ terræ cum omnibus aliis ſuis pertinentibus. Item manerium de **Heringewelle** cum terris & omnibus aliis ſuis pertinentiis. In villa de **Elvedene** duæ carucatæ terræ cum bruaria, paſtura, & omnibus aliis ſuis pertinentiis. Item manerium de **Cokefeud** cum terris & aliis ſuis pertinentiis ſecundum tenorem cartæ *Simonis* quondam abbatis ejuſdem loci quam dictus conventus inde habet. In villa de **Grotene** duæ carucatæ terræ cum aliis ſuis pertinentiis. Item manerium de **Semere** cum terris & aliis ſuis pertinentiis. Item de manerio de **Cheleſworth** duæ firmæ per duas ebdomadas in anno ad conventus ſuſtentationem. Item manerium de **Ingham** cum terris & omnibus aliis ſuis pertinentiis. Item in parochia de **Frellingfeud** in hameletto de **Chebenhale** quaterviginti acræ terræ cum xj. acris boſci & omnibus aliis ſuis

“ pertinentiis. Item in comitatu *Norfolchiæ* manerium de **Sutherepe** cum terris aquis piſcariis & omnibus aliis ſuis pertinentiis. Item in comitatu de *Hertfordia* una carucata terræ in villa de **Sebricheſwrth** in hameletto de **Tedenhee** cum omnibus aliis ſuis pertinentiis. Item in comitatu *Norhamptonæ* manerium de **Werketone** cum terris & omnibus aliis ſuis pertinentiis. Præterea in comitatu *Suffolchiæ* de annuo redditu in villa de **Weſtle** iiij. ſolidi. In **Gnateſhale** v. s. De eccleſia ſancti *Petri* in parva **Hornigewelle** xiij. s. iiij. d. In **Kenteford** v. s. viij. d. In **Toſtoke** vj. s. viij. d. In **Barwe** v. s. Item in comitatu *Norfolchiæ* de annuo redditu in *Gernemuta* ix. s. In **Schelfhangre** xx. s. In **Walſingham** x. s. De **Pepirmelle** xiij. s. iiij. d. In *Lennia* vj. s. viij. d. De eccleſia ſancti *Laurentii* in *Norwico*, unum laſtum de allece. In comitatu *Eſſexiæ* de annuo redditu in **Wrabeneſe** x. marcæ. In **Brumſted** xv. s. In comitatu *Cantabrigiæ* de annuo redditu in **Saham** ix. s. In *Cantebrigia* xxij. s. iiij. d. In comitatu *Lincolniæ* de annuo redditu in **Seilholm** in villa de **Waynefiet** lxvj. s. & viij. denarii. In civitate *Londonii* x. s. de quodam meſſuagio in parochia ſanctæ *Mariæ* quæ vocatur **Eldemariechirche**.

Sacriſtia.

“ Ad uſus *Sachriſtie* quæ ad luminare eccleſiæ vinum & oblatas ad miſſas in ipſa eccleſia & per totam libertatem ſancti *Edmundi per annum* inveniendum, & ad liberationem de cera ſingulis ſeptimanis abbati & aliis ſecundùm quod fieri conſuevit faciendum; Necnon ad reparationem eccleſiæ & aliorum ædificiorū, & maximè ædificiorum ad abbatem infra curiam pertinentium præter Lardarium & alias domos verſus gardinum, & omnes alias domos in futuro conſtruendas, necnon & ſervientum eccleſiæ liberationes, ornamentorum eciam eccleſiæ reparationem, pitancias & præſentas & alia onera ſecundùm antiquam conſuetudinem eccleſiæ ſuſtinendum deputatur, villa ſancti *Edmundi* infra iiij. cruces cum terris, pratis, nundinis, mercatis, foris, & feriis, redditibus, fortunis, releviis, eſchaetis, & omnibus aliis ſuis libertatibus, tam in temporalib. quàm in ſpiritualibus, una cum cuneo & ejus profectu, Salva tamen abbati qui pro tempore fuerit in ſuæ creationis novitate burgenſium villæ ſancti *Edmundi* recognitione, quem recognitionem domino abbati faciunt pro homagio præſtando. Item in comitatu *Suffolchiæ* in villa de **Weſtle** juxta ſanctum *Edmundum* duæ carucatæ terræ cum aliis ſuis pertinentiis. Item manerium de **Ikelingham** cum terris, piſcariis, & aliis ſuis libertatibus pertinentibus. Item in villa de **Dunham** unum meſſuagium cum ſuis pertinentiis Item in parochia de **Rutham** apud **Aldehawe** unum meſſuagium cum duabus carucatis terræ boſco paſturis & aliis ſuis pertinentiis. Item in comitatu *Norfolchiæ* **Iherlham** in **Ayleſham**, cum ſuis pertinentiis quod per felicis recordationis dominum *Ricardum* quondam illuſtrem Regem *Angliæ* ad inveniendum iiij. cereos circa ſanctum *Edmundum* die noctuque ardentes extitit deputatum. Præterea deputantur eidem Sacriſtiæ ad ſupradicta invenienda xvij l, ij. s. x d. de redditu forinſeco infra libertatem ſancti *Edmundi* per diverſas villas & loca in diverſis hundredis capiendi, id eſt, iiij. l. xiiij. d. extra libertatem prædictam, per diverſas villas & loca in diverſis hundredis capiendæ. Item xxix. s. j. d. in comitatu *Norfolchiæ* per diverſas villas & loca in diverſis hundredis capiendæ. Item iij. s. j. d. in comitatu *Eſſexiæ* per diverſas villas & loca in diverſis hundredis capiendi. Item xxxiiij. s. vj. d. in epiſcopatu *Lincolniæ* per diverſas villas & loca in diverſis hundredis capiendi.

Cameraria.

“ Ad uſus *Camerariæ* quæ deputatur ad veſturam & ad calciamenta fratrum, In comitatu *Norffolchiæ* manerium de **Broch** cum terris & eccleſia in proprios uſus conventui deputata cum aliis ſuis pertinentiis. Salva præſentatione abbati ad vicariam dictæ eccleſiæ. Item duo molendina apud **Hemenhale** videlicet unum ad ventum & aliud aquaticum. Item in villa de **Caſtre** juxta *Norwycum* una carucata terræ cum omnibus ſuis pertinentiis. Item in comitatu *Suffolchiæ* manerium de **Beclis** cum terris & ſuis pertinentiis. Item juxta **Beclis** *Soka Lupelli* cum homagiis redditibus & aliis ſuis pertinentiis. Item manerium de **Hildercle** cum terris & omnibus ſuis pertinentiis. Item in villa de **Stantone** duæ carucatæ terræ cum ſuis pertinentiis. Præterea in villa de **Rutham** de annuo redditu xx. s. xj. d. ob. Item in eadem villa de eccleſia ejuſdem villæ nomine penſionis annuæ vj, marcæ. Item in dicta villa iij. l. de cimino & iiij gallinæ annui redditus.

Elemoſinaria.

“ Ad uſus *Elemoſinariæ* quæ ad ſuſtentationem pauperum & egenorum deputatur. In villa S. *Edmundi* grangiæ elemoſinariæ cum terris decimis redditibus. Unum molendinum ad ventum cum aliis ſuis pertinentiis. Item in hameletto de **Clopton** in parochia de **Wlpet** in comitatu *Suffolchiæ* ſepties viginti acræ terræ arabilis. Item ibidem vij. acræ de prato, & duæ acræ boſci & de redditu annuo ix. s. ix. d. ob. Item in **Redgrave** in eodem comitatu duo ſolidi de annuo redditu & tercia garba decimarum de antiquis dominicis abbatis ſancti *Edmundi* in eadem villa. Item in parochia de **Ratliſdene** duæ garbæ decimarum de antiquis dominicis aulæ pitanciarii ſancti *Edmundi* in Hameletto de **Cloptone**.

Pitanciaria.

“ Ad uſus *Pitanciariæ* ad certas pitancias diverſas per annum faciendas in villa de **Cloptone** ſepties viginti & decem acræ terræ cum boſcis pratis & aliis pertinentiis. Præterea in villa ſancti *Edmundi* de annuo redditu vj. marcæ x. s. x. d. Item de redditu forinſeco centum & ij. s. ix. d. Item de eccleſia de **Wlpet** nomine annuæ penſionis ix. marcæ.

Infirmaria.

“ Ad uſus *Infirmariæ* ad neceſſaria infirmis fratribus ibidem invenienda deputantur xij. marcæ viij. s. xj. d. in villa ſancti *Edmundi* capiendæ, & de annuo redditu ſexaginta ſexdecim ſolidi vj. d. Item de eccleſia de **Wlpet** nomine annuæ penſionis ix. marcæ.

Hoſtillaria.

“ Ad uſus *Hoſtillariæ* ad utenſilia ibidem neceſſaria, focale mappas manutergia pannos aliaque hoſpitibus neceſſaria invenienda deputantur iiij. l. xiiii. s. ii. d, ob. quæ in villa ſancti

Edmundi & alibi capiuntur. Item de eccleſia de Welpet nomine annuæ penſionis ij. marcæ.

Precentor. “ *Præcentori* aſſignantur duo molendina aquatica in villa de Weſtowe ad parcamenum & incauſtum prædicto conventui invenienda. Deputatur eciam curæ cuſtodiæ & tuitioni prædicti conventus hoſpitale ſancti *Nicholai* extra portam orientalem villæ ſancti *Edmundi*, cum ſuis pertinentiis. Hoſpitale ſancti *Petri* extra portam de Riſſeby, ejuſdem villæ cum ſuis pertinenciis. Hoſpitale ſancti *Johannis* Evangeliſtæ extra portam auſtralem ejuſdem villæ cum ſuis pertinentiis quod appellatur *domus Dei*. Hoſpitale ſancti *Salvatoris* quod eſt ſitum infra iiij. cruces villæ S. *Edmun.* extra portam aquilonarem cum omnib. ſuis bonis temporalib. & ſpiritualib. ad ſuſtentationem quorundam capellanorum fratrum & ſororum & aliorum egenorum ibidem degentium & Deo famulantium dinoſcitur eſſe deputatum. Hujus hoſpitalis cuſtodiam monachus per abbatem in pleno capitulo conſtitutus habere debet ſicut hactenus fieri conſueverit. Ita quod nec dictus monachus cuſtos nec aliqua ſæcularis eccleſiaſticave perſona fratrem vel ſororem in dicto hoſpitali inconſulto domino recipiat vel admittat, nulla tamen pecunia ratione receptionis cujuſcumq; perſonæ interveniente. Item in refectorio ad ciphorum utenſilium ibidem neceſſariorum reparationem xiiij. s. aſſignantur in villa ſancti *Edmundi* & alibi capiendi & recipiendi.

“ Cætera autem omnia & ſingula cum ſupradictis perquiſita ſeu per regum licentiam perquirenda ad portionem conventus ſpectantia ſeu in poſterum per licentiam eorundem ſpectanda eiſdem ſuiſq; ſucceſſorib. abſq; ullo clamio ſeu contradictione aliqua domini abbatis & ſucceſſorum ſuorum integra pacifica permaneant & illibata, Salvis tamen domino abbati & ejus ſucceſſoribus homagiis omnium liberè tenentium in maneriis ipſius conventus & extra corporaliter præſtandis.

“ Præterea cedente vel decedente ejuſdem loci abbate inveniet conventus ſumptibus ſuis Electo & familiæ ſuæ expenſas & omnia neceſſaria verſus curiam *Romanam* & in ipſa curia uſq: ad electionis confirmationem & electi benedictionem. Omnia etiam alia ad baroniam dicti domini abbatis quoquo modo hactenus ſpectantia ſive in poſterum ſpectanda, in præſenti inſtrumento tam ſpecificata quàm inſpecificata eidem abbati ſuiſque ſucceſſoribus integra & illibata ſuæque baroniæ imperpetuum remaneant annexa. Defendet ſiquidem abbas qui pro tempore fuerit omnia maneria conventus cum omnibus ſuis pertinentiis & libertatibus obtentis & obtinendis redditus poſſeſſiones & omnia bona ſecularia & eccleſiaſtica uſibus conventus deputata in foro ſeculari & eccleſiaſtico ubicumque & coram quocumque Judice ſeculari ſeu eccleſiaſtico ſumptibus ſuis & expenſis ſicut ſua. Ita tamen quod ſi abbas in foro eccleſiaſtico agat vel conveniatur pro aliquibus portionem conventus contingentibus, & contigerit eo pretextu aliquam fieri condempnationem, ipſam acquietabit conventus, dicto abbate tota lite pendente omnes, ut ſupradictum eſt, expenſas de ſua portione faciente. Si vero abbas pro ipſius conventus portione in foro ſeculari implacitet vel implacitetur, omnes expenſas circa placitum de ſua propria acquietabit portione.

“ Quod ſi aliquando contigerit in aliquibus maneriis poſſeſſionibus vel rebus ſupradictis, conventui deputatis vel in poſterum deputandis, aliquid vel aliqua fieri pro quo ſive quib. abbas in miſericordia domini regis contingat, finis miſericordiæ à conventu eorumque portione perſolvatur. Nullus eciam abbas qui pro tempore fuerit nulluſque ejus ballivus vel alius quicumque præter ballivos pro conventu conſtitutos in maneriis rebus vel poſſeſſionibus conventui deputatis ſe intromittat; ſalvo abbati & ſuis ſucceſſoribus quod eorum ballivi exerceant & faciant in prædictis maneriis & locis omnia quæ ad coronam regis pertinent, eo modo quo temporibus retroactis facere conſueverunt. Præterea idem abbas exiſtens in villa ſancti *Edmundi* cum familia ſua omnes hoſpites tam pedites quam equites ſuſcipere debet & exhibere, præterquam viros religioſos & eorum famulos, quos omnes ſemper conventus recipere tenetur. Omnes enim ſeculares tam equites quam pedites ad abbatem præſentem de jure ſemper pertinent antiquo, quo abſente, omnes pedites univerſique equites cum xiij. equis vel paucioríb. pertinent ad conventum: Cum xiiij. equis vel pluribus ſive præſens fuerit ſive abſens, ſemper pertinent ad abbatem ubi fuerint religioſi vel à Priore ſpecialiter invitati. Ut igitur prædicta ordinatio & portionum diviſio ſtabilis firma inconcuſſa & in perpetuum illibata perſeveret, præſenti ſcripto tam ſupradicti domini abbatis quam ipſius conventus ſigilli unanimi conſenſu & voluntate eorundem ſunt appenſa. Data apud ſanctum *Eadmundum* in feſto nativitatis ſancti *Johannis* Baptiſtæ anno Domini MCC. octogeſimo primo, regni verò domini Regis *Edwardi* filii regis *Henrici* ix. 1281.

Nos autem prædictas conventionem & diviſionem ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem priori & conventui concedimus & confirmamus ſicut conventio prædicta rationabiliter teſtatur, volentes pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti prior & conventus & eorum ſucceſſores in ſingulis vacationibus abbatiæ prædictæ habeant & teneant prædicta maneria tenementa & cuneum cum pertinentiis ſine impedimento noſtri & hæredum noſtrorum & omnium miniſtrorum noſtrorum, juxta formam conventionis prædictæ, ſalva nobis & hæredibus noſtris cuſtodia baroniæ & omnium terrarum & tenementorum ejuſdem abbatis & ſucceſſorum ſuorum ſicut idem abbas ea nunc tenet & ſucceſſores ſui, abbates loci illius, ea tenebunt in futurum, & quibuſcumque exitibus de eiſdem baronia terris & tenementis ejuſdem abbatis pertinentibus, toto tempore vacationis prædictæ abbatiæ. Et ſalvo nobis & hæredibus noſtris jure noſtro ſi quod nobis alia occaſione competit in maneriis terris tenementis & cuneo dictorum prioris & conventus. Salvo etiam nobis & hæredibus noſtris jure noſtro ſi quod nobis competat in maneriis, hundredis, terris, & tenementis quæ prædicto abbati & ſucceſſoribus ſuis remanent per conventionem prædictam, ſi inde loqui voluerimus. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *R. Batonienſi* & *Wellenſi*, *W. Norwycenſi* & *Thoma Menevenſi* epiſcopis. *Gilberto de* **Clare** comite *Gloveceſtriæ* & *Hertfordiæ*, *Humfrido* de **Boun** comite *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, *Rogero* de *Mortuo Mari*, *Roberto* de **Tibotot**, *Reginaldo* de **Grey**, *Luca* de **Cany**, *Hugone* filio *Ottonis*, *Thoma* de **Weyland**, *Ricardo* de *Boſco*, *Petro* de **Huntingfeud**, *Elya* de **Hauuill** & aliis. Data per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* xvj. die Novembris anno regni noſtri ix.

Ne cedat in præjudicium libertatis villæ ſancti *Edmundi* quod dominus rex aſſignavit dominum *J.* de *Vallibus* & ſocios ſuos ad videndum quod ballivi ſancti *Edmundi* fideliter ſe haberent ad quædam enormia emendanda.

Nomina Sacriſtarum abbathiæ de Burgo *cum geſtis eorum.*

Ibid.

TEmporibus *Baldwini* abbatis, primò *Thurſtanus* & poſtea *Tolinus* fungebantur officio. Hi duo, temporibus predicti abbatis, eccleſiâ lignea & veteri complanatâ, eccleſiæ noſtræ fundamenta jecerunt, parietes erexerunt, presbyterium ad plenum confirmaverunt, & beati martyris tranſlationem procuraverunt: feretra etiam beati martyris & ſanctorum *Botulfi* & *Firmini* laminis argenteis exſculpſerunt.

Hoc ſecutus eſt, tempore domini *Roberti* abbatis, in eodem officio vir ſtaturæ ferè giganteæ, *Godefridus* nomine, magnus corpore, ſed major animo. Hic refectorium, capitulum, domum infirmorum, & abbatis aulam conſummavit ad plenum. Iſte & magnam campanam non levi pretio comparavit.

Subſecuti ſunt eum viri totius prudentiæ *Radulphus* & *Harveus*, ſacriſtæ temporibus domini *Anſelmi* abbatis, qui murorum ambitum circa atrium eccleſiæ fecerunt, eccleſiam beatæ *Mariæ* cum turri ſua, clocarium, & deintus cimbala bene ſonantia, & turrim ſancti *Jacobi*, valvas etiam duplices in fronte eccleſiæ inſculptas digitis magiſtri *Hugonis*. Qui, cum in aliis operibus omnes alios vicerit, in hoc opere mirificè vicit ſeipſum, murorum & ambitum circa villam ſancti *Edmundi*: quia liberè tenentes de Honore ſancti *Edmundi* ad *Harvei* comparationem in murorum ædificationem quaſi rivuli fuerint, ille fons fuit. Redditus quos ex antiquo jure ſacriſta habet in villa ſancti *Edmundi Harveus* comparavit & terram *Thomæ Noel* de **Hauſted**. Iſte *Harveus*, frater *Taleboti* Prioris, omnes expenſas invenit fratri ſuo Priori in ſcribendo magnam bibliothecam, & manu magiſtri *Hugonis* incomparabiliter fecit depingi. Qui cum non inveniret in partibus noſtris pelles vitulinas, in *Scotiæ* partibus parchamentum comparavit. Pitantias eciam quas habemus annuas in anniverſariis eorum, ipſe inſtituit, & pretio dato redditus comparavit.

Secutus eſt eum *Helias* Sacriſta, nepos *Ordigi* abbatis, natus apud **Hilderel**, cognomento *Widewell*. Iſte *Elias* conflagratis omnibus officiis domus ſancti *Edmundi* abbatis aulam, refectorium, dormitorium, & domum infirmorum vetuſtam, & capitulum reformavit ad plenum, & omnes alias officinas in curia inchoavit ille, & primam manum appoſuit, quod ſucceſſores feliciter conſummaverunt. Tabulam eciam argenteam pretii C. marcarum ad magnum altare fabricari fecit, & feſtum Reliquiarum inſtituit. Erogationem autem factam per manus diebus feſtivis, per manum ſacriſtæ ipſe conſtituit; crucem in choro & *Mariam* & *Johannem* per manus magiſtri *Hugonis* incomparabiliter fecit inſculpi. Idem eciam *Helias* avunculum ſuum, cum ei ſua non ſufficerent tempore turbatæ pacis, de bonis Sacriſtiæ, aſſenſu conventus devotè & piè adjuvavit.

Huic ſucceſſit *Frodo* ſacriſta qui quingentas marcas terræ infodit: cui ſucceſſit *Willielmus* cognomento *Schuch* de quo nil in veteri memoria dignum.

Huic ſucceſſit *Willielmus* cognomento *Wardel* qui non ſine cauſa à domino *Samſone* abbate amotus fuit adminiſtratione.

Huic aliquando miniſtravit dominus *Radulphus*, quondam elemoſinarius in ſancta Sacriſtia. Qui tranſlationem ſanctorum *Botulphi* & *Firmini* procuravit. Quo in brevi mortuo, miniſtravit & eidem in eodem officio magiſter *Samſon* poſtea abbas, qui tempore officii ſui pro majori parte chorum conſummavit & unam iſtoriam in majori turre occidentale.

Domino *Willielmo Wardell* ſucceſſit dominus *Hugo* ſacriſta, qui turrim magnam verſus occidentem tecto oppoſito & plumbato conſummavit, domino *Samſone* laquearia & tigna & quicquid ibidem ligneum eſt inpendente. Turrim etiam juxta capellam ſanctæ *Fidis* plenè quoad opus lapideum conſummavit. In alia turri juxta capellam ſanctæ *Catherinæ* unâ iſtoriâ conſummatâ. Infirmarium novum temporibus *Willielmi* ſacriſtæ, procurante magiſtro *S.* & capellam ſancti *Andreæ* pro majori parte edificavit & conſummavit prædictus *Hugo*, domino abbate *Samſone* de boſcis ſuis tigna & quicquid ibidem ligneum eſt miniſtrante. Pulpitum in eccleſia edificavit, magma cruce erecta cum imaginibus beatæ *Mariæ* & ſancti *Johannis* ſibi—ſedem abbatis in choro, manu *Simonis* pictoris ad hoc deſudante. Reddidit conſpicuè capas bruſlatas quilibet ad valentiam lx. marcarum, & calicem auream 5. marcarū pondere. Idem ſacriſta aulam hoſpitum & balneatorium plenarie perfecit, domino abbate *S.* affluenter, largiente de boſcis ſuis quæ neceſſaria erant ad prædictarum domorum contignationem. In agendis tamen ſuis prædictis ſacriſta de receptis & expenſis neminem voluit habere conſcium, cum dominus abbas in pleno capitulo id præcepiſſet, ſet ſolus quæ agenda erant fideliter & fœliciter conſummavit.

Succeſſit ei magiſter *Walterus* de **Banham**: *Henricō* primo elemoſinarius fuit, factus verò ſacriſta, aulâ domini abbatis antiquâ dirutâ novam innovavit, & plene conſummavit. Aquæductum à capite & fonte diſtantem duobus milliaribus plumbo incluſit, & uſque ad clauſtrum per occultos terræ meatus derivavit. Lavatorium morte preventus ad plenum non conſummavit: ſed tamen quicquid ibi vidimus in marmore aut imaginibus deauratis & in opere cementario factum totum fecit, quia in vita ſua expenſas omnimodas erogavit. Centum marcas de plata & eo amplius, & duas marcas auri ad tabulam faciendam dedicavit,& eccleſiæ fabricam innovavit,ut patet omni tranſeunti. Turrim magnam quæ eſt juxta capellam ſanctæ *Fidis*, quam dominus *Hugo* ſacriſta quoad cementariam conſummaverat, hic culmine ſuprapoſito plenius conſummavit. Quinque capas ſericas auro bruſlatas, & unam caſulam bruſlatam devote contulit. Tabulam magnam ſuper altare in choro cum mole illa lapidea cui trabes innituntur conſummavit ad plenum, magno candelabro deaurato & laminis aureis innovato,decies viginti tignis relictis in cemiterio quæ dictus dominus *Samſon* abbas contulit, videlicet quater xx. de boſco de **Wirbugworth**, & ſexies xx. de boſcis de **Meleford** ad innovationem eccleſiæ ſatis accomodis.

Waltero de **Banham** ſucceſſit *Willielmus* de **Disce**, qui cum modo debito electus fuiſſet ad illud officium, & in illo à die ſancti *Thomæ* martyris uſque ad circumciſionem Domini,per quatuor videlicet dies,ſtetiſſet,interim ſompnum oculi ſui capere non potuerunt, qui videns ſe ibidem proficere non poſſe,ſuam ab abbate *Sampſone* petiit ceſſionem.

Poſt hunc venit *Robertus* de **Granele**,qui locum vineæ emit & muro lapideo incluſit,ad ſolatium infirmorum & amicorum. Navim eccleſiæ de novo contignavit, & celuram ultra ſanctum *Edmundum* fecit, & picturæ varietate decoravit. Mortuo autem abbate *Sampſone*, à quibuſdam *Hugo* de **Northwold**,à quibuſdam *Robertus* prædictus ad abbathiam fuerat electus. Hic vero *Robertus*,durante inter ipſos non modico tempore controverſia memorata,utrique parti expenſas invenit ſufficientes. Cum autem contra eundem *Robertum* proceſſu temporis proceſſum fuiſſet, & in officium ſacriſtæ aliquanto tempore poſt diffinitivam ſententiam ſtetiſſet, electus fuit ad abbatiam de **Thorney**.

Huic ſucceſſit *Ricardus* de *Inſula*, qui cum ibidem non multo tempore ſtetiſſet, electus eſt in abbatem *Burtoniæ*, qui abbate *Hugone* ad epiſcopatum *Elienſe* electo, electus fuit iterum ad abbathiam ſancti *Edmundi*.

Cui ſucceſſit dominus de **Newport**. Hic vetus capitulum deſtruxit,&novum à fundamentis conſtruxit: piſcariam de **Ikelingham** non modico pretio comparavit. Magnam etiam campanam in majori campanario, quæ dicitur **Newport**, ſumptu non mediocri fieri fecit. Hic in maremio ab abbate *Hugone* ſecundo, in manerio de **Meleford** comparato, omnia edificia, pariter aulam & ſolarium de lapide apud **Manhale** conſtruxit. Idem xx.s. annui redditus in **Manhale** & xx.s.annui redditus in **Ikelingham** adquiſivit pro conventus & pauperum in diem anniverſariis ſuis,videlicet duas marcas pro conventu & unam marcam pro pauperibus ſecundùm martirologium.

Huic ad preces ſuas appoſitò ſucceſſit *Gregorius* precentor natus in patria ſancti *Albani*,qui cum ibidem non diu ſtetiſſet,electus eſt ad prioratum ſancti *Edmundi*,meritis ſanctitatis ſuæ exigentibus. Nam ad ſacrum ejus tumulum,prout vidimus,nonnulli à diverſis infirmitatibus per merita viri dicti curantur.

Poſt hunc factus eſt ſacriſta *Nicholaus*,natus in patria de **Warewick**, qui inter multa alia bona quæ fecit,fundi fecit campanam optimam in choro,quæ dicitur campana ſacriſtæ. Ab iſto primò ablata fuit pixis oblationum & aſſignata theſaurariis. Hic in ultimis diebus ſuis paralyſi percuſſus,ſponte ceſſit, & in Infirmaria multos tranſigens annos de ſacriſta annuatim dum vixit xl. s. ad . . . . percepit.

Cui ſucceſſit *Simon* de **Lupton**, vir prudentiſſimus & circumſpectus,qui modicam ibi faciens moram,ad altiora non immerito provectus,factus eſt Prior ſancti *Edmundi*. In ipſo officio ſtans, fundi fecit campanam in choro,quæ dicitur **Lupton**. Poſt non multùm verò temporis vocatus eſt ad abbatiam ſancti *Edmundi*.

Huic ſucceſſit *Richardus* de **Horninshe**, qui cum ibidem aliquanto tempore ſtetiſſet,abbate & Priore & conventu hoc volentibus, ſponte ceſſit vel invitus,erat enim ſenio affectus,& vir agriculturæ & non libertatibus ſervandis deditus.

Cui ſucceſſit *Richardus* de **Colecester**. Hujus tempore, pacificata lite inter comitem *Richard. Gloverniæ* & nos, conceſſum eſt eidem comiti pro bono pacis manerium de **Manhall** cum **Bremge**, terra apud **Gasely** ad elemoſinarium pertinens, & manerium de **Southwold** ſpectans ad cellerarium. Hujus tempore conſideratum fuit per conventum quod in ruinis eccleſiæ reparandis xij. l. poneret per annum & non amplius, veruntamen ultra prædictas xij. l. fecit novam aulam quæ dicitur **Spane**,ad recreationem conventûs. Hic per duos annos habuit de conventu omnia maneria cellerariæ firmario faciendo plenas firmas. Sed conventus interim per annum reſpondebat illi de xx. l. tunc verò temporis cellerarius fuit frater *Willielmus* de **Becles**.

Cui dictus ſacriſta in omnibus tanquam firmarius de hiſce quæ ad coquinam & ad celerariam pertinet reſpondebit, &c.

Huic ſucceſſit *Simon* de **Kingston**, natus in comitatu *Cantabrigiæ*. Qui prius cellerarii, poſteà verò camerarii functus eſt officio, qui ſponte cedens vel invitus nihil dignum memoria egit ibidem.

Cui ſucceſſit *Willielmus* de **Lupton**, à cameraria ad officium aſſumptus memoratum. Hujus tempore conceſſum eſt regi medietas omnium bonorum temporalium & ſpiritualium tam religioſorum quam prelatorum & eccleſiaſticarum perſonarum, in ſubſidium guerræ ſuæ contra regem *Franciæ*. Hic primò cultum Dei in eccleſia & circa ſanctum *Edmundum*, ſanctum *Botulphum* aliaque ſanctuaria in cereis & luminaribus diminuit,& pluſquam dimidiavit. Quod ſibi proſperum ceſſiſſe non arbitror. Et quamvis in aliis honeſtus homo fuit & modeſtus, in hiſce verò quæ conventui facere tenebatur,utpote pitantiis, miſericordiis,& hujuſmodi,prærigidus fuit & auſterus.Stetit per multos annos ante obitum ſuum,nec aliquid de hiis niſi pro voluntatis ſuæ arbitrio poterat extorqueri. Maneriorum tamen edificia, & redditus in villa utiliter reparavit & decenter ornavit. Moriens ferè nullam reliquit pecuniam, in magna tamen pecunia diverſis creditoribus & maximè ſervientibus eccleſiæ tenebatur. Staura ſiquidem & inſtauramenta maneriorum maximè in bidentibus ampliavit.

Cui ſucceſſit *Richardus* de **Brun** de comitatu **Grantbrig**, in villa de **Brun** oriundus.

Jura Cellerarii.

Ibid.

ANtiquæ conſuetudines celerarii quas vidimus tales fuerunt. Celerarius habebat meſſuagium & horrea ſua juxta fontem **Scurum**, ubi ſolemniter curiam ſuam ſolebat tenere de latronibus & omnibus placitis & querelis, & ibi ſolebat ponere homines ſuos in plegios & irrollare & renovare ſingulis annis & inde lucrum capere, ſicut præfectus faciebat ad **Portmanatt**. Quod meſſuagium cum orto adjacente quem nunc infirmarius tenet, fuit manſio *Beodrici*, qui fuit antiquus dominus iſtius villæ, unde & villa dicta fuit **Beodriſworth**, cujus campi dominici nunc ſunt in dominio cellerarii. Quod autem nunc vocatur **Averland** fuit terra ruſticorum ejus. Erat autem ſumma tenementi ejus & ſuorum trecies triginta acræ terræ, quæ adhuc ſunt campi iſtius villæ. Quorum ſervitia, cum villa fuit facta libera, dividebantur in duas partes. Sacriſta ſive præfectus acciperet liberum cenſum videlicet de qualibet acra duos denarios: celerarius habebat araturas & alia ſervitia videlicet araturam unius rodæ pro qualibet acra ſine cibo, quæ conſuetudo adhuc obſervatur. Haberet & faldas, ubi omnes homines villæ, preter ſeneſchaldum qui propriam faldam habet, tenentur ponere oves ſuas, quæ conſuetudo adhuc obſervatur. Haberet & **Averpeni**, ſcilicet pro ſingulis triginta acris duos denarios, quæ conſuetudo mutata fuit ante mortem *Hugonis* abbatis, *Gilberto* de **Alveden** exiſtente cellerario. Solebant etiam homines villæ, jubente celerario, ire apud **Laginheth** & reportare averagium de anguillis de *Southreye*, & ſæpe vacui redire, & ita vexari ſine aliquo emolumento celerarii, unde convenit inter eos, ut ſingulæ triginta acræ de cætero darent unum denarium per annum & homines remanerent domi. Terræ autem illæ nunc temporis diviſæ ſunt, quod vix ſcitur à quo ille cenſus dari debet, ita quod vidi celerarium in uno anno capere inde xxvij. denarios, ſed nunc non capit unum denarium.

Item celerarius ſolebat habere poteſtatem in viis ex villa, ita quod nulli licuit fodere cretam vel argillam ſine licentia ejus. Solebat etiam ſummonere fullones villæ ut ei accommodarent pannum ad ſal ſuum ducendum, alioquin ipſe prohiberet eis uſum aquarum & caperet telas quas ibidem inveniret. Quæ conſuetudines adhuc obſervantur. Item quicunque emerat à celerario bladum vel aliud ſolebat eſſe quietus de theoloneo ad portam villæ quando exiret, unde cellarius rem ſuam carius vendebat, quod adhuc obſervatur Item ſolus cellarius debet vel ſolebat habere liberum taurum in campis hujus villæ & non alius. Item quando aliquis delegabit terram burgagii in eleemoſinam conventus, terra illa ſolebat de cætero eſſe quieta de * **Hadgonel** & maximè cellario propter dignitatem officii, quia ſecundus pater eſt in monaſterio, vel propter reverentiam conventus, quia favorabilior debet eſſe conditio eorum qui victum noſtrum procurant. Item cellarius libere ſolebat capere omnia ſterquilinia ad ſuum opus in omni vico, niſi ante oſtia eorum qui habebant **Averland**. Item cellerarius in foro iſtius villæ tale privilegium ſolet habere, quod ipſe vel emptores ſui primam emptionem habebunt de omni cibo ad opus conventus, ſi abbas domi non fuerat. Emptores abbatis vel cellerarii qui prius veniunt in foro prius ement, ſive iſti ſine illis ſive illi ſine iſtis: ſi autem hinc & inde preſentes fuerint, deferendum eſt emptoribus abbatis. Item tempore quo venduntur aleciæ ement emptores ſemper abbatis centenarium de allec minus quàm cæteri uno obolo, ſimiliter celerarius & ſui emptores, &c.

* In alio manuſcripto *Heggonell.*

COVENTRENSE *Cœnobium in agro* Warwicenſi.

Will. Malmeſb. fol. 73. a. nu. 10.

ERat in *Ceſtrenſi* diocæſi cœnobium, *Coventria* nomine, quod comes magnificentiſſimus *Leofricus* cum uxore *Godiva*, conſtituerat, tanto auri & argenti ſpectaculo, ut ipſi parietes eccleſiæ anguſti viderentur theſaurorum receptaculis, miraculo porro magno viſentium oculis. Hoc *Robertus* ejuſdem provinciæ epiſcopus inhians non epiſcopaliter involavit, ex ipſis eccleſiæ gazis ſurripiens undè datoris manum ſuppleret, undè Papæ occupationes falleret, unde aviditati *Romanorum* irrideret, pluresque ibi annos moratus nihil probitatis exhibuit (*&c.*)

Ibid. fol. 165. a.

—— Ex una enim trabe quingentas marcas argenti corraſit, quæ ſcrinia ſuſtentabat.

Coventriæ habetur brachium magni *Auguſtini* theca incluſum argentea, cernunturque in cælatura hujuſmodi literæ. Hoc brachium S. *Auguſtini*, *Egelnodus* archiepiſcopus rediens à *Roma* ad *Papiam* emit centum talentis argenti, & talento auri. (*&c.*)

Ibid.

In ambabus porticibus *Coventriæ* jacent ædificatores loci præcellentiſſimi conjuges, quorum maximè prædicatur fæmina: quæ cum theſauros vivens ibi totos congeſſiſſet, jamjamque moritura, circulum gemmarum quem filo inſuerat, ut ſingularum contactu ſingulas orationes incipiens numerum non prætermitteret; hunc ergo gemmarum circulum collo imaginis ſanctæ *Mariæ* appendi juſſit. Sed quàm precioſarum putas gemmarum? profecto à gnaris centum marcis argenti eſtimantur.

Rog. Hoved. fol. 154. b.

Excellentis vir memoriæ, laudabilis comes *Leofricus*, *Leofwini* ducis filius, in propria villa quæ dicitur **Bromleage** ij. kal. Sept. in bona ſenectute deceſſit [anno Mlvij.] & *Coventriæ* ſepultus eſt honorificè, quod monaſterium, inter cætera bona opera, quæ in ſua vita geſſit, ipſe & uxor illius Dei cultrix, & ſanctæ *Mariæ* ſemper virginis amatrix devota, nobilis comitiſſa *Godiva*, de ſuo patrimonio à fundamentis conſtruxerunt, & id terris ſufficienter locupletaverunt, ornamentis

mentis variis ita ditaverunt, ut in nullo monaſterio totius *Angliæ*, tanta copia auri, argenti, gemmarum, lapidumque pretioſarum inveniretur, quanta tunc temporis habebatur in illo.

Ibid. fol. 405. nu. 20

Anno MCxcj. *Hugo Covent.* epiſcopus expulit monachos *Coventrenſes* ab eccleſia cathedrali, & in ea inſtituit canonicos ſeculares.

Ibid. fol. 440. num. 50.

Anno MCxcviij. venit archiepiſcopus *Cantuarienſis* [*Hubertus Walterus*] & per mandatum *Celeſtini* ſummi pontificis introduxit monachos in eccleſiam ejuſdem villæ cathedralem, quos *Hugo* de **Nuvant** ejuſdem loci epiſcopus ab eadem eccleſia vi & armata manu expulerat.

Johan. Tinmuth. Hiſt. aur. MS. in Bibl. Bodleiana lib. 20. cap. 3.

Anno Domini MCxc. Rege *Ricardo* in tranſmarinis demorante, *Willielmus Helienſis* epiſcopus, regni procurator, ac apoſtolice ſedis, mediante pecunia, in *Anglia* legatus, clerum oppreſſit, plebem depreſſit, cum mille equis procedebat, monaſteria contributionibus, & hoſpitalitatibus gravabat, regni majores ſibi affines faciebat, utramque ſedem metropolitanam, ad libitum ſuum proſternebat, appulſumque *Galfridum* regis fratrem *Eborum* electum, direptis rebus de monaſterio ſancti *Martini* extrahi, & turri regia trudi fecerat, apud *Weſtmonaſterium* concilium celebravit, ubi complex ſuus *Hugo Novant* epiſcopus *Ceſtriæ* querelam depoſuit, quod monachi *Coventriæ* ſanguinem ſuum coram altari fudiſſent, undè decrevit *Willielmus*, monachos de **Coventre** eliminandos fore, & clericos præbendarios inſtituendos, undè *Hugo* prædictus ad ſedem apoſtolicam direxit reſponſales, cum literis epiſcoporum atteſtantibus. Quod monachi de **Coventre** deſerta Chriſti militia ad ſeculum eſſent relapſi. Unde petiit liberam de ordinatione monaſterii facultatem. Anteà enim monachos manu armata tanquam criminum enormium reos expulerat: *Romanus* verò pontifex ſub cauta expectatione, ſi fortè aliquis ex parte monachorum adveniens in contrarium allegaret, per menſes ſex ſententiam ſuſpendit: Sed ſumptus inopia monachos retardans votum epiſcopi confirmavit. Monachi tandem vel ſerò venientes licet violenter expulſionis injuriam diutiùs deplorarent, prævalente tamen epiſcopi potentia, per annos plurimos latè diſperſi monachi, rebus eorum ad clericorum præbendas redactis, prout poterant victitabant. Quamobrem de iſto *Hugone* in extremis laborante tradit fama; quod cum neminem ſibi penitentiam imponere volentem reperiſſet, dixiſſe fertur, & ego adjudico me pro male erratis meis pœna Purgatoria uſque ad diem judicii cruciandum: Sed & de quodam *Coventriæ* monacho tradunt, quod cauſam domus ſuæ inſtanter ſed infructuoſe diutiùs in curia *Romana* agitabat, quod eum ad fores papales jugiter incumbentem papa egrediens ſic alloqueretur; *Cur miſer fores noſtras ſic indeſinenter obſervas. Pater*, inquit, *expecto mortem veſtram, nam te defuncto, bonus forſan ſuccederet qui nobis obtritis juſtitiam exhiberet.* In hoc verbo compunctus Pontifex, qui indè exulcerari putabatur, cauſam juſſit ad plenum agitari.

[Vide *Mathæi Pariſienſis* hiſtoriam ad annum 1198. quem exhibet *Clemens Reinerus*, apoſtolatus *Benedictinorum* in *Anglia*, Tract. 2. Sect. 6. Memb. 3. Pag. 139.]

Chron. MS. *Sigeberti Gamblacen.* in bibl. *Deweſiana.* f. 159. b.

Anno MCxxxiij. poſt Pentecoſten dedit rex epiſcopatum *Elien. Nigello* (&c.) *Ceſtrenſem* verò *Rogero* archidiacono *Lincolnienſi* nepoti *Gaufridi* de *Glintona*, deceſſor ejus fuerat *Robertus* cogn. *Peccatum.* Prædeceſſor verò *Robertus Normannus* de *Limiſcia.* Hic ſecularibus intentus magis quàm divinis à rege *Henrico Coventrenſe* cœnobium optinuit, ibique capitalem cathedram *Merciorum* conſtituit. Habet itaque ille epiſcopatus uſque hodie tres ſedes *Lycefeldenſem*, *Ceſtrenſem*, *Coventrenſem.*

Carta ſundationis monaſterii beatæ *Mariæ* de *Coventria.*

Ex Regiſt. de *Coventrè* in ſcaccario, ex parte Rememoratoris Regis fol. 75. a.

EGO Leofricus *Comes*, *conſilio & licentia regis* Edwardi & Alexandri *Papæ qui mihi literas ſuas infra ſcriptas miſit, cum ſigillo & teſtimonio aliorum religioſorum virorum tam laicorum quàm clericorum, eccleſiam* Coventrenſem *dedicari feci in honorem Dei & ſanctæ* Mariæ *genetricis ejus, & ſancti* Petri *apoſtoli, & ſanctæ* Oſburgæ *virginis & omnium ſanctorum. Has igitur viginti quatuor villas una cum medietate villæ in qua fundata eſt ipſa eccleſia eidem eccleſiæ attribui ad ſervicium Dei & ad victum & veſtitum abbatis & monachorum in eodem loco Deo ſervientium, videlicet,* **Honington**, **Newenham**, **Chaddeleſhunt**, **Ichenton**, **Ollouſton**, **Sutham**, **Greenesburgh.** **Burtingbury**, **Merſton**, juxta Avonam, **Herdwike**, **Waſperton**, **Cheſterton**, **Sutham**, **Rupton**, dimidium **Sow**, **Merſton** *in* Glocestriæ-ſchira, **Salewarpe** *in* Wigornienſi *provincia*, **Eaton** *juxta aquam quæ dicitur* **Ye** *in* Ceſtriæ *provincia*, **Kyldesby** *&* **Wynwyke** *in* Hamptonenſi *provincia*, **Burbagh**, **Barwell**, **Scraptoſte**, *&* **Pakyngton** *in* Leiceſtrenſi *provincia. Has autem villas cum medietate prædictæ villæ trado huic monaſterio cum* Saca *&* Socna *&* Toloneo *& cum* Themo, *cum libertate & omnibus conſuetudinibus ubique ſicut eas à rege* Edwardo *meliùs unquam tenui.*

Hujus ergo rei teſtes extiterunt Imprimis Rex Edwardus, Edſi *archiepiſcopus* Cantuarienſis; *&* Alredus *epiſcopus* Wigornenſis, *&* Wolſyus *epiſcopus* Lichfeldenſis, Manni *abbas* Eveſhamenſis, *&* Godwinus *abbas* Winchelcombenſis, Alfricus *abbas* Perſhoverenſis, Godwinus *comes*, Araldus *comes*, Siwardus *comes*, Ordgarus Devenenſis, Alſwardus *de* **Kinfarton**, Wagene *de* **Wotton**, *& multi alii primates in* Anglia *quorum hic nomina notare faſtidioſum eſt. Cum hiis ergo omnibus rex* Edwardus *& ego libertatem huic monaſterio dedimus, ita ut abbas ejuſdem loci ſoli regi* Anglorum *ſit ſubjectus, necnon & maledictionem Dei & omnium ſanctorum in hæreditatem illis ſtatuimus quicumque hoc monaſterium libertate ſua & donatione noſtra privaverint, aut in aliud jus & ditionem contra legem Dei tranſmutaverint, Quo ſtatuto omnes una voce diximus* Amen, Amen.

Carta confirmationis ſancti Edwardi *Regis & Confeſſoris, ratificans donum Cartæ prædictæ.*

Ibid.

“PAx regnans largiflua *Chriſti* omnipotentis
“bonitas ſemper ab omnibus eſt laudanda
“omnique laude præferenda, qui nullo bonita-

“tis termino valet concludi in ſeculorum ſecula, utpote quia idem Deus ipſe ſit ſuæ propriæ bonitatis bonitas, diſtribuens gratis non tantùm dignis verum etiam indignis participium ſuæ bonitatis, ut ipſi ſua ſufficientia & bonorum habundantia, illorum relevare & ſuſtentare debeant inopiam, qui minus ſecularibus habundant negotiis, ut pro hoc major illis merces à Deo poſſit donari. Unde ego *Edwardus Anglorū* rex, omnibus poſt me futuris regibus, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, ducibus, omnibuſque Chriſti fidelibus notum fieri volo, quod venerabilis dux *Leofricus*, divina inſpirante gratia, monitiſque glorioſi ac Deo dilecti ſummi pontificis *Alexandri*, monaſterium ſanctæ Dei genetricis *Mariæ* ſanctique *Petri*, & omnium ſanctorum in villa quæ dicitur **Coventre** extruxit, largiſque muneribus decoravit, atque ſubſcripta maneria ad victuale ſubſidium abbatis & monachorum in eodem loco Deo perpetuè ſervientium larga donatione & conceſſione ibidem contulit, videlicet medietatem ejuſdem villæ in qua fundata eſt ipſa eccleſia, deinde **Southam** &c. Pro reverentia itaque & honore ſanctæ Dei genetricis *Mariæ* ſanctique advocati mei apoſtoli *Petri*, do & concedo abbati *Leofwino*, & omnibus futuris, ibidem poſt eum aſſiſtentibus, in tota poſſeſſione monaſterii *Sakam* & *Socnam* & thelonium ſuum in terra & in aqua, in urbe & extra & omnes leges & conſuetudines tam plenè quam liberè ſicut eas præfatus dux honorificentius & liberiùs de me tenuit.

“Precipio itaque ut omnia quæ ad ipſam eccleſiam pertinent ſint omnino libera, terræ cultæ & incultæ, cum exitibus atque redditibus prædictorum. Necnon maneria & eccleſias, cimiteria, decimas, redditus, & ſervitia debita, oblationes, luminaria, cauſarum diſcuſſiones, emendationes eccleſiaſticas vel ſeculares, & quicquid illi loco collatum eſt ſub integra immunitate concedimus & perpetuò firmamus. Et ne quis præſentium vel magis futurorum ambiget quæ ſit illa libertas quam amabiliter & firmiter concedo omnimodis, cuncta illius eccleſiæ poſſeſſio nullis ſit unquam gravata oneribus, nec expeditionis nec pontis & arcis edificatione, furium apprehenſione. Et ut omnia ſimul comprehendam, nil debet exolvi nec regi nec regis præpoſito vel epiſcopo vel ulli homini, ſed omnia exolvantur jugiter quæ in ipſa ditione fuerint, ad ſupradictum ſanctum locum ſecundùm quod ordinaverint fratres ejuſdem cœnobii. Ut autem cunctis hæc tranſgredientibus ad damnationem ſuam poſſint oſtendi, literas ſummi pontificis papæ *Alexandri* quas ab eo ſuſcepimus directas, tam poſteris quàm præſentibus hìc manifeſtari curabimus.

Bulla domini *Alexandri* papæ [confirmans chartam prædictam.

Ibid.

ALexander *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio* Edwardo *regi* Anglorum *ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Scriptorum veſtrorum eloquia incolumitatem veſtram ſignificantia læti ſuſcepimus. Gratias itaque omnipotenti Deo retulimus qui cordis veſtri ſinceritatem ad omnia utilia ſanctæ matris eccleſiæ compungit. Proinde juxta ſcripta veſtra monaſterio ſanctæ* Mariæ de Coventria, *ubi ſervorum Dei conſtituta eſt congregatio à reverendæ memoriæ* Leofrico *duce nuper extructo, hujuſmodi privilegia præſentis authoritatis noſtræ indulgemus concedimus atque confirmamus; ſtatuentes ut ipſe locus regiis præceptis & privilegiis apoſtolicis fultus, per omnia tempora ſine vexatione cujuſcumque dioceſani epiſcopi aut alicujus judiciariæ poteſtatis cujuſcumque ordinis vel dignitatis ſit, & ſemper, ſicut præoptat & expetit benevolencia tua regalis futuro tempore permaneat. Fratres igitur ejuſdem loci idoneos ex ſe vel ex qua voluerint congregatione abbates ſive decanos ſibi per ſucceſſiones eligendi habeant poteſtatem, & ne impediantur authoritate apoſtolica prohibemus. Præterea quicquid illi loco contulerunt, vel collatum eſt, vel conferetur, divina & noſtra authoritate roboramus. Necnon privilegia veſtra ad honorem Dei pertinentia quæ ibi inſtituere volueris, gratanti affectu annuimus confirmamus, & confirmando imperpetuum ſtare decrevimus. Et infractores eorum æterna maledictione damnamus. Acta anno Dominicæ incarnationis milleſimo quadrageſimo tercio.*

Genealogia fundatoris.

1. LEofricus comes *Leiceſtriæ*, tempore *Ethelbaldi regis Merciorum* genuit filium nomine *Algarum*, & tunc comes **Lincoln**, dictus erat *Egga*.

Ad calcem Florentii Wigorn. MS. penes archiep. Armachanum an. 1645.

2. *Algarus* primus, vel ſenior, tempore *Offæ, Kenulfi & Withlafi* regum, genuit filium nomine *Algarum*, & mortuus ſepultus eſt apud **Croyland**.

3. *Algarus* ſecundus, tempore *Bernulfi & Burredi* regum *Merciorum* genuit *Leofricum* ſecundum, & occiſus eſt à Danis *Ungar & Ubba* in **Keſteven** apud **Strekingham**, ſepultus erat apud **Croyland**.

4. *Leofricus* ſecundus genuit *Leofwinum*, poſtea comitem tempore *Alfredi & Edwardi* primi, regum totius *Angliæ*.

5. *Leofwinus* comes *Leiceſtriæ* genuit *Leofricum* poſtea comitem, & *Edwinum* occiſum per *Walenſes*, & *Normannum* occiſum cum *Edrico* duce *Merciorum* per *Cnutonem* regem. Iſte *Leofwinus* fuit in tempore *Ethelſtani*, *Edmundi*, *Edredi & Edgari* regum *Angliæ*.

6. *Leofricus* tertius nobilis fundator multorum cœnobiorum, tempore *Edwardi* ſecundi, *Ethelredi*, *Cnutonis*, *Haroldi*, *Hardicanuti & Edwardi*, tertii regum *Angliæ* genuit *Algarum* poſtea comitem. Iſte *Leofricus* jacet apud *Coventream*.

7. *Algarus* tertius, tempore regis *Edwardi*, ſepiùs exlegatur, & toties ſtrenuiſſimè cum rege reconciliatus, genuit *Edwinum & Morcarum*, poſtea comites, & filiam nomine *Luciam* poſtea comitiſſam.

Edwinus comes **Warwike**, & [*Morcarus* comes *Eboracenſis* ambo fratres dimicabant contra *Willielmum* Conqueſtorem, & tandem ſuorum inſidiis occiſi ſunt; obtinuitque *Lucia* ſoror eorum terras paternas, quæ nupta eſt primò *Ivoni*

Taylboys, è qua nullam ſuſcepit ſobolem, tempore *Willielmi* Conqueſtoris & *Willielmi Rufi*.

Lucia comitiſſa, tempore *Henrici* primi nupta *Rogero* filio *Geroldi Romara* peperit filium nomine *Willielmum* poſtea comitem de terris paternis, & *Lincoln.* comitatus; nupta etiam tertio viro, tempore regis *Stephani*, id eſt *Ranulfo* comiti *Ceſtriæ*, peperit filium *Ranulfum* poſtea comitem *Ceſtriæ*. Iſte *Lucia* jacet apud **Spalding**.

Willielmus de *Romara*, frater *Rogeri* de *Romara* fundator de **Revesby**, genuit *Willielmum* de *Romara*, qui ante patrem obiit, & ſepultus eſt apud **Revesby**; pater etiam in extremis factus monachus, jacet apud **Revesby**: poſt cujus obitum *Willielmus* de *Romara* filius *Luciæ* comitiſſæ ex *Rogero*, de *Rogero* de *Romara*, obtinuit à rege *Henrico* ſecundo omnes terras quondam *Willielmi* de *Romara* patrui ſui, & fundavit monaſterium de *Cliva*, & moriens ſine ſobole jacet apud **Revesby**; *Ranulfuſque* comes *Ceſtriæ* frater ejus obtinuit à Rege *Johanne* omnes terras ſuas.

Loci à Penſionibus immunitas aſſerta.

Placita cor. Rege Billar. an. 14 Ric. 2. rot. 50. warw.

IN *Placito inter Regem & Priorem eccleſie de* **Coventre** *de annua penſione uni clericorum regis, ratione nove creationis ejuſdem Prioris, quouſque, &c. Prior venit & defendit vim, & injuriam, & quicquid eſt in contemptu domini regis &c. non cognovit, eccleſiam ſuam beatæ Mariæ de* **Coventre** *fore eccleſiam cathedralem, nec ipſum Priorem tenere aliquid de domino Rege per Baroniam, prout pro domino rege, in narratione ſua, proponitur. Et dicit quod tenet Prioratum predictum ex fundatione cujuſdam* Leofrici *quondam* comitis Ceſtriæ, *qui Prioratum prædictum fundavit tempore ſancti* Edwardi, *dudum Regis* Angliæ *progenitoris domini Regis nunc, per Chartam ſuam in hac verba.*

Anno Dominice incarnationis milleſimo quadrageſimo tertio, Ego *Leofricus* comes *Ceſtriæ*, conſilio & aſſenſu Regis, qui literas ſuas infraſcriptas, ſub ſigillo miſit, & teſtimonio aliorum religioſorum virorum, tam laicorum quam clericorum, eccleſiam **Coventre** dedicari feci, in honore Dei, & eccleſiæ ſancte *Marie* genetricis ejus, & ſancti *Petri* apoſtoli, & ſancte *Osburge* virginis, & omnium ſanctorum; Has igitur viginti quatuor villas, eidem eccleſiæ attribui, ad ſervitium Dei, & ad victum & veſtitum abbatis & monachorum in eodem loco Deo ſervientium, videlicet, **Honyton**, **Newenham**, **Chadeleſhunt**, **Ichenton**, **Wlſton**, **Southam**, **Grenesburgh**, **Burthenburg**, **Merſton**, *juxta Avonam* **Herdewik**, **Waſperton**, **Ceaſterton**, **Sotham**, **Rupton**, dimidium **Sowe**, **Merſton** in *Glouceſtriæ* provincia, **Salewarpe** in *Wigornienſi* provincia, **Eton** juxta amnem qui dicitur **Dée** in *Ceſtriæ* provincia; **Beldesbye**, & **Windwyk**, in *Hamptonienſi* provincia, **Bozbach**, **Barewell**, **Scrapſtofte**, **Pakinton** & **Potteresmerſton** in *Leyceſtrenſi* provincia. Has autem terras dedi huic monaſterio, cum *Soca*, *Saca*, cum *telonio & theme*, cum libertatibus, & omnibus conſuetudinibus ubique, ſicut à rege *Edwardo* melius unquam tenui. Cum hiis omnibus, Rex *Edwardus*, & ego libertates huic monaſterio dedimus, ita ut abbas ejuſdem loci, ſoli regi *Angliæ* ſit ſubjectus.

Ibidem recitatur Charta ejuſdem regis Edwardi *quas donationes, & conceſſiones diverſi alii reges confirmaverunt, & dicit quod poſtea, per proceſſum temporis, nomen Abbatiæ prædictæ divertebatur in nomen Prioratus, eo quod* Leofwinus *adtunc abbas ibidem creatus fuit in epiſcopum* Ceſtriæ, *& ordinavit per aſſenſum monachorum ibidem, quod abbatia prædicta extunc foret Prioratus; & quod ſuperiores ejuſdem eccleſie forent Priores ſucceſſivè imperpetuum, Et dicit quod de ipſo* Leofrico, *quia obiit ſine herede de corpore ſuo deſcendente, advocatio eccleſie prædicte, tempore* Wil. *Conqueſt.* Angliæ, *cuidam* Hugoni *comiti* Ceſtriæ, *ut conſanguineo & heredi ipſius* Leofrici, viz. *filio* Erminilde, *ſororis ejuſdem* Leofrici, *& de ipſo* Hugone *cuidam* Richardo *ut filio & heredi, & de ipſo* Richardo *cuidam* Ranulpho *ut conſanguineo & hæredi*, viz. *filio* Matildis, *ſororis prædicti* Hugonis, *& de ipſo* Ranulpho *cuidam* Ranulpho *ut filio & heredi, & de ipſo* Ranulpho *filio* Ranulphi, *quia obiit ſine herede de corpore ſuo deſcendente, advocatio predicta ſimul cum comitatu* **Ceſtre** *&* **Huntingdone**, *& aliis diverſis Caſtris, maneriis, terris, & tenementis cum pertinentiis in* Anglia *&* Wallia, *quibuſdam* Matildæ, Mabilliæ, Ceciliæ, *&* Margeriæ, *ut ſororibus & heredibus prædicti* Ranulphi, *inter quas propertia facta fuit, de predictis comitatibus, advocationibus, & caſtris, maneriis, terris & tenementis, cum pertinentiis ſupradictis. Et predicta advocatio ſimul cum toto predicto comitatu* Ceſtriæ, *cum pertinenciis, allocata fuit predicte* Matilde, *pro proparte ſua, in allocationem diverſorum aliorum caſtrorum, maneriorum, terrarum & tenementorum, cum pertinentiis, prædictis* Mabilliæ, Ceciliæ, Margeriæ, *ſeperatim allocatorum, & de ipſa* Matilda *deſcendebant predicta advocatio ſimul cum predicto comitatu* Ceſtriæ, *cum pertinentiis poſt propertiam prædictam, cuidam* Johanni Scott, *ut filio & heredi predictæ* Matildæ; *Qui quidem* Johannes Scott *advocationem prædictam ſimul cum prædicto comitatu* Ceſtriæ, *cum pertinentiis, dedit* Henrico *quondam Regi* Angliæ, *filio Regis* Johannis, *& hæredibus ſuis imperpetuum, &c. Prædictus Prior ſine die.*

PEYKIRKENSE
Cænobium in agro
Northamptonienſi.

Annales de *Peterborough* in bibl. *Cottoniana.*

ANNO Domini milleſimo quadrageſimo octavo, Dominus *Wlgatus* abbas de **Peykirke**, amiſſâ ſede abbathiæ ſuæ, cum omnibus maneriis dicto monaſterio quondam pertinentibus, per judicium curiæ Regis *Hardecanuti*, contra *Kenulphum* & *Kinſini* abbates *Burgi*, ipſum monaſterium de **Peykirke** ſuam poſſeſſionem eſſe calumpniantes.

SPALDINGENSE *cœnobium in agro* Lincolnienſi, *cella* (*primo*) Croylandenſis, *poſtea ſancti* Nicholai Andegavenſis.

Annales de *Peterborough* in bibl. *Cottoniana*.

ANno Mlij. Hoc tempore, *Thoroldus* vicecomes & frater germanus *Godivæ* comitiſſe *Leyceſtriæ*, aſſumptis ſecum de domino *Wlgato* abbate *Croylandiæ* vj. monachis, Prioratum de Spalding inchoavit, terris & tenementis ſufficientibus ad eorum ſuſtentationem, cum ſuo manerio in eorum cellam commutando liberè aſſignatis.

Anno Mlix. *Wiſketulus*, abbas *Croylandiæ*, inſtigante inclito comite *Algaro*, ad hoſpitalitatem, more monaſteriali, in cella ſua de Spaldyng adventantibus Chriſti fidelibus exhibendam, ligneam capellam ſuam ejuſdem villæ, cum certis redditibus in eadem villa ſituatis, dedit monachis ſuis *Spaldyngenſibus*; & dictus comes portionem eorundem in multis ampliavit.

Anno Mlxxiij. *Edwinus* & *Morcarus*, filii *Algari*, filii *Leofrici* comitis *Leiceſtriæ*, ſæpius capti, ſed ſemper miſeratione regis, & gratia ſuæ nobilitatis impune demiſſi, poſtremò, non vi nec dolo hoſtium, ſed ſuorum perfidiâ trucidati, regem etiam ad lachrymas coegêre, quorum ſororem nomine *Luciam* cum omnibus terris eorum *Yvoni Taylboys*, tunc *Andegavenſi* comiti, maritavit.

Anno Mlxxiiij. *Yvo Taylboys*, comes *Andegavenſis* dominus *Spaldyngæ* & totius *Holandiæ*, monachus ſancti *Nicholai Andegaviæ*, *Natale* tunc abbate, cellam Spaldyng primò dedit. Iſte *Yvo*, maritus *Luciæ* comitiſſæ, decimas ac donationes quas *Toraldus* avunculus ejuſdem *Luciæ*, filiæ *Algari* comitis *Leiceſtriæ*, monachis *Spaldyngiæ* dederat evidenter fecit confirmari; donavitque eiſdem monachis decimam thelonei, & ſalinarum de Spaldyng, & piſcariam de Westlode cum uno piſcatore, & decimam piſcium quæ in tota ejus terra caperentur, ac decimam beſtiarum ſuarum ſilveſtrium ubicunque eſſent. Donavit etiam dictis monachis de Spaldyng decimas particulares in Totteneye, Alkebarowe, Normanby, Weltysford, & Bolyngbroke, & in qualibet earundem unum ruſticum pro hujuſmodi decimis colligendis. Et ad inſtanciam prædicti *Yvonis Taylboys*, *Willielmus* Rex *Angliæ* conqueſtor, *Willielmus*, & *Henricus*, reges & filii dicti *Willielmi* conqueſtoris, confirmarunt monachis de Spaldyng manerium de Spaldyng cum omnibus appenditiis & pertinentiis ſuis quibuſcunque, & omnia quæ in regno *Angliæ* tunc habebant.

Ingulphi hiſt. *Croyland.* fol. 519. a. n. 30.

Charta *Thoroldi* de Bukenhale de fundatione cellæ de Spaldyng.

EGo Thoroldus *de* Bukenhale *coram nobiliſſimo domino meo* Leofrico *comite* Leiceſtriæ, *& nobiliſſima comitiſſa ſua domina* Godiva *ſorore mea, cum conſenſu, & bona voluntate domini & cognati mei comitis* Algari, *primogeniti & hæredis eorum, donavi & tradidi deo & ſancto* Guthlaco Croilandiæ *in manibus domini* Wulgati *abbatis dicti* Croilandenſis *monaſterii ad fundationem cellæ* Croilandenſium *monachorum in honorem ſanctæ Dei genitricis, ſemper virginis* Mariæ, *in villa de* Spaldinge *totum manerium meum ſitum juxta parochialem eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus terris & tenementis, redditibus, ſervitiis, averiis & utenſilibus, quæ habui in dicto manerio, & in dicta villa, & in campis ejus tam in parte orientali fluminis quam in ejus parte occidentali, cum omnibus appendiciis ſuis, ſcilicet,* Colgrinum *præpoſitum meum, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque aliquo de omnibus retinemento. Item* Hardingum *fabrum, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque aliquo de omnibus retinemento. Item* Leſtanum *carpentarium, & totam ſequelam ſuam cum omnibus bonis, & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque aliquo de omnibus retinemento. Item* Ringulphum *primum, & totam ſequelam ſuam cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque aliquo de omnibus retinemento. Item* Elſtanum *piſcatorem, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & in mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Gunterum Liniet, *& totam ſequelam ſuam cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Outy Grimkelſon, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & campis ejus & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Turſtanum Dubbe, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Algarum *nigrum & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Edricum *filium* Siwardi, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Oſmundum *molendinarium, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Beſy Tuke, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis, & mariſcis ejus, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Elmerum *de* Pincebecke, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Gouſe Gamelſon, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento.*

Iſtos ſervos meos, & omnia bona & catalla eorum, cum omnibus cotagiis quondam meis, ſituatis in orientali parte fluminis circa ligneam capellam ſanctæ Mariæ *in villa de* Spaldynge, *ab antiquo* Croi-


AREÆ SPALDINGENSIS
CŒNOBII ICHNOGRAPHIA.
Quod Thoroldus olim, cum nihil
fecit ex lapide
Id ipsum hodie pe. in nihilum recidit
refecit ex ære.
(qui ab eodem Thoroldo genus
cum nomine ducit
Guil. Thorold. Eq. aur:
A. Situs Abbatiæ
B. Clavicularium
C. Horreum.
D Turris.
E Forum mercatorium
F Pons altus.
G Welland flumen
H Fossa.
I Pons Irmus.
K Aqua Vocata west load
L Strata S. Thomæ
A
B
C
D
E
F
G
H
H
K
K
L

1051. Croilandenſi *monaſterio pertinentem, cum omnibus juribus, & aliis rebus appendentibus, dedi Deo, & ſancto* Guthlaco *ad conſtructionem prædictæ cellæ, una cum omnibus piſcationibus meis tam in mariſcis adjacentibus, quam in mari ad dictam villam accedente, in liberam & perpetuam eleemoſynam meam, pro ſalute animæ meæ, & animarum omnium progenitorum & parentum meorum. Iſtud meum chirographum apud* Leiceſtriam *in præſentia multorum Chriſti fidelium, ibidem in die ſancto Pentecoſtes collectorum, anno dominicæ incarnationis* Mlj. Ego Thoroldus *ſigno ſanctæ crucis confirmavi* ✠. Ego Wulfinus, *epiſcopus* Dorcaceſtrenſis *ratificavi* ✠. Ego Wulgatus, *abbas* Croilandiæ *gaudens acceptavi* ✠. Ego Lefwinus, *abbas* Thornienſis *collaudavi* ✠. Ego Leofricus *comes conceſſi* ✠. Ego Godiva *comitiſſa diu iſtud deſideravi* ✠. Ego Algarus *comes conſenſi* ✠. Ego Turnerus *capellanus domini mei* Wulfini *epiſcopi* Dorcaceſtren. *præſens affui* ✠. Ego Wulvarus, *capellanus ejuſdem domini mei* Wulfini *epiſcopi auſcultavi* ✠. Ego Sitricus, *capellanus dicti domini mei* Wulfini *aſpexi* ✠. Ego Stanardus, *miniſter domini mei comitis* Leofrici *interfui* ✠. Ego Falco *monachus* Croilandiæ *applauſi* ✠. Ego Pigotus, *monachus* Thorneienſis *conſpexi* ✠. Ego Livingus, *clericus iſtud chirographum manu mea ſcripſi, & domino meo* Thoroldo *vicecomiti tradidi, prædicto* Wulgato *abbati* Croilandiæ *de manu in manum donandum.*

Charta regis Willielmi, *conqueſtoris dicti,* Ivoni Taleboys *conceſſa.*

Ex vet. apographo penes … … *Oldfild* armig. hodiernum loci dominum, an. viz. 1648.

“Willielmus rex *Anglorum*, R. *Lincolnienſi* epiſcopo & omnibus baronibus, & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis omnes quod ego concedo, quod *Ivo Taleboys* manerium, quod vocatur **Spaldings**, donet ſancto *Nicholao*, de civitate *Andegavenſi*, ita ſcilicet quod eccleſia quæ in eodem manerio eſt, & ſervitores ejus, manerium habeant, cum omnibus apendiciis ſuis, cum *Saca*, & *Soca*, & **toll**, & **theam**, & **infangthef**, & omnibus aliis conſuetudinibus, ſicut aliquis anteceſſorum ſuorum meliùs illud habuerit; ita tamen ut habeant, poſt obitum ipſius *Ivonis*, vel ante obitum ſuum, ſi ipſe *Ivo* voluerit. Teſtibus *W.* epiſcopo *Dunelmenſi*, *Roberto* filio *Hamonis*, *Willielmo* cancellario, *Eudone* dapifero & *Rogero Bigoto*. apud **How**.

Charta Johannis Taleboys, *de* **Spalding** *cum una carucata terra, eccleſiæ* S. Nicholai Andegavenſi *collatis.*

Ibid.

1085. “Anno incarnationis Domini milleſimo octogeſimo quinto, conceſſit *Ivo Taleboys* eccleſiæ ſancti *Nicholai Andegaviæ*, eccleſiam in villa ſua quæ *Spaldingia* vocatur, cum una carucata terræ, & bobus & omnibus quæ eccleſiæ pertinent, pro *Willielmi* regis, ac *Matildæ* reginæ uxoris ſuæ animabus, necnon pro ſui ipſius, & conjugis ſuæ *Luciæ*, & anteceſſorum *Toraldi*, ſcilicet uxoris ejus, requie: Tali pacto, ut monachi ſancti *Nicholai*, ſub manu regis ab *Ivone* hujus elemoſinæ primam donationem recognoſcant. In qua eccleſia tres monachi, electione abbatis, totiuſque conventus, aſſiduè erunt, cui eccleſiæ *Spaldingi*, abbate & monachis, decimas quas *Toraldus*, ſuique homines dederant, beato *Nicholao* conceſſerunt. Si autem domino largiente eccleſiæ ſubſtantia copioſiſſimè multiplicata fuerit, monachorum numerus augmentetur, de cujus ſubſtantia, in unoquoque anno, fratribus cœnobii ſancti *Nicholai Andegaviæ*, charitatem quam poterant reddent.”

“Hanc conventionem fecit *Ivo* cum *Natali* abbate, & monachis ſancti *Nicholai Andegaviæ* apud *Glouceſtriam*, concedente *Willielmo* rege *Anglorum*, teſtimonio *Remigii* epiſcopi *Lincolnienſis*, *Willielmi* epiſcopi *Dunelmenſis*, *Hugonis*, *Walderici* & *Normanni* Craſſi, *Johannis* militis ipſius abbatis, & *Nigelli* militis, *Ivonis* militis, *Hormeri* presbiteri. Poſt hæc dedit tholoneum *Spaldingiæ* & ſalinas, & quandam aquam quæ vocatur **Weſtelade**, cum piſcariis. Dedit etiam eis de ſuis propriis piſcationibus in expenſis fratrum, unoquoque anno duo millia anguillarum, & decimam piſcium marinorum, qui in omni terra ſua capientur, decimam pullorum equarum ſuarum ſilveſtrium ubicunque fuerant. In **Tatenaya** unum ruſticum, in **Weldeford** unum ruſticum ad cuſtodiendum decimas, ad lucernam monaſterii, & dormitorii. Et paſcua pecoribus monachorum, ſicut ſuis propriis annuatim, & unam carucatam terræ in **Obthorp**, cum tribus ruſticis, & carucatam boum cum cervo.

“In dedicatione quoque eccleſiæ ſanctæ & glorioſiſſimæ Dei genetricis, ſemper virginis *Mariæ Spallinguis*, accrevit omnes decimas, quas tenebant cui——capellano de ſuo dominio, *Laurentius*, & *Henricus* de ſuo dominio de **Bullinbrok**, & cum omni quod adjecit. Eccleſiam quoque **Hun**——cum decima ſua, & cum una carucata terræ. Teſtibus his, *Thoma* archiepiſcopo *Eboracenſi*, *Remigio* epiſcopo *Lincolnienſi*, *Roberto* epiſcopo *Herefordienſi*, *Guidone* de **Credone**. *Galfrido* de **Garham**, *Beringario* de *Thorneio*, *Hugone* de **Brenone**, qui ſuam decimam **Clasquebeye** tribuit.

Confirmatio Regis Willielmi *Conqueſtoris, &* Willielmi *&* Henrici *filiorum ſuorum facta Deo & ſancto* Nicholao *& monachis ejus de Manerio de* **Spalding**.

Ibid.

“WILLIELMVS Rex *Anglorum*, *Roberto* epiſcopo *Lincolniæ*, & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis Salutem. Sciatis omnes, quod ego concedo Deo, & ſancto *Nicholao*, ac monachis ejus omnia quæ in regno meo adquiſierunt, vel adquiſituri ſunt legaliter, & nominatim donum quod eis *Ivo Taleboys* dedit, ſcilicet, manerium vocatum **Spalding** cum omnibus ei pertinentiis, cum *Saca* & *Soca*, & **Tol**, & **Theam**, & **Infangentheof**, & in omnibus aliis conſuetis ſuis & conſuetudinibus; ita liberaliter, pacificè & quietè ſicut unquam aliquis ante eos meliùs, liberaliùs, & quietiùs illud habuit, & tenuit. Similiter, & ego alius *Willielmus* filius ſuus *Anglorum* Rex, poſt “eum, concedo omnia authorizo & confirmo Deo & ſancto Njcholao & monachis ejus ſicut ipſe pater meus ante me conceſſerat, authorizaverat & confirmaverat. Ego *Henricus* Dei gratia Rex *Anglorum*, concedo, authorizo & confirmo Deo & ſancto *Nicholao* & monachis omnia quæ in regno meo habent vel habituri ſunt, ſicut pater meus *Willielmus* Rex, & frater meus *Willielmus* Rex conceſſerunt, authorizaverunt & confirmaverunt, & ubicunque in dominio meo aliquid habent tam in *Anglia* quam in *Normannia*, pro pace noſtra, & ſalute, necnon ſequie animarum noſtrarum, parentumque noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum. Teſtibus *Roberto* epiſcopo *Lincolnienſi*, *Willielmo* epiſcopo *Dunelmenſi*, *Roberto* filio *Hamonis*, *Willielmo* Cancellario, *Eudone Dapifero*, *Reginaldo Bigoto*, & aliis multis de curia Regis.

Ibid.

Carta Ivonis Taliboys *facta monachis de* **Spalding** *de decimis telonii ſalinarum & piſcium marinorum, & de aqueductis de* **Weſtlade**, *& multis aliis.*

NOtum ſit omnibus tam futuris quàm preſentibus, quod ego *Ivo Taleboys*, poſt deceſſum *Willielmi Anglorum* regis, donavi Deo, & ſancto *Nicholao*, pro animabus ipſius regis *Wil.* ac Reginæ *Matildæ* uxoris ejus, ad augmentum victus monachorum ſanctæ *Mariæ* de **Spalding**, decimam Thelonii & Salinarum de **Spalding**, & unum ductum aquæ, nomine **Weſtlade**, cum uno piſcatore, & de ſuis propriis piſcationibus, conſtituit unoquoque anno ad victum monachorum duo millia Anguillarum, & decimam piſcium marinorum, qui in tota terra ſua capientur, ad lucernam monaſterii & dormitorii monachorum, quinque ſolidos per annum de ſuo expleto de *Spaldingia*, decimam pullorum equarum ſuarum ſilveſtrium, ubicunq; erunt. De ſuis hominibus donavit ad cuſtodiendum decimas monachorum in *Tataneya*, unum ruſticum in *Altobaro*, unum ruſticum in **Bulinbrok**, unum ruſticum in **Beltisford**, unum ruſticum in *Normanbeia*, unum ruſticum in *Spaldingia*, unam bercheriam & paſcua pecorum per totum, ſicut ſuis propriis. Et quando eccleſia ſanctæ *Mariæ* de **Spalding** dedicata eſt, decrevit ad victum monachorum omnes decimas, quas habuerunt ſui capellani, *Laurentius*, & *Henricus*, de ſuo dominio de **Bolingbroke**, & de **Beltisford**, & de omni hoc quod eis adjacet, & etiam **Hundington** cum decima ſua, & cum una carucata terræ. Hujus rei teſtes ſunt *Thomas* archiepiſcopus *Eboracenſis*, *Remigius*, epiſcopus *Lincolnienſis*, *Robertus*, epiſcopus *Herefordienſis*, *Wido* de *Credona*, *Alfridus* de **Guarham**, *Berengarius* de **Thoenepe**, *Hugo* de **Braybrok**, qui dedit monachis decimam *Claquesbyæ*.

Ibid.

Carta conceſſionis Luciæ *comitiſſæ monachis de* **Spalding**, *de manerio ejuſdem villæ, cum* ſoka *&* ſaka, **toll** *&* **theam**, *& aliis libertatibus.*

“IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, notum ſit omnibus, tam preſentibus, quàm futuris quod ego *Lucia* comitiſſa *Ceſtriæ*, concedo & dono eccleſiæ, & monachis ſancti *Nicholai* de *Spaldingo*, manerium de **Spalding** cum *ſocha* & *ſacha*, & **toll** *&* **them**, cum omnibus conſuetudinibus ſuis, & libertatibus, cum quibus meliùs tenuit & liberaliùs, tempore *Ivonis* de **Taleboys**, & *Rogeri* filii *Geraldi*, & comitis *Ranulfi*, in elemoſina animæ meæ, pro redemptione animæ patris mei, & matris meæ, & dominorum meorum & parentum meorum. Quare volo ut bene, & in pace teneant cum omnibus appendiciis ſuis. Teſte Priore *Martino* de *Pontefracto*, & *Gilberto* de *Laceyo*, *Richardo* de *Foliot*, & aliis.

Donum domini Thomæ *de* **Multon** *de eccleſia de* **Weſton**.

Ibid.

“THomas de **Multon** omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis*, & omnibus eccleſiæ catholicæ fidelibus, ſalutem. Noſcat univerſitas veſtra me, in exequiis patris mei apud **Spalding**, capitulum ſancti *Nicholai* ingreſſum, coram fratribus meis, & matre mea, & ſororibus, & amicis meis, & hominum multitudine, tunc ibidem collocata, eccleſiam de **Weſton**, cum omnibus pertinentiis ſuis Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & ſancto *Nicholao* & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro anima patris mei, & pro animabus predeceſſorum meorum in perpetuam elemoſinam dediſſe, & *Galfrido* Priori, *Nigelli* prænominatæ eccleſiæ perſonæ per manum commendaſſe. Poſtea inde egreſſus, ut quod ſic verbo fuerat ſancitum, opere cunctis pateret certificatum, eandem eccleſiam cum decimis, & elemoſinis, terris, & omnibus eidem pertinentibus, ſuper altare Dei, & ſanctæ *Mariæ*, & ſancti *Nicholai*, cultello meo proprio obtuli, qui ſuper eodem altare oblatus, in ſecretario repoſitus eſt. In cujus rei teſtimonium obſervandum, deinde in eccleſiam rediens, & in capitulum introiens fui frater & particeps beneficiorum totius eccleſiæ, his videntibus, & audientibus, abbate *Everard* de **Croyland**, *Galfrido* Priore, *Richardo Lumbard*, & aliis.

Hugonis *primi comitis* Ceſtriæ *&* Lincolniæ, *uſque ad* Aliciam *comitiſſam* Lincolniæ *anno regni Regis* Edwardi *tertii a conqueſtu ſeptimo, proſapia.*

ANno Domini *M*lxxxix. venit dominus *Anſelmus* abbas eccleſiæ *Uticenſis* in *Angliam*, qui rogatu *Hugonis* primi comitis *Ceſtriæ*, *Ceſtriam* venit, ibiq; abbathiam, in honore ſanctæ *Werburgæ*, fundavit, & monachis ibidem congregatis *Richardum* monachum *Uticenſem* primum abbatem inſtituit; quo facto, eodem anno, in reditu ſuo à *Ceſtria* archiepiſcopus *Cantuarienſis* factus eſt. Sexto kalendas Auguſti obiit *Hugo* primus comes *Ceſtriæ*, qui jacet in capitulo erga auſtrum extremum. Poſt cujus mortem *Richardus* filius ejus puer ſeptem annorum, comitatum ſuſcepit, ſeptimo kalendas Decembris, cum uxore ſua, & multis aliis ſubmerſus eſt apud **Warflet**. Poſt quem ſucceſſit *Ranulfus* de **Meſchines**, nepos prædicti *Hugonis* comitis, qui moriens ſexto kalendas

A.D. 1089.
De hoc quædam ſupra in S. *Werburg. Ceſtren.* ex *Malmsb.* & aliis.

lendas Februarii, jacet erga auſtrum juxta *Hugonem* primum; Poſt quem ſucceſſit *Ranulfus* de **Gernons** filius ejus, qui moriens decimo ſexto kalendas Januarii, jacet juxta patrem ſuum. Poſt hunc ſucceſſit *Hugo* filius ejus, qui moriens ſecundo kalendas Julii, jacet juxta patrem ſuum. Poſt quem ſucceſſit *Ranulfus* filius ejus, qui moriens vij. kal. Novemb. jacet juxta patrem ſuum. Poſt hunc ſucceſſit *Johannes* de *Scotia*, nepos ejus, qui moriens ſeptimo idus Junii, jacet juxta prædictum comitem. Idem verò *Ranulfus* habuit quatuor ſorores, primogenita nomine *Matilda*, ſecunda *Mabilia*, tertia *Agnes*, quarta *Hawiſia*. *Matilda* prima deſponſata fuit comiti *Davidi*, & habuit filium *Johannem*, cognominatum de *Scotia*, qui fuit comes *Ceſtriæ*, & habuit quatuor filias; *Margareta* prima' nupta *Alano* de **Sulwepe**, & habuit filiam *Deruogillam*, quæ erat uxor *Johannis Baylioll*; *Iſabella* ſecunda, nupta *Roberto* de **Brus**, & habuit filium, *Robertum* de **Brus**. *Matilda* tertia, moriebatur ſine filiis, *Alda* quarta, nupta *Henrico* de **Haſtings**, & habuit filium *Henricum Haſtings*.

, Al. Sullye.

Mabilia ſecunda ſoror comitis *Ranulfi* deſponſata fuit comiti de **Arundell**, & habuit quatuor filias (videlicet) *Mabiliam* nuptam *Roberto* **Tateſhall**, & habuit filium R*obertum* de **Tateſhall**. *Nicholaa* ſoror ſecunda nupta *Rogero* de **Somerye**, & habuit filium *Radulfum*, qui obiit ante patrem, & quatuor filias (videlicet) *Margareta* nupta *Radulfo Baſſet* juniori, *Johanna*, ſecunda, nupta *Johanni* de **Eſtrang**; *Elizabetha*, tertia, nupta *Waltero* de **Suley**, & *Matilda*, quarta, nupta *Henrico* de **Erdington**. *Cecilia*, tertia filia comitis *Arundeliæ* nupta *Rogero* de *Montealto*. *Iſabella*, quarta filia ejuſdem comitis, nupta fuit *Johanni* filio *Alani*, & habuit filium *Johannem*. *Agnes* tertia ſoror *Ranulfi* comitis deſponſata *Willielmo Ferrers* ſeniori, & habuit filium *Willielmum* juniorem, qui fuit comes *Derebeiæ*. *Willielmus* junior habuit filium *Robertum*. *Haviſia*, quarta ſoror *Ranulfi* comitis, deſponſata fuit *Roberto* de **Quincy**, & habuit filiam *Margaretam* comitiſſam *Lincolniæ*, quæ nupta fuit *Johanni* de **Laci** Conſtabulario *Ceſtriæ*; Ex qua idem *Johannes* genuit *Edmundum*, qui quidem *Edmundus* genuit *Henricum Lacy*, comitem *Lincolniæ*, & idem *Edmundus* obiit ante matrem ſuam. Dictus autem *Henricus*, ex filia comitis *Sarum*, genuit *Edmundum* qui obiit ante parentem ſuum, & filiam, *Aleſeiam* nomine, quæ nupta fuit domino *Thomæ* comiti *Lancaſtriæ* & *Leiceſtriæ*, & poſt ejus mortem domino *Ebuloni le* **Strange**.

Carta conceſſa abbathiæ ſancti Nicholai Andegavenſis, & Priori de **Spalding**.

Chartæ antiquæ lit. R. n. 5.

JOhannes Dei gratia Rex *Angliæ*, *&c.* Sciatis nos conceſſiſſe, & hac preſenti carta noſtra confirmaſſe Abbati ſancti *Nicholai Andegavenſis*, & Priori & Monachis de **Spalding** ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes, & conceſſiones rationabiles, terrarum & hominum eis factas, videlicet, Prioratum de **Spalding**, cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in rebus eccleſiaſticis, quàm in poſſeſſionibus ſecularibus in perpetuum. Eccleſiam ſcilicet de **Weſton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes poſſeſſiones terrarum, quas in eadem villa habent & poſſident, & eccleſiam de **Muleton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes poſſeſſiones terrarum & hominum quas in eadem villa habent & poſſident; Et terram quam habent in villa de **Quapelade**, videlicet, **Wrangbenethrith**; & omnes poſſeſſiones terrarum & hominum quas habent in villa de **Sutton**. Et eccleſiam de **Pincebec**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes homines, terras & poſſeſſiones quas in eadem villa habent; Et eccleſiam de **Surflet**; cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes terras, & decimas, & homines quas habent in **Obbethorp** & **Wineluuithorp**, & manerium de **Lentorp** cum omnibus hominibus, & terris ſibi adjacentibus, & eccleſiam de **Sibetop**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & duodecim bovatas terræ in eadem villa cum omnibus hominibus & ſectis eorum; Et eccleſiam de *Stikeneia* cum omnibus pertinentiis ſuis; Et eccleſiam de **Bullingbroc** cum hominibus, & toftis, & boſcis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis; Et medietatem eccleſiæ de **Eſtrecales**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & ſervitium duarum carucatarum terræ in villa de **Middingesby**, & eccleſiam de **Hardelthorp**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Læ**, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et eccleſiam de **Gaitburton** cum omnibus pertinentiis ſuis; Et medietatem eccleſiæ de **Belchesford**, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et in eadem villa omnes decimationes de dominico comitis *Ceſtriæ*; Et in **Scamelesby** unum molendinum aquaticum; Et in eadem villa omnes decimas de dominico comitis *Ceſtriæ*; Et in * **Staninghoge**, omnes decimas de dominico comitis *Ceſtriæ*;. Et in **Dunington** omnes decimas de dominico comitis *Ceſtriæ*; Et in * **Therelew** omnes decimas de dominico comitis *Ceſtriæ*; Et in **Eſtreby** unum molendinum, cum uno toſto ſibi adjacente; Et in villa **Norluanby** omnes decimas de dominico, quod fuit *Willielmi* de *Rumara*, & unum hominem, cum una bovata terræ, & tota ſecta, & familia ſua, in eadem villa, & decimas quas habent in villa de **Elingthon** de Baronia *Willielmi* de *Rumara*. Et terram quam habent in villa de **Wyum**. Et decimas quas habent in **Clacksbey**. Et decimas ques habent in **Kaburne**. Et manerium de **Hanteberge**, cnm eccleſia ejuſdem villæ. Et capellam de **Walrcote**, & cum omnibus hominibus, & terris, & decimis ſibi adjacentibus. Et manerium de **Wilketon**, cum omnibus hominibus, cum aliis pertinentiis, & Herbergagium quod habent in *Lincolnia* juxta foſſatum caſtelli, cum omnibus pertinentiis, & cum aliis omnibus poſſeſſionibus & libertatibus infra civitates, Burga, & extra, in Eccleſiis, in decimis, in Hominibus, & Terris, in Redditibus, in Servitiis, in menſuris, in Pratis, in Paſturis, in Communiis, in Stagnis & Aquis, in Vivariis, & Piſcariis, in Molendinis, in Salinis, in Mariſcis, in Turbariis, in liberis introitibus, & exitibus, & in omnibus aliis rebus, ſicut rationabiles cartæ donatorum, & conceſſorum ſuorum teſtantur, de poſſeſſionibus quas ipſi habent, vel quas in poſterum rationabiliter adquirerent, de cujuſcunque feodo ſint.

* vulgo, *Stanigote*. juxta *Louthe*.

* al. *Thollisford*.

Quare volumus & firmiter precipimus, quod predicti abbas, & Prior, & monachi omnia predicta

dicta habeant, & teneant, benè, & pacificè, integrè, & honorificè, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam, ſoluta & quieta, de omnibus *Geldis*, & *Danegeldis*, *Scutagiis*, *Hidagiis*, *Carrucagiis*, *Schiris*, *Excercitibus*, *Sectis*, & *Miſericordiis*, *Comitatibus*, *Wapentakis*, & *Hundredis*, & *Tridingis*, & de omni miſericordia & communi Aſſiſa, & de pecunia quæ ad *Murdrum*, & latrocinium pertinet, & auxiliis vicecomitum, & ballivorum ſuorum, & de omnibus ad eos pertinentibus, & de omnibus aliis auxiliis, & cuſtodiis, & operationibus caſtellorum, murorum, wallorum, vivariorum, ſtagnorum, pontium, calcearium, & aliarum clauſurarum, & de **Warpeni**, & **Haverpeni**, **Tethingpeni**, **Hengwithe**, **Flemenwite**, **Blodwithe**, **Leirwith**, **Flemenesfermth**, **Fithwithe**, **Grithbrich**, **Forſtall**, **Hamſockn**, **Hamfare**, & *Francoplegio*, & de **Eorhnewing**, & *laſtagio*, & *ſtallagio*, & *carriagio*, & *pannagio*, & de omnibus occaſionibus quæ ad nos pertinent; concedimus etiam eis quod ipſi abbas, & Prior & monachi habeant libertatem curiæ ſuæ, de omnibus tenementis ſuis, cum *Soka*, & *Saka*, & **toll**, & **theam**, & **infangenthef** & **utfangenthef**. Quia volumus quod ipſi omnes res & poſſeſſiones ſuas ita liberè & quite teneant, ſicut aliqua eccleſia in tota terra noſtra liberiùs & quietiùs tenet.

Et præcipimus quod predicti abbas & Prior, & monachi liberi ſint, & quieti de omni *theoloneo*, *paſſagio*, *pontagio*, & omni alia conſuetudine, quæ ad nos pertinet, ubique in poteſtate noſtra de omnibus rebus quas ad proprios uſus emerint, vel vendiderint, vel per terram, vel per aquam ducere, vel portare fecerint. Et prohibemus ne de aliquo tenemento ſuo ponantur in placitum, aut reſpondeant, niſi coram nobis, vel coram capitali juſticiario noſtro, vel per ſpeciale mandatum noſtrum, & quod nullus eos, aut res, aut poſſeſſiones, aut homines eorum, contra libertatem cartæ noſtræ, gravet, aut inquietet, vexet, aut diſturbet, ſuper forisfacturam decem librarum, ſicut carta regis *Richardi* fratris noſtri rationabiliter teſtatur. Teſtibus *Willielmo* mareſcallo, comite *Penbrochiæ*, *Galfrido* filio *Petri*, comite *Eſſexiæ*, *Roberto* de **Turnham**, *Willielmo Briwer*, *Hugone Bardulfe*, *Hugone* de **Nevill**, *Simone* de **Pateſhull**. Data per manum *Huberti Cantuarienſis* archiepiſcopi cancellarii noſtri, apud **Fulleham** xxi die Aprilis regni noſtri anno primo.

[Vide plura infra in abbatia S. *Nicholai Andegaven.* inter cœnobia *Gallica*.
Vide Vol. 2. Pag. 871. Col. 1.

Cœnobium de BELLO [*vulgo* **BATTELL**] *in agro* Suſſexienſi, * *fundatum An. Dom.* 1067.

* Cron. *Job.* de *Oximedes* monachi S. *Bened.* de *Hulmo* in bibl. *Cotton.*

—SAncti *Martini* de *Bello*, [monaſterium] quod rex *Wilhelmus* fundavit & provexit in loco ubi *Angliam* debellaverat; multa ibi & pretioſa tum vivus tum mortuus delegans. Altare eccleſiæ eſt in loco, ubi *Haroldi* pro patriæ charitate occiſi cadaver exanime inventum eſt.

Will. Malmesb. fol. 174. a.

—— Quo in loco rex *Will.* abbatiam nobilem poſtea pro defunctis ſuis conſtruxit, & eam dignè nomine *Belli* vocavit.

Hen. Huntind. fol. 211. b.

Fundata eſt igitur ibidem domus religioſorum, ubi cædes ac ſtrages crebrior fuit occiſorum, pro eorundem animabus, Deum imperpetuum deprecatura, quam dux & alii devoti Deo nobiles, poſſeſſionibus ampliarunt, & religionis cuſtodia munierunt, Quæ propter bellum ibidem conſummatum, nomine *Belli* uſq; hodiè intitulatur.

Matt. Weſtm. p. 440.

Abbatia de Bello *conſtruitur.*

Rex *Gulihelmus*, exultans de victoria, dedit laudem Deo. Eodem anno idem Rex conſtruxit abbatiam, quam appellavit pro bello ibi commiſſo, *Bellum*, in qua, in perpetuum, Deo gloria, & laus, & gratiarum actio pro victoria obtenta ſolverentur, necnon & pro ibidem mortuis exequiæ à ſanctis monachis ibi conſtitutis, cum ſalutaribus hoſtiis, Deo redderentur; Ipſamque eccleſiam poſſeſſionibus & libertatibus dotatam & ditatam commiſit patronatui & tutele regum qui poſt eum forent in *Anglia* regnaturi.

Ibid. p. 442.

Anno Mlxvij. Rex *Willielmus* Conqueſtor *Angliæ* Abbatiam de *Bello* conſtruxit, & monachos inſtituit, ut pro occiſis in bello ab ipſis in perpetuum hoſtiæ ſalutis Deo redderentur.

Lelandi collectan. vol. 3. fol. 73.

King William bithougt him alſoe of that
folke that was forlorne
And ſlayn alſo thorouz him
in the bataile bi forne.
And ther as the bataile was,
an Abbey he lete rere
Of Seint Martin, **for the ſoules**
that there ſlayn were.
And the monkes wel ynoug
feffed without fayle,
That is called in Englonde
Abbey of Bataile.

Rob. de *Glouc.* MS. in bibl. *Bodleiana* fol. 98. a.

Anglorum Regnum bello *Baſtard* ſuperavit
Atq; Monaſterium diſponere rex properavit.
Jejunans, orans, cupiens de ſobole ſcire,
Divinum mox reſponſum merebatur audire.
Quot pedibus fiet eccleſia de **Battile** longa,
Tot annos tua Poſteritas durabit in *Angliâ*.
Quum licet eccleſiam prolongare voluerunt
Trecentos pedes excedere non potuerunt.

Ex eod. MS. in bibl. *Bodl.* B. c. 14. p. 310.

Hiſtoria fundationis cœnobii.

QUoniam diſpenſationis nutu quo omnia volvuntur ſecularia ex inſigni *Normannorum* ac magni Principis *Rollonis* ſtemmate piiſſimus

Ex Hiſtoria MS. abbathie de *Bello* in bibliothe.

ex Cottoniana. [ſub effigie Domitiani A. 2.] fol. 1. b.

mus dux *Willielmus* pater patriæ & limes ducatus & regni merito nominandus, ipſo in mundi climate prout lucifer exortus, cum mira induſtria per Dei gratiam propria liberalitate, cum *Gallicæ* nobilitatis favore auctus, principatum proprium hæreditario ſibi jure à patre relictum feliciter optinuit, poſt multos & innumeros calamitatum turbines, illud potenter tandem ad manum pacificavit. Interea verò & *Anglicæ* regnum monarchiæ eidem duci *Willielmo*, à ſuo conſanguineo rege *Edwardo* è mundo migrante, hæreditario jure delegatum relinquitur. Quod cum hoſtiliter à ſuo perjuro quodam *Haraldo* invaſum memoratus dux reſciſſet, ad id vi vel arte obtinendum, ſuorum conſilio & auxilio fultus, animum & vires convertit. Claſſe igitur parata ingenti, plerique comites multi nobiles multi illuſtres, multi etiam non ſuæ ditionis proceres vel barones, ſed & ex circumjacentium finibus provinciarum innumeri ſeſe ejus comitatui pro ſibi innata clementia adjunxerunt. Dux ergo cum incredibili exercitu, divino comitante favore, navigationem aggreſſus, proſperè tandem prope caſtrum **Peveneſel** dictum applicuit, exercitu per litoris ſpacia latè ——————— exilientes *Angliæ* nonnulli gaudenter terere i——————dere, contigit ducem è navi exire——————in faciem corruiſſe, litoreque naſo vulnerato aliquantum cruentato, terram protenſis primò comprehendiſſe manibus. Verum cum hinc pleriq; infauſti auſpicii fortunam muſſitantes pertimeſcerent, intererat & dapifer ducis, *Williel.* filius *Osberti* cognominatus, vir miræ probitatis & præpollens ingenio: qui mox animos nutantium dejectos hujuſmodi audacter relevavit oraculo. “ Deſinite, inquid, viri hæc in adverſum interpretari, quia profectò hinc proſperitatis datur auſpicium. Hic enim *Angliam* utriſque palmis complexam conquiſivit, propriaque progenie hæreditandem ſuo cruore ſignans dicavit, hancque ex divinæ diſpoſitionis præſagio potenter optinere meruit.

Sicque pro voto cedentibus cauſis, dux ibidem non diu moratus, haut longè ſitum, qui **Haſtinges** vocatur cum ſuis adiit portum, ibique oportunum nactus locum, ligneum agiliter caſtellum ſtatuens providè munivit. Navium verò parte maxima diſpenſatoriè jam combuſta, ne ſcilicet repatriandi ſpe aliqui forſitan negligentiùs cœptis inſtarent, dux poſt modicum rex futurus, ſollicitiùs circumjacentia ſibimet ſubjugare feſtinabat. Quo agnito, regni invaſor *Heraldus*, collecto maturiùs exercitu, ad eum expellendum, vel potiùs cum ſuis omnibus exterminandum, ad locum qui nunc *Bellum* nuncupatur temerarie feſtinans, venire non formidavit. Occurrit audacter & dux, equitum cuneis circumſeptus. Pervenienſque ad locum collis qui **Hethelande** dicitur, à parte *Haſtingarum* ſitum, dum ſeſe invicem armis munire contendunt, ac eidem duci lorica ad induendum porrigitur, ex inproviſo inverſa ipſi oblata eſt. Quod advertentes qui aderant, dum uti inſortunii præſagium execrarentur, mox memoratus ducis dapifer ſolita cunctos conſtantia compeſcuit, proteſtatus & hinc quoque proſperitatis collatum indicium, quod ſcilicet ea quæ ante reſtabant, ut poſtpoſita ſecuriter illi ceſſura forent.

Sed dux nichil motus, vultu placido loricam induens, digna memoriæ concionatus dixit. “ Scio kariſſimi quod ſi ſortibus crederem bellum hodie nullatenus introirem, ſed ego me in omni negotio creatori meo fiducialiter committens, nec ſortibus credidi, nec umquam ſortilegos amavi. Unde & nunc de ejus auxilio ſecurus, ad veſtras qui mei gratia hoc initis certamen corrobandas manus ac mentes, votum facio, me in hoc certaminis loco pro ſalute cunctorum & hîc nominatim occumbentium, ad honorem Dei & ſanctorum ejus quo ſervi Dei adjuventur, congruum cum digna libertate fundaturum monaſterium, quod ita ut mihi conquirere potero, liberum vel oblatum univerſis propitiabile fiat aſilum.

Cumque multi auditores, & quidam *Majoris-Monaſterii* monachus *Willielmus Faber* cognominatus adeſſent, qui quondam ipſius ducis ſerviens hinc fabri nomen obtinuit, quod cum ſodalibus venatum aliquando profectus, ſagittis fortè deficientibus, cum quendam fabrum hujuſmodi operis ignarum adiſſent, ipſe malleis arreptis mox ſagittam artificioſo ingenio compegit, poſtmodumque voluntate mutata ad *Majus-Monaſterium* quod tunc quam maximè religionis fama rutilabat, ſeſe contulerat, tunc verò divulgato ipſius ducis in *Angliam* adventu, gratia commodi eccleſiæ ſuæ, cum reliquis exercitui ſeſe immiſcuerat, mox ut votum audivit procedens, quatinus ut ei pro voto cederent omnia, idem monaſterium in venerationem beati pontificis *Martini* nominatim fundaretur ſuggeſſit. Cujus cum votis & dux annuens devotus ita fieri benignè ſpopondiſſet, poſt pacem conditionalem à duce per internuncios tertiò oblatam & ab hoſtibus refutatam, denuo juxta *Merlini* vaticinium, gente *Normannica* in tunicis ferreis *Anglorum* audacter deiciente ſupercilium, armis viriliter decertatum eſt. Verùm cum *Anglis* indiſſolubiliter cum rege ſuo collem quo nunc eccleſia conſiſtit præoccupantibus ————entur cederet, tandem ſtrenuiſſimus *Boloniæ* comes *Euſtachius* clam callida præmeditata arte, fugam cum exercitu, duce ſimulante, ſuper *Anglos* ſparſim agiliter inſequentes cum manu valida à tergo irruit, ſicq; & duce hoſtes ferociter invadente ipſis intercluſis utrinque proſternuntur innumeri; diſpergitur, deprimitur, labitur, laniatur ac necatur inermis ac pedes miſera gens *Anglica*, regeque ſuo belli fortuito ictu proſtrato, per diverſa diſſiliens latebras quærit. Innumeris itaq; in campo vel potius in fuga proſtratis, oculis cunctorum ſuprema patebat calamitas. Siquidem & inter hoſtiles gladios miſerabile quoddam in proximo ſpacioſè protentum ex naturali telluris hiatu vel forſan ex procellarum concavatione præcipitium vaſtè patens, licet uti in vaſtitate dumis vel tribulis obſitum oculis minus prævideretur, innumeros & maximè *Normannorum Anglos* perſequentium ſuffocavit, nam dum inſcii cum impetu diſſilirent, ibidem in præceps acti flebiliter contriti necabantur. Quod quidem baratrum, ſortito ex accidenti vocabulo, **Malfoſſed** hodieq; nuncupatur.

Has inter miſerias lugubre patebat ſpectaculum, arva cadaveribus operiri, nec in girum obtutibus aliud quam ſanguinis ruborem offerri;

Convalles undique defluens cruoris rivus repleſſe ad inſtar fluvii procul videbatur. Quanta putas illic tunc ſtrages facta eſt de victis, cum & de victoribus decem millium in brevi, ut fertur, ſupputationem exceſſerit? O quanta humani cruoris inibi effuſa eſt unda, ubi infortunati non tantùm labebantur, ſed & necabantur. Quantus armorum fragor, quantus ictuum ſtridor, quantus morientium clamor, quantus dolor, quanta ſuſpiria, quot gemitus, quot ſupremæ calamitatis diræ voces perſonuerunt dignè quis æſtimabit! Verè ſtupenda proponitur ac deflenda infelicitatis humanæ miſera conditio. In horum ergo contemplatione ſuccumbente calamo, ſubjungendum jam videtur, quod tandem finito certamine, *Normannis Anglia* ceſſit cum triumpho. Deſignato igitur loco quo hoſtilis temerariæ invaſionis cecidit ſignum, dux ulteriùs properè progrediens quæcumque adire valebat ſuo juri mancipari feſtinabat. Tandem ergo ad regni metropolim perveniens *Lundoniam*, rationiſque ac pacis confœderatione civibus oblata, ac demum ab his etſi ægrè ſuſcepta, gaudenter ut hæres & dominus excipitur. Denuo autem & regni parte nonnulla ſagaciter pacificata, cum favore procerum ac nobilium regni ad natale domini intrante anno incarnationis ipſius Mlxvij. regni inſignitus ſolio *Anglicæ* monarchiæ obtinens coronam digno diademate redimitur.

Quo facto, quia multis & innumeris præoccupatus negotiis, regnum in brevi unire ac pacificare nullatenus quiverat, plura diutius neceſſario omiſit, quæ maturiùs exequenda propoſuerat. Perplurimum enim temporis ad municipiorum expugnationem atq; ad rebellium ſubjugandam cervicoſitatem ſollicitus animum occupavit & vires. Unde factum eſt, ut quemadmodum à Deo electo & promoto regi cedentibus pro voto proſperis, nec compatriotarum hoſtilis aſtutia, nec malignorum verſuta machinamenta, nec alienigenarum incurſus minaciter propoſitus obeſſent, ſed ipſo ubique in auxilio celeſti confiſo, hinc regni gloria magnificè roboraretur. Et merito; Erat enim moralitate præcipuus, liberalitate munificus, manſuetudine ſpectabilis, ingenio præpollens, animo conſtans, armis ſtrenuus, in inchoandis magnanimus, in adquirendis efficaciſſimus, in regendis pacificus, in legum ſtatutis reformandis ac ſervandis ſtudioſus, divinitatis cultor aſſiduus, totus eccleſiarum utilitati deditus, & quod magis mirari neceſſe eſt, cum tot gentibus imperaret, adeo ei fomes virtutum diſcretio dominabatur, ut aliàs invictus, rationis facili ultroneus ſuggeſtione opportunè vinceretur. Quocirca & potenter imperii ſui fines adauxit, & contra ſpem omnium ſuo tempore ſtrenuè pacificatum gubernavit, hæredibuſq; ſuis feliciter poſſidendum reliquit. Sed hæc hactenus.

Nunc verò quia minus neceſſariè propoſiti textus exordium protendiſſe ex accidenti videmur, jam arctiùs ſtilo inchoati opuſculi materiam ſulcando rimante, libet loci noſtri prima rudimenta ex amuſſim, ut promiſimus, explanare. Igitur præclariſſimo Rege *Willielmo* pluribus, ut meminimus, intento, inter alia & voti prætaxati efficatiam etſi animo non amiſit, diutius tamen temporis illius præoccupationibus intermiſit. Verùm conſcia interiùs inſtante conſcientia, exterius quoque non facilè ſupradicto monacho *Willielmo Fabro* horum mentionem ſtudioſiùs inculcante ſepoſito, tandem eidem monacho ut optaverat rex quia ad manum habebatur operis fabricam committens, præcepit quatinus in antefacto congreſſionis loco, accitis ſecum ſuæ eccleſiæ aliquibus fratribus, oportunũ feſtinaret fundari monaſterium. Quod is alacriter excipiens, *Majus-monaſterium* ocius adiit, hinque quatuor monachos, ſcilicet, *Thedbaldum* cognomine *Vetulum*, *Willielmum Coche*, *Rotbertum* de *Bolonia*, *Rotbertum Blancard* viros perſonalitate ac religione præcipuos, ſecum in *Angliam* adduxit, Qui memoratum belli locum conſiderantes, cum ad tam inſignem fabricam minus idoneum, ut videbatur, arbitrarentur, in humiliori non procul loco verſus ejuſdem collis occidentalem plagam aptum habitandi locum eligentes, ibidem, ne nil operis agere viderentur, manſiunculas quaſdam fabricaverunt. Qui locus hucuſque **Herſte** cognominatus, quandam habet ſpinam in hujus rei monimentum.

Igitur, cum inter hæc regis animus ſollicitus de fabricæ provectu quæreret, ab iiſdem fratribus ei ſuggeſtum eſt, quod locus ille ubi eccleſiam fieri decreverat, uti in colle ſitus arenti gleba ſiccus & aquarum foret indigus, atque ob hoc oportere tanto operi aptiorem locum in proximo, ſi placitum haberetur delegari. Quod cum Rex percepiſſet, indignatus refugit, ociuſque juſſit in eodem loco quo hoſte proſtrato ſibi ceſſerat triumphus, baſilicæ fundamenta jacere. Cumque obniti non præſumentes aquarum penuria cauſarentur, verbum ad hæc memoriale magnificus Rex protuliſſe fertur, *Ego* inquid, *ſi Deo annuente vita comes fuerit, eidem loco ita proſpiciam, ut magis ei vini abundet copia quàm aquarum in alia præſtanti abbatia*. Denuo quoque illis de loci conquerentibus inoportunitate, eo quod ſcilicet per vicinia latiùs uti per ſilveſtre ſolum nuſquam ad ædificium apti lapides reperirentur, Rex de theſauro ſuo ad omnia ſufficientiam proponens ſumptuum, delegavit etiam naves de proprio, quibus à *Cadomenſi* vico lapidum copia ad opus propoſitum tranſveheretur. Cumque ſtatutum Regis exequentes aliquantam de *Normannia* lapidum portionem advexiſſent, interim, ut fertur, matronæ cuidam religioſæ revelatum eſt, quatinus in deſignato ſibi per viſum loco fodientes, ibidem ad opus præmeditatum lapidum invenirent abundantiam. Non longe itaq; à præſignato eccleſiæ ambitu, ut juſſum fuerat, quærentes, tantam ac talem lapidum repererunt copiam, ut manifeſtè pateret inibi divinitus ad prædeſtinatum opus lapidum ab ævo reconditum theſaurum. Jactis ergo tandem fundamentis præſtantiſſimi, ut tunc temporis habebatur, operis, ſecundùm regis ſtatutum altare majus in eodem loco quo regis *Haraldi* ſignum quod **Standard** vocant corruiſſe viſum eſt, providè ſtatuunt. Et licet peritiſſimi non vili commercio aſciti operi præeſſent artifices, tamen exactoribus plus propriis quam Jeſu Chriſti deditis, negligentiùs cœpti fabrica ut ſpecie tenus ad hoc magis quam ſtudio intendentum proficiebat. Interim quoque & infra deſignatum monaſterii ambitum ſibimet idem fratres inſumptuoſas quidem quo degerent domunculas ædificant. Sicque interdiu ſcævo exemplo in exorſis, die diem recraſtinante, & regiæ opes quæ ad fabricæ accelerationem pro libitu cedebant pro libitu & diſpenſantur, multaq; ex ejuſdem regis devota liberalitate illuc collata indiſcretè diſtrahuntur.

Hæc ad declarandum magnifici regis ſtudium nos interſeruiſſe nulli ſit oneroſum, quia licet, ut ſupra meminimus, innumeris irretitus negotiis nec locum præ dolore imimo adire, nec de eodem quæ propoſuerat hujuſmodi forte dilationibus circumventus exequi valuerit, tamen ut in his etiam revera probari poteſt, tantam initians ſuis propoſuit ſufficientiam, ut ipſius quoque devotio perpetim digna ſit memoria.

Præterea, ſicut meminimus, ſeſe tum rebus habentibus, regi ſuggeſtum eſt quatinus ex his unum qui aſciti fuerant fratribus cui cæteri intenderent abbatem inibi præficeret. Electus igitur ad hoc prænominatus *Rotbertus Blancard* perniciter ecclesiam ſuam, *Majus* videlicet *monaſterium*, devotione ductus adiit, atq; cum omnium congratulatione regrediens, cum jam oceani prope perſulcaſſet æquora, *Angliam* intraturus, divino quo ignoratur commotis fluctibus judicio, ſævis abſorptus gurgitibus, regimen propoſitum è mundo ſublatus, ab alium divina diſpoſitione prædeſtinatum, tranſmiſit. Quo comperto & tandem regiis auribus expoſito, communicato itidem conſilio miſit prædictus *Willielmus Faber* qui totius loci curam adminiſtrabat, & à *Majori-Monaſterio* alterum fratrem ad ejuſdem abbatiæ regimen ſuſcipiendum aſcivit *Gausbertum* nomine, virum religionis, ſummæ manſuetudinis ac multiplici virtutum inſignitum dote. Quem ad deſignatum feſtinantem locum quatuor ex conſodalibus ſecuti ſunt fratres, *Johannes* ſcilicet, *Hamelinus*, *Ainardus*, *Leffelmus*, qui ſimul cum eo proſperè *Angliam* appulſi ad deſtinatum hilares locum pervenerunt.

Hinc autem eodem venerabili viro *Gausberto* regiæ nutu majeſtatis circa Mlxxvj. dominicæ incarnationis annum in abbatiæ regimen fœliciter promoto, & coram altare ſancti *Martini* de *Bello* benedicto, & in ſedem ſuam locato, cœpit ſub eo & eccleſiæ fabrica & fratrum paulatim numerus proficere.

Rex igitur magnificus inchoati operis non indevotus, ad victoriæ ſuæ perpetuandam memoriam, ipſum locum *Bellum* memoriter per ſuccedentia tempora nominari cenſuit. Cui in primis leugam circumjacentem penitus ab omni exactione vel ſubjectione epiſcoporum, & aliarum quarumlibet perſonarum dominatione, ac conſuetudine terrenæ ſervitutis liberam & quietam pro voto, ſicut & cartarum ejus comprobatur teſtimonio, conceſſit & dedit, ipſumque locum ut regiæ ſignum coronæ, non tam multimoda prædiorum dignitatum ornamentorum variarumque opum largitione, quàm & religionis cariſmate fratrumque numeroſitate ultra quam exequi, morte, proh dolor! præventus valuit, multipliciter ditari diſpoſuit. Leugæ vero illius ſpacia his terrarum, ut in libro regis continetur, componuntur portionibus.

Eccleſia itaque de *Bello* tenet circa ſe unam leugam. Ipſe tenet **Borcham**, & habet ibi dimidiam hidam. De iſta dimidia hida eſt una virgata foris extra leugam, & pertinet ad **Croherſte**, quam *Walterus* filius *Lamberti* excambiavit pro quadam ſilva quæ erat infra leugam, & hac ratione tenet illam. In **Bece** quam tenet *Osbernus* de comite *Angi* tres virgatas. In **Waſingate** dicit liber regis quod eccleſia habet unam virgatam, ſed non habet niſi dimidiam. In **Wilminte** dicit liber regis quod eccleſia habet ſex virgatas, ſed non habet niſi quinque. In **Nirefeld** habet ſex virgatas. In **Peneherſte** habet dimidiam hidam. In **Hou** habet dimidiam hidam. In **Phileſham** habet unam virgatam. In **Catteſfelde** habet tres virgatas. In **Bulintune** habet duas hidas una virgata minus. In **Croherſte** habet unam virgatam. In **Wiltinges** habet unam virgatam. In **Holintune** habet unam virgatam.

Summa. Sex hidæ & dimidia virgata.

Omnes iſtæ terræ ſunt infra leugam ſicut dictum eſt: & de his terris compoſita eſt ipſa leuga quam eccleſia de *Bello* poſſidet, quam etiam Rex *Willielmus* liberam & quietam ab omni conſuetudine terrenæ ſervitutis, & ab omni ſubjectione epiſcoporum, & maximè epiſcoporum *Ciceſtrenſium* ſeu alairum quarumlibet perſonarum dominatione & oppreſſione vel exactione, ſicut ſupradictum eſt, fecit, & carta ſua confirmavit.

Octo itaque virgatæ unam hidam faciunt.

Wiſta verò quatuor virgatis conſtat.

Leuga autem *Anglica* duodecim quarenteinis conficitur.

Quarenteina verò quadraginta perticis.

Pertica habet longitudinis ſedecim pedes.

Acra habet inlongitudine quadraginta perticas & quatuor in latitudine. Quod ſi habuerit viginti in longitudine, habebit octo in latitudine, & ſic per reliqua.

Deforis **Bodeherſte** ad orientem eſt terminus leugæ juxta terram *Rotberti Bovis*, & tranſit juxta terram *Rogerii Moin* uſque ad **Hecilande**, & includit **Hecilande** juxta terram *Willielmi* filii *Rodberti*, filii *Widonis*, & terram de **Croherſte** ad meridiem. Inde tranſit juxta terram de **Cateſfelde** & per **Puchehole** uſq; ad **Weſtbece** juxta terram de **Bodeham** ad occidentem.

Deinde pertranſit juxta terram de **Itintune** uſque ad aquilonem. Inde eſt terminus juxta terram de *Wetlingetuna* & terram de **Wicham**, & juxta **Sedleſcumbe**, & ſic revertitur ad primum terminum ſcilicet deforis **Bodeherſte** ad orientem, (*&c.*)

Incipit liber de ſitu eccleſiæ Belli, *& de poſſeſſionibus ſibi à Rege* Willielmo *& ab aliis quibuſlibet datis.* Ibid.

ANno ab incarnatione Domini Mlxvj. dux *Normannorum* nobiliſſimus *Willielmus* cum manu valida pugnatorum, in *Angliam* tranſnavigavit, ut regnum *Angliæ* ſibi à ſuo conſanguineo rege *Ædwardo* dimiſſum, de manu *Haraldi*, qui illud tirannica fraude invaſerat, abſtraheret, ſibiq; illud jure hæreditario poſſidendum obtineret. Hoc audito, *Haraldus* cum exercitu contra illum advenit, duce ſtrenuiſſimo *Willielmo* audacter itidem ei cum exercitu, ad locum qui nunc *Bellum* vocatur, occurrente. Dux igitur devotus in pro- 1065.

cinctu bellico jam armatus, convocatis baronibus & militibus ſuis, univerſos exortatione ſua & ſpe promiſſionum fiducialiter monet pugnæ inſiſtere, atque ad eorum corda roboranda coram eis cum favore omnium votum Deo fecit, ut ſi divina pietas illi victoriam de ſuis adverſariis concederet, eundem Deo locum ſicut ſibi conquirere poſſet, liberum & quietum omnino offerret, ibique cœnobium quo Dei ſervi congregarentur, pro omnium illorumq; nominatim qui in eodem bello occumberent ſalute conſtrueret, qui locus refugii & auxilii omnibus eſſet quatinus jugi bonorum operum inſtantia commiſſa illic effuſi cruoris redimerentur. His animoſiores effecti pugnam conſtanter ineunt, deoque auctore tandem pridie idus Octobris hoſte proſtrato exercituque fugato triumpho potiuntur. Tirannide itaq; hoſtili undiq; proſtrata, in brevi etiam tota pene *Anglia* pacificata, eodem anno dux armipotens regio diademate inſignitus apud *Lundoniam* mirificè ut nobilem decebat coram regni primoribus, in regem totius *Angliæ* elevatur, atque à viro venerabili *Aldredo*, *Eboracenſi* archiepiſcopo ſacra unctione linitus coronatur, electo ad archipræſulatum *Cantuariæ*, *Stigando* regi contraire conanti.

Rex itaque collatæ ſibi gratiæ non ingratus memor fuit Dei, & in bono propoſito delectatus eſt, opereque votum geſtiens prælibatum efficere, in prædicto certaminis loco tantæ victoriæ condignum præcepit fabricari monaſterium. Et quia illud in honorem ſanctæ Trinitatis & beatæ *Mariæ* necnon & beati *Martini* confeſſoris Chriſti ſanxerat conſecrandum, ejuſdem ſancti *Martini* quoſdam accivit de *Majori-monaſterio* monachos qui operi præeſſent, religioniſque monachicæ fundamenta jacerent, ut ſimul cum eccleſiæ fabrica religionis ibidem norma proficeret, eiſque ad opus accelerandum pecuniarum expenſas pro nichilo ducens theſauraria ſua pandi faciebat quotiens voluiſſent. Sed filii alieni non tam *Jeſu Chriſti* quàm quæ ſua ſunt quærentes negligentiùs operi inſiſtebant. Eccleſiæ igitur ſtructura in dies proficiente, cum eam devotus rex magnis opibus & regiis dignitatibus mirificè ditare diſponeret, eo quod ibidem tonantis gratiâ victoriam & regnum ſibi ſuiſq; hæredibus obtinuiſſet, ob victoriæ ejuſdem memoriam perpetuandam ipſum locum *Bellum* appellari voluit, ſtatuitque conventum ad minus lx. monachorum ibidem congregari, proponens eandem eccleſiam cum dedicari faceret, in tantum ditare, ut conventus ejuſdem omni tempore numero ſepties viginti monachorum exiſteret. Sed homo proponit Deus autem diſponit, nam id perficere proh dolor morte, quæ regi æquè imperat ut mendico, præventus nequivit. Tamen ſuæ dilectionis memoriam ſuis monachis reliquit, conſtituens in primo monachis ejuſdem eccleſiæ ad cotidianos uſus panem regiæ menſæ aptum, qui **ſimenel** vulgò vocatur, habere pondere lx. ſolidorum, & in quadrageſſima de quartario majorem ut elemoſinæ pars ſibi cederet. Huic ergo eccleſiæ ſancti *Martini* de *Bello* hanc inprimis regali auctoritate dignitatem conceſſit & dedit, ut habeat curiam ſuam per omnia & regiam libertatem & conſuetudinem in omnibus poſſeſſionibus ſuis tractandi de ſuis rebus & negotiis & juſtitiam per ſe tenendam, & ut ſit libera & quieta inperpetuum ab omni ſubjectione & exactione epiſcoporum & ab omni calumpnia *Majoris-monaſterii* & quarumlibet perſonarum dominatione, ſicut eccleſia Chriſti *Cantuariæ*. Et ſi quis latro, vel homicida, vel aliquo crimine reus, timore mortis fugiens, ad hanc eccleſiam confugerit, in nullo lædatur, ſed liber omnino dimittatur. Abbati quoq; per totum regnum *Angliæ* latronem vel furem aut alio crimine damnatum à ſupplicio liberare liceat ſi fortè ſupervenerit. Theſaurus etiam inventus in terris ejuſdem eccleſiæ totus illius ſit, ſimiliter & **murdre** ſi acciderit, & omnes homines illius ubiq; à theloneo liberi ſint & omni conſuetudine terrenæ ſervitutis, ſicut cartæ ipſius teſtantur.

Dedit autem eidem eccleſiæ in poſſeſſionem æternam leugam circumjacentem liberam & quietam in perpetuum ab omni geldo, & ſcoto, & hidagiis, & denegeldis, & opere pontium, & caſtellorum, & parcorum, & clauſuris, & exercitibus, & omnibus placitis, & auxiliis, & querelis, & ſiris, & hundredis, & leſtagiis, cum *ſaca*, & *ſocna*, & **toll**, & **theam**, & **infangentheof**, & **warpeni**, & **hamſocne**, & **forſtal**, & **blodwite**, & **Cildwite**, & latrocinio, & omni conſuetudine terrenæ ſervitutis, & ab omni exactione & ſubjectione epiſcoporum *Ciceſtriæ*, & quarumlibet perſonarum dominatione, ita ut nullius præter abbatis & monachorum ejus ditioni ſubjaceat, nec in ipſa vel in aliqua ejuſdem eccleſiæ poſſeſſione quiſquam placitari aut venari, vel quodlibet negotium exercere ſine permiſſione præſumat, ſuper forisfacturam regiam; nec eciam ſi caſu quicquam captum fuerit efferatur, ſed eccleſiæ ſit.

Interea nonnullis illuc religionis deſiderio confluentibus, quam pluribus etiam liberos ſuos in Dei inſtruendos ſervicio offerentibus, eccleſiæ utilitati per ſingula intendens rex, ex his quos à *Majori-monaſterio* acciverat, quendam monachum equidem ſtrenuum & religioni maximè deditum, *Gausbertum* nomine, prædictæ eccleſiæ abbatem præfecit, ea tamen conditione ut nullatenus ipſe vel ſucceſſorum ejus aliquis *Majori-monaſterio* ſubjaceret, ſed ut religionem ibidem adhuc novellam ſua prudentia ad perfectum perduceret, atq; poſt ipſum omni tempore quem ſibi concors congregatio fratrum regulariter elegerit de eadem congregatione, eccleſiæ *Belli* cum regis voluntate abbas ſuccederet, (*&c.*)

Dedit etiam idem inclitus Rex *Willielmus* eidem eccleſiæ de *Bello*, in *Cantia* regale manerium quod vocatur **Wi**, cum omnibus appendiciis ſuis ſeptem ſwulingarum, id eſt, hidarum, ex ſua dominica corona, cum omnibus libertatibus & regalibus conſuetudinibus, ita liberum & quietum ſicut ipſe liberiùs & quietiùs tenuit, vel ut rex dare potuit, ſcilicet, ab omni geldo & ſcoto, & reliquis quæ ſupraſcripta ſunt, & ab omni conſuetudine terrenæ ſervitutis. Quod cum eccleſiæ eidem conferret, verbum memoriale & merito recolendum ipſe ter prædicandus princeps dixiſſe memoratur. Siquidem quibuſdam tantæ largitatis cauſa mirantibus, ego ait, *iſtud corpore meo aufero & animæ meæ confero. Qua de re* (inquit) *ſi corpus* *illud liberè & quietè tenere prævaluit, multo dignius eſt ut anima quæ melior pars hominis eſt hoc ſi fieri poteſt liberiùs atque quietiùs poſſideat.*

Hujus itaque manerii ab antiquitate hæc præ cæteris dignitas ſemper extitit, ut cum ſuo hundredo viginti duobus hundredis & dimidio ad *ſocnam* illius pertinentibus præeſſet, de quibus omnibus quotiens ad comitatus vel ad alias conſuetudinales collectiones convenire debent, vicecomes de **Chent** præpoſito de **Wi**, vel miniſtro ejus loco & termino deſignato litteris ſuis ſigillatis mandare debet, & ipſe deinde conſuetudinaliter ſummonere. Quibus collectis, de omnibus placitis & forisfacturis prædictorum hundredorum præpoſitus de **Wi** vel miniſter ejus vadimonia accipiet & duos denarios ſimiliter. Hundredum verò de **Wi** liberum eſt & quietum propter iſtam ſummonitionem ab omni conſuetudine, & ſicut olim Regi, ita nunc eccleſiæ ſancti *Martini* de *Bello* proprium permanet.

Conſuetudinaliter autem per totam *Angliam* mos antiquitus pro lege inoleverat, comites provinciarum tercium denarium ſibi obtinere, inde enim comites dicebantur, unde quia tunc epiſcopo *Bajocenſi*, *Odoni*, fratri ſcilicet ſuo, Rex *Cantiæ* comitatum totum dederat liberum & conceſſerat, iccirco eccleſiæ ſuæ de *Bello* duos quos ipſe habebat in dominio ſuo denarios dedit, tercio ab epiſcopo cui comitatus ceſſerat retento.

Succedente verò tempore poſtquam prædictus epiſcopus propriis infortuniis ſubactus comitatum prædictum amiſit, idem tercius denarius in redditibus regiis computatus remanſit.

In **Dengemareis**, quod eſt unum membrum de **Wi**, conceſſit & dedit idem nobilis Rex *Willielmus*, omnes maritimas conſuetudines quas illic habuit. Quod ſi piſcis qui vocatur **Craſpeis** illic appulerit, abbatis & monachorum ſit totus. & ſi in terra vicinorum infra terminos ſcilicet de **Horſmede** uſque **Withiburne** quod pertinet ad *ſocnam* de **Wi** advenerit, duas partes illius cum lingua dedit eccleſiæ de *Bello*, & ut abbas & monachi illud tam liberè ſemper habeant & poſſideant ſicut ipſe liberiùs poſſidere potuit. Eodem modo & **Werec** quod illuc contigerit habere conceſſit.

In his verò quam maximè quanti pendebat rex utilitates eccleſiæ de *Bello* propalabatur, dum quotiens edicta regalia vicecomitibus ſive juſticiariis vel miniſtris eorum *Cantiæ* conſtitutis de ejuſdem eccleſiæ negotiis deſtinarentur, hoc præcipuè regii continebant apices, ut omnes de manerio de **Wi** libertates regiaſque conſuetudines illibatas obſervarent, ut eccleſia & monachi ſui de *Bello*, ſicut ipſe rex melius potuit ea omnia in pace manentes abſque inquietudine poſſiderent.

Item dedit unum manerium in *Sudſexia* quod vocatur *Alſiſtona* cum omnibus appenditiis ſuis quadraginta iij. hidarum & dimidiæ, quod antea in dominium ſuum idem rex redegerat, cum omnibus libertatibus & regalibus conſuetudinibus prædictis.

Aliud etiam manerium in *Surreia* ſimili modo prædictæ eccleſiæ ſuæ de *Bello*, **Limneſfeld** nomine cum ſuis appendiciis xxv. hidarum ex ſua dominica corona contulit, cum omnibus libertatibus & regalibus conſuetudinibus ſupraſcriptis.

Hou verò nomine in *Eſſexia* manerium aliud cum omnibus quæ ſibi adjacebant, pacto eodem prædictæ eccleſiæ dedit & confirmavit. Hoc itaque trium hydarum & trium virgarum diviſione dimenſum eſt.

Briſtwoldintuna autem decem hidarum ex corona ſua idem piiſſimus rex ſuæ eccleſiæ in *Bearrocſira* ſitum pro anima ſua obtulit, & Carta ſua cum prædictis libertatibus & regalibus conſuetudinibus confirmavit.

Craumareis quoque quinque hidarum quod eſt in *Oxenfordſira* eadem regali auctoritate qua ſupraſcripta eidem eccleſiæ ſuæ de *Bello* conceſſit & dedit.

Eccleſiam etiam in villa de *Radingis* ex dominio ſuo cum poſſeſſionibus & terris & decimis illi pertinentibus prædictæ eccleſiæ ſuæ conceſſit & dedit.

Sub lege quoque eadem dedit eidem eccleſiæ memoratus Rex in *Deveneſira* eccleſiam quandam dominii ſui de villa de *Culuntuna*, cum præbendis quinque ad eandem pertinentibus.

De Exonia.

VErum quoniam in ejuſdem provinciæ eximia civitate *Exonienſi* magni nominis & famæ ab antiquitate pro miraculorum ibidem frequentia, ſancti *Olavi* Regis & Martyris exſtabat capella, illam quoq; rex merito præconandus uti cum devotione munificus ſuæ eccleſiæ liberam poſſidendam delegavit, cum terra quadam *Sireſordia* & *Cheneberia*, & aliis terris vel decimis ad eandem pertinentibus.

Ad quæ omnia recipienda illuc ab eccleſiæ *Belli* conventu quidam frater *Gunterus*, vir ſtrenuus primò directus eſt. Qui ibidem paululum remoratus cum curæ ſibi injunctæ utiliter operam daret, revocatus & pro ſummæ religionis induſtria *Torneiæ* abbas effectus eſt. Ad prædictarum verò curam eccleſiarum alius quidam monachus cum efficacia magnanimus, *Cono* nomine, adjuncto etiam ſibi quodam fratre nomine *Roberto* deſtinatus mox quemadmodū intimum decebat eccleſiæ filium ad augendum & extollendum ſibi locum commiſſum utiliter in poſterum proſpiciens, animum convertit. Pecunias ſiquidem reddituum vel oblationum ſeu etiam cum Reliquiarum quo idem inſignitur locus circumlatione, prædicationū, vel aliunde pro poſſe adunatas, terrarum vel eccleſiarum ſive decimarum adquiſitione cis citraque urbem *Exonienſem* eccleſiæ loco ſcilicet ſibi commiſſo perpetuabat, indeque tonantis gratia favorem quoque compatriotarum quam maximum obtinebat. Cum que & infra urbem quoque nonnullas manſiones vel terras emptione ſeu devotorum largitione jam poſſideret, deliberavit tandem vir ſagax ingenio, eo quod eadem ſancti *Olavi* eccleſia modica foret, monaſterium in honorem ſancti *Nicholai* Confeſſoris Chriſti, ad fratrum habitationem accommodum, penes eandem fabricare. Quo cum ſuperſtitis regis *Willielmi* Conqueſtoris licentia & authoritate animum ſpe in

Deo quam maximè magnanimum inopia non anguſtante mirificè inchoato, pro poſſe diatim proficiebat. Paulatim ergo opere ad effectum tendente, & eodem jam aliquantum loco habitabili exiſtente, accitis aliquot ab eccleſia *Belli* fratribus, cœpit ibidem regulariter divinum celebrari officium, ad eorundem fratrum ſtipendia, cum omnibus ad eccleſiam ſancti *Olavi* pertinentibus; eccleſia quoque prædictá de *Coluntuna* ubi prius habitaverant monachi cum quinque terris præbendarum ſcilicet *Uppetona*, **Colebꝛothe**, **Hinelande**, **Waevre**, **Eſſe** & omnibus ad eam pertinentibus, ab abbate & conventu eccleſiæ ſancti *Martini* de *Bello* eidem eccleſiæ ſancti *Nicholai* delegatis, ea tamen conditione ut pro ſubjectionis recognitione eccleſiæ ſancti *Martini* de *Bello*, portio cenſus definita, ſexaginta ſolidi ſcilicet perſolverentur.

Hæc igitur ab ordine digredientes ſuccinctè dixiſſe ſufficiat. Cæterùm ut omiſſis ſe calamus applicet. Magnanimus eccleſiæ ſuæ proſpiciens Rex mercatum in villa *Belli* dominico die liberum omnino & quietum ac eccleſiæ & monachis abſque ullius exactione jure perpetuo ut proprium ad diſponendum conſtituit, & regia auctoritate confirmavit.

De libertatibus.

Eccleſiam itaque ſuam de *Bello* excellentiſſimus princeps & merito nominandus rex, *Willielmus*, ut ſupra texuimus, cum leuga & omnibus maneriis ſuis vel poſſeſſionibus ad eam pertinentibus, ab omni conſuetudine terrenæ ſervitutis liberam & quietam inperpetuum eſſe conſtituit & regia auctoritate confirmavit, ſcilicet ab omni *geldo*, & *ſcoto*, & *hidagio*, & *denegeldo*, & *ſiris*, & *hundredis*, & omnibus placitis & querelis, & omnibus auxiliis & *leſtagiis* & *ſartis* & clauſuris, & omnibus operibus caſtellorum & parcorum & pontium & exercituum; cum *ſaca*, & *ſocna*, & **tholl**, & **theam**, & **infangenetheof**, & **warpeni**, & **hamſocne**, & **foꝛſtal**, & **blodwite**, & **cildwite**, & latrocinio, ſi in terris eccleſiæ illius acciderit. Quod ſi *murdre* inventum fuerit in aliquo loco ſuper terram illius eccleſiæ ſancti *Martini* ſcilicet de *Bello*, in leuga, in maneriis vel in membris eorum, nullus ſe intromittere debet niſi abbas & monachi ejus. Et ſi theſaurus in præfatis terris eccleſiæ illius repertus fuerit, ut eccleſiæ, abbatis atque monachorum ſit totus, conceſſit. *Warennam* etiam in ipſa leuga vel in maneriis ipſius eccleſiæ ubique conſtituit. Præcepit verò idem nobilis princeps quatinus eccleſia illa cum omnibus terris & poſſeſſionibus ſuis libera ſit & ſecura ab omni dominatione principum & baronum & epiſcoporum ſeu aliarum quarumlibet perſonarum exactione, & ut homines illius omnes liberi ſint & quieti ab omni theloneo, & omnia mercata ſua per totum regnum ſuum ubique abſque theloneo faciant, & ne quis eis ſuper hoc moleſtus ſit ſuper foriſfacturam regiam. Inſuper etiam hoc addidit, ut ſi quis baronum vel hominum ſuorum illi eccleſiæ aliquas terras vel poſſeſſiones aut de ſuo aliquid aliquando dederit, eandem per omnia libertatem vel regalem dignitatem, ſicut ſupra diximus, in iiſdem ſua quoque habeat eccleſia, ut ſervi Dei undiq; quieti & liberi Deo in pace omnimodis intendant. (*&c.*)

Ibid. fol. 10. b.

Eo etiam tempore quidam Baronum regis, vir magnificus, *Bernardus*, cognomento de *Novomercato*, cujuſdam prædictæ eccleſiæ *Belli* monachi, nomine *Rogerii*, apud eum aliquamdiu fortè commanentis, inportuna ſuggeſtione, eidem eccleſiæ ſancti *Martini* apud *Walia* provinciam, cum quadam poſſeſſione quæ *Vetus-villa* dicitur, eccleſiam eidem contiguam ſancti *Johannis* evangeliſtæ extra munitionem caſtri ſui de *Brecchinio* ſitam, liberam cum omnibus ad eam pertinentibus donavit. Quam prædictus frater *Rogerius*, ut novus valebat colonus, cum ſummo ſtudio & labore à fundamentis reſtaurans, aſſociato ſibi quodam alio ſuæ eccleſiæ monacho magnæ ſagacitatis viro, *Waltero* nuncupato, ibidem ad habitandum ædificia conſtruebat, prece vel munere nonnullas interim à vicinis terrarum vel decimarum poſſeſſiones eidem loco adquirens, ac pro poſſe utpote in commiſſo fidelis, ſibi creditum talentum poſſeſſiunculæ multipliciter accumulatum matri ſuæ eccleſiæ impiger reportare ſatagens. Procedente verò tempore, fratribus ad loci commoda omnino intendentibus, ejuſdem *Bernardi* uxor, *Agnes* nomine, fortè invalitudine tacta, eidem loco ex viri ſui aſſenſu de propria hæreditate quandam villulam extra *Waliam* in *Anglia* ſitam, quæ **Beꝛinton** vocatur, liberam omnino & quietam in poſſeſſionem æternam contulit. Sicque paulatim ex ipſius quoque *Bernardi* largitione, in terris molendinis eccleſiis ſive decimis, ejuſdem eccleſiæ poſſeſſionibus auctis, & eodem loco cum ſuis omnibus, cum regiæ auctoritatis & præfati *Bernardi* confirmatione, in jus eccleſiæ *Belli* delegato, Ab abbate & conventu ejuſdem eccleſiæ ſancti *Martini*, prædicto *Waltero* Priore jam conſtituto, decretum eſt ibidem, Ex ejuſdem eccleſiæ monachis Dei ſervos ad divinum regulariter peragendum officium adunatos degere, atque pro recognitione ſubjectionis, per annum cenſus partem, viginti ſcilicet ſolidos eccleſiæ de *Bello* perſolvere, (*&c.*)

Prioratus de *Brecconio* cella abbatiæ de *Bello*.

De Willielmo Rufo.

Ibid. fol. 14. b.

Manerium quadraginta librarum eidem eccleſiæ in *Wilteſira* vocabulo **Bꝛomham** ex regia corona in poſſeſſionem æternam, cum membris omnibus eidem manerio delegatis, donavit. Et illud cum membris ſuis, eccleſiamque de *Bello* cum omnibus ad eam pertinentibus, ab omni exactione & conſuetudine terrenæ ſervitutis, ſecundùm patris ſui cartas regia auctoritate, ſecundùm quod ſupra commemoravimus, in libertate & quiete manere conſtituit, & carta ſua confirmavit, (*&c.*)

De eccleſiis datis.

Ib. f. 14

In dotem verò eidem eccleſiæ magnificus contulit princeps quaſdam ex ſuo dominio eccleſias in *Sudfolchia* & *Norfolchia* & *Eſſexia* ſitas, in epiſcopatu videlicet *Londonienſi* & *Norwicenſi*. In *Eſſexia* quæ eſt in epiſcopatu *Londonienſi*, dedit eccleſiam de *Sanford* omnino liberam & quietam cum plenaria decima & terra ad eam pertinente. In *Sudfolchia* & *Norfolchia*, videlicet in epiſcopatu *Norwicenſi*, dedit eccleſiam de **Exelynges**, eccleſiam de **Trilawe**, eccleſiam de *Middehala*, eccleſiam de *Nortuna*, eccleſiam de **Brantham** cum capella de **Bercholt** & **Selfelege** & **Benetlege** & **Scotlege**. Eccleſiam de **Pendleſham** cum **Andreſtou**, eccleſiam de **Brandford** cum **Burſtale**, & **Aeilbrichteſtou**, eccleſiam de **Eileſham** cum capellis **Stevechaie** ſcilicet cum ij. partibus decimæ & **Scipdene** cum ij. partibus decimæ, & **Brundele** ſimiliter, & **Banningeham** ſimiliter, & cum medietate eccleſiæ de **Ingewerthe**, & cum feudo quod *Brithtricus* presbiter tenebat, terram ſcilicet unius ſochemanni in eodem manerio de **Eileſham**, ita liberè & quietè poſſidendam ſicut omnes alias terras ſuas poſſidet. Similiter & capellæ eccleſiæ de **Brantham** ſupraſcriptæ ij. partes decimæ de dominio domini habent. Has igitur eccleſias cum terris & decimis & poſſeſſionibus atque hominibus, illis pertinentibus, idem Rex, ut prædictum eſt, liberas & quietas ab omni exactione & conſuetudine, eccleſiæ de *Bello* conceſſit & dedit, (*&c.*)

Charta Gulielmi *Regis*, *conqueſtoris dicti.*

Ex ipſo autographo penes comit. *Winchelſeyenſem*, ann. 1640. Vide etiam cart. 2 H. 5. m. 24.

“IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ego *Willielmus* Dei gratia Rex *Anglorum* notũ facio omnibus tam poſteris quam præſentibus, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, & omnibus fidelibus *Francis* & *Anglis*. Quod cum in *Angliam* veniſſem & in finibus *Haſtingi* cum exercitu applicuiſſem contra hoſtes meos qui mihi regnum *Angliæ* injuſtè conabantur auferre, in procinctu belli jam armatus coram baronibus & militibus meis cum favore omnium, ad eorum corda roboranda, votum feci, eccleſiam quandam ad honorem Dei conſtruere pro communi ſalute, ſi per Dei gratiam obtinere poſſemus victoriam. Quam cum eſſemus adepti, votum Deo ſolvens, In honorem ſanctæ Trinitatis, & beati *Martini* confeſſoris Chriſti, eccleſiam conſtruxi pro ſalute animæ meæ & anteceſſoris mei regis *Edwardi*, & uxoris meæ *Mathildis* reginæ, & ſucceſſorum meorum in regno, & pro ſalute omnium quorum labore & auxilio regnum obtinui, & illorum maximè qui in ipſo bello occubuerunt. Et quia in hoc loco ubi ſic conſtructa eſt eccleſia Deus mihi victoriam præſtitit in bello, ob victoriæ memoriam ipſum locum, *Bellum* appellari volui.

“Huic igitur eccleſiæ ſancti *Martini* de *Bello* hanc inprimis dignitatem, regali auctoritate concedo, Ut habeat curiam ſuam per omnia, & regiam libertatem, & conſuetudinem tractandi de ſuis rebus vel negotiis, & juſticiam per ſe tenendam. Sitque libera & quieta in perpetuum ab omni ſubjectione epiſcoporum, & quarumlibet perſonarum dominatione, ſicut eccleſia Chriſti *Cantuariæ*. Et ſi quis latro, vel homicida vel aliquõ crimine reus, timore mortis fugiens, ad hanc eccleſiam pervenerit, in nullo lædatur, ſed liber omnino dimittatur, Abbati verò ipſius eccleſiæ liceat ubique latronem vel furem de ſuſpendio liberare, ſi fortè ſupervenerit. Concedo etiam eidem eccleſiæ leugam circumquaque adjacentem liberam & quietam ab omni *Geldo* & *Scoto*, & *Hidagiis*, & *Denegeldis*, & opere pontium, & caſtellorum, & parcorum, & clauſuris & exercitibus, & omnibus auxiliis, & placitis, & querelis, & *ſcyris*, & *hundredis*, cum *ſaca*, *ſoca*, & **toll**, & **theam**, & **infangenetheof**, & **warpeni**, & *Leſtagiis*, & **Hamſocne**, & **foreſtall**, & **blodewite**, & **chyldwite**, & latrocinio, & liberam ab omni conſuetudine terrenæ ſervitutis, & ab omni exactione epiſcoporum.

“Huic iterum eccleſiæ ſancti *Martini* de *Bello*, do regale manerium, quod vocatur **Wi**, cum omnibus appendiciis ſuis, ex mea dominica corona cum omnibus libertatibus & regalibus conſuetudinibus, ita liberum & quietum, ſicut liberius & quietius tenui, vel ut rex dare potui, ſcilicet ab omni *Geldo*, & *Scoto*, & *Hidagiis*, & *Denegeldis*, & opere pontium & caſtellorum, & clauſuris parcorum, & exercitibus, & omnibus auxiliis, & placitis, & querelis, & *ſcyris*, & *hundredis*, cum *ſaca*, & *ſoca*, & **toll**, & **theam**, & **infangenetheof**, & **Warpeni**, & *Leſtagiis*, & **hamſocne**, & **forſtall**, & **blodewite**, & **childwite**, & latrocinio ſi acciderit. Similiter do duos denarios de omnibus forisfacturis & placitis omnium hundredorum quæ pertinent ad ſummonitionem de **Wi**. In **Dengemaris** verò, quod eſt unum membrum de **Wi**, concedo eidem eccleſiæ omnes maritimas conſuetudines quas illic habui, cum omni **Weret**. Et ſi piſcis qui **Craſpeiſe** vocatur, illic advenerit, abbatis & monachorum ſit totus: Si vero intra terminos de **Blachewaſe**, & **Horſemede**, & **Bradelle** uſque **Withiburne** appulerit, duas partes ejuſdem piſcis & linguam habeat eccleſia, ſicut ego ſemper habui.

“Do etiam eidem eccleſiæ hæc maneria, *Alfiſtona*, **Lymenesfeld**, **How**, **Crawmareis**, *Briſwaltintona* cũ omnibus appendiciis ſuis libera & quieta, cum ſupradictis libertatibus, & regalibus conſuetudinibus. Si infra leugam vel in maneriis eccleſiæ **murdre** evenerit, vel theſaurus inventus fuerit, abbatis & monachorum ſit utrumque; *Warrennam* propriam in ipſa leuga habeat eccleſia & in omnibus ſuis maneriis. Do etiam eidem eccleſiæ ſancti *Martini*, eccleſiam de *Radingis*, & eccleſiam de *Culintuna*, & eccleſiam ſancti *Olavi* de *Exonia*, cum terris & decimis, & omnibus ad eas pertinentibus. Et ſi aliquis ex baronibus meis, vel hominibus aliquid de ſuo eidem eccleſiæ, in elemoſinam dederit, eaſdem libertates quas conceſſi rebus quas ego eidem eccleſiæ dedi, eis concedo, & præſenti ſcripto ut ſupradicta, regali auctoritate confirmo.

“*Wille*✠*lmus* Rex. *Lanfr*✠*anctus* archiepiſcopus *Cantuar.* *Tho*✠*mas* archiepiſcopus *Eborum.* *Mauricius* epiſcopus ✠ *London.* *Walkelinus* ✠ epiſcopus *Winton.* *Osbernus* ✠ epiſcopus *Exon.* *Gundulphus* ✠ epiſcopus *Roff.* *Hugo* ✠ comes *Ceſtriæ* ☞ ✠. *Rogerus* ✠ comes de **Muntgumeri**. *Willielmus* ✠ comes de *Warr.* ☞ ✠. ☞ ✠ *Willielmus* ✠ filius *Osberni.* ☞ ✠ *Willielmus* ✠ *de* **Brai**. ☞ ✠ *Bern*✠*ardus* de *Novo-mercato*.

Alia

Alia ejuſdem regis charta.

Par. 2. E. 4. par. 3. m. 15. per inſpex.

WIllielmus, *Dei gratia* Rex Anglorum, Lanſranco *archiepiſcopo* Cantuarienſi, Stigando *epiſcopo* Ciceſtrenſi *omnibuſque ſucceſſoribus ſuis regnum* Angliæ *obtinentibus & cunctis fidelibus ſalutem. Notum vobis facio, quod locum victoriæ meæ, ſicut Deo juvante mihi conquiſivi, & Rex liberum poſſedi, ita illum liberum, & ab omni exactione omnium hominum quietum obtuli Deo; ibidemque eccleſiam in honorem ſancti* Martini, *quam* de Bello *appellari volui, eo quod mihi Deus, in eodem loco, tantam victoriam attribuit, ut de adverſariis meis mihi injuſtè reſiſtentibus triumpharem, regnumque mihi debitum & ſucceſſoribus meis jure hæreditario perpetualiter poſſidendum acquirerem. Votum itaque, quod Deo, & ſancto* Martino *vovi, implere feſtinans, idem monaſterium monachacæ religionis dedicans, ex ordine & religione* Majoris-monaſterii *fundavi, & inde primum abbatem* Gausbertum, *ad hoc tantum ut religionis ibi normam fundaret, conſtitui, ita tamen ut libera, & quieta, in perpetuum ab omni ſubjectione & dominatione, & querela* Majoris-monaſterii, *& aliarum perſonarum exactione permaneant, ſicut eccleſia* Chriſti Cantuarienſis, *& ſicut mea dominica capella, & ſignum* Anglicæ *coronæ per quam ego regno, & ſucceſſores mei reges regnum* Angliæ *debent obtinere.*

Statuimus itaque, tam eccleſiaſticæ, quam & regiæ proſpectu poteſtatis, ut decedente abbate de Bello, *omnis poſſeſſio monaſterii, ubicunque fuerit, libera & integra, cum omni jure & conſuetudine ſua remaneat in manu & diſpoſitione Prioris, & Monachorum capituli de* Bello. *Hoc autem ideo ſtatuimus ſtatutumque perpetuò ſervandum confirmamus, quia abbas de* Bello *proprios redditus non habet, ſed communes cum fratribus. Qui igitur, Deo annuente canonica fratrum electione, abbas ſubſtitutus fuerit, ibidem abſque venalitate omni benedicatur ſicut primum abbatem* Gausbertum *in eodem monaſterio de* Bello Stigandus *epiſcopus* Ciceſtrenſis *benedixit. Abbas itaque de* Bello *non cum ſuis ſæcularibus conſanguineis, ſeu quibuſlibet aliis, elemoſinas monaſterii malè utendo, diſperdat: ſed pauperibus, & peregrinis, & hoſpitibus ſuſcipiendis, ſed fraternam curam gerat;* ☞ *Terras cenſuales non ad feudum donet, nec milites, niſi in ſacra veſte Chriſti faciat, nec de poſſeſſionibus eccleſiæ quiſquam teneat aliquid feudaliter abſolutum, ſed ad cenſum annuum & ſervitium abbati & monachis debitum. In abbatis de* Bello *& monachorum domo, & poſſeſſione nullus intus vel extra, per hæreditatem officium teneat; ſed in arbitrio abbatis & monachorum conſiſtat de tranſmutandis præpoſitis, ſeu quibuſlibet aliis officiariis.*

Hanc igitur monaſterio libertatis meæ de Bello, *& omnibus ad ipſum pertinentibus in perpetuum dono, & confirmo liberam immunitatem, & immunem libertatem; quam etiam pro ſigno coronæ regni noſtri regibus poſt me in* Anglia *regnaturis cauſa Dei commendo ſervandam ut eis Deus conſervet æternam: Teſte* Petro *epiſcopo* Ceſtriæ: Hermano *epiſcopo* Sariſberiæ, Willielmo *comite* Warennæ; Bernardo *de* Novo-mercato *&* Gausberto *nunc ejuſdem loci abbate, cum monachis ſuis, qui ad hanc cartam faciendam præſentes fuerunt, apud* Winton.

Carta Regis Willielmi Rufi.

“ W. Rex *Anglorum* omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, Salutem. Sciatis me conceſſiſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Martini* de *Bello* in dedicatione ipſius eccleſiæ, pro anima patris mei regis *Willielmi*, & matris & omnium parentum noſtrorum qui ibi in bello ceciderunt, & aliorum omnium, eccleſiam de **Haforde** cum plenari decima & terra ad ipſam eccleſiam pertinente, & eccleſiam de **Exelingis** ſimiliter cum terra & decima ad eam pertinente de annona & omni pecunia, & eccleſiam de **Trilaune** ſimiliter, & eccleſiam de *Middelhala* ſimiliter, & illam de *Nortuna*, ſet & illam de **Eileſham** cum berewicis ad illam pertinentibus, ſcilicet **Stenekate**, & **Stipdene**, & **Brundele**, & eccleſiam de **Mendleſham** cum **Andræſtou**, & eccleſiam de **Bramford** cum berewicis ad eam pertinentibus, videlicet **Brukele** & **Albrihteſtou**, & eccleſiam de **Brantham** ſimiliter cum terra & decima, & berewicis de **Bercold**, **Scotlege**, & **Mælſlege** & **Benetlege**.

“ Has eccleſias cum decimis & terris, & omnibus conſuetudinibus ad eas pertinentibus & redditibus, eccleſiæ ſancti *Martini* de *Bello* concedo perpetuo jure poſſidendas *T.* baronum meorum & epiſcoporum qui ad ipſam dedicationem mecum affuere, *Walkelino Wentano* epiſcopo, *Radulfo Ciceſtriæ*, *Oſmundo Sareſberienſi*, *Johanne Bathon*: *Willielmo Dunelm*: *Rogero Conſtancienſi*, *Gundulfo Roſenſi*, qui omnes, me preſente & omnibus baronibus meis, excommunicaverunt & dampnaverunt, quicunque quod conceſſeram illis præſentibus eccleſiæ de *Bello* abſtuliſſent, vel ut auferetur auxilio vel conſilio eſſent. Et quod nos omnes qui in ipſa dedicatione affuimus conceſſimus & confirmamus.

Ibid.

Carta regis Henrici *primi.*

“ HEnricus Dei gratia rex *Angliæ Radulpho* epiſcopo *Ciceſtriæ* & omnibus baronibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & eccleſiæ S. *Martini* de *Bello* & monachis in ea Deo ſervientibus, omnia dona & omnes venditiones terrarum quæ factæ ſunt eis in rapo de **Haſtingis**, concedente hoc & confirmante *H.* comite de *Augo*. ſcilicet terram de **Dudilande**, & de **Bregeſelle** quam *Anſelmus* de *Fraelvilla* eis vendidit, & terram de **Gleſham**, quam emerunt de *Geroldo Normanvill*, & totam terram atque mariſcum ultra **Winteleſey** quæ *Willielmus* de ſancto *Leodegario* & *Clarembaldus* eis conceſſerunt, tenendum de ſe & hæredibus ſuis. Et terram de **Bocſtepe** quam *Willielmus* filius *Wiberti* eis dedit in elemoſinam. Volo itaque & præcipio ut benè & quietè & honorificè & in pace teneant & habeant prædictas terras cum pertinentiis ſuis, ſicut eis conceſſa ſunt & à comitè *H.* confir-

Ibid.

“mate liberas ab omni conſuetudine terrenæ ſervitutis. Et prohibeo ne aliquis eis inde moleſtus ſit ſuper forisfacturam meam. T. *Rogero* epiſcopo *Sareſberiæ*, & *Eudone* dapifero & *Roberto* de **Ver**, apud **Windeleſore**.

Alia carta ejuſdem regis.

Ibid. “**H.** Dei gratia rex *Angliæ Radulfo Ciceſtrenſi* epiſcopo, & *Willielmo* filio *Augeri*, & omnibus baronibus *Francis* & *Anglis* de *Suetſexia* ſalutem. Scias me conceſſiſſe & dediſſe eccleſiæ S. *Martini* de *Bello* & monachis ejuſdem loci pro excambio de **Rading**, manerium quod vocatur **Apeldreham**, cum omnibus eidem pertinentibus, in boſco & in plano, & in terra & in aqua, ita liberum & quietum ab omnibus omnino conſuetudinibus ſicut fuit quando erat in mea dominica manu. Inſuper & xl. Sol. quos priùs retinueram in eodem manerio de **Apeldreham**, cum firma de **Boſeham** eiſdem monachis in elemoſinam dedi & conceſſi, & præcipio ut amodo quietè & benè & liberè in pace eos habeant & retineant imperpetuum. Concedo etiam illis ut abſque omni calumpnia habeant in boſco de **Bocfalde**, & in illo de **Betleſparrier** hanc conſuetudinem, ſcilicet ut ſi ego ponam in illis tres porcos in **Pelſun**, monachi ſemper mittant quartum, & recipiant liberè; Et inſuper habeant de **Padnage** quartum denarium; Et ſi Ego tres quercus accepero, monachi quartum accipiant ad domos ſuas emendandas, & de terra eiſdem boſcis pertinente quartum denarium habeant, & ad nativitatem Domini quartam gallinam, & de **Pringeſmed** quartum denarium, & ad Paſcha viginti & quinque ova. Præcipio etiam ſuper forisfacturam meam, ut nullus vicecomes vel miniſtri eorum, vel aliquis eiſdem monachis ſuper hiis moleſtus ſit, ſet ita liberè & quietè ea habeant & poſſideant ſicut ego melius & quietius tenui in mea dominica manu; ſintque liberi & quieti monachi & homines illius manerii eorum de **Apeldreham** ab omni conſuetudine cum *ſaca* & *ſoca*, & *tol* & **theam** & **Infangentheof**, & *geld* & ſcottagio & hidagio & dangeldo & opere pontium & caſtellorum & parcorum & clauſurarum & exercituū, & omnibus auxiliis & ſiris & hundredis, & **Warponi** & leſtagio, & latrocinio & murdro & theſauro, & warenna & omnibus aliis rebus & placitis & querelis. *T. Rogero* epiſcopo *Sareſberiæ*, & *Ada* de **Port**. apud *Porteſmudam*.

Altera Carta dicti Regis *Henrici*.

Ibid. **H.** *Dei gratia* Rex Anglorum, *omnibus vicecomitibus in quorum vicecomitatibus ſanctus* Martinus *&* *monachi de* Bello *terras habent ſalutem. Mando & præcipio quatinus abbas & monachi de* Bello *benè & honorificè & quietè & in pace terras ſuas & omnia ſua teneant, ſcilicet* **Wi**, **Alfreſtoue**, **Limenesfeld**, *&* **Hou**, **Brithwoldington**, **Bromham**, **Craumers** *cum omnibus appendiciis ſuis, &* **Apeldreham** *quod eis dedi in eſcambio pro* **Radinge**, *cum* ſacha *&* ſoca (&c.) *ſecundum cartam regis* Willielmi *patris mei; nec præſumat quiſquam de hiis violentiam eis inferre ſuper forisfacturam meam. Teſte* Rogero *epiſcopo* Salesberiæ *apud* Wintoniam.

BREKENOCHENSE

Cœnobium in Wallia, *Cella Abbatiæ de* Bello.

Quædam de loco, & dominis ejus historica.

Ex bibliotheca *Cottoniana*, [ſub effigie *Julii* D. 11.] fol. 26. a.

LE *premer conquerur des treys kantrefs de la tere de* **Brekenoch** *eſtoyt* Bernard *de* **Neſmarche**, Norman, *al tens le Roy* Henry *fiz* Willame Baſtard *conquerur, e Roy de* Engletere. *Ceci* Bernard *de* **Neſmarche** *eſpoſa* Neſte *qe fut apele* Agnes, *la file* Griffin *le fiz* Lewelin, *qui ont eſte cruel tirant de* Gales. E *de cele* Neſte *engendra* Mael *ke pus eſtoyt noble chivalir. Mes le heritage de* **Brekenoch** *en cete manire perdi. Sa mere* Neſte *ſus ſon baron ama un chivalir, e a partir de ſa mere le baty & ledement le deſola. Dunt ſa mere grevement a ly ſe coruſa.* E *apres la mort* Bernard *de* **Neſmarche** *ſon baron a la curt* Henry *le veyl ſen ala, e devant le Roy e tut ſon Baronage apertement jura, qe ceti* Mael *neſtoy pas le fiz* Bernard *de* **Neſmarche**, *mes de un aure chivalir qe ele proama le aveyt conſu. Dunt le* Rey Henry *plus per volunte qe per dreyture, a lavantdit* Mael *le heritage de* **Brekenoch** *toliſt, e le dona a la file lavantdite* Neſte, Sibile *per nun apele, pur ceo qe la mere temonia qe ele fut de ſon baron* Bernard *de* **Neſmarche** *engendre, a nun noble chivalir de ſa meynce* Miles *per noun fiz* Watir *le Coneſtable de* **Glouceſtre** *e de* **Hereford**, *of tut le honur de* **Brechenoch** *dona en mariage.*

Enapres Maud *file lavandit* Roy Henry *emperice de* Rome *dona a lavantdit* Mile *le conte de* **Hereford** *enapres tote la foriſte de* **Dene**. *Ceſty conte* Mile *engendra de lavantdite* Sibile *le Conte* Roger *de* **Hereford**, Henry *le coneſtable*, Watir *le coneſtable*, Mael *le coneſtable e* Willame *le coneſtable, & treys files*, Margerie, Berte *&* Lucie. *Des avantdites v. fiz nul ne fut apele conte, fors le conte* Roger, *mes les autres quatres ſe firent apeler coneſtables, e checun apres autre aveyt la ſeynurie de* **Brekenoche**, *e ſans heir de ſey de cet ſicle ſen partirent. Le dreyn de ces ſink* Willame *le coneſtable eſtoyt le plus felons des autres, & purſuit le eveske de ſeynt* David, David *le ſecund, qui nul repos pur ly aver ne pout en ſa eveſche, mes ſen fui en* Engletere *la ou il pout di luy en luy. Eſchey endementirz qe levantdit* Willame *eſtoyt herbege a* **Brentles** *ou ſire* Watir *de* **Clifford** *au chaſtel, & per meſaventure arderunt les meſons de meme cely chaſtel, ſi chey une pire de la haute tour ſur la teſte* Willame *le avantdit ſeygnur de* **Brokenoch** *& grevement le eſtona.*

Mentenant enveia il ſes meſſagirs la ou le Eveske de ſeynt David *eſtoyt, e haſtinement le fiſt a ly venir, e pituſement ly diſt. E beu pere Eſveske cruelement ſe venge de mey noſtre ſeynur, & ne*

atent pas la converſion al pecheur mes haſte la mort a perdition. Entre cete paroles le premer an de ſa ſeynurie nemye del tut finy le eſperit de ſa qualete rendi. Apres ces ſink fiz qe morirunt tus ſans heyr de ſey, eſchey le heritage al tres files avant nomes, a Margerie Berte *&* Lucie. Margerie *ſe eſpoſa a* Hunfry *de* Boun *ou ſa partie qe eſtoyt le conte de* **Hereford.** **Berte** *ſe marie a* Willame *de* Brewes *ou tote ſa tere de* **Brekenoch.** Lucie *ſe maria a* Hereberd *le fiz* Hereberd *ou tote la foreſte de* **Dene** *& autres teres. Mes ceſti* Hereberd *pur treſpas qe fet aveyt au Roy de* Engletere, Henry *le ſecund fiz le* Emperice, *le an cely Roy quart, tote la foreſte le rendi & quiete clama.*

Apres la mort lavantdit Rey Henry *&* Hereberd, *les heirs Sire* Willame *de* Breuſe, *preyſiblement ont tote la terre de* **Brekenoch** *a tut le tens lavantdit Rey* Henry *le ſecund & per tut le tens le Rey* Richard *& al tens le Rey* Johan, *dekes cel tens ke le Rey* Johan Willame *de* Breuſe *& ſes eyrs ſannz acheſon & per ſa volunte & ſans jugement engeta de* Engletere, *ceo fu le dime an apres ceo ke lavantdit* Willame *de* Brewſe *ont diſconfit* Gwewayn *en* Elveyl *ou eſteynt ocis plus ke MMM.* Waleys. *Le an del incarnation noſtre ſeygnur MCCviij. eſteyt tote* Engletere *entredite &* Gales *la nevime kalende de* Averil, *& la ſecunde kalende de* May *apres, ſi priſt le Roy* Johan *les teres & les chateus le avantdit* Willame *de* Brewſe *per ſa volunte demeyne, & le engeta de* Engletere *ou les ſens. E quant il eſtoyt engete en exil, Peres le fiz* Hereberd *pria le Roy* Johan *qe il le grantaſt la terce partie de la tere de* **Brekenoch,** *ceo eſt a ſaver* **Blenteveny** *&* **Talgar** *& la* **Walecherie** *ou les apurtenances a ſa volunte. E apres ceo vint le Eveske* Giles *le* **Hereford** *cum gardayn & plus prechen le avaundit* Willame *de* Brewſe, *e engeta le avantdit le fiz* Hereberd *des avantdite teres pur ceo ke nul dreyt en aveyt. E toſt apres ſi eſtoyt le avantdit Eveske* Gile *reconcile au Roy* Johan. *E le Roy recomit a ly touz ces dreys qe il clama en tote cetes avantdites teres de* **Brekenoch,** Reynaud *de* Brueſe *ſon frere. Le an apres la mort le Eveske* Gile *ſi morut le Roy; e les teres enapres la mort Eveske* Gile *ſi reſut le avantdit* Reynaud *de* Brueſe *& eſpoſa la file* Willame *de* Brueſe, *de ke il engendra* Willame *de* Brueſe *qe fut apele le jeſne.* Reynaud *de* Brueſe *ont la ſeynurie de* **Brekenoch** *xiiij. anz. E apres ſa mort ont la ſeygnurie* Willame *ſon fiz. En meme cel an ſi fut il pris en* **Berry,** *e apres le ters an fu meme celi* Willame *convive de* Lewylyn *ſeygnur de* Galos *a feſte, & per treyſon ocis.*

Ceci Willame *eſpoſa* Eve *la ſeor le Conte* Ricard *le mareſcal & engendra de luy quatre files,* Iſabel, *qe fut eſpoſe a* David *le fiz* Lewelyn *coſyn germayn le Roy de* Engletere Henry, *e* Maud *ke fut eſpoſe a* Roger *de* Mortemer; Eve *ke fut marie a* Willame *de* Kantelez. Elianore *ke fut marie a* Hunfray *de* Boun *fiz ſire* Hunfray *de* Boun *Conte de* **Hereford.** *La tere de* **Brekenoch** *ou tut le Honur demura a* Hunfray *de* Boun *& a* Elianore *ſa femme, dunt* Lewelin *enont grant envie & ou le aielle Conte* Richard *le mareſcal aſeia le chaſtel de* **Brekenoch,** *Mes confus ſen party. E toſt apres morut* Iſabel *la ſeor eyne ſanz eyr de ſey. Ceo ſige entour* **Brekenoch** *fut fet le v. an apres la mort ſire* Reynaud *de* Brueſe *le an del incarnation MCCxxx. e del conqueſt de* Engletere *le an Centime ſeſſante ſetime.*

Charta Bernardi *de* Novo-Mercato.

“Rex archiepiſcopis (*&c.*) Inſpeximus cartam *Bernardi* de *Novo-Mercato* in hæc verba. Sciant omnes præſentes & futuri quod ego *Bernardus* de *Novo-mercato*, conceſſu domini mei *Henrici* regis, teſtimonioque baronum ſuorum, dedi eccleſiæ S. *Martini* de *Bello* quandam eccleſiam meam apud caſtrum meum quod eſt ſitum in **Walis** in *Brechenio*, quam ego dedicari feci in honorem S. *Johannis* evangeliſtæ, pro ſalute & anima ejuſdem domini mei *Henrici*, & pro anima *Willielmi* regis patris ejus & matris, & pro ſalute animæ meæ & uxoris, & filiorum filiarumque & omnium parentum noſtrorum vivorum & defunctorum. Hæc autem ſunt quæ ego eidem eccleſiæ dedi, concedentibus uxore mea & filiis. Dedi enim eidem eccleſiæ ſuper flumen quod dicitur *Vſcha* molendinum unum, & duas partes alterius molendini ſuper flumen **Hodem,** & quinque burgenſes in caſtro meo, & terram ad unam carucam, juxta caſtrum meum, & duas alias terras, quarum una vocatur **Londewerne,** altera *Coſtinio*, cum ceteris terris circum adjacentibus, partem quarum dedi eccleſiæ pro eſcambio de **Lannuhangel,** alteram partem pro anima *Philippi* filii mei. Præter hæc dedi quandam vaſtam civitatem quæ vocatur **Carnoys,** & circa eam unam carucatam terræ, & decimam denariorum theolonii & molendinorum meorum, & decimam panis mei. Hæc omnia quæ nominavi ſunt in **Walis.** In *Anglia* verò dedi quatuor eccleſias cum omnibus terris & decimis ad eaſdem pertinentibus, ſcilicet eccleſiam de **Patyngeham,** eccleſiam de **Boveham,** eccleſiam de *Burchella*, eccleſiam de *Hardintona* & decimam de **Bruneſhope.** *Agnes* verò uxor mea, me concedente, dedit unum manerium quod vocatur *Berintona*. Item in *Gualis* dedi eccleſiæ S. *Johannis* eccleſiam meam de **Talgarth,** & eccleſiam de **Langors** & capellam meam. Hæc ſunt autem quæ homines mei dederunt. *Picardus* dedit tres carucatas terræ & decimam ſuam de annona & de omnibus animalibus in *Wallia*. *Ricardus Cenomannicus* unam carucatam terræ, *Haroldus* unam carucatam terræ, *Walterius* de *Cropus* decimam ſuam de **Lanſefred,** & in *Anglia* eccleſiam de *Cliberia*, & quicquid ad eam pertinet. *Wlgerius* decimam ſuam rectam in *Gualis*. *Walterius* de *Lineballa* unum burgenſem. *Rogerus* de *Baſchevilla* unum burgenſem. *Willielmus* filius *Giraldi* unum burgenſem. *Robertus* de *Eurois* unum burgenſem. *Ricardus* filius *Radulfi* dedit eiſdem monachis terram *Firmini*, & terram *Radulfi Cornuti*. Hæc omnia quæ hic continentur ſcripta confirmo ego *Bernardus*, & concedo ut eccleſia teneat & monachi ita benè & quietè & honorificè cum omnibus conſuetudinibus ſicuti ego de domino *Henrico* rege teneo.

Cart. 15. E. 2. n. 8. per *Inſpeximus.* Vide etiam Par. 13 H. 4. part. 1. m. 5.

Charta Rogeri *Comitis* Herefordiæ.

Ibidem.

“SCiant preſentes & futuri quod ego *Rogerus*, comes *Herefordiæ*, dedi & conceſſi Deo & eccleſiæ ſancti *Johannis* de **Brechnoch**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorū meorū, Inprimis hanc libertatem, ut Prior & conventus habeant curiam ſuam per omnia & omnes libertates quas habere debent ex dignitate ſuæ matris eccleſiæ. Dono etiam eis totam terram ſancti *Peulini* apud *Maram*, & in *Mara* piſcationem per tres dies ſingulis ſeptimanis, & ſingulis dieb. in Adventu & in Quadrageſima liberè & quietè ſine alicujus impedimento vel contradictione. Dono etiam prædictis monachis omnes decimas pullanorum meorum & vitulorum & agnorum, & caſeorum, & lanæ & lini & omnium rerum unde decimæ provenire poterunt, de omnibus foreſtis meis per totum Honorem totius *Brechoniæ*, et totam decimam totius villæ meæ de *Brechonia*, et decimam totius expenſæ in dominicis meis ſive aſſim ſive abſim; Et decimam lardarii de *Haya*. Dono etiam ad augmentum donorum meorum decimam omnium vaccarum de donis *Wallenſium*, & decimam prædarum quas ſuper inimicos meos accipere potero, & communem paſturam per totam terram de *Brechonia*. Omnes etiam donationes quas *Bernardus* de *Novo mercato* eidem eccleſiæ contulit, concedo & hac præſenti carta mea confirmo, ſcilicet molendinum unum ſitum ſuper flumen quod dicitur *Huſca*, & duas partes alterius molendini ſuper flumen *Hotheni*. Præter hæc quandam vaſtam civitatem quæ vocatur *Chaer* cum omnibus ad eam pertinentibus, in boſco & plano, in pratis, in paſcuis, in viis, in ſemitis, in aquis et in piſcationibus, et flumine **Peskyr** uſque ad **Glendi** per magnam viam quæ tendit verſus *Brechoniam*, et inde ſicut **Glendi** deſcendit in moram et amnim qui ex altera parte deſcendit in moram de ſubtus per medium cacumen montis uſque ad ſurſam alterius rivi qui eſt in latere montis verſus *Huſcam* et inde ſicut idem rivus deſcendit in *Huſcam*, et duas carucatas terræ cum boſcó ad eam pertinente, et eccleſiam de **Bovebam**, et eccleſiam de **Patingebam** et eccleſiam de **Talgar**, et eccleſiam de *Mara*, et omnes alias donationes quas idem *Bernardus* avus meus, prædictæ eccleſiæ donavit, in hominibus, in terris, in eccleſiis et in cæteris poſſeſſionibus, Sigilli mei et baronum meorum teſtimonio confirmo. Hiis teſtibus *Waltero* fratre meo, *Jordano* archidiacono, *Davide* decano, *Bauderun*, *Waltero* de **Clifford**, *Roberto* de **Candos**, *Humfrido* filio *Odonis*, *Hugone* Foreſtario, *Radulfo* de *Baskevilla*, et *Roberto* fratre ejus, *Rogero* de *Chinlet*, *Olivero* de **Brunesope**, *Reginaldo* de **Weldebof**, *Thurſtano Bret* et *Roberto* fratre ejus, *Seer Hagurner* (&c.)

Alia ejuſdem comitis Charta.

Ibidem.

“NOtum ſit omnibus, quod ego *Rogerus*, comes *Herefordia*, pro ſalute animæ meæ (*&c.*) confirmavi monachis meis de *Brechonia* curiam ſuam de omnibus hominibus ſuis et terris et poſſeſſionibus, et omnibus rebus ſuis liberam et quietam, et decimam totius panis et potus expenſæ de caſtello *Brechoniæ* et de *Haya*, et de ceteris dominiis meis per totam *Brechoniam*. Et ſi pro ſubtractione, vel dilatione miniſtrorum noſtrorum, melius ſolverint loco prædictæ decimæ, concedo eis decimam totius bladi mei ad hoſtia grangiarum apud caſtellum de *Brechonia* et apud *Talgar* et *Hayam*, et omnium leguminum poſt primam decimationem, quæ eccleſiis quib. prius data fuerat in pace firma maneat; Et ſi quæ terra vel maneria, de Honore de *Brechonia* in meum dominium aliquo caſu devenerint, hoc idem in eis monachi mei prædicti habeant. Si verò ſummagium portatum fuerit in terram meam de *Brechonia* de dominiis meis ab *Anglia*, decimam habeant inde undecumque fuerit. Præterea dono et concedo ſepedictis monachis meis has eccleſias, ſcilicet eccleſiam de *Talgar*, et eccleſiam de *Mara*, et eccleſiam de *Haya*, et eccleſiam de S. *Egion*, et eccleſiam de **Langelen**, et illam de **Bechedin**, quæ omnes ſunt *Wallias*. In *Anglia* verò dedi eiſdem monachis meis quatuor eccleſias, ſcilicet illam de **Patingebam**, et illam de **Bovebam**, et illam de **Burchulle**, et illam de *Hardintuna* cum omnibus ad omnes prædictas eccleſias pertinentibus. Dono etiam eis omnes decimas omnium placitorum, tolnctorum, donorum, lucrorum, reddituum de *Brechonia* provenientium, et omnium rerum et bonorum quæ ego adquiſiero in *Wallias*, et piſcationem trium dierum in *Mara* per ebdomadam, et omnibus diebus in *Adventu* et *Quadrageſima*. Concedo etiam dictis monachis meis liberam paſturam omnibus animalibus ſuis in foreſtis meis per totum Honorem de *Brechonia*, et decimas vaccarum de donis *Wallenſium*, ſimiliter cum omnibus libertatibus, et liberis donationibus, et liberis conſuetudinibus quas anteceſſores mei eis dederunt, cum omnibus etiam libertatibus quas habet eccleſia ſancti *Martini* de *Bello* in omnibus rebus, ſicut carta domini mei regis *Henrici* teſtatur. Hiis teſtibus *Waltero* fratre comitis, *Waltero* de **Clifford**, *Radulfo* et *Roberto* de *Baſchervilla*, *Oſberto* filio *Hugonis*, *Willielmo* de *Bealchamp*, *Reginaldo* de **Olvebef**, *Rogero* de *Burchull*, *Hugone* de *Heſla*, *VValtero* de *Ferna*, *VVillielmo* clerico, **Jeſtin Trabern** et multis aliis.

Tertia ejuſdem comitis Charta.

“NOtum ſit omnibus preſentibus et poſteris, quod ego *Rogerus* comes *Herefordia*, concedo (*&c.*) eccleſiæ ſancti *Johannis* de *Brechonia* (*&c.*) liberam curiam ſuam in omnibus, cum quadam vaſta civitate quæ vocatur **Carneys** ſcilicet de **Haberheskir** uſque **Kilinot** et **Lanwern** uſq; **Maniflidin**. Præterea concedo eis omnia molendina de parochia de *Brechonia*, cum tota multura, et cum omnibus conſuetudinibus et libertatibus et pertinentiis ſuis. Tenendum et habendum liberè & quietè ſicut ego eam unquam liberius et melius in meo dominio habui, et ita ſcilicet quod non liceat alicui mo-

“ lendinum facere vel habere infra fines de parochia niſi ipſis monachis. Concedo etiā eis terram *Oſmundi* de *Travelia* totam,& juxta illam unam aliam terram quæ fuit *Ricardi Gulafre* totam,ſcilicet uſq; **Wenniterſin**, & totam terram quæ vocatur **Toni**, & terram illam quæ fuit *Walkelini Vis* de **Lu**,ſcilicet de **Pentenavel** uſq; ad caſtellum *Weinardi*, in boſco & plano,& omnib.ad eas pertinentib. Dono inſuper dictis monachis has eccleſias, ſcilicet eccleſiam de **Talgar**,& eccleſiam de *Mara*,& eccleſiam de *Haya*, & illam de ſancto *Egion*,& eccleſiam de **Langelen** & illam de **Kethedi**,quæ omnes ſunt in *Wallia*.

“ In *Anglia* verò dedi eis eccleſiam de **Patingham**,& eccleſiam de **Bodeham**,& illam de **Burchulle**, & illam de *Hardintona* cum omnib. pertinentiis ſuis,& decimas omnium proventuum placitorum,tolnetorum, donorum,lucrorum,& reddituum meorum,& totius panis & potus expenſæ de caſtello *Brechoniæ* & de *Haya*, & de cæteris dominiis mei per totum Honorem *Brechoniæ*, ſive aſſim ſive abſim, & decimam omnium rerum quas adquiſiero in *Wallia*, & piſcationem trium dierum in *Mara* per ebdomadam, & omnib. dieb. in *Adventu*,& *Quadrageſima*,& liberam paſturam omnibus animalib. ſuis in foreſtis per totam *Brechoniam*, & decimas vaccarum de dono *Wallenſium*.

“ Has,& omnes donationes & conceſſiones, quæ in hac carta,&in aliis cartis meis vel anteceſſorum meorum continentur,eis concedo liberè & quietè in puram & perpetuam elemoſinam. Teſtibus *Francigenis*, *Anglicis* & *Wallicis* curiæ meæ de *Brechonia*.

Quarta ejuſdem comitis charta.

Ibid. “ NOtum ſit præſentibus & futuris quod ego *Rogerus*,comes *Herefordiæ*,dedi & hac carta confirmavi monachis de *Brechonia*, pro ſalute animæ meæ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum **Lanwerne** uſque **Meiſlidyn**,& uſque **Heileye** & **Kaher**, à flumine **Heskir** uſque **Glendi** & inde uſque **Kilemut**,& terram quæ fuit *Walkelini Vis* de **Lu** de **Pentenavel** uſque at caſtellum *Waynardi*,& terram *Ricardi Gulafre* de **Travele** uſque **Wenniterſin**,& inde uſque **Lattewrechin**,& xl. acras quas *Stephanus* dè *Benin* me præſente eis dedit,liberas & quietas ab omni exactione & terreno ſervitio. Concedo etiā prædictis monachis decimas reddituum & placitorum & donorum meorum,& liberam paſturam animalibüs ſuis in foreſtis meis, & decimas porcorum de panagio meo & vaccarum de donis *Wallenſium* apud **Talgar**, apud *Brechoniam*, & decimas molendinorum meorum & omnium lucrorum per totum Honorem totius *Brechoniæ*. Concedo etiam eis liberam curiam ſuam cum omnibus libertatibus quas habet eccleſia ſancti *Martini* de *Bello* ſicut carta domini mei regis *Henrici* teſtatur. (*&c.*)

Charta *Maiheli* de **Hereford**.

Ibid. N*Otum ſit omnibus tam clericis quam laicis præſentibus & futuris, quod ego* Maihelus *de* **Hereford** *pro ſalute animæ meæ, & pro anima patris mei & matris meæ,& fratrum & anteceſſorum meorum,dono & concedo eccleſiæ ſancti* Johannis *de*Brechonia *& monachis ibidem Deo ſervientibus,& hac præſenti carta confirmo,quicquid* Bernardus *de* Novo-mercato *avus meus & homines ipſius èidem eccleſiæ contulerunt,& quæ* Milo *pater meus dedit, & quicquid fratres mei* Rogerus *comes, &* Walterus *conſtabularius , &* Henricus *& homines eorum eidem eccleſiæ conceſſerunt,& cartis ſuis confirmaverunt,in eccleſiis, in decimis, in terris,in hominibus, in molendinis,in aquis,in boſco, & plano,in libertatibus, & liberis conſuetudinibus, quæ omnia confirmavi cum ſigilli mei munimine in karta* Henrici *fratris mei.*

Præterea concedo eidem eccleſiæ capellam de caſtello Brechoniæ *quam avus meus* Barnardus *priùs eis conceſſit, cum donis illis & dignitatibus quæ pater meus* Milo *comes eidem capellæ dedit in dedicatione ipſius ; videlicet duos ſolidos ad luminare in capella,& corredium capellani cum clerico ſuo,& ſcolam de* Brechonia *quæ propriè pertinet matri eccleſiæ. Et inſuper tres ſolidos de feria annuatim ad feſtum ſancti* Johannis Baptiſtæ *ad lumen eccleſiæ emendum; ita qd.cum illis duobus ſolidis quos pater meus* Milo *comes ad luminare ejuſdem eccleſiæ ſimiliter dedit,ſint quinq; & hoc pro* Godefrido Coco *quem* Henricus *frater meus fecit monachum, qui noſtris anteceſſoribus honorificè ſervivit uſque ad monacatum. Hujus conceſſionis teſtes ſunt* Thomas*Prior de***Lantoeni** *de***Ewias**, *&* Radulphus *Celerarius*,Humfridus *de* **Buhun** *nepos meus*, Walterus *de* **Clifford**, Radulfus *de* Baſchevilla,Rogerus*dapifer de***Burchell**, Willielmus *de* **Miniers**, Willielmus Torel, Reinaldus Crocun,Robertus *de* **Baſchevill**, Willielmus Loemer, Radulfus *de* **Watin**, Rogerus Bret, Will. Picart, Will. Weldeboef. (&c.)

Charta *Willielmi* de *Braioſa.*

Ibid. S*Ciant omnes preſentes & futuri,qd. ego* Willielmus *de* Braioſa,*pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum , inprimis do corpus meum eccleſiæ ſancti* Johannis *apoſtoli & evangeliſtæ de* Brechonia, *quocunque loco ſive in* Anglia *ſive in* Wallia *Deo diſponente finiero,quia hæc eſt eccleſia quam præ cæteris diligo,& in ſanctum* Johannem *poſt Deum & ſanctam* Mariam *majorem fiduciam habeo. Cum donatione coporis mei concedo eidem eccleſiæ ſancti* Johannis *& monachis ibidem Deo ſervientibus,quicquid anteceſſores mei* Bernardus *de* Novo-mercato *fundator ipſius eccleſiæ & homines ipſius,&* Milo *comes,& avunculi mei* Rogerus *comes* Herefordiæ, Walterus, Henricus, Maielus, *& homines eorum huic eccleſiæ ſancti* Johannis *dederunt & cartis ſuis confirmaverunt, in eccleſiis & pertinentiis earum,in decimis,in terris,in hominibus, & poſſeſſionibus, in boſco & in plano, in molendinis, in piſcationibus,in libertatibus omnibus & liberis conſuetudinibus,quas ex ſe debet habere, vel ex dignitate ſua matris eccleſiæ* *ſecundùm cartam domini mei regis* Henrici *& anteceſſorum ſuorum. Hæc omnia eccleſiæ ſancti* Johannis *& conventui ipſius concedo & perpetuo jure ſibi poſſidenda.*

Hac cartâ confirmo, & ipſam cartam ſic confirmatam, multis teſtibus tam clericis quàm laicis, cum corpore meo ſuper altare ſancti Johannis *repreſento, & ejus cuſtodiæ me vivum & mortuum fiducialiter ex hac hora committo. Unde omnes rogo qui mihi fidem debent & amorem, ut hanc eccleſiam libenciùs diligant, & manu teneant, & rebus ipſius ubique pro Dei amore conſilio & auxilio diligentiùs ſubveniant. Et notum ſit omnibus quod ex proprio dono concedo cum corpore meo hanc libertatem, quod omnes homines eccleſiæ ſancti* Johannis, *tam burgenſes, quàm alii, ſint liberi & quieti de ſhiris & hundredis, & placitis & omnibus querelis; & ſi aliquis deprehenſus fuerit latrocinio, vel aliquo modo convictus, catella ipſius ſint eccleſiæ & monachis, & ſola juſticia mortis & membrorum ſit michi & miniſtris meis. Teſtibus hiis,* Waltero *de* **Clifford**, Will. *de* **Wellebuf**, *&* Roberto *de* **Baſcavill**, (&c.)

Charta Herberti *filii* Petri.

Ibid.

“SCiant præſentes & futuri, quod ego *Herbertus* filius *Petri* conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi, pro me & hæredibus meis & pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & heredum meorum, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, Deo & eccleſiæ ſancti *Johannis Evangeliſtæ* de *Brechonia*, & monachis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, piſcationem in *Mara* tribus diebus in ebdomada, & cotidie in quadrageſima & cotidie in Adventu cum una cimba. Conceſſi etiam totam terram de **Pentenavel**, & totam terram ſancti *Peulini*, quæ annuatim eiſdem monachis unam marcam reddere ſolebat, & purpreſturam terræ juxta villam *Walkelini*, quam iidem monachi aſſartaverunt, liberas & quietas, unde fuit diſſenſio inter patrem meum & ipſos monachos, & poſtea concordia facta fuit. Præterea conceſſi & confirmavi eiſdem monachis redditus quinque marcarum quas recipere debent annuatim nomine decimarum proventuum & expenſarum caſtri mei de **Blaynl.** ad tres anni terminos; ſcilicet ad feſtum S. *Michaelis* xxij. s. iij.d. & ad carnipricium viginti & duos ſol. & tres denar. & ad feſtum ſancti *Ethelberti* xxij. s. ij. d. Conceſſi etiam ſpontanea voluntate mea quod meus ballivus in partibus meis de *Breconia*, quicunque ille fuerit, abſq; omni contradictione ſententiam excommunicationis incurrat ſi à ſolutione dictarum quinque marcarum in toto vel in parte ad prædictos tres terminos ceſſaverit. Conceſſi etiam & confirmavi pro me & hæredibus meis triginta acras terræ cum pertinentiis quas *Iſabella*, filia *Gileberti*, quondam uxor *Laurentii*, dictis monachis dedit & confirmavit, & ſex acras terræ cum pertinentiis quas *Matill.* de **Hagurner** eiſdem monachis dedit confirmavit, Et quinque acras terræ cum pertinentiis quas *Margareta* filia *Segeri le Hagurner* eiſdem monachis dedit ad ſuſtentationem pauperum. Et ſex acras terræ quas *Alicia* de **Putangle** eiſdem dedit ad ſuſtentationem pauperum, & quatuor acras terræ quas *Matillis le Hagurmer* eiſdem cum corpore ſuo legavit, & duas acras terræ quas *Willielmus le Surdival* eiſdem cum corpore ſuo legavit. Conceſſi etiam dictis monachis triginta & novem acras terræ cum pertinentiis quas *Margareta* filia *Segeri le Hagurner* eiſdem dedit, quas ſalvo jure cujuſlibet eiſdem monachis confirmavi. Et quia volo quod hæc mea conceſſio & cartæ meæ confirmatio firma & ſtabilis imperpetuum permaneat, preſentem cartam ſigilli impreſſione confirmavi. Hiis teſtibus domino *Reginaldo* filio *Petri*, & domino *Roberto le Waſre*, domino *Rogero Pycard*, domino *Petro* de **Wacevil**, domino *Johanne* de **Waldecef**, domino *Willielmo* de **Turbervill**, domino *Nicholao* filio *Arnaldi*, domino *Johanne* de **Gynes**, domino *Matheo Croc. Galfrido* clerico (*&c.*)

Charta Johannis *filii* Reginaldi.

Ibid.

“SCiant præſentes & futuri, quod ego *Johannes* filius *Reginaldi*, dominus de **Blamloveni** & de **Dynas**, conceſſi & hâc præſenti carta mea confirmavi pro me & hæredibus meis, (*&c.*) Deo & beatæ *Mariæ* & eccleſiæ ſancti *Johannis evang.* de *Breconia* & monachis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, quod habeant liberam curiam ſuam de omnibus hominibus ſuis de omnibus querelis & attachiamentis qualitercunque contingentibus; hoc excepto, quod nos & hæredes noſtri habeamus attachiamenta & placita de venatione in curia noſtra de **Talgarth**, & de viridi boſco de hominibus dictorum religioſorum, dum tamen infra bundas foreſtæ noſtræ de **Talgarth** attachiari poſſint per foreſtarios noſtros juratos, ſecundùm quod conſuetum & uſitatum fuit temporibus anteceſſorum noſtrorum. Concedo etiam pro me & hæredibus meis ſupradictis monachis & eorum ſucceſſoribus, quod habeant communem paſturam omnimodis animalibus ſuis propriis per totam foreſtam noſtram de **Talgarth**, exceptis parcis noſtris clauſis. Concedo etiam ſupradictis monachis duas acras terræ ad ædificandum & ad recectandum dicta animalia ſua apud **Gronewaur** juxta **Frundlas**. Concedo etiam dictis monachis pro me & hæredibus meis decimam pullanorum noſtrorum & hæredum noſtrorum de equitiis noſtris ubicunque in terra de **Talgarth** exiſtentibus. Et quia volo quod hæc mea donacio, & cartæ meæ confirmatio rata & ſtabilis imperpetuum permaneat, huic præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus domino *Lewelino* de *Pola*, domino *Rogero Pycard*, domino *Johanne le Brut*, domino *Ricardo le Brut* militibus, *Galfrido Clement* (&c.)

ARMETHWAYTENSE

Cœnobium in comitatu Cumbriæ.

Carta fundationis.

Pat. 20. E. 4. part. 1. m. 4. per Inſpex.

W*Illielmus* Dei gratia Rex *Anglorum* & dux *Normannorum* omnibus ſuis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem. Sciatis quod nos, ex mero motu noſtro, & intuitu caritatis fundavimus conſtruximus & imperpetuum ordinavimus in puram & perpetuam elemoſinam unam domum & monaſterium nigrarum monialium ordinis *S. Bened.* in honore *Jeſu Chriſti* ac beatæ *Mariæ* virginis pro animabus progenitorum noſtrorum & omnium Chriſtianorum, prout ſituatur juxta aquam vocatam **Croglyn** in comitatu *Cumbriæ.* Etiam dedimus & conceſſimus monialibus ibidem duas acras terræ ſuper quas prædicta domus & monaſterium ſituantur. Et etiam dedimus & conceſſimus eiſdem monialibus tres carucatas terræ & decem acras prati cum omnimodis communiis, boſcis, & vaſtis eiſdem tribus carucatis terræ quoviſmodo pertinentibus, jacentibus juxta monaſterium prædictum.

Etiam dedimus & conceſſimus eiſdem monialibus & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum ducentas & ſexdecem acras terræ exiſtentes infra foreſtam noſtram de **Ingelwode**, jacentes ex parte boriali cujuſdam aquæ vocatæ **Tarnwadelyn** cum omnibus boſcis proficuis & commoditatibus ſuper eaſdem exiſtentibus ſive unquam poſtmodum creſcentibus. Etiam conceſſimus eiſdem monialibus communiam paſturæ cum omnibus animalibus ſuis pro ſe & ſuis ibidem tenentibus per totam foreſtam noſtram de **Ingelwode**, capiendo ibidem ſufficientem maeremium pro omnibus ſuis ædificiis quandocunque & quotienſcunque neceſſe fuerit, per deliberationem foreſtariorum noſtrorum, ſive eorum unius, ibidem exiſtentium. Et etiam conceſſimus & confirmavimus eiſdem monialibus & ſucceſſoribus ſuis quendam annuum redditum xl. ſol. annuatim percipiendorum imperpetuum de tenementis noſtris in villa noſtra de **Karlile**, ſolvendorum eiſdem monialibus & ſucceſſoribus ſuis per manus cuſtodis noſtri villæ de **Karlile** prædictæ ad feſta *Pentecoſtes* & ſancti *Martini* in yeme per equales portiones. Et etiam concedimus pro nobis & hæredibus noſtris quod prædictæ moniales, tenentes, & ſui ſervientes liberi ſint de tolneto pacando per totum regnum noſtrum *Angliæ* pro aliquibus beſtiis ſive rebus quibuſcunque per eas ſive eorum aliquem tenentem ſeu ſervientem impoſterum emendis. Et etiam concedimus & confirmavimus quod monaſterium & domus prædicta cum prædictis tribus carucatis, duabus acris terræ, cum decem acris prati, in omnibus libera ſint & habeant omnes libertates ſuas ſimili modo ſicut conceditur noſtro monaſterio de **Weſtmynſter**, abſque vexatione moleſtatione ſive aliqua inquietatione, ſeu leſione aliquorum vicecomitum, eſcaetorum, ballivorum, ſive aliquorum miniſtrorum ſeu ligeorum noſtrorum quorumcunque. Et etiam concedimus eiſdem monialibus communam paſturæ cum animalibus ſuis infra villam & communiam de **Aynſtaplyth** cum liberis introitu & exitu. Necnon concedimus quod prædictæ moniales liberæ ſint per totam terram ſuam pro quibuſcunque tenentibus, & liberam habeant warrennam tam pro lectis curiarum noſtrarum quàm in aquis, boſcis, terris, planis, ſeu metis ſuis eidem monaſterio ſpectantibus ſeu quoviſmodo pertinentibus. Habenda tenenda & occupanda omnia & ſingula prædicta recitata præfatis monialibus & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum de nobis & hæredibus noſtris in puram & perpetuam elemoſinam ſpontanea ita voluntate & conceſſione **As hert may it thynk or ygh may it ſe.** In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud *Weſtm.* ſexto diè menſis Januarii anno regni noſtri ſecundo.

Carta regis Edwardi *tertii.*

Paten. an. 5. E. 3. memb. 5.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Volentes dilectis nobis in Chriſto, Prioriſſæ, & monialibus de **Ermitwait**, in comitatu *Cumbriæ*, quarum terræ, tenementa, & redditus, per querram *Scociæ* multipliciter deſtructæ exiſtunt, & vaſtatæ, gratiam facere ſpecialem, pardonavimus eiſdem Prioriſſæ, & monialibus, illas decem libras, quas nobis reddere tenentur, pro victualibus tempore domini *Edwardi*, nuper regis *Angliæ* patris noſtri, per ipſas ad *Karliolum* emptis, & ipſas de eiſdem decem libris, tenore præſentium, quietamus. In cujus rei teſtimonium (*&c.*) Teſte rege apud *Weſtmonaſterium* ſextodecimo die Octobris.

Carta Regis Edwardi *quarti de hujus cœnobii poſſeſſionum ratificatione.*

Pat. 13. E. 4. part. 1. memb. 13.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Sciatis qd. nos ex lamentabili inſinuatione Prioriſſe monialium domus ſive prioratus de **Armythwayte**, in comitatu *Cumbriæ*, prope marchias *Scotiæ* ſituati & edificati, accepimus qualiter domus ſive proratus prædictus, quæ de fundatione inclitorum progenitorum noſtrorum quondam regum *Angliæ* & noſtro patronatu exiſtit, per inimicos & adverſarios noſtros *Scotiæ* in domibus, clauſuris, & aliis edificiis totaliter deſtructus & devaſtatus, ac de rebus, reliquiis, ornamentis eccleſiaſticis, libris, & aliis jocalibus ſpoliatus extitit, & quod deterius eſt, omnia cartæ, ſcripta, donationes, literæ patentes, aliaque evidentiæ & munimenta dictum prioratum & poſſeſſiones ejuſdem, per dictos progenitores eidem prioratui antiquitus datæ & collatæ concernentia, per dictos adverſarios noſtros cumbuſta aſportata & aliàs elongata fuerunt, ſicque magna pars poſſeſſionum prædictarum ab eadem domo, ſive prioratu ſubſtracta alienata & detenta exiſtit, eoque pretextu ſtatus & proventus ejuſdem domus ſive prioratus adeo diminuuntur, quod nunc Prioriſſa, & moniales in domo ſive prioratu prædicto exiſtentes non habent unde vivere, ac divina officia, & obſequia, ac hoſpitalitatem, aliaque pietatis opera ab olim ibidem laudabiliter inſtituta fundata & ſtabilita ſuſtinere facereque valeant aut ſupportare, quinimo oportebit eaſdem Prioriſſam & moniales domum ſive prioratum prædictum egeſtate cauſante infra breve relinquere, ac divina officia, & alia opera prædicta ibidem penitus ceſſare, ac vota dictorum progenitorum noſtrorum fundatorum ſuorum totaliter effectu deſtitui & defraudari, niſi per nos caritativè ſubveniatur eiſdem. Unde eedem Prioriſſa & Moniales nobis humillimè ſupplicarunt, ut noſtram munificentiam regiam eis in hac parte gratiosè exhiberi voluimus.

Nos præmiſſorum conſideratione, earumque inopiam & egeſtatem, pio compatientes effectu, in augmentationem divini cultus, & ut eedem Prioriſſa & moniales pro bono ſtatu noſtro, & *Elizabethe* conſortis noſtræ, *Edwardi*que præcariſſimi filii noſtri primogeniti, ac pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus, & pro animabus dictorum progenitorum noſtrorum apud altiſſimum ſpecialiùs deprecentur, & exorent; Ac etiam, ut vota & intentiones ipſorum progenitorum noſtrorum debitum ſortiantur effectum, de gratia noſtra ſpeciali volentes ſecuritati, & quieti dictarum prioriſſæ & monialium, & ſucceſſorum ſuarum gratioſe providere, titulum, ſtatum, poſſeſſionem, quos eadem nunc prioriſſa & moniales habent in domo, ſive prioratu prædictis, ac in terris, tenementis, redditibus & poſſeſſionibus, & cæteris ſuis pertinentiis quibuſcunque, quæ habent ex donatione, conceſſione, & fundatione, confirmatione, ſive ratificatione aliquorum progenitorum noſtrorum, ſeu aliorum quorumcumque, & ſpecialiter cujuſdam antiqui clauſi vocati *le* **Monnecloſe**, pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt, acceptamus, approbamus, ratificamus & confirmamus. Et ulterius Prioratum prædictum & cætera præmiſſa cum pertinentiis eiſdem Prioriſſæ & Monialibus, & ſucceſſoribus ſuis, quantum in nobis eſt, damus & concedimus. Habendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, cum ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunque, juxta primariam fundationem earundem.

Nolentes quod eedem prioriſſa & moniales, vel ſucceſſores ſuæ prædictæ ſuper poſſeſſione ſuæ domus ſive prioratus prædictæ, & cæterorum præmiſſorum, cum pertinentiis per nos, vel hæredes noſtros, juſtitiarios, eſcaetores, vicecomites, ſeu alios ballivos & miniſtros noſtros quoſcunque futuris temporibus occaſionentur, impetantur, inquietentur, vexentur, perturbentur, moleſtentur in aliquo, ſeu graventur, aliquo ſtatuto, actu ſive ordinatione in contrarium facto, non obſtante; abſque fine ſeu feodo, nobis pro literis noſtris prædictis, aut aliqua alia cauſa præmiſſa quoviſmodo concernente aliqualiter capiendis faciendis ſive ſolvendis. In cujus &c. TR. apud *Weſtmonaſterium* ix. Aprilis.

BELLI-LOCI

Cœnobium in agro Bedfordienſi, *cella ſancti* Albani.

Prima charta Prioratus de Bello-loco, Roberti *ſcil. de* Albeneio.

“HÆc eſt donatio & confirmatio cellæ de **Moddry**. *Robertus* de *Albeneio* gratia Dei, & aſſenſu conſilioque *Seciliæ* matris ſuæ, necnon ſuorum fidorum hominum, & amicorum, dedit Deo & ſancto *Albano* eccleſiam ſanctæ *Mariæ*, quam *Radulfus* heremita conſtruxerat in heremitorio de **Moddry**; dedit, inquam, & confirmavit ipſam eccleſiam ſancto *Albano* in cellam, cum omnibus ad eam pertinentibus quæ videlicet hic ſcripta ſunt.

Ex regiſtro abbatiæ S. *Albani* in bibl. *Cottoniana.* fol. 128. b

“Imprimis heremitorium de **Moddry** totum in aſſartis, & boſco, & cæteris quæ ad illud pertinebant die qua *Henricus* de *Albineio*, pater hujus *Roberti* fuit vivus & mortuus, cum boſco, quod ipſe *Robertus* & mater ſua *Secilia* dederunt ſupradictæ eccleſiæ quando dedicata eſt, in dotem, cum molendino de **Turnehale** cum terra & prato ad illud pertinentibus, & cum boſco quod poſtea addiderunt, & una inſula prati, quæ eſt inter prædictum molendinum, & domum quæ ad illud pertinet; Item eccleſia de **Melebroc**, quam prius dederat *Nigellus del* **Waste**, & poſtea *Henricus* de *Albineio* conceſſerat, cum una hida terræ, & dimidia virgata; iſta libertate, quod pecunia viva campeſtris de propria curia monachorum de **Melebroc** paſcentur cum dominica pecunia domini, & habebunt quietum paſnagium porcorum ſuorum illinc; Item decem acræ terræ de **Stepehell** quas ipſe *Robertus* obtulit ſuper altare memoratæ eccleſiæ de **Moddri** in die feſti ſancti *Machuti*. Item eccleſia de *Rinethelia* cum omnibus ad eam pertinentibus. Item eccleſia de *Clophella*, cum duabus virgatis terræ & cæteris omnibus quæ ad eam pertinent, præter illa quæ ſunt monachorum de **Warengeford**, id eſt, duæ partes totius decimæ de dominio domini; & in boſco de *Clophella* paſtio quadraginta porcis, ſine paſnagio. Item in *Clophella*, ſive **Caenho**, paſtura decem bobus cum dominicis bobus domini, & centum ovibus cum dominicis ovibus domini, & communis paſtura cæteræ pecuniæ monachorum, ſi quam habuerunt, vel ipſi, vel homines illorum; necnon manſio quædam de dominio domini juxta monaſterium de *Clophella*, quam monachi ſibi ipſis ædificent. Item quindecim acræ terræ propter ſervitium capellæ de **Caenho**, trib. dieb. in hebdomada. Item una virgata terræ, cum dimidia unius cotlandi tota, ſicut fuerat *Walteri* Fabri, quam *Radulfus* filius *Roberti* vendidit monachis pro quatuor marcis argenti, & una marca auri, & una ſue, & ſex ſummis bladi & juraverunt ſuper

“ altare ipſe, & filius ejus *Richardus*, quod nunquam deinceps pro illa terra aliquid à monachis requirerent. Item dimidia virgata terræ quæ fuit *Wincardi* cum ipſo *Wincardo*.

“ Et ſi aliquando, Dei aſpiratione, ipſe dominus *Robertus*, vel aliqui ex hominibus ejus Honoris, dederint prædictæ eccleſiæ, ſive de terris ſuis, ſive de aliis rebus, hac eadem confirmatione firmum erit & ſtabile. Et ipſe quidem *Robertus* & *Nigellus* frater ſuus, & *Secilia* mater eorum effecti ſunt fratres eccleſiæ ſancti *Albani* pleniter & monachi ejuſdem eccleſiæ. Hoc etiam ſciendum, quod homines monachorum **Modrienſium**, erunt quieti ab operibus tam regis quam domini, niſi ipſi monachi ſponte voluerint eos preſentare. Hæc omnia, cum omnibus ad ea pertinentibus dedit & confirmavit ipſe dominus *Robertus* Deo & ſancto *Albano* in capitulo ſancti *Albani*, & poſt capitulum obtulit ſuper magnum altare, per unum cultellum, ſoluta & quieta ab omnibus conſuetudinibus & ſervitiis regis & ſuis, & ſucceſſorum ſuorum, & omnibus aliis rebus, præter ſervitium Dei pro anima ſua, & pro animabus patris & matris, & aliorum parentum ſuorum, coram abbate *Galfrido*, & monachis, & teſtibus his, ſcilicet *Willielmo* filio *Nigelli*, *Willielmo Travaill* dapifero, *Richardo* Scriptore, *Radulfo Malferus*, *Radulpho* filio *Roberti*, & *Richardo* filio ejus, *Rogero* de *Standena*, *Rogero* de **Pelocheſhell**, *Ailberto* de **Cleneſton** ex parte ejuſdem *Roberti*. Ex parte autem ſancti *Albani*, *Thoma* presbitero de **Langele**, *Rogero* de *Crocaſlea*, & *Richardo* filio ejus, *Johanne* de **Chidwic**.

Alia charta Roberti *de* Albeneio.

Ibid. fol. 129.

“ NOtum ſit omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis & fidelibus tam futuris, quàm preſentibus, quod ego *Robertus* de *Albeneio* Deo inſpirante, conceſſi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de *Bello-Loco*, quam in parco meo de **Turnehall** conſtitui, & monachis quos ibi ad ſerviendum Deo collocavi, pro ſalute animæ meæ, & animæ patris & matris meæ, & fratrum & ſororum, & parentum & amicorum meorum, liberè & ſolutè, & quietè ab omni ſæculari ſervitio & exactione, in feodo, & perpetua elemoſina, terram quæ vocatur **Guhardeſleie** & boſcum de *Haſeldena*, ſicut parcum antea fuit clauſum vel ad boſcum ipſorum monachorum de *Bello-Loco*, & totum dominium meum de **Walhege**, & totam terram juxta *Eugeweram*, & nemus eorum uſque ad terram *Ailwini Bolt*, ſcilicet uſque ad capud foſſati terræ ipſius, & totam terram *Ailwini Bolt*, & manſionem & domos ejus, & decem acras in excangio pro virgulto meo de **Clophell**, & totam **Treubruge** croftam in omnibus, ſicut *Azo* preſbiter eam melius tenuit, & communem paſturam villæ; & iterum ex altera parte aquæ ſecus boſcum de **Caelp**, totam terram à terra *Oſmundi* uſque ad inciſionem, & viginti acras, quas habui in meo dominio de terra **Camelton**, & pratum quod adjacet, & totam terram *Warini* de **Wacy**, quam mater mea eis ante dederat, & meſſuagium ejus, cum duobus riffletis circumjacentibus.

“ Item reſumpto ab eis eodem meſſuagio *Warini*, quia mihi neceſſarium erat, dedi eis, in exchangiam *Corucroftam* vicinam ſuis ædificiis. Item pro duodecim acris boſci quas recepi ab ipſis monachis in **Walteſhou** dedi eis in exchangium xii. acras terræ colendæ, ſcilicet, prædictum meſſuagium *Warini* pro ſex acris & alias ſex acras in campo meo de *Clophella*; Item in **Pelebrok** terram à boſco, uſque ad eccleſiam & aqua quæ ab curia deſcendit ad eandem eccleſiam uſque ad *Sibbenorum*, & totum ab eodem boſco extra cloſum, uſque ad culturam quæ eſt juxta eccleſiam, & croſtam *Sigodi* filii *Samari*, & croftam *Uhtredi*, & croftam *Alwardi* de *Broma*, & veteres terras, & montem veterem juxta, & pratum quod fuit *Richardi* filii *Radulfi* ad *Bromam*, & pratum quod preſtitum fuit *Turgodo* de dominio domini quod adclauſit, & xvj. acras de terra *Warini* & unam acram terræ quam *Herbertus* de *Amethulla* dedit, & ſeptem acras de dominio ad **Cotes**, quas *Edwardus* tenet, & dimidiam virgatam quæ fuit *Ailmari Ruffi* in terris, & pratis, & *Tornecroftam*. Hæc omnia dedi & confirmavi Deo & ſancto *Albano*, & monachis de *Bello loco* in feudo, & elemoſinam libera, & quieta, & ſoluta, ab omni ſervitio & omnibus conſuetudinibus regis, & meis & ſucceſſorum meorum, & ab omnibus aliis exactionibus præter ſervitium Dei. Hiis teſtibus *Nicholao* archidiacono, *Simone* capellano, *Richardo* de *Merſton*, *Willielmo Travail*, *Radulfo Pirot*, *Stephano* de **Pulletheſhell**, *Roberto* presbytero de *Clophella*, *Willielmo* de ſancto *Celeri*, *Hugone* filio *Nigelli*, *Willielmo de* **Fliete**, *Radulfo* filio *Roberti*, & *Richardo* filio ejus.

WALENGFORD

(*Cella ſancti* Albani) *in agro* BERROCENSI.

EJuſdemque abbatis tempore (ſcilicet *Pauli* xiiij.) data eſt huic eccleſiæ ſancti *Albani* eccleſia ſanctæ Trinitatis de **Warengeford**, [& dimidia alia, in honorem ſanctæ *Mariæ* & dimidia hida extra eandem civitatem] ad quam eccleſiam ſanctæ Trinitatis, idem abbas *Paulus* quoſdam monachos hujus eccleſiæ direxit, atque eorum ædificia conſtruens, ordinem eccleſiæ ſancti *Albani* ibidem conſtituit, cum ſubjectione debita, de conſilio *Lanfranci* archiepiſcopi, inviolabiter obſervari.

Math. Pariſ. in vitis abbatum. p. 50. n. 50.

REx (*&c.*) Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Priori & conventui de **Walyngforde** ordinis ſancti *Benedicti Sarum* dioc.

Pat. 15. R. 2. parte 2. m. 3.

dioc. quod ipſi eccleſiam parochialem de **Gerſyngdon** in comitatu *Oxoniæ*, *Lincoln.* dioc. quæ de patronatu ſuo proprio exiſtit, & cujus advocatio de nobis tenetur in capite, ut dicitur, appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſine occaſione, vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, juſtitiariorum, eſcaetorum, vicecomitum aut aliorum ballivorum ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcunq; ſtatuto, de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, edito, ſeu eo quod dicta advocatio de nobis tenetur in capite, non obſtante, Ita ſemper quod quædam competens ſumma argenti, de fructibus & proficuis eccleſiæ prædictæ, per prædictos Priorem & conventum, pauperib. parochianis ejuſdem eccleſiæ, annuatim ſolvatur, & diſtribuatur, & quod vicaria dictæ eccleſiæ, ſecundùm valorem ejuſdem ſufficienter dotetur, juxta ordinationem loci illis dioceſani, in hac parte faciendam, ac formam ſtatuti in ultimo parliamento noſtro inde editi & proviſi. In cujus, &c. T. rege apud *Weſtm.* ix. die Febr.

Pat. 23. H. 6. part. 2. memb. 7.

R*Ex omnibus ad quos, &c. ſalutem, Sciatis quod nos ob ſinceram & internam devotionem quam ad ſanctam & individiam Trinitatem, in cujus laudem & honorem Prioratus de* **Walyngford** *fundatus eſt, & erectus, gerimus & habemus, & ut dilecti nobis in Chriſto* Henricus *de* **Halſtede**, *nunc Prior Prioratus prædicti, & conventus loci illius, & ſucceſſores ſui, ad exorandum pro ſalubri ſtatu noſtro, ac cariſſimæ & prædilectæ conſortis noſtræ* Margaretæ *reginæ* Angliæ, *dum agimus in humanis, & pro animabus noſtris cum ab hac luce ſubſtracti fuerimus, & pro animabus omnium fidelium defunctorum, ſpecialiùs teneantur, de gratia noſtra ſpeciali, ac per conſiderationem magnæ gratitudinis, quam in dictis Priore & conventu invenimus, ac in relevamen Prioratus prædicti, & ſpecialiter ad intentionem quod numerus monachorum ibidem magis ſolito augeatur, & accreſcat, indeque ſummæ Trinitati, horis nocturnis pariterque diurnis honorificentiùs, meliùs, & devotiùs poterit deſerviri, conceſſimus dictis Priori & conventui octo libras percipiendas annuatim ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis de feodi firma villæ noſtræ de* **Walingford**, *per manus receptoris Honoris & dominii de* **Walingford** *pro tempore exiſtentis, ad terminos paſchæ, & ſancti* Michaelis, *per equales portiones.*

Et inſuper ad intentionem ſupradictam conceſſimus, & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dictis Priori, & conventui, quod ipſi, & ſucceſſores ſui eccleſiam parochialem ſancti Andreæ *de* **Chinnore**, Lincoln. *dioc. quæ eſt de advocatione & patronatu ſuis propriis ut dicitur, appropriare, & eam, ſic appropriatam, in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſorib. ſuis prædictis imperpetuum, aliquo mandato, ſeu reſtrictione, in contrarium facto non obſtante. In cujus, &c. T. rege apud* Weſtm. *vij. die Maii.*

Vide. Vol. 3. *Pag.* 11. *Col.* 1.

BELVERENSE

cœnobium in agro Lincolnienſi, *cella ſancti* Albani.

Fundatio cellæ de Belvero.

HÆc eſt conventio inter abbatem *Paulum*, & *Robertum* de **Belvedeir**. *Robertus* inceperat eccleſiam ſanctæ *Mariæ* juxtà caſtellum ſuum, quam quia ipſe, ſeculi curis obſtantibus, ad perfectum pro velle ſuo producere non poterat, conſilio domini *L.* archiepiſcopi, conceſſit illam eccleſiæ ſancti *Albani*, *Anglorum* protomartiris, in cellam tali pacto, quod abbas *Paulus* eam perficeret, & poſt ibidem quatuor ex conventu monachos ſtatueret, qui, ſuſcepto beneficio, pro animâ *Roberti* comitis & *Willielmi* regis ejuſdemque *Roberti* & uxoris ſuæ *A.* necnon & filiorum & parentum ſuorum dominum exorarent.

Ex regiſtro cartarum abbatiæ de S. *Albano* in bibl. *Cottoniana*, fol. 120.

Qua ex re effecti ſunt uterque *Robertus* & *A.* ejus uxor in capitulo, fratres eccleſiæ ſancti *Albani*, pleniter ut monachi; concedentes, ut poſt obitum eorum apud ſanctum *Albanum*, corpora illorum ſepelirentur, ſi in *Anglia* morerentur, vel apud eccleſiam ſanctæ *Mariæ*, quam juxta caſtellum ſuum fundaverunt; & hoc tamen non niſi licentia abbatis eccleſiæ ſancti *Albani*. Dederunt etiam, & conceſſerunt ſinguli poſt mortem eorum ubicunq; morirentur, vel ſepelirentur portionem totius ſuæ ſubſtantiæ, eccleſiæ ſancti *Albani*, & ſanctæ *Mariæ* in poteſtate abbatis & fratrum.

Beneficium autem quod *Robertus*, concedente *A.* uxore ſua, præfatæ eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* tunc ad præſens donavit, hoc eſt; ſed poſtea plura ſe daturum ex conventione ſpopondit, nam omnium terrarum quaſcunq; per Dei adjutorium, & conceſſum regis, in ſuum dominiū adquirere quoquomodo poſſet, dedit & conceſſit decimas eidem eccleſiæ ſanctæ *Mariæ*. Imprimis itaq; dedit ad præſens villam unam quæ vocatur **Horingwald**, cum omnib. ad eam pertinentib. tam liberè & quietè ſicut ipſe habebat illam à rege. Juxta caſtellum etiam ſuū conceſſit & dedit quatuor carucatas terræ, cum pratis ad illas pertinentib. & viginti acras terræ juxta eccleſiam, ad conſtruendas officinas; cæteraſq; domos monachis neceſſarias, & hominib. eorū, quietas & ſolutas ab omni conſuetudine ſicut ipſe tenebat eas à rege. Dedit etiā & conceſſit decimas vinearum ſuarum omniū, & ſedem molendini in proxima aqua, & conceſſit decimas decem villarum ad præſens, ex ſuo videlicet dominico, annonæ omniū rerum, de quibus decima danda eſt, & datur; ſemota quidem tertia parte presbiteri villæ.

Hæ ſunt villæ, quarum decimas tunc ad præſens dedit, & conceſſit, & ſicut dictū eſt poſtea ſe daturum ſpopondit. In *Hortuna* itaq; dedit decimam, & unum homineuı cum ſuo orto & terram & unum bovem. In *Frantuna* verò & *Sapertuna*

pertuna dedit decimas & unum hominem tantum, cum ſuo orto, & terram ad unum bovem. In *Riſenduna* dedit decimam, & unum hominem, cum ſuo orto & terram ad unum bovem. In *Stochis* autem & *Wiberteſtona* dedit decimas, & unum hominem, cum ſuo orto, & terram ad unum bovem. In *Segetuna* dedit decimam, & octo acras terræ, quatuor ex una parte, & quatuor ex altera parte villæ, & hortum tantum. In *Medburna* dedit decimam tantum. In *Wiwella* dedit decimam, & terram decem boum, & unum hominem, cum ſuo orto; in **Wlſtaneſtorp** decimam.

Has terrulas dedit, & conceſſit eſſe liberas & quietas ab omni conſuetudine præcipiens & concedens, ut in unaquaq; villa habeat eccleſia prata adjacentia ſupradictis terrulis, & paſturam ſicut ipſe dominus *Robertus* habet ad ſuum opus. Hujus doni & conventionis teſtes ſunt iſti, *Beringerius* domini *Roberti* filius, *Robertus* de *Aquila*, *Ivo* de *Tigerivilla*, & filius ejus *Beringerius*, *Aſcelinus* de *Vals*, *Willielmus* de **Boiſrobard**, *Rogerus Calvus*, *Richardus* de **Lintod**, & *Willielmus* filius ejus. *Odardus de* **Pottot**, *Walterus* filius *Willielmi* de *Walterivilla*. Ex hominibus *Beringeri Radulfus* de *Tuito*, *Reginaldus* de *Aitona*. *Gilbertus* de Branſtona, *Odardus de* **Lintod**. Ex hominibus ſancti *Albani Turſtanus* dapifer, *Wlbaldus*, *Amalgerus*, *Aſcibetllus* Cocus. *Hugo de* **Laſy**, *Serlo* camerarius, *Willielmus Longus*.

Mortuâ verò *A.* uxore *Roberti*, conceſſit *Robertus* eccleſiæ ſanctæ *Mariæ*, pro anima uxoris ſuæ unam carucatam terræ in *Sapertuna*, eadem conventione, & quietudine qua dederat alia ſuperius, conſenſu & voluntate filiorum ſuorum *Willielmi* & *Galfridi*, coram ſupradictis teſtibus.

Defuncto etiam poſt aliquantum temporis intervallum Roberto, *Willielmus filius ejus, & hæres Honoris renovavit apud ſanctum* Albanum, *in capitulo fratrum conventionem patris & matris ſuæ, & confirmavit, & conceſſit eccleſiæ ſanctæ* Mariæ, *& ſancti* Albani *omnia quæcunque pater & mater ejus antea dederant & conceſſerant, deſiderans & poſtulans dari & concedi ſibi, in eccleſia ſancti* Albani, *eandem ſocietatem, quam pater ejus & mater habuerant.*

Quâ devotè ſuſcepta, donum parentum pariter & ſuum confirmavit, priùs in capitulo, deinde ſuper altare ſancti *Abani*, & poſtea ſuper altare ſanctæ *Mariæ* poſuit, concedens ſeipſum eccleſiæ ſancti *Albani* plene fratrem, & monachum, dans & concedens eccleſiæ ſancti *Albani* & ſanctæ *Mariæ* ſuam portionem totius ſuæ ſubſtantiæ, poſt ſuum obitum, ubicunque moriretur, & ſi in *Anglia* contigiſſet eum mori, delegit apud ſanctum *Albanum*, vel apud eccleſiam ſanctæ *Mariæ* juxta caſtellum ſuum ſepeliri, & hoc licentia abbatis eccleſiæ ſancti *Albani*, erat enim frater eccleſiæ eadem conventione, qua pater ejus fuerat. Poſtea *Willielmus* conceſſit eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* terrulam illam, quam tenebat *Walrannus* prebendarius ſuus in *Hungretona*, & decimam omnium denariorum ſuorum qui ſibi reddentur de terra ſua, quoquomodo reddantur ſibi vel ſuis hæredibus ſemper in poſterum.

Nomina fundatorum, ac etiam advocatorum, nec non & benefactorum.

Ex quodam registro prioratus de Belvero penes Thomam dominum Brudnell.

MEmorandum quod in capitulo de *Belvero* jacet *Robertus* de *Toteneyo* fundator illuſtris, & juxta eum *Willielmus* de *Albeneio* primus, ſcilicet *Brito*, in parte boreali. Item ante hoſtium capituli, jacet Simon de **Ropſley**, & juxta eum *Oliverus* de **Dencurth** jacet in parte auſtrali. Item in veteri eccleſia ante crucem, jacet *Willielmus* de *Albeneio* ſecundus, ſcilicet *Meſchines*, & juxta eum *Adeliza* uxor ſua in parte auſtrali, & ſecunda uxor ſua, nomine *Cecilia*, jacet ſub pariete veteris eccleſiæ. Item *Willielmus* de *Albeneio* tertius, jacet apud *Novum-locum*, & cor ejus ſub muro contra ſummum altare de **Belver**, à parte boreali decenter reconditum. Item *Willielmus* quartus jacet ante magnum altare ejuſdem eccleſiæ, & cor ejus apud **Croxton**. Item in parte occidentali, prope capitulum, jacet *Odinellus* de *Albeneyo*, & juxta eum, jacet *Matildis* de **Umframvill** mater ejus, & juxta eum verſus borealem, jacet *Albreda Biſetb*, uxor *Willielmi* quarti, & inter eam, & murum capituli jacet *Richardus* de **Staunton** rector ejuſdem eccleſiæ. Item *Robertus* de **Roos** jacet apud **Kyrkham**, & viſcera ejus ante ſummum altare de **Beuver**, juxta corpus *Willielmi* quarti de *Albeneio*, ex parte auſtrali, qui obiit xvj. die kalendas Junii anno MCClxxxv.

Item *Iſabella* de **Roos**, uxor *Roberti* de **Roos**, jacet apud *Novum-locum* juxta **Stamford**, obiitque anno MCCCj. Item *Willielmus* de **Roos**, filius ejus, jacet apud **Kyrkham**. Item *Matildis* de **Waus**, uxor dicti *Willielmi*, jacet apud **Pentaney**, & viſcera ejus in capella ſanctæ *Mariæ*, ſcilicet in pariete. Item *Matildis*, uxor *Jacobi* **Roos** jacet in pariete inter capellam beatæ *Mariæ*, & presbyterium ſumptuosè ſculpta. Item jacet dominus *Rogerus* de **Gravele** rector eccleſiæ de **Wolſtrop** ſub feneſtra dictæ capellæ, in parte auſtrali honorificè. Item jacet *Thomas Wante* inter clauſtrum ſanctæ *Catherinæ* & dictæ capellæ. Item in medio dictæ capellæ verſus gradum, jacet dominus *Willielmus* de **Beuver** Prior egregius. Et juxta eum dompnus *Willielmus* frater ejus, ac ejus ſucceſſor, ex parte boreali, & juxta eum dominus *Lambertus*, quondam ſubprior de **Beuver**. Item ad oſtium capellæ ſanctæ *Catherinæ*, jacet *Rogerus*, frater dicti Prioris, ac etiam infra, nepos ejus. Item *Gilbertus Suttere* jacet ad finem altaris ſummæ eccleſiæ parochialis de **Beuver**, ex parte auſtrali. Item *Margeria* uxor ejus jacet ſub feneſtra præfatæ eccleſiæ parochialis ex parte auſtrali.

Carta Radulfi *de* **Raynes**.

Ex autographo in bibliotheca Hattiana.

RAdulfus de **Raines**, & *Walterus*, & *Willielmus* fratres ejus, omnibus fidelibus tam præſentibus, quàm futuris, Salutem. Notum ſit univerſitati veſtræ, nos, pro ſalute propria, nec non & pro ſalute omnium parentum, & amicorum noſtrorum, tam vivorum, quàm defunctorum, conceſſiſſe, & præſenti carta confirmaſſe

Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Belvær**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, quatuor bovatas terræ, & in liberam dediſſe elemoſinam, cum toftis, & pratis ad eaſdem bovatas pertinentibus in eiſdem locis, & culturis, quibus dimenſæ, & ſicut dimenſæ in noſtra præſentia fuerant, & prædictis fratribus noſtro aſſenſu aſſignatæ in villa de *Stachederna* imperpetuum. Proinde volumus quatinus prædicti monachi poſſideant totam memoratam terram, liberam & quietam ab omnibus querelis, conſuetudinibus, & exactionibus, & ab omni ſeculari ſervitio. Nos autem eam, ſicut liberam elemoſinam noſtram, contra omnes homines warantizabimus, & defendemus, nihil inde nobis reſervantes niſi orationes fratrum, & beneficia loci. In cujus rei memoriam, hujus ſcilicet donationis, & libertatis, ſupradicti monachi, mihi *Radulfo* pellicium monachi, cum botis quibuſdam ſex denariorum ſingulis annis perſolvent. Præterea ſciendum, quod memorati fratres dederunt mihi quinq; marcas argenti, ut liberiùs & libentiùs fieret iſta donatio, & unam loricam. Teſtibus *Willielmo* de *Albeneio* ſeniore & *Cicilia* uxore ejus, *Willielmo* juniore filio eorum, *Rogero Bigot*, *Roberto* de *Toteneio*, *Radulfo* de *Albeneio*, *Roberto* de *Ropeſleia*, *Eudone* de *Albeneio*, & *Gaufrido* fratre ejus, *Roberto Britone*, *Gamaliele* presbitero, *Roberto* clerico, *Rogero* de *Burgo*, *Waltero Herdebi*, *Hugone* filio *Godefridi*, *Gaufrido* janitore, *Thoma* de **Horningewald**, *Henrico* de **Botesford**, & *Waltero* fratre ejus.

Carta Johannis *de* Daiencourt.

Ex autographo in bibliotheca Hattoniana.

JOhannes de **Daiencurt** omnibus fidelibus, tam præſentibus quàm futuris, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti carta mea confirmaſſe, in puram & perpetuam elemoſinam, Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Maria* de **Belvær** & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute propria & uxoris meæ, & pro ſalute animarum patris mei *Walteri*, & *Oliveri* fratris mei, necnon & pro animabus omnium parentum & amicorum meorum, unam carucatam terræ in **Grenebi**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in toſtis & croftis, in pratis, & paſcuis, & chaveſeis, & in augmento acrarum, in villa, & extra, ita plenariè, & integre poſſidendam, ſicut pater meus *Walterus* eis dederat, & ego, & ſicut meliùs vel plenariùs habuerunt tempore patris mei *Walteri*, vel die quo *Henricus* tertius fuit coronatus, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio, conſuetudine & exactione, nihil mihi inde reſervans impoſterum, vel hæredibus meis, niſi orationes fratrum prædicti loci. His teſtibus, *Daniele* decano de——————*Richardo Furmento*, *Radulfo*, de **Daiencourt**, *Fulcone del Alvei*, *Richardo Pateric*, *Roberto* filio *Galfridi* de **Stanton**, *Rogero* de **Daiencourt**, *Jordano* de ſancta *Maria*, *Serlone* de **Pleſeleche**, *Symone* filio *Ricardi*, *Euſtachio* de——————*Mauritio* de **Crenwele**, *Richardo* de *Hortona*, *Adam* de ſancta *Maria*, *Radulfo* filio——————*Roberto* de **Frumenton**, *Radulfo* de **Barcheſton**, *Benedicto* de *Flameſtoda*, *Henrico*, *Richardo* diſpenſatore.

Carta Thomæ *domini de* Ros.

Ex regiſtro de *Belvoir* penes *Matheum Hales* de hoſpitio *Lincolnienſi* armigerum, 1629. fol. 3. b.

Vide cart. 7 E. 3. n. 36.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptu pervenerit, *Thomas* dominus de **Ros**, de **Hamelake**, de **Truſſebout**, & de **Beavoir** ſalutem. Sciatis quod per nos inſpectis cartis, ſcriptis, donationibus, collationibus, confirmationibus, ac quietis clamationibus, factis Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Beauvoire**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, per nobiles progenitores, & anteceſſores noſtros, videlicet, *Robertum* de *Toteneio*, *Willielmum* de *Toteneyo* filium ſuum, *Agnetem* de *Toteneio*, filiam dicti *Roberti* de *Toteneyo*, *Henricum* de *Rya*, filium *Huberti* de *Rya*, *Agnetem* de *Toteneyo*, *Willielmum* de *Albeneio* primum, *Willielmum* de *Albeneio* ſecundum, *Willielmum* de *Albeneio* tertium, *Willielmum* de *Albeneio* quartum, *Twynum* de *Albeneyo*, *Heliam* de *Albeneyo*, & uxores eorundem, *Iſabellam* filiam domini *Willielmi* de *Albeneio*, quæ fuit uxor domini de **Ros** (*Roberti* de **Ros**) domini de **Beauvoire** & de **Hamelake**, de certis parcellis feodi & dominii de **Beauvoire**, prout in eiſdem chartis, &c. parcellatim pleniùs continetur: Nos dictus *Thomas* dominus de **Ros** (*&c.*) omnia premiſſa confirmamus, (*&c.*) His teſtibus *Thoma Chaworth*, *Johanne Creſſy*, *Hugone* de **Aneſlay**, militibus (*&c.*) Dat. in caſtro noſtro de **Beauvoire** 23. Aprilis anno octavo *H. 6*.

Charta Roberti *de* Toteneio.

Ib. fol. 17.

NOtum ſit omnibus, tam præſentibus, quàm futuris quod ego *Robertus* de *Totencia* concedo Deo, & ſanctæ *Mariæ* de **Belvoir** & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ & patris & matris meæ & fratrum meorum, cæteriſq; amicorum meorum, & pro animabus omnium predeceſſorum meorum, triginta ſticcas anguillarum in *Aburna*, villa mea, de redditu anguillarum molendini mei, quas recipient ſingulis annis, die ſancti *Mathiæ*. Et hanc donationem concedit & ſua carta confirmat *Willielmus* de *Albeneio* frater meus, & dominus. Et ſunt teſtes hujus donationis hii, *Galfridus* clericus de *Aburna*, *Willielmus* de *Albeneia*, *Rogerus Bigot*, cum aliis, &c.

Agnes *de* Toteneia *confirmat donationes patris ſui* Roberti *de* Totoneyo.

Ibid fol. 34. b.

NOtum ſit omnibus filiis ſanctæ Dei eccleſiæ, quod ego *Agnes* de *Toteneio* confirmo donationem elemoſinarum quas pater meus *Robertus* de *Toteneio*, & mater mea *Adelais* dederunt eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Belvoir**, & nominatim teſtimoniũ perhibeo & confirmo donationem de una bovata terræ in **Aſclakheby**, & duabus partibus decimæ de dominio, ſcilicet, in bladis, in vitulis, in agnis, velleribus, caſeis, in porcellis, in apibus, & pomis, & in omnibus rebus de quibus decima ſolet dari. Hoc autem ſpecialiter confirmo quia ſit de matrimonio meo.

Charta Henrici de Rya.

Ib. f. 34. b. HEnricus de *Rya* kariſſimo amico, *Reginaldo* de *Warena* ſalutem, & amorem. Mando vobis, & obnixè preco, quatinus pro amore Dei, & ſanctæ *Mariæ*, & omnium ſanctorum, & mei, monachos de **Belvær** in omnibus locis manuteneatis. Sciatis bene, me conceſſiſſe, & warentizaſſe donationem *Roberti* avi mei, & *Agnetis* matris meæ, & mei, decimæ de dominio de **Aſlacheby**, monachis de **Belvær**, Deo, & ſanctæ *Mariæ* ſervientibus, ſcilicet, duas partes in bladis, in vitulis, in agnis, in velleribus, in caſeis, in porcellis, in apibus, in pomis & in omnibus rebus de quibus decima ſolet dari; Valete, & faciatis illis monachis habere decimas quietas, ne ampliùs deteriorentur inde.

Carta W. de Albeneio.

Ib. fol. 37. WIllielmus de *Albeneio Brito*, omnibus fidelibus, clericis, & laicis, ſalutem. Sciatis, me conceſſiſſe, & confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Bellovidere*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, manſuram illam, quæ fuit capellæ meæ, cum domibus, & terris quæ ad eam pertinent, pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & puerorum meorum, & omnium anteceſſorum meorum, & hoc idem conceſſit fœmina mea, & filii mei. Teſtes, *Robertus Brito*, *Iwarinus Ridel*, & *Godefridus Clement*, & *Iwainus* de *Albineio*, & *Ganfridus* de *Chaluennio*, & *Radulfus* de **Arches**, & *Urſellus* de **Craſmore**, *Rogerus* Capellanus, & *Alanus* Capellanus, & *Radulfus* filius *Oſur*.

Carta Willielmi de Albineio.

Ib. fol. 39. UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Willielmus* de *Albiniaco* tertius ſalutem. Ad univerſitatis veſtræ notitiam volo pervenire, me pro ſalute animæ meæ & anima *Agathæ* uxoris meæ & precipuè pro anima *Margeriæ* quondam uxoris meæ (*&c.*) dediſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Belvero* & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, de qualibet acra terræ totius dominii mei in omnibus territoriis de *Belvero*, de **Wltorp**, de **Botelsford**, de **Oskinton**, & **Stokes**, unam garbam de quolibet genere bladorum tam frumenti quàm ſiliginis, ordei, & avenæ, fabarum & piſarum, ſive alterius leguminis (*&c.* His teſtibus, *Willielmo* de *Albineio* quarto, *Odinello*, *Roberto*, & *Nicholao*, filiis meis.

HATFEILD-PEVERELL
in agro Hertfordenſi, cella S. Albani.

Carta W. Peverelli, loci fundatoris.

R. Domino ſuo venerabili *Londinenſi* epiſcopo, omnibuſq; archidiaconis ſuis, & canonicis, & nominatim *W.* Decano. *W. Peverellus* ſalutes. Sciatis me dediſſe eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Hatfelda*, meam propriam manſionem, & omnes domos meas, ad componenda habitacula monachorum, quos ibidem conſtituo, cum omnibus ad eandem eccleſiam pertinentibus, & quæ ab anteceſſoribus meis, & patre meo, eidem eccleſiæ collata, & data fuerunt, & *Drogo* Capellanus tenebat, & *Radulfus*. Adauxi etiam ſuper hæc tres campos juxta prædictam eccleſiam, & *Alvelwodam*, & *Haiodam*, & terram *Aſchiltilli* venatoris, videlicet **Copincho**, & **Colingas**, & molendinum, cum molendinario, & terram ejus de **Aichaham**, & duos ruſticos, *Sigar* & *Olviel*, & *Edricum* fabrum de nemore, & decimam denariorum meorum de *Meldona*, & rectam decimam de **Done**, de omnibus rebus de quibus rectè datur decima; & eccleſiam de **Achaton**, cum terra, & decima, & eccleſiam de *Aſelona* cum terra & decima; & eccleſiam de **Chriſleſate**, cum terra & decima; & decimam de *Weſtona*. Ego autem pro recognitione de meo proprio, do eccleſiæ ſancti *Albani*, duas marcas argenti, in die ejuſdem feſtivitatis, per unumquemque annum. Hæc omnia conſtitui pro anima regis *Willielmi*, & regis *Henrici*, & patris mei, & matris meæ, & pro anima mea, & anteceſſorum meorum. Quam donationem, & conſtitutionem precor, ut dominum, & amicum quatinus benignè concedatis, & monachos Dei amore & mei, manuteneatis, & adjuvetis. Ex regiſtro abbatiæ S. Albani in bibl. Cottoniana fol. 127.

Carta Audreæ de Nevill.

SCiant preſentes, & futuri, quod ego *Andreas* de **Nevile** miles, remiſi, & quietum clamavi de me & heredibus meis inperpetuum, abbati & conventui ſancti *Albani* & ſuis ſucceſſoribus, ac Priori & monachis de **Hatfeld-Peverell**, & eorum ſucceſſoribus, totum jus & clamium quod habui vel habere potui, ſeu aliquo modo mihi jure accidere poterit, in advocatione ſeu patronatu eccleſiæ de **Aſſinton** in comitatu *Suffolc*, unde dictum Priorem in curia domini regis per breve *de recto*, unde magna aſſiſa implacitavi apud *Weſtmonaſterium*, coram juſticiarios domini regis in banco. Ita quod nec ego *Andreas*, nec heredes mei ſeu aliquis nomine meo, vel heredum meorum aliquid juris, vel clamii in dicta advocatione, ſeu patronatu de cetero aliquo modo exigere, ſeu vendicare poterimus inperpetuum. Pro hac autem remiſſione, & quieta clamatione, prædicti abbas & monachi receperunt me, uxorem meam, & liberos noſtros in fraternitate, & commemoratione omnium orationum Ibidem.

tionum & beneficiorum, quæ in dictis eccleſiis fient in perpetuum. Et ut iſta remiſſio, & quieta clamatio firma, ſtabilis, & inconcuſſa in perpetuum perſeveret, huic preſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. His teſtibus, dominis, *Willielmo* de **Pakenham**, *Godefrido* de **Beumond**, *Johanne* de **Beumond**, *Roberto* de *Boſco*, *Richardo* de **Cokefeld**, *Richardo* de **Comberde**, militibus; *Richardo* de **Gofeld**, *Rogero* de **Coldefoꝛd**, *Johanne Gernun*, *Rogero* de **Heham**, & aliis. Dat. apud **London**, menſe Maii, anno regni regis *Edwardi* filii regis *H.* xviij.

Tranſactio judicialis, finalis concordia *vulgò dicta*.

Ibid.

HÆC eſt finalis concordia facta in curia domini regis apud **Chelmeresfoꝛd** in craſtino animarum anno regis *Edwardi* filii regis *Henrici* tertiodecimo, coram *Salomone* de *Roffa*, *Waltero* de **Hopton**, *Richardo* de **Boyland**, *Roberto*—— magiſtro *Thomæ* de **Sothinton**, & *Waltero Scirtheſl.* juſtitiariis itinerariis, & aliis domini regis fidelibus, tunc ibi preſentibus, inter *Umfridum* de **Bohun** comitem *Hertfordiæ* & *Eſſexiæ*, petentem, & *Rogerum* abbatem de ſancto *Albano* deforciantem, per *Rogerum* filium *Thomæ* de **Bacheſworthe** poſitum loco ſuo ad lucrandum vel perdendum, de advocatione Prioratus de **Hatfeld-Peverell**, unde placitum fuit inter eos in eadem curia, ſcilicet qd. prædictus comes recognovit advocationem prædicti Prioratus eſſe jus ipſius abbatis, & eccleſiæ ſuæ de S. *Albano*, & illam remiſit, & quietam clamavit de ſe & hæredibus ſuis prædicto abbati, & ſucceſſoribus ſuis, & eccleſiæ ſuæ prædictæ imperpetuum. Et idem abbas recepit prædictum comitem, & hæredes ſuos in ſingulis beneficiis, & orationibus, quæ de cætero fient in eccleſia ſua prædicta in perpetuum.

HERTFORDENSE

Cœnobium, cella S. Albani.

Ex quodam regiſtro ſancti *Albani* in bibliotheca Cottoniana.

RAdulfus de **Limeſey** donavit eccleſiam, quam extruxit apud **Hertfoꝛd**, eccleſiæ ſancti *Albani* in cellam, non pro quolibet munere, vel mercede terrena ſed purè, pro redemptione animæ ſuæ, & uxoris ſuæ *A.* & filiorum ſuorum, & pro amicitia abbatis de ſancto *Albano*, & Prioris & omnium ibi Deo ſervientium, concedente uxore ſua, & concedentibus filiis ſuis, & laudantibus hominibus ſuis, cum amicis, *Francigenis*, & *Angligenis*, Tali pacto, ut eccleſia priùs dicta ædificetur, & in nullo penitus minuatur. Et Abbas *P.* de ſancto *Albano*, & ſui monachi debent eam extruere, & honorare, & exaltare, in quantum meliùs potuerint, ſecundùm illud beneficium, quod ipſe *Radulfus* de **Limeſey** donavit priùs nominatæ eccleſiæ: beneficium autem hoc eſt, quod dedit illi eccleſiæ, ſcilicet unam bonam hidam terræ apud **Hertfoꝛd**, ubi illa eccleſia ædificata eſt, & eccleſiam de **Piriton**, cum tota decima ſua, & hominum ſuorum, infra & extra villam manentium. Et duas hidas terræ, & dimidiam ibidem, molendinum etiam unum, & paſturam bobus de carucis monachorum, paritèr cum bobus dominicarum carucarum prædicti *Radulfi* in **Piritone**; & porcis eorum paſtionem pariter cum dominicis porcis prædicti *Radulfi* in quemcunque boſcum ſuum illos paſcendos miſerit; & duas partes omnium decimarum de dominico ſuo in **Cavendiſh**, & **Hoccetun**, & duas partes decimæ ſuæ de **Pchentune**, & unam carucatam terræ, cum bobus & ſervis ibidem; & decimas ſuas de **Hulverleie**, in boſco & in plano, & decimas hominum ſuorum, ſcilicet de **Ichetune**, & decimas *Anſgoti* de **Caldecote**, & decimas *Walteri* de **Bibbeſuꝛd**, & de terra ſua juxta **Piriton**, & decimas *Hugonis Samſon* de **Aperſtone**, & de **Toꝛp**, in perpetuam elemoſinam, honorificè, liberè, & quietè in omnibus, & per omnia. Debet etiam prædictus *Radulfus* de **Lymeſi**, & omnes poſteri ſui, cellam de **Hertfoꝛd**, cum omnibus rebus, quas donavit, defendere contra omnes homines, & protegere, & diligere, & promovere, ſicut puram & liberam elemoſinam, & conceſſum regis facere habere, qui confirmet ſuam donationem prænominatæ ſuæ eccleſiæ de **Hertfoꝛd**.

Sciendum eſt autem, quod, pro hoc beneficio, debet abbas ſancti *Albani*, poſt primum annum providere ſex monachos, de ſua congregatione, ad ſerviendum Deo, & ſanctæ *Mariæ* in præfata eccleſia de **Hertfoꝛd**, pro anima *Radulfi* de **Limeſy**, & uxoris ſuæ, & omnium poſterorum ſuorum. Si verò, Deo inſpirante, *Radulfus* ibi plus donaverit, ſecundùm illud & abbas plures inveniet ibi Deo ſervientes. Pro qua re abbas *P.* & monachi ſancti *Albani* ſuſceperunt *Radulfum* in fratrem, & monachum, & uxorem ſuam, ſimiliter in ſororem, filium verò eorum in beneficio eccleſiæ. Sciri etiam debet quod ipſe *Radulfus* debet jacere ad ſanctum *Albanum*, & pariter uxor ejus, niſi prefata eorum eccleſia ad tantum honorem perveniat quod ibi meliùs velint jacere: ubicunque tamen jacuerint, licentia abbatis jacebunt, & tantum facient monachi pro eis, quantum facere debent pro monacho ſuo. Hujus donationis teſtes ſunt, *Radulfus* Prior, E. dapifer regis, *W. Marmiun*, *W.* Camerarius. Teſtes verò *Radulfi* de **Limeſey** ſunt, *Fulco* de **Muſtervell**, *R.* filius *Turoldi*, *Hugo*, *Sampſon*, *Oilardus*, *Angotus*.

Ibid.

RAdulfus de *Limeſia* conceſſit *Hadwiſiæ* uxori ſuæ, ut daret terram *Nigelli* de *Bradewella*, quæ eſt ex dote ſua, illam videlicet quam habuit in dominio ſuo, eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Hertfoꝛd**, hac conventione, ut, dum illa vixerit, habeat tres præbendas in illa eccleſia, quando illi placuerit, aut aliis tribus quibus voluerit dare. Poſt obitum autem ejus, monachus unus recipietur in illa eccleſia, pro anima mariti ſui, & pro ſua, & quando ille morietur, alius loco illius recipietur, & ſic uſq; in finem. Huic donationi eſt conventus ſancti *Albani* aſſentiens, & teſtificans. Ex alia parte Teſtes ſunt, *Turgitus*, & *Levinus* presbiteri, & *Racrus* filius Domini, & *Robertus* de **Statfoꝛd**, nepos domini, & *Radulfus le Manant*, & *Hugo Saman*, & ———— de *Flamentvilla*,

& *Roll.* de **Eſſel**, & *Robertus le Manant*, & *Gilbertus Niger*, & *Gauſfridus Parvus*, & *Columbanus* de **Grae**.

Charta Alani *de* **Limeſy**.

SCiant omnes homines mei, *Franci*, & *Angli*, preſentes & futuri, quod ego *Alanus* de **Limeſy** conceſſi & confirmavi, in perpetuam elemoſinam, Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Hertford**, & monachis ſancti *Albani*, qui Deo ſerviunt ibi, omnem donationem omnium rerum, quas pater meus *Radulphus* de **Limeſy** illis dedit pro ſalute animæ ſuæ & pro anima uxoris ſuæ *Haewiſæ*, matris meæ, ſcilicet, totam terram quam poſſident monachi prædicti apud **Hertford**, in boſco, in plano, in paſcuis, in pratis, & eccleſiam de **Amwelle**, cum omnibus decimis & pertinentiis ſuis, & totam decimam pannagii de boſco meo qui eſt ibidem, & eccleſiam de **Piritone**, cum omnibus decimis dominii mei, & hominum meorum ibidem, & duas hidas terræ ibidem, & dimidiam; Molendinum inſuper unum, & paſturam bobus monachorum, cum bobus carucarum dominii mei ibidem, & paſtionem porcis eorum, cum porcis dominii mei, in quemcunque boſcum miſſi fuerint ad paſcendum; & duas partes omnium decimarum in dominiis meis, videlicet, de **Kavenediſhe**, & **Hoctetune**, & **Ykentune**, & preterea unam carucatam terræ ibidem, & dimidiam hidam terræ apud **Bradewelle**, & duas partes decimarum terrarum mearum, quæ ſunt excultæ, & erunt excolendæ apud **Hulverley**, & duas partes pannagii de toto boſco meo ibidem.

Dono etiam, & confirmo libertatem curiæ prædictis monachis, ita ut nullus miniſtrorum, vel hominum meorum quicquam in eorum rebus, aut poſſeſſionibus, contra ipſorum voluntatem, agere præſumat. Inſuper etiam concedo eis, & confirmo eccleſiam de **Ykentone**, cum omnibus libertatibus ſuis, & pertinentiis, in liberam elemoſinam poſſidendam. Hanc verò donationem, & omnium aliarum rerum confirmationem, feci Deo, & prædictis monachis, apud **Hertford** commanentibus, laudantibus hominibus meis, *Francis*, & *Anglis*, pro animabus patris mei, & matris meæ, & pro ſalute mea, & filii mei, & ideo volo & præcipio ut monachi ſancti *Albani* prædicti omnes elemoſinas patris mei, & meas hic nominatas, liberas, & ab omni ſervitio ſeculari quietas, poſſideant in æternum. Quia ego *Alanus*, & hæredes mei pariter protegemus omnia quæ ſunt donata prædictis monachis, & confirmata defendemus, contra omnes homines, ſicut bonam & liberam elemoſinam noſtram. Et ad teſtimonium hujus donationis & tuitionis has preſentes literas ſigillo meo ſignavi, & communivi. Iſti ſunt teſtes, *Radulfus* Prior, *Gabriel*, *Dunſtanus*, *Robertus*, *Dioniſius*, monachi, cum militibus meis, *Rodberto Manant*, & *Anſgoto* de **Balvecote**, *Waltero* filio matris ſuæ, *Johanne Heyrune*, cæteriſque hominibus meis, videlicet, *Willielmo Blancheſlur*, *Toxegaro*, *Radulfo* de **Boskervill**, *Quailet*, & aliis pluribus *Francis* atque *Anglis*.

Charta Gerardi de **Limeſey**.

Ibid. GERARDUS de **Limeſy** univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, Salutem. Notum ſit univerſitati veſtræ me dediſſe, & præſentis ſcripti atteſtatione confirmaſſe, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Hertford**, & monachis ſancti *Albani* ibidem Deo ſervientibus, eccleſiam de *Ichentuna* cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam & quietam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ *Amiciæ* & *Johannis* filii mei, & omnium parentum meorum, tam vivorum quàm mortuorum, Et dimidiam virgatam terræ in *Piritona* quam *Marcherus* tenuit, ſimiliter in liberam elemoſinam. Et hæc donatio facta eſt conceſſione *Johannis* heredis mei. Volo autem & firmiter præcipio, ut hæc prædicta omnia teneant monachi omni exactione & inquietudine ſoluta & libera: His teſtibus, *Halen.* de *Bidun*, *Amicia* uxore mea, *Trianno* fratre meo, *Malerba*, *Radulfo* filio *Willielmi*, *Willielmo* de **Mountpinçun**, *Roberto*, *Blancheſlur*, *Radulfo* de *Rinera*, *Willielmo* de **Pinchtun**, & aliis.

Charta Johannis *de* **Limeiſi**.

Ibid. JOHANNES de **Limeiſi** omnibus hominibus ſuis & amicis *Francis* & *Anglis*, clericis & laicis, & omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ tam preſentibus quàm futuris, Salutem. Notum ſit univerſitati veſtræ me pro ſalute animæ, & omnium parentum & amicorum meorum, pro animabus quoque patris & matris meæ & omnium anteceſſorum meorum, conceſſiſſe, & preſenti ſcripto confirmaſſe, Deo & eccleſiæ ſancti *Albani* & monachis ejuſdem monaſterii apud **Hertford** manentibus totas terras & redditus & decimas & quaſcunque poſſeſſiones *Radulfus* de **Limeiſi**, avus patris mei, dedit & conceſſit, & quecunq; *Alanus* de **Limeſei** avus meus poſtmodū auxit. Preterea concedo & confirmo eis dimidiam hidam apud *Bradwellam*, & apud **Cavendis** xxx. acras, & apud *Ychentonam* quandam terram quæ vocatur **Gralcroft**, quas terras pater meus *Girardus* eis dedit, & conceſſit, Et eccleſiam de *Ychentona*, cum integritate omnium ei pertinentium, quam *Alanus* avus meus dedit eis, & pater meus *Girardus* eis conceſſit, & confirmavit. Confirmo etiam eis duas virgatas terræ in **Hicleford**, quas *Gerardus* pater meus eis dedit, cum *Roberto* filio *Angoti*, & dimidiam virgatam terræ in *Piritona*, quam *Marcherus* tenuit, quam pater meus *Girardus* eis dedit. Confirmo iterum eis decimas pagnagii de nemore meo de *Bibeſworra*, quas *Radulfus* de **Limeiſi** avus patris mei eis dedit, & *Alanus* de **Limeſi** avus meus, & *Girardus* de **Limeſi** pater meus eis dederunt, & confirmaverunt. Et ſi caſu aliquo contingat novalia fieri in prædicto nemore, dono & confirmo eis plenariè decimas & cæteras omnes obventiones ex illis novalibus. Confirmo etiam eis duas partes decimarum pagnagii mei de *Huverleya* provenientes, ut ſicut eis in primo ſoluta fuit decima pagnagii illius nemoris, ſic poſtmodum ſi ——— obvenerint eis reddantur decimationes novalium. Confirmo etiam eis duas partes decimarum pagnagii mei de *Huverleye*, &

& etiam duas partes dominii mei in eadem villa, ut in decimis & aliis obventionibus quæ Deo ſolent pervenire.

Confirmo autem eis duas partes manipulorum & aliarum decimarum dominii mei de **Cavenedis**, & duas partes decimarum virgulti mei in eadem villa. Volo etiam & precipio ut boves dominicorum maneriorum ſuorum de *Piritona* cum bobus diffuſè & averiis meis paſcant in herbatis meis ex quo boves mei paſcere cœperint, & quamdiu paſcent. Cum his omnibus prædictis dono eis libertatem ſcutagii de toto tenemento eorum de **Hertford**, & de toto tenemento eorum in toto feodo meo. Et ſi contingeret quod terra mea de *Hertfordſira* foriſfacturam incurreret pro defectu meo, vel dapiferi mei ad comitatum poſt feſtum ſancti *Michaelis*, quietos illos clamo in perpetuum de foriſfactura que ſpectat ad terram ſuam. Unde volo, & concedo, & omnibus hominibus meis firmiter precipio, ut prædicti monachi & eorum homines quæcunq; eis vel à me vel ab anteceſſoribus meis conceſſa ſeu donata ſunt, teneant, & habeant in boſco & in plano, in pratis, & in aquis, in paſcuis, & in herbatis.

Et inſuper libertatem curiæ ſuæ eis concedo, ita ut nullus miniſtrorum vel hominum meorum quicquam in eorum rebus vel poſſeſſionibus contra ipſorum voluntatem agere preſumat, nec eorum homines alibi quam in ſua curia pro qualibet cauſa quæ ad me vel homines meos ſpectare poſſit ire vel reſpondere cogantur. Sed quecunq; de feodo meo in quolibet loco ad eos pertinent, per ipſos vel eorum miniſtros nullo contradicente liberè diſponantur.

Hæc igitur omnia quæ prædicta ſunt conceſſi eis & confirmavi in perpetuam elemoſinam quieto jure poſſidenda, bene & liberè, & honorificè, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, cum quibus aliqua elemoſina meliùs, & liberiùs, & honorabiliùs debet poſſideri. Teſtibus his, *Nigello* Priore de **Hertford**, *Waltero* Sacriſta, *Erniſio* Subpriore, magiſtro *Adamo* de **Warewic**, *Willielmo Britone*, & aliis fratribus monachis. Teſtibus etiam his militibus, *Johanne* de **Hatun**, *Alano* de **Limeiſſi** fratre meo, *Hugone* de **Colingeham**, *Waltero Hacun*, *Radulfo* filio *Willielmi*, *Richardo* de *Puteo*, *Willielmo* de ſancto *Michaele*, *Simone Doiſell*, *Roberto* monacho, *Woodman*, *Baldewino* fratre ejus. Item teſtibus *Johanne Manant*, *Waltero* de *Bibeſworra*, *Girardo* filio *Willielmi*, & multis aliis. Valete.

TINUMETENSE
cœnobium in agro Northumbrenſi, *cella de* S. Albano.

Led. coll. vol. 3. p. 177.

Ex libro cujuſdam monachi ſancti Albani *de vita ſancti* Oſwini.

OSricus rex *Deirorum* pater *Oſwini*. *Oſwinus* propinquus *Edwini* clariſſimi regis *Northumbrorum*.

Mortuo *Edwino* rege *Northanhumbrorum* ſucceſſerunt ei duo reges, quorum unus filius patrui ſui *Elfrici*, erat *Oſricus* nomine.

Alter filius *Ethelfridi*, qui ante *Edwinum* regnaverat, dictus *Enfridus*. Hii *Northanhumb.* gentem, ſecundùm quod antiquitùs erat, in duas provincias dividentes, *Oſricus Oſwini* pater regis *Deirorum*, & *Enfridus Berniciorum* ſibi gubernacula quaſi ſucceſſionis jure vendicarunt.

Oſwinus adoleſcens interfecto à *Ceadwallo* rege *Oſrico* exulavit per decem annos apud occiduos *Saxones*, *Cedwalla* tyrannicè uno anno *Northumb.* reg. gubernavit.

Oſwaldus Enfridi frater, ex *Accha* ſorore regis jam dicti *Edwini*, progenitus, devicto *Ceadwallæ* exercitu apud *Deniſburnam* non ſolum fratris *Enfridi* ſucceſſor fuit in regno *Berniciorum*: ſed quaſi *Edwino* avunculo ſuo ab inteſtato ſuccedens, per ix. annos, utramque in unam *Northanhumb.* redigens, ſumma cum æquitate rexit.

Interfecto *Oſwaldo* à *Penda* rege apud **Maſerfelde**: ſucceſſit ei frater ejus nothus, *Oſwi* juvenis, xxx. agens annum, regnumque per annos xxviij. laborioſiſſimè rexit.

Oſwinus, teſte *Beda*, aſpectu venuſtus, ſtatura ſublimis, affatu jucundus, moribus civilis, & manu largus.

Oſwinus regno *Deirorum*, vij. annis max. rerum omnium affluentia præfuit. *Aidanus* pont. *Lindisfarn* familiariſſimus *Oſwino*. Diviſio reg. *Northumbr.* cauſà odii inter *Oſwi* & *Oſwinum*.

Sanctus *Aidanus* epiſcopus ſtudebat conciliare animos *Oſwi* & *Oſwini*. Ib. P. 178.

Exactis in regno 7. annis quietis duos poſtremos inquietos habuit. Nam *Oſwi* omnibus modis agebat, ut extincto *Oſwino*, ſolus in *Northanhumb.* regnaret.

Oſwinus, cum exercitu occurrit *Oſwio* in **Wilfaresdune**: ſed poſtea volens declinare effuſionem ſanguinis, noctu ſolo comitatus *Tondhere Tilſii* filio in *Gethlingum* ſeceſſit ad domum *Stywaldi* ducis, cui prædictum vicum, & multa alia prædia donaverat, atq; ob hoc fidum ſibi autumaverat.

Hunwaldus Oſwinum prodidit *Oſwio*.

Oſwius, clam noctu *Ethelwinum*, domus ſuæ procuratorem, ad *Hunwaldi* domum cum armata manu miſit; qui eo veniens *Oſwinum* interfecit.

Tilſius, *Tondheri* pater, *Oſwinum* impotem juvenem in domo ſua nutrivit & docuit.

Oſwinus, à latere perfoſſus lancea, obiit, anno regni ejus nono, 13. kal. Septemb. in loco qui dicitur *Gethlingum* anno Domini 651.

Tondhere Tilſii filius, obtulit ſe pro *Oſwino* percutiendum, & poſteà cum rege ſuo occiſus eſt.

Sic *Lilla* regis *Edwini* miles, ſicarii dolum prævidens, ſeſe mucroni fideliter oppoſuit, dominum ſuum liberans, viriliter occubuit.

Regina *Eanfleda* propinqua *Oſwini*, poſtulavit à rege *Oſwi*, ut donaret ibi locum monaſter. conſtruendo.

Quo conceſſo, conſtructum eſt in *Gethlingo* monaſterium, cui præfuit *Trumbere* jure abbatis, vir natione *Anglus*, ſed ordinatus, & edoctus à Scottis qui & propinquus erat regis occiſi. Qui verò poſtea ſub rege *Wulphero* rege in provinciis *Merc.* *Lindisfaranorum*, & Mediterraneorum *Anglorum* epiſcopus effectus eſt.

Corpus *Oſwini*, ab eis qui truncaverant, delatum Ib. p. 17

rum eſt ad oſtium *Tinæ* fluvii ibique in oratorio ſanctæ *Mariæ* ſepulturæ traditum.

In quo loco virorum illuſtrium magna multitudo congregata erat, qui ſub ordine regulari, divino cultui ſerviebant: Qui quidem in tantam excreverat honoris eminentiam, ut ſi quis per infra-jacentem provinciam in fata conceſſiſſet, ad eundem locum, pro reverentia & honore religioſæ gentis tumulandus deferetur.

Hinguar & *Hubba* hoc monaſterium deſtruxerunt. Monachi metu perſecutionis fugerunt ad quandam eccleſiolam in fundo ſuo, quam ſanctus *Cuthebertus* dedicaverat. Quo comperto, *Dani* ipſam eccleſiam, & omnes qui in ea erant, igni ſuccenderunt, & omne loci nobilis ædificium in campi planitiem redegerunt.

Sanctus *Aidanus* epiſcopus non plus quàm duodecim dies poſt occiſionem regis *Oſwini*, quem amabat, ſuperfuit, id eſt prid. cal. Septemb. de ſeculo ſublatus.

Ex libello de tranſlatione ſancti Oſwini.

OStium *Tine* flu. locus, ab incolis regionis, ob eminent. rupis ſecuritatem ab hoſtibus celebriùs frequentatus. Jacuit penè neglectum corpus *Oſwini* regis, uſq; ad tempora *Toſtii* comitis, & *Egelwini* epiſcopi.

Erat autem *Toſtius*, ducis *Cantiæ Godwini* filius, comes *Northanhumb. Sywardo* comiti ſuccedens, non teſtamenti beneficio, ſed ſancti *Edwardi* regis dono.

Oſwinus martyr apparuit in ſomnis *Eadmundo* ædituo veteris eccleſiæ S. *Mariæ* de **Tinemuth**.

Juditha uxor *Toſtii* comitis, perſuaſit *Egelwino*, ut quæreret *Oſwini* corpus.

Inventio coporis S. *Oſwini* martyris, anno ab ejus paſſione CCCCxiiij, anno Domini Mlxv. quinto idus martii.

Ibid. p. 180.

Anno eodem ix. corpus S. *Oſwini* tranſlatum eſt.

Thoſtius comes, *Angliæ* regnum expulſus, apud *Baldvinum Flandrenſem* comitem cujus filiam ſibi matrimonio copulaverat, exulavit.

Et ſequenti anno *Haroldi* regis *Ang.* & fratris ſui gladio, cum *Norreganorum* rege *Haroldo*, in loco qui tunc **Stanfordbrig**, nunc verò *Pons Belli* dicitur, occiſus eſt.

Thoſtio comite proſcripto, hæreditas ejus ad fiſcum devoluta eſt.

Gulielmus rex dedit comitatum *Northumbr.* *Rodberto* de **Mulbray**, viro ſtemmatum longa ſerie generoſo, ſtaturâ quidem procero, & militaris probitatis elegantia glorioſo.

Rodbertus Mulbray cœpit *Oſwinum* excolere, & eccl. in qua ejus corpus requieſcebat, quia infra ambitum ejus caſtri de **Tinemuth** erat fundata, & prædiorum copia donavit, & monachos de S. *Albani* monaſterio aſſumptos inibi collocavit. Cujus tamen monaſterium de *Tinemutha* ut dicitur, comes *Thoſtius* jecerat à fundamentis.

Corpus *Oſwini* tranſlatum in novum monaſterium de **Tinemuth**, anno Domini milleſimo. 13. kal. Septemb.

Inſula *Coquedi* flu. oſtiis præjacens, diſtat 20. paſs, mil, à **Tinemuth**. *Novum Caſtellum* olim **Monkeceſter** dicebatur.

Rodbertus tribunus militum *Gul.* baſtardi regis.

Nigellus de *Albaneio* unus ducum *Gul.* regis, cum eſſet in partibus *Northumb.*

Nigellus de *Waſt* miles in eodem comitatu, propinquus, & charus *Nigello Albeneio*.

Leowricus puer, regnante *Stephano*, piſcator in monaſterio ſancti *Oſwini*, inter piſcandum **Scardeburge** captus, quo tempore *Ranulfus* comes *Ceſtrenſis* ſummo mane ſuperveniens die quadam, villam ipſam de **Scardeburg** armata manu confregit, & rapinis vaſtavit, ac inter ceteros captivos *Leowricus Maltonam* in vinculis ducitur, &c. ut *Leowricus* opere ſancti *Oſwini* liberatus ſit à vinculis.

Ibid p. 181.

Ruelendus Prior de **Tinemuth**.

Robertus de **Gorham** abbas ſancti *Albani*.

Faramannus inſtituor *Novi Caſtelli*.

Potentum de *Northumb.* potentiſs. *Odinellus* de *Umframvilla* ad caſtelli ſui reſartienda tecta, indebite exactionibus vicinos ſuos compellebat, & in cæteros colonos maximè S. martyris *Oſwini*. Auſum autem tanti ſceleris fovebat impunitas, hinc, quia *Odinellus* præpotens erat: hinc quia filiam ejus matrimonio ſibi copulaverat, qui magiſtratus regios in *Angl.* gerebat, cujus autoritate talia præſumebat.

Erat autem in *Colebrigia* civitate ſatelles regius, qui nec Deum timebat nec ſanctum martirem *Oſwinum* reverebatur. Hunc juſſit *Odinellus* ruſticorum de **Wilum** poſſeſſiones invadere, erant enim coloni Sancti martyris *Oſwini* de **Tinemuth**, & non longe diſtabant à caſtello, ut vel ſic eos compelleret venire ad ædificationem caſtelli.

Gervaſius abbas *Weſtmonaſter.* *Stephani* regis *Angliæ* filius.

Sleveleia villa.

Boldune villa.

Villa de **Evenesburc**.

Math. Pariſ. in vit. abbat. p. 51.

—— EJuſdem quoque tempore; ſcil. *Pauli* xiiij. Abbatis, *Robertus* de **Mulbray**, vir illuſtris, comes ſcilicet *Northanhimbrorum*, de religione eccleſiæ S. *Albani* certificatus per abbatem *Paulum*, in eccleſia ſanctæ *Mariæ* de **Thynemue**, (in qua corpus beati *Oſwini* regis & martyris requieſcit) monachos eccleſiæ ſancti *Albani* fecit collocari, & ipſam cum omnibus pertinentiis, regis & archiepiſcopi *Lanfranci* benevolentia, cellam fore ſancti *Albani* conſtituit.

Cella de Tynemutha, *de fundatione.*

Ex regiſtro quodam S. Albani in bibl. Cottoniana fol. 106.

ANtiquum ſcriptum non ſignatum reperi inter vetuſtiſſimos rotulos, cujus tenor talis eſt. *Willielmus* rex *Anglorum*, *T.* archiepiſcopo, & *W. Dunelmenſi* epiſcopo, & omnibus baronibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & ſancto *Albano* eccleſiam de *Tynemuda* & omnia quæ ad eam pertinent in terris & decimis, & aquis, & conſuetudinibus in *Nort* de **Tine**, & in *Suth* de **Tine**, & in *Anglia*, cum omnibus quæ *Robertus* comes de **Northumberland** & ſui homines dederant ſancto *Oſwino*, antequam mihi forisfactus eſſet. Et volo & præcipio ut ſanctus *Albanus* habeat prædictam eccleſiam cum omnibus ad eam pertinentibus & teneat cum pace & honore & omni conſuetudine jure perpetuo. Teſtibus *Eudone* dapifero, & *P.* de *Valoniis* apud *Novum-Caſtrum.* *Illud ſcriptum melius eſt omnibus antedictis, quia dat eccleſiam de* Tynemuda *abbati de ſancto* Albano, *& omnia ad eam pertinentia. Et ſi omnia, ergo advocationem ſive patronatum ut videtur, Iſtud ſcriptum habetis ſignatum apud vos, quia memini me vidiſſe tale ſcriptum ſignatum apud vos, & credo firmiter. Plures alias cartas habemus apud nos tangentes ſpiritualia & temporalia, ſed quia ſpecialem ſive ſingularem mentionem non faciunt de abbate de ſancto* Albano, *non mitto vobis tranſcripta earum quia in placito noſtro, ſuper patronatu vobis valere non poterunt.*

Carta regis Henrici *primi.*

Ibidem. H*Enricus* Rex *Angliæ R.* epiſcopo *Dunelmenſi*, & omnibus baronibus ſuis, *Francis* & *Anglis* de **Northumbreland** ſalutem. Sciatis me dediſſe Deo & ſanctæ *Mariæ*, & ſancto *Oſwyno*, & abbati de ſancto *Albano*, & monachis de **Tynemuth**, omnes decimas ſuas per **Northumbreland**, quas *Robertus* comes, & homines ejus donaverant eis; ſcilicet, decimas de **Colebrige**, & illas de **Ovinton**, & de **Wylum**, illas etiam de **Neuburn**, & illam de **Diſcington**, & de **Calverdon**, & de **Elſtwyc**, & illas etiam de **Bothall**, & de **Werkworth**, & de **Anebell**, ſimiliter & de **Roubyr**, & de **Wullour.** Et volo ac præcipio quatenus ſupradictus abbas & monachi de *Tynemuda* bene & integrè habeant illas & liberè teneant in mea pace, & quod nullus eis inde aliquid auferat ſuper meam forisfacturam. T. *Nigello* de *Albineo* apud *Brantonam.*

Alia carta ejuſdem regis *Henrici.*

Ib.fol.107. HEnricus *Rex* Angliæ, *vicecomitibus ſuis de* **Everwykſhyre**, *& de* **Northumberland**, *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe ſancto* Oſwino *de* Tynnemutha *curiam ſuam & conſuetudines ſuas ſicut unquam* Robertus *comes melius habuit tempore fratris mei, antequam forisfactus eſſet. Præcipio ut illam eccleſiam, habitationes, homines & omnes ſuas res manuteneatis & defendatis ab omni injuria, ſicut me diligitis, quia mea propria elemoſina eſt. Teſte* Petro *de* Valoniis, *apud* Weſtmonaſterium *in Pentecoſte.*

Carta Davidis Scotorum *regis.*

Ib.fol.108. D*Avid* Rex *Scotorum*, epiſcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, & omnibus probis hominibus ſuis totius terræ ſuæ *Francis* & *Anglis*, & *Scotis*, & *Galwenſibus*, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe eccleſiæ ſanctæ *Mariæ*, & ſancti *Oſwini* martyris de *Tynemutha*, & fratribus ejuſdem loci & dominicis hominibus, & rebus ad prædictam eccleſiam pertinentibus, & omnibus illis hominibus, qui in pace ſanctæ *Mariæ*, & Sancti ejuſdem loci in die ſancti *Barnabæ* apoſtoli in milleſimo centeſimo & trigeſimo octavo anno ab incarnatione Domini fuerunt, meam pacem in perpetuum de me & omnibus hominibus meis, pro anima patris & matris meæ, & Regis *Alexandri* fratris mei qui pacem Dei & ſuam firmiter prædictæ Eccleſiæ conceſſit, & pro anima *Matildæ* reginæ *Angliæ*, ſororis meæ, & animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, *Henrico* filio meo hanc pacem annuente. Ideoque volo & firmiter præcipio, ut hanc pacem firmiter poſſideant, & vos eandem eis teneatis, quandiu ipſi nobis & hominibus noſtris pacem tenere voluerint. Et prohibeo, quod nullus eis, aut hominibus vel rebus ſuis ſuper noſtram firmam defenſionem, injuriam vel contumeliam, aut vim ullo modo facere præſumat. Et quicunq; hanc pacem tenere noluerint ſicut ego concedo confirmante de me, & *Henrico* filio meo, & noſtra familiaritate & noſtrâ amicitia ſit omnino alienatus. Præſentibus teſtibus, *Goſpatritio* comite, *Hugone* de **Morvill**, & *Manſero Marmium*, & *Roberto Foliot.* & *Hugone* de *Auco*, & *Hugone Briton.* apud ſedem de **Norham** menſe Junio.

In quodam regiſtro munimentorum & cartarum abbatiæ ſancti Albani, *& quarundam cellarum eidem abbatiæ ſpectantium, in bibliotheca* Cottoniana.

Ib.fol.114. Vide etiam cart. 9 E. 2. n. 39. Et. Pat. 3. R.2.part.2. memb. 14.

H*Enricus* rex *Angliæ*, dux *Normanniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, & omnibus miniſtris & fidelibus ſuis totius *Angliæ*, ſalutem. Sciatis me reddidiſſe, & hac carta mea confirmaſſe Deo & ſancto *Albano*, & ſancto *Oſwino*, & abbati & monachis ſancti *Albani* qui apud *Tynemutham* morantur, terram illam quam ceperam in manu mea propter fugam *Adgari* in *Scotiam* & werram regis *Scotiæ*, ſcilicet **Eglevingeham** & **Bewicke**, & **Lilleburn** cum ſuis pertinentiis, quam idem *Adgar* tenuerat de abbate ſancti *Albani*, & de monachis ſuis de *Tynemutha* in vita ſua ad firmam, quod inquiſitum fuit per liberos homines de viſneto per præceptum meum, & recognitum quod erat eorum eſcaitum & dominicum. Conceſſi præterea, & hâc cartâ mea confirmavi hoc quod abbas & conventus de ſancto *Albano* providerunt & ſtatuerunt de eccleſiis ſuis de prædicta **Eglevingeham** & de *Apeltona* ad uſus hoſpitum in perpetuum, ſicut carta abbatis & capituli teſtatur. Teſtibus *R. Wintonienſi*, & *G. Elyenſi* epiſcopis, *Richardo* de **Lucy**, *Willielmo* filio *Audel*——— dapifero, *Aluredo* de ſancto *Martino*, *Roberto Marmyon*, *Hugone* de **Creſſy**, *Randulpho* de **Glanville**, *Roberto* de **Stuteville.** Apud *Gaititonam.*

Carta regis Johannis.

Ib fol. 113. Vide etiam Rot. cart. de an. 2 E. 3. memb. 20. num. 75.

J*Ohannes* Dei gratia Rex *Angliæ* (&c.) Notum facimus vobis nos conceſſiſſe, & præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Oſwini* de *Tynemutha* & monachis ſancti *Albani* ibidem Deo ſervientibus, omnes homines ſuos, & omnes terras ſuas, & omnes poſſeſſiones ſuas, videlicet villam de *Tynemutha* cum omnibus pertinentiis ſuis, **Seton**, & **Preſton**, & **Chirton**,

& aliam *Chirtonam*, **Millington, Whyteley, Erdeſton**, **Backwrth**, & aliam **Bacwrth**, **Seyhall, Morton, Bebeſſete, Diſſington**, & aliam **Diſſington, Wlſington, Bewyk, Egelingham, Lilleburn, Anibell, Havekeslaw, Elſtwyk, Wylum, Weltedene**, & dimidiam villam de **Copun, Carleberrye**, & **Morton** in **Haliwerkeſtock**, **Helleſhow**, & terram de **Royeley** & *Denum*. Hæc omnia conceſſimus jam dictis monachis in redditibus & homagiis, in pratis & paſcuis, in nemoribus, & turbariis & omnibus aliis rebus ad jam dictas villas & terras pertinentibus, cum *ſooa* & *ſaca*, on **ſtrond**, on **ſtream**, on **wode** & **feld**, **tol**, & **theam**, **gritbreche**, **Hamſoke**, & pecunia quæ pertinet ad murdrum, *Forſtall*, **Danegeld, infangenetheof, utfangenetheof, blodwyth wrech**, *Cornagio*, ut habeant ſuper omnes terras ſuas, & ſuper omnes homines ſuos ubicunq; ſint intra burgum & extra, in tantum & tam plenè ſicut proprii miniſtri noſtri exquirere debent ad opus noſtrum. Præterea conceſſimus eis eccleſiam de *Tynemutha*, & **Wodehorn**, & de **Whalton**, & de **Bolum**, & de **Bewyk**, & de **Egelingham**, & de **Hertburne**, & de **Cuneſtline** cum capellis & omnibus aliis rebus ad eaſdem eccleſias pertinentibus.

Conceſſimus etiam eis **Hereford** ſuper **Blyth**, & decimam de **Pyrtnes** & decimas de **Middelton** ſuper *Theyſam*, & decimas de **Corbrigg**, & de **Rouber**, & de **Werkewrth**, & de **Wollouere**, & de **Neuburn**, & omnia molendina ſua cum prædictis libertatibus poſſidenda. Et nolumus ut aliquis hominum nec *Francus*, nec *Anglicus*, de terris eorum, neque de hominibus eorum ullo modo ſe intromittat, niſi ipſi, & miniſtri ſui quibus ipſi committere voluerint. Et quoniam conceſſimus Deo & eccleſiæ ſancti *Oſwini* de *Tynemutha*, & monachis ſancti *Oſwini*, & ſancti *Albani* ibidem Deo ſervientibus, pro redemptione animæ noſtræ, & parentum noſtrorum, omnes libertates & liberas conſuetudines quas regia poteſtas liberiores alicui eccleſiæ conferre poteſt, prohibemus ſuper forisfacturam noſtram, ne aliquis eas aliquo modo infringere præſumat.

Prohibemus etiam ne in ipſorum terris, vel domibus miniſter, dapifer ſcilicet, vel pincerna, camerarius, diſpenſator, janitor, vel præpoſitus, contra ipſorum voluntatem & aſſenſum, tempore noſtro, vel ſucceſſorum noſtrorum per manum alicujus Principis, vel juſticiarii quocunque tempore ponatur, ſicut carta regis *Richardi* avunculi noſtri, rationabiliter teſtatur (*&c.*) Datum per manum S. præpoſiti *Beverlaci* apud *Eboracum*, vigeſimo quinto die Februarii, anno regni noſtri quinto.

Ib. fo. 118. OMnibus Chriſti fidelibus has litteras inſpecturis, *Richardus Bertram* ſalutem. Noveritis me pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, & anteceſſorum & hæredum meorum, confirmaſſe & confirmando dediſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Oſwini* de *Tynemutha*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, duas garbas, quas habent ex dono anteceſſorum meorum, & in preſenti ex me, de dominicis meis de **Bothall** liberè percipiendas, & ſicut puram eleemoſinam noſtram pacifice inperpetuum poſſidendas, ſicut continetur in tranſactione inter eccleſiam de *Tynemeutha*, & eccleſiam de **Bothall** ſuper eiſdem decimis confecta, & per judices à Domino papa delegatos formata, & eorum ſententia diffinitiva & ſigillis roborata. Et ut hæc mea confirmatio & donatio ſtabiles inperpetuum perſeverent, eas ſigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus, domino *Rogero Bertram*, *Roberto* de *Wirceſtra*, *Thoma* de *Oggell*, *Daniele* de *Novo-Caſtro*, *Waltero Graffard*, *Simone* de *Tynemutha*, *Jordano* de **Bacwort**, *Radulpho* de *Morton* & multis aliis.

Cartæ de anno 2 E. 3. *n.* 3.

Cart. 2 E. ... n. 31.

REX archiepiſcopis, &c. Salutem. Sciatis quod cum dilectus nobis in Chriſto Prior de **Tynemuth** que eſt cella abbatiæ de ſancto *Albano*, per cartas progenitorum noſtrorum quondam regum *Angliæ* coram nobis in curia noſtra nuper clamaſſet habere omnia placita infra libertatem ſuam de **Tynemuth**, tam de corona quam alia placita communia de hominibus ſuis & terris & tenementis infra eandem libertatem qualitercumque emergencia, per juſtic. ſuos proprios ibidem placitanda & terminanda, Ita quod juſticiarii aut alii miniſtri noſtri, libertatem prædictam intrare non debeant ad aliqua hujuſmodi placita ibidem tenenda vel officium aliquod de aliquibus libertatem illam tangentibus exercendum, Necnon & quaſquam alias libertates, & liberas conſuetudines, quibus idem Prior & predeceſſores ſui Priores ejuſdem loci à tempore confectionis cartarum prædictarum ſine temporis interuptione uſi fuerunt rationabiliter ut dicebat. Quæ quidem libertates pro eo quod compertum fuit in curia noſtra prædicta quod prædictus Prior & predeceſſores ſui prædicti aliquas libertates coronam noſtram tangentes, ſuper nos & coronam noſtram prædictam occupaverant minus juſtè, nobis per conſiderationem ejuſdem curiæ tanquam foriſfactæ fuerunt adjudicatæ & cum aliis libertatibus & liberis conſuetudinibus quas clamabant infra libertatem prædictam, ad ipſos per cartas prædictas pertinere, in manum noſtram captæ.

Vide etiam Pat. 3. R. 2. parte 2. m. 13.

Nos ob ſpecialem devotionem, quam erga glorioſos martires beatos *Albanum* & *Oſwinum*, cujus quidem *Oſwyni* corpus in quodā feretro infra eccleſiam de **Tynmuth** requieſcit, gerimus & habemus, necnon ob ſalutem animæ noſtræ & animæ celebris memoriæ *Alianoræ* quondam reginæ *Angliæ* conſortis noſtræ & etiam animarum progenitorum noſtrorum prædictorum, volentes dilectis nobis in Chriſto abbati de ſancto *Albano*, & prædicto Priori ac monachis ſancti *Albani* in prædicta eccleſia de **Tynemuth** Deo ſervientibus gratiam in hac parte facere ſpecialem, omnes libertates & liberas conſuetudines prædictas, ſic nobis adjudicatas & in manum noſtram captas, prædictis abbati Priori ac monachis pro nobis & hæredibus noſtris reſtituimus & reddidimus, habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis abbatibus de ſancto *Albano*, Prioribus de **Tynemuth**, & monachis in prædicta eccleſia de **Tynemuth** Deo ſervientibus & ſervituris imperpetuum, adeo integrè tam in terris & aquis quam locis aliis quibuſcunque ſicut ipſi eas ante dictam captionem per cartas prædictas habuerunt & tenuerunt.

Volentes & concedentes pro nobis & hæredibus noſtris prædictis, quod iidem abbas Prior & monachi & ſucceſſores ſui prædicti libertatibus & liberis conſuetudinibus prædictis adeo plenè utantur de cætero ſicut ipſi libertatibus & liberis conſuetudinibus illis rationabiliter uti & gaudere conſueverunt à tempore confectionis cartarum earundem uſque ad diem captionis dictarum libertatum & liberarum conſuetudinum in manum noſtram, ſicut prædictum eſt. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* xx. die Fabruar. per breve de privato ſigillo & dupplicatur.

---

* Chron. Joh. de Oxinedes monachi S. Bened. de Hulmo, MS. in bibl. Cottonian.

WIMUNDHAMENSE *cœnobium in agro* Norfolcienſi, *cella* S. Albani, *fundat.*

anno Dom. * *MCxxxix.*

E Regiſt. de Wymundham penes Will. le Neve eq. aur. & armor. tit. Clarencieux, regem an. 1640. fol. 84. b.

MEmorandum, quod *Willielmus* de *Albaneio*, pincerna regis *Henrici*, fundavit eccleſiam monachorum de **Wymundham.** Qui quidem *Willielmus* habuit unum filium *Willielmum*, comitem *Arundelie*; qui *Willielmus* comes habuit unum filium *Willielmum*, comitem *Suſſexie*; qui *Willielmus* comes habuit unum filium *Willielmum*, comitem *Suſſexie*; qui *Willielmus* habuit unum fratrem *Hugonem*, comitem *Suſſexie*; qui *Hugo* moriebatur ſine herede de corpore ſuo, & quatuor ſorores fuerunt propinquiores heredes ejus, & diviſerunt totum comitatum *Suſſexie* inter eas: Quarum unam deſponſavit dominus *le Fitz Allen*, & aliam dominus de *Montealto*, & aliam dominus *Robertus* de *Tatheſalé*, & aliam dominus de **Somerie**, & advocatio eccleſie de **Wymundeham** allocata fuit Domino *Roberto* de **Tatheſhale,** & uxori ejus, tenenda de ſe & heredibus ſuis in puram & perpetuam elemoſinam; Qui quidem *Robertus* de *Tatheſale*, habuit filium & heredem *Robertum* de *Tatheſale*, cujus erant tres filie, quarum unam deſponſavit dominus *Johannes Orby*, aliam dominus de *Dryby*, & tertiam dominus *Thomas Caily* qui habuit unum filium & heredem, ſcilicet *Thomam Caily*, qui obiit ſine herede de corpore ſuo, cujus ſororem duxit *Rogerus* de **Clyſton** armiger prædicti *Thome.* Iſte *Rogerus* habuit unum filium & heredem, ſcilicet, dominum *Adam* de **Clyſton**, qui habuit filium & heredem *Conſtantinum* de **Clyſton**, qui habuit filium & heredem dominum *Johannem* de **Clyſton**, qui habuit filium & heredem *Conſtantinum* de **Clyſton**, qui quidem *Conſtantinus* habuit unum filium & heredem dominum *Johannem* de **Clyſton**, qui nunc eſt dominus de **Wymundham.**

Ex Miſcel G. in CCC P. 276.

Charta Willielmi *de Albineio*, *de eccleſia de* **Wymundeham.**

NOtum ſit omnibus hominibus tam præſentibus quàm futuris, quod Ego *Willielmus* de *Albeneyo*, pincerna domini regis *Henrici primi*, do, concedo, & hac preſenti Carta mea confirmo Priori & Conventui de **Wymondeham**, in liberam puram & perpetuam elemoſynam, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, patris mei & matris meæ, & omnium parentum meorum, totam eccleſiam de **Wymondeham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, univerſas viz. decimationes de dominio meo in bladis, pratis, harraciis, molendinis, vivariis, & omnibus aliis rebus unde decimationes provenire debent, cum reliqua tota decimatione totius villæ, & in eadem villa curiam propriam cum pomeriis, alnetis, vivariis ipſam curiam cingentibus, & molendinum de curia, & molendinum de **Weſtwade**, cum triginta acris terræ arabilis, & paſtura eidem molendino adjacentibus, & nemus de **Biskelmid**, & parvum nemus de **Suthwode**, vivarium de **Tyſſorde**, **Wicam** & decem homines lancetos in **Suthwode**, juxta prædictam **Wicam**, & xiij. libratas terræ arabilis jacentes in diverſis peciis in eadem villa, videlicet in **Northfild** liiij. acras, in **Eſtfeld** octoginta acras, in **Filfeld** octoginta acras, cum quadraginta lancetis, & tenementis eorum in eadem villa, & xviij. liberos homines cum ſervitiis & tenementis eorum in eadem villa.

Volo etiam & concedo quod prædicti Prior & conventus habeant curiam propriam in eadem villa, & omnia amerciamenta hominum ſuorum tam liberorum quam lancetorum in leta mea in foro in curia & in quocunque loco amerciati fuerint: In **Pukehame** decimam herracii mei, & in nemorib. meis habere porcos ſine paſnagio, & in **Nelond**, & in **Moleſſen**, & in **Brakne** xl. ſolidatas terræ, In **Wramplingham** terras **Grym**, **Elſey**, & *Ribaldi.* In **Colton** terram quæ fuit **Wlf** presbyteri cum ſuis pertinentiis, & eccleſiam ejuſdem villæ cum ſuis pertinentiis, & in eadem villa terram *Adelſtani* & terram *Colemanni le Kinge.* Totum maneriū de **Happesburgh** excepta terra *Anſgoti* camerarii, & eccleſiam & forum cum omnibus pertinentiis ſuis videlicet **wrech, thol** & **theam,** & omnibus aliis libertatibus & conſuetudinibus. In **Brunham** duas carucatas terræ & unum faldagium & unum molendinum & xiij. homines quos habeo in eadem villa, duas partes decimarum dominii mei in eadem villa, eccleſiam de **Snetiſham** cum pertinentiis ſuis, unam carucatam terræ cum falda propria in eadem villa: In **Grimſtone**, in **Fliſcham**, & in **Pykeham** duas partes omnium decimarum mearum, & facultatem piſcandi in vivariis meis. Hæc omnia ſupradicta concedo & hac carta mea confirmo Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Wymundham** et monachis ibidem Deo famulantibus, libera & quieta ab omni conſuetudine et ſervitio ſeculari et omnib. redditibus abſoluta: Si verò eccleſia illa Priorem non habuerit, monachi qui ibidem morabuntur eligent ſibi Priorem de conventu ſuo, qui cum electus fuerit mihi præſentabitur, quem recuſare non potero niſi aliquam cauſam rationabilem oſtendero quare eſſe non debeat.

Abbas verò ſi apud **Wymundham** venerit honorificè ſuſcipiatur, qui ſingulis annis in primo feſto ſancti *Albani* unam marcam argenti debet recipere à monachis pro recognitione ſubjectionis quam ei debent; reliqua verò ad uſum monachorum ejuſdem loci remanebunt. Quod autem *Richardus* abbas & capitulum ſancti *Albani* conceſſit mihi abbatiam facere, ita tamen quod abbas ibidem conſtituendus à rege vel à me eligatur de illis qui apud **Wymondham** morantur; Et hoc liceat mihi facere cum voluero, & tunc libera erit abbatia & à marca argenti abſoluta.

Hujus confirmationis ſunt quam plures teſtes *Angliæ*, *Rogerus Bigoth* & filii ejus *Ingulphus Merley*, & *Ingulfus* Prior *Norwic. Stephanus* Prior **Thetford**, *Radulphus* filius *Godrici* & frater ejus *Eudo*, *Willielmus Veltre*, *Albertus Francigena*, *Willielmus Revel*, *Willielmus* de *Curtiona*, *Willielmus Myliers*, *Radulphus de* **Eſtre**, *Alwardus* de **Wymondeham**, & filii ejus *Ricardus*, *Hugo* & *Paganus*, *Edricus* de **Wymundham**, *Morellus* de **Merlai**, & alii multi.

Alia ejuſdem Willielmi Charta *de manerio de* **Hapeſburg.**

Ex regiſtro quodam S. *Albani* in bibl. *Cottoniana.*

WILLIELMVS de *Albeneyo* pincerna *Henrici* regis *Anglorum*, aſſiſtens ad exequias uxoris ſue *Matildis*, filie, ſcilicet, *Rogeri Bigòt*, gemens, & plorans, & ad ſalutem ejuſdem defuncte proſpiciens, pro ſpe retributionis æternæ, pro ſalute regis *Henrici* & uxoris ſuæ *Adeliz* regine, pro anima regis *Williel.* patris ſui, & *Matildis* matris ſuæ, & *Matildis* uxoris ſuæ, fratris quoque ejus, & anteceſſorum ſuorum, & pro anima *Rogeri Bigot*, & filiorum venerabilis *Ebrardi*, *Norwicenſis* epiſcopi, contradidit eccleſie ſancte Dei genetricis & perpetue virginis *Mariæ* de **Wymundham**, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, manerium quod vocatur **Hapeſburg**, in elemoſinam ſempiternam, excepta duntaxat terra *Auſgoti* Camerarii, & excepta una manſiuncula, que vocatur **Eccles.** Porro cum hoc idem manerium contigerat uxori ſuæ de patrio jure, &, ut creditur, divinitus inſpiratus, hoc ſibi & poſteris in futurum prodeſſe proſpiciens, Deo genetrici ejus, ſicut dictum eſt, contradidit. Hanc donationem confirmavit ipſe *Willielmus* de *Albineyo*, ipſo die ſepulturæ ejus, per crucem argenteam, in qua reconditæ ſunt reliquiæ de ligno Domini, & de preſepio eius, & de ſepulchro ſanctæ genetricis ejuſdem Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, & per annulum ejus aureum, per ciſum quoque argenteum, in modum ſphæræ, mira arte fabricatum, & ad Euchariſtiam proprie conſervandam. Que omnia ſuper Altare poſuit, per manum ſupradicti epiſcopi, facta ſupplicatione, & completa Letania, jam miſſam celebraturi.

Hujus Donationis Teſtis eſt Dominus & antiſtes ſupradictus. Sunt etiam teſtes hujus rei religionis viri venerabiles, *Nigellus* Prior ejuſdem loci, *Ingulfus* Prior *Norwici*, *Stephanus* Prior *Tetfordie*, *Hugo* Prior *Acrie*, & monachi alii, *VVillielmus Lucas*, *VVibertus*, *Gregorius*, *Thomas*, *Johannes*, *Silveſter*, *Paulinus*, *Florentius*, *Hugo*, *Eudo*, *Stephanus*. Sunt & alii Teſtes complures, filii ſcilicet ejuſdem *VVillielmi*, *Nigellus* & *Oliverus*, *VVillielmus* capellanus, & *Valerianus*, & *Johannes* capellani, *Galfridus* de **Merlay**, *Radulphus* filius *Godrici*, & frater ejus *Eudo*, *VVillielmus Veltre*, *Albertus Francigena*, & frater ejus *Reginaldus*, *VVillielmus Revel*, *VVillielmus* de *Curciona*, qui & ipſa hora dedit eidem eccleſie de **Wymundham** viginti acras terræ, & decimam ſuam de **Stanfeld**, de omnibus rebus de quibus ſolet decima dari. Teſtes ſunt ad huc hujus donationis *VVillielmus* de **Milliers**, *Radulfus* de **Eſtre**, *Morellus* de **Merlay**, *Ailwardus* de **Wymundham**, & filii ejus *Richardus*, *Hugo*, & *Paganus*, *Adricus* & *Dunham*, *Adeliz. Bigot* mater ejuſdem defunctæ, *Angnes* de *Bellafago*, & filia ejus *Almud*, & *Muriel* neptis ejus & alii.

Carta Regis Henrici.

Ib. f. 45b. Pat. 16. H. 3. parte 1. memb. 8.

EGO *Henricus* Dei gratia Rex *Angl.* & dux *Norman.* ad conſummationem magis, quàm ad preſentiam rerum reſpiciens, & cum electis agminibus Sanctorum portionem habere deſiderans, pro ſpe retributionis eterne, pro animabus etiam patris & matris mee, fratris, & anteceſſorum meorum, & pro anima mea, & uxoris meæ *Matildis*, & prolis noſtre, concedo Deo, & ſancto *Albano*, et eccleſie ſancte *Mariæ* de **Wymundham**, & monachis ibidem Deo famulantibus, in elemoſinam ſempiternam omnia que *VVillielmus*, Pincerna meus, eidem celle, munificentia liberali donavit.

Ipſam videlicet eccleſiam de **Wymundham**, & decimas dominii ſui & hominum ſuorum in eadem villa. Et in eadem villa curiam propriam, et duo molendina, et duo nemora, et vivarium de **Tyſford**, et duo prata, et unum pomerium, et unum alnetum, et unum ſokemannum, et decem libratas terræ, et emnes homines quas tenebat ſub comite de *VVarrenna* in eodem manerio, et in *Habilla* quadraginta ſolidatas terræ, et in **Bukenham** terram ad unam vakariam faciendam cum paſtura ville, et decimam equorum ſuorum, et porcos ſuos habere ſine paſnagio in nemoribus ſuis, et in **Redham** unum mariſcum, et in *Elingeya* duo millenorum Anguillarum, et eccleſiam de **Hapeſburg**, cum omnibus pertinentiis et libertatibus ſuis, et totum manerium de **Hapeſburge**, cum omnibus pertinentiis ſuis, excepta terra *Auſgoti* Camerarii, et forum in villa de **Hapeſburge**, cum omnibus pertinentiis, libertatibus, et liberis conſuetudinibus ad forum pertinentibus, et totum **Wrec** in eadem villa, à diviſa que eſt inter villam de **Eccles**, et de **Hapeſburge** juxta mare, in longum verſus occidentem, uſque ad diviſam inter Hundredum de **Hapeſburge** et **Tunſtede.**

Eccleſiam quoque de **Sneteſham**, cum omnibus pertinentiis et libertatibus ſuis, et in eadem villa unam carucatam terre de laico feodo, cum una Faldſoca ad eandem carucatam terre pertinente, et in **Brunham** duas carucatas terre, et treſdecim homines ad opera, et unum molendinum, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, quibus prædictus *Willielmus* tenuit de me. Et in eadem villa, et in **Flicham**, et in

Pykeham, & in **Grimmeſtun**, & in **Rangham**, & in **Riſinges** duas partes omnimodarum decimarum de dominico predicti Pincerne.

Hæc omnia concedo eis & confirmo, & volo & firmiter precipio, ut ea habeant & teneant, bene & in pace, liberè & quietè, integrè & honorificè, in boſco in plano, in terris & aquis, in pratis & paſcuis, in viis & ſemitis, in urbe & extra urbem, & in omnibus locis, in quibus mea regia poteſtas illis libertatem dare poteſt, cum *ſoca* & *ſaca*, **tol**, & **theam**, **infangetheft**, **utfangetheft**, **Flemenſfermthe**, **Blodwyt**, **foreſtal**, **danield**, **wrec**, **murdre**, cum pecunia quæ ad **Murdre** pertinet. Et volo & concedo, quod illi & homines ſui emant, & vendant in omnibus urbibus, & in omnibus cæteris quibus poſſum libertatem dare, ita liberè, & quietè quod nullus exigat ab eis, vel accipiat **tol**, vel aliquam conſuetudinem aliam de aliqua re, quam emant, vel vendant ad opus proprium.

Prohibeo etiam ſuper forisfacturam noſtram, ne aliquis miniſtrorum meorum, aliquo modo ſe intromittant, aut aliquam poteſtatem exercere audeant, vel exactionem facere in terris, vel hominibus, vel libertatibus ſuis, niſi ex concenſu & voluntate eorum. Et habeant & conſtituant proprios miniſtros ſuos, qui homines, & terras & libertates ſuas cuſtodiant, & accipiant omnia ad ea pertinentia, ita liberè, & quietè, ad opus ſuum ſicut proprii miniſtri mei debent ea inquirere, & accipere ad opus meum. Teſtibus *Rogero*, epiſcopo *Sarum*. *Alexandro*, epiſcopo *London*. *Galfrido* cancellario, & *Milone* de **Gloucester**. apud **London**.

Carta Willielmi *comitis de* Albeneio *pincerne regis* H. *de nemore de* **Suthwude** *& de vivario de* **Tipford**, *& de prato ante portam prioratus adjacente.*

Ib. fol. 28. POſtquam piiſſimus rex *Anglorum Henricus* auctoritate & carta ſua confirmavit, donationem terræ, & aliarum rerum, quas dedit *Willielmus* de *Albineio*, videlicet pincerna ejus eccleſiæ ſanctæ Dei genetricis *Mariæ* de **Wymundham**, idem *Willielmus*, in angmentum elemoſinæ ſuæ dedit eidem eccleſiæ, pro ſalute regis, & ſobolis ſuæ, & pro anima patris ſui, & matris ſuæ, & pro anima fratris ſui *Willielmi* regis, quoddam nemus in eodem manerio, quod nemus vocatur **Suthwude**, & vivarium de **Tipford**, & pratum, cum terra ante portas prædictæ eccleſiæ adjacens, & omnes homines quos tenebat, ſub comite *Willielmo* de *Warenna* in eodem manerio. Et ne monachi ibidem Deo ſervientes, incurſu viatorum aliquam moleſtiam paterentur, tranſmutavit viam regiam juxta domum ſuum, quæ prius erat juxta eccleſiam, permiſſu regis. Teſte *Waltero* de *Glocestria*, apud **Waltham**.

Confirmatio *Willielmi* comitis *Suſſexiæ* de donationibus avi ſui & patris ſui.

Ib. f. 30. b. WIllielmus *comes* Sudſexiæ; *omnibus fidelibus preſentibus & futuris ſalutem. Noverint univerſitas veſtra me, pro ſalute domini mei regis* H. *& hæredum ſuorum & pro animabus patris & matris meæ, & omnium parentum, & amicorum meorum, necnon & pro ſalute mea propria, & uxoris meæ, & heredum meorum conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe, in liberam & perpetuam elemoſinam, Deo & monachis ſancti* Albani *in monaſterio de* **Wymundham** *Deo ſervientibus, omnia tenementa, ſive donationes quaſcunque bonæ memoriæ avus meus* Willielmus *de* Albineio, *pincerna regis, ſeu pater meus* Willielmus *comes de* **Arundell**, *vel aliquis hominum ſuorum & meorum de jure ſuo munificentia liberali prædictis monachis contulerunt.*

In primis, ipſam eccleſiam de **Wymundham** *cum omnibus pertinentiis ſuis univerſis, videlicet & decimas de dominio ſuo, de pratis, de bladis, parcis, haratiis, molendinis, & de vivariis, & de omnibus aliis rebus unde decimæ prevenire debent, cum tota decimatione ejuſdem villæ. Concedo etiam eis & confirmo donum patris mei: â vallatione videlicet, vivariorum meorum, & in anniverſario avi mei facultatem piſcandi in ipſis vivariis, per unam diem & noctem. Quod ſi memorata die tempus piſcandi oportunum non fuerit, in aliam quamcunque maluerint diem, piſcationem differre poterunt, & tunc liberam, ut ſupradictum eſt, piſcandi habeant facultatem, & quicquid captum fuit cedet in uſus eorum.*

Preterea concedo eis, & confirmo in eadem villa curiam propriam, cum pomeriis, alnetis atque vivariis curiam ipſam circumgentibus, & molendinum de curia, & molendinum de **Weſtwade**, *cum xxx. acris eidem molendino adjacentibus, de terra arabili, & paſturam & vivarium de* **Typford**. *Boſcum quoque de* **Biskelund**, *&* Wica, *& eſſarta, & homines quos habent in* Suthwda, *cum minori boſco qui extenditur verſus* Morleyam, *& totam terram quam habent in dominio in* **Northfeld**, *& in* **Eſtfeld**, *& in* **Silefeld**, *cum omnibus lancetis ſuis, & tenementis eorum, & terram* Ricardi *filii* Ade *de* **Dunham**, *& in* **Branteslund** *terram* Bondæ *&* Oſchetel *& totum feodum quod tenebat avus meus, de comite de* Warenna *in eadem villa, & totam terram quam habent de feodo* Rogeri *filii* Anſgoti *in eadem villa, & in* **Harpesburhe**, *& tres acras in* **Popiland** *ex feodo* Reginaldi *foreſtarii, & in eadem cultura* Godeſacra, *ex dono* Nigelli Ruſtendene, *& in* Teldebotes Smethe, *terram ad unam vaccariam faciendam, cum communitate paſture, & in* **Bucheham** *decimam aratii ſui, & in nemoribus ſuis habere porcos ſuos ſine paſnagio; & in burgo de* **Bukeham**, *ex dono* Alexand. *coci. vj. denaratas redditus. Præterea concedo & confirmo prædictis monachis advocationem eccleſiæ de* **Beeſtorp**, *& ipſam eccleſiam cum ſuis pertinentiis, quam habent ex dono patris mei.*

In eadem quoque villa de **Beſtorp**, *ex dono* Roberti *de* **Bathwant** *culturam, quæ vocatur* **Sparweſtoft**: *ex dono* Roberti *filii ejus quatuor acras & dimid. de frutecto, & tres acras de terra arabili. Quadraginta etiam ſolidatas terræ in* **Neeland** *& in* **Moilleſſen**, *& in* **Binchene**, *quas avia mea contulit prædictæ eccleſiæ de* **Wymunham**. *Necnon & in* **Wramplingham**, *terras quas tenent* Robertus Grim, Elſi, *&* Ribald. *in* **Colethun**; *& terram quæ fuit* Ulf *preſbiteri, cum ſuis pertinentiis, & eccleſiam ejuſdem villæ ſimiliter, cum ſuis pertinentiis. In eadem villa terram,* *quæ fuit* Turchilli *preſbiteri, cum eccleſia in eodem feodo fundata, & in* **Kerebrohc** *tenementum quod* Johannes, *&* Lucas *filius ejus de prædictis monachis tenuerunt.*

Præterea concedo eis & confirmo totum manerium de **Hapesburc**, *excepta terra quæ fuit* Anſgoti, *& eccleſiam & forum cum univerſis regiis dignitatibus & conſuetudinibus quas avus meus habuit in eodem manerio. Et in* **Buruh** *duas carucatas terræ in dominio, cum uno faldagio, & molendino: & omnes homines cum tenementis eorum quos habent de feodo meo, & cum duabus partibus decimarum omnium, totius dominii, quod fuit avi mei in eadem villa. In* **Sneteſham** *unam carucatam terræ, cum falda propria, & omnes homines quos habent de feodo meo cum tenementis eorum: eccleſiam quoque ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & decimis, tam de molendinis, quam de bladis, & de aliis rebus omnibus quæ decimari debent. Et in* Utthuna, *ex dono* Ricardi Noth, *de quadam ſalina redditum duorum ſolidorum.*

Porro in **Fliccheham**, *in* **Grimeſtun**, *& in* **Pikeham**, *duas partes omnium decimarum totius dominii quod fuit avi mei, tam de molendinis, quam de aliis rebus, & omnibus quæ decimari debent, cum uno meſſuagio, & una acra ex dono* Rogeri *de* **Werli**. *In* Helingeta *tenementum, unde eis duo millenaria, & dimidium anguillarum annuatim eis perſolvuntur, & unum mareſcum in* **Reddeham**, *& quinque acras, quæ vocantur* **Lenedelond**, *unam acram & unam rodam juxta crucem* Levedu, *& unam acram, & unam rodam juxta* **Kepparderhou**. *Tres acras & dimidiam juxta* **Langheg**. *Eccleſia quoque* **Northwtun**, *cum omnibus ſuis pertinentiis, & advocatione ipſius.*

Volo igitur & precipio quatinus prædicti monachi omnia ſupradicta tenementa cum omnibus dignitatibus, libertatibus, & conſuetudinibus, & omnibus rebus cum quibus Willielmus *avus meus ea unquam meliùs, & liberiùs in vita ſua tenuit, habeant & teneant benè & in pace imperpetuum. T.* Rogero Bigod, Godefrido *fratre comit.* Radulpho *de* Munchaneſi, *& cæteris.*

Prioratus de **Wymondham** *in abbatiam mutatus.*

Patent. 27. *H.* 6. par. 2. num. 12.

REx omnibus ballivis & fidelibus ſuis ad quos preſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod cum nos per quandam ſupplicationem nobis ex parte dilecti & fidelis noſtri *Andreæ Ogard* militis, nunc patroni Prioratus beatæ *Mariæ* de **Wymondham** preſentatam, intelligentes, qualiter quidam *Willielmus Daubeney*, pro ſalute animæ inclyti progenitoris noſtri *Henrici* primi, quondam regis *Angliæ*, & hæredum ſuorum, ac pro ſalute animarum ipſius *Willielmi* & uxoris ſuæ, necnon omnium conſanguineorum ſuorum, fundabat Prioratum prædictum, ac ordinavit quod quandocunque contigeret Prioratum illum de Priore fore deſtitutnm, monachi ibidem commorantes quendam de conventu ſuo ſibi in Priorem eligerent, & ipſum fundatori ſuo, pro conſenſu ſuo electionis illius habendo præſentarent, & ipſum fore perpetuum, niſi cauſam rationabilem demonſtraret quare taliter eligi non deberet; Idemque fundator ordinavit, quod abbas de ſancto *Albano* pro tempore exiſtens, annuatim in primo feſto ſancti *Albani* a præfatis monachis ibidem unam marcam argenti ſolummodo recipiet in ſignum obedientiæ eidem abbati faciendæ, quouſque Prioratus prædictus abbatia factus foret, & quod omnes alie res, & commoditates Prioratus illius ad uſum monachorum ibidem remanerent, quodque dictus fundator poteſtatem habuit per conceſſionem *Ricardi* nuper abbatis & conventus monaſterii ſancti *Albani*, abbatiam de Prioratu prædicto, tempore quo ſibi placeret, facere & ordinare, & quod primus abbas ibidem conſtituendus per regem, vel per fundatorem prædictum, de monachis apud **Wymundham** inhabitantibus eligeretur, ad quod tempus Prioratus ille, cum abbatia ſic factus fuerit, à ſubjectione & obedientia, ac à dicta marca argenti liber foret & exoneratus, prout per cartam fundatoris prædicti, ac per literas noſtras de exemplificatione inde confectas, pleniùs poterit apparere.

Prædictuſque *Andreas* metuebat per frequentem ammotionem bonarum, honeſtarum, & bene regulatarum perſonarum ab occupatione Prioris ibidem, ac per conſtitutionem aliarum perſonarum in occupatione illa, prout per diverſa tempora preterita, contra formam intentionem & ordinationem fundatoris prædicti uſitatum extitit, bona Prioratus prædicti devaſtari, & de veriſimili Prioratum illum ac divina ſervitia ibidem quod abſit, adnihilari penitus, & diminui, Decimo die Aprilis ultimo preterito, premiſſorum conſideratione, de gratia noſtra ſpeciali conceſſerimus & licentiam dederimus præfato *Andreæ*, quod ipſe bullas à ſanctiſſimo patre noſtro tunc papa, ad abbatiam de Prioratu prædicto, juxta intentionem dicti primi fundatoris, faciendam, impetrare valeret, & quod quandocunque abbatia illa de abbate deſtituta foret, conventus ejuſdem loci pro tempore exiſtens, quandam habilem perſonam de ſe ipſis in abbatem ibidem, quotiens opus fuerit, & neceſſe, eligere poſſet, & ipſum prefato *Andreæ* & hæredibus ſuis preſentare, ad aſſenſum ſuum electioni illi prebendum, abſque hoc, quod ille, vel illi cauſam rationabilem demonſtrare poſſet vel poſſent qd. taliter eligi non deberet, prout tenor carte dicti primi fuudatoris plane declarat.

Quodque prefatus *Andreas*, ac conventus de **Wymondham**, bullas prædictas, cum impetrate forent, cum omnibus clauſulis legitimis hujuſmodi promotioni expedientibus recipere, legere, pronunciare, declarare, & in executionem ponere poſſent, abſq; impetitione, perturbatione vel gravamine quocunq; noſtri vel hæredum noſtrorum, juſticiariorum, vicecomitum, Eſcaetorum ſeu aliorum officiariorum, ſeu miniſtrorum noſtrorum, vel hæredum noſtrorum quorumcunque, aliquo ſtatuto, actu, ordinatione, reſtrictione, proclamatione, ſeu aliqua alia re, materia, vel cauſa in contrarium facta vel facienda non obſtante, prout in literis noſtris patentibus inde confectis pleniùs continetur. Jamque idem *Andreas* nobis monſtraverit certas bullas papales, quarum tenor ſequitur in hæc verba.

N*Icholaus* epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam *Romanus* pontifex, ſuper univerſales orbis eccleſias, monaſteria, beneficia ſecularia & regularia, divina obtinens miſeratione primatum, eccleſiarum & beneficiorum hujuſmodi ſtatum quandoque immutat, Honores auget, & illis ſalubriter providet, prout rerum & temporum qualitate penſata id in domino conſpicit ſalubriter expedire. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri *Andreæ Ogard* militis, *Norwicenſis* dyoceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim quidam *Willielmus Daubeney*, aliàs de *Albineio* ejuſdem dioceſis, cupiens terrena in celeſtia, & tranſitoria in æterna felici commertio commutare, de bonis ſibi à Deo collatis, ad laudem omnipotentis Dei & beatæ Dei genetricis virginis *Mariæ*, Prioratum de **Wymundham**, ordinis ſancti *Benedicti*, prefate dyoceſis, ſuis ſumptibus fundavit, & illum ſufficienter dotavit, & in hujuſmodi fundatione voluit & ordinavit, quod ſi Prioratus ipſe, ullo unquam tempore ad monaſterium ſive abbatiam deduci contingeret, tunc abbatia ipſa à ſolutione unius marcæ argenti abbati & conventui monaſterii ſancti *Albani*, dicti ordinis, *Lincoln.* dyoceſis, juxta hujuſmodi fundationem debite libera & immunis foret, prout in literis autenticis deſuper confectis, quarum tenores haberi volumus pro ſufficienter expreſſis pleniùs continetur.

Cum autem, ſicut eadem petitio continebat, in præfato Prioratu numerus monachorum ſatis habundet, ac inibi in divinis laudabiliter deſerviatur, pro parte dicti *Andreæ* veri ejuſdem prioratus patroni, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictum Prioratum in monaſterium erigere, necnon Conventum & abbatialem dignitatem inibi inſtituere, ac de perſona dilecti filii *Stephani London.* ipſius Prioratus prioris magiſtri in Theologia, ad nominationem dicti *Andreæ* præfato erigendo monaſterio providere, ipſumque illi in abbatem preficere, aliáſque in premiſſis oportunè providere, de benignitate apoſtolica dignaremur: Nos igitur, qui divinum cultum ubique vigere & augeri, ſummis affectibus deſideramus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinari, prioratū ipſum ad laudem Dei & beatæ *Mariæ*, hujuſmodi ad monaſterium preſentium tenore reducimus, ac conventum, & abbatialem dignitatem inſtituimus. Ita quod Prioratus ipſe, monaſterium beate *Mariæ* de **Wymundham**, perpetuò nuncupetur.

Et nihilominus perſonam dicti *Stephani* de prefato monaſterio beate *Mariæ* eadem autoritate providemus, ipſumque illi preficimus in abbatem; curam, regimen & adminiſtrationem dicti monaſterii beate *Mariæ* ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenariè committendo. Mandantes dilectis filiis conventui prefati monaſterii, quatinus eidem *Stephano* obedientiam & reverentiam, necnon vaſallis & aliis ſubditis ſuis, ut conſueta ſervitia & jura teneantur & debeant exhibere, alioquin ſententiam ſive penam quam ipſe *Stephanus* abbas ritè tulerit in rebelles, ratam habebimus & faciemus auctore domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Et inſuper eidem *Stephano*, ut à quocunque maluerit catholico antiſtite gratiam & communionem ſedis apoſtolice habente, munus benedictionis recipere, ipſique antiſtiti, ut illud ſibi liberè & licitè impendere poſſit, concedimus per preſentes. Per hoc autem venerabili fratri noſtro epiſcopo *Norwicenſi*, cui monaſterium ipſum ordinario jure ſubeſſe volumus, nullum intendimus impoſterum prejudicium generari.

Preterea dictum monaſterium beate *Mariæ* à ſolutione ejuſdem marcæ, necnon ab omni juriſdictione, ſuperioritate, dominio & poteſtate abbatis & conventus dicti monaſterii S. *Albani* prorſus & omnino eximimus & perpetuò liberamus. Ita quod abbas & conventus predicti, nullam ponendi, aut removendi Priorem, aut monachos dicti monaſterii beate *Mariæ*, prout antea conſueverunt, habeant poteſtatem, nec marcam hujuſmodi petere, vel exigere quoquomodo preſumant. Volumus autem quod tam *Stephanus*, quàm ſucceſſores dicti monaſterii beate *Mariæ* abbates pro tempore exiſtentes, omnibus prerogativis, privilegiis, honoribus, immunitatibus & inſigniis, quibus aliqui dicti ordinis monaſteriorum abbates, in partibus illis in genere gaudent, & utuntur, uti valeant pariter & gaudere.

Et inſuper dicto *Andreæ* & heredibus & ſucceſſoribus ſuis, quotiens & quando ipſum monaſteriū beate *Mariæ* vacare contigerit, jus preſentandi perſonam in abbatem per conventū dicti monaſterii prius electam, loci ordinario, qui ipſam abſque rationabili cauſa recuſare non poſſit, ſet illam confirmare perpetuò debeat & teneatur, eadem auctoritate reſervamus, concedimus & aſſignavimus; decernentes irritum & inane, quicquid in contrarium à quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, Non obſtantibus premiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon privilegiis indultis & literis ſpecialib. vel generalib. monaſterii *Albani* ſeu illius abbatib. & conventui ſub quovis tenore, per ſedem Apoſtolicam, vel ejus legatos, & preſertim per *Othonem* & *Octobonum* olim in partibus illis prefate ſedi Legatos, ſeu alios quomodolibet conceſſis, etiam ſi de illis ſpecialem & expreſſam oporteret facere de verbo ad verbum mentionem, & quibus in genere non intelligitur eſſe derogatum niſi in ſpecie derogetur, ac ſtatutis & conſuetudinibus monaſteriorum, & ordinis predictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Quibus omnibus, illorum tenores, atque formas preſentibus pro expreſſis habentes, ſpecialiter & expreſſè hac vice duntaxat derogamus.

Et inſuper ut preſentes litere ad debitum perducantur effectum, venerabili fratri noſtro *Norwycenſi* epiſcopo, & dilectis filiis abbatibus *Weſtmonaſterien.* & ſancti *Edmundi* de *Burgo*, *Londinenſ.* & *Norwycenſ.* dyoceſis, mandamus, quatinus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe vel per alium ſeu alios, abbati & conventui monaſterii beate *Mariæ* prædicti cum efficacis defenſionis preſidio aſſiſtentes, eos non permittant, per abbatem & conventum dicti monaſterii ſancti *Albani*, aut quoſcunque alios quavis autoritate fungentes, ſuper præmiſſis, quomodolibet moleſtari; contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus omnibus ſupradictis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum reductionis,inſtitutionis,proviſionis,perfectionis, comiſſionis,conceſſionis,intentionis, exemptionis, liberationis, voluntatis, reſervationis, conceſſionis, aſſignationis, conſtitutionis, derogationis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud ſanctum Pontentianam anno incarnationis dominice mileſimo, quadringenteſimo octavo xvj. kalendas Octobris anno pontificatus noſtri ſecundo, prout in bullis prædictis plenius continetur.

* *Alias* Pontiniacum.

Quas quidem bullas prædictus *Andreas* de eodem ſanctiſſimo patre noſtro papa, virtute, ac vigore licentiæ noſtræ prædictæ optinuit. Quarum bullarum pretextu, prioratus prædictus in monaſterium reducitur, ac prædictus *Stephanus London.* nuper Prior ejuſdem loci, in abbatem ibidem, cum omnibus in hac parte neceſſariis, & dependentibus efficitur. Noſque piam, & meritorium opus prædictum conſiderantes, ac pacem, & tranquilitatem ejuſdem monaſterii ac conventus, & aliorum, qui manus ſuas ad præmiſſa peragenda porrexerunt adjutrices, deſiderantes,ex gratia noſtra ſpeciali, & ex mero motu noſtro, perdonavimus, remiſimus, & relaxavimus, tam præfatis *Andrea* & conventui loci prædicti, quàm præfato *Stephano* nunc abbati, & nunc conventui ejuſdem loci, necnon ſingulis monachis ejuſdem loci, ac *Waltero* epiſcopo *Norwycenſi*, loci illius dioceſano, abbati beati *Petri Weſtmon.* ac abbati de **Bury**, ſancti *Edmundi*, & eorum cuilibet,quibuſcunq;nominibus cenſeantur, ſeu aliquis eorum cenſeatur,ac eorū dioceſanis, & ordinariis,ac etiam omnibus & ſingulis procuratoribus,notariis,nunciis,manutentoribus,fidejuſſoribus, abbettatoribus, attornatis, deputatis, actoribus ſive factoribus prædictorum *Andrea* & conventus de **Wymundham** prædicti ac nunc abbatis, & nunc conventus ejuſdem loci, quibuſcunque nominibus cenſeantur, ſeu eorum aliquis cenſeatur, necnon omnibus aliis, quorum intereſt, ſeu intereſſe contigerit in hac parte quoviſmodo, omnimodas tranſgreſſiones, miſpriſiones, offenſas, proviſiones, acceptationes bullarum apoſtolicarum, & contemptus nobis,ſeu contra nos, ac ſtatuta ac ordinationes de proviſoribus regni noſtri *Angliæ*, de *Proviſoribus*, aut contra *Proviſores* quoviſmodo edita, ſeu alia ſtatuta quecunque per ipſos, aut eorum aliquem ante datam preſentium qualitercunque *facta*, proſecuta, ſive perpetrata; ac omnimodas foriſfacturas, & fines nobis, ante datam illam qualitercunque occaſione premiſſorum, ſeu eorum alicujus pertinentia ſeu nobis pertinere debentia, ac etiam omnimoda impriſonamenta perſonarum ſuarum, & cujuſlibet earum, que ſubirent, aut ſuſtinere poſſent, ſeu ſubire deberent, aut eorum aliquis ſuſtinere aut ſubire poſſet, aut deberet, ratione proviſionis predictæ, aut alicujus alterius proviſionis, ſtatuti, ordinationis, cauſe vel materie cujuſcumque, aut alicujus alterius rei cujuſcumque, que exinde ſequi poſſet aut deberet, necnon acceptationem, receptionem, lectionem, pronunciationem, publicationem, declarationem, & executionem dictarum Bullarum, ſeu earum alicujus de *proviſoribus* ,ſeu contra *proviſores* editorum, & aliarum Bullarum apoſtolicarum quarumcumque contra aliqua ſtatuta, ſeu ordinationes, necnon omnia & ſingula, una cum omnibus & ſingulis in eiſdem contentis per ipſos *Andream* & conventum de **Wymundham**, vel per dictos nunc abbatem & conventum de **Wymundham** predictum, aut dictum epiſcopum, abbates ſancti *Petri* & ſancti *Edmundi* de **Bury**, dioceſanos, ordinarios, procuratores, notarios, nuncios, manutentores, fidejuſſores, abbettatores, attornatos, deputatos, actores ſive factores, ſeu eorum aliquem, aut aliquos alios quoſcumque ſimiliter ante datam prædictam qualitercunque factis ſive perpetratis, ſive impoſterum faciendis, ſive perpetrandis. Nolentes quod prædicti *Andreas* & conventus,vel dicti nunc abbas & nunc conventus, epiſcopus, abbates, dioceſani, ordinarii, procuratores, notarii, nuntii, manutentores, fidejuſſores, abbettatores, attornati, Deputati, actores, ſive factores, aut eorum aliquis, ratione alicujus premiſſorum,aut vigore ſeu virtute aliquorū ſtatutorum, ſeu ordinationum, de aut ſuper premiſſis aut aliquo premiſſorum ante hæc tempora factorū ſeu editorum quoviſmodo in perſonis, rebus, bonis, catallis, terris, tenementis, aut poſſeſſionibus ſuis temporalibus, aut ſpiritualibus quibuſcumque, per nos, heredes vel ſucceſſores noſtros, juſticiarios, eſcaetores, vicecomites,aut alios ballivos, ſeu miniſtros noſtros, vel heredum noſtrorum quoſcunque occaſionentur, moleſtentur, inquietentur, vexentur, perturbentur, impriſonentur in aliquo, ſeu graventur: occaſionetur, moleſtetur, inquietetur, vexetur, perturbetur,impriſonetur in aliquo, ſeu gravetur.

Et ulterius de uberiori gratia noſtra conceſſimus & licentiam dedimus, tam præfatis *Andrea* & conventui de **Wymondham** prædictis, quàm dictis nunc abbati, & conventui ejuſdem loci, ac epiſcopo *Norwycenſi*, abbati beati *Petri Weſtmonaſterienſis*, & abbati de **Bury** ſancti *Edmundi* prædictis,& eorum cuilibet, per ſe ac per procuratores, notarios, nuntios, attornatos, deputatos, actores, factores, & conſiliarios ſuos, tam bullas prædictas quàm alias quaſcunque bullas apoſtolicas, premiſſa, aut aliqua premiſſorum concernentia, aut eorum aliquod oportuna,vel quomodolibet neceſſaria, impetratas, aut impoſterum impetrandas, conjunctim, & diviſim, recipere,admittere, acceptare, legere,pronuntiare,publicare, & declarare,ac eas omnes, & ſingulas exequi, & in executionem ponere in omnibus,juxta vim formam & effectum earundem, eiſque & qualibet earum in omnibus, juxta vim & effectum earundem uti & gaudere poſſint, & poſſit liberè,& impune, ſine occaſione & impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, juſticiariorum, eſcaetorum, vicecomitum, aut aliorum ballivorum ſeu miniſtrorum noſtrorum, vel hæredum noſtrorum quorumcunq; Aliquib. ſtatutis, ordinationib. proviſionib. reſtrictionib. factis,editis,ſive emanatis, aut eo quod expreſſa mentio de vero ſeu annuo valore premiſſorum aut aliorum proficuorum, rerum, & commoditatum, nobis in hac parte, aut ratione alicujus proviſionis prædictæ pertinentium ſive ſpectantium, aut de nominibus procuratorum, notariorum, nunciorum, manutentorum, fidejuſſorum

fidejuſſorum, abbettatorum, attornatorum, deputatorum, actorum ſive factorum, & conciliariorum ſupradictorum, aut eorum alicujus, ſive de integris materiis, vel rebus in bullis priùs memoratis, ut ſupradictum eſt, aut de aliis donis, & conceſſionibus, præfato *Andreæ*, aut dictis nunc abbati & conventui de **Wymundham** prædictis, vel dictis epiſcopo, abbati beati *Petri Weſtmonaſterienſi*, & abbati de **Bury** ſancti *Edmundi* prædictis, vel eorum alicujus anteceſſori, vel prædeceſſori, per nos ſeu progenitores noſtros, ante hæc tempora factis, in preſentibus facta non exiſtit, non obſtante. In cujus rei, &c. T. R. Apud *Weſtmon.* xvj die Marcii:

per ipſum regem & de data prædicta autoritate Parliamenti.

BINHAMENSIS

Prioratus in agro Norfolcienſi, *cella cœnobii S.* Albani.

Charta Petri *de* Valoniis *&* Albredæ *uxoris ſuæ de fundatione Prioratus de* **Binham.**

E regiſt. Priorat. de Binham, penes autorem an. 1648. fol. 1.

NOtum ſit omnibus tam futuris quàm præſentibus, quod ego *Petrus* de *Valoniis* & *Albreda* uxor mea, concedentibus filiis meis *Willielmo* & *Rogero*, concilio etiam nepotis mei *Walteri*, & cæterorum hominum & amicorum meorum, aſſenſu etiam & licentia & per breve *Henrici* regis domini mei, & *Matildis* reginæ, dono & concedo Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Albano* eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Binham** totumque manerium meum, cum pratis, & ſilvis, & mareſco, & homagio, ita plenè ſicut tenueram illud manerium à rege, nihil mihi vel ſucceſſoribus meis in eodem manerio retinens & reſervans niſi divinæ pietatis retributionem, ſed volo & concedo, ut hæredes & ſucceſſores mei ſint tutores & defenſores ejuſdem eccleſiæ & villæ, & non deſtructores aut aliquo modo vaſtatores. Quod beneficium & elemoſinam ſpecialiter facio pro anima domini mei *Willielmi* regis qui *Angliam* adquiſivit, qui mihi dedit illud manerium. Cujus etiam aſſenſu & licentia hoc opus incepi, & pro anima *Matildis* reginæ uxoris ſuæ & *Willielmi* regis filii ſui, & pro ſalute *Henrici* regis domini mei & *Matildis* reginæ uxoris ſuæ, quorum nutu & licentia iſtam elemoſinam facio & filiorum ſuorum, & pro meipſo & uxore mea & filiis & fratribus & propinquis meis, pro animabus etiam patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, ex quorum progenie ego exortus ſum, & pro *Albreda* uxore mea & *Eudone* fratre ſuo, & *Rohayſia* uxore, & pro animabus anteceſſorum illorum ex quorum progenie exorti ſunt, & pro ſalute hominum meorum & animabus anteceſſorum illorum quorum decimas, eorundem nutu, eccleſiæ S. *Mariæ* de **Binham** tribuo. Concedo etiam eidem eccleſiæ duas partes decimarum mearum in **Derſingham** & **Ingulneſthorp** de meo dominio. Et duas partes decimarum militum meorum qui de me terras tenent in **Norfulch**, aſſenſu quidem & voluntate eorundem. Hæc ſunt maneria quorum decimas ſupradictæ eccleſiæ concedo: **Biburg**, quod tenet *Radulphus Facatus*. Et *Snaringa* & **Toftes**, quod tenet *Ricardus* de *Spineto* ab eodem *Radulpho*; & *Teſturtuna* & **Biburg**, & *Wodedallinga*, & **Satelyngham**, quæ tenet *Thuraldus*: **Walſingham**, quod tenet *Humfridus*: *Berneya*, quod tenet *Walterus Dapifer*. *Babingleya*, quod tenet *Willielmus* de **Rudham**, & **Apelt**[illegible]**e**, quod tenet *Turgiſius*: *Pateſliya*, quod tenet *Rogerus*.

Quæ omnia dono & nominatim concedo ad ſervitium eccleſiæ S. *Mariæ* de **Binham**. Sciendum eſt etiam quod prædicti mei milites, cum mortui fuerint, ſi tamen in *Anglia* moriantur, apud **Binham** debent ſepeliri, & à monachis honorificè corpora eorum ſuſcipi, & pro eis debet ſervicium ſicut pro fratre devotè fieri, & pars eorum totius ſuæ ſubſtantiæ illorum tantùm maneriorum de quibus eadem eccleſia habet decimas, eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* reddi & offerri debet. Ubicumque etiam moriantur ſive ſepeliantur, prædicta pars totius ſuæ ſubſtantiæ pro ſingulis eorum ſupradictæ eccleſiæ per conventionem reddetur, & à monachis debitum ſervitium ſicut pro fratribus perſolvetur, & pro uxoribus & hæredibus eadem conventio ab utraque parte ſemper impoſterum implebitur. Quæ eccleſia ſanctæ *Mariæ* de **Binham** eo tenore ſubicietur eccleſiæ ſancti *Albani* in cella, quo tenore eccleſia ſancti *Pancratii* de **Lewis** eccleſiæ ſancti *Petri Cluniacenſis* eſt ſubjecta, redditura per annos ſingulos eccleſiæ ſancti *Albani* unam marcam argenti & non amplius, & hoc in die feſti ſancti *Albani*. Quinimmo, talem libertatem habebit hæc eccleſia per omnia ſub eccleſia ſancti *Albani* qualem habet eccleſia ſancti *Pancratii* ſub eccleſia *Cluniacenſi*. Abbas etiam eccleſiæ ſancti *Albani* ſemel in anno apud **Binham** cum tresdecim equis tantùm & non plus per octo dies immorari poterit niſi à Priore diutius decenter vel ſepiùs advocatus fuerit ob ædificationem loci & emendationem monachorum. In qua eccleſia ſanctæ *Mariæ* debent ab abbate ſancti *Albani* ad ſervitium dei faciendum octo fratres & non minus jugiter inſtitui. Quod ſi aliquando quilibet fidelis, ſive clericus ſivè laicus, in eadem eccleſia converti voluerit, & Prior illud eccleſiæ expedire aut facultatem poſſe ſufferre perſenſerit, receptus ad eccleſiam ſancti *Albani* benedicendus & profeſſionem facturus conducatur, & poſtea ad eccleſiam unde venerat revertatur, niſi inſtruendus & edocendus aliquandiu ab abbate & favente Priore retineatur.

Hujus beneficii donationem & oblationem fecit *Petrus* de *Valoniis* & *Albreda* uxor ejus hominesque ſui Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Albano* ſuper altare ſanctæ *Mariæ* de **Binham**, præſente *Ricardo* abbate eccleſiæ ſancti *Albani*, et tunc ibidem miſſam celebrante, præſentibus etiam abbate *Roberto* de ſancto *Edmundo*, et *Ricardo* abbate ſancti *Benedicti* de **Holme**, et *Lamberto* Priore de *Acra*. Coram ſubſcriptis teſtibus *Nigello*, et *Radulfo*, et *Ricardo* Capellanis, *Petro* de *Valoniis*, *Harmanno* clerico abbatis de **Holme**, *Edmundo* clerico abbatis de ſancto *Edmundo*, *Rogero* preſbytero de **Derſingham**, *Alſio* preſbytero. *Leurel* preſbytero de **Warham**. *Alverico* preſbitero de **Hoſcham**, & *Asketel* & *Alwold* & *Wimundo* presbyteris de **Walſingham.** *Oſgod* preſbytero de **Binham.** *Oſgoto* presbytero de **Gunethorp.** *Edwin Piubon* de **Witton.** *Iketel* preſbytero de **Welles.** *Albrico* Presbytero de **Strinekey.** *Radulfo Facato*, *Waltero* dapifero. *Humfrido* comite. *Humfrido* Calvo, *Turoldo* de *Dallinger.* *Godrico* presbytero de **Stutelthorp**, & **Olfinc** filio ejus. **Wulfo** presbytero de **Barſam**, & ejus filio *Reynaldo*. *Ricardo* de *Spineto*, *Willielmo* de *Babingelia*. *Hugone* de **Derſingham** & *Picoto fratre ejus.* *Stangrin* Presbytero de **Ingulneſthorp**. *Godwino* & *Radulfo* & *Azor* de **Sneteſham.** *Alberto Francigena*, *Willielmo le Veltre*, *Gaufrido* de *Fabricis*. *Herveo* de *Docinga*. *Algar* de *Wyctone*. *Wirchmaro* de *Walſingham*. *Iveno* de *Stinekey*. *Ikatel* de *Warham* & *Oſulfo* fratre ſuo. *Roberto* fratre abbatis de *Holme*, & *Waltero* nepote ejus. Petro de *Werenga*. *Wucerico*. *Grimbaldo*. *Osberno* de *Byntre*. *Willielmo* filio *Rogeri*. *Willielmo Picot*. *Finto*, *Gilberto* de *Spineto*. *Adelardo*. *Rogero* de *ſancto Salvatore*. *Hamone* nepote *Petri* & *Ricardo* fratre ſuo, & *Ricardo* de **Sanethem**, *Willielmo* filio *Theodorici*, *Gaufrido* filio *Rogeri*. *Roberto* monacho. *Ranulfo* fratre *Fulconis*, *Willielmo*, *Wygero*, et aliis

Ex eod. Regiſtro de *Binham* fol.2.a

Confirmatio Rogeri *de* Valoniis *de omnibus quæ* Petrus *de* Valoniis *pater ejus contulit eccleſiæ de* **Binham.**

NOtum ſit omnibus fidelibus tam futuris quam præſentibus, quod ego *Rogerus* de *Valoniis* patris mei *Petri* de *Valoniis* inhærens veſtigiis, conceſſi et confirmavi hac mea carta Deo et ſanctæ *Mariæ* et monachis ſancti *Albani* apud **Binham** manentibns, conſilio amicorum et hominum meorum, ipſam eccleſiam de **Binham**, totumque manerium, in terris, pratis, ſilivs, mariſcis, paſcuis, et homagiis, et terram totam quam pater meus dedit eiſdem monachis in **Egesfeld**, et nemora et warennam quam ipſe habuit ex dono regis in eadem villa. Volo etiam et concedo, ut ipſi monachi habeant omnimodas decimas duarum partium dominiorum meorum et omnium militum meorum in **Northfolch**, quas pater meus eis dedit et conceſſit, aſſenſu quidem et voluntate eorundem militum, videlicet de **Derſingeham**, et de **Hingelneſthorp** de meo dominio et **Ryburge**, et de alia parva **Ryburg**, et **Snaringe**, et **Toftes**, et *Geſtretuna*, et **Wodedal**, et **Saxingeham**, et **Berneya**, et **Egesfeld**, et **Babingelee**, et **Sarebrunne**, et **Rudham**, et **Appletone**, et **Pateſle**, et *Ripetuna*.

Concedo inſuper prædictis monachis ex meo dono eccleſiam de **Derſingeham** cum omnibus ad eam pertinentibus et medietatem eccleſiæ de **Walſingham** cum cantaria quæ habet *Robertus Godchild* de monachis ſancti *Albani*, et totam terram quam *Humfridus* miles meus tenuerat de me in **Walſingeham** cum toto homagio et cæteris omnibus pertinentiis, et totam terram meam de **Guneſthorp** et totam terram de **Welles** de feodo meo quam tenuit *Robertus Godchild*. Hæc omnia concedo ad ſervicium eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Binham** et monachorum illius loci pro anima *Willielmi* regis qui *Angliam* adquiſivit, et memoratum manerium patri meo dedit et pro anima *Matildis* reginæ uxoris ſuæ et pro anima *Henrici* regis et *Mathildis* reginæ et prolis ſuæ et pro anima *Petri* de *Valoniis* patris mei qui eccleſiam de **Binham** fundavit et pro me ipſo et pro animabus omnium anteceſſorum meorum ex quorum progenie exortus ſum, et pro animabus hominum meorum & anteceſſorum eorum concedo & præſentis ſerie ſcripti confirmo nichil mihi vel ſucceſſoribus meis reſervans niſi divinæ pietatis retributionem. Sed volo & præcipio ut hæredes mei & ſucceſſores ſint tutores ejuſdem eccleſiæ & omnium pertinentium & defenſores & non deſtructores aut aliquo modo vaſtatores.

Sciendum eſt etiam quod omnes milites mei de **Northfolch** cum mortui fuerint, ſi tamen in *Anglia* moriantur, apud **Binham** debent ſepeliri, & a monachis honorificè corpora eorum ſuſcipi, & pro eis debet ſervicium ſicut pro fratre devotè fieri, & pars eorum totius ſuæ ſubſtantiæ illorum tantum maneriorum de quibus eadem eccleſia habet decimas, eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* reddi & offerri debet. Ubicumque etiam moriantur ſive ſepeliantur, prædicta pars totius ſuæ ſubſtantiæ pro ſingulis eorum ſupradictæ eccleſiæ per conventionem reddetur, & à monachis debitum ſervicium ſicut pro fratribus perſolvetur, & pro uxoribus & hæredibus omnibus poſt futuris eadem conventio ab utraque parte ſemper in poſterum implebitur. Hujus confirmationis ſunt teſtes *Agnes* de *Valoniis* uxor mea *Petrus* & *Robertus* & *Gaufridus* & *Johannes* filii mei. *Robertus* dapifer. *Fulqui* de *Munpincun*. *Philippus* de **Snaringes.** *Alanus* de *Buxo*. *Gaufridus* de **Babingele.** *Thuraldus* de **Dallinges.** *Adam* filius *Aluredi*. *Ivenus* Capellanus. *Willielmus* Capellanus. *Petrus* Clericus. *Nicholaus* de **Dallinges.** *Jordanus*. *Lambertus* Piſtor. *Alanus* de **Turbevile.** *Walterus* de *Valoniis*. *Petrus* de **Stinekeye.** *Gaufridus* de **Snaringes**, & *Alanus* Clericus frater ejus, & *Burnardus* de **Stodheie.**

Ibid.

Confirmatio Petri *de* Valoniis *junioris de omnibus quæ anteceſſores ſui contulerunt eccleſiæ de* **Binham.**

NOtum ſit univerſis ſanctæ eccleſiæ tam futuris quàm præſentibus fidelibus, quod ego *Petrus* de *Valoniis* anteceſſorum meorum inhærens veſtigiis, conſilio amicorum meorum hominumque aſſenſu concedo & confirmo eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Binham** omnes teneturas quaſcunque prædeceſſores mei *Petrus*, ſcilicet de *Valoniis* avus meus & poſt ejus deceſſum pater meus *Rogerus* in liberam elemoſinam dederunt & conceſſerunt, ita bene & quietè & honorificè eidem eccleſiæ poſſidendas ſicut unquam meliùs & liberiùs & honorificentiùs una die vel hora ipſi tenuerunt vel poſſederunt, Scilicet manerium totum de **Binham** & eccleſiam cum terris & pratis in ſilvis & mareſco & homagio, nichil mihi vel ſucceſſoribus meis in eodem manerio reſervans niſi divinæ retributionem pietatis. Sed volo & concedo

& præcipio, ut hæredes mei & ſucceſſores ſint ejuſdem manerii tutores & omnium pertinentium & defenſores & non deſtructores aut aliquo modo vaſtatores. Concedo etiam & confirmo, ſicut avus meus & pater dederunt & conceſſerunt, duas partes decimarum mearū de **Derſingeham**, & de **Hingulveſthorp** de meo dominio, & duas partes decimarum militum meorum qui de me terras tenent in **Northfolch**, aſſenſu & voluntate eorum.

Hæc ſunt maneria quorum decimas anteceſſores mei ſupradictæ eccleſiæ conceſſerunt, & ego concedo. **Ryburg**, & aliam parvam **Ryburgh**; **Snaring**, & **Toftes**, *Ceſtrenam*, & **Wodedallingham**, **Sarelingeham**, **Walſingeham**, *Berneiam*, **Babbingele**, *Sernebrunam*, **Rudham**, & *Appletunam*, *Pateſleiam*, & *Ripetunam*. Concedo etiam & confirmo eccleſias & terras quas eidem eccleſiæ *Rogerus* meus pater dedit & conceſſit, ſcilicet eccleſiam de **Derſingeham** cum pertinentiis ſuis omnibus, & medietatem eccleſiæ de magna **Walſingeham** & cantariam & omnem ſuam terram ejuſdem villæ cum totis homagiis & libertatibus, & omnem ſuam terram de **Gunethorp**, & terram de **Welles** quæ fuit *Roberti Godchild*, & dimidiam *Berneiam* cum eccleſia tota quam ego prædictæ eccleſiæ de **Binham** dedi & conceſſi. Concedo etiam & confirmo ſexaginta acras quas mater mea in *Weſteleia* donavit pro anima patris mei *Rogeri* de *Valoniis* eidem eccleſiæ. Quæ omnia concedo ad ſervitium ſanctæ *Maria* de **Binham** pro anima *Willielmi* regis qui *Angliam* adquiſivit, & memoratum manerium avo meo dedit, & pro anima *Matildis* reginæ uxoris ſuæ & anima *Henrici* regis & *Matildis* reginæ uxoris ſuæ: necnon & pro incolumitate & ſalute domini mei *Henrici* ſecundi regis & *Alienoræ* reginæ & prolis ſuæ, & pro anima *Petri* de *Valoniis* avi mei qui eccleſiam de **Binham** fundavit: Et pro animabus patris mei & matris & pro me ipſo, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum ex quorum progenie exortus ſum, & pro animabus hominum meorum & anteceſſorum meorum concedo inquam & præſenti ſerie ſcripti confirmo, ne ab aliquo in poſterum immutetur.

Hujus confirmationis ſunt teſtes, *Agnes* de *Valoniis*, *Robertus*, & *Gaufridus*, & *Rogerus*, & *Johannes*, & *Philippus* de *Valoniis*, *Adam* filius *Alvredi*, *Ricardus* de *Chalna*, *Philippus* de **Snaringes**, *Rogerus* filius *Hunfredi*, *Ricardus* de **Snaringes**, *Walterus* de *Nova-villa*. *Radulfus* de **Duill**, *Willielmus* de *Boxa*, *Hugo* filius *Alani*, *Robertus* filius *Radulfi* de **Wytton**, *Willielmus* de *Boſca*, *Ambroſius*, *Willielmus* de *Mandevilla*, *Robertus* de *Inſula*, *Robertus* de **Herford**, *Robertus* de **Tandevill**, *Willielmus* filius *Enclois*, *Petrus* de *Mora*, *Rogerus Teſſun*, *Ricardus* de **Holeburne**, *Gervaſius* clericus, *Ricar.* frater ejus, *Ranulfus Bas*, *Robertus* monachus, *Petrus* clericus, *Hugo* clericus, *Willielmus* clericus, *Alanus* clericus, *Radulfus* ſacerdos, *Willielmus*, *Lambertus*, & multi alii.

Ibid. *Carta confirmationis* Roberti *de* Valoniis *de donationibus anteceſſorum ſuorum & de ſepulturis militum ſuorum.*

NOtum ſit omnibus fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Robertus* de *Valoniis*, conſilio dominæ *Agnetis* matris meæ, & *Hadewiſæ* uxoris meæ, & omnium hominum & amicorum meorum, conceſſi Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Albano* & monachis apud **Binham** Deo ſervientibus, & hac mea præſenti carta confirmavi, totam donationem quam *Petrus* de *Valoniis* avus meus, & *Rogerus* pater meus, & *Petrus* de *Valoniis* frater meus & domina *Agnes* mater mea vel aliqui hominum fecerunt eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Binham** & monachis ejuſdem loci, videlicet ipſam eccleſiam de **Binham**, totumque manerium, in terris, pratis, ſilvis, mariſco, & homagio, & eccleſiam de **Derſingeham** cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam de *Weſtleia* cum omnibus pertinentiis ſuis; & eccleſiam de *Berneia* cum ſuis omnibts pertinentiis, & dimidiam *Berneiam*, in terris, pratis, ſilvis, bruerio, turbario, & homagio, & dimidiam eccleſiam de **Walſingeham** cum omnibus ad eam pertinentibus & cantariam ejuſdem eccleſiæ, & duas carucatas terræ in dominium in eadem villa,, quæ carucatæ continent in ſe nonies viginti acras, & totum homagium quod pertinebat ad dominium *Hunfridi*, & molendinum, & prata, & totum homagium, & terram, & mariſcum quod eſt in villa de **Welles** & in villa de **Gunethorp**, & totum dominium de feudo meo in **Egeffeld** & homagia, & nemora, & alneta, & warennam ejuſdem villæ, & duo meſuagia in **Lundon**.

Conceſſi etiam dictis monachis & confirmavi donationes quas fecerunt mei milites eccleſiæ de **Binham**, videlicet ex dono *Agnetis* de **Punpincun** & *Radulfi* filii ejus duas annuas marcas de molendino de magna **Ryburg**; ex dono *Radulfi* filii *Thuroldi*, eccleſiam de **Wodedallingam** cum omnibus ad eam pertinentibus & totum tenementum quod fuit *Willielmi* fratris *Petri* in eadem villa, quod clerici de **Wodedallinge**, *Rogerus* & *Paganus* tenuerunt tantum in vita ſue de prædictis monachis pro tribus annuis ſolidis, & tres acras terræ in **Britricheſcroft**, & totum molendinum de **Dallinge**, & eccleſiam de parva **Ryburg**, cum omnibus pertinentiis & decimis molendinorum ejuſdem villæ. Et octo acras terræ cum meſuagio & cæteris omnibus aliis liberis terris, & in eadem villa de **Ryburg** quadraginta acras terræ quas *Petrus* filius *Radulfi* tenuit in vita ſua tantùm de eccleſia de **Binham** pro duobus ſolidis per annum; & ex dono *Adæ* filii *Alvredi* ſeptem acras terræ arabilis & unum prati in **Ingulveſthorp**.

Præter hæc conceſſi eiſdem monachis meis & confirmavi duas partes decimarum omnimodarum dominii mei & dominii militum qui de me terras tenent in **Northfolch**, aſſenſu quidem & voluntate eorum, videlicet, de **Derſingham**, & **Ingulveſthorp**, & **Ryburg**, & **Snaring**, & **Toftes**, & **Ceſtretun**, & parva **Ryburg**, & **Wodedalling**, & **Sarlingeham**, & **Walſingeham**, & *Berneia* & **Babbingle**, & **Rudham**, & **Appletone**, & *Pateſleia*. Hanc igitur conceſſionem & confirmationem facio ego nominatim ad ſervicium eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Binham**, pro ſalute Domini mei *Henrici* Regis ſecundi, & liberorum ejus, & pro ſalute propria & uxoris meæ & matris meæ & omnium parentū & amicorum meorum, & pro animabus omnium parentum

X x &

& anteceſſorum meorum,in liberam & perpetuam elemoſinam ſolutam & quietam ab omni ſeculari ſervicio, erga me & heredes meos & erga omnes omnino homines,nichil mihi vel ſucceſſorib. meis reſervans vel retinens niſi ſolummodo devotas orationes & divinæ pietatis retributionem. Sed volo & in virtute Dei præcipio, ut heredes & ſucceſſores mei, ſicut ſalvari ante Deum volunt, ſint tutores & defenſores ejuſdem eccleſiæ de **Binham**, & omnium pertinentium, & non deſtructores, aut aliquo modo vaſtatores.

Sciendum eſt etiam, quod omnes milites mei de *Northfolchia*, cum mortui fuerint, ſi tamen in *Anglia* moriantur, apud **Binham** debent ſepeliri, & à monachis honorificè corpora eorum ſuſcipi, & pro eis debet ſervicium ſicut pro fratre devotè fieri, & pars eorum totius ſuæ ſubſtantiæ illorum tantùm maneriorum de quibus eadem eccleſia habet decimas, eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* reddi & offerri debet. Ubicumq; etiam moriantur ſive ſepeliantur, prædicta pars totius ſuæ ſubſtantiæ quæ eos continget pro ſingulis ſupradictæ eccleſiæ per conventionem reddetur, & à monachis debitum ſervicium ſicut pro fratribus perſolvetur. Pro uxoribus verò & hæredibus eorum omnibus poſt futuris eadem conventio ab utraq; parte ſemper inpoſterum implebitur. Hiis Teſtibus, *Roberto* capellano de *Benituna*, *Johanne* clerico de *Valoniis*. *Gaufrido* clerico de **Lanvalei**. *Radulfo* de **Lattimer**. *Radulfo* de **Lanvalei**. *Willielmo* de **London**. *Gaufrido* filio *Alani*. *Ricardo* filio *Gilberti*. *Andrea* diſpenſatore. *Henrico* de **Wellele**. *David* filio **Brunman**. *Milone* Camerario. *Fulcone* Venaratore. *Reginaldo* Piſtore. *Rogero* filio *Aeliz*. *Johanne* filio *Iſabel*. *Willielmo* Coco. *Radulfo* de Stabulo. *Adam* de *Woldane*. *Willielmo* filio *Remeri*. *Willielmo Paſſelewue*. *Radulfo* filio *Willielmi*. *Radulfo Hein*. *Matheo* Diacono. *Rogero Facato*. *Willielmo Sot*. *Ranulfo* filio ejus. *Michaele* Janitore & *Hamone* filio ejus. *Lamberto* piſtore. *Turchillo*, & *Reinaldo* filio ejus. *Ricardo* filio *Turchil*, & *Milone* filio ejus. *Rogero* filio *Jordani*. *Beomundo*, *Clemente* filio *Goſſi*, & *Radulfo* & *Willielmo* filiis ejus. *Urbano* de **Chantune**. *Adam* de **Schovers**. *Nigello* filio *Willielmi*.

Ib.f. 43. a.

Confirmatio Johannis *Epiſcopi* Norwicenſis, *de eccleſiis & terris, & omnibus ad eccleſiam de* **Binham** *pertinentibus.*

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, *Johannes* Dei gratia *Norwicenſis* epiſcopus ſalutem in Domino. Licet univerſos nobis ſubjectos in hiis quæ ad nos ſpectant, ex epiſcopalis officii ſolicitudine, in jure ſuo favere & protegere debeamus, viros tamen religioſos, qui arctioris vitæ viam elegerunt, in ſuis juſtis poſtulationibus benigniùs audire, propenſiùs eorum indempnitati proſpicere, & ipſorum juſta deſideria effectu ſubſequente complere tenemur. Eapropter omnibus notum eſſe volumus, quod nos dilectorum filiorum monachorum de **Binham** religionem & honeſtatem attendentes, ad eorum petitionem eis confirmavimus poſſeſſiones elemoſynas & beneficia quæ juſtis modis adquiſita in epiſcopatu *Norwicenſi* poſſident.

Vide cart. 25. E. 3. num. 25.

Hæc autem propriis duximus exprimenda vocabulis. Ex dono *Petri* de *Valoniis*, & *Rogeri* filii ejus, totum manerium de **Binham**, in terris, pratis, mariſcis, & eccleſiam de **Binham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & nemora de **Egesfeld**, & terram & homagia omnia; & eccleſiam de **Derſingham**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & medietatem eccleſiæ ſancti *Petri* de magna **Walſingham**, & omnem terram ejuſdem villæ, quæ eſt de illorum feodo, & homagia, & totam terram de **Gunthorp**, & de **Welles**, & homagia, & mariſcum. Ex dono *Petri* ſecundi de *Valoniis*, eccleſiam de *Berneia*, & dimidiam *Berneiam*, cum totis pertinentiis ſuis. Ex dono *Radulfi* filii *Thoraldi*, & *Rogeri* filii ejus, eccleſiam de **Wodedallinge** & eccleſiam de parva **Riburg**, cum omnibus pertinentiis earum, & quadraginta acras in eadem villa de **Riburg** & molendinum totum de **Wodedallinge** & totum tenementum *Willielmi* fratris *Petri* in eadem villa, & tres acras in **Brittikeſcroft**, & decimas molendinorum de **Riburg**. Ex dono *Agnetis* de **Munpinſon** & *Radulfi* filii ejus duas annuas marcas de molendino de magna **Riburg**. Ex dono *Bartholomei* de **Crek** & hæredum ſuorum totam terram de *Berneya* quæ fuit de feodo ſuo. Ex dono *Adæ* filii *Alueredi* quinque acras & turbariam & paſturam in communa in villa de **Ingulveſthorp**. Ex dono *Johannis Extranei* totam terram ſuam de **Egesfeld**, quæ fuit de feodo ſuo. Ex dono *Howardi* de **Wicton** & *Alexandri* filii ejus, duo meſſuagia in *Linna*. Ex dono *Radulfi* de **Candos** tres acras terræ in **Hindringham**. Ex dono *Sparhavec* & *Bartholomei* filii tertiam partem decimæ dominii ſui de **Wicton**. Præterea duas partes omnimodarum decimarum de **Derſingham** & de **Ingulveſthorp** de dominio *Petri* de *Valoniis*, & duas partes decimarum eorum militum qui terras tenent de feodo prædicti *Petri* in *Northfolchia* videlicet de **Riburg** & de parva **Riburg**. **Snaringe**, **Toftes**, **Treſtretun**, **Wodedallinge**, **Sarlingham**, **Walſingham**, *Berneya*, **Egesfeld**, **Barbingle**, **Sarneburn**, **Apeltun**, **Pareshe**, **Ripetun** & de **Bermere**.

Hæc autem omnia memoratis monachis rationabiliter collata, ſicut cartæ donatorum teſtantur, quæ in præſenti poſſident vel quæ futuris temporibus, annuente Domino, juſtis modis in epiſcopatu *Norwicenſi* adquirere poterunt, eis auctoritate epiſcopali confirmamus. Et ne quis contra hanc confirmationis paginam temerè venire, vel eam ex malicia aliquatenus infringere præſumat, ipſam ut perpetuæ firmitatis robur obtineat ſigilli noſtri appoſitione communimus. Teſtibus magiſtro *Alexandro* de ſancto *Albano*. Magiſtro *Ranulfo* de **Herpeſte**. Magiſtro *Roberto* de **Tyme**. *Alano* de **Gray**. *Willielmo* de *Sancta Cruce* Capellanis. *David* de **Ruddeby**. *Germano* & *Alano* clericis. Data per manum *Roberti* de *Dunelmo* apud **Thornediſſ.** v. nonas Marcii, pontificatus noſtri anno ſexto.

S. MARIE DE PRATO *juxta* S. Albanum *Cænobium, in agro* Hertfordenſi.

Ex regiſtro S. Albani in bibl. Cottoniana. fol. 84. a.

G*Arinus* Dei gratia abbas ſancti *Albani*, & conventus ejuſdem loci, omnibus fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem. Opera pietatis quæ fient intuitu divinis eſſe ſignata theſauris, & fœlicem a domino mercedem habitura, devotio fidelium non ignorat. Quod nos diligenti conſideratione penſantes, communi voluntate & aſſenſu concedimus & confirmamus hoc ſcripto præſenti infirmis fæminis ſanctæ *Mariæ* de *Prato*, locum ipſum in quo eccleſia earum conſtituta eſt, ſimul cum officinis ex utraque parte publicæ ſtratæ, ſimul cum via in fine agri arabilis & prati de Kingesberi. Et ad earum ſuſtentationem omnes procurationes, quæ pro abbatibus defunctis dari ſolent, &, in perpetuum, morituris dabuntur.

Charta monialibus leproſis beatæ Mariæ *de Prato juxta S.* Albanum *conceſſa.*

Cartæ antiquæ M. nu. 18.

J*Ohannes* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, præpoſitis, miniſtris, & omnibus ballivis & fidelibus ſuis, ſalutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dediſſe & conceſſiſſe & hac præſenti charta confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Prato* juxta ſanctum *Albanum*, & monialibus leproſis ibidem Deo ſervientibus, xxx. acras de eſſarto in boſco de Eſbroc, ſcilicet xij. acras juxta eſſartum *Willielmi* filii *Alani* ex una parte chimini qui tendit ad Hamelſtede verſus ſanctum *Albanum*, & xij. acras ex altera parte chimini illius, & ſex acras juxta eſſartum *Roberti* filii *Alani*: Habend. & tenend. in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædictæ moniales leproſæ habeant & teneant prædictas xxx. acras de eſſarto bene & in pace, liberè, & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, in omnibus locis & rebus cum omnibus pertinentiis ſuis libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis ſicut prædictum eſt. T. H. *Sarum* epiſcopo, G. filio *Petri*, comite *Eſſex*. primo die Maii. anno regni noſtri quinto.

SOPEWELLENSE

Cænobium in agro Hertfordenſi. *Cella etiam* S. Albani.

Math. Pariſ in vitis abbat S. Albani p. 58. n. 30.

E*Jus* quoque tempore (*Gaufridi* ſcilicet xvj. abbatis ſancti *Albani*) anno dominicæ incarnationis circiter MCxl. duæ ſanctæ mulieres, facta quadam pauperrima, manſione ex ramis arborum & palis corticatis, & virgis concraticulatis, juxta ſilvam quæ *Eiwoda* dicitur, non longè à rivo, qui ibidèm dilatatur, vitam ducere cæperunt vigiliis & orationibus ſub mirabili abſtinentia, & irreprehenſibili caſtitate novellam religionem ſuam fæliciter continuarunt, in pane & aqua corpora ſua macerantes. Quarum converſatio commendabilis, & per plures annos præcognita incommutabilis, cùm abbati *Gaufrido* innotuiſſet, conſtruxit ibidèm cellam, divino oraculo perſuaſus, manſiunculas ibidem mulieribus conſtrui juſſit oportunas. Ubi eaſdem prædictas mulieres, additis aliis more ſanctimonialium velatas, & ſub ordine ſancti *Benedicti* victuras, conſtituit. Inſpirante igitur Dei gratia fœlix ſuſcepit incrementum in ſpiritualibus & temporalibus cellula memorata. Et patrocinante beata Dei genetrice *Maria* (à qua intitulatur) odore bonæ famæ vicinas partes illuſtravit. Contulit igitur prædictus abbas, memorati fundator domicilii, quaſdam poſſeſſiones & redditus, quibus vitam valerent honeſtam, (etſi exilem) ſuſtentare. Domus igitur memorata, à fonte qui vicinus eſt illi loco in quo offas facere conſueverant mulieres primitivæ, nomen ſortitur appellationis, et *Sopwella* nuncupatur. Abbas inſuper famæ & ſaluti ſanctimonialium præcavens, ibidem manſionem facturarum, eaſdem ſub clave, & ſera, ac ſigillo abbatis qui pro tempore erit, decrevit ibidem includendas. Nec aliquam ibi, niſi virginem, in earum collegium ſub caſtigato & limitato numero, ſuſcipiendam. Aſſignavitque eis cæmiteruim, & fecit dedicari, in quo, nullus niſi de eiſdem ſanctimonialibus ſepelietur, ſicut carta ſuper his confecta, teſtificatur, quam præſenti paginæ duximus inſcribendam.

Ib. fol. 59.

Notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ eccleſiæ, Ipſa die qua benedictum eſt cæmiterium virginum de Sopwella, *videlicet, vij. idus Octobris perpetua conventione ſtatutum & definitum eſſe, quod in illo cæmiterio nullus habebit ſepulturam, neque vir, neque fœmina, nec clericus, neque laicus, neque ſerviens, nec forinſecus preter virgines tantùm que incluſe fuerint. Virgines autem illius loci nullam penitus poſſunt intus, vel debent per ſe ſuſcipere, niſi abbas & conventus preceperit. Et numerus incluſarum treſdecim debet eſſe, & non ampliùs. Teſte.* Alexandro *epiſcopo, & clericis ejus, &* Gaufrido *abbate, & monachis* Hamone *&* Alquino, *&* Michaele *cantore, &* Radulph Goberti, *&* Roberto *decano, &* Petro *decano, & multis aliis.*

Carta Henrici *de* Albineio *&* Ceciliæ *uxoris ejus de duabus hidis terræ in* **Cotes.**

Ex regiſtro abbatiæ S. *Albani* in bibl. *Cottoniana.* fol. 198.

IN honore *Jeſu Chriſti* domini noſtri, & ſanctæ *Mariæ* virginis genitricis ejus, hoc noſcat Chriſtianitas, quod *Henricus* de *Albineio*, & domina *Cecilia* uxor ejus, dant in manerio de **Cotes** duas hidas terræ ſanctæ *Mariæ*, & cellulæ illius prope ſanctum *Albanum*, videlicet, illi cellulæ quam frater *Rogerus* ſolitarius priùs inſtauravit, & nominatim ad opus illius cellule, & illis ancillis Dei & ſervis Dei, qui nunc preſentialiter, ibi Deo devotè familiantur, & illis ancillis Dei vel ſervis Dei qui poſt illos ibi ſecundùm dominum vixerint, & hanc terram dant ita ſolutam, & quietam ad omnibus rebus, ut ſuam dominicam terram, quam propiis aratris ſuis lucrari faciunt, & de nemore ejuſdem manerii ſumant neceſſaria, & ad domos ſuas, & ad ignem, & ad clauſuram ; & per foreſtarium, ad proprios porcos ſibi nutritos & hominum ſuorum in nemore ſine paſnagio. Et hoc donum factum eſt pro anima regis *Willielmi* qui *Angliam* adquiſivit, & filiorum ſuorum, & pro patribus & matribus noſtris & filiis vel filiabus eorum, & propriis filiis noſtris quos Deus dabit nobis, & nunc dedit. Hujus doni teſtis eſt *Radulfus Pirote*, & *Nigellus* filius *Erfaſti* & *Gaufridus* de *Clitunia*, & *Robertus* filius *Amali.*

Carta Roberti *de* Albineio *&* Ciciliæ *matris ſuæ, de duabus hidis terræ & una virgata in* **Cotes.**

Ib fol. 198.

ROBERTVS de *Albineio* & *Cecilia* mater ſua, quando *Amiciam* puellulam, ſororem ipſius *Roberti*, & *Cecilliæ* filiam poſuerunt in Cella ſanctæ Mariæ, juxta ſanctum *Albanum* ſita, ad ſerviendum Deo jugiter, illic dederunt pariter cum illa, Deo & ſanctæ *Mariæ* & ancillis Chriſti de Cella eadem, unam virgatam terræ in **Cotes**, quam *Salidus* tenuit, cum ipſo *Salido* ita liberam ſicut *Henricus* de *Albineio*, pater *Amiciæ*, dederat eidem Cellæ, duas hidas terræ in prædicto manerio, ſcilicet, in **Cotes.** *Hujus* rei teſtes ſunt *Gaufridus* abbas, *Patricius* de *Chadurcis*, *Radulfus* de *Garham*, & alii,

Confirmatio Roberti *de Albineio de donatione patris ſui* Henrici.

Ibid.

NOtum ſit univerſis, tam preſentibus, quàm futuris, quod ego *Robertus* de *Albineio* concedo dominabus de Cella *Sopwellæ*, habere terram ſuam de **Cotes**, quam pater meus *Henricus* de *Albeneio*, memorato loco, cum *Amicia* ſorore mea dedit, liberam & quietam, & abſolutam ab omni ſæculari ſervitio & exactione, ita quod amodo de prefata terra, ſive de hominibus eam tenentibus, nullum penitus ſervicium requiram niſi tantummodo, quantum propriè Regi pertinet. Illius exiſtunt teſtes *Radulfus Pirot* ſenior, *Radulfus Pirot* junior, *Richardus* filius *N. Willielmus Travaill*, *Stephanus* de **Pull**, & alii.

Confirmatio Cartæ Roberti *junioris de* Albeneio *de donatione* Henrici *avi ſui.*

Ibid.

SCiant omnes, preſentes & futuri, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, quod ego *Robertus* filius *Roberti* de *Albeneio* conceſſi, & hac mea carta confirmavi omnes donationes in terris, & redditibus, & homagiis, quas *Henricus* avus meus ſive *Robertus* pater meus eccleſiæ de **Sopewelle** ſanctæ *Mariæ*, & monialibus ibi Deo ſervientibus, aliquo tempore contulerunt, ſcilicet, in manerio de **Cotes** duas hidas terræ arabilis in dominio, & de nemore ejuſdem manerii neceſſaria ad domos ſuas reficiendas, & ad ignem, & ad clauſuram per viſum foreſtarii percipient, & porcos proprios & hominum ſuorum habebunt in nemore illius manerii ſine paſnagio. Ex dono etiam *Roberti* patris mei in eodem manerio quadraginta ſolidatas terræ, cum hominibus, & omnimodis eorum ſectis, qui eaſdem terras tenent. Conceſſi preterea unam virgatam terræ in prædicto manerio de **Cotes** quam pater meus dedit eis, ita liberam, ſicut duæ hidæ, quas avus meus dedit, cum hominibus, & eorum ſectis qui eandem virgatam tenent. Conceſſi etiam ſex denariorum reditum, ad faciendum mandatum in die abſolutionis, quem pater meus dedit eis. Has terras ego & hæredes mei acquietabimus erga regem, de *Scutagio*, & *Hoſtagio*, & omne auxilio & alio ſervitio ad regem pertinente, preter *murdrum*, & *Danegheldum*, & *pontagium* de **Bedeford**, & auxilium vicecomitis, & prepoſiti hundredi. His teſtibus *Radulfo Pirot*, *Nigello* de *Albineio*, *Willielmo* fratre ejus, & aliis.

Carta Richardi *de* **Tany** *de terra in* **Blakehide.**

Ibid.

SCiant preſentes & futuri, quod ego *Richardus* de **Tany**, aſſenſu & voluntate hæredis mei conceſſi & preſenti carta mea confirmavi Deo, & ſanctæ *Mariæ* & monialibus de **Sopwelle**, in puram, perpetuam, & liberam elemoſinam, totam terram illam quam *Robertus Niger* tenuit in *ſoca* de *__Tidenhang__, quæ terra appellatur *la Blakhida*; tenendam liberè, quietè, pacificè, ſolutam & quietam ab omni ſervitio & conſuetudine & exactione. Ego & hæredes mei warantizabimus dictis monialibus memoratam terram ſicut liberam elemoſinam contra omnes homines & fæminas. Teſtibus his *Reginaldo* filio & hærede meo, & *Petro* filio meo, & aliis.

Incipiunt quædam conſuetudines regulæ monialium beatæ *Mariæ* **Sopewell**, ab antiquo uſitatæ, & per dominum *Michaelem* abbatem renovatæ & approbatæ, quas inantea ſtatuit diſtrictiùs obſervari.

Ex Regiſtro quodam cœnobii S. *Albani* in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Neronis* D. 1.] fol. 189. a.

MIchael *par la ſoeffrance de Dieu, abbe de ſaint* Auban, *a nos cheres filles en Dieu la prioreſſe & le convent de* **Sopewell**, *ſaluz ove la grace Jheſu Chriſt, & noſtre benyſon. Purce que nous avons etnendu par inquiſition faicte entre vous en noſtre viſitacion, & apres, quæ aſcunes cuſtumes bones & boneſtes avant ces hures uſes entre vous, ſont par negligence entreleſſez, & autres uſages qui ſount*

ſount abuſions, gardes & uſez, les queux ſont contre leſtat de voſtore religion. Et pur ceo que as nous attient par la reſon de la cure que nous avons tiels defautes amender, vous comandons enchargeantz en vertue de obedience en laquelle vous nous eſtes tenuz, que les cuſtumes & les amendementz dabuſions avantdites deſore enavant gardez ſi come elles ſount deſouz eſcriptes, iſſint que vous puſſez avoir merit de Dieu par voſtre obedience, & eſtcheure grevouce penaunce, ſi nous vous trouvons deſſobeiſſauntes a ceſtes noz ordinaunces, que Dieu defent.

1. *La couſtume de la commemoration de ſeint* Auban *ſeit garde ſicome il ſoleit eſtre. Ceſt aſſavoir que vouz chauntrez de lui un jour en la ſymaigne, ceſt a dire le Jeofdy ſi voide ſoit, ou autre jour que ſera void, & ceo ne ſoit leſſe forſque en Advent, & Quarreme & deins les Octaves des principales feſtes, & por feſte de treis leſſons que avera prope eſtorie.*

2. *Pur mals eſcheure & quiete & charite norir, & tener, nous comaundons que en chapitle ne ſoient forſque treis voyz; ceſt aſſavoir de icelle qui ſera preſident & de la ſupprioureſſe ou de une autre gardiene de lordre, & de icelle qui ſera challengee ou clame par ſun treſpas, & ſi nulle ſoit rebelle en chapitle a la .... Prioureſſe ou autre gardeyne del ordre preſident, ſoyt celle rebelle par celle gardeyne del ordre qui eſt prochaine apres celle gardeyne de l' ordre preſident. & ſoit celle rebelle a payn & ewe ſans relees a la jornee, & meſme la penaunce eit celle gardeyn del ordre qui lerra clamer une tiele rebelle.*

3. *Purce que vous eſtes tenuz par la reule ſeint* Beneyt *a la ſilence tenir en leſgliſe en le cloiſtre en le Refeytour, & en le Dortour, vous commandons que la ſilence ſoit tenue en les lieus avauntditz, & ſi nulle enfreigne la ſilence prenge ſa veyne en chapitle, & preigne diſcipline regulere reconiſſante ſa coulpe.* Ee *ſi tiele que enfreyne ſilence ne voille de gree prendre ſa veyne, ſoit clame par garde ne del ordre, & miſe a plus dure penaunce. Et ſi aveygne que auſcune tenſe ou autre deſordonnement, ſoit celle miſe en ſilence par tut, & tiegne la penaunce treis jours.*

4. *Auxi avons ordine que checun jour martyn, quant temps ſera de lever, la ſupprioureſſe, au autre gardeyne del ordre, ſoune le petit ſeyn qui pent pres del Queere, & nullo iſſe la dortour auaunt cel ſonyt, ſaunz eſpecial conge del gardeyne del ordre, & a cel ſoynt, levent touz & faites les treis oriſones uſueles, ſoient touz a la meſſe noſtre dame; & apres cele meſſe, ſeſent touz en lencloiſtre jeſque au prime entendauntes ſoulement a lour pſalter, oriſones & autres devocions, ou a recorder le dieu* ſirvice, & quant temps ſera, ſoit prime ſone, & a prime ſoient touz horſpris les malades & les ſeynes: & prime chantee entrent touz en chapitle, & facent ceo que apent, & apres chapitle ſoinet occupez jeſques a houre de manger en bones occupacions iſſintque que celles qui ſont tenuz ſoyent a la graunt meſſe & a les houres de jour.*

* Divin. ut.us.

5. *Auxi avons ordine que les hus devers le gardyn, ne ſoit pas deſhore enavant overt devaunt prime: & en eſte en temps de la Myriene ſoient les hus de le parlour & de le gardeyn, & les feneſtres devers la cuy ſine clos, & ne ſoient pas overtes taunque home ſoune a houre de nonne qui ſerra chaunce apres la Meriene, & que les avauntditz hus de le parlour & de le gardyn, checun nuyt parmy lan taunt touſt apres cuvereſeu ſone en labbeye ſoient cloſes, ſil ne ſeit par reaſonable encheſon, laquelle nous volons eſtre a la conſideracion de .... confeſſour.*

6. *Et purce que covenable choſe eſt dames de religion en preſence de ſeculers ſe eient ordinement en habite & en porture, nous volons & ordinons que nulle de vous des ore enavaunt viegne a parlour a parler oue ſeculers ſi ele neyt ſon cool & ſon viſage covert de cuverchiefs & de veil ordine, come apent a voſtre religion. Et nulle perſone ſoit ſuffert dentrer forſque honeſtes, & ſi tiele perſone voille demorir a manger, mange en le parlour denſeyne par congie le confeſſour, & nemie en chambres, ſauns conge de nous eſpecial, ou de noſtre* Priour, *ſi nous ſoions abſents.*

7. *Des overours des queux vous aures meſter pur voz neceſſares, ceſt aſſavoir taillor & pelleters, volons que pur tiels overours ſoit une lieu ordine pres de lencloiſtre, ou tiels overours facent lours overaignes, & que tiels overours ne ſoient mes appellez en chambres, ne en lieu prive. Et ſoint les overours tiels des quey ſuſpecion de mal ne puiſſe eſtre.*

8. *Et pur ceo que nous avons entenduz que une abuſion eſt entre vous, que ſi une de vous ſoit miſe en ſilence, pur ſa culpe, elle ne deveroit lire ne chanter, ne veer le ſacrement de la meſſe, nous reprovons celle abbuſion; & commandons que quant nulle de vous ſera en cel cas, quele liſe & chanie oue les autres & veie le ſacrement de la meſſe ſicome eſt graunte a Chreſtien deveer.*

9. *Une autre cuſtume ſoleit eſtre garde entre vous, que ſi nulle de vous ſeuſt malade elle deuſt entre en lenſermerie, & nemye en autre chaumbre; & pur ceo volons que ceſte cuſtume ſoit tenue, & que la prioureſſe ne puſſe congie donner dautrement faire. De ceſte obſervance volouns que la prioreſſe & la ſupprioureſſe ſeient horſpriſes.*

10. *Auxi avons ordine que deſore enavaunt la .... prioureſſe ne donne congie a nulle de vous a demourer hors de la dortour en chaumbres de nuyt oue hoſtes que vendront, & que nulles hoſtes ſeculeres ne reguleres ne giſont en la dortour oue vous, mes ſeulement vous qui eſtes del convent, & checune ſoule en ſon lyt, ſicome apent a voſtre eſtat.*

11. *Une autre cuſtume ſoleit eſtre entre vous, que le chappellyn que vous appelleyz noſtre dame devereit lever a matynes en xij. leſſons, & eider le confeſſor, lire les quatre leſſons del expoſition del euangelie, & checune ſymaigne une fois chaunter la meſſe noſtre dame a note, a laquelle Meſſe vous deuſſes tous eſtre, & meſme celuy chappelleyn ſoleit lire le euangel en chacun principal feſte a la grande Meſſe. Laquelle cuſtume voullons que deſore enavant ſoit tenue.*

Edita & publicata ſunt hæc per dominum *Michaelem* abbatem, apud domum de Sopewelle viſitationis officium exercentem, die ſanctæ *Fidis* virginis, anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo octavo.

MERGATENSE

Cœnobium in agro Bedfordienſi,
Cella etiam de S. Albano.

Math. Pariſ. hiſt. p. 63.

GAufridus abbas de ſancto *Albano* eccleſiam ſanctæ *Trinitatis* de *Boſco*, cæteraque ædificia bis a fundamentis ex ſumptibus hujus eccleſiæ conſtruxit, & totam decimam noſtram de *Caiſo* & duas partes decimæ garbarum de tota parochia de Watford eidem eccleſiæ, abſque conſenſu conventus, violenter conceſſit.

De Gaufrido *abbate.*

De ſanctitate & actibus Rogeri *heremitæ.*

Ex hiſtoria abbatum S. *Albani* in bibl. *Cotton.* [ſub. effigie *Claudii* E 4] fol. 104 b.

HUjus abbatis tempore, floruit *Rogerus* monachus hujus eccleſiæ (S. *Albani*) gradu levita, devotione, heremita; ſanctitatis ſpeculum, maturitatis exemplum, par habitus antiquis patribus meruit comparari. Qui noſter quidem fuit monachus, ſet vivebat in heremo, obedientiam ſervans abbati ſuo. Porro, locus heremi quem colebat gradientibus de noſtro monaſterio verſus *Dunſtapliam* apparet à dextris ſecùs viam prope vicum qui Markate iſto tempore appellatur. Acceperat autem noſter *Rogerus* hunc locum divino munere, angelico perductus illuc tam miniſterio quàm revelatione. Nam cum rediret de *Jeruſalem* acceperunt eum apud *Wyndeleſhoram* ſancti tres angeli, niveis veſtibus & ſtolis amicti, qui ſinguli ſingulas cruces ferebant in manibus, & deſuper totidem non ſolùm ardentes cereos, ſed fulgore mirabili choruſcantes.

Inde cum eo viſibiliter ambulantes uſque ad præfatum locum heremi, velut conſortem deducunt, & ibidem ſtatuunt in Dei ſervicio permanſurum, ubi poſtea multa mala perpeſſus, multas temptationes expertus, magna viciſſim conſolatione meruit divinitus ſublevari, nunquam nempe puto callidus hoſtis alicui, vel acriores temptationes immiſit, vel plures tetendit inſidias. Set ille virtute crucis armatus, & has gratioſè devicit, & diſcretiſſimè illas cavit. In carnem ſuam nullus umquam crudelior extitit, ſet & illud inſiſtebat toto conatu perficere, quo ſe novit Deo melius complacere. Et erat ei tanta ſuper afflictis compaſſio, ut illorum tam egrè ferret injurias ſicut ſuas. *S*piritu propheciæ claruit, & in contemplativis egregius habebatur. Ipſe quoque tanta intentione ſolebat orare, ut cum diabolus olim viſibiliter incenſus, & totus igneus orationem ſuam interrumpere niteretur, igneque viſibili cucullam orantis dorſo inhærentem incendiſſet, non eum ab intentione remiſſiorem reddidit, nec orationem valuit reſecare. Hujus *Rogeri* diſcipulatui adhæſit beata *Chriſtina*, virgo de *Hontyngdona* oriunda, quæ propter amorem caſtimoniæ, amplas reliquerat poſſeſſiones domumque paternam diviciis opulentam. Non tamen conſenſit ipſe faciem videre virginis, quamvis apud eum quatuor annis & eo amplius recluſa fuiſſet.

Erat nempe oratorio dicti *Rogeri* domus contigua, quæ cum illo fecit angulum conjunctione ſua. Is ante poſitam habens unam tabulam poterat ita celari ut deforis aſpicienti nullum interiùs haberi perſuaderet, ubi tantum plus paulo ſemis ineſſet. In hoc carcere *Rogerus* gaudentem *Chriſtinam* poſuit, & admovit pro hoſtio conveniens ligni roboris, quod fuit tanti ponderis ut ab incluſa nullatenus admoveri ſive removeri poterit. Hic ancilla Chriſti coartata ſuper duram petram ſedit & frigidam, uſque ad *Rogeri* obitum, per annos quatuor & amplius, ut prefertur, latens heremitas quinque, & omnes qui cum *Rogero* pariter habitabant. O quantas illuc ſuſtinuit incommoditates œſtus & frigoris, famis & ſitis, jejuniique cotidiani. Anguſtia loci non patiebatur eam habere tegumentum neceſſarium cum algeret, integerrima clauſula cum œſtuabat, nullum refrigerium indulgebat, longa inedia contracta ſunt, & aruerunt ſibi inteſtina, quandoque pro ſitis ariditate fruſta ſanguinis coagulati ex ejus naribus bulliere; exire foras non niſi ſerò licebat ad ea quæ natura popoſcit, quia nequibat, licet juſtaret neceſſitas, ſibi ipſa aperire, & *Rogerus* de more tardabat; itaque neceſſe fuit eam immobiliter in loco ſedere, torqueri, & tacere, quia ſi *Rogerum* habere voluerit, voce vel pulſu vocare eum oportebat: ſed qualiter faceret hoc abſcondita, quæ nec auſa fuit trahere vel ſemiſuſpiria, metuebat namque ne quis præter *Rogerum* adeſſet, qui vel anelitu ſpirantis audito latebras ſuas deprehenderet, & illa quidem in carcere mori mallet quàm tunc temporis cuiquam externo patefieri. Talia patientem corripuit dira morborum varietas, ſet omnes anxietates equanimiter tolerabat amore Chriſti. Verùm amicus dei *Rogerus* eam nunc doctrinâ nunc exemplis informabat, & docebat incredibilia penè de ſecretis cœleſtibus, qui ſe talem exhibebat, ut ſolo corpore videretur in terra, cum tota mente in cœleſtibus verſaretur. In tantumque profecit *Chriſtina Rogeri* doctrinis, ut ſpecioſus forma præ filiis hominum, dominus *Jeſus Chriſtus*, ſedenti in Cella appareret, crucem ferens auream, quam ſibi tradens confortavit, præcipiens ne timeret, & dicens, neceſſe fore hanc portare crucem omnibus qui *Jeruſalem* ire volunt, promiſitque, quod ipſam crucem poſt modicum tempus ab ea reſumeret, quibus dictis ab oculis ejus diſparuit.

Quam viſionem cum *Rogero* retuliſſet, cœpit flere præ gaudio, ita dicens, *letare mecum* (ait ſermone vulgari) Myn gode Sonendayes doghter, id eſt, *mea bona dominicæ diei filia*, quia veſtra tribulatio eſt in proximo terminanda; evenitque ſicut homo Dei locutus eſt. *Rogerus* igitur collecta ſpe ex multitudine gratiarum quas noverat ineſſe *Chriſtina*, illam ſui hæredem heremi poſt ſe relinquere cogitabat, illa verò per viſum monita, & à beata *Maria* confortata, cognovit quod ad incolatum habitaculi *Rogero* ſucceſſura foret.

Miraculum

Miraculum factum per Rogerum *heremitam.*

Ibid.

EO tempore venit ad partes *Thurſtanus* archiepiſcopus *Eboracenſis* amator & fautor caſtorum ſtudiorum, & *Rogero* propter ſanctitatem ſuam, fidus & devotus amicus. Huic *Rogerus* nunciavit *Chriſtinæ* propoſitum, rogans ut illi impendere dignaretur adjutorium. Epiſcopus verò mandavit, ut mitteret ad eum virginem, volens cum ea de ſuo propoſito ſecretum habere colloquium. *Rogerus* ergo ad eum fecit accerſiri *Godeſcallum* de *Caddundonia*, & uxorem ejus, homines ſibi familiariſſimos, & rogavit eos, ut revertentes in craſtino *Criſtinam* deducerent ad *Redburnam*, quia illuc archiepiſcopus fuerat acceſſurus. Quibus votis ſuis gratanter annuentibus, dixit homo Dei, *Ite domum ſecuri, quoniam orabo pro vobis, & fortaſſe non penitebit vos laboris quem ſuſcipitis pro ancilla Dei.*

Abierunt ergo uno tantum equo ſuper quem venerant ambo contenti, nitenteſque jumento contra aſcenſum per devia nemoris, ſella ſolutis cingulis, ad terram labitur cum ſeſſoribus. Nox erat, equus aufugerat, ipſi ſine comite, ac gravati ſomno, nec ſi dies eſſet ſequi valentes, quid facerent? tandem derelicta ipſa ſella, quia nequibant eam tollere, pedites & palpitando per tenebras prout potuerant cœperunt progrediendo ambulare, contriſtatiq; de infortunio ita conqueſti ſunt, *ubi nunc eſt promiſſio viri Dei?* Vix verbo dicto, ecce equus frenatus & ſellatus aſtitit juxta illos manſuetus, prope quendam præciſum truncum, qui videbatur illic præparatus, ut ſervis Dei commodaret miniſterium aſcendendi; quo viſo, Deo & famulo ſuo *Rogero* gratias egerunt uberes, & aſcenſo jumento ad domum ſuam profecti ſunt, & mane facto revertens *Godeſcallus* ad *Rogerum Criſtinam* duxit ad archiepiſcopum, qui *Redburnæ* hoſpitabatur. Poſtq; data monita ſalutis virgini, præſul remiſit eam ad *Rogerum*, quæ cum eo permanſit in heremo uſque ad ejus obitum, ſerviens Deo in caſtitate & innocentia, in humilitate, & patientia, juxta doctrinam ſuam, donec culmen virtutum omnium attigiſſet.

Tandem, vocante Deo cui ſerviebat, *Rogerus* mundum deſerens, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, corpuſque ejus delatum eſt ad monaſterium ſancti *Albani*, ubi honore condigno eſt humatum in arcuato locello qui fit in muro eccleſiæ verſus auſtrum prope chorum fratrum dicti loci. Poſt cujus obitum cum *Criſtina* multa temptamenta & pene inportabilia ſuſtinuiſſet, tam humana quàm diabolica, & ſemper fortiter reſtitiſſet: Apparuit ſibi Dominus Jeſus Chriſtus in ſpecie parvuli veniens, inter brachia ſponſæ ſuæ, ac per diem integrum manens cum illa ſenſibilis & viſibilis, & extunc omnis temptatio ab illa ſic evanuit, ut nunquam ullam temptationem aliquantenus formidaret; deinde cœpit virtute divina, ſpiritu prophetiæ clareſcere, miraculorum patratrix exiſtere, in tantum ut fama virtutum ejus totam patriam pervolaret.

De virtutibus Chriſtianæ *Prioriſſæ de* **Markgate**. Ibid.

EO tempore *Galfridus* abbas ſancti *Albani* propoſuerat unum quid ſe grande facturum unde Deum intelligebat offendi, non ſine ſui capituli perturbatione: propoſitum ſuum tamen nondum cuiquam communicaverat; vixerat autem in eccleſia ſancti *Albani* ſub præfato abbate, vir quidam magni teſtimonii, *Aluredus* nomine, notus *Criſtinæ* in vitâ ſua, qui jam mundum deſerens vitam non amiſerat, ſet mutaverat; hic apparens *Criſtinæ* viſibiliter candelam in manu geſtans ait. *Dominus abbas* Gaufridus *abſque capituli ſui conſultus, tale quid, expreſſitque cauſam, diſpoſuit ſtatuere, & quidem non ſine peccato, ſi id feciret, deum offendet: per te ergo quæſo denuncietur ei, ne illud faciat: hoc nempe ex Dei judicio tibi mandatum.* Hiis dictis diſparuit. *Criſtina* verò nunquam abbatem viderat, nec abbas *Criſtinam*: exequitur tamen juſſum, mittens abbati per familiarem nuncium quæ viderit vel audierit, & ne propoſitum faceret diſſuaſit. Abbas, *Normannorum* more, ad hoc intumuit & ancille Chriſti ne ſompniis crederet remandavit, admirabatur tamen eſſe virgini revelata quæ ipſe ſolo tantum corde conceperat. Abbate nichilominus perſiſtente in obſtinacia, ipſa nocte in cujus craſtino cœptum compleſſe voluerat, prima noctis vigilia vidit plures nigras horridaſque perſonas ſe circumſtare, qui facto impetu eum lecto excuciunt, impellunt, ſuffocant, & modis diverſis excruciant. Cumque jam expiraturus videretur, divertens obtuitus vidit prædictum *Aluredum* vultu ſimilem indignanti, Cui abbas *Quid* (inquit) *jubes domine?* Cui *Alueredus* quaſi fremebundus? *Tu* ait *noſti, mandatum enim habuiſti, nec à malo ceſſare diſpoſuiſti.* At abbas, *Sancte* (inquid) Aluerede *miſerere mei mandatis abhinc promptius obtemperaturi.* Quibus dictis, diſparuit *Alveredus*, tortoribuſq; remotis tormenta ceſſerunt. Mane facto, quia flagella vera fuerant, abbas, convocatis perſonis familiaribus, rem pandit ex ordine, & propoſitum ſpondet diſſolvere. Abbas igitur per ſeipſum jam cognoſcens ſanctitatem *Criſtinæ*, illam videre feſtinat, cui promittit ſe loci ſui futurum efficaciſſimum promotorem; & abhinc in dubiis reſponſum *Criſtinæ* pro divino ſuſcipiebat oraculo. *Criſtina* igitur tanto ſtudio abbatis invigilabat ſaluti, ut, quod dictu mirum eſt, vix vel propriis abbas degens vel remotius, ſi facto vel verbo Deum offendiſſet, illa per ſpiritum in momento cognoſceret, nec diſſimulabat cum terrore præſentem arguere, quotiens ſenciebat abbatem deliquiſſe.

De cauſis & fundatione domus de **Markgate**. Ibid.

HIis & aliis miraculis abbas incitatus locum monialium de **Markgate** conſtruxit à fundamentis, dans eidem loco redditus atque decimas in diverſis locis ad ſuſtentationem *Criſtinæ* ſuæ dilectricis, & ſororum congregatarum ibidem ad militandum ſub regimine doctrinaque *Criſtinæ*, quamvis conventus ſancti *Albani* pro talibus expenſis & collationibus murmuraret. Et cum lapſu temporis eadem cella monialium de **Mark-**

gate ignis ſenſiſſet extrema dispendia, abbas nichilominus totam Cellam cum omnibus neceſſariis reparavit. Accidit abbatem in antelucano vigilantem in lecto ſuo ſedere, & quibuſdam prefuturis intendere, & circumducens oculos vidit manifeſtè virginem Chriſti, neq; enim erat ſompnium, ſuo aſſiſtentem capiti, velut eſſet ſollicita qualiter abbas ſe erga Deum haberet. Manè facto, abbas advocat quandam parentem *Chriſtinæ*, *Leticiam* nomine; profecturam ad virginis heremum, quæ & ipſa ſanctimonialem ducebat vitam, & dicit ei, *Vade, dicito dilectæ dominæ meæ* Chriſtinæ, *quia manifeſte novi ſollicitudinem ſuam erga me, verè enim vigilando, vidi quod hac nocte me viſitaverit*; annexuitque locum tempus & horam. Eſtimabat enim hæc *Criſtinam* latere. Adveniens *Leticia* injunctum mandatum cœpit exſolvere. Itaque ad primum verbum non ampliùs reſpondit *Criſtina*, vocanſque ſororem *Margaretam*. Dic, ait, audiente *Leticia*, quid ego tibi dixi primo diluculo de abbate. Et illa, dixiſti domina quod hac nocte pro certo tali loco & hora ad eum viſendum veneris. Et dixiſti inſuper quod ſi tale quid in tempore beati *Gregorii* accidiſſet, mandaſſet illud memoriæ, quamvis res parva ſit & memoria parum digna; Ego reſpondi, non parum quid eſſe, ſet mirabile, & poſteris memorabile. Audiens hæc *Leticia* Deum in ſanctis ſuis glorificavit.

Vide Vol. 2. pag. 872. Col. 1.

EXONIENSIS
Prioratus S. Nicholai,
Cella Abbatiæ de Bello.

Carta Regis Willielmi Rufi.

Cart. 11. *E.* 3. n. 29. per Inſpex. Et, Pat. 18 *H.* 6. parte 3. m. 13.

WILLIELMUS Rex *Anglorum Baldewino* vicecomiti de *Deveneſira*, & omnibus baronibus ſuis & miniſtris, ejuſdem provinciæ, Salutem. *Sciatis* me conceſſiſſe monachis meis de *Bello*, eccleſiam ſancti *Olavi* in *Exonia*, cum terra de **Sireforde**, & **Cheneb.** & cum omnibus aliis terris & rebus ad ipſam eccleſiam pertinentibus; unde volo & præcipio quatinus eam liberè & in pace teneant, & ut libera ſit ab omni conſuetudine terrene ſervitutis, & ab omnibus placitis & querelis & ſiris & hundredis, & ab omni geldo & ſcoto, & auxilio, & dono, & Denegeldo, & exercitibus, cum ſaca & ſoca, & **Thol** & **Infangenetheof**, & omnibus operibus Caſtellorum & pontium ſicut dominica elemoſina mea. T. *Thoma Eboracenſi* archiepiſcopo, & *Willielmo* filio *Osberti*, apud *Wintoniam*.

Alia carta ejuſdem Regis Willielmi.

Ibidem.

WILLIELMUS Rex *Anglorum Willielmo* vicecomiti, filio *Baldewini* & omnibus baronibus ſuis & miniſtris qui habitant in *Devoneſcira*, Salutem. *Notifico* vobis quod mea condonatione eccleſia beati *Olavi* regis & martyris à Monachis *Belli* ædificata, in honore beati *Nicholai*, quam cum omni terra quæ pertinet ad eccleſiam ſupraſcripti martyris, meo privilegio, videlicet literis, & ſigillo, liberam facio, & ita liberam & quietam per omnia cum *ſaca* & *ſoca*, & **thol** & **theam**, & **infangenetheof**, & **Warpeni**, & murdro, & omnibus conſuetudinibus, & operibus, & auxiliis, ſicut pater meus liberam fecit eccleſiam ſancti *Martini* de *Bello* ubi hoſtem devicit, & ubi coronam regni hæreditariam ſibi bellando adquiſivit. T. *Walchelino Wintonienſi* epiſcopo & *Rogero Bygot*, apud *Wintoniam*.

Carta Regis Henrici *primi.*

Ibid.

HENRICUS Rex *Anglorum*, epiſcopo *Exonienſi*, & *Ricardo* de *Retvers*, & *G.* de *Magna-villa*, & omnibus baronibus & fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* in *Devoneſcira* Salutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe eccleſiæ ſancti *Nicholai* de *Exonia*, & monachis ejuſdem eccleſiæ, terram *Heraldi* de *Exonia*, illam quam ad firmam tenebant pro xxv. ſol. per annum, infra burgum & extra; terram ſcilicet de *Reliſdona*, & quod ei pertinet, ſolutam & quietam ab omnibus rebus, pro anima mea, & patris, matris, & fratris mei & anteceſſorum meorum. Et prohibeo ne eis aliquis inde injuriam faciat, ſet cum honore & in pace teneant. T. *Roberto* epiſcopo *Lincolnienſi*, & *W.* Cancellario, & *W.* de *Warelwaſt*, & *Giſleberto* de *Aquila*, apud **London**.

Carta Regis Johannis.

Ibid.

JOhannes Dei gratia rex *Angliæ* (*&c.*) Sciatis nos dediſſe, conceſſiſſe, & præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ S. *Nicholai* de *Exonia* & Priori & monachis ibidem Deo ſervientibus, in dotem ejuſdem eccleſiæ, terram de **Bradeham**, de qua nobis reddi ſolebant per annum quinquaginta ſolidi blanci. Habendam eis & tenendam in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervicio & demanda, ſalvo nobis & hæredibus noſtris homagio & ſervicio, & terra *Morini* de **Bradeham** & hæredum ſuorum. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum *Hugonis* de **Welle** archidiaconi *Wellenſis*, apud Ex*oniam* xiij. die Julii anno regni noſtri ſexto.

MALLINGENSE
Cœnobium in agro Cantiano.

Charta regis Eadmundi.

Ex Textu Roffenſi fol. 143.

IN nomine Dei ſummi & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ipſo quoque in perpetuo regnante diſponenteque ſuaviter omnia. Quapropter ego *Eadmundus* rex *Anglorum*, necnon & *Merciorum*, meo amabili epiſcopo nomine *Burbric*, concedo aliquantulum mei telluris, ubi dicitur, *Meallingas*, trium videlicet aratrorum, pro remedio animæ meæ in ſempiternam hæreditatem, ad augmentum monaſterii ejus, quod eſt dedicatum in honore ſancti *Andreæ* apoſtoli, qui fuit germanus *Petri* & ſocius in paſſione, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, cum campis, ſilvis, pratis, paſcuis necnon & aucupiis, & hoc quoque cum conſilio optimatum & principum meorum quorum nomina infra ſcripta reperiuntur. Unde adjuro in nomine Domini Dei Jeſu Chriſti, qui eſt omnium juſtus judex, ut terra hæc ſit libera ab omni regali ſervitio imperpetuum. Si quis vero minuere vel fraudare preſumpſerit hanc donationem, ſit ſeparatus a conſortio Sanctorum, ita ut vivens benedictione Dei ſit privatus, & ſit damnatus in inferno inferiori, niſi ſatisfactione ante ejus obitum emendaverit quod inique geſſit; manente tamen hac cartula nichilominus in ſua firmitate. Qui vero tunc augere voluerit dona noſtra, augeat illi dominus cœleſtia dona, & æternam vitam tribuat.

Ðis sindon ða land ge mæro ðæs bufan cƿedenan landes; Ærest on suþ healfe oþ cineges firhþe. of cineges firhþe on Offahames gemære. ðanan on herestræt. andlang stræte ofer Lylleburnan oþ east Meallinga gemære. ⁊ sƿa riht suþ be eastan ðam eƿyllan oþ ꝥ ða ƿyde stræte. suþ ⁊lang stræte on geriht oþ cineges fyrhþe⁊ Ðænne syndon ðis ða denhæro. east Lindhrycg. ⁊ Otanhyrst xxx.p. ⁊ Fræcinghyrst. ⁊ Sceorfestede xxx.p. ⁊ ƿihthermeg. Faladsto. Gafol. ⁊ Holansƿic xxx. horda. ⁊ Pætlanhrycg⁊

Id eſt. *Hi ſunt fundi ſupradicti fines. Primò ex auſtrali parte uſque ad regis planiciem: à regis planitie ad* Offehamæ [villæ] *fines, deinde ad viam militarem, per longitudinem* [vel, *tractum*] *viæ trans* Lilleburnam [a] *uſque* Meallingæ *orientalis fines: & ſic rectà auſtrum verſus ab oriente crucis* [vel, *patibuli*] *uſque ad amplam viam, auſtrum verſus per longitud. viæ in directum uſque ad regis planitiem. Sunt autem hæc porcorum paſcendorum loca* [*valles ſcil. nemoroſæ & glandiferæ:*] *orientalis* Lyndhꝛycg, *&* Otanhyꝛſt *xxx. p.* [b] *ubi &* Fraecinghyꝛſt, *&* Sceoꝛfeſtede *xxx. p.* [c] *&* Wihthermeg, Faladſto, Gafol, *&* Holanſwic *xxx. borda* [d] *&* Paetlanhꝛycg.

[a] Cujuſd. Lillæ torrentem.
[b] [c] For. pearrucas. iſaginaria.
[d] Cellaria fortè, vel Penaria.

✠ Ego *Eadmundus* Rex *Anglorum* ſigno crucis confirmavi. ✠ Ego *Eadred* frater regis roboravi. ✠ Ego *Eadgife* mater regis adfui. ✠ Ego *Oda* archiepiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego *Elfeh* epiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Theodred* epiſcopus. ✠ Ego *Wulfſtan* archiepiſcopus. ✠ *Cenwald* epiſcopus. ✠ Ego *Ælfred* epiſcopus. ✠ Ego *Ælfric* epiſcopus. ✠ Ego *Æthelgar* epiſc. [illegible] concubina regis affui. ✠ [illegible]*ulfgar* dux. ✠ *Æthelſtan* dux. ✠ [illegible]*mund* dux. ✠ *Scula* dux. ✠ *Sig*[illegible] miniſter. ✠ *Wulfric* miniſter. ✠ *Ealdred* miniſter. ✠ *Ælfſtan* miniſter. ✠ *Ordeah* miniſter. ✠ *Eadwerd* miniſter. ✠ *Wulfric* miniſter. ✠ *Odda* miniſter. ✠ *Ælla* miniſter. ✠ *Ælfgar* miniſter. ✠ *Oſferth* dux. ✠ *Wihtgar* miniſter. ✠ *Wulfſige* miniſter. ✠ *Birhtwald* miniſter.

Charta Gundulfi *epiſcopi confirmata.*

Cart. de an. 21. Ed. 3. m. 22.

REx archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam dominus *Willielmus*, quondam Rex *Angliæ*, progenitor noſter fecit in hæc verba. *Willielmus* Rex *Angliæ* omnibus baronibus ſuis & omnibus hominibus *Francis* & *Anglis* de comitatu *Cantiæ* ſalutem. Sciatis quod ego concedo opus, & elemoſinam quam *Gundulfus* epiſcopus de *Rouceſtria* fecit apud *Mallingas* manerium ſuum, & placet mihi multum, quod facit, & pulchrum eſt mihi. Teſte R. epiſcopo *Dunlemenſe*, apud *Londoniam*. Inſpeximus etiam cartam *Henrici* regis *Angliæ* in hæc verba. *Henricus* Rex *Anglorum*, *Haimoni* vicecomiti, & *Gilberto* de Tunebꝛigge, & omnibus baronibus ſuis, *Francis* & *Anglis* de *Cantia*, ſalutem. Sciatis quod ego concedo, & confirmo donum illud quod *Anſelmus* archiepiſcopus dedit ſanctimonialibus quæ in parochia *Roſenſis* epiſcopi, Domino Chriſto famulantur. Scilicet manerium quod juxta illud ſitum eſt, nomine parvas *Meallingas*, ad victum illarum eternaliter poſſidendum, teſtimonio *Roberti Lincolnienſis* epiſcopi, & *Roberti* filii *Hamonis*, & *Willielmi* de *Albigneio*.

Vide etiam *Text. Roffen.* fol. 163.

Inſpeximus etiam aliam cartam quam idem progenitor noſter fecit in hæc verba. *Henricus* Rex *Angliæ A.* archiepiſcopo *Cantuariæ*, & *Herberto* epiſcopo *Norwicenſi*, & *Rogero Bigoto*, & abbati de ſancto *Edmundo* & omnibus baronibus *Francis* & *Anglis* de Suffolch ſalutem Sciatis me conceſſiſſe S. *Mariæ* Mellinges, *Corugerda* manerium, quod *Robertus* filius *Hamonis* dedit ſanctæ *Mariæ*, cum filia ſua, ad victum monialium. Et volo & firmiter precipio, ut bene in pace, & quietè, & honorificè teneant, ſicut *Robertus* filius *Hamonis* honorabilius tenuit, cum omnibus conſuetudinibus ſuis, in tempore fratris mei *Willielmi* regis & meo, Teſtibus *Waltero* cancellario, & *Hamone* Dapifero, & *Willielmo* de *Albinneio*, & *Willielmo Peverello de Doura*, *apud Rotomagum*, in feſto ſancti *Andreæ*, &c. & alie carte teſtes *Mathildis* Regina, *Robertus Lincolniæ* epiſcopus, & *Robertus* filii *Hamonis*, & *Alanus* filius *Flathaldi*, & *Willielmus* de *Albineo*. Apud *Cantriberiam*.

De ſubjectione & fidelitate abbatiſſe de Mellingis.

Ex eod. *Roffen.* fo. 191.

DE illa qua *Gundulfus*, *Roſenſis* epiſcopus abbatiam de *Mellinges* dedit ſanctimoniali *Aviciæ*, eadem ſanctimonialis eidem epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, & ſancte *Roſenſi* eccleſiæ, juravit fidelitatem & ſubjectionem, & quod nec per ſe, nec per aliam perſonam prædictam ſubjectionem diſſolvere temptaret; Hoc autem facto ſacramento, prædicta *Avicia* epiſcopo, firma & ſtabili conventione promiſit, quod ſine ejus conſilio & licentia, in abbatia ſibi data, Priorem nec poneret, nec deponeret, nec ullam ſanctimonialem reciperet, nec terram inde daret, aut auferret. Hujus rei teſtes fuerunt iſti audientes & videntes. *Radulfus* abbas *Belli*, *Ordivimus* Prior, *Paulinus* Secretarius, *Alueredus*, *Andreas* medicus, *Arnulfus* capellanus epiſcopi, *Johannes*, *Goisfridus*, *Albericus*, *Odo*, *Beringarius*, *Willielmus* ſubprior, *Humfridus*, *Eruegrinus*, *Hugo* nepos epiſcopi, *Willielmus* juvenis, *Radulfus* clericus, *Ausfridus* clericus, *Godardus* clericus, *Rodbertus*

bertus Camerarius, *Hugo* Camerarius, *Ausfridus* Dapifer, *Humfridus* portarius, & alii plures.

Cart. 7. *Job.* n.11. m. 2.

JOHANNES Dei gratia, &c. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute noſtra, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum conceſſiſſe & hac Carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ de **Mallinges**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus eccleſiam de **Eſt-Mallinges**, cum omnibus ad eam pertinentibus quam dominus *Hubertus Cantuarienſis* archiepiſcopus eis reddidit, & in proprios uſus earum convertit, ſicut Carta ejuſdem archiepiſcopi quam inde habent rationabiliter teſtatur. Quare volo (*&c*). Datum per manum *Hugonis* de **Welles** archidiaconi *Wellenſis*, apud *Rumenell.* v. die Aprilis anno &c. vij.

TUTBURIENSE
Cœnobium in Comitatu
STAFFORDIE.

Charta Henrici *de* Ferariis *cœnobii fundatoris.*

Ex codice MS. ſub effigie *Vitellii* F.4. in bibl. *Cotton.* fol.1.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ego *Henricus* de *Ferariis* fundavi eccleſiam in honore ſanctæ Dei genetricis *Mariæ* apud Caſtellum meum **Tuttesbury**, pro anima *Willielmi* Regis, & *Matildis* Reginæ, & pro ſalute animæ patris mei & matris meæ & uxoris meæ *Bertæ*, & filiorum meorum, *Eugenulphi*, *W.* *Roberti*, ac filiarum mearum, & omnium prædeceſſorum & amicorum meorum. In uſibus autem hujus eccleſiæ & monachorum ibi Deo ſervientium dedi villam, quæ dicitur *Merſhtona*, præter xj. bovatas & quartam partem pratorum. Et uxor mea *Berta* villā quæ dicitur **Dubbrigge**, cum omnibus conſuetudinibus & benevolencia mea. Dedimus etiam villam quæ dicitur parva *Broctona*, quæ adjacet eidem **Dubbrigge**, cum omnibus conſuetudinibus quas ego in eiſdem tribus villis hactenus habueram. Adhuc autem donavimus parochiam caſtelli mei & decimam Tolonei mei de eodem Caſtello, & decimam vini mei, & totius venationis meæ, & pannagii mei, & in nemore meo ligna ad focum & ad maeremium quantum opus fuerit. Et in aqua mea voluntariam piſcationem, & decimam de melle meo, decimas quoque dominii mei **Tuttesbury**, **Scropton**, **Rolleſton**, **Barton**, **Sapirton**, **Moginton**, **Overton**, cum uno villano, & **Pyry** cum uno villano, Decimam quoque de **Stapilford**, cum uno villano. Decimam quoque de *Cauſtona*, cum uno villano, De **Scropton**, cum uno villano, excepta tercia parte quæ adjacet eccleſiis earundem villarum. De **Duffeld** quoque decimam, cum uno villano, excepta tercia parte eccleſiæ, Et eccleſiam de **Matherfeld**, cum decima, & quicquid ad eccleſiam pertinet, cum homine uno, Ac de **Norburie** eodem modo, Et decimam de **Braſſinton**, & de **Tiſſinton**.

Hanc autem eccleſiam & quicquid huic eccleſiæ vel jam præbui, vel deinceps præbere voluero, per conceſſionem & auctoritatem *W.* junioris Regis *Anglonum* dono eccleſiæ meæ **Tutesbury**, & monachis meis ibidem Deo ſervientibus, ſicut conſtitutum eſt apud *Merkebergam* ante præfatum regem *Willielmum*.

Anno Milleno Domini quater atque viceno
Tuttsburieque *novo Domus eſt fundata patrono*,
Anni trecenti ſeptem cum mille fuerunt
Quando receſſerunt Normanni *lege recenti.*

Carta Roberti *comitis junioris de* Ferariis. Ibid.

EGo *Robertus* comes junior de *Ferariis*, domino *T. Cantuarienſi* archiepiſcopo, totius *Angliæ* primati, & apoſtolicæ ſedis legato, & domino *W. Ceſtrenſi* epiſcopo, & Domino *R. Lincolniæ* epiſcopo, & omnibus fidelibus ſanctæ matris eccleſiæ ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe huic eccleſiæ meæ *Tuttesbiriæ*, quæ eſt conſtructa in honore ſanctæ virginis Dei genetricis *Mariæ*, quicquid avus meus *Henricus*, ſive *Egenulfus* patruus meus, ſeu *Robertus* pater meus, ſeu uxores, ſeu barones, ſeu milites, vel homines eorum donaverunt vel conceſſerunt huic præfatæ eccleſiæ; videlicet, parrochiam caſtelli mei *Tuttesbiriæ*, & decimam telonei mei de eodem caſtello, & decimam totius venationis meæ, & paſnagii mei, & in nemore meo quantum opus fuerit ligna ad focum, & ad maremeum, & in aqua mea voluntariam piſcationem, & decimam de melle meo: decimas quoque dominii mei de **Scropton**, & de *Ronſtona*, & de *Sapertona*, & de *Mugintona*, & de *Bertona*, & de *Bracintona*, & de *Tiſcintona*, & de *Holintona*, & de *Norberia*, & de **Duffeld** cum uno villano, & de **Overton** cum uno villano, & de **Pery** cum uno villano, & de **Stanford** cum uno villano, & de **Stapilford** cum uno villano. Cujus terra eſt apud **Saxeby**. Excepta tertia parte decimarum, quæ adjacent eccleſiis De **Caſton** quoque quinque partes decimarum dominii, cum uno villano, & de **Wimundeham** & de **Torp**, cum omnibus pertinentiis, & cum uno villano. Concedo etiam villam, quæ *Merſtona* dicitur, & *Dubbrigia*, & parvam *Broctonam*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & **Matherfeld**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ eidem villæ adjacent, & omnes conſuetudines & libertates quas *Henricus* avus meus in eis unquam melius habuit, qui cum *Berta* uxore ſua [illegible] in elemoſinam eccl[illegible] *Mariæ* contulit. Eodem modo concedo villam quæ [illegible] vocatur, & [illegible]*iam*, & *Edolveſtonam*, quas pater meus præfatæ eccleſiæ propter villam quæ dicitur **Stanford** dedit. Concedo etiam decem & novem bovatas terræ in **Murcaveſton**, quas pater meus ſolutas & quietas huic eccleſiæ dedit. Et decimam dominii mei de **Hertiſhorn**. Concedo etiam villam quæ **Oſmundeſton** dicitur, quam *Alfinus* de **Breleſford**, concedente patre meo *Roberto* de *Ferariis* domino ſuo, & *Nicolao* *Alfini* filio, ſolutam & quietam huic eccleſiæ dedit.

Concedo quoque, & mea autoritate confirmo omnes donationes ſubſcriptas, ſcilicet, eccleſiarum, terrarum, decimarum, quas homines & fideles avi mei, & patris mei & mei, uſque in præſens, huic eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Tuttesburiæ* dederunt. Ita ut deinceps nulli liceat eas minuere, vel ab iſta eccleſia detrahere. *Nigellus* de *Albiniaco*, & *Amicia* filia avi mei, dederunt eccleſiam de **Catton**, cum decima & pertinentiis ſuis. Et de **Wibaldeſton** eccleſiam cum duabus virgatis terræ & pertinentiis ſuis. *Sewallus* dedit duas partes dominii ſui de *Hoga*, & quatuor acras terræ contiguas villæ **Merſtone**. *Radulphus* de **Bakepuz** duas partes decimæ ſuæ de **Eſſeden**, & de *Orleſtona*. *Johannes* duas partes dominii ſui & decimarum de *Suberia*, & de **Eſton** & de **Oſlaweſton**. *Elfinus* duas partes decimæ dominii ſui de **Turwardeſtow & de Oſmondeſtou**, & quatuor bovatas terræ in *Holintona*. *Robertus* filius *Sarle* duas partes dominii ſui de **Eſſe**. *Willielmus* de **Rolveſton** duas partes decimæ dominii ſui de **Swyneſen**. *Robertus* de **Dun** duas partes decimæ dominii ſui de **Dalebiry**. *Hugo le* **Arbaleſter** duas partes decimæ dominii ſui de **Truſſelai**, & duas bovatas terræ. *Rogerus* de **Livet** duas partes decimarum dominii ſui de **Sumerſdeby** & de **Daleby**. *Robertus* Venator duas partes decimarum dominii ſui de *Burtona*. *Henricus* de **Fiſidre** dedit duas partes decimæ dominii ſui de **Hynge**, & de *Bumoneſtona*. *Richardus* frater ejus dedit duas partes decimæ dominii ſui de **Berwadeſcote**. *Vaſolinus* dedit duas partes decimæ dominii ſui de **Herburburi**, & de *Ceſtretona*. *Ernulfus* de **Bec** dedit duas partes decimæ dominii ſui de **Hilton**, & de **Sumerdeſton**. *Ulſius* dedit duas partes decimarum dominii ſui de **Tuiford & de Steineſton**. *Robertus* filius *Widelini* dedit duas partes decimarum dominii ſui de **Sceple**. *Horrefaſtus* dedit duas partes decimarum dominii ſui de **Makelai**. *Radulfus* de **Inſtanval** dedit dimidiam carucatam terræ in **Holinton**. *Tole* duas partes decimarum dominii ſui de **Syrle**. *Chetell* duas partes decimarum dominii ſui de **Sterton**. *Gulielmus* duas partes decimarum terræ ſuæ de **Merſton**. *Ormus* dedit duas partes decimarum dominii ſui de **Hrton**. *Anſcelin* de **Heginton** dedit dimidiam carucatam terræ in eadem villa, conceſſu *Gaufridi Anſelini* domini ſui, quæ terra eſt apud **Herdewike**. *Robertus* de ſancto *Quintino* duas partes decimarum dominii ſui de **Turwardeſtow**. *Stephanus* duas partes decimarum dominii ſui de *Fiſidia*. Sciatis me etiam conceſſiſſe ſanctæ *Mariæ* & monachis *Tuttesburiæ* donationem quam *Henricus* filius *Sewalli* dedit eccleſiæ prædictæ, *Sci*licet unam carucatam terræ que **Neuton** dicitur, & duas bovatas terræ quas *Radulfus* filius Venatoris dedit pro anima uxoris ſuæ, & pro animabus anteceſſorum ſuorum in **Holinton**, me præſente, liberas ab omni ſervitio. Concedo etiam huic eccleſiæ decimam de *Novo-burgo*, quod pater meus accreſcere fecit. Et de hoc quod ego accrevi vel accreſcere faciam, & de feria mea ac totius villæ telonei, in quibuſcunque reddiderit, ſive in denariis, ſive in cera, ſeu in aliis quibuſcunque redditibus. Ita quod ſi prædicta villa, & theloneum ejus creverit, ſecundum augmentum eorum & decima creſcat. Præterea conceſſi Priori & monachis facere unum **Trenchee** in mora de **Huttoſhall** ad campos ſuos ſalvandos, & rameam de ſalicibus & oſeris quæ ſuper aquam pendent, ad emendationem camporum humidorum.

Hæc & omnia alia quæ avus meus, & pater meus, & omnes homines eorum, ſive ego vel homines mei huic eccleſiæ dedimus, concedo & autoritate mea confirmo, tam in villis, quam in terris, tam in decimis, quam in redditibus, tam in molendinis, in paſcuis, in nemoribus, in planis, in pratis & in piſcinis, cum omnibus conſuetudinibus quas illi in eis melius unquam habuerunt, ſive ego habeo nominatim ad **tol**, ad **teme**, ad **ſache**, ad **infangenthef**, ita ut ſupradictam eccleſiam de nullis hiis rebus per querimoniam vel per minas, vel per placitum, nemo commoveat vel inquietet amplius. Concedo etiam duodecim acras terræ in **Chephull** eccleſie ſanctæ *Mariæ*, quas *Gilbertus* de **Foſton** dedit. Concedo quoque pratum de *Mara* & tres acras de *Fracticio*, quas *Jordanus*, nepos *Henrici* filii *Sewalli* accrevit donationi patrui ſui de *Neutona*. Hoc autem facio pro anima mea, & patris mei & matris meæ, & omnium parentum meorum: & ut Deus mihi indulgeat omnia mala quæ feci.

Carta le Roy de miniſtralx.

Ex Regiſtro de *Tutbury* penes *Henricum Agard* militem.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & Dominus *Hiberniæ* omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Inſpeximus literas patentes *Johannis* nuper regis *Caſtellæ* & *Legionis* ducis *Lancaſtriæ* proavi noſtri factas in hæc verba. Johan *par la grace de Dieu Roy de* Caſtille *& de* Leon *Duke de* Lancaſtre *a touts ceux qui ceſtes nos letres vorront ou orront ſaluz. Saches nous avoir ordenoz conſtitut & aſſignez noſtre bien ame le Roy des miniſtraulx deins noſtre Honour de* **Tuttebury** *quore eſt, ou qui pur le temps ſerra, pur prendre & arreſter touts les miniſtralx deins meiſme noſtre Honour & franchiſe queux reſuſont de faire lour ſervices & miniſtralcie as eux appurtenants a faire de ancient temps a* **Tuttebury** *ſuiſdit annualment les jours del aſſumption de noſtre dame. Donants & grantants au dit Roy des miniſtralx pur le temps eſteant plein poiar & mandement de les faire reſonablement juſtifier & conſtrener de faire lour ſervices & miniſtralcies en maner come appeint & come illonques ad eſte uſe & de ancient temps accuſtome. En teſtimoigniance de quel choſe nous avons facit faire ceſtes noz letres patents, don ſouz noſtre privie ſeal à noſtre Caſtell de* **Tuttebury** *le xxij. jour de Auguſt le an de regne noſtre treſdulces le Roy* Richard *ſecond quart.*

Nos autem literas prædictas ad requiſitionem dilecti nobis in Chriſto *Thomæ Gedney* Prioris de **Tuttebury** duximus exemplificandas per preſentes. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Datum ſub ſigillo noſtri ducatus *Lancaſtr.* apud palatium noſtrum de *Weſtmonaſt.* xxij. die Februar. anno regni noſtri viceſimo primo.

Item eſt ibidem quædam conſuetudo quod hiſtriones venientes ad matutinas in feſto aſſumpſionis beatæ *Mariæ* habebunt unum taurum de

Priore de **Tuttebury** ſi ipſum capere poſſunt citra aquam **Done** propinquiorem **Tuttebury**, vel Prior dabit eis xl. d. pro qua quidem conſuetudine dabuntur domino ad dictum feſtum annuatim xx d.

Vide Vol. 2. *pag.* 873. *col.* 1.

EYENSE *Cœnobium in agro* SUFFOLCIENSI.

Ex regiſtro de *Eya* penes *Thomam Deye* generoſum an. 1630. fol. 58.

Carta Roberti Malet *fundatoris eccleſiæ conventualis de* Eya.

CUm pro animarum ſuarum ſalute multa bona opera fideles viri ac Deo devoti operentur: Hoc præcipuum eſtimatur quod in conſtructione, & edificatione ſancte matris eccleſiæ impenditur. Nam in ſáncta eccleſia virorum religioſorum precibus illorum peccata qui eam edificant, Dei miſericordia diluuntur; pauperes elemoſinis ſive aliis beneficiis ſuſtentantur, cæteraque caritatis officia, cum tempus exigit, humiliter miniſtrantur: Et quia Dei miſericordiam per opus ſimile ſpero me poſſe adipiſci, ego *Robertus Malet*, aſſenſu Domini mei *Willielmi* regis *Angliæ*, pro anima ipſius & uxoris ejus *Matildis* reginæ, pro memetipſo, & pro animabus patris mei *Willielmi Malet* & matris meæ *Heſiliæ*, & pro animabus omnium anteceſſorum & parentum meorum, ad uſus monachorum apud *Eyam* monaſterium conſtruo & monachorum conventum in eo pono.

Et ut ipſi Deo liberè & quietè ſervire poſſint, eidem monaſterio, de meis propriis terris, eccleſiis & decimis, ad eorum ſuſtentamentum confero, preſentis ſcripti atteſtatione confirmo. Inprimis eccleſiam **Eye**, quæ in honore ſancti *Petri* fundata eſt, concedo cum omnibus terris & decimis eidem pertinentibus. Do eis etiam partem de burgagio meo in *Eya*, cum vivario uno. Do eis etiam decimam fori **Eye**, & omnes eccleſias de *Donewico* quæ factæ ſunt & faciendæ: Necnon & decimam totius villæ, tam in denariis quam in allecibus, & unam feriam ad feſtum ſancti *Leonardi* per tres dies. Scolas etiam ejuſdem villæ. Do eis inſuper eccleſiam de **Laxfeud**, cum omnibus terris & decimis eidem eccleſiæ pertinentibus; & eccleſiam de **Badingham** cum terris & decimis & pertinentiis. Et in eadem villa do eis unam carucatam terræ: præterea eccleſiam de *Beuſeya* do eis, cum omnibus terris & decimis ſive aliis poſſeſſionibus eidem pertinentibus. Eccleſiam de **Benehale** cum terris, & decimis & pertinentiis. Eccleſiam de **Bergebi**, cum capellis, & terris, & decimis ad eam pertinentibus, ſive aliis poſſeſſionibus. Eccleſiam de **Seckebroc**, cum capellis, & terris, & decimis, & pertinentiis. Eccleſiam de **Weleburne**, cum capellis, & decimis & pertinentiis: Et de terris meis do eis villam quæ dicitur **Stoke**, cum omni integritate ſua, ſcilicet eccleſiam, cum terris & decimis, ſive aliis poſſeſſionibus, cum omni tenemento quod *Benedictus* capellanus meus de me tenuit. Et petitione *Oſberti* de **Cuncteville**, do eis totam terram quam habebat in **Acolte**. Do eis etiam eccleſiam de *Thorendona*, cum omnibus terris decimis & pertinentiis, & villam quæ dicitur **Badefeild**, cum eccleſia & pertinentiis. Et aſſenſu *Walteri* filii *Grip*, do eis totam terram quam habuit in **Fraſingefeld** cum molendino. Et decimam de **Playforde**, & eccleſiam ejuſdem villæ cum terris & decimis & pertinentiis. Et *Alfricum* de **Fen** cum tota terra ſua. Et decimam *Oyn Campayn* de **Ilſtede**. Confirmo eis donum *Walteri* Arbeleſtarii, qui dedit eis duas partes decime ſue de **Halegeſtowe** & de **Goſewelde**. Et eccleſiam ſanctæ *Margaretæ*, cum terra quæ ei pertinet. Do eis eccleſiam de *Helegleya*, cum terris & decimis, ſive aliis poſſeſſionibus eis pertinentibus. Et eccleſiam de **Denenetune**, cum terris & decimis, & omnibus pertinentiis. Eccleſiam de **Burenpps**, & eccleſiam de **Thatingetune** cum terris & decimis, et poſſeſſionibus. Eccleſiam de **Suttune** cum pertinentiis: Eccleſiam de **Stradebroc**, & eccleſiam de **Wyngefeild** cum terris & decimis & pertinentiis: Do eis etiam piſcarias omnes de **Welles**, & in **Elyn**; & totam decimam de omnibus ſilvis meis de paſnagio, tam in denariis, quam in porcis, tam in garbis quam in agris, vel vitulis, ſive in omnium foreſtarum decimis, & de omnibus eſſartis; in caſeis, in velleribus, & in omnibus aliis decimis. Et de dominio meo horum maneriorum meorum, do eis decimas. Totam decimam de dominio **Eye**, & de **Stradebroc**, & de **Redelingfeud**, & de **Dinnenetune**, & de **Thatingetune**, de **Badingham**, de **Keletune**, de *Heleſteya*, de **Léëſtone**, de **Laxfeud**, de **Bergebi**, de **Seckebroc**, de **Welcburne**, de **Orburne**, de *Cava*.

Quare volo, concedo, & firmiter precipio ut teneant liberè & quietè omnia ſua ab omni exactione: Habeantque *ſocham* et *ſacham*, et **toll**, et **theam**, et **infangenetheof** in *Eya* in *Donewyco*, ſive in aliis locis ubicunque terras habuerunt. Habeantque omnes alias libertates, quas dominus meus *Willielmus* Rex *Angliæ* mihi conceſſit, quando Honorem mihi dedit. Do eis etiam eccleſiam de **Pelecoth** cum terris & pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Thornham**, & eccleſiam de **Melles** cum terris & decimis & omnibus pertinentiis ſuis, preterea donationes quas barones & milites mei, me annuente, eis fecerunt, præfato monaſterio concedo & confirmo. Quorum nomina hæc ſunt *Rog.* de **Huntingefeud** dedit eis ij. partes decime ſue de dominio de **Huntingefeud**, & de **Lineſtede**, et de **Benges**. *Ric. Honel* dedit eis duas partes decime ſue in **Winerdeſtune**. *Willielmus Gulafre* dedit duas partes decime ſue de **Hukenholle**. *Ogerus* dedit duas partes decime ſue de **Bedingfeud**, & de terra ſua quam habuit in **Framlingham**. *Ernaldus* filius *Rogeri* dedit duas partes decimæ ſue de **Wytingeham**, & de *Waſketona*. *Radulfus Groſſus* dedit eis duas partes decime ſue de **Cratinges**, & eccleſiam ſancti *Botulphi* de *Tca* cum appendiciis, quam *Willielmus* de *Roville* dedit, & duas partes decime ſue de **Clakeſtorpe** & de **Glemham** et ſokemannum quendam in **Petlegh**. *Hugo* de **Avilers** dedit duas partes decime ſue de **Brom** & **Selfhangre**, &

hoc quod *Ailwinus* presbyter tenuit de eodem *Hugone* in *Beria*, & eccleſiam ejuſdem ville cum terris & decimis ſive aliis poſſeſſionibus & decimam de triginta acris terræ de ſeodo comitis *Britaniæ*. *Odo* de **Charune** dedit eis duas partes decimæ ſuæ de **Giſelingham** & *Reydona*. *Godardus de* **Giſelingham**, & *uxor ejus* dederunt *Deo* & ſancto *Petro* dimidiam eccleſiam de **Giſelingham**, & terram & omnia quæ ad eandem pertinent medietatem. *Hubertus* de **Rikinghale** dedit duas partes decimæ ſuæ de **Rikingehale**. *Hubertus* de *Montecaniſo* dedit *Deo* & ſancto *Petro* ſuam terram apud *Jakeſleiam*, ſcilicet hoſpitium ſuum cum tenura ejus. *Ranulphus* de *Glanvillis* optulit ſuper altare ſancti *Petri* hoſpitium quod habuit in *Jakeſleiam*. *Robertus Malus nepos* dedit deo & ſancto *Petro* decimam ſuam de **Huntingefeud**. *Joſelinus* de *Heleſeia* dedit decimam C. acrarum in **Huntingefeud** eccleſiæ ſancti *Petri*. *Galfridus* de *Briſewrda* dedit deo & ſancto *Petro* eccleſiam de *Briſeworda* cum libera terra ejus & cum propria decima domus ſuæ *Fulcredus* de **Peſenhale** dedit duas partes decime ſue in eadem villa, & decimam *Unfridi filii Unney*: Do monachis de *Eya* eccleſiam de *Jakeſleia* cum omnibus pertinentiis ſuis. *Jurdanus* dedit eis decime ſue duas partes in **Wikebegge**, & eccleſiam ejuſdem ville, cum terris & decimis eidem eccleſie pertinentibus. Do eis omnes eccleſias, & omnes decimas propriorum maneriorum Caſtello *Eye* pertinentium. Et aliis viris militibus Sokemannis meæ jurisdictionis concedo, & præcipio ut monaſterio meo & conventui de *Eya* de beneficiis benefaciant pro facultatibus ſuis.

Volo etiam & firmiter precipio ut quedam feria, quam monachis meis dedi quatuor diebus teneatur kalend. auguſti, & ut venientes, & redeuntes in his quatuor diebus pacem meam & protectionem domini mei regis *Willi.* habeant, ne aliquis eos diſturbet, nec eis injuriam, vel malum faciat ſuper forisfacturam decem librarum. Hujus donationis & confirmationis meæ teſtes ſunt *Hubertus de Montekeneſi*, *Rogerus filius Walteri de* **Huntingefeud**, *Willielmus de Rovillis*, *Willielmus Gulafre*, *Robertus filius Walteri*, *Robertus filius Erefridi*, *Odo* de **Charimer**, *Herveus* de **Glanville**, *Oſnertus* de **Cunteville**, *Benedictus Capellanus*, *Galfridus* filius *Urſelli*, *Arnulphus* de **Wydrevill**, *Walterus* de **Conovill**, *Egger Prepoſitus*, *Fulcredus* de **Peſenhale**, *Hubertus Malus Nepos*, *Robertus Roiator Godebertus* de **Witſand**, *Walterus Arbaleſtarius*. Hæc omnia illis concedentibus, teſtimonio Dei & ſancti *Petri*, ſuper altare ſancti *Petri Eye*, ego *Robertus Malet* optuli eccleſiæ monachorum meorum, & hac carta mea in perpetuum confirmavi.

Carta Beatricis *ſororis* Roberti Malet.

Ib. fol.59.

EGo *Beatrix* ſoror *Roberti Malet* concedo Deo, & ſancto *Petro* apoſtolo de *Eya*, & monachis ejuſdem loci villulam quandam *Radingefeldiam* nominatam, quietam & liberam ab omnibus *querelis* & calumpniis contra omnes homines, ſicut meum dominium ſcilicet pro redemptione animæ meæ, & patris & matris mei, necnon & fratrum meorum *Roberti Maleth & Gilberti Malet*, aliorumque amicorum vivorum & defunctorum. Teſtibus *Francigenis & Anglis Roberto Preſbitero*, *Rogero Diacono*, *Radulpho de Bellicia*, *Alfredo* de *Combia*, *Mayno* de *Sandeclaro*, *Edrico*, *Alfrico* Coco, *Anſgodo* de *Cantuar.* & *Ganfrido* Coco.

Carta Regis Stephani.

Autographum penes prenobilem dominum *Willielmum Howard Naworthocaſtrenſem* an. 1630.

Vide Pat. 7 *E.*2 part. 1. memb. 19. in dorſo. Et cart. 20 *R.* 2. num.4.

QUoniam divina miſericordia providente cognovimus eſſe diſpoſitum, & longè lateque prædicante eccleſia ſonat omnium auribus divulgatum, quod eleemoſinarum largitione poſſunt abſolvi vincula peccatorum & adquiri celeſtium præmia gaudiorum: Ego ✠ *Stephanus* Dei gratia *Anglorum* Rex, partem habere volens cum illis qui felici commercio celeſtia pro terrenis commutant, Dei amore compunctus, & pro ſalute animæ meæ ✠ & patris mei, matriſque meæ, & omnium parentum meorum ✠ & anteceſſorum meorum Regum ✠ *Willielmi* ſcilicet Regis avi mei ✠ & *Willielmi* avunculi mei, ✠ & *Henrici* Regis avunculi mei, ✠ & *Roberti Malet*, & conſilio baronum meorum concedo Deo & eccleſiæ ſancti *Petri* de *Eia*, & monachis ibidem in Dei ſervicio congregatis, ut habent omnes res ſuas quietas & liberas ab omni exactione. Et teneant eas in terris, in decimis, in *eccleſiis*, in omnibus poſſeſſionibus ſicut unquam meliꝰ & honorabilius tenuerunt tempore *Roberti Malet*, et tempore meo antequam rex eſſem, cum *Soca* vel *Sacca*, & **Tol** & **Tem**, & **infanganthef** ✠.

Præcipio etiam ut teneant de quocunque tenebant et non mittantur in placitum ſicut tenebant die qua ad Regni coronam perveni. Sit etiam ipſa eccleſia in meo dominio cum rebus ſubſcriptis. Concedo eccleſiam de **Holeſle**, de **Dinevet**, de **Bordenis**, de **Sutton**, de **Stadebroc**, de **Wingefel**, & mercatum & thelonium de **Oreford**, præter navium quæ pertinent ad firmam de *Donewico*, videlicet xxx. ſolidos, Eccleſiam ipſam ubi monachi habitant cum terris ſuis, decima de *Eya*, xij. ſolidos, de foro unam feriam per quatuor dies ad feſtum ſancti *Petri* kal. auguſti. Nulluſque in feria habeat poteſtatem niſi monachi & homines eorum, & omnes illuc venientes & inde redeuntes habeant meam firmam pacem, nulluſque eos in aliquo diſturbet ſuper decem libras forisfacture ✠. Habeat etiam eccleſia eandem libertatem de epiſcopo, de archidiacono, de decano quam habuit a tempore Regis *Eadwardi* & a tempore *Eadrici* de *Lexafelda et Regis H.* ✠. ſitque de Priore ponendo & removendo ſicut conſtitutum fuit in tempore *Roberti Malet*.

✠ Habeat eciam omnes decimas de maneriis ſicut habuit in tempore *Roberti Malet*, *ſcilicet* de *Eia*, **Stedebroc**, *Radingefeldia*, **Dinevet**, **Tatinget**, **Bedingham**, **Keleton**, *Oleſlia*, **Leeſt**, **Donewic**, **Leſtefeld**, **Bergebi**, **Willeburn**, **Segebroc**, **Colum**, **Cave**, ✠ Concedo etiam eccleſias has, de *Beweſeia*, **Segebroc**, **Bergebi**, & eccleſias de *Donewico*, quæ factæ ſunt & faciendæ, de **Bedingham**, **Leſſefeld**, & presbyterum ejuſdem villæ, Et de omnibus meis ſilvis decimam paſnagii. Piſcariam etiam de **Wells** atque totam *Benefeldiam Storas* **Pelecoc**, **Fraſingefeld**. Hæc eciam terræ quod habebant tempore *Roberti Malet* In **Fedingham**, & omnia inconcuſſa teneant. Concedo etiam eccleſiam ſancti *Botulfi* de *Ica* cum appendiciis ſuis quam dedit *Willielmus* de *Kovil* & *Beatrix* uxor ejus, & terram *Godem Jakl*, & ea quæ habebant in *Donewico* eodem *Roberto* vivente.

✠ Horum igitur ſupradictorum *ſocam* & *ſacam* in omnibus concedo, & nominatim in *Donewico*, & decimas meorum hominum *Walteri*, ſcilicet Arbaleſtarii. Et eccleſiam ſanctæ *Margaretæ* de **Halgeſtowe** & terram quæ ei pertinet. Decimam quoque *Rogeri* filii *Walteri* de **Huntingfeeld** & de **Benges**, *Richardi Hoveel* de **Wiverdeſt**, de **Geſlingeſh**, **Kichingehall**, **Reindun**, decimam *Hugonis* de *Alvilario* in **Brom**, & in **Selfhangers**, Et hoc quod *Alwinus* presbyter tenet de eo in *Beria*, decimam *Willielmi* de *Rovilla* in **Clakeſtorp** & in **Glemeham**, & de triginta acris quas tenet *Willielmus Bole* de feudo. Comitis *Britanniæ*. Decimam *Willielmi Gulafri* **Unchevell**. Decimam *Petri* de **Bedingefeld**, decimam de **Pleeford**, & eccleſiam villæ, & *Alluricum Delphen* cum ſua terra. Decimam *Hernaldi* filii *Rogeri* in **Witingeham** & **Aſchetõn**. Terram *Osberti* de **Cratevill** in **Acolt**, & hoc quod dictus Capellanus tenebat de *Rotberto Malato* in decimis & rebus aliis. Decimam *Willielmi* de **Peferſale**. Decimam *Jordani* de **Wiſlebeke**, v ſolidos de **Pentenhake** quos *Willielmus* de *Rovilla* dedit. Tres ſolidatas quas tenet *Johannes* filius *Roberti*, Terram *Alwini* filii *Wulſtan* in **Bedefeld**. Septem ſolidatas quas tenet *Wulmer* preſbyter de **Covenham**. Decimam *Humfridi* filii *Vnvei*. Decimam *Radulphi Groſſi* de **Gretinges**. Duodecim ſolidos de aquitancia in **Aldeſen**. Terram *Wulmari* in *Akeſleia*.

Et præter hæc ſupradicta concedo eis quod decima eorum de *Donewico* creſcat quoquo anno in denariis & harengis & in omnibus aliis rebus ſecundum hoc quod redditus mei ibidem creſcent Teſte *Nigello Elienſi* epiſcopo, & *Rogero* Cancellario. *Henrico* nepote regis *Stephani*. *Galeranno* comite de *Mellento*. *Rotberto* filio *Richardi*. *Willielmo Mart.* *Adam* de **Beln**. *Johanne* Mareſcallo. *Huberto* de **Munc**. *Johanne* filio *Rotberti* vicomitis. *Gaufrido filio Walteri*, *Willielmo* filio *Rogeri*. *Herv* .... de **Glavill**. *Ricardo* de **Alenc**. *Rogero* de *Hoſa*, anno ab incarnatione Domini MCxxxviij. apud *Eli* ſecundo anno regni mei in tempore *Edwardi* epiſcopi *Norwicenſis* & *Gausleni* prioris *Elæ*. Ipſe rex ſubſcripſit. *Euſtacius* filius ejus ſubſcripſit. *Matildis* regina ſubſcripſit. *Willielmus*, *Cantuarienſis* archiepiſcopus ſubſcripſit. *Turſtanus* archiepiſcopus ſubſcripſit. *Alexander Lincolnienſis* epiſcopus ſubſcripſit. *Johannes Roffenſis* epiſcopus ſubſcripſit. *Euerardus Norwycenſis* epiſcopus, *Simon Wigornenſis* epiſcopus, & *Robertus Herefordenſis* epiſcopus, & *Robertus*, *Badonenſis* epiſcopus, & *Giſlebertus Londonenſis* epiſcopus ſubſcripſerunt.

Quicunque aliquid de eis quæ in hac continentur auferre, aut minuere, aut diſturbare ſcienter voluerit, auctoritate domini omnipotentis, patris & filii & ſpiritus ſancti & ſanctorum apoſtolorum & omnium ſanctorum ſit excommunicatus, anathematizatus, & à conſortio domini & liminibus ſanctæ eccleſiæ ſequeſtratus donec recipiſcat, & regiæ poteſtati triginta libras auri perſolvat. *Fiat, fiat, fiat. Amen, amen, amen.*

Carta Willielmi, *filii* regis Stephani.

Ex regiſtro de Ey fol. 59.

WIllielmus filius regis *Stephani*, comes *Boloniæ* & *Warrennæ* & *Moretoniæ*, omnibus baronibus, militibus, & miniſtris ſuis, &c. ſalutem. Univerſitati veſtræ notum facio, me conceſſiſſe eccleſiæ beati *Petri* de *Eya* (*&c.*) omnes donationes quas eidem eccleſiæ contulerunt anteceſſores mei, & præcipuè **Acolt** & **Stoke**, ſicut pater meus eis confirmavit cartâ ſua, tanquam ejuſdem eccleſiæ protector, & advocatus (*&c.*) *Teſte Reginaldo* de *Warrena*, *Roberto* de **Wenevall**, *Willielmo Martelle*, *Ranulpho* de **Glanvill**, & *Willielmo Gulafre* (*&c.*)

De Janitore ad portam Prioratus admittendo.

Claus 17. E.2.m.29.

Vide Pat. 7 E. 2. part. 1. m. 19. in dorſo.

REx dilecto clerico ſuo *Johanni Walewayn* eſcaetori ſuo ultra *Trentam* ſalutem. Cum nuper comperto per inquiſitionem quam per dilectos & fideles noſtros *Johannem* de **Thorpe**, & *Willielmum* de **Morewode** clericum fieri fecimus quod *Robertus Malet* dudum fundavit prioratum de **Eye** de certis terris & poſſeſſionibus Priori & conventui ejuſdem loci in puram & perpetuam elemoſinam poſſidendis, & quod Prioratus ille abbatiæ de *Berniaco* in *Normannia* tanquam cella ejuſdem abbatie eſt ſubjectus, ita quod neque Prior neque monachus in dicto Prioratu ſine voluntate & aſſenſu abbatis abbatiæ prædictæ perfici debet, nec à tempore fundationis prædictæ perfici conſuevit; & etiam quod prædictus *Robertus Malet* ſeu heredes ſui, tempore vacationis ejuſdem prioratus, nichil de bonis ſeu de rebus ad priorātum illum ſpectantibus perceperint, ſet tantummodo quendā janitorem, ſeu cuſtodem ad portam dicti prioratus, qui de bonis ejuſdem, durante vacatione, ſuſtentationem habuit competentem, in ſignum dominii apponere conſueverunt. Qui quidem janitor ad inſtallamentum novi prioris percipere debet quinque ſolidos tantum vel unum bovem. Et quod dominus *H.* quondam *Rex Angliæ* avus noſter, ad cujus manus advocatio prioratus predicti tanquam eſcaeta ſua per foriſfactum *Normannorum* in *Anglia* devenit, ſeu *Edmundus* comes *Cornubiæ* qui advocationem prædictam de dono ejuſdem avi noſtri poſtmodum habuit, nichil in prioratu illo tempore alicujus vacationis ejuſdem perceperunt niſi ſimplicem ſeiſinam, ratione dominii, conſtituendo janitorem prædictum ad portam prædictam ſicut prædictum eſt, Mandaverimus *Johanni Abel* tunc eſcaetori ultra *Trentam* ad cujus officium pertinuit de hujuſmodi cuſtode intromittere, quod janitorem ſeu cuſtodem hujuſmodi ad portam Prioratus prædicti nomine noſtro in ſignum dominii in forma prædicta prout ad officium ſuum pertinuit apponeret ibidem moraturum quouſque aliud à nobis ſuper hoc haberet in mandatis. Ac Prioratus prædictus per ceſſionem fratris *Durandi* ultimi prioris ejuſdem loci jam vacet, & frater *Robertus Morpayn* monachus dictæ abbatiæ de *Berniaco* per abbatem loci illius in priorem Prioratus prædicti præfectus ſit, ut dicitur, nobiſque ex parte ipſius præfecti, & monachorum dicti Prioratus ſit ſupplicatum ut janitorem ſeu cuſtodem hujuſmodi ad portam ejuſdem prioratus in forma prædicta poni, aliaque onera & gravamina, ſiquæ fuerint abinde amoveri faciamus. Nos nolentes ipſos contra tenorem inquiſitionis prædictæ indebitè prægravare, vobis mandamus quod janitorem ſeu cuſtodem hujuſmodi ad portam Prioratus prædicti in præſenti vacatione ejuſdem, in ſignum dominii, prout ad officium veſtrum pertinet in forma prædicta apponatis; de aliis ad Prioratum predictum pertinentibus vos in nullo intromittentes. T. rege apud **Notingham** xv. die Novembris.

Quod hujuſmodi Prioratus, de cætero, ſit indigena.

Pat. 8. *R.* 2. part. 1. m. 3.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Supplicarunt nobis dilecti nobis in Chriſto Prior & conventus Prioratus de **Eye** alienigene, in manu noſtra occaſione guerræ inter nos & adverſarios noſtros *Franciæ* mote exiſtentis, per quandam petitionem ſuam nobis per cariſſimam conſortem noſtram *Annam* reginam *Angliæ*, de cujus patronatu dictus Prioratus jam exiſtit exhibitam, ut cum Prioratus prædictus retroactis temporibus ſub tam debili gubernatione Priorum & monachorum *Francigenarum* extiterit, quod idem prioratus penè deſtructus & poſſeſſiones ſuæ ad prolixos terminos pro plurimis chevanciis alienatæ exiſtunt, ſic quod divinum obſequium in eodem Prioratu fieri conſuetum multipliciter diminuitur; Et quamvis Prior & integer conventus ibidem fuiſſe conſueverunt antiquitus, in præſenti tamen unus Prior & tres ſeu quatuor monachi illuc vix ſuſtineri valent, qui pauperimam vitam de proficuis dicti Prioratus ducere poterunt ultra xx. lib. quas ipſi ad ſcaccarium durante guerra prædicta nobis reddunt annuatim, dictuſque Prioratus pro defectu boni regiminis in tam magnis debitis pro firma ejuſdem de tempore domini E. nuper regis *Angliæ* avi noſtri exiſtat, quod debita prædicta abſq; deſtructione finali ejuſdem Prioratus perſolvi, ſeu Prioratus ille relevari non poſſint niſi eis per nos de gratioſis auxiliis ſuccurratur; velimus eis ex benignitate regia, ſanctæ caritatis intuitu in hac parte miſericorditer ſubvenire. Nos ad ſupplicationem dictorum Prioris & conventus, & ad ſpecialem inſtantiam & requiſitionem dictæ conſortis noſtræ; Et pro eo quod ex credibili relatione accepimus, quod ſi pro relevatione dicti Prioratus in premiſſis juxta ſupplicationem prædictam providere dignemur, tunc duntaxat certe gentes de elemoſinis ſuis magnos cuſtus in auxilium relevationis & reparationis Prioratus prædicti apponere intendunt & proponunt. Volentes pro relevatione dicti Prioratus, & pro divinis obſequiis in eodem augmentandis pr[illegible]re benigniter & devotè, ut iidem Prior & conventus & ſucceſſores ſui pro ſtatu noſtro & dictæ conſortis no[illegible] dum vixerimus, & animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus ſpecialius exorare teneantur, De gratia noſtra ſpeciali, & pro lx. lib. quas præfati Prior & conventus nobis ſolverunt, pardonavimus pro nobis & hæredibus noſtris, eiſdem Priori & conventui & ſucceſſoribus ſuis omnia debita quæ per ipſum Priorem & conventum debentur aut exiguntur, ſeu exiguntur de Prioratu prædicto ex quacunque cauſa de tempore dicti avi noſtri.

Et conceſſimus ulterius pro nobis & hæredibus noſtris quod prædictus Prioratus exnunc indigena imperpetuum habeatur, & quod iidem Prior & Conventus & ſucceſſores ſui ut indigene & *Anglici*, & de eadem conditione ſicut veri *Anglici* & non ut alieniginæ reputentur & perpetualiter teneantur; Et quod prædicti Prior & Conventus, eundem prioratum terras tenementa & redditus ſervicia, feoda militum, advocationes eccleſiarum, libertates & omnia alia ad prioratum prædictum qualitercunque ſpectantia, que eis tenore preſentium reſtituimus exnunc integre habeant & teneant ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, abſque hoc quod prædictus Prioratus ſeu aliqua parcella ejuſdem in manus noſtras ſeu hæredum noſtrorum occaſione alicujus guerræ motæ vel movendæ exnunc capiantur vel ſeiſiantur quoviſmodo, ſeu quod aliquod auxilium, impoſitio, taxa, aut aliud ſubſidium de ipſis ut de alienigenis quocunque modo exigatur in futurum, ſet quod ipſi de quibuſcunque finibus, firmis ſubſidiis, oneribus, impoſitionibus & demandis impoſitis, vel in futurum imponendis, quæ de ipſis ut de alienigenis occaſione præſentis guerræ ſeu alicujus alterius motæ vel movendæ exigi poterunt, exonerati quieti & abſoluti exiſtant imperpetuum, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum ſeu miniſtrorum noſtrorum, & ipſorum hæredum noſtrorum quorumcunque,

Volentes inſuper & pro nobis & hæredibus noſtris concedentes, quod iidem Prior & Conventus & ſucceſſores ſui liberam electionem habeant, & quod nullus eligatur in Priorem, ſeu Prior exiſtat ibidem, niſi verus *Anglicus*, & de natione *Anglicana* fuerit. Et quod Prioratus prædictus, ac Prior & monach[illegible]jusdem de natione *Anglicana* amodo omnino exiſtant, & quod ipſi de eadem natione, & non alia exiſtentes, adeo liberè exnunc ſint in omnibus ſicut Prior & monachi de **Thetford**, ſeu aliqui alii in regno noſtro *Angliæ* exiſtunt de patronatu noſtro qualitercunque exiſtentes. In cujus rei T. Rege apud *Weſtmonaſt.* xiij. Julii.

HELENSTOWENSE

Cœnobium in agro **Berrocenſi.**

Helenestow, *id eſt,* Helene *ſtatio.*

Leilandi collectan. vol. 1. p. 40.

JUDITH Comitiſſa *Walevi* Comitis ſponſa fundavit eccleſiam in villa de **Helnestow**, tempore *Gulielmi* primi, & ſanctimoniales ibi conſtituit. Teſtes donationis, *Henricus* de *Ferrariis*, *Henricus* de *Bellomonte*, *Robertus* comes de *Mellent*. Eccleſia dicata *Trinitati Mariæ*, & *Helenæ*.

Elneſtowe.

Ib.p.54.

{ *Juditha* comitiſſa fundatrix { fuit uxor *Waldevi* comitis *Huntendune*, & neptis *Gulielmi* Conqueſtoris.

Milo de *Bray* inter benefactores.

Charta Regis Henrici *ſecundi.*

Cart. 11. E.2.n.88. per inſpex.

HENRICUS Rex *Angliæ*, Archiepiſcopis, epiſcopis, Abbatibus, comitibus Vicecomitibus, & omnibus Baronibus, & fidelibus ſuis, *Francis*, & *Anglis*, Salutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Heleneſtow**, & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus: eccleſiam ſancti *Andreæ* de **Piche**, cum terris & decimis, & univerſis libertatibus, eidem pertinentibus liberè & abſolutè, ab omnibus conſuetudinibus etiam epiſcopalibus, & archidiaconalibus, excepto quod archidiaconi ſemel in anno, cum ſeptem equis ibidem recipientur hoſpitio; & eccleſiam de **Wiſtuna.** Et ex dono *Juditha* comitiſſæ villam de **Heleneſtowe**, & villam **Willameſted**, & in *Meldona* quinque hidas terræ & dimidiam. Ex dono *Richardi* de *Langecota*, duas hidas in **Muleſho**, cum filia ſua. Ex dono *Radulfi* filii ejus, tres virgatas cum filia ſua in eadem villa. Ex dono *Nigelli* de **Staford**, decem virgatas terræ & dimidiam cum filia ſua in **Grendesby.** Ex dono *Nicholai Baſſet* quatuor marcatas terræ in **Drineford**, & duo molendina in *Riſenduna.* Ex dono *Richardi Baſſet*, & *Jeve* terram *Jvonis Fridai in Avintona*, & unum molendinum in *Dentuna.* Ex dono *Matildis* Comitiſſæ terram *Willelmi* Medici de *Burna.*

Quare volo, & firmiter præcipio, ut hæc omnia habeant, & teneant bene, & in pace, liberè, & quietè, & honorificè; quieta de omnibus auxiliis, & geldis, & danegeldo, & aſſiſis, & murdris, & placitis, & omnibus occaſionibus, & querelis, & ſcutagiis, & **Warpeny**, & omnibus conſuetudinibus, & omni terreno ſervitio, & habeant *ſaca* & *ſoca*, **toll** & **team**, & **Infangenethefe**, & omnes libertates quas habent liberæ eccleſiæ terræ meæ, quæ melius, & liberius & quietius tenent. Teſte Rege, & *T. Eboracenſi* archiepiſcopo, & R. *Sariſburienſi* epiſcopo, & *Johanne* filio *Johannis*, & *R.* de **Brus**, apud *Wintoniam.*

PENWORTHAMENSE

cœnobium in agro Lancaſtrenſi, *cella de* **Eveſham.**

Carta fundationis per Richardum *Buſſell.*

Ex regiſtro de *Eveſham*, penes *Richardum Fleetwood* armig.

NOverint preſentes & poſteri quod ego *Richardus Buſſell*, concedo, & ſcripto meo & ſigillo meo confirmo eccleſiæ de **Eveſham**, omnem donationem, & totam elemoſinam quam *fecit* pater meus *Warinus*. prædictæ eccleſiæ, videlicet, eccleſiam de **Peneverham**, cum decimis & omnibus pertinentiis ſuis, & **Farington**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & in *Longetona* duas bovatas terræ, & de eccleſia *Leilandia*, tres ſolidos, & duas partes decimæ de dominio, & de capella de **Moles** duos ſolidos, & duas partes de dominio de **Frechelton**, & **Warinton**, piſcationem unjus retis liberam, & quietam & totam decimam conredie domus ſue; & quod abbas habeat curiam ſuam in **Penverham** in omnibus tam liberam, ſicut pater meus habuit ſuam, vel ego meam; Heæ ſunt donationes quas ego poſtea donavi, videlicet, eccleſiam de *Leilandia* cum omnibus pertinentiis ſuis. De tota piſcatione mea, excepta piſcatione duarum retium, quartum piſcem. In *Longetona* quatuor bovatas terræ. In **Penvertham** unam bovatam; capellam de **Moles** cum omnibus pertinentiis ſuis.

Has prædictas donationes quas pater meus *Warinus* contulit prædictæ eccleſiæ de **Eveſham**, & quas ego poſtea contuli, ego *Richardus Buſſell* concedo & preſenti ſcripto atque ſigillo meo confirmo, ut eccleſia de **Eveſham** poſſideat, & pacifice teneat liberas, & quietas. & ab omni ſeculari ſervitio & exactione ſolutas, in pratis, in paſcuis, in aquis, in ſtagnis, in ſabulonibus, in piſcariis, in boſco, in plano, in pannagio, & omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, in puram, & perpetuam elemoſinam, pro ſalute mea, & hæredum meorum & pro anima patris mei & anteceſſorum meorum. Hiis teſtibus, *Waltero* Presbitero de *Preſtona*, *Lidulfo* de *Croſtona*, *Ealwardo* presbitero de *Langetona*, *Gaufrido*, *Osberno*, *Radulpho* capellanis, *Roberto* diacono, *Osberno* filio *Edmundi*, *Ormo* filio *Magni*, *Warino* filio ejus, *Sweni Child*, *Willielmo* filio *Alani*, *Huctredo* filio *Sweni*, *Arctura* de *Arſton*, *Sweni* de **Penewertham**, *Ada* fratre ejus, & *Sibilla* & *Matilde* ſororibus ejus, & multis aliis.

Confirmatio chartæ per *Hugonem Buiſſel.*

Ex Regiſt. de *Eveſham* in bibli. *Cottoniana* [ſub effigie *Veſpaſiani* B. 24.] fol. 71.a.

SCiant *preſentes*, *& futuri quod ego* Hugo Buiſſel *concedo & ſcripto atque ſigillo meo confirmo eccleſiæ de* **Eveſham** *omnes donationes*, *& elemoſinas quas dedit & confirmavit avus* Warinus Buſſel, *& poſtea* Ricardus *avunculus meus*, *& poſtea pater meus* Albertus *prædictæ eccleſiæ*, *videlicet*, *eccleſiam de* **Penvertham**, *cum omnibus pertinentiis ſuis*, *&* Farintonam, *cum omnibus pertinentiis ſuis*, *totam eccleſiam de* **Leilonde**, *cum omnibus pertinentiis ſuis*, *& in eadem villa duas bovatas terræ*, *quas tenet* Rodbertus *filius* Galfridi, *capellam de* **Moeles**, *cum omnibus pertinentiis ſuis.* Et in Longetuna *ſex bovatas terræ*, *quas tenet* Rodbertus *filius* Galfridi *de eccleſia de* **Eveſham.** *Duas etiam alias bovatas terræ in eadem villa*, *quas tenet* Reinerus *filius* Steinulfi, *& duas bovatas terræ de* Eucheſtona, *&* Raleiam *cum pertinentiis ſuis*, *& piſcationem unius reti-* **Ribel**, *liberam & quietam*, *& quart- partem piſcaturæ ſuæ*, *& totam decima- conredii domus ſuæ*, *duas partes decimæ de dominio* de Frecheltona, *&* Wartona.

Has prædictas donationes omnes, *quas avus meus* Warinus, *&* Ricardus *avunculus meus*, *& pater*

& pater meus Albertus *eccleſiæ de* **Eveſham** *confirmaverunt,* Ego Hugo Buſſel *filius* Alberti *Buſſel concedo atque ſigillo meo confirmo, ut jam dicta eccleſia de* **Eveſham** *poſſideat, & pacificè teneat liberas, & quietas, & ab omni ſeculari exactione ſolutas, in pratis, in paſcuis, in aquis, in ſtagnis, in ſabulonibus, in piſcariis, in boſco, in plano, in paſnagio, in geldo, & in omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus; Præter has donationes* Ego *do, & concedo, & ſigillo meo confirmo Deo & ſanctæ* Mariæ, *& monachis in* **Penvertham** *Deo ſervientibus totam decimam totius pannagii mei, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute mea, & uxoris meæ, & hæredum meorum, & anima patris mei, & anteceſſorum meorum. Hiis teſtibus,* Warino Buiſſel *herede meo.* Henrico Buiſſel *fratre meo.* Antigonia *uxore mea.* Ada de *Salopeſſire.* Roberto *filio* Galfridi. Willielmo *dapifero.* Willielmo *fratre abbatis.* Eluredo *de* Burchelle. *Magiſtro* Stephano. Rogero *de* **Tanewoꝛth.** Willielmo *de* **Capes.** Albino *fratre ſuo.* Willielmo *filio* Henrici, *& multis aliis.*

Carta Abbatis Eveſhamenſis *de* **Hakewike** *ad Cellam* Penworthæ *ſpectante.*

DOminus Abbas *M.* omniſque congregatio *Eveſhamii* talem conventionem cum hiis quatuor fratribus, *Wolfgeato, Sweino, Radulfo, Liulfo,* de terra quæ **Hokewike** dicitur, fecerunt, ſcilicet, quod dominus abbas dedit ſupradictis quatuor fratribus, xxviij. ſol. ex conventione, ut clament quietam omnem calumpniam quam habuerunt ſuper illam terram ſemper & in perpetuum. *Liulfus* verò unus ex illis devenit homo proprius abbatis, ea conventione, ut teneat de illo unam partem ipſius terræ, & per ſingulos annos in nativitate ſanctæ *Mariæ,* centum Salmones, pro ipſa terra, bonos reddat. Hii verò ſunt teſtes hujus conventionis, Dominus Abbas, Prior. *Benedictus. Aluredus.*

Alia Carta de eadem.

R*ANULPHUS* Conſul *Ceſtriæ,* Conſtabulario, Dapifero, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Miniſtris, & Ballivis quicunque fuerint inter *Ribbam* & *Merſam,* & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis,* Salutem. Sciatis me conceſſiſſe Deo & ſanctæ *Mariæ,* & monachis de **Eveſham.** elemoſinam ſuam de **Hocwice,** ita bene & libere, & quietè & honorificè, ſicut melius tenuerunt tempore Comitis *Rogeri Pictavienſis,* & tempore *Ranulphi* comitis patris mei, & ſicut decet elemoſinam habere ſancta eccleſia. Ita quod nullus ſuper monachos prædictos ſe intromittat de prædicta elemoſina, nec de operatoribus, nec de aliis exactionibus, nec de occaſione aliqua aliquis eos, vel eorum elemoſinam, ſuper timorem Dei, & ſuper meum forisfactum inquietet, ſed honorificè teneant in terris & decimis, & paſturis, & in boſco & in plano, & in aquis & molendinis, & piſcariis, & in omnibus aliis locis. Teſtibus *Euſtachio* Conſtabulario *Ceſtriæ,* & *Hugone Oſtvero.* Et *Serlone* venatore, & *Ricardo Buiſſel, Ricardo Pinc.* apud *Molas Warini.*

Willielmus Baſtard.

Ex regiſtro de *Eveſham,* penes *Ricardum Fletewode* de *Penwortham,* an. 1628. fol. 58.

W*Arinus Buſſel* dedit eccleſiæ de **Eveſham** eccleſiam de **Penewrtham,** & eccleſiam de **Leiland,** & capellam de **Moles,** cum pertinentiis. Item *Warinus Buſſel* dedit **Farinton,** cum pertinentiis ſuis.

Ricardus Buſſel dedit eccleſiæ de **Eveſham** ſex bovatas terræ in **Longton.** Item dedit totam eccleſiam de **Leilond,** quæ reddit duas marcas, & capellam de **Moles,** quæ reddit iij. ſol. *Albertus,* frater ejus, duas bovatas terræ in **Leilond.** Idem *Albertus* dedit aſſartum de **Blakeſaw.** Item prædictus *Ricardus Buſſel* dedit quartam partem piſcationis ſuæ. *Rogerus Pictavienſis* dedit **Hocwike.**

Willielmus Rufus.

Ricardus Foſſard dedit eccleſiam de **Huntingdon.**

Ib. f. 131.

Placita apud **Pꝛeſton,** 17 E. 3. *coram* Willielmo *de* **Shareſhull,** Rogero *de* **Hungerfoꝛd,** Henrico *de* **Hambury,** Symone *de* **Pakeman** *&* Rogero *de* **Hillary.**

J*Ohannes* de **Radecliffe,** ſeneſchallus libertatis de **Penwoꝛtham,** attachiatus fuit ad reſpondendum abbati de **Eveſham** de placito, &c. *Johannes* clamat unam puturam in Prioratu de **Penwoꝛtham,** qui eſt quædam cella abbatiæ de **Eveſham,** pro ſe & miniſtris, equis, & gartionibus ſuis, per unum diem, & duas noctes, de tribus ſeptimanis in tres ſeptimanas, videlicet, de victualibus, ut in eſculentis & poculentis, ad cuſtus Prioratus prædicti, indebitè.

KYLBURNENSE

cœnobium (monialium) in comitatu Middleſexiæ; *cella abbatiæ de* Weſtmonaſterio.

Prima fundatio monialium de **Kylboꝛne** *per abbatem* Weſtmonaſterii Herebertum.

Ex regiſtro quodam *weſtmonaſterienſis* cœnobii in bibl. *Cotton.* fol. 333. b.

OMnibus hominibus tam futuris, quā preſentibus notum ſit, tempore *Henrici* regis, qui tertius ex *Normannis* regnavit in *Anglia, Herebertum* abbatem *Weſtmonaſterii,* & Priorem *Osbertum* de *Clara,* una cum omni venerabili ejuſdem ſanctæ eccleſiæ conventu, domino *Gilberto Univerſali Londoniæ* ſanctæ eccleſiæ preſule annuente, dediſſe tribus puellis, *Emme* videlicet, & *Gunilde* & *Criſtinæ,* heremitorium de *Cuneburna,* quod edificavit *Godwynus,* cum omni terrâ illius loci, & omnibus illis quæ inibi eadem ſanctitatis vitæ norma fruendi cauſa futuræ ſunt. Conceſſu tamen, atque precatu illius *Godwyni* heremite, quatinus eundem locum qui ad illum pertinet in elemoſina pro redemptione animarum totius prædicti conventus fratrum poſſideant; eadem conditione atque libertate qua *Ethelredus* rex *Anglorum*, pater *Edwardi* regis, ad prædictam *Weſtmonaſterii* eccleſiam dedit *Hamſtedam*. Poſt cujus obitum etiam, prædictus *Edwardus*, qui regni gubernacula ſuſcepit, illud idem confirmavit. Ad cujus ville poſſeſſionem ille prenotatus locus, antequam hec fierent pertinebat; ut Deus, omnium redemptor, omnes illorum animas in celis inter ſanctorum conſortia, perſeverare jubeat. Sit tamen ſemper locus ille ſub cuſtodia fratrum, ne temerario quolibet jure pejoretur, aut ſiniſtra regatur. Huic ergo loco conceſſit dari dominus abbas *Herebertus*, & totus conventus duo perpetuè beneficia: unum videlicet pro requie omnium animarum illius eccleſiæ fratrum, & pro omnibus fratribus de *Feſchampa*, tam pro vivis, quam pro defunctis; & aliud quod dederant *Ailmaro*, omni tempore vitæ ſuæ, ut omnipotens Deus, ab omni peſte & clade omnes prædictorum fratrum animas eripiat; & ſit ille preſcriptus Heremita *Godwynus*, magiſter loci, illarumque puellarum quamdiu vixerit cuſtos. Et poſt ejus obitum eligat conventus puellarum ſeniorem ydoneum, qui earum eccleſiæ preſit, abbatis tamen concilio. Et non habeat poteſtatem aliquam abbas, Priorvè aut quiſlibet alter aliquam intrare faciendi abſque illarum voluntate & licentia que infra clauſe fuerint. Capellanus verò qui in monaſterio prefuerit de poſſeſſionibus, vel eccleſiæ rebus, non ſe intromittat, niſi illarum juſſu, & omnes poſſeſſiones quas eis Deus donaverit, habeant liberè, ſicut ſanctus *Petrus* habet ſuas. Et in principio omnium beneficiorum dedimus eis, & conceſſimus imperpetuum xxx. s. de illa elemoſina, quam *Sweno* pater *Roberti* de *Eſtſexa* dedit Deo & ſancto *Petro*, ſcilicet; lx. ſol. Quorum ſolidorum altera medietas, in cœna Domini ad mandatum pauperum Chriſti faciendum conſtituta eſt. Hanc autem donationem fecimus illis ancillis Dei, pro ſtatu eccleſiæ noſtræ in bonum, & pro incolumitate, & pace omnium ſeniorum abbatum, & fratrum, & benefactorum noſtrorum vivorum, & pro redemptione animarum à penis ex quorum beneficio deſcenderunt, & pro animabus omnium abbatum noſtrorum & fratrum eccleſiæ noſtræ defunctorum. Huic loco etiam *Cuneburnie* ſcilicet, dedit *Ailmarus* ſacerdos unam tèrram in caritate in **Southwerch**, que reddit per annum ij. s. Hiis teſtibus, &c.

Carta *Hereberti* abbatis de terra in **Knyghtbrigg** monialibus de **Kylborne** conceſſa.

Ibid.

Herebertus *abbas eccleſiæ ſancti* Petri Weſtmonaſterii, *& totus ejuſdem eccleſiæ conventus, tam futuris, quàm preſentibus ſalutem. Notum ſit vobis nos communi aſſenſu totius capituli & conſilio dediſſe in elemoſina, pro anima regis noſtri* Edwardi *fundatoris eccleſiæ noſtræ, & pro animabus omnium fratrum & benefactorum noſtrorum, ancillis Dei, quæ ſunt in eccleſia beati* Johannis Baptiſtæ *de* Keneburna, *& omnibus quæ ibidem ad ſerviendum Deo futuræ ſunt, quandam terram ad ſartandam in tenetura manerii noſtri quod dicitur* Cnithtebruga *in loco qui* Gara *appellatur. Volumus etiam & firmiter precipimus, ut in pace, & quietè, liberè, & ſine omni ſervitio teneant illam prædictam terram. Et ſi quis eis ſuper hanc donationem, & donationis libertatem aliquam inde violentiam, vel dampnum, vel contumeliam, aut torturam aliquam fecerit, & elemoſinam noſtram violare, vel auferre à prædicta eccleſia preſumpſerit, niſi illis ancillis Dei citam & congruam ſatisfactionem fecerit, ab omni conventu eccleſiæ noſtræ excommunicetur, & à Chriſto, pauperum ſuorum defenſore, perpetuo anathematis gladio feriatur.* Amen. *Hii ſunt teſtes,* Gregorius *dapifer*, Radulfus *de* **Puntfret**, Ricardus *cocus, & multi alii.*

De juriſdictione in cella monialium de **Kylebourne** *per epiſcopum* Londonienſem *abbati* Weſtmonaſterii *conceſſa.*

Ex Codice MS. in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *Veſpaſiani* A.19.] fol. 406.

Omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Gilbertus* Dei gratia *Londonienſis* epiſcopus ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod cum inter nos & abbatem *Weſtmonaſterienſem* & conventum queſtio verteretur ſuper ſubjectione & juriſdictione cellæ de **Kilebourne** cum ſuis pertinentiis, Attendentes eandem cellam à fundatione ſua cum pertinentiis ſuis dicto conventui & abbati *Weſtmonaſterii* pertinere, concedimus & præſenti carta noſtra confirmavimus eidem abbati & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum juriſdictionem & ſubjectionem in ſpiritualibus prædictæ cellæ cum ſuis pertinentiis; ita quod memorata cella cum pertinentiis ſuis à juriſdictione & ſubjectione *Londonienſis* eccleſiæ in perpetuum penitus ſit exempta. Et quod abbas *Weſtmonaſterii* & conventus & ſucceſſores eorum omnem habeant poteſtatem ordinandi & diſponendi per ſe & procuratores ſuos quod eidem cellæ viderint expedire, abſq; ulla contradictione *Londonienſis* eccleſiæ in perpetuum. Et ut hæc noſtra conceſſio & confirmatio firma ſit & ſtabilis, præſens ſcriptum ſigilli noſtri appoſitione roboravimus. Ad majorem verò ſecuritatem ſigillum capituli noſtri de aſſenſu ipſius fecimus apponi, &c.

Contentio cellæ de **Kylebourn** *terminata inter capitulum ſancti* Pauli *& eccleſiam* Weſtmonaſterii.

Ibid.

Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *R.* Dei gratia *Londonienſis* epiſcopus, & *R.* Dei gratia abbas *Weſtmonaſterii* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra quod cum inter nos ſuper juriſdictione cellæ de **Kileburn** auctoritate apoſtolica quæſtio mota fuiſſet, tandem ita amicabiliter convenit de conſilio peritorum, Videlicet, quod dominus *Londonienſis* epiſcopus qui pro tempore fuerit ad cellam de **Kileburn** accedet quociens voluerit & quando voluerit, & cum proceſſione & campanarum pulſatione & omni ſolempnitate & reverentia à Prioriſſa & monialibus admittetur. Ingredietur etiam dominus epiſcopus capitulum monialium cum ſuis ad prædicandum verbū Dei, & audiet confeſſiones ſecretas & injunget pœnitentias monialibus volentibus confiteri. Nullam tamen dictus epiſcopus exiget procurationem, Cuſtos verò ſecularis ſacerdos canonicè prædictæ domui ab abbate & ſucceſſoribus ſuis præficiendus, epiſcopo præſentabitur, & niſi aliquid canonicum obſtiterit, ſine difficultate admittetur, & eidem faciet canonicam obedientiam, qui à dicto abbate poterit ſine contradictione ammoveri prout viderit abbas expedire, & alius ydoneus forma ſimili præſentari. Prioriſſa verò dictæ domus ab abbate & ſucceſſoribus ſuis inſtituenda canonicam faciet obedientiam epiſcopo memorato in hiis quæ præſentem tangunt compoſitionem, ſalva in omnibus reverentia & obedientia debita abbati ſæpedicto canonica & antiqua. Tota verò ordinatio dictæ domus de rebus & perſonis tantùm intra ſepta dictæ cellulæ contentis, & correctio exceſſuum & reformatio ſtatus in inſtitutionibus & deſtitutionibus Prioriſſæ & monialium & cæteris omnibus, ad abbatem & ſucceſſores ſuos pertinebit in perpetuum. Si qua tamen in dicta domo fuerint corrigenda in perſonis monialium & regularium & ſecularium perſonarum ibidem exiſtentium, & fama deferente, ad notitiam epiſcopi hoc pervenerit, & dictus abbas à tempore denuntiationis ſibi factæ per epiſcopum, ſi abbas præſens fuerit, vel Prior *Weſtmonaſterii*, abbate in remotis partibus agente, circa dictam correctionem & reformationem per menſem negligens fuerit, & de ejus negligentia canonicè conſtiterit, extunc licebit epiſcopo ea circa quæ abbas ea vice negligenter ſe habuerit corrigere & reformare prout ſecundùm Deum viderit expedire. Ita videlicet quod circa perſonam dictæ Prioriſſæ contra præſentem compoſitionem nichil attemptetur per eundem. Nullus verò monachus excepta perſona abbatis & Prioris vacante abbatia vel abbate in remotis partibus agente, vel etiam ipſo ægrotante, poterit audire confeſſiones & injungere pœnitentiam monialibus prænotatis. Dictus etiam epiſcopus cum fuerit ab abbate rogatus monialibus dictæ domus munus benedictionis ſeu conſecrationis inpendet, nullo alio epiſcopo ad aliquod officium epiſcopale dicto loco inpoſterum introducendo vel admittendo. Ratione verò præſentis compoſitionis epiſcopus *Londonienſis* vel capitulum ſuum in dictum abbatem vel monachos *Weſtmonaſterii* vel in ipſum monaſterium nullam juriſdictionem vel ſubjectionem poterunt vendicare, nec etiam hujus compoſitionis prætextu prædictæ cellæ monialium ſeu ipſis monialibus ſuo jure in aliquo derogabitur. Acta in capella apud **Fulham**, anno gratiæ MCCxxxj.

HURLEYENSE *Cœnobium in agro* Berrocenſi, *Cella* Weſtmonaſterienſis.

Carta Fundationis.

Ex regiſt. de *walden* penes comitem *Suffolchiæ* an. 1650. fol. 51. b.

SCiant preſentes & futuri, univerſi ſanctæ matris eccleſiæ fideles, & filii, quod Ego *Godefridus* de *Magnavilla* conceſſi, & mea liberali donatione donavi Deo, & ſancto *Petro*, & eccleſiæ *Weſtmonaſterienſi*, necnon & ſancte *Mariæ* de *Hurleia*, pro ſalute & redemptione animæ meæ, & uxoris meæ *Leceline*, cujus concilio, gratia divina providente, hoc bonum inchoavi, & pro anima *Athalaiſe*, primæ uxoris meæ, matris filiorum meorum, jam defuncte, necnon & heredum meorum omnium mihi ſuccedentium, eandem eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Hurleia* in *Berrochſira*, cum tota prædicta villa de *Hurleia*, & cum toto circumjacente nemore, eidem ville adjacente, ſine participatione & diviſione cujuſcumque hominis in ipſa parochia manentis aut aliquid tenentis, excepta terra *Audrici* præpoſiti, & excepta terra ruſticoru[illegible]e parva **Waltham**, quam in manu mea ad me hoſpitandum retinui.

Conceſſi quidem dico & firmiter donavi eccleſiæ eidem de *Hurleia*, cum toto dominio meo, liberè, quietè, & in campis, & in ſilvis, pratis, paſcuis, paſturis, molendinis, aquis & piſcariis, atque piſcationibus, & cum omnibus appenditiis ſuis, id eſt, eccleſiam de **Waltham**, cum una hida terræ, & dimidia, que ſibi ſubjacent, & cum *ſocna* capelle de **Remenham**, Et cum omnibus aliis rebus, decimis & poſſeſſionibus in vivo & mortuo, ſine parte & diviſione, cum omnibus conſuetudinibus & libertatibus illi antiquitus debitis ita liberè & quietè ab omni hominum inquietudine, & exactione, ſicut dominus meus Rex dedit & conceſſit.

Dedi etiam predictæ eccleſiæ cum ſupradictis, ea die qua feci eam dedicare, *Oſmundo* epiſcopo *Sariſburienſi* preſentibus tunc multis aliis viris magne antoritatis & perſonis, terram *Audwardi* de *Watecumba*, in dotalitium libere & quietè cum omnibus ſibi pertinentibus. Qua vero die ſupradictus epiſcopus venerabilis, pontificali auctoritate, aſſiſtentibus ſecū magne autoritatis & dignitatis perſonis, confirmavit omnes donationes meas quas eidem ſancto loco pro animæ meæ & omnium heredum meorum ſalute eterna libere contuli, ſcilicet, in omnibus maneriis que in dominio meo tempore erant eo, tertiam partē decimæ totius annone meæ, & duas partes decimæ totius——— omnium maneriorum meorum, ſine parte in vivo & mortuo, & totam decimam panagiorum meorum in porcis & denariis ſine parte, & totam decimam caſeorum ſine parte, & totam decimam lini, & lane ſine parte, & totam decimam pullorum, equorum & vitulorum, pomorum & vinearum ſine parte, & totam decimam aliarum rerum mearum de quibuſcunque juſtè & rectè debet Deo decima reddi.

Inſuper igitur in unoquoque manerio totius dominii mei, dedi prenominate eccleſiæ meæ de **Hurlee** unum ruſticum, qui octo acras terræ habeat, libere & quiete ab omni conſuetudine, & in parco meo unam porcariam cum terra porcarii. Hiis etenim addidi adhuc in Inſula de **Hely**, unam piſcariam que reddit unum millenarium ſticarum anguillarum, unum peſentum anguillarum xl. valet groſſas anguillas. Et in villa que *Moſa* vocatur, tria conceſſi extra prenominata millearia ſticarum alletium. *Turoldus* quidem Dapifer meus conceſſit eidem eccleſiæ, & dextra ſua ſuper Altare confirmavit, cum oblatione *Radulfi* filii ſui duas partes decimæ totius annonæ ſuæ de *Wokendena*, & totam decimam totius pecuniæ ſuæ, in vivo & mortuo, ſine parte ; & in **Bordeſdene**, totam decimam totius annonæ ſuæ, & totius pecuniæ ſuæ, ſine parte. *Andricus* prepoſitus meus totam decimam annonæ ſuæ, & totius pecuniæ ſuæ ibidem donavit in vivo & mortuo ſine parte.

Ego vero ad expletionem hujus tanti boni, ad ſuſtentationem ſolummodo conventus monachorum in eadem eccleſia Deo imperpetuum deſervientium, gratia diſponente divina impetravi à domino meo rege *Willielmo* hæc omnia ad honorem Dei & ſalute animæ meæ & omnium heredū meorum mihi ſuccedentium, pro loci integritate eterna, & ſtabilitate confirmavi, & quod locus ille, locus quoque regio munimine inſignitus in protectione mea & defenſione ſemper ſit præcipuus, & mei caput Honoris, ab omni inquietudine liber & quietus feci, itaque in eadem die qua dedicata eſt eccleſia ab eodem epiſcopo, & ab abbate *Weſtmonaſterii*, *Gilberto*, cum multis aliis magnæ autoritatis viris & perſonis, omnes infractores, ſeu diminutores hujus meæ elemoſinæ excommunicari, ut habitatio illorum perpetua cum *Juda* maledicto proditore Domini & viventes deſcendent in eterne proditionis baratum, cum *Sathan* & *Chore*, cum maledictione eterna, niſi emendaverint digna ſatisfactione.

Conteſtor igitur omnes filios meos heredes, videlicet, & omnes poſteros meos, per tremendum Dei judicium, & per omnem potentiam ejus, in cœlo & in terra, ne ipſi faciant aut facere ſinant ullam infractionem huic donationi meæ, immo augeant & ſtabiliant illam, ita ut Deus augeat, & ſtabiliat dies & vitā illorum in eterna beatitudine, & habeant partem in illa mea elemoſina mecum in celeſti requie. Teſtes idem epiſcopus *Oſmundus*, *Gilbertus* abbas *Weſtmonaſter. Lecelina* domina uxor mea. *Willielmus* de *Magnavilla*, *Hugo* Mareſcallus, *Turoldus* de **Wokindon**, *Galfridus* de **Wokindon**, *Walterus Maſcherell*, *Aſcelinus* capellanus, *Agamundus* perſona de **Oxeneford**, *Robertus* nepos ejus, *Engeram* Pincerna, *Richerius* miles, *Rogerus Blundus*, *Wymundus* de **Blangeo**, *Audricus* prepoſitus, *Alfricus* Sementarius, cum aliis multis inenarrabilibus magne autoritatis & dignitatis viris & perſonis in eadem die apud *Hurleiam* aſſiſtentibus. Ex hac vero donatione mea, & inſtitutione, concilio proborum ſumpto virorum tria acta ſunt brevia, unum apud *Weſtmonaſterium*, aliud apud eandem eccleſiam de *Hurleia*, tertium mihi & heredibus meis ſuccedentibus, pro loci integritate eterna ſtabilitate repoſui.

Carta Gaufridi *de* Magna-villa.

Adhuc ex eodem regiſtro de *Wald. r.*

GAufridus de *Magnavilla* domino ſuo *Stephano* regi *Angliæ*, cunctis archiepiſcopis, abbatibus, cæteriſque fidelibus & miniſtris ſanctæ eccleſiæ, necnon & comitibus, baronibus & univerſis amicis ſuis & omnibus hominibus ſuis, tam *Francis*, quam *Anglis* ſalutem. Noſcat veſtra dilectio me dediſſe in eſcambium monachis de *Hurleia* centum ſolidatas mei proprii redditus, pro anima patris mei & matris meæ, & omnium amicorum meorum, & anteceſſorum. Inſuper pro ſalute mea & uxoris meæ, & univerſorum mihi benevolentium, & pro univerſa decima ſua, quam habebant in *Edelmetona* in *Emfelda*, tam in hominibus, quam in decimis & omnibus redditibus excepta decima padnagii & excepto padnagio porcorum de *Hurleia* quæ monachis pertinent pro me in ſua manu. Et hii ſunt de quibus habebunt ſuum eſcambium in *Hurleia*, de *Ernulpho*, & *Aluere do* fratre ſuo xx. ſol. in **Waltham**. De *Alfruco* de **Byntenurſh** xxx. ſol. in *Weſtuna*, quæ eſt berewica de *Comptona* l. ſolid.

Has decimas hiis rebus eſcambiatas reddidi prænominatis eccleſiis pro redemptione animæ meæ, & pro ſalute omnium amicorum & ſucceſſorum meorum, ut unaquæque eccleſia ſuam habeat libertatem omnino ad victum ſacerdotum ibidem Deo ſervientium : de reliquo fratribus de *Hadlega* canonice viventibus victum & veſtitum. Teſtes *Royſes* uxor ejuſdem *Gaufridi*, *Walterus capellanus*. *Gaufridus* de *Tyretexa Dapifer*, *Adelardus* **Coneſtable**, *Gaufridus* de **Querendon Camberleyn**, *Ranulfus* filius *Arnulphi*, & *Willielmus* frater ejus, & multi alii.

Carta Willielmi London. *epiſcopi*.

Ibid.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos preſens carta pervenerit, *Willielmus* Dei gratia *London.* epiſcopus ſalutem in domino. Opus pietatis eſt, & epiſcopali dignum officio, illorum ſecuritati & quieti impoſterum proſpicere, qui à ſeculari tumultu elongari cupientes ad clauſtrales anguſtias & artioris vitæ religionem ſe tranſtulerunt, Ea propter attendentes honeſtatem & neceſſitatem dilectorum nobis in Chriſto Prioris & conventus de *Hunleia*, beneficia quæ ex donatione *Gosfridi* de *Magna-villa* & ſucceſſorum ſuorum, quantum ad laicam pertinet poteſtatem, & ſicut ex inſpectione cartarum quas ſuper hoc habent, cognovimus in dioceſi noſtra ſunt aſſecuti, eis autoritate pontificali imperpetuum confirmavimus, ita ut eadem beneficia integre quiete & pacifice, ſicut anteceſſorum noſtrorum temporibus ea poſſiderunt, imperpetuum, & ſine diminutione poſſideant.

Quæ etiam propriis nominibus duximus deſignanda, videlicet in villa de **Walden** de toto dominico tertiam partem decimarum de blado. Preterea & omnes minutas decimas de dominico ejudem villæ, in lino, lana, pullis, caſeo, vitulis & porcis, cum integra decima totius pomagii & in omnibus quæ decimantur in ortis, gardinis & vineis de eodem dominico, exceptis decimis de agnis ejuſdem dominici, de quibus monachi de *Hurleia* habent duas partes & eccleſia de **Waleden** tertiam partem. Simili modo eiſdem monachis confirmamus decimas de dominico de **Sabrichworth**, & de *Thorleia*, & de *Wyggefoſſa*, & de **Moſe**, **Waltham** juxta **Pleſſet**, & de *Eſtra*, & de **Mymmes**, de *Senleia*, de *Biſſexa*, & de **Northale**, tam in blado quam in minutis decimis, & totam decimam pomagii tam in parco, quàm in denariis de parco de **Enefeld**, & decimum nummum ejuſdem parci, ſicut in ſupramemoratis cartis dominorum fundi continetur, ut ratum ſit & firmum autoritatis munimine duximus confirmandum, ſalvis tamen in omnibus jure auctoritate & dignitate eccleſiæ noſtre & noſtra & ſucceſſorum noſtrorum. Datum apud **Hadham** ſexto kalendas to kalendas Decembris anno pontificatus noſtri viceſimo.

Carta Godefridi *Prioris de* Hurleiâ.

Ibid.

UNiverſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris vel audituris *Godefridus* Prior de *Hurleia* & ejuſdem loci conventus ſalutem in domino. Perpendentes ex communione poſſe multotiens materiam oriri contentionis; ac cupientes paci & tranquillitati noſtre & ſucceſſorum uoſtrorum proſpicere, cum ſervos Dei non deceat materiam favore diſcordie, aut litigii. Hinc eſt quod convenit inter nos ex una parte, & dominum *Abſolonem* Dei gratia abbatem de *Waledena* & ejuſdem loci conventum, ex altera, videlicet quod nos dedimus & conceſſimus nomine permutationis eiſdem abbati & conventui omnes decimas, tam majores quam minores, ſcilicet in garbis, agnis, vitulis, pullis equinis, porcellis, aucis, lanis, linis, lacte, caſeo, curtilagiis, pomis, piris, columbariis, herbagiis, pannagio & venationibus, aſſartis & aſſartandis cum nucibus ex eorum parochiis provenientes, videlicet, **Waleden** cum **Wyggefoſſe**, magna-**Waltham**, *Pleſſeto*, *Alta Eſtra*, *Thorleia*, **Enefeld**, & magna-**Pymmes**, & quicquid nomine decimarum qualitercunque, & quantumcunque ad nos vel ſucceſſores noſtros aliquo jure ſpectare poſſet, ſeu accreſcere, ſine aliquo retinemento decimarum de prædictis locis provenientium nobis, vel ſucceſſoribus noſtris retento, eis & ſucceſſoribus eorum in perpetuum poſſidendas.

Et propter hoc dederunt, & conceſſerunt nomine permutationis, idem abbas & conventus eccleſiam de *Strattleya* quam in uſus proprios habuerunt, cum omnibus ejus pertinentiis & omni re quod in eadem habuerunt, ſine aliquo retinemento eiſdem aut eorum ſucceſſoribus retento nobis & ſucceſſoribus noſtris imperpetuum poſſidendam. Et ſi contingat aliquo tempore prædictos abbatem & conventum vel eorum ſucceſſores, ſuper prædictas decimas, per quoſcunque inquietari, aut moleſtari, nos & ſucceſſores noſtri inſtrumenta & munimenta noſtra ad eorum defenſionem & liberationem, quotiens & quandocunque neceſſe fuerit, exhibebimus. Dederunt etiam & conceſſerunt idem abbas & conventus nobis & ſucceſſoribus noſtris jus patronatus in eccleſia prædicta: Ita ſcilicet, quod cum vacaverit vicaria in eadem, ad eam poſſimus, pro noſtre voluntatis arbitrio, clericum ydoneum loci dioceſano preſentare, & hoc quotienſcunq; eam vacare contigerit imperpetuum.

Inſuper ne occaſione dictæ permutationis aliqua eccleſiarum prædictarum pregravetur, convenit inter nos & eoſdem, quod quotienſcunque tallagium, vel aliud onus extraordinarium eccleſiæ *Anglicanæ* fuerit impoſitum, prædicti abbas & conventus & eorum ſucceſſores, juxta concurrentes eſtimationes prædictarum decimarum & eccleſiæ memoratæ illud ſuſtinebunt, & in eo in quo dictarum decimarum eſtimatio eccleſiæ prælibatæ taxationis excedit, nos, & ſucceſſores noſtri dictos abbatem & conventum, & eorum ſucceſſores, ab omni onere extraordinario relevabimus & exonerabimus. Ut autem omnia & ſingula preterita utreque eccleſiæ perpetue firmitatis robur obtineant, preſens ſcriptum in modum cirographi confectum alterno ſignorum noſtrorum munimine corroboravimus. Acta anno Domini mileſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo.

MALVERNENSE

cœnobium in agro Wigornenſi, *cella* Weſtmonaſterii.

Prioratus ordinis S. Ben[illegible]cti *de* **Malverne** *majori, cella eſt* Weſtmonaſterii.

Lelandi
coll. vol. 1.
p. 62.

CApella S. *Johannis Baptiſtæ* vicina Prioratui, ubi S. *Werſtanus* martyrium pertulit.

Quidam *Aldwine* heremita, cum ſuis fratribus, incœpit edificare domum de **Malverne** xviij. anno *Gulielmi* conqueſtoris. *Gulielmus* conqueſtor & *Henricus* ejus filius adjecerunt poſſeſſiones,

* *Henricus* de **Clare** comes de *Gloceſtria*, *Osbernus Pontium*, & *Richardus Pontinm* benefactores hujus domus.

Vide plac.
coram Ra-
pud Ebor.
Term.
Mich. 12
E. 2. Rot.
28. Wigorn.
* *Gilbertus.*

Avicot in comitatu *Warwici* cella, ubi ſunt quatuor monachi.

De epiſcopis Wigornenſibus.

W. Malm.
de vitis
pontificum fol.
159. a. &
160. b.

W*Lſtanus* in ſanctitate noſtro ſæculo nominatiſſimus, de quo de ſe amplior porrexerit ſermo, nullum quæſo tædeat (*&c.*)

—— *Aldwinus* erat quidam ab eo factus monachus, ſicque in vaſtiſſimo illo ſaltu quod *Malvernum* vocatur eremiticam vitam cum *Guidone* ſocio exercebat. *Guidoni* poſt longos agones compendioſius ad gloriam viſum, ut *Jeroſolymam* iret, ubi labore itinerario vel domini ſepulcrum videret, vel fœliciter manu Sarracenorum mortem anticiparet. *Aldwinus* eidem ſententiæ inductus conſilium tamen cum patre *Wlſtano* quæſivit. Diſſuaſit pontifex, & ardentem refrigeravit, dicens. Noli ſodes *Aldwine* quoquam ire, ſed in loco mane: crede mihi, mirareris ſi ſcires quod ſcio; quantum in illo loco per te Deus operaturus eſt. Diſceſſit hoc audito monachus, firmoq; jam durabat in propoſito, leviabatq; ſpè prophetiæ omne genus erumnæ. Nec multo poſt vaticinium properavit impleri: veniebantq; ad *Alwinum* alter poſt unum, tertius poſt alterum, & ita uſq; ad tricenarium numerum; affluebatq; eis imprimis victualium copia, vicinis beatos ſe judicantibus, qui aliquid Dei famulis impertirentur. Quod verò eis deerat, fide ſupplebant, dum parvi facerent, ſi carerent carnali cibo, qui ſpirituali pingueſcebant gaudio.

Charta regis Henrici *primi.*

Pat. 50 E.
3. par. 1. m.
15. per. inſpex.

H. Rex *Angliæ* archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, vicecomitibus, & baronibus, & omnibus fidelibus ſuis *Francis*, & *Anglis*, & *Wallenſibus* tocius *Angliæ* & *Walliæ* ſalutem. Sciatis

atis me conceſſiſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Malverna* & monachis ibidem Deo ſervientibus unam virgatam terræ de *Baldebala*, & omnia quæ ſuper terram ſunt, pro animæ meæ & parentum meorum ſalute, ſicut pater meus *Willielmus* rex eam eis dedit & conceſſit pro remedio animæ ſuæ. Et illi quatuor ſolidi qui inde de redditu accipiebantur antequam monachi eam habebant, ponantur in tallia mea, & ipſi inde ſint quieti, ſicut pater meus eis conceſſit. Et concedo eis & dono illas duas ſolidatas terræ, id eſt, *Achiſeiam* quæ pertinet ad *Scottesdunam*, unde *Wido* filius *Helgoti* ſolebat reddere duos ſolidos per annum de firma. Et concedo eam eis quietam de illis duobus ſo[illegible]is & de omnibus aliis ſerviciis, pro ſalute animæ meæ. Et concedo eis duas hidas terræ omnino quietas de *geldis* omnibus & omnibus aliis querelis & *ſcotis*, quarum una eſt in **Wireceſtreſcire**, & altera in **Staffordeſcire**, apud *Quatam*. Et concedo eis illas terras de *Wrdesfelda* & de *Limberga* illa nova eſſarta, ſicut *Giſlibertus* abbas *Weſtmonaſterii* communi conceſſu capituli eccleſiæ conceſſit & dedit, & ſicut *Hugo* & *Warnerus* monachi illa perambulaverunt, & ipſis monachis ex parte abbatis ſui liberaverunt. Et concedo eis eccleſiam de caſtello *Ricardi* filii *Pontii* in **Cantarabohan**, & duas carucatas de terra illa, & omnes decimas *Ricardi* de omnibus redditibus ſuis de illa terra. Et eccleſiam de *Lecten* & unam hidam & virgatam terræ in eadem villa, & omnem decimam *Ricardi* de eadem villa & decimam de domino *Ricardo* de terra de *Eſtradel* quæ vocatur **Becchen**, ſicut prædictus *Ricardus* & *Matildis* conjunx ſua & *Simon* filius ſuus dederunt & conceſſerunt eis pro redemptione animæ ſuæ. Et concedo eis terram de *Hatfelda* quam eſcambiaverunt *Rogero* de **Candos** pro terra ſua de *Strada*, conceſſu meo, ita ut eam de me in capite teneant in elemoſinam, ita ſolutam & quietam ab omni ſeculari ſervicio ſicut tenebant aliam, excepto hoc ſolo quod inde reddent *Gelda* mea quæ non ſolebant reddere de terra ſua de *Strada*.

Et concedo eis terram de **Lamdeſpidic**, cum omnibus quæ ei pertinent, & terram quandam in **Chelem**, & eccleſiam de **Bereſchi**, cum omnibus decimis & aliis quæ pertinent, & eccleſiam de **Marteconot**, cum decimis & omnibus aliis que pertinent ſicut *Milo Gloveceſtr.* eas eis dedit & conceſſit. Et concedo eis piſcariam deſuper *Savernam* que pertinet terræ **Lungenedie**, cum hominibus & terra eorum qui eam coſtodiunt ſicut *Osbertus* filius *Poncii* eis eam dedit & conceſſit. Et concedo eis illam virgatam terræ in *Martuna*, quam *Landricus* de **Clifford** reddidit *Giſliberto* abbati *Weſtmonaſterii*, quam *Giſleb.* dedit monachis de *Malverna*, ſicut ipſe *Giſlebertus* abbas conſenſu communis capituli eam eis dedit & conceſſit. Et concedo eis eccleſiam ſancti *Germani* de **Lanrieragh**, ſicut *Rotbertus* filius *Willielmi* dedit & conceſſit, & ſicut *Rotbertus* comes *Glouceſtriæ*, de cujus feodo eccleſia illa eſt, conceſſit. Et volo, & firmiter præcipio ut ipſi ea omnia ſicut prædicta ſunt ita bene teneant, & in pace & quietè & honorificè, ſicut domini ſuperiùs enumerati eas eis conceſſerunt & dederunt. Teſtibus *Ricardo* epiſcopo *Herefordenſi*, & *Bernardo* epiſcopo de ſancto *Davide*, & *Simone* epiſcopo *Wygorniæ*, & *Willielmo* Camerario de *Tancardi* villa, & *Briencio* filio comitis, & *Willielmo* de Albineio Pincerna, & *Milone Glouceſtriæ*, & *Adam* de **Port**, & *Pagano* filio *Johannis*, & *Gaufrido* filio *Pagani*, & *Rogero* de **Candos**, & *Waltero* de *Bello-campo*, apud *Herefordiam*.

Carta Regis Henrici *ſecundi.*

HENRICUS Dei gratia rex *Anglorum* & Dux *Normannorum*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, vicecomitibus omnibuſq; Baronibus & Miniſtris ſuis *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis communiter, me non tantum modernitatis, verum etiam anteceſſorum meorum & poſteritatis meæ utilitati providentem, In nomine ſancte & individue trinitatis, ob honorem & amorem glorioſe virginis *Mariæ* genetricis Dei, eccleſiam *Malverniæ* ipſius nomine dedicatam, & monachorum habitationi perpetuo deputatam, cum omnibus ad illam pertinentibus, pro redemptione animæ meæ, pro animabus patris & matris & fratris mei, & pro ſucceſſorum meorum ſalute, in regie poteſtatis meæ manutenemento & defenſione ſuſcepiſſe. In primis itaque locum ipſum in quo prefata eccleſia conſtructa eſt, cum terris & poſſeſſionibus ab anteceſſoribus meis Regibus, bonæ videlicet memoriæ Rege *Eduuardo* & *Willielmo* patre meo, vel etiam à meipſo ſibi collatis, ſicut in omnipotentis Dei & beate virginis obſequio, pro remiſſione peccatorum meorum, pro pace regni & ſtabilitate indeſinenter occupatum manere deſidero, ita enim ab omni ſeculari ſervicio cuntis temporibus liberum & quietum clamo & firmiter eſſe præcipio. Aſſarta denique quæ à fratribus ejuſdem monaſterii vel eorum ſumptu in foreſta *Malverniæ* licentia patris mei vel mea facta ſunt, cum una virgata terræ in **Baldeh**, de feudo de **Hanley** quam rex *Edwardus* dedit, ſicut pater meus rex *W.* conceſſit libera eſſe præcipio; & de iiij. ſol. qui de prædicta virgata ad ſcaccarium reddebantur antequam monachi eam haberent, ipſos inperpetuum quietos eſſe concedo. Novam quoq; terram cum **Windeſſ** & **Limberg** ſitam inter *Porwicam* & *Bald.* ſicut *Walterus* de *Glouceſtr.* & alii barones mei ex parte mea & *Giſleb.* abbas *Weſtmonaſter.* & conventus per *Hugonem* & *Warnerium* monachos ſuos ex parte ſua prenominatis fratribus liberaverunt & dederunt, ab omni ſeculari ſervicio liberam eſſe concedo & confirmo.

Huic etiam Regali munificentiæ aucmentum dono, villam ſcilicet de **Langen** ſitam in **Glouceſterſire**, cum eccleſia & cuntis pertinentiis ſuis, quam *Osbertus* filius *Poncii* prædictis fratribus apud *Wintoniam*, in preſentia mea dedit, ſet ut eam futuris temporibus honorabiliùs poſſiderent, in manu mea illam ſicut quam non parentum ſucceſſione, ſet patris mei gratuito dono habuerat, ab omni ſui vel heredum ſuorum reclamatione ſolutam & quietam reddidit, & ego eam prefato monaſterio & ejuſdem loci fratribus manu propria dedi, & in perpetuam elemoſinam regia auctoritate confirmavi, ut ipſam de cetero cum omni libertate & quietudine ſecularis ſervicii de me & ſucceſſoribus meis in capite teneant. Hoc autem determinatè obſervandum conſtituo, ut nec abbas *Weſtmonaſterii*, nec quelibet alia perſona ſecularis vel eccleſiaſtica, de hoc beneficio noſtro jus vel poteſtatem habeat aliud ſtatuendi, vel illud ad alium locum transferendi. Dono inſuper eis duas hidas terre quas *Wido* filius *Holgodi* in manu mea reddidit, quarum una eſt in **Wyrecesterſire**, & altera in **Staffordeſire**, nomine *Quata*, quietas omnino de omnibus *geldis* & omnibus aliis querelis & *ſcotis*, predicto modo de me & ſucceſſoribus meis in capite tenend.

Concedo quoque eis & confirmo villam de **Fuleford** ſitam in **Staffordeſire**, quietam & liberam ab omni ſeculari ſervicio, ſicut unquam eam tempore patris & fratris mei melius tenuerunt. Dono etiam eis terram de **Northw.** ad ſartand. inter **Hanekesbroc** & **Lindrugeſithe** ab *Heneduneia* in *Sabrinam*, quietè & liberè imperpetuum poſſidendam; & ex altera parte *Sabrinæ* dono eis duas ſolidatas terræ, id eſt *Hakieſheia*, cum quadam parte ſilve quæ pertinuit ad **Stotteſd.** per terminos illos quos *Fulco* vicecomes perambulare fecit, qui eos inde per preceptum meum ſeiſivit; & de illis duobus ſolidis & de omnibus aliis ſerviciis eam liberam eſſe concedo. Dono quoque eis & confirmo villam de **Hathfeld** ſitam in **Hereforteſire**, cum ſuis pertinentiis, quam conceſſu meo excambiaverunt *Rogero* de **Chandos** pro terra quam prius dederam illis in valle de **Strade**, in liberam elemoſinam de me & ſucceſſoribus meis in capite tenendam. Volo igitur & firmiter precipio quatinus prenominati fratres terras omnes preſcriptas cum ſuis pertinentiis, ſicut dominicam elemoſinam meam puram & liberam, bene & in pace & honorifice, cum libertatibus quæ **ſake, ſokne, tol,** & **team,** & **infangenetheof** nominantur, perpetualiter teneant, quia eas ab omni regia conſuetudine & ab omni collectione cenſus quæ **Geld**, vel **Denegeld**, ſeu **Scot** anglicè vocatur, ab omnibus placitis & querelis & ſciris & hundredis & auxiliis vicecomitū, & ab omnibus rebus & occaſionibus, & ab omni caſtelli ſeu quocumq; opere ſervili, vel etiam ſervicio ſeculari, quietas imperpetuum clamo, & liberas eſſe concedo. Et ne aliquis ſuper hoc eis vim vel violentiam vel injuriam aliquam inferat, vel inferre præſumat, poteſtate regia defendo. Conteſtor itaque omnes hæredes meos & reges omnes qui poſt me in *Anglia* regnaturi ſunt, per tremendum judicium Dei, ut hanc meam & illorum elemoſinam manuteneant & defendant ut Deus regnum ipſorum gubernet, & adaugeat, pacificet, & defendat, & ipſi poſt temporale regnum habere mereantur eternum. Quicumque autem eam infregerint vel infringere temptaverint ſeu diminuerint niſi factum ſuum digna ſatisfactione correxerint, in preſenti, fame & clade pereant, & cum *Juda* traditore domini partem habeant in futuro. Ego *H.* Dei gratia *Anglorum* Rex hanc donationis meæ cartam ſigno ſancte crucis confirmavi. Facta eſt autem anno verbi incarnati *MCxxvij.* indictione v. *Wintoniæ.* Signum ✠ Regis *Henr.* Signum ✠ Reginæ *Adeleciæ.* Signum ✠ *Rogeri* epiſcopi *Sareſb.* Signum ✠ *Bernardi* epiſcopi de ſancto *David.* Signum ✠ *Gaufridi* cancellarii. Signum ✠ *Willielmi* de *Tancarvilla.* Signum ✠ *Pagani* filii *Johannis.* Signum ✠ *Milonis* de *Glouceſtria.* Nos autem donationes (&c.)

Vide Vol. 2. *pag.* 876. *Col.* 2.

AUCOTENSE *cœnobium in agro* Warwicenſi, *cella de* **Malverne**-*magna.*

Conventio inter Priorem Malverniæ & Willielmum Burdet, *de cœnobio inſtituendo.*

Ex vetuſto exemplari penes *Simonem Archer* de *Tanworth* in com. *Warr.* eq. aurat. an. 1650.

HÆc eſt conventio inter *Rogerum* Priorem *Malverniæ* & *Willielmum Burdet. Willielmus Burdet* concedit liberè & quietè Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Malvernia* ac monachis ibidem Deo regulariter ſervientibus totam terram quam habuit in *Avecota* cum molendino, & **Schetinton** cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut carta illius teſtatur. Et hæc conventio diffinita eſt in preſentia *Laurentii* abbatis *Weſtmonaſterii*, *Roberti* abbatis ſancti *Albani* & *Gregorii* abbatis *Malmesberiæ*, & multorum aliorum, annò ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo nono. 1159. A primo feſto ſancti *Michaelis* ejuſdem anni uſque ad annum revolutum erunt ibidem duo monachi ad ſerviendum in eccleſia, & anno ſequenti eodem termino addentur alii duo monachi ad ſerviendum Deo; deinde loco ędificato & inſtaurato, juxta facultatem loci, conſilio abbatis *Weſtmonaſterii* & virorum religioſorum illius provinciæ adjicientur ibi monachi perpetuo Deo ſervituri: Priorem autem loci illius conſtituet Prior *Malverniæ*, conſilio abbatis *Weſtmonaſt.* Abbati verò *Weſtmonaſterii* vel Priori *Malverniæ* non licebit aliquid de ſubſtantia illius loci auferre quo locus ipſe gravetur. Hæc conventio fideli pollicitatione ab utraque parte coram prædictis perſonis confirmata eſt. Hiis teſtibus *Roberto* comite *Leceſtriæ*, *W.* de **Bell**, *Hugone Barre*, *Lauren.* Priore *Coventr. Ricardo Dalmari*, *Galfrido le Abbe*, *Radulfo* fratre Abbatis *Weſtmonaſterii*, *Roberto* de **Craft**, *W. Canon. Ricardo* de **Pilplinton**, *W.* fil. *Warr. Petro* de *Wicba.*

SUDBURYENSE *cœnobium in agro* Suffolcienſi, *cella de* Weſtmonaſterio.

Pat. 35 E. 3. part. 2 memb. 29.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod cum nos nuper per literas noſtras patentes de gratia noſtra ſpeciali conceſſiſſemus & licentiam dediſſemus pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis fuit dilectis nobis in Chriſto abbati & conventui *Weſtmonaſterii*, quod ipſi terras tenementa & redditus ad valorem decem marcarum per annum tam de feodo ſuo proprio quam alieno, exceptis terris tenementis &

redditibus quæ de nobis tenentur in capite adquirere poſſunt. Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum in relevationem pauperis Cellæ ſuæ ſancti *Bartholomei* juxta **Sudbury**, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante, prout in literis noſtris prædictis plenius continetur. Nos volentes dictam conceſſionem noſtram effectui debito mancipari conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, *Ricardo Roke* de villa *Weſtmonaſterii* ſeniori, quod ipſe ſexaginta & ſexdecem acras terræ & dimidiam, & tres acras prati & dimidiam, cum pertinentiis in **Sudbury** & **Holegate**, quæ de nobis non tenentur, & quæ valent per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem eorundem, ultra ſervicia inde debita & conſueta, viginti & octo ſolidos, ſicut per inquiſitionem inde per dilectum nobis *Rogerum* de *Wolfreton*, Eſcaetorem noſtrum in comitatu *Suffolchiæ*, de mandato noſtro factam, & in Cancellaria noſtra retornatam eſt compertum, dare poſſit & aſſignare præfatis Abbati & Coventui; Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis in relevationem Cellæ prædictæ imperpetuum, (*&c.*) T. Rege apud *Weſtm.* primo die Maii.

S. NEOTI *Prioratus*

In comitatu Huntingdoniæ, *primo* *Cella Abbatiæ de* Becco, *in* Normannia, *deinde verò factus indigena.*

Lelandi collectan. vol. 3. p. 10.

SAnctus *Neotus* Monachus *Gleſſoburgenſis*, tranſlatus à **Neoteſtoke** in *Cornubia*, olim monaſterio nunc verò parochiali eccleſia, ad **Arnulpheſbiry**, in provincia *Huntingdunenſi*, in quo oppido palatium erat *Elfridi* comitis, quod poſtea verſum eſt in uſum cœnobii, in quo fuerunt ad multos annos monachi nigri, donec *Anſelmus* archiepiſcopus *Cantuarienſis* introduxit *Gallos*, monachos albos.

Ibid.

Barrius, *Neoti* ſervus, ibidem ſepultus.

Monaſterium ſancti *Neoti* à *Danis* ſpoliatum, & incenſum, quod reparavit domina *Roſa* tempore *Henrici* primi; Quo tempore forſan ab *Anſelmo* primùm ex *Gallia* in *Anglia* monachi albi evocati, qui alius profeſſionis ſunt quam *Barnardini.*

Ib. p. 11.

Ex libro de vita ſancti Neoti.

N*EOTUS* filius *Adulphi* Regis *Cantiorum*, & frater *Aluredi* regis, qui Academiam *Oxonienſem* fundavit inſtigante fratre.

Neoteſcenſis in *Cornubia* à *Neoto* ſic dicta, nunc linguâ vulgari **Newſtoke**.

* Nepoti.

S. *Neotus Aluredo* * fratri apparuit, promittens illi victoriam de *Danis*.

Sunt tamen (ſi recte memini) qui hoc divo *Cuthberto* tribuunt.

Vidi tunicam interiorem ſancti *Neoti* ex panno villoſo, more *Hibernico*, pecten ſancti *Neoti* ex oſſiculo duos digitos lato, inſertis piſcium denticulis inſtar maxillæ lupi fluviatilis.

De **Eynolvesberi.**

Ex regiſtro *Elienſis* cœnobii in bibl. *Bodleiana* lib. 2. fol. 9. a.

REſtat igitur enarrandum de **Henulvesbiry** quem ſanctus *Neotus* primùm monachili ordine inſtituit, ſed iniqua *Danorum* pervaſione jacuit diu miſerabiliter deſolandus. Poſt plurimorum autem temporum curricula venerabilis pater * *Ædeluuoldus* locum eundem ſicut cætera per *Angliam* loca veneranda relevare, & ad priſtinum decorem divini obſequii reformare ſtuduit, monachos adducens de **Ely**, denuo illuc regulariter ſub Priore collocavit. Cum enim ad præfatæ baſilicæ dedicationem conſiſteret vir Deo devotus *Leofricus* & uxor ejus *Leofleda* nomine, conſilium habuerunt cum eo & cum Abbate *Brithnodo*, rogantes eos obnixè ut monachos illic conſtituerent; At illi votum eorum multipliciter amplectentes, quoſdam de **Ely**, quoſdam verò illic de *Torneia* deſtinaverunt. Deinde, coram omnibus epiſcopum atque abbatem humiliter poſtulabant, quatinus pro Dei amore, & ſanctæ religionis reverentia, eis, tanquam ſuis providerent atque conſulerent, ut vitam religioſam dignè obſervarent, & eſſet locus ipſi abbati & cunctis ſucceſſoribus ſuis, eccleſiæ de **Ely** ſemper ſubjectus, ſed & Prior illic jugiter de eccleſia de **Ely** haberetur, niſi ex ipſis talis poſſet inveniri, & hoc aſſenſu atq; conſilio fratrum de **Ely** qui ipſo officio dignus exiſteret. Ad victum vero eorum & veſtimentum decem & octo hydas continuò ſtatuerunt neceſſitati illorū utiliter providentes; duas videlicet in prædicta villa de **Henulvesburi**, & vj. apud **Wobereſle**, & novem apud *Gamingeia*, unde teſtes fuerunt *Æſcuuinus* epiſcopus qui eccleſiam tunc dedicavit, *Ægeluuinus Alderman*, *Ædricus Pape*, *Ædelmus Polga*, & cæteri qui ad dedicationem illam fuerant congregati; Atque hoc tribus ſcriptis Anglicè conſtat eſſe firmatum, unum habuit epiſcopus *Ædelwoldus*, quod in eccleſia pro teſtimonio hactenus ſervatur; aliud *Æſcuuinus* epiſcopus, tertium ipſimet ſibi retinuerunt. Locus autem ille ad **Ely** diu pertinuit, donec *Anglia* ſubjugatur à *Normannis*; ſed eccleſia gemens in ſuis oppreſſionibus, illud, cum multis & magnis injuſtè ſibi ablatis calumpniatur, & continuè ad Deum cum Pſalmiſta quærimoniam facit adverſus eos, qui dixerunt. *Venite & diſperdamus eam de gente, & non memoretur in ea nomen* Iſrael *ultra*; nam poſtea *Normannis Angliam* obtinentibus, unus illorum *Gilebertus* de *Clara* eundem locum ſibi vendicavit, fratreſq; de **Ely**, uti in proprio illic degentes, fugavit. Tres vero non fame, non verbere depellere valens, apud *Beccum* in cuſtodiam ultra mare delegavit, ac monachos inde adducens ibi locavit, expulſis violenter indigenis, ut in ſequentibus dicetur.

* Epiſc. *wintonienſis.*

Quam violenter locus de **Enolvesbyri** *abſtractus ſit* Elyenſi *eccleſiæ.*

Ib. f. 32. b

INter hæc namque tempeſtivæ commotionis incendia jus & debitum virginis Dei *Ædbeldreda*

dreda diripiunt omnes tranſeuntes viam, queſtumque pietatis eſtimant, gaudent & manu plaudunt, quotquot prævalent inferre leſionem bonis illius multiplicant, ex quibus extitit unus ille *Gilebertus* de *Clara*, genere ac dignitate carnis præclarus, ſed tota anima atque virtute ſanctæ *Ædbeldredæ* dominatrici *Elyenſis* eccleſiæ in cunctis adverſarius, cui locum de **Eynolvesbiry** ſubripiens ſibi vendicare præſumpſit, indeque noſtros, violenter ejectos, recedere compulit, nonnullos verò jugi inedia maceratos & diu afflictione gravatos de loco nequivit pellere, tamen ſic domare illorum conſtantiam poſtremò cogitans, jubet eos pertrahi foras, & ultra mare apud *Beccum* perpetuò cuſtodiæ mancipandos tranſmiſit; Sicque monachis noſtris à loco depulſis atque proſcriptis, monachos inde adducens apud **Enulvesbiri**, contra rationis ordinem, & injuſtè pro noſtris locavit, quem, illi licet indebitè uſque ad hunc diem pro voto optinent, & nos ſuper hujuſmodi infeſtationis moleſtia judiciali diſceptatione fruſtramur.

D *ſancto* Neoto.

Hiſt. aurea Johan. Tinemuthenſis MS. in bibl. Bodleiana lib. 18. cap. 63.

— ANno Domini DCCCCxcj. tandem populi frequentiam ac favorem declinare affectans, divino præmonitus oraculo, inter *Cornubiæ* confinia, remota quæſivit ſolitudinis loca, unius clientis nomine *Barii*, quem ſui fecerat ſecreti conſcium, contentus comitatu. Sicque, ipſo ducente quo præmonente, ad locum ſibi à Deo præparatum devenit. Diſtat enim heremus illa à ſancti *Petroci* in *Cornubia* monaſterio, milliaribus ferè decem; &, tracto ab ipſo viro Dei nomine, ab incolis locus ille **Neotstoke** appellatur. Erat autem locus ille nemoroſus, fluviis perſpicuus, & mari affinis. Tranſactis autem in illo loco feliciter annis vij. *Romam* profectus, à Papa *Martino* honorificè ſuſceptus, utroque alterius recreato ſolamine, poſtulata cum benedictione aſſecutus, domum rediit, & monaſterium conſtruxit, & monachos congregavit (*&c.*)

Anno Chriſti Mlxxvij. venerabilis quædam matrona, nomine *Lewina*, **Enolvesbiri**, quæ nunc villa S. *Neoti* dicitur, domina, ubi quondam ejuſdem ſancti corporis glebam ſive reliquias diſcipulus ejus *Barri*, divinitus admonitus, detulerat ad monaſterium *Croylandiæ*, cui frater ſuus *Osketellus* præfuit; barbarorum metuens hoſtilitatem, amore fraterno compulſa, reliquias ſancti *Neoti* adduxit; ſed ſcriptum in eodem monaſterio palam oſtenditur, unde, poſtea, dubitantibus de hoc quibuſdam fratribus abbatiæ, cum devotione accenſis cereis, loculum cum timore frangens, invenit teſtam capitis, & oſſa de collo & de ſcapulis, & de thorace, & inſuper nonnulla oſſa tibiarum & coxarum; has enim ſecum domina præfata reliquias attulit, in priori loco oſſibus quibuſdam cum cineribus dimiſſis. Tranſlata poſtea fuerunt oſſa illa ab abbate *Henrico*, & juxta altare, in honore ejus conſtructum collocata anno Domini MCCxiij. Diebus tamen noſtris, in monaſterio S. *Neoti*, à fratribus monaſterii *Beccenſis* occupato, ſcrinium ſatis pretioſum adventantibus oſtenditur.

Ex regiſtro S. *Neoti* in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *Fauſtinæ* A. 4.] fol. 44. b.

Vide Pat. 16. *H.* 6. part. 2. m. 23.

ANno ab incarnatione Domini MCxiij. *Henrico* regnante Dei gratia rege *Anglorum*, *Roheſia* uxor *Ricardi* filii comitis *Giſleberti*, dedit Deo & ſanctæ *Mariæ Becci*; ſanctoq; *Neoto*, **Einulfiberie** & monachis ibidem Deo famulantibus totum inſimul idem manerium *Einulfiberiæ*, & quicquid ad illud pertinet, ſicut ipſa tenebat, pro ſalute regis *Henrici*, uxoriſque ejus *Matildis*, atque filiorum ſuorum, & pro anima *Willielmi* regis patris ſui, & *Matildis* matris ſuæ fratrumq; ſuorum & pro anima *Ricardi* mariti ſui, & ſalute animæ ſuæ filiorúmq; & filiarum, atque omnium parentum ſuorum. Hoc donum conceſſit *Giſlebertus* filius ſuus, uxorque ejus *Aeliz*, & filii ſui, rogatu & petitione ejuſdem *Roheſiæ*, matris ſuæ, fratrumque ſuorum, *Rogerii* ſcilicet, *Walterii*, *Roberti*, ſororumque ſuarum, necnon parentum & amicorum ſuorum. Teſtibus, &c.

Ib. fo. 43. a.

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit, *Johannes* Dei gratia *Norwicenſis* epiſcopus ſalutem in domino. Licèt univerſis nobis ſubjectis, in hiis quæ ad nos pertinent ſua jura conſervare & protegere debeamus; propenſiùs tamen & attentiùs juſtas poſſeſſiones eorum qui arctioris vitæ viam elegerint, ex officii noſtri debito tueri & defendere tenemur; ut injuria temeritatis excluſa, vacare divinis liberiùs poſſint obſequiis. Eapropter omnibus notum eſſe volumus, nos confirmaſſe dilectis filiis monachis *Beccenſibus*, apud ſanctum *Neotum* Deo ſervientibus, omnes poſſeſſiones, & beneficia eccleſiaſtica quæ in epiſcopatu *Norwicenſi* canonicè ſunt adepti. Hæc autem propriis duximus exprimenda vocabulis. Scilicet, eccleſiam de **Cratefeld** ex conceſſione *Willielmi* de *Abenni*, & *Matildis* matris ejus; eccleſiam de **Oveston** ex donatione *Walteri* filii *Roberti*, eccleſias de *Bertona*, & de **Welle**, ex donatione comitis de *Clara*, & tenementum *Herlewini* presbiteri de *Bertona*, ex donatione ejuſdem comitis *Rogeri*; ſalvis in prædictis eccleſiis vicariis debitis, & ſalvo jure ſanctæ *Norwicenſis* eccleſiæ per omnia. Hæc itaque & cætera quæ in epiſcopatu *Norwicenſi* canonicè ſunt adepti, vel annuente domino juſtis modis potuerint adipiſci, ipſis firma conſtare, & confirmata fore volumus. Et ut hæc noſtra confirmatio perpetuam optineat firmitatem, eam preſenti ſcripto, & ſigilli noſtri appoſitione corroboravimus. Teſtibus, &c.

Ibid.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit, *Johannes* Dei gratia *Norwicenſis* epiſcopus ſalutem in domino. Noverint univerſi nos canonicè conceſſiſſe, & hac preſenti carta noſtra confirmaſſe monachis de *Becco* apud ſanctum *Neotum* Deo ſervientibus eccleſiam de **Bevelingham** cum omnibus pertinentiis ſuis, ex donatione nobilis viri *Walteri* filii *Roberti*. Concedimus etiam & confirmamus canonicè eiſdem monachis religioſis, annuam penſionem xx. ſolidorum de eadem eccleſia perpetuò percipiendam. Præterea eccleſiam de *Birtona-Binnedic* cum omnibus pertinentiis ſuis, ex donatione comitis *Rogeri* de *Clara*; & annuam penſionem xl. ſolidorum de eadem perpetuò percipiendam; duas quoque partes decimarum de dominio *Ricardi* filii *Symonis* in **Buttone**, ex ipſius *Ricardi* donatione. Hiis Teſtibus, &c.

Ib. f. 36. a. OMnibus Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit, *Hugo* Dei gratia *Lincolnienſis* epiſcopus ſalutem in domino. Ne ea quæ locis religioſis conferuntur beneficia, maligna pravorum machinatione poſſint retractari, aut per temporum vetuſtatem oblivione ſepeliri, ſolers antiquorum cavit prudentia ad poſterorum cognitionem prædicto modo collata beneficia, per ſcripturæ ſubſidium longeva perpetuare memoria. Nos igitur veterum pia veſtigia ſequentes, dilectis nobis in Chriſto filiis Priori de S. *Neoto*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, donationes, & conceſſiones ſibi rationabiliter factas epiſcopali auctoritate duximus confirmare, & atteſtatione preſentis ſcripti communire, Quas propriis vocabulis cenſuimus ſubſequenter exprimere, Videlicet, eccleſiam ſanctæ *Mariæ* parochialem de villa ſancti *Neoti*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Evertona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & conceſſionem eccleſiæ de *Auca*, cum pertinentiis ſuis præfatis monachis rationabiliter factam à nobilibus viris *Gileberto* de **Munfichet**, & *Ricardo* hærede ipſius, ſicut ex inſpectione cartarum ipſorum nobis innotuit. Supradictas itaque donationes, & conceſſiones eis rationabiliter factas, ratas habemus & preſentis ſcripti teſtimonio, ac ſigilli noſtri patrocinio confirmamus. Hiis teſtibus, &c.

Ib. f. 57. a. ROgerus *Burnard* omnibus amicis, hominibus & fidelibus ſuis ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe, & carta mea confirmaſſe monachis de ſancto *Neoto* eccleſiam de **Boſcumbe**, & eccleſiam de *Cheldretona*, & eccleſiam de **Godſford**, & eccleſiam de *Eddewrtha*, cum omnibus ad eaſdem eccleſias pertinentibus, in perpetuam & liberam elemoſinam, pro animabus patris & matris meæ, quorum corpora ibi requieſcunt, & pro ſalute mea & hæredum meorum. Quare volo & firmiter precipio quod prædicti monachi præfatas eccleſias habeant & teneant liberè, & quietè, & honorificè. Hiis teſtibus, &c.

Ib. f. 79 a. WIllielmus de *Albeneio* filius *Matildis* de *Seint-Liz.* univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Notum ſit vobis quod ego, conſilio prudentum hominum & militum meorum, conceſſi & hac mea carta confirmavi monachis *Becci* apud ſanctum *Neotum* Deo famulantibus eccleſiam de **Cratesfeld**, cum omnibus eidem eccleſiæ pertinentibus, in puram & liberam elemoſinam, (*&c.*)

Ib. f. 79. b. MAtildis de ſancto *Lizio* filia *Roberti* filii *Ricardi*, Omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis & fidelibus ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra & omnes ad quos præſens ſcriptum pervenerit, me dediſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Neoti* & monachis *Becci* ibidem Deo ſervientibus totam tertiam partem totius manerii mei de **Cratesfeld** quod eſt liberum maritagium meum, ſicut tunc fuit in manu mea quando hæc carta facta fuit, (*&c.*) Præfati autem monachi, ad petitionem meam, receperunt duos presbiteros ad habitum monachilem in domo ſuâ imperpetuum, de prædicta elemoſina victuros, pro ſalute animæ meæ, & animæ patris mei cujus corpus ibi requieſcit; & animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Quare volo (*&c.*) Facta eſt autem hæc elemoſina anno ab incarnatione Domini MC.

Autographum in bibl. Cottoniana. *CEleſtinus epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri* Lincolnienſi *epiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta* Romana *eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſiùs diligere conſuevit, & ne pravorum hominum illicitis gravaminibus moleſtentur, eos protectionis ſuæ munimine, tanquam pia mater ſolita eſt confovere. Unde quia ſingulis ad nos clamantibus apoſtolicum tenemur preſidium impertiri; Intuitu pietatis & miſericordiæ, Priori & conventui ſancti* Neoti, *eccleſiam de* * Eſnebiria, *&* Torneia, *de quibus jam annuam penſionem acceperunt, preſenti pagina confirmamus. Siquidem prædicti Prior & conventus in tranſitu viarum, & ſtrata celeberrima conſtituti, omnibus tranſeuntibus cibum & potum petentibus pro Dei miſericordia largiantur. Et redditum prædictarum eccleſiarum proprio uſui hoſpitum ſe expendere profitentur.*

* Eynesbury.

Eapropter fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatinus pro reverentia beatorum apoſtolorum Petri *&* Pauli *& noſtra, prænominatis Priori & conventui prædictas eccleſias, ſicut eas juſtè & rationabiliter poſſident, & præſentis ſcripti teſtimonio ſunt communiti, appellatione remota, & nullis literis obſtantibus, in pace poſſideri permittatis, & à decanis, ab archidiaconis & ab omnibus hominum officialium inſolentiis, auctoritate beati* Petri, *& noſtra premunitos defenſetis, & ſi quis hujuſmodi confirmationi & prædictis Priori & conventui in hoc preſumpſerit contradicere, auctoritate noſtra excommunicatum publicè denuncietis. Datum* Romæ *apud ſanctum* Petrum *xiij. kalend. Decembris pontificatus noſtri anno quarto.*

Charta Rogeri, *filii* Rogeri, *&c.*

Ex regiſt. S. Neoti in bibl. Cotton. [ſub effigie Fauſtinæ A 4] f. 7 SCiant præſentes & futuri, quod ego *Rogerus* filius *Rogeri*, filii *Fulconis*, dedi, & hac preſenti charta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſancti *Neoti*, & monachis ibidem Deo ſervientibus ſervitium quod mihi debet *Willielmus* de *Hauvilla* de terra illa quam tenet de feodo meo in *Bertona*, quam *Fulco* avus meus dedit *Willielmo* de *Auvilla* patri præfati *Willielmi* in francum maritagium cum *Avicia* amita mea, ſcil. duodecim denarios annui redditus, &c.

[*Quod hujuſmodi Prioratus ſit indigena*], *vide Pat.* 10. H. 4. *part.* 2. *memb.* 23. *& Rot. parl.* 2. H. 5. *num.* 25.]

Vide vol. 2. *pag.* 876. *col.* 2.



Selbienſis eccl: conventualis facies occidentalis.

The Weſt Proſpect of yᵉ Conuentuall Church of Selby


A D
Præcavendam invidiam
Magis exitiabilem
Quàm caſus quem vetuſtas urget
Hoc Ædificium Iconicum
Ære incidi curavit
Henricus Slingesbeius filius Baronettus

Daniel King delin: et sculp:

Selbienſis, ecclesiæ Monaſt.
Latus auſtrale.

The South Proſpect of the
Conuentuall Church of Selby.


Ne pietas, et munificentia Priorum posteris incognitæ maneant, Tho: Talbot Armigeri Eboracenſis hoc poſuit.

SE[illegible]BIENSE *Cœnobium in agro* Eboracenſi.

Ex regiſtro de Selby nuper in cuſtodia Thome Walmeſley armig.

Carta Willielmi Conqueſtoris *de prima fundatione Abbatiæ de* Salebi.

Cart. 2. E. 3. m. 21. n. 77.

Sect. Antiq. p. 11, 12. uſq; n. 15.

IN nomine ſanctæ & individue Trinitatis, Patris, Filii & Spiritus Sancti, *Amen*. *Willielmus* fortiſſimus immo potentiſſimus Rex omnium Regum illorum à quibus eo tempore Sceptra regalia ſub divo gubernantur, maximum imperium *Anglicæ* terræ regens, quod permiſſione atque voluntate Dei primùm ſignis, mirabilibuſq; prodigiis, ac deinde magnis viribus belliſque debellando *Anglos*, tandem adquiſitum gubernans, viris tàm eccleſiaſticis, quàm ſuis comitibus, baronibuſq; atque miniſtris omnibus, Salutem. Divina providente Dei miſericordia, & mea bonitate, divina clementia inſpirata, devotè poſtulanti, *Benedicto* abbati devotiſſimo, Cœnobium in honore Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, & beatiſſimæ ejus genitricis & virginis *Mariæ*, & ſancti *Germani*, *Antiſiodorenſis* epiſcopi in *Salebya* fundare conceſſi. In quo fundamine conjeci, & regali libertate poſui & dedi, de propria mea menſa ipſam *Salebiam*, videlicet, unam carucatam de terra **Snaith**, & ſex bovatas de **Flaxley**, & **Rodcliffe**, & dimidiam carucatam terræ in **Bratone**, & unam piſcariam in **Whitegift**; & terras à *Thoma* archiepiſcopo eidem eccleſiæ datas, videlicet *Friſtunam*, & *Salebiam*-minorem, tam ſecundùm vivam vocem quàm juxta brevis ejus tenorem.

Eodem modo **Crull**, ſcilicet, una Hundreda quæ jacet in vicecomitatu *Lincolnienſi*, & **Stanford**, quæ eſt in vicecomitatu *Hamptoniæ*, quas dederunt *Gaufridus* de la *Wirchi*, & *Wido* de **Rainecourt**, ſine ullo retentu confirmavi; & dando conceſſi, & cuncta cum hiis undecunque tam in terris, & poſſeſſionibus, quam in aliis oblationibus quæ inſtinctu ſancti Spiritus à devotis benefactoribus offerri & quaquaverſum jure, prece & precio adquiri poſſint, ſub regali munere, ab omni exactione & moleſtia, & vexatione ſolutè & quietè, & liberè, prout decet elemoſinam Regiam, & propriam abbatiam interminabili & perpetua pace tenere, & curiam ſuam, cum *ſaca* & *ſoca*, **Tol & Team**, & **Infangenethefe**, & cum omnibus conſuetudinibus, quas meliores habet eccleſia ſancti *Petri Eboracenſis* habere & perpetuò poſſidere; Ad teſtimonium, & ad confirmationem hujus elemoſinæ donationis, pro ſalute animæ meæ, & tam precedentium meorum, quam ſubſequentium Data carta hac & confirmata apud *Londonias*, in preſencia iſtorum, ſcilicet, *Odonis Baiocenſis* epiſcopi, *Edwardi* de *Salesbiria*, *Hugonis* de *Portu*, *Hugonis* de *Monteforti*, *Roberti* de *Olley*, *Ricardi* filii comitis *Gilberti*, *Baldwini* fratris ejus, *Remigii* epiſcopi, *Radulphi Taleboie*, *Roberti* de *Tany*, *Gaufridi* de la *Wirchi* & totius curiæ Regis.

Carta Guidonis *de* Raincourt, *de villa de* **Stamford**, *in comitatu* Northamtoniæ.

W*IDO* de *Rainecort* omnibus hominibus & amicis ſuis Salutem. Notum ſit vobis omnibus audientibus has literas quod ego pro amore Dei, & anima domini mei *Willielmi* Regis, & pro remiſſione peccatorum meorum, & uxoris meæ, filiorum & omnium parentum meorum, dedi **Stanford**, villam meam, cum omnibus quæ ei adjacent, Abbati *Benedicto*, & eccleſiæ ſancti *Germani* de **Seleby**, ſolutam & quietam imperpetuum, ab omnibus conſuetudinibus & ſervitiis ad me pertinentibus, concedente & confirmante hanc elemoſinam domino meo Rege, & hærede meo *Richardo*. His teſtibus, *Remigio* epiſcopo, & *Hugone* de **Montefort**, *(&c.)* Ibid.

Carta *Galfridi* de la *Wyrce* de Hundredo de *Crull* in inſula de *Axiholm*.

N*Otum ſit meis amicis, & omnibus hominibus, quod ego* Gaufridus *de la* Wyrce *pro ſalute Regis & Regine, & eorum liberorum, & pro ſalute anime meæ, uxoris meæ, & amicorum meorum conceſſi, nutu Regis,* Benedicto *abbati ſancti* Germani *de* **Seleby**, *& fratribus ibidem habitantibus* **Crull**, *ſcilicet, Hundredum terre, cum tota* ſoca *&* ſaca, *ut in vicecomitatu* Lincolnie *jacet, abſque ullo retentu, ſolutam, & quietam ab omnibus conſuetudinibus, & ſervitiis, quæ ad me pertinent imperpetuum, eo tenore ut pro nobis monachus unus ſemper in eccleſia habeatur, & unus pauper paſcatur. Hanc confirmationem feci apud* Londonias *in ſolario domus* Waleranni, *coram* Odone *epiſcopo* Bajocenſi, *&c.* Ibid.

Carta Hilberti *de* Laſcy, *de manerio de* Hamelton.

NOtum ſit omnibus has literas legentibus, quod Ego *Hilbertus* de **Lascy**, pro ſalute anime mee, & pro ſalute omnium parentum meorum, Manerium de **Hamleton**, cum omnibus ſibi adjacentibus quod dedit avus meus *Hilbertus* eccleſie ſancti *Germani* de **Selby**, & monachis ibidem Deo ſervientibus in puram elemoſinam, confirmo & concedo, eodem modo tenere in perpetuum. Et volo & confirmo ut teneant elemoſynam meam puram, bene, honorificè & quietè, ut tenuerunt die quo receperam Honorem meum. Ibid.

Carta Thomæ *archiepiſcopi de* **Friston** *&* **Seleby** *minori.*

NOtum volo fieri omnibus ſancte matris eccleſie cultoribus, quod Ego *Thomas Eboracenſis* eccleſie, Dei gratia, archiepiſcopus, de ſalute anime domini mei Regis *Willielmi*, parentis mei, necnon omnium in Chriſto fidelium in futurum previdens, has eccleſias **Friston** & *Salebyam* ab omni conſuetudine liberas & quietas, clericorum conſenſu, conſilioque communi, eccleſie, que in honore beatiſſimi confeſſoris *Germani* in dioceſi mea fundata eſt, donaverim, ita liberè, ſicut ſuperius dixi, excepta Chriſtianitatis cauſa, & ce- Ibid.

lebratione anniverſarii quod celebraturi ſunt ejuſdem eccleſie fratres, per ſingulos annos, pro peccatorum meorum remiſſione. Hoc autem rogo & humiliter meos ſucceſſores admoneo, ne hanc caritatis donationem violare, vel adnullare aliquatinus preſumant, ſed imperpetuum ſacroſanctæ eccleſiæ, ejuſque ſervientibus pro remunerationis eccleſie cœleſtis gloria adjacere permittant. Hujus Donationis Teſtes ſunt *Odo Bajocenſis* epiſcopus, &c.

Carta Gilberti Tiſon *ſummi vexillatoris* Angliæ.

Ibid. Omnibus Chriſti fidelibus de **Polethorp**, dominus *Gilbertus Tiſon*, domini regis *Angliæ* ſummus vexillator, ſalutem. Conſtet vobis, ad inſtantiam nobilis reginæ *Angliæ*, *Matildis* nomine, pro animabus regis ſancti *Edwardi*, & *Willimi* Baſtardi, Parentum & ſucceſſorum meorum, & pro anima noſtra, nos conceſſiſſe, dediſſe, & hac preſenti pagina confirmaſſe, Deo noſtro, & eccleſiæ de **Seleby**, monachis ibidem Deo ſervientibus ad ſuſtentationem elemoſyne, duas carucatas terræ in **Polkerthorp**, quas *Haimus* nativus noſter tenet, cum ſequela ipſius; & duas carucatas terræ in **Bobewith**, in loco qui dicitur **Gunelby**, Et unam carucatam terræ in villa de **Lund** in campo de **Writtelow**, juxta manerium noſtrum ibidem, quam *Grunkel* filius *Thorin* balſivus pro quodam exenio de nobis tenuit, pro omni alio ſervitio ſeculari, cum dicto ſervitio, & omni jure competituro. Tenendum & habendum eidem eccleſiæ terras prædictas, cum omnibus ubique appenditiis adeo liberè ſicut alicui eccleſiæ poteſt liberius conferri. Volumus & concedimus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, neminem à prædictis terris, vel inhabitantibus *ſoccam*, vel *ſaccam* aut team vel ſcutagium reclamare. Sed ſint quieti in civitatibus, burgis, foris, & nundinis, per totam *Angliam*, de quolibet *theolonio*, *tallagio*, *paſſagio*, *pedagio*, *laſtagio*, *hydagio*, *mordagio*, & omnibus *geldis*, *fengeldis*, *horngeldis*, *forgeldis*, *pemgeldis*, **tendpenigs**, **hunderpenigs**, **miskemeing**, & omni terreno ſervitio, & ſeculari exactione: Similiter de ſectis curie comitatus, hundredorum, wapentagiorum, tridingiorum, & de murdro & latrocinio, eſcapio, & **Hamſokne**, **Grithbregs**, **Blodwit**, **Leyrwith**, & **Brenalpeninge**, & de omnibus auxiliis vicecomitis & miniſtrorum regis, & noſtrorum ſecundum quod dicti reges nobis & noſtris prædictas libertates dederunt, & confirmaverunt. Quod iſtas verò largitates, in puram & perpetuam elemoſinam, contra omnes warrantizabimus & imperpetuum defendemus, preſenti ſcripto ſigno noſtro roborato nos, & ſucceſſores noſtros firmiter ligamus. His teſtibus, *Alredo* archiepiſcopo *Eborac. Randulpho Ceſtr*. comite, &c.

Ibid. Notum ſit omnibus fidelibus, quod ego *Gilbertus Tiſun*, conceſſu uxoris meæ, & filiorum meorum, dedi eccleſiæ ſancti *Germani* de **Seleby**, pro anima domini mei *Willielmi* regis, & liberorum meorum, duas carucatas terræ quæ **Gunneby** dicitur, cum omnibus quæ illi adjacent, & illam decimam quam habeo in *Maigruna*, & in **Albelay**, & octo bovatas terræ in villa quæ **Lund** dicitur. Hoc autem ea conditione feci ut in eadem eccleſia ſim plenarius frater. Quidam etiam ex hominibus meis nomine *Swanus*, dedit memorate eccleſiæ unam carucatam terræ in **Duffeld**, quod ego conceſſi, & concedo. Teſtibus, *Thoma* archiepiſcopo, domino *Ada* filio meo, &c.

Carta **Gauleranni** *comitis de* **Mellent**.

Ex regiſ. de Selby in cuſtodia Thomæ walmeſly armigeri 1626. fol. 202. a. G. Comes de **Mellent** kariſſimo fratri ſuo *R.* comiti *Leyreceſtr.* & omnibus baronibus, amicis & fidelibus ſuis totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe abbati & monachis ſancti *Germani* de *Salebeya* villam de **Stanforth**, cum omnibus quæ ei adjacent, ut bene & in pace, honorificè, liberè, & quietè eam teneant, ſicut illam quæ eſt de dominica elemoſina mea, & ſicut dirationata fuit in curia regis *Stephani* apud *Northampton*, per breve regis *Willielmi*. Et precor vos quatinus pro amore & honore Dei, & prece mea, illam cuſtodiatis & manuteneatis & defendatis, ubi opus & neceſſe eis inde fuerit, ut gratus inde vobis ſim. Teſt. *Philippo* de **Belmes**.

Carta Gaufridi *de la* **Wyrce**.

Ib. fol. 20 Notum ſit meis amicis, & omnibus hominibus quod ego *Gaufridus de la* **Wyrce**, pro ſalute regis & reginæ, & eorum liberorum, & pro ſalute animæ meæ, uxoris meæ & amicorum meorum conceſſi, nutu regis, *Benedicto* abbati ſancti *Germani* de **Seleby**, & fratribus ibidem habitantibus **Trull**, ſcilicet, hundredum terræ cum tota *ſoca* & *ſaca*, ut in vicecomitatu *Lincolniæ* jacet, abſque ullo retentu, ſolutam & quietam ab omnibus conſuetudinibus & ſervitiis quæ ad me pertinent imperpetuum, eo tenore, ut pro nobis monachus unus ſemper in eccleſia habeatur, & unus pauper paſcatur. Hanc confirmationem feci apud *Londonias* in ſolario domus *Waleranni*, coram *Odone* epiſcopo *Baiocenſi*, (*&c.*)

Carta *Nigelli* de *Albini*.

Ib. fol. Roberto Lincolniæ *epiſcopo vicecom. & baronibus* Lincolniæ & Willielmo *fratri ſuo & omnibus amicis & hominibus ſuis* Francis & Anglis, Nigellus *de* Albini *ſalutem. Notum ſit omnibus vobis quod ego, pro redemptione animæ meæ dedi ſancto* Germano *& monachis de* **Seleby**, *ad luminare ejuſdem eccleſiæ, unam carucatam terræ in* **Amcotes**, *cum omnibus quæ ei adjacent, in puram elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio. Teſt*. R. *epiſcopo* Dunelmenſi.

Carta de manerio de **Hamelton**.

Ib. fol. Notum ſit omnibus has literas legentibus, quod ego *Hilbertus* de **Lacy**, pro ſalute animæ meæ & pro ſalute omnium parentum meorum, manerium de **Hamelton**, cum omnibus ſibi adjacentibus, quod dedit avus meus *Hilbertus* eccleſiæ ſancti *Germani* de **Seleby** & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram elemoſinam confirmo & concedo, eodem modo tenere imperpetuum. Et volo & confirmo ut teneant elemoſinam meam puram, bene, honorificè, &

quietè ut tenuerunt die quo recuperavi Honorem meum.

Carta *R.* de *Laceio* de eodem.

Ibid. *Cognitum ſit omnibus eccleſiæ filiis, quod ego* Rodbertus *de* Laceio *concedo & confirmo donationem & elemoſinam, quam pater meus* Hilbertus *dedit eccleſiæ ſancti* Germani *de* **Seleby**, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute ſua, & matris meæ, & pro anima fratris mei* Hugonis, *cæterorumque amicorum ſuorum; Scilicet,* **Hamelton** *cum omnibus quæ ei adjacent. Et hæc concedo & confirmo pro ſalute mea, & omnium parentum meorum, ut monachi ejuſdem eccleſiæ liberè, quietè, & in pura elemoſina jure perpetuo habeant.*

Carta Thomæ *primi archiepiſcopi* Eboraci.

Notum volo fieri omnibus ſanctæ matris Dei eccleſiæ cultoribus quod ego *Thomas Eboracenſis* eccleſiæ, Dei gratia, archipreſul, de ſalute animæ domini mei regis *Willielmi* pariterq; mei, necnon omnium in Chriſto fidelium, in futurum previdens, has terras, *Friſtonam* & *Salebyam*, ab omni conſuetudine liberas, & quietas clericorum conſenſu, conſilioque communi, eccleſiæ quæ in honorem beatiſſimi confeſſoris *Germani*, in dioceſi mea fundata eſt, donaverim, ita liberè, ſicut ſuperiùs dixi, excepta Chriſtianitatis cauſa & celebratione anniverſarii mei, quod celebraturi ſunt ejuſdem eccleſiæ fratres, per ſingulos annos, pro peccatorum meorum remiſſione. Hoc autem rogo, & humiliter meos ſucceſſores admoneo, ne hanc caritatis donationem violare, vel adnullare aliquatinus preſumant, ſed imperpetuum ſacroſanctæ eccleſiæ, ejuſq; ſervientibus, pro remunerationis eccleſiæ gloria, adjacere permittant. Hujus donationis teſtes ſunt, *Odo Baiocenſis* epiſcopus *(&c.)*

Carta de duabus carucatis terræ in Hillum.

Ib. fol. 96. Omnibus videntibus & audientibus has literas *Thomas* Dei gratia *Eboracenſis* archiepiſcopus, cum omnibus canonicis ſuis ſalutem, & Dei benedictionem. Noverint tam moderni quam poſteri, & ſucceſſores noſtri, quod *Nigellus*, cognominatus *Præpoſitus Archiepiſcopi*, cum fieret monachus in eccleſia ſancti *Germani Salebienſis*, dedit eidem abbatiæ duas carucatas terræ & dimidiam, & quicquid ad illas pertinet, quas tenebat de feudo ſancti *Petri Eboraci*, & meo in **Hillum**: quam donationem ego, ſcilicet, *Thomas* archiepiſcopus *Eboraci*, conſentiente toto capitulo canonicorum meorum, conceſſi Deo & ſancto *Germano*, & *Hugoni* abbati, & monachis ejus, videlicet, eandem terram & partem decimæ ſuæ de **Hoolethan**, perpetuo poſſidendam; cum *ſaca* & *ſoca*, in pura elemoſina, dimiſſo quidem omni terreno ſervitio, quod ſolebat prædictus *Nigellus* facere mihi pro eadem terra: Dedi etiam *Gilberto* ejuſdem *Nigelli* filio, duas alias carucatas terræ in **Wetewange**, in eſcambio, ea cauſa ut libenter concederet donationem patris ſui; & libenter conceſſit. Hujus rei teſtes ſunt *Hugo* Decanus, *Willielmus* Theſaurarius, *Gilbertus* Cantor &c.

Carta Willielmi Paganelli *de terra infra villam de* **Drax** *in loco qui dicitur* **Neſſe** *ſuper ripam de* **Haire**.

Notum ſit omnibus qui has literas legerint, vel audierint quod ego *Willielmus Paganellus* concedo firmiter, & confirmo donationem & elemoſinam, quam pater meus *Radulphus* conceſſit & dedit eccleſiæ ſancti *Germani* de **Seleby**. Quam donationem ut prædixi, firmiter concedo, & ſuper altare pono ſancti *Germani*. Scilicet, terram & pratum, nemus & aquam, quæ ſunt ſita & poſita contra **Roudecliffe** ex altera parte **Eyre**, per diviſas quas ego ipſe feci in terra & in aqua, coram multis teſtibus ex meis hominibus, monachorum & abbatis *Durandi*. Cujus donationi affuerunt abbas præfatus *Durandus*, & monachi plures. Hii ſunt teſtes hujus donationis, *Guarinus* miles de ſancto *Patricio*, *Robertus* de *Laſcels*. Ib.fol.15

Carta *Giraldi* archiepiſcopi *Eboraci* de eccleſia de **Snathe**.

Ib.fol.158 G. *Dei gratia* Eboracenſis *archiepiſcopus* H. *abbati & congregationi ſancti* Germani *ſalutem. Eccleſiam de* **Snayth** *vobis & monaſterio veſtro poſſidendam dedi. Et ut eam liberè, & quietè, ab omni conſuetudine teneatis his literis concedo atque precipio. T.* Gilberto . . . . . . *&* Hugone *dapifero. Valete.*

Carta H. *comitis* Lincolniæ *de capella de* **Whitegift**.

Ib.fol.162 Omnibus hoc ſcriptum viſuris, vel audituris *Henricus* de **Lacy** comes *Lincoln.* & conſtabularius *Ceſtriæ* ſalutem in domino. Noveritis nos, pro ſalute animæ noſtræ, & anteceſſorum noſtrorum conceſſiſſe abbati & conventui de **Seleby**, quod ipſi, & ſucceſſores ſui habeant & teneant cimiterium in villa de **Whitegift** olim dedicatum, Sicut foſſatis includitur, uſque ad quandam placeam, ubi feria noſtra annuatim tenetur ad feſtum beatæ *Mariæ Magdalenæ* juxta cimiterium prædictum, in villa prædicta verſus boream, ad conſtruendam eccleſiam, ſive capellam in eodem cimiterio, in honore beatæ *Mariæ Magdalenæ*: in qua quidem eccleſia ſive capella, homines nunc habitantes, & in poſterum inhabitaturi, in villa de **Ousflete**, **Whitegift**, **Eske-toft**, **Reddneſſe**, & **Swynefleetes**; & etiam tenentes undecim bovatas terræ in **Folquardby**, & treſdecim bovatas terræ in **Haldenbye**, quæ quidem villæ prædictæ ſunt infra limites parochiæ de **Snayth**, divina officia audient, & ſacramenta eccleſiaſtica percipient, & habebunt, prout aliquo tempore pleniùs, meliùs, liberiùs & honeſtiùs percipere & habere conſueverunt in eccleſia quæ nuper proſtrata fuit per dominum *Johannem le* **Frauncey s**, tunc rectorem eccleſiæ de **Athelingfleet** in cimiterio prædicto. Tenendum & habendum prædictum cimiterium in liberam elemoſinam, in forma prædicta, ſine reclamatione noſtra vel hæredum noſtrorum in perpetuum. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras, ſigillo noſtro ſignatas, eiſdem abbati & conventui fieri fecimus patentes. Datum apud *Cliftonam* juxta *Eboracum* die jovis proxima ante feſtum apoſtolorum *Simonis* & *Judæ* anno gratiæ 1304.

Cartæ 2. R. 3. m. 21. n. 77. per inſpeximus & cartæ 5. R. 2. n. 21.

RIcardus *Dei gratia* Angliæ *Rex*, *&* *dux* Normanniæ *&* Aquitanniæ (&c.) *ſalutem. Sciatis nos confirmaſſe hac noſtra preſenti carta eccleſiæ ſancti* Germani *de* **Seleby**, *& monachis in illa Deo ſervientibus quicquid fundator ejuſdem eccleſiæ, venerabilis Rex* Willielmus *proavus noſter, in elemoſinam illis dedit, & illuſtris Rex* Henricus *pater noſter carta ſua illis confirmavit, ſcilicet, ipſum manerium de* **Seleby**, *videlicet, unam carucatam terræ de* **Sneith**, *& ſex bovatas terræ de* **Flaxley**, *&* **Royeclive**, *& dimidiam carucatam terræ in* **Breitune**, *& unam piſcariam, ſcilicet,* **Witegift.** *Et præterea terras à* Thoma *archiepiſcopo eidem eccleſiæ datas, ſcilicet,* Friſtunam *&* Selebeiam *minorem; & præterea* **Crul**, *ſcilicet, unum hundret in vicecomitatu* Lincolniæ; *&* **Stanford**, *cum pertinentiis ejus quæ eſt in vicecomitatu* **Hampton**, *quas eis dederunt* Gaufridus de la **Wirche**, *&* Wido *de* **Reinecurt**: *& terram de* **Barewiche** *& terram de* **Miſtretune**, *& præterea alias tenuras ſuas, à quocunque fideli illis datas, ſcilicet, eccleſiam de* **Stallinburc**, *cum pertinentiis ejus, eccleſiam de* Redburna, *& eccleſiam de* **Ascheby**, *& eccleſiam de* **Elveſlai**, *& eccleſiam de* **Botnesford**, *cum pertinentiis earum; & eccleſiam de* **Sneith**, *cum pertinentiis ſuis, quam* Gerardus *archiepiſcopus eis in elemoſinam dedit, liberam & quietam ab omni conſuetudine, ſicut ſunt prabendæ canonicorum ſancti* Petri, *& ſicut cartæ* Girardi *&* Thomæ *archiepiſcoporum, illis confirmant. Et* Hameltonam, *quam* Gilbertus *de* Laci *eis in elemoſinam dedit; &* **Hillum** *&* **Gunnebi**, *cum pertinentiis ſuis; & terram de* **Duffeld**; *&* Acaſtram, *cum pertinentiis ejus, quam* Osbertus *vicecomes eis dedit, &* **Hillum** *cum pertinentiis ſuis quam ſecundus* Thomas *archiepiſcopus eis dedit, &* Staintuna *in* **Cravene**, *quam* Hugo *filius* Everardi *eis dedit, & terram de* **Chelchefeld**, *quam* Hermerus *eis dedit. Et unam carucatam terræ in* **Amecotes**, *quam* Nigellus *de* Albeneia *eis dedit, & terram de* **Elveſtueyth** *quam* Rogerus *de* **Mowbray** *eis dedit, & terram de* **Bramwith**, *& terram de* **Tuttrewic**, *& terram de* **Angotebi**, *ſcilicet duas bovatas quas* Wido *de* **Uer** *ſenior eis dedit; & terram de* **Holm**, *ſcilicet, duas bovatas, & terram de* **Arneſneſt**, *& terram de* **Donecaſtre**; *& unam carucatam terræ in* **Weburne**, *& decimam de* **Wilgeton** *de dominio quod fuit* Augeri *de* **Cancy**, *& molendinum de* **Stillington**, *& omnes alias terras ſuas & tenuras eorum in elemoſinas eis datas. Quare volo* (&c.) *Data per manum* Willielmi *cancellarii noſtri, &* Elienſis *Electi, apud* Weſtm. *anno regni noſtri primo xj. die Novemb.*

Ex regiſtro abbatiæ de *Selby* in archivis ducatus *Lanca-*

Proceſſus pro rationabili auxilio ad primogenitum regis filium in militem creandum.

DOminus rex mandavit hic breve ſuum de magno ſigillo ſuo quod eſt inter Communia de hoc anno in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ*, theſaurario & baronibus ſuis de Scaccario ſalutem. Ex parte dilecti nobis in Chriſto abbatis de **Seleby** per petitionem ſuam coram nobis in præſenti parliamento noſtro exhibitam nobis eſt ſupplicatum, ut cum ipſe per cartas progenitorum noſtrorum quondam regum *Angliæ*, quas per cartam noſtram confirmavimus, teneat, ipſeque & prædeceſſores ſui abbates loci illius, à tempore confectionis cartarum & confirmationum prædictarum hucuſq; tenuerunt omnia terras & tenementa ſua in ſingulis comitatibus regni noſtri *Angliæ* in liberam puram & perpetuam elemoſinam, de omnibus auxiliis regum quieta, abſq; eo quod ipſi auxilium aliquod nobis ſeu eiſdem progenitoribus noſtris pro primogenitis filiis ipſorum progenitorum noſtrorum militibus faciendis ſeu filiabus ſuis maritandis ſeu aliquod hujuſmodi ſervicium pro eiſdem terris & tenementis à tempore prædicto hucuſq; facere conſueverunt, velimus demandæ quam collectores auxilii nobis ad primogenitum filium noſtrum militem faciendum conceſſi in quibuſcumq; comitatibus regni noſtri *Angliæ*, eidem abbati pro hujuſmodi auxilio ad opus noſtrum pro terris & tenementis ſuis prædictis præſtando faciunt ſuperſederi, & ipſum inde jubere omnino exonerari:

...ſtriæ fol. 49.

Irrotulatur termino S. Hilarii an. 22. regis E. tertii a conqueſtu.

Nos, ipſum abbatem contra formam cartarum & confirmationum prædictarum nolentes in hac parte indebitè onerari, Vobis mandamus, quod viſis dictis cartis confirmationum, ſi per inſpectionem earundem vobis conſtare poterit, prædictum abbatem terras & tenementa ſua prædicta in liberam puram & perpetuam elemoſinam in forma prædicta tenere, tunc demandæ quam iidem collectores præfato abbati pro hujuſmodi auxilio nobis ratione terrarum aut tenementorum ſuorum prædictorum ad opus noſtrum præſtando faciunt ſuperſederi facientes, ipſum abbatem de quibuſdam pecuniarum ſummis ab ipſo occaſione præmiſſa exactis ad dictum ſcaccarium exonerari & quietum eſſe faciatis, & diſtrictionem, ſi quæ ei ea occaſione facta fuerit, ſine dilatione relaxari faciatis eidem. Teſte me ipſo apud *Weſtmonaſt.* xj. die Februarii anno regni noſtri *Angliæ* xxij. regni verò noſtri *Franciæ* ix.

Et modò videlicet ad craſtinum purificationis beatæ *Mariæ* venit hìc prædictus abbas per fratrem *Walterum* de **Haldenby** commonachum & attornatum ſuum, quærendo ipſum graviter diſtrictum eſſe per collectores auxilii prædicti in comitatu *Northamptonæ*, *Leyceſtriæ*, ac partibus videlicet de **Weſtriding** & **Eſtriding**, in comitatu *Eborum*, & de **Lyndeſeye** in comitatu *Lincolniæ* pro diverſis pecuniarum ſummis Regi ſolvendis de auxilio prædicto, ratione videlicet terrarum & tenementorum ſuorum in hundredo de **Stanford** ſuper **Avene** in dicto comitatu *Northamptonæ*, villa de **Stormeſworth** in dicto com. *Leiceſtriæ*, villis de *Selebya*, **Rouclif**, *Friſtuna*; & *Selebya* minore, Hameltona & *Acaſtria* & **Hillum**, in dictis partibus de **Weſtriding**. De **Gumby** & **Holm**, cum pertinentiis in dictis partibus de **Eſtriding**, & in hundredo de **Crull** in dictis partibus de **Lindeſeye**: Et hoc minus juſte, quia dicit quod ipſe in preſenti tenet, ipſeque & prædeceſſores ſui à tempore confectionis cartarum & confirmationum prædictarum hucuſq; tenuerunt omnia terras & tenementa ſua in comitatibus & partibus prædictis ſita in ſingulis comitatibus *Angliæ*, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de omnibus auxiliis regum quieta. Et inde exhibuit curiæ dictam cartam de confirmatione, cujus data eſt apud *Weſtmonaſterium*, quinto die Marcii, anno ſecundo Regis hujus. Qua quidem carta viſa compertum eſt, inter cetera, contineri in eadem quod Feoffatores ſubſcripti dederunt *Benedicto* quondam abbati de **Seleby**, & monachis ibidem Deo ſervientibus terras tenementa & loca ſubſcripta, videlicet, *Willielmus* Conqueſtor fundator abbatiæ de **Seleby** *Selebyam* & **Rouclyf.** *Thomas* quondam archiepiſcopus *Eboracenſis Friſtunam* & *Selebyam* minorem. *Gilbertus* de *Lacy*, *Hameltonam*. Osbertus quondam vicecomes *Eboracenſis*, *Acaſtriam*. *Thomas* ſecundus quondam archiepiſcopus *Eboracenſis*, **Hillum.** Quidam *Gilbertus Teyſon*, **Gumby**; cum pertinentiis & **Holm.** Quidam *Guido* de **Rençourt**, hundredum de **Stanford** ſuper **Havene.** *Gaufridus* de *la* **Werchy**, hundredum vocatum **Crull.** Tenendum & habendum ab omni exactione & moleſtia ac vexatione ſoluta & quieta, prout elemoſinam regiam in perpetua pace decet tenere, prout plenius patet in dicta Carta de confirmatione, cujus tenor irrotulatur in memorandis anni xxj. Regis hujus inter Recorda de Termino ſanctæ *Trinitatis* ex parte alterius Rememoratorum. Et petit dictus abbas quod de hujuſmodi diſtrictione indebitè ſibi facta in terris & tenementis prædictis, ac eorum pertinentiis quæ ſic tenet in liberam puram & perpetuam elemoſinam ſuperſedeatur, & quod de ſummis ſic ab eo exactis de auxilio prædicto ratione terrarum & tenementorum exoneretur, & quod hoc fiat juxta formam brevis Regii & Cartæ prædictorum.

Et quia in dicta Carta non fit mentio de aliquo loco ſeu villa de **Stormeſworth**, in quo ut in ceteris diſtringitur pro auxilio prædicto ut ſuperius ſuggeſtum eſt, queſitum eſt ab eodem abbate qualiter velit informare curiam inde. Qui dicit, quod locus de **Stormeſworth** eſt parcella & de pertinentiis dictæ villæ de **Stanford**, aſſerens ipſum abbatem ſeu aliquem prædeceſſorum ſuorum non adquiſiviſſe poſt dictum quintum diem Marcii anno ſecundo aliqua terras & tenementa in dicto loco de **Stormeſworth**, neq; in aliis villis ſeu locis prædictis. Et hæc omnia prætendit verificare qualitercumq; Curia, &c. Super quo habita deliberatione, &c. quia viſum eſt Curiæ legitimè procedi non poſſe ad finalem exonerationem dicti abbatis in hac parte faciendam, quouſq; dicti Collectores auxilii in comitatibus & partibus prædictis computaverint, &c. Concordatum eſt quod mandetur eiſdem collectoribus, quod demande quam faciunt præfato abbati pro auxilio prædicto ratione terrarum & tenementorum prædictorum ſuperſedeant uſq; ſuper compotum ſuum, &c. Proviſo ſemper, quod ſi idem abbas ſeu prædeceſſores ſui quicquam perquiſierint poſt dictum quintum diem Marcii, in villis & locis prædictis hujuſmodi auxilium inde levetur, &c. Et mandatum eſt eis per diverſa Brevia xiij. die Februarii hoc anno.

De tranſitu ultra fluvium de *Uſe*.

Ex regiſt. de *Seleby* in archiv. ducatus *Lancaſtriæ* fol. 51.

C*Eſte endenture fait perentre* Geffray, *abbe de* Seleby, *dune parte*, *&* *monſieur* William *de* Aton *chevauler*, *fitz &* *heir monſieur* Gilbert *de* Aton *de auter parte*, *teſmoynge*, *que cum il y ævoir debate entre eux du ſoille ou dit Abbe ad fait planter vne eſtachez de pere & de meryme en* Selbywater *houſes en* Bardelby, *pur la revaill en paſſhege le dit Abbe illoqes outre lewe de* Uſe, *le dit monſieur* William *eaunt regard al eſe de ly & de ſoens & du peple illoque paſſant*, *voet & graunt pur ly & pur ſes heyres*, *que le dit Abbe & ſes ſucceſſures eyont & tenont la dit eſtache perpetuement quites de ly & de ſes heyres*, *& que ils puſent refair & reparayler la dit Eſtache totez foitz quant meſter ſerra*, *ſance deſturbance ou chalange du dit monſieur* William, *ou de ſes heyres*; *ſauvant an dit monſieur* William *& a ſes heires franc paſſage cum ils ount ou devant la feſaunce de ceſtes. En temoignance de queu choſe leſe parties avandites enterchangeablement a ceſtes endentures ount mys lour feauls. Done a* Seleby *le ſamady en la primere ſepmayne de quarreme*, *lane de noſtre Segnur mill & tres centz qaraunt & noefiſme.*

SALOPIENSE

cœnobium in ejus nominis comitatu.

W. Malm. fol. 164.a.

S*Crobeſberienſe* monaſterium, recens eſt à *Rogero* comite de *Monte-Gomerico* conſtitutum, ibi monachos locavit, ex *Sagio*, anguſto victu & amictu, ſed qui has erumnas, ſpe futuræ mercedis, lætis animis, parvi pendant.

Orderic Vitalis, eccl. hiſt. p. 579. C. D.

——– Cœnobium quoque novum ad orientalem portam propriæ urbis, id eſt, *Scroburiæ*, in honore ſancti *Petri* principis apoſtolorum cœpit ædificare (*Rogerius* comes ſcilicet) ſuper fluvium qui *Mola* dicitur, ibique in *Sabrina* dilabitur. Illic nimirum lignea capella priſcis temporibus à *Simardo* conſanguineo condita fuerat, quam tunc *Odilirius*, *Aurelianenſis*, *Conſtantii* filius, vir ingenio & facundia & literarum eruditione prepollens, ejuſdem conſulis dono poſſidebat. Hic ſane amator equitatis fervidus, utiliſque jam dicti comitis erat auricularius, ipſumque benigniter exhortans ad conſtruendum monaſterium. Nutantique qualiter vel quo tantum opus inciperet, hujuſmodi dans conſilium.

Ib. p. 581. a. vide etiam p. 594. b.

——– Anno igitur ab incarnatione Domini Mlxxxiij. indictione quarta, *Rogerius* comes, ut hortatus fidelis conſiliarii commodos eſſe comprobavit, *Guarinum* vicecomitem, & *Picotum* de *Sain* cæteroſque proceres ſuos quinto kal. Martii feria ſexta convocavit. Manifeſtâ verò cauſâ, & ab omnibus collaudata, cum eis ad eccleſiam *B. Petri* apoſtoli adiit, ibique ſe abbatiam conſtructurum palam teſtibus multis devovit, totumque ſuburbium, quod extra portam orientalem ſitum eſt, ſancto *Petro* donavit, & ſuper aram per cirothecas ſuas donationem poſuit.

Eodem anno *Sagienſes* monachi *Reinaldus* & *Frodo* primitus illuc convenerunt, & monachiles officinas *Odelerio*, & *Guarino*, aliiſque multis adjuvantibus concedere cœperunt. Primus abbas illius monaſterii, *Gulielmo Rufo* regnante, eloquens *Fulcheredus* fuit, (*&c.*)

Fundationis & dotationis hiſtoria.

Ex regiſtro abbatiæ *Salop.* penes *Ricard. Leveſon* de *Trentham* equit. de balneo, an. 1638.

CUm providenti diſpenſatione Dei, in cujus manu ſunt poteſtates & jura regnorum, *Normannorum* dux *Willielmus*, ingenti *Angliam* navigio petens, eam debellaſſet, regnóq; jure hæreditario potitus diverſas imperii ſui provincias diverſis ſecum advectis baronibus ſuis contuliſſet, *Rogero* de *Monte-Gomeri* hanc provinciam, ſcilicet, *Salopeſiriam* contradidit; Qui illam ſuſcipiens, ut juſtus & Deo plenus, quæ Dei erant omni ſolicitudine priùs curare, & quæ violata erant redintegrare, & ad Dei ſervitium reformare ſtuduit. Et quoniam animæ ſuæ providus cuſtos fuerat, & uxor illi, non minoris erga dominum devotionis erat, *Adelaiſia* nomine, concedente rege *Willielmo*, & archiepiſcopo *Lanfranko*, & patriæ præſule *Petro*, poſuerunt monachos Deo ſervituros in quadam eccleſia in honore ſanctorum *Petri* & *Pauli* constructa, in ſuburbiis *Salopesbiriæ* civitatis, qui domino exorarent aſſiduè pro animarum ſuarum ſalute, & pro animabus omnium anteceſſorum ſuorum, & hæredum, qui ante eos ipſum Honorem rectè poſſederunt, vel poſſeſſuri ſunt.

Hanc autem eccleſiam memoratus comes, & comitiſſa, de ſuis propriis facultatibus à fundamentis inſtaurantes, habitationi monachorum congruam efficere incœperunt, ſed morte interveniente non perfecerunt. Huic verò eccleſiæ ea quæ infra continentur, tam pro animarum ſuarum, quàm pro omnium Chriſtianorum ſalute donaverunt, perpetuoque conceſſerunt.

Primò, ſcilicet, dederunt, congregatis illuc fratribus vicum quendam juxta eandem eccleſiam poſitum, cum tribus molendinis, cunctiſque redditibus qui ad eam pertinere noſcuntur. Hic autem vicus dividitur à civitate *Salopesbiria*, ſolummodo alveo fluminis intercurrentis, cui nomen eſt *Sabrina*. Vicus autem ipſe *Biforietta* vocatur, quod nos lingua gallica, *ante portam* dicimus; Addiderunt quoq; ſupradictis donis quaſdam eccleſias cum omnibus pertinentibus ad eas, tam in terris, quàm hominibus, univerſiſque aliis poſſeſſionibus, quas hic nominatim annotare commodum duximus, ſcilicet, Eccleſiam ſancti *Gregorii*, eccleſiam de *Stoteſdona*, & illam de *Dudelembia*, illamque de *Covedoura*, & illam de *Walintona*, & illam de *Recordina*, & illam de *Edmundona*, & illam de **Hodenet**, & illam de **Atchalm**, & illam de *Tonga*, & illam de *Donintona*, illam etiam de **Baſſecherche**, & illam de **Meſſe**.

Et ſuper hæc omnia conceſſit comes, ut primates ſui atque milites quicunque in elemoſinam conferre vellent huic eccleſiæ aliquam partem terrarum ſuarum, non quæſita licentia à comite, vel ab alio aliquo, libera mente donarent, ex eo tempore liberum remaneat ab omni ſervitio ejuſdem terræ in perpetuum. Monachi verò eadem libertate illas ſuſcipientes nunquam de his, ſicut nec de aliis ſuis tertis geldum communem darent, niſi comes de dominio ſuo daret geldum, tamen milites nunquam ullo modo darent. Quod omnibus audientibus valde placuit, totaquè ſua curia laudando, & Deo gratias referendo confirmavit.

Addiderunt etiam comes, & comitiſſa ſupradictis donis, quaſdam villas, quarum nomina hic habentur. *Aitonam*, ſcilicet, *Alminiſtram*, & *Burtonam*. Et cum his omnibus conceſſerunt monachis tributum de lignis quæ in civitatem afferuntur per portam urbis orientalem. Addiditque comes ut totius provinciæ mercatus omni anno, ad honorem apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, in feſtivitate ſancti *Petri*, quæ dicitur *ad vincula*, conveniret, & tribus diebus ſolutus eſſet & quietus ab omni incurſione miniſtrorum comitis, ſolummodo monachi omnia, quæ inde exirent, & omnes reditus haberent. Teſtibus *Godebaldo*, & *Oilerio* ſacerdotibus, *Herberto* archidiacono, *Warino* vicecomite, *Roberto* filio *Theobaldi*, *Rogero* filio *Corbeth*, *Roberto* pincerna, multiſque aliis nobilibus, atque popularibus, qui hæc audierunt, & confirmaverunt.

Hæc autem omnia acta ſunt anno ab incarnatione Domini Mlxxxvij. Locus autem ille in quo ſupradicta eccleſia fundata eſt, fuit de hæreditate cujuſdam militis, cui nomen *Siwardus*. Et quia comes *Rogerius*, in illius hæreditate, eo invito, eccleſiam fundare noluit, dedit ei quandam villam nomine *Langafeldum*, ut ipſe cum bona voluntate in prædicto loco eccleſiam ſibi fundare concederet, ejuſdemque eccleſiæ idem *Siwardus* particeps exiſteret. Poſtea autem memoratus *Siwardus* eandem villam, quam comes ei dederat, eccleſiæ ſanctorum *Petri* & *Pauli* poſt mortem ſuam conceſſit, fraternitatemque ejuſdem loci recepit. Teſte *Godebaldo*, & *Richardo* de *Belmeſio*, & *Richardo* de *Monte Warolt*: Hoc etiam filii *Siwardi*, *Edwardus* & *Aldredus* conceſſerunt, Teſte *Richardo*, *Londonenſi* epiſcopo & multis aliis. Quam villam poſtea monachi, concenſu, & confirmatione regis *Henrici*, & conſilio baronum provinciæ mutuo dederunt *Henrico* de **Say** propter aliam villam, nomine *Brantonam*, quæ eis vicinior & decentior erat.

Poſt ipſa autem ſupra memorata dona, quidam barones & milites ipſius provinciæ, pro animarum ſuarum ſalute eidem eccleſiæ de ſuis poſſeſſionibus contulerunt, ſcilicet *Warinus* vicecomes dedit duas hidas terræ in villa quæ dicitur **Tugfort**, & decimam *Opetona*, quam, & ſemper eadem eccleſia habuerat à tempore regis *Edwardi*; eccleſiam quoque de *Beritona*, cum decima ipſius villæ; uxor vero illius, poſt ejus obitum, dedit pro anima mariti ſui, domum quam habebat in civitate, de propria dote, concedentibus filiis ſuis, eo pacto, ut manens in eadem domo inveniret ceram ad illuminandam eccleſiam per ſingulas noctes totius anni.

Herbertus de **Furches**, dedit domum unam & terram in agro quæ reddit per annum duos ſolidos; *Reginaldus*, frater *Warini* vicecomitis, dedit villam quæ vocatur *Lega*. *Aberius* conceſſit *Edburtoniam*, & quicquid ad eam pertinet. *Girardus* de **Turnay**, dedit villam unam quæ vocatur

tur *Betona*. *Helgotus* dedit hidam unam juxta *Saverniam* fluvium, quæ ex adjacenti ſilvula, *Mora vocatur*, & piſcariam in eodem flumine. *Oilerius* ſacerdos dedit hidam unam in *Cherletona*. *Tochi* aliam hidam in villa quæ *Cota* dicitur. *Odo* quoque miles dedit villam *Hordeleiam* nomine. Decimam de *Cambriſtona*, & eccleſiam de *Icheſala*, dedit *Rotbertus* vicecomes, filius *Tedbaldi*, cum omnibus quæ ad eam pertinent, & cum decima ipſius Manerii, ſcilicet, in nummis, & animalibus, & meſſe. Et quia eandem eccleſiam tunc Clerici habebant, præcepit iſdem *Rotbertius*, ut cum illi morerentur, Eccleſia in dominio ſancti *Petri* veniret. Teſte *Ricardo Londinenſi* epiſcopo, *Goifridus* dedit dimidiam hidam in villa quæ dicitur *Herleia*.

Sciendum quoque eſt, quod ſanctus *Petrus* habet dimidiam hidam in *Britona*, de eccleſia de *Covedoura*. Hæc omnia conceſſit, atque firmavit venerabilis comes *Rogerius*. Teſtibus filiis ejus, & cum patre firmantibus *Hugone*, *Rogero*, *Arnulpho*, cum Baronibus plurimis. Defuncto autem Comite, cum corpus ejus in eccleſia ſancti *Petri* ſepulturæ traderetur, *Rogerus* filius *Corbeth* dedit Monachis eccleſiam de *Nutenora*, cum decima ipſius villæ, decimamque de *Jochebulla*; Poſt obitum autem venerabilis comitis *Rogeri*, *Hugo* filius ejus (digna proles tanti Patris) ei in honorem ſucceſſit, quo tempore *Reinaldus*, qui poſt mortem *Warini* vicecomitis uxorem illius, cum honore ſuſcepit, & *Hugo* filius ejuſdem *Warini* dederunt monachis eccleſiam ſancti *Oſwaldi*, & illam de *Mutla*, cum omnibus quæ ad eas pertinent, & decimas de *Neſſa* & de *Serraordina*, concedente Comite & teſtimonium perhibente, cum pluribus aliis.

Quodam verò die, cum idem venerabilis Comes ſepulturam patris inviſere veniſſet, Divina inſpiratus gratia, motuſque pietate paterna, juxta ipſam ſepulturam convocavit dominum *Fulcheredum*, primum loci hujus abbatem, & coram cunctis Baronibus qui aderant, reſolutus in lachrimas, dixit. Pacem & quietem volo eſſe in hoc loco. Et ideo conſtituo hanc Abbatiam, & omnia ad eam pertinentia ab omne conſuetudine hujus terræ, quam ego poſſum condonare, eſſe libera imperpetuum, & pacata, & quieta; homines monachorum nulla comitis negotia exerceant, nulla caſtellorum, ſeu vivariorum, ſive pontiū vel viarum, nec aliqua omnino opera faciant, ſed quieti, & immunes ſint ab omnibus ſhiris, & hundredis, & placitis, & ab omni vicecomitum incurſione, & exactione, & fiſcali redditione. Et qui aliquam adverſus hominem ſancti *Petri* quærelam habuerit in curia abbatis conqueratur, & ibi rectum habeat.

Et hoc ſciant omnes mei fideles, quia nihil retineo in honore ſanctorum *Petri & Pauli* niſi orationes, & beneficium monachorum in hoc loco manentium, & tam liberum hodiè hunc honorem conſtituo, ut nullus ſit qui poſt me libertatis, vel quietis aliquid poſſit addere. Hoc tantum retineo, quod ſi abbas hujus loci, ſuperbia inflatus, noluerit rectum facere vicinis ſuis, Ego, vel hæres meus, poſt me, conſtringemus eum ad rectum faciendum; Et ſi falſus monetarius de alterius terra adventitius in terra ſancti *Petri* captus fuerit, corpus cum pecunia reddatur Comiti. Si verò falſarius de terra ſancti *Petri* fuerit, corpus ſolummodo reddatur Comiti, pecunia autem erit abbatis. De latronibus autem juſticiam ſibi concedo, & pecuniam, ſi abbas, vel per ſe, vel per ſuos, ipſam juſticiam facere voluerit; ſin autem corpus tantum reddatur comiti, & pecunia erit Abbatis: Hoc tantummodo retineo & nil aliud.

Decimam verò venationis meæ de toto comitatu *Salopeſiriæ* concedo perpetuò eſſe in hoc loco, præter ſilvas ſanctæ *Milburgæ*. Hæc autem omnia facio pro animabus patris, & matris meæ, & mea, & fratrum meorum, & omnium ad me pertinentium, & pro anima regis *Willielmi*, & *Mathildis* reginæ, & filiorum ſuorum. Si quis autem, vel meo tempore, vel poſt obitum uſque in finem ſæculi, aliquid ex iis voluerit infringere, vel auferre, vel minuere, altiſſimus, qui dominatur in regno hominum, auferat eum de terra, & deleat nomen ejus de libro vitæ, & perpetuo anathemate multatus, vermibus conſumptus intereat;

Barones autem qui tunc præſentes aderant, videntes tantam compunctionem domini ſui, tantamque audientes libertatem honoris hujus monaſterii, pedibus ejus provoluti, gratias egerunt Deo, & tam piiſſime venerabili comitis voluntati. Hi quippe fuerant *Arnulphus* frater ejuſdem comitis. *Richardus* de *Belmeſio*, qui poſtea *Londoniæ* epiſcopus factus eſt; *Rothbertus* vicecomes, *Rainaldus* vicecomes, *Robertus Corbeth*, & *Rogerus* frater ejus, *Picotus* de Say, *Hamundus Peverell*, *Fulco* vicecomes, & omnes ferè hujus comitis barones. Defuncto autem pio comite *Hugone*, cum *Robertus* de *Beliſmo* frater ipſius poſt eum comitatus ſuſcepiſſet honorem, dedit eccleſiæ ſancti *Petri*, & monachis ejuſdem loci, villam quæ dicitur Baſcherch, cum omnibus ad eam pertinentibus. Omnia quoque dona quæ, vel pater ejus, vel barones monachis contulerant, & totam libertatem, quam frater ſuus eis conceſſerat, ipſe & conceſſit, & Sigillo ſuo confirmavit.

Poſt eum verò glorioſus Rex *Henricus* comitatum in proprio tenens dominio, & audiens de pace, & libertate, & quietudine quam prædictus comes *Hugo* eccleſiæ ſancti *Petri* dederat, ut erat vir natura benignus, & eccleſiarum Dei cultor devotus, Inprimis benignitatem & devotionem comitis admirans laudavit, & prompta voluntate, & alacri animo omni tempore deinceps tenenda mandavit. Præcipiens & conſtituens omnia illa pacis & libertatis privilegia, quæ comes *Hugo* ſancto *Petro* conceſſerat inperpetuum inviolata permanere, addens omnibus anathema qui aliquid ex his infringere vel minuere preſumpſerint; adjecit etiam ex una parte, ut monachi ſancti *Petri* ſeu homines quocunq; irent per totam *Angliam*, ſeu mercandi, ſeu alicujus negotii cauſa, immunes eſſent ab omni theoloneo & paſſagio, & omni conſuetudine, & ut monachi ſancti *Petri* accipiant in ſilvis ubicunque voluerunt per totum comitatum, ea quæ neceſſaria fuerint ad opus eccleſiæ ſine vaſtatione & aſſarto.

Eo tempore *Toraldus* de *Verleio* dedit eccleſiæ ſancti *Petri* unam hidam in minore *Draitoria*, &

Robertus filius ejus, qui & hæres ipſius eſt, villam nomine *Wichewicam*. Teſte *Richardo Londonia* epiſcopo, *Hamone Peverel*, *Johanne* filio *Grip*, *Tcreth*, & multis aliis.

Odo quoque de **Berneles** dedit unum **ferndendel** in **Bradeſton**, aliam partem ejuſdem villæ dedit *Guarinus* vicecomes; *Herbertus* filius *Helgoti* dedit quandam villam nomine *Nortonam*, & eccleſiam de *Stantona*, cum decimis ſuis omnibus, & omnium militum ſuorum, & cum omnibus quæ ad eandem eccleſiam pertinent. Poſtea uxor ejus, ſe concedente, dedit quandam terram in eadem villa quæ per annum reddidit quatuor ſolidos. *Normannus* venator dedit villulam unam, nomine *Boleleiam*, *Hugo* de *Conſtantino* dedit dimidiam hidam in *Petona*. *Azo Bigot* aliam dimidiam in *Langanara*, & unum **ferdendall** in *Abetona*. *Robertus* filius *Wigerii* dedit domum patris ſui quæ eſt in caſtello. *Picotus* de **Say** dedit decimam de *Brantona*, & de *Fiteſſo*. *Hunaldus* dedit decimam de *Preſtona*, & de *Luſtaford*, & decimam equarum ſuarum agreſtium. *Hamo Peverell*, rogatu ſuæ uxoris, dedit villam nomine *Wlveruntoniam*. Teſte *Richardo*, *Londoniæ* epiſcopo cum aliis pluribus.

Theodericus de **Say** juxta eandem villam ex altera parte vicini fluminis dedit terram quandam in manerio ſuo de *Stoka*, de dominio ſuo, ſolutam, & quietam ab omni geldo, & aliis conſuetudinibus. *Robertus Corbeth* dedit villam, nomine *Lcchetonam*, & filius ejus *Robertus* conceſſit. Teſte *Richardo*, *Londoniæ* epiſcopo cum baronibus totius comitatus. *Rogerus Corbeth* dedit aliam villam, nomine *Wenelegam*, concedentibus filiis ſuis, *Willielmo* & *Eurardo*. *Fulcoius* vicecomes ad ſepulturam uxoris ſuæ dedit *Punelegam*, *Henrico* filio ejus conecedente. Uxor *Azonis Bigot* dedit terram quandam in civitate, pro anima filii ſui *Reinaldi*, quæ reddit per annum decem denarios. In campis de civitate *Alnothus* dedit unam terram, & *Reinerius* Præfectus aliam, pro filio ſuo, quem fecit monachum; Et *Eiliricus Rufus* aliam ſimiliter pro filio ſuo. *Rothbertus* presbiter filius *Andreæ* clerici cum moriretur dimiſit monachis terram ſuam in campis, ita ut mater ſua quamdiu viveret eam teneret, & poſt mortem ejus in dominio monachorum veniret, teſte *Rogero* archidiacono, & *Reinero* Præfecto. *Gilbertus* archidiaconus dedit unam terram in campis in civitate, & decimam de *Opetona*. *Alanus* filius *Fladaldi*, qui honorem vicecomitis *Warini*, poſt filium ejus ſuſcepit, libenti animo conceſſit omnia quæ anteceſſores, vel barones ſui dederant eccleſiæ ſancti *Petri*, & in ſuo tempore, & ante, & ab omnibus quæ ad ſe pertinebant, excepto *geldo* regis, libera & quieta condonavit, teſtibus *Richardo*, *Londoniæ* epiſcopo, *Hamone Peurell*, *Rogero Corbeth*, cum toto ferè comitatu. Hoc etiam *Willielmus* filius ejus, & hæres, coram omni comitatu conceſſit, & proprio ſigillo confirmavit.

Alanus filius *Fladaldi* fuit dominus de *Clun* & *Oſweſtre.*

Comes autem *Rogerus*, cognomine *Pictavienſis*, ſupradicti *Rogeri* comitis filius, dedit eccleſiæ ſancti *Petri* piſcariam de *Tarewalla*, & duas villas parvas, ſcilicet *Pultonam*, & *Occitonam* juxta ipſam piſcariam, & aliam villam, nomine **Biſcopeham**, pro ſalute ſua, & uxoris ſuæ, & patris & matris ſuæ. *Godefridus* verò vicecomes ejus, qui in eadem eccleſia filium habebat monachum, concedente ſibi comite, dedit monachis eccleſiam de **Walleton**, & illam de **Chercheham**, cum quadam villa quæ dicitur **Carſtan**, & hæc omnia idem comes in perpetuo firmavit quieta, & libera ab omni hominum invaſione; addens, quod qui hæc diſturbaret, vel auferret, anathema eſſet. Teſte *Roberto*, *Ceſtriæ* epiſcopo, & *Hugone* ejuſdem civitatis comite.

Omnia iſta ſupraſcripta glorioſus Rex *Henricus* coram omni conſilio ſuo apud *Londoniam*, ſuo proprio ſigno & ſigillo confirmavit, & archiepiſcopis ſuis, epiſcopis, comitibus & aliis baronibus ad confirmandam tradidit, & ſicut comes *Hugo* conceſſit eccleſiæ ſancti *Petri*, totam libertatem quam potuit, ut nullus poſt eum plus addere poſſit; Ita ipſe Rex conceſſit eidem eccleſiæ, & omnibus ad eam pertinentibus, quicquid potuit libertatis, & quietis, ut nullus, poſt ſe, plus concedere poſſet. Interminatus eſt etiam ſuum, & archiepiſcoporum, epiſcoporum, & omnium baronum ſuorum æternum anathema omnibus qui de ſupraſcriptis donis vel de ipſa libertate aliquid ſubtraherent vel infringerent. Conceſſit quoq; monachis molturam totius civitatis *Salopeſbiriæ*, præcipiens, ut nullus in toto circuitu civitatis, nec in uno ponte, nec in alio, molendinum faceret, niſi monachi, vel cui ipſi conceſſerunt. Teſtibus *Richardo*, *Londoniæ* epiſcopo, *Hamone Peurell*, *Fulcoio* vicecomite, & multis aliis.

Defuncto autem rege *Henrico*, cum venerabilis nepos ejus *Stephanus* in regno ſucceſſit, ſupradictus *Hamo Peurell*, concedente rege, dedit eccleſiæ ſancti *Petri* duas villas, id eſt, *Crugeltonam*, & *Selepam*, & Sibilla uxor ejus aliam villam, quæ vocatur *Chinardeſia*, concedente viro ſuo, & dono ſuper altare ponente. Teſtibus *Willielmo* filio *Alani*, *Willielmo* de **Cornay**, *Alano* filio *Willielmi* de *Hedlega*, *Roberto* filio *Nigelli*, *Radulfo* de *Tirna*, *Richardo* filio *Baldwini* de *Lintlega*, & pluribus aliis.

Rogatus autem Rex *Stephanus* ut confirmaret omnia ſupraſcripta, dixit, *Cum avunculus meus, Rex* Henricus, *baronum ſuorum prece, iſta confirmaret, preſens aderam, & teſtis advocatus fui, & eum omnia concedere, & confirmare audivi, & vidi, quæ comes* Hugo *conceſſerat, & eadem verba dicere quæ prædictus comes dixit, quando eccleſiæ ſancti* Petri *libertatem conſtituit, videlicet quod tam liberum ipſius eccleſiæ honorem conſtituebat, ut nullus, poſt eum, aliquid libertatis vel quietis addere poſſet. Et ideo ego pro ſalute animæ meæ, & pro pace regni concedo & confirmo omnia ſupraſcripta, & eandem libertatem & quietem quam eccleſia ſancti* Petri *comes* Hugo *dedit, & Rex* Henricus *confirmavit, ego quoque concedo & confirmo, & ita liberam & quietam ipſum eccleſiam conſtituo, ut nullus ſit, qui, poſt me, aliquid libertatis, vel quietis addere poſſit. Qui verò aliquid ex his minuere preſumpſerit, æterno anathemate puniatur.* ✠ *Ego* Stephanus *Rex confirmavi & ſubſcripſi. Ego* Henricus, Wintonieuſis *epiſcopus ſubſcripſi. Ego* Rogerus, Salesbirienſis *epiſcopus ſubſcripſi. Ego* Nigellus, Elienſis *epiſcopus ſubſcripſi. Ego* Robertus, Herefordienſis *epiſcopus ſubſcripſi. Ego* Seifridus, Ciceſtrienſis *epiſcopus ſubſcripſi. Ego* Ricardus, Abrincacenſis *epiſcopus ſubſcripſi.*

Ego Gervaſius *abbas* Weſtmonaſterii *ſubſcripſi.* *Ego* Gaufridus, *abbas ſancti* Albani *ſubſcripſi.* *Ego* Rogerus *Cancellarius ſubſcripſi.* *Ego* Ranulphus *Comes* Ceſtriæ *ſubſcripſi.* *Ego* Willielmus *Comes* Warennæ *ſubſcripſi.* *Ego* Willielmus Martell *ſubſcripſi.* *Ego* Albricus *de* **Vere**, *ſubſcripſi.* *Ego* Gaufridus *de* Magnavilla *ſubſcripſi.*

Carta fundationis abbatie de **Salop.**

Ex regiſtro abbatiæ S. Petri Salop. penes Ricardum Lee equit. aurat. 1638. Par. 1. H. 6. part. 5. m. 18. & 19.

ROGERVS, comes *Salopesberie*, filiis ſuis & hæredibus, & baronibus, & hominibus, & omnibus amicis ſuis, *Francis* & *Anglis*, Salutem. Sciatis me conſtruxiſſe monaſterium in ſuburbio civitatis *Salopesberie*, in ecleſiam ſanctorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, quæ antiquitus ibi fundata erat, & conceſſiſſe eidem vicum illum totum qui dicitur **Biforiete**, cum tribus molendinis & omnibus redditibus, & tota terra que eſt inter duo flumina; ſcilicet, inter *Sabrinam* fluvium, & *Meolam*, & ex alia parte fluminis *Meole* terrulam quandam quæ vocatur **Aldefeld**. Et quia monachi *Sagienſis* cœnobii de mea poſſeſſione erant in *Normannia*, & boni teſtimonii viri, de illis quoſdam accepi, & ad edificationem prefati monaſterii conſtitui, nulla illis ejuſdẽ loci donatione conceſſa, ſed ut elemoſinas meas, & aliorum fidelium ſuſciperent & colligerent, & de beneficiis collatis conſtructionem prefati Monaſterii feſtinarent.

Poſtea vero per conſiliũ regis *Gulielmi*, & *Roberti* epiſcopi, & uxoris meæ *Adalaſia*, & filiorum meorum, unum illorum abbatem ibi poſui, & locum illum liberum feci, nulli omnino alteri loco per ſubjectionem obnoxium. Dedi etiam eidem loco maneria *Ettonam* & *Eiminiſtram*, cum omnibus ſuis appenditiis, & *Burtonam*, & eccleſiam quoque de **Mumerfeld**, cum tota terra quam clerici tenebant, conceſſi in dominium monachorum, cum ceteris ſuis appenditiis, & eccleſiam de *Stoteſdona*, & eccleſiam de *Duddeleburia*, cum omnibus que ad eas pertinent, & eccleſiam de *Donitona*, & illam de *Tonga*, & illam de *Egmendona*, & illam de *Woolkingtona*, & illam de *Worgordina*, & illam de *Chonedoura*, & illam de *Archelona*, & illam de **Hodenet**, & illam de *Neſſa*, & illam de **Baſſecherche**, cum omnibus ad eaſdem eccleſias pertinentibus. Et conſtitui, ut monachi eccleſias & terras earundẽ quas vellent, poſt mortem clericorum ſuorum, in dominio retinerent, & ceteras ad utilitatem monaſterii ordinarent, & de redditibus earũ victum & veſtitum haberent.

Dedi etiam eis domum unam in civitate ad ſabulonem ad opus eccleſiæ, & Moltam totius civitatis, & curiæ meæ quando in civitate manerem, & Theolonium de lignis que per orientalẽ portam in civitatem deferuntur. Precepi etiam ut in feſtivitate ſancti *Petri* in kalendis Auguſti, totius provincie populus in eodem loco ad nundinas tribus diebus, per ſingulos annos conveniret, & monachi Theolonium, totumque proficuum inde haberent. Conceſſi etiam ut barones mei, vel burgenſes, vel milites quodcunque vellent, de terris, & facultatibus ſuis eidem loco largirentur, abſque ulla mei, vel meorum hæredum licentia. Ita ut de data elemoſyna mihi nullum alterũ ſervitium facerent vel dantes, vel recipientes. Totam quoq; terram monachorum à *geldo* militum imperpetuum liberam eſſe ſtatui, & à geldo etiã communi, niſi ego ipſe de dominio meo illud darem. *Guarinus* vero vicecomes dedit eis villam que dicitur **Tugford**, cum ſuis appenditiis, & eccleſiam de *Biritona*, cum decima ejuſdem villæ, & decimam de *Oppetona*, & eccleſiam de *Mutla*, cum decima ejuſdem villæ, & eccleſiam ſancti *Oſwaldi*, cum decima ejuſdem villæ, et unam domum in foro in civitate, ad lucernam altaris *Innocentium*. *Reinaldus*, frater ipſius *Guarini*, dedit eis villam que dicitur *Lega*, *Oilerus*, ſacerdos, unam hidam in *Cherletona*, *Gerardus* de *Tornaco*, *Beitonam*. *Goiffridus* dimidiam hidam in *Herlega*. *Odo* miles dedit eis *Hordelegam*, & *Aberius*, & *Burtonam* cum ſuis appenditiis. *Robertus* filius *Theobaldi* dedit eis eccleſiam de *Iteſhale*, cum decima ejuſdem villæ.

Quæ omnia ego eis conceſſi, & ſigilli mei autoritate confirmavi, Precepi etiam filiis meis, ut locum illum diligerent, & carum haberent. Et ſi forte contingeret ut ego in *Anglia* morirer, ibi me ponerent, & deinde fratrib. loci illius neceſſaria providerent. Teſtibus hiis, *Roberto* epiſcopo *Ceſtriæ*, *Hugone* & *Roberto* de *Beliſmo*. *Arnulpho* & *Philippo* filiis meis. *Richardo* de *Belmeſeia*, *Reinaldo* de *Bailloc*. *Rogero Chorbet*. *Roberto Chorbet*, & multis aliis.

Charta Hugonis *comitis* **Salop.**

Adhuc ex eod. regiſtro Cart. 5.

HUgo, comes *Saloppeſſirie*, univerſis baronibus ſuis, vicecomitibus, & miniſtris, tam *Francis*, quàm *Anglis* ejuſdem comitatus, & cunctis Chriſti fidelibus, ſalutem. Sciatis quod cum una dierum ad tumbam patris mei, ſcilicet *Rogeri* comitis de *Monte Gomeria*, ſtarem in monaſterio, quod ipſe in honore apoſtolorum *Petri* & *Pauli* in *Salopesberia* fundaverat, dominum pro ſalute animæ meæ, & ipſius, deprecaturus, venit ad me *Fulcheredus* abbas, & conventus ejuſdem loci, rogantes ut pro ſalute mea, & anteceſſorum meorum, decimas dominiorum meorum in *Salopeſſiria*, ad conſtructionem eccleſiæ ſuæ (quam pater meus, cum in fata ceſſit, imperfectam reliquid) eis conferrem: Quarum precibus, tam pro utilitate mea, quam ſua adquieſcens, quod rogabant, hilari animo, conceſſi. Scilicet, decimam dominii mei de *Storesdona*, & decimam de *Eſteleia* juxta *Brugiam*, & decimam dominii de *Welintona*, & de *Worocordina*, & decimam dominii de *Optona*, & de *Preſtona* ſupra, & decimam dominii de **Oſwaldeſtre**, & de **Neſſe**, & de **Mulde**, & de **Lokelthulla**, & de *Bolelea*, & decimam dominii de **Hodeneth** & de *Peopelawa*, & de **Loſcesford**.

Quidam verò baronum meorum eadem hora, ad tumbam prædictam, mecum ſtans, ſcilicet *Hamo Peverel*, rogatu meo, decimas dominiorum ſuorum, prædicto abbati, & monachis contulit. Scilicet, decimam dominii de **Buton** ſub *Lima*, & **Wulrunton**, & decimam dominii ſui de *Arkaloua*, & de *Heitona*, & de **Williſpeland**, & decimam dominii de *Cleya*, & de *Brugeltona*, & de *Kinardeſeia*, & quia volo quod nullus ſucceſſorum meorum, in poſterum de prædictis decimis, nullam moleſtiam inferat; tam conceſſionem *Hamonis Peverel* quàm meam, ipſo *Hamone* preſente, ſigilli mei impreſſione, dignum duxi roborare. Hiis teſtibus, *Godebaldo* & *Oilerio* presbiteris, *Warino* vicecomite, *Roberto* filio *Theobaldi*, *Richardo* de *Beliſmo*, *Rogero Corbet*, & multis aliis.

Ib. char.6. UNiverſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris vel audituris, *Matildis* de **Lungeſpe**, filia & heres domini *Walteri* de **Clifford** ſalutem in domino ſempiternam. Noveritis me inſpexiſſe cartas bonæ memoriæ domini *Walteri* de **Clifford**, patris mei confectas Deo & abbatiæ ſancti *Petri* de **Salopesberie**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in hæc verba. Sciant preſentes & futuri quod ego *Walterus* de **Clifford** filius *Walteri* de **Clifford**, & *Anenetis* de **Cundy** dedi & conceſſi & hac preſenti carta mea confirmavi, in puram, & perpetuam elimoſinam Deo & abbatiæ ſancti *Petri* de **Salop** ſexies viginti acras de boſco dictorum abbatis & conventus de **Luhtone**, cujus boſcus, & ſitus terræ eſt eorumdem, ad aſſartandum & ad foſſandum, & ad ſepem ſuperedificandum, & ad diſponendum pro voluntate ſua, de eiſdem acris & ſuis pertinentiis liberè & quietè, ita quod beſtiæ de Foreſta noſtra liberum habeant ingreſſum & egreſſum ſecundum conſuetudinem foreſte, ſilicet, quod acre prenominate propinquiores erunt villæ de **Luhtone** de terra friſca, & de boſco inter aſſartum *Rogeri* de **Ondeſlawe** & de **Sichet** verſus **Burwartone**, &c. Teſt. *Egidio* de **Clifford** fratre meo, *Richardo Tirel*, *Johanne* de **Ebroc** *Thoma* de **Barkervile**, *Thoma* de **Conſtantin**, *Symone* de **Leeg** clerico, *Willielmo* de **Clifford**, conſtabulario caſtri de **Corfam** & aliis. Quas quidem cartas ratas & gratas habeo &c. Teſt. *Rogero Tirel*, *Thoma Boterel*, *Willielmo* de **Monkyton** tunc ſeneſcallo.

De donis Godefridi *&* Rogerii *vicecomitum.*

Ex eod. registro. ca. 371. NOtum ſit tam preſentibus, quàm poſteris, *Godefridum* vicecomitem eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Waleton** dediſſe monachis ſancti *Petri Salop* in die dedicationis ejuſdem eccleſiæ ſanctæ *Mariæ*, cum omnibus ipſius villæ, & eccleſiam quæ habebat in dominio ſancti *Michaelis*, **Cherchebam**, cum ſacerdotibus, & terram quæ ad eos pertinet. Adjecit etiam ipſe *Godefridus* donis ſupradictis, villam quæ dicitur **Gerſtan**, & omnia perpetuo conceſſit in elemoſina ſupradictis monachis, pro anima ſua, & ſue conjugis, & parvulo filio noſtro *Achardo*, quem monachum fecit in eccleſia ſancti *Petri*, teſtibus epiſcopo *Roberto* de *Ceſtria*, & *Hugone* comite ejuſdem civitatis, & *Richardo* abbate. Comes autem *Rogerius* qui *Pictavienſis* dicitur, dedit eccleſiæ ſancti *Petri*, & monachis ejuſdem loci piſcariam de *Terawella* pro anima ſua, & ſuæ conjugis & pro ſalute animæ patris & matris ſuæ, & cum ipſa piſcaria *Oſcitonam* & *Poltonam*, & hæc omnia confirmavit quieta, & libera ab omnium hominum invaſione. ✠ *Rogerius*. Et que *Godefridus* dedit, *Rogerius* comes conceſſit & perpetuò confirmavit. Qui hæc diſturbat anathema ſit. Amen. Teſte *Roberto* filio *Walteri* & *Hugone Bernard*, & *Walchelino*, & *Rainaldo* famulo, & *Radulfo* coco, & *Rogerio* coco. Pro his donatis, conceſſis, atque firmatis, redditur cotidiè una miſſa *Rogerio* comiti, uxori ſuæ, & filio, & patri ſuo, & matri à monachis ſancti *Petri*.

Carta *Willielmi* archiepiſcopi *Eboraci* de reſtitutione eccleſiæ de **Kirkham**, in comitatu *Lancaſtriæ*.

WIllielmus *Dei gratia* Eboracenſis *archiepiſcopus, omnibus fidelibus ſalutem & benedictionem Dei & ſuam, Notum ſit vobis quod monachi* **Salop**, *in tempore anteceſſorum meorum ſæpius querimoniam facientes quod eccleſia illorum injuſtè careret eccleſia de* **Kirchaham**, *eo quod à comite* Pictavienſi Rogerio, *ei legitime data fuerat, & à* Thoma *archiepiſcopo literarum & ſigilli ſui auctoritate confirmata. Tandem preſentiam noſtram adierunt, querimoniam ſuam deponentes; nos verò clamoribus eorum moleſtati, & precepto Domini* Henrici *ſedis apoſtolice legati conſtricti, cauſam illorum in ſynodo apud* Eboracum *nobis preſidentibus, ventilandam commiſimus; lectis verò literis de donatione comitis, & auditis privilegiis de confirmatione archiepiſcopi, unanimi conſenſu totius ſynodi judicatum eſt, ut præfata eccleſia de* **Kirkeham** *eccleſiæ ſancti* Petri *de* **Salop** *reſtitueretur, de qua injuſtè & ſine judicio viduata erat. Hujus rei teſtes ſunt* Radulphus *epiſcopus de* Orchadibus, *&* Benedictus *epiſcopus de* **Witebi**; *&* Helias *abbas de* **Salebi**, *& totius ſinodi noſtre conventus, cum capellano eccleſiæ ſancti* Petri Eboracenſis. *Valete.* Ib. ca. 372.

Carta ejuſdem archiepiſcopi de eadem re.

Ib. ca. 375. WIllielmus Dei gratia, *Eboracenſis* archiepiſcopus, omnibus ſanctæ eccleſiæ fidelibus ſalutem & Dei benedictionem. Teſtificamur nos preſente ſinodo apud *Eborum* literas illas quas monachi de **Salop** habebant, ſigillo *Thomæ* archiepiſcopi ſigillatas, de confirmatione eccleſiæ de **Kirkeham**, quodam infortunio combuſtas vidiſſe; quæ combuſtio apud *Pontem-fractum* facta fuit. Et quoniam pro certo habemus predictum predeceſſorem noſtrum predictam eccleſiam eis conceſſiſſe & confirmaſſe, nos, eadem autoritate eandem eccleſiam eis concedimus & preſenti cartula confirmamus. Valete.

Carta Regis Willielmi.

Pat. 1. H. 6. part. 5. m. 19. per Inſpex. SAnctorum patrum monemur exemplo poſſeſſiones quas noſtris temporibus ſanctæ eccleſiæ à fidelibus collatas noverimus, literarum memoriæ diligenter aſſignare, tum propter conferentium utilitatem quoniam eorum exemplo poſteri ad bene agendum provocentur: tum propter malignorum perverſitatem qui ad diripiendas poſſeſſiones eccleſiaſticas toto conamine inhiare noſcuntur. Nos itaque majorum imitantes induſtriam, poſteriorum notitiæ ſcribendo tranſmittere curavimus quoddam pietatis opus quod venerabilis comes *Rogerius* & devota ejus conjux

Adelaiſia nomine, noſtra ætate Deo obtulerunt. Erat in ſuburbio civitatis **Scropesbery** parva ſatis eccleſia in honore beatorum apoſtolorum *Petri & Pauli* conſtructa, cujus ſitus ad collocanda ſervorum Dei habitacula congruus videbatur. Comes ergo fretus licentia & auctoritate regis *Willielmi* & *Cantuarienſis* archiepiſcopi *Lanfranci*, necnon & *Ceſtrenſis* epiſcopi *Petri*, ad cujus dioceſim iſdem pertinebat locus, monachos illuc pro ſua ſuorumque ſalute domino exoraturos aggregavit anno ab incarnatione Domini milleſimo 1087. octogeſimo ſeptimo. Quibus ad victus ſubſidia ipſe & veneranda ejus uxor poſſeſſiones ſubſcriptas imperpetuum donaverunt. Inprimis ſcilicet vicum unum eidem eccleſiæ contiguum, cum tribus molendinis cunctiſq; redditibus ad eum pertinentibus, qui vicus anglicè dicitur **Biforieta**, quod latinè ſignificat, *ante portam*. Deinde contulerunt eis quaſdam eccleſias cum univerſis poſſeſſionibus ad eas pertinentibus, quas hîc nominatim expreſſimus. Eccleſiam ſcilicet ſancti *Gregorii* de **Mamerfeld**, cujus hæ ſunt poſſeſſiones; *Eſtleia*, *Nordlaia*, alias *Eſtleia* crofta, *Halchtonia*, *Chinſetleia*, **Harpeford**, *Billingsleia*, *Nieutona*, **Tugafort**, *Fertecota*, *Weſtona*. Eccleſiam quoque de *Stoteſdona*, cujus poſſeſſiones iſtæ ſunt. *Dodelmutha*, *Hinetona* & *Preſtecota*. Eccleſiam etiam de *Dodeleberia* cujus poſſeſſio eſt **Spertfard** & dimidia hida terræ in *Corſtona*. Eccleſiam quoque de **Edmundon**, & illam de *Toengia*, & illam de *Donintona*, & illam de *Welintona*, & illam de *Werecordina*, & illam de **Ercalow**, & illam de **Hovenech**, & illam de *Conedouera*, & illam de *Neſſa*, & illam de **Waſſecherch**. Cujus poſſeſſiones ſunt *Preſtcota*, *Noveleia* & *Bageleia*. Cum hiis omnibus dederunt comes & comitiſſa eidem cœnobio tres villas cum omnibus appendiciis earum *Eitonam* videlicet, *Eiminſtriam* & *Burtonam*. Theoloneumque de lignis quæ per orientalem portam in civitatem deferuntur conceſſerunt monachis. Præceperunt etiam ut in feſtivitate ſancti *Petri* in kalendis Auguſti totius provinciæ populus in eodem loco ad nundinas tribus diebus per ſingulos annos conveniret, & monachi theoloneum totumque proficuum inde haberent. Poſtea conceſſit comes ut barones vel milites ſui, quicumq; vellent, de terris & facultatibus ſuis eidem loco largirentur abſq; ulla ſui vel ſuorum licentia, ita ut de peracta elemoſina nullum ſibi ulterius ſervicium facerent vel dantes vel recipientes; totam quippe terram monachorum à geldo militum imperpetuum liberam eſſe ſtatuit, & à geldo etiam communi niſi ipſe de dominio ſuo illud daret. Hæc autem comitis pia munificentia omnibus audientibus valde placuit, eoſq; ad amorem loci illius quamplurimum incitavit. Tunc *Warinus* vicecomes dedit ipſis monachis duas hidas terræ in villa quæ dicitur **Tugafort**, & decimam de *Opetona*, & eccleſiam de *Biritona* cum decima ejuſdem villæ. *Rainaldus* frater ipſius *Warini* dedit eis villam quæ dicitur *Lega*. *Girardus* de *Tornaco Bettonam*. *Goffridus* dimidiam hidam in *Herleia*. *Odo* miles *Hordleiam*. Hæc omnia venerabilis comes *Rogerius* cum filiis ſuis *Hugone* ſcilicet, *Roberto*, *Rogero* & *Arnulpho* conceſſit atque firmavit. Teſteſque fuerunt *Herbertus* archidiaconus, *Godebaldus* & *Oilerius* ſacerdotes, *Warinus* vicecomes, *Robertus* filius *Teobaldi*, *Rogerius Corbetb*, *Robertus Pincerna* & multi alii. Locus verò in quo cœnobium ipſum conſtructum erat, de hæreditate cujuſdam militis, *Siwardi* nomine, fuit. Et quia nolebat piiſſimus comes quod aliqua impoſterum calumpnia monachis inde emergeret, mutuo dedit eidem *Siwardo* villam nomine **Longafeld**. Poſtmodum verò cum fraternitatem monachorum reciperet, conceſſit quod eadem villa quam à comite acceperat, poſt ſuum obitum in eorum dominio deveniret. Teſtibus *Godebaldo*, *Ricardo* de *Belmeſio*, & *Richardo* de *Monte-waroldi*. Hæc omnia ego *Willielmus* Rex *Anglorum* conceſſi & ſigillo meo corroboravi.

Genealogia dominorum Belliſmontium.

Ex veteri MS. cœnob. S. *Martini*, *Sagienſis*.

YVO de *Beliſmo* genuit *Guiliel.* de *Beliſmo*, & idem *Guillelmus* genuit *Guliel. Thalavatium*, patrem *Mabiliæ*, quem *Rogerus* de *Montegomerici*, cum tota hæreditate ſua quam, ſive in *Bellimenſi* pago, ſeu *Suevenſi* ultra fluvium *Sarte* habebat, duxit in uxorem. Qui *Rogerus*, vir dictæ *Mabiliæ*, *Anglicano* bello interfuit, & à *Willielmo* Rege *Anglorum* comitatus duos, ſcilicet *Arundelli* & **Salopesbere** dono accepit, & etiam Honorem **Heye** poſſedit. Ipſe verò *Rogerus* de prædicta muliere *Mabilia* quinque filios & quatuor filias habuit quorum nomina hæc ſunt. *Robertus* de *Beliſmo*, & *Hugo*, *Rogerius Pictavinus*, *Philippus* & *Arnulphus*: *Emma*, *Mathildis*, *Mabilia* & *Sibilla*. *Rogerius Pictavinus* comitatum *Lancaſtriæ*, *Arnulphus* quippe comitatum de **Pembroch** tenuerunt. *Rober.* verò de *Beliſma* maximas poſſeſſiones & terras patris ſui adeptus eſt. Qui *Robertus* ex filia *Guidonis* comitis *Ponthivii* genuit *Guillelmum Talavatium*, qui *Willielmus* ex *Hela* uxore ſua genuit *Guidonem* comitem *Pontivii*, & *Johannem*, Qui *Johannes* ex *Beatrice* filia *Heliæ* comitis *Cenomannenſis* genuit *Robertum* comitem *Alenchonii*. Qui *Robertus* ex *Joanna* uxore ſua, filia domini *Joſberti* de *Guirchia* genuit *Johannem* & *Matildem*. Qui *Joannes* accepit in uxorem *Aaliz*, filiam domini *Bartholomæi* de *Roye*. Quo *Joanne* abſque liberis defuncto, pater ipſius, comes *Robertus*, filiam ſuam dictam *Matildem*, comiti *Bleſenſi*, *Theobaldo*, matrimonio conjunxit, quæ, ut frater ſuus dictus *Johannes*, abſque liberis defuncta eſt, Præfatus verò comes *Robertus*, *Johanna* præfata uxore ſua defuncta, *Emmam* filiam *Guidonis* domini de *La Val* in uxorem duxit, qui ex ea filium genuit, qui *Robertus* vocatus eſt; ſed antequam puer naſceretur, ſæpefatus *Robertus* comes, apud quoddam manerium ſuum quod vocatur *Morteveille*, prope *la val*, diem clauſit extremum.

Carta Walchelini **Mayminot** *de villa de* Lega *juxta* **Elleſmere**.

Ex regiſt. abbatiæ de *Salopia* penes *Ric. Leveſon* de balneo militem ann. 1638. Ca. 15.

WAlchelinus *Maminot* omnibus parentibus & amicis ſuis, & univerſis fidelibus ſanctæ eccleſiæ ſalutem. Sciatis quod homines de *Elleſmera* confeſſi ſunt coram me & militibus meis, quod avunculus meus *Willielmus Peverel* injuſtè abſtulit terram de *Lega* à monachis de *Salopesberia*. Quod ego audiens, per conſilium hominum meorum, ſtudui liberare animam avunculi mei, & animas eorum qui hoc ei conſilium dederunt, de pœna iſtius peccati. Reddidique ſancto *Petro* & monachis eandem terram ita ſolutam & quietam, ut nullus ſucceſſorum meorum ampliùs de ea calumpniam habeat. Et ideo precor omnes qui poſt me venturi ſunt, ut hanc terram nulla unquam calumpnia impediant, quia pro certo didici ab hominibus meis quod avunculus meus malum inde conſilium habuit.

Ca. 25. WIllielmus Peverellus* de *Douria* omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ Salutem. Sciant omnes illi qui nunc ſunt & qui venturi ſunt, me conceſſiſſe plenariè totam illam terram quam *Hamo Peverell* patruus meus dedit Deo & eccleſiæ ſancti *Petri Salopesberiæ*, ſcilicet, *Wlurunton*, *Einardeſeiam*, *Crugelton*, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus amicorum meorum. Et volo atque præcipio ut mei hæredes ſicut ego conceſſi concedant. Hujus rei ſunt teſtes *Walchelinus Maminot*, & *Stephanus* de la *Leia*, & *Brientius* de *Valle Rodolli*, & *Alanus* filius *Teoldi*, & *Baldwinus* de ſancto *Georgio*, & *Radulfus* filius *Teoldi*, & *Hamo* filius *Herfredi*, & *Willielmus* de *Muſca*, apud **Marleberg**.

Carta Ricardi *filii* Alani, *Comitis* Arundel *de eccleſia ſancti* Oſwaldi *de* Albo-monaſterio.

Ca. 275. UNiverſis Chriſti fidelib. preſens ſcriptū viſuris vel audituris, *Ric.* comes de *Arundell* & Dom. de *Albo-monaſterio* Salutē in Domino. Noveritis Nos inſpexiſſe Cartā bonæ memoriæ *Wil.* filii *Alani* anteceſſoris noſtri (*&c.*) in hæc verba. Notum ſit tam preſentib. quam futuris, quod ego *Willielmus* filius *Alani* dedi, conceſſi, & pro me & hæredibus meis confirmavi Abbati & Monachis ſancti *Petri Salopeſburie* in purā & perpetuam elemoſinam quandam partem terræ meæ in villa de **Iſelham**, (*&c.*) & donationem eccleſiarum ſubſcriptarum videlicet eccleſiæ de *Optona* & *Trohford*, & eccleſiæ ſancti *Oſwaldi* cum capella de **Martineſcherk**, & aliis capellis & rebus omnibus ad dictas eccleſias ſpectantibus. Et ego verò dictus *Willielmus* & hæredes (*&c.*) warantizabimus (*&c.*) Teſtes *Johannes Extraneus*, *Ivo Pantulf*, *Willielmus Truſſel* (*&c.*) Quas quidem conceſſiones confirmamus (*&c.*) Teſtibus domino *Petro Corbet*, *Fulcone* filio *Warini*, *Bogone* de *Knogvill*, *Roberto Corbet*, *Fulcone Glas*, *Petro* de *Eyton*, militib. Data apud **Shireve-worthin** die Martis in feſto Annunciationis beatæ *Mariæ* anno regni regis *Edwardi* viceſimo.

Corta regis Henrici *tertii.*

Carta 37. HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normaniæ* & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prioribus, Comitibus, baronibus, juſtitiariis, Foreſtariis, vicecomitibus, præpoſitis, miniſtris & omnibus ballivis, & fidelibus ſuis Salutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ*, & beatis apoſtolis *Petro* & *Paulo* & abbati & monachis *Salopeſberienſis* eccleſiæ has ſubſcriptas terras & decimas & eccleſias. De dono comitis *Rogeri* vicum unum juxta eandem abbatiam ſcilicet **aet Biforegatam** cum omnibus molendinis & redditibus ad vicum illum pertinentibus. Eccleſiam quoquè de **Momerfeld** cum appenditiis ſuis in terris & aliis rebus. Et eccleſiā de **Stoteſdon** cum omnibus ad eam pertinentib. Et eccleſiam de *Dodelebera* & eccleſiam de **Condover** & dimidiā hidā terræ in *Biritona* quæ pertinet ad eandem eccleſiam. Et eccleſiam de *Eigmentona*, & illam de *Welintona*, & illam de **Archalom**, & illam de **Holdenet**, & illam de *Tonga*, & illam de *Donintona*, & illam de *Worocordina*, & illam de **Baſcherche**, & illam de *Neſſa*, & illam de *Novo-burgo* cum omnibus terris & decimis & appenditiis ad prædictas eccleſias pertinentibus. Et præter hæc maneria *Eitonam*, *Eiminiſtram* & *Burtonam*. Et theoloneum lignorum quæ intrant ad vendendum in *Salopeſberia* per *Eſtgatam* & *Sudgatam*. De dono *Siwardi Groſſi* manerium de **Longafeld**. De dono *Warini* vicecomitis duas hidas terræ & dimidiam in **Lugaford**, & decimam de *Uptona*, & eccleſiam ejuſdem villæ cum una virgata terræ, & eccleſiam de *Biritona* cum decimis ejuſdem villæ. De dono *Reginaldi* fratris *Warini* unam hidam ſcilicet **aet Legham**. De dono *Saerii Edburtonam*. De dono *Hugonis* filii *Warini* eccleſiā ſancti *Oſwaldi*, & eccleſiam de *Mudla* cum decimis & terris & appendiciis ad ipſas eccleſias pertinentibus. De dono eorundem decimas de *Neſſa* & de *Serawordina*, & unam domum in foro *Salopeſberiæ* ad luminare eccleſiæ. De dono *Gerardi* de *Tornaco Beitonam*. De dono *Hamonis Peverell* & *Sibillæ* uxoris ejus *Whirentonam*, & *Chinardeſeiam* & *Crugeltonam*, & *Selepam*. De dono *Theodorici* de *Say*, terram unam in manerio **Stoch**, ſcilicet, in *Burhulla*, quietam ab omni geldo. De dono *Helgoti* unam hidam, ſcilicet, *Moram*, & unam piſcariam. De dono *Herberti* filii ejus *Nortonam*, & eccleſiam de *Stantona* cum decimis militum ſuorum ad ipſam eccleſiam pertinentibus, & unam hidam terræ in eadem villa. De dono *Murieldis* uxoris ejus unam carucatam terræ in eadem villa. De dono *Normanni Venatoris Bolelegam*. De dono *Hugonis* de *Conſtantiis* dimidiam hidam in *Pettona*. De dono *Azonis Bigot* dimidiam hidam in *Longavalra*. De dono *Oylerii* presbiteri, unam hidam in *Cherletona*. De dono *Gaufridi* dimidiam hidam in *Helega*. De dono *Thoki* duas hidas in *Cota*. De dono *Odonis*, *Hordelegam*. De dono *Thoraldi* unam hidam in minore *Creitona*. De dono *Roberti* filii ejus *Wichewicam*. De dono *Roberti Corbet Lochetonam*. De dono *Reineri* præfecti unam manſuram in *Salopeſbiria*. De dono *Roberti* filii *Theobaldi* eccleſiam de *Iteſhala*, cum omnibus quæ ad eam pertinent, & decimam de *Cambriſtona*. De dono *Rogeri Corbet* eccleſiam de *Wantenouera* & decimam ejuſdem villæ, & decimam de *Tocheſhulla* & *Wineſlegam*. De dono *Ebrardi* & *Simonis* filiorum ejus unum ferndelum terre in *Wautenovera*. De dono *Picoti* de *Say*, decimam de *Fiteſhod*. De dono *Henrici* filii ejus *Brantonam* per eſcambium de *Langefeld*. De dono *Humaldi* decimam de *Preſtona* & de *Loeheford*, & decimam aquarum ſuarum agreſtium. De dono *Roberti* de *Beliſmo* **Waſcherche**, & quicquid ad manerium illud pertinet. De dono *Fulconis* vicecomitis *Pimelegam*. De dono *Yvonis Pantulf* ſedem molendini ſubtus *Sudtonam* ex utráq; aquæ ripa. De dono *Alani* vicecomitis decimam de *Opetona*. De dono *Gilberti* archidiaconi terram quatuor ſolidorum in **Derfald**. De dono *Rogeri* archidiaconi quandam terram in **Chingeſland**. De dono *Theoreti* de **Wrocheceſtre** unam terram in **Salop** ad ortum faciendum quæ vocatur **Rumaldſham**. De dono *Herberti* de *Furcis* tres manſuras in **Salop**, & quandam terram in campis ejuſdem urbis. De dono *Alnoti* aliam terram. De dono *Reimeri* Præpoſiti aliam terram in eiſdem campis. De eccleſia de *Condenouera* tres manſuras in præfata urbe. De manerio de *Eiminiſtra* unam manſuram. De dono *Roberti* filii *Wigerii* unam manſuram in caſtello. De dono *Roberti* Presbiteri filii *Andreæ* totam terram quam habebat in campis. De dono *Wanyeti* unam manſuram. De dono *Turgari* aliam. De dono *Rogeri* comitis unam manſuram ad ſabulum. De dono *Elmerici* Presbiteri filii *Ruellonis* tres acras terræ. De dono *Drugonis* unam acram in campis civitatis. De dono *Wulfwini* Fullonis unam manſuram verſus pontem ſancti *Georgii*. De dono *Rogeri* comitis cognomine *Pictavienſis Pultonam* & *Oxitonam* & dimidiam piſcariam de *Thelewella*. Et eccleſiam de *Waletona* & **Biſchopham**. De dono *Godefridi* vicecomitis ejus **Gerſtan**, & eccleſiam de **Birkham** cum appendiciis ſuis. De dono ejuſdem *Rogeri* comitis decimam de *Newetona*. De dono *Pagani* de *Villers* decimam de **Laton** & de **Wardebrech**. De dono *Willielmi* conſtabularii *Ceſtriæ* tertiam partem de *Thelewella* cum omnibus appendiciis ſuis in boſco & plano & aqua. De dono *Willielmi* de *Berneris* unum fernedell terræ in *Brumptona*. De dono *Ranulphi Venatoris Ceſtriæ* unum ferndendell in *Codintona*. De dono *Hugonis* comitis totam decimam venationis de *Solopeſiria* niſi de ſilvis ſanctæ *Milburgæ*. De dono ejuſdem ut homines monachorum liberi ſint & quieti ab omni operatione caſtellorum & vivariorum. Nec aliqua comitatus negotia exerceant; ſet immunes ſint ab omni exactione & incurſione vicecomitum & miniſtrorum, nec compellantur adire ſhiras vel hundreda. De dono *Azonis Bigot* unam virgatam terræ in *Abbetona*. De dono uxoris ejus terram quandam in civitate quæ reddit per annum decem denarios. De dono *Henrici* de **Say** decimam de *Gulidona*. De dono *Ricardi* de *Pettona* unam virgatam terræ in **Stoch**. De dono *Odonis* de *Berneris* & filiorum ejus unam virgatam in **Bradeſtan**. De dono *Elrici Ruffi* quandam terram in campis. De dono regis *Henrici* avi *H.* regis avi noſtri piſcariam unam ſubtus pontem *Salopesberiæ*, & totam molturam ejuſdem civitatis. Et quod nullus faciat molendinum in *Saverna* & territorio ipſius urbis niſi per monachos præfatos, & feriam ad vincula ſancti *Petri* tribus diebus durantem. Et quietantiam per totam *Angliam* & portus maris ab omni theloneo. Et ut habeant rectum in curia ſua de omnibus foriſfactis hominum ſuorum, & ibi rectum teneant aliis & juſtitiam habeant ſicut comes *Hugo* ante eis conceſſerat. De dono *Matildæ* Imperatricis matris *H.* regis avi noſtri *Eſtonam* cùm pertinentiis ſuis. De dono *Ranulphi* comitis *Ceſtriæ* duas manſuras in **Chindrebewich**, & quantum poſſunt ibi congregare de ſale, ſine theloneo. De dono *Willielmi Malban* unam manſuram in alio *Wico*, & quantum poſſunt ibi congregare de ſale. De dono *Hugonis* patris ejus quindecim ſummas ſalis unoquoque anno in eodem *Wico*. De dono *Willielmi* filii *Alani* dimidiam ſalinam in *Wico Wigornienſi*, & ripam *Savernæ* in foreſta ſua ad tenendum excluſam piſcariæ vel molendini de *Ettona*, & decimam de **Donham** & quatuor bovatas terræ in **Trochford**. De dono *Richardi* capellani ejus eccleſiam ejuſdem villæ. De dono *Radulfi Craſſi* eccleſiam de **Alberbiam** cum pertinentiis ſuis. De dono Roberti dapiferi *Ceſtriæ* habitationem heremeticam in ſilva de *Sudtona*. De dono *Fulconis Pincernæ* dimidium heremum in ſilva de *Seraordina*. De dono diverſorum civium *Salopeſberiæ* terram in divexo civitatis juxta *Savernam* ad plantationem vineæ, & ſex manſuras ad culturam illius. De dono *Recheldis* uxoris *Gilberti* de *Codenovera* unam hidam in *Bettheberia*. De dono *Baldwini* filii eorum unam hidam in *Tibrithtona*. De dono *Radulphi* de *Erletona* dimidiam hidam in *Cherintona*. De dono *Wlverici Poncii* unam domum in foro *Salopesberiæ* in qua ipſe manebat, & aliam domum in *Biforgata* & tres acras terræ in **Aldefeld**. De dono *Roberti* de *Brintona* eccleſiam de **Longaford**. Quare volumus (*&c.*) Data per manum venerabilis patris *Radulfi Ciceſtrenſis* epiſcopi cancellarii noſtri, apud *Weſtmonaſterium* xxv. die Junii anno regni noſtri undecimo.

S. MARIE EBORACI *cœnobium.*

De fundatione abbatiæ ſanctæ Mariæ *virginis* Eboraci *anno ab incarnatione Domini Mlxxxviij.*

Ex vetuſto MS in bib. *Bodleiano*, authore *Simone Warwicenſi* [8. W. 46.] 92. a.

Quamvis ſancta & una & univerſalis mater eccleſia per univerſum orbem longè latèque diffuſa, à filiis ſuis quos ſibi virgo mater per aquam baptiſmatis generat, honoretur & prædicetur, multæ tamen eccleſiæ in unitate fidei catholicæ ex eo tempore quo ex latere *Jeſu Chriſti* in cruce dormientis fabricata eſt, ſecundùm devotionem fidelium ædificantur, atque à fundamentis jaciuntur, ut quos unius eccleſiæ ſinus propter ampla ſpacia terræ & maris nequit comprehendere, in multis eccleſiis fidem rectam tenentes operari ſtudeant, quæ poſt hanc vitam venientes cum exaltatione à domino centuplicata recipiant.

Unde ego frater *Stephanus*, hujus ſanctæ matris eccleſiæ filius, nullis meis precedentibus metitis, ſed ſola Dei gratia fratrumq; meorum unanimi mihi faventium electione abbas conſtitutus, qualiter ad hunc gradum pervenerim, vel qualiter eccleſia ſanctæ *Mariæ Eboraci* cui, Deo auctore, primus abbas datus ſum, fundata ſit, ad poſterorum memoriam literis mandare curavi, ut ſciant præſentes & futuri poſteri noſtri, qui vel quales hujus noſtræ eccleſiæ fundatores, & quantas invidorum turbinibus impulſa ſuſtinuerit perturbationes. Anno Domini Mlxxviij. regnante *Anglorum* rege, prudentia & armis ſtrenuiſſimo viro, *Willielmo*, qui *Angliam*, ditioni ſubjecit ſuæ, anno duodecimo regni ejus Pontificante apud *Eborum* domino *Thoma* archiepiſcopo, Ego *Stephanus*, abdicatis pro Chriſto voluptatibus carnis, atque abjectis ſecularibus curis, de naufragio hujus ſeculi vix evaſi, atque habitum monachicæ religionis apud *Wyttebeiam*, ſicut poſtea declarabitur ſuſcepi. Eo namque in loco quidam fratres, tunc temporis heremiticam vitam ducentes, ipſum locum in melius renovare cupiebant, qui priſcis temporibus religioſorum virorum ac feminarum converſatione, ac prædiorum ampla poſſeſſione, fuit honorabilis, modò verò pene ad nichilum redactus erat, barbarorum ac prædonum incurſionibus diverſis, vel aliis fortè, quas neſcio, malis cauſis.

Hiis verò fratribus quibus ſociatus ſum, præerat quidam *Renfridus*, bonis pollens moribus, virtutum cœleſtium dote inſignitus, qui cujus meriti apud Deum fuerit teſtantur ejus opera, multis ejus veſtigia ſequi volentibus in evum profutura.

Is quippe apud locum qui *Gerva* dicitur, in *Northumbrorum* partibus, priùs aliquanto tempore commoratus, ibique divinæ contemplationi vacans ſolitarius extitit, necnon poſtea multis ſibi ſociatis fratribus, qui ejus deſiderio ad eum confluxerant, Deo noſtro ſub diſtrictione regulæ viriliter aliquandiu deſervivit. Locus autem ille, quamvis ad ejus introitum fuiſſet ferarum & avium habitatio, olim tamen in eo extitit ſervorum Dei inibi degentium fertilis conſtipatio, inter quos etiam venerabilis presbiter *Beda* floruit, qui multa ſcripturarum ſacramenta per Spiritum Sanctum diſſerens ad edificationem fidelium imperpetuum dereliquit,

Prædictus ergo *Renfridus*, deſiderii ſui non immemor, cum fratres qui cum eo morabantur in diſciplinis regularibus inſtructos vidiſſet religionis monaſticæ præceptis inhærere, deputans labores vitæ præſentis parviſſimos ad comparationem æternæ retributionis, ipſius merentibus valedicens, ſolitariam vitam ducendi gratiâ *Wyttebeiam* venit, ſed ibi quoque, auditâ ejus fama, plures ei ſociati ſunt, cum eo perpetualiter manere cupientes, quibus ego quoq; conjunctus habitum ſanctæ religionis ſoli Deo vacare cupiens, ſub ejus magiſterio & prioratu in eodem loco ſuſcepi. Evolutis autem paucis diebus, totius monaſterii procurationem *Renfridus* pariter omniſq; congregatio ipſius annuens conſilio & imperio, mihi impoſuerunt, ac demum, neſcio quo Dei judicio, me invitum diùque repugnantem, tam regis præcepto quam archiepiſcoporum venerabilium, *Lanfranci* videlicet *Cantuarienſis*, *Thomæ* quoque *Eboracenſis* obedientia ſibi elegerunt.

Electus igitur ego abbas, cum vellem locum illum noviter inceptum nulliſque rerum mundanarum redditibus refertum, auxiliante domino, in priſtinum honorem renovare, cœperunt multa adverſa hujus mundi contra me excreſcere, & deſiderium meum à cepto opere retardare. Nam quidam ex baronibus regiis, nomine *Willielmus* de **Percy**, qui locum ipſum nobis donaverat, videns locum noſtrum nuper deſertum in multis meliorari, multa adverſa, tam per ſe quàm per ſuos nobis ingerebat, ac boni penitens ſi quo modo nos ab eo effugare poſſet, arte qua poterat laborabat. Ex altera verò parte, piratæ maris, ac latrones regionis, quorum multa tunc habebatur copia, longè latèque diſcurrentes, nobis vim inferebant, quæ habere poteramus rapiebant, atque ad ultimum una nocte conglobati, facto impetu, omnes nos in fugam convertentes, omnia noſtra diripuerunt, ac ſublatis omnibus, quoſdam ex nobis captos, ad ignotas terras perduxerunt. Ob quam rem uſque ad mortem contriſtati, imminens periculum aliquo modo vitare cupientes, quæcunque nobis moleſta erant regi intimare decrevimus, qui benigno ſatis ut erat miſerationis affectu, neceſſitatibus noſtris propter Deum compatiens, promptum ſe ac voluntarium nobis ad ſubveniendum exhibuit.

Erat verò non longè à *Wyttebeia* in ipſius Regis dominio locus quidam, qui vocatur **Leſtingham**, tum nimirum vacans, ſed olim monachorum in eo habitantium frequentia & religione egregius. Hunc ergo locum, à Rege nobis datum, paulatim reſtaurare, & quæ habitationi monachicæ erant neceſſaria, cœpimus ædificare, quatinus ſcilicet predictus *Willielmus* de *Percy* in cujus prædio morabamur, vel alii eo minus nobis adverſa aliqua inferre preſumerent, quo nos refugium aliquod profeſſioni noſtræ congruum ſub ipſius Regis manu & ditione habere agnoviſcent.

Cumque poſt hæc oportunitatis tempus adeſſet, quo manus pontificalis impoſitionem & abbatis benedictionem ſuſcipere deberem, ſubiit animo ut ad **Leſtingham** irem, quia ſub ſola Regis poteſtate erat Monachus profeſſus, ejuſdem quoq; loci abbas conſecrarer. Quæ res pariter etiam congregationi noſtræ & ipſi Regi, dominoque *Thoma* archiepiſcopo noſtro, necnon & omnibus quorum inde conſilium querebam, bona & utilis viſa eſt, ac tandem auctore Deo, illis volentibus uſque ad actum perducta. At verò ſepe dictus *Willielmus*, ſicut antea conſueverat, & poſtea quoque, moleſtus nobis & adverſus vehementer exiſtebat, atque ut dictum eſt, de prædio ſuò in quo adhuc conventiculum noſtrum degebat, modis omnibus expellere laborabat. Unde ego nimio dolore perculſus, Juſticiarios regni hujus frequenter adire, miſeriam noſtram & oppreſſionem multorum auribus inſinuare & auxilium adverſùm opprimentes nos flagitare compulſus ſum; ſed neque ita quicquam proficiens, tandem uſque in *Normanniam*, in qua Rex ſimul & *Willielmus* de *Percy* tunc fortè morabantur, transfretare, & qualiter noſtra in pace ulteriùs haberemus, precibus apud Regem, & modis quibus poteram, ſatagere curavi, & ita demum, accepto pacis chirographo, ad propria reverſus, non longo tempore, cum noſtris, & de noſtris pacem optinui. Exarſit quippe, ex eo tempore multo vehementiùs adverſum nos, animus & ira *Willielmi*, & quoaduſque penitus nos de *Wittebeya* effugaſſet, pacem diuturnam vel quietem habere non permiſit. Quid multa? hiis namque exigentibus cauſis, poſtremò tam ingruentium preſſurarum longa moleſtia attriti, quam inevitabili totiens memorati *Willielmi* violentia coacti, jam quidem publicè & injuſtè ablata nobis *Wyttebeya*, ad prædictum locum qui dicitur **Leſtingeam**, ibi ſaltem manere cupientes, per juſſionem Regis tranſmigravimus. Sed quia *non eſt via hominis in manu ejus*, aliter de nobis omnipotens Deus diſponebat, & quæ corporibus animabuſque noſtris profutura imperpetuum erant, ſalubriter præparabat. Nam ibi quoque, neſcio quo Dei judicio, latrones circumquaque debacantes nos perſecuti ſunt, & res noſtras ſepè rapientes, merore irradicibili corda noſtra perfuderunt.

Erat eo tempore quidam comes, nomine *Alanus*, nobiliorum *Britanniæ* proſapia exortus. *Eudonis* videlicet nobilis comitis *Britanniæ* filius, cum eſſem in ſeculo familiariter mihi in amicitiis conjunctus; qui morum probitate ac divitiis hujus ſeculi valdè pollebat, atque quandam eccleſiam in honore S. *Olavi* conſtructam juxta civitatem *Eboraci* habebat; cui cum omnes noſtræ perſecutionis actus anxius enarrarem, noſtræ puſillanimitati compaſſus, præfatam eccleſiam cum quatuor acris terræ, ad conſtruendas officinas, nobis ſe daturum promiſit; atque ut in ipſa eccleſia, inprimis licentia à rege accepta, ſedem abbatiæ noſtræ propter loci munitionem transferemus, dulciter perſuaſit, promittens ſe nobis, in multis, auxilium daturum, aſſerens etiam cives urbis ad quæque nobis agenda prope in auxilium fore. De qua re letus effectus, cum bonam voluntatem ac promiſſionem comitis regi referrem, libenter rex aſſenſum præbuit, ut, quia in eadem civitate iniquitas ſuper habundaverat, multuſque ſanguis plus quam in cæteris *Anglorum* civitatibus effuſus erat, divinæ lumen religionis in ea in eternum ſplendeſceret, atque ut homines barbari religioſorum virorum, qui in ea noſtris, & multis poſt nos temporibus futuris erant, humilima converſatione & exemplis aſſueti, fidem veram cœleſti domino ac terreſtri regi ſervare diſcerent, & ut bonis operibus inſiſtentes animas ſuas crebra viſione eorum & allocutione ſervare valerent. Hiis itaque ſecundùm quod rex diſpoſuerat, & prædictus comes promiſerat, peractis, adverſarius noſter diabolus etiam nos ex hoc loco expellere animum archiepiſcopi noſtri *Thomæ* adverſum nos in iram accendit, atque ſuper quatuor acras terræ, quas nobis comes ad conſtruendas officinas dederat, calumpniam movit, dicens eandem terram eſſe de beneficio ſuæ eccleſiæ, noſque eam per ſecularem poteſtatem injuſte poſſidere. Quam calumpniam cum comiti *Alano* retuliſſem apud **London**, poſtea, coram rege & multitudine epiſcoporum, abbatum, atque baronum regis, præfatus comes *Alanus* eandem terram ſui juris eſſe dirationavit, atque adhuc contradicenti archiepiſcopo rex aliam terram in excambium, ut deinceps nobiſcum pacem firmiſſimam haberet, ſe daturum eſſe promiſit.

Poſt non multum verò temporis, mortuus eſt *Willielmus* rex *Anglorum*, cui ſucceſſit *Willielmus* filius ejus in regnum, pietatem ac devotionem paternam retinens erga nos ac locum noſtrum; Qui cum non multò poſt ordinaturus de ſtatu regni ſui, magna procerum palacii multitudine vallatus *Eboracum* veniſſet, eccleſiam noſtram, in qua tunc temporis morabamur, adiit, videnſque quod brevis & anguſta nobis ad habitandum eſſet, terram ad jaciendum fundamentum alterius (eccleſiæ) primus aparuit; terras etiam (quas hic inſerere non eſt neceſſarium) ad ſuſtentationem monachorum eccleſiæ noſtræ, liberas & quietas ab omni legali exactione perpetualiter poſſidendas tradidit, atque ipſam eccleſiam noſtram, cum omni poſſeſſione ſua, regalis precepti pagina, ſigillo etiam regali, ſicut moris eſt, cartæ impreſſo, liberam & quietam eſſe, in æternum confirmavit.

Comes etiam *Alanus* burgum quem extra civitatem, juxta ipſam civitatem habebat, libenter, annuente rege, nobis in perpetuum donavit, atque advocationem abbatiæ noſtræ in manus Regis tradens, ut deinceps defenſor & advocatus noſter exiſteret, ipſum poſtulavit & poſtulando impetravit.

Actum eſt hoc anno incarnationis Dominicæ Mlxxxviij. 1088.

Paucis admodum diebus tranſactis, mortuus eſt amicus noſter Comes *Alanus*. Atque Rex, pro ejus anima, villas quæ dicuntur *Cliftona* & *Overtona* nobis dedit, quæ erant de beneficio ejus.

Interfuerunt fundationi etiam noſtræ multi ex primoribus palacii, quorum iſta ſunt nomina. *Thomas* archiepiſcopus. *Odo Bajocenſis* epiſcopus ipſius Regis patruus. *Godefridus Conſtantienſis* epiſcopus, qui eo quoque tempore *Northanhumbrorum* conſulatum regebat, *Willielmus Dunelmenſis* epiſcopus, Comes *Alanus*, *Odo*, Comes de *Campania*, *Willielmus* Comes de *Warrenna*, *Henricus* Comes de *Bello Monte*, & multi alii nobiles quos hic inſerere longum eſt.

Poſthec *Thomas* archiepiſcopus videns nos magis ac magis de die in diem proficere, invidorum, ut plerique teſtantur, conſilio impulſus, pro quatuor acris terræ ſupradictæ ſemper calumpniam movebat, nec ab intentione animum revocans nos quieſcere in ullo permittebat.

Cumque ſuper hæc *Willielmum* Regem, ſenioris regis *Willielmi* filium conſulerem, poſtulans etiam ut quod pater ejus de hoc archiepiſcopo olim promiſerat, ipſe diutius reddere non differret; tandem in nativitate Domini, in concilio apud *Glouceſtriam*, eccleſiam ſancti *Stephani* ſitam in *Eboraco*, & quicquid ad eam pertinebat, Rex *Thomæ* archiepiſcopo, pro illis quatuor acris terræ, in excambium imperpetuum poſſidendam tradidit, atque calumpniam ſupradictæ terræ coram omnibus *Werpirie* * fecit. Et ne hoc aliquo modo oblivioni traderetur, Rex ſcriptum regali ſigillo ſignatum, tam archiepiſcopo *Thomæ*, quàm nobis fecit, quatinus non ſolùm archiepiſcopus *Thomas*, verùm etiam ſucceſſores ejus eccleſiam ſancti *Stephani* ſitam in *Eboraco*, cum rebus ſuis pro illis quatuor acris terræ perpetuo jure poſſideant.

* For. *werpiri* i. abjicere.

Actum eſt hoc in concilio apud *Gloceſtriam*, audientibus iſtis & videntib. quorum nomina hic inſerta ſunt. *Anſelmus*, *Cantuar.* archiepiſcopus, *Thomas*, *Eboraci* archiepiſcopus, *Willielmus*, *Du-*

nelmi epiſcopus, *Robertus*, *Ceſtriæ* epiſcopus, *Robertus*, *Herefordiæ* epiſcopus, *Oſmundus*, *Salesbiriæ* epiſcopus, *Walchelinus*, *Wintoniæ* epiſcopus, *Mauritius*, *London*, epiſcopus, *Herbertus*, *Tedfordiæ* epiſcopus, *Johannes* ; *Sumbreſetæ* epiſcopus, *Gundulfus*, *Rofeceſtriæ* epiſcopus, *Robertus*, *Lincoln.* epiſcopus, *Herveus*, ſancti *David* epiſcopus, *Radulfus* , *Ciceſtriæ* epiſcopus , *Thorſtanus*, *Glaſtoniæ* abbas, *Gilbertus*, *Weſtmonaſterii* abbas, *Willielmus*, *Cernæ* abbas, *Ingolfus*, *Croilandiæ* abbas, *Rainaldus*, *Abbendoniæ* abbas, *Godefridus*, *Malmeſbiriæ* abbas, *Serlo*, *Glouceſtriæ* abbas, *Walterus*, *Eveſham.* abbas, *Hugo* comes de *Monte-gomerii*, *Ernulphus* filius ejus, *Bernardus* de *Novo-mercato*, *Normannus* de *Arecy*, *Durandus* archidiaconus, *Hugo*, decanus *Eboracenſis*, *Gilbertus*, archiepiſcopi *Thomæ* capellanus, *Oſmundus* archiepiſcopi *Thomæ* dapifer.

Ego autem *Stephanus* abbas, perpendens quàm magnum malum ſit Chriſtianos & maximè divinæ religionis lumine inſignitos, ab invicem diſcrepare, volens archiepiſcopi animum noſtri *Thomæ* modisomnimodis placabilem facere, dedi ei ſponte adhuc duas carucatas terræ, unam in **Clifton**, aliam in **Heſlington**, quatinus archiepiſcopus *Thomas*, ejuſque canonici deinceps pacem firmiſſimam nobiſcum habeant ; & ut nullam amplius nobis, ſummo regi Deo in quiete militare volentibus, de hac re calumpniam moveant. Volens verò poſteris noſtris notum facere, de quantis tribulationibus nos liberavit omnipotens dominus, ſcripturam hanc ad omnium memoriam componere ſtudui, quatinus preſentes & futuri hujus loci noſtri habitatores pro me precibus indefeſſis Deum noſtrum exorent, & ut ſciant qualiter eccleſia noſtra fundata ſit, vel quantis turbinibus impulſa, divina nos protegente gratia, magis ac magis aucta & multiplicata ſit per Chriſtum Dominum noſtrum.

Anno MCClxx. eodem anno ſcilicet ix. kal. Apr. in vigilia annuntiationis *Mariæ*, dominus *Symon* abbas beatæ *Mariæ Eboraci* aſſedit cum calce, dataque benedictione, conventu circumſtante, primum lapidem in fundo novi chori ejuſdem monaſterii, cujus fundum erat novem pedū in altitudine & in aliqua parte xxiiij. pedum, & xxvj. pedum.

In feſto vero *Cathedræ* ſancti *Petri* ejuſdem anni accidente per diem cinerum, dictus abbas aſſedit ſuper terram primam petram modo quo ſupra.

Et eodem anno, ſcilicet anno lxxvj. idem aſſedit cum calce primum lapidem de columpnis ejuſdem chori corporis.

* Legend. for. 1276.

Anno MCClxxiij. ſcilicet ad Pentecoſten empta eſt villa de **Buton**, de domino *Hugone* de *Neville* per prædictum *Simonem* abbatem. Cujus manerium combuſtum fuit iiij. nonas Aprilis, anno Mlxxv. * unde remotum eſt manerium in alium locum à dicta villa remotiorem,

* Legend. for. 1275.

De conſtructione eccleſiæ, & fundis eò collatis.

Ex vetuſta memb. in Turri S. *Mariæ Eboraci* an. 1628.

ANno Domini milleſimo octogeſimo nono, *Willielmus Rufus* Rex *Angliæ* & filius *Willielmi* regis & conqueſtoris *Angliæ*, anno regni ſui ſecundo, tenuit Parliamentum ſuum apud *Eboracum*, ubi tunc, ad rogatum preclariſſimi viri, *Stephani* comitis *Richmundiæ*, in propria perſona, cum magnatibus, & proceribus ſuis ad monaſterium ſanctæ *Mariæ Eboraci* acceſſit (quod quidem monaſterium, prefatus comes prius inchoaverat) videnſque ipſum nimis eſſe anguſtum eccleſiam mutavit, & nomen eccleſiæ ; ipſeque primum lapidem poſuit, & pro nomine ſancti *Olavi*, ſanctæ *Mariæ* nomen contulit, & multa beneficia, ac predia dedit, & donationes *Willielmi* conqueſtoris patris ſui, & aliorum dominorum ſuorum, cum libertatibus, & liberis conſuetudinibus, cartâ ſuâ regali confirmavit. In qua (inter cætera) talis habetur mentio, ſcil. *Comes verò* Alanus *poſt me, & patrem meum hujus abbatiæ inceptor, &c. dedit, &c. eccleſiam* Caterici *& decimas caſtellariæ ſuæ per totam caſtellariam, & per totum* **Eborashire**, *preter partem eccleſiarum* Francigenarum *ſuarum, de illis terris, quas ab illo tenent in preſcripta caſtellaria, &c.*

Catrik.

Ribaldus, frater comitis *Richmundiæ*, & dominus de **Midelham**, qui ſimul cum ipſo comite venit ad conqueſtum, inter cetera, dedit monaſterio ſanctæ *Mariæ* de *Eboraco*, & *Stephano* primo abbati in puram, & perpetuam elemoſinam, &c. aliquas terras & manſuras juxta **Richmond**, videlicet tres bovatas terræ in **Eſby**, cum pertinentiis. Et in inquiſitione facta per dominum *Johannem* de **Kirkby**, & ſocios ſuos juſtitiarios, de *quo Waranto*, abbas ſanctæ *Mariæ Eboraci* clamat habere terras & libertates, &c. Juratores, &c.

Ibid.

Item canonici de ſancta *Agatha* tenent inmediate de *Roaldo* conſtabulario, fundatore ſuo, & ipſe *Roaldus* de comite *Richmundiæ*, & comes de rege, ut in libro vocato **Domeſday**, & in **Kirkbyes inqueſt.** Item ſecundùm cronicos autenticos, anno Domini MCxlij. ordo *Premonſtratenſis* habuit initium. Et anno Domini MCxlvij. idem ordo primò venit in *Augliam* (videlicet) ad **Anwick** in **Northumberland**, anno regni *Stephani* quarto : & ſic poſſumus preſcribere per quinque annos. Item *Eugenius* tertius papa, inter cætera, confirmat cellam ſancti *Martini*, cum ſuis appenditiis, & eccleſiam *Caterici*, cum ſuis capellis, cujus datum eſt tertio idus Auguſti, indictione decima incarnationis Domini MCxlvj. pontificatus pape octavo.

1146.

Item *Eugenius* tertius Papa 1147. confirmat eccleſiam de **Richmond**, & capellam de *Caſtello* cum omnibus quæ ad eas pertinent per totam Caſtellariam.

Item inquiratur qualiter dicti canonici Capellam ſive Heremitorium de **Bordelbi** primitus obtinuerunt, & utrum ante Conqueſtum dictum **Bordelbi**, pro Lupanari habebatur. Poſt Conqueſtum dicta Capella, ſive Heremitorium per abbatem ſanctæ *Mariæ Eboraci* dictis canonicis propter fratres ſuos leproſos, intuitu caritatis fuerat collatum, ut creditur.

Memorandum, quod dominus *Galfridus* de **Hudwell** dedit monaſterio S. *Mariæ Eboraci*, & Priori ſancti *Martini* juxta *Richmondiam*, quandam culturam, de dominio ſuo, vocatum vulgariter **Rambelridding**, prout includitur, &c.

Ibid.

Et *Johannes* filius dicti domini *Galfridi* dat, & concedit, per Cartam ſuam, *Roberto* de *Scocia*, totum vaſtum ad capitalia dominia terrarum quondam patris ſui, domini *Galfridi* predicti, tam in boſco, quàm in plano, tam in bovatis quàm in dominicis, exceptis culturis ſancti *Martini.*

Item prior ſancti *Martini* habet predictam culturam de **Rambelridding** ut ſupra, de dono patris ſui. Unde patet quod omne vaſtum, ad capitalia ejuſdem culturæ verſus boream & alibi, ac ad omnia capita culturarum ſuarum, pertinet ac pertinere debet dicto Priori ut patet per Cartam dicti domini *Galfridi* cum clauſa *Warranti.*

Item in Carta Regis *Henrici* filii *Willielmi* Regis, habetur talis clauſula: *Ut ne alicujus hæres vel ſucceſſor querat relevamen, vel dominium aliquod, preter* Elemoſinam, *de elemoſinis quas aliquis dedit predictæ Abbathiæ.* Et nos habemus omnes terras, & tenementa noſtra, datas in puram & perpetuam elemoſinam. Unde patet quod omnia vaſta in terris noſtris, & in fines earundem, noſtra ſunt & non alterius cujuſcunque dominii.

Carta Regis Henrici *ſecundi.*

Ex regiſtro cartarum abbatiæ S. *Mariæ Eboraci* in bibliotheca *Duveſiana* an. 1646. fol. 6. b.

H*Enricus* Dei gratia rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ*, Omnibus archiepiſcopis *(&c.)* per *Angliam* ſalutem. Sciatis quod ego *Henricus* rex *Angliæ* pro ſalute animæ meæ *(&c.)* concedo & dono in puram elemoſinam *Savarico* abbati & ſucceſſoribus ejus, & abbatiæ beatæ *Mariæ Eboraci* & monachis ibidem Deo ſervientibus, terras, eccleſias, *(&c.)* liberas & quietas ab omni terreno ſervicio, in perpetuam poſſeſſionem, cum **ſoch** & **ſach** & **tol** & **theam** & **infangenthef**, cum eiſdem legibus & dignitatibus & libertatibus & conſuetudinibus quas habet eccleſia ſancti *Petri Eboraci* vel eccleſia S. *Johannis Beverlaci:* & nominatim quando *Eboracſcira* fuerit ſummonita ire in exercitu regis, tunc inveniet prædictus abbas unum hominem tantum in exercitu regis cum vexillo S. *Mariæ*, ſicut faciunt ſupradictæ eccleſiæ. Et ne eant homines S. *Mariæ* ad ſhiras vel tridingas vel wappentac. vel hundred. ſi etiam vicecomites vel miniſtri eorum habeant querelam contra homines S. *Mariæ*, dicant abbati & ſtatuto die veniant in curia S. *Mariæ*, & ibi habeant rectum de capitali placito ſuo, & S. *Maria* habeat quicquid pertinet ad curiam ſuam. Et ne alicujus hæres vel ſucceſſor querat relevamen vel aliquid dominium preter orationes & preces & elemoſinam animæ ſuæ de beneficiis & elemoſinis quas aliquis dedit prædictæ abbatiæ. Qui ſubſcribuntur hic. *Willielmus* itaque proavus, rex *Angliæ* dedit abbatiæ ſupradictæ in *Appultona* quatuor carrucatas terræ, in **Normanby** tres, in *Spauntona* duas, in **Leſtingham** tres, in *Eboraco* eccleſiam S. *Michaelis* & quatuor manſuras terræ, & hoc quod *Hernegrinus* monachus tenuit, hoc eſt *Paveſcheria*, & quicquid habuit in **Kirkeby** & **Hunkelbye**, quatuor carrucatas terræ & ſex bovatas, & in *Eboraco* duas manſuras terræ, & eccleſiam S. *Salvatoris*, in *Huntyngtona* i. carucatam terræ, & ad **Muncabrige** unam carucatam terræ.

Willielmus quoque rex filius ejus qui etiam abbatiam illam in loco ubi modo ſita eſt propria manu fundavit, dedit in *Grymſtona* quatuor carucatas terræ & dimidiam carucatam & villam de **Elmeſwelle**.

Henricus verò rex avus meus dedit **Ufflet** & quicquid ei pertinet, & hoc quod eſt inter **Ufflet** & **Ayrmyn**, & in **Haldenby** quantum habuit. *Alanus* comes *Rufus*, eccleſiam S. *Olavi* & burgum in quo eccleſia ſita eſt, ubi à *Willielmo* rege abbatia competentiùs fundata eſt, quam apud **Leſtingham** fuit, & in *Hoylanda* eccleſiam ſancti *Bothulphi* & quod pertinet ad unam carrucatam terræ in **Skyrbeck**, & ſedem molendini, & eccleſiam *Catricii*, & eccleſiam de **Richemund**, & capellam de caſtello, & decimas de dominio caſtellariæ ſuæ quam tenet in *Eboracſchira* preter partem eccleſiarum; Necnon etiam dedit tertiam partem decimarum hominum ſuorum de illis terris quas ſub eo tenent in prædicta caſtellaria.

Alanus comes *Niger* eccleſiam de **Gillinge**, & unam carucatam terræ, & quicquid eidem eccleſiæ pertinet, & decimam ſuam de **Baſpyngburgh**, & in **Heſelyngfeld**, duas hidas terræ, & in *Skeltona* duas carucatas terræ.

Stephanus (de *Albemarla*) *Fulfordam* cum tota ſoca ſua, & *Foſtunam*, & in *Hiepetuna* & **Chedeſtorp**, & in **Aſcryk**, duas carucatas terræ. in *Acaſtra* quinque bovatas, & in alia **Fulford** undecim bovatas terræ, in **Thornton** duas carucatas terræ, in *Flaxtona* undecim bovatas, in **Bulford** tres carucatas terræ, in **Alwaldethorp**, unam carucatam terræ.

Odo, Comes (de *Campania*) & *Stephanus* filius ejus, manerium **Horneſhay**, & eccleſiam ejuſdem villæ, & **Marram** ejus piſcaturam & **Thorp** ibi juxta.

Berengerius de *Todeneye* in **Leſtingham** unam carucatam terræ, in **Spaunton** ſex, in **Kyrkeby-Miſperton** octo & dimidiam, in **Dalby** tres, in *Skakeldena* ſex bovatas terræ, in **Lyndeſey** in **Bek** unam carucatam terræ, in **Bynbruc** quaterviginti acras terræ.

Hugo Baldrici filius, in **Hotona** octo carucatas terræ, in **Normanby** tres carucatas terræ; & in **Kyrkeby-Miſperton** tres.

Oſbernus de **Arches** in **Populton** tres carucatas & dimidiam. In **Apilton** tres & ſedem molendini. In *Heſteicia* duas carucatas terræ & dimidiam, & in *Eboraco* duas manſuras terræ.

Odo Baliſtarius in *Grimſtona* quatuor carucatas terræ & dimidiam & decimas ſuas de **Scarpinbek** & de **Bugathorp**.

Gilbertus de **Gaunt** in **Fereby** decem bovatas terræ.

Gilbertus Tiſun in **Runthorp** tres carucatas terræ.

Alanus comes cellam de **Romburgh** cum pertinentiis ſuis.

Normannus de **Arcy** in **Brunnum** tres carucatas terræ.

Lewinus monachus in **Japum** quatuordecim bovatas eerræ, in *Eboraco i.* manſuram terræ.

Wulſtanus presbiter in *Cauuda* unam bovatam terræ.

Willielmus de **Heſtois** eccleſiam de **Lanham**, & j. carucatam terræ, cum eccleſia de **Wylweby**,

& decimis de dominiis. *Oſtredus* in *Midletona* unam carucatam terræ, in **Dibe** unam carucatam terræ.

Bareth filius *Corby* in *Semera i.* car. terræ.

Ilbertus de *Laci* in *Mertona* & in **Gerford** quinque carucatas terræ & dimidiam & eccleſiam quæ in eadem terra de **Gerford** ſita eſt.

Odo camerarius quatuor carucatas terræ in **Langthorp** & unam in *Fingala*.

Dunwald dimidiam carucatam terræ in **Ryſewyk**.

Bardulfus eccleſiam de **Pateryke-Brumpton**, & *i.* carucatam terræ, & eccleſiam de **Ravenſwath**, & unam carucatam terræ.

Hervy, **Persk**, & **Flet**.

S. *Martini* de *Richmond* cella S. *Mariæ* *Eboraci*.

Wymarus dapifer *capellam ſancti *Martini* de **Richemond** & *i.* carucatam terræ; in **Edelyngthorp** quatuor carucatas terræ, & eccleſiam de **Thornton**, & dimidiam carucatam terræ. In *Forſeta i.* carucatam terræ, & in *Mitona* quatuor carucatas terræ & decimam ſuam de *Wera*.

Robertus de *Stutevilla* in **Edelyngthorp**, *i.* carucatam terræ. In **Harton** duodecim carucatas terræ, & decimas de dominio ſuo de **Cukewald** & **Hoingham**, **Kirkeby**, **Buttercram**, & **Strayngham**, & *Langtuna*; & unam bovatam terræ, in quaqua villa, in **Cucewald** autem duas.

Robertus de **Maiſnil** & *Robertus* de *Stutavilla* octo carucatas terræ in *Mitona*.

Et *Robertus del* **Maiſnil** in *Suttona* duodecim bovatas terræ.

Galfridus Murdac in eadem villa duodecim bovatas terræ.

Oclemannus duas carucatas terræ in **Knapton**.

Enifant Muſard eccleſiam de **Croft**, & quartam partem ejuſdem villæ, id eſt, quatuor carucatas terræ.

Willielmus de la Mara, *i.* carucatam terræ in **Danby**.

Hardwyn des Eſchalers in **Smethton** quatuor carucatas terræ, & eccleſiam ejuſdem villæ; & **Bernald** unam carucatam terræ in eadem villa.

Hernegrinus monachus **Kyrkeby** in **Hundelveſdale**, eccleſiam ejuſdem villæ.

Berengerius de *Todenei* novem carucatas terræ, & dimidiam in *Finmara*, & quatuor carucatas terræ in **Hunkleby** & decimam ſuam de **Dalton** & juxta **Chevermunt** dimidiam carucatam terræ.

Willielmus Peverell octo carucatas terræ in **Rudſtan**.

Hugo duodecim bovatas terræ in **Scamſton**.

Robertus de *Inſula* & uxor ejus *Albreda* in eadem villa alias duodecim bovatas terræ.

Walding i. carucatam terræ in *Sproxtona*.

Radulphus Painel ſex carucatas terræ & unam bovatam in *Millingtona*, & in **Hugeth** eccleſiam & decimam ſuam, & terram eccleſiæ, & ſeptem bovatas terræ in **Hewald**.

Gilbertus duas carucatas terræ in **Folkewarethorp**.

Rogerus Hovechel in *Gartuna* dimidiam carucatam terræ & decem acras & decimam ſuam.

Robertus de **Veſcy** duas bovatas terræ in **Suthferiby**.

Ivo de **Veſcy** duas carucatas terræ in **Gilling** in **Ridale**.

Petrus de **Ros** duas carucatas terræ in eadem villa, & eccleſiam ejuſdem villæ.

Humfredus i. carucatam terræ in **Watton**.

Rogerus de *Sumeri* dimidium hidæ terræ in **Heſelingfeld**, & eccleſiam & decimam ſuam.

Sefredus novem acras terræ in eadem.

Gosfridus Bainard eccleſiam de **Burton**, & eccleſias & terras quæ ad eam pertinent, id eſt, de **Arpham**, & de *Foxhola*, & de **Butterwyk**, & decimam ſuam de *Burtuna*.

Wydo de **Baillol** eccleſiam & unam carucatam terræ in *Stocalea*, & eccleſiam de *Skaintuna* & duas bovatas terræ, & eccleſiam de **Gaynford** cum ſuis pertinentiis.

Robertus de **Muſters** quatuor carucatas, & eccleſiam de **Brunnaton**.

Ribald quatuor carucatas terræ in eadem villa, & aliquas manſuras juxta **Richemonde**.

Nigellus Foſſard eccleſiam ſanctæ *Crucis* in *Eboraco*, & eccleſiam de *Doncaſtro*, & quicquid ei pertinet, & ſexdecim manſuras terræ in eadem villa, & unam carucatam terræ in **Kinermundeſhale**, & decem bovatas ad moras & *i.* carucatam terræ in *Wermeſwricha*, & in **Cottyngwyth** duas carucatas. Et eccleſiam de **Hoton**, & unam carucatam terræ, in *Thorntuna* tres carucatas terræ, & eccleſiam de **Baynetun**, & unam carucatam terræ & decimas ſuas, & in *Doncaſtro*, & circa *Doncaſtrum* decimam ſuam, & in **Carthorp** quatuor carucatas terræ.

Gilbertus Tiſon duas bovatas terræ in **Helmelet**.

Robertus Andegavenſis decimam ſuam in **Heſel** & unam bovatam terræ.

Goſelinus unam carucatam terræ in *Watſanda*: In *Eboraco* quatuor manſuras terræ; In *Lincolia* octo manſuras; in **Huldelveſdale** quatuor carucatas terræ & dimidium.

Gamel de *Grymſtuna* decem bovatas terræ in **Kyrkeby**.

Willielmus epiſcopus *Dunelmiæ* unam carucatam terræ in **Roudacliue**.

Ulfe Forneſſon unam carucatam terræ in **Skertenbek**. In **Hawkeſwell** eccleſiam & unam carucatam terræ.

Alwredus quatuor bovatas terræ in *Wintringtuna*, & *Rompharus* ſeptem bovatas terræ & decem bovatas de *ſoca* regis, pro quibus bebent reddi quoquo anno xv. ſol. & nihil omnino aliud ſed quietas haberi.

Rompharus in **Oſoldby** quatuor bovatas, in **Oſgodby** quatuor bovatas terræ.

Picotus in **Lincoln** eccleſiam ſancti *Petri*.

Normannus unam culturam terræ juxta *Lincolniam*.

Wygotus totam terram quam habuit in *Eboraco* in **Vſgate**.

Robertus de *Brus* **Apilton**, & quod ad idem manerium pertinet, & **Hornby**, & totam terram illam quæ eſt inter prædictum manerium & regiam viam per quam itur de *Eboraco* ad *Dunelmiam*, quæ terra fuit de manerio quod **Midelton** vocatur.

Et in **Sunderland-wic** duas carucatas terræ, & unum molendinum.

Wiganus de **Horneby**, eccleſiam ejuſdem villæ & unam carucatam terræ.

Bertramus de *Verduno* eccleſiam & duas hidas in **Boſward**.

Robertus de **Brideſhale** eccleſiam ejuſdem villæ, & quod ei pertinet, & duas carucatas terræ in **Steresby**.

Ivo Tallebois tres carucatas terræ in *Claxtuna*, & eccleſiam de **Kirkby-Stephan**, & tres carucatas terræ, & decimam ſuam. In *Wintona* duas bovatas terræ. & decimas ſuas, & eccleſias de **Kirkby in Kendal**, & terras quæ ad eaſdem eccleſias pertinent, & villam quæ vocatur **Hotonrofft** & eccleſiam de **Bethum**, & terram ejus quæ vocatur **Haverbek**, & eccleſiam de *Burtuna* cum pertinentiis ſuis, & unam carucatam terræ, & eccleſiam de **Clapham** & unam carucatam terræ.

Willielmus Aſchetilli filius unum molendinum juxta **Bunebroc**. **Colegrim** duas carucatas & dimidium in *Beltona*, & dua molendina.

Alanus de **Croun** dimidiam carucatam terræ in eadem villa.

Walterus de *Daincourt* eccleſiam ejuſdem villæ, & tres carucatas & dimidiam, & duo molendina, & decimas ſuas de **Hanawarda**, & de **Blankanaie**, & de **Coreby**, & de **Cotes**, & de **Turgaſton**, & de **Greneby**, & de *Hikalinga*, & de **Cnapthorp**, & de *Cartuna*. *Matildis* uxor ejus unam carucatam terræ quæ fuit *Brutinæ* in **Corby**, & ſilvam quæ pertinet ad eandem terram. Decimam de dominio de *Abbingtuna*, & de **Lins**, & de **Thudeſham**, & decimam *Ribaldi* de **Pikenham** de altera **Lins**, & decimam de **Herinthorp**, decimam *Normanni* de **Fliccaburh**, decimam *Girrardi* in **Apelby & Gameſthorp**, & terram quæ vocatur *Northunda* juxta *Burtunam* in *Lincolſchira*.

Rompherus in *Lincolnia*, terram ſuam & domos & unum croftum & unam manſuram terræ.

Anca unam manſuram terræ in comitatu *Lincolnienſi*.

Oſbertus Goldrun unam manſuram, & terras & decimas infra murum *Lincolniæ* & extra quas *Ermetrude* uxor *Ricardi* & filii eorum dederunt.

Picotus filius *Colſuani* in *Lincolnia* duas manſuras terræ & quatuor acras in campis & *le* **Hevedland**.

Rompharus, totam terram quam habuit in campis *Lincolniæ*, & pratum quod vocatur *Inglanda*.

Aſcatillus Swata unam manſuram in *Lincolnia*, **Suaneburg** tres manſuras & *Alexander* filius ejus unam, & in *Lincolnia* terram quam *Gerardus* tenuit & eam quam *Goſtardus* tenuit in *Lincolnia*, & duas terras quas *Hugo* nepos *Romberi* tenuit, & unam manſuram quam *Girardus* frater ejuſdem *Hugonis* dedit in *Lincolnia*, & duas manſuras quas *Ailricus* frater eorum dedit in *Lincolnia*, & unam manſuram terræ quam *Rodni* dedit & unam terram quam *Alanus* filius *Wigoti* dedit, quæ videlicet jacet inter terras, & omnes terras quas habent in *Lincolnia* & in *Eboraco*. In **Dunſford** unam carucatam terræ & dimidiam, in *Bramtona* duas carucatas.

Goſfridus de *Stutavilla* inſulam de **Wreth** & piſcarias.

Goſfridus de la **Wyrch**, inſulam de **Santoft**.

Willielmus de *Warenna* inſulam de **Henes**, & piſcarias ejus.

Robertus filius *Meſchin*. manerium de * **Wederhal**, & eccleſiam ejuſdem villæ, cum molendino & piſcaria, & boſcis, & ceteris pertinentiis, capellam de **Warthwyk**, terram quæ camera ſancti *Conſtantini* dicitur. In **Corceby**, duas bovatas terræ. Aquam de **Edene** verſus **Corceby**, nec non & ripam verſus **Corceby** in qua ſtagnum firmatum eſt, omnino videlicet liberas & quietas ſine diminutione.

Radulphus Meſchin eccleſias de **Apelby**, ſcilicet ſancti *Michaelis* & ſancti *Laurentii* & terras earum cum decimis de dominiis ejuſdem villæ ex utraque parte aquæ.

Adam filius *Suani* heremum S. *Andreæ*.

Utredus filius *Ligolfi* tertiam partem **Crogeline** cum eccleſia & ceteris pertinentiis, & duas bovatas terræ in *Elſtuna* & molendinum de **Stotby**.

In *Cunquintina* dimidiam carucatam terræ. In **Saurby** decimam de dominio, *Eniſant* filius *Walteri* unam carucatam terræ quæ fuit *Durandi* in **Colby**.

Ketellus filius *Elredi* eccleſiam de **Morland**, & tres carucatas terræ.

Walthef, filius *Goſpatrici* eccleſiam de **Bromfeld** & corpus ejuſdem manerii.

In **Salchild** decimam de dominio in **Coupland**.

Willielmus Meſchin, **Chirkbibecoch**, hoc eſt ſeptem carucatas terræ cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam * S *Begæ* & quicquid ad eam pertinet, ſicut Carta prædicti *Willielmi* teſtatur.

* S. *Bega* cella S. *Mariæ Ebor.*

Radulphus filius ejus villam de **Ananderdale** & dimidiam carucatam terræ in **Egermond**. *Regnaldus* faber aliam dimidiam carucatā terræ in eadem villa.

Ketellus filius *Elredi* eccleſiam de *Wirchintuna* & duas carucatas terræ, & unum molendinum in eadem villa, & villam de **Preſton** cum boſco & ceteris pertinentiis.

Walthef filius *Goſpatrici* villam de **Stainburn**.

Goſpatricius filius eorunde villam de **Saltergh**, & communam in boſco & paſtura ſua de *Wyrkingtona* illis qui manent in terra monachorum in eadem villa.

Rogerus filius *Gilberti* in **Billingham** duas bovatas terræ.

Willielmus filius *Gilberti* totam terram de **Snatheved**.

Rainerus dapifer, duas bovatas terre in *Rotingtuna*.

Godardus dapifer, eccleſias de **Botle**, & de **Whicingham**, cum tota parochia que eſt inter **Esk** & parochiam **Millum**.

Matildis uxor ejus villam de *Amerſhow* cum omnibus que ad eam pertinent.

Willielmus filius *Duncani* libertatem pannagiorum, & ſalinarum infra diviſas terræ quæ pertinet ad eccleſiam S. *Begæ* in commune foreſtæ ſuæ, tam porcis monachorum quam hominum ſuorum & terram de **Hothneth**.

Alanus filius *Waldevi* duas bovatas terræ in **Goſeford**, & quatuordecim Salmones unoquoque anno in Quadrageſima, ſcilicet de piſcaria ſua de *Cochermutha*.

Radulphus de **Lindeſai** eccleſiam de **Loveneſwater**.

Patricius de *Gaurges* dimidiam carucatam terræ in **Kyrkeby-Miſperton**.

* wderhall cella S. *Mariæ Ebor.*

In *Suttona*, juxta pontem de *Nortuna*, duas carucatas terræ, & duas bovatas. In *Brideſhala* unum molendinum. In *Mortuna* tres carucatas terræ.

Turgiſius de *Rodeham* tres carucatas terræ **Nunnington**.

Walterus de **Kenningword** viginti duas bovatas terræ in **Onloneby**.

Petrus de *Walins* unam manſuram terræ in *Lundonia*.

Berengerius de *Todeni* eccleſiam de **Bunibruc**.

Vctredus Vlfson eccleſiam de *Mideltona* in *Richmondſchira*.

Hæc itaque omnia ſubſcripta Deo & eccleſiæ prædictæ imperpetuum optinenda, Regia autoritate & regali ſigillo confirmo ſicut hæc preſens Carta teſtatur. Teſtibus hiis *Thoma Cantuarienſi* archiepiſcopo, (*&c.*)

Charta Willielmi *regis exemplificata.*

Pat. de an. 35. *Ed.* I. memb. 41.

REx omnibus ad quos &c. Salutem. Inſpeximus cartam bonæ memoriæ domini *Willielmi* quondam regis *Angliæ*, progenitoris noſtri, in hæc verba. Willielmus Anglorum *rex, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, Juſticiariis, & omnibus hominibus ſuis & miniſtris per* Angliam *ſalutem. Sciatis, quod ego* Willielmus Anglorum *rex filius* W. Anglorum *regis, &* Normannorum *ducis, pro ſalute animæ meæ, pro ſalute quoque animarum* Edwardi *regis, &* Willielmi *regis, patris mei, matriſque meæ,* Matildis *reginæ, necnon pro ſtatu Regni mei, conſilio & aſſenſu* Eboracen. *archiepiſcopi, qui aliquando inde movit queſtionem, autorizo ſanctæ* Mariæ Eborac. *cœnobii eccleſiam & ſitum loci ipſius cœnobii, quantum eſt de extra civitatem, à* **Galmon** *uſque ad filium aque* Uſiæ, *cum ſede molendini. Et confirmo & concedo in puram elemoſinam, & dono* Stephano *abbati, & ſucceſſoribus ejus, & prædicto cœnobio, terras, eccleſias, decimas, ſilvas, plana, ſtagna, molendina, & alias poſſeſſiones ſuas poſſidendas liberas & quietas ab omni terreno ſervicio in perpetuam poſſeſſionem, cum eiſdem legibus, libertatibus, & dignitatibus, & conſuetudinibus, quas habet eccleſia ſancti* Petri Eboraci, *vel eccleſia ſancti* Johannis Beverlaci, *aut ſicut aliqua eccleſia in tota* Anglia *magis eſt libera, ſit & hac libera, & omnes terræ ad eam pertinentes, quas nunc habet, vel quas rationabiliter adquirere poterit, unde quædam hic ſubſcribuntur.*

Willielmus *itaque pater meus dedit abbatiæ ſupradictæ in* **Apilton** *iiij. carucatas terræ, in* **Northmanby** *tres; in* **Spanton** *duas, in* **Leſtingham** *tres, in* Eboraco *eccleſiam ſancti* Michaelis, *& ſex manſuras terræ & quod* Hernegrinus *monachus tenuit, hoc eſt,* **Paines Thorp**, *& quicquam habuit in* **Kirkeby**, *& in* **Hunkelby**, *& in* Eboraco *duas manſuras terræ, & eccleſiam* S. Salvatoris. *Ego quoque ex augmento doni mei addidi in* **Grimſton** *iiij. carucatas terræ & dimid. comes vero* Alanus, *poſt me & patrem meum hujus abbatiæ inceptor & inſtitutor, dedit eccleſiam S.* Olavi, *in qua caput abbatiæ in honorem ſanctæ* Mariæ *melius conſtitutum eſt, & burgum in quo eccleſia ſita eſt, a* **Galmon** *verſus* Cliſtonam, *& verſus aquam ix. carucatas terræ in* **Clifton** *& dimid. & villam de* **Sutton** *in* Hoilandia: Eccleſiam *ſancti* Botulphi *& quod ei pertinet, & unam carucatam terræ & ſedem molendini: eccleſias* **Gillyng**, Katricii, *& decimas de dominio caſtellariæ ſuæ.* Berengerus de **Todeni** *dedit in* **Leſtingham** *unam carucatam terræ, in* Spantona *ſex, in* **Miſperton-Kirkeby**, *viij. carucatas terræ, & dimid. in* **Dalby** *iij. in* **Stakelden** *ſex bovatas, in* **Lyndeſhalp** *unam carucatam terræ, & in* **Binnebrock** *eccleſiam, & iiij. vinæ. acras.* Hugo Baldrici *filius, in* **Hoton** *viij. carucatas terræ, in* **Northmanby** *iij. In* **Miſperton** *iij.* Osbertus *de* Arches, *in* **Popelton** *iiij. carucatas terræ, in* **Apilton** *iij. & ſedem molendini. In* **Heſei** *ij. & dimidiam.* Odo *baliſtarius in* **Grimſton** *iiij. carucatas terræ & dimid.* Gilbertus *de* **Gant** *in* **Fereby** *x, bovatas.* W. *de* **Stois** *eccleſiam & unam carucatam terræ in* **Banham**. Ilbertus *de* Lacy *in* Strettona *& in* **Gereford** *v. carucatas terre & dimid. & eccleſiam.*

Omnes iſte terre, vel quas impoſterum rationabiliter adquirere poterit prædicta abbacia, vel maneria, vel Cellæ, vel quæcunque poſſeſſiones, ſint quiete de placitis & querelis, & murdro, & latrocinio, & ſcutagio, & geldis & Danegeldis, & hidagiis; & de operationibus Caſtellorum, & pontium, & parcorum, & de Ferdwyta. *Concedo inſuper eidem abbatiæ pacis fracturam & pugnam in domo factam, & domus invaſionem, & omnes aſſultus hominum ſuorum, &* **ſoc** *&* **ſac** *&* **tol** *&* **tem** *&* **infangthef** *&* **utfangthef**. *Concedo inſuper, ut poſt obitum abbatis ejuſdem eccleſiæ, ex eadem congregatione eligatur alius. Et ſi vicecomites vel miniſtri eorum habent querelam contra homines ſanctæ* Mariæ, *dicant abbati* Eboraci, *& ſtatuta die veniant ad hoſtium ſanctæ* Mariæ, *& ibi habeant rectum de omnibus querelis. Et non eant homines ſanctæ* Mariæ, *nec ire cogantur ad comitatus, vel* ſchiras, *vel* **Trydinges**, *vel* **Wapintakes**, *vel* **Hundrez**. *Teſtibus comite* Alano, Milione Criſpin. Quam quidem cartam propter vetuſtatem ejuſdem & debilitatem ſigilli eidem carte appoſiti exemplificandam duximus per preſentes quas ſigillo noſtro fecimus conſignari. Teſte rege apud **Lanrecoſt** primo die Januarii Dupp.

Charta Stephani *comitis* Britanniæ.

Pat. 10. E. 2. part. 1. m. 11. per Inſpex.

STephanus Dei gratia comes *Britanniæ*, omnibus audientibus & videntibus literas has, tam preſentibus quàm futuris, ſalutem. Notum ſit vobis me dediſſe & conceſſiſſe eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci* & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, villam quæ vocatur *Fuſaforda*, cum tota *ſoca* ſua, quietam & liberam ab omni terreno ſervicio. Non ſolum autem hanc prædictam elemoſinam, ſet & omnes tenuras & beneficia, ſcilicet in eccleſiis, terris, decimis, ſtagnis, aquis, pratis, molendinis, & foris, ſilvis, quæ anteceſſores mei, comites, vel ego ipſe vel hæredes de feodo noſtro prædictæ abbatiæ dederunt, concedo ab omni terreno ſervitio quieta & libera, præter orationes & elemoſinas, inperpetuum eidem abbatiæ poſſidenda, pro anima domini *Willielmi* regis, & pro ſalute domini mei

Ibid.

Henrici regis,& pro anima mea & comitiſſe meæ, & liberorum meorum, & omnium fidelium defunctorum. Quæ ſubſcribuntur hîc.

Eccleſiæ de *Ricamunda* & capella de *Caſtello*, cella ſancti *Martini*, eccleſia de *Cateris*, & de *Boletona*, eccleſia de *Gillinga*, & una carucata terræ,& eccleſia de *Forſeta*, & capella de *Curtuna* & de Argum : eccleſia de Raſweſwaht,& una carucata terræ : eccleſia de Croft, & quarta pars ejuſdem ville. In *Sivituna* quinque carucatas terræ,& eccleſia ejuſdem villæ : eccleſia de *Patricbruntuna*, & una carucata terræ : eccleſia de *Torentuna*, & una carucata terræ : eccleſia de Houceſwell,& una carucata terræ : in *Scottana* quatuor carucatæ terræ : parvam Daneby cum pertinentiis : quatuor carucatæ terræ in Langathorne, & in *Finagala* una carucata terræ ; in Riſewicke dimidium carucatæ terræ : villa quæ vocatur *Bringeſtuna*, & eccleſia ejuſdem villæ : eccleſia de Hornaby, & una carucata terræ:eccleſia de *Mideltona*. Præterea, decime de dominiis meis ſive hominum meorum caſtellarie meæ de *Ricamonda*, præter partem eccleſiarum. In *Hoilandia* eccleſia ſancti *Botulphi* & quod ei pertinet,& una carucata terræ in Scirebec & ſedes molendini.

Concedo etiam præfatis monachis, ut in tempore nundinarum in cimiterio prædictæ eccleſiæ ſancti *Botulphi*, & extra cimiterium ſuum in tota terra ſua ejuſdem villæ, commodum ſuum ſine aliquo impedimento mei vel meorum pro libito ſuo faciant in perpetuum. In *Grantabrigeſcira*,in Heſelingfelt duas hidas terræ,& decima mea de Baſingburg, & de *Abictona*, & de *Lintona*, & de *Witrena*: & in Norfolcia decima de Ling. Hæc itaque omnia cum pertinentiis ſuis, & ſi quæ alia vel prædeceſſores mei comites,vel ego poſtea, vel homines de feodo noſtro abbatiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci* dederunt, confirmo & preſentis chartæ teſtimonio corroboro,& illibata prædictis monachis & eorum uſibus imperpetuum fore cenſeo, ſicut aliqua abbatia in tota *Anglia* meliùs vel liberiùs aliquas elemoſinas poſſidet.

Hanc verò chartæ auctoritatem, & ſigilli mei confirmationem, ſi quis hæredum meorum, vel quilibet alius, diabolico furore inſtigatus, violare vel infirmare preſumpſerit, niſi citò emendaverit, maledictionem Dei & mei & omnis cœlorum militie,& totius catholice eccleſiæ poſſideat. Hæc omnia in die ſepelicionis *Johannis* epiſcopi nepotis mei,in capitulo ejuſdem eccleſiæ, coram abbate *Galfrido* & omnibus fratribus conceſſi, dedi, & perhenniter confirmavi, teſtimonio *Conani* archidiaconi, *Richardi* de *Rullos*, *Radulphi Talebos*, *Scotlandi*, *Acharie*, *Wigani*, *Landrici* filii *Randulphi* Canonici Lington cognati mei, *Goffridi* de *Silli*, *Bruſſelli* capellani prædicti epiſcopi, *Gocebini*, magiſtri *Thomæ*, *Fattegarl*, *Hervei Ribaldi* filii.

Charta *Conani* Ducis *Britanniæ*, &c.

Ibid.

N*otum ſit omnibus legentibus & audientibus literas has quod ego* Conanus,*dux* Britanniæ, *& comes* Richmondiæ, Alani *comitis filius*, *conceſſi & dedi & preſenti charta confirmavi eccleſiæ ſanctæ* Mariæ Eboraci, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, pro meipſo & pro ſalute patris & matris meæ, & pro animabus avunculorum patris mei, comitum videlicet* Alani Rufi *&* Alani Nigri *quicquid ipſi avunculi patris mei, comitis, & avus meus, comes* Stephanus, *& pater meus* Alanus *dederunt ſive confirmaverunt, & quicquid barones mei & vavaſores & milites & drenges dederunt eidem eccleſiæ, & in terris, & in eccleſiis, & in decimis, in foris, in ſilvis, in planis, & in aquis, in pratis, in paſcuis, in piſcariis, in ſtagnis, in molendinis, & nominatim villam de* Fuleford, *cum tota ſoca ſua, & omnes tenuras & beneficia quæ anteceſſores mei comites prædictæ abbatiæ dederunt ; concedo ab omni terreno ſervitio quieta & libera , preter orationes & elemoſinas, imperpetuum eidem eccleſiæ poſſidenda. Quæ ſubſcribuntur hic.*

Eccleſias de Richemund, *& capellam de Caſtello, cellam ſancti* Martini, *eccleſiam de* Cateriz. *& de* Boletona, *eccleſiam de* Gillinga *& unam carucatam terræ, & eccleſiam de* Forſeta *& capellas de* Cutuma *& de* Argum : *eccleſiam de* Raveneſwath, *& unam carucatam terræ. Eccleſiam de* Crofth *& quartam partem ejuſdem villæ. In* Sivituna *quinque carucatas terræ & eccleſiam ejuſdem villæ. Eccleſiam de* Patrichbruntuna, *& unam carucatam terræ, eccleſiam de* Torentina, *& unam carucatam terræ, eccleſiam de* Hocheſwella, *& unam carucatam terræ. In* Stoctuna *quatuor carucatas terræ, in* Daneby *unam carucatam terræ, in* Langhetorn *quatuor carucatas terræ, in* Finagala *unam carucatam terræ ; in* Riſewyth *dimidiam carucatam terræ, villam quæ vocatur* Brimmingſtona *cum eccleſia ejuſdem villæ. Eccleſiam de* Horneby, *& unam carucatam terræ, eccleſiam de* Middeltona : *præterea decimas de dominiis meis ſive hominum meorum caſtellarie meæ de* Richemond, *preter partem eccleſiarum. In* Hoiland *eccleſiam ſancti* Botulphi *cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam carucatam terræ in* Scirebec *& ſedem molendini. Concedo etiam prefatis monachis ut in tempore nundinarum in cimiterio prædictæ eccleſiæ ſancti* Botulphi, *& extra cimiterium in tota terra ſua ejuſdem villæ, commodum ſuum ſine aliquo impedimento mei vel meorum pro libito ſuo faciant imperpetuum. In* Grantebriggeſcita , *in* Heſelingafeld *duas hidas terræ, & decimam meam de* Baſſingbur, *& de* Abbittona, *&* Lintona, *& de* Wicre : *& in* Norfolcia *decimam de* Ling, *& cellam de* Romburgh, *quam pater meus eidem eccleſiæ dedit, cum omnibus pertinentiis ſuis.*

Hæc itaque omnia, cum omnibus pertinentiis ſuis, & ſi quæ alia vel predeceſſores mei comites, vel ego poſtea, vel homines de feodo noſtro prefate abbatiæ dederunt, confirmo, & preſentis charte teſtimonio corroboro, & illibata prædictis monachis & eorum uſibus in perpetuum fore cenſeo, ſicut aliqua abbatia in tota Anglia *melius vel liberiùs aliquas elemoſinas poſſidet. Hiis teſtibus,* Roberto *de* Gant, Petro Boterell , Roberto *camerario* , Hamelino *cancellario*, Herveo *filio* Acheris, Gaurnerio *filio* Summari David *Lardenario*, Willielmo *vicecomite*, Wigano *filio* Cades, Gaufrido Boniface, Willielmo *filio* Roaldi, Arnaldo *clerico*, Eudone le mareſchall, *& aliis multis apud* Eboracum,

Dimiſſio Abbatis & Conventûs monaſterii beatæ Mariæ Eboraci, *pro eccleſiis, penſionibus & portionibus ſuis.*

Ex archivis archiepiſc. *Ebor.* libro *Zouch.* fol. 9.

IN Dei nomine Amen. Cum nos, *Willielmus*, permiſſione divina *Eboraci* archiepiſcopus, *Angliæ* primas, ſedis Apoſtolice Legatus, in noſtræ viſitationis progreſſu, quam in & de dioceſi noſtra nuper exercuimus, & adhuc eandem viſitationem continuamus, comperimus, quod Religioſi viri, Abbas & Conventus monaſterii beatæ *Mariæ Eboraci*, noſtræ dioceſis, eccleſias parochiales & capellas, Portiones, & Penſiones, & decimas parochiales infraſcriptas, videlicet in Archidiaconatu *Eboraci*, eccleſiam, ſive capellam ſancti *Olavi*, cum capellis de **Fulford**, de **Popilton**, de **Askam-Bryan** & **Knaptan**, Item eccleſiam de **Donecaſter**, penſiones, portiones, & decimas parochiales, videlicet, de eccleſia ſancti *Michaelis* ad pontem *Uſe Eboraci* xxxvj. ſolidos, de eccleſia ſancti *Salvatoris Eboraci* x. ſolidos, de eccleſia ſancti *Wilfridi Eboraci*, dimidiam marcam, de eccleſia ſanctæ *Crucis Eboraci* xx. ſolidos, Item infra parochiam de **Granneby** duas partes decimæ garbarum, de dominicis terris domini *Edmundi* de **Daincourt**, domini dictæ villæ. —

Item infra parochiam de **Hykelinge**, duas partes decimæ garbarum, de terris dominicis de **Hykelinges**, Item infra parochiam de **Harewood**, duas partes decime garbarum, de terris dominicis domini de **Harewod**, Item infra parochiam de **Newton** in le **Willighes**, decimas proventus de terris dominicis, & pratis, ac molendini & manerii domini *Simonis* de **Kyme**, domini ejuſdem villæ. penſiones in eccleſia de **Gerford**, xxx. ſolidos, Item in archidiaconatu **Eſt-Riding**, eccleſiam de **Burton Anneys**, in proprios uſus, penſiones de vicaria in eadem, xvj. marcas. penſiones de eccleſia de **Rudſtane**, xxx. ſol. & duas partes decimæ garbarum de terris dominicis Abbatis & conventus monaſterii prædicti infra dictam parochiam de **Rudſtane** exiſtentib. de eccleſia de *Hornſey*, C. ſolidos, de eccleſia de **Hugates**, xl. ſolidos, de eccleſia de **Kyrkeby** in **Hundol'dale**, xx. ſolidos, ac medietatem decimæ garbarum ſeni, & agnorum dictæ parochiæ, ac decimam quatuor bovatarum terræ in eadem parochia. Et decimas majores, & minores quatuor carucatarum terræ & dimid. in eadem parochia, quas iidem religioſi colunt, ac decimam lanæ & agnorum eorundem religioſorum in eadem parochia.

Item infra parochiam de **Langton**, prope **Malton**, decimam garbarum de ſeptem carucatis terræ, de dominicis terris domini de **Veſcy**, Item infra parochiam de **Skirpenbeck** duas partes decimæ garbarum domini de **Skirpenbek**, & de xvij. bovatis terræ & decimam de tribus culturis per baronem & dominum de **Skirpenbek**, predicta ad culturam redactis, Item duas partes decimæ garbarum de terris dicti domini de **Skirpenbek** infra parochiam de **Bugthorp**, Item duas partes decimæ garbarum de terris dominicis domini de **Scraingham**, infra parochiam de **Scraingham**, Item duas partes decimæ garbarum de terris dominicis domini de **Buttercramb**, infra parochiam de **Buttercramb**, Item duas partes decimæ garbarum de terris dominicis. . . . . Abbatis & Conventus monaſterii prædicti de **Elmeſwell**. Item penſiones in eccleſia de **Foxholl**. xij. marchas, Item penſiones in prædicta eccleſia de **Langton**, prope **Malton**, duos ſolidos, Item in archidiaconatu **Cliveland** eccleſiam de **Overton**, eccleſiam de **Leſtingham**, eccleſiam de **Mitton** in proprios uſus, penſiones in eccleſia de **Kirkby-Miſperton**, x. ſolidos.

Item in eccleſia de **Normanby**, decem ſolidos, in eccleſia de **Foſton**, dimidiam marcam, Item in eccleſia de **Scherifhoton**, xx. marcas, Item in eccleſia de **Gillinge** in **Rivall**, quatuor marcas, Item in archidiaconatu *Notinghamiæ* penſiones in eccleſia de **Cowton**, xx. quatuor ſolidos, Item in eccleſia de **Hikeling**, xxvj. ſolidos & octo denarios, Item in eccleſia de **Graneby**, viij. marcas, Item in eccleſia de **Stratton** in *le* **Clay**, dimidiam marcam, Item in eccleſia de **Kirtlington**, Item in archidiaconatu *Richmundiæ* Cellam ſancti *Martini* juxta **Richmond**, & S. *Begæ* in **Coupland**, cum ſuis juribus, & appenditiis, Item eccleſias de **Brington**, de **Baterike**, de **Gillinge**, de **Kirkby-Kendall**, & **Kirkby** in **Lonesdale**, cum capellis de **Boulton**, **Hippelwell**, & **Hudeſwell**, ab eccleſia de **Baterſke**, & capellis de **Forſette**, & **Hoton**, **Barton**, **Cowton**, **Berford**, **Erghom**, **Mortham**, ab eccleſia de **Gillinge**, prædictis dependentibus, necnon portiones ſeu decimas parochiales in parochiis eccleſiarum, videlicet, de **Wells**, duas partes decimæ garbarum de terris dominicis. In **Eaſtwitton** & **Multon**, in parochia de **Midleton**, duas partes decime garbarum. In **Carleton** in **Coverdale**, in parochia eccleſiæ de **Coverham**, duas partes decimæ garbarum. In **Speninthorne**, in **Thornton Watlous**, duas partes decimæ garbarum de dominicis quondam *Ribaldi*.

Item in **Leyburne** in parochia de **Wendeſly**, in **Dalton**, ſup.r **Teeſe**, in parochia de **Croftes**, de duabus carucatis terræ, In **Hatlow Cowton**, de dominicis quondam *Wymari* Dapiferi, duas partes decimæ garbarum. In **Fletham**, in **Stuandbrige**, in parochia de **Kyrkby**, in dominicis quondam *Odonis* Camerarii, duas partes decimæ garbarum, In **Londe**, in parochia de **Kirkby Ravenſwath**, In **Wicliffe**, duas partes decimæ garbarum, In **Scotton**, de octo carucatis terræ omnes decimas garbarum, cum medietate ſeni de dominicis quondam *Hillarii*. In **Aynderby**, In **Morton**, duas partes decimæ garbarum, In **Warlowby**, in **Thirntoft** tertiam partem decimæ garbarum de dominicis quondam *Asketelli*. In **Croft**, **Barton**, **Halnathby**, **Stapleton**, **Cleſſeby**, **Aldburgh**, **Caldewell**, **Brumpton**, **Skyteby**, **Burton** conſtabularis & **Bellerby**, tertiam partem decimæ garbarum de dominicis quondam *Niſardi Muſard*. In **Langeton**, tertiam partem decimæ garbarum; de dominicis quondam *Hugonis Jarnegam*. In **Kirkam**, in **Aske**, in **Bretanby**, **Carleton**, **Berford**, tertiam partem decimæ garbarum de dominicis. In parochia de **Scurveton**, & **Weſttanfeld** de dominicis, tertiam partem decimæ garbarum. In **Eſt-tanfeld**, & **Aynderby**, in parochia de **Kirtlington**, & de **Pichehale**, duas partes decimæ garbarum, de dominicis. In **Stuandby**, de duabus carucatis terræ, de decimis in dicta parochia in **Pikehale**, tertiam partem decime garbarum de dominicis *Roberti* & *Willielmi* de —— & in **Midleton**, in parochia de **Wath**, duas partes decimæ garbarum, & tertiam partem decimæ garbarum de dominicis *Eliæ* filii *Morkeri*. In **Helmorby**, in magna **Crakhale**, duas partes decimæ garbarum in dominico Domini——

In **Scorton** de minutis decimis de domo *Henrici* filii *Johannis*, duas partes, de domo *Gilberti* de **Walton** tertiam partem, de molendino ejuſdem villæ, nomine decime, quinque ſolidos, ſcilicet, de domo dicti *Henrici* filii *Johannis* duas partes, de domo dicti *Gilberti* tertiam partem, de molendino de **Colburne** duos ſolidos, & ſex denarios, & duas partes minutarum decimarum de domibus, vel maneriis *Johannis* de **Breton**, & *Ade* de **Haunghby** in dicta villa de **Colburne**. In villa de **Ellerton**, de domo *Hugonis Malebys* duas partes minutarum decimarum, & de domo *Alani* filii *Briani* de **Kilmardby** tertiam partem. In *Couplanda*, de dominicis domini *Couplandæ* omnes decimas per totam *Couplandam*. Decimas quas hactenus rector eccleſiæ de **Eggermond** percipere conſuevit, duntaxat exceptis mortuariis in **Guderickby**. & decimas de **Holme**, & de piſcariis de **Egnore** & de **Eske**.

Penſiones autem annuas in partibus *Richmundiæ*, de eccleſia de **Richmond**, centum ſolidos, & xx. libras ceræ, de eccleſia de **Kyrkby-Ravenſwath** xl. & duos ſolidos, de vicaria eccleſiæ de **Gillinge** centum ſolidos, de vicaria eccleſiæ de **Caterick** unam marcam, de vicaria eccleſiæ de **Midleton** quinque marcas, & dimidiam, de eccleſia de **Crofte** decem libras, de eccleſia de **Smythton** centum ſolidos, de eccleſia de **Paterick-Brumpton** ſeptemdecim ſolidos, & quatuor denarios, de **Hawkswell** viginti ſolidos; de vicaria eccleſiæ de **Brimiston** unam marcam, ultra moras ſepedicti archid, de eccleſia de **Whiteneham** decem ſolidos, de **Whitewikes** quinque ſolidos, de **Botill** quatuor ſolidos, de **Corney** duos ſolidos, de **Egremounde** viginti duos ſolidos, de **Haverington** duos ſolidos, de **Wirkington** quatuor marcas, de capella de **Clifton** duos ſolidos, de vicaria de **Kirkby-Kendall** quatuor libras, de capellis de **Greſmere** & **Winandermere** quinque marcas, de **Overſham** quatuor ſolidos, de **Bethome** quatuor ſolidos, de **Burton** viginti tres ſolidos: in & de dicta noſtra dioceſi exiſtentes, contra jus commune detinent, fructus proventus & obventiones de ipſis eccleſiis & capellis provenientes de facto percipiunt, & de eiſdem diſponunt pro ſuæ libito voluntatis.

Nos verò de titulis ſuis, & juribus (ſi qui, vel quæ ſibi competant, vel oſtendere valeant) quare dictas eccleſias, capellas, portiones, & penſiones, & decimas parochiales, contra juris communis tenorem, ſicut premittitur percipiunt, & detinent occupatas, volentes effici certiores, dictos abbatem, & conventum certis die & loco, ad oſtendendum hujuſmodi titulos, & jura (ſi que habeant, vel ſibi competant) coram nobis mandavimus, & fecimus evocari. Quibus quidem Religioſis per procuratorem ſuum legitimè conſtitutum coram nobis die & loco aſſignatis comparentibus, ac quaſdam literas apoſtolicas, literaſque quorundam predeceſſorum noſtrorum, & decani, & capituli eccleſiæ noſtræ beati *Petri Eboraci*, nec non alia inſtrumenta & munimenta nonnulla, cæteraſq; probationum generalium evidentias manifeſtas, coram nobis exhibentibus, cum effectu: Ipſiſq; literis, inſtrumentis, munimentis, & aliis probationibus, & evidentiis, per nos, & conſilium noſtrum, recenſitis, examinatis diligenter, & diſcuſſis, datoque die ipſis Religioſis, ad proponendum, oſtendendum, & probandum omnia, & ſingula jura ſua, quibus uti vellent ad eorum defenſionem in hac parte: Nos *Willielmus*, *Eboraci* archiepiſcopus ſupradictus, advertentes jura, & bonam fidem ipſorum Religioſorum, habitis deliberatione, & conſilio nobiſcum, & cum juris peritis: Dictos abbatem & conventum, tanquam de dictis eccleſiis, capellis, portionibus, penſionibus, ac decimis parochialibus legitimè munitos, & earum canonicos poſſeſſores, ab officio noſtro & omni impetitione, ſeu fatigatione ejuſdem, ſalvo jure cujuſcunque alterius, ad totam vitam noſtram, & pro toto tempore noſtro, dimittimus in his ſcriptis: Dignitate, juriſdictione, & honore noſtris, & eccleſiæ noſtræ *Eboraci*, omnibus ſemper ſalvis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum apud **Cawod**, xxj. die menſis Auguſti anno Domini MCCCxliiij. & pontificatus noſtri tertio.

Carta Hugonis *filii* Baldrici.

Ex autographo nuper in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

EGo *Hugo* filius *Baldrici*, omnibus fidelibus, tam preſentibus, quàm futuris ſalutem. Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe Deo, & abbatiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & *Stephano* abbati & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram, & perpetuam elemoſinam, quatuor carucatas terræ in **Kirchebi-Miſpertun**, & tres carucatas in **Normanebi**, in **Hotun**, octo carucatas terræ, in boſco & in plano, in moris, & in paſcuis, in ſtagnis, & in aquis, & in omnibus pertinentiis ſuis, ab aqua **Dune**, uſq; ad diviſam quæ eſt inter **Swantun**, & **Hotun**, & in mora uſq; ad diviſam quæ dividit eandem terram à *Cliſlandia*. Hanc elemoſinam dedi, ut ſit libera & quieta ab omni terreno ſervitio, pro anima domini mei regis *Willielmi*, & pro memetipſo, & pro animabus omnium parentum meorum; Teſtibus hiis *Berengario* de *Theneio*, *Willielmo* filio *Tirri*, *Roberto* capellano. *Richardo* milite, & aliis multis.

Charta Bernardi *de* **Baillol**.

Ex autographo in bibliotheca *Hattoniana.*

BErnardus de **Baillol** omnibus literas iſtas videntibus atque audientibus, tam clericis quàm laicis, tam præſentibus quam futuris, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci* & monachis ibidem Deo ſervientibus eccleſiam de **Gainford** cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam de caſtello *Bernardi* cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam de **Midelton** cum omnibus pertinentiis ſuis, & in eadem villa de **Mideltun** duas bovatas terræ cum toſto & crofto. Sciendum eſt autem, quod eccleſiæ prænominatæ, ſcilicet de caſtello *Bernardi* & de **Mixeltun** fuerunt capellæ in tempore patris mei. His teſtibus, domino *Huberto Eboracenſi* decano. Magiſtro *Bartholomeo* decani clerico. Magiſtro *Thoma* de *Melſa*. *Rogero* filio *Hugonis*. *Willielmo* filio *Willielmi*. *Rogero* de ſancto *Germano*. *Johanne* perſona de **Bolum**. *Nicholao* de **Heddun**. *Gilberto* de **Hetun**. *Roberto* clerico *Bernardi* de **Baillol**. *Widone* de **Beaurcim**. *Hugone* de ſancto *Germano*. *Petro* de **Wimbis**. *Reginaldo* de **Hornei**. *Thoma* filio *Nicholai*; & pluribus aliis.

Carta Odonis *camerarii comitis* Richmundiæ.

Ex fragmento regiſtri S. *Mariæ Ebor.* in bibl. *Hattoniana.*

ODo Camerarius, univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quàm futuris ſalutem. Sciatis me dediſſe, & hac carta mea confirmaſſe Deo, & abbatiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, quatuor carucatas terræ in **Langethorne**, & unam in *Fingala*, & duas partes decimationum de dominio meo in **Feltham**, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & omnium parentum meorum tam preſentium, quàm futurorum. Teſtibus hiis, *Roberto* filio meo, *Picoto* de **Lascels**, *Bardulpho* & *Bodino* fratre ejus, &c.

Carta Roberti *Camerarii.*

Ibid.

ROBERTUS Camerarius Comitis, omnibus legentibus, & audientibus literas has Salutem. Notum ſit vobis quod ego concedo, & do eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram elemoſinam quatuor carucatas terræ in **Langethorne**, & unam in *Fingala*, quas pater meus dedit eidem eccleſiæ, in pura elemoſina. Et hoc concedo pro anima mea, & parentum meorum, & volo ut fratres prædicti poſſideant ita quietè, & ita honorificè hanc patris mei & meam elemoſinam, ſicut debet poſſideri elemoſina, & ſicut quietiùs & honorificentiùs poſſident quamlibet elemoſinam parium meorum, Valete.

Carta Ribaldi *domini de* Middlham.

Ibid.

OMnibus videntibus vel audientibus literas has, *Ribaldus* frater Comitis, Salutem. Sciatis me dediſſe Deo & ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & *Stephano* Abbati, & monachis ejus in elemoſina pro anima *Alani* Comitis, & *Beatricis* uxoris meæ, & omnium parentum meorum, & pro ſalute mea, & omnium dominorum, necnon liberorum, & omnium amicorum meorum, quatuor carucatas terræ in *Briniſtona*, liberas & ſolutas ab omni terreno ſervitio. Et ſciatis me clamaſſe quietam *Goſfrido* Abbati *Eboraci*, & monachis ejuſdem eccleſiæ, unam carucatam terræ quæ eſt una de illis, quæ pertinent ad *Briniſtunam*, quam videlicet tenebam de predictis monachis, & que eſt juxta diviſam que eſt inter **Surneby**, & *Briniſtonam* ab auſtrali parte viæ quæ ducit de **Surneby**, verſus *Briniſtonam*. Et iccirco clamavi illam quietam, ne elemoſina mea per poſteros meos aliquo modo impediretur. Et concedo ut predicti monachi amodo faciant de eadem carucata proficuum ſuum juxta voluntatem ſuam, (*&c.*)

Carta Nigelli Foſſard.

Ibid.

EGO *Nigellus Foſſard* omnibus fidelibus, Salutem. Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram, & perpetuam elemoſinam, eccleſiam ſanctæ *Crucis* in *Eboraco*, & eccleſiam de *Donecaſtra*, & quicquid ei pertinet, & xvj. manſuras terræ in eadem villa, & unam carucatam terræ in **Hymundesale**, & quinque bovatas terræ ad moras, & unam carucatam terræ in **Wermesworth**, & in **Cotingwith**, duas carucatas terræ, & eccleſiam de **Hoton**, & unam carucatam terræ, & in **Thorneton**, tres carucatas terræ, & eccleſiam de **Baynton**, & unam carucatam terræ & decimas ſuas, & in *Donecaſtra*, & circa *Donecaſtram*, decimam meam totam, & in **Carthorp**, quatuor carucatas terræ. Hanc donationem feci pro anima mea, & uxoris meæ, & omnium parentum meorum, & omnium fidelium defunctorum, libere & quiete ab omni terreno ſervitio in perpetuum. Hiis Teſtibus *Roberto Foſſard*, *Aſchetillo* de **Bulmere**, *Waltero Foſſard*, *&c.*

Carta Wigani *filii* Landrici *de* **Horneby**.

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ Eboraci.*

NOtum ſit omnibus videntibus, vel audientibus literas has, quod ego *Wiganus* filius *Landrici*, conceſſi, & dedi in puram & perpetuam elemoſinam, Deo & abbatiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo ſervientibus eccleſiam de **Horneby**, cum omnibus pertinentiis ſuis, pro anima patris & matris meæ, & omnium parentum meorum & pro ſalute animæ meæ. Volo itaque, & omnibus hæredibus meis precipio, ut prefati monachi hanc elemoſinam quietam, & ab omni terreno ſervitio liberam in perpetuum poſſideant. Hiis teſtibus, *Hugone* Decano, *Petro* Canonico nepote ejus, &c.

Carta Eniſant Murdake.

Ibid.

SCiant omnes tam preſentes, quam futuri, quod ego *Eniſant Murdake* dedi, conceſſi, & hac preſenti Carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, eccleſiam de **Croft**, & quatuor carucatas terræ in eadem villa, ſcilicet, quartam partem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & ayſiamentis, infra villam & extra, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & animabus omnium amicorum meorum, liberam & quietam ab omni terreno ſervitio. Et ut hæc mea donatio & conceſſio rata & ſtabilis & inconcuſſa permaneat inpoſterum, Sigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus *Radulfo Taylboys*, *Wigano Landrici* filio, & aliis.

Series quorundam abbatum ſanctæ Mariæ Eboracenſis.

Ex vetuſto MS. in bibl. *Bodleiana* authore *Sim. warwicen.*

ANno 1088. fundata fuit abbatia ſanctæ *Mariæ* virginis *Eboraci* per *Alanum* comitem,

mitem, *Gudonis*, nobilis comitis *Britanniæ* filium.

1112. *Stephanus Wittebienſis* abbas primus obiit, qui prefuit 24 annis.

1112. *Richardus* abbas ſecundus, * ob. pridie kal. Jan. 1131.

* Electus.

1131. *Godfridus* abbas tertius electus. Tempore iſtius, viz. 2. non. Octobr. 1132. egreſſi ſunt duodecim monachi presbiteri & unus ſubiaconus de abbatia prædicta.

Eodem anno ſundata eſt abbatia de *Fontibus* per prædictos monachos 6. kal. Jan.

De his tredecim octo fuerunt abbates. De *Fontibus* duo, *Richardus* Prior, & *Ricardus* ſacriſta. De **Byꝛkſted** duo, *Robertus* de **Stutevyll**, & *Walterus* elemoſinarius. De *Parco* duo, *Gervaſius* ſubprior, & *Ranulphus* de *Norwegia*. De **Kyꝛkſtall**, *Alexander*. *Galfridus* abbas de *Melſa*.

Variat non nihil epiſtola *Thurſtini* archiepiſcopi.

Eodem anno facta eſt abbatia *Rievallis* per *Walterum* de **Speke** anno 1131.

Godfridus abbas ob. 16. kal. Aug. 1132.

1132. *Savaricus* electus———ob. 3. non. Apr. 1161.

1161. *Clemens* electus fuit lupus rapax omnia vaſtans quæ alii impetrarunt. ob. 15. kal. Septembr. 1184.

1184. *Robertus* de **Harpham** electus. ob. 13. kal. Maii 1189.

1189. *Robertus* de *Longo-campo* electus ob. 3. idus Jan. 1239.

1239. *Willielmus Rondele* electus ob. 3. kal. Dec. 1244.

1244. *Thomas* de **Warterhille** electus ob. 16. kal. Jan. 1258.

1258. *Simon* de **Warwik** electus die nat. ſancti *Johannis* baptiſtæ ob. 4. non. Julii 1296.

1296. *Benedictus* de **Menton** (potius **Malton**.) electus poſtridie feſti ſancti *Jacobi* reſignavit 7. kal. Aug. 1303.

1303. *Johannes* de **Gillyngs** electus 6. id. Aug. ob. 9. kal. Junii. 1313.

1313. *Alanus* de **Neſſe** electus 4. non. Julii. *Vide Vol.* 3. *pag.* 9. *Col.* 1.

S. BEGE *Cœnobium in agro* Cumbrenſi, *cella ſanctæ* Mariæ Eboraci.

Ex vita S. Begæ *velate virginis.*

Lelandi collectan. vol. 3. p. 36.

BEga nata in *Hibernia*.

Bega primùm humile monaſteriolum conſtruxit in *Cauplandia* (verſus *Carlelm* in extremis *Angl.* finibus) ubi nunc ſunt aliquot monachi *Mariani* urbis *Ebor.* & vulgò vocatur **ſaint Beges**.

Deindè ad ſeptentrionalem partem *Wire* fluminis monaſterium conſtruxit.

Tertio * **Herutey**, qui locus latinè ſonat *Cervi inſula*, commigravit, cœnobiumque virginum ibi condidit, pauloq; poſt, *Hildæ* ſacræ virgini ceſſit, quæ poſt victoriam *Oſwi* regis accepit *Eanfledam* virginem ejus filiam, voto promiſſam cum annuo agrorum cenſu, undè poſteà animos ſumpſit ædificandi monaſterium in **Streneſhale**, & poſito ibidem cœnobio, monachos induxit, & ſacras virgines, quibus ipſa abbas præfuit.

* Grevesin. Eſt humilis eccleſia inter oſtia *Tini* & *Btræ*, D. *Hildæ* dicata. 3. leugis diſtat à *Vidra*, nam à *Tina* ſita eſt ut eſt in quadam prominentia quam vulgus *Sower* vocat. Forſan hic olim fuit *Begæ* monaſteriolum.

Bega autem, relicta inſula de **Herutey**, contulit ſe *Calcariam* quæ à *Saxonibus* vocatur **Helcaceſter** & novum ſibi monaſterium condidit. [*Leiland*] ubi ſit *Calcaria* civitas hactenus à nemine potui diſcere. Tamen ſi *Antonini* itinerarium rectè ſcriptum eſt, dubio procul eſt in provincia *Eboracenſi*.

* *Bega* tandem à *Calcaria* peregrè proficiſcens, obiit apud *Hacanos* monaſterium velatarum virginum [*Leyland*] *Hacanos* eſt tertio à *Scardoburgo* miliario.

* Vulgo jam *Herpoole* appellatur in ore *Teſe* fluminis. *Heleprior* non longe à *Tadcaſter*, in quo nomine antiqui nominis veſtigia *Saxonice Helecaſter* dicebatur latine *Calcaria*.

Carta fundationis cellæ ſanctæ Begæ, *in comitatu* Cumbriæ *per* Willielmum Meſchines *filium* Ranulphi *dominum de* Couplandia.

* Ex autographo in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

WIllielmus * filius *Ranulphi*, *Turſtino*, *Eboraci* archiepiſcopo, & omnibus ſanctæ matris *Eboraci* eccleſiæ parochianis, tam clericis, quàm laicis, preſentibus, & futuris, ſalutem: Pium eſt ut ſancta Dei eccleſia, & filiis & filiabus ſuis, dilatetur & amplificetur. Eapropter dedi & præſenti chartula confirmavi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Eboracenſis* cœnobii, eccleſiam ſanctæ *Begæ* quæ eſt ſcita in *Caupalandia*, & ſeptem carucatas terræ, quietas & ſolutas ab omni ſeculari ſervitio; Reddidi etiam, & dedi eidem eccleſiæ, parochiam ſuam ſicut teſtimonio proborum virorum in dedicatione ejuſdem eccleſiæ, probata eſt, videlicet, quicquid continetur à *Witobona* uſque ad **Chechel**, & ſicut eadem **Chechel** cadit integrè, & egrè in mare; & nominatim capellam de **Egremund** quæ eſt ſita inter predictos terminos; & decimas dominii mei & omnium hominum meorum, qui manent in **Egremunt**, & decimas piſcariarum mearum de *Caupalandia*, necnon & decimam porcorum, & carnis venationis meæ, per totam *Caupalandiam*, & decimam pannagii mei; & decimam vaccariarum mearum per totam *Caupalandiam*. Et ſi quis ex mea permiſſione, vel donatione, infra foreſtam meam pecuniam ſuam habebit, ex ea, ſicut ex mea, monachi habebunt decimationem; Et inſuper unoquoque anno viginti ſolidos de decima cenſus mei de *Caupalandia* ſive creſcat, ſive decreſcat; Concedo etiam donum quietum quod *Wallef* dedit eidem eccleſiæ, videlicet, *Stainburnam*; & quod *Chatellus* donavit; videlicet *Preſtonam*; Et quod donavit *Raynerus*, videlicet duas bovatas terræ in *Rotingtona*, & unum ruſticum manentem in eadem villa; Et quod donavit *Godardus*, videlicet, eccleſias de **Witingham**, & *Bothla*, cum duabus manſuris, & totis parochiis, & decimas eiſdem eccleſiis pertinentes; Et quod donavit *Willielmus* filius *Gilberti* de *Lancaſtria*, videlicet, **Swartahef**, omnia quieta in elemoſinam; & ſine omni terreno ſervitio. Et ſciendum, quod omnes has elemoſinas, dedi prædictæ abbatiæ *Eboraci*, conſilio *Turſtini* archiepiſcopi, & uxoris meæ *Ceciliæ*, & hominum meorum, & conceſſione *Ranulphi* filii mei, tali conventione, & pacto, ut ibi ſit cella monachorum. Et abbas *Eboraci* & capitulum ſemper mittant, & habeant in eccleſia ſanctæ *Begæ* Priorem, & cum eo ſex monachos ad minùs reſidentes, & ſervientes ibidem domino. Concedo etiam quicquid homines mei impoſterum ibi, conſilio meo vel hæredum meorum dabunt. Hanc autem elemoſinam feci pro ſalute domini mei *Henrici* regis *Angliæ*, & pro anima *Matildis* reginæ, & *Willielmi* filii eorum, & pro ſalute *Turſtini* archiepiſcopi, & pro remedio anteceſſorum meorum, & meo & uxoris meæ, & liberorum meorum, & fidelium meorum: Teſtibus hiis, *Turſtino* archiepiſcopo, & *Willielmo* archidiacono, *Aufredo*, & *Richardo* capellanis ejus, *Rainaldo* capellano meo, *Siwardo* presbitero, *Godardo*, *Rainero*, *Wallef*, *Chetello*, *Odardo*, *Richardo*, & multis aliis.

Carta Willielmi le Meſchin.

Ibid.

WIllielmus le Meſchin*, omnibus hominibus, & amicis ſuis, *Francis* & *Anglis*, tam futuris, quàm preſentibus, ſalutem. Sciatis me dediſſe, & preſenti carta mea confirmaſſe, Deo & ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & ſanctæ *Begæ*, & monachis ibidem ſervientibus, omnes boſcos qui ſunt infra diviſas ſuas, & quicquid in eiſdem boſcis continetur, exceptis cervo & cerva, apro, & ancipitre, & nullus in eis niſi Priore concedente, poſſit ſuccidere. Preterea dedi prædictis monachis, & conceſſi, habere ubique infra terminos ſuos, tam in terra, quam in aquis dulcibus, & ſalſis, omnes libertates & conſuetudines, quas habeo in *Caupalandia*. Hæc autem omnia dedi & conceſſi prædictis monachis liberè & quietè in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute domini mei *Henrici* regis *Angliæ*, & pro anima *Matildis* reginæ, & pro ſalute mea, & uxoris meæ, & liberorum meorum, & fidelium meorum. Teſtibus hiis *Ranaldo* capellano meo, *Siwardo* presbitero, *Godardo*, *Rainero*, *Wallef*, *Chetell*, *Odardo*, *Richardo*, & multis aliis.

Carta fundationis Prioratus ſanctæ Begæ.

Ibid.

R*Anulphus Meſchinus*, filius *Willielmi*, filii *Ranulfi*, omnibus videntibus, vel audientibus literas has, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti carta confirmaſſe abbatiæ ſanctæ *Mariæ* de *Eboraco* eccleſiam ſanctæ *Begæ* quæ eſt in *Couplandia* & ſeptem carucatas terræ, & totam Parochiam ſuam, & quicquid pater meus eidem eccleſiæ dedit vel conceſſit, ſicut carta ipſius teſtatur, in puram & perpetuam elemoſinam, liberè, & quietè ab omni terreno ſervitio. Et nominatim, Capellam de **Egremunt**, & decimam dominii mei in tota *Couplandia*, & omnium hominum meorum qui manent in **Egremunt**, & decimas piſcariarum mearum de tota *Couplandia*, necnon decimas porcorum meorum, & carnis venationis meæ per totam foreſtam meam in tota *Couplandia*; & decimam pannagii mei, & decimam vaccariarum mearum per totam *Couplandiam*; Et ſi quis ex mea donatione vel conceſſione, infra foreſtam meam, pecuniam ſuam habebit, monachi habebunt decimationem de ea, ſicut de mea. Et inſuper dedi, & preſenti carta mea confirmavi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſanctæ *Begæ*, manerium quod vocatur **Anenderdale**, in puram & perpetuam elemoſinam ſolutam & quietam ab omni terreno ſervitio. Conceſſi etiam donum quietum quod **Walthef** dedit eidem eccleſiæ, videlicet, **Steinburn**, & quod *Chetellus* dedit, videlicet **Preſtun**, & quod dedit *Rainerus* videlicet, duas bovatas terræ in **Rotingtun**, & unum ruſticum manentem in eadem villa. Et quod donavit *Godardus*, videlicet eccleſias de **Witingam**, & *Botela*, cum duabus manſuris, & totis parochiis, & decimas eiſdem eccleſiis pertinentes, & quod dedit *Willielmus* filius *Gilberti* de *Lancaſtria*, videlicet **Swarthoft**. Concedo etiam prædictis monachis omnes boſcos qui ſunt infra diviſas, ſuas, videlicet, à **Cuningſhow** uſque ad rivulum inter **Preſton** & **Henſingam**, & deſcendit uſq; ad **Witheſhaven**, & ibi cadit in mare, & quicquid in eiſdem boſcis capere potuerint, exceptis cervo, & cerva, apro, & ancipitre. Omnes verò alias dignitates, & libertates quas habeo in *Couplandia* dono eis & concedo habere infra diviſas ſuas ſicut & pater meus dedit & conceſſit eiſdem: Concedo etiam quicquid homines mei in poſterum ibi conſilio meo, vel heredum meorum, dabunt. Hæc omnia conceſſi, & preſenti carta mea confirmavi in puram & perpetuam elemoſinam ſolutam & quietam ab omni terreno ſervitio, pro ſalute animæ meæ, & pro anima patris mei, & omnium parentum meorum, necnon & dominorum meorum, per conſilium & teſtimonium hominum meorum, videlicet *Fulconis* Avunculi mei, & *Reineri* Dapiferi, & *Godardi* & *Ranulfi* vicecomitis, *Siwardi* presbiteri, *Willielmi* Capellani, & *Willielmi* de *Archis*.

Carta Willielmi Forz, *Comitis de* Albemarlia.

Ex ipſo autographo in bibl. Hatton.

W*ILLIELMUS* de *Forz*, Comes *Albemarliæ*, Omnibus hominibus has literas viſuris vel audituris, Salutem. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Begæ* de **Coupland**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, omnes donationes quas habuerunt præfati monachi de anteceſſoribus meis in feodo meo de **Allerdal** & de **Coupland**. Scilicet, quatuordecim Salmones, quos habent de dono *Alani* filii *Waldef*, & de eadem donatione dimidiam carucatam terræ in villa de **Aſcpatric**, & ſex acras terræ in alio loco in eadem villa, ſicut continetur in carta ipſius *Alani*. Et ſex Salmones quos habent de dono dominæ *Aliciæ* de **Romely**, & dimidiam marcam argenti de eadem donatione, ſcilicet, in molendino fulonum de *Cokermutha*, & unam manſuram in eadem villa, illam ſcilicet quam dudùm tenuit *Huctredus* de **Derham**, ſicut continetur in carta ipſius *Aliciæ*. Prætereà, dedi conceſſi, & hac preſenti Carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ beatæ *Begæ* de **Coupland**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, unam marcam argenti in dicto molendino *Fulonum*, in puram & perpetuam elemoſinam ſingulis annis reddendam, ſcilicet medietatem ad Pentecoſten, & aliam medietatem ad feſtum ſancti *Martini* recipiendam per manum ballivorum meorum de eadem villa, Volo etiam ut hæc omnia predicta habeant prefati monachi de me & heredibus meis, in puram & perpetuam elemoſynam ſicut predictum eſt. Hiis teſtibus,

teſtibus. Domino *Galfrido* de **Chandever.** Domino *Thoma Keret.* Domino *Willielmo* de *Ireby.* *Willielmo* de *Driffeld* tunc ſeneſcallo de *Cokermutha.* *Alano* perſona de **Caldebec.** *Hugone* de *Moricebi.* *Ada* de **Haverington.** *Galfrido* de **Talentir.** *Johanne* de **Brigham**, & multis aliis.

Pat. 8 *H.* 4. memb. 21.

REX (*&c.*) Sciatis quod cum xxviij. die Novembris, proximo preterito, dederimus & conceſſerimus dilecto noſtro *Rob. Hunte* cuſtodiam liberæ capellæ de **Staynburne** tunc vacantis & ad noſtram donationem ſpectantis: Habendam ad totam vitam ſuam (*&c.*) Ac monſtrante nobis *Thoma* Abbate monaſterii beate *Mariæ Eboracenſis*, quod cum tempore *H.* filii Regis *Willielmi*, quondam regis *Angliæ*, progenitoris noſtri, quidam *Willielmus Meſchyn* filius *Ranulphi Meſchyn* tunc dominus de **Coupeland**, per Cartam ſuam dediſſet & confirmaſſet predicte eccleſiæ beate *Mariæ Eboracenſis*, per nomen eccleſiæ ſancte *Mariæ Eboracenſis* Cœnobii, eccleſiam ſancte *Begæ* in *Coupelandia*, ac certas terras in *Coupelandia*, ad intentionem & effectum quod eſſet ibidem quædam Cella monachorum Deo ſervientium, prout extat in preſenti. Concedendo etiam per eandem Cartam ſuam predicte eccleſiæ beate *Mariæ Eboracenſis* illud donum quietum, quod quidam *Walthef*, filius *Goſpatricii*, per nomen *Wallef*, tantùm dedit eidem eccleſie beate *Mariæ Eboraci*, videlicet, *Staynburnam.* Poſtmodùmque dominus *Stephanus* quondam Rex *Angliæ* progenitor noſter, per Cartam ſuam recitando in eadem quod prefatus *Walthef* dedit predicte eccleſiæ ſancte *Mariæ Eboraci*, eccleſiam de **Brunfeld**, & corpus ejuſdem manerii, & tres carucatas terre in **Stainburne**, hoc eſt totam villam in **Stainburne**, donationem illam confirmaverit. Subſequenterq; diverſi alii progenitores noſtri quondam Reges *Angliæ* donationes (*&c.*) predictas (*&c.*) confirmaverunt prout (*&c.*) Virtute quarum donationum (*&c.*) Prior dicte Cellæ S. *Begæ*, pro tempore exiſtens, ut in jure predicte eccleſiæ beate *Mariæ Eboraci*, ac nominibus Abbatum ejuſdem, pro tempore exiſtentium, predictam villam de *Staynburnam*, ut villam ſuam propriam à tempore earundem donationum, conceſſionum & confirmationum ſemper hactenus tenuit & occupavit pacifice & quietè. Et licet predicta villa de **Staynburne**, in dictis literis noſtris ſpecificata, ac dicta villa de **Stainburne**, predictaque villa de *Staynburnan* una & eadem villa exiſtant, & non diverſe, ac aliqua capella libera ſive alia apud villam predictam preterquam quoddam oratorium duntaxat, ac per quendam Priorem Cellæ predicte, pro conſolatione ſpirituali ipſius nuper Prioris & monachorum ſuorum, ex ejus pia devotione jam tardè erectum & conſtructum minimè fuerit ſituata, ſive aliqualiter fundata, prout prefatus nunc Abbas, viis & modis quibus convenit paratus eſt edocere; Idem tamen nunc Abbas per prefatum *Robertum* colore dictarum literarum noſtrarum ſibi ut premittitur confectarum indebitè vexatus & inquietatus (*&c.*) exiſtit (*&c.*) & nobis ſupplicante ut dictas literas noſtras eidem *Roberto* ſic factas revocari & adnullari jubere vellemus: Per breve noſtrum preceperimus vicecomiti noſtro *Cumbriæ* quod ſcire faciat prefato *Roberto* quod eſſet coram nobis in Cancellaria noſtra, ad certum diem jam preteritum, ubicunq; tunc foret, ad oſtendendum ſi quid pro nobis, aut pro ſeipſo haberet, vel dicere ſciret, quare literæ noſtræ predicte, ſibi ut præmittitur facte, revocari & adnullari non deberent (*&c.*) Ad quem diem tam predictus *Robertus* (*&c.*) quam prædictus nunc Abbas (*&c.*) comparuerunt, & prædictus *Robertus Hunt* nichil ſcivit dicere in effectu, quare dictæ literæ noſtræ ſibi ut præmittitur factæ revocari & adnullari non debeant (*&c.*) Nos volentes conſiderationem predictam effectui debito mancipari, dictas literas noſtras, prefato *Roberto Hunte* ut præmittitur factas, tenore præſentium, duximus revocandas (*&c.*) Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* xxx. Aprilis.

WETHERHALENSE

Cœnobium in Comitatu Cumbriæ, *Cella Abbatiæ* *Sanctæ* Mariæ Eboraci.

Carta Willielmi *Regis*, *Conqueſtoris dicti.*

Ex collectionibus *Auguſtini Vincent* è regiſtro de *Wederhale.*

WIllielmus Rex *Angliæ* archiepiſcopo *T. Eboraci*, & juſtitiariis vicecomitibus & omnibus baronibus & fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de **Eboraciſcire** & de *Carleoli* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & abbati *Ricardo* & monachis ibidem Deo ſervientibus cellam S. *Conſtantini* cum manerio de **Wedderhale**, & cum capella de **Warwic**, & cum excluſagio & ſtagno & piſcaria, & molendino de **Wedderhale** quod eſt fixum & firmatum in terra de **Corkeby**, quas quidem terras habuerunt de dono *Ranulphi Meſchine*, comitis *Cumbriæ*, in puram & perpetuam elemoſinam. Et confirmo eis ex dono meo totam paſturam inter **Eden** & regiam viam quæ ducit de *Karlolo* ad **Appelby**, & à **Wedderhale** uſque ad **Dribeke**. Quapropter prohibeo ut nulli alii perturbent, nec violent hanc noſtram confirmationem ſive donationem prædictis monachis factam. Teſtibus hiis, uxore mea *Lucia*, & *Henrico* fratre meo, & *Odero*, & *Huddredo* militibus & *Eneſaunt Muſerdde*, cum aliis.

De tempore fundationis cœnobii S. Mariæ *& ejus fundatore.*

Ex regiſt. de *Wetherhall*, penes D. *Williel. Howard*, de *Naworth*, an. 1638.

ANno Domini Mlxxxviij. Fundata fuit abbatia ſanctæ *Mariæ* per dominum *Stephanum*, primum abbatem ejuſdem, anno regni regis *Willielmi*, filii regis *Willielmi* Conqueſtoris primo, tempore domini *Thomæ* archiepiſcopi *Eboracenſis*. Qui quidem *Stephanus* abbas præfuit prædicto monaſterio viginti quatuor annos.

1112. Anno Domini *MCxij.* & coronationis regis *Henrici* primi duodecimo, electus fuit in abbatem dicti monaſterii, *Richardus*, qui præfuit eidem octo annis, & quaſi quinq; menſibus.

1131. Anno Domini MCxxxj. & coronationis regis *Henrici* primi 31. electus fuit in abbatem dicti monaſterii *Godfridus* qui prefuit vj. annis & vj. menſibus.

Carta prima de **Wetherall.**

Ibid. R. De **Meſchin**, *Richerio* vicecomiti *Karleoli*, & omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis*, qui in poteſtate *Karleoli*, habitant, Salutem. Sciatis me dediſſe in pura elemoſina, & ſine omni terreno ſervitio, quietum & liberum, manerium quod vocatur *Wederhala*, & cum aliis terris ad manerium illud pertinentibus *Stephano* abbati, & abbaciæ S. *Marie Eboracenſis* in perpetua poſſeſſione, pro anima domini mei regis *Henrici*, & pro animabus patris & matris meæ, & *Richardi* fratris mei, & pro anima mea, & uxoris meæ *Luciæ*, & pro animabus omnium fidelium defunctorum. Teſtibus *Osberto* vicecomite, & *Walteof* filio *Coſpatricii* comitis, & *Forno Sigulfi* filio, & *Chetello Ectredi* filio, & *Hervico Morini* filio, & *Silef* de **Penred.**

Ib.fo. 147. *Hæc ſunt metæ & bundæ territorii & villæ de* **Wederhall,** *ac proprium ſolum ejuſdem dominii de* **Wedderhall.**

PRima meta ejuſdem territorii incipit ad mediam partem aquæ de **Eden**, Subtus pontem, vulgariter vocatum **Warwykebrig**, ſicut in eadem prædicta aqua de **Eden** ibidem decurrit verſus occidentem, & ab inde aſcendit uſq; ad unum torrentem vocatum **Dawbeke**, uſque ad quandam crucem quæ vocatur **Wodhalgarthcroſſe**, verſus occidentem, & ſtantem ſupra prædictum torrentem prius nominatum, & abhinc percurrit ad **Holmeſmire**, verſus **Carſike**, ſicut **Grithcroſſis** de **Wodhall** extenditur, & abhinc aſcendit uſque ad **Scotbybek**, & ab eadem foſſa uſq; ad **Cumwhyntyngbek**, & ab inde aſcendit uſq; ad mariſcum, quæ vocatur **Wragmyre**, & ab eodem percurrit, uſq; ad **Mereſike**, & hoc ex parte auſtrali, & ab indè uſq; ad **Sandewath**, & ab eodem uſq; ad **Takingake**, & abinde percurrit per ſtratam regiam quæ vocatur **Heſtrete**, quæ ducit de **Karlil** uſq; ad **Apilbyway**, & abinde uſque ad **Drybek**, & à **Dribek** deſcendit uſque ad mediam aquæ de **Eden**, & hoc ex parte orientale & ſic deſcendit per mediam aquæ de **Eden** uſq, ad prædictum pontem vocatum **Warwykbryg** verſus boream.

Carta Ranulfi Meſchyn *de exclusagio ſtagni, piſcarie, & molendini de* **Wederhall.**

Ibid. fol. 7. NOtum ſit omnibus legentibus, vel audientibus literas has, quod ego *Ranulfus Meſchines* conceſſi & dedi in puram, & perpetuam elemoſinam Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & ſancto *Conſtantino* de **Wederhelle,** & monachis ibidem Deo ſervientibus, excluſagium & ſtagnum de piſcaria, & molendino de **Wederhale**, quod factum eſt & firmatum in terra de **Chorkeby.** Quapropter prohibeo ut nec dominus de **Chorkeby**, nec aliquis alius violet ipſum ſtagnum, nec diſturbet illud firmari in terra de **Chorkeby.** Prohibeo etiam ne aliquis piſcetur infra ſtagnum, & munchewat præter monachos. Teſtibus hiis, *Meſchino*, *Willielmo* archidiacono, *Odardo*, *Hulredo* milite, *Weſtribit*, *Goardo*, & aliis.

Carta Ranulphi Meſchyn *ſuper fundatione de* **Wederhall,** *anno primo regis* Willielmi, *filii regis* Willielmi, *conqueſtoris.* Ibid. f. 26.

MEmoriæ merito commendandum, quod anno Domini Mlxxxvj. fundata fuit abbatia ſanctæ *Mariæ* juxta *Eboracum* per dominum *Stephanum* primum abbatem ejuſdem anno regni regis *Willielmi*, filii *Willielmi* conqueſtoris primo, & eodem anno *Ranulphus Meſchynes* fundavit, & dedit in pura elemoſina, & ſine omni terreno ſervitio quietum & liberum manerium ſuum quod vocatur *Wedderhala*, prædicto *Stephano* abbati, & abbatiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci* in perpetua poſſeſſione. Hiis teſtibus, *Osberto* vicecomite, **Waltheof** filio *Coſpatricii* comitis, & *Forno Sigulfi* filio, & aliis. 1086.

Charta Willielmi *filii* Udardi.

NOtum ſit omnibus, &c. quod ego *Willielmus* filius *Udardi*, & dominus de **Chorby**, conſilio, & aſſenſu domini mei *Roberti* de **Wals**, & *Oſanne* uxoris meæ, & *Johannis* filii mei, quietum clamavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & ſancti *Conſtantini* de **Wederhale**, totam terram illam quæ jacet inter **Wederhal**, & **Warthewic**, quæ vocatur *Camera Conſtantini*, & duas bovatas terræ in **Chorkeby**, & concedo quod non licebit mihi vel hæredibus meis impedire prædictos monachos firmare ſtagnum ſuum, in ripa de **Chorkeby** (*&c.*) Teſtibus, *Chriſtiano* epiſcopo *Candidæ Caſæ*, *Waltero* de **Wyndleſhouer**, *Roberto* juvene de **Wals**, *Richardo* de **Herize**, *Simone* de **Tyliol.** Ib. fol. 29.

Carta Davidis *comitis.*

OMnibus videntibus vel audientibus literas has *David* comes, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & abbatiæ *Eboraci* in pura elemoſina, villam quæ vocatur **Karkarevil**, & eccleſiam ejuſdem villæ, quam dedit *Robertus Brus* prædictæ abbatiæ, pro ſalute mea & uxoris meæ, & pro ſalute animarum patris, & matris meæ, & pro animabus omnium fidelium defunctorum. Valete. Ib. fol. 57.

Charta Willielmi *de* **Crogelin.**

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Willielmus* de **Crogelin** ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra me, divinæ charitatis intuitu, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum ſucceſſorumque meorum, dediſſe, conceſſiſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* de *Eboraco*, & beato *Conſtantino* de **Wederhal**, & monachis ibidem Ex autographo in curia *Augmentationum.*

ibidem Deo ſervientibus, duas bovatas terræ in villa mea de **Crogelin**, cum toſto, & croſto, & cum prato, quod jacet inter terram *Ybri*, & terram *Walteri Portarii*, deſcendens uſque ad rivulum, qui cadit in rivulo molendini ejuſdem villæ, verſus orientem; illas ſcilicet bovatas terræ quas *Elvina* vidua quondam tenuit; habendas & tenendas, in puram, liberam & perpetuam elemoſinam, cum omnibus communis, libertatibus, & aſiamentis infra villam & extra, adeo liberè, honorificè, & integrè, ſicut aliqua elemoſina liberiùs poſſit dari, vel poſſideri. Ego vero *Willielmus*, & hæredes mei, hanc elemoſinam prædictis monachis, ſicut prædictum eſt, contra omnes homines warantizabimus, adquietabimus, & defendemus inperpetuum. Et ut hoc ſcriptum perpetuæ firmitatis robur obtineat, ego illud ſigilli mei impreſſione corroboravi. His teſtibus, *Roberto* de **Hamton** tunc vicecomite *Cumberlandiæ*, *Roberto* filio *Willielmi*, *Willielmo* de **Wiſby**, *Ada* de **Cumreuhe**, *Michaele* de *Valle*, *Johanne* de *Ermin*, *Thoma* de **Raſnewic**, *Waltero* Janitore, *Johanne* filio *Willielmi*, *Johanne* de **Agulunbie**, *Johanne* Clerico, & aliis.

Carta A. *epiſcopi* Carleolenſis.

Ex autographo nuper in turri beatæ *Mariæ* Eboraci.

A. Dei gratia *Carleolenſis* epiſcopus, omnibus legendibus vel audientibus literas has ſalutem. Notum ſit vobis me, intuitu pietatis, & Religionis, conceſſiſſe & confirmaſſe monachis ſanctæ *Mariæ* Eboraci & uſibus eorum, eccleſias quæ in dioceſi noſtra noſcuntur poſſidere, videlicet, Cellam de *Wederhala*, cum parochia de **Warthwic**, & tota decima de **Scottebi**, & eccleſias ſancti *Michaelis*, & ſancti *Laurentii* de **Apelbi**, & eccleſias de **Kirchebi-Stephan**, & de **Ormeſheved**, & de **Morland**, & de **Cliburn**, & de **Brunefeld**, & de **Crogelin**, & Heremitorium ſancti *Andreæ*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Prædicti verò fratres de beneficiis eccleſiarum talem proportionem presbyteris provideant, unde decenter ſuſtentari queant, & Sinodalia jura perſolvi valeant.

Carta Davidis *Regis* Scotiæ.

Ibid.

DAVID Rex *Scotiæ*, Comitibus, Juſticiariis, Baronibus, Vicecomitibus, Miniſtris, omnibus probis hominibus ſuis totius *Cumberlandiæ*, *Francis* & *Anglicis* & *Cumbrenſibus*, Salutem. Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe, in Elemoſinam, Deo, & ſanctæ *Mariæ* de **Wederhal**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, unam marcham argenti per annum, de redditu molendini mei de **Scotebi**. Volo itaque, & firmiter miniſtris meis præcipio, quatinùs marcham illam, dictis monachis, ſine diſturbatione habere faciant ad terminos de firma molendini ſtatutos. Præcipio etiam, ut habeant decimam villæ de **Scotebi**, ſicut ab antiquo data eis fuit, ita nè aliquis eis illam injuſtè detineat. Teſtibus *Euſtachio* filio *Johannis*, *Hugone* de **Marvall**, *Radulfo*———*Hosberto* Camerario. *Jordano* Clerico. Apud *Carliolum*.

Carta Henrici *Comitis*, *filii Regis* Scotiæ.

HENRICUS comes, filius Regis *Scotiæ*, Juſticiæ ſuæ, Baronibus, Vicecomitibus, miniſtris & omnibus probis hominibus ſuis, Salutem. Sciatis me dediſſe monachis de **Wederhal**, ſuum tolneum de ſuis propriis rebus, per totam terram meam. Quare prohibeo ut nullus veſtrum illos inde injuſtè diſturbet, nec de ſuis propriis rebus tolneum ab eis exigat. Teſtibus, *Gileberto* de **Umfravill**, & *Willielmo* de **Heriz**. Apud *Carl.* Ibid.

Carta Alexandri *de* **Crevaquer**.

NOtum ſit omnibus legentibus, vel audientibus literas has, Quod ego *Alexander* de **Crevaquer** conceſſi & dedi monachis de **Wederhale** ibidem Deo ſervientibus **Kircandreas**, cum omnibus libertatibus ſuis, & pertinentiis, quæ ſunt in terris, ſive in ſylvis, ſive in aquis, in liberam & perpetuam elemoſinam, pro me & pro uxore mea, & liberis meis, & pro animabus anteceſſorum meorum. Inſuper & molendinum de **Culgaith** illis pariter conceſſi, ſcilicet illam medietatem quæ ad me pertinet. Si verò contigerit commutationem illis fieri pro prædicto molendino, fiet illis ad oportunitatem eorum, etiam quod æque valeat, & compendium ſuum reddetur quod poſuerunt in alleviacione ipſius molendini, videlicet quinque marcas, & octo ſolidos, & quatuor nummos. Teſtibus his, *Ada* de **Montebegun**, *Roberto* vicecomite, *Warino* presbitero, *Simone* de **Crevaquer**, *Jacobo* presbitero, *Ada le* **Bretun**, *Rogero* de *Planea*, *Warino* de **Scatargil**, *Roberto* de **Thorasbi**, *Rainero* filio *Ulf*, *Willielmo Walegrim*, *Rainero* clerico, *Gamello Hoyſtine*, *Simone* de *Boivilla*, *Herveo* Magno, *Ada le* **Brun**, *Alexandro* de ſancto *Andrea*. Ibid.

Alia carta *Alexandri* de **Crevaquer**.

Ex regiſt. de *wederhall* penes dominum *will. Howard.* de *Naworth* caſtro an. 1638. fol. 97.

N*Otum ſit omnibus legentibus vel videntibus literas has. Quod ego* Alexander *de* **Crevequer** *conceſſi & dedi monachis de* **Wederhal** *ibidem Deo ſervientibus*, **Kirc-Andreas**, *cum boſco, uſque ad locum qui dicitur* **Pete-Kyrtoc** *cum terris, & cum omnibus libertatibus eidem loco pertinentibus in perpetuam elemoſinam. Inſuper & molendinum meum de* **Culgait** *illis pariter dedi & conceſſi in perpetuum; ſcilicet illam medietatem quæ ad me pertinet in perpetuam elemoſinam ſine omni terreno ſervitio, cum tota ſequela pertinente. Et volo quod prædicti monachi habeant cum prædicto loco liberam communam ubique in campo & boſco de* **Culgait**, (&c.) *Teſte* Ada *de* Montebegonis, Simone *Warino de* **Crevequer**, Roberto *de* **Thoresby**.

Carta Ranulfi Meſchines.

R. *Meſchines* omnibus catholicæ fidei cultoribus ſalutem. Notum ſit omnibus quod ego *Ranulfus* dedi abbatiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci* eccleſiam ſancti *Michaelis*, & eccleſiam ſancti *Laurentii* caſtelli mei de **Apelby** cum omnibus quæ ad eas pertinent, ſicut *Radulphus* capellanus Ibid. fol. 7.

meus tenui: quietas & liberas ab omni terreno ſervicio. Teſte uxore mea *Lucia*, & *Willielmo* fratre meo, & *Gilberto Tyſun*, & *Godardo*.

Cronicon Cumbriæ.

Adhuc ex regiſtro de *wederale.*
* Rectius *Hugoni.*
* Fundator de *wederhall.*

REx *Willielmus* cognomine *Baſtardus*, Dux *Normanniæ*, Conqueſtor *Angliæ*, dedit totam terram de comitatu *Cumbriæ Ranulpho* de *Meſchines*, & * *Galfrido* fratri ejuſdem *Ranulphi* totum comitatum *Ceſtriæ*, & * *Willielmo* fratri eorundem terram de **Copland**, inter **Duden** & **Darwent**. *Ranulphus* de *Meſchines* feoffavit *Hubertum* de *Vaux*, de baronia de **Gilleſland**, & *Ranulphum* fratrem ejus de **Sowerby**, **Carlaton** & **Habbrughtly**, & *Robertum* fratrem eorundem de baronia de **Dalſton**, & feoffavit *Robertum* de **Strivers**, de baronia de *Burgo*, & *Richerum* de **Boyvile**, de baronia de **Lemyngton**, & *Odardum* de *Logis*, de baronia de **Staynton**, & feoffavit *Waldevum* filium *Coſpatricii* de **Dunbar**, comitem in *Scotia*, de tota baronia de **Allerdale**, inter **Wachenpole** & **Derwent**. Prædictus *Willielmus* de *Meſchines*, dominus de **Coupland**, feoffavit *Waldevum* filium *Coſpatricii* de tota terra inter **Cocar** & **Derwent**, ſimul cum quinque villis, ſcilicet, **Brigham**, **Eglyſfeld**, **Dene**, **Bramthwaite**, **Giſothon**, & duo **Cliftons**, & **Stainburne**, & feoffavit *Odardum* le *Clerke* de quarta parte de **Croſthwait** pro cuſtodia aſturcorum ſuorum. *-*Galfridus* de *Meſchinis* Comes *Ceſtriæ* obiit ſine hærede de corpore ſuo & *Ranulphus* de *Meſchinis* fuit comes *Ceſtriæ*, & reddidit domino Regi totum comitatum *Cumbriæ*, tali conditione ut ſinguli feoffati ſui tenuiſſent terras ſuas de domino Rege in capite. Prædictus *Waldeaus* filius comitis *Coſpatricii* feoffavit *Odardum* de *Logis* de baronia de **Wygton**, **Dondragt**, **Waverton**, **Blencogo**, & **Kirkebrid**, qui fundavit eccleſiam de **Wigton**, & dedit *Odardo* filio *Liolfe*, **Talentire**, & **Caſtlerige** cum foreſta inter **Caltre**, & *Greca*; & Priori & conventui de **Giſburne**, **Appleton**, & **Britorkirke** cum advocatione ejuſdem eccleſiæ. Et dedit *Adæ* filio *Liolfe* **Uldell**, **Gilcruce**. Et dedit *Gamello* filio *Brun* **Bothill**. Et dedit *Waldevo* filio *Gileminii* cum *Ethreda* ſorore ſua **Broughton**, **Ribton**, & parvam **Broughton**, & **Dunwaldoſe** ac **Bowaldoſe**, ad unam logeam. Et dedit *Ormo* filio *Kitelli* **Seton**, **Camberton**, **Flemingbi**, **Craikſothon**, cum *Gurwelda* ſorore ſua; & *Dolfino* filio *Alwardi*, cum *Matilda* ſorore ſua, **Applethwaite**, & parva **Croſby**, **Langrige** & **Brigham**, cum advocatione ejuſdem eccleſiæ. Et dedit *Melbeth* medico ſuo villam de **Bromefeld**, ſalva ſibi advocatione ejuſdem eccleſiæ. *Alanus* filius & hæres ejuſdem *Waldevi* dedit *Ranulpho* **Lyndeſey**, **Bleverhaſſet**, & **Ukmanby**, cum *Ethelدreda* ſorore ſua. Et dedit *Vgthredo* filio *Fergus*, domino *Galwedia*, cum *Guynolda* ſorore ſua, **Torpenhow**, cum advocatione eccleſiæ. Et dedit *Catello Diſpenſer* **Threpland**. Et dedit *Hereberto* villam de **Thoreſby** pro tertia parte unius villæ. Et dedit *Coſpatricio* filio *Ormi* altam **Ireby** pro tertia parte unius villæ. Et dedit *Gamello le* **Brun Rughthwaite**. Et dedit *Radulpho* **Engaine Iſſaell**, cum pertinentiis, **Blencrakern**, cum ſervitio de **Newton**.

* Rectius *Hugo.*

Et idem *Alanus* habuit unum fratrem baſtardum, nomine *Coſpatricium*, cui dedit **Bolton**, **Haſtinthwaite**, & **Eſterholme**. Et dedit *Odardo*, **Newton** cum pertinentiis. Et dedit tribus venatoribus ſuis ſcilicet **Sleth** & ſociis ſuis **Hayton**. Et dedit *Vctredo* unam carucatam terræ in **Aſpatrike** ut eſſet ſummonitor in **Allerdale**. Et dedit *Dolfino* ſex bovatas terræ in alta **Croſby**, ut eſſet ſerviens domini regis in **Allerdale**. Et dedit *Simoni* de **Sheſtelyngs** medietatem de **Derom**, & *Dolfino* filio *Coſpatricii* aliam medietatem. Et dedit *Waldevo* filio *Dolfini* **Brakanthwaite**. Et dedit Prioratui S. *Begæ* **Stainburne**, & dedit Prioratui *Karlioli*, cum corpore *Waldevi* filii ſui, crucem ſanctam quam adhuc poſſident, & **Croſby** cum advocatione ejuſdem eccleſiæ, & cum ſervicio *Vctredi* & advocatione eccleſiæ de **Aſpatrike**, cum ſervicio *Alani* de **Brayton**, cum advocatione eccleſiæ de **Ireby** cum ſervicio *Waldevi* de **Longthwaite**. Idem *Alanus* filius *Waldevi* dedit domino *Henrico* regi landas foreſtæ de **Allerdale**, una cum venatione quando hoſpitavit apud **Holmcoltrane**. Cui *Alano* ſucceſſit *Willielmus* filius *Doncani*, comes de *Murrayſe*, nepos ipſius *Alani*, & hæres, procreatus ex *Ethreda* ſorore *Waldevi* patris ſui. Idem *Willielmus* filius *Doncani* diſponſavit *Aliciam* filiam *Roberti* de **Romeney**, domini de **Skipton** in **Craven**. Qui *Robertus* quondam deſponſaverat filiam *Willielmi* de *Meſchinis*, domini de **Coupland**. Idem *Willielmus* procreavit ex eadem *Alicia* uxore ſua, *Willielmum* puerum de **Egremund**, qui infra ætatem obiit, & tres filias. Quarum prima nomine *Cecilia* maritata fuit cum Honore de **Skipton** *Willielmo le Groſſus*, comiti *Albemarliæ* per dominum *Henricum* regem *Angliæ*. Item ſecunda nomine *Amabilla* maritata fuit *Reginaldo* de **Lucy**, cum Honore de **Egremund**, per eundem regem. Et tertia, nomine *Alicia*, maritata fuit *Gilberto Pipard* cum **Aſpatrike**, & barania de **Allerdale**, & libertate de **Cokermouth** per eundem regem; & iterum per reginam *Roberto* de **Courtenay**, & obiit ſine hærede de ſe. *Willielmus Groſſus* comes *Albemarliæ* genuit ex ea *Ceciliam*, & *Hawyſiam*. Cui ſucceſſit *Willielmus* de *Fortibus* comes *Albemarliæ*. Cui ſucceſſit alter *Willielmus* de *Fortibus*. Cui ſucceſſit *Avelina*, quæ fuit deſponſata *Edmondo* fratri domini regis *E.* & obiit ſine hærede &c. *Reginaldus* de **Lucy** genuit ex *Amabilla Amabillam*, & *Aliciam*, & ſucceſſit *Amabillæ Lambertus* de **Multon**. Cui ſucceſſit *Thomas* de **Multon de Egremond**. Et ſucceſſit *Aliciæ Thomas* de **Lucy**, cui ſucceſſit *Thomas* filius ejus, cui ſucceſſit *Antonius* frater ejus.

SANCTI MARTINI Richmundenſis cœnobium, cella S. Mariæ Eboracenſis.

Carta Wymari *dapiferi comitis* Richmundiæ.

Ex fragmento regiſtri S. Mariæ Ebor. in bibl. Hattoniana.

SCiant omnes tam preſentes quam futuri, legentes vel audientes literas has, Quod ego *Wymarus* dapifer dedi, & conceſſi, Deo, & beatæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo ſervientibus capellam ſancti *Martini* de *Richmundia*, & unam carucatam terræ, & in **Colingthorp** quatuor carucatas terræ, & eccleſiam de *Thorentona* & dimidiam carucatam terræ, & in *Forſeta* unam carucatam terræ, & in *Scottona* quatuor carucatas terræ, & decimam de dominio meo de *Wicra*, in puram & perpetuam elemoſinam, liberè & quietè ab omni terreno ſervitio, vel conſuetudine, pro anima patris mei, & matris meæ, & omnium parentum meorum, necnon & pro ſalute mea & heredum meorum. Teſtibus hiis, *Warino* filio meo, *Landrico* de **Horneby**, *Roberto* capellano, &c.

Carta Roaldi, *filii* Roaldi, *filii* Alani.

Ibid.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit, *Roaldus* filius *Roaldi*, filii *Alani* conſtabularii *Richmundiæ* ſalutem. Sciatis me dediſſe conceſſiſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci* & Prioratui ſancti *Martini* juxta **Richmund**, & monachis ibidem Deo ſervientibus homagium & totum ſervitium *Willielmi* filii *Hamonis* diſpenſatoris de **Hudleſwell** de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Hudleſwell**, & homagium & totum ſervitium *Arnaldi* filii *Huberti* de **Hudeſwell** de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Hudeſwell**, & homagium & totum ſervitium *Matildis* filiæ *Haraldi* de **Hudeſwell** de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Hudeſwell**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Habendum & tenendum dictis Prioratui & monachis in liberam puram & perpetuam elemoſinam, quietè, honorificè & pacificè, cum omnibus libertatibus, aiſiamentis, releviis, wardis, & eſcaetis, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, infra villam de **Hudeleſwell**; & extra in omnibus locis, integrè, abſque aliquo retinemento ad dictam terram pertinentibus imperpetuum.

Et ego *Roaldus* & hæredes mei prædicta homagia, & omnia prædicta ſervitia, ſicut prædictum eſt, dictis eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci* & Prioratui ſancti *Martini* juxta **Richmund**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, warantizabimus, acquietabimus, & defendemus contra omnes gentes imperpetuum. Et ut hæc mea donatio, conceſſio, & cartæ meæ confirmatio rata & ſtabilis imperpetuum permaneat, hoc ſcriptum ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus, *Thoma* de **Laſceles**, *Petro* de **Crakhale**, *Wymero*, de **Layburn**; *Willielmo* de **Thoresby**, *Henrico* de **Preſton**, &c.

Ex rotulo pervetuſto in turri beatæ Mariæ Ebor.

ITem *Eugenius* tertius papa, inter cætera, confirmat cellam ſancti *Martini*, cum ſuis appenditiis, & eccleſiam *Caterici*, cum ſuis capellis, cujus data eſt iij. idus Aug. indictione x. incarnationis dominicæ MCxlvj. pontificatus papæ tertio.

Item *Eugenius* tertius papa anno Domini MCxlvij. confirmat eccleſiam de **Richmond**, & capellam de caſtello, cum omnibus quæ ad eam pertinent per totam caſtellariam.

Ex quod. lib. MS. penes *Chriſtopher. Potter* de *Richmund*, armig. an. 1629.

Rentale poſſeſſionum pertinentium cellæ ſancti Martini *juxta* Richmundiam, *factum per fratrem* Johannem Ledell, *monachum ac cuſtodem dictæ cellæ, ad terminum pentecoſtes A. D. MDiiij.*

Ubi (inter alia) ut ſequitur.

Regiſtratio decimarum & portionum decimarum pertinentium cellæ ſancti Martini *juxta* **Richmund**, *& aliorum fundatorum noſtrorum anno regni regis* Hen. *ſeptimi* 20. *A. Chriſti M Diij.*

STephanus comes dedit cellæ prædictæ duas garbas de omnibus dominiis ſuis in *Wittona* in *Muletona*, in **Katerik** & **Forcet**.

Wymarus dapifer dedit duas garbas de omnibus dominiis ſuis in **Thornton** ſuper **Yore**, in **Layburn**, in **Colburn**, in **Argum**, in *Daltona* ſuper **Theyſe**, in **Athelow Culton**, in **Ellerton** ſuper **Swale**.

Rihaldus dedit duas garbas decimarum de omnibus dominiis ſuis in **Snape**, in **Well**, in **Crakall**, in *Carletona*, in **Spenithorne**, in **Thornton Watlous**, in *Cliftona*.

Odo camerarius dedit duas garbas de dominiis ſuis in **Fletham**, in **Kirkby**, & in duabus **Fencotes**.

Acharias dedit duas garbas de dominiis ſuis in **Ravenſwath** in **Scortoun**, in **Patrickbrumton**, in **Chicheſchoche**.

Scotlandus dedit tres garbas de dominiis ſuis in **Bedehale**, in **Kilverteby**, in **Skotton**, in **Ulwyngton** ſuper **Teiſe**, in **Melſamby** de quatuor carucatis terræ.

Emſandus Muſard, tertiam garbam de dominiis ſuis de **Crofte**, in **Barton**, in **Stapleton**, in **Cleſeby**, in **Alnathby**, in **Caldwel**, in **Aldburgh**, in **Kiplinge**, in **Brumpton**, in **Scytheby**, in **Burton**, in **Strodehagh**, in **Belleghetby**.

Robertus filius *Radulphi* dedit omnes decimas, tam de mobili, quam de bladis de **Well**, de **Snape**, de **Crakehale**, de **Spenithorne**, & de **Karletonn** de terris ſuis provenientes.

Wymarus dapifer ſimiliter in **Laburn** dedit omnes decimas & de quatuor *Cultonis*, & de duabus *Hutonis*, & de **Fletham** de terris ſuis provenientes.

Asketellus de **Furneys** dedit duas garbas in **Aynderbye**, in **Morton**, & in **Thryntofte** tertiam garbam.

Ex cod. MS. penes hæred. *Cutberti Pepper* eq. aur. an. 1620.

Charta *Petri Capell*, rectoris de **Richmond**, de penſione 5. librarum eccleſiæ beatæ *Mariæ Eboraci*, & 20. librarum ceræ cellæ ſancti *Martini* de **Richmond** debitâ.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, Petrus Capell *perſona eccleſiæ de* **Richmond** *ſalutem in domino; Noveritis quod ego teneor annuatim ſolvere eccleſiæ ſanctæ* Mariæ Eboraci *v. lib. nomine penſionis eccleſiæ de* **Richmond**, *medietatem ad feſtum ſancti* Martini *in hieme, & medietatem ad* Pentecoſten, *& xx. libras cere cellæ ſancti* Martini *de* **Richmond**, *ſolvendas ad eoſdem terminos. Preterea in tribus ſolemnitatibus principalibus anni, videlicet, in natali domini, in paſcha, & pentecoſte, monachis ſanctæ* Mariæ Eboraci *omnes oblationes quas de capella caſtelli percipient, ſi comes, vel conſtabularius, ibidem fuerint. Ego vero epiſcopalia perſolvam, & omnia onera ſuſtinebo. His teſtibus* Gilberto de **Ryzton**, *tunc ſeneſcallo*, Willielmo *de* Longavilla, Galfrido *de* Cruce, *&c.*

Decimæ molendinorum caſtelli conceſſæ monachis ſancti *Martini*.

Ibid.

COnanus *dux* Britanniæ, *& comes* Richmundiæ *dapifero ſuo, & conſtabulario, & vicecomiti, & cæteris miniſtris ſuis, ſalutem. Sciatis quod volo & firmiter precipio quod monachi mei de ſancto* Martino *plenariè habeant decimam molendinorum meorum quæ ſunt* Richmundiæ. *Quare mando vobis quod ſicut me, & ſalutem predeceſſorum meorum diligitis, faciatis eis ad ſtatutos terminos ſine omni occaſione predictam decimam reddi quocunque modo voluerint, ſive in blado, ſive in denariis xx s. qui ad prædictam decimam pertinent, cum de molendinis decem libras recipio. Quod ſi decimam dare noluerint qui molendina in firma tenent, tunc precipio quatenus eos per catella ſua decimam reddere compellatis, ne ego & predeceſſores mei periculum animæ incurramus, Teſtibus hiis.*

Ibid.

Rentale ſpiritualium poſſeſſionum, atque temporalium prioratus ſancti Martini *juxtà* **Richmund** *in agro* Eboracenſi.

Penſio de *Richmund.*	IMprimis rector eccleſiæ de **Richmund**, reddit per annum ultra 100. ſol. ſolutos officio granatoris ad terminum Paſchæ	20. l. ceræ	
Decimæ molendini caſtelli.	*Willielmus Burgh* armiger tenet molendina de **Richmond**, & reddit ad terminos *Paſchæ* & *Michaelis* nomine decimarum	20. s. o. d.	
Infra caſtrum.	*Georgius Perkinſon* tenet herbagium infra caſtellum & reddit ad feſtum ſancti *Marci*	00. 04.	
Bordell-banck.	*Johannes Maſon* viridarius tenet per conventionem decimas agnellorum & lanæ, cum decimis feni ſuper **Bordelbanck** & infra **Erleorchard**, & reddit ad terminos *Paſchæ* & *Michaelis*	10. 00	
Colburne.	*Thomas Fulthorp* tenet decimas garbarum, & feni de **Corburn**, & reddit ad terminos annuntiationis beatæ *Mariæ*, & ſancti *Johannis Baptiſtæ*	66. 08.	
	Chriſtoferus Fulthorp & *Johannes Stevinſon* tenent in *Scottona* decimas garbarum & lanæ, ut inferius ſpecificabitur, & reddunt ad terminos purificationis beatæ *Mariæ* & *inventionis ſanctæ crucis*	66. s. 8. d.	Scotton.
	Idem *Chriſtoferus* tenet decimas garbarum & feni de **Estappleton** & reddit ad terminos *Purificationis* & *Inventionis ſanctæ crucis*	46, 08.	Eſtappleton,
	Vicarius de **Caterick** tenet decimas minutas in **Ellerton**, **Skorton** & **Coleborne** & reddit ad *Paſcham*	40. 00.	Catrick,
	Abbas S. *Agathæ* tenet in **Bromton**, **Skythby**, & **Ask** tertiam partem decimarum de dominicis *Niſardi*, alio nomine *Emſandi Muſard*, & reddit ad terminos ſancti *Martini*, & *Pentecoſtes*	13. 04.	Bromton, Skitby, Aske,
	Idem abbas tenet in **Cleſſeby**, **Bretanby**, **Barfnulth**, & **Barton** tertiam partem decimarum de dominicis, & reddit ad terminos *Martini*, & *Pentecoſtes*	13. 04.	Cleſſeby, Bretanby, Barfnuth, Barton.

Liberæ firmæ.

Hæredes *Willielmi Colvel* tenent in **Ayndérby in the Myre**, aliàs **littel Ayndérby** unum toftum unum croftum & unam bovatam terræ quæ conceſſa fuerunt cellæ ſancti *Martini* per *Walterum* filium *Arnaldi* in perpetuam elemoſinam & ſolebant reddere	00. 02. *modo nihil.*	
Willielmus Potter & alii tenent in **Multon** duas partes decimarum de dominicis comitis *Richmundiæ*, & reddunt ad terminos purificationis *Mariæ*, & ſancti *Johannis Baptiſtæ*	13. 04.	Multon.
Robertus Clarevaux tenet in **Athowcowton**, aliter **Estcoultonn**, duas partes decimarnm de dominicis quondam *Wymari* dapiferi, & ſolet reddere	03. 04. *modo nihil ideo ad conſilium.*	Attilowcowton, & Herviſ.
Robertus Prate tenet in **Langton** tertiam partem decimarum de dominicis quondam *Hugonis Jarnagan*, & reddit ad feſtum nativitatis ſancti *Johannis*	02. 06.	Langton.
Robertus Johnſon & alii tenent in **Fletham**, & **Steuardbrige** in parochia de **Kirkby**, duas partes decimarum de dominicis quondam *Odonis* camerarii, & reddunt ad feſtum purificationis beatæ *Mariæ* ex integro	27. 00.	Fleth.
Abbas *Jervaux* tenet in **Ainderby** & **Morton**, duas partes, & in **Worlaghby**, & **Thorntoft** tertiam partem decimarum de dominicis quondam *Asketelli* & reddit ad terminos *Martini*, & *inventionis ſanctæ crucis*	60. 00.	Ayndereby, Morton, Thirntoft, Worlaghby.
Infirmarius monaſterii tenet in **Erehome**, aliter **Erghome** duas partes decimarum de dominicis, & reddit ad feſtum *Paſchæ* pro Priore ſancti *Martini* ad ſcolares 13. s. 4. d. & ad *Martinum.*	20. 00.	Erghome vel Erehome.

	tinum 6. s. & 8. d. & in toto.		
Crofte. Dalton. Stapleton. Halnathby	Rector de **Crofte** tenet tertiam decimarum 12. & 18. acrarum de dominicis terrarum, quondam *Emſandi Muſard*, vocatis **Denſoland** in **Crofte.** & tertiam garbam de 6. acris & tribus rodis in eadem villa vocatis **Martinlond.** Item tenet duas garbas decimarum de 8. bovatis terræ de dominicis terris in **Dalton**, ac etiam tertiam garbam terræ dominicalis de **Anathby**, quondam ad 50. s. ſed modo reddit ad terminos *Martini* & *Pentecoſtes*	30. s.o.d.	
	Idem tenet tertiam decimarum in **Stapleton** & reddit	00.	00.
Caldwell.	*Hugo Turner* tenet in **Caldewell** tertiam partem decimarum de dominicis quondam *Niſardi Muſard* & reddit ad feſtum ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*	12.	00.
Alburgh.	*Robertus Denam* tenet in **Alburgh** tertiam partem decimarum de dominicis quondam *Niſardi Muſard* & reddit ad terminum ſive feſtum prædictum quondam 8. s. modò	04.	00.
Wydcliff.	*Radulfus Wicliff* armiger tenet in **Wicliff** duas partes decimarum de dominicis quondam *Acharis*, quondam ad 5. s. modò nihil quia ut dicit ſunt incluſæ in parco ſuo, ideo ad conſilium	00.	00.
Raven-wath. Kirkam.	Prioriſſa de **Marrick** tenet in *Londo*, in parochia de **Kirkby-Ravenswath** duas partes decimarum de dominicis quondam *Akaris*, & in **Karkann** tertiam partem de dominicis, & reddit ad terminum *Martini*	06.	06.
Well & Snape.	Magiſter hoſpitalis de **Well** tenet in **Well** & **Snape** duas partes decimarum de dominicis quondam *Ribaldi*, & reddit ad terminos *Martini*, & *Pentecoſtes*	40.	00.
Thornton. Watloſſe. Cliſton. Thorne.	Rector de **Watloſſe** tenet in **Thornton** in **Watloſſe** & **Clifton** duas partes decimarum de dominicis, & in **Thurne** tertiam partem & reddit ad feſtum *Paſchæ*	06.	08.
Burton. Conſtable.	Rector de **Fingall** tenet in **Burton Conſtable**, tertiam partem decimarum de dominicis quondam *Niſardi Muſard*, & reddit ad feſtum *Paſchæ*	06.	00:
Speny-thorne. Bellerby.	*Radulfus fitz Randulfe* miles tenet in **Spenythorne** duas partes decimarum de dominicis quondam *Ribaldi*, & in **Bellerby** tertiam partem decimarum de dominicis quondam *Niſardi Muſard*, & reddit ad feſtum *Paſchæ*	10.	00.
Carleton. Staneton.	Abbas de **Coverham** tenet in **Carleton**, in **Coverdale** duas partes decimarum de dominicis quondam *Ribaldi*, & in **Staneton** juxta **Dounome** duas partes decimarum & reddit ad terminos *Martini* & *Pentecoſtes*	06.	08.
Eſtwitton.	Abbas de **Jervavaux** tenet duas partes de dominicis quondam comitis **Richmund** infra parochiam de **Eſtwitton**, & reddit ad feſtum ſancti *Martini* in yeme ex integro	12.	00.
Lamburni.	Dominus *le Scroope* de *Boltona* tenet in **Layburne** duas partes decimarum de dominicis quondam *Wimari* dapiferi & reddit ad feſtum *Paſchæ*	32.	04.

Liber æfirmæ.

Dovonome.	*Henricus* dominus *le Scroope* de *Boltona* tenet in **Dounome** ex curia domini *Symonis* abbatis, unum meſſuagium, & quatuor acras terræ cum paſtura ad octoginta oves, cum ſequelis unius anni & 20. porcos & quinque equos & ad 12. capras, & reddit ad terminos *Martini*, & *Pentecoſtes* per cartam	06.	00.
	Johannes Doddeſworth tenet ibidem, ex conceſſu *Willielmi* Prioris ſancti *Martini*, unum toftum cum crofto & medietatem alterius crofti, cum aſſarto, & unam acram & dimidiam terræ, & reddit per annum 12. d. ſed modò nihil, quem diſtringebam per ſuppellectilem tenentis ſui & penes me diſtrictum retinebam	*nihil.*	
Erethorne. Heſelton. Hunton.	Abbas & conventus de **Jervaulx**, tenet in **Erethorn**, **Heſelton**, & **Hunton** 7. acras terræ &c. quæ fuerunt conceſſæ *Willielmo* de **Whytwell** & hæredibus ſuis per *Robertum* de *Longocampo* abbatem *Eboraci*, cum aliis terris in **Patrick-Brumton**, & reddit ex integro	00.	12.
Erethorne. Hunton.	Dominus *Willielmus Conyers* tenet in **Erethorne**, & **Hunton** vj. acras, quondam vocatas **Ellertonland**, poſtea **Wicliffeland**, quæ datæ fueruut cellæ ſancti *Martini* per *Rogerum* filium *Gamelli* in puram elemoſinam & confirmatæ per *Nicholaum* de **Gereſthorne** dominum de **Erethorne** & **Hunton**, cum vardis releviis & eſcaetis, &c. & ſolet reddere per annum 8. d. modò nihil.	00.	00
	Prædictus, & primus dominus de **Conyers** tenet in **Langthorne** toftum, cum crofto, & unam bovatam terræ, ut patet ſe cartam *Willielmi Laſcels* factam *Richardo* filio *Willielmi Langthorne* anteceſſoris *Willielmi Langthorne*, qui illas alienavit *Willielmo Aſcogh* juſtitiario domini regis, pro aliis terris in **Aynderby** cum campanili, & nuper fuerat in tenura filii *Roberti Alane*, & ſolet reddere per cartam prædictam 12. d. poſtea 6. d. & unam libram cumini, ut patet per rentale, modò nihil.	00.	00.
	Robertus Chambre tenet in **Langton**, toftum cum crofto, & duas bovatas terræ, quondam *Hugonis* de **Collingham**; Cujus *Hugonis* toftum & ſervitium fuerant conceſſa celle S. *Mar-*		

tini per *Walterum* de **Collington** dominum dictæ terræ, & fratrem dicti *Hugonis*, cum wardis, releviis, eſcaetis, &c. & poſtea fuerunt *Willielmi Foxton*, qui maritavit *Agnetam* filiam *Johannis Collingham*, poſtea uxor *Johannis Chamber* prædicti, cujus tenens modo eſt uxor *Edwardi Brode*, & ſolebat reddere per annum unam libram cere, ſed modo ad terminos ſancti *Martini* & *Pentecoſtes* reddit.	00. 07.
Johannes Plaice tenet in **Burton**, toftum cum crofto, & 13. acras terræ, quæ quondam fuerunt conceſſæ in feodo *Roberto* filio *Sywat*, & hæredibus ſuis per *Robertum* abbatem & conventum monaſterii *Eboraci* per 12. d. per annum, & nuper fuerant *Willielmi Sanderſon* modo dicti *Johannis Plaice*, & nihil reddit.	*nil.*

ROMBURGHENSE

cœnobium in agro Cantabrigienſi, *cella* S. Mariæ Eboracenſis.

Charta Everardi Norwicenſis *epiſcopi.*

Ex rotulo quodam vetuſto in biblioth. *Cotton.*

EVerardus Dei gratia *Norwicenſis* epiſcopus, omnibus tam preſentis quàm futuri temporis fidelibus, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & hac carta mea confirmaſſe Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & monachis abbatiæ *Eboracenſis*, cellam de **Romburg**, cum pertinentiis, quam *Alanus* comes de **Richmund**, me preſente, eis dedit, cum omnibus ad illam pertinentibus, in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam, cum eccleſia de **Wiſſet**, & eccleſia de **Specteſhale**, & eccleſia de **Holton**, & eccleſia de **Coue**, cum terris, & decimis, & ſilvis, & omnibus beneficiis, & pertinentiis, quæ dicta cella de **Romburg**, poſſidebat, quando abbatiæ *Eboraci* donata fuit. Præterea conceſſi, & hac carta mea confirmavi præfatæ abbatiæ eccleſiam de **Banham**, & eccleſiam de **Wilgebeby**, cum decimis, & omnibus eccleſiaſticis bonis, & pertinentiis, quæ præfata abbatia in dioceſi noſtra poſſidebat antequam cella de **Romburg** ei in elemoſinam collata fuerat.

Hæc autem omnia, cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnia bona eccleſiaſtica, quæ in dyoceſi noſtra præfati monachi devotione fidelium poſſident, & quicquid amodo dictæ cellæ ſuæ de **Romburg** adquirere poterunt, concedimus & confirmamus, ipſorum omnino uſibus & ſuſtentationi in perpetuum profutura. Volo ergo, & concedo, quod dicta cella de **Romburg** ſit libera in perpetuum eccleſiæ & monachis ſanctæ *Mariæ Eboraci*, ita quod abbates *Eboraci* pacificè & liberè inde diſponant & ordinent, Priores & monachos apponentes, & ammoventes per aſſenſum ſui capitali. Et ut hæc conceſſio & confirmatio rata ſit imperpetuum, eam, & epiſcopali authoritate, & ſigilli mei appoſitione confirmo. Teſtibus, *Ingulfo* Priore, *Willielmo Turbervile*, *Willielmo* Cancellario, *Norwicenſi*, *Willielmo* archidiacono, *A.* de **Calne** clerico, & aliis.

Confirmationis charta Theobaldi, Cantuarienſis *Archiepiſcopi.*

Ibid.

T. Dei gratia *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, *Anglorum* primas & apoſtolicæ ſedis legatus, univerſis ſanctæ eccleſiæ fidelibus, ſalutem. Ad officium noſtrum ſpectat religioſorum noſtrorum utilitati providere, & eorum bona augere & fovere: Ea propter notum vobis facimus, nos *Savarico* abbati, & ſucceſſoribus ejus, & monachis ſanctæ *Mariæ Eboraci*, confirmaſſe cellam de **Romburg**, cum omnibus pertinentiis ejus, & beneficiis quæ poſſidebat, antequam præfatis monachis in elemoſinam data erat; ſimiliter confirmamus eis eccleſiam de **Banham**, & de **Wilgehebi**, cum pertinentiis ſuis, & eccleſiam de **Heſelingfeld**, & eccleſiam ſancti *Petri* in *Lincolnia*, & eccleſiam ſancti *Botulphi* in **Hoyland** & eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Binebroc**, & eccleſiam de **Belton**, & eccleſiam de **Boſewrth**, cum omnibus quæ ad eas pertinent; necnon & omnia eccleſiaſtica beneficia quæ præfatum monaſterium in dioceſi *Cantuarienſi*, donatione fidelium juſtè poſſidet, eidem monaſterio confirmamus. Prohibentes ſub anathemate, ne quis in bona illa manum violentam mittat, nec prædictis fratribus injuriam faciat, vel inquietudinem moveat. Teſtibus *Thoma* archidiacono, *Ricardo* monacho, magiſtro *R.* ſpe.

Charta Gaufridi *epiſcopi* Elienſis *exemplata.*

Ex autog. in bibl. Hatton.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quorum notitiam literæ preſentes pervenerint, officialis curiæ *Eboraci* ſalutem in omnium ſalvatore. Vobis pro certo innoteſcimus per preſentes, quod nos quoddam inſtrumentum originale, cujus tenor de verbo ad verbum inferiùs ſcribi fecimus, vero ſigillo ſigillatum, non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, veracitèr vidimus, & inſpeximus in hæc verba. Gaufridus *Dei gratia* Helienſis *epiſcopus, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Ex ſuſcepti regiminis officiò quietem religioſorum virorum devota tenemur pietate confovere; & non ſolùm numerum Deo famulantium augmentare, verumetiam ad roborandum ordinis dignitatem, exteriora eorum beneficia tenemur amplificare, ut eo devotius divino cultui famulentur, quo minus ad emendicanda victualia foris eos vagare contigerit.*

Eapropter, cum ex relatione nobilis viri Conani, *Ducis* Britaniæ, *& comitis* Richmundiæ, *necnon &* Clementis *tunc abbatis beatæ* Mariæ Eboraci, *& aliorum virorum probate eſtimationis, & integri fructus, nobis innoteſceret,* Stephanum *ducem* Britanniæ, *& comitem* Richemundiæ *conceſſiſſe, & dediſſe cellam de* **Romburg** *cum omnibus pertinentiis ſuis, Deo, & abbaciæ ſanctæ* Mariæ Eboraci, *& monachis ejuſdem loci: cum inſpectis inſtrumentis quæ prædicti monachi habent, manifeſtè nobis conſtaret, de jure quod ha-*

bent in eccleſia de **Heſelingfeld**, *quæ in dioceſi* Helienſi *eſt conſtituta, Ad inſtantiam & petitionem memorati nobilis viri* Conani *ducis, & comitis, & abbatis* Clementis, *& monachorum* Eboracenſium, *memoratam eccleſiam de* **Heſelingfeld** *Deo, & abbatiæ memorate, & monachis ibidem Deo famulantibus, præſenti ſcripto, cum ſigilli noſtri appoſitione, confirmavimus, in eorum uſus proprios inperpetuum omnimodi profuturam, & ad ſuſtentationem fratrum ſuorum apud* **Romburg** *degentium convertendam, ſalvis epiſcopalibus conſuetudinibus quæ debentur matrici eccleſiæ* Helienſi *in ſinodalibus amodo, & auxiliis debitis dioceſano epiſcopo.*

Cætera verò bona omnia, quæ in dioceſi noſtra oblatione fidelium, Deo largiente, juſtis modis ſunt adepti aut in futurum Deo propitiante poterunt adipiſci, ut liberè poſſideant, & de eis pro voluntatis ſuæ arbitrio, ſicut juſtum fuerit, diſponant, preſenti ſcripto permittimus, & confirmamus. Hiis teſtibus Salomone *tunc Priore* Helienſi, Richardo *Archidecano*, Willielmo *de* **Duze**; *magiſtro* Gaufrido Coſtentin, *magiſtro* Andrea Groſſo, *magiſtro* Andrea *de* **Rodingham**, *magiſtro* Richardo *de* **Scoteford**. In cujus rei teſtimonium ſigillum officii curie *Eboracenſis* preſentibus eſt appenſum. Dat. *Eboraci* decimo
1284. kalend. Martii anno Domini MCClxxx. quarto.

SANCTOFT & HENES,
in agro Lincolnienſi, *cellæ* S. Mariæ Eboracenſis.

Charta Rogeri *de* Mubray *exemplata.*

UNiverſis preſentes literas inſpecturis vel audituris, *R.* Decanus & Capitulum beati *Petri Eboraci*, ſalutem in Domino. Noveritis nos inſpexiſſe & vidiſſe, & de verbo ad verbum examinaſſe cartas religioſorum virorum abbatis & Conventus beatæ *Mariæ Eboraci* tangentes locum ſuum de **Santetoft**, & de **Henes**, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte viciatas, in hæc verba. Notum ſit omnibus videntibus, vel audientibus literas has, quod ego *Rogerus* de *Moubray*, cum conſilio hæredum meorum, & amicorum meorum conſenſu, pro ſalute animæ meæ, & animarum patris & matris meæ, & omnium parentum meorum, conceſſi & dedi, & hac mea carta confirmavi eccleſiæ beatæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, Inſulam quæ vocatur **Santoft**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum piſcariis quæ vocantur **Sifter** & **Carleflet**, & cum **Heſelholm**, & **Munbeholm**, & **Hailwoldholm**, & **Calvecroft**, & totam terram & paſturam inter **Calvecroft** & **Carleflet** uſque ad **Heſelholm**, & uſque ad aquam quæ vocatur **Ydel**, liberè & quietè. Et concedo eis ad opus monachi de **Santoft** ſex ſceppas ordei de hominibus meis de **Appewyt** omni anno in die *Omnium Sanctorum*, & medietatem decimarum omnium ciborum meorum ubicumque fuero in **Haxolm**, & quindecim porcos habeant per totum annum ſine pannagio in boſco meo qui vocatur **Ros**, & paſturam decem vaccarum in eodem boſco, & quicquid inde capere voluerint de mortuo boſco ad comburendum & de viridi ad ædificandum, ſine vaſto & venditione. Inſuper concedo monacho de **Santoft**, ut habeat unum Maſtivum ad cuſtodiendum domum ſuam & croftum ſuum de extraneis animalibus, & quicquid poterit lucrari de cōmuni palude, & de reb. ſuis venditis ad utilitatem ſuam ſine impedimento hominum meorum. Si quis hæredum meorum, inſtigante diabolo, hanc confirmationem violare preſumpſerit, maledictionem Dei, & mei, & omnium parentum meorum habeat, quia ſicut didicimus, anteceſſores noſtri hæc omnia eis conceſſerunt, & plurima alia eis contulerunt. Teſtibus hiis, *Roberto* de *Alneto*, *Sampſone* de *Albino*, *Radulfo* de **Belum**, *Roberto* de **Davil**, & multis aliis. Ibid.

Alia ejuſdem *R.* de *Mubray charta.*

SCiant omnes tam preſentes quàm futuri, quod Ego R. *de* Mubray *totum forenſe ſervitium & quicquid ego ſolebam habere de* **Wroth**, *ſive in una re ſive in alia, liberum & quietum reddidi Deo & ſanctæ* Mariæ *& monachis* Eboracenſibus, *pro amore Dei & pro ſalute mea & filiorum meorum, & pro animabus patris & matris meæ, omniumque parentum meorum. Volo itaque ut* **Wroth**, *cum omnibus rebus quas inde ſolebam habere, quieta & libera in pura elemoſina inperpetuum eiſdem monachis permaneat, eorundem uſibus modis omnibus profutura. Teſtibu hiis,* Thoma *de* Colevila, Roberto *de* Davila, Radulfo *de* **Belwere**, Roberto *fratre ejus*, Johanne Etuequer, Willielmo *filio* Ingeler, Willielmo *de* **Langetoft**, Roberto *capellano*. Ibid.

Charta Thomæ *de* **Arcy**.

UNiverſis ad quos literæ iſtæ pervenerint, *Thomas* de **Arcy**, filius *Roberti* de **Arcy**, ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & abbati ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & monachis qui ibidem Deo ſerviunt, donationem & conceſſionem quam *Robertus* de **Arcy**, pater meus, & *Normannus* avus meus eis dederunt & conceſſerunt, ſcilicet unam carucatam terræ in **Brunum**, & eccleſiam de **Noketon**, & eccleſiam de **Duneſton**, & duas partes decimarum de dominio meo in **Fiſcebutre**, cum omnibus pertinentiis ſuis, pro anima patris mei *Roberti*, & *Normanni* avi mei, & omnium anteceſſorum meorum, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus, *Edmundo* Priore de **Noketon**, *Radulfo* de **Conigby**, *Germano* de **Normanby**, *Roberto* de **Nevill**, & multis aliis. Ibid.

Alia ejuſdem *Thomæ* Charta.

SCiant omnes tam præſentes quàm futuri, quod Ego Thomas, *filius* Roberti *de* **Arcy**, *conceſſi, & preſenti carta confirmavi abbaciæ ſanctæ* Mariæ Eboraci, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & liberam & perpetuam elemoſinam, terras & poſ-* Ibid.

& poſſeſſiones quas de feodo meo tenent, ſcilicet, in **Bruuuin** *&* **Wyntrington**, *& duas partes decimarum de dominio meo de* **Flikeburre**, *& omnia tenementa quæ à prædeceſſoribus meis eis data ſunt, & quæ de feodo meo tenent & tenuerunt, pro ſalute animæ meæ, & anima* Roberti *patris mei & pro anima* Normanni *avi mei, & omnium parentum meorum. Hujus autem conceſſionis & confirmationis teſtes ſunt* Robertus *de* **Arcy** *frater meus, &* Gervaſius *filius* Ronmundi, *&* Michael *frater ſuus,* Thomas *frater ſuus,* Willielmus *de* Pontefracto, *& multi alii.*

Charta Hamelini, *comitis* Warennæ.

Ibid. NOtum ſit omnibus tam preſentibus quàm futuris, quod Ego *Hamelinus*, comes *Warenna*, concedo Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Eboraco*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, xxx. *Breiſnas* ſingulis annis habendas ad tres terminos, ſcilicet, ad Annunciationem beatæ *Mariæ*, & ad Aſſumptionem, & ad Nativitatem ejuſdem glorioſæ virginis *Mariæ*, in perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & pro anima patris mei, & comitum de *Warenna* predeceſſorum meorum, ad ſerviendum in loci ejuſdem Conventum. Teſtibus hiis *Radulfo* de **Pleiz**, *Dod. Bardolf*, *Roberto Pachenot* Conſtabulario de **Tikehill**, *Henricho Pichot* Conſtabulario de **Conigbroc**, *Jordano* filio *Aiſſolfi* Conſtabulario de **Wakefeld**, *Otone* de **Tylly** Seneſcallo Comitis de **Conigbroc**, *Hugone* Capellano, *Hugone* clerico de **Heitfeld**, *Roberto* de **Roſſevill**. Et quod cuſtos de **Santoft** debet mittere prædictas *breiſnas* ad Conventum ad præfatos terminos.

Cuſtos de *Santoſt*.

Charta *Willielmi* comitis de *Warenna*.

Ibid. WIllielmus *comes de* Warenna, *omnibus hominibus ſuis* Francigenis *&* Anglicis *tam preſentibus quàm futuris. Notum ſit vobis quod conceſſi & dedi pro ſalute animæ meæ & animarum omnium amicorum meorum abbatiæ ſanctæ* Mariæ Eboraci, *& monachis ibidem Deo ſervientibus* **Henes**, *cum* mora *&* marais *quæ circa ſunt* **Henes**, *ad faciendam inde commodum ſuum tam in* mora *quàm in terra lucrabili &* marais *&* **Munkeflete**, *cum omnibus piſcariis ſuis. Et inſuper ad aſſumptionem ſanctæ* Mariæ *tres lupos in* **Brademars** —— *& duodecim* Breiſnas. *Et prohibeo ex parte Dei omnipotentis ne aliquis poſterorum meorum hanc elemoſinam meam minuere, vel auferre præſumat. Teſtibus* Roberto *de* **Weſtrenal**, Baldewino *de* **Magnavill**, Roberto *de* **Frevill**, Willielmo *filio* Radulfi, Aluredo *clerico*.

Henes.

HEREFORDENSIS

Prioratus, cella Abbatie S. Petri *de* Glouceſtria.

ANno Domini MCj. *Hugo* de **Lacy** eccleſiam ſancti *Petri Herford*, quam pater ſuus *Walterus* à fundamentis conſtruxerat, dedit monachis ſancti *Petri Gloceſtriæ*, cum præbendis, & omnibus, quæ ad eam pertinent. Tempore *Serlonis* abbatis, rex *Willielmus* ſenior conceſſit & confirmavit, de terris *Walteri* de **Lacy**, ad eccleſiam ſancti *Petri*, quam ipſemet conſtruxit in **Herford**, quantum pertinet ad quatuor carucas. Et de x. villis x. villanos. unum villanum in **Stoke** in **Herefordſchire**, unum in *Webbleya* in **Herefordſhire**, unum in **Bricmori-frome** in eadem ſchira, quinque autem villanos de quinque villis in **Glouceſtreſchire**, unum in **Guytyng**, unum in **Quennyngton**, unum in **Strattone**, unum in **Wyke** (*&c.*)

Ex cronic S. Petri Glouc. in bibl. *Cottoniana*.

Quod hujuſmodi Prioratus in manum regis capiatur.

REx vicecomiti *Herefordiæ* ſalutem. Cum Prioratus *Herefordiæ* pro elemoſinis certis & operibus pietatis, pro animabus anteceſſorum noſtrorum & noſtra faciendis, ſit fundatus, & abbatiæ *Glouceſtriæ*, quæ eſt de fundatione anteceſſorum noſtrorum prædictorum, annexus; Ac jam intellexerimus quod inter fratrem *Willielmum* de **Irby**, Priorem prioratus prædicti, recognoſcentem prioratum prædictum, de elemoſinis progenitorum noſtrorum prædictorum ſic eſſe fundatum, & ſe prioratum illum de advocatione noſtra tenere, ut prædictum eſt, ac fratrem *Thomam* de **Burghull**, qui ſe in prioratum illum intruſit, eundem prioratum, de advocatione & fundatione alterius quam dictorum progenitorum noſtrorum, & noſtra, clamat tenere tam gravis contentio mota exiſtit, quod per contentionem illam prioratus prædictus, in tantum deſtructus eſt et depauperatus, quod bona ejuſdem ſufficere non poſſunt ad dicta onera et pietatis opera manutenenda, per quod dicta onera et opera, pro parte ceſſant, et totaliter adnullari formidantur, niſi per nos remedium ſuper hoc citiùs apponatur: Nos ſuſtinere non valentes ſicuti nec debemus, onera, & pia hujuſmodi opera, pro animabus anteceſſorum noſtrorum et noſtra ordinata, taliter adnullari, tibi præcipimus, quod dictum prioratum, cum omnibus ſuis poſſeſſionibus et pertinentiis tam mobilibus quam immobilibus ſine dilatione capias in manum noſtram, et ea ſalvo cuſtodias quouſque de cuſtodia eorundem ordinaverimus, vel aliud à nobis inde habueritis in mandatis. *T.* rege apud *Wygorn.* vj. die Jan.

Clauſ. 15. E. 2. m. 22.

NORWI-

Norwicensis Eccl: Cath:
facies Australis.

The South Prospect of the Cathedral
Church of Norwich.


Vt posteris innotescat
Splendida Maiorū pietas.
Tho le Gros. Arm.
Daniel King delinet ſculp

Norwicensis Eccl: Cath:
facies occidentalis.

The West Prospect of the Cathedral
Church of Norwich.

Sic vetuit mori
P. M.
Dni Roberti Kemp
Baronetti



Daniel King delin. et sculp.

NORWICENSE

cœnobium in agro Norfolcienſi, fundatum anno Dom. * 1096.

* Annal. eccl. Norwic. in bibl. Cottoniana.

Lelandi collectan. vol. 3. p. 73.

ANno Domini Mxciiij. vj. idus Aprilis, epiſcopatus de **Theodfoꝛd** tranſlatus eſt in *Norwicum*, ibique monachorum congregationem numero & religione percelebrem inſtituit *Herebertus* cognomento *Loſenge*, omnia eis neceſſaria ſumptu mercatus domeſtico. Qui *Herbertus* ab abbate *Rameſeia* epiſcopali præſulatu, factus eſt *Theodfordenſis* epiſcopus. Sed poſtmodum pœnitentia ductus, *Romam* profectus eſt, & ſimoniacum baculum, & annulum papæ reſignavit, verumtamen, ſedis apoſtolicæ indulgentia propiciante, reſtitutus eſt, & deinde ſedem ſuam ad *Norvicum* tranſtulit, ut prædictum eſt. Preterea idem *Herbertus* monachos *Cluniacenſes* inſtituit.

Fundationis hiſtoria.

Ad calcem regiſtri de Binham, penes authorem.

ANno ab incarnatione Domini milleſimo ſexageſimo ſexto, *Willielmus* dux *Normanniæ*, & conqueſtor *Anglorum*, die nativitatis Domini coronatus fuit, qui anno ſequenti promovit clericum ſuum *Willielmum Bewfewe* ad epiſcopatum *Eſtangliæ*, poſt mortem *Arfaſti*, qui ſedem epiſcopalem de **Elmham** tranſtulit ad **Thetfoꝛde**: Poſtea *Willielmus* Rex & conqueſtor *Anglorum* viam univerſæ carnis ingreſſus eſt anno xxij. regni ſui & ſepultus quieſcit apud **Chanpe** in *Normannia*; poſt quem regnavit *Willielmus Ruffus* filius ejus, qui duxit ſecum de *Normannia* in *Angliam* unum de capellanis ſuis *Herbertum* Priorem de **Fiſchampe**, quem multum diligebat, cui conferebat Rex abbatiam de **Rameſeye**, & anno iij. poſt hæc, *Willielmus* epiſcopus de *Eſtanglia* mortis debitum ſolvit, in loco cujus *Willielmus Ruffus* Rex ſubſtituit *Herbertum* abbatem de **Rameſeye**, & ſic epiſcopus *Eſtangliæ* factus eſt. Poſtea verò præfatus *Herbertus* epiſcopus diſponens ſtabilire ſedem cathedralem in aliquo certo loco imperpetuum, comparavit ac emit quendam locum apud *Norwicenſe* caſtrum vocatum **Cowholme**, paſturam pertinentem ad manerium de **Thoꝛpe**, cujus loci habitatores omnia ſacramenta eccleſiaſtica ac etiam ſepulturam habuerunt apud **Thoꝛpe**, & cunctis diebus, cum hominibus hundredi de **Blosfelde**, coram juſtitiariis domini regis cum eis de **Thoꝛpe** reſponderunt, unde via adjacens prædicto loco ex parte aquilonari habet nomen **Holmſtrete**. Et infra prædictum eundem locum vocatum **Cowholme** fuit ſita una eccleſia beatæ *Mariæ* quæ multo tempore ante conqueſtum fuit fundata, quam homines adhuc vocant hiis diebus eccleſiam beatæ *Mariæ* de *Mariſco*; Et in hujus rei probationem omnes rectores eccleſiarum decanatus de **Blosfelde** cum ſuis parochianis fecerunt ſolempnem proceſſionem de anno in annum & venerunt ad eccleſiam beatæ *Mariæ* de *Mariſco* proceſſionaliter die lunæ in ebdomada Pentecoſtes. Præfatus igitur *Herbertus*, comparato loco apto & per regem *Willielmum Ruffum* ſibi carta ſua confirmato, cujus autem tenor ſequitur in hæc verba. *Willielmus* Rex *Angliæ*, *Umfrido* camerario, & *Radulfo* de *Paſſelewa*, & *Odberto*, & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Norfolchia* & *Suffolchia* ſalutem. Sciatis me dediſſe *Herberto* epiſcopo terras illas omnes quas viderunt & determinaverunt & amenſurari fecerunt *Willielmus* epiſcopus & *F.* capellanus & *Rogerus Bigotus*, ad eccleſiam ſuam faciendam & ad domos ſuas & monachorum ſuorum faciendas apud *Norwicenſe* caſtrum, & hoc cum *ſaca* & *ſoka* & aliis conſuetudinibus omnibus, Ita quidem quod epiſcopus ibi conſtituat monachos qui ibidem Deo ſerviant uſque in finem ſeculi perſeverantes. Et vos *Umfride*, & *Radulfe*, & *Odberte*, ſaiſite epiſcopum inde. Teſtibus *W.* epiſcopo, & *Rogero N.* capellano, apud *Saleſberiam*. Fundo igitur per prædictam cartam *Herberto* dato, & eidem confirmato, præfatus dominus *Herbertus* epiſcopus, anno Domini milleſimo nonageſimo ſexto, & anno x. dicti regis *Willielmi Ruffi* cœpit ædificare eccleſiam matricem in prædicto loco vocato **Cowholme**, in nomine ſanctæ Trinitatis; & primum lapidem poſuit, in quo ſic ſcriptum reperitur. *Dominus* Herbertus *poſuit primum lapidem in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, Amen.* Quam quidem eccleſiam cathedralem ſibi & ſucceſſoribus ſuis inſtituit & ordinavit, ac à *Paſchali* papa matricem eccleſiam de **Noꝛffolk** & **Suffolk** ſtabiliri & confirmari procuravit, ac impetravit imperpetuum duraturam. Et poſuit palacium epiſcopi ex parte aquilonari ipſius eccleſiæ, manſiones verò monachorum ex parte auſtrali. Et pro habendo libero egreſſu & ingreſſu ſuper ſolum ſuum proprium ad eccleſiam ſuam & manſiones monachorum, per excambium comparavit ante portas monaſterii ſui verſus occidentem palacium *Rogeri Bygott*, comitis de **Noꝛffolk**, & terram ſancti *Michaelis* pertinentem ad idem palacium, quæ iſtis modernis temporibus vocatur **Tumlonde**, jacens verſus occidentem ante portas monaſterii. In qua terra ſita fuit aliquando una capella nomine ſancti *Michaelis*, quam quidem capellam venerabilis *Herbertus* epiſcopus tranſtulit ac removit & poni fecit in quodam colle verſus orientem dicti monaſterii ex parte aquilonari eccleſiæ ſuæ ſancti *Leonardi*, quæ nunc appellata eſt capella ſancti *Michaelis* de *Monte*; & in memoriam illius capellæ venerabilis *Herbertus* epiſcopus in eodem loco ubi dicta capella fundata fuit, erigi fecit unam crucem lapideam, & in ſummitate ejus poni procuravit imaginem ſancti *Michaelis*, pro bunda & termino inter villam & francheſiam eccleſiæ ſuæ, & fuit illa crux vocata crux ſancti *Michaelis*, & adhuc ſic vocatur uſque in hodiernum diem. Quam quidem terram ſancti *Michaelis* cum terra in **Tanerham**, *Willielmus Ruffus* Rex dedit venerabili *Herberto* epiſcopo, & carta ſua eidem epiſcopo confirmavit, cujus tenor ſequitur. *Willielmus Ruffus* Rex *Anglorum*, *Herberto*, *Norwicenſi* epiſcopo, & omnibus baronibus ſuis de **Noꝛffolke** & **Suffolke** ſalutem. Sciatis me dediſſe eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis Norwiti*;

wici rogatu *Rogeri Bigott*, terram ſancti *Michaelis* de monaſterio, & terram de **Tanerham**, quæ ad eandem teram pertinet, quietam ſemper & liberam ab omnibus ſectis & geldis & omnibus aliis conſuetudinibus. Teſte *Eudone* dapifero. Apud *Weſtmonaſterium.*

Quæ quidem terra ſancti *Michaelis* incipit ad capud cujuſdam venellæ quondam vocatæ **Bewgate**, quæ quondam jacuit inter cimiterium ſancti *Cuthberti* ex parte auſtrali, & manſum fratrum *Minorum*. Quæ quidem venella modò includitur infra manſum fratrum prædictorum. Quæ quidem venella abbuttabat ſuper communem viam ducentem de **Cunsforthe** ad **Fybrigge**, & ab illo capite per mediū regiæ viæ verſus aquilonem tendentis ad ligneam crucem ſtantem ex oppoſito carnarii, quæ ad preſens vocatur le **Tomlonde**. Pro qua terra & manerio de **Tanerham**, quod tunc fuit comitis *Rogeri Bigoti*, venerabilis epiſcopus *Herbertus* dedit in excambium unam carucatam terræ in **Silham** & alteram carucatam terræ in **Wykes**, quas comes *Rogerus* dedit monachis ſuis de **Thetforde**, & de prædicto palacio comitis prædicti remanet una domus ante portas monaſterii vocata *le* **Stonhowſe**. Et ut monachi majus ſecurè tenerent illam placeam, ſcilicet palacium comitis, terram ſancti *Michaelis* cum terra de **Tanerham**, comes *Rogerus Bigott* illud palacium, terram ſancti *Michaelis* quæ modo appellatur **Tomlonde**, cum terra de **Tauerham**, reddidit in manus Regis *Willielmi Ruffi* prædicti, & idem Rex feoffavit dominum *Herbertum* epiſcopum & eccleſiam *ſanctæ Trinitatis* per cartam ſuam, de palacio, terra ſancti *Michaelis*, & terra de **Tanerham** prædictis, in puram & perpetuam elemoſinam, & ea privilegiavit in omnibus francheſiis ſicut pro prius monaſterium privilegiatum fuit, & totum alterum procinctum dictæ eccleſiæ, id eſt à ponte ſancti *Martini* versùs orientem per filum aquæ in circuitu uſque ad **Lovells ſtathe** versùs auſtrum, & ſurſum per venellam ducentem uſque ad communem viam de **Nethir Cunſforthe**, & per illam communem viam uſque ad meſuagia quæ quondam fuerunt *Johannis* de *Mariſco* & *Hawyſæ* uxoris ſuæ, & poſtea fuerunt *Petri* de **Strumpſawe**, quæ modò ſunt infra clauſuram fratrum *Minorum*. Et ab illis meſuagiis per unam venellam appellatam **Bewgate**, quæ olim jacebat inter cimiterium ſancti *Cuthberti* & fratres *Minores*, quæ modò incluſa eſt infra procinctum fratrum *Minorum*, ſicut patet evidenter clarè intuenti. Et ab illa venella abbutante ſuper communem viam verſus occidentem ducentem de **Cunsforthe** uſque ad **Fybrygge**, quæ via includit verſus orientem illam placeam quæ quondam fuit palacium *Rogeri Bigott* comitis ex parte una, & modo appellatur **Rattonrowe**, & prædictam terram ſancti *Michaelis*, quæ modò appellatur *le* **Tomlonde**, & ſeperat ſeu dividit illa via francheſias eccleſiæ à francheſiis villæ. Quæ quidem via dividitur ante magnas portas eccleſiæ, & terminat terram S. *Michaelis* versùs auſtrum, quæ eſt *le* **Tomlonde**, & terram villæ versùs aquilònem, & tendit per cornerium muri monaſterii uſque ad pontem ſancti *Martini*, & includit illam vacuam placeam terræ jacentem ante portas palacii epiſcopi verſus aquilonem. Quem quidem procinctum dictus venerabilis *Herbertus* epiſcopus francheſiis regiis ac papalibus privilegiis muniri fecit, apoſtolici anathematis mucrone feriendum optinens, ſi quis monachos expellere, vel temeritate nephanda fatigare, vel eorum bona auferre minuere vel retinere moliretur. Et eſt advertendum, quod extra muros monaſterii præfatus venerabilis *Herbertus* epiſcopus de procinctu prædicto dimiſit non incluſam verſus auſtrum dicti monaſterii parochiam ſanctæ *Mariæ* de *Mariſco*, quæ fuit appellata in antiquis cartis *Soka* epiſcopi, cujus major pars eſt infra clauſuram fratrum *Minorum*, & deorſum uſque ad aquam & meſuagia magiſtri *Hervei* de **Fakenham**, quæ poſtea fuerunt domini *Petri* de *Roſcelyn*, & totam viam uſque ad **Lovel ſtathe**: Et ulterius illi non ſunt de villa *Norwici*, nec cum eis reſpondent in **lott** nec in **ſhott**, ſed ſolummodo tenent de eccleſia *ſanctæ Trinitatis*, cui ſolvunt *langabulum*, quamvis illi de villa per intruſionem & uſurpationem ſe intromiſerint, ſicut in *le* **Ratton·Rowe** præantea fecerunt. Quæ quidem **Rattonrowe**, cum aliis, ante combuſtionem eccleſiæ pertinebant ad eccleſiam parochialem ſancti *Ethelberti* ſuper portas monaſterii, Et poſt combuſtionem ad eccleſiam parochialem ſanctæ *Mariæ* de *Mariſco*, & omnibus diebus fuerunt & adhuc ſunt infra juriſdictionem decani maneriorum Prioris & conventus, & non ſunt intendentes decano *Norwici* nec alicui miniſtro epiſcopi forinſeco. Sed ad *letas* curias & conventiones cum illis de **Holmeſtrete** infra procinctum francheſiæ eccleſiæ *ſanctæ Trinitatis* reſpondent [illegible] ſemper reſponderunt, & non ballivis villæ *Norwici*. Poſtea caſu accidit, quod Rex *Willielmus* occiſus fuit xiiij. anno regni ſui in nova foreſta, & poſt ipſum regnavit *Henricus* frater ejus, qui omnia & ſingula eccleſiæ *ſanctæ Trinitatis* prius conceſſa per fratrem ſuum *Willielmum Ruffum* confirmavit, & plures francheſias eidem eccleſiæ conceſſit, ſicut patet per cartas Regis ejuſdem. Igitur *Henrico* primo viā univerſæ carnis ingreſſo, anno regni ſui xxxvj. *Stephanus* nepos ejus, ſcilicet filius comitis *Bleſenſis*, gubernacula regni poſt ipſum *Henricum* ſuſcepit, qui omnia & ſingula quæ anteceſſores ſui, ſcilicet *Willielmus Ruffus*, & *Henricus* frater eccleſiæ *ſanctæ Trinitatis* dederunt, carta ſua confirmavit, ſcilicet prædictum locum **Cowholme** & omnia alia contenta ac incluſa infra procinctum prædictum in circuitu, cum omnibus francheſiis, ſicut Rex *Willielmus* ſecundus tenuit in manu ſua. Et poſtea anno regni regis *Stephani* xvij. qui fuit annus Domini milleſimus centeſimus quinquageſimus ſecundus, communitas villæ *Norwici* finem fecerunt & concordaverunt, ſicut dicunt, cum prædicto rege *Stephano* pro coronatoribus & ballivis de ſeipſis habendis, ſed de hoc cartam non habent, nec tempore neceſſitatis protulerunt, quia nunquam ante conqueſtum nec poſt per centum & plures annos habuerunt coronatores nec ballivos de ſe ipſis, ſed ſolummodo unum ballivum qui nomine regis curias tenebat & amerciamenta colligebat, ſicut fuit in **Beccles** ſeu in **Bungey**, ſive in aliis villis ubi merchandiſæ venduntur. Et prædictus ballivus villæ *Norwici* nunquam exercuit officium ſuum infra procinctum prædictæ terræ de **Couholme**, neque aliarum

rum terrarũ pertinentium ad libertates & francheſias eccleſiæ *ſanctæ Trinitatis* *Norwici*. Sed poſtea, regnante *Ricardo* primo, prædicta communitas *Norwici* ad firmam ceperunt de manu dicti regis *Ricardi* primi civitatem *Norwici* cum francheſiis & proficuis univerſis, ſicut & ipſe rex in manu ſua tunc habebat, & ſicut carta dicti regis *Ricardi* teſtatur, cujus dat. eſt v. die Maii, anno regni ſui quinto, qui fuit annus Domini milleſimus centeſimus nonageſimus quartus.

Et poſtea, ſexaginta annis tranſactis, ſcilicet anno xxxvij (qui fuit annus Domini MCCix.) regni regis *Henrici* tercii, habuerunt licentiam communes *Norwici* includendi eandẽ villam cum foſſis. Quod nullo modo facere potuerunt abſque præjudicio aliorũ, includendo terras feodorum aliorum, & aliarum francheſiarũ, & in diverſis hundredis jacentium, ſcilicet præfatum procinctum de **Cowholme** & terram ſancti *Michaelis*, quã perquiſivit *Herbertus* epiſcopus pro eccleſia ſua fundanda in hundredis de **Blofelde** & **Tanerham**, & terram de **Thedwardeſcrofte**, quæ modo appellata eſt **Newgate**, pertinentes ad manerium de **Lakenham** in hundredo de **Lunnlizerde**, quas terras *Willielmus* rex ſecundus, & *Henricus* frater ejus reges *Angliæ* conceſſerunt eccleſiæ *ſanctæ Trinitatis Norwici*, & privilegiis & francheſiis dotaverunt, ſicut cartæ eorum teſtantur, tenendas cum omnibus francheſiis liberè & quietè ſicut ipſi reges tenuerunt in manibus ſuis. Et prætereà incluſerunt communes *Norwici Goſſhill*, terram pertinentem prioriſſe de **Carhowe**, jacentem a **Cunsforthgates** uſque ad **Beſtrete-gates**, & procinctum prædictum de **Newgate**, & croftum ſanctæ *Mariæ* in campis, & croftum ſancti *Auguſtini*, ubi ballivus hundredi de **Tanerham** tenet curiam ſuam uſq; in præſentem diem, & alias terras incluſerunt cum foſſis uſq; ad portas de **Fybrigge**, & foſſas fecerunt ſuper terram Prioris *Norwici* a prædictis portis de **Fybrygge** uſque ad **Barrygatis**, de iſtis portionibus terrarum quæ ante quintum annum regis *Ricardi* primi fuerunt privilegiatæ, & diverſis francheſiis dotate, à villa *Norwici* prædicta totaliter ſeparatæ & in puram & perpetuam elemoſinam eccleſiæ *ſanctæ Trinitatis* datæ ſunt, ſicut in cartis regum *Willielmi* ſecundi, *Henrici* primi, ac *Stephani* evidenter poterit apparere, ſicut *Herbertus* epiſcopus impetravit & donavit eccleſiæ ſuæ *ſanctæ Trinitatis* imperpetuum, cum aliis terris adtũc in manu regis exiſtẽtibus. Villa autem *Norwici* collecta & cũ foſſis incluſa, illas terras non privilegiatas nec francheſiis dotatas ante quintum annum regis *Ricardi* primi, idem rex *Ricardus* primus ad firmam conceſſit burgenſibus *Norwici*, quas tunc, diebus illis habuit in manu ſua, & non illas quas progenitores ſui donaverunt, & ad impetrationem venerabilis *Herberti* epiſcopi, eccleſiæ *ſanctæ Trinitatis* cartis ſuis confirmaverunt. Et poſtquam Communes ceperunt villam *Norvici* de manu regis *Ricardi* ad firmam, ut prædictum eſt, incœperunt placitare contra Priorem & conventum eccleſiæ Cathedralis *ſanctæ Trinitatis* pro communi paſtura habenda in communa de **Lakenham** verſus **Herfordbrigges**, & in communa verſus **Eton**, ubi nunquam præantea cõmunicaverunt, ut in communa ſua propria, exceptis ſolummodò illis qui morabantur in **Thedwardeſcrofte**, hoc eſt in **Newgate**, qui adtunc fuerunt tenentes manerii de **Lakenham**, & ad *Letas* & curias ejuſdem manerii reſpondentes. xj. verò anno poſtquam cõmunes ceperunt villã *Norwici* ad firmã, qui erat ſextus annus regni regis *Johannis*, redacti ſunt ad concordiam monachi & communes, prout patet per finalem concordiam factam apud **Wodeſtok**; ſicque ceſſavit ipſa controverſia, quæ fuit prima controverſia inter eccleſiam matricem & communes *Norwici*. Vos igitur omnes qui non habetis in vera & certa noticia modum ſeu proceſſum fundationis eccleſiæ veſtræ matricis *ſanctæ Trinitatis Norwici*, ſic ſuccincte, ſine fraude & defectu poteritis audire, ac veram noticiam habere, prout invenimus in bullis papalibus cartis regum & epiſcoporum cronicis ac aliis evidentiis fide dignis & ſatis auctenticis.

Charta *Herberti* epiſcopi.

IN nomine patris & filii & ſpiritus ſancti Amen. Ibid.
Herbertus *epiſcopus, infirmitatis & impuritatis propriæ conſcius, ante juſtum & clementem judicem Deum mores & vitam expono meam, & revelans juventutis meæ ignorantias & ſcientiæ prævaricationes anxias, cujus oculis omnia ſunt nuda & aperta, cujus ſermo pertingens ad diviſionem animæ & ſpiritus, omnium cordium contemplator. Interiora ei inquam confiteor mala mea, quia nulla fecit michi niſi bona ſua, præſumens de abundantia Dei mei miſerationum, qui poteram & debueram diffidere de multitudine mearum turpitudinum; ſed diffidere de ſpiritu ſancto impium, confidere verò Chriſtianum & catholicum. In eo enim cognoſcenti & pœnitenti animæ omnia delicta remittuntur, à quo totius eccleſiæ pulcritudo interior infunditur & fovetur. Ut igitur ſunt, & ne ipſe Deus judicet, ſic peccata cundemno mea, & ante tribunal juſtitiæ & miſericordiæ Chriſti confiteor remittenda. Ago pœnitentiam, ſed Deus pœnitentiæ requirit fructus: Arbor arida ſucciſione & igne digna, quos dabit fructus? immunda tua quibus mundabis fletibus? Quid retribues Deo tuo pro omnibus quæ tribuit tibi? O utinam ſalutaris tui calicem biberes, & tui ſanguinis effuſione indulgentiſſimum creatorem tuum infirmitati tuæ reconciliares. Hoc ſi poſſes deberes retribuere, ſed quia hoc non potes, minimò debes necligere. Igitur pro redemptione vitæ meæ meorumque omnium peccatorum abſolutione, apud* Norwicum, *in honore & nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis eccleſiam primus ædificavi, quam capud & matrem eccleſiam omnium eccleſiarum de* **Northfolke** *& de* **Southfolke** *conſtitui & conſecravi.*

Præceptis igitur & conceſſionibus Willielmi *regis, &* Henrici *regis fratris ſui, & conſilio* Anſelmi, Cantuarienſis *archiepiſcopi, & omnium epiſcoporum & primatum totius regni* Angliæ, *in eccleſia eadem monachos ordinavi, ea auctoritate ut ibi in æternum permaneant, & à nullo ſucceſſore meo inde eiciantur: ante Deum & ante cœleſtem* Jheruſalem *hoc conſtituo, hoc confirmo, ut in eccleſiæ* officio & obſequiis quos conſtitui permaneant & perſeverent monachi quo modo conſtituerim, nullis viribus eliminandi, nullis conſiliis mutandi, nullis temporibus eiciendi, periculoſe præſumat nullus ſui anteceſſoris mutare ſententiam qui de domo Dei ante ipſum Deum expectet reddere rationem. Abſit ut ex tanta rei violatione alius incurrat anathema, unde ex ejuſdem conſtitutione alius colligitur in vita ſempiterna. Omnia igitur quæ hactenus & erant & dicebantur epiſcoporum, deinceps & ſint & dicantur eccleſiæ ſanctæ Trinitatis, tam in terris quàm in hominibus, tam in̄ conſuetudinibus quàm in omnibus aliis redditibus, omnia ſint Dei & eccleſiæ ſuæ, uſus & fructus noſtri & ſucceſſorum noſtrorum. De hiis rebus divido, & ad alia opera eccleſiæ neceſſaria, videlicet ad victum & ad veſtimenta monachorum, tribuo ea quæ ſubſcribuntur. Oblationes quæ fiunt in eccleſia omnino ſunt monachorum, & ſepulturæ ſimiliter. Ferias, quas donavit Willielmus Rex in ebdomada pentecoſtes, fratribus concedo, cum decimis maneriorum meorum (exceptis eis quas meis dederam capellanis.) Lakenham cum omnibus rebus quæ ad eandem pertinent villam, præter terram Osberti archidiaconi Ambrymghale, ſimiliter medietatem ſilve de Thorpe, ita quod nulli monacho liceat quicquam inde vendere vel dare ſine licentia epiſcopi, ſed cuſtodiatur ſilva per miniſtros epiſcopi & miniſtros monachorum ad neceſſaria epiſcopi, & monachorum ſuorum. Venatio ſilvæ & warennæ prædictarum villarum ſunt in cuſtodia epiſcopi & defenſione. Hindringham, quam modò habebam in dominio meo: Landolneston ſimiliter. Apud Norwicum, molendinum terra & pratum quod antiquitus ad epiſcopatum pertinebat. De pratis de Thorpp medietatem tam citra aquam quàm ultra aquam. Apud Helyngeyam manſionem quæ ibi eſt epiſcopi & mariſcum & anguillas quæ ad idem pertinent. Martham in Flegge quicquid inde in dominio meo erat. Hemyſbye, & quicquid pertinet ad dominium ejuſdem villæ. Eccleſiam ſancti Nicholai de Jernemutha, cum omnibus rebus quæ ad eandem eccleſiam pertinent. Eccleſiam ſancti Leonardi, quam ego à primo fundamento in quodā colliculo ſilvæ de Thorpe ædificavi. Cattonam, cum omnibus pertinentibus ad eandem villam. Newtonam, quam donavit Godefridus dapifer, & uxor ejus Ingreda, & filius eorum Radulphus, acceptis inde ab eodem Radulpho decem libris pro confirmatione & perpetuitate hujuſmodi donationis. Quicquid Herbertus Ros habuit in Plumſtede & Beccham. Eccleſiam de Hoxon cum capella ſancti Edmundi ejuſdem villæ, ubi idem martyr interfectus eſt. Eccleſiam de Lynne, & omnes ſalinas meas de Gaywode, exceptis quæ ad firmam ejuſdem manerii pertinebant, ita quietas & abſolutas ab omnibus conſuetudinibus prædicti manerii ſicuti ego, vel Arfaſtus, vel Willielmus unquam meliùs habuimus in dominio noſtro. Molendinum meum quod in paludibus Gaywood ædificare præcepi conceſſi eis, & eccleſiā de Helingham cum omnibus appendiciis ſuis. Eccleſiam de Langham, quæ fuit Alani, & decimas ejus. Hæc autem prædicta omnia donavi Deo & eccleſiæ ad victum & veſtimenta monachorum, & ad alia neceſſaria eorum, ita firmè quod n̄ullus ſucceſſorum meorum mutandi vel minuendi habeat poteſtatē, ſed in æternum reſerventur uſibus monachorum. Et ne cui ſucceſſorum meorum gravis videatur minoratio epiſcopalis dominii, reſtitui illud hoc modo. Apud Norwicum reparavi domum de viginti libris de dominio de Thorpe, quod retinui in manu mea. In Suffolchia de Elmham, quam emi à Willielmo de Neverys: de Eccles, quam redemi a rege Henrico ſexaginta libris: manerium de Colkyrke. Has donationes & ordinationes confirmaverunt Henricus Rex & Matilda Regina. Signaverunt etiam ſubſcripti.

Ego Henricus Rex conceſſi confirmavi & cruce ſignavi ✠. Ego Matilda Regina conceſſi confirmavi & cruce ſignavi ✠. Ego Anſelmus, archiepiſcopus Cantuarienſis ſubſcripſi ✠. Ego Gerardus Eboracenſis archiepiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego Gundulphus, Rowceſtrenſis epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego Mauricius, Londonienſis epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego Robertus, Lincolnienſis epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego Sampſon, Wygreceſtrenſis epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego Johannes, Bathonienſis epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego Osbernus, Exonienſis epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego Robertus, Ceſtrenſis epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego Radulphus, Ciceſtrenſis epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego Johannes, Tuſculanus epiſcopus, legatus papæ ſubſcripſi ✠.

Ego comes Henricus de Warwyke ſubſcripſi ✠. Ego Simon, comes de Northamptona ſubſcripſi ✠. Ego Willielmus comes de Warenna ſubſcripſi ✠. Ego Rogerus Bigotus ſubſcripſi ✠. Ego Eudo dapifer ſubſcripſi ✠. Ego Hamo dapifer ſubſcripſi ✠. Ego Robertus Maleth ſubſcripſi ✠. Ego Nigellus conſtabularius ſubſcripſi ✠. Ego Alanus, Flaaldi filius ſubſcripſi ✠. Ego Willielmns Maleth ſubſcripſi ✠. Ego Willielmus pincerna ſubſcripſi ✠.

Ego Gilebertus, abbas Weſtmonaſterii ſubſcripſi ✠. Ego Saerlo, abbas Glouceſtrenſis ſubſcripſi ✠. Ego Henricus abbas de Bello ſubſcripſi ✠. Ego Stephanus, abbas Eboracenſis ſubſcripſi ✠. Ego Aldewynus, abbas Rameſienſis ſubſcripſi ✠. Ego Ricardus, abbas ſancti Albani ſubſcripſi ✠. Ego Ricardus, abbas de Elye ſubſcripſi ✠. Ego Rogerus cancellarius ſubſcripſi ✠. Ego Herbertus, regis camerarius ſubſcripſi ✠. Ego Everardus capellanus ſubſcripſi ✠. Ego Rogerus capellanus ſubſcripſi ✠.

Facta eſt hæc donatio anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo primo, menſe Septembris, ordinatione beati papæ Gregorii, apud Wyndeſores, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt conſubſtantialis & coæterna æqualitas, honor, & gloria cum patre in unitate ſpiritus ſancti per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Paſchalis papæ diploma.

PAſchalis epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Herberto, Norwicenſi epiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Officii noſtri nos hortatur auctoritas pro eccleſiarum ſtatu nos ſollicitos eſſe, & quæ rectè ſtatuta ſunt ſtabilire. Proinde, frater chariſſime, conſtitutionem tuam decreti preſentis auctoritate firmamus, ut monachorum regulariter viventium congregatio ſemper in Norwicenſi eccleſia conſervetur, quā in ſanctæ

Trinitatis *nomine ſtrenuitas tua ab imis fundaminibus ſtabilivit. Conſtituimus etiam ut ſicut hactenus apud* Theofordenſe *opidum fuit, ita in futurum quoque, tam tibi, quàm ſucceſſoribus tuis apud* Norwicenſem *eccleſiam epiſcopalis cathedra conſervetur, nec cuiquam omnino ſucceſſorum tuorum liceat monaſtica diſciplinæ viros ab eccleſia removere, aut ejus poſſeſſiones & bona cætera à te proviſa auferre, vel quæ per induſtriam tuam aut à rege* Anglorum Henrico, *aut cæteris fidelibus ad monachorum ſumptus oblata & temperata ſunt, vel in futurum offerri Deo diſponente contigerit. Porro iidem monachi ſemper ſub epiſcopi* Norwicenſis *obedientia maneant, & in ipſa epiſcopali eccleſia divinorum officia debita peragant, prout* Cantuarienſi *eccleſia per beatum* Auguſtinum *novimus inſtitutum, & ſanctiſſimi patris* Gelaſii *doctoris eccleſiæ catholicæ aſſertione ſancitum. Ad hæc adicientes decernimus, ut nulli omnino hominum liceat eandem eccleſiam perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, aut oblatas retinere, vel minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integrè conſerventur, eorum quorum ſuſtentationi & gubernationi conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si quæ ſane ſecularis eccleſiaſticave perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, temerè contra eam venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamque divino ſe judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & ſanctiſſimo corpore & ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri* Jeſu Chriſti *aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *quatinus & hic fructum bonæ actionis & apud diſtrictum judicem præmium æternæ pacis inveniant.* Amen.

Carta Regis Henrici *primi.*

Reyner. Apoſtolat. Benedictin. in Angl. tract. 2. ſect. 6. pag. 146.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen. Dei filius, amator & redemptor hominum, *Jeſus Chriſtus*, adeo ſanctam dilexit eccleſiam, ut eam ſuo ſanguine redimeret, & ſuo ſpiritu inſigniret, ſuæque carnis alimento ſatiaret. Expoliavit eam erroribus, & peccatis, & induit eam innocentiæ purpura, & omnium virtutum ornamentis: ditavit etiam muneribus, & inviſibilibus theſauris, & ſtola immortalitatis conſecratam ſibi in matrimoniũ copulavit, donavit ei divitias ſpirituales & æternas, & decoravit eam cœleſti & immortali corona. Fœlix ſponſa tali conjuncta viro, ubi pudor vernat, & fæcunditas conceditur, impletur liberis domus, & virginitas non violatur. Hujus reginæ ſpeciẽ ſpiritus ſanctus admirans exclamat: *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata*: & propheta: *Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate.* Et poſt pauca: *Adducentur regi virgines poſt eam, proxime ejus afferentur tibi.* Juſtè igitur ad tantæ dignitatis obſequia convẽit, & conjuravit orbis, & omnis humana altitudo humiliata eſt: exultant in ejus obſequiis reges & dignitates totius orbis, & fœlici commercio de tẽporalibus æterna, de terrenis mercantur cœleſtia bona. Abundanter terreni reges ſanctæ eccleſiæ largiuntur temporalia bona, & exemplo ſummi imperatoris, qui eam interiùs illuſtrat, exteriora præparant neceſſaria, Quod ego *Henricus* Rex, filius *Willielmi* regis conſiderans, ipſe quoq; matri meæ ſanctæ eccleſiæ ſervire ſtudui; eamque rebus, quas ab anteceſſoribus meis jure hæreditario acceperam, honoravi; Igitur in eccleſia ſancta civitatis de *Nordovico* donavi Deo, & *Herberto* epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, & monachis qui in eadem eccleſia Deo ſerviunt, & ſervituri ſunt, manerium meum de **Thorpe**, cum omnibus appendiciis ſuis, cum *ſacca* & *ſocca* mea, & omnibus aliis meis conſuetudinibus, ſicuti vel ego, vel pater meus, in manu noſtra melius unquam habuimus. Hoc autem feci pro anima mea & anima patris, & matris meæ, & *Willielmi* regis fratris mei, & omniũ anteceſſorũ, & ſucceſſorum meorũ, preſente Regina *Matilda*, filia regis *Scotiæ*, & viris illuſtribus totius *Angliæ* eccleſiaſticis & ſæcularibus quorum nomina infra ſcripta ſunt. Et ut in æternum permaneat mea donatio, ſanctæ crucis preſente ſigno eam confirmavi, & meæ regiæ dignitatis ſigillo eam corroboravi.

Facta eſt igitur hæc donatio anno ab incarnatione Dõini milleſimo centeſimo primo, indictione nona, epacta 18. concurrente i. luna. 6. tertio nonas Septembris, regnante Domino noſtro *Jeſu Chriſto*, cui eſt conſubſtantialis & coæterna equalitas, honor, & gloria cum patre in unitate ſpiritus ſancti per omnia ſæcula ſeculorũ. Amẽ. 1101. Ego *Henricus* Rex donavi & confirmavi ✠. Ego regina *Matildis* conceſſi & confirmavi ✠. Ego *Robertus* dux *Normannorum* frater regis *Henrici* conceſſi, & hoc ſigno crucis confirmavi ✠ Nomina archiepiſcorũ & epiſcoporum. Ego *Anſelmus*, archiepiſcopus *Cantuarienſis* ſubſcripſi ✠. Ego *Gerardus*, archiepiſcopus *Eboracenſis* ſubſcripſi ✠. Ego *Gundulſus*, *Roveceſtrenſis* epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego *Mauritius*, *Londonienſis* epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego *Johannes*, epiſcopus *Bathonienſis* ſubſcripſi ✠. Ego *Oſbertus*, *Exonienſis* epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego *Rotbertus*, *Ceſtrenſis* epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego *Rotbertus*, *Lincolnienſis* epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego *Radulfus*, *Ciceſtrenſis* epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego *Samſon*, *Wigreceſtrenſis* epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego *Ranulfus*, *Dunelmenſis* epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego *Johannes*, *Tuſculanus* epiſcopus, legatus papæ, ſubſcripſi ✠. Ego *Tiberius*, camerarius *Paſchalis* papæ ſubſcripſi: menſe Septembris, ordinatione beati papæ *Gregorii*. Apud **Windſore**. Confirmet hæc Deus qui operatur omnia in ſanctis, cui reges offerunt munera incipientes ab *Hieruſalem* ✠. Nomina primatum & principum ✠. Ego *Robertus* de *Pontinio* comes ſ. ✠. Ego *Stephanus*, comes *Britanniæ*, ſ. ✠. Ego *Rotbertus*, comes **Rutland** ſ. ✠. Ego *Euſtachius*, comes *Boloniæ* ſ. ✠. Ego *Henricus*, comes de **Warwick** ſ. ✠. Ego *Simon*, comes de *Northamptuna* ſ. ✠. Ego *Willielmus*, comes de *Warrena* ſ. ✠. Ego *Willielmus*, comes de *Moritonio* ſ. ✠. Ego *Rogerius*, comes *Pictavenſis* ſ. ✠. Ego *Eudo* dapifer ſ. ✠. Ego *Haimo* dapifer ſ. ✠. Ego *Willielmus* pincerna ſ. ✠. Ego *Richardus* de **Retvers** ſ. ✠. Ego *Robertus*, filius *Haimonis* ſ. ✠. Ego *Alanus*, *Haraldi* filius ſ. ✠. Ego

Giſlibertus, filius *Richardi* ſ. ✠. Ego *Robertus Maleth* ſ. ✠. Ego *Rogerus*, filius *Richardi* ſ. ✠. Nomina abbatum & clericorum. Ego *Giſlibertus*, abbas *Weſtmonaſterienſis* ſ. ✠. Ego *Serlo*, abbas *Gloceſtrenſis* ſ. ✠. Ego *Henricus*, abbas de *Bello* ſ. ✠. Ego *Stephanus*, abbas *Eboracenſis* ſ. ✠. Ego *Aldinus*, abbas *Rameſeyenſis* ſ. ✠. Ego *Odo* abbas *Certeſienſis* ſ. ✠. Ego *Richardus*, abbas ſancti *Albani* ſ. ✠. Ego *Richardus*, abbas de **Heli** ſ. ✠. Ego *Rogerius* cancellarius ſ. ✠. Ego *Everardus* capellanus ſ. ✠. Ego *Robertus Peſchal* capellanus ſ. ✠. Ego *Thomas* capellanus ſ. ✠. Ego *Winfridus* capellanus ſ. ✠. Ego *Robertus* capellanus ſ. ✠. Ego *Oſbernus* capellanus ſ. ✠. Ego *Herbertus*, regis camerarius ſ. ✠. Ego *Waldricus* capellanus ſ. ✠. Ego *Petrus Walonenſis* ſ. ✠. Ego *Willielmus* de **Wartlwaſt** ſ. ✠.

Carta regis H. j. *de manerio de* Eatona *&c.*

Pat. 2 *R*. 2. part. 1 m. 7. per inſpex.

HEnricus rex *Angliæ* omnibus baronibus & fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Norf.* & *Sutf.* ſalutem. Sciatis me dediſſe Deo & eccleſiæ de **Norwyke** & *Herberto* epiſcopo, & monachis ejuſdem eccleſiæ manerium meum de *Eatona* quod ante donaverat *Alanus* filius *Flahaldi* ſanctæ *Trinitati* & monachis; & hoc cum *ſoca* & *ſaca*, **tol** & **team**, & omnibus aliis conſuetudinibus, ſicut erat in meo dominio. Et de hoc confirmabo eis cartam quando *Alanus* veniet ad curiam meam. Præter hoc dedi eis de burgo meo de **Norwic** partem à terra epiſcopi uſque ad aquam & à ponte ſancti *Martini* uſque ad terram ſancti *Michaelis*, & hoc cum *ſoca* & *ſaca*, & **tol**, & **team**, & **infangeteof**, & omnibus aliis conſuetudinibus meis, ſicuti habebam in manu mea. Item dedi eis prolongationem feriarum apud **Norwyc**, ab ortu ſolis in vigilia pentecoſtes per totam hebdomadam uſque ad occaſum ſolis in ſecunda fera poſt octavas pentecoſtes, & hoc cum *ſaca* & *ſoca* & **tol** & **team** & **infangentheof**, & aliis conſuetudinibus omnibus quæ pertinent ad jus feriarum, & hoc per totam leugam circa **Norwyc**; Item unam feriam apud *Linnam* in feſtivitate ſanctæ *Margaretæ* per tres dies cum *ſaca* & *ſoca*, & aliis conſuetudinibus quæ pertinent ad jus feriæ. Item unam feriam apud *Hoxiam* in feſtivitate apoſtolorum *Petri* & *Pauli* per tres dies, ſimiliter cum *ſoca* & *ſaca*, & omnibus conſuetudinibus quæ pertinent ad jus feriæ. Teſtibus epiſcopo *Rogero Sareſberiæ*, & *Giſleberto* de *Aquila*, & *Willielmo* de *Albini*, & *Radulpho* de *Bello-fago* apud ſanctum *Edmundum*.

Alia carta regis Henrici *de confirmatione terrarum eccleſiæ* Norwicenſi.

Cart. 2 *E*. 3. n. 30. per inſpex.

HEnricus Rex *Anglorum*, & dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſtitiariis, vicecomitibus, & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & eccleſiæ *Norwycenſi* & monachis in ea Deo ſervientibus omnes donationes & libertates quas prædeceſſores mei reges *Angliæ*, *Willielmus* & *Henricus* avus meus, & *Herbertus*, & *Ebrardus*, & *Willielmus* epiſcopi dederunt, & conceſſerunt eidem eccleſiæ, & cartis ſuis confirmaverunt; videlicet omnes oblationes quæ fiunt in eccleſia *Norwycenſi*, & ſepulturas; ferias quoque ab ortu ſolis in vigilia pentecoſtes uſq; ad occaſum ſolis in ſecunda feria poſt octabas pentecoſtes, cum *ſaka* & *ſoka* & **toll** & **team** & **infangenthef**, & omnibus aliis conſuetudinibus quæ pertinent ad jus feriarum, & hoc per totam leugam circa **Norwyc**. Item unam feriam, apud **Linnam**, in feſto ſanctæ *Margaretæ* per tres dies cum *ſaka* & *ſoka* & aliis conſuetudinibus omnibus quæ pertinent ad jus feriæ. Item unam feriam apud **Hoxam** per tres dies in feſto apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, cum *ſaka* & *ſoka*, & aliis conſuetudinibus omnibus quæ pertinent ad jus feriæ. Manerium de **Lakeham, Ambryngehall**; medietatem ſilvæ de **Torp** & omnium exituum ejuſdem ſilvæ. Ita quod inde non liceat monachis aliquid vendere vel dare abſque licentia epiſcopi **Hyndringham** cum pertinentiis ſuis. **Hyndulveſton**; **Martham in Fleg**, quicquid inde in dominio epiſcopi erat. **Hemmesby** & quicquid pertinet ad dominium ejuſdem villæ. **Plumſted, Catter, Neutun, Etune, Gnatington, Freyng**, cum brueriis & faldagiis ſuis apud *Norwicum*. Molendinum & terram & pratum quod antiquitus ad epiſcopatum pertinebat, & de burgo *Nörwic.* partem à terra epiſcopi uſq; ad aquam, & à ponte ſancti *Martini* uſque ad terram ſancti *Michaelis*, cum *ſaka*, & *ſoka*, & **tol**, & **team**, & **infangenthef**, & omnibus aliis conſuetudinibus meis. Medietatem pratorum de **Thorp**, tam citra aquam quam ultra aquam. Apud **Glingeye** manſionem quæ ibi eſt epiſcopi, & mariſcum, & anguillas quæ ad idem pertinent. Eccleſiam ſancti *Nicholai* de *Gernemutha* cum redditibus & pertinentiis ſuis. Eccleſiam ſancti *Petri* de *Hoxa* cum pertinentiis ſuis, & capella ſancti *Edmundi* in eadem villa. Eccleſiam & *ſokam* de *Lynna*, & omnes ſalinas epiſcopi de **Geywode**, exceptis quæ ad firmam ejuſdem manerii pertinebant, & molendinum, ſicut continetur in cartis epiſcoporum. Eccleſiam de **Elmeham** cum pertinentiis, & libertatibus ſuis, & feriam in feſto ſanctæ *Mariæ* & vivarium. Eccleſias de **Geywude**, & **Creſſingham**, de **Sietheſford**, de **Thorneth**, de **Bliding**, de **Bladfeld**, de **Martham** & ſanctæ *Mariæ* de **Langham**. Eccleſiam de **Audeby**, & terras & homines ſicut *Agnes* de *Belfo* conceſſit, & Rex *Henricus* avus meus carta ſua confirmavit. Eccleſiam ſancti *Sepulchri*, & ſancti *Nicholai* de *Norwyco*, capellam ſanctæ *Mariæ* in curia epiſcopi. Eccleſias ſancti *Egidii* & ſancti *Stephani*, ſancti *Johannis* ante januam caſtelli, ſancti *Johannis* de **Cuneſford**, ſanctæ *Crucis*, ſancti *Benedicti*, ſanctæ *Margaretæ*, ſancti *Gregorii*, ſancti *Jacobi*, ſancti *Guthberti*. Medietatem eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Mariſco*, & medietatem eccleſiæ ſancti *Vedaſti*. Terram ſancti *Michaelis* in *Norwico*, & in **Tanerham** cum pertinentiis & libertatibus ſuis. Terram de **Betham** & **Emſter**, & **Cocheſter**, ſicut *Ebrardus* epiſcopus conceſſit. Terram de **Mintling** cum eccleſia, & eccleſiam de **Thornham**, & terram quæ fuit *Thurſtini* diaconi ſicut in cartis epiſcoporum continetur. **Gapeton** in **Luthingland** ex dono *Wil-*

lielmi regis. Terram quæ fuit *Aky* de **Walton** quam *Ricardus* filius *Hermerii* eidem eccleſiæ dedit. Hoſpitalem domum ſancti *Pauli*. Confirmo quod omnes qui **morantur in proſto** ejus ſint liberi & quieti ab omnibus ſcottis & geldis & langablis, & omnibus aliis conſuetudinibus, & hoc cum *ſoka*, & *ſaka*, & **tol** & **team**, & **infangenthef**, ſicut carta regis *Henrici* teſtatur.

Dono etiam prædicto hoſpitali eccleſias meas de **Ormesby**, & beneficia earum, & decimam de aula mea & de ovibus meis, & de omnibus terris ad ipſius aulæ dominium pertinentibus. Terras & homines de **Harpeleya**. Terram & tenuram *Johannis* filii *Aſlathi*, de **Flocheſthorp**, & molendinum & terram in eadem villa quam *Galfridus* de **Bec** eidem eccleſiæ dedit & Carta confirmavit. Sexaginta acras terræ in brueriis de **Heyleſdune** quas *Walterus Halteyn* eidem eccleſiæ dedit & Carta confirmavit. Manerium etiam de **Hechesford** tenendum in perpetuam feodi firmam per redditum viginti librarum, ſicut *Willielmus* epiſcopus eis conceſſit & Carta ſua confirmavit. Molendinum juxta pontem de **Trywſſe**, de dono *Herberti* epiſcopi. Sokam ſuam de *Norwyco*, & terram de **Thedwareſcroft**, cum omnibus libertatibus & conſuetudinibus quas habuerunt tempore *Henrici* Regis avi mei. Hæc omnia concedo & confirmo cum *ſoka* & *ſaka*, & **tol** & **theam**, & **Infangenthef**, & omnibus aliis conſuetudinibus, ſicut Cartæ *Henrici* Regis avi mei, & Cartæ donatorum teſtantur. Teſtibus *Roberto Exonienſi*, *Nigello Elyenſi*, *Willielmo Norwicenſi*, *Hillario Ciceſtrenſi* epiſcopis. *Thoma* Cancellario, Comite *Hugone Warwicenſi* Camerario, *Maneſſerio Byſet* Dapifero, *Willielmo Martell*, *Richardo* de *Humez* apud *Norwicum*.

Carta Regis Willielmi Rufi.

Ibid.

WILLIELMUS Rex *Anglorum Herberto Norwicenſi* epiſcopo, & omnibus baronibus ſuis de **Norfolc** & **Sutfolc**, ſalutem. Sciatis me dediſſe ſanctæ *Trinitati Norwicenſi* eccleſiæ, rogatu *Rogeri Bigoti*, terram ſancti *Michaelis* de *Ut-monaſterio*, & terram de **Tanerham**, quæ ad eandem terram pertinet, quietam ſemper & liberam ab omnibus ſcotis & geldis & omnibus aliis conſuetudinibus, Teſt. *Eudone* Dapifero apud *Weſtmonaſt*. (*&c.*)

Vide pag. 1003. *inter* Addenda, *Et Vol.* 3. *pag.* 5.

EWYASENSIS
in agro Herefordenſi *Prioratus.*

Vide ſupra in *Glouceſtria.*

PRioratus de **Ewyas** dotatur & fundatur per *Haraldum* dominum de **Ewyas** anno domini MC. & confirmatur per *Robertum* filium ſuum, ut patet in cronicis abbathiæ de *Glouceſtria*.

Robertus confirmavit donum patris ſui *Haraldi*; Inſuper dedit eccleſiam de **Burneham** Prioratui de **Ewyas**, ut Conventus ibidem inveniatur, quod conceſſum eſt, ſed non proſecutum. Inſuper dedit eiſdem decimas omnium maneriorum ſuorum de quibus Criſtiani decimare debent. *Theobaldus* archiepiſcopus *Cantuarienſis* confirmat, *Johannes* epiſcopus *Sariſburienſis* confirmat, ut conſtat in cronicis prædictis.

MIDLESBURCENSE
cœnobium in agro Eboracenſi, *cella de* Whitby.

Robertus *de* Brus de **Midlesburg.**

Ex regiſt. de *Whitby* penes *Hug. Cholmondeley* eq. aur. an. 1640. fol. 23.

ROBERTUS de *Brus*, omnibus ſancte matris eccleſie fidelibus, ſalutem. Scitote quod ego & *Agnes* uxor mea, filiuſque noſter *Adam* de *Brus*, pro ſalute domini noſtri *Henrici* Regis *Angliæ*, animarumque noſtrarum, & hæredum noſtrorum remedio, eccleſiam ſancte *Hylda* Abbatiſſæ de **Midlesburg**, cum omnibus rebus quæ ad eandem eccleſiam pertinent, & duas carucatas & duas bovatas terræ in **Nehuham**, in perpetuam elemoſinam, eccleſiæ & fratribus ſancti *Petri*, & ſanctæ *Hilda* de **Witeby** dedimus, conceſſimus & & confirmamus, ea conventione, ut in preſata eccleſia de **Midleſburc**, quidam monachi ſint, qui Deo & ſancte *Hylde* de **Witebi** deſerviant, & qui de ſtipendiis preſate eccleſie largè & ſufficienter vivere valeant, & ut mater eccleſia de **Witeby** de ea ſemper valeat habere proficuum. Hii ſunt teſtes, *Willielmus* capellanus, *Arnaldus* de *Perci*, *Unfridus* de **Elthot**, *Willielmus* de *Fugeris* & multi alii.

Carta W. Malebyſſe *de* **Midelesburg.**

Ib. fol. 28.

OMnibus ſancte matris filiis *Willielmus Malebiſſe*, ſalutem. Notum ſit univerſitati veſtre me dediſſe & conceſſiſſe, & hac Carta mea confirmaſſe Deo & eccleſie ſancte *Hylde* de **Midleſburc**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, totas terras & paſturas de feudo meo de **Brachanhoc**, quas *Hugo Malebiſſe* pater meus, & *Hugo* frater meus *Malebiſſe*, predicte eccleſie, & monachis conceſſerunt. Scilicet, hiis metis. Sicut forera *Radulfi Longi* vadit in fletum de **Caldecotes**, & inde per medium fletum, uſque in fletum molendini verſus **Felebrige**, uſque proximam metam terre *Thome* de **Marton**, & inde ſurſum uſque Foreram predicti *Radulfi Longi*. Et ego & hæredes mei warentizabimus & defendemus predictas terras & paſturas prenominatis monachis erga omnes homines imperpetuum de omnibus rebus. Hiis teſtibus *Ricardo Malebiſſe*, *Hugone* fratre ſuo, *Gaufrido* de **Thornton**, *Alano Malekake* & aliis.

HAKENESSENSIS Prioratus in agro Eboracenſi.

De tranſlatione monachorum de Whitby *ad* Hakenas.

Ex regiſtro *Whitbienſi*, penes D. *Hug. Cholmley* equit. aurat.

TEmpore *Willielmi* regis *Anglorum* ſecundi, filii *Willielmi* Nothi regis *Anglorum*, exorta eſt monaſterio de Whiteby & *Serloni* priori, & fratribus ejuſdem loci magna tribulatio, & anguſtia, & perſecutio, quales habuerunt annis tranſactis, in diebus *Rainfridi* Prioris noſtri de Whitby. Veniebant namque latrones & raptores, die, nocteque de nemoribus, & de latibulis, in quibus latitabant, & deripiebant omnem ſubſtantiam eorum, & depopulabant eum ſanctum locum. Ita ſimiliter & pirate veniebant & devaſtabant illum locum, ita ut nullius miſerebantur. Qua de cauſa *Serlo* prior, & monachi de Whitby oſtenderunt *Willielmo* de Percy calamitatem ſuam, & miſeriam, & petierunt illum, ut daret eis locum manendi apud Hackenas, qui dedit eis eccleſiam ſanctæ *Maria* de Hackenas, ut ibi conſtruerent monaſterium, (quia in eadem villa ſancta *Hilda* abbatiſſa monaſterium conſtruxerat:) Conceſſit vero eis libenter petitionem eorum, ut pace facta, iterum ad *Whitbeam* redirent ad prædictum monaſterium. Cœperunt itaque monaſterium conſtruere ad prædictam eccleſiam ſanctæ *Maria*, & ibi aliquandiu remanſerunt, & religioſam valde vitam duxerunt. Deinde exortâ diſcordiâ maximâ inter prædictos duos fratres *Willielmum* de Percy, & *Serlonem* de Percy fratrem ſuum, priorem de Whitby, quia *Willielmus* de Percy dederat villas de Scarby, & de Everley *Radulpho* de Everly armigero ſuo, qui ei annis multis ſerviebat. Voluit verò *Willielmus* de Percy auferre *Serloni* fratri ſuo omnes terras, & villas, quas dederat prefato monaſterio de Whiteby. Cum *Serlo* Prior hæc comperiſſet, feſtinanter venit ad regem *Willielmum Anglia*, quia familiaris ejus, & ſocius amantiſſimus, cum ipſi juvenes milites eſſent in domo, & in curia *Willielmi* regis patris ejus, & hæc illi omnia demonſtravit. Mandavit autem & precepit *Willielmus* rex *Willielmo* de Percy, & *Serloni* fratri, priori de Whitby, & de Hackenas, & monachis ibidem Deo ſervientibus, ſuam omnimodo firmam pacem teneret, nec eis ullam moleſtiam inferret. Et cupiens itaque *Serlo* prior elongare ſe à fratre ſuo *Willielmo* de Percy, & manere in feudo domini regis, ne aliquam injuriam, & contumeliam ei frater ſuus poſſet inferre, petiit *Willielmum* regem, ut ei & monachis ſuis daret in elemoſinam perpetuam ſex carucatas terræ, quæ erant in dominio ejus, duas in Hackenas, & quatuor in Northfeld cum pertinentiis ſuis.

Scacheſbi.

Gliſcens ultorem regi fert Serlo merorem
In fundatorem ſumens hunc poſteriorem.

Prioratus de HORSHAM *in agro* Northfolcienſi, *primo cella abbatiæ de* Conches *in* Gallia, *deinde vero factus* indigena.

Fundationis hiſtoria.

Ex aut. qua membrana penes *Sampſonem Lenard* leculem an. 1598. fol. 180.

IN the time of King Henry the firſt, the ſixth yeare of his raigne, That Robert Fitzwalter and Sibill his wife, with one aſſent, moved with godly charitie, purpoſed them to viſit the places of Peter and Paul, that by them and other holy ſaints ther, which they were diſpoſed to viſiten with a great devout mind, that they, by there merits might have remiſſion of there ſins, and after that they might deſerven to come to the bliſſe of heaven: it befell that ther pilgrimages ſo done, as they turned home againe, it came to there minds, by counſel, that they ſhould viſit an holy place of ſaint Giles in France with other holy ſaints in the way: And ſo they, joyfull and merrie, by the helpe of God and of the ſaints, as they turned home againe into ther owne countrith, it befell upon a day by an infortune, when they ſhould come from the ſaid holy place of ſaint Giles, they were eſpied of Brigants, and théeves that layne in caves and denns with ſtrength, and waited upon them; and foraſmuch as they were ſtronger then the ſaid pilgrims, they fell upon them and robbed them and put them in priſon, and fettered them with ſtrong irons: And after it was ſhewed to the lords and barons of the ſaid countrith, that ſuch a déede was done to the pilgrims that went to Rome, anone they raiſed a certaine people, and went with ſtrength to the caſtell and laid ſiege thereto, and made a promiſe that they ſhould not goe thence unto time they had taken the ſaid théeves, and that the ſaid pilgrims were reſtored againe to all there goods. And in the mean time, as they were, they prayed devoutly to God and to the holy virgin ſaint Faith, to helpe them out of priſon: And anone after by a viſion, ſaint Faith appeared unto them and through helpe of God loſed their fetters, and brought them out of priſon and there fetters with them, which remaine within this place at this day, and ſith ſet them in the right way to the abbey of Counches in Fraunce, where ſaint Faith lieth ſhrined: And when the abbot of Counches heard of this greate miracle, and that they were cominge towards the place, he and his bretheren with proceſſion & greate ſolemnities received them into the ſaid place, and ther they made ther praiers, and offered up there fetters with greate devotion to God and to ſaint Faith, and weare had into the place, and the ſaid abbot and his bretheren refreſhed them with them with greate cheare, and there they reſted by the ſpace of twelve dayes and reade the life of ſaint Faith and the miracles that God ſhewed for her ther daily and hourely. And anone came tydings unto them that they ſhould ſend again into the Countrie there as they were robbed, and they ſhould be reſtored againe to all there goods that were had from them; and ſo they weare, whereof they were both glad and merry. And ſo then he made a faithfull promiſe and a vowghe to God and to Saint Faith, That as ſoone as they came into England into there owne countrieth unto there owne manner of Horsford, that they ſhould do edify there a monaſtery in the Worſhip of God & S. Faith, and that it ſhould be a cell to the ſaid abbey of Counches and by the aſſent of the abbot and bretheren there the foreſaid Robert Fitzwalter brought with him twayne monkes of the ſaid houſe, of the which one was cleped Barnard, and the other was cleped Girard. And ſoone after that they were come home they began there firſt foundation upon a certain ground called at this day Kirkeſcrofte, and the worke that was made on the day fell down on the night, and then it was thought that God and ſaint Faith were not pleaſed it ſhould ſtand there; wherefore they thought, by there better adviſe to edifie the ſaid monaſtery upon the ground and place where it is now at this day. And when it was finiſhed and ended and endued with certaine livlihode and entitled to her name, the foreſaid monks weare ſet in this ſaid houſe, here to ſerve God and ſaint Faith, to pray for them and all there heirs without endes. And the foreſaid Robert Fitzwalter wrote a letter to biſhop Herberd, that time being biſhop of Norewich, to have it confirmed and dedicate in the worſhip of God and of the glorious virgin and martir ſaint Faith; and ſo it was done indeed, and afterwards the heires of the ſaid founders given more livelyhode thereto. And ſo it was increaſed by them and other devout people: on whoſe ſouls almighty God have mercy. Amen.

Genealogia Fundatoris.

Ex antiquo pergameno quodam penes *Samſonem Leonard* fecialem.

DOmina *Sibilla* ſoror *Johannis* de *Cayneto*, filia *Radulfi* de *Cayneto*, qui venit ad Conqueſtum *Angliæ*, maritata fuit domino *Roberto* filio *Walteri* fundatori domus ſanctæ *Fidis* de Horſham, qui genuit ex ea filium nomine *Rogerum*, & *Johannem* vicecomitem, & *Willielmum* de *Caineto*. *Rogerus* & *Johannes* vicecomites obierunt ſine prole de ſe. *Willielmus* verò accepit uxorem, & genuit ex ea tres filias, videlicet, *Margaretam*, *Clementiam* & *Saram*. *Clementia* & *Sara* obierunt ſine liberis; *Margareta* autem maritata fuit cuidam *Normanno*, *Hugoni* de Creſcy, qui genuit ex ea filium nomine *Rogerum*. *Rogerus* de Creſcy accepit uxorem nomine *Iſabellam* de Ry, & genuit ex ea quatuor filios, videlicet, *Hugonem*, *Rogerum*, *Johannem* & *Stephanum*, qui omnes mortui ſunt ſine prole. Predicta *Margareta* (mortuo viro ſuo *Hugone* Creſcy) maritata fuit alio nobili viro, nomine *Roberto* filio *Rogeri*, qui genuit ex ea *Johannem* filium *Roberti*. *Johannes* genuit filium nomine *Rogerum*. Idem *Rogerus* genuit filium nomine *Robertum*, filium *Rogeri*, nunc patronum, qui poſt obitum *Stephani* de Creſcy ſucceſſit in hæreditate Baroniæ de Horsford, quaſi hæres dominæ *Margeriæ* de Cheny, quæ duobus nupſit viris, ut prædictum eſt. Prædictus verò *Robertus* duxit uxorem nomine *Margeriam* de la Souche, de qua genuit multos filios & filias, videlicet, *Johannem*, *Alexandrum*, *Rogerum*, *Robertum*, *Alanum*, *Henricum*, & *Edmundum*. *Johannes* duxit uxorem nomine *Hawiſiam*, de qua genuit filiam nomine *Evam*, cujus cognomen Rex *Edwardus* filius *Henrici* fecit vocari Clavering, a principali manerio ſuo, de qua genuit filiam nomine *Evam*, quæ nunc ſe clamat advocatricem Domus de Sibeton, de Langely, ſanctæ *Fidis*, & de Bliburg; & hoc jure hæreditario. Quæ quidem *Eva* nupſit cuidam nomine *Thomæ* de Audele, qui mortuus eſt ſine prole de ſe. Item nupſit cuidam militi *Radulpho* de Ufford, qui genuit ex ea tres filios, videlicet, dominos *Johannem*, *Robertum* & *Edmundum*, milites. Prædicto *Radulfo* mortuo, nupſit *Jacobo* de Audele, qui genuit duos filios, & duas filias; videlicet, *Jacobum* & *Petrum*, *Annam* & *Hawiſiam*. Mortuo prædicto domino *Jacobo* viro, predicta *Eva* nupta fuit *Roberto* Benhalle militi, qui obiit ſine hærede. Defuncta prædicta *Eva* & ſepulta in Monaſterio de Langley, ſucceſſit *Edmundus Ufford* miles, ut filius & hæres dictæ *Evæ*, qui quidem *Edmundus* maritatus erat *Sibillæ* filiæ *Simonis Perpoint* militis, qui genuit ex ea *Robertum Ufford* militem & alios filios & filias, qui obierunt in pueritia. Et dictus *Robertus Ufford* maritatus fuit *Elionoræ* filiæ *Thomæ Felton* militis, qui genuit *Elam*, *Sibillam*, & *Joannam* filias, quæ dicta *Ela* deſponſata fuit *Ricardo Bowes* armigero, quæ obiit ſine hærede, & *Sibilla* monialis de Berkinge, & prædicta *Johanna* nupta *Willielmo Bowes* armigero, fratri *Richardi Bowes* prædicti, qui genuit ex ea filiam nuptam domino *Dacres*, & genuit ex ea filiam nomine *Johannam* qua nupta fuit *Richardo Fines* militi, Camerario domini Regis *Edwardi* quarti.

Carta fundationis Abbatiæ de Horſham.

Indigena. Ib.fol.17

IN nomine Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, *Amen.* Notum volumus fieri omnibus fidelibus Chriſti, tam preſentibus quàm futuris, quod Ego *Robertus Walteri* filius, & uxor mea, nomine *Sibilla*, Edificavimus eccleſiam de Horſham, in propria terra noſtra, in honore Dei & Sanctæ *Fidis* virginis & Martyris, pro remedio & ſalvatione animarum noſtrarum, & filiorum noſtrorū, & omnium fidelium viventium, ſive defunctorum. Concedimus eandem eccleſiam Deo & monachis de Conchis de eccleſia ſanctæ *Fidis* virginis & martyris. Et huic à nobis edificate eccleſie concedimus eccleſiam de Horsford, eccleſiam de Reydone, eccleſiam de Hor, ad faciendum anniverſarium *Sibillæ* uxoris mee; Decimam de Alreton, & de Wibetone, & de Wilverdeſton, & de Helmingham, & de Flemeworth, & de Wodetone, & de Semer, & de Bikebrom, & de

Reſham, & de **Forle**, & de *Walingo*, & de **Shanton**, & de **Surlingham**, & de **Stokes**, & de **Hertham**, & de *Hoa*, & de unoquoque Manerio unum agrum terræ ad congregandam decimam. Et concedo de omnibus procurationibus meis, quas fecero in *Anglia*, ſemper decimas huic eccleſiæ. Sciatis inſuper quod prædicta *Sibilla* eiſdem conceſſit terram ſuam de **Rudham**, quam pater ſuus dedit in liberum maritagium. Sciatis inſuper quod Ego *Robertus* filius *Walteri*, *Sibilla* uxore mea, *Rogero* & ceteris filiis meis volentibus, & in hoc bono operantibus, predictam eccleſiam de **Horſham**, & ſupradicta omnia Deo, & beate *Fidei*, & **Conchis**, & monachis ejus conceſſimus, & dedimus, ut a Deo, ipſa beata virgine intercedente, peccatorum noſtrorum nobis detur venia, & illa quæ promiſit fidelibus ſuis, que nec oculus vidit, nec auris audivit aſſequamur gaudia. Hec carta facta fuit permiſſione & affirmatione domini *Anglorum* Regis *Henrici*, & ordinatione, & conſenſu * *Herberti* epiſcopi. Si quis autem generis vel ſucceſſionis mee, vel aliquis alius huic donationi voluerit obeſſe, Noverit ſe Deo & ſanctis ſuis, & *Anglorum* regi contrarium, nec Chirſtianum ſed Anti-Chriſtum eſſe.

* Ob. 19. *H.* 1.

Bulla *Alexandri* Papæ.

Ex ipſo autographo in bibl. *Cottoniana.*

ALEXANDER *epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Bernardo *Priori monaſterii ſancte* Fidis *de* **Horſham** *ejuſque fratribus tam preſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, ant robur, quod abſit, ſacre Religionis infringat. Quocirca dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio. ſub beati* Petri, *& noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona, idem monaſterium impreſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Villam de* **Horſham** *cum hominibus, terris, nemoribus, paſcuis, & pertinentiis ſuis, quemadmodum* Robertus *filius* Walteri *& filii ejus vobis dederunt, & hoſpitale ejuſdem villæ quod habetis à fratribus hoſpitalis* Jeruſalem, *cum nemore & omnibus pertinentiis ſuis. Terram de* **Ruddaham** *cum omnibus pertinentiis ſuis, quam* Sibilla, *uxor præfati* Roberti *vobis dedit. Fccleſiam de* Horsforda, *& eccleſiam de* **Mor**. *In* Lundoniis *eccleſiam ſanctæ* Margaretæ, *cum omnibus terris quas in eadem villa* Robertus *filius* Walteri *vobis in helemoſinam dedit. Decimas quoque de* Alretuna, *de* Sibetuna *de* Gulwerſtunia, *de* **Colerbo**, *de* **Helmigaham**, *de* Coloſtunia, *de* Flemewrda, *de* Wdetuna, *de* Semera, *de* **Tikebron**, *de* **Dersham**, *de* **Forlei**, *de* Craneſforda, *de* **Benges**, *de* **Framingaham**, *de* **Ludaham**, *de* **Dalingaho**, *de* Stantuna, *de* **Sarlingaham**, *de* Sutburna, *de* Adelingetuna, *de* **Mor**, *de* **Filibi**, *de* **Stocos**, *de* Hoa, *de* **Soteſham**, *de* Wituella, *& terram de* Odetuna, *& omnes terras & domos quæ vobis in* Norwico, *&* Gernamuta *in helemoſina rationabiliter ſunt conceſſe. Molendinum de* Baldruſella *& treſdecim ſolidos in* Kareſeia, *& in* Buccheſhala. *Molendinum* Dalraforda. *Terram quam* Symon Pecchi *vobis in helemoſinam dedit. Terram* Radulfi *de* Berveſwrda. *Terram quam vobis dedit* Willielmus *de* **Chorzo** *in* **Biſchele**. *Terras quoque quas* Willielmus Bardulfus *vobis dedit in* **Frechaham**, *& in* Spicafurda. *Terram quam* Baldwinus *filius* Guidonis *vobis dedit in* **Huchingaham**. *Terram quam* Hugo *de* **Willers** *vobis dedit in* Halaxaforda. *Terram de* **Hunterſton**, *quam* Richardus *filius* Gaufridi *vobis dedit, & ſalinas quas* Willielmus Strabo *vobis dedit in* **Rimnaham**. *Redditum quem* Radulfus *filius* Baldwini *vobis dedit, & terram de* **Hendringlat**, *quam* Willielmus *de* **Giſnei** *vobis dedit. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat supradictum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis apoſtolice auctoritate, & dyoceſani epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſeculariſvè perſona hanc noſtre conſecrationis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiovè commonita, niſi preſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino juditio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei, & Domini redemptoris noſtri* Jeſu Chriſti *aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *quatinus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia æternæ pacis inveniant.* Amen.

✠ *Ego* Alexander, *catholice eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.* ✠ *Ego* Stubaldus, Hoſtienſis *epiſcopus ſ.* ✠ *Ego* Bernardus, Portuenſis *& ſanctæ* Rufine *epiſcopus, ſ.* ✠ *Ego* Gualterus, Albanenſis *epiſcopus, ſ.* ✠ *Ego* Hubaldus, *preſbyter cardinalis tit. S.* Crucis *in* Jeruſalem, *ſ.* ✠ *Ego* Henricus, *preſbyter cardinalis tit. ſanctorum* Nerei *&* Achilei, *ſ.* ✠ *Ego* Johannes, *preſbyter cardinalis tit. S.* Anaſtaſiæ, *ſ.* ✠ *Ego* Gulielmus, *preſbyter cardinalis tit. ſancti* Petri *ad vincula, ſ.* ✠ *Ego* Jacinctus, *ſanctæ* Mariæ *in* Coſmydyn *diac. card. ſ.* ✠ *Ego* Oddo, *diaconus cardinalis ſancti* Nicolai *in carcere* Tulliano, *ſ.* ✠ *Ego* Ardrico, *diac. card. ſancti* Teodori *ſ.*

Datum Turon. *per manum* Hermanni *ſanctæ* Romane *eccleſiæ ſubdiaconi & notarii vij. kal. Jun. indictione xi. incarnationis dominice anno MClxiij. pontificatus verò domini* Alexandri Pp. *iij. anno quarto.*

[Quod hujuſmodi prioratus ſit indigena vide pat. 14 *R.* 2. part 2. *memb.* 39.]

RADINGFELDENSIS

Prioratus in agro Suffolcienſi.

Cart. an. 13. Ed. 1. m. 16. nu. 51.

REX Archiepiſcopis &c. Inſpeximus Cartam quam *Manaſſes*, *Giſnenſis* Comes, & *Emma* uxor ejus, fecerunt ſanctimonialibus de *Radinfeld*, in hec verba. Notum ſit omnibus, tam preſentibus quàm futuris, tam Clericis, quam Laicis, quod Ego *Manaſſes*, Dei gratia *Giſnenſis* Comes, & uxor mea *Emma* Comitiſſa, filia *Willielmi* de *Arras*, ſancto *Andreæ* apud *Radyngfeld* & ſanctimonialibus ibidem ſervitio Dei & ſancti *Andreæ*, die nocteque diligenter inſiſtentibus, pro ſalute noſtrorum anteceſſorum animarum, ipſum manerium jam dictum *Radingfeld*, quod eſt hereditas uxoris meæ, una cum appenditiis ſuis, & *ſoca* & *ſaca*, & **Tol** & **Team**, omnibuſque conſuetudinibus quibus ſupra commemoratus *Willielmus* de *Arras* ipſum tenebat, perhenniter poſſidendum damus & concedimus. Ne hoc donum, quod abſit ab emulis inquietari valeat, ſed ut firmum & immobile maneat, ſigna nominum teſtium veridicorum, qui hoc vident, & audiunt in hoc volumine ſtipulare facimus. Signum *Widonis* fratris mei. Signum *Roſe* filie mee. Signum capellani mei *Alodi* monachi. Signum capellani noſtri *Rogeri* Presbiteri (*&c.*) Actum eſt hoc anno incarnationis Dominice MCxx. 1120.

READINGENSE

Cœnobium in agro Berrocenſi.

W. Malmſ. fol. 144. anno. 40.

RAdingis fuit quondam Cœnobium ſanctimonialium, ſed jam multis annis abolitum. Illud Rex *Henricus* pro indictâ ſibi pœnitentiâ reſtaurare intendens, duo olim diruta monaſteria **Leſminſtre** & **Celſi** adjunxit, conſtituitque illud inter duo flumina, *Kenetum* & *Tamenſem* in honorem matris Domini & *Joannis* Evangeliſtæ loco, ubi ad populoſiores urbes *Angliæ* omnium penè itinerantium poſſet eſſe diverſorium.

Hn. 1. Ib. fol. 92. a.

——Hoc * ille Cœnobium inter duo flumina *Kenetam* & *Tameſin* conſtituit, loco ubi penè omnium itenerantium ad populoſiores urbes *Angliæ* poſſit eſſe diverſorium, poſuitque ibi monachos * *Cluniacenſes*, qui ſunt hodie preclarum ſanctitatis exemplum, hoſpitalitatis indefeſſæ & dulcis indicium. Videas ibi, quod non alibi, & plus hoſpites totis horis ſupervenientes, quam inhabitantes, inſumant.

* Quamquam hic W. Malmſ. monachos Cluniacenſes, primo poſitos fuiſſe aſſerit; Inter benedictinos, nihilominus, tum in eorundem taxationibus, tum in capitulis, hoc Cœnobium allocari, continuo reperitur, ſicut ex Rot. Pat. de anno 22. E. 1. m. 8. & codice MS. (ſub effigie *Vitellii* E. 12. in bibl. *Cotton.* aliaſque manifeſte liquet.

Anno 1126. Rex *Angliæ Henricus*, præ gaudio manus beati *Jacobi* apoſtoli, fundavit nobilem Abbatiam de **Reddinges**, & eam bonis multis ditavit, & in eam manum beati *Jacobi* apoſtoli poſuit.

Ib. p. 10. b.

Anno 1135. Rex *Henricus* primus obiit apud caſtrum *Leonis*, & ſepultus fuit apud **Reddingas**, ubi Cœnobium 200 monachorum in honore ſanctæ & individuæ *Trinitatis* condiderat. *Robertus* de *Vere* & alii milites de *Anglia*, & ſatellites & miniſtri regis apud pontem *Audomari*, atque *Bonam villam*, feretrum Regis apud *Cadomum* adduxerunt.

Carta fundationis.

Ex regiſtro Cartarum abbatiæ de *Reading* in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie Veſpatiani, A. 1.] fol. 1. a.

Vide etiam Carr. antiq. X. n. 9.

HENRICUS Dei gratia Rex *Anglorum* & Dux *Normannorum*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus ſuis, & omnibus Chriſtianis tam præſentibus quam futuris, ſalutem perpetuam. Sciatis quod tres Abbatiæ in regno *Angliæ*, peccatis ſuis exigentibus, olim deſtructæ ſunt *Radingia*, ſcilicet, atque *Chelſeya* & *Leominiſtria*, quas manus laica diu poſſedit, earumque terras & poſſeſſiones alienando diſtraxit. Ego autem conſilio pontificum & aliorum fidelium, pro ſalute animæ meæ, & *Willielmi* Regis patris mei, & *Willielmi* regis fratris mei & *Willielmi* filii mei, & *Matildis* reginæ matris meæ, & *Matildis* reginæ uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, edificavi novum apud *Radingiam* monaſterium, in honore & nomine Dei genitricis ſemperque virginis *Mariæ*, & beati *Johannis* evangeliſtæ; Et donavi eidem monaſterio ipſã *Radingiam*, *Chelſeyam* quoque, & *Leominiſtriam*, cum appendiciis ſuis, cum ſilvis, & agris, & paſturis, cum pratis & aquis, cum molendinis & piſcariis, cum eccleſiis quoque & capellis, & cimiteriis & oblationibus, & decimis, cum moneta, & uno monetario apud *Radingiam*. Dedi etiam præfato monaſterio **Tacheam**, & eccleſiam de **Weregrave**, ita & quomodo ea in manu mea fuere, ſic libera ſint & abſoluta & plena in manu Abbatis & monachorum *Radingiæ*. Nulla autem perſona parva vel magna, per debitum ſeu per conſuetudinem, aut per violentiam, aliquid ab hominibus & terris & poſſeſſione *Radingenſis* monaſterii exigat. Non equitationem, ſive expeditionem, non pontium vel caſtrorum ædificationem, non vehicula, non ſummagia, non vectigalia, non navigia, non opera, non tributa, non xenia, ſed ſint monachi *Radingiæ* & familia eorum & res ipſorum abſoluti ab omni geldo, & theloneo, & alia qualibet conſuetudine, in terris & aquis, in tranſitibus pontium, & maris portuum per totam *Angliam*; Sintque abbatis & monachorum ejus de hominibus ſuis, & de tota poſſeſſione ſua, & de alienis in ea forisfacientibus, vel ibi cum forisfacto interceptis, Hundreda & placita omnia, cum *ſoca* & *ſacca*, & **Tol** & **Theam** & **Infangenthef**, & **hutfangenthef**, & **hamſocna** infra burgum & extra burgum, in viis & ſemitis, & in omnibus locis, cum omnibus cauſis quæ ſunt vel eſſe poſſunt. Habeantque abbas & monachi *Radingiæ*, in tota poſſeſſione ſua, omnem juſticiam de aſſaltu & furtis, & murdris, de ſanguinis effuſione, & pacis infractione quantum ad regiam pertinet poteſtatem, & de omnibus foriſfactis. Quod ſi abbas & monachi de hiis juſticiam facere neglexerint, Rex fieri compellat, ita ut in nullo libertatem *Radingenſis* eccleſiæ minuat. Veniantque ad hundreda de *Radingia*, & de *Leominiſtria* homines circumjacentium maneriorũ, ſecundùm conſuetudinem temporum præcedentium; Qui, ſi quando vocati fuerint, ad juſticiam venire contempſerint, Rex inde foriſfactum accipiat, & venire, & ſatisfacere compellat. Statuimus autem tam eccleſiaſticæ quã regiæ proſpectu poteſtatis, ut decedente abbate *Radingenſi*, omnis poſſeſſio monaſterii ubicunque fuerit, remaneat integra & libera, cum omni jure et conſuetudine ſua in manu et diſpoſitione Prioris et monachorũ capituli *Radingenſis*. Hoc autem ideo ſtatuimus, ſtatutumque perpetuò ſervandum firmavimus, quia abbas *Radingiæ* non habet proprios redditus ſed communes cum fratribus. Qui autem Deo annuente, canonica electione abbas ſubſtitutus fuerit, non cum ſuis ſecularibus conſanguineis, ſeu quibuſlibet aliis, elemoſinas monaſterii malè utendo diſperdat, ſed pauperibus et peregrinis et ☞ hoſpitibus ſuſcipiendis curam gerat. Terras cenſuales non ad feudum donet, nec faciat milites niſi in ſacra veſte Chriſti, in qua parvulos ſuſcipere modeſtè caveat. Maturos autem ſeu diſcretos, tam clericos quam laicos ſuſcipiat. Nemo de poſſeſſione *Radingenſis* monaſterii aliquid teneat feodaliter abſolutum, ſed ad cenſum annuum et ſervicium abbati et monachis debitum. In abbatis et monachorum domo *Radingiæ* et poſſeſſione, nullus, per hæreditatem, officium teneat, ſed in arbitrio abbatis et monachorum de tranſmutandis præpoſitis, ſeu quibuſlibet aliis officiariis cauſa conſiſtat. Hanc monaſterio *Radingiæ* et omnibus ad ipſam pertinentib. imperpetuũ dono et confirmo liberam immunitatem, et immunem libertatem quam regib. poſt me in *Anglia* regnaturis, cauſa Dei commendo ſervandam, ut eis conſervet Deus æternam. Si quis autem hoc noſtræ donationis decretum infringere, ſeu minuere, vel tranſmutare ſcienter præſumpſerit, ſummus Judex omnium contrahat eum, et eradicet eum cum ſua poſteritate, ut permaneat ſine aliqua hæreditate in clade et fame: Quiſquis verò *Radingenſe* monaſterium cum præfata libertate et poſſeſſione ſervaverit, altiſſimus qui dominatur in regno hominum, bonis omnibus ſtabiliat eum, et ſervet in evum.

Ego *Henricus* Dei gratia Rex *Anglorum* et Dux *Normannorum*, dono et ſubſcribo. Signum *Adelidis* Reginæ. Signum *Johannis* presbiteri Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legati. Signum *Willielmi* archiepiſcopi *Cantuarienſis*. Signum *Thurſtani* archiepiſcopi *Eboracenſis*. Signum *Galfridi* archiepiſcopi *Rotomagenſis*. Signum *Willielmi* epiſcopi *Wintonienſis*. Signum *Willielmi* epiſcopi *Exonienſis*. Signum *Bernardi* epiſcopi S. *David*. Signum *Gyefredi* epiſcopi *Ciceſtrenſis*. Signum *Simonis* epiſcopi *Wigornenſis*. Signum *Johannis* epiſcopi *Luxovienſis*. Signum *Odonis* epiſcopi *Ebroicencis*. Signum *Tragiſi* epiſcopi *Abricatenſis*. Signum *Anſelmi* Abbatis ſancti *Eadmundi*. Signum *Warnerii* Abbatis ſancti *Martini* de *Bello*. Signum *Boſnis* Abbatis *Beccenſis*. Signum *Gileberti* Abbatis *Sagienſis*. Signum *Ricardi* Abbatis ſancti *Michaelis* de *Monte*.

Signum *Roberti* Comitis *Gloeceſtriæ*. Signum *Willielmi* Comitis *Surreiæ*. Signum *Rogeri* Comitis *Warwichenſis*. Signum *Stephani* Comitis *Albemarle*. Signum *Willielmi* Camerarii de *Tancarvilla*. Signum *Brientii* filii Comitis de **Warengefoꝛd**. Signum *Humfridi* de *Buhun*. Signum *Roberti* de *Haia*. Signum *Willielmi* filii *Odonis*. Signum *Hugonis Bigoti*.

Actum anno verbi incarnati MCxxv. Papa Ho. *Henrico* 2. *Romanorum* imperatore Auguſto *Henrico* iiij.

Carta regis Henrici *ſecundi*.

H. Rex *Angliæ*, dux *Norm.* *Aquit.* comes *Andeg.* archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de **Rading** in perpetuam elemoſinam omnes terras & tenuras & elemoſinas quas Rex *H.* avus domini regis *H.* patris noſtri, & omnes alii donatores eis conceſſerunt & dederunt; videlicet ipſã *Radingiam*, & *Cealſeiam* & *Leominiſtriam* cum omnibus appendiciis ſuis, cũ ſilvis & agris, & paſturis, cum pratis & aquis, cum molendinis & piſcariis, cum eccleſiis & capellis, & cimiteriis, & oblationibus & decimis, cum moneta & uno monetario apud **Rading**, vel apud **London**; & **Cacheam**, & eccleſiam de **Weregrave**, & eccleſiam de *Haneberga*, & *Rokintonam* in **Warewicſcire**, cum eccleſia ejuſdem villæ; Et *Wigeſtanam* quæ fuit terra *Willielmi Elemoſinarii*. Et in **Wilteſcire** **Wicheberiam** cum eccleſia ejuſdem villæ. Et in **Bedefoꝛdſcire** terram *Albodi* de **Hoctun**, & terram *Roberti* ſacerdotis de **Hamtone**, & terram quam *Robertus* de *Ferrariis* habuit in villa *Radingiæ* & etiam quam *Amalricus* eis dedit in *Karſewella* & in **Burghefeld**. Et terram quam *Willielmus* comes de *Mandavill* eis dedit in **Retendene**. Et terram de *Witeleia* quam *Petrus de* **Colham** eis conceſſit & carta ſua confirmavit. Et *Heſtonam* in **Hertfoꝛdſcire**, cum eccleſia ejuſdẽ villæ, & omnibus appenditiis ſuis. Et parcum quem dominus Rex pater noſter eis dedit & confirmavit. Et unam feriam apud **Rading** in die S. *Jacobi* & per tres ſequentes. Et unam feriam apud *Leominiſtriam* in die *ſanctorum Petri & Pauli*, & per tres dies ſequentes. Et terram quam *Willielmus* comes de **Suſſex** eis dedit in **Quindenham**. Et terram quam *Willielmus* comes de *Ferrariis* eis dedit in **Stanfoꝛd**. Et terram quam *Henricus* filius *Geroldi* eis dedit in **Sebꝛitheſwurth**. Et terram quam *Michael* de **Baſevill** eis dedit in **Lechebꝛoc**. Et terram quam *Laurentius* —— *ſtanus* de me tenet in **Bantebꝛig**. Et terram quam *Radulfus* de **Offentone** eis dedit. Et eccleſiam de **Englefeld** cum pertinentiis ſuis. Et terram quam *Stephanus* de *Mortona* eis dedit in ſuburbio de **Warevic**. Et quæ domina *Matill.* Imperatrix avia noſtra eis dedit & conceſſit, ſcilicet *Bleobiriam* cum omnibus pertinentiis ſuis, & *Henredam*, & eccleſiam de **Berkelei**, cum eccleſiis & capellis, & omnibus appendiciis ſuis. Et eccleſiam de *Stantona* cum omnibus appenditiis ſuis. Et eccleſiam de **Cacheam**

Cart. antiq; X. num. 12.

am cum omnib. pertinentiis ſuis,& forum in eadem villa dominicis diebus. Et hidam de **Underore** cum omnibus pertinentiis ſuis. Nulla autem perſona parva vel magna per debitum ſeu per conſuetudinem,aut per violentiam aliquid ab hominibus & terris & poſſeſſionibus *Radingenſis* monaſterii exigat. Non equitationem,ſive expeditionem,nec pontium vel caſtrorum edificationem,non vehicula,non ſummagia,non vectigalia, non navigia, non opera, non tributa, non xenia, non leſtagia, non **Lethinpeni**, non **Tinpeni**, & habeant quietantiam de waſtis nemorum, & de eſſartis. Nullus verò de foreſtariis regis quicquam ſe intromittat de boſcis abbatis & monachorum qui ſunt in foreſta; ſed omnem libertatem & poteſtatem quam habetRex in boſcis ſuis, habeant abbas & monachi in omnibus boſcis ſuis ubicunque fuerint. Et ſint monachi *Radingiæ* & omnes homines eorum,& res ipſorum abſoluti à *Denegeldo*, & omni geldo,& hidagio,& pontagio, & theloneo,& omni alia exactione & conſuetudine in nundinis et foris quorumcunque ſint; in terris et aquis in tranſitib.pontium et maris portuum per totam *Angliam* et *Normanniam* per totam terram noſtram[&c. *ſicut in carta regis* Henrici *primi.*]

Carta *Hugonis* abbatis et conventus de capella ſancti *Laurentii*,et de conſtructione hoſpitalis.

Ex præfato regiſtro de Rading in bibl. Cottoniana fol. 3. b.

U*Niverſis Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit, frater* H. Radingenſis *eccleſiæ miniſter humilis, & ejuſdem loci conventus unanimis in domino ſalutem. Ad univerſitatis veſtræ noticiam volumus pervenire, excellentiſſimum quondam regem* Anglorum Henricum *primum, domum* Radingiæ *fundaſſe ad ſuſtentationem monachorum ibidem Deo devotè ac religioſe ſervientium, & ad ſuſceptionem hoſpitum tranſeuntium, præcipuè tamen pauperum Chriſti ac peregrinorum, ſicut ex ipſius carta, penes nos habita, ſatis dilucidè perpendi poteſt. Verùm divitibus ut ipſe eorum timor exigit ſplendidè ac honorificè ex more receptis, pauperes & peregrini minus reverenter quam decuit, & longè aliter quam regia devotio diſpoſuit, in retroactis temporibus ſuſcepti ſunt; unde eum ipſius elemoſinæ non ſolum participes, verùmetiam procuratores ſimus, ut in conſpectu Dei illam fideliter diſpenſemus, eam in quantum ſufficimus, etiam pauperibus, volumus eſſe communem. Cujus rei cauſa, ad relevandum inopiam pauperum, & ſubſidium peregrinorum, hoſpitale quoddam extra portam conſtruximus, ut qui admiſſus non fuerit in hoſpicio ſuperiori, ibi ſaltem, quam reverenter poterit, ſuſcipiatur; unde aſſenſu & conſenſu dyoc. epiſcopi domini* H. Walterii, *ut carta ipſius ſuper eodem negotio apud nos habita teſtatur, eccleſiam beati* Laurentii *præfato hoſpitali in perpetuam elemoſinam conceſſimus, ad ſuſtentationem xiij. pauperum in victu & veſtitu & in aliis neceſſariis, aliis xiij. pauperibus fratribus conſimilia alimenta ex cotidiana & conſueta elemoſina noſtra ſubminiſtrantes. Ad uſum verò peregrinorum tranſeuntium conceſſimus omnes exitus molendini* **Fulerez** *de* **Leominſtre.** *Et ne hæc donatio noſtra lapſu temporis apud poſteros in dubium veniat,aut alicujus auſu temerario infringi, & irritari attemptetur, eam ſigillorum noſtrorum appoſitione communire dignum duximus. Omnes autem quicunque prædictæ donationis fautores, & defenſores extiterint, concedimus participes eſſe omnium bonorum quæ fiunt in domo noſtra, & in præfato hoſpitali. Si autem quis in contrarium venire præſumpſerit, conterat eum dominus in æternum.*

D*Ominus abbas *Aucherius* conſtituit domum leproſorum, ex devotione ſua in confinio *Radingenſis* eccleſiæ, quæ dicitur *Hoſpitale ſanctæ Mariæ Magdalenæ*, ad quorum ſuſtentationem dantur ſingulis dieb. ſinguli cantelli dimidiũ panis habẽtes,& dimidiũ galonis ſerviſiæ mediocris. Præterea ſingulis menſib. cuilibet eorum dantur ab elemoſinario quinque denarii ad companagium emendum. Præterea duas carectatas fœni cum uno equo cariendas, & pro eodem equo ſuſtentando, à camerario habent unam apud **Eſtmed**,& aliam apud **Robney**. Capellanis autem ejuſdem loci dantur ad feſtum *Michaelis* vj. ulnæ de ruſſeto. Loco ſol. habent omnes oblationes pro leproſis oblatas, nã aliæ oblationes dividuntur cum leproſis. Habent etiam omnia emolumenta ex miſſis petitis & tricenariis ibidem provenientia. Ib.f.22.a.

Carectarii eorum habent à granetario ſingulis diebus unũ panem,de * orto avelenum verò. Habent xxxij. denar. per annum ad duos terminos. Mulier ibidem ſerviens panem habet ſicut carectarius ab elemoſinario ji. s. per annum.

* Lege hordeo.

In quibus tenemur Leproſis ad ſuſtentationem eorundem.

FRatribus leproſis de hoſpitali ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*, dantur ſingulis dieb. ſinguli cantelli plenum dimidium panẽ habentes, & in quadrageſima ſemper in una ebdomada duo barilli cerviſiæ,in alia tres,alternatim.Præterea ſingulis menſibus cuilibet eorum dantur ab elemoſinario quinque denarii ad companagium emendum, & ad opus ſervientium ipſorum vij. denarii.Ad veſtiendum autem ſuſcipiunt, quicunque annum ibi compleverint,capam,tunicam,& pallium,duo etiam langeola, & omnia lanea. Deinceps verò quotiens,& quantum opus habuerint,de hiis quæ præmiſſa ſunt, ſcilicet ad capam tres ulnas,ad tunicam tres ulnas,ad pallium duas ulnas & quarterium,ad langeolum duas ulnas & quarterium. Accipiunt etiam ſinguli eorum omni anno decem virgas lineæ telæ,& unã virgam de ſargio ad caligas. Ad menſas verò operiendas ſemper ſecundo anno xij.ulnas majores vel xv.virgas.De laneis accipientes nova, reddunt vetera; quo facto ſolent ex gratia elemoſinarii reſtitui eis tunicæ duæ ad opus duorum ſervientium quos ipſi voluerint. Capellano autem ejuſdem loci qui tertius decimus eſt in illis, dantur ad feſtum ſancti *Michaelis* tantum ſex ulnæ de ruſſeta, & decem virgæ de linea tela,ſed de nulla re,vetera reddit. Loco ſolidorum habet omnes oblationes per manus fratrum oblatas,Nam reliquas oblationes dividit cum fratribus. Habet etiam omnia emolumenta ex miſſis petitis,& ex tricenariis provenientia.In craſtino etiam omnium ſolempnitatum, in quib. oblatæ ad cœnam deferuntur,mittit elemoſinari- Ib.fol. 22.

us ſingulis eorum, ſicut ſingulis monachis apponi ſolet, hoc eſt quatuor oblatas. Domos autem ipſorum novas edificat elemoſinarius, & veteres reficit quotiens opus fuerit. Infirmantib. miniſtrat granetarius ſingulis dieb. duos panes armigerorum ad opus unius ſervientis. Miniſtrat etiā omni tempore ſingulis eorum ſingulos panes armigerorum, & ſingulos galones cerviſiæ mediocris, ita quod duæ partes ſint de cerviſia militum, tertia de dolio conventus. A ſartrinario accipiunt, qui annum compleverunt ad feſtum ſancti *Michaelis*, ſingulas pellicias veteres de mediocribus. Similiter ad paſcha de ſotularibus. Carettarius eorum habet à granetario, ſingulis diebus unum panem de orto, & unum panem armigeri. Ab elemoſinario verò habet xxxij. denarios per annum ad duos terminos. Mulier ibidem ſerviens panem habet ſicut carettarius. Ab elemoſinario autem duos ſolidos in anno. Equum cum fœno & præbenda, carettam, & omnia ad carettam pertinentia à camerario habent; & ab eodem quatuor vaccarum de mediocribus lac & vitulos, & ad opus illarum quatuor carectatas fœni, duas apud Eatmede, & duas apud Nobbeneye.

Quid & quantum & à quibus obedientiariis accipere debeant converſi.

DE fratribus converſis in monaſterio ſervientibus ſtatutum eſt, ut ab elemoſinario ſingulis annis ſingulas tunicas novas, & ſcapulare novū accipiant. Supertunicas autem ſtaminias de ſargio, & femoralia linea accipiunt ab eodem quotiens opus habuerint. A ſartrinario autem habebunt pellicias vetuſtas ad feſtum ſancti *Michaelis* & lectiſternia quotiēs neceſſe fuerit. Calciaturam verò & capiam à camerario accipiunt vel ab illis qui ſolidatas miniſtrare conſueverunt ſervientib. illis quorum vices ſupplent dicti fratres in miniſteriis ſuis. De omnibus autem prædictis, accipientes nova reddunt vetera in præſenti. Et ad ſubprioris pertinebit officium, ſi neceſſe fuerit de hiis curā agere ut ſecundū formā prætaxatam omnia debitè compleantur.

De ordine leproſorum.

Ib. f. 23.a.

AUdite fratres kariſſimi, quomodo & qualiter ordo & regula domus ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*, noſtri conventus, ſunt tenendæ atque obſervandæ, & quæ ſunt peccata pro quibus quiſque frater, ſi forisfacit, pati debet juſtitiam. Hoc eſt primum & maximum.

Si aliquis facit adulterium, & probari poſſit, inde domum & præbendam omnino amittet, & nullo modo poteſt reconciliari niſi per dominum abbatem vel per Priorem conceſſumque noſtræ congregationis. Secundum ſimile eſt huic. Si aliquis percutit fratrem ſuum ſuperbia, vel ira, vel odio, ſimiliter domum ſuam amittet. Item debes parare te ad ſurgendum ad primam campanam pulſantem, ita ut ſis paratus ad tertiam turbam pergendi in eccleſiam. Item ſi lis fit inter fratres, & aliquis demenciatur alium, ira, vel ſuperbia, jejunet per unam diem in pane & aqua, & cantellus ſuus & cerviſia ſua eadem die debet poni ſuper menſam magiſtri, & ſic diſtribuetur pro amore Dei. Et jejunans debet ſedere in aere ante menſam & commedere biſum panem ſuum ſuper ſcamnum ſine panno. Et ſi habet indignationem inde, debet ſimiliter facere, & jejunare in ſecunda die. Si habet indignationem in tertia die deponatur à caritate per xl. dies. Item ſi aliquis movet litem, & magiſter domus præcipit aliquē tacere, ni taceat ad tertium juſſum, jejunet per unum diem in pane & aqua ut ſupradictum eſt. Itē ſi aliquis detegerit conſiliū capituli & poſſit percipi vel probari, deleatur foris à caritate per xl. dies. Item non debet aliquis extra clauſtrum ire ſine ſocio, nec moram facere ad crucem ſine ſocio. Item ſi invenerit aliquis inventum, non debet celare ſed monſtrare fratrib. & debet poni in communi burſa. Item ſi invenerit aliquid extra clauſtrum erit proprium ſi vult. Item ſi aliquis homo dat tibi aliquid per viā pro infirmitate tua, erit commune. Si aliquis homo dat aliquid pro parentela; vel pro notitia, proprium erit ſi vult. Item ſi aliquis invenerit aliquid de rebus fratrum noſtrorum & ſi celet & poſſit percipi, deponatur foris de caritate per xl. dies. Itē ſi quis vult ire in negotio ſuo & moram facere per unam noctem, vel duas vel tres noctes, oportet habere licentiā totius conventus. Item ſi aliquis vult ire in negotio ſuo longè vel propè non debet ire ſine licentia magiſtri, nec ſine ſocio. Item non debet quis intrare in domum lotricis ſine ſocio. Item non debet quis mittere ſervientem domus longè ſine licentia, niſi ad propinquas domus.

LEOMINSTERENSIS

Prioratus in agro Herefordenſi *cella* Readingenſis *cœnobii.*

Carta Ricardi *epiſcopi* Herefordiæ *de pertinentiis eccleſiæ* Leominſtriæ.

Ex regiſt. abb. de Reading in bibl. Cotton. [ſub effigie Domitiani A. 3.] fol. 37. b.

EGO Dei gratia *Herefordenſis* epiſcopus *Ricardus*, manu mea propria conceſſi & confirmavi eccleſiæ *Radingia* & ejus abbati primo, domino *Hugoni*, eccleſiam ſancti *Petri* de Leominſtre, cum omnibus ad ipſam pertinentibus parochiis. ſcilicet de *Bradeforda*, & de Ach, & de *Leena*, & de *Diliga*, j. & ij. quæ ambæ magis proxime ſunt *Leomeniſtrie*, & de *Lunthelega*, & *Chinardeſlega*, & de Winnetone, & de utraque *Sernesfelda*, & de *Titellega*, de *Hopa* quoque, & de *Wavertona*, & de *Niwetuna*, & de *Gatredehopa*. De Stokes quoque, & de utraque Hethfeld, & de *Riſebiria*, & *Humbra* & *Gedesfenna*, & *Butterlega*, & Bradeffeld, & utraque *Hamtona*, & *Forda*, & *Heanoura*, & *Eatuna*, & Herntun. De *Stochtuna* quoque & *Eſcotuna*, & *Bremelfelda*, & *Uptuna*, & *Miclatuna*, & *Dreituna*, & Hamenneſſce, & Whiale, & Putleſdune, & Brocmanetune, & *Forda*. De *Luſtuna* quoque & *Heya* & *Crofta*. Hæc antiqui & autentici viri in præſentia mea atteſtati ſunt, & plurima quæ antiquitus de parochia Leominſtre fuerunt, pro vetuſtate nimia ſe tacuiſſe dixerunt.

runt. Nos verò ea quæ ſupraſcripta ſunt eccleſiæ *Radingenſi*, & ejus abbati confirmamus, ſalva juſticia quam unicuique ſervare debemus. Actum anno Domini MCxxiij.

1124.

lb. f. 64. b. Carta *Hugonis*, *Herefordenſis* epiſcopi, & ejuſdem loci capituli, de inſtituendis, & amovendis decanis & fratribus apud **Leominſtre**.

Omnibus, &c. Cum in fundatione Radingenſis *monaſterii, manerium de* **Leominſtre** *cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſia ejuſdem loci, cum omnibus ad eam ſpectantibus, ad ſuſtentationem dicti monaſterii de* Radingia *eſſent collata, & abbates* Radingiæ, *ab ipſa fundatione monaſterii ſui, liberam habuerunt facultatem ordinandi & diſponendi de omnibus quæ ad ordinem monachicum ſpectant apud* **Leominſtre**, *necnon pro arbitrio ſuo decanos & monachos quoſcunque ad cuſtodiam manerii & eccleſiæ deputatos, prout eis & monaſterio* Radingiæ *viſum fuerit expedire, conſtituere, & amovere conſueverunt: Volentes jura eorum in omnibus illeſa conſervari, auctoritate pontificali de concenſu totius capituli noſtri unanimi, ad perpetuam confederationem inter eccleſiam de* **Hereford** *& monaſterium* Radingiæ, *concedimus & confirmamus, quod abbas & conventus* Radingiæ, *in perpetuum poſſeſſione ſua in dictis diſpoſitionibus & conſuetudinibus pacificè gaudentes liberam habeant facultatem conſtituendi & amovendi monachos quoſcunque ad cuſtodiam manerii & eccleſiæ de* **Leominſtre** *deputatos, & alios ſecundùm antiquas & uſitatas conſuetudines ſuas, ſubſtituendi, & ordinandi, & diſponendi de omnibus quæ ad ordinem monachicum ſpectant ibidem. Salva in aliis dignitate* Herefordenſis *eccleſiæ. Et ut hæc noſtra confirmatio perpetuam firmitatem obtineat, eam præſenti ſcripto, & tam ſigilli noſtri quàm ſigilli capituli noſtri appoſitione communire curavimus Teſtibus, &c.*

Lel. coll. vol. 2. p. 156. *Eadredus* è *Northumbria* apoſtolus miſſus ad *Merwalam* regem *Merciorum*, ubi ergo regis converſio per leonem, ut dictum eſt, viro Dei divinitus præſagitur, locus fundandæ domus regio liberatori, regni cœleſtis janitori, eligitur; unde locus ipſe poſtea vertitur in *Leonis-Monaſterium*.

Lelandus.

Apparuerat leo *Eadfrido*, apud *Mercios* cenanti, cui cum panem manu porrexiſſet, mitis accepit. Leo autem ad *Merwalum* alludit, qui paganus ferox, adveniente *Eadfrido*, mitis per fidem factus eſt.

Domus autem fundata regaliter ſolidatur, rebuſque & opibus regiis opulenter ditatur, cui beatus præficitur *Eadfridus*, cujus doctrina veræ lucis gratia primò refulſit.

Lel. Itinerar. vol. 4. fol. 177. The towne of Leominſter is meetly large, and hath good buildings of tymbre. The antiquitie of the towne is moſt fomous by a monaſtery of Nunnes that Merwaldus King of the Merches built there, and endowed it with all the land thereabout, ſaving only the lordſhip now caullid Kingeſland. And it is ſuppoſed of clerkes that the old name of the towne tooke beginning of the Nunnes, and was caullid in welch Llanlienny, *id eſt*, locus, *vel* fanum monialium, and not of a lyon that is written to have appeared to K. Merwald, upon which viſion he began (as it is ſaid) to build this Nunnery. Other Kings of the Merches immediatly following King Merewald were benefactors onto it.

Sum ſay that the nunnery was aftir, in the Danes warrs deſtroyed, and that aftyr a college of Prebendaryes ſett there. The certeinty ys known that the abbay of Shafteſbury had rule at Lemſter, add poſſeſſed much lands there, and ſent part of the reliques of S. Edward the martyr to be adored there.

King Henry the firſt annexed the Lands of Lemſter, to his abbay of Reading, and ther was a cell of monks inſtituted at Lemſter by the abbots of Reading.

Ther is but one paroch chirch in Leominſter, but it is large, ſomewhat dark and of antient building, inſomuch that it is a grete lykelyhood, that it is the church that was ſomwhat afore the conqueſt. The chirch of the priorie was hard joyned to the eſt-end of the paroch chirch, and was but a ſmall thing.

Som ſay that the monks of the priorie ſayd that they had the ſculls of Merewald and Ethelmund Kinges of Merches, but maſter Helvit told me that the body of King Merewald was found in a waull of the old chirch of Wenlok.

Id eſt. Oppidum *Leominſtrenſe* eſt mediocriter amplum, ac bellis ex ligno ornatum ædificiis. Quod ad rem antiquam attinet, præcipuum loci decus ſanctimonialium debetur cœnobio, à *Merwaldo*, *Merciorum* Rege, ibidem exſtructo, quod fundis omnibus adjacentibus (pago hodie **Kingſland** dicto duntaxat excepto) locupletavit. Doctorum eſt opinio, vetus oppidi nomen, à *Cambro-Britannis* **Llan-llenny** nominati, *i.* locus vel fanum mulierum, originem à monialibus ſumpſiſſe: non autem à leone quem *Merwaldo* Regi apparuiſſe ſcribunt; unde hoc cœnobium (ut fertur) inceperit. Alii *Merciorum* Reges, *Merwaldum* proximè ſequentes, erga locum erant benefici.

Narrant quidam cœnobium poſtea inter arma *Danica* fuiſſe peſſundatum, & præbendariorum collegium ibi poſtea conſtitutum. In conceſſo eſt, abbatiam *Sceptonienſem* in *Leominſtriam* juriſdictionem exercuiſſe, fundiq; nonnihil ibidem poſſediſſe; reliquiarum denique ſancti *Edwardi* martyris ibi adorandarum partem eò tranſmiſiſſe.

Henricus Rex primus terras *Leominſtrenſes* abbatiæ ſuæ *Readingenſi* annexuit. Cella quoque monachorum *Leominſtriæ* per abbatem *Readingenſem* inſtituta fuit.

Una ſolummodo eccleſia parochialis habetur *Leominſtriæ*, ampla tamen, tenebroſa licèt, & ex antiqua ſtructura: unde veri ſatis eſt ſimile hanc eandem eſſe eccleſiā aliquanto ante conqueſtum [*Normannicum*] erectam. Eccleſia prioratus, non magna, parochiali fuit ab oriente contigua. Quidam narrant Prioratus monachos affirmaſſe, ſe *Merwaldi* & *Ethelmundi*, *Merciorum* Regum calvarias poſſediſſe. Mihi tamen retulit dominus

Helvitus, *Merewaldi* Regis corpus intra veteris eccleſiæ *Wenlocenſis* parietem inventum eſſe.

RINDELGROSENSIS

Prioratus in Scotia *cella* Radingenſis *cœnobii.*

Carta 35. E.1.n.31. per Inſpex. D Dei gratia Rex *Scotiæ* venerabilibus fratribus & amicis *E.* abbati & domino *Brientio*, totique conventui de *Redingis* ſalutem & dilectionem. Animæ meæ, meorumque ſaluti providens, & veſtris neceſſitatibus caritatis intuitu ſubveniens, dono & concedo Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & conventui de *Redingis*, **Rindalgros**, per illas diviſas, per quas ego ipſe, ſcilicet & *Willielmus Giffard*, *Herbertus Camerarius*, cæterique homines mei perivimus, ad veſtrum opus. Hanc itaque prædictam villam, pro ſalute animæ meæ anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, vobis & ſucceſſoribus veſtris in perpetuam elemoſinam dono & concedo, ita liberam & quietam, et ab omni hominum calumpnia abſolutam, in terris aquis et piſcariis, ſicut aliquæ abbatiæ in regno meo, donationes ſuas et poſſeſſiones, liberiùs et quietiùs tenent et habent; hac demum conſideratione, ut ſi ego vel hæredes mei, prædictæ donationi tantum, divina inſpiratione addemus, unde conventus poſſet ſuſtentari, prædicto loco conventum deſtinetis, qui de beneficiis illis neceſſaria habeat. Reliquum verò utilitati et diſpoſitioni veſtræ concedimus. Præſentibus teſtibus. Fratre *Willielmo Giffardo*, *Gaufrido* abbate de **Dunfermelin**, *Edwardo* cancellario, *Waltero* de **Bydun**, *Nicholao* clerico, *Dunecano* comite, *Hugone* de **Morevill**, *Herberto* camerario, *Waltero* de **Lindeſeie**, *Leodegario* de **Brethin**. Apud **Dumfermelin**.

Prioratus de **MAY** *in* Scotia *cella* Radingenſis *cœnobii.*

Ibid. D. Rex *Scotiæ* omnibus probis hominibus totius terræ ſuæ ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe et dediſſe eccleſiæ de **May**, et Priori et monachis ejuſdem loci ibidem Deo famulantibus, quandam plenariam toftam in **Beruwic** in perpetuam elemoſinam, pro anima mea et animabus anteceſſorum et ſucceſſorum meorum. Quare volo et precipio quod ipſi præfatam toftam teneant adeo liberè et quietè, ſicut aliqui vel abbates, vel Priores in terra mea elemoſinas ſuas liberius et quietius tenent, et homines qui in tofta illa manebunt liberi ſint omni ſervitio et exactione *T. Ernaldo* abbate de **Calchoh**. *Oſberto* Priore de **Jedewrth**, *Waltero Cancellario*, *Hugone* de **Morevill**, *Waltero* filio *Alani*, *Gilberto* de **Umframvill**, *Waltero* de **Bolebec**. Apud **Byngor**.

Alia carta ejuſdem regis.

D. *Rex* Scotiæ *epiſcopis*, *abbatibus*, *comitibus*, *juſticiis*, *baronibus*, *vicecomitibus*, *& omnibus hominibus totius terræ ſuæ ſalutem. Sciant tam poſteri, quam preſentes, me pro ſalute animæ meæ dediſſe & conceſſiſſe Deo & eccleſiæ omnium ſanctorum de* **Mai**, *& fratribus ibidem Deo ſervientibus dimidium* **Balegallin**, *ſicut* **Gillecolm**, **Macchinbethin**, *&* **Machet Mactorfin**, *&* **Malmure** Thein *de* Chellin, *eis prædictam terram periverunt, liberè & quietè, ad tenendum de me & hæredibus meis, ſicut ulla elemoſina in terra mea tenetur meliùs & liberiùs, quam diu conventus monacorum in* **Mai** *fuerit. Præterea do eis & concedo communem paſturam in ſira de* **Chellin**, *& in ſira de* **Cherel**, *& per totam terram meam, itane ullus pro paſtura eos, aut pecuniam eorum ſuper meum foriſfactum laboret aut diſturbet. Teſt.* (&c.)

Alia carta dicti Regis.

D. Rex *Scotiæ* omnibus hominibus totius vicecomitatus de **Pert** ſalutem. Mando vobis et firmiter præcipio quatinus detis monachis de **Rindelgros** decimas veſtras in blado et caſeo, et in rebus omnibus, in quib. decimas dare debetis, ne illas, ſuper meam defenſionem detineatis. Teſtibus *Duncano* comite, et *Waltero* cancellario. Apud **Scone**. Ibid.

Carta *Willielmi* regis *Scotiæ.*

Ibid. Willielmus *Rex* Scotiæ *epiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciant præſentes & futuri me conceſſiſſe & hac carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ omnium ſanctorum de* **Mai**, *&* Willielmo *Priori & ſucceſſoribus ejus & fratribus ibidem Deo ſervientibus & ordinem* Cluniacenſem *ibidem tenentibus, in liberam & perpetuam elemoſinam donationes quas Rex* David *avus meus piæ memoriæ & prædeceſſor meus Rex* Malcolmus *frater meus, eis dederunt & conceſſerunt, ſcilicet, ex regis* David *donatione* **Pecneweme** *&* **Inverin**, *quæ fuit* **Averin**, *per rectas utriuſque villæ diviſas, & dimidium de* **Balegallin**, *quia reliquam partem ejuſdem villæ dedi ex donatione mea eis, per rectas utriuſque partis illius villæ diviſas. Concedo etiam eis communem paſturam in ſchira de* **Kelhyn** *& in ſchira de* **Karal**, *ſicut carta regis* David *teſtatur. Et unum plenarium toftum in burgo meo de* **Berewych**. *Ex donatione verò regis* Malcolmi *v. marcas ſingulis annis de cano meo, de navibus venientibus apud* **Pert**, *Sicut carta regis* Malcolmi *fratris mei teſtatur, & confirmat. Præcipio etiam ut omnes qui piſcantur circa inſulam de* **Mai**, *rectas decimas ſuas Deo & prædictæ eccleſiæ ſine occatione ſolvant. Prohibeo etiam & firmiter præcipio ne quis decimas ſuas eis injuſtè detineat ſicut habuerunt in tempore regis* David *ſuper meum foriſfactum, & ne quis in aquis eorum piſcari præſumat, nec ædificia conſtruere in inſula de* **Mai**, *nec terram de* **Mai** *fodere, nec in ea herbam capere niſi per eorum licentiam. Præterea concedo eis & confirmo unam*

manſuram cum toſto in Dunbar *& applicationem unius navis ad neceſſaria domus ſuæ tranſportanda, ſicut comes* Goſpatricius *eis dedit & conceſſit, & Rex* M. *frater meus eis carta ſua confirmavit. Quare volo* (&c.) *Nos autem donationes & confirmationes prædictas ratas & gratas habentes, &c. Dat. apud* Cambot *quarto die Martii.*

SHIRBURNENSE

cœnobium in agro Dorſetenſi.

Id. Itinerar. vol. 2. fol. 47.

The Biſhops of Sarum ſete was a long time at Shirburne. Syns monks were ſet there for chanons. The body of the abbay chirch dedicate to our Lady ſervid ontille a hunderithe yeres ſyns for the chife paroche chirch of the town. This was the cauſe of the abolition of the paroch chirch there: The monks and the tounes menne felle at variaunce bycauſe the tounes men tooke privilege to uſe the ſacrament of baptime in the chapelle of Alhalows, whereupon one Walter Gallor a ſtout bocher dwelling in Shirburne defacid clene the font ſtone, and aftyr the variaunce growing to a playne ſedition, and the townes menne by the mene of an erle of Huntendune lying in thoſe quarters and taking the tounes mennes part, and the biſhops of Saresbyri the monks part; a preſt of Alhawlois ſhot a ſhaft with fier into the toppe of that part of S. Mary chirch that divided the eſt part that the monks uſyd from that the tounes menne uſid: and this partition chancing at that tyme to be thakkid in the roffe was ſet a fier and conſequently al the hole chirch, the lede and bells meltid, was defacid. Then Bradeford, abbate of Shirburne, perſecutid this injurie, and the tounes men were forcid to contribute to the reedifying of this chirch. But after this time Alhalowes chirch, & not S. Maries was uſid for the paroche chirche. Al the eſt part of S. Mary chirch was reedyfyed yn abbate Bradefords tyme, ſaving a chapelle of our Lady an old pece of worke that the fier came not to by reaſon that it was of an elder building.

There were of antient time buried two Kings, ſonnes to Ethelwolphe King of Weſt-Saxons, yn a place behinde the highe altare of S. Marie chirche, but ther now be no tumbes, nor no writing of them ſene.

A noble man caullid Philip Fitzpayne was buryid and his wife with hym, under an arch on the north ſide of the preſbyterie. This tumbe was of late defacyd.

Peter Rameſunne, next abbate ſavinge one to Bradeforde, building —— à fundamentis at the weſt part of S. Marie chirche. The porche of the ſouth ſide of the body of S. Mary chirche ys an ancient pece of worke and was not defacid with fyer bycauſe it ſtode with a far lower rofe then the body of the chirch did.

The cloyſter of the abbay on the north ſide of the chirch was buildyd by one abbate Frithe. This abbate was not very long afore Bradefords tyme. Myer, the laſt abbate of Shirburne ſaving one, made the fair caſtel over the conduit in the cloiſter and the ſpouts of it. The hedde of this water is in a pere of the toune, and is caullid New-Welle. The chapiter houſe ys ancient, and in the volte of it be payntid the image of biſhops that had ther ſete at Shirburne. One ſaint John a nobleman lyith in the chapitre houſe. Rameſune Abbate ſette a chapele caullid our Lady of Bow hard to the ſouth ſide of the old Lady chapelle. Ther is an old arch of a gate at the eſt ſoutheſt end of S. Mary chirch, as a tokyn that of old tyme the cloſe of chanons or monks was enwallid about.

Id eſt, Sedes epiſcopalis nunc *Sariſburienſis*, olim diuque erat *Shirburniæ*. Poſtea monachi canonicorum loco ibi ſubſtituebantur. Eccleſiæ cœnobiticæ navis D. *Mariæ* ſacra, ad annum uſque centeſimum ultimò elapſum, præcipuæ parochialis eccleſiæ oppidi loco erat. Hæc parochialis ibidem eccleſiæ abolendæ occaſio fuit: Monachi & oppidani altercabantur ſuper eo quod oppidani baptizandi jus in capella *Omnium Sanctorum* ſibi vendicarent. Unde quidam *Walterus Gallor*, ferocis ingenii lanius *Shirburnenſis*, baptiſterium penitus deturbavit; & poſtea, lite in ſeditionem ingraveſcente, & oppidanis, comitis cujuſdam *Huntendunenſis*, in illis partibus agentis, & ab oppidanorum cauſa ſtantis, auxilio fretis: epiſcopus autem *Sariſburienſibus* à monachorum partibus; quidam *omnium Sanctorum* [eccleſiæ] ſacerdos in illius eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* partis faſtigium quæ partem [ejuſdem] orientalem à monachis occupatam, ab illa ab oppidanis uſurpatam diviſit, ſagittam jecit ignitam. Hac autem parte tunc temporis, ut contigit, culmo tecta accendebatur, & deinceps eccleſia integra cum tecto plumbeo & campanis igne liquefactis periit. *Bradfordus* itaque abbas *Shirburnenſis*, hanc perſecutus eſt injuriam, ita ut oppidani ad eccleſiæ reſtaurationem contribuere cogerentur. Poſtea verò, *Omnium Sanctorum* eccleſia, non autem Dominæ *Mariæ* tanquam parochialis eccleſia uſurpabatur. Integra eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* pars orientalis reædificata fuit *Bradfordi* abbatis tempore, præter D. virginis capellam, veterem [ſcil.] ædificii partem, ad quam, quod vetuſtioris fuerit ſtructuræ, ignis non pervenit.

Erant ab antiquo duo Reges ibidem ſepulti, filii viz. *Ethelwolphi, Occiduorum Saxonum* regis, à tergo ſummi altaris eccleſiæ ſanctæ *Mariæ*. Hodie tamen nullæ extant tumbæ, nec aliquæ viſuntur inſcriptiones.

Nobilis quidam, *Philippus Fitzpaine* [*i.* filius Pagani] unà cum conjuge ſuâ, ſub fornice ad aquilonem preſbyterii ſepeliebatur. Tumba hæc nuper deſtructa.

Petrus Rameſunne, ſecundus poſt *Bradfordum* abbas, ad occidentem eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* —— à fundamentis erexit, Porticus ad auſtrum navis eccleſiæ ſanctæ *Mariæ*, vetus eſt ſtructura, ab igne illæſa, eo quod tectum ejus navis eccleſiæ

cleſiæ tecto multò erat humilius.

Abbatiæ clauſtrum, ad aquilonem eccleſiæ ſitum, à quodam abbate, *Frith* nomine, extruebatur. Abbas iſte *Bradfordo* paululum præceſſit. *Myerus*, abbas *Shirburnenſis* penultimus, pulchrum ſuper aquæductum in clauſtro fundavit caſtellum, cum epiſtomiis. Aquæ iſtius caput in quadam oppidi petrâ, & vulgo vacatur **Newwell**, [i. fons novus.]

Domus capitularis antiquitatem præfert, cujus in crypta epiſcoporum *Shirburnenſium* icones depictæ. Quidam vir nobilis S. *Johannes* dictus in domo capitulari ſepultus jacet.

Rameſunus abbas capellam Dominæ *Mariæ* de *arcu* dictam prope auſtralem veteris Dominæ *Mariæ* capellæ partem, fundavit. Quædam eſt cujuſdam portæ fornix ad orientalem (ab auſtrino latere) eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* angulum, in ſignum quod ab antiquo vetus canonicorum vel monachorum ſeptum muro cingeretur.

.Carta regis *Henrici* ſecundi.

Cart. 20. E. I. n. 3. per Inſpex.

H. *Rex* Angliæ, *& dux* Normanniæ *&* Aquitanniæ, *& comes* Andeg. *archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti ſcripto confirmaſſe compoſitionem factam inter* G. *abbatem* Sireburnæ, *&* Ricardum *filium* Hildebrandi *de terris de* **Bradeford**, *&* Coriſcumba, *quas dictus* Ricardus, *ſicut præcipuus hæres* Humfridi *de* Prato, *clamabat; ſcilicet quod idem* Ricardus, *quam diu vixerit, totam* **Bradeford** *præter duas hidas & dimidiam in pace teneat, & totam* Coriſcumbam, *& duas hidas prædictas & dimidiam, quietas eccleſiæ* Sireburnenſi *clamavit;* Ricardo *verò defuncto, tota* **Bradeford** *cum tota* Coriſcumba *in dominium eccleſiæ* Sireburnæ *redeat, ſicut carta* Rogeri Sareſburienſis *epiſcopi teſtatur, ſe illas injuſtè ab eccleſia abſtuliſſe, &* Humfrido *fratri ſuo preſtitiſſe, & poſtea eas eccleſiæ ſupradictæ, cum omni integritate reſtituiſſe. Quare volo* (&c.) *T. R.*, *comite* Leirceſtriæ, Willielmo *comite de* Arundel, Ricardo *de* Camvill, *magiſtro* Waltero *de* Inſula, Willielmo *filio* Hamonis. *Apud* **Wudeſtoc**.

Alia carta ejuſdem Regis.

Ibid.

H. Rex *Angliæ*, & dux *Norm.* & *Aquit.* & comes *Andeg.* archiepiſc. (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti carta confirmaſſe ſacriſtariæ de **Sireburne** eccleſiam de **Stapelbrig** imperpetuum. Habendum poſt deceſſum magiſtri *Walteri* de *Inſula* clerici mei, cui *E.* abbas & totus conventus *Sireburnæ*, illam pro Dei amore & mei prece & petitione mea conceſſerunt & dederunt in perpetuam elemoſinam, & ſub tali conditione ut de cætero à ſacriſtaria prædicta illa non auferatur, ſet ſēper ſacriſtariæ remaneat. Et ideo (*&c.*) T. *Ricardo* archidiacono *Pictaviæ*, *Johanne* de *Oxonia*, *Ricardo* de *Camvilla*, *Willielmo* de *Caineto*, *Willielmo* filio *Hamonis*, *Willielmo* de *Haſtingis*, & *Radulfo* filio *Stephani*, camerario. Apud **Wodeſtoc**.

CADWELI *in dioc.* Menevenſi, *cella* Shireburnenſis *cœnobii.*

Ex veteri rotulo in curia Augmentationum.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, preſentes literas viſuris, vel audituris, *David* permiſſione divina *Menevenſis* epiſcopus, & ejuſdem loci capitulum ſalutem in omnium ſalvatore. Noveritis nos inſpexiſſe, & diligenter examinaſſe, diverſa monumenta, & ſcripta, ac etiam confirmationes, contingentes abbathiam de **Shyreburne**, & Prioratum de **Cadwelle** non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte viciatas, de verbo in verbum, in forma ſubſequenti.

In nomine Domini Amen, *anno ejuſdem mileſimo trecenteſimo primo quintodecimo die menſis Octobris, indictione quintadecima, pontificatus ſanctiſſimi patris ac domini, domini* Bonifacii *divina providentia, pape octavo anno, in preſentia mei notarii infra ſcripti, & teſtium ſubſcriptorum, ad hoc ſpecialiter vocatorum, religioſus vir dominus* Galfridus *de* Coker, *Prior de* Cadweli, Menevenſis *dioceſis, in eccleſia beati* Pauli **London**, *in ſcriptis interpoſuit, & legit quandam donationem, & conceſſionem per dominum* Rogerum *Dei gratia quondam* Sarisbirienſem *epiſcopum, factam beatæ* Mariæ *de* **Shereburne** *eccleſiæ, &* Turſtano *Priori ejuſdem eccleſiæ, ac ſucceſſoribus ſuis ſibi regulariter ſuccedentibus, ſecundùm formam & tenorem, in fundationi textu beatæ* Mariæ Shyreborn: *eccleſiæ, contentos, cujus tenor donationis talis eſt.* 1301

Carta fundationis de Cadweli.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Ego* Rogerus *Dei gratia*, Salesbirienſis *epiſcopus pro ſalute, & incolumitate domini mei* Henrici *Regis, &* Matildis *Reginæ, & filiorum ſuorum, cum conſenſu eorundem, & pro ſalute animæ meæ, & parentum meorum, & anteceſſorum meorum, Do ſanctæ* Shyrbornenſi *eccleſiæ, &* Turſtino *Priori, & ſucceſſoribus ſuis, ſibi regulariter ſuccedentibus, unam carucatam terræ apud* **Cadweli**, *ſicut perambulavi eam; ſcilicet à novo faſſato novi molendini, per rivulum qui illuc yeme defluit, uſque ad domum quondam* Balbe, *& inde ad rivulum, currentem per medium alnetum, uſque ad viam, & à via, ſicut rivulus idem currit in mare. Et totum montem, qui dicitur mons* Salomonis, *uſque ad mare porrectum ex alia parte, ſicut quadam pulla vadit uſque ad prædictam viam, ſolutam, & quietam, & liberam ab omni famulorum impedimento, & ſæculari exactione, & ſervitio, & omnes decimas, in annona, in vitulis, in porcis, in agnis, in caſeis, & in piſcibus, & in pannagio porcorum. Et concedo ut ſuos proprios porcos quietos à pannagio habeant, & boſcum in boſco meo, & paſturam animalium ſuorum, cum meis dominicis habeant, videntibus, & audientibus pluribus clericis & laicis, quorum nomina hic ſubnotantur.* Radulfus *capellanus*, Rogerus *ſubdiaconus*, Umfridus *frater epiſcopi*, Oſmundus *dapifer*, Aylíricus *de* **Halver**, Richardus Latimerus, Hyldebrandus, Cornaldus *pincerna*, Willielmus *de* **Lund**, Rogerus *de* Reigni, Richardus Foliot, Robertus *vetus dapifer; &* Robertus *filius ejus*, Willielmus *conſtabularius;* Willielmus Eſturmyt, Radulfus *filius* Warini, Robertus *de* Sagio, Robertus *de* Mayei, *&* Walterus *frater ejus*, Picotus, Gaufridus Rufus, Robertus *Niger*, Philippus *de* Beaufo, Oſmundus *filius* Everardi, Rogerus Foliot, Henricus *filius* Walteri *de* Poterna, Albericus *de* Felgeriis, Edmundus *qui tunc caſtellum de* Cadweli *cuſtodiebat*, Alwinus *Presbiter villæ. Hæc donatio facta fuit* 14. *kalendas Auguſti, in domo Caſtelli de* Kadweli, *teſtimonio iſtorum, & aliorum multorum quorum nomina ignoro: Poſt tertia die, dominus* Rogerus *epiſcopus, licentia & conſenſu* Wilfridi *epiſcopi de ſancto* David, *dedicavit Cymiterium in eodem loco, & in eadem dedicatione, predicatione & conſenſu ejuſdem epiſcopi, dederunt omnes Burgenſes, &* Franci *&* Angli, *&* Flandrenſes, *decimas ſuas de* **Penbray**, *& de* **Pennalth**, *teſtimonio omnium illorum ſupradictorum. Interpoſita & lecta fuerunt hæc, die & loco ſupradicto, preſentibus* Thoma *de* Beverlaco, Waltero *de* Chyam *clericis*, Richardo Dunning *&* Johanne Welewe *teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis.*

Carta Richardi *filii* Willielmi.

Ibidem.

BERNARDO Dei gratia, epiſcopo de ſancto *David*, omnibuſque ſanctæ eccleſiæ filiis *Richardus* filius *Willielmi* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me, pro remedio animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, & pro amore *Henrici* filii mei, *Schyrborn.* eccleſiæ monachi, dediſſe & conceſſiſſe prædictæ eccleſiæ *Schyrborn.* abbati & conventui ejuſdem loci, in elemoſinam, eccleſias meas quæ ſunt in parochia veſtra. Eccleſiam ſcilicet, ſancti *Iſmael* apud **Pennalt**, & eccleſiam omnium ſanctorum in teritorio de *Cadweli*, & eccleſiam ſancti *Elthuti* apud **Penbray**, cum capellis, terris, decimis & omnibus earum adjacentiis, perpetuo jure poſſidendas: & ne (quod abſit) ego, vel aliquis heredum meorum aliquid juris, vel dominationis, excepta advocatione in his eccleſiis, vel pertinentiis earum poſſit vendicare, & ut prædictæ eccleſiæ *Schirborn.* dilecti fratres noſtri inperpetuum liberè & quietè eas poſſideant, hanc donationem noſtram Cartæ noſtræ atteſtatione, & Sigilli noſtri munimine roboramus.

Carta *Mauritii* de **London**.

Ibidem.

D*AVID Dei gratia* Menevenſi *epiſcopo, ſicut Domino, & Patri ſpirituali, & omnibus ſanctæ eccleſiæ paſtoribus*, Mauritius *de* **London**, *ſuus ubique obediens ſalutem, & ſincere dilectionis exhibitionem. Notum ſit vobis & omnibus Dei cultoribus, me dediſſe & conceſſiſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Kedweli, *& monachis de* Schyrborne, *duodecim agras circa eccleſiam ſancti* Cadoci, *quæ adjacent terræ eccleſiæ predictæ ſanctæ* Mariæ *rea ad ream. Hæc autem Donatio facta eſt pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, audiente* Willielmo *de* **London**, *filio meo, & concedente, & mecum donante. His teſtibus*, Owano *milite, &* Elia, *&* Roberto *de* **Pennard**, *&* Waltero *de* Reigni, *&* Paen, *&* Willielmo *de* **Manner**, *&* Nicholao *de* Almaro, Runcino *&* Oſmundo *Rectoribus, &* Galfrido Longo, *&* Randulfo *clerico, & aliis quam pluribus. Valeat vobis veſtra ſublimitas.*

Bulla *Alexandri* tertii.

ALexander *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilecto filio* Clementi *abbati beatæ* Mariæ *de* Sherborne, *ejuſque fratribus, tam preſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus, Apoſtolicum convenit adeſſe preſidium ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri, *& noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona, idem monaſterium inpreſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus, exprimenda vocabulis. Eccleſiam ſcilicet, parochialem ſanctæ* Mariæ *de* Shyrborne, *quam idem abbas tenet in prebendam à* Sariſburienſi *eccleſia, cum capellis, terris, decimis & adjacentiis ſuis, terras, hoſpites & domos cenſuales, in eadem villa* **Shirborn.** **Stapelbrigg**, *cum eccleſia ejuſdem villæ, capellis, terris & omnibus adjacentiis ſuis*, Weſtonam, *cum omnibus pertinentiis ſuis.* Hortonam, *cum eccleſia ejuſdem villæ, & capella de* **Cnolton**, *eidem eccleſiæ adjacenti, cum terris, decimis & omnibus pertinentiis ſuis. Capellam ſanctæ* Trinitatis *de* **Warham**, *& domos cenſuales in eadem villa, cum terris, decimis & omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam ſanctæ* Mariæ *de* **Wymborne**, *& domos cenſuales in eadem villa. Partem terræ, & capellam quam habetis in Manerio de* **Kingeſton**. *Eccleſiam ſanctæ* Mariæ Magdalenæ *ſitam juxta caſtrum* Sherborne, *cum capellis ſancti* Michaelis *& ſancti* Probi, *& omnibus pertinentiis ſuis; Molendinum in villa* Shyrborne *juxta capellam ſancti* Andreæ, *& vivarium proximum eidem molendino, & decimas omnium vivariorum tam de Anguillis quam de ceteris piſcibus, & decimam vini, de vinea ejuſdem villæ* Shyrborne. *Manerium de* **Woborne**, *cum capella ejuſdem villæ, & terris, decimis & omnibus pertinentiis ſuis.* Comptonam, *& aliam* Comptonam, *cum capellis, decimis, & omnibus pertinentiis ſuis. Manerium de* **Thorneford**, *cum capella, terris, decimis, & omnibus pertinentiis ſuis. Manerium de* **Bradford**, *cum eccleſia ejuſdem villæ, & capellis, terris, decimis, & omnibus pertinentiis ſuis.* **Wycam** *&* **Loſcumbe**, *cum omnibus pertinentiis ſuis.* **Haltheſtoke**, *cum eccleſia ejuſdem villæ, & capellis, terris, decimis, & omnibus pertinentiis ſuis.* Corundonam, *&* **Nitherſtoke**, *cum omnibus pertinentiis ſuis.* Coreſcumbam, *& eccleſiam ejuſdem villæ, cum capellis, terris, decimis, & omnibus pertinentiis ſuis.* **Stoke**, *cum eccleſia ejuſdem villæ, & capellis, terris, decimis & omnibus pertinentiis ſuis.* Bromlegam, *&* Laverſtokam, *cum*

Confirmatio terrarum Prioratus de *Shyrborne.*

omnibus pertinentiis ſuis. **Lym**, *cum eccleſia ejuſdem villæ, & capellis, terris, decimis, & omnibus pertinentiis ſuis.* Setonam, *cum eccleſia ejuſdem villæ, cum capellis, terris, decimis, ſalinis, & omnibus pertinentiis ſuis.* Beram, *cum omnibus pertinentiis ſuis.* **Lyteleham**, *cum eccleſia ejuſdem villæ, & terris, decimis, & omnibus pertinentiis ſuis.* Corſwillam, *cum eccleſia ejuſdem villæ & terris, decimis, & omnibus pertinentiis ſuis.* Bromlegam *&* **Fiſwike**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. eccleſiam ſanctæ* Mariæ *de* Cadweli, *cum capellis, terris, decimis, & omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam ſancti* Iſmaelis *de* **Pennalt**, *cum terris, decimis, & omnibus pertinentiis ſuis.* Eccleſiam *ſancti* Eltwyci *de* **Penbray**, *cum terris, decimis, & omnibus pertinentiis ſuis. Obeunte te verò, nunc ejuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars concilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati* Benedicti *regulam, previderint eligendum. Sepulturam quoque illius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſticia parochialium eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumentur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis Apoſtolicæ authoritate, & Dyoceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua ergo in futurum eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi preſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Domini Redemptoris ſui* Jeſu Chriſti *aliena fiat, atque in extremo examine, diſtricte ultioni ſubjaceat; Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *quatenus hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia æterna inveniant.* Amen. *Datum* Turon. *per manum* Hermanni, *ſanctæ* Romanæ *eccleſiæ Subdiaconi & Notarii. Non. Junii, Indictione decima, Incarnationis Dominicæ Anno milleſimo centeſimo ſexageſimo tertio. Pontificatus vero domini* Alexandri *Papæ tertii, Anno quarto.*

1163.

Nos vero Epiſcopus Menevenſis, *& ejuſdem loci capitlum predictas Donationes, Collationes, & Approbationes ratas habentes, & gratas, eas authoritate ordinaria, in quantum poſſumus, & in nobis eſt, Ratificamus, Approbamus & Confirmamus, ac preſentis ſcripti patrocinio communimus. In cujus rei teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum apud* Lanteſey, *die ſanctorum* Tiburtii *&* Valeriani. *Anno Domini milleſimo tricenteſimo tertio.*

CARHOUENSIS *Prioratus*; *in agro* NORFOLCIENSI.

Ex vetuſto MS. rotulo penes *Joh. whiting* generoſum an. 1650.

Memorandum quod Rex *Henricus* filius *Willielmi* Conqueſtoris, dedit civibus *Norwici* eandem francheſiam & libertatem ſicut civitas *Londoni* habuit. Et poſtea *Stephanus* Rex, nepos prædicti *Henrici*, dedit & conceſſit in perpetuam elemoſinam, Deo & eccleſiæ S. *Mariæ* & S. *Johannis* de *Norwico*, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, de dominio ſuo, totam illam terram excultabilem quam habuit apud *Norwicum* in campis, videlicet xxv. ſol. terræ, & pratum ad terram illam adjacens, in qua terra fundavit eccleſiam de **Carowe**. Et prædicta terra & pratum extendit ſe à **Bepſtrecheyates**, per viam regiam uſque ad medietatem & pontis & aquæ de **Trousbrigge**, prout patet per cartam Regis *Stephani*.

Confirmationis charta per Regem Stephanum.

Pat. de an. 26 Hen. 6. par. 2. memb. 10. per Inſpex.

S. Rex *Angliæ*, Archiepiſcopis, (*&c.*) ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Johannis* de *Norwico* & monialibus meis ibidem Deo ſervientibus, illam terram excultibilem quam habeo apud *Norwicum* in campis, videlicet xxv. ſolidatas terre, & pratum ad terram illam adjacens. Et volo quod in ipſa terra fundent eccleſiam ſuam. Et preterea concedo eis & firmiter precipio, quod bene, & in pace, & liberè, & quietè, teneant hæc omnia predicta, & omnes res ſuas alias, & teneduras, & homines, infra Burgum & extra, de quocumque teneant, ſicut unquam meliùs & honorificentiùs tenuerunt, & ſicut ego ipſe liberiùs terram predictam tenui dum in manu mea eſſet cum *ſoca* & *ſaca*, & **toll** & **team**, & **infangenetheef**, & cum omnibus libertatibus cum quibus ego ipſe meliùs tenui. Et preter hoc, ſi quis eis aliquid contulerit beneficii à Deo retributionem accipiet, & à me dignas gratias. Et prohibeo, ne ſuper hoc aliquis eis aliquam preſumat inferre moleſtiam. T. epiſcopo *Sarum* per *Hugonem Bigod*, & *R.* filio *Ricardi*. Apud **Oxeneford**.

Vide etiam Pat. 1. *R.* 2. part. 6. m. 26.

Carta Regis *Johannis*.

JOHANNES *Dei gratia Rex* Angliæ (&c.) *Archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis Nos, intuitu divini amoris, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum patris noſtri* H. *& fratris noſtri* R. *Regum, & pro animabus omnium anteceſſorum noſtrorum, conceſſiſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Carhou**, *& Monialibus ibidem Deo ſervientibus feriam ſuam de* **Carhou**, *quatuor diebus duraturam vigilia, ſcilicet Nativitatis beatæ* Mariæ *virginis, & die Nativitatis beatæ* Mariæ, *& duobus diebus proximò ſequentibus, cum omnibus libertatibus quas Monachi de* Norwico *habent in feria ſua in villa* Norwici. *Quare volumus*

(&c.)

(&c.) *Dat per manum* H. Cantuar. *Archiepiſc. Cancellar. noſtri apud* **Northampton**, *ix. die Junii regni noſtri Anno primo.*

Alia confirmationis Charta.

Cartæ de an. 13. Hen. 3. memb.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & heredum noſtrorum, dediſſe, conceſſiſſe & hac Carta noſtra confirmaſſe, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Kairo*, & monialibus ibidem Deo ſervientib. viginti quinque ſolidatas terre in campis de *Norwico*, cum prato ad terram illam pertinente, quas predeceſſores noſtri, Reges *Angliæ* tenuerunt, & terram illam in qua eccleſia ſua de **Kairo** fundata eſt. Habendas & tenendas, de nobis & heredibus noſtris, ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſynam. Quare volumus & firmiter precipimus, quod predicte moniales & earum ſucceſſores, habeant & teneant predictas viginti quinque ſolidatas terre, cum prato predicto, ſicut predictum eſt, & cum omnibus aliis rebus, & tenuris, & hominibus ſuis, quas habent infra Burgum, & extra, ita bene & in pace, liberè, quietè & integrè, ſicut anteceſſores noſtri, Reges *Angliæ*, meliùs & liberiùs eas, in manibus ſuis tenuerunt, dum fuerant in manu ſua. Teſt. *J. Batthon. L. Dunelm. W. Karliol.* Epiſcopis. *Huberto* de **Burgh**, comite *Kancie*, juſticiario *Angliæ*, *Stephano* de **Segrave**, *Nicholao* de **Moles**, *Hugone Diſpenſer*, *Bartholomeo Peche*, *Richardo* filio *Hugonis*, & aliis. Dat. per manum *R. Ciceſtrenſis* epiſcopi apud *Weſtmonaſterium*, xiij. die Februarii.

Inquiſitionis Charta.

Ex inquiſitionum tabulis, ad quod damnum vul. dict. in turri Londin. an. 10. Ed. 3. nu. 3. Norf.

INquiſitio capta apud *Norwicum* in comitatu *Norfolchie*, coram Eſcaetore Domini Regis, octavo die Aprilis, anno regni Regis *Edwardi* tertii decimo, juxta tenorē Brevis domini regis, huic Inquiſitioni conſuti, per Sacramentum *Henrici* de **Kyſinges**, *Ricardi* de **Ketene**, *Johannis* de **Colne**, *Willielmi Fynche*, *Johannes Clerk*, *Johannis* ad capud ville, *Rogeri Pye*, *Ricardi* de **Halle**, *Johannis Requiem*, *Symonis* de **Martyn**, *Bartholomei Attelyngh*; Qui dicunt ſupra Sacramentum ſuum, quod non eſt ad dampnum nec præjuditium domini Regis, ſeu aliorum, Si dominus Rex concedat Prioriſſe & Monialibus de **Carhowe**, quod ipſæ triginta & quatuor meſſuagia, quater viginti acras terræ, ſex acras prati, & duodecim acras turbarie, cum pertinentiis in **Wroxham**, **Rakheythe**, **Croſtweyt**. **Beſton**, **Baſtwyke**, **Bloſeld** & **Randworth**, que de *Johanne* de **Hecham**, poſt publicationem Statuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis editi, eiſdem prioriſſe & monialibus, & ſucceſſoribus ſuis in feodo adquiſierunt licentia domini *Edwardi*, quondam Regis *Angliæ*, patris Regis, aut regis nunc, ſuper hoc non optenta, retinere poſſint, Et habere ſibi & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum. Et dicunt quod dicta meſſuagia, terre, pratnm & turbaria tenentur de eadem prioriſſa ut parcella manerii ſui de **Wroxham**, per ſerviſium lxviij. ſol. per annum. Et quod dicta prioriſſa tenet predictum manerium ſimul cum predictis terris & tenementis de *Eva*, filia & herede *Johannis* de **Claveringham**, per ſervitium unius feodi militis. Et prædicta *Eva* tenet predicta tenementa de *Roberto* de **Morle**, per ſervitium unius feodi militis. Et predictus *Robertus* ea tenet de domino Rege, in capite, ut parcella Baronie de **Hokeryngham**. Et dicunt quod predicta triginta quatuor meſſuagia valent per annum ultra redditum reſolutum xi. ſol. iiij. den. & non plus, quia non ſunt niſi cotagia. Et predicte quaterviginti acre terre valent per annum xiij. ſol. iiij. den. & non plus, quia eſt terra ſabuloſa, & predicte ſex acre prati valent per annum ix. s. & duodecim acre turbarie valent per annū ij. s. In cujus rei teſtimonium prædicti Juratores huic Inquiſitioni Sigilla ſua appoſuerunt. Datum die & loco ſupradictis.

GRENDALENSIS

Prioratus in agro Eboracenſi.

Carta Prioriſſæ de **Grendale**.

Ex autographo in turri beate *Mariæ Eboraci.*

Vide de fundatore hujus cœnobii in *Whitby*.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod ita convenit inter *Aviciam* Prioriſſam, & conventum ſanctimonialium eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Grendale**, ex una parte, & *Radulfum* Priorem & Conventum de **Giſeburn** ex altera; videlicet, quod prædicta Prioriſſa, & ſanctimoniales dimiſerunt ad firmam perpetuam prefatis Priori & Conventui, unam bovatam terræ, & duo toſta cum ejus pertinentiis, in campis, & villa de **Marton**, videlicet, illam bovatam terræ quam predictæ ſanctimoniales habuerunt ex dono *Engerami* de **Bovington**, & que jacet propinquior quatuor bovatis terræ *Willielmi Tofti*, & quam dictus *Engeramus* emit de *Roberto Galicien*, & unum, ſcilicet, toſtum quod dictæ ſanctimoniales habuerunt ex dono dicti *Engerami*, & in quo *Robertus Galicien* quandoque manſit, & quod dictus *Engeramus* de eodem *Roberto* emit, & aliud quoque toſtum cum crofto quod prædicte ſanctimoniales habuerunt ex dono *Thomæ* de **Scaling**, & quod eiſdem predictus *Engeramus* confirmavit, reddendo annuatim predictis ſanctimonialibus, quatuor quarteria frumenti rationabiliter purgati, & communi modio patrie menſurati, in grangia dictorum canonicorum apud **Warton**, ad duos terminos, videlicet, duo quarteria ad feſtum ſancti *Martini* in Hyeme, & duo quarteria ad Pentecoſten, ſolummodo pro omnibus; predicti verò canonici tenebunt, & habebunt predictam bovatam terre, & predicta tofta liberè, quietè & integrè, cum omnibus libertatibus, liberis conſuetudinibus, aiſiamentis, ac pertinentiis omnibus & ſingulis ad predictam bovatam terre, & prefata tofta qualitercunque ſpectantibus. Et predicte ſanctimoniales, & ſucceſſores earum memoratis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, predictam bovatam terre, & præfata tofta, cum ſuis pertinentiis univerſis tantūmodo pro firma bladi predicta, contra omnes homines warantizabunt, adquietabunt, & defendent, ut liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Et ſi contingat dictos Canonicos, pro defectu warantie, adquietationis, & defenſionis hujuſmodi, jacturam vel dampnum incurrere, licebit eis tam de firma bladi prefata abſtrahere, quantum pro defectu ejuſmodi rationabiliter poterunt oſtendere ſe taliter amiſiſſe. Et ut hec Conventio ſtabilis & illibata permaneat, predicte ſanctimoniales Sigillum capituli ſui ex parte una, & prefati canonici Sigillum capituli ſui ex altera huic ſcripto cyrographato apponi fecerunt. Teſte utroque capitulo.

Carta *Ricardi* de **Percy**.

O*Mnibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit,* Ricardus *de* **Percy**, *ſalutem. Sciatis me dediſſe, conceſſiſſe, & hac preſenti Carta mea confirmaſſe* Ricardo *Malebiſſe, pro homagio et ſervitio ſuo, et hæredibus ſuis, advocationem domus religionis ſanctimonialium de* **Handale**, *in perpetuum, jure hereditario. Habendam et Tenendam, liberè, honorifice et quietè ab omni exactione et conſuetudine. Reddendo per annum ad* Pentecoſten *unam libram incenſi pro omni ſervitio predicte domui, cui aſſignavi, per hanc Cartam predictum* Ricardum *et heredes ſuos predictam libram incenſi ſolvere ad predictum terminum. Hanc vero conceſſionem et donationem Ego* Ricardus *de* **Percy**, *et heredes mei, warantizabimus predicto* Ricardo, *et heredibus ſuis in perpetuum. Teſtibus* Willielmo *de* Stotevill, *tunc vicecomite,* Rogero *del Meinil,* Rogero *de* **Badvent**, Nigello *de Plumtona,* Willielmo *de* Percy *de* **Bernetby**, Willielmo *de* Percy *de* **Kildale**, Waltero *de* Bovingtona, Ada *de* Bovingtona, Alexandro *de* Baioſis, Alano *de* Wiltona, Andrea *de* **Magnebi**, Gaufrido *de* **Torregni**.

CLERKENWELLENSIS
Prioratus in agro Middleſexiæ.

Carta prima, de quatuordecem acris in Clerkenwell, *in quibus domus fundata fuit.*

Ex Regiſtro de *Clerkenwell* in bibl. *Cottoniana* fol. 16. a.

NOtum ſit omnibus ſanctæ eccleſiæ fidelibus, tam preſentibus quam futuris, quod ego *Jordanus* filius *Radulphi*, filii *Briani*, dedi Deo & ſanctæ *Mariæ*, & omnibus Sanctis, & *Roberto* capellano in elemoſinam, pro me & uxore mea, & pro anima patris mei & matris meæ, & fratris mei, omniumq; parentum meorum, & amicorum vivorum & defunctorum, quatuordecem acras, de terra in campo qui juxta fontem *Clericorum* ſitus eſt, liberas, & de omnibus rebus quietas, ita videlicet, ut hii, qui de Hoſpitali ſunt nihil in eis clamare poſſint, nec calengium imponere, ſed omnino ſeperatas ab acra quam eiſdem hoſpitalibus in eodem campo dedi, pro treſdecem denariis quos Hoſpitularii de **Jeruſalem**, per ſingulos annos in elemoſina me daturi promiſerant. Dedi etiam *Roberto*, locum & ſedem ad molendinum faciendum, ſalva & retenta propria multura mea, & primo loco molendini, Hec *Roberto* dedi quatenus ſuper eaſdem acras domum orationis edificare, & religionem, quam placuerit, ad ſerviendum Deo, atque ſupplicandum, imponat. Hii ſunt teſtes, *Alanus*, *Bernardus*, *Hugo*, Canonici.

Alia Carta ejuſdem *Jordani*.

Ib. f. 16. b.

ROBERTO *Dei gratia* Londonienſi *epiſcopo, &* Radulpho *Decano, & toti capitulo ſancti* Pauli, *omnibuſque fidelibus, preſentibus & futuris,* Jordanus *filius* Radulphi, *filii* Briani *ſalutem. Noverit Karitas veſtra quoniam dedi & conceſſi* Roberto *capellano, quatuordecem acras in elemoſina, juxta* Fontem Clericorum, *eo tenore quod meo conceſſu in elemoſina eas concederet monachis griſiis, vel ſanctimonialibus. De his autem prefatis decem acr. quas* Robertus *in elemoſina ſanctimonialibus conceſſit, ego eis concedo, & confirmo pro anima mea, & patris & matris meæ, &* Briani *fratris mei, &* Alani *Dapiferi mei, & omnium parentum meorum; Ita tamen quod ſanctimoniales de ipſo* Roberto, *quam diu vixerit teneant, & ipſe* Robertus *de me, eo autem defuncto, de meipſo, & hæredibus meis teneant, liberè & quietè & honorificè, & ſolutè ab omni exactione, preter orationes, quas promiſerant mihi, & prefatis parentibus, & amicis meis. Hujus conceſſionis & confirmationis Teſtes ſunt* Richardus *Archidiaconus,* Walterus *frater,* Willielmus *Archidiaconus.*

Carta Matildis *de* **Ros**.

Ib. f. 12. b.

SCiant preſentes & futuri quod ego *Matildis* de **Ros**, filia *Ricardi* de *Canvilla* conceſſi & dedi, & hac Carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Clerkenewell**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, & quietam ab omni ſeculari conſuetudine & exactione, pro animabus predeceſſorum meorum, & pro animabus *Willielmi* de **Ros**, viri mei, & *Willielmi* filii mei, & pro ſalute animæ meæ & hæredum meorum, cum *Beatrice* filia mea, unam marcatam redditus de molendino de **Hildrikeſham** de maritagio meo deferendam & reddendam apud **Clerkenewell**, eiſdem monialibus, duobus terminis anni, ſcilicet, dimidiam marcam infra Octab. Paſchæ, & dimidiam marcam infra octab. S. *Michaelis*, & reddendam per manum illius qui habebit illum molendinum ad firmam vel per manum meam aut hæredum meorum, ſi habuerimus illud molendinum in dominico noſtro. Et ego, & hæredes mei adquietabimus & warantizabimus illud redditum præfatis monialibus verſus omnes homines & feminas. Et ſi prædictum molendinum, aut redditus ipſius molendini aliquando defecerit, nos dabimus prædictis monialibus ſuam marcatam redditus, de redditu de **Hildrikeſham**. Et ego affidavi hanc donationem, & hanc confirmationem tenendam à me & hæredibus meis imperpeperpetuum. Hiis *Teſtibus Hugone* de *Boſco* conſtabulario de *Roveceſtria*, (*&c.*)

Carta *Girardi* de **Camvill.**

Ibid. GIRARDUS *de* Camvilla *omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe, & hac mea Carta confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *de* **Clerkenewell,** *Deo ibidem ſervientibus, unam marcatam in molendino de* **Hildrikeſham,** *quam* Matildis *de* **Camvill,** *ſoror mea eis dedit in elemoſinam, cum filia ſua* Beatricia. *Teſt*. (&c.)

Confirmatio Comitis Albrici.

Ibid. COmes *Albricus* univerſis ſanctæ matris eccleſiæ fideſibus, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac Carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Clerkenewell,** & monachis ibidem Deo ſervientib. donationem quā *Matildis* de **Ros,** filia *Ricardi* de **Camvill** fecit eiſdem monialibus, ſcilicet de una marcata redditus quam dedit eis de molendino de **Hildrikeſham,** in liberam puram & perpetuam elemoſinam,& quietam ab omni ſeculari ſervitio, & ſeculari exactione, & ſeculari conſuetudine, cum *Beatrice* filia ſua facienda moniali. Et ſi forte idem molendinum aut redditus illius molendini defecerint, tunc concedo ut predicta *Matilda* & heredes ejus adquietent & warantizent & reddant prædictis monialibus ſuam marcatam redditus de redditu de **Heldricheſham,** ſicut Carta ejuſdem *Matildis* teſtatur. Præterea concedo ut prædicta *Matildis* & hæredes ejus adquietent & warantizent predictum redditū prefatis monialibus, verſus omnes homines & feminas, & ut predictæ moniales habeant predictum redditum adeo liberum & quietum, ut carta ejuſdem *Matildis* teſtatur. Teſte *Ricardo* filio *Baldewini*, *Rogero* filio *Roberti*, *Roberto* de **Campes,** *Willielmo* de **Belchamp,** *Willielmo* Seneſchallo, *Michaele* clerico, *Radulfo* filio *Roberti*.

Carta *Henrici de* Eſſexia *de eccleſia de* **Walde.**

Ibid. S*Ciant preſentes & futuri quod ego* Henricus *de Eſſexia, dedi & conceſſi, & preſenti Carta confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Clerekenewell** , *& monialibus ibidem Deo ſervientibus in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, & quietam ab omni ſeculari ſervitio, eccleſiam de* **Walde,** *& jus patronatus illius eccleſiæ, cum omnibus pertinentiis ipſius eccleſiæ in terris & decimis, & obventionibus & omnibus aliis rebus ad ipſam eccleſiam pertinentibus; Quam* Cecilia *mater mea prius conceſſerat eiſdem monialibus in perpetuam elemoſinam, Teſt*. Matheo *de* Francheterre, Galfrido **Eſcaldlont,** Willielmo *de* **Dunham;** Willielmo *filio* Aluredi, Adam *de* Dunham, *Magiſtro* Henrico *de* **Norhamton,** Johanne Witer, Pagano *Camerario meo.*

Ibid. Hugo *frater dicti* Hen. de **Eſſex,** *confirmat prædictam donationem,* T. Ricardo *tertio epiſcopo Lond.*

Carta R. *London. epiſcopi.*

Ibidem. OMnibus Chriſti fidelibus, preſentibus & futuris *Ricardus* divina permiſſione *Londonenſis* eccleſiæ miniſter æternam in divino ſalutē. Univerſitati veſtræ notum fieri volumus *Hugonem* de *Eſſexia*, filium *Henrici* ratam & acceptam habuiſſe donationem quam fecerant *Cecilia* mater ejus, & *Henricus* frater ipſius *Hugonis*, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Clerkenwell,** & monialibus ibidem Deo ſervientib. ſuper eccleſiam de **Walde,** jure patronatus ipſius eccleſiæ (*&c.*) Facta ſunt autē hæc in præ ſentia noſtra *London.* apud ſanctum *Paulum*, anno ab incarnatione Domini Milleſimo centeſimo nonageſimo quarto in feſto ſancti *Benedicti* in Martio.

Carta *Hugonis* de **Nevill.**

Ib. fol. 17. S*Ciant preſentes & futuri, quod ego* Hugo *de* **Nevill,** *dedi & conceſſi* (&c.) *monialibus de* **Clerkenewell,** *in perpetuam elemoſinam eccleſiam de* **Totham,** *cum omnibus pertinentiis ſuis, & advocationem ipſius eccleſiæ pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum & hæredum meorum* (&c.) *Hiis Teſtibus*. Ricardo epiſcopo London (&c.)

Carta Willielmi *de S*. Georgio.

Ib. f. 33. b. WILLIELMUS de ſancto *Georgio* cunctis fidelibus ſanctæ eccleſiæ filiis (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe (*&c.*) ſanctimonialibus eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Clerkewell** *Londoniarum*, pro ſalute animæ meæ (*&c.*) cum ſorore mea *Albreda* in elemoſinam perpetuam terram, videlicet de **Haſelingfeld**, quam *Robertus Ruffus* tenuit, cum managio, ſcilicet unam hydam, liberè & quietè de me & hæredibus meis (*&c.*) Sciatis vero hanc donationem fieri ſpontanea voluntate *Roberti* domini mei de **Beche,** qui capud eſt feodi. Teſt. (*&c.*)

Carta *Aluredi* de *Lincolnia.*

Ib. f. 42. b. N*Otum ſit univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos preſens ſcriptum pervenerit, quod Ego* Aluredus *de* Lincolnia, *dedi et conceſſi, pro ſalute animæ meæ, et omnium anteceſſorum meorum Deo et ſanctæ* Mariæ *de* **Clerkenwell,** *et monialibus ibidem Deo ſervientibus, in puram et perpetuam elemoſinam, cum* Albreda *ſorore mea facienda moniali xx.s. annuatim percipiendos de redditu molendini mei de* **Hatford,** (&c.) *donec capella de* **Waie** *vacet de* Laurentio *de* **Engleskevill** *perſona ejuſdem capellæ, et cum capella de illo vacaverit ipſæ moniales recipient xx. ſol. annuatim de capella illa per manus perſonæ, ſicut continetur in Carta mea quam ipſæ inde habent* (&c.) *Teſtibus* Gaufrido *filio* Petri, Rogero *filio* Remfridi, (&c.)

Carta Malcolmi *Regis* Scotorum.

Ib. f. 10. b. MALCOLMUS Regis *Scottorum*, Seneſcallo ſuo & omnibus probis hominib. ſuis de honore **Huntendonie**; ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe, & hac mea Carta confirmaſſe *Roberto* filio *Sewini* de *Northamptona*, illas ſeptem viginti acras terræ in **Hangre** de **Toteham**, quas *Uctredus* & *Londonia* tenuit, & dimidium holmum, quem et *Engelramus* prius de eo tenuerat, et quatuor truncos ad ignem ſuum de boſco meo de **Toteham**, et decem porcos quietos de paſnagio. Tenendum de me et de heredibus meis, ſibi ſuis in feodo et hæreditate, liberè et quietè ab omnibus ad me inde pertinentibus, cum *ſacca* et *ſocca*, et **toll** et **tem**, et ſicut prædictus *Vhtredus* melius idem feudum tenuit. Reddendo inde ſingulis annis unam marcam ad feſtum ſancti *Michaelis*. Hoc idem feodum ut ſuperiùs determinatum eſt ei concedo ſi ipſe ſufficienter monſtrare poſſit quod hæredes præfati *Vhtredi* ei prorſus quietum clamaverint illud. T. *Engeler*. cancellario, *Waltero* dapifero, *Nicholao* camerario, *Rand*. de *Solero*, *Will. Burdet*.

Carta *Roberti* filii *Sewini*.

Ibid. ROBERTUS *filius* Sewini *de* **Norhamton** *omnibus filiis ſanctæ matris eccleſiæ tam preſentibus quam futuris ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe in perpetuam elemoſinam monialibus eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* FonteClericorum *illas ſeptem viginti acras terræ in* **Hangre** *in* **Toteham** *quam* Malcolmus *Rex* Scotiæ *dedit mihi, quas* Uhtredus *de* Londonia *tenuit & dimidium holmum quem &* Engelramus *de eo tenuerat, & quatuor truncos ad ignem ſuum in boſco de* **Toteham**, *& x. porcos quietos à paſnagio. Tenendum liberè & quietè ab omni ſervitio ad me pertinente, & cum omni libertate quam Rex* Malcolmus *mihi conceſſit in eadem terra, ſalvo ſervitio regis* Scotiæ, *ſcilicet reddendo ei inde ſingulis annis unam marcam argenti ad feſtum S.* Michaelis. *Hanc autem donationem feci aſſenſu* Hugonis *primogeniti filii & heredis mei. His teſtibus,* Hugone *filio meo,* Edwardo Albo, Willielmo *clerico nepote* Roberti *filii* Sewini, Radulfo Malerbe, Richolao *de* Faleweſleia, W. *de* Peri, Will. *filio* Gaufridi, Gaufrido *de* **Huntedon**.

Carta W de Mandevill, *comitis* Eſſexiæ.

Ib.f.14.a. UNiverſis ſanctæ martis eccleſiæ filiis *Willielmus* de *Mandevilla*, comes *Eſſexiæ* ſalutem. Sciatis me dediſſe in liberam & puram et perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ et pro animabus patris mei et matris meæ et anteceſſorum meorum Deo et ſanctimonialibus de *Fonte Clericorum* centum ſolidatas terræ in **Edelmeton** in loco competenti. Tenendas bene et in pace liberè et quietè ab omni ſervitio terreno et ab omni conſuetudine et exactione ſeculari. Teſtibus, *Willielmo* abbate de **Mortemer**, *Hugone* & *Ricardo* capellanis, *Henrico* de **Ver**, *Radulfo* de *Mandevilla*.

Carta *Margareta* de **Redevers**.

Ib.f.54.b. *OMnibus Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit* Margareta *de* Redeveris *ſalutem in domino eternam. Noveritis me dediſſe & conceſſiſſe, & hac preſenti carta mea confirmaſſe in ligia poteſtate & viduitate mea pro ſalute animæ meæ, & patris mei & matris meæ &* Baldewini *filii mei primogeniti & aliorum puerorum meorum Deo & beatæ* Mariæ *de* **Clerkenwell**, *& monialibus ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam quinquaginta ſolidatas quieti redditus in auxilium ad veſtiendum conventum ejuſdem loci, unde eiſdem teneor de teſtamento* Aliciæ *de* Churci *matris meæ, annuatim percipiendas, videlicet, in manerio meo de* **Newenham** (&c.) *Teſt.* Rogero *tunc* London *epiſcopo,* Rob. *tunc* Sarum *epiſcopo,* Galfrido *tunc decano ſancti* Pauli Lond.

Confirmatio Henrici Foliot, *&* Leciæ *uxoris ſuæ.*

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus ad quos preſens Carta pervenerit, tam preſentibus quam futuris, *Henricus Foliot*, & *Lecia* uxor ejus ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Clerkenewell** & monialibus Deo ibidem ſervientibus, in liberam & perpetuam elemoſinam, et quietam ab omni ſeculari ſervitio, et ſeculari exactione, et ſeculari conſuetudine, omnes terras, et redditus et poſſeſſiones quas ipſæ habent de feodo noſtro in villa de **Clerekenwell** ſcilicet x. acras terræ in quibus fundatum eſt monaſterium et officinæ, et edificia earundem monialium, quæ decem acræ jacent in curia earundem infra muros et extra muros undique in circuitu ejuſdem curiæ, et terram quæ eſt inter curiā earundem monialium, et vallem in qua fuit vivarium magnum, in qua valle eſt **Skinnereſwelle**, et tres perticatas terræ ultra illā vallem verſus aquilonem ſecundum longitudinem vallis, uſque in **Holeburne**, et ipſam vallem et vivarium, ſi ibi fuit vivarium, et terram quæ eſt inter illā vallem et **Godewelle**, ſubtus viam uſque in **Holeburne**, et ſupra viam verſus orientem uſq; ad foſſatum, et tres perticatas terræ ultra **Godewell**, ſubtus viam et ſuper terrā viam verſus aquilonem, et v. acras terræ juxta prædictum vallem, quæ jacent ſecundùm longitudinem verſus meridiem et verſus aquilon. & terrā & pratum quæ ſunt inter **Holeburne** & foſſatum quod vadit de **Holeburne** ad molendinum predict. monialium, & ipſum foſſatū & licentiam trahendi aquā de **Holeburne** per illud foſſatum ad prædictum molendinum & ſedē ipſius molendini, & curtillum juxta illud molendinum, & terrā & pratū & gardina quæ ſunt inter prædictum molendinum, & gardinum *Hoſpitulariorum*, quod eſt ſuper **Holeburne**, & terras & maſagia, & redditus, & gardinum quæ ſunt inter prædictum gardinum Hoſpitalariorum, & barram de **Smethefeld**, ſuper rivulum de **Faggeſwelle**, verſus aquilonem, & terram & maſagia quæ ipſæ habent de feodo noſtro inter eundem rivulum, & **Chikeneſlane**, unum maſagium ante domum quæ fuit *Roberti* de **Fuleſham**, & duas acras terræ juxta ſtatam quæ vadit de barra extra **Alvredeſgate**, verſus **Iſeldone**, juxta gardinum Hoſpitalariorum de **Smethefeld**, & totum campum qui eſt inter **Witewellebechs** & **Farncroft**, & totum **Farncroft** & parvam vallem juxta **Farncroft** verſus aquilonem ſecundùm longitudinem de **Farncroft**, & foſſatum

Ib.f.26.b.

tum ultra illam vallem verſus aquilonem: Et totam terram quam *Willielmus* clericus de **Smethefeld** tenuit de nobis juxta curtillum earundem monialium verſus orientem. Et totam terram quam *Wigor Kitte* tenuit de feodo noſtro in **Newinton**, & quatuor acras terræ de feodo noſtro in **Steple**. Et unam marcatam redditus de tertia parte de **Wanſtede**, & ſervitium de eadem parte, ad quam pertinet capitale maſagium de **Wanſtede**, faciendo nobis & hæredibus noſtris ſervitium ſextæ partis unius feodi militis. His teſtibus, *Othone* filio *Willielmi*, vicecomite *Eſſexiæ*, *Willielmo* filio ejus, *Symone* fratre ejus, *Rogero Battaille*, *Willielmo* de **Puntegni**, *Willielmo* de **Puntfrait**, *Willielmo* filio ejus, *Symone Foliot*, *Roberto Foliot*, *Rogero Duc*.

Confirmatio Reginaldi *de* **Ginge**, *&* Emmæ *uxoris ſuæ filiæ fundatoris.*

Ib.f.17.a. SCiant preſentes & futuri quod ego *Reginaldus* de **Ginge**, & *Emma* uxor mea, conceſſimus & hac carta noſtra confirmavimus Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Clerekenwelle**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam, & quietam ab omni ſeculari ſervitio gardinum & maſagia quæ ſunt inter barram de **Smethefeld**, & gardinum Hoſpitulariorum **Jeruſalem**, quod eſt ſuper **Holeburn**, & inter rivulum de **Fageſwelle**, & viam quæ vadit de **Smethefeld** verſus prædictam eccleſiam, & terram quam eedem moniales tenent de feodo noſtro in **Chikenelane**, & maſagium unum ante domum *Willielmi* clerici de **Smethefeld**, & ante domum *Roberti* de **Fulcham**. Teſtibus, &c.

Carta Leciæ de **Puntenei** *filiæ fundatoris.*

Ib.f.13.b. UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit *Lecia* de **Punteigni** ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod ego *Lecia* in viduitate mea dedi & conceſſi & hac preſenti carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Clerkenwell** & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, in liberam, & perpetuam elemoſinam, & quietam ab omni ſeculari ſervitio & ſeculari exactione, & ſeculari conſuetudine, pro Dei amore & pro ſalute animæ meæ, & heredum meorum, & pro animabus patris, & matris meæ, & anteceſſorum meorum, omnes terras, redditus & poſſeſſiones & omnia quæ *Henricus Foliot* vir meus, & ego eiſdem ſanctimonialibus conceſſimus & dimiſimus & cartis noſtris confirmavimus. Præterea omnia quæ *Jordanus* pater meus, eis dedit & conceſſit, & omnia quæ ſorores meæ eiſdem dederunt & conceſſerunt, ſcilicet, *Emma* & *Matilda*, & omnia quæ de feodo meo tenent in villa de **Clerkenwell**, vel extra, in terris, & redditibus, in pratis & in paſcuis, in aquis & aquarum decurſibus, ut habeant hæc omnia prædicta & teneant & poſſideant, bene & in pace, liberè, quietè, honorificè, integrè, finabiliter, faciendo mihi vel heredibus meis tantummodo ſervitium ſextæ partis unius militis, ſcilicet, de tertia parte de **Wanſtede**. Conceſſi autem eiſdem ſanctimonialibus unam virgatam terræ in *Stebenheia*, quam videlicet, *Salomon* tenet, quietam ab omni ſervitio, ſalvis, forinſecis ſervitiis. Conceſſi autem eiſdem ſanctimonialibus, quod poſſint emendare conductum ſuum cum opus fuerit emendari ſuper terram meam, liberè, quietè. Has autem terras prædictas & redditus, & poſſeſſiones & omnia alia, ego *Lecia* præfata & heredes mei warantizabimus & adquietabimus prædictis ſanctimonialibus finabiliter, contra omnes homines & feminas. Pro hac igitur donatione & conceſſione & warantizatione & præſentis cartæ meæ confirmatione dederunt mihi prædictæ ſanctimoniales x. marcas ſterlingorum. Hiis teſtibus, *Rogero* filio *Alani*, *Rogero Duce*, *Petro* filio *Newalonis*.

Carta W. *filii* Galfridi Martel.

Ib.f.14.b. SCiant preſentes & futuri, quod Ego *Willielmus Martel*, conceſſi, & hac preſente Carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Clerkenwell**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, in liberam & perpetuam elemoſinam & quietam ab omni ſeculari ſervitio & ſeculari exactione, pro animabus patris mei & matris meæ & anteceſſorum meorum, & pro ſalute animæ meæ & hæredum meorum, parvam **Blenford**, cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ, quam *Galfridus Martel*, pater meus, dedit eis, cum *Albreda* matre ſua facienda moniali, cum omnibus pertinentiis ſuis, in terris & aquis, in hominibus & homagiis, in redditibus & ſervitiis, & in molendinis, in pratis & paſturis, in viis & ſemitis, in boſco & plano, & omnibus aliis rebus eidem terræ adjacentibus. Præterea conceſſi & hac Carta mea confirmavi prædictis monialibus, in liberam & perpetuam elemoſinam, & quietam ab omni ſeculari ſervitio, & ſeculari exactione unam marcatam redditus in *Wintonia*, de terra quam *Johannes* filius *Martini* tenuit de patre meo, Teſtibus hiis *Johanne Martel*, *Johanne* de **Butteileg**, *Roberto* de **Wilers**.

Carta G. *filii* Willielmi Martel.

Ib.f.15.a. SCiant preſentes & futuri, quod Ego *Gaufridus Martel* dedi & conceſſi Deo & ſanctæ *Mariæ*, & monialibus de *Fonte Clericorum*, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & pro anima *Philippæ* uxoris meæ, & ſalute hæredum meorum, unam marcatam redditus apud *Winceſtriam*, quam *Johannes* frater *Willielmi* filii *Martini* tenuit de me, & idem *Johannes* tenebat de predictis monialibus totam terram quam ipſe tenuit de me apud *Winceſtriam*. Volo itaque & concedo quod prædictæ moniales habeant & teneant bene & in pace liberè & quietè præfatum redditum ſicut liberam & puram & perpetuam elemoſinam; Et ego & hæredes mei warantizabimus contra omnes homines prædictum redditum præfatis monialibus. Teſtibus *Euſtachio Martel*, *Johanne Martel*, *Gilleberto* de **Tibontot**.

Carta Mauritii *de* **Gant.**

Ib.f.15.b. OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, *Mauritius* de **Gant**, ſalutem. Noveritis me pro ſalute animæ meæ, & *Matildis* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac preſenti Carta mea confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* & ſanctimonialibus de **Clerkenwell**, ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam eleemoſinam totum redditum meum quem habui in manerio de **Derſleia**, videlicet quam emi de *Margareta* matertera mea, quæ fuit uxor *Othonis* filii *Willielmi*, retento tamen in manu mea boſco meo, quem ibidem habeo, & ejuſdem boſci cuſtodia. Ita ſcilicet, quod in dicto redditu alibi in terris meis præfatum redditum, quantum ad cuſtodiam præfati boſci pertinet, preſcriptis ſanctimonialibus plenariè perficiam. Et ego *Mauritius* & heredes mei warantizare debemus prædictum redditum, dictis monialibus, contra omnes homines & fœminas. Ut autem hæc mea donatio & conceſſio firma & inconcuſſa permaneat, præſens ſcriptum ſigilli mei appoſitione roboravi. Hiis Teſtibus *Roberto* filio *Walteri*, *Saero* de **Quenci** comite *Wintoniæ*, *Henrico* de **Boun.**

Ib.f.54.b. OMnibus ſanctæ matris Dei eccleſiæ filiis, tam prelatis quam ſubditis, preſentibus & futuris *Ernaldus Jeroſolimitani* Hoſpitalis ſervus & ſancti *Egidii* Prior, in domino ſalutem. Sicut accepimus ſuper x. acras inter domum & monaſterium ſanctimonialium *Fontis-Clericorum Londoniæ*, lis & controverſia exſtitit. Ad hanc igitur litem ſopiendam *Jordanus*, utriuſque fundi dominus, dedit domui noſtræ *Londoniæ* v. acras perpetuò poſſidendas, unde & *Gualterus* Prior fratrum qui in *Anglia* ſunt, ex debito religionis & pietatis intuitu, controverſiam iſtam religioſorum virorum, & fratrum ſuorum concilio penitùs dimiſit, & remiſit. Hanc igitur compoſitionem & concordiam ratam habentes, ſtatuimus, & præſentis ſcripti atteſtatione firmamus quatinus præfatum monaſterium & ſanctimoniales ibidem Deo ſervientes, prænominatas x. acras ab omni domus noſtræ & ſucceſſorum noſtrorum Hoſpitalis *Jeroſolimitani* reclamatione, vexatione & inquietatione liberas & quietas perpetuò habeant & poſſideant. Teſtes ſunt hii, *(&c.)*

Confirmatio Regis Henrici *ſecundi.*

Ib.fol.9.a. H. Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis *(&c.)* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & preſenti Carta confirmaſſe, eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fonte clericorum* & monialibus ibidem Deo ſervientibus omnia ſubſcripta quæ eis rationabiliter data ſunt, in perpetuam elemoſinam, Scilicet, ex dono *Jordani* de *Briſeta*, & *Murialis* uxoris ejus, locum in quo habitant infra ambitum muri earum, & terram quam extra habent circa muros earum in eodem campo, & Gardinum quod erat *Sauuardi* & aliud gardinum quod erat *Aluurici* in **Holebuc**, & pratum juxta **Holeburne**, & vivarium cum gardino in valle juxta domos earum, & hortum cum incremento terræ ad menſuram horti, & agellum qui juxta hortum eſt: vallem etiam cum alio vivario, & tres perticatas terræ juxta vallem in parte boriali, ad longitudinem vallis, à via quæ dividit terram monialium & terram *Turſtani* uſque in ripam **Holeburne**, & terram totam quæ eſt inter illud idem vivarium & eccleſiam monialium. Ex dono *Willielmi Martelli* & filii ejus *Galfridi*, & *Alberedæ* matris ejuſdem *Galfridi*, **Bleneford**, de ultra aquam, cum omnibus pertinentiis ſuis præter terram illam quam *G. Martell*, pater *Willielmi Martelli* dedit eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Wintonia*, cum filia ſua. Ex dono autem *Galfridi Martelli*, filii *Willielmi Martelli* unam marcatam redditus apud *Winceſtre*, quam *Johannes* frater *Willielmi* filii *Martelli* tenuit de ea. Ex dono *Roberti* filii *Sewini*, illas cxl. acras terræ in *Hangre* de **Totenham**, quas *Malecolmus* Rex *Scotiæ* ei dedit, quas *Victredus* de *Londoniis* tenuit, & dimidium holmum quem *Engelramus* prius de eo tenuerat, & quatuor truncos ad ignem ſuum de boſco de **Totenham**, & x. porcos quietos à paſnagio. Ex dono *Reginaldi* de *Warrenna* xxx. ſolidatas redditus ſui de *Soberia*, quem *Simon* de *Rocheford* tenuit de eo in *Soberia*. Ex dono *Euſtacii* de *Banchis* terram & manſionē *Leveſone* quæ eſt ſub nemore, & quater xx. acras colendas in uno tenente prope **Putthekeſuualle**, & ix. acras in prato in eadem villa de **Kingeſtuna**, & paſcua animalibus ſuis de communi paſtura. Ex dono *Willielmi* de ſancto *Georgio* terram de **Heſelingefeld**, quam *Roberius Ruffus* tenuit, cum managio, ſcilicet, unam hidam. Ex dono *Bertramii* filii *Theodorici*, & matris ejus *Matildis*, quater viginti acras de **Pemetona**. Ex dono *Walteri* filii *Humfridi* & *Agnetis* uxoris ejus, & *Roberti Delamare* & *Æliciæ* uxoris ejus, & *Galfridi* de *Amblia* & *Conſtanciæ* uxoris ejus xxx. ſolidatas redditus de redditu de **Langeford**. Quare volo, & firmiter præcipio quod prædicta eccleſia ſanctæ *Mariæ* de *Fonte Clericorum* & moniales ejuſdem loci habeant & teneant omnia hæc ſupradicta, cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco & plano, in pratis in paſturis, in aquis & molendinis, in vivariis & piſcariis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis locis & aliis rebus ad ea pertinentibus, bene & in pace, liberè & quiete, plenariè integrè & honorificè, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, ſicut cartæ donatorum teſtantur. T. *R. Wintoniæ*, *G. Elienſi* epiſcopis, *Ricardo* de *Luci*, comite *Will.* de *Mandevilla*, *Gilberto Mallet* dapifero, *Hugone* de *Creiſſi*, *Will.* de **Lauuall**, *Hugone* de *Bello-campo.*

De confirmatione Regis H. *Regis* Angliæ *de loco noſtro in quo manemus & de omnibus aliis terris ſubſcriptis.*

H. Dei gratia Rex *Angliæ*, & dux *Normanniæ*, & *Aquitanniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & preſenti carta mea confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fonte Clericorum* juxta *Londoniam*, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, locum in quo ipſæ manent, & omnia ſubſcripta quæ eis rationabiliter data ſunt in perpetuam elemoſinam, Ib.fol.9.b.

nam, ſcilicet. Ex dono *Roberti* capellani x. acras ſuper quas fundata eſt earum eccleſia, conceſſu *Jordani* filii *Radulphi* filii *Briani*, de cujus feodo erant illæ x. acræ. Ex dono *Ricardi* epiſcopi *Lundoniæ* terram de **Moſewelle**. Ex dono *Gaufridi* de *Eſſexia* & *Euſtachiæ* uxoris ſuæ, totam decimam totius victus & procurationis illorum, & domus & familiæ ſuæ ſicut carta ejuſdem comitis diſtinguit. Ex dono comitis *Willielmi* de **Eſſex** redditum aſſartorum ſuorum de *Hethlea*. Ex dono *Randulfi* comitis *Ceſtriæ* tranſpontem *Ceſtriæ* de *Betha* de **Bureſwelles** uſque ad viam quæ venit de *Pulfordia*, & de hac eadem via, uſque ad viam quæ venit de **Pulfordia**, & de hac eadem via, uſque ad aquam, & de aqua uſque ad domos filiorum *Huniz*. Ex dono *Roce* uxoris *Osberti Wirdevers* x. ſolidatas redditus apud *Lundoniam*, de feodo *Willielmi* comitis *Glouceſtriæ* & ejus conceſſu. Ex dono *Jordani* filii *Radulphi* & *Murielis* uxoris ejus, eccleſiam de **Fuchelburna**, cum decimis & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Gaufridi* filii *Mariæ* xx. ſol. cenſus quos reddent eis ſingulis annis Abbas & Conventus ſanctæ *Mariæ* de *Hamma*, de terra & de domo, quæ fuerint ejuſdem *Gaufridi*. Ex dono *Aliciæ Cappre* terram & domos quas ipſa emit de domina *Ada* in **Philippeſlane**. Ex dono *Roberti* filii *Radulphi* terram quam *Ernaldus* de *Cranelega* tenuit de ipſo quæ eſt ante domum *Johannis* filii *Weri*. Ex dono *Reginaldi* de **Ginges** & *Emma* uxoris ejus, duas acras terræ in ſuo dominico de **Steple**. Ex dono *Willielmi Cappræ* & *Æliciæ* uxoris ſuæ, & *Willielmi* eorum filii, dimidiam marcatam redditus in villa de **Grarelai**. Ex dono *Michaelis Capræ* & *Roois* uxoris ejus, conceſſu *Willielmi Cappræ* eorum heredis, terram illam quam *Bonefacius* medicus tenuit ante portam **Lutgate**. Ex dono *Reginaldi* de **Ginges** & *Emmæ* uxoris ejus jus parochiale in terris ſuis, quas habent & tenent de epiſcopo *Lundoniæ* juxta **Ludgate**, & in hominibus in eiſdem terris exiſtentibus, & in cæteris quæ ad parochiam pertinent. Ex conceſſu *Mauritii* de **Totham**, & *Maurielis* uxoris ejus jus parochiale in terris ſuis quas habent & tenent de epiſcopo *Londoniæ*, juxta *Londoniam*, & in hominibus in eiſdem terris exiſtentibus, & in cæteris quæ ad parochiam pertinent. Ex dono *Mauritii* filii *Roberti* de **Totham**, xv. acras terræ in **Totham**, in **Bradefeld** propinquiores domui *Syrici*. Ex dono *Roberti* de *Muntinni Ailwardum* hominem ſuum & tenementum ſuum in **Ginges** quod eſt juxta domum *Radulfi* filii *Roce*. Ex conceſſu *Murielis* de *Muntinni* terram quam emerunt de *Martino* de **Wodeſtrete**, quæ eſt de feodo ejuſdem *Murielis*. Ex dono *Gaufridi Cappre* redditum molendini de **Titleſhale** ſcilicet, xv. ſol. & duos den. quos reddent eis canonici de **Reinham** ſingulis annis. Ex dono *Murielis* de *Muntinni Wigar Kitte*, cum toto tenemento quod tenet de illa in *Neutona* de maritagio ſuo. Ex dono *Willielmi Cului* terram quam ipſe habuit inter boſcum *Willielmi* de *Bancis* & domum *Ailmari* foreſtarii, ſcilicet, ix. acras, vel fere, ix. acras. Ex dono *Abrahæ* de **Waneſtede**, molendinum de **Wanſtede** & **Pelegrave** juxta idem molendinum. Quare volo, &c. Teſtibus *G. London*, *R. Winton*, *G. Elyen.* epiſcopis, *Willielmo* comite *Glouceſtriæ*, *Ricardo* de **Luci**, *Reginaldo* de **Curtenai**, *Alwredo*.

WROXHALENSIS
Prioratus in agro Warwicenſi.

How the place of *Wroxhale* was firſt foundid, and by whome.

This place, with the demeanſes, cam out of the Lordſhip of Hatton, **which is helde of the erledom of** Warewick, **and like as the Lordſhip of, that is to ſay,** Hatton **is returned and annexid to the ſtok that it cam out of, that is to ſcy,** Warewick, **likewiſe is our patronage and foundacioun; and therefore, as now we take the erles of** Warwick **as for our founders.**

E codice MS. in pergamena penes *Johannim Burgoine* de *Wroxhall* armig. an. 1630.

Abowt the Conqueſt time Richard **lord of** Hatton **and of** Wroxhale **was for his tenure homager to** Herry **erle of** Warwik. **This forſeyd** Richard, **by** Alice **his wife had two ſonnes,** Hewe **and** Reginald. **This** Hewe **had two wives in his tyme; and by** Margaret **had he a ſonne and heire, called** William, **and two daughters, whoſe names, as it is deemed, were called** Cleopatra **and** Edithe.

This knight Sir Hewe, **the ſon of Sir** Richard, **was a man of grete ſtature, and bear the ſame Armes that the** Mountforts of Henley **beare, with the difference of a feſſe of** gules **in the** Mountforts **ſcochin that is of peeces bendye, by the which it is to deme, that** Richard **lord of** Hatton **aforeſeid ſhould be to namyd** Montford **and come lynealy of the** Montfortes **of** Normandy; **and at ther commyng into** England **be promotid to divers lordſhips, as ſome to** Henley, Charlecote, Wellesburn. **And this** Richard, **by the erle of** Warwiks **gift to** Hatton **and** Wroxhale **with their appurtenances, and for lak of iſſu, or by forfeyt, or ſuch other cauſe, all is returned again to the erles of** Warwik.

In this Sir Hewes **dayes was the Holy-land conquered by chriſten people out of hethen mens dominacion by ſore werres, in the which this Sir** Hewe **was takin priſoner and kept among hethen pepill with gret durance of priſonment, the ſpace of ſeven yeres: He there wery of his tribulacioun, remembrid himſelfe how his pariſh church was of ſaint** Leonard; **and alſo calling to minde the grete miracles that God had ſhewid monye time and ofte for the merites of that glourious confeſſour, made his complaynt piteouſly to ſaint** Leonard **ſeying fore him, that he had of tender age had grete devotion unto him, and bound him wilfully unto his ſervise the deyes of his life, and as for a homage to him cuſtomable on his day with grete gladneſſe ſpiritually and bodily fedd pepull plentuouſly both pore and riche, marveyling therefore, ſeying he was takyn priſoner in Gods quarell, whether he that was ſo great**

with God wold not as well pray that good lord that is allmighty, to deliver him as well as other, promitting as of his part to continewe, if he might ſafely come home in the good dedes afore reherſyd. This done, in ſhort ſpace after, in his ſlepe ſaint Leonard apperid to him in black-monks habite full pleſantly comforting him, and bidding him riſe and goe home; and to Gods worſhip found at his chirche a place of nunnes of ſaint Benets order: With that the ſeynt vaniſhed away, and the knight wakened and remembred his viſion, and toke it for a dreme. In ſhort ſpace aftir, he had another viſion, according in all pointes to the ſame, whereof he ſtudied greatly and increſed his devotion to God and ſaint Leonard, with a full hope of deliverance: And not long to but ſaint Leonard apperid to him wakyng under the manner aforeſeyd. The knight joyfull with weppyng and ſpirituall gladneſs, made his vow to God and the ſeynt there preſent, to fullfill the charge enjoyned to him at his power, and ſodeinly with his cheyns he was ſet in Wroxhale-wood, at the eſt end of the chancell that now ys, faſt by his owne mannor; he beyng there bound and foregrown the thick of the wood, merveylid where he was: and as it hapned, there came by him a herde or a ſhepherd of his own, and of the grieſly ſight of him the man was ſore fearid, and charged him in Gods name, to tell him what he was. The knight of the Engliſh ſpeech gretely comfortid, ſeyd he was a man as he was, and bade him not fear of him, but come bodily to him. By this meanes eyther of them comforted by other, fell in talkyng togedyr: The knight askyd him what lordſhipp that was that they were in: He ſeyde, Wroxhale. Then askyd he him, how his lord and lady fared and their children and of their gyding. Then he anſwerid and ſeyd, The lord was and long time had byn priſoner in Hethens, and ſaving only his diſeaſe that could not be remedyed but only by Gods help; both his lady and his children fared well, and well worthlye were for their vertues converſation both to God and the world. Then told he him what almes was done daylie with devout prayers for the lords welfare in hope of ſpeciall ſuccour, to be had of God and of our Lady and other Saints to whome many vowes were made. The knight hering this was gretely rejoyſed in his heart, and heartily thanked God, our Lady, and ſaint Leonard: Then bade he the man bid the lady come to him with her children. The man went to the lady, as he deſired, and informed her of ſuch an unknown man there lying and deſiring to ſpeke with her: She, without any ſtrangeneſſe, with her children, came to him, and feared of the griſlye ſight of him, and knew him not. He then, as ſone as he might come to it, drew out half a ring and took it to the lady, and ſeyd he was her lord, and at her departyng, broke that rynge betwene them and had her put it to her part: that done, both parts cloſyd togedyr, and by miracle faſtned togeder as well as ever it was. Then for joy the lady ſwouned, the children weepyd, and other ſervants loſed him, and ſome cheered the lady and her children, and ſoe by proceſſe they entred into the chirche, and there thanked God, our lady, and ſaint Leonard; and there openly he declared the manner of his delivery, and what his charge was, and how he had made his vowe to fulfill it. Aftir that, he went to his mannor with his lady and his children, which mannor as the days was on the knap by the poole ſouthweſt from our place. And not long to, he purpoſing to fulfil his vowe and promiſe, deſired heartily of God, our lady, and ſaint Leonard, to know by revelation the ſetting of the place. His prayer was heard, and ſtones without mans hand were pitched in the ground; and there as the Altar ſtands now, was the place where he by miracle was ſet on the firſt. And in the ſame churche, among our reliques, is the ringe afore reherſyd, and part of the cheynes that he was bound with; the other part is in the bells and the bells are hallowed. And this good lord our founder made two of his daughters nunnes in this ſame place, that were Cleopatra and Edithe; and the firſt prioreſſe ſhe hiht Ernborow. She dyed the ...... day of ......

And for to have good information of religion, our founder had hither to teach us, a lady of the houſe of Wilton beſides Salisbury, whoſe name was Edithe; and ſhe dyed xv. Martii. Our founder himſelfe dyed the xix. of Marche, and he lyeth buryed in our quire, under a marble ſtone, under the eaſt dore of our cloſe quier.

His mother Alice dyed the fourth day of June, and is buryed in our church-yard. And his wife Margaret made her nunne with us, and dyed the xv. of May: ſhe had a broder hiht Reginald.

And aftir our founders deceſe, his ſonne and heire hiht William did inherite his livelihode. He had a broder callid Richard; and this William dyed the ....., day of ...., ... And he by his wife Margerie or Mileſent; for he had two wives and two ſonnes Hewe and Richard.

This Hewe was lord aftir his fadir, and had two wives, Hawiſe and Miliſent, & dyed xxviij. of December. His ſecond wife hiht Miliſent, and ſhe dyed the .... day of ..... And for lake of iſſu the heritage aftir his deceſſe fell to his broder Richard, who dyed the ...day of ...., of whoſe blood, as ſome writing within us ſheweth, the Clintons, lords of Maxſtoke, were deſcended.

Item, In one place we have prioreſſe names ſet togeder, likely to deme, that aftir that forme of writing they ſucceded eche other, and under this order they be written, Ernborow, Helin, Sabin, Helin, Mawd, Emme, Mawd, Cecelie, Ide, Amice, Abtot, Annis, and Sibill Abtot, ſhe was made prioreſſe the v. day of Aprill, the xvij. yere of the conſecration of Godfrey Giffard, Biſhop of Worceſter, the yere of our Lord 1284. This I ſee in the Biſhops Regiſter.

Dame Cleopatra, the founders daughter, lady of this place, dyed the xxvj. day of Feverel.

Dame Alice Craft, ſometime nunne and lady of this place, poore of worldly Goods, but riche of vertues, deſired heartily of God and our Lady, that ſhe in her dayes might ſee here a Chappell of our Lady. To that intent ſhe prayed oft time: And on a night time there came a voice to her, and bad her in the name of God and our Lady, beginn and performe a Chappell of our Lady. She remembred her thereof, and thought it but a dreme, and toke noe heede thereof. But not long to, another night following, came the ſame voice to her againe; and gave her the ſame charge more ſharplye. Then ſhe wakened and bethought her; and fell in a grete weping, for ſhe had not wherewith to make it; and as ſoone as ſhe might ſhe came to her prioreſſe dame....., and enformid her of all the proceſſe, but ſhe ſet little by it, and ſeyd it was but a fantaſye, and ſhe drive it off as for the tyme; But at laſt our Lady apperid to the ſame dame Alice Craft; blaming her why ſhe was negligent in fulfilling her commandement, and ſoe vaniſhed away from her. Then ſhe in grete feare came and told her prioreſſe: Then askyd ſhe what ſhe had towards it; And ſhe ſeyd xv. d. Then ſeyd the prioreſſe, though it be little our Lady may encreaſe it full well: and then ſhe gave her leave to ſet upon it.

Then this dame Alice Craft gave her to prayers, & beſought our Lady to give her knowledge where ſhe ſhould build it, and how much ſhe ſhould make it. Then ſhe had by revelation to make it on the north ſide her churche, and there ſhe ſhould finde markyd the quantity. This was in harveſt betwene the two feaſts of our Lady: And on the morrow earlye ſhe went unto the place aſſigned her, and there ſhe found a certeyne ground covered with ſnow, and all the church-yard elſe bare without ſnow; and there the ſnow abidde from foure of the clocke in the morning untill none. She glad of this, had Maſons ready and marked out the ground, and built the chappell and performed it up. And every ſaturday whilſt it was in building ſhe would ſay her prayers in the allyes of the church-yard, and in the playne pathe ſhe ſhould and did finde weekly, ſylver ſufficient to pay her workmen, and all that was behoofull to her worke, and no more.

This good Lady, Dame Alice Craft, dyed the vij. calends of Feverell, on the morrow after the converſion of ſaint Paul; and ſhe is buryed under a ſtone in the ſame chappell afore the dore, entring into the quier. She, as beſeming of her bones, was a woman of grete ſtature. There was a young Lady buryed in the ſame grave, and there we ſee her bones.

Cart. de an. 1. E. 3. num. 1.

REX archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* progenitor noſter fecit monialibus de Wrocheſhale in hæc verba. *H.* dei gratia Rex *Angliæ*, dux *Normanniæ*, *Aquitanniæ*, comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me dediſſe & preſenti carta mea confirmaſſe Deo & S. *Leonardo*, & monialibus apud Wrocheſhale Deo ſervientibus pro anima mea, & pro anima patris mei, & anteceſſorum meorum in puram & perpetuam elemoſinam decem marcas argenti annuatim percipiendas ad ſcaccarium meum apud *Weſtm.* per manum theſaurarii mei, donec eis prædictam pecuniam in eccleſiaſtico vel alio aſſignaverim, beneficio. Quare volo (&c.) T. *Gocelino Sarum* epiſcopo, *Ricardo* de Luci, *Ric.* archidiacono *Pictaviæ*. Apud *Wodeſtochiam.*

Inſpeximus etiam quandam aliam cartam quã idem progenitor noſter fecit eiſdem monialibus, in hæc verba. *H.* Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis me conceſſiſſe & preſenti carta mea confirmaſſe eccleſiæ ſancti *Leonardi* de *Wrotheſhala* & monialibus ibidem Deo ſervientibus totam terram quam *Radulfus* filius *Wigani* mareſcalli mei eis dedit & carta ſua confirmavit, videlicet terram de *Kaldecota* cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus, & terram illam quæ vocatur *Burheya*, cum pertinentiis ſuis & libertatibus, & omnes croftas quæ ſunt inter *Killecotam* & *Burheyam*, & totum boſcum & planum quod eſt inter *Killecotam*, & hayam *Hugonis* filii *Ricardi*. Quare volo (*&c.*) T. *Rotrodo Ebrbicenſi* epiſcopo, *Johanne Oxm. Ricardo* capellano, *Henrico* filio *Geroldi*, *Joſcelino* de Baliol. Apud Wudeſtoc, (*&c.*) Nos tamen donationes (*&c.*) prædictas necnon fundationem quam *Hugo* filius *Ricardi* per cartam ſuam fecit in feodo ſuo de *Hattona* in loco qui vocatur Wrocheſhale de eccleſia ſancti *Leonardi*. Et donationem (*&c.*) quas fecit in liberam & perpetuam elemoſinam prædictis ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus de eccleſia prædicta, & de eccleſia de *Hattona*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, Et de tota terra quæ fuit *Aytropi* in *Hattona*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, Et de toto dominio quod idem *Hugo* habuit inter duos rivulos qui illic currebant, Et de tota terra quæ fuit *Ordrici* & *Arnw* . . . . Et de octo acris quæ ſunt inter duas culturas ejuſdem terræ. Et de tota brueria quam prædictus *Hugo* illic habuit prædictæ terræ proxima, ſive . . . . arandi, ſive ad paſcua cum pratis & paſcuis præfatis terris pertinentibus. Et de *Willielmo Frere* & ejus uxore, *Willielmo Fiton* & ejus uxore, *Radulfo* fratre ejuſdem *Willielmi* . . . . . & *Picoto*, *Willielmo* filio *Botildæ*, & *Ingaldo* fratre *Baldriti*, hominibus præfati *Hugonis*. Et de tota terra loci de *Wrocheſhala*, & toto boſco de via quæ ducit à *W* . . . . . uſque ad Werner, & uſque ad diviſas *Rochintunia*. Et de una virgata terræ in *Hattona* quam *Alnredus Hinche* & *Willielmus Buch* tenuerunt. Et de . . . . *Killecota* cum omnibus pertinentiis ſuis, & de tota *Nonneleya* cum pertinentiis, in boſco & plano, pratis & paſcuis, & nominatim de toto plano uſque ad altum nemus . . . . arum prædicti *Hugonis*, Et de toto quod ambitu ſepium includebatur, & uſque ad diviſas tunc ductas & ſignatas; donationem etiam & conceſſionem quã præfatus *Hugo* per eandem cartam ſuam præfatis ſanctimonialibus fecit, ut ipſe habeant curiam ſuam, & omnes conſuetudines, & libertates ſuas liberè & quietè & integrè, ſicut præfatus *Hugo* curiam ſuam, & conſuetudines & libertates melius & liberius habuit, ex conceſſione regis & comitis Warrewyk, cum *ſoca* & *ſaca*, & toll & theam, & omnibus tenuris earundem ſanctimonialium quas de feodo præfati *Hugonis* tenuerunt. Et ut

with God wold not as well pray that good lord that is allmighty, to deliver him as well as other, promitting as of his part to continewe, if he might ſafely come home in the good dedes afore reherſyd. This done, in ſhort ſpace after, in his ſlepe ſaint Leonard apperid to him in black-monks habite full pleſantly comforting him, and bidding him riſe and goe home; and to Gods worſhip found at his chirche a place of nunnes of ſaint Benets order: With that the ſeynt vaniſhed away, and the knight wakened and remembred his viſion, and toke it for a dreme. In ſhort ſpace aftir, he had another viſion, according in all pointes to the ſame, whereof he ſtudied greatly and increſed his devotion to God and ſaint Leonard, with a full hope of deliverance: And not long to but ſaint Leonard apperid to him wakyng under the manner aforeſeyd. The knight joyfull with weppyng and ſpirituall gladneſs, made his vow to God and the ſeynt there preſent, to fullfill the charge enjoyned to him at his power, and ſodeinly with his cheyns he was ſet in Wroxhale-wood, at the eſt end of the chancell that now ys, faſt by his owne mannor; he beyng there bound and foregrown the thick of the wood, merveylid where he was: and as it hapned, there came by him a herde or a ſhepherd of his own, and of the grieſly ſight of him the man was ſore fearid, and charged him in Gods name, to tell him what he was. The knight of the Engliſh ſpeech gretely comfortid, ſeyd he was a man as he was, and bade him not fear of him, but come bodily to him. By this meanes eyther of them comforted by other, fell in talkyng togedyr: The knight askyd him what lordſhipp that was that they were in: He ſeyde, Wroxhale. Then askyd he him, how his lord and lady fared and their children and of their gyding. Then he anſwerid and ſeyd, The lord was and long time had byn priſoner in Hethens, and ſaving only his diſeaſe that could not be remedyed but only by Gods help; both his lady and his children fared well, and well worthlye were for their vertues converſation both to God and the world. Then told he him what almes was done daylie with devout prayers for the lords welfare in hope of ſpeciall ſuccour, to be had of God and of our Lady and other Saints to whome many vowes were made. The knight hering this was gretely rejoyſed in his heart, and heartilly thanked God, our Lady, and ſaint Leonard: Then bade he the man bid the lady come to him with her children. The man went to the lady, as he deſired, and informed her of ſuch an unknown man there lying and deſiring to ſpeke with her: She, without any ſtrangeneſſe, with her children, came to him, and feared of the griſlye ſight of him, and knew him not. He then, as ſone as he might come to it, drew out half a ring and took it to the lady, and ſeyd he was her lord, and at her departyng broke that rynge betwene them and bad her put it to her part: that done, both parts cloſyd togedyr, and by miracle faſtned togeder as well as ever it was. Then for joy the lady ſwouned, the children weppyd, and other ſervants loſed him, and ſome cheered the lady and her children, and ſoe by proceſſe they entred into the chirche, and there thanked God, our lady, and ſaint Leonard; and there openly he declared the manner of his delivery, and what his charge was, and how he had made his vowe to fulfill it. Aftir that, he went to his mannor with his lady and his children, which mannor as the days was on the knap by the poole ſouthweſt from our place. And not long to, he purpoſing to fulfil his vowe and promiſe, deſired heartily of God, our lady, and ſaint Leonard, to know by revelation the ſetting of the place. His prayer was heard, and ſtones without mans hand were pitched in the ground; and there as the Altar ſtands now, was the place where he by miracle was ſet on the firſt. And in the ſame churche, among our reliques, is the ringe afore reherſyd, and part of the cheynes that he was bound with; the other part is in the bells and the bells are hallowed. And this good lord our founder made two of his daughters nunnes in this ſame place, that were Cleopatra and Edithe; and the firſt prioreſſe ſhe hiht Ernborow. She dyed the ...... day of ....

And for to have good information of religion, our founder had hither to teach us, a lady of the houſe of Wilton beſides Saliſbury, whoſe name was Edithe; and ſhe dyed xv. Martii. Our founder himſelfe dyed the xix. of Marche, and he lyeth buryed in our quire, under a marble ſtone, under the eaſt dore of our cloſe quier.

His mother Alice dyed the fourth day of June, and is buryed in our church-yard. And his wife Margaret made her nunne with us, and dyed the xv. of May: ſhe had a broder hiht Reginald.

And aftir our founders deceſe, his ſonne and heire hiht William did inherite his livelihood. He had a broder callid Richard; and this William dyed the ...... day of .... And he by his wife Margerie or Mileſent; for he had two wives and two ſonnes Hewe and Richard.

This Hewe was lord aftir his fadir, and had two wives, Hawiſe and Miliſent, & dyed xviij. of December. His ſecond wife hiht Miliſent, and ſhe dyed the.... day of..... And for lake of iſſu the heritage aftir his deceſſe fell to his broder Richard, who dyed the ...day of...., of whoſe blood, as ſome writing within us ſheweth, the Clintons, lords of Maxſtoke, were deſcended.

Item, In one place we have prioreſſe names ſet togeder, likely to deme, that aftir that forme of writing they ſucceded eche other, and under this order they be written, Ernborow, Helin, Sabin, Helin, Mawd, Emme, Mawd, Cecelie, Ide, Amice, Abtot, Annis, and Sibill Abtot, ſhe was made prioreſſe the v. day of Aprill, the xvij. yere of the conſecration of Godfrey Giffard, Biſhop of Worceſter, the yere of our Lord 1284. This I ſee in the Biſhops Regiſter.

Dame Cleopatra, the founders daughter, lady of this place, dyed the xxvj. day of Feverel.

Dame Alice Craft, ſometime nunne and lady of this place, poore of worldly Goods, but riche of vertues, deſired heartily of God and our Lady, that ſhe in her dayes might ſee here a Chappell of our Lady. To that intent ſhe prayed oft time: And on a night time there came a voice to her, and bad her in the name of God and our Lady, beginn and performe a Chappell of our Lady. She remembred her thereof, and thought it but a dreme, and toke noe heede thereof. But not long to, another night following, came the ſame voice to her againe; and gave her the ſame charge more ſharplye. Then ſhe wakened and bethought her; and fell in a grete weping, for ſhe had not wherewith to make it; and as ſone as ſhe might ſhe came to her prioreſſe dame... ......, and enformid her of all the proceſſe, but ſhe ſet little by it, and ſeyd it was but a fantaſye, and ſhe drive it off as for the tyme; But at laſt our Lady apperid to the ſame dame Alice Craft, blaming her why ſhe was negligent in fullfilling her commandement, and ſoe vaniſhed away from her. Then ſhe in grete feare came and told her prioreſſe! Then askyd ſhe what ſhe had towards it; And ſhe ſeyd xv. d. Then ſeyd the prioreſſe, though it be little our Lady may encreaſe it full well: and then ſhe gave her leave to ſet upon it.

Then this dame Alice Craft gave her to prayers, & beſought our Lady to give her knowledge where ſhe ſhould build it, and how much ſhe ſhould make it. Then ſhe had by revelation to make it on the north ſide her churche, and there ſhe ſhould finde markyd the quantity. This was in harveſt betwene the two feaſts of our Lady: And on the morrow earlye ſhe went unto the place aſſigned her, and there ſhe found a certeyne ground covered with ſnow, and all the church-yard elſe bare without ſnow; and there the ſnow abidde from foure of the clocke in the morning untill none. She glad of this, had Maſons ready and marked out the ground, and built the chappell and performed it up. And every ſaturday whilſt it was in building ſhe would ſay her prayers in the allyes of the church-yard, and in the playne pathe ſhe ſhould and did finde weekly, ſylver ſufficient to pay her workmen, and all that was behooful to her worke, and no more.

This good Lady, Dame Alice Craft, dyed the vij. calends of Feverell, on the morrow after the converſion of ſaint Paul; and ſhe is buryed under a ſtone in the ſame chappell afore the dore, entring into the quier. She, as beſeming of her bones, was a woman of grete ſtature. There was a young Lady buryed in the ſame grave, and there we ſee her bones.

Car. de an. 1. R. 3. num. 1.

REX archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam dominus *H.* quondam Rex *Anglia* progenitor noſter fecit monialibus de Wrocheſhale in hæc verba. *H.* dei gratia Rex *Anglia*, dux *Normannia*, *Aquitannia*, comes *Andegavia*, archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me dediſſe & preſenti carta mea confirmaſſe Deo & S. *Leonardo*, & monialibus apud Wrocheſhale Deo ſervientibus pro anima mea, & pro anima patris mei, & anteceſſorum meorum in puram & perpetuam elemoſinam decem marcas argenti annuatim percipiendas ad ſcaccarium meum apud *Weſtm.* per manum theſaurarii mei, donec eis prædictam pecuniam in eccleſiaſtico vel alio aſſignaverim, beneficio. Quare volo (&c.) T. *Gocelino Sarum* epiſcopo, *Ricardo* de Luci, *Ric.* archidiacono *Pictavia*. Apud *Wodeſtochiam*.

Inſpeximus etiam quandam aliam cartam quã idem progenitor noſter fecit eiſdem monialibus, in hæc verba. *H.* Rex *Anglia* (&c.) Sciatis me conceſſiſſe & preſenti carta mea confirmaſſe eccleſiæ ſancti *Leonardi* de *Wrocheſhala* & monialibus ibidem Deo ſervientibus totam terram quam *Radulfus* filius *Wigani* mareſcalli mei eis dedit & carta ſua confirmavit, videlicet terram de *Kaldecota* cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus, & terram illam quæ vocatur *Burheya*, cum pertinentiis ſuis & libertatibus, & omnes croftas quæ ſunt inter *Killecotam* & *Burheyam*, & totum boſcum & planum quod eſt inter *Killecotam*, & hayam *Hugonis* filii *Ricardi*. Quare volo (*&c.*) T. *Rotrodo Ebrbicenſi* epiſcopo, *Johanne Oxm.* *Ricardo* capellano, *Henrico* filio *Geroldi*, *Joſcelino* de Baliol. Apud Windeſor, (*&c.*) Nos tamen donationes (*&c.*) prædictas necnon fundationem quam *Hugo* filius *Ricardi* per cartam ſuam fecit in feodo ſuo de *Hattona* in loco qui vocatur Wrocheſhale de eccleſia ſancti *Leonardi*. Et donationem (*&c.*) quas fecit in liberam & perpetuam elemoſinam prædictis ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus de eccleſia prædicta, & de eccleſia de *Hattona*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, Et de tota terra quæ fuit *Aytropi* in *Hattona*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, Et de toto dominio quod idem *Hugo* habuit inter duos rivulos qui illic currebant, Et de tota terra quæ fuit *Ordrici* & *Arnw* .... Et de octo acris quæ ſunt inter duas culturas ejuſdem terræ. Et de tota brueria quam prædictus *Hugo* illic habuit prædictæ terræ proxima, ſive .... arandi, ſive ad paſcua cum pratis & paſcuis præfatis terris pertinentibus. Et de *Willielmo Frere* & ejus uxore, *Willielmo Fiton* & ejus uxore, *Radulfo* fratre ejuſdem *Willielmi* ...... & *Picoto*, *Willielmo* filio *Botilda*, & *Ingaldo* fratre *Baldriti*, hominibus præfati *Hugonis*. Et de tota terra loci de *Wrocheſhala*, & toto boſco de via quæ ducit à *W* ..... uſque ad Werner, & uſque ad diviſas *Rochintunia*. Et de una virgata terræ in *Hattona* quam *Alwredus Hunche* & *Willielmus Buch* tenuerunt. Et de .... *Killecota* cum omnibus pertinentiis ſuis, & de tota *Nonneleya* cum pertinentiis, in boſco & plano, pratis & paſcuis, & nominatim de toto plano uſque ad altum nemus .... arum prædicti *Hugonis*, Et de toto quod ambitu ſepium includebatur, & uſque ad diviſas tunc ductas & ſignatas; donationem etiam & conceſſionem quã præfatus *Hugo* per eandem cartam ſuam præfatis ſanctimonialibus fecit, ut ipſe habeant curiam ſuam, & omnes conſuetudines, & libertates ſuas liberè & quietè & integrè, ſicut præfatus *Hugo* curiam ſuam, & conſuetudines & libertates melius & liberius habuit, ex conceſſione regis & comitis Warrewyk, cum *ſoca* & *ſaca*, & toll & theam, & omnibus tenuris earundem ſanctimonialium quas de feodo præfati *Hugonis* tenuerunt. Et ut habeant

Ex codice MS. in bibl. Cottoniana [sub effigie Veſpaſiani B. 15.]

habeant paſturam et communionem pecudibus ſuis et pecudibus hominum ſuorum ubiq; in boſco et plano, liberè et quietè & ſine omni perturbatione. Et ut proprii porci .... in peſſun boſci præfati *Hugonis* parci et hayarum ubique ſine padnagio. Et ut habeant clauſturam ad ſæpes *Nonneleiæ* ſufficienter in haya prædicti *Hugonis* ſine vaſto. Conceſſionem inſuper & confirmationem quas *Rogerus* quondam comes **Warewic** per cartam ſuam fecit dictis ſanctimonialibus in liberam puram et perpetuam elemoſinam de eccleſia de *Suchebergia* cum pertinentiis ſuis, et quatuor virgatis terræ, et xx. acris de inlanda in eadem villa de *Sucheberga* cum pertinentiis ſuis, quas *Robertus* quondam dominus de *Sucheberga* dedit monialibus ſupradictis. Et de una virgata terræ et .... acris de inlanda in *Burtona* cum pertinentiis ſuis quas *Robertus* quondam dominus de *Burtona* dedit monialibus ſupradictis. Et de una virgata terræ et dimidia in **Radeford** cum pertinentiis ſuis & cum omnibus libertatibus et quietanciis, de ſcutagiis et tailagiis et pannagiis et de omnibus aliis .... onibus, quæ ad præfatum comitem et hæredes ſuos pertinuerunt. Conceſſionem inſuper et confirmationem, quas præfatus comes per eandem cartam ſuam fecit dictis ſanctimonialibus de omnibus terris et tenuris et dominationibus tam eccleſiaſticis quam laicalibus quas *Hugo* filius *Ricardi* dedit et conceſſit prædictis ſanctimonialibus, et cartis ſuis confirmavit. Donationem etiam et confirmationem quas *R. Folyot* per cartam ſuam fecit prædictis ſanctimonialibus in perpetuam elemoſinam de xxiiij. ſolidatis redditus in villa *Wardona*. Donationem inſuper quam *Robertus* quondam comes *Leiceſtriæ* per cartam ſuam fecit prædictis ſanctimonialibus in perpetuam elemoſinam de decem ſolidatis redditus percipiendis ſingulis annis infra ſocham de **Hinchelay** ad feſtum ſancti *Michaelis*. Notificationem etiam quam frater *Ricardus* de **Haſtynges** quondam magiſter militiæ templi in *Anglia* per ſcriptum ſuum fecit quod ipſe tenebatur ſolvere annuatim prædictis ſanctimonialibus unam marcam argenti .... na quam *Robertus Camerarius* eis dedit, ſcilicet pro quinque acris terræ et pro una ortolagio, et nona garba totius lucrationis de dominio .... de *Bechia* percipiendum prædictam marcam apud **Beleſhale** per manus præceptoris domus de **Beleſhale**, ratas habentes et gratas (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Apud **Notingham** .... Januarii.

Per ipſum Regem pro Deo & per finem xx. ſol. ob paupertatem domus.

COLNE *in agro* Eſſexienſi *cella de* Abindon.

Ex codice MS. in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Veſpaſiani* B. 15.]

Albericus *Vere primi fundatoris Prioratus* de **Colne**.

ALbericus de **Veer** regis camerarius omnibus hominibus ſuis & amicis *Francis* & *Anglis*, preſentibus, & futuris ſalutem. Sciatis univerſi me conceſſiſſe & hac chartâ mea confirmaſſe, in perpetuam elemoſinam, donationes patris mei, & matris meæ, & hominum meorum, quas fecerunt Deo & beatæ *Mariæ* monachis de *Abendonia* apud **Coln** Deo miniſtrantibus; ſcilicet in meo **Coln** eccleſiam S. *Andreæ* apoſtoli & totam terram *Randulfi* preſbiteri in boſco, & plano, & prato; & totam decimam de dominio & de villa & de parco, de omnibus rebus quæ decimari debent, & ſexies viginti acras de dominio, & virgultum quod eſt ultra vivarium cum vivario, & molendinum de **Colcford** cum omnibus pertinentiis, & ultra pontem de **Colcford** paſturam quandam quæ dicitur **Mers**, & unam acram prati & unam rodam in **Brademede**, & pratum ſuum quod habent in **Kinburne**, & **Linland**, & ſuperius ibi juxta dimidiam acram prati, & unam rodam, & duas ſilvas ſcilicet **Dodeſpolleſho**, & *Littlebria*, cum viginti acris terræ; & terram *Godæ* & terram *Eadwini* Braciatoris, & terram *Elmari Longi*, & terram **Wulricmacche**, & omnes alias tenuras ejuſdem villæ quas prædicti monachi, vel homines eorum, extra parcum habent, in boſco & plano, & prato liberè & quietè ab omni ſeculari ſervitio mihi vel meis pertinente, ſalvo tantummodo regis ſervitio; ſcilicet quod monachi cum omnibus ſuis facere debent quartam partem regis ſervicii quod villa de **Colne** regi debet. Et eccleſiam de *Bello-Campo* & terras pertinentes cum tribus acris prati, & totam decimam de dominio, & de virgulto, & de villa, de omnibus rebus que decimari debent, et commutatio paſturæ pecoribus dominicis monachorum cum pecoribus meis liberè & quietè inperpetuum; et eccleſiam de **Duurecourt** et terras pertinentes et totam decimam de dominio, et de villa, et de piſcaria, et de omnibus rebus quæ decimari debent, et C. ovium paſturam in mariſco, et unum hominem cum v. acris liberè & quietè imperpetuum, et eccleſias de *Campis* & de *Benecleia* cum omnibus pertinentiis ſuis quas pater meus cum ſupradictis eccleſiis in primis fundamentis eccleſiæ in libera et perpetuam contulit elemoſinam, et in **Rodingen** *Grimbaldi* totam decimam de dominio, et eccleſiam cum omnibus pertinentiis & eccleſia de **Coln-Wiblaut** cum omnibus pertinentiis in maneriis ſcil. **Haingham**, **Danreham**, **Aleham**, **Roinges**, duas partes decimæ de dominio de omnibus rebus quæ decimari debent. In **Walle** et **Wacoho**, medietatem decimæ de dominio de omnibus rebus quæ decimari debent, et apud **Haingham** tertiam partem decimæ de terra *Rennulfi Mengin*, & de terra *Roberti Bulci*, & de terra *Guinnanni*, & de terra *Willelmi Groſvaſſal*, de omnibus rebus quæ decimari debent; Et molendinum de **Haingham** cum pertinentiis ſuis et apud **Burgate** decem ſolidatas terræ, et apud **Cripping** tres ſolidatas terræ, et apud **Roinges** terram quam *Hurgar* tenet unde debet annuatim monachis duos ſolidos et octo denarios. Et apud *Colecestriam* unum meſuagium quod *Aſurnus* tenet unde debet annuatim monachis ſexdecim denarios. Hæc omnia pro ſalute animæ meæ et patris mei et matris meæ et omnium parentum meorum vivorum et defunctorum cum omnimoda libertate quam pater meus, vel ego, melius habuimus, conceſſo & confirmo in perpetuam elemoſinam, Deo & beatæ *Mariæ* & monachis præſatis, ita liberè & quietè ſicut elemoſina debet eſſe & poteſt. Hiis teſtibus, *Rogero* de **Wer**, & *Roberto* de **Wer**, fratribus meis, *Bernardo* dapifero, *Lancelino* capellano; *Adam* filio *Warini*, & *Radulpho* filio ejus, *Roberto* de **Mercheſhale**, *Picoto* præpoſito de **Culn**, *Pagano* foreſtario, *Tedbaldo* clerico, *Godwino Putiſan*, & *Ricardo* filio ejus, *Ricardo Pinet* & aliis multis.

De Eccleſia de Kinſintuna.

Ex regiſt. in bibl. Cottoniana fol. 135.

GODEFRIDUS de **Wer**, *Albrici* ſenioris filius, *Albrici* junioris frater, ſuorum fratrum in naſcentia primus, ac ideo in hæreditate paterna ſucceſſor futurus, tam morum quam parentum generoſitate admodum inclitus, abbatem medendi ſe gratia ad *Faricium* contulit. Erat enim gravi correptus morbo. Tribus ergo ab abbate ei cura menſibus impenſa, ea qua pulſabatur convaluit moleſtia. Sed quia contra mortem nulla eſt medicina, alius morbus hunc occupat, cogens decedere vita. Itaque inſtante temporis ipſius articulo, idem eger eccleſiam ſui patrimonii de villa *Kinſintuna*, patre ſuo *Albrico*, & matre ſua *Beatrice*, una cum fratribus ſuis, idem concedentibus, perpetua donatione *Abbendonenſi* monaſterio contulit, cum duarum hidarum duodecies xx. acris terræ, diſterminata, & inſuper unius virgatæ portione. Cujus domi auctoritatem Regis quoque hujuſmodi confirmavit edictum.

Carta Regis *Henrici primi* de Eccleſia de **Kinſentune**.

Ibid.

HENRICUS *Rex* Anglorum, Mauritio Londonenſi *epiſcopo*, Gilberto *abbati* Weſtmonaſterii, *&* *Hugoni de* Bochelanda, *& omnibus baronibus ſuis & miniſtris* Francis *&* Anglis *de* Lundonia *&* Middleſexia, *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe in tempore* Faricii abbatis, *eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *in* Abbendonia, *eccleſiam de* Chenſnetuna *& quicquid ad eam pertinet. Et terram in ipſa villa inter eccleſiam & terram aliam duarum hidarum de duodecies xx. acris quam* Albricus *de* **Wer** *dedit predictæ eccleſiæ pro anima* Goiſfredi *filii ſui defuncti, ut eam eccleſiam in pace inperpetuum & quietè teneat. Teſtibus* Matilde *Regina*, Eudone *dapifero, &* Willielmo *de* Curceio, *&* Nigello *de* Cileio, Urſone *de* **Abbetot**, Roberto Malet, *apud* Corneberiam.

De Eccleſia de **Colum**.

Ibid.

PRædictus itaque *Godefridus* mundo demigrans in hujus monaſterii cultiori loco ſepelitur. Quare ejus parentes eundem locum diligere, ſeque Deo & fratrum beneficiis ibidem præcipue poſtea commendare. Et quia in **Cauſere** regione, quæ ab *Abbendonia* pluribus diſtat milliariis, frequentiori commoratione degere ſolebant, nec iſtic ideo tociens adeſſe, quotiens id affectabant, ubi ſui nati memoria continetur, poterant, communi concilio eorundem quem tunc ſibi hæredem ſubſtituerant. Abbatis quoque *Faricii*, & Conventus fratrum ſibi commiſſi conſenſu, monaſterium in proprio fundo, cui **Colas** vocabulum eſt, conſtruere delegerunt, quod loco *Abbendonenſi* non in omnibus foret perpetuo ſummiſſum, & monachi inde aſſumpti illic locarentur. Ibi enim ad opus cohabitantium copioſè de ſuis rebus ſe collaturos, ibi ſe ſuoſque poſteros poſt deceſſum requieturos corpore promittebant. Itaque deliberatum conſultum regia auctoritate & epiſcopi *Mauritii*, ex cujus dioceſi locus ille habebatur confirmantes, *Abbendonenſes* fratres ad ſe venire rogant, & locum ipſum eis deſignant; Cui rei indicium carta Regis inde pretendit, quæ, ea tempeſtate, talibus annotata eſt apicibus.

Carta Regis Henrici *primi de Eccleſia de* **Colum**.

OMnibus Eccleſiæ Dei fidelibus ſub regimine meo, notum fieri volo, quod ego *Henricus* Dei gratia *Anglorum* Rex, pro peccatorum meorum remiſſione & animæ meæ ſalute, Deo & beatæ *Mariæ* in *Abbendonenſi* eccleſia, & ſancto *Andreæ* in *Colenſi* eccleſia, quæ ut filia matri, ut membrum capiti ſubjecta & coherens eſt eccleſiæ *Abbendonenſi*, concedo, & in æternum permanere auctorizo, omnes illas donationes quas *Albericus* de **Wer** & uxor ejus *Beatrix*, & eorum filius *Albericus* cum fratribus ſuis, eorumque homines, jam fecerunt, vel facturi ſunt, ſupradictæ eccleſiæ, tam in eccleſiis, quam in terris, hominibus, & decimis, molendinis, ſilvis, & pratis, paſcuis, & exitibus, quarum nomina rerum ſubnexa leguntur. Scilicet in *Cola*, eccleſiam ſancti *Andreæ* cum terra *Ranulfi* presbyteri. Et cum omnibus ad eccleſiam pertinentibus, & ſexies xx. acras de dominio & viridarium quod ultra aquam, cum vivario, Et terram quam *Serlo* habuit, ſicut melius & largiùs unquam habuit ipſe vel aliquis anteceſſorum illius in paſcuis, & ſilvis, & campis. Et duas ſilvas ſcilicet *Dodepoliſo*, & **Hodewde**, & terram *Godæ* decem ſolidorum de gablo, & terram *Eadwini* quinque ſolidorum de *Gablo*, & viginti acras de dominio quæ cambitæ fuerant pro terra *Blachemanni*, & unum hominem cum quinque acris, & terram *Ælmari* longi, & terram *Wlfwini* foreſtarii, & molendinum; Grangias & eccleſiam de **Duuercurt** cum triginti acris terræ, & cum omnibus ſibi pertinentibus, In maneriis, ſcilicet **Hethigaham**, **Belcheam**, **Lauteham**, **Aldeham**, **Duuercurt**, *Bonecleida*, *Bodingas*, duas partes decimæ de omnibus rebus, & unum hominem cum quinque acris. In **Malvert** & *Waldana* medietatem decimæ, & unum hominem cum quinque acris. In **Hechingeham**, duo molendina que *Aldwinus* molendinarius tenebat de terra *Adhelelmi* de burgata decem ſolidatas. Dimidiam decimam de **Wiblant**, de *Cola*, & terciam partem decimæ *Rannulfi* magni. Et eccleſiam de *Campis*, Et eccleſiam de *Bonecleia*, Et eccleſiam de *bella Cambo*, cum omnibus eis pertinentibus, Et ſilvam de *Litebaia*, cum viginti acris terræ. Hæc donationum conceſſio facta eſt a ſereniſſimo rege *Anglorum Henrico* anno Dominicæ incarnationis MCxj. indictione quarta, anno vero regni ſui undecimo, coram his teſtibus, *Roberto Lincolnienſi* epiſcopo, Et *Johanne* de *Bajocis*, & *Gilberto* capellano, & *Goisfrido* de *Dina*, & *Hamone* dapifero, & *Ranulfo Meſchino*, & *Willielmo Peverello*, de **Notingeham**, & *Hugone* de *Bochelanda* apud *Radingas*.

11 H. 1.

Item

Item de Colun.

OMnium verò rerum quæ per cartam iſtam notantur, abbas *Faritius* apud *Colas*, quadrageſimali tempore,& die feſta ſancti *Cuthberti* conſtitutus inveſtituram, id eſt ſaiſitionem accepit, per manum *Picoti* dapiferi *Albrici* jubente eodem Albrico juniore & uxore ejus *Beatrice*, concedentibus id *Albrico* juniore, & cæteris eorum filiis, cum ſuis univerſis militibus qui huic donationi interfuerunt idem videntes & annuentes. Quorum nomina hæc fuerunt filiorum; jam nominatus *Albricus*, *Rogerus*, *Rotbertus*, *Willielmus*. Militum verò; *Alfredus* vicecomes, *Goisfredus* filius *Haimonis*, *Haimon* de *Lamara*, & multi alii. Item *Adelelmus* de Furgette, qui, eo die, coram his omnibus teſtibus, ſeſe, per manum abbatis prædicti,in eodem loco Deo, & ſancto *Andrea*, optulit ut ibi poſt mortem ſepeliretur. Et quia de ſua terra decem ſolidatorum provideret, ſicut & fecit, & de ea monachos ibidem commanentes ſaiſivit *Thihelo*, & *Willielmo* hoc id concedentibus. Item affuit *Goisfredus* de Ruelent. Ex parte abbatis affuerunt, *Warnigerius* Prior, *Benedictus*, & *Rotbertus*, & *Godwinus*, & *Willielmus* monachi. Milites verò, *Bernerus*, & *Rotbertus* de Samford, *Radulfus* camerarius abbatis, *Rogerus* clericus.

De Albrico *de* Ver.

HIs ita determinatis, non multorum poſt decurſum annorum, idem *Albricus* ſenior ante ſui obitus diem religionis habitum in eodem loco recepit & defunctus ſepulturæ traditur: Ubi & *Willielmus* filius ejus, ſuorum junior fratrum, parvo tempore ſuperſtes patri effectus, tumulatur. Pro cujus memoria frater ejus *Albricus*, ſcilicet junior, terram duarum carrucarum in *Scaldulacon*, & ſancto *Andrea*, perpetua largitione contulit,præſente prædicto abbate *Faritio*. Aderat enim ibidem & funeris defuncti exequias agebat. Horum itaque ſepultorum epitafium hic anneximus.

Cedunt è vita votis animiſque cupita:
Barbarus & Scita; gentilis & Iſraelita,
Has pariter metas habet omnis ſexus & atas,
En puer, en ſenior, pater alter, filius alter.

Legem, fortunam, terram, venere ſub unam:
Non juveni tote quas epotavit athene
Non vetulo note vires vel opes valuere,
Sed valuere fides, & pradia qua memoramus,
Ut valeant valeant, per ſecula cuncta precamur.

Cum autem vicini eundem, orationis gratia, locum frequentarent, ad uſum inhabitantium ſua beneficia reſpectu præmiorum ſupernorum largiri cœpere. Eorum, ea tempeſtate aliquos hic ſubnominamus. *Hubertus* enim de *Monte Canefi* acram unam prati. Item *Goisfredus* & *Robertus*, fratres & filii *Odelina* alteram acram prati; ad hos & *Walterus* cognomento *Macerell* decimam totius ſuæ pecuniæ villæ ſuæ *Colis* de feudo *Euſtachii* comitis *Bolonenſis*, pratumque ſimul contiguum molendino illius loci permultum. *Ricardus* quoque de *Buris* de eadem ſua villa id eſt *Buris* decimam tam mobilium quam immobilium rerum totam Deo & ſancto *Andrea* illic contulerunt.

Compoſitio inter Abbatem de Abyngdon *& Priorem de* Colne.

Pat. 15 E. 2. par. 1. m. 14. per Inſpex.

UNiverſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris, vel audituris, *Ricardus* Dei gratia abbas monaſterii Abyndon, & ejuſdem loci conventus *Sarum* dioc. ac frater *Johannes* de Campeden Prior de Colun, & ejuſdem loci conventus, London dioceſ. ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra quod cum inter nos abbatem & conventum Abyndon, ex parte una,& nos Priorem & conventum de Colun antedictos ex altera, ſuper monachorum tranſmiſſione ad dictum Prioratum de Colun, qui ad monaſterium de Abyndon prædictum, tanquam membrum,ſive cella ejuſdem pertinere dinoſcitur,& revocatione eorumdem,ac ſuper modo creandi Priorem in vacationibus Prioratus prædicti, & aliis ſubjectionis articulis, quorum occaſione, variis dicebatur deprimi diſpendiis,& modo intereſſendi electioni abbatis monaſterii prædicti; necnon ſuper eccleſia de Kenſington, London dioc. diſſentionis ſive litis materia ſuborta fuiſſet; tandem ad inſtantiam, & petitionem nobilis viri domini *Roberti* de Veer comitis *Oxon.* prædicti Prioratus patroni, lis ſive diſſenſio hujuſmodi amicabili compoſitione, & realiter facta, in hunc modum conquievit; Videlicet quod nos abbas & conventus Abyndon prædicti, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris,pro bono pacis,utilitate religionis,ac honeſtate, dedimus & conceſſimus prædictis Priori & conventui de Colun & ſucceſſoribus eorum, licentiam,& liberam facultatem,ut clericos apud Colun, de quibuſcunque partibus, de quibus eligendos duxerint, nobis inconſultis, ad habitum monichalem recipere valeant,illuc perpetuo moraturos; & quod nullus de conventu Abyndon ad prædictum Prioratum, pro mora ibidem facienda, ut monachus ejuſdem Prioratus, de cætero tranſmittatur, nec ibidem admittatur ſed quod monachi de Abyndon ad dictum Prioratum, prius miſſi, nunc exiſtentes ibidem, qui ad domum ſuam de Abyndon redire voluerint, infra lapſum triennii, à tempore affirmationis dicte compoſitionis computandum,ad dictam domum ſuam admittantur,& in eadem,ut convenit, recipiantur,juxta ſtatuta regularia pertractandi, cæteris apud dictum Prioratum extunc ſuo perpetuo manſuris. Et quod pro profeſſione monach. de Colun exegerit apud prædictum Prioratum, per ipſius loci Priorem requiratur, abbatis dicti loci de Abyndon, qui pro tempore fuerit, licentia, (quam teneatur benignius concedere)vel ſuper hoc Priori domus de Colun prædictæ committere vices ſuas.Et quod in vacationibus Prioratus ſupradicti liceat conventui dicti Prioratus, eligere unum de fratribus commonachis ſuis ſibi in Priorem nominandum, & mittend. dicto abbati,quē idem abbas,ſtatim ſine moræ diſpendio, ſervata tamen gravitate, ſi evidenter inidoneus non extiterit, tam dicti Prioratus patrono,quam loci epiſcopo preſentabit ſub modo circa preſentationem hujuſmodi antea obſervato, alias dictum electum,ſi inydoneus fuerit,ut premittitur, pro ydoneore eligendo ad domum ſuam,ſine difficultate remittet, ſumptibus tam mittendo,preſentando,quam etiam remittendo in omnibus dicti Prioratus. Salvo ſemper nobis abbati *Abyndon.* prædicto, & ſucceſſoribus noſtris, jure viſitandi ibidem, & debitam procurationem poſtquam ad dictum Prioratum declinaverimus, de bonis ejuſdem Prioratus pro ipſo viſitationis actu neceſſario, ut convenit exigendi,quæ nobis tunc & ſucceſſoribus noſtris,ſine difficultate aliqua liberetur.

Nos verò prædicti Prior & Conventus de **Colun** deliberatione & tractatu,qui in hac parte requiruntur, præhabitis, pro bono pacis, & dicti Prioratus evidente utilitate id fieri ſuadente, de voluntate etiam, & concenſu prædicti domini *Roberti* de **Weer**, Patroni noſtri, totum jus quod in predicta eccleſia de **Benſington**, & ſuis pertinentiis,& etiam ad eandem habuimus & habemus quodque vendicavimus, & clamium quod habuimus in ea, necnon omnimodam actionem, nobis ad ipſam eccleſiam quam dicti Abbas & Conventus,ſibi,& monaſterio ſuo predicto canonicè ab antiquo optinuerunt, & adhuc optinent, appopriatam dicti Prioratus nomine aliqualiter competentem, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris imperpetuum,prædictis Abbati & Conventui **Abyndon**, & ſucceſſoribus eorundem purè, ſpontè, & abſolutè remittimus, & quietum clamamus per præſentes.Et ſi quod ſcriptum amodo inveniatur per quod liquere poterit predictam eccleſiam de **Benſington**, ſeu aliqua pertinentia ad eandem, ad nos ſeu dictum Prioratum aliquatenus pertinere, volumus, quod pro nullo prorſus habeatur, & omni careat firmitate, nobiſque commodum afferre non valeat,ſeu dictis Abbati & Conventui aliquod nocumentum, proceſſibus nihilominus quibuſcunque tam judicialibus, quam extra judicialibus ad noſtri inſtantiam habitis,ſive factis, coram quibuſcunque judicibus ordinariis,delegatis, vel eorum commiſſariis, aut quibuſvis aliis perſonis, ſuper eccleſia de **Benſington** prædicta, contra Abbatem & Conventum predictos, eorumque proceſſuum uſui, penitùs & expreſsè renuntiantes. Tenore etiam præſentium concedentes, pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris, ut monachi in dicto monaſterio **Abyndon** comorantes, futuris & perpetuis temporibus, quotiens opus fuerit, liberè ad electionem abbatis ipſius monaſterii procedere valeant,ac omnia,& ſingula quæ hujuſmodi electionis negotium contingunt exercere,Priore dicti Prioratus, ſeu monachis ibidem commorantibus aut ipſorum aliquo non vocatis, ſeu vocato, requiſitis, aut aliqualiter requiſito ; Quodque dicti monachi *Abyndon.* Priorem ipſius Prioratus de **Colun**,ſeu aliquem monachum ejuſdem ad hujuſmodi electionem, ſeu aliqua ipſam contingentia, deinceps admittere nullatenus teneantur.Et ut hæc compoſitio,inter nos facta firma, & ſtabilis, & realis, permaneat in futurum, huic ſcripto, in modum cirograffi quadripartiti confecto cujus una pars penes nos abbatem & conventum *Abyndon.* ſub communi noſtro Prioris & conventus de **Colun**, ac etiam domini de **Weer** patroni, & altera penes nos Priorem & conventum de **Colun** ſub communi noſtro abbatis & conventus *Abyndon.* ac etiam patroni,tertia penes patronum, ſub communibus utriuſque noſtrum, & quarta in eccleſia ſancti *Pauli London.* ſub communibus utriuſque noſtrum, & patroni predictorum ſigillis remanebunt,alternatim appoſuimus ſigilla noſtra,& dicti patroni Sigillum apponi procuravimus, ut ſupra ſcriptum eſt, in robur & teſtimonium premiſſorum. Datum apud **Colun**, per nos *Robertum* de **Weer**, comitem *Oxoniæ* patronum ſupradictum pridie kalendas Aprilis anno Domini milleſimo treſcenteſimo undecimo incipiente. Datum etiam apud **Abyndon**, per nos abbatem & conventum ejuſdem, in capitulo noſtro ibidem pridie nonas Aprilis anno Domini ſupradicto.

Vide Vol. 2. *pag.* 877. *Col.* 2.

CANEWELLENSE

cœnobium in agro Staffordienſi.

Carta fundationis.

Ex ipſo autographo penes *Will. Peſhale* equit. aur: an. 1640. Vide Pat. 12 *H.* 4. parte 1. m. 27. per Inſpex.

UNiverſis ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, *Geva*, filia *Hugonis* comitis *Ceſtriæ*, & uxor *Galfridi Ridelli*, ſalutem. Noverint tam poſteri quàm preſentes, quod ego *Geva*, concilio religioſarum perſonarum, & autoritate *Rogeri* epiſcopi *Ceſtriæ*, & aſſenſu *Ranulfi* comitis *Ceſtriæ*, cognati mei, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum, & parentum meorum, fundavi quandam eccleſiam in honorem ſanctæ *Mariæ*, & ſancti *Egidii*, & omnium Sanctorum, in locum qui dicitur *Canewella*, ad opus monachorum ibidem Deo ſervientium, & concedo eis in elemoſinam terram de *Stichesleia*, & unum pratum quod vocatur *Litemerſia*, & molendinum de *Fareſleia*. Preterea concedo eis in *Duntonia* manerio meo, quatuor virgatas terræ,& unam virgatam,ex dono *Osberti* capellani mei,cum omnibus quæ ad eas perinent, & in eadem villa unum molendinum quod dicitur *le* **Corre**. Et volo & concedo ut prædicti monachi teneant hæc omnia bene, & in pace, liberè & quietè ab omni ſervitio ſeculari,ad me vel ad hæredes meos pertinente,& habeant omnes conſuetudines, & libertates ſuas, in nemore, & plano, pratis & paſcuis, ita quod nullus eis, neque pro panagio, neque pro aliqua occaſione moleſtiam vel injuriam faciat.Hanc quoque donationem feci conceſſione hæredum meorum,ſcilicet *Gaufridi Ridelli*,& *Radulfi Baſſet*. Hujus donationis teſtes ſunt, *Radulfus* decanus de *Blabi*, & *Gaufridus* decanus de *Butneſwella*, & *Gubertus* canonicus de *Legerc.* & .... de **Brocton**, & *Hugo* ſacerdos de ...., & *Ailſi* ſacerdos de **Dunton**, & *Radulfus Baſſet* de **Petling**, & *Thomas* de *Sais*, & *Godwin* de **Dunton**, & *Froue*, & *Ordricus*, & *Robertus le Turneur* de *Legerc.* & *Oſmundus* de *Legerc. Ricardus Ald. Ler. Osbertus* capellanus, *Ricardus* diaconus de **Dunton**, *Gaufr.* ſacerdos, *Robertus* vicecom. *Willielmus* de *Seis* de **Broch**, *Radulfus*

Radulfus de *Occie. Rogerus J.......*, *Ricardus* filius *Roberti.*

Alia ejuſdem Gevæ *Charta.*

Ex autographo penes eundem *Willielmum Peſhale* **equit. aur.**

UNiverſis ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, *Geva* filia *Hugonis* comitis *Ceſtriæ* ſalutem. Notum ſit omnibus tam preſentibus quàm futuris, quod ego *Geva* pro ſalute animæ meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum, concilio religioſarum perſonarum, & auctoritate *Rogeri* epiſcopi *Ceſtriæ*, fundavi quandam eccleſiam in honorem ſanctæ *Mariæ*, & ſancti *Egidii*, & omnium Sanctorum, in loco qui dicitur **Canewell**, & in latitudine à veteri foſſato uſque ad ipſam eccleſiam. Et in *Draitona* unam manſuram quæ fuit *Clementis* Presbiteri, cum terra quæ ad eam pertinet, & in eadem villa unum pratum quod vocatur **Litlemers**, & molendinum de *Fariſleia*. Et hoc conceſſu *Ranulfi* comitis *Ceſtriæ*, in cujus feodo prædicta eccleſia fundata eſt. Et concedimus eidem eccleſiæ eccleſiam de *Duntona*, & eccleſiam de *Rachadala*, & in *Duntona* v. virgatas terræ cum prato adjacente, & unam culturam terræ pro tribus toftis quæ defuerant tribus virgatis de v. ſupradictis, & in eadem villa unum de duobus molendinis quod eſt in parte occidentali. Hanc autem conceſſionem feci aſſenſu hæredum meorum *Gaufridi Ridelli* & *Radulfi Baſſet*. Et volo & firmiter conſtituo ut predicti monachi teneant hæc omnia bene & in pace & honorificè, liberè & quietè ab omni ſervicio ſeculari, ad me vel ad heredes meos pertinente, & habeant curiam ſuam & omnes libertates ſuas & conſuetudines in boſco & plano, pratis & paſcuis & pannagiis, & ſicut meliùs & liberius ego habeo res meas, ſic liberè & res ſuas habeant. Hujus donationis ſunt teſtes *Willielmus* abbas de **Radinges**. *Ricardus* abbas *Legeceſtria. Osbertus* capellanus. *Aiſi* presbiter de *Duntona. Clemens* presbiter de *Draitona. Tomas* de *Sais. Willielmus* de Sais. *Walterus* de *Cuilli. Adam* de **Tamwurth**. *Ranulfus le Bret. Ivo* de *Gorges. Rodbertus Bagot. Ricardus Baſſat. Mattildis* de **Staford**. Valete.

Carta Radulfi Baſſet.

Ibid.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis & amicis & hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, *Radulfus Baſſet* ſalutem. Notum ſit vobis me dediſſe & conceſſiſſe, pro ſalute animæ meæ & omnium anteceſſorum meorum, & *Aliciæ* uxoris meæ, & filiorum meorum, in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſancti *Egidii* de *Canewella*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, eccleſiam de **Rachedene**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam de *Duntona*, cum rebus ei adjacentibus, & in eadem villa iiij. virgatas terræ de meo dominico, & unam virgatam terræ ex dono *Osberti* capellani, & in eadem villa duo molendina. Preterea concedo eis terram de *Stichesleia* & partem nemoris quæ extenditur in longitudine à loco qui dicitur **Calewehull**, uſque *Bircheleiam*, & in latitudine à veteri foſſato uſque ad ipſam eccleſiam, & in *Draitona* unam manſuram quæ fuit *Clementis* presbiteri, & terram quæ ad eam pertinet, & in eadem villa unum pratum quod vocatur **Littlemers**, & landam quæ vocatur *Langaleia*, cum terra & prato uſque *Burniam* è parte *Leulfi* de *Fariſleia*, & molendinum in eadem villa cum toftis & terra pertinente, & molendinum de *Draitona* apud **Budescote**, cum omnibus liberis conſuetudinibus ei adjacentibus, ſcilicet, xxx. ſolidos unde me adquietavi pro animabus filiorum meorum & reſiduum ...... cum corpore meo. Volo igitur & firmiter conſtituo ut predicta eccleſia & monachi hæc omnia ſupradicta bene & in pace liberè quietè & honorificè abſque omni ſeculari ſervicio teneant, & habeant omnes libertates ſuas & conſuetudines in boſco & plano, pratis & paſcuis & pannagiis ſicut ego meliùs & liberiùs habeo. Teſtibus *Hugone* archidiacono, Canonico *Legeceſtriæ. Roberto* fratre abbatis *Leiceſtriæ. Ricardo* capellano. *Ricardo* capellano. *Radulfo* capellano. *Roberto* filio *Gregorii* medici. *Rogero* ſcriptore. *Gaufrido Ridell. Alicia* uxore mea. *Willielmo Baſſet. Thoma* de *Sais. Willielmo* de *Sais. Simone* de *Ouuilla. Roberto Bagod. Hugone* fratre ſuo. *Simone Malaherbe. Roberto* filio *Seher. Roberto* de *Seie. Willielmo* de *Petlinges. Gaufrido* de **Weun**.

Alia ejuſdem *Radulfi* Carta.

Ibid.

O*Mnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis* (&c.) Radulfus Baſſet *ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe, & preſenti Carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti* Egidii *de* **Canewell**, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum, & Yſabelle uxoris meæ, & hæredum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam, omnes donationes & res & poſſeſſiones quas* Geua Ridel, *& pater meus* Radulfus Baſſet *& anteceſſores mei eis dederunt & confirmaverunt, ſicut eorum Carte proteſtantur. Et ut hæc mea confirmatio robur optineat, eam præſentis ſcripti mei munimine corroboravi. Hiis teſtibus* Thoma *abbate de* **Crokesden**. H. *abbate de* Miravalle. Johanne *priore de* **Sandwell**. *Magiſtro* Roberto *de* Pencriz. Roberto Marmion. Willielmo Marmion *filio ſuo.* Ricardo *filio* Willielmi. Willielmo Baſſet. Willielmo *de* Diva. Johunne *de* **Clopton**, *& a multis aliis.*

Carta Radulfi Baſſet, *filii* Iſabellæ.

Ibid.

OMnibus *(&c.) Radulfus Baſſeth* filius *Iſabel* ſalutem. Noverit *(&c.)* me dediſſe & conceſſiſſe, & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Ægidii* de **Kanewelle** *(&c.)* pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum, & *Margaretæ* uxoris meæ, & hæredum meorum, in perpetuam elemoſinam omnes donationes *(&c.)* quas *Geva Ridel* & *Radulfus Baſſeth*, & alii anteceſſores mei & ego eis dederunt & confirmaverunt, ſcilicet de dono *Geva Ridel* terram de **Sticheley** & partem nemoris *(&c.)* ut ſupra, & ex dono *Radulfi Baſſeth* in *Fariſleia* landam quæ vocatur **Langeleye** & molendinum in **Buttriscote**. Et de dono meo ut capiant terram ad reparationem ſtangni molendini inter viam de **Buttriscote** & molendinum uſque ad pontem de **Thame** *(&c.)* Hiis teſtibus, magiſtro *W.* de **Maneceſter** decano de **Lichelfeud**, *Nicholao* canonico de **Thamworth**, *W.* capellano de **Thamworth**, *Alexandro* capellano de **Cotes**, *Johanne* de **Stanford**, *Thoma* de **Clinton**, *Roberto* de **Grendon**, *Stephano Tunſtal* & multis aliis.

Carta Walerani *comitis* Warewici.

Ibid.

WAleranus comes **Warewic** omnibus (*&c.*) ſalutem. Notum ſit (*&c.*) me conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe in elemoſinam Deo & eccleſiæ ſancti *Ægidii* de *Canewella* (*&c.*) pro anima patris mei & matris meæ & omnium anteceſſorum meorum & hæredum meorum futurorum, tres virgatas terræ in *Hulla* cum pertinentiis, quas comes *Rogerus* pater meus dedit Deo & prædictæ eccleſiæ de **Kanewell** (*&c.*) Quare volo (*&c.*) Hujus conceſſionis & confirmationis ſunt teſtis *Thomas* Prior ſancti *Sepulchri* de **Warewic**, *Jordanus* decanus, *Henricus* capellanus de *Suttona*, *Radulfus Baſſet*, *Thomas* de *Ardena*, *Ranulfus* de **Munnevill**, *Willielmus* de *Ardena*, *Willielmus* de **Bray**, *Willielmus* de **Tikebrom**, *Henricus Revel* cum multis aliis.

Carta Radulfi Baſſet *tertii.*

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis (*&c.*) *Radulfus* filius *Radulfi* filii *Radulfi Baſſet* domini de **Drayton Baſſet** ſalutem (*&c.*) Literas *Gevæ* filiæ *Hugonis* comitis *Ceſtriæ*, primæ fundatricis eccleſiæ monachorum de *Canewella*, *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* dioceſis, progenitricis noſtræ vidimus & inſpeximus in hæc verba. Univerſis(*&c.*) [*ſicut in ſecunda carta prædicta.*] Quas quidem literas & omnia & ſingula in eiſdem contenta pleniùs recenſentes, ea (tenore præſentium) ratificamus & approbamus, & eiſdem monachis pro nobis & hæredibus noſtris concedimus, & contra omnes mortales warantizabimus & in perpetuum defendemus. Hiis teſtibus dominis *Baldwino* de **Frivill**, *Johanne* de **Clinton**, *Johanne* de **Freforde**, *Fulcone* de **Birmincham** militibus. *Johanne* **atte Lee**, *Johanne le* **Archer**, *Hugone* de **Aſton**, *Johanne* de **Lile**, & aliis. In cujus rei teſtimonium huic præſenti confirmationi ſigillum meum appoſui. Data apud **Draitone Baſſe** vij. die menſis Maii xxvj. *Edwardi* iij.

FARWELLENSE

Cœnobium in agro Staffordenſi.

Autographum penes decan. & capit. eccleſiæ Lichfeldei. an. dom. 1640. Vide Pat. 49. E. 3. part. 2. m. 17.

✠ IN *nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*, Amen.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuri temporis Dei fidelibus, quòd ego Rogerus *Dei gratia* Ceſtrenſis *epiſcopus, petitione & rogatu Domini* Rogeri & Gaufridi & Roberti *heremitarum & fratrum de* **Faurwelle**, *& conſenſu capituli noſtri, ſcilicet fratrum & Canonicorum matris eccleſiæ de* **Lechefeld**, *dedi & conceſſi & preſentis paginæ ſigillo confirmavi ſanctimonialibus & Deo devotis mulieribus eccleſiam ſanctæ* Mariæ *de* **Faurwelle** *in perpetuam elemoſinam cum omnibus appendiciis ſuis, ſcilicet cum molendino & boſco & paſnagio & plano & quicquid interjacet inter rivū de* Chiſtalea & **Blache ſiche**. *Dedi præterea & conceſſi prædictis ſanctimonialibus in Dei ſervicio juvandis & ſuſtentandis vj. colonos & eorum tenuras & manſos & quicquid ſervitii de eiſdem habebam, perpetuo jure in elemoſinam. Dedi præter hæc & conceſſi, rogatu & devota petitione* Hugonis *capellani & canonici noſtri eidem eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *& eiſdem ſanctimonialibus de* **Faurwelle** *totam terram & tenuram & laborem ſuum quem de boſco extraxerat ipſe* Hugo *& quicquid apud* Pipam *de me idem* Hugo *tenebat : Dedi inquam & conceſſi liberè & quietè eidem eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Faurewelle** *totum in perpetuam elemoſinam. Dedi etiam & conceſſi eidem eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *& eiſdem ſanctimonialibus de* **Faurwelle** *ſervitium & totam tenuram* Haminch *de* **Hamerwih**, *& hoc rogatu & petitione ejuſdem* Hamminh, *& Deo ſerviendi id ipſum efflagitante devotione. Hac tamen conditione quod de dimidia hida quam prædictus* Haminh *tenebat, habebit eccleſia dimidium in dominio, & hæres ejus tenebit de eccleſia alterum dimidium, faciens inde prædictæ eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Faurwelle** *ſervitium inſtitutum. Conceſſi etiam eidem eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Faurwelle** *elemoſinas in dedicatione ejuſdem eccleſiæ, & in noſtra præſentia annuo beneficio ubicumq; à Dei fidelibus inſtitutas, unde dilatandæ caritatis zelo & epiſcopalis officii debito, præfatam eccleſiam ſanctæ* Mariæ *de* **Faurwelle**, *cum incolis ſanctimonialibus in perpetuam eccleſiaſticæ libertatis cenſuram epiſcopali auctoritate confirmamus, & confirmando noſtri capituli teſtimonio autorizamus, & omnibus parochianis noſtris tam clericis quàm laicis, ut eidem eccleſiæ benefaciant, & eundem locum diligant & manuteneant præcipiendo monemus : & omnibus eidem loco pacem ſervantibus & aliquod beneficium Dei caritate exhibentibus fiat pax ſumma quæ hominibus bonæ voluntatis eſt promiſſa. Hujus donationis & conceſſionis ſunt teſtes viri ſubſcripti,* Richardus *archidiaconus,* Gulielmus *archidiaconus,* Rogerus *archidiaconus, & alius* R. *archidiaconus,* Gulielmus *decanus,* Odo *Theſaurarius*, Hugo *capellanus, magiſter,* Ricardus, Gulielmus *filius* Osberti, Rogerus, Gulielmus, Hugo Can. Robertus *Præpoſitus, magiſter* Aluredus, Gilbertus *de* Liſs.

✠ *Ego* W. *Dei gratia* Ceſtrenſis *epiſcopus, omnes donationes domini* Rogeri *epiſcopi prædeceſſoris mei in hac carta depictas eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *& monialibus de* **Faurwelle** *concedo, conceſſionem auctoritate ſigilli mei confirmo. Teſte Domino* Frogerio …….. *monacho, & magiſtro* Zacharia, *& magiſtro* Rainaldo. *Dedi præterea in conſecratione earundem ſanctimonialium tenuram & ſervitium* Alurichi *de* Quadraria, *cum filiis ſuis, ſcilicet ſolidos ſex per annum, eiſdem prædictis teſtibus hoc factum.*

Carta Rogeri, Ceſtrenſis *epiſcopi.*

Ibid.

R*Ogerus* Dei gratia *Ceſtrenſis* epiſcopus, omnibus filiis ſanctæ eccleſiæ tam futuris quàm præſentibus. Notum vobis ſit me dediſſe eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fagrovella* & canonicis fratribus converſis ibidem domino ſervientibus locum in quo eccleſia fundata eſt, & terram quam aſſartavere, & quantum de nemore aſſartare poterint ipſi & eorum ſequaces,&*Chirſtalleiam*,ita liberè& quietè ab omnibus querelis & cuſtumis cum paſturis & paſnagiis & aliis conſuetudinibus ut ipſe à Deo & Rege teneo.Et volo & concedo ut bene & honorabiliter teneant ea in meo tempore & in temporibus ſucceſſorum meorum, & in burgo & extra burgum & in plano & in boſco. Teſtibus clericis & laicis, *Francigenis* & *Anglicis* (*&c.*)

Charta regis *Henrici.*

Ibid.

H. *Rex* Angliæ, *dux* Normanniæ, *&* Aquitaniæ, *& comes* Andegaviæ, *epiſcopo* Ceſtriæ *& juſtitiariis & baronibus & vicecomitibus,& miniſtris & omnibus fidelibus ſuis de* **Staffordſcire** *ſalutem. Sciatis me dediſſe & in puram & perpetuam elemoſinam confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *& monialibus de* Fagereſwella *ibidem Deo ſervientibus, locum & fundationem abbatiæ ſuæ de* Fagereſwella, *cum omnibus eidem abbatiæ pertinentibus, ſcilicet tres carucatas terræ apud* Fagereſwellam, *& unam carucatam terræ apud* Pipam, *& unam carucatam terræ apud* **Hamerwich**. *Praterea do eis & confirmo in elemoſinam quadraginta acceras terræ de aſſartis de waſto forreſtæ meæ de* **Canod,** *ad menſuram perticæ regiæ, cum homagiis eiſdem terris & teneuris pertinentibus. Quare volo & firmiter præcipio quod prædictæ moniales hæc omnia prædicta habeant & teneant in boſco & plano, in pratis & rivis, & paſturis, & in paſnagiis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, bene & in pace, liberè & quietè, & integrè & honorificè ſolutas & quietas ab omni ſeculari ſervitio & exactione, & de murdris, & hundredis, & ſciris, & de geldis, & danegeldis. Concedo etiam eis, & confirmo quicquid eis rationabiliter datum eſt vel in futurum poterint adipiſci. Teſtibus* Manneſero Biſet *dapifero, &* Frog. *&* Ricardo Peccato *archidiaconis; &* Petro *de* **Bermingaham,** *&* Falcheio *foreſtario. Apud* Rademoram.

Alia Carta dicti Henrici.

Chart. antiq. litera C.num.22.

HENRICUS Rex *Angliæ*, dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, & in puram & perpetuam elemoſinam confirmaſſe Deo, & ſanctæ *Mariæ* de *Fagerwella*,& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, locum & fundationem abbathiæ ſuæ apud *Fagerwellam* in foreſta mea de **Canoc**, cum omnibus eidem abbathiæ pertinentibus, ſcilicet, tres carucatas terræ in Dominium apud *Fagerwellam*, cum omnibus homagiis, & molendinis eidem terræ pertinentibus,Et nominatim octo acras de dono *Roberti* prepoſiti, quas idem *Robertus*, & *Thomas* filius ejus predictæ eccleſiæ, reddentes duos ſolidos per annuum ſervitium in perpetuam elemoſinam dederunt, & carta ſua confirmaverunt, & moras ad facienda prata que inter ſepes ejuſdem terræ de *Fagerwella* continentur, Do etiam eis & confirmo in perpetuam elemoſinam unam carucatam terræ apud **Pipam** de eſſartis Foreſtæ meæ de **Canoc**, & unam carucatam terræ apud **Hamerwich**, cum villanis, & franchilano, nomine *Hamone vielario*, & cum tenuris eorum, & paſturam ſicut fuit pertinens ad eandem terram, anno & die quo Rex *Henricus*, avus meus, fuit vivus & mortuus. Et præter hæc,do & confirmo in elemoſinam omni tempore permanſuram, quadraginta acras de aſſartis de waſto foreſtæ meæ de **Canoc,** ad menſuram perticæ Regis,apud locum nomine **Lanhurſt**, de terra pertinente ad manerium meum de **Alrewas**, ut predictæ ſanctimoniales eandem **Lanhurſt**, & quicquid habebam in eodem waſto, per metas quæ inter terram meam & *Ceſtrenſis* epiſcopi terram, videlicet, rivam nomine *Pipam*, & foſſatum ſancti *Neddæ*, & ceteras metas, quæ à foreſtariis regiis perambulata ſint, & a ruſticis conſtitute, habeant & teneant, cum omnibus conſuetudinibus, & libertatibus pertinentibus ad **Alrewas**, in boſco & plano, & paſnagio, in paſturis, & rivis,& ceteris pertinentiis ſuis; Concedo etiam & confirmo quicquid eis datum eſt, vel in futurum rationabiliter adipiſci poterint.Quarevolo(*&c.*) Teſtibus *Manſero Biſet* dapifero (*&c.*)

PINLEYENSIS *Prioratus* *in agro* Warwicenſi.

Ex ipſo autographo penes.... Cookes de Pinley an. 1637.

ALUREDUS Dei gratia *Wigorñienſis* epiſcopus, Univerſis (*&c.*) ſalutem. Noverit (*&c.*) nos ad inſpectionem literarum fœlicis memoriæ *S.* & *J.* prædeceſſorum noſtrorum conceſſiſſe, & auctoritate epiſcopali confirmaſſe Deo & ſanctimonialibus de *Pineleia*, totam terram de *Pineleia*, ſicut *R.* de *Pilardinton*, aſſenſu *Roberti Pincernæ* de *Overſleia*, eam eis dedit, & jam dicti epiſcopi confirmaverunt. Statuimus autem & nos, ut ordo ſanctimonialium inibi conſtitutus perpetuis temporibus ibi inviolabiliter obſervetur. ſub interminatione Anathematis interdicentes, ne quis contra hanc donationem & confirmationem temerè venire, aut aliquam, contra illius loci libertatem, ſubjectionem ſibi vendicare, ſeu ſervitutem exigere præſumat. His Teſtibus *Godefrido* archidiacono, *Radulfo* Priore de **Warwich**, *Fromundo* Priore de *Stodleia*, *Clarebaldo* decano de **Eſton**, *Oſberto* capellano, *Tedelino* clerico, *Pagano* capellano.

Ibid.

SCiant preſentes & futuri, quod ego *Johannes* filius *Galfridi* de **Langele**, dedi, conceſſi, & hac preſenti Carta mea confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* de *Pineleia*, & monialibus ibidem Deo ſervientibus *Robertum* filium *Galfridi* de **Langele**, fratrem meum, & hominem meum, cum homagio & ſervitio & redditu ſex denariorum, quos *Margeria* Comin emit de me , ad lumen beatæ *Mariæ* de *Pineleia*, (*&c.*) Teſte *Symone* de Stoke (&c.

Ibid. N*Otum ſit omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis quod ego* Willielmus *de* Curli, *dedi conceſſi & hac præſenti carta mea quietum clamavi, Prioriſſe de* Pinneleia *& monialibus ibidem Deo ſervientibus, & hominibus eorum de* Langele *ſectam curiæ meæ de* Langeleya *villa de* Norton (&c.) *Teſtibus domino* Henrico Pippard, Johanne *de* Curli, Roberto *de* Haſtang (&c.)

STRATFORDENSIS

Prioratus in agro ....

Cart. 14. R. 2. num. 1. per Inſpex. S*Tephanus* Rex *Angliæ* epiſcopo *Elien.* juſtic. vicecomitibus, baronibus miniſtris & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe monialibus de Stratforde in perpetuam elemoſinam illam donationem quam *Criſtiana* de *Sumeri* & filii ejus fecerunt de terra de *Haſelingeſelda* , & quicquid ad illam pertinet. Quare volo (&c.) T. *Willielmo* de *Ipra*, & *Ricardo* de Lucy, & *Rogero* de *Fraxino.* Apud *London.*

Ibid. R*Icardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, dux *Normanniæ* (*&c.*) Sciatis nos pro amore Dei & pro ſalute noſtra & *A.* reginæ matris noſtræ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Leonardi* de Stratford & monialibus ibidem Deo ſervientib. eccleſiam de *Northim.* quam habent de donatione *Galienæ*, & filii ejus *Bartholomei* de *Daumartin* ipſius eccleſiæ patroni. Quare volumus (*&c.*) Hiis teſtibus *H. Dunelm.* epiſcopo, *R. London.* (*&c.*)Dat. apud *Weſtm.* primo anno regni noſtri ix. die Octob. (*&c.*)

FRESTONENSIS

Prioratus in agro Lincolnienſi, *cella* de *Croyland.*

Carta *Alani* de Creun defundatione Prioratus.

Ex Vetuſto exemplari MS. penes Richard. Townley de Nocton Parke in com. *Lincoln.* armig. N*Otum ſit omnibus videntibus & audientibus hac ſcripta, quod ego* Alanus *de* Creun, *& uxor mea* Muriel, *filiuſque meus* Mauricius, *pro animabus patrum & matrum noſtrorum, Parentum quoque predeceſſorum noſtrorum, & pro redemptione animarum noſtrarum, conceſſimus, & ſuper altari ſancti* Guthlaci, Crolandie, *donationem in elemoſina de hiis rebus fecimus; Eccleſiam ſcilicet* Freſtonie, *cum omnibus ſuis decimis, & conſuetudinibus, & terram eccleſiæ, & croftum juxta eccleſiam, & v. toſta in* Freſtona, *& iiij. bovatas terræ de meo dominio de quo quintam, cum prato addidimus etiam poſt liberationem* Regis Stephani, *preſente domino* Godfrido *abbate, ſolutas, quietas & liberas ab omni ſervicio, geldo, conſuetudine, & ab omni exactione, & paſturam peccoribus ſuis cum noſtris in omnibus locis.* Eccleſiam *de* Butterwyke, *cum omnibus ſuis decimis & conſuetudinibus; eccleſiam verò de* Toft, *cum omnib. ſuis decimis, & conſuetudinibus, & cum toſto* Elaucardi, *& cum duabus bovatis terræ, quietis & liberis, ſicut prediximus conceſſimus, poſt* Reinaldum, *quocunque modo eam dimiſerit, ſive morte, ſive aliqua occaſione.* Eccleſiam *verò de* Warneburna, *cum omnibus ſuis decimis & conſuetudinibus, & cum terris, & boſco ad eccleſiam pertinente.* Eccleſiam *etiam de* Stonesby, *cum terris eidem eccleſiæ pertinentibus, & cum omnibus ſuis decimis & conſuetudinibus. Eccleſiam de* Burtona, *cum omnibus ſuis decimis, & conſuetudinibus, & cum terris eccleſie, ſcilicet, tribus bovatis terræ, cum prato, & unam de noſtro dominio, cum prato & paſturam ſicut prediximus; & in eadem villa totam terram que fuit* Adæ *clerici noſtri, ſcilicet totam terram* Obbe *clerici; & totam terram que fuit* Hardingi *filii* Ælmeri , *& totam terram que fuit* Osberti *filii* Gippi , *& totam terram que fuit* Godrici *filii* Alurune, *pro ſex. bovatis terræ, cum croftis & pratis eiſdem terris pertinentibus, & ſervicium & terram* Johannis *de* Abervilla, *quam de nobis tenuit in* Dembelby, *ſcilicet, ſex bovatas terræ. Conceſſimus etiam preterea decimam omnium reddituum denariorum totius terre noſtre, & decimam denariorum de* Feria *de* Totelveſtan. *Has omnes eccleſias, cum decimis, & redditibus, & conſuetudinibus eccleſiaſticis, & terris prædictis, concedimus eſſe ſubjectas eccleſiæ S.* Jacobi Freſtonie, *Celle S.* Guthlaci *libertate qua prenotavimus, jure perpetuo. Horum omnium preſcriptorum donationem in elemoſinam fecimus. Imprimis pro animabus patris & matris* Henrici *Regis* Angliæ, *& pro redemptione anime ſue, & pro vita, & incolumitate heredum ſuorum, Regnique illorum pace & ſtabilitate, cum emendationibus, & incrementis que faciemus, Deo annuente, & divina gratia nobis inſpirante. Et quicquid homines mei de feodo meo dederint, vel dabunt in elemoſina conſenſu meo concedimus & confirmamus; Et ſi quiſpiam has oblationes, vel donationes, ſuadente Diabolo, minuere vel deſtruere preſumat, perpetuo anathemate feriatur, niſi dignè ſatisfecerit. Hujus rei Teſtes ſunt* Robertus abbas *Thorneye*, (&c.)

Carta Alani *de* Creon, *de tribus hidis terræ in* Crudeſhale, *cum eccleſia de* Southwarburne.

Ibid. D*Omino* ſuo & patri *Henrico* Dei gratia *Wyntonienſis* epiſcopo, *Alanus* de Croun, quicquid domino & patri——Notum ſit venerabili Primatui veſtro, & omnibus, tam preſentibus quàm futuris, has literas audientibus, quod ego *Alanus* de Croun, conſilio, & conceſſione *Mauricii* filii mei, & *Willielmi* filii *Rogeri*, nepotis mei, conceſſimus & dedimus tres hidas terre in elemoſina, in Crudeſhale, cum eccleſia de Warnburne, & cum una virgata terræ quas antiquitùs dedimus Eccleſie ſancti *Jacobi* Apoſtoli *Holandia*, & monachis meis ibidem Deo ſervientibus, dimidiam hidam, ſcilicet que fuit **Blakemon**, quam *Emma* ſoror mea habuit, & duas hidas & dimidiam hide propinquiores jacentes, circa hidas *Blakemon*; Excepta terra *Godfridi*, cum hominibus, manſuris & edificiis, ſine retenemento alicujus rei, vel conſuetudinis, & boſcos & paſturas eiſdem hidis pertinentibus, ſolutas, quietas & liberas ſicut decet & debet elemoſina dari, & conſtitui, & nominatim paſturam de **Hare appultre** conceſſimus & dedimus predictis monachis in elemoſinam, & harum ſiquidem donationem rerum, eccleſiæ, ſcilicet, *Warneburne*, & virgatæ terre, & trium hidarum terre de *Crudeſhala*, & paſturam verſus *Hubburnam*, confirmavimus per chartam noſtram, preſentibus viris religioſis, *Edwardo* abbate de *Croslandia*, *Davide* abbate de *Brunna*, &c. & multis aliis tam clericorum quam laicorum: Si quis igitur in diebus noſtris, vel poſt mortem noſtram (ſuadente Diabolo) hanc elemoſinam patrimonii noſtri impedire, vel minuere, ſive deſtruere voluerit, anathema ſit, & cum *Dathan* & *Abiram* ſit pars ejus in inferno, niſi reſcipiſcat, & ad dignam ſatisfactionem veniat. *Amen, Amen, fiat, fiat, fiat.*

Geanealogia fundatoris.

Ibid.

M*Onſieur* Alan *de* **Croune** *le primer foundour de* **Friſton**, *&* Muriele *ſa femme, des queux vient.*

Monſieur Maurice *de* **Croune** *ki eſpouſa une* Clarice, *des queux vient.*

Nota quod clauſæ 17. *Joh.* membrana 24. Rex reddidit *Petro* de *Croun* terras quæ fuerunt *Mauritii* de *Croun* patris ſui in *Hamma*, *Walton* & *Ewell*, in comitatu *Surreyæ*, tenendas de nobis ſicut *Mauricius* pater ſuus de nobis tenuit.

Monſieur Wythe *de* **Croune**, *ki eſpouſa une* Iſabellæ, *des quex vient*,

Dame Petronil *de* **Croune** *fille & beir a Monſieur* Withe *ſon pier, qe priſt a baron monſieur* William Longechaumpe. *Le quel monſieur* William *engendra de meiſme la* Petronill.

Monſieur Henre *de* Longechaumpe, *& puis la dit* Petronill *priſt autre baron Monſieur* Oliver Vaux: *le quel ingendra de dit* Patronill John *de* Vaux *a qi il dona le manoir de* **Freſton** *en taile, pur ceo que* Henre *ſon primer fitz per* William *ſon pimer baron fuiſt beir del entier.*

Et idem *Henricus* filius & hæres dominæ *Petronillæ* de *Croun* obiit die Martis proxima poſt feſtum Nativitatis beatæ *Mariæ* virginis anno gratiæ MCClxxiiij. Et legavit corpus ſuum abbatiæ de *Swineheved*. Et cor ſuum eccleſiæ de *Burton-Pedwardyn* ad ſepeliendum in capella ante altare beatæ *Mariæ* virginis.

Et Mounſieur Henre *de* Longechampe *ſuſdit priſt a femme* Sibile *la fille mounſieur* Thomas Heringande, *& de lui engendra dame* Alice Longechampe *ſanz antre iſſeu, peront el fuiſt droit heyr a monſieur* Henri *ſon pier. La quel dame* Alice *priſt a baron monſieur* Roger Pedwardin, *come apiert per la genealogie de Lez anceſtres de* **Pedwardin**.

Quæ quidem *Alicia* de *Longo-Campo* obiit xv. die menſis Maii anno Domini MCCCxxx. & jacet in boriali parte capellæ beatæ *Mariæ* in eccleſia de *Burton-Pedwardyn*.

Monſieur Roger Pedwardyn *de qui vient*

Monſieur Wauter *fitz & beir a Monſieur* Roger *ſuſdit, le quel monſieur* Wauter *eſpoſa deux femmes.*

Wantier Loyde, anglicè Thent aliàs dictus, *Wauter Pedwardyn*.

Lune femme Thaugharat *ſoer a* Thelwell: *laute femme* Maude *la filie monſieur* John Lyngayne. *De quel il engendra.*

Monſieur Roger Pedwardin *la ſecunde, qi priſt a femme* Alice *fille a Monſieur* Henri Longechampe *de quel il engendra.*

Qui quidem *Rogerus* eccleſiam de *Burton-Pedwardyn* cum capella beatæ *Mariæ* integerrimè conſtruxit, excepto *le South-ile* cum capella ſancti *Nicholai* epiſcopi conſtructa per parochiam ejuſdem villæ.

Monſieur Roger Pedwardyn *le tierce. Quel priſt a femme* Augnes *filii a monſieur* Philipp Darcy. *De quel il engendra.*

Qui quidem *Rogerus* obiit x. die Februarii anno Domini MCCClxviij. qui perquiſivit quandam bullam continentem 500. & 20. dies indulgentiæ benefactoribus eccleſiæ & capellæ de *Burton*, ut in dicta bulla conſpicientibus pleniùs apparebit.

(a) Alice *la filie. Et puis* (b) *Monſieur* Wauter Penwardyn *fitz & beir. Qi priſt a femme* Iſabell *filie a monſieur* Robert Hilton, *& de lui engendra.*

(a) Le quel *Alice* fore le dit *Wauter* priſt a baron *John* de *warbelton*. (b) Quidem *Walterus* obiit xi. die Junii anno Domini MCCCCv.

Monſieur Robert Pedwardyn *&* Wauter *ſon frere, & meſme monſieur* Robert *priſt a femme* Elizabeth *filie a monſieur* Edmond Pierpoint, *& de lui engendra*

Wauter Pedwardyn *eſquier fitz a* Robert Pedwardyn *chivaler eſpouſat* Katerine *file a* Johan Ingilby *de* **Rippeley** *pres a* **Knareſburgh** *en le counte* **Deverwyke** *fitz & beir a* Thomas Ingilby *chivaler & juſtice de la leye* Dengleter. *Sur la quele* Katerine Ingilby *levant dit* Wauter *engenderat* Roger, Thomas, Margaret, Katerine, Joane, Anne, *Et lavantdit* Katerine *la mere moruſt.*

Qui quidem *Robertus* obiit xxvj. die *Aprilis* an. Dom. MCCCCxxxij. an. 10. H 6.

Et apres la mort del dit Katerine *levantdit* Wauter *eſpouſat* Katerine *la file de* John Markham *de le counte de* **Notingham**, *juſtice de la ley* Dengleterre. *La quele* Katerine *fuſt primerment eſpouſe a* Mathew *de* **Leeke** *eſquier, & apres a* John *de* **Flete** *de* **Frampton** *home de la ley* Dengleterre.

Qui quidem *Walterus* obiit xiiij. die Auguſti an. Dom. MCCCCxxix.

Et le dit Roger *eſpouſat* Bettrice *la file as ditz* Mathew *&* Katerine Markham. *Et* Aliſaundir *fitz as meſmes* Mathew *&* Katerine *eſpouſat* Margarete *la file as avantditz* Wauter *&* Katerine Ingilby.

Prioratus S. DOGMAELIS *in comitatu* Pembrochiæ *cella cœnobii* Tyronenſis.

SAncti *Dogmaelis* abbatia ordinis ſancti *Martini Turonenſis*. Profitentur regulam ſancti *Benedicti*.

Fludus præcentor eccleſiæ ſancti *Davidis* dixit mihi, *Martinum* de *Turribus* primò inter *Normannos Kemeſiam* bello acquiſiviſſe & hoc monaſterium fundaviſſe, ac ibidem, in medio chori, ſepultum fuiſſe.

Lel. coll vol.1.p.5

Carta

Carta regis Henrici *primi.*

Cart. 5. E. 3. nu. 80. m. 30. per Inſpex.

Videetiam p. 20. R. 2. part. 3. m. 12. Et pat. 19. H. 6. part. 1. m. 4. Et cart. 18. E. 1. n. 3.

IN nomine ſanctæ & individue Trinitatis, ego *Henricus* rex *Angliæ*, & dux *Normannie*, pro redemptione animæ meæ & predeceſſorum meorum, conceſſi monachis de **Thyron**, uxore mea *Adelide* etiam concedente, quæcumque *Robertus Martini* filius eiſdem monachis, vel dedit, vel daturus eſt, quieto jure ac perpetuò poſſidenda, ſicut infra in præſenti membrana ſubſcriptum eſt.

Ego *Robertus*, *Martini* filius, de ſuperna cogitans retributione, uxore mea *Mathildi* concedente, vel potius monente, pro ſanctæ eccleſiæ exaltatione, in terra mea de *Gualis Tironenſium* monachorum paupertati compatiens, monaſterium in honore ſanctæ Dei genitricis ſemper virginis *Mariæ* conſtituens, nonnullis ibi fratribus religioſè converſantibus, abbatem eis preponi à domino abbate *Willielmo* & omni conventu *Tyronenſi* Deo auxiliante tandem multis precibus impetravi, quorum neceſſitatibus, juxta poſſibilitatis meæ vires, concurrere cupiens, venerando *Anglorum* rege *Henrico* adhortante, ac pariter & quæ dedi & quæ daturus ſum, quieta ac libera jure perpetuo abbati ac ejus monachis eorumque ſucceſſoribus poſſidenda concedente: ita ut in eadem abbatia nichil ab aliqua poteſtate ſeculari poſſit contra canonicam auctoritatem inſtitui; ſcilicet nec ab ipſo rege nec ab ejus quolibet principe aut eorum aliquo ſucceſſore, dedi eis antiquam eccleſiam ſancti *Dogmaelis* cum poſſeſſione terræ eidem eccleſiæ adjacente, cujus nomen eſt **Landodog** in provincia **Kames** juxta ripam fluminis Thevi. Dedi quoque eis totam terram in confinio ejuſdem prædictæ eccleſiæ & loci ſitam, quam in dominio meo tunc tenebam, cujus diviſiones iſtæ ſunt. Ab amne quodam cui nomen eſt **Bruan** qui in partibus illis inter **Hemelyn** & **Cames** dividit, ſicut deſcendit in proximum flumen Thevi, & inde ſicut idem flumen decurrit in proximum mare. Item que ab eodem amne prædicto verſus meridiem uſque ad terram *Roberti* de **Languetoch**, & inde ſecus terram *Rogerii* de **Mathone** contra occidentem donec perveniatur ad terram *Willielmi* filii *Rogerii*, & inde uſque ad diviſiones *Hugonis* cognomento *Gualenſis*, ſcilicet uſque ad annem qui terram ipſius & **Landbloden** manerium, quod eorum eſt, dividit. Omnis autem terra illa quæ infra diviſiones iſtas habetur, tam vacua quàm arboribus obſita monachorum eſt. Dedi quoque eis quendam de militibus meis nomine *Aleni* cum terra ſua quæ etiam intra diviſiones prædictas continetur, ſet & in montanis quorum nomen eſt **Breſelech**, à terra *Huberti* de *Vallibus* uſque ad ortum cujuſdam rivuli qui dicitur **Combkaro**, atque inde donec defluat in annem cui nomen eſt **Cledi**, & inde contra ejuſdem **Cledi** ortum donec ad modicum rivulum aſcendatur qui de cacumine dextri montis deſcendit, & inde per ſummitatem ejuſdem montis ſicut in longum diſtenditur, donec iterum ad terram *Huberti* de *Vallibus* perveniatur, monaſterio jam dicto conceſſi. Quicumque verò de meis hominibus pro remiſſionc peccatorum ſuorum de terra ſua eidem monaſterio dederit, omnino concedo. Dedit denique eiſdem monachis mater mea inſulam **Pyr** quæ alio nomine *Caldea* noncupatur, quam à domino meo rege michi datam matri meæ dederam, quod utique libens concedo. Conceſſi inſuper illis ut in propriis nemoribus meis ubicumque porci mei paſcerentur, porci eorum paſtum haberent, & ligna ad ædificanda ædificia ſua inde ſibi abſque ulla contradictione aſſumerent quantum vellent. Dedi verò illis & piſcariam ſancti *Dogmaelis*, & conceſſi illis ut per totam aquam quamdiu terra eorum protenditur alias piſcarias ſive molendinum facerent, ſive cum ſagenis piſcarentur, vel quicquid utilitatis fieri poteſt in aquis vel excogitari ſibi facerent ſi vellent. Dedi quoque illis omnium cervorum ſive biſcharum qui in venationibus meis caperentur omnia coria, præter illa quæ ad venatores pertinent. Et in *Anglia* dedi eis quoddam manerium nomine **Ratreu**, cum omnibus conſuetudinibus ſuis. Hæc igitur omnia quamvis in diverſis temporibus dederim, tamen in ordinatione Abbatis ſolenniter donatio hæc facta eſt ea die qua primus ejuſdem loci Abbas, *Fulchardus* nomine, à domino *Bernardo Menevenſis* eccleſie epiſcopo intronizatus in ſede ſua eſt, concedente eodem epiſcopo quicquid de decimis meis eidem abbati dederam, tam de frugibus, quàm de animalibus, ſive ovibus, ſeu pullis equarum aut vitulis, & quibuſcumque pecoribus unde decimatio reddi debeat, de lana, de caſeis, ac butiro in *Gualis*.

Hæc ergo data ſunt iiij. idus Septembris, præſentibus atque teſtificantibus eodem epiſcopo *B.* atque domino abbate *Tyronenſe W.* necnon & *Ricardo G.* filio, & *Hunfredo Goſmero* filio, & *Stephano* dapifero, *Rich. Alveredo* de *Bennevilla*, eiſdem ſubſcribentibus in hac carta.

Signum *Henrici* ✠ Regis. Signum *Adelidis* ✠ Reginæ. Signum ✠ *Roberti.* Signum ✠ *Bernardi* epiſcopi. Signum ✠ *Matill.* Signum ✠ *Ricardi* filii *G.* ✠ *Stephani.* ✠ *Alueredi* ✠ *Hunfridi.*

WALDENSE *Cœnobium in agro* Eſſexienſi, *fundat. an Dom.* 1136.

Fundationis hiſtoria, fundatoris etiam & benefactorum præcipuorum genealogia, & res geſtæ.

Ex MS quodam cartaceo in bibl. *Arundel.* A.D. 1647. & X. 29. annotato. fol. 17a.

GAUFRIDUS de *Mandevilla*, comes *Eſſexiæ*, primus fundator abbathiæ de **Walden.**

Gaufridus de *Mandevilla*, comes *Eſſexiæ*, filius predicti *Gaufridi.*

Willielmus de *Mandevilla*, comes *Eſſexiæ*, frater & hæres prædicti *Gaufridi*. Idem *Willielmus* obiit in *Normannia*, anno Domini MClxxxj. & ex deſponſata ſibi uxore nullum poſt ſe reliquit hæredem.

Beatrix de *Mandevilla*, domina de **Say**, ſoror *Galfridi* primi, fundatoris, & amita *Willielmi* *mi* predicti, totam de jure ſibi vendicavit hæreditatem, de qua duo nobiles filii procedebant, videlicet, *Willielmus* de **Say**, filius ſuus primogenitus, & *Gaufridus* frater ejus; qui *Willielmus* primogenitus filiam ſuam nomine *Beatricem* genuit, cuidam domino *Galfrido* filio *Petri* deſponſatam. Obeunte *Willielmo* predicto filio ſuo primogenito, domina *Beatrix*, mater ſua jam decrepita & plena dierum, filium ſuum *Gaufridum* de **Say** juniorem virum magnum & militarem, vice ſua tranſmiſit ad Regem, qui ſuffultus conſilio matris ſuæ ac aliorum magnorum virorum, apud Regem ſcriptis autenticis Regio ſigillo ſignatis Baroniam comitis *Willielmi* avunculi ſui, mediante ſeptem millium marcarum conventione fixis terminis domino Regi ſolvendarum ſub rata etiam magnorum virorum fidejuſſione, gratioſè obtinuit.

Galfrido filio *Petri*, cum ſuis, illam Baroniam ad filiam *Willielmi* de **Say**, fratris primogeniti uxorem ſuam de jure pertinere debere aſſerente, ſed apud Regem nichil obtinuit, *Galfridus* de **Say**, ſicut antedictum eſt, totam illam Baroniam quæ fuerat comitis *Willielmi* adeptus, & non ſolutis pecuniis terminis fixis, à fidejuſſoribus ſolutio exigitur, coguntur uti ſolvant. At ille non multùm ſapiens Baroniam illam in manus jam epiſcopi *Elienſis* tenendam contradidit, donec illam denariorum maſſam ex eadem fixis terminis dinumeratam regio theſauro intuliſſet, ſicque ſolutione peracta, denuo eam ſibi liberè poſſidendam reconſignaret.

Videns autem *Gaufridus* filius *Petri*, cujus ſuperius mentionem fecimus, vir ille nummoſus & locuples valde, quod factum fuerat, ſtatim epiſcopum illum Regis juſticiarium precio maximo cum prece data, convenit, Baroniam illam quam vice uxoris ſuæ hæreditario jure ſibi vendicabat, interpellando expoſtulavit; pecuniam inſuper ab eodem *Galfrido* fixa pactione nominatim regi in brevi conferendam repromiſit. Ille verò rege annuente ad hoc authoritatemque præbente, in plenariam totius Baroniæ ſeiſinam illum admiſit, pecuniam repromiſſam exegit, quam in brevi integram plenariamque Regiis theſauris inferendam ab eo recepit, ſic admiſſus ſicque in illa baronia ſcriptis regiis confirmatus.

Fuerunt enim prædicto domino *Galfrido* filio *Petri*, duo filii & una filia inter ipſum & *Beatricem* filiam *Willielmi* de **Say**, filii *Beatricis* de *Mandevilla* ſororis domini *Galfridi* primi fundatoris procreati, videlicet, *Galfridus* filius ſuus primogenitus, ut antea patet, *Willielmus* cognomine *Mandevilla*, filius ſuus junior, & *Matildis*, *Humfrido* de **Bohun**, comiti *Herefordiæ* maritata.

Obeuntibus prædicto domino *Galfrido* filio *Petri* & *Galfrido* filio primogenito ſuo, *Willielmus* de *Mandevilla* filius ſuus junior tota gaudebat hæreditate. *Matildi* dominæ prædictæ per predictum dominum *Humfredum* de *Bohun* filium domini *Henrici* de *Bohun*, comitis *Herefordiæ* tres nati ſunt filii nobiles, & una filia, ſcilicet, *Matildis* filia ſua, *Humfredus* filius ſuus primogenitus, *Henricus* & *Radulfus* frater ejus.

Humfridus primogenitus erat comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, & Conſtabularius *Angliæ*. Et concordia facta fuerat inter ipſum & Abbatem de **Walden**, anno regni regis *Henrici* filii regis *Johannis* xlvij.

Obiit iſte *Humfridus* de **Bohun**, anno domini MCCxcviij. cujus corpus apud **Walden** jacet humatum; cui *Humfridus* de **Bohun**, filius ſuus, ſucceſſit in hæreditatem, *Elizabethæ* illuſtris Regis *Angliæ Edwardi*, filii Regis *Henrici*, filiæ in matrimonio copulatus; de quorum ſobole iſti proceſſerunt *Margareta* primogenita ſua apud **Tinehmue** ſibi fuit nata; apud **Knareſburgh**, *Humfridus* filius ſuus primogenitus; apud **Pleſſet** *Johannes* apud **Longmaban**, in *Scotiâ Humfridus*; apud **Caldecot** duo gemelli nobiles *Edwardus* & *Willielmus*; apud —— *Eneas* & apud **Quenden**, quædam filia de qua prædicta nobilis domina *Elizabetha* Comitiſſa in puerperio mortua apud **Walden** ſepulta eſt.

Mortuo verò *Humfrido* filio primogenito & patre ſuo domino *Humfrido*, comite *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, ad pontem de **Burrowbrigge**, crudeliſſimè interfecto, *Eboraci* tumulato, *Johannes* de **Bohun**, eidem in hæreditate ſucceſſit, & erat comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, & conſtabularius *Angliæ*. Iſte *Johannes* defunctus ſine hærede, apud abbatiam de **Stratford** humatus eſt. Et *Humfredus* de **Bohun** frater ejus in hæreditatem ſucceſſit, & iſte fuit nobilis armiger, & fuit comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, & ſeigneur de **Brekennock**. Mortuus iſte *Humfridus Londini* in eccleſia fratrum ſancti *Auguſtini* humatus eſt.

Humfredus filius domini *Willielmi* de **Bohun**, comitis **Northampton**, & fratris *Humfridi* de **Bohun**, armigeri ſupradicti, in hæreditatem de jure ſucceſſit, & erat comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ* & *Northamptoniæ*, & Conſtabularius *Angliæ*, & vixit anno *Edwardi* tertii xxxviij. Iſte *Humfridus* nobilem dominam *Johannam* filiam comitis *Arundellæ* deſponſavit, de qua duas filias procreavit, ſcilicet, *Alianoram* nobili viro domino *Thomæ* de **Woodſtock**, illuſtris regis *Angliæ Edwardi* tercii filio, duci *Glouceſtriæ*, & comiti *Buckinghamiæ* maritatam, & *Mariam Henrico* comiti de **Derbi**, domini *Johannis* de **Gant**, ducis *Lancaſtriæ* filio, copulatam. Obiit autem iſte *Humfredus* de **Bohun**, anno domini MCCClxxij. vij. die Januarii: Et ſic diviſio hæreditatis taliter fuit ordinata, videlicet prædicto domino *Thomæ* duci *Glouceſtriæ*, de jure conſortis ſuæ, filiæ ſenioris, comitatus **Eſſex** & conſtabularia *Angliæ*, & *Henrico* comiti de **Derebi**, comitatus *Herefordiæ*, de jure uxoris ſuæ filiæ junioris.

Vide etiam chron. de *walden* in bibl. Cottoniana [ſub effigie *Titi* D. 20.] fol. 71. a.

Grandevus & dierum antiquorum Conqueſtor nobilis dux *Normannorum Willielmus*, cum militibus electis inſulam appetiit *Anglicanam*, inter quos præ ceteris emicuit miles quidam *Galfridus* qui de villa magna jure hæreditario ſibi obtingente nomen ſibi ſumpſit. Erat enim in bello contra *Haraldum*, qui ut gigas ferociſſimè laminas duas ſcindebat in partes, dextra levaque proſternens rebelles, unde ſibi nomen inſignius non immerito ampliavit. Poſt cujus mortem reliquit filium ſuum hæredem, cui firmitas turris *Londoniarum* cuſtodienda committitur. Nobilis iſte cum Rege magnificè plura geſſit, patri non immerito in rebus agendis coæqualis. Cui ſucceſſit miles

Mag-

Waldn cœnobium.

magnificus *Galfridus* de **Mandavill**, filius ejus, cujus bonitate & induſtria, monaſterium de **Walden** favente altiſſimo fundatum ſtetit. Erat enim vir militaris, ac Deo devotus, cujus cordis arca virtutibus nunquam erat vacua, ſed omni tempore repleta. Poſtquam gladio comitis accinctus erat, arma progenitorum cum carbunculo nobilitavit, qui duxit in uxorem *Roſam* ſororem *Albredi* de **Oxenford**, de qua reliquit filium *Galfridum* hæredem futurum. Obiit nobilis iſte fundator noſter xvj. kal. Octobris anno Domini MCxliiij. cujus animæ propitietur Deus. *Amen.*

Galfridus de **Mandevill**, comes *Eſſexiæ*, & filius primogenitus fundatoris noſtri, confirmavit & ratificavit monaſterium ſancti *Jacobi* de **Walden**, ubi elegit ſibi ſepulturam in presbyterio noſtro, qui obiit anno Domini MClxv. xij. kal. Novembris.

Willielmus de **Mandevill**, comes *Eſſexiæ*, & filius ſecundus noſtri fundatoris confirmavit omnia nobis à progenitoribus collata, qui in morte plura nobis donavit & aſſignavit. Qui in ſignum mutuæ dilectionis cor ſuum de partibus tranſmarinis ad nos tranſmiſit, quod jacet in capitulo noſtro humatum, qui obiit anno Domini MClxxxix. xviij. kal. Decembris, cujus animæ propitietur Deus. *Amen.*

Beatrix de **Say**, ſoror fundatoris noſtri, & uxor *Willielmi* de **Say**, ſepulta eſt in capitulo noſtro de **Walden**, quæ obiit anno Domini MCC. Hæc enim nobilis matrona lege conjugali *Willielmo Say* erat copulata, de quo duos ſuſcepit filios, *Willielmum* & *Galfridum*. Horum primogenitus *Willielmus* de uxore ſibi diſponſata duas reliquerat filias, primogenitam nomine *Beatricem*, *Galfridus* filius *Petri* duxit in uxorem, alteram nomine *Matildam*, *Willielmus* de **Bokeland** ſuſcepit in uxorem, bona paterna inter ſe partientes.

Galfridus de **Say**, ſecundus filius *Beatricis* ſororis noſtri fundatoris, vir erat in armis ſtrenuus, ſed in mundanis rebus minùs ſapiens & incircumſpectus. Baroniam *Eſſexiæ*, mediante ſeptem millium marcarum conventione à Rege hæreditariè ſuſcepit tenendam. Terminis ſolutionis advenientibus pecuniarum ſumma à fide juſſoribus erat exacta ſed minimè perſoluta. Videns enim vir nummoſus *Galfridus* filius *Petri* qui jacet apud **Soldham**, baroniam illam vice uxoris ſuæ filiæ videlicet *Willielmi* de **Say** ſibi jure hæreditario devolvendam, vendicabat, & inſtabat opportunè & importunè penes regem & ejus miniſtros. Qui admiſſus erat, & pecuniam poſtulatam pro jam dicto *Galfrido Say* in brevi perſolvebat.

Galfridus filius *Petri*, comes *Eſſexiæ*, plura nobis abſtulit, & ſuis tradidit tenenda, & ideo nihil novimus alicujus boni operis ſibi aſcribendi, qui obiit anno Domini MCCxiiij. qui jacet apud **Soldham**.

Willielmus Mandevill, comes **Eſſex** ex parte matris, & filius *Galfridi Petri* jacet apud **Soldham** juxta patrem ſuum cum *Criſtiana* uxore ſua comitiſſa *Eſſexiæ*, qui omnia & ſingula à patre ſuo injuſtè ablata reſtituit, & à ſuis predeceſſoribus nobis collata ratificavit & confirmavit, & in ſignum intimæ dilectionis cor ſuum nobis tranſmiſit & delegavit in capitulo noſtro humandum, qui obiit anno Domini MCCxxviij.

Humfridus primus de **Bohun**, filius *Henrici* de **Bohun**, comes *Herefordiæ*, primus comes *Eſſexiæ* & *Herefordiæ* deſponſavit *Matildem* filiam *Galfridi Petri*, & ſororem *Willielmi Mandevill* comitis *Eſſexiæ*, cujus cor jacet apud *Lundonias*. Obiit anno Domini MCCxxxiiij.

Humfridus de **Boun**, comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, ac conſtabularius *Angliæ*, & dominus *Breconiæ*, obiit anno Domini MCClxxv.

Humfridus de **Boun**, comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, & conſtabularius *Angliæ* jacet in capella beatæ *Mariæ* de **Walden**, cum ſereniſſima uxore ſua, *Matilda* de *Fenis*, qui obiit anno Domini MCCxcviij. ſecundo kal. Januarii.

Humfredus de **Boun**, comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, & conſtabularius *Angliæ* apud **Burrowbrigge** interfectus eſt, eodem anno quo *Thomas Lancaſtriæ* martyrizatus eſt.

Iſte *Humfridus* duxit in matrimonium *Elizabetham* filiam primi *Edwardi* Regis *Angliæ*, & comitiſſam *Hollandiæ*, cui in junctura Baronia *Eſſexiæ* conceſſa eſt, de qua nobiliſſima domina ſuſcepit v. filios, qui in eorum temporibus in militia favente fortuna fœliciter floruerunt. Quæ comitiſſa apud **Quenden** peperit filiam, de qua mors amara matrem cum filia ad finem duxit naturæ. Quorum filiorum nomina propter eorum nobilitatem duximus annotanda. Primus *Johannes* de **Boun**, ſecundus *Humfredus* de **Boun**, tertius *Edwardus* de **Boun**, quartus *Willielmus* de **Bohun**, qui auctoritate regia comes *Northamptoniæ* eſt effectus. Quintus *Æneas* uterinus & gemellus ejuſdem. Horum filiorum tres cum matre in monaſterio de **Walden** ſimul cum filia de qua mortem ſuſcepit, ſepulturam elegerunt. Obiit iſte *Humfredus* anno Domini MCCCxxj. *Johannes* de **Bohun**, comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ* ac conſtabularius *Angliæ* quieſcit apud **Stratford** at **Bowe** anno Domini MCCCxxxv.

Humfredus de **Boun**, comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ* & conſtabularius *Angliæ Londoniæ* quieſcit in eccleſia fratrum *Auguſtinenſium*, qui clauſtrum noſtrum & illorum ibidem honorificè conſtruxit: æterna gaudia reddat ei altiſſimus qui ſingulis ſecundùm vitæ meritum confert diverſa ſtipendia meritorum. Obiit autē anno Domini MCCClxj. xviij. kal. Novembris.

Humfredus de **Boun**, filius *Willielmi* de **Boun**, comitis *Northamptoniæ*, comes *Herefordiæ*, *Eſſexiæ*, *Northamptoniæ*, & conſtabularius *Angliæ* quieſcit à labore in monaſterio ſuo de **Walden** cum nobiliſſima conjuge ſua *Johanna*, qui *Humfredus*, obiit anno Domini MCCClxxij, xvj. kal. Februarii.

Ad mentis memoriam fidelibus in ſcriptis relinquere volumus quanta bona iſta nobiliſſima *Johanna* filia comitis **Arundell**, poſt mortem viri fecerit, & quot monaſteria Prioratus & loca ſacra relevaverit, diruta & ferè annihilata reparaverit. Ipſa enim pietatis opera teſtimoniū perhibent, & loca ipſa ſic miſericorditer viſitata. Nimio enim affectu monaſterium ſancti *Jacobi* de **Walden** præ omnibus tenerrimè diligebat, & ſæpe manu larga & charitatis miniſterio muneribus honorabat; navem enim eccleſiæ ibidem opere cementario cum cælaturis variis in eſſe produxit, & tectum cum plumbo empto decenter cooperuit.

operuit. Campanile de novo erexit, ac veſtimentis precioſis locum ſacrum, cum ornamentis variis altaria decenter perornavit, crucem etiam aureā cum magna parte ligni dominici ſignatam monaſterio contulit, & in ſingulis operibus promovendis ſemper nobis manus porrexit adjutrices, frequens in feſtivitatibus ſanctorum confratres reficiebat pane corporeo, & vino ſæpe corda eorum lætificans. Inſuper compaſſivis oculis monaſterii pependit penuriam, in ejus relevamen à Rege *Henrico* quarto, duo dolia vini impetravit prece benigna. Erat enim forma mulierum Deo devotarum, decus matronarum, meditans ac vigilans in templo Dei, vivens caſtè cum *Anna* vidua, à morte viri omnibus diebus vitæ ſuæ. Sibi ſemper olivæ more retinens radicis amaritudinē, ac aliis infundens odoris ſuavitatem, mente enim ſana prævenit faciem Dei in confeſſione, atq; per ſatisfactionem condignam, cum virginibus aptavit lampadem ſuam, & veniente Domino introivit cum eo ad nuptias, vij. idus Aprilis, anno Domini MCCCCxix. exſpectans reſurrectionis diem cum viro ſuo in monaſterio de **Walden**. Et reliquit poſt ſe duas filias, *Elianoram* & *Mariam*, quæ *Elianora* nupta fuit *Thomæ Woodeſtokeis*, duci *Glouceſtriæ*, & comiti de **Buckingham**. *Maria* verò ſoror ejus nupta fuit domino *Henrico* comiti de **Derby**, filio ducis *Lancaſtriæ*, poſtea regis *Angliæ*, nomine *Henrici* quarti.

Anno Domini MCxxxvj. *Galfridus* de **Maundevill**, comes *Eſſexiæ* fundavit hoc monaſterium de **Walden** in honorem beatæ *Mariæ* & beati *Jacobi* apoſtoli in præſentia *Roſæ* conſortis ſuæ, filiæ *Alberici* de **Veer**, comitis *Oxoniæ*, ac in præſentia *Roberti*, *Londonenſis*, *Nigelli*, *Elienſis*, *Willielmi*, *Norwicenſis* epiſcoporum, & totius ſui honoris majorum.

Anno Domini MCxliiij. ſexto kal. Octobris obiit *Galfridus* de **Mandevill**, comes *Eſſexiæ*, fundator primus hujus monaſterii de **Walden**, cujus corpus jacet *Londoniis* humatum apud **Temple-bar** in porticu ante oſtium eccleſiæ occidentale.

Anno Domini MClxij. xij. kal. Novembris obiit *Galfridus* de **Mandevill**, comes *Eſſexiæ*, primogenitus *Galfridi* noſtri fundatoris, cujus corpus jacet humatum in presbyterio noſtro. Eodem anno terræ motus factus eſt (*&c.*)

Anno Domini MClxxxix. xviij. kal. Decembris obiit *Willielmus Maundevill*, comes *Eſſexiæ*, ſecundus filius *Galfridi* noſtri fundatoris, cujus corpus in monaſterio de *Mortuo-mari* in *Normannia* ſepelitur, & cor ejus in capitulo monaſterii de **Walden** jacet humatum.

Anno Domini MCCvij. xiij. kal. Maii obiit *Beatrix* de **Say**, ſoror *Galfridi* fundatoris noſtri uxor *Willielmi* de **Say**, cujus corpus in capitulo noſtro ſepelitur.

Anno Domini MCCxxvij. ſexto idus Jan. obiit *Willielmus* de **Mandevill** ſecundus comes *Eſſexiæ*,

Anno Domini MCClxxv. octavo kal. Octobris obiit *Humfredus* de **Boun**, comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, qui deſponſavit *Matildem Maundevill*, ſororem *Willielmi Maundevill* primi, quæ obiit anno Domini MCCxxxvj. ſexto kal. Septembris.

Anno Domini MCCxcviij. pridie kal. Januarii obiit *Humfredus* de **Boun**, comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, cujus corpus ſepelitur in boreali parte capelle beatæ *Mariæ* ad gradus altaris ejuſdem cum uxore ſua *Matilde* de *Fenis*. Iſte *Humfredus* fecit multa bona noſtro monaſterio.

Anno Domini MCCCxiij. x. kal. Martii obiit *Elianora* comitiſſa **Derbi**, cujus corpus juxta magnum altare in parte boreali jacet humatum.

Anno Domini MCCCxvj. tercio nonas Maii *Elizabetha* comitiſſa *Herefordiæ* peperit filium apud **Quenden**, & eodem tempore obiit puerperio. Cujus corpus jacet in capella beatæ *Mariæ* ad gradus altaris, & corpus pueri jacet in pariete in parte auſtrali.

Anno Domini MCCCxxj. xvij. kal. Aprilis *Humfredus* de **Boun**, comes *Herefordiæ*, & *Eſſexiæ*, apud **Burbrigge**, crudeliter interfectus eſt, cujus corpus *Eboraci* in conventu fratrum prædicatorum jacet humatum. Eodem anno *Thomas* comes *Lancaſtriæ* xi. kal. Aprilis, apud *Pomfret* capitalem ſententiam accepit.

Anno Domini MCCCxxiij. x, kal. Julii obiit *Eymerus* de **Valence**, comes de **Penbroke**, in partibus tranſmarinis & ſepultus eſt *Lundoniæ* in eccleſia ſancti *Pauli*. Et anno Domini MCCClxxiiij. xvij. kal. Aprilis obiit *Marta* Comitiſſa *Pembrochiæ*, cujus corpus apud **Denny** jacet humatum.

Anno Domini MCCCxxxj. circa feſtum ſancti *Michaelis* obiit *Æneas* de **Bohun** apud **Kymbolton**, & ſepultus eſt apud **Walden**, in capella beatæ *Mariæ* ad caput *Elizabethæ* matris ſuæ, à Domino *Stephano* de **Graveſend**, *Londinenſi* epiſcopo.

Anno Domini MCCCxxxiij. *Edwardus* de **Boun** miles, ad caſtrum de **low-Walden**, in tranſitu cujuſdam aquæ inopinatè ſubmerſus interiit, cujus corpus in capella beatæ *Mariæ* apud **Walden**, in parte auſtrali cum uxore ſua *Margareta* le **Roos**, ſepelitur.

Anno Domini MCCCxxxv. xiij. kal. Februarii, obiit *Johannes* de **Bohun**, comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, cujus corpus ſepelitur apud **Stratford at Bowe**. Et *Alicia Arundell* uxor ejus ſepelitur apud **Walden**, in medio capellæ beatæ *Mariæ*.

Anno Domini MCCClxj. xvij. kal. Novembris, obiit *Humfridus* de **Boun**, comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, cujus corpus ſepelitur *Lundoniæ* in eccleſia fratrum ſancti *Auguſtini*. Iſte *Humfridus* clauſtrum noſtrum fecit.

Anno Domini MCCClxix. vij. kal. Octobris, obiit *Elizabetha* filia *Humfredi* de **Boun**, comitis *Herefordiæ*, *Eſſexiæ* & *Northamptoniæ*, cujus corpus in presbyterio noſtro ad gradus altaris in parte auſtrali jacet humatum.

Anno Domini MCCClxx. obiit *Willielmus* de **Boun**, comes *Northamptoniæ*, cujus corpus ſepelitur in parte boreali presbyterii noſtri. Et *Elizabetha* uxor ejus ſepelitur *Lundoniæ* in eccleſia fratrum predicatorum ante majus altare.

Anno Domini MCCClxxij. iij. idus Januarii, obiit *Elianora Lancaſtriæ*, Comitiſſa *Arundeliæ*.

Anno Domini MCCClxxii. xvj. kal. Februarii, obiit *Humfredus* de **Boun**, comes *Herefordiæ*, *Eſſexiæ* & *Northamptoniæ*, cujus corpus in boriali parte li parte presbyterii noſtri, ad pedes patris ſui jacet humatum.

Anno Domini MCCClxxv. ix. kal. Febr. obiit *Ricardus* comes *Arundell.*

Anno Domini MCCCCvij. v. nonas Octobris, *Thomas* **Wodeſtoke**, dux *Glouceſtriæ*, apud **Callis** crudeliter interſectus eſt, cujus corpus ſepelitur apud *Weſtmonaſterium*.

Anno Domini MCCCCix. quarto nonas Septembris, obiit *Humfridus* de **Boun**, filius *Thomæ Wodeſtoke*, ducis *Glouceſtriæ*, cujus corpus ſepelitur in presbyterio noſtro in parte auſtrali. Eodem verò anno v. nonas Octobris obiit domina *Elianora* duciſſa *Glouceſtriæ*, cujus corpus ſepelitur apud *Weſtmonaſterium*.

Anno MCCC. obiit domina *Johanna* filia *Thomæ Woodſtoke*, ducis *Glouceſtriæ*, cujus corpus ſepelitur in capella beatæ *Mariæ*.

[*Capitula quinque iſtius libri priora & pars ſexti penitus deſunt; ſextum capitulum de fundatione cœnobii ſancti* Jacobi *apoſtoli de* Waldena *tractans, ſic incipit.*]

Ex altero MS. cartaceo in bibl. *Arundeliana* anno Domini 1647. 143. annotato. fol. 43. a.

—PRoviſione contempta, voluntate uſus eſt propria. Quomodo igitur apud regem *Stephanum*, ac totius regni majores tanti erat, ut nomine comitis (ſcilicet *Galfridus* de *Mandevilla*) & re jam pridem dignus haberetur. Apud *Waldenam*, quam inſignire monaſterio cupiebat, & jam caſtello nobilitaverat, magis quam alibi cordis ſui propoſitum adimplere diſponebat; ita ſiquidem ut totius honoris ſui & comitatus quem poſt anteceſſores ſuos primus meruerat, caput, & ſedem ſibi ſuiſque ibidem conſtitueret, crebrius ſolito ſuos convocando, feſtivitates celebrando adveniret, negotia multoties emergentia promovendo tractaret. Hoc itaque in loco, convocatis tribus epiſcopis, *Roberto* ſcilicet, *Londinenſi*, *Nigello*, *Elienſi*, *Willielmo*, *Norwicenſi*, cemiterium benedici fecit anno verbi incarnati MCxxxvj. Erat autem cum epiſcopis comes ipſe præſens cum uxore ſua *Robeſia*, & totius honoris ſui majoribus, cum multitudine copioſa diverſi generis hominum, ad conſecrandum in parte villæ occidentali locum in quadrivio magnarum viarum in angulo duarum aquarum aquæ ſcilicet de **Neuport** decurrentis, & aquæ à parte caſtelli deſcendentis. Hunc ideo maxime locum elegiſſe refertur, ut monachis ibidem perpetuo cum prelatis conſiſtentes, quaſi neceſſitate quadam conſtringeret ad miſericordiam tranſeuntibus impendendam & gratiam hoſpitalitatis neceſſario ſectandam. Erat igitur locus jam benedictione ſacratus, in ſuperficie anguſtus & brevis, planus necnon & quadratus, mundus ſatis à ſordibus, inhabitantibus aere ſalubris, aquis irriguus, quæ inibi jugiter manantes oriuntur, nullo tempore deficientes. Solis orientis radios tardiùs recipit, occidentis verò citiùs amittit, montibus ex utraque parte objectis. Fuit autem locus idem ad tanti propoſiti opus peragendum brevis & anguſtus, viis & ſemitis ac poſſeſſionibus alienis undique coarctatus, gleba admodum ſterilis, & pratis, paſcuis, nemoribus, civitatibus inſuper vel emporiis mercimonia habentibus valde remotus, unde liquido omnibus dabatur intelligi, quod ſolius caſtelli gratiâ domus religionis, licèt incompetenter, à fundatore ibidem extiterat locata.

De redditibus eidem loco aſſignatis. Cap. 7.

COnſecrato, ut jam dictum eſt, cimiterio, in audientia quidem & aſſenſu epiſcoporum, uxoris etiam ſuæ *Robeſiæ* & omnium honoris ſui capitaneorum, nominavit fundator quæ conferre diſponebat monaſterio & conventui monachorum, inſtituendo omnes ſcilicet eccleſias tam de dominio ſuo quam de emptis & purchaſiis ſuis inferius nominatas. Inprimis autem, ut ordo poſcebat, eccleſiam beatæ *Mariæ* de *Waldena* parochialem aſſignavit, deinde reliquas, videlicet de **Waltham**, de *Eſtra*, de *Sabrickeſwrda*, de *Thorleia*, de *Gedeleſtuna*, de *Enefelda*, de *Edelmeſtuna*, de **Pimmes**, de *Senleia*, de *Northala*, de *Chiſhella*, de **Chippeham**, de *Digeneſwella*, de **Almodeſham**, de *Stratleia*, de **Haingeham**, de **Ainho**, de *Cumtuna*. Has itaque eccleſias aſſignavit comes *Galfridus* domui ſuæ cum omnibus ad eas pertinentibus & liberis earum conſuetudinibus, ſicut ullus eas meliùs unquam habuit vel liberiùs tenuit, (*&c.*)

De Rege Stephano *& Comite* Galfrido. Cap. 9.

REgnante igitur piæ recordationis rege *Stephano*, *Henricus* dux *Normaniæ* & comes *Andegaviæ* à rege *Scotorum*, *David nomine*, Regis dignè jam miles factus ſupervenit (&c.) multis ex *Anglia* potentioribus circumfultus auxiliis, unde grandis altercatio favore partium & motus intollerabilis in regno *Angliæ* tunc temporis ortus eſt (*&c.*) His itaque ſic ſe malè habentibus, *Galfridus Eſſexiæ* comes, miles in armis probatus partes Regis contra æmulum ſuum fideli ſatis obſequio aliquandiu fuit. Tandem verò à quibuſdam regni majoribus ſtimulante invidia iniqua loquentibus, quaſi Regis proditor ac patriæ dilator erga Regem mendaciter clanculo accuſatus eſt. Poſt modicum verò temporis coadunato apud ſanctum *Albanum* conſilio, vir iſte nobilis, ceteris in pace recedentibus, ſolus, Rege jubente, fraudulenter comprehenſus, & ne abiret cuſtodibus deſignatis detentus eſt. Et licet multi amicorum ſuorum, talia ei injuſtè illata egrè ferentium, pro eo Regem interpellarent, nequaquam tamen evadere poterat, ſuas licèt invitus redderet munitiones. Turrim *London*. *Waldenam* & *Plaſſetum*, cum immenſo animi rancore reddidit, & ſic omnino caſtellis carens continuo exivit. Vir autem iſte magnanimus ſubdola malignantium fraude, ut jam dictum eſt, deluſus, ſtatim milites numero plures in armis potentes donis ac promiſſis ſibi illiciens, aſſociavit, ſagittarios inſuper ac ceteros hujuſmodi ſervientes in malefactis famoſos undecumque collectos aggregare maturavit. Quo facto, velut equus validus & infrænis, morſibus, calcibus quoſlibet obvios dilaniare non ceſſavit, maneria, villas, ceteraque proprietatem regiam contingentia primitus invaſit, igni combuſſit, prædaſque cum rapinis non minimas inde ſublatas commilitonibus ſuis larga manu diſtribuit.

In illis itaque diebus ſororem ſuam nomine *Beatricem Normannia Hugoni Talebot* matrimonialiter nuptam, divortio prius facto, in *Angliam* tranſtulit, eamque *Willielmo* de *Saye*, ferocis animi viro & bellicoſo, nuptiali fœdere conjunxit; cujus deinceps auxilio fretus, ac militum ſuorum numeroſitate inmanior factus, per totam circumcirca diſcurrendo provinciam nulli cuicunque pecuniam poſſidenti parcere vovit, locis ſacris vel ipſis de eccleſiis nullam deferendo exhibuit reverentiam. Exploratores verò illius, habitu mutato, more egenorum oſtiatim oberrantes, villanis & ceteris hujuſmodi hominibus pecunia à Deo data abundantibus inſidiabantur, quibus taliter compertis intempeſtæ noctis ſilentio, tempore tamen primitus conſiderato, Sathanæ ſatellites à comite tranſmittebantur, qui viros innocuos alto ſopore quandoque detentos raperent raptos verò quaſi pro magno munere ei preſentarent. Qui mox inmani ſupplicio, per intervalla tamen, vexabantur, & tamdiu per tormenta varia viciſſim ſibi ſuccedentia torquebantur, donec pecuniæ eis impoſitæ ultimum ſolverent quadrantem.

Inter hæc autem, ira humanum excedente modum, ita efferatus eſt, ut procurantibus *Willielmo* de **Saye** & *Daniele* quodam falſi nominis ac tonſuræ monacho, navigio cum ſuis ſubvectus *Rameſiam* peteret, eccleſiam Deo ac beato patri *Benedicto* dicatam, ſummo mane auſu temerario primitus invadendo ſubintraret, monachoſque omnes poſt divinum nocturnale officium ſopori deditos comprehenderet, & vix habitu ſimplici indutos expellendo ſtatim perturbaret, nullaque interveniente mora, eccleſiam illam ſatis pulcherrimam, non ut Dei caſtrum ſed ſicut caſtellum ſuperiùs ac inferiùs, intus & extra fortiter munivit, vaſa autem altaris aurea & argentea Deo ſacrata, capas etiam cantorum lapidibus precioſis ac opere mirifico contextas, caſulas cum albis, & cæteris eccleſiaſtici decoris ornamentis rapuit, & quibuſlibet emere volentibus vili ſatis precio diſtraxit, unde militibus & ſatellitibus ſuis debita largitus eſt ſtipenda. Poſt, hujuſmodi tandem exceſſibus aliiſque multis his ſimilibus publicam anathematis non inmerito incurrit ſententiam, In qua apud quoddam oppidulum in *Burwella* lethaliter in capite vulneratus eſt. Pœnitens itaque valde & Deo cum magna cordis contritione pro peccatis ſuis ſupplicans, quantum taliter moriens poterat, Deo & hominibus ſatisfecit, licet à preſentibus abſolvi non potuiſſet. Illo autem in diſcrimine mortis ultimum trahente ſpiritum, quidam ſupervenere Templarii qui religionis ſuæ habitum cruce rubea ſignatum ei impoſuerunt, ac deinde jam mortuum ſecum tollentes & in pomerio ſuo veteris ſcilicet templi apud *London.* canali incluſum plumbeo in arbore torva ſuſpenderant. Poſt aliquod verò tempus, induſtria & expenſis *Willielmi* quem jam pridem in *Waldena* conſtituerat Priorem, à Papa *Alexandro*, more taliter decedentium meruit abſolvi, inter Chriſtianos recipi, & pro eo divina celebrare. Cumque Prior ille corpus defunctum deponere & ſecum *Waldenam* transferre ſatageret, Templarii illi cautè præmeditati, ſtatim illud tollentes, & in cimiterio novi templi ignobili ſatis tradiderunt ſepulturæ (*&c.*) tranſiit autem comes iſte *Galfridus* cœnobii ſancti *Jacobi* de *Waledena* fundator de hoc ſeculo anno verbi incarnati MCxlviij. (*&c.*)

De Rege Henrico *&* *Comite* Galfrido *juniore*. Cap. 12.

Regno igitur majeſtate propria orbato, dux *Normannorum Henricus* invitatur ut veniat, venit pace omnium in Regem unctus (*&c.*) plures extollendo erexit, plures verò opprimendo dejecit. Caſtella etiam plurima ſeditionis tempore per patriam conſtructa ſolo tenus confregit, confracta verò in nihilum redgit.

Rex Itaque *Galfridi* fundatoris noſtri primogenito familiaritatis prærogativa ei ſatis noto paternum cum comitatu reddidit honorem. Dedit etiam ſummæ ingenuitatis uxorem generis nobilitate ſibi conſanguineam, Cum autem aliquamdiu non tam naturali ut decebat carnis conjunctione commaneret, conqueſta eſt mulier quod debitum à viro nequaquam ei ſolveretur, unde Rex plurimùm indignatus facto divortio, ablatiſque ei duobus maneriis, *Waldena* videlicet, & **Waletham**, feminam dedit viro *Anſelmo* de **Campdanene**, cum duobus maneriis illis. Monaſterium tamen ſancti *Jacobi* nequaquam illi contulit, ſed cum omnibus ad illud pertinentibus in manu propria retinuit.

De bona opinione monaſterii. Cap. 17.

Fama itaque longè lateque perſtrepente, ſcilicet *Reginaldi* Prioris, & in auribus multorum reboante, vicini pariter cum remotis admirati ſunt, & venerunt ut diem in qua facies loci hujus majori cœpit gloria veſtiri videant. Venerunt, inquam, ſolito frequentiùs, veſcendi aut habitandi gratiâ multi, qui pleniore extunc beneficio ſunt ſuſcepti, plures pluribus ex cauſis, quas dinumerare præſenti nil confert operi.

Primognitus etiam fundatoris noſtri comes ſcilicet *Galfridus* multotiens venit, & ut eccleſia parva & officinis minimis contenta foret Priori conſilium dedit. Credidit ille male conſulenti, & ſecundùm hoc aliquandiu ſtuduit operari. Intentio autem illius, de radice ſubdola procedebat, unde conſilium tam iniquum nobis etiam tam inutile ignorante Priore formabatur, radix enim mala veteri mulieris veneno toxicata fuit. Illa *Rohesia* quondam uxor fundatoris noſtri, ſoror videlicet comitis *Alberici*, quæ toto quo poterat conamine filiorum ac familiarium ſuorum animos à nobis ac domo noſtra alienavit, ut eos ad amorem domus ſuæ de **Chikſand**, quam jam fundaverat, liberiùs inclinaret, & illos coadjutores haberet. Prior autem licet hoc tardius animadverteret, omnia tamen ædificia inferius prope ſtagnum conſtructa, excepto molendino & piſtrino, longè ſuperiùs in partem ſcilicet eccleſiæ auſtralem tranſtulit, ibique clauſtrum novum & capitulum magis apte fecit, cum officinis cæteris ſibi & nobis pro tempore ſufficientibus. Ad inordinatam verò Prioris & monachorum inſtantiam, comes ille omnia eccleſiæ noſtræ à fundatore noſtro patre ſcilicet ſuo aſſignata liberè conceſſit, & ſcripto autentico ſigilli ſui appoſitione roborato confirmavit. Et quamvis hoc ſolum bonum non precio ſed ſola prece fecerit, tamen apud *Edelmetunam* campum unum magnum atque peroptimum eccleſiæ parochiali eatenus adjacentem, authoritate uſus propria, violenter abſtulit, unde dominium ſuum illicitè augmentavit.

De obitu comitis Galfridi *junioris* Cap. 18.

IN illo tempore comes *Galfridus*, lingua ſatis facundus & in negotiis ſecularibus conſilio pollens, cum Regis juſticiario *Ricardo* de Lucy vociato, exercitum coadunaverat grandem contra *Wallenſes* apud *Ceſtriam*. Qui cum paulo ante infirmitate corporis tactus aliquantulum moleſtaretur, contigit, ut ibidem moram faciens, de die in diem magis augmentaretur. Cumque una die hora jam prandii fortè ſolus in conclavi ſuper ſtratam reſideret, ſuis extra neceſſaria procurantibus & menſis jam ponentibus, morte inopinata præventus eſt. Poſt paululum verò redeuntibus cubiculariis, inventus eſt jam ſolviſſe debitum carnis. Quod cum cæteris jam prandentibus occultari non poſſet, omnes pariter menſas deſerunt, cibaria repellunt, clamoribus & ejulatu triclinia replent. Advenerant autem illuc cum comite milites quidam, ætate jam provecti, fide ac genere præclari, qui patri ſuo eccleſiæ noſtræ fundatori ſcilicet *Galfrido*, tempore pacis ſimul ac diſſenſionis obſequium fidelium præſtaverant, qui etiam terris & redditibus ab eo collatis prædivites erant, qui fidem cum patri merito debebant, etiam filio inviolatam conſervare ſtudebant. Conſilio cum cæteris ſapientia præditis inito, clamant omnes, conſulunt univerſi quatinus ad cœnobium ſancti *Jacobi* de *Waledena*, cujus ipſe comes advocatus poſt patrem primus extiterat, corpus deferatur, ibidemque in ſua proprietate dignæ commendetur ſepulturæ. Qui ſtatim viſcera cum cerebro à corpore projicientes, in loco ſacro, cum honore & elemoſinis recondunt. Reliquum verò totius corporis, cum corde portione ſalis impoſito, optimoque involuto corio diligenter inſuentes, tabulis undique abiegnis fortiter claudunt, & ſic tapetis involutum vehiculo imponuit, equis trahentibus & turbis ſuorum comitantibus curſu veloci iter arripiunt.

De inopinata capellani proditione. Cap. 19.

MIlites igitur & ceteri quique fideles cum corpore partibus noſtris appropinquantes, nec quenquam comitantium in aliquo ſuſpectum habentes rapido curſu incedebant, capellanus quidam comitis, nomine *Haſculfus*, præmeditatam complere volens proditionem, clamque ceteris nocturnam ſolvens quietem, Palefridum comitis peroptimum aſcendit, & ſic feſtinus viator, immò proditor, aurora diei jam clareſcente, *Chikſandum* pervenit mortem filii nunciaturus matri, quæ illis diebus ibidem manebat, & eccleſiam cum officinis perpulchram ad habitationem ſanctimonialium ædificabat. Hanc itaque mulierem, comitiſſam ſcilicet *Robeſiam* convenit ſacerdos, quatinus omni dilationis occaſione poſtpoſita, militibus ceteriſque corpus filii deducentibus cum manu valida undecunque collecta inopinatè occurens, illud violenter rapiat, raptum verò ad eccleſiam propriam ubi ſepeliatur, ſecum perducat, ut ſic poſtea omnes illius conſanguineos ac familiares, in promotione Cœnobii ſui ſemper habeat coadjutores. Mane autem facto, & proditione presbyteri jam comperta, milites, cum ceteris per omnia ſibi faventibus, arma arripiunt, & gladiis exertis vehiculum, quo corpus ferebatur, undique circumdantes, impigro inceſſu ferebantur, attamen manu divina protegente illos non tetigit aliquis neque contriſtavit neque quicquam moleſtiæ intulit, ſed ad locum ſuper omnia deſideratum citiùs pervenerunt.

Chickſandenſis cœnobii fundatio.

De Comitis ſepultura. Cap. 20.

UT autem comitiſſæ ſuorumque dolori ſolatium conferre videremur, ſtatim unum ex fratribus noſtris ad illam direximus, cui ut eam ad filii ſui obſequium citiùs adduceret injunximus. Quæ ſtatim comitante etiam ſorore ſua, *Alicia* ſcilicet de *Eſſexia*, cum aliis multis, advenit, pro filio triſtis, ut mater & lacrimoſa, contra nos verò plena murmure, ut inimica. Ne itaque tanti viri ſepultura nos in aliquo tangere videretur ſi minùs honeſtè vel quaſi ſub negligentia occulte celebrata notaretur, Prior noſter de nocte conſurgens Hadham pervenit, dominumque *Gilbertum* epiſcopum *Londonie* ſecum adduxit. Affuerunt inſuper duo abbates de ſancto *Edmundo* & *Tiletcia* præſentes, cum aliis multis authoritatis magnæ perſonis. Miſſa autem ab epiſcopo ſolenniter celebrata, inter majus altare & chorum collocatum eſt corpus in ſarcofago novo in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Procurante verò Priore & jubente convivium celebratum eſt magnum; epulabantur quidem ſplendidè univerſi, & ſic receſſerunt ſatiati. Tanta etiam elemoſinarum die illo diſtributio eſt benedicta, unde gaudens abibat maxima pauperum multitudo. Notandum eſt itaque, quod nec terra, nec redditus aliquis licet minimus, ſive aliud quid nobis vel domui noſtræ cum tanti hominis corpore collatum fuerat, præter equum meliorem, dextrarium ſcilicet ſuum cum armis ſolummodo militaribus. Capellam autem in libris, veſtimentis & vaſis precioſis triplicem, necnon alia perplura diverſis locis recondita mater ejus perſcrutans abſtulit, & nobis nihil omnino inde accipientibus, partem potiorem *Chikeſandam* tranſtulit, de reliqua verò ſint ei placuit ita factum eſt. Igitur comes iſte *Galfredus*, filius, videlicet, *Galfredi* fundatoris noſtri tranſit ex hoc mundo anno verbi incarnati MClxvij. xij. kal. Novembris.

De Willielmo *de* Mandevilla *Comite* Eſſexiæ. Cap. 1.

COmiti igitur *Galfrido* ſucceſſit *Willielmus* in hæreditatem patris. Vir acer ingenio, conſilio providus, in armis nomine magnus. Ipſi [illegible] autem eadem complexio, ſimilis facundia, par corporis proceritas, fratri ſatis aſſimulavit. In *Anglia* verò inter ſuos minùs quam expediret converſatus, ſed cum comite *Flandrenſi Philippo* juveniles annos agens aliquandiu manſit, à quo etiam arma militaria ſuſcepit. Audito autem fratris deceſſu, ſtatim aſcenſa navi *Angliam* repetivit cum literis comitis *Flandrenſis* illum commendantibus, cum multis etiam regni capitaneis regem *Henricum* adiit, à quo favore ſuſceptus eſt ſatis benigno. Conſiderato autem tempore opportuno, hæreditatem quæ ei de jure contingebat à Rege poſtulavit. Et ſtatim exauditus eſt. Gladio itaque comitatus accinctus, maneria & cætera quælibet omnia integrè ſuſcepit, atque plenariè, cuſtodia turris *Londinenſis* ſolummodo excepta. Poſt modicum verò, matre nobis inimicâ primitus viſitata, ad nos veniens, ad tumbam fratris oravit; oculis torvis vultum minacem Priori ac nobis prætendit. Poſt oſculum corde arido nobis oblatum, minis promiſſa miſcendo extorſit à nobis multiplicem ejus aſtutiam ignorantibus, equum dextrarium optimum & fratris arma cum corpore ſolummodo relicta, pro quibus omnibus nihil ab eo recepimus, immo contrarius erga nos extitit atque verſutus. Matris autem aliorumque adulatorum verbis exacerbatus, ſæpiùs conquerebatur, quod pater ſuus omnes feodi ſui eccleſias monaſterio noſtro confirmaſſet, quarum nec unam ſolam clericis ſuis conferre potuiſſet. Multa ab ipſo in talibus audivimus opprobria, multas ab aliis ſibi obſequentibus ſuſtinuimus injurias. Exhac ergo majores contra minores obluctatione factum eſt, ut equos electos, cupas, ciphos, ſcutellas & cetera quæque hujuſmodi argentea auro primo intus & foris inſignita, illi ſuiſque ſepiùs daremus, & quorum benignitatem bonis noſtris operibus excitare nequivimus, ſaltem muneribus ſæpe datis placare poſſemus. Turpe nobis videtur replicare per ſingula quæ, maximè domino, à nobis fuerint collata; talia igitur ſub ſilentio prætereuntes, ad alia tranſeamus.

De peregrinatione Comitis Willielmi *& de itinere Prioris*. Cap. 18.

Divino ſiquidem inſtinctu contigiſſe credimus quod comes *Willielmus*, cruce Domini more peregrinantium inſignitus, ſacra loca, paſſionis videlicet & reſurrectionis Domini noſtri *Jeſu Chriſti* viſitare diſponeret. Omnibus itaque procuratis hujuſmodi negotiis neceſſariis, Prior noſter dominus *Reginaldus* illum interpellando convenit, obnixiùs obſecrans quatinus aliis ſecum peregrinatis eum aſſociaret, ac ſpecialem præ cæteris in officio divino habere dignaretur capellanum ſui. Talia poſtulanti comes aſſenſum præbuit, quotidianam etiam menſæ participationem repromiſit. Quo impetrato, epiſcopum *Londonienſem*, dominum ſcilicet *Gilebertum* mox adiit à quo abeundi licentiam cum benedictione percepit. Muniens igitur ſe apparatu ſatis honeſtè, ſolatium itineris ſibi aſſociavit quendam ex fratribus noſtris, nomine *Rogerum* (*&c.*) Proficiſcente igitur comite profectus eſt & Prior, ſimulque mare, *Galliam*, *Burgundiam* cum alpibus tranſierunt. Cumque ad burgum ſancti domini in *Italia* pariter perveniſſent, conſiderans comes Prioris ſenectutem ac corporis debilitatem, & quod cruce domini, ſicut ceteri, nondum eſſet inſignitus, conſilio accepto, ad dominum papam *Alexandrum* ibidem jam diutius commorantem, illum tranſmiſit, ipſe autem faciem retinuit euntis **Jeruſalem**. In vigilia autem apoſtolorum *Petri* & *Pauli* perveniens Prior *Venetiam*, ibique uſque ad prothomartyris beati *Stephani* inventionem moram fecit, quoniam petitiones ſuas quæ multæ erant & magne paucis diebus ad perfectum ducere non valuit, repleta etenim erat civitas illa ſpecioſa valde ac ſpacioſa multitudine populi maxima, ibique completa eſt multis jam annis expectata inter ſummum ſacerdotium & imperium deſiderata pacis lætitia. Tandem verò Prior negotiis ſuis magna ex parte expeditis, benedictione ſancti patris percepta, inde receſſit, clericum quendam nomine *Mauricium* ibidem relinquens; dans etiam illi ad negotia pleniùs peragenda & ad remeandum neceſſaria. Ipſe verò cum monacho & aliis navem aſcendens, *Mantuam*, *Italiæ* civitatem, ubi equos & quælibet cætera dimiſerant, navigio petivit; Inde recto itinere multis terrarum tractibus poſt ſe relictis, *Giſortium* pervenit, ubi *Galfridum* de **Saye** cum cæteris comitis *Willielmi* familiaribus inveniens, aliquot diebus ibidem honeſtè quievit. Deinde ad natale ſolum ſcilicet *Magna-villam* divertit, ſuos viſitans, relicto ibi quodam nepote ſuo, *Hamo* nomine, qui clericum illum quem in curia *Romana* reliquerat expectaret; ipſe verò inter duas tempeſtates quæ multos dederunt fluctibus, illeſus transfretavit. Circa ſancti *Michaelis* feſtum monacho ſolo cum uno garcione eum comitante domum pervenit, & ſic poſtea uſque ad natale domini quartana laboravit (*&c.*)

De reditu Comitis de terra Jeroſolimitana. Cap. 5.

Cum igitur comes *Willielmus* votum quod voverat Deo *Jacob* reddidiſſet, adoraſſetque in loco ubi ſteterunt pedes ejus, revertens cum ſuis, & loca quæque ſacra ſibi in itinere offerentia orationibus pariter & oblationibus viſitans honoravit, & ſic mari tranſito *Angliam* pervenit. In ſua autem cum pace omnium & gaudio receptus, ad omnes in feodo ſuo eccleſias pannos ſericos, caſulas faciendas, vel altaria honoranda, nobis verò mirandi operis unum cæteris meliorem tranſmiſit. Caſulam inſuper bonam, pannos etiam ſericos plures cum tapetis ante peregrinationis ſuæ tempus in decorem eccleſiæ nobis donavit.

De adventu Comitis ad nos. Cap. 6.

Igitur cum comes *Willielmus* poſt votum peregrinationis ſuæ jam reditum vice primâ ad nos dignatus eſt, proceſſione ordinata, albis & capis induti ei occurrimus, cantantibus omnibus, ore ſimul & corde dicentibus *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Venienti quoque cum omni lætitia ad majus uſque altare & proſtrato dedit Prior benedictionem. Quâ perceptâ, ſurgens & genua flectens obtulit reliquias in pixide eburnea precioſiſſimas quas in terra *Hieroſolimitana* acquiſierat, ac de dono imperatoris *Conſtantinoplitani* comitiſque *Flandrenſis* ſuſceperat. Eo autem ſurgente & coram altare aſtante, voce excelſa incipit Prior himnum cæteris ſubſequentibus *Te Deum laudamus*. Exiens inde, capitulum mox intravit ut ibi ſalutaretur ab omnibus, acciperet daretque ſingulis oſculum pacis. Celebrato itaque dulciſſimæ

ſimæ jocunditatis & familiaritatis colloquio, ducitur ad hoſpitium, ubi ſibi & ſuis eſt adminiſtrata ſplendidæ refectionis abundantia. Abiens inde conſanguineos & familiares proſperitati ejus congaudentes viſitavit, ſua omnia inveſtigando ſolicitè conſideravit, conſiderata verò ut prudens ſapienter omnia diſpoſuit. Deinde ſtatim *Hawiſiam* filiam comitis de *Albamarla* cum tota patris hæreditate dêſponſavit. Erga Priorem & nos ſic ſe habebat, ut omnia noſtra in pace quadam non tamen perfecta poſſidere permitteret, ſua verò ſibi reſervata nobis non largiretur; attamen injuſta nobis facere volentibus quandoque reſiſtendo obviabat; poſſeſſiones etiam eccleſiæ noſtræ cum libertatibus ſæpiùs tuendo fovebat. Erat autem vir fortis, & in armis potens, in oculis omnium magnus, idcirco in *Anglia* inter ſuos minus morabàtur, in *Normannia* verò munitiones & caſtella à Rege *Henrico* ei tradita cuſtodiebat, cæteris fortiora & in marginibus ſita. (*&c.*)

De obitu regis Henrici *& filio ejus* Ricardo *in regem uncto.* Cap. 17.

Regi itaque *Henrico* ſecundo in partibus tranſmarinis degenti, à majoribus provinciarum finitimarum, maximè autem à filio proprio, ſcilicet *Pictavenſi Richardo* ingens ſatis guerra ex diſſentione partium varia eſt aborta. Rex igitur viriliter ſe habens nunc victor victos inſequendo repellit, nunc verò victus, à victoribus fugiendo repellitur. In talibus autem ſibi malè reſpondentibus agens, victus tandem ab ea extitit, morte ſcilicet quæ etiam regibus vel cuilibet alteri parcere non novit (*&c.*) Quo mortuo, *Ricardus* ille *Pictavenſis* filius ejus (*&c.*) in *Angliam* applicuit, gaudentibus omnibus ſuſceptus, in regem unctus (*&c.*)

De legatione Comitis Willielmi Cap. 18.

Advocatus quidem noſter Comes *Willielmus* magnorum maximus ſuperveniens univerſis erat Regi à ſecretis, cujus nutu regni jura diſponebat, cujus præcellenti conſilio multa plebi profutura faciebat. Videns autem Rex tanti viri tantam prudentiam, negotiorum ſuorum illi communicavit ſecreta Comiti *Flandrenſi* perferenda. Erat autem vir ille comiti ſatis notus & familiaris quippe qui ab ineunte ætate cum eo in partibus illis converſatus fuerat, à quo etiam arma militaria ſuſceperat. Omnibus itaque pro quibus ierat ad votum expeditis, infirmitas licet non admodum gravis tamen aliquandiu ibidem moras agere illum coegit. Convaleſcens ergo, ad municipium quod *Vallis Rullii* dicitur, in *Normanniam* venit, illucque notis & familiaribus ſimul etiam perſonis authoritatis magnæ convocatis, aurum & argentum, vaſa precioſa, multam etiam denariorum copiam quam ibidem penes ſe habuit, quicquid etiam in *Anglia* poſſiderat diligenter conſiderando dinumeravit, dinumerata verò quomodo & quibus voluit ſapienter diſponendo legavit. Quæ verò manu ejus largiflua aliis ſunt collata, aliis relinquamus diſcutienda, ea verò quæ domui ſuæ de *Waldena* & nobis contulit, tractando proſequamur.

De teſtamento Comitis Willielmi *nobis facto.* Cap. 19.

Vir iſte memorandus, Comes ſcilicet *Willielmus*, cujus comendabili memoriæ petitiones noſtræ ſuperiùs annotatæ tenaciter inhæſerant, medietatem totius dominii ſui in *Waldena*, cum pratis & paſcuis nihilominus dimidiatis molendinum ſuum & parvum parcum ſepe clauſum, cum hominibus & eorum ſervitiis ..... commorantibus monaſterio ſancti *Jacobi* de *Waldena* & nobis, ſcilicet, monachis ibidem Deo famulantibus legando devotè contulit. Carta inſuper ſua manu propria ſigillo impreſſa ut hæc donatio ejus tam devota ſtabilis in ævum foret & rata confirmare curavit. Capellam autem optimam tanto viro condignam veſtimentis, libris, calice, vaſis vinariis, cum plevibus etiam argenteis plenariam & in cofris decenter reconditam, nobis & domui noſtræ conferendam in partem tulit, & ab aliorum donariis ſeperavit, equo magno & nobili ſummario ad ejuſdem capellæ ad nos uſque ſubjectionem aſſignato. Tres inſuper auri marcas, cupam nihilominus auream, centum etiam argenti libras certo in loco nobis aſſignatas delegavit. Cetera omnia quibus & qualiter voluit pari modo dimiſit, ac deinde tempore aliquanto intrans & exiens cum ſuis ſanus & incolumis verſabatur. Poſt modicum verò temporis in infirmitate graviſſima correptus apud caſtellum ſuperiùs jam dictum in lectum decidit deſperatus eſt.

De infirmitate Comitis Willielmi *& de mandato ſuis injuncto,* Cap. 20.

Sentiens igitur Comes mortem omnimodis inevitabilem ſibi in januis fore præſentem, prælatis totius provinciæ convocatis, eccleſiis illorum munera ſatis larga tranſmiſit, & ſe totum Deo & eorum orationibus commendavit. Deinde ſemetipſum, peccata ſua diſcutiendo, accuſans, prevenit faciem domini in confeſſione ſacra, inſuper olei unctione Chriſtiano more delibutus, divino etiam dominici corporis ſacramento reverenter accepto, horam vocationis ſuæ ultimam expectabat. Poſt hæc verò domus ſuæ majores capellanos, ſcilicet, conſanguineos, ac milites convocatos, obſecrat, hortatur, elevatis in altum manibus adjurat quatinus corpus ſuum in *Angliam* ad domum ſuam de *Waldena* ſepulturæ commendandum transferre non omittant. Illi verò obſtupeſcentes & ſeſe mutuo ſilentio aliquandiu aſpicientes, tandem unus pro omnibus, *Henricus*, ſcilicet de Ver, ejus conſobrinus, in hæc verba prorupit. *Quod optas Domine non poteſt fieri, quod nobis præcipiendo injungis impoſſible eſt, ecce enim via longa & periculoſa, hiems ſolito aſperior, mare magnum & ſpatioſum, flatibus continuis turbulentum, omnia iſta necnon & alia hiis ſimilia voluntati tuæ adimplendæ videmus contraria*; Audiens hæc Comes & ab intimis longa trahens ſuſpiria ait. *Si itaque non valetis, immo quia non vultis quod vobis nunc moriens injungo peragere, ſaltem pectore perforato cor meum avellite, auulſumque in* Angliam *ad domum in mea proprietate fundatum ſcilicet de* Waldena *transferte.* Attamen

men ingrati beneficiis ab eo abundanter ſibi collatis, neque in hoc illi obedierunt.

De obitu & ſepultura comitis Willielmi. Cap. 21.

INtuens igitur omnes vir iſte nobilis & maximè illos quos enutrierat & exaltaverat quod tum ſpernerent, indignando turbatus eſt, ſed non eſt locutus. Et licet viribus corporis eſſet deſtitutus, tamen conamine quo valuit ſe totum excutiens de lecto in quo jacebat, in terram corruit, & non erat ei ulteriùs vox neque ſenſus, immo ſtatim expiravit. Videntes autem ſui, ut falſum dicamus, fideles, quod factum fuerat, moram pati neſcientes, ſtatim corpus ejus ad abbatiam in proximo ſitam quæ noto nomine *Mortuum-mare* dicitur, cum magna auri & argenti pecunia eidem abbatiæ collata, tranſtulerunt, & in capitulo monachorum humili ſatis ſepulturæ tradiderunt. Tranſiit quidem comes iſte *Guillelmus* vir illuſtris advocatus domus noſtre tercius, anno ab incarnatione Domini MCxc. xviij. kal. decembris.

De Beatrice *de* Say *& filio ejus* Gaufrido. Cap. 1.

FAma igitur longè latequè citiùs volans, mortemque comitis *Willielmi* per univerſum *Anglia* regnum in brevi divulgans, ad aures *Beatricis* de Say, ejuſdem comitis amitæ, ſororis ſcilicet patris illius, pervenit. Quoniam autem comes iſte *Willielmus* ex *Hawiſia* filia comitis *Albemarlia* quam cum tota patris ſui hæreditate jam pridem duxerat uxorem, nullum poſt ſe reliquerat hæredem, prædicta *Beatrix* totam patris ſui *Willielmi* videlicet de *Mandevilla*, ſibi de jure vendicabat hæreditatem. Hæc itaque nobilis matrona, ut longè ſuperiùs dictum eſt, lege conjugali *Willielmo* de Say extitit copulata, de quo duos ſuſcepit filios *Willielmum* ſcilicet & *Galfridum*. Horum primogenitus videlicet *Willielmus*, multo jam tempore tranſacto obierat, qui tamen ex uxore ſibi deſponſata duas tantùm reliquerat filias, quarum primogenitam, nomine *Beatricem*, *Galfridus* quidam filius *Petri* duxerat in uxorem. *Willielmus* verò de *Boclanda*, frater illius, alteram nomine *Matildem*, cum tota patris earundem hæreditate ditiſſima inter eas partienda. Prædicta itaque *Beatrix*, matronarum nobiliſſima, in ſenectute vergens, eratque jam ætate matura, ideoque filium ſuum *Galfridum* de Say quem unicum habebat, virum ſcilicet magnum & militarem vice ſua ad regem tranſmiſit *Richardum*, qui accerſito Priore noſtro domino *Reginaldo* cum monachis duobus, aſſociatis etiam ſibi totius baroniæ illius capitaneis, pervenit ad regem apud *Cantuariam* jam aliquandiu commorantem. Advenit etiam *Galfidus* filius *Petri* jam antea nominatus cum ſuis, aſſerens illam baroniam ad filiam *Willielmi* de Say prædictæ *Beatricis* primogeniti, hæreditario jure ſpectare, quam ipſe ut ſupradictum eſt, duxerat uxorem. Attamen *Galfridus* de Say magnorum virorum fretus pariterque ſuffultus auxilio, apud regem obtinuit, cui etiam vice matris ſuæ tota hæreditas illa conceſſa eſt authoritate regia, necnon & ſcriptis authenticis regio ſigillo ſignatis confirmata. Hæc autem conceſſio ſeu confirmatio non adeo abſolutè vel ſola prece, & non abſque precio facta eſt, immo mediante ſeptem millium marcarum conventione fixis terminis ſolvendarum, ſub rata etiam magnorum fidejuſſione virorum. Sed quoniam talis conventionis tanteque pecuniæ perſolvendæ in promptu non aderant fidejuſſores, baroniæ illius ſeiſina *Galfrido* prædicto nondum plenariè eſt collata, in brevi tamen ei pleniùs conferenda, (*&c.*)

De ſeiſina baroniæ Galfrido *de* Say *facta, & de confirmatione matris ejuſdem & ſua nobis collata.* Cap. 3.

IGitur *Galfridus* de Say ſuperius jam nominatus, de illa maxima necnon & ſtupenda pecuniæ maſſa regio theſauro certa pactione inferenda, plegiis ſufficientibus nominatis adhibitis atque ſuceptis, per *Willielmum*, *Elienſem* epiſcopum tunc regis juſtitiarium, de tota baronia quæ fuerat comitis *Willielmi* plenariè adeptus eſt ſeiſinam, militum homagia ſuſcepit, donatorum munera non recuſavit, ut dominus per omnia ſe habuit, ut dominus omnia moderando diſpoſuit. Videns autem Prior noſter dominus *Reginaldus* præteriſſe tempus tacendi, & jam adveniſſe tempus loquendi, communicato cum fratribus conſilio, matrem ejuſdem *Galfridi*, dominam ſcilicet *Beatricem* Dei ſcilicet & domus noſtræ dilectricem adiit, & ut terras cum ceteris à comite *Willielmo* nepote ſuo nobis domui noſtræ legatas nos obtinere liceret, humili ſatis prece adveniendo poſtulavit. At illa ſtatim conſenſit, admiſit, confirmavit, & ut hoc filius ſuus *Galfridus* ratum haberet præcipiendo mandavit. Dominus autem *Galfridus* in exaudiendo non ſegnior matri aſſenſum præbuit, omnia à comite legandò ſe quoviſmodo nobis conceſſa, & ipſe conferendo conceſſit, terras ſcilicet & cetera dimidianda æſtimatione hominum legitimorum juramento priùs accepto, æqua ſorte dividendo dimidiavit, certis etiam locis metis & menſuris omnia integra & plenaria nobis tunc preſentibus univerſiſque in ævum ſucceſſuris aſſignando contulit. Et ut hoc ratum perpetuò foret fixumque æternaliter conſtaret, ſcriptis authenticis diligenter confirmando corroboravit. Omnia hæc modo tali nobis collata, in pace per unum ferè annum tenuimus, quietè poſſedimus, liberè etiam omnibus diſponendo tractavimus.

De Galfrido *de* Say, *pecuniæ pactionem ſolvere non valente.* Cap. 1.

G*Alfridus* igitur de Say, ſicut jam longè ſuperiùs dictum eſt, totam illam Baroniam quæ fuerat comitis *Willielmi* adeptus, de illa ſtupenda pecuniæ maſſa regio ærario inferenda, adhibitis tamen prius ſuſceptiſque fidejuſſoribus, terminos tam ab ipſo Rege quam ab ejus Juſticiario, *Willielmo*, videlicet *Elienſi* epiſcopo fixis temporibus conſtitutos acceperat. Adveniente autem primo ſolutionis hujus termino, ſeptingintas marcas undecunque vix aggregatas ſolvendo comportavit. Termino nihilominus non multo poſt ſuperveniente ſecundo, arctatur ut ſolvat, ſed manus antea nimis evacuata quid ſolveret non invenit. A fidejuſſoribus ſolutio taxata exigitur; *Galfredo* etenim fidei illorum commiſſo non ſolvente, coguntur ut ſolvant. At ille non multum ſapiens nec ſapientum conſiliis adhærere volens, baroniam illam in manus jam dicti epiſcopi tenendam contradidit, donec illam denariorum maſſam ex eadem fixis terminis dinumeratâ regio theſauro intuliſſet, ſicque ſolutione peracta denuo eam ſibi liberè poſſidendam reconſignaret.

De ſeiſina Galfrido *filio* Petri *facta*. Cap. 2.

VIdens itaque *Galfridus* filius *Petri*, cujus ſuperiùs mentionem fecimus, vir ille nummoſus, & locuples valde, quod factum fuerat, ſtatim epiſcopum illum Regis juſtitiarium precio maximo cum prece dato convenit, baroniamque illam quam vice uxoris ſuæ, filiæ ſcilicet *Willielmi* filii *Galfridi* de Say primogeniti, hæreditario jure ſibi vendicabat, interpellando expoſtulavit, pecuniam inſuper ab eodem *Galfredo* fixa pactione nominatam, Regi, in brevi conferendam repromiſit. Ille verò Rege annuente authoritatemque ad hoc præbente, in plenariam totius baroniæ ſeiſinam illum admiſit, pecuniam repromiſſam exegit, quam in brevi integram plenariamque regiis theſauris inferendam ab eo recepit. Sic admiſſus, ſicque in illa baronia ſcriptis regiis confirmatus tenuit, poſſedit, homagia militum ſuſcepit, ut dominus per omnia ſe habuit, omniaque ad votum ſibi reſpondentia liberè diſponendo tractavit. Non poſt multum verò temporis circumivit terram & perambulavit eam. Pervenit tandem *Waledenam*, ad eam ſcilicet quam cum aliis emerat villam, quia neceſſe habuit videre illam.

De adventu Galfridi *filii* Petri *ad nos & de verbis illius minacibus*. Cap. 3.

AUdiens autem abbas noſter illum advenire, duobus monachis ſibi aſſociatis occurit ei obviam quaſi advocato novo congratulaturus, illumque in domum domini, ut decuit, introducturus. Approximans autem cum fratribus devotè ſatis & cum reverentia domino debita, illum ſalutando alloquitur, rogat humiliter ut eccleſiam beati *Jacobi* primò ingrediatur, monachos etiam ſuos viſitando alloquatur. Ille verò ſalutantis verba tacendo non ſolùm deſpexit, verumetiam faciem avertens, tergum indignando prætendit. Abbas autem intuens viri animum ira inopinata ergà ſe commotum, patienter ſuſtinuit, loriſque reflexis pariter equitantibus ſeſe conjunxit. Dominus igitur *Galfredus* vix animo ſuo dominans, ad nos tamen divertens, eccleſiam intravit, oculos circumducens, torvo intuitu omnia circumſpiciendo perluſtravit. Non diutius morando, parum aut nihil oravit. Exiens inde, clauſtrum intravit, & ſtans in oſtio capituli cum indignatione maxima ad abbatem ſe convertens, cunctis audientibus in hæc verba prorupit. *O Domine abbas, tu & monachi tui me meoſque exhæreditaſtis, qui Prioratum meum in abbatiam convertiſtis meque abjecto poteſtati regiæ omnino vos ſubdidiſtis.* Abbas autem animum viri commotum blando ſermone compeſcere volens, verbis illius modum excedentibus humili ſatis & modeſta ratione reſpondendo obviavit; attamen furore non ſatiato, minas graviſſimas nobis intentans receſſit.

De diſſeiſina hominum terrarum cæterarumque rerum nobis ab eo facta. Cap. 4.

MAne autem facto, hominibus quatuor de *Waldena* francotenentibus ad nos transmiſſis prohibendo mandavit, ne in terras vel poſſeſſiones à comite *Willielmo*, ut aſſerebamus nobis collatus, manus ulteriùs mitteremus, quas uſque in diem illum injuſtè conceſſas occupavimus, inhibendo inſuper terras & cætera quæque illum contingentia, nobis noſtriſque in omni loco interdixit. Qua prohibitione peractâ, villicis ſervientibuſque ſuis de *Waldena* convocatis præcipiendo injunxit, ut moleſtias gravaminaque modis omnibus nobis inferre non deſiſterent: terras inſuper poſſeſſioneſque jam dictas in manus ſuas ſeiſiarent, ſeiſiatas verò nobis procul expulſis, excolere non negligerent. Talia modum excedentia homo, non dico, pacis proloquens receſſit, in viam autem pacis non abiit. Satellites verò illius occaſione aſſumptâ, mandatum imperantis factis adimplentes, omnes declinaverunt, ſimul inutiles nobis facti ſunt, non eſt quin faciat malum, non eſt uſque ad unum. Abbas igitur noſter, quodam ex fratribus noſtris poſt illum tranſmiſſo, ſcire volens utrum jam inepta mandata ab ore tanti viri prolata emanaſſent, an preſumptione ſuorum temeraria nobis talia forent irrogata gravamina, aſſerit, fatetur ipſo jubente, hæc patrata; minatur etiam in brevi ſe nobis illaturum ſatis graviora.

De ſententia ex mandato epiſcopi in præſumptores lata. Cap. 5.

CUm itaque ex relatione fratris, domini *Galfridi* verba auribus noſtris inſonuiſſent, ad eccleſiæ mox defenſorem, dominum videlicet *Richardum*, *Londonienſem* epiſcopum confugientes, & ut tantam injuriam ſub potenti manu ſua viris religioſis irrogatam impunitam non relinqueret, humili prece efflagitavimus. Mandato igitur ad provinciæ decanum ſtatim tranſmiſſo, jubet ut convocatis totius decanatus ſui presbiteris, tanti flagitii præſumptores eccleſiaſtica cenſura compeſcat: ſimul etiam omnes poſſeſſionem noſtrarum invaſores anathematis vinculo innodare non omittat; univerſa nobis ablata epiſcopali authoritate reſtituat. Affuit decanus factus obediens cum ſuis; aratores ferè centum culturas noſtras vomere illicito ſulcantes invenit, opus temerarium ne progrederetur prohibuit: ſed contumeliis affectus contemnitur, injurioſos ipſe ſimul omnes excommunicavit, omnibus in nomine Domini maledixit; eccleſiam inſuper de *Waldena* parochialem à divinis vacare præcepit. Audiens autem dominus *Galfredus*, turbatus indoluit; epiſcopum jam dictum ſtatim adiit, non tamen reatus proprii veniam, nec aliorum excommunicatorum abſolutionem, ſed ſolùm eccleſiæ jam nominatæ ab interdicto relaxationem rogaturus. Epiſcopus verò tantæ tam que horrendæ tranſgreſſionis flagitium in eccleſiæ filiis perpetratum non ſolùm relinquens impunitum, verumetiam injuſta petenti annuit, noſque indefenſos cenſura paſtorali dejecta, lupi dentibus commiſit devorandos, factuſque eſt canis mutus non volens latrare, quia ibi trepidavit timore ubi non erat timor.

De hiis quæ per Regis juſtitiarium recuperavimus. Cap. 6.

INtuentes autem malignitatis miniſtri nos in hac parte omnimoda defenſione deſtitutos, poſſeſſiones noſtras ſolito licentiùs invadunt, terras incolunt, metas evertunt, cæteraque omnia à comite *Willielmo* nobis collata auferunt, ablatis verò auſu nephario ut propriis utuntur. Nos itaque damnis & contumeliis non mediocriter affecti, homini etiam tantæ poteſtatis tantæque tyrannidis minus obſtare valentes, quid nobis faciendum quove divertendum foret neſciebamus. Rex enim *Richardus* cruce domini inſignitus **Hieruſalem** quæ ædificatur ut civitas, & loca ſancta viſitare diſponens, itinere arrepto jam procul abierat; diſcedens tamen *Willielmum* epiſcopum *Elienſem* ſuperiùs memoratum vice ſua conſtituerat patriæ tutorem, ac totius regni in populo juſtitiarium. Ad quem accedentes, injuriaſque à domino *Galfredo*, regiâ majeſtate contemptâ, nobis contumelioſè illatas coram illo proponentes, & ne ulteriùs inultæ progrederentur, ut animoſitatem illatoris præſumptuoſam arcendo compeſcat, vocibus quereloſis impetravimus. Unde factum eſt, ut cenſus cum operationibus eorum receperimus, fœna etiam congeſta cum frugibus, non tamen abſque magna adverſariorum colluctatione, in horreis noſtris reconderemus. Igitur dominus *Galfredus* indignatione plenus, poteſtate juſtitiarii ſpreta, manum quam in perniciem noſtri illicitè extenderat non retrahens, ſed malis illatis ſatis pejora exaggerans, in viros innocuos ſæviſſima tyrannide graſſabatur, poſſeſſiones jam dictas paulatim auferendo diripuit, ac deinde omnino nos diſſeſiando perturbavit.

De mandato domini Papæ contemptui dato. Cap. 7.

VIdentes itaque omni judiciariâ poteſtate in partibus noſtris nos fore deſtitutos, legatione ad caput eccleſiæ, dominum ſcilicet papam, tranſmiſſâ, literas ſuper injuriis nobis irrogatis eccleſiaſticâ cenſurâ puniendis efficaciſſimas ſuſcepimus judicibus delegatis perferendas. Citatur à judicibus dominus *Galfredus*, ut nobis reſponſurus jurique pariturus coram eis appareret: apoſtolicum ab eo datur contemptui mandatum, judicum necnon authoritas pro nihilo reputatur, obſtinatio remanet impunita. Iteratò autem literas prioribus non inferiores à ſede apoſtolica tranſmiſſas impetravimus: omnes ut priùs pariter contemnendo reprobavit, nobis verò malum malo addens gravamina duplicavit.

De morte uxoris Galfridi *filii* Petri. Cap. 8.

TEmpore illo uxor illius *Beatrix*, auctrix ſcilicet malorum, uterum habens impregnatum, diu parturiens ſed non pariens periclitabatur, tandem verò fœtum effundens exanimatum, animam ſimul exalavit, unde ſatis confuſus eſt, & ultra quam credi poteſt dolens effectus; & tamen in hiis omnibus non eſt averſus furor ejus ſed adhuc manus ejus in nos extenta. Corpus verò mulieris *Chikeſandam* tranſtulit, ibique in capitulo ſanctimonialium honorificè ſepelivit. Admirans itaque vir iſte cum cæteris vana novaque ſectantibus, ordinem, videlicet illum à quodam *Gilberto* de **Simplingham** recenter adinventum, domum ordinis ejuſdem in *Norfolka* apud villam quæ dicitur **Sulvham** fundavit, illicque, ut novus ille & ſeculis inauditus religionis exigit modus, canonicos cum ſanctimonialibus, fratres cum ſororibus aggregavit, ac non multo poſt, corpus mulieris de *Chikeſanda* tranſlatum ibidem ſepulturæ commendavit.

De obitu nobilis matronæ Beatricis *de* **Say**. Cap. 9.

SOror itaque comitis *Galfridi*, fundatoris ſcilicet noſtri, materque *Galfredi* de **Say**, nomine & opere *Beatrix*, forma mulierum Deo devotarum, decus matronarum, eccleſiam beati *Jacobi* de *Waldena* abbatem & monachos affectu quodam ſingulari præ omnibus diligebat, manu etiam largâ charitatis miniſtra muneribus magnis & ſæpe datis honorabat. Hæc eſt illa cujus indeficienti beneficio fundamenta eccleſiæ noſtræ, clauſtri officinarumque locata ſunt ampliora, parietes erecti cum tectis ſuis deſuper impoſitis, vaſa argentea in miniſterio altaris conſecrata, cum veſtimentis ſacerdotalibus, necnon & aliis multis & precioſis ornamentis paulatim ut potuit eccleſiæ contulit. In libris verò faciendis, & quibuſlibet operibus promovendis multam denariorum maſſam expendit. Ad nos autem & frequentiùs in feſtivitatibus Sanctorum venit ut monachos ſimul omnes, quos etiam filios nominavit, videret, voces Deo canentium aure propiùs captaret, omnes pariter abundè reficeret, pane corpora confirmans, vino corda lætificans. In domo Igitur ſua apud **Rikelinges** ubi manebat, miſericordiæ operibus vacabat, eſurientes reficiendo, algentes veſtiendo, debiles quoque & infirmos neceſſariis tranſmiſſis viſitando. Talibus intendens ætate jam matura, viribus etiam corporis deſtituta, pervenit ad extrema. Mente igitur ſana (*&c.*) expiravit. Corpus verò illius digno cum honore ad nos tranſlatum: & ut memoria beneficiorum ejus fratrum cordibus celebriùs offeratur, in capitulo noſtro ſepulturæ commendatum eſt.

De confirmatione Comitis Willielmi *coram Rege recitata.* Cap. 18.

COnſiderato iterum tempore cum loco opportuno à fratribus Rex interpellatur, diſſeiſina cum gravaminibus à domino *Galfredo* nobis illata ſeriatim illi intimata, & ut talibus modum excedentibus jam finem imponat ſupplex exoratur. Dominus igitur *Galfredus*, vir admodum facundus verbis modum excedentibus, omni etiam veritate nudatis reſpondit, ſe nunquam nos in aliquo diſſeiſiaſſe, nulla etiam gravamina in magno vel in minimo nobis intuliſſe conſtanter proclamabat. Aſſerebat inſuper nos reos, nos fore mendaces, qui poſſeſſionem illam de qua agebatur injuſtè occupavimus, occupatam verò à deceſſu comitis *Willielmi* uſque in illum diem pacificè poſſedimus, quippe qui nec cartam ejuſdem comitis legitimam vel etiam tempore nobis oportuno factam obtinuimus. Jurejurando autem affirmabat cartam jam dictam, ut verbis ejus utamur, in lecto comitis mortali factam, ſive, quod deterius eſt, poſt mortem illius à falſariis nobis faventibus fore conſcriptam. Novi igitur recentesque venerunt, qui hanc inauditam à ſeculo legem à miniſtris *Zabuli* noviter inventam ſtatuere decreverunt, *Ne aliquis quamvis magnus lecto præ infirmitate receptus, in extrema voluntate quicquam de terris vel tenementis jam ante poſſeſſis alicui liceat legare, nec etiam viris religioſis præ aliis dilectis valeat conferre.* Cum itaque legi huic maledicto dignæ omnes antiquæ Dei leges & novæ plane videantur repugnare, unde liquido omni ſanè ſapienti datur intelligi, quia omnimodis non ſit dicenda lex, immo omnium adinventionum iniquarum iniquiſſima fæx.

De confirmatione prædicta magnorum virorum teſtimonio approbata. Cap. 19.

A Rege igitur inquiſitum eſt, ſi carta illa ſic calumniata, ſeu ejus tranſcriptum preſens adeſſet, ut ea recitata domini *Galfredi* aſſertio ſic conſtaret vera, vel probaretur ſic fore falſa. Abſens eſt carta, preſens tranſcriptum pro carta eſt admiſſum, recitatur in auribus omnium, dinumeratur ſeriatim multitudo teſtium. De quorum numeroſitate domini regis electione, utriuſque partis aſſenſu, tres tantùm magnæ authoritatis viri eliguntur, quorum veraci arbitrio conſtare debet cartæ hujus cognitio. Literis regiis citantur ut veniant dominus videlicet *Willielmus de Mortuo-mari* abbas, *Ricardus Rulii* capellanus, *Ricardus* de *Montineto*, miles ſatis facundus. Die ſtatuto adſunt, quæſtio examinanda proponitur; deliberatione pari conferunt. Collatione verò factâ, ore conſono quod verum eſt hiis verbis fatentur. *Carta iſta tali queſtione exagitata, à comite* Willielmo *in lecto, ut dicitur, mortali nequaquam fuit facta vel monachis collata. die enim illa qua fuerat conſcripta poſt infirmitatem de qua convaluerat, eques ambulavit, pedes inceſſit, cum ſuis intravit gaudens & exivit. Poſt mortem illius nec iſta nec altera villa extitit facta. Sigillum etenim ejus nobis coram poſitum, immutatum, confractum canoniciſque viris ſcilicet religioſis prope degentibus eſt tranſmiſſum.* Iſti itaque tam magni nominis viri tale & tantum veritati noſtræ perhibebant teſtimonium.

De omnimoda diſſeiſione permiſſione regis nobis facta. Cap. 20.

FRatres igitur noſtri hæc audientes gaviſi ſunt gaudio magno valde, exiſtimantes cauſam jam omnino finitam, effectu etiam ad votum ſibi reſpondente, fore conſummatam. Rex autem negotio indeterminato ſurgens receſſit, verbis ſuſpenſivis fratres noſtros aliquamdiu morari coegit. Dominus itaque *Galfredus* repatriare volens, majoribus curiæ regalis ſibi in juvamen aſſociatis, dominum regem magnatum primitus non prece convenit, deinde precio pecuniæ, ut dicebatur, repromiſſo, ut, cum tremore tamen dicamus, ipſe jam circumveniendo devicit. Sic favore adulantium, regio honore ſublato, inclinatus, ſic ambitione promiſſorum, regia majeſtate calcata, deceptus, quos paulo ante de illo tenemento lætabunda omnium acclamatione ſeiſiaverat, nunc, vero teſtimonio magnorum virorum (quos etiam ipſe elegerat) contempto, gemebunda omnium confuſione diſſaiſiari permiſit. Rediens igitur dominus *Galfredus* jam victor, tempore aliquo forſan devincendus, omnia nos contingentia pariter confudit, confuſa diſſipavit, nobis vero procul perturbatis, omnia in nomine diaboli tempore brevi poſſidenda ſubintravit.

De literis regis ad dominum Galfredum *pro nobis tranſmiſſis.* Cap. 21.

NOs itaque omni humano deſtituti auxilio, patienter omnia ſuſtinuimus. Poſt modicum vero, conſilio quorundam, annuente etiam abbate, quidam fratrum noſtrorum regem adiit, & ut tantæ injuriæ ipſius conſenſu nobis illatæ, aliquod remedium conferre dignaretur, ſupplex impetravit. Rex igitur ipſe rubore quodam perfuſus, literas domino *Galfredo*, quem jam juſticiarium regni conſtituerat, efficaciſſimas, ſed tamen precatorias tranſmiſit, mandando exhortans, quatinus nobis injuriam perpeſſis ſeipſum reconciliando ſatisfaceret, reconciliatus vero, de poſſeſſione prælibata gratiam reſtitutionis aliquam nobis impenderet, neuterque illorum de hoc gravamine nobis illato maculam peccati contrahere videretur; addendo etiam monens, ut ea quæ domui de **Sulbham** (quam jam minùs diſcretè fundando incœperat) dare deſponeret. Abbatiæ beati *Jacobi* de *Waledena* quam jam ultra modum inquietaverat conferre ſatageret. Ille autem regiis mandatis ſimulando favens, quandoque centum acras de eodem tenemento cum centum ſolidis annuis de **Wetthamſted** recipiendis, familiaribus ſuis cum noſtris mediantibus, nobis ſi vellemus, dare repromiſit. Nos vero pro bono pacis optatæ illas centum acras cum aliquanta pratorum parte, cum hominibus inſuper à comite *Willielmo* nobis aſſignatis, abſque cartarum noſtrarum tranſmutatione, ſive etiam illius tenementi in aliquo reſignatione, ad tempus velle recipere reſpondimus. Ipſe verò loca per diverſa tempus prolongando, plures nobis conſtituit dies, quibus minùs ſatis quam ante nobis conferre diſpoſuit; ſemper enim ſe verbis alterando jam ſemel dicta tranſmutavit, ſemper inſtabilis à ceptis inſiluit, nec unquam in eodem ſtatu permanſit.

Forte reſilivit.

De morte regis Ricardi *& de fratre ejus* Johanne *in regem uncto.* Cap. 22.

HIs itaque diebus dominus rex *Ricardus* (*&c.*) læthaliter vulneratus interiit (*&c.*) frater igitur illius *Johannes* (*&c.*) ab omnibus rex eſt acclamatus.

De Domino Galfredo *gladio comitatus accincto.* Ca. 23.

Rex igitur, die craſtino poſt coronationem ſuam. dominum *Galfredum* filium *Petri*, ob ſignum comitatus & ut nomine comitis deinceps cenſeretur, non tamen abſque multorum indignatione gladio comitatus accinxit, juſtitiaria inſuper regni poteſtate non ei ſubtractâ. Mirabantur omnes tam citam tamque immaturam Regis actionem quippe cum vir iſte nulla omnino generis propinquitate in comitis *Willielmi* hæreditate in aliquo licet minimo obtineret dignitatem, ſed ſolum vice filiæ ætatis adhuc minuſculæ eam ad tempus conſervandam poſſideret, unde factum eſt, ut viri plures & magni ſuper hoc confabularentur, & ſecum quererent, & qui videbantur in regno potentiores facti ſunt in populo——

De donatione abbatiæ noſtræ domino Galfredo *conceſſa.* Cap. 1.

Cum igitur dominus *Galfredus* filius *Petri* jam comes *Eſſexiæ* omnia ad votum ſibi accidere conſpiceret, nunc privatim crebriùs pulſando, nunc palam viris magnis ſibi per omnia faventibus Regem *Johannem* jam nuper creatum attentiùs interpellando convenit, quatinus dignitatem quam prædeceſſor & frater ejus Rex *Ricardus* eccleſiam noſtrã promovendo nobilitaverat, ipſe adnihilando in irritum revocaret, abbatiam ſcilicet noſtram, ut jam pridem extiterat, ordine perverſo in Prioratum reformaret. Rex itaque ſagaci animo petita perpendens, ſimul etiam primitias ſuas, fama citius volante, in hiis denigrare devitans, hujuſmodi petitionibus nulla pœnitus ratione ſubnixis, non inmeritò obviari ſtuduit, nec eis quoquo modo aſſenſum præbere decrevit. Attendens igitur, necnon & dolens dominus noſter *Galfredus* ſe in hoc nullatenus exaudiendum, ad alia, quæ multis, ad obtinendum ſatis difficiliora videbantur, creber in petendo, aſſiduus in inſiſtendo, animum quietis neſcium convertit, ut domum videlicet noſtram tempore ſubſequenti paſtore quandoque deſtituendam jure hæreditario in manu propria conſervandam retinere, abbatemque ſolenni fratrum electione providere, eumque, in quantum ad laicam ſpectare videretur perſonam, pro voto deinceps inſtituere liceret. Rex igitur tam improbi inſtantia petitoris, tandem, ut ita dixerim, quodammodo defatigatus, deliberatione priùs habita, conſilio etiam cum archiepiſcopo, domino ſcilicet *Huberto*, cæteriſque regni capitaneis ſuper hoc inito, deprecantem exaudivit, precata conceſſit, ſcripto authentico confirmavit, ſigillo inſuper regio corroborare curavit. Hæc autem ſtatim poſt domini Regis coronationem, diebus ſcilicet ſacris Pentecoſtes advenientibus impetrata perhibentur. (&c.)

De confirmationibus ſuper legato comitis Willielmi *nobis collatis quas exigebat.* Cap. 3.

Adveniente autem beati apoſtoli *Jacobi* ſpecialis poſt Deum ejuſque genitricem advocati noſtri feſtivitatis vigiliâ, adeſt ille tortor vetus dominuſque noſter jam nunc novus. Ad nos tamen, ut primò decuit, venire contempſit, immo denſo coequitantium agmine ſtipatus, loris reflexis in caſtellum ſeſe recepit. Deinde capellano ſuo *Hugone*, cum cæteris ſibi faventibus ad nos tranſmiſſo, fide vera, charitate non ficta in craſtinum nos viſitare videre & alloqui ſe velle mandavit, ſi tamen cartas ac munimenta ſuper comitis *Willielmi* legato nobis ut aſſerebamus collata ei tradere, vel ſaltem in aliqua vicina religioſorum eccleſia (ut vulgo dici ſolet) in æquali manu, commendare vellemus. Nos autem notantes verba, hinc nuda & aperta, illinc fucata necnon & palliata, dolum ineſſe nobis liquídò dabatur intelligi, unde nec reputavimus ea. Inſtantiùs tamen rogare curavimus, ut ſuam nobis exhibere dignaretur præſentiam, paratos etenim omnem honorem reverentiamq; domino debitam ſibi impendere nos inveniret.

De ſolenni proceſſione qua à nobis receptus eſt, & de oblatione ejus. Cap. 4.

In die autem magnæ feſtivitatis, cum turba plurima conveniret, & de villis ac civitatibus properans ad ſacrum, hora diei jam mediante ſecunda, clamor factus eſt, *Ecce dominus venit, exite obviam ei.* Et factum eſt. Illo autem cum multa ambitione jam appropinquante, ingens turba præibat, plurima verò ſequebatur. Portæ exteriores latè patentes, locus etiam licet ſpacioſus vix populum admittebat. Occurrit autem cum reliqua multitudine fratrum noſtrorum caterva albis veſtibus candidata, purpureis ornatibus decentiq; ſatis varietate redimita, præferens cum deauratis evangeliorum textis necnon & vaſis thuriferis cruciferi Chriſti vexilla, & quicquid feſtivius poterat devotio votiva. Ordinatè autem incedentes ad portas monaſterii exteriores illum excipiunt fratres, quorum quidam vultibus dimiſſis cantum ſimulando amariùs flebant, quidam verò fletum reprimendo, ore potiùs quam corde utcunq; canebant, à quibuſdam perſonis quæ cum turba multa convenerant ad diem feſtum, cum cantibus, ut dictum eſt, necnon & crebris tintinnabulorum pulſationibus in eccleſiam introducitur, coram altari proſternitur, orat, ſurgens cupam argenteam altari imponit, tunc demum *Ambroſianus* inchoatur himnus, videlicet, *Te Deum laudamus*.

De eo quod capitulum intravit, & nihil nobis contulit, immo cartam ſuam ibidem recitari fecit. Cap. 5.

Expleto itaque himno, nullaq; interveniente mora, cum fratribus intrat capitulum, aſſociata ſibi diverſi ordinis ac dignitatis multitudine copioſa. Quo audito, catervatim ruunt populi audire cupientes quæ per eum in die reconciliationis in ablatorum reconſignatione, promiſſis vel donariis nobis forent conferenda. Cumq; omnium aures, ut eructaret cor ejus verbum bonum, eſſent erectæ, non dico magnum quid vel modicum, immo nihil contulit, nihil omnino repromiſit. Cartas quidem ſuas ac confirmationes ſuper donatione abbatiæ noſtræ authoritate regia ſibi collatas mox protulit, eaſque in auribus omnium, non abſq; ſuperbiæ typo recitari fecit. Sic ſe habuit res, ſic, ſic deperiit diutius expectata ſpes. Dictum eſt autem, *Surgite eamus hinc.*

De eo quod cameram abbatis intravit, & qualiter aſtutus ſimplicem convenit. Cap. 6.

ABiens inde cum multorum tamen indignatione, quorundam etiam ſed latenti in invicem deteſtatione, thalamum abbatis ingreditur, illum videre & alloqui ſe velle perhibebat. Erat autem dominus abbas ſenex valde & plenus dierum, & præ valetudine diutina lecto detentus, prælibatis intereſſe nequibat. Solus cum ſolo, cæteris ejectis, pium amoris effectum prætendens aliquandiu ſedebat, eccleſiæ ſtatum vitam moreſque ſingulorum aſtutus à ſimplice attentiùs inveſtigando ſcrutabatur, & quem illorum poſt ſe in abbatem eligere laudaret, diligenter ſciſcitabatur. Colloquio finito, ſurrexit, eccleſiam intravit, miſſam audivit, deinde locum unde venerat cum ſuis repetivit.

De portione ablatorum modica nobis reſtituta. Cap. 7.

NOn poſt multos autem dies inſtante beati *Laurentii* feſtivitate, manante priùs ad nos ejus mandato, deſtinantur ad illum fratres duo ſcilicet, Prior noſter dominus *Rogerus*, & dominus *Robertus*. Quibus, communicato colloquio, centum acras terræ arabilis, pratum unum cum molendino ſe nobis hac vice benignè daturum incunctanter repromiſit. Quibus cum capellano ejus *Hugone* jam ſæpius dicto regreſſis, molendinum cum prato illo verſus *Peritonam* recepimus, cum cultura illa inter domum noſtram & *Waledenam* nobis commodiùs adjacente, exemptis tamen acris aliquantis quas villici ejus villanis aliquibus poſt primam diſſeiſinam noſtram excolendas tradiderunt. De hiis diſſeiſinis jam tractatis iſta ſufficiant, &c.

Hactenus de excerptis ab iſtis duobus MS. monaſterium de Waledena *tangentibus.*

Carta domini *Gaufridi* de *Mandevilla* comitis Eſſexiæ *monaſterii fundatoris.*

Ex regiſtro de walden, penes comitem Suffolchiæ. cart. 49.

GAufridus de Magnavilla *comes* Eſſexiæ, *archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, omnibus hominib. & amicis ſuis* Francis *&* Anglis, *& univerſis criſtiane fidei profeſſoribus, tam preſentibus quam futuris ſalutem. Ad univerſitatis veſtre noticiam volo pervenire, me fundaſſe quoddam monaſterium in uſus monachorum apud* Waledenam; *in Honore Dei, & ſanctæ* Mariæ, *& beati* Jacobi *apoſtoli, quibus devotè contuli, & hac preſenti carta mea confirmavi, pro ſalute animæ meæ, & omnium parentum & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, omnes eccleſias inferiùs annotatas, tam de dominio meo, quàm de emptis, & purchaſiis meis, ſcilicet, eccleſiam de* Waledena, *eccleſiam de* **Waltham**, *eccleſiam de* Eſtra, *eccleſiam de* Sabricheſwrtha, *eccleſiam de* Thorleya, *eccleſiam de* Gedeleſtuna, *eccleſiam de* Eneſelda, *eccleſiam de* Edelmetona, *eccleſiam de* **Pymmes**, *eccleſiam de* Senleya, *eccleſiam de* Norhala, *eccleſiam de* Chiſhella, *eccleſiam de* **Chippenham**, *eccleſiam de* **Dygeneſwell**, *eccleſiam de* **Almodeſham**, *eccleſiam de* Stratteleya, *eccleſiam de* **Caygeham**, *eccleſiam de* **Aynho**, *eccleſiam de* Cuntunia. *Has autem eccleſias concedo, & confirmo monaſterio ſancti* Jacobi de Waldena, *& monachis ibidem in Dei ſervitio conſtitutis, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus ad eaſdem eccleſias pertinentibus, in decimis, & obventionibus, in terris, & redditibus, in hominibus, & eorum ſervitiis, in pratis & paſcuis, in boſco, & plano, in aquis, & ſtagnis, in vivariis, & piſcariis, in viis, & ſemitis, in omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus. Et ne aliquis hæredum vel ſucceſſorum meorum, vel eorum etiam qui prædictarum impoſterum fortè habuerint dominium villarum, aliquam donationem, vel preſentationem in preſcriptis eccleſiis ulterius ſe habere eſtimet, Concedo & confirmo præfato monaſterio ſancti* Jacobi de Waldena, *& monachis prædictis, omne jus & omne dominium, quod egomet, vel aliquis anteceſſorum meorum meliùs, & liberiùs in præfatis eccleſiis unquam habuimus, vel habere debuimus. Quare volo, & firmiter præcipio quod prælatus prænominati monaſterii* de Waledena, *& monachi prælibati habeant & teneant imperpetuum eccleſias jam ſepedictas, cum omnibus earum pertinentiis, & libertatibus: ita quidem ut ſi quis aliquam illarum eccleſiarum aliquando tenuerit, de prælato & conventu ſancti* Jacobi de Waledena *teneat. Concedo inſuper eis & confirmo ſexies viginti acras terræ arabilis in eſſarto meo de* Waledena, *& centum acras de boſco in* **Kebworthei**, *cum media parte de omnibus proficuis quæ inde exeunt, & unum pratum quod dicitur* **Fuleſen**, *cum terra deſuper vineæ deputata. Duo etiam molendina, unum ſcilicet apud* Waledenam, *& alterum apud* Eneſeldam, *cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, in terris & redditibus, in pratis, & paſcuis, in aquis, & ſtagnis & piſcariis, & cum multura ambarum villarum, ſcilicet,* de Waledena, *&* Eneſelda, *ſicut unquam meliùs, vel liberiùs ante habere ſolebam. Concedo autem eis, & confirmo heremitagium de* Hadeleya, *cum omnibus ad eundem locum pertinentibus, introitum, & exitum, & communem paſturam pecoribus eorum in parco meo, in quo heremitagium illud ſitum eſt. Clamo etiam quietum pannagium de omnibus dominicis porcis ſuis, tam de* Waleduna *quam de omnibus locis quæ ad eos ſpecialiter pertinebunt & in manu propria tenebunt, in omnibus boſcis & parcis meis in quibus porci mei in paſtionem admittuntur. Vude etiam ex parte Dei & mea firmiter præcipio, ne aliquis ſucceſſorum vel hominum meorum prædicto monaſterio ſancti* Jacobi *de* Waledena*: vel monachis ibidem divino ſervitio mancipatis aliquam vexationem vel moleſtiam ſuper preſcriptis eccleſiis vel tenementis inferre preſumat. Quod ſi quis eorum contra hanc cartam meam in aliquo venire preſumpſerit, & hanc elemoſinam meam, à præfato monaſterio alienare, vel in aliquo minuere ſtuduerint, maledictionem Dei omnipotentis, & ſanctæ* Mariæ, *& beati* Jacobi *apoſtoli, & omnium Sanctorum Dei in preſenti vita ſentiat, & in futura cum* Juda *traditore, æternam dampnationem percipiat, niſi reſipiſcat, & ad emendationem veniat. Fiat, Fiat, Amen. Hiis teſtibus, comite* Gilberto, *comitiſſe* Rohesia, Willielmo *archidiacono* *axono* London. Radulpho *&* Brienno *canonicis de* Waltham, Gregorio *dapifero*, Pagano *de* Templo-Domini, Arnulpho *de* Mandevilla, Warino *filio* Geroldi, Henrico *filio* Geroldi, Adelardo *de* Guerr. Fulcone *de* Nuers, Humfrido *de* Rochella, Willielmo *filio* Alueredi, Willielmo *filio* Arnaldi, Willielmo Puleyn, Richario, Thoma, Symone *camerario*, Rogero *clerico*, *& multis aliis.*

Carta domini Willielmi *de* Mandevilla *de medietate totius dominii ſui de* Waleden, *parvo parco & molendino ſuo de* Walcden, *&c.*

Ibid. fol. 2. cart. 5. UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, *Willielmus* de *Mandevilla* comes *Eſſexiæ*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me dediſſe & conceſſiſſe pro animabus patris mei & matris meæ, & anteceſſorũ meorum & pro ſalute anime meæ, in liberam & perpetuam elemoſinam, Deo & eccleſiæ beati *Jacobi* de Waleden, & monachis ibidem Deo ſervientibus, medietatem totius dominii mei de Waleden, in terra arabili, & in pratis & paſcuis: ita quod ipſi ſuam medietatem habeant propinquiorem & cōmodiũs adjacentem abbatiæ ſuæ; & parvum parcum, ſicut ſepe clauditur; & molendinum meum de eadem villa. Et præterea omnes homines illos & maſagia illorum qui manent ſuper riveram de Waleden, ſcilicet à cruce illa quæ eſt in chemino de Neuport verſus Cantubrug, quantum terra mea extenditur in illam partem, cum omnibus tenementis & redditibus, & ſervitiis eorundem hominum. Quare volo & firmiter precipio, quod idem monachi omnes prædictas tenuras teneant bene, & in pace, liberè & quietè ab omni terreno ſervitio, & ab omni conſuetudine & exactione ſeculari, ſicut aliqua elemoſina liberiùs & quietiùs teneri poteſt, vel debet. Teſte abbate *Willielmo* de *Mortuomari*, *Henrico* de Veer, *Ricardo* de *Montenn.* *Willielmo* filio ejus, *Osberto* filio *Ricardi*, *Willielmo Bruncoſte*, *Wiſcardo Laidet*, *Roberto* de Lametot, *Petro* de *Momevill.* *Hugone* & *Ricardo* capellanis, *Roberto Waſcelin*, *Radulfo* de Grendon, *Hugone* de *Chambai*, *Willielmo Trencheſiul*, *Willielmo* de Liſur, *Symone* de *Camera*, *Waltero* clerico, *Thoma* clerico.

Carta *Beatricis* de *Mandevilla.*

Ibid. *OMnibus in Chriſto credentibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit* Beatrix *de* Mandevilla *ſalutem in Domino. Legentibus hec & audientibus notum fore deſidero, quod* Ego Beatrix *de* Mandevilla, *ſoror comitis* Gaufridi *ſenioris, patris comitis* Willielmi *& heres totius hereditatis ipſorum concedo & confirmo, Deo & eccleſiæ beati* Jacobi *de* Waleden, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, totum diviſum quod eis fecit in eadem villa comes* Willielmus *nepos meus, ita plenè & honorificè, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſicut carta ipſius teſtatur. Scilicet, medietatem totius dominii villæ ejuſdem in terra arabili, & in pratis, & in paſcuis, ita quod ipſi ſuam medietatem habeant propinquiorem & comodius adjacentem abbatiæ ſue. Et parvum Parcum ſicut ſepe clauditur, & molendinum de eadem villa, & preterea omnes homines illos, & maſagia illorum qui manent ſuper riveram de* Waleden, *ſcilicet à cruce illa que eſt in chemino de* Neuport *verſus* Cantebrig. *quantum terra villæ extenditur in illam partem, cum omnibus tenementis & redditibus, & ſervitiis eorundem hominum. Quare volo, & firmiter præcipio quod iidem monachi omnes predictas terras teneant bene, & in pace, libere & quiete, ab omni ſervitio terreno, & ab omni conſuetudine & exactione ſeculari, ſicut aliqua elemoſina liberiùs & quietiùs teneri poteſt vel debet. Hiis teſtibus* Roberto *capellano meo, &* Ricardo Aguillon, *&* Thoma *de* Sandford *decanis, &* Thoma Perſona *de* Rikeling, Willielmo *de* Rochelle, *&* Roberto *filio* Arnulphi, *&* Willielmo *del* Haie, *&* Matheo *de* Berden, *militibus, &* Johanne *de* Berden, *&* Waltero *clerico, ſervientibus meis, & pluribus aliis.*

Carta ejuſdem Domine Beatricis *de* Mandevilla, *dicte* Say, *de eccleſia de* Eſenham, *conceſſa monaſterio de* Walden.

OMnibus eccleſie catholice filiis, tam futuris quam preſentibus, *Beatricia* de Say, ſalutem. Ibid. Univerſitati veſtre notificetur, quod Ego *Beatricia* dedi Deo & ſanctæ *Mariæ* & monaſterio ſancti *Jacobi* de Waleden, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in liberam & perpetuam elemoſinam, quantum ad me pertinet, & laica dare poteſt perſona, eccleſiam de Elſenham, cum omnibus libertatibus, & pertinentiis ſuis, in terris, & decimis, & ceteris obventionibus, pro anima *Galfridi* comitis *Eſſexiæ*, fratris mei, & *Willielmi de* Say, ſponſi mei, & *Willielmi* filii mei, pro ſalute quoque animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Quod ſi aliquis heredum vel ſucceſſorum meorum, hanc meam elemoſinam, quam prefato monaſterio & monachis de meo libero maritagio devotè contuli, violare, vel in aliquo minuere preſumpſerit, divinam ultionem & meam maledictionem ſe percepiſſe doleat. Ut igitur hec elemoſina ſtabilis permaneat & inconcuſſa, eam preſenti carta confirmare curavi. Hiis Teſtibus *Willielmo* de *Mandevilla* comite *Eſſexie*, *Gaufrido* de Say, *Waltero* decano de Clavering, *Ricardo Aguillun*, *Rogero* filio *Mauritii*, *Gaufrido* de Henham, *Thoma* de Rikeling, *Silveſtro* de Ceſtreford clericis, *Rogero* filio *Ricardi* & *Willielmo* filio ejus, *Alboldo Pulcyn* & *Michaele* fratre ejus, *Matheo* de Berden militibus, *Galfrido Pulcyn*, *Ricardo Albo*, *Roberto* de Rochesford, *Wydone*, *Willielmo Nitrario*, *Ricardo Peverel*, *Rogero*, *Gaufrido*, & multis aliis.

Carta Galfridi *de* Say.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis Galfridus *de* Say, *ſalutem.* Ib. cart. 8 *Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe, & hac carta mea confirmaſſe, pro animabus patris & matris meæ, anteceſſorum meorum, & ſalute animæ meæ, in liberam & perpetuam elemoſinam, Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *& ſancti* Jacobi *de* Waleden, *& monachis ibidem Deo ſervientibus quicquid* Willielmus *de* Mandevill, *comes* Eſſexiæ, *eiſdem monachis dedit in villa de* Waleden, *prout carta ejuſdem comitis* Willielmi

&

& Beatricis matris meæ teſtantur, &c. *Scilicet* (Ut ſæpius ſupra.)

Teſtibus *hiis* Ernulpho *de* Mandevilla, Willielmo *de* Mandevilla *fratre ejuſdem*, Willielmo *de* **Berniers**, Radulfo *de* **Berners**, Bartholomeo *de* **Chene**, Ranulpho *de* **Mandevill**, Willielmo *de* **Say**, Radulfo *de* **Heron**, Willielmo *de* **Heron**, Ernulpho *capellano*, *magiſtro* Thoma medico, Johanne *filio* Symonis, Willielmo *de ſancto* Michaele, Ricardo Peverel, *& aliis multis*.

Confirmatio generalis Domine Matildis *de* Mandevilla, *Comitiſſe* Eſſexiæ *&* Herefordiæ, *ſororis* Willielmi *de* **Mandevilla**, *filii* Gaufridi *filii* Petri *ſuperius nominati, ſuper donati mibus & confirmationibus domini* Gaufridi *de* Mandevilla *primi Fundatoris*; Gaufridi *&* Willielmi *de* Mandevilla *filiorum ejus*, *&* Willielmi *de* **Mandevill**, *fratris ſui quondam Comitis* Eſſexiæ, *ſecundùm tenorem Cartarum ſuarum.*

Ib.cart. 18. Univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam preſentibus quàm futuris, *Matildis* de *Mandevilla*, Comitiſſa *Eſſexiæ* & *Herefordiæ*, ſalutem in Domino. Ad univerſitatis veſtre notitiam volumus pervenire, Nos, inſpectis Cartis anteceſſorum noſtrorum, videlicet, *Gaufridi* de *Mandevilla* ſenioris, & *Gaufridi* de *Mandevilla* junioris, & *Willielmi* de *Mandevilla* ſenioris, & *Willielmi* de *Mandevilla* junioris, fratris noſtri, quondam comitum *Eſſexiæ*, conceſſiſſe, & hac preſenti Carta noſtra confirmaſſe, pro ſalute anime noſtre, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & ſancto *Jacobo* de **Waleden**, & monachis ibidem Dei ſervitio conſtitutis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, omnes eccleſias, cum omnibus ad eaſdem pertinentibus, & omnia alia tenementa, videlicet, in terris, & redditibus, in hominibus & eorum ſervitiis, in pratis & paſcuis, in plano & boſco, in aquis & ſtagnis, in vivariis & piſcariis, in viis & ſemitis, in omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, ſecundum tenorem cartarum predictorum comitum, de quibus omnibus ſunt & fuerunt in ſeiſina. Habenda & tenenda imperpetuum pro me & hæredibus meis integrè, pacifice, liberè & quietè. Ut autem hec noſtra conceſſio, & Carte noſtre preſentis confirmatio perpetue firmitatis robur obtineat, huic ſcripto Sigillum noſtrum appoſuimus. Hiis teſtibus *Henrico* de **Kemeſec**, *Henrico* de **Pyngkeny**, *Radulfo* de **Berners**, *Symone* filio *Gaufridi* filii *Petri*, *Waltero* de **Capeles**, *Everardo* de **Badingham**, *Haſculpho Gernet*, *Johanne* del **Hyde**, *Roberto* filio ejus, *Wakelino* de **Ros**, *Ricardo Walenſi*, *Waltero* de **Berdefeld**, *Petro* & *Bartholomeo* clericis, & multis aliis.

Carta Domine *Beatricis* de **Say**, primi fundatoris ſororis, de medietate totius mareſii vocati **Stapelwell**, conceſſa monaſterio de **Waleden**.

Ib.cart. 28. *Omnibus amicis & hominibus ſuis, preſentibus & futuris*, Beatricia *de* **Say** *ſalutem: Sciatis univerſi, quod ego* Beatricia *de* **Say**, *dedi in liberam & perpetuam elemoſinam Deo & ſanctæ* Mariæ, *& S.* Jacobo *de* Waledena, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, pro anima domini mei* Willielmi *de* **Say**, *&* Williel. *de* **Say** *filii mei, pro anima quoque mea, & pro anima* Gaufridi *comitis fratris mei, & pro anima* Gaufridi *junioris, nepotis mei, & pro animabus omnium parentum & anteceſſorum meorum, partem meam mareſii de* **Stapelwell**, *ſcilicet, medietatem totius. Hiis teſtibus*, Roberto *perſona de* **Ricling**, Willielmo *capellano meo*, Matheo *de* **Berden**, Roberto *de* **Rochesford**, Springaldo, Alwino *de* **Neuport**, Bucello, *Ewardo*, Randulpho Wiſman, Mauritio Delamare, *& multis aliis.*

Carta Matildis *de* **Say** *filiæ* Willielmi *de* **Say** *de advocatione eccleſiæ de* **Elſenham** *in libera poteſtate ſua conceſſa monaſterio de* **Walden.**

Ib.cart. 30. Omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis preſentibus & futuris ad quos preſens ſcriptum pervenerit, *Matildis* de **Say**, filia *Willielmi* de **Say** ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me, poſt mortem *Willielmi* de **Bocland** domini mei, in libera poteſtate mea, intuitu Dei conceſſiſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo, & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Jacobo* de *Waledena*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, eccleſiam de **Elſenham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam *Beatrix* de **Say** avia mea eis dedit, & carta ſua confirmavit, in perpetuam elemoſinam, ſcilicet, advocationem, donationem, preſentationem, & omne jus & dominium quod ego, vel anteceſſores mei unquam habuimus, vel habere potuimus in eadem eccleſia: ita videlicet, quod ego, & heredes mei nihil juris in eadem eccleſia, de cætero, vendicabimus. Concedo inſuper prenominatis monachis in eadem eccleſia omnes libertates, & omnia quecunque advocata concedere debeat, aut poſſit, ut illam habeant, teneant, & in pace poſſideant, ſive cuicunque voluerint conferant, liberè, pacificè, & abſque ulla contradictione. Hanc autem elemoſine meæ largitionem feci prefatis monachis, pro ſalute anime meæ, & patris mei & matris meæ; necnon, & pro ſalute anime *Beatricis* de **Say**, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Et ut hæc mea conceſſio, & cartæ meæ confirmatio perpetuum robur obtineat, preſentem paginam ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus, *Galfrido* de **Say**, *Guydone* de **Rocheford**, *Willielmo* de *Torleia*, *Thoma* perſona de **Henham**, *Guidone* tunc decano de **Saunford**, *Yvone* tunc decano de **Neuport**, *Nicholao* de **Tingrie**, *Johanne* de **Rocheford**, *Adam* de **Tingrie**, *Radulpho* de **Roſey**, *Willielmo Ruſſell*, *Roberto Goet*, *Reginaldo Blando*, *Walkelino Mareſcallo*, *Michaele*, de **Wendene**, & multis aliis.

Carta *Hawiſiæ* de *Bovilla* filiæ *Willielmi* de **Focland** de tota parte molendini de **Elſenham** in viduitate ſua conceſſa monaſterio de **Waleden.**

Ib.cart. 35. *Sciant preſentes & futuri, quod ego* Hawiſia *de* Bovilla *filia* Willielmi *de* **Focland**, *in viduitate*

tate & legitima poteſtate mea, dedi & conceſſi, & hac preſenti carta mea confirmavi, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum Deo, & ſanctæ Mariæ *& eccleſiæ ſancti* Jacobi *de* **Walden**, *& monachis ejuſdem loci, in puram & perpetuam elemoſinam, totam partem, & jus quod habui in molendino de* **Elſenham** *apud ſtagnum præter piſcariam. Habendum & tenendum liberè, quietè, & honorificè imperpetuum.* Et ego Hawiſia *& hæredes mei warantizabimus ſæpedictis Deo, & monachis de* **Walden** *hanc prædictam donationem contra omnes homines & fœminas imperpetuum. Et ut hæc mea donatio, & conceſſio ratæ, & ſtabiles inpoſterum perſeverent, preſens ſcriptum ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus, domino* A. *capellano meo, magiſtro* Johanne *de* **Gatton**, Roberto *de* Mariſco, Radulpho *de* **Gatton**, Radulpho *de* Hyda, *& multis aliis.*

Carta Galfridi *filii* Galfridi de **Say**, domini de **Rikelyng**, *de Advocatione & patronatu eccleſiæ de* **Rikelynge**, *conceſſa monaſterio de* **Walden**.

Ibid. cart. 36.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, preſentibus & futuris, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, *Galfridus* de **Say**, filius *Galfridi* de **Say**, & *Alicie* de **Ver**, Dominus de **Rikelyng**, Salutem. Noverit univerſitas veſtra me, intuitu Dei, conceſſiſſe & hac preſenti Carta mea confirmaſſe, Deo, & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Jacobo* de *Waledena*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, eccleſiam de **Rikelyng**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam pater meus *Galfridus* de **Say**, eis dedit, & carta ſua confirmavit in perpetuam elemoſinam, ſcilicet, advocationem, donationem, preſentationem, & omne jus & domimum quod ego, vel anteceſſores mei unquam habuimus, vel habere potuimus in eadem eccleſia. Ita, videlicet, quod Ego & heredes mei, nihil juris in eadem eccleſia, de cetero, vendicabimus. Concedo inſuper prenominatis monachis in eadem eccleſia omnes libertates, & omnia quecunque advocatus concedere debeat, aut poſſit, & ut illam habeant, teneant, & in pace poſſideant, ſive cuicunque voluerint conferant, liberè, pacificè & abſque omni contradictione. Hanc autem elemoſine meæ largitionem feci prefatis monachis pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum. Et ut hæc mea conceſſio, & cartæ meæ confirmatio perpetuum robur obtineat, preſentem paginam ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus, domino *Willielmo* de *Mandevilla* comite *Eſſexiæ*, *Milone Sumeri*, *Radulpho* de **Berniers** ſeniori, *Radulpho* de **Berniers** juniori, *Jacobo* de **Cauz**, *Hugone* de **Ribbeſworth**, *Waltero* de **Capell**, *Humfrido* de **Rokell**. *Willielmo* de *Torleia*, *Willielmo* de **Ros**, *Radulpho* de **Roſey**, magiſtro *Thoma* de **Wiſitun**, magiſtro *Roberto* de **Eſſendun**, domino *Johanne* de **Elſenham**, *Samſone* de **Elſwell**, *Radulfo* de *Roſeto*, *Willielmo Ruſſell*, *Michaele* de **Wendene** & multis aliis.

Carta & confirmatio Regis *Stephani* de quibuſdam libertatibus, ac donatione *Gaufridi* de *Mandevilla* primi fundatoris comitis *Eſſexiæ*, de diverſis eccleſiis cum pertinentiis monaſterio de **Walden** conceſſis.

Ibid. fol. 12. cart. 1.

STephanus *Rex* Angliæ, *archiepiſcopis*, *epiſcopis*, *abbatibus*, *comitibus*, *juſtitiariis*, *vicecomitibus*, *baronibus*, *miniſtris*, *& omnibus fidelibus ſuis* Francis *&* Anglis *totius* Angliæ *ſalutem. Sciatis quia concedo, & confirmo illam donationem quam comes* Gaufridus *fecit Deo & eccleſiæ ſancti* Jacobi *de* Waldena, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, de eccleſiis de* Eadelmetona, *& de* Enefelda, *& de* Seabritheſworda, *& de* **Waltham**, *& de omnibus eccleſiis ſuis de toto dominio ſuo, ſicut ille deliberabuntur, & de omnibus decimis & terris & molendinis, & piſcariis de dominiis ſuis. Quare volo & firmiter præcipio quod eccleſia prædicta & monachi præfati hæc omnia prædicta habeant & teneant bene & in pace, liberè & quietè, in boſco, in plano, in pratis, & paſturis, in aquis & molendinis, & piſcariis, in eccleſiis, & terris, & omnibus aliis rebus, & pannagiis, cum* ſaca *&* ſocna, *&* **toll** *&* **theam**, *&* **infangenetheofe**, *cum omnibus aliis liberis conſuetudinibus, ſicut comes* Gaufridus *eis dedit, & carta ſua confirmavit. Teſtibus* Roberto *de* **Ver**, *&* Willielmo Marto, *&* Ricardo *de* Vald. *Apud* **Geldeford**.

CORENACHE.

Carta Roberti *de* **Burun**, *&* Beatricis *uxoris ſuæ &* Rogeri *filii eorum, de octoginta acris terre conceſſis abbati & conventui de* **Walden**.

Ex eodem regiſtro de *Walden*, fol. 189.

ROBERTUS de **Burun**, & *Beatrix* uxor ejus, & *Rogerus* filius eorum omnibus clericis, & laicis, de **Herefordſcire**, omnibuſq; eccleſiæ fidelibus ſalutes in Chriſto. Notum ſit omnibus vobis, quoniam dedimus & conceſſimus Deo & ſancto *Guinwaloeo* & eccleſiæ ejus, & abbati, totiq; conventui de *Muſtrol.* octoginta acras terræ, cum predio in quo fundata eſt capella, ſolutas ab omni ſervitio, & conſuetudine, & liberas, & quietas, in perpetuam elemoſinam, pro ſalute animarum noſtrarum & parentum, ut participes ſimus omnium orationum, elemoſinarum & beneficiorum quæ cotidie fiunt in eccleſia beati *Gwingaloei* de *Muſtrol.* ad honorem & laudem Dei. Si quis igitur poſt obitum meum de prædicta elemoſina, ſuggerente diabolo, prætaxatos monachos diſturbare, ac impedire voluerit, & eoſdem de præfatis octoginta acris, ira, & odio rapiente diſpoliare conſuſerit, tunc veſtram imploramus liberalitatem, qui hanc conceſſionem vidiſtis, & audiſtis, quatinus cauſa Dei iſtis monachis de ſola veritate teſtes ſitis. Hujus rei teſtes ſunt omnes hic numerati, *Radulphus* ſacerdos de *Berleia*, *Asketinus* ſacerdos de *Berkweia*, *Hugo* clericus de **Chiſhell**, *Ricardus* filius *Willielmi* de **Alſewich**, & *Willielmus* filius ejus, & *Walterus* clericus de *Berkweia*, *Reginaldus* filius *Petri*, *Thomas* de **Bokeland**, *Willielmus* de *Samerio*, *Alexander* de **Muntford**, *Alexander* de **Harleſtun**, *Lefuninus* prepoſitis, & *Thomas* de **Berle**,

Berle, *Robertus Levegar* & filii ejus, qui conceſſerunt ſancto *Guingualeo* croftam & manſionem in qua capella edificatur, & *Edricus* & *Ordmarius* frater ejus de **Bokenhach**, & *Alfredus* filius *Lumigi*. Valete omnes in Criſto.

Carta Abbatis & conventus de **Muſtol.** *de terris & tenementis de* **Bokenache** *(in parochia de* **Berkweia** *) datis abbati & conventui de* **Waleden**, *annua penſione decem ſolidorum annuatim ſibi reſervata.*

Ibid.

R*Obertus* abbas ſancti *Winwaloei* de *Moſteriolo* & conventus, venerabili *London.* epiſcopo, & omnibus eccleſiaſticis perſonis & laicis totius regni *Angliæ* ad quas litere iſte pervenerunt, in eo qui eſt ſalus omnium ſalutem. Certum vos habere volumus, quod nos aſſenſu conceſſimus locum noſtrum de **Cokenhach**, quia quicquid de feodo comitis *Willielmi*, vel de feodo de **Buiron**, ſive ex donatione aliorum fidelium ibidem habuimus, & cum omnibus ad ipſum locum pertinentibus tam in hominibus, quàm in terris & cæteris redditibus, monachis monaſterii ſancti *Jacobi* de **Waleden** perpetuo tenendis de nobis ſub annua penſione decem ſolidorum, uno termino ſolvendorum, ſcilicet ad pentecoſten. Hujus verò conceſſionis gratiâ quindecim marcas de gerſuma nobis dederunt. Volumus igitur, & optamus, ut præfati monachi hanc poſſeſſionem liberè, quietè, & in pace teneant, quia ſub prædicta penſione inconcuſſè poſſideant imperpetuum, excepta enim communi ordinis noſtri familiaritate ſpecialius eos nobis vinculo caritatis aſtrinximus, quia in beneficiis noſtris recepimus, & nos ab ipſis, pari dilectione confœderatos non dubitamus. Inde eſt quod tantum beneficium ſepedictis monachis & eorum ſucceſſoribus perhenne futurum ſtatuimus, ut dictū eſt, poſſeſſionem prelibatam ſigilli noſtri teſtimonio confirmamus. Hiis teſtibus, magiſtro *Gilberto*, *Radulfo* prepoſito *Deſquir*, *Petro* clerico de **Caneron**, *Euſtachio* nepote abbatis, *Sigerio* portario, *Maſilia* conſanguineo abbatis, *Godardo* & *Edmundo* capellanis Prioris, *Willielmo* de *Hanvilla*, *Godefrido* de **Hayden**, *Willielmo Guet*, *Ric.* albo, *Willielmo* vitrario, *Radulpho* clerico, *Ricardo Peverel*, *Rogero*, *Gaufrido* ſervientibus Prioris, cum multis aliis de *Waledena.*

Confirmatio *Rogeri Buron.*

Ibid.

O*Mnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis futuris & preſentibus*, Rogerus *de* **Burum** *ſalutem in Domino. Sciatis univerſi quod ego* Rogerus *de* **Burum** *conceſſi & preſenti charta mea confirmavi, pro ſalute animæ meæ, patris & matris meæ & omnium amicorum meorum, Deo & beatæ* Mariæ *& monachis eccleſiæ ſancti* Jacobi *de* **Waleden**, *in liberam & perpetuam elemoſinam; locum de* **Cokenhach**, *cum capella ſancti* Winwaloei, *& cum omnibus terris, hominibus, & redditibus de feodo meo, ad eundem locum pertinentibus ſicut abbas & conventus ſancti* Winwaloei *de* Muſteriolo *eiſdem monachis confirmaverunt, & ſicut carta patris mei quam inde habent teſtatur. Ad hæc autem prædictis monachis conceſſi, & hac carta mea confirmavi, quod ego & heredes mei prædictam capellam cooperiemus, & reparabimus, ſumptibus noſtris cum neceſſe fuerit imperpetuum, & ornamenta eccleſiaſtica inveniemus, ſcilicet caſulam, albam, amictum, ſtolam, fanum, mantilia, cum palla altaris. Quare volo & firmiter precipio, quatinus prædicti monachi ſancti* Jacobi *de* Waledena *habeant & teneant prenominatam capellam cum omnibus pertinentiis ſuis, liberè & quietè imperpetuum. Hiis teſtibus*, Thoma *de* **Sanford**, *&* Thoma *de* **Rikeling** *decanis, magiſtro* Willielmo *de* **Maſſyngham**, *& magiſtro* Hugone *de* **Bertune** *clericis*, Rogero *camerario*, Petro Picot *de* **Heiden**, Gilberto *de* **Stanford**, *magiſtro* Michaele, Willielmo *de* **Bendeville**, Ricardo *albo*, Alano *janitore*, Herveo *filio* Willielmi, Nicholao *filii* Abel, Willielmo *cementario, & multis aliis.*

Carta regis Henrici *ſecundi.*

Cartæ antiquæ C. nu. 23.

H*Enricus* Rex *Angliæ*, &c. archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, miniſtris, & omnibus fidelibus totius *Angliæ* ſalutem: Sciatis me conceſſiſſe & preſenti carta confirmaſſe Priori & conventui **Waldene**, eccleſiam **Waledene**, eccleſiam de **Edelmeton**, eccleſiam de *Enefeldia*, eccleſiam de **Muntnes**, eccleſiam de *Sentlega*, eccleſiam de *Norhaila*, eccleſiam de **Chaingeham**, eccleſiam de **Amthenho**, eccleſiam de *Cumbtona*, eccleſiam de **Almodeſham**, eccleſiam de *Stratlega*, eccleſiam de **Sabricheſworth**, eccleſiam de **Godeſeſton**, eccleſiam de *Torleya*, eccleſiam de **Chippeham**, eccleſiam de *Eſtra*, eccleſiam de **Waltham**, eccleſiam de **Chiſhulle**, eccleſiam de **Hyclitun** cum capellis & decimis & omnibus pertinentiis earum, & omnia alia tenementa ſua quæ tenent de feodo comitis *Gaufridi*, ſicut carta ejuſdem comitis eis teſtatur, quod tenere debeant; & omnia alia tenementa ſua de cujuſcunque feodo ſint, quæ jam rationabiliter adquiſiverunt, vel adquiſituri ſunt. Quare volo & firmiter præcipio, quod habeant & teneant omnia prædicta tenementa bene & in pace, liberè & quietè, & honorificè in boſco & in plano, in pratis & paſcuis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, in omnibus locis & in omnibus aliis rebus, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus quæ ad eadem tenementa pertinent vel pertinebant. Teſt. *Rogero* comite de *Clara*, comite *Alberico*, *Willielmo* comite de *Arundell*, *Ricardo* de **Humez** conſtabular. *Henr.* de **Eſſex** conſtabular. *Ricardo* de **Luci**, & *Willielmo* filio *Hamonis*. Apud *Cenoman.*

Pat. 17 E. 3, par. 1. memb. 5.

R*Ex omnibus ad quos*, &c. *ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & heredibus noſtris, quantum in nobis eſt dilecto conſanguineo & fideli noſtro* Willielmo *de* **Bohun** *comiti* **Norhampton**, *&* Elizabethæ *uxori ejus, quod ipſi advocationem Prioratus de* **Bereden** *in comitatu* Eſſexiæ *quæ de nobis tenetur in capite, ut dicitur, dare poſſint & aſſignare dilectis nobis in Chriſto abbati & conventui de* **Waleden**, *habendam & tenendam eiſdem abbati & conventui & ſucceſſoribus ſuis in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et etiam quod iidem comes &* Elizabetha *con-*

cedere poſſint quod manerium de **Bereden** *cum pertinen. in comitatu prædicto, quod ſimiliter de nobis tenetur in capite, ut dicitur, & quod* Criſtina *quæ fuit uxor* Roberti *de* **Rocheford** *tenet in dotem de hæreditate prædicti comitis, quod etiam poſt mortem prædictæ* Criſtinæ *ad præfatos comitem &* Elizabetham *reverti deberet poſt mortem ipſius* Criſtine *præfatis abbati & conventui remaneat, habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis una cum advocatione prædicta in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ſicut prædictum eſt, imperpetuum* (&c.) *Teſte Rege apud* Weſtm. *primo die Marcii.*

Per breve de privato ſigillo.

Ex cron. S. *Petri Glouceſtr.* In bibl. *Cotton.* [Domitian.A.8.]

Vide ſupra, pag. 112.col.1.

BROMFEILDENSIS

Prioratus in agro Salopienſi.

ANno Domini MClv. canonici de **Bromfeld** dederunt eccleſiam ſuam & ſeipſos ad monachatum eccleſiæ S. *Petri Glouceſtr.* per manum *Gilberti* epiſcopi Her*eford.* autoritate *Theobaldi, Cantuarienſis* archiepiſcopi & apoſtolice ſedis legati.

Cart. 19. *H.* 3. m. 5.

Et Pat. 14. H. 6. part. 1. m. 20. Autographum in bibl. *Cotton.*

H. Dei gratia rex *Angliæ* (&c.) archiepiſcopis &c. Inſpeximus cartam *H.* regis avi noſtri in hæc verba. *H.* Dei gratia rex *Angliæ* (&c.) Sciatis me pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum & hæredum meorum dediſſe & hac carta mea confirmaſſe eccleſiam meam S. *Mariæ* de **Bromfeld** cum omnibus pertinentiis ſuis Priori & monachis ibidem Deo ſervientibus, tenendam de me & hæredibus meis in perpetuam elemoſinam integrè plenariè & honorificè ſicut noſtram dominicam capellam, & omnes præbendas quas *Fretbericus* clericus de **Bureford** & *Robertus Calemon* de **Pantesbyr**, & *Edricus* presbyter de **Bromfeild**, & *Robertus* presbyter de **Feltune** & alii canonici tenuerunt in **Bromfeld** tempore *H.* regis avi noſtri vel meo tempore, ſcilicet omnes terras & villas de **Haverford** & de **Dudingehope**, & de **Efford**, & de **Feltune**, & de **Burgehepe**, & de **Lethewic**, & tres præbendas in **Bromfeld**, & tres in **Halentone**, ſalva tamen tenura prædictorum canonicorum quamdiu vixerint, qui omnes has prænominatas terras & villas tenuerunt in elemoſinam de prædicta capella mea. Poſt mortem autem illorum liberè & quietè ab omnibus ſecularibus ſerviciis & exactionibus, & abſque contradictione illius ad proprios uſus & dominium prædictæ capellæ meæ, & fratrum illius loci revertantur cum omnibus libertatibus & quietanciis & liberis conſuetudinibus & regiis dignitatibus. Et volo & firmiter præcipio ut cuſtodiatis & manuteneatis & protegatis omnes res & poſſeſſiones ſuas ſicut meas dominicas & proprias res (&c.) T. *Hyllario Ciceſtr.* epiſcopo, *Regin.* comite *Cornubiæ*, *Willielmo* comite *Glouc.* *Ricardo* de **Humet** conſtab. apud **London**.

Inſpeximus etiam cartam ejuſdem *H.* regis avi noſtri in hæc verba. *H.* rex *Angliæ* dux *Norm.* (&c.) Præcipio quod Prior & monachi eccleſiæ meæ S. *Mariæ* de **Bromfeld** & omnes ſucceſſores ſui habeant pacem & liberam donationem in boſco ſuo de **Mouhtre** & in boſco ſuo de **Ailricheſwude** ſcilicet de **Whitebroc** uſque ad fontem de **Werebroc**, & in boſco ſuo de **Kanerwude**, & de **Dudingehope**, & in boſco ſuo de **Eſrugge**, ſcilicet de **Eilſichewey** uſque in **Ludeford** per viam quæ vocatur *le* **Rugwey**. Et volo ut teneant bene & in pace haiam ſuam in prædicto boſco ſuo de **Moctre** cum terra & paſtura *del* **Beneth**, ita liberè & quietè in beſtiis & herbagiis & paſturis, & in omnibus aliis rebus quæ ad liberam hayam pertinent, ut nullus tranſitus hominum vel pecorum nec animalium ſit per haiam iſtam (&c.) T. *Galfrido Elien.* epiſcopo (&c.) apud *Oxon.* (&c.) Nos igitur prædictas donationes (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum venerab. patris *Radulfi Ciceſtr.* epiſcopi cancellarii noſtri apud *Weſtm.* xvj. die Julii anno regni noſtri xix.

BRETFORDENSE

Cœnobium in agro Warwicenſi.

Carta Fundationis.

Ex regiſtro de *Killingworth* penes *Simonem Clerk* baronettum. p. 138.

IN nomine ſanctæ Trinitatis, Ego *Gaufridus* Camerarius de *Clintona*, dono & concedo, & in perpetuam elemoſinam confirmo Deo, ad fundandam Cellam monialis ordinis, centum & quinquaginta acras de terra mea apud **Bretford**, & de meo dominio unum pratum, quod eſt in parte nemoris inter **Bretford**, & ſtagnum molendini de **Merſtone**, & omnia neceſſaria, in boſco & plano, in campis & ſilvis, in paſcuis & pratis, in rivis & aquis. Quam donationem facio pro ſalute & incolumitate regum & principum terræ, & pro ſalute quoq; animæ meæ, & animarum patris & matris meæ, & fratrum & ſororum mearum, necnon & uxoris meæ, & animarum prolis meæ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Et hoc in manu & diſpoſitione chariſſimæ amicæ meæ, domine *Noemi* monialis, ut ordo & inſtitutio, quam ipſa conſtituerit imperpetuum ibidem conſervetur; Obſecro igitur dominos & amicos, hæredes, & homines fideles meos, & omnes qui aliqua mihi parentela vel amicitia junguntur, quatenus hanc meam donationem, & ejus poſſeſſiones ad ipſos pertinentes in perfecta pace, & quieta cuſtodiant, & amplificent, & diligant, ut ejuſdem beneficii participes eſſe valeant. Ut autem iſta meæ elemoſinæ donatio firma, libera & quieta imperpetuum perſeveret, Sciant omnes Chriſtiani, quod ab omnibus conſuetudinibus & auxiliis & ab omni exactione & gravamine temporali imperpetuum eam abſolvo, & elemoſinam & ejus donationem cum perfecta libertate, mea preſenti carta, manus proprie ſubſcriptione confirmo, ſigilli mei impreſſione munio & ſubſcriptos, Teſtes aſſigno, *Agnete* uxore mea, cum filio meo *Henrico* concedente & teſtante. Teſtes *Osbertus* de *Clintona*, *Thomas* monachus, *Stephanus* canonicus, *Moyſen* decanus, *Willielmus* capellanus, *Heraldus* presbyter, *Rogerus Primant*, *Rob.* de **Curli**, *Giffardus* de *Lucerna*, *Ric. Wallenſis*, *Tho.* filius *Armifr. Herebertus* de *Lucerna*, *Will.* filius *Odonis*, & *Arnaldus* frater ejus, *Rogerus* filius *Willielmi*, *Gaufridus Dela Hai*, *Fulbertus Sagittarius*, *Willielmus Armifr.* cl. *Paganus*, cl. *Reginaldus des Mores*, *Rogerus Pikenot*. ✠

Alia Carta ejuſdem *Gaufridi*.

Ibid. p. 7.

✠ *IN nomine ſanctæ Trinitatis. Ego* Gaufridus *Camerarius de* Clintona, *dono & concedo, & in perpetuam elemoſinam confirmo Deo & ſanctæ eccleſiæ ad opus* Noemi *monialis & ſucceſſorum ejus, in perpetuum, centum quinquaginta acras de meo dominio apud* **Bretford**, *& pratum quod eſt inter* **Bretford**, *& ſtagnum molendini de* **Merſtone**. *Et præterea totam terram villanorum, vel cujuſcunque fuerit, quæ continetur inter has quatuor metas, videlicet,* **Muſewelleſiche**, *&* **Foſſe**, *& fluvium* Afnam, *& nemus de* **Burdloge**. *Et præter hæc communam de* Brandona *ad omnia neceſſaria & eiſiamenta ſua, & ſuorum ibidem commanentium, in boſco & plano, in paſturis & aquis; Quam donationem facio pro ſalute & incolumitate regum & principum terræ; pro ſalute quoque animæ meæ, & animarum patris & matris meæ, & fratrum & ſororum mearum, necnon & uxoris meæ, & prolis noſtræ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & hoc in manu & diſpoſitione domine* Noemi *monialis, ut quod ipſa inde fecerit firmum & inconcuſſum perpetuò conſervetur. Obſecro igitur dominos & amicos meos, heredes & fideles, & homines meos, & omnes qui michi aliqua perentela vel amicitia junguntur, quatenus hanc meam donationem & ejus poſſeſſores, & incolas, & omnes res & poſſeſſiones ad ipſas pertinentes, in perfecta pace & quietè cuſtodiant, amplificent & diligant, ut ejuſdem participes eſſe valeant. Ut autem iſta mea donatio firma libera & quieta imperpetuum perſeveret, Sciant omnes Chriſtiani, quod ab omnibus conſuetudinibus & auxiliis, & ab omni exactione & temporale gravamine imperpetuum eam abſolvo, & elemoſinam, & ejus donationem, cum perfecta libertate in preſenti Carta manus propriæ ſubſcriptione confirmo, Sigilli mei impreſſione munio, & ſubſcriptos teſtes aſſigno,* Agnete *uxore mea, cum filio noſtro* Henrico *concedente & atteſtante, Teſtes* Osbertus *de* Clintona, Thomas *monachus*, (&c.)

Donatio hujus Cellæ Canonicis de **Kenillworth**.

Ibid.

GAUFRIDUS de *Clintona*, omnibus *(&c.)* ſalutem. Sciant *(&c.)* quod ſanctimoniales, viz. *Seburc* & *Nœumi*, mea petitione & meo aſſenſu donaverunt Deo & eccleſiæ de *Keningworda*, & canonicis ibidem Deo ſervientibus, **Bretfort**, & terram circumjacentem, quam ego ipſis ſanctimonialibus ante donaveram in perpetuam elemoſinam; quam cartam donationis, ego pro ſalute mea, & omnium anteceſſorum meorum præfatæ eccleſiæ canonicis in perpetuam elemoſinam concedo, & preſenti carta mea confirmo. Quare volo *(&c.)* ut prædicti Canonici bene & in pace *(&c.)* teneant prænominatam terram de **Bretfort**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus quas prædictis ſanctimonialibus, per cartam meam conceſſi; totam videlicet terram illam quæ infra metas illas includitur *(&c. ut ſupra)* Teſtes *Ricardus* abbas *Leiceſtriæ*, *Osbertus* & *Willielmus* capellani, *Osbertus* de *Clintona*, *(&c.)*

TALLACH *in epiſcopatu* Menevenſi, *apud* Cambro Britannos.

Confirmationis charta per regem Edwardum *de donationibus* Reſi, *& aliorum.*

Pat. an. 5. *Ed.* 3. part. 3. m. 2.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Inſpeximus literas patentes celebris memorie domini *E.* nuper Regis *Angliæ*, patris noſtri in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, omnibus ad quos preſentes literæ pervenerint ſalutem. Donationem, conceſſionem, & confirmationem quas *Reſus* junior filius *Reſi* junioris per cartam ſuam fecit abbati & conventui Deo & beatæ *Mariæ* & ſancto *Johanni Baptiſtæ* apud **Tallach** ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, de omnibus terris, poſſeſſionibus, paſcuis, redditibus, eccleſiis, libertatibus, & rebus quas eiſdem, *Reſus* magnus & *Reſus* avus ipſius *Reſi* junioris avunculi conſanguinei vel cognati ipſius *Reſi*, vel nobiles terræ dederunt vel ex teſtamento reliquerunt, de **Tallech** videlicet **Kenenbleith**, **Lewedderi**, **Hanner**, **Cumblehanc**, **Brinwyn**, **Brinylleth**, in antiquis finibus, **Tallunelgan** & de particula terræ apud **Cruthar** penros præter terram filiorum *Bledri*, **Theoh**, **Ynyſtewitlh**, **Tremywern**, **Kynwill**, **Kilmaren**, & de particula terræ cum prato inter duos rivulos ſubtus eccleſiam **Kynwill** & ſupra eccleſiam eandem inter duos rivulos **Landewitus** uſque **Kintisken** & **Corrderwen** juxta **Plenvol**, **Gwallwin**, **Llunwermon**, **Penneint**, **Gorvogny** uſque **Hyrvayngudanc**, **Kosperyr** de grangia de **Gudgruc** & **Manmaur**, de grangia de **Brethba**, **Brinyreidon**, **Castellgweiraun**, **Mayn**, **Ykyghellaur**, **Kylkyngen**, & de tota terra inter dictam grangiam & **Clendach**, & de grangia de *Brunus* in finibus ſuis, **Peullnnyrhit** apud **Lanteilaumaur**, **Ynyſteilau**, **Llodre**, **Jago**, **Kylkynan**, **Gudynys** & **Ynyſyradar**, & de terra quam *Gwaſteilan* dedit & de terra eccleſiæ apud **Aberkennen**, & de terra eccleſiæ apud **Talharth**, **Kevenmeirth** & **Lankeinwyry**, **Dolhowel** inter **Yskenac** & **Henwen**, & de grangia de **Karretkennen** & **Kilmanllut** in finibus ſuis & de medietate **Kilwr** apud **Keredigaun**, **Porthothin** in finibus antiquis, **Ybardrein**, **Kytywein**, **Manckedinor**, **Brinyron**, **Molehedanc**, cum molendinis, & de communi paſtura totius terræ ipſius *Reſi*. Confirmationem etiam quam idem *Reſus* per eandem cartam ſuam fecit eiſdem abbati & conventui de omnibus eccleſiis quas tunc poſſidebant in proprios uſus, quantum ad dominium fundi pertinebat, de eccleſia ſancti *Kynwil* cum capellis de **Lanſaburn** & **Lanurdam** & **Piſtillſawil** & **Lanyppynſeint**, & cæteris ad eandem ſpectantibus, **Lanteilanvaur** cum capellis & aliis pertinentiis ſuis & de eccleſia ſancti *David* de **Dinewr**, eccleſia de **Lantevaſſan**, eccleſia ſancti *Michaelis* de **Aberdythych**. & de capella de **Karretkennen**, **Lanogwatvaur** cum capellis de *Lanteilanbrunus* & **Lanehernyn** & capella ſancti *Michaelis* de **Lethmeilir** & aliis pertinentiis ſuis, **Lanteilan** brethua apud **Keredigaun**, & de eccleſia ſancti *Michaelis* de **Penbryn** cum capellis de **Baglan** & **Brithtir** & **Karligheit** & de **Porthothin**, & capella filiorum *Ydhal* filii *Rael*, & eccleſia de **Lancoytmaur**, & eccleſia de **Berwic**, & eccleſia ſancti *David* de **Dolhowel**.

Donationem etiam & confirmationem quas *Reſus* filius *Reſi* junioris per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & conventui in puram & perpetuam elemoſinam de portione terræ de **Eskeirnant**, illam ſcilicet quæ eſt inter **Nant velin coyg** & foſſatam factam ab amne *Duleis* ſurſum verſus capellam, & ab illa foſſata ſurſum per vallem uſque ad magnum acervum lapidum, & ab illo acervo lapidum uſque ad **Guervacolmon**, & ab illo loco fine inter nemus & campum ducente verſus **Blain Penveint** uſque ad foſſatam, & ab illa foſſata valle ſurſum ducente uſque ad **Cruc kletwin** & ab illo **cruc** uſque ad **Carn toll**, & a **carn toll** ſurſum uſque **Ryt karreggawg** ſuper rivulum proximum ultra **Karntoll** illo rivulo deſcendente uſque ad hoſtium ſuum ubi deſcendit in **Brymlin**. Donationem etiam & conceſſionem quas idem *Reſus* per eandem cartam ſuam fecit eiſdem abbati & conventui de tota terra inter rivulum deſcendentem de fonte **Gueliant** & abbatiam, & ab illo fonte totum nemus ſurſum uſque ad **Blainnant cumbyr**, & de tota terra illa quæ vocatur **Eskeir Cuelin**.

Confirmationem etiam quod idem *Reſus* per eandem cartam ſuam fecit eiſdem abbati & conventui, de omnibus terris redditibus & poſſeſſionibus quas habent ex donatione *Reſi* magni proavi prædicti *Reſi* filii *Reſi*, vel ex donatione cujuſlibet hæredum ſuorum vel aliorum magnatum *Sudwallia*, cum omnibus libertatibus & utilitatibus quæ ex eis provenire poterant. Confirmationem etiam quam *Reſus Reſi* filius, principis *Sudwalliæ* per cartam ſuam fecit abbati & conventui loci prædicti de omnibus terris quas habuerunt ex donatione *Gurgenen* & *Rys* filiorum *Moridic* & filiorum eorundem videlicet, *David iſrl* & *Priſrl Menryc*, *Morgan* & *Morwran*, prout hiis terminis continentur ſcilicet ab acervo qui eſt terminus inter prædictos & filios *Heylin* juxta rivulum **Naumbaur** per tranſverſum uſque ad crepedinem **Moylwre**, deinde per tranſverſum in vadum **Carregant** in rivulum **Guen**, deinde **Guen** in longitudine ſui uſque ad ortum, deinde per tranſverſum uſque **Cumbyr**, illo ducente ad **Croys**, & illo ducente rivulo uſque ad ortum ſuum, deinde valle ducente uſque **Blayn Pyb**. & illo rivulo ducente **Rytmor ynnyon**, deinde **Marleys** ducente uſque in alium **Marleys** & ultimo **Marleys** ducente verſus ortum uſque ad oſtium **Pantywetw**. & illo rivulo ducente uſque in ortum ſuum deinde per tranſverſum in **Blotenen**.

Confirmationem etiam quam *Meredud* filius *Oweni* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & conventui de omnibus terris eccleſiis & poſſeſſionibus quas habuerunt ex donatione patris, avi, proavi, vel avunculorum ſuorum ſeu ex donatione aliorum magnatum vel nobilium de **Detheubarth** in puram & perpetuam elemoſinam, quietè ab omni ſeculari exactione poſſidendas, & nominatim de terra quæ vocatur **Mayrdrem**, **Gwinnoint**; **Brinyron**, **Kytywem**, **Nant**, **Kedmor**, **Bynbyt**, **Ysallo**, prout hiis terminis continentur ab oſtio **Kerdin** in *Teivi* verſus ortum ſuum uſque **Aberkeveil**, **Keveil** in longitudine ſui uſque ad ortum ſuum, & ab ortu ejus per tranſverſum uſque **Blayn Pant Ymoch**, **Pantymoch** ducente uſque ad foſſam inde deſcendentem, foſſa illa ducente uſque **Kaletur**, **Kaletur** uſque **Abermenei**, **Menei** verſus ortum ſuum **Giveun Kurth**, ab inde uſque ad fontem verſus viam majorem venientem de **Blannant Kedinor** & a fonte uſque ad viam illam & trans viam illam uſque ad moram parvam, & ab illa mora uſque **Bleidbul**, & a **Bleidbul** rectè uſque **Blanypantſych** & illa valle ducente uſque **Blannant Kedinor**, illo rivulo deſcendente uſque **Aberyſynnann**, ab inde rivulo illius fontis in ſurſum ducente uſque ad ortum ſuum, & ab inde verſus viam ubi proxima eſt dicto fonti, & trans viam illam verſus lapides magnos jacentes in campo, ab illis lapidibus per tranſverſum uſque **Caythudid** & a **Caythudid** uſque **Corverwen**, & ab inde uſque ad fontem fonte illo deſcendente uſque ad pratum in valle, & inde verſus *Teivi* ſicut ſatis noti ſunt fines *Teivi* uſque ad **Aberkerdin** ubi cœpit prima diffinicio. De terra etiam de **Molhehedanc** ſicut hiis terminis continetur, ab **Yeſtlynarcaletur** uſque **Cribin**. ab inde **Yrcarn**, & ab inde foſſato ducente uſque **Cruc** & a **Cruc** uſque **Carn** ſuper montem, ab inde uſque **Carnarall** juxta **Moylehedauc**. ab inde ad lapidem album ſtantem in valle, ab inde uſque **Blayn Cathil**. abinde valle ducente uſque **Carn**, & a **Carn** uſque **Blayncamnant**, **Camnant** in longitudine ſui uſque **Caletur**, à **Caletur** uſque **Yeſtunen**. Et de terra de **Porthoin** prout hiis terminis continetur. A mari **Hodin** ducente in longitudine ſui verſus ortum ſuum uſque **Nant Porthwynnum**, ab illo inde ducente uſque in ortum ſuum, deinde foſſa ducente & poſtea per tranſverſum uſque ad foſſam aquoſam ulteriorem juxta terram ſitam filiorum **Mayanc**, illa foſſa ducente uſque ad foſſam **Nanthelic**, & inde **Nanthelyc** ducente in mare, & de terris grangiarum de **Gudgruc** & de **Brethva** in omnibus finibus ſuis. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem quas *Willielmus* de *Breuſa* de conſilio & conſenſu uxoris ſuæ & proborum virorum de **Went** per cartam ſuam fecit abbati & conventui loci prædicti de tota terra ipſius *Willielmi* de **Koet**, **Gorvynen**, & de **Kidgoch** inter amnem de **Wenſtruc** & foſſam quæ cadit de **Creit Kiein** in **Wye** juxta **Ryt Pyſtill**, & illa prædicta foſſa extendente ſe uſq; ad verticem montis de **Creit rieni**, & de-

& deinde uſque **Dary Glevrau** per tranſverſum montis, in boſco & plano, in pratis & moris, ſubtus terram & ſupra, & de tota terra in campo **Hubert** apud **Yskyryt Wethan** in diviſis & terminis in puram & perpetuam elemoſinam, & de paſtura ſua de **Teleri** ad opus animalium fratrum ſuorum qui moram fecerint in prædicta terra de **Went.** Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Johannes* de *Branſa*, primogenitus *Willielmi* de *Branſa*, dominus de **Ghoer**, per cartam ſuam fecit abbati & conventui loci prædicti de terra illa quæ dicitur **Killewen** in finibus & pertinentiis ſuis, & de terra illa quæ dicitur **Kethliethrim** inter foſſam deſcendentem de **Kethlewen** ſicut vadit in **Leu** & illum rivulum qui dicitur **Leu**, cum boſco & plano paſturis moris & aquis & cum omni utilitate quæ exinde provenire poterit, liberè & quietè ab omni ſeculari exactione imperpetuum.

Confirmationem etiam quam idem *Johannes*, per eandem cartam ſuam fecit abbati & conventui loci predicti de terris in *Ewent*, quas habuerunt ex dono *W.* de *Breanſa* avi ſui, ſcilicet, **Eneskerit**, & inter **Gwenfrud** & **Lanwenard**, & de communi paſtura animalibus fratrum habitantium in terris nominatis, & de libertate ab exactione cujuſlibet tolonei in terra ipſius *Johannis*. Donationem eciam & conceſſionem quas *Wyaun Maredud* & *Lyellyn* filius *Heylyn* in perpetuam elemoſinam fecerant ſancte *Marie* virgini & ſancto *Auguſtino* & canonicis loci predicti, de terra illa a **Nautmaur** uſque ad **Goydgruc**, a **Goydgruc** uſque ad fluvium **Blodewen**, & inde ad **Wenfrut** & ubi **Nautmaur** cadit in **Wenfrut**, in nemoribus, campis, paſcuis & aquis. Donationem eciam conceſſionem & confirmationem quas heredes *Madant* & *Tudoy* filiorum *Ivor*, ſcilicet, *Madauc*, *Vychan* & *Trabaern* filii *Howel* & *Trabaern*, *Vychan*, *Jorverth* filius *Tudoy*; & *Lleu*, ſoror ejus, cum filiis & coheredibus ſuis, ex parte *Ivor* filii *Gogann*, per Cartam ſuam fecerunt abbati & conventui loci predicti, in puram & perpetuam elemoſinam, de tota terra quam habent ex donatione *Madanc* & *Tudoy* parentum ſuorum apud *Brunnoys* & *Brynguin* & *Llethvernant* ſecundum portionem illorum in predictis terris ſicut hiis terminis continetur. **Dyenuydol, Yryfoſskilnath, Yreilyn,** in finibus & terminis aſſignatis inter heredes *Ivor* & heredes *Kyndelv*, **fill, Kilnach, Yrelyn Yt Ynant Dynant, Yrwern, Hyt, Yfoſs, yfoſs, Ynygorcheneb,** verſus ortum ſuum uſque **Teirdar Ysyd Ynan Waeret, Kynan, Dyteirdar Yſin Ynyhyt Hyt ypenu, Wchaf openu, Yfyn Kysmyd Ytir Hyt Ynant, Ynant, Ynyorthoyneb, Hyt Ywenn Rud Ddyna Kymer Yfoſs Arttaus Ywenn Rud Agerdha Yadan Ygodorr, Hyt ynant, ynant ofoſs Ygodorr Hyt Ygclendach, Clendach Hyt Yghothi, Cochi Ynyhit. Hic Ymhen Ypol Hir,** ubi incepit prima diffinitio; In boſco & plano, in paſcuis & moris, molendinis & piſcariis, & in omnibus proventibus ſuper terram & ſubtus terram, ſimiliter cum paſtura communi tocius terre ſue animalibus predictorum abbatis & conventus. Donationem eciam conceſſionem & confirmationem quas *Kynuricus*, de **Wiſtyn**, & *Kynuricus Kyuanbet* filii *Kynuryk crach* per cartã ſuã fecerunt eiſdem abbati & conventui in puram & perpetuam elemoſinam, de tota parte ſua & tota parte pertinente ad *Lewelinum Crachcoth* & heredes ſuos in campo de **Anwaeret kynan**, ſcilicet, de tribus acris & quarta parte unius acre & tota parte ſua apud **Berthlwyd,** & **Teir-Yſtag** apud **Guern Yryſyyty** & **Teir Yſtag**, apud **Bon Yranallen Ynwyſtrat Brunos.** Et de omni eo quod ad ipſos pertinuit jure hereditario in terris de **Bryngwyn** & de **Llethvarnat Iſsaf** & de **Llethvernat Uchaf.** Donationem eciam & conceſſionem quas *Grono ab Gwyn* per Cartam ſuam fecit abbati & conventui loci predicti in puram & perpetuam elemoſinam de dimidietate terre que dicitur **Cumbleant.** Confirmationem eciam quam *Reſus* filius *Griffini* per Cartam ſuam fecit abbati & conventui loci predicti, de terra eccleſiæ ſancti *Michaelis* de **Penbryn,** prout hiis terminis continetur. A cimiterio ejuſdem eccleſie magna ſtrata ducente uſque ad crucem, & a cruce eadem ſtrata ducente uſque ad vadum in **Bern** verſus **Porthotuy,** ab inde **Bern** ducente uſque in **Sept**, & exinde **Sept** ducente uſque in mare. Ex altera parte, a cimiterio uſque **Hotnant** & **Hocnant** uſque mare. Ratas habentes & gratas eas pro nobis & heredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto abbati & conventui loci predicti, & ſucceſſoribus ſuis concedimus & confirmamus, prout Carte predicte rationabiliter teſtantur, & prout iidem abbas & conventus & predeceſſores ſui predicti terras tenementa eccleſias & capellas predicta hactenus rationabiliter tenuerunt. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quarto die Marcii, anno regni noſtri decimo ſeptimo. Nos autem donationes, conceſſiones & confirmationes predictas, necnon donationem conceſſionem & confirmationem quas *Griffud* & *Traharn* filii *Hodlu*, ſcilicet, *Kedinor* & *Lywelin* filii *Griffud*, *Traharn* parvus, *Jorverth* major & *Jorverth* junior filii *Traharn*, heredes quoque *Gurgenen* Seis ſcilicet *Enyr* fil. *Gurgenen* & *Madauc* parvus nepos ejus & nepotis ejuſdem *Madoc* ſcilicet filii *Traharn*, & *Howel* filiorum *Madoc* ab *Ivor* per ſcriptum ſuum fecerunt abbati & conventui loci predicti in puram & perpetuam elemoſinam de omnibus donationibus parentum ſuorum eiſdem abbati & conventui factis in terra nominata **Pays Ygyghellant** cum nemore ſibi adjacente & cum finibus in cartis ipſorum hæredum contentis, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto . : . . nunc abbati & conventui loci predicti & ſucceſſoribus ſuis concedimus & confirmamus, ſicut carte & ſcriptum prædicta rationabiliter teſtantur, & prout iidem abbas & conventus terras tenementa eccleſias & capellas prædicta modo tenent, & ipſi & prædeceſſores ſui prædicti ea hactenus rationabiliter tenuerunt, jure noſtro ſemper ſalvo. In cujus &c. Teſte rege apud **Guldeford** xx. die Novembris.

BLITHBURIENSIS

Prioratus in comitatu Staffordiæ.

Charta *Hugonis Malviſin.*

Ex vetuſta membrana penes authorem.

S*Ciant tam preſentes quam futuri, quod ego* Hugo Malveyſin, *conſenſu filiorum meorum, & amicorum meorum, pro ſalute animæ meæ & omnium parentum meorum, dedi & conceſſi in puram & perpetuam elemoſinam*, Guthmundo & Saxi *monachis, & monialibus ibi manentibus locum de* **Blytheburgh**, *cum terra, & cum ſuis pertinentiis, & omnibus illis, qui, vel quæ ibidem accipientur, ad ſerviendum Deo, & ſancto* Egidio, *Tenendum & poſſidendum de nobis & hæredibus noſtris, liberè & quietè, pacificè, & honorificè, ab omni conſuetudine & ſeculari demanda, per diviſiones ſcilicet, de* **Holebrock** *uſque* **Fikebrock**, *à* **Fikebrock** *uſque ad* **Blaklake**, *& à* **Blakelake** *uſque in* **Blithe**. *Et ut prædicti monachi & eorum ſucceſſores, communionem & libertatem habeant in nemore noſtro, quoad emendationem domorum ſuarum, ſimiliter in viis & ſemitis, in aquis & in paſcuis, & in omnibus locis, in villa & extra villam. Et ut hæc donatio mea in perpetuum ſtabilis permaneat, eam ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus*, Rogero Ceſtrenſi *epiſcopo*, Odone *Presbitero, &* Willielmo *capellano*, Hugone & Willielmo, *& multis aliis.*

Charta Hugonis *de* **Ridware**.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Hugo* de **Ridware**, concenſu filiorum meorum & amicorum meorum, pro ſalute animæ meæ & omnium parentum meorum, dedi *Saxi* & *Guthemundo* monachis locum de **Blithburie** in elemoſinam, & omnibus illis quos ipſi ibi recipient; Ad ſerviendum Deo & ſancto *Egidio*, quietum ab omnibus rebus, cum terra & nemore, & communibus paſcuis quæ illis monſtravi ante homines meos, per diviſiones: A quercu menſurata ante portam illorum, uſque ad **Holebrocke**; à **Holebrocke**, uſque ad **Blithe**; à **Blithe**, uſque ad certum; & cum certo uſque **Sichbrooke**, & ſic uſque ad ſupradictam quercum. Teſtibus *Odone* presbytero; *Willielmo* presbytero, & *Hugone* ac *Willielmo*.

Carta domini Willielmi Malveyſin.

SCiant tam preſentes quam futuri, quod ego *Willielmus Malveyſin*, concilio & precepto domini epiſcopi, reddidi & hac preſenti carta mea confirmavi terram illam quam abſtuli monialibus eccleſiæ ſancti *Egidii* de **Blitheburie**, quæ terra fuit de dono *Hugonis* patris mei; terram ſcilicet illam, que eſt infra **Blakelake**, quæ venit de *Pola*, & extendit in *Blitha*. Et ut hæc redditio mea inperpetuum, rata & inconcuſſa permaneat eam ſigilli mei munimine coroboravi. Hiis teſtibus, *Johanne* capellano de **Binggesbromley**; *Richardo* capellano de **Blithefeild**; *Richardo*, capellano de **Bromley**-*Abbatis*, *Willielmo* de **Berley**, *Elia* de *le Hurſt*, *Roberto* de *Thormhulla* & multis aliis.

Charta *Willielmi* filii *Willielmi* de **Ridware**.

WIllielmus *filius* Willielmi *de* **Ridware**, *omnibus ad quos preſentes litteræ pervenerint, ſalutem. Univerſitas veſtra ſciat, me dediſſe & conceſſiſſe monialibus de* **Blitheburie** *ibi manentibus, in perpetuam elemoſinam pro ſalute animæ patris mei & predeceſſorum meorum meam partem in* **Himerſiche**, *quam prædictæ ſanctæ moniales ibidem mecum hucuſque participate ſunt. Et ut mea donatio rata in poſterum habeatur, eam ſigilli mei munimine corroboravi. Hiis teſtibus* Gilberto *ſacerdote de* **Sandeſacre**, Radulpho *ſacerdote*, Hugone *de* **Ridware**, Rogero *filio ejus*, Ada *de* **Wrotteſley**, Gilberto del Hurſt, Huberto *clerico de* **Bradeley**, *& pluribus aliis.*

Charta Rennerii *filii* Edrichti *de* **Wolſeley**.

SCiant preſentes & futuri, quod ego *Rennerius* filius *Eadricht* de **Wholepeley**, per concenſum domini mei *R.* de **Stafford** & filii ſui *R.* & uxoris ſuæ *Avicia*, & per conſenſum *R.* de *Stretona* & *Hervei* filii ſui, & *Adæ* de **Wrotteſley**, dedi in perpetuam elemoſinam totam terram de **Ganley**, cum boſco ad eandem terram pertinenti, ſanctimonialibus de **Blitheburie**, tam præſentibus quam futuris, pro redemptione animarum patris mei & meæ, & *Siwardi* fratris mei, & omnium parentum noſtrorum; Et hoc omnibus fidelibus innoteſcat, quod hanc eandem terram dedit mihi dominus meus *Robertus* de **Stafford** pro ſervitio in feodum, & hæreditatem. Hujus donationis, teſtes ſunt *Herveus Bagod*, *Radulphus* filius *Horm*, *Robertus* filius *Radulphi* de [illegible], *Hugo* de *Ingeſtr.*, *Willielmus*, *Hervi* de *Aclea*, *Ada* ſacerdos de **Colwiz**, *Gilbertus* ſacerdos de **Colton**, *Hervi* frater *Rinerii*. *Radulphus*, ſigilli mei impreſſione confirmo.

EDWARDESTONENSE

Cœnobium in agro Suffolcienſi,

Cella de Abbendona.

De Eccleſia Eadwardeſtune.

Ex regiſt. de Abbendon in bib. Cottoniana fol. 137.

IN comitatu *Sudfolcia* habetur villa **Eadwardeſtune** appellata, cujus dominus *Hubertus* de *Monte Caneſi* dicebatur. Hic familiaritate abbatis *Faricii* adductus, eccleſiam predicte ville, cum omnibus ſibi pertinentibus, monaſterio *Abbentonenſi* jure perpetuo donavit, & coram Deo & altari ſancte *Marie* in *Abbendonenſi* oratorio, & coram abbate & fratribus ejuſdem eccleſie, & teſtibus *Albrico*, ſcilicet,

licet, juniore de **Uer**, & *Ricardo Biſceat*, & multis aliis, donationem ipſam confirmavit, anno 15 H. I. decimo quinto regni *Henrici* regis, eo ſcilicet tenore, ut locus ille ſemper Monachili conſiſtorio frueretur & ſerviretur in illaque capellano eundem locum eundem Domini foret licentia ibidem indicem vel ſuſcipere etiam preſente eodem domino ſine ipſius familia aliquid niſi quod velle monachorum illic degentium concederet. Quid verò aut quantum cum eadem eccleſia tunc temporis collatum fuerit, regie ad Comitatum *Sudfolcie* tunc directe litere atteſtantur, quarum forma hec fuit.

Litere Regis de eccleſia **Eadwardeſtune**.

Ib. f. 137. a. HENRICUS *Rex* Anglorum Herberto *epiſcopo de* Nordewico *& vicecomitibus de* Sudfolcia, *& de* Eſtſexa, *& omnibus baronibus ſuis* Francis *&* Anglis *de utraque Scira, ſalutem. Sciatis quia ego concedo Deo & ſancte* Marie *in* Abbendonenſi *eccleſia, &* Faricio *abbati, & omnibus ſucceſſoribus ſuis & monachis ejuſdem loci elemoſinam illam quam* Hubertus *de* Monte Caneſi *dedit predicta eccleſia, ſcilicet eccleſiam de* Eadwardeſtuna, *cum terris & decimis & omnibus ſibi pertinentibus jure, & inſuper duas acras terræ juxta eccleſiam, & duas partes decimæ omnium rerum de* Stanretona, *& de* Staneſteda, *& decimam de redditibus molendinorum & nemorum, & ubicunque porci ſui fuerint in paſnagio erunt dominici porci abbatis ſine paſnagio preter haiam de* **Stanſtede**, *& decimam redditus turbarum de* Stanretona, *& quicquid pro Dei amore accreſcere voluerit. Teſtibus* Ranulfo *cancellario, &* Grimaldo *medico, &* Inrardo *archidiacono, &* Waltero *archidiacono, &* Willielmo *de* **Abini**, *&* Rogero *filio* Richardi, *&* Nigello *de* **Dilli**, *&* Radulfo Baſſet, *&* Goisford *filio* Pagani *apud* Wdeſtocam. Deſcripta eſt autem hujus conceſſionis Carta, anno ab incarnatione Dominica MCxv. Sed & de manſione illic monachorum *Abbendonienſium*, *Radulfi* archiepiſcopi *Cantuarienſis* ad *Norwicenſem* epiſcopum hujuſmodi litere tunc temporis tranſmiſſe fuerunt.

Litere archiepiſcopi *Cantuarienſis*.

Ibid. FRater Radulfus *indignus* Cantuarienſis *eccleſie miniſter, venerabili domino & confratri* Herberto *Norwicenſi Dei gratia epiſcopo ſalutem, & amicitiam & fideles orationes pro poſſe. Quia notam ſancte prudentie veſtre non ignoramus reverentiam, & religioſitatem domini abbatis* Abbendonenſis Faritii, *& totius congregationis illi à Deo commiſſe, non eſt opus nobis eam intimare, Pro his igitur oratam eſſe volumus caritatis veſtre bonitatem, quatinus gratia Dei, cujus ſunt, & noſtri, qui veſter ſum, & ipſorum etiam qui amici veſtri, & filii eſſe profitemur, quoſdam fratres eccleſiæ, in quadam eccleſia, a quodam parochiano veſtro, illis in elemoſinam conceſſa, paterna ſuſcipiatis benignitate, & concilium, & auxilium, prout poteſtis, & ſcitis, amicabiliter prebeatis. Quod faciendo Deus omnipotens diu conſervet incolumem ſanctam paternitatem veſtram noſtre memoriam, Valete.*

DEPINGENSIS *Prioratus*
in agro Lincolnienſi.
cella de **Thorney**.

Carta Baldewini Wac *de Prioratu de* **Deppynge**.

Ex regiſt. abbatiæ de Thorney, penes com. *Weſtmorland.* an. 1638.

NOtum ſit omnibus filiis ſanctæ eccleſiæ tam preſentibus quàm futuris, quod ego *Baldewinus Wac*, concedo & confirmo Deo & ſanctæ *Mariæ* & eccleſiæ *Thornenſi* omnia beneficia, & omnia tenementa quæ avus meus *Baldwinus* filius *Gilberti*, & pater meus *Hugo Wac*, & ego hactenus, eidem eccleſiæ dedimus in **Deping**, ſcilicet eccleſiam ſancti *Jacobi*, cum pertinentiis ſuis quarum iſta ſunt nomina. Tota **Frekenhale** ex utraque parte vie **Stanihill**, **Stanihill parc Smalmedwe**, à **Stanihill** uſque ad calcetam de **Frokenhale**, **Riecroft**, **Normedue** verſus orientem, ab exitu de .... uſq; ad petram quæ vocatur **Longetoftſton**, meſſagia hominum, qui ſunt ante eccleſiam ſancti *Jacobi*, cum tenementis ſuis quæ ipſi tenent de terra eccleſiæ, ſcilicet à domo *Roberti* plumbarii, uſque ad exitus verſus aquam, ab eccleſia ſancti *Jacobi*, terra *Godefridi* coci, a **Maneuſlaie** uſque ad terram *Symonis* filii *Geroldi*, tofta quam **Tucke-ſote** tenet; crofta quæ ſunt *Adelardi*, ante januam curiæ ſancti *Jacobi*; una acr. terræ ad caput virgulti, dimidia acra juxta ſepem *Spartolf* de dono ipſius *Spartolf*. Una roda, ab aquilonari parte virgulti, ſuper toftum de dono *Lewini* prepoſiti. **Scoteparc**, **Lutleparc**, juxta **Scoteparc**, **Luſeparc**, **Furparc**, ab auſtrali parte exitus de **Frokenhale**, de dono *Geroldi* pincernæ; ſeptem acre prati, quarum tres ſunt in **Smalemedue**, de ſurſum, & quatuor in **Eſtparc** de dono *Johannis* filii *Geroldi*; una acra terræ in **Normedue** verſus aquilonem, ubi ipſe ſolebat habere quatuor acras; Præterea eccleſiam ſancti *Gudlaci* de eadem villa, cum ſuis pertinentiis, ſcilicet, duabus bovatis terræ, & duabus toftis, quarum unam presbiter tenet, & alia eſt intima in campo verſus **Weſt**, tres dimidias acras terræ, quarum una dedit eidem eccleſiæ *Willielmus Cluno*, aliam **Depwingille**. tertiam *Paganus* filius *Herewardi*, & in eodem campo dimidiam acram, de dono *Hugonis Sockeman*, & tres acras prati juxta **Wermeſtal**; de dono *Geroldi* pincernæ; unam acram prati in **Smalemedue** de ſurſum. Et volo quod eadem *Thornenſis* eccleſia teneat, & poſſideat liberè, & pacificè & quietè de omnibus ſecularibus ſervitiis ad me, & hæredes meos pertinentibus, in puram, & perpetuam elemoſinam, ſicut aliqua elemoſina melius & liberius dari poteſt, & poſſideri, Omnia hæc prædicta, cum communitate in villa & in mariſco, & in paſcuis, pro anima mea, & uxoris meæ, & anteceſſorum meorum, & ſucceſſorum, ad uſus monachorum quos abbas *Thorneiæ*, conſilio capituli ſui, ſub obedientia ſua manſuros ibidem voluerit collocare in eccleſia ſancti *Jacobi*; ſalva penſione duarum marcarum, de eccleſia ſancti *Gudlaci*, per manum Prioris ſancti *Jacobi* annuatim

BLITHBURIENSIS

Prioratus in comitatu Staffordiæ.

Charta *Hugonis Malviſin.*

Ex vetuſta membrana penes authorem.

S*Ciant tam preſentes quam futuri, quod ego* Hugo Malveyſin, *concenſu filiorum meorum, & amicorum meorum, pro ſalute animæ meæ & omnium parentum meorum, dedi & conceſſi in puram & perpetuam elemoſinam*, Guthmundo & Saxi *monachis, & monialibus ibi manentibus locum de* **Blythe-burgh**, *cum terra, & cum ſuis pertinentiis, & omnibus illis, qui, vel quæ ibidem accipientur, ad ſerviendum Deo, & ſancto* Egidio, *Tenendum & poſſidendum de nobis & hæredibus noſtris, liberè & quietè, pacificè, & honorificè, ab omni conſuetudine & ſæculari demanda, per diviſiones ſcilicet, de* **Holebrock** *uſque* **Fikebrock**, *à* **Fikebrock** *uſque ad* **Blaklake**, *& à* **Blakelake** *uſque in* **Blithe**. *Et ut prædicti monachi & eorum ſucceſſores, communionem & libertatem habeant in nemore noſtro, quoad emendationem domorum ſuarum, ſimiliter in viis & ſemitis, in aquis & in paſcuis, & in omnibus locis, in villa & extra villam. Et ut hæc donatio mea in perpetuum ſtabilis permaneat, eam ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus*, Rogero Ceſtrenſi *epiſcopo*, Odone *Presbitero*, & Willielmo *capellano*, Hugone & Wilhelmo, *& multis aliis.*

Charta Hugonis *de* **Ridware.**

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Hugo* de **Ridewarę**, concenſu filiorum meorum & amicorum meorum, pro ſalute animæ meæ & omnium parentum meorum, dedi *Saxi* & *Guthemundo* monachis locum de **Blithburie** in elemoſinam, & omnibus illis quos ipſi ibi recipient; Ad ſerviendum Deo & ſancto *Egidio*, quietum ab omnibus rebus, cum terra & nemore, & communibus paſcuis quæ illis monſtravi ante homines meos, per diviſiones: A quercu menſurata ante portam illorum, uſque ad **Holebrocke**; à **Holebrocke**, uſque ad **Blithe**; à **Blithe**, uſque ad certum; & cum certo uſque **Sichbrooke**, & ſic uſque ad ſupradictam quercum. Teſtibus *Odone* presbytero, *Willielmo* presbytero, & *Hugone* ac *Willielmo.*

Carta domini Willielmi Malveyſin.

SCiant tam preſentes quam futuri, quod ego *Willielmus Malveyſin*, concilio & precepto domini epiſcopi, reddidi & hac preſenti carta mea confirmavi terram illam quam abſtuli monialibus eccleſiæ ſancti *Egidii* de **Blitheburie**, quæ terra fuit de dono *Hugonis* patris mei; terram ſcilicet illam, que eſt infra **Blakelake**, quæ venit de *Pola*, & extendit in *Blitha*. Et ut hæc redditio mea inperpetuum, rata & inconcuſſa permaneat eam ſigilli mei munimine coroboravi. Hiis teſtibus, *Johanne* capellano de **Binggesbromley**; *Richardo* capellano de **Blithefeild**; *Richardo*, capellano de **Bromley**-*Abbatis*, *Willielmo* de **Berley**, *Elia* de *le Hurſt*, *Roberto* de *Thormbulla* & multis aliis.

Charta *Willielmi* filii *Willielmi* de **Ridewarę.**

WIllielmus *filius* Willielmi *de* **Ridewarę**, *omnibus ad quos preſentes litteræ pervenerint, ſalutem. Univerſitas veſtra ſciat, me dediſſe & conceſſiſſe monialibus de* **Blitheburie** *ibi manentibus, in perpetuam elemoſinam pro ſalute animæ patris mei & predeceſſorum meorum meam partem in* **Himerſiche**, *quam prædictæ ſanctæ moniales ibidem mecum hucuſque participate ſunt. Et ut mea donatio rata in poſterum habeatur, eam ſigilli mei munimine corroboravi. Hiis teſtibus* Gilberto *ſacerdote de* **Sandeſacre**, Radulpho *ſacerdote*, Hugone *de* **Ridewarę**, Rogero *filio ejus*, Ada *de* **Wrotteſley**, Gilberto del Hurſt, Huberto *clerico de* **Bradeley**, *& pluribus aliis*.

Charta Rennerii *filii* Edrichti *de* **Wolleley.**

SCiant preſentes & futuri, quod ego *Rennerius* filius *Eadricht* de **Wholepeley**, per concenſum domini mei *R.* de **Stafford** & filii ſui *R.* & uxoris ſuæ *Aviciæ*, & per conſenſum *R.* de *Stretona* & *Hervei* filii ſui, & *Adæ* de **Wrotteſley**, dedi in perpetuam elemoſinam totam terram de **Ganley**, cum boſco ad eandem terram pertinenti, ſanctimonialibus de **Blitheburie**, tam præſentibus quam futuris, pro redemptione animarum patris mei & meæ, & *Siwardi* fratris mei, & omnium parentum noſtrorum; Et hoc omnibus fidelibus innoteſcat, quod hanc eandem terram dedit mihi dominus meus *Robertus* de **Stafford** pro ſervitio in feodum, & hæreditatem. Hujus donationis, teſtes ſunt *Herveus Bagod*, *Radulphus* filius *Horm*, *Robertus* filius *Radulphi* de [illegible] *Hugo* de *Ingeſtr.* *Willielmus*, *Hervi* de *Aclea*, *Ada* ſacerdos de **Colwiz**, *Gilbertus* ſacerdos de **Colton**, *Hervi* frater *Rineri*. *Radulphus*, ſigilli mei impreſſione confirmo.

EDWARDESTONENSE

Cœnobium in agro Suffolcienſi,

Cella de Abbendona.

De Eccleſia Eadwardſtune.

IN comitatu *Sudfolcia* habetur villa **Eadwardeſtune** appellata, cujus dominus *Hubertus* de *Monte Caneſi* dicebatur. Hic familiaritate abbatis *Faricii* adductus, eccleſiam predictæ ville, cum omnibus ſibi pertinentibus, monaſterio *Abbentonenſi* jure perpetuo donavit, & coram Deo & altari ſanctæ *Mariæ* in *Abbendonenſi* oratorio, & coram abbate & fratribus ejuſdem eccleſiæ, & teſtibus *Albrico*, ſcilicet,

Ex regiſt. de *Abbendon* in bibl. *Cottoniana* fol. 137.

15 H. 1.

licet, juniore de **Wer**, & *Ricardo Biſceat*, & multis aliis, donationem ipſam confirmavit, anno decimo quinto regni *Henrici* regis, eo ſcilicet tenore, ut locus ille ſemper Monachili conſiſtorio frueretur & ſerviretur in illaque capellano eundem locum eundem Domini foret licentia ibidem indicem vel ſuſcipere etiam preſente eodem domino ſine ipſius familia aliquid niſi quod velle monachorum illic degentium concederet. Quid verò aut quantum cum eadem eccleſia tunc temporis collatum fuerit, regie ad Comitatum *Sudfolcie* tunc directe litere atteſtantur, quarum forma hec fuit.

Litere Regis de eccleſia **Cadwardeſtune**.

Ib. f. 137. a.

HENRICUS *Rex* Anglorum Herberto *epiſcopo de* Nordewico *& vicecomitibus de* Sudfolcia, *& de* Eſtſexa, *& omnibus baronibus ſuis* Francis *&* Anglis *de utraque Scira, ſalutem. Sciatis quia ego concedo Deo & ſancte* Marie *in* Abbendonenſi *eccleſia, &* Faricio *abbati, & omnibus ſucceſſoribus ſuis & monachis ejuſdem loci elemoſinam illam quam* Hubertus *de* Monte Caneſi *dedit predictæ eccleſiæ, ſcilicet eccleſiam de* Eadwardeſtuna, *cum terris & decimis & omnibus ſibi pertinentibus jure, & inſuper duas acras terræ juxta eccleſiam, & duas partes decimæ omnium rerum de* Stanretona, *& de* Staneſteda, *& decimam de redditibus molendinorum & nemorum, & ubicunque porci ſui fuerint in paſnagio erunt dominici porci abbatis ſine paſnagio preter haiam de* **Stanſtede**, *& decimam redditus turbarum de* Stanretona, *& quicquid pro Dei amore accreſcere voluerit. Teſtibus* Ranulfo *cancellario, &* Grimaldo *medico, &* Inrardo *archidiacono, &* Waltero *archidiacono, &* Willielmo *de* **Abini**, *&* Rogero *filio* Richardi, *&* Nigello *de* **Dilli**, *&* Radulfo Baſſet, *&* Goisford *filio* Pagani *apud* Wdeſtocam. Deſcripta eſt autem hujus conceſſionis Carta, anno ab incarnatione Dominica MCxv. Sed & de manſione illic monachorum *Abbendonienſium*, *Radulfi* archiepiſcopi *Cantuarienſis* ad *Norwicenſem* epiſcopum hujuſmodi litere tunc temporis tranſmiſſe fuerunt.

Litere archiepiſcopi *Cantuarienſis*.

Ibid.

FRater Radulfus *indignus* Cantuarienſis *eccleſie miniſter, venerabili domino & confratri* Herberto *Norwicenſi Dei gratia epiſcopo ſalutem, & amicitiam & fideles orationes pro poſſe. Quia notam ſancte prudentie veſtre non ignoramus reverentiam, & religioſitatem domini abbatis* Abbendonenſis Faritii, *& totius congregationis illi à Deo commiſſe, non eſt opus nobis eam intimare; Pro his igitur oratam eſſe volumus caritatis veſtre bonitatem, quatinus gratia Dei, cujus ſunt, & noſtri, qui veſter ſum, & ipſorum etiam qui amici veſtri, & filii eſſe profitemur, quoſdam fratres eccleſie, in quadam eccleſia, a quodam parochiano veſtro, illis in elemoſinam conceſſa, paterna ſuſcipiatis benignitate, & conſilium, & auxilium, prout poteſtis, & ſcitis, amicabiliter prebeatis. Quod faciendo Deus omnipotens diu conſervet incolumem ſanctam paternitatem veſtram noſtre memorem, Valete.*

DEPINGENSIS *Prioratus*
in agro Lincolnienſi.
cella de **Thorney**.

Carta Baldewini Wac *de Prioratu de* **Deppynge**.

Ex regiſt. abbatiæ de *Thorney*, penes com. *Weſtmorland.* an. 1638.

NOtum ſit omnibus filiis ſanctæ eccleſiæ tam preſentibus quàm futuris, quod ego *Baldewinus Wac*, concedo & confirmo Deo & ſanctæ *Mariæ* & eccleſiæ *Thornenſi* omnia beneficia, & omnia tenementa quæ avus meus *Baldwinus* filius *Gilberti*, & pater meus *Hugo Wac*, & ego hactenus, eidem eccleſiæ dedimus in **Deping**, ſcilicet eccleſiam ſancti *Jacobi*, cum pertinentiis ſuis quarum iſta ſunt nomina. Tota **Frekenhale** ex utraque parte vie **Stanihill**, **Stanihill parc Smalmedwe**, à **Stanihill** uſque ad calcetam de **Frokenhale**, **Kietroft**, **Normedue** verſus orientem, ab exitu de . . . . uſq; ad petram quæ vocatur **Longetoftſton**, meſſagia hominum, qui ſunt ante eccleſiam ſancti *Jacobi*, cum tenementis ſuis quæ ipſi tenent de terra eccleſiæ, ſcilicet à domo *Roberti* plumbarii, uſque ad exitus verſus aquam, ab eccleſia ſancti *Jacobi*, terra *Godefridi* coci, a **Maneuſlaie** uſque ad terram *Symonis* filii *Geroldi*, tofta quam **Tucke-ſote** tenet; crofta quæ ſunt *Adelardi*, ante januam curiæ ſancti *Jacobi*; una acr. terræ ad caput virgulti, dimidia acra juxta ſepem *Spartolf* de dono ipſius *Spartolf*. Una roda, ab aquilonari parte virgulti, ſuper toftum de dono *Lewini* prepoſiti. **Scoteparc**, **Lutleparc**, juxta **Scoteparc**, **Luſeparc**, **Furparc**, ab auſtrali parte exitus de **Frokenhale**, de dono *Geroldi* pincernæ; ſeptem acre prati, quarum tres ſunt in **Smalemedue**, de ſurſum, & quatuor in **Eſtparc** de dono *Johannis* filii *Geroldi*; una acra terræ in **Normedue** verſus aquilonem, ubi ipſe ſolebat habere quatuor acras; Præterea eccleſiam ſancti *Gudlaci* de eadem villa, cum ſuis pertinentiis, ſcilicet, duabus bovatis terræ, & duabus toftis, quarum unam presbiter tenet, & alia eſt intima in campo verſus **Weſt**, tres dimidias acras terræ, quarum una dedit eidem eccleſiæ *Willielmus Cluno*, aliam **Depwingille**. tertiam *Paganus* filius *Hereward*, & in eodem campo dimidiam acram, de dono *Hugonis Sockeman*, & tres acras prati juxta **Wermeſtal**; de dono *Geroldi* pincernæ; unam acram prati in **Smalemedue** de ſurſum. Et volo quod eadem *Thornenſis* eccleſia teneat, & poſſideat liberè, & pacificè & quietè de omnibus ſecularibus ſervitiis ad me, & hæredes meos pertinentibus, in puram, & perpetuam elemoſinam, ſicut aliqua elemoſina melius & liberius dari poteſt, & poſſideri, Omnia hæc prædicta, cum communitate in villa & in mariſco, & in paſcuis, pro anima mea, & uxoris meæ, & anteceſſorum meorum, & ſucceſſorum, ad uſus monachorum quos abbas *Thorneie*, conſilio capituli ſui, ſub obedientia ſua manſuros ibidem voluerit collocare in eccleſia ſancti *Jacobi*; ſalva penſione duarum marcarum, de eccleſia ſancti *Gudlaci*, per manum Prioris ſancti *Jacobi* annuatim monaſterio *Thornenſi* ſolvendarum. Sciendum tamen eſt, quod prædicti monachi facient ſectam molendini mei, tam de blado ſuo, quam hominum ſuorum. Ita quod ipſi habeant primam molituram, poſt bladum quod invenerint in tremello; braſeum autem proprium in curia ſua molent. Hujus rei teſtes ſunt *Radulphus* de **Depping** decanus, *Gaufridus* capellanus, *Petrus* clericus de **Weſt-Depinge**, *Robertus* filius *Baldewini*, *Radulphus* de **Nevile**, *Gaufridus* filius *Gaufridi*, *Waleran* filius *Radulphi*, *Hugo* de **Bodhebi**, *Willielmus* de **Waſptei**, *Baldwinus* frater ejus, *Rodbertus* de **Wer**, *Johannes* filius *Geroldi*, *Simon* frater ejus, *Radulphus* de **Bodhebi**, *Willielmus* frater ejus, *Wilechin*, *Hudet* filius *Hedric*, *Alein* filius *Payn*, *Richardus Gernun*, *Norman* ſerviens abbatis, *Henricus* de ſancto *Eadmundo*, *Alein* de **Bertham**, *Richardus* de **Wars**, *Hamo* clericus.

Privilegium domini *Innocentii* Papæ iij. de confirmatione eccleſiæ ſancti *Jacobi* de **Deping** in uſus proprios.

Ibid.

INnocentius *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis abbati & conventui* **Thorneye**, *ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt, nos facilem prebere aſſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus gratum impertientes aſſenſum, eccleſiam ſancti* Jacobi *de* **Depinge**, *cum pertinentiis ſuis, ſicut eam juſtè, & pacificè poſſidetis, vobis, auctoritate apoſtolica, confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus; Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum* Petri *&* Pauli *apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat.* Lateran. *xvj. kal. Januarii pontificatus noſtri anno primo.*

ALCESTERENSIS

Prioratus in agro Warwicenſi.

Carta fundationis.

Ex antiquo codice MS. in bibl. *Bodleiana.* A.D. 1640.

Vide etiam cart. 14 E. 3. nu. 12.

ANno ab incarnatione Domini noſtri *Jeſu Chriſti* MCxl. Ego *R.* Pincerna, divino inſtinctu ſancte Religionis amore ſuccenſus, frequentique inſtigatione domini *Simonis* epiſcopi, & *G.* Prioris qui tunc temporis regimini ſancte *Wigornenſis* eccleſiæ pariter preſidebant, in ampliorem Dei dilectionem elevatus; eo inquam anno fundavi eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de Inſula, & à fundamentis ædificavi in honore ſanctæ individuæque Trinitatis, & in laude glorioſæ Dei genetricis *Mariæ*, & beatæ *Annæ* matris ejus, ſanctiq; *Joſep* nutricii Salvatoris noſtri, & ſancti *Johannis Baptiſtæ*, & *Johannis Evangeliſtæ*, omniumq; ſanctorum, pro animabus *Willielmi* ſenioris & *Mathildis* Reginæ, & *Willielmi* junioris Regum *Anglorum* & *Henrici* Regis, & *Matildis* Reginæ, *Stephani* Regis, & *Mathildis* Reginæ, *Rogeri* de *Bellomonte* & *Athelinæ*, uxoris ſuæ, *Roberti* comitis de *Mellent* & *Iſabel* comitiſſæ, *Roberti* comitis de *Legrec.* & *Aviciæ* comitiſſæ, filiorumque eorum, *Galeranni* comitis de *Mellento*, & pro animabus patris & matris meæ, & pro remedio animæ meæ, pro anima *Aviciæ* uxoris meæ, & pro animabus filiorum parentumque, omniumque anteceſſorum ſucceſſorumque meorum, ſperans in futura mihi profuturum ſi quid in preſenti Deo placiter peregiſſem, illud quoque ſemper in mente revolvens. *In qua menſura menſi fueritis remetietur vobis*, eſt illud quod ad Deum dicitur. *Tu reddes unicuique opera ſua.* Ut autem prefata eccleſia & Deo acceptior & hominibus eſſet gratior, quoniamque me, ex illo *Salomonis* proverbio, *Omnia fac cum conſilio & poſt factum non penitebis*, nihil abſque aliorum conſilio ſatis providè facturum animadverti, tam etiam laicorum prudentiam quam ordinatarum perſonarum diſcretionem & ſapientiam ſuper hac re conſului, totum in animo habens pro poſſe meo facere, quicquid ipſi piè vellent diſponere. Conſilio ergo & conſenſu Dominorum meorum, *Stephani* Regis *Angliæ*, *Roberti* comitis de *Legrec*: *Galeranni* comitis de *Mellent*, filiorumq; meorum *Roberti* & *Galfridi* favore fretus, auctoritatem quoque *Thebaldi Cantuarienſis* archiepiſcopi, *Simonis Wigornenſis* epiſcopi & aliorum epiſcoporum, abbatum, Baronum totius *Angliæ* ſecutus, in ipſa eccleſia monaſticæ Religionis viros poſui, eiſque *Robertum*, *Wigornenſis* eccleſiæ monachum profeſſum, quem in fundandam prædictam eccleſiam à primi lapidis poſitione, ſocium & cooperatorem habui, virum in rei familiaris diſpenſatione providum, & in ordinis tractatione diſcretum, primum abbatem præfeci, communi electione *Simonis* epiſcopi & totius congregationis ſanctæ *Mariæ* de *Wireceſtria*, ipſo *Simone* epiſcopo eam benedicente primo anno fundationis ejuſdem eccleſiæ, in die ſancti *Martini*, paſtoralemque baculum cum animarum cura ei committente, me verò terrenæ dignitatis honorem ei largiente. Nolo autem latere poſteros conventionem factam inter eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Wireceſtria* & eccleſiam S. *Mariæ* de *Inſula*, ne fortè in futurum ex ignorantia quælibet inter eas oriretur diſſenſio ſi non eſſet rei veritas huic inſerta privilegio. Inprimis itaque proviſum conventioneque Statutum eſt, ut Prior *Wigornenſis*, & Abbas de *Inſula*, fratres quoque utriuſque congregationis, in caritate ſincera ſeſe diligant, & ſint cor unum & via una, ut utrimque exaltetur & honorificetur Deus. Deinde ut uterque conventus ſit unus & idem in omnibus, dante utrobique diſcretione prælatorum, juxta regulam ſancti *Benedicti*, & auctoritate *Wigornenſis* epiſcopi, hinc & inde vigente, ad quas actiones utriuſque domus epiſcopaliter canonicéque reſpicere habent. Cum autem abbatem de *Inſula* de medio fecerit Deus, alius eligetur abbas in capitulo *Wigorn.* communi convenientia utriuſque conventus, vel de fratribus ejuſdem eccleſiæ, vel ſi conſultius videbitur de fratribus *Wigorn.* eccleſiæ epiſcopo *Wigornenſe* (ut ſupra dictum eſt) curam animarum cum paſtorali baculo tradente.

jam dicta eſt conventio inter utramq; eccleſiam, nunc autem ſubjungam donaria que contuli eidem eccleſiæ. Donavi in perpetuum eccleſiæ S. *Mariæ* de *Inſula* ad victum & ad uſum monachorum ibidem Deo ſervientium ipſam *Inſulam* & totum dominium meum de *Cokemenſa*, & quicquid habeo in *Pecbenurda*, ſcilicet IIII. hydas & dimidium ita liberè & quietè ſicut liberiùs & meliùs eas priùs tenueram de domino meo *Roberto* comite de *Legrec.* totamque terram de **Waltford**, & de **Cunbruge**, & totam terram meam de **Blincheſfeld**, cum omnibus appenticiis & conſuetudinibus ſuis, exceptis lx. ſolidis quos abbas de *Inſula* dabit ſingulis annis ſanctæ *Mariæ* le **Bec.** Et *Gaufridus* filius meus dedit in perpetuum eidem loco xx. ſolidos in **Impingeham.** Adjeci quoque eidem monaſterio capellam de caſtello meo de *Oueresleia*, & eccleſiam de **Glenceſter**, eccleſiam de **Glen**, & eccleſiam de *Teingwrda*, eccleſiam de *Merſtonia*, cum omnibus ad eas pertinentibus. Dedi etiam eidem loco totam decimam de dominio meo de *Oueresleia*, in virgultis, in agris, in vineis, in nemoribus, in parchis, in pratis, in piſcariis; & medietatem decimæ de dominio meo de *Pebbewrda*, & medietatem decimæ de dominio meo de *Cherletuna*, & II. garbas de dominio meo de *Raggaleia*, & totam decimam de dominio meo de *Dorſintona*, & de **Palecote**, de *Broma*, de **Wihtlaceſford**, & molendinum de **Grobi**, & medietatem trium molendinorum de **Oueresleie.** Statuimus ut decedente abbate de *Inſula* omnis poſſeſſio monaſterii ubicunque fuerit remaneat integra & libera cum omni jure, & conſuetudine ſua in manu & diſpoſitione Prioris & Monachorum capituli ſanctæ *Mariæ* de *Inſula*. Hoc autem perpetuò ſervandum firmavimus, quia abbas de *Inſula* non habet proprios redditus ſed communes cum fratribus. Qui verò Deo annuente canonica electione ſubſtitutus fuerit, non cum ſuis ſecularibus conſanguineis, ſeu quibuſlibet aliis elemoſinas monaſterii malè utendo deſperdat, ſed pauperibus & peregrinis & hoſpitibus ſuſcipiendis curam gerat. Terras cenſuales non ad feudum donet, nec faciat milites niſi in ſacra veſte Chriſti, in qua parvulos ſuſcipere modeſtè caveat, maturos autem ſeu diſcretos tam clericos quam laicos provide ſuſcipiat. Nemo de poſſeſſione monaſterii aliquid feudaliter teneat abſolutum, ſed ad cenſum annuum. In abbatis & monachorum domo & poſſeſſione nullus per hæreditatem teneat officium; ſed in arbitrio abbatis & monachorum de tranſmutandis præpoſitis ſeu aliis officiariis cauſa conſiſtat. Si quis autem hoc noſtræ ſtabilitionis & donationis decretum infringere ſeu minuere vel tranſmutare ſcienter præſumpſerit, ſummus Judex eum contrahat & eradicet cum ſua poteſtate, ut permaneat ſine omni hæreditate in clade & fame. Si quis verò præfatam eccleſiam cum præfata libertate & poſſeſſione ſervaverit, Deus omnium bonis omnibus ſtabiliat eum & ſervet in ævum.

Confirmatio fundationis per *Robertum* comitem *Legeceſtriæ*.

ROBERTUS *comes* Leiceſtriæ, *univerſis ſanctæ Dei eccleſiæ filiis, in Chriſto, ſalutem. Notum ſit omnibus vobis tam* Francis, *quam* Anglis, *quod ego* Robertus *comes* Legeceſtriæ, *pro ſalute animæ meæ, & pro redemptione peccatorum meorum, divino admonitus inſtinctu, conſilio & rogatu* Radulfi Pincernæ, *&* Amiciæ *uxoris ejus & filiorum ſuorum, fundavi eccleſiam de* Inſula *in honorem beatæ Dei genitricis* Mariæ, *& beati* Johannis *Baptiſtæ, & eidem eccleſiæ, & monachis ibidem Deo ſervientibus, conceſſi omnes res, & poſſeſſiones in terris, in eccleſiis & aliis redditibus, cum omnibus libertatibus, & conſuetudinibus ad eas pertinentibus, quas* Radulfus Pincerna *in manu mea ponens, ab omni jure ſuo abſolutas, & ab omni ſervitio terreno, & ſeculari exactione liberas, & quietas clamavit, ad prædictam eccleſiam fundandam, pro ſalute animæ ſuæ, & uxoris ejus* Amiciæ. *Quare rerum ſeriem ut præſentis paginæ teſtimonio poſteris omnibus in perpetuum confirmetur, certis exprimere vocabulis neceſſarium duximus. Inſulam itaque in qua monaſterium ipſum ſitum eſt, cum tota terra dominica de* Cokemerſa, *imprimis conceſſimus, & totam terram meam de* **Walteſford**, *cum virgata terræ quam ipſe incrementum dedit & totam terram de* **Chelbruge**, *quam prædictus* Radulfus Pincerna *de me tenuit, cum libertatibus, & conſuetudinibus quas ei conceſſi, cum prædictis terris; & præter hoc concedo totam terram meam de* **Blingeſfeld**, *monachis in prædicta eccleſia degentibus, cum eccleſia ſancti* Jacobi *quæ de eodem feodo eſt, & cum omnibus libertatibus & conſuetudinibus, ad eandem terram pertinentibus, præter ſexaginta ſolidos, quos ego dedi eccleſiæ ſancti* Nichaſii *de* **Pellent** *annuatim perſolvendos. Inſuper concedo eidem eccleſiæ in manerio de* Pebewrda *tres hidas terræ & dimidiam, & molendinum de* **Grobiry**, *& medietatem molendinorum de* **Overeſly**, *& capellani de caſtello de* **Overſley**, *& eccleſiam de* Merſetona, *& eccleſiam de* **Glen**, *& eccleſiam de* Thengurda, *cum omnibus earum pertinentiis. Ad hoc autem concedo præfatæ eccleſiæ decimam de dominio de* **Overſley**, *in agris, in virgultis, in vineis, in nemoribus, in piſcariis, in pratis, in parchis, & medietatem decimæ de dominio de* Pebwrda, *& pratum ſancti* Johannis *de* Parco. *Inſuper concedo, & firmiter ſtatuo, ut ſupra memorata eccleſia, & monachi in eadem Deo ſervientes, ſuam curiam, & omnes conſuetudines, & libertates ſuas habeant, in* ſoca & ſaca, *in* **tol** *&* **theam**, *&* **infangentheof** *& in omnibus querelis, ita liberè, & quietè, & integrè, ſicut ego prædictas libertates & conſuetudines habeo. Quare volo, & firmiter precipio, quatenus præfata eccleſia, & monachi in eadem Deo famulantes hæc omnia, quæ eis conceſſi, liberè & quietè & ſine omni ſervitio terreno, & exactione ſæculari, ad me pertinente, teneant, & poſſideant. His teſtibus,* Bernardo *Priore de* **Kenillewrth**, Ernaldo *de* Boſco, Willielmo *de* Bellocampo, Rogero *de* **Waterville**, Gaufrido Labbe.

Carta Willielmi le Boteler *de eccleſia de* **Hynſtoke**, *& lx. acris terræ.*

Ex ipſo autographo in officio Armorum.

SCiant preſentes & futuri, quod ego *Willielmus le Butler* dominus de **Wemme** miles dedi conceſſi & hac preſenti carta mea confirmavi, pro ſalute animæ meæ, & *Beatricis* uxoris meæ, & anteceſſorum meorum, Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* *ria*, & ſancti *Johannis* Baptiſtæ de *Alenceſtria*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam ſexaginta acras terræ meæ in **Hyneſtok**,de vaſto meo,ſicut diviſæ inter nos confectæ,ſe oſtendunt. Cum advocatione eccleſiæ parochialis villæ de **Hyneſtok** prædictæ. Habendum & tenendum hæc omnia prædicta,liberè, quietè,purè,bene,& in pace imperpetuum. Volo etiam & concedo quod prædicti abbas & ejuſdem loci monachi dictas acras terræ poſſint includere, & eas incluſas tenere ſine impedimento cujuſcunque. Præterea conceſſi eiſdem abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus communam paſturæ ad octo boves,& ſex vaccas,cum exitu earum unius anni, & ad ducentas bidentes,ad paſcendum in vaſtis & boſcis & terris de **Hyneſtoke**, ſub tali forma, quod bene licebit mihi,& hæredibus meis de omnimodis boſcis,& vaſtis meis de **Hyneſtoke** appruiare, includere,& voluntatem meam facere ſine contradictione vel impedimento prædictorum abbatis & conventus & ſucceſſorum ſuorum. In cujus rei teſtimonium preſenti cartæ ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, domino *Fulcone le Eſtrange*, domino *le Eſtrange*, *Johanne le Eſtrange* de **Ercalouwhe**, *Johanne le Eſtrange* de **Cheſelwarthyn**, *Adam* de **Mekeleſton**, *Ricardo Hord*,tunc ſeneſchallo dicti domini,& multis aliis.

Quod monachi de Alenceſtria *habeant liberam electionem Prioris.*

Ex autographo in bibl. *Hattoniana.*

T. Dei gratia *Cantuarienſis* archiepiſcopus *Anglorum* primas, & apoſtolicæ ſedis legatus,univerſis eccleſiæDei fidelibus,aut quibuſcunque preſentes pervenerint apices, ſalutem; Convenerunt ante præſentiam noſtram, monachi de *Allenceſtria*, cum Priore ſuo, quem in abbatem elegerant,adverſus venerabilem fratrem noſtrum *A.Wigornienſem* epiſcopum,& monachos *Wigornienſis* eccleſiæ;inter quos controverſia vertebatur, de abbate *Aleceſtrenſi* eligendo; dicebant enim *Aleceſtrenſes*, ſe habere debere liberā electionem, & ſe eligere debere,de ipſo conventu,in capitulo ſuo, & non eſſe a proprio monaſterio exeundum, pro abbate eligendo,dummodo ibi idonea poſſet inveniri perſona.Epiſcopus verò & monachi *Wigornienſes*, qui aliter eſſe debere dicebant,pactum quoddam inter eos factum eſſe pretendentes, ſed illud ſervandum eſſe minimè probare valentes, quia pactum illud minus canonicum erat, & contra regulam beati *Benedicti*.Habito noſtro & aliorum fratrum noſtrorum *Angliæ* epiſcoporum, concilio,electionem ab *Aleceſtrenſibus*, in capitulo ſuo canonice factam patienter,& ſine reclamatione ſuſceperunt,& *Aleceſtrenſes* monachos cum electo ſuo,liberè abire permiſerunt.Et hæc facta fuerant in preſentia *Roberti* comitis *Legreceſtriæ* fundatoris loci illius,qui conſtanter aſſerebat nullum jus *Wigornienſes* monachos in eccleſia *Aleceſtrenſi* habere. Idcirco præcipimus, quatenùs quod in præſentia noſtra & fratrum noſtrorum coepiſcoporum ſolemniter factum eſſe dinoſcitur, ſtabile maneat,& firmum perſeveret. *Valete.*

Carta regis *Stephani* de confirmatione donationum.

Cart. de an. 14 E. 3. nu. 12.

R*Ex archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus cartam celebris memoriæ domini S: dudum regis* Angliæ *progenitoris noſtri in hæc verba. S. Rex* Angliæ *archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Inſula *omnes terras illas quas* Radulfus Pincerna *eis dedit & conceſſit, videlicet inſulam & totam terram ſuam dominicam de* Cochemerſa, *& capellam de* Uuerlia *cum appendiciis ſuis, & manerium ſuum de* Pebbewurda, *& eccleſiam de* Merſtona *cum appendiciis ſuis, & eccleſiam de* **Glen** *cum appendiciis ſuis, & eccleſiam de* Taingwurda;*Et in* Enpingham *xx. ſol. & molendinum de* **Groberi**, *& decimam de* Uuerlia *totam de dominico ſuo & dimidium molendini. Et terram ſuam totam de* **Walteford** *& de* Chelebruga, *& terram ſuam de* **Blinchesfeld** *totam præter lx. ſol. quas inde dedit prædictus* Radulfus *eccleſiæ ſancti* Nicaſii *de* Mell. *& tertiam partem de* Pebbewurda *de decima ſua de dominico ſuo, & medietatem decimæ ſuæ de* Cherletona, *& duas partes decimæ de* Rageleia. *Quare volo & firmiter præcipio quod bene & in pace & liberè,& quietè & honorificè & plenariè teneant monachi in prædicta eccleſia Deo & ſanctæ* Mariæ *ſervientes cum* ſoca *&* ſaca, *&* **toll** *&* **theam** *&* **infangeneteof** *& cum omnibus conſuetudinibus in boſco & plano & pratis & paſturis & in omnibus libertatibus cum quibus terra illæ erant tempore* Roberti *comitis de* Mellento. *Et præter hæc concedo prædictæ eccleſiæ illud privilegium, & illam dignitatem quam habet eccleſia* Heboracenſis, *vel eccleſia ſanctæ* Mariæ *de* **Witteſtre** *quod comes de* Legr. *per cartam ſuam confirmavit. T.* G. *comite de* Mellento, *&* R. *comite* Legr. *&* Willielmo *comite de* Warenna,*&* H. *comite de* Wilteſ. *&* Willielmo *comite* Ebor. *& comite* Simone, *&* Roberto *de* Oilli, *&* Willielmo *de* Ipra,*&* Ernaldo *de* Boſco,*&* Roberto Pincerna, *&* Willielmo *de* **Pinu**. *Apud* **Oxeneford**.

Carta Regis Henrici *ſecundi.*

Ibid.

INſpeximus cartam domini. *H.* quondam regis *Angliæ* progenitoris noſtri in hæc verba. *H.* Dei gratia rex *Angliæ*, & dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiſc. (*&c.*) Salutem Sciatis me conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ S. *Mariæ* & S. *Johannis* baptiſtæ de *Inſula* & monachis ibidem Deo ſervientibus,terras & tenuras,eccleſias & decimas, & molendina & omnes redditus eis datos & conceſſos ubicunque ſint in *Anglia*, & omnes res quas *Robertus* comes *Legreceſtriæ*, & *Radulfus Pincerna Overſleiæ*, fundator ejuſdem, eccleſiæ eis adquiſierunt & dederunt, videlicet eandem inſulam in qua monaſterium ſitum eſt & totam curiam eorum quam tenuerunt in principio eccleſiæ ſuæ de dominio de **Alenceſtre**, cum molendino quod extra curiam illam firmaverunt & fecerunt. Et ex dono prædicti *Radulfi Pincernæ* totam terram ſuam dominicam de *Cokemerſa* cum duabus pratis **Wdemedua** & **Goſepollemedua**, & pratum S. *Johannis* baptiſtæ

ſtæ de parco. Et totam terram ſuam de **Cherleton**, & tres hidas terræ & dimidiam in manerio de *Pebewrtha*, & totam terram ſuam de **Walteford**, & unam virgatam terræ in *Wiburna*, & totam terram ſuam de **Chelbing** & totam terram de **Blingesfeld** cum omnibus appendiciis & conſuetudinibus ſuis exceptis lx. ſolidis quos inde dederat præfatus *Radulfus Pincerna* eccleſiæ S. *Nicaſii* de *Mellent*. Et concedo eis capellam S. *Jacobi* de *Copehulla* cum capella S. *Petri* quæ in eodem feodo ſuo ſunt. Concedo etiam eidem eccleſiæ eccleſiam de **Alencestre** cum omnibus appendiciis & conſuetudinibus ſuis, & ermitorium de *Caldwella* cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis. Et eccleſiam de **Arue**, & capellam de caſtello de **Overſleie**, & eccleſiam de eadem villa, & decem acras de *Budeleia*, & eccleſiam de *Merſtona*, & eccleſiam de **Glen**, & eccleſiam de *Theingwrtha* cum appendiciis & libertatibus ſuis.

Inſuper concedo præfatæ eccleſiæ eccleſiam de *Beoleio* cum omnibus appendiciis & libertatibus ſuis ex dono *Galfridi* de *Limeſi*, & ex dono *Ricardi Freivel* eccleſiam de *Pebewrthia* cum omnibus appendiciis & libertatibus ſuis, & unam virgatam terræ in *Merſtona*, & totam decimam ſalis ſui de **Wiche**. Et ex dono *Rogeri* de *Watevilla* eccleſiam de *Edbrihtona* cum omnibus appendiciis & libertatibus ſuis. Et unam hidam terræ in *Ruitona* quod adjacet *Weſtonæ*. Et præterea foris *Ruitonam* unam culturam de dominio, & pratum quod eſt ſubtus eandem villam, necnon tantum de dominio ex utraque parte viæ ubi ponè bercharius manſit, quod valeat terram ſuam, & *Hugonis Aucupis* cum prædicta cultura. Et preterea concedo prædictæ eccleſiæ unam manſionem in **Warewic** & molendinum de **Grouberi**, & medietatem molendinorum de **Overſlei** & totam decimam de dominio de **Overſlei** in agris in virgultis in vineis in nemoribus, in parchis, in pratis, in piſcariis, & totam decimam de pane de furno de **Overſlei**. Et totam decimam de *Budeleia*. Et totam decimam de dominio de **Wichbakesford** & totam decimam de dominio de *Broma*, & de *Mulecota*, & de *Dorſintona*. Et totam decimam de dominio de *Cherletona* & duas garbas de dominio de *Raggeleia*.

Concedo etiam ſupradictæ eccleſiæ, & monachis ibidem Deo ſervientibus liberam electionem abbatis de proprio conventu in capitulo ſuo. Hanc itaque libertatem & prædictas terras *(&c.)* volo *(&c.)* quod bene & in pace *(&c.)* teneant *(&c.)* T. *Theobaldo Cantuar.* archiepiſcopo, *Johanne Wigorn.* epiſp. *Roberto* comite *Legr. Ricardo* de **Luci**, apud *Weſtm.*

Alia carta ejuſdem Regis *Henrici.*

INſpeximus etiam cartam ejuſdem progenitoris noſtri in hac verba. Henricus (&c.) *Sciatis nos* (&c.) *conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe abbati & monachis de* **Alencestre** *omnes donationes ſubſcriptas, videlicet. Ex dono* Willielmi *de* Botereus *totum tenementum quod eſt de feodo ſuo cum pertinentiis, quod ipſi monachi prius tenuerunt; ſcilicet totam medietatem curiæ ipſorum monachorum pro xij. denariis, & medietatem molendini quod ipſi monachi fecerunt & firmaverunt extra curiam ſuam, cum medietate prati quod vocatur* **Polemede**, *& cum medietate prati quod vocatur* **Mulnehom** *cum pertinentiis ſuis quæ ad medietatem prædicti molendini pertinent pro viij. ſol. & totam terram cum pertinentiis quam* Edricus Pirk *tenuit pro iiij. ſol. & dominicos porcos eorundem monachorum liberos & quietos de pannagio in boſco de* **Alencestre** *& extra, & de eodem boſco ſufficiens ſuſtentamentum ad opus ipſorum monachorum, & ad prædictum molendinum per viſum foreſtariorum ipſius* Willielmi *& hæredum ſuorum. Et communam paſturæ ad omnia animalia & pecora ſua. Ex dono* Petri *filii* Herberti *totum tenementum quod eſt de feodo ſuo, quod ipſi monachi prius tenuerunt; ſcilicet totam medietatem curiæ ipſorum monachorum, & medietatem molendini quod ipſi monachi fecerunt & firmaverunt extra curiam ſuam, cum medietate prati quod vocatur* **Polemede**. *& cum medietate prati quod vocatur* **Mulnhom** *cum aliis pertinentiis ſuis quæ ad medietatem prædicti molendini pertinent pro x. ſol. & dominicos porcos eorundem monachorum liberos & quietos de pannagio in boſco ipſius* Petri *de* **Alencestre** *& extra, & de eodem boſco ſufficiens ſuſtentamentum ad opus ipſorum monachorum, & ad prædictum molendinum per viſum foreſtariorum ipſius* Petri, *& hæredum ſuorum, & liberam communam paſturæ ad animalia & pecora ſua. Ex dono* Simonis *de* **Cotton** *quandam placeam in boſco de* **Cotton** *ad quandam porcheriam faciendum, & unam carectatam buſtæ ſingulis ſeptimanis in boſco de* **Cotton**. *Ex dono* Alexandri *de* **Kynemarton** *quandam placeam in boſco de* **Cotton** *ad quandam porcheriam faciendam & unam carectatam buſtæ ſingulis ſeptimanis in boſco de* **Cotton**. *Quare volumus* (&c.) *Dat. per manum noſtram apud.* **Wudestoke** *xxviij. die Febr. anno regni noſtri xxv.*

Carti Regis Edwardi *primi.*

INſpex. etiam literas patentes domini *E.* quondam regis *Angliæ* avi noſtri in hec verba. *Edwardus (&c.)* licentiam dedimus *(&c.) Willielmo le Botiller* de **Wemme** quod ipſe lx. acras brueræ cum pertinentiis in **Hinstok** & advocationem eccleſiæ ejuſdem villæ dare poſſit *(&c.)* præfatis abbati & conventui. Habendum *(&c.)* imperpetuum *(&c.)* T. meipſo apud **Lanrecost** xxij, Nov. anno regni noſtri xxxv. Nos autem donationes *(&c.)* confirmamus. Dat. per manum *Edwardi* ducis *Cornubiæ* & comitis *Ceſtriæ* filii noſtri kariſſimi cuſtodis *Angliæ*, apud Turrim **London**, xxvj. Octobris. Ibid.

De conſolidatione hujuſmodi Prioratus Abbatiæ de **Evesham.**

REx *(&c.)* Sciatis quod cum domus ſive abbatia de *Alinceſtria* in comitatu *Warwici Wygorn.* dioc. ordinis ſancti *Benedicti*, fundationis inclitorum progenitorum noſtrorum, noſtrique patronatus ratione ducatus noſtri *Lancaſtriæ* pleno jure exiſtens, ex negligentia & remiſſione diverſorum abbatum ejuſdem, aliiſque infortunii ſui caſibus, in religione & cultu divini ſervitii antiquitus

Pat. 5 E. 4. part. 1. m. 16.

tiquitus habita & obſervata, ad ſui diſſolutionem devenit, in tantum quod abbas à diu ſolus remanſit in eodem; Necnon pro eo quod fructus redditus & proventus ejuſdem domus *(&c.)* de primaria fundatione conceſſi ob temporum ſubſecutorum detrimenta in tantum decorruerunt, quod ad ſuſtentationem congruam numeri monachorum ex fundatione ejuſdem limitati, hoſpitalitatemque debitam & alia pietatis opera *(&c.)* ſubeunda, non ſufficiunt *(&c.)* Nos præmiſſa intimè ponderantes *(&c.)* ad individuæ *Trinitatis* & beatæ *Mariæ* virginis honorem, cultuſque divini in eccleſia conventuali monaſterii de **Eveſham** *(&c.)* ampliationem; nec non ad ſuſtentationem congruam numeri monachorum, hoſpitalitatemque debitam, & alia pietatis opera *(&c.)* in domo ſive abbatia de *Alinceſtria* prædicta, de primaria fundatione ibidem limitata, perpetualiter habenda, tenenda, & obſervanda dedimus *(&c.)* *Ricardo* abbati & conventui dicti monaſterii de **Eveſham**, & ſucceſſoribus ſuis, jus patronatus & advocationem domus ſive abbatiæ de *Alinceſtria* prædicta, in puram & perpetuam elemoſinam, ea intentione ut ipſe abbas & conventus dictam abbatiam de *Alinceſtria*, cum ſuis juribus & pertinentiis, ipſis abbati & conventui & ſucceſſoribus eorundem, & eorum monaſterio de **Eveſham**, conſolidari uniri annecti appropriari & transferri procurent, & in ipſorum abbatis & conventus proprios uſus perpetualiter poſſidendam concedere poterint *(&c.)* T. Rege apud *Weſtm.* xix. Maii.

LINGEBROKENSIS

Prioratus, in agro Herefordenſi.

Inq. ad quod dampnum 24 *E.* 3. n. 33. *Hereford.*

JUratores dicunt ſuper ſacramentum ſuum quod non eſt ad dampnum domini Regis ſi Rex concedat *Adæ Eſgar* clerico, quod ipſe maneriū de **Brokkeſwodepower**, dare poſſit & aſſignare Prioriſſæ & conventui de **Lyngebroke**. Habendum & tenendum eiſdem Prioriſſæ & conventui & ſucceſſoribus ſuis, ad faciendum anniverſarium *Willielmi* de **Power** annuatim in Prioratu predicto juxta ordinationem ipſius *Adæ* in hac parte faciendam.

NUNKELLINGENSIS

Abbatia Sanctimonialium in agro Eboracenſi.

Ex regiſt. cartarum abbatiæ de *Nunkelling* in bib. *Cotton.* [ſub effigie *Othonis* C. 8.] fol. 87. b.

Carta Agnetis *de* **Archis**, *de eccleſia ejuſdem.*

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis viſuris & audituris literas has *Agnes* de **Archis** ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe & dediſſe, ac preſentis cartæ meæ teſtimonio confirmaſſe Deo & ſancte *Mariæ*, & ſanctæ *Helenæ* & monialibus de **Billinghe**, eccleſiam ejuſdem villæ, & tres carucatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis in eadem villa, plenariè, liberè & quietè, in villa & extra villam, in pratis & paſcuis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis eidem terræ adjacentibus. Conceſſi etiam eis & dedi croftum in occidentali parte nemoris de **Beghum** in longitudine & latitudine, ſicut ab eiſdem infoſſatum eſt, & xij. denarios annuatim imperpetuum de crofto quod *Aeliz* uxor *Gamelli* tenuit, quicunque illud tenuere. De boſco autem de **Beghum**, dedi eis in perpetuum neceſſaria aratris ſuis, & cratibus preparandis ſufficienter. Hæc omnia ſupradicta conceſſi eis, & dedi & preſenti Carta confirmavi in perpetuam & puram & liberam elemoſinam, quietam ab omni ſervitio & ſeculari exactione in perpetuum, pro ſalute animæ domini mei *Herberti* de ſancto *Quintino*, & pro animabus *Walteri* & *Alani* filiorum meorum, & pro animabus omnium parentum & amicorum meorum. Hiis Teſtibus, &c.

Confirmatio *Ricardi de ſancto* Quintino.

Ib. f. 86. b.

RICARDUS *de ſancto* Quintino *omnibus hominibus ſuis & univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & preſentis Cartæ teſtimonio confirmaſſe ſanctimonialibus de* **Billinge**, *donationem, quam eis fecit* Agnes *de* **Archis**, *ſcilicet, Eccleſiam de* **Billinge**, *cum dimidia carucata terræ, plenariè, in toftis & croftis & cæteris omnibus eidem terræ pertinentibus, libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, cum decimationibus, & cæteris omnibus ad præfatam eccleſiam pertinentibus. Ex dono etiam ipſius* Agnetis *duas carucatas terræ & dimidiam in antedicta villa, cum omnibus pertinentiis ſuis, plenariè in villa & extra villam, in pratis & in paſcuis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis eidem terræ adjacentibus. Conceſſi eis etiam & confirmavi, croftum in occidentali parte nemoris de* **Beghum**, *in longitudine & latitudine, ſicut ab eiſdem infoſſatum eſt. Volo etiam & firmiter præcipio, ut liberè habeant, & liberè poſſideant, quicquid de feudo meo ex hominum meorum largitione, ſive quolibet alio juſto modo, inpræſentiarum poſſident, vel in futurum poterint adipiſci. Hæc autem omnia conceſſi eis, & confirmavi in perpetuam elemoſinam, libera à me & ab hæredibus meis, ſoluta & quieta ab omni humano ſervitio, quod ad me & ad illos pertinet, & hoc feci pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Hiis Teſtibus, &c.*

Carta W. *de* Fortibus.

Ib. f. 87. a.

WILLIELMUS de *Fortibus*, comes *Albemarliæ* omnibus hanc Cartam viſuris vel audituris, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe, & hac preſenti Carta mea confirmaſſe ſanctimonialibus de *Killinga*, tres carucatas terræ in **Billinge**, quas habent ex dono *Agnetis* de *Catfoſſe*. Tenend. & habend. in perpetuam elemoſinam, liberè, & quietè, ab omni ſervitio, quod ad me, vel ad hæredes meos ſpectat, præter exercitum domini Regis & **Dangeld**. Et in hujus rei teſtimonium huic ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis Teſtibus, *(&c.)*

Con-

Confirmatio ſancti *Willielmi* archiepiſcopi *Eboraci.*

Ib. f. 88. b. WIllielmus *Dei gratia* Eboraci *archiepiſcopus omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Notum ſit omnibus vobis me, petitione* Agnetis *matris* Petri *de* Falcamberga, *& filiorum ſuorum,* Willielmi & Hugonis Foliot,*conceſſiſſe,& præſenti carta confirmaſſe,in liberam & perpetuam elemoſinam ſanctimonialibus de* Killinga, *eccleſiam de* Killinga, *cum dimidia carucata terræ, & omnibus aliis pertinentiis ſuis,& aliam dimidiam carucatam terræ in eadem villa, liberam,& quietam, ſicut præfata,eam ſanctimonialibus,* Agnes, *conceſſione hæredum ſuorum,& confirmatione comitis dedit: & tertiam dimidiam carucatam terræ in eadem villa, quam præfata* Agnes *& hæredes ſui in præſentia noſtra, prædictis monialibus, in liberam & perpetuam elemoſinam dederunt. Et quia de iſta donatione, conceſſionem non optinuerant comitis de* Albamarla, *niſi ſalvo ſervitio, ſepefata* Agnes, *& hæredes ſui nobis in manu miſerunt, quod iſtam poſtremam dimidiam carucatam terræ ſuis expenſis, ab omni ſervitio comitis & ejus auxiliis fideliter acquietabunt, donec ab ipſo comite libertatem & remiſſionem quæſierunt. Teſt. . . . . . ſancti* Johannis Beverlaci *&c.*

Carta Aeliz *de ſancto* Quintino.

Ib. f. 87. a. AEliz de ſancto *Quintino* omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis viſuris, & audituris literas has, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & hac carta mea confirmaſſe Deo & S. *Mariæ* & ſanctæ *Helenæ*, & ſanctimonialibus de Killinge donationem matris meæ, ſcilicet eccleſiam de *Killinga*, & tres carucatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis,in eadem villa,& croftum quod eſt in occidentali parte nemoris,in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & ſolutam ab omni humano ſervitio, & exactione ſeculari,& plenariam, in pratis & paſcuis, in viis, & in ſemitis, & in omnibus aiſiamentis ad prædictam elemoſinam pertinentibus. Inſuper dedi eiſdem ſanctimonialibus duas bovatas terræ in Bechum de dominio meo plenarias, in omnibus aiſiamentis, ad eandem villam pertinentibus, liberas, & ſolutas ab omni humano ſervitio, in puram & perpetuam elemoſinam. De boſco autem de Bechum dedi eis inperpetuum neceſſaria aratris ſuis, & cratibus, in parte mea preparandis ſufficienter, viſu foreſtarii mei, & xij. denarios annuatim inperpetuum de crofto quod Aeliz uxor *Gamelli* tenuit, quicunque illud tenuerit. Præterea confirmavi ſepedictis monialibus duas bovatas terræ,& quatuordecim acras terræ in Bechum,quas *Willielmus Foliot* eis dedit,& unam bovatam terræ quam *Robertus Jurdan* dedit eis cum uxore ſua,& tres bovatas terræ quas *Walterus* de *Faukenberga* dedit eis, cum matre ſua, ita liberè & quietè ſicut cartæ donatorum teſtantur. Item concedo eis & confirmo quicquid rationabiliter de feudo illo adipiſci poterunt. Hiis Teſtibus &c.

Carta *R.* archiepiſcopi *Eboraci.*

R. *Dei gratia* Eboraci *archiepiſcopus apoſtolicæ ſedis legatus, Omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Ex adminiſtratione nobis a Deo commiſſa neceſſariò incumbit loca religioſorum fovere, & eorum quieti, Deo auxiliante, proſpicere. Inde eſt quod locum ſanctimonialium de* Killinga, *cum univerſis donacionibus, quas* Aliza *de ſancto* Quintino, *conſenſu & voluntate mariti ſui* Euſtachii *de* Pert, *ex donatione matris ſuæ* Agnetis, *intuitu caritatis eis conceſſit; nos ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcepimus, & eas juxta quod in cartis* Willielmi *comitis* Albemarliæ,*&* Ricardi *de ſancto* Quintino, *ac prædictæ* Aliz *continetur. Prioriſſæ, & ſanctimonialibus ejuſdem loci præſenti carta, in liberam & perpetuam elemoſinam, & quietam ab omni humano ſervitio, præter excercitum regis &* Danegeld *confirmamus. Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona, largitione fidelium, juſtis modis in futurum aſſequi poterint, firma eiſdem & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Videlicet eccleſiam de* Killinga *cum omnibus pertinentiis ſuis, ſalvo jure epiſcopali, & duas carucatas & ſex bovatas terræ in eadem villa, cum omnibus ad eaſdem pertinentibus, in pratis, paſturis, & toftis, & croftis, & unum toftum in occidentali parte nemoris, ſicut foſſata ibidem oſtendunt. Si quis verò maligno inſtinctu, jam dictum locum, vel bona ad eundem pertinentia, contra hujus noſtri decreti paginam vexare præſumpſerit, diſtrictæ ultionis ſeveritate ſe noverit puniendum. Hiis teſtibus &c.* Ib. f. 88. b.

SANDWELLENSE
Cœnobium in agro Staffordienſi.

Carta Gervaſii Paganelli *domini honoris de* Dudley *de monaſterio de* Sandwell *confirmando, nuper vocato Heremitagium de* Bromwich.

GErvaſius Paganellus dominus de Dudley omnibus *Anglis* & alienigenis ſalutem & fidelitatem. Quia rationabiles diſpoſitiones de rebus eccleſiaſticis & earum poſſeſſionibus factæ ſub plurium teſtationibus ratæ haberi debent, idcirco notum vobis facio *Willielmum* filium *Guidonis* de Offney, meum militem, quoddam heremitagium in Bromwich juxta fontem qui dicitur Sandwell ſcituatum monſtraſſe & monachis in eodem moraturis perpetualiter totum territorium circa prædictum fontem & heremitagium donaſſe,& quoſdam tenentes in Bromwich & *Waueram* in Honeſworth cum eorum ſequelis, terris, redditibus, & omnibus ſervitiis, ſine aliquo ſibi vel hæredibus ſuis retenemento,in liberam puram & perpetuam elemoſynam, aſſartum de Ruworth, Duddeſrudding, & ſolum inter Petulf Greene & viam regiam uſque Wauer & *le* Burne, eccleſiam de Eſſelburgh cum manſo quantum eſt de feodo noſtro

Ex vetuſto exemplari penes *Ricardum Shilton* de *Weſt-Bromwich* in com *Staff.* equit. aurat.

de baronia de **Dudley**, puteum apud **Wich**, molendinum apud **Grete**, decimas pagnagii, venationis, molendinorum ſuorum, panis, cerviſiæ, ferculorum de coquina domus ſuæ & hæredum ſuorum, lignum ad focum & ad omnia ſua ædificia reparanda, paſturam ubique per totum manerium ſuum omni tempore anni ad omne genus animalium ſuorum & tenentium ſuorum, liberè pacificè & quietè imperpetuum. Quos quidem monachos & eorum ſucceſſores benigne recipio in meam protectionem & defenſionem, & omnes donationes de meo feodo eiſdem collatas & deinceps conferendas, abſque aliqua actione & clameo, in liberam puram & perpetuam elemoſynam, pro me & hæredibus meis concedo, & corroboro ſigillo meo authentico. Hiis teſtibus, Dapifero de **Parles**, *Oſberto* de *Boſco*, *Johanne Albo*, *Petro* ſacerdote, & aliis.

MONKETONENSE

Cœnobium in agro Eboracenſi.

Carta Henrici Murdac *archiepiſcopi* Eborum *de confirmatione* Willielmi *de* **Arches** *&* Ivette *uxoris ſue de fundatione ſanctimonialium de* **Monketon**, *vulgò* **Nun-Monketon.**

Ex archivis Archiepiſc. *Ebor.* penes ejus regiſtri cuſtodem. f. 137. a.

HEnricus Murdac, Dei gratia archiepiſcopus *Eborum*, univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit ſalutem in domino. Notum ſit univerſitati veſtræ, *Willielmum* de **Arches**, & *Ivettam* uxorem ejus, conceſſiſſe, & hac carta ſua confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ*, & *Matildæ* filiæ ſuæ & ſanctimonialibus de **Monketon** ibidem Deo ſervientibus, totam terram ſuam in **Monketon**, ſcilicet, ſex carucatas terræ in eadem villa; & dimidiam carucatam in **Hamerton**, in puram, & perpetuam elemoſinam, cum pertinentiis ſuis, & eccleſiam de **Torp**, & eccleſiam de **Hamerton**, & eccleſiam de **Eſcham**, & eccleſiam de **Kirkby** juxta **Uſeburn**, quam *Elias* de **Ho**, per concilium & petitionem Domini *Willielmi* de **Arches**, coram meipſo conceſſit, & dedit eiſdem ſanctimonialibus, in puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus pertinentiis ſuis. Hanc autem elemoſinam, caritatis intuitu, & pro ſalute animæ noſtræ, eiſdem ſanctimonialibus, autoritate noſtra, confirmamus omnino in proprios uſus profuturam; Quare volumus & firmiter præcipimus ut eas habeant & poſſideant, liberè, & quietè, plenariè, & integrè, & honorificè, ſalvis ſynodalibus, & archiepiſcopalibus. Omnes ergo quicunque hanc elemoſinam & noſtram confirmationem diſturbant, maledictionem Dei & noſtri ſemper incurrant. Hiis teſtibus, *Laurentio* de **Werkeworth**, *Thoma* de **Stotewayn**, magiſtro *Roberto* de **Werli**, *Willielmo* de **Gozam**, magiſtro *Everardo*, *Richardo Murdac*, *Richardo Cruer*, *Petro* de **Falcomberge**, *Herberto* de **Sutton**, *Odardo Comin*, *Willielmo* de **Rughford**, *Thoma* de **Northampton**, *Richardo* filio *Hugonis*, *Gilberto* de *Bellu*, *Richardo* filio *Wigonis*, *Jordano Maleberbe*, *Helia* filio *Radulphi*, *Uctredo* filio *Gamelli*, *Laurentio* filio *Hugonis*, *Radulpho* filio *Herlewyni*, *Roberto Pedeſer*, & multis aliis.

HALISTANE *in com.* Northumb.

De patronatu Domini Ricardi *de* **Umfranvill.**

In Regiſt. *Ricardi* de *Kellawe*, epiſcopi *Duneln.* apud caſtrum *Dunelm.* an. 1640.

R*Icardus* epiſcopus *Dunelmenſis* conſolidavit & univit eccleſiam de **Croſſanſet**, & capellam de **Harbotell**, eccleſiæ de **Haliſtan**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, &c. Statuens quod de cætero unum & idem beneficium eccleſiaſticum de **Haliſtan** nuncupetur, & fructus ejuſdem in proprios uſus veſtros liberè converterentur. Sed ne animarũ cura dicto beneficio, nec ejus partibus depereat, ſeu quomodolibet negligatur, nobilis viri domini *Ricardi* de **Umfranvill** advocati & patroni veſtri ordinatione, ſuper hoc habita, ſtatuimus, quod ſit ibidem vicarius *(&c.)* Datum nono die Februarii an. Dom. MCCCxj.

Carta Regis *Henrici* tertii.

Cart. 39. H. 3. m. 2.

R*Ex archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & confirmaſſe Prioriſſæ & monialibus de* **Halyſtan** *donationes ſubſcriptas videlicet de dono* Aeleſiæ *de* Alneto *totam terram quam ipſa* Aleſia *tenuit in villa de* **Hedreſtone**; *ſcilicet tres bovatas terræ cum uno tofto & crofto & cum omnibus libertatibus & aiſiamentis ad præfatam villam pertinentibus. Et de dono* Rogeri Bertram *totum boſcum qui vocatur* **Baldwineſwode** *per has diviſas; ſcilicet à campo foſſati monialium ex auſtrali parte deſcendentis in* **Silleſdoneburne**, *& per* **Silleſdoneburne** *aſcendendo verſus occidentem uſque ad diviſas de* **Thornetone**, *& ſic per vetus foſſatum verſus aquilonem uſque diviſas* Rogeri *de* **Merley**, *& ſic per illas diviſas uſque diviſas de* **Stantone** *verſus orientem, & ſic uſque foſſatum dictarum monialium verſus aquilonem, cum libero introitu & exitu ſine aliquo retenemento, & cum omnimodo aiſiamento, & omnibus commoditatibus & utilitatibus tam in ædificiis quam in omnibus aliis quæ prædictæ moniales infra prædictas diviſas facere voluerint vel potuerint, & cum libera moltura bladi provenientis de eodem boſco ad molendina ipſius* Rogeri *in parochia de* **Midford**, *& cum communa ad omnimoda averia ipſarum monialium in communibus paſturis de* **Neutone** *&* **Trophill** *tunc habitis extra diviſas earundem monialium, ſicut carta prædictorum* Aleiſiæ *&* Rogeri *quas prædictæ moniales inde habent rationabiliter teſtantur. Quare volumus (&c.) Dat. per manum noſtram apud* Novum-caſtrum *ſuper* Tynam XXV. *die Septembris.*

DUNSTER-

DUNSTERENSIS

Prioratus, in agro Somerſetenſi.

Carta Johannis *de* Mohun *per regem* Edwardum *tertium confirmata.*

Pat. 20 E. 3. part. 2. m. 30.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem; Inſpeximus ſcriptum quod *Johannes* de Mohun, dom. de Dunſterre, fecit in hæc verba. Univerſis Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit, *Johannes* de Mohun, dominus de Dunſterre, ſalutem. Sciatis me acceptas habere omnimodas donationes & gratas quas omnes anteceſſores mei fecerunt eccleſiæ ſancti *Georgii* de Dunſterre, & monachis ibidem Deo ſervientibus, videlicet, eccleſiam ſancti *Georgii* de Dunſterre, & totam decimam ejuſdem villæ de Dunſterre, tam vinearum quam carucarum, molendinorum, & mercati. Necnon & virgulti, Ac etiam omnium pecudum, & totam villam de Alcumbe, & omnia ſibi pertinencia liberè & quietè ab omni ſervicio, ſcilicet, unam hidam terræ per hos limites, ſcilicet de Horſtomſden per viam quæ dicitur Humeweye, uſque Southdonerigge, & per ſtratam regiam Southdonerigge, uſque ad Stonebury, & inde uſque ad aquam Wallſerlegh, & inde per aquam uſque ad *le* Mulepoliſheved de Staunton, & inde per tranſverſum viæ uſque ad foſſatum ex alia parte viæ, & per illud foſſatum uſque ad viam quæ tendit ultra collem juxta nemus de Staunton, & inde per *la* rigge uſque ad *la* Pethlane, & inde de *la* Witeſtone linealiter eundo ad borealem partem verſus mare uſque ad *la* Paldevith linealiter eundo ad partem borealem verſus mare uſque ad *la* Northepulle, & per *la* Northepulle ad *la* Foghelriſmerſh, & per *la* Foghelriſmerſh uſque ad Horſewolde, & inde per vetus foſſatum in auſtrali parte lacus, recto tramite uſque ad Horſtomſcombe. Et dimidiam partem decimæ de dominico de Minheved. Et totam decimam de Brodewode. Et omnem decimam de Carampton. Et totam decimam de Newton. Et dimidiam decimam de Bramfeld. Et totam decimam de Stokelond. Et totam decimam de Culvetone. Et duo piſcatoria, unum pertinens ad *Dunſterram*, & aliud ad *Caramptonam.* Et totam decimam equarum mearum de More. Et decimam beſtiam, porcorum meorum de Dunſtar, Carampton, & Culveton, nomine decimæ, ſecundum quod contigerit eas capi, vivas vel mortuas. Et eciam paſturam quæ vocatur Foghelerіſmerſh. Et terram de Frekeford. Et unum ferlingum terræ de manerio meo de Codecombe apud Chaldewille. Et unum ferlingum terræ qui jacet inter *la* Stentewille, & molendinum de Cogbrigge. Ac eciam omnia burgagia in Dunſterre, quæ omnes anteceſſores mei eiſdem dederunt & conceſſerunt, una cum relaxatione ſectæ Hundredi mei de Minhevid, quam dominus *Reginaldus* de Mohun eis inde fecit. Et inſuper eccleſiam de Culveton, cum omnibus pertinentiis ſuis, & decimis & decimam de dominio de Streveton, de Cumbe, & de Codisford. Et totam terram de Kynevordiſham. Et decimam de Ereford. Terram eciam de Hanelham, quam *Willielmus* de Mohun dedit pro ſalute animæ *Radulfi* de Mohun. Tres eciam ferlingos terræ apud Nordecom, liberos & quietos ab omni ſervicio, in puram & perpetuam elemoſinam. Hæc autem omnia prædicta, prædictis Priori & Monachis de Dunſterre data & conceſſa & confirmata, cum omnibus pertinenciis ſuis ſecundum modum & vim monumentorum ſuorum, de illis, ex anteceſſoribus meis ſibi factorum, inperpetuum ratifico & confirmo. In cujus rei teſtimonium ſigilli mei munimine præſens ſcriptum roboravi. Hiis Teſtibus, dominis *Simone* de *Furveaux*, *Edwardo* de *Eſtrudling*, *Radulpho* de *Fiſourez*, *Alexandro Loteril*, & *Johanne Membury* militibus, *Johanne Durbrogh*, *Johanne* de *Bracton*, *Edmundo Martyn*, *Gilberto Hewiſh*, *Galfrido* de *Anele*, & multis aliis. Datum apud Dunſterre die Dominica proxima poſt feſtum decollationis ſancti *Johannis Baptiſtæ* anno regni regis *Edwardi tertii* à Conqueſtu quinto decimo. Nos autem acceptationem, ratificationem & confirmationem prædictas ratas habentes & gratias, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus, ſicut ſcriptum prædictum rationabiliter teſtatur. In cujus &c. T. *R.* apud *Porceſter* duodecimo die Junii.

Abbata de MARGAN.
in Wallia.

Ex chron. in princip. codicis vocat. *domeſday* penes Remem. Regis in Scac.

ANno MCxlvij. fundata eſt abbatia de Margan à *Roberto* comite *Glouc.* qui conſtruxit caſtrum & turrim & Prioratum ſancti *Jacobi Briſtoll*: qui Comes eodem anno obiit, & ſepultus eſt in dicto Prioratu.

Carta Regis Johannis.

Carta 6. *Joh.* n. 5.

JOhannes Dei gratia, &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de Margan, & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes ſubſcriptas donationes eis rationabiliter factas; ſcilicet, ex dono *R.* comitis *Glouceſtriæ*, & *Willielmi* filii ejus, terras inter Avene & Kenefeg, cum pertinentiis, & unum burgagium in Beneſeg, & unum burgagium in *Lan*. . . . ., & unum burgagium in *Novoburgo*, & unum burgagium in Briſtoll, Ex dono eorundem. Et ex dono *Hugonis* de Hereford C. acras. Ex dono *Rethereth*, & hæredum ejus centum acras. Ex dono *Gilberti Germus*, & hæredum ejus. l. acras. Ex dono *Willielmi Gille*, & hæredum ejus xl. acras. Et dono *Warini* filii *Kadigan* xx. acras. Ex dono *Burgenſium*, & liberorum hominum de Kenefeg quicquid habent in villa de

Kenefeg vel extra. Ex dono *Morgani* filii *Oeni* & **Havedhaloch** quicquid continetur inter **Kenefeg** & **Baptham**. Ex dono *Willielmi Scurlagge*, & hæredum ejus, feodum de **Langwyp**. Ex dono *Nicolai Puniz*, & conceſſione *David Scurlagg*, totum feodum illud de **Langwyp**. Ex dono *Thome* de **Laghell** C. acras. Ex dono *Morgani* filii *Cradoci*, & hominum ejus quicquid habent in territorio *Novi caſtelli*. Ex dono *Henrici* de **Hunfravill**, apud *Landmanti* C. & lx. acras. Ex dono *Johannis* de **Bonevill** l. acras. Ex dono *Templariorum* xl. acras. Ex dono *Morgani* filii *Cradocy*, **Puntlimor**. Ex dono *Hugonis* de **Langkarnan**, & hæredum ejus xxx. acras. Ex dono *Urbani* ſacerdotis de **Pondewelin** xij. acras. Ex dono Burgenſium, ſive liberorum hominum de **Kaerdif**, quidquid habent in villa de **Kaerdif** vel extra. Ex dono *Morgani* filii *Cradocy* quicquid habet in mariſco de **Aven**, & **Roſſamerin**, & communem paſturam in montanis inter **Taf**, & **Nethe**. Ex dono *Giſtelard*, & hæredum ejus terram quam idem *Giſtelard* tenuit extra **Kenefeg**. Habenda & tenenda imperpetuum ſicut cartæ donatorum quas inde habent rationabiliter teſtantur. Conceſſimus etiam, & confirmamus eis, omnes alias donationes, venditiones & invadiationes, eis rationabiliter factas, vel faciendas, ſicut cartæ donatorum, venditorum, & invadiatorum, quas inde habent, vel habituri ſunt teſtantur, vel teſtabuntur. Quare volo *(&c.)* T. domino *H. Cantuarienſi* archiepiſcopo, domino *E. Elienſi* epiſcopo, *G.* filio *Petri* *(&c.) Saero* de **Quency**, *Symone* de **Pateſhull**, *Petro* de **Stoks**, *Reginaldo* de **Cornhill**, *Fulcone* de *Kantilupo*. Datum per manum *J.* de *Well.* apud *Weſtmonaſterium* xv. die Maii anno R. &c. vj.

Ex chron. de ***Stanley*** **in** ***wilteſ.*** **in bibl.** ***Bodleiana.***

Anno MCCxliiij. *Herbertus* filius *Mathei* lapidibus obrutus eſt in *Wallia* juxta abbathiam de **Margan**, in qua ſepultus jacet.

BLACKBURGENSE
cœnobium in agro Norfolcienſi.

Charta Rogeri *de* **Scales**.

Ex regiſtro de ***Blackburgh*** **in bibl.** ***Spelmanniana.***

RErum geſtarum memoria litteris proinde committitur, ut excluſa, oblivione impoſterum inde veritas comprobetur. Eapropter noverit præſens etas, noverit ſecutura poſteritas, noverint omnes quod ego *Rogerus* de **Scales**, & *Muriell* uxor mea, dedimus & conceſſimus Deo & ſanctæ *Maria*, & ſanctæ *Katherine* virgini, & fratribus qui eis ſerviunt, & ſervituri ſunt in loco qui vocatur **Shiplade**, *la mareis & la tere wainnable & la bruere, qatre vintz parches de leech*, & in longum *des la diviſe de Wirmegay*, uſque *a la tere wainnable* de **Middleton**, & ſuper **Blackebergh** viginti *acras*, & *la culture del* **Heighe** & undecim *parches del bois en leed*, & viginti ſex acras verſus orientem de **Halech**, & verſus occidentem ex **Halgh**, treſdecim *perches* de *leed*, & viginti quinque, in longum de prato, & **faldſogne** per omnes campos de **Middleton**, & hominum *Ednoch*, & uxoris ejus & filiorum & filiarum. Hæc omnia dedimus in elemoſinam perpetuam liberè & quietè cum omnimoda libertate poſſidenda, prædictis fratribus Deo & ſanctæ *Maria*, & ſanctæ *Katherine*, & omnibus ſanctis ſervientibus, & ſervituris, abſque omni exactione & ſervitio temporali, & conſuetudine ſeculari: pro ſalute animarum noſtrarum & pro incolumitate filiorum & filiarum noſtrarum, pro animabus patrum & matrum noſtrarum & omnium prædeceſſorum noſtrorum, conceſſione & conſenſu heredum meorum *Willielmi*, *Roberti*, & omnium filiorum meorum. Conſervantibus igitur & manutenentibus & promoventibus hanc noſtram elemoſinam ſit pax & benedictio Dei omnipotentis & omnium ſanctorum ejus: Minorantibus autem & diſturbantibus & inſectantibus ſit Dei maledictio donec ſeſe correxerint & ad emendationom venerint. Ego *Rogerus* de **Scales** huic meæ donationi ſubſcripſi. ✠ Ego *Muriell*, uxor ejus ſubſcripſi. ✠ Ego *Willielmus* filius *Rogeri* ſubſcripſi. ✠ Ego *Robertus* concenſi. Teſtibus, &c.

Alia ejuſdem Roberti *carta.*

Ibid.

ROBertus de **Schales**, univerſis Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me *Robertum* de **Schales** conceſſiſſe, & confirmaſſe hac mea charta, Deo & S. *Mariæ*, & ſanctæ *Caterine* virgini, & ſororibus ibidem Deo ſervientibus, & ſervituris, in loco qui vocatur **Shiplade**, & alio nomine vocatur **Blakebergh**, mariſcum & terram wanibilem, & bruieram octoginta particas in latitudine, & in longum a diviſione **Wirmegay**, uſque ad terram cultam **Middelton**, & ſuper **Blakeburgh** viginti acras, & culturam de **Heigh**, & undecem particas in latitudine in boſco & viginti ſex acras apud orientem de **Halech**, & apud occidentem de **Halech** treſdecem particas in latitud. & viginti quinque in longum de prato, & faldſognam per omnes campos **Middleton**, & homagium *Ednoch*, & uxoris, filiorum, & filiarum ejus, & **Sandegateſgnol**, & quatuor acras & dimidiam de prato in **Halech**, & terram quæ ad me pertinet in deſcenſu de **Sengdebere**, & in **Halech** juxta cruftam vice. unam acram, & duas acras de prato en **Canwelle**, & duodecem denarios reddendos annuatim ex dono *Willielmi* fratris mei, & partem quæ ad me pertinet de **Leveſtoc**, & terram quæ ad me pertinet de **Lameſeye**, & ſeptem particas in latitudine, cum tota longitudine ſua in mariſco apud **Sechich**. Et preterea ex dono meo duodecem ſolidos annuatim reddendos de molendino **Wridlington**; Hæc omnia conceſſi, & preſenti carta mea confirmavi in perpetuam elemoſinam liberè, & quietè, cum omni libertate poſſidenda, Deo & ſanctæ *Mariæ*, & ſanctæ *Caterine* virgini, & prædictis ſororibus abſque omni exactione, & ſervitio temporali, & conſuetudine ſeculari, pro ſalute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, & uxoris meæ, & fratrum, & ſororum mearum, & omnium prædeceſſorum meorum, & omnium benefactorum

nefactorum meorum, & omnium quibus injuſtè nocui, conceſſione, & conſenſu filiorum meorum *Rogeri* & *Roberti*. Hiis teſtibus, &c.

Vide Vol. 2. *pag.* 879. *Col.* 1.

HENWODENSIS *Prioratus in agro* Warwicenſi.

Carta fundationis per Ketelbernum *de* Langdona.

Ex ipſo autog. penes Will. Spencer de herwood armig. an 1636.

G*VALTERO* Dei gratia *Ceſtrenſi* epiſcopo, & univerſis ſanctæ eccleſiæ filiis, *Katelbernus* de *Langedona* ſalutem. Sciant omnes tam poſteri quã preſentes, quod ego *Ketelbernus* pro ſalute animæ meæ, & domini mei *Hugonis* de *Ardena*, & uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, parentum & amicorum, voluntate & aſſenſu ejuſdem domini mei *Hugonis* de *Ardena* dedi & conceſſi in perpetuam & liberam elemoſinam Deo & ſanctæ *Margaretæ* virgini & ſanctimonialibus apud *Eſtwellam* regulariter Deo ſervientibus partem de libero dominio meo de *Langedona*, ſcilicet prædictum locum *Eſtwellam*, & quicquid circumjacet prædicto loco *Eſtwellæ*, in boſco & in plano, & in aquis à fovea **Hinewudeſheth** per **Murrewej** uſque ad vadum **Coleford**, & à vado **Coleford** ſicut aqua *Blitha* currit uſque illuc ubi aqua **Merebroch** cadit in eandem aquam *Blitham*, & inde incontra montem ejuſdem aquæ **Merebroch**, uſque illuc ubi torrens **Rodbroch** cadit in ſupradictam aquam **Merebroch**, & inde in contramontem ejuſdem torrentis **Radbroch**, uſque illuc ubi idem torrens oritur; Et inde per medium **Timbreſceage**, uſque ad ſupradictam foveam **Hinewudeſheth**, excepto **Muchelingewich**. Volo etiam & concedo ut eædem ſanctimoniales habeant curiam ſuam liberam & omnes conſuetudines ſuas & libertates, ſicut ego meam Curiam, & meas conſuetudines & libertates melius & plenius habeo ex conceſſu domini mei *Hugonis* de *Ardena*. Concedo etiam ſupradictis ſanctimonialibus, ut ubicunque mea animalia, mei equi, meæ oves, meæ capræ, mei porci jerint in paſturam, ipſæ habeant ibidem ſua animalia, ſuos equos, ſuas oves, ſuas capras, & ſuos dominiccs porcos plenè & in liberè ſine pannagio, & ſine omni conſuetudine. Et ſi fortè evenerit ut ego nulla animalia haberem, concedo ut omnia ſupradicta animalia ſanctimonialium eant ubique in paſturam ubi mea animalia irent, ſi aliqua haberem. Ad hæc concedo eiſdem ſanctimonialibus ut in toto boſco meo de *Langedona* ubicunque voluerint, & neceſſe eis fuerit, habeant plenariam licentiam accipiendi materiem ad eccleſiam ſuam, & ad omnes officinas ſuas, & ad omnes domus ſuas faciendas, & ad omnia eiſiamenta ſua præter venditionem & donationem, Et ſi invenerint in terra ſua opportunum locum faciendi molendinum, concedo eis licentiam firmandi illud ex altera parte ripæ in mea terra. Volo itaque ut ſupradictæ ſanctimoniales habeant & teneant hanc meam elemoſinam ad ſerviendum ita bene & in pace liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio, ſicut ego liberius & quietius teneo meam terram de meo domino *Hugone* de *Ardena*. Et ideo rogo univerſos fideles eccleſiæ, ut pro amore Dei, & pro ſalute animarum ſuarum, manuteneant hanc meam elemoſinam, & warantizent & defendant. Si autem meus hæres aliquod de hac mea elemoſina auferre vel minuere temptaverit, iram & maledictionem Dei, & meam habeat: Et ſi ipſas ſanctimoniales & hanc meam elemoſinam manutenuerit & ſuſtentaverit gratiam Dei habeat, & omnem benedictonem quam pater poteſt dare filio ipſi & ſucceſſoribus ejus id ipſum conſervantibus in perpetuum concedo. Sciant omnes quod dederam & conceſſeram Deo & ſanctæ *Margaretæ* virgini & prædictis ſanctimonialibus totam hanc elemoſinam antequam dare & concedere quicquam meæ terræ de *Longedona*, *Thomæ* de *Tameurda* genero meo. Hujus meæ donationis ſunt teſtes *Laurentius* Prior *Coventriæ*, *Radulfus* Prior de *Keningwrda*, & *Rogerus* Subprior, & *Baldwinus* cellerarius, & *Johannes Propheta*, & *Willielmus* de *Langelei* canonicus *Keningwrdæ*, *Willielmus* decanus de **Radeford**, *Hugo* de *Ardena*, & *Adela* uxor ejus, *Willielmus* de *Ardena*, & *Agnes* uxor ejus, *Juliana* uxor *Chetelberni*, & *Robertus* filius, & *Turchil* frater *Chetelberni*, *Adam* nepos, & *Giſlebertus* armiger *Chetelberni*.

Bulla Innocentii *Papæ*.

Ibid.

I*Nnocentius* epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſæ & conventui monaſterii de **Hynwede**, per Prioriſſam ſoliti gubernari, ordinis ſancti *Benedicti Lichfeldenſis* dioc. ſalutem *(&c.)* Digna exauditione vota perſonarum humilium maximè divinis laudibus ſacræque religionis obſervantiæ apoſtolico nos convenit favore proſequi, & ipſarum neceſſitatibus occurrere proviſionis gratia congruentis. Sanè petitio veſtra nobis nuper exhibita continebat, quod olim claræ memoriæ *Ricardus* Rex *Angliæ* pietatis intuitu, quantum in eo erat, pro ſe & hæredibus ſuis, vobis & monaſterio veſtro jus patronatus ſeu advocationem parochialis eccleſiæ de **Chorlton** & de **Ottemore** *Lincoln.* dioc. quod ſeu quæ ad ipſum regem tunc pertinebat, ad effectum quod dicta eccleſia vobis & dicto monaſterio imperpetuum uniretur; Ita etiam quod perpetua vicaria, ſufficientur dotata, inſtituetur in ipſa eccleſia, & perpetuo vicariæ inibi dominio ſervituro, & etiam pro recreatione pauperum parochianorum ipſius eccleſiæ alia perpetua portio moderanda arbitrio dioceſani loci deputari deberent; necnon ſub aliis modis ſeu conditionibus licitis tunc expreſſis, regia liberalitate donavit. Ac ſucceſſivè prædicto rege vita functo cariſſimus in Chriſto filius noſter *Henricus* Rex *Angliæ* illuſtris inopie veſtræ piè compatiens, nedum donationem prædictam approbans & confirmans, ſed etiam ſuæ largitatis gratiam vobis peramplius apperiens, jus patronatus parochialis eccleſiæ de **Everdon** juxta **Davantre** dictæ dioc. ad eundem effectum; necnon ſimilibus modis vobis & dicto monaſterio piè donavit ſeu conceſſit,

R. 2.

prout in quibuſdam authenticis literis inde confectis, ipſorum regum ſigillis munitis, dicitur pleniús contineri. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, vos quæ ut aſſeritis duodecim numero eſtis, ordinem ſancti *Benedicti* profeſſa die nocteque altiſſimo ſub magna paupertate deſervitis laudabiliter in divinis in monaſterio memorato, & illius fructus redditus & proventus ſecundum communem exiſtimationem ultra novem marchas ſterlingorum annuatim non aſcendant de quibus ſuſtentari ullatenus non valetis, & quas quidem novem marchas ex fructibus, redditibus & proventibus parochialis eccleſiæ de **Bikenhill**, *Lichfeldenſis* dioc. quæ dicto monaſterio in ejus primeva fundatione canonicè unita fuit, ipſius eccleſiæ de **Bikenhill** deductis oneribus duntaxat percipitis annuatim, pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut de **Chorlton**, & de **Everdon** eccleſias prædictas, quarum fructus, redditus, & proventus octoginta marcharum dictæ monetæ ſecundum exiſtimationem præfatam valorem annuum, ut etiam aſſeritis non excedunt, dicto monaſterio imperpetuum incorporare annectere & unire, de benignitate apoſtolica dignaremur.

Nos igitur vobis paterno compatientes affectu, & de aliquo ſubventionis auxilio providere volentes, **Chorlton** & de **Everdon** eccleſias prædictas cum omnibus juribus & pertinentiis earum prædicto monaſterio, aucthoritate apoſtolica perpetuo incorporamus annectimus & unimus, ita quod cedentibus vel decedentibus earundem de **Chorlton** & de **Everdon** eccleſiarum rectoribus qui nunc ſunt, aut ipſas eccleſias alias quomodolibet dimittentibus, per vos vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem eccleſiarum juriumque & pertinentiarum prædictorum authoritate propria apprehendere, ac extunc in uſus proprios veſtros retinere necnon earum fructus redditus & proventus antedictas in utilitatem veſtram, & dicti monaſterii, necnon in ſupportationem onerũ vobis pro tempore incumbentium convertere, liberè & licitè valeatis, & hujuſmodi loci dioceſani, & cujuſcunque alterius ſuper hoc licentia ſeu concenſu minimè requiſitis. Ita tamen quod juxta diſpoſitionem ſeu voluntatem dictorum regum in eiſdem literis expreſſam, prædicti dioceſani arbitrio de **Chorlton** & de **Everdon** eccleſiarum fructibus, redditibus & proventibus antedictis, ſingulæ pro ſingulis vicariis hujuſmodi inibi inſtituendis, de quibus ipſi vicarii congruè ſuſtentari, epiſcopalia jura ſolvere, & alia ſibi onera incumbentia poſſint commodè ſupportare; necnon etiam aliæ ſingulæ portiones inter utriuſque de **Chorlton** & de **Everdon** eccleſiarum prædictarum pauperes parochianos pro tempore diſtribuendæ reſerventur, non obſtantibus ſi aliquis ſuper proviſionibus ſibi faciendis de parochialibus eccleſiis in illis partibus ſpeciales vel generales noſtras vel prædeceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum aut legatorum ſedis apoſtolicæ literas impetravit, etiamſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem literas & proceſſus habitos per eaſdem, ad prædictas eccleſias volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem parochialium eccleſiarum aut beneficiorum aliorum prejudicium generaretur, & quibuſlibet literis, indulgentiis & privilegiis apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant per que præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum haberi debeat in noſtris literis mentio ſpecialis, nos enim de nunc irritum decernimus & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ incorporationis, annectionis, unionis, & conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire (*&c.*) Dat. *Romæ* apud ſanctum *Petrum* quinto kal. Maii, pontificatus noſtri anno primo.

S. RADEGUNDIS *juxta* Cantabrigiam *Prioratus.*

Carta Regis *Stephani.*

Cart. 7 E. 2. m. 18.

Vide ibid. m. 37.

REX *archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus cartam confirmationis quam dominus* Stephanus *quondam Rex* Angliæ *progenitor noſter fecit in hac verba.* S. *Rex* Angliæ *epiſcopo de* **Eli** *& juſticiariis & vicecomitibus, & baronibus, & miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis de* Cantebrig-ſcira *ſalutem. Sciatis me confirmaſſe, & conceſſiſſe eccleſiæ, & ſanctimonialibus ſanctæ* Mariæ *de* Cantebr. *donationem illam quam* Willielmus *monachus aurifaber eis fecit de duabus virgatis terræ, & de ſex acris de prato, & de quatuor cotariis cum tenura ſua in* Shelforda *in elemoſina, pro anima Regis* Henrici, *& pro Dei fidelibus. Quare volo* (&c.) *Teſtibus* Willielmo Martell, *&* Rain. *de* Warenna *apud* Mapertes Halam *in obſidione. Inſpeximus etiam quandam aliam cartam confirmationis quam idem* Stephanus *fecit ſanctimonialibus de* Cantebr. *in hac verba.* S. *Rex* Angliæ *epiſcopo de* **Eli** *& juſticiar. & vic. & baron. & miniſtris & omnibus fidelibus ſuis de* Cantebrig-ſcira *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe donationem illam quam comitiſſa* Conſtancia *uxor comitis* Euſtachii *filii mei fecit ſanctimonialibus de* Cantebr. *in elemoſinam de tota piſcatura & aqua quæ burgo* Cantebr. *pertinet, & de quietantia totius terræ ſuæ. Quare volo* (&c.) *Teſtibus* Fulcone *de* Oilli, *&* Roberto *filio* Unfr. *&* Ricardo *de* Bada, *&* Henrico *de* Novo-Mercato *apud* Cantebr.

Inſpeximus etiam cartam quam Henricus *quondam Rex* Angliæ *avus noſter fecit prædictis monialibus in hac verba.* Henricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ, *dux* Normanniæ, Aquitaniæ, *& comes* Andegaviæ *omnibus ad quos præſentes*

ſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris Prioriſſæ & monialibus ſanctæ Radegundis *quod claudere poſſint & clauſam tenere imperpetuum quandam croftam ſuam quæ jacet inter eccleſiam ipſarum Prioriſſæ & monialium, & foſſatum de* Cantebr. *ex parte occidentali, ſalvo nobis in omnibus & per omnia foſſato noſtro. In cujus* (&c.) *Teſte me ipſo apud* Weſtm. *decimo ſeptimo die Aprilis anno regni noſtri triceſimo quinto. Nos autem conceſſiones* (&c.) *Et donationem conceſſionem & confirmationem quas* Willielmus *de* Scallariis *fecit prædictis monialibus de tota terra ſua quam pater prædicti* Willielmi *dedit eiſdem in* **Wrattingg**, *Et donationem conceſſionem & confirmationem quas* Ricardus *filius* Willielmi *de* Eſcallariis *fecit præfatis monialibus de quindecim acris terræ cum prato in eadem villa, Et donationem* (&c.) *quas* Stephanus *de* Eſcallariis *&* Juliana *uxor ejus fecerunt prædictis monialibus de quaterviginti acris terræ cum quodam managio in eadem villa* (&c.) *ratas habentes & gratas* (&c.) *confirmamus* (&c.)

Veredictum juratorum Burgi Cantabrigiæ *ſuper articulis ſubſcriptis, viz. per* Bartholomeum *filium* Michaelis (&c.)

QUæ & quot maneria dominica Rex habet in manu ſua in com. *Cantabrigiæ* & *Huntedoniæ*, tam de antiquis dominicis coronæ, quam de Eſcaetis & perquiſitis, Inter alia. ut ſequitur.

Prioriſſa & moniales S. *Radegundis Cantab.* habent quendam locum juxta **Grencrofte** in quo inhabitant, & ubi eccleſia ſua conventualis fundata eſt, & continet decem acras terræ. Quem quidem locum habent ex dono *Maucolmi* quondam Regis *Scotiæ*; Qui quidem *Maucolmus* dedit eiſdem terram prædictam, in puram & perpetuam elemoſinam, ad fundandam eccleſiam ſuam in eadem. Qualiter dictus *Maucolmus* Rex pervenit ad terram illam neſciunt.

Item prædicta Prioriſſa & moniales tenent quatuor acras terræ jacentes juxta terram prædictam, quam quidem terram habent de dono *Nigelli Elyenſis* epiſcopi. Qui quidem *Nigellus* dedit eam eiſdem in puram & perpetuam elemoſinam. Et *B.* quondam Prior *Elyenſis* & conventus *Elyenſis* eccleſiæ dictam donationem, eiſdem monialibus factā, conceſſerunt & confirmaverunt.

Item prædicta Prioriſſa, & moniales tenent quinque acras terræ, jacentes inter monaſterium & **Grenecroft**, quas habent de dono *Euſtachii*, quondam *Elyenſis* epiſcopi, qui quidem *Euſtachius* dedit eiſdem dictam terram in puram & perpetuam elemoſinam. Et *Johannes* quondam *Elyenſis* epiſcopus, & *Rogerus* quondam Prior *Elyenſis*, & capitulum *Elyenſis* eccleſiæ, dictam donationem, eiſdem factam conceſſerunt & confirmaverunt.

LANGLEIENSE *Cœnobium in comitatu* Leiceſtrenſi.

INquiſitio capta apud **Bredon** coram eſcaetore domini regis octavo die Junii anno regni regis *Edwardi* triceſimo quarto. Videlicet ſi Prioratus monialium de **Langeleye** de fundatione anteceſſorum *Roberti* de **Tateſale** defuncti exiſtat, & ſi moniales illæ in vacationibus ejuſdem domus licentiam eligendi aliam monialem ejuſdem domus in prioriſſam, a prædicto *Roberto* de **Tateſale** vel ab anteceſſoribus ſuis petere ſolebant, necne. Et quem & cujuſmodi ſtatum præfatus *Robertus* & anteceſſores ſui vacante prioratu illo retroactis temporibus in eodem habere conſueverunt, per ſacramentum *Willielmi Gille* de **Overton**, *Simonis* filii *Ricardi* de **Worthington**, *Rogeri* filii *Ricardi* de **Duranthorp**, *Willielmi Balle* de **Weneleſton**, *Henrici Frаunceys* de **Snypeſton**, *Mathei le Mey* de eadem, *Roberti Schirloc* de **Tunge**, *Johannis* piſtoris de **Andurchurche**, *Willielmi Talun* de **Weneleſton**, *Willielmi* clerici de eadem, *Willielmi le Spenſer* de **Belton** & *Ricardi Attehalleyate* juratorum. Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod dictus prioratus monialium de **Langeleye** de fundatione anteceſſorum *Roberti* de **Tateſale** exiſtit. Dicunt etiam, quod prædictæ moniales ejuſdem domus in vacacionibus licentiam eligendi aliam in prioriſſam domus illius ab eodem *Roberto* vel ab anteceſſoribus ſuis petere non ſolebant nec petere debent. Item dicunt quod præfatus *Robertus* & anteceſſores ſui, vacante prioratu illo, retroactis temporibus huc uſque unum garcionem cum alba virga ad cuſtodiendum portam, ſolum victum percipiendo in eodem, nomine ſuo habere conſueverunt. In cujus rei teſtimonium huic inquiſitioni prædicti juratores ſigilla ſua appoſuerunt. Dat. die loco & anno ſupradictis. Eſcaet. a. 34 *Ed.* 1. n. 119.

Langley, ſaint Mary, **a Nunnery, founded by ſir** William Pantulphe, **and** Burgia **his wief.** *Lel* coll. to. 1.

Langleya, ſanctimonialium cœnobium, divæ *Mariæ* ſacrum, à *Gulielmo Pantulph*, & *Burga* ejus uxore fundatum.

Prioratus monialium de **Langle** patronus *Robertus* de **Tateſhall**. Rot. 5 *H.* 3. 1220. bibliotheca *Cottonianâ.*

SANDELFORDENSIS *Prioratus alias* **Sanford**, *in agro* Berrocenſi.

Carta regis Edwardi *primi.*

REX archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe dilectis nobis in Chriſto, Priori & Cōventui de **Sandelford** quod ipſi, & ſucceſſores ſui, imperpetuum ha- Cartæ 21 E. 1. n. 16.

beant liberam warrenam in omnibus dominicis terris ſuis de **Sandelford** & **Endeburne**, in comitatu **Berks**, dum tamen terræ illæ non ſint infra metas foreſtæ noſtræ, *(&c.)* Datum per manum Regis apud *Weſtmonaſterium* viceſimo die Junii.

Carta Sajeri *de ſancto* Andreæ.

Ex autog. in bibl. *Hatton.*

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Saiherus* de ſancto *Andrea* ſalutem. Sciatis me dediſſe, & hac preſenti Carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Nicolai* de **Sandford**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, & pro anima comitis *Wintoniæ* avunculi mei, & *Roberti* de *Quinci* filii mei, & fratrum ſuorum, quinque ſolidatos redditus in villa mea de **Litlemore** annuatim recipiendos *(&c.)*

Vide Vol. 3. *pag.* 13. *col.* 1.

SETONENSIS *Prioratus in comitatu* Cumbriæ.

Carta Henrici *ducis* Lancaſtriæ.

Ex autog. in officio Armorum.

H*ENRICUS* dux *Lancaſtriæ*, comes *Derbiæ*, *Lincolniæ* & *Leyceſtriæ*, & Seneſcallus *Angliæ*, Omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis pro eo quod accepimus ex teſtimonio fidedigno, quod Prioratus de **Seton** in comitatu *Cumbriæ* ita exilis exiſtit, quod ad ſuſtentationem Prioriſſæ & monialium ejuſdem Prioratus ſufficere non poſſit: Nos in honore Dei & ſancti *Leonardi*, & prætextu licentiæ excellentiſſimi principis domini noſtri Regis *Angliæ* & *Franciæ* illuſtris, nobis, & præfatis Prioriſſæ & monialibus per literas Patentes ipſius Regis factæ, de Hoſpitali ſancti *Leonardi* de *Lancaſtria*, quod jam vacat, & collationi noſtræ de jure ſpectat, auxilium ſuſtentationis earundem Prioriſſæ & monialium apponere volentes, dedimus, & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Prioriſſæ & monialibus dictū Hoſpitale, cum omnibus terris & poſſeſſionibus ad idem Hoſpitale ſpectantibus. Habendum eiſdem Prioriſſæ & Monialibus, & ſucceſſoribus ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, tanquam dicto Prioratui annexum imperpetuum. Conceſſimus etiam eiſdem Prioriſſæ & monialibus quod illa cantaria, quæ ſolebat eſſe in dicto Hoſpitali de uno capellano, divina ſingulis diebus celebrando, valeat in dicto Prioratu, per eaſdem Prioriſſam & Moniales inveniri ſine impedimento noſtri, vel hæredum noſtrorum. Ita ſemper quod Burgenſes noſtri de **Lancaſter**, ad hoc concordare voluerint, & quod faciant elemoſinas, & alia onera eidem Hoſpitali, de jure & ab antiquo incumbencia. In cujus rei teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes. Teſte . . . . apud **Preſtone**, primo die . . . . . . ducatus noſtri ſexto.

Vide Pat. 28 E. 3. part. 3. mem. 14.

De eodem Hoſpitali.

Inquiſi ad quod damp an 17 E. 2. m.

J*Uratores dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod* Johannes *Rex* Angliæ *fundabat Hoſpitale ſancti* Leonardi *apud* Lancaſtriam, *pro uno Magiſtro, & uno capellano, & novem pauperibus, quorum tres erunt leproſi, & alii ſani. Quilibet eorum capiet per diem unum panem qui ponderabit octavam partem unius petræ, & habebunt potagium tres dies in ſeptimana; videlicet, die Dominica, die Lunæ & die Veneris. valet.* 6. *lib.* 6 *s.* 8 *d.*

ANKERWIKENSIS *Prioratus in agro* Buckhamienſi.

Lel. coll. vol. 1. p.

A**NCREWIKE** Prioratus monialium *Lincolnienſis* dioceſis. *Gilbertus* & *Ricardus Muntfichet*, milites, fundatores.

Carta Regis *Henrici* tertii, donationes quamplurimas recitans & confirmans.

Carta H. 3. memb.

R*Ex archiepiſcopis, &c. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe Prioriſſæ eccleſiæ beatæ* Mariæ Magdalenæ *de* **Ankerwyk** *& monialibus ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas, videlicet de dono* Gilberti *de* Munfichet *totam terram illam quæ vocatur* **Ankerwyk**, *& totum aſſartum quod* Ricardus *de* Bruera *tenuit, & quinque acras prati cum pertinentiis in* **Wyreſdebyri**, *& totam terram de* **Alerburn** *cum pertinentiis. De dono* Gilberti *de* Munfichet *&* Avelinæ *uxoris ejus totum pratum illud cum pertinentiis in eadem villa quod vocatur* **Wymede**. *De dono* Ricardi *filii* Gilberti *de* Munfichet *totam terram illam cum pertinentiis quæ vocatur* **Morelaund**, *& quoddam pratum cum pertinentiis quod quidam* Gocelinus *tenuit in eadem villa. De dono ejuſdem* Ricardi *quandam inſulam in* Thamis *quæ vocatur* **Tyngeyt** *cum pertinentiis in eadem villa. De dono* Ricardi *filii* Ricardi *de* Munfichet *unum meſuagium dimidiam virgatam terræ & quendam gurgitem cum pertinentiis quæ* Thomas le Newe *tenuit in eadem villa. De dono* Hugonis *abbatis de* **Certeſey** *dimidiam hidam terræ & quinque acras terræ cum pertinentiis in* **Pernerhs**. *De dono* Radulfi *filii* Mathei *decem acras terræ, & tres acras granæ cum pertinentiis in* **Herpeſeud**. *De dono* Grunwini *de* **Trotteſwurth** *unam acram terræ cum pertinentiis in* **Egeham**. *De dono* Gaufridi *de* **Middelton** *totam terram illam cum pertinentiis quam* Aylmerus *tenuit in eadem villa. De dono* Roberti *de* **Middelton** *treſdecim acras terræ cum pertinentiis in eadem villa. De dono* Henrici *filii* Henrici *de* **Middelton** *unam croftam quæ vocatur* **Tuteſcroft** *cum pertinentiis in eadem villa. De dono*

Radulfi Picke *unam acram terræ cum pertinentiis in eadem villa. De dono* Aylenæ *de* **Paneghedene** *&* Willielmi *filii & hæredis ejuſdem* Aylenæ *terram de boſco, longam leyam, curtam leyam, croftam* Hardewyni, *croftam juxta* la Defens Agn, *& croftam juxta terram* Briencii *cum pertinentiis in* **Paneghedene.** *De dono* Ricardi Anglici *quindecim ſolidos redditus cum pertinentiis in eadem villa. De dono* Albrethæ *de* **Baſingburn** *viginti ſolidos redditus cum pertinentiis in* **Thackeley.** *De dono* Walteri Brun *quinquaginta ſolidos redditus cum pertinentiis in* **London.** *De dono* Martini *de Capella quoddam aſſartum cum pertinentiis in* **Allerburne.** *De dono magiſtri* Nicholai *de* **Farnham** *unum meſuagium, octies viginti acras terræ, unam acram prati & dimidiam, viginti ſolidos redditus & ſervitium ſextæ partis feodi unius militis cum pertinentiis in* **Greneſeud.** *De dono* Walteri le Frannkelyn *viginti & quinque acras terræ, duas ſolidatas & novem denarios redditus cum pertinentiis in eadem villa. De dono* Aliciæ *de* **Oppenhore** *ſex ſolidos & octo denarios redditus cum pertinentiis in* **Horton.** *De dono* Johannis *de* **Pileſſediſſe** *undecim ſolidos redditus cum pertinentiis in* **Dodeſdene.** *De dono* Galfridi *filii* Henrici *undecim ſolidos & undecim denarios redditus cum pertinentiis in* **Henlegh.** *De dono* Simonis *Capellani filii* Ricardi *de* **Burnham** *unum meſuagium cum pertinentiis in* **Windeſore.** *De dono* Johannis *de ſancto* Phileberto *quatuordecim ſolidos & decem denarios redditus cum pertinentiis in* veteri-**Windeſore.** *De dono ejuſdem* Johannis *duas ſolidatas & quatuor denariatas redditus cum pertinentiis in* **Preſtewyk.** *De dono* Willielmi *de* **Papewurth** *quinque ſolidos redditus cum pertinentiis in* **Papewurth.** *Quare volumus (&c.) Hiis teſtibus* Rogero le Bigod *comite* Norffolchiæ *& mareſcallo* Angliæ, Hugone *de* **Weer** *comite* Oxoniæ, Willielmo *de* Valencia, *fratre noſtro,* Edmundo *de* **Lacy,** Johanne *filio* Galfridi, Roberto Walerico, Willielmo *de* **Grey,** Imberto Pugeys, Radulfo *de* **Bakepus,** Willielmo *de ſancta* Ermina, *& aliis. Data per manum noſtram apud* Ceſtriam *xvj. die Auguſti anno regni noſtri xlj.*

WINTENEYENSE
Cœnobium in agro Hantonienſi.

Confirmatio Cartæ Richardi *de* Hereard *per Regem* Edwardum *primum.*

Car. 19 Ed. 1. nu. 11.

REX archiepiſcopis, &c. Salutem. Inſpeximus Cartam quam *Richardus* filius *Richardi* de **Hereard** fecit Deo & eccleſiæ beate *Mariæ* de **Winteneye,** & ſanctimonialibus ibidem Deo, & beatæ *Mariæ*, & S. *Mariæ Magdalenæ*, & omnibus S. ſervientibus, in hec verba. Omnibus S. matris eccleſiæ filiis ad quos preſens Carta pervenerit, *Richardus* filius *Richardi* de **Hereard** ſalutem in Domino, qui eſt ſalus omnium. Sciatis me conceſſiſſe, & hac preſenti Carta mea confirmaſſe intuitu caritatis, & pro ſalute animarum patris mei *Richardi* de **Hereird,** & *Elæ* matris meæ, & pro ſalute animæ meæ, & *Gunnoræ*, quondam uxoris mee, & pre ſalute omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Donum quod *Richardus Makerel* fecit Deo & eccleſie beate *Mariæ* de **Winteneye,** & ſanctimonialibus ibidem Deo, & beate *Mariæ*, & ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*, & omnibus Sanctis ſervientibus, ad ſuſtentandum unum capellanum in perpetuum, qui pro ſalute omnium fidelium defunctorum, ibidem divina celebrabit, ſcilicet, de terris, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ fuerunt *Johannis* & *Thomæ Makerell* in **Sunetrope,** & in **Eſlande,** cum boſco de **Petſete,** *(&c.)* quas terras, *(&c.)* prædicti *Johannes* & *Thomas* habuerunt ex dono *Richardi* de **Hereird,** patris mei & dono meo, videlicet, unam virgatam & dimidiam terræ, *(&c.)*

SNELLESHALLENSIS
Prioratus, in agro Buckinghamenſi.

Carta Regis *Henrici* tertil donationes recitans & confirmans.

Cart. 12 H. 3. m. 10.

HENRICUS (&c.) *Sciatis nos conceſſiße* (&c.) *Deo & eccleſiæ ſancti* Leonardi *de* **Snelleſhall,** *& Priori* (&c.) *ibidem Deo ſervientibus, omnes rationabiles donationes ſubſcriptas, videlicet, ex dono* Radulfi *Martel* locum *de* **Snelleſhall,** *cum pertinentiis ſuis, &* **Husbot** *&* **Haybote** *in nemore ſuo de* **Totteho,** *& quantum ſufficere poterit ad ignem ſuum & ad domos ſuas edificandas, & de ſubboſco quantum neceſſe fuerit ad panem ſuum & cerviſiam ſuam faciendam, & quietanciam porcorum ſuorum de pannagio. Ex dono ejuſdem capellam de* **Totteho,** *cum pertinentiis ſuis, & unam virgatam terræ, cum pertinentiis ſuis in eadem villa. Ex dono* Galfridi *Gibbewin, totum tenementum quod tenuit de* Hugone *de* **Saltford** *in Wyya, cum pertinentiis ſuis. Ex dono* Johannis *de* **Culverton,** *totum pratum ſuum de* **Walmene,** *cum pertinentiis ſuis, quod tenuit in dominio de feodo Thomæ Manſel. Ex dono* Alexandri *filii* Alexandri, *viginti quatuor acras terræ & dimidiam in campis de* **Seule,** *& de* **Tottenho,** *cum prato quod vocatur* **Plotmed,** *cum pertinentiis ſuis. Ex dono* Roberti *de* **Eton,** *viginti quatuor acras terræ cum pertinentiis ſuis, in* **Weſtcroft** *ultra* **Lundway,** *verſus* le **Weſtbiri.** *Ex dono* Galfridi *de* **Lughton,** *unam virgatam terræ, cum pertinentiis in* **Luchton.** *Quare volo* (&c.) *quod prædicti Prior & Monachi de* **Snelleſhal** *habeant & teneant omnes predictas terras & tenementa bene & in pace, liberè & quietè, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad prædictas terras pertinentibus, ſicut prædictorum donatorum Cartæ, quas inde habent, rationabiliter teſtantur.*

Teſt. (&c.) *Datum* (&c.) *apud* **Duneſtaple**, *viceſimo die Janurii anno Regni noſtri duodecimo.*

BIRKENEDENSE

Cœnobium in agro Ceſtrenſi.

Charta Hamonis Maſſie, *de eccleſia de* **Bowdon.**

Ex collectionibus *Will. Vernon* de *Shakerley* in com. *Lanc.* generoſi.

OMnibus Chriſti fidelibus hoc preſens ſcriptum viſuris vel audituris: *Hamo Maſſie*, filius & heres *Hamonis* quarti, Salutem in domino. Noverit univerſitas veſtra me, pro ſalute animæ meæ & animarum anteceſſorum meorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac preſenti carta mea confirmaſſe, & pro me & heredibus meis omnino quietam clamaſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & ſancto *Jacobo*, & Priori & conventui de **Birkened** ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam dimidiam acram terræ in **Donham**, videlicet illam quæ jacet inter ſelionem eccleſiæ de **Bowdon**, & ſelionem *Johannis* prepoſiti de **Donham**, & unam acram terræ ingold....**Lacheker** ad caput crofti *Johannis* filii, bondi *Thomæ le Criar*, una cum advocatione & donatione eccleſiæ de **Bowdon**, cum omnibus pertinentiis: habendum & tenendum predictis Priori & conventui, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum: His teſtibus, domino *Gunſelino* de **Badliſmere** juſticiario *Ceſtriæ*, domino *Symone* tunc abbate ſanctæ *Werburgæ Ceſtrenſis*, dominis *Vriano* de ſancto *Petro*, *Petro* de *Arderne*, *Patricio* de **Heſelwall**, *Rogero Domvyle*, *Godfrido* clerico, *Richardo* de **Maſſy** tunc vicecomite *Ceſtrenſi*, *Willielmo Lancelin*, *Roberto* de **Pulle**, *Bertramo* de *Mell.* & aliis multis.

Alia ejuſdem Hamonis *charta.*

Ibid.

OMnibus ſanctæ *Mariæ* eccleſiæ filiis, præcipuè hæredibus, & amicis, & omnibus hominibus ſuis, clericis & laicis, tam preſentibus quàm futuris: *Hamo* de **Maſſie** ſalutem. Notum ſit vobis me tales libertates monachis de **Birkenhed** conceſſiſſe, & hac preſenti carta mea confirmaſſe, ſcilicet de electione Prioris, ut cum Prior illius loci obierit, alter ei in regimine, de ipſa congregatione ſuccedat, & ille Prior conſtituatur, quem omnis congregatio *Benedicti* canonicè elegerit. Hanc dignitatem, & poteſtatem, eligendi Prioris, ſupradictis monachis, pro pace & quiete eorum imperpetuum largitus ſum non ſolum de me, ſed de heredibus meis ſecundum quod Papa *Alexander* eis conceſſit, & privilegii ſui autoritate confirmavit. Teſt. *(&c.)*

MARRIGENSIS

Prioratus in agro Eboracenſi.

Carta regis Edwardi *tertii donationes quamplurimas recitans & confirmans.*

Cart. 22 E. 3. n. 22. per Inſpex.

EDwardus, *(&c.)* Inſpeximus cartam *H.* regis *Angliæ* progenitoris noſtri *(&c.) H.* Dei gratia Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* & comes *Andegaviæ* archiepiſcopis *(&c.)* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Marrigg** & monialibus ibidem Deo ſervientibus omnes donationes eccleſiarum & terrarum quæ eis rationabiliter factæ ſunt & conceſſæ. Quare volo & firmiter præcipio quod prædicta abbatia & moniales ejuſdem loci habeant & teneant omnes res & poſſeſſiones ſuas, tam de eccleſiaſtico beneficio, quam de laico feodo, in boſco & plano, pratis & paſturis, aquis & molendinis, in viis & ſemitis, ſtagnis & vivariis, mariſcis, piſcariis & in omnibus aliis locis, bene, & in pace, plenariè, & integrè, liberè & quietè & honorificè, ſicut cartæ donatorum quas inde habent rationabiliter teſtantur. T. *Hugone Murdach*, *Randulfo* de **Glanvill**, *Michaele Belet*, *Willielmo* de **Bendings** apud **Richemund**. Nos autem conceſſionem & confirmationē prædictas, necnon donationem & confirmationem quas *Rogerus* de *Aſco* per cartam ſuam fecit monialibus prædictis de eccleſia ſancti *Andreæ* de **Marrigg** & una carucata terræ in **Marrig**, cum omnibus appendiciis & ſartis nemorum, & nemoribus juxta diviſiones ſuas. Ac etiam de decima molendini prædicti *Rogerii*, & de multura bladi eorum quieta in puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam & confirmationem quas *Conanus* de **Aſch**, per cartam ſuam fecit, monialibus prædictis, de quadam vaccaria in territorio de **Marig**, quæ **Wluelundes** appellatur, & de quaterviginti vaccis, cum ſequela trium annorum. Ac etiam de quingentis ovibus, cum agnis uſque ad tempus ſeparationis, & equis, ac porcis ſine numero; necnon de duobus pratis integris, in præfata paſtura. Habendum, in liberā purā & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem inſuper & confirmationem quas *Rogerus* de **Aſc** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de donationibus quas *Rogerus* de **Aſc** avus, & *Conanus* pater ejuſdem *Rogeri* fecerunt præfatis monialibus, & de terra ipſius *Rogeri* de **Aſc**, quæ jacet juxta vaccariam de **Wllundes** in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Necnon conceſſionem & confirmationem quas *Conanus* dux *Britanniæ* & comes *Richmund* per cartam ſuam fecit monialibus prædictis de donationibus terrarum & reddituum quas *Rogerus* de **Aſc**, cæterique barones & homines ſui fecerunt eiſdem monialibus. Donationem etiam conceſſionem & confirmationem, quas *Matilda* filia *Roberti Camerarii*, per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de tribus bovatis terræ cum pertinentiis in **Fletham**, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam & con-

confirmationem quas *Ernaldus* de **Fletham**, per cartam ſuam fecit monialibus prædictis de uno tofto & duabus bovatis terræ in **Fletham** in puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam conceſſionem & confirmationem, quas *Rodbertus Camerarius* per cartam ſuam fecit monialibus prædictis de viginti acris terræ in **Fletham**, & de duabus bovatis terræ quas *Ernaldus* filius *Rodberti* per cartam ſuam dedit eiſdem monialibus in puram & perpetuam elemoſinam, & medietate unius carucatæ terræ quam *Robertus* filius *Guerri* & hæredes ſui quietamclamaverunt *(&c.)* Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Conanus* filius *Heliæ* per cartam ſuam fecit monialibus prædictis de una bovata & tribus acris terræ & dimidia, & paſtura ad centum verveces, cum pertinentiis in *Cutona* in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Rogerus Branche* & *Cuſtantia* uxor ejus per cartam ſuam fecerunt monialibus prædictis de tota terra ipſorum *Rogeri* & *Cuſtantiæ* apud **Engedaile** & **Wyweſtenthkirk** in *magna-Cutuna* in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Willielmus Chambort*, per cartam ſuam fecit monialibus prædictis de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Eſt-Cutone** in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam quam *Robertus* de *Cambort*, per cartam ſuam fecit monialibus prædictis de uno tofto & duabus bovatis terræ cum pertinentiis in *Eſt-Cutuna* in puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Alicia* filia *Rogeri* de **Gaytenby**, per Cartam ſuam fecit præfatis monialibus de uno tofto & uno crofto, & una bovata terræ, cum pertinentiis in *Atlagecutona*, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Alicia* quæ fuit uxor *Rogeri* de **Aſc** per Cartam ſuam fecit monialibus predictis de uno tofto & una bovata terræ, cum pertinentiis in *Atlaucutona*, in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Johannes* de **Aſc**, per Cartam ſuam fecit monialibus predictis, de duobus toftis & ſex acris terræ cum pertinentiis in *Atlaucutona*, *(&c.)* Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Henricus* filius *Ranulphi* per Cartam ſuam fecit præfatis monialibus de toto quod habuit in **Kerperby**, tam in dominico quam in ſervitio, cum homagiis, releviis & eſchaetis, & omnibus libertatibus infra villã, & extra dictæ terræ pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinã in perpetuum. Donationem etiam & confirmationem quas *Alanus* filius *Adæ*, per Cartam ſuam fecit prefatis monialibus de tertia parte ſex bovatarum terræ cum pertinentiis in **Kerperby**, in puram & perpetuam elemoſinam *(&c.)* Donationem etiam & confirmationem quas *Petrus* filius *Torfini* de **Aſchetic**, per Cartam ſuam fecit præfatis monialibus de tertia parte ſex bovatarum terræ cum pertinentiis in **Kerperby**, in puram & perpetuam elemoſinam *(&c.)* Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Radulphus* filius *Radulphi* de **Multon**, per Cartam ſuam fecit prefatis monialibus de Hoſpitali de **Rerecros** ſuper **Stainmore**, cum omni paſtura, & libertatibus ad idem Hoſpitale pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam & confirmationem quas *Johannes* ducis *Britanniæ* primogenitus comes *Richemundiæ*, per Cartam ſuam fecit prefatis monialibus de toto clauſo cum pertinentiis juxta Hoſpitale ſuper **Stainmore**, quod quidem clauſum predictæ moniales tenuerunt ex dimiſſione *Petri*, quondam comitis *Sabaudiæ*, in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum *(&c.)* Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Helias* filius *Gilberti* de **Dunum**, per Cartam ſuam fecit prefatis monialibus de quinq; acris & medietate unius carucatæ terræ cum pertinentiis in **Dunum**, cum toftis & croftis, & tota terra ſua quæ jacet inter acram quam *Ricardus* de **Laybrun** dedit eiſdem monialibus & **Swale**, in puram & perpetuam elemoſinam *(&c.)* Conceſſionem etiam & confirmatiodem quas *Robertus* filius *Bueti* per Cartam ſuam fecit prefatis monialibus de terra illa cum pertinentiis in **Buthecaſtria** quæ incipit à veteri vado de **Poltkiverum**, & jacet verſus orientem, & de molendino ad molendinũ ipſius *Roberti* ſine multura, cum communi paſtura triginta vaccarum & unius tauri, cum ſequela trium annorum, in puram & perpetuam elemoſinam *(&c.)* Donationem etiam & confirmationem quas *Herveius* filius *Acharii* per Cartam ſuam fecit Monialibus predictis de nona garba bladi dominiorum prædicti *Hervei* quiſcunque ea colat, in **Ravenſwat**, **Brumton**, **Aikeſcou** & **Gudreſtun**, & tofto & uno crofto in **Lemingford**, & ſibi & hominibus ſuis in prefata villa manentibus communia paſcua pecoribus ſuis in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Randulphus* filius *Henrici* per Cartam ſuam fecit monialibus predictis de dono *Hervei* avi, & confirmatione *Henrici* patris ejuſdem *Randulphi*, videlicet, de nona garba de tota terra quam idem *Henricus* in dominio ſuo coluit in **Ravenſwad**, **Brumtona**, **Aikeſcho** & **Gudreſton**, & uno tofto & uno crofto cum pertinentiis in **Lemingford**, in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. *(&c.)* Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Rogerus* filius *Conani* de **Aſc**, per Cartam ſuam fecit monialibus prædictis, de tota terra ſua quam tenuit de *Ranulfo* filio *Henrici*, inter **Priſtgile** & *Daltonam*, in puram perpetuam & liberam elemoſinam. Donationem etiam & conceſſionem quas *Conanus* de **Aſc**, per ſcriptum ſuum fecit monialibus prædictis, de duabus bovatis terræ de feodo ſuo *Daltuniæ* cum pertinentiis, in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Robertus Travers*, filius *Roberti Travers*, de **Dalton Travers** in **Richmundſhire**, per Cartam ſuam fecit monialibus prædictis de duabus bovatis terræ, cum pertinentiis in **Dalton**, & de omnibus donationibus, & confirmationibus, & monimentis quæ *Warinus Travers* avus ſuus, & *Robertus Travers* pater ipſius *Roberti*, vel aliqui anteceſſorum ſuorum eiſdem monialibus fecerunt, ex parte ſua in quodam boſco, qui vocatur **Snythers** ad ædificandum quanta pertinet prædictis duabus bovatis, habendum in puram

Hoſpitale de *Rerecros:*

& perpetuam elemoſinam imperpetuum. Donationem etiam & conceſſionem quas *Warnerus* filius *Guiomari* per cartam ſuam fecit monialibus prædictis de una mercata argenti de redditu molendinorũ ipſius *Warneri* in *Elreton*, in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Wimerus* filius *Warneri* per cartam ſuam fecit monialibus prædictis de dono quod *Warnerus* pater prædicti *Wimeri* fecit eiſdem monialibus de una marcata annui redditus de molendinis ſuis in **Ellerton**, & redditu dimidiæ Marcæ in eiſdem molendinis in puram & perpetuam elemoſinam. Nos autem *(&c.)* confirmamus *(&c.)* Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* xij. die Febr.

STYKESWOLDENSIS
Prioratus in agro Lincolnienſi.

Ex Rot. hundr. de com. *Linc.* temp. *E.*1.

JUratores dicunt quod magiſter & moniales de **Stikeſwold** tenent in **Hundyngdon** duas carucatas terræ quæ valent per annum quatuor libr. de quibus elemoſinantur de dono domini *Galfridi* de **Ermondeys** lx. annis elapſis, & idem *Galfridus* eas tenuit de domino *Gilberto* de **Gaunt** quo ſervitio dicunt quod ignorant, & ſunt geldabiles ad wapp. ad dampnum domini regis per annum iiij.s. viij.d. de auxilio vicecom. quo waranto neſciunt. & dicunt quod dominus rex amittit nichilominus tempore wardæ & maritagii cnm accidit, eo quod dicta terra elemoſinatur iiij. l. per annum. Item dicunt quod idem magiſter de **Stikeſwold** & moniales tenent in elemoſinam in villa de **Hundington** duas carucatas terræ, & iiij. bovatas terræ quæ valent per annum cent. ſolidos de dono *Alexandri* de **Crevequer**, & idem *Alexander* eas tenuit de domino *Galfrido* de **Gaunt** pro quadam ſecta ad curiam dicti *Gilberti* apud **Folkingham** de tribus ſeptimanis in 3. ſeptimanas & idem *Gilbertus* eas tenuit de domino rege in capite, quo ſervitio vel quo waranto dicunt quod neſciunt, & ſunt geldabiles ad wapp. & dant auxiliũ vicecom. v. ſol. per annum & communem miſericordiam quando accidit. Et dicunt quod dominus Rex amittit tempore ward. & maritag. cum acciderit eo quod dicta terra elemoſinatur C. ſol. per annum. Quoad ſervitium quod dominus Rex eſt in ſeiſina, ideo inde nichil. Et quia nichil oſtendunt de confirmatione ideo inde ad judicium.

Item dicunt quod prædictæ moniales tenent in **Hundinton** vij. caruc. & iiij. bovat. terræ quæ valent per annum xv.li. de quibus elemoſinantur ex dono dominæ *Luciæ* matris domini *Ranulfi* comitis *Ceſtriæ* jam centum annis elapſis, & dicta domina *Lucia* eas tenuit de domino rege in capite quo ſervitio vel quo waranto dicunt quod neſciunt, Et dicunt quod non ſunt geldabiles ad wapp. quia ſunt de libertate *Ceſtr.* & dicunt quod dominus Rex amittit tempore ward. & maritagii cum accidit eo quod prædicta terra elemoſinatur, xv. l. per annum. Quia de tempore C. annorum ideo inde nichil, &c.

STODELEIENSE
cœnobium in agro Oxonienſi.

Charta *Bernardi* de S. *Walerico.*

Ex regiſtro ejuſdem cœnob. quondam penes Tho. Allen, aule Gloceſtr. Oxon. ſocium.

NOtum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quod Ego Bernardus *de ſancto* Walerico, *dedi & conceſſi Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Stodley** *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus dimidiam hidam terræ in* **Horton**, *eandem ſcilicet quam* Normannus *tenuit, tenendam in perpetuam elemoſynam de me & hæredibus meis, liberam & quietam ſicut eleemoſynam ab omnibus ſervitiis mihi & hæredibus meis pertinentibus, pro Rege* Henrico, *& pro uxore ſua & pro liberis ſuis, & pro animabus patris & matris meæ, & pro anima* Matildis *uxoris meæ, & pro animabus anteceſſorum meorum, & pro meipſo & uxore mea* Alanora *& pro liberis meis; Ut Deus det eis, & nobis concedat vitam æternam. His teſtibus,* Roberto *vicecom. de* Bernard, Bernardo *milite,* Johanne *de* Occleia, Rogero *de* **Sanford**, Hereberto *de* **Piry**, Ernulfo *clerico,* Everardo *de* **Albe**, Hugone *de ſancto* Germano, *& omni curia mea.*

Charta Thomæ *de S.* Walerico.

Ibid.

NOverint univerſi, quod Ego *Thomas* de ſancto *Walerico* conceſſi & hac charta mea confirmavi Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Stodley**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, locum & Prioratum ejuſdem loci & dimidiam hidam terræ in **Horton**, quam pater meus *Bernardus* dedit eis, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut charta ipſius *Bernardi* teſtatur, habendam & poſſidendam in puram & perpetuam eleemoſynam de me & hæredibus meis liberè & quietè ab omni exactione, conſuetudine, & ſeculari ſervitio quod ad me & hæredes meos pertinet. Nec eſt prætermittendum, quod quotieſcunque Prioriſſam eligere contigerit ad eundem Prioratum, de ſeipſis Prioriſſam de aſſenſu meo, vel ſeneſcalli mei, ſi in *Anglia* non fuero, eligerè licebit. Cum autem electa fuerit, ad preſentationem meam, vel ſeneſcalli mei, domino *Lincoln.* epiſcopo debet præſentari. Et cum in *Anglia* venero, in curia mea apud *Oxoniam* Prioriſſa comparebit factura mihi fidelitatem quam facere tenetur. Præterea conceſſi & quietum clamavi de me & hæredibus meis jam dictis monialibus totum pannagium de nutrimento propriorum porcorum ſuorum apud *Stodleeam* nutritorum, & de porcis nutritis in prædicta dimidia hida terræ. Ut igitur hæc mea conceſſio & confirmatio in ſua firmitate perpetuo perſeveret, eam fideli memoriæ cum ſigilli mei appoſitione commendavi. His teſtibus, *Milone* capellano, *Bernardo* capellano, *Auguſtino* capellano, *Radulfo Hareg* tunc temporis ſeneſcallo, *Willielmo* de **Friencourt**, *Philippo* de **Francer**, *Roberto* de **Chetwode**, *Radulfo* filio *Galfridi* de **Horton**, *Otewio* de **Eſtall**, *Willielmo* filio *Nicholai* de *Lega*, *Nicholao* de **Folebrok**, & aliis.

Pat. 8. part. 1 m. 12. Inſpex.

Occurrit poſtea alia charta de tribus ſolidatis redditus in **Bekkeley** eiſdem monialibus conceſſis per *Thomam* de ſancto *Walerico* data menſe Auguſti anno Domini MCCvij. hoc eſt anno nono R. *Johannis*. Unde colligendum erit, *Bernardum* de S.*Walerico* patrem *Thomæ* vixiſſe tempore *Henrici* ſecundi.

In alia charta *Tho.* de ſancto *Walerico*, pro ſalute animæ ſuæ & *Ele* uxoris ſuæ, concedit eiſdem monialibus qualibet ſeptimana una carectam ligni mortui ad focum ſuum, in boſco ſuo de **Horton** per viſum foreſtarii ſui ejuſdem nemoris, &c.

Robertus comes *Drocarum*, & dominus de ſancto *Walerico* & *Alanor* uxor ejuſdem comitis, filia & hæres *Thomæ* de ſancto *Walerico*, concedunt eiſdem monialibus eccleſiam de *Bekkeleia*, &c. Dat. anno Domini MCCxxvj. menſe Decembris.

Donationem præcedentem, poſt obitum mariti, *Alanor*, comitiſſa *Drocarum*, & domina de ſancto *Walerico* eiſdem monialibus confirmavit, anno Domini MCCxxxiiij. menſe Auguſti.

Ricardus Romanorum Rex, per chartam ſuam concedit & confirmat eiſdem monialibus duodecim pedes terræ in latitudine integrè continuos in circuitu totius Prioratus earum in dominico boſto ſuo apud **Horton**. His teſtibus, venerabili patre domino *R. Lichfeld.* & *Coventr.* epiſcopo, &c.

Edmundus filius *Richardi* Regis *Alemanniæ*, comes *Cornubiæ* eiſdem concedit unam acram & dimidiam vaſti ſui de **Horton** in augmentum clauſi monalium de **Stodley**. Dat. j. Octobr. anno regni R. *Ed.* filii R. *Henrici* xxvij.


1 *Matildis.*
Bernardus de S. *Walerico.*
Alanora.
Ela.
Thomas de S. *Walerico.*
Alanora.
Robertus comes *Drocarum.*

Carta *Godefridi* de *Craucumbe* de Manerio de *Craucumbe*.

Pat. 8. R.2. par. 1. n. 12. per Inſpex.

S*Ciant preſentes & futuri quod ego* Godefridus *de* Craucumbe *in ligea poſtea mea, dedi, conceſſi, & hac preſenti Carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* **Eſtodeleye**, *& ſanctimonialibus ejuſdem loci ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animarum uxorum mearum ſcilicet,* Aliciæ *&* Johannæ, *totum manerium meum de* Craucumbe, *cum advocatione eccleſiæ ad prædictas ſanctimoniales veſtiendas, excepto meſuagio quod* Willielmus *Sutor tenet de me in villa de* Craucumbe, *cum una dimidia virgata terræ quam dedi* Anfredo Byſſop *per Cartam meam, de demenio meo. Tenendum & habendum de domino* Roberto *de* Bellocampo *& de heredibus ſuis liberè, quietè, pacificè, in terris, in pratis, in viis, in ſemitis, in homagiis, in ſerviciis, & in omnibus aliis libertatibus, ſicut ego* Godefridus *illud manerium unquam liberius tenui, cum tota Burga cum nundinis, cum foro & cum omnibus pertinentiis quietum de ſecta comitatus, & quicquid pertinet ad vicecomitem & hundredum; faciendo inde annuatim prædicto* Roberto *de* Bellocampo *& hæredibus ſuis idem ſervicium quod ego* Godefridus *facere ſolebam. Et ego prædictus* Godefridus *& hæredes mei warantizantibus prædictum manerium, cum omnibus pertinentiis, Deo & prædictæ eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* **Eſtodeleye**, *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, per predictum ſervitium, ſcilicet, per feodum unius militis de feodo* **Portuyl**. *Et ut hæc mea donatio & hujus preſentis Cartæ meæ confirmatio ſtabilis & rata permaneat, præſentem Cartam Sigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, domino* Roberto *de* **Muſcegros**, *tunc temporis Seneſcallo dominæ Reginæ; domino* Willielmo *de* **Montague**, *domino* Ricardo Lovel, *domino* Hugone Fychet *de* Pakſt. *domino* Johanne Bretach. *militibus*, Simone *de* **Craucumbe**, Willielmo *de* **Eſtaunton**, Johanne Bardulf, Roberto *de* **Coker**, Ada *de* **Gryndham**, Moricio *de* **Leye**, Anfrido Byſſop, *& aliis.*

Vide Vol. 3. *pag.* 13. *col.* 1.

KIRKLEIENSE

cœnobium in agro Eboracenſi.

Carta Reineri Flandrenſis *de fundatione domus ſanctimonialium de* **Kirkleghes**.

Ex autog. in cuſtodia *Johan. Armitage* Ar.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Reinerus Flandrenſis*, filius *Willielmi Flandrinſis* ſalutem. Notum ſit vobis omnibus quod ego *Reinerus Flandrenſis*, dedi, conceſſi, & hac preſenti carta confirmavi, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam, Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & ſanctimonialibus de **Kuthales**, locum in quo manent, ſcilicet, *Kuthelagam*, & *Hedneſleyam*, ſicut aqua de **Kelder** vadit, uſque ad vetus molendinum, & ſic per viam, quæ ducit uſque ad vetus molendinum, uſque ad rivulum petroſi f...lanmus & ſic ad **Blacheland**, & de *Blachelana* uſque ad **Wageſtan**, & de **Wageſtan** ſic per diviſam **Liverſeg** & **Herteſhenet**, & **Mirfeild**; totum infra nominatos terminos in terris, & in aquis, in paſcuis, & in pratis & in ſilvis, & in planis. Et preter hæc duodecem acras terræ liberè, & quietè, tenendas de me, & hæredibus meis, pro anima patris mei, & predeceſſorum meorum, pro ſalute mea, & amicorum meorum. Hujus donationis & confirmationis teſtes ſunt *Aufridus* & *Elgas* ſacerdotes, *Walterus Flandrenſis*, *Adam* filius *Ormy*, *Suenus* de **Holland**, *Robertus* de **Lacy**, *Henricus* filius *Dolphini*, & *Robertus* frater ejus, *Helias* de **Winelai**, *Johannes* de **Peningiſtun**, & *Willielmus* frater ejus, *Willielmus* de **Wambwelle**, *Nicholaus* filius *Alani* de *Wirtlein*, *Reinerus Mallet*, & alii plures.

Ibid.

N*Overint preſentes & futuri, quod ego* Willielmus *comes* Warrenæ *conceſſi, & preſentis carta*

carta mea teſtimonio confirmavi Donationem quam Reynerus Flandrenſis *filius* Willielmi Flandrenſis *dedit & conceſſit ſancta* Mariæ *de* Kirkeleya *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, in terris, in aquis, in paſcuis, in pratis, in ſilvis, & in planis, in puram & perpetuam elemoſinam, de eo & heredibus ſuis prout carta prædicti* Reineri *exinde habita, teſtatur. Hiis teſtibus* Oſberto Gefferd, Ankero *de* **Freſchenvill**, Willielmo *de* Albo-monaſterio, Richardo **Medvar**, *Baldwyn de* **Herſay**, Thoma *de* **Herbury**, *tunc temporis ſeneſcallo meo*, Willielmo *de* **Livet.** Jordano *de* **Heton**, Johanne *de* **Pleiz**, *clerico, & aliis.*

Carta Regis Henrici *tertii donationes quaſdam confirmans.*

Cartæ 20 *Hen.* 3. mem. 1.

REX Archepiſcopis &c. Sciatis Nos conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmaſſe Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ*, & monialibus de **Kirkelay**, omnes donationes ſubſcriptas, videlicet, ex dono *Reynerii* filii *Willielmi Flandrenſis*, locum in quo manent, ſcilicet, **Kirkeley**, & **Hedeneſley.** Ex dono .... Ex dono *Ade* filii *Petri*, tres bovatas terræ in **Cullingworth**, cum pertinentiis ſuis, & communam in **Hereden**, ad edificia ſua reſtauranda, & ad ignem ſuum, & paſturam ad averia ſua in **Cullingewurth**, & ad porcos ſuos in eadem villa nutritos nutrimenta ſine pannagio. Ex dono *Roberti* filii *Gilberti* de **Barkeſton**, quoddam toftum in **Barkeſton**, quod *Henricus* Faber quondam tenuit, & triginta acras terre arrabilis, & unam acram prati in territorio ejuſdem ville. Ex dono *Henrici Teutonici* unam marcatam annui redditus in molendino de **Hathweyte.** Ex dono filii *Johannis* filii *Amandi* quaſdam partes terre in **Shelf**, ſcilicet, unam terram quę vocatur **Wetecroft**, & aliam que vocatur **Hallecroft**, & alteram que vocatur **Northcroft**, & communem paſturam que ad prefatam villam pertinet, ad quadringentas oves, per magnum centum, cum tot agnis, & ad decem vaccas, cum tot vitulis, & ad octo boves, & ad unum equum. Ex dono *Agnetis* de **Flamevill** redditum trium ſolidorum, de dimidia bovata terre & quarta parte unius bovatæ terræ in **Marton** in **Burgſhire.** Ex dono *Reimundi* de **Medelay**, quatuor ſolidatas & tres denaratas redditus, de una bovata terræ quam *Willielmus* de **Barneburn** tenuit de ipſo *Reimundo*. Ex dono *Roberti* filii *Gilberti* dimidiam eskeppam frumenti. Quare volo *(&c.)* Teſte *(&c.)*

STANFORD *in com.* Linc. *domus Sanctimonialium* S. Michaelis.

Breve regiſtrum abbatiæ *Burgi* S. *Petri* penes v. cl. *Johannem Seldenum* armig. * Fol. 35. a. * Ib. fol. 35. b.

De Willielmo *abbate* (* *temp. Regis* Henrici *ſecundi.*)

EOdem * tempore apud *Stanfordiam* quendam Prioratum Sanctimonialium, in honore Dei & beati *Michaelis*, fundavit, & edificavit eccleſiam; in qua uſque ad xl. Sanctimoniales in religione & ſanctimonia regulariter viventes, congregavit: Unde ad cantariam *Burgi*, per annuam recognitionem, dimidiam marcam argenti de cœnobio ſuo, & de eccleſia beati *Martini*, quam idem abbas adquiſivit, x. ſol. ſacriſtiæ reddunt.

Carta abbatis *Willielmi* de prima fundatione eccleſiæ ſancti *Michaelis* extra **Staunford.**

Ex alio regiſtro de Peterborough penes eund. v. cl. fol. 63. a.

N*Otum ſit univerſis eccleſiæ filiis quod ego* Willielmus *Dei gratia abbas* Burgi, *totumque capitulum, dedimus & præſentium auctoritate corroborando conceſſimus Religioni Sanctimonialium apud* **Stanford** *commorantium eccleſiam beati* Michaelis *in perpetuam elemoſinam, cum omnibus rebus eidem eccleſiæ pertinentibus, bene & in pace liberè ac honorificè poſſidendam, ob remedium & ſalutem animarum noſtrarum in ſubjectione noſtra, & conſilio, de rebus ſuis tam interiùs quam exteriùs diſponendis; Tali quidem tenore quod prælatus qui rebus ejuſdem monaſterii debet providere, domini abbatis diſpoſitione & capituli conſilio, vel ponetur vel deponetur. Pari conditione ordinatio Prioriſſæ quæ cæteris in ordine debet præeſſe in diſpoſitione erit Abbatis & capituli conſilio. Simili modo ſuſceptio Sanctimonialium quæ ibidem Deo deſervient ad imperium pendet abbatis & capituli conſilium. Ipſe etiam Sanctimoniales & omnium rerum ſuarum ordinationes ſint modis omnibus in diſpoſitione domini abbatis & capituli, ita ſanè ne propter illius monaſterii incrementum monaſterium* Burgi *aliquarum rerum ſuarum detrimentum patiatur. Monaſterium autem illud recognoſcet monaſterium* Burgi *de dimidia marca argenti annua penſione in craſtino die poſt feſtum ſancti* Michaelis *ad librorum emendationem armario reddenda.*

Ex fro burg bibl ton. fo. 1

Carta Regis Johannis *donationem* Willielmi *de* **Humeth** *confirmans.*

Cart. de an. 16. reg. *Johan.* m. 36.

J*Ohannes* Dei gratia Rex *Angliæ*, omnibus Chriſti fidelibus præſentem cartam inſpecturis ſalutem in domino. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe, Deo, & monachis *Cyſtercienſibus* donum decem marcarū ſingulis annis percipiendarum in villa de **Staunford** quam *Willielmus* de **Humeth** eidem monaſterio in puram & perpetuam elemoſinam fecit, & carta ſua confirmavit, ſicut eadē carta rationabilitur teſtatur. Quare volumus & firmiter precipimus, quod prædicti monachi percipiant & habeant prædictas decem marcas bene, & in pace, liberè & quietè, integrè ſicut prædictum eſt. T. Domino *Stephano Cantuar.* archiep. *Willielmo London. Petro Winton. Euſtachio Elyen. J. Bathon.* & *Hugone Lincoln.* epiſcopis, *Willielmo* comite Mareſcall. *Willielmo Briewer*, *Thoma* de **Erdinton.** Datum per manum magiſtri *R.* de *Mariſcis* cancellarii noſtri apud *London.* xxij. die Novembris.

Carta *Luciæ* uxoris *Willielmi Humet.*

Ex autographo in officio armorum.

O*Mnibus S. matris eccleſiæ filiis* Luci*a uxor domini* Willielmi *de* **Humet** *conſtabularii domini regis ſalutem. Sciat univerſitas veſtra me aſſenſu domini mei* Willielmi, *&* Ricardi *filii mei, dediſſe*

dediſſe & conceſſiſſe, hac carta mea, Deo & S. Mariæ *& eccleſiæ S.* Michaelis *de* **Stanford** *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus dimidiam marcam argenti de terra mea de* **Bradecrofd**, *ſcilicet ſex ſolidos de duabus bovatis quas* Willielmus Martin *tenet, & octo denarios de una bovata quam* Leuvinus *tenet in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſervicio & actione ſeculari, ſicut aliqua elemoſina poteſt melius & liberius dari pro ſalute animæ meæ &* Willielmi *domini mei &* Richardi *filii mei & anteceſſorum meorum. Hanc verò prenominatam terram, aſſenſu domini mei* Willielmi *de* **Humet**, *emi de* Toſteno Bodin, *qui eam ex dono domini* Ricardi *de* **Humet**, *pro ſervitio ſuo, habuit. Præfatæ verò ſanctimoniales caritatis intuitu plenariam ſocietatem orationum & omnium beneficiorum præfati loci ſancti* Michaelis *mihi in vita mea conceſſerunt & diem obitus mei in perpetuum annuo obſequio obſervabunt. Hujus prædictæ dimidiæ marcæ medietatem aſſignavi ad unam pitanciam conventui in die Anniverſarii mei & aliam partem inperpetuum infirmario. His teſtibus* Jordano *de* **Humet**, Ricardo *de* **Humet**, Willielmo *de* **Sae**, Henrico *fratre ſuo*, Radulfo *de* Agnis, Giſleberto del Val, *magiſtro* Willielmo, Salvag. *dedit filiam ſuam.*

Recognitio ſanctimonialium de **Stanford.**

Ex regiſtro Petroburgi in bibl. cotton. par. 2, fo. 130.

A. Priorissa & conventus ſanctimonialium monaſterii ſancti *Michaelis* de **Staunford**, omnibus ad quos præſentes litere pervenerint ſalutem. Ad noticiam veſtram volumus pervenire, nos, & omnia bona noſtra, infra Prioratum noſtrum, & extra ubicunque exiſtentia, in maneriis noſtris, & eccleſiis, de conſenſu domini abbatis de *Burgo* ſancti *Petri*, & ejuſdem loci conventus, nobis appropriatis, in quorum feodo fundata eſt eccleſia noſtra, & Prioratus noſter, & de quorum beneficiis ſuſtentamur, in eorundem eſt diſpoſitione, ad commodum & utilitatem noſtram, & eccleſiæ noſtræ, prout viderit ſibi ſecundum Deum ſalubriùs expedire. Et ut Prior noſter, qui de rebus monaſterii noſtri providendi ſimul & diſponendi curam habuerit, domini abbatis diſpoſitione, & capituli ſui concilio ponetur, vel deponetur. Et, cum Prioriſſa dicti monaſterii noſtri in fata decedere contigerit, nulla future Prioriſſe fiat electio niſi de dicti domini abbatis licentia primitùs petita, & optenta ſpeciali. Similiter Prioratus vacatione durante, idem dominus abbas, ut decet, domum noſtram capitalem, de domus noſtre ſumptibus, cuſtodem nomine ſuo, ſupra nos, & poſſeſſiones noſtras aſſignando liberè diſponet, donec legitimè elegerimus & pro vacatione durante finem fecerimus cum eodem. Inſuper ſanctimonialium ſuſceptio, quæ in monaſterio noſtro Deo deſervient, ad dicti domini abbatis pendet imperium, & capituli ſui concilium, Nos etenim ſanctimoniales, & omnium rerum noſtrarum ordinationes, modis omnibus, ut prædictum eſt, ſumus in diſpoſitione dicti domini abbatis, & capituli ſui, ita ſane ne propter monaſterii noſtri incrementum monaſterium *Burgi*, aliquid rerum ſuarum detrimentum patiatur. Unde fideliter, firmiterque coram Deo profitemur, per preſentes, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, conditiones prædictas inviolabiliter conſervare imperpetuum & dicto domino abbati, qui pro tempore fuerit, in omni obedientia regulariter complacere. Monaſterium autem noſtrum recognoſcet monaſterium *Burgi* de una marca argenti, annua penſione, in craſtino die poſt feſtum ſancti *Michaelis* ad librorum emendationem, armario reddenda. In cujus rei teſtimonium, ſigillo capituli noſtri, præſentes literas fecimus conſignari.

Vide Vol. 2. *Pag.* 880. *Col.* 2.

WYRTHORPENSIS

Prioratus in agro Northamptonienſi.

Unio & appropriatio ejuſdem, domui S. Michaelis *juxta* **Stamford.**

Pat. 28 E. 3. part. 1. n. 16.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod cum dilectus & fidelis noſter *Thomas* de **Holland** & *Johanna* uxor ejus, conſanguinea noſtra chariſſima, patroni domus monialium de **Wyrthorp** *Lincolnienſis* dioceſis, ut dicitur, nobis ſupplicaverint, ut cum dicta domus exiliter ſit dotata, & tam per peſtilentiam quæ nuper invaluit, quam alias fortunas adverſas ad tantam inopiam ſit redacta quod omnes moniales dictæ domus una duntaxat excepta, in diſperſionem propter penuriam abierint, ſicque religio miſerabiliter ibi ceſſat; Et cum dicta domus de ſuo adicere non poterit ut reſurgat, velimus dioceſano loci licentiam concedere ut dictam domum, cum omnibus juribus & poſſeſſionibus ſuis Prioratui monialium ſancti *Michaelis* juxta **Staunford**, dictæ dioceſis, de concenſu illorum quorum intereſt annectere ritè valeat & unire, ut ipſis ſic annexis & unitis, cultus divinus fieri valeat celebrius, & incumbentia eis onera poſſint levius ſupportari: Nos ſupplicationi prædictæ cum ſit rationabilis atq; pia volentes concedere, gratioſè conceſſimus, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod epiſcopus loci prædicti dictam domum de **Wyrthorp**, cum ſuis juribus & poſſeſſionibus univerſis, ac eccleſia de **Wyrthorp** dictæ domui appropriata, prædicto prioratui ſancti *Michaelis* annectere valeat & unire, & præfatam monialem ad dictum Prioratum ſancti *Michaelis* transferre ibidem ſub regulari habitu moraturam. Conceſſimus etiam & licentiam dedimus, pro nobis, & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt præfatis *Thomæ* & *Johannæ*, quod ipſi id quod ad eos pertinet de dicta domo de **Wyrthorp**, & aliis rebus & poſſeſſionibus ejuſdem cū pertinentiis præfatis, Prioriſſæ & monialibus dicti Prioratus ſancti *Michaelis* conferre valeant & donare. Et eiſdem Prioriſſæ & monialibus ejuſdem Prioratus ſancti *Michaelis* quod ipſæ factis annexione & unione hujuſmodi, prædictam domum de **Wyrthorp** cum dicta eccleſia appropriata, & cum omnibus juribus & poſſeſſionibus ſuis ſupradictis, ac pertinentiis quibuscunque recipere, & eandem domum cum eccleſia ſic annexam & unitam tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis inperpetuùm, juxta ordinationem in hac parte legitimè faciendam, tenore præſentium, ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, edito non obſtante. Nolentes quod prædicti *Thomas* & *Johanna*, vel hæredes ipſius *Johanna*, ſeu aliqui alii quorum intereſt, ſeu præfata Prioriſſa & moniales ſancti *Michaelis*, aut earum ſucceſſores, ratione præmiſſorum per nos vel hæredes noſtros ſeu miniſtros noſtros quoſcunq; inde occaſionentur moleſtentur in aliquo ſeu graventur. Salvis ſemper capitalibus dominis feodorum prædictorum, ſerviciis inde debitis & conſuetis. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* undecimo die Marcii.

IVINGHOENSIS
Prioratus in comitatu Buckinghamiæ.

Carta Regis Edwardi *primi*.

Cart. 8 *E.* 1. nu. 32.

REX archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animabus anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dediſſe conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe, dilectis nobis in Chriſto Prioriſſæ & monialibus ſanctæ *Margareta* de Ivingho, & ſucceſſoribus earum ibidem Deo ſervituris, omnes terras & tenementa cum pertinentiis in Merewe quæ priùs tenuerant ibidem de feodo noſtro, & quæ in curia noſtra coram dilectis & fidelibus noſtris *Johanne* de Rpegate, & ſociis ſuis juſticiariis noſtris ultimò itinerantibus in comitatu *Surria*, verſus ipſas recuperavimus, ut jus noſtrum. Habenda & tenenda de nobis & hæredibus noſtris, dictis Prioriſſæ & monialibus & earum ſucceſſoribus in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Quare volumus *(&c.)* Dat. per manum noſtram apud Langele xx. die Julii.

WABURNENSE
Cœnobium in agro Norfolcienſi.

Ex memb. MS. penes *Johan Hobart* equit. aurat.

ORate pro anima *Radulphi Meyngaryn* militis, primi fundatoris iſtius loci ſive Prioratus de Waburne; qui *Radulphus* genuit *Rogerum Meyngaryn*, patrem *Willielmi Meyngaryn*, patris *Thoma Meyngaryn*, patris *Warini Meyngaryn*; qui *Warinus*, per *Agnetem* uxorem ejus, genuit *Matildam* filiam unicam & hæredem eorundem. Quæ *Matilda* deſponſata fuit *Willielmo Truſſel* militi, qui genuerunt *Warinum Truſſell*, patrem *Laurentii Truſſel*, patris *Willielmi Truſſell*, patris *Thoma Truſſell*, patris *Willielmi Truſſell*, patris *Edwardi Truſſell*. qui *Edwardus*, ex *Margareta* uxore ſua genuit *Elizabetham* ejus filiam unicam & hæredem, ac pro animabus eorum omnium. Quæ *Elizabetha* nupta erat *Johanni* de Veer comiti *Oxonii* jam ſuperſtiti.

CAMPESSENSE
Cœnobium in agro Suffolcienſi.

Carta Regis Johannis.

Car. 5 Joh. memb. 19. num. 113.

REx &c. Sciatis nos conceſſiſſe & preſenti Carta noſtra confirmaſſe rationabilem donationem quam *Teobandus* de Valoines fecit *Johanna* & *Agneti*, ſororibus ſuis, Deo devotis, de tota terra ſua de Campeſſe, cum omnibus pertinentiis ſuis, ad fundandum ibidem domum religioſam ſanctimonialium, In honore Dei & glorioſe virginis *Maria* matris ejus, ad opus ipſarum & aliarum que eis adherebunt, in ſervitio Dei commorantium. Præterea concedimus eis rationabilem confirmationem quam *Gillebertus Pechie* eis fecit de eadem terra. Quare volumus, & firmiter precipimus, quod prædicte *Johanna* & *Agnes*, & predicta domus, & illæ quæ eis ſuccedent, habeant & teneant prædictam terram bene & in pace, liberè & quietè plenariè & honorificè, ſicut Carte predicti *Teobaldi* & prefati *Gilberti* rationabiliter teſtantur. Teſtibus *G. Wintonienſi* ep. & *E. Elienſi* epiſcopo, & *J. Norwicenſi* epiſcopo, *G.* filio *Petri* comite *Eſſexia*, *Roberto* filio *Rogeri*, *Willielmo Briwerr*, *Petro* de *Stok*. Dat. per manum *Symonis* prepoſiti *Beverlac.* & archidiaconi *Wellen.* apud *Weſtmonaſter.* xxviij. die Januarii.

De manerio de Barleton, cum advocatione ejuſdem villæ monialibus Caumpeſſ. conceſſis.

Pat. 21. 6 Ed. 3. par. 1. mem. 11.

REX *omnibus ad quos, &c. ſalutem. Licet &c. Adrequiſitionem tamen* Philippe *regina* Angliæ *conſortis noſtre cariſſime, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & heredibus noſtris, quantum in nobis eſt*, Johanni *de* Framlyngham *clerico, quod ipſe manerium ſuum de* Barleton, *juxta* Keleſhale, *cum pertinentiis in comitatu* Suffolchiæ, *& advocationem eccleſia ejuſdem ville dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto Prioriſſe & Monialibus de* Campeſſe. *Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum; Et eiſdem Prioriſſe & Monialibus, quod ipſa & earum ſucceſſores poſt ſeiſinam de manerio & advocatione predictis habitam, dare poſſint & concedere manerium predictum, cum pertinentiis cuidam capellano, Habendum & Tenendum ad totam vitam ſuam; Ita quod idem Capellanus & duo alii capellani*

capellani per ipſum inveniendi celebrent divina ſingulis diebus in eccleſia predicta pro anima Alicie *de* **Henaud** *dudum Comitiſſæ* Mareſcal. *amite prædicte conſortis noſtre, & anima prædicti* Johannis, *cum ab hac luce ſubtractus fuerit, & animabus omnium fidelium defunctorum celebraturi; Ita etiam quod poſt mortem predicti capellani præfate Prioriſſa & Moniales manerium predictum, cum pertinentiis, in manum ſuam reſumaut, & illud cuidam alii capellano dent & concedant, Habendum & Tenendum ad totam vitam ſuam, pro ſuſtentatione ſua & duorum aliorum capellanorum divina in eccleſi predicta, pro animabus predictis, ſicut predictum eſt celebraturorum, & ſic poſt deceſſum cujuſlibet capellani, cui manerium prædictum, cum pertinentiis, per prædictas Prioriſſam & Moniales ſic datum & conceſſum fuerit, idem manerium cum pertinentiis, in manum ſuam reſumant, & illud cuidam alii capellano dent & concedant, Habendum & Tenendum ad totam vitam ſuam in forma prædicta, imperpetuum, juxta ordinationem per prefatum* Johannem *inde faciend. Et quod præfate Prioriſſa & moniales & earum ſucceſſores idoneam perſonam, ad eccleſiam predictam quociens ipſam vacare contigerit preſentent, ut eſt moris. Nolentes quid prefatus* Johannes, *ſeu heredes ſui, vel predicte Prioriſſa & Moniales, aut earum ſucceſſores, vel capellani predicti, ratione premiſſorum ſeu ſtatuti predicti, per nos vel heredes noſtros ſeu miniſtros noſtros quoſcumque occaſionentur in aliquo ſeu graventur. In cujus &c. Teſte Rege apud* Weſtmonaſterium *viceſimo quarto die Marcii.*

Per Breve de privato Sigillo.

Licentia Regis de Cantaria fundanda.

Pat. 38 Ed. 3. part. 1. memb. 44.

REX omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod cum nos ſexto decimo die Octobris, anno regni noſtri viceſimo primo, volentes, ad requiſitionem dilecti conſanguinei & fidelis noſtri *Henrici* tunc comitis *Lancaſtriæ*, necnon contemplatione *Matildis* comitiſſæ *Ultoniæ*, conſanguinee noſtre ſororiſque ejuſdem comitis, que pia devotione ſuccenſa ſe divinis obſequiis perpetuò, quatenus humana permiſerit imbecillitas, mancipavit, curam prorſus abiciens ſolicitudinis temporalis, eam favoris & gratiæ proſequi ubertate, per literas noſtras patentes conceſſerimus & licentiā dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuerat, prefate Comitiſſe, quod ipſa quandam cantariam quinque capellanorum, quorum unum cuſtodem ejuſdem cantarie duxerit nominandū in capella annunciacionis Virginis glorioſe infra eccleſiam monaſterii ſive prioratus monialium de **Campeſſe**, divina ad laudem & honorem Dei ac dictæ Virginis matris ſue, pro ſaluteque animarum *Willielmi* de *Burgo*, quondam comitis *Ulton.* primi, ac *Radulfi* de **Ufford** ſecundi virorum ſuorum, cujus quidem *Radulfi* corpus, in eadem capella quieſcit humatum, necnon *Elizabethe* de *Burgo*, & *Matildis de* **Ufford**, filiarum ipſius comitiſſe ac predictorum comitis *Ulton.* & *Radulfi*, ac eciam pro ejuſdem comitiſſe *Johanniſque* de **Ufford**, & Thome de **Hereford** militum, tunc ſuperſtitum ſtatu, dum vixerant, proſpero & ſalubri, ac eorum animabus cum ſubtracti fuerant ab hac vita, & animabus omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem inde tuncfactam vel faciendam celebraturorū ordinare poſſit & fundare. Et ad ipſam cantariā dotandam dilectis nobis in Chriſto Prioriſſe & Monialibus dicti Prioratus de **Campeſſe** conceſſerimus, & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit, de gratia ampliori, quod ipſe unum meſſuagium, cum pertinentiis in **Aſſhe** juxta **Rendeleſham**, & advocationes eccleſiarum de **Burgh**, in comitatu *Suffolchiæ*, & **Hargham** in comitatu *Norfolchiæ*, que de nobis ut dicitur, non tenentur, & que prefate comitiſſe intuitu pro dicta cantaria invenienda nuper predictis Prioriſſe & Monialibus donabantur dare poſſent & concedere predicto cuſtodi. Habendum & Tenendum, ſibi & ſucceſſoribus ſuis cuſtodibus Cantarie predicte imperpetuum. Et eidem cuſtodi quod ipſe predictum meſſuagium, cum pertinenciis ac advocationes predictas, a præfatis Prioriſſa & monialibus recipere & illas appropriare, eaſque ſic appropriatas in proprios uſus, necnon meſuagium prædictum cum pertineh. tenere poſſit ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis pro ſuſtentatione ipſius cuſtodis & prædictorum aliorum quatuor capellanorum per ipſum cuſtodem inveniendorum divina pro ſalubri ſtatu & animabus predictis ſingulis diebus in capella predicta celebraturorum ut premittitur, ac aliis oneribus eidem Cantarie incumbentibus ſupportandis imperpetuum, ſimiliter licentiam dederimus ſpecialem, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. Ac poſtmodum viceſimo ſexto die Novembris, anno regni noſtri triceſimo, per alias literas noſtras patentes, quaſdam literas patentes Sigillis *Willielmi* nuper epiſcopi *Norwicenſis*, & Prioris & Capituli eccleſie Cathedralis *Norwicenſis*, ac cuſtodis & capellanorum Cantarie de **Bruiſeyerd**, necnon Prioriſſe & Conventus monaſterii monialium de **Campeſſe**, conſignatas, & omnia in eis contenta, quatenus rite & rationabiliter facta forent acceptantes, ea pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit, ratificaverimus, approbaverimus & confirmaverimus. In quibus quidem literis dicti epiſcopi (inter cetera) continebatur, ut cum religioſa mulier domina *Matildis* de *Lancaſtra*, tunc ſanctimonialis eccleſie collegiate monialium de **Campeſſe** ſue dioceſis, Comitiſſa nuper *Ultonie*, ad honorem Dei & beate *Marie* virginis glorioſe, omniumque Sanctorum, pro ſalute anime ſue & eorum quibus tenebatur, in villa de **Aſſhe** juxta **Campeſſe**, unam perpetuam Cantariam quinque Capellanorum dudum fundaverat, quos in capella annunciationis virginis glorioſe, infra Prioratum monialium de **Campeſſe** diſpoſuit celebrare, ac larem & moram facere in villa de **Aſſhe**, extra & juxta Prioratum prædictum. Et quia dictus locus nimis diſtabat a Prioratu prædicto, ac aliis certis de cauſis eidem epiſcopo latiùs declaratis, idem epiſcopus de dictorum cuſtodis & Capellanorum ac Prioriſſe & Monialium aſſenſu unanimi ac expreſſo, dictam cantariam ad villam de **Bruiſeyerd** in manerio quod dicitur **Rokhalle** duxerat transferendam, in quo dicti cuſtos & capellani extunc moram traxerant & trahunt ad preſens.

Ac jam *Leonellus* dux *Clarenciæ* & comes *Ulton.* filius noſter cariſſimus nobis expoſuit, ut cum ipſe ſumme deſideret quod cuſtos ad capellani cantariæ prædictæ ſeculares & in ſeculari habitu incedentes, & ad alicujus Religionis obſervantiam non aſtricti, ſet ſeculariter diſcurrentes divina obſequia juxta fundationem cantariæ prædictæ quaſi totaliter prætermittant, poſſeſſiones redditus & beneficia ad eandem cantariam ſpectantia multimodè deſtruantur, ad divini nominis laudem & gloriam, ſacre religionis augmentum, dicta cantaria cuſtodis & capellanorum ſecularium cum omnibus ſuis juribus & redditibus pertinentibus ad eandem ad quandam abbatiſſam ac certas alias religioſas mulieres minoriſſas ordinis ſancte *Clare* & earum ſucceſſores in eodem loco de **Bruſeyerd Rokhalle** ſub regulari obſervantia altiſſimo perpetuis temporibus ſervituras ponendas & etiam ſtatuendas transferatur, & quod de redditibus poſſeſſionibus, bonis, & beneficiis ac juribus omnibus pro cuſtode & capellanis cantarie hujuſmodi aliàs aſſignatis eædem religioſe mulieres fundentur & dotentur, quodque locus ipſe in monaſterium minoriſſarum dicti ordinis erigatur, ſub regimine abbatiſſe inibi ſtatuendæ, & ſucceſſorū ſuarum juxta inſtituta dicti ordinis gubernandum, nobis humiliter ſupplicando, quatinus tranſlationi, fundationi, dotationi, & erectioni hujuſmodi cum Dei aſſiſtencia in proximo faciendis aſſenſum regium impertiri favorabiliter dignaremur. Nos ſupplicationi dicti filii noſtri benivole inclinati, & ut dicte nobilis dominæ comitiſſæ adhuc ſuperſtitis pia & devota intentio ſub meliori & tutiori commutatione ſucceſſuris temporibus continuè proſperetur, tranſlationi, fundationi, dotationi, & erectioni hujuſmodi, de conſenſu aliorum quorum intereſt, ſicut præmittitur, faciendis, de noſtris certa ſcientia & gratia ſpeciali autoritatem noſtram & aſſenſum regium liberaliter impertimur, præfato filio noſtro duci ac omnibus aliis quorum intereſt dandi & aſſignandi eiſdem religioſis mulieribus minoriſſis dicti ordinis ſancte *Clare* ponendis & ſtatuendis in loco prædicto, dantes & concedentes, tenore preſentium, licentiam ſpecialem omnia & ſingula terras & tenementa, poſſeſſiones, eccleſias redditus & jura quæcumque ad cuſtodem capellanos & cantariam prædictos pertinentia & ſpectantia quovis modo, necnon dictis religioſis mulieribus omnia ſupradicta recipiendi & perpetuo retinendi & de ipſis libere diſponendi, adeo integrè liberè & quietè ſicut dicti cuſtos & capellani qui jam ſunt aut pro tempore fuerant diſpoſuerant aut fecerant, diſponere aut facere debuerant ullis unquam temporibus retrolapſis, ordinationibus & ſtatutis contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Nolentes, quod prædictæ minoriſſe vel ſucceſſores ſue ratione tranſlationis, fundationis, dotationis, & erectionis prædictarum per nos vel hæredes noſtros ſeu miniſtros noſtros quoſcumque occaſionentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur. Salvis tamen capitalibus dominis feodi illius ſerviciis inde debitis & conſuetis. In cujus, &c. T. R. Apud *Weſtm.* x. die Febr.

Per ipſum Regum.

DENNEYENSIS *Abbatia in agro* Cantabrigienſi.

De fundatione ejuſdem.

His verò diebus (ſcilicet anno ultimo *Nigelli, Elienſis* epiſcopi) vir nobilis quidam *Robertus* camerarius comitis *Britanniæ*, uſque ad mortem infirmatus eſt. Qui, dum ſibi mortem imminere perſenſit, monachatum petiit; atque habitum ſanctæ religionis, ut rogaverat, a monachis *Elienſibus*, ſuſcepit. Inſuper cellam apud *Deneiam*, quam ipſi monachi ſub eo fundaverant, ſecum jure perpetuo ills tradidit poſſidendam, atque conceſſit & coram plebe, & tota illius cognatione, carta ſua confirmavit. Item tunc temporis, monachi *Elienſes* emerunt, ab *Albrico Picot*, partem ſuam de *Deneia*, remanente tamen ad uſus illorum *Elmeneia*, cum terra, quam pater dicti *Albrici* dedit illis in villa de **Beche**, id eſt, ſex acras, cum curtilagio. Prædictas collationes confirmavit epiſcopus *Nigellus*, ſub his verbis.

Geſta abbatum & epiſc. Elienſis eccleſiæ MS. in bibl. Cotton. [ſub effig. Titi, A. 1.] fol. 109. b.

Nigellus *Dei gratia epiſcopus* Elienſis, *univerſis eccleſiæ catholicæ filiis, preſentibus, & futuris perpetuam ſalutem. Ad noſtrum, proculdubio, ſpectat officium, bonorum hominum pia ſtudia libenter promovere, & quæ ab eiſdem, ad Dei honorem, & ob animarum medelam, ſalubriter diſponuntur, epiſcopali auctoritate ſancire. Eapropter dilectorum filiorum noſtrorum* Roberti, *camerarii comitis* Rychemondiæ, *&* Alberici Picot, *piæ devotioni aggratulantes, donationem, quam ipſi Deo, & beato* Jacobo, *& beato* Leonardo, *&* Reginaldo, *monacho noſtro, & fratribus noſtris monachis* Elienſibus *Deo ſervientibus fecerunt, & in inſula, quæ vocatur* Deneia, *tam de inſula ipſa, quam de inſula alia, quæ vocatur* Elmeneya, *& de eccleſiis de* **Wilburgham,** *& de* Wendeya *cum decimis omnibus ad eas pertinentibus, de novo etiam garba domini ſui de* **Wilburgham,** *& de* Wendeya, *& de terris extra præfatas inſulas, & de quibuſcunque redditibus, & elemoſinis, prædicto loco, ad frequentandum ibidem divinum officium, & ad fratrum ibidem converſantium ſuſtentationem aſſignatis, juxta quod in cartis eorum domini* Roberti *&* Albrici *continetur, ratam habemus, & firmam, atque ſtabilem imperpetuum fore epiſcopali auctoritate decernimus. Si etiam iſti prædicti, vel quilibet alii fideles divino inſtinctu admoniti, de bonis ſibi a Deo collatis mobilibus, præfato loco beneficia de cætero contulerint, nihilominus divino ibi domini famulatui & fratrum ejuſdem loci, tam futurorum quam preſentium uſui, præmemorati officii quam fungimur poteſtate, confirmamus. Et ne quis eos temerè inquietare, aut perturbare audeat, & poſſeſſiones, ſive libertates loci illius auferre, vel diminuere præſumat, ſub excommunicationis edicto prohibemus, veneratores autem & benefactores hujus loci, benedictionis Dei, & noſtræ participes ſtatuimus. Iſtis ſic peractis, ægrotavit pater familias* Nigellus Elienſis *epiſcopus ad mortem. Et deceſſit anno Domini MClxix. epiſcopatus xxxvj. tertio kalendas Junii.*

Charta

Charta Rigis Edwardi *tertii.*

Pat. 16 E. 3. par. 1. mem. 35. Item Pat. 3. & 4. E. 4. m. 5. mem. 10.

Vide etiam Pat. 2 E. 4. part. 3. memb. 9. Et cart. 11. E. 2. n. 39.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam *Maria* de ſancto *Paulo* comitiſſa *Pembrochiæ* domina *Weysfordiæ* & *Montinacii* fecit, in hæc verba. Sciant omnes tam præſentes quam futuri nos *Mariam* de ſancto *Paulo* comitiſſam *Pembroch.* dominam *Weysford.* & *Montiniacii*, dediſſe conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe pro ſalute animæ noſtræ, & animæ nobilis viri domini *Edomari* de *Valencia*, quondam comitis *Pembrochiæ*, mariti noſtri & animarum *Guidonis* de **Chaſtellionn**, quondam comitis ſancti *Pauli*, patris noſtri, & *Maria* de *Britann.* conſortis ſuæ, matris noſtre, ac pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum totum manerium noſtrum de **Deneye** in comitatu *Cantebrig.* cum omnibus ſuis pertinentiis, ſine aliquo retenemento Deo & glorioſe virgini *Mariæ* & ſancte *Clare*, & ſorori *Katerina* de **Bolwyk** abbatiſſe, ac ſororibus ordinis ejuſdem ſancte *Clare*, videlicet ordinis *Minoriſſarum*, ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, habend. & tenend. totum prædictum manerium cum meſuagiis, ædificiis, terris, pratis, paſturis, mariſcis, communis, turbariis, aquis, gurgitibus, piſcariis, viis, & ſemitis, homagiis, liberorum hominum, & omnibus eorum ſerviciis, wardis, releviis, & eſcaetis, villanis, cum eorum villenagiis, ſervitiis, & omnibus eorum ſequelis, & cum omnibus aliis rebus & pertinentiis ad prædictū manerium quoquo modo ſpectantibus, adeo integrè ſicut nos prædictum manerium unquam tenuimus vel tenere debuimus, cum omnibus introitibus & exitibus eidem abbatiſſæ & ſororibus antedictis & omnibus earum ſucceſſoribus in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Et nos prædicta *Maria* totum prædictum manerium cum omnibus ſuis pertinentiis, ut prædictum eſt, prædictis abbatiſſæ & ſororibus & omnibus earum ſucceſſoribus ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium huic carte ſigillum noſtrum eſt appenſum. Hiis teſtibus domino *Simone* epiſcopo *Elien.* domino *Willielmo* com. *Northampton.* domino *Roberto Parnyng* cancellario domini Regis, domino *Willielmo* de **Coucy**, domino *Bartholomeo* de **Burghayſch**, domino *Johanne Darcy* cognato, domino *Johanne Dengayne*, domino *Ricardo* de *Monte Caniſo*, domino *Richardo* de **Kaunnes** militibus, *Ademaro Daſtelles*, *Johanne Dengayn*, *Willielmo Muchet*, *Galfrido Seman*, & aliis. Dat. apud **Deneye** die Veneris in feſto converſionis ſancti *Pauli* anno domini milleſimo treceteſimo quadrageſimo primo & regni regis *Edwardi* tertii à conqueſtu quintodecimo. Nos autem donation, conceſſionem, & confirmationem prædictas ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt præfatis abbatiſſe & ſororibus ac earum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus ſicut carta prædicta rationabiliter teſtatur. In cujus, &c. T. R. apud *Weſtm.* xxiiij. die Febr.

Per breve de privato ſigillo.

Pat. 18 *E.* 3. part. 2. mem. 25.

REx omnibus ad quos &c. Salutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & her. noſtris quantum in nobis eſt dilectæ conſanguineæ noſtræ, *Mariæ* de ſancto *Paulo*, comitiſſe *Pembrochiæ*, quod ipſa manerium ſuum de **Strode** cum pertinentiis quod de nobis tenetur in capite, ut dicitur, ſimul cum libertatibus, liberis conſuetudinibus, ac aliis ad idem maneriū ſpectantibus, dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto abbatiſſe & ſororibus minoriſſis de **Deneye**, vel aliis viris aut mulieribus religioſis prout eidem comitiſſe placuerit. Habendum & tenendum eiſdem abbatiſſe & ſororibus, ſive aliis religioſis hujuſmodi, & ſucceſſoribus ſuis de nobis & hæredibus noſtris, imperpetuum. Et eiſdem abbatiſſe & ſororibus ſive aliis religioſis prædictis, quod ipſi manerium illud cum libertatibus liberis conſuetudinibus & aliis pertinentiis ſuis prædictis a præfata comitiſſa recipere poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore preſentium, ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, ſive quocumque alio ſtatuto inde in contrarium editis non obſtantibus. Conceſſimus etiam eidem comitiſſe, quod in caſu quo ipſa aliis religioſis quam prædictis abbatiſſe & ſororibus manerium prædictum dare voluerit & aſſignare, quod ipſi quibus hujuſmodi manerium ſic datum & aſſignatum fuerit, eccleſiam ſive oratorium in eodem manerio de novo fundare, & domos pro inhabitatione ſua infra manerium prædictum conſtruere & erigere poſſint, juxta ordinationem & voluntatem præfate comitiſſe, & quod ipſi eccleſiam ſive oratorium & domos prædicta ac manerium prædictum, cum libertatibus, liberis conſuetudinibus, & aliis pertinentiis prædictis habere poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſicut prædictum eſt, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum juſticiariorum eſcaetorum vicecomitum aut aliorum ballivorum ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcumqve. In cujus &c. T. R. apud *Weſtm.* xxj. die Aug.

Per breve de privato ſigillo.

Licentia Regis de advocatione abbatiæ de **Waterbech**, monialibus de **Deney** concedenda.

Pat. de an. 20 E. 3. mem 32.

Vide etiam Pat. 13 *E.* 3. part. 1. mem. 20.

Et Pat. 15 *E.* 3. part. 2. memb. 8.

R*EX omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis, quod de gracia noſtra ſpeciali, conceſſimus & licenciam dedimus, pro nobis & heredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecte conſanguinee noſtre* Marie *de ſancto* Paulo, *comitiſſe* Pembrochiæ, *quod ipſa advocationem abbathie minoriſſarum de* **Waterbeche**, *ordinis ſancte* Clare, *que de nobis tenetur in capite, dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto abbatiſſe & minoriſſis de* **Denneye**, *ejuſdem ordinis, habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & heredibus noſtris in perpetuum, & eiſdem abbatiſſe & minoriſſis de* **Denye**, *quod ipſe advocationem predictam ab eadem Comitiſſa recipere poſſunt, & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis predictis, ſicut predictum eſt. Conceſſimus inſuper & licenciam dedimus,* *pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod ipſa Comitiſſa, ſeu ille ad quem pertinet dictam abbathiam de* **Waterbeche**, *ſimul cum terris, tenementis, redditibus, feodis, poſſeſſionibus, eccleſiis appropriatis, advocationibus eccleſiarum, & omnibus aliis rebus & commoditatibus ad eandem abbatiam de* **Waterbeche** *ſpectantibus, præfate abbathie de* **Denye** *annectere & unire, necnon dictas abbatiſſam & minoriſſas de* **Waterbeche**, *ad predictam abbathiam de* **Denye** *transferre poſſint, ibidem ſub regulari habitu perpetuò moraturas, & quod eædem abbatiſſa & minoriſſe de* **Denye** *predictam abbathiam de* **Waterbeche**, *unà cum terris, tenementis, redditibus, feodis, poſſeſſionibus, eccleſiis appropriatis, advocationibus eccleſiarum, & omnibus aliis rebus & commoditatibus predictis ad eandem pertinentibus, recipere, & eam ſic annexam & unitam tenere poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, ut eſt dictum, juxta ordinationem in hac parte legitime faciendam, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante, Nolentes quod prefata Comitiſſa, vel heredes ſui, aut predicte abbatiſſa & minoriſſe de* **Denye**, *vel earum ſucceſſores, racione premiſſorum, per nos vel heredes noſtros, ſeu miniſtros noſtros quoſcunque inde occaſionentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur. In cujus &c. T.R. apud* Weſtmonaſterium *decimo tertio die Maii.*

Carta Regis Henrici *quarti.*

Cart. antiq. 3, & 4 *Hen.* 4. nu. 5. m. 10.

Vide etiam cart. 42 *E.* 3. n. 2.

REX archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus literas patentes domini *Edwardi*, quondam Regis *Angliæ*, progenitoris noſtri, factas in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, & dux *Aquitaniæ*, omnibus ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem. Sciatis, quod cum nos nuper, pro remiſſione & quieta clamantia quas dilecta nobis *Maria*, quæ fuit uxor *Adomari* de *Valencia*, quondam comitis *Pembrochiæ* fecit nobis de toto jure & clameo quæ habuit in caſtris & villis de **Hertford** & **Haverford**, & in maneriis de **Hegham Ferers**, **Monemuth**, & de **Honenak**, cum pertinentiis conceſſerimus eidem *Mariæ* inter alia terras & tenementa ſibi per nos ea de cauſa conceſſa, maneriū de **Deneye** cum pertinentiis in comitatu *Cantebrig.* habend. ad totam vitam præfate *Mariæ*, prout in literis noſtris patentibus inde confectis pleniùs continetur. Nos, pro bono ſervicio quod eadem *Maria* nobis hactenus impendit, necnon pro ducentis & quinquagiuta libris quas ab eadem *Maria* per manus venerabilis patris *Henrici Lincolnien.* epiſcopi, theſaurarii noſtri, recepimus, conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod eadem *Maria* habeat & teneat dictum manerium de **Deneye** cum pertinentiis ſibi & hæredibus ſuis, unà cum feodis militum, libertatibus, & omnibus aliis ad manerium illud ſpectantibus, de nobis & hæredibus noſtris ac aliis capitalibus dominis feodi illius per ſervitia inde debita & conſueta imperpetuum, totum jus & clameum quæ in manerio prædicto habemus vel habere poterimus eidem *Mariæ* & hæredibus ſuis, pro nobis & hæredibus noſtris nichilominus remittentes. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud **Waltham**, octavo die Aprilis anno regni noſtri decimo.

Inſpeximus etiam alias literas patentes ejuſdem progenitoris noſtri factas in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*, omnibus ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem. Sciatis, quod, de gratia noſtra ſpeciali, & pro bono ſervitio quod dilecta nobis *Maria*, quæ fuit uxor *Adomari* de *Valenciæ*, quondam comitis *Pembrochiæ*, nobis impendit, necnon pro quadam pecunie ſumma quam eadem *Maria* nobis pre manibus ſolvit, prout in aliis literis noſtris patentibus pleniùs eſt expreſſum, conceſſimus, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem *Mariæ*, quod ipſa manerium de **Deneye** cum pertinentiis in comitatu *Cantebrig.* quod de nobis tenetur in capite, ut dicitur, dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto abbatiſſe & ſororibus minoriſſis de **Waterbeche**: habendum & tenendum eiſdem abbatiſſe & ſororibus & ſucceſſoribus ſuis, unà cum feodis militum & libertatibus, ac omnibus aliis ad manerium illud ſpectantibus, in auxilium ſuſtentationis ſue, nec non ad quaſdam cantarias & elemoſinas faciendas & ſuſtentandas, juxta ſalubrem ordinationem in hac parte faciendam, in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et eiſdem abbatiſſe & ſororibus quod ipſæ manerium predictum, cum pertinentiis feodis & libertatibus predictis a prefata *Maria* recipere poſſint, & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in ſubſidium ſuſtentationis ſue, & ad cantarias & elemoſinas predictas faciendas & ſuſtentandas, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum, ſicut predictum eſt, tenore preſentium, ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, ſeu quovis alio ſtatuto, ſed ordinatione in contrarium factis non obſtantibus. Nolentes quod prefata *Maria*, vel heredes ſui, aut predicta abbatiſſa & ſorores, ſeu ipſarum ſucceſſores, ratione premiſſorum vel ſtatuti predicti, per nos vel heredes noſtros, juſticiarios, eſcaetores, vicecomites, aut alios Ballivos ſeu miniſtros noſtros quoſcunque inde occaſionentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. T. meipſo apud **Haverynge atte Boure**, duodecimo die Aprilis, anno regni noſtri decimo.

Inſpeximus inſuper alias literas patentes progenitoris noſtri prædicti factas in hæc verba *Edwardus* Dei gratia rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Aquitaniæ* omnibus ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem. Sciatis, quod cum nos nuper pro remiſſione & quieta clamantia quas dilecta nobis *Maria*, quæ fuit uxor *Adomari* de *Valencia* quondam comitis *Pembrochiæ* fecit nobis de toto jure & clamio quæ habuit in caſtris & villis de **Hertford** & **Haverford** & in maneriis de **Hegham**, **Ferers**, **Monemuth**, & de **Honenak** conceſſerimus eidem *Mariæ* inter alia terras & tenementa ſibi per nos ea de cauſa conceſſa, manerium de **Deneye** cum pertinentiis in comitatu *Cantebrig.* habend. ad totam vitam præfate *Mariæ*, & poſtmodum pro bono ſervicio quod eadem *Maria* nobis impendit, necnon pro ducentis & quinquaginta libris quas ab eadem *Maria* per manus venerabilis patris *Henrici Lincoln.* epiſcopi, tunc theſaurarii noſtri, recepimus, conceſſerimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod eadem *Maria* haberet & teneret dictum manerium de **Deneye** cum pertinentiis ſibi & hæredibus ſuis, unà cum feodis militum, libertatibus, & omnibus aliis ad illud manerium ſpectantibus, de nobis & hæredibus noſtris ac aliis capitalibus dominis feodi illius per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum: totum jus & clameum que in manerio prædicto habuimus vel habere poſſemus, eidem *Mariæ* & hæredibus ſuis pro nobis & hæredibus noſtris nichilominus remittentes, prout in diverſis literis noſtris patentibus inde confectis pleniùs continetur. Ac præfata *Maria* jam nobis ſupplicaverit, quod cum manſum dilectarum nobis in Chriſto abbatiſſe & ſororum minoriſſarum de **Waterbech** in loco ſtricto, baſſo & corrupto ac aliàs pro morâ earundem minus ſufficienti ſituetur, velimus eidem *Mariæ* concedere, quod ipſa præfatas abbatiſſam & ſorores à prædicto loco de **Waterbech** uſque ad prædictum manerium de **Deneye** transferre, & manerium illud eiſdem abbatiſſe & ſororibus, ad domos & ædificia pro inhabitatione ſua inibi conſtruenda dare poſſit & aſſignare: habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Nos, ad devotionem quam præfata comitiſſa ſic habet ad divinum cultum & pietatis opera augmentanda, conſiderationem habentes, necnon contemplatione ejuſdem comitiſſe, conceſſimus de gratia noſtra ſpeciali pro nobis & hæredibus noſtris, præfatis abbatiſſe & ſororibus, quod ipſæ à dicto loco de **Waterbech** uſque dictum manerium de **Deneye**, quandocumque eis & dictæ comitiſſe placuerit, valeant ſe transferre, ibidem juxta regulam ordinis ſui perpetuò morature, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, ſeu miniſtrorum noſtrorũ quorumcumque. Conceſſimus etiam de uberiori gratia noſtra præfate comitiſſe, quod ipſa dictum manerium de **Deneye**, cum feodis militum, libertatibus, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, dare poſſit & aſſignare præfatis abbatiſſe & ſororibus, habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, pro inhabitatione earundem, & cantariis ac aliis elemoſinis & piis operibus juxta ordinationem ipſius comitiſſe faciendis & ſuſtentandis. Et eiſdem abbatiſſe & ſororibus, quod ipſæ manerium prædictum cum pertinentiis ſuis prædictis à præfata *Maria* recipere, & domos & ædificia pro inhabitatione ſua ibidem conſtruere & ædificare, ac manerium illud ſic ædificatum, cum omnibus ſuis pertinentiis prædictis, tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, tenore preſentium, ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. Nolentes, quod prædicta *Maria*, vel hæredes ſui, aut præfate abbatiſſa & ſorores vel ſucceſſores ſui, ratione præmiſſorum, vel ſtatuti prædicti per nos vel hæredes noſtros, juſtitiar. eſcaetor. vicecomites, aut alios ballivos ſeu miniſtros noſtros quoſcunq; inde occaſionentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur. Salvis tamen nobis & hæredibus noſtris ac aliis capitalibus dominis feodi illius ſervitiis inde debitis & conſuetis. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. T. *Edwardo* duce *Cornubiæ*, & comite *Ceſtriæ*, filio noſtro cariſſimo, cuſtode *Angliæ*. Apud **Berkhamſtede** quartodecimo die Aprilis anno regni noſtri tertiodecimo.

Inſpeximus etiam alias literas patentes domini *Edwardi*, nuper Regis *Angliæ*, avi noſtri, factas in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ*, omnibus ad quos preſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis, quod cum nos nuper de gratia noſtra ſpeciali, & pro bono ſervitio quod dilecta nobis *Maria* quæ fuit uxor *Adomari* de *Valencia*, nuper comitis *Pembrochiæ*, nobis impendit, necnon pro quadam pecunie ſumma quam eadem *Mariæ* nobis præ manibus ſolvit, prout in aliis literis noſtris patentibus plenius eſt expreſſum, conceſſerimus & licentiam dederimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem *Mariæ* quod ipſa manerium de **Deneye** cum pertinentiis in com. *Cantebrig.* quod de nobis tenetur in capite, ut dicitur, dare poſſet & aſſignare dilectis nobis in Chriſto abbatiſſe & ſororibus minoriſſis de **Waterbech**: habendum & tenendum eiſdem abbatiſſe ſororibus & ſucceſſoribus ſuis, unà cum feodis militum, & libertatibus & omnibus aliis ad manerium illud ſpectantibus, in auxilium ſuſtentationis ſuæ, necnon ad quaſdam cantarias & elemoſinas faciendas & ſuſtentandas, in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, prout in literis noſtris patentibus inde confectis pleniùs continetur. Et jam præfata comitiſſa nobis ſupplicaverit, ut cum ipſa propoſitum ſuum in hac parte jam mutaverit, & de eodem manerio quandam domum ſororum minoriſſarum perpetuò duraturam de novo fundare diſpoſuerit, velimus ei concedere, quod ipſa hujuſmodi domũ ſororum minoriſſarum in prædicto manerio de **Deneye** juxta ordinationem ejuſdem comitiſſe faciendam de novo fundare, & manerium illud eiſdem ſororibus minoriſſis ad domos & ædificia pro inhabitatione ſua inibi conſtruenda dare poſſit, & aſſignare, Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum: Nos ad devotionem quam præfata comitiſſa ſic habet ad divinum cultum & pietatis opera augmentanda conſiderationem habentes, ac volentes pium propoſitum ipſius comitiſſe in hac parte effectui debito mancipari, conceſſimus de gratia noſtra ſpeciali pro nobis & hæredibus noſtris prefate comitiſſe, quod ipſa hujuſmodi domum ſororum minoriſſarum in manerio prædicto de novo fundare, & manerium illud cum libertatibus & omnibus aliis pertinentiis ſuis dare poſſit & aſſignare præfatis ſororibus minoriſſis ſic in eodem manerio moraturis: habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum pro inhabitatione earundem & cantariis ac aliis elemoſinis & piis operibus juxta ordinationem ipſius comitiſſe faciendis & ſuſtentandis, in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et eiſdem ſororibus minoriſſis quod ipſæ manerium prædictum cum pertinentiis ſuis prædictis à præfata *Maria* recipere, ac domum & ædificia pro inhabitatione ſua ibidem conſtruere & ædificare, ac maneriũ illud ſic ædificatum cum omnibus pertinentiis ſuis prædictis tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore preſentium, ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. Nolentes, quod prædicta Comitiſſa vel hæredes ſui, aut prefate ſorores Minoriſſe, aut ſucceſſores ſui, ratione premiſſorum vel ſtatuti prædicti, per nos vel hæredes noſtros, juſticiar. eſcaetor. vicecomites, aut alios ballivos ſeu miniſtros noſtros quoſcunq; inde occaſionentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur, ſalvis tamẽ nobis & heredibus noſtris, ac aliis capitalibus dominis feodi illius ſerviciis inde debitis & conſuetis. In cujus rei teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes, Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſeptimo die Septembris, anno regni noſtri *Angliæ* quinto decimo, regni vero noſtri *Franciæ* ſecundo.

Vide Vol. 2. *Pag*. 883. *Col*. 1.

SEWARDESLEYENSIS *Prioratus*, *in agro* Northamptonienſi.

Carta Simonis *de* **Pinkeny**.

Pat. 12. *E.* 2. part. 1. m. 32. per Inſpex.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Simon* de **Pinkeny**, filius *Henrici* de **Pinkeny**, dedi, conceſſi, & hac preſenti Carta mea confirmavi, Deo & beatæ *Mariæ* & ſanctimonialibus de *Seuuardelia* ibidem Deo ſervientibus, pro anima mea, & pro animabus anteceſſorum meorum, quatuor ſolidatas redditus, quas prædictæ ſanctimoniales michi reddere ſolebant pro quatuor virgatis terræ, quas *Robertus* de **Pynkeni**, avus meus illis dedit in villa de **Eſſeby**. Et ego prædictus *Simon* volo quod prædictæ ſanctimoniales teneant iſtas quatuor virgatas terræ præfatas, cum omnibus pertinentiis ſuis, infra villam & extra, liberè, quietè, plenariè & honorificè, in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut aliqua elemoſina melius & liberius poteſt dari. (*&c.*) Hiis Teſtibus domino *Johanne* de **Hulecote**, *Radulfo* de **Wedune**, *Henrico Gubiun*, *Willielmo* de *Paveli*, *Willielmo* de *Atrio*, *Radulfo* de *Atrio*, *Willielmo* de *Plumtune*, (*&c.*)

Cartæ 2. E. 3. m. 7.

(REX *Licentiam dedit Prioriſſæ de* **Sewardeſleye**, *accipere de* Willielmo *de ſancto* Johanne *manerium de* **Eſtueſton**, *cum pertinentiis in comitatu* **Northampton**, *in eſcambium, pro ſex meſuagiis & quatuor virgatis terræ, cum pertinentiis, in* **Eſſeby** *Canonicorum in eodem comitatu.*

LITLEMAREISENSE *Cœnobium, juxta* **Pedingham** *in agro* Eboracenſi.

Carta fundationis.

ROgerus de **Clere**, omnibus ad quos litere iſte pervenerint, preſentibus & futuris, ſalutem. Sciatis me, pro ſalute anime meæ, & anteceſſorum parentum, & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe, & dediſſe & teſtimonio preſentis cartæ confirmaſſe, Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & monialibus de **Little-Merehes**, in puram & perpetuam elemoſinam, totam terram meam de **Littlemerehes**, & duas bovatas terræ in *Wiltuna*, cum paſtura centum ovium: tenenda & habenda imperpetuum de me & hæredibus meis, libera & quieta de omni temporali ſervitio, in aquis, pratis, culturis, & paſcuis, & omnibus aliis rebus, cum **tol**, & **tem**, **ſoc**, & *ſacha*, & **infangthefe**. Hiis teſtibus, *Jeremia* archidiacono, *Roberto* decano de **Helmeſſe**, *Philippo* decano de **Collome**, *Thoma* capellano de **Wilton**, *Olivero* de **Collom**, *Willielmo* de *Atuna*, *G*. de **Brideſale**, *Galfrido* de **Alverſtan**, *Willielmo* de **Egleſfeild**, *Stephano Barre*, *Willielmo* de **Buſchamp** clerico, *Gocelino* de **Areci**, *Rogero Abbingwrth*, *Richardo Coſe*, *Yſaac* clerico, *Willielmo Lonburg*, *Willielmo Wiwell*, *Hugone* filio *Willielmi* camerarii.

Ex originali carta nuper in cartarum ſcrinio de *Yeddyngham* in turri beatæ *Marie Eboraci.*

Charta Regis *Henrici* ſecundi.

Ibid.

HEnricus *Rex* Angliæ, *Dux* Normanniæ, *&* Aquitaniæ, *& Comes* Andegaviæ, *juſtitiariis, vicecomitibus, & miniſtris, & foreſtariis ſuis de* Eboraſhira *ſalutem. Præcipio quod ſanctimoniales de* Parvo-Mariſco, *noſtram firmam pacem habeant, & ipſæ, & omnes res earum: & teneant terram ſuam de* Parvo-Mariſco, *bene, & in pace, liberè, & quietè, & juſtè, cum pertinentiis ſuis, quia locum illum eis in eccleſiam conceſſi; & prohibeo ne aliquis eis forisfaciat in aliquo. Teſtibus,* Nicholao, *de* Sigillo, Johanne *theſaurario* Eborac. *Apud* Eboracum.

Dedicatio eccleſiæ de **Peddingham**.

Ibid.

G. Dei gratia *Candide Caſe* epiſcopus, domini *Willielmi Dei gratia Eboracenſis* epiſcopi, *Angliæ* primatis, ſuffraganeus, omnibus Chriſti fidelibus æternam in Domino ſalutem & benedictionem. Noverit univerſitas veſtra nos, anno gratiæ 1241. xvij. kalend. Septembris, dedicaſſe eccleſiam de **Peddingham**, in honore beatiſſime virginis *Mariæ*, ad inſtantiam *Emme* de *Humbletona*, Prioriſſe, & Conventus ejuſdem eccleſie, & in die dedicationis de miſericordia Dei & meritis beate *Marie* confiſi, Conceſſiſſe verè penitentibus, & confeſſis ad eandẽ dedicationem devotè venientibus, de injuncta ſibi penitentia centum dies relaxationis. Statuimus etiam diem dedicationis per ſingulos annos, feriatũ & ſolempnem

nem in parochia illa imperpetuum obſervari. Conceſſimus etiam omnibus devote venientibus ad ſolempnitatem anniverſariam, per octavas xl. dies relaxationis. Et ut in poſterum conſtare poſſit, tam de die dedicationis, quam numero dierum relaxationis. Hoc ſcriptum ſigilli noſtri appoſitione corroboravimus.

Charta *Richardi* de **Breuſe.**

Ibid.

S*Ciant preſentes & futuri, quod ego* Richardus *de* **Breuſe** *miles ex conſenſu* Alicie *uxoris mee, aliquo tempore conceſſi ſanctimonialibus ſancte* Marie *de* **Peddingham,** *quod ipſe moniales, cedentibus vel decentibus earundem Prioriſſis, illas quas in earum elegerint Prioriſſas de novo, nobis & hæredibus noſtris preſentarent, ac jus eligendi, Archiepiſcopo preſentandi, & in eccleſiam, ſeu monaſterium de* **Peddingham** *inſtallandi poſt creationem earundem in Prioriſſam petiviſſemus occaſione dicti monaſterii, quod fundatum eſt de feodo noſtro nunc, quod quondam fuit de feodo anteceſſorum* Aliciæ *ſponſe mee ; Ego verò predictus* Richardus, *&* Alicia *uxor mea, ex unanimi aſſenſu, remiſimus, & quietum clamavimus omne jus Prioriſſam eligendi, &c.*

Carta Radulphi *de* Clere.

Ex autographo ſuper in turri beate *Marie Ebraci,*

R*Adulphus* de **Clere** omnibus ad quos litere pervenerint iſte ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & preſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & monialibus de **Litlemarhes** totam terram de **Litlemarhes,** & duas bovatas terræ in *Wiltunia*, cum paſtura centum ovium: tenendam & habendam de me & hæredibus meis liberam & quietam ab omni ſervitio temporali, in aquis, terris, pratis, culturis, paſcuis, & omnibus rebus aliis, cum **tol, & tem, ſoc** & *ſacca* & **infangucthef,** ſicut carta *Rogeri* de **Clere** fratris mei teſtatur. Hiis teſtibus, *Willielmo Bainard, Willielmo* de **Muſcham** clerico, *Reginaldo* clerico, *Randulpho* de **Riebof,** *Willielmo* de **Stodham,** *Waltero* fratre ejus, *Roberto Avore, Martino* & aliis.

Carta *Rogeri* filii *Radulfi* de **Clere.**

Ibid.

O*Mnibus Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit,* Rogerus *de* **Clere,** *filius* Radulphi *de* **Clere** *ſalutem, Noverit univerſitas veſtra me, pro ſalute anime meæ & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe omnes donationes, quas prædeceſſores mei dederunt Deo, & beatæ* Mariæ *de* **Peddingham,** *& monialibus ibidem Deo ſervientibus ; videlicet ex dono* Helewiſiæ *de* **Clere** *totam terram de* **Luitelmarsk** *& duas bovatas in* Wilthona, *cum omnibus pertinentiis ſuis in omnibus ſocis, & ex dono* Radulphi *de* **Clere** *eccleſiam* omnium Sanctorum *de* **Syvelington** *& quatuor bovatas terræ. Et ex dono* Willielmi Erchinbald *unam bovatam terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis in omnibus locis, & pannagium viginti porcorum, & quindecem carratas boſci, in boſco de* **Syvelington** *annuatim percipiendas, Et inſuper unam bovatam terræ cum pertinentiis ſuis in* Wilthona *quam* Mabilia *de* **Clere** *avia mea dedit eis, & inſuper dedi conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi eiſdem monialibus unum toftum, cum crofto in villa de* Syvelingtona *quam* Radulphus Belle *quondam tenuit ; & quandam culturam quæ vocatur* **Laugerowne** *in territorio ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis in omnibus locis. Ego vero* Rogerus *de* **Clere** *omnia prædicta tenementa dedi, & confirmavi dictis monialibus in puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus donationibus & conceſſionibus prædictorum donatorum, ut eas habeant, teneant & quiete poſſideant, ita libere quiete & integre, ſicut aliqua Elemoſina liberius & quietius, & uberius, & integrius, dari poteſt. Et ego* Rogerus *de* **Clere** *& heredes mei warantizabimus & defendemus & adquietabimus dictis monialibus omnes donationes & conceſſiones prædictas, & omnes donationes meas, tam de feudo quam de dominico meo, & omnes terras & poſſeſſiones quas de me, vel de liberis hominibus meis adquirere poterunt. In cujus rei teſtimonium huic ſcripto ſigillum meum appoſui. His teſtibus.* Simone *de* **Cokefeld,** Radulpho *de* **Clere,** Waltero *de* **Percehaie,** Willielmo Buzell, Willielmo *de* **Perth,** Willielmo Malekake, Galfrido Malekake, Johanne *de* **Alverſtain,** Thoma *de* Edbrithona, Petro *de* Gaola, Willielmo Rumain, *& aliis.*

Charta Regis Henrici.

Cart. 31. *Hen.* 3. memb. 11.

Vide cart. 6.*E*.3.n. 1.

H*Enricus* Dei gratia (*&c.*) Sciatis nos conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe Deo, & beatæ *Mariæ* de **Peddingham,** & Prioriſſæ, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes ſubſcriptas, videlicet, de dono *Helewiſie* de **Clere** totam terram de **Littlemersk,** & duas bovatas terræ cum pertinentiis in **Wiltun** ; de dono *Radulphi* de **Clare** eccleſiam *omnium Sanctorum* de **Sivelington,** & quatuor bovatas terræ in eadem villa ; de dono *Willielmi Archembaldi* unam bovatam in **Sivelington,** & pannagium viginti porcorum, & quindecem carratas buſce annuatim in boſco ejuſdem villæ De dono *Mabille* de **Clere** unum bovatam terræ in **Wilton** ; De dono *Rogeri* de **Clere** unum toftum & quantlam culturam terræ in **Syvelington** (*&c.*) De dono *Baldwini* de **Alverſtan** medietatem unius carucatæ terræ cum pertinentiis in **Edbricton,** & quatuor bovatas terræ in eadem villa, & alias tres bovatas terræ in eadem villa. De dono ejuſdem *Baldwini*, unum molendinum in eadem villa ; De dono *Johannis* filii *Baldewini* unam bovatam in eadem villa, &c. De dono *Anketini* de *Heſelertune*, eccleſiam de **Poddingham** cum pertinentiis (*&c.*)

Carta domini *Hugonis Gubyun* militis de terra ſua in **Pedingham** monialibus ibidem.

Ex ipſo autographo in turri beate *Mariæ Eboraci.*

O*Mnibus Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit, dominus* Hugo Gubyun *miles, filius* Richardi Gubyun *ſalutem. Noveritis me, pro ſalute animæ meæ, & animarum* Rogeri *de* **Merlay** *avunculi mei,* Willielmi *de* **Merlay** *fratris ſui,* Richardi Gubyun *fratris mei & omnium anteceſſorum meorum dediſſe, & pre-*

ſenti carta mea confirmaſſe Deo, & eccleſiæ beatæ Mariæ *de* **Pedingham**, *& monialibus ibidem Deo ſervientibus totam terram meam de* **Pedingham**, *in elemoſinam cum omnibus pertinentiis ſuis, quam quidem terram tenui de* Rogero *de* **Merlay**; *Tenendam dictis monialibus in feodi firma imperpetuum liberè, quietè & integrè, ſine aliquo retenemento, cum omnibus aiſiamentis, libertatibus, communibus, turbariis, paſcuis, paſturis, pratis, aquis, piſcariis, libero introitu, & exitu, & omnibus aliis pertinentiis, infra villam & extra, prædictæ terræ pertinentibus. Reddendo inde annuatim mihi, & hæredibus meis, vel meis aſſignatis decem libras ſterlingorum, ad duos terminos anni, pro omni ſervitio ſeculari, exactione, ſecta curiæ, & demanda, ſalvo forinſeco ſervitio ad prædictam terram pertinente. Præterea dictæ moniales invenient unum ſacerdotem ad celebrandum ſolempniter divina de beata virgine, in monaſterio de* **Peddingham** *ſingulis diebus inperpetuum, ſecundùm quod commodiùs poteſt fieri, ad utilitatem dictæ domus, pro ſalute omnium animarum prædictarum: Et ſi ita contingat, quod pro defectu dictarum monialium, celebratio dictæ miſſe ſubtrahatur, dictæ moniales ſolvent, quolibet anno, mihi vel hæredibus meis, vel meis aſſignatis quinque marcas argenti, nomine firme, quamdiu dicta celebratio ceſſaverit, & quotiens hoc evenerit; & cum dicta celebratio iterùm relevetur, ſolutio prædictarum quinque marcarum penitus ceſſabit de me & hæredibus meis, vel aſſignatis. Et ſciendum eſt, quod quandocunque contigerit hæredes meos eſſe in cuſtodia, dictæ moniales ſolvent domino meo* Rogero *de* **Merlay**, *& hæredibus ſuis, tam dictam firmam annuatim, quam ſolutionem dictarum quinque marcarum pro defectu celebrationis, ut prædictum eſt, ſi commiſſa fuerit. Ego vero prædictus* Hugo *& hæredes, vel aſſignati, totam prædictam terram cum omnibus pertinentiis, prædictis monialibus, & earum ſucceſſoribus, pro prædicto ſervitio, ut ſupradictum eſt, in perpetuum warantizabimus. Ita, ſcilicet, quod nec ego, nec aliquis hæredum meorum, vel aſſignatorum, ratione dictæ terræ verſùs prædictas moniales, vel earum ſucceſſores, aliquo tempore homagium, relevium, ſeu fidelitatem, vel aliquid aliud preterquam prænominatum ſervitium, exigere poterimus. In cujus rei teſtimonium hanc cartam ad modum cyrographi confectam, utraque pars ſigilli ſui impreſſione corroboravit. His teſtibus, domino* Sewaldo *tunc archiepiſcopo* Eboraci, *magiſtro* Godefrido *tunc decano* Eboraci, *magiſtro* Simone *de* **Eveſham** *tunc archidiacono de* **Eſtridinge**, *domino* Rogero *de* **Merlay**, Roberto Ingram, Willielmo Latimer, Willielmo *de* **Borafe**, Nicholao *de* **Haſtings** *militibus*, Willielmo *de* **Aton**, Johanne *de* Hyda, Willielmo Romano, Thoma *de* **Edbriſton**, Willielmo Malekak, Willielmo le Bret, Petro *de* Gayola, Nicholao *clerico decani de* **Pikering**, Willielmo *clerico de* **Edbriſton**. *Actum die Jovis proxima ante feſtum ſancti* Johannis *Baptiſtæ, Apud* **Pedingham**, *Anno regni Regis* Henrici *filii Regis* Johannis *quadrageſimo primo.*

Ex autog. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

Liberationes in domo de **Pedingham**.

HEæ ſunt liberationes faciendæ in domo de **Pedingham** ſingulis ebdomadis infra annum; videlicet, Prioriſſæ & conventui *Jeſu Chriſti*, & ſanctæ *Mariæ*, ſingulis diebus lxij. Panes de pane conventus. Item, cuilibet de novem fratribus, in ſeptimana, xij. panes de conventu. Item fratri *Jacobo* quatuordecem panes, de conventu. Item cuilibet de iij. presbyteris xiiij. panes de conventu; Et iiij. capellano duodecim panes de conventu, clerico de **Sivilinton** ſeptem panes de conventu, uſque ad feſtum nativitatis beatæ *Mariæ*; cuidam pauperi de eadem, duos panes de conventu uſque ad dictum feſtum. Molendinario ſeptem panes de conventu, & ſeptem panes de **prickedbred**. *Gilberto Spot* ſeptem panes de conventu; & quatuordecem de duriori pane. Sutori quatuor panes de conventu, & decem panes de **prickedbred**. Fratribus minoribus de **Scardeburg** quinque panes de conventu. Cuilibet undecim ſervientium apud **Ewereſton** viginti unum panes, de pane duriori; duobus ſervientibus apud **Wilton** xlij. panes, de pane duriori; duobus ſervientibus apud **Alverſtayn** xlij. panes, de pane duriori; duobus ſervientibus apud **Swainton** xlij. panes, de pane duriori; ſex ſervientibus apud **Pedingham**, ultra aquam, & puero ſepties viginti panes de pane duriori; canibus in ſingulis maneriis triginta novem panes, de pane duriori; tribus carectariis de **Pedingham**, ſexaginta tres panes, de pane duriori; & omnibus illis, ſeptem panes de **prickedbred**; ſex carucariis ſexies viginti & ſex panes de pane duriori: vaccario xxj. panes de pane duriori. Portario xxj. panes de pane duriori. Meſſori quatuordecem panes, de pane duriori; & ſeptem panes de **prickedbread**. Duobus gardinariis viginti octo panes de pane duriori & quatuordecem panes de **prickedbred**. Servienti grangiarum quatuordecim panes de pane duriori, & ſeptem panes de **prickedbred**; puero ejuſdem ſeptem panes de pane duriori; quatuor ancillis cuilibet ſeptemdecem panes, de pane duriori. Ancille de infirmitorio ſeptem panes de pane duriori; puero molendinarii quatuordecim panes de pane duriori. Cuſtodi aucarum ſeptem panes, de pane duriori. Item ſciendum eſt quod frater *Richardus* non recipiet ultra prædictum feſtum nativitatis beatæ *Mariæ* aliquid ad opus ſuum proprium, nec ad opus alicujus de **Sivilinton**, & de hoc quod recipiet ad opus ſuum, & ſuorum à feſto beati *Petri* ad vincula, uſque ad dictum feſtum nativitatis, ſatisfaciet ſicut decet.

NUN-BURNHAMENSIS
Prioratus in agro Eboracenſi.

JUr. dicunt ſuper ſacramentum ſuum quod *Robertus* filius *Thomæ* de **Grayſtoc** tenuit die quo obiit de domino rege per ſervitium in villa de *Brunnum* in comitatu prædicto duo feoda militum & dimidium, ubi (inter alia) juratores dicunt quod Prioriſſa de *Brunnum* tenet dimidiam carucatam terræ in *Brunnum* de dicto feodo.

Eſc. 38. H. 3. n. 42.

[Sciendum quod *Rogerus* de **Merlay**, dominus

nus baroniæ de **Morpath** in com. **Northumberland**, fuit etiam dominus de *Brunnum* prædict. cujus anteceſſores fuerunt fundatores Prioratus de **Brunham** prædicti ut accepi ex relatione honorabilis viri domini *Willielmi Howard* domini baroniæ de **Naworth** in agro *Cumbrenſi*; cujus anteceſſor *Willielmus Baro* de **Graiſtoke** duxit in uxorem *Mariam* filiam & cohæredem prædicti *Rogeri* de **Merley** ante annum 50. regis *Hen.* tertii.]

LYTHOMENSIS *Prioratus, in agro* Lancaſtrenſi, *cella Cœnobii* Dunelmenſis.

Fundatio Prioratus de **Lythom.**

Cart. 9. Ed. 3. nu. 65.

REX (*&c.*) Inſpeximus cartam quam *Richardus* filius *Rogeri* fecit (*&c.*) in hæc verba. *Richardus* filius *Rogeri*, omnibus hominibus *Francis* & *Anglis*, tam preſentibus, quàm futuris, has literas videntibus vel audientibus ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod ego, de conſenſu & voluntate uxoris meæ *Margaretæ*, & hæredum meorum, pro ſalute domini mei *Johannis* comitis, & pro animabus patris & matris meæ, & mea, & hæredum meorum dedi & conceſſi, & hac preſenti Carta mea confirmavi, in puram & perpetuam elemoſinam, Deo & beatæ *Mariæ* & ſancto *Cuthberto* & monachis *Dunelmenſibus*, totam terram meam de **Lythum**, cum eccleſia ejuſdem villæ, & cum omnibus ad ipſam eccleſiam pertinentibus, ad domum ordinis ſui ibidem conſtruendam, ſcilicet, per iſtas diviſas, à foſſa ex parte occidentali cimiterii de **Kilgrimol**, ſupra quam crucem erexi, uſque in mare verſus occidentem. Iterum ab illa foſſa & cruce, in tranſverſum verſus orientem, ſequendo juxta le **Curſidmere** ultra magnam muſſam, & rivulum uſque **Balholm**. Qui quidem rivulus currit verſus **Suinebrigg**. Item à **Balholm**, directè ultra muſſam, quam dominus *Johannes* comes **Moreton** inter ipſum & me diviſit, uſque ad aquilonalem partem de **Eſtholmker**, inſequendo verſus orientem, uſque ad diviſionem aque que venit de **Bircholm**, & dividit inter **Eſtholmker** & **Brimgker**, ſequendo illam diviſionem aque, inter nos, versùs auſtrum, uſque medium inter **Eſtholme** & **Couburugh**, & ſic redeundo verſus occidentem, & circumeundo verſus auſtrum ultra muſſam, uſque in *la* **Pull**, de ultra **Suartſalte**, ſicut cadit ſuper arenam maris; Et ſic ſequendo verſus auſtrum in tranſverſum uſque in **Ribill**, ad filum aque, ſequendo filum dicte aque uſque in mare verſus occidentē, & ſic uſque ad foſſam & crucem predictas. Et totum mariſcum inter predictas diviſas, cum omnibus inſulis, que in eo ſunt; Quare volo & firmiter precipio, quod dicti monachi habeant, & teneant, & imperpetuum poſſideant hanc meam donatiouem. Scilicet, totam predictam terram meam de **Lythum**, in ſeparato dominico, cum omnibus ad eandem pertinentibus. Scilicet in terris cultis, & incultis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in moris & muſſis, & mariſcis, in aquis & molendinis, in ſtagnis & piſcariis, in ſablonibus mare retracto, cum omnibus emolumentis que ex eis aliquo modo evenire poterunt, introitibus & exitibus, & in omnibus aliis libertatibus, & ayſiamentis, & rectitudinibus, & conſuetudinibus ad eandem terram pertinentibus & eccleſiam ipſius villæ, cum ſuis pertinentiis, ita liberè & quietè, & honorificè, ſicut aliqua alia elemoſina infra archiepiſcopatum *Eboracenſem*, ab aliquibus viris religioſis liberiùs, quietiùs & honorificentiùs habetur & poſſidetur. Volo etiam & hac Carta mea confirmo, ut Prior & Monachi *Dunholmenſes*, Priores & Monachos, qui ibidem Deo & beate *Mariæ*, & ſancto *Cuthberto* ſervituri ſunt, liberè ſtatuant & removeant, ſicut meliùs viderint expedire. Et ego verò *Richardus*, & hæredes mei, vel mei aſſignati, totam prædictam terram de **Lythum**, cum omnibus ſuis pertinentiis, ut eſt predictum, contra omnes homines, & feminas warantizabimus, acquietabimus & defendemus imperpetuum. Si quis autem hæredum meorum, vel aliorum huic mee donationi, in aliquo contraire preſumpſerit; Iram Dei & beatæ *Mariæ*, & ſancti *Cuthberti*, glorioſi confeſſoris, incurrat, & eorum ultioni ſubjaceat. Hiis teſtibus, *Simone* Camerario, magiſtro *Richardo* de **Coldingham**, magiſtro *Henrico* de *Dunelm.* *Hugone* de *Feritate*, magiſtro *Waltero* decano de **Pittindun**, magiſtro *Waltero* de **Hadington**, magiſtro *Roberto* de **Edinton**, magiſtro *Waltero* de *Dunelm.* *Roberto* de **Stokeporte**, *Willielmo* de **Mulnum**, *Roberto* filio *Henrici*, *Ricardo* filio *Roberti*, *Willielmo Suany* filio, *Adam* decano de **Birkeham**, *Richardo* clerico de **Pultun**, *Alano Malecake*, *Rollando* milite, *Richardo* Camerario, *Laurentio* Camerario, *Johanne* de **Ketton**, *Philippo* de **Ceſtrun**, *Philippo* de **Haueden**, *Richardo* le *Flemang*, *Hugone Haneton*, *Willielmo* filio *Unfredi*, *Gilberto* **Burdun**, *Willielmo* de *Actle*, cum multis aliis, &c.

38. H. 42.

Carta Regis *Johannis*.

JOHANNES *Dei gratia Rex* Angliæ, *&c. ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & preſenti Carta noſtra confirmaſſe conceſſionem quam fecimus* Richardo *filio* Rogeri *de duabus carucatis terræ quas habuit in* **Lithum**, *viris religioſis, conferendis, & condonationem ſervitii predictæ terræ, ſicut carta quam ei fecimus, dum eſſemus comes* **Moreton** *teſtatur. T.* Galfrido *filio* Petri, *comite* **Eſſex**, (&c.) Cart. 2. Joh. n. 2.

CHIRBURIENSE
cœnobium in agro Salopienſi.

Charta regis Edwardi *de prioratus* Chirburienſis *tranſlatione ad* **Snede**, *ubi primum inſtitutus.*

Pat. 9. *Ed.* 1. m. 19.

REX omnibus &c. ſalutem. Cum nos in hiis quæ ad cultum divinum pertinent, miniſtros & profeſſores cultus illius, ad laudem & honorem omnipotentis Dei, in locis congruis ad hoc confovere teneamur, & illos precipuè qui ſub noſtro ſpeciali regimine ad hoc vacaverint. Ac dilecti nobis in Chriſto Prior & conventus de *Chirebir.* qui primò apud *la* **Snede** ſue profeſſionis & devotionis inchoaverunt originem, exinde poſtmodum uſque *Chireſbir.* tranſlati, ibi locum non invenerint adeo congruum divino miniſterio celebrando, ob varia impedimenta quæ eis ibidem occurrunt, ut accepimus. Nos ipſorum Prioris & conventus tranquilitati in hac parte proſpicere volentes, ut commodiùs & liberiùs contemplationi divinæ valeant vacare, concedimus eiſdem, quod ad prædictum locum de **Snede**, abſque calumpnia & occaſione noſtri vel hæredum noſtrorum, ad vota & profeſſionis ſuæ debita ibidem complenda, regredi & morari valeant, & ea ibidem perpetuò conſummare, proviſo tamen quod animabus illorum qui in prædicto ſacro loco de *Chireſbir.* requieſcunt, non minus per prædictos Priorem & conventum in prædicto loco de **Snede** miniſteriis divinis ſuper hoc ſuffragetur impoſterum, quàm ibidem temporibus retroactis fieri conſuevit. Ita etiam quod præfatis religioſis nichil juris ſui depereat ſeu decreſcat apud *Chireſbir.* occaſione tranſlationis ſue ſupradictæ &c. T. R. apud *Weſtm.* xxj. die Maii.

ARDENENSE
cœnobium in agro Eboracenſi.

Ex quad. antiq. membrana. in bibl. *Hatton.*

MEmorandum, quod *Petrus* de *Hotona* fundavit abbatiam ſancti *Andreæ* de *Ardena*, & conceſſit monialibus ibidem commorantibus plures terras & tenementa. Et ſuam fundationem & conceſſionem confirmavit dominus *Rogerus* de **Mowbray**, dominus feodi ſupradicti per quandam cartam ſuam, quæ ſequitur in hæc verba.

Univerſis ſanctæ eccleſiæ filiis Rogerus *de* **Mowbray**, *Salutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe, & præſenti carta confirmaſſe, pro ſalute mea & meorum, Deo & ſancto* Andreæ, *& ſanctimonialibus de* Ardena *in liberam & perpetuam elemoſinam, & ab omni terreno ſervitio in perpetuum quietam & liberam, & nulli alii abbatiæ ſubjectam, donationem* Petri *de* Hotona, *qnam fecit, & carta ſua confirmavit prædictis ſanctimonialibus in liberam & perpetuam elemoſinam : ſcilicet ipſum locum ubi abbatia ſedet cum tribus carucatis terræ in præfata* Hardena, *cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus, in boſco, in plano & in mora, & in prato, & in paſcuis & in ſtagnis, & in molendinis. Hiis teſtibus,* Rogero *de* Flammavilla, Bertramo Haget, Hamundo Beler, Williel-filio Englerami, Radulfo *de* **Belvaers**, Radulfo *Canonico, & aliis.*

Et poſtea quædam *Elizabetha*, hæres prædicti *Petri*, confirmavit dictas fundationem & conceſſionem per cartam ſuam quæ ſequitur in hæc verba.

Omnibus hanc cartam viſuris vel audituris, Elizabetha, *domina de* **Hoton**, *quæ fuit uxor* Willielmi *de* **Carleton**, *Salutem in domino. Noveritis me in legia viduitate mea conceſſiſſe, & preſenti carta mea confirmaſſe, Deo & beatæ* Mariæ, *& ſancto* Andreæ, *&* Margaretæ *Prioriſſe de* **Erden**, *& ejuſdem loci conventui, totum territorium de* **Erdene** *& de* **Snyleſwath** *cum ſitu domus Sanctimonialium de* **Erdene**, *ſcilicet quicquid iidem Prioriſſa & conventus habent infra diviſas ſubſcriptas; ſcilicet de* **Stepingecroſſe** *uſque* **Wytſtayndale**, *& de* **Wytſtayndale** *uſque* **Hameldon**, *& de* **Hameldon** *uſque* **Potterkeld**, *& de* **Potterkeld** *uſque* **Crayaldſtane**, *& inde uſque* **Milehowe**, *& de* **Milehowe** *uſque* **Nelehowe**, *& deinde uſque* **Rihened**, *& deinde uſque ad pontem de* **Snyleſwath**, *& deinde uſque ad eccleſiam de* **Halmeby**, *& deinde uſque ad* **Staynedale**, *& de* **Stayndale** *uſque* **Stepingcroſſe**. *Habendum & tenendum eiſdem Prioriſſe & conventui, & aliis Prioriſſis quæ poſt ipſam venient, in liberam & perpetuam elemoſinam, de me & hæredibus meis integrè, & pacificè, liberè & quietè, cum omnibus pertinentiis, libertatibus, & aiſiamentis ad prædicta tenementa pertinentibus, procul & prope, ſupra & ſubtus terram, in moris & mariſcis, pratis & turbariis, boſcis & planis, paſcuis & paſturis, terris cultis, & incultis, & colendis, aquis, & molendinis, ſine aliquo retinemento inperpetuum. Et ego & hæredes mei omnia prædicta terras & tenementa cum pertinentiis ſuis, ſicut prænominatum eſt, ut liberam & perpetuam elemoſinam prædictis Prioriſſe & conventui, & aliis Prioriſſis quæ poſt ipſam ibidem venient, & eccleſiæ ſancti* Andreæ *de* **Erdene** *contra omnes homines warrantizabimus, acquietabimus, & in perpetuum defendemus. In cujus rei teſtimonium preſenti cartæ ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus* Richardo Malbys, Roberto Gower, Olivero *de* **Buſſy** *militibus,* Johanne de **Blaby**, Willielmo de **Scoperſcleff**, *& aliis. Datum die dominica in craſtino nativitatis ſancti* Johannis Baptiſtæ *anno regis* Edwardi *filii regis* Henrici *octavo decimo.*

Que confirmationes infra ſcriptæ una cum aliis monimentis deliberatæ fuerunt *Aliciæ* Prioriſſæ de **Erden** per *Galfridum Pygot*, hæredem dicti *Petri*, & *Elizabethæ*, & dicta monimenta recepta fuerunt per dictam Prioriſſam & conventum de dicto *Galfrido* ſicut de fundatore ſuo, & ipſum *Galfridum* in ſuum fundatorem receperunt, & ſicut fundatorem ſuum omnibus ſuis precibus acceptarunt. Datum in feſto purificationis beatæ *Mariæ* virginis anno regis *Henrici* quarti poſt conqueſtum *Angliæ* ſexto.

Nota quod *Ranulphus Pygot* dedit hoſpitali ſancti *Petri Eboracenſis* unam bovatam terræ in **Barlton** juxta **Forſet**.

Rogerus, filius *Rogeri* de **Hoton**, dedit duas bovatas terræ juxta **Threske** monachis de *Ardena* anno triceſimo ſexto *Henrici* tertii.

Confirmationis charta per Regem *Johannem*.

Cart. 2. Johan. m. 9. n. 6.

JOhannes *Dei gratia, &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & preſenti carta confirmaſſe, monialibus de* **Arden** *donationem rationabilem quam* Radulphus *de* Belvar. *&* Conſtantia *uxor ejus eis fecerunt, de una terra in* **Holm**, *ſexaginta octo particarum in latitudinem, & in longitudinem pertingente uſque ad diviſas de* **Heveringham** *& de* **Herſewell**, *& ex dono* Henrici *de* **Kirkeby** *ſuper* **Wiſc** *tres bovatas terræ cum pertinentiis in cultura de* **Kirkeby**, *& duas toftas de dono ejuſdem, & ex dono* Petri *de* **Tresby** *& hæredum ſuorum tres carucatas terræ in* **Arden**. *Et, ex dono* Rogeri *de* **Munbray**, *locum ubi abbatia ſua ſedet, cum tribus carucatis terræ in* **Arden**, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & eadem ex confirmatione* Nigelli *de* **Munbray**. *Habenda & tenenda, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberè, quietè, & integrè, ſicut carte donatorum rationabiliter teſtantur. Teſtibus* W. *comite* Sarr. G. *filio* Petri *comite* Eſſex. Willielmo *de* **Stutevill**, *&c. Dat. per manum* S. Well. *archidiaconi. Apud* **Alverton** *xxviij. die Febr. anno regni noſtri ſecundo.*

Bene cuſtodiatur iſtud tranſcriptum propter varios caſus inter nos & moniales.

Ex cart. abbatiæ de Bellanda, nuper in Turri beatæ *Mariæ* Ebraci.

HÆc eſt finalis concordia facta in curia domini regis apud *Weſtmonaſterium* in octabis ſanctæ trinitatis, anno regis *Henrici* filii regis *Johannis* quadrageſimo ſexto, coram *Gilberto* de **Preston**, & *Johanne* de **Wyvill** juſtitiariis, & aliis domini regis fidelibus, inter *Philippum* filium *Philippi* & *Elizabetham* de **Carleton** petentes, per *Johannem Dering* poſitum loco eorum ad lucrandum vel perdendum, & *Agatham* Prioriſſam de **Erdene** tenentem per *Willielmum* de **Sturefcalf** poſitum loco ſuo ad lucrandum vel perdendum, de uno meſſuagio, & tribus carucatis terræ cum pertinentiis in **Erdene**, unde placitum fuit inter eos in eadem curia, ſcilicet, quod prædicta Prioriſſa recognovit prædicta meſſuagium & terram cum pertinentiis eſſe jus ipſorum *Philippi* & *Elizabethæ*; Et pro hac recognitione, fine & concordia, iidem *Philippus* & *Elizabetha* conceſſerunt prædictæ Prioriſſæ & eccleſiæ ſuæ de **Erdene** prædict. meſſuagium & terram cum pertinentiis. Habendum & tenendum eidem Prioriſſæ, & aliis Prioriſſis quæ ei ſuccedent, & eccleſiæ ſuæ prædictæ de prædictis *Philippo*, *Elizabetha*, & hæredibus eorum in puram & perpetuam elemoſinā, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio & exactione in perpetuum. Et prædicti *Philippus*, & *Elizabetha*, & hæredes eorum warrantizabunt, acquietabunt, & defendent eidem Prioriſſæ, & aliis Prioriſſis quæ ei ſuccedent, & eccleſiæ ſuæ prædictæ, prædict. meſſuagium & terram cum pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam abſque aliquo ſervitio inde faciendo contra omnes homines in perpetuum. Et præterea eadem Prioriſſa recepit prædictos *Philippum*, & *Elizabetham*, & hæredes eorum in ſingulis beneficiis & orationibus quæ de cætero fient in eccleſia ſua prædicta in perpetuum.

Meſſuagium illud de quo ſuperius fit mentio eſt habitatio ſanctimonialium de **Erden**. Et pertinentia illius meſſuagii ſunt iij. carucatæ terræ arabilis cum boſco, mora, & paſtura, quam de eis habemus ibidem. Quæ omnia continentur infra diviſas contentas in carta quiete clamationis prædictæ *Elizabethæ* de advocatione domus de **Erdene** quam fecit ſanctimonialibus prædictis, circa Purificationem beatæ *Mariæ* virginis anno gratiæ milleſimo ducenteſimo octogeſimo nono pro viginti marcis quas ab eis recepit: ſed iſte finis melior eſt ſanctimonialibus maximè propter warrantiam, quam quieta clamatio advocationis & jur.

DAVINTONENSIS
Prioratus in agro Cantiano.

Carta Regis Henrici *tertii.*

Cart. 39. *H.* 3. m. 5.

REX archiepiſcopis &c. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe Prioriſſæ eccleſiæ beatæ *Mariæ Magdalenæ* de **Davyntone**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris omnes donationes ſubſcriptas; videlicet totam terram illam cum molendino ſuperſtante, & cum aliis pertinentiis ſuis in **Monketone** quam habent de dono . . . . *thei* filii *Hamonis* **atte Frith**, & totam illam terram cum pertinentiis in tenura de **Oſpreng** quam habent de dono *Gervaſii* de **Beſevyle**; & totam terram illam cum pertinentiis in eadem tenura quam habent de dono *Roberti* de **Sylegrave** & *Emmæ* uxoris ejus, & duas acras terræ & dimidiam, & decem denariatas & duas gallinas annui redditus cum pertinentiis in eadem tenura de dono *Hamonis* & *Stephani* hæredum *Willielmi* de *Eccleſia*. Et unum meſſuagium cum pertinentiis in **Weſtbroc** in eadem tenura de dono *Walteri* de *Ponte*; & duas ſolidatas & ſeptem denariatas redditus cum pertinentiis apud **Weſtbroc** in eadem tenura de dono *Stephani* de **Girringes**, & novem ſolidatas & duas denariatas & unam obolatam & ix. gallinas & lxx. ova annui redditus cum pertinentiis in eadem tenura de dono *Guncelini* filii *Ricardi*. Et duas ſolidatas & unum gallum annui redditus cum pertinentiis in eadem tenura de dono *Luciæ* de **Horneclyve**; & duas ſolidatas & ſex denarios & quinque gallinas annui redditus cum pertinentiis in eadem tenura de dono *Ernulphi* filii *Hyroney*. Et tres ſolidatas & quatuor denariatas & tres gallinas annui redditus cum pertinentiis in eadem tenura de dono *Hangeri Tyleſer*, & quinque denariatas annui redditus cum pertinentiis in eadem tenura de dono *Willielmi Coci*. Et totam illam terram cum pertinentiis

tinentiis in eadem tenura quam habent de dono *Roberti le Wred*; & quatuor ſolidos annui redditus cum pertinentiis in **Wincheleſey** de dono *Willielmi* filii *Wulvenæ*. Et dimid. marcatam annui redditus cum pertinentiis in **Sandwyk** de dono . . . . . *artini* filii *Willielmi*. Et duas ſolidat. redditus cum pertinentiis in eadem villa de dono *Thomæ* de **Ertheſlag**. Et xij. ſol. & duas aucas annui redditus cum pertinentiis in inſula de **Oxen** de dono *Radulfi* de **Wydegate**. Et duas ſolid. & vj.d. redditus cum pertinentiis in **Rommenhale** de dono *Hamonis Pykelin*. Et duas ſolid. redditus cum pertinentiis in *Dya* de dono *Oſmundi* filii *Edwardi* de **Tunſtall**. Conceſſimus etiam pro nobis & hæredibus noſtris eiſdem Prioriſſæ & monialibus, quod ipſæ & ſucceſſores ſui in quibuſcunque locis terras habuerint, imperpetuum quietæ ſint de ſectis comitatuum & hundredorum noſtrorum, de viſu franci pleg. & Lawedayorum, de turno & auxilio vicecomitum, & omnium aliorum ballivorum & miniſtrorum noſtrorum. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* xxij. Aprilis.

FOSSENSIS *Prioratus in agro* Lincolnienſi.

Carta regis Henrici *tertii*.

Pat. 5 *E.* 2. part. 1. m. 3. per Inſpex. Vide etiam Pat. 5. *E.* 3. part. 3. m. 14.

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtre, & animarum anteceſſorum, & hæredum noſtrorum dediſſe, conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmaſſe Prioriſſe & ſanctimonialibus de *Foſſa* extra **Torkeſey**, ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, illas ſexies viginti acras terræ, & illa ſeptē tofta, cum pertinentiis in **Torkeſey**, in quæ primo ingreſſum habuerunt, per homines ejuſdem villæ de **Torkeſey**, qui tunc fuerunt ſine aſſenſu regio, & de quibus nobis reddere conſueverunt, ante conceſſionem iſtam per annum viginti ſolidos & ſeptem denarios; Habendum & Tenendum de nobis & hæredibus noſtris, reddendo inde, de cætero, per manum cuſtodum dominicorum noſtrorum, qui pro tempore fuerint, quadraginta & ſex ſolidos per annum, videlicet, unam medietatem ad Paſcha, & aliam medietatem ad feſtum ſancti *Michaelis*, pro omni ſervitio, conſuetudine & demanda. Salvo nobis & hæredibus noſtris, tallagio, de hominibus earundem Prioriſſe, & ſanctimonialium, quotiens talliaverimus homines noſtros dominicos de eodem manerio. Quare volumus (*&c.*) Datum per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* epiſcopi, cancellarii noſtri, apud **Notingham**, vij. die Octobris, anno regni noſtri xxj.

Carta Regis *Johannis*.

Ibid.

JOHANNES *Dei gratia, Rex* Angliæ, (&c.) *Sciatis nos pro amore Dei, & pro ſalute animæ noſtræ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum dediſſe & conceſſiſſe, & preſenti Carta noſtra confirmaſſe monialibus de* **Torkeſia**, *duas marcas argenti, quas ipſæ reddere ſolebant annuatim ad Scaccarium noſtrum de terra in* **Torkeſeya**. *Habendas & tenendas in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Quare volumus* (&c.) *Datum per manum* Symonis *archidiaconi* Wellenſis *apud* Stowa, *quarto decimo die Januarii, anno regni noſtri* . . . .

WALLING-WELLENSE *cœnobium in agro* Notinghamenſi.

Carta Radulphi *de* **Cheurolcurt** *loci fundatoris*.

Ex ipſo autographo in bibl. Deweſiana anno 1648.

NOtum ſit omnibus in *Jheſum Chriſtum* credentibus, ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus, & præſentibus & futuris, quod ego *Radulfus* de *Cheurolcurt*, aſſenſu & voluntate hæredum meorum, do & concedo, & hac mea præſenti Carta confirmo, omnipotenti Deo & ſanctæ *Mariæ* virgini, ejuſdem glorioſæ genitrici, unum locum in meo parcho de *Carletuna* juxta fontes & rivum fontium, cujus nomen vocetur, ſancta *Maria* de *Parcho*, ad conſtruendam & ædificandam ibidem inhabitationem ad ſanctam religionē, ita liberè quod iſte locus nulli alteri loco appendeat, in honore & memoria beate & glorioſæ virginis genitricis Dei *Mariæ*, & omnibus in eodē loco Deo & S. *Mariæ* religioſè ſervientibus & regulariter viventibus, pro remiſſione omnium peccatorum meorum, & ſalute animæ meæ, ac patris & matris meæ, & omnium hæredum meorum, & parentum præcedentium & ſubſequentium, necnon & illorum omnium qui prædictum locum pro Dei amore & ſanctæ *Mariæ* adjuvabunt & manutenebunt. Do etiam & rivum fontium ad utilitatem loci & ad molendina facienda, & paſturam in eodem parcho omnibus ſuis beſtiis cum meis, & paſcuam decem ix. porcis in eodem parcho, & unam viam per medium parchum apud meridianam partem liberè exeundi & revertendi ad ſuas ſegetes excolendas & attrahendas, & totam terram quam *Gunwatus* de meo feudo tenuit, in terris cultis & ſartis, & pratis, & mariſcis, & eſſartum *Thori*, & eſſartum *Willielmi* filii *Leſwini* & culturam de **Rubſtoch** de demenio meo, & eſſartum *Ernwi* in meridiana parte *del* **Holm**, juxta viam, & in **Weſtholm**, v. acras terræ in uno loco, & in alio loco quatuor, & pratum quod fuit *Godrici Palmarii*, & octo acras terræ de demenio meo in *le* **Hahecroc**, & communionem in campo de *Carletuna* in *le* **Brec**, & communem paſturam omnibus ſuis beſtiis ubique, & totum arbuſtum de **Sicam** ad ſartandum, quod eſt in longum

Car. 2 *Joh.* m.2.n.6

longum à cultura de **Ruſtoch**, uſque in foſſatum de **Lindric**, & in latum à parcho uſque ad eſſartum *Theobaldi*. Hæc omnia do & concedo ſervientibus Deo & ſanctæ *Mariæ*, in eodem loco, in puram & perpetuam elemoſinam, ab omni omnino terreni ſervitii exactione & conſuetudine liberam & ſolutam & quietam. Quicunque meorum hæredum hanc meam elemoſinam, quam pro noſtra communi utilitate & ſalute, Deo & ſanctæ *Mariæ* in eodem loco ſervientibus liberè & quietè, do & concedo, bene manutenebit & diliget, omnipotentis Dei & domini noſtri *Jeſu Chriſti* ejuſque glorioſæ genitricis *Mariæ* perpetuam benedictionem obtineat atque meam. Qui verò prædicta vel eorum poſſeſſores perturbare imminuere coartare attemptaverit, diſtricti judicis Domini noſtri *Jeſu Chriſti* & ſuæ glorioſæ genitricis *Mariæ* maledictionem habeat in die judicii atque meam, *Amen.* Hii ſunt teſtes, *Herbertus* Prior de *Pontefracto*, *Alexander* nepos ejus, *Lucas* perſona de *Carletuna*, *Symon* de **Cheurolcurt**, *Jordanus* & *Ricardus* fratres ejus. *Hugo* filius *Ernaldi* & *Nicholaus* frater ejus, *Ernaldus* filius *Claronis*. *Blundel*, *Godricus Modi*, *Walterus* de **Lettewelle**, *Swarawallus* molendinarius.

[Cujus proſapia per tres filias *Radulfi* de **Cheurolcourt** tempore Regis *Johannis* ceſſit in totidem illuſtres familias de *Furneux*, videlicet, de *Novo-Mercatu* & de *ſancto Quintino*. Per duas autem ſorores *Willielmi* de **Furneux** militis lauta hæreditas ad barones de *Latimer* & de *Fitz Hughe* tempore *E.* iij. devenit : proles vero maſcula *Roberti* de **Furneux** militis fratris junioris iſtius familiæ adhuc ſuperſtes exiſtit ſub nomine de *Rooper* in com. *Derb.* hujus enim *Roberti* abnepos *Ricardus* de *Furneux Iſoldam* filiam & ſolam hæredem *Johannis Rooper* de **Turndich** in com. *Derb.* duxit in uxorem——*ita tamen* (ut verbis ipſius conventionis autographi dat. 7 *H.* 6. utar) *quod præfatus* Ricardus *& ejus poſteri de prædicta* Iſolda *exeuntes cognomen prædicti* Johannis Rooper (*nomine ſuo de* Furneux *omnino derelicto*) *aſſumerent imperpetuum.*]

S. KATHERINÆ

Cœnobium monialium extra Exoniam *in agro* Devonienſi.

Confirmationis charta per Regem Johannem.

Cart. 2 Joh. m.2.n.60.

Johannes Dei gratia, &c. Sciatis nos conceſſiſſe & preſenti carta confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ *Katerinæ* extra *Exon.* & monialibus ibidem Deo ſervientibus, manerium de **Wyppledeton** cum omnibus pertinentiis ſuis quod *Willielmus* de **Traſcy**, eis dedit in perpetuam elemoſinam, & terram illam juxta idem manerium quam *Henricus* de *Pomerya* eis dedit, & omnes alias elemoſinas quæ eis rationabiliter date ſunt vel date fuerint tam in eccleſiis quàm in rebus & poſſeſſionibus mundanis. Et ideo volumus & firmiter precipimus, quod prædicta eccleſia & moniales ejuſdem loci habeant & teneant manerium prænominatum cum omnibus pertinentiis ſuis & terram juxta idem manerium quam habent de dono *Henrici* de *Pomerya*, & omnes alias elemoſinas & poſſeſſiones ſuas cum **ſok** & **ſak** & **toll** & **theam** & **infengenthef**, & cum omnibus aliis libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis & quietanciis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in ſtagnis, & vivariis, & piſcariis, & mariſcis, in grangiis, & virgultis, in viis & ſemitis, infra burgū & extra, & in omnibus aliis locis & aliis rebus ad illas pertinentibus, liberas, ſolutas, & quietas de *ſiris* & *hundredis*, & placitis, & querelis, & *murdris*, & *wap.* & *ſcutagiis*, & *geldis*, & *danegeldis*, & *hidagiis*, & *aſſiſis*, & de operationibus caſtellorum & pontium & de *waſto* & *warda* foreſtarum & de *ferdwita* & de *hengewita*, & de **flemenefremth**, & de **wardpeny**, & de **averpeni**, & de *blodwita*, & de *fictwita*, & de **hundredeſpeni**, & de **thethingpeni**, & de *leſtagiis*, & *ſtallagiis*, & de **Brethingavel**, & de omni *theloneo* & *paſſagio* & *pontagio* & de omni ſeculari . . . . . . & opere ſervili, & exactione, & de omnibus aliis occaſionibus & conſuetudinibus ſecularibus, excepta ſola juſtitia mortis & membrorum. Hæc omnia conceſſimus in perpetuam elemoſinam pro Dei amore, & pro anima Regis *Henrici* avi patris noſtri, & pro anima comitis *And.* patris *H.* Regis patris noſtri, & pro ſalute animæ *H.* Regis, patris noſtri, & matris ſuæ Imperatricis, & pro ſalute noſtra, & hæredum noſtrorum. Præterea conceſſimus & confirmavimus eis centum ſolidatas terræ in manerio de **Colinton**, quas habent de dono *H.* Regis patris noſtri. Et eccleſiam *omnium Sanctorum* de **Budele**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam eis dedimus dum eſſemus comes *Moreton.* ſicut carte *H.* Regis patris noſtri, & carta noſtra quam eis fecimus dum eſſemus comes *Moreton.* rationabiliter teſtantur. Teſtibus, *H. Exon.* epiſcopo, *Willielmo Briwerr.* *Roberto* de . . . ., *Hugone* de **Nevill**, *Symone* de **Pateſhull**, &c. Dat. per manum S. *Well.* archidiaconi, Apud *Exon.* xxij. die Aprilis anno regni noſtri ſecundo.

FLAMSTEDENSIS

Prioratus in comitatu Hertfordiæ.

Carta Regis *Henrici* tertii.

Cart. 12. H. 3. m. 5.

REX omnibus, &c. Inſpeximus cartam Agathæ *de* **Gateſden**, *in hæc verba. Omnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris & audituris* Agatha *quæ fuit uxor* Willielmi *de* **Gateſden** *ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe & hac præſenti carta confirmaſſe Deo & beatæ* Mariæ *& eccleſiæ ſancti* Egidii *de* **Flamſtede** *& monialibus ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ* H. *Regis filii Regis* Johannis, *& omnium regum* Angliæ, *& pro ſalute animæ meæ & omnium fidelium, totam* *terram illam quam tenui de dominico domini Regis in villa de* **Hamelameſcede**, *in domibus & meſuagiis, in hominibus & homagiis & redditibus, in viis & ſemitis, in herbagiis, & exitibus & communis, in boſco & in plano, & in omnibus rebus prædictæ terræ pertinentibus. Tenendam & habendam de domino* Henrico *Rege* Angliæ *& de hæredibus ſuis, reddendo inde annuatim domino Regi & hæredibus ſuis unam libram cymini ad feſtum ſancti* Michaelis *pro omnibus ſervitiis, & exactionibus prædictæ terræ pertinentibus. Et ut hæc mea donatio & conceſſio rata ſit & ſtabilis imperpetuum, huic præſenti cartæ ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, domino* R. *de* **Tony**, Johanne *de* **Cheberun**, Willielmo *filio* Benedicti, Simone *de* **Litlingtone**, Jordano *de* **Seadham**, Willielmo Delahide, *& aliis. Nos igitur hanc donationem* (&c.) *confirmamus. Datum per manum* R. Ciceſtrenſis *epiſcopi cancellarii noſtri, Apud* **Farnham**, *xvj. die Maii.*

Carta Iſabelle *filiæ* Bernardi *filii* Nicolai.

Pat. 52. *H.* 3.m.2. per Inſpex.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Iſabella* filia *Bernardi* filii *Nicolai* dedi, conceſſi, & hac præſenti Carta mea confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & monialibus ſancti *Egidii* de **Flamſted**, totam terram cum pertinentiis, quam habui vel habere potui in villa de **Cvelesbure**, in dominicis, homagiis, in liberis hominibus & in nativis, in redditibus, eſcaetis, & in omnibus aliis rebus quæ michi accidere, vel hæredibus meis poterant vel poterint, jure hæreditario, de *Nicholao* filio *Bernardi*, vel hæredibus ſuis. Habendum & tenendum liberè & quietè, bene & in pace, faciendo inde ſervicium dominis feodi debitum & conſuetum. Et pro hac autem donatione, & conceſſione, dictæ moniales receperunt me, & animas anteceſſorum meorum in orationibus & beneficiis ſuis imperpetuùm, & etiam dederunt michi ſaxaginta marcas ſterlingorum in gerſumam. Et ut hæc mea donatio & conceſſio, & Cartæ meæ confirmatio rata & inconcuſſa permaneat, præſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione munivi. Hiis teſtibus domino *Willielmo Ruſſel*, domino *Milone* de *Bellocampo*, domino *Ada* de *Bellocampo*, domino *Hugone* de **Buholes**, *Johanne* de *la* **Ila**, *Hugone* de **Kendal**, *Hugone* filio *Nicholai*, *Roberto* filio *Nicholai*, *Elya* de *Wande*, *Willielmo* **Raunfray**, *Willielmo* filio *Jo* . . . . *Willielmo* **Blocks** clerico, & multis aliis.

CRESSEWELLENSE

Cænobium in agro Herefordenſi.

Confirmationis charta Regia.

Pat. 1. *Ed.* 3. par. 3. m. 6.

R*EX omnibus ad quos &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam dominus* H. *quondam Rex* Angliæ, *proavus noſter, fecit in hec verba.* Henricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ, *dux* Normanniæ *&* Aquitaniæ, *comes* Andegaviæ, *Archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, Prioribus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, prepoſitis, miniſtris & omnibus ballivis & fidelibus ſuis, ſalutem. Sciatis nos, intuitu* Dei, *& pro ſalute anime noſtre, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmaſſe* Deo *& beate* Marie, *& fratribus ordinis* Grandis Montis *de* **Creſſewell**, *omnes donationes & conceſſiones eiſdem fratribus a* Waltero *de* **Laſcy** *factas, videlicet, ducentas & quatuor acras terre in boſco ſuo de* Hamma, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & ſexcentas acras cum boſcis earundem, & paſturam ad propria animalia ſua quot habere poterunt, in nova foreſta ipſius* Walteri, *& ex alia parte aquæ verſus partes de* **Gripeſgath**, *per boſcum & per montes, & per valles uſque ad fines de* **Talgard**, *& paſtori ſuo communem paſturam cum ſuis pecoribus, ad decem animalia, & communem paſturam per totas foreſtas ſuas de* **Ewyas**, *ad proprium equicium eorum cum equicio ipſius* Walteri, *& uſuagium in predictis locis & foreſtis, ad edificandum domos ſuas, & ad omnia domui neceſſaria, & nonam gerbam frumenti, meſtilonis, ſiliginis & omnis generis bladi preterquam avene per omnia maneria ſua in* Anglia *&* Wallia, *videlicet, in comitatu* **Hereford**, de **Wybbel**, **Walmeſhull**, **Jarthull**, & **Hamme**, & in comitatu *Salopienſi, de* **Stanton**, **Ludelawe** *&* **Akes**, *& in comitatu* Wilts. *nonam garbam omnis generis bladi de manerio ſuo de* **Bretford**, *& decimas omnium coriorum averiorum que per annum necantur ad larderium ſuum caſtello de* **Ewyas**, *& decimas dominicorum molendinorum ſuorum de* **Keneles** *in* Hibernia, *ſcilicet in Midia, & pro decimo denario redditus ſui de* **Ewyas**, *nonam garbam omnis generis bladi de omnibus dominicis ſuis de* **Ewyas**, *de villa* Walteri *de* Rubeo Caſtello. *& de* Nova Villa, *& unum hominem in* **Ewyas**, *ſcilicet*, Ricardum *filium* Athe, *unum hominem in* **Webbel**, *ſcilicet*, Willielmus Pincun, *& unum hominem in* **Ludelawe**, *ſcilicet* Stephanum Saponarium, *cum terris & tenementis eorum que poſſidebant die quo idem* Walterus *dictos homines dictis fratribus dedit, cum heredibus ſuis, & cum omni ſequela eorum. Et nonam garbam tocius dominici ſui, per omnia maneria ſua in* Hybernia, *de frumento, avena, ſiligine, ordeo, piſis, fabis, & de omni genere bladorum, & unum burgagium cum prædicta nona garba, & cum omnibus pertinentiis ſuis, in quolibet burgo ſuo in* Hibernia, *& unum meſſuagium in quolibet manerio ſuo in* Hibernia. *Datum per manum venerabilis patris* R. Cyceſtrenſis epiſcopi, *cancellarii noſtri, apud caſtrum* Matildis *in* **Elveyn**, *xxj. die Auguſti anno regni noſtri quinto decimo.*

Inſpeximus eciam quandam aliam Cartam quam idem proavus noſter fecit in hec verba. Henricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ (&c.) *Volumus & firmiter precipimus, quod fratres* Grandis Montis, *& homines ſui, ſint quieti de* tallagio, pontagio, theoloneo, paſſagio, vinagio, foſſagio, *exercitu, miſericordia & omni conſuetudine, & de omnibus rebus & occaſionibus ad nos pertinentibus. Et prohibemus ne aliquis ipſos fratres vel homines ſuos ſuper hoc vexet vel diſturbet. Et ſi aliquis eos ſuper hoc vexaverit, in miſericordia noſtra ſit de decem libris ſterlingorum.*

Hiis teſtibus Ricardo *fratre noſtro comite* Cornubiæ *&* Pictaviæ, Petro *de* **Sebaud**, Simone *de* Monteforti *comite* Leyceſtriæ, R. *de* **Quency**, *comite* Wyntonienſi. Hugone *de* **Ver** *comite* Oxonienſi, Johanne *de* **Pleſſet**, Hugone *de* Vyvon. Paulino Peyure, Galfrido *Diſpenſar.* Johanne *de* **Lexinton**, *& aliis. Datum per manum noſtram in caſtris apud* **Gannoc**, *viceſimo octavo die* Auguſti *anno regni noſtri viceſimo nono.*

Nos autem conceſſionem & canfirmationem prædictas, necnon conceſſionem & confirmationem quas Iſabella *de* **Laſcy**, *quondam uxor* Gilberti *de* **Laſcy**, *per Cartam ſuam fecit eiſdem fratribus de molendino fullonario de* **Ewyas**, *& uno burgagio, & decem & octo acris terræ ad dictum molendinum pertinentibus, & de* **houſebote** *&* **haybote**, *ad reparationem molendini prædicti. Donationem eciam conceſſionem & confirmationem quas* Theobaldus *de* **Verdon**, *conſtabularius* Hiberniæ, *per ſcriptum ſuum fecit eiſdem fratribus de tota illa terra quam idem* Theobaldus *quondam emit de* Griffine *ap* Taudrek *in* **Bleynduweleys**, *in honore de* **Ewyas Laſcy**. *Donationem inſuper conceſſionem & confirmationem quas* Walterus Knokebroke *per cartam ſuam fecit eiſdem fratribus de quatuor acris terræ & dimidia, cum pertinentiis, quas idem* Walterus *quondam emit de* Gorgenon *ap* Lewelin. *Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas* Wyn, Ydthell, Grifinus, *&* Worgenon, *filii* Luwelin ab Eynon *per Cartam ſuam fecerunt eiſdem fratribus de novem acris terre* Wallenſibus, *cum pertinentiis quas iidem* Wyn, Ydthel, Griffinus, *&* Worgenon *emerunt de domino de* **Ewyas**, *de Nova foreſta. Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem quas* Philippus Vaghan, Yowan, Iuor, *filii & hæredes* Philippi *ap* Yowan Goh, *per cartam ſuam fecerunt eiſdem fratribus de tota terra prædictorum* Philippi Yowan *&* Juor *quam pater eorundem quondam tenuit in* **Blameskeli**. *Donationem eciam, conceſſionem, & confirmationem quas* Hugo *de* **Kynardeſleye**, *per cartam ſuam fecit eiſdem fratribus de una ſumma frumenti percipienda ſingulis annis ad feſtum ſancti* Michaelis *in manerio de* **Aberluneyn**. *Donationem inſuper, conceſſionem, & confirmationem quas idem* Hugo, *per Cartam ſuam fecit eiſdem fratribus de duabus ſolidatis annui redditus, cum pertinentiis in* **Aberluneyn**. *Donationem eciam conceſſionem & confirmationem quas* Rogerus *de* **Creſſewell** *per Cartam ſuam fecit eiſdem fratribus de una ſumma frumenti percipienda ſingulis annis, ad feſtum ſancti* Michaelis *in* **Wynferton**. *Donationem inſuper conceſſionem & confirmationem quas* Milo *de* **Aula** *de* **Walſton**, *in* **Herdeſleye**, *per Cartam ſuam fecit eiſdem fratribus de una libra cere percipienda ſingulis annis ad feſtum ſanctæ* Mariæ Magdalene. *Donationem eciam, conceſſionem & confirmationem quas* Hugo *de* **Bradewardyn**, Paſſator, *filius* Stephani Ponc, *per ſcriptum ſuum fecit eiſdem fratribus de libero paſſagio apud* **Bradewardyn**. *Donationem inſuper, conceſſionem, & confirmationem quas* Bartholomeus Ghaueſi de **Kyngeſton**, *in* **Panfelt**, *per Cartam ſuam fecit eiſdem fratribus de una dimidia ſumma frumenti percipienda ſingulis annis ad feſtum ſancti* Michaelis *in domo ipſius* Bartholomei *de* **Kyngeſton**. *Donationem eciam conceſſionem & confirmationem quas* Rogerus *de* **Clyfford** *per Cartam ſuam fecit eiſdem fratribus de una ſumma frumenti percipienda ſingulis annis ad feſtum ſancti* Michaelis *in manerio de* **Bruges**. *Confirmationem inſuper, quam* Robertus Tregoze *filius* Sibillæ *de* **Ewyas** *per ſcriptum ſuum fecit eiſdem fratribus de una ſumma frumenti percipienda ſingulis annis ad feſtum ſancti* Michaelis *in manerio de* **Ewyas Halardi**. *Donationem eciam, conceſſionem & confirmationem quas* Walterus Gardinarius *de* **Hamme**, *per Cartam ſuam fecit eiſdem fratribus de una libra cere & dimidia percipienda ſingulis annis ad feſtum aſſumptionis beate* Marie *apud* **Craſwell**. *Venditionem inſuper & conceſſionem quas* Henricus Feotrarius *de* **Hereford** *fecit eiſdem fratribus, de uno meſſuagio & ſexaginta & una acris terræ cum pertinentiis in* **Hamme**. *Donationem eciam, conceſſionem & confirmationem quas* Walterus *de* **Laſcy**, *per cartam ſuam fecit eiſdem fratribus de una carucata terræ quæ vocatur* **Thachbohan**, *cum pertinentiis in* **Duneleth**, *ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto nunc Priori & conventui de* **Creſſewell** *& ſucceſſoribus ſuis, concedimus & confirmamus, ſicut carte & ſcripta prædicta rationabiliter teſtantur, & prout iidem Prior & Conventus & predeceſſores ſui terras & tenementa predicta hactenus tenuerunt, & libertatibus predictis rationabiliter uſi fuerunt & gaviſi. In cujus &c.* I. R. *apud* Wygorniam *viceſimo quinto die Decembris.*

Per ipſum Regem pro Deo.

Vide vol.3. pag.17. col.1.

DERBYENSIS *Prioratus in agro* Derbienſi.

Carta regis Henrici *quarti.*

Recorda de termino S. *Hilarii* 3. H. 4 Rot. 4.

HEnricus Dei gratia rex *Angliæ*, & *Franciæ*, & dominus *Hiberniæ* omnibus ad quos preſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod cum ut accepimus, dominus *Henricus* quondam rex *Angliæ* poſt conqueſtum tertius, progenitor noſter, nuper per literas ſuas patentes in augmentationem & ſuſtentationem ſtatus dilectarum nobis in Chriſto Prioriſſæ & conventus monialium tunc Prioratus de *Pratis* de **Derby**, dederit & conceſſerit eiſdem Prioriſſæ & conventui ad exorandum pro anima *Johannis* patris prædicti *Henrici* regis, centum ſolidos in liberam puram & perpetuam elemoſinam, percipiendos annuatim ſibi & ſucceſſoribus ſuis, de feodi firma villæ **Notyngham**, per manus ballivorum ibidem pro tempore exiſtentium, quæ quidem literæ per ſubitum infortunium ignis, combuſte extiterunt. Nos de gratia noſtra ſpeciali, & ad ſupplicationem prædictarum Prioriſſæ & conventus, & conſideratione præmiſſorum, dedimus, & conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt, præfatis Prioriſſæ & conventui centum

tum ſolidos, percipiendos annuatim ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, de feodi firma villæ noſtræ de **Notyngham**, per manus ballivorum ejuſdem villæ pro tempore exiſtentium, ad terminos ſancti *Michaelis*, & Paſchæ per equales portiones. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* . . . . die Julii anno regni noſtri primo.

Extenta terrarum.

Eſc.15.*E.* 1.n.34. *Derb.* EXtenta terrarum in **Derby** ad abbatiam de **Derby** vacante pertinentium, *&c.* Jur. dicunt quod dicta abbatia percipit annuatim de diverſis tenentibus in **Derby** quatuordecim libras, & ſex marcas argenti pro tribus molendinis aquaticis ſuper **Hoddebroke.** Extenta manerii de **Aldewerk**, & manerii de **Normanton**, & manerii de **Botterley**, & manerii de **Wyntanton** pertinentium ad abbatiam de **Derby.**

Extenta abbatie de **Derby.** Jur. dicunt quod eſt ibidem una placea ſuper quam abbatia fundata eſt, cum quodam Gardino & Curtilagio & valet per annum viginti ſolidos. Sunt ibi quatuor carucatæ terræ in dominico quarum quælibet continet ſexaginta acras terræ, &c,

---

LAMBLEIENSE
Cœnobium (monialium) in agro Northumbrenſi.

Carta Regis Johannis *de loco Abbatiæ*, (*&c.*)

Char.2. *Johan.*n.9. m.12. Vide etiam Pat.31. *E.*3. part. 1.m.20. JOhannes Dei gratia &c. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Patricio* & ſanctimonialibus de *Lambeleya* locum abbatiæ de *Lambeleya* ſuper *Tinam*, liberum & quietum imperpetuum, cum omnibus pertinentiis ſuis, & pannagium liberum, & communem paſturam ex utraque parte *Tine* in toto feodo *Adæ* de **Tindale,** & *Helewiſa* uxoris ejus. Et capellam de **Sandiburneſele,** cum quatuor acris terræ in eodem loco, & omnes decimas & obventiones totius waſti ipſorum *Adæ* & *Helewiſæ* de feodo ſuo. Confirmamus etiam eis rationabiles donationes quas *Helyas* nepos ipſius *Adæ* eis fecit de **Brenerings** & de **Sandiburneſele,** & donationem quam mater ipſius *Helye* eis fecit de terra ſua. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædictæ ſanctimoniales habeant & teneant omnia prædicta bene & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè & honorificè cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, ſicut carta prædictorum *Adæ* & *Helewiſæ* rationabiliter teſtatur. Teſtibus, *Willielmo* de **Stutevill,** *Hugone Bardulph*, *Roberto* de **Ros.** Dat. per manum *S. Wellenſis* archidiaconi, Apud **Eſtoldeſham** xvj. die Februarii, regni noſtri anno ſecundo.

STEINESFEILDENSIS
Prioratus in agro Lincolnienſi.

STandeley, vulgo **Stanfeld** Prioratus monialium ordinis *Benedicti*. Lel. coll. vol.1.p.83.

Henricus filius *Henrici* de **Percy** primus fundator, redditus Cxx. lib. Hic olim erant fratres.

Literæ Walteri Ebor. *archiepiſcopi de eccleſia de* **Giſeburne.**

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Walterus* Dei gratia *Eboracen.* archiepiſcopus *Angliæ* primas ſalutem in domino. Ex regiſt. S. Petri *Ebor.* penes decan. & capitulum *Ebor.* fol.104. b. Noveritis quod cum *R.* magiſter & *Conſtancia* Prioriſſa & moniales de **Staineſfeld** per indulgentias Romanorum pontificum eccleſiam de **Giſeburne in Cravene,** in uſus proprios convertere niterentur, & tam prædictus magiſter, quam Prioriſſa & moniales ordinationi noſtræ præciſè, & abſolutè, & ſpontanea voluntate ſua committerent. Nos de aſſenſu & conſilio decani & capituli noſtri, de eccleſia prædicta ita ordinavimus; videlicet, quod aſſignavimus in uſum Prioriſſæ & monialium dimidiam carucatam terræ in **Swindene,** & decimas garbarum tantum & leguminum de **Swindene,** de **Nappay,** de **Pathorne** de **Neuſum,** de **Midhop,** de **Weſtby,** & de **Arnoldbigging,** ita tamen quod prædictæ Prioriſſa & moniales, occaſione quarumcunque indulgentiarum, ſeu conceſſionum, nihil ulterius in prædicta eccleſia, de cætero ſibi poſſint vendicare, ſalvo ſibi jure patronatus ejuſdem eccleſiæ. Cætera autem omnia ad prædictam eccleſiam ſpectantia ad ejuſdem eccleſiæ Rectorem, à dictis Prioriſſa & monialibus canonicè præſentandum perpetuo permanebunt. Quod ut ratum & ſtabile perſeveret impoſterum, præſenti ſcripto ſigillum noſtrum duximus apponendum. Teſtibus, domino *N.* quondam *Manniæ* & inſularum epiſcopo, *R.* decano, & *G.* præcentore *Eboraci* (*&c.*) Datum apud **Knaresburg** per manum magiſtri *Symonis* de **Eveſham** xiij. kalend. Septemb. pontificatus noſtri anno undecimo. Ad perpetuam etiam hujus rei firmitatem, unam partem hujus ſcripti ſigillo capituli *Eboraci*, & alteram partem communi ſigillo monialium de **Stainfeld** communiri fecimus.

In partitione baroniæ terrarum & feodorum militum *Willielmi* de **Percy** inter *Willielmum* comitem **Warwike,** & *Jocelinum* de **Lovein** jure *Agnetis* filiæ & cohæredis prædicti *Willielmi* de **Percy** facta in curia Regis ad ſcaccarium paſche poſtquam pax facta fuit inter Regem & filios ſuos inter alia.

Abbatia de **Whitby** in communi. Abbatia de **Staynfeld** eſt tota de parte *Jocelini.* [unde colligi poteſt abbatiam fuiſſe fundatam ante mortem prædicti *Willielmi* de **Percy,** & veriſimile ipſe *Willielmus* fuit fundator, ut de abbatia de *Salleya.*]

Moniales de **Steynfeld** eccleſias de **Quadring** Eſc.51.E. in 3.n.22.

in com. *Linc.* & de Giſburne in com. *Ebor.* in proprios uſus.

Pat.4. E. 4.part.1. m.15. per inſpex.

Vide etiam Pat. 12.H.6. part.1. m.1.

EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ, *& dux* Aquitaniæ, *Archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe dilectis nobis in Chriſto Prioriſſæ & monialibus de* Staynfeld, *quod ipſa & ſucceſſores ſui imperpetuum habeant liberam warennam in omnibus dominicis terris ſuis de* Staynfeld *&* Appeley *in com.* Lincoln. *dum tamen terræ illæ non ſint infra metas foreſtæ noſtræ. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis vel ad aliquid capiendum quod ad warennam pertineat ſine licentia & voluntate ipſarum Prioriſſe & monialium vel ſucceſſorum ſuorum ſuper foriſfacturam noſtram decem librarum. Quare volumus* (&c.) *Dat. per manum noſtram apud* Weſtm. *viij die Junii anno regni noſtri xxj.*

MODBURYENSIS
Prioratus in agro Devonienſi.

De advocatione ejuſdem.

Ex autographo penes Willielmum Pole de Shute in comitatu Devoniæ armigerum. fol.18.

NOtum ſit omnibus quod cum contentio orta fuiſſet inter *Idam* quæ fuit uxor *Jacobi Exton* militis, & *Ricardum* de *Campo-Arnulphi*, de manerio de Modbury cum pertinentiis & advocatione Prioratus ejuſdem manerii, ſuper quod prædicta domina *Ida* tenere clamabat ad terminum vitæ ſuæ prædictum manerium cum pertinentiis per quendam finem levatum in curia domini Regis in octabis ſancti *Hillarii* anno 9. E. 2. inter prædictos dominum *Jacobum* & *Idam* querentes & *Henricum* Lappeford deforciantem, de manerio de Modbury cum advocatione prædicta (*&c.*) Tandem amicis mediantibus (*&c.*) prædicta *Ida* remiſit prædicto *Ricardo* totum jus in manerio prædicto (*&c.*) Teſte (*&c.*)

CESTRENSE
Cœnobium monialium.

Carta fundationis per Ranulphum *comitem* Ceſtriæ.

Pat.an.1. H.4. par. 7.m.4 per inſpex.

R*ANULPHUS comes Ceſtriæ*, epiſcopis, archidiaconis, decanis, abbatibus, conſtabulariis, dapiferis, juſtitiariis, baronibus, vicecomitibus, miniſtris, & ballivis & burgenſibus ſuis & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, clericis & laicis, univerſiſque ſanctæ Dei eccleſiæ filiis, tam futuris quàm præſentibus, ſalutem. Sciatis me dediſſe, & in perpetuam elemoſinam conceſſiſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & monialibus *Ceſtriæ*, noſtris in Chriſto ſororibus, illas croftas quas *Hugo* filius *Oliveri* de dominio meo tenuit, conceſſione & bona voluntate ipſius *Hugonis*, ita quod illas clamavit quietas coram me & comitiſſa & quamplurimis baronum meorum, liberas & immunes ab omnibus ſecularibus ſervitiis & omnimoda ſubjectione, ad ædificandam ibi eccleſiam in honore Dei & ſanctæ *Mariæ*, in remiſſionem peccatorum meorum & ad fundamentum ſui ædificii. Volo igitur & præcipio, quod eccleſia iſta in elemoſina mea fundata, de tolneto & omni exactione ſeculari libera ſit, & quieta, & curiam ſuam & dignitatem ac libertatem in omnibus & per omnia prout libera exigit elemoſina habeat. Quare vobis mando diligenter & obſecro, quatinus prædictam eccleſiam & moniales ibidem Deo & ſanctæ *Mariæ* jugiter ſervientes, cum omnibus ad illas pertinentibus, pro Deo & communi ſalute meæ videlicet animæ & uxoris meæ, manuteneatis & protegatis, & ne patiamini quod elemoſina mea depravetur, neque moniales in ea manentes ab aliquibus vexentur. Teſtibus, *Johanne* & *Rogero* capellanis, *Matilda* comitiſſa, *Hugone* filio comitis, *Fulcone* de Brichſard, *Radulpho Manſell*, *Richardo* pincerna. Apud *Ceſtriam*.

ROSSEDALENSE
Cœnobium in agro Eboracenſi.

Carta Regis cœnobii poſſeſſiones recitans & confirmans.

Cart.an. 2 *Ed.*3.m. 25.n 82.

REX archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus cartam confirmationis domini *J.* quondam regis *Angliæ* progenitoris noſtri, in hæc verba. *Johannes* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, Præpoſitis & omnibus ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* & ſancto *Laurentio* de Roſſedale & monialibus ibidem Deo ſervientibus rationabilem donationem quam *Robertus* de Stutevill eis fecit in liberam puram & perpetuam elemoſinam, de valle de Roſſedale, cum omnibus pertinentiis ſuis per diviſas in carta ipſius *Roberti* nominatas, & de toto prato de Waggthwait, ſicut carta ejuſdem *Roberti* quam prædictæ moniales inde habent rationabiliter teſtatur & ſimiliter de toto tanno de boſco ipſius *Roberti* uſque ad Crepton ſciſſo per viſum foreſtariorum noſtrorum. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædictæ moniales habeant & teneant prædicta tenementa, cum omnibus pertinentiis ſuis bene & in pace, liberè & quietè, integrè & plenariè in omnibus locis & rebus cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad ea pertinentibus, ſicut prædictum eſt. T. *Petro* de Bruys, *Rogero* de *Monte-*

Begonis, *Matheo* filio *Herberti*, *Willielmo* de *Cantilupo*, *Simone* de **Pateſhill**, *Jacobo* de *Poterna*, *Galfrido Luterel*. Datum per manum *Hugonis* de *Well*, apud *Eboracum*, xvi. die Auguſti anno regni noſtri xj. Nos autem conceſſionem & confirmationem prædictas, necnon donationem conceſſionem & confirmationem quas *Robertus* de **Stutevill** fecit prædictis monialibus per ſcriptum ſuum de valle de **Roſſedale**, à diviſis *Petri* de **Bruys**, in longitudine verſus ſolem uſque ad **Anchon**, & in latitudine de magna via quæ jacet juxta **Anchon** uſque in **Synene**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & de toto prato de **Baggethwait**, & toto tanno de toto boſco ipſius *Roberti* uſque ſub *Croptona*, in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem quas *Euſtachius* de **Stutevill** per ſcriptum ſuum fecit prædictis monialibus de toto loco de **Baggethwait**, exceptâ tantummodo forgia ſua, necnon de toto prato de **Baggthwait** ſine ullo retenemento, ſcilicet à **Smaleſikes** uſque in **Synene**, & a **Smaleſikes** uſque ad propriam terram prædictarum monialium verſus aquilonem, tam in longitudine quàm in latitudine, ac etiam de communa cum ipſo *Euſtachio* & cum hominibus ſuis totius paſture ſuæ à **Baggethwait** uſque ad **Amoth**, tam in longitudine quàm in latitudine, in boſcis & planis, in moris & mariſcis, cum omnibus libertatibus & aiſiamentis ſuis, in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem inſuper conceſſionem & confirmationem quas *Euſtachius* de *Stutevilla* per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de toto prato de **Baggethwait** ſine ullo retenemento ſcilicet à **Smaleſikeſheved** uſque in **Synene** & a **Smaleſikes** uſque ad propriam terram prædictarum monialium verſus aquilonem, tam in longitudine quàm in latitudine, cum omnibus pertinentiis, libertatibus, & aiſiamentis; in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Remiſſionem etiam & quietam clamantiam quas idem *Euſtachius* per ſcriptum ſuum prædictum fecit eiſdem monialibus de forgia quam habuit aliquando in **Baggethwait**, non obſtante aut contradicente aliqua exceptione facta de prædicta forgia in carta ipſius *Euſtachii* eiſdem monialibus inde facta: Ita quod eadem forgia penitus amoveatur & à nullo hominum umquam reædificetur, & quod nec idem *Euſtachius* nec hæredes ſui nec aliquis alius poſſet extunc forgiam aut aliquam domum in elemoſina prædictarum monialium erigere, aut aliquid aliud facere ad ipſarum dampnum ſeu nocumentum. Confirmationem eciam, remiſſionem, & quietam clamationem quas *Johannes Wake*, filius & hæres domini *Baldewini Wake*, pro ſe & hæredibus ſuis, fecit eiſdem monialibus per ſcriptum ſuum de toto jure & clameo quod habuit vel habere poterit in valle de **Roſſedale**, (*&c.*)

Confirmationem inſuper, & ratificationem quas *Thomas Wake* dominus de **Livell**, filius & hæres *Johannis Wake*, pro ſe & hæredibus ſuis, fecit Prioriſſe de **Roſſedale**, & monialibus prædictis, per literas ſuas de valle de **Roſſedale**, (*&c.*) à diviſis *Petri* de **Bruys** in longitudine verſus ſolem uſque ad **Anchon**, & in latitudine de magna via quæ jacet juxta **Anchon**, uſque in **Syuene**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & de toto prato de **Baggethwait**, & de toto tanno de toto boſco ipſius *Thomæ* uſque ſub *Croptona*, & de toto loco de **Baggethwait**, necnon de toto prato de **Baggethwait**, ſine ullo retenemento, ſcilicet, a **Smaleſikes**, uſque in **Syuene**, & a **Smaleſikes** uſque ad propriam terram prædictarum monialium verſus aquilonem, tam in longitudine quàm in latitudine, ac eciam de communa cum ipſo *Thoma* & cum hominibus ſuis tocius paſture ſue à **Bagethwait**, uſque ad **Amoth**, tam in longitudine quam in latitudine, in boſcis & planis, in moris & mariſcis, cum omnibus libertatibus & aiſiamentis ſuis, necnon de toto prædicto loco & prato de **Baggethwait**, ſine ullo retenemento, ſcilicet à **Smaleſikeſheved**, uſque in **Syuene**, & à **Smaleſikeſheved** uſque ad propriam terram prædictarum monialium, tam in longitudine quàm in latitudine, cum omnibus pertinentiis, libertatibus & aiſiamentis, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ac eciam de prædicta forgia ſuperius excepta, ita quod eadem forgia amoveatur & a nullo hominum unquam reedificetur, quodque nec idem *Thomas* nec hæredes ſui, nec aliquis alius poſſet extunc forgiam aut aliquam domum in elemoſina prædictarum monialium erigere, aut aliquid aliud facere ad ipſarum dampnum ſeu nocumentum. Habendum & tenendum eiſdem Prioriſſæ & Monialibus, & earum ſucceſſoribus imperpetuum in forma ſupra ſcripta, abſque impedimento calumpnia interpoſitione ſeu intermiſſione ipſius *Thome*, heredum ſuorum, ballivorum, foreſtariorum, & ceterorum miniſtrorum ſuorum, ſeu aliorum quorumcumque. Conceſſionem eciam ratificationem & confirmationem quas *Nicholaus* de **Stutevill** fecit præfatis monialibus, per ſcriptum ſuum de prædicta valle de **Roſſedale**, ſecundum limites conſtitutos in carta **Roberti de Stutevill**, filii ipſius *Nicholai*, & de toto prato in **Baggethwait**, & de toto tanno ſuo de toto boſco ipſius *Nicholai*, uſque ſub *Croptona*, in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem inſuper & confirmationem quas *Sibilla* de *Valoniis*, in libera viduitate ſua, per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de eccleſia de **Thorppenhou**, in *Karl.* dioceſi, in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem eciam & confirmationem quas *Euſtachius* de *Stutevilla* filius *Roberti* de *Stutevilla*, per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de predicta eccleſia de **Thorppenhou**, in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem inſuper conceſſionem & confirmationem quas *Alanus Malekake* per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de una bovata terræ cum toſto & crofto & aliis pertinentiis ſuis in **Loketon**, & de ſede 1. bercarie cum 1. acra in *Katilſcrofto* ad **Bunſcarlit**, & de maeremio & aliis neceſſariis habendis in boſco ipſius *Alani* de **Stayndale**, ad predictam bercariam reparandam, necnon de paſtura in eadem villa de **Loketon**, ducentis ovibus & uni carucate boum, & duobus equis, & decem vaccis & uni tauro, & decem ſuibus, & uni apro cum ſequela ſua unius anni, in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem eciam conceſſionem & confirmationem quas *Alanus Malekake* per cartam ſuam fecit eiſdem monialibus de tota terra ſua ab **Abunescard** uſque ad **Nordrane**, quod eſt propinquius **Liteldale** in **Ketelthorp**, cum pertinentiis ſuis libertatibus & aiſiamentis, in boſcis & planis, & paſturis, ſine ullo retenemento, & de toto prato ipſius *Alani*, quod habuit in **Mideldayl** in prato de **Pykeringe** propinquius prato *Ganfridi* filii *Walteri* filii *Tocke* verſus ſolem, & tendit ab aqua de **Pykeringe** uſque ad aquam de *Coſta* in longitudine, ac eciam de paſtura ducentis ovibus in paſtura quæ pertinet ad **Loketon**, & **Ketelthorp**, in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Willielmus* filius *Alani Malecake* per cartam ſuam fecit eiſdem monialibus de tota terra ab **Abunescard** uſque ad **Nordrane** cum pertinentiis, & de toto prato quod dictus *Alanus* pater ſuus dedit eis in **Mideldayl** in prato de **Pykerynge**, & de paſtura ducentis ovibus in paſtura de **Loketon** & **Ketelthorp**, in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem quas *Willielmus* de **Bolebek** per cartam ſuam fecit eiſdem monialibus de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Neuton**, illas videlicet quas tenuit de *Hugone Bardolf*, cum toſto & croſto propinquioribus curiæ ipſius *Willielmi* in latitudine quinque perticarum verſus ſolem, unde due perticate & dimidia ſunt extra curiam ſuam,&duæ perticate & dimidia infra curiam ſuam verſus ſolem. Ac etiam de paſtura trecentarum bidentium in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Rogerus* de **Bolebek** per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Neuton** quas *Willielmus* de **Bolebek** pater ſuus eis dedit, unam videlicet de ſocagio & aliam de baronia,& de toſto & croſto quæ jacent inter toſtum *Johannis* de **Oly**, & toſtum *Radulfi* filii *Willielmi*,& de redditu duorum ſolidorum per annum ; Ac etiam de uno toſto quod *Willielmus Wildebru* tenuit de ipſo *Rogero* in eadem villa,una cum homagio ejuſdem *Willielmi* & heredum ſuorum, cum omnibus pertinentiis ſuis libertatibus & aiſiamentis ad prædictas terras & prædictum redditum pertinentibus in boſco & plano, pratis, & paſturis, moris, & mariſcis, viis, aquis, & ſemitis, & in omnibus locis & aiſiamentis ad ipſam villam pertinentibus,in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem quas *Roeſia* de **Bolebek** filia *Willielmi* de **Bolebek** per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de una bovata terræ cum pertinentiis in **Neuton**, & de redditu duorum ſolidorum & decem denariorum percipiendorum per annum de *Thoma* filio *Radulfi* de **Neuton** & hæredibus ſuis pro una bovata terræ & uno toſto in eadem villa in perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Adam* filius *Johannis* de **Neuton** per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de uno toſto & una bovata terræ cum pertinentiis in **Neuton**, illud videlicet toſtum & illam bovatam terræ quæ habuit de dono *Aliciæ* filiæ *Thomæ* filii *Radulfi*, in puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem quas *Rogerus* de **Laiſton** per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de duabus bovatis terræ in **Farmaneby**, illas ſcilicet quas *Rogerus Racine* tenuit, cum omnibus pertinentiis & libertatibus & aiſiamentis ad eandem terram pertinentibus, in boſco in plano, in pratis, & paſturis, & in omnibus locis infra villam & extra ſine ullo retenemento in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Radulfus Bardolf* per cartam ſuam fecit eiſdem monialibus de uno toſto cum croſto & aliis pertinentiis ſuis in **Farmaneby** in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem inſuper conceſſionem & confirmationem quas *Robertus* de **Carwindelawe** miles per ſcriptum ſuum fecit prædictis monialibus de iij. bovatis terræ cum pertinentiis in **Calthorn** in perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Robertus* de **Carwindelau** per ſcriptum ſuum fecit prædictis monialibus de una bovata terræ cum pertinentiis in **Calthorn** & de una acra terræ cum pertinentiis in eadem villa, in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem quas *Matill.* quæ fuit uxor *Americi* de **Scardeburgh** per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de ſex lagenis olei annuatim infra xv. dies poſt feſtum nativitatis ſancti *Johannis Baptiſtæ*, de quodam toſto in **Burtondale** jacente inter toſtum beati *Nicholai* & toſtum *Siwardi* Piſtoris, & de quodam alio toſto ſuper **Rameſdale**, infra murum quod fuit *Willielmi* filii *Gamelli* imperpetuum percipiendis. Conceſſionem etiam donationem & confirmationem quas *Willielmus* filius *Matill.* de **Broiton**, per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de quadam ſalina in Merſco de **Cotum**, cum omnibus pertinentiis libertatibus & aiſiamentis eidem ſaline pertinentibus, in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem quas *Alanus* filius *Ulfi* per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de uno meſſuagio, cum pertinentiis in **Midelton**, continente in latitudine quatuor perticatas & in longitudine xl. perticatas, ac etiam de quatuor rodis terre & dimidia juxta crucem lapideam in eadem villa, cum omnibus pertinentiis, libertatibus & aiſiamentis ſuis in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem eciam conceſſionem & confirmationem quas *Terric* de **Rubrok**, per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de duabus acris prati, cum pertinentiis in **Skelton**, in liberam puram & perpetuam elemoſinam: Ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Prioriſſe & monialibus & earum ſucceſſoribus concedimus, & confirmamus, ſicut Cartæ & Scripta prædicta rationabiliter teſtantur,& prout predicte Prioriſſa & Moniales & earum predeceſſores libertatibus prædictis hactenus rationabiliter uſe ſunt & gaviſe. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *W.* archiepiſcopo *Ebor. Angliæ* primate. *J. Elien.* epiſcopo Cancellario noſtro. *J. Wynton* epiſcopo. *Edmundo* Comite *Kancie*, avunculo noſtro cariſſimo. *Thoma Wake.* *Henrico* de *Bello monte.* *Johanne* de *Roos* Seneſcallo hoſpitii noſtri & aliis. Datum per manum noſtram apud *Eboracum* viceſimoſexto die Februarii.

PEMBROKENSIS

Prioratus.

Carta Walteri Mareſchalli *comitis* Pembrochiæ.

Pat.5.E.3. part 1.m. 38 per Inſpex.

OMnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum inſpecturis, vel audituris, *Walterus Mareſcallus* comes *Pembrochia*, ſalutem in domino. Noveritis nos dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Prioratui ſancti *Nicholai* de Pembrok & monachis ibidem Deo ſervientibus unam bovatam terræ & unam croftam cum pertinentiis in manerio de *Caſtro-Martini* quas *Johannes* qui fuit rector eccleſiæ de *Caſtro-Martini* aliquando tenuit, Tenendas & habendas in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Nos verò & hæredes noſtri prædictas bovatam terræ & croftam, cum omnibus pertinentiis ſuis libertatibus & liberis conſuetudinibus ad liberam elemoſinam pertinentibus prædictis Prioratui & monachis contra omnes gentes warrantizabimus in perpetuum. Ut autem hæc noſtra donatio conceſſio & confirmatio futuris temporibus robur perpetuæ firmitatis optineat, præſentem cartam ſigilli noſtri impreſſione roboravimus. Hiis teſtibus domino *Gilberto* de Walle tunc ſeneſcallo *Pembrokiæ*, *David* de Barry, *Guydone* de Bryan, *Nicholao* filio *Martini* (*&c.*)

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ad quos præſens charta pervenerit, *Willielmus Mareſcallus* comes *Penbrochiæ* ſalutem. Sciatis me intuitu charitatis & pro ſalute animæ meæ, *Iſabellæ* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & hæredum meorum, conceſſiſſe dediſſe & hac præſenti charta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ beati *Johannis Evangeliſtæ*, & beati *Nicholai* confeſſoris de Penbroch & monachis ibidem Deo ſervientibus, decimas molendinorum meorum de Penbroke & de Tynbeh & de *Caſtro-Martini*, in liberam puram & perpetuam elemoſinam habendas, ſcilicet de omnibus commodis quæ de eiſdem molendinis ad me pervenerint vel hæredes meos. Ut autem hæc donatio mea rata & ſtabilis perſeveret, eam præſenti carta mea, & ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus *Gaufrido Menevenſi* epiſcopo, *Roberto* filio *Richardi*, *Gaufrido* filio *Roberti*, *Radulfo Bluet*, *Nicholao Avenel*, (*&c.*)

S. CLEMENTIS

juxta Eboracum *Prioratus.*

Carta Thurſtini Eboracenſis *archiepiſcopi de fundatione ejuſdem.*

Ex autographo in bibl. Hattoniana.

T. Dei gratia *Eboracenſis* archiepiſcopus omnibus ſucceſſoribus ſuis decanis *Eboracenſibus*, totique capitulo ſancti *Petri* & omnibus tenentibus ejus, clericis, & laicis, *Francis* & *Anglis*, ſalutem. Sciatis me dediſſe & preſenti carta confirmaſſe Deo & ſancto *Clementi* & monialibus ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam elemoſinam, pro anima mea & animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, ſcilicet locum in quo monaſterium & ædificia monialium conſtructa ſunt, cum duabus carucatis terræ in territorio *Eboraci*, & viginti ſolidos de feria mea quam habeo in *Eboraco* perpetuò ſingulis annis habendos. In Dudewell ſex perticatas terræ. In Buchehill ad edificandam monialibus domum in ſuam hoſpitationem; tres ſolidos in molendino quodam; & decimam de altero molendino ibidem; Et duas acras terræ, unam infra villam ad hoſpitandum, alteram in mora extra villam, & decimam quatuor molendinorum ibidem. Et apud Ripum in villa Munchetone quinque ſolidos de decima molendini cujuſdam. Et unam acram terræ in *Othelelo*, cum decima molendini cujuſdam. Et decimam pomarii ſui ibidem; & decimam duorum molendinorum in *Wiltona*. Et unam bovatam terræ in Lawne. Et ſervitium *Willielmi Mala-opera* quod archiepiſcopo debet pro tenura ſua de feudo archiepiſcopi, videlicet ſex ſolidos & octo denarios, quos ipſe & hæredes ſui per ſingulos annos jure perpetuo monialibus reddunt. Et ipſe prædictus *Willielmus* clamavit quietam calumniam ſuam de quatuor manſuris terræ, & de domibus ſuis quas prædictæ moniales habuerunt; Et pratum ſuum quod ſub habitaculo earum eſt dedit eis in feudo perpetuo. Hiis teſtibus, *Hugone* decano, *Willielmo* theſaurario, *Willielmo* filio *Cole* archidiacono, *Turſtino* archidiacono, *Willielmo* filio *Durandi* archidiacono, *Hugone Sottewain*, *Radulfo*, *Serlo*, *Tofti*, *Holdeberto*, *Fulcone*, *Ailrico*, *Ranulfo*, *Letoldo*, *Nicholao*, *Richero* Canonicis; & multis aliis.

Carta *H.* Decani & Capituli ſancti *Petri Eboraci*, monialibus ſancti *Clementis* juxta *Eboracum*, de confirmatione ſitus loci & terris eidem ſpectantibus.

Ex autographo in turri b. Mariæ Ebor.

H. *Decanus & Capitulum ſancti* Petri Eboraci, *omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & hâc cartâ præſenti confirmaſſe Deo & ſancto* Clementi, *& monialibus ibidem Deo ſervientibus, omnia quæ* T. *piæ memoriæ archiepiſcopus eis in puram & perpetuam elemoſinam dedit & confirmavit. Scilicet locum in* *quo monaſterium, & ædificia earum conſtructa ſunt, cum duabus carucatis terræ, in territorio* Ebor. *& viginti ſolidos de feria quæ tenetur* Eboraco, *perpetuò ſingulis annis habendos. In* Sudewella *ſex perticatas terræ in* **Buchehil,** *ad ædificandam monialibus domum in ſuam hoſpitationem, tres ſolidos in molendino quodam, & decimam de altero molendino ibidem, & duas acras terræ, unam infra villam ad hoſpitandum; alteram in mora extra villam, & decimam quatuor molendinorum ibidem, & apud* **Ripun** *in* Munketona *quinque ſolidos de decima molendini, & unam acram in* Oteleia, *cum decima molendini, & decimam pomerii ſui ibidem, & decimam duorum molendinorum in* Waletona, *& unam bovatam terræ in* **Rawde,** *& ſervitium* Maleſoures *quod debet archiepiſcopo pro tenura ſua de feodo archiepiſcopi, ſcilicet ſex ſolidos & octo denarios, quos ipſe & hæredes ſui annuatim jure perpetuo monialibus reddunt & ipſe* W. *clamavit quietam calumpniam ſuam de quatuor manſuris terræ, & de domibus ſuis quas prædictæ moniales habuerunt, & pratum ſuum quod ſub habitaculo earum eſt, dedit eis in feudo perpetuo.* Valete in Domino.

Carta Regis Henrici *tertii.*

Cart. 1. E. 3. n. 44. per Inſpex.

EDwardus (*&c.*) Inſpeximus (*&c.*) *Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ* & Dux *Normaniæ* & *Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti carta confirmaſſe eccleſiæ ſancti *Clementis* in *Eboraco*, & monialibus in ea Deo ſervientibus donationes quas ſubſcripti rationabiliter eis in puram & perpetuam elemoſinam fecerunt, & cartis ſuis confirmaverunt. Ex dono *Thurſtani Eboracenſis* archiepiſcopi ſervicium *Willielmi Maleſoveres* & hæredum ſuorum, quod ipſi archiepiſcopo faciebant pro duabus carucatis terræ in *Melefordia*, & *Grimeſtona*, ſicut carta ejus teſtatur, & carta *Willielmi* decani, & capituli ſancti *Petri Eboracenſis*. Ex dono *Thomæ Maleſoveres* ſex bovatas terræ in *Grimeſtona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum manſura dominii ſui, & tres bovatas terræ, duas in eadem villa, & unam in *Mileforda*, ſecundùm quod carta ipſius *Thomæ* teſtatur. Ex dono *Willielmi Foſſard* junioris totam terram de **Muntheait** ſicut *Thomas Mala-opera* eis dederat, & *Agnes Foſſart* conceſſerat ſecundùm teſtimonium cartæ ipſius *Willielmi*. Ex dono *Alexandri* de *Ryevilla* & *Roberti* hæredis ipſius quadraginta acras in territorio de *Saxtona* cum omnibus pertinentiis in campo & thoſto, & croftho, & communem paſturam, & ingreſſum & egreſſum per decem ſolidos annuatim ab ipſis monialibus eis reddendos, ſicut cartæ & chyrographum inde inter eos factum teſtatur: Et ex dono ejuſdem *Alexandri* de *Rievilla*, & hæredis ipſius duas acras terræ in territorio de *Saxtona* ſecundùm teſtimonium cartæ ipſius. Ex dono *Gilberti* filii *Nigelli* totum pratum tam hoſpitatum, quam non hoſpitatum quod eſt ſub habitaculo earundem monialium per duodecim denarios ipſi *Gilberto* & hæredibus ſuis annuatim reddendos. Ex dono ejuſdem *Gilberti* totam terram quam recepit ab ipſis monialibus in eſcambium pro prato quod eſt ſub habitaculo earum, quæ terra prædicta earundem monialium priùs fuerat. Ex dono *Radulfi* de **Beanner** & *Conſtanciæ* ſponſæ ſuæ & hæredum illorum, terram eorum in *Eboraco* juxta *Uſam* per duodecim denarios ad Pentecoſten annuatim reddendos, & per hoſpitium in eadem terra in *Eboraco* habendum ad proprias expenſas ipſius *Radulfi* & anteceſſorum & ſucceſſorum ipſius, ſicut carta *Roberti* de **Beanneir** fratris ſui & ſua teſtantur. Ex dono *Walteri* de **Ridel**, & *Edæ* uxoris ejus duas bovatas terræ in **Grimeſton** ſecundùm conventionem inde inter eos & moniales illas factam & carta eorum confirmatam. Ex dono *Gaufridi Haget* quinque ſolidos ſicut carta ejus teſtatur. Ex dono *Radulfi* de *Amundavilla* aſſenſu hæredum ſuorum dimidiam marcam argenti in molendino in *Preſtona* in *Cravena*. Et ex conceſſione *Hugonis* filii *Audoeni*, & hæredum ipſius terram in *Chetmangeregata* & terram in *Hertergata* quas pater ipſius *Hugonis*, & *Romilda* mater ejus dederant eis in elemoſinam, ſicut cartæ prænominati *Radulfi* de *Amundavilla* & ipſius *Hugonis* teſtantur. Quare volo (*&c.*) T. *G. Elienſi*, & *H. Dunelmenſi* epiſcopis, *Johanne* decano *Sarum*, comite *Willielmo* de *Mandevilla*, *Richardo* de **Luci**, *Richardo* de **Humet** conſtabulario, *Willielmo* filio . . . dapiferi, *Ran.* de **Glanvil**, *Reginaldo* de **Curtene**, *Willielmo* de **Lanvall**, *Thoma Baſſet*, *Hugone* de *Creiſſi*, *Thoma Bard*: Apud *Eboracum*. Nos autem donationes, conceſſiones, & confirmationes prædictas; necnon donationem & conceſſionem quas *Alicia* de **Stavelay** in libera poteſtate & viduitate ſua fecit per ſcriptum ſuum monialibus loci prædicti de eccleſia de *Ortona* pertinente ad illas duas bovatas terræ, quas *Adam* pater ipſius *Aliciæ* dedit prædictis monialibus in villa de **Orton**; appropriationem etiam quam *Walterus* quondam archiepiſcopus *Eboracenſis* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem monialibus de prædicta eccleſia de **Orton** in proprios uſus imperpetuum poſſidenda, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Prioriſſæ & monialibus loci prædicti & earum ſucceſſoribus concedimus, & confirmavimus ſicut cartæ, & ſcripta prædicta rationabiliter teſtantur, Et prout eædem Prioriſſæ & moniales, & earum prædeceſſores prædicta terras & tenementa & eccleſiam hactenus rationabiliter tenuerunt. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *W.* archiepiſcopo *Eboracenſi Angliæ* Primate. *J. Elienſi* epiſcopo cancellario noſtro *H. Lincolnienſi* epiſcopo theſaurario noſtro. (*&c.*) Datum per manum noſtram apud *Eboracum* viceſimo tertio die Junii anno regni noſtri primo.

Per ipſum Regem pro Deo.

Rog. Hoved fol. 408. *b.*

Anno gratiæ MCxcij. *Gaufridus Eboracenſis* archiepiſcopus, dedit & charta ſua confirmavit abbatiæ de *Godeſtave*, Prioratum ſancti *Clementis* in *Eboraco*. Sed moniales ſancti *Clementis*, quæ ſemper ab ipſis eccleſiæ ſuæ fundamentis libere extiterant, noluerunt obedire abbatiæ de *Godeſtave*, facta appellatione ad dominum Papam pro libertatibus eccleſiæ.

CESTREHUNTENSIS

Prioratus, in agro Hertfordenſi.

Carta Regis Henrici *tertii.*

Pat. 18. *E.* 2 part. 2. m. 9. per Inſpex.

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, comes *Andegaviæ*; Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum noſtrorum, & hæredum noſtrorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmaſſe Prioriſſe & Monialibus de **Ceſthonte**, totam terram & omnia tenementa, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ canonici de **Cathale**, quos amoveri fecimus, aliquando tenuerunt. Habendum & tenendum de nobis & hæredibus noſtris ſibi & ſucceſſoribus ſuis in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Quare volumus (*&c.*) Datum per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* undecimo die menſis Auguſti anno regni noſtri viceſimo quarto.

FINCHALENSE

Cœnobium in epiſcopatu Dunelmenſi.

Ex *Gulielmi Neubrigenſis hiſt. li.* 2. cap. 20.

IIſdem temporibus ferè, venerabilis Eremita, *Godricus* de *Finchale* (loco ſcilicet ſolitario ſic dicto) non longe a civitate *Dunelmenſi* ſuper amnem *Wirum*, annis maturus & meritis in Domino requievit, in quo plane cernere erat pium altumque divinitatis beneplacitum, *ad confuſionem nobilium, & magnorum, ignobilia Mundi & contemptibilia eligentis.* Cum enim eſſet Ruſticanus, & ideota, *nihilque ſciens niſi* Jeſum Chriſtum *& hunc crucifixum*, quod utique quantumlibet obtuſis, & rudibus, totiſque hauſit oſſibus ignem, quem Dominus miſit in terram. Denique cælibatum, quem Deo gratum & ſublimis eſſe meriti fortè didicerat devotè amplexus, in cibo & potu, in verbo & geſtu, homo ſimpliciſſimus, decente cum gravitate ſervare modum ſtuduit. Velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & in ipſa locutione parciſſimus. Flere cum flentibus doctus; ridere autem cum ridentibus, & jocari cum jocantibus neſcius. Juvenis ſepulchrum Dominicum in multa paupertate nudis incedendo pedibus viſitavit, reverſuſque ad propria locum apertum, ubi Deo ſerviret, ſollicitè quæſivit. Accepitque in ſomniis (ſicut aiunt) ut locum, *Finchala* dictum, quereret, ibidem Deo volente victurus. Quem tandem poſt multam luſtrationem inveniens, ibidem cum ſorore paupercula, primùm, & eâ defunctâ ſolus multo tempore habitavit. Vitæ autem ejus diſtrictio ferè ſupra humanum modum fuiſſe perhibetur. Memoratus quidem locus ſylvoſus eſt, ſed modicam habet planitiem, quem ille fodiendo exercens, fructum ab eo annuum, quoutcunque ſuſtentaretur exigebat, & quantulamcunque poterat advenientibus exinde charitatem exhibebat. Sanè *Dunelmenſi* eccleſie mundiſſime vite merito commendatus, talem ſancti Collegii ibidem conſiſtentis circa ſe providentiam meruit; ut ſenior monachus ad hoc ipſum deputatus, crebrò eum viſitaret, tum inſtructione ſimplicitatis ruſtice, tum etiam ut participatione ſacri miniſterii certis diebus muniretur, Diu quidem Hoſtis antiquus hominem ſimpliciſſimum inſidiando circumvenire tentavit. Ubi autem inſidias vidit minùs procedere, ſimplicitatem ſaltem preſtigiis curavit illudere. Sed vir Dei hoſtiles & cautè vitavit inſidias, & conſtanter ſprevit, deriſitque preſtigias; Beatiſſimo maximè *Johanne Baptiſta*, quem ſpecialiter diligebat, crebriùs eum viſitante, informante & roborante; Hoc modo uſque ad decrepitam vivens ætatem, paucis ante mortem annis, ſenilium defectu membrorum, decubuit, & diebus plurimis quantulaſcunque in moribundo corpore vite reliquias modico lactis hauſtu ſervavit.

Illis diebus videre eum, & alloqui merui, in oratorio proprio juxta ſacrum altare jugiter decumbentem. Cumque toto ferè corpore quodamodo premortuus videretur, expeditè tamen loquebatur, illa ora ejus familiaria verba, ſcilicet, Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum ſepiùs replicans; In vultu autem ejus mira quedam dignitas, & decus inſolitum viſebatur. Tranſiit ergo ſenex & plenus dierum, idemque loci ſpatium ejus nunc corpus occupat, quo vel orans procumbere, vel egrotus decumbere conſueverat.

Charta *Ranulphi Dunelmenſis* epiſcopi, de Heremiterio *Finchalenſi* monachis *Dunelmenſibus* conceſſo.

Ex archivis penes regiſtri cuſtodem Dunelm. eccleſiæ. an. 1638.

RAnulphus *Dei gratia*, Dunelmenſis *epiſcopus, omnibus hominibus ſuis* Francis *&* Anglis *de* **Halewercfolc**, *ſalutem. Sciatis me dediſſe, & preſenti Carta epiſcopali authoritate confirmaſſe* Algaro *Priori, & omnibus ſucceſſoribus ejus, & Monachis in* Dunelmo *converſantibus, in liberam & perpetuam elemoſinam, Heremitorium de* **Finchale**, *cum aquis ſuis, & piſcaria, & omnibus rebus ceteris adjacentibus, quod fratri eorum* Godrico *in vita ſua, de eis tenendum, eorum conſenſu conceſſi. Quare volo & firmiter præcipio quatinus præfatum locum, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberè & quietè imperpetuum poſſideant; Et poſt obitum fratris eorum* Godrici, *quem voluerunt de fratribus ſuis ibi liberè ſine aliqua contradictione, ſtatuant, vel removeant.* Valete. *Teſtibus* Michaele *archidiacono, & magiſtro* Roberto *de* **Calſmont**, & multis aliis.

Carta



Finchalense Coenobium in Episcopatu Dunelmensi,

The Priory of Finchale in the Bishoprick of Durham.

Structores hujus qui fuerint monstrat.
Thomas Lambton de South-Biddick
Ar: de Comit: Dunelm:
Dan: King delin et sculp:
55

Carta fundationis Prioratus de **Finchale** *juxta* **Durham.**

x archi- is penes giſtri odem cani & pit. Du- m. 1638.

HUgo Dei gratia *Dunelmenſis* epiſcopus, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ad quos literæ preſentes pervenerint ſalutem. Noverit univerſitas veſtra nos dediſſe, & conceſſiſſe, & preſenti carta noſtra confirmaſſe, dilectis filiis noſtris, *Reginaldo* & *Henrico* monachis *Dunolm.* apud **Finchall** habitantibus, & omnibus monachis *Dunelm.* ibidem, poſt eos, Deo & beato *Johanni* ſervientibus & imperpetuum ſervituris, quos ſcilicet Prior *Dunolm.* eccleſiæ ibidem inſtituere voluerit, locum de **Finkhall**, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum molendino, & ſtagno, & piſcaria, & ſarto quod jacet a ſiniſtris viæ quæ ducit ad *Dunolm.* uſque ad terram aratam de **Newton**, & dehinc ſicut rivulus cadit in **Were**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Præterea ſciatis nos conceſſiſſe prædictis monachis, ut habeant in haya noſtra, unum taurum, & viginti vaccas; cum ſequela trium annorum, & ſexdecem boves, & ducentas oves, cum agnis unius anni, & ſexaginti porcos, cúm porcellis unius anni. Concedimus etiam prædictis monachis de **Finchall**, ut habeant ...... de haya noſtra ad ædificandum, & comburendum ſine vaſto, p.r viſum foreſtarii noſtri. Quare volumus quod prædicti monachi, præfatum locum, cum prænominatis pertinentiis & omnibus aliis ayſiamentis, habeant & teneant & imperpetuum poſſideant ita liberè, & quietè, ſicut aliqua elemoſina in epiſcopatu *Dunolm.* liberius, vel quietius habetur, & poſſidetur. Hiis teſtibus, *Johanne* archidiacono, *Theobaldo Moſterioulers*, *Ingelramo* clerico, *Simone* camerario, *Henrico* ſeneſchallo, *Thoma* elemoſinario, *Waltero* capellano, *Radulpho Ageit*, *Thoma* filio *Willielmi*, *Roberto* de *Mundavilla*, *Meldredo* filio *Dolſini*, *Alexandro* de **Helton**, *Patricio* de **Ufferton**, *Rogero* de **Epplingden** *Rogero* de **Herton**, *& multis aliis.*

[*Vide confirmationem cartarum cart.* 3. E. 2. *n.* 21. *Et cart.* 17. E. 2. *n.* 12.

S. JACOBI BRISTOLL.

Prioratus cella de Tewkesburia.

Carta Regis Henrici *ſecundi.*

Pat. 2. H. 4 part. 2. m. 7. Per Inſpex.

H. Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & comes *Andegaviæ* archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & preſenti carta mea confirmaſſe eccleſiæ ſancti *Jacobi* de **Briſtold** omnia ſubſcripta quæ *Willielmus* comes *Gloeceſtriæ* ei rationabiliter conceſſit & dedit in perpetuam elemoſinam; ſcilicet terram de *Eſſelega* quæ erat ſuum proprium feodum, & feriam quam ipſe comes habuit apud **Briſtold** in ebdomada Pentecoſtes. Habendam & tenendam infra burgum & extra, ſicut idem comes meliùs & honorificentius eam habebat quando in manu ſua erat; Et decimum denarium de redditu molendinorum ſuorum de *Novo-burgo* in *Walia*, & decimum denarium de redditu ipſius villæ *Noviburgi*, Et decimum denarium de redditu foreſtæ ſuæ quam *Candelanus* cuſtodire ſolebat, Et decimum denarium molendini ſui de *Runna*, Et decimum denarium molendinorum ſuorum de *Stapeltona*, & molendinum **Leovenath**, Et unum burgagium in *Novo-burgo Prati*, & quod totum *Novum burgum* de *Prato* apud **Briſtold**, quod eſt ſitum inter caſtellum & eandem eccleſiam ſancti *Jacobi*, ſit de parochia ejuſdem eccleſiæ. Et omnes eccleſias quæ ſunt de feodo jam dicti comitis in *Cornubia* cum capellis, & cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet eccleſiam de **Egloſbrek**, eccleſiam de *Connartona*, eccleſiam de **Egloſheil**, eccleſiam de **Egloſſant**, eccleſiam de **Egloſcraweyn** & capellam de *Bennartona*, eccleſiam de **Melidan**, & capellam ſancti *Germoch* & eccleſiam de *Eſcremovilla* in *Normannia* cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Roberti* de **Renim**, & ex dono *Ernaldi Britonis Picoteſtonam* quæ eſt de feodo de *Edwineſlea* rationabiliter cum ſubſequentibus eidem eccleſiæ conceſſam & datam; ſcilicet cum duobus ſurdingis & dimidia quæ fuerunt *Ricardi Aurifabri*, & cum duabus ſerlingis & dimidia de *Berewica*. Præterea domum *Alani* juxta macellum apud **Briſtold** quam *Matildis* uxor *Thoma Janitoris* prænominati comitis & *Hamo* filius ejus rationabiliter diviſerunt prænominatæ eccleſiæ. Quare volo (*&c.*) T. *Ricardo Wynton. G. Elien.* epiſcopis, *Ricardo* de **Lucy**, *Reginaldo* de **Courtenay**, *Hugone* de **Creiſſy**, *Willielmo* de **Lanvall**, & *Thoma Baſſet*, *Ganfrido Partric.* *Roberto* de *Scut.* *Willielmo* de *Scut.* *Mich. Belet*, *Willielmo* filio *Radulfi*, *Willielmo Baſſet*, *Radulfo Ethi* filio Camerario. Apud **Fecchehām**.

Chartæ antique litera. T. n. 24.

HEnricus *Rex Anglorum omnibus foreſtariis ſuis de* **Gloceſterſchire**, *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe eccleſiæ ſancti* Jacobi *de* Briſtowa (*in qua ſepultus eſt* Robertus *comes* Glocestriæ *avunculus meus*) *& monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute mea, & pro anima ipſius comitis, quod terra ipſius eccleſiæ, & monachorum in ea Deo ſervientium de* Ciſſeleia, *& boſcus ejuſdem terræ, ſint quieta de rewardo, & decimationis exigentia, pro eſſartis. Et prohibeo ne inter aſſarta amodo computetur. Teſte* Roberto *epiſcopo* Wintonienſi.

BUNGEYENSE

Cœnobium in agro Suffolcienſi.

Carta Regis Henrici *ſecundi.*

Carte 3. E. 3. nu. 48. per Inſpex. Vide etiam Pat. 5. E. 4. part. 3. m. 24.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, & omnibus ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis quod ad petitionem *Rogeri* de **Glanvill**, & *Gundredæ* comitiſſæ uxoris ſuæ, conceſſi & præſenti carta mea confirmavi ſanctimonialibus de *Bongeia* ibidem Deo imperpetuum regulariter ſervientibus eccleſiam ſanctæ *Crucis* de *Bongeia* quæ ſita eſt in libero maritagio ipſius comitiſſæ *G.* cum omnibus pertinentiis ſuis, & præterea decem ſolidos, de molendinis ejuſdem *Rogeri* & *Gundredæ* comitiſſæ in villa de *Bongeia*, ad luminaria in præfata eccleſia, eiſdem ſanctimonialibus annuatim reddendos, ſcilicet v. ſolidos ad paſcha & v. ſolidos ad feſtum ſancti *Michaelis* & multuram ipſarum ſanctimonialium de domo ſua de *Bongeia* quietam, & præterea quatuor eccleſias quæ ſimiliter ſitæ ſunt in libero maritagio prædictæ *G.* comitiſſæ, ſcilicet eccleſiam *omnium Sanctorum* de **Metingham** & eccleſiam ſancti *Margaretæ* de **Ilketeleſhale** & eccleſiam ſanctæ *Andreæ* de **Ilketeleſhale** & eccleſiam ſancti *Laurentii* de **Ilketeleſhale**, cum omnibus rebus ad prædictas eccleſias pertinentibus, & quicquid præfatis ſanctimonialibus rationabiliter collatum eſt, & quicquid in poſterum ab aliis ipſis collatum erit in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, ſicut cartæ ipſius *Rogeri* & comitiſſæ *G.* & aliorum donatorum earum rationabiliter teſtantur. Quare volo (*&c*) Teſtibus *Hugone Dunelmenſi* & *Johanne Norwicenſi* epiſcopis, *Willielmo* comite *Suſſexiæ*, comite *David* fratre regis *Scotiæ*, *Ranulfo* de **Glanvill**, *Willielmo de* **Humet**, conſtabulario, *Waltero* filio *Roberti*, *Seberio* de **Quinci**, *Willielmo* mareſcallo, *Galfrido* filio *Petri*, *Ricardo* de **Cannvill**, *Stephano* de **Turneham**, apud **Gaitingtun.**

Henricus Dei gratia rex *Angliæ* dominus *Hiberniæ* dux *Normanniæ Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, (*&c.*) Salutem. Sciatis nos intuitu Dei conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe pro nobis & hæredibus noſtris Deo & eccleſiæ ſanctæ *Crucis* de *Bungeya* & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas, videlicet de dono *Gundredæ* comitiſſæ totam terram ſuam de **Weston** cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam terram ſuam de **Weynesford** & viginti & quatuor acras terræ cum pertinentiis in *Rona* & ſedem molendini ad ventum quam tenuit de eodem *Roberto* in **Northales.** Et totam terram quam tenuit in **Bone** de *Radulfo* filio *Thomæ* & duodecim acras prati in novo prato de **Barſham** quod tenuit de *Danyele* filio *Raulyni* de **Becles**, & dimidiam acram prati & mariſci juxta **Hepeſlet**, ſcilicet ſex acras tenendas de eccleſia ſancti *Michaelis* de **Becles** & ſex acras tenendas de eccleſia ſanctæ *Mariæ* de **Buttelei.** De dono ejuſdem *Gundredæ* comitiſſæ duodecim denaratas redditus de annuo redditu ſuo de *Sydingeia*, & de dono ejuſdem *G.* comitiſſæ totum ortum attingentem ſuper **Quane** inter terram *Hugonis Bardulf* & ortum *Radulfi Flyntard.* Et præter hæc viginti pedes verſus villam ad ampliandum cimiterium eccleſiæ ſuæ & viginti pedes verſus domum *Hugonis le Braceur* & locum ubi *Thomas* textor manſionem ſuam habuit, & locum ubi *Radulfus* de **Denges**, & *Adelſtanus Faber* manebant, & terram quæ jacet ante portam prædictarum ſanctimonialium inter prædictam portam ſuam & foveam. Et de dono ejuſdem *G.* comitiſſæ quoddam pratum in loco qui vocatur **Holm** quod fuit *Joſcelini* piſcatoris, & turbariam quæ eſt inter curiam *Hofwardi Hacbede* & aquam quantam ibidem habuit in ſuo dominico, & terram inter curiam *Roberti Ballard* & ortum prædictarum ſanctimonialium. Et de dono ejuſdem *G.* comitiſſæ talem libertatem quod ipſa comitiſſa nec hæredes ſui nec ſucceſſores ſui aliquam feminam ponent in conventu prædictarum ſanctimonialium, nec inſtituent velandam niſi de gratia & pura voluntate Prioriſſæ & aſſenſu conventus ejuſdem loci ſanctæ *Crucis* de *Bungeia.* Et præterea eadem comitiſſa vel hæredes ſui eiſdem ſanctimonialibus non tradent clericum laicum vel feminam cuſtodiendos ad victum & veſtitum habendum niſi de propria voluntate ejuſdem Prioriſſæ & prædicti conventus, ſed quiete habeant & teneant eccleſias & terras quas eis in puram elemoſinam dedit & conceſſit & ſolutas ab omni ſeculari dominio de ſe & hæredibus ſuis. De dono *Rogeri* de **Glanvill**, eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Ruchton**, cum omnibus pertinentiis ſuis. De dono *Roberti* de **Beleperche**, totam terram quam idem *Robertus* tenuit de *Waltero King* in **Ilketeleſhal.** De dono *Rogeri Bigod* comitis *Norfolciæ*, totam terram ſuam de **Ringelſen** in **Ilketeleſhal**, cum omnibus pertinentiis, in eſcambium duarum marcatarum terræ in **Caleby**, quæ fuit *Rogeri Baſtard.* De dono *Hugonis Bigod* comitis *Norfolchiæ*, totum illum campum qui vocatur **Hallecroft.** De dono *Rogeri Bigod* comitis *Norfolchiæ*, molendinum ſuum de **Watneford**, cum pertinentiis ſuis. De dono *Ricardi Bacon* de **Lodnes** decem acras terræ in **Oſmundeſhage.** De dono *Rogeri* de **Huntingefeld**, *Alvenam* quæ fuit uxor *Rogeri Brunſton* & *Thomam* filium ejus primogenitum, cum toto tenemento ſuo quod de prædicto *Rogero* tenuerunt in **Medefeld** ex pertinentiis de **Mendham.** De dono ejuſdem *Rogeri*, *Walterum Wudardum de* **Medefeld**, hominem ſuum, cum homagio ſuo & cum toto tenemento, & cum tota ſecta ſua, & cum toto ſervicio ſuo. De dono *Roberti Wadengar* unam acram terræ quam idem *Robertus* emit de *Hugone* filio *Ricardi Splitus* in **Denton**, & quatuor particulas terræ quas emit de eodem *Hugone* in eadem villa. De dono *Thomæ* filii *Gilberti* de **Ilketeleſhal**, terram quam *Robertus Piteman* de eodem *Thoma* tenuit, quæ vocatur **Thurſtaneſwelle.** De dono *Rogeri* de **Hugechale** filii *Hugelinæ* totam terram ſuam in *Lymburne* quam *Stephanus* de **Mundham** ei dedit pro ſervicio ſuo. De dono *Werreiſi* de *Cadamo* duas acras terræ & dimidiam & unam rodam quæ vocatur **Catterige** in **Ilſtede.** De dono *Bartholomei Sanzavetr* triginta acras terræ in **Jerpeſton** & homagium & ſervicium *Rogeri Thurmod* cum toto tenemento ſuo & tota ſecta ſua, & homagium *Rogeri* de **Hales**, cum ipſo tenemento ſuo quod de prædicto *Bartholomeo* tenuit, & quatuordecim denarios quos idem *Rogerus* inde debuit prædicto *Bartholomeo* per annum, & homagium *Ulketeli* mercatoris cum toto tenemento ſuo quod de eodem *Bartholomeo* tenuit, & duodecim denarios quos eidem *Bartholomeo* inde debuit per annum, & quatuor ſolidatas & ſex denaratas redditus, quas prædictæ ſanctimoniales eidem *Bartholomeo* debuerunt per annum pro triginta acris terræ quas de eo tenuerunt. De dono *Roberti* filii *Radulfi* de **Wiken** totam terram cum pertinentiis quæ eſt de feodo ſuo in **Kone** & in **Northales**. Et de dono ejuſdem *Roberti* ſeptem ſolidos quos præfatæ ſanctimoniales eidem *Roberto* annuatim reddere ſolebant pro terra cum pertinentiis quam habent de feodo in **Kone** & in **Northales**. De dono *Rogeri* filii *Reynuld* de **Birlingham** treſdecim denaratas redditus de tenemento quod *Robertus Hog* de **Lingwud** tenet de eodem *Rogero* in **Lingwud**. De dono *Johannis* filii *Alexandri* unam marcatam redditus in **Chebenhale** percipiendam annuatim de *Stephano* filio *Reginaldi* & de hæredibus ſuis. De dono *Alani* de **Mundham**, octo acras terræ ſcilicet **Pulemanetoft**. Ex dono *Reginaldi Hoſtiarii* & *Beatricis* uxoris ejus unam acram prati in **Strummeſmedwe**, & tertiam partem unius rodæ. De dono Roberti filii *Adæ* de **Whetacre** octo acras terræ in **Thordeſhage** & tres rodas terræ quæ jacent juxta viam quæ vocatur **Brunneſtaneſhil** & totum herbagium à latere jacens verſus miridiem, quantum ad ipſos *Robertum* & *Beatricem* pertinet. De dono *Adæ* filii Roberti de **Cone** unam acram mariſci in illo mariſco qui vocatur **Stikewaneſſen**. De dono *Walteri* **the rede Kyng** totam terrm ſuam de **Stowegate**. De dono *Rogeri* filii *Rynuld* de **Berlingham** dimidiam ſummam albarum piſarum. De dono *Rogeri* filii *Hugelini* de **Hugechale** *Radulfum* filium *Adæ* de **Lymburne**, & *Hugonem* fratrem ſuum, & *Ailild* ſororem ſuam, cum tota ſequela eorum & cum toto tenemento eorum. De dono magiſtri *Hamonis* de **Denton** totam terram ſuam de **Gimeſtoft** cum bruſcia, quas idem magiſter *Hamo* tenuit de *Rogero* ſilio *Ydæ* & hæredibus ſuis. De dono *Galfridi* filii *Petri* de **Denton** totam terram ſuam quæ eſt de feodo ſuo quæ vocatur **Milneheges** cum pertinentiis uſque in ſtagnum molendini de **Denton**, & unam rodam prati juxta pratum aulæ de **Denton**. De dono *Henrici le Sor* de **Flixton** totam illam partem prati ſui quæ jacet inter pratum *Henrici Manning* & pratum *Roberti Galun*. De dono *Ricardi* de **Seenges** tres ſolidatas redditus per annum retinendas de *Willielmo* de **Tuept** homine ejuſdem *Ricardi*. De dono *Rogeri del* **Eſtre** unam reugiam terræ in **Gernemuth**. De dono *Willielmi Bardulf* totum pratum ſuum quod jacet ad molendinum de **Waineford**. De dono *Alicia* de **Froſtenden** duodecim denaratas redditus per annum in **Froſtenden**. De dono *Willielmi* de **Ingeloſe** unam acram & unam rodam terræ quæ jacent ſubtus *Bruceam Alani* de **Shortwude**. De dono *Willielmi* filii *Willielmi* de **Curcun** quinque acras terræ quas *Herbertus Skilman* de eodem *Willielmo* tenuit in **Keteringham**. De dono *Radulfi* de **Puncy** totam illam peciam terræ exceptis una roda & dimidia quas idem *Radulfus* tenuit de *Roberto* de **Whetacre** in **Weſton**. De dono *Walteri* filii *Willielmi* de **Sutfeld** omnes terras quas *Galfridus* de **Brokes** de eodem *Waltero* tenuit in **Weſton** & in **Redeſham** de feodo *Willielmi* de **Whatacre**, & totam terram quæ fuit *Ricardi Pigebare*. De dono *Willielmi* filii *Briciini* homagium & ſervicium quæ *Robertus* filius *Roberti* filii *Ordingi* eidem *Willielmo* debuit de tenemento quod de eo tenuit in **Lymburne**, & homagium & ſervitium quæ *Reginaldus* frater *Hugonis* de **Denton** eidem *Willielmo* debuit de quadam particula terræ quam de eo tenuit in **Lymburne**, & homagium & ſervicium quæ *Adam* filius *Alani* de **Wortewale** eidem *Willielmo* debuit pro una particula prati quam de eo tenuit in **Lymburne**, cum releviis recognitionibus & omnibus pertinentiis. De dono *Roberti* filii *Adæ* de **Whetacre** tres rodas terræ quas *Ricardus Pygebare* tenuit de feodo ipſius *Roberti*. De dono ejuſdem *Roberti* filii *Adæ* tres acras terræ ſuæ & unam rodam in **Weſton**. De dono *Willielmi Peleryn* ſeptem acras terræ & dimidiam quæ jacent ad portam de **Svereſgate**. De dono *Willielmi* filii *Hawiſyæ* de *Bungeya* totam partem terræ ſuæ quæ vocatur **Henneſacre**. De dono *Rogeri* de **Ho** *Hugonem Cod* hominem ſuum cum homagio ſuo. De dono *Roberti* de **Whetacre** unam acram terræ ſuæ in **Redeſham**. De dono *Walteri* **the rede King** quatuor acras terræ. De dono *Reginaldi* de *Bungeya* civis **London** decem ſolidatas quieti redditus quas *Willielmus* filius *Hugonis le Bigod* eidem *Reginaldo* & aſſignatis ſuis dedit annuatim percipiendas de eiſdem Prioriſſa & ſanctimonialibus. De dono *Willielmi* filii *Willielmi* filii *Rocelini Folcardum Sterling*, cum omni ſecta ſua, & tres ſolidatas redditus pro tenemento quod idem *Folcardus* tenet de eiſdem ſanctimonialibus in **Wyngefeld**. De dono *Willielmi* filii *Herlewyni* unam wagam ſalis de ſalinis ſuis de **Trincton**. De dono *Godefridi le ſox* de **Lymburne**, ſex acras terræ in **Denton**. De dono *Walteri King* dimidiam acram prati in **Strummeſmede**. De dono *Johannis* de **Beleperche** totam terram quæ fuit *Aylmeri Tturard* & dimidiam acram prati in **Strumeſmede**. De dono *Walteri King* unam aeram terræ quæ jacet apud **Coleſhord**. De dono *Willielmi Criſpin* totam terram ſuam de **Lymburne** cum omnibus pertinentiis ſuis. De dono *Nicholai* filii *Algari* de **Suinton** totam terram de **Weſton** & de **Redeſham** quam *Walterus* filius *Willielmi* de **Sutfeld** de prædicto *Nicholao* tenuit. De dono *Adæ* de **Cone** meſagium quod *Mabilia* de **Wrencham** de eodem *Ada* tenuit cum incremento quod eis fecit. De dono *Matildis* de **Hemmehaule**, & *Henrici* filii ſui, homagium *Clariciæ* ſororis dicti *Nenrici*, & totum meſagium quod fuit *Thomæ* filii *Toly* in **Hemmehaule** & unam acram terræ in croſto. De dono *Hugonis* filii *Radulfi* unam acram terræ & dimidiam in *Bungeya*. De dono *Adæ* filii *Willielmi* filii *Hawiſiæ* duas acras terræ in **Ilketeſhale**. De dono *Johannis Hochedez* de **Ilketeſhale** totum homagium *Alani* filii *Arnulphi* de **Metingham** cum toto ſervitio quod idem *Alanus* eidem *Johanni* debuit & cum tota ſequela ſua, & cum homagio *Rogeri Morand* & *Walteri* fratrum ejuſdem *Alani*, cum tota ſequela eorum. De dono *Galfridi* de **Badele** unam ſummam frumenti. De dono *Eudonis Arſic*, & *Aliciæ* uxoris ſuæ tres ſolidos de molendino ſuo de **Lewen** ſito in villa de **Suacer**, & unum millenarium alecium quod *Adam* filius *Adæ* de **Cone** debet annuatim reddere eiſdem ſanctimonialibus pro xxiiij. acris terræ in **Cone** & quadam ſede cujuſdam molendini ad ventum in **Northales.** Habendum & tenendum eiſdem ſanctimonialibus & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum in liberam & perpetuam elemoſinam ſicut cartæ prædictorum donatorum quas eædem ſanctimoniales inde habent, in quibus prædictæ donationes & conceſſiones plenius continentur rationabiliter teſtantur. Quare volumus (*&c.*) Hiis teſtibus, *W.* comite *Warennæ*, *Willielmo* de *Ferrariis*, *Olivero* de *Vallibus*, *Godefrido* de **Craucumbe**, *Radulpho Gernun*,* *Amauricio* de ſancto *Amando*, *Galfrido* diſpenſatore, *Henrico* de capella, *Galfrido* de **Canz**, *Bartholomeo* de **Sankevill**, & aliis. Data per manum venerabilis patris *Radulfi Ciceſtrenſis* epiſcopi, cancellarii noſtri, apud **Bromholm** tertio decimo die Marcii anno regni noſtri, decimo nono.

* ſ. Amauro.

Carta *Rogeri* comitis *Norfolciæ.*

In bibl. *Hatton.*

O*Mnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit*, Rogerus *comes* Norfolciæ *ſalutem*; *Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe & dediſſe Deo, & beatæ* Mariæ *virgini, & eccleſiæ ſanctæ* Crucis *de* Bangeya, *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, molendinum meum de* **Wainefoꝛd** *cum pertinentiis* (*&c.*) *Teſtibus*, Radulfo Bigot, Willielmo *de* **Hengham**, Willielmo Bardolf, Willielmo *de* **Verdun**, Reginaldo *de* **Pirhow**, Willielmo *de* **Burnavall**, Waltero *de* Cadomo, Willielmo *de* **Peſehall**, *&c.*

SYLLEY (*ditionis* Cornubienſis) *cella de* Taveſtoke.

Carta Regis Edwardi *tertii, de Canonicis ſecularibus loco Monachorum apud* Syllam *ad tempus collocandis.*

Pat. 19. *E.* 3. par. 1. memb. 5.

REX omnibus ballivis & fidelibus ſuis ad quos, &c. ſalutem. Supplicarunt nobis dilecti nobis in Chriſto abbas & conventus de **Taveſtoke**, domini inſulæ de **Sully** infra mare inhabitatæ, ut cum abbatia prædicta, ad quam inſula prædicta pertinet, per progenitores noſtros quondam Reges *Angliæ* fundata exiſtat, & idem abbas & cæteri abbates abbatiæ prædictæ, qui pro tempore fuerint, duos capellanos commonachos ſuos infra inſulam prædictam, ratione terrarum & tenementorum ſuorum ibidem exiſtentium, pro animabus eorundem progenitorum noſtrorum, & hæredum ſuorum, ſingulis diebus celebraturos inperpetuum invenire teneantur; iidemque monachi, tam propter guerram inter nos & homines de *Francia* motam, quàm aliis variis ex cauſis hiis diebus ibidem non audeant immorari, velimus eis concedere quod idem abbas duos capellanos ſeculares divina loco monachorum prædictorum ſingulis diebus infra inſulam prædictam celebraturos invenire poſſit, durante guerra ſupradicta: Nos eorum ſupplicationi favorabiliter annuentes, conceſſimus eidem abbati quod ipſe duos capellanos ſeculares idoneos divina infra inſulam prædictam, loco prædictorum monachorum, ſingulis diebus celebraturos invenire poſſit, durante guerra ſupradicta, dum tamen iidem capellani hujuſmodi onera quæ iidem monachi ibidem debitè ſupportare ſolebant interim ſupportent, ut eſt juſtum, abſque impedimento noſtri, vel hæredum noſtrorum; juſtitiariorum, eſcaetorum, vicecomitum, aut aliorum ballivorum ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcunque. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* viceſimo octavo die Maii.

Carta regis *Johannis.*

Cart. 1. *Jo.* part. 2. num. 65.

JOhannes *Dei gratia &c. vicecomitibus & omnibus ballivis ſuis ſalutem. Prohibemus vobis quod non permittatis quod canonici de* **Silly** *ponantur in placitum de aliquo tenemento ſuo quod teneant, niſi coram nobis, vel ſeneſchallo noſtro* Normanniæ. *T. meipſo, Apud* **Argelith** *vij. die Julii anno regni noſtri primo.*

ROWNEYENSIS *Prioratus in agro* Hertfordenſi.

Charta Prioriſſæ de reſignatione Prioratus.

Ex autog. in bibl. *Hattoniana.*

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſentes literæ pervenerint, *Agnes Selby* Prioriſſa domus ſive Prioratus de **Rowheiny**, aliàs dicti de *Rowenea*, aliàs *Renencia*, alias dicti monialium ſancti *Johannis Baptiſtæ* de **Mundene**, aliàs **Rownay**, & ejuſdem loci conventus ſalutem. Sciatis quod nos præfati Prioriſſa & conventus conſiderantes qualiter omnes fructus redditus & proventus eccleſiæ, domus ſive Prioratus noſtri prædicti modernis temporibus in tantum decreverunt, & exinaniti & diminuti exiſtunt, quod ad ſuſtentationem noſtram, & illius loci, ſecundùm fundationem ejuſdem, & ad ſupportandum omnia onera eidem incumbentia, ac ad reparandum, & reficiendum eccleſiam & domum prædictam, jam ruinoſas, & ad terram quaſi funditus collapſas, nullo modo ſufficiant, nec ex veriſimili ſufficere debeant in futurum. Conſiderantes etiam, quod *Johannes Fray* qui verus patronus ejuſdem eccleſiæ domus ſive Prioratus exiſtit, ſinceram devotionem, & piam intentionem habeat, ut omnes fructus redditus & proventus ſupradicti in pios uſus pro animabus fundatoris loci ſive Prioratus prædicti, & donatorum terrarum, tenementorum, & poſſeſſionum dicto loco ſeu Prioratui collatorum, meliori modo quo ſciverit convertantur, unanimi aſſenſu & conſenſu noſtris damus, concedimus, & præſenti carta noſtra ſurſum reddimus præfato *Johanni Fray* eccleſiam, domum, ſive Prioratum noſtrum prædictum, unà cum omnibus, ac ſingulis maneriis, terris, tenementis, pratis, paſcuis, paſturis, & boſcis, redditibus,

ditibus, reverſionibus,& ſerviciis quibuſcunque, nobis aut prædeceſſoribus noſtris, ſive prædictæ eccleſiæ domui aut Prioratui pertinentibus qualitercunque, ſeu à quibuſcunque collatos ſeu donatos, cum omnibus juribus proficuis commoditatibus, & emolumentis eidem pertinentibus. Habendum & tenendum eidem *Johanni Fray* hæredibus & aſſignatis ſuis imperpetuum. In cujus rei teſtimonium huic præſenti cartæ noſtræ ſigillum noſtrum commune appoſuimus. Hiis teſtibus, *Thoma Waldegrave* armigero, *Johanne Leynham* mercatore, *Willielmo Brown* **Jentleman**, *Radulpho Grey* **Jentleman**, *Johanne Dryland* & aliis. Datum in domo noſtra capitulari de **Rownay** prædicta undecimo die menſis Septembris anno regni regis *Henrici* ſexti poſt conqueſtum *Angliæ* trigeſimo ſexto.

Pat.37. H. 6 part. 2. mem.15.

REx omnibus ad quos &c. Salutem. Sciatis quod ex humili relatione dilecti nobis *Johannis Fray*, nuper capitalis baronis ſcaccarii noſtri & jam poſſeſſoris manerii, ſive dominii de **Mundene**, ac patroni olim eccleſiæ, domus,ſive antiqui Prioratus ſancti *Johannis Baptiſtæ* monialium ordinis ſancti *Benedicti* de **Roweney** in comitatu **Hertford** *Lincoln.* dioceſ. accepimus qualiter eccleſia, domus, ſive Prioratus ille per *Conanum* quondam ducem *Britaniæ*, & comitem *Richemondiæ* tunc poſſeſſorem dicti manerii, ſive dominii, de certo numero monialium hujuſmodi ad ſerviendum Deo fundatus,& per eundem ducem, ac *Ricardum* filium *Gilberti* de *Mundena*, *Johannem* filium *Willielmi* de *Mundane*, *Stephanum*, *Andream*, & *Ricardum* de *Scalariis*, & *Ricardum* & *Gerardum* de *Furnivall*, *Wydonem Delavalle*, & *Reginaldum* de **Tanet**, & plures alios poſſeſſores manerii, ſive dominii prædicti Chriſto devotos, ſub nomine Prioratus de **Rowheiney**, alias dictus domus, ſive Prioratus de *Rowenea*, alias dictus eccleſia de *Reueneia*, alias dictus eccleſia monialium ſancti *Johannis Baptiſtæ* de **Mundene**, alias **Rounay**,de terris tenementis & poſſeſſionibus, olim parcellis ejuſdem manerii, ſive dominii uſque ad annuum valorem decem marcarum monialibus ejuſdem eccleſiæ, domus ſive Prioratus ſucceſſive conceſſis dotatus extitit; Qualiter etiam fructus,redditus,& proventus eccleſiæ, ſive Prioratus prædicti, modernis temporibus, ob monialium ipſius loci regimen & adminiſtrationem nuper habentium, negligentiam & incuriam, bona ejuſdem enormiter dilapidantium,& conſumentium, in tantum decreverunt & exinanita & diminuta exiſtunt, quod ad ſuſtentationem illius loci, aut alicujus hujuſmodi monialis, vel aliorum juxta fundationem ejuſdem & ad ſupportandum onera eidem incumbentia, ac ad reparandum & reficiendum eccleſiam & domum prædictas, jam ruinoſas, & ad terram quaſi funditus collapſas nullo modo ſufficiunt, nec cum mundus in deterius ſe declinet ſufficere debeant in futurum. Et licet prædicta eccleſia, domus ſive Prioratus, per ceſſionem *Agnetis Selby* mulieris religioſæ nuper aſſerentis ſe Prioriſſam eccleſiæ, domus ſive Prioratus illius, & ex cauſis præmiſſis ab eodem ultimo recedentis, per multum temporis vacuus, deſolatus, & totaliter derelictus extiterit: prædictuſque *Johannes Fray* prædictum locum ac terras tenementa & poſſeſſiones prædictas, cum ſuis pertinentiis, ad manus ſuas ea de cauſa devoluta intraverit, ſeiſiverit, & ea juxta juris exigentiam, in manibus ſuis hucuſque habeat, poſſideat, & retineat: tamen quia inter cætera miſericordiæ, & pietatis opera, divina celebratio à ſanctis ſacerdotibus,veriſque Dei vicariis canonicè miniſtrata, aliorum maxime ſibi videtur fore ſupremum, quam meritoriumque fore creditur hujuſmodi miniſterium ſuſtentare, in quo miſerimæ peccatorum animæ ab eorum maculis nondum purgatæ refrigerium conſequentur & veniam,ac fragiles in culparum voluptatibus deviantes ad viam gratiæ reducuntur, juſtique in eorum actibus juſticiæ confirmati à cœleſtis tramite regionis velut immobiles efficiuntur; præfatuſque *Johannes Fray* nolens igitur hujuſmodi miniſterium, ac pias orationes, pro animabus dicti fundatoris loci ſupradicti & donatorum terrarum tenementorum & poſſeſſionum prædictorum in eodem loco ullo modo ceſſare, nec eadem terras tenementa & poſſeſſiones ad aliquos alios uſus converti, niſi tantum ad cultum divinum, nobis humilimè ſupplicavit quatinus ad fundandam unam cantariam in eccleſia prædicta de uno capellano perpetuo, pro animabus prædictorum fundatoris, & donatorum Deum exoraturo, & ipſum de terris, tenementis, & poſſeſſionibus prædictis dotare, licentiam noſtram regiam ſibi in forma ſubſequenti gratioſè concedere dignaremur.

Nos præmiſſa conſiderantes, volenteſque, ea quæ ad cultum divinum ſunt, vel eſſe poſſunt, multipliciter augmentari, de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris,quantum in nobis eſt, præfato *Johanni Fray*,quod ipſe ad laudem gloriam & honorem Dei,ac gratioſiſſimæ ac intemeratæ virginis *Mariæ* matris Chriſti, & ſancti *Johannis Baptiſtæ* precurſoris ipſius Salvatoris noſtri, quandam cantariam perpetuam de uno capellano divina in honore prælibati præcurſoris domini, ad ſummum altare, in eccleſia predicta, pro bono ſtatu noſtro, & *Margarete* reginæ *Angliæ*,conſortis noſtræ, ac principis *Edwardi* primogeniti noſtri, necnon dicti *Johannis Fray*, dum vixerimus, & pro anima noſtra, & animabus eorundem conſortis, & filii noſtrorum, ac ejuſdem *Johannis*, cum ab hac luce migraverimus, necnon ſpecialius pro animabus dicti nuper ducis & fundatoris dicti quondam domus,ſive Prioratus, ac etiam pro animabus prædictorum donatorum terrarum tenementorum, & poſſeſſionum predictorum, ſuperiùs ſpecificatorum, & nominatorum & omnium fidelium defunctorum, ſingulis diebus, niſi cauſa rationabilis interveniat, imperpetuum celebraturo, juxta ordinationem ipſius *Johannis Fray* facere, fundare, & ſtabilire poſſit, perpetuis futuris temporibus duraturam. Et volumus & concedimus per preſentes,quod predicta cantaria, cum ſic facta fundata & ſtabilita fuerit,*Cantaria* S.*Johannis Baptiſtæ* de **Roweney**, imperpetuum ſimiliter nuncupetur, ac quilibet capellanus cantariæ illius pro tempore exiſtens capellanus perpetuus cantariæ ſancti *Johannis Baptiſtæ* de **Roweney** imperpetuum ſimiliter nuncupetur, perpetuamque habeat ſucceſſionem (*&c.*) Et ulterius de gratia noſtra uberiori conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato *Johanni Fray*, quod ipſe immediatè, poſtquam dicta cantaria, in forma prædicta facta, fundata, & ſtabilita fuerit, dare poſſit & concedere capellano cantariæ illius omnes domos, manſiones, ædiſicia, ac terras tenementa & poſſeſſiones quæcumque cum omnibus ſuis pertinentiis, quondam eccleſiæ, domui, ſive Prioratui pertinentes ſive ſpectantes, in manus ipſius *Johannis*, jam ex cauſa ſupradicta exiſten. Habendum & tenendum dicto capellano & ſucceſſoribus ſuis (*&c.*) Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* xxx. die Junii.

NUN-EATON, *in agro* Warwicenſi, *tempore regis* Henrici *ejus nominis ſecundi fundat.*

Carta fundationis Abbatiæ de Eton, *per* Robertum *primum comitem* Leiceſtriæ.

Ex membrana quadam penes decan. & capitul. eccleſ. *Lichfelden.* an. 1638.

ROBERTUS comes *Legreceſtriæ* omnibus fidelibus ſanctæ eccleſiæ, & omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Abbaciæ quam feci & fundavi apud *Etonam* de ordine Monialium de *Fonte Ebraudi*, ipſam *Etonam* cum pertinentiis ſuis, ſicut ipſam tenui die quo primus Rex *Henricus* fuit vivus & mortuus, excepta terra illa quam canonici S. *Mariæ Legreceſtrie* de *Prato* tenent in Stoccingford; & excepta terra illa quam moniales de *Caſa Dei* tenent in *Atleberga*, & in *Etona*. Præterea dedi & conceſſi prefate abbatiæ in *Keneteberia*, illam terram que reddebat mihi xxv. l. & in Welles dedi illis totum tenementum, & redditum quem ibi habebam in terris, & piſcariis, & in omnibus rebus, excepta decima anguillarum quam pater meus Comes *Robertus* de mellento dedit eccleſiæ ſanctæ *Marræ Legrec.* de *Prato*. Pretereà confirmo illam donationem quam filia mea *Iſabella*, & filius ſuus comes *Simon* fecerunt prædictæ abbatiæ aſſenſu meo; videlicet, duas carucatas terræ in *Waltham*, cum paſtura trecentarum ovium. Ex dono *Richardi Mallorie* in Suneford duas virgatas terræ & dimidiam, quas tenuit de feodo meo. Et in *Legreceſtria* duos ſolidos in manſura quam tenet *Wido Bread-leas* de ipſo *Richardo*. Totam terram quam ipſe *Richardus* habuit in ſupradicta *Etona* in boſco & plano, & terram illam, quam *Robertus* filius *Jocelini* donavit prædictæ abbatiæ, ſcilicet, totam terram illam quam habuit in *Etona*, inter aquam & nemus; Et ex alia parte aquæ in *Etona*, duas virgatas terræ, & vj. s. terræ quas *Williel.* de *Novo Mercato* tenuit de *Jocelino* patre ſuo, cum toto nemore ſuo, ſalvis aiſiamentis ſuis, & hominum ſuorum de *Hida*, ſine waſto & venditione; Et quia *Robertus* filius *Jocelini*, hanc donationem fecit eccleſiæ de *Etona* conceſſu meo & aſſenſu, clamavi eccleſiam illam, & moniales ejuſdem eccleſiæ, & ipſum *Robertum*, quietos de ſervitio quod pertinebat ad prædictum tenementum, Scilicet de ſervitio nonæ partis feodi unius militis. Hanc verò donationem feci pro Dei amore, & pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & hæredum meorum, & pro anima Regis *Henrici*, & pro animabus anteceſſorum meorum, aſſenſu & conceſſione Regis *Henrici* ſecundi, & *Roberti* filii mei. Quare volo & firmiter præcipio quod eadem abbatia & moniales de *Fontis Ebraudi* ordine, ibidem Deo ſervientes, habeant & teneant in perpetuam elemoſinam, omnia hæc prædicta, cum pertinentiis ſuis, & cum libertatibus, & cum omnibus liberis conſuetudinibus ſuis, ſoluta & quieta de omni ſeculari ſervitio & exactione, & in perpetuum ſint quietæ de telonio, & paſſagio, & omni conſuetudine per totam terram meam, tam per terram quàm per aquam, de omnibus rebus ſuis quas homines earum affidare poterint ſuas eſſe proprias. Ita quod nullus de hominibus meis eas, vel homines earum inde diſturbet. Teſtibus, *Turſtino* abbate *Geroldoniæ*, *Rich.* abbate *Legr.* *Roberto* priore Kenilworde, *Hugone Barre*, *Willielmo*, *Roberto* capellano noſtro, *Willielmo* comite *Glouceſtr.* *Willielmo Baſſet*, *Willielmo Burdet*, *Radulpho* de Turuvill, *Rogero* de *Graunſ.* *Euſtachio* filio *Reginaldi*, *Petronilla* uxore *Roberti* filii noſtri; *Iſabella* comitiſſa de Norhamton, *Hathawiſa* comitiſſa *Glouceſtr.* & multis aliis.

ROBERTUS filius *Roberti* comitis *Legreceſtriæ*, Omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglicis*, & omnibus fidelibus ſanctæ eccleſiæ ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe abbatiæ quam *Robertus* comes *Legrec.* pater meus fecit & fundavit apud *Etonam*, de ordine monialium de *Fonte Ebraudi*, ipſam *Eatonam* cum pertinentiis ſuis, ſicut ipſam tenuit die quo primus rex *Henricus* fuit vivus & mortuus, excepta terra illam quam canonici ſanctæ *Mariæ Legrec.* de *Prato* tenent in Stocchiford, & excepta terra illa quam moniales de *Caſa* Dei tenent in Eatleburg & in Eaton, & in *Keneteberia* xxv. libr. terræ. Et in Welles xx. millia anguilla, & mille & quinquies centum groſſas anguillas, & lx. eſteilings, exceptis duobus millibus de xx. quæ ſunt de decima eccleſiæ S. *Mariæ* de *Prato Legrec.* Præterea confirmo illam donationem quam ſoror mea *Iſabel*, & filius ſuus comes *Simon* fecerunt prædictæ abbatiæ, videlicet duas carucatas terræ in Waltham una cum paſtura trècentarum ovium. Et de dono *Ricardi Mallore* in Suneford duas virgatas terræ & dimidiam quas tenuit de feodo meo & in *Legr.* duos ſolidos in manſura quam tenuit *Wido Breadleas* de ipſo *Ricardo*; & totam terram quam ipſe *Ricardus* habuit in ſupradicta *Eatona* in boſco & in plano; & terram illam quam *Robertus* filius *Jocelini* donavit predictæ abbatiæ, ſcilicet totam terram illam quam habuit in *Eatona* inter aquam & nemus, & ex alia parte in *Eatona* duas virgatas terræ, & ſex ſolidatas terræ quas *Willielmus* de *Novo-Mercato* tenebat de *Jocelino* patre ſuo cum toto nemorc ſuo, ſalvis aiſiamentis ſuis & hominum ſuorum de *Hida* ſine waſto & venditione. Quare volo & firmiter præcipio quod eadem abbatia & moniales de ordine de *Fonte Ebraudi* ibidem Deo ſervientes habeant & teneant in perpetuam elemoſinam

nam omnia hæc predicta cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum libertatibus & cum omnibus liberis conſuetudinibus ſuis ſoluta & quieta ab omni ſeculari ſervitio & exactione. Teſtibus, *Waltero* epiſcopo *Coventriæ*, *Roberto* epiſcopo *Lincolniæ*, *Mauricio* epiſcopo de **Pangoꝛ**, *Turſtino* abbate de **Geremedon**, *Ricardo* abbate de *Legreceſtria*, *Willielmo* abbate de *Redemora*, *Ricardo* archidiacono *Coventriæ*, *Hugone* archidiacono *Legr.* *Roberto* capellano, *Matheo* capellano, *Willielmo* comite *Glouceſtriæ*, *Hugone* comite *Ceſtriæ*, *Willielmo* comite *Warwici*, comite *Simone*, *Ivone* de **Harwecurt**, *Willielmo Burdet*, *Ernaldo* de *Boſco*, *Roberto Pincerna*, *Gaufrido l'Abba*, *Rogero* de **Cranfoꝛd**, *Rogero Walenſi*, *Radulfo Fridei*, *Ricardo l'Abbe*, *Hugone Burdet*, *Aſcetello Malore*, *Radulfo* de **Turvill**, *Herveio Mareſcallo*.

Charta regis *Henrici* ſecundi precedentem confirmans, & plura concedens.

HEnricus *Rex* Angliæ, *Dux* Aquitaniæ, *comes* Andegaviæ, *archiepiſcopis*, *epiſcopis*, *abbatibus*, *comitibus*, *baronibus*, *juſticiariis*, *vicecomitibus*, *miniſtris*, *& omnibus fidelibus ſuis* Francis & Anglis *ſalutem*. *Sciatis me conceſſiſſe*, *& preſenti carta confirmaſſe abbatiæ quam* Robertus *comes* Legreceſtr. *fecit & fundavit apud* Eitonam, *de ordine monialium de* Fonte Ebraudi, *omnes illas terras*, *& elemoſinas*, *quas idem comes* Robertus *ei dedit in perpetuam elemoſinam*, *ſcilicet totam* Etonam, *cum omnibus pertinentiis ſuis*, *in qua ipſa abbatia fundata eſt*: *& in* Keneteberia *viginti quinque libratas terræ*; *& ex meo proprio dono eccleſiam de* Chautona *cum omnibus pertinentiis ſuis*. *Et ex dono prædicti* Roberti *comitis* Legreceſtr. *triginta milliaria anguillarum & dimidiam*, *& mille & D. anguillarum groſſarum*, *& ſexaginta ſteiling. exceptis duobus millibus de triginta quæ ſunt de decima eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Prato Legreceſtr. *& quicquid idem comes habuit apud* **Welles**. *Ex dono* Gervaſii, Paganelli, *molendinum de* Ingepenna, *cum prato*, *& crofto*, *& omnibus pertinentiis ſuis*. *Ex dono* Richardi *de* Ibbeſtochia *magnam* Hodehiſſam *cum omnibus pertinentiis ſuis*, *conceſſu* Hugonis *filii* Richardi, *&* Willielmi *comitis de* Warwico, *de quorum feodo terra illa eſt*; *Et ex dono* Roberti *de* **Craft**, *& conceſſu* Hugonis *filii* Richardi, *&* Willielmi *hæredis ſui*, *&* Willielmi *comitis de* Warwico *eccleſiam de* Mertona, *cum omnibus pertinentiis ſuis*, *de quorum feodo eccleſia illa eſt*. *Et infra* Legreceſtr. *conceſſu* Roberti *comitis* Legreceſtr. *xxj. ſolidos*, *& quatuor denarios*, *ſcilicet ex dono* Rogeri Walenſis *quindecim ſolidos*, *ex dono* Richardi Mallore *duos ſolidos*, *ex dono* Richardi *camerarii viginti denarios*, *ex dono* Ceciliæ *de* Waldari *duos ſolidos*, *ex dono* Hugonis *de* **Ondebi** *quatuordecim den.* *Et ex dono* Richardi Mallore *duas virgatas terræ*, *& dimidiam in* **Swinefoꝛde**, *& quicquid habuit apud* Ettonam, *& ex dono* Roberti *filii* Goccelini *quicquid habuit verſus abbatiam*, *ultra aquam*, *in boſco & plano*, *& ex alia parte aquæ verſus* Ettonam, *duas virgatas terræ*, *Ex dono* Gauffridi *de* Turvilla *totum feodum* Reineri *in* Etona. *Ex dono* Roberti *filii* Oſmundi *v. ſol. redditus apud* **Eſſeby** *quæ fuit* Fulconis *de* Folevilla. *Ex dono comitiſſæ* Adæ *matris regis* Scotiæ *xx. ſol. in molendino de* Harinworda. *Ex dono comitiſſæ* Iſabellæ *conceſſu comitis* Simonis *filii ſui duas carucatas terræ & paſturam ad CCC. oves apud* **Welleham**. *Ex dono* Galfridi Abbatis *&* Emmæ *uxoris ſuæ dimidiam villam* Burtonæ, *cujus hæreditas villa illa erat*, *conceſſu* Radulfi *de* Turvilla, & Ricardi Abbatis *hæredum ſuorum*. *Ex dono* Willielmi *comitis* Gloeceſtriæ, *& comitiſſæ uxoris ſuæ eccleſiam de* **Mapeltreham** *cum omnibus pertinentiis ſuis & eccleſiam de* **Sudberi** *cum omnibus pertinentiis ſuis*. *Et omnes illas donationes quæ eidem abbatiæ rationabiliter factæ ſunt*, *& quæ factæ erunt cum illis duabus virgatis terræ quas illi prædictæ abbatiæ dedit* Haeviſa *mater* Roberti *filii* Goſcelini, *& cum una virgata terræ apud* Galecotam *ex dono* Herberti Archarii *&* Margaretæ *uxoris ſuæ*. *Hanc verò conceſſionem feci pro Dei amore*, *& pro ſalute animæ meæ*, *& reginæ meæ*, *& hæredum meorum*, *& pro anima regis* Henrici *avi*, *& pro animabus anteceſſorum noſtrorum*, *& maximè precibus & petitione prædicti* Roberti *comitis* Legreceſtriæ, *& aſſenſu & conceſſione* Roberti *filii ſui*. *Quare volo*, *&c.* *Teſtibus*, Thoma *archiepiſcopo* Cantuar. Willielmo *epiſcopo* Lundoniæ, Roberto *epiſcopo* Lincolniæ, Gaufrido *archidiacono* Cantuariæ, Ricardo *archidiacono* Pictaviæ, M. *rege* Scotiæ, Willielmo *fratre regis*, *comite* Reginaldo, W. *comite* Glocceſtriæ, Ricardo *de* **Humet** *conſtabulario*, Ricardo *de* Luci, Henrico *filio* Geroldi Camerarii, & Willielmo *de* **Crevequer**, Willielmo *de* **Lanvalet**, Hugone *de* Longo-campo, Willielmo Malet, Willielmo *de* **Haſtinge**, Simone *filio* Petri, Petro *de* Mara, Johanne Mauduit, Apud *Wodeſtochiam*.

Charta Willielmi *comitis* Gloceſtriæ, *de eccleſia de* **Mapeldreſham**, *cum capella de* **Petre-feld**.

Ex memb. proximo præcedenti.

WIllielmus comes *Cloceſtr.* omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & dediſſe in perpetuam elemoſinam, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Eton**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & puerorum meorum, & anteceſſorum meorum, eccleſiam de **Mapeldreſham**, cum capella de **Petrefeld**, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Quare volo & firmiter precipio quod prædictæ moniales teneant hanc eccleſiam, cum prædicta capella, & cum omni integritate ſua, liberè, & honorificè & quietè ab omni exactione, & ſervicio ſeculari, erga me & hæredes meos, & erga omnes homines, ſicut aliqua eccleſia in tota *Anglia* aliquam eccleſiam, vel aliquam elemoſinam meliùs & liberiùs tenet. Et *Thomas* nepos *Thurbrati* capellani qui tunc tenebat eccleſiam, quando ſummonitio exercitus *Toloſæ* fracta eſt, teneat illam in vita ſua, de prædictis monialibus, & poſt mortem ejus remaneat libera & quieta eccleſiæ de *Etona*. Teſt. *Waltero* epiſc. *Coventrenſi*, *Roberto* Lincoln. *Mauricio* epiſc. de **Bangoꝛ**, *Rich.* abb. *Legreceſtriæ*, *Turſtino* abbate de *Gerwedona*, *Willielmo* abbate de *Lira*, *Hamone* abbate de *Bordeſleia* *Willielmo* abbate de *Stanleia*, *Roberto* Priore de **Kenelwurth**, *Roberto* comite *Legreceſtrenſi*, *Hugone* comite *Ceſtriæ*, *Willielmo* comite *Warwici*, comite *Simone*, *Adam* de *Helgia*, *Picoto* capellano, *Henrico* clerico, *Gregorio* de **Turre**, *Roberto* de **Almeri**, *Richardo* de **Cardif**, *Roberto* filio *Richardi*, *Willielmo Burdet*, *Ivone* de **Harewecurt**, *Roberto* pincerna, *Galfrido L'abbe.*

Immunitates per abbatiſſ. & conventum Fontis-Ebraldi *monialibus de* Etona *conceſſæ.*

Eldeb. Dei gratia abbatiſſa *Fontis-Ebraldi* totuſque conventus, *A.* Prioriſſæ de *Etona* & conventui ſalutem. Pro loco, pro tempore, pro perſonis boni propoſiti rigorem temperare multotiens oportet; Securius autem rigoris ſeveritas remittitur ubi nihil religionis detrahitur. Hinc eſt dilectæ in Chriſto ſorores quod nos loci veſtri remotionem & itineris ad nos difficultatem attendentes, concilio & prece domini regis & petitione *R.* comitis *Legreceſtriæ* & *A.* comitiſſæ vobis preſentibus, & omnibus in locum veſtrum ſuccedentibus unanimi aſſenſu conceſſimus, quatinus in congregationem veſtram tot moniales, & fratres & ſorores quot volueritis, & locus veſter convenienter ſuſtinere poterit, ſine conſcientia & licentia noſtra recipiatis. Præterea quicquid in auro vel argento, ſive in alia pecunia loco veſtro & vobis fuerit in elemoſinam collatum, apud vos volumus remanere; Et à vobis nihil inde penitus exigemus niſi ſpontanea voluntate veſtra ex gratia aliquod beneficium matri eccleſiæ noſtræ tranſmittere caritativè volueritis. Teſtibus, *Thoma* cancellario, *Laurentio* Priore *Coventriæ*, *Anch.* Priore *Legr.* fratre *Roberto* de *Caſa-Dei*, fratre *Roberto* de *Sollagiis*, *Radulfo* de *Faia*, *Petro* de *Bello-campo*, *Ogiſio Savarici.*

Bulla *Alexandri*, *Papæ*, *tertii.*

ALEXANDER *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus* Aeliz *Prioriſſæ monaſterii ſanctæ* Matiæ *de* Ettona, *ejuſque ſororibus, tam preſentibus quam futuris regulariter ſubſtituendis imperpetuum. Deſiderium quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur, ſine aliqua eſt dilatione complendum. Ea propter dilectæ in domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatum monaſterium in quo divino eſtis mancipatæ obſequio ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum domini & beati* Benedicti *regulam in veſtro monaſterio noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus conſervetur. Præterea quaſcunq; poſſeſſiones quecunq; bona idem monaſterium impreſentiarum juſtè & legitimè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.*

Ex dono Roberti *comitis* Legrec. *&* Amiciæ *comitiſſæ, conſentiente* Roberto *filio ſuo, totam* Eatonam, *cum omnibus pertinentiis ſuis, in qua ipſa abbatia fundata eſt. In* Keneteberia *xxv. libratas terræ,* Ex *dono ejuſdem totum redditum ſuum de anguillis & ſteilingis quem habebat in* **Welles**, *excepta decima earum anguillarum quæ pertinet eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Prato *Legrec.* Ex *dono* Iſabellæ *comitiſſæ duas carucatas terræ in* **Waltham.** *Ex dono* Adæ *comitiſſæ* Scotiæ *redditum xx. ſol. ſingulis annis habendum.* Ex *dono* Galfridi L'Abbe *&* Emmæ *uxoris ejus, medietatem villæ de* **Turthon.** Ex *dono* Gervaſii *Paganelli, molendinum de Ingepenna, cum prato & croſto & omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* **Chautona**, *eccleſiam de* Burtona, *eccleſiam de* Petresfelda, *cum capella de* **Mapeldreſham**, *eccleſiam de* **Suchburi**, *eccleſiam de* **Merton**, *cum omnibus ſupradictarum eccleſiarum pertinentiis.* Ex *dono* Ricardi *de* Burtona, *villam de* **Hodenhul**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Libertates etiam ab abbatiſſa & conventu* Fontis Ebraldi *rationabiliter vobis conceſſas, ſicut in autentico ſcripto facto exinde noſcitur contineri, vobis & eccleſiæ veſtræ auctoritate apoſtolica confirmamus. Preterea rationabiles conſuetudines immunitates atque libertates à glorioſo rege* Henrico, *& ab epiſcopis, vel principibus, ſeu aliis fidelibus legitimè vobis conceſſas, ratas manere cenſemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum qui ſe illic ſepeliri deliberaverint devotioni & extremæ voluntati, niſi excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obſiſtat; ſalva tamen canonica juſtitia illarum eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temerè perturbare* (&c.) *Dat. . .*

LUFFELDENSE

Cœnobium in agro Northantonenſi, *cella abbatiæ de* Weſtmonaſterio.

Fundatio monaſterii beatæ Mariæ *de* **Luffeld** *in comitatu* **Northampton** *infra foreſtam de* **Whittelwode.**

Ex regiſtro de Luffeld penes decanum & capitulum weſtmonaſterii, an. 1640. fo. 1. a.

ROBERTUS, comes *Legreceſtriæ*, *Radulpho Pincernæ*, & omnibus baronibus & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis me dediſſe ſervo Dei *Malgerio* monacho in elemoſinam parvam landam quæ eſt inter *Lumbreodam* & *Cepeleiam*, ad manſiones & oratorium ibidem faciendum, & de alia terra de *Cerneleia* tantum ad ædificandum quantum ego convenienter conſiderabo per conſilium amicorum meorum. Et hoc feci pro anima regis *Anglorum Willielmi*, & *Matildæ* reginæ & *Rogeri* de *Bello-monte*, & *Adelinæ* uxoris ſuæ, & pro anima patris mei *Roberti* & anteceſſorum meorum, & pro ſalute animæ meæ & fratris mei *Gualerani*. Teſtibus *Gualerano* comite de **Mellent**, & *Osberto* capellano, & *Ricardo* magiſtro, & *Cuthberto* capellano, & *Warino* de *Puni*, & *Roberto* filio *Erchemberti*, & *Galfrido* de **Turvill**, & *Radulpho* Pincerna, & *Radulpho* Parvo, & *Willielmo* de *Divi*,

& *Goſſelina*

& *Goſſelino* mareſcallo, & *Oſulfo* foreſtario. Et hoc etiam feci per conſilium & laudem comitis de *Guarenna*, & *Nigelli* de *Albineio*, & *Gualerani* fratris mei comitis de **Mellent**.

Carta regis Henrici *primi.*

Ibid. HEnricus rex *Angliæ*, *R. Baſſet* & *A.* **Ver** & *Hugoni* de **Ethaham** & omnibus foreſtariis ſuis de *Whitlewda* ſalutem. Præcipio quod Prior & monachi de **Luffelde** qui ſunt in elemoſina mea & homines eorum & omnia ſua ſint bene & in pace mea firma. Et cuſtodite & manutenete eos & omnia ſua, & facite eis habere aiſiamenta ſua de foreſta mea convenienter & ſine vaſto ſicut habere ſolent. Quare præcipio, quod non patiamini quod ulla injuria vel contumelia fiat eis, quoniam ipſi in mea manu & tutela ſunt. Teſte *R. Baſſet* apud **Wdeſtoc**.

Carta Matildæ *reginæ* Angliæ.

Ibid. MAtilda, *Angliæ* regina, *Vitali Inganio* & *Willielmo* de *Luſoris* ſalutem. Mando vobis & precor, ut pro amore mei deportetis iſtum *Malgerium* monachum & ſervientes ſuos in *Luffelda*, quando hoc eſt quod rex ei ibi remanere conceſſit, & manutenete eum ita ne aliquis ei injuriam faciat, & ita ut inde vobis grates faciam. Teſte, epiſcopo *Lincolniæ*. Apud **Droneford**.

Carta regis Edwardi *primi.*

Ib.f.1.b. E Rex *Angliæ* epiſcopo *Ceſtriæ* & juſticiariis & vicecomiti & baronibus & miniſtris & omnibus fidelibus ſuis de *Warwicſhira* ſalutem. Sciatis quod dedi in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Luffelde**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, heremitagium in boſco de *Flechamſteda* quod *Geraldus* monachus ibi fecit. Quare volo & firmiter præcipio quod eccleſia prædicta & monachi teneant illud bene & in pace & liberè & quietè ab omni ſeculari exactione, ſicut elemoſinam meam dominicam. Teſtibus, *Roberto* cancellario & *Rogero* de *Fraxino* & *Tult* de *Oilli*. Apud *Londonias*.

Privilegium *Alexandri* Papæ tertii.

regi- de Eld es de- um & circulum Monaſt- il, an. 40. 1.2.

Ib.f.2. ALexander *epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Radulfo *Priori ſanctæ* Mariæ *de* **Luffelde**, *ejuſdemque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) ſacræ religionis infringat. Eapropter, dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri, *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, eadem eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus, hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfata eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam ſanctæ* Mariæ *de* **Lodeford**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Locum S.* Mariæ. *Capellam ſancti* Thomæ *martyris. Locum S.* Mariæ *de* **Flechamſtude**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Locum S.* Mariæ *de* Charleia, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Locum de* **Bradewell**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Villam quæ dicitur* **Everſawe**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Terram quam habetis in* **Langeport**. *Terram quam habetis in* **Wavendune**. *Terram quam habetis in* **Saldene**. *Duas partes decimarum de dominio ejuſdem villæ. Terram quam habetis in* **Lechamſtude**. *Terram quam habetis in* **Weſtburi**. *Terram quam habetis in* **Bedford**, *cum quodam manſo ante portam archidiaconi. Terram quam habetis in* **Selveſtov**. *Decimam panis de domo* Hamonis *filii* Memfelini. *Decimam panis de domo* Willielmi *de* **Brun**. *Decimam panis de domo* Willielmi *de* **Plumpton**. *Decimam panis de domo* Willielmi *de* **Lillingſtan**. *Domum quam habetis in* **Northampton**. *Præterea, cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Sanè novalium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas præſumat exigere. Liceat quoque vobis laicos vel clericos liberos & abſolutos è ſeculo fugientes ad converſionem veſtram recipere, & eos abſque ullius contradictione in veſtro monaſterio retinere. Prohibemus ne ulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem, ſine licentia Prioris ſui aliqua levitate fas ſit de clauſtro diſcedere, diſcedentem verò abſque communi literarum cautione nullus audeat retinere. Nulli etiam liceat vobis vel eccleſiis veſtris novas & indebitas exactiones imponere, antiquas verò & rationabiles conſuetudines libertates & immunitates eccleſiæ veſtræ vobis & eidem eccleſiæ auctoritate apoſtolica confirmamus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decrevimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint (ni fortè excommunicati vel interdicti ſint) nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia matricis eccleſiæ. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptione, aſtutia, ſeu violentia, præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem & beati* Benedicti *regulam providerint eligendum. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis apoſtolicæ auctoritate, & dioceſani epiſcopi canonica juſtitia. Si quis igitur in futurum, eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino ju-*

dicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti *aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat: Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *quatinus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Data* Anagniæ, *per manum* Gratiani *ſanctæ* Romanæ *eccleſiæ ſubdiaconi & notarii iiij. idus Junii, indictione vij. incarnationis dominicæ anno MClxxiiij. pontificatus verò domini* Alexandri *Papæ iij. anno xv.*

Donatio eccleſiæ beatæ Mariæ *de* **Dodeford.**

Ib. f. 7. a. R*Adulfus de* **Cahienes** *Willielmo* archidiacono de **Northampton,** omnibuſque fidelibus ſanctæ eccleſiæ ſalutem. Notum vobis ſit me conceſſiſſe & dediſſe eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Luffelde** eccleſiam de **Dodeford** in elemoſina pro animabus patrum meorum & anteceſſorum, cum omnibus quæ ad illam prædictam eccleſiam pertinent. Teſtibus, *Simone* capellano, & *Willielmo* filio meo, & *Stephano* dapifero, & *Hugone de la* **Forreſt.** *Valete.*

Confirmatio A. Lincolnienſis *epiſcopi.*

Ibid. A. Dei gratia *Lincolnienſis* epiſcopus univerſis ſanctæ eccleſiæ filiis ſalutem. Quoniam ad noſtram pertinet curam juſtis ſubditorum petitionibus congruum exhibere conſenſum, eorumque negotiis omnimoda intentione proſpicere, ſpecialiùs tamen quieti religioſorum invigilare dignum duximus, quatinus eo attentiùs contemplationis inhæreant ſinceritati, quo magis fuerint à perturbationibus ſecularibus expediti. Eapropter dilectis fratribus monachis eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Luffelde,** donationem quam *Hugo* de **Chaines,** & *Ricardus* de **Chaines** hæres ejus, eis fecerunt de eccleſia de **Dudeford,** cum omnibus pertinentiis ſuis, ratam habentes confirmamus, & ſigilli noſtri impreſſione epiſcopali auctoritate corroboramus. Teſtibus, *Willielmo* archidiacono de **Northampton,** & *Davide* archidiacono de **Bukingham,** *Radulpho* de **Mimen:** *Ernaldo* clerico de *Selveſtona.*

Confirmatio ſancti Hugonis Lincolnienſis *epiſcopi, eccleſiarum de* **Thorneberg** *&* **Dodeford.**

Ibid. O Mnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Hugo* Dei gratia *Lincolnienſis* epiſcopus æternam in domino ſalutem. Ut ea quæ locis religioſis Dei intuitu à fidelibus collata ſunt, abſque perturbatione poſſideantur, priorum ſollicitè procuravit prudentia, ipſa eis ſcriptis autenticis confirmando; Quorum nos veſtigia ſectantes, dilectis filiis noſtris in Chriſto monachis de **Luffelde** beneficia quæ eis fidelium contulit donatio, ſicut ipſis & domui eorum rationabiliter collata ſunt, confirmare & in præſenti ſcripto annotare dignum duximus. Ex dono *Radulphi* de **Caignes** eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Dodeford.** Ex dono *Hamonis* filii *Memphilini* eccleſiam de **Thorneberg.** Ex dono *Ricardi* filii *Nigelli* medietatem eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Beckhampton.** Hæc omnia beneficia cum omnibus ad ea pertinentibus, ſicut in cartis donatorum, atque archidiaconorum à quibus in ipſis jam dicti monachi ſunt inſtituti, continetur, eis concedimus imperpetuum poſſidenda, præſentique ſcripto atque ſigilli noſtri patrocinio confirmamus. Salvis epiſcopalibus conſuetudinibus & *Lincolnienſis* eccleſiæ dignitate. Hiis teſtibus, *Roberto* abbate . . . . , *Rogero* de **Rolveſton,** magiſtro *Ricardo* de **Swalewel,** *Galfrido* de **Leichelade,** *Roberto* de *Capella,* *Johanne* decano de **Lieſton,** *Euſtachio* de *Wiltona,* & aliis multis.

Carta Hugonis *de ſancto* Martino *de capella de* **Lillingſton.**

S Ciant, preſentes & futuri, quod ego *Hugo* de ſancto *Martino,* intuitu pietatis & caritatis, & pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & omnium anteceſſorum meorum & ſucceſſorum, dedi & conceſſi Deo & beatæ *Mariæ* de **Luffelde,** & monachis ibidem Deo famulantibus capellam ſancti *Johannis Baptiſtæ,* cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ ſita eſt in curia mea de **Lillingſtan,** Tenendam & habendam liberam & quietam de omnibus provinciis terrenis & exactionibus, & in puram & perpetuam elemoſinam, quantum ad danationem laici & patroni pertinet. Donationem autem prædictæ capellæ, cum pertinentiis, ego & hæredes mei prædictis monachis ſicut liberam elemoſinam warantizabimus in perpetuum. Ut autem ea quæ à me acta ſunt firma perſeverent præſens Inſtrumentum ſigillo meo dignum duxi confirmare. Hiis teſtibus, *Galfrido Salvage, Waltero de la Haye,* *Willielmo* filio *Ricardi de* **Bechampton** militibus, *Radulfo* decano de **Billing,** *Ricardo* decano de **Thorneberge,** *Petro* fratre *Hugonis* de ſancto *Martino,* *Roberto* de **Billing,** Henrico coco, *Jordano, Johanne Criſpo,* & aliis. Ib. f. 14. b.

Carta *Willielmi* filii *Willielmi* de **Stratford.**

O *Mnibus Chriſti fidelibus eccleſiæ filiis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit,* Willielmus *filius* Willielmi *de* **Stratford,** *ſalutem. Noſcat univerſitas veſtra me intuitu pietatis, conceſſiſſe & dediſſe, & preſenti Carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Luffelde,** *& monachis ibidem Deo famulantibus eccleſiam meam de* **Stratford,** *in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omnibus ſecularibus ſerviciis quæ ad me pertinent, pro anima patris mei & matris meæ & omnium anteceſſorum meorum & ſucceſſorum. Hiis teſtibus,* Rogero *filio* Azur, Willielmo Baniel, Alano Brecel, Gerardo de **Stratford,** Waltero Baſtard, Ricardo de **Rinſhal,** Johanne *ſerviente Prioris,* Henrico Pege, Ada *clerico, & ejus fratre* Galfrido, Roberto Turpul, Radulfo Megre, Roberto *de* **Billing,** *& multis aliis.* Ib. f. 16. b.

Litera Roberti *Archidiaconi* **Buckingham,** *de capella de* **Evershawe.**

O Mnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, *Robertus* archidiaconus de **Buckingham** ſalutem Ib. f. 17. a.

tem. Noſcat univerſitas veſtra me, ſecundùm tenorem cartæ *Hugonis* de **Everſhawe**, & donationem anteceſſorum ſuorum, capellam de **Everſhawe**, cum omnibus pertinentiis, liberam & quietam eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Luffelde**, & fratribus ejuſdem loci Deo ſervientibus confirmaſſe, & ſigilli mei munimine roboraſſe. Teſtibus hiis, *Michaele* decano de **Colecheſter**, & *Johanne* decano de *Preſtona*, & magiſtro *Philippo* de **Lillingſton**.

Conceſſio domini Roberti le fitz Negel *de eccleſia de* **Bechampton**.

Ib.f.17.b. UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos preſentes literæ pervenerint, *Robertus le fitz Negel* miles, dominus de **Chalden**, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum religioſi viri Prior & conventus monaſterii ſanctæ *Mariæ* de **Luffelde** ordinis ſancti *Benedicti*, *Lincolnienſis* dioceſis, dederint & conceſſerint unanimi eorum conſenſu per quandam cartam ſigillo eorum communi conſignatam perpetuæ capellæ meæ in manerio meo de **Chaldene** ſituatæ, prædictæ dioceſis, duas partes decimarum majorum & minorum de prædicto manerio meo & terris dominicis ejuſdem provenientium, quas, ex donatione prædeceſſorum meorum olim dictas decimas in feudum poſſidentium, canonicè fuerunt aſſecuti: Noverit univerſitas veſtra prædicta, me dictum *Robertum* pro me hæredibus & aſſignatis meis dictis religioſis per preſentes conceſſiſſe, quod ſi eiſdem religioſis & monaſterio ſuo prædicto medietatem eccleſiæ de **Bechampton** prædictæ dioceſis, in qua medietate jus habent patronatus, ex donatione prædeceſſorum meorum minimè fecerim appropriari, cum inſtitutione & corporali inductione ſubſecutis, tunc prædicta carta donationis decimarum prædictarum ſupradictæ capellæ facta vacuá ſit, & inanis, nullum juris affectum inducens veluti penitus nullius momenti, ac prædictis religioſis retradatur. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum hiis literis appoſui. Hiis teſtibus, domino *Johanne* de **Wolverton**, dominis *Andræa* de ſancto *Licio*, domino *Malculino* de **Caſtiloun**, militibus. *Philippo* de **Hardeſhulle**, & *Willielmo* de **Rynebelle**, & aliis. Data apud **Chalden** prædictam, die dominica proxima poſt feſtum Annunciationis beatæ *Mariæ* virginis anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo nono, & anno regni Regis *Edwardi* tercii poſt conqueſtum tercio.

Carta *Ricardi Chaynes* de eccleſia de **Dodeford**.

Ib.f.82.a. N*Oſcant omnes ſanctæ matris eccleſiæ fideles me* Radulfum *de* **Raynes** *conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & beatæ* Mariæ *de* **Luffelde** *& monachis ejuſdem loci donationem quam* Hugo *de* **Raines** *&* Ricardus *de* **Raynes** *eis fecerunt de eccleſia de* **Dodeford**, *cum omnibus eccleſiæ pertinentiis & libertatibus. Quare volo & concedo pro me & pro hæredibus meis, quod dicti monachi habeant dictam eccleſiam cum pertinentiis in puram elemoſinam inperpetuum. Teſtibus,* Willielmo *filio meo, &* Ingeramo *de* Fardingeſtona, *&* Ricardo *filio ſuo,* Hunfrido *capellano,* Willielmo *de* **Heyford**, Radulfo *clerico de* **Horepolle**, Ricardo Balligan, Radulfo Dayrell, Ernaldo *&* Henrico de **Selveſtone**, Albrico *foreſtario, & aliis.*

Carta Hamonis *filii* Memſelini.

Ibid.fol. 160.a. UNiverſis ſancte matris eccleſiæ filiis, *Hamo* filius *Memſelini* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me dediſſe, & in perpetuam elemoſinam, aſſenſu *Hamonis* filii mei & hæredis, conceſſiſſe decimam totius panis domus mee ubicumque in terra mea fuero de proprio lucro meo, monaſterio de **Luffeld**, propterea quod Prior & fratres monaſterii de **Luffeld** juri quod ſe in cella mea de *Bradewella*, & in eccleſia de terra mea habere aſſerebant renunciaverunt. Eccleſiam de *Thorneberga* liberam & quietam imperpetuum eis concedo & hac carta mea confirmo. Hiis teſtibus, *Alano* filio *Menſelini*, *Bartholomæo de* **Lucton**, *Rogero* . . . . *Michaele* clerico de **Stoch**, *Radulpho* de **Beauchampe**, *Willielmo* de **Frein**. *Henrico* de **Selveſton**, *Philippo* ſacerdote de **Lillingſton**, *Ada* & *Abſalona* fratribus ejus de **Lillingſton**, *Nicholao* clerico de **Dodeford** *Roberto* Piſtore.

Pro decimis de Weſtmolendino in **Wolverton**.

Ibid. UNiverſis ſanctæ matris eccleſie filiis ad quos preſens ſcriptum pervenerit, *Willielmus* filius fil. *Hamonis* de **Wolverington** ſalutem in Domino. Noſcat univerſitas veſtra me conceſſiſſe & preſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſancte *Mariæ* de **Luffelde** & monachis ejuſdem loci eccleſiam de **Thorneburgh**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam pater meus illis dedit in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab hidagiis & ſcutagiis & ab omnibus ſerviciis ſecularibus & exactionibus. Hanc prædictam eccleſiam ego & heredes mei acquietabimus de omnibus predictis ſecularibus ſervitiis. Preterea concedo & confirmo predictis monachis de **Luffeld** x. s. redditus in Weſtmolendino meo de **Wolverton** inperpetuum, pro decima panis domus meæ quam habuerunt confirmatione anteceſſorum meorum. Hos predictos x. s. redditus predicti monachi accipient ab eo qui tenuerit predictum molendinum ſcilicet ad duos terminos per annum, ad Annuntiationem beate *Mariæ* v. ſolidos, ad feſtum beati *Michaelis* v. ſolidos. Ego autem & heredes mei prædictos decem ſolidos redditus predictis monachis de **Luffeld** inperpetuum warantizabimus. Hiis teſtibus, *Ricardo* de **Bradewelle** Priore & monachis ejuſdem loci, *Michaele* de **Blechiley**, *Radulpho* de *Bello-campo*, & *Ricardo* fratre ejus militibus, *Alexandro* de **Drayton** perſona, *Willielmo* de *Fraxineto* milite, *Johanne de Widevilla*, *Johanne* de **Egneſham**, *Henrico Pendu*, *Henrico Dul.* *Roberto* filio *Osberti* de **Billing**, & aliis.

Quieta clamantia Johannis *filii* Johannis, *domini de* **Wolverington**.

Ibid.fol. 162.a. UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſentes literæ pervenerint, *Johannes* filius *Johannis*, dominus de **Wolverinton**, ſalutem in domino. Donationem & conceſſionem quas *Johannes* filius *Alani* de **Wolverinton**, pater meus, per cartam ſuam fecit Deo & eccleſiæ de **Luffelde** & religioſis ibidem Deo ſervientibus, de homagio & omnibus aliis ſerviciis quæ *Willielmus* de *Fraxino* eidem *Johanni* filio *Alani* facere conſuevit pro omnibus terris tenementis & redditibus quæ de eo tenuit in **Thorneburgh** in comitatu **Bukingham**, habendas & tenendas eiſdem religioſis & ſuis ſucceſſoribus in puram & perpetuam elemoſinam, prout in carta prædicta plenius continetur, ratas & gratas habiturus concedo, & pro me & hæredibus meis confirmo. Salvo tamen michi & hæredibus meis dominio, hydagio, ſcutagio, & cuſtodia caſtri **Northampton** pro tanto tenemento debito. Volo etiam & concedo pro me & hæredibus meis quod omnes terræ, tenementa, redditus, ſervicia, libertates, & liberæ conſuetudines quæ fuerunt *Roberti* de *Fraxino* die quo fuit pro felonia ſuſpenſus, & quæ terræ & tenementa cum pertinentiis eidem *Roberto* reverti vel accidere potuerunt ſi ſuperſtes fuerit, integrè remaneant prædictis viris religioſis de **Luffeld** & ſuis ſucceſſoribus imperpetuum quieta pura & ſoluta de me & hæredibus meis imperpetuum; ita quod nec ego dictus *Johannes* nec hæredes mei in prædictis tenementis & ſerviciis, ut prædictum eſt, aliquid juris clamii ſeu calumpniæ exigere ſeu vendicare poterimus in futurum. Salvis tamen michi & hæredibus meis ſerviciis...... exceptis. Præterea ego dictus *Johannes* obligo me & hæredes meos ad warantizandum dictis religioſis de **Luffeld** & ſuis ſucceſſoribus omnia tenementa in forma præſcripta contra omnes gentes imperpetuum. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, domino *Rogero* de **Teringham**, domino *Johanne Dyne*, domino *Roberto Malet* militibus, *Willielmo Paſſelewe*, *Roberto* de **Erkenhey**, *Johanne* de **Tingewik**, *Johanne* de **Kenebell**, *Hugone* de **Stretleye**, *Ricardo* de **Hockelene**, *Henrico* de **Northwick**, *Willielmo* de **Olneye**, *Roberto* de **Hyntes**, *Willielmo Bragenhun* & aliis.

Charta Henrici *regis tertii de libero* Chiminagio, *&c.*

Par. 56. *Hen.*3. mem.27.

REX foreſtariis, viridariis, regardatoribus, & omnibus aliis ballivis & miniſtris foreſte ſue de **Whirlewode**, ſalutem. Quia Prioratus de **Luffeld**, à predeceſſoribus noſtris, Regibus *Angliæ* eſt fundatus: Nos caritatis intuitu conceſſimus Priori & Monachis dicte domus, quod a feſto natalis Domini, anno, &c. lvi. uſque ad finem quinque annorum proximo ſequentium, habeant de gratia noſtra ſpeciali liberum chiminagium per totam foreſtam noſtram prædictam tam de maeremio buſca & clauſura quæ ſibi interim data fuerint quam de dominico boſco ſuo in eadem foreſta. Et ideo vobis mandamus quod ipſos Priorem & monachos, contra hanc conceſſionem noſtram predictam non vexetis aut ab aliis vexari permittatis. In cujus &c.

WILBERFOSSENSE

Cœnobium in agro Eboracenſi.

Wilberfoſſe *domus ſanctimonialium D.* Mariæ *dicata.*

Lel. coll. vol 1.

ALANVS de **Catton**, filius *Heliæ* fundator; Dedit eis, præter alia, totam terram quæ pertinet ad feodum unum cum prato ſuper **Derwent Catton**.

Teſtes donat. *Gulielmus* filius *Toſti*, *Robertus Beverle*, *Gilbertus de* **Cataeſtrun**, *Gulielmus* de *Echetuna*, *Odo de* **Flamesbur**.

Confirmatio Regis Henrici *ſecundi.*

Pat.4. E.4. part.1.m.4

HENRICVS ſecundus conceſſit & confirmat Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Wilburchfoſſa*, & ſanctimonialibus Deo ibidem ſervientibus capellam *Wictoniæ*, & quicquid ei adjacet, & omnes alias donationes que eis facte ſunt, ſicut cartæ donatorum teſtantur. Ex dono *Jordani* filii *Gilberti*, eccleſiam de *Wilburſa*, cum pertinentiis ſuis, ſicut carta ipſius, & carta *Rogeri* archiepiſcopi, & *Henrici Dunelmenſis* epiſcopi, tunc temporis Theſaurarii & carta Decani & Capituli ſancti *Petri Eboraci* teſtantur, & ex dono *Willielmi* filii *Roberti* de **Wilburfoſſe**, unam bovatam terre cum toftis in eadem villa, &c.

Carta Regis Henrici *tercii.*

Cart.12. H.3.m.10.

HENRICVS Dei gratia &c. archiepiſcopis, epiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis Nos intuitu Dei, & pro ſalute anime noſtre & animarum anteceſſorum & heredum noſtrorum conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe Prioriſſe & monialibus ſancte *Mariæ* de **Wilburfoſſe**, & earum ſucceſſoribus omnes terras & tenementa ſubſcripta; videlicet ex dono *Roberti* filii *Ernifii* de **Pelthaneby** ix. acras terre cum pertinentiis in **Pelthaneby**; ſcilicet illas novem acras terre cum pertinentiis que jacent in cultura que vocatur **Smerelidh**, & que jacent inter culturam *Remigii*, & culturam *Willielmi* filii *Jacobi*. Ex dono ejuſdem *Roberti* novum croftum quod jacet juxta croftum *Gilberti* filii *Ernifii* ex occidentali parte, quod croftum continet xiiij. perticatas in latitudine, & tantum in longitudine quantum croftum prædicti *Gilberti* continet. Ex dono *Johannis le Poer* duas bovatas terre, cum pertinentiis in **Japum**, quas *Simon Archerius*, homo ſuus eis dedit, de feodo ipſius *Johannis*. Ex dono *Matildis* filie *Alani*, duas bovatas terre, cum pertinentiis in campo de **Jolthorpe**, quas emit de *Willielmo* filio *Walteri* de **Jolthorp**, illas ſcilicet que jacent inter terram *Hugonis* de **Pusat**, & terram *Agnetis* filiæ *Oſmundi*, cum toſto illo in quo *Walterus* frater ejus manſit. Ex dono *Simonis Archerii* duas bovatas terre, cum omnibus pertinentiis in **Japum**, illas ſcilicet que jacent propinquiores dimidie carucate terre jacentes in illa carucata terre quam idem *Simon* tenuit de *Johanne le Poer.* Ex dono *Matillidis* filie *Alani* de **Catherton**, totam culturam in **Wilberfoſſe**, que vocatur **Milneholm**, cum domibus deſuper fundatis cum pertinentiis, & molendinum cum ſtagno & cum omnibus pertinentiis in eadem villa & aliam culturam in eadem villa que vocatur **Milneholmhevethlandes**, ſicut continetur in longum & latum, a foſſa uſque ad communem viam de **Seneker**, cum pertinentiis. Et unum toſtum cum pertinentiis in eadem villa quod *Willielmus* de **Lonnesburg** tenuit, ſicut continetur in longitudine & latitudine inter curiam predictarum monialium, & inter toſtum *Alani* clerici uſque in **Foſſe**, cum pertinentiis ſine aliquo retinemento in predictis locis. Et duas bovatas terre quas *Robertus* de **Neuby**, & *Agnes* uxor ejus eiſdem monialibus dederunt cum preſencia corporis *Thomæ* de **Arundel de Jolthorp**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in campis de **Jolthorp**. Et duas bovatas terre quas *Johannes* filius *Ivonis*, & *Alicia* filia *Nicholai* uxor ejus eiſdem monialibus dederunt cum preſencia corporis ejuſdem *Thomæ* cum omnibus pertinentiis ſuis in campis de **Jolthorp**. Quare volumus(*&c.*)Datum per manum venerabilis patris R. *Iceſtrenſis* epiſcopi Cancellarii noſtri apud *Eboracum* xxiiij. die Decembris, anno regni noſtri xij.

Vide vol. 3. *pag.* 12. *col.* 1.

GODESTOWENSIS
Prioratus in agro Oxonienſi.

Dedicatio eccleſiæ de **Godeſtowe** *facta per* Alexandrum Lincolnienſem *epiſcopum tempore* Stephani *Regis*, *& facta fuit dedicatio in vigilia Paſchæ anno inferius ſcripto.*

Ex regiſt. de Godſtowe in ſcaccario ex parte rememoratoris nuper regis. lib. fol. 1. b.

ALEXANDER Dei gratia *Lincolnienſis* epiſcopus, univerſis ſancte eccleſie fidelibus ſalutem. Benedictus Deus cujus nomen glorioſum in ſecula, qui ſicut eccleſiam ſuam novo ſemper fœtu multiplicat, ita eam noſtris temporibus novo lumine ſancte religionis illuſtrat, dum fidelium devotione creſcente, ad ipſius laudem novæ fundantur eccleſiæ, quatinus in omni loco dominationis ejus omnis anima Deum benedicat & laudet. Qui cum in ſanctis ſuis ſemper ſit & ubique mirabilis, mirabilem ſuæ virtutis declarat operationem in venerabili ſanctarum conventu mulierum quæ in religioſo habitu degunt in **Godeſtow** ſub providentia & regimine memorabilis matrone Deo devote *Edithæ* que loci illius eccleſiam proprio ſumptu & labore collatiſque fidelium elemoſinis in honorem ſancte Dei genetricis virginis *Mariæ* & beati *Johannis Baptiſtæ* à primo lapide prudenter ædificavit ac Deo cooperante ad finem uſque perduxit. Quod ſi gaudium eſt immo quia certè gaudium eſt angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, multo amplius ſuper innumeris memoratis famulabus Chriſti preſentibus & adhuc futuris, quarum tota vita pœnitentia, totus in Deo affectus, quarum incolatus in terra ſed converſatio in celis. Quæ in carne præter carnem viventes Chriſto ſponſo ſe æternaliter devoverunt, & carnalia in ſe crucifigentes deſideria, vicia carnis aut per experientiam ignorant aut reſiſtendo devicerunt. Ad hujus eccleſiæ dedicationem celebrandum anno ab incarnatione Domini MCxxxviij. regnante in Anglia piiſſimo rege *Stephano* imperii ipſius anno quarto convenerunt prædictus Rex & uxor ejus *Matildis* Regina, comites & barones necnon & pontifices, *Theobaldus* archiepiſcopus *Cantuarienſis*, *Rogerus* epiſcopus *Saresberienſis*, *Simon Wigornenſis*, *Robertus Exonienſis*, *Robertus Batonienſis*, *Algarus Conſtantienſis*, quorum miniſter ego *Alexander* qui Deo diſponente univerſæ illius parochiæ regimini præeram ſanctæ *Mariæ* matris eccleſiæ *Lincolnienſis* in illa ſede præſul tertius, prædictis fratribus noſtris ſuffragantibus, cooperante virtute ſancti ſpiritus & gratia, miniſterium dedicationis explevi. Et quoniam hiis quæ in præſentia noſtra geſta ſunt veritatis teſtimonium negare non poſſumus, præſentium indicio litterarum notum facimus tam præſentibus quam futuris ea quæ in hac ſubſcriptione habentur in dotem ejuſdem eccleſiæ tanta devotione à fidelibus fuiſſe oblata data & conceſſa, ut priorum exemplo ad imitationem valeant mentes ſequentium animari. Rex dedit de proprio dominio ſuo centum ſolidatas terræ in vico qui dicitur *Waltona*, & uxor ejus *Matildis* Regina x. marcatas, & *Euſtachius* filius ſuus centum ſolidos in denariis donec terram haberet, & *Theodbaldus Cantuarienſis* archiepiſcopus centum ſolidatas. Et ego *Alexander Lincolnienſis* epiſcopus dedi C. ſolidos de thelonio *Bannebiriæ*. Et *Robertus* epiſcopus *Exonienſis* xl. ſolidos dedit in duabus eccleſiis ſcilicet xx. in eccleſia ſanctæ *Mariæ Glouceſtriæ* & xx. in **Ferendon**. Et *Rogerus Saresberienſis* epiſcopus quoddam molendinum quod vocatur *Boiemulna* cum terra quæ eidem adjacet. Et abbas de *Weſtmonaſterio* lx. ſolidatas. Et *Ingulfus* abbas *Abbendoniæ* lx. ſolidatas, & *Johannes* de ſancto *Johanne* unum molendinum de iiij. libris in *Wlgaricota* & manſuras duorum hominum cum appendiciis, & particulam terræ ante portam præfatæ eccleſiæ in inſula quæ interjacet duabus aquis, & dimidium prati quod dicitur *Lambeia*. *Robertus* de *Olleio* dedit alteram medietatem ejuſdem prati ſcilicet *Lambeiæ* & unum modium frumenti unoquoque anno, & *Milo* conſtabularius *Gloeceſtriæ* xx. ſolidatas. Et cives *Oxinefordiæ* dederunt terram in **Portmaneit** quam tenuit *Sagrunus*. *Robertus* comes *Leerceſtriæ* & uxor ejus comitiſſa *Amicia* dederunt lx. ſolidatas terræ in **Halſo**. Et *Hugo* de **Tiwe** dedit ix. ſolidatas in **Oxeneford**. Et *Sevarus* in eadem villa vij. ſolidatas apud *Lundonias* in **Eſtchep** ix. ſolidatas. Et *Rogerus* de *Almereio* xxv. acras unoquoque anno ad ſeminandum in *Blechesdona* & totidem ad waretandum. Et *Galterus* de **Peri** unam virgatam terræ & v. acras in eadem villa. Et *Raginaldus* de ſancto *Walerico* dedit & conceſſit **Heringeſham** & **Boteham** & j. piſcariam cum appendiciis, & totam inſulam infra duos pontes & ſupradicta quæ *Johannes* de

ſancto

* Lege *Johanne.*

ſancto * *Honore* dedit in dedicatione memoratæ eccleſiæ. Et *Elwinus* filius *Godegoſti* eccleſiam ſancti *Ægidii* quæ eſt extra *Oxinefordiam* & ex altera parte ejuſdem villæ verſus *Abbendonam* xviij. ſolidatas. *Robertus* de **Witham** particulam prati juxta eccleſiam de **Godeſtow.** *Radulfus* filius *Rogeri* v. ſolidatas in *Sipetuna*, *Nichilaus Baſſet* j. hidam terræ apud *Riſendunam*, & *Simon* de **Wahelle** dimidietatem eccleſiæ de *Pateſhilla* cum pertinentibus. Rex etiam *Stephanus* conceſſit eis nundinas triùm dierum in feſtivitate ſancti *Johannis Baptiſtæ.* Et *Galterus* archidiaconus *Oxintfordiæ* dedit decimam dominii ſui de *Cudeſlaua.* Hæc omnia dominus *Albericus Hoſtienſis* epiſcopus qui tunc in *Anglia* ſanctæ Romanæ eccleſiæ legatione fungebatur, apoſtolica auctoritate ſancivit. Hæc rex *Stephanus* regiæ poteſtatis privilegio roboravit. Hæc *Teobaldus* archiepiſcopus totuſque noſter epiſcoporum conventus epiſcopali auctoritate confirmavit, ſicque omnes pari aſſenſu pari voto unaque voce perpetui decrevimus anathematis ſententiæ ſubjacere quicunque deinceps de beneficiis quibus prædicta dotata fuerit eccleſia vel quibus adhuc Deo volente canonicè in futurum augmentanda erit, aliquid auſu temerario invadere auferre minuere ſeu in deterius mutare præſumpſerit, niſi condigna ſatisfecerit penitentia. Prædictorum autem largitoribus beneficiorum domnus *Albericus* legatus unum annum de injunctis pœnitentiis vice apoſtolica relaxavit, & xl. dies ſingulis annis omnibus qui in die ſanctæ *Priſcæ* virginis vel in natali beati *Johannis* Baptiſtæ eandem eccleſiam devotocorde viſitaverint. Et nos canonici ſanctæ *Mariæ* matris eccleſiæ *Lincolnienſis* pontificis noſtri *Alexandri* litteris ſubſcribentes, Deum in ſuis donis benedicimus, & noſtræ humilitatis orationes concedimus omnibus qui in prædictis feſtivitatibus eccleſiam illam pio Dei amore viſitaverint, & beneficiorum ſuorum ſuffragio prædictas Chriſti famulas in Dei ſervicio conſortaverint.

Confirmatio bonæ memoriæ Regis Stephani *de omnibus ſicut carta inferius ſcripta teſtatur.*

Ib.fol. 2.a.

STephanus Rex *Angliæ* archiepiſcopis, epiſcopis, comitibus, baronibus, & juſtitiariis, & vicecomitibus, & miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Concedo Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Johanni Baptiſtæ* & ſanctimonialibus de **Godeſtow** ſubſcriptas terras & omnes teneduras in omnibus rebus bene & quiete & liberè in perpetuam elemoſinam poſſidendas ſicut ego & alii domini eas conceſſimus & dedimus ad tenendum quietè & liberè de placitis & occaſionibus & querelis & omnibus rebus die qua dedicata fuit. Eccleſiæ de **Godeſtow**, ſcilicet de meo proprio dominio C. ſolidatas in vico qui dicitur *Waltona.* Et de dono reginæ uxoris meæ x. marcatas. Et de dono *Euſtachii* filii mei C. ſolidos in denariis donec terram habeat. Et de dono *T.* archiepiſcopi *Cantuarienſis* C. ſolidatas. Et de dono *A.* epiſcopi *Lincolnienſis* C. ſolidatas. Et de dono epiſcopi *R. Exonienſis* xl. ſolidos in duabus eccleſiis. Et de dono *Johannis* de ſancto *Johanne* j. molendinum de iiij. libris & manſuras duorum hominum cum appendiciis & particulam terræ ante portam eccleſiæ inſulâ quæ interjacet duabus aquis, & dimidium prati quod dicitur *Lambeia.* Et de dono *Roberti* de *Oilli* alteram medietatem ejuſdem prati ſcilicet *Lambeia*, & j. modium frumenti quoquo anno. Et de dono abbatis de *Weſtmonaſterio* lx. ſolidatas & totidem de dono abbatis *Abendoniæ.* Et de dono *Milonis Gloeceſtrenſis* xx s. Et de dono civium *Oxinefordiæ* terram in **Portmaneit** quam tenuit *Sagrinus.* Et de dono *Radulphi* cancellarii reginæ unam marcam argenti donec terram habeat. Item concedo eis in *Oxinefordia* ix. ſolidos de dono *Hugonis* de *Tiwa* & iij s. de dono *Sevari*, & apud *Lundonias* in **Eſtcheap** xj. s. Et in *Bleccenduna* unam virgatam terræ de dono *Rogeri* de *Almari*, & in *Sciptona* v.s. de dono *Radulphi* filii *Rogeri.* Hæc omnia concedo & confirmo eis perpetuò poſſidenda in pace & quietè & liberè ab omnibus ſecularibus conſuetudinibus, ita ut habeant curiam ſuam tenendam cum **ſoc** & **ſake** & **toll** & **team** & **infangenheof** honorificè & liberè ſicut aliqua eccleſia in *Anglia* meliùs & liberiùs & quietiùs tenet in omnibus rebus, hoc idem concedentibus & confirmantibus T. archiepiſcopo *Cantuarienſi* cæteriſque qui aderant, ſcilicet *A. Lincolnienſi*, *A. Conſtantienſi*, *R. Exonienſi*, *Rogero Salesberienſi*, *R. Batonienſi*, *S. Wigornenſi*, perpetuo religantes anathemati hujus donationis adverſarios. *Albericus* etiam *Hoſtienſis* epiſcopus & apoſtolicæ ſedis legatus hoc idem confirmavit, Apoſtolica auctoritate & ſua relaxans de pœnitentiis annum unum omnibus benefactoribus ejuſdem cœnobii & omnibus qui ſingulis annis die ſanctæ *Priſcæ* virginis vel in natali ſancti *Johannis Baptiſtæ* prædictum locum viſitaverint xl. dies.

Confirmatio *Thomæ* de ſancto *Walerico* filii *Bernardi* de ſancto *Walerico* de Carta quam idem *Bernon* fecit domino Regi *Henrico* ſecundo.

Ib.fol. 3.a.

N*Overint preſentes & futuri quod ego* Thomas *de* ſancto Walerico *intuitu pietatis & caritatis, & pro ſalute animæ meæ &* Edele *uxoris meæ, &* Bernardi *patris mei, &* Anore *matris meæ & omnium anteceſſorum meorum conceſſi, & præſenti Carta mea confirmavi donum illud quod* Bernardus *bonæ memoriæ vir, pater meus fecit nobili* Henrico Anglorum *Regi, filio* Matillis *illuſtris Imperatricis, de* **Wlgaricot**, *liberè & pacificè quietè & honorificè tenend. cum omnibus pertinentiis ſuis imperpetuum ſicut Carta præfati* Bernardi *patris mei ſuper hoc ipſo dono teſtatur. Conceſſi eciam & preſenti ſcripto confirmavi Deo & eccleſiæ beati* Johannis *Baptiſtæ de* Godeſtowa *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus hoc ipſum donum quod prenominatus* Henricus *Rex filius* Matillis *illuſtris imperatricis fecit prætaxatis ſanctimonialibus de prenominata villa de* **Wlgaricot**, *tenend. & in pace poſſidend. cum univerſis pertinentiis ſuis imperpetuum, ſicut Carta ſepedicti domini* Henrici *Regis* Angliæ *teſtatur. Et ut hæc mea conceſſio & confirmatio firmiter conſervetur, preſentem cartam ſigillo meo confirmare dignum duxi. Hiis teſtibus,* Radulpho Harenge *Seneſcallo meo.* Walone *de* **Camberop.** Bernardo Mulecter *juveni*, Willielmo *mo de* **Weſtberi** *militibus.* Engram *capellano.* Willielmo *de* **Pichecoc.** Willielmo *clerico perſona de* **Ambreſden.**

Carta Domini Johannis *de* ſancto Johanne *de* **Godeſtow** *facta Dom.* Edivæ *primæ Abbatiſſe.*

Ib. 142. A. *Lincolnienſi* epiſcopo, & omnibus baronibus de *Oxenfortſira* clericis atque laicis *Johannes* de *ſancto Johanne* ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe *Edivæ* ſanctimoniali, & omnibus ſanctimonialibus ſuæ congregationis ibi morantibus, ſivè ſucceſſoribus ſuis terram de **Godeſtow,** & omnia quæ ad eam pertinent ſolidè & quietè in elemoſina perpetua, pro animabus patris & matris meæ, & pro animabus anteceſſorum, qui eam adquiſierunt; & ita ut poſt mortem prædictæ *Edivæ* non accipiatur gubernatrix in eodem loco, niſi de eadem congregatione. Teſtibus, *A. Lincolnienſi* epiſcopo, *Roberto* de *Oleio*, *W.* archidiacono, *Willielmo* decano, *R.* magiſtro, *Q.* capellano, *A.* presbytero, *Walchevio War. R. Harenge*, *G.* de *Monte*, *G. Luuell*, *Hugone Talmaſhe*, *Radulpho Clerico*, Et hoc confirmatum eſt ante epiſcopum *Sarum.*

Carta Vincencii *de* **Witham** *pro terra de* **Pydelei.**

Ib. 142. SCiant preſentes & futuri quod ego *Vincencius* de **Witham** conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Johannis Baptiſtæ* de **Godeſtowe** & monialibus ibidem Deo ſervientibus terram quæ vocatur **Pidelei,** quam *Robertus* pater meus dedit præfatæ eccleſiæ in perpetuam elemoſinam cum tribus filiabus ſuis in eadem eccleſia monialibus. Præterea ego *Vincencius* aſſenſu & conſenſu *Matildis* uxoris meæ & heredum meorum dedi & conceſſi Deo & predicte eccleſie cum duabus filiabus meis ibidem Deo ſacratis quinque acras prati de propria hereditate mea quod pratum vocatur **Revenere,** cum omnibus pertinentiis ſuis liberè & quietè pro redemptione anime mee & anteceſſorum meorum in perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus, *Thoma* & *Euſtachio* atque *Radulpho* ſacerdotibus, *Ricardo* perſona de **Withtham,** *Johanne* clerico, *Roberto*, *Willielmo*, & *Johanne* filiis meis, *Ricardo* de *Vallibus*, *Willielmo* de **Bageburſte,** *Roberto* filio *Goldewini*, *Laurencio* de *Clera*, & aliis quam pluribus.

Carta Regis Ricardi *primi.*

Ib. fol. 169. Vide cart. antiq. GG. n. 6. Et Pat. 2. R. 4. part. 3 m. 21. Et Cart. 10. E. 2. num. 43. Et Cart. 4. E 3. num. 52. Et Cart. 5 R. 2. num. 12.

RICARDUS Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, (*&c.*) ſalutem. *Sciatis* nos conceſſiſſe & in perpetuam elemoſinam confirmaſſe præſenti carta noſtra Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ*, & ſancti *Johannis Baptiſtæ* de **Godeſtowe,** & monialibus ibidem Deo ſervientibus donationem illam quam dominus *H.* Rex pater noſter eis fecit, & carta ſua confirmavit, & omnes donationes que eis factæ ſunt, ſcilicet ex dono domini *H.* patris noſtri villam de **Wolgaricote,** & locum qui vocatur **Godeſtowe,** in quo eccleſia ſua fundata eſt, aſſenſu & conceſſione *Bernardi* de *ſancto Walerico* & heredum ſuorum, qui ſcilicet *Bernardus* predictam villam & locum illum conceſſit domino *Henrico* patri noſtro, & dedit & ſaiſivit per pannum ſericum unde facta eſt caſula, una cum toto dominio & jure advocationis ejuſdem abbaciæ, quod prius in ea habebat, ita ut prefata abbacia, in perpetuum libera & in capite de corona noſtra ſit, ſicut abbacia ſancti *Edmundi* & alie abbaciæ Regales, quæ per *Angliam* ſunt conſtitute. Item ex dono domini *H.* patris noſtri eccleſiam de **Wicumbe,** cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam de **Bloxham** cum omnibus pertinentiis ſuis, & vaccariam de **Pauchenhale,** cum paſtura ſicut dominus *H.* pater, in propria manu habuit, & terram in *Clera* nomine **Prevet,** quam pater noſter emit de *Manaſſe* de *Sannervilla* pro viginti & quinque marcis. Ex dono dominæ Imperatricis avie noſtræ & patris noſtri terram de **Shillingford,** ſcilicet duas hidas & dimidiam, & dimidiam virgatam cum pratis & paſturis, quam *Radulfus Scriba* tenuit pro quinquaginta & duobus ſolidis & ſex denariis per annum, & centum ſolidatas terre in *Waltona*, ſicut eam habuerunt quando domina Imperatrix obſeſſa fuit in **Oxineford,** Et piſcariam in **Cherewelle,** & aquam cum pratis & paſturis & omnibus pertinentiis ſuis, & totam decimam omnium fructuum de **Wodeſtok,** & nundinas que durent tres dies plenarios apud **Godeſtowe,** ad natale ſancti *Johannis Baptiſtæ.* Et firmiter precipimus, quod omnes illi qui ad illas nundinas venerint habeant noſtram firmam pacem, & omnes res eorum in eundo & redeundo ne aliquis eos nec res eorum injuſtè diſturbare preſumat. Concedimus etiam & confirmamus predictis monialibus, in perpetuum duas carretas errantes ſingulis diebus in boſco de *Scotorum* ad deferendum buſcam ad opus earum. Item ex dono *Reginaldi* de ſancto *Walerico* molendinum de **Wolgaricote,** & unam piſcariam quæ vocatur **Rimſeſwere,** & prata quæ vocantur **Heringeſham, Boieham,** & **Licheſeie,** & terram que jacet inter duas aquas, & dimidiam prati quod vocatur **Lambeie,** & alteram medietatem ejuſdem prati ex dono *Roberti* de *Olleio.* Ex dono *Alexandri Lincolnienſis* epiſcopi centum ſolidatas per annum de theloneo *Bannebiriæ.* Ex dono *Bernardi* de *ſancto Walerico* pratum quod dicitur **Petheſeie,** & ad falcandum idem pratum quatuor ſolidos per annum ad feſtum ſancti *Johannis Baptiſtæ*, duos ſolidos in **Edminton,** & duos ſolidos in *Lega.* Ex dono *Roberti Exonienſis* epiſcopi quadraginta ſolidos annuatim perſolvendos, ſcilicet viginti ſolidos in eccleſia de **Ferendon,** & viginti ſolidos in eccleſia ſanctæ *Mariæ Glouceſtriæ.* Ex dono *Roberti* Comitis *Legreceſtriæ*, ſexaginta ſolidatas terræ in **Hulſo.** Ex dono *Amiciæ* comitiſſæ uxoris ejus, & illius conceſſu duas marcas per annum, j. in *Brackeleia*, & aliam in **Ferningeho.** Ex dono *Reginaldi* filii Comitis & *Emelinæ* uxoris ſuæ & heredum ſuorum, *Eatonam* cum omnibus appendiciis ſuis. Ex dono *Simonis Diſpenſarii* decimam de **Wellendrith.** Ex dono *Nicholai Baſſet* unam hidam terræ in **Riſenden.** Ex dono *Ricardi* **Labame,** totam dotem matris ſuæ, ſcilicet **Wodicote,** quantum prædeceſſores ſui poſſederunt, ſcilicet quinque hidas & **Crolle** & **Swanton.**

Swanton, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Arnulphi* de **Eolde** terram quæ dicitur **Sanford**. Ex dono *Rogeri* de *Almari* quinquaginta acras in **Breiheſdon**. Ex dono *Walteri* de **Pirie** in eadem villa unam virgatam terræ & decem acras. Ex dono *Hugonis* de **Tiwe** novem ſolidatas terræ in *Oxineſordia*. Ex dono *Rogeri Sariſbirienſis* epiſcopi molendinum quod vocatur **Boiemulln**, cum terra quæ eidem adjacet. Ex dono civium *Oxenfordiæ* **Wicham** quam tenuit *Segrinus* in **Portmanbert** juxta *Oxenefordam*. Ex dono *Ailwini* filii *Godegas* eccleſiam ſancti *Ægidii* cum pertinentiis ſuis quam ipſe fundavit quæ eſt extra *Oxenefordam*; & ex altera parte ejuſdem urbis ſuper pontem auſtralem decem & octo ſolidatas terræ. Ex dono *Ambroſii* filii *Geroldi* quinque ſolidos in *Wintonia*. Ex dono *Baldwini* filii *Ingerid* in **London** in **Eſtchepe** undecim ſolidos. Ex dono *Edwardi* filii *Siwimeri* ſex ſolidos ſuper **Cornhull**. Ex dono *Hugonis* archidiaconi *Legreceſtriæ* unam ſhopam in **Weſtchep** & duos ſolidos extra portam occidentalem ſancti *Pauli*. Ex dono *Aluredi* de *Bendevilla* molendinum de **Bechesword**. Ex dono *Henrici* de *Oxonia* unam hidam terræ in **Walton**. Ex dono *Bartholomei* de **Ykeford** dimidiam marcam terræ in **Ikeford**. Ex dono *Galfridi* filii *Durandi* & *Matildis* uxoris ejus unam marcam redditus in *Oxineſordia*. Ex dono *Willielmi* de **Venuz** molendinum & terram ſuam in **Imbeſchet**. Ex dono *Roberti* de *Meyſi* in *Wintonia* totam terram extra portam aquilonalem & in **Scheldwrichtſtrete** & **Fleſmongereſtrete**. Ex dono *Roberti* de *Everci* virgultum ſuum extra *Gloverniam* apud **Kingeſham** & manſuram unam. Ex dono *Herberti* de ſancto *Quintino* in *Wintonia* duas manſuras infra murum & unam extra. Ex dono *Alani* de *Leia* dimidiam marcam in **Pucham**. Ex dono *Roberti* filii *Nigelli* unam virgatam terræ in **Blecheſdon**. Ex dono *Nicholai* de **Munton** duos ſolidos in **Tormarton**. Ex dono *Widonis* de ſancto *Wallerico* dimidiam marcam in **Cnicheton**. Ex dono abbatis de **Abbendon** & totius conventus per petitionem domini *Henrici* patris noſtri quinque acras nomine **Pevreſham**. Ex dono *Willielmi* de *Suuecordia* eccleſiam de **Eſindon**. Ex dono *Baldewini* de *Columbariis* eccleſiam de **Lannet**. Ex dono *Hugonis* de **Maiton** unam marcam per annum de molendino de *Wrchia*. Ex dono *Walteri* de **Clifford** molendinum de **Frampton** cum omnibus pertinentiis ſuis & in *Wichia* quatuordecim mittas ſalis & unum meſuagium. Ex dono *Oſberti* filii *Hugonis* ſalinam unam in *Wichia* quæ dicitur *Vacca*. Ex dono *Agnetis* de *Montechanſi* eccleſiam de **Duningtun** cum omnibus pertinentiis ſuis. Item in *Wintonia* ex dono *Herberti* filii *Weſtman* ſexdecim ſolidos & undecim denarios. Ex dono *Edivæ* uxoris *Turſtani Oſer* tres ſolidos & octo denarios & obolum. Ex dono *Herberti* præpoſiti quinque ſolidos. Ex dono *W.* ſacerdotis de ſancto *Pancraſio* duos ſolidos extra portam orientalem. Ex dono *Humfridi* capellani abbatiſſæ in *Wintonia* ſuper **Cheſhull** novem ſolidos & quinque denarios & obolum. Ex dono *Alexandri* ſacerdotis de *Gloverria* duodecim denarios. Ex dono *Turchilli* præpoſiti in *Bracheleia* quatuor ſolidos. Ex dono *Alani Riſmongere* & *Edithæ* uxoris ejus dimidiam marcam per annum extra portam aquilonalem *Oxenefordiæ*. Quare volumus (*&c.*) Teſtibus, *Hugone Dunelmenſi* epiſcopo, *Ricardo Londonienſi*, *Godefrido Wintonienſi*, *Huberto Sariſbirienſi*, electis. *Willielmo* comite de **Arundell**, *Willielmo* de ſancto *Johanne*, *Stephano* de *Longo-campo*, *Rogero* de *Pratellis* dapifero, *Michaele Belet*, *Roberto* de **Wytefeld**. Datum apud *Wintoniam* ſeptimo decimo die Octobris per manum *Willielmi* de *Longo-campo*, *Elienſis* electi Cancellarii noſtri, regni noſtri anno primo.

R. Hovd. fol. 405. b. nu. 10.

Anno domini MCxcj. *Hugo Lincolnienſis* epiſcopus, faciens viſitationes ſuas per domos religioſorum in ſua diæceſi, venit ad abbatiam ſanctimonialium de **Godeſtove**, quæ eſt inter *Oxonium* & **Wodeſtoc**. Et cum intraſſet eccleſiam ut oraret, vidit tumbam in medio chori ante altare, ſericis pannis velatam, & lampadibus, & cereis circundatam: & quæſivit cujus eſſet tumba, & dictum eſt ei, illam eſſe tumbam *Roſamundæ*, quæ quondàm extiterat amica *Henrici* regis *Angliæ*, filii *Matildis* imperatricis; & quod ipſe pro amore ipſius multa bona eccleſiæ illi fecerat. Et reſpondit epiſcopus: tollite eam hinc, quia ſcortum fuit & ſepelite eam extra eccleſiam cum cæteris, ne chriſtiana religio vileſcat, & ut exemplo illius ceteræ mulieres exteritæ, caveant ſibi ab illicitis, & adulterinis concubitibus. Et factum eſt ita.

Ex fragmento Mſ. *Joh. Lilandi* in bibl. Cottoniana.

Roſamunde's **tumbe at** Godeſtowe **Nunnery was taken up a late; it is a ſtone with this inſcription.** Tumba Roſamundæ. **Her bones were cloſid in Lede, and withyn that bones were cloſid yn letter: when it was opened there was a very ſwete ſmell came owt of it. There is a Croſſe hard by** Godeſtowe **with this inſcription.**

Qui meat hac oret, ſignum ſalutis adoret,
Utque ſibi detur veniam *Roſamunda* precetur.

Id eſt, Roſamundæ *apud ſanctimonialium* Godſtowenſium *ædes ſarcophagus, nuper erat effoſſus. Lapis eſt hanc ferens inſcriptionem.* Tumba Roſamundæ. *Oſſa ejus plumbo erant incluſa intra quod oſſa corio fuerunt involuta. Quando aperiebatur, magna inde manavit odoris fragrantia. Prope* Godſtowam *crux eſt quædam cum hac inſcriptione.*

Qui meat, &c. [*ut ſupra.*]

Vide vol. 2. pag. 884. col. 1.

LILLESCHERCHENSE

Cœnobium in agro ....

Charta Regis Henrici *tertii.*

Cart. 11. Hen. 3. par. 2. memb. 7.

REX &c. ſalutem. Sciatis Nos conceſſiſſe & preſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & abbatiæ ſanctæ *Mariæ* de ſancto *Sulpicio* & Prioriſſe & Monialibus de **Lillechirche**, manerium de **Lillechirche**, in puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum omni integritate ſua, &

cum omnibus libertatibus & libetis conſuetudinibus ad illud pertinentibus. Preterea conceſſimus & preſenti carta confirmavimus prædictis Prioriſſe & monialibus quod habeant unam feriam apud **Lillecherch** per tres dies duraturam ſingulis annis, ſcilicet, die ſancti *Michaelis*, & duobus diebus ſequentibus. Quare volumus & firmiter precipimus quod predicte Prioriſſa & Moniales habeant & teneant predictum maneriam bene & in pace, liberè, quietè & honorificè, integrè & plenariè in perpetuum, & quod habeant predictam feriam apud **Lillechirche** ſingulis annis die ſancti *Michaelis* & duobus diebus ſequentibus ſicut prædictum eſt, & ſicut Cartæ domini *J.* Regis patris noſtri quas inde habent rationabiliter teſtantur. Teſtibus *E. Lond. J. Bath. R. Sarr.* epiſcopis. *H.* de *Burgo &c. Osberto Giffardo, Radulfo* filio *Nicholai*, *G.* de **Crawecumbe**, *Henrico* de *Capella*, *Johanne* filio *Philippi* & aliis. Datum per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* epiſcopi, Cancellarii noſtri apud *Weſtmonaſterium* vj: die Julii.

Alia ejuſdem Regis Charta.

Pat. 50. Hen. 3. mem. 25.

R*EX omnibus ſalutem. Sciatis nos, pro ſalute anime noſtre, & animarum anteceſſorum & heredum noſtrorum, pardonaſſe pro nobis & heredibus noſtris, dilectis nobis in Chriſto* Aceline *Prioriſſe de* **Lillechirch** *& Monialibus ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris ſectam quam ſingulis annis facere conſueverunt ad curiam noſtram honoris* Bononiæ *apud ſanctum* Martinum *Magnum* London. *pro dominicis terris ſuis in manerio de* **Lillechirch**, *quod habent de dono domini* I. *quondam Regis* Angliæ *progenitoris noſtri. Ita quod dicte Prioriſſa & Moniales & eorum ſucceſſores quiete ſint imperpetuum de ſecta predicta quoad dominicas terras ſuas quas habent in manerio predicto. In cujus &c. T. Rege apud* Weſtmonaſt. *ſecundo die Marcii.*

Vide vol. 2. *pag.* 885. *col.* 1.

THIKEHEVEDENSIS

Prioratus in agro Eboracenſi.

Carta Regis Johannis.

Cart. 5. Johannis n. 12. & 98.

Pat. 13. E. 1. m. 20.

J*Ohannes* Dei gratia &c. Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute anime noſtre & animarum anteceſſorum & ſucceſſorum conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Maria* de **Thikeheved** & monialibus ibidem Deo ſervientibus rationabiles donationes eis factas inferius ſcriptas; ſcilicet de dono *Rogeri* fil. *Rogeri* locum qui dicitur **Tikeheved** & iiij. bovatas terræ cum pertinentiis in **Cottungwich**. De dono *Thomæ* fil. *Rogeri* dimid. carrucatam terræ cum pertinen. in eadem villa. De dono *Picot* unam bovatam terræ cum pertinentiis in eadē villa. De dono & conceſſione *Gaufridi* de **Ficelingham** & *Hugonis* de **Buleton** eſſartum quoddam de waſto noſtro. De dono *Rogeri* filii *Rogeri* unam bovatam terræ, cum pertinentiis, in **Oudemundeham**. De dono *Emmæ* ſororis ejuſdem *Rogeri* filii *Rogeri* unam bovatam terræ, cum pertinentiis in eadem villa. De dono *Gaufridi* de **Ficelingham**, duas bovatas terræ cum pertinentiis in **Colwic**. De dono *Hugonis* de **Boulton**, duas bovatas terræ, cum pertinentiis, in eadem villa. De dono *Emmæ* de **Diholston**, unam bovatam terræ, cum pertinentiis, in eadem villa. Quare volo, (*&c.*) Teſtibus domino *G.* archiepiſcopo *Eborac. Ph. Dunelm.* epiſcopo. *G.* fil. *Petri.* (*&c.*) *Rob.* filio *Rogeri*. *Hugone* de **Nevill**. Datum per manum *S.* prepoſiti *Beverlaci* & *Wellenſis* archidiaconi, apud *Eboracum*, viceſimo ſeptimo die Februarii anno &c. quinto.

Carta *Emmæ Hai.*

Ex Ipſo autog. penes *Ric. Robinſon* de *Thikhed* ar. an. 1562.

O*Mnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ego* Emma Hai *ſalutem. Sciatis me & hæredes meos conceſſiſſe & hac præſenti carta confirmaſſe* Deo *& ſanctæ* Mariæ *de* **Thiched**, *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus unam bovatam terræ in* **Cotingwit**, *quam* Pigot *& heredes ſui prædictis ſanctimonialibus dederunt, & unum toftum in* **Crossum**, *ita liberè & quietè de me & hæredibus meis, ſicut prædictus* Pigot *& hæredes ſui prædictis ſanctimonialibus carta ſua confirmaverunt. His teſtibus*, Rad. Salvage, Willielmo *de* **Murrers**, Hamone *de* **Skipwick**, Hugone *de* **Boulton**, Willielmo *filio* Petri, Willielmo Hai, Willielmo *de* Beleba, *& multis aliis.*

Carta Hugonis *de* **Boltun**.

Ibid.

S Ciant omnes tam præſentes quam futuri, quod ego *Hugo* de **Boltun** & *Cecilia* uxor mea, conceſſu hæredum noſtrorum, dedimus & conceſſimus, & hac præſenti carta noſtra confirmavimus Deo & ſanctæ *Maria* de **Thicheved**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, in purā & perpetuam elemoſinam, cum *Iſonda* filia noſtra totam partem noſtram in caſtellaria, & balliva de **Queldric**, cum omnibus pertinentiis, & duas acras terræ extra ballivam, unde capita extendunt ſe verſus mariſcum; & unam acram terræ; ſimiliter toftum unum juxta toftum *Willielmi Muns*, & querelam quam habui apud prædictam domum de terra ſcilicet, infra clauſturā ejuſdem domus, ſcilicet de waſto domini Regis *Ricardi*, quietam clamavimus. Has prænominatas terras prædictæ moniales liberè, & quietè, pacificè, & honorificè poſſidebunt, cum communi paſtura, & omnibus aiſiamentis, cum libero introitu & exitu & omnibus libertatibus ejuſdem villæ pertinentibus. Hiis teſtibus, *Odone* capellano, *Johanne* de **Berkin**, *Willielmo Aguillun*, *Willielmo* de **Murrers**, *Galfrido* de **Fiteling**, *Ricardo* de **Averenches**, *Hammundo* de **Duffeld**, *Gerardo* clerico, *Petro* de **Auvers** & multis aliis.

Conventiones inter Canonicos de **Ellerton**, *& moniales de* **Thikeheved**.

Ibid.

A Nno Domini MCClxiiij. die ſancti *Dunſtani* aſſenſu & voluntate *Germani Hay* de *Actonâ*, advocati de **Thikeheved**, ita convenit inter Priorem & Canonicos de **Ellreton** ex unâ parte, & prioriſſam & moniales de **Thikeheved** ex altera, Omnibus querelis eſcambiis & placitis uſque ad prædictum diem inter eos motis, amicabiliter ſopitis; Videlicet quod iidem Prior & Canonici conceſſerunt, & hoc ſcripto confirmaverunt, Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Thikeheved** & monialibus ibidem Deo ſervientibus totam illam terram quam præfato die habuerunt de *Symone* ad Pontem; & præterea totam illam terram quam præfato die habuerunt de feodo ſuo in territorio de **Weſtcottingwith** & de **Croſſum**, liberam quietam & ſolutam de omnibus ſecularibus ſervitiis & exactionibus, ſectis curiæ ſuæ, & de omnibus demandis ad ipſos pertinentibus imperpetuum. Et eadem Prioriſſa & moniales, pro eadem confirmatione, dederunt, conceſſerunt, & hoc ſcripto confirmaverunt Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Ellerton** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, illud toftum in **Weſtcottingwith** quod *Petrus Figge* aliquando tenuit, & jacet inter toftum prædictorum canonicorum, & toftum præfatarum monialium. Et duas ſelliones in **Lundcroft**, jacentes inter terram prædicti Prioris & communem viam ejuſdem villæ quæ vocatur **Bonekeldegate**, & buttant ſuper *le* **Roth** & ſuper toftum *Willielmi* filii *Emmæ*. Prædicta vero Prioriſſa & moniales præfatum toftum & prænominatas ſelliones ſicut præſcriptum eſt de omnibus ſecularibus ſervitiis exactionibus & demandis prædictis canonicis warantizabunt adquietabunt & defendent imperpetuum. In cujus rei teſtimonium utriuſque ſigillum capituli huic ſcripto eſt appenſum. Teſte Deo & utriuſque partis capitulo.

De obitu Roberti de **Aske** *militis hujus domus fundatoris celebrando.*

Ibid.

Conventus de **Thiked** annuatim obitum celebraturi ſunt ob animas *Roberti* de **Aske** militis hujus domus fundatoris, *Eliſabethæ* uxoris ſuæ, ac etiam omnium filiorum ſuorum, filiarumque ſuarum. Pro quo obitu conventui dedit per annum vij. s. & iiij. den. Quod ſi fortè obitum hunc conventus diligenter, ac cum ſumma reverentia non obſervabunt, prædictus *Robertus* vult, & ſtatuit prædictam ſummam videlicet, vij.s. iiij. den. ſuis hæredibus reſtitui. Dat. anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo ſecundo.

HUNTINDONENSIS

Prioratus minialium.

Inſtitutio Prioriſſæ.

Ex regiſt. *Linc.* epiſc. ex rot. *Ric.* de *Graveſend* de an. xvi.

Vacante Prioratu monialium ſancti *Jacobi* extra **Hunteton** per mortem ſororis *Emmæ* ultimæ Prioriſſæ, *Elena Wellenſis* commonialis ipſarum per conventum electa eſt in Prioriſſam ejuſdem domus, *Ricardo* de **Forton** ſeneſchallo dominæ *Dervorgull* de *Galewidia* patronæ ejuſdem ſuper hoc poteſtatem habente ac ipſo vice dominæ ſuæ aſſenſum præbente.

CLIVENSE *Cœnobium in agro* Somerſetenſi.

Carta de primâ fundatione Abbatiæ de Clyva.

Ex regiſtro Abbatiæ de *Cliva* in com. Somerſet. penès *Hugonem Windham* equ. aur. unum Juſtic. ad plac. coram Rege tenenda an. 1677. fol. 1. a.

Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbat. monachis, & Canonicis, Comitibus, Baronibus, militibus, clericis & laicis, & omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quàm futuris *Willielmus* de *Romara* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, & hac carta confirmaſſe totam terram meam de *Clyvâ*, cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus, & conſuetudinibus quæ debentur de eadem terrâ, excepto ſolo ſervitio militum meorum ejuſdem terræ, ad conſtruendam unam Abbatiam, per manum Hugonis Abbatis de ſancto Laurentio de *Reveſby*, pro ſalute animæ meæ & patris mei, & matris meæ & omnium anteceſſorum meorum. Hæc omnia dedi & conceſſi & confirmavi, ad conſtruendam ipſam Abbatiam, cum omnibus pertinentiis ſuis, libera & quieta à me & hæredibus meis, & ſoluta ab omni terreno ſervitio & conſuetudine & exactione ſeculari, & placitis, & cauſis, & querelis in perpetuam & puram elemoſinam. Et volo & præcipio ut ipſa Abbatia hæc omnia habeant & poſſideant plenariè & integrè in benè & in pace, in villâ & extra villam, cum toftis & croftis, & eccleſiis & capellis, terris arabilibus & mariſcis, & bruariis, & jaunetis, & pratis & paſturis, & boſcis, & planis, & alnetis; et moris, & viis, & ſemitis, & aquis; & rivis, & ſtagnis, & molendinis, & libertatibus, & communiis, & omnibus eidem tenuræ pertinentibus, aliis rebus & conſuetudinibus. Hiis teſtibus *Reinaldo* epiſcopo de *Bada*, *Rogero* de *Benigewrth*, *Radulfo* Dapifero, *David* de *Thockingtone*, *Roberto* de *Engain*, *Rogero* clerico.

Carta Willielmi *de* Romare *de terra dominico & ruſticis de* Clyva.

Ibid. 6. 1. b.

R*icardo* Dei gratia illuſtri Regi Angliæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, & omnibus liberis hominibus regni, & omnibus filiis ſanctæ matris Eccleſiæ, *Willielmus* de *Romara* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe, & hac præſenti carta confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de *S. Laurentio* de *Reveſby*, in manu *Hugonis* Abbatis ejuſdem loci, ad unam Abbatiam conſtruendam de ordine *Ciſtercienſi* pro ſalute & animâ domini mei *Ricardi* Regis Angliæ, & pro animâ regis *Henrici* patris ſui, domini mei qui me nutrivit, & omnium anteceſſorum & hæredum meorum: & pro anima meâ, & *Philippæ* ſponſæ meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum, & hæredum noſtrorum, & ſucceſſorum noſtrorum, in puram & perpetuam elemoſinam totam terram meam de *Clyvâ*,

Clyvâ, in villa & extrà villam, cum omnibus pertinentiis ſuis; *viz.* totum dominicum, cum omnibus ruſticis meis in eadem villâ manentibus, & cum terris quas ipſi tenent plenariè in boſcis & planis, & pratis & paſturis, & aquis & molendinis, & viis & ſemitis, & omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus prædictæ villæ pertinentibus: liberos autem homines meos ejuſdem villæ, & ſervicium eorum, retinui in manu meâ. Cætera omnia prædicta conceſſi, & dedi prædictis monachis, in puram & perpetuam elemoſinam, libera & quieta ab omnibus conſuetudinibus, & placitis & cauſis & querelis à me & hæredibus meis, & ſucceſſoribus meis, & ſoluta ab omni terreno ſervicio, & ſeculari exactione imperpetuum; tenenda ita benè & pace & honorificè ſicut aliqua elemoſina liberiùs, quietius honorificentius ab aliquo dari vel teneri poteſt. Et ego & hæredes mei & ſucceſſores mei hæc omnia warantizabimus prædictis monachis contra omnes homines.

Hiis teſtibus domino *Hugone* Lincolnienſi epiſcopo, domino *E.* Abbate *Riovallis*; domino *R.* Abbate de *Kirkeſtede*, *Joſcelino* Priore de *Spauding*, magiſtro *Hugone* de *Stikeſwald*; *Gregorio clerico* de *Beningword*, *Rogero* capellano, *Rogero* clerico, *Widone* de *Veer*, *Gilberto* de *Beningword* Seneſcallo, *Radulfo* de *Braibo*, *Willielmo* filio ejus, *Joſleno* de *Autebarge*, *Nicholao* de *Henne*, *Willielmo* le *Oſtriter*, *Willielmo* filio *Ricardi* de *Haltune*, *Willielmo* de *Kales*, *Philippo* de *Kales*, *Johanne* filio *Gerardi*, *Alano* de *Stikeneiâ*, *Alano* filio *Reingoti*, *Renero*, clerico de *Haltune*, *Hugone* de *Warewich*, *Willielmo Bachun*, *Johanne Carbunel*, *Radulfo Carbunel Thomâ* de *Horrebi*, *Gilberto* filio *Richardi* de *Wadingwrd*, *Hugone* de *Gurneie*.

Carta Regis Johannis *donationem* Huberti *de* Burgo *Camerarii ſui ratificans.*

Ib. f. 3. b. JOhannes Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus comitibus, Baronibus Juſticiariis, Vicecomitibus & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti cartâ confirmaſſe Deo & ſanctæ mariæ, & monachis de *Clyva*, de ordine *Ciſtercienſi* ibidem Deo ſervientibus, donationem quā eis fecit *Willielmus* de *Roumara*, de ſede abbatiæ ſuæ de *Clyva* & de tota terra de *Clyva*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et donationē quā *Hubertus* de *Burgo* Camerarius noſter eis fecit de libero tenemento in *Clyvâ*, cū pertinentiis ſuis; & de eccleſia de *Kammel* cum pertinentiis ſuis: Et de ſervitio & tenemento *Adæ* de *Wachedford*, cum pertinentiis ſuis, & omnes alias donationes eis factas, ſicut Cartæ donatorum rationabiliter teſtantur. Quare volumus &c. Dat. per manum *H. Cantuar.* Archiepiſcopi Cancellarii noſtri apud *Loch xxviij.* die *Januarii*, regni noſtri anno tertio.

Carta Ricardi *Comitis* Cornubiæ *de libertatibus ſuper omnes terras & tenementa in* Cornubiâ.

Ib. f. 3. b. OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Richardus* comes *Pictaviæ* & *Cornubiæ* ſalutem; Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe, & hac præſenti cartâ meâ confirmâſſe, pro me & hæredibus meis abbati de *Clyva*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, intuitu caritatis, & pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, totas terras quas babuerunt in *Cornubiâ*, die Nativitatis ſancti *Johannis Baptiſtæ*, anno Regni *Henrici* Regis fratris mei, decimo nono, *viz.* **Pochewille**, & **Treglaſtan**, cum pertinentiis quas prius habuerunt ex dono domini *Huberti* de *Burgo* Comitis *Kanc'*; & terram quam prius habuerunt apud **Pundeſtoke**, ex dono *Will.* de *Pundeſtoke*, Habendas & tenendas eiſdem Abbati & monachis liberè & pacificè, cum *Infangendethef*, & *Utfangendethef*. Conceſſi etiam eiſdem, quod prædictæ terræ ſuæ quietæ ſint de Hidagiis, & ſchyris, & Hundredis, excercitibus, aſſiſis, & ſummonitionibus de Theſauro ducendo, & auxilio vicecomitis & ſervientium ſuorum, de Turno vicecomitum, & de omnibus aliis auxiliis; & de miſericordiâ comitatus, paſſagio, pontagio, & de operibus caſtellorum, pontium, vivariorum, murorum, parcorum, & de omnibus clauſuris; & de *Thething-peny*: Et quod prædictæ terræ ſuæ quietæ ſint de eſſartis, waſto & regardo foreſtæ, & de Theloneo, de placitis foreſtæ, de ſcutagiis, & de omnibus occaſionibus conſuetudinibus, & ſecularibus exactionibus me, vel hæredes meos tangentibus. Quare volo &c. Hiis teſtibus venerabili patre meo *Jocelino* Dei gratia *Bathonienſi* epiſcopo, domino *Willielmo* de *Ralegh* ——, *Ricardo* de *Curry*, *Johanne filio Johannis*, *Gwydone de ſancto Amando*, *Henrico Theutonico*, *Johanne Bretach*, & *Nicholao* de *Anna* clerico, *Roberto* de *Eſthall* clerico & aliis.

Carta Huberti *de* Burgo *de terra de* **Rugham**.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Hubertus* de *Burgo* domini Regis Camerarius, dedi, conceſſi & hac præſenti Carta mea confirmavi, Deo & beatæ Mariæ & monachis de *Clivâ* ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, pro ſalute animæ meæ, & patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum & parentum, & hæredum meorum in perpetuam elemoſinam, totum dominicum quod habui in **Rugeham**, & homagia & ſervicia omnium liberorum hominum & hæredum ſuorum, & ruſticos cum terris eorum quos habui in **Rugeham**; & quicquid ad me, & ad hæredes meos pertinebat de toto tenemento quod habui de donatione domini mei *Hugonis* de *Fogingtone* in **Rugheham**, benè & in pace, libere & quiete, plenariè & integre, & honorificè, in boſco & plano, in paſturis, & bruariis; in aquis & molendinis, in ſtangnis & vivariis; in viis & ſemitis, & cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus eidem villæ pertinentibus. Hæc omnia præfata Homagia & ſervicia & tenementa, cum omnibus pertinentiis ſuis, dedi præfatis monachis libera & quieta a me & hæredibus mei, & ſoluta ab omni terreno ſervicio & ſeculari, exactione; ſalvo tamen dom Regis ſervicio eidē terre pertinente. Et ego & hæredes mei warrantizabimus hæc omnia prædicta tenementa præfatis monachis contra omnes homines & feminas. Ib.f.13.b.

Hiis teſtibus *Henrico Biſet*, *Waltero* de *Evermue*, *Roberto Aguilun*, *Ricardo* fratre ejus, *Rogero la Veile*, *Ricardo* fratre ejus, *Alano* de *Wichtone*, *Alexandro* de *Rughan Johanne* de *Yngeworth*, *Ricardo Ruſſel*, *Willielmo Crakef* —, & multis aliis.

Carta Reginaldi *de* Mohun *de terrâ quæ fuit aliquando* Ricardi *de* Slaworth, *quam dedit Abbatiæ.*

Ib. f. 82.a. OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Reginaldus*, de *Mohun* ſalutem, noveritis me dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti cartâ meâ confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & monachis *Vallis Floridæ* quæ vulgò dicitur *Clyva*, ibidem Deo ſervientibus, & ſervituris, pro ſalute animæ meæ, & *Hawiſiæ* uxoris meæ, & hæredum meorum, & omnium prædeceſſorum, & ſucceſſorum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam, totam terram meam de **Slaworth**, quæ fuit *Ricardi* de *Slaworth*, & *Rogeri* filii ejuſdem; tenendam & habendam de me & heredibus meis imperpetuum, cum omnibus pertinentiis ſuis; in viis & ſemitis; in boſco & plano, & aquis & turbariis, & paſturis & nahunis, & omnibus aliis, ſibi & omnibus animalibus & averiis ſuis, cum libero ingreſſu & egreſſu, liberè quiete pacificè & honorificè, & quietam & ſolutam ab omni ſervitio & exactione ſeculari; ſalvo regali ſervicio; ſcilicet quantum pertinet ad octavam partem feudi unius militis in feudo de **Dunſtorre**. Si quid autem aliud ſervicium debetur, vel debebitur inde ulli hominum, ego & hæredes mei adquietabimus de tenemento noſtro de **Dunſtorre**, warantizabimus totam prædictam terram de **Slaworth**, prædictis monachis, cum omnibus pertinentiis ſuis, contra omnes homines & feminas, ſicut ulla elemoſina poteſt & debet liberius adquietari & warantizari, ſalvo regali ſervicio ſicut prædictum eſt. Et ut hæc mea donatio & conceſſio ſtabilis & inconcuſſa permaneat imperpetuum, præſenti ſcripto Sigillum meum dignum duxi apponendum. Hiis teſtibus &c.

Confirmatio domini Reginaldi *de* Mohun *de terrâ de* **Stortmanford**.

Ib.f.115.a. OMnibus hominibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Reginaldus* de *Mohun* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ, patris & matris meæ, & piæ memoriæ *Haviſiæ* de *Mohun*, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe & confirmaſſe totam donationem *Willielmi* de *Mohun* frartis mei, quam dedit monachis de *Clyva*, de terra de **Stortmanforde**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas idem *Willielmus* habuit & poſſedit de dono meo, ſicut ejuſdem Carta prædictis monachis inde confecta teſtatur. Et ego & hæredes mei prædictam terram dictis monachis, ſicut liberam, puram & perpetuam elemoſinam noſtram, cum omnibus pertinentiis ſuis warantizabimus imperpetuum. Quod ſit ratum t ſtabile imperpetuum, præſens ſcriptum Sigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus &c.

Carta Regis Henrici tertii *de Hundredo* de **Bramptone** *in com. Devon.*

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* &c. Archiepiſcopis &c. ſalutem, Noveritis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ confirmaſſe, dilectis nobis in Chriſto Abbati & conventui de *Clyvâ*, in comitatu *Sumerſetiæ* manerium noſtrum de **Brantone**, in comitatu *Devoniæ*, cum *Hundredo* forinſeco, & aliis pertinentiis ſuis; Habendum & tenendum de nobis & hæredibus noſtris; reddendo ſingulis annis ad Scaccarium noſtrum, per manum ſuam viginti & duas libras ad duos terminos; *viz.* ad feſtum S. *Michaelis* undecim libras, & ad Paſcham undecim libras; ſalvâ hominibus ejuſdem manerii, & aliis hominibus, qui non ſunt de eodem manerio, communi paſturâ ſuâ, quam habuerunt in eodem manerio, ante hanc conceſſionem noſtram. Quare volumus &c. Datum per manum venerabilis patris R. *Ciciſtrenſis* Epiſcopi Cancellarii noſtri, apud *Glocestriam xxv°* die *Junii*, anno regni noſtri tertio decimo.

Genealogia fundatoris.

HEre after followeth the trewe lyne petigrewe and names, aſwell of the deſcent and conſanguiniti of the right honirable founder of the Monaſtery of our bleſſed Ladey the Virgin, and ſeynt Laurans of Rewisbey in the countie of Lincolne, as of the trewe lyne petigrewe, names and deſcent of the conſanguinitie of the founder of the monaſtery of our ſeyd bleſſyd Laday the Virzyn of Clyve, in the Countie of Somerſet.

Ex codice MS. in bibl. *Cotton* [ſub effigie *Tiberii* E. 8.] fol. 208.a.

William de *Romare* toke to his Wyff *Luce* then beyng Countas of *Lincolne*, and had iſſue between them

Luce, Countas of *Lincoln*, eſpoſed & maried, & toke to huſbande *William* de *Romare* & had iſſue betwene them

William, eldeſt ſon of the ſeid *William Romare* and of *Luce* his wyff, the which *william* the ſon dyed without iſſue before his fader.

William youngeſt ſon of *william* de *Romare*, & of *Luce* his wyff, toke to his wyff *Philippe* doughter of *Hubert* de *Burgo*, erle of *Kent*, and chancellour of *England*: and had iſſue.

Reveſhqy Abbey in the countie of *Lincolne* found founded and the founderys uame.

THis William de Romare founded the ſeid Abbey and Monaſtery of our bleſſed Ladey the Virgin, and ſeynt Laurans of Rewisbye aforeſeyde, in the countie of Lyncolne, the heith yere of the reigne of Kyng Stephyn late Kyng of Engelande, and is tumbed and lyeth beryed in the ſeid Monaſtery ther, before the high Aulter & theſe verſis following be wretyn appon his ſeide tumbe.

Hic jacet in tumba *Willielmus* de **Romare** comes *Lincolniæ*, fundator iſtius monaſterii ſancti *Laurencii* de **Rewisby**.

This ſeid William, eldeſt ſon of the forſeid William de Romare, and of the ſeyde Luce his wyff dyed without iſſue, in the lyff of the forſeid William de Romare his fader, and is tumbed and beryed in the forſeid Monaſtery of Rewisby aforſeid, and lyeth there in the north ſide of the forſeid tumbe of the foreſeyd William

de

nii *de* Kerſeya *& canonicis Deo ſervientibus ibidem & ſervituris imperpetuum omnes donationes quas* Johannes *de* Bello-campo *quondam vir meus & ego eis contulimus, ſcilicet advocationem matricis eccleſia de* Kerſeya *cum pertinentiis & totam terram cum pertinentiis quam aliquando tenuimus in dominico qua vocatur* **Pirieſeld** *in* Kerſeya, *& totam paſturam cum pertinentiis qua vocatur* **Cotenebrom,** *jacentem inter dominicam culturam meam & viam qua venit de domo domine* **Sarre** *quondam uxoris* Walteri *de* Grotun *verſus eccleſiam de* Kerſeya, *& totum boſcum cum pertinentiis quod vocatur* **Piſcroft** *in villa de* Leleſeya *quod aliquando tenuimus in dominico. Habendum & tenendum in puram & perpetuam elemoſinam ab omni ſeculari exactione quieta & ſoluta ad ſuſtentationem canonicorum qui pro temporibus pro ſalute anima mea, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum in honore beata virginis* Mariæ *in dicta eccleſia ſancti* Antonii *divina celebrabunt. Et ut hac mea conceſſio & carta mea confirmatio rata & ſtabilis & inconcuſſa permaneat ſigilli mei appoſitione corroboravi. Hiis teſtibus, domino* Waltero *de* Wanci, *domino* Richardo *de* **Freſingfelde,** Rogero *de* **Aldam,** Willielmo *Juſtic.* Willielmo *fil. ſuo,* Alex. *de* Camera, Samſone *de* **Grotun,** Hugone *de* **Aldam,** Radulpho *Fabro,* Hugone *fratre ſuo,* Willielmo Gelnus, Roberto *de* Hibernia, Rogero Sturgull, *& aliis.*



Ibid. [Finis levatus in craſtino Aſcenſ. domini xxiiij. *H.* iij. inter Pr. ſancti *Antonii* de *Kerſeya* quer. Et *Johannem* de *Bello-campo* & *Neſtam* uxorem ejus imped. de xiiij. acris terræ & quatuor acris paſturæ & xij. acris boſci cum pertin. in *Kerſeya,* & *Leleſeya,* & de advocatione eccleſiæ de *Kerſeya,* eſſe jus Prioris & eccleſiæ ſuæ de *Kerſeya,* ut illa quæ idem Pr. & eccleſia prædicta habent de dono prædictorum *Johannis* & *Neſtæ.*]

Alia Carta ejuſdem Neſtæ.

OMnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris *Neſta* de **Cokefeld** ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me caritatis intuitu, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum in ligia viduitate mea conceſſiſſe dediſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe, Deo & eccleſiæ beatæ *Maria* & ſancti *Antonii* de *Kerſeya,* & canonicis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris imperpetuum, advocationem matricis eccleſiæ de *Leleſeya* cum omnibus pertinentiis. Habendum & tenendum in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, videlicet ad perpetuam recreationem pauperum ſemel in ebdomada ad dictam domum confluentium. Et ego prædicta *Neſta* de **Cokefeld** & hæredes mei prædictam advocationem cum omnibus pertinentiis prædictis loco & canonicis contra omnes mortales warantizabimus imperpetuum. Et ut hæc mea conceſſio donatio & cartæ meæ confirmatio rata & ſtabilis permaneat imperpetuum præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus *Thoma* de **Rodeham,** *Roberto* de **Nuſted,** *Rogero* de **Aldham,** *Alexandro* de *Camera, Ada Payn, Edmundo* de *Leleſeya, Johanne* de *Ponte, Ricardo* de *Leleſeya,* fil. *Roberti, Thoma* ad eccleſiam, *Radulfo* Fabro, *Hug.* fratre ſuo, *Roberto* de *Hibernia, Rogero Sturgul,* & aliis.

Alia Carta ejuſdem *Neſta.*

SCiant *præſentes & futuri quod ego* Neſta *de* **Cokefeld,** *ex conſenſu & bona voluntate domini mei* Mathei *de* **Leyham,** *pro ſalute anima mea, & omnium parentum meorum, conceſſi dedi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & eccleſia beata* Mariæ *& ſancti* Antonii *de* Kerſeya, *& canonicis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris imperpetuum cum corpore meo in dicta eccleſia ſepeliendo, totam terram cum omnibus pertinentiis quam habui inter boſcum de* Alſtoneſho, *& regalem viam inter* **Galienyard** *& curſum aqua qua venit de domo* Adæ *janitoris & totam terram cum omnibus pertinentiis quam habui jacentem ex utraque parte de* **Lym. . . . leye,** *ſcilicet in villa de* Lelleſeya, *& homagium & ſervicium* Bartholomei *filii* Rogeri *fabri de* Kerſeya, *& homagia & ſervicia* Williel. *del* Broc, *&* Elye *de* Gardino, *& homagia & ſervicia* Roberti *de* **Chanelingeworth,** *&* Roberti Carpentarii, *&* Godmanni *filii* Oſberti Wyldegoc *de* Keyſeya, *& ſervicia & conſuetudines quas* Gunnilda *relicta* Johannis Gerard *mihi reddere conſuevit. Habendum & tenendum hac omnia predicta dictis loco & canonicis, in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et ego pradicta* Neſta *de* **Cokefeld,** *& haredes mei warantizabimus pradictis loco & canonicis totam predictam terram, & totum predictum homagium, & ſervicium & conſuetudines, contra omnes mortales imperpetuum. Hiis teſtibus domino* Roberto *de* **Ruylli,** *domino* Roberto *de* **Leyham,** Willielmo *de* **Huntingfeld,** Oſberto *de* **Cokefeld,** Symone *de* **Watfelde,** Nicholao *de* **Haſting.** Rogero *de* **Aldham,** Willielmo Juſtic. Samſone *de* **Grotene,** Alex. *de Camera,* Willielmo *de* **Aldham,** Willielmo Gelus, Ranulfo Fabro, Hugone *fratre ſuo,* Rogero **Sturgil,** *& aliis.*

Carta Thomæ *de* Burgo.

THomas de *Burgo* omnibus hominibus, & amicis, & vicinis ſuis, *Francis,* & *Anglis,* præſentibus & futuris, ſalutem; Sciatis me conceſſiſſe, & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo, & ſanctæ genetrici Dei *Maria,* & ſancto *Antonio* de Ibid.

de *Kerſeia*, donationem, & conceſſionem & confirmationem, quam *Willielmus* filius *Richardi* frater *Henrici* capellani de *Leleſeia*, fecit Deo, & beatæ *Mariæ* genetrici Dei, & ſancto *Antonio* de **Kerſeye**, & eis ibidem miniſtrantibus, de toto patrimonio ſuo, quod habuit in villa de *Leleſeia*, cum pertinentiis ſuis, ſicut carta prædicti *Willielmi* filii *Richardi*, eis facta, teſtatur. Hiis teſtibus, *Richardo* de **Freſingefeld**, *Willielmo* de **Waldingefeld**, *Waltero* de **Groten**, *Galfrido* de *Burgo*, *Rogero Frevill*, *Willielmo Arunde*, *Symone* de **Semere**, *Radulfo* de **Priditun**, *Amiano* de *Mora* clerico, & multis aliis.

Carta ejuſdem, cum Neſtia *ejus uxore.*

SCiant præſentes, & futuri quod ego *Thomas* de *Burgo*, & *Neſta* uxor mea, pro ſalute animarum noſtrarum, & omnium parentum noſtrorum, conceſſimus & dedimus, & hac præſenti carta noſtra confirmavimus Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & ſancti *Antonii* de *Kerſeia*, & fratribus ibidem Deo ſervientibus tres acras terræ arabilis in villa de **Grotene** *(&c.)* Teſtibus *Richardo* de **Freſingefeld**, *Willielmo* de **Waldingefeld**, *Galfrido* de *Burgo* archidiacono *Norwici (&c.)*

KINGTONENSIS *Prioratus, in agro* Wiltonienſi.

Carta *Roberti Burnell, Bathon. & Wellen.*

Cart. 19. *E.* 1. nu. 13. per Inſpex.

S*Ciant preſentes & futuri, quod nos* Robertus Burnell *permiſſione divina* Bathon. & *Wellen. epiſcopus aſſenſu & conſenſu capitulorum noſtrorum* Bathon. & Wellen. *dedimus conceſſimus & hac preſenti Carta noſtra confirmavimus* Deo *& eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* Kington *monialium ac* Clariciæ *Prioriſſæ & ſanctimonialibus ibidem* Deo *ſervientibus, in liberam puram & perpetuam elemoſinam unam acram terræ in* **Kington** *ſancti* Michaelis, *quæ jacet in campo boriali in cultura quæ dicitur* le **Coldhame**, *inter terram Prioriſſæ de* **Kington** *prædictæ, ex parte orientali, & terram* Ricardi Carpentarii *ex parte occidentali, una cum advocatione & jure patronatus eccleſiæ de* **Kington** *ſancti* Michaelis *prædictæ, quæ ad nos & ad preſentationem noſtram & prædeceſſorum noſtrorum de jure ſpectabant & pertinere ſolebant. Habendum* (&c.) *in perpetuum,* (&c.) *Hiis teſtibus, dominis* Johanne *de la* **Mare**, **Galfrido** *de* **Wrokeshale**, **Henrico** *de* **Cemen**, **Johanne Maudut** *militibus* (&c.)

BURNHAMENSE *Cœnobium, in agro* Buckinghamenſi.

Carta fundationis.

REx archiepiſcopis, &c. Salutem. *Richardus* Dei gratia *Romanorum* rex, ſemper Auguſtus, omnibus Chriſti fidelibus, tam preſentibus, quā futuris ad quos preſens ſcriptum pervenerit ſalutem in domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra nos pro nobis & hæredibus noſtris, dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo, & beatæ *Mariæ* & monaſterio de **Burnham** quod fundari fecimus, ac monialibus ibidem Deo ſervientibus, & earum ſucceſſoribus, in liberam puram & perpetuam elemoſinam intuitu Dei, & pro ſalute anime noſtre, & animarum predeceſſorum noſtrorum regum *Angliæ*, manerium de **Burnham**, cum omnibus ſuis pertinentiis, ut in dominicis, homagiis liberorum, villenagiis, viſu franci plegii, redditibus, eſcaetis, wardis, releviis, maritagiis, & omnibus aliis quæ ad nos, vel hæredes noſtros, ratione dicti manerii de **Burnham**, quocunque modo, vel caſu accidere poſſint, una cum advocatione eccleſiæ de **Burnham**, quæ fuit de patronatu noſtro, ratione manerii noſtri antedicti de **Burnham**, tempore iſtius donationis noſtre. Conceſſimus etiam pro nobis, & hæredibus noſtris eiſdem monialibus, & ſucceſſoribus ſuis, totam terram cum pertinentiis, quæ fuit *Johannis* de **Bovenepe**, cum molendino, piſcaria, & viſu franci plegii, qui pertinere ſolebat ad manerium noſtrum de **Cippeham**, & quicquid nobis, vel hæredibus noſtris, ratione prædictæ terræ, quocunque modo, vel caſu accidere potuiſſet; Salva nobis & hæredibus noſtris, tota terra cum pertinentiis, quæ fuit ejuſdem *Johannis* in **Stoukes**, quam nobis & heredibus noſtris retinuimus cum ſuis pertinentiis. Conceſſimus etiam pro nobis & heredibus noſtris, dictis monialibus, & earum ſucceſſoribus, totam terram de **Morſforlong**, & **Brockforlong** cum toto prato de **Dillepol**, quæ fuerunt de manerio noſtro de **Cippeham**, tempore iſtius donationis noſtræ, & totum boſcum quem emimus de *Johanne* de **Eperengee**, qui vocatur *la* **Strete**, & unam partem boſci noſtri *de* **Hertlegh**, ſicut foſſata proportant, de boſco de *la* **Strete**, uſque ad boſcum *Johannis* de *la* **Penne**.

Carta 2. Ed. 3. n. 17. per Inſpex.

Volumus etiam, & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod omnia prædicta dictis monialibus, & earum ſucceſſoribus à nobis conceſſa, adeo liberè, quietè, pacificè, & integrè habeant & teneant in pratis, paſcuis, planis, boſcis, paſturis, viis, aquis, & ſemitis, infra villam & extra, ſicuti ea nos liberius, & quietiùs unquam tenuimus, vel tenere potuimus, ſine aliquo retenemento, nobis vel hæredibus noſtris, habenda & tenenda omnia prædicta, cum omnibus ſuis pertinentiis dictis monialibus, & earum ſucceſſoribus, de nobis, & hæredibus noſtris, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad prædicta terras, redditus, & tenementa ſpectantibus, unà cum advocatione eccleſiæ ſupradictæ, ut prædictum eſt, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum poſſidenda. Et nos & hæredes noſtri iſtam noſtram donationem dictis monialibus & earum ſucceſſoribus, contra omnes homines *Judeos* & *Chriſtianos* warantizare, defendere, & acquietare tenemur, videlicet, de omnimodis curiarum ſectis, regali ſervicio, & aliis ſecularibus demandis omnibus, & ſingulis, quæ ab eiſdem monialibus, ratione prædictæ donationis noſtræ, exigi poterant aliqua occaſione, exceptâ wardâ caſtri de **Wyndleſore**, debita, & conſueta. In cujus rei teſtimonium preſentem cartam noſtram ſigillo regie majeſtatis noſtre duximus roborandum. Hiis teſtibus, *Henrico* illuſtri Rege *Angliæ*, fratre noſtro, domino *Edwardo* ejuſdem, Regis primogenito, nepote noſtro, dominis *W. Bathon.* cancellario *Angliæ*, *R. Lincoln.* & *R. Coventren.* & *Lichfelden.* epiſcopis, *Henrico*, & *Edmundo* filiis noſtris, *Philippo Baſſet*, *Willielmo* de **Huntercumbe**, *Willielmo* de **Wyndleſore**, *Richardo* de **Dreye**, *Philippo* de **Covele**, & aliis. Dat. apud **Cippeham** decimo octavo die Aprilis, indictione nona, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto, regni verò noſtri anno nono.

STOKE-CLARENSIS *Prioratus* *in agro* Suffolcienſi, *primò alienigena, deinde verò factus indigena.*



COGNATÆ FAMILLÆ
EDOARDUS BISSÆUS
P.

This Dialogia betwixt a Secular asking, and a Frere anſweryng at the grave of Dame Johan *of* Acres *ſhewith the lyneal deſcent of the Lordis of the honoure of* **Clare**, *fro the tyme of the fundation of the* Freeris *in the ſame Honoure, the yere of our Lorde* MCCxlviij. *unto the firſt day of May the yere* MCCCLvj.

W**hat man lyeth here? ſey me ſir Frere.**
No man. **What ellis?** It is a Woman.
Whos doughter ſhe was, I wolde leſe here?
I wol you tell ſir, liche as I kan;
ing *Edwarde* the firſt, aftir the conqueſt began,
s I have lernyd was her fadir;
nd of *Spayne* borne was her modir.

Q*uis jacet hic?* *Nullus.* Quid tunc? *eſt fœmina.* cujus
Filia tu mihi dic? Ed. *pri. poſt con,*
mihi fert ſic
Cronica, ſi memorem; dedit huic Hiſpania *matrem.*

Dn̄s Ricardus Comes Glovern qui circiter annum MCCxlviii. in duxit fratres ordinis S. Augustini in Angliam, et Dn̄a Matilda Comitissa Herefordiæ uxor ejus



hat was hir name? Dame *Johan* ſhe hight
f Acris. **Why ſo declarid wolde be?**
or there ſhe ſey firſt this worldes light,
ame of hir modir, as cronicles tell me:
Therefore in honoure, O *Vincent!* of the,
o whom ſhe had ſingular affection,
his chappell ſhe made of pure devotion.

Cognomen mihi da? *De Acris ſic dicta* Johanna.
Cur ſic declara? *quia nam fuit hac ibi nata.*
Hinc in honore tuo, Vincenti, *pectore puro*
Quia cubat hanc bellam fundaverat ipſa capellam.

Was ſhe ought weddid to ony wight ?
Yea Sir. To whom ? Yf I ſhulde not lye,
To *Gilbert* of *Clare*, the erle by right
Of *Glouceſtre*. Whos ſon was he ? Sothly
Another *Gilbertis*. This genealogye
I deſire to know : wherefore telle me,
Who was his fadir ? yf it pleſe the,

This *Gilbertis* fadir, was that noble knyght
Sir *Richard* of *Clare* ; to ſey al and ſum
Which for a Freris love that *Giles* hight ;
And his boke clepid, *De Regimine Principum*,
Made firſt Freres *Auguſtynes* to *Ingelonde* cum,
Therein to duelle : and for that dede,
In heven God grant him joye to mede.

But laterally, who was, telle me,
This Richardis wife, whom thou preiſeſt ſo ?
The counteſſe of *Hereforde* and *Maulte* hight ſhe,
Which whan dethe the knotte hadde undoo
Of temporal ſpouſaile betwixe hem two,
With divers parcels encrecid our fundation,
Liche as oure monumentys make declaration.

Of the firſt Gilbert who was the wife ?
Dame *Maulte*, a lady full honourable ;
Borne of the *Ulſters*, as ſheweth ryſe
Hir armes of glaſſe in the eaſte gable,
And, for to God thei wolde ben acceptable,
Her Lorde and ſhe with an holy entent,
Made up our chirche fro the fundament.

Now to dame Johan turne we ageyn,
Latter Gilbertis wife, as to forne ſeid is,
Which lyeth here : Was ſhe bareyn ?
Nay ſir. Sey me, what frute was this
A branche of right great joy, I wis.
Man or Woman ? A ladie bright.
What was hir name ? *Elizabeth* ſhe hight.

Who was hir husbonde ? Sir *John* of *Burgh*,
Eire of the *Ulſtris* : So conjoyned be
Ulſtris armes and *Glouceſtris* thurgh and thurgh,
As ſheweth our wyndowes in houſis thre,
Dortur, Chapiter-hous, and fraitour, which ſhe
Made out the grounde, both plannchar and wall.
And who the roſe ? She allone did al.

Had ſhe ony iſſue ? Yea ſir ſikerly.
What ? A doughter. What name had ſhe ?
Liche hir modir ; *Elizabeth* ſothely.
Who evir the husbonde of hir might be ?
Kyng *Edwardis* ſon the third was he :
Sir *Lyonel*, which buried is hir by,
As for ſuch a Prince, to ſimpilly.

Lefe he ony frute this Prince mighty ?
Sir yea, a doughtir, and *Philipp* ſhe hight,
Whom ſir *Edmund Mortymer* weddid truly,
Firſt erle of the Marche, a manly knight,
Whos ſon ſir *Roger* by title of right,
Lefte heire a nothir *Edmonde* ageyn :
Edmonde lefte noone, but deide bareyn.

Dn̄s Gilbertus filius et hæres dicti Ricardi et Dn̄a Matilda filia Comitis de Ulster uxor ejus.



Dn̄s Gilbertus filius et hæres dicti Gilberti, et Dn̄a Iohanna de Acris filia Edwardi primi uxor ejus



Dn̄s Iohes de Burgo Comes de Ulster, et Dn̄a Elizabetha, filia et hæres in parte dicti Gilberti, uxor ejus.



Dn̄s Leonellus Dux Clarentiæ, et Dn̄a Elizabeth filia et hæres dicti Iohis, et Elizabeth uxor ejus



Dn̄s Edmundus Comes Marchiæ, et Dn̄a Philippa filia et hæres dc̄i Leonelli, et Elizabeth uxor ejus



Nupta fuit necne ? *Fuit imo.* Cui ? *mihi crede*
Gilberto *comiti* Glouceſtir. Quis pater illi ?
Alter Gilbertus. Quis erat mihi dic pater ejus.

Nobilis & nardus, redolens fuit iſte Ricardus,
Qui quos dilexit, heremitas trans mare vexit
Ordinis egregii, doctoris nomen & illi
Auguſtinus *erat ; quos Princeps ipſe fovebat*
Ob merita Egidii, dulciſque amore libelli
Quem De Regimine procerum *compoſuit ipſe,*
Ut ſuus in regno, noviter ſuccreſceret ordo
Anglorum, *hinc ſit ei ſumme merces requiei.*

Sed precor ex latere ; fuit uxor quæ mihi pande
Iſtius eximii quem effers ſic laude *Ricardi*?
Hæc fuit illuſtris Domina & recolenda Matildis,
Quæ poſtquam ſponſum mors ſtravit ſeva Ricardum,
Particulis noſtrum variis prius undique ſtrictum
Auxit fundamen : hinc merces ei detur, Amen.

Et que *Gilberti* fuit uxor dic michi primi
Iſtorum hæredis ? *Preclaris ſi michi credis*
Ex Ullſtris *nata fuit ipſa* Matilda *vocata,*
Ut monſtrant arma majori picta feneſtra
Eccleſiæ iſtius ; fabricam de pulvere cujus
Munere magnifico fundarunt hii duo primo.

Num ſterilis domina fuerat præfata *Johanna*?
Non ſit fœmineo ditata eſt germine claro.
Nomen daque michi ? *fuit* Elizabeth.

——————————Fuit illi (nam
Nam ſponſus quiſquam ? *Fuit immo.* Dicito q
Ex Ullſtris *hæres, dictus de* Burgo Johannes
Duxerat hanc, juncta qua ſunt Ul, Glouc.
Ut patet in multis vitratis ecce feneſtris (
Capituli, dormitorii, refectoriique
Quæ loca trina ſuis fundavit ſumptibus hæc. Q
Muris adjecit tectum ? *Sola omnia fecit.*

Sanguinis egregii num rivulus affuit illi ?
Affuit hinc clara, fuit Elizabeth *ſibi nata*
Altera, quæ egregio poſt hæc nupſit Leonello
Ed. *terni nato, poſt fataque ſic tumulato*
Ut vides, exigua, pro tanto Principe tumba,
Inque chorimedio——————————

——Set num tam clara propago
Liquerat hæredem ? *Sic.* Quam dicas michi p
Fœmineam. Quota fuit ipſa vocata ? *Philippa*
Quæ comiti Edmundo le March *data virgo*
Rogerum *genuit, hic* Edmundum *generavit,*
Edmundus *ſterilis obiit ſine ſemine*——

Right thus did ceſe of the Marchis blode
The heire male? Whither paſſid the right
Of the Marches londis, and in whom it ſtode
I wolde fayne lerne, yf that I might.
Sir Roger Myddil erle, that noble knight,
Tweyn doughters leſte of his blode roial;
That ones iſſue deid; that othris hath al.

What hight that ladie whos iſſue had grace
This lordſhip tatteyne? Dame *Anne* I wis,
To the erle of *Cambrigge* and ſhe wife was,
Which both be dede, God graunte hem blys.
But hir ſon *Richard* which yet liveth, is
Duke of *Yorke* by diſcent of his fadir,
And hath *Marchis* londis by right of his modir.

Is he ſole or maried this Prince myghty?
Sole, God forbede! It were grete pitee.
Who hath he weddid? A gracious lady.
What is hir name, I the praie telle me?
Dame *Cicily* ſir. Whos doughtir was ſhe?
Of the erle of *Weſtmerlond*, I trowe, the yengeſt,
And yn grace hir fortuned to be the hyeſt.

Is there ony frute bitwix hem two?
Yea ſir, thonks be God, ful glorius.
Male or female? Sir bothe two.
The nombir of this progeny gracious,
And the names to know I am deſirous,
The order eke of birth telle, yf thou kan,
So I wil evir be even thyn owen man..

Sir aſtir the tyme of longe bareyneſſe,
God firſt ſent *Anne*, which ſignifyeth grace,
In token that al her hertis hevyneſſe
He as for bareyneſſe wolde fro hem chace.
Herry, *Edward*, and *Edmonde*, eche in his place
Succedid; and aſtir tweyn doughtris cam
Elizabeth and *Margarete*, and aſtirward *William*.

John aſtir *William* nexte borne was,
Which bothe be paſſid to goddis grace:
George was next, and aſter *Thomas*
Born was, which ſone aſtir did pace
By the path of dethe into the hevenly place.
Richard liveth yet: but the laſt of alle
Was *Urſula*, to him whom God liſt calle.

To the duke of *Exceſtre Anne* maried is
In her tendir youthe: But my Lord *Herry*
God choſen hath to enherite heven blis,
And leſte *Edward* to ſuccede temporally, (ſothly
Now erle of *Marche*; and *Edmonde* of *Rutland*
Counte bothe fortunabil. To right high marriage
The othir foure ſtonde yit in their pupillage.

Longe mote he liven to Goddis pleſaunce,
This high and mighty Prince in proſperite,
With virtue and victorie God him avaunce
Of al his enemyes, and grante that he
And the noble Princeſſe his wife may ſee
Her childres children or thei hens wende
And aſtir this outelary, the joy that nevir ſhal end.

Dn̄s Rogerus filius et hæres dicti Edmundi, et Dn̄a Elianora, filia et hæres in parte Cantie, uxor ejus



Dn̄s Edmundus filius et hæres dicti Rogeri at Dn̄a Anna filia Comitis de Stafford, uxor ejus



Dn̄s Ricardus Comes Cantabrigiæ et Anna filia et hæres Rogeri Comitis Marchiæ, post obitum fratris sui Edmundi, sterilis



Dn̄s Ricardus Dux Ebor. filius dictæ Annæ, et Dn̄a Cecelia filia Comitis Westmer-land uxor ejus





——————————Juris
Ergo cui titulus hujus ceſſit dominatus?
Rogeri natæ.

————————Cujus dic nominis. *Anne*
De Cambrigg *comiti nupſit quoque.* Filius illi
Num fuit. *Ut nardus redolens quinimmo* Ricardus
Hinc naſcebatur, patris qui jure vocatur
Dux Eboracenſis *cujus præfulguret enſis*
Bel'o um titulis glorioſus atque triumphis
Cuique natura donavit munera plura
Et fortuna ſuis hunc pinxit dotibus amplis
Gratia ſuccurrat, quod longo tempore vivat
Fœlici vita virtutibus & redimita.

Conjugus aut ſolus extat dux hic metuendus?
Abſit ut hic tantus Princeps ſine conjuge ſolus
Eſſet, nam nephas foret. Ergo michi rogo dicas
Quam duxit? *Dominam te ſcire volo gratioſam.*
Nomen des hujus? *Extat Cecilia.* Cujus
Filia declares fuerat? *Reor ultima proles*
Weſtmurlond *comitis ſexus ſaltim muliebris,*
Quo non obſtante divino munere dante
Cunctis prelata ſit honore ſororibus ipſa.

Num ſunt hiis ſoboles alique? *Sunt.* Dic michi qua-
Bis ſene proles. Harum michi nomina dones, (les?
Quomodo fatate quo ſunt & in ordine nate.

Poſt annos ſteriles multos ſit primula proces
Anna *decora ſatis, ſed poſt hanc ſtirps probitatis*
Naſcitur Henricus, *cito quem virtutis amicus*
Criſtus in arce poli fecit regnare perhenni.
Prodiit Edwardus *poſt hunc, hæreſque futurus*
Edmundus *ſequitur, hinc* Elizabeth *generatur;*
Poſt Margareta, Willielmus *poſtera meta*
Fit pro preſenti donec ſua munera ventri
Det Deus hinc matris ſolitæ ſignum pietatis.

Margret *poſt proles hinc* Willielmus *que* Johannes,
Quos raptos ſeculo ſtatuit Deus almus olimpo.
Inde Georgius *eſt natus* Thomas *que* Ricardus,
Thomas *in fata ſeceſſit ſorte beata.*
Ultima jam matris proles fuit Urſula, *regis*
Quæ ſummi voto cæleſti jungitur agno.

Optime naturam pinxiſti, pande futuram,
Si ſcis fortunam. *Dux* Exceſtir *tenet* Annam
Uxorem, que comes March *eſt* Edward *patris hæres,*
Rutlonde Edmundus *comes exiſtit vocitatus.*
Tres reliquas proles ſolita pietate parentes
Tempore condigno titulabunt nomine digno.

Iſtam progeniem ſoboles & utrumque parentem
Omnipotens firmet, et incolumes rogo ſervet
Temporibus longis, & ſecum vivere cœlis
Preſtet, poſt fata ducens ad galmata grata.
Conferat hoc flamen pater & proles precor, Amen.

Carta Regis Ricardi *ſecundi* ; *Quod ſit indigena.*

Pat. 19. *R.* 2. part. 1. m. 8.

REX omnibus ad quos, ſalutem. Sciatis quod cum ut accepimus in Prioratu de Stoke *Norwic.* dioceſis, qui de patronatu comitis *Marchiæ*, & fundatione anteceſſorum ſuorum ac etiam cella abbatiæ de Beekeherlewyn in *Normannia* de poteſtate *Franciæ* exiſtit, unus Prior & unus Conventus Deo continuè ſervientes eſſe conſueverint, quouſque Prioratus predictus in manus chariſſimi domini & avi noſtri Regis *Edwardi* defuncti, occaſione guerræ inter ipſum & adverſarios ſuos *Franciæ* fuerat ſeiſitus; idemque Prioratus ea de cauſa in manu noſtra adhuc exiſtat, & per literas noſtras patentes, abbati & conventui *Weſtmonaſterii* ſit conceſſus, Reddendo inde annuatim ad ſcaccarium noſtrum ducentas & quinquaginta marcas, quodque eó prætextu conventus qui divina ſervitia in prioratu predicto facere conſuevit penitus ſubtrahitur, ac per ſubitum infortunium, eccleſia & aliæ domus prioratus illius ad magnam deſtructionem ejuſdem prioratus jam nuper ſint combuſte. Nos ad honorem Dei, & ſancti *Johannis Baptiſtæ*, in cujus honorem prioratus predictus fundatur, ad finem quod unus conventus monachorum *Anglicorum* ad faciendum divinum ſervitium pro nobis & nobilibus progenitoribus noſtris, ac etiam pro patrono ſuo, & anteceſſoribus ſuis patronis & fundatoribus Prioratus predicti ibidem fieri poſſit; & inſuper pro eo quod idem Prioratus ad portandum ſive ſolvendum aliquid illis de partibus exteris ante guerram vel poſtea nunquam fuerat oneratus : ac etiam pro tanto quod dilectus nobis in Chriſto *Richardus Cotesford* jam Prior prioratus predicti ligeus noſter natus in *Anglia* exiſtit, De gratia noſtra ſpeciali conceſſimus pro nobis & heredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod predictus nunc Prior prioratus predicti, & conventus ejuſdem loci & ſucceſſores ſui de cætero ſint indigene, & reputentur, teneantur & tractentur tanquam indigene nati infra regnum noſtrum *Angliæ* imperpetuum. Et quod ipſi exnunc liberè habeant & teneant prioratum ſuum predictum, cum ſuis juribus & pertinentiis abſque aliquo reddendo vel ſolvendo annuatim ad ſcaccarium noſtrum, vel heredum noſtrorum pro cuſtodia ſupradicta. Et quod idem prioratus terræ, tenementa, redditus, lete, ſervicia, feoda militum, & advocationes eccleſiarum, vicariarum, hoſpitalium, & aliarum capellarum, ſimul cum wardis, maritagiis, releviis, eſcaetis, francheſiis & libertatibus, & omnibus aliis rebus ad prioratum predictum qualitercunque ſpectantibus de cetero non capiantur aut ſeiſiantur in manum noſtram vel heredum noſtrorum, occaſione alicujus guerræ motæ vel movendæ inter nos vel heredes noſtros & francigenas predictos, aut alios alienigenas, aliqua de cauſa pro qua oporteret terras, tenementa, redditus, letas, ſervicia, feoda militum, advocationes eccleſiarum, vicariarum, hoſpitalium, & capellarum una cum wardis, maritagiis, releviis, eſcaetis, francheſiis, libertatibus, vel quibuſcunq; aliis rebus ad alienigenas religioſos ſpectantibus in manus noſtras, vel heredū noſtrorum predictorum capi vel ſeiſiri. Et quod nulla impoſitiones, contributiones, taxæ, quotæ, tallagia vel auxilia ipſis tanquam alienigenis aliquo modo imponantur, licet aliqua impoſitiones, contributiones, taxe, quote, tallagia vel auxilia aliquibus aliis religioſis alienigenis per nos vel heredes noſtros imponi contigerint in futurum; ſed quod ipſi habeantur, teneantur & tractentur tanquam indigene & Anglici, & ſint ejuſdem conditionis in omnibus, ſicut ſunt veri Anglici imperpetuùm, quodque Prior & Conventus predicti & ſucceſſores ſui, de feodi firma, ſubſidio, & omnibus aliis oneribus, impoſitionibus, contributionibus, taxis, quotis, tallagiis, auxiliis & demandis, que de ipſis ut de alienigenis, occaſione guerræ, vel alia cauſa quacumque alienigenas tangente mota, vel movenda, impoſita, vel imponenda, futuris temporibus exigi poterint, erga nos & heredes noſtros, liberi ſint & exonerati ac quieti, & penitus abſoluti imperpetuùm, abſque diſturbatione, moleſtatione, gravamine, impetitione, contradictione vel impedimento noſtro, vel hæredum noſtrorum quorumcumque infuturum. Ita ſemper quod idem *Richardus* Prior, mille marcas, quas ipſe nobis pro fine, ratione preſentis conceſſionis noſtre ſolvere debuiſſet, & quas quidem mille marcas prefato abbati *Weſtmonaſterii* conceſſimus in auxilium perficiendi novum opus eccleſiæ ſancti *Petri Weſtmonaſterii*, ſolvat prefato abbati videlicet ad feſtum ſanctæ *Catherinæ* virginis proximè futurum, centum marcas, & ad feſtum ſancti *Johannis Baptiſte* tunc proximè ſequens, centum marcas, & ſic de anno in annum, ad feſta predicta ducentas marcas, quouſque predicte mille marcæ, juxta formam cujuſdam recognitionis per ipſum *Richardum* Priorem in cancellaria noſtra, tertio decimo die Junii proximè preterito factæ, plenariè perſolvantur. In cujus rei (*&c.*) Teſte Rege apud caſtrum de *Ledes* viceſimo nono die Julii.

De hujuſmodi Prioratu in eccleſiam Collegiatam Canonicorum ſecularium transferendo.

MS. in bibl. Cotton. [ſub effigie Vitellii D. 13] fol. 73 b.

JOHANNES *Epiſcopus*, *ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex in quo poteſtatis plenitudo conſiſtit, & cui Eccleſiarum & aliorum locorum tam regularium quam ſecularium ſollicitudo incumbit generalis, intendens eorum profectibus & animarum ſaluti ſalubriter providere, interdum de illis pro ſua voluntate diſponit prout ſecundùm Deum & qualitates locorum hujuſmodi & temporum conſpicit expedire. Cum itaque ſicut exhibita nobis pro parte dilecti filii & nobilis viri* Edmundi Marchiæ, *&* Ultoniæ *Comitis petitio continebat, quod dudum in regno* Angliæ *de concenſu regis tunc exiſtentis, ac temporalium dominorum, & prelatorum regni* Angliæ *extitit ordinatum, quod omnes & ſinguli Prioratus cujuſcunque ordinis exiſterent in eodem regno & ſuis attinenciis conſiſtentes quos alienigena quocumque titulo poſſidebant aut regebant ſeu extunc inantea per ipſos regi & poſſideri contingeret, ad ejuſdem Regis & aliorum dominorum temporalium fundatorum eorundem prioratuum, ac heredum & ſucceſſorum ſuorum manus cum omnibus juribus &*

pertinentiis ſuis devenire, & per eoſdem Regem & fundatores inter Angliæ & Franciæ Regna, guerra durante, teneri & poſſideri deberent, dictaque ordinatio per chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum modernum Regem Angliæ, accedente ad id eorundem dominorum & prelatorum aſſenſu renovata exiſtit in eorundem prioratuum (in quibus propterea divinus cultus diminuitur, animarum cura in eis negliguntur; necnon jura & poſſeſſiones eorum ad manus laicorum perveniunt, ex quibus de facili eripi non poſſunt, nocnon religioſi in ipſis degentes evagantur) non modicum prejudicium atque damnum. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, idem Comes attendens quod Prioratus de **Stoke**, ordinis ſancti Benedicti Norwicenſis dioceſis cujus ipſius comitis progenitores fundatores fuerunt, & qui conventualis exiſtit, unus ex prefatis prioratibus exiſteret, ne in ſuis juribus & poſſeſſionibus penitus deſoletur, deſideret ipſum prioratum, qui à Monaſterio de **Beckherlewin** dicti ordinis in Normandia conſiſtente dependet, & per ejus monachos gubernari conſuevit ab omni juriſdictione dominio & poteſtate abbatis pro tempore exiſtentis, necnon conventus dicti monaſterii penitus eximatur, ac in Collegiatam eccleſiam in qua unus decanus, & nonnulli Canonici, ſecundùm exigenciam facultatum ipſius pro tempore degent, transferatur, præſertim cum ad id dicti Regis accedat aſſenſus. Quare pro parte dicti comitis fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ſuper premiſſis oportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur ne dictus Prioratus in ſuis juribus & poſſeſſionibus penitus deſoletur noſtræ conſiderationis intuitum dirigentes, ac noſtris temporibus divinum cultum adaugeri, intenſis deſideriis affectantes, pro ejuſdem cultus incremento, ac ex præmiſſis & certis aliis racionabilibus cauſis ad id noſtrum inducentibus animum, eundem prioratum de **Stoke** cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis ab omni ſuperioritate, juriſdictione, dominio & poteſtate Abbatis & Conventus prædictorum, necnon quorumcunque ſuperiorum dicti ordinis autoritate Apoſtolica prorſus eximimus & totaliter liberamus, ac Priorem & Monachos dicti Prioratus ad preſens in eodem Prioratu degentes eadem autoritate ad Clauſtrum dicti Monaſterii revocamus, ac eccleſiam dicti Prioratus, cum omnibus juribus & pertinentiis ſupradictis in collegiatam & ſecularem transferimus, nec non in ipſa eccleſia in collegiatam tranſlata certum numerum canonicorum ſecundum exigentiam facultatum hujuſmodi, & prout eidem comiti videbitur expedire, quorum unus decanus exiſtat, auctoritate præfata inſtituimus, ac volumus quod decanus & canonici hujuſmodi, capitulum ipſius eccleſiæ facere, ſeu collegialiter juxta conſuetudinem aliarum vicinarum collegiatarum eccleſiarum inſimul vivere, ac horis canonicis diurnis pariter & nocturnis, nec non miſſis & aliis divinis officiis intereſſe debeant, quodque præfatus decanus correctionem canonicorum ipſorum & eorum familiarium exiſtentium pro tempore habeat exercere, & omnia alia & ſingula in eccleſia in collegiatam tranſlata, & capitulum hujuſmodi, nec non in choro ipſius eccleſie in collegiatam tranſlate, de conſenſu tamen dicti comitis & aſſenſu facere diſponere & ordinare valeat, que decani collegiatarum eccleſiarum vicinarum partium predictarum exercere facere & diſponere, nec non ordinare quomodolibet poſſunt de conſuetudine vel de jure, vel ſecundum quod dicto comiti videbitur expedire; Nec non etiam ſtatuimus quod decanatus ejuſdem eccleſiæ, in collegiatam tranſlatæ eſſe debeat unica ſeu principalis dignitas in eadem eccleſia, quodque dictus decanus exiſtens pro tempore, una cum eiſdem canonicis qui erunt pro tempore ſtallum in choro & locum in capitulo ipſius eccleſiæ in collegiatam tranſlatæ habeat, ſitque caput eccleſiæ antedictæ. Et inſuper quod ad decanatum hujuſmodi ipſius eccleſiæ in collegiatam tranſlatæ, tam iſta primaria vice quam aliàs quandocunque vacabit, præſentatio perſonæ ydoneæ ordinario loci qui ipſas inſtituat, ad comitem Marchiæ & Ultoniæ exiſtentem pro tempore perpetuis futuris temporibus debeat pertinere, ſalvo tamen in præmiſſis omnibus jure dioceſani loci, ac aliàs alterius cujuſcunque, non obſtantibus conſtitutionibus apoſtolicis, nec non ſtatutis & conſuetudinibus monaſterii prioratus & ordinis prædictorum, juramento, confirmatione apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, & aliis contrariis quibuſcunque.

Nos enim exnunc irritum & inane decernimus ſi ſecus ſuper hiis à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ exemcionis, liberationis, revocationis, tranſlationis, inſtitutionis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ne noverit incurſurum. Datum Conſtanciæ xvj. kalendas Februarii, Pontificatus noſtri, anno quinto.

EDmundus comes Marchiæ & Wltoniæ dominus de **Wyggemore**, & de **Clare** omnibus ad quos preſentes literæ pervenerint, Salutem. Quia nos de licentia Chriſtianiſſimi principis regis Henrici quinti apud ſummum pontificem Prioratum de **Stoke** de fundatione progenitorum noſtrorum & noſtro patronatu exiſtentem precibus humilimis in eccleſiam collegiatam canonicorum ſecularium transferri procuravimus, in qua ordinavimus unum decanum & certos canonicos capitulum facientes cum aliis miniſtris, ad divina celebranda pro animabus nobibilium progenitorum noſtrorum & noſtri ac hæredum noſtrorum cum ab hac luce migraverimus, & ſpeciali devotione quam erga prædictum decanum & canonicos dicti collegii noſtri gerimus in domino, concedimus, per preſentes pro nobis hæredibus ac ſucceſſoribus noſtris, quantum in nobis eſt, quod omnia & ſingula eccleſiæ prebendæ dominia & maneria cum pertinentiis, ac terræ, tenementa, molendina, prata, paſturæ, boſci, bruerae, moræ, mariſci, redditus & ſervicia, tam liberorum quam nativorum tenentium, reverſiones, & eſcaetæ cum pertinentiis, ac nativi & eorum ſequele, feoda militum & advocationes eccleſiarum, vicariarum, capellarum liberarium; cantariarum & omnium aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum, ac nominationes ad eaſdem, & ecrundem portiones & penſiones, necnon viſus franciplegii, curiæ letæ, hundreda, feria, mercata, warennæ, ſectæ, communæ, fraunchesia, libertates quittantiæ, conſuetudines &privilegia, jura res & poſſeſſiones tam ſpiritualia quam temporalia, ac cetera alia quecunque cum pertinentiis dicto Prioratui de **Stoke** quovis tempore præterito pertinentia ſive ad eundem qualitercunque ſpectantia, præfatis decano & canonicis, ac aliis perſonis per nos in dicto collegio ad divina facienda ordinato & ſucceſſoribus ſuis cedant & remaneant imperpetuum, & quod habeant & poſſideant omnia prædicta & ſingula adeo plenariè & liberè & integrè ſicut aliqui Prior & conventus prædicti Prioratus de **Stoke** à tempore primariæ fundationis ejuſdem quovis tempore ſive modo hucuſque habuerunt, tenuerunt ſive perceperunt, ſeu de jure habere, tenere ſeu percipere debuerunt vel poſſent. Inſuper de ſpeciali gratia noſtra concedimus prædictis decano & canonicis dicti collegii noſtri de **Stoke** & eorum ſucceſſoribus, quod benè valeant & poſſint omnia terras & tenementa, redditus, ſervicia, decimas, poſſeſſiones, jura, privilegia, libertates, cantarias, liberas capellas, ac heremitagia intrare & ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum retinere, abſque impetitione, reclamatione, ſeu impedimento noſtri hæredum ſeu ſucceſſorum noſtrorum, quorum terrarum & tenementorum, reddituum, ſerviciorum, decimarum, poſſeſſionum jurium privilegiorum libertatum cantariarum, liberarum capellarum, heremitagiorum, dicti decanus & canonici habent munimenta & cartas nobilium progenitorum noſtrorum & aliorum ſeu alias evidencias in ſcripturis & antiquis rotulis infra dictum collegium noſtrum repertis, non obſtante quacunque conceſſione ſeu donatione de præmiſſis per nos, vel per progenitores noſtros cuiquam de eiſdem factis vel conceſſis, ſeu quod dicti Prior & conventus immediatè ante tranſlationem dicti Prioratus in eccleſiam collegiatam in poſſeſſione præmiſſorum non fuerunt. Præterea concedimus prædictis decano & canonicis in dicto collegio noſtro reſidentibus quod licitè valeant præſentare perſonas ydoneas ad beneficia eccleſiaſtica cum vacaverint quorum exiſtunt patroni ſecundùm voluntatem decani & capituli in forma juris communis abſque nominatione alicujus alterius perſonæ, non obſtante quacunque ordinatione in oppoſitum ante hæc tempora per nos facta, quam per præſentes revocamus & omnino caſſamus inperpetuum. Inſuper Concedimus prædictis decano & canonicis dicti collegii noſtri quod bene liceat ballivis eorum, & aliis miniſtris ſeu deputatis ſuis omnia & ſingula alia facere, infra dominia noſtra ubicunque pro redditibus firmis & aliis debitis ſuis levandis quæ facere poſſunt ballivi ſeu alii miniſtri noſtri ibidem de jure vel conſuetudine, & conſimili pena puniantur in curia noſtra rebelles & inobedientes ballivis & miniſtris eorum ſicut rebelles & inobedientes ballivis & aliis miniſtris noſtris noſtrum ſpeciale mandatum in officiis ſuis juſte & fideliter exequentibus. Et in teſtimonium præmiſſorum ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum decimo nono die menſis Maii anno regni regis *Henrici* quinti poſt conqueſtum *Angliæ* ſeptimo.

Vide pag. 1004 *inter* Addenda.

AULA Gloceſtrenſis *in ſuburbio* Oxonienſi.

AN. Dom. MCClxxxiij. & xj. *Edwardi* primi quidam nobilis *Johannes Giffarde* providit locum extra muros *Oxoniæ*, & poſſeſſiones dedit ad ſuſtentationem xiij. monachorum, quos de conventu *Gloceſtriæ* elegit, volens animam ſuam, & animam *Matildæ Longeſpey*, quondam uxoris ſuæ à profeſſoribus ſancti *Benedicti* in perpetuum benedici. *Lel. coll. vol.* I. p. 290.

Carta domini Johannis *Abbatis* Glouceſtrenſis, *quemodo monachi de* Glouceſtria *primo morabantur & revocabantur.*

NOverint univerſi ſanctæ matris eccleſiæ filii ad quorum notitiam pervenerit hæc præſens ſcriptura, quod cum vir nobilis dominus *Johannes Giffard*, dominus de **Brimesfeild**, domum quandam de novo, in qua monachorum ordinis ſancti *Benedicti* conventus, ad divini cultus augmentum, & memoriam, veluti præcipuæ devotionis donatio ex ſui fundatione perenniter haberetur, proponeret ordinare: & ſecundum ſui pium propoſitum, quod ei divinitus inſpiratum, locum quendam in ſuburbio *Oxonii*, in vico qui **Stackwell-ſtreete** vulgariter nuncupatur, propter ſtudii aptitudinem, quod religioſis, & ſecularibus preſertim congruit, quem à fratribus hoſpitalis ſancti *Joannis Jeruſalem* (ſub quorum nomine idem locus exiſtens, ab omni juriſdictione epiſcopali, & archidiaconali à tempore cujus memoria non exiſtit, habebatur exemptus) non parcendo labori, vel ſumptibus habere dignoſcitur, ad id favente domino, ſpecialiter duceret deputandum: Nos *Joannes* permiſſione divina abbas monaſterii ſancti *Petri* de *Glouceſtria*, & ejuſdem loci conventus humiliter per dictum nobilem, & noſtro generali capitulo Precedentes, ſuo & communitatis noſtri ordinis nomine inſtantibus requiſiti, quoſdam monachos noſtre domus ad inhabitandum locum prædictum primordialiter, vice communitatis præmiſſæ fecimus deſtinari; demumque prout ipſorum Præſidentium, dicti nobilis, & communitatis noſtri ordinis, quoad hoc concorditer concurrente conſenſu, provida dipoſitio uniformiter ordinaverat, revocandi eoſdem, & factum hujuſmodi tam laudabile multipliciter ponderando, communitatem noſtri ordinis, tanquam utilitatem publicam, diſpoſitioni propriæ, ac cuicunque utilitati publicam, diſpoſitioni propriæ, ac cuicunque utilitati privatæ non immerito cupientes preferri, gratanter duximus annuendum, quod noſter confrater dilectus frater *Henricus* dictus de *Helin* (quem ex mora diutina quoad nos devotum in ſpiritualibus providum in temporalibus etiam diſcretum, ac in utriſque novimus circumſpectum) à noſtro monaſterio liberè transferatur, ad recipiendum, & tenendum vice communitatis noſtri ordinis, locum eundem in ſuburbio *Oxonienſi* memorato, ac fundationem ipſius, nec non ad conventum inibi ſtatuendum. Ita tamen quod

Reiner. Apoſtulat. Benedict. Append. par. 2. *pag.* 54.

quod ex hoc facto noſtro, ſeu aliquo precedenti, nobis vel noſtris ſucceſſoribus quibuſcunque, colore quovis, vel nomine ſpeciali in perſonis ipſis, ſeu loco nihil juris inpoſterum accreſcat omninò, niſi quatenus cæteris de ordine noſtro jus communiter competit in eiſdem. Ut autem idem frater *Henricus* zelo devotionis, & abſque remorſu conſcientiæ valeat, ſicut decet, vacare premiſſis, & alia, quæ incumbunt officio uberiùs adimplere, à ſubjectione qualibet qua nobis & noſtro monaſterio tenebatur aſtrictus, preſentium tenore reddimus totaliter abſolutum, & in teſtimonium præmiſſorum omnium ſigillum noſtrum, nos abbas prædictus unà cum ſigillo noſtro communi, de noſtri, & tocius conventus conſcientia, ſuper omnibus præmiſſis & ſingulis, primitùs habito inter nos diligenti tractatu, fecimus his appendi.

Charta Regis *Edwardi* primi.

Ibid. EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ, *& dux* Aquitaniæ, *omnibus, ad quos preſentes litere pervenerint, ſalutem. Licèt de communi conſilio Regni noſtri providerimus, quod non liceat viris religioſis, ſeu aliis, ingredi feoda alicujus, ita quòd ad mortuam manum deveniant, ſine licentia noſtra, & capitalis domini, de quo res illa immediate tenetur: volentes tamen dilecto & fideli noſtro* Johanni Giffard, *gratiam facere ſpecialem: dedimus ei licentiam, quantum in nobis eſt, quod ipſe quatuor meſſuagia, & unum toftum cum pertinentiis in* Oxonio *dare poſſit, & aſſignare dilectis nobis in Chriſto Priori & conventui ordinis ſancti* Benedicti Oxonii, *Habendum & tenendum eiſdem Priori & conventui & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, & eiſdem Priori & conventui, quod meſſuagia & tofta prædicta ab eodem* Johanne *recipere poſſint ſimiliter licentiam conceſſimus ſpecialem; nolentes quod idem* Johannes *vel hæredes ſui aut prædicti Prior & conventus vel ſucceſſores ſui, ratione ſtatuti prædicti, per nos vel hæredes noſtros inde occaſionentur, vel graventur in aliquo: Salvis tamen capitalibus dominis feodi illius ſervitiis inde debitis, & conſuetis. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo, Apud longam-***Ichenton** *xij. die Martii anno regni noſtri decimo nono.*

Carta Johannis Giffard.

Ibid. SCiant preſentes & futuri, quod ego *Johannes Giffard*, dominus de **Brimesfeild**, pro ſalute animæ meæ, & animarum *Matilde Longeſpee*, quondam conſortis meæ, & anteceſſorum, & heredum meorum, dedi, conceſſi & hac preſenti Carta mea confirmavi Deo & beate *Mariæ*, & eccleſiæ beatorum *Johannis* apoſtoli & evangeliſtæ & *Benedicti* abbatis & confeſſoris *Oxonii* & priori & conventui ejuſdem loci ordinis ſancti *Benedicti*, & communitati monachorum ejuſdem ordinis provincie *Cantuariæ*, ibidem cauſa ſtudii tranſmiſſorum, ſeu tranſmittendorum, ſub forma debito modo proviſa & ſtatuta per generale capitulum ordinis, & provincie predicte, omnes terras & tenementa cum ſingulis ſuis pertinentiis que habui in vico de **Stockwell-ſtreete**, in ſuburbio *Oxonii*, videlicet omnes terras & tenementa que habui de dono & feoffamento fratris *Willielmi* de **Hawvill**, tunc prioris ſancte domus hoſpitalis ſancti *Johannis Jeruſalem* in *Anglia*, & aſſenſu & voluntate omnium fratrum totius capituli ſui, & omnes terras & tenementa, que habui ex dono & feoffamento *Johannis* de **Pagenport**, burgeſii *Oxonienſis*, & totum illud tenementum quod habui ex dono & feoffamento *Eve Lateris*, & totum illud tenementum quod habui ex dono & feoffamento *Johannis Watſon*, & *Ydoneæ* uxoris ſue, & totum illud tenementum quod habui ex dono & feoffamento *Stephani* de **Cove**, & *Aliciæ* uxoris ſuæ, ad fundationem & intentionem perpetuæ ſuſtentationis prioratus & communitatis ordinis prædicti ibidem, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, & quietam, habenda & tenenda predictis priori & conventui, & ſucceſſoribus ſuis, & communitati prædictæ, de me & hæredibus meis liberè & quietè ab omni ſervitio, exactione & ſeculari demanda in perpetuum; & ego prædictus *Johannes* & heredes mei predictis priori & conventui, & ſucceſſoribus ſuis & communitati predicte, omnes predictas terras & tenementa, cum ſingulis ſuis pertinentiis, contra omnes gentes warrantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. Ita quod prædicto priore cedente vel decedente, quilibet prior ſuccedens electus per conventum dicti loci, mihi & heredibus meis, tanquam patrono loci illius preſentetur, quem ſine difficultate, dilatione ſeu calumnia aliqua recipiemus. Et volo & concedo pro me & heredibus meis, quod ſub-prior & conventus ejuſdem prioratus habeat & percipiat liberè a tempore vacationis omnes redditus & proventus ad prioratum & communitatem predictum pertinentes, ſine aliquo impedimento vel calumnia mei vel heredum meorum in perpetuum. In cujus rei teſtimonium huic preſenti Carte ſigillum meum eſt appenſum. His teſtibus, domino *Johanne Giffard* conſanguineo meo, domino *Roberto* filio *Pagani*, domino *Radulpho* de **Georges**, domino *Roberto* de **Stapilton** militibus, & *Johanne Lebritt*, *Jacobo* de **Ley**, *Johanne* de *Aqua* & aliis.

MISSENDENENSE

Cœnobium in agro Buckinghamenſi.

Inquiſitio de loci fundatione, quando ſcil. per quem, &c.

In faſciculo Eſcaet. de an. 5 *Ed.* 3. num. 5.

INquiſitio capta coram *Johanne Parkere* de **Cluggs**, eſcaetore domini regis in comitatu **Bukingham** apud **Aylleſbury** in comitatu predicto, xxiiij. die Februarii anno regni regis *Edwardi* tertii poſt conqueſtum *Angliæ* quinquageſimo primo, virtute brevis domini regis *Thomæ Sewale* nuper eſcaetori dicti regis, directi, & per indenturam prefato *Johanni* nunc eſcaetori liberati, & huic inquiſitioni conſuti, per ſacramentum *Johannis* atte **Broke**, *Willielmi Broghton*, *Johan. Ramkyn*, *Johannis Plekenham*, *Henrici Koc*, *Johannis Reyner*, *Willielmi Caldecote*, *Roberti Morton*, *Johannis Bere*, *Willielmi Wydmore*, *Johannis Allenaſſhe*, *Johannis Sileby*. Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod abbatia de **Muſſenden** non eſt de fundatione domini regis, nec progenitorum ſuorum. Set prædicta abbatia eſt de fundatione *Willielmi* de **Muſſenden**, quondam domini de **Muſſenden**, & quod prædictus *Willielmus* tenuit manerium de **Muſſenden** de comite *Glouceſtrenſi* per ſervitium militare. Et quod prædicta abbatia fundata fuit per prædictum *Willielmum* anno Dominice incarnationis MCClxxxxiij. in puram & perpetuam elemoſinam. Et dicunt quod dicta abbatia non habet aliqua terras ſeu tenementa quæ tenentur de domino rege in capite in comitatu prædicto. In cujus rei teſtimonium prædicti juratores huic inquiſitioni ſigilla ſua appoſuerunt. Datum die & anno ſupradictis.

De fundatore, & quibuſdam ſuccedentibus loci patronis.

Ex vetuſtas membrana MS. penes *Franciſcum Muſſenden* de *Heyling* in com. *Lincoln.* armig. 1610.

MEmorandum, quod invenitur in libro *Johannis Toftez* Prioris monaſteriii beatæ *Mariæ* de **Muſſenden** in comitatu *Buckingamiæ*, quod *Willielmus Muſſenden* miles fuit primus fundator dictæ abbatiæ & fundavit eam in anno Domini MCCC xxxvj. & jacet in capitulo ejuſdem abbatiæ ſub lapide marmoreo tribus crucibus ſuper ſculptis.

Memorandum, quod domina *Iſabella Gulafre*, hæres & cognata dicti *Willielmi* militis & fundatoris, jacet coram altare beatæ *Mariæ* in capella ejuſdem virginis, ex aquilonari parte juxta murum, ſub lapide marmoreo, cum ejus epitaphio deſuper ſculpto. Quæ dicta *Iſabella* maritata fuit *Thomæ* de **Muſſenden** militi, & idem jacet in eadem capella ex latere auſtrali dictæ *Iſabellæ* juxta eam ſub lapide marmoreo, & ſulptum ſuper epitaphium, in hæc verba.

De terre ſuis je faite & formè,
Et en terre ſuis je retourne.
Thomas Miſſenden *jadiz nomme*
Jeſu de ma, alme ayt pitie.

Obiit anno Domini MCCClxix. Non. Octobris.

Coram ſummo altari de **Muſſenden** jacet quidam lapis marmoreus & deſuper ſculptus. *Johannes Iwordby* armiger, & *Katerina* uxor ejus filia & hæres *Barnardi Muſſenden*, patroni hujus abbatiæ, quæ *Katherina* obiit die Martis, decimo die Julii, anno Domini MCCCxxxvj. & dictus *Johanners* obiit . . . . . . anno Domini MCCCC. quorum animabus propitietur Deus, Amen. Sed dictus *Johannes Iwordby* non jacet ſub lapide prædicto ſed in alio loco, & dictus *Johannes Iwordby* & dicta *Caterina* habuerunt inter ſe filium & hæredem *Nicholaum*, qui quidem *Nicholaus* accepit uxorem . . . . . filiam . . . . . *Hamden*, & obiit in *le* **Flete** . . . . . . qui quidem *Nicholaus* habuit filium ſuperſtitem nomine *Johannem*, qui habet exitum. Etiam dictum eſt, quod *Barnardus Muſſenden* fuit filius prædicti *Edwardi* filii prædicti *Thomæ* militis, qui quidem *Barnardus* & *Iſabella* habuerunt unam filiam & cohæredem uxorem *Johannis Frome* de **Buckingham**, & habuit portionem hæreditatis dictæ *Iſabellæ*; qui quidem *Barnardus* obiit . . . . . . & jacet in eccleſia de **Buckingham** juxta murum in *le iſle*.

Memorandum, quod dicta *Iſabella* poſt deceſſum dicti *Bernardi* accepit in virum . . . . *Mortimer* & poſt obitum ejus cepit in virum dominum *Johannem Cheney*.

Memorandum, quod dicitur in libro abbatiæ de **Muſſenden** quod *Thomas* de **Muſſenden**, qui cepit in uxorem *Iſabellam Cullofre* prædictā, fuit filius cujuſdam *Marcſchalli* de **Muſſenden**, vocati *Johannis Marſhall* . . . . Ad ejus prudentiam humanitatem, & guerrarum fortunam in diebus *Edwardi* tertii, Regis *Angliæ*, qui eum amavit & fecit eum militem, & adoptavit eum in maritagium dictæ *Iſabellæ Gullofre* cognatæ & hæredis dicti domini *Willielmi*, primi fundatoris dictæ abbatiæ de **Muſſenden**; & dictus *Thomas* habuit unum fratrem qui vocabatur *Anthonius Marſhall*, qui fuit abbas de **Muſſenden** & obiit *Londini* . . . . Septembris MCCClxxiiij.

Ex ipſo autographo apud caſtrum de *Berkeley.*

EGo *Willielmus* de **Feynes** dedi & conceſſi & preſenti carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Meſſenden** & canonicis ibidem Deo ſervientibus, in liberam & perpetuam elemoſinam, totam terram quam *Wimundus* de me tenuit in villa de **Wendover**, & ipſum *Wimundum* cum tota ſequela ſua, & progenie, & omne jus quod habui in prædicta terra & *Wimundo*, cum omnibus ſequelis, & pertinentiis ſuis. Habendum & tenendum liberè, & quietè, bene & in pace & honorificè (*&c.*) Hiis teſtibus, *Helia* de *Bello-campo*, *Henrico* de *Scaccario*, *Widone* de **Morter**, *Willielmo* de *Dun.* *Matheo Brond*, *Jacobo* de *Penna*, *Ricardo* de **Beliden**, *Henrico Delaſtocks*, *Hugone* de *Lak* & pluribus aliis.

Vide vol. 3 pag. 18. col. 1.

Monialium Ordinis MINORUM, *domus apud* Londinenſes, *in agro* Middleſexiæ.

Licentia Regis de domo Minoriſſarum *fundanda.*

Pat. an. 21. *Ed.* 1. m. 11.

Vide Pat. 1 *R.* 2. part. 2. m. 3 & Pat. 5 *H.* 6. part. 1. m. 15 & Pat. 1 *H.* 5. part. 4. m. 25.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Licèt de communi conſilio regni noſtri ſtatuerimus, quod non liceat viris religioſis ſeu aliis ingredi feodum alicujus, ita quod ad manum mortuam deveniat, ſine licentia noſtra, & capitalis domini de quo res illa immediatè tenetur. Volentes tamen *Edmundo* fratri noſtro cariſſimo graciam facere ſpecialem, dedimus ei licentiam, quantum in nobis eſt, quod ipſe quandam placeam cum pertinenciis quam habet de dono & feoffamento magiſtri *Thome* de **Bredſtrete** in parochia ſancti *Botulphi* extra **Alegate**, dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto monialibus de ordine *Minorum*, quæ per nobilem dominam *Blancam*, Reginam *Navarr.* conſortem ejuſdem fratris noſtri, in *Angliam* ſunt venture, & infra regnum noſtrum morature ac Deo & beate *Mariæ* ac beato *Franciſco* ſerviture, ad quandam domum ibidem conſtruendam & inhabitandam, habendam & tenendam eiſdem monialibus & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Et eiſdem monialibus quod placeam illam à prefato fratre noſtro recipere poſſint, tenore preſentium, ſimiliter licentiam concedimus ſpecialem. Nolentes quod idem frater noſter, vel heredes ſui, aut predicte moniales, ſeu ſucceſſores ſue, ratione ſtatuti predicti, per nos vel hæredes noſtros, inde occaſionentur in aliquo, vel graventur. Salvis tamen capitalibus dominis feodi illius ſerviciis inde debitis & conſuetis. In cujus &c. T. Rege apud *Weſtmonaſterium* xviij. die Junii.

Per ipſum Regem

Per inquiſicionem retornatam de Conſilio.

Monialium, *ordinis* S. Claræ, *domus apud* WATERBECHAM *in agro* Cantabrig.

Licentia regia de domo fundanda.

Pat. de an. 22. Ed. 1. mem. 23.

REX omnibus ad quos &c. Salutem. Cum per cartam noſtram conceſſerimus pro nobis & hæredibus noſtris dilecte nobis *Dioniſie* de *Monte Caniſo* manerium de **Waterbeche** cum pertinentiis quod eadem *Dioniſia* de nobis tenet in capite, habendum & tenendum ſibi & aſſignatis ſuis, ita quod inde religioſos feoffare vel ibidem fundare poſſit domum religionis de quocumque voluerit ordine, pro anima noſtra, & animabus anteceſſorum noſtrorum, & ſuorum, & hæredum noſtrorum & ſuorum, & quod Religioſi illi qui inde feoffati vel ibidem fundati fuerint prædictum manerium cum pertinentiis teneant in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, quietum de omni regali & ſeculari ſervicio, ſicut hujuſmodi elemoſina quietiùs & meliùs teneri poterit, prout in carta prædicta pleniùs continetur, & ipſa *Dioniſia* in propoſito jam habeat ſorores *Minoriſſas* ordinis ſanctæ *Claræ* de manerio prædicto cum pertinentiis feoffandi, ibidem imperpetuum altiſſimo ſervituras. Nos propoſitum hujuſmodi commendantes, dedimus ei licentiam, quod ipſa tot ſorores ordinis prædicti illuc à partibus tranſmarinis venire facere, & ipſas de eodem manerio cum pertinentiis feoffare poſſit, quot ad divinum obſequium ibidem celebrandum fore viderit oportunas; Ita quod ſorores illæ quas ipſa *Dioniſia* inde feoffaverit, ibidem pacificè morari & domino famulari ac manerium illud cum pertinentiis habere & tenere poſſint, juxta formam conceſſionis noſtre ſupradicte. In cujus, &c. Teſte Rege apud **Walſingham** iij. die Marcii, anno regni noſtri viceſſimo ſecundo.

Carta Regis Edw. iij. *priorem confirmans*, &c.

Chartæ 8. *Ed.* 3 num. 10.

REX Archiepiſcopis &c. ſalutem. Inſpeximus etiam literas patentes quas idem pater noſter fecit eidem *Dioniſiæ* in hæc verba. *Edwardus* &c. [ut ſupra in charta precedenti.] Nos autem conceſſionem, confirmationem, & licentiam predictas, ac etiam donationem, conceſſionem & confirmationem, quas præfata *Dioniſia* per cartam ſuam fecit de manerio prædicto, Deo & glorioſæ virgini *Mariæ*, & ſanctæ *Claræ*, & *Johannæ* de **Nevers** tunc abbatiſſæ, ac ſororibus ordinis ejuſdem ſancte *Claræ*, videlicet, ordinis *Minoriſſarum* ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, habendum & tenendum eiſdem abbatiſſe & ſororibus, & earum ſucceſſoribus, cum meſuagiis, edificiis, terris, patris, paſturis, mariſcis, communis, turbariis, aquis, gurgitibus, piſcariis, viis & ſemitis, [homagiis liberorum hominum; & omnibus eorum ſervitiis, wardis, releviis, eſcaetis, villanis, cum eorum villenagiis, ſervitiis, & eorum ſequelis, ac omnibus aliis rebus ad predictum manerium quoquo modo ſpectantibus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ratas habentes, & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus, ſicut carte & litere predicte rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *W.* Archiepiſcopo *Cantuar.* totius *Anglie* primate. *T. Winton.* epiſcopo, Cancellario noſtro, & *W. Coventr.* & *Lychfeld.* epiſcopo. *Adomaro* de *Valencia*, Comite *Pembroch. Humfrido* de **Bohun**, Comite **Hereford** & **Eſſex**. *Hugone le Diſpencer* ſeniore. *Radulpho* de *Monte Hermerii. Willielmo* de *Monte-Acuto* Seneſcallo hoſpicii noſtri, & aliis. Datum per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* triceſſimo die Januarii, anno regni noſtri undecimo.

Placita corone apud Cantebrig. *coram* Johanne *de* Berewyk *&* *ſociis ſuis Juſticiar. itinerantibus ibidem in octabis ſancti Hillarii, Anno regni Regis* Edwardi, *filii Regis* Henrici, *viceſimo ſeptimo.*

Eſcaet. 30. *Ed.* 1. n. 99.

PReſentatum eſt per xij. Juratores hundredi de **Northſtowe**, quod Abbatiſſa ordinis ſancte *Clare* de **Waterbeche** clamat habere viſum franci plegii & emendas aſſiſe panis & cerviſie de tenentibus ſuis in **Waterbech**. Et prædicta abbatiſſa per attornatum ſuum venit & dicit, quod ipſa tenet manerium de **Waterbech**, ſimul cum libertatibus prædictis eidem manerio annexis ex dono & feoffamento *Dioniſiæ* de *Monte Caniſo*, per Cartam ipſius *Dioniſiæ* quam profert & quæ hoc teſtatur. Et dicit quod dominus Rex nunc conceſſit, & Carta ſua confirmavit pro ſe & hæredibus ſuis *Dioniſiæ* de *Monte-Caniſo* manerium de **Waterbech** cum pertinentiis quod de ipſo Rege tenuit in capite; ita quod inde religioſos feoffare vel ibidem fundare poſſit domum religionis de quocumque voluerit ordine, pro anima ſua & animabus anteceſſorum ſuorum. Et religioſi illi qui inde feoffati vel ibidem fundati fuerint, prædictum manerium cum pertinentiis teneant in liberam puram & perpetuam elemoſinam quietum de omni regali & ſeculari ſervicio, ſicut hujuſmodi elemoſina quietiùs & meliùs teneri poterit. Et profert eandem cartam quæ hoc teſtatur. Et quod prædicte libertates annexe fuerunt prædicto manerio à tempore quo non exſtat memoria petit quod inquiratur. Et juratores iſtius hundredi, ſimul cum aliis ad hoc electis, dicunt ſuper ſacramentum ſuum quod prædicte libertates annexe fuerunt prædicto manerio à tempore quo non exſtat memoria. Ideo ipſa inde ſine die, &c. ſalvo jure regis, &c.

HOLANDENSE

Cœnobium in agro Lancaſtrenſi.

Charta fundationis Prioratus de **Holand.**

Patent. 12. *Ed.* 2. pat. 2. m. 3.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Inſpeximus literas patentes venerabilis patris *Walteri*, *Coventren.* & *Lichefelden.* epiſcopi, in hæc verba. Univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quorum noticiam præſentes literæ pervenerint, *Walterus* permiſſione divina *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* epiſcopus ſalutem, & gratiam ſalvatoris. Noveritis quod cum olim in eccleſia ſeu capella collegiata ſancti *Thomæ* martyris de **Holand** noſtræ dioceſis fuiſſent capellani ad famulandum Deo perſonaliter, & continuo conſtituti, certis ad ipſorum ſuſtentationem redditibus aſſignatis. Pro eo tamen quod dicti capellani, qui paucis poſtmodum temporibus fuerant concordes, prædictum locum à diu & temerè deſeruerant, & ſic religio ſeu devotio, quæ ibidem perpetuò fieri, & exerceri ſperabatur, diſſolvitur penitus & ceſſavit. Nos collegium ibidem ordinatum diſperſum conſiderantes, & divinum cultum in eodem loco fruſtratum conſpicientes, deſiderantesque propter religionis & divini cultus augmentum ſtatum loci predicti in melius reformari, decanum & capellanos dicti loci omnes & ſingulos, ac omnes alios quorum intererat, ſeu intereſſe poterat in hac parte, ad proponendum canonicum (ſi quod haberent) quare propter cauſas præmiſſas, & alias cauſas legitimas nos meritò inducentes, ibidem monachi, vel canonici regulares ordinari & conſtitui non deberent, coram nobis vel commiſſariis noſtris in hac parte ad certos diem & locum fecimus ad judicium evocari. Et tandem legitimo proceſſu, qui circa hoc requirebatur, in omnibus præhabito & obſervato, ponderatis in omnibus ponderandis juribus univerſis dictum negotium tangentibus, & cùm magna maturitate legitimè diſcuſſis, ad honorem Dei, & beati *Thomæ* martyris glorioſi, & ad augmentationem cultus divini ex cauſis præmiſſis, & quia locus prædictus (inſpecta ejus feracitate & ſitu) magis videtur conveniens viris religioſis quàm ſecularibus ibidem perpetuò manſuris. Ad dictum locum de **Holand** vacantem, monachos ordinis ſancti *Benedicti*, nigrum habitum gerentes, de aſſenſu & conſenſu expreſſo patroni ejuſdem loci, transferendos, ordinandos, & præficiendos, ibidem Deo in perpetuum famulandos, auctoritate noſtra diocæſana pronuntiare fecimus, & in ſcriptis. Nos igitur *Walterus* permiſſione divina epiſcopus antedictus, fratrem *Thomam* de **Doncaſtre** monachum ordinis ſancti *Benedicti*, nigrum habitum gerentem, in dicto loco vacante, ut præmittitur, qui ad ejus regimen per nobile virum dominum *Robertum* de **Holand** ejuſdem loci verum patronum nobis extitit præſentatus, auctoritate noſtra præfici fecimus in Priorem, & ipſum inſtitui canonicè in eodem, & prædictum locum de **Holand** cum omnibus poſſeſſionibus eidem adjacentibus, redditibus, tenementis, libertatibus, & pertinentiis quibuſcunque, una cum advocatione eccleſiæ de **Whichwerke**, & eccleſiæ de **Chilwelle** dicto loco de **Holand**, & collegio dudum ibidem exiſtenti, jam pridem, cum ſuis juribus, & pertinentiis quibuſcunque de domini noſtri regis licentia appropriata, eidem fratri *Thomæ* Priori prædicto, & ſuis ſucceſſoribus, Prioribus ejuſdem loci, ſuoque conventui, & confratribus monachis uſque ad numerum duodecim, juxta modum & regulam ordinis antedicti, ibidem Deo deſervituris imperpetuum, de aſſenſu & conſenſu expreſſo Patroni prædicti ſuper tranſlationem hujuſmodi faciendam, (de quibus nobis per literas ſuas conſtabat) ad plenum aſſignari fecimus, & appropriari, ad ſuſtentationem eorundem Prioris & conventus, ſuorumque ſucceſſorum prædictorum in perpetuum optinenda. Jure tamen pontificali, archidiaconali, & parochiali in dictis eccleſiis de **Holand** & **Childwall** nobis & ſucceſſoribus noſtris, & ipſi archidiacono, & ſucceſſoribus ſuis, ac penſione quadraginta ſolidorum ab eccleſia de **Childwell** antedicta, prædicto loco de **Holand**, ut præmittitur, appropriata, prædictæ eccleſiæ cathedrali *Lichfeldienſi* debita & conſtituta: inſuper & jure patronatus prædicto domino *Roberto*, & ſuis hæredibus ſemper ſalvis. Volentes & ordinantes, de aſſenſu & conſenſu expreſſo patroni prædicti, quod quotiens dictum Prioratum de **Holand**, cedente vel decedente Priore ejuſdem, vacare contigerit, liceat conventui ejuſdem Prioratus tres monachos idoneos ejuſdem domus eligere, quorum unus per patronum loci juxta electionem dicti conventus approbatus, & loci diocæſano præſentatus, præficiatur canonicè in Priorem. Item & quod monachi ibidem exiſtentes, & qui pro tempore fuerint faciant profeſſionem ſuam prædicto Priori & ſuis ſucceſſoribus Prioribus in loco de **Holand** antedicto. Inſuper & quod tempore vacationis Prioratus prædicti liceat patrono ejuſdem unum ſervientem ad cuſtodiam portæ præfati Prioratus aſſignare. Qui tamen de bonis dicti Prioratus diſponere non præſumat, ſed pro tempore vacationis de bonis ejuſdem Prioratus proſe, & uno equo, & unico garcione tantummodo alimentetur. Inſuper quod dicti religioſi rogent ſpecialiter pro animabus omnium pro quibus capellani dudum exiſtentes onerati fuerant exorare. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Data **Lychefeld** decimo die menſis Junii anno Domini MCCCxix. Et conſecrationis noſtræ anno xxiij. Nos autem, &c.

Vide vol. 2. *pag.* 889. *col.* 2.

De hiſce in hac pagina ſequentibus, nil nobis liquet niſi ſolummodo fundatorum nomina, quæ ex Lelando *annotavimus.*

Lel. coll. vol. 1. *p.* 84. Cantuar. *domus S.* Sepulchri, *moniales.*

Kanc. G*Ulielmus Calvel* civis *Cantuar.* primus fundator.

Ibid. p. 60. **Wangford** *Prioratus.*

Suff. Prior cum duobus aliis. Fundator *Doudo Aſini* dapifer domini regis.

Ibid. **Crewe** *Prioratus, tres tantùm in domo.*

Suff. Dominus *Johannes Bovile* miles primus fundator, nunc dominus **Wingfelde.**

Ibid. p. 74. *Prioratus de* **Canington** *monial.*

Somerſ. *Robertus Curcy* primus fundator; modernus comes *Northumbriæ.*

Ibid. p. 85. **Marlow** *Priorat. monialium.*

Buck. *Galfridus* dominus *Spenſar* primus fundator.

Ibid. p. 81 **Eaſt-Eaſeburne** *Priorat. monialium.*

Suff. *Johannes* de **Bone** miles fundator primus; modernus *David Owen* miles.

Ibid. p. 76. **Polleſho** *Priorat. monialium.*

Devon. D. *Bruar* epiſcopus *Exon.* fundator, frater *Gulielmi Bruar* avunculi *Johannis* regis.

Ibid. p. 79. *Priorat. monialium S.* Egidii *in boſco*, Linc. *dioc.*

Herf. *Rogerus Toney* dominus de **Flamſtede** primus fundator; modernus rex.

Ibid. p. 81. **Durford** *Abbat.*

Hamſ. *Henricus Huſey* miles primus fundator *Henricus Guldeford* miles præcipuus benefactor.

Ibid. p. 88. **Umberſtane**, *S.* Mariæ & *D.* Petri.

Linc. *Radulfus* filius *Drogonis,*

Hatfeild-regis *alias* **Hatfeild-bradoke:** Ibid. p. 61.

Albericus Veer fundator. *Eſſex.*

Prioratus S. Olavi. Ibid. p. 59.

Rogerus filius *Osberti* fundator, deinde **Gerningham's.** Habet jus patronatus eccleſiæ de **Borow-caſtel** in com. *Suff.* *Norff.*

Biſton *Prioratus in quo tres fatres.* Ibid. p. 58.

Domina de **Creſſy** fundatrix; nunc **Moulny.** *Norff.*

Heningham *Priorat. monialium.* Ibid. p. 60.

Albericus de **Ver** comes *Oxon.* & *Lucia* uxor ejus prima ibidem Prioriſſa. vide pag. 1020. inter *Addenda.* *Eſſex.*

Malverne minor. Ibid. p. 62.

Jocelinus fundator. *Wigorn.*

Lynne *cella* Norwicenſis *monaſterii.* Ibid. p. 57.

Herebertus epiſcopus *Norwicenſis* fundator, quanquam dominus **Morley** nuper vendicabat jus patronatus. Appropriata eſt huic domui eccleſia S. *Margaretæ* de **Linne.** *Norff.*

Yermouth *cella* Norwic. *monaſterii.* Ibid. p. 58.

Herbertus Loſing epiſc. *Norwic.* fundator. *Norff.*

Aldeby *cella* Norwic. *monaſterii.* Ibid.

Agnes de *Bello fago* prima fundatrix. *Norff.*

Orford *Prioratus monialium.* Ibid. p. 88.

Radulfus de *Albineio* fundator. *Linc.*

Ikelington *Prioratus monialium.* Ibid. p. 55.

Albericus Ver comes *Oxon.* fundator. *Cantabr.*

De antiquis in WALLIA Cœnobiis.

Ex pervetuſto codice MS. ad epiſc. *Landavenſem* olim ſpectante, nunc vero penes virum cl. *Joh. Seldenum* fol. 74.

I*Nſinuandum eſt quod ſanctus* Oudoceus, *cum ſua congregatione,* & Concen *abbas ſancti* Catoci, & Sulgen *abbas* Docunni, & Congen *abbas* Ilduti, *cum omni ſua congregatione,* & Morcant *Rex,* & Frioc *patruus ſuus, venerunt omnes ad* Podum *ſancti* Ilduti, & *ambo* Morcant *Rex* & Frioc, *præſentibus illis omnibus, ſuper altare ſancti* Ilduti, *antepoſitis ſanctis reliquiis juraverunt, ita ut ſimul firmam pacem inter ſe, ſine dolo tenerent. Et ita tali conventione, ut ſi unus alterum occideret, aut ei dolum inferret nullo ſe alio modo redimeret agro, nec argento ſed regnum ſuum quietum clamaret,* & *vitam ſuam totam duceret in peregrinationem. Poſt multum verò temporis, ſuadente diabolo, occidit Rex* Morcant, Frioc, *patruum ſuum dolo;* & *eo occiſo, venit Rex* Morcant *ad* Oudoceum *epiſcopum veniam requirens de perjurio facto, ſimul tum homicidio perpetràto, ad eccleſiam* Landaviam. *Et audita ejus petitione, mandavit epiſcopus* Oudoceus, *propter abbates trium congregationum ſuarum,* Concen *Abbatem* Catoci, Sulgen *abbatem* Docunni, Congen *abbatem* Ilduti *cum ſuis clericis congregatis in unum, in ſancta Sinodo omnibus ab hoſtio* Taratyryg guy *uſque ad hoſtium* Tyvi. *Et venit Rex cum ſenioribus* Morcannuc, *obviam illis ad* Podum Carbani *vallis,* & *ad recipiendum judicium de malefacto ſuo, cum ſumma ſatisfactione. Et plena Sinodus præſentia* Oudocei *epiſcopi judicavit, propter orbitatem regni ne fieret ſine protegente clipeo domini naturalis, peregrinationem illius, jejuniis,* & *orationibus,* & *eleemoſinis redimere, ſimul cum homicidio perjurium expurgare. Et Rex* Morcant, *aſſenſu ſeniorum* Morcanhuc, *poſuit manum ſuam ſuper quatuor evangelia* & *reliquias ſanctorum tenente illa ſancto* Oudoceo; & *promittit inprimis ſe emendaturum de prædicto facinore, ſicut prædictum eſt jejunio,* & *oratione,* & *elemoſina:* & *inſuper promittit, ſe nunquam tale quid amplius facturum,* & *ſe in omnibus regalem juſtitiam miſericorditer acturum juncta ei penitentia ad modum facinorum* & *ad illius qualitatem* & *quantitatem potentiæ, et data ſibi communione chriſtiana, ablata prius ſibi ab epiſcopo* Oudoceo, *clamavit tres congregationes* Catoci, Ilduti, & Docunni, *liberas ab omni regali ſervitio, Deo* & *ſanctis* Teliano, Dubritio, Oudoceo, & omnibus *ſucceſſoribus ſuis. Et ita, cum omni ſua dignitate,* & *privilegio ſanctorum* Dubricii, Teliani, *in perpetua conſecratione eccleſiæ* Landaviæ, & *utrem mellis* & *lebetem ferream, quæ eccleſia S.* Ilduti *regi debebat reddere, quietam Rex* Morcan *clamavit ſine fine,* & *vovit Deo* & Oudoceo *in præſenti ſinodo nunquam inantea in aliquo dominari in tribus congregationibus, nec in earum poſſeſſionibus, nec in refugiis violandis, neque glebam unam ſciens unquam ablaturus vi, aut aliquo malo ingenio de ſuis territoriis,* & *ita liberas ſine ullo cenſu ulli homini terreno, magno vel modico. Data maledictione violaturis, benedictione autem conſervaturis in pace. De clericis teſtes ſunt,* Oudoceus *epiſcopus,* Concen *abbas* Carbanivallis, Sulgen *abbas* Docunni, Congen *abbas* Ilduti, *cum ſuis* Clericis Convoge, Gurcenau, Colbrit, Canoc, Sulgen, Colbran. *De laicis,* Morcan *Rex* Guidgen. Guidoc. Vithel. Vinet. Virthir. Judic. Judguatlon. *cum magna copia clericorum,* & *laicorum, tam ſinodo, quam extra ſinodum.*

Prioratus alienigenæ ORDINIS *Sancti* Benedicti:

Cœnobiola ſc. ciſmarina ſive Anglicana, *quibuſdam majoribus & antiquioribus illius ordinis Cœnobiis ultramarinis, filiarum inſtar, ſubjecta, & de eiſdem Cellarum nomine, dependentia.*

DEORHYRSTENSE *Cœnobium in agro* Glouceſtrenſi, *Cella de* S. Dioniſio *in* Gallia.

J*ohannis Lelandi* de eodem narratio.

Lel. itinerar. vol. 6. fol. 79.

BEDE makith mention that in his tyme ther was a notable abbay at Derehurſte. **It was deſtroyed by the** Danes. **Wer**ſtanus **fledde thens (as it is ſaid) to** Malverne. **The** French **order was an erection ſyns the conqueſt. The olde priory ſtode eſte from** Severne **a bow ſhote, and north of the toune. There remayne yet divers names of ſtreats, as** Fiſchar ſtrete, **and other, but the buildings of them be gone.**

Id eſt. Beda *narrat, quod in diebus ſuis inſignis erat abbatia* Deorhurſtæ. *A* Danis *autem deſtructa fuit.* Werſtanus *inde (ut dicitur)* Malvernam *fugit. Ordinis* Gallici *illic inſtitutio conqueſtum* [Normannicum] *ſubſecuta fuit. Vetus Prioratus* [ædes ſcil.] *à* Sabrinâ *orientem verſus, circa ſagittæ volatum, ad aquilonem villæ diſtabat. Plura platearum nomina adhuc manent, Piſcariorum vicus ſcil. & alii; ædificia verò perierunt.*

Præceptum Willielmi *regis Anglorum de* **Deorhirſt.**

Ex regiſtro S. Dioniſii in Gallia.

W*Illielmus* rex *Anglorum*, comes *Normannorum* atque *Cenomannenſium*, Chriſti fidelibus ubique gentium. Miſerator & miſericors Deus patiens & multum miſericors, inter cetera ſuæ miſerationis præcepta cum univerſa quæ poſſidet homo ultra quam dici poteſt compendioſa ſint ad comparationem beatitudinis æternæ, præcepit nobis ex hiis quæ jure poſſidemus, indeficientes theſauros theſaurizare, dicens, *Theſaurizate vobis theſauros in cœlo ubi nec ærugo nec tinea exterminant.* Cujus præcepti amore ſtimulati, ego & collateralis mea *Matildis*, cum prudenti conſilio procerum noſtrorum, pro ſalute animæ noſtræ omniumque liberorum noſtrorum eccleſiam de **Derherſt** ſitam in territorio & comitatu civitatis *Gloeceſtriæ* S. *Dionyſio*, cujus prærogativa apoſtolatu *Gallus* populus congratulatur, cum omnibus inibi appendiciis conferimus, ſicut fideli noſtro *Baldwino*, ejuſdem Sancti monacho, illuſtris anteceſſor noſter rex *Edwardus* ſuis propriis uſibus dedit, priuſquam abbatiam S. *Eadmundi*, cui nunc præeſt, ab eodem ſuſciperet, & ſicuti nos poſtmodum adepto regno ipſi conceſſimus. Sit autem hæc cum omnibus quæ ad ipſam pertinere dinoſcuntur libera ab omni negotio. Roboramus etiam hoc privilegio donum quod prænominatus rex eidem ſancto pro nanciſcenda mercede æterna contulit, videlicet *Teyntuna* cum omnibus ad ſe pertinentibus: ſancientes eam liberam ſicut & hanc quam ipſi tribuimus, quatinus nos & ſoboles noſtra ipſius ſancti precibus ſociorumque ejus *Ruſtici* & *Eleutherii* adipiſci mereamur proſperum præſentis vitæ ſtatum & æternæ ſtationis portum. Si quis autem ex hac noſtra donatione quippiam dirimerit, cujuſcunque poteſtatis ſit, ex auctoritate Dei omnipotentis cum *Dathan* & *Abyron* ſimilem ſortiatur portionem, niſi reſipiſcens ſatisfactionem & emendationem Sancto fratribuſque loci ipſius attitulatis exhibuerit. Anno Dominicæ incarnationis Mlxix. regni verò *Willielmi* regis I. in ſecunda die Paſchæ hoc privilegium firmatum eſt in monaſterio ſancti *Swithuni* apud civitatem **Winceſtre** cum celebraretur miſſa, Hiis teſtibus, conſentientibus.

Teynton in comitatu *Oxoniæ.*

Ego *Willielmus* rex, hanc noſtram donationem & corroborationem ſigno ✠ Agiæ crucis munivi.

Ego *Mathildis*, regina ejuſdem regis, hoc mihi placere profeſſa ſum.

Ego *Ricardus* regis filius, patris & matris donum libentiſſimè annui.

Ego *Stigandus*, eccleſiæ *Cantuarienſis* archiepiſcopus, confirmavi.

Ego *Aldredus*, *Eboracenſis* archiepiſcopus, confirmavi.

Ego *Willielmus* epiſcopus *Lundoniæ*, confirmavi. Ego *Aielricus* epiſcopus. Ego *Hermannus* epiſcopus. Ego *Gilo* epiſcopus. Ego *Linricus* epiſcopus. Ego *Odo* epiſcopus, frater regis, Ego *Goſfridus* epiſcopus I. *Landavenſis.* Ego *Baldwinus*, *Ebroicenſis* epiſcopus. Ego *Ernaldus*, *Cenomannenſis* epiſcopus.

De antiquis in WALLIA Cœnobiis.

Ex pervetuſto codice MS. ad epiſc. *Landavenſem* olim ſpectante, nunc vero penes virum cl. *Joh. Seldenum* fol. 74.

I*Nſinuandum eſt quod ſanctus* Oudoceus, *cum ſua congregatione, &* Concen *abbas ſancti* Catoci, & Sulgen *abbas* Docunni, & Congen *abbas* Ilduti, *cum omni ſua congregatione, &* Morcant *Rex, &* Frioc *patruus ſuus, venerunt omnes ad* Podum *ſancti* Ilduti, & *ambo* Morcant *Rex &* Frioc, *præſentibus illis omnibus, ſuper altare ſancti* Ilduti, *antepoſitis ſanctis reliquiis juraverunt, ita ut ſimul firmam pacem inter ſe, ſine dolo tenerent. Et ita tali conventione, ut ſi unus alterum occideret, aut ei dolum inferret nullo ſe alio modo redimeret agro, nec argento ſed regnum ſuum quietum clamaret, & vitam ſuam totam duceret in peregrinationem. Poſt multum verò temporis, ſuadente diabolo, occidit Rex* Morcant, Frioc, *patruum ſuum dolo; & eo occiſo, venit Rex* Morcant *ad* Oudoceum *epiſcopum veniam requirens de perjurio facto, ſimul tum homicidio perpetrato, ad eccleſiam* Landaviam. *Et audita ejus petitione, mandavit epiſcopus* Oudoceus, *propter abbates trium congregationum ſuarum,* Concen *Abbatem* Catoci, Sulgen *abbatem* Docunni, Congen *abbatem* Ilduti *cum ſuis clericis congregatis in unum, in ſancta Sinodo omnibus ab hoſtio* Taratyryg guy *uſque ad hoſtium* Tyvi. *Et venit Rex cum ſenioribus* Morcannuc, *obviam illis ad* Podum Carbani *vallis, & ad recipiendum judicium de malefacto ſuo, cum ſumma ſatisfactione. Et plena Sinodus præſentia* Oudocei *epiſcopi judicavit, propter orbitatem regni ne fieret ſine protegente clipeo domini naturalis, peregrinationem illius, jejuniis, & orationibus, & elemoſinis redimere, ſimul cum homicidio perjurium expurgare. Et Rex* Morcant, *aſſenſu ſeniorum* Morcanhuc, *poſuit manum ſuam ſuper quatuor evangelia & reliquias ſanctorum tenente illa ſancto* Oudoceo; *& promittit inprimis ſe emendaturum de prædicto facinore, ſicut prædictum eſt jejunio, & oratione, & elemoſina: & inſuper promittit, ſe nunquam tale quid amplius facturum, & ſe in omnibus regalem juſtitiam miſericorditer acturum juncta ei penitentia ad modum facinorum & ad illius qualitatem & quantitatem potentiæ, et data ſibi communione chriſtiana, ablata prius ſibi ab epiſcopo* Oudoceo, *clamavit tres congregationes* Catoci, Ilduti, & Docunni, *liberas ab omni regali ſervitio, Deo & ſanctis* Teliano, Dubritio, Oudoceo, & omnibus *ſucceſſoribus ſuis. Et ita, cum omni ſua dignitate, & privilegio ſanctorum* Dubricii, Teliani, *in perpetua conſecratione eccleſiæ* Landaviæ, *& utrem mellis & lebetem ferream, quæ eccleſia S.* Ilduti *regi debebat reddere, quietam Rex* Morcan *clamavit ſine fine, & vovit Deo &* Oudoceo *in præſenti ſinodo nunquam inantea in aliquo dominari in tribus congregationibus, nec in earum poſſeſſionibus, nec in refugiis violandis, neque glebam unam ſciens unquam ablaturus vi, aut aliquo malo ingenio de ſuis territoriis, & ita liberas ſine ullo cenſu ulli homini terreno, magno vel modico. Data maledictione violaturis, benedictione autem conſervaturis in pace. De clericis teſtes ſunt,* Oudoceus *epiſcopus,* Concen *abbas* Carbanivallis, Sulgen *abbas* Docunni, Congen *abbas* Ilduti, *cum ſuis* Clericis Convoge, Gurcenau, Colbrit, Canoc, Sulgen, Colbran. *De laicis,* Morcan *Rex* Guidgen. Guidoc. Vithel. Vinet. Virthir. Judic. Judguatlon. *cum magna copia clericorum, & laicorum, tam ſinodo, quam extra ſinodum.*

Prioratus alienigenæ ORDINIS *Sancti* Benedicti :

Cœnobiola ſc. ciſmarina ſive Anglicana, *quibuſdam majoribus & antiquioribus illius ordinis Cœnobiis ultramarinis, filiarum inſtar, ſubjecta, & de eiſdem Cellarum nomine, dependentia.*

DEORHYRSTENSE *Cœnobium in agro* Glouceſtrenſi, *Cella de* S. Dioniſio *in* Gallia.

J*ohannis Lelandi* de eodem narratio.

Lib. itinerar. vol. 6. fol. 79.

BEDE makith mention that in his tyme ther was a notable abbay at Derehurſte. It was deſtroyed by the Danes. Werſtanus fledde thens (as it is ſaid) to Malverne. The French order was an erection ſyns the conqueſt. The olde priory ſtode eſte from Severne a bow ſhote, and north of the toune. There remayne yet divers names of ſtreats, as Fiſchar ſtrete, and other, but the buildings of them be gone.

Id eſt. Beda *narrat, quod in diebus ſuis inſignis erat abbatia* Deorhurſtæ. *A* Danis *autem deſtructa fuit.* Werſtanus *inde (ut dicitur)* Malvernam *fugit. Ordinis* Gallici *illic inſtitutio conqueſtum* [Normannicum] *ſubſecuta fuit. Vetus Prioratus* [ædes ſcil.] *à* Sabrinâ *orientem verſus, circa ſagittæ volatum, ad aquilonem villæ diſtabat. Plura platearum nomina adhuc manent, Piſcariorum vicus ſcil. & alii; ædificia verò perierunt.*

Præceptum Willielmi *regis Anglorum de* Deorhirſt.

Ex regiſtro S. Dioniſii in Gallia.

W*Illielmus* rex *Anglorum*, comes *Normannorum* atque *Cenomannenſium*, Chriſti fidelibus ubique gentium. Miſerator & miſericors Deus patiens & multum miſericors, inter cetera ſuæ miſerationis præcepta cum univerſa quæ poſſidet homo ultra quam dici poteſt compendioſa ſint ad comparationem beatitudinis æternæ, præcepit nobis ex hiis quæ jure poſſidemus, indeficientes theſauros theſaurizare, dicens, *Theſaurizate vobis theſauros in cœlo ubi nec ærugo nec tinea exterminant.* Cujus præcepti amore ſtimulati, ego & collateralis mea *Matildis*, cum prudenti conſilio procerum noſtrorum, pro ſalute animæ noſtræ omniumque liberorum noſtrorum eccleſiam de Derherſt ſitam in territorio & comitatu civitatis *Gloeceſtriæ* S. *Dionyſio*, cujus prærogativa apoſtolatu *Gallus* populus congratulatur, cum omnibus inibi appendiciis conferimus, ſicut fideli noſtro *Baldwino*, ejuſdem Sancti monacho, illuſtris anteceſſor noſter rex *Edwardus* ſuis propriis uſibus dedit, priuſquam abbatiam S. *Eadmundi*, cui nunc præeſt, ab eodem ſuſciperet, & ſicuti nos poſtmodum adepto regno ipſi conceſſimus. Sit autem hæc cum omnibus quæ ad ipſam pertinere dinoſcuntur libera ab omni negotio. Roboramus etiam hoc privilegio donum quod prænominatus rex eidem ſancto pro nanciſcenda mercede æterna contulit, videlicet *Teyntuna* cum omnibus ad ſe pertinentibus: ſancientes eam liberam ſicut & hanc quam ipſi tribuimus, quatinus nos & ſoboles noſtra ipſius ſancti precibus ſociorumque ejus *Ruſtici* & *Eleutherii* adipiſci mereamur proſperum præſentis vitæ ſtatum & æternæ ſtationis portum. Si quis autem ex hac noſtra donatione quippiam dirimerit, cujuſcunque poteſtatis ſit, ex auctoritate Dei omnipotentis cum *Dathan* & *Abyron* ſimilem ſortiatur portionem, niſi reſipiſcens ſatisfactionem & emendationem Sancto fratribuſque loci ipſius attitulatis exhibuerit. Anno Dominicæ incarnationis Mlxix. regni verò *Willielmi* regis I. in ſecunda die Paſchæ hoc privilegium firmatum eſt in monaſterio ſancti *Swithuni* apud civitatem Winceſtre cum celebraretur miſſa, Hiis teſtibus, conſentientibus.

Teynton in comitatu *Oxoniæ.*

Ego *Willielmus* rex, hanc noſtram donationem & corroborationem ſigno ✠ Agiæ crucis munivi.

Ego *Mathildis*, regina ejuſdem regis, hoc mihi placere profeſſa ſum.

Ego *Ricardus* regis filius, patris & matris donum libentiſſimè annui.

Ego *Stigandus*, eccleſiæ *Cantuarienſis* archiepiſcopus, confirmavi.

Ego *Aldredus*, *Eboracenſis* archiepiſcopus, confirmavi.

Ego *Willielmus* epiſcopus *Lundoniæ*, confirmavi. Ego *Aielricus* epiſcopus. Ego *Hermannus* epiſcopus. Ego *Gilo* epiſcopus. Ego *Linricus* epiſcopus. Ego *Odo* epiſcopus, frater regis, Ego *Goſfridus* epiſcopus I. *Landavenſis.* Ego *Baldwinus*, *Ebroicenſis* epiſcopus. Ego *Ernaldus*, *Cenomannenſis* epiſcopus.

Ego *Robertus*, comes, regis frater, cum benevolentia conſenſi. Ego *Guillelmus* comes, filius *Osberni.* Ego *Robertus* comes *Augenſis* caſtri. Ego *Radulfus* comes. Ego *Brien.*

Ego *Radulfus* de *Alnoo.* Ego *Henricus Ferrarienſis.* Ego *Hugo* de *Monteforti.* Ego *Ricardus* filius *Giſleberti* comitis. Ego *Rogerus* de *Juri.* Ego *Haimo* regis dapifer. Ego *Robertus* frater hujus *Haimonis.*

Diploma cœnobitas ex alienigenis faciens indigenas.

Pat.21.H. 6.par.2. nu.2.m.37. R*Ex omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod cum Prioratus de* **Derhurſt** *in comitatu* Glouceſtriæ *alienigena, ordinis ſancti* Benedicti, *in quo quidem Prioratu (qui anno Domini milleſimo ſexto monaſterium vocabatur) Sanctus* Alphegus *adtunc fuit profeſſus monachus, qui poſtea tempore Regis* Ethelredi, *quondam regis* Angliæ, *progenitoris noſtri, extitit archiepiſcopus* Cantuarienſis, *prout in legenda ipſius ſancti* Alphegi *pleniùs, ut dicitur, poterit apparere: ob ſinceram & internam devotionem quam ſanctæ ac nobilis memoriæ ſanctus* Edwardus, *quondam* Rex Angliæ, *progenitor noſter, penes ſanctum* Dioniſium *habuit & gerebat, domui ſive abbatiæ ſancti* Dioniſii *in* Francia *per eundem nuper Regem ſanctum* Edwardum *datus fuerit & collatus, a tempore donationis & collationis hujuſmodi, cella abbatiæ illius ac Prioratus perpetuus & conventualis extiterit & exiſtat de præſenti; Habeantque nunc Prior & conventus Prioratus prædicti, ipſique & eorum prædeceſſores Priores & conventus Prioratus illius à tempore quo memoria hominum non exiſtit, clauſtrum, dormitorium, refectorium, & ſigillum commune, ac alia Prioratui perpetuo & conventuali & ordini prædicto, ac honeſtati religionis illius, neceſſaria & oportuna, ac in hac parte neceſſariò requiſita, juxta ſuarum copiam facultatum infra Prioratum illum continuè habuerunt; iidemque nunc Prior* & *conventus habeant de præſenti, prout certitudinaliter informamur: Virtute quarum donationis & collationis abbas & conventus dictæ abbatiæ ſancti* Dioniſii *in qualibet vacatione Prioratus prædicti quendam virum religioſum dictæ abbatiæ ſancti* Dioniſii *ad Prioratum illum continuè præſentarunt, qui virtute præſentationis illius extitit Prior perpetuus ejuſdem Prioratus, quouſque jam tardè, ex cauſa guerre inter nos & ipſos de* Francia *habite* & *ſuborte, acceſſus ad dictam abbatiam pro hujuſmodi præſentatione inibi optinenda haberi nequibat nec haberi valeat de præſenti. Unde nobis per dilectum nobis in Chriſto* Hugonem, *nunc Priorem Prioratus prædicti, & ejuſdem loci conventum eſt humiliter ſupplicatum, ut, hiis per nos debite ponderatis, velimus remedium pro eorum & ſucceſſorum ſuorum periculo imminenti in hujuſmodi præſentatione impoſterum optinenda evitando benigniſſimè providere. Nos humillime ſupplicationi favorabiliter inclinati, de gratia noſtra ſpeciali, ac de non modica ſeu matura premiſſorum conſideratione, conceſſimus eidem* Hugoni, *nunc Priori Prioratus prædicti, & ejuſdem loci conventui, quod ipſi & eorum ſucceſſores ſint indigene, & exnunc imperpetuum pro indigenis reputentur, ac eiſdem modo & forma, & adeo liberè & integrè in omnibus & per omnia tractentur, teneantur, & reputentur prout alii Priores* Anglici *tractantur, tenentur, & reputantur. Et quod iidem Prior & conventus, & eorum ſucceſſores de cætero habeant & teneant Prioratum prædictum ut Prioratum* Anglicum *& indigenam ac omnia maneria terras tenementa & poſſeſſiones ejuſdem Prioratus cum omnibus ſuis pertinentiis. Habeantque omnia & omnimoda libertates, immunitates, & privilegia, & eis libere gaudeant & utantur quæ homines religioſi ejuſdem ordinis* Ancè *oriundi habent, & eis bene gaudent & utuntur, ſolvendo decimas ſubſidia & alia deveria prout alii indigene ejuſdem ordinis infra dictum regnum noſtrum* Angliæ *faciunt atque ſolvunt. Et inſuper, de uberiori gratia noſtra, conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eiſdem Priori & conventui & ſucceſſoribus ſuis prædictis, quod quotiens & quando Prioratum prædictum per mortem, reſignationem, ſeu ceſſionem Prioris ejuſdem Prioratus, vel alio modo quocunque, vacare contigerit, tunc conventus prædictus ſive monachi ejuſdem loci in qualibet ſingulari vacatione ejuſdem Prioratus de ſeipſis liberam habeant electionem ad unum ex eis in Priorem loci illius eligendum, licentia prius de nobis vel hæredibus noſtris inde habita & obtenta. In cujus, &c. Teſte rege, apud* **Cheſwyk** *xxiiij. die Februarii.*

Per breve de privato ſigillo & de data prædicta, auctoritate Parliamenti & pro viginti libris ſolutis in hanaperio.

Extenta terrarum.

HÆc eſt extenta facta per preceptum domini regis de terris & tenementis Prioris de **Derhurſte** in com. *Glouc.* exceptis eccleſiis quas habet in proprios uſus, quantum valeant inſtaurate & quantum deinſtaurate, per ſacramentum *Ricardi* de **Apperleg,** *Johannis* de **Alre,** (&c.) Qui dicunt quod Prior de **Derhurſte** habet xii. bovatas terræ apud **Okintone,** & valent per annum xx. ſol. Item habet ibidem iiij. lib. xij. s. ij. d. de redditu aſſiſo cum auxiliis ruſticorum. In villenagio iiij. lib. iiij. s. iiij. d. Item manerium illud nullum poteſt ſuſtinere inſtaurum quia nullum habet pratum, niſi tantum de quo poteſt percipere annuatim unam karratam feni, & redditus domini *Roberti* de *Mucegros* dimid. marc.

bundel Excerti lo ip. H.3. tem46.

Summa redditus tam liberorum quam ruſticorum cum xij prædictis bovatis. x. l. iij. s. ij. d.

Item idem Prior eſt patronus eccleſiæ de **Wulſiſtone,** & habet ibidem xij. bovatas terræ, & valent per annum xx. ſol. In redditu aſſiſo cum auxiliis ruſticorum xliij. s. & ix. d. In villenagio iij. lib. xij. s. vij. d. & ob. Manerium illud nullum poteſt ſuſtinere inſtaurum, quia nullum habet pratum niſi tantum de quo poteſt percipere annuatim unum carectum feni.

Summa vj. lib. xvj. ſol. iiij. den. & ob.

Idem Prior eſt perſona eccleſiæ de **Derhurſte,** & habet ibidem xxij. s. de redditu aſſiſo, & nullum dominicum. Idem Prior habet quinque acras terræ apud **Hawes** in dominico & valent ij. s. In redditu aſſiſo cum auxilio ruſticorum lx. s. & x. d. In villenagio liiij. s. xj. d. ob.

Summa v. l. xvij. s. & ix. d. ob.

Et valet inſtauramentum vij. lib. non inſtauramentum v. lib. xvij. s. ix d.

Item idem Prior eſt Patronus eccleſiæ de **Culne**, & habet ibidem unam carucatam & dimidiam, & valet per annum xx. s. In redditu aſſiſ. cum auxilio ruſticorum iiij. l. xix. s. vj. d. In villenagio iij. lib.. & x. s.

Summa ix.l.ix.s.vj.d.

Idem Prior eſt patronus eccleſiæ de **Preſtone**, & habet ibidem duas carucatas terræ,& valent per annum xviij. s. In redditu aſſiſ. cum auxilio ruſticorum iiij. lib. xiij. s. vj. d. In villenagio lvij. s. Manerium illud nullum poteſt ſuſtinere inſtauramentum.

Summa viij.l.viij.s.vj.d.

Item idem Prior eſt Patronus eccleſiæ de **Welneford**, & habet duas carucatas terræ,& valent duas marcas. In redditu aſſiſ. cum auxilio ruſticorum vij.l.ix.s. In villenagio lxxiiij,s. & non poteſt ſuſtinere inſtauramentum.

Summa xij,l.ix.s. viij.d.

Item idem Prior eſt Patronus eccleſiæ de **Cumpthone**, & habet ibidem duas carucatas terræ, & valent xx. ſol. In redditu aſſiſ.cum auxilio ruſticorum lij. s. In villenagio iiij. lib. & x. s.

Summa viiij.l.x.s.non inſtauramentum viij.l.ij.s.

OTERIENSE *Cœnobium in agro* Devonienſi, *cella* S. Mariæ Rothomagi.

Charta regis Edwardi *confeſſoris dicti, recenſita & confirmata.*

Pat.4.Ric. 2. par.1. mem.3.

REX omnibus ad quos &c. ſalutem. Inſpeximus literas patentes domini *H.* quondam regis *Angliæ*, progenitoris noſtri, in hæc verba. *Henricus* Dei gratia rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, & dux *Aquitanniæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Prepoſitis, Miniſtris, & omnibus ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Inſpeximus cartam quam ſanctus *Edwardus*, quondam rex *Angliæ* illuſtris, fecit ſanctæ Dei genitrici ſemperque virgini *Mariæ Rotomagenſis* civitatis, in hæc verba.

1060. ☧ In nomine Dei & domini noſtri *Jeſu Chriſti*, anno verò dominice incarnationis milleſimo ſexageſimo I. ego *Edwardus* gratia favente cuntipotentis Dei rex exiſtens *Angligenarum*, anno octavo decimo coſmi cal. mei imperii ſcilicet a ſupremo rege,qui capud noſtrum conſtat, michi quamvis indigno accomodati,dum plerumque cernerem, & attenciùs cogitarem de hujuſmodi rebus coſmi tranſitoriis atque caducis,& quo modo ſuperni judicis arbitrio vana cuncta ac ſuperflua redarguuntur,atq; diſſipantur,& quaſi ventus aut fumigantis ignis vapor evaneſcunt,ſecundum illud quod apoſtolus *Paulus* in ſacra ſcriptura clara predicatione pronunciat, dicens, *omnia quæ in hoc mundo videntur, temporalia ac tranſitoria ſunt, quæ autem non videntur æterna.* Cujus rei gratia, cum conſenſu meorum fidelium, ceteris faventibus mei regni primatibus tribui quandam villam, nomine *Aregiam*, ſanctæ Dei genitrici ſemperque virgini *Mariæ Rotomagenſis* civitatis, prò ſalute ac redemptione animæ meæ, & ut ipſa ſit interventrix pro piaculis meis apud dominum noſtrum *Jeſum Chriſtum*, quem ipſa virgo de ſpiritu ſancto genuit incarnatum. Quid plura? cum omnibus quæ ritè ad prædictam villam pertinere dinoſcuntur, campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & cum omnibus aliis rebus quæ ſibi jure ſubjugationis conſiſtunt, a me & anteceſſoribus meis, hilariter conceſſi ad illum præfatum locum ſanctæ *Mariæ*, ut ipſi qui ſibi ſervicium eccleſiaſticum in illo loco præbuerint victus ſui alimenta augeant & eternaliter illam poſſideant, & ut me in memoria habeant. Sit autem particulata donatio libera ab omni regali ſervicio & ab omni ambitione mundialium curarum, niſi quod communi populo providendum eſt, id eſt, pontis arciſve conſtructione, & regni defenſione. Si quis autem hujuſmodi donationis munificentiam augere voluerit, feliciter inter celibes celeſtium turmarum ſine fine in eterna gloria voti compos letetur, ſin autem, (quod non optamus,) aliquis prædictum noſtrum donum deſtruere atque delere voluerit, noverit ſe eſſe anathematizatum ante tribunal domini noſtri *Jeſu Chriſti*, niſi prius digna ſatisfactione emendare maluerit.

[*Hic ſequuntur metæ terrarum abbatiæ S.* Mariæ Rothomagi *conceſſarum*, Saxonicè *deſcriptæ, ſed ſcriptoris vitio adeo depravatæ, ut eas exſcribere non curavimus.*]

Hic ſunt deſignata nomina teſtium qui fuerunt in preſentia quando exhibui prefate donationis cartulam. ✠ Ego *Eadwardus* rex *Anglorum*, hujus donationis auctoritatem libenter conceſſi. ✠ Ego *Eadgyd*, ejuſdem regis collaterana, hanc regalem donationem confirmavi. ✠ Ego *Stigandus* archiepiſcopus conſignavi. ✠ Ego *Ealdredus* archiepiſcopus conſolidavi. ✠ Ego *Mernmannus* epiſcopus corroboravi. ✠ Ego *Egelricus* epiſcopus coadunavi. ✠ Ego *Leofricus* epiſcopus conquievi (*&c.*) Nos autem &c. confirmamus.

Licentia regia de manerio *Oterienſi*,& advocatione eccleſiæ ibidem alienandis.

REX *omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Decano & capitulo eccleſiæ ſanctæ* Mariæ Rotomagenſis *in* Normannia *qui manerium de* **Otery** *ſanctæ* Mariæ *cum pertinentiis in comitatu* Devoniæ *& advocationem eccleſiæ ejuſdem manerii in liberam puram & perpetuam elemoſinam de nobis in capite & prædictam eccleſiam in proprios uſus tenent, ut dicitur, quod ipſi dictum manerium cum pertinentiis & advocationem prædictam dare poſſint & concedere* Pat 8.Ed. 3.part.2. mem.27.

venerabili patri Johanni *de* Grandiſono *epiſcopo* Exon. *Habend. & tenend. ſibi & hæredibus ſuis de nobis & hæredibus noſtris per ſervitia inde debita & conſueta imperpetuum. Et eidem epiſcopo, quod ipſe manerium prædictum cum pertinentiis & advocationem prædictam a præfatis decano & capitulo recipere poſſit & tenere ſibi & hæredibus ſuis de nobis & hæredibus noſtris per ſervicia prædicta imperpetuum ſicut prædictum eſt, tenore preſentium, ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem. Nolentes, quod prædicti decanus & capitulum, vel ſucceſſores ſui aut præfatus epiſcopus ſeu hæredes ſui ratione præmiſſorum per nos vel hæredes noſtros, juſtitiarios, eſcaetores, vicecomites aut alios ballivos ſeu miniſtros noſtros quoſcunque occaſionentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur. In cujus, &c. T. R. apud* Weſtmon. *xxv. die Septembris.*

Per ipſum Regem & breve
de privato ſigillo.

Licentia regia de collegio canonicorum ſecularium apud **Otery** *fundando.*

Pat. de an. 11. *Ed.* 3. part. 3. m. 4.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod de gratia noſtra ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt venerabili patri *Johanni* de *Grandiſono Exonienſi* epiſcopo, quod ipſe quoddam monaſterium ſive eccleſiam collegiatam de certo numero canonicorum ſecularium in honore domini noſtri *Jeſu Chriſti*, & beatæ *Mariæ* virginis glorioſe matris ſuæ, ſancti *Edwardi* confeſſoris, & omnium ſanctorum, apud **Otery** ſanctæ *Mariæ*, ſive in eccleſia parochiali ejuſdem villæ, ſive in aliquo alio loco ibidem ubi expedire viderit, ad certas cantarias & alia pietatis opera per ipſum epiſcopum inibi juxta ordinationem ſuam in hac parte ſtatuendam, facienda, & exercenda, & manerium de **Otery** ſanctæ *Mariæ* cum pertinentiis in comitatu **Devonſcire**, & advocationem eccleſiæ prædictæ, quæ de nobis tenentur in capite ut dicitur, & quæ idem epiſcopus ſibi & ſucceſſoribus ſuis de licentia noſtra de decano & capitulo eccleſiæ beatæ *Mariæ Rotomagenſis* in *Normannia*, qui dicta manerium & advocationem in liberam puram & perpetuam elemoſinam, & eandem eccleſiam priùs in proprios uſus, ut dicitur, tenuerunt, adquiſivit, dare poſſit & aſſignare cuſtodi ejuſdem monaſterii ſive eccleſiæ collegiate ac canonicis per ipſum epiſcopum ibidem conſtituendis, habend. & tenend. eiſdem cuſtodi & canonicis & eorum ſucceſſoribus pro ſuſtentatione ipſorum cuſtodis & canonicorum ac aliorum miniſtrorum in eodem monaſterio ſive eccleſia collegiata in divinis obſequiis deſerviturorum, juxta ordinationem ipſius epiſcopi prædictam de nobis & hæredibus noſtris in liberam puram & perpetuam elemoſinam inperpetuum. Et iiſdem cuſtodi & canonicis, quod ipſi prædictum manerium cum pertinentiis & advocationem illam a præfato epiſcopo recipere, ac prædictam eccleſiam appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus, ac dictum manerium cum pertinentiis & advocationem prædictam tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis pro ſuſtentatione ſua & aliorum miniſtrorum prædictorum, ac ad cantarias & alia pia opera prædicta, juxta ordinationem ipſius epiſcopi prædictam ibidem ſtatuenda & ſuſtentanda in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium, ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem; ſtatuto, de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. Nolentes, quod prædictus epiſcopus ſeu hæredes ſui, aut præfati cuſtos & canonici vel ſucceſſores ſui, ratione præmiſſorum ſeu ſtatuti prædicti per nos vel hæredes noſtros, juſticiarios, eſcaetores, vicecomites, aut alios ballivos ſeu miniſtros noſtros quoſcunque inde occaſionentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur. In cujus, &c. T. R. apud *Weſtmonaſterium* decimo quinto die Decembris.

LEVESHAMENSE

Cœnobium in agro Cantiano, *cella* S. Petri *apud* Gandavum *in* Flandria.

Charta regis Henrici *tertii, loci prædia & privilegia recenſens & confirmans.*

Cartæ 13. Hen. 3. m. 9.

H. Dei gratia Rex *Angliæ*, *Radulfo* archiepiſcopo, & *Rogero* epiſcopo *Sarum*, & vicecomitibus de **London** & de **Kent**, & omnibus baronibus & miniſtris ſuis *Francis* & *Anglis* de **London**, & **Kent** ſalutem. Præcipio, quod abbates & monachi de ſancto *Petro* de **Gant** habeant & teneant manerium ſuum de **Leveſham** & de *Grenewico*, cum eccleſiis ſuis & cimiteriis & decimis & omnibus terris & redditibus eiſdem eccleſiis pertinentibus, & cum decimis de **Andreſwald**, cum conſuetudinibus, & redditibus ſuis & cum omnibus aliis appendiciis ſuis, ſicut cartæ regum *Edwardi* & *Willielmi* patris mei teſtantur, & cum terra infra *Lond.* de *Weirmanacra* quæ pertinet ad eandem **Grenewiz**, cum *ſaka* & *ſokna*, **tol & theam** & **infangenethef**, & cum omnibus aliis conſuetudinibus, legibus, & libertatibus ſuis & *Wervagio* ſuo **bi lande** & **bi ſtrande**, & ſint quieti de placitis & querelis & ſyris & hundredis, in burgo & extra, in aqua & extra, in boſco & in plano, ita bene & plenè liberè & honorifice ſicut unquam meliùs tenuerunt tempore Regis *Edwardi* & *Willielmi* patris mei, & fratris mei & meo poſtmodum. Et præcipio, quod habeant decurſus aquarum ſuarum ubi voluerint, & piſcarias ſuas & ſtagnum & paludes & volatilia ſua infra ambitum villæ, Et de molendinis ſuis quæ ſunt ſuper terras ſuas, & de theloneis ſuis & menſuris annonæ ſuæ & cerviſiarum ſuarum de omnibus miniſtris meis firmam pacem meam habeant, Ita quod nulli reſpondeant niſi abbati & monachis. Et habeant in eadem villa ſua *Huderam* ſuam liberam & quietam, & omnes qui ibi advenerint faciant abbati & monachis eaſdem conſuetudines omnes quas facere ſolebant tempore Regis *Edwardi* & tempore prædeceſſorum meorum. Et præcipio quod habeant warennam

nam ſuam in eadem villa liberam & quietam, ita quod nullus in ea leporem vel aliam beſtiam fuget niſi per abbatem & monachos. Et prohibemus, ne ſuper hiis de hac elemoſina mea aliquis eis injuriam vel contumeliam ſive torturam amodo faciat ſuper forisfacturam decem librarum. T. *Roberto* comite de *Mell.* & *Willielmo* comite *Warenna*, & *Willielmo* de *Albinaico*, & *Roberto* filio *Sueni* de *Eſſex.* & . . . . . . *Lend.* apud *Weſtmon.*

Vide vol. 2. *pag.* 890.

Prioratus S. MICHAELIS *de* Monte *in agro* Cornubienſi, *cella ſancti* Michaelis *de periculo maris in* Normannia.

Carta de ſancto Edwardo *Rege* Anglorum *pro Prioratu ſancti* Michaelis de Cornubia.

Ex ipſo autographo apud S. Michaelem in Normannia.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ego *Edwardus* Dei gratia *Anglorum* Rex, dare volens pretium redemptionis animæ meæ, vel parentum meorum, ſub conſenſu & teſtimonio bonorum virorum, tradidi ſancto *Michaeli* archangelo in uſum fratrum Deo ſervientium in eodem loco, ſanctum *Michaelem* qui eſt juxta mare, cum omnibus appendiciis; villis ſcilicet, caſtellis, agris & cæteris attinentibus. Addidi etiam totam terram de *Vennefire*, cum oppidis, villis, agris, pratis, terris cultis & incultis, & cum horum redditibus. Adjunxi quoque datis portum addere qui vocatur *Ruminella*, cum omnibus quæ ad eum pertinent, hoc eſt molendinis & piſcatoriis, & cū omni territorio illius culto & inculto, & eorum redditibus. Si quis autem his donis conatus fuerit ponere calumpniam, anathema factus, iram Dei incurrat perpetuam. Utque noſtræ donationis anctoritas veriùs firmiuſque teneatur in poſterum, manu mea firmando ſubterſcripſi, quod & plures fecere teſtium.

Signum Regis *Edwardi* ✠. Signum *Roberti* archiepiſcopi *Rothomagenſis* ✠. *Hereberti* epiſcopi *Lexovienſis*. *Roberti* epiſcopi *Conſtantienſis*. Signum *Radulphi* ✠. Signum *Vinfredi* ✠. *Nigelli* vicecomitis. *Anſchitilli Choſchet*. *Turſtini*.

Alia Charta Prioratus de *Cornubia.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, patris & filii & Spiritus ſancti, Amen. Ego Robertus *Dei gratia* Moritonii *comes igne divini amoris ſuccenſus, notifico omnibus ſanctæ eccleſiæ matris noſtræ filiis, habens in bello ſancti* Michaelis *vexillum; quoniam pro anima mea ſalute atque meæ conjugis, ſeu pro ſalute, proſperitate, incolumitate* Gulielmi *glorioſiſſimi Regis, atque pro adipiſcendo vitæ æternæ premio, do & concedo* Montem ſancti Michaelis de Cornubia *Deo & monachis eccleſiæ ſanctæ* Michaelis *de* periculo maris *ſervientibus, cum dimidia terræ hidâ, ita ſolutam & quietam ac l.beram, ut ego tenebam ab omnibus conſuetudinibus querelis & placitis; & conſtituo etiam ut ipſi monachi concedente Domino meo Rege, ibidem mercatum die quintæ feriæ habeant. Poſtea autem ut certiſſimè comperi, beati* Michaelis *meritis monachorumque ſuffragiis michi à Deo ex propria conjuge mea filio conceſſo, auxi donum ipſi beato militiæ celeſtis principi, dedi & dono in* **Amaneth** *tres acras terræ,* **Travelaboth** *videlicet,* **Liſmanoch**, **Trequanezs**, **Carmailoc**, *annuente piiſſimo domino meo* Gulielmo *Rege, cùm* Mathilde *Regina atque nobilibus illorum filiis,* Roberto *comite,* Gulielmo Rufo, Henrico *adhuc puero, Ita quietam ac liberam de omnibus placitis, querelis atque forisfactis, ut de nulla re Regiæ juſtitiæ monachi reſpondebunt, niſi de ſolo homicidio. Hanc autem donationem feci Ego* Robertus *comes* Moritonii, *quam conceſſerunt glorioſus Rex* Anglorum Willielmus *atque Regina, & filii eorum ſub teſtimonio iſtorum.*

Signum Willielmi *Regis* ✠. *Signum Reginæ* Mathildis ✠. Roberti *comitis* ✠. Willielmi *Rufi filii Regis* ✠. Henrici *pueri* ✠. *Roberti comitis* Moritonii ✠. Matildis *comitiſſæ* ✠. Willielmi *filii eorum* ✠. *Signum* Willielmi *filii* Osberni ✠. *Signum* Rogeri *de* Monte-gomeri ✠. Toſſetini *vicecomitis* ✠. Guarini ✠. Turulfi ✠.

Firmata atque roborata eſt hæc Carta, anno milleſimo octuageſimo quinto ab incarnatione Domini, indictione decima quarta, concurrente tertia, luna octava apud **Peveneſel.**

Signum Liurici Eſſeceſtriæ *epiſcopi* ✠.

EGo quidem *Liuricus* Dei dono *Eſſeceſtriæ* epiſcopus, juſſione & exhortatione domini mei reverentiſſimi *Gregorii* Papæ, regiſque noſtri & reginæ omniumque optimatum totius regni *Angliæ* exhortatus, ut eccleſiam beati *Michaelis* archangeli de *Cornubia* utpote quæ officio & miniſterio angelico creditur, atq; comprobatur conſecrari ac ſanctificari; quatinus eam ab omni epiſcopali jure, poteſtate, ſeu ſubjectione liberarem atq; exuerem, quod & facere totius cleri noſtri conſenſu & hortatu non diſtuli. Libero igitur eam & exuo ab omni epiſcopali dominatione, ſubjectione, inquietudine, & omnibus illis qui illam eccleſiam ſuis cum beneficiis & elemoſinis expetierint, & viſitaverint, tertiam partem penitentiarum condonamus. Et ut hoc inconcuſſum & immobile & etiā inviolabile, fine tenus permaneat, ex authoritate patris & filii & Spiritus ſancti, omnibus noſtris ſucceſſoribus interdicimus, ne aliquid contra hoc decretum uſurpare præſumant.

Signum ejuſdem *Liurici Eſſeceſtriæ* epiſcopi ✠.

Vide vol. 2. *pag.* 901. *col.* 2.

MERESIENSE *Cœnobium in* Eſſexia, *cella* S. Audoeni Rothomagenſis.

Præceptum Regis Eſcaetori ſuo, primam hujuſmodi Prioratus collationem Abbatiæ de S. Audoeno, *in* Normannia,*indicans.*

Clauſ. 4. *E.* 3. m.34.

Vide 4. *E.* 3. n. 60. & Par. 1. *H.* 4. part. 7. m. 9.

REx dilecto & fideli ſuo *Simoni* de **Bereford** eſcaetori ſuo citra *Trentam* ſalutem. Cum nuper certiorari volentes ſuper cauſa captionis Prioratus de **Merſey** qui eſt cella abbatiæ ſancti *Andoeni Rothomagenſis*, per vos, ut dicebatur in manum noſtram, vobis mandaverimus quod nos de cauſa illa ſub ſigillo veſtro diſtinctè & apertè redderetis certiores, Ac vos nobis retornaveritis, quod maneria de **Merſey, Fyngrynho** & **Pæt**, cum dimidio hundredo de **Wenestr.** in comitatu **Eſſex** ſunt temporalia abbatiæ de S. *Audoeno* in *Mormannia*, de dono progenitorum noſtrorum; & quod cuſtodia inde temporibus vacationum abbatiæ prædictæ ad nos debet pertinere, ſicut ex teſtimonio fide dignorum intellexiſtis. Et quia abbatia illa per mortem *Radulfi* nuper abbatis ibidem vacavit, nec conſtabat vobis quod abbas qui nunc eſt ſeu *Willielmus* de **Ræl** Prior prioratus prædicti & procurator ipſius abbatis in *Anglia* ſatisfecerunt nobis de exitibus vacationis illius, maneria & dimidium hundredum predicta cepiſtis in manum noſtram nomine deſtrictionis quouſque nobis ſatisfactum fuerit de præmiſſis. Ac poſtmodum ex parte ipſius Prioris intelligentes, quod prædictus abbas maneria & dimidium hundredum prædicta per cartas progenitorum noſtrorum quondam regum *Angliæ* tenet in liberam puram & perpetuam elemoſinam abſque aliquo ſervicio inde faciendo, & quod eadem maneria & hundredum vacante abbatia prædicta per mortem alicujus abbatis loci illius, in manus alicujus progenitorum noſtrorum aliquibus temporibus retroactis, nomine cuſtodiæ capta ſeu ſeiſita non fuerunt, & quod aliqui progenitorum noſtrorum prædictorum exitus ſeu proficua aliqua inde prætextu alicujus vacationis abbatiæ prædictæ nullatenus perceperunt, volentes inde certiorari vobis mandaverimus quod per ſacramentum proborum & legalium de balliva veſtra per quos rei veritas melius ſciri poſſet, diligenter inquireretis utrum maneria & hundredum illa temporibus vacationum abbatiæ illius per mortem alicujus abbatis loci prædicti in manus alicujus progenitorum noſtrorum ratione vacationis hujuſmodi exitus & proficua aliqua inde perceperunt necne, & ſi ſic tunc quo tempore & per cujus abbatis mortem, & ſi aliqui progenitorum noſtrorum ratione vacationis hujuſmodi exitus & proficua aliqua inde perceperunt. Ac per inquiſitionem inde de mandato noſtro per vos ſic captam & in cancellaria noſtra retornatam compertum ſit, quod prædictus abbas tenet in comitatu **Eſſex** prioratum prædictum, ac maneria & dimidium hundredum prædicta de dono ſancti *Edwardi* quondam Regis *Angliæ* & ex confirmatione Regis *Willielmi* & *Henrici* filii Imperatricis in liberam puram & perpetuam elemoſinam abſque aliquo alio ſervicio inde faciendo, Et quod Prioratus ſeu maneria & dimidium hundredum prædicta ratione alicujus vacationis abbatiæ prædictæ in manus aliquorum progenitorum noſtrorum capta ſeu ſeiſita non fuerunt, & quod iidem progenitores noſtri exitus aut proficua aliquo tempore inde non perceperunt, vobis mandamus quod de Prioratu maneriis ſeu hundredo prædictis, ſi præmiſſa occaſione & non alia in manu noſtra exiſtant vos ulterius non intromittatis, exitus ſi quos inde percepiſtis, præfato Priori reſtituentes. Teſte Rege apud **Wodeſtok** quarto die Maii.

ANDEVERENSE

Cœnobium in agro Hantonienſi, *cella* S. Florentii *apud* Salmurum.

Charta Guilielmi *conqueſtoris dicti recenſita, & confirmata.*

REX omnibus ad quos &c. Salutem. Inſpeximus literas patentes domini *Edwardi* nuper regis *Angliæ* avi noſtri factas in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia rex *Angliæ* dominus *Hiberniæ* & dux *Aquitanniæ*, omnibus ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem. Inſpeximus cartam quam *Willielmus* quondam rex *Angliæ* progenitor noſter fecit in hæc verba. Noſcant qui ſunt & qui venturi ſunt quod *Willielmus* rex qui armis *Anglicam* terram ſibi ſubjugavit, dedit ſancto *Florentio* eccleſiam de *Andeura* & ea quæ ad eccleſiam pertinent, videlicet j. hydam terræ & xiij. acras & decimas de omni dominio ſuo quod eſt in ipſa parocia, hoc eſt, de annona, de porcellis, de agnis, de caſeis, & de proprio paſnagio, j. porcum in feſta ſancti *Martini*, & paſcha xij. boum & equorum & omnium ovium falde monachorum cum ſuis pecudibus, & ſilvam ad calefaciendum monachos, ad panem coquendum, ad cerviſiam, ad ſepes, ad domos claudendas, & x. porcos in ſilva ſine paſnagio. Hæc etiam pertinent ad ipſam eccleſiam. De terra *Bernardi*, dimidia acra annone in auguſto, *Saiwi* iiij. d. *Wlwinus* iiij. d. *Oſmundus* iiij. d. *Ringinus* ij. d. *Toni* ij. d. *Hugo* ij. *Sorebert* ij. d. *Wlvinus* filius *Cane* ij. d. *Toni* iiij. d. *Alunius* ij. d. *Eldvinus* iiij. d. *Alui* ij. d. *Huneſtanus* iiij. d. *Quinſtinus* de terra ſua iiij. d. De terra quæ fuit *Sanuf.* iiij. d. *Saric* de *Hadredena* iiij. d. *Etwinus* iiij. d. *Tedricus* ij. d. *Sagardus* de *Etnami* iij. d. *Vlvinus* filius *Punt* iiij. d.

Pat. 1. *H.* 4. part. 6. m. 23. & Pat. 8. *E.* 2. parte 2. m. 1.

Etninus iiij. d. *Etninus* iiij. d. *Goldſtanus* iiij. d. *Vlunius* carpentarius iiij. d. *Etninus* iiij. d. *Leoninus* iiij. d. De terra quam *Vlunius* tenuit de vicecomite iiij d. De terra quam *W.* tenet de *Etnan* dimidiam acram annone. *Eluinus Bidel*, de terra ſua de *Etnan* iiij. d. De terra quam *W.* tenet de **Clatford**, viij. d, De terra *Tetbaldi* de **Etnan** j. acram de annona, de terra *Giſleberti Pipar* de **Etnan** j. acram annone. De terra *Saals* de **Etnan** dimidiam acram annone. De *Cerletona* de unaquaque virga v. garbas in feſto ſancti *Michaelis*. De hominibus *Eduardi* de *Hadredena* viij. d. Hec omnia per ſingulos annos jure redduntur Ecclesie de *Andeura*. De hiis omnibus & de domibus monachorum juxta eccleſiam factis *Alwricus* prepoſitus **Andeure** multas injurias faciebat monachis, unde contigit, ut *Wibenocus* ſancti *Florencii* monachus clamorem faceret ad regem *Henricum*. Tunc Rex precepit *Henrico* vicecomiti de *Hantunſira*, & *Giraldo* prepoſito *Wyncestrenſi*, ut adunarent hundretum **Andeure** & inquirerent ab eo res quæ ad illam eccleſiam pertinebant, & ita factum eſt. Tunc hundretum ſecundum regis imperium adunatum ſimul concordavit, & ſuper reliquias jurare voluit, quod res ſuperius nominate à tempore Regis *Edwardi* pertinent ad eccleſiam de *Andeura*, & terra eccleſiæ ita eſt ſoluta, & ab omni querela libera, ut ſi quis homo aliquid foris fecerit, cujuscunq; homo ſit, & ad terram ſancti, ſine diſtricto alicujus poteſtatis, venire potuerit, ſit juſtitia & emendacio monachorum, excepta corporali vindicta latronum, quæ ad Regem reſpicit. Hoc concordavit hundretum in domo *Edwini* veteris prepoſiti in feſtivitate ſancte *Lucie*; & iſti ſunt inde teſtes *Wibenocus* monachus, & *Herveus* & *Petrus*. De laicis, *Henricus* de **Port**, *Giraldus* prepoſitus, *Willielmus* de **Wirguel**, & *Robertus* frater ejus, & *Nidulf*, *Hugo* de *Cormaglo*, *Robertus*, *Radulfus* de *Flexcoco*, & *Edwardus*, *Willielmus* de **Enham**, *Bernardus* foreſtarius, *Wulfun* de **Clafford**, *Dunardus* capellanus, *Segarus* clericus. Hec eſt concordia que facta fuit inter monachos ſancti *Florencii* & *Edwardum* de *Foſcota*, de eccleſia de *Andeura* & de capella de *Foſcota*. Predictus itaque *Edwardus* conceſſit Deo & ſancte *Marie* de *Andeura*, totam decimam ſuam de dominio ſuo de *Foſcota*, & de villanis viij. d. Eccleſia autem de *Andeura* inveniet ſupradicte capelle presbyterum, ad ſerviendum videlicet in tota quadrageſima, & in Adventu, & in xij. diebus natalis Domini, & in viij. diebus Paſche & Pentecoſtes, & in quatuor temporibus, & in nominatis feſtis, & in tribus diebus uniuſcujuſque ebdomade. Pro qua ſiquidem conceſſione tam anima ejus quàm parentum ſuorum & alii benefactores erunt participes orationum congregationis ſancti *Florencii*. Hec igitur diffinitio facta fuit ante *Henricum* vicecomitem & *Crocum* venatorem. Teſtantibus *Davide* & *Gozelino* avunculo *Edwardi*, & teſtibus *Stephano* archidiacono, & *Alurico* & *Malgerio* monacho, concedente *Willielmo* filio *Waleranni*.

Hanc ergo donationem receperunt ſancti *Florencii Wibenocus* monachus, & *Warinus* monachus, & *Dumardus* pater, & *Segar* clericus, & *Sunemus* ſecretarius; hujus etiam doni ſive conceſſionis ſunt iſti teſtes, *Fulco* de *Walda*, *Wluric* venator, & *Godefreidus* de **Audley**; & *Hugo* de **Braiboc**, & *Hugo* de *Cormill*, & *Willielmus* dapifer abbatiſſe de *Waremmella*, & *Rotbertus* frater ejus, & *Alwricus* prepoſitus, & *Niulfus* & *Vlfo* & alii plures. Hæc carta fuit ſigillata apud *Storunella* in nova-Foreſta, & hi ſunt teſtes *Rotbertus* epiſcopus de *Nicola*, *Galdricus* Cancellarius: qui habuit inde unum rancinum, *Ramnulfus* abbas S. *Vincentii Cenomannenſis*, *Alanus* filius *Flealdi*, *Giſlebertus* monachus, *Willielmus* filius *Baderoni*, *Ramnulfus Penrel*, *Drogo* qui *cuſtodiebat* Sigillum.

Nos autem donationem predictam ratam habentes & gratam, eam pro nobis & heredibus noſtris quantum in nobis eſt, dilecto nobis in Chriſto Priori de *Andeura*, qui dictam eccleſiam modo tenet, & ejus ſucceſſoribus concedimus & confirmamus, ſicut Carta predicta rationabiliter teſtatur. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium*, primo die Junii, anno regni noſtri octavo. Nos autem literas predictas ratas habentes & gratas, eas pro nobis & heredibus noſtris quantum in nobis eſt, dilecto nobis in Chriſto Priori de *Andeura*, qui dictam eccleſiam modo tenet, & ejus ſucceſſoribus concedimus & confirmamus ſicut litere predicte rationabiliter teſtantur. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtmon.* xj. die Martii.

Per ipſum Regem.

BLITHENSIS *Prioratus*,

In agro Nottinghamenſi, *Cella Abbatiæ Sanctæ* Katharinæ *de Monte* Rothomagi.

Carta Rogeri *de* Buliaco *domini* Honoris *de* **Tikhell**, *de fundatione ejuſdem.*

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*. Notum ſit omnibus fidelibus, quod ego *Rogerus* de *Builly* & uxor mea *Muriel*, pro ſtabilitate Regis *Anglorum Willielmi*, & ſucceſſorum ejus, necnon pro anima Reginæ *Matildis*, & pro ſalute animarum, conſilio amicorum noſtrorum dedi, conceſſi, & hac preſenti Carta mea confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* de *Blida*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de *Blida*, & totam villam integrè cum omnibus appenditiis ſuis & conſuetudinibus, ſicuti homines ejuſdem villæ faciebant; Scilicet, arare, kariare, falcare, bladum ſecare, fenum facere, marchetum dare, ſtagnum molendini facere. Preterea dedi & conceſſi prædictis monachis Theolonium, & paſſagium de **Radeford**, uſque in **Theornewat**, & de **Frodeſton**, uſque in **Pidolhill**. Dedi etiam eis feriam & marchatum in eadem villa, abſolutè, & liberè, abſque ullo retenemento; præterea dedi prædi-

Ex rotulo cartarum Prioratus de *Blida* nuper penes *Williel. Saunderſon* de *Blythe.*

ctis monachis omnes dignitates quas habebam in eadem villa, ſcilicet **ſoc** & **ſac**, **tol** & **them**, & **Infangethefe**, ferrum & foſſum, & furcas, cum aliis libertatibus, ut tunc temporis tenebam de Rege. Inſuper dedi illis *Elletonam*, & quicquid ei pertinet, *Bectonam* & quicquid ei pertinet, & quicquid habebam in *Barnebeya*; Dedi etiam eis decimam viginti trium carucarum mei proprii laboris, quarum duæ ſunt in *Wateleia*, & in **Marneham** duæ & dimidia; In *Appelbeya* duæ partes decime aulæ, in terris, & in eſſartis, & in omnibus minutis decimis. In *Lactona* duæ partes decime aule, in terris & in eſſartis, & in omnibus minutis decimis. In **Clifford**, duæ partes decimæ aulæ, in terris & in eſſartis, & in omnibus minutis decimis. In *Saltebeya*, & in **Garthorp**, & in *Berchaſſebeya*, duæ partes decime aulæ, in terris & in eſſartis, & in omnibus minutis decimis. In **Briggeford** duæ partes decime aulæ, in terris, & in eſſartis, & in omnibus minutis decimis. In **Ludham** & in **Gunthorp**, duæ partes decimæ aulæ: in terris & in eſſartis, & in omnibus minutis decimis. Et in *Clippeſtona*, decimam unius caruce, & duas partes de decima de *Crokeſtona*. Hec omnia ſupradicta eccleſiæ *Blidæ*, ad edificationem loci, & victum & veſtitum monachorum ibidem Deo ejuſque ſervientibus concedo in perpetuum, excepto quod uncquoque anno, de omnibus hiis, eccleſiæ ſancte *Trinitatis* de *monte Rothomagi* dabuntur quadraginta ſolidi Anglicæ monete. Teſtimonio virorum quorum nomina ſunt hec (*&c.*) hæc donatio facta fuit anno Dominice incarnationis, Milleſimo octogeſimo octavo. 1088. 2 *Ruf.*

Confirmatio domini Regis *Henrici* ſecundi.

Ibid. HENRICUS *Dei gratia* Rex Anglorum *Dux* Normanniæ *&* Aquitaniæ, *& Comes* Andegaviæ, *Omnibus juſticiariis & vicecomitibus, & baronibus, & miniſtris ſuis de* Eboraſcira, *&* Notinghamſira *ſalutem. Præcipio vobis firmiter, quod monachi de* Blida *habeant in pace, & juſte, & plenarie, feriam ſuam & merchatum ſuum de* Blida *& Theloneum, & paſſagium ſuum inter* **Thornwath** *&* **Radeford**, *ſicut* Rogerus *de* Bulleio *ea illis dedit, & ſicut* Rex Henricus *avus meus illis conceſſit & confirmavit. Præcipio etiam quod habeant omnes conſuetudines ſuas in boſco* Lundrici, *& libertates ſuas, in boſcis, terris & aquis, & in omnibus rebus ita plenè & juſte, ſicut habuerunt tempore prædicti* Regis, *& tempore* Henrici Regis, *avi mei; Probibeo etiam quod homines prædictorum monachorum de* Blida *non eant ad ſciram & hundredum, nec ad wapentachium neque ad placitum, niſi ad Caſtellum de* Blida. *Volo etiam & firmiter præcipio quod habeant omnes decimas & omnes conſuetudines, ſicut melius habuerunt tempore Regis* Henrici *avi mei & tempore* Rogeri *de* Bullay, *& quiſquis eis quicquid de rebus ſuis, ſive de catallis, ſive decimis detinuerit & eis injuriam fecerit, Juſticiarii, & vicecomites res ſuas faciant habere de pecunia illius, qui eis violentiam fecerit, ne inde clamorem audiam pro defectu recti vel juſticiæ. Teſte* Thoma *Cancellario, &* Rogero *Comite Guar.* Roberto *de* Dunſt, Ranulpho *de* Broc. apud Bliam.

Carta Ydoneæ *de* Veteri ponte, *filiæ & hæredis* Johannis *de* Bullei, *in viduitate.* Ex ipſo autographo in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

SCiant omnes preſentes & futuri, quod ego *Idonea* de *Veteri ponte*, filia *Johannis* de *Bullei*, & dum eſſem vidua, & in libera poteſtate mea dedi, conceſſi, & hac preſenti carta mea confirmavi, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Blida*, & Priori & Monachis ejuſdem loci, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum, donationem & elemoſinam ſuam, quam prædeceſſores mei illis fecerunt, videlicet, terram *Lyenini* de *Dumo*, cum pertinentiis, ſicut ſe proportant in longitudine, & latitudine. Tenendam & poſſidendam dictis Priori & Monachis, & ſucceſſoribus ſuis de me, & hæredibus meis liberè, quietè, & pacificè, in puram & perpetuam elemoſinam, ab omni exactione & demanda quietam, & liberam; & ego & hæredes mei, dictam terram præfatis Priori & Monachis, ſicut prædictum eſt, contra omnes gentes debemus warantizare. Et ut iſta donatio, & confirmatio rata ſit & firma in perpetuum præſentem cartam Sigilli mei munimine roboravi. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſecundo. 1232. Hiis Teſtibus &c.

Carta *Idoneæ* de *Veteriponte*, de Capellis de **Diſterfeld** & **Bautre**. Ibid.

O*Mnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit* Idonea *de* Veteriponte, *filia* Johannis *de* Bulli, *ſalutem. Noveritis quod ego in ligia viduitate mea, pro ſalute animæ mea, & anteceſſorum meorum, conceſſi, & hac preſenti Carta mea confirmavi Deo & beatæ* Mariæ *de* Blida, *& Priori & Monachis ibidem Deo ſervientibus, Capellas de* **Diſterfeld**, *& de* **Bautre** *pertinentes ad jam dictam eccleſiam* Blidæ, *cum ſuis pertinentiis & libertatibus. Habendas & tenendas eiſdem Monachis, in puram & perpetuam elemoſinam, liberè, quietè, plenariè & integre, ſicut Carta* Johannis *de* Builli, *patris mei, quam eiſdem monachis ſuper ſupradictis capellis fieri fecit, teſtatur; Et ego & hæredes mei, præfatis monachis dictas capellas debemus, pro poſſe noſtro warantizare. Ut autem hæc mea conceſſio & confirmatio rata & ſtabilis imperpetuum perſeveret præſens ſcriptum* Sigilli *mei munimine feci roborari. Hiis teſtibus* Richardo *abbate de* Rupe, Johanne Waſcelin, Richardo *de* **Buſevill**, Rogero *de* Haya *militibus*, Hugone *presbytero.* Johanne *de* **Noketon**, Gilberto *filio* Soſce. Willielmo *de* **Eſtanton**, Roberto *Dr* .... Hugone de .... **feld**, *& aliis.*

J*Ohannes* Dei gratia, &c. Omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, &c. Noverit univerſitas veſtra, Nos, pro ſalute anime noſtre, & pro ſalute animarum bonæ memoriæ *Henrici* Regis patris noſtri & fratris noſtri *Henrici* Regis junioris, qui in eccleſia *Rothomagenſi* habent ſepulturam Cart. 2 *Joh.* n. 102. *m.* 24.

ram & omnium anteceſſorum noſtrorum, ad petitionem eciam dominæ matris noſtræ *Altnoræ Anglorum* Reginæ conceſſiſſe & preſenti Carta noſtra confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ Rothomag.* & venerabili patri noſtro *Waltero Rothomagenſi* archiepiſcopo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis, & canonicis in predicta eccleſia Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam capellariam de *Blya*, cum omnibus pertinentiis ſuis, videlicet, eccleſiam de **Harewurth**, cum capellis de **Serlebi**, & de **Matthon** cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Watelay** cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Weſt-marcham** cum capellis de **Birketon**, **Walſebi**, **Hotton**, **Bevercot**, **Drayton**, **Gameleſton**, & **Eggemonton**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Eſtmarcham**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Brigeford**, cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam de **Luddeham** cum omnibus pertinentiis ſuis, videlicet capella de **Gunnetorp** & aliis pertinentiis. Eccleſiam de **Gunnolveſton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, Terram de *Falda* quam *Johannes* filius *Sulfi* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis. Unam bovatam terræ in **Dunyngton**, quam *Levenoth* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis. Terras in **Fibreton**, quas *Walterus* & *Robertus* de **Fibreton** & *Willielmus* capellanus tenuerunt, cum omnibus pertinentiis ſuis. In **Terneſco** quatuor bovatas terræ quas *Adam* filius *Roskill* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis. In *Wellum* unum pratum quod *Adam* de *Wellum* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis. Duas garbas de dominico de **Tikeill**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Duas garbas de dominico de **Waddewurth**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Duas garbas de dominico de **Tinelaw**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Duas garbas de dominico de *Lamelega*, cum omnibus pertinentiis ſuis. De dominico de **Marnham**, medietatem decimarum, cum omnibus pertinentiis ſuis. In **Lindrig** duas bovatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis. In **Marcham**, unam bovatam terræ quam *Rogerus* filius *Willielmi* & *Henricus* presbyter tenuerunt, cum omnibus pertinentiis ſuis. In **Tikeull** unum toſtum quod *Willielmus* gener **Leff** tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis. In eadem villa unum toſtum quod *Willielmus* ſutor tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis. In eadem villa unum toſtum quod *Willielmus* canonicus tenuit cum omnibus pertinentiis ſuis. In eadem villa unum toſtum quod *Aelic*: de **Weſtgate** tenuit cum omnibus pertinentiis ſuis. In eadem villa unam bovatam terre quam *Robertus* filius *Siwardi*, & *Robertus* de **Eſtfeld** tenuerunt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Has autem omnes ſupraſcriptas eccleſias capellas & terras cum omnibus pertinentiis ſuis, Deo & ſancte *Mariæ Rothomagi*, & predicto archiepiſcopo & omnibus ſucceſſoribus ſuis & prefatis Canonicis *Rothom.* conceſſimus & preſenti Carta noſtra in puram & perpetuam elemoſinam confirmavimus, Tenendas quidem liberè & quietè & pacificè bene & in pace & honorificè, imperpetuum, in pratis paſcuis & paſturis, viis, ſemitis, aquis, ſtagnis, vivariis, piſcariis & molendinis; In boſco & plano, in domibus & gardinis, infra burgum & extra, & in omnibus aliis rebus & libertatibus ad prædictas eccleſias capellas & terras pertinentibus. Et nos & hæredes noſtri Deo & prædicte eccleſiæ *Rothomagenſi*, & præfato archiepiſcopo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis, & prænominatis canonicis *Rothom.* omnia ſupraſcripta warantizabimus in perpetuum, ſicut Carta noſtra quam eis inde fecimus dum eſſemus Comes *Moretonii*, & Carta Regis *Richardi* fratris noſtri rationabiliter teſtantur. Hii teſtes. *Radulfus Teſſon. Petrus* de *Pratellis*, *Robertus*, *Robertus de* **Turnham**, *Robertus de* **Treſgoz**, *Robertus* de *Mortuo Mari.* Dat: per manum S. *Wellen* Archidi. apud *Ceſarisburgum* xxv. die Sept. Anno regni noſtri ſecundo.

COVENHAMENSE

Cœnobium, in agro Lincolnienſi;
Cella S. Karilephi *apud*
Cenomannenſes.

Charta Guilielmi *Conqueſtoris dicti, recenſita, & confirmata.*

Pat. de an. 31 *Ed.* I. mem. 17.

REX omnibus ad quos &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam bone memorie *Willielmi* quondam *Anglorum* Regis *Normannorum*, *Cenomannenſiumque* Principis, progenitoris noſtri, in hec verba. In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis ego *Willielmus* Dei miſericordia *Anglorum* Rex, *Normannorum Cenomannenſiumque* Princeps, domini *Willielmi Dunelmenſis* epiſcopi, & *Sanſonis*, *Bajocenſis* eccleſiæ Theſaurarii, & capellani mei precibus admonitus, pro remedio animæ meæ & uxoris meæ *Mathildis* Regine parentumque meorum, Do Deo ſanctoque *Karilepho* illas duas carucatas terre cum omnibus appendiciis ſuis, quas preſcriptus *Dunelmenſis* epiſcopus *W.* de me tenebat in pago qui dicitur **Lyndiſi**, in villa quæ appellatur **Chovenebam**. Signum ✠ *Willielmi Anglor.* Regis. Signum ✠ *Matildis* Regine. Sig. ✠ *Roberti* comitis, regis *Anglorum* filii. Signum ✠ *Goſfridi Conſtancienſis* epiſcopi. Signum ✠ *Willielmi Dunelmenſis* epiſcopi. Signum ✠ *Sanſonis* Theſaurarii eccleſiæ *Bajocenſis*. Signum ✠ *Hugonis* decani *Cenomannenſis*. Signum ✠ *Lanfranci Cantuarienſis* archiepiſcopi. Signum ✠ *Odonis Bajocenſis* epiſcopi, & comitis *Cantuarienſis.* Signum ✠ *Henrici* filii regis *Anglorum.* ✠ Signum *Vualchelini* epiſcopi *Uuintonie.* ✠ Signum *Oſmundi* epiſcopi *Seriberienſis*. Signum ✠ comitis *Alani.* Signum ✠ *Henrici* de *Ferrariis*. Signum ✠ *Willielmi* de *Braioſa*. Signum ✠ *Mauricii regis Anglorum* Cancellarii, & *Cenomannenſis* eccleſiæ archidiaconi. Signum ✠ *Willielmi* de *Guarenna*. Signum ✠ *Roberti Malet.* Signum ✠ *Wbali* filii *Alured*i. Signum ✠ *Halduini* filii comitis *Gilberti.* Hec Carta facta eſt & confirmata apud villam *Dontonam*, anno ab incarnatione domini milleſimo octageſimo ſecundo indict. v. epact. xviij.

Conc. v. Circ. Lun an. xvj regni *Willielmi*. Quam quidem Cartam, propter vetuſtatem ejuſdem & debilitatem ſigilli eidem Carte appoſiti, exemplificandam duximus per preſentes, quas ſigillo noſtro fecimus conſignari. T. R. apud villam ſancti *Johannis* de **Perth**, xii. die Julii.

Eſcat *an.* 31. *Ed.* 1. 1173. Item vide literas paten. 31 *E.* 1. m.18.

Inquiſitio, ad quod damnum, dicta, pro collatione ejuſdem Cœnobio de **Birkſtede.**

INquiſitio facta coram Vicecomite *Lincoln.* apud *Lincolniam*, die Sabbati proximo poſt feſtum ſancti *Marci* Evangeliſte, anno regni Domini Regis *Edwardi* triceſimo primo, ſi ſit ad dampnum vel prejudicium domini Regis, aut aliorum, ſi idem dominus Rex concedat abbati & conventui de ſancto *Karilepho Cenomannenſis* dioceſis, quod ipſi cellam ſuam de **Covenham**, in comitatu predicto, que eſt de advocatione venerabilis patris *Dunelmenſis* epiſcopi, ut dicitur, cum terris, tenementis, reditibus, advocationibus eccleſiarum, homagiis, ſerviciis, & omnibus aliis ad dictam cellam qualitercumque ſpectantibus, dare poſſint & aſſignare abbati & conventui de **Birkeſtede**, Habendam & tenendam eiſdem Abbati & Conventui de **Birkeſtede**, & ſucceſſoribus ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam necne. Et ſi ſit ad dampnum vel prejudicium domini Regis, aut aliorum, tunc ad quod dampnum & quod prejudicium domini Regis aut aliorum, & quorum & qualiter, & quo modo, & quæ terre & tenementa, redditus, advocationes eccleſiarum, homagia & ſervicia ad dictam cellam pertineant vel exiſtant, & quantum valeant per annum in omnibus exitibus, & de quo vel de quibus teneantur, & per quod ſervicium, per ſacramentum *Willielmi* filii *Roberti* de **Petreburgh** *Johannis* fratris ejuſdem, *Willielmi* de eadem, *Willielmi* filii *Wilielmi le Palmer*, *Rogeri* filii *Henrici* de **Welleton**, *Rogeri* filii *Willielmi* de **Reddeburne**, *Johannis* filii *Willielmi* de **Somercotes**, *Willielmi* filii *Walteri Aung.* de **Conyngesholm**, *Johannis* filii *Gilberti Querderay* de eadem, *Thome* filii *Henrici* de **Welleton**, *Andree* filii *Andree* de **Somercotes**, *Gilberti* filii *Willielmi* de **Thedelthorp**, & *Radulfi* de **Halyngton.** Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod non eſt ad dampnum vel prejudicium domini Regis, nec aliorum ſi prefatus dominus Rex concedat prefatis abbati & conventui de ſancto *Karilepho*, quod ipſi Cellam ſuam de **Covenham** in comitatu predicto, que eſt de advocatione venerabilis patris *Dunelm.* epiſcopi, cum terris, tenementis, redditibus, advocationibus eccleſiarum homagiis, ſerviciis, & omnibus aliis ad dictam Cellam qualitercumque ſpectantibus dare poſſint & aſſignare predictis abbati & conventui de **Birkeſtede.**

Habendam & tenendam eiſdem abbati & conventui de **Birkeſtede**, & ſucceſſoribus ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, excepto quod prefatus dominus Rex amittet per annum duodecim libras quas percipit de cella predicta per annum pro eo quod tempore guerre ſuborte inter Reges *Angliæ* & *Franciæ*, Prior dicte Celle fuit alienigena, & de poteſtate & dominio dicti Regis *Franciæ*. Item dicunt, quod due carucate terre in **Covenham**, **Germethorp**, **Skidbrok**, & parva **Grimesby**, cum pertinentiis ad prædictam eccleſiam pertinent, que valent per annum in omnibus exitibus decem marcas. Et tenentur de venerabili patre ... *Dunelmenſi* epiſcopo, in puram & perpetuam elemoſinam, & pro una venura ad Curiam ipſius epiſc. apud *Lincoln.* ad feſtum ſancti *Michaelis* per annum. Item ſex acre terre cum pertinentiis in **Covenham** pertinent ad predictam cellam que valent per annum in omnibus exitibus tres ſolidos, & tenentur de *Warino* de **Hanleye**, in puram & perpetuam elemoſinam. Item dicunt, quod quindecim librate annui redditus in **Covenham**, **Germethorp** & **Skidbrok**, & ſervicia liberorum & bondorum in predictis villis, que valent per annum viginti ſolidos, & advocatio eccleſie beate *Mariæ* de **Covenham**, que eccleſia in omnibus exitibus per annum valet decem marcas & homagium *Johannis Querderaii*, pro duodecim acris terre in **Germethorp**, quas tenet ad feodi firmam de Priore dicte Cellæ quod valet cum acciderit quatuor ſolidos ultra ſolitum redditum ſuum in predicto redditu quindecim librarum contentum, pertinent ad predictam Cellã, & tenentur de prædicto epiſcopo, in pura & perpetua elemoſina. Item dicunt quod prædicta Cella oneratur verſus *Robertum Merle* de **Swynthorp**, in victu & veſtitu ipſius *Roberti* ad terminum vitæ ſuæ, videlicet in menſa cum libera familia & in duodecim ſolidis pro veſtitu. In cuius rei teſtimonium predicti Juratores huic Inquiſitioni ſigilla ſua appoſuerunt.

BERGAVENNENSE

Cœnobium, in agro Monumetenſi; *Cella Monaſterii* S. Vincentii *in* Cenomania.

Hiſtoria fundationis cum Fundatoris Genealogia.

Ex vetuſ. membran. penes *Hamonem le Strange* de *Hunſtanſton* in comit. *Norfolc.* Eq. aur. *A. D.* 1640.

D*RU* dominus de **Baladun**, habuit tres filios, ſcilicet, *Hamelinum*, *Wyonecum*, & *Wynebaldum*, & tres filias, ſcilicet, *Emmam*, *Luciam* & *Beatriciam*.
Prædictus *Hamelinus*, cum fratribus ſuis, venit cum *Willielmo* qui dicebatur **Baſtard** quando cepit *Angliam*.

Iſte *Hamelinus*, frater *Luciæ* Comitiſſæ de *Inſula* poſt Conqueſtum *Normannorum* fuit primus dominus ſuperioris *Wenciæ*, & conſtruxit caſtrum in antiquo loco apud **Bergenie**, ubi quondam gigans, *Agros* nomine, conſtruxit caſtrum antea. Et vixit prædictus *Hamelinus* toto tempore Regis, qui dicebatur **Baſtard**, & obiit tertio nonas Martii, tempore *Willielmi* Regis qui dicebatur *Ruffus*, & jacet humatus in Prioratu, de **Abergenie**, quia fundavit predictum Prioratum. Qui non habens hæredes de corpore ſuo procreatos dedit prædictum caſtrum & terram ſuperioris,

Wencie

Wenciæ Brientio filio Comitis de *Inſula*, nepoti ſuo de ſorore ſua, ſcilicet *Luciâ*.

Iſte *Brientius* de *Inſula* tenuit caſtrum de **Abergeveny**, & terram ſuperioris *Wenciæ* per totum tempus *Willielmi* ſcilicet *Ruffi*, & genuit duos filios quos lepra percuſſos poſuit in Prioratu de **Bergaveny** quem *Hamelinus* avunculus ejus ibidem fundavit, & ad ſuſtentationem eorum & Monachorum ibidem Deo ſervientium, dedit terras & tenementa eccleſias & decimas caſtri prædicti, ut continetur in cartis prædictorum Monachorum. Et tandem *Brientius* prenominatus cepit crucem, adivit terram **Hieruſalem**, relinquens terram ſuperioris *Wenciæ Waltero* Conſtabulario totius *Angliæ*, conſanguineo ſuo, qui per multa tempora tenuit prædictam terram.

Iſte *Walterus* Conſtabularius totius *Angliæ*, tempore primi *Henrici* Regis, habuit in cuſtodia ſua caſtrum *Glovorniæ*, & *Herfordiæ*, qui apud *Lanthoniam* primam in capitulo honorabiliter jacet humatus.

Hic idem *Walterus* habuit quendam filium *Milonem* nomine, quem idem Rex *Henricus* inſtituit Comitem *Hereford*, & in augmentum dedit ei Foreſtam de **Dene**. Qui Comes *Milo* duxit in uxorem *Sibillam* legitimam hæredem totius terræ *Breconiæ*, ſcilicet, *Bernardi* & *Agnetis* de *Novo-Mercato*: De qua genuit 5. filios, ſcilicet, *Rogerum* Comitem, *Henricum*, *Walterum*, *Maiel* & *Willielmum*; & tres filias, ſcilicet, *Margaretam*, *Bertam* & *Luciam*.

Supradictus autem *Walterus*, vivente filio ſuo *Milone*, dedit *Henrico* prædicto filio *Milonis*, caſtrum de **Abergavenny**, cum tota terra ſuperioris *Wenciæ*. Qui ſcilicet *Henricus* tenuit prædictam terram toto tempore avi ſui *Walteri* Conſtabularii, & *Milonis* patris ſui, ac *Rogeri* Comitis, fratris ſui.

Prædictus vero *Rogerus* Comes, ſine hærede de corpore ſuo obiit, & prædictus *Henricus* dominus de **Abergavenny**, in terras & tenementa prædicti *Rogeri*, ut propinquior hæres ſucceſſit, qui poſtmodum interfectus fuit a quodam ſatellite nomine *Senell*, filio *Donwaldi*, juxta caſtrum *Arnaldi* in ſuperiore *Wencia*, cujus corpus jacet humatum apud *Lanthoniam* primam. Fratres vero prædicti *Henrici* ſcilicet *Walterus* & *Maiell* & *Willielmus* ſine hæredibus de corporibus eorum in brevi diceſſerunt, & ſorores prædictæ, ſcilicet, *Margareta*, *Berta* & *Lucia*, in hæreditatem prædictorum ſucceſſerunt.

Margareta vero nupta fuit *Humphredo* de *Boun* cum comitatu *Herefordiæ*. *Bertha* vero nupta fuit *Philippo* de *Bruſa*, domino de **Duelth**, cum tota terra *Breconia*, *Wenciæ* ſuperioris & **Gower**. *Lucia* vero nupta fuit *Herberto* filio *Hereberti* cum Foreſta de **Dene**, & aliis terris in *Anglia*.

Prædictus *Herehertus* pro delictis ſuis *Henrico* ſecundo *Angliæ* Regi conceſſit, qui totam Foreſtam de **Dene** eidem reddidit & quietam clamavit.

Supradictus vero *Philippus* de *Breuſa* tenuit totam terram *Breconiæ*, ſuperioris *Wencie* & **Gower** tota vita ſua, & genuit quendam filium, nomine *Willielmum*, qui per mortem *Philippi* patris ſui ſucceſſit in hæreditatem. Qui vero *Willielmus* duxit in uxorem *Matildam* de ſancto *Walerico*, de qua genuit tres filios, *Willielmum* dictum *Gain*, *Ægidium Herefordenſem* epiſcopum, & *Reginaldum*, & integrè tenuit ſupradictas terras toto tempore Regis *Henrici* ſecundi, & toto tempore *Richardi* Regis, & toto tempore Regis *Johannis* ſine calumnia.

Poſtea vero *Johannes* Rex impetu animi ſui, ſine judicio prædictum *Willielmum* ab *Anglia* ejecit, & terras ſuas & caſtra prædicti *Willielmi* ad voluntatem ſuam cepit vj. kal. Maii, anno Domini 1208. & *Matildem* uxorem dicti *Willielmi*, una cum *Willielmo* filio ſuo primogenito in carcere duro apud caſtrum de **Corff** detinuit, & ibidem in carcere moriebantur.

Prædictus vero *Willielmus* de *Bruſa* in *Francia* mortuus eſt. Eodem anno *Willielmus* antedictus *Gain*, qui in carcere apud caſtrum de **Corff** mortuus eſt habuit quendam filium, nomine *Johannem* qui cognominabatur *Tadodie*, qui occulte nutritus eſt apud **Gower**, cum quodam *Wallenſi* anno Domini 1215.

Egidius vero de *Bruſa*, *Herefordenſis* epiſcopus, ejecit *Petrum* filium *Herberti* de terris & tenementis ſuis de **Talgard**, quas *Herebertus* pater prædicti *Petri* occupaverat poſt ejectionem *Willielmi* de *Bruſa* ab *Anglia*.

Eodem autem anno prædictus *Ægidius de Bruſa*, *Herefordenſis* epiſcopus, reconciliatus fuit domino *Johanni* tunc Regi *Angliæ*: & idem Rex reddidit prædicto *Ægidio* epiſcopo jus quod clamavit in terris & tenementis patris ſui, & prædictus epiſcopus prædictas terras & tenementa per totam vitam ſuam integrè & pacifice obtinuit, & obiit anno ab incarnatione Domini 1219.

Anno 1221. *Petrus* filius *Hereberti* recuperavit terras ſuas in *Wallia*, ſcilicet, **Talgard** & **Blannaveny**, a quibus ejectus erat per *Ægidium* epiſcopum.

Supradictus vero *Reginaldus* de *Bruſa* duxit in uxorem filiam *Willielmi* de *Bruere*, de qua genuit *Willielmum* qui vocabatur *Willielmus* jun. de *Bruſa*. Vixit autem prædictus *Reginaldus* poſt mortem *Ægidii* fratris ſui ix annis, & obiit anno Domini 1228. & ſucceſſit in hæreditatem poſt eum *Willielmus* filius ejus, qui duxit in uxorem *Evam* filiam *Walteri* Mareſchalli, de qua genuit quatuor filias ſcilicet *Iſabellam*, *Matildam*, *Evam*, & *Alianoram*.

Iſabella vero nupta fuit *Davidi* filio *Lewellini* Principis *Walliæ*.

Matilda nupta fuit *Rogero* de *Mortuomari* cum terra de *Radnore* & aliis terris in *Anglia* & in *Wallia*.

Eva nupta fuit *Willielmo* de *Cantilupo*, cum terris ſuperioris *Wenciæ*, & aliis terris in *Anglia* & in *Wallia*.

Elianora nupta fuit *Humfrido* de *Boun*, cum terris *Breconiæ*, & aliis terris in *Anglia* & in *Wallia*.

Prædictus autem *Willielmus* captus fuit & redemptus à *Wallenſibus* in **Kerye**, anno Domini 1229. Anno vero proximo ſequenti prædictus *Willielmus* invitatus à *Lewellino* Principe *Walliæ* ad convivium, ibidem ſeditioſè interfectus eſt.

Prædictus vero *Willielmus* de *Cantilupo*, qui duxit in uxorem *Evam* filiam *Willielmi* de *Bruſa*, genuit de eadem quendam filium *Georgium* nomine, & duas filias, ſcilicet, *Johannam* & *Milicent*, & obiit prædictus *Willielmus* an Dom. 1254.

Eva vero uxor prædicti *Willielmi*, ſcilicet, legitima hæres ſuperioris *Wenciæ* & **Abergevenny**, tenuit prædictas terras poſt mortem mariti ſui & obiit anno Domini 1270.

Georgius vero de *Cantilupo*, filius prædicti *Willielmi* & *Evæ*, extitit in cuſtodia domini Regis *Henrici* tertii per tres annos, & poſtea ſucceſſit in hæreditatem ſuam in terris ſuperioris *Wenciæ*, & obiit ſine hærede de corpore, anno Domini 1273. (2 E. 1.)

Johanna vero ſoror prædicti *Georgii* nupta fuit *Henrico* de **Haſtings**, qui genuit ex ea duos filios, ſcilicet *Johannem* & *Edmundum*, & tres filias, ſcilicet, *Audam*, *Loram* & *Johannam*.

Milicentia vero ſoror prædicti *Georgii*, nupta fuit *Yvoni* de la *Zouch*.

Supradictus vero *Henricus* de **Haſtings** & *Johanna* uxor ejus, vivente *Georgio* ſupradicto, deceſſerunt; & *Johannes* filius eorum extitit in cuſtodia domini Regis *Henrici* tertii, & ſic per tres annos remanſit, & cum ad legitimam ætatem perveniſſet, ſucceſſit in hæreditatem prædicti *Georgii*, ſcilicet, in terra ſuperioris *Wenciæ* & **Abergevenny**, & aliis terris in *Anglia* pro parte ſua.

Et *Milicentia* prædicta habuit caſtrum de **Cotenaſſe, Eyton, Haringworth**, & alias terras in *Anglia* de hæreditate prædicti *Georgii*.

Supradictus autem *Johannes* de **Haſtings** tenuit terram ſuperioris *Wenciæ* per multos annos, & duxit in uxorem *Iſabellam* filiam *Willielmi* de *Valentia*. Comitis **Penbroch**, de qua genuit tres filios, ſcilicet, *Johannem*, *Willielmum* & *Henricum*, & tres filias, *Johannam*, *Elizabetham* & *Margaretam*.

Prædictus vero *Willielmus* obiit ſine hærede de corpore.

Ex faſciculo brevium, *ad qd. damnum*, dict. an. 5. *Ed.* 3. nu. 101.

INquiſitio capta apud **Bergeveny**, die Sabbati proximo poſt *Epiphaniam* domini anno regni Regis *Edwardi* tertii, quinto, coram *Rogero* de **Chandos**, & *Roberto* de **Preſtbury**, &c. Ad inquirendum ſi *Willielmus* de *Brewoſa*, quondam dominus de **Bergaveny**, per Cartam ſuam conceſſit Priori & Monachis de **Bergaveny**, & Conventui decimam omnimodorum profectuum de Caſtro & Villa de **Bergaveny**, provenientium, &c. ubi hec occurrit Carta.

Charta Willielmi *de* Braoſa.

UNiverſis ſancte matris eccleſie filiis, *Willielmus* de *Braoſa* in Domino ſalutem. Notum vobis fieri volumus, quod Ego *Willielmus* de *Braoſa* do & concedo eccleſiæ ſancte *Mariæ* de **Bergaveny**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnem decimam de caſtello de **Bergaveny**, ſcilicet, de pane, de vino, de ſerviſia & ſiſera, & de omni genere potus, de carnibus, de piſcibus, de ſale de melle, de cera, de ſevo, & omni expenſa generaliter, tam parva quam magna caſtelli jam predicti, de denariis quoquomodo adquiſitis & habitis, de placitis, de auxiliis, de priſonibus, de bobus, de vaccis, de porcis, de ovibus de capris, de equis & de omnibus rebus, & de omni eventu quoquomodo evenerit jam dicto caſtello. Inſuper & duas marcas argenti ſingulis annis in villa **Deſpines**, & duas marcas argenti in *Anglia*, quando Deus me creverit de terra, ſive de redditu quadraginta librarum, & theloneum in die mercati intra portas ejuſdem caſtelli, de hominibus ſancte *Mariæ*, liberum, & quietum, pro ſalute Regis *Henrici* domini mei, & pro ſalute animæ meæ, & *Matildis* uxoris meæ, liberorumque meorum, & pro ſalute & anima patris & matris meæ, & fratrum ſororumque mearum, & avunculorum, & omnium anteceſſorum meorum, & pro ſalute & animabus hominum meorum, vivorum ſive mortuorum, qui mihi fideliter ſervierunt, & mei cauſa deceſſerunt. Ea conditione & tenore, quod abbas ſancti *Vincentii Cenomanie*, omniſque conventus ad honorem Dei & ſancte *Mariæ* in eadem eccleſia ſancte *Mariæ* de **Bergaveny**, conventum faciat, qui miſericordiam Dei indeſinenter, pro ſalute & anima mea, omniumque ſupramemoratorum exoret. Si autem deceſſero antequam iſta adimpleam, hæres meus adimpleat & faciat. Preterea omnes decimas omneſque donationes & beneficia que dedit *Hamelinus* de **Balon** & *Brientius* comitis filius, & *VValterus* de **Herefort**, & *Henricus* de **Herefort**, ceteriq; datores dederunt Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & **Bergeveny**, concedo & ſigilli mei impreſſione confirmo, de quibus ſcilicet beneficiis cartas habent. Ad confirmationem vero hujus conceſſionis dabo monachis jamdictis cartam *Henrici* Regis *Angliæ*, & cartam archiepiſcopi *Cantuarienſis*, & cartam epiſcopi de **Landeu**. Hiis teſtibus *Rogero* fratre meo, *VVillielmo Bernois*, *Philippo Talebot*, *Gauf. le Bret*, *Nicolao* de **Daumartin**, *Philippo* de **Penros**, *Matheo* de **Manners**, *VVillielmo* de **Haſgrave**, *Matheo* Decano & *Roberto le Provoſt*, *Aluriche*, & multis aliis.

Vide Vol. 2. pag. 904. col. 1.

WOTTON-WAWEN,

in agro Warwicenſi, *Cella Abbatie de* Conchis, *in* Normannia.

Confirmatio Roberti *de* **Stafford**, *de eccleſia de* **Wotton**, *cum omnibus pertinentiis.*

Ex archivis collegii regalis *Cantabrig.* an. 1652.

ROBERTUS de **Stafford**, omnibus ſancte eccleſiæ filiis, tam clericis quàm laicis, & tam præſentibus quam futuris, ſalutem. Notum ſit vobis quod concedo, & confirmo, auctoritate mei Sigilli, omnes elemoſinas quas avus meus *Robertus* de *Toenio*, & pater meus *Nicolaus* de **Stafford** dederunt apud *VVottonam* Eccleſie ſancti *Petri Caſtellionis*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, ſcilicet, Eccleſiam de *VVottona* liberam & quietam, & abſolutam

tam cum decimis & oblationibus ejuſdem villæ & cum 1. hida que adjacet eccleſie S. *Mariæ*, & cum omnibus ad eandem eccleſiam pertinentibus, ſine aliquo participe, & cum alia hida que vocatur **Doverſele**, & cum x. totius dominii mei de *Wottona*, tam in plano, quàm in boſco, & in pratis, & in omnibus que pater meus dedit eis cum terra quam ipſi colunt, apud **Wotton.** Hec omnia concedo & confirmo predictæ eccleſiæ imperpetuum tenenda, liberè, quietè & abſolutè, ab omnibus conſuetudinibus, que mihi pertinent, & quam libertatem ego habeo in **Wottonne**, & homines mei, eandem libertatem habeant monachi & homines ſui in eadem villa, in plano, in boſco, in pratis, in aquis, & in omnibus. Hujus confirmationis ſunt teſtes *Robertus* filius *Pagani*, *Willielmus* de *Witeleia* & *Robertus* frater ſuus, *Willielmus* de *Kyntona*, *Godefridus Brus*, *Robertus* capellanus, *Willielmus* filius *Roberii*, *Willielmus* filius *Lefſtani*, *Robertus* filius *Eudonis*, *Nicolaus* de *Cloptona*, *Willielmus* filius *Wimundi*, & ex parte Monachorum, *David*, & *Walterus clericus*, & *Willielmus* ruſticus, tertius frater eorum, & *Rogerus Bachelere*, & *Walterus* nepos abbatis. *Valete*.

Carta conſimilis Hervei *domini de* **Stafford**.

Ibid.

NOtificetur univerſitati fidelium, quod Ego *Herveus*, gratia Dei dominus de **Stafford**, concedo ānuente domina *Miliſente* uxore mea & hæredibus noſtris, omnia dona, poſſeſſiones & elemoſinas quas *Robertus* de **Tony**, & *Nicolaus* filius ſuus de **Stafford**, & *Robertus* filius ejus dederunt apud **Wottonne** eccleſie ſancti *Petri Caſtellionis*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, ſicut in cartis eorum continetur; Scilicet eccleſiam de **Wottonne**, [&c ut in Charta præcedenti.] Sciant etiam omnes quod Ego adquietabo terram eccleſie de **Wotton**, ſcil. Hydam eccleſie ejuſdem & hydam de **Doverſele**, ab omnibus regalibus ſervitiis, que ab eis injuſtè exigere ſolebat dominus *Robertus* de **Stafford**, pater uxoris meæ, & de aliis querelis ad me pertinentibus. Hanc libertatem & conſuetudinem liberā de me & de hæredibus meis prædicte eccleſie, & omnibus de ea eccleſia tenentibus, concedo in perpetuam elemoſinam. Notum etiam ſit omnibus, quod concedo Deo, & eccleſie ſancti *Petri Caſtellionis*, molendinum quod eſt inter **Wottonne** & **Offord** in elemoſina per ſex ſolidos annuatim, cum omnibus libertatibus ſicut in tempore prædeceſſorum meorum dominorum de **Stafford** erant; ſcilicet in ſylva & in aqua, & in campis & in opere, & in terra. Hec omnia concedo pro anima patris mei, & matris meæ & anteceſſorum meorum dominorum prædictorum de **Stafford**. Et ut hec conceſſio futuris temporibus rata & inviolabilis permaneat ſigilli mei impreſſione confirmavi. Hiis teſtibus *Willielmo de la Vacherie* milite, domino de **Conches**, *Nigello*, *Petro*, *Gaufrido* famulis meis, *Roberto* de **Offorde**, & *Roberto* filio ejus, *Henrico* ſacerdote, *Roberto* de *Boſco*, *Symeone* carpentario, *Willielmo* filio *Normanni*, & quam plurimis aliis.

Carta *Radulphi* de **Tony**.

Ibid.

EGO Radulphus *de* **Tony**, *cum* Godehelde *matre mea, &c. Do etiam in* Anglica *terra manerium unam liberum & quietum, quod vocatur* Leva; *& eccleſiam ejuſdem ville, & totam decimam ex integro, & omnes decimas de meis dominiis, tam de planis, quam de boſchis, & in omnibus aliis meis maneriis per totam terram meam.* Scilicet *de* Cabenora, *de* Flamſteda, *de* **Erſervelees**, *de* **Werneflees**, *de* Aumeleia, *de* Berga, *de* Eſeleia, *ac* Aubodeleia, *& de* Linda *decimas de dominio, & tres hospites, de* **Eſtoques**, *& de* Hyda *decimam de dominio, cum uno hospite. In unaquaque villa prænominata decimas ex dominiis cum uno hospite. De terra* Hosberti filii Rualdi, *decimam de dominio, & uno hospite. De* Bromesberga *decimam de dominio. De* Remelega *decimam. De* Eſtantona. *De* **Pericahan** *decimas integre de omnibus dominiis meis, tam de planis quam in boſchis. De* Eſtertona *ſexaginta acras terræ. In villa de* **Hereford**, *unum Hospitem. De* **Bur**, *decimam de dominio. Do etiam decimas firme denariorum. & omnium proventuum integre tam de plano, quàm de Boſco, cum eccleſiis, & decimis de terra mea que vocatur* **Elevent**. *Teſtibus hiis,* Gilberto *& ejus fratre* Rogero, *&* Radulpho *ſeneſcallo.* Et Ilberto *vicecomite, & ipſo domino* Radulpho *teſtante, qui tenuit cornu dum ſcriptor notavit ſupradicta. Signum* Radulphi. *Signum* Yſabellis. *Signum* Radulphi *filii.*

Carta Rogeri *de* **Tony**, *filii* Radulphi.

Ibid.

NOtum ſit omnibus hominibus tam preſentibus quam futuris, quod Ego, *Rogerus* de **Tony**, filius *Radulphi* junioris &c. Preterea do & concedo prædicto abbati unam villam in *Anglia* totam, liberam & quietam dominio monachorum que vocatur **Werteham**, & eccleſiam & decimam ejuſdem ville, & unum molendinum, & moras ibi adjacentes ad piſcandum & warrenam. *Oſtentona*, quadraginta acras, & omnia que ad me pertinent in predicta villa. Pro hac conceſſione dedit michi *W.* abbas unum palefridum trium marcarum, & *Idæ* uxori meæ duas uncias auri. Et idem abbas & conventus quietaverunt me xiij. l. ſterling: quas eas debebam de elemoſina patris mei. Hujus rei teſtes ſunt *Richardus* de *Rom. Gulielmus* de *Portis*, *Samſone Andeg. Ricardo* de *Portes. Rogerus* de **Grotepance**, & alii multi.

Carta Regis *Henrici*.

Ibid.

IN *nomine ſancte & individue Trinitatis* Ego Henricus *Dei gratia Rex* Anglorum, *& dux* Normannorum *pro ſalute animæ meæ & patris & matris meæ, atque anteceſſorum meorum, Necnon conjugis mee, & univerſe prolis à Deo mihi conceſſe, concedo monachis in eccleſia ſancti* Petri Caſtellionis *Deo ſervientibus, liberam & quietam electionem abbatis ſecundum regulam ſancti* Benedicti, *& quod omnes homines eorum in* Anglia *manentes ſint liberi & quieti de omnibus conſuetudinibus & querelis ad me pertinentibus, ſcilicet, de* *ſchiris & de hundredis, & de* **Gelt**, *& de* **Danegelt**, *& de* **Hildielt**, *& de* **Hundreſu**, *excepto murdro, ſi repertum fuerit in terra eorum. Et ſi furtum repertum fuerit in terra eorum, forisfactum ſit monachis, & juſtitia mea. Et in* Normania *apud portum qui vocatur* Dieppa *ſint monachi & omnes res eorum, et proprii famuli liberi et quieti de omni paſſagio, et de omni conſuetudine in villa, et de omnibus hominibus eorum ibi manentibus habeant monachi* Leſeucas: *et ſi homines eorum habuerint naves in mari piſcantes, quicquid de navibus illis ad me pertinet, amore Dei concedo prædictis monachis; et cum his ſupradictis concedo et confirmo eccleſie ſancti* Petri *Caſtellionis omnia dona et beneficia que eis dederunt et conceſſerunt in regno et ducatu meo* Rogerus *ſenior de* Toenio, *et filius ejus* Radulphus *ſenex, et* Radulphus *juvenis, filius* Radulphi *prædicti ſenis, et* Rogerus *filius* Radulphi *juvenis, et eorum homines et alii barones mei.*

FOLKESTANENSE *Cœnobium, in agro* Cantiano, *Cella Abbatiæ de* Lolleio *in* Normannia.

Charta Willielmi *de* Abrincis *fundationem confirmans.*

Record. de term. S. Mich. 4H.4.Rot. 10.in dorſo, in Scaccario, ex par. rememorator. Reg.

Univerſis Chriſti fidelibus, preſentes literas inſpecturis, vel audituris, *Willielmus* de *Abrincis* miles, dominus de **Folkeſtan**, ſalutem in Domino temporalem & eternam. Quoniam mentes hominum libenter oblivionis incommoda patiuntur, & tempora mutantia cotidiè, more fluentis aque dilabuntur; Ideo cuncta geſta, perpetuo futuris temporibus memoranda, convenit eternari voce viva teſtium, & teſtimonio literarum, ne ea ſine certitudine reſervata, cum labente tempore fallibili, que memoria poſterorum involvantur abolenda. Noverit itaque univerſitas veſtra, quod ego dictus *Willielmus* de *Abrincis*, vidi, & inſpexi, & de verbo ad verbum coram me legi, audivi, curioſèque feci probari, literas fundationis conceſſionis & donationis nobiliſſimi viri domini *Nigelli* de *Munevilla*, quondam domini de **Folkeſtan**, anteceſſoris mei, factas & datas abbati & Monachis beate *Mariæ* de *Lonleyo*, & ſucceſſoribus eorundem, ſanas & integras in Sigillo, & in ſcriptura, non cancellatas, non abolitas, non corruptas, nec in aliqua ſui parte vitiatas, de quibus ſeriem rerum in eiſdem contentarum, in noſtris per Dei gratiam, intendimus recitare.

Inprimis dictus dominus *Nigellus* de *Munevilla*, cum uxore ſua *Emma*, in honore & amore Dei & ſanctæ *Mariæ*, & ſanctæ *Eanſwythæ* virginis, pro redemptione & ſalute animæ ſuæ, & uxoris ſuæ, & animarum anteceſſorum ſuorum, ſcilicet *Willielmi* de *Archis*, & *Beatricis* uxoris illius, & omnium parentum ſuorum dedit eccleſie beate *Mariæ* de *Lonleyo*, & *Ranulpho* tunc abbati & ſucceſſoribus ejus, & monachis ejuſdem loci, eccleſiam ſanctæ *Mariæ*, & ſanctæ *Eanſwythæ* de **Folkeſtan**, cum patronatu ejuſdem, & omnes eccleſias dominii ſui, cum patronatu earundem, ad honorem de **Folkeſtan** pertinentium, cum omnibus pertinentiis ſuis, & proventibus, & redditibus, & conſuetudinibus quas laicus in eccleſiaſticis rebus habere, & dare poteſt, in puram & perpetuam elemoſinam, aſſenſum & auctoritatem ſuam prebente *Anſelmo Cantuariæ* archiepiſcopo, anno ab incarnatione Domini milleſimo nonageſimo quinto, regnante *Willielmo* Rege juniore, filio Regis *Willielmi* qui *Angliam* devicit. 1095. Conceſſit præterea idem *Nigellus* eiſdem Monachis, duas terras dominii ſui, ſcilicet, **Cornyls** & **Forenden**, cum omni jure, & juriſdictione, ſicut in eiſdem habebat, liberas & quietas ab omni ſeculari ſervicio, preter **danegeldum**, quod ſolvendum eſt de **Cornylis** ſolummodo; Dedit etiam dictis Monachis viginti ſolidos, quos habebat in **Folkeſtan** de **Hanetot**, & **Chyldewite**. Hos viginti ſolidos remiſit *Ranulphus* abbas Burgenſibus de **Folkeſtan**, tali conditione quod ipſi conceſſerunt omnem decimationem piſcium capture ſue in ſempiternum, prædictis Monachis de **Folkeſton**. Memorata vero *Beatrix*, poſt mortem domini ſui *Willielmi* de *Archis*, veniens ad terram dotis ſuæ de **Newenton**, conceſſit prædictis monachis plenam medietatem decimationis de dominio ſuo in omnibus que decimari ſolent, & debent. *Nigellus* verò dedit plenariè eiſdem monachis omnem decimationem dominii ſui, de **Folkeſton**, de **Sterlingham** de **Walton**, de **Northwode**, de **Alkeham** & **Standen**, & de nemoribus ſuis, tertiam partem autem decime de **Flete**, in omnibus que decimari debent, in garbis, in aquis, in vitulis, in caſeis & de molendino ville ipſius tertiam partem: de **Folkeſtan** verò & de **Alkeham** & de **Sterlingham**, de denariis proprii gabli, de molendinis, de melle, de pratis, de vineis, de fructibus viridariorum ſuorum, de pullis, de vitulis, de porcis, de agnis, & de ſilveſtribus beſtiis parci, & de paſnagio, de paſturis, & de piſcibus vivariorum, cum omnibus quæ mare eicit in propriam terram dictorum monachorum. Mortuo vero *Nigello* abſque maſculo hærede, *Henricus* Rex, frater *Willielmi* junioris, dedit filiam ejus, nomine *Matildam*, *Rualoni* de *Abrincis*, cum omni terra, & honore quem *Nigellus* habuit dum vixit. *Rualo* vero conceſſit monaſterio *Longiledi*, & monachis de **Folkeſtan**, omnia ſicut ſunt ſuperiùs annotata, integra & illibata abſque ulla diminutione. Et quia ego dictus *Willielmus* de *Abrincis* omnia & ſingula ſuperiùs annotata, & contenta in literis domini *Nigelli* de *Munevylla*, quondam domini de **Folkeſton**, anteceſſoris, & domini *Rualoni* de *Abrincis* vidi contineri, & coram me feci legi, recitarique diligentèr, quibus auditis, perlectis, & intellectis omnes & ſingulas donationes, elemoſinas ſupradictas comperii, & inveni, rectè, & juſtè factas, & datas, & confirmatas fuiſſe prædictis abbati, & monachis & ſucceſſoribus eorundem. Ideo, ut participationem ampliorem habeam in precibus, ſuffragiis, & aliis beneficiis dictorum abbatis & monachorum de *Lonleyo*, & de **Folkeſtan**, tam me, quam prædeceſſores meos ac etiam ſucceſſores, volo, ſanctam eccleſiam, in ſuis juribus & libertatibus, in quantum poſſent indempnem, & illeſam obſervare, necnon ſervos Dei, prefatoſq; religioſos de **Folkeſtan**, in ſuis poſſeſſionibus, elemoſinis, & conſuetudinibus liberos & quietos aſſiduè, ſine moleſtatione quacunque permanere. Quia bona & munimenta eorum non vellem, nec deberem infringere vel minuere; immo magis veſtigiis anteceſſorum meorum adhereo, ea munificentia, qua poſſum augmentata dilatare, in honore ſancte Dei genetricis *Mariæ*, & S. *Eanſwythe* virginis, & ob favorem, & devotionem ferventem, quas erga ſanctam religionem habeo, preſcriptas omnes donationes, & ſingulas in quocunque titulo anteceſſorum meorum comprehenſas & inſertas, elemoſinas, decimas, collationes, terras & tenementa, confirmationes, & jurium, poſſeſſionum, eccleſiarum, libertatumque conceſſiones ratas & gratas habeo, in quantum mihi pertinet, pro me & hæredibus meis approbo, ratifico, in novo & preſentis paginæ teſtimonio do, abſque ulla diminutione; & prædictis monachis de *Lonleyo* de **Folkeſtan**, & ſucceſſoribus eorundem, in puram & perpetuam elemoſinam confirmo, videlicet in domibus, terris, pratis, & redditibus, nemoribus, poſſeſſionibus, & conſuetudinibus, & cum omni jure, & juriſdictione plenaria de **Cornylis** & de **Farenden**, ſicut dominus *Nigellus* habebat abſque ulla reclamatione, à me, nec ab heredibus meis in illis terris, nec in aliis donationibus, ſuperiùs nec inferiùs contentis facienda, & in aliis juribus & libertatibus omnibus, & decimis quibuſcunque, maximè in decimatione omnium ad meum dominium de **Folkeſtan**, quocunque modo ſpectantium, ſcilicet meorum reddituum proprii gabli de *Folkeſtona*, de **Sterlingham**, & de **Alkham**, paſnagii mei parci, piſcium vivariorum meorum, cum omnibus que mare eicit in propriam terram dictorum monachorum, boſcorum meorum incolarum. In decimis etiam beſtiarum mearum, & exituum earundem, videlicet, caſeorum, pullorum, vitulorum, agnorum, porcorum, & omnium animalium ſilveſtrium, & de fructibus viridariorum meorum, & vinearum, & volucrum, & omnium aliorum totius dominii mei, que debent, vel poſſunt de jure, & equitate decimari. Verùm quia monachi predicti, de caſtello de **Folkeſtan**, in quo fundati fuerunt, ſua ſpontanea voluntate, aſſenſum & auctoritatem ſuam prebente venerabili patre domino *Johanne* Dei gratia *Roffenſi* epiſcopo, vicario Archiepiſcopatus *Cantuariæ*, poſt mortem domini *Willielmi* archiepiſcopi *Cantuariæ*, anno primo, ſede vacante, exire voluerint ad quandam novam eccleſiam, quam eis dedimus, extra dictum caſtellum, cum patronatu ejuſdem quæ aptior videtur eis; Et quendam locum juxta eccleſiam, quam eis dedimus, & concedimus & confirmavimus in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut aliqua elemoſina meliùs dari poteſt, vel appropriari (quia, quod ſemel Deo dedicatum eſt, ampliùs ad uſus humanos non eſt transferendum.) Et eos ibidem fundavit, cum omnibus ſuis eccleſiis, poſſeſſionibus, terris, juribus, redditibus, conſuetudinibus, abſque ſervitute, infra omnia ſepta Prioratus vel impedimento; Et cum omnibus aliis rebus quæ tenuerunt & habuerunt abſq; ulla diminutione, ſicut eo tempore tenuerunt, cum adhuc in dicto caſtello remanebant; Ideo nè loca pure elemoſinata, & dictis monachis appropriata, per heredes vel miniſtros noſtros, vel alios temerè violentur, vel turbentur, volo, & hic confirmo, quod nullus, nomine meo, aut hæredum meorum, impoſterum, infra ſepta vel clauſuram Prioratus, & domus ipſorum monachorum de **Folkeſtan**, poſſit, debeat, nec preſumat, jure conſuetudinis, uſus dampni vendicando, res, blada, boves, equos, jumenta, ſeu alia animalia, vel bona quecunque, capere, extra ponere. Hoſpitum locum ipſorum ſpoliando, aut de meis alieniſve animalibus, ovibus, ſervientibus ipſos honerando, aliquem aut aliquod ibidem vi tenere, dimittere cuſtodiendum ſuſtentandumque quocunque colore queſito, in ipſorum dampnum & gravamen, & eccleſiaſticæ libertatis leſionem, nec non in prejudicium ſui Prioratus, in quo nihil omnino mihi, aut hæredibus meis, in aliquo die anni preter ſuffragia, & participationem precum, & orationum dictorum monachorum retineo, ſed liberum pacificum & quietum in futuro volo remanere. Adhuc etiam volo & conſentio, quod ego & hæredes mei, vel quicunque ſuccedentes, omnes res, donationes, & collationes ſuperiùs contentas & comprehenſas, prædictis monachis & ſucceſſoribus ſuis manutenere, warantizare, fideliter teneantur in futurum. Verùm quia inſtrumenta, & Cartæ meorum anteceſſorum per ignem & aquam, putredinem, vetuſtatem, aut tyneam, rubiginem, vel guerram, ſive aliam fortunam poſſent adnihilari, deperire, vel corumpi, Quare ego motus intuitu divine pietatis concedo, & volo ad petitionem ipſorum, quod dicti monachi de **Folkeſtan**, mihi, nec hæredibus meis aliqua fundamenta, titulos de cetero teneantur oſtendere, ſeu etiam compellantur exhibere, nec compelli poſſint, niſi ſolummodo preſentem iſtam meam donationem, & confirmationem; Quiſquis autem meorum hæredum, aut aliorum quorumcunque cauſam, à me, vel à meis habentium execrabile mentis ingluvie, profanæque cupiditatis exagitatus & depravatus, hanc paginam meæ mere & ſpontaneæ confirmationis, innovationis, approbationis impedire, minuere, violare, vel in aliqua ſui parte voluerint, ſeu niſi fuerint infringendo deturbare, vel detinere in parte, vel in toto, iram irrevocabilem, & maledictionem Dei patris, & beatæ *Mariæ* matris ejus, & ſanctæ *Eanſwythæ* virginis, quarum famulis & ſervientibus fecerit injuriam, ſe ſenciat celeriter, & terribiliter incurriſſe, qui tanquam membrum inutile Chriſti, ſegregatus à corpore, per eccleſiam, Anathemate perpetuo feriatur, niſi penitendo recipiſcat; & cum *Juda* Chriſti traditore cathenatus in tenebris & in umbra mortis, ubi erit fletus inceſſabilis, & ſtridor dentium torqueatur, inde cum *Dathan* & *Abiron*, quos in carne viventes abſorbens aperta terra deglutivit, ſortiendo portionem, detrudatur in igne gehennali, cohorte Demoniaca preparata dampnabiliter ſine fine cruciandus. In quorum omnium fidem, & teſtimonium, nè meos poſteros, aut alios lateat in futurum, preſentem Cartam, & confimationem eiſdem monachis dedi, Sigilli mei munimine, & impreſſione roboratam. Hiis teſtibus *Willielmo* de ſancto *Lupo* milite, *Alexandro Tyrell*, *Hugone* camerario. *Johanne* de **Morton**, *Stephano* filio *Wydonis*, *Haſcull.* *Willielmo* de *Haſeio*, *Baſſey*, *Hugone* Coko, *Roberto* de **Eadchilde**, *Johanne* venatore, *Eadwino* filio *Richardi*, *Alano* de **Stræt**, & pluribus aliis.

KIRKBIENSE *Cœnobium in agro* Warwicenſi, *cella S.* Nicholai Andegavenſis.

Carta Goſfredi *de* Wirchia.

Ex ipſo autographo in bibl. *Cotton.* anno 1640.

GRatias agimus omnipotenti Deo qui nobis de tranſitoriis eterna, de temporalibus perpetua mercari conceſſit, quod ego perpendens *Goſfredus* de *Wirchia* nomine, ex his quæ ſervitio ab optimo Rege *Anglorum Willielmo* emerui, pro ipſius domini mei regis pace ac ſalute, atque animæ ipſius remedio, necnon & pro mei, & anteceſſorum meorum, uxoriſque meæ *Alueva* ſuorumve prædeceſſorum ſalute concedo Deo ſanctoque *Nicholao* in *Andecavenſi* cœnobio hæc; ſcilicet villam quæ dicitur *Copſtona* cum omnibus ad ipſam pertinentibus. Eccleſiam quoque quam diruptam reedificavi, & in honore beatæ *Mariæ* ſanctiq; *Dioniſii* dedicari feci, cum ornamento ipſius eccleſiæ, & presbitero, nomine *Frano*, & omnibus ſuis; res quoque omnes alterius presbiteri, nomine *Oſgot*, quas de me tenet & quas habebit ad obitum illius, ſive deceſſum, eidem eccleſie ſancti *Nicholai* & monachis ejus concedo. Dono etiam eis de quinq; villis meis, id eſt *Wapenberia*, *Neabaldo*, **Lellevort**, **Crec**, & *Meltona*, duas partes decimarum annone, & beſtiarum, decimam lane & caſeorum: & in villa que dicitur *Huntona* tertiam partem decime de annona; lane & caſeorum decimam totam; decimam paſnagii totam, quinq; molendinorum in his ſupradictis villis decimam totam; In *Meltona* mercati & thelonei decimam totam, in inſula que dicitur **Ariholme** tertiam partem decime de annona, lanæ & caſeorum decimam totam; decimam paſnagii totam; decimam piſcium totam, paſtionem ad porcos eorum do eis ſine paſnagio quietè in omnibus ſilvis meis. Dono etiam ad cuſtodiendas decimas ſupradictas in iſtis quinque villis ſcilicet *Neobaldo*, Crec, *Antona*, *Meltona*, **Ariholme** unum hominem ſancto *Nicholao* in unaquaque iſtarum villarum, cum omnibus coſdumis eorundem hominum, ſicut habeo & teneo à rege *Anglorum*. In *Kirkeberia* terram frumento ferendo aptam ſcilicet viginti acras. *Hæc omnia dono, & concedo Deo & ſancto* Nicholao, *& monachis ejus ita quieta & ſoluta de mea parte ab omni coſduma, & querela in elemoſina. Elimoſinas quas mei homines facient de ſuis decimis, atque leſſas, de ſuis ſubſtantiis Deo, & ſancto* Nicholao *concedo. Data ſunt iſta in kalend. Julii ipſo die dedicationis prædicta eccleſia, preſente epiſcopo* Petro. *Iſti ſunt teſtes.* Ivo *filius* Hugonis *de* Grentiſmaiſniſo, Ivo *miles ejus*, Hugo *de* Guidvilla. Robertus Burdet. *De hominibus ipſius* Goſfredi Alfredus, Ranulphus, Albericus, Walterius, Buterius, Robertus, Raginaldus *de* Campania, Walterius *de* Pallentuna: Rogerius, Hermenfredus *de* **Warwic**, Hamo *abbas ſancti* Nicholai; *& de monachis ejus*, Goſfredus, Radulphus, Stephanus, Mauricius, Rogerius Hermanus. *De ſancto* Ebrulfo. Hugo *clericus de Sup. & alii plurimi. Acta ſunt hæc in villa que dicitur* Kirkebiria *anno dominicæ incarnationis Mlxxvij. regni autem* Willielmi *nobiliſſimi regis xlj.*

Carta Rogeri *de* Mulbraio.

Ex autographo in bibl. *Deuveſiana.*

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris, *Rogerus* de *Mulbraio* Salutem. Sciatis me conceſſiſſe, & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo, & eccleſiæ ſancti *Nicholai* de **Kirkeby**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, omnia tenementa ſua, & beneficia à prædeceſſoribus meis ſibi collata; ſcilicet eccleſiam de **Kirkebi**, & eccleſiam de **Landeford**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas *Goſfridus* de *Wirchia* eis inperpetuum dedit; & eccleſiam de **Newbold**, quam *Nigellus* de *Albineio* eis ſimiliter dedit, & conceſſit. Præterea volo atq; firmiter præcipio, ut omnes quibus dedi dominia mea cujuſcunq; ſint conditionis, ſive ſunt clerici, ſive laici, omnes decimas ad prædictas eccleſias ſpectantes, abſque omni impedimento & vexatione reddant; nulli enim dedi vel donaſſe prohibeo, aut warantizo, niſi quod meum erat; Hiis teſtibus, *Roberto* de **Deivill**, *Hugone Malebiſſe*, *Hereberto* de **Morvill**, *Thoma* de **Wappenbire**, *Hamone Beler*, *Richardo* de **Morevill**, *Rogero* de *Ardena*, *Roberto* de **Buci**, *Roberto* de *Bellocampo*, *Radulfo Bruſebarre*.

Carta Nigelli *de* Mulbraio, *donationes anteceſſorum confirmans*.

Ibid.

N*Igellus* de **Mulbray**, Omnibus clericis & baronibus, & cæteris hominibus ſuis, tam præſentibus quam futuris ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac carta confirmaſſe Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & eccleſiæ ſancti *Nicholai* de **Kirkeby**, & Priori & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes, terras, decimas, & elemoſinas, & omnia cætera beneficia quæ data ſunt eis ab anteceſſoribus meis, per maneria mea, ſcilicet **Ariholme**, **Meltune**, & de *Spineto*, quod eſt de dominio meo, & de *Hantuna* in *Ardena*, & cæteris maneriis, ſicut cartæ *Goſfridi* de *Wirchia*, & *Nigelli* avi mei, & *Rogeri* patris mei teſtantur. Quapropter volo & firmiter præcipio, ut prædicti monachi omnia tenementa præfata, & paſnagias, & decimas, & cætera beneficia ſua in boſco & plano, liberè, & quietè, & honorificè teneant, ſicut meliùs & liberiùs tenuerunt in tempore *Henrici* regis prædeceſſoris noſtri, & tempore *Nigelli* avi mei, & *Rogeri* patris mei. Volo etiam ut quicunque teneant predicta, quod ipſi præfati monachi babeant omnia jura ſua: & iterum volo & præcipio quod homines ſancti *Nicholai* qui in præfatis villis manent, habeant communam in boſco & plano & in paſtura, ſicut ipſi qui melius habent ex vicinis ſuis, qui tenent talem tenuram, & omnes libertates & conſuetudines, quas tempore regis *Henrici* & *Nigelli* avi mei habuerunt. Inſuper prohibeo, ut nullus exigat ab eis auxilia vel operationes, aut aliquas ſeculares exactiones. His teſtibus, *Richardo Cornub.* Priore de **Birkeby**, *Renaldo* monacho, *Waltero* monacho, *Siwardo* monacho, *Baldwino* monacho, *Waltero* de *Camvilla*, *Hugone Malebiſſe*, *Hamone Beler*, *Nicholao* de **Bellun**, *Roberto Beler*, *Roberto* de *Waura*, *Anketillo* de **Creſt**, *Willielmo* de *Waura*, *Adam Cornewaille*, *Regin.* de **Neuham**, *Jordano* capellano de **Birkebi**, *Roberto* diacono, *Dreo* ſubdiacono.

Pat. 3 H. 5. part. 2. m. 39.

REX &c. Sciatis quod cum *Ricardus* nuper rex *Angliæ* prædeceſſor noſter defunctus, per literas ſuas patentes, anno regni ſui **xx.** conceſſit & licentiam dediſſet (*&c.*) *Thomæ* nuper duci *Norff.* (*&c.*) per nomen *Thomæ* nuper comitis *Notinghamiæ* & mareſcalli *Angliæ*, quod ipſe in proprio ſolo ſuo apud **Eppeworth** infra inſulam de **Axiholme** quandam domum (*&c.*) ordinis *Cartuſienſis* ordinare (*&c.*) Ac etiam idem nuper rex per eaſdem literas patentes (*&c.*) licentiam dediſſet (*&c.*) abbati monaſterii S. *Nicholai* in *Andegavia* ordinis S. *Benedicti* (*&c.*) quod ipſi (*&c.*) aſſignare poſſent dictis Priori & monachis dictæ domus *Cartuſienſium* (*&c.*) Prioratum de **Byrkeby**-*monachorum* cum pertinentiis in comitatu *Warwici* cum maneriis de **Newbold** ſuper **Avene**, **Coppeſtone**, & **Waltone** in com. prædicto (*&c.*) Nos (*&c.*) confirmamus inperpetuum (*&c.*) T. rege apud *Weſtm.* xxviij. Junii.

S. TRINITATIS Eborum *Prioratus*, *cella* Majoris-monaſterii *in* Gallia.

Carta Radulfi Paganelli *de prima fundatione ejuſdem.*

Recorda de termino *Trin.* 3 *H.* 4. Rot. 14. Scacc. penes Remem. Regis.

IN nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis; poſtquam dominus noſter *Jeſus Chriſtus*, morte devicta, victor ad patris dextram conſedit, & diſcordiam, quæ inter Deum & homines, per primæ prevaricationis reatum irrepſerat, ſua indebita morte delevit, cunctis piè querentibus regni cœleſtis ingreſſum patet janua, quicunque intra ſanctæ & univerſalis eccleſiæ uterum conſtituti, fide vel operibus bonis tendunt ad cœleſtia. Ille enim ad celeſtia veraciter tendere dicitur, qui vicia carnis ſuæ, ſub moderamine continentiæ reſtringens, ac proximum ſicut ſeipſum diligens, ab unitate eccleſiæ alicujus hæreſis peſte non dividitur, ſet qui potius eam exaltare, atque ex ſuis rebus, tanquam ſponſam Chriſti, honorare pro poſſe ſuo totis ſtudet viribus. Hujus rei multa, omnibus exempla ſuppetunt, quibus inſtructi cæleſtes divitias in futurum ſibi theſaurizare poſſunt, *Moyſes* etenim, revelatione divina commonitus, in deſerto tabernaculum teſtimonii conſtruxit, in quo erat archa teſtamenti, ac cherubyn gloriæ obumbrancia propitiatorium, quatinus populus *Iſrael*, in eo ſacrificia domino ſecundum legem, jugiter offerret, ut carnalibus ſacrificiis aſſuetus, & ne per culturam multorum Deorum falſorum, deflueret, tanquam vinculo ligatus, quandoque ſpiritualia querere diſceret, per quæ ad ſalutem quæ in Chriſto eſt, abjecto legis velamine, ſaltem aliquando perveniret. *David* autem cui juravit dominus, quod de fructu ventris ejus poneret ſuper ſedem illius, quia templum domino edificare non prevaluit eò quod audiſſet à domino, per prophetam, quod multum ſanguinem fuderit, expenſas permaximas auri, & argenti, ferri, & metalli, *Salomoni* filio dereliquit. Miniſtros levitici generis ad laudandum Deum *Iſrael* ordinavit; carmina *Davitica*, quæ die, & nocte in templo domini canerent, per ſpiritum ſanctum compoſuit, & quod nunc, tempore revelatæ gratiæ, à filiis ſanctæ matris eccleſiæ ſpiritualiter geritur, ipſe tunc quibuſdam dictis typicis, & factis, aperire nitebatur. *Salomon* autem pacificus, jubente domino, ſicut *David* deſideraverat templum domini, miro opere, conſtruxit; quod poſtea ab *Aſſiriis*, peccatis exigentibus, incenſum, atque ſubverſum filii tranſmigrationis Juda cum ſummo labore reſtauraverunt. Quodque iterum poſteà ab *Antiochio* rege gentili contaminatum, *Machabei* deſtructo altari prophanatoque, in hymnis & confeſſionibus, dominum benedicentes, aliud ex quadratis lapidibus fecerunt & dedicaverunt; ut per hæc preſentes & futuri cognoſcent, quantum devotionis vel quantum laborem, circa culturam Dei, & eccleſiæ ejus impendere deberent. Si enim antiqui ſub legis onere conſtituti, tam ferventes in conſtructione & reſtauratione templi ſui extiterunt, in quo carnes taurorum, hyrcorum & arietum offerrent, quanto magis hii, qui ſub gente in Chriſto renaſcuntur, circa conſtructionem & renovationem eccleſiarum Dei, in quibus corpus & ſanguis Chriſti, & Chriſma, oleumque ſacrum conſecrantur, ferventiores exiſtere debent. Hiis, & multis aliis exemplis, tam veteris, quam novi teſtamenti quam plurimi accenſi, dum Deo fideliter ſervire, & peccata ſua elemoſinis redimere, eccleſiaſque conſtruere, atque in melius reformare, & ex redditibus ſuis honorare ſatagunt; quid aliud quam ad regni celeſtis palacium, recto itinere, tendunt?

Quapropter ego *Radulphus*, *Paganellus* cognominatus, divini amoris igne inflammatus, cupiens in cælo theſaurizare, quæ poſt hanc vitam queam centuplicata recipere, habens apud *Eboraci* civitatem, de feudo regis *Anglorum*, quandam eccleſiam in honorem ſanctæ *Trinitatis* conſtructam, olim canonicis, ac prediorum redditibus atque ornamentis eccleſiaſticis decoratam, nunc verò peccatis exigentibus, penè ad nihilum redactam, cupiens in ea ſervitium Dei, quod deperierat reformare, tradidi eam beato *Martine*

Majoris-monaſterii, ejuſque monachis perpetuò poſſidendam, pro anima domini mei *Gulielmi* regis, & uxoris ejus *Matildis*, atque pro ſalute, ac ſtatu regni filii ipſius *Gulielmi*, qui etiam hoc donum auctorizavit libenter, annuente uxore mea *Matilda*, atque filiis meis *Gulielmo*, *Jordano*, *Elia*, atque *Alano*, quatinus abbas *Majoris-monaſterii*, de ipſa eccleſia, & de rebus ejuſdem eccleſiæ, & de monachis, in præfata eccleſia Deo ſervientibus, deinceps, liberam ordinandi habeat facultatem; Quatinus, aſſiduis ipſorum orationibus partem beatæ reſurrectionis, in futuro habere mereamur. Hæc ſunt quæ ego *Radulphus Paganellus* pro anima mea, ad ſuſtentationem monachorum eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis* prebui. Ipſam eccleſiam ſanctæ *Trinitatis*, & tres croftas ad ipſam eccleſiam pertinentes, quæ jacent ad occidentalem ipſius civitatis. In hac eadem urbe *Eboraci*, eccleſiam ſanctæ *Helene*, & quodcunque habeo ad ipſam eccleſiam pertinens. Ante eandem quoq, eccleſiam toſtum unius diaconi. In *Lincolnienſi* verò ſcira, eccleſiam de **Erneham**, & quicquid ad eam pertinet, tam in terra, quam in decimis, & propriæ halle decimas: & duas partes decimarum he haulis de *Aſcelaria* & de *Scaleberia*, de feno quod tenet *Odo* de *Tuſcet*. Similiter duas partes decimarum de *Tablesberiis*, de haula de feno, quod tenet *Radulphus* de *Rolliaco*: Eccleſiam de *Raſa*, & quicquid ad eam pertinet, in omnibus rebus, & decimis haulæ, totius prædicte ville. Eccleſiam de *Bertona* & quicquid ad eam pertinet, & decimas haulæ, eccleſiam de *Rochesberia*, & quidquid ad eam pertinet, & decimas haule. In *Eboracenſi* ſcira, in villa quæ vocatur **Orachs**, piſcatoriam unam, & decimam cæterarum piſcatoriarum, & in *Bardulbeia* quicquid habuit Merleſuain. Eccleſiam de *Newtona*, & quicquid ad eam pertinet, & decimas halle, In **Monecheton** eccleſiam cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Leddis**, & quicquid ad eam pertinet, & decimas haulæ, & dimidiam carucatam terræ quam tenuit *Reginaldus*, incrementum ad terram que ante pertinuit ad eccleſiam: Totam etiam decimam haule de *Stratona*; Eccleſiam de *Hotona*, & quicquid ad eam pertinet, & decimas haule. Eccleſiam ſanctæ *Helene* de *Terneſco*, & quicquid ad illam pertinet. Eccleſiam ſancti *Johannis* de *Adela*, & unam carucatam terre, & decimas de *Ardintona*, & omnium villarum quæ ad eam pertinet & decimas de haula. Dimidiam quoque eccleſiam de **Cranban** & quicquid ad illam pertinet. Eccleſiam de *Bartona* in *Ridala*, & quicquid ad ipſam eccleſiam pertinet; & decimas de haula, decimas etiam de *Fadmora*; Poſtea verò dedit idem *Radulphus*, & uxor ejus *Matildis*, annuentibus filiis, totam *Stratonam*, cujus prius dederat decimam in perpetuam & liberam elemoſinam; exhibuit etiam curiæ quandam bullam ſanctiſſimi patris *Alexandri* papæ ſuper confirmatione premiſſorum cujus tenor ſequitur in hæc verba.

Alexander *epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Priori & fratribus ſanctæ* Trinitatis Ebor. *ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Piis deſideriis religioſorum virorum clementer nos convenit condeſcendere, eorum juſtis petitionibus facilem indulgere favorem. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus annuentes & proſequentes noſtri officii debitum, eccleſias decimas villas, & alia quæ inferiùs annotantur ſicut ea rationabiliter poſſidetis, vobis & eccleſiæ veſtræ auctoritate apoſtolica confirmamus. Eccleſiam videlicet* omnium Sanctorum *in* Nordſtreta, *eccleſiam S.* Brig. *in* Muclegata; *capellam S.* Jacobi *extra portam* Ebor. *Eccleſiam S.* Helenæ *in* Fiſcheregata. *Eccleſiam S.* Petri *de* **Ledes** *cum omnibus pertinentiis. Eccleſiam omnium Sanctorum de* Raſa *cum omnibus pertinentiis ſuis. Et medietatem eccleſiæ de* **Cramberen** *& cellulam de* Hedleia *cum omnibus pertinentiis ſuis.* **Ethorning** *in boſco de* Ria, *& capellam de* **Holebec** *cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* **Monketon**, *& eccleſiam de* **Rochesby** *cum omnibus pertinentiis ſuis. Decimas quas habetis de feodo* Radulfi Paganelli *in* Eboracſira. *In* **Bartone** *duas partes decimarum de dominio. In* **Neuton** *duas partes decimarum de dominio* Radulfi *de* **Rolli**. *In* **Neuton** *ſuper* Uſam *duas partes decimarum de dominio. In* **Hotone** *in* **Bilaham** *& in* **Thirnescoh** *duas partes decimarum de dominiis. In* Lincolnſira *in* **Berton** *duas partes decimarum de dominio. In* **Scalleby**, *In* **Esseby** *duas partes decimarum de dominio* Simonis Toſchet. *In* **Tanelesby** *duas partes decimarum de dominio* Radulfi *de* **Rollf**. *In* **Irnaham** *duas partes decimarum de dominio, villam de* **Stratone** *& villam de* **Cunigestorpe** *cum omnibus pertinentiis earum; Terras quas habetis infra portas* Eboraci *& extra; duas carucatas terræ in* **Orengeshireses**; *duas carucatas & duas bovatas terræ in* **Ledes**. *In* **Suiterton** *duas bovatas terræ. In* **Sipelœr** *unam bovatam terræ. In* **Secroft** *duas bovatas terræ. In* **Hanepole** *dimidiam bovatam terræ. In* **Munketone** *unam carucatam terræ & dimidiam. In* Heſleſaia *quatuordecim bovatas terræ. In* **Husburne** *quatuor bovatas terræ. In* **Bardeby** *unam carucatam terræ; & eccleſiam S.* Johannis *de* Adela, *& medietatem ejuſdem villæ cum omnibus pertinentiis ſuis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere* (&c.) **Dat. Lateran.** *ſecundo Nonas Maii.*

Præceptum regis Edw. I. *Eſcaetori ſuo, ad inquirendum de jure patronatus ejuſdem.*

Eſcaet. an. 34 Ed. I. nu. 82.

EDwardus, Dei gratia rex *Angliæ* dominus *Hiberniæ* & dux *Aquitaniæ* dilecto & fideli ſuo *Ricardo Oyſel* eſcaetori ſuo ultra *Trentam* ſalutem. Licet per inquiſitionem quam per vos fieri fecimus acceperimus, quod Prioratus ſanctæ *Trinitatis Eborum* non eſt de fundatione noſtra nec de patronatu noſtro ſet de fundatione & patronatu *Radulphi Paynel* quondam domini de **Orar** in comitatu *Eborum* cujus heres eſt infra etatem & in cuſtodia noſtra, & quod Prioratus ille in cuſtodia noſtra ſeu aliquorum progenitorum noſtrorum aliquo tempore vacationis ejuſdem temporibus retroactis non exiſtebat. Quia tamen in inquiſitione illa non fit mentio, quem ſtatum prædictus *Radulphus* aut ejus hæredes ſeu anteceſſores prædicti hæredis in Prioratu prædicto temporibus vacationis ejuſdem habere conſueverunt, volentes inde certiorari, vobis mandamus quod per ſacramentum proborum & legalium hominum de balliva veſtra per quos rei veritas meliùs ſciri poterit, diligenter inquiratis, quem ſtatum prædictus *Radulphus* vel ejus heredes ſeu anteceſſores prædicti heredis in Prioratu prædicto temporibus vacationis ejuſdem hactenus habuerunt, tam in cuſtodia ejuſdem Prioratus tempore vacationis ejuſdem, quam in reſtitutione ſeu receptione temporalium ejuſdem, & qualiter, & quo modo. Et inquiſitionem inde diſtinctè & apertè factam, nobis ſub ſigillo veſtro & ſigillis eorum per quos facta fuerit, ſine dilatione mittatis & hoc breve. Teſte me ipſo apud **Shene** vij. die Octobris anno regni noſtri triceſimo tertio.

Inquiſitio inde facta.

Eſcaet. 34. Ed. 1. n. 82.

INquiſitio de ſtatu quem *Radulphus Paynel* vel ejus heredes ſeu anteceſſores ejuſdem heredis in Prioratu ſanctæ *Trinitatis Eborum* temporibus vacationis ejuſdem, tam in cuſtodia ejuſdem Prioratus quam in reſtitutione ſeu receptione temporalium ejuſdem habuerunt, facta apud *Eboracum* xxiiij. die Novembris anno regni regis E. xxxiiij. per ſacramentum *Alani* de **Scotherſkelf**, *Willielmi Sperry*, *Ricardi Davy*, *Johannis* de **Apelton**, *Walteri Goldbeter*, *Thomæ Amory*, *Roberti* de ſancto *Leonardo*, *Ricardi* de **Bilburgh**, *Willielmi* de **Alne**, *Johannis* de **Askham**, *Willielmi* de **Langeley**, & *Johannis le* **Wayder**. Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum quod prædictus *Radulphus* nec ejus hæredes neque anteceſſores ejuſdem heredis nullam cuſtodiam ejuſdem Prioratus nec reſtitutionem neque receptionem temporalium ejuſdem aliquo tempore vacationis ejuſdem habuerunt niſi tantummodo quemdam janitorem per ipſos fundatores conſtitutum, ita quod idem janitor cuſtodiret prædictum Prioratum ne catalla & bona ejuſdem Prioratus in eodem inventa per aliquem amoverentur. Et dicunt quod quandocumque Prior dicti loci deceſſerit, quod alter Prior qui ſucceſſivè de *Majori monaſterio* per abbatem illius loci in dignitatem illius Prioratus deputatus fuerit & ibidem venerit & declinaverit, quod bene licebit eidem Priori prædictum Prioratum intrare ſecundũ ordinationem ſibi inde diſpenſatam, ſine aliqua contradictione prædicti *Radulphi* ſeu aliquorum heredum ſuorum vel aliqua contributione pro ingreſſu eiſdem facienda vel fidelitate. In cujus rei teſtimonium preſenti inquiſitioni predicti jurati ſigilla ſua appoſuerunt.

HEDLAIEENSE *Cœnobium in comitatu* Eborac. *cella S.* Trinitatis Eborum.

Carta Ypoliti de **Bram**.

Ex ipſo autographo in turri b. Mariæ Ebor.

ONnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam preſentibus quam futuris, *Ypolitus* de **Bram** ſalutem. Notum ſit vobis me dediſſe & conceſſiſſe, & hac preſenti Carta mea confirmaſſe Deo & ſancte *Marie* de **Hedlaie**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, quandam partem terræ meæ, & communem paſturam ſolutam liberam & quietam ab omni exactione, & ſeculari ſervitio, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, infra terram meam de *Mideltona*. Scilicet illam terrã quæ eſt inter **Witheneſiche**, & **Hallecheldeſiche**, tam in boſco quam in plano, uſq; in **Bollebec**, & quoddam Novale apud **Bollebec**; ſalvis decimis eccleſiæ de **Plleclai**. His teſtibus, Capitulo ſancti *Petri Eboraci*. *Iſaac* ſacerdote, & *Toma* ejus fratre. *Ernaldo* filio *Suwardi*. *Radulfo* de **Quicſelaie**. *Osberto* de **Scireburne**. *Willielmo le Vavaſur*, & *Ricardo* fratre ejus. *Roberto* filio *Willielmi Vavaſur*. *Alano* frater *Helie*, de *Tauleſtona*. *Gilberto* filio *Mabilie*. *Roberto* Priore ſanctæ *Trinitatis*, *Toma* ejus ſocio. *Ivoneque* ſocio eorum.

Carta *Adæ* filii *Petri* de **Berkin**.

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſie filiis, **tam** preſentibus quam futuris, Adam *filius* Petri *ſalutem. Notum ſit univerſitati veſtra, quod* ego Adam, *pro amore Dei omnipotentis, & ſalute animæ meæ, &* Matildis *uxoris meæ, & patris, & matris meæ, & anteceſſorum meorum, & benefactorum meorum, & omnium illorum qui cauſa mei in aliquibus deliquerunt, donavi & conceſſi, & hac preſenti Carta mea confirmavi Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Hedleia, *v. acras de prato meo de* Smedhala, *in liberam puram & perpetuam elemoſinam. His teſtibus*, Albino *de* **Havepole**. Paulino *de* **Ledes**. Petro *&* Ada *fratribus ejus*. Roberto *de* **Gant**. Toma *filio* Petri. Roberto *filio* Adæ. Philippo *de* Altaripa, Uctredo *de* **Mirefeld**, Roberto *de* **Stiueton**, Jordano *filio* Alexandri, Johanne *de* **Roreston**, Willielmo *filio* Tomæ, *&* Roberto *fratre ejus*, Petro *filio* Adæ *filii* Ormi, Thoma *fratre* Paulini, Roberto *filio* Hugonis *de* Pikeburna.

Carta Petri *de* Middeltona *facta celle de* **Hedlai**.

Ibid.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam preſentibus quàm futuris, *Petrus* de *Mydeltona* ſalutem in domino. Noveritis me conceſſiſſe, & hac preſenti carta mea confirmaſſe, & quietum clamaſſe Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis Eboraci*, ac Priori & comentui ejuſdem loci, & eorum cellæ de **Hedlaie**, pro me & heredibus & aſſignatis meis imperpetuum, donationem & confirmationem, quam & quas *Ypolitus* de **Bram**, & *Hugo* filius ſuus fecerunt Deo & ſanctæ *Mariæ* de **Hedlaye**, & *Willielmo* monacho ibidem & monachis ibi ſucceſſive habitantibus, pro ſalute animæ meæ; anteceſſorum & ſucceſſorum meorum in terris, pratis, boſcis, moris, paſturis, planis & tenementis, infra villam de **Middelton**, & extra, ſicut in cartis dictorum *Ypoliti* & *Hugonis*, anteceſſorum meorum pleniùs continetur. Ego verò prædictus *Petrus* & heredes & aſſignati mei, totam donationem, & confirmationem prædictam, tanquam elemoſinam noſtram, puram ac perpetuam, contra omnes warantizabimus, acquietabimus, ac etiam defendemus. In cujus rei teſtimonium preſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. His teſtibus, domino *Willielmo le Vavaſour*, domino *Roberto* de **Plomton**, domino *Willielmo* de **Hertlington**, militibus. *Johanne Totenham* tunc ballivo de **Spofford**, *Thoma* de **Middelton**, fratre dicti *Petri*, *Ada* filio ejus, & multis aliis. Datum apud **Spouford** octavo kalendas Februarii anno domini MCC. nonogeſimo, anno verò regni regis *Edwardi* decimo novo.

LANCASTRENSE

Cœnobium cella Martini Sagienſis *in* Gallia.

Charta regis, plurium benefactorum chartas confirmans.

Pat. 15. *Ric.* 2. par. 1. m. 18.

REx omnibus ad quos &c. Salutem. Inſpeximus cartam *Rogeri* quondam comitis *Pictavenſis* in hæc verba. In nomine & honore ſancte ac individue trinitatis. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod *Rogerus* comes *Pictavenſis* pro ſalute animæ ſuæ & pro ſalute quoque *Rogeri Seroberie* patris ſui, matriſque ſuæ *Mabilie* comitiſſe, necnon pro fratribus ſuis & pro omnibus amicis ſuis dedit Deo & ſancto *Martino* eccleſiam ſancte *Marie* de *Lanecaſtro* cum omnibus ad eam pertinentibus, & partem terre illius ville à veteri muro uſq; ad pomerium *Godefridi* & uſq; ad **Preſtgat** & juxta *Lancaſtrum* duas manſiones *Audecluna* & *Neutona* & queque ad eas pertinentia, nemus quoque uſque ad **Freibrok** cum dignitate & conſuetudinibus quas ipſe habebat & *Amfridum* de monte *Gomerii* & quicquid de ſupradicto comite tenet & eccleſiam de **Heſſenn** cum tertia parte terre tocius ville, & eccleſiam **Cotegrave**, & eccleſiam de **Cropil**, & eccleſiam de **Wikelay** & eccleſiam **Crofton** & medietatem eccleſie **Aicletone** & eccleſiam **Bidewelle** & eccleſiam **Preſtone**, cum decima dominii & piſcatorie & duabus bovatis terre & omnibus decimis totius parochiæ, & eccleſiam **Kirthehan** & eccleſiam de **Pellinges**, & eccleſiam **Boeltone** cum decima dominii & medietatem unius caruche terre & omnibus aliis decimis, Dedit etiam magnum *Derneſta Pultona*, & quicquid ad eam pertinet, & eccleſiam cum una carucha terre & cum omnibus aliis pertinentiis.

Preterea dedit decimam venationis & paſnagii omnium nemorum ſuorum, & decimam ſuæ piſcatorie. Conceſſitque tertium tractum *Sagene* ſanctæ *Mariæ*: Inſuper dedit decimas pullorum & vitulorum & agnorum & edorum & porcorum & annone & caſeorum & butirorum apud *Eſtaneberiam* apud **Salfort** & de **Derby** & ad *Halas* & *Ewretonam* & *Waletonam* & *Croſſebeiam* & *Molas* & *Croftonam* & *Preſtonam* & *Ribi* & *Singletonam* & **Preſſoure** & *Mideltonam Overtonam* & **Eſcarton** & **Bar** & *Stapeturnam* & *Aſſelinas*. Hæc omnia dedit ad honorem Dei & ſanctæ *Mariæ* ad victum monachorum qui in eodem monaſterio Deo & ſanctæ *Mariæ* officium celebrarent, tam liberaliter quod nulla ſecularia ſervicia illi nec ſuis ſucceſſoribus monachi nec ſui homines aliquo tempore facerent, & nullus ſuorũ ſuper ea poteſtatem habeat, nec aliquid inde accipiat, nec conſuetudines aliquas imponat, quia omnes dignitates & conſuetudines quas ipſe habuit in ſua terra conceſſit habere monaſterio ſanctæ *Mariæ* de *Lancaſtro*.

Conceſſit etiam, ſi aliquis orationes & beneficium monaſterii *Lanecaſtri* requirere voluerit & partem ſue terre uſq; ad medietatem ei dederit, comes libentiſſimè concedit. Et poſtquam ipſe comes conceſſerit, *Godefridus* vicecomes hec audiens dedit decimas de **Biſchopeham** & quicquid habebat in *Lancaſtro*, domos, pomerium, & *Radulfus Gernet* tres homines in **Suffolc**. Inde teſtes ſunt predictus comes & filia ejus *Sibilla* & *G.* vicecomes & *Alb. Gelet*, *R.* filius *Roberti*, *G. Boiſell*, *A.* frater ejus, *P.* de **Wileres**, *Rannmard* v. filius *Alume*, *Ocui* filius *Chetel*, *Ulf* filius *Torolf*, *Ranancbil* filius *Raghanald*.

Inſpeximus etiam cartam *Johannis* quondam comitis *Moritonie* in hec verba. *Johannes* comes *Moritonie* omnibus hominibus & amicis ſuis *Francis* & *Anglicis* ſalutem. Notum ſit vobis omnibus me conceſſiſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſancto *Martino* de *Sagio* eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Lancaſtre** cum omnibus ad eam pertinentibus. Et partem terre illius ville à veteri muro uſque ad pomerium *Godefridi* & uſq; ad **Preſtgate**. Et juxta *Lancaſtr.* duas manſiones ſcilicet **Aldeclive** & queque ad eam pertinent & *Neutonam* per diviſas ſuas coram me perambulatas; videlicet à rivulo illo qui currit inter villam meam *Lancaſtr.* & hoſpitale leproſorum ſancti *Leonardi* deſcendens in **Lohon** & uſque ad rivulum de **Frithbroc** qui facit diviſas infra foreſtam meam & nemus de *Neutona* quod *Rogerus Pictavenſis* dedit eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Lancaſtre**, & conceſſit cum dignitate & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus quas ipſe habebat in terra ſua. Et *Amfridum* de *Monte Gomerii* & quicquid de eodem *Rogero Pictavenſi* tenuit cum terris & pratis & paſcuis & ſtagnis & molendinis & rivulis & propreſturis uſq; in **Lon**. Et eccleſiam de **Heſheim** cum tercia parte totias ville illius. Et eccleſiam de **Cotegrave**. Et eccleſiam de **Cropil**. Et eccleſiam de **Wychelay**. Et eccleſiam de **Chidewell** & eccleſiam de *Croftona* & medietatem eccleſiæ de **Aicliton** & eccleſiam de *Preſtona* cum decima dominii & piſcarie, & duabus bovatis terre & omnibus decimis totius parochie & eccleſiam de **Bircham**, & eccleſiam de **Pellinges**, & eccleſiam de *Boultona* cum decima dominii & medietatem unius carucate terre in eadem villa & omnibus aliis decimis in **Almondernesse**, etiam *Pultonam* & quicquid ad eam pertinet, & eccleſiam cum una carucata terre & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Preterea decimam venationis & paſnagii & omnium novalium nemorum meorum & terrarum & decimam piſcatorie. Tertium etiam tractum ſagene ſanctæ *Mariæ*.

Inſuper decimas pullorum & vitulorum & agnorum & hedorum & porcorum & annone & caſeorum & butirorum apud *Eſtnebiriam* apud **Salford** & ad **Dereby** & ad *Halas* & *Evertonam* & *Waltonam* & **Croſſeby** & *Molas* & *Croſtonam* & *Preſtonam* & **Richeby** & *Singletona* & **Preſhoved** & *Mideltona* & *Overtona* & **Schettun** & **Bar** & *Stapeltonam* & *Aſſelinas*. Hæc omnia concedo & confirmo ad honorem Dei & ſanctæ *Mariæ* de **Lancaſtre** ad victum monachorum qui in eodem monaſterio Deo & ſanctæ *Mariæ* officium celebrant, tam liberaliter quod nulla ſecularia ſervicia michi nec ſucceſſoribus meis monachi nec homines ſui aliquo tempore faciant. Et nullus meorum ſuper ea poteſtatem habeat, nec aliquid inde accipiat, nec conſuetudines aliquas imponat, quia omnes dignitates & conſuetudines quas ego habeo in mea terra concedo habere monaſterio ſanctæ *Mariæ* de **Lancaſtre**.

Concedo etiam quod ſi aliquis partem ſue terre uſq; ad medietatem eidem monaſterio dederit, illam liberam & immunem abſq; exactione habeant & poſſideant. Concedo etiam decimas de **Biſcopham** & quicquid *Godefridus* vicecomes habuit in **Lancaſtre**, & domos & pomerium, & tres homines in *Sudfolcba*. Hæc omnia conceſſi & confirmavi ſicut *Rogerus Pictavenſis* eis dedit & conceſſit & confirmavit. Teſte *Rogero* de **Planes**, *Willielmo* de **Buchetot**, *Tedbaldo Walteri*, *Ricardo* de **Wernun**, *Johanne* de *Nova-villa*, *Cingan*, *Gonn*, *Rogero* de *Novo Burgo*, *Ingelramo* de *Pratell*. *Ricardo* filio *Waldelf*.

Inſpeximus inſuper cartam ejuſdem *Johannis* nuper comitis *Moritoniæ* in hæc verba. *Johannes* comes *Moritonie* omnibus hominibus & amicis ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Notum ſit vobis omnibus me conceſſiſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & ſancto *Martino* de *Sagio* eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Lancaſtre** [&c. ut in chartis precedent.] Hæc omnia conceſſi & confirmavi ſicut *Rogerus Pictavienſis* eis dedit & confirmavit. T. *Rogero* de *Planes* (*&c.*) Nos autem cartas literas & ſcripta predicta & omnia in eis contenta rata habentes & grata, ea pro nobis & heredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto nobis in Chriſto *Johanni Innocent*, Priori eccleſie beatæ *Mariæ Lancaſtr.* & ſucceſſoribus ſuis Prioribus loci predicti ratificamus approbamus concedimus & confirmamus ſicut carte literæ & ſcripta predicta rationabiliter teſtantur, & prout idē Prior & predeceſſores ſui eccleſias advocationes decimas terras, tenementa poſſeſſiones, piſcarias, & redditus predicta hactenus rationabiliter habuerunt & tenuerunt, & libertatibus & conſuetudinibus predictis hactenus rationabiliter uſi ſunt & gaviſi. In cujus &c. T. R. apud *Weſtmonaſter* xxj. die Octobris. Pro duabus marcis ſolutis in hanapario.

Literæ comendatoriæ à domino Papa *Urbano*.

Ex ipſo autographo penes Thomam Dalton ar.

URbanus *epiſcopus*, *ſervus ſervorum Dei*, *dilecto filio* Gulielmo Raymbant, *monacho monaſterio ſancti* Martini Sagienſis, *ordinis ſancti* Benedicti, *ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Religionis zelus, vitæ ac morum honeſtas, aliaque probitatis, & virtutum merita, ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Nuper ſiquidem de perſona dilecti filii* Petri *abbatis monaſterii ſancti* Martini Sagienſis, *ordinis ſancti* Benedicti, *eidem monaſterio tunc vacanti, autoritate apoſtolica, duximus providendum. Cum itaque propterea Prioratus beatæ* Mariæ *de* Lancaſtria, *dicti ordinis*, Eboracenſis *dioceſis, ab eodem monaſterio dependens, & per monachos dicti monaſterii ſolitus gubernari, quem idem abbas, tempore proviſionis hujuſmodi obtinebat, prout obtinet quam primum ipſe adminiſtrationem bonorum dicti monaſterii fuerit pacificam aſſecutus, vacare ſperetur: Nos volentes tibi, (pro quo etiam idem abbas aſſerens te dictum ordinem, in eodem monaſterio, jam viginti duo anni elapſi, fuiſſe expreſſe profeſſum, & in eodem Prioratu pluribus annis moram traxiſſe, & linguam illarum partium ſcire, & bene loqui, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicavit,) præmiſſorum intuitu gratiam facere ſpecialem, dictum Prioratum, cujus fructus, redditus, & proventus, octuaginta librarum ſterlingorum, ſecundùm taxationem decimæ, valorem annuatim, ut aſſeritur, non excedunt, de quibus, ut aſſeritur, Prior dicti Prioratus, qui eſt pro tempore, habet ſolvere abbati ejuſdem monaſterii, qui eſt pro tempore, ad ſupportandum onera ei incumbentia, penſionem annuam quinquaquinta marcharum ſterlingorum; necnon preter hoſpitalitatem conſuetam, quinque monachos ejuſdem monaſterii, tres presbiteros, & duos clericos, ac plures alios familiares in eodem Prioratu tenere; etiam ſi ipſi Prioratus cura immineat animarum, cum illum præmiſſo, vel alio quovis modo, preterquam per ipſius abbatis obitum, vacare contigerit, conferendum tibi cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis donationi apoſtolicæ reſervamus, diſtrictius inhibentes eidem abbati qui eſt pro tempore, & dilectis filiis conventui ejuſdem monaſterii, ac illi vel illis, ad quem, vel ad quos dicti Prioratus collatio, proviſio, preſentatio ſeu quevis alia diſpoſitio pertinet, communiter vel diviſim, ne de dicto Prioratu contra reſervationem noſtram hujuſmodi diſponere quoquo modo preſumat, ac decernentes exnunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis autoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari, non obſtantibus &c. Dat. apud* Avinionem *vij. kalend. Decembris pontificatus noſtri anno quinto.*

Quieta clamatio abbatis & conventus Sagienſis *ſuper eccleſia de* **Mellinges**.

Cartæ antique litera Z. u. 26.

UNiverſis &c. *Henricus* abbas Sagii, Priori & conventui de *Lancaſtria* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod nos, jus & clamium quod habuimus in eccleſia de **Mellinges**, *Rogero* de *Monte-begonis*, & hæredibus ſuis, communi aſſenſu, quietum clamavimus; ita quod nec nos, nec ſucceſſores noſtri adverſus pſum, vel heredes ſuos, vel clericum ſuum, queſtionem inde movebimus. Et prædictus *Rogerus*, & heredes ſui, & clerici ſui totum jus, & clamium quod habuerunt in capella de **Guerſlugham** nobis quietum in perpetuum clamaverunt, & nobis queſtionem nunquam movebunt; Conceſſit etiam prædictus *Rogerus* quod quicunque in eccleſia prædicta fuerit inſtitutus, jurabit quod duos ſolidos ad paſcha;

cha, eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Lancaſtriæ*, pro ſalute animæ ipſius *Rogeri*, & anteceſſorum ſuorum, annuatim caritativè ad luminare perſolvet, & ſupra præfata capella nobis queſtionem nunquam movebit, & nos de prædicta eccleſia nihil amplius quam prædictos duos ſolidos exigerimus.

Appropriatio eccleſiæ de **Lancaſtre** *cum capellis, eidem Prioratui.*

Ex regiſtro —— archiep. *Ebor.* part. 3. fol. 3.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, has literas viſuris, vel audituris, *Johannes Romanus* archidiaconus *Richemundiæ* ſalutem in eo, qui vera eſt ſalus. Cum omnes prælati ſanctam religionem plantare, & plantatam augmentare teneantur: Nos attendentes humilitatem, & honeſtatem abbatis, & conventus ſancti *Martini Sagienſis*, Prioris & monachorum *Lancaſtriæ*, & ſtatum ejuſdem Prioratus: Et cum noſtri ſit officii, beneficia, quæ à fidelibus, ſacris locis, & religioſis, pro ſalute animarum, in elemoſinam perpetuam, in archidiaconatu noſtro dinoſcuntur eſſe collata tueri, & perpetuis firmare munimentis: Nos Deum habentes præ oculis divinæ pietatis intuitu dictis abbati, & conventui, Priori, & monachis *Lancaſtriæ*, eccleſiam beatæ *Mariæ Lancaſtriæ*, cum omnibus terris, decimis, poſſeſſionibus, & capellis ad dictam eccleſiam ſpectantibus; videlicet, cum capellis de **Gerſingham**, de **Caton**, de **Overton**; & ſpecialiter capellam de **Stalemine**, & medietatem eccleſiæ de **Pulton** & capellam de **Biſcopham**, quas in præſentiâ poſſident, eiſdem confirmamus. Volumus etiam, & concedimus, quod dicti abbas, & conventus, Prior, & monachi *Lancaſtriæ*, poſt deceſſum illius, qui aliam medietatem dictarum eccleſiæ, & capellæ de **Pulton**, & **Biſcopham** poſſidet, illam in proprios uſus, eis à nobis appropriatam, teneant inperpetuum, & poſſideant, ita tamen ut, cum ambæ partes eis accreverint, fiat ibi vicarius qui ad eſtimationem bonorum virorum viginti marcas nomine vicariæ percipiet, & omnia onera dictam eccleſiam, & capellam contingentia debita, & conſueta ſuſtinebit, & per prædictos abbatem, & conventum ad dictam vicariam archidiacono *Richemundiæ* qui pro tempore fuerit præſentabitur, & inſtitutionem & curam animarum recipiet ab eodem, & eis alias de temporalibus, ſi neceſſe fuerit, reſpondebit. Volumus præterea, & concedimus, quod ipſi eccleſiam ſuam *Lancaſtriæ*, cum pertinentiis prædictis, ita teneant, & poſſideant ſicut antea tenuerunt, abſque cohertione aliquâ, inſtituendis ibidem vicariis, niſi eis placuerit, à nobis vel ſucceſſoribus noſtris archidiaconis *Richemundiæ*, eis ſuper hoc de cætero facienda; penſionem verò dimidiæ marcæ argenti, quam percipiunt in eccleſiâ de **Heſeham**, de quâ ſunt patroni, eiſdem confirmamus, Volumus etiam, & permittimus, quod ſi aliquo caſu contingat nos vel ſucceſſores noſtros contra iſtam appropriationem, & confirmationem, autoritate ordinaria, ſeu in delegata venire, cadamus à jure, proprietate, & poſſeſſione eccleſiæ de **Bolton**, ita quod ad ipſos abbatem & conventum jus patronatus dictæ eccleſiæ, & antiqua penſio, ſicut priùs liberè & pacificè, ſine reclamatione, & contradictione aliqua revertatur. In cujus rei teſtimonium & confirmationem, huic preſenti ſcripto ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum apud *Eboracum* iij. nonas Martii Anno gratiæ MCCxlvj. parte 3. fo. 3.

Carta archiepiſcopi ſuper eccleſia de **Boulton** *juxta* Lancaſtriam *archidiaconatui* Richemundiæ *annexâ.*

Ibid. part. 2 fol. 100.

WAlterius Dei gratia *Eboraci* archiepiſcopus *Angliæ* primas omnibus Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit ſalutem & Dei benedictionem. Eccleſiam de **Boulton** propè *Lancaſtriam*, in qua archidiaconus *Richemundiæ* annuam quadraginta ſolidorum optinet penſionem, eidem archidiaconatui de capitulo noſtro *Eboraci* decernimus eſſe perpetuo annexam. Statuentes, ut cum vacaverit, archidiaconus *Richemundiæ* qui pro tempore fuerit eandem eccleſiam in uſus proprios convertat & poſſideat pleno jure. In cujus rei teſtimonium tam ſigillum noſtrum, quam ſigillum prædicti capituli præſentibus eſt appenſum. Actum menſe Januarii anno Domini MCClxvij.

Genealogie des ſondateurs ou reſtaurateurs de l' abbaye de S. *Martin* de *Sees*.

Inter collect. MS. *Andreæ du Cheſne* illuſtriſſimi regis franc. hiſtoriog.

D' Yues *de* Beleſme *deſcendit* Guillaume *de* Beleſme, *du quel deſcendit* Yues *de* Beleſme, *eveſque de* Sees, *&* Guillaume *de* Taluas *pere de* Mabile *qui fut conteſſe d'* Alencon. *La quelle le dit* Taluas *donna à mariage à* Roger *vicomte de* Montgomeri. *Deſquels* Roger *&* Mabille *deſcendirent cinque fillz, & quatre filles, dunt les noms enſuivent.* Robertus, Hugues, Roger, Philippes, *&* Arnoult. Matilde, Anees, Mabille, *&* Sibylle. *Le dit* Roger *de* Montgomery *&* Mabille *ſa femme furent reſtaurateurs & non les fondateurs de l' abbaye & monaſtere de S.* Martin *de* Sees, *comme il appert par les anciens tiltres & enſegnements de la dit abbaye* (&c.) *De tous les enfans du dit* Roger *trois ſeulement ont auſmons quelques choſes a la dite abbaye, ceſtaſcavoir* Robert *aiſne*, Roger *&* Arnoult.

Lancaſtria Prioratus.

Roger *donna le prieure de* Lancaſtre *en* Angleterre *come il appert par la chartre du dit* Roger, *la quelle comence ainſi.*

In nomine ſanctæ & individuæ trinitatis. Notum ſit omnibus tam poſteris quam præſentibus quod *Rogerius* comes cognomine *Pictavienſis* anno ab incarnatione Domini MXCiiij. pro ſua ſuorumque tam prædeceſſorum quam ſucceſſorum animabus domino ac ſancto *Martino* fratribuſque in cœnobio *Sagienſi* & in præſenti & in futuro degentibus, ſolutè ac quiete inperpetuum ut elemoſinam donavit eccleſiam de **Lancaſtre** cum omnibus ad eam pertinentibus.

Arnoult *comite de* Pembroch *donna a la dite abbaye beaucoup de terres & poſſeſſions en ſon comte de* Pembroch, *ainſi qu' il eſt amplement declare par la chartre du dit* Arnoult *qui comence.*

In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, Amen. Cum multis & frequentibus exemplorum documentis compertum habeatur, omnes hominum actus qui literarum apicibus non mandantur, aut facile à memoria labi, aut in deterius depravari. Qualem & quantam *Arnulfus*, filius *Rogerii* comitis, vir magnæ probitatis optimique teſtimonii erga fratres in cœnobio *Sagienſi* ſub regulari converſatione degentes habuerit amicitiam, omnibus tam poſteris quàm præſentibus notum fieri volumus. Anno igitur ab incarnatione Domini MXCviij. indictione vj. cal. Septembris in capitulo S. *Martini Sagii*, præſente domino *Serlone*, ejuſdem civitatis epiſcopo, & domino *Radulfo* abbate, prædictus vir pro ſua ſuique patris *Rogerii*, necnon & ſui fratris *Hugonis* comitis, qui eodem anno occiſus fuerat, animabus, domino & S. *Martino* fratribuſque in cœnobio *Sagienſi* tam victuris quàm viventibus inperpetuum ſolutè & quietè ut elemoſinam apud **Pembroch** quoddam caſtrum quod in *Walis* habebat, eccleſiam ſancti *Nicholai* in eodem caſtro poſitam, & xx. carucatas terre cum omnibus quæ ſui homines vel dederant vel daturi prædictæ eccleſiæ erant donavit.

Robert *filz aiſne de* Roger *de* Montgomeri *eut en ſon partage les terres deca la mere, tant a cauſe de ſon pere que de ſa mere, aſcavoir* Beleſme, Alencon, Sees, Berney, *& le comte de* Montgomery. *Il confirma du vivant meſme de ſon pere toutes les choſes que ſes pere & mere avoient donnè à la dite abbaie, come il appert par pluſieurs chartres Signees de ſon perè & de lui, & principalement par celle qui fait mention de l'election du ſecond abbe du dit monaſterie* (&c.)

OTRITONENSIS

Prioratus in agro Devonienſi, *cella abbatiæ de* Monte S. Michaelis *in periculo maris.*

Preceptum regis eſcaetori ſuo undè fundatio hujuſmodi Prioratus conſtat.

Clauſ. 6. E.3.m.19.

REX dilecto ſibi *Henrico le* **Guilden** eſcaetori ſuo in com. *Somerſet. Devon.* & *Cornub.* ſalutem. Cum nos nuper certiorari volentes ſuper modo & cauſa capcionis & detencionis duorum ferlingorum terre Prioris de **Oterpton** cum pertinentiis in **Buddele**; necnon portus de **Oterymuth** ejuſdem Prioris, una cum piſcaria ipſius Prioris in aqua ibidem per dilectum & fidelem noſtrum *Willielmum Truſſel* nuper eſcaetorem noſtrum circa *Trentam* in manum noſtram, & etiam ſuper cauſa diſtrictionis quam eidem Priori fieri fecit, pro quadam cantaria apud **Oterpton** ſuſtentanda, & certa elemoſina ibidem diſtribuenda, mandaverimus eidem *Willielmo* quod nos ſuper modo & cauſa prædictis redderet in cancellaria noſtra certiores; ac idem *Willielmus* nobis certificaverit quod non cepit in manum noſtram tenementa prædicta ſed quod *Robertus Selyman*, nuper eſcaetor noſter citra *Trentam* prædeceſſor ſuus tempore ſubſtitutionis ſue in officio prædicto inter alia terras & tenementa in comitatu *Devon.* liberavit ſibi per indenturam duos ferlingos terre in **Buddele**, & portam de **Oterymuth** cum piſcaria, aſſertens unum ferlingum dictæ terræ, necnon prædictum portum cum piſcaria eſſe in manu noſtra occaſione transgreſſionis quam abbas ſancti *Michaelis* in periculo maris per Priorem ſuum de **Oterpton** fecit, appropriando terram illam de *Thoma le* **Brode**, & dictos portum & piſcariam poſt publicationem ſtatuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis editi; & alium ferlingum terræ prædictum, eſſe in manu noſtra ratione alienationis, quam idem abbas inde fecit *Nicholao Heraud*, & quod dictum Priorem diſtrinxit ad cantariam & elemoſinam prædictas faciendas, pro eo quod per memoranda de tempore *Simonis* de **Bereford** nuper eſcaetoris noſtri citra *Trentam* penes ipſum exiſtentia invenit, quod idem *Simon* aſſerebat ſe inveniſſe per inquiſitionem coram ipſo ex officio ſuo captam, quod *Johannes* quondam rex *Angliæ* fundavit Prioratum de **Oterpton** pro animabus progenitorum ſuorum, & ordinavit ibidem quatuor monachos ad celebranda divina ibidem imperpetuum & ad diſtribuendum pauperibus ibidem venientibus qualibet ſeptimana imperpetuum panem ad valentiam ſexdecim ſolidorum; & quod idem rex dedit eiſdem monachis ad ſuſtentandas prædictas cantariam & elemoſinam maneria de **Oterpton Sidemuth** & **Buddele**, quæ valent per annum centum libræ; quodque eædem cantaria & elemoſina non modicum tempus ſubtractæ fuerunt in præjudicium noſtrum, & nos poſtmodum ad proſecutionem ipſius Prioris aſſerentis abbates loci prædicti de dictis terra, portu & piſcaria à tempore quo non extat memoria ſemper uſque ad captionem eorundem in manum noſtram pacificè ſeiſitos extitiſſe, & ipſos abbates vel eorum aliquem nulla terras ſeu tenementa in **Buddele** de præfato *Thoma* aliquo tempore, neque ante publicationem ſtatuti prædicti, neque poſt adquiſiviſſe; & quod maneria prædicta collata fuerint eccleſiæ ſancti *Michaëlis* in *periculo maris*, & monachis ibidem Deo ſervientibus per celebris memoriæ *Willielmum* conqueſtorem dudum *Angliæ* regem progenitorem noſtrum, habenda & tenenda eidem monachis & ſucceſſoribus ſuis in puram & perpetuam elemoſinam de quocunque onere quieta, volentes ſuper præmiſſis certiorari, mandaverimus præfato *Willielmo* tunc eſcaetori quod ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis & aliis articulis ea contingentibus diligentem faceret inquiſitionem. Et jam per inquiſitionem inde per præfatum *Willielmum* tunc eſcaetorem, de mandato noſtro factam & in cancellariam noſtram retornatam, compertum ſit quod prædictus abbas per præfatum Priorem ſuum de **Oterpton** ſibi non appropriavit poſt ſtatutum prædictum unum ferlingum terræ cum pertinentiis in **Buddele**, neque portum de **Oterymuth** cum piſcaria in aqua ibidem prout ſuperius ſupponitur, & quod idem abbas & prædeceſſores ſui de eiſdem ferlingo terræ portu & piſcaria, ut de jure eccleſiæ ſuæ prædictæ ratione maneriorum ſuorum prædictorum, à dicto tempore quo non extat memoria, ſeiſiti fuerint; & quod idem abbas non alienavit aliquam partem terræ præfato *Nicholao* de manerio ſuo de **Buddele**, quod de nobis tenet in capite; quodque maneria de **Oterpton**, **Sydemuth** & **Buddele** collata fuerint per progenitores noſtros Deo & dictæ eccleſiæ ſancti *Michaelis*, & monachis ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam elemoſinam, abſque aliquo onere cantariarum, ſeu elemoſinarum largitione facienda in Proratu prædicto pro eiſdem. Nos habita conſideratione ad hoc, quod in certificatione theſaurarii, & baronum noſtrorum de ſcaccario nobis in cancellariam noſtram de mandato noſtro miſſa continetur, quod rex *Willielmus* primus dedit in puram elemoſinam dictum manerium de **Oterpton** cum pertinentiis, abbatiæ de *periculo maris* in *Normannia Montis* ſancti *Michaelis*, & dedit abbatiæ de **Radinges** quando eam fundavit, volenteſque eidem abbati in præmiſſis fieri quod eſt juſtum, vobis mandamus quod manum noſtram de prædictis terra portu & piſcaria cum pertinentiis ſine dilatione ammoventes, necnon diſtrictionibus faciendis, eidem abbati ratione cantariæ, & elemoſinarum prædictarum ſuperſederi facientes, vos inde ulterius non intromittatis, & exitus ſi quos inde preceperitis illis quorum fuerint ſine dilatione reſtituatis, jure noſtro inde in omnibus ſemper ſalvo. Teſte rege apud **Wodſtok** xxvij. die Julii.

Literæ patentes regis. E. 3.

Pat. 5. *Ed.* 3. Par. 1. mem. 29.

REX omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod cum celebris memoriæ dominus *W.* quondam rex *Angliæ* progenitor noſter, dediſſet abbati de *Monte* ſancti *Michaelis* in periculo maris maneria de **Otriton** & **Pertecome** cum pertinentiis in comitatu *Devoniæ*, habenda & tenenda eidem abbati & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum: poſtmodum quidum *Robertus* quondam abbas ejuſdem loci, aſſenſu & conſenſu capituli ſui per cartam ſuam unum meſuagium & unam carucatam terræ de prædicto manerio de **Otriton** cum pertinentiis & per aliam cartam ſuam unum meſuagium & unam carucatam terræ de prædicto manerio de **Pertecome** cum pertinentiis *Tholomeo* de **Otriton** dediſſet & conceſſiſſet, habenda & tenenda ſibi & heredibus & aſſignatis ſuis de prefato *Roberto* abbate & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum per ſervicium reddendi pro predictis meſuagio & carucata terræ de dicto manerio de **Otrpton** viginti & quatuor ſolidos, & pro prædictis meſuagio & carucata terræ de dicto manerio de **Pertecome** quadraginta & octo ſolidos per annum & faciendi quatuor ſectas ad curiam ipſius abbatis & ſucceſſorum ſuorum de **Otriton** & quatuor ſectas ad curiam ſuam de **Pertecome**. Præfatuſque *Tholomeus* & hæredes ſui à tempore donationis & conceſſionis eidem *Tholomeo* ſic factarum prædicta meſuagia & duas carucatas terræ cum pertinentiis de prædicto abbate & ſucceſſoribus ſuis per ſervicia prædicta pacifice tenuiſſent, quouſque *Robertus Beyſſyn* & *Iſabella* uxor ejus, conſanguinea & hæres predicti *Tholomei* meſuagia & terram prædicta cum pertinentiis *Radulfo le* **Eſpek** per finem inde inter eos in curia noſtra coram juſticiariis noſtris de banco levatum, dederunt & conceſſerunt, habend. eidem *Radulfo* & heredibus ſuis de capitalibus dominis feodi illius per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum. Quo pretextu idem *Radulfus* à tempore donationis & conceſſionis ei ſic ſacturam pacificè tenuit meſuagia & terram prædicta cum pertinentiis uſque ad tempus quo *Robertus Selyman* nuper eſcaetor noſter citra *Trentam* eadem meſuagia & terram cum pertinentiis occaſione tranſgreſſionis quam aſſeruit ipſum *Radulfum* feciſſe prædicta meſuagium & terram cum pertinentiis adquirendo, & ea ingrediendo, licentia noſtra ſuper hoc non optenta, cepit in manum noſtram, ſicque in manu noſtra adhuc exiſtunt, ut dicitur. Nos de gratia noſtra ſpeciali pardonavimus eidem *Radulfo* tranſgreſſiones, ſi quæ factæ fuerint in hac parte. Et conceſſimus ei pro nobis & heredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod ipſe predicta meſuagia & duas carucatas terre cum pertinentiis rehabeat & teneat ſibi & heredibus ſuis de capitalibus dominis feodi illius per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum ſine occaſione vel impedimento noſtri vel heredum noſtrorum, juſticiariorum, eſcaetorum, vicecomitum aut aliorum ballivorum ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcumque. In cujus &c. T. R. apud **Wyndeſores** xv. die Februarii.

per ipſum Regem

LODRESENSIS *Prioratus in agro* Dorſetenſi, *cella abbatiæ* S. Mariæ *de* Monteburgo.

Carta regis Henrici *primi.*

Carta antiquæ litera R. n° 23.

HEnricus rex *Angliæ*, *Rogero Sariſbirienſi* epiſcopo, & *Arnulfo* camerario, & omnibus baronibus ſuis, & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ*, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe monaſterio ſanctæ *Mariæ* de *Monte-burgo*, & *Urſoni* ejuſdem loci abbati, pro ſalute animarum patris & matris meæ, pro ſalute etiam animæ meæ, & uxoris meæ, & liberorum meorum, & omnium parentum meorum, manerium de **Lodres**, quod in ejuſdem monaſterii ditione *Benedictus* de *Redueriis*, me concedente donavit, pro quinque hydis imperpetuum, tam in geldis quam in aliis conſuetudinibus ſe acquietet. Teſtibus *Ranulfo* cancellario & *Rogero* de *Magnavilla*, & *Walkelino* camerario apud ſanctæ *Mariæ* eccleſiam.

APLEDER-

APLEDERCOMBENSIS

Prioratus in inſula Vectis, *cella* S. Mariæ *de* Monte-burgo.

De monachis ejuſdem Prioratus ad civitatem Sarum *transferendis*.

Rot. Alemann. 13. E. 3. m. 6. In dorſo.

REX venerabili in Chriſto patri *A.* eadem gratia epiſcopo *Winton.* Salutem. Licet dilecti nobis in Chriſto Prior de Appildercoumbe in inſula *Vecta*, & duo ſocii & commonachi ſui alienigenæ à Prioratu ſuo uſque abbatiam de *la* Hyde in dioceſi veſtra, per vos virtute cujuſdam ordinationis nuper per nos & conſilium noſtrum factæ de religioſis alienigenis quibuſcunque locis religioſorum infra regnum noſtrum prope mare ſituatis commorantibus, ad alia loca à mari remotiora pretextu turbationis inter nos & illos de *Francia* motæ transferendis; necnon cujuſdam mandati noſtri vobis inde directi, jam diu eſt, ſint tranſlati, in abbatia illa ad cuſtus ſuos proprios quouſque aliud duxerimus ordinandum moraturi: Quia tamen ex certis cauſis jam eidem Priori, pro ſe & dictis ſociis ſuis, licentiam dedimus & conceſſimus, quod ipſi cum ſibi viderint expedire ad civitatem noſtram *Sarum*, quæ multo longius à mari quam dicta abbatia de *la* Hyde diſtat, ibidem in quibuſdam tenementis infra clauſum canonicorum eccleſiæ beatæ *Mariæ Sarum* ſituatis, abbati de *Monte-burgo* in *Normannia* ſuperiori dicti Prioris, ut prebendario prebende de Lodres in eadem eccleſia *Sarum* ab antiquo pertinentibus, nuper in manum noſtram captis, & eidem Priori ſub nomine Prioris de Lodres per nos pro quodam certo annuatim nobis reddendo commiſſis, abſque impedimento transferre ſe valeant, ibidem in forma predicta moraturi. Vobis mandamus quod cum per prædictum Priorem ſuper præmiſſis requiſiti fueritis, tunc ipſum Priorem & dictos ſocios ſuos, ſe ad dictam civitatem *Sarum* ibidem in tenementis prædictis, ſicut predictum eſt, moraturos abſque impedimento transferre permittatis, juxta licentiam noſtram ſupradictam, dicto mandato vobis ſic directo non obſtante. T. cuſtode prædicto apud Keyninton xviij. die Julii.

FRAMPTONENSE

Cænobium in agro Dorſetenſi, *cella S.* Stephani *de* Cadomo *in* Normannai.

Chartæ regum, de confirmatione.

Pat. 2. H. 4. Par. 1. m. 33.

ROmnibus ad quos &c. Salutem. Inſpeximus (*&c.*) cartam celebris memorie domini *R.* quondam regis *Angliæ* progenitoris noſtri in hæc verba. *Ricardus* Dei gratia rex *Angliæ*, dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, baronibus, juſtitiariis, vicecomitibus, ballivis, & omnibus miniſtris & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac preſenti carta noſtra confirmaſſe eccleſie ſancti *Stephani* de *Cadomo* & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute anime noſtre, patris & matris ac parentum & anteceſſorum noſtrorum, quicquid rex *W.* abavus noſter, & *Matildis* regina uxor ejus, dederunt & conceſſerunt Deo & ſancto *Stephano* de *Cadomo*, ſcilicet duo manneria in *Dorſetha Frontonam* videlicet, & Biencome, cum membris & appendenciis ſuis, Alphillicome, Bethescome, Omonſerige, Arnelai, Sevelinch, *Wyntreborna* Ceirnelſordich, ſoluta, libera, & quieta, in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in viis & ſemitis, in aquis & molendinis, in piſcariis, & in omnibus rebus, libertatibus, & dignitatibus & conſuetudinibus ad ipſa maneria pertinentibus. Et manerium quoddam, ſcilicet Northam ſitum in comitatu de *Devenſira*, cum omnibus pertinentiis ſuis, in terris & aquis, & ſalinis, liberum & quietum de *Warreccho*, & de *Scyra* & *Hundreto*, cum conſuetudine navium ibidem venientium. Et in *Berchesſira* apud Hemteth vij. hidas terre liberas ſolutas & quietas, & homines habitantes in eis, de omnibus conſuetudinibus liberos & quietos. Et in *Eſſeſſa* maneriolum de *Penfelda*, cum boſco & landis ſibi adjacentibus, ſolidum & quietum ab omnibus conſuetudinibus, quod dedit *Walerannus* filius *Ranulfi*, cum tota decima ſue alterius terre, videlicet de Tiedeſham, & de Eſyngeſham, & de *Foleborna*, & de *Almeleia*, & de *Buris* & cum manſione terre infra *Londoniam* in *Wodeſtrata*, quieta de gelth, & de ſcoth, & de omni alia conſuetudine; & mercatores ementes in ea & vendentes ſolutos liberos & quietos. Et eccleſiam de *Mortona*, quam dedit *W.* de *Eſcoeis* ſancto *Stephano*, liberam & quietam, cum virgulto & terra & decima eidem eccleſie pertinentibus. Et in Norfolc, de dono ejuſdem *W.* Welles cum omnibus appendenciis in *Gaitona*, cum eccleſia & decima que ſibi pertinent. Confirmavimus etiam donum quod fecit ſancto *Stephano Henricus* rex proavus noſter, de manerio de *Bridetona* in *Dorſetha*, ſolidum liberum & quietum, & omnia alia maneria ſupraſcripta ſoluta libera & quieta de *Werrecco* & de *Scira* & de *Hundreto*, cum *ſocho* & *ſacha* & thol & them & Wanganetheof, & de deneguelt, & de omnibus aliis conſuetudinibus pro redemptione ſui patris, & matris, uxoris, parentum, anteceſſorum, & ſucceſſorum ſuorum, & nominatim pro corona ceteriſque ornamentis eidem corone adjacentibus que pater ſuus rex *W.* moriens ſancto *Stephano* dimiſerat, que illi predicti monachi reddiderunt. Concedimus etiam & confirmamus monachis ſancti *Stephani* de eadem donum quod fecit eis *H.* rex pater noſter, quod ipſi imperpetuum habeant craſpeiſum & omne genus piſcis quod in terra eorum *Angliæ* caſualiter applicuerit & concordiam abbatis de eadem & *Ricardi* filii Ediz factam apud *Londoniam*, & concordiam factam inter monachos ſancti *Stephani* & miniſtros regis, de terra de Brideport, & de *Bridetona*. Et donum quod fecit *W.* de *Abrincis* eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Mertona* de duabus garbis dominii ſui cum decimatione dominii ſui, ſcilicet de molendino, & pannagio, & caſeo, & vitulis, & pullis, & agnis, & pomis, & nucibus, in perpetuam elemoſinam. Et meſuagium *Johannis* capellani, quod eſt juxta cimiterium cum linaria quæ jacet juxta prædictum meſuagium. Quare volumus & firmiter precipimus, quod prædicta eccleſia ſancti *Stephani* & monachi omnia ſupradicta habeant & teneant bene, & in pace, libere, & quietè, integrè, & honorificè, & plenariè, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum omnibus libertatibus & dignatibus & conſuetudinibus, cum quibus melius & liberius tenuerunt ea temporibus præfatorum regum & noſtro.

Teſtibus, *Wal. Rothomagenſi* archiepiſcopo, *W. Elienſi* epiſcopo, cancellario noſtro. *Henrico Baiocenſi*, *Radulfo Lexovienſi*, *W. Conſtantienſi*, *Johanne Ebroicenſi* epiſcopis, *W.* de *Humet.* Conſtabulario, *W.* filio *Radulphi* ſeneſcallo *Normanniæ.* Dat. per manum *Johannis* de *Aleric. Lexovienſis* archidiaconi, vicecancellarii noſtri apud *Rothomagum* viceſimo die Martii, regni noſtri anno primo.

Nos autem donationes, conceſſiones, confirmationes, & concordias prædictas, ratas habentes & gratas eas pro nobis & heredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto abbati & conventui dicti loci de *Cadomo*, & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus, ſicut carta prædicta rationabiliter teſtatur, & prout iidem abbas & conventus & eorum prædeceſſores maneria, terras, tenementa, eccleſias, & decimas prædicta modò tenent, & ipſi & eorum prædeceſſores ea hactenus tenuerunt, & libertatibus prædictis hucuſque rationabiliter uſi ſunt & gaviſi. Hiis teſtibus venerabilibus patribus *I. Wynton.* epiſcopo cancellario noſtro, *J. Elien.* & *W. Norwicen.* epiſcopis, *Johanne* de **Eltham** comite *Cornubiæ* fratre noſtro cariſſimo, *Ricardo* comite de **Arundell**, *Thoma Wake* de **Lidel**, *Radulfo* de **Nevill**, ſeneſcallo hoſpicii noſtri & aliis. Dat. per manum noſtram apud *Weſtmon.* octavo die Septembris, anno regni noſtri ſexto (*&c.*)

SWAVESEIENSE

Cœnobium in agro Cantabrigienſi, *Cella Abb. S.* Sergii *&* Bachi *in* Andegavia.

Carta Alani *Comitis* Britanniæ.

Ex regiſt. de *Swaveſey.* tranſcript. per S. *Low. Knivetton*, & inter ejus collectanea repert.

QUoniam generatio præterit & generatio advenit, hac cartâ notificare decrevimus qualiter comes *Alanus Rufus*, divina gratia adminiculante, eccleſiæ Chriſti martyrum *Sergii*, *Bachi*, & ſancti *Brioci* ibidem requieſcentium donavit eccleſiam de **Swaveſey** cum tota ſepultura, & totis oblationibus liberam ab omni exactione & ſervicio, & conſuetudine epiſcopali, ſicut eatenus habuerunt & tenuerunt præter ſex denarios ad paſcha pro chriſmate. Et quando archidiaconus celebraverit ſynodum, ibit monachus uno dierum quo voluerit, non propter conſuetudinem, ſed propter archidiaconi amorem & epiſcopi honorem, & ut præcepta eccleſiaſtica audiat. Donavit etiam totas decimas ſuas de omnibus rebus in **Swaveſey** & in berewichis ad eam pertinentibus; ſcilicet **Bercham**, **Papeord**, ſive **Papworth**, *Quenpola* ſive **Wimpoll**, **Tofte**, *Bechia*, id eſt de omnibus annonis, vitulis, agnellis, porcellis, lanis, caſeis; præter quod presbyteri habent de uno berwicorum unum agrum frumenti & alterum avenæ. Donavit etiam decimam pratorum, & omnium piſcariarum ſuarum & de omnibus prædantibus piſcium. Et donavit duos ortos. Donavit etiam quicquid proprii apud quandam villam habebat quæ *Draitona* vocatur. Hanc autem elemoſynam dedit ipſe comes pro anima ſua, & pro anima domini ſui regis *Anglorum Willielmi*, & pro anima *Mathildis* reginæ, cujus auxilio honorem adquiſierint, & pro animabus filiorum & filiarum Regis, & pro anima patris ſui *Eudonis* comitis, & pro animabus parentum ſuorum vivorum & mortuorum. Hujus autem glorioſi Principis rogatu & amonitione, donaverunt omnes homines in **Swaveſey** Deo & ſancto *Andrea*, & monachis totas decimas ſuas de annonis. Hujus elemoſinæ ſunt teſtes *Guinomarus* dapifer, *Odo* camerarius *Guidonis*, *Ribaldus*, & *Bardulfus* fratres comitis, & *Hammus* de *Doll.* qui præcepto comitis obedientiam monachis deliberavit, ſcilicet *Gervaſio*, *Garnerio*, & *Waltero.* Conceſſit etiam idem comes apud *Roveceſtriam Yvoni* monacho paſcua ſua in **Swaveſey** beſtiis monachorum per omnia ſicut propriis beſtiis. Teſtes *Guinomarus* dapifer, *Odo* camerarius, *Harf* . . . . . de ſancto *Jacobo*, *Ogerius* filius *Guidomari*, *Guidomarus* famulus monachorum, *Hamo* de *Doll. Arquitellus* de *Furnellis*, & multi alii.

Carta *Stephani* Comitis *Britanniæ.*

Ibid.

EGo Stephanus *Dei gratia* Britannorum *comes concedo eccleſiæ Chriſti martyris* Sergii, *&* Bachi, *ſanctique* Briocii *decimam integrè quam fratres mei, & anteceſſores in* Anglia, *videlicet in eccleſiis, in decimis, in terris, in pratis, & in omnibus omnino rebus quas monachi ipſius eccleſiæ ſub fratribus meis poſſiderunt. Hæc volo ut quietè habeant & teneant. Atque ex mea patre adjungo huic elemoſinæ decimam molendinorum meorum quæ ſunt in* Cantabrigia, *& piſcaturas de* **Swaveſey**, *& terram illam quæ eſt ante portam eorum.*

Horum omnium donum & confirmationem feci apud Lamballum *per manum abbatis* Galteri, *qui ibi meam preſentiam adierat, & de beneficio ſuæ eccleſiæ me requiſivit; Et poſt mortem meam tantum pro me fieri quantum pro monacho profeſſo conceſſit apud* Lamballum, *tertio Calendas* Novembris *anno ab incarnatione domini.. ......*

Carta Willielmi la Zouche.

Ibid.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſentes literæ pervenerint *Willielmus la Zouche* filius *Rogeri la Zouche* ſalutem in domino ſempiternam. Noveritis nos inſpexiſſe omnes chartas & mu-

& munimenta *Rogeri* patris noſtri, ac chartas & munimenta *Alani Zouche* avi noſtri quondam comitis *Britanniæ* facta Priori de **Swaveſey**. Nos igitur præfatus *Willielmus* omnes chartas & munimenta prædicta confirmavimus (*&c.*) Et quandocunque & quotieſcunque contigerit dictum Prioratum in aliquo tempore de Priore vacare, volumus & concedimus pro nobis hæredibus & aſſignatis noſtris, quod preſentatus ſive denominatus ſit à venerabili viro abbate ſancti *Sergii & Bachi Andegavenſis*, qui pro tempore fuerit, & ſtatim ſine aliqua difficultate, per nos ſeu aſſignatos noſtros admittatur, in quorumcunque manus manerium noſtrum de **Swaveſey** inpoſterum devenerit; Et ulterius per nos ſeu aſſignatos epiſcopo dioceſis ibidem præſentetur & inſtituatur ſecundum conſuetudinem patriæ ibidem uſitatam.

BLAKENHAMENSE
Cænobium in agro Suffolcienſi, *cella S.* Mariæ Beccenſis.

Carta Walteri Giffard.

Ex ipſo autographo penes præpoſitum & ſocios collegii regalis Etonenſi.

W*Alterus Giffardus* dedit eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Beccenſis* manerium ſuum de **Blacheam** quod eſt in **Sudfolch**, ſicut illud de Rege tenebat, hoc eſt, quicquid in ipſo manerio habebat. Teſtes *Rodulfus* de **Languetot**, *Rogerus* Coſtentin, *Alueredus* de ſancta *Fide*, *Rodulfus* de *Ulfranvilla*. Hanc donationem conceſſit Rex *Willielmus*, Regis *Gulielmi* filius, pro anima ſua, & pro anima patris ſui, & matris ſuæ, & coram baronibus ſuis, ſigillo ſuo firmavit.

✠ Signum Regis. ✠ Archiepiſcopus *Ebroicenſis*, ✠ Epiſcopus de ſancto *Lando*. ✠ Epiſcopus *Lincolnienſis*. ✠ Epiſcopus *Herefort*. Epiſcopus ✠ de **Wirceſtre**. ✠ Comes *Alanus*. ✠ Comes *Hugo* de **Ceſtre**. ✠ *Rogerus* de *Montegomerici*. ✠ *Henricus* de **Guaruuic**. ✠ *Rogerus Pictavienſis*. ✠ *Eudo* Dapifer. ✠ *Giſlebertus* filius *Ricardi*. ✠ *Rogerus Bigot*. ✠ *Guilelmus* de *Perceio*. *Hugo* de M ✠ *ontfort*. *Henricus* ✠ filius Regis.

Carta *Sibillæ* de **Tyngrie** de una hida terræ in **Balgeham**.

Ibid.

O*Mnibus Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit*, Sibilla *de* **Tyngrie**, *filia* Farami *de* Bolonia, *domina de* **Clopham**, *quæ eſt in Chriſto ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me, in viduitate, & libera poteſtate mea, recognoviſſe, & conceſſiſſe, & preſenti carta mea confirmaſſe, pro Deo, & ſalute animæ meæ, & anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, & pro fraternitate eccleſiæ* Beccenſis, *donationem quam anteceſſores mei fecerunt Deo, & dictæ eccleſiæ beatæ* Mariæ Becci *& monachis ibidem Deo deſervientibus, de j. hida terræ cum omnibus pertinentiis ſuis in* **Balgheam**, *quæ pertinebat ad manerium de* **Clopham**, *Tenenda & habenda prædictis monachis, & ſucceſſoribus ſuis in puram & perpetuam elemoſinam.* Et *ego* Sibilla, *& hæredes mei warantizabimus prædictam hidam terræ, cum omnibus pertinentiis prædictæ eccleſiæ, & monachis, ibidem Deo ſervientibus, & in perpetuum ſervituris, contra omnes gentes; & aquietabimus eam de omnibus ſervitiis, conſuetudinibus & exactionibus in perpetuum. Pro hac autem conceſſione, & confirmatione, prædicti monachi dederunt mihi quadraginta ſolidos eſterlingorum, per manum* Willielmi *de* **Wanetinge**, *tunc procuratoris de* **Riſlepe**. *Ut autem hæc conceſſio, & confirmatio rata, & inconcuſſa permaneat præſens ſcriptum ſigilli mei appoſitione corroboravi. Hiis teſtibus*, Martino *de* **Pateſhill**, Ricardo *de* **Gravenell**, Waltero *de* **Wendleworthe**, Ricardo *de* **Hayford**, Pentecoſtes *de* **Wendleſworthe**, Roberto *de* **Wymbeldon**, Henrico *de* Dona, Arnaldo Ruffo, Otue London, Radulfo, & Johanne *de* **Wytecrofte** *fratribus*, Roberto *perſona de* **Stretham**, & Andrea *de* Croindona *clerico, qui hanc ſcripſit cartam, & multis aliis.*

COGESENSIS *Prioratus in agro* Oxonienſi, *cella Abbatiæ de* Fiſcampe.

Carta Manaſſeri Arſic.

Cartæ antiquæ litera S. n. 8.

M*Anaſſer Arſic* omnibus hominibus ſuis, clericis, militibus, & laicis, ſalutem & dilectionem. Quoniam anteceſſores noſtri, viri religioſi, in honorem domini & beatæ *Mariæ* ſemper virginis, omniumque ſanctorum, pro remiſſione peccatorum ſanctas eccleſias conſtituere, & eas jure inviolato decimas & elemoſinas habere decernere, juſtum atque pium vobis eorum beneficiis participare volentibus eſſe decernitur, ſi quid diminutum fuerit ad integrum reformare. Et quoniam Rex, per ſcriptum ſuum, mihi mandavit, quatinus decimas à parentibus meis inviolabili jure conceſſas & datas *Fiſcanenſi* eccleſie, quod monachos meos, apud **Coges** degentes, omnes eas in pace, & quiete habere faciam, ſi non juſtitiæ ſuæ faciant: Igitur vobis fidelibus meis mandando præcipio, quatinus, nulla cauſa impediente, decimas omnium dominiorum meorum, & omnibus militum meorum monachos meos in manu ſua, ſine contradictione habere permittatis. Si quis autem aliter facere preſumerit, Regis iræ & noſtræ pœnam ſine dubio patietur.

Alia Carta ejuſdem *Manaſſeri Arſic*.

Ibid. n. 9.
1103.

A*Nno ab incarnatione Domini MCiij.* Manaſſerus Arſic *renovavit cartam ſuam, quam prius* Fiſcanenſi *eccleſia fecerat, de rebus ſuis coram domino* Willielmo *abbate tertio, & monachis, & hominibus ejuſdem, tertio nonas Novembris apud* **Cogis**, *& ibi tunc conceſſit domum ſuum de*

Cogis, *ad eccleſiam inde faciendam, & eccleſiam ipſius villæ, cum terra ad eam pertinente, & terram ad duas carucas, & boſcum ad ardendum, & ad omnia opera monachorum & viridarium ſuum. Dedit apud* **Fellingford** *eccleſiam villæ, cum terra ad eam pertinente, & totam decimam villæ & duo molendina in eadem villa, & duas carucatas terræ apud* Sobrintona. *Dedit de ſuo dominio duas garbas decimæ ſuæ apud* **Noſtedam**, *duas garbas de ſuo corridio apud* **Mapeſdereham**, *duas garbas decimæ ſuæ apud* **Freingham**. *Duas garbas decimæ ſuæ ad* Duneſhedam; *Duas garbas decimæ ſuæ apud* Capeiam; *duas garbas decimæ ſuæ de* Cumba, *duas garbas de* Swenduna; *duas garbas de* Kerſingtona: *duas garbas de* **Wilecot**; *duas garbas ad* **Tiwet** *quicquid ibi habet*; *ad* **Newinton** *duas garbas*; *ad* **Betton** *duas garbas*; *ad* **Fretwell** *duas garbas, ad* **Lodewell** *duas garbas: in* **Liveſeye** *duas garbas, de toftis* & *de* Orisberia; *Et de* **Olingham** *dedit, & decimas de cunctis denariis ſuis; & de pullis equarum ſuarum, de vitulis, de ovibus, de caſeis, de lana, & decimas de omnibus rebus ſuis, & decimas de omnibus hominibus predictarum villarum, dedit & quadraginta acras prati apud* **Cogis**. *Conceſſit etiam & pratum* Willielmi *de* Willecota. *Hec omnia dedit volente & conſentiente uxore ſua, & filiis ſuis. Teſtes horum ex parte ſanctæ* Trinitatis, Willielmus Malus conductus, Ingelramus, Radulfus *filius* Anketilli, Robertus Griſlon, &c; *Ex parte* Manaſſeri, Willielmus *de* Becco, Robertus *de* Gundevilla, Robertus *de* Cundeio, Serlo *de* Haduna. *Signum* Manaſſeri ✠. *Signum uxoris ſuæ* ✠. *Signum* Roberti *filii ejus* ✠. *Signum* Willielmi *de* Becco ✠. *Signum* Roberti *de* Cundeio ✠. *Signum* Roberti *de* Gundevilla ✠.

Anno poſt hec MCvij. Manaſſes *& uxor ejus tenentes* Fiſcannenſis, *dederunt ſanctæ* Trinitati *Eccleſiam de* Sobrintona, *& totam decimam villæ, ſimul & terram presbyteri ejuſdem villæ.*

Hec omnia ego Henricus, *gratia Dei Rex* Anglorum, *& princeps* Normannorum, *concedo immunia ab omni exactione ſæculari, & crucis* Chriſti *carectere confirmo* ✠, *ac Sigilli mei impreſſione corroboro. Ad hoc fuerunt Barones*, Robertus *epiſcopus* Lincolniæ, Ranulfus *Cancellarius*, Gilbertus *de* Aquila, Willielmus *de* Tanquervilla, *&* Ludovicus *filius* Huberti *Seneſchalli*. *Ex parte ſanctæ* Trinitatis, Willielmus *filius* Geraldi, *&* Ingelramus *Seneſchallus. Hoc autem factum apud* **Stanfort**, *tertio nonas Julii, MCx. ab incarnatione Domini.*

WESTWODE

Prioratus in agro Wigornienſi, *Cella Abbatiæ de* Fonte-Ebraudi.

Carta Regis Henrici *ſecundi.*

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ* & dux *Nor.* & *Aquit.* & comes *Andeg.* Archiepiſcopis (*&c.*) Salutem. Sciatis me conceſſiſſe, quod in loco de **Weſtwud** in *Wigornienſi* comitatu ſit conventus ſanctimonialium de eccleſia *Fontis Ebraudi*, & quod in pace, liberè & honorificè, integrè & plenariè habeant omnia ſua tenementa quæ *Osbertus* filius *Hugonis*, & *Euſtachia* de **Say** mater ſua dederunt in elemoſinas eccleſiæ *Fontis Ebraudi*, ſcilicet *Weſtwudeam* ad aſſarandam, & ad parcum, ſit voluerint, faciendam; & *Cruchiam* & ſalinarium de *Wichio* & eccleſiam de *Coderuggia* cum omnibus pertinentiis ſuis. Concedo etiam & hac preſenti carta mea confirmo, ut eædem ſanctimoniales de **Weſtwude** habeant & teneant omnia hæc prædicta, & omnia alia quæ adhuc adipiſci poterint in perpetuam elemoſinam cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volo (*&c.*) T. T. cancellario, & *Ricardo* de **Lucy**, & *Manaſ. Biſet* dapiſero, & *Bernardo* de S. *Walerico*, & *Willielmo* de *Bello-campo* apud *Wigorniam*. Pat. 17. E. 4 part 2. m. 14. per. inſpex.

WELLES *Prioratus, in agro* Norfolcienſi, * *Cella Abbatiæ de* Cadomo *in* Normannia.

* Pat 18. H.6. parte 2 m. 18.

De Manerio de **Wells**, *& eccleſia de* **Geytun**.

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos literæ iſtæ perventuræ ſunt, *Jordanus* Prior de *Acra* & conventus ſanctæ *Mariæ* de *Acra* ſalutem in domino. Geſtarum rerum memoriam ſcriptis committimus, ut futurarum litium materiam de medio tollamus: Volumus itaque in omnium noticiam devenire nos litique hactenus inter nos & dilectos nobis in Chriſto monachos de *Cadomo* vertebatur ſuper manerio quod *Wella* dicitur, & eccleſia de **Gaytun**, & omnibus pertinentiis ejus penitus ceſſiſſe & in perpetuum renunciaſſe. Præfati verò monachi ad hanc renuntiationem, pro dampnis & expenſis noſtris reſartiendis, decem marcas argenti nobis dederunt, & inſuper omnem indignationem & querimoniam eccleſie noſtre perpetuò remiſeruut, Ut itaque preſens ſcriptum Ex regiſtro de *Caſtleacre* in bibl. *Deweſiana*. an. 1644. fol. 37. b.

tum firmum atque perpetuum robur optineat, illud ſigilli noſtri teſtimonio communimus. Teſte *Godwino* Priore de *Weſtacra*. *Eudone* canonico, *Hereberto* Priore manerii, *Roberto* Priore de *Framt*. *Radulfo* presbytero de **Gaytun**, *Radulfo* capellano, *Edmundo* de **Gaytun**, *Willielmo* presbitero de **Nereford**, *Johanne* de *Nereb*. *Bartholomeo*, *Nicholao*, *Richardo*.

De cuſtodia Prioratus de **Paunfeld** *&* **Welles**.

Ibid.

REX omnibus ad quod &c. Salutem. Sciatis quod per manucaptionem *Roberti Caly* de comitatu *Norfolciæ* & *Egidii* de **Wennok** de comitatu *Salopiæ*, commiſimus dilecto nobis *Hugoni Faſtolf* cuſtodiam Prioratus de **Paunfeld** & **Wells** alienigenæ, & omnium poſſeſſionum eidem ſpectantium. Habend. a feſto ſancti *Michaelis* ultimo preterito quandiu guerra inter nos & illos de *Francia* mota duraverit, Reddendo inde nobis per annum quadraginta libras ad ſcaccaria *Paſche* & ſancti *Michaelis* per equales portiones. Et ſolvendo cuidam monacho ibidem exiſtenti decem libras per annum, ad feſta prædicta pro ſuſtentatione ſua. Ita quod idem *Hugo* decimas cum clero regni noſtri, quotiens & quando conceſſæ fuerint, fideliter ſolvat, & omnia onera ordinaria & extraordinaria eidem Prioratui incumbentia faciat & ſupportet, ac domos & edificia dicto Prioratui ſpectantia ſuſtentet bene & competenter abſque vaſto ſeu deſtructione. Et ſi contingat dictum monachum obire, vel regnum tranſire, tunc dictus *Hugo* dictas decem libras per annum nobis ſolvat ad feſta prædicta ultra quadraginta libras prædictas. In cujus rei teſtimonium, &c. Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* decimo quarto die Decembris anno * quadrageſimo ſeptimo.

* Ita MS.

Memorandum quod *Hugo Faſtolf* cepit ad firmam de rege Prioratum de **Panfeld** & **Wells** decimo quarto die Decembris anno Regis *Edwardi* quadrageſimo ſeptimo, poſt cujus datum vicarius de **Gepton** tenuit manerium de **Wellehall**, de dicto *Hugone* per unum annum. Item *Symon* de **Flycham** per duos annos. Item *Johannis Baynard* tenuit per tres annos. Summa penſionum dicti manerii per idem tempus de Priore de *Caſtelacra* ſexaginta & ſex marc. videlicet per annum undecim marc. unde ſolutæ Priori de *Caſtelacra* per manus *Simonis* de **Flytham** viginti marc. Item per manus *Johannis Baynard* undecim marc. Item per eundem *Johannem* per manus vicarii de **Gepton** & *Johannis Diggs* undecim marc. Summa ſolutionis Priori de *Caſtelacra* quadraginta & ij. marc. Et ſic debentur Priori de *Caſtelacra* primo die menſis Octobris, Anno regni regis *Ricardi* ſecundi poſt conqueſtum tertio viginti & quatuor marc.

Breve Regis de fidelitate & relevio requirendis.

Rot. fin. de an. 9 H.6. mem. 7.

REx Eſcaetori ſuo in comitatu *Norffolciæ* ſalutem. Quia accepimus per inquiſitionem quam per te fieri fecimus quod dominus *Henricus* nuper Rex *Angliæ* pater noſter per literas ſuas patentes viceſimo quinto die Junii anno regni ſui tertio conceſſit *Johanni Wodehous* armigero defuncto per nomen dilecti Armigeri ſui *Johannis Wodehous*, inter alia, manerium vocatum Prioratum ſive domum de **Welles** in comitatu prædicto alienigenam, unà cum omnibus terris tenementis redditibus, ſervitiis, feodis militum, & advocationibus eccleſiarum ac aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum quorumcunque, necnon aliis pertinentiis & poſſeſſionibus quibuſcunque eidem manerio ſeu Prioratui aut domui infra regnum ſuum *Angliæ* qualitercunque pertinentibus ſive ſpectantibus, rectoria de **Gepton** in comitatu prædicto cum pertinentiis ac eccleſia parochiali ibidem prædicto Prioratui ſive domui de **Welles** ab antiquo appropriata, necnon omnimodis decimis, oblationibus, obventionibus, emolumentis, & aliis proficuis & commoditatibus quibuſcunque ad eaſdem eccleſiam & rectoriam pertinentibus & de eiſdem quoquo modo extunc imposterum provenientibus dumtaxat exceptis, & dicto patri noſtro & hæredibus ſuis reſervatis, Habendum & tenendum manerium, Prioratum ſive domum prædicta cum omnibus terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, feodis militum & advocationibus eccleſiarum ac aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum quorumcumque, necnon aliis pertinentiis & poſſeſſionibus prædictis, exceptis præexceptis, inter alia, præfato *Johanni* hæredibus & aſſignatis ſuis imperpetuum. Reddendo indo eidem patri noſtro & hæredibus ſuis quolibet anno ad feſtum Nativitatis ſancti *Johannis Baptiſtæ* unam roſam pro omnimodis ſerviciis, exactionibus, demandis, firmis, apportis, & aliis ſecularibus ſerviciis & oneribus quibuſcunque. Et ſic prædictus *Johannes* tenuit die quo obiit in dominico ſuo ut de feodo manerium prædictum cum pertinentiis, exceptis præexceptis, de nobis in capite per ſervicium prædictum. Quodque *Henricus* filius ejuſdem *Johannis* eſt hæres ejus propinquior & etatis viginti & quatuor annorum & amplius. Tibi præcipimus quod capta fidelitate ipſius *Henrici* nobis in hac parte debita juxta formam cujuſdem cedule præſentibus intercluſe, & accepta ſecuritate à præfato *Henrico* de rationabili relevio ſuo nobis ſolvendo ad ſcaccarium noſtrum, eidem *Henrico* de manerio prædicto cum pertinentiis in balliva tua, exceptis præexceptis, quod per mortem prefati *Johannis* captum eſt in manum noſtram, plenam ſeiſinam ſine dilatione habere facias ſalvo jure cujuſlibet. T. *Humfrido* duce *Glouc.* cuſtode *Angliæ*, Apud *Weſtmon*. xviij. die Maii.

Carta Regis de reſtitutione Prioratus.

Pat. 9. E. 4. par. 1. m5.

R*EX omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod cum manerium ſive Prioratus de* **Welles** *alienigena cum pertinentiis in comitatu* Norfolciæ *quondam per* Willielmum *de* Eſtois *Deo & eccleſiæ ſancti* Stephani *de* Cadomo *in* Normannia *ac tunc monachis ibidem Deo ſervientibus in augmentationem divini cultus ibidem, Habendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in liberam puram & perpetuam elemoſinam in perpetuum datum fuit & conceſſum; poſteaque manerium ſive Prioratus ille cum pertinentiis in manus domini* Edwardi *nuper Regis* Angliæ *tertii poſt conqueſtum progenitoris noſtri occaſione guerræ inter ipſum & tunc adverſarium ſuum* Franciæ *mota ſeiſitum fuerit, & in-*

& in manibus ſuis ac heredum & ſucceſſorum ſuorum nuper regum Angliæ *ea occaſione remanſit, & in manibus noſtris jam exiſtat: Nos volentes quod manerium ſive Prioratus predicti, quod abolim ſpiritualibus annexus fuit, ad ſuam naturam priſtinam revertatur, cum ſpiritualibus ſpiritualia metere competat, de gracia noſtra ſpeciali & ob internam devotionem quam ad dictum ſanctum* Stephanum *Prothomartyrem, in cujus honore libera capella noſtra ejuſdem ſancti* Stephani *infra palacium noſtrum* Weſtmon. *dedicatur, gerimus & habemus, dedimus & conceſſimus, & per preſentes damus & concedimus, dilectis nobis in Chriſto Decano & canonicis libere capellenoſtræ prædictæ domum, manerium, ſive Prioratum de* **Welles** *alienigènam, aliàs dictum Prioratum ſive domum de* **Welles** *alienigenam, aliàs dictum manerium ſive dominium de* **Welhall**, *cum pertinentiis in comitatu predicto, cum eccleſia, ſive rectoria de* Gaitona, *& cum omnibus membris, maneriis, terris, tenementis, redditibus, ſervitiis, feodis militum, advocationibus eccleſiarum, vicariarum, capellarum, cantariarum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum quorumcunque, wardis, maritagiis, releviis, eſcaetis, curiis, leſtis, hundredis, Rectoriis, decimis, oblationibus, elemoſinis, penſionibus, porcionibus, libertatibus, Francheſiis, & aliis poſſeſſionibus & pertinentiis infra regnum* Angliæ, *que Deo & ſancto* Stephano *aut monachis eccleſie ſancti* Stephani de Cadomo *prelibato aliquo tempore pertinebant quibuſcunque, ad exorandum & divina peragendum pro bono ſtatu noſtro ac predilectiſſime conſortis noſtre* Elizabethæ *regine* Angliæ, *dum vixerimus, & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus. Habenda & tenenda domum, manerium, ſive Prioratum predictum, cum pertinentiis ac cetera premiſſa quecunque â feſto ſancti* Michaelis *ultimo preterito, præfatis Decano & Canonicis & ſucceſſoribus ſuis in liberam puram & perpetuam elemoſinam in perpetuum adeo liberè integrè & quietè ſicut aliqua perſona vel alique perſone domum, manerium, ſive Prioratum predictum cum pertinentiis ac cetera premiſſa meliùs & liberiùs habuit & tenuit, habuerunt & tenuerunt, ac nos ipſi ea habemus & tenemus, habuimus & tenuimus, ſeu haberemus & teneremus ſi modo manibus noſtris remanerent, abſque impeticione inquietacione moleſtacione ſeu perturbatione noſtri vel heredum noſtrorum, juſticiariorum, eſcaetorum, vicecomitum, ballivorum, ſeu aliorum officiariorum ſeu miniſtrorum noſtrorum, vel dictorum heredum noſtrorum quorumcunque, ſtatuto, de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. Volentes inſuper et concedentes ex uberiori gracia et mero motu noſtris quod prædicti Decanus & Canonici & eorum ſucceſſores inperpetuum omnibus & ſingulis libertatibus, quietanciis, & francheſiis, quibus ipſi & predeceſſores ſui in quibuſcunque maneriis, terris, tenementis & poſſeſſionibus ſuis per predictum regem* Edwardum *tercium progenitorem noſtrum fundatorem dicte capelle ſeu per nos ante hec tempora conceſſis hactenus meliùs uſi ſunt & gaviſi, in predicta domo, manerio, ſive Prioratu, decimis, terris, & tenementis prædictis, & ceteris omnibus premiſſis, & aliis pertinenciis quibuſcunque, ex nunc pacifice gaudeant & utantur inperpetuum. Et ulterius per preſentes concedimus prefatis Decano & Canonicis omnia & omnimoda exitus, proficua, & reverſiones, domus, manerii, ſive Prioratus prædicti ac ceterorum omnium premiſſorum & cujuſlibet inde parcellæ à quarto die Marcii anno regni noſtri primo proveniencia & creſcencia quoviſmodo uſque in diem confectionis preſencium abſque aliquo compoto ſeu aliquo alio inde nobis vel heredibus noſtris reddendo. Eo quod expreſſa mencio de vero valore annuo domus, mannerii, ſive Prioratus predicti, ſeu ceterorum premiſſorum aut alicujus inde parcelle, aut de aliis donis ſive conceſſionibus eiſdem Decano & Canonicis & ſucceſſoribus ſuis, vel alicui predeceſſorum ſuorum & ſucceſſoribus ſuis per nos aut progenitores noſtros ſeu predeceſſores ante hec tempora factis in preſentibus minimè facta exiſtat, aut aliquo ſtatuto ſive ordinacione facta edito ſeu ordinato non obſtante.*

In cujus &c. T. R. apud Weſtmon. *decimo die Marcii.*

PATRICKSBURNENSE Cœnobium in agro Canciano, cella de Bello-loco in Normannia.

Inquiſitio.

Eſcaet. de *Ad* quod dampnum 6 E. 3. n. 48.

INquiſitio capta apud *Cantuariam* coram *Willielmo* de **North** eſcaetore domini Regis in comitatibus *Kanciæ* (*&c.*) die Martis proxima poſt feſtum ſancti *Nicolai* anno regni Regis *Edwardi* tertii à conqueſtu ſexto, virtute brevis domini Regis huic inquiſitioni conſuti, per ſacramentum *Thomæ* de **Greneham** (*&c.*) Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod dominus Rex nunc, nec aliquis progenitorum ſuorum tempore vacationis Prioratus de *Belloloco* in *Normannia*, cuſtodiam de manerio ipſius Prioris de **Patrickesborne**, nec de aliis terris & tenementis ad prædictum Prioratum quoquomodo ſpectantibus in comitatu *Kanciæ* prædicto, non habuerunt, exitus nec proficua aliqua inde provenientia, perceperunt, nec inde in aliquo, aliquibus temporibus retroactis, intromiſit; nec quod Priores dicti loci fidelitates domino regi nunc ſeu progenitoribus ſuis, hactenus fecerunt. Et dicunt quod quidam *Johannes* de *Pratellis*, qui prædictum manerium quondam tenuit de Rege in capite, ut de hæreditate uxoris ſuæ, dedit manerium prædictum Priori, & conventui ejuſdem loci, tenendum in puram & perpetuam elemoſinam. Quam quidem donationem dominus *Johannes* Rex confirmavit per cartam ſuam. Et dicunt quod dominium dicti manerii, poſt mortem uxoris ejuſdem *Johannis* de *Pratellis* deſcendebat anteceſſoribus *Galfridi* de **Say**, & ſic dictus Prior tenet de dicto *Galfrido* de **Say** in puram & perpetuam elemoſinam, & reddendo pro ipſo *Galfrido*, ad caſtrum *Roffenſe* ſingulis annis xij. ſolidos in feſto ſancti *Andreæ*. In cujus rei teſtimonium huic inquiſitioni prædicti juratores ſigilla ſua appoſuerunt die & anno ſupradictis.

STOKE-CURCY
in agro Devonienſi, *cella Abbatiæ de* Lonley *in* Gallia.

De Richardo Amys, *Priore Prioratus de* Stokecurſy *ad informandum curiam de fundatione Prioratus prædicti.*

Recorda de termino S. Mich. 6 H. 4.

Vide Eſc. 49 E. 3. part. 2. n. 4.

INter alia compertum eſt, quod dictus *Richardus* Prior informavit curiam, & exhibuit curiæ quendam rotulum, factum & compilatum de diverſis munimentis, dicto Prioratui de Stokecurſy, à diverſis dominis datis, & conceſſis: in quo quidem rotulo, inter alia, continetur; videlicet, *Hugo* de *Novilla* conceſſit, & confirmavit Deo, & monachis de Stokecurſy eccleſiam ſancti *Andreæ* de Stokecurcy, cum tota terra quæ eidem eccleſiæ pertinet, & cum tota decima parochiæ, & cum omnibus decimis omnium rerum quas ibidem poſſedit, etiam cum decima totius gabuli terræ ſuæ, quam aqua quæ dicitur Perhed ab oriente ſecludit videlicet de Stoke cum pertinentiis, & de *la* Radewey, & Wyton, & totam decimam ejuſdem villæ de Stokecurcy, equarum, & pecudum; & duas partes decimæ de Wiletone, & duas partes decimæ de Lullingſtok, & totam decimam de Thienton. Concedit etiam paſtum pecoribus ipſorum in omni loco ubi ſua fuerint pecora, & ligna uſui eorum neceſſaria, in ſilva quæ dicitur Cantok, & capellationem domus ſuæ, dum in villa fuerit; & eccleſiam de Wytone, & molendinum novum, & decimam columbarum de columbariis ſuis de Stokecurcy, & omnes poſſeſſiones ſuas, quibus dictos monachos tempore ſuo invenit ſeiſitos, in manerio prædicto. Habend. & tenend. in puram & perpetuam elemoſinam, liberam, & quietam ab omni ſeculari ſervitio & exactione. Et quod *Willielmus* de Curcy, dapifer domini Regis *Angliæ* conceſſit, & ſcripto ſuo confirmavit, eccleſiæ ſancti *Andreæ* de Stokes, & monachis in eadem eccleſia Deo ſervientibus, unam hidam terræ, cum tota decima parochiæ, & cum omnibus decimis omnium rerum quas ibi poſſidet, & totam decimam ejuſdem villæ, ſcilicet, equarum, & pecudum, & duas partes decimæ de Bekrntone, & totam decimam unius faldæ de *Comba*, & duas partes decimæ *Wilitoniæ*, & duas partes decimæ de Lullinſtok, & totam decimam de Tyenton, & eccleſiam in *Walliis*, cum tota decima parochiæ, cui nomen eſt Tregru, concedente *Roberto Martini* filio, & paſturam pecoribus ipſorum, ubicunque ſua fuerint pecora; & ligna uſui eorum neceſſaria, in boſco ſuo, quod dicitur Cantok, & capellarium domus ſuæ quantum in villa fuerint; Et eccleſiam *Wytoniæ*, & eccleſiam de Lullinſtok, cum omnibus rectitudinibus eccleſiis pertinentibus, & molendinum novum, & terram cujuſdam ruſtici, cui nomen *Tuerra*; & terram Thynelande, & unum ferlingum terræ, & unam acram prati, & dimidiam virgatam de Breche, & decimam gabuli totius terræ ſuæ, quam aqua, quæ dicitur Perhede, ab oriente ſecludit, plenariè, & integre tenendum, & ſi fortè, redditus terræ ſuæ, crevit, aut creſcat, creſcat etiam eorum decima. Inſuper dat, concedit, & confirmat eidem eccleſiæ de Stoke, & ejuſdem loci monachis, locum quendam in *Wika*, ad orreum faciendum, triginta pedum in longitudine, octodecem in latitudine, ſalvo tamen quod non faciant reſeantiſam ibi de gentibus; Et quod *Willielmus* de Curcy conceſſit, & confirmavit, Deo & ſancto *Mariæ* de Lunlay, & monachis ejuſdem loci, unam hidam terræ, & eccleſiam ſancti *Andreæ* de Stoke, cum omnibus terris, & rectitudinibus ad ea pertinentibus; & jus eccleſiarum de *Wytona*, & de Lullingſtoke, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, prædictis eccleſiis ſpectantibus: & molendinum novum, & terram cujuſdam ruſtici cui nomen *Tuerra*; & terram quæ dicitur Tynelande, & dimidiam virgatam terræ, de *la* Breche, in puram & perpetuam elemoſinam perpetuo poſſidendum. Et quod *Johannes* de *Novilla* conceſſit & confirmavit Deo & beatæ *Mariæ* de Lunlay & monachis de Stokecurcy, in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam eccleſiam ſancti *Andreæ* de Suntiſtok, cum tota pertinente ad eccleſiam ſanctæ *Mariæ Longiledi*, & cum una hida terræ, & cum tota decima parochiæ, & cum omnibus decimis omnium rerum, quas ibi poſſidet: etiam cum tota decima totius gabuli, &c.

SHIRBURNENSE
cœnobium in agro Hantonienſi, *cella abbatiæ ſancti* Vigoris Ceraſii.

Charta Henrici *de* Portu, *fundatoris.*

Ex ipſo autographo, penes præpoſitum & ſocio collegii reginæ *Oxonii*.

QUoniam vita mortalium brevi admodum intercluditur ſpatio, nec habet aliquid homo de omnibus quæ ſub ſole poſſidet niſi ea quæ pauperibus miniſtrat & largitur, quoniam inquam ita ſe habet divinæ diſpenſationis ordinatio, placuit michi *Henrico* de Portu in ſpe ſalutis eternæ aliquas ex rebus meis ſanctæ conferre eccleſiæ. Contuli itaq; Deo & ſancto *Vigori Ceraſii*, pro ſalute animæ domini mei Regis *Henrici*, & pro anima *Guillelmi* patris ſui, & pro animabus patris & matris meæ, atq; pro mei ipſius ſalute & uxoris meæ & infantium meorum & amicorum meorum & hominum, totam *Sireburnam*, quæ eſt à parte occidentali cum nemoribus quæ in ea habentur, & eccleſiam ejuſdem villæ cum tota decima, & omnia omnino quæ in eadem villa ſunt, præter terram *Gervaſii Hwaſteboſe*, & præter terram **Creſpt**. His etiam addidi pratum de **Languebruge**, & molendinum de altera *Sireburna* juxta vivarium, & pratum etiam prædictæ *Sireburnæ* pertinens; decimam quoque de *Weldegueſtona*, eccleſiam de **Brummelegue** cum decima & terra eidem eccleſiæ pertinentibus. Decimam de **Beſingis** in omni poſſeſſione, & unam acram terræ in qua homines hoſpitantur. Eccleſiam de **Neoham** cum decima ipſius villæ tota, & cum decima virgulti, & cum decima duorum molendinorum, & cum una virgata terræ, & altera virgata ad *Mappedreuuellam.* Eccleſiam de *Oppertona*, cum decima & una hida terræ, decima de *Liddeſſeta* de dominio, decimam de *Richemanerio.* Hæc ſunt quæ donavi, ſicut jam prædixi, ita liberè ut liberè poſſidebam. Donavi dico Deo & ſancto *Vigori Ceraſii* tali conſideratione, quod abbas conventum monachorum apud præfatam *Sireburnam* poneret, qui Deo ordinatè deſervirent; Porro etiam, ſuffragante Deo, meipſum donavi ad obitum meum ibidem ad ſepeliendum.

Henricus de *Portu*, *Hadvis* uxor ejus, *Guillielmus* & *Johannes* filii ejus. *Herbertus* presbiter, *Ulricus* capellanus, *Galfridus* presbiter, *Rogerius* de **Sturis**, *Henricus* de **Braibove**, *Robertus* de *Campeſeta*, *Guillelmus* frater ejus, *Jordanus* de **Ferlie**, *Unfridus Panchevolt*, *Willielmus* de *Porleſia*, *Guillelmus* de *Sulleio*, *Henricus* filius *Roberti* de *Campeſeta*, *Ypolitus* de **Sean**, *Gervaſius Waſteboſa*, *Herveus* de **Laſli**, *Herbertus* de *Apleſteda.*

Carta *Johannis* de **Port.**

Ibid. JOhannes *de* **Port**, *omnibus hominibus ſuis ſalutem. Concedo & hac preſenti carta mea confirmo totam donationem quam* Henricus *de* **Port** *pater meus in elemoſinam dedit monachis de* **Sireburn**; *ſcilicet totam* Sireburnam, *cum nemoribus & pratis & omnibus aliis quæ ad eam pertinent, & eccleſiam ejuſdem villæ, & omnia ei in terris & decimis pertinentia præter terram* Gervaſii Guaſtihus, *& eos ego quietavi de operatione clauſturæ parchi mei. Præter hæc confirmo donationem de prato de* **Langebrig**, *& molendino de altera* Sireburna *quod eſt juxta vivarium, & pratum quod eſt juxta* **Morgerſtum**, *& tres virgatas terræ in eadem* Sireburna, *& dimidiam virgatam terræ quam* Walterius Archerius *tenet. Eccleſiam quoque de* Bromeleia, *cum omnibus ſibi pertinentiis. Eccleſiam de* **Buppetun** *cum omnibus ſibi pertinentiis, ſcilicet una hida terræ cum decimandis, & decimas de* **Livelchet** *de dominio. Similiter capellam ſancti* Michaelis *cum terra veteris caſtelli de* **Baſing** *cum una acra terræ, & decimas ejuſdem villæ de dominio cum omnibus decimandis. Et inſuper crevi decimam de meo* **Haradt** *de Parco, & totam decimam victus domus meæ. Præter hoc totum, confirmo eccleſiæ prædictæ quinque hidas terræ in* **Sipford** *quas* Adhewiſa *mater mea in elemoſinam eccleſiæ prædictæ, liberè & quietè tenendas dedit. Porro etiam, Deo ſuffragante, meipſum donavi in obitu meo ibidem ſepeliendum. Hii ſunt teſtes,* Matildis *uxor mea,* Adam, Hugo *filii mei*, Reginaldus *de* **Port**, Henricus *de* **Port**, Matheus *de* **Scures**, Willielmus *filius* Adæ, Willielmus *filius* Rogeri, Gaufridus *filius* Petri, Gaufridus *de* Caritate, Alexander *de* **Munfichet**, Willielmus *filius* Walchelini, Rodbertus Peccatum, Willielmus *frater ejus*, Rodbertus *de* **Port**, Hugo *de* **Braibuf**, *magiſter* Oſmundus, Rodbertus *de* **Port** *clericus*, *&* Johannes *frater ejus*, Willielmus *filius* Anſgodi, Herbertus *clericus de* **Sireburn**, Walterus *filius* Willielmi, Johannes *de* **Braibuf**, Matheus *de* **Chent**, Osbertus *filius* Gilberti, Petrus *Cocus*, Ricardus *filius* Widonis Duram.

Charta Adæ *de* **Port.**

SCiant tam præſentes quam futuri, quod ego *A.* de **Port** dedi & conceſſi eccleſiæ de **Sireburn**, & monachis ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam elemoſinam omnem decimam omnium molendinorum meorum *Sireburnæ* meæ in excambium cujuſdam molendini quod habebat in eadem **Sireburn** ubi nunc eſt vivarium meum quod *Henricus* de **Port**, avus meus, dedit eis quando fundavit cœnobium eorum, & quod reddebat eis annuatim unam marcam argenti, & omnem molituram domus ſuæ quietam. Et ſi decima prædictorum molendinorum minus valuerit quam una marcha, de redditu eorundem molendinorum eis perficietur, & habebunt omnem molituram domus ſuæ quietam in prædictis molendinis, ita quod quandocunque ſervientes monachorum venerint ad molendinum, cauſa molendi, molendino non molente, ſtatim molent, & ſi quem molentem invenerint, ſtatim poſt ipſum molent, niſi bladum domini fundi præſens affuerit quod debet præcedere. Et ut hæc mea donatio & conceſſio permaneat eam preſenti carta & ſigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus *Sibilla* comitiſſa uxore mea, *Herberto* decano de *Sareb. Anſgero* capellano, *Roberto* de ſancto *Manuet*, *Hugone* de **Arundell**, *Ivone* de *Aneſio*, *Matheo* de **Scures**, *Euſtachio* de **Lande**, *Thoma* de **Maiſnil**, *Ernulfo* de **Clavilden**, *Helia* de *Aneſio*, *Gervaſio Waſteboſa*, *Radulpho* de *Eſtona*, *Jacobo.* Ibid.

Carta *Willielmi* de ſancto *Johanne.*

SCiant (&c.) *quod ego* Willielmus *de ſancto* Johanne, *filius & hæres* Adæ *de* **Port**, *conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi* Willielmo *filio* Willielmi, *terras in* Benetfelda *& in* **Chinham** *quas* Adam *de* **Port**, *pater meus, & Prior de* **Shireburne** *& ejuſdem loci conventus dederunt* Willielmo *patri ſuo per cartas ſuas. Habendum* (&c.) *Hiis teſtibus*, Haſculio *de* **Doleignt**, Willielmo *de* **Liuns**, Galfrido *de* **Windleſhores**, Ada *de Bera*, Ricardo *de* **Warneford**, Galfrido *de* Bono-foſſato *militibus.* Galfrido *de ſancto* Johanne, Roberto *&* Ada *filiis meis*, Roberto *de* **Arundell**, Radulpho Wiard, Henrico Taillard, Willielmo le Franceis, Willielmo *filio* Nicholai *clerico*, *præſentis cartæ notario & multis aliis.* Ibid.

Conceſſio hoſpitalis Domus Dei *in* Suthamptona *præpoſito & ſcolaribus* Aulæ Reginæ Oxon. *per regem* Edwardum *tertium.*

Ibid. E*Dwardus* Dei gratia rex *Angliæ* (*&c.*) Sciatis quod cum *Philippa* regina *Angliæ*, conſors noſtra cariſſima, caritatis fervore ſuccenſa, quandam aulam ſcholarium capellanorum & aliorum apud *Oxoniam*, de licentia noſtra, jam de novo fundaverat, & certas cantarias pro noſtro & ipſius conſortis noſtræ, ac liberorum noſtrorum ſalubri ſtatu cum vitam duxerimus in humanis, & pro animabus noſtris cum ſubſtracti fuerimus ab hoc mundo, ac animabus progenitorum noſtrorum, inibi ordinaverit & ſtabilierit perpetuis temporibus duraturam. Eademque conſors noſtra aulam prædictam quibuſdam poſſeſſionibus pro ſuſtentatione præpoſiti & ſcholarium dictæ aulæ & onerum eidem incumbentium ſupportatione dotaverit; eidemque aulæ & prædictis præpoſito & ſcholaribus & ſucceſſoribus ſuis poſſeſſiones dare & aſſignare diſpoſuerit ampliores, Deo inſpirante. Nos pium & ſalubre ipſius conſortis noſtræ in hac parte propoſitum commendantes, cupienteſque eidem conſorti noſtræ in tam pio negotio in primis participari, de gratia noſtra ſpeciali, & ad magis ſupplementum intentionis dictæ conſortis noſtræ in hac parte, conceſſimus præfato Præpoſito & ſcholaribus cuſtodiam hoſpitalis noſtri ſancti *Juliani* de **Southampton**, *Domus Dei* nuncupati, quod quidem hoſpitale de noſtro patronatu exiſtit. Habendum, regendum, & tenendum eiſdem præpoſito & ſcholaribus & ſucceſſoribus ſuis (*&c.*) cum omnibus juribus (*&c.*) imperpetuum. Ita tamen quod iidem præpoſiti & ſcholares, & ſucceſſores ſui prædicti omnia onera (*&c.*) juxta fundationem (*&c.*) Et de ſurpluſagio exituum eorundem, ſi quod fuerit, quoddam receptaculum & habitaculum in eodem hoſpitali, ſive domo, pro mora ſcholarium aulæ prædictæ, ſi quos languore perpetuo, vel morbo incurabili incuti contigerit invenire, & etiam numerum ſcholarum in dicta aula jam ordinatum, ſi ſurpluſagium hujuſmodi ad hoc ſufficere poterit, augere teneantur imperpetuum. Et eiſdem Præpoſito (*&c.*) quod ipſi (*&c.*) cedente vel decedente jam cuſtode prædicti hoſpitalis (*&c.*) hoſpitale illud (*&c.*) authoritate ſua propria (*&c.*) ingredi, & cuſtodiam (*&c.*) tenere (*&c.*) ſine occaſione vel impedimento noſtri, vel hæredum noſtrorum (*&c.*) Teſte rege apud turrim **London**—— ——anno regni *Angliæ* xviij. & *Franciæ* v.

Carta regis *Edwardi* quarti de conceſſione Prioratus de **Shirburne** hoſpitali S. *Juliani* in villa de **Southampton.**

Ibid. EDwardus (&c.) *omnibus* (&c. *Sciatis quod* (&c.) *in augmentationem divini cultus infra hoſpitale noſtrum ſancti* Juliani *vocati* Domus Dei *in villa noſtra* **Southampton,** *necnon ut dilecti nobis in Chriſto magiſter* Johannes Pereſon *nunc cuſtos hoſpitalis prædicti ac nunc capellani & fratres ejuſdem hoſpitalis, ac ſucceſſores ſui, pro ſalubri ſtatu noſtro ac hæredum, & ſucceſſorum noſtrorum dum agimus in humanis, necnon pro animabus noſtris cum univerſæ carnis viam ingreſſi fuerimus. necnon pro animabus recolendæ memoriæ principis* Ricardi *nuper ducis* Eboraci *patris noſtri ac* Ricardi *nuper comitis* Cantabrigiæ, *avi noſtri in eodem hoſpitali humati, & omnium aliorum progenitorum noſtrorum imperpetuum ſpecialius exorare teneantur, dedimus* (&c.) *præfatis nunc cuſtodi* (&c.) *Prioratum alienig. de* **Shireburne** *in comitatu* Suthamptoniæ, *cum omnibus pertinentiis* (&c.) *Habendum* (&c.) *in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. In cujus* (&c.) *Teſte* (&c.) *xvj. Febr. anno regni noſtri primo.*

BUREWELLENSIS

Prioratus in agro Lincolnienſi, *cella monaſterii ſanctæ* Mariæ Silvæ-majoris.

Charta Johannis *de* Haya.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis hoc ſcriptum viſuris vel audituris, *Johannes* de *Haya*, filius *Johannis* de *Haya*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me, conſilio & aſſenſu omnium liberè tenentium meorum in **Burewell**, ac pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum, & heredum meorum, conceſſiſſe, & de me, & de heredibus meis ſeu aſſignatis, omnino & in perpetuum quietum clamaſſe Deo, & monaſterio ſanctæ *Mariæ Silvæ-majoris*, & monachis apud **Burewell** commorantibus, omnimodam communam qualemcunque habui, vel habere potero in una placea terræ jacentis ex **North** parte grangiæ dictorum monachorum in **Burewell.** Quam quidem placeam terræ, unà cum aliis terris, dicti monachi habent ex dono anteceſſorum meorum. Habendam & tenendam dictam placeam terræ, & omnimodam communam qualitercunque ad eandem pertinentem, dictis monachis, & ſuis ſucceſſoribus, cum libero introitu, & exitu, ſuper terras ſuas, & ſuper communam villæ, & cum omnimodis aliis pertinentiis, libertatibus, & ayſamentis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam in perpetuum. Ita quod dicti monachi, & ſui ſucceſſores, ad voluntatem ſuam, poſſunt dictam placeam, uſque ad bundas ſitas lateratim, ex **North** parte ejuſdem placeæ, claudere per ſepem foſſatum vel per murum, & etiam egreſſum ſuum, & ingreſſum facere, ſine ulla contradictione, vel impedimento mei, aut heredum meorum, ſeu aſſignatorum. Et ut hec mea conceſſio, & quieta clamatio firma, & inconcuſſa permaneant in perpetuum, preſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione roboravi. His teſtibus, domino *Radulfo* filio *Simenis* de **Ormesby,** domino *Gilberto* de **Theford** militibus, *Thoma* de **Swaby,** *Galfrido* de **Hastings,** *Richardo* de **Haketon** clerico, *Willielmo* ad fontem de **Burewell,**

Ex autographo in bibl. *Deueſiana.* 1648.

well, *Radulfo North*, *Radulfo* filio *Matildæ* de eadem villa, *Benedicto* de **Wincale** clerico, & aliis.

Litteræ *Gilberti* de **Umframvill**, abbati *Silvæ-Majoris*, de vacatione Prioratus.

Ex autog. in bibl. *Dewesia-na* an. 1648.

A Honurable homme & ſage de ſeint Religion l' abbe de Silve-Majour, Gilbert *de* **Umframvill**, *count* Dangos, *& ſeignur de* Kyme, *honeurs & reverences. Por ce ſeigneur que* Arnul *nadgaires Priour de* Burwelle *eſt a Dieu comaunde, que Dieu aſſoil, & la Priorie eſt de la fundacion de noz aunceſtres, & le garde de la dite Priorie a nous partint en temps de voidaunce, vous prionns cherement, que vous voillies mander un Priour covenable od garrant enſeale od le comune ſeale de voſtre maiſon pur la ſauf gard de la Priorie, & pur ſervir la egliſe parochial, car il ny ad chapelain pur ſervir la egliſe ne miniſtrer les ſacramentz au parochiens devant qen averez ordeine meiſmes. Ceſte choſe ſire voillies a cuer prendre come vous voillies la droit & le profit de voſtre meiſon demene ſauuer. A Dieu chere ſeignur que vous eit en ſa gard louz tours. Eſcript a noſtre manoir de* Burwelle *le xx. jour de December.*

De part *Gilbert de Umframvill*,
Count *Dangos*.

LANGKYWANENSIS *Prioratus in* Cambria, *cella Abbatiæ de* Lyra.

Carta de Inſpeximus *dicta.*

Cartæ 54 *Hen.* 3. m. 3.

REX archiepiſcopis, &c. ſalutem Inſpeximus cartam quam *Edmundus* filius noſter fecit *Petro Mannſel* Priori ſeu cuſtodi Prioratus de **Langkywan**, in hæc verba. Univerſis preſentes literas inſpecturis, *Edmundus* illuſtris Regis *Angliæ* filius ſalutem in domino. Quia conſtat nobis per legitimam inquiſitionem quam fieri fecimus quod Prior ſive cuſtos manerii ſeu Prioratus de **Langkywan** ad voluntatem abbatis ſui de *Lyra* amovendus eſt, & quod prætextu amotionis ipſius nichil rationabiliter exigere poſſumus nos vel noſtri, licet per predeceſſores noſtros ſeu ballivos vel firmarios eorum in caſtro noſtro de *Groſſo Monte* aliter fuerit uſitatum: Nos volentes graves conſuetudines abolere, quantum ad nos pertinet, conceſſimus ſeu concedimus fratri *Petro Mannſell* Priori ſeu cuſtodi dicte domus nomine abbatis & conventus de *Lyra* & præſenti carta noſtra confirmamus, quod nos, vel hæredes ſeu aſſignati vel ballivi noſtri de *Groſſo Monte*, ſeu aliunde, non poſſimus de cætero in amotione ſubſtitutione vel deceſſu Prioris ſeu cuſtodis dictæ domus de **Langkywan**, qui pro tempore fuerit, prætextu amotionis, ſubſtitutionis ſeu deceſſus ipſius Prioris vel cuſtodis aliquid exigere, moleſtiam vel gravamen per nos vel noſtros eidem inferre, vel ſeiſinam facere occaſione prædicta, ſalvis nobis ſerviciis, ſectis & conſuetudinibus nobis debitis pro tenemento domus de **Langkywan** & omnium tenentium de eadem. Et ut hæc noſtra conceſſio rata & ſtabilis permaneat in futurum, præſentem cartam ſigillo noſtro fecimus roborari. Hiis teſtibus, dominis *Gilberto Talbot*, *Willielmo Bagot*, *Ricardo* de **Wyk**, ſeneſchallis noſtris. Dominis *Roberto* & *Thoma* de **Turbervill**, fratribus, *Thoma* de **Bray** ſeneſcallo noſtro de *Monemua*, & aliis. Dat. apud *Groſſum Montem* xxix. die Maii, anno regni domini Regis patris noſtri lij. Nos autem prædictas conceſſionem & confirmationem ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus, ſicut carta prædicta rationabiliter teſtatur. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *W. Ebbracenſi* archiepiſcopo *Angliæ* Primate, (*&c.*) Dat. per manum noſtram apud *Weſtmon.* xx. die Octobris.

SELENSE *Cœnobium in agro* Suſſexienſi, *cella* S. Elorentii, Salmurenſis.

Carta fundatorum domus ſancti Petri *de* Sela.

Ex autog. ſub ſigillo in archivis collegii *Magdalenenſis* Oxonii.

EGO *Willielmus* de *Braioſa*, pro *Radulfi Waldi* filii, *Radulfique* filii ſui atque *Gaufridi* rufi anima, & pro meorum remiſſione peccatorum, & pro genitoris genetriciſque meæ anima, & pro *Philippo* filio meo unigenito voluntarie concedente, atque pro parentum meorum animabus; Nec non pro *Willielmo Anglorum* Rege, atque pro *Matilde* Regina uxore ſua, & pro patrum eorum atque matrum animabus, ac etiam pro filiis filiabuſque eorum, ut ipſi annuant hanc elemoſinam & ſiquis inde tortitudinem facere voluerit, ei ad rectitudinem teneant, in Dei omnipotentis *Mariæque* virginis honorem, beatiſſimis martyribus *Gervaſio* & *Prothaſio Hylaris* eorundem martyrum eccleſiæ totam decimam. Hoc eſt de omni meo lucro dominico molendinorum de *Braioſa*, & telonii paſnagiique decimam, lucum ad calefaciendum & ædificandum ſe atque eorum homines, ſuorum eorumque hominum porcorum paſnagium omneſque ſuorum hominum conſuetudines quietas, excepto quod de eis mutabo eiſq; ſolvam :' piſcationum partem tertiam, per omnes aquas piſcandi licentiam, carrucæ unius terram cum pratis. Apud **Cortelles** eccleſiam, carrucæ unius terram, molendinum quoddam ſicut in dominio habebam. Apud **Scocetum**, de eccleſia hoc quod in dominio habebam. De eccleſia de **Seurai** hoc quod in dominio habebam. Ultra mare, *Scopuleiæ* eccleſiam, unius carucæ terram cum bobus & animalibus quæ ei conveniunt, in plano paſtum liberum, foreſtium & aquarum mearum conſuetudines, in terra *Anglica*, ſicut in *Normannia*. Denariorum meorum ultra mare decimam totam. Et ultra mare & citra omnes ſuorum hominum conſuetudines & ſervitia. Et ſiquis meorum hominum aut dederit aliquid aut vendiderit, annuo. Ad hoc autem, apud *Braioſam* & *Radulfum* carpentarium cum tota terra ſua tribuo. In *Anglia* autem eccleſiam S. *Petri* de *Sela*, & S. *Nich.* de *Brenbria*, & S. *Nicholai* de Sorabam, & S. *Petri* de *Veteri-ponte*, cum omnibus omnino decimis & redditibus & ipſis pertinentibus. Hanc elemoſinam totam mitto & concedo S. *Florentio*, ejuſq; abbati & monachis ad obedientiam, eo pacto ut uſque dum eccleſia perficiatur unus vel duo ſolummodo monachi eam ædificent: poſtquam autem perfecta fuerit, per abbatis capitulique conſiderationem, tot in ea monachi habeantur quot de rebus ejus ad ſufficientiam vivere potuerint. Si hæc verò elemoſina per me, aut per meos homines & amicos, aut per quemlibet in tantum creverit ut abbatia eſſe potuerit, per abbatis capitulique electionem imponatur abbas. Donationis hujus teſtes ſunt *Herbertus Gundwini* filius, *Odo* rufus de *Fraxineto*, *Willielmus Godelini* filius, *Radulfus Tuſtini* filius, *Halſelinus*, *Rogerius Porberius*, *Hubertus Bonitus*, *Ricardus* de *Molinellis*, *Raginaldus* Coccus, *Manſellus* de *Punctello*, *Alarius* de *Ponte-Aldemeri*, *Gaufridus* de *Faleſia*, *Amelinæ* filius, *Gausbertus Bertranni* gener. *Alcherus* ejuſdem *Bertranni* filius, *Albericus* faber, *Radulfus Landrici* de *Boceo* filius, *Albericus* ſancti *Florentii* famulus. Hoc autem factum eſt *Radulfo*, *Albaldo*, *Gocelino* de *Haia*, ſancti *Florentii* monachis præſentibus. Scriptum hoc dictavit *Primaldus* ejuſdem *Braioſenſis Willielmi* capellanus, * in die *Veneris*, id eſt feria ſexta, quæ tunc temporis erat tertia ante Purificationem ſanctæ *Mariæ*, in ſancti *Georgii* eccleſia de *Baucarii* villa. Annuit & confirmavit *Willielmus* Rex *Anglorum* hanc meam elemoſinam, & *Mathildis* Regina uxor ſua, eorumque filii. Ad hanc annuitionem & confirmationem fuerunt hii. *Odo* conſul, *Hugo* conſul de *Ceſtra*, *Alanus* rufus, *Walterus* de *Meduana*. *Henricus* de *Bello-monte*, *Odo Gamelini* filius, *Willielmus Peurellus*, *Willielmus* de *Faleſia*, *Rogerius Bigotus*, *Hunfridus* de *Bohon*, *Ricarduſque* ejus filius, *Heunnus* vicecomes, *Radulfus* Terrerii filius, *Hauſſelinus*, *Willielmus* monachus *Rodomenſiſque* archiepiſcopus, *Reginaldus* Regis capellanus, *Bernardus Uſpachi* filius.

* Nempe 30. Januar. an. dom. 1075. *Gulielmi* primi 10. quod hoc charactere chronologico ſic elicio. Siquidem dies Veneris fuerit tertia ante Purificationem, feſtum ergo Purificationis incidit in diem lunæ. Id vero poſt annum 1070. quo *Hugo Lupus* conſul. ſive comes *Ceſtræ* (teſtante *Orderico Vitali* lib. 4.) uſque obitum Reginæ *Mathildis* an. 1083. (intererant autem hujus chartæ confirmationi, uti hic videre eſt, tum Regina ipſa, tum *Hugo* conſul *Ceſtræ*) non niſi ſemel contingere potuit anno ſcilicet 1075. Regis *Gulielmi* primi 10.

Notum ſit omnibus tam clericis quàm laicis præſentibus ac futuris quatinus *Philippus* de *Braioſa* confirmavit, dum *Jeroſolimam* pergeret, donum patris ſui quod dedit Deo & eccleſiæ ſancti *Florentii* ipſe pater ejus *Willielmus* de *Braioſa*, videlicet eccleſiam ſanctorum martyrum *Gervaſii* & *Prothaſii* de *Braioſa*, & eccleſiam ſancti *Petri* de *Sela*, & ſancti *Nicholai* de *Brenbria*, cum eccleſiis & decimis & redditibus aliis ſupranominatis eccleſiis appendentibus, & in boſco, & in plano, & in aquis. Eccleſiam autem de *Scapeleia* comutavit monachis ſancti *Florentii* pro eccleſia *Waſingintona*; de qua eccleſia videlicet de *Scapeleia*, habent ſæpedicti monachi annuatim iiij. ſolidos, & totam decimam de dominio. *Jeroſolimis* autem prædictus *Philippus* rediens eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Haura Sorabam*, quia monachorum prædictorum exiſtit juris, diligenter conceſſit & confirmavit. Hanc confirmationem *Philippi* conceſſit uxor ejus *Aanor* & *Willielmus* filius ſuus pridie nonas Januarii. Hujus rei teſtes ſunt, *Silveſter* Monachus, *Rogerus* monachus, *Robertus* monachus, alter *Robertus* qui tunc erat Prior de *Sela*, *Robertus* capellanus, *Oliverus* qui dictavit hanc cartam, *Ricardus* de *Haræ* cur. *Robertus Salvagius*, *Simon* comes, *Willielmus* de *Pointel*, *Hugo* de *Cumbis*, *Buceius*, *Thomas Tallebos*. *Willielmus* filius *Anſchetilli*, *Oliverus* de *Sacco*, *Adam* de *Ghernella*, & alii quam plurimi.

Notum ſit omnibus tam clericis quàm laicis, præſentibus ac futuris, quatinus *Willielmus* de *Braioſa* confirmavit donum avi ſui, quod *Philippus* de *Braioſa* pater ejuſdem *Willielmi* confirmavit dum *Jeroſolimam* perrexit, videlicet eccleſiam ſanctorum martirum *Gervaſii* & *Prothaſii* de *Braioſa*. Et eccleſiam ſancti *Petri* de *Sela*. Et ſancti *Nicholai* de *Brenbria*, cum eccleſiis & decimis & redditibus aliis ſupranominatis eccleſiis appendentibus, & in boſco, & in plano, & in aquis. Quod donum *Willielmus* pater *Philippi* de *Braioſa* dedit Deo & eccleſiæ ſancti *Florentii* de *Salmuro*. Et hoc factum fuit pridie nonas Januarii. Ad hanc confirmationem *Willielmi* de *Braioſa* fuit domnus *Seifredus* Dei gratiâ epiſcopus de *Ciceſtria*. Et *Rodbertus* monachus, qui tunc erat Prior ſancti *Petri* de *Sela*. Et *Oliverus* clericus, *Rodbertus Salvagius*, *Fulco* de Merle, *Rodbertus* de *Buci*, & *Simon* comes, qui tunc erat dapifer, *Willielmus Halſait*, *Hugo* de *Cumbis*, *Buceus* de Sellitune, & *Willielmus* filius ſuus, *Radulfus* de ſancto *Audoeno*, *Willielmus* de *Lancingis*, & *Nicholaus Bernehus*, *Willielmus* frater ejus, *Willielmus* Baſtard. Et *Willielmus* de *Folceaus*. Ego *Willielmus*, dominus de *Braioſa*, filius *Philippi*, filii avi mei *Willielmi*, omnia quæ in præſenti karta continentur inconcuſſa & illibata in perpetuum permanere volo, & ſigilli mei atteſtatione confirmo & corroboro. Ad hoc autem teſtes idoneos adhibeo *Bertam* conjugem meam, *Philippum* fratrem meum, *Paganum* capellanum, *Willielmum Halſard*, *Willielmum Bernehus*.

Quod ſit indigena, Vide Pat. 19. R. 2. part. 2. mem. 3.



Carta

Carta regis Henrici *ſecundi ſcripta donatorum confirmans.*

Paten. an. 1 *Hen.* 4. pat. 7. memb. 22. per Inſpex.

Vide Pat. 2 *R.* 2. parte 2. m. 29.

HEnricus rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & in perpetuam elemoſinam confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Florentii* de *Salmuro* & monachis ibidem Deo ſervientibus omnes donationes que eis rationabiliter factæ ſunt, ſicut cartæ & ſcripta donatorum teſtantur; videlicet ex dono *Willielmi* de *Braoſa*, & *Philippi* filii ejus eccleſiam ſanctorum *Gervaſii* & *Protaſii* de *Braoſa*, & eccleſiam ſancti *Petri* de *Sela*, & eccleſiam ſancti *Nieholai* de *Brenbria*, & eccleſiam ſancti *Nicholai* de **Shorham**, & eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Portu*; & eccleſiam de *Veteriponte*, & eccleſiam de *Waſſyngbetona*; & donum quod prædictus *Philippus* eis fecit de prebenda *Gaufridi* de *Brenbria*. Quare volo (*&c.*)

OKEBURNENSE

Cœnobium in agro Wiltonienſi, *cella de* Becco *in* Normannia.

Carta Matildis *de* **Warengeford.**

Ex autographo penes præpoſitum & ſcolares coll. regalis *Cantabrig.*

SApientum providentia quod firmum haberi ſtatuit, ſcripture ſatagit commendare; aliter enim negligentia, vel oblivione, vel fraudulenta veri diſſimulatione in poſterum à ſucceſſoribus ſuis in irritum revocaretur. Iccirco ego *Matildis* de **Wallengfort** notum fieri volo omnibus natis, & naſcituris, quod de hereditate mea dedi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Becci*, & monachis ibidem Deo ſervientibus utramque *Occoburnam*, majorem, ſcilicet, & minorem, & eccleſias eorundem maneriorum, cum omnibus pertinentiis, tam maneriorum quam eccleſiarum ad veſtiendum predictos monachos, in liberam & perpetuam elemoſinam. Facta eſt autem hec donatio apud *Beccum*, aſſenſu, & voluntate *Henrici* ducis *Normannorum*, filii *Gaufridi* comitis *Andegaviæ*, qui hanc donationem conceſſit, & teſtimonio carte ſuæ, & ſigilli ſui appoſitione confirmavit, & aſſenſu & voluntate *Matildis* imperatricis, matris ejuſdem *Henrici*, que & hanc donationem conceſſit, & carte ſuæ atteſtatione, & ſigilli ſui appoſitione corroboravit. Teſtibus hiis, *Ricardo* cancellario, *Roberto* de *Curceio*, *Roberto* de *Novo-burgo*, *Guarino* filio *Geraldi*, magiſtro *Herberto*, *Riolfo* de **Hatſon**, *Osberno* de *Hoſa*, *Osberno* camerario, & multis aliis.



Ibid.

Carta *Matildis* Dominæ de *Warengfordia.*

S*Ciant omnes mei homines de* Occheburnia *tam preſentes, quàm futuri, quod ego* Matillidis *domina de* Warengfordia *conceſſi & dedi* Ricardo *cognato meo, & heredibus ſuis, pro ſervitio ſuo, illam virgatam terre, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ fuit* Turgis, *avunculi ſui, tenendam & habendam, liberè, & quietè, de omnibus conſuetudinibus & ſervitiis, niſi quod ad comitatum, & ad hundredum, & ſi aliquod breve ex parte domini regis ad* Occheburniam *venerit quod debeat alibi transferri, predictus* Ricardus *feret illud breve morandi———ad ſuam expenſam, & poſtea ad expenſam domine. Hiis teſtibus,* Walterio Foliot, Roberto Foliot, Turgodo *de* Ocheburnia, *& aliis pluribus.* Ibid.

Carta Henrici *comitis* Augi.

NOtum ſit preſentibus, & futuris quod ego *Henricus* comes *Augi*, dedi Deo & ſanctæ *Mariæ Becci*, & ſancto *Martino* de *Boſco*, & monachis *Becci* ibi Deo ſervientibus, & ſervituris manerium de **Hou**, cum omnibus conſuetudinibus ſuis in boſco, in paſcua, in warenna, in perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & omnium parentum & anteceſſorum meorum. Quapropter precipio, precor, & moneo omnes heredes meos, ut elemoſinam meam manuteneant, & ne patiantur, ut aliquis hominibus manerii illius injuriam faciat. Talem etiam libertatem hujus manerii concedo hominibus, ut ſint quieti de hundredo, & de ſciris, & de aliis querelis, de feudo; etiam ne aliquis preſumat intrare in warennam prædicti manerii cauſa fugandi, vel capiendi aliquam beſtiam niſi per licentiam monachorum. Et ut iſta elemoſina, & donatio mea firmiter & inconcuſſa teneatur, preſentem cartam ſigilli mei munimine corroboravi. Teſte *Willielmo* fratre meo, & *Rainaldo* de *Haiſevilla*, & *Henrico* de *Curvervilla*, & aliis multis.



Carta *Farami* filii Willielmi Boloniæ.

Ibid. O*Mnibus fidelibus eccleſiæ tam præſentibus, quàm futuris,* Faramus *filius* Willielmi Boloniæ, *quæ eſt in Criſto ſalutem. Notum ſit fraternitati veſtre, quod ego recognoſco & ex parte mea concedo donationem quam anteceſſores mei, ſcilicet,* Gaufridus *filius comitis* Euſtacii *de* Bolonia, *avus meus, &* Willielmus *de* Bolonia, *filius ipſius pater meus, fecerunt eccleſiæ ſanctæ* Mariæ Becci, *ſcilicet, unam bidam in* **Belghem**, *quæ pertinebat ad manerium de* **Clopham**, *in elemoſinam in perpetuum poſſidendam, ſolutam & quietam ab omni ſervitio quod ad me & ad hæredes meos pertinet. Hanc donationem anteceſſorum meorum concedo pro ſalute animæ meæ & ipſorum anteceſſorum meorum, præfatæ eccleſiæ ſanctæ* Mariæ Becci. *Hujus conceſſionis meæ fuerunt conceſſores, & teſtes fratres mei,* Euſtacius, *&* Simon. Hugo *de* Boſevilla, *& uxor ejus, & filii ipſius* Willielmi, *&* Robertus *de* Boſevilla. Baldvinus Richetala. *Item ex parte eccleſiæ teſtes fuerunt,* Robertus *Prior eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Meritona, *& duo clerici ipſius,* Rainaldus, *&* Henricus. *Et de fratribus eccleſiæ* Becci, Ricardus *cellerarius, &* Willielmus *de* **Cotinges**, Willielmus *de* Freſnoſa, *&* Giſlebertus *de* Burnevilla, Paganus *filius* Heldrici, Ricardus *clericus,* Osbertus Hertur, Robertus Daun, Rogerus Hoc, Godwinus *de* Ruſelep, Hardingus Copin, Ricardus *de* Meritona.

Confirmatio Ricardi *comitis* Cornubiæ *monachis de* **Okeburne**.

Ibid. OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Ricardus* comes *Cornubiæ* ſalutem in domino. Noveritis nos dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti carta noſtra confirmaſſe, pro nobis & hæredibus noſtris, abbati, & monachis de *Becco*, quod ipſi, & ſucceſſores ſui, & omnes homines ſui, quos habent in Honore de **Walingeford** imperpetuum ſint quieti de omnibus ſectis curiarum ad nos vel hæredes noſtros pertinentibus, & etiam de omni exactione & demanda viſus franciplegii, hoc ſolo excepto, quod ballivus noſter de **Walingeford**, ſingulis annis, ſemel in anno, infra curiam prædictorum abbatis, & monachorum apud **Okeburne** ingreſſum habeat, & viſum franciplegii hominum ſuorum ejuſdem manerii, ad videndum, quod pax regia bene conſervetur, ſine aliqua occaſione, & quicquid lucri vel commodi ex illo viſu aliquo modo poterit emergere, prædictis abbati, & monachis, vel eorum procuratori remaneat, ſalvo eidem ballivo ad diem illum hoſpitio ſuo competenti ibidem cum tribus equis, vel quatuor ad plus, & cum honeſta familia tot equos rationabiliter contingente. Quare volumus, & firmiter præcipimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti abbas & monachi, ſucceſſores & homines eorum, quieti ſint de omnibus ſectis curiæ, exactionibus & demandis viſus franciplegii, ut prædictum eſt; In cujus rei teſtimonium preſenti ſcripto ſigillum noſtrum fecimus apponi. Hiis teſtibus, *Rogero* de **Turkelby**, *Henrico* de *Battonia*, *Henrico* de *Mara*, *Rogero* de **Aumery**, *Stephano* de **Chendwyth**, *Thoma* de **Waloines**, *Willielmo Blundel*, *Philippo* de *Eya*, *Rogero* de ſancto *Conſtantino* clerico, & multis aliis. Datum apud **Walingeford** feſto beati *Petri* ad vincula. Anno gratiæ milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio.



WILLES-



WILLESFORDENSIS *Prioratus in agro* Lincolnienſi, *cella abbatiæ de* Becco *in* Normannia.

In veredicto hundredi de **Trehowe.**

Ex Rotul. hundr. in arce *Lond. Linc.*

INquiſitio facta apud **Stanford** coram dominis *Willielmo* de ſancto *Omero* (*&c.*)

Item dicunt quod Prior ordinis de *Becko Herlewyni* tenet in **Willesford**, & in **Ancaſter** unum manerium & novem carucatas terræ, quæ valent per annum xvj. li. & elemoſinantur ex dono *Hugonis* de **Evermewe**, centum annis elapſis, & amplius, & eas tenet de domino *Baldwino Wake*, quo ſervitio neſciunt, & dictus *Baldwinus* eas tenet de domino rege in capite, quo ſervitio, vel quo waranto dicunt quod neſciunt, & dicunt quod terra prædicta non eſt *geldabilis* (*&c.*)

WEDON-PINKENY *in agro* Northamptonienſi, *cella Abbatiæ de* S. Luciano *juxta* Beauvoys *in* Gallia.

Carta Gilberti *de* **Wedon-Pinchenni** *de una hida terræ & de uno molendino cum pratis adjacentibus & de decimis ejuſdem villæ & de decimis de dominio meo in* **Wapnam.**

Ex regiſtro de *Bitlesden* penes prænobilem *Georgium* ducem *Buckingham*, an. 1640. fo. 248. a.

R*OBERTO* Dei gratia *Lincolnienſi* epiſcopo & omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, *Gilebertus* de **Pinchenni** ſalutem. Notum ſit omnibus tam preſentibus quàm futuris, me gratanter in perpetuam elemoſinam conceſſiſſe eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Wedonia*, & fratribus ibidem Deo ſervientibus omnia quæ *Gilo* avus meus & *Radulfus* pater meus eidem eccleſiæ dederunt, videlicet unam hidam terræ liberam & quietam de ſuo dominio in *Wedonia*, & unum molendinum cum pratis eidem molendino adjacentibus, & omnes decimas ejuſdem villæ, & decimas de dominio meo in **Wapnam**, videlicet bladi & pecorum & caſeorum & omnium aliarum rerum, exceptis duabus acris bladi, & duobus agnis & duobus caſeis qui presbitero debentur, & decimas de omnibus dominiis meis in quacunque villa fuerint. Maieriemium quoque de ſilva mea ad edificia, & ligna ad queque neceſſaria, & paſcua ſine precio pecoribus eorum. Et præter hæc omnia quæ avus meus & pater meus eis dederunt, Dedi eis in augmento terram duarum plenariè carrucarum præter illam quam ad preſens præfate eccleſiæ hoſpites tenent & excolunt, liberè & quietè perpetuò poſſidendam, pro ſalute mea & omnium amicorum meorum, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum. Ut autem hoc donum ratum & inconcuſſum ſemper exiſtat, uxore mea *Euſtachia* & liberis annuentibus meis, videlicet *Henrico* primogenito meo, & cæteris, ſuper altare prædictæ obtuli eccleſiæ, ſub horum teſtimonio, *Odonis* ejuſdem loci Prioris, *Adæ*, *Ricardi*, *Radulphi* monachorum, *Hugonis* de **Pinchenni**, *Radulphi* fratris jam dicti *Gilberti*, *Wiberti*, *Watſonis* de **Wapnam**, *Ancheri* de **Pincheni**, *Rogeri* de *Nortona*, & multorum aliorum.

Carta *Henrici* de **Wedon Pincheni** de decimis de **Wedon**, & de decimis de dominio meo de **Wapnam** & de omnibus villis meis eidem eccleſiæ benigne concedo.

Ibid. fo. 248. b.

IN *nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Preſentibus declaretur & futuris, quod ego* Henricus Pinconienſis, *divina gratia inſpiratus, beneficia univerſa quæ proavus meus* Gilo, *& avus meus* Radulfus, *& pater meus* Gilebertus, *omnium creatori Deo & ſancto* Luciano Beluacenſi, *pro ſe, ſuorumque ſalute omnibus villis ſuis perpetuam in elemoſinam donaverunt, ſuaque carta legitimè confirmaverunt, eidem eccleſiæ benignè concedo. Scilicet, decimam* Odoniæ, *& decimam dominii mei de* **Wapnam**, **Stains**, Mortona, **Miggeham**, Huggelaia *quoque &* **Pachet**; *prædicto vero eccleſiæ decimam de aſſartatione dominii mei, ſcilicet de* **Ruhteberthe**, *&* Heſtlea *apud* **Pachet**, *& de omnibus aſſartationibus meis dominii mei de prædictis villis ubicunque aſſartavero, vel ſi ego vel quicumque eas excoluerit; pro noſtra, anteceſſorumque ſalute, benignè confero, & quicquid concedere potero rationabiliter, Teſtibus hiis*, Philippo *Priore*, Roberto *&* Radulfo *monachis, & multis aliis.*

Carta Gilberti *de* **Pinkeni** *de omnibus villis ſuis perpetuam in elemoſinam donatis, & de cultura in campis de* **Wedone**, *& de quadraginta acris terræ de dominio.*

Ibid. fo. 249.a. IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, *Amen.* Preſentibus declaretur & futuris, quia Ego *Gilebertus Pinconienſis*, divina gratia inſpiratus, beneficia univerſa quæ avus meus *Gilo Pinconienſis*, omnium creatori Deo & ſancto *Luciano Beluacenſi*, pro ſe ſuorumque ſalute omnibus villis ſuis perpetuam in elemoſinam donavit, ſuaque carta legitimè confirmavit, & culturam quam pater meus *Radulfus* eccleſiæ *Odoniæ* cum hoſpite *Turberto* in elemoſinam largitus eſt eidem eccleſiæ benignè concedo, cum his quoque xl. acras de dominio meo, pro noſtra & anteceſſorum noſtrorum ſalute, prædictæ eccleſiæ in elemoſinam dono. Et ut monachi ſancti *Luciani* ibidem commorantes omnia iſta liberè & quietè omni evo teneant & poſſideant, præſentem cartulam Sigilli mei impreſſione corroboro. Iſtam ſiquidem elemoſinam in craſtino feſtivitatis *omnium Sanctorum* devotiſſimè feci, & annuente uxore mea *Euſtachia*, & liberis *Henrico* & *Gilberto*, cum cæteris, donum inde ſuper altare prædicte eccleſiæ poſui. Hiis aſtantibus & teſtificantibus, *Adam* Priore, *Edgaro* presbitero, & multis aliis.

Ego *Robertus* de *Pinkonio* dedi in campo aquilonari de **Wedon** terram illam apud **Gamel**, cum prato adjacente & in campo auſtrali illam que eſt juxta viam que ducit ad molendinum monachorum & dedi duas dimid. acras de terra *Sivardi*.

Ibid. fo. 246.b. S*Ciant preſentes & futuri quod ego* Robertus *de* Pinconio *filius* Henrici *conceſſu & voluntate* Henrici *filii mei & heredis, dedi & conceſſi & preſenti carta confirmavi Deo & beate* Mariæ *de* Wedonia *& monachis ſancti* Luciani Beluacencis *in predicte* Wedonie *eccleſia domino in perpetuum ſervituris, in campo aquilonari* **Wedon** *terram illam apud* **Gamel**, *cum prato adjacente, & in campo auſtrali illam que eſt juxta viam que ducit ad molendinum monachorum, & abbuttat* * *acremenſinor, quas ſcilicet* Philippus *aliquando tenuit de me prædictis monachis habendas & poſſidendas liberè & quietè in puram & perpetuam elemoſinam, pro me,* Eglina *uxore mea, &* Henrico *filio meo, & aliis ſucceſſoribus meis & precipue pro anima* Philippe *filiæ meæ defunctæ, & pro animabus anteceſſorum noſtrorum defunctorum. Preterea quietas clamavi prædictis monachis & in puram & perpetuam elemoſinam dedi ad proprios uſus duas dimidias acras de terra* Sivardi, *quarum una ad* **Holenelle**, *alia ad* **Bruneſzorn**, *& abbuttat ad viam* **Plumton**, *quas ſcilicet* Walecus *&* Gilbertus *clericus de* **Mildetrop** *de prædicto* Sivardo *& filio ejus* G. *tenuerunt. Hiis teſtibus*, Nicholao *Priore*, Rogero *monacho, & multis aliis.*

*Sic MS.

Reſignatio Prioratus de **Wedon** *facta abbatiæ & conventui de* **Bitleſden** *per abbatem & conventum de ſancto* Luciano. Ibid. fo. 254 a.

Recorda de term. Paſch. 16. R. 2. OMnibus Chriſti fidelibus preſentem cartam indentatam viſuris vel audituris *Robertus* permiſſione divina abbas monaſterii de ſancto *Luciano* & ejuſdem loci conventus, ordinis ſancti *Benedicti Beluacenſis* dioc. de *Francia* ſalutem in omnium ſaluatore. Noveritis nos, unanimi aſſenſu & conſenſu dicti conventus noſtri, fratrum ac omnium aliorum & ſingulorum quorum conſenſus in hac parte requiritur, ſane utilitate & neceſſitate predicti monaſterii noſtri, & pro quadam ſumma auri notabilis nobis & monaſterio noſtro per religioſos viros abbatem & conventum de **Bitleſden**, *Ciſtercienſis* ordinis perſolutâ que noſtrum monaſterium predictum de ſancto *Luciano* quod per hoſtiles incurſus extitit combuſtum & deſtructum in magna parte noſtro facto mediante relevabit, ut ſperamus, licentiâ Illuſtriſſimi principis domini regis *Anglie* in hac parte petita & obtenta, dediſſe, conceſſiſſe, tradidiſſe, dimiſiſſe ad perpetuam firmam, & hac preſenti carta noſtra indentata confirmaſſe, predictis abbati & conventui de **Bitleſden** ac eorum monaſterio & eorum ſucceſſoribus Prioratum noſtrum, rectoriam ſive eccleſiam de **Wedon Pinkeny**, & advocationem ſive patronatum predicte eccleſie de **Wedon**, quam in proprios uſus tenebamus, una cum advocatione & patronatu vicarie predicte eccleſie de **Wedon** cum pertinenciis: habend. & tenend. omnia predicta Prioratum, rectoriam, eccleſiam, advocationes, patronatus, una cum omnibus & ſingulis terris tenementis redditibus & ſerviciis, conſuetudinibus, penſionibus, poſſeſſionibus, libertatibus, quietanciis, immunitatibus, decimis, juribus, & privilegiis ad predictum Prioratum, rectoriam, eccleſiam, advocationes, ſive patronatus infra regnum *Anglie* ſpectantibus, cum pertinentiis ſuis imperpetuum: finitis vero guerris inter reges *Anglie* & *Francie*, & cum ſit ſtabilis, perpetua, firma, finalis pax &. concordia inter reges predictos, & regna *Angliæ* & *Franciæ*, extunc predicti abbas & conventus de **Bitleſden**, & ſucceſſores ſui reddent inde annuatim nobis prefatis abbati & conventui de ſancto *Luciano* & ſucceſſoribus noſtris decem marcas apud *Caleſiam* in eccleſia ſancte *Marie* ad feſtum nativitatis ſancti *Johannis Baptiſte*, pro omnibus exactionibus & demandis premiſſa negocia tangentibus. Et ad premiſſam annualem penſionem fideliter perſolvendam dictis die & loco, nos prefati abbas & conventus de **Bitleſden** obligamus nos, ſucceſſores noſtros, ac bona noſtra, mobilia & immobilia, preſencia & futura, ubicunque fuerint reperta, capienda, tenenda, & arreſtanda donec de dicta annuali penſione plenarie fuerit ſatisfactum, ac etiam de dampnis & intereſſe, ſi que à retro fuerint de predicta annuali penſione donec plenarie ſatisfecerimus de eiſdem. Et ibidem nos predicti abbas & conventus, & ſucceſſores noſtri de ſancto *Luciano* litteras acquietanciæ ſub noſtro communi ſigillo ſigillatas, ſuper qualibet ſolutione predictarum decem marcarum annuatim predictis abbati & conventui & ſucceſſoribus ſuis de **Bitlesden** dabimus, & annuatim ſuper ſolutionem dicti redditus deliberabimus. Conceſſimus etiam per preſentes eiſdem abbati & conventui de **Bitlesden**, & monaſterio ſuo antedicto & ſucceſſoribus ſuis, habita poſſeſſione de predictis advocatione & patronatu predicte eccleſie de **Wedon**, predictam eccleſiam de **Wedon** appropriare, & in proprios uſus tenere, & poſſidere ſibi & monaſterio ſuo antedicto & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Et nos vero predicti abbas & conventus de ſancto *Luciano* & ſucceſſores noſtri omnia & ſingula predicta Prioratum, eccleſiam, rectoriam, advocationes, patronatus, cum omnibus terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, conſuetudinibus, penſionibus, poſſeſſionibus, libertatibus, quietanciis, immunitatibus, decimis, juribus & privilegiis quoviſmodo ad predicta Prioratum, rectoriam, ſive eccleſiam infra regnum *Anglie* ſpectantibus, predictis abbati & conventui de **Bitlesden** ac monaſterio ſuo antedicto & ſucceſſoribus ſuis contra omnes gentes per preſentes warantizabimus & defendemus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium uni parti preſentis carte indentate penes dictos abbatem & conventum de **Bitlesden** remanenti, tam ſigillum prefati abbatis de ſancto *Luciano* proprium, quam ſigillum ejuſdem domus commune ſunt appenſa, alteri vero parti penes dictos abbatem & conventum de ſancto *Luciano* remanenti, tam ſigillum dicti abbatis de **Bitlesden**, quàm ſigillum ejuſdem domus commune ſunt appenſa. Data & acta ſunt hæc in domo noſtra capitulari monaſterii de ſancto *Luciano* ſupradicta viceſima die menſis Maii anno Domini milleſimo tricenteſimo nonageſimo ſecundo.

TYWARDREITENSIS *Prioratus in agro* Cornubienſi, *cella Abbatiæ Sanctorum martyrum* Sergii *&* Bachi *prope* Andegaviam.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum conceſſiones ratificans.*

Cart. 33 *E.* I. n. 38. per Inſpex. Vid Cart. 19 *H.* 3. m. 9. Et Cart. 33 *E.* I. n. 38. per Inſpex.

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Norm.* *Aquit.* & comes *Andeg.* archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Inſpeximus cartam *Roberti* de **Cardinan**, in hæc verba.

Robertus de **Cardinan** omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis me pro Dei amore & animæ meæ ſalute conceſſiſſe & preſenti carta mea confirmaſſe eccleſiæ ſanctorum martirum *Sergii & Bachi Andeg.* & eccleſiæ ſancti *Andreæ* de **Tywardrait** & monachis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris omnes donationes & conceſſiones quas anteceſſores mei ſeu quicunque fideles de feodo meo ipſis fecerint; ſcilicet eccleſiam de **Tywardrait** cum terris decimis & omnibus pertinenciis ſuis & unam acram in **Trenengy**, & dimidiam acram in **Kelligog** ſolutas & quietas ab omni Hutilan & omni alia exactione; & dimidiam acram in **Treurengy** quæ tantum Hutilan reddit, & molendinum quod dicitur **Melyntrait**, quod eſt ſitum in manerio meo de **Tywardrayt** cum tota moltura hominum meorum de eodem manerio, Ita quod ego & hæredes mei debemus eos conſtringere ad molendum in eo. Eccleſiam ſancti *Barriani* cum terris decimis & cæteris pertinentiis ſuis. Capellam de **Lanwythgy** cum terris decimis & cæteris pertinentiis ſuis, & dimidiam acram quam *Robertus Franneeys* tenuit, ſolutam & quietam ab omni ſervitio excepto tantum regali ſervitio, & ipſum *Robertum* & omnem ejus ſequelam, & unum ferlingum terræ quod Archib. tenuit quietum ab omni ſervitio excepto tantum regali, & unam acram terræ in **Redprime** cum capella & cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam ſancti *Enny* cum terris decimis & aliis pertinentiis ſuis & nominatim cum villa quæ dicitur *Lamanta* & **Tredrait**, & dimidiam acram terræ in **Pendre** quam *Thomas* preſbiter tenuit, ſolutam & quietam ab omni ſervitio excepto tantum regali. Eccleſiam de **Latilutry** cum tribꝰ acris terræ & omnibus aliis pertinentiis ſuis quam habent de dono *Baldewyni* filii *Thurſtani*. Molendinum de **Rydewith** cum tota moltura manerii mei de **Botardel** & hermitagium de *Ponte-Baldewyni* cum ortis & terra ad idem hermitagium pertinente & neceſſariis de boſco habendis fratri in eodem loco manenti, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis; & inſtitutionem Prioris; & unum ferlingum terræ deſuper boſcum ſolutum & quietum ab omni ſervitio, excepto tantum regali. Eccleſiam ſancti *Sinari* quam dedit eis *Radulphus* de *Sicca-villa* & uxor ejus *Margareta*, & unam acram terræ apud ſanctum *Sinaram* ſolutam & quietam ab omni ſervitio excepto regali. Villam quæ dicitur **Roſcelyn** cum omnibus pertinentiis ſuis. Feodum unius militis in *Pridias* per regale ſervicium. Unam acram terræ in **Onurton**-*majori* & dimidiā in *minori*. Duas acras terræ in **Pengelli** & in **Kellihon**, Unam acram terræ in **Trefiloc** ſolutas & quietas ab omni ſervicio. Piſcariam de **Branchun** & omnia neceſſaria de boſco meo ad ipſam faciendam & reficiendam. In **Dimcthny** terram quæ fuit *Aſcelinæ*, & totam terram quam anteceſſores mei eis dederunt pro ſalute animarum ſuarum. Et terram quam *Ricardus Baptiſer* illis dedit. Eccleſiam de **Treneglos** cum omnibus pertinentiis ſuis, & nominatim cum duabus acris terræ, ſolutas & quietas ab omni ſervitio & Hutilan. Tres acras terræ in **Barhulgot** & in **Penlen** ſolutas & quietas excepto regali ſervicio. Manerium de **Trenant** tenendum liberè & quiete cum omnibus pertinentiis ſuis ſolutum & quietum ab omni ſervicio. Manerium de **Trenanan** cum omnibus pertinentiis ſuis ſolutum & quietum ab omni ſervicio preter ſervicium *Roberti Cola* & *Ilgerii*. *In* **Ludewan**

wan quatuor acras terræ & dimidiam cum pertinentiis ſuis ſolutas & quietas ab omni ſervicio excepto regali ſervicio, & duo molendina in eodem manerio cum aquis & excluſagiis, & cum tota moltura ejuſdem manerii, tenenda & habenda imperpetuum in eiſdem locis quibus fuerant tranſlata conceſſione mea tempore Hamelini Prioris. Et ſciendum quod ego & heredes mei debemus conſtringere homines noſtros ad molendum in eis. Decimam totius conredii mei præter decimam vini & medæ. Terram eciam & poſſeſſionem que fuit **Edwy** prepoſiti de **Hereford** & ipſum **Edwy** cum tota progenie ſua unam acram terræ & dimidiam in **Rolcron** cum duobus hominibus ſcilicet *Hemeri* & *Willielmo* cum tota eorum ſequela. unam acram terræ in **Penhalwen** cum pertinentiis ſuis ſolutam & quietam ab omni ſervicio. Conceſſi etiam communes paſcuas hominibus eorum cum hominibus meis ubicumque vicini fuerint. Decimam molendini de **Relidam**, **Fulcham**, & **Smalehyl** & **Thumewod** cum omnibus pertinentiis ſuis. Quod ut ratum ſit uſque imperpetuum ſigilli mei impreſſione corroboravi. Hiis teſtibus, *Johanne* filio *Roberti* tunc ſeneſcallo, *Rciardo* fratre ejus, & *Stephano* fratre ejus, *Rogero* fratre ejus, *Jordano Oliveri*, *Roberto* de *Karmino*, *Henrico* de *Albemara*, *Roberto* de *Rameſton*, *Nicholao* de **Havelond**, *Ivone* capellano, *Rogero Ruſſel*, *Henrico* de **Bodrigan**, *Rogero* filio *Luc. Blad.* filio *Ade*, *Willielmo* venatore, *Benedicto* clerico, *Willielmo Gramat.* *Gaufredo* de **Fanc** & multis aliis. Nos igitur predictam conceſſionem (*&c.*) Dat. per manum venerabilis patris R. *Ciceſtrenſis* epiſcopi cancellarii noſtri, apud *Roffam* ſexto die Maii anno regni noſtri decimo nono.

Alia carta ejuſdem regis *Henrici* tertii.

HEnricus *Dei gratia rex* Angliæ (&c.) *Sciatis nos conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe pro nobis & heredibus noſtris eccleſie ſancti* Andreæ *de* **Tiwardrath** *que eſt ſubjecta eccleſiæ ſancti Sergii* Andegaviæ, *omnes donationes que ei in* Cornubia *factæ ſunt, & nominatim eccleſiam de* **Anſtel** *cum omnibus pertinentiis ſuis quam* Robertus *filius* Willielmi *ei dedit & carta ſua confirmavit. Quare volumus* (&c.) *Hiis teſtibus, venerabili patre* W. Carleolenſi *epiſcopo* (&c.) *Dat. per manum venerabilis patris* R. Cyceſtrenſis *epiſcopi cancellarii noſtri, apud* Roffam *ſexto die Maii anno regni noſtri decimo nono.*

Alia ejuſdem Regis Henrici.

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ* (&c.) Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Inſpeximus cartam confirmationis *Roberti* filii *Willielmi* & *Agnetis* uxoris ſuæ, & Roberti filii ſui, in hec verba. Sciant tam preſentes quam futuri quod Ego *Robertus* filius *Willielmi* & *Agnes* uxor cariſſima, & *Robertus* meus filius, communi noſtra, & amicorum inſpectione & communi aſſenſu totius hundredi de **Tennitune**, franchiavimus ſanctuarium de ſancto *Anſtelo* omni ſervitio omnique exactione, necnon quandam conſuetudinem quæ tunc temporis ſive juſtè ſive injuſtè erat ſuper p. æd. ct. ſanctuarium adquietavimus, & liberum & quietum conceſſimus Sanctuarium, & dedimus liberè in perpetuam elemoſinam, Deo omnipotenti, & beato *Andreæ* Apoſtolo, & ſancto *Anſtelo*, pro animabus *Henrici* Regis & reginæ *Matill.* & eorum ſucceſſorum, necnon pro animabus patrum & matrum noſtrorum, & pro eciam noſtris animabus & totius noſtræ progeniei in remiſſionem peccatorum & animarum ſalvationem. Liberationem autem iſtam & donationem ſi quis noſtrum vel aliorum aliqua machinatione infringere voluerit, hic nullam poſſit adipiſci veniam nec in futuro celeſtem pacatum habere Judicem niſi hic ad ſatisfactionem venire voluerit. Hoc autem factum eſt anno ab incarnatione Domini MClxix. apud **Tiwardrait**, in talamo *Roberti* filii *Willielmi*, fratre *Baldewyno* exiſtente Priore apud **Tiwardrait**. Hiis teſtibus, *Radulpho* monacho, & *Antonio* de la *Briure*, & *Odone* filio *Walteri*. Quarto autem die poſt iſtam donationem recognita eſt iterum donatio apud **Lanwait**, & aſſenſu totius hundredi confirmata & ſic ſtare conceſſa. Hiis teſtibus, *Ricardo* filio *Dreu*, & *Roberto* de **Trepeni**, & *Alwardo* preſbitero & *Benedicto* clerico, & *Pingnant* de **Penlen**, & *Alwardo* de **Penrid** (*&c.*) Nos igitur predictam donationem & conceſſionem ratam & gratam habentes eam pro nobis & heredibus noſtris concedimus & ſigillo noſtro confirmamus ſicut carta predictorum *Roberti* filii *Willielmi* & *Agnetis* uxoris ſue & *Roberti* filii ſui rationabiliter teſtatur. Hiis teſtibus venerabili patre *W. Karleolenſi* epiſcopo (*&c.*) Dat. per manum venerabilis patris *Radulphi Ciceſtrenſis* epiſcopi cancellarii noſtri, apud *Roffam* ſexto die Maii anno regni noſtri decimo nono.

1169:

BIRSTALLENSIS

Prioratus, in agro Eboracenſi, *Cella Abbatiæ* S. Martini *de* Albamarle *in* Normannia.

Carta fundationis ſancti Martini *de* Albemarle.

Ex autog. in ciſta abbatiæ de *Karkſtall*, nuper in turri beatæ *Mariæ* *Eborac.*

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*, Hoc notum ſit tam præſentibus quam futuris quia Ego *Stephanus*, *Albemarlenſis* Comes, Monachis ſancti *Luciani Beluacenſis*, quibus mater mea *Adeliza* donavit & conceſſit eccleſiam ſancti *Martini* de *Alceio*, conſtructam & edificatam ab anteceſſoribus meis extra Caſtellum *Albemarle*, ſicut mater mea conceſſit, ſic dono & concedo eccleſiam ſancti *Martini*, & omnes redditus ipſi eccleſiæ adjacentes, pro remiſſione peccatorum meorum & *Willielmi* Regis *Angliæ* avunculi mei, atque omnium anteceſſorum meorum. Quibus etiam monachis præter hæc ſupradicta addo, & concedo omnes eccleſias & decimas meas *Angliæ*, quas teneo ab *Henrico* Rege *Anglorum*, ita quietas &

liberas, & ſine retentu ullo, ſicut de ipſo Rege teneo. Necnon & ipſi ſacerdotes ita liberrimè habeant & teneant à me, ut neque Dapifer, neque Vicecomes, nec aliquis miniſtrorum meorum ſuper eos manus imponant. Si vero ſacerdotes foris fecerint aliquid in illo juſtificent. Has eccleſias & decimas videlicet in *Holderneſa* eccleſiam & decimam de *Pagla* quam in dominio habeo. Similiter & de *Preſtona*, & de *Eſchebilinga*, & de Wiſornewic, de *Wagla*, de Frohingheham, & de *Caſtello* de Alneburgo, & de *Mapletona*, de Coneſtal, de *Eſingtona* *de Bereſtall, de Chinleſt, de Caingheham, de Wiſorneſel. *In Lindeſeia* eccleſiam & decimam de *Carlentona*, & decimam de Wileſbi, & de Baromer medietatem eccleſiæ & decimæ, aliam verò medietatem quam *Willielmus* Capellanus tenet de me in vita ſua, & unam de eccleſiis de Wiſorniſel poſt obitum ejus ipſis monachis concedo.

* Cella de *Birſtall* in com. *Ebor.*

Quinetiam omnes decimas dominicatus mei; videlicet horreorum meorum id eſt totius annone meæ & vaccarum mearum, omniumque ovium, & baconum, & caſeorum, atque pullorum equarum mearum. Hec omnia ſupradicta ad utilitatem monachorum in eccleſia ſancti *Martini* de *Alceio* morantium & ſervientium, ut libere diſponant & ordinent confero, etiam hoſpitem unum ad flumen Heldone dono. Quinetiam tranſitum de *Humbro* ad opus monachorum, & omnium illis ſervientium, & ad omnia neceſſaria eorum, ita liberè ſicut à Rege teneo. Omnes etiam eccleſias de fundo meo in *Narmania*, cum decimis & omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam videlicet de *Vilers*, eccleſiam de Handricurt, eccleſiam ſancti *Walarici*, eccleſiam de *Belfraiſno*, eccleſiam ſancti *Saturnini*, eccleſiam de Ailecurt, eccleſiam de Flomines, eccleſiam de Hillais, eccleſiam de Vilers, ultra nemus, cum duabus partibus decimæ, nundinas quoque in feſtivitate ſancti *Martini* & quicquid utilitatis de eis ex conſuetudine provenerit. Addo etiam decimam molendinorum, & furnorum, & thelonei, & traverſi de *Albemarla*, & decimam omnium quæ navis mea de *Anglia* attulerit quæ mandi poſſunt, & decimam omnium piſcium qui comeduntur in curia mea, ſive in *Albemarla*, ſive ubicunque in hac patria. Decimam quoque in *Bloſſavilla* piſcium, porcorum, baconum, & lane de ovibus meis. Silvam etiam de Muſleres ad omnes uſus neceſſarios jure perpetuo. Siquis autem hanc donationem meam infringere ac minuere voluerit, divino judicio illum puniendum commendo. Actum eſt apud *Albamarlam*, regnante *Henrico* Rege *Anglorum*, & duce *Normannorum* & ipſo concedente, Uxore mea hac cauſa & filio meo concedentibus, Anno milleſimo centeſimo decimo quinto ab incarnatione domini. Hiis videlicet teſtibus, *Waltero* de *Senardi ponte*, *Gaufrido* filio *Fulconis*, *Willielmo Biſa*, *Berengario* de *Alneto*, *Radulfo* de *Porta*, *Gerardo* de *Caineio*, *Giroldo* de *Hornet*, *Alano* de Hambi, *Willielmo* de Albani, *Richardo* fratre ejus. Clericis vero, *Roberto* decano, *Alberto* canonico, *Warnero* clerico.

1115.

1. H. 3.

Charta *Roberti* epiſcopi *Lincolnienſis*.

Ibid.

Robertus *Dei gratia* Lincolnienſis *epiſcopus, univerſis ſanctæ eccleſiæ fidelibus, ſalutem. Ex ſuſcepti officii adminiſtratione nobis incumbit religioſorum virorum utilitatibus in futurum providere, & beneficia quibus ſuſtentari debent, ſicut à fidelibus rationabiliter conceſſa & cartis confirmata ſunt, pontificis auctoritate ſolidare. Hinc eſt quod dilectorum filiorum noſtrorum monachorum de* Albemarla *juſtis petitionibus benignum prebentes aſſenſum, eccleſias & quaſcunque alias poſſeſſiones in noſtra dioceſi à nobilibus viris,* Stephano *comite* Albemarlæ, *&* Willielmo *ejus filio, eccleſiæ ſancti* Martini *de* Albemarla, *& monachis in ea Deo ſervientibus rationabiliter conceſſa, & confirmata, ſcilicet paterno affectu eis concedimus, & preſentis ſcripti pagina, roboramus. Eccleſiam de* Barew *cum appendiciis ſuis, & decimam dominii de* Wileſbi, *eccleſiam de* Groſſebi, *& decimam dominii de* Andelbi, *eccleſiam de* Carlentona *cum appendiciis ſuis, eccleſiam de* Bitham *cum omnibus appendiciis ſuis. Omnibus itaque eidem eccleſiæ ſua jura ſervantibus Dei miſericordiam & benedictionem imploramus; è contrario verò nitentibus, & injuſte vexantibus, extremam examinis ultionem cominando inferimus. Actum anno ab incarnatione domini milleſimo centeſimo ſexto,* Philippo *abbate de* Tornenton, *&* Refrido *ejus canonico,* Radulfo *abbate de* Parcolude, *&* Thoma de Brachenburc *ejus monacho,* Roberto *archidiacono* Lincolnienſe, *magiſtro* Malgero *& magiſtro* Warnero. *Apud* Ludam.

Prima ordinatio Walteri, *archiepiſcopi* Eborum, *de cella abbatis ſancti* Martini *de* Albemarla *apud* Byrſtall.

Ibid.

Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Walterus* Dei gratia *Eboracenſis* archiepiſcopus, *Angliæ* primas, ſalutem in domino. Quoniam qui majoribus juvantur meritis, majoribus debent honoribus inſigniri, & facultatibus dilatari; conſiderantes in dilectis filiis abbate, & conventu *Albemarle* morum honeſtatem, religionis fervorem, & hoſpitalitatis gratiam, ac per omnia converſationem laudabilem. Attendentes etiam quod non habuerunt hucuſque in provincia noſtra locum ſuæ habitationi congruum, Ad inſtantiam venerabilis patris G. tituli ſancti *Martini* presbiteri cardinalis, apoſtolicæ ſedis legati, capellam de Birſtall, cum ſuis pertinentiis, & cum decimis de Skeſlings, tam majoribus, quàm minoribus, & omnibus aliis obventionibus, & proventibus, eiſdem imperpetuum concedimus, uſibus monachorum apud Birſtal degentium, retinendis, ita quod prædicta capella in nullo eccleſiæ de Eſinton ſubjiciatur; ſed Prior de Birſtall capellanum, quem parrochiæ de Birſtal duxerit preponendum, decano præſentet pro voluntate Prioris amovendum; qui exceſſus parochianorum decano denunciet, & capitula ſectetur. Et ut eccleſia de Birſtal, ampliori gaudeat immunitate, auctoritate pontificali concedimus, quod à ſinodalium præſtatione ſit immunis; Ad hæc ſi nobis vel ſucceſſoribus noſtris generale fuerit interdictum promulgatum, volumus, quod in eccleſia de **Birſtal**, excluſis interdictis, nihilominus ſubmiſſa voce, divina celebrentur, niſi locus ille ſpecialiter fuerit interdicto ſuppoſitus. Et ut tranquilitati monachorum apud **Birſtal** reſidentium plenius, ſollicitudine noſtra, provideatur, quos unà cum ipſorum eccleſia, ſub noſtra ſpecialiter ſuſcepimus protectione, nihilominus quod ab arcnidiaconis & decanis novis & indebitis non onerentur exactionibus. Quod ut ratum & ſtabile perſeveret impoſterum, preſenti Scripto ſigilli noſtri munimen duximus apponendum. Teſtibus magiſtro *Cornubienſi* canonico *Eborum*. *Reginaldo* monacho de *Albemarla*, *Richardo* & *Willielmo* de **London** fratribus, *Galfrido* de **Stanlak**. Datum apud *Beverlacum* menſe Junii, anno pontificatus noſtri tertio.

Carta *Caroli* Regis *Franciæ*.

Ibid. CHarles *par la grace de Dieu, Roy de* France, *a perpetuelle memoire. Entendant que nos bien amez les religieux abe & convent de St.* Martin *d'* Aubmalle, *a fin daſſembler leur rentes, & revenues pres de leur egliſe a leur aiſement, et pur le profit & utilite dicelle egliſe, auoient & ont baille, cede tranſporte, et a touſiours delaiſſe ſans y riens retenir, a noſtre cher et ame couſin, le Duc de* **Lancaſtre**, *pour luy et a ſon proffit, une maiſon ou Priore nommel de* **Briſtetal** *ou Royaume d'* Angleterre, *avecques toutes ſes appartenances, pur le prix et ſomme de dix mil liures tournois, que les diz religieux en doiuent avoir pur une foiz, lequelle ſomme ou partie dicelle, icculz religieux doiuent et ſont tenuz employer, et convertir a acheter rentes ailleurs. Ceſt a ſcavoir en noſtre Royaume au proffit deulx et de leur dicte egliſe, pour la reſcompenſe du bail, ceſſion, tranſport, et delaiſſement deſſus diz, et pour y ſuſtenir et governer les religieux et perſones covenables a faire le divin ſervice, qui paravant ſe faiſoit et devoit faire ou dit priore de* **Briſtetall**, *en cas que a ce nous voul drions conſentir & lavoir agreable. Savoir faiſons, que nous ſur ce humblement requis & pour contemplacion daucuns de noſtre ſang & lignage, deſirant auſſy l' augmentation de la ſainte egliſe, & du divin ſervice, & pour certaines cauſes a ce nous mouvans les diz bail, ceſſion, tranſport, delaiſſement faiz par la maniere, & pour les cauſes deſſuſdittes, ayans agreables iceulx, de noſtre grace eſpecial, plaine puiſance & authorite royal, par la teneur de ces preſentes, en tant que en nous eſt, ratifions & approvons, & nous plaiſt, & voulons, que lez diz religieux ou leurs ſucceſſours en laditte egliſe de ſaint* Martin *d'* Aubmalle, *puiſſent acheter & acquerer en noſtre Royaume des deniers qu'ils ont euz ou auront du tranſport deſſus declairie toutes foiz qu'il leur plaira, ſoit a une fois ou a pluſours, la ou bon leur ſemblera, en fiefs nobles, arriere fiefs, vavaſſories, cenſures, villenages, alleux, ou autres choſes tenus de nous, ou dautres, juſques en acquerront. Nous voulons & leur ottroions des maintenant pour lors, que eulx & leur ſucceſſours religieux de la ditte eglize, puiſſent tenir & poſſider, tien quant & poſſident paiſiblement & perpetuellement comme choſe admortie a Dieu, & a ſaincte egliſe appliquee & dediee ſoient ce qu'ilz ſoient: ne puiſſent eſtre contrainz par quelconque voye ou maniere que ce ſoit a les mettre hors de leur main ne a nous ou a noz ſucceſſours Roys de* France *pour ce faire ne pour ores, ne pour le temps avenir, aulcune finance, laquelle finance, a quelque ſomme quelque puiſſe, ou peuſt monter, Nos de noſtre plus ample grace, pour conſideracion de ce que deſſus eſt dict, & a fin que nous ſ ions & demourons participans ez ſaintes oriſons & prieres d'icceulx religieux, leur avons abſolutement quittiee, remiſe & donnee, quittons, remittons, & donnons par ces meſmes lettres. Si donnons & mandent a nous ames & feaulx gens, comptes & treſoriers a* Paris; *aux commiſſories depute, ou a deputer ſur la faict des finances, des nouveaulx acqueſtez & a tous nous autres Juſtices, & officers preſens & a venir, ou a leurs lieutenantz, & a chaſcun deulz, ſi comme a luy appartient, que de noſtre preſente grace, & attroy, facent, ſuffrent & laiſſent lez diz religieux & leurs ſucceſſours, joyer & uſer plainement & paiſiblement, ceſſant tout empeſchement, ou contraire, lequel ſe mis y eſtoit, faictes oſter ſans aulcun delay, non obſtant quelxconques ordenances, mandemens, ou deffenſe au contraire. Et pour ce que ſe ſoit ferme choſe, & eſtable a touſiours, nous avons faict mettre noſtre ſeel a ces preſentes. Sauf en autre choſe noſtre droit, & latrin en toutes. Donne a* Paris *le premier jour du mois Octobre, lan de grace mil trois cent quatre vins & quinze, & de noſtre reigne le ſeizieſme.*

Regiſtrata in camera comptorum *Paris*, & ibidem expedita de concenſu theſaurariorum *Franciæ* ſine financiæ cauſa contenta, in regiſtro cartarum hujus temporis fol. lxx ſcript. ibidem vigeſimo die Novembris iiij ^{xx}. xv. *Par le Roy monſeigneur le duc de* Bourgoine *vous leveſque de* Bayeux, *& autres preſens.*

Ex alia charta in turre prædicta. ABbas & conventus ſancti *Martini* de *Albamarla* in *Normannia* conceſſerunt abbati & conventui de **Kirkſtall** in *Anglia* omnia maneria, dominia, terras, & poſſeſſiones quæ habent in villis de **Birſtall**, **Skefiling**, **Kilneſe**, **Wythorneſe**, **Holmeton**, **Thorn**, **Rymeſwell** **Waxam**, **Frothingham**, **Holem**, **Aldeburgh**, **Thorp**, **Etnewton**, **Ringeburgh**, **Bewyke**, **Carleton**, **Liditon**, **Edderwyke**, **Coldon**, **Folſam**, **Pawele**, **Merſlet**, **Holme**, **Thorngumbald**, **Camerigton**, **Skokelinge**, **Ryhill**, **Newton-Spitill**, & **Newton-Conſtable**, **Newſam**, **Ravenſer**, **Riſom**, **Little Humbre**, **Bryſtwyke** ejuſdem manerio, **Bondebruſtwyk**, & **Rogemond**; ac etiam advocationes & patronatus eccleſiarum de **Bryſtall**, **Paule** vel **Pagla**, **Skekelinge**, **Kilneſſe**, **Wythornſe**, **Outthorn**, & **Aldburgh**, & cappellarum de **Merſlete**, **Thorngumbald**, **Holem**, **Rymeſwell**, **Frothingham**, **Newſom**, **Coldon**, & **Waxam**, una cum advocationibus & patronatibus omnium vicariarum, eccleſiarum, capellarum predictarum, quas quidem eccleſias & capellas Nos predicti abbas & conventus monaſterii S. *Martini* habemus & tenemus ad proprios uſus nobis & monaſterio ſancti *Martini* appropriatas. Nec non certas annuas penſiones videlicet viginti libras de abbate de **Thornton**, quatuor libras & undecim ſolidos de abbate de *Melſa*, decem ſolidos de eccleſia de **Holmeton**, viginti ſolidos de eccleſia de **Colton**, duos ſolidos de capella de **Nuttell**, tres ſolidos de ſanctimonialibus de **Grymesby** &c. habend. dictæ abbatiæ & conventui de **Kirkſtall** in puram elemoſinam. Datum decimo Octobris anno decimo octavo regni regis *Richardi* ſecundi.

GOLDCLIVENSIS

Prioratus in agro Monumethenſi, *cella Abbatiæ de Becco in* Normannia.

Carta Regis E. 1. *donationem* Roberti *de* **Candos** *recitans.*

Cartæ 18. *Ed* 1. m. 10. n. 30.

REX archiepiſcopis &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam *Robertus* de **Candos** fecit Deo, & eccleſ. S. *Mariæ Becci*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in hæc verba. *Robertus* de **Candos** univerſis hominibus ſuis, *Francis*, *Anglis*, & *Walenſibus*, & omnibus S. Eccleſiæ Dei fidelibus ſalutem in domino. Univerſitati veſtræ notum facio, me, aſſenſu, & voluntate *Iſabellæ* uxoris meæ, dediſſe, & hac præſenti carta confirmaſſe, Deo & eccleſiæ S. *Mariæ Becci*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro anima Regis *Willielmi*, & *Matildis* Reginæ, & *Willielmi* ſecundi, & *Henrici* Regis, necnon pro anima mea, & uxoris meæ *Yſabel*, & filiorum, & parentum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam, eccleſiam ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de **Goldclive**, cum terris, & decimis, ad eam pertinentibus, & capellam de Fraxino, cum pertinentiis ſuis, ut ibi conſtituatur conventus ad ſerviendum Deo, & glorioſe famule Chriſti, *Mariæ Magdalenæ*, & orandum imperpetuum & benefactoribus ſuis, totam, ſcilicet terram de *Mora*, & *Sabrina*, uſque ad **Pulleram**, ſicut *Pullera* vadit in **Uſcam** per diviſiones aquarum, & *foſſalium*. & totam terram meam de *Pulera* uſque **Pulchru**. Et ex dono meo terram *Iſabel* uxoris meæ apud **Herneſneſſe** & totam terram ultra Fraxinum verſus quinque piſcarias ex utraque parte; & totum mariſcum meum incultum, uſque **Pulpen**, & etiam totum manerium meum de **Pulpen**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Dedi etiam eis partem nemoris mei, quod vocatur **Waſtattoch**, per diviſiones quas eis ego ipſe præfixi, ſcilicet, ſicut rivulus qui vocatur **Servan** vadit apud orientem, & totam weram *Cradoci* uſque ad viam quæ tendit apud **Catteſhaſſe** & de prædicta via, uſque **Bechereſwell**, & de **Bechereſwell** uſque ad Caſtaneam, & de Caſtanea uſque in *Uſcam*. Ex altera vero parte de prædicto nemore tales diviſiones eis præfixi, ſcilicet à prædicto rivulo, qui **Servan** appellatur, uſque ad fontem *Cradoci*, & de fonte *Cradoci* iterum uſque *Uſcam*, & totam piſcariam meam in *Uſca*, quæ eſt inter prædictas diviſiones. Dedi etiam eis totam decimam totius terræ meæ de **Wales**, ſcilicet, denariorum meorum, de melle, in boſco, & plano, & de pannagio, & decimam molendini mei de **Karliol**, & decimam de venatione mea, & prati mei, & de omnibus rebus de quibus decima debet dari. Dedi etiam eis ad eorum ſuſtentationem, manerium meum de **Devoneſir**, quod vocatur **Penbiri**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & manerium meum in **Sumerſet**, quod vocatur **Preſteton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & aliud manerium quod vocatur **Selver**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Dedi etiam eis omnes eccleſias non vacantes totius defenſionis meæ, in quibus jus advocationis habeam, cum terris, & decimis ad eas pertinentibus; ſcilicet eccleſiam ſanctæ *Trinitatis*, juxta *Karl.* cum omnibus pertinentiis ſuis in mora, & extra moram. Eccleſiam *Julii* & *Aron*, eccleſiam de *Staneca*, eccleſiam de **Wulampton**, eccleſiam de **Periton**, eccleſiam de **Selver**, eccleſiam de **Arolt**, eccleſiam de **Becheford**, eccleſiam de **Grettingham**. Has omnes eccleſias, cum pertinentiis ſuis, ut jus monachorum, cum vacaverint, plenè, & integerimè cedant dedi. Ad cujus expectationis fidem roborandam, dedi ſepedictis monachis redecimas omnium dominiorum meorum; interim in villis meis in quibus eccleſiæ ille ſite ſunt. Dedi etiam eis omnes libertates, & liberas conſuetudines, quas ego ipſe in terra mea habeo. Scilicet ut ipſi & omnes homines ſui, & de illis tenentes, liberè & quiete, & honorificè, & pacificè teneant, ſine alicujus heredum meorum reclamatione *ſacam*, & *ſocam*, & **tol**, & **team**, & **infangenethefe**, & cum omnibus libertatibus aliis, & liberis conſuetudinibus & quietanciis, in boſco, & plano, in pratis, & paſturis, in aquis, & molendinis, in ſtagnis, & vivariis, infra burgum, & extra burgum, infra moram, & extra moram, in viis, & ſemitis, & in omnibus aliis locis, & rebus, ſolutas, liberas, & quietas, de omnibus placitis, & querelis, & de aſſiſis, & operationibus caſtellorum, & pontium, & de cariagiis, & de **Blodwite**, & de **Fithwite**, & de *Theoloneo*, & *paſſagio*, & de *foreſtagio*, & theoloneo aquarum, & viarum foreſtam meam contingentium, de *murdro*, & de omni alio homicidio, quoquomodo aliquo loco, vel tempore perpetratum fuerit, de omnibus ſervitiis ſecularibus, & exactionibus, quæ unquam poterunt provenire. Et volo ut habeant curiam ſuam apud **Goldclive** & ubicunque ſibi viderint melius expedire, & de omnibus placitis, & querelis ſupradictis, de rebus aliis, & moleſtiis, excepta ſola juſtitia mortis & membrorum. Prohibeo igitur ex parte Dei omnipotentis, & ex parte *Mariæ* matris domini, & beatæ *Mariæ Magdalenæ*, & mea nè quis hanc donationem meam audeat infringere; quod ſiquis fecerit, maledictione Dei omnipotentis, & ſanctæ *Mariæ*, & beatæ *Mariæ Magdalenæ*, & mea, ipſe & tota ejus progenies perpetuo feriatur. Ut autem hæc donatio mea rata, & inconcuſſa permaneat, preſentis ſcripti munimine, & ſigilli mei impreſſione eam roboravi. Hiis teſtibus, *Winebaldo* de **Baalun**, *Rogero* filio ſuo, *Mangero* de **Gayrſth**, *Hugone Furun*, *Waltero* de **Catevill**, *Hugone Fitchet*, *Willielmo de* **Bacpaumes**, *Radulpho* de **Strangeſt**, *Mangero* de **Gacriſt**, & multis aliis.

Carta regis Johannis, *de confirmatione.*

Cartæ 2 *Johan.* nu. 59.

JOhannes Dei gratia &c. Sciatis nos conceſſiſſe & preſenti carta confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Becco* & ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de *Goldcliva* rationabilem donationem omnium illorum quæ *Robertus* de **Candos**, & ceteri fideles eis fecerunt, in terris, in eccleſiis, in decimis, in dignitatibus, in adquietationibus, in conſuetudinibus, & in omnibus rebus. Ex dono *Roberti* de **Candos** moram de *Goldcliva* ſicut *Pulema* vadit uſque in **Oſcham** per diviſas aquarum & foſſalium, & terram de *Nova-villa* que fuit *Eugueni Walenſis*, & terram que fuit *Iſabellæ* uxoris ſue in eadem mora. Ex dono *Rann.* & conceſſione *Roberti* de **Candos**, terram quam habuit in eadem mora apud **Erneſneſſe**. Totam decimam terre ſue de **Wales** omnium redituum denariorum ſuorum. Decimam dominii ſui, exceptis cantariis; decimam mellis in boſco & in piſcationibus, & decimam molendini ſui & pomorum pomerii ſui de **Karliun**, & eccleſiam ſancti *Julii* & *Aaron* atque *Alban.* cum pertinentiis ſuis, & eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Goldclive** cum decima ad eam pertinente, id eſt, à *Sabrina* uſque ad **Puleric.** In *Anglia* quoque manerium quod vocatur *Seluria* cum appendiciis ſuis, & juxta *Seleuriam* terram de **Bedehewis** & de **Dernesford**, & eccleſiam de **Piriton**, cum terra & decima que ad eam pertinet. **Item** redecimam dominii ejuſdem ville, & redecimam **Willavinton** & **Stawey** & redecimam de *Bura*. Et in terra ſancti *Edmundi* in **Sudfolk** decimam dominii de **Bedesford** & de **Gretingham** & de **Atholton.** Ex dono *Rogeri* de **Candos** terram duarum carrucarum ad *Clyvum* in **Wilteſir.** Ex dono *Iſabellæ* uxoris predicti *Roberti* de **Candos** terram ſuam in predicta mora **Goldclive.** Ex dono *Rann.* de **Strengeſton** terram ſuam in eadem mora. Ex dono *Willielmi* de **Batpalmes** terram ſuam in eadem mora conceſſu *Walteri* de **Candos**, & ex dono ejuſdem *Walteri* maneriolum nomine **Pulpen**, & terram *Walteri* in predicta mora **Goldclive** & extra moram. Ex juxta **Carlitun** eccleſiam ſanctæ *Trinitatis*. Ex dono *Iſabellæ* de **Candos** & *Roberti* filii ejus, conceſſione *Walteri* filii ipſius *Iſabellæ*, **Preſton** in **Sumerſeteſir**, & *Menbir.* in **Deveneſir.** Item ex dono *Walteri* de **Candos** unam carrucatam terre apud *Staweyam*. Ex dono *Roberti* filii *Martini* dimidiam hidam terre in **Cumtton**, & aliam dimidiam hidam terre ſuper **Grenedepp.** Ex dono *Morgani* filii *Oweni* & *Jurveth* fratris ſui in *Uſca* unam piſcariam que vocatur *Quinque piſcarie*, & in predicta mora unam terram & aliam piſcariam tranſverſam in *Uſca* apud **Karlion**, ſicut carte donatorum & confirmationes *H.* regis, avi patris noſtri, & *H.* regis, patris noſtri, rationabiliter teſtantur. Teſtibus *H. Exon* epiſcopo, *Willielmo Briwerr*, *Roberto* de **Turnham**, *Hugone* de **Nevill**, *Simone* de **Pateſhull**, *Radulfo Morin*, *Fulcone* de *Kantilupo*. Dat. per manum *S. Wellen.* archid. apud *Exon.* xxij. die Aprilis anno regni noſtri ſecundo.

Unio hujuſmodi Prioratus abbatiæ de **Teukesbury**.

Pat. 22. H. 6. part 2. m. 13. per Inſpe.

EUgenius *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam. Ex injuncto nobis licet immeritis ſc. deſuper apoſtolicæ ſervituris officio, circa monaſteriorum, aliorumque piorum locorum ſtatum quorumlibet in melius dante domino proſperandū curiis intendentes aſſiduis, illa libenter opportunæ proviſionis auxilia complectimur, per quæ religionis etiam necnon divini cultus incremento ſolidioris ſtatus ipſe tranquilitatis aminiculo potiatur, ac votivis monaſteria, locaque præmiſſa ſucceſſibus gratulentur, & hiis quæ propterea proceſſiſſe comperimus, ut illibata perſiſtant apoſtolici dum a nobis petitur muniminis adjecimus firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum abbatis, & conventus monaſterii beatæ* Mariæ *de* **Teukesbury**, *ordinis ſancti* Bendicti, Wigornenſis *dioceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim venerabilis fratres noſtri,* Henricus *archiepiſcopus* Cantuarienſis, Johannes Bathonienſis *&* Wellenſis, Johannes Aſſavenſis, *&* Willielmus Sariſberienſis *epiſcopi, necnon dilecti filii* Willielmus *comes* Suff. *& magiſter* Adam Moleyns *decanus eccleſiæ* Sariſberienſis *notarius noſter, & quidam alii tunc expreſſi, auctoritate & licentia chariſſimi in chriſto filii noſtri* Henrici *Regis* Angliæ *illuſtris, advocationem Prioratus de* **Goldeclyve** *in marchia* Walliæ *alienigenæ, dicti ordinis,* Landavenſis *dioceſis, quæ de Rege prædicto in capite tenebatur, eiſdem abbati & conventui dederunt atque conceſſerunt, ad finem & effectum ut ipſe Prioratus cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem monaſterio, in cujus eccleſia corpus quondam* Iſabellæ *comitiſſæ* Warwici *ac patronæ loci ibidem humatum fuerat, perpetuo uniretur, annecteretur & incorporaretur; quodque in dicto Prioratu unus Prior ad nutum abbatis ipſius monaſterii pro tempore exiſtentis ponendus & amovendus, necnon duo alii in ſacerdotio conſtituti, dicti ordinis religioſi, tenerentur, qui ſingulis ibidem diebus divina pro ſtatu dicti Regis, quoad viveret. & poſt ejus deceſſum pro ſua fundatorum quoq; præfati Prioratus ac ipſius comitiſſæ, necnon omnium fidelium defunctorum animabus celebrarent, ac competentem ſuſtentationem ab ipſis abbate & conventu perciperent juxta ordinationem quæ deſuper fieret per executores teſtamenti ac ultimæ voluntatis comitiſſæ memoratæ. Et ſubſequenter venerabilis frater noſter,* Nicholaus *epiſcopus* Landavenſis, *habito deſuper cum dilectis filiis, archidiacono & capitulo eccleſiæ* Landavenſis *diligentique ſolemnique tractatu. De expreſſis ipſorum archidiaconi & capituli voluntate ac concenſu, Prioratum prædictum cum juribus & pertinentiis præfatis eidem monaſterio authoritate ordinaria univit, annexuit, & incorporavit; ac voluit, ſtatuit, & ordinavit, quod in ipſo Prioratu unus illius Prior ad nutum præmiſſum ponendus & amovendus; ac duo alii religioſi dicti ordinis, ſint divina ſingulis diebus ibidem pro ſtatu & animabus hujuſmodi celebraturi; necnon competentem ab ipſis abbate & conventu ſuſtentationem juxta dictam ordinationem percepturi, prout in diverſis inde confectis litteris ipſorum Regis, archiepiſcopi, epiſcoporum, comitis ac decani, & aliorum ſigillis munitis, & quas in apoſtolica cancellaria*

laria diligentes inſpici earumque tenores de verbo ad verbum, una cum ſubſcriptionibus notariorum preſentibus inſeri fecimus, dignoſcitur plenius contineri. Quare pro parte dictorum abbatis & conventus aſſerentium quod monaſterii duarum millium marcarum, & Prioratus hujuſmodi ducentarum librarum ſterlingarum fructus redditus & proventus ſecundum communem eſtimationem valorem annuum non excedant, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dationi, conceſſioni, unioni, annexioni, incorporationi. ſtatuto & ordinationi præfatis, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur apoſtolicæ confirmationis adjicere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, dationem, conceſſionem, unionem (&c.) *hujuſmodi, necnon quecunque inde ſecuta rata & grata habentes, illa authoritate apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus & approbamus, preſentis quoque ſcripti patrocinio communimus* (&c.)

Tenores vero litterarum hujuſmodi tales ſunt, Univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis (&c.) *Datum* Florentiæ *anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſecundo, decimo kal. Auguſti, pontificatus noſtri anno duodecimo.*

Vide Vol: 2. pag: 904. col: 2.

MINTINGENSIS

Prioratus, in agro Lincolnienſi *cella abbatiæ* S. Benedicti *ſuper* Leyre.

Carta Ranulphi *Gomitis* Ceſtriæ.

Cart. 10. E.3.n.21. per Inſpex.

RANULPHUS, Comes *Ceſtriæ*. *Roberto* Dei gratia *Lichfeldie* epiſcopo, *Roberto* archidiacono, capitulo ſanctæ *Mariæ Lichfeld.* conſtabulario, dapifero, baronibus, Juſticiariis, vicecomitibus, miniſtris, ballivis, & omnibus hominibus ſuis *Francis*, & *Anglis*, omnibuſque prælatis, & filiis ſanctæ eccleſiæ ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe Deo & ſanctæ *Mariæ*, & ſancto *Jacobo*, & ſancto *Benedicto*, & monachis eorum imperpetuum, pro Dei dilectione, & pro ſalute animæ meæ. & pro animabus anteceſſorum meorum **Mentingas**, & eccleſiam ſancti *Andreæ* de **Mentingis**, & eccleſiam omnium Sanctorum de **Ganteby**; & duas bovatas terræ & dimidiam *Wimundi* Coci, & unam bovatam terræ *Willielmi Pincerne*, & terram **Spileman**, qui fuit camerarius meus, & quicquid habui in duabus **Mentingis**, Excepta tenura *Roberti* de **Fonumchun**: & *Berengarii Falconarii*. Et concedo quod prædicti monachi, & homines eorum habeant omnia aiſiamenta ſua, in boſco meo **Mentengis**, ad ædificia ſua & alia negotia ſua, & pannagium eorum ſine venditione & donatione. Quapropter volo, & firmiter præcipio quod ipſi monachi totam ſupradictam elemoſinam, in rebus omnibus, ita liberè, & quietè, & honorificè imperpetuum teneant & habeant, Sicut aliqua elemoſina, liberius & quietiùs, & magis honorificè poteſt teneri, & haberi & dari. Teſtibus *Willielmo* de *D'aunde villa*, *Norman.* de **Werdon**, *Radulpho* de *Haia*, *Hugone Bardolf*, *Roberto* de **Buſcherin**, *Roberto Baſſet*, *Gaufrido Manſello*, & *Willielmo* capellano apud ....

BOXGRAVENSE

Cœnobium in agro Suſſexienſi, *tempore* Henrici *regis primi fundatum, ut infra, cella abbatiæ de* Exaquio *in* Normannia.

Willielmi *comitis* Suſſexiæ *charta de donatione eccleſiæ de* **Buſigtun**.

Ex regiſtro Prioratus in bibl Cottoniana, fo. 34. cap. 36.

NOſcant tàm preſentes, quàm futuri, quòd ego *Willielmus Ciceſtriæ* comes, conceſſi donationem eccleſiæ de *Biſintona*, quam *Radulphus* de *Haia* dedit eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis*, *Exaquii*, cum terris & decimis eidem eccleſiæ pertinentibus, in die quo ipſe *Radulphus* uxorem ſuam *Olivam*, ſororem ſcilicet meam deſponſavit. Et ut hæc donatio rata fieret, ſigilli mei teſtimonio confirmavi.

Hujus donationis teſtes fuerunt hii. *Radulfus* filius *Savari*, *Alart*. *Flamen*, *Rainaldus* de **Windeſores**, *Manaſſer Aculens*, magiſter *Serlo*, *Richardus Hoſart*, & plurimi alii.

Ejuſdem comitis charta de **Belleſhol** & **Wikinges**.

Ibid. cap. 37.

NOtum ſit futuris, ſicut præſentibus, quod ego Willielmus *comes* Arundelli *dedi Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Boxgrave**, *& monachis ibidem Deo famulantibus unam partem nemoris de* Beſſeſola, *quæ ex una parte eſt juncta nemori de* **Haunac**, *& ab aliis nemoribus eſt diviſa duabus viis & tribus crucibus.*

Et dedi eis totas Winkingas *in boſchis & planis ſicut eis dividunt, ex una parte* **Neutreſelers**, *& ex altera territorium de* **Haunac**. *Et pro quadam decima, quam habebant in manerio meo de* Stochtona *ad victum unius monachi, qui cotidiè cantat miſſam pro fidelibus defunctis in eccleſia de* **Boxgrave**, *ad altare ſancti* Johannis, *dedi eis in eodem manerio* 40. *acras terræ cum maſuagio* Ordingari *Prioris videlicet* 33. *acras quas tenuit* Hugelot, *&* 4. *quas tenuit* Odingarus, *& tres de dominio, quæ ſunt juxta terram cotariorum. Et paſturam in communione villæ, centum* 50 *ovibus, &* 10. *bobus, & duobus capallis* [*], *&* 20 *porcis. Et ad tenendum unam lampadem in capitulo dedi* 7. *ſolidatas terræ, eas, quas habebam in* Mildentona. *Hæc autem omnia dedi predictæ eccleſiæ in perpetuam elemoſinam, liberam, & quietam ab omnibus ſervitiis, & auxiliis, & omni ſeculari exactione, pro ſalute domini mei* Henrici *Regis*

[*] Lege caballis.

gis filii Matildis *imperatricis, dono cujus, honorem* Arundelli *habui, & pro me & anteceſſoribus meis, & filiis, & pro anima* Adelizæ *Reginæ, & pro animabus* Olivæ *ſororis meæ, &* Olyvæ *filiæ meæ, &* Agathæ *quæ ibi jacent. His teſtib.* Roberto *abbate de* Dereſordia, Seffrido *archidiacono* Ciceſtriæ, Rogero *dapifero com. de* **Norfolc**, Humfrido *de* **Milleriers**, Roberto *de* Pruer. Roberto Aguillon, Ricardo Aguillon, Willielmo Freſteng, Rogero Hay, Willielmo Hauſard, Gilberto *de* Sandervilla, Helya *de ſancto* Georgio, Radulpho Sanzaver, Rogero Mahell, Rogero *de* **Reiſni**. Godfridus *filius comitis eſt teſtis ſuper omnes teſtes prænominatos, præcepto comitis patris ſui.*

Ejuſdem confirmatio, omnium quæ dederunt anteceſſores ſui eccleſiæ Exaquienſi.

Ibid. fo. 35. cap. 38.

SCiant omnes tàm preſentes quàm futuri, quod ego *Willielmus* comes *Suſſexiæ* conceſſi, & confirmavi eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis Exaquii*, & monachis ibidem Deo ſervientibus omnes elemoſinas quas anteceſſores mei dederunt prædictæ abbatiæ, videlicet *Rogerus* de *Albineio*, & *Willielmus* Pincerna, pro ſalute animæ meæ, & *Willielmi* patris mei, filii Reginæ *Aeliz.* & *Matildis* matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, videlicet eccleſiam de *Filgeriis*, cum decimis & elemoſinis eidem eccleſiæ pertinentibus, & partem illam eccleſiæ ſancti *Sanſonis* de *Ginorfoſſa*, quam *Oſmundus* clericus tenuit de *Rogero* de *Albeneio*, cum decimis & elemoſinis quæ eidem parti pertinent, & totam illam terram quam idem *Oſmundus* tenuit in *Kercavilla*, & in *Francavilla*, ſive in terris laboratis, ſivè non laboratis, & *60.* & 4. acras terræ de dominio meo in *Linorvilla*, liberas & quietas ab omni ſervicio, & auxilio, & quicquid filii *Radulfi Eſpec* tenuerunt de honore *Albinei* in *Alno* & in *Aſtella*, ſivè in eccleſia, ſivè in terra, & totam decimam ſerie ſancti *Chriſtopheri*, & decimam thelonei de *Albineio*, & in *Marcheſis* unum ortulanum quietum cum ſua terra. Et quicquid domina *Avicia*, uxor *Rogeri* de *Albineio* dedit eidem abbatiæ, conſenſu domini ſui, & filiorum ſuorum, *Willielmi* & *Nigelli* in *Monte-Fameloſo*, & in *Maiſnilogis*, & ex dono *Atiſquetilli* de *Cleis*, & *Roberti* filii ſui, eccleſiam ſancti *Patricii*, quam de anteceſſoribus meis tenuerunt, & eccleſiam de *Biſſintona* quam *Radulfus* de *Haia* dedit prædictæ abbatiæ, cum terris, & decimis eidem eccleſiæ pertinentibus, concedente *Willielmo*, venerabili comite *Arundelli*, & eccleſiam ſanctæ *Margarete* de *Baldrevilla* cum omnibus quæ eidem eccleſiæ pertinent, & eccleſiam de *Portubaſio* ſanctæ *Mariæ*, cum decimis, & elemoſinis quæ in eadem parochia ſunt de honore *Albinei*, & eidem eccleſiæ pertinent. Quare volo & firmiter præcipio, quod prædicta abbatia de *Exaquio*, & monachi in ea Deo ſervientes, omnia prænominata habeant, & teneant in libera, & perpetua elemoſina, bene, & in pace, liberè, & quietè, integrè, & plenariè, & honorificè cum omnibus pertinentiis, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis ſicut chartæ prædeceſſorum meorum teſtantur. His teſtibus, *Johanne* de *Augo*, *Willielmo* de *Millieriis*, *Roberto* de *Groci*, *Willielmo Aguillon*, *Willielmo* de **Heſtehou**, *Elis* camerario, *Thoma* de *Hamello*.

Willielmi, tertii comitis **Suſſex**, confirmatio omnium quæ avus ejuſdem nobis contulit.

Ibid. fo. 36. cap. 39.

SCiant *preſentes & futuri quod ego* Willielmus, *tertius comes* Suſſexiæ, *pro ſalute animæ meæ, & domini mei* Ricardi *Regis, & pro animabus anteceſſorum meorum, & ſucceſſorum meorum, conceſſi, & preſenti charta confirmavi, Deo, & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Boxgrave**, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, quicquid* Willielmus *illuſtris comes, avus meus, dedit eis, videlicet unam partem nemoris de* Beſſeſola, *quæ eſt ex una parte juncta nemori de* **Hannac**, *& ab aliis nemoribus eſt diviſa duabus viis, & tribus crucibus. Et conceſſi eis totas* Winkingas *in boſchis & planis ſicut eas dividunt, ex una parte nemus de* **Selhers**, *& ex alia parte teritorium de* **Hannac**. *Et pro quadam decima priùs eis conceſſa in manerio de* **Stohtune** *ad victum unius monachi, qui cotidiè cantat miſſam pro fidelibus defunctis in eccleſia de* **Boxgrave** *ad altare ſancti* Johannis, *conceſſi eis in eodem manerio de* **Stohtun** 40. *acras terræ cum meſuagio* Odingari *Prioris, videlicet* 33. *acras terræ quas tenuit* Hugelot, *&* 4. *quas tenuit* Odingarus, *&* 3. *de dominio quæ ſunt juxta terram cotariorum, & paſturam in communione villæ, cum* 100. *quinquaginta ovibus, &* 10. *bobus, & duobus caballis, &* 20. *porcis. Et ad tenendum unam lampadem in capitulo, conceſſi eis* 7. *ſolidatas terræ in* **Midelton**. *Hæc autem conceſſi, & confirmavi prædictæ eccleſiæ in perpetuam elemoſinam liberam & quietam, ab omnibus ſervitiis & auxiliis, & omni ſeculari exactione, ſicut continetur in charta præfati* Willielmi *avi mei. Hiis teſtib.* Godefrido *de* Albinne, Ricardo *de* **Perce**, Rogero Ruſteon, Philippo *de* **Treſgoz**, Ricardo *filio ejus*, Petro Blunde, Elya *de* Camera, Hugone Eſtormi, Willielmo *de* Alta ripa, Roberto *filio ejus, &c.*

Ibid. cap. 90.

NOtum ſit preſentibus, & futuris, quod ego *Johannes* de **Harundell**, pro amore Dei, & ſalute animæ meæ, & anteceſſorum, & hæredum meorum, dedi, & conceſſi & preſenti charta mea confirmavi Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Boxgrave**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, domos, & aream cum pertinentiis ſuis quæ fuerunt *Rogeri* fabri in vico orientali de *Ciceſtr.* inter domum *Radulfi* de **Warham**, & venellam quæ vocatur **Ponkelane** ſitas, tenendas, habendas, & poſſidendas imperpetuùm dictæ domui pacificè, honorificè, plenariè, & quietè ab omnibus mihi & hæredibus meis pertinentibus. Salvo redditu domini Regis xij d. & de vj d. domui de *Ciceſtr.* Has autem ſupradictas domos, & gardinum cum omnibus eiſdem pertinentibus ego *Johannes*, & hæredes mei dictæ domui de *Boxgrava* contra omnes homines & fœminas garrantizabimus, & defendemus. Dicti verò monachi de *Boxgrava* dederunt mihi de bonis domus ſuæ viij. marcas argenti ad iter meum perficiendum versùs *Jeruſalem*. Ut autem mea donatio, & conceſſio, & confirmatio, firma ſit inperpetuùm, & nullius poſſit ingenio vel malignitate perverti, preſentem chartam ſigillo meo, una cum ſigillo civitatis *Ciceſtr* roborare dignum duxi. Hiis teſtib. &c.

Fundationis hiſtoria, & fundatoris ſtemma.

Ib. fol. 1. CUm litterarum beneficio rudis animus informetur, memoria reformetur, & in mentem redeat quod obſcuravit oblivio, quodque vetuſtas temporis antiquavit: Nos per antiquorum ſcripturas eruditi, piæ recordationis *Roberti* de *Haya* fundatoris noſtri, & ejus hæredum nomina per deſcenſus generis ordinem præſenti pagina duximus annotanda, ob eorum amorem, & honorem, & informationem noſtrorum etiam ſucceſſorum. Sed inprimis appoſitum eſt quoddam præambulum, videlicet quod Rex *H.* filius *Willielmi* baſtardi, dedit præfato *Roberto* fundatori eccleſiæ beatæ *Mariæ*, ſanctiq; *Blaſii* de **Boxgrave** conſanguineo ejus, honorem *Halnaci* cum pertinentiis ſuis ipſi *Roberto* & hæredibus ſuis imperpetuū poſſidendum. Dictus autèm *Robertus* in hac domo conſtituens iij. monachos de ordine ſancti *Benedicti*, eiſdem in eccleſia de **Boxgrave** & terris ſimilitèr victum provideri curavit. Qui dedit *Rogero* de ſancto *Johanne* Ceciliam filiam ſuam in uxorem, qui *Rogerus* prædictis iij. monachis alios tres monachos adjungens, ex præfata *Cecilia* genuit *Willielmum*, & *Robertum* de ſancto *Johanne*, qui *Willielmus* numerum monachorum uſq; ad xiij. ampliavit, & *R.* frater ejus duos monachos prædictis ampliavit. Iſti duo fratres *Murielem* ſororem ſuam dederunt in uxorem *Reginaldo* de *Aurea-valle*, ex qua idem *Reginaldus* genuit filiam nomine *Mabiliam*, quæ juncta eſt *Adæ* de **Port** copula maritali, de qua *Adam* genuit *Willielmum* ſecundum, qui genuit *Robertum* ex *Godebelda* filia *N. Pagnell*, & *Robertus* *Johannem* de *Agnete* filia. *Willielmi* de *Cantilupo*, *Johannes* genuit *Johannem* ex *Alicia* filia *Reginaldi* filii *Petri*. Iſte *Johannes* ſecundus accepit in uxorem *Iſabellam* filiam nobilis viri *Hugonis* de **Cortenay**, de qua genuit *W.* & *Hugonem* qui *W.* natus eſt xviij. kal. Julii an. Dom. MCCCix. qui *W.* obiit ſine liberis. *Hugo* frater ejus genuit *Edmundum*, & duas filias. *Edmundus* deceſſit ſine liberis, & ſorores ejus diviſerunt baroniam de **Halnak**. De quibus una, nomine *Iſabella*, juncta fuit *Bartholomeo Burgherſh* juniori & mortuus eſt ſine liberis.

Tunc duxit eam in uxorem nobilis vir dominus *Lucas* de **Poinings**, qui genuit *Thomam* de **Poininges**, qui *Thomas* genuit *Hugonem* ex domina *Johanna Strange*, qui *Hugo* genuit filios, & filias.

Charta Willielmi *de S.* Johanne.

Ex eod. regiſtro. SCiant preſentes & futuri, quod ego *Willielmus* de ſancto *Johanne*, pro ſalute domini mei *Henrici* Regis, & liberorum ſuorum, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſi & preſenti carta confirmavi Priori & monachis de *Boxgrava*, ad tenendum ibi ordinem regularem & Hoſpitalitatem & conventum perpetuum xv. monachorum eccleſiam de **Boxgrave** liberam & integram & totum territorium de *Boxgrava*, ex donatione mea & anteceſſorum meorum. Et antiquas penſiones in eccleſiis, videlicet de **Brideham**, vj. ſol. de **Ichenore** iiij. ſol. de *Beſtona* vij. ſol. Et in ſubſcriptis eccleſiis, ſcilicet *Walboretona* **Berneham**, *Hamptoneta*, **Hunestan**, **Mundeham**, duas portiones de terris & decimis omnibus quæ ad ipſas pertinent. Et in omnibus præſcriptis eccleſiis advocationem liberam & preſentationem presbiterorum, qui in ſua perſona in illis eccleſiis Deo aſſiduè deſerviant. Et paſturam xij. bobus & duabus vaccis in *Halnaco* & *Strethamptona*. Et decimam omnium nemorum de Honore *Halnaci* in *paiſſone* & venditione & omnibus aliis exitibus. Et paſturam & *paiſſonem* omnibus porcis ſuis, & vias ipſorum nemorum, liberas animalibus & pecoribus ſuis. Et in excambium antique conſuetudinis quam habebant in nemore *Halnaci*, Dedi eis illam partem nemoris quæ eſt inter culturam ſuam & *Beſſeſolam*, à nemore *Philippi* de **Tresgoz** uſque ad viam rectam quæ à cornu ſepti extenditur in **Tangestede** *devers* **Halnac.** Dedi quoque eis terram quæ dicitur **Werdam.** Et ad veſtiaria fratrum, terciam partem de **Mundeham**, ab omni ſervicio & auxilio mihi pertinente liberas & abſolutas, & molendinum de **Feningetrue**, ad luminare perpetuum in noctibus Sabbatorum, pro anima *Olyvæ* uxoris meæ ad ejus petitionem. Et reddidi eis decimam gabulorum de *Strethamptona*, videlicet viij. ſol. per annum. Et confirmavi eis, ex donatione *Roberti* fratris mei, terram quæ dicitur **Hyldesande**, cum omnibus ejuſdem terræ pertinentiis, & in **Walboreton**, virgatam campelli & dimidium ortum *Willielmi* carpentarii, & liberam communionem ejuſdem villæ in omnibus, in excambium gabulorum de **Walboreton**, quam prius habebant, ad ſuſtentandum perpetuo quartum decimum monachum in covuentu de **Boxgrave**, ſicut conventio eſt inter illos. Et ad ſuſtentand. perpetuò xv. monachum in eodem conventu dedi eis dimidiam virgatā terræ in **Mervi**, & quicquid habebam in *Kepeſtona*, in excambium decimæ gabulorum ad hoc ipſum prius aſſignate; ſecundum conventionem inter nos, & ad victum capellani mei de **Halnac** ſuſtinendū cum ipſis, vel parandum ei panem & cerviſiam & pulmentaria, ſicut monachus habet in die, niſi dominus vel domina manentes fuerunt in **Halnac**, dedi eis unam virgatam terræ in *Comptona* cum omnibus ſuis pertinenciis, in excambium duarum maſuarum quas habebant *Wimoniæ*. Præterea confirmavi eis ex donatione *Gauffridi* de *Colevilla* decimam de *Kienoro*. Ex donatione *Humfridi* de *Sartilla* unam virgatam terræ in *Abbintona*. Ex donatione *Giſleberti* de *Sartilla* virgatam terræ & dimidiam in *Hamptoneta*. Ex dono *Gauffridi* de *Sartilla* unam virgatam terræ in **Bridham.** Ex donatione *Rogeri Hay* molendinum de **Hunestan**, cum ſuis pertinentiis. Ex donatione *Helyæ* de ſancto *Georgio* unam virgatam terræ juxta *Wudecotam*, & duas acras prati in **Hunestan.** Ex dono *Philippi* de **Tresgoz** xxv. acras terræ in **Northestret.** Ex dono *Petri* de **Hampton** decimam molendini ſui, & unam acram terræ. Ex dono *Roberti* & *Thomæ* de *Campell.* iiij. acras terræ in **Denebech.** Hæc igitur omnia ex donatione mea & anteceſſorum meorum & militum meorum, ſicut ſupra determinatum eſt, miſericorditer concedo & confirmo Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & conventui de *Boxgrava*. Salvâ annuâ penſione trium marcharum abbatiæ *Exaquii*, quarum duas tantùm prius habuerat, tertia verò addita fuit tali conventione, ut abbas & conventus *Exaquii* in eodem Prioratu ordinem regularem & conventum perpetuum teneri concederent. Conceſſi etiam abbati & conventui *Exaquii*, ut electio Prioris de *Boxgrava* ſit regularis & libera. Prædictus quoque abbas & conventus *Exaquii* conceſſerunt Priorem in præfato Prioratu permanere ſtabilem, quamdiu honori & utilitati fuerit. Et conceſſerunt quod nec ſub-Priorem nec cellerarium ad ſe advocabunt. Et dederunt eidem Priori & ſucceſſoribus ejus licentiam ut liberè & ſine contradictione xv. monachos habeant & eos liberè perficiant cum plenè ibi fuerint. Et ſi plures habere potuerint in eodem loco quàm prædiximus libere ibidem recipiant quos voluerint. Hanc itaque conventionem Prior de Boxgrave & conventus ejuſdem loci perpetuò tenendam conceſſerunt mihi & hæredibus meis, & in ſcripto redactam ſigilli ſui appoſitione confirmaverunt. His teſtibus, *Roberto* presbitero de *Walboretona*, *Willielmo* presbitero de Berneham, *Ricardo* capellano, *Roberto* de ſancto *Johanne*, *Rogero Hay*, *Rogero* de *Kaiſneto*, *Philippo* de Treſgoz, *Radulfo* filio *Petri*, *Ricardo* de *Midentona*, *Ricardo* de *Thalamo*, *Mannet*, & aliis.

Charta Roberti *de* S. Johanne.

Ibid. SCiant preſentes & futuri quod ego *Robertus* de ſancto *Johanne*, de voluntate & aſſenſu domini *Willielmi* fratris mei, dedi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & monachis de *Boxgrava* quatuor virgatas terre in Walborgeton cum manſuris & aliis pertinentiis, videlicet quas tenuerunt *Herbertus*, *Rogerus*, *Bato*, *Robertus Bulere*, & *Alwricus* filius *Alwini*, & acram terre quam tenuit *Willielmus* de *Barra*, tenendas in perpetuam & liberam elemoſinam, ad ſuſtentationem ſextidecimi monachi in coventu de *Boxgrava* ſupplendi & perpetuò tenendi cum ceteris quindecim qui priùs ibi erant in ſervitio Dei, pro ſalute mea, & fratris mei, & uxoris meæ, & uxoris ſuæ, & anteceſſorum meorum. Et ſciendum eſt, quod ſi aliquis eorundem ſedecim monachorum objerit vel ab eis inordinatè diceſſerit, infra tres menſes loco illius regulari ſua diſpoſitione alium ſubſtituent; quod niſi fecerint dominus *Halnaci* locum vacantem adimpleri faciet rationabiliter. Et ut firmiter teneatur hoc ſcriptum ſigillo meo confirmavi. Teſtibus his, *Philippo* de Treſgoz & *Willielmo* filio ejus, *Thoma* de Argenton, *Rogero Hay*, *Radulfo* de Kaiſnei, *Simone* de Middelton, *Roberto* de Colevile, *Roberto* de Sartellei.

Charta Willielmi *de S.* Johanne.

Ibid. SCiant preſentes & futuri, quod ego *Willielmus* de ſancto *Johanne*, filius & heres *Adæ* de Port, conceſſi & hac preſenti carta confirmavi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Boxgrava*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnia illa que dederunt eis *Robertus* de *Haya*, *Rogerus*, & *Willielmus* & *Robertus* de ſancto *Johanne*, anteceſſores mei, & alii fideles, de honore *Hannaci* tenentes, cum omnibus libertatibus & conſuetudinibus, ſicut in cartis eorum invenitur & continetur expreſſum, in puram & perpetuam elemoſinam. Preterea dedi eis & conceſſi pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum, ad colendum liberè & ſine contradictione, totum planum & boſcum quod eſt juxta culturam illorum, quorum foſſatum extendit ſe verſus Stangneſtede & inde equali menſura uſque ad Nordeſtrete. Et ut firmiter teneatur, preſentem cartam Sigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus, *Philippo* de Treſgoz, *Richardo* filio ſuo, *Rogero Hay*, *Hugone Eſtormi*, *Richardo* de *Keiſneto*, *Roberto* de *Sartillei*. *Roberto* de *Colevill Willielmo Crus*, *Henrico* de *Hantonneta*, *Richardo Legardo* & pluribus aliis.

Charta *Thomæ* abbatis *Exaquii*.

UNiverſis in Chriſto fidelibus ad quos preſens *[Ibid.]* *ſcriptum pervenerit, frater* Thomas *dictus abbas ſanctæ* Trinitatis Exaquii, *& ejuſdem loci conventus, ſalutem & in domino orationes. Ne in dubium veniant que geruntur, uſus habet & communis conſideratio utilitatis expoſcit, ut ſcripture ſerie debeant annotari. Inde eſt quod nos communi aſſenſu capituli noſtri in ſcriptum redegimus, & preſenti carta confirmavimus, conventionem quam in perpetuam tenendam fecimus Priori de* Boxgrava, *& aliis ſuccedentibus ejuſdem loci Prioribus, videlicet ut liberè & abſque contradictione liceat eis xv. monachos habere in illo Prioratu. Et cum aliquis eorum defuerit, per aliquem qui ab eis pro voluntate ſua in monachum ſuſcipiatur, liceat adimplere predictum numerum. Et ſi fortè Prior ejuſdem loci moram fecerit de prefato numero adimplendo, nos illum de noſtris adimplebimus, vel adimpleri cogemus. Et ſi Deo donante, ex incremento beneficiorum ejuſdem eccleſiæ, plures quàm prediximus ibidem eſſe poterint, ſimiliter liceat Priori quos voluerit liberè in eodem loco recipere. Nos verò ſi aliquem predictorum monachorum, niſi fuerit Subprior vel Celerarius, ad utilitatem eccleſiæ noſtræ conſervandam neceſſarium cognoverimus, prout nobis placuerit, ad nos venire faciemus. De cetero in iſta carta confirmamus quod cartam quam preceſſor noſter* Petrus *pie memorie fecit de eodem Prioratu firmiter & inconcuſſe tenebimus. Hoc autem totum fecimus ad petitionem venerabilis* Willielmi *de ſancto* Johanne, *qui pro Dei amore & pro ſalute animæ ſuæ, necnon & parentum & propinquorum ſuorum predictum Prioratum fundavit & inſtituit & multa beneficia contulit, que in carta ſua confirmavit, & in ſcriptis autenticis confirmari fecit. Valete.*

Confirmatio donationum per Hylarium Ciciſtrenſem *epiſcopum.*

HIlarius Dei gratia *Ciceſtrenſis* epiſcopus omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos carta hæc pervenerit, ſalutem. Licèt ex injuncto nobis à Deo epiſcopali officio, curam univerſis ſubditis noſtris debeamus impendere, majori tamen ſtudio & ſollicitudine religioſorum virorum quieti & utilitati oportet nos providere. Et inde eſt quod *Radulfi* Prioris de *Boxgrava*, monachorumque ibidem Deo ſervientium precibus annuentes, cœnobio eorum & ipſis, & per Ibid.

eos monaſterio *Exaquienſi* confirmamus poſſeſſiones univerſas que eis legitimè conceſſe ſunt vel eis in futurum quoruncunque juſta largitione conferentur. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſias ſcilicet que ſunt in feudo de **Hannac**, cum terris & decimis ipſis pertinentibus, videlicet eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Boxgrava*, eccleſiam ſancti *Petri* de *Hantona*, eccleſiam ſancti *Leodegarii* de *Honeſtan*, eccleſiam de **Brideham**, eccleſiam ſancti *Nicholai* de *Ichenora*, eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Walborgneton**, & eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Berneham**, & decimam de **Chadeham**, & duas partes decime de *Kienora*. Totam villam **Boxgrave**, quam dederunt eis *Robertus* de *Haia* & *Rogerus* de ſancto *Johanne*, & decimam gabulorum totius parochie, & menſuram frumenti que **Cerchet** vocatur in omnibus maneriis ſuis, & in nemore de **Hannac** ignem & materiam ad omnia edificia ſua & opera, & *paiſſon* porcis ſuis & paſturam cunctis animalibus ſuis. Ex dono etiam *Willielmi* de ſancto *Johanne* xj. virgatas terre in villa **Walborgneton** & paſturam xij. bobus & totidem vaccis & omnibus porcis ſuis, & in villa **Concone** duas virgatas terre & paſturam ovibus, partem etiam nemoris ſui **Boxgrave** adjacentis. Decimam quoque omnium reddituum nemorum ſuorum quocunque modo juſtè accipiendorum, libertates quoque omnes quas eis rex *Henricus*, *Robertus* de *Haya*, *Rogerus* de ſancto *Johanne* & *Willielmus* filius ejus conceſſiſſe noſcuntur ratas & inconcuſſas, ſicut in cartis eorum continetur, manere precipimus. Poſtremò adhuc nolumus vos ignorare, quod aſſenſu *Rogeri* abbatis *Exaquii* conventuſque ejuſdem loci, noſtra etiam interveniente auctoritate, ſtatutum eſt ut in predicto cœnobio de *Boxgrava* ordo monaſticus ſecundùm regulam ſancti *Benedicti* ad minus in numero xiij. monachorum in perpetuum obſervetur.

Carta Regis Edwardi *tertii.*

Pat. 6. *R.* 2 part. 2. m. 14. per Inſpex.

EDWARDUS Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & dux *Aquitaniæ*, Omnibus (*&c.*) ſalutem. Supplicarunt nobis dilecti nobis in Chriſto Prior & Monachi de **Boxgrave**, de com. *Suſſex*, per petitionem ſuam coram conſilio noſtro exhibitam, quod cum monachi prioratus illius à tempore cujus contrarii memoria non exiſtit *Anglici* eſſent, & Priorem de ſe in ſingulis vacationibus ejuſdem prioratus eligere, & loci dioceſano præſentare conſueviſſent, qui per eundem dioceſanum confirmari & in Prioratum illum inſtitui ſolebant & induci; nec Prioratus prædictus aliquibus temporibus progenitorum noſtrorum quondam regum *Angliæ* occaſione guerrarum inter ipſos progenitores noſtros & tunc Reges *Franciæ* exortarum, in manus ipſorum progenitorum noſtrorum captus fuiſſet, preterquam tempore prædicti Prioris ibidem nunc exiſtentis, qui de partibus tranſmarinis extitit oriundus, & quem bonæ memoriæ dominus *Johannes* nuper ſummus Pontifex, in Priorem Prioratus prædicti præfecit; Qui quidem Prioratus, pro eo quod idem Prior alienigena exiſtit, occaſione commotionis ultimæ guerræ inter celebris memoriæ dominum *E.* nuper regem *Angliæ*, patrem noſtrum, & illos de *Francia* tunc habite, in manus ipſius patris noſtri una vice; & poſtmodum prætextu preſentis guerræ inter nos & ipſos exortæ in manum noſtram alia vice captus fuit, & in cuſtodia ipſius Prioris, ex commiſſione noſtra pro certa firma nobis inde annuatim reddenda exiſtit, vellemus manum noſtram inde amoveri, & Prioratum illum una cum redditibus & bonis, necnon feodis militum advocationibus eccleſiarum, & omnibus aliis ad Prioratum illum ſpectantibus, præfatis religioſis jubere reſtitui gratiosè. Nos ſtatui Prioratus prædicti, qui multipliciter deprimitur hiis diebus, ut accepimus, pio compacientes affectu; & ad hoc quod per diverſas certificationes per Theſaurarium & Barones noſtros de Scaccario noſtro nobis in Cancellaria noſtra, de mandato noſtro miſſas, eſt compertum puod Prioratus prædictus in manus progenitorum noſtrorum quondam regum *Angliæ* occaſione alicujus guerræ inter ipſos progenitores noſtros, & illos de *Francia* exortæ inter terras & tenementa Alienigenarum infra regnum noſtrum exiſtencium ante octavum diem Octobris anno regni domini E. nuper Regis *Angliæ* patris noſtri decimo octavo, captus non fuit; nec quod de aliquibus exitibus dicti Prioratus temporibus eorundem progenitorum noſtrorum occaſione prædicta aliqualiter reſponſum extitit; necnon ad hoc quod per quoſdam prelatos, magnates & proceres, in Parliamento noſtro apud *Weſtmonaſterium* convocato exiſtentes, teſtatum eſt, quod Prioratus prædictus de fundatione anteceſſorum *Johannis* de ſancto *Johanne* exiſtit, & quod apportum inde ad partes tranſmarinas fieri, ſeu Prioratus ille alicui domui religioſorum in eiſdem partibus tranſmarinis ſubici, vel à tempore fundationis ejuſdem per alium quam per Priorem *Anglicum* uſq; ad tempus prefectionis prædicti nunc Prioris regi nullatenus conſuevit, nec deberet, conſiderationem condignam habentes, Ac volentes eo pretextu eorum ſecuritati in hac parte providere, de aſſenſu Prelatorum, Comitum, Baronum & aliorum in dicto Parliamento exiſtentium, pardonavimus præfatis Priori & Monachis firmam prædictam & arreragia ejuſdem, necnon finem, ſi quem nobiſcum fecerint pro cuſtodia prædicta præ cæteris habenda; Et eiſdem Priori & Monachis temporalia Prioratus prædicti, una cum terris & tenementis, bonis & redditibus, necnon feodis militum advocationibus eccleſiarum, & omnibus aliis ad prioratum illum ſpectantibus, ſeu pertinentibus quoquo modo reſtituimus, & manum noſtram inde duximus amovendam. Volentes & concedentes quod Prioratus prædictus, ſeu terræ aut tenementa bona vel redditus ad illum ſpectantia ratione perſonæ prædicti nunc Prioris, per prædictum ſummum Pontificem ſic præfecti, qui in dictis partibus tranſmarinis extitit, ut prædicitur oriundus, ſeu occaſione generalis captionis terrarum, tenementorum, bonorum, ſeu catallorum alienigenarum infra dictum regnum noſtrum in guerris hujuſmodi de cætero nullatenus capiantur. In cujus (*&c.*) T. *Edwardo* duce *Cornubiæ*, & comite

Ceſtriæ, filio noſtro chariſſimo, cuſtode *Angliæ*, apud *Weſtmonaſterium* xxv. die Octob. anno regni noſtri xiij.

LONGA BENINTON
in comitatu Linc. *cella de* Savigneio *in* Normannia.

Ex autographo in bibl. *Cotton.*

QUoniam inter opera miſericordie precipuum eſt indigentium neceſſitatibus occurrere, ego *Radulfus Filgeriarum*, dominus abbatiæ *Savigneii* ab anteceſſoribus meis fundate, non ſolum que ei collata ſunt integra indiminutaque conſervare; verùm ipſe quoque Deo donante animo volenti ampliare curavi. Sciat igitur poſterorum ventura generatio me dediſſe in elemoſinam perpetuam monachis *Savigneii*, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum, & uxoris meæ, & filiorum meorum, & præcipuè matris meæ, & omnium amicorum meorum concedentibus filiis meis *Jubello* & *Willielmo*, totum dominicum meum quod habebam in maretis *Maidrei* & totum dominicum meum quod habebam in *Verdamo*, excepto molendino. Dedi etiam prædictæ abbatiæ eccleſiam de * Belintone cum omnibus pertinentiis ſuis. Abbas autem *Savigneii* de prædictis, & de redditibus eccleſiæ, panem & vinum in miniſterium altaris, me illud exigente, ſemper parabit. De eo autem quod ſupererit, abbas, juxta quod pollicitus eſt, monachis veſtimenta procurabit. Dedi etiam præfate abbatiæ in villa *Maidrei* placeam ad faciendam grangiam, & terram quæ ei adjacet, & eſt poſt ipſam grangiam. In hac autem donatione noſtra, ex ſola vel maxima noſtre mentis eſt intentio ut ſupradictorum fratrum ſupplicatione Deo facta confeſſionem piiſſimam, & peccatorum remiſſionem perfectam valeam impetrare. Hæc autem omnia libera & quieta ab omni ſervicio ſeculari michi vel ſucceſſoribus meis impendendo conceſſi ——— ——— meis retinens aut requirens præter divinam retributionem, & quod ad meam —— pertinebit protectionem ac defenſionem. Actum anno ab incarnatione domini M. C. —— —— ſub Teſtibus iſtis. *Willielmo* abbate de *Filgeriis*, *Willielmo* & *Jubello* canonicis, *Willielmo* —— —— de *Maiſnilio*, *Amerlandi*, *Willielmo* de *Serlant*, *Ricardo*, *Jubello*.

* In com. *Lincoln.* in regno *Angliæ*.

Juratorum relatio.

Ex Rotulo hundred. in com. *Lincoln.* wapentachio de *Lrveden* 3 E. I.

JUratores dicunt, quod monachi de Benington habent quatuor carucatas terræ cum pertinentiis in eadem villa, jam centum annis elapſis, de feodo militari, & valet carucata per annum iiij. libr. quo dono, vel à quibus feofati ſunt, quo ſervitio, quomodo, qualiter, & quo waranto, & à quo tempore, per quos fuerunt alienatæ, neſciunt. Sed poſtea veniunt Juratores, & dicunt, quod *Oliva* filia & hæres *Willielmi le Feugeriis* feoffavit dictos monachos, & dicta *Oliva* tenet dictam terram de Honore *Britanniæ*, qui tenebatur de rege in capite. Poſtea teſtatum eſt per xij. & per ballivum, quod non eſt *geldabilis*, & quod de tam longo tempore ideo inde nihil, &c. Dicunt etiam quod Prior & canonici eccleſiæ ſanctæ *Katerinæ Lincolniæ* tenent duas carucatas terræ in campis de Benington de feodo militari. Et valet carucata per annum iiij. lib. quo dono, vel à quibus feofantur &c. neſciunt.

GROMONDENSIS
Prioratus in Eskdale *infra comitatum* Eboraci, *cella Abbatiæ de* Grandimonte *in* Gallia.

Carta Regis Johannis.

Cart. 15. *Joh.* n. 29.

J. Dei gratia, &c. Omnibus, &c. Sciatis nos conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe Deo & fratribus *Grandimontis* omnia tenementa & redditus & poſſeſſiones tam eccleſias quam alias quæ *Johanna* filia *Willielmi Foſſard* quondam uxor *Roberti* de Turneham eis dedit & carta ſua confirmavit in perpetuam elemoſinam ſicut cartæ eorundem *Roberti* & *Johanne* quas prædicti fratres inde habent rationabiliter teſtantur. Quare volo (*&c.*) Dat. per manum domini *P. Winton.* Apud *Witten.* v. die Novemb.

Vide Vol. 3. *Pag.* 15. *Col.* 2.

MONKENLANENSIS
Prioratus, in agro Herefordenſi, *Cella de* Conchis *in* Normannia.

Confirmatio donationis.

Ex autographo penes præpoſitum & ſcolares collegii regalis *Cantabrigiæ* an. 1652.

IN nomine Domini, *Amen.* Noverint univerſi preſentes & futuri, hoc præſens publicum inſtrumentum, ſeu tranſumptum inſpecturi, me notarium publicum ſubſcriptum, anno Domini milleſimo quadringenteſimo, triceſimo tertio, die viceſima ſecunda menſis Auguſti, indictione undecima, pontificatus ſanctiſſimi in Criſto patris & domini noſtri, domini *Eugenii*, ſumma Dei gratia pape quarti, anno tertio, vidiſſe, tenuiſſe, & diligenter inſpexiſſe, ac de verbo ad verbum legiſſe, quaſdam literas, ſigillo reverendi in Criſto patris, & domini, Domini *Willielmi* Dei gratia *Herefordcn.* eccleſiæ miniſtri, in cera viridi ut prima facie apparebat, ſigillatas, ſanas & integras, non mutilatas, non vitiatas, non abolitas, non abraſas, nec in aliqua parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpitione carentes, mihi per religioſum & honeſtum virum dominum *Robertum* le *Ryve* presbyterum, monachum expreſſe profeſſum in monaſterio, ſeu abbatia ſanctorum *Petri* & *Pauli* de *Caſtellione* de **Conchis**, ordinis ſancti *Benedicti Ebroacenſis*, diocefis, ad copiandum & exemplandum traditas. Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum ſequitur & talis eſt.

Univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis Willielmus *Dei gratia* Herefordenſis *eccleſiæ miniſter eternam in Criſto ſalutem. Ex officio injunctæ nobis adminiſtrationis tenemur viris religioſis cavere, & providere ut beneficia à filiis ſanctæ Dei eccleſiæ in elemoſinam perpetuam ſibi collata, pacificè & abſque omnium vexatione poſſidere valeant. Inde eſt, quod dilectis fratribus noſtris abbati ſancti* Petri Caſtellionis, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, paterna pietate proſpicere cupientes, concedimus eis, & epiſcopali auctoritate confirmamus manerium de* **Monekeſlen**, *& eccleſiam ejuſdem ville, cum univerſis decimationibus, & ceteris obventionibus, & omnibus ad eam de jure ſpectantibus, ſalva honeſta ſuſtentatione vicarii. Medietatem quoque ville de* Diura, *quam* Hugo *de* Diura *tenet de eiſdem monachis, pro quinquaginta ſolidis annuatim reddendis in tribus terminis, videlicet tertiam partem in purificatione ſanctæ* Mariæ, *& tertiam in die* Pentecoſtes, *& tertiam in feſto ſancti* Michaelis. *Confirmamus etiam eis omnes decimas de dominio de* **Salbeuour**, *cum uno hoſpite, & decimam illius terre, quam idem hoſpes de eis tenet, & de* Hida *in omnibus. Confirmamus etiam eis duas partes decimarum de dominio de* Bromeſhaga, *tam in magnis, quàm in minutis decimis in omnibus. Confirmamus etiam eis duas partes decimarum de dominio de* **Edidenſtoc** *in omnibus, cum uno hoſpite, & duas partes decimarum de dominio de* Hida, *& duas partes decimarum de dominio* Willielmi de Schall. *& duas partes decimarum* Herberti *de* **Arſperton**. *Et unum burgagium in villa* **Hereford**, *& duas partes decimarum de* **Albodeleg**, *& in eadem villa duos hoſpites, & duas partes decimarum de dominio* del Bur. *& duas partes decimarum de dominio de* **Worneſleg** *& terram & manſuram que fuit* Caure, *& duas partes decimarum de feodo* Osberti *filii* Rualdi, *& duas partes decimarum de dominio de* Linda *cum uno hoſpite. Has elemoſinas habent predicti monachi ex donatione* Radulphi *de* **Tony** *ſenioris, quas & alia, ſi qua in epiſcopatu* Herefordenſi *habent beneficia canonicè adepta, eis confirmamus ſalva dignitate* Herefordenſis *eccleſiæ, & ſucceſſorum ſuorum canonica juſtitia; quod ne de cetero deduci poſſit in irritum preſenti carta & ſigilli noſtri teſtimonio communimus. Hiis teſtibus, magiſtrio* Johanne *de* Coler, Willielmo *de* **Stoc**, *canonicis* Hereford, *magiſtro* Stephano *& magiſtro* Osberto *&* Ricardo *ſcriptore, clericis noſtris, magiſtro* Petro *&* Willielmo *clerico de* Len. *& Rogero* Turnel, *&* Roberto *de* **Offeswerd**, *&* Rogero *de* **Livet**.

De quibus præmiſſis dictus dominus *Robertus le* **Ryve** petiit à me notario publico ſubſcripto ſibi fieri hoc preſens publicum inſtrumentum, ſeu tranſſumptum. Acta fuerunt hæc *Ebroic.* ſub anno die menſe indictione & pontificatu predictis. preſentibus ad hæc venerabilibus & diſcretis dominis, ac magiſtris *Johanne Annoti*, *Johanne Nicholai*, & *Philippo* canonicis presbiteris, in artibus magiſtris, & jure canonico Licenciatis, *Ebroicenſis* & *Lexovienſis* diocæſis, pluribus aliis ad hoc vocatis & rogatis.

Et quia ego *Gulielmus Guerin* clericus, *Ebroicenſis* oriundus, publicus apoſtolica & imperiali auctoritatibus, curieque epiſcopalis *Ebroicenſis* notarius juratus, veram collationem de preſenti tranſſumpto ad originale feci, nil addito, nec retento, quod ſenſus variat ſeu mutet intellectum, ideo huic preſenti tranſſumpto manu mea ſcripto ſignum meum ſolitum appoſui in teſtimonium veritatis premiſſorum, requiſitus & rogatus. Additiones factas, ubi dicitur *tenemur eccleſiæ*, ſub eodem ſigno approbo.

TOFTENSIS *Prioratus*, *in agro* Norfolcienſi, *Cella de* Pratellis.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorum conceſſiones ratificans.*

Cartæ an. 13 Ed. I. m. 21. n. 69. per Inſpex.

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*. Archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, Comitibus, baronibus, juſtitiariis, vicecomitibus, & omnibus ballivis, & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & preſenti carta mea confirmaſſe Deo, & abbatiæ ſancti *Petri* de *Pratellis* & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes ſubſcriptas rationabiles donationes ſibi factas, & Cartis donatorum confirmatas. Ex dono *Rogeri* de *Bellomonte*, & filiorum ejus, conſenſu Regis *Willielmi* filii *Roberti* Marcionis, quinque hidas terræ in **Orlaneſcote**. Ex dono prædicti *Willielmi* Regis, terram *Anſelini* & *Wluerici* de **Watinton**, quinque hidas terræ in **Eſton**, cum eccleſia, & ſepultura totius villæ, & pro villa ſancto *Claro* quam acceperat de abbatia ſancti *Petri*, & dederat *Roberto* Comiti **Moreton**, fratri ſuo. Ex dono *Arnulphi* de **Heſdinch**, eccleſiam de **Neubiri**, & decimas totius villæ, vel exitus villæ, de molendino, de theloneo, & de omni re quæ decimari poteſt, & unam hidam terræ, & domum presbyteri liberam ab omni cenſu & conſuetudine & ſervitio, concedente Rege *Willielmo*. Ex dono *Roberti* Comitis *Mellent*, eccleſiam & decimam de **Cherlenton**, & manerium de **Toftes**, cum pertinentiis ſuis; Habendum & tenendum liberè, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, ſicut Rex *Willielmus*, & ipſe & Comes illud meliùs & liberiùs tenuerunt. Item ex dono ejuſdem Comitis, Rege *Henrico* annuente, & confirmante, Manerium de **Poſtebiri**, ita liberè, ſicut prædictum eſt, tenendum. Item ex dono & conceſſione ipſius Regis *Henrici*, quod predicti monachi de *Pratellis* habeant, & teneant omnia ſua bene, & in pace & honorificè & liberè, ſicut meliùs tenuerunt tempore patris ſui, & quod omnes domi-

nicc

nice res eorundem monachorum, quas potuerrat monſtrare eſſe ſuas, ſint quietæ de omni Theloneo, & conſuetudine, & paſſagio, ſicut res monachorum de *Fiſcamio* & *Cadomo*, & de aliis abbatibus de dominio ſuo. Ex dono *Henrici* Comitis de **Warewich**, villam de **Warminton**, liberam, cum omnibus conſuetudinibus ſuis, ſicut eam in dominio ſuo habebat, exceptis bervicis que perpendebant illi manerio. Quare volo & firmiter præcipio quod ſupradicta abbatia ſancti *Petri* de *Pratellis*, & Monachi in ea Deo ſervientes, omnia prædicta habeant & teneant in libera & perpetua elemoſina, bene & in pace, liberè & quietè, integrè & plenariè & honorificè in eccleſiis, & decimis, & redditibus, & terris; in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in aquis & molendinis, in vivariis & ſtagnis & piſcariis, & turbariis & mariſcis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis locis, & aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, ſicut Carte donatorum teſtantur. Teſtibus *Waltero Rothomagenſi* archiepiſcopo. *H. Dunelmenſi* & *H. Bajocenſi* epiſcopis, *H. Coventrenſi* electo, *Roberto* filio *Willielmi* archidiacono **Notingham**, *Johanne* de *Conſtancia* archidiacono *Oxoniæ*, Comite *Willielmo* de *Mandevilla*, *Willielmo* Comite de **Saresberi**, *Willielmo* de **Humet** Conſtabulario, *Willielmo* filio *Radulphi* Seneſchallo *Normanniæ*, *Willielmo* de *Mara*, *Aluredo* de ſancto *Martino*, *Gilberto* filio *Reynfredi*, apud *Cadomum*.

Carta Regis Edwardi *primi*, *donationem* Roberti comitis *Leiceſtriæ* confirmans.

Cart. 14. E. 1. n. 26.

Vide etiam Cart. 13. E. 1. n. 69.

REX archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam *Robertus* quondam comes de *Mellento* & *Leyceſtriæ* fecit Deo & eccleſiæ ſanctorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* de *Pratellis* & monachis ibidem Deo ſervientibus in hæc verba. Univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Anglicis*, *Francis*, & *Normannis*, *Robertus* comes de *Mellento* & *Leyceſtriæ* ſalutem in vero ſalutari domino Jheſu Chriſto. Noverit univerſitas veſtra quod ego pro ſalute animæ meæ & dilecti mei domini Regis *Willielmi* & anteceſſorum meorum, dedi & conceſſi & præſenti carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* de *Pratellis*, & monachis ibidem domino ſervientibus manerium de **Thoftes** cum omnibus pertinentiis ſuis, videlicet terris, nemoribus, mariſcis, pratis, turbariis, hominibus, redditibus, paſturis, communis, & aliis quibuſcumque dicto manerio ſpectantibus, ita liberè ſicut kariſſimus dominus meus illuſtris Rex *Willielmus* illud michi dedit, qui ante me illud aliquantulum poſſedit. Tenendum & poſſidendum dictis monachis & eorum ſucceſſoribus in liberam puram & perpetuam elemoſinam bene in pace honorifice & juſtè ſolutum & quietum de ſiris & ſectis, de hundredis, placitis, quærelis, conſuetudinibus & regalibus demandis univerſis cum *ſacch. ſocc.* **thol. thif. infongenethef** & **hutfongenethef** & cum libera warenna in parochiis de **Thoftes** & de **Paddeſcha** & de **Thorp** cum omnibus aliis libertatibus. Addidi etiam huic dono jus Patronatus eccleſiæ bertæ *Margaretæ* prædictæ villæ, jus patronatus eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Padeſcho**, jus patronatus eccleſiæ beati *Michaelis* de **Eſtone**, jus patronatus eccleſiæ ſancti *Leonardi* de *Wyleya*, jus patronatus eccleſiæ beati *Michaelis* de **Cherlintone**, jus patronatus eccleſiæ ſancti *Nicholai* de **Nuburi** cum decimis, fundis, obventionibus, penſionibus ad dictas eccleſias pertinentibus. Item in villa de **Nyuburi** decimam totius redditus vel exitus villæ, id eſt de molendinis, de theolonco, & de omni re quæ decimari poteſt vel poterit in futuro, cum una hida terræ libera ab omni cenſu & conſuetudine, ſecta curiæ, & univerſo ſervicio ſeculari, quæ omnia *Arnulphus* de **Heſdinck** comes *del* **Perche** dominus de **Neuburi** michi donavit ad uſus elemoſinæ monachorum prædictorum. Dedi inſuper monachis meis prædictis villulam quæ vocatur **Orlaveſchote**, & quinque hidas terræ ad eam pertinentes liberam & abſolutam de ſiris, de hundredis, placitis, quærelis, auxiliis, conſuetudinibus, ſerviciis ſecularibus, univerſis demandis & omnibus exactionibus quas mens humana ſcit vel ſciet poteſt vel poterit inpoſterum cogitare. Dedi nichilominus monachis præfatis aliud manerium nomine **Specteburi** cum tota villa, terris, nemoribus, pratis, paſturis, ripariis, molendinis, hominibus, eorum ſervitiis capitagiis redditibus & omnibus dicto manerio & villæ ſpectantibus liberum & abſolutum de ſiris de ſectis de hundredis, placitis, quærelis, auxiliis, conſuetudinibus ſervitiis ſecularibus & omni angaria regali cum **ſoch. ſacc. thol. thif. infongenethif** cum omnibus aliis libertatibus. Iſta omnia præſcripta ego *Robertus* comes prædictus dedi Deo & eccleſiæ & monachis prædictis tenenda poſſidenda & habenda ſicut liberiùs tranquilliùs & honorificentiùs aliqua elemoſina in regno *Angliæ* dari poteſt vel teneri. Et ne aliquis in poſterum donationibus meis, caritatis intuitu factis, auſu temerario audeat contraire, præſentem cartam prædictis monachis tradidi ſigilli mei impreſſione munitam, præſentibus domino *Cantuar.* archiepiſcopo, domino *Eborum* archiepiſcopo, dominis *Sarebur.* *Norwyc.* *Coventren.* epiſcopis, dominis *Gloverniæ*, *Sarebur.* del *Perche*, de **Nortone**, de **Warwyk** comitibus, & aliis baronibus, militibus, clericis, nobilibus, & liberis hominibus quam pluribus. Nos autem donationem (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* xxvij. die Aprilis.

ALVERTONENSE

cœnobium in agro Eboracenſi, *cella Majoris monaſterii.*

Carta Regis Henrici *ſecundi*, *de confirmatione donationis* Richardi Malleverer *de fundatione Prioratus de* Alvertona *in wapentachio de* Claro *in comitatu* Eborum.

Ex autog. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, & dux *Normaniæ*, & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, comitibus, baronibus, juſtitiariis, vicecomitibus, miniſtris, &

omnibus ballivis ſuis, *Francis* & *Anglis*, totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & preſenti carta confirmaſſe monachis *Majoris monaſterii* in *Alvertona*, eccleſiam ſancti *Martini* in *Alvertona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & decimis, & obventiones, & homines & terras, & poſſeſſiones & omnes res, quas *Richardus Malleverer* predicte eccleſiæ, & predictis monachis rationabiliter contulit, ſcilicet, unam carucatam terræ in *Alvertona*, cum toſtis, & croſtis, quæ præfatæ eccleſiæ adjacent in eadem villa, & ſitum molendini, cum ſtagno ſuo ejuſdem ville, & ſeptem carucatas terre in *Graftona*, cum toſtis, & croſtis ſuis, & omnibus pertinentiis ſuis, & dimidiam carucatam terre in **Dunsford**, & octo acras prati in eadem villa, cum omnibus pertinentiis ſuis, & prata & aquas, & paſturas, & moras & ſemitas, & vias, & omnes libertates, & liberas conſuetudines ſuas. Et volo & precipio, ut prefati monachi, & homines ſui quieti ſint de *Wapentachiis*, & *Tridingis*, & de *Danegeldis*, & omnibus forinſecis, & ſecularibus ſervitiis, & exactionibus, & omnia prefata integrè, & honorificè, liberè, & quietè & pacificè habeant, & poſſideant, & prohibeo ne aliquis eis inde noceat vel foriſfaciat, ſed omnia præfata in manu mea, & cuſtodia & protectione ſint ſicut mea dominica. Teſtibus, *Stephano* de *Turon.* ſeneſchallo *And. Randulpho* de **Glanvill**, apud *Turon.*

MONEMUTHENSE

Cœnobium in Walliæ *finibus, cella abbatiæ* S. Florentii *de* Salmuro.

Charta fundationis.

Ex autographo in bibl. *Hattoniana.*

WIHENOCUS de **Monemue** omnibus hominibus & amicis & vicinis ſuis, univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis & fidelibus, tam futuris quam præſentibus ſalutem. Notum ſit diligentiæ veſtræ quod ego *Wihenocus* divino animatus inſtinctu, concilio Dei & militum & hominum meorum, id ipſum à me expoſtulantium, ad honorem Dei & ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Florentii* pro ſalute animæ meæ, & parentum meorum, ſtruxi in caſtro meo de **Monemue** eccleſiam, eamq; in perpetuam eleemoſinam dedi monachis ſancti *Florentii* de *Salmuro*, unde evocavi monachos ad prædictam eccleſiam meam inhabitandam; & ut ibi Deo ſervituri regulariter viverent dedi eis diverſas poſſeſſiones, tam in agris, quam in eccleſiis & decimis; videlicet, eccleſiam ſancti *Cadoci* juxta caſtrum meum ſitam in fundo, & dominio meo, ubi primùm monachi præfati, antequam eccleſia **Monemue** perficeretur, aliquandiu inhabitaverant; eccleſiam ſancti *Wingaloei*; eccleſiam de *Bochevilla*; eccleſiam de **Langradoc**, eccleſiam de *Bichenoura Walenſi*, eccleſiam de *Weſthopa*, eccleſiam de *Eililde-hopa*, cum capella de *Hunteleia*, eccleſiam de *Tibertona*, eccleſiam de *Strettona*, cum capella de *Haſpertona*; & tres carrucatas terræ juxta caſtrum **Monemue**, & unam carucatam in **Lancadoc**, & unam carrucatam terræ in *Suentona*, & duas partes omnium decimationum in maneriis meis, tam de dominio meo, quam de dominio militum meorum, in ſuis maneriis, vel terris, & decimas omnium molendinorum meorum, & decimam totius cenſus mei. Has donationes ſigillo meo & preſenti ſcripto confirmo eis poſſidendas in perpetuum. Horum teſtes ſunt *Baderon* frater meus, *Willielmus Tvin*, *Robertus*, Paganus, *Twen Trone* filii *Baderonis*, *Raterius*, *Robertus* filii *Bernardi*, *Galerandus*, *Ingelerius*, *Hugo*, *Bos*, *Randulfus* de *Rochevilla*, *Randulfus* de *Tibertona*, *Salomon*, *Reinaldus*, *Groſſus*. In dorſo.

Carta Wyenoci *de eccleſiis & aliis poſſeſſionibus.*

Carta *Baderonis* de *Monemuta.*

Ibid.

BAderon de **Monemue** omnibus hominibus ſuis, vicinis, & amicis *Francis*, & *Anglis*, atque *Walenſibus*, tam futuris, quam preſentibus ſalutem. Notum ſit vobis quia ego aſſenſu filiorum meorum *Gileberti* & *Jacobi* pro exchangio de **Hovenoc** conceſſi & donavi *Roberto* Priori & monachis de *Monemuta* in elemoſinam tres forgias, unamquamque pro xx. ſolidis in burgo meo de *Monemuta* ſupra ripam *Waie*, liberas, & abſolutas, & quietas, & omne ferrum quod in eis fabricabitur ab omni teloneo, & foreſtagio & paſſagio, & ab omni penitùs genere conſuetudinum, necnon conceſſi quatinus ad peiſam meam ſint quieti, & liberi de teloneo, & qui vendunt & qui emunt ferrum trium prædictarum forgiarum: hac tamen conditione reſervata, quod percepero in poſterum quia iſte tres forgiæ mihi noceant, daturus ſum eis exchangium valens lx. ſolid. per annum. Prætereo prædicta conventio inter me, & monachos ſic diſcernatur, quamdiu carbonarii trium prædictarum forgiarum operabuntur in meo boſco, quieti ſint à foreſtagio; ſi in alterius boſco operabuntur, quantum ad me pertinet, quieti ſint, & reddant domino illius nemoris quod reddere debuerint. De peiſa mea, ſicut ſupradictum eſt, ſint quieti & vendentes & ementes; ſed ſi quis emerit ferrum de illis forgiis ut iterum revendat cauſa lucrandi, & illud ferrum iterum poſuerit ſuper peiſam meam, reddatur inde teloneum, & quicunque de hominibus meis voluerit tenere prædictas forgias, de monachis, liberam facultatem tenendi habeant, hoc excepto, quod nulli qui de me forgiam tenet liceat dimittere forgiam meam pro forgia monachorum, ſed ſi vult utramque tenere, concedo, ita ut mea non decidat. Hanc meam donationem ſigilli mei confirmatione roboratam dedi & confirmavi coram hominibus meis. Teſtibus his, de monachis *Roberto* Priore, *Mauritio*, *Willielmo* celerario. De clericis, *Guidone* capellano, magiſtro *Rogero*, *Gilleberto* ſecretario, *Patritio* clerico, *Gaufredo* ſcriba. De *Laicis* *Gilleberto* filio domini *Baderonis*, *Jacobo* fratre ejus, *Seiſello* filio *Dunwalli*, *Roberto* de *Abbetot*, *Willielmo* filio *Roberti*, *Roberto* de *Albemare*, *Waltero Marmiun*, *Willielmo* de *Mareis* dapifero.

Carta *Hugonis* de **Laci**.

Ex autographo in officio armorum.

S*Ciant tam preſentes quam futuri quod ego* Hugo *de* **Laci** *&* Roes *uxor mea &* Robertus *filius meus damus & concedimus in perpetuam elemoſinam monachis ſanctæ* Mariæ *de* Monemuta *tres ſolidos in redditu de* Lideneia *pro ſalute animarum noſtrarum & prædeceſſorum noſtrorum. Quod quia volumus ratum & inconcuſſum permanere, ſigilli noſtri atteſtatione confirmamus. Et ita ut prenominati ſolidi ad feſtum ſancti* Michaelis *apud* Lideneiam *annuatim reddantur. Hiis teſtibus*, Gilberto *de* **Monemue**, Roberto *de* **Albemar**, Petro *Priore*, Roberto *de* **Monemue**, Widone *capellano*, *magiſtro* Reinbaldo, Roberto *Scriptore*. *Monun & Brientio & multis aliis.*

Carta Ricardi *de* Corneliis.

Ibid.

S*Imoni* Dei gratia epiſcopo *Wigornenſi*, & univerſis ſanctæ eccleſiæ filiis, *Richardus* de *Cormellis* ſalutem. Notum ſit vobis tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Richardus* de *Corneliis*, pro ſalute animæ meæ, & patris mei, dedi & conceſſi in perpetuam elemoſinam Deo, & monachis ſanctæ *Mariæ* de *Monemuta* eccleſiam de *Weſtonia* cum omnibus ſuis pertinentiis, terris, decimis, & quolibet genere rerum decimandarum. Quod quidem ut conſtans ſit, & indubitabile, prædictam donationem ſigilli mei atteſtatione confirmo. Teſtes ſunt iſti quorum nomina ſubnotantur. De monachis *Goesfredus* Prior, *Bruno*, *Helias*, *Drogo*. De clericis, *Goesfredus* de *Spinaco*, capellanus domini *Baderonis*, *Guido* capellanus monachorum, *Thomas* diaconus; de laicis, *Hugo* filius *Richardi*, & *Margareta* uxor ejus, & *Edricus Palmerius*, & plures alii.

Carta *Johannis* de *Monemuta*.

Ibid.

S*Ciant preſentes & futuri quod ego* Johannes *dominus de* Monemuta *aſſenſu & voluntate heredum meorum, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum, dedi & conceſſi & præſenti carta mea confirmavi Deo, & beatæ* Mariæ *& domui Hoſpitalis de* Monemuta, *quam fundavi nomine ſanctæ* Trinitatis, *in puram & perpetuam elemoſinam totum meum dominicum de* **Hodenac**, *& heremitagium meum de* **Garthe**, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam terram, quæ vocatur* Vinea, *& pratum de* Vinea, *& centum ſolidos annui redditus in* **Hualdesfeld**, *cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis,* Hariettis, *releviis, ſectis curiarum, & aliis ſervitiis quæ ad dictum redditum pertinent, tam liberorum hominum, quam nativorum. Omnia & ſingula prædicta, cum omnibus juribus, pertinentiis, & libertatibus ſuis, dedi prædicto hoſpitali de* Monemuta *habenda & tenenda de me & hæredibus meis imperpetuum, liberè & quietè, bene & in pace ab omni ſeculari ſervitio, & demanda. Ego verò prædictus* Johannes, *dominus de* Monemuta, *& hæredes mei totam prædictam terram & redditum, cum omnibus pertinentiis ſuis dictæ domui hoſpitalis de* Monemuta *imperpetuum contra omnes homines & feminas warantizabimus & defendemus; Et quia quod hæc donatio & conceſſio mea ſtabilis, & firma imperpetuum permaneat, preſenti cartæ ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, domino* Helia *epiſcopo* Landavenſi, *domino* Florentio *Priore de* Monemuta, *domino* Johanne *de* Monemuta *filio meo, domino* Waltero *de* Monemuta *filio meo, domino* Willielmo *de* **Luci** *tunc ſeneſchallo meo, domino* Roberto *de* **Treget**, *domino* Thoma *de* **Hunteley**, *domino* Ricardo *de Fago, domino* Will. *de Mariſco, domino* Philippo *de* **Colevill**; *domino* Gilberto *de* Demmires *& multis aliis.*

Alia carta Johannis, *domini de* Monemuta.

Ex archivis curiæ *Augmentationum* apud *Weſtmonaſterium* an. 1649.

R*Obertus Ward*, Prior eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Monemue**, & ejuſdem loci conventus, proſecuti fuerunt per billam, *Willielmo Lucy* ſeneſchallo ibidem, & dederunt ei intelligi, quod iidem Prior, & conventus, & eorum prædeceſſores habuerunt, & habere deberent, ex dono *Johannis*, nuper domini de *Monemuta*, **Housbote**, & **Haibote**, in boſco ſuo de **Bokholt**, & monſtraverunt cartam inde prædicti domini *Johannis*, quæ continet hunc tenorem.

Sciant preſentes & futuri, quod ego Johannes, *dominus de* Monemuta, *filius & heres domini* Johannis *de* Monemuta, *dedi, & conceſſi, & hac preſenti carta mea confirmavi, Deo, & eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* Monemuta, *& abbatiæ ſancti* Laurentii *de* **Salmure**, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, cum corpore meo, pro anima mea, & pro anima patris mei, & matris meæ, & anteceſſorum meorum, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, Oſpitale ſancti* Johannis *de* Monemuta, *cum duabus carucatis terræ, & cum centum ſolidis argenti, annui redditus, cum boſco de* **Garthe**, *& cum omnibus aliis libertatibus, & pertinentiis ſuis. Dedi etiam & conceſſi eiſdem monachis novum molendinum meum de* **Bokholt**, *cum ſecta hominum* Monemuthæ, *& omnium aliorum hominum terræ meæ, qui venire voluerint &* **Housbote**, *&* **Haybote** *de boſco meo de* **Bokholte**, *quotieſcunque valuerint & placuerint, ſine viſu, vel impedimento foreſtariorum, vel aliorum balivorum, qui pro tempore fuerint. Tenendum & habendum de me & heredibus, vel aſſignatis meis, ipſis predictis monachis liberè, quietè, bene, & in pace, in viis, ſemitis, boſcis, planis, montanis, paſcuis, pratis, paſturis & cum omnibus aliis pertinentiis, & libertatibus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, ſine ſecta curiarum, vel omnibus aliis vexationibus, & ſervitiis.* Et ego Johannes, *& heredes mei, vel mei aſſignati, predictis monachis prædictum hoſpitale, & terram predictam, cum redditu centum ſolidorum, & cum boſco de* **Garthe**, *& cum aliis omnibus ſuis pertinentiis, &* **Housbote**, *&* **Haybote** *de* **Bokholt**, *& predictum novum molendinum de* **Bokeholt**, *cum ſuis omnibus pertinentiis, ut predictum eſt, contra omnes homines, & feminas in perpetuum warantizabimus, & defendemus. Et ut hæc mea donatio, & conceſſio perpetuæ firmitatis robur obtineat, preſentem cartam impreſſione ſigilli mei confirmavi. His teſtibus, domino* Waltero *de* **Hunteley**, *domino* Johanne Britone *clerico, domino* Philippo le Bret, *domino* Radulfo *de* **Wils-**

ham, *domino* Waltero *de* **Fey**, *domino* Willielmo *de* Groſſomonte, *domino* Hugone *de* **Walford**, Willielmo *de* **Colvyle**, Johanne Marmion, Nicholao *Papa vicario de* Monemuta, *magiſtro* Waltero *de* **Mantraid**, Roberto Frairre, Willielmo *clerico, & multis aliis.* Et dominus rex *Henricus* quartus, volens in hac parte, quod predicti Prior, & conventus & eorum ſucceſſores, habeant res, & poſſeſſiones ſuas, per predictum dominum regem, vel anteceſſores ſuos predictis Priori, & conventui, & eorum ſucceſſoribus, conceſſas in ducatu ſuo *Lancaſtriæ*, predictas res, poſſeſſiones, aliaque jura, eis pertinentia, ex dono & conceſſione predicti domini regis, vel anteceſſorum ſuorum, per literas ſuas patentes, in anno regni ſui primo, predictis Priori & conventui, & eorum ſucceſſoribus ratificavit, & confirmavit. Et viſis, tam predictis literis patentibus, quàm carta dicti *Johannis* de **Houshote**, & **Heyhote** in *le* **Bokeholt**, predictis Priori, & conventui, & eorum ſucceſſoribus confectis; *Willielmus* de **Lucy**, ſeneſchallus *Monemutæ*, precepit ſub literis de waranto, *Roberto de* **Huntelere**, ejus locum tenenti, quod per ſacramentum duodecim tam liberorum quàm nativorum de dominio de *Monemuta* diligenter inquirat, ſi predicti Prior, & conventus, vel eorum ſucceſſores habuerunt, vel habere debuerunt **Houshote**, & **Hayhote** in boſco de **Bokholt** necne. Ad hunc diem inquiſitio capta fuit coram predicto *Roberto*, per ſacramentum *Johannis Robert, Johannis Trsſane, Richardi Dirlond, Thome Dier, Richardi Bowner, Howeli ap David, Johannis Wilcoke, Johannis Millinge, Johannis Jooidthe, Johannis Gornem, Johannis Cuffe,* & *Nicholai Wade*, qui dicunt per ſacramentum ſuum, quod predicti Prior, & conventus, & eorum predeceſſores, habuerunt **Houſhote** & **Hayhote** in predicto boſco de **Bokholt**, & quod iidem Prior & conventus, & eorum ſucceſſores, habere deberent **Houshote**, & **Hayhote** in eodem per cartam dicti domini *Johannis*, &c.

Data per copiam ad curiam *Monemutæ* tentam xxij. die Junii, anno regni regis *Henrici* quarti poſt conqueſtum primo.

Carta *Edmundi* filii regis *Henrici* tertii.

Ex autog. in officio armorum.

U*Niverſis preſentem cartam viſuris, vel audituris* Eadmundus, *illuſtris regis* Angliæ *filius ſalutem. Sciatis nos dediſſe, conceſſiſſe, & preſenti carta confirmaſſe Priori & conventui de* Monemutha *pro allocatione tocalis quod à nobis exegerunt in partibus* Monemuthæ *decem acras boſci noſtri in la* **Bocholt** *una cum ſolo, & veſtura, que jacent in latitudine inter viam que ducit de* Monemutha *verſus* Herefordiam *ſuper* **Walec brocc** *& viam* **Herpiozem** *in eodem boſco, & extendunt in longitudine à capite auſtrali ejuſdem verſus aquilonem. Dedimus etiam eiſdem & conceſſimus duas acras terre de vaſto noſtro de* **Cony-tham**, *ad quandam grangiam faciendam ibidem. Habendum & tenendum dictas decem acras boſci una cum predictis duabus acris terre cum pertinentiis de nobis & hæredibus ſeu aſſignatis noſtris, dictis Priori & conventui, & eorum ſucceſſoribus libere, quiete & hereditarie, reddendo nobis, & hæredibus, ſeu aſſignatis noſtris annuatim de dictis duabus acris terræ quatuor denarios, ad feſtum ſancti* Michaelis, *pro omnibus ſervitiis, conſuetudinibus, exactionibus & demandis. Et nos* Eadmundus *& hæredes, ſeu aſſignati noſtri dictas decem acras boſci, & duas acras terræ cum pertinentiis dictis Priori, & conventui, & eorum ſucceſſoribus, per prædictum ſervitium, contra omnes gentes warantizabimus inperpetuum. In cujus rei teſtimonium, impreſſio ſigilli noſtri præſenti carta eſt appenſa. Datum apud* Wyltonam *xvij. die Aprilis anno gratiæ MCC. ſeptuageſimo tertio.*

HAGHENSIS *Prioratus in agro* Lincolnienſi, *cella abbatiæ de* Voto *juxta* Ceſaris *burgum in* Francia.

Ad informandum curiæ de compoſitione & fundatione ejuſdem Prioratus pro commodo regis &c.

Recorda de Term. Paſchæ 6. H. 4. Rot. 24.

E*T idem ad eundem venit per* Robertum **Bele** *&* Willielmum Attornatos *ſuos & exhibuit curiæ quoddam ſcriptum* Henrici *nuper regis* Angliæ *per quod idem nuper rex conceſſit & confirmavit abbatiæ & canonicis ſuis de* Ceſaris burgo *manerium de* **Hagh** *cum eccleſia & omnibus ſuis pertinentiis in puram & perpetuam elemoſinam, cujus quidem ſcripti tenor ſequitur in hæc verba.* Henricus Dei gratia rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normanniæ Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ* archiepiſc. (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & preſenti ſcripto confirmaſſe, abbatiæ, & canonicis noſtris de *Ceſarisburgo* manerium de **Haigh** cum eccleſia & omnibus pertinentiis in puram & liberam ac perpetuam elemoſinam, cum omnibus libertatibus domui religioſæ neceſſariis, & convenientibus. Quare volumus & firmiter precipimus quod prædicti canonici noſtri habeant, & poſſideant hæc ſupradicta, bene & pacificè, libere, & quiete, in boſco & plano, cum *ſoca* & *ſaca*, **thol**, & **theam**, & **infangenethefe**, quieta de **ſir**. & **hund**. & de **wapentagiis** & de murdro & de **danegeld**, **frythbohgh** & de **blodewyte**, **fithwyt** & **ferdwyt**, paſſagio, paſnagio, & pontagio, & de omni ſeculari ſervitio, ſicut carta *Henrici* regis avi noſtri, quam inde habent, rationabiliter teſtatur. **Hiis** teſtibus, *J. Bathon. R. Sarum,* & *W. Carleol.* epiſcopis, *H.* de *Burgo* comite *Kanc.* Juſtic. noſtro, (&c.) Dat. per manum venerabilis patris *R. Ciceſtr.* epiſc. cancellarii noſtri, apud *Weſtm.* ſecundo die Junii anno regni noſtri undecimo. Aſſerenſq; dictus Prior per dictos attornatos ſuos quod ipſe aliam ſeu alias fundationem, vel fundationes de Prioratu prædicto non habet oſtendere nec aliqui predeceſſorum ſuorum unquam habuerunt &c.

HAGHENSIS *Prioratus in agro* Lincolnienſi, *cella* Cæſariſburgi *in* Normannia.

Inquiſitio de ſtatu loci.

Eſcaet. de an. 22. Ed. 3. nu. 72. Lincoln.

INquiſitio capta apud *Lincolniam*, die Veneris proxima poſt feſtum ſancti *Gregorii* papæ, anno regni Regis *Edwardi* tertii poſt conqueſtum viceſimo ſecundo, coram *Willielmo* de **Thorp**, *Johanne* de **Houton**, & *Thoma* de **Sibthorp**, juſtitiariis domini Regis ad inquirendum ſuper verum valorem manerii, & eccleſiæ de **Hagh**, ſecundùm tenorem brevis domini Regis huic inquiſitioni conſuti, per ſacramentum *Walteri* de **Hildyk** de **Foſton**, *Willielmi Sampſon* de **Binington**, &c. Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod eſt ibi capitale meſſuagium, cum columbari quod valet per annum treſdecim ſolidos, quatuor denarios, & unum molendinum aquaticum, & valet per annum treſdecim ſolidos & quatuor denarios, & viginti acre prati, & valent per annum triginta ſolidos, quelibet acra octodecim denarios. Et ſunt ibi ſpine creſcentes in **Lonedon** pro focali & valent per annum viginti ſolidos. Et exitus curiæ valent per annum treſdecim ſolidos & quatuor denarios, & redditus liberorum tenentium ſexaginta & octo ſolidos per annum, & redditus nativorum ſex libras & decem ſolidos, & ſervitia dictorum nativorum valent per annum quatuor libras. Et ſunt ibi quatuor *Sokemani*, & reddunt per annum ſexdecem ſolidos. Et ſunt ibi alii duo *Sokemani*, & reddunt per annum quinque ſolidos, & redditus de quodam libero tenenti in **Grantham** duos ſolidos. Et eſt quedam placea in **Lincoln**, & valet per annum duos ſolidos. Et ſunt in dicto manerio trecente, ſexaginta & decem acre terræ arabilis, quarum duæ partes ſunt ſeminabiles per annum, videlicet, ducente quadraginta ſex acre, & duæ partes unius acræ: De quibus quinquaginta ſex acre, & duæ partes unius acre, valent quælibet duodecim denar. per annum, anno quo ſeminantur, & ſexaginta & decem acre valent per annum quælibet acra ſex denar. anno quo ſeminantur, & centum & viginti acre terræ valent quælibet acra quatuor denarios per annum, anno quo ſeminantur. Et tertia pars dictæ terræ, videlicet, centum viginti tres acræ terræ, & tertia pars unius acræ, quæ jacent *warrett* nihil valent quia jacent in communi,

Et dicunt quod eccleſia de **Hagh**, quæ taxabatur temporibus prædictis ad viginti ſex libras, treſdecem ſolidos, & quatuor denarios, non valet hiis diebus, niſi viginti libras. Juratores requiſiti ſi Prior de **Hagh**, vel predeceſſores ſui, aliqua alia terras, vel tenementa præter manerium, & eccleſiam & tenementa prædicta habuerunt, necnè; dicunt quod non. Et quoad elemoſinas dicunt quod dictus Prior nullas elemoſinas ibidem facere, ſeu ſuſtentare tenetur. Sed dicunt quod *H.* quondam Rex *Angliæ*, progenitor Regis nunc, dedit manerium & eccleſiam prædicta abbati & conventui de *Ceſaris Burgo* in *Normania*, quam abbatiam prædictus *H.* fundavit de uno abbate & viginti quatuor canonicis in eadem divina pro animabus ipſius *H.* & hæredum ſuorum imperpetuum celebraturis. Et in ſubventionem ſuſtentationis eorundem, dedit prædictis abbati & conventui manerium & eccleſiam prædicta in puram & perpetuam elemoſinam, in proprios uſus imperpetuum poſſidendam. Ita quod proficua manerii & eccleſiæ prædictæ, ultra ſuſtentationem unius Prioris, & ſocii ſui capellani, divina in Prioratu prædicto pro animabus prædictis imperpetuum celebraturorum, nomine *Apporti* quolibet anno præfatis abbati & conventui in ſubventionem ſuſtentationis ſuæ prædictæ, ut prædictum eſt, ſolverentur. Qui quidem ſocius, dicti Prioris capellanus, cauſa inopiæ dicti Prioratus, ammovetur, & etiam prædictum *Apportum* præfato abbati & conventui ſubtrahitur, à tempore captionis prædictorum manerii, & eccleſiæ in manu domini Regis: per quod credunt cantarias prædictas, pro magna parte ſubtrahi, in abbatia prædicta. Et Juratores dicunt quod eſt ibidem unum molendinum ventriticum antiquum fractum, nec poteſt reparari cauſa prædicta. Dicunt etiam quod dictus Prior omnes arbores, infra manerium & Prioratum prædictum creſcentes, pro firma ſua, & aliis debitis ad opus domini Regis levandis, ſuccidi & vendi, & multas alias venditiones & deſtructiones, videlicet ſtauri dicti manerii, & bladi præ manibus, ex hac cauſa, neceſſario fecit; ita quod nihil exnunc remanet in manu dicti Prioris in ſuſtentationem ſui, & hoſpitalitatem Prioratus prædicti, & ſolutionem firme ſue, niſi tantum *Gaymaria* manerii prædicti, cum proficuis prænominatis, & eccleſia ſupradicta. In cujus rei teſtimonium huic inquiſitioni juratores prædicti ſigilla ſua appoſuerunt.

Certificatio ſuper alia Inquiſitione.

ITem Prior de *Hacba* tenet manerium de **Hacham** de comite **Lincoln** quod ſolebat tenere de domino rege in capite pro feodo unius militis, quod tenetur de domino comite, qui eſt medius inter ipſum & regem, &c. Ex rotul. hundred. de anno 3. E. 1.

HINKLEYENSE *Cœnobium in agro* Leiceſtrenſi, *cella de* Lyra *in* Normannia.

Carta Roberti *comitis* Leiceſtriæ.

Ex vetuſto *Lirenſis* cœnobii regiſtro penes *Franciſcum du Cheſne* illuſtriſſ. *Galliar.* regis hiſtoriographum an. 1648.

UNiverſis (*&c.*) *Robertus* comes *Legerceſtriæ* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Lira*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes quas *Robertus* pater meus fecit eis (videlicet) eccleſiam de **Hinkelai** cum capellis de *Stochis* & **Dalvintone**, eccleſiam de *Etona* cum capella de **Athleburge** & aliis pertinentiis ſuis, eccleſiam de **Sibeſdeſdune** cum capellis de **Wirzedeſley**, & de **Atreton**, & de **Huptone**, & de **Draitone**, eccleſiam de **Hecham**, cum capella de **Lindlay**. Concedo & confirmo quoq; prædictis monachis decimam denariorum meorum de *ſoka* de **Hinkley**, & plenariam decimam de dominicis carucis meis de **Hinkelay**, & de *Etona*, & de **Sibedeſdune**, & in porcis & in ovibus, & in omnibus illis unde decimæ debent exire. Confirmo quoq; eis duas uncias auri, ſcilicet, duas marcas argenti quas comitiſſa *Amicia* mater mea habebat in villa de **Hinkeley**, & xvj. ſol. & octo denar. de unciis, quas habebat in **Wikeingeſton**, in eſcambium pro decimis nummorum de *Etona*, & pro decimis pecud. totius dominii, & omnium aliarum rerum, exceptis garbis. Confirmo etiam prædictis monachis unum hoſpitem liberum in *Leigr.* & xx. ſolidat. terræ quas *Rog.* de **Canford** dedit eis in *Watona.* Teſt. *Petronilla* com. *Legerc. Rog.* electo ſancti *Andreæ* & *Rob.* fratre ejus, *Ernaldo* de *Boſco*, *Hug.* de *Alneto*, *Rog.* de *Hum. Giliberto* de **Charneles**, *Euſtachio* de **Herlemvilier**, magiſtro *Hugone*, &c.

Chartæ antiq. H. n. 3.

Confirmatio Regis *Henrici* ſecundi.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *dux* Normanniæ, *&* Aquitaniæ, *comes* Andegaviæ, *archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, & omnibus miniſtris & fidelibus ſuis*, Francis *&* Anglis *totius* Angliæ *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & preſenti carta mea confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Lira, *& monachis ibi Deo ſervientibus donationem quam* Robertus *comes* Leyceſtriæ *eis rationabiliter fecerat ſuper his quæ ſubſequens litera declarat. Scilicet de eccleſia de* **Hinchelai**, *cum eccleſiis eidem eccleſiæ adjacentibus, & cum capellis omnibus, & cum decima denariorum de ſoka de* **Hinchelai**, *& cum plenaria decima de dominicis carucis ſuis de* **Hinchelay**, *& de* **Cattune**, *& de* **Sibedeſdune**, *& in porcis, & in ovibus, & in omnibus illis unde decimæ exire debent. Præterea de omnibus decimis dominico ſuo de* Suptwica, *& de* **Kingeſtune**, *& de bladis, & fœnis, de lanis, & de agnis, & caſeis, & de porcellis, & de omni inſtauramento ſuo. Quare volo & firmiter precipio quod præfata eccleſia, & monachi ejuſdem eccleſiæ habeant & teneant omnia hæc prædicta, cum omnibus pertinentiis ſuis, ita bene, & in pace, libere, & quiete, & plenarie, & integre, & honorifice ſicut cartæ* Roberti *comitis* Leyceſtriæ *quas inde habent teſtantur. Teſtibus*, Gaufrido *archidiacono*, Johanne *decano* Sarum, Reginaldo *Archidiacono* Sarum, *comite* Willielmo *de* Mandevilla, Reginaldo *de* **Curteney, Reginaldo** *filio* **Urſi,** *Apud* **Chinon.**

HORSELEGHENSIS
Prioratus in agro Eſſexienſi, *cella Abbatiæ* S. Martini *de* Troarno.

Conceſſio terrarum eidem ſpectantium Prioratui de **Bruton.**

Pat. 1. R. 2. part. 5. m. 37. per Inſpex.

EDWARDUS Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* dominus *Hiberniæ* omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Supplicarunt nobis dilecti nobis in Chriſto Prior & conventus de **Bruton** quod cum dudum abbas & conventus de ſancto *Martino* de *Troarno* in *Normannia* eccleſias de **Horſelegh**, & S. *Andreæ* de **Whitenhirſt**, quas tunc in proprios uſus poſſidebant, ſimul cum maneriis de **Horſelegh** & **Rungeton** & aliis poſſeſſionibus & decimis quæ habuerunt & tenuerunt infra regnum noſtrum *Angliæ*, ex dono & conceſſione *Rogeri* quondam comitis *Seroberienſis*, & *Roberti* de *Romeliolo*, ac confirmationem domini *H.* dudum Regis *Angliæ* progenitoris noſtri tunc Priori & conventui de **Bruton**, & ſucceſſoribus ſuis in forma prædicta imperpetuum poſſidendas in eſcambium pro aliis terris & tenementis, quæ iidem tunc Prior & conventus in *Normannia* habuerunt, præfatis abbati & conventui per ipſos Priorem & conventum datis & conceſſis conceſſiſſent; Cujus eſcambii prætextu priores & conventus loci prædicti, à tempore prædicto eaſdem eccleſias in proprios uſus ſimul cum maneriis, poſſeſſionibus & decimis prædictis tenuerunt quouſque quidam Prior & conventus loci prædicti canonicos ſuos, ad eaſdem eccleſias loci dioceſano preſentarunt, qui extunc priores de **Horſelegh** nominati fuerunt; ac pro eo quod per diverſas inquiſitiones, coram *Willielmo Aunſell* eſcaetore noſtro in comitatu *Glouceſtriæ*, ex officio ſuo captas, & in cancellaria noſtra retornatas, compertum extitit, quod prioratus de **Horſelegh** de fundatione progenitorum noſtrorum exiſtit, & à progenitoribus noſtris datus præfatis abbati & conventui de ſancto *Martino*, pro divinis ibidem pro progenitoribus noſtris celebrandis, ac aliis operibus pietatis faciendis & ſuſtentandis, & ad reſidentiam continuam & hoſpitalitatem ibidem faciendas. Quem quidem prioratum, iidem abbas & conventus dederunt eiſdem Priori & conventui de **Bruton**, in eſcambium pro aliis terris & tenementis quæ fuerunt ejuſdem prioris de **Bruton**, in *Normannia*, ad inveniendum in dicto prioratu de **Horſelegh** onera ſupradicta, quæ per ſeptem annos & amplius ſunt ſubtracta; Et quod dictus prior de **Bruton**, unum de canonicis ſuis ad eundem prioratum de **Horſelegh**, in ſingulis vacationibus ejuſdem, mediante licentia noſtra, habet preſentare, ac priorem de **Horſelegh**, qui nunc eſt, ad prioratum illum preſentavit licentia noſtra ſuper hoc non optenta, & etiam idem prior de **Horſelegh**,

Horſelegh] Pr.

dictum manerium de **Horſelegh**, ad terminum vitæ ſuæ præfato Priori de **Bruton** dimiſit; Et ſimiliter quod idem prior de **Bruton** proficua & emolumenta dicti prioratus de **Horſelegh**, in duabus vacationibus ejuſdem, cujus cuſtodia ad nos tunc pertinere debuerat, habuit & percepit, iidem prior & conventus de **Bruton** ſuper poſſeſſione ſua eccleſiarum prædictarum multipliciter ſunt impediti ac dictum manerium de **Horſelegh** in manum noſtram occaſione prædicta captum exiſtat, Velimus eiſdem Priori & conventui de **Bruton** manerium illud reſtitui jubere, & eis concedere, quod ipſi eccleſias prædictas in proprios uſus tenere poſſint prout eas ante hæc tempora tenuerunt. Nos de gratia noſtra ſpeciali & pro viginti marcis quas iidem Prior & conventus de **Bruton** nobis ſolverunt, necnon pro eo quod per certificationem ſcaccarii noſtri in cancellaria noſtra de mandato noſtro miſſam, nobis conſtat, quod de exitibus ejuſdem manerii de **Horſelegh** tempore vacationis dicti Prioratus de **Bruton**, ut de parcella temporalium ejuſdem Prioratus de **Bruton** ad idem ſcaccarium nobis extitit reſponſum; pardonavimus omnes tranſgreſſiones factas in hac parte, volentes & concedentes pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod iidem Prior & conventus de **Bruton** eccleſias prædictas in proprios uſus, ſimul cum dicto manerio de **Horſelegh**, rehabeant & teneant ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, prout ipſi & eorum prædeceſſores eccleſias & manerium prædicta ante hæc tempora habuerunt & tenuerunt, ſimul cum exitibus ejuſdem manerii à tempore captionis ejuſdem in manum noſtram; Et inſuper conceſſimus, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris prædictis, quantum in nobis eſt, quod iidem Prior & conventus de **Bruton**, ac loci illius dioceſanus diſponere poſſint & ordinare quod loci dicti canonicus, qui ad eccleſias prædictas, ante hæc tempora præſentatus, & Prior de **Horſelegh** nominatus extitit; in utraq; eccleſiarum prædictarum unus vicarius ſecularis ad præſentationem ejuſdem Prioris de **Bruton** & ſucceſſorum ſuorum de cætero habeatur; qui quidem vicarii ad vicarias earundem eccleſiarum admiſſi & inſtituti & inducti in eiſdem ſolitam curam vicariorum gerant, ac omnimoda onera ordinaria & extraordinaria dictas eccleſias incumbentia faciant & ſupportent, & quod idem loci dioceſanus eiſdem vicariis pro hujuſmodi oneribus ſupportandis rationabilem portionem de decimis & proficuis eccleſiarum prædictarum ex aſſenſu eorundem Prioris & conventus de **Bruton** valeat aſſignare; Ita quod nullus præter hujuſmodi vicarios ſeculares deinceps ad eccleſias prædictas, ſeu vicarias earundem præſentetur, nec aliquis Prior de **Horſelegh** amodo nominetur, ſeu habeatur. Nolentes quod iidem Prior & conventus, ſeu ſucceſſores ſui, ratione præmiſſorum, prætextu alicujus ſtatuti, ſeu ordinationis in contrarium editi, per nos vel hæredes noſtros, juſticiarios, eſcaetores, vicecomites, aut alios ballivos ſeu miniſtros noſtros quoſcunq; occaſionentur in aliquo, ſeu graventur. Salva ſemper nobis & hæredibus noſtris cuſtodia dicti manerii de **Horſelegh** in ſingulis vacationibus ejuſdem Prioratus de **Bruton**, prout nos & progenitores noſtri eam habere conſuevimus temporibus retroactis. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud **Weſtminſtr.** quinto decimo die Julii anno regni noſtri *Angliæ* quadrageſimo quinto, regni vero noſtri Franciæ triceſimo ſecundo. Nos autem pardonationem & conceſſiones prædictas ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt acceptamus, approbamus, ratificamus & dilectis nobis in Chriſto nunc Priori & conventui loci prædicti & ſucceſſoribus ſuis tenore præſentium confirmamus prout literæ prædictæ rationabiliter teſtantur. In cujus (*&c.*) T. R. Apud **Weſtminſtr.** xxviij. die Martii.

ABBERBURIENSE
Cœnobium in agro Salopienſi, *cella* Grandimontenſis *Cœnobii.*

Charta Henrici *regis ſecundi.*

Cart. 17. *Hen.* 3. memb. 14.

Vide Brevia Regis 16. *E.* 3. part. 2.

HENRICUS Dei gratia, rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis &c. ſalutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarũ anteceſſorum, & heredum noſtrorum, conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe, pro nobis & heredibus noſtris, fratribus *Grandimontenſis* ordinis de **Abberburi** ſuper *Avenam*, locum illum ubi fundata eſt domus eorum apud **Abberbury**, quem habent de dono *Fulconis* filii *Warini*, & pratum de **Bradmed**, & terram de **Hekenhal**, & viginti quatuor acras terræ in **Abberbury**; & **Husbot**, & **Haybot**, & boſcum ad focum eorundem fratrum, capiendum ibidem, in boſco ipſius *Fulconis*, & communem paſturam, per boſcum ipſius *Fulconis*, ad omnimoda animalia ſua, & centum porcos quietos de panagio in boſcis ipſius *Fulconis* de **Abberbury**, & de **Witinton**, cum peſſona fuerit, & decimam equitum ipſius *Fulconis* de **Witinton**, & ad marlam capiendam, & trahendam ſuper terram ipſorum ubi eam invenerint in terra ipſius *Fulconis*, & ubi ipſe *Fulco*, & homines ſui eam ceperint, vel rationabiliter capere poterint, cum libero egreſſu, & ingreſſu, & quietanciam de theoloneo, & omni conſuetudine, per omnia mercata, & nundinas ipſius *Fulconis*; & totam terram de **Wateberg**, cum molendino, & boſco, & aliis pertinentiis ſuis: quæ omnia predicti fratres habent de dono & conceſſione predicti *Fulconis* filii *Warini*. Quare volumus (*&c.*) Hiis teſtibus, *R.* mareſcallo, comite **Pembrok**, *S.* de **Segrave** juſticiario noſtro, *Waltero* de **Lucy**, *Willielmo* de **Stutevill**, *Waltero* de **Clifford**, *Willielmo* de *Cantilupo* ſeniori, *Thoma Corbetb*, *Godefrido* de **Craucumbe**, *Petro* de *Malolacu*, & aliis. Datum per manus venerabilis patris *R.* epiſcopi *Cyceſtr.* cancellarii noſtri, apud **Hereford**, xij. die Decembris anno regni noſtri xvij.

Carta

Carta Thomæ Corbeth.

Ex autographo in cartaphylacio colleg. omnium animarum. *Oxon.*

Omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos preſens ſcriptum pervenerit, *Thomas Corbeth* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra me pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum dediſſe, conceſſiſſe, & preſenti ſcripto meo confirmaſſe in perpetuum omne donum quod *Fulco* filius *Warini* dedit & carta ſua confirmavit fratribus ordinis *Grandimontis* in terra ſua de **Alberbury** juxta *Sabrinam* ad domum eorundem fratrum ædificandam, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et etiam terram quæ vocatur **Pakenhale** cum omnibus ſuis pertinentiis. Salva mihi & hæredibus meis omni ſervitio quod predictus *Fulco* & hæredes ſui mihi & hæredibus debent meis de predicta terra de **Alberbury**, una cum tota eſchaeta quæ mihi & hæredibus meis in ſede earundem domorum poſſit accidere. Conceſſi inſuper & preſenti ſcripto meo quietum clamavi iiſdem fratribus in perpetuum pro me & hæredibus meis totum jus & clamium quod habui vel habere potui in advocatione illarum duarum prebendarum in eccleſia de **Alberbury** cum omnibus pertinentiis ſuis, quarum unam *Robertus Corbeth* pater meus *Willielmo*, & alteram *Hugoni Corbeth* dedit, terra de **Alberbury** tunc temporis exiſtente in manu predicti *Roberti*, ſicut ſua eſcaeta. Ut ergo hæc mea donatio, conceſſio, confirmatio & quieta clamatio pro me & hæredibus meis in perpetuum firmæ fidelitatis ſtabilitatem optineat, niſi ſi quid de ſede dictarum domorum cum pertinentiis caſu contingente poſſit accidere mihi & hæredibus meis in eſcaetam: preſenti ſcripto ſiglli mei impreſſionem appoſui. His teſtibus, fratre *Galfredo* de **Norwis** de ordine Minorum, *Roberto Blundall* milite, *Hugone Hagar*, *Allano Corbeth*, *Rogero* de **Merſe**, *Roberto Pigot*, *Galfredo* capellano, *Willielmo Hager* clerico, & multis aliis. Dat. apud *Caures* die Mercurii in ſeptimana paſchæ anno ab incarnatione Domini MCC. ſexageſſimo ſecundo.

LEVENESTRENSE

Cœnobium in agro Suſſexienſi, *cella de* Almeneſches.

De Georgia Gloveneſtre *Prioriſſa de* Leveneſtre *attachiata ad oſtendendum* Curiæ *fundationem & compoſitionem dictæ domus de* Leveneſtre, *per ipſam, ut dicitur, habitas.*

Recorda de term. Hill. 5. *H.* 4. rot. 14.

A*LEXANDER* epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus, abbatiſſæ ſanctæ *Mariæ* de **Almeneſches** ejuſq; ſororibus tam preſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Prudentes virgines, & à Chriſto vero ſponſo annulo fidei ſubarratas, quæ, abjectis carnalibus deſideriis, in amorem conditoris totis viſceribus ſuccenduntur, tanto cleeriùs decet nos, atque attentius, in ſuis poſtulationibus exaudire, & tam eas, quàm earum bona, ſub noſtra defenſione ſuſcipere, quanto magis conſtat eas celeſtibus deſideriis jugiter inardere, & bonis operibus, que geſſerunt veniente ſponſo, accenſis lampadibus coronandas occurrere. Eapropter, dilecte in Chriſto filie, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium veſtrum, in quo divino mancipate eſtis obſequio, ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcepimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundùm domini, & beati *Benedicti* regulam, in monaſterio veſtro inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona, idem monaſterium impreſentiarum, juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, preſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc, propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum in quo monaſterium ſitum eſt, cum omnibus libertatibus, & pertinentiis ſuis: eccleſiam de *Beitrum* cum pertinentiis ſuis: eccleſiam de *Maceto*: eccleſias de *Mool*: eccleſiam de *quinque altaribus*, cum omnibus earum pertinentibus: decimam de **Gorlenan**, decimam de *Gargaſala*, decimam mariſci; decimam molendini de *Caſtello* veteris *Almeneſchis*; decimam ſancti *Germani* de *Monte Gomerico*, cum ipſa eccleſia, & terram *Willielmi* presbiteri; decimam nemoris de *Almeneſchis* de venatione, & paſnagio. Eccleſiam burgi ſancti *Silvini*; duas garbas decime totius dominii *Rogeri* fundatoris monaſterii veſtri: decimam cenſus, & molendinorum apud *Bervaicum*; decimam numorum apud *Alentium*, & apud molendinos: decimam *Malyeruti*: decimam capelle juxta *Sagas*, & totum proficuum ſancti *Albini* de *Maceto*; & terram unius vavaſoris; & terram *Hugonis Gratbemiel*: apud campum *Maniberti* duas eccleſias & duas garbas decime per totum dominium, quod ibi habetur, quicunque teneat, ac *Preſterii* terram: Ex dono, predicti fundatoris, medietatem de *Almaneſchis* in plano, & aqua, & molendinum ejuſdem ville, & molendinum de *Eſchetot*, & dominium de ſancto *Silvino*, & dimidium molendinum ejuſdem ville, & de *Holoſſe*, & ad foſſas unam vavaſoriam. Ex dono *Guiburgis la Brune*, tenementa ſua de *Beitrum*, & terram de villa **Haſtell**, & terram quam habebat apud **Eſſet**, cum omnibus appenditiis ſuis. Ex dono *Helie de Caignei* viginti duas acras terre apud *Triunum*; Ex dono predicti fundatoris molendinum de *Triuno*, & burgum ſancti *Silvini*, cum toto dominio, duas piſcarias, apud *Buris*, liberam communam in nemore de *Almeneſches* in virentibus, & aridis arboribus, ad conſtruendas domus, & reparandas, & ad ignem cohabitantium, & ad dominicas domus, & molendinos abbatiæ, & ad maneria eidem abbatiæ pertinentia; terram *R.* presbyteri in villa ſancti *Lamberti*; Ex dono *Ivonis Pantul* quatuor acras terre apud montem *Gomeri*, Ex dono hæredum *Hermenfridi* de *Novofonte*, omnia tenementa ſua. Ex dono *Rainfridi*, cum conceſſione *Willielmi* comitis, molendinum de **Wendalle**, & terram de *Maceto*. Ex dono *Ganſilini* terram de *Mariſco*. Ex dono *Cornubi* terram *Logeorum*. Ex dono R. de *Bellaqua* quicquid in Liveriis habebat. Ex dono G. de *Gargaſala* centum acras terræ, & molendinum unum. Ex dono *Alberedi* de *Mool*, terram ſuam de *Mool*, & vineas, & prata, & hoſpitia, & omnia tenementa ſua, & terram ſuam de *quinque Altaribus*, & molendinum, & omnes redditus omnium, quæ ad dominium loci pertinent.

In *Anglia* eccleſiam de **Climpingnes**, eccleſiam de **Fordres**, eccleſiam de **Palingnes**, eccleſiam de **Roſintone**, eccleſiam de **Nummeniſtre**, cum omnibus earum pertinentiis. Ex dono prædicti fundatoris manerium de **Climpingnes**, & de **Roſintone**, & de **Fordres**, & de **Preſintone**, & de **Palingnes**, & medietatem de **Illeſart**, cum omnibus earundem villarum pertinentiis. Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſivè de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas à ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, & eas ſine contradictione aliqua retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excommunicatis, & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare. Obeunte vero te, nunc ejuſdem loci abbatiſſa, vel qualibet earum quæ tibi ſucceſſerint, nulla ibi qualibet ſubjectionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quam ſorores, communi conſenſu, vel ſororum pars ſanioris concilii, ſecundùm Dei timorem, & beati *Benedicti* regulam, previderint eligendam. Sepulturam quoq; ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergò ut nulli omnino hominum liceat, præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, earum, pro quarum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalva Apoſtolice ſedis auctoritate, & dioceſani epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiòve commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, honoris ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere, pro perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, ac Domini redemptoris *Jeſu Chriſti* aliena fiat, & in extremo examine divine ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax domini noſtri *Jeſu Chriſti*, quatinùs, & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant, *Amen*. ✠ Ego *Alexander*, catholice eccleſiæ epiſcopus. ✠ Ego *Hubertus*, *Hoſtienſis* epiſcopus. ✠ Ego *Johannes*, presbiter cardinalis, titulo ſancti *Marci*. ✠ Ego *Cinthius*, presbiter cardinalis, titulo ſanctæ *Ceciliæ*. ✠ Ego *Aren*. presbiter cardinalis, titulo ſanctæ *Crucis Jeruſalem*. ✠ Ego *Reinerus*, diaconus cardinalis, tit. S. *Georgii* ad velum aureum. ✠ Ego *Gratianus*, diaconus cardinalis, tit. ſanctorum *Coſme*, & *Damiani*. ✠ Ego *Matheus*, diaconus cardinalis, tit. S. *Mariæ Novæ*. ✠ Ego *Bernardus*, diaconus cardinalis, titulo S. *Nicholai* in carcere *Tulliano*. Datum *Tuſculani*, per manum *Alberti* ſanctæ *Romane* eccleſiæ preſbiteri, & cancellarii noſtri, nonas Octobris, indictione duodecima, dominice incarnationis anno MClxxviij. pontificatus verò domini *Alexandri* Pape tertii anno xx. Nos verò ad petitionem earundem abbatiſſe, & ſororum ſuarum, preſenti pagine ſigilla noſtra duximus appendenda. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octavo, menſe Maii.

De aſportatis Religioſorum.

Ex ſtatuto de *Carleolo*, anno 35 *E.* I.

PRæterea inhibet præfatus dominus Rex; omnibus & ſingulis abbatibus, Prioribus, magiſtris, & cuſtodibus religioſorum domorum & locorum alienigenis, quorum poteſtati ſubjectioni & obedientiæ domus eorundem ordinum in regno & dominio ſuo exiſtentes ſubduntur, ne de cætero tallagia, cenſus, impoſitiones, apporta, ſeu alia quæcunque onera aliquibus monaſteriis, Prioratibus ſeu aliis domibus religioſis, (ut prædicitur) imponant, ſeu faciant aliqualiter aſſidere, & hoc ſub foriſfactura omnium quæ in poteſtate ſua obtinent, & foriſfacere poterunt in futurum.

Anno primo *Henrici* quinti capitulo vij.

Ex vetuſt. exemplari in cartopſylaceo collegii regalis *Cantabrigiæ*.

EN *Parlement tenu a* Weſtm. *en temps du Roy* Richard *ſecond l'an de ſon rogne xiij. ordene fu, que nul aliens Franceis nauroit ne joiroit de nul benefice de dens le Royaulme pour certaines cauſes qui avenoient & povoient avenir mes quilz ſſoient delivres & voydes hors du Royaulme du tout devant certain temps en lad' ordenance limite comme en icelle eſt plainement contenu, Et a quelle heure que aucuns prieures aliens conventueulx ou aucun ault' benefice ou office devez par title le Roy voydantes par la ceſſe ou de ces des dis priours & aulters occupeurs qui adonques eſtoient, durant les guerres honneſtes perſonnes Englais y ſſoient mis en lieu d'eulx pour acomplir le divine ſervice & nul de ces enemis deſſus dis. Et non obſtant lad' ordenance les dis aliens Franceis par male ymagination & brocage de contineur les malues meſchiefs en lad' ordenance pourchaſſent lettres patentes du Roy deſtre denizins & lieges du Roy & jurent de ce contineuer al entente de l'occupier & enjoir des dis benefices, & auſſi enccre occupient pleuſieurs benefices encontre lad' ordenance, par quoy les Franceis aliens ſont encreiſſis en arreriſſement des lieges du Roy & grans treſors du Roy & de ſon Royaulme enportent hors de ſon Royaulme & le conſeill du Roy deſcouurent aux enemis de France a grant damage du Roy & de ſon Royaulme.*

Royaulme. Noſtre ſeign. le Roy conſiderant les meſchiefs ſurdis veult que la dite ordenance ſoit fermement tenue & gardee & miſe en deue execucion, forpris les prieurez aliens conventueulx & auſſi tous aultres prieures qui ont induction & inſtitucion par ainſi quils ſoient catholiques & quil facent ſeurete quils ne diſcouverent ne ne feront deſcouuvir le conſell ne les ſecretes du Roy ne de ſon Royaulme.

Supplicatio plebis *Angliæ* in comitiis Parliamentariis, de Prioratibus alienig.

Ex rotulo Parl. tenti apud *Leic.* ultimo die Aprilis an. regni regis *Henrici* quinti ſecundo.

Item prient les communes que en cas que final pees ſoit pris perentre vous noſtre ſoverein ſeigneur & voſtre adverſarie de Frannce *en temps avenir, & ſur ceo toutes les poſſeſſions des Priories aliens en* Engleterre *eſteants as cheifs maiſons de religiouſes deperdela (as queux tieux poſſeſſions ſent regardants) ſurrent reſtitutz, damage & perdre aviendroient a voſtre dit Roialme & a voſtre people de meſme le Roialme per les grandes fermes & apportz de monoye quel dan en an au toutz jours apres ſerroient renduz de meſmes les poſſeſſions a les cheifs maiſons avantditz, a treſgrand enpoueriſſement de meſme voſtre Roialme in celle partie que dieu defende: Pleſe a voſtre treſuoble & treſgracious ſeigneurie pur conſideracion ſuiſdit & auxi pur conſideracion, que a la commencement de la guerre commence perentre les dits Roialmes, de toutz les poſſeſſions queux voz lieges alors avoient des donns de voz nobles progenitours en les parties deperdela deinz la juriſdiction de* France, *per jugement renduz en meſme le roialmè de* France, *ſont pur toutz jours ouſtez & deſheritez; Et ſur ceo graciouſement ordeiner en ceſt preſent Parlement per aſſent de voz ſeigneurs eſpiritnelx & temporelx, que toutz les poſſeſſions des Priories aliens en* Engleterre *eſteantz purront demurrer en voz mains a vous & a voz heirs pur toutz jours, al intent que divines ſervices en les lieux avauntditz purront pluis duement eſtre faitz per gentz* Engloys *en temps avenir que nont eſte faitz avant ces heures en ycelles per gentz* Frauncеys. *Forſpris les poſſeſſions de Priories aliens conventuelx, & des Priours que ſont inductz & inſtitutz, & forſpris toutz les poſſeſſions aliens donez per le treſgracious ſeigneur le Roy voſtre piere a le meſtre & college de* **Fodringhay**, *&c.*

Coenobia

Cœnobia Anglicana,
DE ORDINE
CLUNIACENSI.

Cluniacenſis Ordo.

A*D ultimum quoque prædicta videlicet inſtitutio* (ordinis ſancti *Benedicti*) *jam pene defeſſa, authore Deo, elegit ſibi ſapientiæ ſedem, vires collectura, ac frutificatura germine multiplici, in monaſterio ſcilicet cognomento* Cluniaco, *quod etiam ex ſitu loci ad-clivo atque humili, tale ſortitum eſt nomen: vel etiam, quod aptiùs illi congruit, à cluendo dictum, quoniam cluere, creſcere dicimus: inſigne quippe incrementum diverſorum donorum à ſui principio indies locus idem obtinuit. Conſtruxit igitur prædictum cœnobium primitùs pater monachorum* Balmenſis *monaſterii* Berno *vocatus, jubente* Willermo *piiſſimo* Aquitanorum *duce, in pago* Matiſconenſe, *ſuper* Graonam *fluviolum. Quod etiam cœnobium in primo, non amplius quam quindecim terræ colonias dicitur in dotem accepiſſe, fratres tamen duodecim numero inibi memorantur conveniſſe. Ex quorum veluti optimo ſemine multiplicata ſtirpe domini exercituum innumerabilis magnam cognoſcitur repleſſe. Qui quoniam his quæ Dei ſunt, videlicet juſtitiæ & pietatis operibus inceſſanter adhæſerunt, idcirco bonis omnibus repleri meruerunt, inſuperq; futuris mirabile reliquerunt exemplum; nam poſt præfatum* Brunonem *ſuſcepit regiminis curam ſapientiſſimus Abbas* Odo *(&c.)*

Glaber Rodulphus monachus *Cluniacenſis* lib. 3. hiſt. franc. cap. 5.

Carolo *itaque* Simplice *regnum* Franciæ *gubernante,* G. *Dei providentia dux* Aquitaniæ, *venerabili Abbati* Bernoni *anno Chriſti DCCCxc: conceſſit locum in partibus* Burgundiæ, *qui dicitur* Cluniacus, *qui per Dei gratiam diverſis temporibus multipliciter adauctus glorioſè refulget* (&c.)

Scriptor anonymus hiſt. franc. qui vixit tempore *Philippi, Ludovici* Pii filii. MS.



Ordinis Cluniacensis Monachus

611

MONASTICON ANGLICANUM.

Wenlocenſe *Cœnobium in agro* Salopienſi, *Ordinis* Cluniacenſis.

W. Malmesb. fol. 50. b. —MILBURGA (*filia Merewaldi* fratris *Wlpheri*, *Merciorum* regis) apud **Wenloch** requieſcit, olim ab accolis nota, ſed poſt adventum *Normannorum*, dum neſcitur locus ſepulchri, aliquandiu oblivioni data. Nuper verò adunato ibi conventu monachorum *Cluniacenſium*, dum inchoata novi templi machina, quidam puer per pavimentum concitatiùs curſitaret, effracta mauſolæi fovea, perpalam corpus virginis fecit; tunc balſamici odoris aura per eccleſiam ſpirante altiùs levatum tot miracula præbuit, ut catervatim eò populorum undæ confluerent, vix patuli campi capiebant agmina viatorum, dum æquis umbonibus dives & mendicus ſe agerent, cunctos in commune præcipitante fide. Nec caſſum eventum res habuit, adeò ut nullus inde niſi extincta, vel mitigata valetudine diſcederet, nonnulloſque regius morbus, medicis ſanè incurabilis, per merita virginis relinqueret.

Ibid. fol. 164. a. —Apud **Wenloch** fuit antiquiſſima ſanctimonialium habitatio. Ibiq; beatiſſima *Milburga*, ſoror ſanctæ *Mildredæ*, neptis *Pendæ*, regis *Merciorum* ex filio, tranſegit vitam, & ſita eſt: Sed locum omnino deſertum prædictus comes (ſcilicet *Rogerus* comes de *Montegomerico*) monachis *Cluniacenſibus* implevit, ubi modò ſpecioſa germina virtutum conantur in cœlum.

Enim verò ſepulchrum virginis clàm erat novis advenis, omnibus videlicet vetuſtatis monumentis violentia hoſtium, & temporum, deletis.

Joban. Capgrav. de vitis ſanctorum fol. 232. a. —Beata igitur *Milburga*, ſicut ſuis progenitoribus piis, *Merwaldo* & *Dompnevæ*, *Merciorum* dominis, lux primogenita extitit, ſic in regno parentum Deo ſacratis virginibus viduiſque dux primaria vitæ cœleſtis præfulſit. Conſtructo enim in loco qui **Wimnicas** antiquitus dicebatur monaſterio, modò dicto **Wenloke**, virginibus congregatis præfuit ipſa mater, & vitæ regularis magiſtra (*&c.*) Septimo kal. Julii migravit ad Chriſtum, & in monaſterio ſuo cum honore ſepelitur.

Milburga *abbatiſſa Ventolocenſis*.

Lel. coll. vol. 2. p. 157. LOco qui **Wimnicas** antiquitus nuncupatur, cœleſti converſatione fæliciter illuſtratur beata dormitione & perpetua manſione glorificatur ubi conſtructo venerabili monaſterio præfuit ipſa mater angelica.

De morte Milburgæ.

Gleba verò virginei corporis cultu celebri reconditur ante majus altare in eccleſia ſanctæ *Trinitatis*.

Florent autem in *Wallia* glorioſæ virginis *Milburgæ* miracula, loco qui ejus nomine, & quod ſui juris aliquando fuerat, **Landmylien** wallicè dicitur, quod in terram *Milburgæ* latino ſermone vertitur.

Carta *Iſabellæ* de **Say**.

Pat. 22 E. 3. m. 12. Et Pat. 18 *R.* 2. part. 2. memb. 29. REX *omnibus &c. ſalutem. Inſpeximus quandam cartam quam clare memorie* Yſabell *de* **Say**, *dudum domina de* Cluna *fecit Deo & ſanctæ* Mildredæ *de* **Wenloch** *& monachis ibidem Deo ſervientibus, in hæc verba. Sciant præſentes & futuri quod ego* Yſabella *de* **Sai**, *domina de* Cluna *dedi conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute domini* Willielmi *filii* Alani *& mei, & pro anima patris mei & matris meæ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum eccleſiam ſancti* Georgii de Cluna, *quæ eſt de proprio feudo meo, & de donatione mea, cum omnibus capellis ad eam pertinentibus. Scilicet cum capella ſancti* Thomæ *ejuſdem villæ, & cum capella ſanctæ* Mariæ *de* **Waterdene**, *& capella ſancti* Swithuni *de* **Clumbirie**, *& capella ſanctæ* Mariæ *de* **Clinttune**, *& capella S.* Mariæ *de* **Oppetune**, *& capellis de* **Eggedune** *&* **Sibbedune**, *& omnibus aliis capellis, & pertinentiis, cum jure patronatus prædictæ eccleſiæ ſancti* Georgii, *& prædictarum capellarum eidem pertinentium, in puram & perpetuam elemoſinam Deo & ſanctæ* Milburgæ *de* **Wenloch**, *& monachis ibidem Deo ſervientibus. Quare volo quod prædicti monachi prædictam eccleſiam, cum omnibus pertinentiis ſuis, in terris, in pratis, in boſco & plano, & in omnibus aliis rebus ad eam pertinentibus, bene & in pace, libere & quiete, & honorifice habeant & poſſideant ſicut aliquod monaſterium liberiùs, quietiùs, & honorificentiùs aliquod tenet beneficium eccleſiaſticum, ita quod nullus de hæredibus meis elemoſinam iſtam à me factam, in libera poteſtate mea, diminuere vel infirmare præſumat. Qui autem eam ſervaverit, benedictione Dei & mea gaudeat. Qui autem eam infringere attemptaverit, maledictionem Dei & meam incurrat. Et ut hæc mea donatio & conceſſio rata & perpetua perſeveret, eam preſentis ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus* Brientio *de* **Sai**, Rogero Anglico, Petro *de* Oppetuna, Huberto *de* Buchevill, Hugone Peverell, Johanne *camerario*, Roberto *de camera*, Willielmo *capellano*, Warino *de* **Burewardeſley**, Philippo *de* **Linley**, *& multis aliis.*

[Quod hujuſmodi Prioratus ſit indigena vide pat. 18. *R.* 2. part. 2. m. 27.

Inquiſitio ſuper jure patronatus cellæ de **Frene.**

Eſcaet. an. 29 *Ed.* 1. nu. 103.

INquiſitio cujuſmodi ſtatum anteceſſores hæredis *Philippi Burnel* infra ætatem & in cuſtodia domini regis exiſtentis, vel domini Caſtri de **Holgod** in cella de **Frene** tempore vacationis ejuſdem habuerunt temporibus retroactis. Et ſi prædicta cella de hærede prædicto teneatur, & ſi tempore vacationis ejuſdem cellæ, anteceſſores prædicti hæredes ſeu alii domini caſtri prædicti cuſtodiam dictæ cellæ ratione dominii caſtri illius habere, prædictuſq; Prior & prædeceſſores ſui prædicti de cuſtodibus ad eandem cum vacaret providere, & ipſos cuſtodes anteceſſoribus prædicti hæredis ſeu dominis caſtri prædicti præſentare, ac ipſi ſic per ipſum Priorem vel prædeceſſores ſuos prædictos anteceſſoribus ipſius hæredis ſeu dominis caſtri illius preſentati & ab eis admiſſi temporalia dictæ cellæ à manibus eorundem recipere conſueverunt temporibus retroactis necne: facta coram Eſcaetore apud **Frene** die dominica in feſto ſancti *Georgii* anno regni Regis *Edwardi* viceſimo nono per ſacramentum *Johannis* de **Eſthope** (*&c.*) Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum quod prædicta cella de **Frene** tenetur de dominis caſtri de **Holgod**, qui pro tempore fuerint. Et quod tempore vacationis ejuſdem cellæ domini caſtri prædicti cuſtodiam dictæ cellæ, ratione dominii caſtri illius, habere conſueverunt. Et quod Prior de **Wenlock** & prædeceſſores ſui de cuſtodibus ad eandem cellam cum vacaret providere conſueverunt, & ipſos cuſtodes dominis caſtri prædicti præſentare, & ipſi præſentati per ipſum Priorem vel prædeceſſores ſuos à manibus dominorum caſtri illius temporalia dictæ celle cum ab eiſdem dominis admiſſi fuerint recipere conſueverunt temporibus retroactis. Et dicunt quod domini caſtri prædicti nullum alium ſtatum in cella prædicta tempore vacationis habere conſueverunt niſi cuſtodiam quouſque receperint cuſtodem ad eandem ſic per prædictum Priorem præſentatum; eo quod cella prædicta tenetur de eiſdem dominis caſtri prædicti in liberam puram & perpetuam elemoſinam. In cujus, &c.

Vide Vol. 2. *Pag.* 907. *Col.* 1.

DUDDELEYENSIS

Prioratus in agro Staffordienſi, *cella de* **Wenlock.**

Ex ipſo autographo penes *Edwardum* dominum *Dudley* an. 1640.

LUCIUS *epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis* Everardo *Priori eccleſiæ de* Dudleia *ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris Regularem vitam profeſſis imperpetuum. Qui poſtpoſitis ſecularibns deſideriis ſub regulari diſciplina ſuam voverunt domino ſervitutem, Apoſtolico debent patrocinio communiri, ne in ſui propoſiti executione tepeſcant ſi pravorum fuerint injuriis laceſciti. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatam eccleſiam in qua divino eſtis obſequio mancipati, ſub* B. Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundùm Deum &* B. Benedicti *regulam atque inſtitutionem* Cluniacenſium *fratrum in eadem eccleſia noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunq; poſſeſſiones quæcunque bona eadem eccleſia inpræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet aut in futurum conceſſione pontificum largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam ſancti* Jacobi *de* **Dudelei**, *& capellas ejuſdem villæ ſancti* Edmundi, *& S*——— *eccleſiam de* **Sedgeſlei** *cum pertinentiis ſuis, eccleſiam de* **Northfeld** *cum capella de* **Coſton**, *eccleſiam de* **Ingle**——— *cum pertinentiis ſuis, eccleſiam de* **Bratetelde** *cum capella de* **Englefeld** *de donatione* Gervaſii Paganelli, *eccleſiam de* **Womburne** *cum capella de* **Treſel** *& aliis pertinentiis ſuis de donatione* Guidonis *de* **Offeni**; *eccleſiam de* **Seille** *cum pertinentiis ſuis de donatione* Radulfi *de* **Seille.** *Ex donatione* Agnetis *de* **Somery** *villam de* **Chyrchille** *cum pertinentiis ſuis. Ex donatione* Oſberti *de* Keneſara *villam de* **Saredune** *cum pertinentiis ſuis. Ex donatione* Roberti *de* **Chandeu** *unam virgatam terræ in villa de* **Wolyntone.** *Et terras de* **Ingepenne**, *ex dono* Johannis Manſell. *Sepulturam præterea ipſius loci liberam eſſe decernimus ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint nullus obſiſtat; Salva tamen juſticia illarum eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Cum autem generale interdictum terræ fuerit liceat vobis clauſis januis, non pulſatis campanis, excluſis excommunicatis & interdictis ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Sane novalium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. In parochialibus autem eccleſiis quas habetis liceat vobis clericos vel ſacerdotes eligere & diœceſano epiſcopo præſentare, quibus ſi idonei fuerint epiſcopus curam animarum committat, ut ei de ſpiritualibus vobis verò de temporalibus debeant reſpondere. Liceat vobis quoque clericos vel laicos è ſeculo fugientes liberos & abſolutos ad converſionem veſtram recipere & eos abſque contradictione aliqua retinere. Probibemus inſuper ne quis poſt factam in eccleſia veſtra profeſſionem niſi arctioris religionis optentu diſcedere de eodem loco præſumat. Diſcedentem verò ſine communium literarum cautione nullus audeat retinere. Antiquas quoque & rationabiles conſuetudines in eccleſia veſtra hactenus obſervatas futuris temporibus ratas decernimus permanere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium in aliquo perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia* *integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ auctoritate & dioceſani epiſcopi canonica juſtitia & debita reverentia* Cluniacen. *eccleſiæ. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiove commonita, niſi reatum ſuum, congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſuo jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jheſu Chriſti quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniat.* Amen.

Dat. (&c.) *xvj. kal. Julii indictione xv. incarn. dominicæ anno milleſimo centeſſimo nonageſimo, pontificatus vero domini* Lucii *Papæ iij. primo.*

Indulgentia orantibus pro anima *Rogeri* de Someri, cujus corpus in hujuſmodi Prioratu humatur.

U*Niverſis S. matris eccleſiæ filiis ad quos preſentes literæ pervenerint. Nos inſpiratione divina* Baſilius Jeroſolomitanus, Adenulphus Couſanus, Rannaus Calaritanus *archiepiſcopi:* Adam Maituran, Nicholaus Neocaſtrenſ. Nicholaus Colcedonie, Angelus Feſulanus, Bernardus Parentinus, Thomas Eteſienſis, Nicholaus Tortibulen. Antonius Chenodien. Pacens. Benectus Dragonenſis *epiſcopi, ſalutem in domino ſempiternam. Mortuorum memoria eo preſtantior a————————t dinoſceretur quo magis vivis cedit ad meritum & preſtat ſuffragium reſolutis. Gratum ideo obſequium & Deo pium tociens impendere opinamur quociens mentes fidelium ad pietatis opera excitamus ut exinde divinæ gratiæ reddantur ampliores: Eapropter nos de omnipotentis Dei miſericordia beatorumque* Petri & Pauli *Apoſtolorum ejus meritis & auctoritate confiſi, omnibus verè pertinentibus & confeſſis qui pro anima* Rogeri *de* Someri *cujus corpus in eccleſia Prioratus de* Dudeleleye Coventrienſis, & Lichfeldenſis *dyoceſis requieſcit humatum, & pro animabus omnium fidelium defunctorum, quotienſcunque orationem dominicam cum ſalutatione angelica dixerint mente pia, tociens ſingulis veſtrum quadraginta dies de injunctis ſibi pertinentiis ſi dioceſani voluntas ad id acceſſerit miſericorditer in domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium preſenti ſcripto ſigilla noſtra duximus apponenda. Dat.* Romæ *anno milleſimo trecenteſimo, pontificatus domini* Bonifacii *Papæ octavi anno ſexto.*

Vide Vol. 2. *Pag.* 907. *Col.* 1.

LEWESENSE *Cœnobium in agro* Suſſexiæ.

—SANCTI *Pancratii* de Lewes, quod, auctore *Willielmo* comite de *Warrenna*, *Lanzo*, quidam monachus *Cluniacenſis* in ſupremo religionis locavit cacumine. Efficaciam viri ſublimitas prætendit loci, adeo ut veraciter aſſeratur, nullum omnino monaſterium poſſe illud vincere religione ad monachos, affabilitate ad hoſpites, charitate ad omnes. Vincit pompam famæ rerum veritas, licet fatiget audientes referentium verboſitas. Certè de *Lanzone* plura loquerer, niſi alias non contemnenda dixiſſem, ſimulque ejus meritum omne tranſcendit eloquium.

W. Malm. fol. 147. a. num. 10.

Carta fundationis per Willielmum *de* Warenna Surregiæ *comitem.*

IN nomine Patris & filii & Spiritus Sancti *Amen.* Ego *Willielmus* de *Warrenna* & *Gundreda* uxor mea volentes peregrinationem facere ad ſanctum *Petrum* in *Roma*, pereximus per plurà monaſteria quæ ſunt in *Francia* & *Burgundia*, cauſa orationis. Et cum veniſſemus in *Burgundiam* didicimus quod non potuimus ſecure tranſire propter guerram quæ fuit tunc inter Papam & imperatorem. Et tunc divertimus ad *Cluniacum* monaſterium, magnam & ſanctam abbatiam in honore ſancti *Petri.* Et ibi adoravimus & requiſivimus ſanctum *Petrum.* Et quia invenimus ſanctitatem & religionem & caritatem tam magnam ibi & honorem erga nos à bono Priore & à toto ſancto conventu qui receperunt nos in ſocietatem & fraternitatem ſuam, incepimus habere amorem & devotionem erga illum ordinem & illam domum ſuper omnes alias domos quas videramus. Sed dominus *Hugo* ſanctus abbas eorum tunc domi non fuit. Et quia longè ante & tunc magis habuimus in propoſito & voluntate per conſilium domini *Lanfranci* archiepiſcopi ego & uxor mea quod faceremus aliquam domum religionis pro peccatis noſtris & ſalute animarum noſtrarum, tunc viſum fuit nobis, quod de nullo alio ordine tam libenter quam de *Cluniacenſi* eam facere vellemus. Et ideo miſimus & requiſivimus à domino *Hugone* abbate & à tota ſancta congregatione quod concederent nobis duos vel tres vel quatuor monachos de ſancto grege ſuo, quibus daremus eccleſiam unam quam de lignea lapideam fecimus ſub caſtro *Lewiarum*, quæ fuit ab antiquo tempore in honore ſancti *Pancratii*, & illam daremus eis, & tantum in principio terrarum & animalium & rerum unde duodecim monachi poſſent ibi ſuſtentari. Sed ſanctus abbas prius valde nobis fuit durus ad audiendum petitionem noſtram propter longinquitatem alienæ terræ & maximè propter mare. Sed poſtquam nos perquiſivimus licentiam à domino noſtro rege *Willielmo* adducendi monachos *Cluniacenſes* in *Anglicam* terram, &

Ex regiſt. de *Lewes* penes virum clariſſ. *Joh. Seldenum* armig. 1649.

abbas ex ſua parte requiſivit voluntatem regis, tunc tandem donavit & miſit nobis quatuor de monachis ſuis dominum *Lanzonem* & tres ſocios ſuos; Quibus donavimus in principio omnia quæ eis promiſimus, & confirmavimus per ſcriptum noſtrum quod miſimus abbati *Cluniacenſi* & conventui, quia noluerunt nobis ante monachos mittere quam haberent confirmationem noſtram & regis quam eis promiſimus de omnibus rebus quas eis donavimus. Et ſic dati ſunt mihi & uxori meæ monachi *Cluniacenſes* in *Anglicam* terram. Poſt mortem vero domini mei *Willielmi* regis cum filius ſuus *Willielmus* veniſſet in *Anglicam* terram propter regnum, & multa fuiſſet diſcordia de regno & dubitatio de fine, & ego in multis periculis cotidie, monſtraverunt mihi dominus *Lanzo* Prior & monachi mei quod apud *Cluniacum* eſſet confirmatio mea quam feceram de rebus quas illis dederam in principio, & quod ipſi inde nullum munimentum haberent, & quod propter dubia & futura tempora deberem eis omnem ſecuritatem de meis donis & conceſſis facere. Quod feci libenter conſilio fidelium meorum per hanc alteram cartam meam. Volo ergo quod ſciant qui ſunt & qui futuri ſunt, quod ego *Willielmus* de *Warrenna Surreiæ* comes donavi & confirmavi Deo & ſancto *Petro* & abbati & conventui de *Cluniaco* eccleſiam ſancti *Pancratii* quæ ſita eſt ſub caſtro meo *Lewiarum*, & eidem ſancto *Pancratio* & monachis *Cluniacenſibus* quicunq; in ipſa eccleſia ſancti *Pancracii* Deo ſervient inperpetuum, donavi pro ſalute animæ meæ & animæ *Gundredæ* uxoris meæ & pro anima domini mei *Willielmi* Regis qui me in *Anglicam* terram adduxit, & per cujus licentiam monachos venire feci, & qui meam priorem donationem confirmavit, & pro ſalute dominæ meæ *Matildis* Reginæ, matris uxoris meæ, & pro ſalute domini mei *Willielmi* Regis filii ſui, poſt cujus adventum in *Anglicam* terram hanc cartam feci, & qui me comitem *Surregiæ* fecit, & pro ſalute omnium hæredum meorum & omnium fidelium Chriſti vivorum & mortuorum, in ſuſtentationem prædictorum monachorum ſancti *Pancratii*, manſionem *Falemelum* nomine, totum quicquid ibi in dominio habui, cum hida terræ quam *Euſtachius* in *Burgamela* tenet & ad ipſam manſionem pertinet. Manſionem quoq; *Carlentonam* nomine quam domina mea *Matildis* Regina dedit *Gundredæ* uxori meæ & mihi, & hoc conceſſit & confirmavit dominus meus Rex *Willielmus* in auxilium ad fundandum novos monachos noſtros, totum quod ibi habuimus. Et in *Swamberga* quinq; hidas & dimidiam. Terram etiam quæ vocatur *Inſula*, juxta monaſterium, cum pratis & paſcuis. Totam etiam terram quam ego in dominio habui intra Inſulam in qua monaſterium ſitum eſt, cum molendino ſuper ſtagnum quod ibi juxta eſt poſito, & cum uno ſuburbano ibi juxta poſito, *Lewino* nomine. In *Tuniaco* terram quæ fuit *Normanni*, virgam terræ quæ vocatur *Redrewell*, & alteram virgam nomine **Stanforde**. In *Waſtedena* duas hidas cum quatuor villanis & uno prato. Decimas quoq; terrarum mearum, & illas nominatim quas *Richardus* preſbyter tenet & tenebit in vita ſua, ita quod poſt mortem ejus monachis remanebunt. Conceſſionem feci etiam omnium decimarum quas homines mei ibi dederunt vel poſtea daturi ſunt. Poſtea verò donavi eis *Waltonam* cum omnibus liberis hominibus quos *Gundreda* cum ipſa manſione ibi de me tenuit, quicquid ibi habui tunc inter duas aquas de *Limea* & de **Welleſtream**, in terris & mariſcis & paſcuis & aquis cum hominibus & omnibus eorum ſerviciis & cum omnibus rebus, ita quod duo hoſpicia mihi & hæredibus meis ibi per annum retinui, unum in eundo in **Everwitſire** & alterum in redeundo pro omnibus ſerviciis quæ mihi facere ſolebant homines de mariſco in vecturis & ſummagiis per terram & aquam, huc & illuc, & pro omnibus aliis ſerviciis, unde volo quod liberi & quieti ſint erga me & hæredes meos de omni ſervicio imperpetuum. Et ſi ibi hoſpitamur plus quam bis in anno, totum quod ibi de ſuo vel nos vel homines noſtri quicunq; illuc per annum per nos venerit, ſuper duo prædicta hoſpitia expendimus, computabunt, & reddemus eis de noſtro in fine anni ſuper periculum animarum noſtrarum. Sic facio ego, & ſic faciam, & ſic volo quod faciant hæredes mei, ne propter hanc cauſam vertant elemoſinam meam & ſuam in ſervitutem & rapinam, ſicut volunt ſalvari in die judicii. Præterea donavi eis eccleſiam de *Acra* cum duabus carucis terræ, ubi ego & *Gundreda* adhuc vivens propoſuimus facere monaſterium & domos & ponere monachos de monachis noſtris ſancti *Pancratii*, de quibus etiam poſuimus primo in eccleſia caſtelli noſtri de *Acra*. Et hæc promiſit mihi dominus *Lanzo* quod faceret, ſic tamen quod Prior & monachi de *Acra* ſemper ſubditi ſint & in libera ordinatione Prioris ſancti *Pancratii*. Et Prior & conventus ſancti *Pancratii* habeant & diſponant domum de *Acra* ſine omni contradictione ſicut proprios monachos ſuos de clauſtro ſuo, & ſic faciam ſi Deus ſervaverit mihi vitam & ſanitatem. Et ſi non poſſum perficere, volo quod hæres meus perficiat. Et ſi hæredes mei poſt me in ſuo tempore aliquam elemoſinam fundaverint, volo quod eam ſancto *Pancratio* ſubmittant, & ſemper ſanctum *Pancratium* capud honoris ſui habeant, & ibi ſe mecum reddant ubi jacet *Gundreda* uxor mea, & ego cum ea reddidi corpus meum, & ipſi ſimiliter mecum faciant. Omnes has antedictas res dedi Deo & ſancto *Pancratio* & monachis ibi Deo ſervituris, vivente & volente *Gundreda* uxore mea, & *Willielmo* & *Raynaldo* filiis & hæredibus meis. Sed poſt mortem *Gundredæ* feci eis hanc cartam. Poſt cujus mortem donavi etiam eis pro anima illius & mea & omnium hæredum meorum manſionem in **Norfolk**, **Hecham** nomine, totum quod ibi habui cum terra *Pagani* præpoſiti, & cum omnibus liberis hominibus quorum cenſum idem *Paganus* recipiebat. Et hanc donationem meam volo quod hæredes mei conceſſam & firmatam habeant, quia & eam conceſſit & confirmavit dominus meus Rex *Willielmus* ſicut aliàs fecerat pater ſuus. Has omnes ſupradictas res donavi monachis ad habendum imperpetuum tam liberas & quietas ab omnibus cauſis & cuſtumis & ſervitiis ſicut eas liberas habui & ſicut aliquis liber homo habet vel habere poteſt ſuum dominium vel dare ſuam elemoſinam: Et ſi eveniat quod Rex terræ aliquid inde quærat vel hidagium vel danegildum vel qualecumque geldum vel ſervicium vel quamcumque rem, ego quamdiu vivam eas liberatas & acquietatas faciam ſicut meum dominium, & hæres meus poſt me, & ſui poſt illum ſimiliter imperpetuum faciant de omnibus rebus quæcumque ſolent vel poterunt vel unquam contingere inpoſterum ab aliquo domino vel homine requiri erga regem, & omnes homines ut monachi ſemper ſint in pace, & ſui omnes & omnia ſua. Pro qua re volo quod ſi aliqua contentio vel diſſentio vel leſura vel aliqua injuria ſurgat inter homines ſancti *Pancratii* & me vel meus unde forisfactura eveniat, Prior ſancti *Pancratii* ſemper capiat & habeat pro me forisfacturam & emendationem de hominibus ſuis, ne per hanc cauſam poſſint qui venturi ſunt lædere & confundere homines Sancti, & ſic volo quod faciant hæredes mei & ſiego aliqua adhuc addidero vel hæredes mei, poſt me, Volo quod omnia illa tam liberè donentur & habeantur, ſicut ego iſta omnia donavi & quod ipſi ſimiliter velint & faciant. Et volo quod ſicut ego creſco creſcant & res monachorum, & ſicut creſcunt res & bona eorum quod creſcat numerus eorum, & ſic volo & laudo & præcipio quod velint & faciant & ſervent hæredes mei, & firmum & ſtabile habeant quod ego feci, & ego firmum & ſtabile habeo quod ipſi facturi ſunt. Et quicumque contra hanc donationem meam venerit vel eam in aliquo minuerit vel in pejus mutaverit, iram & maledictionem Dei omnipotentis & celerem vindictam in corde & in anima in hoc mundo & in die judicii incurrat, & tota maledictio quam pater poteſt dare malis filiis ſuis ex parte mea ſuper illum veniat Fiat, Fiat. Et quicumque hanc meam donationem ſervaverit & defenderit & accreverit, Benedictionem Dei omnipotentis & gratiam in hac vita, & in alia in corpore & in anima ſuper ſe habeat, & tota benedictio quam pater poteſt dare bonis filiis ſuis, ex parte mea ſuper eum veniat & maneat ſine fine. *Amen. Amen.* Similiter precor Deum ut eveniat ſi hæres meus poſt me vel ſuus poſt eum vel quicumque ex ſucceſſoribus meis aliqua bona addiderit ad ea quæ ego donavi, quicumque poſt eos contra illorum donationem venerit in malum veniat Deus contra illum in malum, & quicumque eam defendit & ſervaverit, defendat eum Deus ab omni malo. Præterea volo quod ſciant monachi mei & heredes mei, quod quando ego & *Gundrada* perquiſivimus à domino *Hugone* abbate, qui venerat ad loquendum cum domino meo rege in *Normanniam*, quod redderet nobis dominum *Lanzonem* Priorem noſtrum quem toto anno apud *Cluniacum* retinuerat, unde tam commoti fuimus quod penè propoſuimus dimittere conceptum noſtrum, vel auferre eis & dare eccleſiam noſtram *Majori monaſterio*, tunc etiam conceſſit nobis & promiſit abbas ad multam deprecationem, quod ſi Deus creſceret domum noſtram faceret eam ſicut unam ex magnis poſt mortem domini *Lanzonis* vel promotionem in aliquam majorem dignitatem; Quando monachi ſancti *Pancratii* mitterent ad *Cluniacum* propter Priorem, mitterent eis in Priorem unum ex melioribus monachis ſuis de tota congregatione quem ſcirent ſanctiorem ad ordinem & ad animas regendas ſecundum Deum, & ſapientiorem ad domum gubernandam ſecundum ſeculum præter majorem Priorem de *Cluniaco* & Priorem de *Caritate*. Et quod ipſe foret ad remanendum & nunquam removeretur, niſi tam juſta & manifeſta eſſet cauſa, quod nemo rationabiliter deberet contradicere, & inde fecit nobis ſcriptum ſuum cum ſigillo ſuo quod habeo. Et hæc perquiſivimus quia timuimus ne dominus *Lanzo* cum rediſſet, cito auferreretur nobis quia rex quos meliores invenire potuit in dignitates eccleſiæ exaltavit, & nobis audientibus requiſivit ab abbate quod mitteret ei duodecim de ſanctis monachis ſuis, & eos omnes faceret epiſcopos & abbates in terra hæreditatis ſuæ quam ei dederat Deus. Et etiam præcogitavimus quod ſi nova adhuc domus & tenera ſæpe novum Priorem haberet, & in novas manus veniret, nunquam ad magnum profectum perveniret. Et quia noluimus quod elemoſina noſtra impoſterum in ſecularem ſervitutem verteretur, tunc conſtitutum eſt inter nos & abbatem, quod *Cluniacum* habeat omni anno L. ſolidos monetæ *Anglicæ* de dono ſancti *Pancratii*, & ſic libera ſit ab omni alia ſervitute & exactione & geldo, & abbas de nulla ordinatione domus ſe intromittat ſuper priorem niſi de obſervantia vel emendatione ordinis ubi Prior emendare non potuerit per ſe, neque de domibus ſuis, ſi aliquas unquam per gratiam Dei ſub ſe habuerit, ſed Prior ſancti *Pancratii* & conventus ſemper eas liberas habeant in ſua ordinatione ſicut eis fuerint donatæ. Et hoc voluimus & fecimus quia in deſiderio ſemper & ſpe fuimus facere domum & ponere monachos apud *Acram* caſtellum noſtrum quam nolumus alibi niſi ſancto *Pancratio* eſſe ſubjectam. Hanc donationem & cartam meam feci dominum meum regem apud *Winceſtriam* in concilio concedere & teſtimoniari per ſignum ſancte crucis de manu ſua, & per ſigna & teſtimonia epiſcoporum & comitum & baronum qui tunc fuerunt feliciter *Amen.* Venientibus contra hæc & deſtruentibus ea occurrat Deus in gladio iræ & furoris & vindictæ & maledictionis æternæ: ſervantibus autem hæc & defendentibus ea occurrat Deus in pace gratia & miſericordia & ſalute æterna. *Amen. Amen, Amen.*

Carta W. *comitis* Warrennæ *de eccleſiis in comitatu* Eboracenſi.

Ibid. SCiant præſentes & futuri quod ego *Willielmus* comes de *Warehna* dedi &c. Deo & ſancto *Pancratio* & monachis de Lewes ibidem Deo ſervientibus eccleſiam de Cuningeburgh cum pertinentiis, eccleſiam de Hertille cum pertinentiis, eccleſiam de Fiſlac cum pertinentiis, eccleſiam de Hetfeld cum capella de Torne & omnibus pertinentiis, eccleſiam de parva Sandall cum capella de Harnoldeſthorp cum omnibus pertinentiis, eccleſiam etiam de Wakefeld cum capella de Horbirie cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam de Halifax cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Dewesbury cum capella de Herteſheved & omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam de Burton cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam de majori-Sandale cum omnibus pertinentiis ſuis &c, Hiis teſtibus, (&c.)

Quod hujuſmodi Prioratus ſit indigena.

Ex regiſt. de *Caſtle-acre* fol. 131.

Vide Pat. 47. *E.* 3. part. 1. memb. 10.

E*Dwardus* Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ* omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod cum dilecti nobis in Chriſto frater *Hugo* nuper Prior *Lewenſis* & ejuſdem loci conventus, ordinis *Cluniacenſis*, *Ciceſtrenſis* dioceſis, nuper nobis advocationes eccleſiarum de **Fichlak**, de *magna-*~**Sandale** *Eboracenſis* dioceſis, **Riſton** *Norwicenſis* dioceſis, **Whaddon** & **Carton** *Elienſis* dioceſis, de patronatu ſuo per cartam ſuam dederunt & conceſſerunt Habendas & tenendas nobis & hæredibus noſtris imperpetuum, ſub ea conditione quod immunitati eorum, videlicet quod ipſi ut indigenæ & non alienigenæ teneri & reputari, & de fine, firma, ſubſidio, ac omnibus aliis oneribus impoſitionibus & demandis quæ ab eis ut de alienigenis occaſione guerræ inter nos & adverſarios noſtros *Franciæ* exigerentur vel alia quacunque cauſa ut de alienigenis exigi poſſent quietari & exonerari valerent provideri faceremus: Ac nos viceſimo quinto die Februarii, anno regni noſtri *Angliæ* viceſimo quinto, prætextu donationis & conceſſionis prædictarum, & in recompenſationem advocationum prædictarum, ex noſtra certa ſcientia & de concilio & aſſenſu præfatorum comitum, baronum, & aliorum de concilio noſtro nobiſcum exiſtentium conceſſerimus eiſdem Priori & conventui pro nobis & hæredibus noſtris quod iidem Prior & conventus & eorum ſucceſſores cujuſcunque nationis vel conditionis forent ut indigenæ & non alienigenæ, ex tunc tenerentur & reputarentur. Et quod dictus Prioratus terras tenementa redditus ſervitia feoda militum & advocationes eccleſiarum libertates & omnia alia prædicto Prioratui qualitercunq; ſpectantia, occaſione alicujus guerre inter nos & hæredes noſtros & *Gallicos* ſeu aliquos alios alienigenas tunc motæ vel movende vel alterius cujuſcunq; cauſæ propter quam terras tenementa redditus ſervitia feoda militum advocationes eccleſiarum, libertates, vel quæcunque alia ad religioſos alienigenas ſpectantia in manum noſtram vel hæredum noſtrorum capi contingeret vel ſeyſiri, ex tunc non caperentur vel ſeyſirentur, nec quod aliqua impoſitiones ſeu auxilia eis ut alienigenis ex quacunq; cauſa imponerentur, licet aliqua impoſitiones ſeu auxilia aliis religioſis alienigenis per nos vel hæredes noſtros impoſita forent, ſed in omnibꝰ ut indigenæ & *Anglici* haberentur & pertractarentur, & eſſent de eadem conditione in omnibus ſicut *Anglici* eſſent in perpetuum. Et quod ipſi prior & conventus & eorum ſucceſſores de fine, firma, ſubſidio ac omnibus aliis oneribus impoſitionibus auxiliis & demandis quæ ab eis ut de alienigenis occaſione guerræ prædictæ vel alterius cujuſcunquæ cauſe alienigenas tangentis motæ vel movendæ impoſita vel ex tunc imponenda exigerentur vel exigi poſſent; Ac de arreragiis & omnibus aliis demandis ratione terrarum alienigenarum in manibus noſtris aut anteceſſorum noſtrorum ſeyſitarum vel non ſeyſitarum vel alia quacunque cauſa inde ſi quæ, pro tempore præterito deberentur, vel exigerentur, erga nos & hæredes noſtros liberi eſſent, exonerati, quieti, & penitùs imperpetuum abſoluti prout in literis noſtris patentibus inde confectis plenius continetur. Ac dilectus conſanguineus & fidelis noſter *Richardus* comes *Arundeliæ* patronus dicti Prioratus nobis jam ſupplicaverit, ut cum Prioratus de **Caſtelacre**, **Pritilwell**, **Farleye**, **Horton**, & **Staneſgate** ſint, & à tempore fundationis eorundem ſemper fuerunt cellæ & membra dicti Prioratus de **Lewes**, & ad eundem Prioratum de **Lewes** pertinent, velimus eandem immunitatem præfatis Priori & conventui de **Lewes** ſic conceſſa Prioribus dictorum Prioratuum de **Caſtelacre**, **Pritelwel**, **Farleye**, **Horton** & **Staneſgate**, concedere gratioſe; videlicet quod ipſi ut indigenæ & non alienigenæ de cætero teneri & reputari: Ac de fine, firma, ſubſidio, ac omnibus aliis oneribus impoſitionibus & demandis quæ ab eis ut de alienigenis occaſione hujuſmodi guerræ exiguntur, vel alia quacunque de cauſa ut de alienigenis exigi poſſint, quietari valeant & exonerari. Nos ob ſpecialem affectionem quam ad perſonam dicti comitis gerimus & habemus, & propter gratitudinem maximam quâ in eo præ cæteris ſemper in noſtris conciliis & agendis pronam & promptam invenimus; ac pro eo quod per inſpectionem tam cartæ domini *H.* quondam Regis *Angliæ* progenitoris noſtri quam aliarum cartarum & evidentiarum coram concilio noſtro oſtenſarum, nobis conſtat quod dicti Prioratus de **Caſtelacre**, **Pritilwell**, **Farleigh**, **Horton**, & **Staneſgate** ſunt, & à tempore fundationis eorundem ſemper fuerunt cellæ & membra dicti Prioratus de **Lewes** & ad eundem Prioratum de **Lewes** pertinentia, ſupplicationi prædictæ inclinati, de gratia noſtra ſpeciali, & ex noſtra certa ſcientia, conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris dilectis nobis in Chriſto *Johanni* nunc Priori de **Lewes** & ejuſdem loci conventui, ac Prioribus & conventibus dictorum Prioratuum & ſucceſſoribus ſuis, quod iidem Priores de **Caſtelacre**, **Pritilwel**, **Farleigh**, **Horton**, & **Staneſgate** & quilibet eorum ac monachi ibidem commorantes, ac eorum ſucceſſores cujuſcunque nationis fuerint, ut indigenæ & non alienigenæ de cætero teneantur & reputentur, & quod dicti Prioratus de **Caſtelacre**, **Pritilwell**, **Farleigh**, **Horton**, & **Staneſgate**, ac terræ, tenementa, redditus, ſervitia, feoda militum & advocationes eccleſiarum libertates & omnia alia eiſdem Prioratibus qualitercunque ſpectantia, occaſione alicujus guerræ inter nos vel hæredes noſtros & *Gallicos*, ſeu aliquos alios alienigenas motæ vel movendæ, vel alterius cujuſcunque cauſæ propter quam terras, tenementa, redditus, ſervitia, feoda militum, advocationes eccleſiarum, libertates, vel quæcunque alia ad religioſos alienigenas ſpectantia in manum noſtram, vel hæredum noſtrorum capi contigerit vel ſeyſiri in poſterum non capiantur vel ſeyſiantur; nec quod aliquas impoſitiones ſeu auxilia eis ut alienigenis ex quacunque cauſa imponantur; licet aliqua impoſitiones ſeu auxilia aliis religioſis alienigenis per nos vel hæredes noſtros in futurum impoſita fuerint, ſed in omnibus ut indigenæ & *Anglici* habeantur & pertractentur, & ſint de eadem conditione in omnibus ſicut *Anglici* ſunt in perpetuum: Quodque ipſi Priores & monachi de **Caſtelacre**, **Pritilwell**,

tilwell, Farleigh, Horton, & **Stanelſgate,** & eorum quilibet & eorum ſucceſſores, de fine, firma, ſubſidio, ac omnibus aliis oneribus, impoſitionibus, auxiliis, & demandis, quæ ab eis ut de alienigenis occaſione guerræ prædictæ vel alterius cujuſcunque cauſæ alienigenas tangentis motæ vel movendæ impoſitæ & impoſterum imponendæ, exigi poterunt in futurum, ex nunc erga nos & hæredes noſtros liberi ſint exonerati quieti & penitus inperpetuum abſoluti ſine contradictione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum aut miniſtrorum noſtrorum quorumcunque; Eo non obſtante quod dicti Prioratus de *Caſtelacra*, **Pritilwell, Farleigh, Horton,** & **Stanelſgate** in literis noſtris prædictis expreſſe nominati non fuerunt. Proviſo ſemper quod ſi prædicti Priores dictarum cellarum vel ſucceſſores ſui aut aliquis eorundem, apportum aliquod alicui domui religioſæ in partibus tranſmarinis ſolvere teneantur vel teneatur, iidem Priores earundem cellarum & ſucceſſores ſui apportum illud nobis & hæredibus noſtris de cætero ſolvant. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* viceſimo die Maii anno regni noſtri *Angliæ* quadrageſimo ſeptimo, regni vero noſtri *Franciæ* triceſimo quarto.

Vide vol. 2 *pag.* 908 *col.* 1.

PRITTLEWELLENSIS

Prioratus in agro Eſſexienſi, *cella de* **Lewes.**

De Prioribus de **Castle-Acre** *&* **Prittlewell** *attachiandis ad oſtendendum curiæ compoſitiones et fundationes ſuas.*

Recorda de term. *Mich.* 6. H. 4 rot. 37.

Comperto in originali de anno xlvij. domini *Edw.* nuper regis *Angliæ* avi regis nunc, rotulo videlicet xiiij. quod idem nuper Rex-, pro eo quod frater *Hugo* nuper Prior *Lewenſis*, & ejuſdem loci conventus ordinis *Cluniacenſis*, *Ciceſtrenſis* dioc. eidem nuper regi advocationes eccleſiarum de **Fiſhlake,** & *magna* **Sandale** *Ebor.* dioc. **Riſton** *Norwicen.* **Whaddon & Catton** *Elien.* dioc. de patronatu ſuo per cartam ſuam dederint & conceſſerint, habendas & tenendas dicto nuper regi & hæredibus ſuis imperpetuum ſub ea conditione quod immunitati eorum, videlicet quod ipſi ut indigenæ & non alienigene teneri & reputari (&c.) poſſent (&c.) Prior de **Prittlewell** ad eundem diem venit in propria perſona ſua & exhibuit curiæ quoddam tranſcriptum de quodam veteri libro penes domum ſuam prædictam remanente, quod eſt inter billas de hoc termino; cujus tenor ſequitur, in hæc verba.

Sciant præſentes et futuri quod ego Robertus *filius* Sueni, *dedi Deo et beatæ* Mariæ *ad locum ſancti* Pancratii *de* **Lewes,** *eccleſiam de* **Pritelwell,** *et quicquid tres Presbiteri ipſius eccleſiæ tenent, in terris, et herbis, et decimis, & quicquid aliud ad eandem eccleſiam pertinet, in liberam elemoſinam, abſolutam & quietam ab omnibus conſuetudinibus & ſerviciis ſecularibus. Hoc autem dedi pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & patris & matris & aviæ meæ* Beatricis, *atque illorum omnium qui locum ipſum augere & manutenere ſtuduerint. Prædicti vero preſbiteri quamdiu vivent quinque ſolidos ad locum ſancti* Pancratii *omni anno pro recognitione dabunt. Cum autem aliquis dictorum presbiterorum mortuus fuerit, portio mortui ad locum ſancti* Pancratii *deveniet: Poſtquam autem prædictæ res liberatæ fuerint, ut monachi de* **Pritelwell** *competenter habitare poſſent, Prior de* **Lewes** *de monachis ſuis, ordinabit ibi libere & ſine alicujus contradictione Priorem & conventum monachorum qui pro me et omnibus anteceſſoribus et ſucceſſoribus meis, et omnibus illis qui locum ipſum augebunt et manutenebunt Deo et beatæ* Mariæ *ſub beato* Pancratio *deſervient imperpetuum, ad quorum ſuſtentationem omnia ſupradicta quæ ibi a me donata ſunt, et quæ in futuro à me et hæredibus meis, vel aliis fidelibus donabuntur, ſemper ibidem remanebunt. Habebit autem Prior de ſancto* Pancratio *imperpetuum emendationem et ordinationem et ſubjectionem de Priore et monachis de* **Pritelwell** *tanquam de ſuis propriis ſecundum regulam ſancti* Benedicti *et ordinem de* Cluniaco. *Reddet autem Prior de* **Prittelwell** *Priori de* **Lewes** *ſingulis annis imperpetuum in feſto ſancti* Pancratii *unam marcam argenti pro recognitione. Hanc autem meam donationem ego et hæredes mei warantizabimus erga dominum regem et omnes alios homines. Hæc donatio facta eſt ſolempniter in capitulo ſancti* Pancratii *et ibidem ſigillo meo confirmata. Teſte,* Alberico *de* **Ver,** *et* Roberto *fratre ejus,* Warino *filio* Geroldi, *et* Willielmo *filio* Odonis, *et* Ollardo *filio* Adelelmi, *et* Reimundo *filio* Walteri, *et* Jordano *filio* Radulphi, et Ricardo *filio* Willielmi.

Et quoad oſtendendum aliquam aliam fundationem Prioratus prædicti non habet, nec aliqui prædeceſſorum ſuorum habuerunt (&c.)

WESTACRENSIS

Prioratus in agro Norfolcienſi, *cella de* **Lewes.**

Carta Radulphi *de* Toneio.

Ab exemplari quodam penes cl. virum H. *Spelman* equitem auratum an. 1636.

Oliverus ſacerdos de *Acra* *Galteruſque* ſuus filius, cum magna ſanctitate apud *Weſtacram*, huic canonicæ normæ, cum omnibus ſuis rebus, ſe tradiderunt in territorio *Radulphi* de *Toneio*. Igitur ego *Radulphus* de *Toneio*, cum uxore mea *Aelic*, omnibuſque meis pueris, *Rogerio*, *Radulpho*, pro nobis & animabus anteceſſorum noſtrorum concedimus & confirmamus eccleſiæ omnium ſanctorum de *Acra*, & *Olivero* ſacerdoti, & *Galtero* ſuo filio, omnibuſque canonicis ibi manentibus ſuiſque poſteris, Deo ibidem ſervientibus, feodum quod

Oliverus ſacerdos ſub me tenuit. Hujus confirmationis ſunt teſtes *Giſlebertus Blondus*, *Gulielmus* de *Portis*, *Rogerus Gros*, *Galterus* capellanus, *Willielmus* filius . . . . , *Radulphus* de . . . . , *Willielmus* de *Lira*, *Gulielmus* preſbiter, *Petrus* de *Cran* . . . *Turaldus*, *Gefredus* de *Merlai*, *Siric* de **Holm**, *Britmarus* & filius ſuus, cum omni ſoca *Nocentunia*.

FARLEYENSIS

Prioratus in agro Wiltonienſi, *(cella de* **Lewes** *)* fundatus anno* MCxxv.

* Annales de *Lewes* in bibl. *Cotton.*

Carta Humfridi *de* **Bohun** *Regis dapiferi de fundatione Prioratus de* **Farleighe**.

Ex regiſt. Priorat. de *Lewes* penes v. c. *Joh. Seldenum* an. 1650.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Humfridus* de **Bohun** Regis dapifer & *Marger.* uxor mea cum conſilio & aſſenſu baronum & hominum noſtrorum donamus & concedimus & hac carta noſtra confirmamus Deo & ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* & monachis apud *Ferleiam* Deo ſervientibus, in liberam & quietam & perpetuam elemoſinam totum manerium de *Farleia* cum parcho & cum omnibus aliis rebus ad eandem villam pertinentibus, præter unam hidam terræ quam *Willielmus* de *Inſula* tenet. Et donamus eis ſimiliter eccleſiam de **Biſſopeſtreu** cum omnibus quæ ad eccleſiam pertinent, & unam hidam terræ in eadem villa de dono *Mathildis* de **Bohun** & paſturam ad centum oves & ad carucatam boum in eadem villa. Donamus quoque eis & concedimus eccleſiam de **Winelesford** & eccleſiam de *Wocbeſeya* cum eccleſia de *Cheryntona*, & decem ſolidos de eccleſia de **Croubrig**. Donamus eiſdem monachis eccleſiam de *Hedyngtona* cum tota decima dominii noſtri in eadem villa tam de frugibus quam de pecudibus & omnibus aliis rebus cum domo & virgulto quæ fuerunt *Simonis* clerici. Et donamus eis medietatem eccleſiæ de *Waletona* quæ ad feudum noſtrum pertinet, & decimam dominii de *Stanertona*, cum omnibus rebus, & decimam indomitorum Pullorum de *Strattona* & *Occheſeya*, & unum miliarium anguillarum de *Carentoem* ſingulis annis, & unam marcam argenti apud **Bradeham**. Præterea concedimus eis & confirmamus *Broctonam* quam *Ilbertus* de **Chaz** eis dedit ſolutam & quietam ab omni ſervicio ad nos pertinente. Similiter terram de *Bera* quam *Oſmundus* miles eis dedit. Concedimus quoque eis *Thornbullam* quam *Robertus Adelinus* ipſis dedit ſalvo ſervitio Regis *Henrici*. Præterea concedimus eis & confirmamus terram de **Hanum** quam *Hugo* de **Chalvefelde**, & *Leolſelina* mater ſua, cum hæredibus ſuis ipſis vendiderunt ſolutam, & quietam de omnibus rebus, excepta quarta parte feodi unius militis. Concedimus quoque eis decimam de *Tymbresbera*, & de *Plumberea*, & de *Beilochesleia*, quam *Gaufridus* Dapiſer eis dedit. Et decimam de *Cluttona* cum uno homine ſex ſolidos reddente in eadem villa, ex dono *Ilberti* de **Chaz**, & eccleſiam de *Ferenberga* poſt mortem *Haraldi* presbiteri, & eccleſiam de *Cluttona* ex donatione prædicti *Ilberti*, & ex dono ipſius decem ſolidatas terræ de *Hechefingetona*, & quinq; ſolidatas terræ ibidem ex dono *Simonis* clerici, & quinque acras terræ apud **Hoerthebam** ex dono *Achardi*, & medietatem decimæ ipſius. Concedimus quoque eis & confirmamus molendinum de **Duberehe** quod *Radulfus Wake* ipſis dedit, & molendinum de *Bosa* quod *Bartholomæus Bygot* eis dedit, cum uno homine, & terra ſua quinque ſolidos reddente, ſcilicet *Herberto* de *Wadeſwica*, & molendinum de *Strattona* ex donatione *Roberti* de *Carentoem*. Molendinum quoque de *Tymbresbera* ex dono *Willielmi* filii *Gaufridi*. Iſta omnia, cum univerſis libertatibus donamus, & concedimus, & preſenti carta confirmamus, in quietam & perpetuam elemoſynam eccleſiæ de *Farleia* & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animarum noſtrarum & omnium ad nos pertinentium. His teſtibus, *Ilberto* de **Chaz**, *Gaufrido* dapifero, *Willielmo* de **Boeſevill**, *Roberto Adelino*, *Bartholomeo Bygod*, *Rogero* de **Pelcint**, *Humfrido Pancevonte*, *Humfrido* de ſancto *Vigore*, & multis aliis.

Alia carta ejuſdem *Humfridi*.

Ex autog in officio Armoru

S*Ciant præſentes & futuri quod ego* Humfridus *de* **Bohun** *comes* Herfordiæ *&* Eſſexiæ *conſtabularius* Angliæ, *cum conſilio & aſſenſu baronum & hominum noſtrorum concedimus & hac carta noſtra confirmavimus* Deo *& ſanctæ* Mariæ Magdalenæ *& monachis apud* **Farleg** *Deo ſervientibus totum ipſum manerium de* **Ferleg** *cum parco & omnibus eidem villæ adjacentibus, ſolutum & quietum ab omni ſervicio, in liberam & perpetuam elemoſinam. Concedimus etiam eis eccleſiam de* **Biſopeſtreu** *cum omnibus quæ ad eccleſiam pertinent. Et unam hidam terræ in eadem villa de bono* Matildis *de* **Bohun**. *Concedimus quoque eis eccleſiam de* **Wivelesford** *& eccleſiam de* **Wokeſle**, *& eccleſiam de* **Hevintune** *cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam decimam dominii noſtri in eadem villa tam de frugibus quam de pecudibus & omnibus aliis rebus, cum domo & virgulto quæ fuerunt* Simonis *clerici. Concedimus etiam prædictis monachis medietatem eccleſiæ de* **Waletune** *quæ ad feodum noſtrum pertinet, & decimam de dominio noſtro de* **Stavertune** *in omnibus rebus, & decimam indomitorum pullorum de* Wokeſia, *& unum miliarium anguillarum de* Carentoem *ſingulis annis. Concedimus quoque eis terram de* **Elmovere** *& terram de* **Cerneia** *reddentem dimidiam marcam argenti. Præterea concedimus eis & confirmamus* Broctonam *quam* Ilbertus *de* **Chaz** *eis dedit, liberam & quietam ab omnibus ſervitiis & querelis quæ ad me pertinenti excepto ſervicio regis. Concedimus etiam eis & hac carta noſtra confirmamus totam villam de* **Thornhulle** *cum omnibus pertinentiis, quam* Robertus Adalelini *ipſis dedit, ſalvo ſervicio meo & domini regis. Præterea concedimus eis & confirmamus terram de* **Hanum** *quam* Hugo *de* de **Chaldeford** & Leoſcelina *mater ſua cum heredibus ſuis vendiderunt, ſolutam & quietam de omnibus rebus excepta quarta parte unius militis. Concedimus etiam eis terram de* Bera *quam* Oſmundus *miles eis dedit. Concedimus quoque eis decimam de* Tunbresberga *de dominio, & de* Pumberia, *& terram de* **Horningesham** *quam* Gaufredus *dapifer eis dedit, & decimam de* **Duttune** *de dominio cum uno homine ſex ſolidos reddente in eadem villa ex dono* Ilberti *de* **Chaz**, *& terram de* **Hethelhamtune** *ex dono prædicti* Ilberti *de* **Chaz**, *& undecim ſolidatas terræ apud* Frembergam, *de dono* Willielmi *de* Gramvilla, *& quinque acras terræ apud* **Hertham** *de dono* Achardi, *& medietatem decimæ ipſius. Concedimus quoque eis & confirmamus molendinum de* **Dunelitz** *quod* Radulfus Wac *eis dedit, & molendinum de* Bora *quod* Bartholomeus Bigot *eis dedit cum homine & terra ſua quinque ſolidos reddente. Molendinum quoque de* **Tunberberg** *ex dono* Willielmi *filii* Gaufredi *& tres ſolidatas terræ apud* **[illegible]** *ex dono* Humfridi *de ſancto* Vigore. *Concedimus etiam eis & confirmamus terram quam* Philippus *filius* Edwini *tenuit in* Nova villa *cum pertinentiis ſuis quam* Galfridus *filius* Willielmi *eis dedit in liberam puram & perpetuam eleemoſinam. Donamus etiam eis & confirmamus omnes decimas noſtras de dominico noſtro in* **Wivelesford** *&* **Maniggeford** *cum pertinentiis quantum ad nos pertinet, ſalvo redditu xxx. ſol. hoſpitali* S. Nich. Sarrum *ad terminos in compoſitione contentos inter decanum & capitulum* Sarrum *& magiſtrum & fratres prædicti hoſpitalis ex parte una, & noſtra ex altera facta. Donamus etiam eiſdem & confirmamus in manerio noſtro de* **Maniggeford** *in la* **Wike** *terram quæ vocatur la* **Gore** *cum pertinentiis, & ſe extendit juxta regiam ſtratam verſus* **Maniggeford** *prope domum* Ricardi Goſtard, *& quatuor acras terræ cum pertinentiis quæ jacent in campo verſus* **Woveberg** *ultra la* **Forteweie** *verſus* **Morch**, *& ſe extendunt in la* **Slede** *juxta terram* Ricardi Goſtard *cum latitudine prædictarum acrarum uſque ad terram noſtram arabilem uſque la* **Slede** *ſalva reversione carucarum veſtrarum. Habendas & tenendas libere & quiete in pratis & paſcuis cum hominibus meis de la* **Wike** *in liberam puram et perpetuam elemoſinam. Iſta omnia cum univerſis libertatibus concedimus et præſenti carta noſtra confirmamus in quietam et perpetuam elemoſinam eccleſiæ de* **Farleg** *et monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animarum noſtrarum et omnium ad nos pertinentium, ſalvis omnibus ſervitiis ſupra nominatis. Teſtibus hiis, dominis* Humfrido *de* **Bohun** *filio noſtro primogenito et herede* Henrico *de* **Boun** *fratre ſuo,* Waltero *de* **Aveneshire**, Oſberto *de* **Aveneshire**, Johanne *de* **Vernun** *tunc vicecomite* Wiltiſſiriæ, Willielmo le Manſel, Milone *de* **Mulle**, Henrico le **Blis**, *domino* Andrea *capellano noſtro,* Ricardo *de* **Ayſevile**, Henrico *de* **Wermeleie**, Petro *de* **Dunintun**, *et multis aliis.*

Carta Regis Henrici *tertii, donatorum conceſſiones recitans et confirmans.*

[illegible] 10. H. [illegible] par. 1. [illegible] per [illegible]

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* (&c.) ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, conceſſiſſe, & preſenti Carta noſtra confirmaſſe eccleſie de *Ferleia*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & eccleſias, & decimas, & tenuras, quas, *Humfridus* de *Bohun*, ejuſdem loci fundator, & milites ſui, eis dederunt, ſicut Cartæ eorum teſtantur, & eccleſiam de **Chippeham**, cum decimis, & terris, & capellis, & pratis, & paſcuis, & omnibus rebus ad eam pertinentibus, & *Merſtonam*, quæ eſt membrum de *Wurda*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam hidam terram in *Ruda*, quæ vocatur *Forangra* ſicut eis dedit domina Imperatrix, mater *Henrici* Regis avi noſtri, & quadraginta acras de aſſartis in Foreſta de *Weſtbiria*, quæ facta ſunt in **Havedingehull**, & omnibus pertinentiis ſuis, & dimidiam hidam terræ in **Penlegh**, & pannagium porcorum ſuorum in Foreſta noſtra de **Chippeham**, quos homines ſui poterunt affidare ſuos eſſe proprios, & in eadem Foreſta, quantum poterunt attrahere unaquaque die cum una carecta de mortuo boſco, & medietatem villæ de *Lya*, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut *Radulfus* de **Lambaley** eis dedit, & molendinum de **Broc**, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut *Ailricus* illud unquam melius habuit & tenuit, & unam manſuram in *Leya* ſcilicet ad **Pleiſtude**, & dimidiam hidam terræ in **Bratton**, quam *Rogerus Cocus* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam virgatam terræ in *Buthona*, quæ vocatur **Purtland**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & molendinum in *Boxa*, ſicut *Bartholomeus Bigot* eis dedit, & terram de *Wadeſwina*, quam *Herbertus* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis ex dono prædicti *Bartholomei*, & decimas piſcariarum de *Gerva* & *Redleya*, & de **Herlyngeham**, & Heremitorium de **Groſmunt**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes tenuras quas habent de dominiis noſtris, & omnes terras & eccleſias, & decimas, & tenuras quas habuerunt tempore Regis *Henrici* primi, & quas poſtea rationabiliter perquiſierunt, ſicut carta donatorum eis teſtantur, de cujuſcunque feodo, vel donatione ſint. Quare volumus (*&c.*) His teſtibus venerabilibus patribus *J. Bathonienſi R. Sariſburienſi* epiſcopis, *H. Burgo* comite *Knnciæ*, Juſticiario noſtro, *Radulfo* filio *Nicholai*, *Richardo* de *Argenton*, ſeneſchallis noſtris, *Henrico* de *capella* & aliis. Datum per manum venerabilis patris *R. Ciceſtriæ* epiſcopi, Cancellarii noſtri apud *Weſtmonaſterium* xvj. die Martii, anno regni noſtri undecimo.

HORTONENSIS *Prioratus in com.* Cantii, *cella de* **Lewes.**

Carta Roberti *filii* Bernardi *de* **Ver** *de fundatione Prioratus de* **Horton.**

Ex regiſt. ejuſdem Prioratus.

Reverendo in Chriſto patri & domino domino R. divina miſeratione abbati *Cluniaci* radiis ſinceræ devotionis & omnium virtutum viro commendabiliter adornato vir humilis & devotus *Robertus* de **Ver** filius *Bernardi* omnimodum honorem debitum tanto patri & fructum ſervicii ſalutatis.

Noverit almifica veſtra paternitas lucidius Deo gratiſſima me apud *Hortonam Cantuarienſis* diœceſis in honore Dei beatæ *Mariæ* & ſancti *Johannis* evangeliſtæ ad ſalutem animæ meæ & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum eccleſiam fundaſſe & conſtruxiſſe, & eam tam in temporalibus quam ſpiritualibus promoviſſe & accumulaſſe, volentemque & affectantem miniſtros veſtri ſanctiſſimi ordinis *Cluniaci* monachos Deo ſervituros imperpetuum fore in eadem, inſigniſſimi noſtri regis conceſſione gratioſa & confirmatione votiva primitus perceptatis, ac veſtro ſacratiſſimo patrocinio benignius confovente, idem opus caritativum in puram & perpetuam elemoſinam ab adverſis facilius conſervari & in proſperis æternaliter communiri. Igitur veſtræ prælibatæ paternitati ſupplico humiliter & devote ut me in ſinum veſtræ puræ religionis devotionis & orationis clementius ſuſcipere, ac veſtre fraternitatis piis ſuffragiis conſolare, dictæque eccleſiæ veſtræ de *Hortona* univerſa & ſingula jura privilegia & libertates à ſanctis patribus ſedis apoſtolicæ & veſtris prædeceſſoribus veſtro venerabili monaſterio *Cluniaci* data conceſſa & confirmata à piæ fundationis tempore conferre & largiri dignemini gratioſe, quatinus in divinis officiis validius & avidius ſe exercere gaudeat ſine fine.

Alia ejuſdem Roberti *Carta.*

Ibid.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Robertus* de **Wer** conſtabularius regis *Anglie*, & *Adeliza* filia *Hugonis* de **Mountford** uxor mea damus & concedimus & præſenti carta confirmamus Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Johanni* & ſancto *Pancratio* & monachis de **Lewes** apud *Hortunam* Deo ſervientibus idem manerium cum omnibus rebus ad illud pertinentibus ſcilicet cum terra & hominibus de **Hyter** & de **Hangſel** & de mareſio & cum operibus quæ homines faciebant apud **Saltwood** & cum nemoribus **Redebroc** & **Witinghanger** in elemoſinam liberam & quietam ſicut dominium noſtrum. Prior de **Horton** reddet ſingulis annis eccleſiæ ſancti *Pancratii* unam marcam argenti pro recognitione. Habet autem Prior de ſancto *Pancratio* inperpetuum emendationem, onerationem & mercationem de Priore & monachis de **Horton** tanquam de ſuis propriis ſecundum regulam ſancti *Benedicti* & ordinem de *Cluniaco*. Præter hæc damus decimam de *Etretona* ſicut *Robertus* capellanus eam habuit. Et in *Eſſexia* eccleſiam *de* **Purly** cum omnibus decimis & conſuetudinibus ei pertinentibus. Damus etiam quinq; ſolidos qui reddebantur de **Hayter** & **Saltwood** & viginti & quinque denarios qui de eadem terra reddebantur *Eſtbrogiæ*. Hæc & omnia quæ dedimus & quæ daturi ſumus damus pro anima Reg. *Henrici* domini noſtri & incolumitate noſtra & pro animabus noſtrorum anteceſſorum & parentum & propinquorum & benefactorum noſtrorum, Quicquid etiam Barones vel homines noſtri ibidem in elemoſinam dederint eodem animo damus & concedimus. Teſtibus *Roberto* de **Wer** iuvene, *Roberto* de **Well**, *Roberto* de **Ochalveſton**, *Normanno* de **Eſſetof**, *Turſtano Dapifero*, *Hamone* de *Avenaro*, *Willielmo* filio *Henrici*, *Willielmo* filio ejus, *Simone* de **Meald**, *Willielmo* filio *Normanni*, *Ricardo* de **Well** filio *Roberti*, & *Willielmo* fratre ejus, *Godfrido* de **Meald** filio *Simonis*, & multis aliis.

Irrotulatur in memorandis ſcaccarii videlicet inter Recorda de termino ſancti *Michaelis* anno ſexto Regis *Henrici* quarti ex parte rememoratoris Regis videlicet in quodam proceſſu tangente Priores de *Caſtelacre*, *Prittwell*, *Horton*, & alios.

Alia etiam ejuſdem *Roberti* Carta.

Ibid.

N*Otum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris quod ego* Robertus *de* **Wer** *conſtabularius regis* Angliæ *&* Adeliza *filia* Hugonis *de* Monte-forti *uxor mea dedimus & conceſſimus Deo & beato Apoſtolo* Johanni *Evangeliſtæ & eccleſiæ de* **Horton** *& monachis in eadem eccleſia ad ſerviendum Deo & beato* Johanni *commorantibus manerium de* **Titendon** *cum omnibus pertinentiis ipſius manerii in perpetuam elemoſynam pro redemptione & ſalute animæ Regis* Henrici *& regis* Stephani *& animarum noſtrarum & omnium fidelium anteceſſorum noſtrorum, ita libere & quiete & honorifice tenendum & habendum ſicut nos tempore Regis* Henrici *prædicti dono ejuſdem tenuimus & habuimus, & poſtea Regis* Stephani, *ſcilicet cum* ſoca *&* ſaca *&* **tol** *&* **team** *&* **infangenteof** *cum omnibus conſuetudinibus & libertatibus & quietationibus de* warpeni *&* inpeni *in boſco & plano in pratis & in paſturis in terris & mariſcis in via & in ſemitis. Adhuc eccleſiam de* **Stanſted** *cum ejuſdem eccleſiæ pertinentiis omnibus ſcilicet beneficiis eccleſiaſticis atque eccleſiam de* **Bradburn** *cum ſibi pertinentibus beneficiis eccleſiaſticis ſcilicet decimas* Eſtbrugiæ *&* **Hancild** *excepto ſale. Teſte*, Gaufrido *de* **Were** *&* Roberto *fratre ſuo*, Radulpho filio Willielmi, Willielmo *de* **Pilatavil**, Hero Dapifero, Hugone *de* **Eſchelot**, Hugone Talbott, Willielmo *de* **Well**, Oſberto Mariſcallo Willielmi *filii* Truſtan Dapiferi, Radulpho *de* **Scalis**, Radulfo *filio* Turaldi, Roberto de *ſancto* Martino, Ernaldo *ſacerdote*, Pagano *clerico*, Simone *de* **Chandos**, *&* Hugone *fratre ſuo*, Johanne *ſacerdote*.

In catalogo abbatiarum, prioratuum, &c, cœnobio *Cluniaci* ſubjectorum qui extat in bibliotheca *Cluniacenſi*, columna 1749 ſtatus hujuſce Prioratus ſic ſe habet.

Prioratus de *Hortuna* immediate ſubditus Prioratui *Lewenſi*, in quo ſecundum aliquos debent eſſe octo monachi & ſecundum alios debent eſſe tredecim, & debent ibi celebrari tres miſſæ, *major*, & ſecunda beatæ *Mariæ*, & tertia pro *defunctis*. Debet dici Evangelium per diaconum ad majorem miſſam, & debet haberi lectio in refectorio ad prandium. Et ſunt tres ad cuſtodiendum ſigillum videlicet Prior, ſubprior, & unus alius.

STAINES.

STAINESGATENSIS

Prioratus in agro Eſſexienſi, *cella de* **Lewes.**

Carta Prioris & conventus de **Staneſgate** *facta monialibus de* **Clerkenwell.**

Ex regiſt. de Clerkenwell in bibl. Cotton. f. 14. a.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Alexander* Prior eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de **Staneſgate**, aſſenſu conventus ſancti *Pancratii* de **Lewes**, conceſſimus eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Clerkenewell**, & monialibus ejuſdem eccleſiæ, & hac noſtra carta confirmavimus omnes decimationes noſtras de feodo de **Clerkenwell**, cum pertinentiis ſuis in perpetuum tenendas de nobis. Et terram noſtram in eodem feodo, quam *Godricus* filius *Turgiſi* tenuit, quæ ſolebat reddere nobis annuatim xx. denarios inperpetuum, Habendam cum pertinentiis ſuis, ſub annua penſione x. ſolidorum ad duos terminos anni perſolvenda. Scilicet v. ſol. infra octab. ſancti *Johannis Baptiſtæ* & v. ſol. infra octab. ſancti *Michaelis*. Quare volumus, & firmiter concedimus quod prædictæ moniales in perpetuum babeant, & teneant præſcriptas decimas & præfatam terram, cum pertinentiis ſuis, bene, & in pace, liberè & quietè. Reddendo nobis Prænominatam penſionem. Et ſi canonici ſancti *Bartholomei* vexaverint nos, vel monachos de **Lewes**, vel prædictas moniales, ſuper hiis decimis, nos ſtabimus in earum expenſis ad adquirendas eis decimas, quæ eis deſunt de eodem feodo. Hæc autem conventio facta fuit anno MClxxvi. ab incarnatione Domini. Hiis Teſtibus *Roberto* decano de *Maldonia*, *Alano* nepote ejus, *Jordano* aurifabro, *Richardo* aurifabro, *Roberto* pictore, magiſtro *Alexandro*, *Reginaldo* fratre ejus, fratre *Alexandro*.

1176. 22. H. 2.

CLIFFORDENSIS

Prioratus in agro Herefordenſi, *cella de* **Lewes.**

Quod hujuſmodi Prioratus non eſt alienigena.

Clauſ. 20. E. 3. part. 2. In dorſo, m. 16.

REX theſaurario & baronibus ſuis de ſcaccario ſalutem. Cum nuper ad proſecutionem dilectorum nobis in Chriſto Prioris & conventus beatæ *Mariæ* de **Clifford** ordinis *Cluniacenſis* nobis ſuggerentium ipſos *Anglicos* de regno noſtro *Angliæ* oriundos exiſtere, & aliquem alienigenam de partibus exteris inter ipſos minimè converſantem; nec ipſos apportum aliquod ad partes exteras facere, nec aliquibus temporibus facere conſueviſſe, & nobis ſupplicantium ut manum noſtram de eodem Prioratu quem nuper inter alios prioratus alienigenarum occaſione guerre inter nos & illos de *Francia* motæ, capi & dicto Priori pro quodam certo nobis inde annuatim reddendo committi fecimus, amoveri jubere velimus, præceperimus vicecomiti noſtro *Herefordiæ* quod ſuper præmiſſis & aliis circumſtantiis ea tangentibus per ſacramentum tam militum quam aliorum proborum & legalium hominum non ſuſpectorum de balliva ſua diligentem faceret inquiſitionem; Ac per inquiſitionem illam de mandato noſtro ſic factam & in cancellaria noſtra retornatam ſit compertum quod dictus Prioratus non eſt alicui domui de partibus exteris ſubjectus, & quod Prior & monachi Prioratus illius ſunt *Anglici* & à fundatione illius fuerunt, abſque eo quod aliquis alienigena inter eos eſt converſans; quodque idem Prior & monachi nullum apportum extra dictum regnum noſtrum *Angliæ* debent nec facere conſueverunt, Et quod prædictus Prioratus fundatus extitit per *Simonem* filium *Ricardi* filii *Pontii* quondam dominum de **Clifford** anteceſſorem comitiſſæ *Lincolniæ* in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Nos ex cauſis præmiſſis & pro eo quod per certificationem veſtram de mandato noſtro in cancellaria noſtra miſſam eſt compertum, quod anno regni domini *Edwardi* quondam Regis *Angliæ* avi noſtri xxix. per theſaurarium & barones de ſcaccario dicti avi noſtri inſpecta quadam inquiſitione de mandato dicti avi noſtri per proceſſum coram ipſis virtute cujuſdam petitionis in parliamento dicti avi noſtri, exhibitæ, habitum, facta, per quam compertum fuit, quod prædictus tunc Prior non fuit alienigena nec amovendus ad voluntatem alicujus Prioris ſui de partibus tranſmarinis, nec aliquod reddit ſuperioribus ſuis ultra mare de exitibus Prioratus ſui; necnon examinatis rotulis de finibus hujuſmodi religioſorum alienigenarum, concordatum fuit quod dictus Prior haberet reſpectum de debitis prædictis quouſque &c. Et quod non eſt compertum per vos quod reſponſum fuit de avo noſtro de aliqua firma Prioratus prædicti à prædicto anno xxix nec quod Prioratus ille captus fuit in manum domini *Edwardi* nuper Regis *Angliæ* patris noſtri neque in manum noſtram uſque tertium diem Julii anno regni noſtro decimo octavo quo quidem die commiſimus fratri *Petro* de *Caro-loco* cuſtodiam Prioratus prædicti pro xx. lib. nobis quamdiu Prioratum illum in manu noſtra remanere contigerit annuatim reddendis. Volentes tam pro nobis quam pro prædictis Priore & monachis in hac parte fieri quod eſt juſtum, dedimus eis reſpectum de firma ſua prædicta, ac de arreragiis ejuſdem uſque ad xv. Paſchæ proximo futuram, ut interim habita ſuper præmiſſis deliberatione pleniori, ulterius inde fieri faciamus quod de conſilio noſtro rationabiliter duxerimus ordinandum. Et ideo vobis mandamus quod prædictos Priorem & monachos hujuſmodi reſpectum habere permittatis in forma ſupradicta. Teſte cuſtode prædicto apud *Weſtmonaſterium* xij. die Octobris.

De ſubjectione ejuſdem Prioratui de **Lewes.**

REX dilecto ſibi *Willielmo* de **Ravenore** eſcaetori ſuo in com. *Herefordiæ* & marchia *Walliæ* Clauſ. 18. E. 3. part. I. m. 20.

Walliæ eidem com. adjacente ſalutem. Cum viceſſimo octavo die Jan. proximo præterito datur nobis intelligi Prioratus de **Clifford**, **Tutley**, & **Craſtewell** quibuſdam domibus religioſis in partibus tranſmarinis de inimicitia noſtra exiſtentibus fore ſubjectos, & inter alia Prioratus terras tenementa & poſſeſſiones alienigenarum in *Anglia* quæ nuper in manum noſtram occaſione guerræ inter nos & homines de *Francia* motæ capi fecimus in manum noſtram, capto; non extitiſſe, vobis mandaverimus, quod ſi ita eſſet tunc dictos Prioratus de **Clifford**, **Tutley** & **Craſſewell** ac omnia maneria terras & tenementa ad eos ſpectantia una cum omnibus bonis & catallis ac aliis rebus in eiſdem Prioratibus (&c.) inventis, ſine dilatione caperetis in manum noſtram, & ea ſalvo cuſtodiri faceretis donec aliud inde duxerimus demandandum. Jamque ex parte dilecti nobis in Chriſto Prioris dicti Prioratus de **Clifford** nobis eſt ſupplicatum quod cum idem Prioratus de **Clifford** alicui domui de dictis partibus tranſmarinis ſubjectus non exiſtat, nec idem Prior, nec aliquis prædeceſſorum ſuorum Priores ejuſdem loci alicui domui de eiſdem partibus tranſmarinis apportum aliquod fecerint, quodque idem Prioratus per anteceſſores dilectæ nobis *Aleſiæ* comitiſſæ *Lincolniæ*, pro quibuſdam elemoſinis & cantariis inibi faciendis fundatus, & Prioratui de **Lewes** tantum ſit ſubjectus, Et quod Prior de **Lewes** quipro tempore fuerit ad dictum Prioratum de **Clifford** cum vacaverit monachum de ordine ſuo *Anglicum* vel *Gallicum* pro libito ſuo debeat præſentare, & quod nos nec aliquis progenitorum noſtrorum quondam regum *Angliæ* firmam aliquam aut exitus aliquos de dicto Prioratu de **Clifford** vel maneriis terris tenementis aut aliis rebus ad eum ſpectantibus aliquo tempore occaſione guerræ inter nos ſeu dictos progenitores noſtros & homines de *Francia* motæ non percipiſſemus: Velimus præmiſſis conſideratis manum noſtram de eiſdem Prioratu de **Clifford** (*&c.*) facere amoveri (*&c.*) vobis mandamus (*&c.*) T. R. Apud *Weſtm.* vj. die Marcii.

Carta *Rogeri* comitis *Herefordiæ*.

Ex autographo in bibliotheca *Hattoniana*.

SCiant præſentes, & futuri quod ego Rogerus comes Herefordiæ dedi Deo & eccleſiæ ſanctæ Mariæ de **Cliford**, & monachis de ſancto Pancratio ibidem Deo ſervientibus, omnem libertatem emendi & vendendi, ſine gablo, & tolneo, & placitis, & querelis, & omnibus conſuetudinibus ſolutam, & quietam in Haya, & **Brekenan**, & in aliis tenementis meis, citra Waiam poſitis. Hanc conceſſionem feci eis pro ſalute animæ meæ & patris mei, & matris meæ, & omnium parentum. *Teſtibus*, Olivero, Roberto, Brito, *&c.*

CASTEL-ACRENSIS

Prioratus in agro Norfolcienſi *, *fundatus anno* MXC.

* Annales Norwic. in bibl. Cotton.

Charta Willielmi *comitis primi, de donatione eccleſiarum, & advocatione earum de* Acra, **Methelwolde**, **Roinges**, **Wikemere**, **Trunchet**, *& decimarum de* **Grimiſtune**.

Ex regiſtro de Caſtle acre in bibl. Dewiſſiana anno 1644.

Ib. f. 1. 2.

NOtum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod ego *Willielmus* comes de *Suthreia*, pro ſalute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, & hæredum meorum dedi & præſenti carta confirmavi Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Acra*, & monachis ibidem Deo ſervientibus eccleſiam de *Acra*, cum omnibus rebus & libertatibus quæ ad ipſam pertinent: Et eccleſiam de **Methewolde** ſimili modo; & advocationem ipſius. Et eccleſiam de **Roinges** quæ vocatur **Levenechirch**, ſimiliter & advocationem ejus. Et eccleſiam de **Wikemer** ſimiliter. Et eccleſiam de **Trunchet** ſimili modo. Et duas partes mearum decimarum in villa de **Grimeſtune** in omnibus rebus. Quare volo ut memorati monachi omnia prædicta beneficia & tenementa habeant & poſſideant in liberam & perpetuam elemoſinam. Teſte *Willielmo* filio meo, *Wimero* dapifero, *Gaufredo* capellano, *Willielmo* Branche, *Waukelino* de *Roſeto*, *Hugone* de **Wanci**, *Roberto* de *Mortuo mari*.

Charta *Willielmi* comitis ſecundi de fundatione eccleſiæ hujus. Et de omnibus quæ dedit in *Acra* & juxta *Linnam* & in **Melewde**, & **Rudham**, & confirmatio donationum baronum & militum ſuorum.

Ibid.

N*Otum ſit omnibus præſentibus & futuris meis fidelibus de* **Nordfoc**, *& de* **Sudfoc**, *quod ego* Willielmus *comes de* Surrea, *pro ſalute animæ meæ & parentum meorum, concedo Deo & ſanctæ* Mariæ *& ſanctis Apoſtolis ejus* Petro *&* Paulo *ad locum ſanctæ* Mariæ *de* Achra *ubi ſerviunt Deo & ſanctæ genetrici ipſius* Cluniacenſes *monachi de ſancto* Pancratio, *duas carrucatas terræ in ipſa* Achra *quas eidem eccleſiæ pater meus dedit. Et totam terram brueriarum mearum quæ ad* Wicam *pertinet quam ipſi monachi, me concedente, ibidem fregerunt & araverunt & partem brueriarum mearum quæ adjacet juxta ipſam* Wicam. *Et terram* Ringulfi *duas ſolidatas terræ, quas in ipſa* Achra Oſbernus *de* **Glocceſtre** *de me tenebat. Duo etiam pomeria & totam culturam ab ipſis pomeriis uſque ad meum caſtellum in qua jam, me laudante & devotiſſime concedente, eccleſiam ſuam fundaverunt, quia ipſa in qua modo habitant nimis eſt arcta & habitationi monachorum valde inconveniens; totam etiam moram juxta aquam quæ eidem culturæ ſubjacet, modicam quoque partem aliæ moræ quam* Winerus *dapifer meus eis conceſſit; partem denique dimidiam molendini pertinentem ad*

Meleoldam *quod* Sudacre *ſubjacet: & tres ſolidatas terræ juxta* Linnam & Wlmarum *cementarium in* Acra *cum horto ſuo. Et quindecim achras terræ & duo milia anguillarum in* Meleoldam *in perpetuum. Et quinque ſolidatas terræ, & ortum unum. Et viginti quatuor acras terræ ad eccleſiam faciendam. Inſuper etiam quicquid mei homines tempore patris mei & meo tempore, prædictis monachis dederunt & daturi ſunt in terra, cum meo reſpectu, in decimis & in eccleſiis ſine omni reſpectu:* Wimerus *itaque dapifer meus eiſdem monachis quicquid* Gaufredus *nepos ſuus & capellanus de eo tenebat dedit; ſcilicet ad* Weſneham *duas terras de viginti quatuor ſolidis. Ad* Cherſingehallam * *duas ſolidatas. Decimam* Alſingarum, *nemoris, molendini, & carucarum. De* Cherſingehalle *Decimam nemoris, molendinorum & carucarum. De ſacerdote ejuſdem ville viginti denarios. De* Ortmaro *duos ſolidos. De* Anſchetino *tres ſolidos. Decimam* Wiresfelde. *Decimam* Foeldonæ*: & ſex ſolidos quos* Rogerus *dedit pro anima patris ſui die ſepulturæ ejuſdem. Decimam* Gaufridi *de* Congeham. *Decimam* Grimeſtonæ, *de* halla *& molendini. Decimam de* Leceſham, *hallæ & molendini: Eccleſiam ejuſdem villæ cum terra ad eam pertinente. Eccleſiam de* Doneham *cum terra quæ ad eam pertinet. Decimam de* Werneham *carucarum. Decimam* Herleboldi *in eadem villa. Ad* Cameſtonam *etiam unam carucatam terræ ipſemet* Wimerus *quando monachalem habitum ſuſcepit. De hiis omnibus* Rogerus *filius ejus fecit donationem & conceſſum Deo & ſanctæ* Mariæ *& monachis ſibi ſervientibus. Teſte,* Willielmo *comite, &* Osberto *de* Gloeceſtre, *&* Toſtano, *&* Wiberto *de* Acra, Hugo *quoque de* Wanci *dedit eccleſiam de* Depedene, *& terram quæ ad eam pertinet, & decimam ejuſdem manerii. Eccleſiam de* Barſeham *cum terra ad eam pertinente. Et x. manerii & tres* Sochemans *ejuſdem manerii. Unum molendinum ad Illandam. Omnes quoque homines ſui francigenæ decimas ſuas dederunt; ſcilicet* Willielmus Talebot, Osbernus *de* Danevela, Radulfus *de* Wanci, Euremundus, Radulfus Criſpus, Goſcelinus, Waleranus, Lietmerus, Brungarus. *Hæc omnia* Osbernus, *&* Radulfus *filii ejus, & mater ipſorum poſuerunt ſuper altare ſanctæ* Mariæ. *Teſtibus,* Witheberto, Toſardo, Toſtano, *& aliis plurimis. Poſt obitum illius,* Rainerius *etiam de* Grancurt *decimas ſuas dedit, &* Hugo *ſuus homo eccleſiam ſuam & decimam. Et ſexaginta acras terræ quas* Lewinus *tenuit.* Willielmus *denique de* Ralli *decimas ſuas.* Hugo *de* Folmodeiſtona *eccleſiam ſuam & decimas.* Hugo *de* Bruneham *homo ſuus decimam ſuam, & quindecim achras terræ: ipſemet quoque* Hugo *quadraginta oves & quatuor boves, & unum equum.* Witbertus *filius* Walteri *decimam ſuam &* Bundus *presbiter decimam ſuam.* Frotmundus *presbiter decimam ſuam.* Cremboldus *decimam ſuam.* Rogerus *presbiter decimam ſuam.* Willielmus *presbiter* Lamberti *de* Roſei *decimas ſuas.* Hugo *de* Hoetona *decimam ſuam,* Willielm. *filius* Engelberti *decimam ſuam.* Scula *decimam ſuam.* Alueredus *filius* Godevæ *decimam ſuam, & nepos ejus ſuam. Filii* Burmundi *omnes decimas ſuas;* Walterus *de* Congeham *decimam ſuam.* Gotwinus *decimam ſuam.* Torfort *decimam ſuam.* Azor *presbiter eccleſiam cum terra ad eam pertinente & decimam ſuam.* Brixit *decimam ſuam.* Bruſnam *decimam ſuam.* Dierulfus *decimam ſuam.* Nigellus *de* Fincheam *ſuam decimam.* Giſlebertus *de* Froeſham *decimam ſuam.* Oſmundus *deſpenſator decimas ſuas.* Robertus *de* Werli *decimam carucæ unius.* Petrus *de* Crenewich *duos homines & modicum nemoris, & decimam unam duorum ſolidorum.* Gotwinus *de* Bodelai *duos ſolidos. Decimam manerii de* Rocheham, Rotbertus *filius* Walteri. Wicbertus *de* Acra *molendinum ſuum poſuit ſuper altare, cum uxore ſua concedente comite.* W. Toſardus *tres achras de orto ſuo juxta ceraſos & parum moræ, modicumque prati, & cotarium unum achræ unius. Teſtibus* Wimaro & Wiberto *& aliis plurimis, concedente uxore ſua, &* Rotberto, & Rainaldo, *filiis & hæredibus ſuis. & novem achras terræ in agris.* Radulfus *de* Paveli *decimam ſuam de* Norwolda. *Ego* W. *comes de* Surreia *dedi Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Achra *totam terram quam* Willielmus *presbiter de* Rodeham *tenebat de* Lamberto *de* Roſei *per feodum unius militis, conceſſu* Lamberti *ejuſdem, & ego remiſi ei ſervitium unius militis. Teſtibus,* Gaufredo *capellano,* Oſmundo *diſpenſario,* Witberto *de* Achra *& eodem* Lamberto. *Iſdem quoque* Lambertus *dedit nobis decimam de* Waterdena. *Comes etiam dedit nobis eccleſiam de* Melewolda *cum quindecim achris terræ. In eadem villa* Fulcherius *decimam ſuam,* Robertuſque *ſuam. Terram de* Gaitona *quam* Rainerus *diaconus dedit ſanctæ* Mariæ, *quæ fuit* Dodonis. *Terram etiam & eccleſiam quam tenuit* Bruſtanus *presbiter de* Barſeham.

* Al. Greſſingehall.

Hæc omnia ſicut ſupradixi prædictis monachis do & concedo, ut ipſi ea liberè in pace & quiete & ſine omni querela perenniter teneant; & ideo manu propria ſignum crucis faciens indiſſolubiliter confirmo meiſque hominibus ad confirmandum trado.

Signum. W. *comitis* ✠.
S. Rogerii *dapiferi* ✠.
S. Radulfi *de* Cainton ✠.
S. Radulfi *de* Paviliaco ✠.
S. Hugonis *de* Wanci ✠.

Carta Willielmi *ſecundi comitis de* Suthreia, *de confirmatione.*

Ib. fol 1, b.

NOverint præſentes & futuri, quod ego *Willielmus* comes de *Suthreia*, pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animæ patris mei, & matris meæ concedo Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Achra*, & ſanctis Apoſtolis *Petro* & *Paulo*, & monachis *Cluniacenſibus* de ſancto *Pancratio* ibidem Deo ſervientibus in ipſa *Achra* duas carucatas terræ quas eidem eccleſiæ pater meus & mater mea dederunt. Inſuper & ego huic elemoſinæ patris & matris meæ, pro mea & eorum ſalute addidi quicquid ipſi monachi fregerunt de meis brueriis, & duo pomeria, & culturam cum mora ab ipſis pomeriis uſque ad meum caſtellum, in qua eccleſia nova fundata eſt; modicum quoque aliæ moræ, & quinque ſolidatas terræ quas tenuit *Seſara*, & terram *Ringulfi*. Ad opus novæ eccleſiæ *Wlmarum* cementarium cum terra ſua quindecim acrarum, & unum ortum duodecim nummorum. Apud *Melewoldam* eccleſiam cum terra ad eam pertinente

nente & presbiterum & dua milia anguillarum, & dimidium molendinum pertinentem ad *Meleweoldam*, & tres ſolidatas terræ juxta *Linnam*, viginti quoque quatuor achras in *Achra*. Concedo etiam eis eccleſiam de *Wittona* quam *Turoldus* de **Gunningham** dedit illis cum terris & decimis ad eam pertinentibus. Decimam quoque *Willielmi* presbiteri de **Rudeham** qui fuit capellanus *Lamberti* de **Roſei**, decimam *Widonis*, decimam *Wazonis*, decimam *Scule*, decimam *Bondi*, *Gretſur* decimam *Briſmari* ejuſdem ville.

Inſuper quidquid mei homines tempore patris mei & meo prædictis monachis dederunt & daturi ſunt: in terra, cum meo reſpectu: in decimis verò & in eccleſiis ſine omni reſpectu. *Wimerus* itaque dapiſer meus dedit eiſdem monachis quicquid *Gaufredus* cappellanus ejus de eo tenebat; ſcilicet in **Weſneham** duodecim ſolidatas terræ, & decimam ejuſdem manerii. De **Lecheſham**, eccleſiam cum terra & presbiterum, & decimam manerii, & molendini ſui. **Cameſtone**, viginti ſolidatas terræ & eccleſiam cum presbitero. De **Duneham** eccleſiam cum terra que ad eam pertinet. In **Creſingehale** duas ſolidatas terræ & decimam hallæ, & molendinorum & paſnagii. De **Alſinges**, decimam hallæ, & de molendinis & paſnagio. Decimam manerii de **Foeldune**. Et decimam de **Widresfed**, & ſex ſolidos quos *Rogerius* dedit pro anima patris ſui die ſepulturæ ejuſdem, concilio comitis. Et decimam de terra de **Wineboteſham** quam *Willielmus* camerarius tenet de comite. Et decimam de **Grimeſtun**. Et decimam *Gaufredi* de **Congeham**. De hiis omnibus *Rogerius* filius *Wimari* fecit donationem & conceſſum Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis ſibi ſervientibus. Teſte *W.* comite *Tuſtano* & *Wiberto* de *Acra*. *Hugo* quoque de *Wanci* dedit decimam de **Depedene**, & eccleſiam de **Barſeham**, cum terra ad eam pertinente, & presbitero. Et decimam manerii & molendinum de *Inlanda*. Et poſt obitum ipſius, *Radulphus* filius ejus dedit molendinum de Ponte de **Barſeham** & tres cotarios, & ſexaginta achras brueriarum, & tres **Sochemans** ejuſdem manerii, qui manent apud *Snaringas*. Omnes quoque francigenæ ſui decimas ſuas dederunt. Hæc omnia *Radulfus* & *Rogerius* filii ejus poſuerunt ſuper altare S. *Mariæ*. Teſte *Rogerio* dapiſero. *Petro* de **Cranewicts**: *Richardo* de ſancto *Claro*, *Radulfo* filio *Hachene*, *Herlewino* de **Paneworde**, *Gaufrido* de **Favarces**, *Willielmo* filio *Leſteni*. *Raimerus* quoque de **Grantcurt** dedit decimas ſuas, & eccleſiam de **Barſeham** & in **Taterſete**, & centum viginti acras bruerıæ & duodecim achras arabilis terræ. Et *Hugo* ſuus homo dedit decimam ſuam & ſexaginta acras terræ quas *Lewinus* tenuit. De hiis omnibus teſtes ſunt *Lambertus de* **Roſei** & *Willielmus* presbiter ejus, *Gaufredus* filius *Urſelli*, *Ricardus* de ſancto *Claro*, *Walterius* de **Waterdene**, & *Willielmus* filius *Leſteni*.

Lambertus etiam de **Roſei** dedit decimam de **Enehale**; & octo ſolidatas terræ in eadem villa, decimam quoque de **Waterdene**, & terram de **Rudeham** quam *Willielmus* presbiter ſuus tenuit de eo, conſultu & conceſſu comitis. Et hæc omnia conceſſit *Walchelinus* filius ejus.

Inſuper & pro anima matris ſui dedit decimam de **Howetone**, & decimam de **Rochelund**, & decimam de **Norwalde**. De hiis omnibus teſtes ſunt *Ricardus* de ſancto *Claro*, *Sewalo* nepos *Wimerii*, *Tuſtanus Wibertus* de *Acra*.

Hugo de **Fulmodeſtone** dedit eccleſiam & decimam eujuſdem villæ. & *Hugo* de **Bruneham** ſuus homo dedit decimam ſuam & duas ſolidatas terræ in eadem villa. *Wibertus* de *Achra* dedit decimam & molendinum, concedente comite.

Nigellus de **Finceham** & *Willielmus* de *Spinavilla* dederunt decimas ſuas. *Giſlebertus* de **Fraveſham** dedit decimam ſuam. *Godfredus* de **Belmunt** dedit decimam ſuam de **Cherdeſton**, *Petrus* de **Kernewits** dedit duas ſolidatas terræ & dimidium millenarium anguillarum.

Carta. *W.* ſecundi comitis de dono *W. Pincheni.*

Ib.fol.3.a. Willielmus *de* Warrenna *comes* **Sudregie** R. *de* **Grandicurte** *Salutem. Precor te tibique præcipio ut permittas tenere monachis de* Achra *terram quam* Hugo *de* **Pinchenni** *pro anima ſua dedit eis,* Et Willielmus *filius ejus conceſſit. Terram quoque illam quam iſdem* W. *dat eis pro maritanda ſorore ſua: nam ego plenè concedo & in mea carta confirmo. Teſte* Rogero *filio* Wimeri. *Tibi quoque* Rogere *qui meus dapifer es præcipio, ut ſi* Rainerius *eis injuriam inde fecerit tunc cum honore monachis ipſam terram tenere facias mihique pro contemptu præcepti mei juſtitiam facias. Quod* W. *dat cum ſorore ſua monachis eſt ſexaginta acræ terræ: Valete.*

Alia carta ejuſdem Willielmi *comitis.*

Ibid. Notum ſit omnibus qui ſunt & qui futuri ſunt quod ego *W.* comes de *Warrenna* & *Iſabella* comitiſſa uxor mea, necnon filii noſtri *Willielmus* ſcilicet & *Radulfus* damus & concedimus pro amore Dei & pro nobiſmetipſis & pro ſalute animarum parentum noſtrorum, Deo & eccleſiæ S. *Mariæ* de *Acra* & monachis in ea Deo ſervientibus & ibidem permanentibus xl. ſolidatas terræ videlicet apud *Beremeram* terram *Bondi* quæ reddit v. ſolidos per annum, & apud **Stanhoge** terram ſocemannorum qui reddunt per annum iij.s. & apud *Plomſtedam* terram *Turlaki* quæ reddit per annum x. s. & apud *Wikemeram* terram presbiterorum qui reddunt per annum x. s. & terram *Wlf* de *la Wella* quæ reddit per annum vj. s. & ſi quod plus reddiderit ultra prædictos vj. ſolidos uſque ad xij d. ſimiliter eis concedimus. Et apud **Pteringeham** terram *Willielmi* clerici, quæ reddit per annum vj. s. Hæc omnia prædicta eis damus & concedimus & terram & homines cum redditibus & conſuetudinibus quæ nobis facere ſolebant. Hujus donationis teſtes ſunt, *Osbertus* de *Cailleio* & *W.* de **Criſetun** & *Henr.* de *Ria*, & *Rob.* conſtitutor, & *Rob.* de **Frievill** & *Oſmundus* deſpenſator, & *Rad.* de ſancto *Martino*, & *Rad.* de *Acra*.

Carta Rogeri *filii* Wimeri, *domini* Honoris *de* **Greſſinghall**, *in agro* Norfolcienſi, *de eccleſiis* **Kemeſtun**, **Dunham**, **Eſtlecheſham**, **Weſenhamtorpe**, *& decimis earundem, &* **Withresfeld**, *&* **Wineboteſham**, *& duabus terris quatuordecim ſolidorum & terra de* **Congham** *&* **Sneteſham** *&* **Kemeſtun**.

Ibid. f. 20. NOtum ſit tam præſentibus quam futuris quod ego *Rogerus* filius *Wimeri* dapiferi, dono confirmo & concedo & quiete clamo omnia dona & omnes elemoſinas quas pater meus & mater mea *Gilla* dederunt & conceſſerunt Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de *Acra*; ſcilicet in terris, in eccleſiis, in decimis; & nominatim eccleſiam de **Kemeſtune** cum pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Dunham** cum pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Eſtlecheſham** cum pertinentiis ſuis. Et duas eccleſias de **Weſenhamtorpe** cum pertinentiis ſuis. Et decimam de dominio meo in eadem villa. Et duas terras de quatuordecim ſolidis. Et omnes decimas quas homines mei illis dederunt. Et decimam de dominio de **Lecheſham** & de molendino. Et decimam de **Withresfeld**. Et decimam de dominio & de pomerio meo. Et decimam de **Wineboteſham**, Et quicquid dedi in **Sneteſham** & in **Congham** cum tenura *Edmundi*. Et eccleſiam ejuſdem villæ quæ eſt de feudo meo. Et terram de **Kemeſtun** quam pater meus & mater mea prædictis monachis pro ſalute animæ ſuæ dederunt. Hiis teſtibus, *Ketello* preſbitero, *Rodberto* presbytero, *Rodlando Extraneo*, *Walterio* fratre meo, *Richardo* de ſancto *Claro*, *Oſmundo* diſpenſatore comitis, *Humfrido* de **Dunham**, *Arnaldo Flamang*, *Hulf*, *Kecello*, *Turſtano* coco, *Godwino*, & *Godardo*, & multis aliis.

De crofto juxta domum Wlnothi.

Ibid. SCiant præſentes & futuri quod ego *Rogerus* filius *Willielmi* dapiferi dono & concedo Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de *Acra* unum croftum terræ quod jacet ad occidentem domus *Wlnothi* de **Kemeſtun** inter domum ipſius & viam, in liberam & quietam elemoſinam, pro ſalute mea & pro anima patris mei & omnium parentum meorum. Hiis teſtibus, *Fulcherio* de **Greſſinghale**, *Gilberto* de ſancto *Claro*, *Willielmo* de **Salle**.

De terra **Kemeſtone**, & **Sparle**, & tribus ſolidis in molendino de *Neutona*, & novem acris quas *Hanno* dedit, & augmento ſtagni molendini eorum in terra *Haimonis*.

Ibid. N*Overint preſentes & futuri quod ego* Alanus *filius* Flaaldi *&* Adelina *uxor mea pro ſalute animarum noſtrarum & anteceſſorum noſtrorum, concedimus Deo & ſanctæ* Mariæ de Acra *& monachis* Cluniacenſibus *ibidem habitantibus terram & frutecta quam habebamus apud* Komeſtonam *& quam ipſi incluſerunt. Et apud* Sparlatum *viginti acras terræ quas tenebat* Turchillus Rufus *per duos ſolidos pro monacho quem mihi fecerunt. Inſuper apud* Newtonam *tres ſolidos in meo molendino. Novem quoque acras terræ quas* Hanno *dedit eis. Et augmentum ſtagni molendini eorum in terra* Hamonis. *Teſtibus*, Hamone, Waltero *capellano*, Rualdo *Extraneo*, Gothanno, Oddone, Girrico, Henrico *de* **Pagrave**, Turſtano *de* Acra, Sewardo.

De redditu unius marcæ in molendino de **Lecheſham**.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Rogerus* dapifer comitis *Warrenæ* dono & concedo Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de *Acra* pro anima *Oddonis* fratris mei & *Willielmi* patris mei & animabus omnium parentum & amicorum meorum in liberam & quietam & perpetuam elemoſinam unam marcam argenti de molendino de **Lecheſham** quod eſt in occidentali parte ejuſdem villæ. Hiis teſtibus, *Henrico* de **Rie**, *Radulfo* de **Frivil**, *Baldewino* de **Frivill**, *Walterio* filio *Wimari*, *Willielmo* magiſtro, *Radulfo* filio *Oſmundi*, *Willielmo* filio *Walterii*. Ibid. f. 27.

De eccleſiis & decimis & terris de **Eſtlecheſham**, & **Dunham**, & **Kemeſtune**, & **Weſeham**, & **Congham**, & decimis de **Wineſboteſham**, **Withresfelde**, **Grimeſtun** & **Hogave**.

S*Ciant præſentes & futuri quod ego* Drogo *filius* Willielmi *dapiferi de* **Greſſinghale**, *dedi & conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Acra *& monachis ibidem Deo ſervientibus eccleſiam de* **Eſtlecheſham**, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & decimam de dominio meo & de molendino meo. Et inſuper eccleſiam ſancti* Andreæ *de* **Dunham** *cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de* **Kemeſtune** *cum omnibus pertinentiis ſuis. Et terram* Terchilli. *Et terram* **Bolle** *& omnes eſſartas ſuas & omnes libertates paſturæ ſuæ. Et præterea duas eccleſias de* **Weſeham**, *ſcilicet eccleſias ſanctorum Apoſtolorum* Petri *&* Pauli, *cum omnibus pertinentiis ſuis, Et decimas de dominio meo in eadem villa. Et duas terras de quatuordecim ſolidis. Et decimam* Herboldi *hominis mei. Et adhuc decimas de dominio meo in* **Withresfeld** *in omnibus rebus. Et inſuper decimas de terra quam* Willielmus Camberlencus *tenuit in* **Wineboteſham**. *Et adhuc eccleſiam de* **Congham** *cum omnibus pertinentiis ſuis. Et totum tenementum* Edmundi *in eadem villa. Et inſuper conceſſi eis omnes decimas de dominio meo in* Grimeſtumia, *& quindecim ſolidatas terræ in eadem villa. Et præterea in mariſco totam terram illam quæ vocatur* Hoa *cum omnibus pertinentiis ſuis; videlicet in hominibus in terris in pratis in paſcuis in ſalinis & in omnibus aliis rebus. Hæc omnia ſupradicta volo & deſidero ut ſupradicti monachi ſanctæ* Mariæ *de* Acra *habeant teneant & poſſideant jure perpetuo in liberam & puram & quietam & perpetuam elemoſinam. Et præterea conceſſi prædictis monachis & præſenti carta mea confirmavi omnes donationes & omnes conceſſiones quas* Willielmus *dapifer pater meus eis fecit, vel ullus alius anteceſſorum meorum. Hanc autem donationem & conceſſionem præfatis monachis feci pro Dei amore & pietatis intuitu & pro ſalute animæ meæ & prædicti* Willielmi *patris mei & hæredum* Ibid.

* Al. Hoga.

meorum & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. His teſtibus, Waleriano *canonico ſanctæ* Mariæ *de* **Suthwerc**, Oddone *ſacerdote illius parochiæ*, Willielmo *presbitero filio* Fulcheri, Radulfo *vinitario*, Rogero *de* **Holm**, Radulfo *de* Bellocompo, Humfrido *de* **Dunham**, Ricardo *filio* Simonis, Richardo *de* **Briſelei**, Radulfo *de* Quatuor marcis, Alano *de* **Weſenham**, Fulchero *filio* Ordini, Philippo *de* **Amblie**, Godefrido *de* **Hyrmingeland**, Willielmo Talebot, Auguſtino *de* **Congeham**, Lamberto *de* **Ros**, *& multis aliis.*

De molendino de **Eſtlecheſham**, *& de humagiis de* **Weſeham**, *& duobus ſolidis quos Durannus reddit.*

Ibid. SCiant præſentes & futuri quod ego *Rogerus* filius *Willielmi* dapiferi dono & concedo & hac carta mea confirmo Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Acra* & monachis ibidem Deo ſervientibus in liberam & quietam elemoſinam molendinum meum de **Lecheſham**; ſcilicet **Weſtmulne**, præter undecim ſolidos quos *Baldewinus* de **Friville** habet in eodem molendino. Inſuper & terram quam dedi eis in **Weſeham** cum humagiis pro anima patris mei & duos ſolidos quos *Durannus* reddit per annum. Præterea confirmo omnes elemoſinas & donationes quas pater meus & avus meus & anteceſſores mei fecerint ſupradictæ eccleſiæ in omnibus rebus. Volo autem ut hæc omnia monachi ſupradicti teneant jure perpetuo. Hiis teſtibus, *Ælina* matre mea, *Willielmo* fratre meo, *Willielmo* magiſtro de **Geytun**, *Baldewino* de **Friville** & uxore ſua *Baſilia*, *Walterio* filio *Wimari* & *Willielmo* filio ſuo, *Fulchero* filio *Ordini* & *Walterio* fratre ejus, *Herveo* clerico, *Roberto* de **Werli**, *Radulfo* de **Gatelai**, *Simone* fratre ſuo, *Henrico Ruffo*, *Folchero* presbitero de **Lecheſham**, *Matheo* presbitero de **Greſſinghale**, *Nicholao* presbitero, **Swifte**, *Richardo* de **Blanchevill**, *Gaufrido Choiſe.*

Confirmatio Oſmundi de **Stutevile** *domini Honoris de* **Greſſenhale** *jure uxoris ſuæ.*

Ib. fol. 29. SCiant præſentes & futuri quod ego *Oſmundus* de **Stutevile**, conſilio, & aſſenſu *Yſabel* uxoris meæ, & hæredum meorum dedi & conceſſi & præſenti carta mea confirmavi, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Acra* & monachis ibidem Deo ſervientibus, & ſervituris, omnes donationes, & omnes elemoſinas quaſcunque anteceſſores mei, videlicet, *Wimarus* ſeneſcallus de **Greſſinghale**, & *Rogerus* filius ejus, & *Walterus* filius *Wimari*, & *Willielmus* filius *Rogeri*, & *Rogerus* filius *Willielmi* & *Drogo* frater ejus, & *Berengerus* de **Creſſi**; Et inſuper quidcunque homines mei de honore de **Greſſinghale**, dederunt & conceſſerunt Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & prædictis monachis de *Acra*; ſcilicet in eccleſiis, in decimis, in humagiis, in terris in herbis, in pratis, in paſcuis, in nemoribus, in molendinis, in aquis, in viis, in ſemitis, in redditibus, in tenementis, & in omnibus aliis rebus, quaſcunque prædicti monachi tenuerunt, temporibus prædictorum anteceſſorum meorum, & prædictorum hominum meorum, & modo tenent; Et præterea dedi & conceſſi, & confirmavi prædictis monachis *Williel.* filium *Alani* de **Weſeham**, cum tota ſequela ſua, & toto tenemento ſuo, & *Herveum Lalle* de **Weſeham**, cum tota familia ſua, & cum toto tenemento ſuo. Et unum croſtum terræ in **Chemeſtune**, quæ jacet verſus occidentem, inter domum quæ fuit *Wulnothi* de **Chemeſtune**, & viam. Omnia iſta volo, & deſidero, & præcipio, ut prædicti monachi teneant, & poſſideant in liberam, & quietam, & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & *Iſabel* uxoris meæ & hæredum meorum, & anteceſſorum meorum. Hiis teſtibus, *Willielmo* capellano de **Greſſingehale**, *Rogero* capellano, *Rabello* milite, *Rogero* fratre domine, *Alano* de **Weſeham** & *Matheo* filio ejus, magiſtro *Richardo*, *Euſtachio*, & *Willielmo* ſen. *Hamone* ſerviente comitis, & *Waltero*, & *Radulpho* filiis ejus, *Simone* & *Anchetillo* ſervientibus Prioris; & *Simone* mareſchallo, *Paulino*, & multis aliis.

Carta *Yſabellæ* uxoris *Berengeri* de **Creſſi.**

SCiant præſentes & futuri quod ego Yſabella *de* **Greſſingehale** *aſſenſu & voluntate* Willielmi *de* **Hunteinfeld** *domini mei & hæredum meorum conceſſi & quietum clamavi Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Acra *& monachis ibidem Deo ſervientibus homagium* Hugonis *de* **Crec** *ſine reclamatione hominum omnium in perpetuum pro xv. marcis quas dedit domino meo & xxx. ſol. quos mihi dedit, & totum tenementum prædicti* Hugonis *in* **Weſeham**, *& unam domum & veſtitum quem ipſe illic habuit. Et ſi aliqua queſtio moveatur de homagio ſuo contra omnes homines warrantizabimus eum. Teſt.* Willielmo *ſeneſcallo*, Gaufr. *de* **Barſham**, Waltero *de* **Sculetorp**, Godefrido *capellano de* **Anſing**, Roberto *de* **Frivill**, Will. *Britt. &c.* Ibid.

Carta Roberti *de* Vallibus *pro molendino quod vocatur* **Middelmelne.**

NOtum ſit omnibus præſentibus & futuris quod ego *Robertus* de **Wals** dono Deo & S. *Mariæ* & monachis de *Acra* fratribus meis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute mea & uxoris meæ filiorumque meorum, & pro anima patris mei & matris meæ fratriſque mei *Roberti Pinguis* & cæterorum fratrum meorum, *Gilberti* ſcilicet & *Huberti*, molendinum in **Pentenai**, quod **Middelmelne** vocatur, cum adjacente ſibi prato. Concedo etiam eis illas quatuor ſolidatas terræ quas habebam in **Gatelai**, & alias tres ſolidatas terræ quas habebam in **Maſſingham**, & illas duas acras prati quas *Rainaldus* de **Waltune** eis dedit. Et hii Teſtes, *Herbertus* capellanus, *Radulfus* presbiter, *Robertus* de **Burh** filiuſque ejus *Rainaldus*, *Hugo* de **Burch**, *Robertus* de **Manner**, *Willielmus* filius *Gaufridi*, *Richardus* filius *Garini*, *Willielmus* de **Walton**, *Robertus Freſcheth*, *Aſchetillus* filius *Roberti* de **Sonn.** Hii primi Teſtes. Iſti autem teſtes ultimi conceſſus & doni. *Rainaldus* filius *Fangulfi*, *Reinerus* filius *Gonthi*, *Godardus* filius *Topi*, *Rogerus* filius *Safridi*, *Willielmus* de **Stanham**, *Willielmus* de **Maſſingham**, & *Gaufridus* filius ejus, *Rogerus* filius *Rotberti* de **Burh.** Ib. fol. 85.

De eiſdem.

N*Overint præſentes & futuri, quod ego* Willielmus *de* **Wals**, *Concedo & confirmo hac carta mea in liberam & quietam elemoſinam Deo & ſanctæ* Mariæ *& monachis de* Acra *omnia quæ* Robertus *pater meus eis donavit & conceſſit, ſcilicet molendinum in* Pentenaia *quod* Middelmilna *vocatur cum adjacente ſibi prato. Concedo etiam eis illas quatuor ſolidatas terræ quas habebam in* **Gatelai**. *Et alias tres ſolidatas terræ quas habebam in* **Walſingham**. *Et illas duas acras prati quas* Rainaldus *de* **Waltone** *eis dedit. Volo quidem & deſidero ut hæc quæ in hac carta ſunt ſcripta monachi* Acrenſes *bene & in pace jure perpetuo teneant & poſſideant. Iſti ſunt teſtes,* Herbertus *capellanus,* Oliverius *frater domini,* Simon *avunculus ſuus,* Robertus *filius* Warini, Willielmus *de* **Chedeſtan**, Radulſus *frater domini,* Gerardus *filius* Warini, Willielmus *filius* Roberti, Willielmus *cocus,* Radulſus *filius* Durandi, Ogerius *prepoſitus,* Robertus *cocus,* Richardus *filius* Willielmi, Bricxi *de Curia.*

Carta Nicholaæ *de* Haia.

Ib. fol. 65. OMnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris *Nicholaa* de *Haia* ſalutem æternam in domino. Noverit univerſitas veſtra quod ego *Nicholea* de *Haia* conſtituta in viduitate mea & libera atque plena poteſtate mea, conceſſi & præſenti carta mea confirmavi, Deo & beatæ *Mariæ* de *Acra* & monachis ibidem Deo ſervientibus omnes donationes, conceſſiones & confirmationes, quas prædeceſſores mei, videlicet, *Robertus* de *Haia* avus meus, & *Richardus* de *Haia* pater meus, & *Radulfus* de *Haia* avunculus meus ſupradictis monachis dederunt, conceſſerunt & confirmaverunt, ſcilicet, in eccleſiis & eccleſiarum advocationibus, in decimis, in terris, in viis, in ſemitis, in paſcuis, in libertatibus, & in omnibus rebus, ſicut prædictorum prædeceſſorum meorum cartæ teſtantur. Præterea dedi & conceſſi, & præſenti carta mea confirmavi memoratis monachis omnes donationes, conceſſiones, & confirmationes quas mariti mei, ſcilicet, *Willielmus* filius *Ernifii*, & *Gerardus* de **Canville** illis dederunt, conceſſerunt, & cartis ſuis confirmaverunt, in terris, in eſcambiis terrarum, in moris, in mariſcis, & in omnibus aliis rebus, ſicut cartæ prædictorum maritorum meorum plenius teſtantur. Hanc autem donationem, conceſſionem, & confirmationem feci præfatis monachis pro ſalute animæ meæ & ſalute animarum omnium anteceſſorum, ſucceſſorum & maritorũ meorum. Et volo quod ſepedicti monachi habeant & teneant omnia ſibi donata, conceſſa, & confirmata in puram & perpetuam elemoſinam liberè & quietè, & ſine omni vexatione, & exactione de me & hæredibus meis imperpetuum. Hiis teſtibus, *Thoma* de **Canvil** filio meo. *Olivero* de **Aincurt**, *Roberto Griffin* tunc ſeneſcallo meo, *Jordano* de **Eſſebi**, *Willielmo* de **Neutune** tunc conſtabulario, *Willielmo* filio ſuo, magiſtro *Hugone* de **Bereford**, *Matheo* capellano, *Galfrido Angevin*, *Roberto Angevin*, & tota ſoka de **Suttune**, & multis aliis.

Carta *Brienni* filii *Scollandi* domini de **Bedale** pro eccleſia de **Walſamebi** & decimis **Bedale**, **Friebi**, **Culvertebi**, **Scortone**, **Eſheſco** in comitatu *Eboraci*.

N*Overint præſentes & futuri quod ego* Brienus *filius* Scollandi *concedo & confirmo in liberam & quietam elemoſinam monachis apud* Acram *Deo ſervientibus eandem donationem quam pater meus* Scollandus *eiſdem monachis dedit, ſcilicet eccleſiam de* **Walſambi** *cum omnibus pertinentiis ſuis. Et tertiam partem decimæ dominii mei de* Beddala, *& de* **Friebi**, *& de* **Culvertebi**, *& de* Scortona, *& de* **Echeſco** *duas partes dominii. Teſte* Hugone *filio* Jernegani. *Et* Radulfo *capellano, &* Jernegano *filio* Hugonis, *&* Helya *fratre* Brieni, *&* Helya *filio* Marceri, *&* Brieno *fratre ſuo, &* Michaele *filo* Brieni, *&* Radulfo *filio* Beitramni. Ib. fol. 63.

De reddit quatuordecim denariorum in Bicra

UNiverſis S. matris eccleſiæ filiis *Conſtantia* uxor *Radulfi* filii *Roberti* de **Goſeberchurche** ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me *Conſtanciam* filiam *Brieni* **Scollandi**, concilio & aſſenſu domini mei *R.* dediſſe & conceſſiſſe & hac carta confirmaſſe Deo & S. *Mariæ* & monachis de *Acra* ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam elemoſinam pro anima avi mei S. cujus corpus ibi ſepultum ſervatur, & pro anima patris mei *Brieni* & pro animabus anteceſſorum noſtrornm, & pro ſalute anime domini mei *R.* & meæ & hæredum noſtrorum quatuordecim denarios de area in *Bicra* de hæreditate mea quam *Alexander* & *Godefridus* frater ejus & *Herewardus* tenuiſſe dinoſcuntur de nobis in **Holflet**, ante domum *Codfridi* filii **Wichif**, annuatim ſolvendos præſatis monachis ab illis prænominatis *Alexandro* & *Godefrido*, *Herewardo* & hæredibus ſuis in feſto S. *Botulfi*. Hanc donationem conceſſit dominus meus *R.* & quia proprium ſigillum meum non habui, eam appenſione ſui ſigilli corroboravit. Et hanc donationem ego *Conſtantia* & heredes mei warrantizabimus prædictis monachis ubique & contra omnes homines. Hiis teſtibus *Andrea*, capellano de *Acra*, *Johanne* capellano de **Sutton**, magiſtro *Walterio* medico, magiſtro *Fulchero* cognato ſuo, *Euſtachio* ſeneſcallo de *Acra*, & *Willielmo* ejuſdem domus. *Alexandro* de Piſtrino, & *Richardo* portario, *Aleſtano* de **Sutton**, *Walterio* de **Sutton** & multis aliis. Ibid.

Pro eodem.

UNiverſis ſancti matris eccleſiæ filiis *Ranulfus* filius *Roberti* de **Goſeberchurche** ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod cum ego & uxor mea *Conſtantia* in redeundo ab oratione à S. *Thoma*, hoſpicaremur apud monachos ad *Acram*, præſata uxor mea dedit & obtulit ibi ſupra altare Deo & S. *Mariæ* & prædictis monachis ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam elemoſinam pro anima avi ſui *Scollandi*, cujus corpus ibi ſepultum ſervatur, & pro anima *Brieni* Ibid.

patris ſui, & pro animabus anteceſſorum noſtrorum, & pro ſalute animarum noſtrarum & hæredum noſtrorum, quatuordecim denarios de area in *Biera* de hereditate ſua quam *Alexander Godefridus* frater ejus, & *Herewardus* tenuiſſe dinoſcuntur de nobis in **Holflet**, ante domum *Godefridi* filii **Wichif**, annuatim reddendos præfatis monachis ab illis prænominatis *Alexandro Godefrido* & *Herewardo* & hæredibus ſuis ad feſtum S. *Botulfi*. Hanc donationem præſcriptam ego ipſe *Ranulfus* conceſſi & ſigilli mei appoſitione corroboravi, & eam ſepedict s monachis warrantizabimus ego & heredes mei ubique contra omnes homines. Hiis teſtibus, *Willielmo* de **Goſeberchurche**, *Rogero* capellano, *Roberto* capellano, *J.* capellano de **Suttone**, *Gileberto* & *Philippo* & *Johanne* fratribus meis, *Walterio* de **Suttone**, & *J.* cognato ejus & multis aliis.

De fundatione eccleſiæ *Acrenſis*.

Ibid. fol. 118. b.

H*Erbertus epiſcopus fidelibus præſentibus & futuris de* **Northfolc** & **Sudfolc** *ſalutem. Cognoſcat dilectio veſtra* Cluniacenſes *monachos in eccleſiam de* Hacra, *mea voluntate & ſcientia & conceſſione, ingreſſos eſſe, & monaſterium quod ibi conſtruitur mea conſtrui proviſione; unde rogo & præcipio, ut terras & homines & eccleſias & decimas quas hactenus habuerunt, deinceps cum omni pace habeant fratres qui in prædicto monaſterio Deo ſub regula beati* Benedicti *ſervituri ſunt. Sit etiam licitum omnibus fidelibus in eodem loco dare quæ voluerint, & quod donaverint, noſtra auctoritate confirmatum ſit. Signum* Herberti *epiſcopi* ✠. *Signum* Walterii *archidiaconi* ✠.

De omnibus eccleſiis.

Ibid. fol. 117.

E*Brardus* epiſcopus fidelibus præſentibus & futuris de **Norfolc** & **Sudfolc** ſalutem. Quoniam debitores ſumus ea que religioſis locis devotio fidelium contulit pia ſolicitudine tueri; nos conſervata in omnibus dignitate *Norwicenſis* eccleſiæ, omnia quæ dilecti fratres noſtri monachi de *Acra* in dioceſi *Norwicenſi* juſtè & canonicè poſſident, auctoritate Dei & noſtra eis concedimus & confirmamus; videlicet monaſterium ſanctæ *Mariæ* de *Acra*, & quicquid ibidem *Willielmus* comes *Warrenniæ* primus, & *Willielmus* ſecundus comes, Et *Willielmus* tertius comes *Warrenniæ*, & cæteri fideles eis dederunt. Et eccleſiam villæ de *Acra*. Eccleſiam de **Neutun**, eccleſiam de **Lecheſham**, eccleſiam de altera **Lecheſham**, eccleſiam de **Dunham** cum capella ſanctæ M*ariæ* quæ ad eandem eccleſiam pertinet, eccleſiam de **Kemeſtune**, eccleſiam de **Wichingeſete**, eccleſias ſancti *Petri*, & ſancti *Pauli* in **Weſehamtorp**, eccleſiam de **Sengham**, eccleſiam de **Otringehæ**, eccleſiam de **Melewde**, eccleſiam ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de **Wigehale**, eccleſias de **Haverhil**, eccleſiam de **Depedene**, eccleſiam de **Haſphale**, eccleſiam de **Bachetune**. Monaſterium ſancti *Andreæ* de **Bromholme**, eccleſiam de **Trunchet**, eccleſiam de **Wicchemere**, eccleſiam de **Stringeham**, eccleſiam de **Hailedune**, eccleſiam de **Fulmoveſtune**, eccleſiam de **Eſtbarſham**, eccleſiam de **Weſtbarſham**, eccleſiam ſancti *Andreæ* de **Tarerſete**, eccleſiam de **Congham**. Ne igitur quiſquam præſumat prædictos fratres, monachos de *Acra* injuſtè vexare aut poſſeſſiones eorum ulla temeritate turbare, firmiſſime prohibemus, & ſub interminatione anathematis interdicimus. Quiſquis verò eos conſervare & amplificare ſtuduerit, Dominus conſervet eum & beatum faciat in terra, multiplicans ei bona temporalia pariter & eterna, *Amen.* Teſte *Willielmo* archidiacono, *Walchelino* archidiacono, *Rogero* archidiacono.

Quod hujuſmodi Prioratus non eſt alienigena.

Clauſ. 18. E. 2. m. 19.

R*Ex theſaurario & baronibus ſuis de ſcaccario ſalutem. Cum celebris memoriæ dominus* E. *quondam rex* Angliæ *pater noſter xxvj. die Januarii anno regni ſui xxxiiij.* *ex teſtimonio* Johannis de Warenna *tunc comitis* Surr. *& aliorum fidedignorum, accipiens, quod Prior & conventus de* Caſtelacre *fuerunt* Anglici *& non alienigenæ, de poteſtate regis* Franciæ, *vel ſibi adhærentium; & quod cenſum ſeu penſionem aliquam alicui de poteſtate regis prædicti, vel ſibi adhærentium non ſolvebant; nec alicui de poteſtate prædicta, obedientia, affinitate, vel aliquo alio modo fuerunt aſtricti, niſi in hoc quod abbas* Cluniacenſis, *aliquando, cum ipſum ad partes* Angliæ *venire contigeret, in prædicto Prioratu viſitare conſuevit; & quod iidem Prior & conventus in hujuſmodi viſitationibus ſuam profeſſionem de ipſo abbate receperunt, mandaverit tunc theſaurario & baronibus ſuis de ſcaccario quod Prioratum prædictum, cum omnibus ad illum ſpectantibus, ſi pretextu mandati ſui de domibus & maneriis religioſorum alienigenarum de poteſtate regis prædicti & ſibi adhærentium, vel qui eis obedientia, affinitate, vel aliquo alio modo aſtricti eſſent, in manum ſuam capiendis, & non alia de cauſa captus fuiſſet in manum ipſius patris noſtri, prædictis Priori & conventui, ſine dilatione reſtitui facerent, tenendum ſicut illum ante captionem ejuſdem in manum ſuam tenuerunt, ſicut per inſpectionem rotulorum cancellariæ noſtræ nobis conſtat. Ac dilectus nobis in Chriſto, nunc Prior dicti loci, nobis dederit intelligi, quod cuſtodes Prioratuum & aliarum terrarum alienigenarum in com.* Norff. *&* Suff. *Prioratum prædictum, pretextu mandati noſtri eis directi, de Prioratibus & aliis terris alienigenarum de poteſtate dicti regis* Franciæ, *& eis adherentium in manum noſtram capiendis, pro eo quod dictus Prior de comitatu* Burgundiæ *oriundus exiſtit, ceperunt in manum noſtram, ſuper quo nobis ſupplicavit ſibi remedium adhiberi. Nos ad præmiſſa conſiderationes habentes, ac pro eo quod dictus Prior de poteſtate dicti regis* Franciæ *non eſt oriundus, vobis mandamus quod Prioratum prædictum ſi prætextu mandati noſtri prædicti, & non alia de cauſa per dictos cuſtodes captus ſit in manum noſtram, eidem Priori, una cum exitibus inde perceptis, ſine dilatione reſtitui facias, tenendum ſicut illum tenuerunt ante captionem ſupradictam. T. rege apud* **Langele** *xxiiij. die Januarii.*

MEND-

MENDHAMENSIS

Prioratus in agro Norfolcienſi, *cella de* **Caſtle-Acre.**

Carta Willielmi *filii* Rogeri *de* **Huntingfeild.**

Ex regiſt. de Caſtle-acre fo. 62.

NOtum ſit omnibus præſentibus & futuris quod ego *Willielmus* filius *Rogeri* de **Huntingefeld**, conceſſu hæredum meorum, concedo & dono Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Acra* & monachis ibidem Deo ſervientibus Inſulam ſanctæ *Mariæ* de **Mendham** in liberam elemoſinam cum omnibus pertinentiis ſuis, ſcilicet culturam **Wlveſhage** in qua ſitæ ſunt grangiæ; & culturam **Micheleheg**, & terram de *Langabaga*, & terram *Gernagodi*; & in homagiis, ſcilicet *Robertum de Boſco* cum tenura ſua. Et *Angoldum* & *Aldvinum*, & *Godvinum*, & *Wdardum*, & *Normannum*, & *Wlfricum*, cum tenuris ſuis & ſervitiis & conſuetudinibus. Terram etiam totam quam habui in villa de **Crocheſtune** cum omnibus pertinentiis ſuis tam in homagiis quam in omnibus aliis rebus. Omnia iſta concedo & dono ſupradictæ eccleſiæ in elemoſinam, pro anima patris mei, & matris meæ omniumque parentum meorum & pro me omnibuſque amicis meis poſſidenda jure perpetuo. Tali autem conventione iſtam donationem facio, ut inpræſentiarum fratres quotquot neceſſarii fuerunt ad locum regendum in ſupradicta inſula conſtituantur; & poſtea ſecundum quod locus creverit & emendatus fuerit, monachorum numerus augeatur, quouſque monachorum conventus ad ordinem regulariter tenendum ibi poſſit conſtitui, & tunc ibi cum citius fieri poterit conſtituantur. Pærterea ſciendum eſt quod qualem ſubjectionem & libertatem eccleſia *Acrenſis* debet eccleſiæ ſancti *Pancratii*, vel illa eccleſiæ *Cluniacenſi*, talem ſubjectionem & libertatem ſupradicta inſula perſolvat eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Acra*, ita tamen quod ipſi reddent ſingulis annis ſupradictæ eccleſiæ de *Acra* dimidiam marcam argenti caritativè ad recognitionem. Hujus autem conventionis & donationis teſtes ſunt *Benedictus* capellanus, *Robertus* de *Cocheleia*, *Robertus* de **Mendham**, *Ricardus* preſbiter, *Rogerus* de **Hammervill**; *Thomas Columbanus*, *Rogerus Stormi*, *Willielmus* filius *Rocelini*, *Robertus* frater ejus, *Radulfus Carbunel*, *Rogerus* filius *Alredi*, *Willielmus Lenviſe*, *Rocelinus* filius *Hunfridi*, *Walterus* de **Hammervill**, *Rogerus* filius *Turaldi*, *Willielmus Malus-nepos.*

Alia Carta ejuſdem *Willielmi.*

NOtum ſit præſentibus & futuris quod ego Willielmus filius Rogeri *de* **Huntingefelt**, *conceſſu* Rogeri *filii & hæredis mei, dono & concedo & hac carta confirmo Deo & ſanctæ* Mariæ *& monachis de* Acra *apud Inſulam de* **Bruniggeſhurſt** *manentibus, & Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ & remiſſione peccatorum meorum & amicorum meorum tam vivorum quam mortuorum in liberam & quietam elemoſinam ſcilicet* Langahada. *Et terram* **Gernegan**, *&* **Wlfeſhag**, *&* **Micheheg**, *&* **Huſſale**. *Et boſcum de* **Mivelhac** *uſque ad foſſatum quod ego feci ibi facere: Et ultra foſſatum unam acram & dimidiam. Et inſocha de* **Mendham** Wluricum, Hodardum, Walterum, Hulſum, Hedritun, Normannum, Bondum, Richardum, Alwinum, Richardum *filium* Hulſi, Godwinum, Aldewinum, Oſgod, Robertum *de* Boſco, Godricum *de* **Haliac**. *Iſtos autem homines cum uxoribus & liberis & omnibus tenuris & conſuetudinibus eorum dono ſupradictæ eccleſiæ in liberam & quietam & ſolidam elemoſinam jure perpetuo. Confirmo etiam donationem* Rogerii *de* **Hammervill**, Willielmi *filii* Hoſceiel, *&* Sigar, *&* Gerold *cum uxoribus & liberis & ſervitiis & conſuetudinibus eorum: Et de hiis tribus prædictis hominibus & eorum redditibus ita præfinitum eſt & ſtatutum inter me & monachos prædicta eccleſiæ quod non debent in alios uſus diſtribui niſi in eccleſiam lapideam conſtruendam. Hiis teſtibus,* Rogero *filio meo,* Benedicto *ſacerdote, &* Benedicto *capellano, &* Machario *nepote meo, &* Rogero *clerico de* Acra, *&* Willielmo *de* **Churchunt**, *&* Radulfo Carbunell, *&* Willielmo *filio* Rocelini, *&* Roberto *filio* Rocelini, *&* Willielmo Malneunt, *&* Willielmo *de* **Drugmar**, *&* Rotberto *Albo, &* Waltero *de* **Hammervill**, *&* Rocelino *filio* Humfridi, *&* Roberto Chantelo, *&* Rogero *filio* Thoraldi, *&* Eilwardo *præfecto, &* Rendulfo *nepote meo, &* Alano *armigero meo,* Roberto Cucheleio.

Carta Stephani *de* **Saukevill.**

NOtum ſit tam præſentibus quam futuris quod ego *Stephanus* de **Saukevill** do & concedo Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Acra* & monachis ibidem Deo ſervientibus totam elemoſinam quam tenuerunt in **Mendham** antequam dominusRex mihi terram quæ fuit patris mei reddidit, videlicet **Hurſt** cum omnibus pertinentiis ſuis in terris, in homagiis, in pratis, in paſcuis & in omnibus rebus. Et volo ut prædicti monachi teneant omnia iſta benè & in pace liberè & quietè ſicut liberam & perpetuam elemoſinam, & ſicut unquam meliùs vel liberiùs tenuerunt. Hoc autem facio pro amore Dei & ſalute mea & pro anima patris mei & matris meæ & anteceſſorum meorum. Hii ſunt teſtes, *Bartholomeus* de **Glanvill**, *Thomas* de **Mendham**, *Anſgot* de **Mendham**, *Robertus* filius *Anſgoti*, *Gaufridus* frater ejus, *Robertus* de **Chantelou**, *Oddo Camberlengus*, *Alanus* preſbiter, *Willielmus de* **Duneham**, *Alfredus* de *Acra*, *Robertus Hoppeſorpt.* Ibid.

Pro eccleſiis de **Mendham** ſanctæ *Margaretæ* & medietate eccleſiæ ſancti *Petri* de **Linſtede**, & cætera de cella de **Mendham.**

SCiant præſentes & futuri quod ego Rogerus *de* **Huntinfeld** *voluntate & aſſenſu hæredum meorum dedi & conceſſi & hac mea carta confirmavi Deo & S.* Mariæ *de* **Mendham** *& monachis de* Acra *ibidem Deo ſervientibus eccleſiam S.* Margaretæ *de* **Linſtede** *cum omnibus pertinentiis ſuis* Ibid.

Et medietatem eccleſiæ S. Petri *de* **Linſtede** *cum omnibus pertinentiis ſuis. Et paſturam meam quæ jacet intra alnetum monachorum & foſſam meam tranſverſariam; Et ultra foſſam illam medietatem prati mei ſcilicet undecim acras, & alnetum quoddam ſcilicet inſulam ante molendinum* Thomæ *de* **Mendham**; *Et tertiam partem decimæ dominii mei in* **Suttorp** *in omnibus rebus. Et* Oſmundum *de* **Suttorp** *cum tota ſequela ſua, & tenemento ſuo. Et quinque ſolidatas redditus in villa de* **Bradeham**, *ſcilicet decem acras terræ quas* Willielmus Surdus *tenet. Præterea dedi eiſdem monachis quicquid juris habui in eccleſia de* **Mendham**. *Si autem ego prædictam elemoſinam præfatis monachis non potuero warrantizare, de propria hæreditate mea tantum eis dabo quantum valet illud quod eis warrantizare non poſſum: Et ſimiliter facient hæredes mei cum ad illos hæreditas pervenerit, ſcilicet quicquid de prædicta elemoſina warrantizare non potuerint prædictis monachis, ad valentiam illius de ſuo proprio eis dabunt. Hanc autem donationem facio pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & liberorum meorum & pro anima patris mei & matris meæ & omnium anteceſſorum meorum & parentum meorum. Hiis teſtibus,* Willielmo *decano de* **Ridenhall**, *magiſtro* Ricardo *de* **Sotesham**, Petro, Walterio, Roberto *filio* Rocelini, Ingelram de **Gigne**, Willielmo Britton, Willielmo *filio* Haroldi, Huſtacio *ſeniori*, Alexandro *de piſtrino*, Richardo Porter, Willielmo *de* **Wares**, Roberto Mareſcallo, *& multis aliis.*

Pro Johanne *Priore de* **Mendham**.

Ibid.

ROgerus de **Huntinfeld** omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos preſens ſcriptum pervenerit ſalutem. Noveritis me petitione mea & voluntate & aſſenſu domini *L.* Prioris de *Acra* & ejuſdem loci conventus, *Johannem* de **Lindeſeie** ad domum meum de **Mendham** impetraſſe Priorem. Nec eum me ob hoc queſiviſſe quod apud **Mendham** fuerit ad monachatum receptus, vel eo quod ibi fuerit monachus factus. Hiis teſtibus, *Iggeram* de **Ginnai**, *Johel* capellano, magiſtro *Johanne*, *Thoma* de **Huntinfeld**, *Euſtacio* ſeniori, *Johanni* de **Snaringghes**, *Alexandro* ſeniori, *Richardo* janitore, & multis aliis.

Compoſitio inter nos & domum de **Mendham**.

Ibid.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis notum ſit quod ego Hugo *Prior de* Acra *& conventus ejuſdem loci communi aſſenſu ad petitionem* Rogeri *de* **Huntingfeld** *conceſſimus ut nullus Prior de* **Mendham** *deponatur, niſi tribus de cauſis. Scilicet inobedientia ſive incontinentia, vel dilapidatione domus. Et ſi ita evenerit quod Deus avertat quod pro aliqua prædictarum cauſarum deponi debeat, hoc erit concilio noſtro & conventus noſtri & advocati prænominati loci & conventus de* **Mendham**. *Quod ſi cauſa manifeſta fuerit & in depoſitione illus nos & advocatus non conſentiamus per epiſcopum & clericatum & bonos viros deponatur. Ad inſtituendum Priorem in prædicto loco communi concilio noſtro & prædicti advocati Priorem Idoneum inſtituemus. Conceſſimus etiam ut octo monachi viri honeſti ad minus in perpetuum in eodem loco Deo ſerviant quorum quatuor de clauſtro noſtro illuc tranſmittentur. Si unus eorum deceſſerit, loco defuncti, fratrem de clauſtro noſtro illuc tranſmittemus. Si quis ad ſuccurrendum metu mortis ſe loco prænominato dederit illic recipietur. Sanus autem ſi quiſquam illic recipi voluerit non ſine noſtra licentia recipietur, & in clauſtro noſtro edoctus. Si voluerit revertatur & tota catella ſua remaneant apud* **Mendham**. *Cum autem dono divino domus illa ceperit ampliari quo valeat conventus ſuſtentari & ordo ſervari, liceat eis monachos recipere apud* **Mendham** *propria autoritate ſua. Siquis illic in obedientia neceſſarius fuerit non amovebitur per nos niſi evidenti cauſa & noſtra neceſſitate. Hiis teſtibus,* Willielmo *decano de* **Redenall**, *magiſtro* Richardo *de* **Shotesham**, Willielmo Bryton, *& multis aliis.*

BROMHOLMENSIS

Prioratus in agro Norfolcienſi, *cella de* **Caſtel-acre**.

Carta Bartholomei *de* Glanvilla.

Ex regiſt. de Caſtle-acre fol. 62.

NOtum ſit omnibus tam futuris quam præſentibus quod ego *Bartholmeus* de *Glanvilla* concedo & preſenti carta confirmo omnia quæ pater meus *Willielmus de Glanvilla* conceſſit, & dedit Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Andreæ* apoſtolo, & monachis de *Acra* apud *Baketuniam* Deo ſervientibus, ubi pater meus requieſcit; ſcilicet terram *Stanardi* preſbiteri de **Calewic**, & eccleſiam ejuſdem villæ cum pertinentiis & **Bromholm** ubi manent. Et eccleſiam de **Disham** cum appenditiis; decimam quoque maneriorum meorum, ſcilicet de *Baketunia* totam; Et duas partes decimæ de **Hanges**. Et ſimiliter de **Horham** & de *Altetuna*, & de **Dalingeho** & de **Brug** de dominiis meis. Et ſimiliter de **Sneſclinges**. Decimam quoque molendinorum meorum de *Baketuna* & de **Wilefort** totam. Et duas partes molendini decimæ de **Honinges**. Et unum molendinum in **Munelle** in dominio. Et terram *Herdfredi* preſbiteri in dominio. Et quandam partem meæ ſilvæ à via molendini uſque ad **Tokeſgate**. Et duas partes decimarum meorum hominum. Scilicet avunculi mei *Rogeri* de *Bertuna*. Et *Galfridi* preſbiteri de **Haninges**. Et *Turſtani* diſpenſatoris. Et *Warini* de **Torp**. Et *Ricardi Hurell*. Et *Walteri Vtlage*. Et *Roberti* de **Buskevill**. Et decimam totam *Ricardi* filii **Ketel**. Et totam decimam de pannagio de *Baketuna*, & de **Horham**. Et de turbagio de **Snatheſeld** duas partes. Et inſuper incrementum quod ad finem ſuum delegavit, ſcilicet **Geiſhoml** & omnia que ibi habuit in agris in hominibus, ſcilicet **Wiſtan** cementarium & omnes alios qui ibidem ſui juris erant, ſolutè & quietè ab omnibus conſuetudinibus præter **Denegeld** regis. Et inſuper quod ego *Bartholomeus* dedi in elemoſina, ſcilicet eccleſiam de **Paſtun** cum pertinentiis, & cum terra ſilvæ, & cum terra **Paſtun**, & cum terra de **Greneho**, & cum terra ad capud-**briges**, & terra ad **Alvehithe** & **Lanrelan**, & terra *Tocbe* de **Briges** quam ipſe *Tocbe* dedit in elemoſinam: ſumma, quinquaginta & duæ acræ. Et præterea dedi eis triginta acras juxta mare. Et meum pratum de **Blateholm** propter decimam procurationis meæ domus, & mariſcum meum juxta **Bromholm.** Et præterea dedi eis decem acras juxta mare. Et decimam *Ricardi* presbiteri de **Bachetune**, in honore Dei & ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Andreæ* apoſtoli, pro ſalute animæ meæ & animæ patris mei & omnium amicorum meorum vivorum ac defunctorum. Teſt. *Ricardo* presbitero, & *Balwino* decano de **Caresfeld**, & *Radulfo* capellano, & *Goſcelino* presbitero, & *Jurdano* de **Sakevill**, *Roberto* de **Walemer**, *Harveio* de **Glanvill**, & *Randulfo* filio ejus, *Rogero* de **Glanvill**, & *Willielmo* de **Glanvill**, *Odone* de **Withested**, & *Ricardo* de *Ebrardo* filiis ejus, *Osberto* de *Glanvilla*, & *Reginaldo* de *Glanvilla*, & *Willielmo* filio *Petri*, & *Humfrido* fratre ſuo, & *Rogero Talevaz*, & *Michaele.*

Carta S. Comitis de **Moretoil** *& de* Bolonia.

Ib.fol.61. S. Comes de **Moretoil** & de *Bolonia* juſticiario ſuo de **Suthfolc** & de **Norfolc** & omnibus hominibus & fidelibus ſuis, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe eccleſiam de ſancto *Andrea* de *Bachetunia* monachis de *Acra* qui ſunt de ordine de *Clunieio*, ſicuti *Willielmus* de *Glanvilla* dedit eis cum elemoſinis quas dedit eis in terris & in decimis. Et terram & homines quos habebat in **Gueneholm**, ad finem eis dedit ſexdecim ſolidos & unum nummum. Et volo & præcipio ut firmam pacem meam habeant per totam terram meam, & quod nullus eis diſturbet nec injuſtum faciat. Et hoc concedo eis gratia Dei pro me & uxore mea & pro anima patris mei. Teſte, *Roberto* vicecomite, & *Roberto* de **Sachevill**, & *Ricardo* capellano, & *Gervaſio*, *Rogero* de *Hoſa*, *Willielmo* de **Wilers**, *Roberto* clerico.

Cirographum inter domum de Acra *&* **Bromholm** *de annuo redditu.*

Ibid. OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſens ſcriptum viſuris vel audituris Priores de *Acra* monachorum & de **Bromholme** eorumque locorum conventus, ſalutem in domino. Univerſitati veſtræ notum fieri volumus quod cum quedam conventio orta eſſet inter Priores de *Acra* monachorum & de **Bromholme**, & eorundem locorum conventus ſuper auxiliis & recognitionibus quæ Prior & conventus de *Acra* exigebant de hominibus de *Wittona*, quos Prior & conventus de **Bromholme** tenent ad perpetuam firmam de prædictis Priore & conventu de *Acra*, tandem in hunc modum mediantibus viris diſcretis in formam perpetuæ pacis ſopita eſt: ſcilicet quod Prior & conventus de **Bromholme** adauſerunt annuatim firmam ſuam quam ſolebant reddere Priori & conventui de *Acra*, per decem ſolidos ſingulis annis in perpetuum reddendos: Ita quod ubi priùs ſolebant reddere tredecim marcas & octo ſolidos, & octo denarios per annum, de cætero reddent quatuordecim marcas & quinq; ſolidos & quatuor denarios ad tres terminos; ſcilicet ad feſtum ſancti *Michaelis* ſexaginta & quatuor ſolidos, ad purificationem beatæ *Mariæ* ſexaginta & quatuor ſolidos, & ad pentecoſten ſexaginta & quatuor ſolidos. Pro hac autem annuæ firmæ augmentatione Prior & conventus de *Acra* remiſerunt & quiete clamaverunt in perpetuum omnes exactiones, recognitiones, & omnes demandas & auxilia quæ priùs habuerunt vel habere potuerunt erga domum de **Bromholme** occaſione prædictæ firmæ de **Witton** & aliarum poſſeſſionum per cartas de *Acra* eis conceſſarum, & confirmatarum. Et ut hæc conventio & conceſſio inter prædictas domos perpetuam obtineat firmitatem, præſens ſcriptum ad modum cirografi factum utriuſq; domus Priores & conventus ſigillis ſuis confirmaverunt. Facta eſt autem hæc conventio ad feſtum ſancti *Michaelis* proximum poſt tranſlationem beati *Thomæ* martiris. Et ego *Willielmus* de **Glanville** advocatus domus de **Bromholme** concedo & ſigilli mei appoſitione confirmo pro me & hæredibus meis hanc præſcriptam conventionem inter præſcriptas domos de *Acra* & de **Bromholme** in perpetuum. Hiis teſtibus, *Eudone Arſic*, *Waltero* de **Capravill**, *Reinero* de **Duntun**, *Waltero* filio *Hamonis*, *Alni* de *Suthacra*, *Alexandro* dapifero, *Galfrido* camerario, *Willielmo* de **Hernigeſh**, *Willielmo Breton*, *Willielmo Wdecoc*, *Roberto* Paget & multis aliis laicis, Et clericis, *Johanne* de **Wrdeſte** officiali domini *Galfridi* de **Bukelande**, magiſtro *Samuele* decano de **Repples**, *Nicholao* capellano de **Wittone**, *Gerardo* de **Hereford**, magiſtro *Radulfo* de **Wrſtede**, *Petro* de **Hikeling.**

Compoſitio inter nos & domum de **Bromholme.**

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *P.* Dei permiſſione abbas de **Oſolveſtune**, & decanus de **Rotelande**, ſalutem. Mandatum domini Papæ *Gregorii* ix. ſuſcepimus in hæc verba. *Gregorius* epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis abbati de **Oſolveſtune**, de **Stanforde**, & de **Rotelond** decanis *Lincolnienſis* dioceſis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii Prior & conventus de **Lewes** *Cluniacenſis* ordinis ſua nobis petitione monſtrarunt, quod cum monachi de **Bromholme** ejuſdem ordinis, *Norwicenſis* dioceſis, ex capitulo monaſterii de *Acra* jam dicti ordinis, ſibi debeant Priorem aſſumere quotiens Priore vacare contingit eccleſiam eorundem, ipſi nitentes vendicare ſibi jus eligendi libere de ſuo conventu Priorem, ſuper hoc Priorem & conventum præfati monaſterii de *Acra* coram venerabili fratre noſtro *Roffenſi* epiſcopo & conjudicibus ſuis in cauſam, literarum piæ memoriæ *Honorii* Papæ prædeceſſoris noſtri auctoritate traxerunt; unde dicti prior & conventus de **Lewes** quibus ipſum monaſterium de *Acra* ſubjacet, ſicut dicunt, rem ſuam agi videntes, cum ſepedicti Prior & conventus de *Acra* factum hujuſmodi non poſſunt deducere in judicium ſine ipſis, pro jure ſuo ſedem apoſtolicam appellarunt; quorum appella- Ibid.

tioni dicti judices humiliter detulerunt: Ideoque diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ſi eſt ita, audiatis quæ iidem Prior & conventus de **Lewes** pro jure ſuo duxerint proponenda, & quod Canonicum fuerit appellatione poſtpoſita ſtatuatis, facientes quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerunt nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem ceſſante appellatione cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi omnes hiis exequendis non potueritis intereſſe duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum *Laterani* decimo ſeptimo kalendas Maii pontificatus noſtri anno primo.

Hujus *Gregorii* auctoritate mandati, partibus in noſtra præſentia conſtitutis, Priore & conventu de **Lewes** contra Priorem & conventum de **Bromholme** proponentibus, quod cum monaſterium de **Bromholme** monaſterio *Acrenſi* quod eſt ſpecialis ipſius cella, & immediate ſibi ſubjecta, antiquitùs conſueverit eſſe ſubjectum, ſecundùm regulam ſancti *Benedicti* & ordinem *Cluniacenſem*; videlicet in Priorem & Suppriorem præficiendo & deſtituendo, monachos ponendo & recipiendo, unum pro alio mutando, eandem domum viſitando, & Prioris ejuſdem viſitationem recipiendo, & alia, ſecundùm conſuetudinem ordinis *Cluniacenſis* in eadem domo corrigendo, *Philippus* Prior & monachi ejuſdem domus de **Bromholm** compoſitionem quandam cum ipſis *Acrenſibus*, ſuper ſtatu & ordinatione ipſius domus de **Bromholm**, auctoritate abbatis de *Valle Dei* ejuſque conjudicum à bonæ memoriæ *Innocentii* Papæ delegatorum ſecundùm formam ſigillis utriuſque domus & eorundem judicum ſignatam inierunt. Sed ipſi *Bromholmenſes* tam obedientiam & reverentiam quam antiquitus præfato ſuo monaſterio *Acrenſi* exhibere conſueverant, quàm formam dictæ compoſitionis obſervare poſtmodum recuſarunt, in enorme dampnum ſuum, & ipſius ſui monaſterii *Acrenſis* & gravamen; propter quod, ſecundùm ſtatuta ordinis ſententia excommunicationis meruerunt innodari, unde petunt ſibi juſticiam exhiberi. Dicunt etiam quod dampnificati ſunt tam ipſi quam domus ſua de *Acra* per hujuſmodi rebellionem ad valentiam quingentarum marcarum & amplius, ſuper quo petunt ab ipſis *Bromholmenſibus* ſibi ſatisfieri, hæc dicunt ſalvo ſibi jure addendi minuendi vel mutandi. Poſt multas verò altercationes inter partes hinc inde habitas, tandem lis coram nobis conquievit, ac à partibus ſuper præmiſſis eſt compoſitum, & in formam perpetuæ pacis conſenſum, in hunc modum; videlicet, Obeunte vel cedente *Vincentio* nunc Priore de **Bromholm**, ac poſt eum quandocunque vacante Prioratu de **Bromholm**, monachi de **Bromholm** infra octo dies poſtquam vacaverit domus de **Bromholme** ſignificabunt Priori & conventui de *Acra* apud *Acram* literatoriè & per certum nuncium vacationem domus de **Bromholme.** Et ſi fortè Prior *Acrenſis* abſens fuerit, nunciatio vacationis Prioratus de **Bromholme** conventui de *Acra* facta ſufficiat; & tunc Prior de *Acra* infra menſem poſt nunciationem ſibi & conventui de *Acra* apud *Acram* ſic factam à conventu de **Bromholm**, bona fide & in periculo animæ ſuæ ſine fraude & dolo nominabit tres monachos de *Acra* quos magis crediderit eſſe ydoneos ad regimen dictæ domus de **Bromholm**; & tres monachos de **Bromholm** ſimiliter quos magis crediderit eſſe ydoneos ad regimen dictæ domus de **Bromholme**, videlicet ſuppriorem de **Bromholme** & duos alios ejuſdem domus monachos, & monachi de **Bromholme** infra menſem poſt nominationem à Priore de *Acra* ſibi literatoriè, & per certum nuncium nunciatam, eligent & aſſument unum de ſex nominatis, quem voluerint, ſibi in Priorem bona fide & in periculo animæ ſuæ ſecundum quod eccleſiæ ſuæ magis expedire proſpexerint, conſenſu patroni ſui requiſito. Qui patronus ſine difficultate & mora ſuum prædictæ nominationi & electioni præbebit aſſenſum. Et ſi fortè non preſtiterit non ideo minus ſtabunt & valebunt nominatio facta à Priore *Acrenſi* & electio facta à conventu de **Bromholme** vel à majori & ſaniori parte conventus, Cui ſic nominato & electo epiſcopus loci quod ſuum eſt impendet. Et ſi Prior *Acrenſis* intra menſem poſt nunciatam ſibi & conventui ſuo in forma ſupraſcripta vacationem apud *Acram* à conventu de **Bromholme**, non nominaverit vel nominationem à ſe factam conventui de **Bromholm** non ſignificaverit, ex tunc licebit conventui de **Bromholm** illa vice quem voluerit ſibi eligere in Priorem, conſenſu patroni ſui ut ſupra requiſito. Et ſi conventus de **Bromholm**, poſt nominationem ſibi à Priore *Acrenſi*, in forma ſupraſcripra factam, infra menſem, unum de ſex nominatis non elegerit, tunc conventus de **Bromholme** aſſumet ſibi in Priorem unum de ſex nominatis, quemcunque Prior *Acrenſis* voluerit illa vice, conſenſu patroni, ut ſupra, requiſito. Quod ſi vacante Prioratu de **Bromholm** contingat Prioratum de *Acra* vacare vel Priorem *Acrenſem* in tranſmarinis partibus moram facere, Supprior de *Acra* cum concilio conventus *Acrenſis* expediet ea que expedienda forent à Priore *Acrenſi* in hac parte. Pro procuratione autem tam à Priore & conventu *Lewenſi* quam à Priore & conventu *Acrenſi* in domo de **Bromholm** petita, ad quam ſe nullo modo teneri dicebant monachi de **Bromholm**, percipiet idem Prior & conventus *Acrenſis* pro bono pacis quadraginta ſolidos annuatim ad duos terminos, videlicet in craſtino ſynodi Paſche viginti ſolidos, & in craſtino ſynodi ſancti *Michaelis* viginti ſolidos, apud *Norwicum.* Item ubi Prior & conventus de **Bromholm** ſoliti fuerunt ſolvere Priori & conventui de *Acra* quatuordecim marcas & quinque ſolidos & quatuor denarios pro poſſeſſionibus terris & redditibus quos de eiſdem tenent, inpoſterum ſolvent annuatim viginti marcas de bona & legali moneta ſterlingorum Priori & conventui de *Acra* vel eorum certo nuncio terminis quibus ex antiquo redditum ſuum percipere conſueverunt; videlicet ad purificationem beatæ *Mariæ* ſex marcas & novem ſolidos. Ad pentecoſtem ſex marcas octo ſolidos, & decem denarios. Et ad feſtum ſancti *Michaelis* ſex marcas & octo ſolidos & decem denarios. Et tam Prior & conventus de **Lewis** quam Prior & conventus de *Acra* omnes queſtiones, obedientias, exactiones

actiones, ſubjectiones alias à nominatione ſupradicto Priori de *Acra*, vacante Prioratu de **Bromholme**, competentes Priori & conventui de **Bromholm** in perpetuum remiſerunt, nullam obedientiam ſubjectionem ſeu viſitationem hinc inde faciendam, excepta nominatione ſupradicta in domo de **Bromholm** ex——; ſed liberi & abſoluti in omnibus aliis dicti Prior & conventus de **Bromholm** imperpetuum remaneant, tranſactione inter de *Acra* & de **Bromholm** eccleſias coram abbate de *Valle Dei* & conjudicibus ſuis à domino Papa delegatis, ſeu & aliquo jure eccleſiæ *Lewenſi* vel *Acrenſi* ante compoſitionem iſtam —— competente, non obſtante. Nos vero ad petitionem —— —— auctoritate domini Papæ nobis in hac parte commiſſa dictam compoſitionem confirmavimus, & ſigillorum noſtrorum munimine corroboramus. Acta ſiquidem ſunt hæc in præſentia noſtra apud **Stanford** in eccleſia beatæ *Mariæ* propè pontem, die *Mercurii* proxima ante dominicam palmarum anno ab incarnatione domini MCCxxix. pridie idus Aprilis. Priore & conventu *Lewenſi*, per venerabilem virum *Robertum* Priorem *Acrenſem* ad componendum procuratorem ſufficienter datum, comparentibus: de *Acra* & de **Bromholm** Prioribus perſonaliter comparentibus: conventu de *Acra* per magiſtrum *R.* de **Rokelond**, & conventu de **Bromholm** per *Borardum* monachum de **Bromholm** ad componendum procuratores ſufficienter datos comparentibus. Qui Priores cum in judicio —— preſentes ſe dictam compoſitionem in poſterum ſervaturos, vel per ſe vel per alium procuraturos quod in poſterum obſervetur, inſpectis ſacroſanctis juraverunt, & huic compoſitioni, pro ipſis manibus ſubſcripſerunt procuratores. Et utriuſq; conventus tam de *Acra* quam de **Bromholm** ad hoc ſpecialiter dati in animas fratrum ſuorum conſimile ſacramentum preſtiterunt, partes —— ſubjacerunt in perpetuum noſtræ, ac ſucceſſorum noſtrorum juriſdictioni qui pro tempore erunt. Ut & *Bromholmenſes* ad ſupradictam pecuniæ annuam ſolutionem, & ad expenſas neceſſarias ſolvendas, ſi quas fecerit domus *Acrenſis* eidem domui occaſione ſupradictæ pecuniæ ſuis terminis non ſolutæ, & utramq; partem ad omnia ſupradicta firmiter & fideliter obſervanda per cenſuram eccleſiaſticam poſſimus compellere. Renuntiantes omni appellationi impetratæ & impetrandæ & omni juris remedio ſibi competenti. Et ad perpetuam hujus rei memoriam & ſecuritatem forma compoſitionis iſtius tam ſignis noſtris quam partium ſignata penès abbatem de **Oſolveſtune** reſidet. Hiis teſtibus, decano de **Stanford**; magiſtro *R.* de *Cantulupo*, domino *G.* **Herford**, magiſtro *R.* de **Wrſſtede**, magiſtro *R.* de **Rokelond**, magiſtro *Waltero* de **Suthfeld**, domino *R.* capellano, *Waltero* aurifabro, *Nicholao* camerario, *Galfrido* de **Whineberewe**, *Roberto Wardebois*, & aliis.

Quod Pr. de **Bromholm** non ſit impoſterum domui de *Acra* ſubjectus.

Ex autographo in bibl. *Dewſiana.*

CElestinus *epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio nobili viro* Willielmo *de* **Glanvill** *advocato Prioratus de* **Bromholm** *ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum teneamur de ſingulorum profectibus cogitare, commodis tamen eorum præcipuè qui ſe religioni manciparunt nos oportet intendere, & ipſorum onera quantum cum Deo poſſumus ſupportare. Audivimus ſiquidem quod cum anteceſſores tui domum quandam in fundo ſuo apud* **Bromholm** *intuitu divinæ pietatis fundaſſent, & eam poſſeſſionibus quibus fratres ibidem domino ſub religionis habitu ſervituri poſſent ſuſtentari, ditaſſent, monachi de* Acra *quia rogati duos de commonachis ſuis ad ipſam domum deſtinaverunt ut fratres ejuſdem ordinis ſui obſervantiam pleniùs edocerent, ipſam domum monachis ſuis cæcis claudis debilibus & viribus corporis deſtitutis onerare, & fratres obſervantiæ ordinis & ipſi domui accommodos ab ea extrahere & elongare non verentur. Nos verò indempnitati ſupradicti Prioratus paterna volentes ſollicitudine providere, & quæ circa eum perperam attemptantur, falce correctionis apoſtolicæ reſecare; autoritate tibi præſentium & per te prælibatæ domui duximus indulgendum, ut ſupradicta domus de* **Bromholm** *ab indebita memoratorum monachorum de* Acra *juriſdictione & moleſtatione ſine appellationis & contradictionis obſtaculo perpetuò maneat abſoluta. Adicimus etiam ut obeunte eo qui nunc temporis præfatæ domui Prior præeſt, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia vel violentia præponatur niſi quem tua diſcretio & fratres communi conſilio vel pars conſilii ſanioris ſecundùm timorem Dei & beati* Benedicti *regulam Priorem providerint eligendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ indulgentiæ infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum* Petri & Pauli *apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Data* Romæ *apud ſanctum* Petrum *non. Maii pontificatus noſtri annò quarto.*

Carta Regis Henrici *tertii donatorum conceſſiones ratificans.*

HEnricus, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe, pro nobis & hæredibus noſtris, Priori & monachis ſancti *Andreæ* de **Bromholm**, quod ipſi, & ſucceſſores eorum imperpetuum, habeant ſingulis annis, unam feriam apud **Bromholm**, duraturam per tres dies, videlicet in die exaltationis ſanctæ Crucis, & per duos dies proximo ſequentes; & quod habeant ibidem ſingulis ſeptimanis unum mercatum per diem Lunæ, niſi feria illa & mercatum ſint ad nocumentum vicinorum mercatorum, & vicinarum feriarum. Conceſſimus etiam eiſdem monachis omnes rationabiles conceſſiones, & donationes eis factas à donatoribus ſubſcriptis videlicet de dono *Bartholomei* de **Glanvill** eccleſiam de **Paſton**, cum pertinentiis, cum terra ſilvæ, & cum terra de **Paſton**, & cum terra de **Orenho**, & cum terra ad caput **Briges**, & terra de **Aldelith**, & **Lankeland**, & terra *Toke* de **Briges**; quæ quidem terræ continent lij. acras; De dono ejuſdem *Bartholomei* xxx. acras terræ juxta mare, & pratum de **Brakeholm**, & mariſcum juxta **Bromholm**; & præterea x. acras juxta mare, & decimam *Richardi* presbiteri de **Baketon**. De dono *Stephani* de **Glanvill** eccleſiam de **Baketon,**

Cart 13. *H.* 3. m. 12.

ton, cum pertinentiis, & *Ailwardum* ad portam, cum uxore ejus, & liberis, & toto tenemento ſuo; De dono *Randulfi* de **Glanvill** triginta ſolidatas terræ, & unum molendinum, cum pertinentiis in **Scaldeford**. De dono *Willielmi* de **Glanvill** boſcum de **Baketon**, & unam acram, & unam rodam terræ, & dimidiam juxta mare, & ſtagnum quod vocatur **Thureſmere** juxta cimiterium de **Caſtwicke**. Et terram de **Geilholm** cum pertinentiis ſuis, & cum toto redditu ejuſdem terræ ſcilicet, ſeptem ſolidos, & tres denarios: De dono *Galfridi* de **Glanvill**, annuum redditum dimidiæ marcæ, percipiendum de ſervitiis, & tenementis quæ in carta prædicti *Galfredi*, quam inde habent plenius continentur; Quare volumus (*&c.*) quod prædicti Prior & monachi de **Bromholm**, & eorum ſucceſſores habeant & teneant prædictam feriam & mercatum apud **Bromholm** bene, & in pace, liberè, quietè cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, ad hujuſmodi feriam & mercatum pertinentibus, ſicut prædictum eſt; & quod habeant, & teneant omnes conceſſiones, & donationes prænominatas, bene, & in pace, liberè quietè & integrè, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad prædictas terras, & tenementa pertinentibus, ſicut cartæ prædictorum donatorum, quas inde habent, rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus, *J. Bathon.* *L. Dunelm.* & *W. Carliol.* epiſcopis (*&c.*) Dat. per manum *R. Ciceſtr.* epiſcopi (*&c.*) apud *Weſtmonaſterium* xiiij. die Febr.

Vide Vol. 2. *Pag.* 909. *Col.* 1.

REINHAMENSIS
Prioratus in agro Norfolcienſi, *cella de* **Caſtle-Acre**.

Carta Godefridi *de* **Liſewis**.

Ex regiſt. de *Caſtel-acre* fol. 54.

VEnerabili patri & domino ſuo *Johanni* Dei gratia *Norwicenſi* epiſcopo, & archidiaconis & decanis & univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam præſentibus quam futuris *Godefridus*, de **Liſewis**, ſalutem. Noverit dilectio veſtra me conceſſiſſe & dediſſe & hac mea carta confirmaſſe, aſſenſu *Matildis* uxoris meæ *Willielmi* hæredis mei & omnium liberorum meorum, Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de *Acra* cellam in fundo meo quam *Willielmus* pater meus de **Liſewis** fundavit in loco qui dicitur **Normanneſberh**, in honore beatæ Dei genetricis *Mariæ* & ſancti *Johannis* evangeliſte, in liberam & quietam & perpetuam elemoſinam: Dedi etiam prædictis monachis, & hoc ſcripto confirmavi, quicquid pater meus prius eccleſiæ & canonicis illius loci dedit; Videlicet ſexaginta & ſex acras terræ & decem acras quas pater meus eis accrevit: Et totam terram de **Medele**, & totam terram de **Francheſhoe**; & totam terram quæ jacet inter croftam *Selunæ*, & terram *Richardi* de **Bott** in **Suth-Reinham**, Et dimidiam acram turbariæ quæ jacet contra **Meteles**, & heremitorium de **Wigehale** quod *Johannes* heremita tenuit, cum omnibus pertinentiis; & tertiam partem cujuſdam turbariæ quam *Alfricus* filius *Kideman* tenuit quæ eſt juxta prædictum heremitorium. Hæc omnia volo ut prædicti monachi teneant liberè, quietè & pacificè, ſine omni exactione, & conſuetudine & ſervitio ſeculari in liberam & perpetuam elemoſinam pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & omnium liberorũ meorum, & pro anima patris mei *W.* de **Liſewis**, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum & ſucceſſorum. Pro hac donatione nichil mihi vel hæredibus meis retinui præter orationes quæ fiunt in monaſterio de *Acra* & orationes quæ fiunt in ſupradicta eccleſia ſancti *Johannis* de **Normanneſberch**; Ita quod monachi de *Acra* facient ibi divina officia perpetuo celebrari per tres monachos ad minus; ad quorum ſuſtentationem ego accrevi & dedi eis eccleſiam de **Suth-Reinham** cum omnibus pertinentiis ſuis, & novem acras terræ in **Gerdel**. Et *Richardum* Bercarium filium *Scule* cum omni ſequela ſua. Et *Johannem le Frere* cum tota ſequela ſua, & totum tenementum quod de me tenet. Et ego & hæredes mei warrantizabimus eos erga regem & omnes homines de omni ſervitio & de omnibus rebus. Hiis teſtibus, *Willielmo* Priore de **Lewes**, *Ricardo Coleman*, *Alexandro* notario Prioris, *Philippo* de *Mortuo mare* ſociis ſuis, *Willielmo* de **Lecheſham**, *Euſtachio* clerico, *Johanne* de **Helent**, *Godefrido le* **Helent**, *Godefrido le* **Camberlenc**, *Willielmo* clerico de **Dunham**, *Waltero* de **Brecham**, *Willielmo Waleis*, *Roberto Mareſcallo*, *Richardo* de **Lebont**, *Semano Coco*, *Hamone* ſerviente comitis.

Alia ejuſdem Gaufridi *Carta*.

Ibid.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Godefridus* de **Liſewis**, conſilio & aſſenſu hæredum meorum, dedi & conceſſi & hac mea carta confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Acra* & monachis ibidem Deo ſervientibus tredecim acras & unam rodam de terra mea arabili, ſcilicet octo acras & unam rodam terræ quæ vocatur **Caldewelleiel** in campis de *magna*-**Reinham**, & quinque acras terræ de cultura mea quæ vocatur **Eſtgirdele** verſus orientem in campis de **Suth-Reinham**. Habendas & tenendas in liberam & puram & perpetuam elemoſinam. Præterea dedi eis & conceſſi ut habeant omnes libertates quas habere debent ad cellam eorundem de **Normanneſhereche** quam dedi eis, ſcilicet in viis, in ſemitis, in terris, in aquis, in turbariis, in pratis, in planis, in paſcuis, in paſturis, & in faldagiis, & in omnibus exitibus. Et inſuper dedi & conceſſi prædictæ eccleſiæ & prædictis monachis ut habeāt faldam ſuam in omnibus terris quæ pertinent ad eccleſiam ſancti *Johannis* de **Normanneſberethe**; quæ ſcilicet terræ ultra aquam verſus auſtrum ſunt, liberè & quietè & ſine omni vexatione. Et præterea conceſſi & præſenti carta mea illis confirmavi omnes terras & omnia tenementa & omnes libertates quas *Willielmus* de **Liſewis** pater meus dictæ cellulæ conceſſit, ſicut cartæ ſuæ teſtantur. Hanc autem donationem & conceſſionem eis feci pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & hæredum meorum & prædeceſſorum meorum.

Hiis teſtibus, *Geraldo* presbitero de **Barſeham**, & *Rogero* presbitero fratre ejus, magiſtro *Richardo* de **Fuldon**, *Willielmo* de **Lecheſham**, *Rogero* de **Sengham**, *Simone Mareſcallo*, *Anſchetillo*, *Roberto Wance*, *Walterio*, *Oliverio*.

Pro viginti & quatuor acris ad **Tiptune Blakehoe.**

Ibid. NOtum ſit preſentibus & futuris quod ego *Godefridus* de **Liſewis** concilio & aſſenſu *Matildis* uxoris meæ, & *Willielmi* hæredis mei, & aliorum hæredum meorum, dedi & præſenti carta confirmavi Deo & S. *Mariæ* de *Aura* & monachis ibidem Deo ſervientibus viginti & quatuor acras de terra mea quæ jacent in brueria de **Riptune-Blakehoe**, in liberam & perpetuam elemoſinam, pro anima patris mei,& matris meæ,& omnium anteceſſorum meorum,& pro meipſo & uxore mea,& pro omnibus liberis meis. Hiis teſtibus, *Willielmo* filio meo, *Godfrido* camerario, *Radulfo* clerico de **Barſham**, *Semanno* coco, *Euſtacio* clerico, *Gaufrido* de **Swafham**, *Walterio Porter*, *Roberto Mareſcallo*, *Hugone Coco*, *Walterio Coco*, & multis aliis.

De Heremo de **Wigehale.**

Ibid. fol. 76. b. WILLIELMUS de **Liſewis**, & *Matildis* uxor ejus, & *Godefridus* filius ſuus, omnibus amicis ſuis & hominibus clericis, laicis, *Francis* & *Anglis*, ſalutem. Sciant tam futuri quam preſentes nos conceſſiſſe *Lene* ſanctimoniali filiæ *Godrici* de *Lenna*, & nepotibus ejus & ſucceſſoribus earum, Heremum in Auſtrali parte ſitam juxta **Wigehale**, cum omnibus pertinentiis; ſicut *Rogerus* Prior de **Reinham**, & fratres ſui canonici, cum Carta ſua ſe teſtantur eis dediſſe & confirmaſſe, in perpetuam elemoſinam. Quare volumus ut prædictæ dominæ liberè & quietè, & ab omni reclamatione & inquietudine firmiter teneant. Si quis autem ſuper id aliquid moleſtum illis violenter intulerit, ſciat ſe auctoritante Dei & *Norwicenſis* Epiſcopi juſticia Anathematis vinculo obligari. Hiis teſtibus, *Simone*, presbitero de **Wigehale**, & *Waltero* ſacerdote, filio ejus, & *Hildebranno* ſacerdote, & *Thoma* ſacerdote de *Ilſigetunia*, *Willielmo* filio *Alani*, & *Alano* de *Tileneia*, & filio ejus *Adam*, *Willielmo* filio *Stangrimi* ſacerdotis de *Lenna*, *Ricardo* de *Fenne*, *Godwino* filio *Chume*, *Wlnot* de *Ilſiegetunia*, *Simone Norreis*, *Richardo* filio *Iſabellæ*, *Galfrido* filio *Everardi*, *Semanno* filio *Burewen*.

De eodem.

Ibid. UNiverſis matris eccleſiæ filiis, *Rogerus* ſervus ſervorum Dei, Prior humilis de **Reinham**, & fratres ſui canonici ſalutem, & omnipotentis Dei benedictionem. Quoniam plurimorum nefas inimica ſuggerente nequitia jam acrius contra eccleſiæ catholicæ fidem undiq; ſurrexit, ne nos illius verſutie ſuſpicio vel macula tactos quod abſit inficiat, iccirco ratum duximus univerſitatis veſtræ dilectioni notificare, Nos, communi conſenſu, dediſſe & conceſſiſſe dominæ *Lene* Moniali, filiæ *Godrici* de *Lenna*, & monialibus ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, Heremum *Johannis Evangeliſtæ* in Auſtrali parte ſitum, juxta **Wigehale**, cum omnibus pertinentiis infra circuitum fovearum, & extra, & cum turbaria quæ fuit *Alurici* filii *Chidemanni*. Tenendum de eccleſia noſtra & de nobis & de ſucceſſoribus noſtris, omni ſubjectione remota; annuatim reddendo duodecim denarios de recognitione eccleſiæ noſtræ, in die S. *Johannis* Evangeliſtæ infra natale. Et ut hæc liberè & firmiter teneant, auxiliante Domino noſtro *Jheſu Chriſto*, & pronunciante *Willielmo* de *Liſewis* domino fundi, cum cartulæ noſtræ teſtimonio confirmamus, ſicut ipſe dominus *W.* cum Carta ſua illud nobis, in perpetuam elemoſinam confirmavit. Qui vero illi aliquod, pro amore Dei, beneficium impendent, ſciat ſe miſſarum orationum & omnium beneficiorum quæ fient in eccleſia noſtra participem fieri. Hiis teſtibus *Simone* Presbytero, (*&c.*)

Pro toſta Aſchetini *& octo acris in* Torpelondia.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti *Amen*. Sciant preſentes & futuri, quod *Reginaldus* filius *Hamonis*, de **Torpelond**, & uxor mea *Theda*, & heredes noſtri, dedimus & conceſſimus in perpetuam elemoſinam, Deo & ſanctæ *Mariæ*, & ſancto *Johanni*, & ſancto *Thomæ*, & monialibus Deo ſervientibus & ſervituris in Heremo juxta **Wigehale**, cum filia noſtra quam ibi educandam & Deo ſerviendam in religione commendavimus, toſtam *Aſchetini*, quæ unam acram terræ continet, & octo acras in campo *Torpelondiæ*, quas ut liberiùs & certiùs excolere valeant, in qua parte campi & quibus jacent locis preſignavimus; ſcilicet duas acras in curta cultura juxta domum *Leſwini*; duas verò inter **Aldehalleſtede** & **Litheholm**. In **Langelondes** duas acras juxta viam in **Michleholm**; unam acram de quinque acris à parte aquilonis, & unam acram de tribus quæ jacent juxta domum *Johannis*. Preterea dedimus eis & conceſſimus duodecim denarios de redditu, quos annuatim recipiendos de *Johanne* filio *Burdi* & heredibus ſuis aſſignavimus, videlicet ſex denarios ad *Paſcha floridum*,& ſex denarios ad feſtum omnium Sanctorum. Præter hæc conceſſimus eis communem libertatem & acceſſum inter nos in villa, in campo, in paſcuis, in turbariis, in faldagio & omnibus libertatibus aliis. Si verò hanc donationem eis warrentizare non poſſumus, eſcambium ad pretium eis dabimus, & manibus noſtris affidavimus. & cum Carta noſtra ſub ſigillo confirmavimus, Hiis teſtibus *Galfrido* decano de **Fincham**, *Helmudo* ſacerdote de **Torpe**, *Stephano* de **Wirham**, *Gilberto* presbitero de **Denever**, *Willielmo* de **Dunham**, & pluribus aliis. De capitulo. *Hosberto* filio *Walteri* de **Devener**, *Galfrido* clerico de **Rungetun**, *Tware*, *Roberto* filio *Rogeri*, *Tewino Ormari* filio, *Thoma* filio *Osberti*, *Albrico* fratre ſuo, *Petro* capellano de **Caldecotes**.

De eccleſia de Sut-Reinham.

Ib. fo. 114. HUbertus Dei gratia *Cantuarienſis* archiepiſcopus totius *Angliæ* primas, apoſtolicæ ſedis legatus, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit æternam in domino ſalutem. Ad univerſorum notitiam volumus pervenire, nos autenticum ſcriptum venerabilis fratris noſtri *J. Norwicenſis* epiſcopi ſub hujus continentiæ forma inſpexiſſe. *Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit* J. *Dei gratia Norwicenſis epiſcopus ſalutem in domino. Quum quanta poſſumus vigilantia ſollicitudinis ſanctæ religionis profectibus & incrementis nos decet invigilare & eam ſpeciali proviſionis ſtudio fovere propenſiùs & protegere, eapropter ad univerſorum volumus pervenire notitiam, nos dilectis in Chriſto filiis monachis de* Acra *apud* Reinham, *in loco qui dicitur* Normanesberg *Deo ſervientibus, & in perpetuum ſervituris, Dei cauſa & religionis intuitu in eodem loco de novo plantatæ, eccleſiam de* Suth-Reinham *canonicè conceſſiſſe & confirmaſſe in proprios uſus ſuos, ad eorum ſcilicet ſuſtentationem cum omnibus ad eandem eccleſiam pertinentibus, habendam in perpetuum, & poſſidendam ex donatione* Godefridi *de* Liſewis *patroni. Salva poſſeſſione* Willielmi *de* Bech *rectoris illius eccleſiæ quamdiu vixerit, ſalviſque honore reverentia, dignitate, & debitis conſuetudinibus ſanctæ* Norwicenſis *eccleſiæ, & honeſta & ſufficienti ſuſtentatione vicarii qui in prædicta eccleſia miniſtrabit. Et ut hæc noſtra conceſſio & confirmatio ſtabilis & illibata inperpetuum perſeveret, eam præſenti ſcripto & ſigilli noſtri patrocinio communimus.* Nos igitur confirmationem memorati epiſcopi ratam & gratam habentes eam ſicut rationabiliter facta eſt tam ſcripti noſtri ſerie quam ſigilli appoſitione confirmamus. Hiis teſtibus, *Walterio* abbate de Waltham, magiſtro *Simone* de Siwell, *Galfrido* de Boclond, magiſtro *Willielmo* de Sumercote, magiſtro *Gervaſio* de Hobrig, magiſtro *Adam* de Walſingham, *Thoma* de Branceſter, & aliis.

Donationum confirmatio per J. Norwicenſem *epiſcopum.*

Ibid. fol. 119. b. UNiverſis Chriſt fidelibus ad quos præſens ſciptum pervenerit *J.* primus Dei gratia *Norwicenſis* epiſcopus ſalutem in domino. Ad epiſcopalis officii ſollicitudinem ſpectare dinoſcitur virorum religioſorum providere quieti, & poſſeſſiones, pietatis intuitu, ad eorum ſuſtentationem collatas, pontificali confirmatione munire: eapropter omnibus notum eſſe volumus nos confirmaſſe dilectis filiis viris religioſis & honeſtis monachis de *Acra*, ex donatione *Godefridi* de Liſewis cellam quam *Willielmus* de Liſewis pater ſuus fundavit in loco qui dicitur *Normannesberga* in honore ſanctæ Dei genitricis *Mariæ* & ſancti *Johannis* Evangeliſte, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus ad eundem locum pertinentibus; ſcilicet ſexaginta & ſex acris terræ quas prædictus *Willielmus* poſtea memorato loco contulit, & tota terra de Middeles, & tota terra ſua de Francheſhou, & tota terra quæ jacet inter croftam *Selvinæ* & terram *Ricardi Dierebocti* in Sud-Reinham; & dimidia acra turbatiæ quæ jacet contra Medeles, & heremitorio de Wigehale, cum omnibus pertinentiis; & tertia parte turbariæ quam *Aluricus* filius *Kidemer* tenuit juxta heremitorium. In præſcripta autem cella de *Normannesberga* memorati monachi de *Acra* divina officia perpetuo celebrari facient ſive per monachum, ſive per clericum, ſicut opportuniùs, cum conſilio & auctoritate noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum expedire viderint. Præſcriptas autem poſſeſſiones ab omni ſeculari exactione liberas & quietas ſicut carta prædicti *Godefridi* teſtatur, epiſcopali auctoritate confirmamus prædictis monachis; prohibentes ne quis, vel temeritate, vel malicia ductus, ſuper hiis eis aliquam moleſtiam inferre præſumat aut injuriam. Prædictas vero poſſeſſiones & alia jura ſua eis conſervantibus pax ſit & ſalus æterna. Teſte *Thoma* archidiacono, *Gaufrido* capellano, magiſtro *Reinero*, *Thoma Britton*, magiſtro *Lamberto*, magiſtro *Rogero* medico, *Roberto* de Chipeham, *Simone* clerico de Letton, magiſtro *W.* de *Calna*.

SLEVESHOLMENSIS

Prioratus in agro Norfolcienſi, *cella de* Caſtle-acre.

De eccleſia de Melewde.

VEnerabili patri in Chriſto *Pandulfo* Dei gratia *Norwicenſi* electo devotus filius *W.* comes *Warren* ſalutem & debitam patri reverentiam. Pro famulis Dei Deo & beatæ virgini in monaſterio de *Acra* quæ eſt de feodo meo ſervientibus quantas ſufficio paternitati veſtræ preces porrigo effectuoſas, ut eccleſiam de Melewde eis à prædeceſſoribus veſtris in uſus proprios confirmatam, intuitu pietatis, veſtra eis concedere dignetur benignitas. Et ſciatis quod anteceſſores veſtri dictam eccleſiam aſſignaverunt dicto monaſterio ad miniſtrandum ignem hoſpitibus & pauperibus ad domum illam venientibus, unde non modicus eſt in partibus illis defectus. Et quia novi conſiderationem predeceſſorum veſtrorum & ſepiùs expertus ſum cauſam neceſſariam collationis quam vobis expreſſi, ideo vobis devotiùs ſupplico, ut quod ab aliis bene inchoatum eſt ad finem velitis perducere fœliciorem; ut Deus omnipotens teneatur vobis ad retributionem operis miſerecordiæ, & me vobis habeatis vinculo indiſſolubili obligatum in hiis quæ per me & meos ad utilitatem veſtram & honorem in partibus noſtris ad mandatum veſtrum cum vobis placuerit poterunt expediri. Valeat paternitas veſtra in domino.

Ex regiſtro de Caſtle-acre fol. 7.

T

De **Sliveſholm** *confirmatio.*

REverendo patri domino *Pandulfo* Dei gracia *Norwicenſi* epiſcopo, & ejuſdem loci archidiacono & officialibus *Willielmus* comes de *Warrena*, ſalutem in domino. Rogo diligenter vos quatinus, pro amore Dei & pro petitione mea, manuteneatis & protegatis monachos meos de *Caſtell-Acra* qui manent in inſula ſanctæ *Mariæ* de **Sliveſholm** juxta **Melewde**, quam dedi eis in liberam & perpetuam elemoſinam, & non permittatis eos injuſtè vexari quantum ad vos ſpectat. Valete in domino.

De **Sleviſholme.**

Ib. fol. 14. OMnibus Chriſti fidelibus notum fiat, qd. ego *Johannes* comes de *Warenna* in monaſterio noſtro de **Caſtel-Acre** conſtitutus, die ſabbati in feſto S. *Ceciliæ* virginis, anno domini milleſimo tricenteſimo nono, & anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi* tertio, inſpexi cartam bonæ memoriæ domini *Willielmi* quondam comitis *Warrennæ* proavi noſtri in hæc verba.

Sciant præſentes & futuri quod ego Willielmus *comes* Warenn *dedi conceſſi & hac preſenti carta mea confirmavi pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum, & pro ſalute omnium fidelium quandam inſulam in mariſco de* **Melewode** *quæ vocatur* **Sleveſholm** *in puram & perpetuam elemoſinam Deo & S.* Mariæ *& omnibus Sanctis & fratri* Paulo *& fratribus ibidem Deo ſervientibus; & poſt obitum præfati* Pauli *ille qui aliis ibidem preerit per me inſtituetur. Quod ut ratum ſit & firmum imperpetuum ſigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus*, Hugone Bygod, Oſberto Giffard, Willielmo *de* **Stutevill**, Michaele *de* **Ponynggs**, Adam *de* **Bailli**, Hamone Lenveyſee, Richardo *de* **Trunchert** *tunc ſeneſcallo*, Johanne *de* **Playz**, Reginaldo Koc, Hugone *de* Acra, Rob. Wallenſi, *& multis aliis. Nos igitur* Johannes *comes* Warenn *antedictus, affectionem illam quam dictus proavus noſter & heredes ſui anteceſſores noſtri erga monaſterium de* Caſtellacra *conceperant humiliter proſequentes, ac illam poſſeſſionem pacificam per quam vacante domo de* **Sliveſholme** *in inſula prædicta, per mortem ſeu per ceſſionem Prioris ejuſdem, Priores monaſterii de* **Caſtellacre** *à tempore confectionis cartæ prædicti proavi noſtri, Priorem in eadem domo de* **Sleveſholm** *in inſula ſemper hactenus inſtituere conſueverant ſalubriter attendentes; Volumus & expreſſe concedimus pro nobis & pro hæredibus noſtris, quod Prior monaſterii noſtri de* **Caſtellacre** *& ſucceſſores ſui in eodem, poſt mortem ſeu ceſſionem cujuſlibet Prioris de* **Sliveſholm** *conferant & plenariam poteſtatem habeant conferendi ipſam domum alicui monacho honeſto & religioſo de gremio monaſterii noſtri de* **Caſtellacre**, *profeſſo in ordine* Cluniacenſi: *Ita tamen quod monachus ille qui ad regimen dictæ domus de* **Sleveſholm** *ſicut fuerit nominandus ante inſtitutionem ſuam in eadem, per literas patentes Prioris noſtri de* **Caſtellacre** *qui pro tempore fuerit, nobis & hæredibus noſtris præſentetur & demum fidelitate ſua nobis facta ipſum tanquam Priorem ad miniſtrationem temporalium dictæ domus per nos & hæredes noſtros admitti volumus cum effectu. In cujus rei teſtimonium præſentes literas noſtras ſigillo noſtro fecimus roborari. Datum apud* Caſtellacram *die & anno ſupradictis.*

Carta Hamelini *comitis de eſcambio terræ de* Melewda T. *perſonæ.*

NOtum ſit omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit quod ego *Hamelinus* comes de *Warenna* voluntate & aſſenſu *Iſabellæ* comitiſſæ uxoris meæ & *Willielmi* filii noſtri & hæredis dedi & conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi eccleſiæ S. *Georgii* de *Melewda*, & *Thomæ Brittoni* perſone ejuſdem eccleſiæ & ſucceſſoribus ſuis duas acras & unam rodam in terra errabili & prato de ſeodo meo verſus ripam quæ propinquiores ſunt meſſuagio præfati *Thomæ* juxta mariſcum verſus **Eſt**; videlicet in excambium pro duabus acris & una roda & dimidia de libero tenemento prædictæ eccleſiæ in **Norcroft** verſus *Norwaudam*. Et prædictus *Thomas* & ſucceſſores ſui debent tenere præfatum excambium liberè & quiete ſicut idem *Thomas* tenebat prædictum tenementum in puram & perpetuam elemoſinam. Teſtibus, *Willielmo* de *Warrenna*, *Gilberto* de **Norfolc**, *Adam* de **Puninges**, *Roberto* de **Perepont**, *Philippo* de **Brunham**, *Sprig*, magiſtro *Clemente*, *Radulfo* clerico de *Thetforda*, *Johanne* clerico de **Riſinge**. Ibid. fol. 6. b.

BERMUNDSEIENSE

Cœnobium in agro Surregienſi.

Ex cronicis de *Bermundeſey* in bibl. *Deuveſiana*.

ANno Domini 1077. *Lanzo* Prior *Pancratii Lewenſis* venit in *Angliam*.

11. *w.* Conq. Anno Domini 1082. & anno regni Regis *Willielmi* primi xvj. Hoc anno *Alwinus Child* civis **London** fundator monaſterii monachorum ſancti *Salvatoris* de **Bermundeſeye**, ex licentia regia dedit eiſdem monachis qui venerunt in *Angliam* in anno ſecundo *Willielmi* Regis *Ruphi* ſecundi, diverſos redditus in civitate **London**, antequam idem Rex *Willielmus* ſecundus dedit manerium de **Bermundeſeye**. Et inſuper excitavit diverſos dominos tam temporales quam ſpirituales ut darent prædia eccleſias & maneria, prout pater inferius.

16. *w.* Conq. Anno domini 1083. & anno regni *Willielmi* primi 16. Hoc anno fecit deſcribi volumen vocatum **Domyſday**. In quo volumine repertum eſt quod Rex tenet manerium de **Bermundeſeye**, ubi nova & pulchra eſt eccleſia in honore ſancti *Salvatoris*.

Anno Domini 1092. ſecundo *Willielmi Rufi*, *Wynebaldus* de **Baalun** dedit monachis de **Bermondeſeye** **Brideſthorne** & tres virgatas terræ & dimidiam in **Widon**, & vj. virgatas terræ in **Hardewik**, cum eccleſia de **Hardewyk**, decimas de *Eſtentona*, & decem ſolidatas in **Sutton** de molendino ibidem. Quæ poſtea vendita fuerunt per *Johannem* Priorem de **Bermundeſeye** pro perpetuo ad emendum manerium de **Richemonde** in parochia de **Bengehw** pro Clx. marcis. Dedit etiam idem *Winebaldus* medietatem **Upton.** Deditque *Odo*, miles ejuſdem *Winebaldi*, eccleſiam de *Omeneya* cum decimis ejuſdem villæ prædictis monachis. Et eodem anno *Auſgerus Brito* dedit prædictis monachis manerium de **Preſton**, ſcilicet duas hidas.

Anno Domini 1093. 6. *Willielmi Rufi*, *Robertus Bloet* cancellarius Regis factus eſt epiſcopus *Lincolniæ*, & dedit eodem anno idem *Robertus* monachis de **Bermundeſeie** manerium de **Charleton** cum pertinentiis ſuis. Eodem anno *Galfridus Martel* conceſſione *Galfridi* de *Magnavilla* dedit terram de **Halygbury**, & decimam de **Alferton**. Quæ omnia confirmaverunt *Willielmus* Rex ſecundus, & *Henricus* Rex primus.

Anno Domini 1094. 7. *Willielmi Rufi*, obiit *Alwinus* fundator **Bermundeſeye** vj. idus Aprilis. Et hoc anno *Rogerus* miles *Johannis* filii *Waleranni*, concedente eodem *Johanne*, dedit monachis de **Bermundeſeie** decimas de **Fyſhide.**

Anno Domini 1095. 8. *Willielmi Rufi*, *Walterus* filius *Auſgeri Britonis* dedit duas hidas terræ *de la* **Stone** monachis de **Bermundeſeie.**

Anno 1096. 9. *W. Rufi*, *Petrus* de ſancto *Olavo* dedit terram de **Hoddeſdon** monachis de **Bermundeſey.**

Anno Domini 1098. 11. *W. Rufi.* Hoc anno *Ricardus Guett* frater comitiſſæ *Warennæ* dedit manerium de **Cowyke** monachis de **Bermundeſeie** cum pertinentiis.

Anno Domini 1103. anno regni Regis *Henrici* primi tercio *Nigellus* de *Mundevilla*, concedente uxore ſua, dedit terram de **Balgham**; ſcilicet duas hidas eccleſiæ & monachis de **Bermundeſeie.**

Anno Domini 1107. obiit *Rogerus Bigot* principalis fundator monaſterii beatæ *Mariæ Thetfordiæ.* Et hoc anno *Matildis* uxor *Aſculphi*, & *Graaldus* filius, dederunt monachis de **Bermundeſeie** eccleſiam de **Fiſhide**, & confirmaverunt decimas ejuſdem villæ eiſdem monachis, quas dedit eis *Rogerus* miles *Johannis* filii *Walranni*, anno vij. *W. Rufi* prædicto.

Anno Domini 1112. *Hawiſia* de **Gurnay** dedit eccleſiam de **Ingleſcombe** in comitatu **Dorſet** monachis de **Bermundeſeye.**

Anno Domini 1113. anno regni Regis *Henrici* primi xiij. *Robertus Marmion* dedit hidam de **Wideflete** cum molendino & aliis pertinentiis ſuis monachis de **Bermundeſeye.**

Anno 1114. *Maria* comitiſſa *Boloniæ* dedit manerium de **Kynwardeſton** cum pertinentiis ſuis monachis de **Bermundeſeye.**

Anno 1115. obiit *Maria* comitiſſa *Boloniæ* ſoror *Mathildis* Reginæ uxoris *Henrici* Regis primi xiiij. kal. Maii; cujus maritus, *Euſtachius* comes *Boloniæ* pro ſalute animæ uxoris ſuæ confirmavit manerium de **Kynwardeſton** eccleſiæ de **Bermundeſeye.**

Anno Domini 1118. *Robertus* comes *Leiceſtriæ* dedit manerium de **Wideford** monachis de **Bermundeſeye**, & *Willielmus Belmeis*, **Andreteſbury.**

Anno 1119. obiit *Petreius* primus Prior **Bermundeſeye** iiij. idus Junii, cui ſucceſſit *Herebranus.*

Anno 1122. *Thomas Ardern*, & *Thomas* filius ejus dederunt monachis de **Bermundeſeye** eccleſiam ſancti *Georgii* in **Southwerk** & decimas de dominio ſuo in blado in **Horndon.**

Anno 1126. *Auſgerus Brito* dedit manerium de **Preſton** monachis de **Bermundeſeye**, & *Walterus* filius ſuus.

Anno 1127. *Henricus* Rex primus dedit monachis de **Bermundeſeye**, **Rederhith**, **Delwich**, hidam de **Southwark**, **Waddon**, & confirmavit donationem **Kynwardeſton.**

Anno 1132. *Henricus* Rex primus dedit eccleſias de **Schorn** & **Codham** in comitatu *Cantiæ* monaſterio de **Bermundeſeye.**

Anno 1139. anno regni Regis *Stephani* quinto, *Girardus* de **Camvyle** dedit monachis de **Bermundeſeye** duas partes decimarum de **Chorleton-Camvyle**, quæ poſtea dimiſſæ ſunt pro perpetuo Priori de **Kyllingworth** pro ij. marcis per annum ſolvendis ad **Kynwardeſton.**

Anno Domini 1142. Rex *Stephanus* dedit monachis de **Bermundeſeye** *Gravam* quæ membrum fuit de **Wanetyng** cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco & plano, & molendinum in **Wykes** & paſturam cum hominibus & tenuris eorum, nominatim *Ernwy* filium *Lefwini le May* & *Edmundum* filium *Wulfrici*, cum domibus & paſturis eorum, & cum **Wykes**, & cum omnibus terris quæ ad domus eorum pertinent.

Anno 1143. Rex *Stephanus* dedit monachis de **Bermundeſeye** eccleſiam de **Writell** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et hoc anno *Willielmus* filius *Heltonis* dedit prædictis monachis molendinum de **Frenyngham** in comitatu *Kanciæ*, quod poſtea dimiſſum eſt *Johanni Scot* pro perpetuo pro xl. s. vj. d. per annum in anno domini 1224. & anno *Henrici* tercii vj.

Anno Domini 1144. 10. *Stephani*, *Willielmus* de *Watervilla*, & *Robertus* filius ejus dederunt monaſterio de **Bermundeſeye** manerium de **Warlyngton** cum ſuis pertinentiis.

Anno Domini 1145. *Walkelinus Mammynot* dedit dimidiam partem totius **Grenewich** monachis de **Bermundeſeye.**

Anno Domini 1150. 17. *Stephani*, filius *Gisberti* dedit monachis de **Bermundeſeye** decimas ſcilicet duas partes decimarum de pecoribus & bladis in **Melcumbe.**

Anno 1152. 18. *Stephani*, *Winebaldus* de **Baalun** dedit monachis de **Bermundeſey** eccleſiam de **Upton**, & terram vocatam **Melneham.** Et eodem anno *Alanus Pirot* dedit eiſdem monachis vj. milia allecum de manerio ſuo de **Erchelawis**, & unam acram terræ.

Anno Domini 1154. *Willielmus* comes *Glouceſtriæ* dedit monachis de **Bermundeſeie** eccleſiam de **Cambyrwell.**

Anno 1155. *Willielmus* filius *Henrici* de **Eltham** dedit monachis de **Bermundeſeye** decimas de **Wiklondes** in parochia de **Wolwiche.**

Anno 1156. anno 2. *Henrici* ſecundi, *Raynaldus* de **Tanney** dedit monachis de **Bermundeſeye** eccleſiam de **Bengeho.**

Anno 1157. *Walkelinus Mammynot* filius *Walkelini Mammynot* dedit monachis de **Bermundeſey** x. s. redditus de molendino de **Depford.**

Anno 1158. anno 4. *H.* 2. *Willielmus* de *Watevilla*, conceſſione filiorum ſuorum, dedit monachis de **Bermundeſeye** eccleſiam de **Cheſham**, & illam de **Warlingham**.

Anno 1159. *Sibilla* de *Watevilla*, & *Ingelramus* de **Funteneys**, dederunt eccleſiæ de **Bermundeſeie** eccleſiam de **Bedington**: Et eodem anno rex *Henricus* 2. confirmavit donationes eccleſiarum noſtrarum, ſcilicet de **Camberwell**, **Bengehw**, **Warlyngham**, & **Cheſham**, **Fifhide**, & **Bedington**.

Anno Domini 1168. *Walkelinus Mayminot* dedit monachis de **Bermundſey** lx. ſolidatas redditus de dominio de **Cippenham** in **Dilleherſt**: dedit etiam eccleſiam de **Byꝛlyng**.

Anno Domini 1177. *Robertus* filius *Humfridi* dedit monachis de **Bermundſey** decimas de **Ditton** in comitatu *Cantebrigiæ* quæ poſtea dimiſſæ fuerunt ad firmam Priori de **Thetfoꝛd** pro x. marcis per annum 1261. 47. *H.* 3.

Anno 1179. 25. *H.* 2. *Hugo* de *Monteforti* dedit monachis de **Bermundſey** decimas quatuor manſionum; ſcilicet de **Langfoꝛt** & de **Bodeney**, & de **Wikes** & de **Pacheton**. Et eodem anno *Willielmus* filius *Ricardi* de *Franchevilla* dedit duas partes decimarum de dominio de **Langfoꝛd** & de **Gerbodeſham** eiſdem monachis.

Anno Domini 1181. 27. *H.* 2. dominus *Milo* de *Bello-campo*, aſſenſu *Pagani* de *Bello-campo* hæredis ſui, dedit monachis de **Bermundſey** molendinum de **Bedfoꝛd**.

Anno Domini 1182. 28. *H.* 2. *Johannes Trenchefvile* dedit monachis de **Bermundſeye** totam decimam ſuam de dominio ſuo *De la* **Stane** in parochia de **Godicheſtre**.

Anno 1190. 2. *R.* 1. *Galfridus* de **Tayle** dedit duas partes decimarum in **Ludgreſhale** monachis de **Bermundeſeye**.

Anno Domini 1194. *Henricus* comes **Augy** dedit monachis de **Bermundeſeye** terram vocatam **Oſcwardeſton** in parochia de *Lida* & terram *Johannis* clerici in **Bilſngton**, quæ poſtea dimiſſa eſt pro perpetuo Priori & conventui de **Bilſington** pro 39.s.j.d.ob.q. in anno domini 1290.

Anno Domini 1213: anno. 15. *Johannis* regis Prior de **Bermundeſey** cum conſenſu conventus ædificavit in fundo Celerarii quandam domum contra murum domus prædictæ vocatam elemoſinaria ſive hoſpitale converſorum ac puerorum, in honore ſancti *Thomæ* martyris.

Anno Domini 1227. 12. *H.* 3. facta eſt compoſitio inter *Josbertum* Priorem de **Bermundeſeye** & abbatem de *Becco* de decimis in **Powynton**, **Lyntecon**, & **Blakmanſton** in comitatu **Somerſet** pro viij. s. per annum infra octabas *Michaelis* apud **Kynwardeſton**.

Anno 1228. tranſlatum fuit hoſpitale ſanctæ *Mariæ Overeyæ* à fundo Prioratus in fundum *Amicii* archidiaconi *Surreiæ*, ubi aqua eſt uberior & aer eſt ſanior; & dedicatum eſt in honore ſancti *Thomæ* martyris.

Anno 1229. 14. *H.* 3. facta eſt conventio inter Priorem de **Bermundeſey** & rectorem de **Lamhith** de decimis de **Lamhith** de dominico *Hugonis* de **Bꝛay**, dimiſſis dicto rectori & ſucceſſoribus pro perpetuo pro x. s. reddendis ad **Bermundeſeye**.

Anno 1230. *Bartholomeus* & *Johannes* de **Courteray** cœperunt includere terras breccæ de **Retherhith** ex una parte & *Johannes* de **Rokefoꝛd** ex altera.

Anno 1241. 26. *H.* 3. compoſitio facta inter Priorem de **Bermundeſey** & Prioriſſam de **Ankerwike** de decima de **Stikeldon** in parochia de **Grenfoꝛd** ſibi dimiſſa pro perpetuo pro v.s. per an.

Anno 1245. 30. *H.* 3. facta eſt concordia inter Priorem de **Bermundeſey** & Prioriſſam de **Halliwell** de decimis in **Eſt-Dilewich**; ſcilicet quod dicti Prior & conventus percipient omnes decimas majores provenientes de terris quas de boſco vel de paſtura in agriculturam dictæ moniales converterunt in parochia de **Cambyꝛwell**.

Anno 1246. 31. *H.* 3. recuperatæ ſunt per Priorem & conventum de **Bermundeſeye** centum ſolidatæ annuæ penſionis de eccleſia de **Bedyngton**, & duæ marcæ ſterlingorum pro decimis quondam *Richardi Hurſarle* in eadem parochia.

Anno 1247. 32. *H.* 3. facta eſt finalis concordia inter *Ricardum* de **Clare** comitem *Glouceſtriæ*, & *Tmbertum* Priorem de **Bermundeſeye** de advocatione eccleſiæ de **Cambyꝛwell**, quam remiſit imperpetuum dicto Priori & conventui.

Anno 1252. compoſitio facta fuit inter *Ymbertum* Priorem de **Bermundeſeye** & rectorem de **Eſtenton** de duabus partibus garbarum decimæ in **Eſtenton** in comitatu **Somerſet**, ſcilicet quod prædictus rector habebit dictas decimas pro perpetuo pro xx.s. per annum in octabis pentecoſtes.

Anno 1268. 53. *H.* 3. rex conceſſit Priori de **Bermundeſeye** mercatum per diem lunæ apud manerium ſuum de **Charleton** in comitatu *Kanciæ* & unam feriam per tres dies duraturam videlicet in vigilia & in die & craſtino ſanctæ *Trinitatis*.

Anno 1270. 55. *H.* 3. *Johannes* de *Burgo*, filius & hæres *Huberti* de *Burgo*, dedit monachis de **Bermundeſeye** manerium de **Chalke** cum pertinentiis ſuis.

Anno 1272. 57. *H.* 3. *Rainaldus* & *Ricardus* de **Tannay** dederunt monachis de **Bermundeſeye** manerium de **Bengehw**, id eſt **Richemund**, & advocationem eccleſiæ de **Bengehw**, quam prius habuerant confirmavit.

Anno 1274. 2. *E.* 1. compoſitio facta inter Priorem de **Bermundeſeye** & abbatem de **Begham** de decimis de **Haccheſham** in parochia de **Weſt-Grenewiche** dimiſſis eidem abbati pro 13. s. iiij. d. per annum.

Anno 1290. 18. *E.* 1. rex conceſſit monachis de **Bermundeſey** maneria de **Halyngbury**, **Widefoꝛde**, **Cowyke**, **Upton**, & **Richemunde** quæ ad manus regis devenerunt ratione feloniæ quam *Adam* de **Stratton** fecit cui prædicta maneria ad firmam dimiſſa fuerant.

Anno 1317. 11. *E.* 2. *Petrus* Prior de **Bermundeſey** & conventus dimiſerunt ad firmam domino *Waltero* de **Huntingfeld** militi terram de **Patleſwoꝛth** quam nobis dedit *Rogerus* de **Leiburn** pro iiij^{xx}. marcis præ manibus ſolutis. Tali conditione, quod dicti Prior & conventus ſolvent prædicto *Waltero* dictam ſummam iiij^{xx}. marcarum in eccleſia beatæ *Mariæ Overey* in **Southwerk**.

Anno 1386. 10. *R.* 2. Facta eſt compoſitio inter *Ricardum* Priorem **Bermundſey** & *Johannem*

Priorem de **Stonlæ** de duabus partibus decimarum dominii de **Kymbalton** dimiſſis dicto Priori de **Stonlæ** imperpetuum pro vj.s.viij.d.reddendis apud Paſcham apud **Bermundeſey**.

Anno 1390.14.*R*.2.16. Februarii. Factum eſt eſcambium inter *Willielmum Courtenay Cantuarienſem* archiepiſc. & *Ricardum Dunton* Priorem de **Bermundeſey** de manerio de **Waddon** cum eccleſia de **Croydon**, regia licentia priùs obtenta.

Anno 1397. 21. *R*. 2. Rex licentiam dedit *Guidoni Mone* quod ipſe dare poſſit Priori & conventui de **Bermundeſeye** advocationem eccleſiæ de **Kemſyng** imperpetuum.

Anno 1417. 5. *H*. 5. Erat placitum in cancellaria domini Regis inter dominum Regem & *Thomam Thetford* abbatem de **Bermundeſey** de maneriis de **Preſton, Bermundeſeye**, & **Stone** in comitatu **Somerſet**, & recuperata fuerunt per dictum abbatem.

Charta fundationis monaſterii S. Salvatoris de **Bermondſey** per *W. Rufum* Regem.

Ex regiſt. de *Bermenſey* penes virum clariſſ. *Johan. Seldenum* armigerum.

Noverit omnium fidelium poſteritas quod ego Willielmus *Rex* Anglorum *pro anima mea & anima patris mei* Willielmi *Regis, cui ego ſucceſſi in regno, dedi Deo & monachis de* Caritate *eccleſiam ſancti ſalvatoris de* Bermondeſia, *ſimul & ipſam* Bermondeſiam *cum omnibus appenditiis ſuis, jure perpetuo poſſidendam, ab omnibus rebus & conſuetudinibus liberam & quietam. Concedo etiam eis & confirmo quicquid alii dederunt tam in terris quam in decimis, ſive in aliis quibuſlibet rebus, videlicet* Cerletonam *cum appenditiis ſuis quam donavit eis* Robertus Lincolniæ *epiſcopus, eccleſiam verò de* **Hardwike** *cum terra ipſi eccleſiæ adjacenti, & decima villæ prænominatæ, decimamque de* Opetona *quam* Winebaldus *de* **Baalun** *dedit eis, eccleſiam quoque de* Omeneia, *terramque & decimam ejuſdem cum aliis decimis de* Eſtentona *&* Alvinetona *quas dedit eis* Odo *de* **Tirone** *miles ejuſdem* Winebaldi: *ſcilicet & decimam de* **Fyfidre** *quam eis dedit* Rogerus *miles* Johannis *filii* Waleranni, *concedente eodem* Johanne; *Necnon duas hidas terræ de* Eſtanas *quas* Walterius *filius* Auſgerii *eis dedit: Similiter terram de* Hodeſdona *quam* Petrus *de ſancto* Olapho *dedit eis ſicut ipſe eam melius tenuit in tempore patris mei: Quicquid etiam donatum eſt illis apud* Londoniam *in eccleſiis aut in decimis, aut in domibus aut in terris, aut in aliis quibuſlibet rebus, tam in civitate quam extra civitatem, ſcilicet, in nemoribus, in pratis, in molendinis, in piſcariis, & in omnibus rebus. Volo itaque, atque præcipio ut monachi* Bermondeſiæ *omnes poſſeſſiones ſuas & omnes res ſuas bene, & liberè, & in pace, & honorificè teneant.* Willielmus *nutu Dei Rex* Anglorum *ſigillo confirmavit hæc & corroboravit.* ✠ *Signum* Willielmi *Regis* ✠ *S.* Henrici *hæc laudantis fratris ejuſdem.* ✠ *Signum* Walkelini Lundonienſis *epiſcopi.* ✠ *Signum* Oſmundi *epiſcopi* Saliſburienſis. ✠ *Signum* Johannis *de* Sumbreſetta. ✠ *Signum* Eudonis Dapiferi. ✠ *Signum* Rotgeri *de* **Novant**. ✠ *Signum* Rotgeri Bicel. ✠ *Signum* Petri *de* Valoniis. ✠ *Signum* Ricardi Delamera. ✠ *Signum* Aylwyni, *eccleſiam* ſancti Salvatoris, *una cum Rege, in manu monachorum de* Caritate, Ricardi, *ſcilicet,* Oſberti, *atque* Vinbaldi, *qui aderant, emancipantis.* Letaldus *ſcripſit, & ſubſcripſit feliciter,* Amen.

Confirmatio Regis Henrici *primi de donatione manerii de* Bermundeſeia *& aliorum maneriorum.*

Adhuc ex regiſt. de *Bermundſey*.

Vide Cart. 4 E. 3. nu. 57.

Noſcat omnis fidelium ſacra poſteritas, quod ego *Henricus* Dei gratia Rex *Anglorum*, pro anima patris mei *Willielmi Anglorum* Regis, & matris meæ *Matildis* Reginæ, & fratris mei *Willielmi* Regis, cui ego in regno ſucceſſi, & pro ſalute mei ipſius, concedo & confirmo quicquid monachis de *Caritate* apud *ſanctum Salvatorem* de *Bermondeſia* ibidem Deo ſervientibus dedit idem frater meus *Willielmus*, videlicet, eccleſiam *ſancti Salvatoris* de *Bermondeſeia*, necnon & ipſam *Bermondeſeiam*, cum appendiciis ſuis, liberam & quietam ab omnibus conſuetudinibus, ſicut meliùs habuerunt, tempore fratris mei. Concedo etiam quicquid alii dederunt, tam in terris quam in decimis, videlicet *Cerletonam*, cum appenditiis ſuis, quam donavit eis *Robertus Lincolnienſis* epiſcopus. Similiter, unam hidam terræ *Hallyngeburiam*, quam donavit *Gaufridus Martei*, cum decima de *Alferetona*. **Wydeford**, quam commutavit cum monachis de *Bermundeſeia*, *Ivo* de **Grantemeſnil**, pro *Andretesberya*, quam dederat eis *Willielmus* de *Belmeit*. Decimam de **Fiſhyde**, eccleſiam de **Hardewyke**, & decimam ejuſdem villæ, & tres hidas terræ in eadem villa, & decimam de *Oppetona* quæ dedit eis *Vinebaldus* de **Baalun**, *Preſtonam*, quam dedet eis *Auſgerius Brito*. Duas hidas *Stavam* quas dedit eis *Walterus* filius ejuſdem *Auſgerii*, duas hidas **Belgeham** quam dedit *Nigellus* de *Mundevilla*, concedente uxore ſua. Duas hidas **Hodeſdon**. Concedo etiam quicquid donatum eſt illis apud **London** in eccleſiis, & domibus, ſive in terris, tam in civitate, quam extra civitatem. Nunc vero ego ipſe do eis, de meo dominio, *Rodereyim*, & **Dilewich**, & hidam de *Southwerka*, & *Wadonam*. Concedo etiam *Kynewardeſtonam*, quam dedit eis *Maria* comitiſſa *Boloniæ* concedente *Euſtachio* comite viro ſuo. ✠ Signum *Henrici* Regis. ✠ Signum *Matildis* Reginæ. ✠ Signum *Eudonis Dapiferi*. ✠ Signum *Hamonis Dapiferi*. ✠ Signum *Willielmi* de *Albineio*. ✠ Signum *Urſonis* de **Abetot**. ✠ Signum *Willielmi Barbe*.

Memorandum quod manerium de *Bermundeſeia*, cum omnibus pertinentiis ſuis, eſt de antiquo dominico coronæ Regis, & omnes terræ & tenementa quæ de dicto manerio tenentur ſunt placitabilia in curia dicti manerii, per breve Regis de *Recto*, ſecundùm conſuetudinem dicti manerii, & non ad communem legem; unde in libro de **Domeſday** invenitur. *Rex tenet Bermondeſeiam Beraldus* comes tenuit. Tunc ſe defendebat pro xiij. hidis, modo pro xij. hidis. Terra eſt octo carrucatæ. In dominio eſt una carucata, & xxv. villani, & xxxiij.bordmanni, cum quatuor carrucatis. Ibi nova & pulchra eccleſia, & xx. acræ prati. ſilv. v. porc. de pannagio. In **London** xiij. burgenſes de xl. den. T. R. E. & modo valet xv. lib. & vicecomes habet xx. ſol. comes *Moretanii* tenet unam hidam que T. R. E. & poſt, fuit in hoc manerio. Item memorandum quod pertinet ad manerium de *Bermondeſeia*, *Bermondeſeya*, *Camerwella*, *Rederhitha*, hida de **Southwerke**, **Dilwiche**, **Waddon**, & **Kepham**, cum omnibus

bus pertinentiis, & omnia predicta fuerunt in dicto manerio de *Bermundeſeia*; poſtea per diverſas cartas per dominum regem *Angliæ* eccleſie de *Bermundeſeia* datæ, ut patet per eaſdem.

Pat. 1 H. 4. part 7. m. 15. per Inſpex.

HEnricus *Dei gratia rex* Anglorum, Radulfo Roſenſi *epiſcopo &* Hamoni *dapifero, & omnibus baronibus* Francis *&* Anglis *de* **Chent** *ſalutem. Sciatis me dediſſe eccleſiæ S.* Salvatoris *de* Bermundeſeya *eccleſiam de* **Horas** *cum eccleſia de* **Cobbaham** *quæ ei appendet, cum decimis in annona & agnis & aliis conſuetudinibus, ſicut* Turſtinus *capellanus meus eam habebat. Et volo & firmiter præcipio ut monachi in pace & honore prædictam eccleſiam teneant. T.* Eudone *dapifero, &* Hamone *dapifero, &* Willielmo *de* Albineio *&* Willielmo Peurello. D. *apud* Rotomagum.

Ibid.

H. Rex *Angliæ* & dux *Norm.* & *Aquit.* & comes *Andeg.* archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ S. *Salvatoris* de **Bermundeſey** & monachis ibidem Deo ſervientibus eccleſiam de **Berlyng** quam *Wachilinus Maminot* rationabiliter dedit eis in perpetuam elemoſinam & carta ſua confirmavit. Quare volo (*&c.*) T. *Widone* decano de **Waltham**, *Thoma* archidiacono *Bathon. Ricardo* de **Lucy**, *Manaſſero Biſet* dapifero, *Willielmo* de **Curcy**, *Gilberto Malet*, apud **Feccheham.**

Ibid.

H. *Rex* Angliæ *dux* Norm. *&* Aquit. *& comes* Andeg. *archepiſc.* (&c.) *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & monachis S.* Salvatoris *de* **Bermundeſey,** *pro mei & omnium meorum ſalute eccleſiam de* Camberwllam *quam dedit eis* W. *comes* Gloeceſtriæ; *& eccleſiam de* **Benyngh**, *quam dedit eis* Reginaldus *de* **Taney**, *filiis ſuis concedentibus. Et eccleſiam de* **Warlyngham** *quam dedit eis* Robertus *de* Watevilla; *& eccleſiam de* Fiſhida *quam dedit eis* Matildis *uxor* Haſculfi *de* **Tany**, *&* Graalandus *filius ejus. Et eccleſiam de* **Bevintone** *quam dedit eis* Sibilla *de* Watevilla *&* Ingelrannus *de* **Funteines.** *Quare volo* (&c.) *T.* Theobaldo *archiep.* Cantuar. Thoma *cancellario*, Manaſſ. Biſet *dapifero, apud* Weſtm.

S. JACOBI *Prioratus juxta* Exoniam *in agro* Devonienſi.

Carta Baldwini *comitis* Devoniæ.

Ex autographo in cartophylaceo collegii regalis Cantabr.

VEnerabili domino & patri *Roberto* Dei gratia *Exon.* epiſcopo omnibuſque ſanctæ Dei eccleſiæ filiis *Baldewinus* comes *Devoniæ* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra quod ego divinæ pietatis intuitu, aſſentiente *Ricardo* filio meo, totam terram quæ dicitur *Cotelega* cum toto boſco & omnibus pertinentiis ſuis monaſterio beati *Jacobi* apoſtoli quod extra muros civitatis *Exon.* devotè conſtitut, & monachis *Cluniacenſibus* ibidem Deo & ſancto *Jacobo* ſervientibus, pro remedio animæ meæ & filiorum filiarumque mearum & omnium parentum & amicorum meorum per manum domini *Roberti Exon.* epiſcopi in die qua cimiterium ejuſdem monaſterii dedicavit in perpetuam Dei elemoſinam, cum eadem libertate & liberis conſuetudinibus quibus manerium meum de **Exeminiſtre** tenui & habui. Preterea donavi ipſis monachis medietatem decimæ de piſcaria mea de *Toppeſhama*. Ex donatione autem & rogatu *Aviciæ* de ſancto *Leonardo*, confirmavi ipſis duas acras terræ in quibus conductus aquæ molendini eorum factus eſt, & occupationem aquæ redundantis in terram ipſius *Aviciæ*. Conceſſi etiam præfatis monachis ut nova molendina faciant in terra ſua ubi voluerint, amotis molendinis meis de **Toppeſham**; ita quod de cætero nec mihi, nec hæredibus meis, nec alicui infra *Scutebrocam* & **Toppeſham** aliquod molendinum facere licebit. Hoc quidem conceſſum eſt aſſenſu & voluntate prædictæ *Aviciæ* de ſancto *Leonardo*. Hæc itaque omnia ex intimi cordis affectu & ex voti debito ad prædictorum monachorum ſuſtentationem donavi, ſupplicans attentiùs hæredibus meis ne ſuper his aliquam moleſtiam fratribus inferre præſumant, immo potiùs paternæ devocionis memores quod piè actum eſt fovere & manutenere dignerentur. Quod ut ratum permaneat imposterum, ſigilli mei impreſſione cum teſtium ſubnotacione corroboravi. Hiis teſtibus, *Huberto* de *Vaus*, *Stephano* de **Mandevill,** *Radulfo Patrich*, *Ricardo* filio *Radulfi*, & *Willielmo* fratre ejus, *Willielmo* de *Hilum*, *Galfrido* de **Furnell**, *Roberto Daco*, *Galfrido* de *Spineto*, *Jobelo* filio *Nigelli*, & duobus filiis meis *Willielmo* & *Henrico*.



Carta *Ricardi* comitis *Devoniæ*.

Ibid. Reverendo domino & patri* Roberto *Dei gratia* Exon. *epiſcopo, Univerſiſque ſanctæ Dei eccleſiæ filiis,* Ricardus *comes* Devoniæ *ſalutem in Domino. Quæ divinæ pietatis affectu ſanctis locis beneficia tribuuntur nimia debent ſtabilitate conſtitui, & nulla debent inpoſterum intentione revocari; Quapropter ego* Ricardus Devoniæ *comes univerſitati veſtræ notum fieri volo quod pro remedio animæ meæ, & uxoris meæ* Dioniſiæ, *meorumque parentum defunctorum; videlicet patris mei* Baldwini *comitis, & matris meæ* Adel. *necnon & nobiliſſimi* Henrici *Regis qui terram anteceſſoribus meis dedit, & pro animabus omnium prædeceſſorum, ſucceſſorumq; parentum meorum, donationem piæ memoriæ patris mei* Baldwini *comitis* Devoniæ *de terris* Walterii, *cum capella S.* Jacobi *extra civitatem* Exon. *ſita, quam fecit monachis* Cluniacen. *ibidem Deo & ſancto* Jacobo *ſervientibus, ipſo* Waltero *rogante & donante, quicquid juris & dominii in ipſis terris habebat, hærede ſua aſſentiente* Edith, *& terram quæ eſt juxta* Scutebrocam, *& omnes terras quæ ad jus jam dicti* Walterii *pertinebant, conceſſi & irrevocabiliter confirmavi. Hanc itaq; totam terram præfati* Walterii, *cum omnibus pertinentiis ſuis ſepedictis monachis donavi, & quicquid jure ac legaliter adquirere poterint infra fines totius terræ meæ & feodi mei habeant & teneant cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus & quietanciis, in modiis & omnimodis menſuris, in villa & in via, in portu & mari, in boſco & plano, & aliis locis & rebus, ſolutum liberum & quietum de hundredis placitis & querelis, & omni ſervicio & opere ſervili & teloneo & omni exactione, & omnibus aliis conſuetudinibus & occaſionibus. Si quid verò forisfacti vel quærelæ de hominibus vel de terra eorum inciderit, monachi plenariè de omnibus curiam & juſtitiam ſuam propriam habeant. Præterea conceſſi ſepedictis monachis ſancti* Jacobi *medietatem decimæ de piſcaria mea de* Thopeſhamma *quam* B. *pater meus dedit eis per manus* Roberti *epiſcopi in die quando cimiterium eccleſiæ ſancti* Jacobi *dedicavit. Conceſſi etiam eis duas acras terræ quas* Avicia *de ſancto* Leonardo *dedit ſancto* Jacobo *in perpetuam elemoſinam in quibus conductus aquæ molendini eorum factus eſt, & aquæ redundantis occupationem in terra ſua. Conceſſi etiam ut ipſi monachi liberè & quietè, ex novo, molendina faciant quotquot in terra ſua facere voluerint. Hæc itaque omnia conceſſi ſæpedictis monachis in perpetuam elemoſinam, in præſentia domini* Roberti *epiſcopi, volens ut ipſi ab omni exactione liberi & immunes, orationi vacent, & pro nobis Deum inceſſanter exorent. Et ne aliquis indevotus contra hanc meæ devotionis paginam, diabolicæ inſpirationis inſtinctu, aliquam moleſtiam inferat, ipſam ſigilli mei impreſſione corroboravi. Teſtantibus & aſtantibus, magiſtro* Barth. Hugone *de* Auco *arch.* Ricardo *Priore de* Bardeney, Aluredo *Priore ſancti* Jacobi, Sewardo *monacho,* Ricardo *filio* Renfredi, Philippo *de* Furnel, Walterio Longo, *canonicis ſancti* Petri. Alardo *clerico comitis* Baldwini, Ricardo *de* Dunſtanvilla *clericis epiſcopi.* Galfrido *de* Lega, Roberto Daco, Ricardo & Waltero *filiis* Radulfi. *Facta eſt confirmatio hæc in præſentia domini* Roberti *epiſcopi* Exonienſis, *anno ab incarnatione domini MClvij. Apud* Exoniam.

In dorſo hujus Cartæ.

Irrotulatur in memorandis ſcaccarii videlicet inter Recorda de termino ſancti *Michaelis* anno ſecundo Regis *Henaici* quarti ex parte Rememoratoris Regis, rotulo videlicet xv.

Confirmatio donationum per Robertum Exon. *epiſcopum.*

Omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Robertus* Dei gratia *Exon.* epiſc. ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod venerabilis *Baldewinus* de *Reveriis Exon.* comes, filio ſuo *Ricardo* concedente, & plenarium aſſenſum præbente, pro remedio animæ ſuæ, & precipuè pro anima uxoris ſuæ *Adeliz* & patris ſui *Ricardi*, & matris ſuæ *A.* & pro omnium prædeceſſorum, ſucceſſorumq; ſuorum animabus, totam terram cum capella ſancti *Jacobi* extra *Exon.* & cum decima, & omnibus pertinentiis ſuis, quas *Walterus* filius *Wlwardi* ex eo liberè & quietè tenuit, ipſo *Waltero* rogante & concedente, quicquid juris & dominii in eis habebant, hærede ſua *Edith* aſſentiente, Deo & monaſterio ſancti *Petri* de *Clun.* & ſancti *Martini* de *Campis* ad ſuſtentationem monachorum *Clun.* ibidem Deo & S. *Jacobo* ſervientium per manuum mearum inveſtituram donavit, & irrevocabiliter confirmavit; cum eadem libertate, & liberis conſuetudinibus quibus terram ſuam de Topeſham tenuit & habuit. Inſuper conceſſit jam dictis monachis ut omnes terras ſuas & homines, poſſeſſiones, & elemoſinas, quas habent vel inpoſterum jure ac legaliter adquirere poterunt infra fines totius terræ ſuæ, & feodi ſui, habeant & teneant ſolutas liberas & quietas ab omnibus exactionibus, ſubjectionibus, hundredis, placitis, querelis, & omni ſervicio, & opere ſervili, & theloneo, & omnibus conſuetudinibus quæ excogitari poterunt. Præterea verò pia devotione conceſſit, ut præfati monachi & homines eorum habeant quamlibet menſuram & libertatem vendendi & emendi, & res ſuas modis omnibus juſtè multiplicandi. In terra etiam ſua conceſſit ut habeant abſque omni impeditione liberum itum & reditum cum rebus ſuis, & communes paſcuas animalibus ſuis, & juncos in mariſco abſque impetitione, & omnem communitatem profectum & refugium in omni loco qui ad ſe ſpectare dinoſcitur. Si quid verò forisfacti vel querelæ inter homines ejus & homines monachorum quacunque occaſione inciderit, monachi plenariè de qualibet cauſa, curiam & juſticiam ſuam habeant propriam & emendationem. Ibid.

Hæc itaquæ omnia ſepedictis monachis donavit, & jure proprietatis tranſactavit, ita quod in eos nec ſibi nec alicui ex hæredibus ſuis aliquid violentæ poteſtatis excercere licebit niſi tantummodo contra adverſantium moleſtias defenſionis auxilium. Et quia hæc prædicta prædictorum fratrum ſuſtentationi minime ſufficere eſtimavit, divini amoris inſtinctu totam eccleſiam de Tuiverton, cum capellis & omnibus pertinentiis ſuis, permiſſione & aſſenſu meo, donavit, & ſcripto autentico confirmavit. Volens ut monachi ab omni vexatione liberi & immunes, orationi vacent, & Deum pro ſe & ſuis indeſinenter exorent. Præterea præſatus *B.* illuſtris comes *Exon.* eccleſiæ S. *Jacobi* tantum beneficii ex voto conferre tenetur, unde ſacer monachorum conventus conſtitui, & ſuſtentari poterit. Quod ne tractu temporis vel malignantium verſutiis in dubium revocetur, ego ſicut dioceſanus epiſcopus ad petitionem tam *B.* comitis quam *Ricardi* ejuſdem monaſterii Prioris, præſenti ſcripto & ſigilli mei appoſitione confirmavi; ſalva ſemper auctoritate noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum epiſcoporum. Actum ab incarn. domini anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto apud *Exon.* Hiis teſtibus, *Walterio* de **Piriton**, *Hug.* de *Auco*, *Radulfo* filio *Jocelini* archidiac. magiſtro *Will. Cucufel*, *Philippo* de *Furnell. Johanne Paz*, *Stephano* de *Mandevilla*, *Huberto* de **Waus**, *Radulfo Partrich*, *Roberto* de *Scocis*, *Rogero* abbate, *Willielmo* filio *Radulfi*, & fratre ſuo *Roberto*, *Hug.* clerico de **Coleſwd**, *Roberto* de **Oiverru**, *Guidone* de **Britevill**, *Willielmo de* **Muſters**, domino *Rogero* abbate de **Taviſtoke**, *Ricardo* filio *Radulfi*, *Willielmo* de *Morevilla*, & filiis ſepedicti *B.* comitis, *Ricardo Willielmo*, *Henrico*. *Jocelino* filio *Nigelli*, *Gaufredo* de *Lega* militibus, *Ricardo* & *Edwardo* monachis.

Carta *Matildis* Imperatricis.

M. *Imperatrix* H. *Regis filia*, & Anglorum *domina archiepiſcopis*, *epiſcopis*, *abbatibus*, *comitibus*, *baronibus*, *juſticiariis*, *vicecomitibus*, *miniſtris*, & *omnibus fidelibus ſuis*, Francis & Anglis *totius* Angliæ *ſalutem*. *Sciatis me conceſſiſſe Deo* & *ſancto* Martino *apud* Pariſ. & *monachis ibidem Deo ſervientibus*, *illam donationem quam* Baldewinus *comes* Devon. *eis fecit de capella ſancti* Jacobi, & *de terra* & *de omnibus illis rebus quæ ad eandem capellam adjacet* & *pertinet*. *Quare volo* & *firmiter precipio quod bene*, & *in pace* & *liberè* & *quietè de omnibus conſuetudinibus* & *quietudinibus capellam prædictam cum omnibus quæ ad eandem capellam pertinent*, & *adjacent*, *teneant*, *ne ſuper hoc aliquis*——*inde injuriam vel contumeliam aliquo modo faciat*. *T.* Milone *comite* Herefordiæ,————Brientio *filio comitis*, & Roberto *de* Curc. *dapif.* & Roberto *de* Oilli, & Johanne *de S.* Johanne, & Roberto *filio* Martini, *Apud* Oxon.

In dorſo ſic ſcribitur.

Irrotulatur in memorand. ſcaccarii videlicet inter Recorda de term. S. Trinit. anno primo Regis *Henrici* quarti ex parte Remem. Regis.

Carta Stephani *de ſancto* Leonardo.

Ibid.

NOverint tam præſentes, quam futuri, quod ego *Stephanus* de ſancto *Leonardo*, pro remedio animæ meæ & uxoris meæ *Criſtinæ*, & hæredis mei *Adæ*, & patris mei *Nigelli* & matris meæ *Aviciæ* eccleſiæ ſancti *Jacobi*, & monachis *Cluniacenſibus* ibi Deo ſervientibus conceſſi, & dedi ſex acras terræ, quæ eſt inter conductum aquæ molendini, & viam regiam, in perpetuam elemoſinam, acceptis tantum pro quatuor acris, duabus marcis de caritate domus. Hanc donationem ego & hæres meus *Adam* & uxor mea poſuimus ſuper altare ſancti *Jacobi* per librum ſanctorum Evangeliorum, &c. Teſtes *Auguſtinus* Prior ſancti *Jacobi* (&c.)

Carta Baldwini Devoniæ *comitis.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis incipit carta comitis *Baldwini*. Sciant tam præſentes quàm ſupervenientes ad quorum notitiam hæc carta pervenerit, quod ego *Baldewinus* de *Reveriis*, *Exonienſis* comes, filio meo *Ricardo* concedente, pro anima mea & uxoris meæ *Adelizæ* & patris mei *Ricardi* & matris meæ *Adelizæ*, necnon & nobiliſſimi *Henrici* Regis, qui terram patri meo dedit, filiorumque & filiarum mearum ac prædeceſſorum ſucceſſorumque parentum meorum animabus, per manum *Roberti*, *Exonienſis* antiſtitis, rogatu *Ricardi* monachi cognati mei, eccleſiam de *Tuivertona*, cum omnibus appendiciis ſuis, tam in præbendis quàm in decimis & eccleſiaſticis beneficiis, ſalvo jure matricis eccleſiæ, monaſterio ſancti *Jacobi* Apoſtoli quod juxta civitatem contra auſtrum in elemoſina mea ſitum eſt, *Cluniacenſibus* monachis ibidem Deo ſervientibus, pluribus aſtantibus & teſtantibus dedi, & hoc meo ſigillo confirmavi.

Ex Analectis *Andreæ* du *Cheſne* illuſtris *Galliar.* Regis hiſtoriographi.

Tiverton in *Devonia.*

IDem Baldwinus *rogante venerabili monacho* Ricardo *de* Tottonia *cognato ſuo*, *totam terram cum capella ſancti* Jacobi, & *decima* & *omnibus pertinentiis ſuis*, *quas* Walterus *filius* Walwardi *de eo liberè tenebat*, *ipſo* Waltero *rogante* & *concedente*, *quicquid juris* & *dominii in eis habebat*, *hærede ſua* Edith *aſſentiente*, *Deo* & *monaſterio ſancti* Petri *de* Cluniaco, & *ſancti* Martini *de* Campis *ad ſuſtentationem monachorum* Cluniacenſium *ibidem Deo* & *ſancto* Jacobo *ſervientium*, *per manum domini* Roberti, Exonienſis *epiſcopi*, *donavit* & *irrevocabiliter confirmavit*. *Teſtib.* Ricardo, Willielmo & Henrico *filiis ejuſdem.*

LENTONENSIS *Prioratus in agro* Notinghamenſi.

Diploma Regis Edw. 2. *ipſam fundationis cartam necnon donationes diverſorum recitans* & *confirmans.*

REX archiepiſc. &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam *Willielmus Peverel* dudum fecit in hæc verba. Notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ eccleſiæ Dei clericis & laicis *Francis* & *Anglis* qui modo ſunt, & qui venturi ſunt, quod ego *Willielmus Peverellus* pro divini cultus amore & communi remedio animarum dominorum meorum *Willielmi* Regis, & uxoris ejus *Matildis* Reginæ, & filii eorum *Willielmi* Regis, & omnium parentum ſuorum, & meorum, necnon & pro ſalute domini mei *Henrici*

Cart. 10. *E*.2.n.50. Vide etiam Pat.*6*.*R*.2. part.1.m.8 Et Pat. 9. *E*. 3. part. 2. m. 10. Et Cart. 30. *E*. 3. n. 7. Et Pat. 2. *H*. 4. part. 3. m. 35.

rici Regis & uxoris ejus *Matild.* Reginæ, & filii eorum *Willielmi*, & filiæ eorum *Matildis*, pro ſtatu quoque regni ſui, necnon & pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ *Adelinæ*, & filii mei *Willielmi*, & omnium liberorum meorum, pia devotione & devota largitione offero Deo & eccleſiæ *Cluniacenſi* & *Poncio* abbati, ejuſque ſucceſſoribus imperpetuum ſubſtituendis, monaſterium quod in honore ſanctæ *Trinitatis* in *Lentona* conſtitui, jure perpetuo, ſub Prioratu, ac diſpoſitione ipſius *Cluniacæ* inſtitutionis juſtè libereque inſtituendum, & poſſidendum cum univerſis quæ in hac carta ſubſcribuntur; ita tamen ut ipſum monaſterium erga *Cluniacum* ſit liberum, & quietum pro una marca argenti de recognitione per annum. Beneficia igitur & poſſeſſiones quas ego ipſi monaſterio ſanctæ *Trinitatis* & monachis *Cluniacenſibus* ibidem Deo ſervientibus dono & preſenti carta confirmo, iſta ſunt nominatim; villam *Lentonæ* cum omnibus pertinentiis ſuis, exceptis quatuor molendinis quorum teneo duo in meo dominio & *Adelina* uxor mea tertium, & *Herbertus* miles meus quartum; cetera molendina monachorum ſunt, & propriè ſeptem. Similiter **Radeford**, *Morthonam*, *Kichthonam*, cum omnibus pertinentiis earum. Et quicquid habeo in **Newtorp**, & **Papelvich**, in boſco & in plano & in omnibus aliis rebus. Item *Blacowella* in *Pecco* cum omnibus pertinentiis ſuis. Item *Corthabala* in *Hanteſyra* cum boſco ſuo & omnibus aliis pertinentiis ſuis, excepto feodo unius militis & terra *Turſtini Mantelli*.

Item duas partes omnium decimationum de dominiis meis, de omnibus rebus quæ decimari poſſunt; videlicet de *Blideeſworda* cum quodam ruſtico virgatam terre tenente ad colligendas decimas. In *Doſtona* ſimiliter, in *Neuboda* ſimiliter, *Tindeſwella* ſimiliter, in *Bradewella* ſimiliter, in *Badecowella* ſimiliter, in *Hoccalawa* ſimiliter, in **Eſſeford** ſimiliter, in **Wrmevill** ſimiliter, in **Moniax** ſimiliter, in *Hulma* ſimiliter. Item duas partes decimationum dominicarum paſturarum mearum in *Pecco* quarum nomina ſunt hæc. **Sachalcros**, *Ferneleia*, *Dernehala*, **Quatford**, **Bucheſtanes**, **Sirebroch**, *Stafdona*, *Cudala*, **Crochil**, *Chaldelawa*, **Duninggeſtede**, *Chelmerdona*, *Stauredala*. Item totam decimam pullorum & pullarum ubicumque haracium habuero in *Pecco*, vel aliquis alius ſuper dominicas paſturas meas. Item totam decimam plumbi mei & venationis meæ, tam in coriis quam in carnibus & totam decimam piſcium piſcariæ meæ de **Notingham**. Item, concedente domino meo rege *Henrico*, dono eis eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Burgo Anglico*, de **Notingham**, cum terris & decimis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, eccleſiam ſancti *Petri* cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam ſancti *Nicholai* cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam de **Radeford** cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam de *Lindebeia* cum omnibus pertinentiis. Eccleſiam de *Langara* cum terris & decimis & omnibus pertinentiis ſuis; & cum uno villano virgatam terre tenente. Eccleſiam de *Foteſtona* cum una virgata terræ & decima & aliis omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de *Herleſtona* cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam de *Corthabala* cum omnibus pertinentiis, eccleſiam de *Irenceſtria* cum terris & decimis & omnibus aliis pertinentiis ſuis, eccleſiam de *Riſſendena* cum una virgata terræ & decima tota & omnibus aliis pertinentiis ſuis, & unum villanum in eadem villa virgatam terræ tenentem. Hæc omnia præfato monaſterio dono & confirmo in liberam & perpetuam elemoſinam & ab omni ſervicio & ſeculari exactione quieta: ego enim & hæredes mei adquietabimus ea imperpetuum, & erga regem & erga omnes homines. Præterea concedo ipſi monaſterio quicquid homines mei eidem contulerunt pro remedio animarum ſuarum, videlicet duas partes omnium decimarum dominicorum ſuorum de omnibus rebus quæ decimari poſſunt; horum primus eſt, *Avenellus* qui hoc contulit de dominiis ſuis in *Haddona* & in **Methdweploch** & **Mamar**, *Safredus* in *Empingaba* & in **Baſeford**, & *Robertus* filius *Pagani* in eadem villa ſimiliter, *Robertus* de **Heriz** in *Hesburna*, & in **Oſſecropht** ſimiliter, *Godefridus* & *Willielmus* in *Ernesbeia* ſimiliter, *Normannus* de **Montfaltrel** in **Aſebech**, & in *Chilwella* & in **Horpol**, ſimiliter *Rogerius Britto* in *Walenthona*, & in *Kalabala* ſimiliter, *Gocelinus* in **Wathenoch** & *Radulfus Malaherba* in *Aſpeleia*, & *Serlo Blundus* in **Tortp**, & *Erbertus* in *Gonolveſtona*, ſimiliter, *Helgotus* in *Bareſworda*, & in **Cotis**, *Robertus* de *Pavelliaco* in *Hoctona*, *Walterus Flammeth* in **Haureſham**, *Hugo* filius *Ricardi* in *Claindona*, *Normannus* de ſancto *Patricio* in **Deresburch**, & in *Blacol Weſleia*, & in **Kaalund**, *Gaufridus Heriz* in **Stapelford**, *Adelelmus* in *Langueleia*, & *Robertus* filius *Warnerii* in *Thonethona*, ſimiliter *Robertus* de **Moretuein** & hæredes ſui decem ſolidos vel decem ſolidatas per ſingulos annos imperpetuum. Hujus donationis & ſcripti teſtes ſunt *Girardus* archiepiſc. *Eboracenſis*, *Robertus* epiſc. *Lincoln.* *Robertus* comes de **Medlent**, *Simon* comes de *Nordhamthona*, *Hugo* vicecomes *Leiceſtriæ*, *Robertus* de **Chanz**, *Hugo* de **Burun**, *Oddo* de *Bontia*, *Avenellus* de *Haddona*, & omnes alii homines mei prædicti.

Inſpeximus etiam cartam quam bonæ memoriæ dominus *H.* quondam rex *Angl.* progenitor noſter fecit dictæ eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis* de **Lenton** & monachis ibidem Deo ſervientibus, in hæc verba. *H.* Dei gratia rex *Angl.* & dux *Norm.* & *Aquit.* & comes *And.* archiepiſc. (*&c.*) Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe & præſenti carta confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis* de *Lentona* & monachis ibidem Deo ſervientibus in liberam & perpetuam elemoſinam quaterviginti acras terræ de eſſartis in *Curtebala*, & molendinum de **Blochclif** in eſcambium terræ de **Papelwich**, quam dedi in liberam & perpetuam elemoſinam canonicis de *Novo loco* in *Sirwuda* quos ibi fundavi. Quare volo (*&c.*) T. J. *Norwic.* epiſcopo, *G.* filio *Petri*, *Rand.* de **Glanvill**, *Hug.* de **Creiſſi**, *Gaufr.* *Pertic.* *Roberto* de **Stutevill**, *Willielmo* filio *Radulfi*, *Radulfo* filio *Stephani* camerario, apud **Nothingeham**.

Inſpeximus etiam quandam aliam cartam quam idem progenitor noſter fecit Priori dictæ eccleſiæ de **Lenton** in hæc verba. *H.* rex *Angl.* (*&c.*) ſalutem. Præcipio quod omnes res Prioris de

Lentona quas homines ſui affidare poterint ſuas eſſe proprias, ſint quietæ de teloneo & paſſagio & omni conſuetudine, & prohibeo ne aliquis eos ſuper hoc diſturbet neque injuriam vel contumeliam eis faciat ſuper x. libr. foriſfacturam. *T. Warino* filio *Geroldi* camerario, *Roberto* de *Dunſtanvilla*, & *Mag. Aluer.* apud **Brokeherſt.**

Inſpeximus etiam cartam quam bonæ memoriæ dominus *S.* quondam Rex *Angliæ* progenitor noſter fecit dictæ eccleſiæ de **Lenton** in hæc verba. *S.* Rex *Angliæ* archiepiſcopo *Eboraci* & juſtic. & vicecom. & baronibus & miniſtris & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Notinghamſcira*, ſalutem. Sciatis quia confirmo & concedo donationem illam quam *Hugo* de **Burun** fecit eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis* de *Lentona* & monachis *Cluniacenſibus* ibidem Deo ſervientibus de tota terra ſua quam habebat in *Catteſgrava* præter ſervicium quatuor militum, ſicut idem *Hugo* illam eis dedit & carta ſua confirmavit. Quare volo & firmiter præcipio quod illam bene & in pace & honorificè & liberè & quietè teneant ſicut *Hugo* unquam meliùs vel liberiùs tenuit & ſicut tenent aliam elemoſinam ſuam. T. *Ricardo* de **Canvill**, & *R.* de **Curci**, & *Baldwino* fil. *Giſleberti*, & *W. Poverel*, & *W.* de *Albini*, Apud *Lincolniam.*

Inſpeximus etiam quandam aliam cartam quam idem progenitor noſter fecit monachis dictæ eccleſiæ de **Lenton** in hæc verba. *H.* Rex *Angliæ* (*&c.*) Sciatis me conceſſiſſe & hac mea carta confirmaſſe monachis de **Lenton** unam feriam octo dierum ad feſtum ſancti *Martini* cum plenario theloneo de omnibus rebus de quibus theloneum accipi poteſt, exceptis empcionibus illis quas de menſa vel veſtitu eorum eſſe conſtiterit, quibus ſuper hoc quietanciam dedi & confirmavi. Quare volo (*&c.*) Præcipio etiam ne vicecomites nec caſtellani de **Notingham** vexent prædictos monachos in dranis boum, nec in aliquo alio ſicut ſolebant, ſet emant tali foro ſicut alii venientes ad nundinas de longinquis partibus. Volo etiam ut prædicti monachi & res & poſſeſſiones & homines eorũ liberi & quieti ſint ab omni ſeculari ſervicio & exactione. Et ſi quis verſus prædictam domum aliquid de ſuis poſſeſſionibus clamaverit, ſive eam in aliquo vexare, vel in placitum ponere voluerit, prohibeo ne pro aliquo reſpondeant, neque in placitum intrent, neque aliquis eam placitare faciat, niſi coram me vel capitali juſticia mea. Hæc omnia conceſſi eis in perpetuam elemoſinam pro anima *H.* Regis & anteceſſorum meorum, & pro mea meorumque & omnium fidelium ſalute. T. *Rogero Eboracenſi* archiepiſcopo, *Gilberto Lundonenſi* epiſcopo, *Willielmo Norwicenſi* epiſcopo, *Ricardo* de **Humet**, & *Willielmo* filio *Johannis*, Apud **Norhamton.**

Inſpeximus etiam quandam aliam cartam quam idem progenitor noſter fecit monachis dictæ eccleſiæ de **Lenton** in hæc verba. *H.* Dei gratia Rex *Angliæ* (*&c.*) *R.* filio *Bern.* & omnibus miniſtris & foreſtariis ſuis de intra **Ribbile** & **Merſe**, ſalutem. Sciatis nos dediſſe & conceſſiſſe & hac mea carta confirmaſſe monachis de **Lenton** pro ſalute mea & hæredum meorum, & pro anima Regis *H.* avi mei & anteceſſorum meorum hermitagium de *Kerſhala* cum omnibus pertinentiis ſuis in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Quare volo (*&c.*) T. *B. Exon.* epiſcopo, apud **Porceſtre.**

Inſpeximus etiam cartam quam bonæ memoriæ dominus *J.* quondam Rex *Angliæ* progenitor noſter fecit dictæ eccleſiæ de **Lenton** & monachis ibidem Deo ſervientibus in hæc verba. *J.* Dei gratia Rex *Angliæ* (*&c.*) Sciatis nos conceſſiſſe & preſenti carta confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis* de **Lenton** & monachis ibidem Deo ſervientibus, in liberam perpetuamq; elemoſinam, quaterviginti acras terræ de eſſartis de **Curtehale**, & molendinum de **Blachclif** in eſcambium terræ de **Papelwik** quam Rex *Henricus* pater noſter dedit in liberam & perpetuam elemoſinam canonicis de *Novo-loco* in **Sirewud** quos ibi fundavit. Quare volumus (*&c.*) Conceſſimus etiam & hac carta noſtra confirmavimus eiſdem monachis de **Lenton** pro ſalute noſtra & hæredum noſtrorum & pro animabus *H.* Regis proavi noſtri & *H.* Regis patris noſtri & anteceſſorum noſtrorum heremitagium de **Kerſhal** cum omnibus pertinentiis ſuis in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Quare volumus & firmiter præcipimus ut prædicti monachi noſtri liberè & quiete in pace & honorificè teneant prædictum heremitagium, ſicut *Hugo* de **Burun** monachus eorum liberiùs & quietiùs tenuit. Conceſſimus etiam & hac carta noſtra confirmavimus eiſdem monachis unam feriam octo dierum ad feſtum ſancti *Martini* cum plenario theloneo de omnibus rebus, de quibus theloneum accipi poteſt, exceptis emptionibus illis quas de menſa vel veſtitu eorum eſſe conſtiterit, quibus ſuper hiis quietanciam conceſſimus & confirmavimus. Quare volumus (*&c.*) Data per manum *Simonis* archid. *Wellenſis*, & *Johannis* de **Gray**, Apud *Wygorniam* ſexto die Aprilis regni noſtri anno primo.

Inſpeximus etiam quandam aliam cartam quam idem progenitor noſter fecit. (*&c.*) *Johannes* Dei gratia Rex *Angliæ* (*&c.*) Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & conventui monachorum de **Lenton** eccleſias de **Mapertechal**, & de **Falmereſham** cum omnibus pertinentiis ſuis quæ ſunt de ſergianteria noſtra, in puram & perpetuam elemoſinam, quas *Robertus* filius *Willielmi* eis dedit & cartis ſuis confirmavit. Et præterea quicquid habent ex dono advocatorum ſuorum vel aliorum fidelium, ſive ex emptione, ſive ex venditione, ſicut cartæ & cirographa eorum teſtantur, in pergetuam elemoſinam eis confirmamus & corroboramus (*&c.*) Hæc omnia conceſſimus eis in perpetuam elemoſinam, pro anima *H.* Regis proavi noſtri & *H.* Reg. patris noſtri & anteceſſorum noſtrorum, & pro noſtra noſtrorumque & omnium fidelium ſalute, ſicut carta Regis *Henrici* patris noſtri rationabiliter teſtatur. Conceſſimus etiam eis, ut omnibus diebus habeant liberum introitum & exitum ſine omni impedimento foreſtariorum noſtrorum in nemus noſtrum de **Berkſwud** cum una caretta ad mortuum boſcum capiendum & cum duabus carettis ad brueram, quantum eis ad proprios uſus ſuffecerit libere capiant (*&c.*) Dat. per manum *Simonis* archid. *Wellen.* & *Johannis* de **Gray** archid. *Gloceſtr.* Apud **Gildeford** xxij. die Aprilis regni noſtri anno primo.

Inſpeximus etiam quandam aliam cartam quam idem progenitor noſter fecit (*&c.*) Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum noſtrorum dediſſe & conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis* de **Lenton** & *Petro* Priori & ſucceſſoribus ſuis & monachis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, decimam venationis noſtræ captæ in comitatibus *Notingehamia* & *Derebia*; ſcilicet de cervis, & biſſis, & damis, & damabus, & porcis & laiis, habendam in perpetuum in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum magiſtri *Ricardi* de *Mariſco* archid. *Norhumbr.* apud *Weſtm.* ſecundo die Decembris anno regni noſtri quartodecimo.

Nos autem donationes, conceſſiones, confirmationes & præcepta prædicta; necnon & conceſſionem quam *Robertus* quondam comes de **Mellent** fecit prædictæ eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis* de eccleſia de **Winchingeſtone** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et conceſſionem quam *Robertus* quondam comes *Legr.* fecit prædictæ eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis* de prædicta eccleſia de *Winchingeſtonia*, & de tribus virgatis terræ ei adjacentibus cum tribus toftis & croftis cum pertinentiis ſuis. Et donationem & conceſſionem quas *Willielmus* de *Ferrariis* quondam comes *Derbeyæ* fecit Deo & prædictæ eccleſiæ de **Lenton** & monachis ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam elemoſinam de omnibus decimis de eſſartis foreſtæ de *Alto Pecco* cum pertinentiis ſuis. Et donationem quam *Hugo* de **Burun**, & *Hugo Meſchinus* filius & hæres ſuus, fecerunt Deo & prædictæ eccleſiæ de **Lenton**, de eccleſiis de *Oſcintona* & *Orſeleya*, & de medietate eccleſiæ de *Cotesgrava* cum appendiciis earum. Et donationem quam *Ricardus Buiſſel* fecit Deo & prædictæ eccleſiæ de **Lenton** & fratribus ibidem Deo ſervientibus, de eccleſia de *Broctona* cum omnibus pertinentiis ſuis, & de capella quæ eſt in eadem villa cum gardino quod eſt ſubtus eam verſus meridiem, & de medietate curtis præfati *Ricardi*, & de quadam parte proprii gardini ſui, & de quindecim acris de dominio ſuo ad ſervicium capellæ finaliter, & de ſex bovatis terræ de ſuo dominio, & de ſex bovatis terræ de tenura villanorum, & de hominibus terras tenentibus, & de tribus bordariis cum eorum ſerviciis, & de una tofta ibidem pro manſura, & de una tofta cum uno bordario, & de una acra prati & dimidia infra *le Lund* cum pertinenciis ſuis. Et donationem conceſſionem & confirmationem quas *Matheus* de **Haverſeg** filius *Mathei* de **Haverſeg** fecit Deo & prædictæ eccleſiæ de **Lenton**, & Priori & monachis ibidem Deo ſervientibus & eorum ſucceſſoribus de maneriis de **Holm** & **Doneſtone** cum pertinentiis ſuis. Et donationem & conceſſionem quas *Odo* de *Bodeya* fecit dictæ eccleſiæ de **Lenton**, & monachis ibidem Deo ſervientibus de medietate eccleſiæ de **Adingburgh** cum pertinentiis ſuis, & de terra *Reginaldi* in **Chilewell**, & de eccleſia de **Barton** cum pertinentiis ſuis, & de duabus partibus decimæ dominii ſui in *Boneia* & **Bradenmare** cum pertinentiis ſuis, rata habentes & grata, ea dilectis nobis in Chriſto Priori & conventui dicti loci de **Lenton** & ſucceſſoribus ſuis pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus (*&c.*) Dat. per manum noſtram apud *Eboracum* xix die Auguſti.

Carta regis Henrici *primi.*

Ex chartulario *Cluniacenſi.*

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*, Notum ſit fidelium ſanctæ eccleſiæ piæ devotioni, quod ego *Henricus* rex *Anglorum* pro divini cultus amore & animæ meæ remedio (*&c.*) & pro ſalute atque incolumitate filii mei *Guillielmi* ac filiæ meæ *Mathildis* (*&c.*) concedo eccleſiam ſanctæ *Trinitatis* quæ eſt in *Lentona*, dominio ac religioni monachorum *Cluniacenſium* amodo ibidem Deo ſervientium, *Willielmo Peverello* ejuſdem eccleſiæ *Fundatore* cum uxore ſua *Adeleyda* & filio ſuo *Willielmo* id fieri obnixe flagitante plurimumque deprecante, jure perpetuo ſub Prioratu ac diſpoſitione *Cluniaca* inſtitutionis inconcuſsè & inviolabiliter ac prorſus omni remota calumnia poſſidendam, cum univerſis quæ ab eodem *Willielmo Peverello* de **Notingham** eidem eccleſiæ collata ſunt; id eſt decem carucatas terræ cum plurimis decimis, & manerium de *Curtehala*, excepto feodo unius militis quod *Walterus* filius *Winemeri* tenet, & terram *Turſtini Mantelli.* Pro recognitione autem dabit ſupradictus *Willielmus* & ſucceſſores ejus unam marcham argenti de ſuo proprio unoquoque anno ſupradictæ *Cluniacenſi* eccleſiæ. ✠ Signum *Henrici* regis. ✠ Signum *Matildis* reginæ. ✠ Signum *Williel. Peverelli* de **Notingham.** ✠ Signum *Adelinæ* ſuæ uxoris. ✠ Signum *Ro.* comitis, & aliorum bonorum teſtium.

Vide Vol. 3. *Pag.* 30. *Col.* 1.

PONTFRACTENSIS

Prioratus in agro Eboracenſi.

Carta Roberti *de* Laceio *primi fundatoris.*

Ex cartulario de *Pontefracto* fol. 1. penes *Thomam Widrington* militem an. 1652.

ROBERTUS de *Laceio* omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis* & omnibus fidelibus ſanctæ eccleſiæ ſalutes. Sciatis me conſilio *T.* venerabilis archiepiſcopi *Eboraci* & aliorum religioſorum virorum domum quandam religionis fundaſſe in dominio meo in **Kyrkebi** monaſtici ordinis in honore ſancti *Johannis* apoſtoli & evangeliſtæ, quam propter bonum odorem & honeſtam famam ordinis *Cluniacenſis*, monachis de *Caritate*, filiis videlicet *Cluniacenſis* eccleſiæ ſubjeci. Quorum monachorum de *Caritate* venerabilis Prior *Wilencus* conſilio communi totius conventus ſui, mihi quoſdam de fratribus ſuis ad domum illam regulariter cuſtodiendam tranſmiſit, & ſigillo ſuo ordini *Cluniacenſi* & eidem eccleſiæ de *Caritate* eandem domum confirmavit. Et ego pro ſalute mea & domini mei *Willielmi* regis primi, & *Hylberti* patris mei & *Hawiſiæ* matris meæ & omnium anteceſſorum & hæredum meorum, donavi prædictæ eccleſiæ ſancti *Johannis* & monachis meis ibidem Deo ſervientibus, ad victum & ſuſtentationem in ſervitio Dei, & confirmo hac carta mea, & hoc ſigillo meo, ſitum ipſius loci ubi habitant, cum tota terra de **Brakenhil**. Inſuper plenariam cuſtodiam hoſpitalis de ſancto *Nicholao* ubi priùs habitaverunt, intus & foris ad diſpoſitionem ſuam in uſus pauperum. Inſuper de dominio meo **Witewde** & **Param**, **Ledeſtun**, & medietatem de **Ledeſham** cum tota eccleſia ejuſdem villæ, & **Doddewrthe** cum omnibus ad eaſdem villas pertinentibus, videlicet in boſco, in plano, in paſcuis, in pratis, in ſtagnis, in aquis & molendinis. Et unam carucatam terræ in **Altoftes** & in **Byrkeby** unam carucatam terræ de donatione *W. Folioth*, & **weſt**-molendinum de **Byrkeby**, & plenariam piſcationem à **Witewde** uſque ad *Queldala*. Inſuper eccleſiam omnium Sanctorum in prædicta villa de **Byrkeby**, & eccleſiam de **Ryppeis**, & eccleſiam de *Dardintona* cum omnib. ad eaſdem eccleſias pertinentibus. Et eccleſiam de **Sylkeſton** ex dono *Suani* filii *Aldrici*, cum capellis & omnibus ad eandem pertinentibus. Et inſuper capellam de ſancto *Clemente* ne alteri religioni detur quam prædictæ eccleſiæ ſancti *Johannis*. Hæc omnia eis confirmo, ut liberè & quietè teneant & poſſideant in puram & perpetuam elemoſinam de me & de hæredibus meis. Quicquid etiam eis inpoſterum de feudo meo datum fuerit in elemoſinam, vel quod fideliter adquiſierint ſimiliter eis confirmo. Teſtibus, *W. Peverel*, *W. Folioth*, *Herveo* de **Campels**, *Rogero Pictavienſi*, *W.* de *Wenrevilla*.

Item Carta ejuſdem Roberti *de* Laſceio.

Ibid.

OMnibus in Chriſto credentibus *Robertus* de *Laceio* ſalutem. Sciatis me pro amore Dei & pro ſalute animæ domini mei *Henrici* Regis *Anglorum* & pro incolumitate ſua & ſtatu regni ſui, & pro remedio animæ meæ & omnium meorum, conſilio *T.* venerabilis archiepiſcopi *Eboraci*, aſſenſu & conceſſione ejuſdem ſereniſſimi Regis *Henrici* conceſſiſſe dediſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſancto *Johanni* & monachis meis in *Pontefracto* Deo ibidem ſervientibus, ad præbendandos equos ſuos & hoſpitum ſuorum quoddam dominium meum ſcilicet **Doddewrthe** quod ſitum eſt inter **Silkeſton** & **Berneſle**, plenariè & ſine omni diminutione cum omnib. pertinentiis & libertatibus ſuis in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in viis & ſemitis, per vallem quandam moroſam & aquoſam ultra **Ekeſeclif** unde ex monachorum benivola permiſſione dabuntur michi ſpernarii ibi hæreditantes. Quæ vallis certificat diviſam inter **Turgarland** & **Stainburch** & **Doddewrthe** ex illa parte. Et ex alia parte per rivulum quendam qui vocatur **Merbinbroch** & cadit in prædicta valle. Et ex tertia parte verſus **Silkeſton** per luporum foveam, & per arborem quandam quæ vocatur anglicè **Lind**, & per moroſum fontem, & ſic per alterum rivulum qui currit **Helilatam**, & cadit in aquam quæ venit de **Silkeſton**. Quæ loca certificant diviſas inter **Silkeſton** & prædictam **Doddewrthe**. Et ita per vallem illam ultra **Huggeſſide**, & per ejuſdem aquæ de **Silkeſton** medietatem uſque contra **Barneby**; quæ aquæ medietas certificat diviſam inter **Barneby** & prædictam **Doddewrthe** in illa parte. Et ita retrahendo ſurſum per montis ſupercilium uſque in **Raveneſclou**. Qui **Raveneſclou** certificat diviſam inter **Berc** & ſepedictam **Doddewrthe**, in puram & perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni ſeculari exactione. Et hoc prædictum dominium per diviſas ſupradictas ego & hæredes mei warentizabimus prædictis monachis contra omnes homines. Conceſſi autem & confirmavi eiſdem monachis meis, ex dono *Suani* filii *Ailrici* eccleſiam de **Silkeſton** cum ſex bovatis terræ in eadem villa cum pertinentiis ſuis, & capellam de **Calthorn** & cæteras capellas, & terras & decimas prædictæ eccleſiæ vel prædictæ capellæ pertinentes. Hiis teſtibus, *T.* Dei gratia *Eboracenſi* archiepiſcopo, *Willielmo Peverel*, *Willielmo Folioth*, *Herveo* de *Campeus*, *Rogero Pictavenſi*, *Willielmo* de *Wenrevilla*.

Carta Hugonis de la Val.

Ib. f. 1. b

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*; Saluberrimum eſt ut quicquid à prædeceſſoribus viris catholicis, eccleſiæ Dei & ei ſervientibus impenſum eſt, à poſteris firmum & perpetuum teneatur. Eapropter ego *Hugo de la Val* id potiſſimum ſuggerente, & aſſentiente *Turſtino* venerabili *Eboracenſium* archiepiſcopo, pro ſalute domini mei *Henrici Anglorum* Regis & uxoris ſuæ & ſtatu regni eorum, & pro remedio animarum patris & matris & fratris ſui *Willielmi* Regis & prioris conjugis ſuæ & *Willielmi* filii eorum necnon & omnium anteceſſorum & parentum ſuorum, & pro ſalute mea & conjugis meæ & liberorum meorum, & pro remedio animarum anteceſſorum meorum concedo per Dei gratiam & conceſſum ejuſdem ſereniſſimi Regis *Henrici*, & ſub teſtimonio præſentis cartulæ confirmo quicquid *Rodbertus* de *Laceio* tempore Regis *Willielmi* ſecundi & ego poſtmodum tempore Regis *Henrici* donavi monaſterio ſanctæ *Mariæ* de *Caritate* ad uſum monachorum ſub regula ſancti *Benedicti* ſervientium in monaſterio ſancti *Johannis* evangeliſtæ de **Byrkeby** caſtello meo; videlicet ſitum ipſius monaſterii & ſeptem acras terræ ibidem cum manſis earum, & in **Brachehel** xiij. acras & eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Foro* cum rebus ad eam pertinentibus. Hujus eccleſiæ ſcilicet dimidium erat prius Canonicorum ſancti *Oſwaldi*. Verùm pro commoditate quadam Canonicorum & monachorum, ex beneficio meo per manum domini *Turſtini* archiepiſcopi illud dimidium Canonicorum dedi ipſis monachis. Et eccleſiam de **Ledeſham**, & aut xij. ſolidos ad feſtum ſancti *Andreæ* de theloneo caſtelli, aut decimam **Lodeſtune** per ſupradictos xij. ſolidos à capellanis meis de ſancto *Clemente* commutatam. Et ita conceſſum eſt & gratatum utrimque pro eccleſia de **Fedreſtan** quam modò habent Canonici. Rurſum concedo prædicto monaſterio dimidium prædictæ villæ de **Ledeſham** quod antea habebant, & *Ledeſtonam* & *Witewodam* & *Dodewrdam*, & in **Foroles** vj. bovatas terræ, & aquam quæ eſt inter duos molendinos de **Caſtelford**, & ante caſtellum unam carucatam terræ de dono *Willielmi*

Foliotb; & in **Ilkeſton** vj. bovatas terræ de dono *Ailſi*, & eccleſiam de **Ilkeſton** cum hiis quæ ad illam pertinent, de dono *Swani* filii *Ailrici*, & iterum de dono ipſius eccleſiam de *Caltorna* cum duabus partibus decimarum totius dominii ſui. Iterum ex meo beneficio omnium redditùum meorum de **Birkeby** decimam eidem monaſterio concedo, & hoc privilegium de capella ſancti *Clementis* eidem confirmo, ut alteri eccleſiæ non poſſit dari quam monaſterio ſancti *Johannis*. Eccleſiam quoque de *Dardintona* & eccleſiam de **Kyppeis**, cum omnibus ad ſe pertinentibus monaſterio ſancti *Johannis* in elemoſinam tribuo, carrucata cum manſione infirmorum à ſubjectione eccleſiæ *Dardintonæ* permanente libera. Et in *Boolanda* eccleſiam de *Sleteburna* cum hiis quæ ad ſe pertinent, & in *Ceſtriæſchira* eccleſiam de *Walleya* & ad eam pertinentia, & capellam caſtelli mei de **Clitherow** cum decimis omnium rerum dominii mei ejuſdem caſtelli, & ibidem eccleſiam ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* & eccleſiam de *Calna* & eccleſiam de *Brunlaia*. Ego *Henricus* Rex *Angliæ* ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Ricardus* de *Brus* ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Rogerus Saliſbirienſis* epiſcopus hoc ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Robertus Ceſtrenſis* epiſcopus hoc ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Gaufridus* cancellarius hoc ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Gaufridus* de **Glinton** hoc ✠ confirmo. Ego *Robertus* de *Oilli* ✠ hoc confirmo. Ego *Thomas* de *ſancto Johanne* hoc confirmo. Ego *Robertus* de *Sigillo* hoc ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Hugo Bigotus* dapifer hoc confirmo ſigno ſanctæ ✠ crucis. Ego *Baldwinus* filius *Giſleberti* hoc ✠ confirmo. Ego *Willielmus* de **Muntfichet** ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego comes *David* ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego abbas *Helyas* de *Monte* ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Hugo* de **Brietel** ſigno ſanctæ crucis ✠ confirmo. Ego *Ricardus Herefordenſis* epiſcopus ✠ ſigno ſanctæ crucis confirmo.

Carta Henrici *de* **Laſcy.**

Ib.fo.2.b.

A.D.1159.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis preſentibus & futuris *Henricus* de **Laſci** ſalutem. Sciatis omnes quod ego *Henricus* de **Laſci** pro amore Dei & pro ſalute animæ meæ & patris mei *Roberti* de **Laſci** & *Matildis* matris meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum & hæredum meorum feci dedicari eccleſiam ſancti *Johannis* evangeliſtæ in *Pontefracto* per conſilium *Rogeri* venerabilis *Eboracenſis* archiepiſcopi qui eandem eccleſiam conſecravit, & conceſſi & dedi & præſenti carta confirmavi præfatæ eccleſiæ & monachis meis Deo ibidem ſervientibus finaliter in liberam & puram & perpetuam elemoſinam & dotem ſexaginta ſolidos ſingulis annis quos perſolvent eiſdem monachis receptores mei de *Pontefracto*, de primis denariis receptis xxx. ſolidos ad paſcha, & xxx ſolidos ad feſtum ſancti *Michaelis*, & paſſagium de **Caſtelford**, & in villa *Pontisfracti* omnes terras & poſſeſſiones ſuas cum omnibus aiſiamentis & paſturis ejuſdem villæ, & item in eadem villa in foro ſcilicet & extra forum hominibus ejuſdem eccleſiæ manentibus in feudo meo libertatem & quietanciam de omni theloneo & de omni ſeculari conſuetudine, & cuſtodiam hoſpitalis ſancti *Nicholay* in eadem villa intus & foris ad diſpoſitionem eorum in uſus pauperum, & ſingulis annis ad victum & veſtitum illius monachi qui hoc hoſpitale cuſtodiet unam marcam argenti & duodecim hopas frumenti & xxiiij. avenæ ad feſtum ſancti *Martini* de prædicto hoſpitali. Item conceſſi præfatis monachis meis & in die dedicationis eccleſiæ eorum præſenti carta mea confirmavi imperpetuum omnes eccleſias ab anteceſſoribus meis donatas, videlicet eccleſiam *omnium Sanctorum* in *Pontefracto* cum capellis & terris & decimis & cæteris pertinentiis; Eccleſiam de **Dardington** cum capella de **Stapilton** & cum cæteris pertinentiis. Eccleſiam de **Kippeis** & eccleſiam de **Ledeſham**, & eccleſiam de *Sleiteburna* cum capellis & terris & decimis & cum omnibus ad eas pertinentibus, & **Ledeſtun** & medietatem de **Ledeſham**, & *Witbewdam* & *Maram* & *Doddewrtham* & *Kelinglaiam* cum omnibus earum pertinentiis, & piſcatoriam unam in *Bekhala* & duas bovatas terræ in **Torph**, & duas bovatas terræ in *Rughala*, & **eſt**-molendinum in *Pontefracto*, ut hæc omnia præfati monachi mei habeant & poſſideant ſine omni impedimento & retenemento mei vel hæredum meorum. Et ego & hæredes mei omnia prædicta prædictæ eccleſiæ & prædictis monachis meis warentizabimus & adquietabimus contra omnes homines ſicut noſtram puram & perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus, *Rogero* venerabili *Eboracenſi* archiepiſcopo, *Jordano Foliotb* qui dedit præfatæ eccleſiæ eadem die unum toftum in *Pontefracto*, & *Henrico* fratre ſuo. *Adam* filio *Petri* & *Thoma* fratre ſuo, *Willielmo* de *Reinevilla* & *Adam* filio ſuo, *Roberto Pictavenſi* qui dedit præfatæ eccleſiæ unam bovatam terræ in **Altoftis** cum pertinentiis & aiſiamentis ipſius villæ, *Roberto* de **Stapilton**, *Henrico Wallenſi*, *Petro* de **Touton**.

Item carta ejuſdem Henrici *de* **Laſcy.**

OMnibus hominibus ſuis tam *Francis* quam *Anglis* & omnibus fidelibus *Henricus* de *Laſceio* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod ego *H.* de *Laceio* do & concedo & hac mea carta & hoc meo ſigillo confirmo Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Johanni* & monachis meis in *Pontefracto* Deo ibidem famulantibus villulam meam *Kelinglaiam* nomine quæ ſita eſt inter villam meam **Nottingle** & *Bexalam* cum communibus aiſiamentis utriuſque villæ per foſſatam unam quæ anglicè vocatur **poſte-Leieſic** quæ certificat diviſam inter *Kellinglaiam* & *Nottinglaiam*, & quicquid ad illam pertinet, in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, in aquis, in viis, in ſemitis, pro ſalute animæ meæ & patris mei & matris meæ, & *Illeberti* fratris mei & omnium anteceſſorum & hæredum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſeculari exactione, ita quod ego & hæredes mei prædictam *Kellinglaiam* prædictis monachis meis warentizabimus contra omnes homines, vel ſi non poſſumus, dabimus eis rationabile excambium & ad valorem & aiſiamentum. Do etiam eis piſcatoriam in *Bexala* in perpetuam elemoſinam. Pro recognitione hujus donationis dederunt mihi monachi

Nunc Cnottingli & Beghale.

c. marcas argenti. Hiis teſtibus, *R,* de **Tilli**, *Willielmo* de *Rainevilla*, *Jordano Foliotb*, & *H.* fratre ejus, *Ricardo Bagotb*, *W. Elemoſinario*, *Petro* de **Archis** , *Arnaldo* & *Roberto* & *Adam* presbiteris.

Bulla *Celeſtini* Papæ.

Ib.f.18.a. CEleſtinus *epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis* Hugoni *Priori monaſterii ſancti* Johannis *de* Pontefracto *ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Quociens à nobis petitur quod religioni & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos decet libenti concedere & petentium deſideriis congruum ſuffragium impartiri. Eapropter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam monaſterium ſancti* Johannis *Evangeliſtæ de* Pontefracto *in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum & beati* Benedicti *regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones quæcumque bona idem monaſterium inpræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, Largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.*

Locum ipſum in quo præfatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam omnium ſanctorum *in* Pontefracto *cum capellis & omnibus ad eam pertinentibus, & cuſtodiam hoſpitalis ſancti* Nicholai *intus & foris ad diſpoſitionem veſtram in uſus pauperum, &* **Eſt** *molendinum in eadem villa. Eccleſiam de* **Ledeſham**, *eccleſiam de* **Rippeis** , *eccleſiam de* **Dardintton** *cum capella de* **Stapilton**, *eccleſiam de* **Sleitteburn**, *eccleſiam de* **Silkeſton**, *eccleſiam de* Berneſleya *cum capellis & omnibus ad eaſdem eccleſias pertinentibus. Jus quod habetis in eccleſia de* **Cathewic**, *ex conceſſione* Rogeri *quondam* Eboracenſis *archiepiſcopi, ſicut in ſcripto ejuſdem archiepiſcopi continetur. Villam de* **Ledeſtun** *&* **Perchfeld**, *& medietatem villæ de* **Ledeſham** *quam tenetis finaliter ex capitulo* Eboraci, *& aliam medietatem ex dono* Roberti *de* **Laſcy**, **Withewd**, Maram, Berneſleiam, **Dodewrde** *&* Kelinglaiam, *cum omnibus earum pertinentiis. Et quicquid in dedicatione eccleſiæ veſtræ* Henricus *de* **Lacy** *vobis conceſſit, ſcilicet ſexaginta ſolidos per annum de redditu ſuo in* Pontefracto, *quos vobis perſolvunt receptores hæredis ipſius* Henrici, *triginta in feſto ſancti* Michaelis, *& triginta in paſcha. Et paſſagium de* **Caſtelford** *ita liberè & quietè ſicut* Ilbertus *frater ipſius* Henrici *& ipſe tenuerunt, & omnibus hominibus veſtris qui ſunt in feudo de* Pontefracto *libertatem & quietantiam de omni theloneo & conſuetudine ſeculari in burgo & in foro & extra forum.*

Sanè novalium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & abſolutos è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in loco veſtro profeſſionem fas ſit abſque Prioris ſui licencia niſi arctioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere, diſcedentem verò abſque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis excluſis excommunicatis & interdictis non pulſatis campanis ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe diſcernimus ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas ſit præfatum monaſterium temerè perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere minuere ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſet omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis apoſtolicæ auctoritate, dioceſani epiſcopi canonica juſtitia, & Cluniacenſis *monaſterii debita reverentia. Si quis igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo terciove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri* Jeſu Chriſti *aliena fiat atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri* Jeſu Chriſti, *quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant,* Amen.

Carta Adæ *filii* Swani.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Adam* filius *Swany* filii *Ailrichi* pro amore Dei & ſalute animæ meæ & matris meæ & omnium anteceſſorum meorum & hæredum dedi conceſſi & hac preſenti carta mea confirmavi eccleſiæ ſancti *Johannis* euuangeliſtæ de *Pontefracto* & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam ſine omni retenemento mei vel hæredum meorum, eccleſiam de **Silkeſton** cum ſex bovatis terræ & earum pertinentiis in eadem villa eidem eccleſiæ adjacentibus, quam pater meus eis antea dederat in puram & perpetuam elemoſinam cum capellis & terris & decimis & cum omnibus ad eam pertinentibus: ſimiliter & capellam patris mei de **Calthorne** quam idem pater meus eis antea dederat cum duabus bovatis terræ & earum pertinentiis in eadem villa & cum duabus partibus decimarum omnium dominiorum patris mei quæ hic certis exprimuntur vocabulis, **Calthorne**, **Kexburght**, **Gunultwayt**, **Penyngeſton**, **Wyrkesburgh**, Ib.f.15.b.

Carleton, **Neuhale**, **Brerelay**, **Walton**, **Maneſthorp**, **Wrangbruk**, **Midelton**; ſcilicet garbarum & cum omnibus ad eas pertinentibus.

Inſuper ego *Adam* filius *Swany* devoto & hillari animo conceſſi dedi ſubjeci & hac præſenti carta mea confirmavi & à domino Rege *H.* feci confirmari prædictæ eccleſiæ ſancti *Johannis* de *Pontefracto* & monachis ibidem Deo ſervientibus locum illum beatæ *Mariæ Magdalenæ* de *Lunda* quem fundavi in patrimonio meo ad religionem, cum omnibus terris ad prædictum locum pertinentibus ſcilicet **Bretton**, **Neuhale**, **Rayne-Bergh**, **Lyntwait**, & quicquid in **Bramton** & quicquid habetur inter *Dirnam* & **Staynclyf** uſque **Meresbruk**, & molendinum de **Dyrne** & *Lundam*. In *Cumberlanda*, capellam *Andreæ* apoſtoli juxta **Culcait**, cum omnibus pertinentiis ſuis ad opus ſcilicet monachorum de *Pontefracto* qui in præfato loco regulariter imperpetuum Deo ſervient pro animabus patris mei & matris meæ & pro ſalute animæ meæ & omnium antecеſſorum meorum & hæredum ſecundum monaſticam inſtitutionem ordinis *Cluniacenſis* & matris ſuæ eccleſiæ de *Pontefracto*. *Adam* tunc Prior de *Pontefracto* cum inde deceſſerit in eodem loco de *Lunda* manebit cuſtos & Prior omni tempore vitæ ſuæ cum monachis de *Pontefracto* illuc tranſmiſſis. Poſt cujus deceſſum Prior & monachi de *Pontefracto* alios qui ydonei ſunt in loco ejus ſubſtituent regulariter divina celebrantes. Reddet autem prædictus locus de *Lunda* matri ſuæ eccleſiæ de *Pontefracto* ſingulis annis imperpetuum unam marcam argenti pro recognitione. Item conceſſi dedi & præſenti carta mea confirmavi prædictæ eccleſiæ ſancti *Johannis* de *Pontefracto* & monachis ibidem Deo ſervientibus ſexaginta acras terræ meæ in **Calthorne** in puram & perpetuam elemoſinam ad mandatum pauperum faciendum in cœna domini. Hiis teſtibus, &c.

Lunda ſive *Monke-Breton* prioratus, cella de *Pontefracto.*

Carta Clemenciæ *de* **Lungvilers**.

Ibid. fol. 60. b.

OMnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris *Clemencia* de **Lungvilers** ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me in pura viduitate mea inſpectis cartis anteceſſorum meorum caritatis intuitu collatis Deo & ſancto *Johanni* de *Pontefracto* & monachis ibidem Deo ſervientibus ſuper advocatione eccleſiæ de *Silkiſtona* cum capellis ad eandem eccleſiam ſpectantibus, eaſdem cartas confirmaſſe dictis monachis obſalutē animæ meæ & omnium prædeceſſorum & hæredum meorum. Quietum etiam clamavi dictis monachis totum jus meum & clamium qd. habui vel unquam habere potui in jure patronatus dictæ eccleſiæ cum ejus pertinentiis de me & de omnibus hæredibus meis imperpetuum; Ita quod de cætero nec ego nec hæredes mei aliquod jus vel clamium habere poſſimus vel vendicare in dicta eccleſia vel ejus pertinentiis. Et ſi ita contingat quod aliquis hæredum meorum contra hanc meam confirmationem & quietam clamationem auſu temerario venire præſumpſerit jus monachorum vel præſentationem eorum impediendo in aliquo tempore cum dicta eccleſia vacaverit, maledictionem Dei omnipotentis & indignationem genitricis ſuæ beatæ *Mariæ* & maledictionem meam & omnium mulierum ſe noverit incurſurum. Et ut hæc mea confirmatio & quieta clamatio rata & ſtabilis perſeveret omni tempore, huic ſcripto pro me & hæredib. meis ſigillum meum appoſui. Datum apud *Eboracum* in pleno comitatu & primo poſt feſtum ſancti *Michaelis*, anno regni Regis *Henrici* filii *Johannis* Regis viceſimo ſecundo. Hiis teſtibus, domino *J.* de **Laſcy** comite *Lincolniæ*, domino *Briano* filio *Alani* tunc vicecomite *Eboracenſi*, *Rogero* de **Stapilton**, *Ada* de **Meirfort**, *Henrico Walenſi*, *Roberto* de **Stapilton**, *Rogero* de **Notton**, & aliis.

Carta Roberti *de* Monte-Begonis.

Ibid. fol. 63. a.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit *R.* de *Monte-Begonis* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me divinæ pietatis intuitu pro ſalute animæ meæ & pro animabus anteceſſorum & hæredum meorum dediſſe conceſſiſſe & præſenti carta mea confirmaſſe in puram & perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſancti *Johannis* de *Pontefracto* & monachis ibidem Deo ſervientibus eccleſiam de **Silkeſton** cum omnibus pertinentiis ſuis ſine omni retenemento vel impedimento de me vel de hæredibus meis ſecundùm tenorem quem habent de *A. filio Suani*. Et omne jus & clamium & omnem libertatem quam mihi & heredibus meis in eadem eccleſia de **Silkeſton** vendicabam eis imperpetuum remiſi, & cartas quas inde habui eis ſurſum reddidi. Et ne ego vel heredes mei poſſimus in poſterum contra hanc donationem & conceſſionem & quietam clamationem venire vel eoſdem monachos de *Pontefracto* ſuper eadem eccleſia de **Silkeſton** aliquo modo vexare vel moleſtare, prefate donationis meæ conceſſionem preſentis ſcripti patrocinio & ſigilli mei appoſitione confirmavi. Hiis teſtibus, *Rogero* de **Laſci**, conſtabulario *Ceſtriæ*, *Johanne* de **Birkin**, *Rogero* fratre ſuo, *Roberto le Waleis*, *Henrico* filio ejus, *Willielmo* de **Stapilton**, *Willielmo* filio *Everardi*, & aliis.

Carta.

Ibid. fol. 19. a.

UNiverſis preſentes literas viſuris vel audituris Prior ſancti *Oſwaldi* de **Noſtle** *Eboracenſis* diocеſis ſalutem in domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra nos ordinationem quandam ſigillis nobilis viri domini *Henrici* de **Laſcy** comitis *Lincolniæ* & conſtabularii *Ceſtriæ*, de *Pontefracto* & de *Brettona* de ordine *Cluniacenſi* ſigillis communibus & aliorum nobilium conſignatam inſpexiſſe, in hæc verba. *Henricus* de **Laſcy** comes *Lincolniæ* & conſtabularius *Ceſtriæ* omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit ſalutem in domino ſempiternam. Cum controverſia inter domum noſtram de *Pontefracto* & domum de *Brettona* quæ eſt de feodo noſtro ordinis *Cluniacenſis* *Eboracenſis* diocеſis diu fuiſſet coram multis & diverſis judicibus agitata, Ac ſuper pacis reformatione ſæpius fuerint compoſitiones compoſitæ & auditæ coram nobis, *Galfridus* de **Nevile** miles pro parte monaſterii de *Brettona*, Frater *Godefridus* Prior monaſterii ſancti *Johannis* evangeliſtæ de *Pontefracto* pro ſe, & frater

ter *Thomas le Lorimer* pro toto conventu, ad deciſionem litium & ad pacem faciendam in ordinationem ſubſcripta concordarunt.

Univerſis Chriſto fidelibus præſentes literas viſuris vel audituris frater Oliverus Daincurt *Prior fratrum prædicatorum* Pontis fracti, *domini* * Roberti *de* Kypus *tunc ſeneſcallus de* Pontefracto, Johannes *de* Hoderode *milites, dominus* Bernardus *de* **Nevile** *Rector eccleſiæ de* **Daneby** *ſuper* **Wisk** *in domino ſalutem ſempiternam. Cum olim inter viros religioſos Priorem & conventum monaſterii de* Pontefracto *ex una parte, & ſuppriorem & conventum monaſterii de* Brettona *ex altera (ipſo monaſterio de* Brettona *vacante) diſcordiæ graves ac lites quaſi immortales ſuper creatione Prioris in dicto monaſterio de* Brettona, *ſubjectione & obedientia ac aliis libertatibus domus prædictæ coram diverſis judicibus per varias literas papales hinc inde impetratas eſſent ſubortæ, tandem ad inſtantiam amicorum communium ſub hac forma amicabiliter conquieverunt; videlicet quod dictæ partes ſimpliciter & abſolute mera & ſpontanea voluntate ordinationi & proviſioni noſtræ de conſenſu patronorum ſuorum ſuper hiis & omnibus aliis injuriis hinc inde illatis ſubmiſerunt; videlicet* Godefridus *tunc Prior de* Pontefracto *juravit pro ſe & ſucceſſoribus ſuis ut ratum & gratum haberet & firmum imperpetuum quicquid pronunciatum proviſum vel ordinatum fuerit per prædictos ordinatores. Frater* Thomas le Lorimer *monachus de* Pontefracto *procurator conventus ejuſdem idem pro ſe & conventu juravit. Frater* Yſaac *monachus de* Pontefracto *qui ſi quod jus habuit quoquo modo in monaſterio de* Brettona *penitus & abſolute in preſentia noſtra reſignavit, pro ſe ſimiliter juravit, frater* Ricardus *de* **Scaureby** *tunc ſupprior de* Brettona *pro ſe juravit. Frater* Ricardus *de* **Estfeld** *pro ſe & ſociis ſuis modo & forma prædicta juravit, promittentes ſub religione ſacramenti præſtiti ſe inconcuſſe ac illibatè perpetuo obſervaturos quod per nos in hac parte fuerit ordinatum. Renunciantes omnibus literis impetratis & impetrandis & omnibus proceſſibus habitis & habendis & actionibus omnibus & querelis motis & movendis per eoſdem. Ita quod hæc præſens ordinatio perpetuò obſervetur.*

* Lege Robertus

Nos itaque Deum ſolum in hoc caſu habentes præ oculis, pro vitandis litium diſcordiis & pace firmanda & mutua caritate inter partes perpetuò confovenda, habito conſilio jureperitorum & magnatum terræ & diocæſani, conſiderantes primo & principaliter ſumptus magnos, expenſas varias & innumerabiles factas ex parte monaſterii de Pontefracto *volentes in quantum poſſibilitas exigit indempnitati eorum providere ac ipſorum ſtatus in melius reformare. In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti ordinamus quod provideatur in certo loco monaſterii de* Pontefracto *de bonis monaſterii de* Brettona *in novem marcis futuris temporibus ſingulis annis, Ita quod illi de* Pontefracto *per manus proprias dictum redditum recipiant. Item volumus quod monaſterium de* Brettona *reddat quolibet anno die ſancti* Johannis *evangeliſtæ conventui de* Pontefracto *viginti ſolidos ad pitantiam. Ordinamus etiam quod ſententia diffinitiva dudum lata per ſedem apoſtolicam de monaſterio de* Brettona *firma permaneat & inconcuſſe obſervetur, Ita quod monachi de* Brettona *de cætero futuris temporibus liberam habeant electionem ſeu creationem Prioris de domo ſua propria pro libito voluntatis cum eam vacare contigerit, ſine impedimento & contradictione aliqua Prioris & conventus de* Pontefracto. *Sit etiam libera & abſoluta ab omni ſubjectione & obedientia illorum de* Pontefracto, *Ita quod dicti Prior & conventus nil juris ſpiritualis ſeu temporalis rebus ſeu perſonis in monaſterio de* Brettona *ſibi de cætero valeant vendicare, nec aliquis nec aliqui occaſione eorum.*

Cum autem monachi de Brettona *Priorem in domo ſua ſibi elegerint ſeu creaverint, mittent pro Priore de* Pontefracto *apud* Pontefractum *& non alibi, ut electus ſeu creatus ipſorum inſtalletur per ipſum. Qui ſi apud* Pontefractum *inventus non fuerit, per ſuppriorem ſeu quem vocant tertium Priorem dicti monaſterii de* Pontefracto *inſtalletur, nec aliquis prædictorum in dicta inſtallatione facienda aliquam ingeret difficultatem, nec aliquid ratione inſtallationis ſibi vendicabit, nec ejus inſtallationem protrahent ultra tertium diem quo ſuper inſtallatione facienda fuerit requiſitus. Quod ſi fecerint, tunc per ſuppriorem vel proprium collegium de* Brettona *inſtalletur. Nec Prior ſeu conventus de* Pontefracto *aliquam habeant poteſtatem inpugnandi ſeu obiciendi aliquod contra formam electi ſeu creati ſeu perſonam, Prior verò ſic creatus nullatenus amoveatur niſi in caſibus in jure contentis.*

Ordinamus etiam quod illa compoſitio de qua fit mentio in ſententia quæ propter ipſius obſcuritatem materiam præbuit & cauſam diſſentionis prædictæ, viribus evacuetur & careat omni robore firmitatis, ſola præſente ordinatione noſtra perpetuò valitura. Volumus etiam & ordinamus de expreſſo Prioris & conventus de Pontefracto *concenſu & voluntate, quod idem Prior & conventus de* Pontefracto *præſentem ordinationem noſtram per abbatem & conventum* Cluniacenſem *& Priorem & conventum* Caritatenſem *faciant & procurent integre confirmari. Faciant etiam monachis de* Brettona *degentibus apud* Cluniacum *liberari & ad monaſterium de* Brettona *reduci. Ad perpetuam hujus rei memoriam præſentem ordinationem, in quatuor inſtrumentis ad modum cirograffy confectis, quorum una pars reſidebit in theſauraria* Henrici *de* **Lascy** *qui omnibus hiis pronuntiatis & ordinatis perſonaliter interfuit. Et dictæ partes ſpontanes prædictis ordinatoribus conſentientibus ſubmiſerunt ſe cohercioni prædicti* Henrici, *heredum & ſucceſſorum ſuorum ad omnia prædicta fideliter & inconcuſſe obſervanda temporibus futuris. Et ipſe* Henricus *& hæredes & ſucceſſores prædictam cohercionem tenentur facere ſi in aliquo tempore fuerit neceſſe, ſecundum formam in quadam litera obligatoria contentam. Altera pars reſidebit penes illos de* Pontefracto. *Tercia pars penes illos de* Brettona. *Quarta in domum* fratrum prædicatorum *de* Pontefracto *ſigillis noſtris ac etiam ſigillis* Henrici *de* **Lascy** *& prædictarum partium & aliorum conſignata in teſtimonium fecimus aſſignari, & annotari. Data & pronunciata apud* Pontefractum *in monaſterio* fratrum prædicatorum, *die dominica proxima ante feſtum ſancti* Oſwaldi *Regis & martyris, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono. Hiis teſtibus, domino* J. Bek, Johanne *de* Hetona, Ricardo *de* **Thornhill**, Maugero le Vavaſur *militibus, magiſtro* Thoma Bek, Georgio *de* **Cantelu**, Ro-

53. H. 3.

Roberto *de* **Wilgeby**, W. *de* **Poulingſton**, W. *filio* Eliæ *de* Pontefracto, Waltero Stotico *de eadem, & multis aliis ad hoc ſpecialiter vocatis & rogatis.*

Interfuerunt autem & præſentes huic ordinationi & pronunciationi Priores de *Novo-caſtro* de *Carlealo* de *Eboraco* de *Lancaſtria* de ordine *fratrum Prædicatorum.*

Hæc eſt aſſignatio novem marcarum quam illi de *Brettona* aſſignaverunt domui de *Pontefracto* in perpetuum prout fuit ſuperius pronunciatum & ordinatum, ſcilicet medietatem totius decimæ & garbarum de *Nottona* & totum fænum ejuſdem villæ, quinque acras prati in **Smythale**, redditum quinque ſolidorum in uno furno de *Pontefracto*, ſicut continetur in quodam inſtrumento illorum de *Pontefracto* quod habere debent ex ipſis de *Brettona* de feofamento. Acta die & loco & anno ſupradictis.

Nos igitur præfatus *Henricus* præmiſſis pium præbentes aſſenſum, hanc prædictam ordinationem per conſenſum & aſſenſum domini *Galfridi* de **Nevile** & Prioris & conventus dictæ domus noſtræ de *Pontefracto* & monachorum de *Brettona* qui præſentibus ſigilla ſua appoſuerunt, in perpetuum teſtimonium & munimen concedimus & ſigilli noſtri munimine confirmamus. Prædictæ verò partes pro ſe & ſucceſſoribus ſuis ſe aſtrictè obligaverunt & fideliter promiſerunt nobis & hæredib. noſtris ſe daturas ducentas libras ſterlingorum exigendas ſeu ſolvendas infra unius anni terminum ab hujus ordinationis conceſſionis & confirmationis noſtræ infractione ſeu violatione, ſcilicet ab illa parte quæ hanc noſtram conceſſionem & confirmationem infregerit ſeu præſumpſerit violare. Salvis in omnibus juribus domini abbatis *Cluniacenſis* ac ordinis ſupradicti ut in viſitationibus correctionibus & aliis regularibus. Data apud *Pontefractum* in craſtino nativitatis ſancti *Johannis* Baptiſtæ anno Domini milleſimo CC. ſeptuageſimo octavo, in præſentia dominorum *Johannis Bek*, *Thomæ* de *Burgo*, *Alexandri* de *Monteforti*, *Willielmi le vavaſur*, *Rogeri* filii *Thomæ*, *Radulfi* de *Trebamtona* militum, *Henrici* de **Kyrkeby** rectoris eccleſiæ de **Campſale**, *Simonis* de **Thorp** tunc ſeneſcalli de *Pontefracto*, *Thomæ Bek* rectoris eccleſiæ de **Caſtelford** qui præſenti ſcripto quadripartito ſigilla ſua appoſuerunt in teſtimonium. Et nos prædictus Prior de ſancto *Oſwaldo* preſentibus literis ſigillum noſtrum appoſuimus in teſtimonium præmiſſorum una cum ſigillo *Willielmi* de **Nunny** tunc magiſtri hoſpitalis ſancti *Nicholai* de *Pontefracto* præſentibus appoſito. Data in feſto ſanctæ *Katerinæ* virginis & martyris anno gratiæ MCC. octogeſimo nono.

Conventiones inter Priores de S. Oſwaldo *& de* Pontefracto.

Ib. f. 16. a. AD perpetuam præſentium & futurorum memoriam, inter Priorem & conventum de ſancto *Oſwaldo* ex parte una, & Priorem & conventum ſancti *Johannis* evangeliſtæ de *Pontefracto* ex altera, unanimi conſenſu conventuum utriuſque monaſterii, ob mutuam pacem inter ipſos confovendam, per modum permutationis, facta eſt amicabilis compoſitio ſub forma quæ ſequitur; videlicet quod prædicti Prior & conventus de ſancto *Oſwaldo* conceſſerunt præfatis Priori & conventui de *Pontefracto* totam decimam provenientem de decies viginti acris terræ arabilis de dominicis terris dictorum Prioris & conventus de *Pontefracto* & tenentium ſuorum in campis de **Whitwode** & **Mere** jacentibus, quæ quidem terræ ſunt infra limites parochialis eccleſiæ de **Fetherſtan** quam Prior & conventus de ſancto *Oſwaldo* optinent in proprios uſus, quæ etiam acræ menſurantur per culturas propriis nominibus appellatas, & limitantur & configuntur palis & lapidibus capitibus earum infixis, ſecundum quod continetur in quadam billetta inter ſigillum & ſcriptum ante conſignationem affixa. Conceſſerunt etiam eiſdem decimam fœni de quindecim acris prati in campo de **Whitwode** jacentibus. Ceteræ verò terræ & prata ubicumque in **Whitwode** & **Mere** jacentia, eccleſiæ de **Fatherſtan** decimales remanebunt ut jus eccleſiæ prædicte, ſalvis dictis Priori & conventui de ſancto *Oſwaldo* ſeptem turbis cujuſcumque generis bladi de illa carucata terræ quæ vocatur *Terra Sacriſtæ*, & ſalvo jure eccleſiæ de **Caſtelford** que aliquam portionem de dictis terris percipere conſuevit, liberè & quietè colligendam & poſſidendam dictis Priori & conventui de *Pontefracto* ſine contradictione imperpetuum. Et ſciendum quod prefati Prior & conventus de ſancto *Oſwaldo* totum jus quod habuerunt ad percipiendum decimam de dictis decies viginti acris terre, & quindecim acris prati, in predictos Priorem & conventum de *Pontefracto* totaliter transferunt & conferunt per preſentes. Predicti verò Prior & conventus de *Pontefracto* præmiſſam conceſſionem volentes debitè recompenſare, conceſſerunt & dederunt prænominatis Priori & conventui de ſancto *Oſwaldo* duas garbas decimæ de omnibus terris dominicis quæ quondam fuerunt *Adæ* filii *Swani* in territorio de **Brerelay**, quod eſt infra limites parochiales eccleſiæ de **Felkyrke**, ac etiam duas garbas decimæ de omnibus terris dominicis prædicti *Adæ* in **Wrangbroke**, & **Maynesthorp**, quas quidem duas garbas decimæ præfati Prior & conventus de *Pontefracto* aſſerebant ad eccleſiam parochialem de *Silkeſtona* pertinere ab antiquo, liberè & integrè colligendas & poſſidendas imperpetuum, totum jus quod dicti Prior & conventus de *Pontefracto* aliquando habuerunt ad perceptionem dictarum decimarum de omnibus terris dominicis quondam *Adæ* predicti, ac in omnibus decimis quibuſcumque infra limites eccleſiarum de **Felkyrk** & **Southkyrkeby**, in prefatos Priorem & conventum de ſancto *Oſwaldo* & eorum monaſterium totaliter transferentes, nihil juris vel clamei in aliquibus decimis dictarum parochiarum de cetero vendicantes. Et antedicti Priores de ſancto *Oſwaldo* & de *Pontefracto* pro ſe & ſuis conventibus ac monaſteriis renunciant omnibus privilegiis impetratis & impetrandis ac beneficio cujuſcumque conſtitutionis edite ſeu edendæ per quæ præſens compoſitio aliqualiter poterit infirmari vel infringi. Et ut hæc amicabilis compoſitio per modum permutationis concepta ſtabilis & firma permaneat imperpetuum, hoc preſens ſcriptum indentatum ſigillis communibus utriuſque capituli penes utrumque monaſterium permanet roboratum & munitum in teſtimonium omnium premiſſorum. Datum apud ſanctum *Oſwaldum* quintodecimo kal. Maii anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptimo decimo.

Carta Alicie *de* **Gaunt.**

Ib. f. 67. a. OMnibus ſancte matris eccleſie fidelibus *Aliz* de **Gant** ſalutem. Notum vobis facio me conceſſiſſe & dediſſe in puram & perpetuam elemoſinam eccleſie ſancti *Johannis* evangeliſte de *Pontefracto* & monachis in ea Deo ſervientibus unam carucatam terre in **Ingolveſmeles**, pro anima prioris domini mei *Ilberti* de **Laſcy** qui mihi illam in dotem dedit, & pro ſalute mea. Quam etiam *Henricus* de **Laſcy** illis conceſſit & carta ſua confirmavit. Hujus donationis teſtes ſunt, *Willielmus* filius *Walteri* de *Wella*, *Salomon* filius ejus, *Gocelinus* de **Aufort**, *Ricardus* de *Smydetona*, *Ranulfus* frater ejus, *Willielmus Piſtor* monachorum, *Rainaldus* filius *Anketilli* de *Dardingtona*.

Carta *Rogeri* de **Molbrai.**

Ibid. ROgerus *de* **Molbrai** *omnibus hominibus ſuis cunctiſque ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus ſalutem. Sciatis quod confirmo & concedo monachis de* Pontefracto *carrucatam terræ in* **Ingelveſmeles** *quam uxor mea dedit eis pro ſalute corporum & animarum noſtrarum, & pro anima prioris domini ſui* Ilberti *de* **Laſcy**, *liberam & quietam ab omnibus ſervitiis ſicut decet elemoſinam, in plano in aquis in pratis & in omnibus adjacentibus prædictæ terræ. Hujus donationis teſtes ſunt*, Samſon *capellanus ipſius* Rogerii, Willielmus Peverel, Ricardus Burdet, Turgis *de* **Molbray**, Henricus *de* **Waſprez**, Walterus *de* Daivilla.

Carta Aliciæ *de* **Rumelli.**

Ib. f. 65. a. NOtum ſit omnib. legentibus & audientibus has literas, quòd ego *Aaliz* de **Rumelli** concenſu & conceſſione *Willielmi* filii mei, donavi & conceſſi Deo & ſancto *Johanni* de *Pontefracto* & monachis ejuſdem loci, in puram & perpetuam elemoſinam & liberam & ſolutam & quietam ab omni terrena & laicali conſuetudine & ab omni humano ſervicio in perpetuum, unam carucatam terræ in *Broctuna*, & præter carucatam unam manſuram in eadem villa ubi monachi hoſpitari poſſint, pro anima domini mei *Willielmi* filii *Dunecani*, & pro animabus omnium prædeceſſorum meorum, & pro ſalute animæ meæ & omnium parentum meorum, & ne in dubium poſteris veniat quæ carucata illa ſit, illa eſt nominatim de qua *Radulfus* tenuit iij. bovatas, & *Willielmus* frater ejus unam & *Waltef* ij. & *Autkil*. ij. cujus humagium ſimul cum terra donavi & conceſſi Deo & ſancto *Johanni* & monachis, & ſaiſiavi & corporaliter induxi monaſterium ſancti *Johannis* de eadem terra prænominata, & de omnibus ad eam pertinentibus, & *Robertus* monachus de **Holver** recepit eam ſaiſinam nomine monaſterii & totius conventus. Ex hac etiam donatione & conceſſione mea debent ipſi monachi & homines qui de eis tenebunt ſimul cum pecunia ſua habere communionem ejuſdem villæ liberè & quietè & honorificè in paſcuis, in pratis, in aquis, viis & ſemitis, in eundo & redeundo & ibidem remanendo. Hujus donationis teſtes ſunt, *Oſmundus* capellanus, *Walterus* filius *Willielmi*, *Petrus* de **Marton**, & *Willielmus* filius ejus, *Rogerus Tempeſtas* & *Ricardus* frater ejus, *Symon* de **Mohaut**, & *Symon* filius ejus, *Gaufridus Mori*, *Rem.* de **Fernhil**, & *Adam* nepos ejus. Omnes iſti petitione mea teſtes ſunt hujus rei. Inſuper hoc meum ſigillum eſt teſtimonium iſtius cartæ. Pro hujus rei beneficio ſuſceperunt me monachi & filium meum & omnes parentes meos in fraternitatem, & participem me fecerunt & omnes meos omnium beneficiorum eccleſiæ ſuæ imperpetuum.

Carta Comitis *Albemarliæ.*

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris *Willielmus* de **Forz** comes *Albemarliæ* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me pro amore Dei & pro ſalute animæ meæ & omnium meorum conceſſiſſe & præſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſancto *Johanni* & monachis de *Pontefracto* illam carrucatam terræ in *Broctuna* & manſuram in eadem villa cum pertinentiis ſuis in puram & perpetuam elemoſinam, quas eis dedit & carta ſua confirmavit domina *Aaliz* de **Rumelli**, ſicut continetur in carta ipſius dominæ *Aaliz*. Hiis teſtibus, *Willielmo Britone* tunc dapifero, *Willielmo Painel*, magiſtro *Michaele*, *Willielmo* de **Stalleby**, *Rainero Flamang*, & aliis. Ib. f. 67. a.

Carta Petri *de* Falkebergia.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam preſentibus quam futuris *Petrus* de *Falkebergia* ſalutem. Univerſitati veſtræ notum fieri volo, me conſilio venerabilis *Rogeri* Dei gratia *Eboracenſis* archiepiſcopi dediſſe conceſſiſſe & præſentis cartæ meæ teſtimonio confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Johanni* evangeliſtæ & Priori & monachis de *Pontefracto* medietatem meam eccleſiæ ſancti *Michaelis* de **Catthevic** cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni ſeculari exactione manutenendam & warentizandam contra omnes homines pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ *Beatricis*, & filiorum meorum *Willielmi*, *Walteri*, *Stephani*, & omnium anteceſſorum & hæredum meorum, prædictis uxore mea *Beatricia* & filiis meis concedentibus & conſentientibus. Qui autem ſuper hac elemoſina mea prædictis monachis aliquam injuriam vel aliquod gravamen intulerint, maledictionem Dei & meam habeant. Pro hujus verò donationis beneficio conceſſerunt mihi prædicti monachi in obitu meo tantum obſequii quantum pro uno de monachis ipſius domus. Inſuper autem anniverſarium meum ſingulis annis facient de redditu prædictæ eccleſiæ, ſcilicet elemoſinæ meæ de **Catewic**, & in die anniverſaria obitus mei de prædicto redditu prædicti monachi procurabuntur, & hoc idem Ib. f. 70. a.

conceſſerunt præfati monachi uxori meæ *Beatriciæ* in die obitus ſuis. Nos etiam in plenariam ſocietatem domus ſuæ & totius ordinis *Cluniacenſis* & hæredes noſtros receperunt. Hujus rei teſtes ſunt, *Rogerus* Dei gratia *Eboracenſis* archiepiſcopus, *Johannes* filius *Letoldi*, *Willielmus* capellanus, *Jordanus Folioth*, *Hugo* de **Perdevill**, *Thomas* dapifer monachorum, *Jordanus* de *Aula*.

Carta *Jordani Folioth.*

Ib. f. 26. a. S*Ciant præſentes & futuri quod ego* Jordanus Foliot *conceſſi & donavi & confirmavi hac carta mea & hoc meo ſigillo Deo & ſancto* Johanni *& monachis de* Pontefracto *in puram & perpetuam elemoſinam pro remedio animæ meæ & anteceſſorum meorum toftum qui fuit* Aſgeri, *qui ſitus eſt inter toftum quondam* Criſtiani *& toftum qui fuit* Hugonis *filii* Bondi. *Hujus rei teſtes ſunt*, Robertus *de* **Bulli**, Thomas *filius* Petri, Petrus *de* **Giptun**, Ricardus Cardinal, Adam *preſbiter*, & Arnaldus *filius ejus*, Gilbertus *de* **Laſcy**, Euſtachius *de* **Ettun**, Jordanus, & Rainaldus, & Rogerus *fratres ejus*, Michael *filius* Thomæ, Hugo *filius* Ormi, Radulfus *filius* Willielmi *aurifabri*, Radulfus *filius* Hugonis *filii* Serlonis, Adam *filius* Serici, Ricardus *de* **Hactorn**.

Carta ejuſdem Jordani Folioth.

Ibid. NOtum ſit omnibus præſentibus & futuris filiis ſanctæ matris eccleſie quod ego *Jordanus Folioth* donavi & conceſſi & hac mea carta confirmavi pro remedio animæ meæ & anteceſſorum & hæredum meorum ad tenendum de me & de heredibus meis in puram & perpetuam elemoſinam **weſt**-molendinum de **Nortun** Deo & ſancto *Johanni* & monachis de *Pontefracto*, de quo molendino monachi perſolvent dimidiam marcam unoquoque anno capelle de **Nortun**. Hoc molendinum & ſedem molendini cum omnibus pertinentiis ſuis donavi eis & conceſſi & hac mea carta confirmavi in craſtino nathalis domini die ſancti *Stephani* prothomartyris, qua die monachi mihi dederunt pelliceam unam de recognitione & teſtimonio. Teſte, *Henrico* de *Laſceyo*, cujus conſenſu & conceſſione hoc actum eſt. Teſtibus, *Willielmo Foliot*, *Ottone* de **Tilli**, *Oſberto* archidiacono tunc dapifero *Hugonis* de **Tilli**, *Willielmo* de **Bulli**, *Birtramo* filio *Willielmi* de **Friſtun**, *Adam* de **Preſtun**, *Toma* filio *Petri*, *Roberto Barbo*, *Willielmo* de *Leeleya*, *Thoma* filio *Thoma*, *Hugone* de **Strettun**, *Henrico* de **Dai**, & *Radulfo* fratre ſuo, *Rogero Pictavenſi*, *Adam Pictavenſi*, *Rogero* de **Suinlington**, *Roberto* camerario, *Roberto* diſpenſatore, *Ricardo Barbo*, *Aſchetilla* de *Lunda*, *Jordano* de **Ledeſtun** & fratribus, *Thoma* de *Monte* & *Michaele* filio ejus, *Roberto Skirmiſore*, *Fulcone Franceis*, *Jordano* de **Rodeceſtre**, *Waltero Flandrenſi*, *Henrico* medico.

Item de eodem.

Ibid. SCiant preſentes & futuri quod ego *Jordanus Foliot* conſilio & conſenſu *Beatricis* uxoris meæ & anteceſſorum & hæredum meorum conceſſi & donavi & hac mea carta confirmavi Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Johanni* & monachis de *Pontefracto* **weſt**-molendinum de **Nortun** cum ſede ipſius molendini, & inſuper toftum unius acre inter molendinum & gardinum juxta viam *del* **North** cum omnibus ad ipſum molendinum pertinentibus. Ad habendum & poſſidendum in puram & perpetuam elemoſinam de me & de hæredibus meis liberè ſolutè & quietè de omni ſeculari ſervicio, cum ſoca & ſeuta ejuſdem molendini, de quo molendino prædicti monachi dabunt annuatim dimidiam marcam argenti capelle de **Nortun** in feſto ſancti *Dionifii*. Confirmavi etiam prædictis monachis per hanc cartam una carucatam terre in *Pontefracto* in **Baghil**, quam terram pater meus *Willielmus Foliot* eis donavit in puram & perpetuam elemoſinam. In teſtimonio confirmationis harum elemoſinarum dederunt mihi predicti monachi x. marcas argenti & cappam monachi pluvialem. Teſtibus, *Beatrice* uxore mea, *Roberto* de **Pirou**, fratre *Willielmo* de **Hyrſt**, *Kabiol Rotore*, *Willielmo* de **Barvolf**, *Jordano* & *Waltero* de **Ledeſtun**, *Randulfo* filio *Siwardi*, *Ottone* filio *Roberti* de **Tuilli**, *Ricardo* de **Hacatorn**, *Johanne Puer*, *Michaele* filio *Thomæ*, *Willielmo Man*, *Radulfo Buche*, *Alexandro* Piſtore, *Hugone Paildecert*.

Carta Ricardi *filii* Ulf *de* Doddeurda.

Ib. f. 62 a. OMnibus ſancte matris eccleſie filiis preſentibus, & futuris *Ricardus* filius *Wlf* de *Doddewrda* & *Willielmus* frater ſuus ſalutem. Sciatis omnes nos dediſſe conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & ſancto *Johanni* & Priori & monachis de *Pontefracto* omnes homines illos quos habuimus in terra noſtra de *Doddewrda* cum omnibus ſectis eorum & catallis, pro amore Dei & pro ſalute animarum noſtrarum. Et tam terram ipſam quam etiam omnes homines illos eis confirmavimus imperpetuum. Hiis teſtibus, *Roberto Walenſi*, *Johanne* de **Birkin**, *Adam* de *Ramevilla*, *Thoma* filio ſuo, *Willielmo* de **Stapilton**, *Hugone* de **Bretton**, *Rogero* de **Berneſlay**, & aliis.

Carta Gilberti *Comitis* Lincolnie.

Ib. f. 66. a. GIllebertus *Comes* Lincolniæ *univerſis matris eccleſiæ filiis ſalutem. Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſancti* Johannis *de* Pontefracto *& monachis ibidem Deo ſervientibus paſſagium de* **Suthferibi**, *& tres bovatas terræ & dimidiam cum tribus manſuris in eadem villa, & præter hæc, undecim alias manſuras ibidem. Hanc verò elemoſinam dedi & conceſſi eccleſiæ & fratribus prædictis liberam & quietam ab omni terreno ſervitio pro ſex libratis redditus quas pepigi eiſdem pro dampno quod intuli eis & eccleſiæ eorum de guerra illa deinter me &* Henricum *de* **Laſcy**. *Et ipſi me ſuſceperunt in fraternitatem ſuam & participationem omnium beneficiorum univerſarum domorum ſuarum. Hiis teſtibus*, Gaufrido de **Gant**, Baldewino *de* **Gant**, Philippo *de* **Kyme**, *Abbate de* **Rugford**, Rogero *Canonico de* **Bredlington**, Radulfo *filio*

Gilleberti, Herberto *de* **Hurneby**, Waltero *clerico*, Radulfo de **Feriby**.

Carta Jordani *de ſancta* Maria.

UNiverſis hoc ſcriptum viſuris vel audituris *Jordanus* de ſancta *Maria* & *Aliz* uxor ſua de *Friſtona* ſalutem in domino. Noveritis nos pro ſalute animarum noſtrarum & omnium anteceſſorum & hæredum noſtrorum dediſſe conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & ſancto *Johanni* de *Pontefracto* & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, totum pratum noſtrum quod habuimus in territorio de *Feria*. Illud ſcilicet pratum quod jacet inter pratum quod fuit *Terri* de *Feria* verſus **Suth**, & pratum *Adæ Ruſſel* verſus **North**, De quo unum capud percutit ſuper **Lengelache** & tendit uſq; ad magnam aquam de **Ayr**, & unam aliam partem prati verſus **Heliwelle** ultra rivulum qui venit de *Pontefracto* inter pratum abbatis & monachorum de *Fontibus* verſus **North** & pratum *Terri* de *Feria* verſus **Suth**; de quo unum caput percutit ſuper pratum hoſpitalis de **Fulſnaph**, & tendit uſque ad magnam aquam de **Ayr**, & ſordales ejuſdem prati quæ percutiunt ex una parte ſuper pratum hoſpitalis de **Fulſnap** & ex alia parte ſuper magnam aquam de **Ayr**, & ex tertia parte ſuper pratum quod fuit *Roberti* de **Hikilton**. Et inſuper dedimus eiſdem monachis ſordalas prati noſtri de **Friſton**, quæ percuciunt ex una parte ſuper rivulum de **Friſton** & ex alia ſuper pratum *Agnetis* de **Merſton**. Hæc omnia præfata habebunt & tenebunt prædicti monachi libera quieta & ſoluta ab omni ſervicio & conſuetudine ſeculari. Et nos & hæredes noſtri warentizabimus omnia prædicta præfatis monachis ubique & contra omnes. Et ut hæc noſtra donatio & confirmatio firma ſit & ſtabilis huic cartæ ſigillorum noſtrorum munimen appoſuimus. Hiis teſtibus, *Ricardo* filio noſtro præſente & concedente, *Thoma* de **Briggeliſton**, *Waltero* de **Birum**, *Roberto Camberlano*, *Radulpho* de **Batelay**, *Ricardo* de *Stagno*, *Roberto* filio *Ganfridi*, *Willielmo* propheta, *Willielmo* diſpenſatore, *Nicholao* de **Ozene**, *Willielmo* mareſcallo, & aliis.

Carta Adæ *filii* Petri *&* Matildis *uxoris ſuæ*.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Adam* filius *Petri* & uxor mea *Matildis* de **Calz** conceſſimus & donavimus Deo & ſancto *Johanni* & monachis de *Pontefracto* ad procurationem eorum emendandam, pro remedio animarum noſtrarum & anteceſſorum noſtrorum, in puram & perpetuam elemoſinam medietatem molendini de **Sainburch**. Hiis teſtibus, *Thoma* filio *Petri*, & *Rogero* filio *Petri* fratribus meis, *Roberto* filio meo, *Willielmo* de **Mungai** de *Swinlingtona*, *Widone* de *Aula*, *Radulfo* & *Willielmo* de **Mungai**, *Rogero* de *Capreolecuria*, *Helya* filio *Ricardi*, *Jordano* & *Rainaldo* & *Rogero* & *Waltero* de *Ledeſtona*, & aliis.

Carta *Adæ* filii *Petri*.

Ibid.

S*Ciant omnes præſentes & futuri quod ego* Adam *filius* Petri *do & ſub præſentis cartulæ atteſtatione confirmo dimidiam bovatam terræ in* Fareburna *Deo & ſancto* Johanni *& monachis de* Pontefracto *ad oblata facienda & ad vinum ad miſſas, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervicio & in puram elemoſinam imperpetuum pro redemptione animæ meæ & uxoris & patris & matris meæ omniumque parentum meorum & amicorum. Pro hoc beneficio receperunt me monachi & omnes amicos meos in fraternitatem & ſocietatem omnium beneficiorum ſuorum quæ amodo in monaſterio ſancti* Johannis *agentur. Hujus donationis teſtes ſunt, frater meus* Rogerus, Radulfus Figura, Robertus *diſpenſator* Henrici *de* **Laſci**, Robertus Butiler, *ejuſdem*, Willielmus Piſtor *monachorum*, Foſſardus *portarius*, Symon *præpoſitus de* **Fateburne**.

Carta Johannis *filii* Adæ.

Ibid.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Johannes* filius *Adæ* dedi & conceſſi & hac præſenti mea carta confirmavi Deo & ſancto *Johanni* & monachis de *Pontefracto* pro animabus patris & matris meæ & omnium anteceſſorum meorum & ſucceſſorum in puram & perpetuam elemoſinam xiij. acras prati in *Smetbala*. Illas ſcilicet quas pater meus eis dedit & confirmavit. Et duas quercus in boſco meo de **Byrkin** ſingulis annis contra natale domini, & unam damam in parco meo in feſto ſancti *Johannis* ante *portam Latinam*, & dimidium molendini de **Stainburg** cum ſecta medietati ejuſdem molendini pertinente. Hanc conceſſionem & confirmationem feci ego *Johannes* prædictis monachis pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ *Johanne* & hæredum meorum, & pro ſoſpitate corporum noſtrorum. Hiis teſtibus, *Jacobo* Canonico de **Drakes**, *Osberto* de **Brettun**, *Pigot* de **Bretton**, *Alano* de **Roteſtun**, *Petro*, & *Rogero*, & *Willielmo* fratribus meis, & *Martino* capellano qui hanc cartam ſcripſit.

Carta Symonis *de* **Mohaut**.

Ib.f.58.a.

OMnibus fidelibus S. eccleſiæ *Symon* de **Mohaut** ſalutem. Sciatis quod ego pro ſalute mea & uxoris meæ & anteceſſorum meorum & hæredum meorum dedi & conceſſi & hac mea carta & hoc meo ſigillo confirmavi concedentibus prædicta uxore *Matilde* & hæredibus meis *Symone* & *Roberto*, Deo & ſancto *Johanni* & monachis de *Pontefracto* liberè & quietè in puram & perpetuam elemoſinam duas bovatas terræ viginti acrarum de meo dominio in **Keſwic**, ſimul cum uno tofto unius acræ in eadem villa cum omnibus pertinentiis, videlicet in boſcho & in plano, in pratis in paſchuis, & aquis & viis & ſemitis, & in omnibus aiſiamentis ejuſdem villæ. Et ipſi monachi me receperunt in fraternitate ſua & orationibus domus & totius ordinis & omnes meos, & ſi neceſſe mihi fuerit me ſuſcipient ſicut fratrem ſuum qui me eis reddidi. Teſtantibus, *Willielmo* de **Harewde** nepote meo, *Henrico* filio meo, *Nicholao* de **Friſton**, *Roberto* filio *Gilleberti*, *Jordano* filio *Ber-*

nardi, Jordano de **Ledeſtun** & fratribus ſuis *Rainaldo, Rogero, Waltero. Roberto* de **Ledeſtun**, *Thoma* dapifero & *Michaele* filio ejus. *Willielmo* Piſtore & *Alexandro* filio ejus, *Thoma* de **Preſtun**, *Gaufrido* de *Pratis*, *Adam* Coco & *Roberto* fratre ſuo, *Affrico* de **Beſwic**, & aliis.

Carta *Willielmi Maltravers.*

Ibid. fol. 68. a.

VVIllielmus, Maltravers *omnibus hominibus & amicis ſuis ſalutem. Notum vobis eſſe volo quod ego do monachis ſancti* Johannis de Pontefracto *pro anima mea & exſpectatione calumpniæ ſuæ de eccleſia de* Walleya *unam marcam argenti de redditibus meis in eſſartis unoquoque anno reddendam in feſtivitate ſancti* Michaelis, *laudante hoc & volente uxore mea* Dameta, *& hoc quamdiu tenebo honorem* Pontisfracti. *Poſtea autem ſi voluerint agitare calumpniam ſuam vel per cartam regis quam inde habent vel per aliud, non ſit calumpnia eorum peiorata propter iſtud factum. Teſtibus*, Hugone *filio* G. *&* Mengi, *&* Reginaldo, *&* Willielmo *filio* Hugonis, *&* Randulfo *filio* Orni.

De eccleſia de **Walley.**

Ibid.

QUidam anteceſſorum comitis *Lincolniæ*, *Hugo* de *la Val* nomine, dedit jus patronatus eccleſiæ de **Walley** Priori & conventui de *Pontefracto* per cartam ſuam quam habent, qui præſentaverunt ad eam ſucceſſive A. B. C. D. qui omnes per dioceſanum admiſſi & inſtituti fuerunt. Inter quos erat quidam nomine *Sparlingo*, quo defuncto ſucceſſit ei quidam *Liuulphus* qui cognominabatur **Cuttewlf** eo quod ſedens quadam vice in foreſta de **Roſſendale** ad locum qui vocatur **Lednesgrene** reſpiciendo canes ſuos currentes, lupum quemdam juxta ſe currentem decaudavit. Defuncto verò prædicto *Liuulpho*, quidam prædeceſſor dicti comitis vacante dicto Prioratu & in ſua cuſtodia exiſtente præſentavit nomine cuſtodis quemdam *Galfridum* ad eandem, qui duxit in uxorem filiam domini *Goſpatrik* de **Camelesbury**, de qua genuit filios & filias, de quorum progenie multi adhuc nobiles in partibus illis manent. Defuncto prædicto *Galfrido* ſucceſſit ei *Galfridus* filius ejus quaſi nomine hereditario, gratia ſuper hoc priùs à curia *Romana* impetrata; quo defuncto quidam anteceſſor dicti comitis præſentavit quendam *Rogerum*, & poſt ipſum, *Petrum* de *Ceſtria*, prædictis Priore & conventu reclamare non audentibus. Vivente autem prædicto *Petro* de *Ceſtria* prædictus comes *Lincolniæ Henricus* de **Laſcy** nomine, dedit patronatum prædictæ eccleſiæ de **Wallay** *Coventrenſis* & *Lichefeldenſis* dioceſis, abbati & conventui de **Stanlawe** ordinis *Ciſterciensis*, dictæ dioceſis, recepta priùs ab eis litera obligatoria, quod quotienſcumque vacaret præſentarent ad eam quem ipſe aut hæredes ſui vellent, & non alium niſi poſſent eam in proprios uſus impetrare, qua impetrata aumentarent numerum ſolitum monachorum, ita quod ab illo tempore eſſent lx. ubi priùs fuerunt xl. & quod monaſterium ſuum ad territorium dictæ eccleſiæ transferrent. Poſtea *Nicholaus* Papa iiij. conceſſit eis appropriationem ejuſdem cedente vel decedente rectore, ſalvis congruis portionibus pro vicaria. Poſtea Papa *Bonefacius* revocavit appropriationes conceſſas per prædictum prædeceſſorem ſuum *Nicholaum*, de quibus non habebatur ipſo die jus in re, licet ad rem. Poſtea deceſſit prædictus *Petrus* de *Ceſtria* xviij. kal. Januarii anno Domini MCC. nonageſimo quarto, quondam ad præſentationem avi dicti comitis qui eſt domini *Johannis* de **Laſcy** inſtitutus, qui in vita ſua nunquam cedere voluit. Quo defuncto, prædictus *Henricus* de **Laſcy** comes, tanquam in priore propoſito non exiſtens, ingreſſus eſt ad dictam eccleſiam, dictos religioſos multis diebus excludendo, qui pro ingreſſu habendo remiſerunt & quietum clamaverunt dicto comiti & hæredibus ſuis imperpetuum quandam capellam infra limites dictæ eccleſiæ exiſtentem valentem annuatim c. marcas ſterlingorum, & alias multas libertates infra foreſtas dicti comitis dictæ eccleſiæ ab antiquo ſpectantes, ut venandi & feras omni tempore anni ad libitum capiendi. Et ſic lectis ante fores dictæ eccleſiæ ſuper hiis inſtrumentis, die purificationis ſanctæ *Mariæ* poſt revocationem prædictam adepti ſunt ingreſſum nullum jus ad appropriationem ut prædictum eſt habentes præſente populo non parvo & clamante, væ vobis ſimoniaci. Poſtea compoſuerunt cum domino *Rogero* de **Meulant** tunc epiſcopo contra hujuſmodi ingreſſum provocante appellante & ſequeſtrum interponente de CCCl. marcis ſterlingorum, de quibus poſt obitum ſuum ſatisfecerunt executoribus dicti epiſcopi de C. libris ſterlingorum, obligantes ſe & ſucceſſores ſuos ad anniverſarium dicti epiſcopi imperpetuum pro reſiduo faciendum; & ſic pacto & precio mediantibus adepti ſunt poſſeſſionem dictæ eccleſiæ nullũ jus habentes ad ejuſdem appropriationem, & ſic per lapſum temporis xij. annorum devolvitur collatio ejuſdem ad dominum Papam eo quod de jure vacaret per idem tempus. Ex præmiſſis patet quod dicti Prior & conventus habent cartam & ſeiſynam quod non eſt aliud niſi præſentatio cum effectu: abbas & conventus prædicti habent ſolomodo cartam ſine ſeiſyna eo quod nunquam præſentaverunt. Eccleſia verò prædicta valet ſingulis annis ad minus, deductis expenſis, quingentas marcas ſterlingorum. Qualiter poſtea impetraverunt confirmationem prædicti Papæ *Bonefacii*, nulla facta mentione de conventionibus prædictis, & confirmationem epiſcopi qui tunc temporis fuit, pro mille marcis ſterlingorum, & confirmationem capitulorum *Conventrenſis* & *Lichefeldenſis* & loci archidiaconi pro xv. libris ſterlingorum annuæ penſionis imperpetuum ſolvendis, non eſt opus exprimere, ſet errores prædictos infecte radatis. Hoc autem ſciendum quod omnia præmiſſa notoria ſunt, & quod ab ingreſſu dictorum religioſorum in dictum beneficium, de malo in pejus uſque in hodiernum diem ad ſcandalum cleri & populi diſſentio ſemper pullulavit. Et ſciendum quod omnes rectores dictæ eccleſiæ uſque ad tempus domini *Petri* de *Ceſtria* cognominabuntur decani, & non rectores. Nuper deceſſit vicarius dictæ eccleſiæ cujus portiones ſecundum ordinationem ordinariorum valebant annuatim c. libre ſterlingorum, & præ-

ſentatus

ſenatus eſt ad vicariam nuper ordinatam per dominum papam nunc quidam capellanus, contra cujus ordinationem appellatum eſt per epiſcopum & archidiaconum, & cauſa per impletionem, ſimiliter & collatio eo quod de jure & de facto per annum & dimidium jam vacavit, devolvitur ad papam.

Carta *Radulfi* de *Capricuria* de villa de *Berneſleya.*

Ib. f. 63. b. S*Ciant præſentes & futuri quod ego* Radulfus *de* Caprecuria *& ſoror mea* Beatrix *conceſſimus & dedimus Deo & ſancto* Johanni *& monachis de* Pontefracto *villam de* Berneſleya *in boſcho, & plano, in molendino, in aquis, in pratis & in omnibus quæ ad eam pertinent, in puram & perpetuam elemoſinam pro animabus noſtris & anteceſſorum noſtrorum & hæredum, annuentibus filiis meis,* Jordano *&* Ricardo. *Conceſſerunt etiam nobis prædicti monachi de* Pontefracto *propter hanc elimoſinam quod facient unum monachum pro matre noſtra, & alium pro ſorore mea, & tertium pro me cum obiero, qui nominatim orent pro nobis. Mihi etiam conceſſerunt monacatum quandocumq; voluero. Ad recognitionem hujus rei dederunt monachi eidem ſorori meæ decem marcas argenti & mihi tres, & annuatim pelliceam monachorum & botas. Dederunt etiam* Jordano *filio meo pro conceſſione hujus rei palefridum unum, & filio meo* Ricardo *v. marcas. Hanc donationem ego* Radulphus *de* Caprecuria *meo præſenti ſigillo confirmo. Quod ſi quis hæredum meorum infringere præſumendo comodum animæ meæ & ſororis meæ in hoc minuere temptaverit, deleat eum Deus de libro vitæ. T.* Henrico *de* **Laſcy** *in cujus præſentia hæc donatio facta eſt, &* Matilde *matre ſua,* Arnaldo *presbitero,* Roberto *presbitero,* Henrico Gwaleis, Ricardo Bagot, Thoma Dapifero, *&* Willielmo *fratre ejus,* Ricardo *filio* Leiſing, *&* Ricardo *Franceis.*

Quieta clamatio Jordani *de* Capreolicuria.

Ibid. SCiant præſentes & futuri quod ego *Jordanus* de *Capreolecuria* calumpniam quam habui in *Berneſlaya* quietam clamo de me & hæredibus meis imperpetuum Deo & ſancto *Johanni* & monachis de *Pontefracto* pro ſalute mea & anteceſſorum meorum, & uxoris meæ & heredum meorū. Inſuper donationem ejuſdem ville de *Berneſleia* cum omnibus appendiciis ſuis, quam donaverat eis *Beatrix* amita mea, & *Radulfus* de *Capreolecuria* pater meus concedo, dono & hac mea carta confirmo, in omnibus. Ipſi autem monachi ſancti *Johannis* de *Pontefracto*, pro gratia hujuſmodi conceſſionis, & donationis decem marcas argenti mihi dederunt, & annuatim dabunt pelliceam mihi, & botas monachi, & unum monachum pro me fecerunt & me monachum facient quando voluero. Quicunq; heredum meorum aliquod impedimentum facere voluerit de hac mea donatione & elemoſina maledictionem Dei incurrat & meam. Hec pax & compoſitio inter me & eoſdem monachos facta eſt in capella ſancte *Mariæ Magdalenæ* in *Donecaſtria* coram juſtitiario Regis *Ricardo* de **Luci**: Teſtibus, eodem *Ricardo*, *Rogero* archiepiſcopo *Eboraci*, *Henrico* de **Laſcy**, *Willielmo* de **Weſci**, *Roberto* clerico vicecomitis, *Turſtano* de **Sutton**, magiſtro *Roberto Morel*, *Willielmo Vavaſor*, *Jordano Foliot*, *Ricardo Bagot*, *Roberto Diſpenſatore*, *Johanne* filio *Willielmi* elemoſinarii.

Progenies *Suani* filii *Alurici.*

SVayn filius *Alrick* feofavit domum de *Pontefracto* & monachos ibidem Deo ſervientes de eccleſia de **Silkeſton**, cum ſex bovatis terre in eadem villa. Et de dicto *Suayn* venit *Adam* filius ejus, & confirmavit feofamentum patris ſui, ſcilicet de eccleſia de **Silkeſten**, cum ſex bovatis terre. Et de dicto *Ada* venit *Matilda* & *Anabilla*, & de *Matilda* venit *Rog.* de **Munbegun**, *Mabilia* & *Clementia* de **Lungvilers**, de *Clementia* venit *Johannes* de **Lungvilers**, & de dicto *Johanne* de **Lungvilers** venit alius *Johannes* de **Lungvilers**, & de illo *Johanne* venit *Mabilia*, & *Margareta* uxor *Galfridi* de *Neovila*, & de *Mabilia* venit *Willielmus* de *Lamare*, & de *Willielmo Delamare*, venit alia *Mabilia*, & de illa *Mabilia* venit *Hugo* de *Neovila*, & de *Anabella* filia *Adæ* venit *Sarra*, & de *Sarra* venit *Thomas* de *Burgo*, & de *Thoma* de *Burgo* alius *Thomas* de *Burgo* & *Johannes*, & dictus *Thomas* expiravit ſine hærede, & de *Johanne* venit *Thomas* de *Burgo* qui nunc eſt.

Ib. f. 85. b.

De fundatione capellæ ſancti Clementis *in caſtro de* Pontefracto.

QUando *Ilbertus* de *Laceo* in honorem Dei & ſanctæ *Mariæ*, & omnium Sanctorum eccleſiam beati *Clementis* in caſtello ſuo pro ſalute *Willielmi* Regis majoris, *Willielmi* filii ejus & filiorum ipſorum, & pro animabus prædeceſſorum, & pro animabus uxoris & filiorum ſuorum, & pro ſalute omnium fidelium vivorum & mortuorum in tempore principis ſupradicti, fundavit; donavit, & confirmavit eidem eccleſiæ plenariè decimæ ſuæ duas partes de dominico ſuo; videlicet in *Camaſella*, in *Daringtona*, *Rodewella*, *Barvica*, *Parlingtona*, *Chipeſio* cum *Alretona*, *Ledſtona*, pro qua habet ipſa eccleſia unum molendinum in **Neuſam**, & tertiam partem decimæ quam habebant monachi de dominio caſtellariæ. Rurſus in *Octona*, **Wulmerſlæ**, *Chamſala*, *Emmeſela* in *Lindeſſio*, in *Chorisbera*, *Frisbera* in **Nottinghamſhire**; *Hekelinga* in **Oxenfordſhire**, *Staintona*, **Lurham**, & totam decimam pullorum armenti ſui, ac decimam piſcatoriæ **Knottingleie.** Harum rerum omnium ſupradictarum tenuit *Ranulphus Grammaticus* dimidiam partem, cum octo bovatis terræ in *Darthingtona* ad ſervitium eccleſiæ, & dimidium communæ contra *Ranulphum Grammaticum*, & *Godefridum* presbiterum. Dedit etiam *Ilbertus* decimam malorum *Rodewellæ*, & malorum **Cerſwiſt** & **Went** & unius molendini in *Burgo*, & quinque bovatas terræ in **Knottingley.** Et pater meus *Robertus* de *Laceo* dedit ibi ſextam partem, pro quibus ipſe excambiavit duas partes decimæ *Nortonæ* & in majore *Emſala* duas partes; in **Hemelſwurd** duas partes. Et *Robertus* de *Laceo* dedit in *Feria* duas bovatas terræ ad luminare eccleſiæ prædictæ baronibus ejuſdem caſtellaniæ.

Ex vetuſto exemplari penes *Henricum Savile* de *Medley* mil. & baronettum an. 1622.

Rogerus Pictavus in *Altofta* duas garbas. In *Cantona*——— ———*Ilbertus* de *Ramosvilla* duas garbas *Camſaliæ* de dominio ſuo. *Umfredus* de *Villeio* duas garbas in *Snitella*, & *Newtona*, *Ernulphus* in *Preſtona* garbas duas & in *Rouedena*; *Gilbertus* filius *Damæ* in *Stapeltona* duas garbas. *Radulphus Pincerna* de Thorpe duas garbas, & totam decimam molendini. *Radulphus* filius *Edelinæ* de Stubbs juxta *Enceſalem* duas garbas. *Henricus* de *Laceio* dimidiam partem decime de Scalbroke. *Willielmus Pictavus* in *Scaleilla* duas garbas. *Anſgotus Ruffus* in Hampole duas garbas. *Cheme* in Stubbs duas garbas. *Girardus* de *Rameſwilla* dimidiam partem decimæ ſuæ in *Smeadetona*. *Gerbodus* in *Friſtona* duas partes decimæ unius carucate. *Robertus* de *Somerveio* dedit in tempore *Roberti* de *Laceo* in Heacroſt tertiam partem unius carucate. Hec autem beneficia confirmavit authoritate *Thomæ* ſenioris archiepiſcopi, dedicavit ipſam eccleſiam cum ſcholis de Kirkhby & *Pontisfracti*, & ſicut anteceſſores mei has donationes & confirmationes ſtatuerunt in ſuis temporibus; Ita ego *Herbertus* concedo & confirmo eas cum auctoritate *Turſtini* archiepiſcopi apud *Brothertonam* cum omnibus que Canonici S. *Clementis* tenebant ad ſervitium ejuſdem eccleſie, die qua Deus per manum ſuam, dederit mihi hereditatem meam. Teſtibus ipſo *Turſtino* archiepiſcopo, epiſcopo *Karliel*, *Waltero* abbate Selby; *Rogero Pictavio* & *Roberto Malvilla*.

MONK-BRETTONENSIS

Prioratus in agro Eboracenſi, *cella de* Pontefracto.

Carta Adæ *filii* Suani *de prima fundatione monaſterii beatæ* Mariæ Magdalenæ *de* Lunda *vulgò* Munkebreton.

Ex regiſt. Priorat. de *Munk-Breton* penes *Franciſcum Wortley* mil. & baronettum.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus, clericis & laicis *Adam* filius *Suani* ſalutem. Notum vobis facio me conceſſiſſe & dediſſe pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, Deo & ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de *Lunda*, & domino *Adæ*, qui tunc temporis Prior erat de *Brettona*, & monachis qui ibidem Deo ſervient, in puram & perpetuam elemoſinam, *Brettonam*, cum omnibus ad eam pertinentibus, & molendinis de *Derna*, & *Lundam* patris mei, & quicquid habetur inter *Dernam* & Stanclife uſq; Mereſbrok, *Newhala*, & *Ramesbergam*, & *Lintuait*; & quicquid habetur in *Bramtona*. Iſta omnia, ſub præſentis cartæ atteſtatione confirmo, & concedo ut quieta & libera teneant, & poſſideant de me & heredibus meis, ſicut puram decet elemoſinam inperpetuum; hujus donationis teſtes ſunt *Alexander*, & *Richardus* filii mei, *Eſwardus* de Almanebury, & *Robertus* frater ejus, *Dolfin* de Alnelai, & *Willielmus* & *Henricus* filius ejus, & *Siwardus* frater ejus, *Herbertus* presbiter, *Thomas* de *Dertona*, *Barnardus* de *Silkeſtona*, & *Richardus* filius ejus, *Alanus* de *Brettona*, & *Adam* & *Richardus* fratres ſui, *Richardus* filius *Herdingi* & frater ejus, *Matheus* de Oxſpring, *Suanus* de Holand, *Aelſi Bacun*.

Carta *G.* Prioris de *Caritate* (ordinis *Cluniacenſis* in partibus tranſmarinis ejuſdem ordinis capitalis domus) *Adæ* filio *Suani* fundatori de Bretton.

Ibid.

EXcellentiſſimo nimiumque dilecto, ac amico ſpeciali, & benefactori ſuo, Ade *filio* Suani, *frater* G. *humilis eccleſiæ de* Caritate *miniſter, ac totus ejuſdem eccleſiæ conventus ſalutes & orationes ad dominum, Magnitudini veſtre, ò kariſſime domine, ex intimo corde noſtro, univerſi nos referimus gratias, pro tanta dilectione, & liberalitate veſtra, quam dudum domui & fratribus noſtris benignitas veſtra exhibere dignata eſt.* Cognoſcimus *equidem valde letamur quanto nobilitas veſtra, erga religionem & ordinem noſtrum amore conſtringimur, dum novam illam Domum de* Bretton, *pro remedio animæ veſtræ, necnon & patris veſtri, omniumque parentum veſtrorum, & amicorum, tam inſigniter, & tam devote à vobis efficaciter, veſtra potiſſimum proviſione diſponi deſideratis. Eſt igitur, ut per latores preſentium didicimus, veſtra voluntas, ut Priorem illi domui de* Bretton, *& ceteros, qui ordinis ſtrenui propugnatores exiſtant, ex fratribus noſtris, tam de* Pontefracto, *quam de aliis domibus noſtris per* Angliam *conſtitutis, fratres idoneos eligatis: Prior autem qui ibidem ſemel conſtitutus fuerit, nequaquam inde ſummoveatur. Concedimus verò imperpetuum monachis de* Brettone *ibidem Deo famulantibus, poſt deceſſum Prioris ſui, conſilio capituli ſui de* Bretton, *Priorem de domo ſua eligere. Qui ſecundum Deum ordinem monaſticum, & beati* Benedicti *regulam in domo de* Bretton *obſervabit. Prior verò de* Pontefracto, *ſi fuerit requiſitus à conventu de* Bretton *veniet, in propria perſona, apud* Bretton, *in capitulum intrabit, cum advocatis ejuſdem domus de* Bretton, *ad electionem Prioris, & creationem. Hanc igitur petitionem veſtram ſalutiferam, idoneamque probantes, ex communi totius capituli noſtri concenſu laudamus, ſimulque concedimus. Præterea domino* Adæ, *viro per cuncta laudabili, cujus conſilio, tam ſalubre opus incepiſtis, præcipimus ut inceptis devote inſiſtat, & viriliter peragat. Quia denique tot tantaque beneficia conſpectui per veſtrum cotidie offeruntur obſequium, inperpetuum concedimus (divinam clementiam jugiter exorantes) quatinus immenſa caritate ſua ab omnibus adverſitatibus veſtris, & malis cuſtodiat, & poſt conſummatum hujus vitæ bravium ad regnum ſuum cæleſte inducat.*

Bulla Alexandri *Papæ*.

ANno Domini MCC. quinquageſimo quinto, vj. Maii exhibite fuerunt litere domini Papæ apud London. Domino *R.* decano, & archidiacono *Lincolnien.* eccleſie, formam que ſequitur continentes. *Alexander* epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori de **Thurgarton**, *Eboracenſis* dioc. decano & archidiacono *Lincoln.* ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. In cauſa quæ inter dilectos filios ſuppriorem, & conventum monaſterii de **Bretton**, *Cluniacenſis* ordinis ex parte una, & Priorem & conventum monaſterii de *Pontefracto*, ejuſdem ordinis, *Eboracenſis* dioceſis, ſuper eo quod dictum monaſterium de **Bretton**, eidem monaſterio de *Pontefracto* ſubjectā eſſe proponitur, & rebus aliis ex altera vertitur, fœlicis recordationis *Innocentius* Papa, prædeceſſor noſter, dilectum filium magiſtrum *Roſtandum* ſubdiaconum & capellanum noſtrum dedit partibus auditorem: Verùm quia lite in ejus præſentia legitimè conteſtata, & factis poſitionibus & reſponſionibus ſubſecutis, per ea quæ fuerint hinc inde coram ipſo propoſita, non potuit de cauſa ipſa plenè liquere; diſcretioni veſtre, per apoſtolica ſcripta, mandamus, quatinus teſtes quos utraque pars, ſuper articulis vobis, cum interrogatoriis eorum, ab ipſo capellano, ſub ſuo ſigillo tranſmiſſis, nec non privilegia, inſtrumenta, & alia documenta, quæ infra tres menſes, à receptione præſentium, producere poterunt coram vobis, per vos, aut per alios, neutri parti ſuſpectos, prudenter recipere, ac teſtes ipſos, juxta eadem interrogatoria, diligentèr examinare curetis. Si verò aliqua partium ipſarum teſtes adverſe partis reprobare voluerit, vos teſtes, ſuper reprobatione hujuſmodi, infra duos alios menſes, eiſdem tribus proximos, recipere ac examinare ſolicite ſtudeatis, depoſitiones omnium prædictorum teſtium, fideliter in ſcriptis redactas, ac etiam tranſcripta publicorum inſtrumentorum, & documentorum ipſorum, de verbo ad verbum, cum dictis articulis, & interogatoriis, ſub ſigillis veſtris incluſa, ad noſtram præſentiam, quantocius tranſmiſſuri, & ſignificaturi quæ & quanta fides privilegiis & inſtrumentis prædictis fuerit adhibenda: partibus autem eiſdem præfigatis terminum peremtorium competentem, quo, per ſe, vel procuratores ydoneos compareant, coram nobis juſtam, dante domino, ſententiam recepturi. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Dat. *Neapolis* vj. kal. Marcii pontificatus noſtri anno primo. Et ad ſupplicationem & inſtantiam *Richardi* de **Eſtfeld**, procuratoris domus de **Bretton**, & ſubprioris conventus ejuſdem domus de **Bretton**, qui dictas literas præſentavit anno & die prædictis, dictus decanus *Lincoln.* eccleſiæ præſentibus literis ſigillum ſuum appoſuit in teſtimonium præſentationis literarum prædictarum. Dat. **London**, anno die & loco prædictis.

Carta domini *Johannis* de *Novomercato* de manerio de **Alverthuait**.

Ex autog. in turri beate Mariæ Ebor.

S*Ciant præſentes & futuri, quod hæc eſt conventio facta inter Priorem & conventum de* **Bretton** *ex una parte, & dominum* Johannem *de* Novo-foro *ex altera, anno gratiæ milleſimo ducenteſimo triceſimo nono, in craſtino tranſlationis beati* Thomæ *martyris, apud* Eboracum; *videlicet, cum controverſia mota eſſet inter prædictos Priorem & conventum petentes totum manerium de* **Alwardethuait** *cum omnibus ſuis pertinentiis per breve domini Regis de nova diſſeiſina coram domino* Picoto *de* **Laſceles**, Roberto *de* **Cokefeld**, Gerardo Salvein, Willielmo Conſtabulario, *juſtitiariis ad hoc datis, & dictum* Johannem *tenentem: Lis in hunc modum conquievit; videlicet quod dictus* Johannes *dictum manerium de* **Alverdethuait** *cum ſuis pertinentiis tenebit hæreditarie de dicto Priore & conventu. Reddendo inde annuatim ipſe & hæredes ſui, dicto Priori & conventui, & ſucceſſoribus ſuis quinque marcas argenti, ſolvendas ad duos terminos: Scilicet duas marcas & dimidiam ad feſtum ſancti* Martini, *& duas marcas & dimidiam ad pentecoſten. Ita videlicet, quod tam cito dictus* Johannes, *vel hæredes ſui dicto Priori, & conventui vel eorum ſucceſſoribus in aliis, pro voluntate dictorum Prioris & conventus, vel eorum ſucceſſorum, ſecundùm arbitrium bonorum virorum ſatisfecerint, dictum manerium de* **Alwardethueit**, *cum ſuis pertinentiis, ſicuti* Henricus *de* Novo-foro *ejus avunculus, illud tenuit, ſibi & hæredibus ſuis ſolutum & quietum à dicto Priore & conventu & eorum ſucceſſoribus remanebit: Salvo forinſeco ſervicio, quantum pertinet ad dimidiam bovatam terræ, quam dictus* Johannes *tenet in manu ſua, unde tredecim carucatæ terræ faciunt feudum unius militis, prout continetur in cartis, quas dictus Prior & conventus penes ſe habent. Et ſciendum eſt, quod ſi dictus* Johannes *vel hæredes ſui in ſolutione alicujus termini ceſſaverint licitum eſt Priori & conventui feodum ſuum ſcilicet manerium de* **Alwardethuait** *diſtringere, uſque dum totum ſuum integrè perceperint. Et ſi dictus Prior & ejus conventus, vel eorum ſucceſſores, in inveniendo ſacerdotem, qui celebret pro anima* Henrici *de* Novoforo *ejus avunculi, negligentes fuerint, licitum ſit dicto* Johanni *& hæredibus ſuis, compellere dictum Priorem & conventum & eorum ſucceſſores per dictam firmam, uſque dum ſacerdotem vel monachum invenerint competentem. Ad iſtam conventionem fideliter & firmiter imperpetuum tenendam, dictus Prior pro ſe & conventu, & eorum ſucceſſoribus; dictus* Johannes *pro ſe & hæredibus affidaverum & hoc quidem tactis ſacroſanctis evangeliis juraverunt. Et ad majorem ſecuritatem, quiſlibet eorum ſcripto alterius ſigillum ſuum appoſuit. Hiis teſtibus, domino* Picote *de* **Laſceles**, *domino* Roberto *de* **Cokefeld**, *domino* Gerardo Salvein, *domino* Willielmo Cuneſtabulario, *domino* Petro *de* **Brus**, *domino* Roberto *de* **Deiwite**, Marmaduco Darel, Thoma *de* **Portinton**, Nicholao Devias, Rein—— *de* **Wambewell**, Willielmo *de* **Steinton**, Roberto *de* **Wodehouſe**, Radulfo *de* Rupe, *& multis aliis.*

Carta Thomæ *de* Burgo, *&* Sarræ *uxoris ejus.*

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos hoc præſens ſcriptum pervenerit, *Thomas* de *Burgo* & *Sarra* uxor ejus ſalutem. Univerſitati veſtræ notum eſſe volumus, nos divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute animarum noſtrarum, & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, conceſſiſſe & hac præſenti carta confirmaſſe, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de *Lunda*, & monachis ibidem Deo ſervientibus donationes & confirmationes omnes quas illis fecit *Adam* filius *Suani* per cartas ſuas; & donationes & confirmationes omnes quas illis fecerunt *Willielmus* de **Nevill**, & *Amabilis* uxor ejus; ſcilicet de medietate villæ de **Carleton**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis; & de quatuor bovatis terræ in **Wrangbroc** de dominico ſuo, cum omnibus pertinentiis ſuis; & de medietate eccleſiæ de **Roreſtun** cum capellis, & omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut cartæ eorum teſtantur. Hiis teſtibus, *Willielmo* de **Nevill**, *Ada* filio *Orni*, *Richardo* filio *Bernardi*, *Nicholao* de **Gerdeſtune**, *Hugone* filio *Alani*, *Simone* de **Turs**, *Hugone* de **Elm**, *Roberto* de **Turs**, *Radulfo* de **Mideltune**, *Willielmo* filio *Rogeri*.

Carta *Adæ* de **Munbegun** & *Matildis* ſponſæ ejus.

Ibid. U*Niverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris notum ſit & manifeſtum, quod ego* Adam *de* **Munbegun** *&* Matildis *ſponſa mea, unanimiter concedimus, & præſentis cartæ atteſtatione confirmavimus eccleſiæ ſanctæ* Mariæ Magdalenæ *de* Lunda, *& monachis ibidem Deo famulantibus, liberè, ſolutè, & quietè, quicquid* Adam *filius* Suani *eis conceſſit, donavit & confirmavit. Scilicet in boſco & plano, in molendinis, & aquis omnino ſicut ipſemet* Adam *eis melius & liberius conceſſit, in univerſis quæ pertinent ad portionem meam, ex hæreditario jure junioris filiæ, quam legitimo michi deſponſavi conjugio. Concedimus etiam prædictis monachis & præſenti itidem carta confirmavimus, pro ſalute animæ ejuſdem* Adæ *filii* Suani, *& animæ meæ & uxoris meæ, partem noſtram de* **Carletun**, *videlicet plenariam medietatem ipſius villæ, & quæcunque ad eam pertinent; eccleſiæ quoque de* **Roreſtun** *medietatem quæ portioni meæ contingit, & ipſius uxoris meæ, in quantum ad nos pertinet, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam. Hujus rei teſtes ſunt,* Rainerius *filius* Suani, Walterius Flandrenſis, Adam *filius* Petri, Rogerius *frater ejus*, Ricardus *filius* **Herding**, Henricus *filius* Dolfini, Thomas *filius* Suani, Adam Brun, Richardus *de* **Ruelent**, Rogerus *de* **Loccedal**, Utredus *filius* Incbern, Ailſi Bacun, Hubertus *de* Chici.

Carta Galfridi *de* **Nevill** *&* Mabiliæ *uxoris ejus.*

Ibid. UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, notum ſit & manifeſtum, quod ego *Galfridus* de **Nevill**, & *Mabilia* uxor mea unanimiter concedimus & præſentis cartæ noſtræ atteſtatione confirmamus, eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de *Lunda*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, liberè, ſolutè, & quietè quicquid *Adam* filius *Suani*, eis donavit, conceſſit & confirmavit; ſcilicet in boſco & plano, in molendinis & aquis omnino, ſicut ipſemet *Adam* eis melius & liberius conceſſit, in univerſis quæ ad nos pertinent. Concedimus etiam prædictis monachis, & præſenti itidē carta confirmavimus, pro ſalute animarum noſtrarum & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum *Carletonam*, cum omnibus pertinentiis & eccleſiam de **Roreſton** cum omnibus pertinentiis, in quantum ad nos pertinet. Et ſciendum nos, unanimi conſenſu, toti juri noſtro quod dicebamus nos habere in prædicta eccleſia, tam ſuper ultima præſentatione, quam ſuper aliis ad nos de jure ſpectantibus, penitus renuntiaſſe, & jus priſtinum prædictis monachis præſenti ſcripto confirmaſſe. Ut autem hæc conceſſio & confirmatio firmitatis robur obtineat impoſterum, præſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine roboravimus. Hiis teſtibus, *Roberto* de **Skegnes**, *Petro* de **Nevill**, *Roberto* filio *Adæ*, *Rogero* de **Notton**, *Johanne* perſonâ de **Felskirke**, *Willielmo* filio *Johannis*, *Willielmo* de **Grimeſtorp**, *Richardo Braford*, *Radulfo* de *Rupe*, *Roberto* de **Deneby**, & aliis multis.

Carta *Rogeri* de *Montebegonis* de foreſta de **Holecumbe** in comitatu *Lancaſtrenſi*.

O*Nnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit*, Rogerus *de* Montebegonis *ſalutem. Noverit univerſitas, me divine pietatis intuitu, dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti carta confirmaſſe, Deo & beatæ* Mariæ Magdalenæ *de* **Bretton**, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, totam foreſtam de* **Holecumbe**, *& paſturam infra diviſas ſubſcriptas; videlicet quantum foreſta mea ſe extendit verſus* Querendonam, *in longitudine & latitudine, & aſcendendo per diviſas foreſtæ meæ uſque ad* **Langſchahehevet**, *& inde ex tranſverſo, ſicut ſemita dividit, uſque in* **Holcumbehevet**; *ex tranſverſo uſque ad* **Arkilleſhou**, *& inde per medium* **Arkilleſhou**, *uſque ad* **Pilegrimeſcroſſchahe**; *& inde deſcendendo uſque ad viam quæ ducit per medium* **Titleſhou**, *ſequendo prædictam viam, uſque ad* **Caldewelle**, *ſequendo* **Caldewelleſic** *uſque in aquam de* **Prewell**; *ac inde deſcendendo uſque ad* **Titleſhoubroc**, *& aſcendendo per* **Titleſhoubroc**, *uſque ad viam quæ ducit per medium* **Titleſhou** *& inde verſus occidentem, ſequendo ſemitam, quæ dicitur ſemita latronum, uſque ad* **Salterbrigge**; *& de* **Salterbrigge**, *uſque ad viam de* **Oskelleie**. *Et ſciendum eſt quod prædicti monachi habebunt de boſco, inter* **Holcumbe** *&* **Titleſhougate** *ſufficientiam ad ædificandum & ardendum paſtoribus ſuis, & ad rationabilem ſuſtentationem averiorum ſuorum in yeme. Præterea dedi eis tres acras de prato ſub* **Arkillohou**, *juxta* **Pilegrimeſcroſſchahe**, *& ſingulis annis ſepes facere eis licebit circa illud pratum, & circa pratum ſuum apud* **Haverleies**, *prout voluerint. Præterea licebit eis habere ædificia ſua, ubi* Henricus Lunggeiambe *manſit, vel alibi verſus* Querendonam *ubi voluerint. Licebit etiam eiſdem illam terram excolere ad victualia paſtorum ſuorum, circa domum in qua idem* Henricus *manſit, & communicare ubique cum hominibus de* **Totingtune**, *ſalva eis tamen communa quam antiquitus habere ſolebant. Hanc autem prædictam paſturam, cum prato prædicto (ſicut ſupra ſcriptum eſt) dedi & conceſſi* Ibid.

conceſſi prædictis monachis, in puram & perpetuam elemoſinam pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum. Ita tamen quod nullus ballivus, ſeu ſerviens, ſeu foreſtarius meus, vel hæredum meorum, inquietabit vel moleſtabit homines vel paſtores eorum, in aliquibus rebus, nec in cibis, niſi ex mera liberalitate eis conferre voluerint. Salvâ quidem mihi venatione mea, & avibus meis quæ alias capiunt, infra prædictas diviſas. Quare volo, firmiterque præcipio, ut prænominati monachi habeant & teneant, & poſſideant prædictam elemoſinam liberè & quietè, pacificè & honorificè ſicut aliqua elemoſina melius & liberius poterit teneri. Et ego Ibid. Rogerus *& hæredes mei warentizabimus prædictis monachis elemoſinam prænominatam, contra omnes homines imperpetuum. Hiis teſtibus,* Eudone *de* **Lungvilers**, Willielmo *filio* Adæ, Gilleberto *de* **Notton**, Galfrido Britono, Johanne Delamara, Richardo Delamara, Richardo Blanchard, Ada *de* **Biri**, Rogero *de* **Midelton**, Henrico *perſona de* **Biri**, Roberto *de* **Hep**, Alexandro *coco*, Radulfo Haget, Johanne *de* **Peningeſtone**, Radulfo *de* Rupe, Hugone *de* **Heſtome**, Richardo *de* **Rameſbothom**, Richardo Crudere, Simone *clerico, & aliis.*

Carta Johannis Malherbe.

Ibid. Ego *Johannes Malherbe*, & *Matildis* ſponſa mea unanimiter concedimus eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de *Lunda* & monachis ibidem Deo famulantibus, liberè, ſolutè, & quiete quicquid *Adam* filius *Suani* eis conceſſit, donavit, & confirmavit. Scilicet, in boſco & plano, in molendinis, & aquis, omnino ſicut ipſemet *Adam*, eis melius, & liberius conceſſit, in univerſis quæ pertinent ad portionem meam ex hereditario jure junioris filiæ, quam legitimo mihi deſponſavi conjugio. Concedimus etiam prædictis monachis, & præſenti itidem carta confirmavimus, pro ſalute animæ ejuſdem *Adæ* filii *Suani*, & animæ meæ, & uxoris meæ, & anteceſſorum noſtrorum, partem noſtram de **Barletun**; videlicet, plenariam medietatem ipſius villæ, & quæcunque ad eam pertinent; eccleſiæ quoque de **Roreſtune** medietatem, quæ portioni meæ contingit, & ipſius uxoris meæ, in quantum ad nos pertinet, in liberam & puram, & perpetuam elemoſinam. Hujus rei teſtes ſunt, *Richardus* capellanus, *Ranulphus* de **Morles**, *Willielmus* de *Cambervilla*, *Gaufridus Gerner*, *Ranulfus Malerb. Willielmus* filius *Adæ*, (*&c.*)

Carta Adæ *filii* Swani *de Prioratu de* **Monkbretton** *ſubiciendo.*

Ibid. Domino *Eboracenſi* archiepiſcopo & omnibus fidelibus ſanctæ matris eccleſiæ *Adam* filius *Suani* ſalutem. Sciatis quod ego donavi eccleſiæ ſancti *Johannis* de **Pontefract** ad religionem locum illum S. *Mariæ Magdalenæ* de *Lunda*, quem ego fundavi in patrimonio meo ad opus monachorum qui ibidem Deo regulariter ſervient, pro animabus patris & matris meæ & pro ſalute mea & ſucceſſorum meorum. Propter hoc beneficium conceſſum eſt mihi annale pro me fieri in matrice ſua eccleſia de *Karitate*; & in domo ſua de **Pontefract** unum annale, & ſingulis annis ibidem anniverſarium meum, & in omnibus locis ſuis ubi ordo tenetur, Tercennarium, In aliis verò quantum pro uno monacho *Cluniacenſi*. *Adam* verò Prior ejuſdem loci adquiſitor & primus fundator cum à **Pontefract** diſceſſerit, in eodem loco de *Lunda* manebit quamdiu vixerit cuſtos & Prior domus. Poſt cujus deceſſum Prior de **Pontefract** & monachi ejuſdem loci conſilio meo & hæredum meorum alios qui idonei ſint in loco ejus ſubſtituent. Et ſi fortè aliquis frater de **Pontefract** pro negotio domus ſuæ in loco competenti ad me venerit, ſi honeſtè fieri poterit, cibis quibus veſcor & ipſe mecum veſcetur. Hujus rei gratia unoquoque anno marcam unam argenti à domo illa de *Lunda* eccleſiæ ſancti *Johannis* de **Pontefract** conſtitui debere perſolvi ad recognitionem. Hujus conventionis teſtes ſunt, *Osbertus* archidiaconus, *Radulfus* dapifer, *Ernaldus* & *Robertus* capellani, *Thomas* dapifer monachorum. *Rogerus* archiepiſcopus *Eboracenſis* confirmat hanc conceſſionem.

Primordiale decretum *Urbani* Papæ pro confirmatione primæ fundationis.

Urbanus *epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Priori & monachis eccleſiæ ſanctæ* Mariæ Magdalenæ *de* Lunda *tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis I N. M. Cum ſimus ad regimen univerſalis eccleſiæ, licet immeriti, providentia ſupernæ diſpoſitionis aſſumpti, ſi quando poſtulantur à nobis quæ ad eccleſiarum tuitionem pertineant, petentium deſideriis clementer nos convenit condeſcendere & eorum vota effectu complere. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatam eccleſiam ſanctæ* Mariæ Magdalenæ *de* Lunda, *in qua divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum & beati* Benedicti *regulam in eccleſia veſtra dinoſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona eadem eccleſia impreſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione* Regum *aut* Principum, *oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfata eccleſia ſita eſt cum pertinentiis ſuis. Ex donatione* Adæ *filii* Swani, **Bretton** *cum omnibus pertinentiis ſuis, & molendina de* Derna *&* Lundam *patris ſui &* Karletonam *cum pertinentiis ſuis; eccleſiam de* **Roriſton** *cum pertinentiis ſuis &* **Neuhale**, *&* Ramebergam, *&* **Luntheweit**, *& quantum habebat in* **Bramton**, *& molendinum de* **Neuhale** *& omnia quæ ad præfatas terras pertinent. Et in* **Halethun** *dimidiam carucatam terræ, & molendinum de* **Chitmkiſhalyc**, *& duodecim denarios in* **Wdehuſum**. *Ex donatione* Roberti *de* **Stapleton** *terram de* Chudewrda. *Ex donatione* Adæ *de* **Flynthil** *quatuor acras terræ in eadem villa. Ex donatione* Swani *de* **Derfeld** *octo acras* Ibid.

terræ in Erdleſteia. *Ex donatione* Henrici *filii* Swani *octo ſolidos de dimidia carucata terræ in* **Wrangbrock**. *Ex donatione nobilis viri* W. *de* Neſvilla *&* Amabilis *uxoris ſuæ molendinum de* **Langedenegale**. *Liceat quoque vobis clericos vel laicos è ſeculo fugientes liberos & abſolutos ad converſionem recipere, & eos ſine contradictione aliqua retinere.*

Prohibemus inſuper ne alicui fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem fas ſit de eodem loco ſine Prioris ſui licentia, niſi artioris religionis optentu diſcedere, diſcedentem verò abſque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Sane novalium veſtrorum quæ propriis manibus vel ſumptibus colitis ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Libertates etiam & immunitates ab eccleſiaſticis ſecularibuſve perſonis vobis, eccleſiæ veſtræ, aut hominibus veſtris rationabiliter indultas, & conſuetudines quoque rationabiles in eccleſia veſtra hactenus obſervatas ratas habemus, eaſque futuris temporibus illibatas permanere ſancimus (&c.) *Datum———per manum* Alberti *ſanctæ Romanæ eccleſiæ preſbiteri Cardinalis v. kal. Junii, indictione quarta, incarnationis dominice MClxxxvj. pontificatus verò domini* Urbani *Papæ iij. anno primo.*

THETFORDENSIS

Prioratus in agro Norfolcienſi,

* *fundatus anno MCiij.*

* Annales *Norwic* in bibl. *Cotton.*

Carta Rogeri Bigot *de fundatione ejuſdem Prioratus.*

Inter collectanea *Jac. Strangeman* in bibl. *Cotton.* ſub effigie *Vitellii* F. 4.

EGO *Rogerus Bygot* concilio domini mei *Henrici* illuſtris regis, & uxoris ejus *Matildis* reginæ, & domini *Herberti* epiſcopi, & uxoris meæ *Adeliciæ*, & hominum meorum, pro communi ſalute, & remedio animarum noſtrarum & pro anima domini *Willielmi* regis ſenioris, & uxoris ſuæ *Matildis* reginæ, & filii eorum *Willielmi* regis; necnon pro ſalute aliorum liberorum ſuorum, dono domino Deo, & beatæ *Mariæ* ſemper virgini, beatis apoſtolis *Petro* & *Paulo* & eccleſiæ *Cluniacenſi*, eccleſiam quam apud *Thetfordenſem* villam in honore ejuſdem beatiſſimæ ſemper virginis *Mariæ* conſtruere & edificare cœpi, cum omnibus quæ ad eandem eccleſiam pertinent quæ *Osbertus* eidem contulit, & quæ tenuit tempore regis *Edwardi*, & cum omnibus quæ ego & hæredes mei inpræſentiarum donavimus, & que in poſterum donaturi ſunt hæredes & ſucceſſores noſtri. Ego itaque *Rogerus Bygot* dono inprimis, & reddo meipſum & uxorem meam *Adelyciam* & omnes liberos meos &c. Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Thetford** ſicut fratres, & benefactores & advocatores ſepeliendos in fine. Quare confirmo dictæ eccleſiæ totam terram quam *Alwi* tenet in **Thetford**, ſicut eam à domino rege *Willielmo* ſeniori habui. His teſtibus domino *Hereberto* epiſcopo, & *Gundulpho* epiſcopo, & *Roberto Bloet* epiſcopo, *Aluredo* archidiacono, & *Gaufrido* archidiacono, *Rotoldo* comitis filio, *Ranulpoo* cancellario, & *Eudone* dapifero, *Willielmo Malet*, *Euſtachio* de **Brettevill**, & aliis, dum rex moram fecit apud *Thetfordiam*, ubi & hoc ✠ Signum Sanctæ crucis, & ſigillum ſuum in teſtimonium appoſuit.

Carta Willielmi Bigot.

Ibid.

SCiant præſentes, & poſteri, *Franci* & *Angli*, & omnes fideles Chriſtiani, quod ego *Willielmus Bigot* dapifer regis *Anglorum*, pro remedio animarum patris mei *Rogerii Bigoti*, & matris meæ *Adelidis*, & pro ſalute mea, & fratris mei *Hugonis*, & ſororum mearum, & omnium parentum meorum, vivorum, & defunctorum; necnon pro ſalute domini mei *Henrici* regis, & ſtatu & quiete regni ſui, concedo & præſenti carta mea confirmo Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ Thedfordenſis*, & monachis *Cluniaeenſibus* in ea Deo ſervientibus, in liberam, & perpetuam elemoſinam, quicquid pater meus *Rogerus Bigotus*, & homines ſui, & mei, pro ſalute animarum ſuarum eidem eccleſiæ donaverunt; eccleſias videlicet, & decimas, & terras, & redditus, & alia beneficia, ſicut carta ejuſdem patris mei *Rogerii Bigoti* eis teſtatur. De dono itaque ipſius, ipſam eccleſiam beatæ *Mariæ*, in qua ipſi monachi primitus manſerunt, cum omnibus quæ ad eam pertinent, quæ *Osbertus* ibi dedit, & tenuit tempore regis *Edwardi*; & terram quam *Ailwi* tenuit in *Tetfordia*, cum molendinis, & pratis, & paſturis, & omnibus rebus quæ pertinent ad eadem, ſicut pater meus *Rogerus Bigotus*, à rege *Willielmo* ſeniore ipſam habuit; & manerium **Snareſhelle**, cum advocationibus pertinentibus. Et ſepulturam corporis mei, & hominum meorum in finem; ſicut in carta patris mei continetur; ſimiliter & omnes eccleſias & decimas de maneriis meis, cum citius deliberatæ fuerint; videlizet eccleſiam de *Bradelia*; eccleſiam de *Offintona*, eccleſiam de *Ovitona*, eccleſiam de **Stanham**, eccleſiam de **Saham**; eccleſiam de utraque **Framingeham**, majori & minori; eccleſiam de **Keleſhall**; eccleſiam de **Loppam**, eccleſiam de **Corneſethe**; eccleſiam de——————eccleſiam de *Hagenewrda*; eccleſiam de *Suthſtheda*; eccleſiam de *Methona*; eccleſiam de *Suthfelda*, & omnes alias eccleſias meas, cum terris, & decimis & omnibus earum pertinentiis cum citius, ut prædictum eſt, deliberatæ fuerint & unde————————& præſentationis meæ. Interim autem donec prædictæ eccleſiæ eis deliberentur, prædicti monachi habebunt duas partes decimarum de dominiis horum maneriorum meorum, ſicut pater meus eis conceſſit, & eos exinde inveſtivit, videlicet de *Bradeleia*, de *Offintona*, de *Nutheleia*, de **Saham**, de **Keleſhale**, de minori **Framingham**, de *Haella*, & de *Hagenewrda*, & garnerium de **Keverham**, cum tota terra ſua, & viginti libratas terræ quas eis aſſignavero, quam cito potero, in eſcambium pro manerio de **Chipeham** quod tradidit eis pater meus, pro centum libris quas habebat, & commodaverat deſuper; & viginti millia allecium in *ſocha* de **Beſleſhale**, & quinque milia anguillarum in **Weiles**, & unam piſcariam quæ vocatur **Rawerre**, & quandam terrulam quam tenuit pater meus in *Riſewrda*, de abbatia *Elienſi*, & totam terram, & tenementum, quod fuit *Herfaſti* epiſcopi, & filii ejus *Richardi* in **Tetford**, infra burgum, & extra, in pratis, & paſturis, in aquis, & molendinis, in ſtagnis, & piſcariis, & in omnibus rebus. Et totam terram de **Fauconafield**, cum *ſocha* & *ſacha*, & **thol**, & **them**, & **infangenethef**, & omnibus aliis libertatibus. Et totam terram ſimiliter de **Sileham**, cum omnibus quæ ad eandem terram pertinent, ſicut *Herbertus* capellanus meliùs, & liberiùs, & honorificentius eam unquam tenuit de dono *Herberti Norwicenſis* epiſcopi qui eam patri meo ſcambiavit, ſicut carta ejuſdem epiſcopi teſtatur; Et quartam partem de **Chikeringes**, & terram quam tenet *Egga* in **Denneham**, & terram *Aſcelini* de **Deiſham**, cum omnibus quæ ad eam pertinent; & eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus rebus, quæ ad eam pertinent. Et viginti quinque ſolidatas terræ in **Minſemere**, & decem ſolidatas terræ in **Langwade**, & *Eddricum* de **Thorp**, cum tota terra ſua, & hominibus quos habebat in **Thorp**, & in **Dunewic**, vel ubicunque; Et totam terram, & homines & omnes quos *Archelinus* tenuit, in **Thaſeburche**, & eccleſiam de **Thaſeburche**, cum terris & decimis, & omnibus rebus quæ ad eam pertinent. Et terram quam tenuit *Vlf* presbiter, cum hominibus, & omnibus rebus quæ ad eam pertinent, & *Vlmerum* de **Thaſeburche**, cum tota terra ſua, & duos homines in *Stratona*. Hæc omnia ego, & pater meus donavimus & conceſſimus.

Præterea concedo eis, & confirmo duas partes decimationum, quas homines ſui, & mei, eidem eccleſiæ donaverunt de dominicis eorum, & de omnibus rebus unde decima datur, & alios redditus, pro ſalute animarum ſuarum, ſicut carta patris mei, & mea teſtatur, in quibus & nomina eorum, & donationes, ſubnotantur & confirmantur; *Willielmus Bigotus* itaque donavit duas partes decimationum de dominio ſuo de **Finchinkefeld**, & totum jus quod habuit in eccleſia ejuſdem villæ, *Robertus Camerarius* ſimiliter duas partes decimarum ſuarum de **Hinchinges**, *Radulfus* filius *Normanni* ſimiliter duas partes decimarum ſuarum de **Peſthale**, *Giraldus* de *Senci* ſimiliter duas partes decimarum ſuarum de **Elingeham**, *Ethardus* de *Vallibus*, ſimiliter duas partes decimarum ſuarum de **Keſewic**, *Robertus* de *Boſco* ſimiliter duas partes decimarum ſuarum de *Sterſtona*, *Robertus* de *Vallibus* ſimiliter omnes eccleſias & decimas de terra ſua; videlicet de *Pantheneia*, de *Terſtona*, & de *Turtona*, & de **Chedeſtan**, & de **Wenham**, & de *Rhamdona*, & de **Belcham**, & de omnibus rebus in quibus eum Deus creſcere fecerit, & ſedem cujuſdam molendini ad vadum holmi; & alnetum, quod ſubjacet, & ſeipſum, ſicut & cuncti homines mei, reddit ſepeliendum ad finem ſuum apud *Tetfordiam*. cum tota parte ſui cenſus. *Hugo* de **Hosdene**, & uxor ejus *Matildis* eccleſiam de *Offetona*, cum terra, & decima, quæ pertinet ad eam, & triginta acras terræ de dominio ſuo, & totam decimam ſuam de *Weſtona*, de omnibus rebus, & etiam de molendino. Et viginti ſolidatas terræ in *Daneſeia*, de maritagio prædictæ *Matildis*, & decimam de **Cotheham** de omnibus rebus quæ decimari poſſunt; *Willielmus* de *Burnovilla* & uxor ejus *Aliva* eccleſiam & decimam de **Kingeſhale**, & de **Welham**, & decimam de *Colenteia*, & decimam de *Nethleſteda*, & terram in **Sumereſham**, cum parte eccleſiæ. *Ranulfus* filius *Walteri*, concedente uxore ſua *Matilda*, eccleſiam ſancti *Egidii* de *Wadetona*, cum terris, & decimis, & omnibus pertinentiis ſuis, & nominatim manſuram terræ, cum domibus quas tenuit *Ernaldus* presbiter, & ſexaginta acras terræ de dominio ſuo, & nemus quod vocatur **Cilewardeſhage**. *Herbertus* de **Cravetu** cum octo ſolidatas terræ in *Lethona*, & duas partes decimarum ſuarum de *Greſthuna*, *Rogerus Buleun* ſimiliter duas partes decimarum ſuarum de *Ontona*. *Ivo Verdunenſis* ſimiliter duas partes decimarum ſuarum de *Mulethona*. *Radulfus* filius *Hugonis* terram ſuam de *Creio*. *Edwardus* duas partes decimarum ſuarum de **Wellis**, & **Withorp**. *Willielmus* de **Curcun** duas partes decimarum ſuarum de *Wodethona*, & de **Horecroft**, & terram ſuam quam habet in *Newetona*, quæ fuit *Acelini*——& decimam ſuam de *Terſtona*. *Ranulfus* decimam ſuam de *Wica*, & de *Bentia*. *Richardus* de *Cadomo* terram ſuam de **Brokedis**, & ſilvam ad pinguedinem viginti porcorum; & duas partes decimarum ſuarum de *Nerthona*, & quicquid juris habuit in eccleſia de **Sibeham**. *Hubertus* de *Monte Caniſio*, duas partes decimarum ſuarum de **Belcham**. *Berengarius* de **Sap** duas partes decimarum ſuarum de *Brainthona*. *Rogerus* de *Enfreus* duas partes decimarum de *Tenthona*. *Radulfus Paſſelewe* duas menſuras de frumento annuatim, & ſexaginta ſolidos in morte ſua. *Walterus* de *Smalaberga* ——— *Reinaldus* dapifer iij. menſuras de frumento. *Robertus* de **Caiili** quinque ſolidos annuatim, & medietatem omnium rerum ſuarum in fine ſuo. *Fulco Savinienſis* decem ſolidos; *Robertus* de **Bram**, duas menſuras de frumento. *Bernardus* de **Berneham** iij. millia allecium; *Baldewinus* filius *Widonis* iij. menſuras de frumento, & tres menſuras de braſio; *Willielmus Aplegart* j. menſuram de frumento. *Willielmus* de *Boſco* duas menſuras de frumento, à ——— *Rinaldi* dapiferi unum miliarium allecium. *Briſtricus* de **Longelond** unum miliarium allecium, *Robertus* de **Kekelund** unam menſuram de frumento; & unum miliarium allecium. *Briſmere* de *Tornaia* iij. menſuras de frumento. *Radulfus* filius *Herlewini* duas menſuras terræ, & (i.) meth. de braſio & alterum de piſis. Et ut hæc omnia rata ſint, & fideliter confirmata prænominatæ eccleſiæ, & prædictis monachis meis Deo ſervientibus, ſigillum meum huic cartæ meæ appoſui. Hiis teſtibus, *Willielmo Maleth*, *Willielmo Bigoto*, *Humfrido Bigoto*, *Roberto* de *Vallibus*, *Ranulfo* filio *Walteri*, *Ethardo* de *Vallibus*, *Richardo* de——*mo*, *Roberto* de *Boſco*, *Ivone* de **Verdun**, & multis aliis de hominibus meis.

Carta regis Henrici *primi.*

Ibid.

H. Dei gratia, rex *Angliæ*, omnibus baronibus, & fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ*, ſalutem. Sciatis omnes, me conceſſiſſe Deo, & ſancto *Petro* de *Cluniaco*, & ſanctæ *Mariæ* de **Thedford** quicquid *Rogerus Bigotus* ei dedit, & quicquid in antea ipſi eccleſiæ de **Tedford** meo concilio daturus eſt; ſcilicet, in terris & decimis, & conſuetudinibus, & omnibus aliis rebus. Et volo, & præcipio ut ita bene, & quietè, & honorificè, ipſa eccleſia de **Tedfort** & monachi ibi Deo ſervientes omnia ſua teneant ſicut melius, & quietius, & honorabiliùs ulla eccleſia & monachi de *Cluniaco* ſua tenent alicubi in meo regno. Teſtibus, *Roberto Bloiet* epiſcopo **Lincolniæ**, & *Rogero* epiſcopo *Saliſbirienſi*, & *Waltero* cancellario, & *Hammone* dapifero, & *Roberto Mallet* camerario, *Urſone* de **Abetot**, & *Willielmo* de *Torneio*, & *Willielmo Reinis*, & *Willielmo* de *Magnavilla* apud **Rameſei**, in tranſitu regis, in proxima die ante feſtum ſancti *Valentini* martiris.

In dorſo.

Carta prima Henrici *regis de terris & omnibus aliis rebus.*

Carta Roberti *de* **Reinis**.

Ibid.

NOverint præſentes, & futuri quod ego *Robertus* de **Reinis** conceſſi, & dedi & ſigillo meo confirmavi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Tedford**, & monachis ibi Deo ſervientibus, eccleſiam de *Minori*-**Briſeth**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & duodecim acras terræ de dominio meo, quæ jacent inter ipſam eccleſiam & **Offeton**, in liberam, & perpetuam elemoſinam, pro ſalute anime meæ, & omnium parentum meorum. Monachi vero conceſſerunt mihi, & heredibus meis fraternitatem, & orationes eccleſie ſue in perpetuum. Teſtibus, *Gaufrido* filio *Herberti*, *Willielmo* de **Ambli**, *Jordano* de *Briſſeta*, *Adri* capellano, *Willielmo* de **Summereſſam**, *Erneſio* de **Chacheham**, & aliis.

Carta Theobaldi *de* Scalariis.

Ibid.

SCiant præſentes, & futuri quod ego *Theobaldus* de *Scalariis* concedo & ratas habeo, donationes quas *Robertus* de *Scalariis* pater meus fecit Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & eccleſiæ de **Thedford**, & Priori, & monachis ibi Deo ſervientibus; videlicet eccleſiam de **Dulingham**, cum omnibus ad eam pertinentibus, & ſimiliter **Edwy**, cum tota terra ſua, & quater viginti acras terræ cum libera falda de dominio ſuo, quæ prædicti Prior & monachi emerunt à prædicto patre meo (*&c.*) Teſt. *Willielmo Elyenſi* archidiacono, *Henrico* de *Scalariis*, *Thoma* de **Dulingham**, *Gaufrido* de *Scalariis*, *Roberto* de *Valoniis*, *Baldewino* de *Scalariis*, (*&c.*)

Carta Rogeri *de* Monte-Begonis.

Ex regiſt. cart. abbat. de *Coker-ſand.*

NOtum ſit omnibus hoc preſens ſcriptum viſuris vel audituris; quod ego *Rogerius* de *Monte-Begonis*, pro ſalute animæ meæ et pro animab. patris & matris meæ & omnium parentum & ſucceſſorum meorum, conceſſi & donavi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & monachis de *Cluniaco* qui ſunt apud **Teford**, & obtuli ſuper altare inſulam quæ eſt juxta maram de **Croxton**, cum ſilvis, & pratis, & terris, & piſcariis, quas ibidem habui. Et eccleſiam de **Suſtorp**, & de **Nortorp** & omnes eccleſias, & capellas de feodo meo. Et terram quæ vocatur * **Tarlton**, & *Litelbola*, cum hominibus & omnibus quæ ad eos pertinent, & ſylvam quæ vocatur *Caiuueda*, & omnes pelles agnorum, & caprorum de maneriis meis. Et habeant licentiam piſcandi in omnibus piſcariis meis ad opus ſuum. Hæc omnia dedi in liberam & perpetuam elemoſinam, ita quod nec ego, nec heredes mei aliquid accipiemus ab eis præter orationes, ſed omnia hæc teneantur in firma pace mea & heredum meorum.

* In com. Lanc.

Carta Prioris de **Teford**, de **Holmes** *in* **Tarlton** *in parochia de* **Croſton** *in comitatu* Lancaſtriæ,

NOs frater *W.* Prior, & conventus ſanctæ *Mariæ* de **Teford** dedimus & quietum clamavimus dilectis dominis & amicis noſtris in Chriſto *R.* abbati & conventui de **Cokerſand** totum jus noſtrum quod habuimus in **Holmes** juxta maram de * **Tarlton** cum omnibus pertinentiis ſuis (*&c.*)

* Vulgo Morton-mere.

Carta regis Henrici *ſecundi donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cartæ antiq. GG. num. 2.

Vide Pat. 20. H. 6. part. 3. memb. 34.

HEnricus rex *Angliæ* & dux *Normaniæ*, & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de *Theodforda* omnes antiquas tenuras ſuas ſicut rex *Henricus* avus meus illas eis conceſſit & per cartam ſuam confirmavit, & quicquid eis rationabiliter datum eſt vel donabitur in regno meo; videlicet eccleſias & terras & decimas & homines & piſcarias & nemora & prata & molendina & omnia alia beneficia; & nominatim totam terram quæ fuit *Alwi* quam *Rogerus Bigod* tenuit in qua ſitum eſt monaſterium ſanctæ *Mariæ* novum, & totam terram quam comprehenderunt ad ortum ſuum & virgultum. Et de tota terra ſua extra burgum de *Theodforda* de qua non ſcottaverunt tempore *Rogeri Bigod*, & *Radulphi* de *Belfago*, quæ fuit *Alwi*, & quæ eſt in *Fagertonesfelda*; vel de aliqua terra quæ eſt circa *Theodfordam*, prohibeo ne ſcottent. Et molendina quæ habent apud *Theodfordam*; videlicet molendinum de **Doveſtros**, & molendinum quod vocatur *Parvum*. Et quinque ſolidos & quatuor denarios in *Brendemulna*; & molendinum quod fuit epiſcopi; & molendinum & terram & pratum quod eſt juxta caſtellum. & **Snareſhell**, cum omnibus rebus quæ ad eam pertinent. Et in *Culumdeſtuna* terram quam tenuit *Euſtachius* preſbiter; & terram in **Briteham** quam tenuit *Avicia* filia *Willielmi* de *Burnevilla*. Et **Siliham** cum eccleſia & omnibus quæ ad eam pertinent, & quartam partem de **Chikeringis**. Et terram quam tenuit *Ega* de monachis in **Deneham**. Et viginti ſolidos de molendino de **Soteſtoꝛd**. Et terram *Aſcelli* capellani de **Dereham**, cum eccleſia & omnibus rebus quæ ad eam pertinent. Et quindecem ſolidatos terræ in *Mineſmera*. Et decem ſolidatos terræ in *Langnada*. Decimam de *Kereſhala*. Decimam de *Bradleia*; decimam de *Offitona*. Eccleſiam & decimam de **Bꝛom**. Eccleſiam & decimam de **Framingham** minori. Eccleſiam & decimam de *Canedona*. Terram *Edrici* de **Thoꝛp** cum hominibus quos habebat in **Thoꝛp**, & in *Donewico*, & ubicunque habebat terram homines. Eccleſiam de **Thasberge** cum terra & decima quæ ad eam pertinent, & terram quam habuit *Vlf* presbiter, cum hominibus & omnibus rebus quæ ad eam pertinent. Duos homines in *Stratona*. Terram & homines & omnes res quas *Acelinus* tenuit in **Thaſeburg**; & quatuor homines in *Newtona* cum terris ſuis quas *Hurlewinus* de *Panewurda* eis dedit; decimam de *Panewurda* cum uno homine, & quatuor ſticcas anguillarum in eadem villa. Et *Vlmerum* de **Thaſeburg** cum terra ſua. Terram & homines in **Hulme** quam dedit eis & vendidit *Erabaldus* de *Waketona* per conceſſum dominæ ſuæ *Gunnoræ*, & decimam ipſius *Erabaldi* de *Waketona*. Eccleſiam & decimam de *Haella*. Eccleſiam & decimam de *Hagenewurda*. Eccleſiam & decimam de **Suſted**, decimam de *Florendona*, decimam de *Moletona*, decimam de **Teſton**, *Roberti* de *Boſco*. Terram de **Berkedis**. Eccleſiam de **Wadeton** cum terris & decimis & domib. & nemoribus quas tenuit *Ernaldus* presbiter, & de dominio ſuo ſexaginta acras terræ & nemus quod vocatur **Hilwardeſhage**. Et **Glamham**, & **Stretfoꝛd** ex dono *Randulfi* filii *Walteri*, & *Matildis* uxoris ſuæ. Decimam *Rogeri Bulæunonetona*. Ex dono *Herberti* de **Craneton** octo ſolidos terræ & decimam de *Greſtona*, decimam *Willielmi* filii *Offordi*, decimam *Warnerii* de *Totintona*, decimam *Lamberti* de *Sciref orda*, decimam *Radulfi* de *Freduna*, decimam *Alwrici Karleſune*, & unum ſokemanum in *Bocheneia* cum terra ſua; & tres homines in **Elingham** cum tota terra ſua. Decimam de **Perneho**. Decimam de *Jokeforda*. Decimam de **Pellis**, & de **Biſcoꝛp**. Eccleſiam ſancti *Petri* de *Reiduna* cum omnibus rebus quæ ad eam pertinent in qua ſint monachi de **Theodfoꝛd**, & capellam ſanctæ *Margaretæ* de **Ruſſemere**. Eccleſiam de **Serepeham**. Eccleſiam de *Eſtuna*, & unum hominem, & mariſcum de **Bꝛuges**. Ex dono *Germ.* eccleſiam ſancti *Petri* de *Horkeleia* in qua ſint monachi de *Theodforda*. Ex dono *Roberti* filii *Godeboldi* ——— cum eccleſia de *Wiſetona* & cum eccleſia de *Bocſteda*, & cum eccleſia de **Ewildeſham**, cum terris & decimis & omnib. rebus ad eaſdem eccleſias pertinentibus; Et eccleſiam de *Offetona* cum terra & decima quæ ad eam pertinent, & triginta acras terræ. Ex dono *Huger.* de **Hoſdene** totam decimam de *Weſtona* de omnibus reb. & de molendino, & viginti ſolidos terræ in **Daueſy**. Ex dono *Matildis* de **Hoſdene**, decimam de **Toteham**, eccleſiam & decimam de **Ringeſhel**, & de **Beleham**, & decimam de **Colenele**, & terram in **Sumereſham** cum parte eccleſiæ. Ex dono *Willielmi* de *Burnevilla* decimam de **Netleſtede**, eccleſiam & decimam de *Nutelea*, decimam de *Finchingefelda*, eccleſiam de *Ovitona* cum terris & decimis & omnibus rebus ad eas pertinentibus. Ex dono *Roberti* de **Vaus** eccleſias de *Pameneia*, de *Terſtuna*, de *Tortona*, de *Chedeſtona*, de **Wenham**, de **Beltham**, & ſedem unius molendini ad vadum **Holm** & alnetum quod ſubjacet. Ex dono *Willielmi* de **Curcun**, decimam de *Weditona* & de *Oxecrofta*, & terram in *Newtona*, quæ fuit *Aſſcelini*. Ex dono *Gilberti* capellam de **Remeſtoꝛp** cum terra & tota decima ſua & triginta acris terræ in *Florendona*, & decimam *Alelmi* de *Terſtona*. Decimam *Ranulfi* de *Wica* & de **Banham**. Decimam *Albredi* de **Banham**. Eccleſiam de **Joppham** cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Huberti* de *Montecaneſio* decimam de **Saham** & unum hominem in *Muthfelda* qui reddit decem ſolidos, & **Blatſone** de **Strubelim** cum terra ſua. Decimam *Lamberti* de **Stanham** & decimam de *Newtona*. Eccleſiam de **Dullingeham** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et *Ed*——— qui ſedet juxta **Cumertin** cum tota terra ſua, & decimam *Rann*—— de **Dulingeham**, & *Radulfi* filii *Malfredi*. Decimam *Galfridi* de *Ditona*, & decimam *Surulfi* de **Wilburgham**, & decimam de terra ſua de *Saxtona*, & decimam de terra ſua de *Caneleia*, & dimidiam partem decimæ quam habet in *Silureſleia*, & decimam *Galfridi* de *Quoie*, & decem ſolidos terræ in *Freetona*, & terram quam *Richardus* filius *Oſberti* & *Adelicia* uxor ſua, & *Hugo* filius ſuus dederunt in *Ditona*, & decimam *Roberti* de *Bertona*. Eccleſiam de *Tirevilla* cum pertinentiis ſuis. Decimam de **Twitras** & terram quondam in *Roburna* quam tenuit *Willielmus* capellanus. Decimam *Gilberti* filii *Bernardi* de *Wauretona* & tria millenaria anguillarum de *Henrico* de *Ria* in *Tinſwera*, & molendinum de **Deopham** & unum hominem cum terra ſua. De *Alfelmo* dimidium millenarium anguillarum in *Brichebera*. De *Hucha* dimidium millenarium anguillarum in **Salteſlade**. De **Ewimunde** dimidium millenarium anguillarum in *Bachellio*. De *Gotlando* dimidium millenarium anguillarum in **Lode**. De *Burcardo* de **Montemoretet** duo mill. anguill. cum——— De *B. ſcel.* de **Help** j. millenarium anguillarum. De *Rogero Bigod* quinque millenaria anguillarum in **Welle**. De **Denham**-*Herlewini* quatuor ſticas. De *Wolmaro* unum millenarium. De *Gotlando Longuo*, tres ſticcas anguillarum. Et dono *Murield* de *Montecanſio*, conceſſu *Rogeri* fratris ſui, terram de *Rixewrda*. Ex dono *Gunnoræ* matris *Henrici* de * *Exeſſa* terram de **Bꝛom**, & eccleſiam de minori-**Framingeham** cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi* comitis de *Warenha* nemus quod vocatur **Haſelitoꝛ** in minori **Raſing** cum terra tota quæ ad illud pertinet. Ex dono *Willielmi* filii *Eadmundi*, eccleſiam de minori **Bꝛiſſet** cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum duodecim acris terræ de dominio ejuſdem villæ. Et dono *Roberti* de *Vallibus* decem ſolidos in **Turſton**. Quare volo & firmiter precipio quod monachi prædicti habeant & teneant in perpetuam elemoſinam hæc omnia prædicta cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in vivariis & piſcariis, in viis & ſemitis, infra burgum & extra, & in omnibus locis, & in

* *Eſſexa.*

omnibus rebus, cum *ſocca* & *ſacca*, & **thol** & **them** & **infangenetheof**, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & quietanciis ſuis, ita quieta de ſciris & hundredis, & placitis, & omnibus querelis & theoloneo, & ſcottis, & geldis, & danegeldis, & **Luſgull** & **warpene**, & de omnibus conſuetudinibus quæ ad me pertinent: ſicut fuerunt tempore Regis *H.* avi mei & ſicut cartæ noſtræ eis teſtantur: Et ita bene & in pace & liberè & quietè & honorificè ſicut cartæ prædictæ avi mei Regis *H.* & aliorum donatorum ſuorum eis teſtantur. Teſte *Nigello Helienſe* epiſcopo, & *R. Exonienſe*, & *Hillario Ciceſtrenſi* epiſcopis, *Thoma* cancellario, *H.* comite *Norfolciæ*, *Richardo* de **Humez** conſtabulario, *Manaſſero Biſet* dapifero, *W.* de **Caiſham**, *R.* de **Duneſtre**, *Joſcelino* de *Baillolo*, apud *Thetfordiam*.

[*Quod hujuſmodi Priorat. ſit indigena vide Pat. 50 E. 3. part. 1. memb.*——*Et Pat. 3. R. 2. part. 2. mem. 12.*]

MONTIS-ACUTI *Cœnobium in agro* Sumerſetenſi.

Lelandi collectan. vol. 1. p. 77.

Gulielmus, comes *Moritoniæ* in *Normannia* primus fundator; ſed, à tempore *Henrici* primi, Regis *Angliæ* fundatores.

Hoc monaſterium habet quatuor cellas, videlicet, **Carſwelle**, **Holme**, S. *Caroke*, **Mallepaſſe** in *Walliæ* finibus.

Unaquaque harum cellarum alit duos monachos.

Vide Vol. 2. pag. 909. Col. 2.

Lel. Itin. vol. 2. fol. 52.

I Redde in the boke of the antiquities of Gleſſenbyri, that this toun was caullid in the Saxons tyme Logaresburch. Sum thynke that ther was a gret caſtel and fortreſſe at this toune yn the Saxons tyme. Sum ſay that the counte of Moretone builded a caſtelle there ſone aftir the conqueſt; but that a caſtelle hath bene there, and that the counte of Moretone lay yn it, it is without doute. This county chaungid the old name and caullid it Montegue, bycauſe it ſtode on a ſharpe point of an hylle, and ſyns that name hath prevailid. This counte of Moreton began a Priory of blak Monks, a three or fower in nombre. under the roots of Montegue hille, enduing it mith three faier lordſhips, Montegue and Titenhul joyning to it; the third was Chriche a ten myles from Montegu, weſt ſouth-weſt.

The Count of Moreton toke part with Robert Curthoſe agayne King Henry the firſt, and aftir was toke, put in priſone and his landes attaintid; at which tyme the three lordſhipps gyven to Montegue Priorie were takyn away, and then were the Monks compellyd to begge for a certein ſeaſon. At the laſt King Henry the firſt, had pyte of them, and offerid them ther own landis agayn and more, ſo that they wold leve that place and go to Lamporte, wher at that tyme he entendyd to have made a notable Monaſterie, but the Monks intreatid him that they might kepe ther old houſe; and upon that he reſtorid them ther three Lordſhipps, tranſlatyng his minde of building an Abbay, from Lamporte to Reading. Then came one Reginaldus Cancellarius, ſo namyd, by lykely hode, of his offyce, a man of gret fame about King Henry the firſt, and he felle to religion, and was Prior of Montegue, and enlarged yt with buildings and poſſeſſions: and thus the Priorie encreaſing, and the hole Lordſhip of Montegue beyng in the Monks poſſeſſion, the notable caſtelle partely fell to ruine, and partely was takyn doune to make the Priory; ſo that many yeres ſynce no building of yt remaynid, only a Chapelle was ſette upon the very toppe of the Dungeon, and that yet ſtondith there.

Id eſt,

In antiquitatum *Glaſtonienſium* codice legi hanc villam *Saxonum* ævo **Logaresburch** fuiſſe nuncupatam. Quidam exiſtimant amplum in diebus illis hîc fuiſſe caſtellum & arcem. Quidam ferunt comitem *Moretonium* caſtellum ibi poſt conqueſtum [*Normannicum*] erexiſſe. Certo autem certius eſt, caſtellum ibi fuiſſe erectum, comitemque *Moretonium* ibi commoratum eſſe. Vetus nomen comes iſte mutavit, & **Montegue** nominavit, quòd ad acutum montis verticem ſtaret, quod quidem nomen poſtea duravit. Comes iſte *Moretonius* nigrorum monachorum, trium numero vel quatuor, Prioratum ſub montis illius radicibus incepit, tres amplos pagos, **Montegue** videlicet, & **Titenhul** eidem adjacentes ei in dotem dans: tertius erat **Chriche** decimo à **Montegue** lapide ad occidentem quà vergit ad auſtrum.

Comes *Moretonius*, *Roberti Curthoſe* contra *Henricum* Regem primum partes ſecutus eſt, ac poſtmodum captus, in carcerem fuit conjectus, terriſque mulctatus. Quo tempore tres illi Prioratui *Monteguenſi* donati adimebantur pagi: unde monachi ad tempus mendicare ſunt coacti. Tandem *Henr.* Rex primus eorum miſertus, terras ipſorum proprias eis iterum obtulit, ſed & plures, modò locū illum relinquentes *Lamportam* ſe conferrent, ubi tunc inſigne cœnobium fundare decreverat. Monachi verò illum obſecrarunt, ut veterem retineant domum: unde tres pagos ſuos eis reſtituit, ſuo de abbatiâ *Lamportæ* fundandâ propoſito in *Readingam* mutato. Tunc quidam venit *Regináldus Cancellarius*, ita, ut veriſimile eſt, à munere nominatus, apud *Henricum* Regem primum magni nominis vir, qui vitam ſuſcepit monaſticam, & Prior evaſit *Monteguenſis*, Prioratumq; ædificiis & poſſeſſionibus ampliavit. Prioratu verò hoc modo floreſcente, integroque pago *Monteguenſi* à monachis obtento, caſtellum illud inſigne partim cecidit, partim verò dirutum eſt Prioratus conſtruendi gratiâ; ita ut per multos annos jam elapſos nulla ædificiorum pars remanſerit, præter capellam in *Dungeonis* [*arcis* ſcil. *interioris*] vertice conſtitutam, quæ adhuc ſtat.

Lel. coll. vol. 3. p. 255.

Mons-acutus, britannicè **Brent Cnolle**, id eſt, *Ranarum mons* vel *collis*.

Mons-acutus ex re nomen ſumpſit. Cœnobium ibi fundavit comes *Moritonius* qui ſepultus eſt *Bermundeſeiæ*.

Ego

Pat. 1. H. 4. part. 5. m. 11. per Inſpex.

Vide etiam Pat. 15. E. 3. part. 1. mem. 5. Et Cart. 54. H. 3. mem. 10.

EGo *Henricus* Dei gracia Rex *Anglorum* *Johanni* epiſcopo, & *Aynlfo* vicecomiti, & omnibus fidelibus meis in regno meo *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me, pro ſalute animarum patris mei Regis *Willielmi* & matris meæ *Mathildis* Reginæ & aliorum anteceſſorum meorum, & pro ſalute & incolumitate mei ipſius, & ſtatu regni mei, dediſſe & conceſſiſſe in liberam puram & perpetuam elemoſinam confirmaſſe, Deo & S. Apoſtolis ejus *Petro* & *Paulo* de *Monte-acuto*, & monachis *Cluniacenſibus* ibidem Deo ſervientibus eccleſiam ſancti *Petri* juxta caſtellum *Montem-acutum*, & ipſum caſtellum, & capellam caſtelli cum omnibus appendiciis ſuis & cum pomeriis & vinea, & feriam de **Hamedone** per treſdecem dies duraturam, burgum de *Monte-acuto*, & mercatum cum thelonio, & manerium de **Wiſcopeſton** & molendinum & hundredum cum omnibus appendiciis ſuis; manerium etiam de **Tintenelle**, eccleſiam & molendinum & hundredum, cum omnibus appendiciis ſuis, & feriam ejuſdem villæ per treſdecem dies duraturam. Manerium etiam de **Criche**, eccleſiam, de *Hamma*, & *Ecene-berga*, & **Niſheid**, & hundredum cum omnibus appendiciis ſuis. Manerium **Cymme** & eccleſiam & hundredum de *Hunesberga* & **Wrchelay** cum omnibus appendiciis ſuis. Manerium etiam **Cloneſuurd**, & eccleſiam & molendinum & terras de **Melebiri**, cum appendiciis ſuis. Manerium etiam de **Modiford** & eccleſiam & molendinum & terram de **Athebare**, & **Humbre** cum appendiciis ſuis. Manerium etiam de **Legha** & **Friſeham** & eccleſiam & hundredum in **Deveneſtre** cum appendiciis ſuis, & **Thornham** & terras de **Wydecumbe** & **Forde** & **Denemoldeſham** cum appendiciis ſuis, & viginti ſolidatas terræ in **Gerſiche**, **Hunecroft** & **Lonerlay**, & eccleſiam de **Gerſiche** cum omnibus appendiciis ſuis, & terram quæ dicitur **Bareſfelde** & eccleſiam quæ dicitur **Gerlyngton** cum appendiciis ſuis, & eccleſiam de **Brimetune** cum omnibus quæ ad eam pertinent, & in *Cornubia* eccleſiam de **Altremine** & eccleſiam de **Hemnet** & eccleſiam de ſancto *Carentoco* & cum omnibus quæ ad eas pertinent tam in terris quam in decimis, & eccleſiam de **Lerky** cum omnibus quæ ad eam pertinent; & unam bereuuicam quæ vocatur **Pennard**, & duas partes decimarum de **Acford**; & decimam de **Cymme**; & medietatem decimarum de *Ciſel-berga*, de **Claford**, de **Nortune** juxta **Tanton**, & decimas dominii de **Merſeton**, & de **Heorcumbe**, de **Candel**, de **Thorp**, de **Cernell**, Item de **Cernel**, de tertio **Cernel**, de **Colre**, de **Hoc**, de *Cridilincota*, & duas partes decimarum de **Diruuneſton**, de **Pundinton**, & decimam de **Bykehull**, de **Lodre**, & duas partes decimarum dominii de *Cilterna* & liberorum hominum. Quare volo & concedo & regali auctoritate præcipio quod prædicta eccleſia ſanctorum *Petri* & *Pauli* de *Monte-acuto* & monachi ibidem Deo ſervientes habeant & inperpetuum teneant omnia prædicta maneria & manſiones ſuas & terras ſuas & redditus & eccleſias & decimas & ferias ſuas de **Hamedon** & **Tintenell** per treſdecem dies duraturas, & res & poſſeſſiones ſuas & homines ſuos ubicunque ſint bene & in pace, liberè & honorificè, quietè, de ſciris & hundredis, geldis & ſcottis, placitis, & querelis, ſcutagiis, & hidagiis, & danegeldis & aſſiſis, latrociniis, & murdris, paſſagiis, & theloniis & de turnio vicecomitum, & de communi miſericordia comitatus, & hundredi, & de opere caſtellorum, & poncium & parcorum, & ſummagiis, & collectis de **Warpeny** & **Averpeny**, de **hundredpeny** & **thethingpeni**, de **Werestoll**, & de **Forfeng**, & de omnibus quæ contingent facienda per *Angliam*: Et habeant *ſocam* & *ſacam*, **toll** & **them** & **infangentheof** & omnes alias libertates & liberas ubique conſuetudines & quietancias ſuas, in boſco & in plano, in pratis & paſcuis, in viis & ſemitis, in feriis & mercatis, in aquis & molendinis in ſtagnis & vivariis, & piſcariis, infra burgum & extra, & in omnibus locis, & in omnibus rebus, & hundreda ſua de *Monte-acuto*, de **Tintenell**, de *Hunneſberga*, & de *Cricha* & de *Legha* & **Friſeham** in **Devenſcire**, adeo libera, ſicut ego habeo mea hundreda in omnibus placitis aſſiſis & querelis. Hæc omnia ſupradicta dedi & conceſſi prædictæ eccleſiæ ſanctorum *Petri* & *Pauli* de *Monte-acuto*, & monachis *Cluniacenſibus* ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animarum patris mei *Willielmi* Regis, & matris meæ *Mathillidis* Reginæ, & aliorum anteceſſorum meorum, & pro ſalute & incolumitate mei ipſius & ſtatu regni mei, quia ipſi monachi, & maneria ſua, & manſiones, & terræ ſuæ, & redditus, & eccleſiæ, & decimæ, & homines ſui & feriæ ſuæ de **Hamedon**, & de **Tintenell**, & res & poſſeſſiones ſuæ, & omnia quæ ſua ſunt in mea propria manu conſiſtunt, ſicut propria & pura elemoſina mea, & ſicut proprium dominicum meum. Et ut mea donatio & conceſſio rata & inconcuſſa imperpetuum permaneat regali auctoritate precipio, & hanc conſcriptionem inde factam ſigilli mei appoſitione confirmo & ſigno ſanctæ crucis manu propria conſigno; ✠ S. *Henr.* Regis. ✠ S. *Roberti* de **Mellent** com. ✠ Sig. *Roberti* fil. *Hamonis*. ✠ Sig. *Ricardi* de **Redevers**. ✠ Sig. *Rannlfi* capellani Regis. ✠ Sig. *Alnredi* pincernæ.

H. Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis (*&c.*) Sciatis me conceſſiſſe & in perpetuam elemoſinam confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* de *Monte-acuto* & monachis *Cluniacenſibus* ibidem Deo ſervientibus omnes donationes quas Rex *H.* avus meus, *Willielmus* comes *Moriton.* & homines ejuſdem comitis & cæteri barones *Angliæ* & *Normanniæ* fecerunt prædictæ eccleſiæ, vel adhuc imposterum facturi ſunt; videlicet eccleſiam ſanctorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* de *Monte-acuto* & caſtellum, & capellam caſtelli cum pertinentiis ſuis, burgum & mercatum cum theolonio, & manerium de **Biſſopeſton** & molendinum & hundredum cum pertinentiis ſuis, & ferias de **Hamedon** & **Tintenell**, liberas & per treſdecem dies duraturas: & manerium de **Tintenell**, & eccleſiam & hundredum cum omnibus pertinentiis ſuis: & eccleſiam de **Crich** cum *Hamma* & *Theneberga*, & *Nyghehyda*, & eccleſiam & hundredum cum omnibus appendiciis ſuis, manerium **Chimme**, & eccleſiam & hundredum de Ibid.

Hunesberga cum omnibus appendiciis suis; manerium etiam **Clonegaru**, & ecclesiam & molendinum cum omnibus appendiciis suis, & manerium de **Mudiford** & ecclesiam, & molendinum; & terram de **Aylbarc**, & cum nemore; & terram de **Hunder** cum pertinentiis suis; & *Thornam* & terras de **Melebyri**, & **Wythecumbe**, & **Forde**, & **Denewoldesham**, & **Chinnok**, cum appendiciis suis. Manerium etiam de **Legha** & **Friseham** & ecclesiam & hundredum in **Devonscire**, & **Colum**, & decem solidatas terræ de **Culynton**, cum omnibus pertinentiis suis: & terram de **Chillingeham** quæ vocatur **Hamme**, & terram de **Bymes** juxta **Wynyme**, cum hominibus & progenie sua, & viginti solidatas terræ in **Gerliche**, & **Hunecrofe**, **Lunerlay**, & **Doresfen**, & ecclesiam de **Gerlich** omnium sanctorum cum omnibus appendiciis suis. Et viginti solidatas terræ de **Cary**, & unam virgatam terræ in **Stoche**; & terram in **Stok**, & terras de **Warneford**, de **Hilerum**, de *la* **Welle** de **Preston**, de **Sandford**, de **Conte**, & de **Corte** cum omnibus ad easdem terras appendentibus, & molendinum subtus **Cadebyry** cum adjacenti terra; & molendinum de **Erlestoke** cum adjacenti terra, & aliis rebus ad idem molendinum nostrum appendentibus, & quinque solidatos redditus de molendino de **Clynton** annuatim, & domos de **Waram** liberas & quietas ab omni servicio seculari, & ecclesiam de **Cnecumbe** & ecclesiam de **Bruneton** & dimidiam ecclesiam de **Acford**, *Roberti Eskilling*, & ecclesiam de **Melebyrie**, & ecclesiam de **Wemerwell**, cum omnibus rebus ad dictas ecclesias pertinentibus, & in *Cornubia* S. *Cairocum* cum omnibus appendiciis suis; ecclesiam de *Alternona*, ecclesiam S. *Neoti*, ecclesiam S. *Karentoci* & ecclesiam de *Lerchi*, & **Pennard** cum appendiciis suis, & decimas de dominico de **Acford**, *Aluredi* de *Lincoln*, totas integras; & duas partes decimarum de dominico de alia **Acford**, & decimas de **Chinnok**, & medietatem decimarum de *Cifelberga*, & decimas de dominico de **Clatford**, de **Norton** juxta **Tanton**, & de **Meisketon**, & de *Bichebulla*, de **Candell**, de **Cridebincote**, de **Thorpe**, de **Cernell**, de **Tholre**, de alio **Cernell**, & duas partes decimarum de **Derwynestun**, de **Pundynton**, & duas partes decimarum de dominico de **Cilterne Fagher**, & liberorum hominum, & totas decimas de dominico de **Hececumbe** integras. Quare volo (*&c.*) Teste *Thoma Cantuariensi* archiepiscopo & *Henrico Wintoniensi* episcopo & *Philippo* episcopo *Baiocensi* & *Arnulpho* episcopo *Lexoviensi* (*&c.*) apud *Westmonasterium*.

De monachis de *Monte-acuto.* Cartæ 24. *H.* 3. *m.* 9.

REX archiepiscopis &c. salutem. Inspeximus cartam quam dominus *Henr.* quondam rex *Angliæ* avus domini *Henrici* quondam regis *Angliæ* avi nostri fecit sancto *Petro* & monachis de *Monte-acuto*, in hæc verba. *Henr.* rex *Angliæ* episcopo de *Bada* & vicecomitibus & omnibus baronibus & fidelib. suis *Francis* & *Anglis* de *Sumerseta* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse sancto *Petro* & monachis de *Monte-acuto* manerium de *Tinetella* pro anima patris & matris meæ & *Matillidis* reginæ & pro statu regni mei sicut *Ran.* cancellarius eis dedit & concessit; ita tamen quod ecclesia *Clyniac.* habeat inde per singulos annos c.s. pro anniversario cancellarii & suo & firmiter præcipio quod bene & honorifice teneant cum *soca* & *saca*, & tol, & them, & **Infangenethef**, & omnibus consuetudinibus suis sicut cancellarius unquam melius & honorabilius tenuit. Testibus *Rogero* episcopo *Saresbyriensi* & *Gaufri* cancellario & *Willielmo* de *Tancervilla*, & *Willielmo* de *Albini*, & *Nigello* de *Albini*, apud *Wodestokam*.

Pat. 1. H. 4. part. 5. m. 11. per Inspex.

Inspeximus etiam cartam quam dominus *Henr.* quondam rex *Angliæ* avus noster fecit Deo & ecclesiæ & fratribus *Montis-acuti* in hæc verba. *H.* rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ* archiepiscopis (*&c.*) Sciatis me concessisse & in perpetuam elemosinam confirmasse Deo & ecclesiæ & fratribus *Montis-acuti* omnes donationes quas rex *Henr.* avus meus & *Willielmus* comes *Moritonii* & homines ejusdem comitis & cæteri barones *Angliæ* & *Normanniæ* fecerunt eis. Ex dono prædicti comitis *Willielmi* manerium de *Biscopestona*, ecclesiam ejusdem manerii, capellam castelli cum pertin. burgum & mercatum & molendinum, & quicquid in eodem manerio habebat in dominio, & manerium de *Tintenella*, & ecclesiam cum appendiciis. Manerium **Crich** cum *Hamma* & *Echeneberga*, & ecclesiam cum appendiciis. Manerium de **Chinnok** & ecclesiam cum appendiciis. **Thoneswerdham**, & ecclesiam cum appendiciis. Molendinum de **Mudiford** cum appendiciis, & viginti solidatas terræ in **Gerlich**, **Hunescroft**, & **Lunerlaye**, & ecclesiam de **Gerlich** cum appendiciis. In *Cornubia* ecclesiam de *Alternona*, ecclesiam sancti *Neoti*, ecclesiam sancti *Karentoci* cum omnibus earundem ecclesiarum pertinenciis. *Brotellus* de sancto *Claro dedit* unam hidam in *Biscopestona*. *Ricardus* filius *Drogonis* dimidiam hidam & **Torne** post obitum suum. *Robertus* & *Willielmus* milites illius, dimidiam hidam. Idem quoque *Ricardus* & *Osbertus* capellanus suus, ecclesiam de *Gerlintona* cum appendiciis. *Aluredus Pincerna* dedit *Meleberiam*, *Wythecumbam*, & terras quæ dicuntur **Forde** & **Denewoldesham**, & *Legha*, & **Frisham**. Ecclesiam de **Lerchy** cum appendiciis, & **Penhard**, & duas partes decimarum de **Hacford**, & decimam de **Chinnok**, & medietatem decimarum **Chiselbyng**, de **Clatford**, de **Norton**, & dimidiam hidam quæ fuit *Siberti*. *Ranulfus* cancellarius dedit **Tornham** & decimam de *Mercesona*, de **Candel**, de **Thorp**, de **Cernele**, de alio **Cernele**, & de tertio **Cernele**, de **Tolre**, de **Hoching**, de *Cridelicota*. *Willielmus* de **Lestrange** dedit terram **Baresfeld**, & duas partes decimarum de *Derwynestona*, de **Putinton**, decimam de **Bicheshell**, de **Lovre**. *Jordanus* de *Barnevilla*, **Lagar** apud **Stoch**. *Robertus* de *Bello Campo*, *Nyghenhydam*. *Willielmus* filius *Rogon*. **Colne**, & x. solidatas terræ de *Culintona*. *Nicholaus* arbalista xx. solidatas terræ de **Kary**. *Unfredus Judas* unam virgatam terræ in **Stoche**. *Osbertus* de *Foxcota* decimam **Hacsecumbe**. *Robertus* de *la* **Haye** terram *Aideling*. *Henr.* de **Porz** terram de **Warnefort**. *Gaufredus* capellanus comitis, ecclesiam

Vide etiam Pat. 15. E. 3. part. 1. mem. 5. Et Cart. 14. H. 3. mem. 10.

eccleſiam de **Bruneton.** *Gerardus* & *Balaricus* eccleſiam de *Melebiria.* *Robertus* filius *Selling*, dimidiam eccleſiam de **Acford.** *Alveredus* de *Lincol.* & *Robertus* filius ejus terram de **Gillingeham**, & terram de *Brugia.* *Radulfus Luvel* terram de *Etbeberga.* *Matill. Peverel* terram de **Stanford.** *Robertus* comes de **Mellent** domos del **Warham** cum appendiciis. *Robertus Hundret* domum & terram de **London.** *Hugo Maltravers* terram de **Preſton.** Quare volo (*&c.*) Teſtibus, *T. Cant.* archiep. & *H. Winton.* epiſc. (*&c.*) Apud *Weſtm.*

Honorius Landavenſi epiſcopo.

Ex regiſt. de Landaff penes virum cl. Joh. Seldenum fol. 33. b.

HOnorius *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri* U. Lundavenſi *epiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem.* Winebaldus *de* Bacluna *terram de* **Cairlion** *monachis de* Monte-acuto *pro animæ ſuæ remedio dare diſpoſuit. Ideoque fraternitati tuæ mandamus quatenus ipſam terram præfatis monachis ſalvo tuæ eccleſiæ jure concedas. Data* Laterani *kal. Julii.*

De advocatione hujuſmodi Prioratus & cellarum eidem ſpectantium, Willielmo *de* Monte-acuto *comiti* Sarum *commiſſa.*

Pat. 14. E. 3. part. 1. memb. 7. Vide Pat. 1. H. 4. part. 5. memb. 11.

REX omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod cum nos nuper conſiderantes probitatem ſtrenuam dilecti & fidelis noſtri *Willielmi* de *Monte-acuto* comitis *Sarrum* & mareſcalli *Angliæ*, ac impenſa nobis per eum obſequia fructuoſa, dederimus & conceſſerimus eidem comiti pro nobis & hæredibus noſtris advocationem Prioratus de *Monte-acuto*, habendam & tenendam ſibi & hæredibus ſuis de nobis & hæredib. noſtris inperpetuum. Et nos poſtmodum attendentes fidelem & laudabilem geſtum ipſius comitis in obſequiis noſtris, necnon quem nobis indies tenere dinoſcitur, locum magnum, volentes, premiſſorum intuitu, ipſum in hac parte amplioris graciæ proſequi ubertate, conceſſerimus pro nobis & hæredibus noſtris præfato comiti quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum habeant cuſtodiam Prioratus prædicti tam temporibus quibus idem Prioratus occaſione guerrarum inter nos & hæredes noſtros ac illos de *Francia* ſeu inter regna eadem motarum, aut quacunque alia de cauſa inter alios Prioratus, domos & poſſeſſiones religioſorum alienigenarum infra regnum noſtrum captus fuerit in manum noſtram ſeu eorundem hæredum noſtrorum, quam temporibus quibus Prioratum illum vacare contigerit, ſive per mortem depoſicionem vel reſignacionem Prioris loci illius qui pro tempore fuerit, ſive alio quovis modo, cum omnibus ad cuſtodiam illam ſpectantibus; Et quod idem comes & hæredes ſui inde ordinare & diſponere poſſint prout melius pro commodo ſuo proprio & utilitate Prioratus prædicti viderint expedire, exituſque & proficua inde proveniencia ad opus ſuum tam guerrarum hujuſmodi quam ipſius Prioratus vacacionum temporibus ſupradictis percipiant & habeant, adeo plenè & integrè ſicut nos & hæredes noſtri ea haberemus ſi Prioratum illum ſeu cuſtodiam in manib. noſtris propriis retinuiſſemus, abſque eo quod nos vel hæredes noſtri aut miniſtri noſtri quicunque, de Prioratu & cuſtodia hujuſmodi temporibus prædictis in aliquo intromittamus: quodque præfato comiti de firma quam cuſtodes ſive monachi Prioratus prædicti occaſione guerræ inter nos & illos de *Francia* motæ in manu noſtra jam exiſtentis nobis pro cuſtodia ejuſdem annuatim reddere tenentur, una cum arreragiis ejuſdem firmæ, ſi quæ fuerint, reſponderet. Et quod cuſtodes ejuſdem Prioratus de firma & arreragiis illis erga nos omnino exonerarentur. Ac jam præfatus comes nobis ſupplicaverit ut cum cellæ de **Carſewell** in comitatu *Devoniæ*, de **Holme** in comitatu *Dorſeciæ*, de ſancto *Carrico* in comitatu *Cornubiæ*, & de **Malpas**, in *Wallia*, ſint pertinentes ad dictum Prioratum de *Monte-acuto*, & à tempore quo non extat memoria extiterint, velimus cellas prædictas ad dictum Prioratum de *Monte-acuto* ſic pertinentes, in literis noſtris prædictis ſibi de eod. Prioratu ſic factis ſpecificari jubere, Ita quod idem comes & hæredes ſui cuſtodiam cellarum prædictarum una cum cuſtodia Prioratus prædicti habere poſſunt in forma ſupradicta; Nos conſideratione præmiſſorum volentes ſupplicationi ipſius comitis annuere in hac parte, volumus & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris quod præfatus comes habeat & teneat advocationes dictarum cellarum de **Carſwell**, **Holme**, de ſancto *Carrico*, & de **Malpas** ſibi & hæredibus ſuis ſi eædem cellæ de **Carſwell**, **Holme**, de ſancto *Carrico*, & de **Malpas** ad dictum Prioratum de *Monte-acuto* pertineant, ut eſt dictum; una cum advocatione ejuſdem Prioratus, de nobis & hæredibus noſtris imperpetuum. Et quod idem comes & hæredes ſui prædicti imperpetuum habeant cuſtodiam earundem cellarum de **Carſwel**, **Holm**, de ſancto *Carrico*, & de **Malpas** ſi eædem cellæ de **Carſwell**, **Holme**, de ſancto *Carrico*, & de **Malpas** ad dictum Prioratum de *Monte-acuto* pertineant ut prædicitur, una cum cuſtodia Prioratus illius tam temporibus quibus iidem Prioratus & cellæ occaſione guerrarum inter nos & hæredes noſtros ac illos de *Francia* ſeu inter dicta regna motarum, aut quacunque alia de cauſa, inter alios Prioratus domos & poſſeſſiones religioſorum alienigenarum infra regnum noſtrum capti fuerint in manum noſtrum ſeu eorundem hæredum noſtrorum, quam temporibus quibus Prioratum illum vacare contigerit, ſive per mortem depoſitionem vel reſignationem Priorum locorum illorum qui pro tempore fuerint ſive alio quovis modo, cum omnibus ad cuſtodiam illam pertinentibus ſive ſpectantibus (*&c.*)

In cujus rei, &c. T. R. Apud *Weſtmonaſterium* viceſſimo octavo die Aprilis.

DAVINTREENSIS *Prioratus in agro* Norhamptonienſi.

De prima fundatione ejuſdem.

Ex regiſtro Prioratus de *Davintre* penes *Joh. Ruſhworth* de hoſp. *Linc.* armig. 1651.

ANno gratiæ Mlxvj. tempore *Willielmi* conqueſtoris diviſum eſt regnum *Angliæ* in diverſas partes. Cecidit autem comitatus **Northampton** & **Huntindun** in manus *Symonis* de **Seynliz** qui erat alienigena. Habuit autem *Symon* duas ſorores, quarum una vocabatur *Matildis Seynliz*, & deſponſata eſſet cuidam qui vocabatur *Robertus* filius *Ricardi*, & habebant duos filios; ſcilicet *Walterum* & *Symonem*. Dedit autem *Walterus* dominium de *Davintre Symoni* fratri ſuo, quia potens erat in prelio; de quo *Symone* venit *Robertus* i. e. (de *Davintre*) & de concenſu filii *Symonis*, & ad petitionem *Hugonis* de *Leyceſtria*, *Matildis Senliz* dedit eccleſiam de **Davintre**, cum quinque carucatis terræ, boſcum videlicet **Armele**, prata, & molendinum. *Hugo* de *Leyceſtria* fuerat ſeneſchallus *Matillidis Seynliz*. Dedit etiam *Hugo* eccleſiam de **Preſtone**, terram *Eddrici*, cum ſervitio molendini quod vocatur molendinum vicecomitis. Fuerunt etiam apud **Preſtone** quatuor monachi. Tum propter aquæ defectum tum propter caſtelli propinquitatem, procuravit amoveri dictos monachos, ubi fuerunt quatuor canonici ſeculares, quorum duo ceperunt habitum monachalem, & duo noluerunt, ſed victum & veſtitum ad eorum vitæ terminum habuerunt.

Donatores omnium ſpiritualium monaſterii ſancti Auguſtini *de* **Daventre.**

Ibid. fol. 105. a.

HUgo de **Leyceſtre**, dictus vicecomes, dedit nobis eccleſiam de **Preſton**, ubi primo fundavit Prioratum & monachos inſtituit. Sed poſt annorum paucorum curriculum eundem propter aquæ defectum, & caſtri ſui vicinitatem, uſque ad villam de **Daventre**, ex licentia domini *Simonis* de **Seynlitz** ſenioris, comitis *Norhamptoniæ* & ejuſdem villæ domini, removit ad eccleſiam de **Daventre**, ubi ſecundo fundavit Prioratum & monaſterium conſtruxit in honore beati *Auguſtini Anglorum* apoſtoli, juxta eccleſiam parcchialem ejuſdem villæ; in qua tunc erant quatuor canonici ſeculares qui ſinguli habebant præbendas ſuas de eadem eccleſia, ex quibus duo ſuſceperunt habitum monachalem, & duo in ſeculo viventes retinuerunt præbendas ſuas ad totam vitam illorum ex voluntate patronorum. Dedit etiam idem *Hugo* eccleſiam de **Suthrop**, eccleſiam de **Eltyndone.**

Hugo Poer dedit nobis eccleſiam de **Haddone**, eccleſiam de **Coldeſſeby**, eccleſiam de **Suthrop.**

Robertus filius *Vitalis* dominus de **Forton** dedit nobis omnes eccleſias terræ ſuæ: videlicet eccleſiam de **Fortone**, eccleſiam de **Commondele**, eccleſiam de **Lobenho**, eccleſiam de **Stalbeforde**, eccleſiam de **Bytlesbrech**, eccleſiam de **Braybroch.**

Willielmus **Cheyndut** dedit nobis eccleſiam de **Preſton.**

Henricus rex ſecundus filius *Matildis* imperatricis dedit nobis eccleſiam de **Falweſle.**

Stephanus de **Whelton** dominus de **Staverton** dedit nobis eccleſiam de **Staverton.**

Henricus de **Noers** dominus de **Norton** dedit nobis eccleſiam de **Nortone.**

Matildis de **Seynlitz**, & ſoror *Simonis* de **Seynlitz** junioris comitis *Northamptoniæ*, dedit nobis in libera viduitate ſua tanquam patrona & domina, eccleſiam de **Daventre.**

Willielmus de *Novo-mercato* dominus de **Weltone** dedit nobis capella in de **Welton** ſpectantem ad matricem eccleſiam de **Daventre** tanquam membrum ejudem.

Galfridus Maleſoures dominus de **Waldegrave** dedit nobis in bona proſperitate ſua, eccleſiam de **Waldegrave.**

Carta *Johannis Poherii.*

Ibid. fol 106. a.

S*Ciant præſentes & futuri quod ego* Johannes Poherius *filius* Hugonis Poherii, *inſpectis cartis* Hugonis *de* **Leyceſtre** *proavi mei &* Hugonis Poherii *patris mei concedo & hac carta mea confirmo, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ Euſtachiæ, & omnium meorum tam vivorum quam mortuorum, Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Caritate *& eccleſiæ* S. Auguſtini *de* **Daventre** *& monachis ibidem Deo ſervientibus, omnia quæ in dictis cartis continentur; eccleſiam videlicet de* **Haddon** *cum omnibus beneficiis & pertinentiis ſuis & ix. virgatas terræ in eadem villa, & ſervicium* Radulphi Poer, *& illam virgatam terræ quam prædictus* Radulphus *dedit eis & quam tenent in dominio, & illas duas virgatas terræ quas* Radulphus *de* Eſſeby *tenuit de eis pro v. s. per annum, & iiij. s. quos* Gilbertus *de* **Preſton** *ſolebat reddere per manus* Galfridi *&* Roberti *militum ſuorum. Et eccleſiam de* Caldeſſeby *& eccleſiam de* **Eltyngton**, *& eccleſiam de* **Suthtrop** *quam ipſi monachi dederunt magiſtro* Stepſano *de* **Maneceſtro**, *& quam* Petrus *de* **Wireceſtre** *de eis tenuit per eorum præſentationem, cum omnibus quæ ad eaſdem eccleſias pertinent. Quapropter volo & firmiter præcipio quod prædicta eccleſia de* **Daventre** *& monachi ejuſdem loci omnia quæ prænominata ſunt & quæcumque tenent de dono anteceſſorum meorum, bene & honorifice & pacifice teneant libere & quiete ab omni conſuetudine & ſervitio ad me vel ad hæredes meos pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam. Et ut hæc mea conceſſio rata ſit et ſtabilis, eam ſcripti & ſigilli mei teſtimonio confirmo. Hiis teſtibus,* Willielmo *de* **Bruch**, Philippo *de* **Bruch**, Hugone *de* **Clahulle**, Waltero Pohero, *& pluribus aliis.*

Carta Henrici *Regis.*

Ib. fo. 98. b. HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis (*&c.*) Inſpeximus cartam quam *Henricus* Rex avus noſter fecit Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Caritate* & ſancto *Auguſtino* de **Daventre** & monachis ibidem Deo ſervientibus in hæc verba.

Henricus Rex *Angliæ*, dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, *Roberto* epiſcopo *Lincolniæ* & comiti *Simoni* & omnibus baronibus & fidelibus ſuis clericis & laicis, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Caritate* & ſancto *Auguſtino* de **Daventre** & monachis ibidem Deo ſervientibus eccleſiam de **Faleweſley** manerio meo, in elemoſinam inperpetuum tenendam. Quare volo & firmiter præcipio quod ipſi monachi de **Daventre** eam liberè & quietè & honorificè teneant cum omnibus quæ ad eam pertinent in **inland** & **utland**, in hominibus & ſerviciis & decimis, & in omnibus aliis rebus, in villa & extra villam, in burgo & extra burgum, & in omnibus locis, cum *ſacca* & *ſocca* & **thol** & **theam**, & **infangenthef** & omnibus aliis conſuetudinibus & libertatibus. Illas etiam iij. virgatas terræ quas *Willielmus Vicecomes* calumpniabatur ad dominium prædicti manerii eis quietas concedo in elemoſina ab omni conſuetudine & exactione, & **chircheſcat** de duobus hundredis prædictæ eccleſiæ concedo undecumque ſibi redderetur tempore Regis *Willielmi* & Regis H. & nullus illud detineat ſuper forisfactum elemoſinæ meæ. Et illas quatuor virgatas terræ quas tenent de ſocagio de **Falweſley** in **Welton**, & in **Throp** cum molendino uno & aliis earum pertinentiis eis quietas concedo. Teſtibus, *Roberto* epiſcopo *Lincolniæ*, *Thoma* cancellario, & *Ricardo* de **Humet** conſtabulario, apud *Burgum*. Nos igitur prædictam donationem (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Data per manum venerabilis patris *Radulphi Cyceſtræ* epiſcopi cancellarii noſtri, Apud **Wodeſtoke** tercio die Novembris anno regni noſtri decimo nono.

Donatio omnium eccleſiarum Barroniæ de **Fortone**, Carta *Roberti* filii *Vitalis*.

Ibid. fol. 141. a. UNiverſis *ſanctæ matris eccleſiæ filiis & Chriſti fidelibus clericis & laicis* Francis & Anglis, Robertus *filius* Violi, *veram in Chriſto ſalutem. Notum ſit omnibus vobis dilectiſſimi quod tercio anno poſteaquam* Osbertus *Prior de* **Daventre** *cum quibuſdam monachis ſuis dirationaverat apud* Leiceſtriam *in conſpectu* Alexandri Lincolnienſis *epiſcopi eccleſias totius terræ meæ* **Fortune**, *videlicet* **Lubeho**, **Guthmundelay**, **Scaldeford**, **Bitlisbroc**, **Braibroc**, *cum omnibus pertinentiis ſuis unde eos injuſtè diſſaiſiveram, pœnitentia ductus* Daventreiam *veni, & eccleſiam ſancti* Auguſtini *bono animo & benivolo reſaiſiavi de eccleſiis prædictis quas antea ex donatione mea ab anno quo* Anſelmus Cantuarienſis *archiepiſcopus mortuus eſt habuerat, & uſque ad annum regni Regis* Stephani *nonum quo eam inveſtivi inconcuſſe poſſederat, culpam & injuſtam actionem meam ibidem coram plurimis clericis & laicis apertè recognovi, & veniam à domino & à ſancto* Auguſtino *quem offenderam poſtulavi, & à monachis quantum in ipſis fuit Dei gratia impetravi. Quapropter vobis filii Dei & amici kariſſimi ſcribo & ſcribendo enixiùs ſupplico, quatinus pro Dei amore & animæ noſtræ ſalute elemoſinam meam, ut in ea mecum per Dei miſericordiam participemini, ad utilitatem eccleſiæ* Daventrenſis *& monachorum ibidem Deo ſervientium ubicumque & in quocumque poteritis manuteneatis & juvetis, quia volo oro & deſidero & in quantum michi licet præcipio, quod bene & honorificè teneant liberè & quietè perpetuò poſſideant. Hujus rei & actionis teſtes ſunt,* Johannes *capellanus de* **Daventre**, Thomas *ſacerdos de* **Norton**, Nicholaus *ſacerdos de* **Fortone**, Jordanus *filius ipſius* Roberti *filii* Violi, *& multi alii.*

Confirmatio Simonis *filii* Roberti.

SImon filius *Roberti*, *Roberto* Dei gratia *Lincolnienſi* epiſcopo & omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis me pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ *Julianæ* & liberorum meorum, patris & matris meæ & omnium meorum, tam vivorum quam mortuorum conceſſiſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Caritate* & eccleſiæ ſancti *Auguſtini* de **Daventre** & monachis ibidem Deo ſervientibus donationem eccleſiarum quam fecit eidem eccleſiæ pater meus *Robertus* in vita ſua. Dedit enim illi eo anno quo mortuus fuit *Anſelmus Cantuarienſis* archiepiſcopus in perpetuam elemoſinam & liberam, quantum ad ſe & hæredes ſuos, eccleſias maneriorum ſuorum *Foxtoniæ*; videlicet **Gutmundelay**, **Bitlesbroc**, **Scaldeford**, **Braybroc**, & quod juris habebat in eccleſia de **Lobenho**, cum omnibus appendiciis & pertinentiis earum in terris & hominibus & in decimis & oblationibus & cæteris quibuſcunque beneficiis. Volo igitur & firmiter præcipio quod prædicta eccleſia ſancti *Auguſtini* de **Daventre** & monachi beneficia memorata quietè & honorificè teneant, & ſicut eis data fuerunt, in perpetuam elemoſinam & liberam jure perpetuo pacificè per omnia poſſideant; Sed ut teneuræ eccleſiarum evidentiùs deſignentur & quid ſervicii forinſecus debeant, caritati veſtræ notifico, quod eccleſia de **Forton** iiij. virgatas terræ habet & dimidiam, quarum duæ omnimodis liberæ ſunt, & duæ & dimidia exteriùs ſerviunt. Habet etiam illa manſuras ſuas in villa quæ ſatis notæ ſunt. Et unam aliam dimidiam virgatam terræ penitus liberam, quam ego dedi pro eo quod monachi in eadem eccleſia ante altare ſanctæ *Mariæ* luminare unum ſingulis noctibus perpetuò invenient, & unam miſſam in honore ſanctæ *Mariæ* ſemel in ebdomada ad idem altare dicere facient ſive ſabato ſive in alio quocumque die. Eccleſia de **Gutmundelay** ij. virgatas terræ habet cum manſura clerici, & ambæ exteriùs ſerviunt. Eccleſia de **Bitlesbroc** cum petinentiis ſuis libera eſt, ea libertate qua pater meus eam donavit. Eccleſia de **Scaldeford** tres virgatas terræ habet & iij. manſuras *Dirnanni* ſcilicet **Aſwi** & Willa **Slinge** quæ ſimul .... virgata forinſecus ſerviunt. Dimidia vero virgata quam ego in elemoſinam eidem eccleſiæ dedi in nativitate *Ricardi* primogeniti mei omnimodis libera eſt.

Ibid. fol. 141. b.

eccleſiı de **Braybroc** ij. virgatas terræ habet cum manſura clerici, & hæ ambæ forinſecus ſerviunt. Quod autem juris mei eſt in eccleſia de **Lubenho** ſicut illud pater meus dedit ſic & ego concedo. Ut ergo rata & ſtabilis ſit patris mei donatio & mea conceſſio ſigilli mei teſtimonio utramque confirmo. Me etiam cum objero *Daventreiæ* apud ſanctum *Auguſtinum* ad patrem meum ſepeliendum conſtituo, & uxorem meam ſi ſine velo mortua fuerit, & liberos meos, quod & ipſi conceſſerunt in die confirmationis hujus Teſtibus *Juliana* uxore mea, *Ricardo Henrico* & *Simone* filiis meis, *Jordano* fratre meo, *Henrico* de **Exenden** & mults aliis.

Carta *Ricardi* filii *Simonis* de *Foxtona*.

Ibid. fol. 142. a. UNiverſis *ſanctæ matris eccleſiæ filiis* Ricardus *filius* Symonis *de* **Foxton** *ſalutem. Sciatis me pro ſalute animæ meæ & omnium meorum tam vivorum quam mortuorum conceſſiſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Caritate *& eccleſiæ ſancti* Auguſtini *de* **Daventre** *& monachis ibidem Deo ſervientibus donationem eccleſiarum quam fecit eidem eccleſiæ* Robertus *filius* Vitalis *avus meus, & pater meus poſt eum conceſſit & confirmavit. Dedit enim* Robertus *præfatæ eccleſiæ eo anno quo mortuus fuit* Anſelmus Cantuarienſis *archiepiſcopus, in perpetuam & liberam elemoſinam, quantum ad ſe & hæredes ſuos, eccleſias maneriorum ſuorum* Foxtoniæ; *videlicet* **Guthmundelay, Witlesbroc, Scaldeford, Braibroc, Lubenho** *cum omnibus appendiciis & pertinentiis earum in terris & hominibus, in decimis & oblationibus, & ceteris quibuſcumque beneficiis. Volo igitur & firmiter præcipio quod prædicta eccleſia ſancti* Auguſtini *de* **Daventre** *& monachi beneficia memorata quietè & honorificè teneant, & ſicut eis data fuerunt in perpetuam & liberam elemoſinam, jure perpetuo pacifice per omnia poſſideant, ſalvo jure forinſeco quod evidenter deſignatur in carta patris mei. Ut ergo rata & ſtabilis ſit mea conceſſio & mea confirmatio, ſigilli mei teſtimonio utramque corroboro. Ibidem etiam ego & uxor mea & liberi mei ſepeliemur. Hujus rei teſtes ſunt.* Thomas *capellanus*, Adam *filius* Henrici *de* **Bugedun**, Simon Victor, Radulphus Cocus *& plures alii.* I. R. I. *Hæc carta facta fuit apud* **Daventre** *primo anno regis* Ricardi.

Confirmatio Alani Baſſet *omnium terrarum poſſeſſionum & eccleſiarum* Baroniæ *de* **Foxton.**

Ibid. fol. 143. a. AMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens carta pervenerit *Alanus Baſſet* de **Lufphenam** ſalutem in domino. Sciatis me pro ſalute animæ meæ & omnium meorum conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Auguſtini* de **Daventre** & monachis ibidem Deo ſervientibus omnes eccleſias terras & poſſeſſiones quas *Ricardus* de **Foxton** pater *Annæ* uxoris meæ donavit conceſſit & confirmavit dictis monachis per cartam ſuam quam ipſi habent de illo. Habendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis & poſſidendas inperpetuum in liberam puram & perpetuam elemoſinam ſicut in eadem carta prænominati *Ricardi* de **Foxton** continetur. Quare volo quod dicti monachi & homines eorum liberi ſint & quieti inperpetuum de ſecta curiæ meæ & hæredum meorum. Ego vero *Alanus Baſſet* & hæredes mei acquietabimus dictos monachos de **Daventre** de omni forinſeco ſervicio præfatis eccleſiis terris & poſſeſſionibus pertinente. Et hanc meam conceſſionem & confirmationem eiſdem warantizabimus contra omnes gentes inperpetuum. In cujus rei teſtimonium præſentem cartam ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus, domino *David* de **Eſſeby**, *Nicholao* de **Moers**, *Willielmo* de **Daventre** milite, *Ricardo* de **Foxton**, & multis aliis.

Confirmatio *Henrici* de **Myri** de eiſdem.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit Henricus *de* **Myri** *filius* Fulconis *de* **Myri** *dominus de* **Foxton** *ſalutem. Sciatis me pro ſalute animæ meæ & omnium meorum tam vivorum quam mortuorum conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Caritate *& eccleſiæ ſancti* Auguſtini *de* **Daventre** *& monachis ibidem Deo ſervientibus donationem & conceſſionem eccleſiarum quam fecit eidem eccleſiæ* Robertus *filius* Vitalis, *&* Simon *filius ejus &* Ricardus *filius ejudem* Simonis *&* Ricardus *filius* Ricardi *poſt eum conceſſerunt & confirmaverunt per cartas ſuas quas vidi & audivi. Dedit enim* Robertus *filius* Vitalis *præfatæ eccleſiæ eo anno quo mortuus fuit* Anſelmus Cantuarienſis *archiepiſcopus, in perpetuam & puram & liberam elemoſinam, eccleſias maneriorum ſuorum* Foxteniæ, *videlicet* **Guthmundeley, Witlesbroc, Scaldeford, Braibroc, Lobeho,** *cum omnibus appendiciis earum in terris in pratis & hominibus in decimis & oblationibus & cæteris quibuſcumque beneficiis. Preterea confirmo dictis monachis donum* Ricardi *avi uxoris meæ quod fecit eis in villa de* **Foxton**, *ſcilicet ſedem molendini in* **Foxton** *ubi antiquitus fuit, & unam acram prati, & toftum illud quod fuit* Lamberti. *Volo igitur & firmiter præcipio quod prædicta eccleſia ſancti* Auguſtini *de* **Daventre** *& monachi beneficia memorata quiete honorifice & pacifice teneant in puram & perpetuam elemoſinam & liberam & jure perpetuo poſſideant. Has ergo donationes & conceſſiones anteceſſorum meorum ego & hæredes mei warantizabimus dictis monachis de* **Daventre.** *Volo etiam quod dicti Prior & monachi de* **Daventre** *ſint quieti inperpetuum de me & hæredibus meis de ſecta curiæ meæ & hæredum meorum. Et ut hæc mea conceſſio & confirmatio rata permaneat & ſtabilis eam præſenti ſcripto & ſigilli mei appoſitione corroboravi. Hiis teſtibus*, Godefrido *de* quatremains, Willielmo *de* **Daventre**, Thoma *de* **Lobeho**, *& multis aliis.* Ibid.

Confirmatio Simonis *comitis* Northamptonæ *omnium eccleſiarum baroniæ de* **Foxton.**

Ibid. fol. 143. b. SImon comes *Northamptonæ*, & *Matildis* comitiſſa uxor ejus, *Roberto Lincolnienſi* epiſcopo & omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis in domino ſalutem. Notum ſit omnibus vobis quod *Robertus* filius *Vitalis* eo anno quo *Anſelmus Cantuarienſis* archiepiſcopus mortuus fuit, *Northamptonam* venit, & requiſivit me & *Matildam* comitiſſam uxorem meam, quatinus pro Dei amore & ſalute animarum noſtrarum concederemus donationem illam quam fecerat de eccleſiis ſuis. Dederat enim ut ipſemet ibi teſtabatur antea pluribus annis præteritis Deo & eccleſiæ ſancti *Auguſtini* de **Daventre** & monachis ibidem Deo ſervientibus omnes eccleſias totius terræ ſuæ de **Forton**; vidielcet de **Lubenho**, de **Scaldeford**, de **Guthmundeley**, de **Bitlesbroc**, de **Braibroc** & alias ſi fortè adquirere poſſet in vita ſua, liberè & quietè & honorificè imperpetuum. Tenendas, cum omnibus quæad eas pertinent in decimis terris hominibus & aliis omnibus rebus. Et nos precatu ſuo & Baronum noſtrorum quos ipſe obnixiùs precatus eſt ut nos in precarentur, conceſſimus & concedimus quatinus ipſi bene & in pace inperpetuum teneant. Teſtibus, *Nigello* archidiacono, *Eggaro* decano, *Willielmo* filio vicecomitis, *Hugone* canonico, *Roberto* clerico, & multis aliis.

Hic incipiunt cartæ de **Staverton** juxta **Daventre**.

Ib. fo. 68. a.

ROberto *Dei gratia* Lincolnienſi *epiſcopo & omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis*, Stephanus *de* **Welton** *ſalutem. Notum facio univerſitati veſtræ filii Dei & amici kariſſimi, me pro ſalute animæ meæ uxoris & liberorum, patris & matris meæ & omnium meorum tam vivorum quam mortuorum dediſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Karitate *& eccleſiæ ſancti* Auguſtini *de* **Daventre** *& monachis ibidem Deo ſervientibus eccleſiam ſanctæ* Mariæ *de* **Stavertone** *in perpetuam elemoſinam, cum una virgata terræ & cæteris quibuſcumque pertinentiis & beneficiis ſuis, & conceſſiſſe ut liberè & quietè & honorificè eam teneant & pacifice per omnia jure perpetuo poſſideant, nichil conſuetudinis vel ſervicii debiti cuiquam hominum laicorum vel de eccleſia vel de beneficiis vel de terra agentes, præter quod orent pro me & meis & ſolum denegeldum reddant in tempore ſuo Regi. Hanc eandem eccleſiam de* **Staverton** *ad jus eccleſiæ* Daventreienſis *pertinentem ut membrum ejus pluribus annis ante hanc donationem ſancto* Auguſtino *& ſuis patre meo annuente reddideram, ſed nullam cartæ vel ſigilli defenſionem contra poſterorum cautelam & vexativam pulſationem dederam, & actionem meam inmunitam reliqueram. Ut ergo jam ex hoc nunc in ſeculum rata ſit & ſtabilis mea quæ præceſſit redditio & que ſequenter adjuncta eſt donatio, necnon & ipſa præfatæ libertatis conceſſio, ſcripti & ſigilli mei teſtimonio eas pariter & munimine confirmo.* Williel. *autem filium* Wlrici Sedcal *& ſorores ejus ſancto* Auguſtino *& ſuis confirmo. Hæc apud* **Daventre** *feci anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo primo & regni Regis* Henrici *junioris vij. die quodam feſto tranſlationis ſancti* Martini, *ubi &* Agnes *uxor mea mecum fuit & manu ſua appoſita per quendam textum eccleſiæ altare ſancti* Auguſtini *de prædicto beneficio mecum pariter ſeiſiavit. Teſtibus* Adam *abbate de* **Eveſham** *cum iij. monachis ſuis,* Conſtantino, Jotſelino *de* **Senliz** *&* Reginaldo, Pagano *clerico de* **Eveſham** *fratre* Reginaldi *monachi*, Galfrido *juvene filio* Galfridi *de* **Trailli**, Willielmo *decano de* **Brechebi**, *& multis aliis.*

Carta Rogeri *de* **Welton**.

Ib. fo. 68. a.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Rogerus* de **Welton** filius *Willielmi* de **Welton** ſalutem in domino. Notum ſit univerſitati veſtræ me pro ſalute animæ meæ uxoris meæ & liberorum meorum, patris mei *Willielmi* & matris meæ & pro ſalute *Stephani* de **Welton** avi mei & omnium meorum vivorum & defunctorum, conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe in liberam puram & perpetuam elemoſinam, Deo & eccleſiæ ſancti *Auguſtini* de **Daventre** & monachis ibidem Deo ſervientibus, donationem conceſſionem & confirmationem quam *Stephanus* de **Welton** avus meus fecit eiſdem monachis de **Daventre** de eccleſia ſanctæ *Mariæ* de **Stavertone** & de una virgata terræ & cæteris quibuſcunque pertinentiis & beneficiis ſuis, ſicut carta dicti *Stephani* de **Welton** avi mei quam ego vidi & audivi teſtatur, quam etiam dicti monachi de **Daventre** ſuper hoc habent ex dono ipſius *Stephani* de **Welton** avi mei. Ego autem *Rogerus* de **Welton** warantizabo dictis monachis de **Daventre** & ſucceſſoribus ſuis de me & hæredibus meis dictam eccleſiam de **Stavertone** cum omnibus pertinentiis ſuis inperpetuum. Et ut hæc mea conceſſio confirmatio & warantizatio ſtabilis inperpetuum perſeveret, eam ſigilli mei munimine roboravi, His teſtibus, *Adam* perſona de **Welton**, *Nicholao* de **Noers**, *Willielmo* de **Daventre**, *Rogero Gulafre*, & multis aliis.

Carta *Matildæ* de **Senliz**.

Ib. fol. 1. b.

ROberto *Dei gratia* Lincolnienſi *epiſcopo &* Willielmo *archidiacono* Norhamtonæ *& omnibus ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus* Matilda *de* **Senliz** *ſalutem. Univerſitati veſtræ tam poſteris quam præſentibus notificetur me conceſſiſſe & in perpetuam & liberam elemoſinam dediſſe Deo & eccleſiæ ſancti* Auguſtini *de* **Daventre** *& monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute mea & pro animabus patris mei & matris meæ necnon pro anima domini mei* Roberti *filii* Ricardi *& pro animabus infantium parentum & amicorum noſtrorum & omnium fidelium defunctorum, xl. ſolidatas redditus ad froccos & cucullas emendos, videlicet iij. molendinos in* **Daventre** *pro xx. ſolidis quos dedi prædictis monachis omnino ita quietos & liberos ne quis ſucceſſorum aut hæredum meorum vel aliquis alius poſſit in* **Daventre** *ſeu in* **Drayton** *facere molendinum niſi ſit ad opus monachorum. Et in* **Daventre** *j. virgatam terræ quam* Johannes *capellanus tenet & j. virgatam terræ in* **Drayton** *quam* Gocelinus *tenebat, & humagium* Gocelini *& infantium ſuorum & viij. acras terræ quas* Renelandum *appellant & xv. acras prati mei. Iſtas verò ſupradictas ij. virgatas terræ & viij. acras de* Renelandum *& xv. acras prati, dedi eis pro aliis xx. ſol. Dedi etiam prædictis monachis unam acram terræ ad curtilagium, illam videlicet acram quæ eſt juxta vivarium. Præter hoc dedi etiam eis* *terram de* **Widecroft** *& duas acras in burgagio juxta manſuram quam* Radulfus Saracenus *tenebat, & quatuor acras in* **Langedune** *juxta terram ipſorum monachorum, & viij. acras de dominio meo juxta terram quam Regina* Matildis *mater mea illis dedit. Statui etiam ut ex hac poſtrema donatione ematur vinum ad miſſas cantandas. Conceſſi etiam eis & dedi humagium* Odulfi *& infantum ſuorum. Concedo etiam & hac carta mea confirmo donationem quam* Teboldus *homo meus eis fecit de una acra terræ in burgagio cum* Hugone Plumſton *& pueris ejus. Volo igitur & præcipio quod monachi teneant omnia iſta dona prædicta ita ſolidè & quietè & honorificè & liberè, ne de aliquo humanæ vel laica poteſtati ſubjaceant, vel de aliquo ex hiis eis reſpondeant. Teſtibus,* Helia *capellano,* Johanne *capellano de* **Davenetre,** Odone *clerico,* Philippo *de* **Daventre,** Hugone *de* **Wanci.**

Carta Walteri *filii* Roberti.

Ib. fo. 1. b. W*Alterus* filius *Roberti* omnibus fidelibus ſanctæ matris eccleſiæ & omnibus amicis ſuis & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe & hac carta mea confirmaſſe Deo & S. *Mariæ* de *Karitate* & eccleſiæ S. *Auguſtini* de **Daventre** & monachis ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam & liberam elemoſinam pro animabus *Roberti* filii *Ricardi* patris mei & *Matildis* de **Senliz** matris meæ & omnium anteceſſorum meorum, & pro anima mea & animabus uxoris meæ *Matildis* de **Lucy** & filiorum & filiarum mearum, tria molendina in **Daventre,** ſuper quæ alia fieri in poſſeſſione vel in campis de **Daventre** vel in **Drayton** à quoquam hæredum vel ſucceſſorum meorum, vel a quoquam hominum penitus prohibeo & omnimodis interdico. Dedi etiam in **Daventre** xx. acras terræ ad auſtrum cimiterii iiij. acras in burgagio & viij. acras *Renelandum* & xv. acras prati & j. acram ad curtilagium juxta vivarium, & **Widecroft** verſus **Drayton** & iiij. acras in **Langedon** & terram de *Gara* & j. acram & j. rodam in **Widcroft,** quod eſt inter duo vivaria, & manſuram *Ailwardi* & matris ſuæ, & iiij. acras hoſpitali, duas earum ex una parte campi & duas ex parte alia, & j. ſeillum juxta vivarium, & iiij. acras & **Warewrthemed** & duo vivaria & piſcationem unius diei in meo vivario contra feſtum ſancti *Auguſtini* unoquoque anno, & unum millenarium de allece & v. acras bevarii ſuper **Burc** & decem quadrigatas de boſco & xxiiij. onera ligni ſeperatim ſacriſtæ ad coquendas hoſtias ſuas. In **Drayton** verò dedi eis j. virgatam terræ & j. virgatem eſchangiavi ibidem pro illa virgata quam *Johannes* ſacerdos tenuit in **Daventre** de ſancto *Auguſtino* in die mortis ſuæ. Præterea in hominibus dedi prædictæ eccleſiæ *Vitalem* filium *Odiaſi* & *Hugonem Plumſtan* & *Johannem* molendinarium, *Ivonem, Turb.* & *Walterum* fratres ſuos cum ſororibus ſuis, & *Hugonem, Marinum* cum *Odulfo* fratre ſuo & ſororibus ſuis. *Gruganum* cum fratribus ſuis & *Godwinum Blundum* & *Matildam* uxorem *Gamel.* de **Heddon.** Omnes hos cum filiis & filiabus ſuis. Volo igitur & præcipio firmiter quod prædicta eccleſia ſancti *Auguſtini* de **Daventre** & monachi omnia hæc carta & ſigilli mei teſtimonio confirmata cum cæteris pertinentiis & beneficiis in feudo & poteſtate mea liberè & quietè honorificè & per omnia pacificè teneant & jure perpetuo poſſideant. Teſtibus, *Roberto* ſacerdote de **Preſton,** *Willielmo* ſacerdote de **Welton,** *Willielmo* de *Albeimei, Radulfo* de **Hulm,** *Philippo* de **Daventre.**

Carta *Henrici* de **Nuiers.**

Ib. f. 61. b. HEnricus *de* **Nuiers** *&* Juliana *uxor ſua, omnibus hominibus & amicis ſuis, & univerſis matris eccleſiæ filiis ſalutem. Notum facimus omnibus vobis nos recognoviſſe & reddidiſſe & ex parte noſtra dediſſe in perpetuam & liberam elemoſinam eccleſiæ ſancti* Auguſtini *de* **Daventre** *jus ſuum eccleſiam de* Nortona *cum omnibus appendiciis & libertatibus & conſuetudinibus & omnibus rebus ad eandem eccleſiam pertinentibus, pro ſalute animarum noſtrarum & anteceſſorum noſtrorum, qui eam eidem eccleſiæ de* **Daventre** *longo ante tempore injuſtè ſubtraxerunt. Volumus ergo & præcipimus ut jam dicta eccleſia de* **Daventre** *& monachi qui ibidem Deo ſerviunt eam libere poſſideant & ab omni exactione quietam habeant. Et ut hæc omnia rata ſint & nullo poſſint impetu iræ vel odii vel alio quolibet modo temerari aut violari, hanc recognitionem & redditionem & donationem ex parte noſtra factam præſentis ſcripti teſtimonio & ſiglli noſtri auctoritate confirmamus. Teſtibus,* Willielmo *preſbytero de* **Falwelle,** Simone *preſbytero de* **Daventre,** Galfrido *preſbytero de* **Cundon,** Willielmo *preſbitero de* **Welton,** *& multis aliis.*

Carta Roberti Nuiers.

Ibid. fol. 62. a. R*Obertus* de **Nuiers** omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe eccleſiæ ſancti *Auguſtini* de **Daventre** & monachis ibidem Deo ſervientibus totum quod *Henricus* de **Nuiers** frater meus & *Juliana* uxor ſua filia & hæres *Henrici* de **Chandri** fecerunt prædictæ eccleſiæ & monachis de eccleſia de *Nortona.* Recognoverunt enim eis jus ſuum eccleſiam ſcilicet de **Norton** cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, & reddiderunt & ex parte ſua donaverunt & carta ſua confirmaverunt, quod & ego ex parte mea & uxoris meæ *Mariæ* partier concedo & confirmo. Diligo enim eccleſiam & profectum ejus omnimodis cupio. In fratrem ibidem ſuſceptus ſum, & in die ſuſceptionis fide affidavi in manu *Philippi* de **Daventre** quod actionem & cartam fratris mei & meam ubique dum vixero contra omnes homines pro poſſe meo warantizabo. Teſtibus, *Willielmo* presbitero de **Falwelle,** *Simone* capellano de **Daventre.** *Philippo* de eadem, & aliis.

Carta *Ricardi Vernun.*

Ibid. fol. 62. b. RIcardus *de* **Vernun** *omnibus hominibus & amicis ſuis* Francis *&* Anglis *& univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis me vidiſſe cartam* Henrici *de* **Noers** *atteſtantem quod* Henricus *de* **Nuiers** *&* Juliana *uxor ſua recognoverunt & reddiderunt & ex parte* *ſua dederunt in perpetuam & liberam elemoſinam eccleſiæ ſancti* Auguſtini *de* **Daventre** *& monachis ibidem Deo ſervientibus, jus ſuum eccleſiam ſcilicet de* **Norton**, *de feudo meo, cum omnibus appendiciis & libertatibus & conſuetudinibus & omnibus rebus ad eandem eccleſiam pertinentibus. Et ego per petitionem* Henrici *de* **Nuiers** *&* Julianæ *uxoris ſuæ & pro amore Dei & ſalute animæ meæ hanc eorum recognitionem & redditionem & donationem ex parte ſua factam concedo ex parte mea, & præſentis ſcripti teſtimonio & ſigilli mei auctoritate confirmo. Teſtibus,* Simone *capellano de* **Daventre**, Philippo *de eadem, Willielmo & magiſtro* Henrico *filiis ejus, & aliis.*

Carta Willielmi Gulafre.

Ib. f. 63. a. NOtum ſit omnibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris quod ego *Willielmus Gulafre* de **Nortone** pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & omnium meorum tam vivorum quam mortuorum remiſi & quietum clamavi de me & hæredibus meis Deo & eccleſiæ ſancti *Auguſtini de* **Daventre** & monachis ibidem Deo ſervientibus totum jus & clamium quod habui vel habere potui in eccleſia de **Nortone**. Tenendam & habendam in liberam puram & perpetuam elemoſinam in perpetuum cum omnibus pertinentiis ſuis ſine contradictione mei vel hæredum meorum. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, domino *Simone* filio *W. Radulfo* de **Thorp**, *Henrico* clerico de **Norton**, *Wincencio* clerico, *Rogero* clerico de eadem villa, & multis aliis.

Donatio de **Coldeſſeby.**

Ibid. fol. 110. b. A.D. 1150. ANno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo Ego *Laurencius Coventrenſis* eccleſiæ Prior totuſque conventus dedimus et conceſſimus in perpetuam elemoſinam Priori & monachis de **Daventre** eccleſiam de **Aſſeby** in feudo noſtro ſitam, cum tribus virgatis terræ quæ ad eam pertinent, & cum aliis ſuis pertinentiis, & eccleſiam de *Adduna* ſimiliter in terra noſtra ſitam cum duabus virgatis terræ quas eidem eccleſiæ aſſignavimus, Salvo tamen jure & conſuetudine decimationum & aliorum omnium quæ noſtra eccleſia de **Winewic** de prædictis habuit eccleſiis. Hæc vero ſupradicta beneficia liberè & honorificè teneant & de noſtra eccleſia recognoſcant abſque omni redditu excepta una libra incenſi quam annuatim ante nativitatem domini noſtræ eccleſiæ perſolvent.

Carta *Galfridi Maleſoures* de eccleſia de **Wallgrave.**

Ibid. fol. 140. a. S*Ciant præſentes & futuri quod ego* Galfridus Maleſoures *filius* Henrici Maleſoures *dedi conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & ſancto* Auguſtino *de* **Daventre** *& monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ anteceſſorum & ſucceſſorum meorum eccleſiam de* **Waldegrave** *cum omnibus pertinentiis ſuis liberam & quietam in puram & perpetuam elemoſinam quantum ad donationem laici & patroni pertinet. Et ut hæc mea donatio rata in poſterum & ſtabilis perſeveret, huic ſcripto ſigillum meum appoſui, Teſtibus,* Radulfo *de* **Gernemue**, Nicholao de **Noers**, Willielmo *de* **Daventre**, Radulpho *de* **Thorp**, *& multis aliis.*

Incipiunt cartæ de **Braybroc.**

Carta Thomæ *de* **Braybroc** *de recognitione erroris.*

Ibid. fol. 152. b. An. 11. Regis *Stephani.* SCiant præſentes & futuri quod *Thomas* de **Braybroc** anno undecimo regni Regis *Stephani* die antecedente octabas Epiphaniæ pœnitentia ductus *Daventreiam* venit, & ibidem recognovit ſe male erraſſe erga eccleſiam ſancti *Auguſtini* de **Daventre** & monachos ibidem Deo ſervientes de eccleſia de **Braibroc**, quam eiſdem monachis, videlicet & eccleſiæ injuſtè ſubtrahere volebat, cum eam longo tempore ex donatione anteceſſorum ſuorum habuiſſent. Venit quidem & vadimonio ſuo ſuper altare poſito in ſatisfactionem erroris ſui elemoſinam datam animo benivolo conceſſit, & ratam ac ſtabilem perpetuo fieri conſtituit. In fratrem itaque tandem eccleſiæ à monachis ſuſceptus, in manum *Phillipi* fide affidavit quod elemoſinam anteceſſorum ſuorum & ſuam ubique pro poſſe ſuo warantizabit, & ad utilitatem eccleſiæ ſancti *Auguſtini* & pauperum Chriſti fratrum ſuorum manutenebit. Hujus rei teſtes ſunt Prior *Herbertus* & conventus ejus, *Seerus* de *Quinci* dominus de **Daventre**, *Hugo* de **Loerenne**, *Philippus* de **Daventre**, *Radulphus* de **Thurnebi**, & multi alii.

Carta Roberti *filii* Vitalis *de donatione eccleſiæ de* **Braybroc.**

Ibid. fol. 152. b. R*Oberto Lincolnienſi* Dei gratia epiſcopo & omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis *Robertus* filius *Vitalis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe donationem eccleſiæ de **Braibroc** quam *Cetelbertus* dedit eccleſiæ ſancti *Auguſtini* de **Daventre**. Quapropter volo & præcipio quatinus eccleſia de **Daventre** eandem eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis honorificè teneat, & in perpetuam elemoſinam ſicut ei data fuit pacificè per omnia jure perpetuo poſſideat. Et ut rata ſit *Cetelberti* donatio & mea conceſſio, ipſo me inde precante *Cetelberto*, ſcripti & ſigilli mei teſtimonio utramque confirmo. Teſtibus, *Hugone* de *Leiceſtria*, *Waltero* de **Gomundeley**, *Radulfo* de **Schaldeford**, & multis aliis.

Progenies Vitalis Palfrey.

Ibid. fol. 105. a. V*Italis Palfrey* qui venit cum domino *Willielmo Baſtard* habuit ex dono ipſius *Willielmi* baroniam de **Forton**, Qui genuit *Robertum*, & *Robertus Simonem*, & *Simon Ricardum* primum, & *Ricardus Ricardum* ſecundum, qui habuit duas filias *Amyam* & *Beatricem*. *Amya* fuit deſponſata *Alano Baſſet*, qui genuit ex eadem *Johannam* & *Agnetem*. *Johanna* fuit deſponſata, ſecundùm quoſdam, magiſtro *Willielmo* de **Gommundele**, de quo *Rogerus* de **Forton**. *Agnes* fuit deſponſata *Radulpho* de ſancto *Lando*, de quo *Johannes* de ſancto *Lando*, qui mortuus eſt ſine hærede corporis ſui. *Beatrix* filia *Ricardi* de **Forton** ſecundi, fuit deſponſata *Ricardo* filio *Huberti* de **Mydelynton**, de *Johanne Ricardus* de **Mydelynton**.

Genealogia de **Weltone.**

Ib.f.78.b. ALlelmus filius *Rory*, qui venit cum domino *Willielmo Baſtard*, genuit *Adam*, *Adam Willielmum* j. *Williemus Stephanum*, *Stephanus Willielmum* ij. *Willielmus Rogerum* j. *Rogerus Willielmum* iij. iſti ſunt domini de **Weltone** poſt adventum dicti *Willielmi Baſtard*. *Rogerus* de **Welton** primus deſponſavit *Eliſabet* filiam & hæredem domini *Nicholai* de **Noers** de qua genuit *Willielmum*, de quo *Rogerus*, *Nicholaus*, *Galfridus*.

Nicholaum, de quo *Michael*. *Argentinam*. iſta fuit deſponſata domino *Waltero de* **Wodehul**, de quo *Michael*, *Walterus*.

Anabele, & iſta domino *Hugoni* de **Capes** de **Preſton**, de quo *Thom*.

Abilis, & iſta *Roberto Dyne* de **Brampton**, de quo *Radulfus*. Item dictus *Rogerus* duxit in uxorem *Johannam* de **Wodehul** matrem domini *Walteri* de **Wodehul**, de qua nullus exitus.

Item dictus *Rogerus* duxit in uxorem *Margeriam* de **Haynton** de qua nullus exitus.

Willielmus filius R. de **Welton** deſponſavit **Fyne de Armenters**, de qua *Rogerus*. Iſte *Rogerus* poſt deceſſum patris ſui *W*. vendidit hæreditatem ſuam, manerium ſcilicet de **Welton**. *Nicholaus*. Iſte *Nicholaus* deſponſavit *Aliciam* filiam domino *Willielmo la* **Zuche.** *Gaufridus* * dominæ *Feliciæ* de **Cowe**, de qua, *Felicia* quæ fuit deſponſata *Nicholao* de *Monte-Gomeri*, *Agnes*, *Euſtacius*.

Item dictus *Willielmus* filius R. duxit aliam in uxorem *Roſam Murdach*, de qua *Rogerus*. Iſte *Rogerus*, dictus **Noers**. deſponſavit, *Johannam* filiam *Feliciæ* de **Cowe**. *Matterſuende*, de qua *Willielmus*, *Alelmus*, *Adelina*, *Iſabella*, *Agnes*, *Roſa*. Item dictus *W*. duxit alteram in uxorem, ſcilicet *Feliciam* de **Cowe**, de qua *Robertus*.

* Sic MS.

Ib.f.92.b. MEmorandum quod *Walterus Leydet*, a die ſanctæ *Trinitatis* in xv. dies anno domini milleſimo CClij. quarto die placiti comparuit coram dominis *Silveſtro* tunc epiſcopo *Karliolenſi*, & *Rogero* de **Turkesby** & domino *Galfrido* de **Preſtone** tunc juſticiariis itinerantibus apud **Leyceſtre.** Et quia dominus *W*. non fuit plenæ ætatis adiudicatum fuit *Willielmo* de **Everdon** atornato Prioris quod recederet ſine die. *Simon* vero de **Throp** debet exſpectare plenam ætatem prædicti *Walterii*. *Jacobus* vero monachus & *Willielmus* de **Everdon** vel alter ipſorum ſunt atornati prædicti Prioris in iſta loquela per breve regis, & debent ſe eſſoniare ad primum diem placiti per duos garciones.

Linea generationis **Latimer.**

Ib.f.94.a. HEnricus de **Braybroc** dedit quoddam pratum quod vocatur **Sannforde** domui de **Daventre** pro ſex marcis & dimidia per annum. Qui *Henricus* procreavit *Wiſcardum*. Qui *Wiſcardus* procreavit *Walterum*, Qui *Walterus* procreavit duas filias, *Aliciam* & *Criſtianam*, quæ ſeyſitæ fuerunt de annuali redditu in communi. Quæ *Criſtiana* habuit quendam filium *Thomam le* **Latymer.** Qui *Thomas* & *Alicia* ſunt ſeyſiti de illo redditu annuali in communi.

Genologia de **Braybrok.**

ROBertus de **Braybroc**, quondam vicecomes *Norhamptoniæ* emit de veteri *Euſtachio* de **Watford** pratum quod vocatur **Sanford.** Reddendo inde annuatim dicto *Euſtachio* ij ſolidos. Iſte *Robertus* genuit *Henricum* de **Braybroc**, qui *Henricus* dedit prædictum pratum domui de **Daventre** ad firmam perpetuam pro ſex marcis & dimidia annuatim ſibi & hæredibus ſuis perſolvendis, centum annis elapſis & ultra. Dictus *Henricus* genuit *Wiſcardum Ledet* qui ſumpſit cognomen ex matre ſua *Criſtiana Ledet* domina de **Wardon.** Iſte *Wiſcardus* genuit *Walterum Ledet*. Et iſte *Walterus* genuit de *Ermendrua* de *Inſula* duas filias *Aliciam* videlicet & *Criſtianam* ſorores. *Alicia* diſponſata fuit domino *Willielmo le* **Latimer** qui genuit ex ea iiij filios; videlicet dominum Willielmum, dominum *Johannem*, dominum *Thomam*, dominum *Nicholaum* milites. Cui * *Nicholao* domina mater ſua *Alicia* poſt mortem mariti ſui domini *Willielmi* dedit omnes terras & tenementa quæ habuit in comitatibus *Nrthamtonæ* & *Leiceſtriæ*, *Chriſtiana* deſponſata fuit domino *Johanni* fratri domini dicti *Willielmi* ſenioris *le* **Latimer** qui genuit ex ea duos filios, videlicet dominum *Thomam* & dominum *Willielmum* milites fratres germanos.

Ib.f.94.b.

* MS. *Nicholaus.*

Littera Prioris *de* **Coventre.**

Ibid. fol. 111. b. UNiverſis præſentes literas inſpecturis vel audituris *Gaufridus* divina permiſſione Prior **Coventre** ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra Priorem de **Daventre** ſatisfeciſſe nobis de relevio *Hugonis* de *Clyntona* hæredis *Johannis Poherii*, ſcilicet, quantum pertinet ad quindecim virgatas terræ quas dictus Prior tenet de feodo noſtro in villa de **Weſthaddon.** In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui.

Inquiſitio.

Ibid. fol. 107. INquiſitio facta coram *Johanne* de **Moyne** eſcaetore domini regis citra *Trentam*, die martis proxima ante aſſumptionem beatæ *Mariæ* anno regni regis *Henrici* filii *Johannis* regis quinquageſimo quarto, apud **Weſtpreſton**, per juratos ſubſcriptos; ſcilicet per *Hugonem Lovel*, de **Fardington**, (*&c.*) Qui dicunt per ſacramentum ſuum, quod *Hugo* dictus *Vicecomes* qui habuit caſtrum & villam de **Weſtpreſton**, fundavit domum monachorum de **Daventre** apud **Weſtpreſton** juxta caſtrum ſuum, & dedit eiſdem monachis quinque virgatas terræ in **Weſtpreſton.** Et poſtea quia eccleſia dictorum monachorum ſtetit nimis propè caſtrum ſuum, ideo amovit dictam abbatiam uſque **Daventre** ubi nunc eſt, & pro dampnis quæ jam dicti monachi receperunt pro remotione domorum ſuarum dedit eiſdem monachis tres virgatas terræ in **Falweſle.** Et poſtea venit *Willielmus* dictus *Vicecomes*, filius & hæres dicti *Hugonis* & implacitavit dictos monachos tempore *Henrici* Regis avi Regis *H.* nunc exiſtentis. Et prædicti monachi acceſſerunt ad dictum *Henricum* Regem & oſtenſerunt ei qualiter *Willielmus Vicecomes* implacitavit eos. Et dictus *Henricus* Rex perpendebat paupertatem monachorum & confirmavit donationem trium virgatarum terræ in **Falweſle**, & dedit eiſdem monachis eccleſiam de **Falweſle** cum omnibus pertinentiis, & cum **Chercheſet** duorum hundredorum, in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Ita quod nichil tenent in capite de domino Rege niſi eccleſiam in forma prædicta. Aliam terram quam habent in **Falweſle** habent de dono dicti domini Regis *Henrici* avi Regis *Henrici*, in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Carta domus

Ib. 107. b.

OMnibus Chriſti fidelibus præſentes litteras viſuris vel auditturis frater *Nicholaus* eccleſiæ ſancti *Auguſtini* de **Daventre** humilis Prior & ejuſdem loci conventus patroni eccleſiæ de **Preſton**, ſalutem in domino. Noveritis nos pro nobis & ſucceſſoribus noſtris conceſſiſſe dilecto noſtro ac ſpeciali domino *Hugoni* de **Capes** & hæredibus ſuis, quantum ad nos pertinet, poteſtatem liberam capellam erigendi & ædificandi in manerio ſuo de **Preſton**, ſalvis in omnibus tam minutis decimis & majoribus quam oblationibus & aliis obventionibus & conſuetudinibus, & ſalvo juramento cujuſlibet capellani in prædicta capella divina celabraturi ſucceſſive, ſuper fidelitate obſervanda in omnibus ſupraſcriptis matrici eccleſiæ de **Preſton** & vicario ibidem celebranti. In hujus rei teſtimonium preſens ſcriptum in modum cyrographi inter nos eſt confectum & ſigillis noſtris hinc inde appoſitis roboratum. Hiis teſtibus, dominis *Rogero* de **Weltone**, *Simone* de **Throp**, *Willielmo* de **Hovenet** militibus. *Nicholao* de **Puſcote**, & multis aliis.

Carta Radulfi Cheynduit.

Ibid. fol. 107. a.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Radulfus* de **Cheynduit** ſalutem. Notum ſit omnibus vobis quod ego pro ſalute animæ meæ & omnium meorum tam vivorum quam mortuorum conceſſi & ex parte mea dedi & præſenti carta mea confirmavi Deo & ſancto *Auguſtino* de **Daventre** & monachis fratribus meis ibidem Deo ſervientibus, eccleſiam de *Preſtona* cum omnibus ejus pertinentiis in elemoſinam puram & perpetuam & liberam ab omni conſuetudine & axactione ad me vel hæredes meos pertinente. Teſtibus, *Adam Gilbert* de **Cotendon**, *Simone* de **Foxton**, *Thoma* capellano de **Daventre**, *Helia* capellano de **Preſton**, & multis aliis.

SANCTI *ANDREÆ* Northamptoniæ *Prioratus.*

Incipit de fundatione domus noſtræ.

Ex regiſt. S. *Andreæ Northam.* in bibl. *Hattoniana* fol. 1.

MEmorandum quod anno gratiæ milleſimo ſexageſimo ſeptimo *Willielmus* dictus *Baſtard* filius Ducis *Normanniæ* venit cum maxima & ſtrenuiſſima militia in *Angliam*, & *Haraldo* Rege devicto ſimul & interfecto totum regnum adquiſivit. Et in die natalis domini apud *Weſtmonaſterium* coronatus totum prædictum regnum pacificè poſſedit. Venerunt etiam cum illo duo fratres ſtrenuiſſimi milites, videlicet *Garnerius* dictus *le* **Ryche** & *Symon* de **Seynliz** filii *Raund el le* **Ryche.** Mortuo prædicto *Randoel*, *Garnerius* primogenitus, reverſus eſt in *Franciam*, & optinuit hæreditatem patris: *Simon* autem remanſit in *Anglia* cum prædicto Rege *Willielmo.* Aliquanto autem tempore elapſo, quidam comes *Huntyngdoniæ* nomine *Waldelfus*, erga regem prædictum de proditione accuſatus & convictus apud *Wintoniam* decapitatus eſt. Habebat autem ipſe comes duas filias: Rex verò primogenitam, *Maud* nomine, dedit *Simoni* de **Seynlyz**, cum toto honore **Huntyngdon.** Dictus vero *Simon* maritavit *Aliciam* ſororem uxoris ſuæ *Randulpho* de **Tonny**, cum centum libratis terræ de prædicto honore. Iſte *Simon* comes, tempore Regis *Willielmi* prædicti, & anno regni ſui octavo decimo, fundavit domum ſancti *Andreæ Northamptoniæ*, & eam ſubmiſit imperpetuum domui beatæ *Mariæ* de *Caritate*. Poſtea tempore Regis *Henrici* primi, iſte *Symon* comes **Huntyngdon**, adiit terram ſanctam, & in redeundo obiit apud *Caritatem*, & ibidem ſepultus eſt. *Henricus* Rex prædictus deſponſaverat *Maud* ſororem *Alexandri* Regis *Scotiæ* & *Davidis*, & dedit *Maud* quæ fuit uxor *Simonis* comitis, *Davidi* fratri Regis *Scotiæ* prædicti, una cum cuſtodia hæredis prædicti comitis *Simonis*. Nomen ejus hæredis erat *Simon* de **Seynlyz** junior, poſt nomen patris ejus. Et iſte *Simon* junior fundavit abbatiam beatæ *Mariæ* de *Pratis* juxta **Northampton.**

Carta Simonis *primi Comitis.*

Ex regiſt. S. *Andreæ* de *Northampton* penes *Joh. Theyer* de *Coupers hill* juxta *Glouceſter.*

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, *Amen.* Ego *Symon* & uxor mea *Matildis*, ne ante æternum Judicem in extremo die cœleſtis poſſeſſionis exhæredes ſimus, de noſtra terrena poſſeſſione aliquantulum monachis ſanctæ Dei genetricis *Mariæ* de *Caritate*, apud *Hamptonam* Deo ſervientibus, pro nobiſmet ipſis, & pro animabus patrum noſtrorum, dominorum, atque amicorum damus, & firmiſſima conditione conſtituimus, quod ipſi monachi teneant honorifice ſicuti noſmet ipſi, & in quantum ad nos pertinet defendimus, ne aliquis noſtrorum hominum audeat, aliqua mala conſuetudine, ſervitute, vel donatione, malè tractare quicquid Deo & monachis donamus: ſcilicet ipſam eccleſiam in qua habitant, & omnes alias ejusdem villæ eccleſias cum appenditiis ſuis, & in eadem villa terram trium carucarum & tres dalos prati, & unum hulmum, & aliquos hoſpites, & de firma ipſius villæ viginti ſolidos ad feſtum ſancti *Michaelis* & *Stoberiam*: ſcilicet duas hidas terræ, & quod in **Hardyngeſtorn** & in **Haclynton** in dominio habebamus; & duas partes decimæ de **Thorpe**, & in *Braceſeya* eccleſiam, & ipſius eccleſiæ terram & decimam. In *Equetonia* eccleſiam, & decimam, & quicquid *Walterus* capellanus de eo tenet, ipſo *Waltero* laudante. De *Jerdeleya* totam decimam per conſenſum & donum *Hugonis* capellani. In *Bertonia* & **Dodyntonne** & **Coteham**, annonæ mediam decimam, & beſtiarum totam. Tertiam partem totius decimæ de *Obertona*, & *Stratonia*, & *Haringcdia*, & *Frodigeya*; & in *Daventria* tertiam partem annonæ & ſuarum equarum totam decimam. Et *Grimboldus* dedit eiſdem monachis in *Multonia* eccleſiam & totam decimam, & decimam *Budonis*, & terram unius carucæ; & *Acardus* ſuam decimam de *Sprottona*. Et *Burchardus* x. acras terræ, & decimam terræ ſuæ in *Hamtona*. ✠ Signum *Simonis* comitis. ✠ Signum *Matildis* comitiſſæ. ✠ Signum *Grimboldi*. ✠ Signum *Nigelli* iij.s. ad car. unoquoque anno. ✠ Signum *Johannis* nepotis comitis. ✠ Signum *Rogeri Olifardi* iij.s. unoquoque anno. ✠ Signum *Walteri* filii *Wynemeri*. ✠ Signum *Hugonis* filii *Athelini*, ✠ Signum *Hugonis* de **Eſſeby** iij.s. unoquoque anno. ✠ Signum *Symonis* nepotis comitis. ✠ Signum *Warneri* nepotis comitis. ✠ Signum *Maynardi* capellani. ✠ Signum *Petri* nepotis comitis. ✠ Signum *Sedwini* de *Alneto* ij.s. unoquoque anno.

Carta Matildis *de* Mundevilla.

Ex regiſtro S. *Andreæ Northam.* in bibl. *Hattoniana.*

NOverint univerſi matris eccleſiæ filii, tam præſentes quam futuri quod domina *Matildis* de *Mundevilla*, pro ſalute animæ patris ſui *Nigelli* de *Mundevilla*, à quo hæc hereditas procedit, & domini ſui *Roelandi* de *Abrincis*, & filii ſui, donum ſuum & elemoſinam fecit eccleſiæ ſancti *Andreæ* de **Northamton.** Scilicet *Siwellam*, & omnia ei pertinentia, tam in boſco, quam in plano, & eccleſiam eis abſolute conceſſit, exceptis quatuor virgatis terræ & dimidia, quas, cum filia ſua eccleſiæ de **Elneſtowe** dedit &c. Teſte, *Roberto Grimbald*, *Roberto* de *Weſtona*, *Warnero Grimbald*, &c.

Ibid.

1147.

[*Willielmus* de *Albrincis* confirmat donum matris ſuæ de villa & eccleſia de **Siwell,** (exceptis ut ſupra) an. Dom. MCxlvij. Teſtes *Simon* comes **Northamton,** *Ricardus* de *Campvilla*, *Robertus Grimbald*, *Robertus* de *Weſtona*, *Hugo Gobion*] &c.

Carta regis Stephani *donationem manerii de* Siwelle *per* Willielmum *de* Abrincis *confirmans.*

Ibid.

S. Rex *Angliæ* epiſcopo *Lincolniæ* & comiti *Simoni*, & juſtitiariis, & vicecomitibus & baronibus, & miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* **Norhamtonſcire** ſalutem. Sciatis quod concedo & confirmo illam donationem quam *Willielmus* de *Abrincis* fecit Deo & eccleſiæ ſancti *Andreæ* & monachis ibidem Deo ſervientibus, de manerio *Siwelliæ*, & omnibus ejus pertinentiis. Quare volo & firmiter præcipio, quod eccleſia prædicta & monachi illud manerium, cum pertinentiis, teneant, & imperpetuum poſſideant bene, & in pace, & libere, & honorifice, & quiete in omnibus rebus & libertatibus, & conſuetudinibus eidem terræ pertinentibus, ſicut idem *Willielmus* de *Abrincis* illas melius & liberius tenuit, & ſicut ipſe eis illas dedit & carta ſua confirmavit. Teſt. *Simone Comite*, *Ricardo* de *Canvilla*, & *Roberto Grimbaud* camerario, apud **Northamton.**

Carta Davidis Scotorum *regis*.

Ex autographo in bibl. *Cottoniana.*

DAvid Dei gratia rex *Scotorum*, omnibus baronibus & hominibus ſuis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe monachis eccleſiæ ſancti *Andreæ Norhamptoniæ*, ut ubicunque decimas dominii mei plenarie eis habent, tam in pecoribus, quam in omnibus fructibus terræ. Confirmo igitur eis quicquid habent in villa de **Scaldeford**; ſcilicet unum molendinum, & unam carucatam terræ, in liberam elemoſinam. Reliquam vero terram quam ibidem habent, ea libertate tenebunt, quâ *Robertus* filius *Vitalis* dominus ejuſdem villæ, terram ſuam tenet, nec aliquam conſuetudinem ei inde debent, ſicut ipſe confeſſus eſt ante me, & meos homines. Concedo igitur eis, ut apud *Extonam* terram illam quæ vocatur **Wiliges** frangatur & ſeminetur, & nullus eos inquietare præſumat. Teſtibus, *Michaele* de **Haneſel,** & *Roberto* de **Brus,** & *Roberto* filio *Nigelli*, apud **Cerdelai.**

Carta Simonis *comitis, primi fundatoris.*

Ex regiſtro S. *Andreæ* in bibl. *Hattoniana.*

IN nomine ſummæ & individuæ *Trinitatis. Amen.* Notum ſit ſanctæ matris eccleſiæ filiis quod comes *Simon* & uxor ſua *Matildis*, ne in die judicii cunctis aſtantibus cum vacua manu appareant, largiti ſunt de poſſeſſionibus ſuis monachis ſancte *Mariæ* de *Caritate* Deo apud *Hamtonam* in eccleſia ſanctæ Dei genetricis *Mariæ* apoſtolique *Andreæ* ſervientibus, pro animarum ſuarum ſalute, & omnium anteceſſorum ſuorum, necnon & dominorum & amicorum ſuorum, & pro omnibus illis, qui locum iſtum auxerint, & hæc & alia ad ipſum locum pertinentia fideliter teſtificaverunt, ipſam eccleſiam *omnium Sanctorum*; & omnes ejuſdem ville eccleſias cum omnibus appendiciis ſuis, & in eadem villa terram trium carucarum, & tres dallos prati, & unum hulmum, & aliquos hoſpites, & de firma ipſius ville viginti ſolidos ad feſtum ſancti *Michaelis*, & hoſpites prope eos manentes, liberos & quietos ab omni conſuetudine ipſius ville pro voluntate monachorum, & *Scoteberiam*, ſcilicet, duas hidas terræ, & quod in **Hardyngeſtorne** & in **Haclynton** in dominio habebant, & duas partes decimæ de **Thorp.** Et in *Brakeleya* eccleſiam & ipſius eccleſiæ terram & decimam. In *Equitonia* eccleſiam & decimam & quicquid *Walterus* capellanus ibidem tenet, ipſo *Waltero* laudante. De *Gerdela* duas partes decimæ. In *Bertona* & **Dodyngton** & **Cotebam** annone mediam decimam, & beſtiarum totam: Tertiam partem totius decimæ de *Brotona* & *Stratonia*, & *Haringordia*, & *Frodigeya*, & in *Daventreya* tertiam partem annonæ, & ſuarum equarum totam decimam; & unum novum molendinum quod eſt apud **Herningeſtorne**, & decimam ipſius villæ; Et duas partes decimæ de *Villaveſtona*, ſimiliter duas de **Trop**, & duas de *Potona*, & duas virgas de terra, & viginti acras de bruario, & viginti ſolidos de molendino **Pacaſtone** ad vinum emendum ad miſſas, qui debent ſemper reddi in paſcha. Domnius quoque *Paganus* dedit ipſis monachis eccleſiam **Riale**, & poſtea dedit molendinum quod fecit apud villam **Riale**, & terram ad unam carucam pro clerico qui pro hac ſe effectus eſt monachus. *Grimboldus* etiam dedit eiſdem monachis in *Multonia* eccleſiam & totam decimam, & decimam *Bundonis*, & terram unius carucæ, & *Acardus* ſuam decimam; & *Oigerus* de *Hoſtona* ſuam; laudante hoc & confirmante *Henrico Anglorum* Rege, octavo Imperii ſui anno, coram ſubſcriptis teſtibus. ✠. Signum *Henrici* Regis *Anglorum*, ✠ Signum *Matildis* Reginæ. ✠. Signum *Anſelmi* archiepiſcopi. ✠ Signum *Roberti* epiſcopi *Lincoln*. ✠ Signum *Roberti* epiſcopi *Ceſtrenſis*. ✠ Signum *Johannis* epiſcopi de **Lys**: ✠ Signum *Samſonis* epiſcopi. ✠ Signum *Johannis* epiſcopi *Baeus*. ✠ Signum *Gundulfi* epiſcopi *Roveceſtr*. ✠ Signum *Mauricii* epiſcopi *Londin*. ✠ Signum *Ranulfi* cancellarii. ✠ Signum *Henrici* comitis de **Warewyke**. ✠ Signum *Willielmi* comitis de **Warenne**. ✠ Signum *Nigelli* de **Oily**. ✠ Signum *Roberti* de **Ferers**. ✠ Signum *Eudonis Dapiferi*. ✠ Signum *Willielmi* de **Aubeney**. ✠ Signum *Willielmi* de **Curcy**. ✠ Signum *Roberti* comitis de **Mellent**. ✠ Signum *David* fratris Reginæ.

Confirmatio donationum, per Hugonem Lincolnienſem *epiſcopum*.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit: *Hugo* Dei gratia *Lincolnienſis* epiſcopus ſalutem in domino. Noſtrum eſt juſtis petitionibus adquieſcere & quicquid poſſumus auxilii filiis ſanctæ eccleſiæ impertiri; unde & fratribus noſtris monachis eccleſiæ ſancti *Andreæ* de **Northampton** ſpeciali authoritate qua fungimur confirmamus; ſcilicet eccleſiam *omnium Sanctorum* de *Northamptona*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam ſancti *Egidii* cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam ſancti *Michaelis* cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam ſancti *Sepulchri* cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam ſanctæ *Mariæ* cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam ſancti *Gregorii* cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam ſancti *Petri* cum omnibus pertinentiis ſuis, ſcilicet cum eccleſia de **Thorp** & capella de **Upton** cum omnibus aliis pertinentiis ſuis; & eccleſiam ſancti *Edmundi* cum omnibus pertinentiis ſuis; & eccleſiam ſancti *Bartholomei* cum omnibus pertinentiis ſuis; & capellam ſancti *Thomæ* cum omnibus pertinentiis ſuis; & eccleſiam de **Ryall** cum omnibus pertinentiis ſuis; & eccleſiam de **Exton** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Newenton** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Sywell** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Multon** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Braufelde** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Preſton** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Byllyng** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Howton** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Quenton** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Hardyngyſtorn** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Stotysbyry** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et eccleſiam de **Sulgrave** cum omnibus pertinentiis ſuis, & duas partes decimæ totius decimationis dominii comitis *David* in *Yerdele*, & in **Eartone** & in **Dodyngtonne** & **Harpngworth**. Et tertiam partem totius decimæ dominii comitis *David* in *Fodryngeya*. Et tertiam partem totius decimæ dominii de **Overton**. Et duas partes totius decimæ dominii de **Styvecle**. Et viginti ſolidos de molendinis de **Parton** ad vinum emendum ad miſſas. Et de horreo comitis *David* in *Bertona* tres ſummas frumenti ad oblatas faciendas. Et duas partes totius decimæ dominii de *Willaſtona*. Et duas partes decimæ dominii *Walteri* filii *Winemeri* in **Throp**. Et duas partes decimæ dominii *Walteri* prædicti in **Wutton**. Et duas partes decimæ dominii *Achardi* de **Sprorton** in **Sprorton**, & in **Wythyn** & in *Strattona*. Et duas partes totius decimæ dominii quod fuit *Rogeri* filii *Aze* in **Psham**; Et duas partes totius decimæ dominii *Henrici* de **Cogenho** in **Horrowedon**. Et duas partes totius decimæ dominii *Willielmi* filii *Burchardi* in **Flore**. Et duas partes totius decimæ dominii *Henrici* de *Armenters* in **Stowe**, & in **Kyslingbury**, quas tenent ad firmam de monachis ſancti *Prejecti* de *Vermendes*. Et duas partes decimæ dominii *Walteri Luvel* in **Kyslyngbury**. Et eccleſiam de *Pottona* cum omnibus pertinentiis ſuis, & in eadem villa duas virgatas terræ & viginti acras de bruera. Et duas partes decimæ dominii *Richardi* de **Heyforde** in **Herleſton**. Et duas partes totius decimæ dominii *Andreæ* de **Braybroke** in **Braybroke**. Et tertiam partem totius decimæ dominii *Richardi Foxle* in **Foxle**, Et duas partes totius decimæ dominii de *parva Hoctona*, juxta **Langeporte**, quas habent ex donatione *Godefridi* de **Bolnigne**: Et ut hæc omnia præfatis monachis ſancti *Andreæ* rata & illibata permaneant, ſicut ipſis juſtè & rationabiliter collata ſunt, preſentis ſcripti & ſigilli noſtri atteſtatione communimus; ſalva in omnibus *Lincolnienſis* eccleſiæ dignitate. Teſtibus hiis, *Roberto* abbate de *Nuttelega*, *Walkelino* abbate de ſancto *Jacobo*, *Walkelino* Priore de *Landa*, magiſtro *Roberto* de **Harding**, magiſtro *Rogero* de **Rolveſton**, magiſtro *Simone* de **Sywell**, magiſtro *Willielmo* de *Monte*, magiſtro *Richardo* de **Dodeforde**, *Henrico* filio *Petri*, magiſtro *Warino* de **Bedforde**: *Simone* decano de **Witlyngbere**, *Rogero* decano de **Pateſhyll**, magiſtro *Samſone* de **Wetebeby**, magiſtro *Roberto* de **Melhum**, magiſtro *Roberto Groſteſte*.

Carta Regis Henrici *primi donatorum conceſſiones ratificans.*

In regiſtro. S. *Andr.* de *Northampton* penes *Johannem Thayer* fol. 14. a.

Vide cart. 3. *E.* 3. n. 39.

Et. cart. 10. E. 3. n. 27.

HEnricus Rex *Angliæ Roberto Lincolniæ* epiſcopo & *David* comiti & omnibus baronibus, & fidelibus ſuis, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe monachis de *Caritate* in eccleſia ſancti *Andreæ* de **Northampton** Deo ſervientibus, eccleſiam ſancti *Sepulchri*, quæ eſt in eadem villa, cum quatuor acris de dominio meo, pro anima patris mei, & matris meæ, & pro animabus anteceſſorum meorum. Et præterea concedo & confirmo omnes poſſeſſiones eorum, quas *Simon* comes & *Matildis* uxor ſua, & alii barones & homines mei eis dederunt in eccleſiis, in decimis, in terris, ſive in aliis rebus, & nominatim xl. ſol. quos habent per annum in **Bedeford** ex dono *Matildis* comitiſſæ; & unam carucatam terræ, & unum molendinum in **Scaldeford** quæ *Robertus* filius *Vitalis* eis dedit in liberam elemoſinam. Et præter hoc in eadem villa decem virgatas terræ, & quartam partem unius virgatæ, quas ipſi emerunt de eodem *Roberto*, ita liberè tenendas, ſicut ipſe tenet terram ſuam. Et in **Multon** duas virgatas terræ quas ipſi emerunt à *Grimboldo*, ita liberè tenendas ſicut ipſe tenet terram ſuam. Et ex dono ejuſdem *Grimboldi* decimam de molendino, quod dicitur **Cauchesmelne.** Et in *Acheleia* xxx. acras terræ & paiſonem centum porcorum, & communem paſturam quæ *Robertus* filius *Lancelini* dedit eis in liberam elemoſinam. Et præter hæc in eadem villa quinque virgatas terræ & dimidiam quas emerunt ab eodem *Roberto*, ita liberè tenendas, ſicut ipſe tenet terram ſuam. Et in **Wendlingbury** unam virgatam terræ, ex dono *Iberti* de *Cogenho* in liberam elemoſinam. Et terram de **Forle**, ex dono *Adeluphi* in elemoſinam; & eccleſiam & terram de **Newenton**, cum omnibus appenditiis ſuis, ex dono *Auſcheri* de *Chanci*. Et duas partes decimæ *Rogeri* de *Iſham*, & in eadem villa decimam duarum virgatarum terræ, ex dono *Hardewini* de *Hargedon*. Et duas partes decimæ *Walteri* de *Preſton* in **Wyton**. Et in **Hargedon** duas partes decimæ *Engelranni*. Et in *Flora* decimam *Willielmi* filii *Burcardi*. Et in **Braibroc** decimam *Willielmi*; & in **Chiſlinghini** decimam *Walteri* de *Liner*. Et in **Herveleſton** duas partes decimæ *Roberti* de *Armenters*. Et in **Northamton** domum *Werrici* quæ eſt in foro & domos *Roberti Huuet*, cum omni tenura ſua, & domos *Walteri* cum tota tenura ſua. Præterea concedo quod homines eorum de **Northampton** qui ſunt reſidentes in terra eorum, à foſſatis burgi uſque ad foſſatum eorundem monachorum, & uſque ad aquam ſint liberi & quieti ab omni conſuetudine ejuſdem villæ. Et volo, & firmiter præcipio quod ipſi monachi teneant omnia prædicta bene & in pace, liberè & honorificè & quietè, in boſco & plano, in pratis, & paſcuis & molendinis & ſtagnis, & aquis, in viis & ſemitis, infra burgum & extra, cum *ſaca*, & *ſoca* & **toll** & **theam** & **infangenthef**: Et prohibeo ſuper hoc ne aliquis eis injuriam vel contumeliam Faciat. Teſte, *Roberto* epiſcopo *Ceſtriæ*, *Herveo* epiſcopo de **Ely**, *Ranulpho* cancellario *Gaufrido* de *Glinton*, *Radulpho Baſſet*, *Hugone* de *Legberceſtria*, Apud **Northamton.**

[*Quod hujuſmodi Prioratus ſit indigena, vide Pat. 6. H. 4. part. 2. mem. 25.*]

Fundatio Hospitalis de **Kingſthorpe.**

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Walterus* Prior ſancti *Andreæ* **Northamton**, & totius ejuſdem loci conventus ſalutem in domino. Ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire, nos communi conſilio & aſſenſu totius capituli noſtri, ad petitionem *Petri* filii *Adæ* de *Northamptona*, & *Henrici* filii ejus, liberaliter conceſſiſſe domum quandam, in ſuſceptionem peregrinorum & pauperum in loco noſtro in quo ſita eſt capella ſancti *David* infra limites parochiæ noſtræ de **Thorp** ſub hac forma conſtrui; Scilicet quod in loco [illegible] nominato, nullum, in poſterum, fiet collegium, ſive de monachis, ſive de canonicis, ſive de Templariis, ſive de Hoſpitelariis, ſive de monialibus, id eſt quod domus ipſa nullis temporibus in eccleſiam, vel in formam eccleſiæ commutabitur, nec formam xenodochii excedet. Conceſſimus ut divina in eo loco celebrentur officia, & duo tantum ibidem perpetuò habeantur altaria: unum in capella ſanctæ *Trinitatis*, aliud in capella ſancti *David*: & una tantum campana ad pulſandum, & cimiterium ad ſepulturum pauperam, & peregrinorum, & aliorum ibidem commorantium.

Conceſſimus etiam ut ſi quis de parochianis noſtris, ſive ſanus, ſive eger, dum tamen ſane mentis fuerit, ibidem ſepulturam elegerit, & votum ibi perpetuò manendi, ſub teſtimonio capituli ſui, & virorum fidedignorum, expreſſerit, benignè in domino recipiatur ibidem, in habitu ſeculari permanſurus quamdiu vixerit, ſalvo jure eccleſiæ in cujus parochia extiterit. Illud autem nobis ex concenſu prædictorum *Petri* filii *Adæ* & *Henrici* clerici filii ejus, reſervavimus, quod nullius corpus, poſt obitum ejus de parochiis noſtris ad eundem locum deferetur, nec aliquis parochianorum noſtrorum ibidem niſi ſub forma prædicta recipietur. In ejuſdem verò loci domus principalis corpore conjunctæ capellæ ſanctæ *Trinitatis*, conjuncti erunt imperpetuum tres ordines lectorum contiguorum in longum, in quibus jaceant pauperes & peregrini, & præcipuè valetudinarii quo expeditiùs miſſam audire valeant, & devotiùs orationibus intendant. Conceſſimus etiam ut in eodem loco unus habeatur procurator, capellanus, vel clericus vel laicus bonæ opinionis, qui communi concilio & concenſu noſtro & prædicti *H.* dum idem *H.* vixerit providebitur & conſtituetur: Poſt obitum autem ipſius *H.* communi conſilio & aſſenſu noſtro & abbatis de **Sulleby** à prædicto *H.* ſubſtituti. Exceſſus, & procuratoris, & eorum qui per procuratorem corrigi non poterunt, per nos, & prædictum *H.* in vita ſua, & poſt mortem ejus, per nos, & abbatem prædictum corrigentur. Et ſi idem procurator, propter tranſgreſſionem aliquam, amovendus fuerit, communi conſilio & conſenſu noſtro & præfati *H.* dum idem *H.* vixerit, abſque omni reclamatione & contradictione, amovebitur, & alius loco ejus idoneus conſtituetur. Ex quo autem idem

H. in fata deceſſerit, communi concilio & conſenſu noſtro, & abbatis prædicti, ſi amovendus fuerit amovebitur, & alius loco ejus ſubſtituetur. Cum autem ammotus fuerit, communi conſilio, & aſſenſu noſtro, & *H.* præfati, vel poſt mortem ejus, concilio & concenſu abbatis prænominati, de ſtatu ipſius diſponetur, ita quod indempnitati eccleſiæ noſtræ provideatur, & ſcripti hujus forma non immutetur. Si autem ſuper procuratore inſtituendo, vel amovendo, inter nos & prædictum *H.* vel abbatem de **Sullebi**, poſt mortem prædicti *H.* orta fuerit diſſenſio, electis ex parte noſtra duobus viris diſcretis, & ex altera parte duobus viris diſcretis & quinto communi utriuſque partis concenſu, quod major pars ſtatuerit, firmiter obſervabitur. Illi vero qui procuratorem eligent, in eodem loco ubi procurator inſtituendus eſt, ad eundem eligendum convenient, & ibidem eum conſtituent, & ita tamen quod ante inſtitutionem ſuam, ad eccleſiam noſtram accedens, in eadem eccleſia, ſuper altare beati *Andreæ*, coram Priore, & conventu, & coram memorato *H.* vel abbate de **Sullebi**, poſt mortem ipſius *H.* juratoriam preſtabit cautionem, quod formam hujus ſcripti, & tenorem, pro poſſe ſuo tenebit, & ſervabit; & quod nec dampnum eccleſiæ, nec occaſionem dampni, in aliquo malitioſe procurabit, nec ab aliquo ſibi ſubjecto, procurari, pro poſſe ſuo, pacietur. Nos vero ſacramenti hujus occaſione nullam in eodem loco, contra ſcripti hujus tenorem, exigemus ſubjectionem.

Conceſſimus etiam ut in loco prænominato duo tantum habeantur capellani præter procuratorem, ita quidem, quod ſi idem procurator electus, fuerit, capellanus ibi licite poſſit celebrare. Et prædicti capellani, ex quo recepti fuerint, antequam in loco prædicto celebrent, nobis, de indempnitate eccleſiæ noſtræ, ſicut procurator juratoriam preſtabunt cautionem. Præterea concedimus ut ſex ibi habeantur converſi ad miniſterium & ſuſceptionem & proviſionem pauperum ibidem commorantium, & ſupervenientium, ita quod numerus procuratoris & capellanorum & converſorum novenarium non excedat. Procurator vero, & capellani tales habebunt veſtes, quales decet honeſtos capellanos ſeculares habere, & converſi uniformia habebunt indumenta, ſcilicet, cappas & pallia, & tunicas nigri coloris, abſque ſigno. Siquis autem commorantium, contra hujus ſcripti tenorem venerit, & ſuper hoc, coram nobis, & prædicto *H.* vel abbate de **Sullebi** prædicto, poſt mortem ipſius *H.* convictus fuerit, à loco prædicto, omni ceſſante reclamatione eicietur, niſi digne penitens, ex miſericordia noſtra, & prædicti *H.* vel abbatis de **Sulleby**, poſt mortem prædicti *H.* ibidem toleretur.

Prædicta vero omnia ſub hac forma conceſſimus ne præfata domus alicui domui religioſe, nec alicui perſonæ privatæ præter formam ſcripti hujus ſubiciatur, nec aliquid ultra hanc conceſſionem noſtram, in dampnum eccleſiæ noſtræ ab aliquo in loco prænominato exiſtente præſumatur. Nos quoque de redditibus vel poſſeſſionibus eidem domui collatis, vel in poſterum conferendis, aut alio juſto titulo adipiſcendis, nullis temporibus in uſus noſtros aliquid convertemus, vel aliquo modo diminuemus, ſed totum in utilitatem & incrementum ipſius loci proficiet. Ad augmentationem quoque ipſius domus, conceſſimus eidem domui, intuitu caritatis, totam terram noſtram in **Torp**, quam *Helias* tenuit de ſeodo noſtro, eccleſiæ noſtræ de **Torp**, ſcilicet, duas virgatas terræ cum meſuagio, & crofta, & cum communi paſtura & cum omnibus pertinentiis earum, conſentiente *H.* prædicto filio *Petri*, qui nunc temporis eccleſiam de **Torpe**, de nobis tenuit. Præterea decimam duarum virgatarum terræ, quas eidem loco contulimus & quietam clamavimus, & decimam ortorum in eodem loco conſtruendorum, & pecorum quæ infra parochiam de **Torp**, ratione prædictarum duarum virgatarum rationabiliter haberi poterunt. Si autem aliam terram, infra parochiam de **Torp**, vel aliis parochiis noſtris, ſive ex empto, ſive ex conducto, ſive ex dono alicujus ſive alio modo eundem locum habere contigeret, decime tam de omnibus fructibus terre ejuſdem, quam de pecunia, ratione terre illius habita, eccleſiis noſtris plenarie perſolventur, non obſtante privilegio, ſi quod de immunitate decimarum fuerit impetratum. Hæc autem conceſſio ad petitionem *Petri* filii *Adæ* po[illegible]uit inchoata; eo verò mortuo, ad petitionem & inſtantiam *Henrici* clerici filii ejus, poſtea perfecta, & in ſcriptum redacta, anno ſecundo regni regis *Johannis*, qui fuit annus incarnationis domini milleſimo ducenteſimo. Et ne ipſa conceſſio noſtra nobis in poſterum fiat captioſa, nec aliquod nobis juris noſtri, ſive in privilegiis noſtris, 1200. ſive in jure communi faciat præjudicium, nec predictus *H.* filius *Petri*, vel ipſius ſucceſſores, vel in loco ſepedicto exiſtentes, vel aliquis alius aliquid præter hanc conceſſionem noſtram exigere, ſive aliquod commutare, vel per ſurreptionem aliquam in prejudicium noſtri aliquid attemptare præſumat, formam conceſſionis noſtre preſenti ſcripto expreſſam, ut robur perpetuum obtineat, tam ex parte noſtra quam ex parte memorati *H.* & domus ſupradictæ haberi neceſſarium duximus, partem unam ſigillo noſtro munitam, eidem *H.* & domui prefate conferentes, & partem alteram tam ſigillo ipſius *H.* quam ſigillo domus prænominatæ corroboratam à predictis *H.* & *Willielmo* tunc temporis ejuſdem procuratore domus recipientes, conſentientibus, & inſtanter petentibus omnibus eo tempore in eadem domo commorantibus. Hiis teſtibus, *Walkelmo* abbate ſancti *Jacobi* de **Northamton**, magiſtro *Ricardo* de *Kent* tunc archidiacono de **Northamton**, *Alexandro* Priore de **Eſſeby**, magiſtro *Henrico* de **Gilleville**, magiſtro *Roberto* de *Wabaton*, magiſtro *Roberto* de **Rinton**, magiſtro *Johanne* de **Pikeford**, magiſtro *Roberto* de *Arche*, *Henrico* decano de **Northamton**, *Radulfo* decano de **Billing**, *Ricardo* decano de **Dodeford**, *Rogero* decano de **Patteſhille**, magiſtro *Nicholao* capellano archidiaconi, magiſtro *Stephano* de *Trenceſter*, *Thoma* clerico filio *Adæ Albi*, *Roberto* de *Leiceſtr.* *Ada Gurnay*, *Symone* de *Davintre*, *Roberto Oriol*, *Simone* filio *Sewardi*, *Radulfo* de *Pontefracto*, *Roberto* clerico, & aliis.

BARNESTAPLENSIS

Prioratus in agro Devonienſi.

Carta Joelis *filii* Aluredi.

Cart. 10. E. 2. n. 39. Per. Inſpex.

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis* incipit carta *Joelis* filii *Aluredi*, Reverendo patri & domino *Willielmo Exonienſi* epiſcopo & univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Joel* filius *Aluredi* ſalutem in domino. Cum nos omnes à Chriſto vocemur Chriſtiani & illius ut ſalvatoris ſequi debeamus veſtigia, illos quos Chriſtus ob ſeculi contemptum & religionis ſuæ meritum filios ſpecialiter vocat pia devotione venerari convenit, & eorum ſancto propoſito devotè præſtare ſubſidium. Ea propter ego *Johel* filius *Aluredi* univerſitati veſtræ notum fieri volo me pro ſalute animæ meæ & patris & matris meæ & omnium parentum & amicorum meorum, conſtituiſſe quandam obedientiam monachorum *Cluniacenſium* apud [illegible]neſtaple, ad honorem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſanctæque *Mariæ* & ſanctorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*, & ipſam obedientiam eccleſiæ ſancti *Petri* de *Cluniaco*, & eccleſiæ ſancti *Martini* de *Campis* ſubdidiſſe, ad quam divina providente clementia devotus confugiam, habitum monaſtice religionis ſuſcepturus ibidemque, onere carnis depoſito, & anima ad conditoris ſui gloriam ſuſpirante miſericordiam ipſius fiducialiter preſtolabor. Et quia ex voto teneor eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* extra caſtellum meum fundatæ tantum beneficii conferre unde ſacer monachorum conventus conſtitui & ſuſtentari poterit, ad ſuſtentationem ipſorum quaſdem particulas terræ meæ donavi eis; ſcilicet *Piltonam* cum boſco & mariſco & *Pillandam*, utraſque liberas & quietas cum omnibus appendiciis ſuis, ſicut ego unquam eas liberiùs & quietiùs habui & tenui. Donavi etiam eis molendinum de Barneſtaple liberum & quietum cum moltura totius villæ & caſtelli, ita quod burgenſes ad aliud molendinum molendino monachorum integro exiſtente molere non poterunt. Et totam terram extra muros quæ eſt inter portam de North & portam de West, ſimul cum foſſo uſque ad contiguam viam. Et totam aquam prout terra eorum extenditur. Et totum tractum piſcium ipſius aquæ tam in terra ipſorum quam in terra mea proxima: ipſis quoque monachis excluſam piſcariæ in terra mea firmare licebit in quantum terra eorum extenditur ex altera parte aquæ. Inſuper autem conceſſi eis omnes terras ſuas, & homines, poſſeſſiones, & elemoſinas quas habent vel in poſterum jure ac legaliter adquirere poterint infra fines totius terræ meæ & feudi mei habeant & teneant ſolutas liberas & quietas ab omnibus exactionibus, hundredis, placitis, querelis, & omni ſervicio & opere ſervili, & omnibus conſuetudinibus quæ excogitari poterunt. Si quid vero forefacti vel querele inter homines meos & homines eorum quacunque occaſione inciderit, monachi plenariè de qualibet cauſa curiam ſuam & juſtitiam habeant propriam & emendationem. Et quia hæc prædicta prædictorum fratrum ſuſtentationi minime ſufficere eſtimavi, divini amoris inſtinctu, totam eccleſiam ſancti *Petri* de Barneſtaple cum omnibus pertinentiis ſuis, capellis, decimis, obventionibus, & omnimodis fructibus, & cum capella ſancti *Sabini*, & oblationibus ſuis per manus venerabilis *Willielmi Exonienſis* epiſcopi, cujus conſilio & aſſenſu præfatam obedientiam conſtitui, in proprios uſus ſuos Habendam & in perpetuam elemoſinam poſſidendam donavi. Et duas partes decimæ meæ de Fermigtun, & totam decimam piſcium. Hæc autem omnia ſæpedictis monachis donavi & jure proprietatis tranſactavi, ita quod in eos, nec michi, nec alicui ex hæredibus meis, aliquid violente poteſtatis excercere licebit, niſi tantummodo contra adverſantium moleſtias defenſionis auxilium. Et ne aliquis indevotus contra hanc meæ donationis paginam diobolica inſpiratione ire preſumat, vel aliquam inferat moleſtiam, ipſam ſigilli mei impreſſione corroboravi, coram hiis teſtibus, *Aſcelino* archidiacono, *Oſberto* capellano epiſcopi, *Herveio* capellano epiſcopi, *Ailtrio* decano, *Godwino* ſacerdote *Exonienſi*, *Willielmo* de Framtton in armata manu, *Willielmo* de *Raelega*, *Willielmo* de Cuvert, *Aluredo* filio *Nigelli*, *Radulpho* de *Cruna*, *Aluredo* de Zoign, *Malgerio* de ſancto *Albino*, *Walterio* de ſancto *Albino*, *Rogerio Porer*. Nos autem, &c.

Carta Regis *Henrici* primi.

Ibid.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ *epiſcopo* Exonienſi, *& vicecomiti, &* Alueredo *de* Totnes, *& omnibus baronibus, & fidelibus ſuis* Francis, *&* Anglis de Devonſhire *ſalutem. Sciatis me donaſſe, & firmiter conceſſiſſe, Deo & ſancto* Petro *de* Cluniaco *& beatiſſimo* Martino *de* Campis, *eccleſiam ſanctæ* Mariæ Magdalenæ *de* Barneſtapla, *cum omnibus appenditiis ſuis, ſicut venerabilis memoriæ* Johel, *& alii fideles Chriſti, pro ſtatu, & incolumitate Regni mei, & pro ſalute animæ meæ, & patris & matris meæ, &* Matildis *Reginæ uxoris meæ &* Willielmi *filii mei, & prædeceſſorum & anteceſſorum meorum conceſſerunt. Et volo, & firmiter præcipio, quod bene, & in pace & honorificè, & liberè teneant unam virgatam terræ de* Piltona *cum luto, & aquis, & pratis, & alteram virgatam de* Pillanda, *& lutum & molendinum de* Barneſtapla, *cum multura totius caſtelli, & alteram virgatam de* Kunelanda, *& j. ferlingum terræ de* Cerchilla, *& unum ferlingum terræ de* Cokoſleg, *& unum ferlingum de* Witefelda, *cum luto; & quinque ſolidos de molendino de* Almondeſworde; *& quinque ſolidos quos* Henricus de Soratona *dedit; & duos ſolidos de molendino de* Langatun. *Et ſciatis me clamaſſe quietam totam ſupradictam terram de omnibus geldis, & danegeldis, & hidagiis, & placitis, & auxiliis, & omnibus conſuetudinibus, cum* ſocca *&* ſacca *&* toll *&* teme, *& viis & ſemitis. Teſte,* Johanne *epiſcopo* Lexovienſi, Roberto *de* Sigillo, Roberto *comite de* Glouceſtr. *& comite de* Auco, Baldwino *de* Redveriis, Willielmo *filio* Odonis, Willielmo *de* Vernun, Ilberto *de* Lacy, Roberto *de* Curcy. *Apud* Pirarios.

Carta Henrici *de* Tracy.

Ex vetuſt. exemplari in bibl. Cottoniana. IN nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, *Amen.* Ego *Henricus* de *Traci* divina providente gratia, video & intelligo omnia quæ hujus mundi ſunt vana eſſe, & caduca; audio enim apoſtolum dicentem. *Quicunque diligit mundum, vel ea quæ in mundo ſunt, non eſt charitas Dei in eo.* Scio enim impoſſibile eſſe ſine charitate Deo placere. Ergo perfecta charitas, quæ foras mittit timorem, huc adduxit dominum *Odonem* ſancti *Martini* de *Campis*, ſecundum Priorem, qui me amonuit, ut eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de **Barnaſtaple** omnes donationes quas *Jobel* eccleſiæ ſancti *Martini* de *Campis* dedit, etiam ex parte mea quantum ad me pertinet pro ſalute animæ meæ concederem. Tandem divina inſpiratione amonitus, conſilio baronum meorum, ejus voluntati aſſenſum dedi; & ego cupiens hæreditatem habere cum ſanctis, & particeps fieri orationum ſanctorum, & omnium monachorum *Cluniacenſium*, pro ſalute animæ meæ, & partis mei, & matris meæ, filiique mei *Oliverii*, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, hanc donationem, una cum filio meo *Olivero*, ſuper altare ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*, coram baronibus meis optuli, & carta mea confirmavi. Inſuper coram Deo, & ſanctis ejus promiſi ut eccleſiam ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* diligerem, & omnes res, & poſſeſſiones ejus ubique, ſecundum poſſe meum, manutenerem, ut proprius fundator, quia de rebus hæreditatis anteceſſorum meorum eadem eccleſia facta eſt & fundata. Igitur quicquid *Jobel* & *Alueredus* prædictæ eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* conceſſerunt, & dederunt, in villis, in pratis, in prædiis, in aquis, in ſilvis, in campis, in omnibus poſſeſſionibus, & quicquid in tempore eorum, prædicta eccleſia tenuit, Inſuper & eccleſias de *Barnſtapla* & eccleſias de *Tauſtochia*, & decimas quas prædicta eccleſia, in tempore eorum tenuit, & poſſedit, quantum ad me pertinet, ad honorem domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctæ *Mariæ* virginis, ſanctæque *Mariæ Magdalenæ* concedo, & confirmo. Hujus rei teſtes ſunt, *Jordanus* de *Campo-Ernulſi*, *Philippus* de *Cartrei*, & *Humfridus* frater ejus, *Stephanus Flandrenſis*, & *Archembaldus* filius ejus, *Hugo* de *Ralegia*, & *Willielmus le Deſvet*, & *Robertus* de *Pleiſton*, & *Thomas* filius ejus, *Robertus* de *Tapeleia*, & *Alex.* & *Robertus* fratres ejus. Hæc carta facta eſt, anno ab incarnatione domini MCxlvj. Datum per manum *Ricardi* capellani. 1146. 11. Steph.

Carta *Willielmi* de *Braoſa.*

Ibid. WIllielmus *de* Braoſa *donationem bonæ memoriæ* Johelis *avi ſui de terris, & eccleſiis, quas ad ſuſtentationem monachorum* Cluniacenſium *dedit in die quo ipſam eccleſiam fundavit, ut ibidem libere quiete & honorificè viverent* (&c.) *ipſis etiam conceſſit, &c. Teſtibus*, Normanno *tunc Priore, &c.*

Vide. pag. 1024. inter addenda.

TIKEFORDENSIS *Prioratus in agro* Buckinghamenſi.

Carta Regis Edwardi *ſecundi donatorum conceſſiones ratificans.*

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitanniæ* omnibus ad quos preſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod cum per inquiſitiones quas ad ſectam Prioris de **Tykeford** aſſerentis cartas & munimenta tam progenitorum noſtrorum quondam regum quam aliorum diverſorum dominorum de terris tenementis redditibus eccleſiis penſionibus & poſſeſſionibus, ac de quibuſdam libertatibus dicto Prioratui & monachis ejuſdem antiquitus datis & conceſſis incendio conſumpta fuiſſe, ac nobis cum inſtantia ſupplicantis ut cartam noſtram de confirmatione terrarum & tenementorum & reddituum prædictorum, & ſimiliter eccleſiarum penſionum poſſeſſionum & libertatum prædictarum juxta tenorem inquiſitionum prædictarum concedere velimus eidem, per dilectos & fideles noſtros *Robertum* de **Retford**, & *Johannem* de **Hutford** ad hoc per noſtras patentes literas aſſignatos fieri, & in cancellaria noſtra fecimus retornari compertum ſit, quod *Fulcodius Paganellus* fundavit Prioratum de **Tykeford** in comitatu *Buk.* & quod idem *Paganellus* dedit monachis ibidem ſitum ejuſdem domus & totam terram quæ eſt ex utraque parte *le* **Monechusſtret** nunc inhabitata tenentibus, & quæ ſe extendit à porta ejuſdem domus uſque ad crucem juxta altam viam quæ ducit verſus **London**, & terras & tenementa omnia quæ ſunt in vico qui vocatur *le* **Haweſtrete** uſque ad pontem de **Tykeford** ex parte orientali, ſicut metæ & bundæ per foſſata & hayas circumquaque ſe extendunt inter nativos dilecti & fidelis noſtri *Johannis* de **Somery** nunc domini de **Neuport**, & tenentes ejuſdem Prioris, & omnia terras & tenementa quæ ſunt ante portam ejuſdem domus, ſicut metæ & bundæ per foſſata & hayas circumquaque ſe extendunt, ex parte auſtrali prædictæ domus, uſque ad aquam de **Ouſe**, cum croftis, gardinis, clauſuris, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Et etiam quod dedit eiſdem quoddam pratum vocatum *le* **Caſtelmede**, & liberam ac ſeperalem piſcariam in aqua de **Ouſe** ſubtus clauſuram ejuſdem domus, à cornerio curiæ ſuæ ſuper aquam quæ vocatur *le* **Ilvele** uſque ad foſſatum quod vocatur **Larkebrock**, verſus orientem, & molendinum de **Caldecote** cum ſtagno ejuſdem molendini, & viginti & quatuor acras terræ & dimidiam, & tres acras prati cum pertinentiis in **Tykeford**, & quinquaginta & quatuor ſolidatas redditus cum pertinentiis, provenientes à diverſis tenementis ſuis in **Tykeford**, & etiam ecceleſiam de **Neuport** in proprios uſus; & unam hidam terræ in campo de **Neuport** quæ eſt gleba ejuſdem eccleſiæ, cum capella

Pat. 12. E. 4. part. 2. m. 3. per Inſpex.

capella de parva **Lynford**, cum quodam meſuagio & grangia, & aliis pertinentiis ſuis, in eadem villa, & decimam anguillarum, & molendini ejuſdem villæ. Similiter & decimam de omnibus molendinis ſuis in **Neuport**, & etiam decimam de omnibus dominicis terris, pratis, paſcuis, & paſturis ſuis, & hominum, & tenentium ſuorum in **Neuport**, **Tykeford**, **Caldecote**, & *parva* **Lynford**, & paſturam ad duodecim vaccas, & unum taurum in omnibus paſcuis & paſturis ſuis in **Neuport** eiſdem locis quibus & ſui boves p ſcerentur: Et decimam venationum in parco ſuo de **Tykeford**, & ſimiliter pratum quod vocatur *le* **Hoggemede** quod eſt juxta gardinum ſuum, & ſtagnum molendini ſui, ex parte boriali de **Neuport**, & *quadraginta*, & ſex ſolidatas, & decem denaratas redditus cum pertinentiis provenientes de diverſis tenementis dicti Prioris in **Neuport**. Et viginti & ſeptem ſolidatas, & x. den. redditus cum pertinentiis in *le* **Persh** juxta **Neuport**, & tres ſolidatas & quatuor denaratas redditus cum pertinentiis in **Caldecote** juxta **Neuport**, & curiam ſuam de omnibus tenentibus ſuis in **Neuport**, **Tykeford**, **Persch**, **Caldecote**, de tribus ſeptimanis in tres ſeptimanas in **Tykeford**. Et duas ſolidatas, & tres denaratas redditus cum pertinentiis, provenientes de uno meſuagio & dimidia virgata terræ in **Latthebury**, & quindecim acras prati, cum pertinentiis in eadem villa; & unum meſuagium & unam virgatam terre cum pertinentiis, & cum prato pertinente in **Gayhurst**, & etiam octo denaratas redditus cum pertinentiis percipiendas per manus *Willielmi Martyn* in **Weston**, & duas ſolidatas & duas denaratas redditus cum pertinentiis provenientes de una dimidia virgata terræ quam *Thomas* de **Neuwent** tenuit in **Clifton**. Et tres ſolidatas & duas denaratas redditus cum pertinentiis provenientes de quodam tenemento quod *Johannes Berthelmewe* tenet in **Emberton**. Et ſeptem acras terre cum pertinentiis in **Schyryngton**; & novem ſolidatas redditus cum pertinentiis provenientes de uno meſuagio & quatuordecim acris terræ que *Sampſon* clericus quondam tenuit in **Schiryngton**. Et decem denaratas redditus cum pertinentiis provenientes de uno meſuagio quod *Radulphus Machon* tenuit in eadem villa, & in *Magna Craule* ſex ſolidatas & octo denaratas redditus cum pertinentiis, provenientes de uno meſuagio, & duabus virgatis terræ quæ *Walterus* de *la* **Burn** quondam tenuit. Et ſexdecim denaratas redditus cum pertinentiis, provenientes de quodam tenemento quod *Willielmus Goldyng* quondam tenuit, & quindecim denaratas redditus, cum pertinentiis provenientes de quodam tenemento, quod *Hugo Sabyn* quondam tenuit in *Parva Craule*, & ſex ſolidatas & octo denaratas redditus cum pertinentiis provenientes de uno meſuagio & duabus virgatis terre que *Walterus Mannſel* quondam tenuit in **Holebury**. Et duas partes decimarum de omnibus dominicis terris & pratis *Roberti Lovet* in eadem villa, & omnes decimas de dominicis terris, & pratis *Ricardi* **de Toures** in **Wolston**, & magna **Lynford**, & unam carucatam terre & ſexdecim ſolidatas redditus cum pertinentiis in **Bradewell**, **Loghton**, & **Staunton**, & ſectam curiæ de omnibus tenentibus ſuis de **Bradewell** de tribus ſeptimanis, in tres ſeptimanas in **Bradewell**; & quoddam meſuagium & eccleſiam ejuſdem ville in proprios uſus, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et in **Loghton** omnes decimas de feodo *le* **Fauconer**, & viginti ſolidos nomine penſionis capiendos per manus Prioris de **Caldewel**, & ſucceſſorum ſuorum pro eccleſia de *Magna Craule*; & tres ſolidos nomine penſionis capiendos per manus abbatis de **Wouborne**, & ſucceſſorum ſuorum pro capella de **Wouburn-chapell**. Et decem ſolidatas redditus cum pertinentiis pro terris quas magiſter hoſpitalis ſancti *Johannis Oxoniæ* tenet in **Thorneburg**. Et eccleſiam de **Wilyes** in proprios uſus cum omnibus pertinentiis ſuis. Et in **Chechele**, & **Hardmede**, manerium de **Thikethorne**, & treſcentas & decem & ſeptem acras, & unam rodam terre, & unam acram & tres rodas & dimidiam prati, & treſdecim acras & unam rodam paſturæ, & quadraginta & ſeptem acras & dimidiam & unam rodam boſci, & decem & octo virgatas terre quas nativi ſui tenent in eadem villa; & triginta & ſex ſolidatas redditus cum pertinentiis, provenientes de diverſis tenementis ſuis in eadem villa. Et in **Chechele** ſexaginta & qninque acras terre, & eccleſiam ejuſdem ville in proprios uſus, cum omnibus pertinentiis ſuis, & tres denaratas redditus cum pertinentiis in eadem villa percipiendas de quodam tenemento quod *Stephanus Parage* tenuit, & curiam ſuam de omnibus hominibus & tenentibus ſuis in eadem villa de tribus ſeptimanis in tres ſeptimanas apud **Thikethorns**. Et in **Aſtewode** quoddam meſuagium, & eccleſiam ejuſdem ville in proprios uſus, cum omnibus pertinentiis ſuis, & duodecim denaratas redditus cum pertinentiis in eadem villa provenientes de quodam tenemento quod *Botulphus* quondam tenuit. Et inſuper compertum ſit per inquiſitiones prædictas quod predictus Prior de **Tykeford** habet, & omnes predeceſſores ſui, à tempore quo non extat memoria, habere conſueverunt viſum franciplegii, & omnia alia ad eundem viſum quoquomodo ſpectantia de omnibus hominibus, & tenentibus ſuis, in **Neuport**, **Tykeford**, **Chechele**, **Persh**, **Caldecote**, **Thykethorns**, & **Hardmede**. Et etiam quod prædictus Prior de **Thykeford** tenet de dono prædicti *Fulcodii* in comitatu *Norht.* advocationem duarum partium eccleſie de **Botyngdon**, quę de duabus marcis eſt eidem Priori penſionaria annuatim, & decem ſolidatas annui redditus in eadem villa de **Botyngdon**, exeuntes de uno meſuagio & tribus virgatis terre cum pertinenciis que *Willielmus* tenuit in eadem. Et quod idem Prior percipit ſingulis annis duas marcas nomine penſionis de eccleſia de **Bernak**, per manus abbatis de *Burgo* ſancti *Petri* in abbatia ejuſdem, ſimul cum expenſis cujuſdam nuncii predictas duas marcas ibidem querentis, quamdiu idem nuncius moram ibidem fecerit expectando penſionem ſupradictam. Et ſimiliter quod predictus Prior habet, & habere debet in villa **Northampton**, de dono quondam *Agnetis* de ſancto *Petro* filiæ *Beringeri* de **Northampton**, viginti & octo ſolidatas & quatuor denaratas annui redditus, provenientes de diverſis tenementis, reddendo inde ballivis ville **Norhampton** tres ſolidos annuatim. Compertumque ſimiliter ſit per inquiſitiones memoratas, quod prædeceſſores prædicti Prioris habuerunt cartas & munimenta diverſa de terris tenementis redditibus eccleſiis appropriatis, penſionibus, & poſſeſſionibus, & ſupradictis, necnon cartam *Henrici* ſecundi quondam Regis *Angliæ* progenitoris noſtri per quam idem rex omnes terras tenementa redditus eccleſias appropriatas penſiones & poſſeſſiones prædictas, Ac etiam dictam libertatem viſus franciplegii præfatis monachis confirmavit, & quod carta illa & omnes aliæ cartæ & munimenta quæcumque Prioratus prædicti, in eodem Prioratu per incendium domorum ejuſdem combuſta fuerunt; & quod non eſt ad dampnum vel prejudicium noſtrum aut aliorum ſi cartam noſtram de confirmatione præfato Priori de terris tenementis redditibus eccleſiis penſionibus poſſeſſionibus & libertate predictis fieri faciamus. Nos ſupplicationi Prioris predicti ſuper premiſſis Dei intuitu favorabiliter annuentes, omnes donationes & conceſſiones prædictas ratas habentes & gratas eas pro nobis & heredibus noſtris quantum in nobis eſt prefato priori & monachis ejuſdem domus, ac eorum ſucceſſoribus una cum prædicta libertate viſus franciplegii quatenus idem Prior & prædeceſſores ſui Priores ejuſdem loci libertate illa hactenus uſi ſunt rationabiliter & gaviſi, ſalvo jure cujuſlibet, concedimus & confirmamus. Præterea volentes dilecto nobis in Chriſto fratri *Willielmo* de *la Menerere* nunc Priori Prioratus predicti pro emendatione ſtatus Prioratus ejuſdem gratiam facere ampliorem, conceſſimus ei pro nobis & hæredibus noſtris quod ipſe & ſucceſſores ſui Priores loci illius imperpetuum habeant in villa de **Wykeford** in ſolo ſuo ibidem pillorium & tumberellum ad tranſgreſſores ibidem, prout juſtum fuerit caſtigandos & puniendos. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud **Norhampton** undecimo die Auguſti anno regni noſtri quinto.

Vide vol. 2, *pag.* 910. Col. 2.

FEVERSHAMENSE

Cœnobium in agro Cantiano * *fundatum anno MCxlviij.*

Carta regis Stephani *de fundatione ejuſdem.*

S*Tephanus* rex *Angliæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, juſticiariis, comitibus, baronibus, vicecomitibus, miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & dediſſe abbati & monachis de S. *Salvatore* de **Fauereſham**, manerium de **Fauereſham** cum omnibus pertinentiis illius, in perpetuam elemoſinam ad fundandam in illo unam abbatiam. Et præterea manerium de *Treungla*, cum omnibus pertinentiis illius in perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ *Matildæ* reginæ uxoris meæ, & omnium fidelium. Quare volo, & præcipio, quod monachi illi, & eccleſia ſancti *Salvatoris*, maneria illa, bene & pace, liberè & quietè teneant, cum omnibus pertinentiis eorum, in boſco, & plano, in pratis & paſcuis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & in omnibus rebus cum *ſoca*, & *ſaca*, & **toll**, & **theam**, & **infangenetheof**, cum omnibus aliis libertatibus, & liberis conſuetudinibus, in perpetuam elemoſinam, ſoluta, & quieta omni ſæculari exactione. Teſte, *T.* archiepiſcopo *Cantuarienſi*, & *H.* epiſcopo *Wintonienſi*, & *Nigello* epiſcopo de **Ely**, & *W.* epiſcopo Norwicenſi, & *R.* epiſcopo *Roveceſtriæ*, & comite *Euſtachio*, & *Henrico* de **Eſſex**, & *Richardo de* **Lucy**, apud *Cantuariam.*

Carta regis *Henrici* ſecundi.

Ibid. Cart. antiq. N. n. 39.

H*Enricus rex* Angliæ, *& dux* Normanniæ, & Aquitaniæ, *& comes* Andegaviæ, *archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis*, Francis, *&* Anglis, *totius* Angliæ *ſalutem; Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe, prece & petitione cognati mei* Willielmi *comitis* Warrenne, *monachis de* **Fauereſham**, *ſecundùm ordinem* Cluniacenſem *ibidem Deo ſervientibus, abbatiam ipſam de* **Fauereſham**, *quam rex* Stephanus *fundavit in manerio ipſo de* **Fauereſham**, *ubi requieſcunt cognati mei, videlicet rex* Stephanus, *&* Matilda *regina uxor ejus, &* Euſtacius *filius eorum. Concedo etiam eis in perpetuam elemoſinam pro ſalute animæ meæ & omnium parentum meorum & anteceſſorum regum* Angliæ, *ipſum prædictum manerium de* **Faverſham** *cum omnibus pertinentiis ſuis, Concedo etiam quod homines eorum ſint liberi & quieti per totam* Angliam, *de* Teoloneo *& paſſagio & murdro, & danegeldo, & ſhyris, & leſtagiis, & omnibus exactionibus ſicut quietiores fuerunt tempore regis* Henrici *avi mei. Concedo etiam eis unam feriam octo dierum ſingulis annis, quæ ad feſtum ſancti* Petri Advincula *incipiat. Concedo etiam eis & confirmo manerium de* Treungla *cum omnibus pertinentiis ſuis, quod* Matilda *regina eis donavit, & terras quas ipſa emit, de* Fulcone *de* **Newenham**, *& eis dedit, ſcilicet* **Burdifeld**, *&* Kingeſdonam, *&* **Chetham**, *quam dedit eis* Richardus de **Lucy**, *pro anima ſua, & pro anima ejuſdem reginæ; & terram quam dedit eis* Radulfus Pycot, *ſcilicet* Monechetonam, *& ſocam de feodo ejuſdem reginæ quam dedit eis* Willielmus *de* Baſevilla, *in* **London**, *&* Suthwerca, *& terram de* Tela *quam abbas* Clarenbaldus *emit, & molendinum quod* Willielmus *frater meus eis dedit, de* **Weſtbroc** *in* **Oſpringis** *cum pertinentiis ſuis; & molendinum de* Godewineſtonam, *&* Boſindennam *cum pertinentiis ſuis; quam abbas* Clarembaldus *emit de* Fulcone *filio* Richardi. *Quare volo & firmiter præcipio, quod monachi ejuſdem abbatiæ de* **Fauereſham**, *hæc omnia ſupradicta teneant, bene, & in pace, & liberè, & quietè, & honorificè, in boſco, & plano, in pratis & paſcuis, in aquis & molendinis, in viis, & ſemitis, in ſtagnis, & piſcariis, in portibus, & foris, & in omnibus locis, & in omnibus rebus, cum* ſocha,

&

& ſacha, & **toll**, & **theam**, & **infangenethef**, & *cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, cum quibus aliqua eccleſia regni* Angliæ *melius, & liberius & quietius tenet, ſicut cartæ ſuæ quas inde habent, teſtantur. Teſte* T. *archiepiſcopo* Cantuarienſi, Roberto *epiſcopo* Lincolnienſi, Hillario *epiſcopo* Ciceſtrenſi, Thoma *cancellario*, Willielmo *comite* Warenn, Henrico *de* **Eſſex** *conſtabulario*, Reginaldo *de* Warrenna, Richardo *de* **Lucy**, Richardo *de* **Humet**, *conſtab.* Willielmo Martell, Manaſſero Biſet, *dapifero*, Warino *filio* Geraldi, *camerario* Faremuſa, Willielmo *de* Kaiſneto, *apud* **Gloceſtr.**

Alia Stephani *regis carta.*

Ibid. Cart. 9. E. 2. n. 48. per Inſpex.

Vide Pat. 4. E. 4. part. 3. m. 6.

S. Rex *Angliæ* archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, juſticiariis, vicecomitibus, baronibus, miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe pro ſalute animæ meæ & *Mathildis* reginæ uxoris meæ, & *E.* filii mei & aliorum puerorum meorum, & anteceſſorum meorum regum *Angliæ* manerium meum de **Faureſham** ad fundandam abbatiam ibidem de ordine monachorum *Cluniacenſium*. Quare volo & firmiter præcipio quod abbas & monachi ibidem Deo ſervientes inperpetuum teneant & poſſideant manerium illud & abbatiam ſuam ita bene & in pace, & liberè, & quietè & honorificè in boſco & plano in pratis & paſturis, & aquis & molendinis, & ſtagnis & portubus, & omnibus aliis locis & rebus cum *ſocna* & *ſaca* & **toll** & **theam** & **infangenetheof**, & cum omnibus aliis liberis conſuetudinibus cum quibus aliqua eccleſia regni mei melius & liberius & quietius tenet. Sciatis etiam quod dedimus ego & *Mathildis* regina uxor mea *Willielmo* de *Ipra* in eſcambium pro eodem manerio de **Faureſham**, **Lillechirch** cum pertinentiis ſuis de hæreditate reginæ, & ſuperplus in manerio meo de *Middeltona* T. *H.* epiſcopo *Winton.* fratre meo, & *Roberto* epiſcopo **London**; & comite *Euſtacio* filio meo, & *W.* de *Ipra*, & *R.* de **Ver**, & *W.* *Martell* & *Ricardo* de **Luci**, & *H.* de *Eſſexa*, & *R.* de *Camvill*, apud *Bermundeſeiam*.

Carta regis *Johannis*.

Ibid.

JOhannes *Dei gratia rex* Angliæ (&c.) *Sciatis nos intuitu Dei* (&c.) *confirmaſſe abbati & monachis S.* Salvatoris *de* **Faureſham** *ſecundum ordinem* Cluniacenſem *ibidem Deo ſervientibus abbatiam ipſam de* **Faureſham** *quam rex* Stephanus *fundavit in ipſo manerio de* **Faureſham**, *& manerium de* **Faureſham** *cum hundredo, & omnibus pertinentiis ſuis quæ habent de dono ipſius* Stephani. *Confirmamus etiam eis & concedimus, quod homines ipſorum monachorum de* **Faureſham** *quieti ſint de theloneo & paſſagio & murdro & danegeldo & ſciris & leſtagiis, & omnibus exactionibus per totam terram noſtram* Angliæ. *Concedimus etiam eis quod habeant unam feriam ſingulis annis per octo dies duraturam quæ incipiat ad vincula S.* Petri *ſicut rex* Henricus *pater noſter illam eis conceſſit. Confirmamus etiam manerium de* **Triangre** *cum omnibus pertinentiis ſuis, quod habent de dono* Matildis *quondam reginæ* Angliæ, *& terras quas ipſa regina emit de* Fulcone *de* **Newenham**, *& eis dedit; ſcilicet* **Burdefeld**, **Kyngeldone**; *& terram de* **Chatham** *quam habent de dono* Ricardi *de* **Lucy**; *& terram de* **Monketon** *quam habent de dono* Radulfi Pikot. *Et ſokam ejuſdem dominæ reginæ in* **London** *&* **Suthwerc** *quam habent de dono* Willielmi *de* **Haſevill**; *& molendinum de* **Weſtbroc** *in* **Oſpreng** *cum pertinentiis ſuis cum terra* Edwardi Honemann, *quam habent de dono* Willielmi *avunculi noſtri. Et molendinum de* **Godwineſtone** *quod habent de dono* Simonis de **Turvill**. *Et* **Bolindene** *cum pertinentiis ſuis quam abbas* Clarenbaldus *emit de* Helcone *filio* Ricardi. *Confirmamus etiam eis ſervicium de* **Stokes** *quod pertinet ad manerium de* **Triangre**; *ſcilicet quartam partem feodi unius militis quod habent de dono* Willielmi *comitis* Boloniæ, Warennæ *&* Moretoniæ. *Et manerium de* **Benedis** *cum omnibus pertinentiis ſuis quod habent de dono ejuſdem* Willielmi. *Confirmamus autem eis terram de* **Meſſewell** *cum omnibus pertinentiis ſuis quam habent ad feodi firmam ex conceſſione* Roberti *de* **Betun** *advocati* Attrebati. *Quare volumus* (&c.) *Dat. per manum magiſtri* Ricardi *de* Mariſcis *cancellarii noſtri apud* **Oſprenge** *ſeptimo die Marcii anno regni noſtri. xvj.*

Ibid.

M. Regina *Angliæ* omnibus Chriſti fidelibus *Francis* & *Anglis* ſalutem in domino ſempiternam. Sciatis me dediſſe & confirmaſſe & conceſſiſſe abbati & monachis eccleſiæ ſancti *Salvatoris* de **Faureſham**, in liberam puram & perpetuam elemoſinam manerium meum de **Trenges**, cum omnibus pertinentiis ſuis pro ſalute animæ meæ & omnium fidelium. Quare volo & præcipio quod predicti abbas & monachi de **Faureſham** prædictum manerium de **Trenges** habeant & teneant bene & in pace, cum omnibus ſuis pertinentiis & cum omnibus aliis libertatibus & liberis conſuetudinibus ad me vel ad heredes meos ſpectantibus, imperpetuum, quietum & ſolutum ab omnibus ſecularibus exactionibus ſectis & demandis. Teſtibus *Theobaldo* archiep. *Cant.* *H.* epiſcopo *Winton.* *Nigello Elyenſi* epiſcopo, *W.* epiſcopo *Norwycenſi*, *Waltero Roſenſi* epiſcopo, *Henrico* de **Eſſexe**, *Ricardo* de **Lucy**, & multis aliis.

Ibid.

W. *Comes* Boloniæ & Warr. & Moritonii, *archiep. epiſcopis, abbatibus, comitibus juſticiariis & baronibus vicecomitibus & miniſtris & omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe abbati de ſancto* Salvatore *de* **Faureſham** *& monachis ibidem Deo ſervientibus, manerium meum de* Treunga *cum omnibus pertinentiis ſuis, & ſervicium de* **Stoches** *quod pertinet ad ipſum manerium de* Treunga, *ſcilicet quartam partem unius militis. Et manerium meum de* **Benedis** *cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam & quietam & perpetuam elemoſinam, pro anima patris mei regis* Stephani, *& reginæ* Matildis *matris meæ, &* Euſtachii *fratris mei, & pro anima mea & omnium anteceſſorum meorum. Quare volo & firmiter præcipio ut præ-*

nominata eccleſia de **Faureſham** *hæc omnia ſupradicta bene & in pace, libere & quiete teneat, in boſco in plano, in pratis & paſcuis, in viis & ſemitis & aquis & molendinis cum omnibus aliis liberis conſuetudinibus.* *Teſtibus*, Willielmo *Priore de S.* Pancraſio, Rogero *Suppriore*, Rainaldo *de* Warr. Far. *de* Bolonia, Willielmo *fratre comitis*, Stephano *de* Dankevilla, Willielmo *de* **Peli**, *Elia de* **Sankeville**, Wydone *clerico*, Adam *clerico*.

Ibid. HEnricus Dei gratia rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, Prioribus, comitibus, baronibus, juſticiariis, foreſtariis, vicecomitibus, præpoſitis miniſtris & omnibus ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum confirmaſſe abbati & monachis ſancti *Salvatoris* de **Faureſham** ſecundùm ordinem *Cluniacenſem* ibidem Deo ſervientibus abbathiam ipſam de **Faureſham** quam rex *Stephanus* fundavit in ipſo manerio de **Faureſham**, & manerium de **Faureſham**, cum hundredo & omnibus pertinentiis ſuis quæ habent de dono ipſius *Stephani*. Confirmamus etiam eis & concedimus quod homines ipſorum monachorum de **Faureſham** quieti ſint de theloneo paſſagio & murdro & danegeldo & ſcyris & leſtagiis & omnibus exactionibus per totam terram noſtram *Angliæ*. Concedimus autem eis quod habeant unam feriam ſingulis annis per octo dies duraturam quæ incipit *ad vincula* ſancti *Petri* ſicut *Henricus* rex avus noſter illam eis conceſſit. Confirmamus etiam manerium de *Triungla*, cum omnibus pertinentiis ſuis, quod habent de dono *Matildis* quondam regine *Angliæ* & terras quas ipſa regina emit de *Fulcone* de **Newenham** & eis dedit, ſcilicet **Burdefeld**, **Kingesdon**, & terram de **Chatham** quam habent de dono *Ricardi* de **Luci**, & terram de **Moneketon** quam habent de dono *Radulfi Pigot*, & ſokam de feodo ejuſdem dominæ reginæ in **London** & **Suthwerk** quam habent de dono *Willielmi* de **Baſevill**, & molendinum de **Weſtbrok** in **Oſpreng** cum pertinentiis ſuis cum terra *Edwardi Honimann* quæ habent de dono *Willielmi* avunculi domini *J.* regis patris noſtri, & molendinum de **Godwineſton** quod habent de dono *Simonis* de **Turville**, & **Boſingden** cum pertinentiis ſuis quam abbas *Clarenbaldus* emit de *Heltone* filio *Ricardi*. Confirmamus etiam eis ſervitium de **Stok** quod pertinet ad manerium de **Triunges** ſcilicet quartam partem feodi unius militis quod habent de dono *Willielmi* comitis *Boloniæ Warrennæ* & *Moretonii*, & manerium de **Benedis** cum omnib. pertinentiis ſuis, quod habent de dono ejuſdem *Williel.* Confirmamus autem eis terram de **Meſſewell** cum omnibus pertinentiis ſuis quam habent ad feodi firmam ex conceſſione *Roberti* de **Betun** advocati *Attrebati*. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædicti abbas & monachi de **Faureſham** habeant & teneant omnia ſupradicta bene & in pace liberè & quietè & integrè iu boſco & plano, in pratis & paſcuis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, in ſtagnis & piſcariis, in portubus & foris, & in omnibus locis & in omnibus rebus, cum *ſoc* & *ſac*, & **thol** & **theam**, & **infangethef**, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, ſicut eccleſia illa de **Faureſham** ea meliùs liberiùs quietiùs & integrius tenuit & ſicut carta *H.* regis avi noſtri & confirmatio *J.* regis patris noſtri & cartæ prædictorum donatorum quas inde habent rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus, *Joſcelino Bathonienſi* & *Ricardo Sarr.* epiſcopis, *Huberto* de *Burgo* comite *Kanciæ*, juſticiario noſtro, *Willielmo* filio *Warini*, *Radulfo* filio *Nicholai*, *Ricardo* de **Argentein** ſeneſcallis noſtris, *Henrico* de *Capella* & aliis. Dat. per manum venerabilis patris *Radulfi Ciceſtrenſis* epiſcopi cancellarii noſtri, apud *Weſtm.* viceſimo ſecundo die Marcii, anno regni noſtri undecimo.

Breve *Petri* abbatis *Cluniacenſis* de abſolutione abbatis de **Feureſham** à ſubjectione *Cluniacenſis* eccleſiæ.

Ibid. T. *Dei gratia* Cantuarienſi *archiepiſcopo frater* P. *fratrum* Cluniacenſium *indignus miniſter ſalutem & dilectionem in domino. Notum volumus fieri veſtræ dilectioni quod nos dedimus & conceſſimus* Stephano *regi* Angliæ *&* M. *uxori ſuæ reginæ*, Clarembaldum *qui fuit Prior monachorum de* Bermundeſeia *& cum eo xij. monachos ejuſdem cœnobii, ad conſtruendam abbathiam ſuam quam apud* **Faverſham** *fundare jam incæperunt. Præterea abſolvo ipſum Priorem* Clarembaldum *& præſcriptos monachos ab omni obedientia vel ſubjectione quam mihi ſeu eccleſiæ* Cluniacenſi *ante hac promiſerant & debebant ſive eccleſiæ de* Caritate, *ut Deo ſerviant apud* **Faverſham**, *ita videlicet liberè ut nec abbas* Cluniacenſis *vel Prior de* Caritate *præſumant quicquam in abbatia de* **Faverſham** *calumniari.*

De emancipatione abbatis primi de **Feureſham** *& monachorum ſuorum à ſubjectione* Cluniacenſis *eccleſiæ.*

Ibid. T. Dei gratia archiepiſcopo *Cantuarienſi* B. Prior conventus monachorum ſanctæ *Mariæ* de *Caritate* ſalutem & caritatis devotionem. Notum facimus ſanctitati veſtræ quod *Clarembaldum* Priorem de *Bermundeſeia* & xij. monachos ejuſdem monaſterii, rege *Stephano* & uxore ejus *Matillide* regina pio expetentibus deſiderio, ab omni obedientia & ſubjectione quam nobis & eccleſiæ noſtræ de *Caritate* necnon abbati *Petro* & *Cluniacenſi* eccleſiæ debuerant, *Roffenſi* epiſcopo cum clericis ſuis, Priore etiam *Cantuarienſi* cum ſuis, & aliis quam pluribus tam clericis quam laicis aſtantibns, abſolvimus, ex parte tam prædicti *Petri Cluniacenſis* abbatis quam noſtra. Eoſque regi & reginæ ad conſtruendam abbatiam ſuam de **Faureſham** emancipatos omni libertate donavimus, ut ipſa abbathia in eadem maneat libertate in qua manet abbatia de **Rading** de monachis

nachis ordinis noſtri conſtructa. Ne ergo in poſterum huic datæ libertati in aliquo cavillatoriè ab aliquibus derogetur, donationem iſtam ſive emancipationem verbo tenus & realiter factam ſcripto noſtro conſignamus & ſigilli noſtri impreſſione confirmamus. Valete in domino.

Carta de *Meſſewella.*

Ibid.

N*Otum ſit tam poſteris quam modernis quod ego* Robertus *de* Betuna *advocatus* Atrebati, *conſenſu & aſſenſu filiorum meorum* Roberti Willielmi, Balduini, Johannis, Cononi, *conceſſi abbati ſancti* Salvatoris *de* **Faverſam** *& ejuſdem loci conventui pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ* Aaliciæ *& anteceſſorum meorum & omnium amicorum meorum totam terram meam de* Meſſewella *cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco in plano in pratis in terris in aquis & in omnibus rebus tenendam de me & omnibus hæredibus meis ad feudam firmam imperpetuum, liberè & quietè pro omni ſervitio ſicut eam liberiùs & quietiùs tenui, pro decem libris ſterlingorum annuatim inde reddendis mihi & hæredibus meis vel nuncio noſtro apud* **Fevereſham** *in nativitate ſancti* Johannis *baptiſtæ. Et quia nolo quod hæc mea conceſſio & hæredum meorum aliquatenus ab aliquo impoſterum poſſit infringi, eam à domino rege* Henrico *imperatricis filio confirmari feci. Et ego ipſe hujus meæ cartæ atteſtatione & ſigilli mei impreſſione imperpetuum valituram roboravi. Pro hac autem prædicta conceſſione & confirmatione, præfatus abbas & conventus dederunt mihi & meis centum marcas ſterlinorum. Ego vero & hæredes mei debemus eis prædictam terram in perpetuam warantizare contra omnes homines præter ſolum regem* Angliæ *& ejus miniſtros pro prædicto cenſu decem librarum. Hujus rei teſtes ſunt*, Ilbertus *de* Carendiro, Johannes *de* Foſſa, Robertus *præpoſitus*, Johannes *Clericus*, Willielmus *de* Forond, Paganus *filius* Odonis, Robertus Baſſet, Willielmus *filius ejus magiſter* Adam, Ricardus Peiforere, Radulſus *de* Fiſſeburna, Hamo *de* **Gꝛavenel**, Ricardus *filius* Heltonis, Herbertus *de* Herteia, Johannes *de* Sezanna, Gaufridus *Præpoſitus*, Albinus, Albricus, *& multi alii.*

ARTHINGTONENSE

Cœnobium in agro Eboracenſi.

Ex chartis originalibus in custodia *Henrici Arthington* armigeri.

IN an award made the Saterday next befoꝛe the feste of ſeynt Michell in the eight and twentyethe yer of the raigne of Kyng Harry the ſyxt by John Thwats, betwixt John Arthington and the Pꝛioꝛesse and covent of Arthington touching diverse controverſies betwixt them ther is this clauſe followeing.

And be the Pope Alexanders Bull confirmeing the gift of Peeres of Arthington that gaffe them the place, the whilk the ſaid Abby is beggyd on with all the appurtenaunces, and the gift of the ſaid Serle Peers ſon, of Bedeſholme, Huberdholme, and all the lands betwixt Tebecroſt and Sonterkeld, and halfe a ploghe land in litell Burdon. and of the gift of Peers the ſaid Serle ſon one acre of land next his land in Tebecroſt, and halfe an acre of land of the gyft of his moder in the hede of Lincroſt.

An other clauſe of the ſaid award.

I The ſaid John Thwaits ſeing notable evidence in wꝛiteing, be dæds be the whilk Serle of Arthington gaffe Bedeſholme and Hubardholme, confirmeing the gifts of Peers his fader in and to the Pꝛioreſſe and covent of the ſaid nownrée, and alſo a Bull of thair fundation with henyous and horrible curſeing of diſturbance of the ſaid nowrée, and be a déed that Peers ſon of Serle Arthington giffs, grants and confirmes all the gifts that the ſaid Serle and his anncetoꝛs gaffe to the ſaid nownes; and be the ſaid dæd gaffe to the ſaid nownes, one acre of land in Tebecroſt, and allſo all the watyꝛe that thai may lede to make yam a myine with, and to thair other uſeʒ neceſſareʒ, and allſo Geoffrey, ſon of Peers of Arthington gaffe to the ſaid nowneʒ half an acre of land in Tebecroſt next joyneing to their own land in Tebecroft, with a conferment of all the gifts pꝛecedents. And allſo that Agas of Arthington daughter of ...... Vavaſur gaffe all her land in Tebecroſt &c. And afterward by another dede made by Rauſe ſon of Geoffray of Arthington giffs and confirmes to the pꝛioꝛeſſe and covent of the ſaid nownerée a ſarte that ...... tood with medow longing thereto. And alſoe the ſaid lands of Mikelholme and Bedeſholme, and the meadow with the thoꝛnes and eſſhes determine, and Hubardholme and Mineholme, with the ellers, and all the land, that is betwixt Tebecroſt and Sonterkeld, with medowes and wodes lieing againes the heyway toward Arthington, and Gamel ..... with half a caru of land in littill Burdon, and if thai will grynd at his myine, to grynd at xxiiij. veſſell. And foꝛ ther malt noght giff multer, And the ſyte of a nold mylne with a litell ſarte that lyes betwixt the milne and the ellers, with other land in Arthington and all the water within his fée, foꝛ helpeing and ſuſteining of the ſaid nownrée. And allſo an acre of land in the hede of Lincroſt and common in the mareſſe to thair oxen vj. key. for to hold in Frankalmon quiet of all manner of ſervice and actionʒ, in way, ſtayes, moꝛes, medowes, paſtures, turbaries and in all elements within the towns

town of Arthington **and with outen. And be the Pope** Alexanders **Bull &c.**

Carta Warini *filii* Geraldi *domini regis Camerarii.*

Ibid. NOtum ſit omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, quod ego *Warinus* filius *Geraldi*, domini regis *Angliæ* camerarius, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum remedio, confirmavi ſanctimonialibus apud **Ardington** Deo ſervientibus, illam donationem, quam domina *Alicia* de *Romeli* eis donavit; ſcilicet, medietatem terræ de **Helthweit**, liberam & quietam, in puram & perpetuam elemoſinam, & in tempore meſſis incraſſare quadraginta porcos ſuos proprios quietè in boſco meo de **Swindene**, & communem paſturam ſuis propriis animalibus, in eodem boſco: ea tamen conditione quod ſemper erit in prædicta domo de **Ardingtone**, quædam ſanctimonialis quam ego prædictus *Warinus* vel hæredes mei poſuerint, & omnes hæredes mei eandem dignitatem in prædicta domo imperpetuum habebunt. Hujus autem confirmationis ſunt teſtes, *Simon* de *Montealto*, *Robertus* de *Aumri*, *Alexander* de **Witon**, *Adam* tunc decanus de **Crave**, *Richardus* & *Johannes*, & *Hugo* capellani, *Adam* pincerna, *Alanus* frater ejus, *Hugo* de **Wytheton**, *Willielmus* de **Stubbus**, *Radulfus* clericus, & alii.

Carta Willielmi de **Curcy**.

Ibid. WIllielmus de **Curcy** dapifer regis *Angliæ*, Omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis mè conceſſiſſe & hac præſenti carta confirmaſſe illam donationem quam mater mea donavit, *Avicia* de *Rumelli*, ſanctimonialibus de **Ardyngtune**, ſcilicet dimidiam partem terræ in **Helthwayt**, liberam & quietam in puram & perpetuam elemoſinam; Et in tempore meſſis incraſſare quadraginta porcos ſuos proprios quietè in boſco meo de **Swynedune**. Et communem paſturam ſuis propriis animalibus in prædicto boſco; ea tamen conditione, quod ſemper erit in domo de **Ardintune** quædam ſanctimonialis quam domina *Avicia* poſuerit. Matre defuncta, ego filius ſuus & hæres, & hæredes mei eandem dignitatem in prædicta domo de **Ardingtune** imperpetuum habebimus. Hujus donationis hii ſunt teſtes, *Willielmus* perſona de **Harewode**, & *Willielmus* capellanus de domo dominæ *Aviciæ*, & *Gocelinus*, *Robertus* de **Withetune**, *Hugo Rufus*, *Rogerus* de **Ferdingare**, *Andreas Tirellus*.

Coenobia Anglicana,
DE ORDINE
CISTERCIENSI.

Incipit relatio qualiter incepit Ordo CYSTERCIENSIS.

NOS *Cyſtercienſes* primi hujus eccleſiæ fundatores ſucceſſoribus noſtris ſtilo preſenti notificamus quam canonicè, quanta auctoritate, à quibus etiam perſonis, quibuſque temporibus cœnobium & tenor vitæ illorum exordium ſumpſerit, ut hujus rei propalata ſincera veritate tenaciùs & locum & obſervationem ſanctæ regulæ in eo a nobis per Dei gratiam utcumque inchoatum ament, pro nobiſque qui pondus diei & æſtus indefeſſè ſuſtinuimus orent, in arta & anguſta via quam regula demonſtrat uſque ad exalationem ſpiritus deſudent, quatinus depoſita carnis ſarcina in requie ſempiterna fæliciter pauſent.

Ex regiſt. de *Bellalunda* penes *Joh. Ruſheworth* armig. A.D.1653.

Exordium Ciſtercienſis *Cœnobii.*

ANNO ab incarnatione Domini milleſimo nonageſimo octavo beatæ memoriæ *Robertus Moliſmenſis* eccleſiæ in epiſcopatu *Lingonenſi* fundatæ primus abbas, & quidam ejuſdem cœnobii fratres ad venerabilem *Hugonem* tunc apoſtolice ſedis legatum ac *Lugdunenſis* eccleſiæ archiepiſcopum venerunt, vitam ſuam ſub cuſtodia ſanctæ regulæ patris *Benedicti* ſe ordinaturos pollicentes, & iccirco ad hoc liberiùs exequendum ut eis & ſui juvaminis apoſtoliceque auctoritatis robur porrigeret conſtanter flagitantes. Quorum votis legatus ille letanter favens tali epiſtola exordii eorum fundamentum jecit.

Epiſtola *Hugonis* legati.

HUgo Lugdunenſis *archiepiſcopus & apoſtolicæ ſedis legatus* Roberto Moliſmenſi *Abbati & fratribus cum eo ſecundùm regulam ſancti* Benedicti *Deo ſervire cupientibus. Notum ſit omnibus de ſanctæ matris eccleſiæ profectu gaudentibus, vos & quoſdam filios veſtros* Moliſmenſis *cœnobii fratres* Lugduni *in noſtra præſentia aſtitiſſe, ac regulæ beatiſſimi* Benedicti *quam illuc tepidè ac negligenter in eodem monaſterio tenuerant, arciùs deinceps atq; perfectiùs inhærere velle profeſſos fuiſſe, Quodque in loco prædicto pluribus impedientibus cauſis conſtat adimplere non poſſe. Nos utriuſque partis ſaluti; videlicet inde recedentium, atq; illuc remeantium providentes, in locum alium quem vobis divina largitas deſignaverit, vos declinare, ibique ſalubriùs atq; quietiùs domino famulari utile duximus fore. Vobis ergo tunc præſentibus* Roberto *abbati, fratribus quoq;* Alberico, Otoni, & Johanni, Stephano, Letaldo & Petro, *ſet & omnibus quos regulariter & communi conſilio vobis ſociare decreveritis hoc factum propoſitum ſervare & tunc conſuluimus, & ut in hoc perſeveretis præcipimus, & auctoritate apoſtolica per ſigilli noſtri impreſſionem imperpetuum confirmamus.*

De egreſſu Ciſtercienſium *de* Moliſmo, *& de adventu eorum ad* Ciſtercium; *ac de monaſterio quod inceperunt.*

POſt hæc tali ac tanta antedictus abbas & ſui auctoritate freti *Moliſmum* redierunt, & de illo religioſo fratrum collegio ſocios votum in regula habentes elegerunt, ita ut inter eos qui legato *Lugduni* fuerant locuti & illos qui de cœnobio vocati xx. & unus monachi eſſent, talique ſtipati comitatu ad hæremum quæ *Ciſtercium* dicebatur, alacriter tetenderunt. Qui locus in epiſcopatu *Cabilonenſi* ſitus, & pro nemorum & ſpinarum tunc temporis opacitate acceſſui hominum inſolitus à ſolis feris inhabitabatur. Ad quem viri Dei venientes, locumque illum tanto religioni quam animo jamque conceperant & propter quam illuc advenerant habiliorem quanto ſecularibus deſpicabiliorem & inacceſſibilem intelligentes, nemoris & ſpinarum denſitate preſciſa ac remota, monaſterium ibidem voluntate *Cabilonenſis* epiſcopi & conſenſu illius cujus ipſe locus erat conſtruere cœperunt. Nam viri iſti apud *Moliſmum* ſepiùs inter ſe Dei gratia de tranſgreſſione regulæ beati *Benedicti* patris monachorum loquebantur, conquerebantur, contriſtabantur videntes ſe cæteroſque monachos hanc regulam ſollempni profeſſione ſervaturos promiſiſſe, eamque minimè cuſtodiſſe, & ab hoc, perjurii crimen ſcienter incurriſſe, & propter hoc apoſtolicæ ſedis legati auctoritate uti prælibavimus, ad hanc ſolitudinem ut profeſſionem ſuam obſervantia ſanctæ regulæ adimplerent veniebant. Tunc dominus *Oto* dux *Burgundiæ* ſancto ſervore eorum delectatus, ſanctæque Romanæ eccleſiæ præſcripti legati literis rogatus, monaſterium ligneum quod inceperunt de ſuis totum conſummavit, illoſque inibi in omnibus neceſſariis diu procuravit, & terris ac pecoribus habundè ſublevavit.

Quomodo locus ille in Abbatiam ſurrexit.

EOdem tempore abbas qui advenerat ab epiſcopo illius dioceſis virgam paſtoralem cum cura monachorum juſſu prædicti legati ſuſcepit, fratreſque qui ſecum advenerant, in eodem loco ſtabilitatem regulariter firmare fecit. Sicque eccleſia illa in abbatiam canonicè apoſtolicaque auctoritate creſcendo ſurrexit.

Quare Moliſmenſes *aures Domini Papæ pro reditu* Roberti *abbatis inquietaverint.*

IGitur haut multo elapſo temporis ſpacio *Moliſmenſes* monachi voluntate domini *Godefridi* abbatis ſui qui *Roberto* ſucceſſerat dominum *Urbanum* Papam Romæ adeuntes poſtulare cœperunt ut ſepedictus *Robertus* in locum priſtinum reſtitueretur. Quorum importunitate motus papa mandavit legato ſuo venerabili ſcilicet *Hugoni*, ut ſi fieri poſſet idem Abbas reverteretur & monachi hæremum diligentes in pace conſiſterent.

Epiſtola Domini Papæ pro reditu *Roberti* abbatis.

URbanus *epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri & coepiſcopo* Hugoni *apoſtolice ſedis vicario ſalutem & benedictionem.* Moliſmenſium *fratrum magnum in conſilio clamorem accepimus abbatis ſui reditum vehementer poſtulantium. Dicebant enim Religionem in ſuo loco everſam ſeq; pro abbatis illius abſentia odio apud Principes & cæteros vicinos haberi. Coacti tandem à fratribus veſtris dilectioni tuæ per præſentia ſcripta mandamus ſignificantes gratum nobis exiſtere ut ſi fieri poſſet abbas ille ab heremo ad monaſterium reducatur. Quod ſi implere nequiveritis, curæ tibi ſit ut & qui heremum diligunt conquieſcant, & qui in cœnobio ſunt regularibus diſciplinis inſerviant.* §. *Hiis apoſtolicis literis lectis legatus viros autenticos & religioſos convocavit, & de præſenti negotio quæ ſubtus ſunt exarata diffinivit.*

Decretum legati de toto negotio *Moliſmenſium* atque *Ciſtercienſium* monachorum.

HUgo Lugdunenſis *eccleſiæ ſervus cariſſimo fratri* Roberto Lingonenſium *epiſcopo ſalutem, Quid de negotio* Moliſmenſis *eccleſiæ in colloquio apud* Pontum Anſille *nuper habito diffinerimus fraternitati veſtræ notificare neceſſarium duximus. Venerunt ante nos illuc cum literis veſtris* Moliſmenſes *monachi loci ſui deſolationem atq; deſtructionem quam per remotionem* Roberti Abbatis *incurrerant oſtendentes, ipſumq; ſibi reddi in patrem magnopere poſtulantes; nullo modo enim aliter ſperabant pacem & quietem* Moliſmenſi *eccleſiæ poſſe reſtitui, vel monaſtici ordinis vigorem in priſtinum ſtatum illic revocari & proſperitatem, niſi in præſentia noſtra frater* Gaufredus, *quem eidem eccleſiæ in abbatem ordinaviſtis, dicens ſe libenter ipſo* Roberto *velud patri ſuo locum daturum ſi nobis placeret ut eum* Moliſmenſi *eccleſiæ remitteremus, remitteretur. Audita & ipſorum* Moliſmenſium *petitione, relictis domini papæ literis ſuper hoc negotio nobis directis totum diſpoſitioni & arbitrio noſtro committentibus, tandem multorum virorum Religioſorum conventorum quam aliorum qui nobiſcum aderant conſilio precibus veſtris & eorum adquieſcentes* Moliſmenſi *eccleſiæ ipſum reſtituere decrevimus, ita videlicet ut priuſquam illuc redeat* Cabilonem *veniens, in manu fratris veſtri* Cabilonenſis *epiſcopi, cui ſecundùm conſuetudinem cæterorum abbatum profeſſionem fecit, virgam & curam abbatiæ reddat, atq; monachos novi monaſterii qui ei ſicut abbati ſuo profeſſionem fecerunt & obedientiam promiſerunt, ab ipſa profeſſione & obedientia liberos & abſolutos dimittat, ac ſic ab ipſo epiſcopo profeſſionis quam ei &* Cabilonenſi *eccleſiæ fecit abſolutionem accipiat. Dedimus etiam licentiam cum eo redeundi* Moliſmum *omnibus illis de fratribus novi monaſterii qui eum ſecuti fuerant quando à novo monaſterio receſſerit; Tali conditione, ut de* *cætero neutri neutros ſolicitare vel recipere preſumant, niſi ſecundum quod beatus* Benedictus *monachos Novi monaſterii præcepit recipiendos. Poſtquam autem hæc ſupradicta fecerit, remittimus eum dilectioni veſtræ ut* Moliſmenſi *eccleſiæ illum in abbatem reſtituatis. Ita tamen ut ſi deinceps eandem eccleſiam ſolita levitate deſeruerit, nullus ei ſubſtituatur vivente præfato* G. *abbate abſq; noſtro & veſtro ejuſdemq;* Galfridi *aſſenſu. Quæ omnia apoſtolica auctoritate rata eſſe præcipimus. De capella eciam prædicti abbatis* Roberti *& de cæteris rebus quas à* Moliſmenſi *eccleſia recedens ſecum tulit & cum eis* Cabilonenſi *epiſcopo atq; Novo monaſterio ſe reddidit id ſtatuimus, ut omnia fratribus Novi monaſterii ſalva permaneant præter breviarium quoddam quod uſq; ad feſtivitatem ſancti* Johannis *Baptiſtæ retinebunt ut tranſcribant, aſſenſu* Moliſmenſium, *Huic autem diffinitioni interfuerunt epiſcopi* Norgundus Eduenſis, Galterus Cabilonenſis, Berardus Manticenſis, Poncius Bilbenſis; *& abbates* Petrus Trevorcienſis, Jarento Dimonenſis, Gancerennus Acanocenſis, Petruſ*que domini Papæ camerarius, multiq; alii viri honeſti & boni teſtimonii. Hæc omnia abbas ille laudavit & fecit abſolvendo* Ciſtercienſes *ab obedientia quam ei in illo vel in* Moliſmenſi *loco promiſerant. Et dominus* Galterius Cabilonenſis *epiſcopus abbatem à cura illius eccleſiæ liberum dimiſit. Sicque reverſus eſt & quidam monachi cum eo qui heremum non diligebant. Hac ergo ratione apoſtolicaq; diſpenſatione iſte duæ abbatie in pace & libertate ſumma remanſerunt.*

Rediens verò abbas ſecum pro ſcuto has literas epiſcopo ſuo detulit.

Commendatio Abbatis *Roberti.*

D*Ilectiſſimo fratri & coepiſcopo* Roberto Lingonenſi *epiſcopo* Galterus Cabilonenſis *eccleſie ſervus ſalutem. Notum ſit vobis fratrem* Robertum *cui abbatiam illam in veſtro epiſcopatu ſitam quæ* Novum monaſterium *dicitur commiſeramus, à profeſſione quam* Cabilonenſi *eccleſie fecit, ab obedientia quam nobis promiſit, ſecundùm domini archiepiſcopi* Hugonis *diffinitionem à nobis eſſe abſolutum. Ipſe autem monachos illos qui in prefato* Novo Monaſterio *remanere decreverunt ab obedientia quam ſibi promiſerant & profeſſione abſolvit & liberos dimiſit. Illum igitur amodò ſuſcipere & honorificè tractare ne vereamini.*

De electione primi abbatis *Ciſtercienſis* eccleſiæ.

VIduata igitur ſuo paſtore *Ciſtercienſis* eccleſia convenit, ac regulari electione quendam fratrem *Albericum* nomine in abbatem ſibi promovit, virum ſcilicet literatum, in divinis & humanis ſatis gnarum, amatorem regulæ & fratrum, quiq; Prioris officium & in *Moliſmenſi* & in illa diucius gerebat eccleſia, multumque diu nitendo laboraverat ſic ad illum de *Moliſmo* tranſmigrarent fratres locum, & pro hoc negocio multa opprobria carcerem & verbera perpeſſus fuerat.

De privilegio Romanorum.

PRæfatus *Albericus* cura paſtorali licet multum renitens ſuſcepta, cogitare cœpit veluti vir mirabilis providentiæ quæ tribulationum procellæ domum ſibi traditam aliquando concutientes vexare poſſent, & præcavens in futurum cum conſilio fratrum tranſmiſit monachos duos, *Johannem* & *Ilboldum Romam*, dominum Papam *Paſchalem* per eos exorans ut eccleſia ſua ſub apoſtolicæ protectionis alis quieta & tuta ab omni eccleſiaſticarum ſeculariumve preſſura perſonarum perpetuò ſederet. Qui fratres prædicti *Hugonis* archiepiſcopi, *Johanniſ*que & *Benedicti* Romanæ eccleſiæ cardinalium, *Walteri* quoq; *Cabilonenſis* epiſcopi literis ſigillatis freti *Romam* proſperè ierunt & redierunt antequam ipſe Papa *Paſchalis* in captione poſitus Imperatoris pacaret, reportantes ejuſdem apoſtolici privilegium juxta abbatis ſanctorumq; ejus per omnia exaratum. Has epiſtolas privilegium eciam Romanum congruum duximus in hoc opuſculo relinquere, ut poſteri noſtri intelligant quam magno conſilio & auctoritate eccleſia eorum ſit fundata.

Epiſtola *Johannis* & *Benedicti* Cardinalium.

D*Omino patri Papæ* Paſchali *& ubiq; laude eximia prædicando* Johannes & Benedictus *ſeipſos per omnia. Quia veſtri moderaminis eſt omnibus eccleſiis providere & juſta poſcentium votis manum porrigere, veſtræq; juſtitiæ adjumento religio Chriſtiana fulta debet in-*

crementum ſumere, veſtram ſanctitatem obnixiùs deprecamur quatinus harum literarum bajulo noſtro conſilio à quibuſdam religioſis fratribus paternitati miſſo aures pietatis veſtre flectere dignemini. Petunt enim ut præceptum quod de quiete & ſuæ religionis ſtabilitate à prædeceſſore veſtro domino noſtro beatæ memoriæ Papa Urbano acceperunt & quod ſecundùm ejuſdem præcepti tenorem archiepiſcopus Lugdonenſis tunc legatus & alii coepiſcopi & abbates inter eos & Moliſmenſem abbatiam a qua Religionis cauſa deceſſerant diffinierunt, veſtræ auctoritatis privilegio imperpetuum maneat inconvulſum. Ipſi enim vidimus eorumque veræ religioni teſtimonium perhibemus.

Epiſtola Hugonis Lugdunenſis eccleſiæ archiepiſcopi.

REverentiſſimo patri & domino ſuo Paſchali Papæ Hugo Lugdunenſis eccleſiæ ſervus per omnia ſeipſum. Fratres iſti præſentium geruli ad paternitatis veſtræ celſitudinem tendentes, per nos tranſitum fecerunt. Et quia infra provinciam noſtram, videlicet in epiſcopatu Cabilonenſi manſionem habent, humilitatis noſtræ literis apud celſitudinem veſtram ſe commendari petierunt. Sciatis autem eos de quodam loco qui Novum monaſterium vocatur ad quem de Moliſmenſi eccleſia cum abbate ſuo exeuntes propter artiorem & ſecretiorem vitam ſecundum regulam beati Benedicti quam propoſuerunt tenendam habitandum venerunt, depoſitis quorum monaſteriorum conſuetudinibus imbecillitatem ſuam ad tantum pondus ſuſtinendum imparem judicantes, unde Moliſmenſis eccleſiæ fratres & quidam alii adjacentes monachi inter eos habitare videantur. Quapropter deſideratiſſimam nobis paternitatem veſtram humiliter & cum fiducia deprecamur, ut fratres iſtos totam ſpem ſuam in vobis poſt dominum ponentes, & iccirco ad apoſtolatus veſtri auctoritatem confugientes benignè pro more veſtro reſpiciatis, & eos & locum ipſorum ab hac infeſtatione & inquietudine liberando auctoritatis veſtræ privilegio muniatis, utpote pauperes Chriſti nullam contra ſuos æmulos divitiis vel potentia defenſionem præparantes, ſed in ſola Dei et veſtra clementia ſpem habentes.

Epiſtola epiſcopi Cabilonenſis.

VEnerabili Papæ Paſchali, Walterus Cabilonenſis epiſcopus ſalutem & debitam ſubjectionem. Sicut ſanctitas veſtra, ut fideles in vera religione proficiant ardenter deſiderat, ſic eidem veſtræ protectionis umbram veſtre conſolationis fomentum deeſſe non expedit; ſimpliciter ergo petimus quatinus quod factum eſt de fratribus illis qui artioris vitæ deſiderio à Moliſmenſi eccleſia ſanctorum virorum conſilio receſſerunt quos in noſtro epiſcopatu divina pietas collocavit, à quibus tranſmiſſus præſentium literarum baiulus vobis præſens adeſt, ſecundùm prædeceſſoris veſtri præceptum & Lugdunenſis archiepiſcopi apoſtolicæ ſedis tunc legati, & epiſcoporum & abbatum diffinitionem & ſcriptum cui rei nos preſentes extitimus, vos approbare, & ut locus ille abbacia libera imperpetuum permaneat, ſalva tamen perſonæ noſtræ ſucceſſorumque noſtrorum canonica reverentia auctoritatis veſtre privilegio corroborare dignemini; ſet & abbas quem in eodem loco ordinavimus, & cæteri fratres totis viribus hanc confirmationem in ſuæ quietis tutelam à veſtra flagitat pietate.

Privilegium Romanorum.

PAſchalis epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili Alberico Novi monaſterii abbati quod in Cabilonenſi parochia ſitum eſt ejuſdemq; ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis imperpetuum. Deſiderium quod ad religioſum propoſitum & animarum ſalutem pertinere monſtratur auctore Deo ſine aliqua dilatione complendum, unde nos ô filii in domino dilectiſſimi citra difficultatem omnium veſtrarum precum petitionem advertimus quia religioni veſtre paterno congratulamur affectu; Locum ergo illum quem inhabitandum pro quiete monaſtica elegiſtis ab omnium mortalium moleſtiis tutum ac liberum eſſe ſancimus, & abbatiam illic perpetuò haberi, ac ſub apoſtolicæ ſedis tutela ſpecialiter protegi, ſalva Cabilonenſis eccleſiæ canonica reverentia. Præſentis itaq; decreti pagina interdicimus ne cuiquam omnino perſonæ liceat ſtatum veſtræ converſationis immutare, neq; veſtri quod novum dicitur cœnobii monachos ſine regulari commendatione ſuſcipere in congregationem veſtram aſtutiis quibuſlibet aut violentiis perturbare. Eam ſanè controverſiæ deciſionem quam inter vos & Moliſmenſis clauſtri monachos frater noſter Lugdunenſis epiſcopus tunc apoſtolicæ ſedis vicarius cum provinciæ ſuæ epiſcopis aliiſq; religioſis viris ex præcepto prædeceſſoris noſtri apoſtolicæ memoriæ Urbani ſecundi perpetravit, nos tanquam rationabilem ac laudabilem confirmamus. Vos igitur in Chriſto filii dilectiſſimi meminiſſe debetis, quod pars veſtri ſeculares latitudines, pars etiam ipſas monaſterii laxioris minùs auſteras anguſtias reliquiſtis. Ut ergo hac ſemper gratia digniores cenſeamini, Dei ſemper timorem & amorem in veſtris cordibus *habere ſatagite, ut quanto à ſecularibus tumultibus & deliciis liberiores eſtis, tanto ampliùs placere Deo totis mentis & animæ virtutibus anheletis. Sanè ſi quis impoſterum archiepiſcopus aut epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes aut vicecomes, judex aut eccleſiaſtica quelibet ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temptaverit, ſecundo terciove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei aliena fiat atq; in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant.*

Inſtituta monachorum Ciſtercienſium *de* Moliſmo *venientium.*

DEhinc abbas ille & fratres ejus non immemores ſponſionis ſuæ, regulam beati *Benedicti* in loco illo ordinare & unanimiter ſtuduerunt tenere, reicientes à ſe quicquid regulæ refragabatur, froccos videlicet & pelliceas ac ſtamina, capucia quoque & femoralia, pectina & coopertoria, ſtraminia lectorum ac diverſa ciborum refectorio fercula, ſagimen & cætera omnia quæ puritati regulæ adverſabantur, ſicq; rectitudinem regulæ ſupra cunctum vitæ ſuæ tenorem ducentes, tam in eccleſiaſticis quam in cæteris obſervationibus regulæ veſtigiis ſunt adæquati ſeu conformati. Exuti ergo veterem hominem novum ſe induiſſe gaudebant. Et quia nec in regula nec in vita ſancti *Benedicti* eundem doctorem legebant poſſediſſe eccleſias vel altaria ſeu oblationes aut ſepulturas vel decimas aliorum hominum ſeu furnos vel molendinos aut villas aut ruſticos nec etiam fœminas monaſterium ejus intraſſe, nec mortuos ibidem excepta ſorore ſua ſepeliſſe, Ideo hæc omnia abdicaverunt, dicentes, ubi beatus *Benedictus* docet ut monachus à ſecularibus actibus ſe faciat alienum, ibi liquido teſtatur hoc non debere verſari in actibus & cordibus monachorum qui nominis ſui ethimologiam hæc fugiendo ſectari debent. Decimas quoq; aiebant à ſanctis patribus qui organa erant ſpiritus ſancti quorum ſtatuta tranſgredi ſacrilegium eſt committere, in quatuor partitiones diſtributas; unam ſcilicet epiſcopo, alteram presbitero, tertiam hoſpitibus ad illam eccleſiam venientibus ſeu viduis & orphanis ſive pauperibus aliunde victum non habentibus, quartam reſtaurationi eccleſiæ. Et quia in hoc compoto perſonam monachi qui terras ſuas poſſidere unde & per ſe & per pecora ſua laborando vivat non reperiebant, Iccirco hæc veluti aliorum jus injuſtè ſibi uſurpare detrectabant. Ecce hujus ſeculi diviciis ſpretis cœperunt novi milites Chriſti cum paupere Chriſto pauperes inter ſe tractare quo ingenio quo artificio quo ſe exercicio in hac vita ſe hoſpiteſque divites & pauperes ſupervenientes quos ut Chriſtum ſuſcipere præcipit regula ſuſtentarent. Tunc itaq; diffinierunt ſe converſos laicos barbaros licencia ſui epiſcopi ſuſcepturos, eoſque in vita & morte excepto monachatu ut ſeipſos tractaturos, & homines etiam mercenarios quia ſine amminiculo iſtorum non intelligebant ſe plenariè die ſive nocte præcepta regulæ poſſe ſervare, ſuſcepturos, quoq; terras ab habitatione hominum remotas, & vineas, & prata & ſilvas, aquas quoq; ad faciendos molendinos ad proprios uſus & ad piſcationem, & equos pecoraq; diverſa neceſſitati hominum utilia. Et cum alicubi curtes aut agriculturas exercendas inſtituiſſent, decreverunt ut prædicti converſi domos illas regerent non monachi, quia habitatio monachorum ſecundùm regulam debet eſſe in clauſtro ipſorum. Quia etiam beatum *Benedictum* non in civitatibus nec in caſtellis aut in villis ſed in locis à frequentia hominum & populi ſemotis cœnobia conſtruxiſſe ſancti viri illi ſciebant, idem ſe emulari promittebant. Et ſicut ille monaſteria conſtructa per duodenos monachos adjuncto patre diſponebat, ſic ſe acturos confirmabant.

De triſtitia eorum.

ILlud virum Dei prædictum & ſuos aliquantulum mæſtitiæ ſubdidit, quod raro quis illis diebus illuc ad eos inviſendos veniret; viri enim ſancti theſaurum virtutum celitus inventum ſucceſſoribus ad multorum ſalutem profuturum committere geſtiebant; ſed fere omnes videntes & audientes vitæ eorum aſperitatem inſolitam & quaſi inauditam, plus corde & corpore elongare quam approximari ſe eis feſtinabant, & de perſeverantia eorum titubare non ceſſabant. Sed Dei miſericordia qui hanc militiam ſpiritalem ſuis inſpiravit ad multorum profectum, egregiè eam amplificare & conſummare non ceſſavit, ſicuti ſequentia declarabunt.

De morte primi Abbatis & promotione Stephani *& de inſtitutis & letitia eorum.*

VIr autem domini *Albericus* in ſchola Chriſti per ſeptem annos & dimidium regulari diſciplina fæliciter excercitatus migravit ad dominum fide & virtutibus glorioſus, & ideo in vita æterna à Deo merito beandus. Huic ſucceſſit quidam frater *Stephanus* nomine, Anglicus natione, qui & ipſe cum aliis de *Moliſmo* illuc advenerat, quique amator regulæ ſanctæ & fratrum. Hujus temporibus interdixerunt fratres una cum eodem abbate ne dux illius terræ .... ſuam aliquo tempore in illa eccleſia tenerent ſicuti antea in ſolempnitatibus agere ſolebant . . . . . ne quid hiis qui in domo Dei die ac nocte Deo ſervire devotè cupiebant remaneret, quod ſuperbiam aut ſuperfluitatem redoleret, aut paupertatem cuſtodem virtutum ſponte quam elegerant aliquando corrumperet. Confirmaverunt ne retinerent cruces aureas aut argenteas niſi tantummodo ligneas coloribus depictas, neque candelabra niſi unum ferreum, neque thuribula niſi cuprea vel ferrea, neque caſulas niſi de fuſtaneo vel lino ſine pallio aureo vel argenteo, neque albas vel amictus niſi de lino ſimiliter ſine pallio aureo vel argenteo. Pallia verò omnia & cappas atque dalmaticas tunicaſque ex toto dimiſerunt, ſed calices argenteos non aureos, ſed ſi poterit fieri deauratos & fiſtulam argenteam, & ſi poſſibile fuerit deauratam, ſtolas quoque atque manipulos de pallio tantùm ſine auro & argento retinuerunt. Pallæ autem altarium ut de lino fierent & ſine pictura planæ præcipiebant, & ut ampullæ vinariæ ſine auro & argento eſſent. Illis diebus in terris & vineis & pratis curtibuſque eadem eccleſia crevit, nec decrevit religione. Ergo iſtis temporibus viſitavit Deus locum illum viſcera miſericordiæ ſuæ effundens ſuper ſe petentes ad ſe clamantes coram ſe lacrymantes die noctuque longaque & profunda ſuſpiria trahentes & ferè hoſtio deſperationis appropinquantes pro eorum ſucceſſoribus ne pane carerent, Nam tot clericos literatos & nobiles laicos & in ſeculo potentes & æque nobiles uno tempore ad illam Dei gratia remiſit eccleſiam ut xxx. inſimul in cellam novitiorum alacriter intrarent, ac bene contra propria vicia & irritamenta ſpirituum malignorum fortiter curſum ſuum conſummarent, quorum exemplo ſenes & juvenes diverſæq; ætatis homines in diverſis mundi partibus animati, videntes ſcilicet poſſibile in iſtis fore quod antea impoſſibile in cuſtodienda regula formidabant, illuc concurrere, ſuperba colla jugo Chriſti ſuavi ſubdere, dura & aſpera præcepta regulæ ardenter amare, eccleſiamque mirabiliter ædificare & corroborare cœperunt.

De ordinatione & inſtitutione cartæ *Caritatis* ſufficienter habetur, ſecundùm quam ordo multis annis ſatis pacificè & utiliter fuit gubernatus, donec ſciſma horribile ortum fuit inter abbatiam *Ciſtercienſem* & *Clarevallenſem*, ſicut ſequens epiſtola manifeſtè teſtatur. §. Tranſcriptum literarum domini abbatis *Savigniacenſis*, directa domibus ſuis filialibus in *Anglia.*

V*Enerabilibus & in Chriſto dilectis de* **Furnes** *& de* Bellalanda, *ac univerſis generationis* Savigniacenſis *coabbatibus ſuis per* Angliam *&* Walliam *conſtitutis, ac eorum conventibus, frater* Johannes *dictus abbas* Savigniacenſis *cum ſalute quam ſibi in domino compaſſionis viſceribus habundare & rei cognoſcere veritatem. Inter procelloſas voragines & tempeſtuoſos turbines hujus mundi noſtri ordinis navicula conſtituta, ſicut ſtellæ maris radioſo lumine, gratia videlicet virginis indiget ad conductum, ita nautarum ſolertia, Prælatorum ſcilicet diligentia eidem eſt neceſſaria ad* Scillenſe *periculum cautiùs evitandum. Inde eſt quod vobis tanquam Zelatoribus religionis pariter & fervoris, ipſius ordinis ſtatum cujus eſtis filii & alumpni qualiter ad præſens ſe habeat in partibus* Gallicanis *breviantes duximus intimandum. Noverit ergo univerſitas veſtra quod anno præterito in capitulo generali cum dominus* Ciſtercienſis *diffinitores vellet eligere & nominatos à quatuor primis reprobare pro ſuæ libito voluntatis, unum de filiis* Clarevallis *virum utiq; experientia fama & induſtria ac fervore religionis inſignem inter alios ſpecialiter refutavit. Obſecratus itáq; à reverendo patre domino abbate* Clarevallenſi, *& cæteris ſenioribus & majoribus abbatibus de linea* Clarevallenſium, Ciſtercienſis *abbas, etiam petitis veniis ut propter novitatem dicti* Clarevallenſis *quem dominus diebus iſtis ordini veſtro creditur reſervaſſe, antiqua libertas & conſueta licentia quatuor primis ſuper nominatione diffinitorum ſaltem in illo anno in ſuo robore perduraret, nullatenus nec ſupplicationibus nec precibus idem* Ciſtercienſis *voluit conſentire. Et habito cum filiis ſuis conſilio ſalutari, idem* Clarevallenſis *de conſenſu omnium filiorum ſuorum jus ſuum & antiquam libertatem matris noſtræ* Clarevallis *in ipſo capitulo proteſtatus dixit, propter illius abbatis ammonitionem nullum ſibi debere prejudicium generari. Vidimus enim quia* Ciſtercienſis *abbas quos vellet poſſet ponere diffinitores &*

quos nollet reprobare,poſſet diffinitores facere quales vellet, & ita pro libitu ſubventiones impoſterum exigeret,exactiones imponeret,juriſdictionem ſibi per totum ordinem vendicaret, & ſic antiqua ordinis ſimplicitas malignorum ambitione multiplici penitus deperiret, & limitati termini quos poſuerunt patres noſtri tranſgreſſione dampnabili minimè curarentur. Quibus de cauſis & etiam pluribus aliis quæ inferiùs deſcribuntur,conſulimus univerſi abbates de linea Clarevallis *ut tantæ peſtilentiæ congruum antidotum quereretur. Ecce autem interim dominus* Clarevallenſis *mandato ſummi pontificis compellitur ad Pontificii dignitatem; quod mira & occulta Dei diſpoſitione factum eſſe creditur, & ut honeſtiorem & manifeſtiorem occaſionem haberet ad curiam accedendi.Quam quidem dignitatem idem* Clarevallenſis *tanquam homo humilimus & religioſiſſimus recipere minimè adquievit. Set audiens quod* Cyſtercienſis *abbas mandati eſſet apoſtolici executor,feſtinato viam eundi ad curiam* Romanam *aggreſſus jam ſex dietas itineris confecerat,cum ecce duo Abbates miſſi ex parte abbatis* Cyſtercienſis *ad pedes montium invenerunt, exhibentes ei duo paria literarum, in quibus* Cyſtercienſis *excommunicabat in ſcriptis nulla monitione præmiſſa prætermiſſo juris ordine eundem* Clarevallenſem *niſi tertia die pro quibuſdam negotiis,ut ſcribebat,apud* Cyſtercium *compareret.* Clarevallenſis *verò nil motus talibus utpote homo conſtantiſſimus & ordinatus ſe literatoriè humiliter excuſavit,dicens quod cum ad curiam accedere diſponeret pro abſolutione ſibi impoſiti oneris optinenda & pro filiabus ſuis quæ ſunt in* Italia *viſitandis, & jam magnam partem itineris confeciſſet, non poterat ſine magno detrimento & ſcandalo dimittere iter ceptum,& ideo ſupplicabat omni humilitate qua poterat, quatinus ſuam excuſationem legitimam acceptaret, & ita infecto negotio ad quod illi duo venerant abbates ad propria redierunt. Dompnus autem* Clarevallenſis *vocaverat nos ut eſſemus participes itineris illius & laboris. Venientes igitur ad curiam* Romanam *inſimul poſt multas fatigationes & difficultates permaximas,tandem abſolutionem optinuit ab epiſcopatus regimine quam petebat. Innotuit poſt hæc ſummo Pontifici quod ordo noſter quoad plures articulos reformatione indigeret propter tyrannicas oppreſſiones & graves inſolentias aliquorum patrum abbatum qui ad cedendum turpiter & injuſtè ſuos filios compellebant, parentes ſuos & alios ſibi favorabiles vicioſos ignominioſè depoſitos & malæ famæ homines loco utilium perſonarum contra voluntatem conventuum intrudentes.Innotuit etiam eidem ſummo Pontifici conventus ordinis in pluribus locis ſuis liberis electionibus defraudatos per patres abbates, & perſonas honeſtas religioſas & utiles indebitè refutari; tempore etiam viſitationis,honeſti & utiles domibus monachi contra voluntatem proprii abbatis & conſilii ſanioris cum ſuis ſarcinulis ſæpiùs emittuntur nulla cauſa rationabili exiſtente.Gravationem etiam domorum intellexit idem ſummus Pontifex occaſione plurium equitaturatum in ordine ſuboriri, ſcandala non curari,diſſentiones augeri,novitates obrepere,fervorem minui, augmentari diſſolutiones, remitti rigorem monaſticæ diſciplinæ.In capitulo etiam generali animadvertit ſtatuta edi & inutilia & grave inferentia ordini nocumentum,ſicut eſt illud ut de aliis taceatur de inquiſitationibus committendis, licet de novo inceperunt plura tum ſcandala generarunt tum per tales commiſſiones inquiſitationum aliquibus malivolis injunctas auctoritate capituli generalis multorum jam fuerit innocentia ſupplantata. Percepit inſuper idem ſummus Pontifex quod viſitatio* Cyſt. *ſuperficialis tantùm eſſet cum quatuor primi ibi ad viſitationem convenientes nichil poſſent aut auderent corrigere niſi de domini* Cyſtercienſis *beneplacito & aſſenſu, cum idem* Cyſtercienſis *tempore viſitationis ſedem primam teneat & uſurpativè correctiones faciat pœnitentias injungendo,& ſi aliquid contra voluntatem* Cyſtercienſis *fuerit attemptatum comminationes viſitatoribus inferuntur, & ex defectu debitæ correctionis domus illa* Cyſtercienſis *in abiſſo debitorum multociens corruit,de quibus honerari ſæpe oportuit ordinem univerſum. Hiis & pluribus aliis rationibus immo enormitatibus quoniam nimis longum eſſet præſentibus inſerere licet multiplices ſint & graves, excitatus ſummus Pontifex,poſt longos tractatus,de conſcientia Religioſorum & majorum fratrum ſuorum cardinalium,& honeſtos,& diſcretos fama religionis, experientia,& ætate grandævos reverencia præcipuos, dominum epiſcopum* Treten. *abbatem* majoris-Monaſterii *& confeſſorem domini Regis* Franciæ *reformatores noſtri ordinis & inquiſitores inſtituit,ut per tractatus pacificos & viam concordiæ ſi poſſet fieri,noſtrum ordinem appellatione poſtpoſita reducerent ad curſum ſolitum & antiquum.Dominus autem* Morimundus *cum tenorem reſcripti apoſtolici inquiſitoribus deſtinati pleniùs intellexiſſet,nichilq; fictitium nichil adinventicium vel mendoſum in eo perſpexiſſet, pro ſe & pro tota generatione ſua literas adherenciæ nobis dedit reformationi ordinis conſentientes totaliter & preciſè. Ita quod ſumus modò tres partes totius ordinis in hoc negotio concordantes abſque illis qui ſunt de alia quarta parte qui no-*

bis occultè favent, & quidam etiam manifeſtè. Unde non credimus quod ſit conventus in toto ordine niſi unus, ſcilicet conventus Cyſtercienſis, *nec aliquis abbas niſi fortè xx. vel circiter qui non adhæreant toto corde. Cæterum cum aſſignata die & partibus convocatis ad preces & inſtantiam domini Regis* Franciæ *tractaretur de pace in aliquibus articulis, fuit ex utraque parte concordatum, in aliquibus contradictum, & preſentibus xv. abbatibus & ampliùs & electo* Mailamenſi, *& archiepiſcopo* Baiocenſi *ex parte Regis ad tractandum de pace ſpecialiter deſtinatis, abbas* Cyſtercienſis *coram omnibus petit juriſdictionem & correctionem culparum & curam animarum per ordinem univerſum, & fuit iſta petitio ſigillata de mandato* Cyſtercienſis *abbatis & ab abbate* Clarevallenſi *omnino contradicta. Sic enim* Cyſtercienſis *celare non potuit virus peſtiferum quod latebat in corde, ſet crepuit in audientia talium & tantorum, & ſic errore acceptus contra ſe omnes patres abbates totius ordinis provocavit. Cum verò die aſſignata coram reformatoribus & inquiſitoribus cum aliquantis abbatibus* Cyſt. *Abbas & xvj. advocatis ſecularibus comparuiſſet, & mandatum apoſtolicum audiviſſet, & ei facta fuiſſet copia Reſcripti apoſtolici, poſtquam* Clarevallenſis & Morimundenſis *qui ſecum habebant circiter xij abbates & nullum penitus advocatum obnixè ſupplicaverant, petitis veniis ut juxta mandatum apoſtolicum in commiſſo ſibi negocio procedere non differrent,* Ciſtercienſis *abbas & qui præ cæteris reformationem & bonum ſtatum ordinis querere debuiſſet conſilio advocatorum deceptus frivolam quandam appellationem & nugatoriam cum legiſſet coram executoribus mandati apoſtolici, de nocte affugit & exinde ad curiam eſt profectus. Executores verò noſtri frivole appellationi & tergiverſationi minimè deferentes in negotio totaliter juxta formam ſibi traditam proceſſerunt, & relationem ſuper hiis quæ à majoribus & ſanioribus ordinis per ſacramentum invenerint diverſis in locis & diverſis perſonis miſerunt ad curiam per nuncios ſpeciales; Poſt quos ivit jam dominus* Clarevallenſis *& nos poſt ipſum, audituri & recepturi, Deo propicio, quod ad decus ordinis & decorem antiquum & pacem cedere debeat animorum. Hæc autem vobis ſcripſimus ut vobis aliud referentibus non credatis, quia vobis licet breviter, rei intimavimus veritatem. De cætero quia res veſtra & totius ordinis agitur vel ad confuſionem perpetuam vel ad exaltationem perpetuam duraturam, devotiſſimis orationibus negotium quod habemus præ manibus muniatis, orantes pro nobis & orari devotiùs facientes. Beno valete. Legatur iſta epiſtola in omnibus capitulis generationis veſtre ubi fieri potuit oportunè. Dat. apud* Clarevallem *anno Domini MCClxiiij. in craſtino natalis domini.*

Ordinatio domini *Guydonis*, titulo ſancti *Laurencii* in laicis presbiteri Cardinalis pro diffinitione habeatur, quæ talis eſt.

I*N nomine Domini,* Amen. *Nos frater* Guydo *titulo ſancti* Laurencii *presbyter cardinalis ſedis apoſtolice legatus, Facto & recepto in nos compromiſſo ſuper diſcordia quæ vertebatur in ordine circa electionem ſive inſtitutionem diffinitorum, & data nobis plenariè poteſtate ab abbate & conventu* Cyſtercii, *& à quatuor primis abbatibus, & à toto capitulo generali ordinandi & ſtatuendi in prædicto negotio quod paci & utilitati ordinis videbimus expedire: Pro bono pacis & caritatis in ordine conſervandæ ordinamus atque conſtituimus, Quod quilibet de quatuor primis abbatibus veniens ad capitulum generale quinque abbates dompno* Cyſtercienſi *volenti diffinitores eligere nominabit, ita tamen quod duo ex ipſis quos pater abbas nominans præeligere voluerit, per abbatem* Cyſtercienſem *illa vice amoveri non poterint vel dimitti. De tribus verò reſiduis quemcunque voluerit abbas* Ciſtercienſis *relinquet, & alios duos diffinitores inſtituet cum prædictis. Si verò aliquem de primis quatuor abbatibus ad capitulum generale venire non contigerit, prædictam nominationem & præelectionem per literas ſuas petere poterit, vel aliquem de filiis ſuis abbatibus vicarium ibi conſtituet ad hoc ipſum. Si verò aliquem de quatuor primis filiabus vacare contigerit vel abbatem ejus in tali ſtatu eſſe ut ad facienda prædicta ſit impotens & ineptus, tempore capituli generalis primus abbas de filiis generationis illius qui in capitulo fuerit prædicta omnia ſupplere poterit vice patris. Si verò aliquem de primis quatuor abbatibus per necligentiam vel quamcunq; occaſionem aliam nec venire ad capitulum nec literas mittere nec vicarium ad prædicta ſubſtituere contigerit, abbas* Cyſtercienſis *vice ipſius quatuor diffinitores aſſumet de generatione ipſius abſentis ſi tot præſentes ibi fuerint, alioquin de aliis abbatibus quod defuerit ſuppleatur ut diffinitorum numerus integretur. In nullo tamen volumus per ordinationem iſtam derogari ſtatutis cartæ* Caritatis *quæ de generali capitulo faciunt mentionem. Cætera verò quæ in ordinatione dompni Papæ continentur, in ſuo robore perſeverent. Act.* Cyſtercii *xvij. kal. Octobr. tempore capituli generalis, anno Domini MCClxv.*



Ordinis Ciſtercienſis Monachus

54

MONASTICON ANGLICANUM.

Waverleienſe *Cœnobium in agro* Surregienſi, *Ordinis* CISTERCIENSIS.

Annales de Waverle in bibl. Cottoniana.

ANno MCxxviij. Hoc anno fundata eſt abbatia de *Waverleia* à domino *Willielmo Giffard* epiſcopo *Wintoniæ*, viij kal. Decembris.

Annal. de Petroburgh in bibl. Cottoniana.

Anno MCxxviij. Ordo *Ciſtercienſis* primo venit in *Angliam*. Abbatia de **Waverle** fundata eſt, filia domus de *Elemoſina*, hoc eſt tranſmiſſis illuc de *Elemoſina* xij. monachis cum abbate, ei ſubjectionem & obedientiam, ſicut filia matri debet.

Fundationis carta per *Willielmum Giffard Wintonienſem* epiſcopum.

Pat. 11. E. 3. parte 2. m. 36. per Inſpex. Vide etiam cart. 11. E. 1. m. 41.

WIllielmus Giffard *Dei gratia epiſc.* Wynton. *omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus ſalutem. Sciatis me dediſſe &; conceſſiſſe in elemoſina aſſenſu domini noſtri regis* Henrici, *& tocius fratrum* Wyntonienſis *eccleſiæ conventus monachis de* Ciſtell. *terram de* **Waverli** *ſolutè & quietè in æternum poſſidendam, cum omnibus eidem terræ pertinentibus in pratis & in paſcuis, & ij. acras prati apud* **Heleſtede**; *& paſſuagium porcorum ſuorum ab omni conſuetudine quietum in boſcis de* **Ferneham**, *& ligna ad uſum ardendi, & ad alia neceſſaria. Hujus donationis teſtes ſunt*, Ingulfus *Prior*, Richerus *archid.* Stephanus *archid.* Gillebertus *de* **Cumai**, Rogerus *de* **Meleford**, Walchelinus *capellanus*, Ricardus *cap.* Gyroldus *cap.* Bernardus *cap.* Herlebaldus *cap.* Petrus *camerarius*, Hugo *dapifer.* Ernaldus *frater* Rich. *archid.* Gaufridus *de* Gemigiis, Will. *Diſp.* Robertus Pinc.

Carta Henrici *de* **Bloys** Winton. *epiſcopi.*

Ibid.

HEnricus Dei gratia *Wynton.* epiſc. omnibus S. matris eccleſiæ filiis ſalutem. Quoniam ex injuncto nobis a Deo pontificatus officio compellimur univerſis noſtræ dioc. & maximè viris eccleſiaſticis ſubvenire, hinc eſt quod Deo & eccleſiæ S. *Mariæ* de **Waverle** & monachis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, dedimus & conceſſimus, aſſenſu Prioris & conventus eccleſiæ *Wynton.* unam virgatam terræ cum pertinentiis ſuis juxta **Waneford**, in augmentum terræ ſuæ de **Waverle**, quam terram cum pertinentiis ſuis venerabilis pater *Will. Giffard* predeceſſor noſter, aſſenſu regis *Henrici* & tocius fratrum *Wynton.* eccleſiæ conventus in elemoſina dedit eis; cujus donationem [illegible]uria cum noſtra additione eiſdem monachis confirmamus, & preſenti ſcripti noſtri munimine roboramus. Volentes & concedentes, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, ut dictas terras claudant ubi voluerint infra bundas ſuas, quæ ſe extendunt à quercu de **Tileford** quæ vocatur **Rynghoc** per viam regiam verſus **Farnham** uſque ad **Wynterborn**, & inde per ripam quæ currit de **Farnham** ad montem qui dicitur **Richardiſhulle**, & per tranſverſum illius montis & pontem de **Waneford** uſque ad pratum de **Tyleford** quod dicitur **Huethammeſmede**; & inde ſurſum directè ad prædictam quercum, & ut eas cum omnibus pertinentiis ſuis ſicut liberam puram & perpetuam elemoſinam pacificè & quietè teneant & poſſideant imperpetuum. Ut etiam habeant in communi paſtura de **Farnham** porcos ſuos & alia averia ſua in omnibus locis ubi liberi tenentes & alii de hundredo habeant & habere ſolent. Et ubicunque ſibi magis viderint expedire, brueriam, petram, ſabulum, & aliam terram pro voluntate ſua capiant ad omnes uſus ſibi neceſſarios ſine calumpnia contradictione & impedimento cujuſcumque imperpetuum. In quorum omnium teſtimonium huic ſcripto appoſuimus ſigillum noſtrum, ſtatuentes ne quis imposterum ratione premiſſorum à prædictis monachis aliquid exigat vel extorquere præſumat, nec moleſtiam aut gravamen eis inſerat, ne iram diſtricti judicis & noſtram maledictionem incurrat, & à communione ſanctorum alienus exiſtat. Hiis teſtibus, *Radulfo* archid. *Wynton.* *Roberto* archid. *Surr.* *Roberto* de **Lunes**, *Alberto Summano*, *Will. Tifell*, *Bernardo*, *Adam*, *Robello*, capellanis meis, magiſtro *Herberto*, magiſtro *Nicholao*, magiſtro *Hugone*, magiſtro *Willielmo*, *Turſtino Petro* & *Simone* filiis *Ric.* *Alano*, *Joſepho*, *Willielmo* de *Monte-caniſo*, clericis meis, & multis aliis.

Carta *Ricardi* de **Toclive**, *Wynton.* epiſcopi.

Ibid.

RIcardus Dei *gratia* Wynton. *epiſc. omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem & Dei benedictionem. Noverit univerſitas veſtra nos dediſſe & conceſſiſſe abbatiæ ſanctæ* Mariæ *de* Waverleia *& monachis ibidem Deo ſervientibus totam illam partem terræ noſtræ de* Wiſhangla *quæ eſt verſus foreſtam & terram ipſorum monachorum quæ vocatur* **Duchenefeld**, *ſicut aqua de* Wiſhangla *dividit, in pratis, & paſcuis, & boſco, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio in perpetuam elemoſinam. Ut autem rata ſit hæc noſtra donatio eam preſentis ſcripti, & ſigilli*

gilli noſtri munimine roboramus. Teſtibus hiis Philippo Priore Sudwic, magiſtro Gregorio de Lund. magiſtro Henrico de Dabintre (&c.)

Carta Gaufridi de Magnevilla Eſſexiæ comitis.

THeobaudo Dei gratia venerabili Cantuarienſi archiep. Henrico Wyntonienſi epiſcopo, univerſis ſanctæ eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris Gaufredus de Magnevilla comes de Exſexia ſalutem in domino. Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Faramuſus de Bolonia vendidit abbati Giſleberto & monachis de Waverleia terram de Warenbergie quæ ad feodum meum ſpectat, pro centum xx. marcis argenti. Hanc venditionem præcepto & prece domini mei regis Anglorum Henrici ratam habeo, concedo, & confirmo, & prædictæ eccleſiæ eandem terram abſolutam & liberam ab omni ſervitio ſeculari trado in elemoſinam pro anima patris mei & pro redemptione animæ meæ & anteceſſorum meorum. Ut autem hæc noſtra conceſſio ſtabilis & inconvulſa permaneat præſentis Paginæ ſcripto & ſigilli mei impreſſione corroborari feci ſub teſtium ſubſcriptorum teſtimonio. Garinus filius Geroldi, Henricus frater ejus, Willielmus de Magnevilla frater comitis Gaufridi, Ernulphus de Magnevilla; Rogerius filius Ricardi, Radulfus de Berneriis, Gauterius de Magnevilla, Hugo de O, Jordanus de Creivene (&c.)

Carta Richardi prima facta abbathiæ de Waverleia.

Cart. Antiq. S. n. 20.

RIcardus Dei gratia rex &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti carta noſtra confirmaſſe, abbatiam de Waverleia, & omnes terras & poſſeſſiones ſuas. Imprimis locum ipſum in quo abbatia ipſa fundata eſt, & etiam grangiam, quæ eſt juxta abbatiam; Damus etiam eis & præſenti carta noſtra confirmamus Netham cum omnibus pertinentiis ſuis. Et iterum concedimus eis & confirmamus terram illam quæ eſt ex dono Willielmi de Venuz, quæ jacet inter Buttele, & boſcum de Netham, qui (Hoa) vocatur, & inter Gavethers, & Hoſthela; Et terram illam quæ ex dono Roberti patris ejuſdem Willielmi, quæ vocatur Dodingdona. Grangiam de Wandeberga, Grangiam de Dreneford, cum terra Richella; Grangiam de Dacheriefeld, & unam hidam terræ de Wiſhang, grangiam de Norholt, grangiam de Bomata: grangiam de Serneton: grangiam de Dumnora: grangiam de Nutteſſelf: grangiam de Siga: grangiam de Tuangham, & unam hidam terræ in Ebbesburne, cum omnibus pertinentiis. Quare volumus (&c.) Teſtibus B. Cantuarienſi archiepiſcopo, Waltero Rothomagenſi archiepiſcopo H. epiſcopo Dunelmenſi, Willielmo de Mandevilla, Willielmo Mareſcallo. Dat. quinto die ſeptembris apud Weſtm. anno regni noſtri primo per manum Willielmi cancellarii.

Vide Vol: 2. Pag: 912.

FURNESENSE

Cœnobium in agro Lancaſtrenſi.

Fundationis hiſtoria, & ſeries abbatum.

Ex regiſt. de Furneſſe in officio ducatus Lancaſtriæ.

An. 1127.

Vide Pat. 21. R. 2. part. 2. mem. 35. 8. H. 6. part. 3. mem. 16. Et Pat. 1. H. 5. part. 1. mem. 7.

ANno domini mileſimo centeſimo viceſimo ſeptimo, nonas Julii, à fundatione Ceſtertii anno viceſſimo nono; à fundatione verò Savignienſi anno decimo quinto, & pontificatus Honorii Papæ ſecundi anno ſecundo, r[illegible]i autem regis Henrici poſt conqueſtum Angli[illegible] viceſimo ſexto, fundatum eſt monaſter[illegible]urneſii per nobilem virum Stephanum com[illegible] Mor[illegible]onii, & Bolonii, in loco vallis, quæ [illegible] Bekan[illegible]gill vocabatur. Sed (ut in libello quod[illegible]teri, & de vetuſta litera ſcriptum reperi) ipſum monaſterium prius fundatum erat in Aundyrnes, in loco qui dicitur Tulket, anno domini MCxxiiij. quarto nonas Julii, & ibi ſitum tenuit, per tres annos, & tres dies antequam, ubi nunc eſt, fundaretur: fundatum autem erat tam ibi, quam hìc, de ordine Savigniacenſi, id eſt, Tironenſi, ſub regula ſancti Benedicti, cujus ordinis profeſſores monachi fuerunt & eorum habitus griſius color erat. Primus autem abbas dicti monaſterii Furneſii fuit Evanus de Abrincis, magnæ ſcientiæ, & non minoris ſanctitatis vir. Secundus abbas Eudo de Sourdevall, cui Honorius Papa ſecundus ſcibit privilegium ſpeciale. Tertius abbas Michael de Lancaſtria. Quartus abbas Petrus de Eboraco.

Tempore hujus abbatis venerabilis, Serlo quartus abbas Savignii, quæ eſt materna domus Furneſii, reddidit apud Ciſtercium, in capitulo generali domum ſuam Savigniacenſem, cum filiabus ſuis, de ordine Tironenſi, ad ordinem Ciſtercienſem, in manus ſancti Bernardi tunc abbatis Clarevallis, à qua redditione prædictus Petrus abbas, cum conventu ſuo, ad ſummum pontificem, & ſanctam ſedem apoſtolicam appellavit: Ad quam ſedem perſonaliter accedens impetravit à domino Eugenio Papa tertio, confirmationem, ut domus ſua Furneſii remaneret inperpetuum de eodem ordine de quo primò fundata erat, non obſtante redditone prædicta: ſed, in reditu ſuo à curia Romana, captus eſt in itenere per monachos Savignienſes, & ductus ad Savigneiam, ibi ceſſit officio abbatiali, & factus eſt ibidem monachus probatiſſimus, diſcens ordinem Ciſtercienſem; & inde fuit ſumptus in abbatem Quareriæ quintum. Cui Petro ſucceſſit in Furneſio quintus abbas Richardus de Baiocis, doctor in theologia, priùs monachus Savigneii. Qui modico tempore gubernavit, cujus diligentia & conſilio redditum fuit ipſum monaſterium Furneſii ad matrem ſuam Savigneiam, & ad ordinem Ceſtertienſem, priuſquam idem Richardus creatus fuerat in eodem, in abbatem, nam temporibus quatuor abbatum præcedentium fuit ordinis Savignienſis, ut ſuperiùs eſt expreſſum. Sextus abbas Furneſii Johannes

hannes de **Cawnceſield**, cui *Eugenius* Papa tertius privilegium ſcribit. Septimus abbas *Walterus* de *Millum*, cui *Alexander* Papa tertius ſcribit etiam privilegium. Octavus *Joſlenus* de **Pennington**, cui etiam *Lucius* Papa tertius ſcribit privilegium; & ipſe *Joſlenus* fuit inceptor in theologia. Nonus *Conanus* de **Bardoule**. Decimus *Willielmus Niger*, qui priùs erat abbas de **Swyneſheved.** Undecimus *Giraldus Briſtaldon*. Duodecimus *Michael* de **Dalton**, cui *Celeſtinus* Papa tertius privilegium ſcribit; Decimustertius *Richardus* de *ſancto Quintino*. Decimusquartus *Radulfus* de **Fletcham**, priùs abbas de **Swinſheheved**, aſſumptus illuc de *Furneſio*. Decimusquintus *Johannes* de **Newby**. Decimusſextus *Stephanus* de **Alverſton**. Decimusſeptimus *Nicholaus* de **Meaux**, iſte *Nicholaus* primò fuit canonicus, de *Wartria*, poſtea monachus de *Melſa*, deinde monachus, & abbas *Furneſii*; & demum epiſcopus *Sodorenſis* Decimus octavus *Robertus* de **Denton** priùs abbas de **Swinſeheved.** Decimus nonus *Laurentius* de **Accolm**. Viceſſimus, *Willielmus* de **Midleton**. Viceſſimus primus *Hugo* de **Bron**. Viceſſimus ſecundus *Willielmus* de **Cockeram**, cujus corpus jacet ſub longo colloſſo marmoreo in capitulo ſine Epitaphio. Viceſſimus tertius *Hugo Skiller*, iſte fuit depoſitus de abbatiatu. Viceſſimusquartus *Johannes* de **Cockeram**. Viceſſimusquintus *Alexander* de **Walton**. Viceſſimusſextus *Johannes* de **Cokham**. Viceſſimusſeptimus *Johannes* de **Bolton**. Viceſimusoctavus *Willielmus* de **Dalton** modernus, qui diu vivat in gratia & honore.

Carmina hiſtorica de fundatione *Furneſeienſis* cœnobii.

ANno milleno, centeno bis duodeno
Ib. fol. 6. a. **Fournes** *fundatum primò fuit & ſituatum.*
Primus ei fundus **Tulket** *fuit, haud dubitatur,*
1124. *Quo jam fundatur eſt* Bekaneſgill *que ſecundus.*
Annis namque tribus tranſactis, totque diebus
Tollitur à fundo primo, ſtruiturque ſecundò,
Agmunderneſiam *qua primò floruit ædes*
Hæc teneas patriam qua **Tulket** *erat ſibi ſedes.*
Annos à fundo, ſi vis numerare ſecundo
Illius ætatis cape verſibus hic ſubaratis.
Anno millenò centeno terque noveno,
Julii primo **Fournes** *fundatur ab imo.*
Dedit Honorius *hoc ſub tempore Papa ſecundus.*
Ewanus *primus Abbas fuit, hicque facundus.*
In **Tulket** *fuimus griſei monachi ſituati.*
Hic ſumus albati preſenti tegmine ſcimus,
Hanc hac valle domum Stephanus *comes ædificavit,*
Quem gens Anglorum *regem ſibi poſt titulavit.*
Anno milleno centeno ter quoque deno,
Necnon ſepteno, rex hic fit in ordine pleno
Stephanus *iſte ſtetit comes ad tunc* Bolonienſis
Et Mortonenſis, *hanc ædem cum fore fecit.*
Henrici *regno primi currente ſub anno*
Viceno ſexto, fundi jactamine texto;
Sicque decennæ fuit hoc cœnobium ſtatione,
Cum primo micuit comes iſte decore coronæ.
Hic ſed ſex menſes, ſex atque dies removere
De numero penſes patet etas poſtea vere.
Quo poſt conqueſtum domus anno cœpit oriri
In ſexageno primo o ſcas reperiri
Anno milleno ſexageno quoque ſeno
Will. Norman. *ducem ſibi protulit* Anglia *regem.*
Hæc vallis tenuit olim ſibi nomen ab herba
Bekan, *qua viruit dulcis nunc, tunc ſed acerba.*
Unde domus nomen **Benkangſgill** *claruit ante,*
Jam patriæ tantæ nomen partitur & omen
Prædicti comitis, regumque reſcripta docent hæc
Geſtis præteritis, quæ cronographi reticent, nec
Gratia divina domui ſit huic pia nutrix,
Auctrix, & tutrix, ut gaudeat abſque ruina.
Ejus cultores ditet Deus arce polorum;
Ejus amatores ornet mercede bonorum.
Si quis eam turbet, dampno cedente, vel lite
Hunc Deus emendet breviet vel tempora vitæ.
Mater, virgo pia, titulo domus iſta Maria
Eſt tua dos propria, tu ſis rectrix ope dia
Nomen des iſti libro, Pars primi regiſtri,
Hujus cœnobii nomine Furneſii.
Cartas terrarum tenet in ſe quod variarum,
Quas dederant proceres, confirmavereque reges
Iſti cœnobio pietatis munere firmo.
Fines & placita retinet quoque per loca mixta;
Per tabulam cuncta reperire potes, ſive cuncta
Ordine ſcriptorum, poſſeſſorum foliorum.
A meque nectuntur quæ per Papas tribuuntur
Ordinis indulta communia, noſtraque multa.
Willielmus Dalton *abbas hunc condere librum*
Fecit, ei cribrum ſathane terat, & petat altum.
Sicque liber plenum finem ſortitur amenum
Anno milleno centum quater ac duodeno (penna
Quem John Stell *digitis, monachus ſcripſit, ſine*
Cujuſquam volucris; Careat ſine fine gehenna.
Iſtorum capita dant arbor genteque tumba
Quo ſcripſit calamum par paradigma ſuum.
Quiſquis amore libros pretioſos neſcit habere
Illius è manibus hunc librum Chriſte tuere.
* *Eſt* * Dives durus *cape* [k] *denam pro* [t] *decanona*
Hæc metra dictantis ſic nomen habes vice prona. * In [*Eſt*] & ſit *Esk.*
Is ſtudioque ſui tabulam dedit eſſe ſequentem.
Cui pietate tui vitam des Chriſte manentem * **Richehard.**
Ut patet in Capite quo ſcripto quo folioque
Poſt reperire potes, quod in illis noſcere queres.

Progenies regis Stephani.

STephanus comes *Bolonii* & *Moretonii*, filius comitis *Bleſenſis*, genitus ex *Audoena* filia *Willielmi* conqueſtoris, fundavit iſtud monaſterium *Furneſienſe*, nonas Julii anno Domini MCxxvij. & regni regis *Henrici* primi poſt conqueſtum, avunculi ejuſdem *Stephani*, anno viceſimo ſexto. Et anno decimo poſt dictam fundationem, Idem *Stephanus* eſt in regem *Angliæ* coronatus immediatè poſt dictum *Henricum* regem, anno videlicet domini MCxxxvij. Ib. f. 41. b.

Hujus pii regis *Stephani* uxor fuit nobiliſſima domina *Matildis* filia ſtrenui comitis *Bolonii Euſtachii*; genita ex *Maria* filia *Criſtianæ* ſororis *Margaretæ* reginæ *Scottorum*. Hæ due, videlicet, *Margareta* & *Criſtiana* ſorores erant *Edgari Edling*, conſanguinei ſancti *Edwardi* regis & confeſſoris. *Willielmus* verò comes *Warrennæ* & *Bolonii*, filius fuit dictorum *Stephani* regis, & *Matildis* uxoris ſue. Dicta verò *Margareta* regina peperit *Malcolmo* regi *Scottorum*, marito ſuo, ſex filios & duas filias; videlicet, *Matildem* quæ nupſit regi *Henrico* primo, de qua genuit

Matildem, quæ primo nupſit imperatori, deinde *Galfrido* comiti *Andegaviæ*, de quo concepit regem *Henricum* ſecundum, & *Mariam*, de qua ſupradictum eſt.

Carta *Stephani* comitis *Bolonii* & *Moretonii*.

Cartæ de annis 13. & 14 H. 4. per Inſpex.

IN *nomine patris & filii, & ſpiritus ſancti, & in honore ſanctæ* Mariæ *matris domini noſtri, ego* Stephanus *comes* Bolonii & Moretonii, *providens, & in Deo conſulens ſaluti animæ meæ & uxoris meæ* Matildis *comitiſſe, & pro anima domini mei & avunculi* Henrici *regis* Anglorum *& ducis* Normannorum, *& pro animabus omnium fidelium, tam pro vivis, quam pro ſolutis debitum mortis, anno ab incarnatione domini noſtri, milleſimo centeſimo xx. ſexto, indictione quinta, epacta xvij. ævi metas cotidie etiam videns ad occaſum ruere; pompas omnes labentis hujus ſeculi, & flores roſeaſque vernantium regum, imperatorum & ducum, & omnium locupletum coronas & palmas marceſcere, & omnium concreta ſimul in unum redigere & ad mortem prepeti curſu cuncta properare, reddo, dono, & concedo Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Fuderneſio, *& abbati illius loci, totam foreſtam meam de* Fuderneſio *&* Wagneiam, *cum omni venatione quæ in eis eſt, &* Daltonam, *& omne dominicum meum infra* Fuderneſiam, *cum hominibus & omnibus ei pertinentibus, videlicet, in boſco & plano, in terris & in aquis, &* Olveſtonam, *&* Rogerum Briſtoaldum, *cum ſuis, & piſcariam meam de* Loncaſtra, *&* Guorinum, *parvum cum omni terra ſua, &* ſocum, *&* ſaccum, *&* tollum, *&* **team**, *&* **infangethefe**, *& quicquid infra* Fuderneſium *continetur, preter terram* Michaelis Flameng. Eo *nimirum intuitu & tenore, quatenus in loco prædicto ordo monaſticus, & regularis, per divinam gratiam, teneatur. Quamproculdubio donationem illibatam imperpetuum cuſtodiri, principali auctoritate conſtituo, & quicquid preſentium vel futurorum devotio fidelium ipſis in Chriſto contulerit firmum manere conſtituo, atque compono. Porro ut hæc intemerata & inconcuſſa imperpetuum permaneant, ego ipſe manu mea ſubſcribo & preſentem cartam ſigno ſanctæ crucis corroboro. Signum* Henrici *regis* Anglorum, *& ducis* Normannorum. ✠ *Signum* Turſtini Eboracenſis *archiepiſcopi*. ✠ *Signum* Audini *epiſcopi*. ✠ *Signum* Ricardi Baiocenſis *epiſcopi*. ✠ *Signum* Roberti *de* Sigillo. ✠ *Signum* Roberti *comitis* Glouceſtriæ.

Carta Willielmi *de* Lancaſtria, *tertii*.

Ib.fo.132.

OMnibus Chriſti fidelibus præſentibus & futuris *Willielmus* de **Lancaſtre** ſalutem in domino. Noveritis me, pro ſalute animæ meæ, & *Agnetis* ſponſæ meæ, & omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe & reddidiſſe domino abbati de **Forneys**, & monachis ibidem Deo ſervientibus quandam terram quam de eis tenui; videlicet totum **Scaththwait**, & **Egtone**, cum omnibus aiſiamentis & pertinentiis ſuis. Quam quidem (terram) eiſdem legavi, cum corpore meo. Et inſuper conceſſi eiſdem unum batellum, competens ad cariandum, quæ fuerint neceſſaria in aqua de **Thurſtainwater** & aliud modicum batellum ad piſcandum in ea, pro libitu, cum viginti retibus, ad opus dictorum monachorum meorum. Et ſimiliter in **Winendermer** unum batellum competens ad cariandum mairemium, & cætera quæ fuerint neceſſaria, & aliud modicum batellum ad piſcandum ibidem cum viginti retibus, ſine ulla contradictione mei, vel hæredum meorum. Si verò aliquis ſerviens dictorum monachorum qui direxerit batella ſua per eaſdem aquas deliquerit in foreſta mea, rationabiliter mihi emendabitur. Si quis verò ex eis juſtum juditium ſuſtinere noluerit amovebitur à ſervitio monachorum & amittet mercedem ſuam. Quapropter volo & præcipio & preſenti carta mea confirmo quod corpus meum ibidem teſtamentaliter ſepeliatur, in locum quem elegi mihi in eodem monaſterio; ſcilicet juxta ſepulcrum avi mei, bonæ memoriæ *Willielmi* de **Lancaſtre**, in preſbiterio, & dicti monachi ea quæ eiſdem caritative legavi, ſicut præſcriptum eſt bene & in pace habeant & poſſideant, in liberam & perpetuam elemoſinam. Et ego dictus *Willielmus* & hæredes mei prædictam elemoſinam contra omnes homines warrantizabimus, adquietabimus & defendemus imperpetuum. Hiis teſtibus, domina *Agnete* ſponſa mea, domino *Johanne* tunc Priore de **Coningeſheved**, domino *Rogero* fratre meo, *Roberto* de **Leyburn** & *Laurentio* …. militibus meis, *Raulando* de **Reneſgill** ſeneſchallo meo, *Gilberto* de **Lancaſtre** conſtabulario de **Birkeby**, *Roberto le* **Tailur**, *Gilberto* de **Boivile** & multis aliis, qui huic legationi meæ, & donationi interfuerunt. Actum apud **Birkeby** in **Kendale** anno domino milleſimo ducenteſimo quadrageſimo, ſexto die Novembris. 1240.

Iſte *Willielmus* dedit cuidam *Laurentio* de *Cornubia* & hæredibus ſuis molendina de *Ulverſtona* inde reddendo per annum ad certos terminos …. & alias terras & tenementa ibidem, reddendo inde per annum triginta ſolidos ad aſcenſionem domini, & xij. denarios, & ſervitium militare faciendo. Qui *Laurentius* genuit *Johannem* & *Johannes Laurentium*. Qui *Laurentius*, quia non habuit hæredem de corpore ſuo, dedit *Edmundo* de **Nevyll** & hæredibus ſuis, prædicta molendina, terras & tenementa oneratas de redditibus & ſervitiis ſupradictis. Quæ ſervitia & redditus abbas & conventus de **Forneys** percipiunt, cujus cauſa patebit poſtea. Qui quidem *Edmundus* genuit *Willielmum*, Qui *Willielmus* genuit *Johannem*, & *Johannes Thomam*, qui nunc eſt; videlicet anno Domini MCCCCix.

Prædictus vero *Willielmus* de **Lancaſtre** tertius, dedit cuidam anteceſſori domini *Thomæ* de **Flemyng**, qui nunc ei & hæredibus ſuis **Coningeſton** cum pertinentiis tenendum per ſervitium militare, & redditum duorum denariorum & oboli per annum. Quod quidem **Coningeſton** prædictis dominus *Thomas* tenet de abbate & conventu de **Forneys** tanquam parcella medietatis ſuæ de **Ulveſton**, qui fecit domino *Johanni* de **Bolton** abbati ejuſdem loci homagium & fidelitatem anno Domini MCCCCiiij. in feſto converſionis ſancti *Pauli*, & ſolvit relevium ſuum; videlicet, quadraginta ſolidos, præſentibus domino *Alano* de **Penington** milite, *Chriſtofero* de **Broughton**, *Alexandro* de **Kirkeby**, & *Rogero* fratre ejus, *Willielmo* de **Berdeſay**, *Iwano* de **Aſmunderlaw** armigeris, & multis aliis.

Item prædictus *Willielmus* de **Lancaſtre** confirmavit cuidam *Ailwardo* de **Broghton** & hæredibus ſuis **Broghton**, tenendum per ſervitium militare & redditum &c.

Item prædictus *Willielmus* de **Lancaſtre** dedit cuidam predeceſſori domini *Ricardi* de **Kirkeby** qui nunc eſt, & hæredibus ſuis **Doverdale**, tenendum per ſervitium militare & redditum &c.

Item prædictus *Willielmus* de **Lancaſtre** dedit cuidam prædeceſſori domini *Alani* de **Penington** & hæredibus ſuis **Tilburthwait**, tenendum per ſervitium militare & redditum ij. d. ob. per annum, quod quidem **Tilburthwait** tenetur de abbate de **Forneys** per eadem ſervitium militare & redditum tanquam parcella predictæ medietatis ſuæ manerii de **Wlveſton**.

Item prædictus *Willielmus* de **Lancaſtre** dedit totum *Roſſet* diverſis, quorum nomina adhuc non ſcribuntur, ſed ſcribentur, tenendum de eodem abbate per ſervitium militare & certum redditum annualem. De quo quidem *Roſſet Vanus* de **Aſmunderlaw**, qui nunc eſt, tenet duas parcellas per idem ſervitium, & redditum novem denariorum per annum; videlicet pro una parcella ſex denarios & ob. Qui quidem *Vanus* fecit domino *Johanni* de **Bolton** abbati homagium & fidelitatem pro eiſdem parcellis & ſolvit relevium anno MCCCC. quarto, præſentibus domino *Alano* de **Penington**, domino *Thoma Fleming*. *Chriſtophero* de **Broghton**, & aliis multis.

Carta Michaelis Flemengi.

Ib.fol.171. IN nomine patris & filii & ſpiritus ſancti *Amen.* Notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ eccleſiæ quod ego *Michael Flamengus* do & concedo Deo & ſanctæ *Mariæ* de **Forneys** & monachis ibidem Deo ſervientibus **Ros**, cum piſcariis ſuis & omnibus ſuis pertinentiis, & *Grineltonam* cum omnibus ſuis pertinentiis in excambio pro *Berdeſeia*, cum piſcariis ſuis & omnibus ſuis pertinentiis, & *Urſwica* cum omnibus ſuis pertinentiis, excepta eccleſia quam abbas *Johannes* dedit *Danieli* clerico filio meo in elemoſina, & pro una carucata terræ & dimidia infra terminum ſex annorum datura; pro qua ſcilicet carucata terræ & dimidia interim dabunt mihi ſingulis annis quindecim ſolidos, concedente *Guillelmo* filio meo & hærede & omnibus filiis meis. Teſte *Ranulfo* presbitero &c.

Alia carta ejuſdem Michaelis

Ibid. IN nomine patris & filii & ſpiritus ſancti *Amen.* Notum ſit omnibus tam futuris quam præſentibus, quod ego *Michael Flamengus* providens & in Deo conſulens ſaluti animæ meæ, patris & matris meæ, & uxoris meæ, & filiorum meorum, anno ab incarnatione domini MCliij. dono & concedo Deo & ſanctæ *Maria* de **Forneys** & abbati illius loci totique conventui ibidem Deo ſervienti **Fordebote** cum omnibus ſuis appendiciis in perpetuam elemoſinam. Quam donationem ita ſolutam & ab omni calumpnia omnium mortalium quietam & liberam dono, ſicut oblationem Deo in odorem ſuavitatis & ſicut ſacrificium quod Deo offerimus, ſaltim veſpertinum. Signum ✠ ipſius *M.* concedente *Guillelmo* filio meo & hærede, & omnibus filiis meis. Signum ✠ *Guillelmi* filii *M.* Signum ✠ *Gregorii* nepotis *M.* Signum ✠ *Hugonis* filii *Ledred.* Signum *Lamberti* ....

Quieta clamatio *Agnetis* nuper uxoris *Willielmi* de **Lancaſter** ſuper terras quas clamavit in *Furneſio.*

Ib fol. 143

OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Agnes quondam uxor* Willielmi *de* **Lancaſter** *ſalutem in domino. Sciat univerſitas veſtra me, pro ſalute animæ quondam viri mei* Willielmi *de* **Lancaſter**, *& meæ conceſſiſſe, remiſiſſe, condonaſſe, & quietum clamaſſe Deo & beatæ* Mariæ *de* Furneſio, *abbati & conventui ibidem Deo ſervientibus totam terram cum pertinentiis, quam clamavi verſus eos in dote, coram juſtitiariis de banco; de terra ſcilicet quam habent de dono quondam viri mei prædicti in* Furneſio; *ita verò quod eos* Agnes *vel aliquis per me nihil juris nomine dotis in terra illa cum pertinentiis, de cætero poſſimus clamare, vel exigere. Et ne iſta remiſſio & hæc mea quieta clamatio alicui in poſterum vertantur in dubium, huic ſcripto ſigillum meum, in pura viduitate mea, appoſui. Hiis teſtibus*, Ricardo *de* **Coupland**, Willielmo *de* Furneſio, Rogero *de* Lancaſtra, Ricardo *de* **Kirkeby**, Johanne Buſcell, *& aliis.*

I*Tem ſupradictus* Willielmus *de* Lancaſtra *tertius duxit in uxorem* Agnetem *de* **Brus** *de qua habuit; videlicet,* Helewiſam, *quam duxit in uxorem* Petrus *de* **Brus** *ſenior, &* Aliciam *quæ nupſit domino* Willielmo *de* **Lindeſay**, *&* Serotam *quam duxit dominus* Alanus de **Multon**, *quæ obiit ſine hærede. Et quia prædictus* Willielmus *tertius non habuit hæredem de corpore ſuo, deſcendit manerium de* **Wlverſton** *ad* Helwiſam *&* Aliciam *ſorores ejus. Et partitum fuit prædictum manerium inter eos, cujus unam medietatem habet abbas de* Furneſio; *illam videlicet, quam* Alanus *de* **Lindeſay** *&* Alicia *uxor ejus habuerunt; quam medietatem poſtea habuit* Johannes *de* **Cowpland** *de domino* Edwardo *rege tertio.*

Ib.f. 146.b.

ET alteram medietatem manerii de **Wlverſton** habuit *Petrus le Brus* ſenior, qui genuit *Petrum* juniorem, *Agnetem*, *Luciam*, *Margaretam* & *Laderinam*. Quæ *Margareta* nupſit domino *Roberto* de **Ros**. *Agnes* ſupradicta nupſit *Waltero* de **Fawkunbergh**. *Lucia Marmaduco* de **Thweng**. *Laderina Johanni* de **Belew**. *Petrus le Brus* junior ſupradictus obiit ſine hærede de corpore ſuo: poſt cujus mortem, prædicti *Walterus* & *Marmaducus*, per attornatum ſuum, ceperunt ſeiſinam in medietate ſua, quæ diſcendebat ad eos ratione prædictarum *Agnetis*, & *Luciæ* uxorum ſuarum, An. Dom. MClxxij.

Supradicti *Walterus* & *Marmaducus*, *Agnes* & *Lucia*, poſt ſeiſinam, ut ſuperius ſcribitur, captam, dederunt *Rogero* de *Lancaſtra* baſtardo fratri *Willielmi* de *Lancaſtra* tertii, avunculo prædictarum *Agnetis*, & *Luciæ*, medietatem ſuam omnium terrarum ſuarum, quæ habuerunt in *Furneſio*, ſcilicet in **Ulverſton**.

Ibid. fol. 147. b.

Et poſtea ſupradictus *Rogerus* de *Lancaſtra* cepit de *Willielmo* de **Lindeſay**, & *Alicia* uxore ejus, alteram medietatem ad ipſos pertinentem ad terminum vitæ eorundem *Willielmi* & *Aliciæ*, tempore *Hugonis* abbatis de *Furneſio*, An. xj. regis *Edw.* primi.

Diviſio montanorum Furneſii, *per Regem confirmata.*

In regiſtro abbatiæ de *Furneſio* fol. 130.

Henricus rex *Angliæ* & dux Normanniæ & *Aquitanniæ* & comes *Andegaviæ* archiepiſcopis, (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & carta mea confirmaſſe conventionem quæ facta fuit coram me inter monachos de *Furneſio*, & *Willielmum* filium *Gilberti*, de Montanis de *Furneſio*. Quæ talis eſt. Montana de *Furneſio* dividuntur à *Kendala*, his terminis, ſicut juratum eſt præcepto meo, juramento xxx hominum. Deſicut aqua deſcendit de **Wremeſhales** in **Langedene-little**, & inde in *Helterwatra*, & inde per *Braiza* in **Winendermer**, & inde in *Levenam*, & inde uſque mare. Hanc verò terram partitus eſt abbas de *Furneſio* per diviſas ſubſcriptas. Ab *Helterwatra* ad **Tillesburc**, & inde & **Coningeſton**, & inde ad caput de *Thurſtiniwatra*, & per ripam ipſius aque uſque **Cret**, & inde in *Levenam*. *Willielmus* verò elegit ſibi partem illam quæ adjacet iſtis terminis à parte occidentali, tenendam de abbatia de *Furneſio*, integre & plenarie in boſco & plano, in aquis & piſcariis & omnibus rebus, reddendo inde abbatiæ de *Furneſio* annuatim xx. ſol. & filius ejuſdem *Willielmi* faciet homagium inde abbati ejuſdem loci. Illam verò partem quæ adjacet eiſdem terminis à parte orientale habent eadem abbatia, excepto quod in parte illa habebit *Willielmus* venationem & accipitres. Quare volo & firmiter præcipio quod hæc conventio firma & inconcuſſa teneatur, & quod eadem abbatia partem ſuam prædictam habeat & teneat bene & in pace, & integrè, in boſco & plano, in aquis & piſcariis & in omnibus locis & rebus. Teſtibus, *R. Lincoln.* & *H. Dun.* epiſcopis *R.* comite *Legreceſtr. Ricardo* de *Luci*, *Willielmo* de *Veſci*, *Gaufrido* de *Valoniis*, *Willielmus* de **Agremont**, *Auberto* de **Grellei**, *Johanne* conſtabulario, *Ricardo Pincerna*, *Henrico* filio *Suani*, *Goſpatricio* filio *Ormi*, *Ricardo* filio *Ivonis.* per manum *Stephani* capellani apud **Wodeſtoc**.

Iſte fuit primus *Willielmus* qui ſe fecit vocari, per licentiam domini regis *Willielmum* de **Lancaſter**, baronem de **Kendale**, qui priùs vocabatur de **Tailboys**. Qui diſponſavit *Gundredam* comitiſſam **Warwic**, qui quidem *Willielmus* genuit de *Gundreda* prædicta *Willielmum* ſecundum. Qui quidem *Willielmus* ſecundus deſponſavit *Helewiſam* de **Stuteville**, de qua genuit *Helwiſam* tantum. Quæ *Helwiſa* fuit maritata *Gilberto* filio *Rogeri* filii *Reynfredi*. In cujus tempore levatus fuit finis ſubſequens de eſcambio ville **Ulverſton** cum parte Montanorum.

Hæc eſt finalis concordia facta in curia domini regis apud *Weſtmonaſterium* anno regni regis *Ricardi* ſeptimo, die dominica proxima poſt Octab. purificationis beate *Mariæ*, coram *Huberto Cantuarienſi* archiepiſcopo, & *R. Londonienſi*, & *G. Roffenſi* epiſcopis & *Radulfo de* **Hereford** archidiacono, & *Simone* de **Pateſhill**, & *Ricardo* de **Heriet**; & *Oſberto* filio *Ben.* & aliis juſticiariis & fidelibus domini regis ibidem tunc præſentibus, inter abbatem & conventum de *Furneſio* petentes, per *Willielmum* de **Leides** cellerarium & *Willielmum* de **Loneſdale** poſitos loco eorundem ad lucrandum, vel perdendum in prefata curia, & *Gilbertum* filium Rogeri filii *Reynfredi* & *Helewiſam* uxorem ſuam tenentes, per *Ricardum* de *Mariſco* clericum, poſitum loco eorundem ad lucrandum vel perdendum in eadem curia, de Montanis de *Furneſio*, unde placitum fuit inter eos in in eadem curia; ſcilicet quod præfati abbas & conventus conceſſerunt præfatis *Gilberto* & *Helewiſæ* uxori ſuæ, & hæredibus eorum illam partem præfatorum Montanorum de *Furneſio* verſus occidentem, quam prædeceſſores eorum habuerunt ſecundum concordiam & conventionem quæ facta fuit in curia domini *H.* regis & coram ipſo, & ſicut carta ejus teſtatur, quam prædicti monachi habent, per iſtas diviſas; ſcilicet, ab *Elterwatra* per vallem ad **Tildeſ-Burgthwait**, & inde per **Pivedalebec** ad **Koningeſton**, & ſic in *Thurſtainewatra*, & inde per ripam ad capud de *Thurſtanewatra*, uſque in illam ripam quæ ſe extendit ſubtus **Rig**, uſque **Craic**, & inde per **Craic** uſque in *Levenam*; item ab **Eterwater** contra Montem perductum qui cadit de **Wreneſhals** uſque ad **Wreneſhals**, & ſic per **Wreneſhals**, deſcendendo in *Boigerba*, in **Duthen**, & inde per **Dwthen**, deſcendendo quamdiu diviſæ de **Brocton** ſe extendunt; tenendam de prædicta abbatia de *Furneſio*, & de ipſis monachis in boſco & plano in aquis & piſcariis; reddendo prædictæ abbatiæ & ipſis monachis annuatim viginti ſolidos pro omni ſervitio conſuetudine. Inſuper conceſſerunt prædicti abbas & monachi prædictis *Gilberto* & *Helwiſæ* & hæredibus eorum **Ulveſton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, pro decem ſolidis annuatim reddendis ipſis monachis pro omni ſervitio. Has verò prædictas terras tenebunt prædicti *Gilbertus* & *Helwiſa* & hæredes ſui de *Abbatia*, & de ipſis monachis in feodo & hæreditate, tam liberè & quiete, quam ipſi monachi de dominis ſuis tenent, ſalvo ſervitio eorum, ſcilicet, triginta ſolidis reddendis eis pro omni ſervitio in vigilia aſſumptionis ſanctæ *Mariæ* annuatim. Prædicti verò *Gilbertus* & *Helwiſa* uxor ſua conceſſerunt, & quietum clamaverunt prædictis abbati & monachis de *Furneſio* cervum & cervam & accipitrem, & omnem omnino libertatem, quam ipſi *Gilbertus* & *Helwiſa* habuerunt in illa parte Montanorum, quæ ad ipſos monachos pertinet, amodo abſolute & quiete, & ſine omni reclamatione ab eis & hæredibus eorum, per iſtas diviſas; ſcilicet, ab **Elterwater**, per vallem ad **Wlveſburgthwait**, & inde per **Pwedalebec** ad **Boningeſtou**, & ſic inde in **Thurſtaineſwater**, & ſic per ripam ad capud de **Thurſtainewater** uſque ad ripam illam quæ ſe extendit ſubtus **Rig**; uſque in **Craic**, & inde per **Craic** in *Levenam* verſus orientem; Item de **Elterwater** uſque in *Braitha* uſque in **Winendermer**, & per **Winendermer** uſque in *Levenam*, & ſic per *Levenam* uſque mare. Inſuper reddiderunt prædicti *Gilbertus* & *Helwiſa* præfatis monachis, & quietam eis clamaverunt **Neuby** cum omnibus pertinentiis ſuis ab omni jure & calumpnia quam in eadem habuerunt & quæ ad eos & hæredes eorum pertinebat, & ut libere, & quiete, de cætero, teneant idem monachi pro ipſis *Gilberto* & *Helwiſa* & ſuis in pace poſſideant. Et ſi aliquis impoſterum ipſos monachos ſuper eam vexare voluerit, ipſi *Gilbertus* & *Helwiſa* & hæredes eorum, pro poſſe ſuo, eos adjuvabunt & ad eam tenendam manutenebunt ſine expenſis ſuis xx . . . . . . vero ſolidos quos præfati *Gilbertus* & hæredes ſui prædictis monachis pro ſervitio meo . . . . **Ulveſton** annuatim de . . . . . . in feſto aſſumptionis ſanctæ *Mariæ*. Perſolvent præterea prædicti *Gilbertus* & *Helwiſa* uxor . . . .

Conventiones inter monachos de Furneſio, *&* S. Mariæ Lancaſtriæ.

Ibid.

UNiverſis pateat per præſentes quod cum religioſi viri abbas & conventus *Furneſii* teneantur Priori & monachis eccleſiæ beatæ *Mariæ Lancaſtriæ* in quadam penſione duarum marcarum pro decimis omnium terrarum grangiæ de *Bellomonte* quas propriis manibus, aut ſumptibus excolunt; prout in quadam compoſitione inter prædictos abbatem & conventum *Furneſii* ex parte una, & Priorem eccleſiæ beatæ *Mariæ Lancaſtriæ* ex altera confecta, evidentiùs apparet; Idem Prior pro ſe & ſucceſſoribus ſuis conceſſit, quod ſi contingat prædictos abbatem, & conventum, omnes terras de grangia prædicta integraliter, extra manus ſuas dimittere aliis excolendas quod tunc ceſſet ſolutio duarum marcarum prædictarum quamdiu eas ita integraliter extra manus ſuas dimiſerint, & idem Prior precipiat omnes decimas dictarum terrarum ſic dimiſſarum, ſine contradictione dictorum abbatis & conventus; & quamcitò terras prædictas vel aliquem partem illarum propriis manibus, aut ſumptibus ſuis excoluerint, vel ad manus ſuas aliqualiter revocaverint, extunc ut priùs, dicti abbas & conventus ad ſolutionem dictæ penſionis dictarum duarum marcarum annuatim teneantur prout expreſſum eſt, in forma expreſſa, in compoſitione prælibata. In cujus rei teſtimonium huic ſcripto chirographato ambæ partes prædictæ ſigilla ſua alternatim appoſuerunt. Dat. in abbatia *Furneſii* in craſtino ſancti *Mathei* Apoſtoli anno gratiæ MCCC. quinto.

Eugenius Papa recipit nos in protectionem; confirmat diverſas terras & poſſeſſiones per nomina ſua; quod decimas non ſolvemus de arboribus &c.

Ib fo. 23

EUgenius *epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis* Johanni *abbati ſanctæ* Mariæ *de* Furneſio, *ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis. Effectum juſta poſtulantibus indulgere, & vigor equitatis, & ordo exigit rationis, preſertim quando petentium voluntatem & pietas adjuvat & veritas non relinquit. Idcirco dilecto domino, filii, veſtris juſtis petitionibus, benigno concurrentes aſſenſu eccleſiam beatæ* Mariæ *de* Furneſio, *in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri, *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.*

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Dei timorem, & Ciſtercienſium *fratrum obſervantiam, ibi autore domino, inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem eccleſia impreſentarium juſtè, & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, vel aliis juſtis modis, preſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibati permaneant. In quibus hæc propriis duximus vocabulis exprimenda.*

Ex dono comitis Stephani *totam foreſtam de* Furneſio, Wagneiam, *cum tota venatione,* Daltonam *cum omni dominio ejus infra* Furneſium, *& omnibus pertinentiis ſuis.* Olveſtonam, *totam terram* Rogeri Brithwaldi *cum pertinentiis ſuis; piſcarias de* Lancaſtria; *totam terram* Guarini *Parvi, & quicquid infra* Furneſiam *continetur præter terram* Michaelis Flamengi. *Ex dono* Roberti *de* **Bovill**, **Kirkſanton** *&* Horrum. *cum pertinentiis ſuis. Ex dono* Willielmi *nepotis nobilis viri* David *regis* Scottorum, Caldram *& molendinum, in eodem loco,* Dermertonam, *&* **Flolegate** *cum pertinentiis ſuis. In* **Staddeſbutles** *manſionem unam, liberam & quietam* **Withoſhd** *duas ſalinas, piſcariam de* **Derewent**, *piſcariam, & paſnagium de* **Eggre** *porcis veſtris per totam terram* Ranulfi Muſtini, *qui priùs hæc, eccleſiæ veſtræ, pia devotione, conceſſerat. Ex dono* Godardi *de* Couplanda *medietatem* Foſſæ, *cum appenditiis ſuis. Ex dono* Michaelis Flamengi **Fordebotle**, *& ab eodem in concambium pro* Berdeſeia Crineltonam, *&* **Ros** *cum appenditiis ſuis. In* Mannia, *ex dono nobilis viri* Olavi *regis inſularum, terras de* **Carnecſet** *uſque ad monaſterium ſancti* **Leoc**, *cum appenditiis ſuis, villam* Thore *fil* **Aſſer**, *villam* **Melon** *magni, villam ſancti* Melii, *villam* **Narwe**, **Stamredale** *cum appendiciis ſuis, terram ſancti* **Corebric** *&* **Fagerwl**. *Sane laborum veſtrorum quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis præſumat decimas exigere. Decernimus ergò ut nullus omnino hominum liceat prefatum eccleſiam temerè perturbare* (&c.)

De

De ſucceſſione Abbatum.

Ibid. fol. 1. a.

Eſt hic ſciendum quod contra uſum aliorum monaſteriorum hujuſmodi ordinis, obſervatur conſuetudo in monaſterio *Furneſii* ſolùm illos nominare & pronunciare abbates in mortuario ſuo qui per decennium integrum rexerunt ante deceſſum eorum, & poſtmodum obierunt abbates, & ſic ibidem non nominantur abbates qui etiam poſt decennium abbaciatus ſui ceſſerunt vel depoſiti fuerunt, ſeu qui ante completum decennium ſui regiminis obierunt. Et ſic *Ewanus* computatus eſt primus abbas *Furneſii*, *Johannes* de **Cawncefeld** ſecundus, *Willielmus Niger* tertius, *Radulphus* de **Flecham** quartus, *Robertus* de **Denton** quintus, *Willielmus* de **Mydelton** ſextus *Hugo le Bron* ſeptimus, *Johannes* de **Cokerham** octavus, *Alexander* de **Walton** nonus, *Johannes* de **Bolton** decimus.

Ecquidem, ut ſuppono, uſus iſte, ſic computandi abbates, prius inolevit ab uſu illius ordinis de quo primò fundatum erat monaſterium *Furneſii* ſupradictum; quod patere poteſt ex eo, quod *Eudo* & *Michael* de **Lancaſter**, qui forte obierunt antequam decennium ſui regiminis compleverunt; Et *Petrus* qui ceſſit ut ſupra patet, in mortuario non ponuntur abbatum qui prioris ordinis erat, ut ſupra patet; & ſic uſus ille deducitur uſque ad nos. *Ewanus* tamen qui multùm citra decennium ſui regiminis obiit, ponitur abbas primus, pro eo fortè quod ipſe, cum commonachis ſuis de *Savigneio* miſſus, poſuit ſepedicti monaſterii fundamentum. Ad ſalvandam prædictam conſuetudinem ab errore, neſcio rationem adnunc pretendere meliorem.

Heæ ſunt filiæ Furneſiii

Ib. fo. 1. b.

Monaſterium de *Caldra* fundatum eſt An. Dom. MCxxxiiij. quarto idus Januarii.

De **Swynſheved** A. D. MCxlviij.

De *Caſtro* Dei in *Hibernia*, hibernicè *Fermoy*, *Clovenſis* dioceſis A. D. MClx.

De *Inſula*, id eſt, **Ynes** ibidem, *Dunenſis* dioceſis, A. D. MClxxxiij. kalend. Junii.

De *Sancta Cruce* ibidem, hibernicè *Wethirlaghan*, *Caſſelenſis* dioceſis, eodem anno.

De *Wythnea* ibidem, *Imelenſis* dioceſis, A. D. MClxxxviij.

De *Petra fertili*, ibidem, hibernicè *Corkonrouth*, *Ficcoborenſis* dioceſis, Anno MClxxxxvij.

De **Ruſſyn** in *Mannia*, *Sodorenſis*, dioceſis, A. D. MCCxxxviij.

De *Surio* in *Hibernia*, hibernicè *Yneſelughenught*, *Liſmorenſis* dioceſis. A. D. MCCxlix.

De prędictis filiabus abbathiis, quatuor tantum de *Furneſio* exierunt; videlicet. Abbatiæ de *Caldra*, de **Swineſheved**, de *Wethneys*, & de **Ruſſin**. Duæ primæ fundatæ fuerunt de ordine *Tyronenſi*, de quo ordine domus earū materna tunc erat, & poſtea cum ea redditæ ſunt ordini *Ciſterc.* Abbatiæ de caſtroDei, de S.cruce. De *Petra Fertili* & de *Surio*, diu poſt earum fundationem date ſunt illi in filias per abbatem *Clarevallis* & per capitulum generale. Certa terra in *Mannia* data fuit abbatiæ de *Rievalle*, ad conſtruendum abbatiam de **Ruſſin**; poſtea tamen data fuit abbatiæ de *Furneſio* ad conſtruendam eam de ordine *Ciſtercienſi*, ubi modo ſcituata eſt, & ſic non de *Rievalle* ſed de *Furneſio* exivit. Abbatia de *Wythneya* primò fundata fuiſſet in **Witerſdale**. Sed ipſa fundatione retracta, radices fixit in *Hibernia* ubi modo conſtructa eſt, & de *Furneſio* exivit. Abbatia de **Ynes** in forma ſubſcripta filia *Furneſii* effecta eſt, prout in regiſtro & cronicis *Ultoniæ* de illius fundatione lucidius expreſſatur.

Igitur tertio kalend. Junii Anno Dmini MClxxx. & anno regni Regis *Henrici* ſecundi poſt conqueſtum *Angliæ* xxvj; poſt conqueſtum verò *Ultoniæ* anno tertio, vir illuſtris dominus *Johannes* de **Curcy** conqueſtor *Ultoniæ* fundavit abbatiam de **Ynes** in inſula de **Yneſcuſcre**; ſic enim tunc vocabatur; quam utique abbatiam Rex quidam *Ultoniæ* nomine *Magnellus Makenleſe* prius fundavit, vj. idus Septembris anno Domini MCxxvij. prope fontem ſancti *Finiani* in terra quæ dicitur **Erynach**, & nominavit eam abbatiam de **Carrike**, & erat de ordine *Tyronenſi* & filia *Savigneii*; Cujus primus abbas ſanctus *Evodius*, in die obitus ſui, precepit fratribus ſepelire corpus ejus in inſula de **Ynes**, & intulit cauſam, dicens; Domus iſta, fratres inquit, funditus deſtruetur, & hic erit deinceps habitatio ferarum & latronum. Ibi verò collegium juſtorum & aſcenſus animarum ſanctarum. Hic vepres, & ſpinæ ſolum deſertum operient, ibi virtutum fructus producentur & inducentur in horreum paradiſi; ſed nolite triſtari, quia deſolationem qui fiet hic, ibi populus bonus ſuperveniens reformabit in ſtatum meliorem. Poſt cujus abbatis tranſitum manſit dictum monaſterium de **Carryke**, de ordine *Savigneacenſi*, per tempora trium abbatum; videlicet, *Odonis*, *Devincii*, & *Johannis*; in cujus tempore redditum fuit ipſum monaſterium ordini *Ciſtercienſi*, ſub conditione, quod imperpetuum eſſet deinceps filia *Furneſii*: ſed tempore conqueſtus *Ultoniæ* præſatus dominus *Johannes* de **Curcy** penitus illud deſtruxit, quia fortalicium fuit, & multum eum infeſtavit; ſed in recompenſationem fundavit, ſeu potius tranſtulit illud in Inſulam ſuam de **Yneſcuſcre**, & dedit domui ſuæ maternæ de *Furneſio*, ad conſtruendum illud, eaſdem terras quas, in loco priori, habuit ex dono *Magnelli* regis antedicti; & ſic dicta abbatia de **Ynes** effecta eſt filia *Furneſii* ſicut antea fuerat in loco priori.

Anno milleno centeno bis quadrageno
Curcy *fundavit* Ynes, *hoſtes hinc ſuperavit.*

RUSSINENSIS *Abbatia in Inſula* Manniæ, *cella* Furneſienſis *cœnobii.*

Anno Domini MCxij. fundata eſt abbatia ſanctæ *Mariæ Savinienſis.*

Eodem anno fundata eſt abbatia ſanctæ *Mariæ* de **Furnes**.

An. Dom. MCxxxiij fundata eſt abbatia *Mariæ* ſanctæ

Ex chronicis de Inſula *Manniæ* in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie Julii.]

Mariæ Rievallis.

Anno Domini MCxxxiiij, fundata eſt abbatia ſanctæ *Mariæ* de *Caldra*.

Eodem anno fundata eſt abbatia de **Ruſſin** (in Inſula *Manniæ*.)

Anno Domini MCxxxix. fundata eſt abbatia ſanctæ *Mariæ* de **Meilros** (in *Scotia*.)

Anno domini MCxlj. fundata eſt abbatia ſanctæ *Mariæ* de **Holincoltran**.

Anno Domini MCxliij. obiit ſanctus *Bernardus* primus abbas *Clarevallis*.

Anno Domini MClxxvj. *Godredus* Rex *Manniæ* dedit in oblationem venerabili abbati *Silvano* partem terræ apud **Mirescog**, ubi mox monaſterium conſtruxit. Sed proceſſu temporis terra tota, cum monachis conceſſa eſt abbatiæ ſanctæ *Mariæ* de **Ruſſin**.

Anno Domini MCxcij abbatia ſanctæ *Mariæ* de **Ruſſin** tranſlata eſt ad **Duſglas**, ibique per quatuor annos habitantes, iterum ad **Ruſſin** reverſi ſunt.

Anno Domini MCxxxiiij. *Olavus* Rex *Manniæ* dedit *Yvoni* abbati de **Furnes** partem terræ ſuæ in *Mannia* ad abbatiam conſtruendam in loco qui dicitur **Ruſſin**. Deditque eccleſiis Inſularum terras & libertates, & erat circa cultum divinum devotus, & fervidus, tam Deo quam hominibus acceptabilis.

[Synodales quædam epiſcopi *Sodorenſis* in Inſula *Manniæ* conſtitutiones perantiquæ, nunquam antehac typis mandatæ; quas ab hoc inſtituto licet alienas, antiquitatis tamen gratiâ, & veluti monumentum eo nomine ſatis inſigne, reique eccleſiaſticæ ſtudioſis haud ingratum hoc in loco, poſt quandam ſcil. illius in inſulæ abbatiam, attexendas, & in lucem emittendas duximus.]

A tranſcripto veteri penes v. cl. *Job. Seldenum.*

Hæc ſunt ſtatuta Sinodalia & conſtitutiones Sodorienſis *dioceſis in Inſula de* **Mann**, *per reverendum patrem* Simonem Sodorenſem *epiſcopum, ibidem confecta & conſtituta anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo nono.*

De probationibus Teſtamentorum.

PRo probationibus teſtamentorum ultra ſummam triginta duorum denariorum nichil penitùs exigatur, ſed de eadem ſumma parta bonorum quamlibet aliquid pauperibus ſubtrahatur. Sic MS.

De bonis inteſtatorum deſcedentium.

BOna inteſtatorum ad arbitrium epiſcopi dioceſani, vel ejus in abſentia ſui generalis vicarii miniſtrentur.

De mortuariis.

IN mortuariis principale animal eccleſiæ perſolvatur, vacca vel bos vel equus ſi fuerit ad valorē ſex ſolidorum aut minus. Et quantum ad veſtes, ſi homo mortuarium perſolverit ad arbitrium eccleſiæ ſtabit an veſtes aut tres ſolidos & ſex denarios habere maluerit. Et ſi pauper fuerit, & nullum mortuarium perſolverit accipiantur veſtes ſicuti ſunt, & quintus quique denarius ex liberis, & de *Gilbogus* in bonis poſſeſſo ad mortuarii valorem ſe extendentibus mortuarium eccleſiæ perſolvatur. Quod ſi bona ſua ad hoc minimè ſe extendant, tunc quintus quiſque denarius de liberis bonis eccleſiæ perſolvatur. Et ſi quæratur, quid eſt *Gilbogus*, dicendum eſt, quod *Gilbogus* eſt quis, ſi unius tantum noctis etatis extiterit, & ad habendum bona ordinatus aut in bonis poſſeſſus exiſtat, ſi ut dictum eſt obierit, eccleſia tunc ſuum debitum obtinebit. Item præfatus *Gilbogus*, licet mortuarium perſolverit, ultra hoc tamen, tam presbytero & clerico, quam etiam eccleſiæ ſua debita contententur. Et ſi nullum mortuarium perſolverit, nichillominus cum eis concordet.

De debitis clerico perſolvendis.

DEbita clerico perſolvenda ſunt hæc. Si homo mortuarium perſolvat, clericus habeat ipſius hominis caligas, calceamenta ad precium ſex denariorum, & capitium pileum, aut capellum precii majoris vel minoris, ſicut ipſe homo in die natilis domini ambulaverit; Item camiſiam, zonam ad unius denarii valorem; burſam ad unius denarii valorem & cultellum ad unius denarii valorem.

De aucis, porcis, boculis, vitulis & pullis.

AUcæ apud feſtum ſancti *Michaelis*, aut poſt capiantur, & porci, buculi, vituli & pulli apud feſtum ſancti *Martini* in liberos recipiantur, & apud paſcha erigantur, rectore eccleſiæ de prædictis porcis pullis ac buculis in periculo perſiſtente. Excepto quod ſi iconomi buculos deſideraverint habere ad ſuas efficiendas vaccas lac præbere ipſo rectore iconomum cauſante ad cuſtodiendum illos ac ſi proprios.

De defunctis nulla bona habentibus.

SI vir aut mulier obierit, & nulla bona ad contentandam eccleſiam pro ſua ſepultura habuerit, tunc ii qui eorum bona habere voluiſſent, ſi divites extitiſſent, videlicet de eorum ſanguine propinquiores, eccleſiæ presbytero & clerico, ad illorum humationem contentabunt.

De lacticiniis.

SI lacticinia in eccleſiam conſormiter juxta conſuetudinem non portentur de una vacca duo denarii, de quatuor capris duo denarii, & de octo ovibus octo denarii perſolvantur.

De electione & collectione agnorum decimalium, buculorum, porcorum, & pullorum.

CUm ad congregandos agnos decimales, buculos; porcos vel pullos procuratores pervenerint, inconomus duos, & procuratores tertium eligant.

De removentibus domicilia ac bona ſua ab una parochia in alteram.

SI vir vel mulier forte ab una parochia in aliam domicilium ſuum permutaverit, & bona ſua ſecum abduxerit; ſi vir vel præter uxorem ſuam, pueros, lectum, gallum, gallinam, craticulam, & menſulam piſtoralem ſecum aſportaverit, & ibidem niſi per tres noctes perſeveraverit, antequam ab hac luce deceſſerit, in illa parochia in quam nuper acceſſit, debita eccleſiaſtica perſolvantur, quamvis bonorum ſuorum major porcio in altera parochia relinquatur.

De granis decimalibus.

IN antiquo ſtatuto iconomi grana decimalia ac ſi propria arconizabunt, & ad ſua fenilia ducebant ac cuſtodiebant, quouſque rector, vel ejus procurator ob ea commodius venire poſſet, forte uſque feſtum omnium ſanctorum: Modernis verò diebus rectores grana decimalia in arconomolis accipiunt ob majorem iconomorum commoditatem.

De cerviſiæ vendentibus.

SI vir vel mulier cerviſiam vendendam pandoxaverint, ſive communis pandoxator, vel pandoxatrix fuerit, ſive non, ſi duos denarios & obolum de unaquaque pandoxatione accipiat, lagunculam decimalem eccleſiæ perſolvat.

De textoribus, ſive textricibus.

SI textor vel textrix tres telas a ſuis telariis deſcindat vel decidat, & pro earundem textura ſolutione percipiat, duos denarios eccleſiæ annuatim inde perſolvat; & ſi centum deſcindat vel decidat, amplius non perſolvat.

De ſumptori debitis.

SUmptor de jure antiquo & ſtatutis veteribus, ab omnibus iconomis garbam de trium ligarum longitudine ſcilicet frumenti ordii & avenæ annuatim percipere debet, & ad omnem caſeorum decimationem, & collectionem, unum agnum electum habere debet, & ad lanæ decimationem unum vellus electum debet obtinere.

Incipiunt conſtitutiones ſynodales Sodorenſis *eccleſiæ, in ſynodo ordinatæ, celebratæ & ſtatutæ in eccleſia ſancti* Bradani *in* Mannia, *ſexto idus Marcii anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo, cui præfuit venerabilis pater, dominus* Marcus Sodorenſis *epiſcopus.*

De infirmis viſitandis. Capitulum primum.

STatuimus ut ſinguli capellani prompti ſint ad infirmos viſitandos cum vocati fuerint, ne per eorum negligentiam, aliquos contigerit ſine ſacramentis eccleſiaſticis mori. Et cum ad eos acceſſerint induti ſuperpelliciis, reverenter corpus dominicum deferant, in pixide ad hoc deputata lintheo albo vel ſerico cooperta, & tintinnabulo præcedenti in villam eccleſiæ, vel in locos prope eccleſias conſtitutos. Ad loca verò remota corpus dominicum non deferatur niſi per capellanum eccleſiæ, capa clauſa indutum. Et cum ad eo infirmos acceſſerint, moneant eos ſalubriter, & inducant ad veram confeſſionem & pœnitentiam, & teſtamentum ritè faciendum, nec aliquos ſine candela accenſa de ſera communicet. Et ipſos ad fabricam parochialis eccleſiæ juxta facultates ſuas, ut aliquod relinquant, diligenter moneant. Ad quæ colligenda & reſervanda duo fideles parochiæ, juxta providentiam rectorum eccleſiarum deputentur.

De indumentis capellanorum. Cap 2.

STatuimus ut ſinguli capellani capis clauſis utantur, & aliis indumentis ſuis ordinibus convenientibus; ſed mantellam capellanis omnino interdicimus: & præcipimus quod capellani omnes, diebus feſtivis & ſolemnibus, maximè, capis clauſis utantur. Et etiam cum ad capitula, vel ad ſynodum acceſſerint. Quod ſi ſecus fecerint, illud aliud indumentum inhibitum quod portaverint, fabricæ eccleſiæ ſancti *Germani*, ſine aliqua redemptione applicetur.

De honeſtate ſacerdotum. Cap. 3.

PRæcipimus, quod omnes capellani caveant ne aliquo modo ad tabernas accedant, vel in ſuis domibus tabernas teneant quo non ſint ebrioſi, luxurioſi, litigioſi, ſed parati verbo & opere exempla bonæ vitæ, & laudabilis converſationis tranſmittant in ſubditos ſuos. Et quod unuſquiſque ſecundum quod ſapit, de evangelio & ſacra ſcriptura, articulos quoque fidei plebi ſuæ exponat; nec non diligenter moneant parochianos ſuos, ut pueros ſuos inſtruant cymbolum apoſtolorum, & orationem dominicam, cum ſolutatione beatæ *Mariæ* virginis.

De baptiſmo. Cap. 4.

CApellani caveant ne per negligentiam aliquis infans ſine baptiſmo, quod abſit, moriatur, & etiam ſub pœna excommunicationis inhibemus, ne aliquis capellanus pro baptizandis infantibus vel infirmis viſitandis aut mortuis ſepeliendis premium aut munus exigat, & quod nullus capellanus tunicas ſeu criſmalia baptizatorum in alios uſus convertat quam in uſus eccleſiæ, nec mutando tunicam ſeu criſmale unius pueri nec alterius pueri, denuo recipiat ſub pœna excommunicationis.

De caſtitate ſacerdotum. Cap. 5.

STatuimus quod nullus capellanus focariam & concubinariam alterius capellani vel cujuſcunque adulteram in parochia ſua permittat, niſi tribus monitionibus præmiſſis parochiam ſuam deſerat, aut nominatim excommunicet. Quod ſi non fecerit, ſciat ſe pœnæ excommunicationis ſubjacere.

De

De pœna tranſgreſſorum. Cap. vj.

Diſtrictiùs inhibemus ne eccleſiarum rectores, vicarii, ſacerdotes, vel clerici in ſacris ordinibus conſtituti, publicè vel privatim habeant focarias, unde ſiniſtra poterit oriri ſuſpicio; quod ſi facere præſumpſerint beneficia clericorum taliter viventium in noſtra manu capiantur, eiſque interdicatur ingreſſus eccleſiæ, quouſque pœnituerint de commiſſo, & ad nos acceſſerint pœnitentiam canonicam accepturi. Hanc autem diſtrictionem non tantum de capellanis parochias regentibus, ſed etiam de quibuſcunque aliis præcipimus inviolabiliter obſervari. Perſonæ vero eccleſiarum qui auſu temerario, vel capellani, qui in eccleſiis publicè concubinarios retinent miniſtrantes, ſeu miniſtraturos, vel in parochiis ſuſtinuerint, ad arbitrium noſtrum puniantur.

De miniſterio clericorum. Cap. vji.

Statuimus item, quod omnes capellani, diaconi, & cæteri miniſtri altaris, honeſtè & devotè, ſine murmuratione non capuciis in capitibus nec tinis vel piliis, aut cirothecis in manibus aut in pede calcaribus, cum tonſura & corona decenti juxta gradus ſui dignitatem, ad divinum officium accedant.

De jejuniis injungendis.

Et precipimus quod ſinguli capellani in ſuis parochiis jejunia quatuor temporum & rogationes, apoſtolorum vigilias, ſanctorumque feſtivitates conſuetas in dominicis præcedentibus ritè denuntient.

De vicariis, ut reſpondeant de ornamentis eccleſiæ.

Statuendo præcipimus, quod omnes vicarii tam de cuſtodia veſtimentorum & ornamentorum quam de omnibus aliis eccleſiæ pro rata ſua portione reſpondeant.

De purificatione poſt partum.

Præcipimus ut ſinguli capellani moneant parochianas ſuas, ut inducant poſt puerperium ad eccleſias accedere cum candelis & oblationibus tempore purificationis ſtatutæ, ut infra quindenam minimè purificentur.

De mortuariis diſcedentium.

Statuendo pronunciamus, quod de bonis cujuſlibet diſcedentis eccleſia habeat optionem de omnibus, juxta conſuetudinem vicinarum provinciarum, excepto uno, cum omnibus indumentis ſuis & fulcro vel culcitra. Quod ſi non habeat pirottum vel culcitram, vij. dentur denarii. Et cum quolibet mortuo juxta facultates fiant oblationes, tam in denariis quam in candelis in eccleſia ſua parochiali. Et ſub pena excommunicationis inhibemus, ne aliquis mortuus alio loco deferatur ſepeliendus, donec miſſa pro eo fuerit celebrata in eccleſia ſua parochiali.

De inteſtatis.

Item ſtatuimus, ut cum aliquis inteſtatus deceſſerit, quod omnia bona ſua ſequeſtrentur in manu epiſcopi per loci rectorem vel vicarium, donec per epiſcopum quid debeat fieri fuerit ordinatum. Et nullus executorum bonis diſcedentium ſe ingerat, donec coram rectore, aut officiali, vel archidiacono de ultima voluntate doceantur.

De vicariis religioſorum.

Statuimus, ut in eccleſiis religioſorum ad proprios uſus appropriatis, ſecundum concilium *Leteranenſe* vicarii ordinentur.

De periculo parvulorum.

Inhibemus ſub pœna excommunicationis, ne aliqua mulier vel uxores parvulos ſuos in lectulis ſuis ſecum collocari permittant antequam ætatis ſuæ tertium compleverint. Quod ſtatutum ad minus ſemel in anno, ſingulis ſacerdotibus volumus promulgari.

De decimis primiciis & oblationibus.

Sub pœna excommunicationis ſtatuimus, quod omnes dioceſani noſtri decimas omnium bonorum ſuorum, quæ eis de anno in annum renovantur, integrè, plenariè, ſine deductione, diminutione aliqua ſolvant, ſicut in veteri & novo Teſtamento præcipitur, videlicet de omni genere bladi, leguminum, porcorum & fructuum, tam in hortis quam in rure creſcentium. Decima autem bladi, leguminis deferatur per parochianos ad domos vel grangias ſuas, & eadem diligentia eam cuſtodiant qua ſuam partem, donec rectores eccleſiæ vel ſui procuratores de toto decimam recipiant. Item de blado ſuo non decimato nichil præparent in quantum rectores eccleſiæ vel ſuos procuratores ſcire fecerint. Item ſtatuimus ut de qualibet domo dentur in æſtate octodecim caſei de melioribus, & octodecim in autumno facti mundi, ſalſi, & bene præparati. Item in domibus in quibus fit butyrum, detur decima butiri ſine aliqua fraude, vel diminutione lactis. Si verò lac diminuatur, vel in alios uſus diſtribuatur, fiat recompenſatio de caſeo vel butiro. Quod ſi aliis temporibus anni, caſeum vel butirum contingat fieri, de hoc decima integra ſine aliqua fraude perſolvatur. Item ſtatuimus de lana, agnis, edis, vitulis, porcellis, pullis equorum, aucarum, de ovis gallinarum, de lino, canabo, feno, decima integra perſolvatur. Et ubi decem animalia decimanda ſunt, habeat poſſeſſor optionem de duobus, eccleſia verò de reliquis; & ubi ſunt niſi novem, detur nonum animal eodem modo ſicut prius. Et ſi fuerint undecim detur niſi unum. Quod ſi fuerint unum vel duo, ſeu tria aut quatuor, pro ſingulis capitibus vitulorum & pullorum, detur denarius: pro agnis verò & hædis quadrans, pro porcellis obolus. Quod ſi fuerint quinque vel ſex, vel citra novem, tunc quintum animal eſtimetur & dividatur inter rectorem & poſſeſſorem: & in optione rectorum ſit an velit redimere, aut dimidium pretii recipere. Item de uno agno vel duobus detur obolus, detribus vel quatuor, detur denarius : Si fuerint quinque vel citra novem, eſtimetur, prout dictum eſt. De ſex vero, ſeptem vel octo fiat ſicut dictum eſt, de uno, vel duobus, vel tribus, vel quatuor. Si verò undecim vel novem, animal ſolvatur de porcellis. Si decem vel quinque fuerint, fiat decimatio ſicut ſtatutum eſt de vitulis. Quod ſi pauciores quinque vel citra novem, pro ſingulis detur obolus.

De molendinis, piſcaturis, & aliis minutis decimis.

ITem de molendinis & piſcaturis, tam aquarum dulcium quam ſalſarum, decima integra perſolvatur. Item ſi contingat aliquem oves ſuas bis in anno tondere, bis decima ſolvatur. Item de agnis decimatis in ſequenti anno tonſis, ſine aliqua contradictione decima ſolvatur. Item de pellibus agnorum, hædorum, vitulorum & aliarum beſtiarum, omnium inmortuatarum & interfectarum, decima integra perſolvatur. Item ubi animalia alicujus paſcuntur & cubant, tota decima ſolvatur eccleſiæ loci illius. Quod ſi loca communibus paſturis ſint deputata, tunc decima eccleſiæ parochiali ſolvatur. Quod ſi paſcant in una, & cubent in alia, decima caſei & butiri dividatur. Quod ſi paſcantur in una & cubent in alia, tunc ſi in aliena parochia tondeantur, & agnos pariant, tunc inter alienam parochiam & propriam parochiam decima dividatur, tam de lana, quam de agnis.

Inhibitio ne vendant animalia ante decimationem.

INhibemus ſub pœna excommunicationis, ne aliqui agnos, porcellos, pullos, hædos, vitulos, vel aliqua alia animalia decimanda vendant, vel eorum decimam aliquo modo in alios uſus transferant, ante legitimam decimationem. Quod ſi auſu temerario hoc fecerint, ſtatuimus omnes ſic alienantes ad decimam teneri, & nomine pœnæ excommuincatione ſubjaceri.

De piſcatoribus applicantibus in aliqua parochia.

STatuimus quod ſi piſcatores applicuerint, cum piſcaturis in parochiam alienam, vel cimbam alterius parochiæ cauſa piſcandi acceperint, tunc decima dividatur. Quod ſi duo vel tres in aliam parochiam cauſa piſcandi acceſſerint, pro rata porcione eorum decima dividatur.

De textoribus ; & textricibus.

ITem ſtatuimus quod textores vel textrices, qui non ſolvunt decimam de aliis rebus, ſolvant quatuor denarios, alii vero quinque denarios, quod ſi plus lucrentur, conſcientiæ eorum relinquatur.

De mercatoribus, & cæteris operariis.

STatuimus quod mercatores, negotiatores, & laboratores cæterique de omni lucro ſuo decimam ſolvant. Similiter & ſervientes qui conducti fuerint ab aliis, decimam ſolvant de ſtipendio ſuo.

De diminutione lactis.

STatuimus ut hii qui propter paucitatem animalium nec caſeum nec butirum facere poſſunt, pro decima vaccæ vitulatæ, ſolvant duos denarios & obolum. Pro non vitulata, lac tunc faciente, unum denarium & obolum. Scilicet de ovibus octo tantum reputentur pro vacca.

De Fabris & aliis artificibus.

ITem aurifabri, fabri, fabricatores, ferrarii, falcatores, carpentarii, cementarii, de lucro ſuo decimam ſolvant, quorum ſolutio proprio ſacramento relinquatur. *Sequiter de oblationibus.* Ordinamus & ſancimus, quod omnes parochiani & parochianæ ter in anno ſinguli, ſingulis vicibus offerant obolum, videlicet ad feſtum Nativitatis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes. vel ad feſtum dedicationis eccleſiæ. Et quod unuſquiſque habens domicilium & certa bona ſolvat, in quadrageſima duos denarios & obolum ad luminaria eccleſiæ. Si verò morantur in aliis domibus dum tamen habeant in bonis ad valorem ſex ſolidorum ſolvant duos denarios juxta conſuetudinem vicinarum provinciarum.

De excommunicatione quater per annum.

ET in ſingulis eccleſiis quorumcunque religioſorum ſeu ſæcularium, ſtatuimus quater in anno, videlicet in dominicis proximis poſt obſervationem quatuor temporum, & etiam in ſynodo, in genere excommunicentur omnes ſortilegi, venifici, incendiarii eccleſiarum, factores falſarii, uſurarii manifeſti, impedientes teſtimonia legitime facta. Laici invadentes detinentes defraudantes & auſerentes poſſeſſiones ſeu quæcunque eccleſiaſtica, aut libertates, & omnes illi qui ſe in beneficio eccleſiaſtico intruſerint, & teſtes ſcienter perjuri; unde amittitur ab aliquo hæreditas ſua, aut beneficium, ſeu terrenum ; raptores etiam publici & notorii, & omnes fures & latrones, vel eos qui manuteneant vel pro eis fidem dabunt cum dicta cauſa revelatur. Item omnes qui in cauſa matrimoniali falſum teſtimonium perhibent, vel falſas exceptiones opponunt malitioſe, vel opponi procurant, vel in cauſa matrimoniali teſtes ſubornant, & omnes ipſos impedientes ordinarios, quo minus de bonis diſcedentium ab inteſtatis, ſecundum conſuetudinem eccleſiæ Anglicanæ & noſtræ valeant ordinare excommunicationis ſententiæ volumus ſubjacere. Item excommunicamus omnes conſpiratores contra epiſcopos proprios vel alienos regni, ſeu contra tales prælatos, & omnes conſpiratoribus conſentientes, ita qd. omnes tales, ſchiſmatici ſunt & infames. Item authoritate hujus ſacræ ſynodus noſtræ excommunicamus omnes illos qui pacem Regis & regni perturbant ; & omnes illos, qui cauſa odii vel lucri aliis falſa crimina imponunt, pro quibus mors, exilium, membrorum mutilatio, exhæredatio, vel bonorum ſpoliatio, aut bona fama amiſſa ſequi debeat, ſi judicialiter convincantur.

De confeſſionibus.

INhibemus ne aliquis religioſus infra terram vel extra venientium ſine noſtra licentia confeſſionem audiat, pueros baptizet, infirmos communicet. Item inhibemus ne aliquis parochianus extra eccleſiam ſuam parochialem, cauſa confeſſionis, vel alicujus alterius ſacri eccleſiaſtici habendi, ad alienam parochiam, ſive ad quemcunque alium locum ſecularem, vel religioſorum accedere præſumat. Et ſi ter monitus fuerit excommunicetur, & quod nullus capellanus alterius parochiæ ejus confeſſionem audiat, vel ipſum communicet, vel ſacra alia eccleſiaſtica miniſtret, niſi in articulo mortis, vel de licentia proprii capellani.

De legatis in teſtamento.

INhibemus, ne aliquis vicarius vel capellanus in fraude eccleſiæ, vel aliquis alius legatarius aliquod legatum exigat aut recipiat, niſi priùs debito eccleſiæ declarato, & ſoluto; quod ſi ſecus fecerint pœnam excommunicationis incurrant. Item præcipimus, quod ſi aliquis adhuc in vita exiſtens, cauſa donationis, vel aliqua alia ex cauſa, in filios, alienos, vel in alias perſonas aliquid de bonis ſuis transferri voluerit, hoc publicè in eccleſia faciat, vel ſaltem coram rectore eccleſiæ, vel ejus attornato, vel coram bonis teſtibus & fide dignis.

De matrimonio.

INhibemus ne aliquis ſacerdos a ſeptuageſima uſque ad octavos paſchæ inter aliquos matrimonium celebrare præſumat, niſi de noſtra licentia, vel officialium noſtrorum, & ne aliquis ſæcularis vel clericus infra illud tempus aliquod ſacrum judiciale aut in diebus feſtivis vel ſolempnibus præſtare, vel ſubire præſumat. Item quod nullus capellanus clandeſtinis ſponſalibus intereſſe præſumat, vel cauſa deſtinate pro anuli benedictione aliquos contrahi permittat, ſed ea ſecundum quod moris eſt tribus denuntiationibus in eccleſia, publice & ſolemniter ad miſſæ celebrationem per debita intervalla præmiſſum contractum faciat. Item quod capellanus inter aliquos matrimonium vel ſponſalia facere non præſumat, niſi tribus denuntiationibus prius factis in eccleſia, quærendo tam ubi vir manet, quam mulier, niſi ambo in una parochia fuerint. Et ſi qui poſtea contra matrimonium taliter contractum, aliquid alicui objicere voluerint, qui tempore contractus, in eadem parochia fuerint quod ad eorum notitiam veriſimile ſit tales denuntiationes deveniſſe, nullatenus audiantur.

De juramento cum contractu.

ITem ſtatuimus, quod quilibet capellanus jurare faciat, non ſolum ipſos contrahentes, verumetiam tres, vel quatuor aut quinque de ſenioribus & fide dignioribus utriuſque parentele contrahentium, quorum nomina redigentur in ſcriptis, quod inter eoſdem neſciunt aliquod impedimentum, quo minus poſſint legitime copulari. Similiter & ab omnibus circumſtantibus ſub periculo animarum ſuarum diligenter inquirant. Et hoc ab omnibus capellanis noſtræ dioceſis in matrimoniali contractu ſub pœna ſuſpenſionis triennalis præcipimus obſervari. Et nullus de cauſis matrimonialibus cognoſcat niſi qui jura moverit, & finem in cauſis matrimonialibus in ſcriptis proferant. Item ſtatuimus quod ſecundum jura canonica omnes cauſæ matrimoniales & teſtamentariæ viduarum, pupillorum, cruce ſignatorum & miſerabilium perſonatum, ad examen eccleſiæ pertineant.

De laicis vel clericis arma in eccleſia portantibus.

INhibemus, ne quis laicus vel clericus de cætero in eccleſiis noſtræ dioceſis aliqua arma ferre vel aliquem tumultum ſeu perturbationem, maximè tempore celebrationis miſſæ, in eis facere preſumat. Quod ſi aliquis poſt tertiam monitionem in hujuſmodi crimine incorrigibilis inventus fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam prout nobis videbitur, puniatur.

De ſæcularibus placitis feſtivis diebus non tenendis.

STatuimus quod de cætero ſæcularia placita in dominicis diebus aut feſtivis ſolempnibus minimè teneantur in eccleſiis, in cimiteriis, vel aliis locis Deo dicatis, & maximè cauſæ ſanguinum, aut criminales, per quoſcunque judices ſæculares locis aut temporibus prædictis. Quod ſi neceſſe fuerit edicta regalia vel aliqua ex parte principis forte coram populo proferre, non infra miſſarum ſolempnia, ſed ſive ante ſive poſt ubi commodius poteſt fieri, extra tamen eccleſiam ne præpediantur divina, præcipimus & permittimus.

De teſtamentis condendis.

PRæcipimus & ſtatuimus quod quilibet languens in extremis agoniis cum teſtamentum condere voluerit, vocet capellanum eccleſiæ & clericum, & ipſis præſentibus, duobus vel tribus viris adhibitis bonis & fide dignis, teſtamentum ſuum ore ſuo ordinet, & ipſe ſacerdos ſubſtantiam ſuam diligenter exquiret, Et ſi in aliquibus, creditoribus ſit obnoxius vel de ære alieno oneratus. Quod ſi non fecerit tanquam inteſtatus reputatur. Quod ſtatutum, volumus ut ſinguli capellani in eccleſiis ſuis publicent. Item ſtatuimus, ut quicunque amodo ſe creditorum alicujus dixerit defuncti, vel aliquem cum eo iniiſſe contractum, & in eadem parochia manens, vel ita prope quod de infirmitate ejus conſtare poterit, non in vita ſua, nec hora teſtamenti, vel tempore infirmitatis illius, ſuper hoc queſtionem moverit, vel mentionem fecerit coram viris fide dignis, poſt mortem defuncti nullatenus audiantur.

De communicatione cum excommunicato.

INhibemus quod nulli cum publicè excommunicatis & maxime capellani communicent. In quo dilecto ſi capellani rei inventi fuerint, ultioni graviſſimæ ſubjacebunt.

De Campanis pulſandis.

STatuimus quod campanarii eccleſiarum, cum epiſcopus ad eccleſias acceſſerit, vel prope tranſierit, campanas pulſent, quod ſi non fecerint ad arbitrium epiſcopi, clerici punientur.

De oleo & criſmate.

STatuimus quod quilibet capellanus criſma oleum ſanctum & oleum infirmorum ſemel in anno recipiat in vaſis mundiſſimis bene ceratis. Tempore receptionis ſinguli eorum quatuor denarios reddent.

De viſitatione archidiaconi & ornamentis eccleſiæ.

ITem ſtatuimus quod archidiaconus ſecundum Apoſtolum, non quæ ſua ſunt quærat, ſed quæ Jeſu Chriſti in ſua viſitatione provideat; quod canon miſſæ emendetur, & quod ſacerdotes rite proferre ſciant dicta canonis & baptiſterii, & doceant laicos in qua forma baptizare debeant in articulo neceſſitatis, vel ſaltem hoc ſciant facere in ſuo idiomate. Habeat etiam archidiaconus omnia ornamenta eccleſiarum in ſcriptis redacta & utenſilia, earum veſtes & libros, & ſingulis annis ſuo conſpectui faciat præſentari, ut videat quæ adjecta fuerunt per diligentiam parochianorum, vel quæ medio tempore per negligentiam vel maliciam vicariorum deprædata, vel per injuriam eorum aliquo modo diminuta, quid per clericos, quid per laicos.

De miſſis celebrandis.

DIſtrictius inhibemus, ne aliquis ſacerdos miſſarum ſolempnia bis in una die celebret, exceptis diebus Paſchali, & Natalium Domini, & in obſequiis mortuorum, Videlicet, cum corpus alicujus defuncti eo die fuerit in eccleſia tumulandum. Et hoc ſi in diebus dominicis & feſtivis contigerit, Tunc caveat ſacerdos cum ipſe recincerat manus ſuas & calicem cum aqua & vino poſt communioem, ne ſumat ablutionem, ſed reponat illam in vaſo mundo uſque ad finem alterius miſſæ, & tunc ſumat utramque ablutionem, quia propter reverentiam ſacramenti non debet aliquis celebrare niſi jejunus. Si ablutionem illam ſumpſiſſet quæ eſt pura aqua, vel purum vinum tunc jejunus non eſſet. Item diſtrictius inhibemus ne aliquis ſacerdos duabus matricibus eccleſiis deſervire præſumat; & provideat ſacerdos quod ab inchoatione miſſæ uſque ad finem, lucerna cerea ardeat.

Expliciunt ſtatuta Synodalia.

Hæ ſunt additiones additæ per venerabilem patrem dominum Willielmum Ruſſel Sodorenſem *epiſcopum una cum toto clero* Manniæ, *anno Domini milleſimo tricenteſimo quinquageſimo, in eccleſia ſancti* Michaelis *Archangeli, ſeptimo kalendas Martii.*

AD paſtorale ſpectat officium circa ſtatum eccleſiarum & animarũ ſalutem paſtori provido commiſſarum curam impendere pervigilem, ut de grege ſibi commiſſo rationem redditurus de talento ſibi credito lucrum reportare valeat indeficiens. Id eſt quod ex his quæ ab antiquis patribus prius ſtatuta ſunt, quædam ad præſens ad memoriam revocamus, pauca de novo ad hæc adjicientes, ne regimen commiſſum ſub diſſimulatione (quod abſit) negligere videamus. CUM regimen animarum ſit ars artium & ſancta & ſalubris eſt operatio pro defunctis exorare: imprimis deliberato cleri noſtri conſilio, duximus ſtatuendum ut quocienſcunque aliquis rector, vicarius, vel capellanus eccleſiæ noſtræ *Manniæ* vel aliqua alia honeſta perſona, orationum noſtrarum ſuffragiis commendata, & ad ſimilia ſuffragia commendata & nobis obligata ab hoc ſæculo migrare contigerit, ad locum & diem ſepulture ejus, omnes alii ſuperſtites, abſque quocunque figmento vel colore, conveniant & defuncto corpore congruum honorem impendant. Et ſi poterint ſinguli miſſas celebrare faciant cum aliis ſuffragiis ad hoc conſuetis. Et ab ipſo die ſepulturæ ejus quilibet prædictorum triginta miſſas ſine moræ diſpendio, per ſe, ſeu per alium faciat celebrari, & triginta diebus proximè ſequentibus, officium defunctorum cum novem lectionibus & conſuetis pſalmis ſine dierum interruptione per quemlibet ſuperſtitem continuè decantetur, cum decenti devotione. Injungentibus noſtris officialibus & decanis, ut dicta noſtra ordinatione, diligenter inquirant, ne quis inveniatur negligens vel remiſſus in præmiſſis. Et de qualibet dictarum noſtrarum ordinatione infra ſexaginta dierum ſpacium a die ſepulturæ non perſolvente pœna dimidiæ marcæ levetur abſque perſonarum exceptione per dictos officiales noſtros, & de ipſa pecunia tot miſſas, vel plures, ſi epiſcopus abſens fuerit, in ſuarum animarum periculum faciant celebrari, reſponſuri epiſcopo cum ad partes venerint, ſingulis præmiſſarum.

De capellanis qui tenentur fidem Catholicam plebi exponere.

STatuimus etiam quod omnes rectores, vicarii, ſeu capellani in eccleſiaſticis officiis conſtituti populo ſuo omnibus dominicis diebus & feſtivis, verbum Dei & fidem catholicam & apoſtolicam, firmiter & indeſinenter exponant, & ſuos ſubditos in articulis fidei diligenter inſtruant, & ad informandum in lingua materna ſymbolum apoſtolorum moneant ipſos, & adinducant, & ſuis liberis eandem fidem exponant, & articulos doceant. Item ſtatuimus quod eccleſiaſtica ſacra de devota reverentia celebrentur, ſub certa forma à ſanctis patribus in ſcriptis tradita, quam formam catholica fide approbatam, nullus audeat in aliquas novitates commutare, & ſummopere præcaventes ne vinum cum quo celebratur ſit corruptum, vel in acetum commutatum, & quod potius ſit rubrum quam album. In albo tamen bene conficitur ſacrum, & non de aceto, cum in aceto mutatur omnes ſubſtanciales vires vini amiſit, & aqua in tam modica quantitate apponatur, ut non vinum ab aqua ſed aqua a vino abſorbeatur. Hoſtia de frumento ſit rotunda, & integra & ſine macula quia agnus extitit ſine macula, & os non ſuit confractum ex eo. Unde verſus.

Candida triticea tenuis non magna rotunda
Expers fermenti non mixta ſit hoſtia Chriſti,
Inſcribatur aqua, non cocta ſed igne ſit aſſa.

Renovetur hoſtia infirmis danda ſingulis dominicis diebus, & ponatur in loco honeſto, ſcilicet in pixide ad hoc deputato corporali cooperto, & nuſquam ſine corporali recondetur. Aliis autem diebus ex neceſſitate poterit innovari. Et quoniam conficiuntur plures hoſtiæ, habeat conficiens intentionem ad omnes & non ad unam ſolam. Et ipſis ſacerdotibus firmiter injungimus ad ſacroſanctum conficiendum damnabiliter non ſe ingerant quamdiu ſentiant ſe in quacumque macula mortali irretitos.

De reparatione cancelli, & navis eccleſiæ.

Item ſtatuimus ut eccleſiæ parochiales & cimiteria earum, pro modo facultatum parochianorum per ipſos parochianos, & cancelli per rectorem in omnibus neceſſariis honeſtè conſtruantur; & altaria de ornamentis, libris & lumine, calice argenteo vel aureo, non ligneo nec vitreo nec æreo, ſed de ſolo argento vel auro, vel neceſſitate urgente de puro ſtanno, & aliis ornamentis diſpoſitè ornentur, & poſtea per epiſcopum conſecrentur. Eccleſia vero, & omnia ornamenta illius, tam in libris quam in veſtibus & aliis neceſſariis munda & honeſta, una cum fonte criſmaterio, & loco in quo conditur ſacramentum altaris, per vicarium eccleſiæ propriis ſumptibus diligenter cuſtodiantur. Qui quidem vicarius de omnibus quæ geruntur in eccleſia & ejus ambitu, domino epiſcopo & ejus ordinariis eſt rationem redditurus, & de lumine purificationis beatæ *Mariæ* ubi rectores non reſident; de quo lumine volumus quod miniſtrentur eccleſiis honeſtè in miſſis celebrandis, & ſiant duo cerei ad elevationem ſacramenti altaris, & cereus paſchalis, quos nichilominus volumus deficere in quacunque eccleſia noſtræ dioceſis ad illud in feſtivis diebus. Et ſi illud ad hoc non ſit ſufficiens, rector apponat, ut in ſtatutis prædeceſſorum noſtrorum continetur. Item ſtatuimus quod nulla eccleſia, ſive oratorium ſine conſenſu noſtro in noſtra dioceſi conſtruatur, vel conſtructa ſine noſtra authoritate divina aliqua temeritate celebrent, quin potius ſecundum canones prophanantur.

De ædificio in ſolo eccleſiæ.

Item quod quilibet parochialis eccleſiæ rector habeat manſionem prope ſe honeſtè conſtructam in qua epiſcopus, archidiaconus, & eorum ordinarii recipi valeant, & procurari. Et maximè in eccleſiis domibus exemptis, appropriatis juriſdictione ordinariorum infra annum debere fieri a die publicationis præſentium, tam in expenſis rectorum quam vicariorum ſolventium procurationes pro rata ſuarum portionum. Et ad hoc ipſi rectores & vicarii compellantur, per ſequeſtrationes fructuum beneficiorum ſuorum tempore præfixo revoluto.

De clericis extraneis, & aliunde venientibus.

Firmiter præcipiendo inhibemus ſub interminatione anathematis, ut nullus ſacerdos alienæ dioceſis ad noſtram veniens, inibi reſidentiam præſumat facere, vel cuiquam ad celebrandum pro vivis vel defunctis ſe ibidem obligare, niſi prius nobis vel noſtris ordinariis in noſtra abſentia honeſtè & ritè pervenerit, oſtendens nobis vel noſtris deputatis inſtrumenta publica vel teſtes ydoneos de veritate ſuæ ordinationis & converſationis. Et quia nolumus pœna iſtius ſtatuti ligari ignorantes decrevimus vicarios ſacerdotes ad quos tales declinaverint, eis oſtendere præſens ſtatutū, & certificare debere, ne de præmiſſis ſe ignorantia excuſent. Hoc idē ſtatuim. de queſtorib. aliunde venientib. ut non admittantur ſine noſtris litteris ſpecialib. & commendatitiis in quacunque parte noſtræ dioceſis, ſub pœna decem ſolidorum ſterlingorum. Et ſi noſtri vicarii negligentes inveniantur in oſtenſione noſtri præſentis ſtatuti facienda præmiſſis perſonis infra octo dies poſtquam ad eos pervenerint, ſuſpendantur a divinis, quouſque congrue ſatisfaciant de negligentia & violatione noſtri mandati. His adjicientes, ut clerici maxime in ſacris ordinibus conſtituti, niſi cauſa peregrinationis, vel alia urgente neceſſitate in tabernis non comedant aut ultra unam vicem ſtantes bibant, nec interſint publicis morando potationibus aut ſocietatibus, vel aliis joculationibus utendis locis publicis. Quod ſi fecerint ab ingreſſu eccleſiæ & divinis extunc ſe noverint virtute iſtius conſtitutionis fore ſuſpenſos per tres menſes ſequentes, niſi nobis vel ordinariis noſtris de tali tranſgreſſione reatum ſuum infra dictum tempus oſtenderint & congruam pœnam inde peregerint.

Pœna abſentium ab eccleſiis diebus dominicis.

Item ſtatuimus, ut in qualibet parochiali eccleſia pronuncietur parochianis, ut de qualibet domo vir vel mulier, vel uterque eorum quolibet die dominico veniat ad eccleſiam audituri divina & præcepta eccleſiæ, niſi rationabiliter ſint excuſandi, quam excuſationem, non requiſiti oſtendant rectori vel ejus vices gerenti, in primo ſuo adventu ad eandem, ſicuti catholicam voluerint evitare ultionem, & nichilominus pro qualibet tranſgreſſione levetur pœna trium ſolidorum & quatuor denariorum de quolibet qui conſuetudinem ſic ſe abſentando ſubtraxerit a proprio ovili ut inter exiſtentes ibi adhibeatur omnis humanitas, prout tangitur in concilio *Lugdunenſi* de immunitate eccleſiarum capitulo *dominum tua decet ſanctitudo.*

Expliciunt additiones Willielmi Ruſſell.

Confirmatio eccleſiarum & terrarum atque libertatum, data conceſſa & facta per nobiliſſimum dominum *Thomam* comitem *Derbei* dominum **Stanley**, ac dominum Inſulæ de **Mann**, & inſularum, *Huano Sodorenſi* epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus.

U*Niverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, præſentes litteras inſpecturis vel audituris.* Thomas *Dei gratia rex* Mannæ *& inſularum, comes* **Derbey** *& dominus* **Stanley**, *ſalutem in domino ſempiternam. Univerſitati veſtræ innoteſcimus, quod nos pro ſalute animæ noſtræ & animarum antecessorum noſtrorum atque omnium fidelium defunctorum, conceſſimus & dedimus dilecto nobis in Chriſto, reverendo in Chriſto patri ac domino, domino* Huano *permiſſione divina* Sodorienſi *epiſcopo moderno, in puram & perpetuam elemoſinam ad menſam ſuam epiſcopalem, omnes eccleſias, terras, decimas, ac poſſeſſiones quas anteceſſores noſtri reges & domini* Mannæ, *eccleſiæ* Sodorenſi *& epiſcopatui ejuſdem dederunt, conceſſerunt, & confirmaverunt. Videlicet eccleſiam cathedralem ſancti* Germani *in* **Holme Sodor** *vel* **Pele** *vocatam, eccleſiamque ſancti* Patricii *ibidem & locum præfatum in quo prefata eccleſiæ ſita ſunt, & etiam eccleſiam ſancti* Bradani, *& eccleſias ſancti* Patricii *de* **Jourby**, *cum eccleſia ſancti* Croræ *cum omnibus & ſingulis eccleſiarum prædictarum decimis primitiis fructibus emolumentis obventionibus libertatibus commoditatibus, & pertinentiis univerſis, & tertiam partem decimarum de omnibus eccleſiis de* **Manne**, *confirmantes eis tercianam plenæ villæ de* **Kirkby**, *propinquiorem eccleſiam ſancti* Bradani, *cum terra ſancti* Bradani; *& tertianam plenæ villæ de* Kirkmarona, *terras de* **Cullusshy** *de* Glenſaba, *de* **Forysdeyn**, *de* **Balymary**, *de baculo ſancti* Patricii, *& de* **Holme Towne**, *cum piſcariis, braciniis, conſuetudinibus, ancoragiis, & pertenariis. Tertianam de* **Balycrem**, *de* **Knokroker**, *& de* **Balymuste**, *de* **Jourby**, *de* **Balycahe**, *de* **Brettby**, *& de* **Ramſey**. *Terras etiam eccleſiæ ſanctæ* Trinitatis *in* **Leayre**, *ſanctæ* Mariæ *de* **Balylagh**, *ſancti* Maghaldi *& ſancti* Michaelis *adjacentis, & unciatam terræ ſancti* Columbæ, *quæ vocatur* **Here**. *Necnon omnimodas libertates antiquitus eidem eccleſiæ conceſſas, curiam ſuam de vita & membris, de furto, homicidio, & omnibus ſcelleribus: & quod habeant incarcerationem & incarceratorum evaſionem, & furcas, ſeu patibulum ſuper terram ſuam & quod tam clerici quam laici in prædiis & tenementis eccleſiaſticis commorantes in curia domini epiſcopi in foro eccleſiaſtico agant & respondeant, & quod liberi ſint ab omni ſervicio ſeculari, exactione & demanda, ac forisfactura ſeu merciamento. Et ſi aliqua cauſa non eccleſiaſtica, inter homines noſtros & homines dicti epiſcopi ſeu ſucceſſorum noſtrorum vertatur, actor* [illegible] *rei forum ſequatur. Dedimus etiam & confirmavimus eidem epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis omne genus* lee wreke, *& terram ubicunque & undecunque epiſcopo per* Mannam *venientibus, una cum villa de* **Byyreſt** *juxta* **Ramſey** *integre cum clericis & laicis, braciniis & aliis pertinentiis, ſine aliquo retinemento una cum medietate piſcariæ ibidem in* **Wireſcogh**. *Et quod idem epiſcopus, ſucceſſores ſui, clerici & firmarii reddituum eccleſiaſticorum, habeant liberam poteſtatem de decimis ſuis, & cæteris rebus clericorum & laicorum in terris eccleſiaſticis commorantium, vendendis, diſponendis, ubicunque viderint expedire, tam infra terram noſtram de* **Mann** *quam extra, ſine contradictione noſtra, ſeu hæredum noſtrorum vel ſucceſſorum noſtrorum, ac etiam mineram plumbi vel ferri, quam invenire poterit per totam terram ſuam in* **Mann**. *Habenda & tenenda & poſſidenda prædicto* Huano *ſuiſque ſucceſſoribus epiſcopis* Manniæ *in perpetuum, adeo liberè, quiete & honorifice ſicut aliqua elemoſina liberiùs & quietiùs ad quamcumque menſam epiſcopalem confertur & appropriatur, per reges vel dominos quoſcunque, temporibus perpetuis duratura. In cujus rei teſtimonium præſentes literas ſigillo noſtro ſignatas fieri fecimus patentes. Datum apud* Lathum *viceſſimo octavo die menſis Marcii anno domini milleſimo quingenteſimo quinto.*

YNESENSIS *Abbatia in* Hibernia, *cella* Furneſii.

Hiſtoria de fundatione ejuſdem.

ABbatia de *Wethneya* primò fundata fuiſſet in **Wyreſdale**; ſed, ipſa fundatione retracta, radices fixit in *Hibernia*, ubi modò conſtructa eſt, & de *Furneſio* exivit.

Ex prima parte regiſtri de Furnes fol. 1.

Abbatia de **Ynes** in forma ſubſcripta filia *Furneſii* effecta eſt, prout in regiſtro & cronicis *Ultoniæ* de illius fundatione lucidiùs expreſſatur. Igitur tertio kalendas Junii anno Domini MClxxx. anno regni Regis *Henrici* ſecundi poſt conqueſtum *Angliæ* xxji. poſt conqueſtum verò *Ultoniæ* anno tertio, vir illuſtris, dominus *Johannes* de **Curcy**, conqueſtor *Ultoniæ* fundavit abbatiam de **Ynes**, in inſula de **Ynes Curci**, ſic enim tunc vocabatur; Quam itaque abbatiam Rex quidam *Ultoniæ*, nomine *Magnellus Makenlefe*, priùs fundavit ſexto idus Septembris, anno Domini MCxxvj. prope fontem ſancti *Finani*, in terra quæ dicitur **Erynach**, & nominavit eam, abbatiam de **Carryk**, & erat de ordine *Tironenſi*, & filia *Savignei* &c. 1180.

Tempore conqueſtus *Ultoniæ* præfatus dominus *Johannes* de **Curcy** penitus illud deſtruxit, ſcilicet, monaſterium de **Carryk**, quia fortalicium fuit, & multum ei infeſtavit: ſed in recompenſam, fundavit, ſeu potiùs tranſtulit illud in inſulam ſuam de **Yneſcuſtre**, & dedit domui ſuæ maternæ de *Furneſio* ad conſtruendum illud eaſdem terras, quas in loco priori habuit ex dono *Magnelli* Regis antedicti. Et ſic dicta abbatia de **Ynes** effecta eſt filia *Furneſii*, ſicut ante fuerat in loco priori.

Anno Milleno centeno bis quadrageno
Curcy *fundavit* **Ynes**, *hoſtes hinc ſuperavit.*

NETHENSIS

NETHENSIS *Abbatia in agro* Glamorganenſi.

Carta fundationis per Richardum *de* Grainvilla.

Ex regiſt. de Nethe penes Edwardum Stradling equit. aur.

NOtum ſit omnibus, tam præſentibus quam futuris, quod ego *Richardus* de *Grainvilla*, & *Conſtantia* uxor mea, pro ſalute animæ *Roberti* comitis de *Gloceſtria*, & *Mabiliæ* uxoris ſuæ comitiſſæ, & *Willielmi* filii ſui, & pro ſalute animarum noſtrarum, & anteceſſorum noſtrorum, damus Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis* de *Savigneio*, totum vaſtum quod eſt infra has quatuor aquas; videlicet, **Neth**, **Thavy**, *Cloeda*, **Povcanum**. Et capellam noſtri caſtelli de **Nethe**, cum omni decima procurationis noſtræ domus, in annona, & cæteris rebus, & cum omni decima hominum noſtrorum illius provinciæ, videlicet, *Francorum* & *Anglorum*, & dimidiam partem totius noſtri piſcis de **Nethe**, & molendinum de *Cloada*, & prata omnia quæ ſunt à ſupradicto molendino, uſque ad foſſatum novæ villæ, foſſata uſque in aquam de **Nethe**; & omnia illa quæ habemus in villa *Laiſſa* in feodo quam teneo de eo in *Deveneſira*, quinque denarios; videlicet, **Bediſeg**, & *Crinchentona* & viginti ſolidos in villa de **Lytheham**; Et terram quam ego teneo de *Mauricio*, ſalvo redditu ipſius *Mauritii*; id eſt, decem ſolidos ad feſtum ſancti *Michaelis*; & molendinum de *Pandelia* cum multura hominum in illo feodo manentium, quem teneo de *Richardo* ſancti *Quintini* & domum molendinarii, cum duabus acris terræ; Et hæc conceſſerunt *Mauricius* & *Richardus* ante comitem & comitiſſam, & ante *Willielmum* filium ſuum. Hec omnia damus liberè, & quietè, & abſque ulla ſeculari exactione, & *Henrici* Regis *Anglorum* patrocinio, & conceſſione, & *Roberti* conſulis *Gloceſtrenſis*, & *Mabiliæ* uxoris ſuæ comitiſſæ & *Willielmi* filii ſui voluntate. Eo tenore quod abbas *Savigneienſis* eccleſiæ, & conventus ejuſdem, in eadem elemoſina conventum monachorum perhenniter inibi ſub abbate permanſurum inſtituent. Hujus donationis ſunt teſtes. *Gardinus* capellanus, & *Torbertus* capellanus, & *Picotus*, *Robertus* Dapifer, *Odo* filius ſuus, *Robertus* filius *Ber*, *Mauricius*, *Richardus* de ſancto *Quintino*, *Robertus* de *Umfranvilla*, *Paganus* de *Torbivilla*, *Willielmus* Pincerna, *Robertus* filius *Acelinæ*, *Thomas* de *Eſtona*, *Rogerus* de *Newtona*, *Girolt* de *Boſco*, *Herbertus*, *Robertus* de *Grainvilla*, *Willielmus* de *Reivilla*, & ego *Robertus Gloceſtriæ* comes has omnes res in meo patrocinio, cuſtodia, & defenſione ſuſcipio, & abbas ibidem cononicè conſtituatur.

Donationum confirmatio per Regem *Johannem*.

Car. 9. *Jo.* m. 7. n. 76.

JOhannes *Dei gratia &c. Sciatis nos dediſſe & conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ* Trinitatis de **Neth** *& monachis ibidem Deo ſervientibus locum ubi caſtellum* Ricardi *de* **Granavill** *quondam fuit cum omnibus pertinentiis ſuis; & totam terram quam idem* Ricardus *habuit inter* **Thawy**, *&* **Neth**, *in boſco & plano cum omnibus pertinentiis ſuis. Habenda & tenenda in liberam puram & perpetuam elemoſinam, quieta ab omni ſervicio ſicut prædictus* Ricardus *ea illis prius dedit & carta ſua confirmavit. Salvis tenementis* Burgenſium *noſtrorum de* **Neth**. *Ita quod prædicti monachi eos ſine judicio amovere non poſſint ſet tantum homagium & redditum illorum habeant. Salvis etiam tenementis* Walenſium *noſtrorum de prædicta terra. Ita quod dicti monachi eos ſine judicio amovere non poſſint ſet tantum homagium & redditum illorum habeant, & nos habeamus ſervicium quod nobis debent. Quare volumus* (&c.) *Dat. per aunum* W. *de* **Gray** *cancellarii noſtri, apud* **Wudeſtok** *v. die Auguſti anno regni noſtri ix.*

Ibid. m. 4. n. 30.

Vide etiam Cart. 10. E. 3. n. 42.

JOhannes Dei gratia &c. Sciatis nos pro Dei amore & ſalute animæ noſtræ & animarum omnium anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & abbatiæ de **Neth** & monachis de ordine de **Sauvenneie** ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & eccleſias molendina & foreſtas & omnes tenuras ſuas quas habent de dono vel emptione vel commutatione ſibi cartis ſuis confirmatas. Ex dono *Ricardi* de **Grenvill** totum vaſtum in boſco & plano inter has quatuor aquas; videlicet **Thawi**, & **Clendach**, & **Neth**, & **Pulkanan**, cum terra quæ eſt inter rivulum crucis *Conſtanciæ* & **Clendach**: Capellam quoque caſtelli de **Neth** cum omni decima procurationis domus ſuæ in annona cæteriſque rebus & cum omni decima hominum terræ illius *Francorum*, *Anglorum* & *Wallenſium*, & dimidiam partem totius piſcis qui eidem caſtello pertinet. Totum etiam feudum de *Aiſſa* cum eccleſia & cum omnibus pertinentiis ſuis. Et molendinum de **Pendelin** cum xxiij. acris terræ & manſura molendinarii, & moltura *Adæ* & hominum ſuorum. Willam quoque de **Littheham** cum omnibus appendiciis ejus quam dederant *Sanſoni* de *Allweia* in excambium pro terra ſua de **Kilticar**, conceſſu *Willielmi* comitis *Glouceſtriæ*, & *Willielmi* filii *Henrici*, & *Johannis Sori*, quod excambium poſtea inter abbatem de **Neth** & *Willielmum* filium prædicti *Sanſon* coram *H.* Rege patre noſtro determinatum fuit; & ipſum feudum de **Kiltkar** cum eccleſia & omnibus pertinentiis ſuis ſupradictis monachis ab eodem Rege patre noſtro in perpetuum confirmatum. Ex dono *Roberti* comitis *Glouc.* terram de **Ponte** cum eccleſia quam tenuit *Radulfus* Heremita in elemoſinam. Ex dono ejuſdem comitis & *Willielmi* comitis filii ejus terram de *Blakeſkarra*.

Ex dono *Willielmi* prædicti comitis *Glouceſtriæ* totum wreccum terræ ipſorum. Ex dono . . . . . . manſionem unam in villa de **Kaerdif**. Ex dono *Willielmi Meion* conceſſu filiorum ſuorum *Exefordani* & **Cudehiete** cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Henrici* de **Wiliers**, conceſſu domini ſui *Henrici* de **Warewich** grangiam de **Lochor** cum capella ſancti *Michaelis* & cum terra quæ ad eandem grangiam pertinet. Ex dono *Mauricii* de *Londonia* conceſſu filiorum ſuorum partem terre ſue juxta *Aiſſam*. Ex dono *Gileberti* de **Turbervill** excluſagium molendini de **Kiltekar**. Ex dono *Reſi* filii *Juſtini* concedentibus filiis ſuis *Joverd* & *Oern* & *Hoel*, terram de **Saint** *Ilith* cum eccleſia & omnibus pertinentiis ſuis.

Concedimus & confirmamus eiſdem monachis ex dono noſtro primo dum eſſemus comes *Moretonii*. **Huntingeſhill** cum pertinentiis &c. acras de mariſcis proximas terræ eorum de **Brigeton**. Et præterea **Turgehill** cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Liſanti* fil. *Morgan* totam terram quam idem *Morgan* eis dedit in perpetuam elemoſinam inter **Avene** & **Neth**; videlicet **Portwer**, & inde uſque ad **Mariet**. Sexaginta quoque acras terræ arabilis proximas domibus ſuis; & inſuper totam inſulam illam quæ eſt intra magnam *Pullam*, & totam terram quæ eſt extra *Valdam*, & etiam communionem paſcuarii, & totam terram ipſius inter **Avene** & **Thawi**. Ex dono *Walterii* fil. *Gileberti* & fratrum ſuorum terram de **Barnoteſdone** cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Thomæ* de **Cornhely** x. acras terræ arabilis in feudo ſuo de **Cornhely**. Ex dono *Galteri Burdun* decem acras terræ in feudo de *Nova-villa*. Ex dono *Thomæ* de **Saunford** quitanciam ij. ſolidorum quos debebant ei reddere pro l. acris terræ & una acra & dimidia ſupra mare apud **Blakeſchen**. Ex dono *Galfridi Thalkbot* totam terram ſuam de **Nivelande** cum pratis & paſcuis & omnibus aliis aeiſiamentis ad eandem terram pertinentibus. Ex conceſſione & confirmatione *Willielmi* de **Staner** donum quod frater ſuus *Gervaſius* eis dedit; videlicet totam terram quam pater ſuus tenuit de feudo *Radulfi* fil. *Willielmi* inter eccleſiam ſancti *Decumani* & **Kanceſford**. Ex dono *Willielmi* de **Barri** xxx. acras terræ de feudo ſuo in **Guer**. Ex dono *Johannis* de *la* **Mare** totam terram quæ fuit *Oſmundi Groſſi* quam mater ſua tenuit in dotem. Ex dono *Tham. Blancaquiel* xl. acras terræ arabilis juxta **Portenmayn**, & inſuper aeiſiamenta terræ ſuæ in aquis & viis & ſemitis & communione paſturæ ſuæ.

Ex dono *Rogeri* & **Kenewrec** filiorum *Wian* totam terram quam pater eorum tenuit de *Morgano* filio *Karadoci* in mariſco de **Avene**. Ex dono eorundem communionem paſcuarii totius terræ eorum in boſco & plano, & aiſiamenta in aquis & viis & cæteris neceſſariis. Ex dono *Wgan Droyn* viij. acras terræ arabilis de terra quæ vocatur **Lamped** in **Cumtioch**. Ex venditione *Johannis* de **Orenehill**, & *Alienore* ſponſæ ſuæ terram ſuam apud ſanctum *Auguſtinum*, & cum domo lapedia quæ in ea fundata eſt.

Volumus etiam ſicut prædictum eſt & firmiter præcipimus quod prædicta abbatia de **Neth** & monachi ejuſdem loci & omnes poſſeſſiones eorum ſint in manu & cuſtodia & protectione noſtra, & quod nulla eis injuria vel contumelia inferatur; ſet ſi quis eis in aliquo foriſfecerit plenaria eis ſine dilatione juſticia fiat. Et prohibemus ne ipſi de aliquo dominico ſuo ponantur in placitum unde habeant cartam noſtram niſi coram nobis vel coram juſticiariis noſtris capitalibus. Volumus etiam & præcipimus quod equi & homines & omnes res eorum quas homines ſui poterunt affidare ſuas eſſe proprias ſint quietæ de theloneo & paſſagio & pontagio & omni conſuetudine per totam terram noſtram, & prohibemns ſuper foriſfactum x. l. ne quis eos inde injuſtè diſturbet. Hæc omnia eis conceſſimus & confirmavimus ſicut cartæ & literæ patentes regis *H.* patris noſtri & cartæ aliorum omnium tam donatorum quam confirmatorum vel venditorum quas inde habent rationabiliter teſtantur. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum *H.* de *Well.* arch. de *Well.* apud **Burbeche** vj. die Januarii anno regni noſtri ix.

BASINGWERKENSIS

Abbatia in agro Flintenſi, * *fundata A. D. MCxxxj.*

* Cronica S. *Werburge Ceſtria* in bibl. Cotton.

Confirmatio donationum per regem Henricum *ſecundum.*

H Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de **Baſingwerk**, in liberam & perpetuam elemoſinam decem libratas terræ, in **Longevenedale**, ſcilicet **Gloſſope** cum eccleſia quæ ibi eſt, cum omnibus terris & rebus ad eam pertinentibus ſicut *Willielmus Peverell* eam plenius habuit tempore regis *Henrici* avi mei. Et præterea concedo eis & confirmo omnia tenementa ſua quæ *Ranulphus* comes *Ceſtriæ* & alii barones eis dederunt & cartis ſuis confirmaverunt, ſcilicet **Haliwelle & Fulibroch**, & capellam de **Baſingwerk** in qua primitus manſerunt, cum molendinis & omnibus pertinentiis ſuis. Et *Kethlenedei* ex dono *Roberti Banaſtre*. Et **Holes** & medietatem **Lecche** & centum ſolidos de redditu *Ceſtr.* quos comes *Ranulphus* eis dedit. Et **Calvers** cum hominibus & rebus & terris & omnibus pertinentiis ſuis, & quicquid eis rationabiliter datum eſt. Quare volo (*&c.*) Teſtibus *Thoma Canc. Richardo Humeſt.* conſtabulario & *R.* de *Dunſtanvil*, *Jocelino* de **Bailoil**, & *Willielmo* filio *Hamonis*, apud *Ceſtriam*.

Cart. de ann. 15. 16. 17. *R.* 2 n. 7. per Inſpex.

Carta *Lewelini Principis* Northwalliæ.

L*ewelinus* Princeps *Northwalliæ* omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris, in Chriſto ſalutem. Noverit præſens viventium ætas & univerſa futurorum poſteritas, quod ego *Lewelinus* concedo & confirmo Deo & ſanctæ *Mariæ* & monaſterio de **Baſingwerk**, monachiſque ibidem Deo ſervientibus omnes donationes quas anteceſſores mei præfato monaſterio pro ſuis animabus contulerunt, liberas & quietas ab omni ſervicio terreno & exactione ſeculari; ſcilicet locum illum in quo abbatia illorum fundata eſt cum molendino

Ibid.

quod ante portam habent; Terram quæ ante fores eorum jacet, quam *Ranulphus* & frater ejus *Eneas* prædictis monachis dederunt. Terram etiam quam *Meredith Wawer* in **Haliwell** & in campo ejuſdem villæ habuit. Et **Fulebroc** cum omnibus pertinentiis ſuis, & communitatem paſturæ montium cum cæteris & **Hanot** de *le* **Wetch** & **Creicgraft** cum omnibus pertinentiis ſuis in terris & aquis & paſturis & omnibus cæteris aiſiamentis. Ne igitur aliquis contra hanc noſtram paginam temerè venire audeat, ſigilli mei impreſſione & teſtibus eam communio. Hii autem ſunt teſtes *Ricardus* filius *Kadwalad*, *Horm* filius *Vlf*, *Meiler* filius *Kadugan*, *Hitel* filius *Kenred*, *Griffinus* filius *Wskenen*, *Kenwreech* filius *Meredit*, *Willielmus* filius *Jerwerth*.

Carta Davidis *filii ejuſdem* Lewelini, *Principis* Northwalliæ.

David filius *Levvelini* Princeps *Northwalliæ* omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris, in Chriſto ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod ego *David* filius *Levelini* pro amore Dei & pro ſalute animæ meæ & pro animabus patris mei domini *Levelini* & matris meæ dominæ *Johannæ*, & pro animabus omnium hæredum meorum concedo, & præſenti carta confirmo Deo & ſanctæ *Mariæ* & monaſterio de **Baſingwerk**, monachiſque ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, omnes donationes & libertates quas pater meus dominus *Levelinus* & alii anteceſſores mei præfato monaſterio pro ſuis animabus contulerunt, Tenendas imperpetuum & habendas liberas & quietas ab omni terreno ſervicio & exactione ſeculari ſicut aliqua elemoſina liberiùs & pleniùs poſſideri poteſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, de quibus in præſenti ſcripto quædam placet exprimere & nominare; ſcilicet locum illum in quo Abbatia illorum fundata eſt cum molendinis quæ juxta portam abbatiæ habent. Terram quæ ante fores eorum jacet quam *Ranulphus* & *Eneas* frater ejus prædictis monachis dederunt. Terram etiam quam *Meredit Wawor* in villa de **Haliwell** & extra villam habuit, & terram quam *Huttredus* frater ejus ſecum excambiavit in ipſa villa pro ſua parte terræ in *Quitfordia*, & grangiam illorum quæ appellatur **Feilebroc** cum omnibus pertinentiis & aiſiamentis ſuis, & communitatem paſturæ montium cum cæteris. Eccleſiam quoque de **Haliwelle** cum capella de **Colſul**, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, ut eas habeant in proprios uſus imperpetuum integrè poſſidendas. Terram etiam & paſturam de **Gethli** quam habent ex donatione patris mei cum omnibus pertinentiis & aiſiamentis ſuis per metas & diviſas quæ in carta quam inde habent pleniùs continetur.

Inſuper quietum clamavi eis imperpetuum tholnetum totius terræ meæ poſſeſſæ & poſſidendæ mariſque poſſeſſi & poſſidendi in omnibus rebus vendendis & emendis ad opus ibidem Deo ſervientium. Preterea conceſſi eis & confirmavi duas partes decimæ piſcium qui in piſcariis de **Rothelan** capiuntur, cum illa decima piſcium meæ partis quos homines capiunt in aqua. Item ex dono *Howen* de *Porkentona* totum *Wenbewm*, cum omnibus hominibus ejuſdem villæ & cum pertinentiis. Confirmationem quoque *Helyſo* ſuper eadem donatione. Ex donatione verò domini *Levelini* patris mei terras & paſturas in **Penthlin** per metas & diviſas quæ nominantur in carta patris mei, quam inde habent. Et ego *David* & hæredes mei hæc omnia præfata tenementa ipſis monachis contra omnes homines imperpetuum warantizabimus; unde ut hæc mea conceſſio & confirmatio ſtabiles & inconcuſſæ permaneant præſens ſcriptum ſigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus *Hugone* epiſcopo de ſancto *Aſaph*, *Edeneweth Vakan*, magiſtro *David* tunc cancellario, *Evino Vakan*, *Wronon* filio *Kenawrit*, *Heylin* filio *Kenrith*, *Philippo* filio *Ywor*, *Madoco Purewen*, *Wronon* filio *Seiſel*, & multis aliis. Dat. apud **Coleſhul** anno Domini MCCxl. in die ſancti *Jacobi* apoſtoli, &c.

A.D.1240.

TINTERNENSIS
Abbatia in Wallia. * *Filia* Elemoſinæ, *fundata* *Anno* MCxxxj.

* Annal. S. *Warburgæ Ceſtriæ* in bibl. *Cotton.*

Carta Willielmi *Comitis* Mareſcalli *junioris de confirmatione fundationis abbatiæ de* **Tynterne.**

Ex codice M. S. in bibl. *Arundetia.*

Vide etiam cart. 33. E. 1. n. 3. & n. 14, 15, & 21. per Inſpex.

Willielmus mareſchallus *Angliæ*, comes *Penbrochiæ*, univerſis hominibus ſuis *Francis* & *Anglicis Wallenſibus Hibernicis* & omnibus amicis ballivis & fidelibus ſuis ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra nos intuitu Dei & pro ſalute animæ meæ & pro animabus bonæ memoriæ *Walteri* filii *Ricardi* filii *Gilberti Strongbowe* avi mei, & *Willielmi Mareſcalli* patris mei, & *Yſabelle* matris meæ & animarum anteceſſorum hæredum & ſucceſſorum noſtrornm, conceſſiſſe & præſenti carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Tynterna* abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus ibidem Deo ſervientibus, in liberam puram & perpetuam elemoſynam omnes terras & poſſeſſiones, & libertates, & liberas conſuetudines ſubſcriptas quas habent ex donis anteceſſorum noſtrorum & aliorum fundatorum ſeu donatorum ſive ex dono noſtro; videlicet totam hayam de **Porthcaſſek**, & aquam quæ vocatur **Angidy**, & de **Angidy** per *Wayam* uſque ad nemus de feodo **Porthskywet**, & ex altera parte coopertum memoris uſque ad vallem quæ deſcendit ad terram de **Pentir**, & ſic de valle per montem uſque ad fontem **Athut**, & ſic ad **Angidy**. Et piſcariam de **Walwere**, **Halfwere**, **Badingwere** cum omnibus pertinentiis ſuis, & totum dominium de **Wlaveſton** cum advocatione eccleſiæ & cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis, in domibus, virgultis, boſcis, planis, paſcuis, pratis, paſturis, vivariis, piſcariis, gliſeriis, aquis, wreccis, **weyf**, ſtagnis, molendinis, & quicquid habent in feodo de **Tudeham** de piſcariis terris boſcis aquis tenentibus & redditibus in villa de **Tudeham**; & libere piſcari in toto dominio meo in *Sabrina*; & gurgites facere contra terram dictorum abbatis & monachorum de terra de **Averdeſton** uſque ad **Waldingeſpull**, & omnes tenentes ſui in chacia noſtra, paſturam animalium ſuorum & ruſticorum ad ardendum de **Aſcaurewe** uſque ad **Brawere** ſine aliquo impedimento vel calumpnia noſtri hæredum [illegible] aſſignatorum noſtrorum imperpetuum.

Et totam terram de **Modeſgat** cum omnibus ſuis pertinentiis, & paſturam omnium animalium ſuorum ubique in chacia noſtra de **Tudiham**, & de terra in dicta chacia ad terram dictorum monachorum marlendam ſive meliorandam, & de ſubboſco in dicta chacia quicquid eis neceſſarium fuerit ad ardendum & ad haicias claudendas & plantandas & alia neceſſaria grangiæ perficienda. Et **Kibeham** cum una pulla de **Londemere** uſque ad **Lynwere**. Et **Brocwere** cum omnibus libertatibus ſuis, pratis, paſturis, & aliis aiſiamentis in chacia noſtra, & quicquid habent in **Lanchant**, Et unam pullam quæ vocatur **Wayſhers** cum prato ex una parte, & piſcariam de **Badyngwere**, **Halfwere**, **Walwere**, **Aſtandwere**, **Plurwere**, & medietatem de **Aſwere** cum omnibus libertatibus & pertinentiis & pullis & quicquid prædictis piſcariis neceſſarium fuerit ad ardendum & ad ædificandum in chacia noſtra. Et liceat eis de omnibus piſcariis ſuis facere & ordinare prout ad commodum ſuum viderint expedire, ſine aliqua calumpnia noſtri hæredum ſeu aſſignatorum noſtrorum, vel ballivorum qui pro tempore fuerint. Et grangiam de aſſarto cum villa de **Porcaſſeck**, & omnibus boſcis tenementis & tenentibus & pertinentiis ſuis. Et paſſagium de **Beteſleye** quietum ſibi & famulis ſuis & pecudibus eorum.

Et in mora de **Magor** totam terram ſicut per foſſas dividitur, & per circuitum terræ foſſare, & in dicta foſſa quicquid voluerint facere, & curſus aquæ ubicumque interiùs vel exteriùs ordinare ad commodum ſuum ſicut viderint melius expedire, ſine aliqua calumpnia noſtri hæredum vel aſſignatorum noſtrorum vel aliorum quorumcumque in perpetuum. Et omnes terras & poſſeſſiones quas habent in eadem mora in dominio meo cum tenementis tenentibus & redditibus ſuis in **Magor**, & *Pulla*, **Woudy**, & **Rodewey**, & omnes tenentes ſui liberam molturam ubicumque voluerint ire, ſine aliqua calumpnia, cum conſenſu abbatis, & conventus. Et omnia prata & tenementa in dominio meo, cum libero ingreſſu & egreſſu & cum omnibus libertatibus ſuis, & libere piſcari in *Sabrina*, & gurgites facere ubicumque voluerint eligere, & plenariam paſturam quorumcumque animalium ſuorum in *la* **Grenemore**, & alibi in dominio noſtro ſine aliquo impedimento, & **Marthirgerin** & quicquid ad **Marthirgerye** pertinet in eccleſia in boſco plano, & cum terris tenementis tenentibus redditibus & omnibus libertatibus ſuis. Et in **Sciniot** quater viginti acras prati in mora, & pratum quod *Robertus* de ſancta *Brigida* tenuit in mora de **Magor**. Et quicquid habent in **Pentiry**, & duas areas in orto meo de **Magor**, ſcilicet extremas verſus occidentem. Et totam molturam meam & hominum meorum de **Pentiry**, & **Porcaſſek**, & *Tinterna*, & **Landirogods** ad molendinum ſuum de **Angidy**. Et quicquid voluerint de aqua illa facere & ordinare ad commodum illorum. Et grangiam de **Rogereſton** cum terris tenementis & omnibus libertatibus ſuis. Et quicquid habent in **Lavdreſton**, ſancto *Wormeto*, **Howyk**, ſancto *Arunno*, cum **Cophill**, **Bernardeſwode**, **Bernetties** pertinentiis ſuis. Et quicquid habent infra burgum **Strugull**, **Trillek** & **Uſk** in domibus, redditibus, tenementis, tenentibus, cum omnibus libertatibus ſuis; **Pentreck**, & **Henneſoth** cum omnibus boſcis terris & pertinentiis ſuis.

Concedimus & confirmavimus pro nobis & hæredibus & aſſignatis noſtris prædictis abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus omnimodam foriſfacturam, redemptiones, fines, & amerciamenta propriorum hominum tenentium & ſervientium ſuorum, nos & hæredes ſeu aſſignatos noſtros tangentia in curiis noſtris, *hundredis*, *ſhirii*, *halemotis*, & *Wodeſpeches*, infra burgum & extra, quotienscumque & qualitercumque evenerint, quacunque occaſione emerſerint, quocumque etiam nomine cenſeantur. Et quod prædicta abbatia de *Tenterna* cum omnibus boſcis terris & tenementis ſuis ſint extra foreſtam, & omnino ſine rewardo foreſtariæ, & ſint ipſi abbas & monachi & eorum ſucceſſores & omnes tenentes ſui liberi & quieti ab omni vexatione & penitus extra..... omnium ballivorum & foreſtariorum & ſervientum terræ de paſtu, & de **Kylpw**, & omnibus aliis exactionibus quas foreſtarii & alii ballivi ſeu ſervientes terræ ſolent exigere; & ſint quieti de omnibus, querelis, occaſionibus, conſuetudinibus, & omni ſervili opere & ſeculari exactione. Et ſint ipſi abbas & monachi & eorum ſucceſſores, res, homines, ſervientes, & poſſeſſiones eorum quieti de theoloneo, & de quibuſlibet rebus aliis unde theoloneum exigi poterit, infra burgum & extra in omnibus locis, & de ſectis curiarum, hundredorum, Aſſiſarum, & ſchirarum, & ſummonitionibus, & omnibus auxiliis, placitis, querelis, & ad omnia comitatus & de muragio, pontagio, pannagio, pavagio, paſſagio, cariagio, tallagio, picagio, & de **Blodewyte**, **Fitwyte**, **Hengwyt**, **Flemeneſwite**, & de murdro, & de latrociniis.

Concedimus inſuper & confirmamus pro nobis & hæredibus & aſſignatis noſtris prædictis abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus, quod habeant & teneant omnes prædictas terras & boſcos, piſcarias tenementa, & omnes libertates & liberas conſuetudines ſuas, eccleſias capellas cum omnibus ſuis pertinentiis, cum **ſoke** & **ſake**, **thol** & **theam**, **infangenethef** & quicquid aliud anteceſſores noſtri ſeu quicumque alii fundatores & donatores eis pia devotione contulerunt, ſeu ipſimet acquiſierunt, bene, & in pace, liberè quietè plenariè integrè, in boſcis, planis, pratis, paſturis, aquis, molendinis, wreccis, ſtagnis, vivariis, **weyfe**, mariſcis, piſcariis, gliſeriis, grangiis, virgultis, chaciis, viis, ſemitis, infra burgum & extra, ubicunque in dominio noſtro, ſine aliquo retinemento, ſeu impedimento noſtri hæredum vel aſſignatorum noſtrorum, in puram & perpetuam elemoſynam imperpetuum; & per omnes foreſtas meas *Wallia* de *Ways* uſque ad **Uſk**, paſturam omnium animalium ſuorum habeant quietam, & pannagium

& quicquid ad ardendum & ad ædificandum abbatiæ grangiis vel tenementis habuerint neceſſarium, & quaratium ad ædificandum, ſine viſu foreſtariorum vel impedimento vel calumpnia noſtri hæredum ſeu aſſignatorum noſtrorum vel ballivorum noſtrorum qui pro tempore fuerint. Et liceat abbati monachis & eorum ſucceſſoribus de omnibus boſcis ſuis propriis dare, vendere, aſſartare, ſeminare, foſſare, includere contra omnia animalia, & de pannagio, erbagio & omnibus aliis eorum exitibus commodum ſuum facere & ordinare, & malefactores in dictis boſcis & tenementis attachiare, & in curiis ſuis amerciare, & de omnimodis placitis, querelis ſine aliqua calumpnia placitare. Nec calumpnientur abbas monachi & eorum ſucceſſores de recettamento ſi aliquis de familia eorundem in venatione noſtra delinquat.

Item pro animabus bonæ memoriæ *Willielmi Mareſchalli* patris mei & *Yſabellæ* matris meæ & *Gilberti* & *Ricardi Strongbowe*, & pro ſalute animæ noſtræ, animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dedimus conceſſimus & hac præſenti carta noſtra confirmavimus Deo & eccleſiæ de *Tynterna*, abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus ibidem Deo ſervientibus, in liberam puram & perpetuam elemoſynam, totam landam & terram de **Trillek** quas dicti monachi habuerunt de donis dicti *Gilberti Strongbowe* & *Ricardi* avi mei, per bundas ſubſcriptas, videlicet, de via quæ ducit de *Monimutta* per *Spintam* ex una parte & veterem capellam ex altera directe verſus **Strugull** uſque **Pantrlinat** ſub de nigro rivulo directe aſcendendo ad ſummitatem montis, & ſic per ſummitatem montis, & circuitum inter **Wenhalt** & **Kilwechyn**, & ſic per circuitum **Kilwechyn** directe deſcendendo uſque ad rivulum qui vocatur **Angedy**, & ſic per **Angedy** & vivarium aſcendendo per terras hominum *Walenſium* ex una parte **Angedy** ad vallem quæ vocatur **Gover-pantegoylin**, & de fonte uſque ad ſummitatem montis, & ſic per ſummitatem montis uſque ad viam quæ ducit verſus *Vskam* juxta eccleſiam ſancti *Dioniſii* **Launiſſan**, & ſic deſcendendo per caput **Sapant** uſque ad fontem qui vocatur caput **Angedy**, & ſic per **Angedy** uſque ad rivulum qui vocatur **Acanelth**, ſive **Aſſees**, & ſic per rivulum uſque ad caput **Frinunkayrvernby** ſive **Blaenaranelth**, & ſic per terras hominum de **Trillek** uſque ad viam quæ ducit ad *Monimutta* verſus **Strugull**. Et infra bundas prædictas vivaria facere, & molendina levare & ordinare, & molturam habere & recipere ſine aliquo impedimento vel calumpnia, & quicquid in dicta landa & terra poſſent, ad commodum ſuum facere & ordinare. Et per omnes foreſtas landas & veſturas meas, paſturam plenariam omnium animalium ſuorum, & ubique in toto dominio meo vias rectas & latas ad commodum ſuum facere ſine aliqua calumpnia noſtri vel hæredum ſeu aſſignatorum noſtrorum vel ballivorum qui pro tempore fuerint.

Volumus etiam & concedimus pro nobis & hæredibus & aſſignatis noſtris quod dicti abbas & monachi & eorum ſucceſſores habeant & teneant prædictam landam terras tenentes & tenementa prædicta cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſupradictis ſine aliquo retenemento noſtri vel hæredum ſeu aſſignatorum noſtrorum, adeo liberè & quiete ſicut nos & anteceſſores noſtri prædictam landam cum pertinentiis ſuis aliquo tempore liberius plenius ſeu melius habuimus vel tenuimus in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Item pro ſalute animæ meæ & animabus bonæ memoriæ *Willielmi Mareſchalli* patris mei & *Yſabellæ* matris meæ, dedimus & conceſſimus & hac preſenti carta noſtra confirmavimus, Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Tynterna* abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus, in liberam puram & perpetuam elemoſynam, totam terram cum boſco de **Pochlenny**, cum omnibus pertinentiis ſuis infra bundas ſubſcriptas; videlicet per rivulum qui vocatur **Aberwim** ex una parte, & ita per circuitum uſque ad **Porſton**, & ſic directe uſque ad **Fovemhen**, & ita uſque ad aquam de **Usk**, & ſic per aquam de **Usk**, & in **Usk** uſque ad terram hominum *Walenſium*, & ſic aſcendendo contra torrentem per nigrum fagum directe per terras hominum *Walenſium* uſque ad aquam de **Aberthin**. Et in tota aqua de *Vska* cum diverſis inſtrumentis & retibus piſcari, & medietatem unius gurgitis ubicumque eligere voluerint ædificare, & pullas facere & quicquid viderint ad commodum ſuum eſſe ordinare contra dictorum terram abbatis & monachorum & infra bundas de terris boſcis aquis paſturis cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis ad commodum ſuum facere & ordinare ſine aliqua calumpnia & impedimento noſtri hæredum ſeu aſſignatorum noſtrorum vel ballivorum qui pro tempore fuerint ſine aliquo retenemento imperpetuum.

Volumus etiam & concedimus & confirmamus pro nobis & hæredibus & aſſignatis noſtris, quod prædicti abbas monachi & eorum ſucceſſores habeant & teneant omnes prædictas terras & tenementa prædicta cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſupradictis ſine aliquo retenemento noſtri hæredum ſeu aſſignatorum noſtrorum, adeo liberè & quietè ſicut nos & anteceſſores noſtri prædictas libertates aliquo tempore liberius plenius ſeu melius habuimus vel tenuimus, in liberam puram & perpetuam elemoſynam, & ſicut aliqua elemoſyna liberius dari poterit vel teneri omnino extra dangerium noſtrum hæredum vel aſſignatorum noſtrorum, ballivorum vel miniſtrorum imperpetuum, tantummodo **Pontfongenethef** mihi retento. Si quis vero in præſenti vel in futurum quicquam de hiis quæ dictæ abbatiæ dedi conceſſi & confirmavi calumpniatus fuerit, non tenebuntur monachi inde reſpondere, ſed ad me & hæredes meos pertinebit calumpniatoribus eorum excambio vel alio rationabili modo ſatisfacere, monachiſque quicquid eis conceſſi warantizare, & integrum conſervare. Diſtrictè ergo prohibeo ſuper foriſfacturam meam, videlicet viginti marcharum, ne quis eos vel homines ſervientes res poſſeſſiones aut libertates eorum malitioſe vexet, aut gravet, vel in aliqua re diſturbet; Quod ſi quis facere præſumpſerit in Dei maledictionem & meam, ſimiliter & foriſfacturam præmonſtratam ſe noverit incidiſſe.

Quicunque verò locum ipſum & elemoſynam noſtram & prædeceſſorum meorum eidem aſſignatam promoverint ſive manutenuerint, cum Dei benedictione & mea remuneratione m æternam inveniant. Et ſub hac forma omnia ſupradicta pro nobis hæredibus & aſſignatis noſtris prædictis abbati monachis & eorum ſucceſſoribus warantizabimus acquietabimus & defendemus contra omnes homines imperpetuum. In cujus rei teſtimonium hanc præſentem cartam & confirmationem noſtram ſigilli noſtri impreſſione fecimus roborari. Hiis teſtibus, domino *Willielmo Groſſo* primogenito, domino *Hamone Groſſo*, domino *Radulfo* filio *Ricardi*, domino *Roberto* de *Mora*, domino *Philippo Deneband*, *Nicholaa* de ſancta *Brigida*, domino *Roberto* filio *Pagani*, domino *Willielmo* de *Derneford*, magiſtro *Willielmo* de Chriſti eccleſia tunc ſeneſchallo inferioris *Wentiæ*, & militibus aliis. Datum apud **Strugull** viceſimo ſecundo die Martii, anno regni Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* ſeptimo.

Carta *Rogeri le Bigod Norfolciæ* comitis.

Ibid.

ROgerus le Bigod *comes* Norfolchiæ *& mareſchallus* Angliæ *ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra me intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ de Tynterna, *abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus ibidem Deo ſervientibus, in liberam puram & perpetuam elemoſynam, omnes terras & poſſeſſiones, libertates, & liberas conſuetudines ſubſcriptas quas habent ex donis anteceſſorum noſtrorum & aliorum fundatorum ſeu donatorum, ſive ex dono noſtro; videlicet totam bayam de* **Porcaſſek**, *& ex altera parte coopertorium nemoris cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco & plano, & quicquid habent in* **Pentirk** *de tenementis terris redditibus boſcis & planis cum aliis libertatibus ſuis, & totam terram de* **Modiſgat** *cum omnibus ſuis pertinentiis; videlicet cum paſtura ovium & aliorum animalium ſuorum ubique in chacia noſtra de* **Tudenham**, *& de ſubboſco in dicta chacia quicquid eis neceſſarium fuerit ad ardendum & ad hayas claudendas* (&c.) *Hiis teſtibus, domino* Johanne le Bygod *fratre meo, domino* Johanne le Bygod *de* **Stocton**, Nicholao *de* **Kingeſton** *militibus,* Elya *de* **Aylbreton** *tunc ſeneſchallo meo de* **Strugull**, Philippo *de* Mora, Rogero *de ſancto* Mauro, Willielmo *de* **Dynam**, Andrea *de* Bellocampo, *& aliis. Datum apud* **Modeſgat** *quarto die Auguſti anno Domini MCCCj.*

Genealogia fundatoris.

Ex MS. codice in bibl. *Cottoniana* [ſub effig. *Vitellii* F.4.] fol.7.

GUnnora comitiſſa *Normanniæ* duas habuit ſorores, una *Turulpho* de *Ponte-Adomaro* conjuncta erat in matrimonio, & procreavit *Humfridum* de *Vetulis* qui fuit pater *Rogeri* de *Bellomonte*, ex quo comites de **Warwike** & *Leiceſtriæ* proceſſerunt.

Turketillus fuit frater iſtius *Turulphi*, cujus filius *Haſculfus* de **Harecurt** aliam ſororem prædictæ comitiſſæ *Gunnoræ* con . . . . erat duos procreavit filios. Scilicet *Walterum* de *Giffard* primogenitum, qui alium *Walterum* procreavit, & dictus fuit *Walterius Giffard* ſecundus. *Robeſia* una ſororum *Walteri* (duas plures enim habuit) conjuncta in matrimonio *Ricardo* filio comitis *Giſleberti*, qui in re militari, tempore conqueſtoris omnes ſui temporis magnates præceſſit. Prædicta *Robeſia* ſupervixit & renupta *Eudoni*, dapifero Regis *Normanniæ*, qui conſtruxit caſtrum *Coleceſtriæ*, cum cœnobio, in Honore ſancti *Johannis*, ubi ſepultus fuit, cum conjuge ſua, tempore *Henrici* primi. *Margareta* filia eorum nupta fuit *Willielmo* de **Mandevill**, & fuit mater *Gaufridi* filii comitis *Eſſexiæ*, & jure matris, *Normanniæ* dapifer. Prædictus *Ricardus* apud ſanctum *Neotum* jacet ſepultus. Huic Rex *Willielmus* conceſſit baroniam de **Clare**, villam verò cum caſtello de **Tunbridge**, de archiepiſcopo *Cantuarienſi*, pro aliis terris in *Normannia*, perquiſivit in excambium. *Baldwinus* frater iſtius *Ricardi*, *Willielmum*, *Robertum*, & *Ricardum* cum tribus ſororibus genuit. Ex prædicta *Robeſia* hanc ſobolem procreavit *Ricardus*, *Rogerus* natu ſecundus terras patris ſui in *Normannia* adeptus eſt. *Walterus* dominium *Wenciæ* inferioris, in *Wallia*, qui conſtruxit abbatiam de *Tinterna* anno Domini MCxxxj. obiit ſine prole. A.D.1131.

In Chronicis abbatiæ de **Tynterne** *in* Wallia *reperitur ſic.*

MS. in biblioth. *Cottoniana* [ſub effig. *Cleopatræ* C. 3.] fol.303.b.

ANno Domini Mlxvj. obiit ſanctus *Edwardus* Rex *Angliæ* apud **London** & ſepultus fuit apud *Weſtmonaſterium*, & ibidem poſtea fuit honorificè tranſlatus. Et eodem anno *Willielmus* qui fuit dux *Normanniæ* & conqueſtor *Angliæ* eam adquiſivit, fretus auxilio Regis *Franciæ* & magnatum *Normanniæ*, inter quos unus præcipuorum fuit *Willielmus* filius *Osberti* comitis de *Ogi*.

Prædictus conqueſtor dedit manerium de **Wolleſton** & manerium de **Tudenham** in parte, & ſimiliter dedit ei licentiam conquerendi ſuper *Wallenſes* poſtea. Et dedit ei ſimiliter licentiam adquiſitionem ſuam adeo liberè tenere ſicut ipſemet potuit tenuiſſe, cum regalitate ut ita loquar. Cui ſucceſſit in hæreditatem *Richardus* filius ejus & fuit comes de *Ogi* per ſucceſſionem hæreditariam & ſimiliter de **Wollaſton** & de **Tudenham**. Et ſimiliter dictus conqueſtor contulit ei licentiam eandem quam dedit patri ſuo, videlicet conquerendi ſuper *Wallenſes* eodem modo & in eadem forma quo vel qua contulit patri ſuo prædicto. Et poſtea genuit filium quem nominari fecit *Walterum* & ideo vocabatur *Walterus* filius *Richardi*, fundator eccleſiæ de *Tynterna* in *Wallia* futurus, & poſtea idem *Richardus* obiit in ſenectute bona. Cui ſucceſſit in hæreditatem prædictus *Walterus* filius *Richardi* tam in tranſmarinis quam in ciſmarinis, & ſimiliter contulit licentiam eandem quam fecerat patri ſuo, videlicet conquerendi ſuper *Wallenſes* eodem modo & eadem forma quo vel qua dederat patri ſuo & avo ſimiliter. Et poſtquam anteceſſores ſui & ipſemet adquiſiverunt univerſam **nether**-*Wentiam* & medietatem de **Grun**, tunc fundavit abbatiam de *Tinterna* in *Wallia* anno Domini milleſimo centeſimo triceſimo primo. Et poſtea idem *Walterus* filius *Richardi* obiit ſine hærede de corpore A.D.1131.

ſuo, cujus animæ propitietur Deus, *Amen.*

Cui ſucceſſit in hæreditatem *Gilbertus Strongbowe* filius patris ſui, qui incontinenti factus fuit primus comes *Penbrochiæ.* Et idem *Gilbertus* dominium de Strughulle & totius nether-*Wencia* cum prædictis terris habuit & tenuit per decennium; Qui quidem *Gilbertus* genuit filium & impoſuit ſibi nomen *Richardus*, & in anno Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo octavo obiit & ſepultus eſt apud *Tynternam.* 1148. Cui ſucceſſit in hæreditatem *Ricardus - Strongbowe* filius ejus, & ſimiliter factus eſt comes *Penbrochiæ.* Et poſtea potenter ad inſtantiam *Mocmorwy* reguli *Lageniæ* totam *Lageniam* in *Hibernia* ſibi ſubjugavit; videlicet quartam partem *Hiberniæ.* Et poſtea dictus regulus prædictam *Lageniam* in maritagium cum *Eva* filia ſua ſibi dedit. Et poſtea idem *Richardus* obiit anno Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo octavo, & ſic remanſit prædicta *Iſabella* in cuſtodia Regis *Henrici* ſecundi uſque ad obitum ejuſdem Regis.

Cui quidem *Ricardo* ſucceſſit in hæreditatem prædicta *Iſabella* filia & hæres ejuſdem, quæ remanſit in cuſtodia Regis *Henrici* ſecundi ut prædicitur uſque ad obitum ejuſdem Regis. Et primo anno Regis *Ricardi* primi qui coronatus fuit anno 1189. MClxxxix. prædictus Rex dedit filiam *Ricardi Strongbowe*, *Will. Mareſcallo* qui dictus eſt vetus *Mareſcallus*, qui genuit ex ea quinque filios & totidem filias, & anno Domini MCCxix. obiit 1219. idem *Willielmus* & ſepultus eſt apud London apud *novum Templum.* Vocabantur autem filii prædicti *Willielmi Mareſcalli* comitis *Penbrochiæ*, *Willihelmus*, *Richardus*, *Gilbertus*, *Walterus* & *Ancellimus*, quorum quilibet poſt alium fuit comes *Pembrochiæ*, & ſinguli eorum obierunt ſine hærede.

Quorum exitu deficiente, ſucceſſerunt eis in hæreditatem quinque ſorores ſive filiæ prædicti *Willielmi Mareſcalli.* Quarum prima vocabatur *Matilda*, ſecunda *Johanna*, tercia *Iſabella. Matilda* prima filia ſupradicti *Willihelmi Mareſcalli* deſponſata fuit *Hugoni le Bigod* comiti Norfolke & Suffolke, de quibus *Hugo Bigod* primus filius comes Norfolke & Suffolke, & *Rogerus* ſive *Radulfus ſecundus* filius.

De *Hugone Bigod* filio *Hugonis* ſupradicti, *Rogerus le Bigod* comes Norfolke & Suffolke & mareſcallus *Angliæ*, &c.

Supradicta *Matilda* prima filii *Willihelmi Mareſchalli* poſt mortem prædicti *Hugonis le Bigod* viri ſui nupta fuit iterum *Johanni* de *Garrene* comiti de Surrey, de quibus *Johannes* de *Garren* comes de *Garren* & *Iſabella* de *Aubeni* ſoror ejus & comitiſſa de Arundell.

Titulus illorum de Verdon *& de* Genevill *ad terras & tenementa de* Lacyes.

Rogerus ſive *Radulphus Bigod* ſecundus filius *Hugonis le Bigod* com. Norfolke & Suffolke & *Matildæ* primæ filiæ *Willihelmi Mareſcalli* &c. & frater *Hugonis Bygod* com. Norfolke & Suffolce. Iſte *Rogerus* ſive *Radulphus* deſponſavit *Bertam* de *Fornavale* de quo *Johannes Bigod* & . . . . *Iſabella* ſoror *Johannis*, quæ primum deſponſata fuit *Gilberto* de *Lacy.* De quibus,

Walterus de *Lacy* (qui juvenis obiit) & *Margeria* & *Matilda* ut filiæ & cohæredes ipſius *Gilberti* de *Lacy.* Inter quas tota hæreditas ipſius *Gilberti* patris eorum partita fuit.

Margeria Lacy prima filia & una hæredum *Gilberti* de *Lacy* nupta fuit *Johanni* de *Verdon* unde tota pars hæreditatis ſuæ deſcendebat

Nicholao Verdon ut filio ſuo & hæredi, qui obiit ſine exitu. Poſt cujus obitum hæreditas deſcendebat

Johanni Verdon fratri ſuo, & de ipſo *Johanne* quia obiit ſine hærede de ſe, diſcendebat jus hæreditatis cuidam *Theobaldo Verdon* ut fratri ſuo & hæredi. Et de ipſo jus deſcendebat

Johanni Verdon ut filio ſuo & hæredi, & de ipſo *Johanne* quia obiit ſine hærede de ſe, hæreditas deſcendebat cuidam

Theobaldo Verdon ut fratri ſuo & hæredi, qui duxit in uxorem *Matildam* filiam domini *Edmondi* de *Mortuo-mari*, De quibus

Johannes & *Willielmus*, & 3. filiæ, videlicet *Johanna*, *Elizabetha*, & *Margeria.*

Poſt mortem *Matildæ* dictus *Theobaldus* de *Verdon* diſponſavit *Elizabetham* de *Burgo*, nuper uxorem *Johannis* de *Burgo* filii comitis *Ultoniæ* ſororem *Gilberti* de *Clare* comitis *Glouceſtriæ.* De qua *Elizabetha* procreatæ fuerunt duæ filiæ *Iſabella* & *Katherina.*

Johannes de *Verdon* filius & hæres *Theob.* de *Verdon* obiit in hæreditate ſine exitu de ſe. Poſt cujus mortem hæreditas deſcendebat

Willielmo de *Verdon* fratri ſuo qui obiit ſine hærede de ſe. Poſt cujus mortem tota hæreditas (quia dicta *Katherina* mortua fuit ſine hærede de ſe) diviſa fuit inter quatuor filias dicti *Theobaldi* de *Verdon.*

Johanna prima filia nupta fuit *Thomæ* de *Fornyvale*, &c.

Elizabetha 2. filia nupta fuit cuidam domino *Bartholomæo* de *Borowas* ſive Burgherſhe, &c.

Margareta 3. filia nupta fuit . . . . Huſſy. Quo defuncto, nupta fuit iterum domino *Willihelmo Blunt.* Quo defuncto ſine hærede de ſe, deſponſata fuit tertiò domino *Johanni Crophulle* militi, & habuit exitum *Thomam Crophulle*, qui diſponſavit *Sibillam* filiam domini *Johannis de la* Beere, de quibus *Agnes* nupta domino *Waltero Deveros* militi. De quibus *Walterus*, *Johannes*, *Richardus*, *Thomas*, *Elizabetha*, & *Margareta.* Quo quidem domino *Waltero Deveros* defuncto, dicta *Agnes* nupta fuit iterum *Johanni Parr* domino de Kyrkeby in Kendall. De quibus *Thomas Parr*, & *Elizab.* ſoror ejus ſine hærede de ſe defuncta.

Iſabella quarta filia *Theobaldi* de *Verdon* nupta fuit domino *Henrico* de *Ferrers*, &c.

Gilbertus de *Lacy* habuit filium *Hugonem*, qui habuit filium *Walterum*, qui habuit filium *Gilbertum* de *Lacy*, qui diſponſavit *Iſabellum Bygod* ſororem *Johannis Bigod.* De quibus *Walterus* de *Lacy* qui obiit juvenis ſine exitu & duæ filiæ ſui hæredes, videlicet *Margeria*, & *Matilda.*

Matilda Lacy nupta fuit *Gaulfrido* de *Genyvyle.* Et de ipſa *Matilda* deſcendebat jus cuidam

Gaulfrido Genevyle ut filio ſuo & hæredi, qui obiit ſine hærede de ſe, & tunc jus deſcendebat

Petro de *Genywile* ut fratri ſuo, qui diſponſavit *Johannam* filiam . . . . comitis *Marchiæ* de partibus tranſmarinis & habuerunt exitum *Joannam, Matildam*, & *Beatricem*, quæ dimiſerunt ſe in ordinem monialium apud **Acornbury**, in quo ordine profeſſæ fuere, per quam dimiſſionem obiere ſine hæredibus de ſe &c. Jus partibus illarum diſcendit *Johannæ*, ut ſorori & hæredi.

Johanna Genyvill hæres unica *Petri* de *Genyvill* nupta fuerit *Rogero* de *Mortuomari* primo comiti *Marchiæ*, de quibus

Edmondus de *Mortuomari* & plures alii filii & filiæ. Qui *Edmondus* diſponſavit *Elizabetham* filiam & unam hæredum domini *Bartholomai* de **Badeleſmer**, de quibus *Rogerus* de *Mortuomari* comes etiam *Marchiæ* maritus *Philippæ* filiæ domini *Willielmi Montague* comitis *Sarum*, de quibus

Edmondus bonus de *Mortuomari* comes *Marchiæ* & etiam *Vltoniæ* maritus *Philippæ* filiæ & unius hæredum domini *Leonelli* ducis *Clarentii* filii Regis *Edwardi* tercii, de quibus

Rogerus de *Mortimer* comes *Marchiæ* & *Vltoniæ* maritus *Elianoræ* filiæ domini *Thomæ Holland* comitis *Canciæ*, de quibus

Edmondus, *Rogerus*, *Anna*, & Elianora.

Edmondus comes *Marchiæ* & *Vltoniæ* obiit ſine hærede de ſe.

Rogerus frater *Edmondi*, ſine hærede de ſe.

Anna ſoror & hæres *Edmondi* comitis *Marchiæ* &c. diſponſata ſuit domino *Richardo* de **Conesburgh** comiti *Cantabrigiæ*, fratri *Edwardi* ducis *Eboracenſi*. De quibus *Richardus* & *Anna*

Ricardus Plantagenet comes *Marchiæ* & *Vltoniæ* &c. ex parte dictæ *Annæ* matris. Et ex parte dicti *Richardi* patris ſui dux *Eborum*. Qui quidem *Richardus* pater fuit frater *Edwardi* ducis *Eborum*, ſine herede de ſe, filius *Edmondi* tertii. Qui quidem *Edmondus* diſponſavit *Iſabellam* filiam *Petri* regis *Hiſpaniæ*. Qui quidem *Richardus* dux *Eborum* comes *Marchiæ* &c. deſponſavit *Ceciliam*.

Elianora ſoror *Annæ* & filia *Rogeri* de *Mortuomari* comitis *Marchiæ* & *Vltoniæ* diſponſata fuit . . . . *Courteney* primogeniti . . . . *Courteney* comitis *Devoniæ*, quæ obiit ſine hærede de ſe.

Iſabella Bygod ſoror *Johannis Bygod* uxor *Gilberti* de *Lacy* poſt mortem dicti *Gilberti* de *Lacy* iterum diſponſata fuit *Johanni Fitz Geffrey*. De quo habuit tres filios & quatuor filias.

Richardus le Fitz John. Johannes & *Willielmus*, *Matilda* uxor *Guidonis* comitis *Warwici*.

. . . . ſecunda filia nupta fuit comiti *Vltoniæ*.

. . . . tertia filia ad *le Botyler Hiberniæ*.

. . . . quarta filia nupta fuit domino . . . . . de **Weſtmerland**. De quibus.

Duæ filiæ *Idonia* & *Iſabella*. De quibus una diſponſata fuit *Rogero* de **Clifford**. De quibus *Robertus* de **Clifford** &c.

Memorandum quod *Walterus* de *Lacy* conſtruxit monaſterium religioſorum à fundamentis in civitate **Hereford**, qui habuit filium nomine *Hugonem*, qui per aſſignationem dicti *Walteri* patris ſui primi a conqueſtu dedit monachis *Glouceſtriæ* eccleſiam ſancti *Petri Hereford*. Et *Walterus* frater ſupradicti *Walteri* in egregio cœnobio S. *Petri Glouceſtriæ* ſub patris imperio aliquamdiu in monachica profeſſione militavit, ubi poſtea abbas effectus, nepos ejus *Gilbertus* miles probatiſſimus ſub habitu *Templariorum* poſt multos certaminum & bellorum triumphos, pro ſervicio Regis Chriſti agonizare non ceſſavit.

Secunda filia antedicti *Willihelmi Mareſcalli* vocabatur *Johanna*, nupta *Warino* de *Montecaniſo*, de qua habuit exitum *Johannem* de *Montecaniſo*, qui obiit ſine hærede de ſe, & *Johannam* ſororem ejus nuptam domino *Willihelmo* de *Valentia*.

Tercia filia antedicti *Willihelmi Mareſcalli* vocabatur *Iſabella* & nupta fuit domino *Gilberto* de **Clare** comiti *Gloverniæ*, & habuere exitum *Ricardum*, & *Amiciam* quæ fuit comitiſſa de. . . . de qua comitiſſa de *Aubermarla* & *Iſabella* ſoror ejus quæ fuit uxor *Roberti* de **Bruys** & mater comitis de **Carrigs**.

Richardus de **Clare** comes *Gloverniæ* qui diſponſavit ſororem comitis *Marchiæ* & habuit exitum

Gilbertum de **Clare** comitem, qui diſponavit *Johannam* filiam regis *Edwardi* primi & habuere exitum.

Gilbertum de **Clare**, & *Alianoram*, *Margaretam* & *Elizabetham*.

Gilbertus de **Clare** diſponſavit *Matildam* filiam comitis *Vltoniæ*, & obiit ſine hærede de corpore ſuo.

Alienora ſoror & una hæredum prædicti *Gilberti* de **Clare** diſponſata *Hugoni le Diſpenſer* juniori, quo defuncto, nupta fuit domino *Willielmo la* **Zouche** domino de **Glamorgan** & de **Morgannok**.

Margareta ſecunda ſoror & una hæredum prædicti *Gilberti* de **Clare** diſponſata *Hugoni Dandeley*.

Elizabetha tertia ſoror & tertia hæres dicti *Gilberti* de **Clare** diſponſata *Johanni* de *Burgo* comiti *Vltoniæ* & **Hertford**. De quibus

Willielmus de *Burgo* comes *Vltoniæ* & **Hertford** maritus *Matild.* filiæ tertiæ *Henrici* comitis *Lancaſtriæ* fratris & hæredis comitis *Lancaſtriæ* apud *Pontefractum* decollati tempore regis *Edwardi* filii regis *Edwardi*, (qui fuere filii *Edmondi* comitis *Lancaſtriæ*) & qui quidem *Henricus* fuit pater *Henrici* ducis *Lancaſtriæ*, de quibus *Willielmus* de *Burgo* & *Matilda* uxor ejus, unica fuit filia & hæres . . . . *Elizabetham* nupta primùm *Rogero D'ammori*, quo ſine hærede defuncto, poſtea nupta fuit ſecundò *Lyonello* . . . . duci *Clarentiæ* filio regis *Edwardi* tertii. De quibus procreata fuit

Philippa unica filia & hæres, diſponſata illuſtriſſimo domino domino *Edmundo* de *Mortuomari* ſic nuncupato, bono, comiti *Marchiæ* & de jure uxoris ſuæ comiti *Vltoniæ*, de quibus *Rogerus* comes, de quo *Edmondus* comes ſine hærede de ſe. Qua de cauſa tota ejus hæreditas deſcendebat *Annæ* ſorori ſuæ & unicæ hæredi matri *Ricardi* ducis *Eborum* & comitis *Marchiæ*.

Quarta filia dicti *Willielmi Mareſcalli*, vocabatur *Sibilla*, & nupta fuit *Willielmo* de *Ferrers* comiti *Derbiæ*, de qua procreatæ fuere ſeptem filiæ. Quarum prima vocabatur *Agnes*, ſecunda *Iſabella*, tertia *Matilda*, quarta *Sibilla*, quinta *Johanna*, ſexta *Alianora*, ſeptima *Agatha*.

Agnes prima filia nupta fuit *Willielmo* de *Veſcy* de qua *Johannes* de *Veſcy* ſine hærede de ſe, & *Willielmus* de *Veſcy* qui habuit exitum *Johannem* de *Veſcy* qui obiit ante patrem ſuum, & poſtea dictus *Willihelmus Veſcy* pater ſine hærede de ſe.

Iſabella Baſſet, ſecunda filia nupta *Reginaldo* de *Monte-minori* de quibus *Willihelmus* de *Monte-minore*, de quo *Willihelmus* de *Monte* ſine hærede de ſe de iiſdem *Iſabella* & *Reginaldo* filiam nomine *Alianoram* nuptam *Johanni* filio *Nicholai* de *Carrew*, & *Margareta* ſoror ejus ſine hærede de ſe, & *Maria* ſoror ejus nupta *Johanni Meriot*, qui obiit ſine hærede de ſe.

Matylda de *Kyme*, tertia filia, nupta *Almarico* de *Rupe-Edwardi*, De quibus *Johanna* de *Vynon*, *Cecilia* de *Bellocampo*, *Sibilla* nupta *Almarico* de *Archiacks* in *Piganra*.

Sibilla de *Bohun*, quarta filia, de qua *Johannes Bohun* de **Midhurſt**. De ipſo *Johanne*, *Johannes*.

Johanna quinta filia nupta *Johanni* de *Mohun*, de quibus *Johannes* de *Mohun*, de quo *Johannes*, de eo *Johannes*.

Alianora, ſexta filia, fuit comitiſſa de *Wintonia* & obiit ſine hærede de ſe.

Agatha ſeptima filia nupta fuit *Hugoni* de *Mortuo-mari* domino de **Chelmerſhe**, qui fuit filius *Rodulphi* de *Mortuo-mari* domini de **Wigmor**, de quibus *Hugo* & *Agatha*, *Johannes* de *Mortemer* qui obiit ſine hærede de ſe, & *Henricus Mortymer*, de quo *Hugo*, de quo *Henricus* de *Mortymer* qui diſponſavit *Eliſabetham* filiam. De quibus.

Willielmus *Hugo* *Jacobus* *Edmundus* *Thomas* *Rogerus*	qui omnes obierunt ſine hærede de ſe.

Et *Johanna* & *Margareta*.

Quæ quidem *Johanna* fuit mater *Matildis* matris *Johannis* de *Creſſi* ſenioris conſanguinei & hæredis propinquioris *Hugonis* fratris *Willihelmi* ſupradicti. Qui quidem *Hugo* frater *Willihelmi* ut ſupponitur interfectus fuit in bello Regis *Henrici* quarti apud **Salop**. Et quia prædictus *Hugo* frater *Willihelmi* & cæteri omnes ſupradicti obierunt ſine hærede maſculo de ſe, manerium de **Cherlmerſhe** revertere debet *Richardo* duci *Eborum* comiti *Marchiæ* & *Vltoniæ* & domino de **Wigmor**, ut conſanguineo & hæredi ſupradicti *Radulphi* de *Mortimer*, videlicet filio & hæredi *Annæ* ſororis & vnicæ hæredis *Edmondi* comitis *Marchiæ* & *Vltoniæ* filii *Rogeri* filii *Edmondi*, filii *Rogeri*, filii *Edmondi*, filii *Rogeri*, filii *Edmondi*, filij *Rogeri*, filii *Radulphi* qui dedit, &c.

Quinta filia antedicti *Willielmi Mareſcalli* vocabatur *Eva*, quæ nupta fuit *Willielmo* de *Brewes* quarto antedicto cum domino de **Breknok**. De quibus tres filiæ, videlicet *Matilda*, *Alianora*, & *Eva*.

Matilda primogenita prædicti *Willihelmi* & *Evæ* conſortis ſuæ nupta fuit domino *Rogero* de *Mortuo-mari* domino de **Wigmore**, de quibus *Edmondus* pater *Rogeri*. Pater *Edmondi* pater *Rogeri*. Pater *Edmondi* pater *Rogeri*. Pater *Edmondi* frater *Annæ*, matris *Richardi* ducis *Eboraci* & comitis *Marchiæ* & *Vltoniæ* &c.

Alianora ſecunda filia nupta fuit *Humfrido* de *Bohun* vj. de quibus *Humfridus* de *Bohun Herefordiæ* comes &c. & de eo *Humfridus* de *Bohun*, &c.

Eva tertia filia nupta fuit *Willielmo* de *Cantilupo* de quibus *Georgius* ſine hærede de ſe, & *Johanna* nupta *Henrico* de *Haſtings* & *Miliſannt* de *Monte-alto* quæ fuit uxor *Ivonis de la Zouch*.

RIEVALLENSE

Cœnobium in agro Eboracenſi.

REgnante in *Anglia* illuſtri Rege *Henrico* filio *Willielmi* cognomento *Baſtard* (&c.) monaſteria conſtruuntur, & ſopitis præliis, ſancta ubique religio dilatatur. Floruit per idem tempus fœlicis recordationis beatus *Bernardus*, abbas *Clarevallenſis*, vir magnificus, & in Dei rebus ſtrenuè agens (*&c.*) Multorum ſiquidem monachorum pater, monaſteria non pauca conſtruxerat, & miſſis expeditionis ſuæ militibus jam finitimas occupaverat regiones (*&c.*) Hic inſtinctu divino de nobili ſua *Clarevallenſi* vinea quandam bonæ ſpei plantationem ad *Anglicanas* partes direxerat, quærens fructum in gente illa, ſicut ubique terrarum (*&c.*) Suſcepti cum honore à Rege & regno, in provincia *Eboracenſi* nova jaciunt fundamenta, conſtituentes abbatiam quæ *Rievallis* nominatur, & hæc prima plantatio ordinis *Ciſtercienſis* in territorio *Eboracenſi* (*&c.*)

MS. de origine monaſterii de *Fontibus* in bibl. *Arundeliana* p. 1.

Anno Domini MCxxxij. *Gualterus Eſpec* vir magnus, & potens in conſpectu Regis & totius regni, monachos *Ciſtercienſis* obſervantiæ directos à *Barnardo* abbate *Clarevallis* recepit, & poſuit in ſolitudine **Blachomour** ſecus aquam **Rie**, à qua cœnobium eorum *Rievallis* dicitur, cum quibus miſſus eſt *Gulielmus* primus abbas eorum, vir conſummatæ virtutis & excellentis memoriæ.

A.D. 1132. *Lel.* collectan. vol. 2. p. 310.

Fundationis & fundatorum hiſtoria.

DOminus *Walterus Eſpecke* miles ſtrenuus & decorus in ætate juvenili uxorem duxit quandam nomine *Adelinam*, quæ concepit, & peperit ei unum filium, nomine *Walterum*, ſimilem patri ſuo. Qui formoſus factus adoleſcens, multum delectabatur in equis velocibus equitare. Contigit ut quadam die, cum equum velocem aſcendiſſet, & ipſum ad currendum, ultra vires urgeret, apud parvam petrinam crucem verſus * **Frithby**, equus ſuus graviter ceſpitavit: Et ille ſubito de equo cadens, collo ſuo fracto, vitam finivit temporalem. Quod cum rumor infortunii ad patrem ſuum perveniſſet, conſternatus dolore nimio, deliberavit de hæredibus ſibi diſponendis. Licet præcipue quando vir conqueſtus erat, & armorum actibus, quicquid habuit, acquiſivit. Invocata Igitur Spiritus Sancti gratia amicos ſuos conſuluit, præ ertim *Willielmum*

Ex MS. in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Vitellii* F. 4.]

* Juxta Prioratum de *Kirkha* in com. *Ebor.*

Gartonenſem rectorem, & avunculum ſuum cujus conſilio plurimum acquievit. Qui igitur conſuluit ut de parte terrarum ſuarum Chriſtum faceret hæredem, quod ad finem uſque perduxit, fundans tria monaſteria. Et primo monaſterium de **Birkham** viij. kal. Marcii ſeria quarta anno Domini MCxxij. anno regni Regis *H.* primi xxij. & præſulatus *Thurſtani Ebor.* archiep. anno quinto. Et idem præſul primum Priorem, *Willielmum* videlicet ſupradictum tunc canonicum, inſtructum in domo ſancti *Oſwaldi* ordinavit & conſtituit in paſtorem, adjuncto ſibi uno ſocio de eadem domo; Qui quidem *Willielmus* Prior rexit Prioratum in domo de **Birkeham** per unum annum menſes tres & duos dies, Et ſic quinto nonas Julii ab hac luce ſubtractus eſt, & ad vitam migravit æternam ſœliciter regnaturus. Et ad ſuſtentationem ejuſdem domus & onus hoſpitalitatis ſupportandum, idem *Walterus* dedit jus patronatus ſeptem eccleſiarum per ipſum appropriandarum eiſdem, in proprios uſus habendum, & terras redditus ac poſſeſſiones ad ſummam mille & centum marcarum in comitatibus *Eboraci* & *Northumbriæ*.

A.D. 1122.

Poſtea fundavit monaſterium *Rievallis* A. D. MCxxxj. Et poſtea fundavit monaſterium de **Wardon** A. D. MCxxxvj. Vixit autem idem *Walterus*, poſtquam fundavit monaſterium de **Birkham**, triginta annis, miles ſtrenuus & circumſpectus. Tandem dictus dominus *Walterus*, ſenio confractus, armis militaribus valefecit *Willielmum* hæredem habens de corpore ſuo legitimè procreatum: Reſiduum verò terrarum ſuarum diviſit inter tres ſorores ſuas, ſibi jure hæreditario ſucceſſuras, quarum nomina hæc ſunt. *Hauwiſa*, *Albreda*, *Adelina*. Primam duxit in uxorem *Willielmus Buſcye*, ſecundam *Nicholaus* de *Traylye*, & tertiam *Petrus* de *Roos*; Sed *Adelina* ſorori ſuæ inter cætera dedit ſpecialiter advocationem de **Birkham**, & *Rievallis*, Et poſtea ſumens habitum monachilem apud *Rievallem*, ibidem inter monachos per biennium converſans vitam finivit temporalem, jacens ibidem in ſua eccleſia humatus vij. Idus Marcii Anno Domini MCliij. cujus animæ propitietur Deus, *Amen*,

Pro reorum venia **Birkham** *domus bona*,
Rievallis *deinceps, & hæc tria*, Wardona
Eſt fundata primitus à dicta perſona,
Pro quorum meritis datur Illi trina corona.

Succeſſio dominorum de Roos *poſt maritagium* Petri *domini de* Roos Adelinæ *ſorori* Walteri Eſpeck.

PEtrus de *Roos* duxit *Adelinam Eſpeck*, & genuit ex ea quendam *Robertum* de *Roos*, qui quidem *Petrus* ſepultus eſt in monaſterio abbatiæ *Rievallenſis*; qui *Robertus* duxit *Sibillam* de *Valoniis* in uxorem, & genuit ex ea *Everardum* de *Roos*, qui *Everardus* duxit quandam *Roſam*, & genuit ex ea *Robertum* de *Roos* dictum **Furſan**; Qui *Robertus* duxit in uxorem *Iſabellam* filiam Regis *Scotiæ*, & genuit ex ea *Willielmum* de *Roos* & *Robertum*. Dictus verò *Robertus Furſan* levavit caſtra de **Helmiſley** & de **Warke**, & Templariis dedit * **Ribſtane**; Et poſtea diviſit terras ſuas, & dedit *Willielmo* filio ſuo & hæredi caſtrum de **Hemmiſley** cum pertinentiis ſuis, & advocationem monaſteriorum de **Birkham**, **Rievalle**, & de *Wardona*; & *Roberto* filio ſuo dedit caſtrum de **Warke** cum pertinentiis ſuis, & cum baronia in *Scotia* ad tenendum de *Willielmo* fratre ſuo & hæredibus ſuis per ſervicium militare; Et poſtea dictus *Robertus Furſan* factus eſt Templarius & *Londini* eſt ſepultus *Willielmus* de *Roos* duxit in uxorem *Luciam*, & genuit ex ea quendam *Robertum* de *Roos*, qui quidem *Willielmus* ſepultus eſt in monaſterio de **Birkham** in medio coram ſummo altare. *Robertus* filius ejus duxit in uxorem *Iſabellam* hæredem *D'Albany*, & genuit ex ea *Willielmum* de *Roos*, & ſepultus eſt apud **Birkham** in tumba marmorea ex parte auſtrali. *Willielmus* filius ejus duxit in uxorem *Matildam* de *Vaus* hæredem medietatis terrarum *Johannis* de *Vaus*, & genuit ex ea *Willielmum* de *Roos*, & ſepultus eſt in eodem monaſterio de **Birkham** in tumba marmorea ex parte boreali.

* Præceptoria de *Ribſtane* in com. *Ebor.*

Willielmus de *Roos* filius ejus duxit in uxorem *Margeriam* de *Badileſmere*, & genuit ex ea *Willielmum*, *Thomam*, *Margaretam*, & *Matildem*, & ſepultus eſt apud **Birkham** in mauſoleo lapideo juxta magnum altare ex parte auſtrali. *Willielmus* filius ejus duxit in uxorem *Margaretam* filiam domini *Radulphi* de *Nevill*, qui moriebatur in terra ſancta ſine hærede Ibique ſepelitur; Cui ſucceſſit *Thomas* frater ejus, qui quidem *Thomas* duxit in uxorem *Beatricem* filiam *Radulphi* comitis *Staffordiæ*, & genuit ex ea *Johannem*, *Willielmum*, *Thomam*, & *Robertum*, *Elizabetham*, & *Margaretam*; qui quidem *Thomas* de *Roos* obiit apud **Uffington** verſus terram ſanctam, & ſepultus eſt in monaſterio *Ryevallis* in medio chori; Qui quidem *Johannes* filius ejus duxit in uxorem *Mariam* de *Orebe* .... comitis *Northumbriæ*, qui deceſſit ſine hærede maſculo apud *Cypreſſe* peregrinans verſus terram ſanctam, & ſepultus eſt apud *Ryevallem* in aurſtali parte chori juxta magnum altare. Cui ſucceſſit *Willielmus* frater ejus qui duxit in uxorem *Margaretam* filiam domini *Johannis* de *Arundell*, & genuit ex ea *Johannem*, *Willielmum*, *Thomam*, *Robertum*, & *Ricardum*, *Beatricem*, *Aliciam*, *Margaretam*, & *Elizabetham*; qui *Willielmus* obiit apud *Belverum* primo die Septembris anno Domini MCCCxiiij. & ſepultus eſt in medio chori Prioratus ibidem. Cui ſucceſſit *Johannes* primogenitus, & hæres ejuſdem *Willielmi* qui duxit in uxorem *Margeriam* filiam & hæredem *Philippi* de *Spencer*, qui *Johannes* obiit in *Francia* ſine hærede de corpore ſuo, cum quo obiit *Willielmus* frater ſuus in vigilia Paſchæ anno Domini MCCCCxxj. qui *Johannes* ſepultus eſt apud *Belverum* ex parte boreali chori ibidem juxta patrem ſuum. Cui ſucceſſit *Thomas* frater ejus, qui duxit in uxorem *Elianoram* filiam domini *Ricardi* de *Bellocampo* de **Warwick**, ex qua genuit *Thomam* qui natus eſt nono die menſis Septembris anno Domini MCCCCxxvij. & anno regni Regis *Henrici* ſexti poſt conqueſtum *Angliæ* ſexto; Qui *Thomas* duxit in uxorem *Philippam* primam filiam domini de **Tiptoft**, unam de hæredibus ejuſdem, & ſororem comitis de **Worceſter**, qui obiit apud *Novum Caſtrum* anno Domini MCCCClxj. Qui *Thomas* genuit **Edmundum**, *Alianoram*, *Iſabellam*

Iſabellam Margaretam, & Johannem, qui Edmundus obiit ſine prole apud Cueſeliu anno domini MDxiij, xxiij. die menſis Octobris, & ſepultus eſt in eccleſia parochiali ejuſdem.

Alianora prima filia domini de *Roos* fuit nupta *Roberto Manners* militi; de qua idem *Robertus* genuit *Georgium*, *Edwardum*, *Elizabetham* & *Ceciliam*. Qui *Georgius* duxit in uxorem *Annam* filiam *Annæ* duciſſæ aliàs dictæ *Exceſtriæ* & *Thomæ Sellengeri* militis; quæ *Anna* duciſſa fuit ſoror regis *Edwardi* quarti. Et *Georgius* genuit ex *Anna* uxore ſua *Thomam*, *Oliverum*, *Anthonium*, *Ricardum*, *Johannem*, *Elizabetham*, *Catherinam*, *Elianoram*, *Ceciliam*, *Margaretam* &c. & cum illuſtriſſimo rege *Henrico* octavo fuit ad *Franciam*, & tempore guerræ gravem corporis accepit infirmitatem, & in redeundo obiit in menſe Octobris A. domini MDxiij. Et ſepultus *Londini* in eccleſia monialium de Haliwell.

Carta *Walteri Eſpec* de fundatione abbatiæ *Rievallis*.

Ex regiſtro abbatiæ de Rievaule in bibl. Cottoniana [ſub effigie Julii D. 1.] fol. 24 a.

Vide cart. 1. E. 3. n. 30.

Et pat. 6. E. 3 part. 2 m. 23.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis*, Walterus Eſpec, *univerſis ſanctæ catholicæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Notum ſit omnibus vobis, me dediſſe, & conceſſiſſe, conceſſu* Henrici *regis* Anglorum, *& conſilio* Aalinæ *uxoris meæ, Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Rievalle, *in manu* Willielmi *abbatis, & fratribus ibi Deo ſervientibus, & pro Dei amore, & ſalute animæ regis* Willielmi Anglorum, *& pro ſalute* Henrici *regis* Anglorum, *& omnium parentum ſuorum, & pro ſalute animæ patris mei, & matris meæ, & pro anima* Hugonis *de* Wildecher, *& pro anima patris, & matris uxoris meæ, & omnium parentum, & anteceſſorum noſtrorum novem carucatas terræ; ſcilicet, terram de* Griſt *ubi ſunt quatuor carucatæ, & terram de* Tilleſtona, *ubi ſunt quinque carucatæ cum omnibus appenditiis, & rebus eiſdem terris pertinentibus, in boſco, & plano, in paſtura, & pratis, & aquis, & omnibus aliis locis, bene, & in pace, & honorifice, & libere, & quiete de omnibus conſuetudinibus, & auxiliis & aſſiſis, & occaſionibus, & placitis, & querelis & omni terreno ſervitio imperpetuum tenere; his diviſis; ſcilicet ab eo loco ubi* Sperragata *venit ad* Riam, *omnino aquam uſque ad* Fangadala, *& inde per* Fangdala, *ſicut diviſæ ſunt inter me, &* Steintone, *uſque ad magnam viam, quæ venit de* Wildheris, *& inde ſupra clivum montis, quantum meæ diviſæ tenduntur verſus* Clivelaud, *& ſubtus clivum montis a monte qui vocatur* Tranethof, *per vallem quæ dicitur* Landeſkere, *uſque ad aquam quæ currit per* Bildeſdala. *Hæ ſunt diviſæ a parte occidentis; Ex parte vero orientis, a ſupradicta* Sparagata *per eam, uſque ad illam viam, qua itur de* Grif, *ad molendinum de* Sproxton, *& inde per viam, qua itur inde duas haias, ſcilicet, illam de* Grif, *& mediam haiam uſque ad ſartum, & inde totam vallem uſque ad parvam haiam de* Thilleſtone. *Inde inter planum de* Thileſton, *& oram nemoris uſque ad quandam foſſam è contra, ubi* Depadala, *&* Lithlebec *conveniunt; & inde totam vallem* Lichlebec, *uſque ad* Raudepaue, *& inde per magnam viam, uſque ad furcam viarum, & inde per viam à dextra ſuper* Sundheſdala, *uſque ad acervum lapidum qui vocatur* Bachely, *& inde recto ductu ſuper* Thripleſdala *uſque ad magnam viam, quæ venit de* Turchileſti, *& per illam viam, quantum meæ diviſæ tenduntur verſus* Clivelaud *ſuper clivum montis, & ſubtus clivum, per rivulum qui vocatur* Willeſmesbec, *& eſt diviſa inter me &* Johannem *de* Engelram, *uſque ad ſupradictam aquam quæ currit per* Bildeſdale. *Et præter hæc concedo eis omnia aiſiamenta ſua in manerio & foreſta mea de* Helmeſlac, *ſcilicet materiem, & ligna ad ſuos proprios uſus, & paſcua, & pannagia ab omni conſuetudine quieta, in omnibus boſcis meis de* Helmeſlac, *ſicut ego ipſe liberius, & quietius habeo ad meum proprium opus. His teſtibus*, Thoma Præpoſito *de* Beverlaco, Arnaldo Sacerdote *de* Beverlaco, Godefrido Capellano, Henrico *de* Munford, Waltero Capellano, Euſtachio *filio* Johannis, Roberto Capellano Walteri Eſpec, Galfrido *clerico de* Wartra, Ivone, Pagano, Hugone, Willielmo, Clemente *fratribus ejus. Teſtimonio etiam & conceſſu nepotum meorum, ſcilicet*, Willielmi *de* Buiſei & Jordani, & Rogeri, *qui ſunt filii ſororis meæ* Haawiſiæ, *primogenitæ patris & matris meæ, & nepotum meorum* Gaufridi *de* Trali, & Willielmi, & Gilberti, & Nicholai *filiorum mediæ ſororis meæ* Albreæ; *& nepotum meorum* Everardi, & Roberti * *filii ſororis meæ* Adelinæ *poſtgenitæ. Teſtimonia quoque & conſilio meorum hominum; ſcilicet* Willielmi *de* Steingrif, Roberti Lenveiſet, Drogonis *de* Hirum, Roberti *de* Sproxton, Petri *de* Surdevals, Willielmi Luvelle, Johannis Elgelram, Willielmi *filii* Amfrei, Willielmi *de* Surdevalle, Rogeri *de* Flameville, Hugonis Camin. *Teſtibus etiam vicinis meis; ſcilicet* Henrico *de* Munfort, Stephano *de* Meinill, Gervaſio *de* Sneit, & Benedicto *filio ejus*, Rogero *de* Hiltune, Auſchetino *filio* Willielmi *filii* Achelini; *& multis aliis meis vicinis, & amicis. Hanc abbatiam* Rievallis *fundavi ego* Walterus Eſpec, *conſilio & conceſſu* Turſtini *archiepiſcopi* Eboracenſis, *conceſſu etiam, & conſilio* Henrici *regis* Anglorum, *domino Papa* Innocentio, *auctoritate apoſtolica hæc omnia confirmante.*

* De Roſ

Iſta ſunt poſſeſſiones Rievallis *perhennes, quæ ſic collatæ ſunt nobis.*

Ib. f. 15. a. A.D. 1131.

IN principio datæ ſunt ix. carrucatæ terræ beato *Bernardo* abbati *Clarevallenſi*, ſcilicet Grif & *Tilleſtona* ad conſtruendam ibi abbatiam anno domini MCxxx. primo.

Deinde poſt aliquot annos dedit *Odo* de Bolthebi domino *Willielmo* abbati, Heſtelſcait cum pertinentiis ſuis.

Anno domini MCxlv. dedit nobis *Walterus Eſpec* Bildeſdale cum pertinentiis ſuis.

Stephanus de *Mainil* dedit nobis Steintun cum pertinentiis ſuis.

Item pratum de Rokeſbergh dederunt nobis *Gervaſius* & *Benedictus* filius ejus, & *Hugo del* Tuit.

Pratum de Waterholm dedit nobis *Odo* de Nes.

Tempore domini *Ailredi* abbatis, dedit nobis

Gilbertus de *Gant* grangiam de **Hundemanebi** cum pertinentiis ſuis.

Anno domini MCli. dedit nobis *Willielmus* epiſcopus *Dunelmenſis* grangiam de **Croſſebi** cum pertinentiis ſuis.

Poſtea dedit nobis *Hugo* epiſcopus *Dunelmenſis* **Cotun** cum pertinentiis ſuis.

Anno poſt hæc ſecundo dedit nobis *Rogerus* de *Molbrai Welkburnam* cum pertinentiis ſuis.

Bertraunus de *Bulemer* dedit nobis unam carrucatam terræ in *Welleburna* cum pertinentiis.

Radulfus Beler dedit nobis totam *Hovetonam*, præter dimidiam.

Anno ab incarnatione Domini MClviij. dedit nobis Rex *Henricus* ſecundus vaſtum ſubtus **Pikaring**, in eſcambium pro *Steintona* quam nobis dedit *Walterus* de *Gant* ad abbatiam conſtruendam ibi.

Robertus de *Lacelet* dedit nobis unam carrucatam terræ in **Mortun** cum pertinentiis ſuis.

Walterus Engelram dedit nobis v. bovatas terræ in *Welleberga* cum pertinentiis ſuis.

Walterus filius *Yvonis* dedit nobi; dimidiam carrucatam in **Fulketune** cum pertinentiis ſuis.

Torphinus de *Alveſtain* dedit nobis unam carrucatam terræ in **Alveſtain** cum pertinentiis ſuis.

Walterus Engelram dedit nobis in *Heſelertona* xxx. acras terræ & paſturam ad M. oves.

Petrus de *Treſc* dedit nobis paſturam de **Erdene.**

Hugo Malebeſtie dedit nobis *Oſwaldeſengas.*

Jordanus de *Buſſai* dedit nobis dimidiam carrucatam terræ in **Boeltun.**

Richardus Cumin dedit nobis unam carucatam terræ & dimidiam in **Staincroft.**

Adam filius *Petri* dedit nobis **Rumbleſmor** & ſavercas de **Stainburg**, & de *Scitlintuna.*

Copſi de **Tunſtal** dedit nobis domum unam in **Booltun** cum toſto.

Radulfus de *Novavilla* dedit unam carrucatam terræ in **Riccun.**

Tempore domini *Silvani* abbatis dedit nobis *Willielmus* filius *Theobaldi* xvj. acras terræ in campo de **Folketun.**

Henricus Willardebi & *Alardus* filius ejus dederunt nobis quatuor acras prati & dimidiam.

Torphinus de **Alveſtain** dedit nobis xij. perticatas terræ arabilis & x. perticatas prati in *Latum.*

Decem bovatæ adquietate ſunt nobis in **Hovetun** & v. acræ.

Sanctimoniales de *Welleburna* dederunt nobis duas bovatas terræ.

Apud *Favercas* noſtras datæ ſunt nobis lxx. acræ & dimidia.

Acharius de **Tunſtal** dedit nobis grangiam de **Boeltun** cum pertinentiis ſuis.

Everardus de **Ros** dedit nobis ſartum de **Helmeſley** & communam de **Pokeley.**

Robertus de **Sproxtun** & *Symon* filius ejus dederunt nobis terram & paſturam ad CC. oves in campo de **Sproxtun.**

Willielmus de *Amundavilla* dedit nobis unam acram terræ in campo de **Treford** juxta piſcariam de **Neus.**

Terram de **Teſedale** cum pertinentiis ſuis, & paſturam ad lx. equas cum pullis ſuis duorum annorum, & ad ſexies xx. animalia & ad xij. vaccas & duos tauros cum nutrimento ſuo, & terram de **Weſtdale** cum pertinentiis ſuis, & paſturam ad ſexies xx. animalia, & piſcariam de **Neuhus.** Hæc omnia dedit nobis *Bernardus* de *Baiol.*

Grangiam de **Brocton** cum pertinentiis ſuis dederunt nobis *Jordanus Paen* & cæteri liberi homines ejuſdem villæ.

Piſcarias de **Normanebi** & xliij. acras terræ & paſturam ad centum oves & ad viij. equos vel boves & ad ſumarios qui neceſſarii fuerint dederunt nobis *Ricardus* filius *Turſtini*, & *Robertus* filius ejus, & *Richardus Loſth.*

Domum & terram de *Beverlacho* in *Flammangaria* dedit nobis *Johannes* filius *Johannis* Vinitoris.

Robertus de **Seyrlage** dedit nobis terram in gardino *Willielmi* filii *Leverici* in *Beverlacho* lx. pedum in longum & xxx. in latum ad faciendam ibi unam domum.

Willielmus de **Etun** dedit nobis ix. acras prati & unam perticatam in **Torp** juxta *Eboracum.*

Tot carrucatas terræ habet Rievallis.

De dono *Walteri Eſpeck* ix. carrucatas terræ.

De dono *Stephani* de *Mainil* ij. carrucatas terræ.

De donatione epiſcoporum *Dunelmenſium* vj. carrucatas.

De donatione *Gilberti* de *Gant* duas bovatas.

De donatione *Radulfi* de *Novavilla* unam carucatum.

De donatione *Rannulfi* filii *Walteri* dimidiam carrucatam.

De donatione *Thorphini* de **Alveſtain** unam carrucatam,

De donatione Regis xij. carrucatas.

De donatione *Rogeri* de *Molbrai* viij. carrucatas in *Welleburna* & iiij. in **Hovetun.**

De donatione *Bertrani* de **Bulemer** unam carrucatam.

De donatione *Acharii* de **Tunſtal** duas carrucatas.

De donatione *Bernardi* de *Baiol* dimidiam carrucatam.

De donatione *Roberti* de *Laceles* unam carrucatam.

De donatione *Walteri Engelram* v. bovatas.

Summa L.

Carta Rogeri *de* Clera.

Omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, *Rogerus* de *Clera* ſalutem. Sciatis me dediſſe, & præſenti carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Rievallis*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro anima patris mei, & matris meæ, & pro ſalute animæ meæ, & omnium parentum, & hæredum meorum, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, foſſatum quod idem monachi fecerunt, inter vaſtum de **Pickering**, & villam meam *Wiltonam* & totam terram quæ eſt inter ipſum foſſatum, & vaſtum prædictum, & quicquid juris habui in præfato vaſto, de & me hæredibus meis, in perpetuam elemoſinam, per metas, & diviſas quæ continentur in carta Regis, quam habent prædicti monachi de eodem vaſto, Hæc omnia Ibid.

omnia dedi eis, & confirmavi coram juſtitiis domini Regis apud *Donecaſtriam*, ubi tunc temporis tenebantur aſſiſſæ; ſcilicet, *Ranulpho* de *Glanvill*, *Godefrido* de *Luci*, *Johanne Cumin*, *Hugone* de *Gaberſt*, *Alano* de *Furneaus*, *Willielmo* de *Bendenge*. His teſtibus, *Rogero* de *Molbrai*, *Willielmo de Veſci*, Rogero de *Stuteville*, *Willielmo* de *Stutevile*, *Radulpho* de *Albineio*, *Willielmo Foſſard*, *Gaufrido Trusbut*, Everardo de *Ros*, *Willielmo* de *Luvelot*, *Willielmo Paenel*, *Radulpho* de *Valoines*, *Alano* filio *Roaldi*, *Henrico* filio *Hervei*, *Torſino* filio *Roberti*, Reinero *Dapifero Ranulfi* de *Glanvile*, *Ada* filio *Petri*, *Stephano* de *Meinill*, Simone de **Steingrif**, *Roberto* de *Surdevalle*, *Willielmo* de **Hetrun**, *Simone* de *Sproxton*, *Willielmo* de *Atune*, *Radulpho* de *Bolebec*, *Galfrido* de *Alveſtin*, Rogero *Mangevilam*, *Waltero Bardolf*, *Gocelino* de *Areſci*, *Ingelramo* de *Monceaus*, *Alano Malekak*, *Willielmo* de **Swinetune**, *Willielmo Boie*, *Alano Bucel*.

Cyrographum inter nos & **Birkeham.**

Ib.f.96.b. HÆc ſunt illa quæ conceſſimus & donavimus monachis de **Rievals** de poſſeſſionibus noſtris, pro amore Dei & ſalute animarum noſtrarum, & pro communi ſocietate ſtatuenda inter nos & ipſos, pro pace & honore Prioris noſtri, & pro voluntate & deſiderio advocati noſtri; videlicet, **Birkeham** cum eccleſia & ædificiis noſtris, & cum gardinis, & ortis, & molendinis noſtris, & omnibus in eodem loco conſiſtentibus, præter unum horreum quod inde transferremus, & *Hwitewella*, & **Wineſton**, & quatuor carrucatæ terræ in *Sextendala* quas advocatus noſter adhuc tenet in manu ſua; & de noſtro inſtauramento una carruca & C. oves, tali conditione, quod advocatus noſter dabit nobis totam *Lintoniam* & **Hwerfleſton** cum omnibus ejuſdem villæ pertinentibus & ipſe eas nobis adquietabit ex omni calumpnia, & liberas faciet ex omni ſervicio. Et Prior noſter & ſui auxiliarii ædificabunt nobis eccleſiam, capitulum, dormitorium, Refectorium de **Spuor** ſufficienti magnitudine, & alias quaſcumque domos neceſſarias de alia materie; ſcilicet infirmitorium, cellarium, hoſpicium, piſtrinum, ſtabulum, granarium, horreum & ibi nobis firmabunt bonum molendinum ſi fieri poteſt ſine nimiis expenſis; eccleſiam cooperient de ſcindula, & regulares officinas clauſtri de **Ros**. Cartas autem & confirmationes *Lintoniæ* & omnium poſſeſſionum noſtrarum adquirent nobis. Privilegium etiam domini Papæ nobis impetrabunt ſine noſtro labore vel expenſa ad tenorem illius privilegii quod nobis magis placuerit & ſit canonicum in hac dioceſi.

Sciendum etiam quod in manu noſtra cum eccleſia parrochiali de **Wineſton** unam carrucatam terræ retinemus quæ ad præfatam eccleſiam pertinet, & in qua ipſa eccleſia ſtat; id eſt in mora. Decimas etiam ſuas nobis dabunt monachi ubicumque terras excoluerint in ipſa parochia, & in *Hwitewella* & in dominiis advocati noſtri; videlicet de omnibus rebus unde decima dari ſolet, niſi rationabili conſideratione & ex noſtro conſenſu eas adquietare voluerint. Omnia mobilia noſtra nobiſcum diſcedentes à **Birkeham** auferemus, id eſt, cruces & calices, libros, & veſtes, & omnia quæ ad ornatum eccleſiæ pertinent, necnon & feneſtras vitreas coloratas nobis retinemus, pro quibus illis albas faciemus. Tintinabulum unum eis remanebit quale voluerimus. Vaſa etiam & utenſilia & inſtrumenta domui neceſſaria quæcumque inventa fuerint ſive in **Birkeham**, ſive in *Hwitewella* nobis licebit pro noſtra voluntate transferre. Hoc quoque ſciendum eſt, quod nec à loco noſtro volumus diſcedere, nec Priorem noſtrum amittere donec ea quæ inter nos conſtituta ſunt, ad predictum finem perducta fuerint. Et ſi fortè infra annum locum mutaverimus, res & redditus eccleſiæ noſtræ ſicut modò ſunt per annum integrum in manu & poteſtate noſtra erunt ad debita noſtra acquietanda. Similiter etiam res & redditus *Lintoniæ* in manu monachorum ad conſtruenda ædificia noſtra. Hæc omnia prout inter nos conſtitutum eſt, ipſi ad finem debitum perducere ſatagent, ſalvis eorum conventionibus quos in terris noſtris ſupradictis invenerint. Sciendū quoque quod omnes canonici & fratres de **Birkeham** qui in præſenti vivunt, tantum habebunt in capitulo & ordine *Ciſtercienſi*, quantum ejuſdem ordinis monachus.

Privilegium *Alexandri* Papæ iii. de **Rievalle.**

ALexander *epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis* Aeliedo *abbati monaſterii ſanctæ* Mariæ *de* Rievalle, *ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris monaſticam vitam profeſſis imperpetuum. Religioſis votis annuere & ea operis exhibitione complere, officium nos invitat ſuſcepti regiminis, & ordo videtur exigere rationis. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam eccleſiam ſanctæ* Mariæ *de* Rievalle *in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus qui in eccleſia veſtra ſecundum Dei timorem & beati* Benedicti *regulam & inſtitutionem* Ciſtercienſis *ordinis noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones quæcunque bona idem monaſterium inpræſentiarum juſte & canonicè poſſidet aut infuturum conceſſione pontificum, largitione* Regum *vel* Principum, *oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis Deo propicio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus, hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Monaſterium ipſum beatæ* Mariæ Rievallis *cum omnibus poſſeſſionibus & appendiciis ſuis ſecundum fines & terminos eorundem terrarum & poſſeſſionum a* Galtero Eſpec *fundatore loci veſtri ita conſtitutos. Ex parte orientis à via dicta* Speragata *quæ ducit ad* Riam *uſque ad viam qua itur ad* **Crif**, *ad molendinum de* Sproxtona; *& à valle quæ ducit ad parvam baiam de* Tileſtuna *uſque ad foveam quæ eſt ex adverſo, ubi duo rivuli* **Depedale** *videlicet &* **Litlebec** *confluunt; & à* **Rautheperche** *uſque ad acervum lapidum qui vocatur* **Hacheler**, *& inde uſque ad viam quæ venit de* **Turchilſti** *ex parte auſtri & occidentis ſicut* Ria *fluvius uſque ad diviſas de* Antona *fluit, & inde ſunt termini*

Ibid. fol. 157. a.

uſque ad Fangadala, *& exinde uſque ad viam quæ venit de* **Widerig**, *ex parte ſeptentrionis, à monte qui dicitur* **Tranſhoved** *per vallem* Landeſmara *& rivulum qui dicitur* **Willelmesbech** *ubi ſunt diviſæ* Johannis Engelram. *Terram de* **Grif**, *terram de* Tileſtuna, *Terram quæ dicitur* Bildesdala *cum omnibus appendiciis ſuis. In foreſta de* **Helmeſlac** *omnia ad uſus veſtros neceſſaria in lignis in paſcuis & in pannagiis.* Ex *dono filii noſtri* Henrici, *videlicet junioris Regis* Angliæ, *terram quæ dicitur* **Culverthesmerſch** *cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum tota paſtura de waſto de ſubtus* **Lichering**, *ſicut ipſe carta ſua confirmavit, & avus ejus Rex* Henricus *in dominio ſuo tenuit. Ex dono epiſcopi* Dunelmenſis, **Cotun**, *&* **Croſſebi** *cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut ipſe epiſcopus vobis conceſſit & carta ſua confirmavit. Ex dono canonicorum* Eboracenſium **Sanburn** *cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono* Rogeri *de* Molbrai Welleburnam *&* Hovetunam *cum omnibus pertinentiis ſuis ſicut ipſe* Rogerus *vobis conceſſit & carta propria confirmavit. Præterea ex dono ipſius,* Steintunam *cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono* Gilberti *de* Gant *grangiam de* **Hundemanebi** *& duas bovatas terræ in eadem villa cum omni communi paſtura ejuſdem villæ. Ex dono* Bertranni *de* Bulemer *illam carrucatam terræ quam habuit in* **Welleburn** *cum omnibus pertinentiis ſuis.* Ex *dono* Radulfi *de* Novavilla *unam carrucatam terræ in* **Riccun** *cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono* Odonis *de* Bolthebi *waſtinam de* **Heſkeſcheith**, *cum terris & paſcuis adjacentium villarum,* **Bolthebi** *ſcilicet &* **Raveneſtorp**, *&* **Morton**, *ſicut ipſe* Odo *vobis conceſſit & carta ſua confirmavit. Et augmentum quod fecit vobis* Adam *filius ejuſdem* Odonis. *Ex dono* Roberti *de* Herleſei, **Morton** *cum omnibus pertinentiis ſuis ſecundum formam cartæ ipſius. Ex dono* Adam *filii* Petri, *in* Rumbleſmora *locum qui vocatur* **Fanedore** *cum omnibus pertinentiis ſuis, & in villa quæ vocatur* **Stainburch** *ſartum illud quod vocatur* **Oggedwaith**, *& totam mineram ferri de prædicta villa, & in boſco ipſius villæ materiam & ligna ad carbones, & alia quæ neceſſaria fuerint, & communem paſturam ipſius villæ & cætera ſecundum formam cartæ ipſius.* Ex dono Torphini *&* Alani *filii ejus unam carrucatam terræ in* **Alveſtein** *ſicut in cirographo illorum continetur. Ex dono fratrum hoſpitalis ſancti* Petri *de* Eboraco *illam partem terræ quam habuerunt in* **Bolthebi** *ſicut in carta & cyrographo eorum continetur. Ex dono* Gervaſii *&* Benedicti *filii ejus pratum quod dederunt vobis in* **Rocheberch**. *Ex dono* Odonis *de* Nes *pratum quod dedit vobis in* **Walterholm**. *Ex dono* Hugonis del Tuith *pratum quod dedit vobis in* **Rochelberch**. *Ex dono* Hugonis Malebeſtie *pratum quod dicitur* **Oſwaldeſhenges**. *Ex dono fratrum Hoſpitalis de* **Witebi** *duas bovatas terræ in* **Hovetun** *ſecundum formam cartæ illorum. Ex dono* Ricardi Cumin *unam carrucatam & dimidiam in* **Stainthroſt** *ſicut ipſe* Richardus *vobis conceſſit & carta ſua confirmavit. Sane laborum veſtrorum quos propriis manibus & ſumptibus colitis ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino à vobis decimas exigere præſumat. Addentes etiam auctoritate apoſtolica prohibemus, ne quis fratres veſtros, clericos videlicet ſive laicos poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem, abſque licentia veſtra ſuſcipere audeat vel retinere. Sancimus eciam ne quis archiepiſcopus vel epiſcopus ſive cujuſlibet ordinis perſona locum veſtrum à divinis interdicat officiis niſi abbatis vel fratrum ipſius loci evidens & manifeſta culpa extiterit. Liceat autem vobis cum commune interdictum terræ fuerit, clauſis januis, & excluſis excommunicatis & interdictis, divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna ſolicitudine providentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, ut nullus infra clauſuram locorum ſive grangiarum veſtrarum violentiam vel rapinam vel furtum facere vel hominem capere audeat, & ſi quis hoc temerario auſu præſumpſerit, tanquam ſacrilegus judicetur, & excommunicationis ultione plectatur. Præterea omnes libertates ſeu etiam immunitates ac regias conſuetudines à kariſſimo filio noſtro* Henrico *Rege* Anglorum *vobis & eccleſiæ veſtræ indultas & ſcripti ſui pagino roboratas auctoritate apoſtolica confirmamus & illibatas ſtatuimus perpetuo permanere prohibentes ne quiſpiam hominum vos aut eccleſiam veſtram de omni* temanatala *denegeldis, omnibus aſſiſis, conſuetudinibus, auxiliis, placitis, & de omni terreno ſervicio quod alicui ſeculari perſonæ pertinebat, audeat infeſtare, ſed liberi & quieti ab hujuſmodi exactionibus maneatis quemadmodum prædictus filius noſter* Rex Henricus *ſive avus ejus ſenior* Henricus *ſcriptis ſuis vobis rationabiliter confirmaverunt. Præterea dilecte in domino fili* A. *abbas, religionem in monaſteriis quibus præeſſe dinoſceris ſtabilitam in domino proficere cupientes, ſtatuimus, ut in omnibus monaſteriis quæ de monaſterio cui præſides ſunt egreſſa, & in his quæ de egreſſis ab eodem monaſterio prodierunt, tam de ipſis perſonis quam de rebus monaſteriorum juxta* Ciſtercienſium *fratrum inſtitutionem, diſponendi & ordinandi liberam habeas facultatem. Præſenti quoque decreto ſancimus, ut epiſcopi in quorum epiſcopatibus monaſteria veſtra conſiſtunt, nec regularem & canonicam electionem abbatis veſtri umquam impediant, nec de removendo ac deponendo eo qui pro tempore fuerit contra ſtatuta* Ciſtercienſis *ordinis & auctoritatem privilegiorum ſuorum ſe nullatenus intromittant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temerè perturbare* (&c.)

Data Anagniæ *per manum* Hermanni *ſanctæ* Romanæ *eccleſiæ ſubdiaconi & Notarii, xij kal. Decembris, indictione ix. incarnationis dominicæ anno* MClx. *Pontificatus verò domini* Alexandri *Papæ tertii anno ſecundo.*

Carta Stephani *de* Mainill, *de* Stainton.

Ex autog. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

S*Tephanus* de *Mainil*, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ſalutem. Notum ſit vobis me dediſſe, & conceſſiſſe in elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ & filiorum meorum, fratribus ſanctæ *Mariæ Rievallis* totam terram de **Steintune** cum omnibus appendiciis ſuis, in nemore in plano & in aquis, conceſſu filiorum meorum *Roberti & Henrici*, & uxoris meæ *Sibillæ*, in feudo pro una marca per ſingulos annos, liberam & ſolutam ab omni alio terreno ſervitio, & conſuetudine in perpetuum; Porro in nemore, materiem ad proprios uſus, cum opus fuerit, li-

FONTANENSE CŒNOBIVM
in agro Eboracenſi cella
de Clareualli fundatum
An Dom MCXXXII.

The Monaſtery of Fountaynes
in Yorkſhire a Cell of
Clareuale Founded in the yeare
of o.^r lord MCXXXII

Authori et Poſteritati amoris et
honoris ergo hanc faciem Eccleſiæ
inſculpendam curauit et dono
dedit Iohannes Hewley Ar:



cebit mihi accipere. His teſtibus, *Gaufrido* capellano, *Hugone* de **Ruvebi**, *Eadmundo* conſtabulario, *Willielmo* de **Carletune**, *Rogero* filio ejus, *Waltero* filio *Rogeri*, *Waltero* filio *Radulfi*.

Carta Hextildis *Comitiſſæ de* Ethehetela.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris *Hextildis* comitiſſa de *Ethehetela* ſalutem. Sciatis me dediſſe, & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Rievall.* & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro animabus patris, & matris meæ, & pro anima mea, & pro anima domini mei *Richardi Cumin*, & omnium parentum, & hæredum meorum, in liberam & perpetuam eleemoſinam totam illam donationem quam idem *Richardus Cumin*, dominus meus, donavit eis in vita ſua, per gratum & conceſſum meum, in **Staincroft**, cum omnibus pertinentiis ſuis, ita libere, ſolutè & quietè, in omnibus & per omnia, ſicut in carta domini mei, præfati *Richardi Cumin*, & mea, quas inde habent continetur. Hanc donationem & confirmationem feci eis, conceſſi, & affidavi, manu mea, in manu *Willielmi* capellani de **Wardun**, ſervandam, manutendam, & warantizandam, contra omnes homines imperpetuum. Hæc autem carta facta eſt ad feſtum ſancti *Martini*, proximum poſtquam Rex *Angliæ Henricus* ſecundus dedit mihi maritagium meum apud *Carleolum*. Teſtibus hiis, *Johanne* Priore & capitulo *Hagustaldenſi Philippo* de *Valloniis*, *Willielmo* de *Haultona*, *Gileberto Maitalent*, *Simone* de **Halchtun**, *Samſone* de **Cornewelle**, *Benedicto* & *Willielmo* capellanis, *Roberto Bertram*, *Laurencio* clerico, *Huctredo* de **Grintun**, *Reginaldo* de **Wardun**, *Edmundo* dapifero, *Rogero Blavet*, *Roberto* ſerviente Regis, *Helia* de cellario, *Gregorio Hamel*; domino *Richardo Malregard* heremita.

FONTANENSE *Cœnobium in agro* Eboracenſi, (*Cella de* Clarevalli) * *fundatum*

An. Dom. MCxxxij.

Incipit præfatio opuſculi ſequentis de origine monaſterii de Fontibus, *&c.*

REverendo patri ac domino *Johanni* abbati de *Fontibus*, frater *H.* monachus de **Kirkeſtall** ſalutem quæ nunc eſt & æternam.

Placuit excellentiæ veſtræ pater venerabilis, ut ſuccincta brevitate in acta redigerem quo authore vel ordine illa mater noſtra, ſcilicet ſancta *Fantanenſis* eccleſia (cui Deo diſponente inpræſentiarum præſidetis) ſuæ fundationis ſumpſerit originem; qualiter illa vinea domini benedicta in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis ſic creverit, ſic dilatata fuerit, *extendens palmites ſuas ad mare & propagines ſuas ad extremas nationes*. Monuiſti etiam ad majorem evidentiam ut à ſeniori noſtro *Serlone* ſua ſuper his ſenſa requirerem, qui in dubiis eo certiorem faceret fidem, quo & ipſe rebus geſtis ex parte interfuit, & veritatem à majoribus ſuis ex ordine audivit. Conveni ſenem ſuper his quæ venerunt in dubio, conteſtans hominem ne qua nobis incomperta ſuggereret, parceretque ab incognitis, reticeret ambigua, & ea ſola proponeret quæ vel præſens ipſe vidiſſet, vel majorum relatione fideliter accepiſſet. Tunc ille, ſicut eſt in dicendo ſerius, Sexageſimus, inquit, & nonus annus iſte eſt converſionis meæ, & eram tunc ut memini incipiens quaſi annorum triginta, cum me primo *Fontes* contuli, ſacro illi conventui ſociandus. Quæ tunc ibi gerebantur ignorare non potui. Egreſſioni monachorum de cœnobio *Eboracenſi* ipſe interfui, egredientes & facie & nomine à pueritia cognovi, in territorio eorum natus, apud eos enutritus, quorum nonnullis ſecundum carnem propinquus fui. Et licet ſum (ut ipſe vides,) ætate provectior, magnas tamen gratias habeo ſenectuti meæ quod memoria mihi conſtat illæſa, eorum maximè tenax quæ a primis annis ſervanda recepit. Igitur de origine *Fontanenſis* monaſterii, illa ut jubes evolvam quæ vel oculis ipſe vidi, vel à majoribus meis indubitata fide accepi. Scripſi igitur ex ordine quæ ex ore ſenis audivi; rem ſupra vires aggreſſus, curam tamen adhibens ut rerum ſeries ſervetur, impoſterum donec veniet qui materiæ dignitatem cultiore ſtylo adæquet. Me igitur, excipiente, ſenior ſuæ narrationis ſeriem ita exorſus eſt.

De monaſterio Rievallis.

REgnante in *Anglia* illuſtri Rege *Henrico*, filio *Gulielmi*, cognomento Baſtardo, ſiluit terra à facie ejus, eriguntur paſſim eccleſiæ, monaſteria conſtruuntur, & ſopitis præliis ſancta ubique religio dilatatur. Floruit eodem tempore fœlicis memoriæ beatus *Bernardus* abbas *Claravallenſis*, vir magnificus & in Dei rebus ſtrenuè ſe habens, ſanctitate præcipuus, doctrina præcellens, miraculis clarus. Summa illi cura de cultu divino, de ſalute animarum, ampliare gentem ſuam, dare gloriam Deo à labiis ſuis, & in nomine ejus gloriari. Multorum ſiquidem monachorum pater non pauca monaſteria conſtruxerat, Et militiis expeditionis ſuæ militibus jam finitimas occupaverat regiones, claros agens de hoſte antiquo triumphos, eripiens prædam & reſtituens Regi ſuo. Hic inſtinctu divino, de nobili ſua *Claravallenſi* vinea quandam bonæ ſpei plantationem ad *Anglicanas* partes direxerat, fructum in gente illa quærens ſicut ubique terrarum. Extat adhuc eadem epiſtola quam pro eis ad regem ſcripſerat, aſſerens, Teneri prædam domini ſua in terra illius, & miſiſſet de militia ſua viros ſtrenuos qui eam requirant recuperent & reducant. Suadet Regi ut nuntiis aſſiſtat & in hoc ne deſerat feodum ſuum. Quod & factum eſt. Suſcepti cum honore à Rege & regno, in provincia *Eboracenſi* jaciunt nova fundamenta, conſtituentes abbatiam quæ *Rievallis* nominatur. Et hæc prima plantatio ordinis

---

* Annal. de Waverle, & chro. Petroburg. in bibl. Cotton.

Ex MS. de orig. monaſterii de Fontibus in bibl. Arundeliana.

Ciſtercienſis in territorio *Eboracenſi.* Erant autem qui miſſi fuerunt viri ſancti & religioſi gloriantes in paupertate, ſanctam pacem habentes cum omnibus niſi cum corpore proprio & hoſte antiquo: præferebant ſiquidem illam ſuæ *Clarevallis* unde advenerant diſciplinam, & quaſi de domo aromatum recenter egreſſi matris ſuæ unguenta in moribus redolebant. Fama undique increbuit, adveniſſe homines de terra longinqua ſanctitatis eximiæ, religionis conſummatæ, qui angelicam in terra habentes converſationem monachorum nomen meritis adæquarunt. Aemulatio illorum provocavit multos, & adjunxerunt ſe illis quorum tetigerat corda Deus, & brevi facta ſunt gens innumeroſa.

De monaſterio Eboracenſi *& primis patribus ejus.*
Cap. 2.

ERant tunc temporis in cœnobio *Eboracenſi*, quod monaſterium ſanctæ *Mariæ* dicitur, viri religioſi ambulantes in viis patrum ſuorum, incedentes ſine querela in inſtitutionibus quas à ſuis majoribus acceperunt. Vivebant pro more & conſuetudine traditionum paternarum, honeſtè quidem, ſub regula & abbate, longè tamen citra præceptum regulæ, citra votum profeſſionis ſuæ, longè citra perfectionem *Ciſtercienſis* diſciplinæ. Horum autem nonnulli, audita ordinis puritate, pia quadam emulatione adducti ſunt (accuſantibus nimirum eos conſcientiis, quod minus profeſſionem ſuam impleviſſent; & ex aliorum perfectione ſuam metientes imperfectionem) cœpit eos teporis ſui tædere, erubeſcere, imperfectionem damnare, delicias conſuetas faſtidire.

Pudet eos citra perfectionem ſubſiſtere, conſediſſe tamdiu in finibus *Moab* & trans *Jordanem* accepiſſe hæreditatem. Tædet eos ſeculi tumultus & ſtrepitus civitatis: tota aviditate ſuſpiratur ad eremum, ad laborem manuum, & ollas prophetarum. Fit conjuratione valida ſpiritus adverſus carnem, bellum inteſtinum: licet jam ſacco indui, cilicio involvi, & remiſſioris vitæ delicias ſeveriori caſtigare cenſura. Horum primi & præcipui fuerunt *Ricardus Sacriſtens*, *Ranulphus*, *Gamellus*, *Gregorius*, *Hanno*, *Thomas*, atque *Walterus*. Hi ſunt quos elegit ſibi dominus in ſemen, quorum opera & exhortatione reliqui moventur ad curſum, trahuntur ad conſenſum. Conceperunt cum propheta a timore tuo domine, & pepererunt ſpiritum bonum; ſicut rei probavit eventus; Fœdus ineunt, firmant propoſitum. Et erat verbum iſtud adhuc abſconditum a Priore, verebantur ſiquidem hominem ne forte eis adverſaretur, & opus inceptum diſſiparet, ſed fruſtra. Jam vero ipſe, ſimili præventus gratia, in ſimiles transformatur affectus, eundem parturiens ſpiritum quem & ipſi conceperant; pudebat enim monachi titulum in vanum accepiſſe, & perfectione profeſſa perfectionem minùs ſtuduiſſe, Quid plura? Audit vota fratrum, præbet aſſenſum, & gratias Deo agens ſe illis ſocium gratanter adjungit. Erat autem & ipſe vir religioſus & timens Deum, prudens in exterioribus, potentium amicus, fuit enim ob reverentiam religionis omnibus & honori & amori, familiariter notus pontifici qui tunc metropoli *Eboracenſi* præſidebat, nomen illi erat *Richardus.* Jam itaque familiarius conveniunt, fideliter colloquuntur, & mutuo ſeſe cohortantes etiam alios attrahunt. Facti jam treſdecim numero quorum erat cor unum & anima una, placet omnibus *Ciſtercienſis* ordinis ſancta ſimplicitas, illius inſeri olivæ pinguedini, paupertates experiri, & ſacratis illis gregibus ſociari. Tractant mutuo de egreſſione ſua, de modo egreſſionis, non paupertatem veriti, non hyemis aſperitatem, ſolum id cogitantes, quomodo ſalva fratrum pace ſine ſcandalo res ad effectum poſſit produci. Sed id factu difficile, jam enim palam factum eſt verbum iſtud, jam ſermo exiit inter fratres, Priorem & complices ejus levitatis ſpiritu incitatos diſceſſionem a populo ſuo docere, moliri etiam quædam nova quæ non licent, & in contemptum ordinis, in dedecus domus ſuæ, ad ſcandalum & confuſionem totius congregationis arguunt homines inconſtantiæ, cauſantur indiſcretionem, tranſgreſſionis obtendunt reatum, & reclamantibus fere omnibus factus erat tumultus magnus in domo. Errorem commiſſum videtur pro incertis certa relinquere, affluentiam pro paupertate, non curare de pace fraterna, de ſcandalo puſillorum, de facta olim inibi profeſſione. Periculoſa res patrum ſtatuta contemnere, & fraternæ dulcedinis reſcindere unitatem. Res defertur ad abbatem qui tunc præerat, & ipſe vir grandævus & ſenio pene confectus, *Galfridus* nomine. Conſternatur homo ad rei novitatem, ſuæ tribulis calamitati, quod in ſenecta, tanta ei eveniſſent incommoda, domus infamia, deſtitutio ordinis, filiorum ſubverſiones. Monet eos ab inceptis deſiſtere, mutare in melius quod nimis licenter præſumptum eſt, meminiſſe profeſſionis olim factæ, non ſe ſui juris eſſe, nec licere infringere fœdus quod tam ſollenniter contraxerant. Intentat diſciplinam ordinis, pœnæ ſeveritatem, & quoniam exitus haberent incertos, manifeſtos docet ab initio tranſgreſſores. Inſtat modis omnibus eorum mutare propoſitum, revocare intentionem, extinguere ſpiritum quem jam parturiebant. Sed non eſt conſilium contra dominum, Stat immota ſententia, propoſitum immutabile, & quo eis diſſuadere inſiſtit, eo magis ferventioris fidei facibus inardeſcunt.

De archiepiſcopo Eboracenſi Turſtino.

PRæfuit in illo tempore *Eboracenſi* eccleſiæ piæ memoriæ archiepiſcopus *Turſtinus*, homo magnarum rerum & totius religionis amator. Nactus occaſionem Prior *Richardus* accedit ad eum, ſanctum illi revelat propoſitum, inquirit conſilium, & auxilium reverenter implorat. Oſtendit contradictionem fratrum, abbatis prohibitionem, ordinis deſciplinam. Oſtendit ei pondus profeſſionis, vivendi remiſſionem, conſcientiæ ſtimulum, proficiendi deſiderium, nec poſſe rem ad effectum produci niſi epiſcopalis auctoritas interveniat. Advertit ſanctus epiſcopus opus Dei eſſe non hominis, & ſpirituali congratulatus deſiderio ſuum præbet aſſenſum & adjutorium promittit. De communi igitur die ſtatuit quo ſanctus epiſcopus ad monaſterium fratres viſitaturus accedat. Abbas loci hoc mandatum ſuſpectum habuit, veritus ne & archiepiſcopus parti faveret adverſæ & in præjudicium domus ſuæ aliquid præſumeret inauditum. Miſſis itaque nunciis per *Angliam* ad monaſteria, viros convocat litteratos, & convenit multitudo monachorum non modica in adventu domini *Eboracenſis.* Et hoc totum factum eſt, ut eorum auxiliis & epiſcopo reſiſteret & fratrum inſolentiam cohiberet. Inſtante die adeſt ſanctus epiſcopus in ſpiritu lenitatis & pacis, habens in comitiva ſua, uti decebat, viros graves, diſcretos clericos, canonicos, & alios quamplurimos Religioſos. Occurrit ei abbas in egreſſu capituli & unà monachorum turba, interdicens ingreſſum, aſſerens non licere ei cum tanta frequentia ad eos ingredi nec ſecularium quemquam capituli intereſſe ſecretis. Dimittat ſe turba, ſolus ſi velit ingrediatur, ne clericorum inſolentià turbetur ordinis diſciplina. Moleſtè tulit epiſcopus ſuos à ſe amoveri, dicens, Non decere ſe ſolum in tanto auditorio ſine conſiliariis reſidere, maximè cum & ipſi ex remotis partibus plures ibi monachos admiſiſſent. Tumultuante itaque conventu & clero, pervalida diſſenſio facta eſt in clauſtro, propellentibus aliis, aliis verò volentibus introire. Tunc ſanctus epiſcopus indicto ſilentio.

Vos (inquit ille) *debitam nobis hodie ſubtrahitis obedientiam, Nos verò authore Deo quod à nobis habetis ſubtrahentes, eccleſiam hanc interdicimus, & monachos in ea commorantes auctoritate qua fungimur a ſacris ſuſpendimus.* His dictis, recedens ſe cum ſuis in eccleſiam recepit, eamque ſacer ejus conventus eſt ſequutus, ſeparatus ab aliis ſicut adeps à carne.

De egreſſione monachorum.

EGreſſi ſunt cum archiepiſcopo *Turſtino* è cœnobio *Eboracenſi* monachi treſdecim de rebus monaſterii nihil ſecum ferentes præter ſimplicem habitum. Et hæc ſunt nomina eorum, *Richardus Sacriſicus*, *Ranulphus*, *Thomas*, *Gamellus*, *Hanno*, *Robertus* de *Snella*, *Galfridus*, *Walterus*, atque *Gregorius*, *Jervaſius*, *Radulphus* & *Alexander*. Adjunxit ſe etiam illis monachus quidam de **Witheby** nomine *Robertus*, ſanctus & timens Deum, abbas poſtea & fundator *Novi-Monaſterii*, de quo ſuis in locis pleniùs dicendum. Hi ſunt viri ſancti quos elegit ſibi dominus in ſemen, radix generationis noſtræ, plantatio domini ad ipſum glorificandum. Egreſſi de domo opulenta, de affluentia bonorum temporalium nunc primum ſibi videntur ſeculum renunciaſſe, nil ſecum de mundi rebus habentes. Sed dominus providit eis. Venerabilis ſiquidem epiſcopus ſatis epiſcopaliter agens, recepit eos in domum ſuam, proſpiciens eis in omnibus quæ ad curam corporis pertinerent.

De perſecutione Abbatis.

ANno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo triceſimo ſecundo, pridie nonas Octobris, egreſſi ſunt monachi de cœnobio *Eboracenſi* qui eccleſiam *Fontanenſem* ædificaverunt, ſacerdotes duodecim & unus levita. Abbas interim non ſegniter agens pro parte ſua, Nuncios ad Regem dirigit, cauſam ex integro exponit, epiſcopi præſumptionem, monachorum pertinaciam, ſubverſionem ordinis, & ſanctæ religionis confuſionem; rem profecto abſurdam profeſſionis formam infringere, majorum immutare ſtatuta, jus ſibi monachum dicere, & transferre terminos quos patres præfixerunt. Scribit etiam in odium novitatis epiſcopis abbatibus viris religioſis necnon & vicinis circumquaque monaſteriis, & communem religionis totius in hoc caſu cauſatur læſionem. Advertit hoc venerabilis archiepiſcopus, & adverſæ partis cupiens prævenire malitiam, domino *Gulielmo Cantuarienſi* archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato, proceſſum ſcribit negotii, egreſſionis eorum cauſam & ordinem diligenter declarans. Extat ejuſdem epiſtola, quam utique ad majorem veritatis evidentiam hac narratione cenſuimus inſerendam.

Epiſtola archiepiſcopi Turſtini *ad* Willielmum *archiepiſcopum* Cantuarienſem, *pro monachorum egreſſione.*

REverendiſſimo & in Chriſtiana charitate domino *Willielmo* Dei gratia *Cantuarienſi* archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato, *Turſtinus* eadem gratia archiepiſcopus *Eboracenſis*, in Chriſto proficere & nunquam deficere exoptat.

Eccleſiaſticæ dignitatis ſummus honor eſt cum filiis & optimatibus eccleſiarum inter difficilimos eventus ſumma communicare conſilia; unde paternitati veſtræ rem inſolitam quæ inter nos *Eboraci* nuper contigit indicare decrevimus, domine venerabilis & egregie pater. Siquidem notum ſatis ac certum eſt multis, quanta bonitate ac fama enituit virtutis in auribus omnium inſigne cœnobium ſanctæ *Mariæ Eboracenſis*, infra paucos namque annos & rebus plurimum excrevit & numero & religione fratrum laudabiliter abundavit. Verùm quia cum opibus virtutes minus vigere, minùs conſiſtere haud dubium eſt, aliqui ex fratribus ejuſdem cænobii ante dimidium fermè annum divino (ni fallor) inſtinctu permoti, cœperunt de modo ac ſtatu converſationis ſuæ vehementer agitari, & remordenti conſcientia (ſicut ipſi teſtantur) multis angoribus æſtuare, nempe falli ſe pene metuebant ſi tantum votum executio digna minimè ſequeretur, unde ineſtimabili horrore dicti fratres *Eboracenſes* perculſi, eo quod profeſſionis ſuæ votum in nullis vel ſaltem minimis in rebus adimplere viderentur, metuentes ſane ne in vacuum currerent aut cucurriſſent, ſi voti in reos tantæ obedientiæ pœnalis ultio non reprobaret; facinus namque vel potius inſaniam videri credebant, ſe portare regulam beati *Benedicti*, non ad profectum ſalutis, ſed ad judicium mortis. His igitur permoti prædicti fratres, Priori ſuo, *Richardo* nomine, mentis ſuæ difficiles œſtus innoteſcere ſtuduerunt, prætendenteſque de transgreſſione formidinem, ex voti correctione patrocinium ſupplicabant, ac ne proſperitatis alicujus reſpectu vel adverſitatis timeret auxiliari, per Spiritum Dei & Chriſti nomen adjurabant. Expavit ipſe de novitate rei; ac licet inter ſuos dulcis fortunæ ſumma facultate vigeret, audito tamen rumore melioris vitæ, perpendit velut intentione cenſoria dubios caſus labentis fortunæ. Interimque

que brevi, uti res erant, interne virtutis uſus conſilio, inter hoc & illud illico diſcrevit, decrevitque, pollicetur non modo auxilium verum etiam ejuſdem voti fore ſe ſocium. Quid multa? paulo poſt numerus eorum ad treſdecim pene convaluit, qui de corrigendo ſtatu vitæ ſuæ juxta regulam beati *Benedicti* immo veritatem Evangelii contendere proponebat. In vigiliis igitur apoſtolorum *Petri* & *Pauli* dilectus frater noſter *Richardus* Prior in quo tota pene monaſterii cura pendebat, ſumpto ſecum ſubpriore ſuo *Jervaſio* inter ſuos concœnobitales nominato ac religioſo, rem uti agitabatur domino abbati ſuo famliariter exponere curavit. Itaque dominus abbas, vir utique pro ſenſu & ingenio ſuo honeſtus ac bonus, nimis autem ſimplex & illiteratus, novi rumoris miraculum exhorruit, antiquos ritus & ſolitas conſuetudines quas pene toto orbe generalis multitudo obtinuit poſſe ſe in locello ſuo mutare negavit. At verò dominus Prior utpote bene literatus, *Nil rude*, inquit, *ô pater, aut novum inducere contendimus, veram & antiquam religionem beati patris noſtri* Benedicti, *immo etiam antiquiſſimum evangelium Chriſti, quod omnes religiones & regulas antecedit, aſſumere & totis viribus cum gratia obſervare debemus; cæterorum monachorum nullos detrahimus, inſtitutionibus eorum non invidemus, ſcimus quod in omni loco uni domino ſervitur, uni Regi militatur, & in foro, & in clauſtro gratia Dei eadem valet*, Job *etiam fortior extitit in ſterquilinio quam* Adam *in paradiſo; Denique quicquid beatus* Benedictus *inſtituit, ita totum Spiritus Sancti providentia deſtinatum eſt, ut nihil utilius, nihil ſanctius, nihil felicius excogitari poſſit; Cumque ſciret ac prædicaret, quod ſocordia inimica ſit animæ, certa quidem tempora ordinavit lectionis & orationis inſtantiæ, certa quoque tempora labori & induſtriæ, quatenus in altero ſalubriter exerceat animam, in altero carnem, in utroque verò tolleret faſtidium. Hæc quoque ſuper adducit*, Scurrilitates aut verba otioſa & riſum moventia æterna clauſura in omnibus locis damnamus, & ad tale eloquium diſcipulum aperire os non permittimus. *Et alibi quoque ait*, Omnì tempore debent ſtudere monachi maximè tamen nocturnis horis. *Hoc decretum quam diligenter obſervatum neminem latet qui noſtras conſuetudines noſſe potuit. Euntibus namque aliis ad eccleſiam, poſt collationem alii recedunt viciſſim ad nugas & inutiles garrulaſque confabulationes, quaſi non ſufficiat diei malicia ſua niſi & ſuperaddatur nocti & ſua.* Multa addidit præterea de ciborum inſolentia, de dulci & ſolenni viciſſitudine potationum, de pretioſa ſubtilitate pannorum. *Non ita ſapuit non ita docuit beatus pater noſter* Benedictus, *ab eo quippe non color veſtium, ſed calor attenditur, non ſapor pulmentariorum exquiritur, ſed parcitate ciborum neceſſitas fallitur. Non agnoſcit ſuos beatus* Benedictus *niſi ſub regula & abbate in cœnobiis degentes. Porro ſi libet, ô pater venerabilis, recurramus ad evangelicam puritatem, ad evangelicam perfectionem & pacem, & intueamur quam nihilum vel parum reluceat in moribus vel artibus noſtris quod docuit Chriſtus. Concupiſcimus omnia, iraſcimur, rixamur, rapimus aliena, repetimus noſtra cum lite, fraudes & mendacia defenſamus, carnem & affectus ejus ſequimur, Nobis vivimus, nobis placemus, vinci formidamus, viciſſe gloriamur, cæteros opprimimus, opprimi devitamus, cæteris invidemus, de noſtris profectibus gloriamur & jocamur & ex alienis ſudoribus impinguamur, & totus mundus non ſufficit malitiæ noſtræ. Et ſi videatur evangelium emortuum & impoſſibile in nobis, intueamur monachos* Saviniacenſes & Clarevallenſes, *qui nuper venerunt ad nos, quam clarè reluxit evangelium in illis, ut ſi dici fas eſt, utilius ſit eos imitari quam evangelium recitare; cum verò videtur ſancta converſatio eorum, quaſi reviviſcere judicatur evangelium in illis; Soli ſua non repetunt, ſoli nihil poſſident unde ſe proximis anteferre contendant; ſoli ſunt qui proximorum damnum non appetunt, modica cultura terræ & uſu pecorum contenti ſunt, ea verò non habere appetunt niſi quam diu Deus vult, quia cum vult Deus ea auferri, non licita appeterent. Eis ni fallor competit dicere.* Nobis mundus crucifixus eſt & nos mundo. *Eis competit Dicere*, Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, *qui debitorem neminem habent à quo quicquam exigere velint. Fœlix hominum genus, quorum habitus, victus, totuſque modus converſationis eorundem ſapit evangelium, illorum portio ſolus eſt Deus. Illi plenè quantum humanæ facultatis eſt charitatem Dei & proximi implere dignoſcuntur, quia ſoli Deo cohærentes, temporalia cuncta præter modicum & contemptibilem habitum ita planè deſeruerunt, ut nihil concupiſcant unde proximus ſibi dignetur iraſci. Non igitur, ô pater, unquam poſſibile videatur tenere regulam beati* Benedicti, *quandoquidem talia Deus nobis miniſtravit exemplaria qui ſanctis virtutibus præceſſerunt nos ut ſequamur illos. Si verò propter viciniam & ſtrepitum populorum non omnino valeamus ſequi eorum puritatem, ſaltem modum vitæ & profeſſionis juxta regulam noſtram advertamus, propterea quod non monachi ſed mortui ſumus.*

In hunc modum locutus eſt dominus Prior *Richardus* cum domino *Galfrido* abbate ſuo de correctione monaſterii ſui. Quæ verba dominus abbas non ſatis jucundè accepit, quia difficile eſt diuturnos uſus amovere. Verumtamen cum ſe fateretur minùs perſpicacem, & illiteratum, rogavit uti ſcripto pleniùs innoteſceret, qualiter in loco ſuo talia actitare potuiſſent. Quod libenter amplectens non ſegniori ſtudio ſuſceptum implevit imperium. Scripſit igitur, ut non aliis collocutionibus nec pannis nec cibariis uterentur quam regula permittere videretur. Situm quoque & ordinem monaſterii tam diligenter expreſſit, ut vix melius in eremo quam in urbe regula teneri putaretur; poſſeſſiones verò, ſicut in rebus ſecularibus edoctus, ita fideliter ordinavit, quatenus ut in illis evangelicam juſtitiam vix in nullo exceſſiſſe crederetur, de redditibus ſiquidem eccleſiarum vel decimarum (de quarum inveſtitura monachi magis reprehenſibiles haberi ſolent) omnia ſuſcipi & fieri ligitima & canonica, conſideratione epiſcoporum, & non niſi in uſus pauperum peregrinorum hoſpitumve debere expendi, at vero ex legitima cultura terræ & uſu pecorum monachos victitare decrevit. Quæ cum omnia cœpiſſent inter alios rumore notari, furor ſubitus multitudinis cæterorum in tantam prorupit in vidiam, ut tali homini familiaribuſque ſuis nil præter exiliū deputarent vel diſtrictam cuſtodiā.

Tamen poſt multas & amicas altercationes hinc inde habitas, dominus abbas difficiliter ſe poſſe mutare referebat quod anteceſſores ſui tenuiſſe videbantur, & velle ſuper hac re bonis uti conſiliis, plenam reſponſionem uſque poſt nativitatem beatæ *Mariæ* protelavit. Interea ceteri fratres fruſtra metuentes ſe plus ſolito regulari diſtrictione coartari, cœperunt in invidiam Prioris ceterorumque *Phariſaico* pene more graſſari, & niſi quorundam benignitate interceſſiſſet dilatio, inteſtinæ perſecutionis modum impetus exceſſiſſet. Interea rumor ſeditionis internæ inter exteriores turbas volitabat. Audiebamus ſane ſtrepitum vulgi, rei tamen ipſa veritas latebat. Cum ecce *Richardus* Prior conjunctis ſecum ſubpriore & ſecretario monaſterii ſui totam rem uti erat nobis indicare curavit. Poſtulabant quidem clementiam beati *Petri* ac noſtram quatenus ad obſervandum quod voverant benignam opem non negarem deferre, jamjamque neceſſitatem imminere proclamabant, præſertim quia jam conſpiraverant fratres, ut ſi quis eorum de profeſſione ſua quicquam muſſitaret, extra communionem fieret. De ſociis etiam Prioris vel timore vel amore vel vanitate conterritis jam ibant retro, non aliter pace reſtituta niſi culpam fatendo quod de ſervanda profeſſione ſua quicquam murmuraſſent. Ego igitur *Turſtinus* Dei gratia *Eboracenſis* dictus archiepiſcopus, audiens *Chriſti* ſervos juxta præceptum beati *Benedicti* nil amori *Chriſti* velle præponere, verebar in iis *Chriſti* gratiam offendere, ſi juſtæ petitioni eorum non curarem epiſcopali pietate ſubvenire, quippe cujus officii ſumma eſt, & de monachorum religioſa quiete providere, & oppreſſis in neceſſitate condolere. Ac proinde religioſarum perſonarum uſus conſilio, dominum *Galfridum* abbatem & *Richardum* Priorem cum ſubpriore ſuo ad oportuniorem locum evocavi, quatenus religioſis perſonis & fratrum petitionem & abbatis reſponſionem in bona pace conſummarem. Ipſi nihil aliud quam ut prius cum multis lachrymis expetebant uti pauperem *Chriſtum* in voluntaria paupertate ſequerentur, & *Chriſti* crucem in corpora ſua portarent, itemque evangelicam pacem regulamque beati patris *Benedicti* plenè obſervare non impedirentur. Ad hæc ſanè domini abbatis licentiam opemque paternam flagitabant. At vero dominus abbas eorum operam longè fore neceſſariam ſibi lachrimosè fatebatur, promittens quod eorum votum quia ſanctum erat non impediret, opem vero quam expetebant neſciente capitulo ſuo promittere nullam auderet. Itaque dominus abbas cum monachis ſuis revertitur domum, data interim pace ac die conſtituta qua capitulum eorum advenirem, ac religioſis adventantibus perſonis rem cum abbate pertractarem. Interea reliqui fratres in eorum invidiam inſurgere tanto crudelius enitebantur, quanto ipſi votum ſuum explere manifeſtius appetebant. Advocantur interim fratres *Majoris monaſterii* & *Cluniacenſes* monachi, qui in vicinia noſtra demorantur, quatenus eis præſentibus & reclamantibus, eos velut communis ordinis deſertores & violatores ab omni dignitate & cura monaſterii ſui reprobarent. Poſt abbatem namque in eorum manus ſumma monaſterii cura fuerat delegata. Sed hæc interim. Ego igitur die ſtatuta ſummo mane ad capitulum monachorum venire parabam, & jam oſtii limen pene calcaveram, venientibus una viris ſapientibus atque religioſis, quorum nomina ſunt hæc *Hugo* decanus, *Willielmus* Prior clericorum regularium de **Giſburne**, *Willielmus* theſaurarius, *Hugo* archidiaconus, *Serlo* canonicus, *Aufredus* capellanus meus, & canonicus, *Robertus* ſacerdos de hoſpitali. Foris intra portam remanſerunt equi noſtri cum paucis hominibus. Denique introeuntibus nobis, ut dictum eſt, oſtium capituli, occurrit nobis dominus abbas in ipſo hoſtio cum monachis quibus capitulum pleniſſimum erat, & niſi partem clericorum qui mecum veniebant amoverem, intrare prohibuit. Vix ego reſpondere potui, quod cum clericis meis qui viri boni & ſapientes & eorum amici erant, ad tantum negotium intrare non deberem, cum ecce totum capitulum tanto ſtrepitu, tanto horrore perſonuit, ut magis ſeditioſus ebriorum & debacchantium hominum fremitus, quam monachorum humilitas quæ ibi nulla erat, videretur. Inſurgunt plurimi & exertis brachiis velut ad luctandum advolabant, clamabant ſe exituros ſi ego intrarem. Tum ego, *Teſtis inquam mihi ſit Deus, quod ſicut pater adveniebam, nec quicquam mali vobis inferre putaram, pacem tantum inter vos cupiens & Chriſtianam fraternitatem: Jam vero quia mihi quod epiſcopalis authoritatis & officii eſt auferre conamini, & ego quod veſtræ neceſſitatis eſt itidem vobis tollo, ceſſet igitur eccleſia veſtra.* Tum unus eorum nomine *Simeon*, *Maluimus*, inquit, *centum annis eccleſiam noſtram ceſſare*; cui omnes aſſentientes, voce phreneticâ: *capite*, inquiunt, *capite*. Apprehendenteſque Priorem ſocioſque ejus, jam trahere incipiebant, volentes eos, ſicut inter ſe conſilium fuerat, aut in carcerem impingere aut in exilium agere. Ipſi vero, aliam qua manus eorum evaderent ſpem non habentes, me totis ulnis complectuntur, pacem beati *Petri* & noſtram expetentes. Et ita vix in eccleſiam reverſi ſumus, illis uſque in eccleſiam frementibus & proclamantibus: *capite rebelles, apprehendite proditores.* Aſſedimus itaque in eccleſia & abbas cum reliquis monachis ſuis revertitur in capitulum ſuum. Interea homines abbatiæ, foribus clauſis & oſtiis, aditus aſtare & velut in inſidiis excubare. Tum nos (ut vera fatear) monachorum impetus metuentes, oſtium eccleſiæ, per quod itur in clauſtrum, intus obſervandum curavimus. Interea rumor evolat, Occurrit populus. Nil tamen foris aut dictum aut actum eſt mali. Cum ergo inter monachos nulla concordia fieri potuiſſet, domum revertimus, abducentes nobiſcū prædictos numero xij. presbyteros & ſubdiaconum unum, è quibus plures bene literati, omnes plenam obſervationem regulæ ac profeſſionis ſuæ & evangelium pariter expetentes. Itaque in domo beati *Petri* & noſtra hoſpitantur, nulla violentiæ adverſitate à propoſito deterrendi. Fratres autem abbatiæ nihilominus in eorum ordine debachantur. Abbas neſcio quid acturus iter arripuit. Quocirca paternitatem veſtram per *Chriſtum* obſecramus, eorum partem qui ad ſeveriora & arctiora tranſire cupiunt, auctoritate veſtra defenſare velitis. Si verò abbas eorum ad vos venerit, pro veſtra à Deo data facultate & ſapientia, in pacem illum reducatis, & ne ejus filiorum ſanctum propoſitum impediat admoneatis. Quod ſi prevenerit & receſſit, rogamus ut per præſentem nuncium literas illi exhortatorias dirigatis, ne pertinaciter adverſetur illis immo pocius opem conferat & oportunitatem qui *Chriſti* evangelio & regulæ beati *Benedicti* in veritate cupiunt obedire. Debet ſaltem abbas & monachi ſui in hac re *Ægiptios* & *Babilonios* imitari, qui filios *Iſrael* in terram promiſſionis permiſerunt utiliter repedare. *Laban* quoque *Jacob* ob ejus obſtinationem clanculum fugientem, poſt crudelem perſecutionem ad patrem redire permiſit; Neque vero deſertores ſed proviſores cenſendi ſunt, qui locum ubi peccandi libertas major eſt relinquentes, tutius Deo famulari deſiderant; nempe *Chriſtus* ipſe deterrere eos debet, qui *Phariſeos* redarguit, eo quod nec ipſi intrent nec alios intrare ſinant. Notum ſiquidem omnibus eſt, quod regula beati *Benedicti* toto pene & communi, ut ita dicam, orbe monachorum modum ſuum in omnibus prorſus amiſerit & ſtatum, adeo ut nemo ſatis mirari poteſt, quod quis audiet coram Deo & ſanctis ejus, quod tanta ſolemnitate ipſe vel quotidie negligit, ſive, ut verius dicam, compellitur non obſervare. Cadit profecto in eos quod ait propheta, *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.* Ut apoſtolus ait, *voce confitentur ſe noſcere Deum, factis autem negant.* Verum fortaſſis, quia multi ita faciunt, frequens uſus confert audaciam. Verùm, quod dolens enuntio, Fallitur, plane fallitur, audacia monachorum, quia multitudo peccantium non facit impunitatem ſcelerum. Unde non impediendi ſed protegendi ſunt qui regulam profeſſionis ſuæ cupiunt obſervare, neque reprehendendi qui idcirco feſtinant locum mutare; neque enim Deus ex loco ſed locus eligitur ex Deo. Beatus quoque *Benedictus* liquidò conteſtatur, Quod in omni loco uni Domino Deo ſervitur, uni regi militatur. In collationibus patrum, *Joſeph* heremita ſufficienter ediſſerit, quod ille fidem ſuæ profeſſionis rectius ſervat, qui ſe ad eum locum contulerit quo dominica fidei præcepta plenius adimplere potuerit. Et quidam, Juvat nos ſanctam oportunitatem appetere qui adjutor eſt in importunitatibus, in tribulatione. Illi verò (ni fallor) *Phariſei* vel hæretici judicandi ſunt qui nec timent nec alios timere ſinunt, quod veritas ait, *Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum aut Pharaſeorum non intrabitis in regnum celorum: ſi enim angelus de celo evangelizaverit aliter quam evangelizatum eſt, anathema ſit.* Aliter enim evangelizat quam *Chriſtus* evangelizavit, qui angelicam pacem & regulam ſuæ profeſſionis obſerviare cupientes impedire feſtinat. Quicunque vero ille ſit refellendus vero ſummopere eſt, cum veritas dicat, *ſi oculus tuus dexter ſcandalizat, erue eum & proice abs te.* Nil quippe moleſtius læditur vel cantius obſervatur in corpore quam oculus. Attamen cum impedit, ſpiritualiter eſt eruendus, hoc eſt enim prudentem eſſe ſicut ſerpentem, caput totum id eſt mentem ſubducere ab omni fallacia quæ lædit animam. Verumtamen propter ſcandalum infirmorum qui minus ſapiunt veritatem, rogamus ſanctitatem veſtram & omnium qui audire voluerint hanc petitionem noſtram, quatenus inter abbatem *Eboracenſem* & ſæpedictos fratres ſtudeatis reſtituere pacem. Poſtremo meminiſſe debemus, quod *Moliſmenſium* monachorum ſimilis egreſſus *Ciſtercienſis* vitæ perfectiſſimam normam (quam tota pene miratur eccleſia) inprimis inſtituit ac fundavit, quorum puritatis ingenium venerabilis memoriæ dominus *Hugo*, *Lugdunenſis* archiepiſcopus Chriſtiana pietate laudavit, ſanctæ regulæ renovatione, in probatiſſimam integritatem fideliter adaptavit. Atque demum cum ad apoſtolicam notitiam æmulorum querimonia perveniret, domino *Urbano* Papa ſecundo præſidente, mandatum decretale porrigitur, quatenus ſolo abbate reportato ad regimen abbatiæ ſuæ qui pariter exierat, nemo ceterorum qui in plena obſervatione regulæ perſeverare voluiſſet, impedimentum aut moleſtiam aliquam pateretur. Luce vero clarius eſt, quantum in eorum excellentiſſima converſatione totius evangelii veritas eluceſcit. Prolixo & pene faſtidioſo ſermone uſi ſumus, quia ſtatus monachorum ceterorum fortaſſis haud placebit judicio ſane deſignandus eſſe videatur, ne ſecus quam contigit æmulorum devulgaretur judicio. Valeat in Chriſto ſanctitas veſtra.

Ita MS.

Explicit epiſtola archiepiſcopi Turſtini *ad* Willielmum Cantuarienſem *archiepiſcopum conſcripta.*

INſtabat adhuc abbas ſollicitare ſervos Dei, agens per internuncios, nunc minis, nunc monitis, ſi quo modo vocaret abeuntes & monaſterio reſtitueret. Manent illi omnino immobiles, ſurdi ad incantationem, & volubilium inſtar rotarum non revertebantur cum ambularent. Obfirmant faciem ſuam ſicut euntes *Jeruſalem*, fœdus ineunt, firmant propoſitum, & ambulantes coram facie ſua obturant aures ne audiant ſibilos incantantis. Morabantur interim cum ſancto epiſcopo in epiſcopio ſuo feriati ab opere ſed minimè otioſi in ſua feriatione, vigiliis ſiquidem & orationibus vacantes, jejunia ſolitudinis prælibantes in civitate. Sed heu nil tutum à temptatione quamdiu vivitur in hac vita.

De duobus monachis retro reſpicientibus.

ADeſt temptator qui eorum profectibus invidebat, & expetita licentia duos ex fratribus, *Gervaſium* ſcilicet, & *Radulphum* aggreditur ad temptandum; inſtillat eis conſilia venenoſa, cogitationes infideles, horrorem ſolitudinis, corporis—————————auſteritatem ordinis, conſuetudinem vitæ prioris. Proponit eis aſcenſum difficilem, lapſum gravem, ſtatum periculis obnoxium, nova ſemper fore ſuſpecta. Suadet eis ad priora reverti, reconciliari fratribus, ſufficere mediocritatem priſtinam, tutum ſemper eſſe in medio, *nec*, inquit, *meliores eſtis quam patres veſtri*, Res profecto ardua in eremo victitare, aſſueta relinquere, urgere hominem ultra humanam naturam & carnis ſuæ cruciatibus

bus non moveri. Quid plura? Succumbunt in temptatione, redeunt ad ollas priſtinas, & abeuntes retrorſum facti ſunt amicis in ſcandalum, æmulis in deriſum. Sed *Gervaſius* reſumptis viribus redit ad caſtra, aſſociatur fratribus, & apoſtaciæ maculam morum converſione detergit. *Radulphus* in remiſſiorem ſe vitam recepit, non adjiciens ut reſurgat, init fœdus cum carne, & agglutinatus eſt in terra venter ejus.

De monaſterii aſſignatione & abbatis electione.

INterea inſtat dies natalis domini, & venerabilis archiepiſcopus tantæ ſolempnitatis feſta celebraturus cum ſuo conventu *Ripponam* aſcendit. Ibique inter ipſa ſolemnia in patrimonio beati *Petri* habitationis ejus ſedem aſſignat locum à cunctis retro ſeculis non habitatum, ſpinis conſitum, & inter convexa montium & ſcopulos hinc inde prominentes, ferarum latebris quam humanis uſibus magis accommodatum, & nomen loci **Skeldale**, hoc eſt, vallis rivuli ibidem defluentis. Adjecit etiam vir beatus archiepiſcopus vicum unum cum agris adjacentibus, *Suttona* nomine: & hoc initium matris quæ nunc *Fontes* nominatur. Loco igitur, ut decebat, ſolempniter confirmato, tractant ſecum de eligendo ſibi abbate qui poſſit ingredi coram domino quaſi pater & paſtor animarum ſuarum. Adeſt ſanctus archiepiſcopus & electioni regulariter præſidens, pari omnium voto & voluntate, *Richardum* Priorem ſibi eligunt in abbatem. Archiepiſcopus in electum conſentit, electionem confirmat, benedicit hominem, & hic primus abbas de *Fontibus*. Sed quid facturus eſt homo Dei? monachos habet ſed manſionem non habet, non eſt ubi ſe recipiat, non eſt ubi caput reclinet, non eſt ubi aeris declinet inclementiam, imbrium injuriam, & hiems erat. Agit tamen pro officio injuncto quod poteſt, & jactans ſuper dominum curam ſuam, contra paupertatis incommodum plenitudine fidei ſe armat, confidit de adjutorio domini, & accepta benedictione pontificis cum ſacro ſuo collegio ad ſolitudinis ſecreta ſecedit. Erat autem plenum pietatis ſpectaculum videre homines tantæ fidei tantique fervoris, ut non hiemis aſperitas, non ſolitudinis horror, non bonorum omnium indigentia, eos à propoſito deflecteret, tardaret ab inceptis. Non eſt pecunia in ſacculis, non annona in horreis, nihil iis ad victum quotidianum, niſi quod epiſcopalis liberalitas interim eis procurabat, non eſt domus ad habitandum, non umbraculum ad declinandum, nullum ſibi ſolatium contra hiemis inclementiam, niſi quantum prominentes hinc inde rupes præſtiterint.

Richardus primus abbas de Fontibus.

Quomodo ſub ulmo dormiebant & manducabant.

ULmus erat vallis in medio, lignum frondoſum, ſicut eſt illud arboris genus, quæ cubantibus ſubter beſtiis algorem in hyeme, in æſtate fervorem frondium beneficio temperabat. Huic ſe conferunt viri ſancti, ſub umbra ejus hoſpitium quæſituri. Stat arbor in medio, ipſi circum excubantes, ſtramentis & ſtipulis ſuperjectis, maliciam hyemis utcumque declinant. Erat adhuc ulmus illæſa virens, foliis & fronde condenſa, factura fidem poſteris illa mater noſtra *Fontanenſis* eccleſia quanta ex humilitate fundationis ſuæ habuit originem. Nulla ibi ligna dolata, nulla ſaxa complanata, ſed inops tugurium & paſtorum quaſi tabernaculum humili deſuper ceſpite contectum. Res profecto digna memoria, videre *Chriſti* milites tirocinii ſui tempore tam fiducialiter ſe habentes, hiemem agentes ſub pellibus, in ipſum mundum mundique principem fidei conſtantia triumphantes. Omnes una ſub ulmo diſcumbunt, pauper conventus ſed potens in domino, ſacerdotes duodecim & unus levita. Panem illis ſanctus epiſcopus, potum vero præterfluens rivulus pro tempore miniſtrabat. Nocte de more ſurgitur ad vigilias, pſallitur ſecundum regulæ inſtitutionem, orationi intentius incumbunt, & divinis ſe laudibus advocant invicem exhortantes. Per diem ſe operi accingunt, alii multas plectentes, alii de vicinia ſilva virgas cedentes unde oratorium conſtruatur; quidam verò qui prudentiores fuerunt excolendis hortulis intendunt. Nec erat ibi panem ſumere otioſum nec quieti indulgere niſi labore fatigatum. Famelici accedunt ad menſam, fatigati ad lectum, ſatiati nunquam, ſine murmure tamen. Non erat ibi videre ſignum triſtitiæ non murmuris audire vocem, ſed cum omni alacritate benedicebant dominum, rebus pauperes ſed fide potentes.

Ita MS.

Uti ſe ſubdiderint ordini Ciſtercienſi *& domui* Clarevallenſi.

HIeme jam acta, ſub pellibus, tractant de ſtatu ſuo, de modo vivendi, de obſervatione regulæ & forma diſciplinæ. Neque enim integrum arbitrantur ſuum ſequi ſpiritum, ſuo ſe committere ſenſui, ne fortè eis à ſpiritu erroris illudatur. Placet omnibus *Ciſtercienſis* ordinis ſancta ſimplicitas & ſalutaris vitæ perfectio. Igitur de communi conſilio dirigunt nuncios ad ſanctum abbatem *Bernardum*, ſignificantes ſe *Claramvallem* in matrem, ipſum vero in patrem elegiſſe, ſuis in omnibus monitis obſequi, præceptis parituros. Tamen ut ab eo accipiant vivendi formam & ſanctæ religionis diſciplinam ſcribunt ei de cœnobio *Eboracenſi* egrediendi modum, & cauſam, conſcientiæ ſtimulum, converſandi propoſitum, perſecutionem abbatis, epiſcopi liberalitatem. Scribit etiam pro eis ſanctus epiſcopus cauſam declarans & perſonas commendans. Suſcipit nuncios vir beatus cum devotione multa, & audito plenius negotio gaviſus eſt, gratias agit Deo. Præſentit ſiquidem in ſpiritu vir altioris conſilii opus Dei eſſe non hominis quod tanto non potuit conamine diſſipari. Petitioni igitur eorum nihil cunctatus aſſentit, commendans propoſitum & exhortans ad bravium, ſcribens eis epiſtolam conſolatoriam in verba hæc.

Epiſtola ſancti *Bernardi* ad abbatem *Richardum Fontanenſem* & ſocios ejus.

F*Ratribus chariſſimis & deſideratiſſimis* Richardo *abbati & his qui cum eo ſunt, frater* Bernardus *abbas* Clarevallis *ſalutem.*

Quanta audivimus & cognovimus lætitia ea quæ fratres noſtri G. *&* W. *narraverunt nobis, quemadmodum noviter recaluiſtis igne Dei, convaluiſtis ab infirmitate, refloruiſtis in novitate ſancta! Digitus Dei eſt iſte, ſubtiliter operans, ſalubriter immutans, non quidem ex malis bonos, ſed ex bonis faciens meliores. Quis dabit mihi ut tranſeam & viſionem videam hanc maximam. Neque enim minus mira minuſque jucunda iſta promotio eſt, quam illa mutatio, niſi quod facilius reperies multos ſeculares converti ad bonum quàm quempiam è religioſis tranſire ad melius. Rariſſima avis in terris, ut quis de gradu quem forte in religione ſemel attigerit vel parum aſcendit. Veſtrum proinde, dilectiſſimi, tam inſigne quam ſalubre factum, non ſolum nos qui ſervi veſtræ ſanctitatis eſſe percupimus, ſed & univerſam lætificat civitatem Dei, quippe quo rarius eo & charius. Erat autem ad cautelam vel neceſſarium, proximam defectui tranſcendere mediocritatem, & declinare teporem qui vomitum Dei provocat. Sed & ſic oportebat propter conſcientiam; Profeſſis ſiquidem ſanctam regulam, an citra puritatem ejus ſiſtere gradum tutum ſit ipſi ſenſiſtis. Dolens doleo quod urgente diei malitia & nuncio feſtinante plenum affectum exili cogor deſignare ſtylo, & brevi charta comprehendere. Sed quod deeſt frater* G. *viva voce ſupplebit.*

Explicit epiſtola ſancti *Bernardi.*

Scribit beatus *Bernardus* epiſtolam *Turſtino Eboracenſi* archiepiſcopo, more ſuo mellifluam, commendans & juſtitiæ zelum, vigorem ſacerdotalem, religionis amorem, pauperum defenſionem, officium charitatis. Et hic tenor epiſtolæ.

P*Atri chariſſimo & domino reverendo* Turſtino *Dei gratia* Eboracenſi *archiepiſcopo, frater* Bernardus *abbas* Clarevallis *ſalutem plurimam dicit.*

Splendor operis & opinionis odor bonæ, ut comperi, in gloria veſtra convenerunt. Opinionem opus probat nec falſam fuiſſe nec vanam, cum quod ante ſparſerat ubique volans fama, ubique res ipſa facit manifeſtum, quomodo nunc maximè claruit zelus juſtitiæ, vivit & invaluit ſacerdotalis vigor in defenſione pauperum, & pauperum quibus non erat adjutor. Olim quidem opera miſericordiæ & elemoſinas veſtras enarrabat omnis eccleſia ſanctorum, Sed hoc vobis commune cum pluribus, quippe quod à cunctis ſubſtantiam hujus mundi habentibus exigitur: Verum hoc opus epiſcopale hoc paternæ pietatis tam egregium ſpecimen, hic vero divinus fervor quo pro tuendis ſuis pauperibus ille proculdubio zelum veſtrum accendit qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem urentem, *Hoc totum, inquam, acceſſit veſtræ dignitatis decus inſigne, officii ornamentum, corona. Aliud eſt reficere ventrem eſurientis, & aliud ſanctam zelare paupertatem, ibi enim ſervitur naturæ, hic gratiæ. Viſitabis, inquit, ſpeciem tuam & non peccabis.* Ergo *qui alienam carnem fovet, facit ne peccet: qui alienam ſanctitatem honorat, fructificat ſibi.* Ideo ait. *Detine elemoſinam in manu tua donec invenias juſtum cui des. Quo fructu? Quoniam* qui recipit juſtum in nomine juſti mercedem juſti accipiet. *Solvamus proinde naturæ debitum ni peccemus: ſimus gratiæ coadjutores, ut & participes fieri mereamur. Sane utrumque ita in vobis admiramur, ut utrumque datum vobis de ſuper fateamur, quatinus divinis laudibus æternaliter miſceatur quicquid à vobis temporaliter in neceſſitatibus noſtris impenditur, merito reverende & omni amoris ſinceritate colende atque amplectende pater.*

Epiſtola beati *Bernardi* ad abbatem *Ebor.*

V*Iro venerabili domino* G. *abbati eccleſiæ ſanctæ* Mariæ Eboraci, *frater* Bernardus *dictus abbas* Clarevallis *ſalutem in domino.*

Placuit reverentiæ veſtræ literas parvitati meæ dirigere, in quibus me ſuper rebus dubiis conſulere voluiſtis. Verum de his & his ſimilibus certum quid reſpondere pertimeſcimus, quanto minus divinæ voluntatis beneplacitum tenemus. Sicut homines proprius aliorum animos intuentes, ſi quidquam aliud quam volunt edicimus offendere dubitamus. Quod ſane illis potiſſimum accidit quorum conſcientia quaſi faſtidioſæ mentis angore confunditur, difficiles & anguloſas impuritatis ſuæ contumacias affectare conatur: ſed ipſa cum cæcitatis ſuæ vindex eſt, quia dum quaſi ſibi adulari nititur in eo quod egit, illico recurrenti veritatis aculeo repungitur & remordetur in eo quod meminit. Cujus nimirum difficultatis ærumnam pſalmiſta deplorans orat & dicit, Educ domine de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo. *Non me igitur (vir bone) quaſi ſimulatæ calliditatis arguas, ſi minus quam velis inquiſitionibus tuis reſpondere ſufficiam, vel ſi quid valeam, totum tamen explicare non audeam. Literarum ſiquidem tuarum prima ſeries à querimoniis ſumpſit exordium, Quod videlicet ſenectuti tuæ grave infortunium ſit, quod monachorum tuorum aliqua pars ad arctiorem & ſeveriorem converſionis modum tranſire præſumpſit, Quia jure potius reformidare habes quod triſtitia hujus ſeculi mortem operatur.* Nempe *ſi in humanis opinionibus ratio vigeat, dolendum non eſt, ſi homo creatoris ſui legibus quandoque rectius inherere præſumat.* Nempe *& nos quidem non ſatis pie paternis ſollicitudinibus invigilamus ſi filiorum profectibus invidemus. Quocirca ſi conſiliarium unum ex mille habere me vis, immò (ni fallor) maximè vis, conſulto opus eſt, quatenus filiis tuis in mediocritate tecum remanentibus ne deficiant attendas; ceteris vero citra profeſſionis ſuæ puritatem remanere metuentibus propter conſcientiam, ac de bono quod aggreſſi ſunt ſemel religionis propoſito ad altiorem gradum tranſire nitentibus, juxta prophetam cum panibus accurras, illis, maximam curam impendas ne inſoleſcant ad ruinam, & ceteris ante benevolentiam auferas ne proficiant ad coronam.* Nempe *qui aſcenſiones in corde ſuo diſponunt,*

Ita MS.

ſponunt, qui de virtute eunt, Deum Deorum in Sion *eo felicius videre merentur in retributione, quo ſummo bono familiarius adhærere ſtuduerunt purioris converſationis ordine. Denique de duobus monachis* Gervaſio *ſcilicet atque* Radulpho, *qui ſimul cum aliis domino* Turſtino *archiepiſcopo paterne & epiſcopaliter ſatagente egreſſi ſunt, & ſicut ipſe teſtaris, te abſolvente. Quando ſunt dimiſſi certus ſum ſi infra puritatis gradum quam aſcenderunt permanſiſſent, non perperam ſed laudabiliter peragiſſent. Certus quoque nihilominus ſum, ſi velint reſumere puritatis gradum, à quo tamen corruerunt, ex virtutis gratia laudabiliores erunt quam ſolent milites fieri poſt fugam ignavia, qui tanto ſunt glorioſiores quanto poſt ignominiam in ſpem victoriæ ad pugnam redeunt alacriores. Et credo (ni fallor) quod abſolutio quæ facta eſt poteſt interim obediri, ſed apud omnipotentis Dei judicium nequit evacuari. Poſtremo vitam iſtam confiteris quidem eſſe ſanctiorem, illos tamen propter carnis fragilitatem vel propinquitatis affectionem non poſſe (dicis) ſuſtinere hujus anguſtiæ difficultatem. Ad hæc vero addis, eorum præſentiam tibi fore neceſſariam, & ideo vehementius inquiris, utrum ſine culpa queant remanere in loco unde non ſine ſcandalo ſunt egreſſi. De qualitate inquam ſcandalorum diſcernenda, de carnis affectione propter* Chriſtum *penitus amputanda, de commodis temporalibus propter animæ ſalutem ſummopere fugiendis tonat evangelium, clamat ubique tota ſcripturarum ſeries, adeo ut ignorare non tam malum quam pene hæreticum ſit: At verò non certus ſum an eorum talis reditus abſque pœnali culpa debeat æſtimari. Periculoſum quippe valde & gravi ruinæ proximum, præſumere de Dei miſericordia contra Dei juſtitiam & illam velle defendere contra iſtam. Denique ſcriptura ait* Ne adicias peccatum ſuper peccatum & dicas, miſeratio Dei magna eſt. *Nam & in aliis diſcretionis modus eſt cum præponderant minora majoribus ſive deteriora melioribus comparantur.*

Tum demum poſt vehementer expoſtulas, Cur merito apoſtatæ debent appellari ſi ad cœnobium ſuum revertentes cum bonis conſuetudinibus adimplere ſtudeant ſuam profeſſionem. Ego (inquam) eos damnare non debeo, Novit dominus qui ſunt ejus, & unuſquiſque onus ſuum portabit, *quem enim tenebræ non comprehendent cognoſcetur domino judicia faciente, in operibus manuum ſuarum comprehendatur peccator. De ſe quippe quod ſibi bonum eſt unuſquiſque ſentiat, ego de me dicam quod ſentio. Ego* Bernardus *ſi de bonis ad meliora, vel de periculoſis ad ſecuriora voto & opere liberè pertranſiſſem, & illicita voluntate ad ea quæ mutavi denuo redire præſumpſiſſem, non ſolum apoſtata, verum etiam non idoneus fieri pertimeſcerem. Hoc & beatus* Gregorius *ait.* Quiſquis (inquit) majus bonum ſubire propoſuit, minus bonum quod licitum fuit ſibi illicitum fecit, *ſcriptum eſt enim,* nemo mittens manum ad aratrum &c. *qui igitur fortiori ſtudio intenderat, retroſpicere convincitur ſi relictis bonis amplioribus ad minora retorqueatur.*

Quod autem de excommunicatione interſerere voluiſti, ut mihi videtur, nec tua interfuit inveſtigare, nec mea quicquam intereſt judicare, nec enim lex quemdam judicat niſi prius audiatur, *nec in abſentem judicium temerè pronunciatur.*

Vale.

De Galfrido *monacho quem miſit ſanctus* Bernardus *ad abbatem* Richardum *& conventum ut eos formam ordinis doceret.*

HIs ita peractis, reverſi ſunt nuncii, qui *Claram vallem* miſſi fuerant, habentes in comitatu monachum quendam de monaſterio *Clarevallenſi*, *Galfridum* nomine, virum ſanctum & religioſum; nec dubitamus de ejus perfectione qui tanti habitus eſt apud beatum *Bernardum*, deſtinatus à latere ejus ut primos patres doceret modum vivendi ſecundum *Ciſtercienſis* ordinis diſciplinam. Vidi hominem ætate grandævum, gravitatis modeſtæ, virum induſtrium in divinis & humanis rebus, multorum ſiquidem monaſteriorum ordinator & inſtitutor fuerat, & qui conſilio ſancti *Bernardi* perfectioris vitæ cauſa mutato habitu *Clarevallenſi* ſe monaſterio ſubdiderat. De quo licet digreſſionem faciam, quod ſubit interim non ſilebo. Erat monaſterium (cujus nomen excidit) ordinandum de novo & inſtituendum; fratres ſiquidem mutato habitu pro majore puritate ad ſanctæ *Clarevallenſis* ſe contulerant diſciplinam, & directis nunciis mitti ſibi poſtulant monachum ad ſalutaris vitæ informationem. Annuit ſanctus abbas, & vocato domino *Galfrido*, *Vade* (inquit) *cum viris iſtis & doce eos uti ſcis.* Suſcipit homo jubentis imperium, moleſtè tamen, aſſerens ſe annis jam gravem & ætate confectum, inſtare tempus reſolutionis ſuæ, optare apud *Claramvallem* ſortiri ſepulturam. At ſanctus, *Vade*, inquit, *ſecure, ne metuas, ego te ſepeliam hoc in loco*, & factum eſt ita; conſummato negotio *Claramvallem* revertitur, reverſus infirmatur, & ingraveſcente morbo, omnibus circa eum rite peractis, ſub manu ſancti abbatis appoſitus eſt ad patres ſuos. Hic *Galfridus*, ut diximus, *Fontes* veniens ſuſceptus eſt à fratribus honore condigno, & conſolati ſunt, ad mandatum ſancti abbatis diſciplinæ *Ciſtercienſi* ſe ſubmittentes. Audiunt verbum ex ore ſenis & cuſtodiunt illud, ad ejus conſilium caſas erigunt, ordinant officinas, cantantes & pſallentes ſicut ſenior eos docebat. Amplectuntur cum reverentia ſanctum mandatum, & quaſi cera ſigillo impreſſa calidior ſuſcipiunt formam inſtitutionis ſanctæ. Miratur homo *Burgundienſis* tantam in *Anglis* parcimoniam, tam celerem obedientiam, frugalitatem in victu, in moribus gravitatem. Invenit eos *fortes in fide, fundatos in charitate, ſpe longanimes, patientiſſimos in paupertate.* Auctus eſt interim numerus eorum & adjuncti ſunt eis clerici & laici x. recepti in novitios ſecundùm ordinis diſciplinam. Nulla tamen adhuc aucta eſt poſſeſſio & nulli agri collati, nullum fuit ſuſtentationis ſolatium niſi quod à ſanſto epiſcopo acceperunt.

De inopia quam paſſi ſunt & quomodo folia arborum & herbas agreſtes coxerunt pro pulmento.

ET factum eſt poſt dies aliquot ut invaluit fames in finibus illis, & coarctati ſunt viri ſancti vehementer,

menter. Non ſunt panes ad veſcendum, non ſunt ſumptus ad emendum, nulla in horreis annona, & confluebat ad eos turba pauperum copioſa. Circuit abbas per loca vicina quærens fratribus victum, & non fuit qui daret eis, nec ipſe quippiam habuit unde compararet. Anguſtiæ ſunt undique & conſilium in incerto. Loco cedere triſte nimis: ſedere in ſolitudine ſine alimentis omnino impoſſibile. Ad extremam tandem adacti inopiam, de arboribus avellunt folia, herbas colligunt agreſtes, & injecto ſalis modico coqunt pulmenta filiis prophetarum ulnus ſub mentum, mors in olla erat, ſed farina injecta amaritudinem coctionis utcumque temperabat. Sic victitabant viri ſancti, olim deliciis aſſueti, edentes panem in pondere, & plumentum in menſura, ipſumque amarum valde. Hi ſunt patres noſtri primitivi qui in ſudore vultus ſui plantaverunt vineam noſtram, & in ſanguine ſuo hanc hodiernam nobis ſufficientiam conſignaverunt. Se ſiquidem non ſibi ſed poſteris vivere arbitrantes, omnem illam indigentiam ſobolis naſcituræ ſolatio compenſabant, certum nobis facturi documentum quanta ſunt paupertatis merita quæ ſic meruit exaltari.

Ita MS.

De pane pauperi dato & de recompenſatione.

PEr idem tempus die quadam peregrinus pulſabat ad januam, clamitans & petens pro *Chriſti* nomine benedictionem. Portarius verò panem ſe non habere reſpondet. Inſtat pauper importune pretendens & victus inopiam & vitæ diſcrimen. Egenus, ut videbatur, & fame confectus, negat abſcedere niſi accepta benedictione, conteſtatus & ſupplicans pro *Chriſti* nomine panem ſibi dari. Adjuratus portarius adit ſanctum abbatem, dicens peregrinum ſtare præ foribus & fame confectum, petentem elemoſinam, non habere ſe quod porrigat poſtulanti. Motus abbas ad clamorem pauperis, vocat fratrem qui panibus præerat ut petenti tribuat benedictionem. Ille ſe ad totius familiæ victum nihil habere reſpondet niſi tantum duos panes & dimidium, & hos carpentariis apponendos qui in inſtanti erant commeſſuri. *Et tu* (ait abbas) *panem unum da pauperi, quod reliquum eſt operariis reſerva, nobis autem provideat dominus ſicut vult.* Tulit ille panem & abiit. Et ecce duo viri de caſtro vicino (cui nomen **Knaresborough**) aſtiterunt præ foribus trahentes redam onuſtam panibus ex ſimila munda. Audierat enim nobilis vir *Euſtachius* filius *Johannis*, de fratribus, quod laborarent inopia, & miſit eis de menſa ſua benedictionem. Vere bonus dominus & munificus in retribuendo, qui panem cibarium tot ſimilaginibus compenſavit. Nunciatum eſt abbati & fratribus, agnitum eſt Dei donum & benedixerunt domino qui dat eſcam timentibus ſe. Sic Deo procurante & vicinis miniſtrantibus, æſtatem tranſigunt in paupertate multa & patientia, tempore novorum inſtante fruges colligunt & comportant in horreum: modicum nimis ad monaſterii ſuſtentationem, neque enim multum erat metere ubi modicum ſeminabatur.

De ſolatio eis facto per Hugonem *decanum* Eboracenſem.

LAborabant fratres per biennium ſub gravi paupertate, neç jam ſpes ulla ſolatii, niſi quod *Dominus deficere neſcit ſperantibus in ſe.* Abbas jam pene deſperans dominum *Clarevallenſem* adit, paupertatis prætendens diſcrimen & loci incommoditatem, poſtulans ſe cum ſuis recipi in partibus illis qui in ſede propria fructificandi jam ſpem nullam haberent. Movetur ſuper his ſanctus *Bernardus* ad compaſſionem, & conſilio cum ſuis inito, grangiam quandam domus ſuæ cum agris adjacentibus eis aſſignare diſpoſuit, ubi ſe interim reciperent donec eis commodiùs provideret. Dominus autem meliùs procuravit, diſpenſans pietate mirabili ut ſuum *Clarevalli* ſervaretur prædium, & *Clarevallenſibus* compaſſio cederet ad meritum, & indigentibus ſolatium aliunde proveniret. Abbate ſiquidem in tranſmarinis agenti, contigit infirmari virum nobilem *Hugonem*, decaanum *Eboraci*, hominem magnarum rerum & multis opibus ampliatum. Et miſit dominus in cor ejus conſilium bonum, ut ſe cum ſuis omnibus monaſterio de *Fontibus* conferret. Et factum eſt ita; Erat autem homo dives non ſolum in pecunia numerata & poſſeſſione mobilium, ſed & in libris ſcripturarum ſanctarum quos domino procurante multis ſibi ſumptibus & ſtudio comparaverat, & hic primus qui armariolum de *Fontibus* fœlici auſpicio ſuſcitavit. Conſortati ſunt fratres in his quæ acciderant, & donum Dei intelligentes, apportatam pecuniam prudenter diſpenſabant. Pauperum uſibus pars prima dedicatur, & pars altera fabricæ deputatur, reſiduum monaſterio in ſanctorum uſibus reſervatur. Revertens abbas invenit rem meliuſcule ſe habentem, fratres pro tempore commodiùs agentes, & univerſum domus ſtatum in melius commutatum.

De Serlone *Canonico* Eboracenſi.

ET addidit dominus ut benediceret eis. Clericus quidam, *Serlo* nomine, *Eboracenſis* eccleſiæ canonicus infirmatus eſt uſq; ad mortem: erat autem dives in poſſeſſione auri & argenti. Non multo poſt concanonicus ejus, *Toſti* nomine, ſe cum omni ſubſtantia ſua ſacro illi conventui ſociavit. Receptus in numerum, ſecundum ordinis diſciplinam vixit ibi per annos aliquot, homo jucundus & ſociabilis in converſatione, & curſu conſummato quievit in ſenectute bona.

Quis contulit eis grangiam de Mortar *& Foreſtariam quæ dicitur* **Warkeſale.**

POſt dies aliquot miles quidam ex vicinia, *Robertus* nomine, cognomento de *Sartis*, mulierem quandam, *Rachevillam* nomine, in uxorem ſibi deſponſavit cum quibuſdam terris quæ ei de jure contingebant. Ambo pariter divinitus inſpirati, villam ſuam, **Harleſhows** nomine, cum agris adjacentibus, & foreſtariam quæ **Warkeſale** dicitur, donatione ſolenni monaſterio de *Fontibus* contulerunt. Sepulti ſunt inibi ſepultura juſtorum; & memoria eorum apud nos in benedictione.

Quis dedit grangiam de **Caiton.**

FUit in tempore illo juvenis quidam ex domo regis, dictus *Serlo* de **Pembrocke,** habens in vicinia noſtra villam quandam **Caiton** nomine, quam ex dono regis habebat. Infirmatus vocat dominum abbatem de *Fontibus*, & in extremis agens, villam quam ex dono regis tenuit monaſterio de *Fontibus* contulit inperpetuum poſſidendam. Confirmat rex donationem, & redacta eſt villa in grangiam perutilem uſque hodie ad monaſterii ſuſtentationem. Mortuus eſt idem *Serlo* apud *Fontes*, & inter ſanctos ſortitus eſt ſepulturam. Non multo poſt tempore adeptus eſt abbas **Aldebroughe** cum pertinentiis ſuis grangiam utilem & frugibus valde accommodam. A die illo & deinceps benedixit Deus vallibus noſtris *benedictione celi deſuper & abyſſi ſubjacentis*, multiplicans fratres, adjiciens poſſeſſiones, dilatans vineam & dans ei pluvias benedictionis. Miſit igitur, ſecundum prophetam, *radicem deorſum, & fecit fructum ſurſum, conſurgens in dies & ex ſeipſa ſemper robuſtior facta, brevi in vineam grandem, & dominus erat illi pro muro à dextris & à ſiniſtris, non permiſit hominem nocere eis, & jumenta eorum non moriuntur, operibus manuum earum benedixit, poſſeſſio eorum crevit in terra*, & confluxerunt ad eos viri quorum tetigerat corda Deus, & veterem deponentes hominem in novam renaſcuntur creaturam. Et aucta eſt domus exterius in poſſeſſione, interiùs vero perſonis. Per idem tempus ego *Serlo* valedicens ſeculo *Fontes* me contuli ſanctæ religionis habitum ſuſcepturus. Deus bone quanta tunc apud *Fontes* vitæ perfectio! Quanta virtutis æmulatio! Quis fervor ordinis! Quæ forma diſciplinæ! Egreſſi enim patres noſtri primitivi de domo opulenta, omnem temporalium affluentiam virtutis plenitudine adæquarunt. Spectaculum ſiquidem facti angelis & hominibus, illam ſanctæ religionis formam ſuis poſteris impreſſerunt quæ authore domino uſque hodiè in modernis illæſa perdurat.

De fundatione Novi Monaſterii.

ANno quinto fundationis monaſterii de *Fontibùs*, vir nobilis *Ranulphus* de *Merlay Fontes* viſurus acceſſit. Videns fratrum converſationem compungitur homo, & inſpirante domino, prò redemptione animæ ſuæ locum quendam in patrimonio ſuo ad monaſterium conſtruendum aſſignat. Suſcipit oblationem ſanctus abbas, & ædificiis inibi de more diſpoſitis abbatiam conſtruxit, quam *Novum monaſterium*, nominavit. Et hæc prima filia *Fontanenſis* eccleſiæ, unica adhuc matri ſuæ. Anno quinto fundationis ſuæ, menſe primo, quinto nonas Januarii, emittitur conventus de domo *Fontium* ad *Novum monaſterium*, cum abbate *Roberto*, viro ſancto & religioſo, monacho quondam de **Witheby,** qui de cænobio *Eboracenſi* egredientibus ſe ſociavit. Multa de hoc viro audivimus digna relatu proprium de ſe habitura tractatum, Erat autem modeſtus in geſtu, mitis in convictu, miſericors in judiciis, ſingularis in ſancta converſatione, multis annis præfuit & profuit pater pius & paſtor egregius, & converſationem ſanctam ſanctiori fine complevit. Beatus *Godricus* (ſicut in vita ipſius legitur) nocte quadam inter orandum hujus ſancti animam carne ſolutam angelorum manibus in celeſtia videt deferri. Sic ſe habuit *Novi monaſterii* initium. Et hic primus palmes qui de vinea noſtra proceſſit. Semen ſanctum ſolo coaluit, & quaſi fertilis terræ gremio ſuſceptum, continuo excrevit in culmum, & de granis paucis ſurrexit ſeges copioſa. Matris enim ſuæ fœcunditatem æmulata concepit & peperit tres filias, *Piperwellam*, *Saleiam* & *Rupem*. Et adjicit dominus dilatare vineam in territorio *Lincolnienſi*. Homo quidam nobilis, *Hugo* nomine, filius *Eudonis* cœnobium ordinis *Ciſtercienſium* ſe voverat conſtructurum. Vocat abbatem de *Fontibus*, & ejus conſilio hæreditatem ſuam cum domino dividens locum quendam oportunum cui nomen **Kirkeſteade** divinis uſibus conſecravit.

De Parco-lude.

EOdem tempore *Alexander* bonæ memoriæ *Lincolnienſis* epiſcopus locum quendam **Haverholme** nomine, ad abbatiam noſtri ordinis conſtruendam in manus ejuſdem abbatis de *Fontibus* conſignavit. Suſcipit abbas offerentium munera, & de divino præſumens adjutorio, miſſis fratribus ad utrumque locum, ædificia conſtruxit, erigit officinas anno vij. fundationis domus de *Fontibus*. Rebus pro tempore convenienter diſpoſitis, una die quarto ſcilicet nonas Februarii, emiſſi ſunt duo monachorum conventus, alter ſub abbate *Roberto* de *Snella*, ad monaſterium de **Kirkeſteade,** alter apud **Haverholme** ſub abbate *Gervaſio*, Et hi ambo de primis patribus erant, qui de cœnobio *Eboracenſi* egreſſi in ſudore vultus ſui hanc vineam plantaverunt. Diſplicuit fratribus qui apud **Haverholme** miſſi fuerant de ſede habitationis ſuæ, & commutatione facta locum alterum quem *Parcum-lude* nominant, de manu epiſcopi receperunt. Cecidit ſemen in terram bonam, & ſurrexit in meſſem copioſam, & facti ſunt ingentem magnam.

De Alberico Hoſtienſi *epiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato.*

ET factum eſt in diebus illis ut *Albericus*, *Hoſtienſis* epiſcopus, à latere domini papæ ad *Anglicanas* partes legatus accederet. Occurritùr ei à rege & regno, & inter cæteros abbas *Fontanenſis* vocatus accedit. Suſcepit eum legatus cum honore condigno, & advertens hominem literatum & prudentem, familiarem admodum habuit, & injuncti officii adjutorem, invenit hominem in conſiliis providum, in judiciis diſcretum, ſolicitum in his quæ Dei ſunt, & in ſcripturis ſacris non mediocriter eruditum. Et viſum eſt *Romanis* tantum virum innoteſcere, aſſiſtere domino Papæ, non debere lucernam talem ſub modio latere. Denique peracta legatione renitentem trahit ad curiam, volens eum ad majoris adminiſtrationis officium promoveri. Sed dominus melius providit ei, & fidelis ſervi ſudores remunerans, tranſtulit eum ex peregrinatione ad patriam, à *Romanorum* obſequio ad requiem diu deſideratam. *Romam* veniens febre corripitur, & in via obedientiæ votum terminans peracto curſu in pace conſummatur.

Hæc ſunt quæ ex ore ſenis accepi de origine Fontanenſis *eccleſiæ, annotatis ex ordine rebus geſtis uſque ad dormitionem venerabilis* Richardi *primi abbatis. Quæ ſequuntur ſequens libellus explicabit.*

Digeſtis ex ordine quæ accepi de egreſſione patrum noſtrorum è cœnobio Eboracenſi, *de paupertate fundationis ſuæ tempore perpeſſa, ſive quæ ſub domino* Richardo *primo abbate geſta ſunt, ſenior ſuam narrationem ita proſequitur.*

Nunciatum eſt, quod venerabilis abbas *Richardus* in domino quievit, contriſtati ſunt fratres de tanti patris occaſu, ſed moleſtiam mæſtitudinis majoris fide moderantur. Solvunt homini humanitatis debitum & revertentem ad patriam pietatis obſequiis proſequuntur. Tractant exhinc de ſucceſſione & de ſucceſſore ſubſtituendo qui ſecundùm legem ſuſcitet ſemen fratris defuncti. Dirigunt nuncios ad abbatem *Clarevallenſem*, & de ejus conſilio & aſſenſu, invocato Spiritu Sancto, communi omnium voto virum venerabilem *Richardum* Priorem eligunt in abbatem. Hic eſt ille *Richardus*, *Eboracenſis* cœnobii quondam ſacrificus, homo ſimplex & rectus & timens Deum, cujus exhortatione ſacer ille conventus, relictis ollis priſtinis, ad ſolitudinis ſecreta conſcendit. Erat autem gratioſus coram hominibus, ſpiritu fervens, & totius religionis ardentiſſimus æmulator. Virtus animi in vultu radiabat, & ipſe homo exterior interioris imaginem præ ſe ferebat.

De gratia quam habuit in confeſſionibus recipiendis.

INter cætera dona quæ à Deo acceperat homo ſanctus, ſingularem habuit gratiam in confeſſionibus recipiendis conſcientiarum ſcrutator mirabilis & ſpiritualium vulnerum curator. Et hæc erat cauſa quædam præcipua quæ omnium in ſe trahebat affectus, devotionem excitabat; Nihil ita occultum quod non ipſe ſuadendo eliceret, Nihil ita induratum quod non ipſo loquente liqueſceret. Nemo tam frigidus qui non ad ejus incaleſceret exhortationem. Deum teſtor, non inveni tantam in quovis gratiam, ad mœſtum conſolandum, ad lapſum relevandum, & ad læſæ conſcientiæ latentes cauſas cognoſcendum. Sæpè dum ad pedes ejus de conſcientia loquuturus acceſſi, prævenit me in his quæ dicturus eram, & quaſi mentis meæ faciem deſcriptam videret, ſic animi mei ſtatum me ſtupente ad liquidum depinxit. Electus in abbatem onus illud invitus accepit, ſpiritualibus ſiquidem deliciis deditus occupationes moleſtè admiſit, ægrè ferens poſt delicatos *Rachel* amplexus lippientis fœmine faciem intueri. Durum illi valde videtur in exteriora deſcendi, & in cordis ſanctuarium ſuſciperet curas alienas. Agit tamen pro injuncto officio, & inter duo diviſus in alteram partem propenſiùs cedebat. Partes *Marthæ* pro neceſſitate exequitur, ad *Mariæ* otium ex animo ſuſpirabat. Vacabat interiùs quantum licuit, & dominus exteriùs pro eo vigilabat, dirigens virum in omnibus viis ſuis. Et aucta eſt domus in diebus ſuis numero fratrum & incrementis poſſeſſionum. Sæpe ſuam cauſabatur hebitudinem & imperitiam accuſabat, minus ſe ſufficientem judicans & propter meritorum inopiam & quia minus ſibi eloquens videretur, Erat enim linguæ impeditioris quoties in concione loquebatur; ſed hanc illi tarditatem non ſermonis imperitia ſed verecundia naturalis effecit. Quatuor annis agebat in officio paſtorali gemens ſub ſarcina quam invitus geſtabat, & cœpit eum tædere occupationum ſuarum, ſtatuens ſecum & deliberans ne ulterius villicaret. Adit ſanctum patrem *Bernardum* ſemel ſecundò & terciò, rogans dimitti in pace, abſolvi ab adminiſtratione, licere ſibi in *Clarevalli* ſuæ vocationis diem præſtolari. Monet eum Sanctus ab incœptis deſiſtere, non ſe ſui juris eſſe, tenere gradum vocationis ſuæ & commiſſis ovibus paſtoralem ſollicitudinem exhibere. Inſtat ille attentiùs, ſupplicans ſe ab hoc onere relaxari, non poſſe ulteriùs in hoc gradu miniſtrare. Victus tandem petentis importunitate pater ſanctus annuit eum abſolvi, ſi tamen cum aſſenſu fratrum id fieri poſſit. Scribitur itaq; ſub certa forma ſe ad petentis inſtantiam, ſi tamen conventus concederet abbatem ab officio paſtorali relaxare, alioqui nil in conventus præjudicium, nil præter monachorum conſenſum ſuper hoc ſtatui vel concedi. Redit cum his literis abbas *Richardus*, ſperans de facili fratrum animos pro voto inclinare, & inſperantibus nobis in vigilia Pentecoſtis monaſterium de *Fontibus* ingreſſus eſt. Gaviſi ſumus ex adventu ipſius, & Spiritus Sancti ſolennia cum ſpirituali tranſegimus jucunditate. Ipſe cuncta diſſimulat, cuncta ſupprimit, uſq; in quartum diem, veritus ne audito negotio, illa tanta feſtivitas minus feſtivè ageretur. Poſt quartum, literas profert in medium, oſtendit deſiderium, requirit aſſenſum. Contriſtati ſumus ſuper hoc mandato, & mutata facie tota hæc noſtra exultatio clauditur in mœrore. Tunc vox omnium unà clamantium, nunquam ſe præbituros aſſenſum, gratias agentes ſancto abbati *Bernardo* ſuper adjecta in literis conditione. Unus autem ex fratribus *Hugo* de *Mathon* ſurgit in medium, & petita venia dominum abbatem his verbis appellavit. *Domus iſta quam donante Deo regendam ſuſcepiſtis, à fundatione ſua ea ſemper pace floruiſſe dignoſcitur, ut internam ejus tranquillitatem nulla unquam turbaret tempeſtas, nulla hoſtis antiqui invidia faſcinaret. Neſcit ſciſmatum incommoda, neſcit diſſenſionis zizania; Terra ſancta eſt & ſcandalorum ſpineta non gignit. Sic ſibi hactenus in unitate ſpiritus caput & corpus cohæſerunt, ut diviſionis gladium non ſentiant quæ tantæ neceſſitudinis nodo copulantur. Miramur proinde ſuper hac novitate profana, quæ caput à membris molitur disjungere, & noſtra ſi qua eſt religionis lucernam conatur extinguere. Denique quis non ſcandalizetur audiens abbatem de* Fontibus *ſuos deſeruiſſe profeſſos, patrem filios, paſtorem oves ſibi commiſſas; alius in nos culpam inobedientiæ refundet, alius levitatis & inconſtantiæ notam impinget? Præterea, ſi paupertatis urgeret incommodum poſſit forſan hæc nota deleri. Nunc verò quod negari non* *poteſt, aucta eſt domus in diebus tuis & numero fratrum & incrementis poſſeſſionum. Viget intus fervor ordinis, & forma diſciplinæ, foris pax & ſecuritas à domino miniſtratur,* Res *autem periculi eſt ad tantam gratiam ingratum inveniri. Quod ſi te occupationis cura moleſtat, nos quieti tuæ providebimus; vaca tibi interiùs prout placet, Nos, authore Deo, de exterioribus curam geremus, Sile, ſile, & ſanctifica ſabatha tua, tamen ne nos deſeras quos ſine ſcandalo deſerere non potes. Monachi tui ſumus alium neſcimus abbatem, alium quoad tu vixeris non admittemus. Stat immota ſententia, propoſitum immutabile, nullâ te à nobis ratione patiemur avelli.* His dictis, abbas modicum ſecum deliberans, Putavi inquit aliam apud vos gratiam inveniſſe; jam verò ulteriùs ſuper hæc negotia vos non conveniam; ſed hoc vobis fidentur denuncio, quod hoc anno ab hac miniſtratione abſolvar. Et ita factum eſt ipſo annno. Redeunte tempore, ad caput generale iturus, aſcendit, *Claramvallem* veniens infirmatur, & ingraveſcente morbo, ſub manu ſancti abbatis *Bernardi* exuens hominem appoſitus eſt ad patres ſuos, & adimpletus eſt ſermo quem dixit. Quoniam oportet hoc anno *Richardum* abſolvi.

Expleta narratione de abbate Richardo *ſecundo, haud abs re videtur alia quædam annectere quæ ſub his acciderunt.*

MOrtuo Rege *Henrico* filio *Willielmi* cognomento **Baſtard**, anno incarnationis dominicæ MCxxxvj. turbatum eſt regnum, commota eſt terra, & ſurgentibus aliis in alios facta eſt confuſio magna in populo, nec fuit qui cohiberet. Et ſurrexit *Stephanus Bleſenſis*, comes *Moretoniæ* nepos Regis *Henrici* ex ſorore ſua, & multo ſtipatus milite impoſuit ſibi diadema. Adjuvabat partes illius frater ejus *Henricus*, *Wintonienſis* epiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus, homo magni nominis juxta nomen eorum qui ſunt in terra. Pars magna populi *Stephanum* ſequebatur, pars autem altera *Matildem* Imperatricem filiam Regis *Henrici*, & facta eſt grandis concertatio propter regnum. Mortuus eſt in tempore illo piæ recordationis dominus *Turſtinus*, *Eboracenſis* archiepiſcopus, & diſſidente clero facta eſt contentio non modica de alio ſubſtituendo. Convenientibus ſiquidem clericis ad electionem faciendam, pars major numero *Willielmum* Theſaurariũ in archiepiſcopum elegit, pars vero ſanior appellatione interpoſita reclamavit. Fuerunt autem qui reclamaverunt viri graves & religioſi abbates Priores archidiaconi & decani, quorum unus erat *Richardus* abbas *Fontanenſis*. Ipſe tamen *Willielmus* ad tempus obtinuit, amicitia functus potentum fretus regia poteſtate, favente epiſcopo *Wintonienſi Henrico*, qui ei manus impoſuit & in epiſcopum conſecravit, pallium tamen, procurante adverſa parte, impetrare non potuit. Erat autem homo alti ſanguinis, multis virtutibus adornatus, dignus omnino qui cathreda preſideret, ſi magis canonica fuiſſet ipſius electio. Scripſit contra eum beatus *Bernardus* ad Papam *Innocentium* qui tunc rerum ſummam regebat, cujus adhuc extant epiſtolæ. Et facta eſt diſſentio magna in eccleſia *Eboracenſi* diebus multis.

De abbate Henrico Clarevallenſi.

DEfuncto interim apud *Clarevallem* abbate de *Fontibus*, *Ricardo* ſecundo, tractat ſecum Sanctus abbas *Bernardus* de paſtore ſubſtituendo qui præſit ovibus deſtitutis. Inito conſilio cum ſuis *Clarevallenſibus*, virum venerabilem dominum *Henricum* de *Valleclare*, abbatem ad *Anglicanas* partes tranſmittit, vices ſuas tam in ordinatione quam in exequenda viſitatione illi committens. Scribit eciam domino *Alexandro* Priori, & conventui de *Fontibus* conſolatoriam epiſtolam ſub his verbis.

Epiſtola conſolatoria ad conventum de *Fontibus.*

DIlectiſſimis in Chriſto fratribus, Alexandro *Priori, & conventui de* Fontibus, *frater* Bernardus, Clarevallis *abbas ſalutem & matris qualiſcumque orationes.*

Venerabilis pater veſter curſum conſummavit & obdormivit in domino. Ego verò licet omni tempore paterna pro vobis charitate tanquam pro viſceribus ſollicitus, nunc tanto pro vobis majorem ſollicitudinem gero, quanto major incumbit neceſſitas. Unde & jamdudum miſiſſem ad vos, niſi quod expectabam donec id oportuniùs commodiùſque facere poſſem, eo quod venerabilis abbas Henricus *citiùs ad vos venire non poteſt, quibuſdam negotiis occupatus, quem præcipuè deſtinare propoſueram ab initio, eo quod ipſe utilior & huic negotio magis idoneus videretur. Hunc igitur fratres dilectiſſimi cum eo honore & amore ſuſcipite quo dignus eſt, & ſic eum audite in omnibus ſicut meipſum; immò tanto amplius quanto ille meritis & prudentia antecellit. Ei ſiquidem & in facienda electione & in omnibus quæcumque in monaſterio illo, vel in cæteris quæ ex eo exierunt, ordinanda fuerunt, omnino vicem noſtrã commiſi. Miſi autem cum eo fratrem noſtrum* Gualterum, *qui eſt filius noſter dilectiſſimus. Et nunc obſecro vos tanquam filios charıſſimos ut in electione veſtra id ipſum ſapiatis, & non ſint in vobis ſciſmata, ſed unanimes uno ore glorificetis dominum qui non eſt diſſenſionis dominus ſed pacis, & in pace factus eſt locus ejus, Et dicit, qui non diligit diſpergit. Abſit enim ab his qui in ſchola Chriſti degunt ſub magiſterio ſpiritus Sancti, ut gaudeat inimicus de eis & eorum diſſenſione glorietur, quod & ipſorum animæ periclitentur, & fruſtra depereat tantus pœnitentiæ labor & fætere faciat odorem bonum ordinis boni, & per eos nomen* Chriſti *blaſphemetur per quos maximè fuerat glorificandus. Imò verò ſic bene de vobis confidimus ſicut decet ſanctos, ſicut oportet ſervos* Chriſti: *unanimiter obſecro eligite idoneum paſtorem animarum veſtrarum una cum abbatibus de* Rievalle *& de* Valleclare, *quorum conſilio volo vos in omnibus acquieſcere tanquam noſtro.*

Explicit epiſtola.

Incipit alia ejuſdem ad abbatem *Henricum* de eodem negotio.

DIlectiſſimo fratri & coabbati ſuo Henrico *frater* Bernardus *abbas* Clarevallis *ſalutem*

& orationes. Præcipio tibi frater Henrice, *ut ſi in te convenerit electio fratrum noſtrorum de* Fontibus, *cum conſilio venerabilis abbatis* Rievallis *non refutes ſed obedias in charitate, quod quidem invitus facio, ſciens mihi ex tua abſentia magnum conſilium deperire; ſed convenientibus in unum contradicere timeo, credens à divino exiiſſe ſermone iſtum in quo tota religioſorum vota concordant, cum legerim in evangelio,* ubi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, in medio eorum ſum dicit dominus. *Age igitur chariſſime, & ſuſcipe profeſſiones eorum, & de cætero curam eorum habe tanquam paſtor animarum, & ne timeas pro ea domo quam regendam ſuſcepiſti, ego enim Deo volente utilem ei providebo diſpenſatorem, illa mihi namque vicinior eſt; Sed neque pro epiſcopo dubites obedire, ſuper me illud dimitte. Explicit epiſtola.*

De creatione abbatis Henrici *de* Valleclare *in abbatem* Fontanenſem.

VEnientes igitur qui miſſi fuerunt à ſancto abbate *Bernardo* apud *Fontes*, ſuſcepti ſunt honore condigno. Litere domini *Clarevallenſis* proferuntur in medium, conventus reverenter obedit, & invocato Spiritu Sancto prædictum *Henricum* de communi omnium aſſenſu ſibi eligunt in abbatem. Hic eſt ille *Henricus* qui de abbate in archiepiſcopum poſtmodum electus *Eboracenſi* metropoli non minus utiliter quam laudabiliter præſidebat. Homo magnanimus & in cauſa injuſtitiæ omnino invincibilis, elegens magis pro juſtitia periclitari, quàm ut juſtitia ſe præſenti periclitetur. Curam igitur ſuſcepti regiminis magnificè adminiſtravit, evellens & deſtruens quicquid in agro dominico inventum eſt alienæ plantationis, ſuccidit lucos, excelſa deſtruit, fodet parietes, & ſcrutatus *Jeruſalem* eſt in lucernis. Erant ſiquidem adhuc ipſo veniente, levitati quædam idola in tabernaculo *Jacob* de domo *Laban* latenter aſportata. Et inventæ ſunt res quædam peculiares præter licitum penes quoſdam ex fratribus ſecundum conſuetudinem quam à prima matre traxiſſent. Sed ubi ſanctus verrit domum, inveſtigat abſcondita, & conflavit in unum quicquid manus avaritiæ contra formam ordinis in partes detraxerat. Hic primus *Fontanenſes* noſtros ad perfectam ordinis puritatem redegit, & eraſa rubigine vitæ prioris, ſecundum *Clarevallis* conſuetudines ſalutares inſtituit formam diſciplinæ. Ab illo die deinceps æmulata eſt filia matris perfectionem in regularibus exercitiis & religioſa converſatione. Et aucta eſt domus in diebus illis intus & extra. Et adjectæ ſunt grangiæ tres *Catona*, *Kilneſaia*, & *Martona*.

Quando & per quem fundata ſit domus de **Woburne.**

ET adjecit dominus ampliare gentem ſuam & dilatare terminos poſſeſſionis ejus. Erat vir quidam, dictus *Hugo* de **Bolebecke**, homo potens & magnarum rerum, inſpiratus à domino ut monaſterium conſtrueret ordinis *Ciſtercienſis*. Venit *Fontes*, & conſilio domini *Henrici* abbatis viculum quendam, *Woburniam* nomine, in *Lincolnienſi* dioceſi cum agris adjacentibus divinis uſibus conſecravit. Suſcepit abbas munus de manu divitis, & ædificiis de more conſtructis ad locum ipſum fratres regulares deſtinavit. Anno MCxlv. incarnationis domini, fundationis monaſterii *Fontanenſis* 13. diviſus eſt monachorum conventus ſub abbate *Alano* ad locum qui nunc **Woburne** nominatur.

Quando & per quem fundata eſt domus de Liſa.

ET factum eſt poſt dies alios ut epiſcopus *Bergenſis* de *Norwagia* ad *Anglicanas* partes accederet, venit *Fontes*, & ignota religionis forma permotus, magna precum inſtantia ſupplicans ad eum monachorum conventum tranſmitti poſtulavit. Annuit abbas, & inito conſilio conventum monachorum ſub abbate *Ranulpho* cum epiſcopo *Norwagie* tranſmittit. Annus ab incarnatione domini MCxlvj. hic erat, fundationis verò monaſterii de *Fontibus* 13. quando conventus *Norwagiam* ad monaſterium cui nomen *Liſa*, 6. idus Julii directus eſt. Hic *Ranulphus* ex primis patribus fuit, homo verendus & plenus dilectione. Monaſterium illud per dies multos regebat, & gentem barbaram docuit manſueſcere ſub jugo *Chriſti*. Dimiſſus tamen per licentiam domini *Fontanenſis* revertitur ad ſuos, & conſummato feliciter curſu vitæ grandevus & plenus dierum quievit in pace. Multa de eo dicuntur digna memoria, quod fuerat ſanctitatis eximiæ, conſolationis immenſæ, habens gratiam revelationis & ſpiritum prophetiæ. Angelum etiam dicitur habuiſſe ſibi deputatum, cujus viſitationibus crebrò conſolatus, etiam ſi ſomno forſitan per noctem diutius indulgeret, excitare ſolebat.

De fundatione de **Kirkeſtall.**

ANo MCxlvij. incarnationis dominicæ, homo quidam nobilis, *Henricus* de *Laceio* nomine, in territorio *Eboracenſi* monaſterium ordinis noſtri ſuſcipit conſtruendum, aſſignat locum, erigit officinas, & mittitur ad eum monachorum conventus ſub abbate *Alexandro*. Iſte *Alexander* unus erat ex primis patribus noſtris, frater uterinus domini *Richardi* abbatis de *Fontibus*, qui apud *Clarevallem* ut dictum eſt, quievit in pace Inter hos monachos ego *Serlo* emiſſus ſum, homo jam decrepitus, ut ipſe vides & ætate confectus. Locus habitationis noſtræ primò **Barnolſwet** dicebatur, quem nos mutato nomine *Montem ſanctæ Mariæ* fecimus nominari. Manſimus ibi per aliquot annos, multa perpeſſi incommoda famis & frigoris, tum quia turbato regno bona noſtra multoties diriperent graſſatores, tum propter aeris inclementiam & imbrium importunitatem, quæ in finibus illis (ut noſti) & fruges deſtruunt & habitatores reddunt egenos. Diſplicuit proinde nobis locus habitationis noſtræ, & abbatia in grangia redacta, ex aſſenſu & conſilio *Henrici* fundatoris noſtri, ad alterum locum migravimus qui nunc **Kirkeſtal** nominatur. Anno 15. fundationis monaſterii de *Fontibus*, 14. cal. Junii emiſſi ſumus ſub abbate *Alexandro*, 12. monachi & 10. converſi.

De Valle Dei.

Anno incarnationis dominicæ MCxlvij. in territorio *Lincolnienſi* fundata eſt Bitham quæ mutato in melius nomine nunc *Vallis Dei* vocatur. Domus inclyta & ſecundum nomen ſuum plena benedictione. Fundator ejus fuit *Willielmus*, comes *Albemarliæ*, qui poſtmodum *Melſam* fundavit: vir magni nominis & clariſſimus in generatione ſua. Anno xv. fundationis monaſterii de *Fontibus* miſſus eſt conventus monachorum ſub abbate *Warino* ad locum qui nunc *Vallis Dei* nominatur x. cal. Junii ipſo anno fundationis noſtræ.

De fundationis Domus Melſæ.

Anno incarnationis domini MCL. in territorio *Eboracenſi* fundata eſt abbatia quæ *Melſa* vocatur. Domus opulenta frugibus, & exuberans in his quæ naſcuntur aquis, in omnibus accommoda niſi quod in hyeme difficilis eſt acceſſus. Fundator ejus erat *Willielmus*, comes *Albemarliæ*. Anno xix. fundationis monaſterii *Fontanenſis*, quinto cal. Jannuarii miſſus eſt *Melſam* conventus monachorum ſub abbate *Ada*. Et hæc noviſſima filiarum quas genuit mater noſtra, & ceſſavit iterum parere. Hæ ſunt cognationes papæ noſtri, hæc ſoboles ſanctæ matris noſtræ. Septem genuit filias, quinque nepotes ſuſcepit ex eis, videns filias filiarum ſuarum quartam uſque generationem.

De electione archiepiſcopi Willielmi *& contradictione.*

Laborabat per idem tempus *Eboracenſis* eccleſia diſſenſione gravi, nec erat qui finem rebus imponeret: pars magna cleri archiepiſcopum *Willielmum* ſequebatur, pars altera nitebatur in contrarium. Ipſe tamen cathedræ præſidebat uſus regia poteſtate in eos qui reſiſtebant. *Innocentius* Papa rebus interim humanis exuitur, & ſubſtitutus eſt pro eo Papa *Celeſtinus*; Quo breviè medio ſublato, *Eugenius*, *Clarevallenſis* cœnobii quondam monachus, ſummus pontifex creatus eſt. *Eugenio* igitur rerum ſumma tenente, inſurrexerunt in archiepiſcopum qui eum accuſabant abbates Priores & viri religioſi cum archidiaconis & clero, quorum unus erat abbas *Fontium*, *Henricus*, præſumentes in favore ſummi pontificis, trahunt hominem ad curiam. Ubi etiam auditis hinc inde propoſitis, judicante Papa *Eugenio*, è cathedra *Eboracenſi* amotus eſt. Indignati ſunt ſuper dejectione ſua qui *Willielmi* partes fovebant, & confuſionem ſuam ferre non valentes, nefandos ſibi auſus aſſumunt. Conglobati ſiquidem milites qui de ipſius cognatione erant in manu copioſa, in abbatem de *Fontibus*, *Henricum*, quaſi in ſuæ dejectionis authorem, conjuratione facta, ſtrictis gladiis inſurgunt. Et invaluit eo uſque ſceleroſa præſumptio, quod in ipſius odium monaſterium cui præfuit evertere non reverentur. Veniunt *Fontes* in manu armata, & effractis foribus ingrediuntur ſanctuarium cum ſuperbia, irruunt per officinas, diripiunt ſpolia, & non invento quem quærebant abbate, ſancta illa edificia grandi labore conſtructa ſubjectis ignibus redigunt in favillam. Non defertur altari. Stat prope ſacer ille conventus, & ædificia ſudore ſuo conſtructa, non ſine cordis dolore videt flammis involvi, cineres mox futura. Solum illis in tanto diſcrimine oratorium cum officinis contiguis orationis, ut creditur, uſibus reſervatur, ipſumque ſemiuſtum ſicut torris raptus ex incendio. Abbas ſanctus ante baſim altaris proſtratus orationi incumbit. Non videtur ab aliquo non læditur ab aliquo, manus enim domini protexit eum. Cedunt milites ſcelere peracto, portantes ſecum ſpolia. Parum quidem pecuniæ ſed plurimum damnationis. Sed, ne diu ſuper impietate ſua gauderent facinoroſi, aggravata eſt manus domini ſuper eos, plaga namque inimici percuſſit illos, caſtigatione crudeli, & mortui ſunt in peccatis ſuis, alii tabe conſumpti, alii aquis ſuffocati, alii verſi in amentiam, alii cladibus diverſis extincti, omnes ferè irreconciliati. Abbas verò & monachi confortati in domino quaſi reſumptis viribus poſt naufragium navigationem inſtaurant, lapſa reparant, ruinoſa reformant, & ſicut ſcriptum eſt, *lateres ceciderunt*, *ſed quadris lapidibus reædificabant*. Adjuvabant eos ex vicinia viri fideles. Et conſurgit fabrica longè feſtivior quam ante fuit.

De creatione Henrici Murdacke *in archiepiſcopum*, Eboracenſem.

Amoto (ut dictum eſt) a ſede *Eboracenſi* *Willielmo*, venerabilis abbas de *Fontibus*, *Henricus*, ex aſſenſu ſanioris partis in archiepiſcopum electus eſt. *Claramvallem* aſcendit viſurus ſanctum abbatem *Bernardum*, è cujus conſilio totus ipſe pendebat. Inde profectus Papam *Eugenium Treveris* invenit, a quo & honorificè ſuſceptus eſt. Conſentit dominus papa in electum, cujus manu conſecratur in archiepiſcopum, & accepto pallio, cum favore ſedis *Romanæ* infulatus ad propria redit. Multas tamen moleſtias & difficultates paſſus in initio pontificatus ſui; regis indignationem, bonorum diſtractionem, adverſantium inſidias, civium contradictionem. Cives enim *Ebraci*, vulgus ſemper ignobile, oderunt eum, & conjuratione facta, interdixerunt ei ingreſſum civitatis. *Venit ad ſuos*, & ſicut de *Judæis* ſcriptum eſt, *ſui domum non recipiunt*. Divertit ergo Rippon, dans locum iræ donec deferviret regis indignatio. Vicit itaque ſapientia maliciam, manſuetudine furorem, & indignationem regiam patientia fregit.

De abbate Mauricio.

Vacabat interim domus *Fontanenſis*. Sed venerabilis archiepiſcopus accedens, monachum quendam *Rievallenſem*, *Mauricium* nomine, creavit in abbatem. Hic *Mauricius* non tres pene menſes apud *Fontes* moram faciens reſignata cura in manus archiepiſcopi, redit ad locum unde aſſumptus eſt.

De abbate Thoroldo.

Succeſſit *Mauricio* abbas *Thoroldus*, de monaſterio *Rievallenſi* equè aſſumptus. Homo in ſcripturis ſacris non mediocriter eruditus & in liberalibus artibus ſufficienter edoctus,duobus annis præfuit monaſterio *Fontanenſi*, multa pro poteſtate agens, quædam etiam contra conſilium & voluntatem archiepiſcopi venerabilis præſumens, unde etiam orta inter eos ſimultate,de mandato ſancti patris *Bernardi*,reſignato officio,*Rievallem* reverſus eſt.

De creatione abbatis Richardi.

Cedente itaq; ab adminiſtratione abbate *Thoraldo*, vacabat iterum eccleſia *Fontanenſis* deſtituta paſtore. Convenientes igitur in unum quorum interfuit de electione tractare, de communi conſilio dirigunt nuncios ad ſanctum patrem *Bernardum*,omnem curam ordinationis projicientes in eum,ut quem ipſe,authore Deo,ordinare decreverit,ſit eis in patrem & paſtorem animarum ſuarum.Erat autem tunc temporis in monaſterio *Clarevallenſi* Præcentor,*Richardus* nomine,abbas quondam *Vallis-claræ*,natione *Anglicus* in civitate *Eboracenſi* oriundus,Vir vitæ venerabilis & conſummatæ religionis, familiaris admodum ſancto abbati *Bernardo* & archiepiſcopo *Henrico*.Hic *Richardus*, procurante archiepiſcopo, creatus eſt in abbatem,&*Fontes* veniens ſuſceptus eſt cum honore condigno.Curam igitur ſubiens paſtoralem paſtoris officium operibus adimplevit. Studioſè vigilans ſuper gregem ſibi commiſſum, ſemper habens præ oculis futuram diſcuſſionem pecoris & paſtoris,omnis ejus ſollicitudo de ſalute animarum, de boni gregis augmento, de obſervantia regulari & ordinis diſciplina.Multa ſtrenuè geſſit in adminiſtratione ſuſcepta,æmulator ordinis, & ſeveriſſimus caſtigator corporis ſui, exemplis potiùs quam verbere agens,ad ſalutaris vitæ informationem ; formator ſiquidem factus gregis, viam vivendo monſtravit, operam adhibens ut doctrinam facta præcederent,& opus verbo conveniret. Aſſiſtebat ei per omnia ſanctus epiſcopus, procurans pacem eccleſiæ & ordinis puritatem. Et aucta eſt domus in diebus ejus & poſſeſſionibus & pietate Religionis.

De morte Eugenii *Papæ, abbatis* Bernardi, *&* *archiepiſcopi* Henrici.

Ea tempeſtate contigit Papam *Eugenium*, vocante domino, carne reſolvi. Et beatus *Bernardus* abbas *Clarevallenſis* ſub his diebus migravit ad dominum. Archiepiſcopus etiam H*enricus* hominem exuens ſequutus eſt quos amavit. Dilexerunt ſe invicem in vita ſua,in morte quoque non ſeparati,duces gregis dominici,columnæ domus Dei,luminaria mundi.

De reſtitutione archiepiſcopi Willielmi.

Defuncto *Eboracenſi* archiepiſcopo *Henrico*, ſuccedit ei venerabilis archiepiſcopus *Willielmus* reſtitutus in cathredam unde priùs fuerat amotus ; In ipſa tamen reſtitutione,(jubente papa *Anaſtacio* qui *Eugenio* ſucceſſit) ſpoſpondit ſe eccleſiæ *Fontanenſi* per omnia ſatisfacturum de injuriis & damnis quæ per ſe vel ſui cauſa monachis fuerant illata,& quod locum ipſum & habitaturos ejus paſtorali ſollicitudine protegeret,& paterna pietate confoveret. Feciſſetque ſatis niſi eum mors immatura ſuſtuliſſet. *Fontes* ſiquidem humiliter veniens ſatisfactionem promiſit,ſuſcipiens in oſculo pacis omnes, omnes eis ad integrum poſſeſſiones confirmans quæ à ſuis prædeceſſoribus fuerant collatæ. Inde *Eboracum* divertens,prima ſeſſione dum ſacris altaribus aſtaret, inter offerendum (hauſto ut dicitur,in calice veneno) extinctus eſt.

De ſchiſmate inter abbatem & monachos de Fontibus.

Floruit per idem tempus domus *Fontanenſis* foris & intus,ſpiritualibus pariter ac temporalibus bonis aucta ; Nec erat qui pacem illius turbaret. Videns hoc inimicus pacis,hoſtis noſter antiquus,invidet tantæ paci, tanto iratoque fratrum profectu,& expetita permiſſione, egreſſus eſt eos ad tentandum.Protulit ſubitò vaſa iræ ſuæ, tollit pacem,caſtra turbavit,effundens inter cives contentionem, diſcordiam inter fratres, ſuperſeminans zizania tritico,diſſenſionem in conventu ſacro. Et ecce ſubitò cœperunt ſpinæ quædam ſcandalorum ſuccreſcere, amaritudinis germina pullulare,murmurationis venena diffundi, volitare paſſim jacula detractionis.Mutuò ſeſe impetunt,mutuo ſeſe concidunt,Ephraim Manaſſem, *&* Manaſſes Epraim *ſimul & ipſi contra* Judam. In abbatem tota conflatur indignatio,ſeditio concitatur,& inſurgunt filii in patrem,oves in paſtorem, eccleſiæ in ſcandalum, adverſariis in deriſum. Advertit abbas difficultatem eventus,diaboli machinationem,& attendens multitudinis inſolentiam ſuis viribus comprimi non poſſe,elegit ad tempus cedere donec procella deferveat & ſileatur fluctus ejus. Cedit igitur ab injuncto ſibi officio rogans Deum pro grege inquieto; Et dominus exaudivit eum. Reverſi enim in ſe,confunduntur ſuper temeritate præſumpta,& pœnitentiam agentes,mutato conſilio abbatem *Richardum* in gradum priſtinum ſua reſtituunt authoritate. Sed non defuit tantæ præſumptioni condigna coercitio,temerarios auſus ſeveriori cenſura caſtigans;emiſſis ſiquidem qui authores ſchiſmatis erant, reddita eſt authoritas ordini,reverentia patri, pax domui, peccantibus diſciplina. Ab illa die & deinceps nil tale præſumitur,nil à conventu ſacro contra formam ordinis temerè attentatur. Vixit poſt hæc annis pluribus *Richardus*, erudiens plebem ſuam in timore Dei,& benedixit dominus noviſſimis ejus magis quam principio. Rebus ſiquidem pacificatis pro voto foris & intus, videt filios ſuos fructificantes in gratia,ambulantes in dilectione. Ipſe verò in ſenectute bona,ſanctorum vallatus frequentia,plenus dierum & dives meritis migravit ad dominum.

De *Abbate* Roberto.

DEfuncto abbate *Richardo*, successit venerabilis *Robertus* abbas de *Pipwella*, translatus de sinu filiæ ut matrem gubernaret. Assumptus ad officium rem officii strenuè administravit vir omnium virtutum probatissimus, dignus omnino qui ad tanti regiminis apicem eligeretur. Nec memini me vidisse hominem quem suum magis deceret officium, qui subditorum curam commodius exequeretur, adeo illi cum injuncta administratione convenit. Magna illi cura in pauperibus confovendis, in peregrinis suscipiendis, congruis hospitibus exhibere honorem, infirmis solatia, fratribus etiam secundum formam ordinis solitò diligentius necessaria procurare. Multa strenue gessit dispensator fidelis & prudens, providus in consiliis, in judiciis discretus, misericors in pauperes, liberalis ad omnes; liberalitate enim & honore præcedebat omnes qui fuerunt ante illum, civilitate multa regens subjectos, memor semper illius sententiæ *Qui sequitur avaritiam conturbat domum suam*. Approbatas consuetudines servari præcepit, minùs aptas mutando correxit, & totius statum monasterii apud Deum & homines in melius reformavit. Honoravit ministerium suum vir sanctus, instaurans ecclesiæ fabricam & ædificia constituens sumptuosa. Non causatur de minori substantia, nec majorem sumptum metuit sumtuum defectu, Jactat super Dominum curam suam, & non defuit manus confortans eum in omnibus operibus suis. Benedixit ei, multiplicans fratres, & adjiciens possessiones, & facta est pax & veritas in diebus suis. Annis ix. præfuit monasterio *Fontium*, humanum se & communem omnibus exhibens, dilectus ab omnibus & ipse diligens universos. Anno nono à generali capitulo revertens infirmatus est in itinere, & ingravescente morbo apud *Woburniam* sortis munus implevit. Corpus ejus *Fontes* delatum, cum honore condigno reconditum est in sepulchris patrum suorum.

De abbate Willielmo.

VAcabat interim *Fontanensis* ecclesia destituta pastore, sed dominus providebat ei. Convenientes in unum quorum interfuit elegerunt dominum *Willielmum*, *Novi-Monasterii* abbatem, virum approbatum & sanctum qui curæ suæ domum pastorali vigilantia diligenter gubernaret. Hic *Willielmus* canonicus primò fuit militans sub regula sancti patris *Aug.* inter clericos regulares apud *Gisburne*, regularem vitam & ipse professus. Inde verò præ amore majoris perfectionis *Novum-Monasterium* se transferens, habitum ordinis de manu sancti abbatis *Roberti* suscepit. Novam igitur professus militiam, novitate sancti studuit innovari. Indixit bellum vitiis, voluptatibus conflictum, & membra mortificans carnem spiritui servire coegit, & hoc solo forsitan excedens, & quod item virtutis nimietate fecit esse minus laudabilem. Vigiliis si quidem & abstinentiis immoderatis corpus attenuans, semetipsum reddidit minus validum minusque potentem. Annis multis præfuit *Novo-Monasterio* & prospera est domus in manibus ipsius. Inde translatus *Fontanensis* ecclesiæ causam suscepit, vir grandævus admodum & ætate confectus, nihil tamen omissum est pro ætate majori de observantia ordinis vel exteriorum administratione. Erat autem homo consilii, consiliarios habens fideles officiales strenuos, filios obedientes, qui charitate filiali senectutem patris humeris suis sustentabant. In mansuetudine gubernabat subjectos, quærens bona genti suæ, & aucta est domus in manu ipsius in prædiis & pascuis & possessione copiosa. Annis 10. *Fontanensem* rexit ecclesiam. Et consummato cursu vitæ, in senectute bona quievit in pace, relinquens posteris gratam sui memoriam in gratia & benedictione.

Huc usque senior. *Narra tu* (inquit) *quæ de abbate* Radulpho *dicenda sunt, diligenter evolve. Debes illi hanc dicendi vicissitudinem, qui te & familiarem habuit, & sanctæ religionis saporem tibi infudit. Nosti hominem, quanta in divinis & humanis gratiâ enituit, quam prudenter dispensationem sibi creditum administravit.*

Tum ego.

Non me debitorem diffiteor: si dicendi peritia subesset. Totum me illi debito semperque debeo, per quem mihi, mediante gratia, & salutis datur occasio & salutaris forma disciplinæ. Nulla mihi materia gratior, nulla jucundior oratio quam quæ sancti patris nostri memoriam ingerit & mores repræsentat. Libens igitur & gratanter evolvam quæ de viro sancto dicenda occurrunt.

De abbate Radulpho.

DEfuncto abbate *Willielmo* successit ei sanctæ recordationis abbas *Radulfus*, vir omni laude dignus. Religionis speculum, flos ordinis, forma disciplinæ. Memoria illius in compositione odoris, opus pigmentarii, illius utique qui in vase fragili tot virtutum aromata congessit. Miles ante in seculo, militiæ cingulum non solvit sed mutavit in melius, & adjunxit se castris *Hebræorum*, princeps postmodum futuris in populo Dei. Prognatus parentibus secundum carnem gloria præclaris, sed natalium nobilitatem vitæ merito & virtutum gratia transcendit. Religionis habitum de manu sancti abbatis *Roberti* accepit, annorum tunc ut putabatur xxx. viribus corporis strenuus sed virtute animi longe præstantior. Novam igitur professus militiam quantæ perfectionis puritati studuerit noverunt ipsi qui probationis suæ tempore socii fuerunt. Nullus eo maturior, nullus humilior, nullus magis anxius, & sollicitus in salutaris observantia disciplinæ. Omnia ordinis instituta summa alacritate percurrit, fervens in opere, frequens in oratione, patiens ad opprobria, obedientissimus ad injuncta, hilaris semper & impiger ad officia charitatis. Morabatur intus in domo conscientiæ vacans sibi quantum licuit, & à sensualibus secedens illecebris ad expertas semper recurrebat delicias, æmulans charismata meliora & se semper in uberiores urgens profectus. Intermiserat litterarum studia tempore quo in armis agebat, sed lectionis assiduitate intermissi temporis damna redimebat, legens in libro experientiæ quod alii in codice actitabant. Fuerunt ei in his diebus in monasterio *Fontanensi* viri graves & religiosi,

ligioſi, opinione celebres, ſanctitate præcipui, contemplatione ſuſpenſi, inter quos converſus quidam ſingularis gratiæ & puritatis enituit, *Sunulphus* nomine; homo ſimplex & illiteratus. Sed dominus erudivit eum. Habebat conſcientiam pro codice, ſpiritum ſanctum pro eruditore, & legens in libro experientiæ creſcebat quotidie in ſcientia ſanctorum, habens etiam ſpiritum revelationis. Huic ſervo Dei familiaris admodum fuit ſanctus abbas *Radulphus*, etiam dum adhuc in armis agebat, & multoties *Fontes* acceſſit gratia eum viſitandi ut ſe orationibus ejus commendaret. Multa nobis narrare conſuevit de hoc *Sinulpho* digna relatu, de ſobrietate & ſilentio, de maturitate in geſtu & morum diſciplina, quam alacer in exhortando, quam efficax in conſolando, quam dulcis in collatione, quanto ſemper cavebat ſtudio ne otioſum unquam verbum ex illius ore profluerit. Veni (inquit) aliquando ad hominem Dei in ſeculari adhuc habitu, conſulens eum ſuper his quæ me movebant de ſtatu ſcilicet meo, qui mihi valde diſplicebat. Tædebat enim me vitæ, & converſationem priſtinam abhorrens, fluctuabam in corde meo nedum ſpem habens quam vivendi formam aſſumerem. Et erat grandis concertatio in animo meo. Deliberavi quandoque abjecto mundi onere ſanctæ religionis habitum ſuſcipere, ſed conſuetudinis cathena conſtrictus ſalutis iter arripere formidabam. Effudi itaque œſtus cordis mei coram viro Dei, rogans attentiùs ut oraret pro me ſic affecto. At ille. Ego pro te libenter orabo ſed & tu ſimiliter ora, & cave ne opera tua noſtras impediant orationes. Receſſi petita benedictione. Ille autem orabat & dominus exaudivit eum. Videbatur mihi orationis ejus ſentire virtutem; adeo laxabantur vincula cordis mei & computreſcebat jugum a facie olei. Morabar in his diebus in vico quodam ubi erat baſilica in honore beatæ *Mariæ* virginis conſtructa, vicina domui in qua dormiebam. Nocte quadam ſurrexi temporis, & viſum eſt capellam ingredi, gratia orationis. Stans ante crucem effudi animam meam in conſpectu domini Dei mei, & cum lachrimis oravi ut dirigeret vias meas, ſibi ad laudem & gloriam, mihi ad ſalutem æternam. Et ecce inter orandum vox de cruce in hæc verba emiſſa eſt, *Et quare non venis? quare tam diu tardas?* Corrui protinus ad hanc vocem in terram, & cum magno cordis affectu & voce lachrimoſa reſpondi, *Ecce domine, ecce venio.*

Ita. MS.

Ita MS.

Fœdere igitur inito firmavi propoſitum non ulteriùs in ſeculo commorari. Necdum ſtatueram cui me religioni ſubdere debuiſſem: aſcendi igitur ad virum Dei indicans quid de nocte audieram, & quale mihi eſſet propoſitum, paratum me illius acquieſcere monitis, conſiliis obedire. Conſedimus ſoli ſeorſum cum ecce, inter loquendum ſubito conticuit, & erumpentibus ubertim lachrimis ſerenata me facie intuens, *Modò* (inquit) *revelavit mihi dominus quid te futurum eſſe diſponit. In monaſterio de* Fontibus *habitum religionis accipies, & conſummata vita curſu diem inibi claudes ſupremum.* Quo audito, nil cunctatus acceſſi, & mutato habitu ad ſenis conſilium, ſuavi jugo Chriſti collum ſubmiſi. Hæc mihi de ſene *Sinulpho* ſanctus abbas retulit, fida ſatis relatione, ſicut rerum poſtea probavit eventus. Sed jam ad narrationis noſtræ ſeriem redeamus.

De gratia Dei inter communicandum induſta.

Erat dies ſolennis quo de more fratres communicare ſolebant. Inter alios ipſe adhuc novitius communicaturus acceſſit. Cumque de manu ſacerdotis ſalutaris hoſtiæ munus acciperet, tanta & tam admirabili perfuſus eſt ſuavitatis dulcedine, ut pene alienatus ſenſibus excederet, & oblitus ſui vix ſe ipſe teneret. Quæſivi de dulcedine cujuſmodi ſpeciem ſaporis pre ſe ferret? ſi quid mellis haberet ſimile vel cibi corporalis? At ille, *Nihil in omni vita mea expertus ſum quod hujuſmodi dulcedini poſſem adaptare*; nihil habebat melli ſimile vel cibo materiali, cum illa tantum in gutture ſapiatur, hæc verò dulcedo non tam cordis penitralia perfudit, quàm interiora animæ mira quadam & ineffabili, ut mihi videtur, ſuavitate replevit.

De viſione timoris Dei.

Aliud quiddam dicturus ſum quod ex ore ejus accepi, licet nonnulli forſitan huic noſtræ narrationi fidem non adhibeant; nec mirum ſi ſpiritualibus viri viſionibus minimè credant, qui temporalibus ejus virtutibus invidebant. *Stabam* (inquit) *ad orationem, & ecce luce quadam interiùs perfuſus (mirabile dictu) vidi timorem domini, & ipſe non timebam. Sed quis timor aut qualis ille timor? nihil hoc timore terribilius nihil horribilius audiri excogatarive poteſt. Vidi tamen timorem ſine timore, & timoris pondus adverti, quod reprobis imminet, de quo ſcriptum eſt,* videntes turbabuntur timore horribili & ſubitatione deſperatæ ſalutis.

De revelatione illi facta.

Rem dicturus ſum quam ipſum ſæpiùs audivi referentem, quod quidem non ſine timore refero, ſed ſupprimendum nequaquam exiſtimo. Die quadam dominica cùm laudibus facet ille conventus inſiſteret, & ipſe erat unus ex eis, pſalmus qui tunc cantabatur hic erat *Confitemini Domino quoniam bonus*. Cumque vir Dei in titulum pſalmi diligenter attenderet, facta eſt manus Domini ſuper eum, & videt viſionem magnam, viſionem glorioſam, ipſam ſcilicet Trinitatem in 3. perſonis apparentem. Quæſivi ab eo ſub qua forma vel ſchemate facta fuit illa Revelatio? At ille inquit, *nihil ibi formatum nihil figuratum apparuit, & tamen vidi in viſione beata tres perſonas in unitate, Vidi* (inquit) *& cognovi patrem ingenitum, filium unigenitum, Spiritum Sanctum ab utroque proceſſum. Et duravit viſio illa donec duo verſus predicti pſalmi ex integro complerentur. Ab illa die & deinceps nihil triſte nihil unquam tanta adverſitatis mihi advenit quod non hujus felicis viſionis recordatio temperaret. Hæc recordatio mihi & in dolore ſolatium, & in adverſitate ſubſidium, gaudium meum & exultatio cordis mei, robur fidei, & ſpei firmamentum. Denique tanta mihi ex hac revelatione infuſa eſt fiducia, ut nunquam de ſalute mea* *potui dubitare cui tam beatæ viſionis facta eſt manifeſtatio.*

Hæc de ſe ſanctus abbas ob fidem noſtram confirmandam non ſine lachymis aliquoties referebat.

Anno igitur xiij. converſionis ſuæ apud **Kirkeſtall** in abbatem creatus novem annos ibi moram fecit, multa perpeſſus incommoda, *Foràs pugnas, intus timores, domeſticorum inſidias, rei familiaris inopiam, bonorum diſtractionem.* Semper tamen viam regiam incedens, eodem vultu eademque conſtantia caſus ferebat adverſos, & objectu fidei novercantis fortunæ biformes conatus eluſit. Anno tertio creationis ejus in abbatem, ego valedicens ſeculo, de ſacra manu illius hunc noſtrum inſtitutionis habitum recepi. Septem annos ſub diſciplinatu ejus vixi, fœlix ſi uſque hodie ſic perſtitiſſem. Magna ſiquidem proficiendi materia fuit, mores viri & modum vivendi inſpexiſſe familiariùs. Sermo ejus ſemper ſale conditus in gratia, tum omnis geſtus ejus & habitus perfectionis quandam diſciplinæ formam præ ſe ferebat. Nullus eo in opulentia frugalior, in paupertate liberalior, in judiciis æquior, in amicitia conſtantior fuit. Novem annis apud **Kirkeſtall** peractis, *Fontanenſis* eccleſiæ curam ſuſcepit. Suſcepta igitur tanta cura regiminis, cœpit pro officio ſatis agere, puritatem ordinis zelare propenſius, & offenſas caſtigare ſeveriùs, habita tamen moderata diſcretione. Domos ſuæ ſubjectionis viſitabat in veritate, nil indiſcuſſum relinquens quod ſua potuit prudentiâ perſcrutari. *Circuibat per ſingula & ſcrutatus eſt* Jeruſalem *in lucernis, ſuccidit lucos, excelſa deſtruxit, infodit idola ſubtus terebinthum, & immolantes in hortis acriùs inſequebatur.* In hoſpitibus ſuſcipiendis & pauperibus recreandis qualis fuerat, ſubjecta declarabunt. Invaluit fames ſub his diebus, & erat concurſus pauperum multus ad januam *Fontanenſem.* Non fuit domus quæ eos capere poſſit, ſed cæſis frondibus ex ſilva vicina fecerunt eis caſas parvulas quaſi tabernacula paſtorum, ubi ſe receperunt pauperes expectantes de domo Dei refectionem. Procurabat etiam eis viros induſtrios hujus negotii diſpenſatores idoneos qui pauperibus alimoniam diſtribuerunt. Sacerdotes etiam inſtituit, qui languentes & ægrotos quotidiè viſitarent, confeſſiones reciperent, viaticum præberent, & defunctis Chriſtiano more ſepulturam exhiberent. Accidit aliquando ut de capitulo generali reverſus *Claramvallem* deveniſſet, infirmatus inibi multis diebus jacuit deſperatus, Erat tunc temporis cum eo monachus quidam *Radulphus* nomine de *Novo-Caſtello*, abbas poſtmodum factus de **Kirkeſtall**, qui continuò aſſiſtebat ei triſtis nimis & ſollicitus pro patre ſuo quem timebat in proximo moriturum. Quem ſanctus abbas conſolans, Ego inquit apud *Claramvallem* mori non habeo, apud *Fontes* depoſitionis meæ diem expecto. Frater enim *Sunulphus* mihi prædixit quod apud *Fontes* viverem & ibidem vitam finirem. Et factum eſt ita, convaluit ab infirmitate, & *Fontes* reverſus ibidem per aliquot annos optata ſanitate gaviſus eſt. Ægrotavit per idem tempus vir nobilis *Galfridus Hageth*, frater germanus abbatis *Radulphi.* Vocatus eſt abbas ad ægrotum, è cujus conſilio ipſe totus pendebat; Et de rebus ſuis diſponens, villam quandam, **Thorpe** nomine cum pertinentiis contulit eccleſiæ de *Fontibus* in puram elemoſinam, cùm corpore ſuo ad ſepulturam, quæ (amotis poſtmodum accolis) redacta eſt in grangiam uberem frugibus & utilem uſibus monaſterii. Infirmatus eſt poſtmodum ſanctus abbas & ingraveſcente morbo reſolutionis ſuæ diem inſtare perpendit; Omnibus igitur circa eum ritè peractis, completis diebus peregrinationis ſuæ dives meritis migravit ad dominum. Aucta eſt domus in diebus ejus poſſeſſionibus & prædiis exteriùs, intus verò virtutibus & viris religioſis, Et hac poſſeſſione quæ adjecta fuit in tempore illius, eccleſiæ *Fontium*, grangia de **Thorpe** ex dono *Galfridi Hageth.*

Anno xiij. villicationis ſuæ apud *Fontes* abbas *Radulphus*, ſicut frater *Sunulphus* prædixerat, quievit in pace.

De abbate Johanne.

SUblato è medio abbate *Ranulpho*, cognomento *Hagath*, ſucceſſit ei venerabilis abbas *Johannes*, vir liberalis & omni laude dignus, *Eboracenſi* natione; ſed de civitate ſua & civium moribus nihil ſecum traxit niſi nomen & naſci tantùm; Natales ſiquidem ſuos animi ingenuitate tranſcendens, faſtidiebat inveteratas plebes ineptias, & honeſtatis æmulator mediocritatem civium morum probitate compenſat. Adoleſcens bonæ indolis in novitium apud *Fontes* receptus, poſtmodum cellerarius effectus, inde abbas de *parco Lude* creatus, tandem *Fontanenſis* eccleſiæ matris ſuæ curam ſuſcepit. Nec defuit homini gratia Dei quæ ubique aſtitit illi quaſi mater honorificata, quæ omnia opera ejus dirigebat, per quam fuit ſicut de *Joſeph* legitur, vir in cunctis proſperè agens, providus in rebus agendis, prudens in reſponſis, in conſiliis ſapiens in judiciis diſcretus. Incedebat veſtigiis prædeceſſoris ſui abbatis *Radulphi*, illius attentiùs ſequens exemplum in ordinis obſervantia & authoritate regendi, in viſitationibus agendis & rebus ordinandis, in cauſis diſcutiendis & culpis corrigendis formam ſequens per omnia quæ ab ipſo acceperat, mites & humiles formans & diligens: inquietos & diſſolutos corripiens & caſtigans, ſemper tamen exaltans miſericordiam ſuper judicium. Erat autem dulci moralitate naturaliter præditus, communem ſe omnibus exhibens & humanum, liberalitate & munificentia præcedebat omnes qui ante eum *Fontanenſi* eccleſiæ præfuerant. Dapſilis in menſa, communis in convictu, communicabilis ad hoſpites, beneficus in egentes, amabilis inter fratres, honoratus inter potentes. In beneficiis conferendis nullus eo liberalior, nullus præſtantior fuit, nullus qui aptiùs aut commodiùs beneficia conferebat. Non differebat quod dare diſpoſuit, ſed benignitatem animi muneris celeritate monſtrabat, & vultus hilaritate donum gratificabat. Nec tamen defuerunt aliqui qui ejus actus à latere diligenter obſervabant, & ſumptuoſas ejus expenſas ſiniſtrè interpretabantur, aſſerentes, effuſiorem eum quam decebat captare favorem populi, potentium amicitias, Regis etiam affectare gratiam & familiaritatem, & privatis obſequiis ſub prætextu religionis ad infulas aſpirare. Ille verò nequaquam ad hæc motus naturalē animi liberalitatem liberè proſequebatur, pius ad pauperes, beneficus ad petentes, officioſus ad omnes. Et benedixit dominus hominem in omnibus operibus ſuis, dans ei pacem intus & foris, inter fratres charitatem & concordiam, in temporalibus bonorum omnium affluentiam, Et ſicut in *Job* legitur, *bos concipit & non abortivit, vacca peperit & non eſt privata fœtu ſuo ; greges egrediuntur per turmas, omnes gemelli fœtibus, & non eſt ſterilis inter eos.* Sed ne deeſſet viro fideli tentatio ad probationem, factum eſt ſub his diebus ut Rex *Johannes* qui tunc regni ſummam tenebat, conſiliis depravatus iniquis, filios ordinis exoſos haberet & univerſas ſuæ poteſtatis domos noſtri ordinis importabili exactionis onere violenter opprimeret. Nec pepercit *Fontanenſi* eccleſiæ licet multa & magna ab ea donaria accipiſſet, ſed mille & ducentas marcas argenti cum importuna celeritate ſolvendas ab ea extorſit, etiam & reliquas domus ordinis ſub poteſtate ſua adeo violenter oppreſſit, ut diſtractis ovibus & armentis, etiam vaſa ſacra divinis uſibus conſecrata & veſtimenta ſacerdotalia vendere cogerentur. Et erat videre miſerum. Nam monachi qui ſub clauſtralibus latebris lectioni & orationi & ſpiritualibus ſtudiis antea inſerviebant, jam, neceſſitate cogente, per villas & civitates diſperſi, alii apud milites, alii apud monachos, alii in caſtris, alii in viculis apud ſeculares utcumque ſuſtentabantur. Hujuſmodi mali fomes & incenſor erat *Richardus* de *Mariſco*, homo excepte actionis, de quo multa dicenda ſunt tempore ſuo, cujus memoria non delebitur quamdiu eccleſia *Ciſtercienſis* durabit in ſeculo. Videns igitur abbas *Johannes* malitiam temporis, Regis ſævitiam, ordinis oppreſſionem, deliberavit quid ageret, vel quomodo pro tempore oppreſſis ſubveniret. Et inito cum ſuis conſilio, faciens de neceſſitate virtutem, projecit pecuniam ut emeret ſibi pacem, diſſimulans pro tempore quod nnn potuit evitare. Et conciliata ſibi gratia Regis aperuit horrea & apothecas, & dona Dei diſpenſator fidelis in populum Dei diligenter diſtribuebat. Sed non defecit manus domini confortans eum, Nam ſicut legitur de *Sareptina quod non defecit in hydria aqua nec oleum in lychno* : ſic domino benedicente & abbate diſpenſante, nondefecit annona in horreis nec abundantia in cellariis, non eſt panis imminutus, nec potus alteratus, nullus ibi defectus apparuit in victu, vel in veſtitu, vel in his quæ ſecundùm ordinem competebant ad pauperum recreationem, ad hoſpitum ſuſceptionem, ad totius domus *Fontanenſis* ſuſtentationem. Et floruit per idem tempus eccleſia illa ſicut vinea quam plantaverat manus domini, dans odorem ſuavitatis & ſanctitatis, & confluebant ad eam multa à finibus terræ, & facta eſt congregatio monachorum numeroſior quam ſolebat, nam & altaria pauciora ad celebrandum, & chorus humilior & obſcurior & minus capax tante multitudinis. Et viſum eſt homini Dei contra hujuſmodi incommoda providere. Et aggreſſus eſt pro magnitudine animi opus magnum inchoare, novam ſcilicet eccleſiæ fabricam *Fontanenſis* opus inuſitatum & admirandum, feliciter inchoatum, ſed feliciùs conſummatum. Mirabantur multi auſus hominis & animoſitatem, quod tali tempore tale opus aggredi preſumeret tam inſolitam & tam ſumtuoſum. Ille verò confidens in adjutorio Dei, & ponens in Domino ſpem ſuam, fundamentum fabricæ poſuit, columnas quaſdem erexit, feciſſetque voto ſatis niſi fati conditio interveniſſet ; anno ſiquidem octavo poſt creationem ſuam in abbatem de *Fontibus*, gravi ægritudine correptus, vocationis ſuæ tempus imminere præſentit, & diſponens domui ſuæ, omnibus circa eum ritè peractis, in ſpe bona conſtitutus, feliciter migravit ad dominum. Nec defuit qui opus inchoatum inſtanter exequeretur. Surrexerunt enim poſt eum viri ſtrenui ſucceſſores ſui qui defuncto fratri ſemen ſuſcitaverunt. Et factum eſt inuſitatum quiddam in hac parte quod tres ſibi *Johannes* ſucceſſivè *Fontanenſi* eccleſiæ præfuerunt, quorum unus fabricam inchoavit, ſecundus inchoatam viriliter provexit, tercius provectam glorioſè conſummavit. Primus erat *Johannes* natione *Eboracenſis*. ſecundas *Johannes* epiſcopus. Tercius, qui adhuc ſupereſt & præeſt *Johannes* de *Cancia* oriundus.

Explicit.

Carta comitis *Alani* de *Aldeburgh.*

Ex regiſtro de Fontibus fol 20.

ALanus *comes* Britanniæ *&* Angliæ, *dapifero ſuo & conſtabulario ſuo & camerario ſuo, baronibuſque ſuis omnibus & hominibus*, Francis *&* Anglis, *ſalutem. Sciatis me pro anima patris mei & matris meæ & pro meipſo & comitiſſa* Berta *uxore mea & pro hæredibus meis, monachis de* Fontibus *ad ædificandam abbatiam quandam ejuſdem ordinis, cum ipſis conceſſiſſe in elemoſinam, & in perpetuo beneficio dediſſe, totum nemus quod pertinet ad* Marſam, *quod eſt ex illa parte aquæ* **Jor** *qua* **Burtun** *conſiſtit. Ex alia autem parte prædictæ verſus* Marſam *prædictis monachis concedo & dono* Rumoram *&* **Bramlei** *ad opus prædictæ abbatiæ, nomine* **Aldeburne.** *Teſtibus*, Ricardo *filio* Euſtacii *filii* Johannis, Scollando *dapifero*, Rualdo *conſtabulario*, Guarino *filio* Guimeri, Hugone *filio* Jarnagoti.

Carta Rogeri *de* Mubrai *de* **Aldeburgh.**

Ibid.

OMnibus ſanctæ eccleſiæ filiis præſentibus & futuris *Rogerus* de *Mubrai* ſalutem. Sciatis me pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, ac liberorum meorum, & patris mei & matris meæ omniumque parentum meorum, dediſſe in elemoſinam monachis ſanctæ *Mariæ* de *Fontanis Aldeburgam*, in grangiam, ſolutam & quietam ab omnibus ſervitiis & quicquid ad eam pertinet ex illa parte *Jori* fluminis in boſco & plano, & campis & pratis & aquis, ſicut pater meus de *Albinio* dedit eam antiquitùs monachis *Pontiniacenſibus* , & communem paſturam ex altera partæ aquæ in **Suintun**; & in **Rumor**, & in **Nutewich.** Et ex eadem parte firmamentum ſtagni ſui ad molendinum faciendum. Hii ſunt teſtes, *Samſon* de *Albinio*, *Mathias* de *Rampamne*, *Radulfus* de *Bellun*, *Gualterus de la Rivere.*

Carta *Suani* de *Tornetun* de *Bramleia.*

Ib.f.

Ib.f.22.2.

O*Mnibus ſanctæ eccleſiæ filiis præſentibus & futuris* Suanus *de* Tornetun *ſalutem. Sciatis* *me dediſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & monachis eccleſiæ ſanctæ* Mariæ de Fontibus *in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, totam* Bramleiam *quæ eſt de mercato meo, cum omnibus pertinentiis & aiſiamentis ſuis, in boſco & plano, in prata & paſtura, & aquis, & in omnibus locis & rebus ad eandem terram pertinentibus, per eaſdem metas & diviſas per quas dominus meus* Rogerus de Mubrai, *qui eam mihi vendidit, eiſdem monachis confirmavit, & in carta ſua nominavit. Hanc terram dedi eis in perpetuum ſolutam quietam & liberam ab omni ſervicio & conſuetudine & ab omni re quæ mihi vel hæredibus meis pertinet, dando annuatim tantummodo duas marcas argenti* Rogero *de* Mubrai *vel hæredibus ſuis, pro omni re & conſuetudine & ſervicio, quæ ad terram pertinent, ſine omni retinimento mei vel hæredum meorum. Hii ſunt teſtes,* Rogerus *de* Mubrai; Radulfus *filius* Aldelini, Rogerus *filius* Gaufridi.

Confirmatio Rogeri *de* **Mubrai**, *de* Bramleia.

Ib.f.23.a. OMnibus ſanctæ eccleſiæ filiis præſentib. & futuris *Rogerus* de *Mubrai* ſalutem. Sciatis me dediſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & monachis eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* totam *Bramleiam*, in boſco in plano, in prato & paſtura, & mora, & aquis, & in omnibus locis & rebus quæ infra has diviſas continentur; ſcilicet à foſſato eorum quod incipit à **Muſebec**, & vadit uſque ad groſſam quercum quæ eſt ſub cilio collis qui eſt ſub ſepi de *Bramleia*, & inde tranſverſus boſcum ſub cilio prædicti collis uſque ad ſurſam cujuſdam ſichet juxta viam quæ vadit de *Bramleia* ad **Maleſart**; & per illud ſichet deorſum uſque ad **Keſebec**; & per **Keſebec** ſurſum uſque ad moram, & tranſverſus moram uſque ad diviſas *Johannis* de **Wattun**; & inde ſicut diviſæ *Johannis* vadunt uſque ad **Spendhou**; & inde deorſum uſque ad **Muſekelde**, & inde uſque ad prænominatum foſſatum monachorum quod eſt diviſa inter eos & **Torp**, & **Maleſart**.

Totam hanc terram cum omnibus rebus & aſiamentis quæ infra prædictas diviſas continentur habebunt monachi in perpetuum, ſolutam, quietam, & liberam ab omni ſervicio & conſuetudine & ab omni re ad terram pertinente, tantummodo pro duabus marcis per annum, dimidia infra octavas pentecoſtes, & dimidia infra octavas ſancti *Martini*. Et ego *Rogerus* & hæredes mei omnia prædicta eis guarentizabimus & acquietabimus ab omni re & ſervicio quod ad terram pertinet, pro prædicta firma, ſine omni retinemento mei vel hæredum meorum in perpetuum. Hiis teſtibus, *Guillielmo* de *Veſci*, *Galiero* de **Bolebec**, *Radulfo* de *Belvair*.

Compoſitio de terminis inter monachos de Fontibus *&* **Jorevalle**.

Ib.f.23.b. OMnibus has literas legentibus & audientibus, notum ſit & manifeſtum hanc eſſe pactionem & confirmationem pacis inter monachos de *Fontibus* & monachos *Jorevallenſes*; ſcilicet quod infra metas monachorum de *Fontibus* apud grangiam ſuam **Aldeburg**, ab orientali parte aquæ **Jor**, erunt *Tyrnum* **Watlous**, & **Cliftun**. Ab occidentali parte aquæ ſicut **Prosbec** protenditur & cadit in **Brunne**, & ultra **Brunne** ſicut **Aigrif** & **King** ſimul veniunt; & ſic ultra, donec perveniatur ad **Suttun**, & de **Suttum** uſque ad **Jor**, cum omnibus appenditiis locorum horum & prædictarum villarum. De **Prosbec** uſque **Grimesdalebec**, & per **Grimesdalebec** uſque ad ad **Potsbec**, & inde uſque dum cadit in **Brunne** habebunt monachi *Jorevallenſes* groſſam materiem tantum ad ædificia communiter cum monachis de *Fontibus* & nichil aliud, nec prata nec paſturam nec paſtionem infra has diviſas vel ceteras diviſas prædictas aliquid aliquo modo accipient vel habebunt, nec procedent ſupra vel infra metas in aliquo niſi per licentiam monachorum de *Fontibus*, nec ipſi ſupra has diviſas ſe extendent niſi per licentiam fratrum *Jorevallenſium*, niſi ſecundum ordinem & uſus *Ciſtercienſes*.

Hæc conceſſit capitulum *Jorevallenſe* monachis de *Fontibus*; & capitulum de *Fontibus*; hac compoſitione, conceſſit, ut abbatiam ſuam removerent uſque ad locum ex utraque parte proviſum, juxta grangiam de **Kelegrunh**. Igitur ut hæc pacis confirmatio ex utraque parte firmiter teneatur in perpetuum, ego *Ricardus* abbas cum aſſenſu capituli de *Fontibus*, & ego *Johannes* abbas cum aſſenſu capituli *Jorevallenſis*, præſenti cyrographo & ſigillis noſtris ſignantes, confirmavimus, & volumus ut ratum & inconcuſſum inter utramque domum hoc maneat in perpetuum. Hujus compoſitionis teſtes ſunt hii quorum ſigilla hic appoſita ſunt *Philippus* de *Elemoſina* abbas. Abbas *Johannes* de **Fornes**, abbas *Gilebertus* de **Hoyle**, abbas *Ricardus* de **Beeland**, *Radulphus* abbas de *Parco*.

Carta *Rogeri* de *Mubrai*, quam dedit *Ricardo* de **Hædun** ſupra terra de **Nutewich**.

ROgerus *de* Mubrai *omnibus hominibus ſuis & amicis* Francis *&* Anglis *clericis & laicis præſentibus & futuris ſalutem. Sciatis me dediſſe & hac carta mea confirmaſſe* Ricardo *de* Hedona *ſexaginta acras terræ in* **Nutewich** *juxta viam quæ vadit ad* **Torp** *apud* **Maſham** *verſus* le **Caſteler**, *uſque ad diviſas* Aldredi, *& uſque ductum de* **Muſebec**, *illi & hæredibus ſuis, tenendum de me & hæredibus meis in feudo & hæreditate, liberè & quietè & honorificè per ſervicium quantum pertinet ſexaginta acris, unde duodecim carucatæ terræ faciunt ſervicium unius militis. Hiis teſtibus*, Roberto *de* Mubrai, Philippo *de* Muntpincer, Warino *filio* Symonis. Ibid.

Carta Ricardi *de* Hedune *dantis eandem terram eccleſiæ de* Fontibus.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris, *Ricardus* de *Heduna* ſalutem. Sciatis me dediſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & monachis eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* totam terram quam habui in **Nutewich** vel circa ex donatione domini mei *Rogeri* Ib.f.23.b.

de *Mubrai*, pro ſervitio & homagio meo, integrè & abſque omni diminutione, in boſco & plano in pratis & paſcuis, & aquis, & in omnibus locis & rebus & aiſiamentis & libertatibus ad liberam terram pertinentibus, ſicut præfatus dominus meus *Rogerus* de *Mubrai* eam mihi dedit & carta ſua confirmavit, videlicet per has diviſas, ſicut **Muſebec** deſcendit in **Muſecloh** uſque in **Jor**, & ſic ſurſum **Jor** uſq; ad diviſas monachorum, & ſic per diviſas de **Rig** uſq; in **Muſecloh**. Hæc omnia dedi Deo & monachis ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus*, & totum jus quod inde habui, quietum clamavi, & me & omnia mea ſuper altare, de *Fontibus* obtuli tam adquiſita quam adquirenda, in puram & perpetuam elemoſinam, ſolutam quietam & liberam de me & cunctis hæredibus meis, finaliter, pro ſalute animæ meæ & dominorum meorum & omnium anteceſſorum meorum, & amicorum. Hiis teſtibus, domino *Rogero* de *Mubrai*, *Rogero* de *Albinio*, *Rogero* filio *Gaufridi*.

Carta *Rogeri* de *Mubrai* de **Birnebem**.

Ibid. fol. 88. a.

EBoracenſi *archiapiſcopo et capitulo ſancti* Petri Eboraci, *et omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus et futuris* Rogerus *de* Mubrai *ſalutem. Sciatis me dediſſe et præſenti carta confirmaſſe Deo et eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Fontibus *totam terram de* **Birnebem** *cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco et plano, pratis et aquis et paſturis, in viis & ſemitis, per rectas diviſas plenarias; ſcilicet de* **Felebriggebec** *uſque ad metas de* **Rippelei**, *ſicut unquam meliùs & liberiùs tenui. Hanc donationem per directas diviſas feci prædictæ eccleſiæ in perpetuam elemoſinam, & ita in liberam & propriam poſſeſſionem, & ad ſartandum & donandum & vendendum, ita quod terra ubi nemus eſt cum tota alia terra de* **Birnebem** *imperpetuum eccleſiæ prædictæ de* Fontibus *remanebit, & quod nichil ibi mihi retineam præter cervum & cervam, aprum & capreolam et aves quæ alias capiunt. Set & foreſtarii mei non habebunt ibi poteſtatem, nec de aliqua re ſe intromittent niſi de prædictis feris & avibus cuſtodiendis. Et ſi aliqua calumpnia ſuper prædicta terra aliquando evenerit, ego & hæredes mei prædictam terram cum omnibus pertinentiis ſuis monachis garentizabimus & acquietabimus ab omnibus ſerviciis & conſuetudinibus quæ ad terram pertinent, & defendemus contra omnes homines, ita ut liberè & in pace omnia teneant.*

Hæc omnia conceſſimus & confirmavimus in præſentia capituli eccleſiæ ſanctæ Mariæ Eboraci *ego &* Nigellus *filius meus, &* Robertus *filius meus in præſentia* Clementis *abbatis & in preſentia* Roberti *decani & capituli* Eboraci. *Hiis Teſtibus*, Rogero *abbate de* Beelanda, Landrico *monacho ejus*, Philippo *Priore ſanctæ* Trinitatis, *magiſtro* Swano *de hoſpitali*, Roberto *capellano* Rogeri, Rogero *de* Kaove, Willielmo *de* Muntpincer, Thoma *filio* Vivet, Roberto *de* Daivilla, Hugone Malebiſſe, Turgis *filio* Maugeri, Radulfo *de* Bauueir, Hamundo Beler, Helia *de* Ferlington, Rogero *de* Bavent, Willielmo Daivilla, Roberto *de* Buſci, Thoma *de* Colevilla, Henrico *de* Lubbaham, Roberto *de* Bauuer, Rogero *filio* Aie, Ricardo *de* Inſula, Willielmo, *de* Rainevilla, Ranulpho *de* Glaumvilla *tunc vicecomite* Eboraci, Radulpho *de* Mundavilla, Thomas Darel, Gaufrido *de* Neovilla, Adam *filio* Normanni, Bertram Haget, Adam Luvel, Radulfo *de* Eboraco, Stephano *de* Killum, *&* de *comitatu* Eboraci, *alii multi.*

Cyrographum Rogeri *de* Mubrai, *de* **Birnebem**.

Ibid.

NOtum ſit omnib. ſanctæ matris eccleſiæ filiis, hanc eſſe conventionem inter monachos de *Fontibus* & dominum *Rogerum* de *Molbrai* & filios ſuos *Nigellum* & *Robertum*, quod *Rogerus* & filii ſui conceſſerunt & dederunt & carta ſua confirmaverunt Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* in perpetuam elemoſinam totam terram de **Birnebem** cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco & plano pratis & aquis & paſturis in viis & ſemitis per rectas diviſas ſuas plenarias, ſcilicet de **Felebriggebec** uſque ad metas de *Rippeleia*, ſicut unquam melius & liberiùs illam terram tenuerunt. Et hanc terram cum pertinentiis ſuis in perpetuum habebunt monachi ſolutam quietam ab omni ſervicio & conſuetudine & ita in liberam & propriam poſſeſſionem & ad ſartandum & donandum & vendendum, ita quod terra ubi nemus eſt cum tota alia terra de **Birnebem** imperpetuum prædictæ eccleſiæ de *Fontibus* remanebit, & quod nichil *Rogerus* & filii ſui ibi retinuerunt præter cervum & cervam, aprum & capreolam & aves quæ alias capiunt. Set & foreſtarii mei non habebunt ibi poteſtatem nec de aliqua re ſe intromittent niſi de prædictis feris & avibus cuſtodiendis. Hoc etiam ſtatutum eſt inter eos, quod ſervientes de **Birnebem** ſecuritatem facient fide vel juramento fratribus ejuſdem loci quod de feris non capient ejuſdem foreſtæ neq; de avibus quas in carta ſua *Rogerus* & filii ſui ſibi retinuerunt. Et ſi aliquis de ſervientibus monachorum deprehenſus fuerit, monachi de eo rectum facient prout capitulum *Eboraci* decreverit. Et propter hanc conventionen *Rogerus* de *Mubrai* accepit à monachis CCCl. marcas argenti. Ad hoc tenendum & garentizandum & defendendum monachis in perpetuum contra omnes homines & contra omnes fœminas *Rogerus* de *Mubrai* & filii ejus, *Nigellus* & *Robertus* fidem affidaverunt, & *Robertus* de *Daivilla*, *Radulfus* de *Bauveir*, *Hugo Malebiſſe*, *Turgis* filius *Malgeri*, *Robertus Buſci*. Et pro conceſſione & confirmatione hujus conventionis *Nigellus* filius *Rogeri* de *Mubrai* v. marcas à monachis recepit. Teſtes capitulum eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci*, *Philippus* Prior ſanctæ *Trinitatis*, magiſter *Suanus*.

Carta Rogeri *de* Laci *conſtabularii* Ceſtriæ, *de* Bradleia.

Ibid. fol. 110. b.

ROgerus de *Laſci* conſtabularius *Ceſtriæ* omnibus videntibus vel audientibus hanc cartam, ſalutem. Sciatis me dediſſe conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo & monachis ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* totam villam de *Bradeleia* cum omnibus pertinentiis libertatibus & aiſiamentis ſuis, ut habeant ex dono meo quicquid habuerunt in **Bradlei** & in pertinentiis ſuis ex dono *Radulfi* filii *Nicholai*, & quicquid habuerunt ex dono *Adæ* de *Crideling* filii ejus, ſicut cartæ eorum teſtantur & purportant, Et totum reſiduum prædictæ villæ de *Bradeleia* quod idem *Adam* de *Crideling* mihi & hæredibus meis in curia mea de *Pontefracto* dedit reſignavit & quietum clamavit de ſe & hæredibus ſuis, excepta terra & ſervicio *Jordani* de **Rie** & hæredum ſuorum quæ ego in manu mea retinui. Dedi etiam eiſdem monachis & quietum clamavi de me & de hæredibus totum forinſecum ſervicium prædictæ villæ de *Braddeleia*; ſcilicet quantum pertinet ad duas carrucatas terræ unde xiiij. carrucatæ faciunt feudum unius militis. Hæc omnia dedi ego prædictis monachis in puram & perpetuam elemoſinam liberam quietam & ſolutam ab omni ſervicio & ab omni re ad terram pertinente, ita quod faciant de his omnibus quicquid voluerint ſicut de propria & perpetua poſſeſſione ſua. Et ego & hæredes mei omnia prænominata præfatis monachis warantizabimus acquietabimus & defendemus contra omnes in perpetuum ſicut puram & perpetuam elemoſinam noſtram. Teſtibus his, *Willielmo* filio *Willielmi*, *Adam* de *Novo mercato* & *Henrico* fratre ejus.

Carta *Bertranni Haget*, de *Dacra*.

Ib.f.143.a. N*Otum ſit omnibus præſentibus & futuris quod ego* Bertrannus Haget *conceſſi monachis ſanctæ* Mariæ *de* Fontibus *in elemoſinam totam terram de* Dacra, *& in boſco & in plano & in pratis & in aquis & in omnibus aliis rebus juſtè ad ipſum locum pertinentibus, & prædictæ eccleſiæ monachi dabunt mihi per annum pro recognitione duas marcas argenti quamdiu eas recipere voluero. Hujus autem donationis teſtes ſunt quorum nomina ſubſcribuntur* Euſtachius *filius* Johannis, Hugo *filius* Jarnagoti, *&* Petrus *monachus de* Fontibus.

Confirmatio Willielmi Haget, *de* Dacra.

Ibid. E*Boracenſi* archiepiſcopo & omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Willielmus Haget* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & ex parte mea obtuliſſe ſuper altare de *Fontibus* illam donationem quam fecit pater meus *Bertram* monachis ejuſdem eccleſiæ, ſcilicet totum jus ſuum quod habuit in *Dacra*, in perpetuam elemoſinam, ſolutam quietam & liberam ab omni ſervicio. Super hoc quietam clamavi prædictis monachis de me & hæredibus meis in perpetuum, calumpniam cujuſdam recognitionis quam facere ſolebant patri meo in vita ſua pro *Dacra*. Et pro hac quieta clamatione monachi dederunt mihi xxv. marcas & unum palefridum. Et ego & hæredes mei guarentizabimus eis prædictam terram ſicut liberam elemoſinam patris mei & noſtram quantum ad me & ad meos pertinet. Hii ſunt teſtes, *Rogerus* abbas de *Bellanda*, *Landricus*, *Rodulfus*, monachi de *Bellanda*, *Thomas* filius *Wulbet*, *Gilebertus* de *Archis*, *Rollant Haget*.

Carta *Willielmi* de *Caſteleia*.

Ib.f.145.b. O*Mnibus ſanctæ eccleſiæ filiis præſentibus & futuris* Willielmus *de* Caſtelei, *Salutem. Sciatis me quietum clamaſſe & in comitatu* Eboraci *coram* Rogero *de* Bavent *tunc vicecomite abjuraſſe totum jus & clamium quod ego & prædeceſſores mei unquam habuimus in terra de* Dacra *quam clamavi tenere de* Gaufrido Haget, *& quam eccleſia de* Fontibus *tenet, ita quod nec ego nec alius qui per me vel hæredes meos aliquod clamium in illa terra habere poſſit, aliquam calumpniam amodo prædictæ eccleſiæ movebimus, ſed totam de nobis quietam eam ſicut ſuam propriam poſſeſſionem tenebit.* Et *hoc feci pro ſervitiis & beneficiis quæ prædicta eccleſia ſæpe fecit mihi & meis. His teſtibus*, Gaufrido Haget, Ricardo Malebiſſe, Nigello *de* **Plumton**, Willielmo *de* Atona.

Carta Roberti *de* **Sarz** *de terra inter* Gillemora *&* **Felebriggebec**.

Ib.f.126.a. NOtum ſit omnibus legentibus & audientibus litteras has, quod ego *Robertus* de **Sarz** cum conſilio & bona voluntate uxoris meæ conceſſi & dedi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* & monachis ibidem Deo ſervientibus,, in feudo & hæreditate, quicquid eſt in boſco & in plano quod pertinet ad villam meam *Thornatunam* inter *Gillemora* & **Felebriggabec**, & inter diviſam de *Salleia* & **Haithabec**, quæ eſt diviſa inter eandem *Tornetunam* & **Bernebeam**, quod totum ſcilicet eſt del **North** & **Weſt** de *Gillemora*; & in ipſa *Gillemora* unum angulum partim nemoroſum & partim planum ſicut ego perambulavi, & probi viri qui mecum erant ad exitum pecuniæ eorum, quia locus ille nimis artus videbatur eis & propter timorem latronum. Sciendum igitur quod idem monachi de *Fontibus* unoquoque anno pro iſta tenura dabunt mihi & hæredibus meis dimidiam marcam argenti pro omni ſervicio, dimidia ad pentecoſtem & dimidia ad feſtum ſancti *Martini*. Ubi conceſſi & ſaiſiavi prædictos monachos de iſta tenura fuerunt iſti, *Gillebertus* canonicus ſancti *Wilfridi* de **Ripun**, & ceteri multi. Et ad recordationem hujus conventionis fuerunt iſti, *Robertus* de **Pinchenni**, *Symon* canonicus, *Ricardus Pes latronis*, & alii multi. Omnes hii interfuerunt quando ego & uxor mea conceſſimus hanc conventionem ante hoſtium eccleſiæ ſancti *Wilfridi* de **Ripun**.

Confirmatio *Thurſtini* archiepiſcopi de donatione *Roberti* de **Sarz**. Hoc invenietur in teca regum & archiepiſcoporum.

Ibid. TUrſtinus *Dei gratia* Eboracenſis *archiepiſcopus, omnibus ſucceſſoribus ſuis & univerſis eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſentis cartulæ teſtimonio confirmaſſe, donationem quam* Robertus *de* **Sarz** *&* Raganildis *uxor ejus dederunt monachis ſanctæ* Mariæ *de* Fontibus, *ſcilicet quicquid eſt in boſco & in plano quod pertinet ad* Tornetunam *quæ eſt de feudo meo inter* Gillemora *&* **Felebriggebec**; *& quicquid eſt inter diviſam de* Sallaia *&* **Heithebec**. *Et in ipſa* Gillemora *unum ongulum partim nemoroſum & partim planum, ſicut perambulaverunt ipſe* Robertus *& alii probi qui cum ipſo erant, perpetuo jure à prædictis monachis poſſidenda, libere & quiete ab omni ſervicio, pro dimidia marca argenti per annum, ſicut continetur in carta* *quam ipſe* Robertus *& prædicta uxor ejus inde eis tradiderunt ſigillata ſigillo ſancti* Wilfridi. *Et pro conceſſu & donatione ipſius* Roberti *& uxoris ſuæ perpetuo tenenda dederunt prædicti monachi ipſi* Roberto *marcam unam argenti & uxori ejus iij. ſolidos. Hiis teſtibus,* Willielmo *decano* Eboraci, Willielmo *Theſaurario, & multis aliis.*

Carta Roberti *de* Sarz, *de* **Porker**.

Ibid.

NOtum ſit omnibus legentibus & audientibus has litteras quod ego *Robertus* de *Sarz* cum conſilio & bona voluntate uxoris meæ *Ragnildæ*, conceſſi & dedi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram elemoſinam, terram quam habui extra ſepem eorum nomine **Porker**, & aliam terram eidem conjunctam pertingentem uſque ad **Frankildakeld**, & uſque ad diviſas de **Perkilfeld**. Conceſſi igitur & dedi eis in liberam & puram elemoſinam terram de **Wardſale**, & dimidiam marcam argenti quam pro eadem terra unoquoque anno mihi dare ſolebant quietam illis clamavi, & ab omni calumpnia hæredum & poſterorum meorum liberam & ſolutam. Et hæc quidem illis conceſſi & dedi pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ *Ragnildæ* omniumq; parentum meorum viventiū vel defunctorum, Hiis teſtibus, *Willielmo Martino*, & *Cliberto* canonico, & multis aliis.

Carta Henrici *archiepiſcopi de* **Herleſhou**.

Ibid. fol. 126. b.

H*Enricus* Dei gratia *Eboracenſis* archiepiſcopus univerſis filiis ſanctæ matris eccleſiæ ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem in domino. Quoniam ſine veræ cultu religionis nec caritatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſervicium, eccleſiarum prælatis convenit religioſas perſonas diligere & earum neceſſitatibus paterna ſollicitudine providere. Eapropter donationem quam *Robertus* de *Sartis* & uxor illius *Ragnilda*, filia *Ligulfi*, fecerunt abbatiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* & monachis ibidem Deo ſervientibus; totam videlicet villam de *Herleſhowia*, id eſt tres carucatas terræ per ipſas diviſas per quas præfatus *Robertus* & uxor ejus unquam melius tenuerunt, nos ratam habentes concedimus & præſentis ſcripti pagina confirmando communimus, ſtatuentes quatinus hanc donationem ab omni terreno ſervicio liberam & quietam in perpetuam elemoſinam poſſideant. Hujus rei teſtes ſunt magiſter *Robertus Butevillanus Eboracenſis* eccleſiæ archidiaconus, magiſter *Laurencius*, *Thomas Soeavager*, & alii ſatis.

Carta *Henrici* archiepiſcopi, de univerſis.

Ibid.

HEnricus *Dei gratia* Eboracenſis *archiepiſcopus dilectis filiis* R. *abbati monaſterii ſanctæ* Mariæ *de* Fontibus *ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis inperpetuum, ſalutem & Dei benedictionem. Pontificali auctoritati competit religioſas perſonas diligere & earum quieti Deo auxiliante proſpicere. Eapropter dilecti filii in domino veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuentes, præfatam Dei genitricis ac ſemper virginis* Mariæ *eccleſiam in qua divino mancipati eſtis obſequio, totumque habitationis veſtræ locum cum univerſis terris ſilvis aquis pratis paſcuis de feudo ſancti* Petri *& noſtro quibuſlibet juſtis modis adquiſitis, vobis & ſucceſſoribus veſtris in puram & perpetuam elemoſinam concedimus & præſentis ſcripti pagina confirmando communimus. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam de* Fontibus *cum ſibi adjacentibus. Grangiam* Sutonæ *per plenarias & antiquas diviſas, cum terris adquiſitis à* Thorfino *filio* Goſpatric, *& à* Godwino *de* Cludr. Herleſhowiam *per ſuas diviſas plenarias per quas* Robertus *de* Sartis *& uxor ejus* Ragnilda *filia* Ligulfi *melius unquam tenuerunt. Grangiam de* Warthſala *ſicut præfatus* Robertus *& uxor ejus* Ragnilda *eam dederunt. Terram igitur quæ erat in calumpnia inter* Herleſhowiam *&* Bertrannum *&* **Bulemer** *quam ipſe quietam clamavit, & xx. acras terræ quas* Ricardus Pedelarrum *pro anima filii ſui vobis dedit: Sed & alias xx. acras quas* Normannus *filius* Huctredi *dedit vobis. Terram nichilominus quæ erat in calumpnia inter* Caitonam *&* Merchintonam *ſicut vobis quieta clamata fuit. Hujus rei teſtes ſunt,* Osbertus *archidiaconus,* Hugo *theſaurarius, & multi alii.*

Carta Rogeri *de* Mubrai *de recompenſatione de* Niderdala.

Ibid. fol. 143. b.

E*Boracenſi* archiepiſcopo & decano & capitulo ſancti *Petri Eboraci* & omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis præſentibus & futuris *Rogerus* de *Mubrai* ſalutem. Sciatis me dediſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & monachis ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* quicquid continetur infra has diviſas. Scilicet totum *Niderdala* ex illa parte aquæ deverſus *le* **Eſt**. De **Iwdenebec** ſurſum in longum **Nid** uſq; ad **Beckermote**; Et inde ſurſum uſque ad moram, & ſic uſque ad **Froſtildehou**, & de **Froſtildehou** uſque ad **Hameldun**, & inde uſque ad *Dalbagba*, & totum *Dalbagba* deorſum ex utraq; parte quantum durat. Et inde tranſverſum moram deverſus **Scheldene** uſque ad diviſas archiepiſcopi, & inde deverſus *le* **Weſt** uſque ad **Iwdenebec**. Et præterea totum **Loftuſhum** cum pertinentiis ſuis. Hæc omnia dedi eis in puram & perpetuam elemoſinam & recompenſationem illius terræ & illius boſci quod dedi eis *el* **Suth** de *Dacra*, quod perdiderunt. Et ego & hæredes mei omnia prædicta eis guarentizabimus in perpetuum & defendemus adverſus omnes calumpniatores, ita quod ipſi facient de omnibus his prædictis quicquid voluerint ſicut de ſua libera & propria & perpetua poſſeſſione ſoluta quieta & libera ab omni ſervicio conſuetudine & ab omni re quæ ad terram pertinet. Sciendum eſt etiam quod quandocumq; ego *Rogerus* de *Mubrai* vel hæredes mei liberè & quietè deliberaverimus eis hoc quod perdiderunt *el* **Suth** de *Dacra* quod tenuerunt de me, hoc quod dedi eis in recompenſationem propter hoc, quietum ab eis mihi vel hæredibus meis remanebit. Teſte, *Roberto* decano & capitulo *Eboraci*, *Philippo* Priore ſanctæ *Trinitatis*, *Roberto* de *Mubrai*, *Willielmo* de *Tikebill*, *Roberto* de *Daivilla*.

Carta

Carta *Rogeri* ,de *Mubrai* de **Patleiagate** & **Iwdene.**

Ibid.

ROgerus *de* Mubrai *omnibus hominibus ſuis & omnibus audientibus has literas ſalutem. Sciatis me dediſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & monachis ſanctæ* Mariæ *de* Fontibus *quicquid continetur inter* **Patleiagate & Iwdene.** *Hoc dedi eis in puram & perpetuam elemoſinam liberum & quietum ab omni ſervicio & ab omni re quæ ad terram pertinet, & quietum de me & omnibus hæredibus meis in perpetuum, ſine excambio illis dando ſi fortè aliqua occaſione quicquid de eo perdiderint. Et tamen pro omni poſſe noſtro illud eis guarantizabimus ſicut proprium noſtrum, quod eis in perpetuum decimus ſine omni retinemento noſtri vel hæredum noſtrorum. Teſte,* Roberto *de* Mubrai, Roberto *de* Auuill, Hugone Malebiſſe, Radulfo *de* Belvaco.

Confirmatio Nigelli *de* Mubrai, *de omnibus.*

Ibid. fol. 144. a.

E*Boracenſi* archiepiſcopo & capitulo ſancti *Petri Eboraci* & omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris *Nigellus* de *Mubrai* ſalutem. Sciatis me dediſſe & præſenti carta confirmaſſe in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes quas pater meus *Rogerus* de *Mubrai* fecit eis & cartis ſuis confirmavit in perpetuam elemoſinam ; ſcilicet *Aldeburgam* in grangiam ſolutam & quietam ab omnibus ſerviciis,& quicquid ad illam pertinet ex illo parte *Jori* fluminis,in boſco& plano & campis & pratis & aquis ſicut avus meus *Nigellus* de *Albenio* dedit eam antiquitùs monachis *Pontiniacenſibus*, & communem paſturam ex altera parte aquæ, & ex ipſa eadem parte firmamentum ſtagni ad molendinum faciendum.

Confirmavi etiam illis illam donationem quam *Turgiſius* filius *Malgeri* fecit eis in puram & perpetuam elemoſinam. Et confirmationem quam *Gualterus* de *Butri* de eadem terra monachis fecit, ſcilicet de **Smithuſwat** uſq; ad *Gretgata*, & ſicut *Gretgata* tenditur uſq; in **Elrebec**, & exinde inferiùs ſicut **Elrebec** cadit in **Jor**. Confirmavi etiam monachis mortuum boſcum in foreſta mea de ſtante & jacente quicquid folium non portat ubicumque capere voluerint, ad carbonem faciendum ad forgiam ſuam de **Aldeburg**. Item confirmavi eis quicquid patris mei fuit inter terram de *Suttuna* & quendam rivulum meantem infra *Redleiam* juxta fontem quem adaquandis pecoribus ſuis illis dedit,& ab eodem rivulo recta linea præcedente in flexionem ejuſdem rivuli, verſus aquilonem uſque ad tres ſpinas ſitas in quodam monte petroſo, & inde uſque ad quendam magnum ſalicem ſub margine ſilvæ quæ vocatur **Litlehage**, & inde uſque ad quandam viam quæ jacet in fundo vicinæ vallis, & per eandem viam quantum terra illorum durat.

Et præterea confirmo donationem quam *Auliz* de *Gant* mater mea illis dedit per medium **Litlehage** à *Barra* uſque ad viam petroſam ſicut diviſio facta eſt. Et poſt ultra viam petroſam uſque ad **Waleſcroft**, & de **Waleſcroft** ultra **Cumbedene** uſque ad ſiccum ſalicem juxta **Pirwintes**, & ſic rectè uſq; ad fontem. Item confirmavi eis ad grangiam ſuam de *Suttuna* communem paſturam de **Aferlagh** & de **Wincheſlai** per totum, præter de blado & de prato omnibus bobus illius grangiæ &xxv.vaccis,&quando non ſunt in labore in foreſta mea ibunt ad paſcendum diebus & noctibus,&ad utendum his paſturis villarum,ſcilicet & foreſtæ, habebunt vias ubi eis oportunum fuerit in cujuſcumq; manus prædictæ villæ devenerint. Et ut difficiant & eſtupent unam viam quæ vadit per mediam culturam de *Suttuna* quia eis nocebat. Dedi etiam eis & confirmavi in perpetuam elemoſinam xx. carucatas fœni in prato de **Wacaldeſheng** ſolutè & quietè de omnibus ſerviciis. Et quando predictum fœnum falcare voluerint monſtrabunt balivo de **Maleſart**, & ipſe balivus de **Maleſart** monſtrabit eis ubi falcare debeant. Item confirmavi eis donationem terræ illius quam *Aldelin* de *Aldefeld* & *Radulfus* filius ejus donaverunt & cæteri filii ejus conceſſerunt prædictis monachis in perpetuam elemoſinam;ſcilicet de **Suanlei** uſque ad vadum de **Waineſford** & quinque pedes de terra arabili ad foſſatum faciendum. Item confirmavi eis totam terram de **Birnebem** cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco & plano pratis & aquis & paſturis in viis & ſemitis per rectas diviſas plenarias, ſcilicet de **Felebriggebec** uſq; ad metas de **Rippelei**, ſicut unquam meliùs & liberiùs illam terram pater meus tenuit.

Hanc donationem & confirmationem per prædictas diviſas feci monachis in perpetuam elemoſinam,& ita in liberam & propriam poſſeſſionem & ad ſartandum & ad donandum & vendendum, ita quod terra ubi nemus eſt cum tota alia terra de **Birnebem** in perpetuum eccleſiæ de *Fontibus* remanebit, & quod nichil ibi mihi retineam præter cervum & cervam,aprum & capreolam & aves quæ alias capiunt. Sed & foreſtarii mei non habebunt ibi poteſtatem nec de aliqua re ſe intromittent niſi de prædictis feris & avibus cuſtodiendis. Et ſi aliqua calumpnia ſuper prædicta terra evenerit, ego & hæredes mei prædictam terram cum omnibus pertinentiis monachis guarentizabimus & adquietabimus ab omnibus ſerviciis & conſuetudinibus quæ ad terram pertinent, & defendemus contra omnes homines, ita ut liberè & in pace omnia teneant. Super hæc omnia dedi & confirmavi eccleſiæ de *Fontibus* grangiam de *Dacra* cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco in plano & omnibus aliis rebus & locis & libertatibus ſicut in cartis patris mei continetur.

Præterea dedi eis & confirmavi ad incrementum ſicut rivus in **Beverlai** cadit in **Nid**, ubi vetus capella fuit, & inde ſicut **Nid** venit uſque **Piherſeldebec**, & inde ſicut **Piherſeldebec** pertingit uſq; ad diviſas de *Cravena*. Hanc donationem per plenarias prædictas diviſas feci monachis de *Fontibus* ſolutam & quietam in puram & perpetuam elemoſinam, & ita in liberam & propriam poſſeſſionem quod nihil mihi vel hæredibus meis ibi retineam præter cervum & cervam aprum & capreolam & aves quæ alias capiunt. Sed & foreſtarii mei nullam poteſtatem ibi habebunt nec de re aliqua ſe intromittent niſi de prædictis feris & avibus cuſtodiendis. Et ego & hæredes mei hæc omnia guarentizabimus eis in boſco & plano & adquietabimus de omnibus ſerviciis & conſuetudinibus inperpetuum.

Confirmavi etiam eis terram de **Redlei** quam *Radulfus* de *Beellun* eis in elemoſinam dedit, ſcilicet à barra ipſius **Redlei** inferius ſicut foſſatum vadit uſque ad capud calcedæ verſus **Aſarlagh**, in boſco & plano. Hæc omnia ſupradicta dedit & confirmavit pater meus *Rogerus* de *Mubrai* per cartas ſuas. Et ego *Nigellus* filius & hæres ejus dedi & confirmavi per hanc cartam meam. Et ſciendum quod pro donatione & confirmatione mea, monachi de *Fontibus* dederunt mihi quinquaginta marcas. Teſtes, capitulum ſancti *Petri Eboraci*, *Philippus* Prior ſanctæ *Trinitatis Eboraci*, *Gualterus* de *Templo.*

Carta *Aaliz* de *Gant* de terra ad conſtruendum abbatiam de *Fontibus.*

Ex autographo nuper in turri beatæ *Mariæ Eboracenſis.*

U*Niverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis notum ſit, quod ego* Aaliz *de* **Gant** *dedi & conceſſi eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Fontibus *terram, ſicut diviſa incipit apud calcetum de* Vedlaia, *uſque ad barram, & à barra uſque ad viam petroſam & inde uſque ad* **Waleſcroft** *& de* **Waleſcroft**, *uſque ad rogum uſque quercum & ſic recte uſque ad* **Stainlai**, *quantum mea terra durat. Hanc terram dedi primum ad ipſam eccleſiam conſtruendum, deinde in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & domini mei, & patris, & matris meæ, & filiorum meorum. Teſte* Roberto *filio meo, qui hanc donationem conceſſit, & ſuper altare obtulit, &* Richardo *clerico.* Uctredo *filio* Walefridi, Radulpho, *filio* Adelini, *&* Hamelino *fratre ſuo*, Noel, Richardo *nepote* Samſonis *de* Albinio, Keteſſo *filio* Siwardi, Gaufrido *filio* Siwini, Pagano *homine* Noel, Gamel *de* **Stodlai**, Radulpho *parmentario* Eborum, Willielmo *curſore meo*, Uctredo *filio* Noel, Alano *ſagittario*, Adelino *filio* Uctredi *de* **Stodlei.**

Carta Aliciæ *de* **Gount**, *de* **Birnebem** *& omnibus aliis que pertinent ad honorem de* **Maleſart.**

Ibid. Item ex regiſtro de *Fontibus.* fol. 91. a.

E*Boracenſi* archiepiſcopo, & omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Alicia* de **Gaunt**, uxor *Rogeri* de **Mubray** ſalutem. Sciatis me de mea bona & libera voluntate, & ſine omni exactione alicujus hominis, conceſſiſſe, & hac carta mea confirmaſſe in perpetuam elemoſinam, Deo, & monachis ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus*, quicquid habent de dote mea, in boſco, & plano, pratis, & aquis, paſturis, eſſartis, & terris cultis, que pertinent ad Honorem de **Malleſart**, & ad **Nidderdale**, & ad villam de **Aſſerlac**, & præterea totam **Birnebem**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & aiſiamentis, in boſco, & in omnibus aliis locis, & rebus ad eam pertinentibus, ita quietè, liberè, & integrè, & plenariè ſicut inde continetur in cartis prenominati domini mei *Rogeri* de **Mubray**, & in cartis filiorum meorum *Nigelli*, & *Roberti.* Et ſciendum quod eccleſia de *Fontibus* recepit me in omnibus orationibus, & beneficiis ſuis, & faciet poſt deceſſum meum, pro me plenarium ſervitium in miſſis, & pſalteriis, ſicut pro monacho ejuſdem domus fieri ſolet. Hanc conceſſionem & confirmationem feci predictæ eccleſiæ poſt paſcha, ſcilicet iiij. idus Aprilis, anno incarnationis MClxxvj. eo anno, quo opida de **Trex**, & de **Maleſart** proſternebantur. Et in teſtimonium & in rememorationem dederunt mihi predicti monachi unum annulum aureum.

Carta *Radulfi* filii *Ribaldi* domini de **Midelham.**

Adhuc ex regiſtro de Fontibus.

N*Otum ſit omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, preſentibus & futuris, quod ego* Radulfus *filius* Ribaldi *conceſſione filii mei* Rodberti *dedi monachis eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Fontibus *terram illam, pro qua inter nos contenſio fuit aliquando inter* **Aldeburgh**, *&* **Welle**, *pro anima mea, patris & matris & uxoris meæ & omnium parentum meorum, in puram, & perpetuam elemoſinam. Super hoc etiam concedo eis communem paſturam de* **Welle**, *&* Snapa, *& villarum quæ ad* **Welle** *pertinent, decem annis à feſtivitate ſancti* Martini *quæ prima evenerit poſt mortem* Willielmi Eboracenſis *archiepiſcopi. Teſtibus,* Roberto *filio meo*, Ribaldo *filio meo.* Henrico *filio* Ribaldi, Johanne *presbytero de* **Welle**, Radulfo *de* **Torneton**, Alano *filio* Richardi, Abrahamo *de* **Crucehale**, Osberto *filio* **Copſi** *de* Ridemera, Richardo *filio* Abrahami, Radulfo *filio meo.*

Carta Aliciæ *de* Rumeli.

Adhuc ex regiſtro de Fontibus.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus, & futuris, *Alicia* de **Rumelli**, filia *Willielmi*, filii *Dunecani* ſalutem; Noverit univerſitas veſtra, me, in libera poteſtate mea, & viduitate, conceſſiſſe, & dediſſe, & hac preſenti carta mea confirmaſſe in puram & perpetuam elemoſinam Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & monachis de *Fontibus* totam medietatem villæ & molendini de **Croſtwayt** cum pertinentiis, illam ſcilicet, quam *Rogerus* clericus tenuit, & unum toſtum in villa de **Cokermouth** cum pertinentiis, quod idem *R.* tenuit; habendas & tenendas de me, & heredibus meis, prædictas terras cum omnibus libertatibus, & honoribus, & aiſiamentis, predictis terris pertinentibus, ſolutas & quietas ab omni ſæculari ſervitio, ſicut aliqua elemoſina liberius datur, & conceditur. Ut autem hæc donatio mea rata ſit & ſtabilis, eam, ſigilli mei appoſitione, confirmavi. Ego verò & hæredes mei warantizabimus, & defendemus predictas terras, predictis monachis, contra omnes homines. His teſtibus, *Willielmo* de *Boivill*, *Drocone* capellano, *Johanne Alem. Willielmo* de *Perci*, *Richardo* de *Alneburc*, *Rogero* de *Burneben*, *Richardo* clerico, de **Millum**, *Willielmo Harper*, *Willielmo* de camera & multis aliis.

Confirmatio terrarum & donationum { *Pat.* 5. E. 2. *part.* 2. *m.* 18. *&* 20.

Confirmatio donationum per regem Ricardum *primum.*

Pat. 9. R. 2. part. 2. m. 25. per Inſpex.

R*Icardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitanniæ*, & comes *Andegaviæ* archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos pro anima patris noſtri, & pro ſalute noſtra,& matris noſtræ,& fratris noſtri *J.* & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* & eccleſiæ de *Fontibus* & monachis ordinis *Ciſtercienſis* ibidem Deo ſervientibus & ſervituris imperpetuum ipſam ſuam de *Fontibus* abbatiam& locum in quo eadem abbacia ſita eſt & fundata per bone memoriæ *Thurſtinum* quondam archiepiſcopum *Eborum*,cum omnibus terris & tenementis, nemorib. aquis & aliis quibuſcumque rebus & locis ſuis de **Morker,Herleſhowe, Haddokſtanes, Morkerſall, Waynford, Swanlay**, & **Warſall**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et grangias ſuas de **Sutton, Sleningford, Galghagh, Aldeburgh** cum **Nuttewith, Flattewith** & **Tanfeldridding, Bramlay, Kilneſay, Cayton** cum *le* **Golleſcroft** & ſtagno vivarii ſui ibidem **Thorpundirwodde, Marton**, cum **Caldewell, Balderbi,Buſkeby, Arneford , Nethirbordelay , Overbordelay , Couton, Grenebergh, Merſton,Kirkebywisk, Bradelay,Malghom, Brinbem**, cum libertate ferarum & avium foreſtæ ſuæ ibidem. **Dacre** cum toto **Niderdale** ſicut *Rogerus* de *Moubray* iſtud contulit eiſdem cum toto incremento&excambio quæ idem *Rogerus* ſimiliter eiſdem dedit ibidem, & cum logiis ſuis ibidem de **Beverlay Bourchwayt, Sixford, Delagh, Loſthours, Trope** & **Caldeſtanes** cum omnibus materiis & mineris & omnibus aliis logiis & locis ſuis in eodem **Niderdale**, cum omnibus ad prædictam abbatiam, grangias,& logias,& loca pertinentibus quoquomodo. Villas eciam de **Malghum**, cum toto **Malghmore**, & **Malghwatre, Litton** cum toto **Littondale** & cum omnibus logiis & locis ſuis ibidem & cum tota foreſta ſua de **Gnoupe** & **Dernebroke** & libertate omnium ferarum & avium ibidem ſimul cum omnibus logiis & locis ſuis in eadem foreſta: **Croſthwayt**, cum eccleſia ejuſdem villæ,&cum logiis ſuis de **Watendlane**, de **Staynthwayt**, & cum toto **Langeſtroth** & inſula de **Heſtholm**, & **Eſtpeneſe, Nenſom, Melmurby, Staynburn, Aynderby, Aldefeld, Queldrik**, cum **Almarre, Horton, Hebden**, & **Wigleſworth** cum omnibus terris, tenementis redditibus,homagiis, & ſervitiis tam liberorum quàm nativorum,ac cum ipſis nativis ſuis & eorum catallis & ſequelis& cum omnibus aliis pertinentiis ad prædictas villas& loca aliquo modo ſpectantibus cum ſuis libertatibus univerſis. Item manerium de **Potte** cum pertinentiis ſuis per plenarias diviſas ſuas.Omnia eciam terras, & tenementa, reditus, & ſervicia, prata,nemora paſcuas,& paſturas,quæ vel donatione vel venditione vel aliqua alia juſta adquiſitione habent in *Eborum* , **Ripon Donecaſtre , Bothelſtan, Grymesby, Scardeburgh,Hertipolle, Parum, Dromondby, Buskeby, Stokeſlay, Redeker, Cotom, Linton, Siadwell, Eſton, Ganton, Qwherlton,Elatonker,Carleton, Northconton, Midelton, Ukerby, Scorton, Multon, Stapilton , Redmire , Qwinholm , Wyntringham, Santon, Queldrik**,, tam de feodo *Ricardi Malbiſſe*, quàm de feodo *Willielmi Darell*,& *Willielmi* de *Percy* ibidem, **Wartre, Elvington, Acaſtre, Clifton, Monketon** ſuper moram , **Heſſaridding , Merſton , Kirkehamerton, Grenhamerton, Cattehall, Kirkeby, Usburn** , Parva-**Usburne, Elingwik**,. **Wythington, Quixlay, Feribrigge, Brothirton, Brampton, Eland,Heton,Dalton,Lyverſegg, Helme, Aghenlay, Scagh Hagh, Brigrode, Sumerrode, Prikkeſtrikrode, Wolronwell , Morton** in **Ayredale, Ilkelay,Caſtelay,Huby, Huneſlete,Riggton,Ripplay,Godewynſcales, Aldewerk, Grafton, Wymbleton,Eſtmorton, Weſtmorton, Loſthous, Aiſtenby, Askerik, Anndelay, Ganthrop, Sandehoton, Hoton, Conyers, Thornton** in mora., **Neubywisk, Neuby** ſuper **Swale,Maghenby,Rokeby,Pokall, Holm, Ravington, Diſſeford, Hewyk, Genendale, Thornebergh, Thresk, Melſauby,Mildeby, Skipton** ſuper **Swale**, cum paſſagio ejuſdem aque & libero batellagio ibidem. **Catton** ſuper **Swale , Synderby , Rowell, Parnewik, Skelton, Duneſtord, Kyrtelyngton,Eſeby, Evesby, Eſtkeswyk, Aſmonderby, Elingthorp,Southſtanlay, Northſtanlay, Ottelay, Oterburn, Folifaith,Scotton,Wallerthwayt, Merkyngton, Merkyngfeld,Ingerthorp, Thornton** juxta **Brerton, Thorneton** epiſcopi, **Thorneton, Ruſt, Scabbidenenton , Elingſtring, Thorp** juxta **Nuttewyth, Hedonridding , Tanfeld , Ilketon , Swetton , Swynton , Wardonmersk , Carleſmore , Kirkeby , Malaſart , Azerlagh , Grantlay, Birkehowe, Wynkeſlay Lanerton, Brathwayt, Mikelhagh Littelhagh Redelay,Walton, Aldefeld Nor hous, Longelay, Nethirſtodelay, Overſtodely, Sallay, Hundegate, Gowkebusk, Eſton, Sutton, Holgrave, Dinithop Eneſton, Poperton, Warthill, Cokermouth** , Parva-**Croſtwayt , Brathwayt, Thirlekeld, Appelthwayt, Allerdale,Loneſdale, Ribleſdale, Querſdale, Ayredale, Niderdale, Anſtewyk, Appletrewik, Arnecliff, Arnecliffcote , Linton , Brinſall , Lonnethwayt, Thorp** juxta **Brinſall, Coningeſton, Groſſeſtbacre,Landeſmere Gerſyngton, Bighou, Sebergh, Griſſethorp, Haghulith, Hankeſwyk, Helghfeld , Heton , Hertlington, Holmknottes, Betelwell,Preſton** in **Craven, Calton, Scothorp, Ayrton, Thresfeld, Dulecotes, Lothenrigge Waltrebergh**,& **Neuton** in **Craven** cum omnib. pertinentiis ſuis,& præter hæc quicquid alicubi habent de donis vel feoffamentis aut feodis ſupradicti *Thurſtini* archiepiſcopi *Eborum* fundatoris ſui & ſucceſſorum ſuorum *Aliciæ* de *Romlay*, *Aliciæ* filiæ ſuæ,*Willielmi* de *Fortibus*, *Baldewini* de *Beton*, comitum *Albemarliæ*,*Alani* comitis *Britanniæ*,*Ricardi* vel *Willielmi* de *Percy*, *Rogeri* de *Moubray*,*G. Rugemond*,*P.* de *Bruz*, *P.* de *Laſſell*, *W.* de *Stotevill* vel aliorum quorumcumq; feoffatorum ſuorum, ſicut cartæ,ſcripta &munimenta quæ inde habent rationabiliter teſtantur, ita omnia & ſingula ſupradicta ipſis monachis & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum concedimus & confirmamus,et volumus ut dictæ abbatiæ et monachis imperpetuum remaneant illibata,eorum pro quorum gubernatione et ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Quare volumus (*&c.*) Dat per manum noſtram apud **Claryndon** viceſimo ſexto die Junii, anno regni noſtri . . . . .

QUARRERENSIS
Abbatia in Inſula Vectæ, * *filia* Savigniaci, *fundata anno MCxxxij.*

* Annal. S. *werbergæ Ceſtriæ* in bibl. *Cotton.*

Carta fundationis Abbatiæ de Quarrera *per* Richardum *comitem* Exoniæ.

Ab exemplari quodam veteri penes *Johannem Langley* generoſum.

QUoniam vita mortalium in hoc mundo, admodum brevi intercluditur ſpatio (*&c.*) Quapropter ego *Richardus* comes *Exoniæ*, comitis *Baldwini* filius, concedo & confirmo elemoſinam, quam pater meus, concedente *Henrico* venerabili *Anglorum* rege, dedit Deo & ſanctæ virgini & domino *Gaufrido* abbati de *Sauinneio* in inſula de **Wict**; Terram ſcilicet ad ædificandum cœnobium; manerium ſcilicet **Aretone**, ſicut in ſuo dominio habebat. Et terram de *Sieca*, de *Boecumba* & duo molendina, ſcilicet molendinum de **Chriſteſchurch** & molendinum de **Boleherſt**, cum moltis ſuis, cum terra & pratis eiſdem molendinis pertinentibus, cum operationibus eorundem maneriorum ad excluſagium tenendum & reficiendum, & ligna in boſco meo ſupradictis molendinis tenendis & reficiendis. Ego etiam *Richardus* comes do & concedo Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Quarraria*, & monachis ibidem Deo ſervientibus terram quam *Toſti* de **Boleherſt** tenet; ſcilicet quinque ſolidatas terræ, juxta molendinum de **Boleherſt**, cum *Briſtunio* qui eam colit; & *Suein*, & maiſuram quam ipſe tenet juxta molendinum de **Chriſteſchurche**. Et terram *Ansketelli* camerarii de **Lonecumbe**, terram *Huberti*, terram de **Tidlingham**. Et concedo & confirmo donum *Hugonis* de *Magnavill* de terra de **Lonecumbe**, quam eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Quarrera* contulit. Et donum *Hugonis Gernon* de terra **Achaldeſlote**; & capellam ſancti *Nicholai* caſtello de **Caresbroc** edificatam, quam pater meus dedit prædictæ eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Quarreriæ*, & omnia quæ eidem capellæ pertinent in decimis, & terris & oblationibus. Quam capellam cum omnibus quæ eidem capellæ pertinent dederunt pro . . . patris mei prefatæ eccleſiæ *Quarrariæ*, *Hugo Gernon*, & *Guarinus* de *Halla*, & *Brienus* de *Inſula*, & *Gaufridus Jordani* filius . . . . quietam & ſolutam ab omni exactione. Et concedo & confirmo . . . . . . de **Aſchaldeſlot** quod *Gaufridus Jordani* filius eidem eccleſiæ dedit. Et donationem decimæ totius ſalis omnium ſalinarum *Lemintoniæ*, quam pater meus eidem eccleſiæ dedit & conceſſit. Et donum *Roberti* de *Wituhuilla* qui dedit prædictæ eccleſiæ decimam omnium ſalinarum ſuarum. Confirmo etiam donum *Pagnani Trenchart* qui eidem eccleſiæ unam ſalinam dedit in *Hardella*, & donum dominæ *Hadewiz* de *Chielle*, quæ dedit prædictæ eccleſiæ unum molendinum, cum terra eidem molendino pertinente in eodem manerio, & donum *Hugonis Anglici*, videlicet unam virgultam terræ in manerio de **Cumptune**, quam *Robertus Luvell* tenuit. Et donum quod *Symeon*, *Hugonis* de *Magnavilla* filius eidem eccleſiæ dedit, ſcilicet eccleſiam de *Hardinſtonia*. Confirmo etiam terram *Hugonis* fratris *Jordani* in *Sobeſwella* quam idem *Hugo* prædictæ eccleſiæ, concenſu *Gaufridi* filii *Jordani*, dedit. Et concedo donum terræ *Forwodæ* quam *Hubertus* de *Vals* prædictæ eccleſiæ dedit. Et donum de *Eaſtaldecumba* cum pertinentiis ſuis. Et ex dono *Hadewiſæ* ſororis meæ, unam virgatam terræ in *Pideltona* & domos; unam tenet *Reinaldus*, & alteram *Briſtun* in caſtello de **Caresbroc**; Et concedo etiam abbatiæ quam pro ſalute animæ ſuæ, & meæ, & omnium anteceſſorum pater meus fundavit, omnes elemoſinas, quas omnes barones mei prædictæ eccleſiæ dederint, ſive in terris ſive in aliis quibuſlibet beneficiis, liberas & quietas ab omni exactione auxiliorum & ſervitiorum poſſidere, ſicut pater meus elemoſinam ſuam quietam omnibus auxiliis, & ſervitiis fecit. Item hominibus in elemoſinam prædicta in eccleſia manentibus, talem libertatem concedo, ut ad nullum hundredum eant, niſi ad hundredum latrocinii. Et ſi contigerit ecs cadere in aliquod forisfactum, juſtitia inde ſit mea, & emendatio & catellum ſit abbatis & monachorum. Eandem etiam libertatem concedo terræ *Haſteleiæ* quam *Engelricus* de *Bohun* prædictæ eccleſiæ contulit, quam ut elemoſinam patris mei & meam conceſſi. Qui verò hanc donationem violare preſumpſerit, æterna maledictione puniatur. Ego *Richardus Exoniæ* comes, *Baldwini* comitis filius, hanc donationem hoc ſigno ✠ confirmo. Teſtibus hiis, *Henrico* de *Am.* *Willielmo* de *Morevill*, *Gaufrido* de *Inſula*, *Willielmo* filio *Stor*, *Willielmo* filio *Radulfi*, *Olivero Avenell*, *Roberto* de *Curcy*, *Roberto Trencard*, *Pagano* capellano, *Willielmo* capellano, magiſtro *Thoma*, *Gaufrido* de ſancto Beneficio, *Willielmo* filio *Scone*, *Willielmo* filio *Veri*, *Reginaldo* de *Viana*.

Carta *Henrici Normannorum* ducis, *de Logwella.*

Ex ipſo autographo penes . . . . dominum *Vaux*.

HEnricus *ducis* Normanniæ *&* *comitis* Andegaviæ *filius*, *archiepiſcopis*, *epiſcopis*, *comitibus*, *baronibus*, *vicecomitibus*, *juſtitiariis*, *&* *omnibus fidelibus* Francis *&* Anglis *ſalutem*. *Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Quadraria *in Inſula de* **With** *in perpetuam elemoſinam*, Locwellam *ad faciendam ibidem capitalem abbatiam pro ſalute & incolumitate domini* Gaufridi Normanniæ *ducis &* Andegaviæ *comitis*; *necnon pro ſalute dominæ Imperatricis matris meæ & meæ, & pro ſtatu regni* Anglorum, *& pro animabus* Henrici *Regis avi mei et* M. *Reginæ*, *omniumque prædeceſſorum meorum defunctorum. Et ideo volo et firmiter præcipio quod prœmemorate abbatiæ monachi prædictum locum habeant liberè et quietè et honorificè et plenarie cum omnibus illis libertatibus et conſuetudinibus quas domina Imperatrix mater mea et ego dedimus et conceſſimus domino* Drogoni *dominæ matris meæ camerario, ſicut*

ſicut nos donum illud eidem *Drogoni* cartis noſtris, quas prediсti monachi habent, teſtamur & confirmamus. Teſtibus, *Roberto* decano *Sareſberie*, magiſtro *Matheo*, *Gregorio Day*, *Humfrido* de *Bohun*, *Huberto* de *Vallibus*, *Humfrido* filio *Odonis* conſtabularii; *Willielmo* filio *Hamonis*, *Rolfo* de *Seſſuns*; *Petro Boterello*, apud *Diviſas*.

Carta Engelgerii *de* Bohun, *de* Haſeleia.

Ex autogr. in officio Armorum.

QUoniam vita mortalium in hoc mundo admodum brevi intercluditur ſpatio, & antecesſores noſtri corporiis indumentis exuti, veriſſimis hoc approbant indiciis, oportet nos eorum adhuc ſuperſtites ultimam reſolutionis inclementiam cum omni cautela previdere, & qualiter in divinæ mageſtatis præſentia veniam conſequamur utiliter pretractare. Sanctorum etenim patrum authoritate docemur, quod hæc activæ mortalitatis vita ad contemplativam celſitudinem ſit quoddam aſſenſionis adminiculum; & ideo bona tranſitoria nobis divinæ largitatis dono conceduntur, ut eterna vereq; manentia Deo reddente viciſſitudinem, per charitatis officium mercemur. Quapropter ego *Engelgerius* de *Bohun* in noticia omnium Chriſti fidelium tam præſentium quam futurorum do in elemoſina Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Quadraria*, & monachis Deo ibidem ſervientibus, pro ſalute animæ meæ & parentum meorum terram meam de *Haſeleia* quam in inſula de **Wiht** à progenitoribus meis jure hereditario poſſideo. Do inquam eandem terram liberam & quietam predictæ eccleſiæ perpetuo poſſidendam, ſicut ego liberius poſſedi. Sciant etiam præſentes & abſentes quia ab abbate prædicti loci quinquaginta marcas argenti præ donatione accepi, ut ſi quis hanc donationem violare voluerit, jure emticio defendatur in judicio. Qui vero hanc donationem violare preſumpſerit eterna maledictione puniatur. Ego *Engelgerius* hanc donationem hoc ſigno confirmo. ✠ Signum *Algari* epiſcopi *Conſtantienſis*. ✠ Signum *Hugonis* abbatis *Ceraſii*. ✠ Signum *Letri* abbatis *Montisburgi*. ✠ Signum *Theoderici* abbatis ſancti *Landi*. ✠ Signum *Serlonis* abbatis de *Savegneio*. ✠ Signum *Willielmi* de *Boſevilla*. ✠ Signum *Bigot*. ✠ Signum *Gervaſii* de *Boſervilla*. ✠ Signum *Gaufridi Rufi*. ✠ Signum *Helie* de *Aignel*. ✠ Signum *Balduini* nepotis epiſcopi. ✠ Signum *Roberti Walenſis*. ✠ Signum *Stephani* de *Seon*. ✠ Signum *Roberti* de *Brebal* ✠

Carta *Willielmi* de *Vernun Devoniæ* comitis.

Ibid.

SCiant omnes tam præſentes quam futuri, quod ego Willielmus *de* Vernun, *comes* Devoniæ, *pro ſalute animæ meæ, & patris mei comitis* Baldewini, *& matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, dedi & conceſſi Deo & beatæ* Mariæ *de* Quarrariis, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, unam parvam inſulam, quæ eſt ante piſcatoriam meam de Chriſti eccleſia, & unam parvulam inſulam quæ eſt ſubtus præfatam piſcatoriam. Et novum meſuagium juxta molendinum eorum quod olim fuit vicus communis. Hanc vero donationem prædictis monachis in puram & perpetuam elemoſinam liberam ab omni ſervitio inperpetuum poſſidendam, preſenti carta confirmavi. Hiis teſtibus*, Willielmo *filio* Stur, Willielmo Avenel, Roberto *filio* Brien, Roberto Pincerna, Paulino *clerico comitis*, Symone *de* Diva, Willielmo *&* Waltero *filiis* Pagani, Willielmo *filio* Walteri *cementario*, Willielmo Purchez, Wimundo, *& multis aliis.*

Carta comitis Willielmi *de donatione terræ de* **Welæ** *quæ eſt juxta terram de* **Scauuet**, *ſignata ejus novo ſigillo.*

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus tam præſentibus quam futuris *Willielmus* de *Vernon* comes *Devoniæ* & filius comitis *Baldewini* ſalutem. Cognitum ſit vobis atq; certiſſimum quod ego pro ſalute Regis *Henrici* & omnium anteceſſorum ſuorum & ſucceſſorum, pro ſalute animæ meæ & patris mei comitis *Baldewini* & matris meæ *Adeliciæ* comitiſſæ, & fratris mei comitis *Ricardi*, & uxoris meæ *Mabiliæ* comitiſſæ & omnium anteceſſorum & parentum meorum dedi & conceſſi Deo & beatæ *Mariæ* de *Quarrara* & monachis ibidem Deo ſervientibus ducentas acras terræ in manerio meo de *Welega*; ſcilicet centum & quatuor acras de vilanagio meo in hiis culturis. In cultura quæ vocatur *Cuddebella* viginta & quatuor acras. In cultura quæ vocatur *Saddebella* duodecim acras. In cultura quæ vocatur **Avelſtaneſwelle** decem & novem acras & dimidiam. In cultura quæ vocatur **Hegfurleng** undecim acras & dimidiam. In cultura quæ vocatur **Wigaresfurlang** quindecim acras & dimidiam. In cultura quæ vocatur *Eſtlida* duodecim acras. In cultura quæ vocatur **Helpſtaneſwelle** novem acras & dimidiam. Et de dominico meo quater-viginti & ſedecim acras, in hiis culturis. In cultura quæ vocatur *Levegareſtona* viginti & quatuor acras. In cultura quæ vocatur **Roſland** viginti acras. In cultura quæ vocatur **Stanhelle** viginti & unam acram. In cultura quæ vocatur *Butma* quindecim acras, à parte orientali de **Stanhelle** novem acras. In cultura quæ vocatur **Avelſtaneſwelle** ſeptem acras. Hanc autem totam terram præfatis monachis dedi in puram & perpetuam elemoſinam cum omnibus pertinentiis ſuis pratis aquis & paſturis, tenendam de me & hæredibus meis liberam & quietam & abſolutam ab omni terreno ſervicio, donis, & auxiliis, & conſuetudinibus & exactionibus univerſis quæ ad me vel hæredes meos pertinerent. Et ut hæc donatio mea rata & inconcuſſa permaneat, eam præſentis cartæ munimine & ſigilli mei impreſſione confirmavi. His teſtibus, *Mabilia* comitiſſa; *Willielmo* filio *Stur*. & *Willielmo* filio ejus, *Rogero* de *Aula*, & *Thoma* filio ejus, *Waltero* de *Inſula* tunc temporis ballivo *Inſulæ* & *Paulino* clerico, qui duo ex parte comitis monachos de prædicta terra ſaiſaverunt, *Roberto* filio *Brien*, *Willielmo Avenel*, *Roberto* de *Sottewelle*, *Henrico Trenchard*, & multis aliis.

Conventiones inter monachos de Lyra *& de* Quarrera.

Ex autog. in bibl. *Hatton.*

NOtum ſit omnibus hoc præſens ſcriptum viſuris, vel audituris, quod cum inter religioſos viros abbatem & conventum de *Lyra* actores, ex parte una, & abbatem & conventum de *Quarrera* reos, ex altera, ſuper decimis de dominico ſua de **Arretone**, **Haſely**, **Titelingeham**, **Lovecumbe**, & **Sandecumbe** provenientibus, quas dicti religioſi de *Lyra* aſſerebant de jure ſpeciali ad ſe pertinere; ac etiam ſuper decimis de **Coſham** & circa caſtellum de **Caresbroke**, **Richerigg**, **Richeburg** infra limites parochiæ de **Caresbrok**, ad dictos religioſos de *Lyra*, ad prædictam eccleſiam de **Caresbroke** de jure communi ſpectantes, coram diverſis judicibus, ordinariis, delegatis, & eorum commiſſariis, lis mota fuiſſet, tandem omnes lites prædictæ & controverſiæ ſuper dictis decimis motæ, communibus amicis intervenientibus de conſenſu partium per amicabilem compoſitionem conquieverunt in hunc modum. Videlicet quod renuntiatis prius hinc inde proceſſibus, actis judicialibus, inſtrumentis, appellacionibus, reſcriptis, literis, & omnibus aliis in dictis litibus in prædictis habitis, & factis, quæ & quas partes antedictæ voluerunt de cætero vacuas eſſe & viribus carere.

Volunt & concedunt dicti religioſi de *Lyra* quod dicti religioſi de *Quarrera* retineant decimas omnimodas tam majores quam minores undecunque provenientes maneriorum ſuorum & terrarum de **Arretone**, **Haſely**, **Titelingeham**, **Lovecumbe** & **Sandecumbe**, & decimas ad capellam ſancti *Nicholai* in caſtro de **Caresbroke** pertinentes, & percipient prout hactenus percipere conſueverunt; ſolvent inſuper & ſe ſolvituros conſtituunt dicti religioſi de *Quarrera* prædictis religioſis de *Lyra* quadraginta ſolidos ſterlingorum annuos apud **Caresbroke** in feſto *Paſchali* juxta formam compoſitionis ſuper eiſdem inter eos factam ab antiquo, pro omnibus decimis dictorum locorum. De decimis vero maneriorum ſuorum & terrarum de **Richerigg**, & **Richeburg**, poſt ultimum concilium *Lateranenſe* adquiſitis & ſitis infra limites eccleſiæ parochialis de **Caresbroke** dictis religioſis de *Lyra* appropriatæ, quas quidem decimas iidem religioſi de *Lyra* dicebant nomine dictæ eccleſiæ de **Caresbroke** ad ſe pertinere debere jure communi, ſic eſt proviſum, conceſſum & ordinatum per amicabilem & realem compoſitionem infra-ſcriptam; videlicet quod dicti religioſi de *Quarr.* volunt & concedunt nomine ſuo & eccleſiæ ſuæ quod præfati religioſi de *Lira* percipiant de prædictis maneriis de **Richerigg** & **Richeburg** omnimodas decimas majores de terris maneriorum prædictorum jam in culturam redactis, necnon de culturis inpoſterum redigendis & aliis undecunque & qualitercunq; inibi provenientes, ſeu futuris temporibus proventuras, pacificè integrè ſine diminutione qualibet, atq; fraude, ſicut dicti religioſi de *Lira* plenius & melius in retroactis temporibus perceperunt. Et dicti religioſi de *Lira* concedunt nomine ſuo & eccleſiæ ſuæ de **Caresbroke** quod dicti religioſi de *Quarrera* retineant, & habeant, prout etiam hactenus retinere, percipere, & habere conſueverunt, liberè, pacificè, & integraliter decimas minutas omnimodas de dictis terris, à tempore præſentis compoſitionis factæ, incultis, & etiam de terris quæ ratione meliorationis incultæ jacebunt, ita quod dictæ eccleſiæ de **Carisbroke**, occaſione ipſius terræ incultæ, nullum dampnum generetur, ſeu compoſitioni præſenti in aliquo præjudicetur. Unde pro bono pacis compoſitionis prædictæ de dictis decimis **Richerigge** & **Richeburge** in forma ſuperius expreſſa, & ut à litibus hinc inde diſcedatur in futurum, dabunt & ſe daturos conſtituunt dicti religioſi de *Quarrera* dictis religioſis de *Lyra* decem ſolidos annuos in feſto ſancti *Michaelis* in perpetuum percipiendos. In cujus rei teſtimonium partes antedictæ præſentibus ſigilla ſua alternatim appoſuerunt, Datum & actum anno Domini MCClxxxix, in feſto *Gregorii* Papæ, videlicet quarto Idus Martii.

Donationum confirmatio per regem *Henricum* ſecundum.

Pat. 7 R. 2. part. 2. m. 37. per Inſpex.

Vide etiam Pat. 23 H. 6. par. 2. mem. 2.

H. *Rex* Angliæ, *& dux* Normanniæ *&* Aquitanniæ, *& comes* Andegaviæ *archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & in perpetuam elemeſinam confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Quarraria *& monachis ibidem Deo ſervientibus omnes terras & tenuras quæ eis in elemoſinam rationabiliter datæ ſunt, & quas habuerunt ex dono* Baldwini *comitis, ejuſdem eccleſiæ fundatoris, &, filii ejuſdem,* Ricardi *comitis. Terram ad ædificandum cœnobium manerium ſcilicet* **Arretome** *ſicut in ſuo dominio habebat, terram de* Syeta *in* **Boecumbe**, *molendinum de* **Kriſteſchierche**, *molendinum de* **Holeherſt** *cum moltis ſuis cum terra & pratis eiſdem molendinis pertinentibus, cum operatione hominum eorundem maneriorum ad excluſagium tenendum & reficiendum, ligna in boſco ſuo ad opus eorundem molendinorum, terram quam* Toſti *de* Holeherſt *tenuit ſcilicet quinque ſolidatas juxta molendinum de* **Holeherſt** *cum* Briſtinno *qui eam coluit, &* **Swien** *& manſuram quam tenuit juxta molendinum* **Chriſteſchierche**, *terram* Auſketilli *camerarii, terram* Huberti, *terram de* **Tidelingeham** *ex dono* Hugonis *de* Magnavilla, *terram de* **Lonecumbe** *ex dono* Hugonis *de* Gernon, *terram* **Eſcaldeſluet** *ex dono comitis* Baldwini *& filii ejus* Ricardi *comitis, &* Hugonis Gernon, *&* Garini *de* Halla, *&* Brieni *de* Inſula, *&* Gaufridi *filii* Jordani, *capellam ſancti* Nicholai *de* Caſtello **Caresbroc** *cum pertinentiis ſuis in decimis & terris & oblationibus & omnibus rebus. Ex dono* Gaufridi *filii* Jordani *molendinum de* **Eſcaldeſluet**. *Ex dono comitis* Baldwini *& filii ejus comitis* Ricardi *decimam omnium ſalinarum de* Limentona. *Ex dono* Roberti *de* Witvilla *& filii ejus* Hugonis *decimam omnium ſalinarum ſuarum. Ex dono* Pagani Trenchart *unam ſalinam in* Hordella. *Ex dono* Hadewiſæ *de* Chalc *unum molendinum cum terra eidem molendino pertinente. Ex dono* Oddonis Anglici *unam virgatam terræ in manerio de* Comptona *quam* Robertus Luyel *tenuit. Ex dono* Simonis *filii* Hugonis *de* Mannavilla *eccleſiam de* Hardinctona. *Ex dono* Hugonis *filii* Jordani *terram in* Sorewella. *Ex dono* Huberti

berti *de* Vals *terram de* Forewode, *terram de* Scaldecumbe *cum pertinentiis ſuis*, *terram de* Hampſtede *quam* Rogerus Pynchon *tenuit. In villa* Bareſbroc *duas manſuras quarum unam tenuit* Reinaldus Laxman *& alteram* Briſtwine. *Ex dono* Engelgerii *de* Bohun *terram de* Haſeleta. *Ex dono* Balduini *de* Porteſcia *terram de* Frundſtapla. *Ex dono* Ceceliæ *& filii ejus* Willielmi *unam virgatam terræ de* Huveſtane. *Ex dono* Henrici *de* Tracy, *&* Oliveri *filii ejus &* Arnulphi Anglici *terram de* Fareweia. *Ex dono matris meæ Imperatricis duas caretas equorum in* Nova-Foreſta *de juxta* Suhantone *ſingulis annis ad Paſchæ & ad feſtum ſancti* Michaelis *de mortuo boſco. Quare volo (&c.)* T. T. Cantuar. *archiepiſcopɔ* (&c.) *apud* Wintoniam.

Carta Iſabellæ *de* Fortibus *comitiſſæ de* Albamarle.

Ibid. SCiant præſentes & futuri quod ego *Iſabella* de *Fortibus* comitiſſa de *Albemarle* & *Devonia*, ac domina *Inſulæ*, in ligia viduitate mea, pro anima mea & animabus domini mei *Willielmi* de *Fortibus* comitis *Albemarliæ*, & patris & matris meæ, puerorum meorum & animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* de *Quarrera* in Inſula *Vecta*, & monachis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris totas donationes conceſſiones & confirmationes in terris tenementis libertatibus & omnibus aliis ad ipſas terras tenementa & libertates pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam, quæ vel quas anteceſſores mei per cartas ſuas eiſdem monachis dederunt & confirmaverunt abſque ullo retinemento mei hæredum vel aſſignatorum meorum imperpetuum. Concedo verò & hac præſenti carta mea confirmo pro me & hæredibus meis & aſſignatis imperpetuum abbati & monachis prædictis totum tenementum & manerium cum pertinentiis de Arretone, & terram & tenementum de Scete quæ quondam pertinebant ad manerium eorum de Lonecumbe; & duo molendina, ſcilicet de *Chriſti-eccleſia* & de Holhurſt cum moltis & ſectis ſuis, cum terra, tenemento pratis eiſdem molendinis pertinentibus, & opera hominum & hæredum ſive aſſignatorum de *Chriſti-eccleſia* & de Holhurſt ad excluſagium dictorum molendinorum tenendum & reficiendum quociens neceſſe fuerit, & ligna apta de boſco meo in Holhurſt ad prædicta molendina ſufficienter emendanda, ſuſtinenda & reficienda; Et totam terram & tenementum de Holhurſt cum pertinentiis ſuis juxta molendinum de Holhurſt; & decimam omnium ſalinarum mearum de Lementone prout hæc mea & cartæ anteceſſorum meorum pleniùs proportant. Concedo etiam & confirmo prædictis monachis donum & confirmationem *Hugonis* de *Magnavilla* de terra & tenementis cum pertinentiis de Lonecumbe, & molendinum de Scardeſlet juxta Wodintone cum pertinentiis ſuis quod *Willielmus Galfridi* filius ipſis monachis dederat. Concedo etiam & confirmo eiſdem monachis pro me & hæredibus meis & aſſignatis imperpetuum totam terram & tenementum cum pertinentiis de Forwode & terram de Scandeſlet cum omnibus pertinentiis, & donum terræ & tenementi cum pertinentiis de Rowebere, & donum terræ & tenementi de Sneye cum molendinis moltis & ſectis ſuis, & donum terræ & tenementi cum pertinentiis de Hamſtede, & donum terræ & tenementi de Haſeleye, & donum terræ cum tenemento & pertinentiis de Jerd, & donum de Likeberye cum pertinentiis ſuis. Do etiam concedo & confirmo pro me & hæredibus meis & aſſignatis prædictis monachis omnes elemoſinas quæ in terris tenementis libertatibus & omnibus aliis prædictæ eccleſiæ, & monachis datæ fuerunt, vel in futurum de feudo meo quocunque modo daturæ ſunt vel vendituræ, & liberum habeant ingreſſum per totas terras meas, & tenementa mea, terras libertates tenementa & omnia alia ut ſibi viderint expedire, emendi, vel ex dono recipiendi abſque ullo impedimento aut contradictione mei vel hæredum ſeu aſſignatorum meorum. Do inſuper & concedo & præſenti carta mea confirmo prædictis eccleſiæ & monachis in perpetuum pro me & hæredibus ſive aſſignatis meis, has libertates ſubſcriptas Habendas & tenendas imperpetuum; videlicet quod nullus de hominibus dictorum monachorum, nec ipſi nec tenentis ipſorum, vel aliquis de feudo ipſorum ſectam aliquā ad curiam meam vel hundredum meum, vel ad curiam ſive ad Hundredum hæredum meorum ſive aſſignatorum meorum de cætero faciant, nec toltam dent, nec aliquam diſtrictionem faciant, nec dampnum vel gravamen per me vel per ballivos meos ſive hæredum vel aſſignatorum meorum habeant niſi indictati vel rettati fuerint de aliqua criminali cauſa, veluti de latrocinio homicidio & aliis quæ ultimo puniuntur ſupplicio. Et ſi contigerit gentes dictorum monachorum vel eorum tenentes aliquod foriſfactum facere excluſo facto criminali prædicto, juſticia ſit mea, amerciamentum emendacio cum catallis eorum ſint ipſorum monachorum imperpetuum, abſq; ullo impedimento mei hæredum vel aſſignatorum meorum. Has verò omnes libertates cum terris & libertatibus præſcriptis cum donationibus & confirmationibus anteceſſorum meorum & eorum pertinentiis omnibus dedi conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi pro me & hæredibus meis ſive aſſignatis, Deo & beatæ *Mariæ* & monachis de *Quarrera*, Habendas & tenendas in puram & perpetuam elemoſinam liberè quietè bene & in pace ſicut liberiùs vel meliùs ego vel aliqui anteceſſorum meorum prædicta tenementa & libertates & ad ea pertinentia habuimus & tenuimus in terra in mari vel in litore maris, quiete ab omni exactione, & omnibus auxiliis tallagiis donis quærelis & omnibus aliis demandis *(&c.)* Hiis teſtibus, dominis *Th.* de *Aula*, *Th.* de *Emery*, *Willielmo* de *Scurs*, *Willielmo* de ſancto *Martino*, *Ricardo* de *Aſtone*, *Jordano* de *Kyngeſtone*, *Jacobo* de *Hantone* militibus, *Johanne* de *Inſula*, *(&c.)*

CUMBERMERENSE *Cœnobium in agro* Ceſtrenſi *fundatum* * *anno* MCxxxiij.

* Annales de *Crokſden* in bib. *Cotton.*

Carta fundationis.

Ab exemplari quodam in biblioth. *Cottoniana* [*Fauſtina* B. 8.]

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Ego *Hugo Malbanc* ex una parte domini applaudens promiſſionem qua dicit electis ſuis, *quod uni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis, intrate in regnum cœlorum vobis à mundi primordio paratum*: Ex altera ejuſdem expaveſcens comminationem qua reprobis dicit *quod uni ex minimis meis non feciſtis nec mihi feciſtis, propterea diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* Propterea revolvens in mente mea frequenter illud dominicum præceptum in quo dicit *facite vobis amicos de mamona iniquitatis, ut & ipſi vos recipiant in æterna tabernacula.* Hæc alia verba domini ſalvatoris ſepiùs in animo meo pertractans, mutabilitatem rerum temporalium, miſeriam, atque brevitatem vitæ humanæ conſiderans, diſpoſui in corde meo firmiter pro cœleſtibus bonis mutare ſeu cambire terreſtria atque caduca, pro veris umbracula, & hominibus illis, qui propter Dei amorem omnia mundana & vanitates hujus ſeculi contempſerunt, & propter æternæ vitæ deſiderium divino ſervicio ſeipſos totaliter mancipaverunt, hanc donationem facere decrevi. In principio igitur conditori meo maximo bonæ voluntatis affectu, & ex concilio & aſſenſu domini mei *Ranulfi* comitis *Ceſtrenſis* & domini *Rogeri Ceſtrenſis* epiſcopi viri ſanctiſſimi, & *Willielmi* filii mei & hæredis, do & concedo pro ſalute & incolumitate mea, & *Petronillæ* uxoris meæ & liberorum meorum, & omnium amicorum meorum & omnino pro redemptione animarum noſtrarum; do inquam humiliter & devotè domino Deo noſtro omnipotenti locum & ſitum qui vocatur **Cumbermere**, ad fundandum & conſtruendum quandam abbatiam monachorum ſecundùm regulam ſancti *Benedicti* in honore beatiſſimæ &glorioſiſſimæ virginis *Mariæ*, & genetricis ipſius Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſancti *Michaelis* archangeli, & boſcum, & planum, & aquas, & aquarum curſus, & piſcarias, & prata, & paſcua, cum omnibus aliis pertinentiis ſuis & cum omnibus aliis commoditatibus & rebus que ibi ſunt vel que ibi fieri poterint tam ſubtus terram quam ſuper imperpetuum, infra has diviſas videlicet ab exitu de **Haremos** qui eſt inter *Marburiam*, & **Bromkelawann**, & ſic ſequendo & deſcendendo per rivulum uſq; ad boſcum de **Ruhale**, & medietatem dicti boſci, & ſic aſcendendo de dicto rivulo per orientem boſci verſus aquam de **Cumbermere** uſque ad verticem montis, & ſic ſequendo verticem montis per medium boſci de **Ruhale** verſus auſtrum uſque ad inferiorem partem dicti montis, & ſic à dicta inferiore parte dicti montis directè extranſverſo uſque ad quendam ſichetum verſus auſtrum juxta inferius caput de *le* **Nonepolle**; & inde uſque ad inferius caput cujuſdam terræ quæ vocatur *Sycheleya*, & ſic uſq; ad quandam viam quæ ducit verſus villam de **Wyke**, & ſic ſequendo dictam viam verſus occidentem directè uſq; ad boſcum qui vocatur **Grænefordeley**, & ſic ſequendo ſemper **Grenefordeley** & dimittendo dictum boſcum à manu ſiniſtra, uſque ad bundas & diviſas inter terram *Willielmi* de *Warenna* & terram meam, & ſemper ſequendo dictas bundas & diviſas uſque ad antedictum exitum *de le* **Haremos**.

Do etiam dictæ abbatiæ & monachis ibidem Deo ſervientibus manerium meum de **Winkasle**, & villam de **Ruhall** & **Lodmore**, & illam terram adjacentem quæ vocatur **Burley**, & villam de **Dodecott** cum boſco dictæ villæ, & molendinum de **Chelley** cum toto ſtagno & piſcaria qualitercunq; ex utraq; parte, & centum pedes ultra ſtagnum terræ meæ de **Cheuhall**, ad reparandum ſtagnum prædictum, & molendinum, quotieſcunq; & quandocunq; viderint expediri, ſine calumpnia vel contradictione mea vel hæredum meorum ſeu aſſignatorum meorum quorumcunque; Et etiam boſcum qui vocatur **Brendewod**, & boſcum qui vocatur **Lightbirchwod**, & boſcum qui vocatur **Buterlhey** integraliter, cum omnibus pertinentiis & commoditatibus ſuis. **Ut** in boſcis & vaſtis, planis, in viis, ſemitis, in aquis, in aquarum curſibus, & in piſcariis, in pratis, in paſturis, in mariſcis, in moris, & in omnibus aliis rebus quæ ibi ſunt vel quæ ibi poterunt fieri tam ſubtus terram quam ſupra imperpetùum infra has diviſas; videlicet ab illo loco ubi rivulus de *Burleya* deſcendit in aquam de **Wæver**, & ſic ſequendo dictum rivulum aſcendendo uſq; ad illam terram quæ vocatur *Burleya*; Et ſic ſequendo ſemper diviſas inter *Burleyam* & boſcum qui vocatur **Grænefordesley** uſque ad boſcum qui vocatur **Eshewod**, & inde ſequendo ſemper borealem partem boſci uſq; ad *le* **Trepewod**. Et ſic ſequendo quendam ſichetum qui currit inter boſcum de **Dodecote** & antedictum boſcum de **Trepewode** uſq; ad boſcum qui vocatur **Morehey**, & inde uſq; ad *le* **Sparthishe**, & inde uſq; ad bundas & diviſas de **Schavinton**, & ſequendo ſic quendam ſichetum uſq; ad quandam aquam quæ vocatur **Doulebroke** uſque ad illum locum ubi cadit in aquam de **Wæver**, & aſcendendo per aquam de **Wæver** uſq; ad molendinum de **Checkley**; & ſic ſemper aſcendendo & ſequendo dictam aquam de **Wæver** uſque ad illum locum ubi antedictus rivulus de *Burleya* cadit in dictam aquam de **Wæver**. Omnes verò iſtas bundas & diviſas tam ſupradicto loco de **Cumbermere** quam de dicto manerio de **Wynclesle**, ego *Hugo Maubanc* cum *Petronilla* uxore mea, & *Willielmo* filio meo cum pluribus aliis hominibus perambulavi, & circumivi & dicte abbatie de **Cumbermere** & monachis ibidem Deo ſervientibus & eorum ſucceſſoribus omnia infra ſupradictas bundas & diviſas exiſtentia cum omnibus ſuis pertinentiis liberè dedi ſine retenemento alicujus rei temporalis mihi vel heredibus meis ſeu aſſignatis imperpetuum. Et faciant de boſco & de plano ubiq; quicquid

quid voluerint ; videlicet ad includendum, & aſſartandum, & aſſidendum quandocunque eis placuerit. Do etiam eiſdem monachis communem paſturam ad omnimoda animalia ſua in omnibus boſcis & paſturis meis **Ceſtreſcire**, & quod poterint capere boſcum ad ardendum, & maeremium ad edificandum tam extra abbatiam illam, quam infra pro voluntate ipſorum in omnibus boſcis ita liberè ſicut uſibus meis propriis excepta foreſta mea de **Couhull**. Et etiam concedo eiſdem monachis quartam partem ville de **Wyco**, & decimam ſalis mei, & ſalinarum mearum & aliorum quorumcunque exiſtentium,& denariorum meorum, & ſalem beate *Mariæ* virginis, & ſalem in die Veneris, & ſalem ad menſam abbatis, ita liberè ſicut ego habeo ad menſam meam. Et habeant curiam ſuam in ſeperali à burgenſibus ſuis, ſeu de tenentibus ſuis, & aſſiſam panis & cerviſie & omnimodam menſuram, & *theoloneum*,& **blodwit**, & amerciamenta & omnimoda emenda de omnimodis trangreſſionibus de omnibus tenentibus vel hominibus eorum,ita liberè ſicut ego habui uſibus meis propriis: Similiter concedo eiſdem monachis & omnibus burgenſibus ſeu tenentibus dictæ villæ communem paſturam in omnibus boſcis & paſturis, pratis & moris, mariſcis, brueriis, & campis dictæ villæ pertinentibus,& per totum **Raveneſmore**,& boſcum de **Creche**, ſine impedimento alicujus. Et ſi contingat quod aliquis de burgenſibus tenentibus vel hominibus eorum implacitetur in curia mea de aliqua tranſgreſſione, volo & concedo pro me & hæredibus meis vel meis aſſignatis quod prædicti monachi mei habeant amerciamenta, & emendas ſine contradictione vel impedimento mei vel hæredium ſeu aſſignatorum meorum quorumcunque. Do etiam eiſdem monachis unam carucatam terræ in villa de **Acton** cum eccleſia ejuſdem villæ, & capellam de **Wyche-Malbanc** cum omnibus pertinentiis ſuis,& unam carucatam terræ in **Sandon** & medietatem villæ de **Alſtanesfeld** cum eccleſia ibidem, & eccleſiam de **Sandon** & communem paſturam cum omnibus averiis meis in foreſta mea de **Sandon**. Concedo etiam eiſdem monachis, & eorum ſucceſſoribus liberum chiminum per omnes terras meas ubique, cum libero introitu & exitu ad capiendum omnia neceſſaria ſua quandocunq; & quotieſcunq; voluerint. Et habeant omnia & ſingula ſupradicta in liberam,& puram,& perpetuam elemoſinam,ita liberè,& abſolutè ab omni ſeculari exactione & terreno ſervicio ſicut aliqua elemoſina liberiùs & quietiùs habere poteſt,& nihil vendicare vel exigere poterimus imperpetuum niſi beneficia ſpiritualia & orationum ſuffragia tantum. Propterea, ex bona voluntate mea, concedo liberaliter quod dominus meus *Ranulfus* comes *Ceſtrenſis* ſit principalis fundator & defenſor dictæ eccleſiæ & monachorũ ibidem Deo ſervientium,& hæredes ipſius poſt ipſum ſint participes omnium bonorum quæ ibi fient in æternum. Teſtes hujus ordinationis & conceſſionis ſunt ipſe dominus meus *Ranulfus* comes *Ceſtrenſis*, *Rogerus* epiſcopus *Ceſtrenſis*, *Adelia* mater mea, *Petronilla* uxor mea, & *Willielmus* filius meus, *Willielmus* abbas *Ceſtrenſis*, *Robertus* & *Odo* capellani, *Willielmus* filius *Radulfi*, & *Archebaldus* & multi alii qui audierunt & viderunt. Et ego *Rogerus* epiſcopus *Ceſtrenſis* ad piam ſupplicationem domini *Hugonis* de *Maubanc*, & aliorum nobilium, ad perpetuam rei memoriam,& ut præſens donatio & conceſſio robur obtineat imperpetuum, in præſentia *Ranulfi* comitis *Ceſtrenſis* & aliorum nobilium apud *Ceſtriam* ſigillum epiſcopatus apponi fecimus. Et ideo ſi quis elemoſinam iſtam, donationem & conceſſionem in aliquo violaverit vel diminuerit, aut ſcienter impedierit, maledictionem Dei & beatæ Virginis, & ſancti *Michaelis* archangeli quibus hæc omnia ſpecialiter donantur & meam finaliter incurrat, niſi ad emendationem congruam venerit. *Fiat, Fiat. Amen.*

Donationum confirmatio per Regem *Henricum* tertium.

Cart. 4 E. 3. n. 4. per Inſpex.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ *dominus* Hiberniæ, *dux* Normanniæ *&* Aquitanniæ, *comes* Andegaviæ, *archiepiſcopis, epiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac preſenti carta noſtra confirmaſſe, pro nobis & hæredibus noſtris, dilectis nobis in Chriſto abbati & monachis monaſterii de* **Cumbermere**, *& eorum ſucceſſoribus, donationem & conceſſionem quam* Richardus *de* Cheſthull *eis fecit de manerio de* **Cheſthull**, *& de tota terra illa quæ vocatur* **Hulle**, *cum homagiis, ſervitiis, libertatibus, & omnibus pertinentiis ſuis, ſicut carta ipſius* Richardi *quam dicti monachi inde habent infra has diviſas ; videlicet de vado de* **Stratforde** *ſequendo viam regiam, uſque ad viam quæ dicitur* **Grymbaldeſwey**; *& ſequendo* **Grymbaldeſwey**, *uſque ad* le **Bromhock**, *& ſic inde ſequendo, & deſcendendo uſque ad bundas de* **Burnhull** : *& ſic ſequendo bundas de* **Burnhull**, *uſque ad bundas & diviſas de* **Haſelſewe** ; *& ſic ſequendo & deſcendendo bundas & diviſas de* **Haſelſewe**, *uſque ad vadum de* **Wolverton** *inter aquam de* **Teirne** : *& ſic ſemper ſequendo aquam de* **Tirne** *uſque ad* **Bulebrock**, *& ſic aſcendendo ſemper & ſequendo* **Bulebrock** *uſque ad* **Redehull**, *& ſic de* le **Redehull**, *directe uſque ad* le **Longeford**, *& ſic* de le **Longeford**, *aſcendendo & ſequendo altam viam verſus* **Stafford** ; *uſque ad vadum prædictum de* **Stratford**. *Quare volumus* (&c.) *Datum per manus venerabilis Prioris* R. Ciceſtrenſis *epiſcopi cancellarii noſtri apud* Weſtmonaſterium *ſexto die Maii, anno regni noſtri ſexto decimo.*

Alia carta ejuſdem regis.

Ibid.

HEnricus Dei gratia rex *Angliæ*, (*&c.*) Sciatis nos conceſſiſſe & hac preſenti carta noſtra confirmaſſe, dilectis nobis in Chriſto, abbati & monachis noſtris de **Cumbermare** omnes terras & tenuras, quæ eidem eccleſie rationabiliter ſunt donate, & conceſſe, ſicut carte donatorum plenius teſtantur. Quæ donationes & conceſſiones in eiſdem certis nominibus exprimuntur ; videlicet ipſum locum de **Cumbermare**, ubi dicta eccleſia ſita eſt, & manerium de **Wincleſele**, & quicquid pertinet eidem manerio, & habeant omnes commoditates que in dictis locis ſunt, aut que in eiſdem fieri poſſunt, tam ſubtus terram, quam ſuper terram imperpetuum ;

& etiam eccleſias de *Actona*, de *Sandona*, & **Alſtanesfeld** cum capellis de *Wiko-malbano* cum quarta parte ejuſdem ville, & communem paſturam, per totum boſcum de **Creche** & **Ravenesmore**, in pratis, moris & mariciis, & in omnibus aliis locis dictæ villæ pertinentibus, eiſdem monachis ſeu burgenſibus in eadem villa manentibus, ex conceſſione *Hugonis Malbanc* & *Willielmi* filii ſui, & cum omnibus terris & tenementis, & omnibus aliis rebus dictis eccleſiis pertinentibus, & molendinum de **Chelylegh**, cum ſtagno, & centum pedes ultra ſtagnum verſus **Couhul** cum ſuis piſcariis ex utraq; parte aquæ, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, & totam terram illam quæ vocatur **Gatham**, & duas bovatas terræ in eadem villa, & communem paſturam de **Alſtanesfeld**, & paſturam de foreſta ad equas ſuas, & omnia quæ *Hugo Malbenc* & *Willielmus* filius ejus eiſdem monachis rationabiliter dederunt, & carta ſua confirmaverunt; & unam bovatam terræ cum communione boſci in **Munchulf** cum toto jure patronatus capelle ejuſdem villæ, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, ex dono *Michaelis* domini de **Munchulf**, & ex conceſſione *Adæ* filii ſui, & capellam de **Wrenneburge**, cum tota illa terra quæ vocatur **Smetheton** cum omnibus pertinentiis ſuis, & duos ſolidos de molendino de **Smetheton** ex dono *Nicholai* de *Welerſton* & unam naviculam piſcatoriam in villa *Ceſtriæ* ex dono comitis *Ranulphi*, & unam menſuram terræ in eadem villa ex dono *Radulphi* de *Aldeford*, & *Neutonam* & *le Cotes* cum omnibus pertinentiis ſuis, ex dono comitis *Roberti* de *Ferrariis*, & *Willielmi* filii ſui; & *Doddecotam* in **Feld**, cum ſuis pertinentiis, & illam terram & brueriam quæ eſt inter **Tiberton**, & **Hulam**, & illud pratum adjacens juxta aquam de **Mees** ex dono *Willielmi* filii *Alani* cum communione boſci de **Herkall**, & **Bromhale** & **Spipford**, & *Clivam* ex dono *Yvonis Pantulph* & *Bricii* filii ſui, & totam illam terram cum boſco quæ vocatur de **Trepwode**, cum omnibus pertinentiis ſuis ex dono *Rogeri* de *Ychfeld*, & manerium de **Erlide** juxta **Stafford**, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis ex dono *Roberti* de *Baskervill*, & manerium de **Cheſthull**, cum ſuis libertatibus & pertinentiis ſuis ex dono *Richardi* de *Cheſthull*, & manerium de magna **Drayton** in **Hales** ex conceſſione abbatis & conventus de ſancto *Ebrulpho*, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis: & omnes donationes & conceſſiones elemoſinas & libertates, in puram & perpetuam elemoſinam, libere & quiete poſſidendas, quæ eiſdem monachis noſtris in terrâ comitis *Ranulphi* quondam comitis *Ceſtrenſis* rationabiliter donate ſunt, & conceſſe, ſcilicet ex dono & conceſſione comitis *Ranulphi* avi ſui, & comitis *Hugonis* patris ſui, & ex donis aliorum donatorum ſicut cartæ prædeceſſorum ejuſdem *Ranulphi*, & cartæ ipſorum monachorum, ac etiam aliorum donatorum rationabiliter & plenius teſtantur. Quare volumus (*&c.*) Data per manum noſtram apud **Havering**, quarto die Aprilis, anno regni noſtri quinquageſimo.

Carta *Wyoni* filii *Jonæ*.

Ibid.

WYon *filius* Jonæ, *omnibus filiis S. eccleſiæ, præſentibus & futuris*, Francis, Walenſibus, *&* Anglicis *ſalutem. Sciatis quod ego cum bona voluntate & conceſſione fratrum meorum, conceſſione & conſilio uxoris meæ* Margeriæ *filiæ* Madoci, *dedi & conceſſi Deo & ſanctæ* Mariæ, *& ſancto* Michaeli, *& ejus monachis de* **Cumbermare**, *pro ſalute animæ meæ, & patris mei* Jonæ, *& pro anima* Madoci, *& omnium parentum & amicorum meorum, decimam totius piſcis & piſcariæ de gurgitibus tam de retibus vel ingeniis qualitercunque evenientem ſive contingentem qui capitur per totam aquam de* **De**, *ubique prope & longè per totum deminium meum de* **Overton**, *ex utraque parte per totum; & decimam totius tholneii de molendino meo de* **Overtone** *cum omni incremento tholneorum vel molendinorum quæ quomodocunque vel ubicunque ſuper aquam ſupradictam ædificari contigerint, in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut rem quæ datur Deo domino noſtro; & habebunt monachi prædicti hoc ſine fine de me & hæredibus meis, liberè, quietè, honorificè, ſine omni ſervicio, vel mercede vel exactione ſæculari; & quicunque fuerit ibi molendinarius meus, vel hæredum meorum & cuſtos piſcariæ, dabit fidem ſuam & juramentum fideliter & legitimè ſe decimaturum ſicut Deus piſcem miſerit & ſicut venerit, ne ege perdam elemoſinam meam, & parentes mei, & monachi aliquod dampnum habeant, & quemcunque monachi ibi poſuerint vel habuerint in loco ſuo, recipiet decimam de piſce ſicut captus fuerit, & de aqua venerit, ut fideliter & ſtatim monachis mittatur. Et quicunque hanc elemoſinam bene & legitimè poſt meos dies & meorum fratrum ſervaverit, & perſolverit, Dei benedictionem & ſanctæ* Mariæ *ſanctique* Michaelis, *& omnium ſanctorum habeat, & omnis cognacio ejus; Et quicunque retinuerit vel abſtulerit, vel diminuerit, vindictam ſancti* Michaelis *inveniat ſuper corpus ſuum, & non poſſit unquam de hac ſubtractione gaudere, quia nos pro vero intelligimus quod quicquid in bono & in elemoſina præfatis monachis donatur, dominus cœli ad grates ſuſcipit. Teſtes,* Johannes *abbas de* **Cumbermare**, *&* Godfridus *ſupprior*, Simon Johannes *cantor*, *&* Lucas *frater ejus*; Henricus *ſacriſta*, *&* Robertus *infirmarius*; Lever *presbiter de* **Overton**, *& domina* Margeria *filia* Madoci; David *frater meus*; *magiſter* Gilbertus *cementarius*, *&* Petrus *cementarius*, *& multi alii ſatis.*

Ibid.

Carta Owyni *filii* Griffini *de* Bromfeild.

Ibid.

O*Wynus* filius *Griffini* de *Bromfeld*, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quam futuris ſalutem. Sciatis me dediſſe conceſſiſſe, & præſenti carta mea confirmaſſe, Deo & beatæ *Mariæ*, ſanctoque *Michaeli*, & monachis de **Cumbermare**, & eorum ſucceſſoribus, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſerum & ſucceſſorum meorum, decimam totius piſcis & piſcariæ de gurgitibus tam de retibus uel ingeniis qualitercunque evenientem ſive contingentem qui capitur per totam aquam de **De**, ubique propè & longè per totum dominium meum de **Overtone** & **Brumfeld** ex utraq; parte aquæ per totum, & decimam totius tholonei de molendino meo de **Overtone**, cum omni incremento tholneorum vel molendinorum quomodocunque vel ubicunque, ſuper aquam prædictam ædificari contigerint; Nam anteceſſores mei hæc illis dederunt: Et ſi animalia eorum, vel hominum eorum furata fuerint, vel ullo modo capta vel perdita, licentiam meam habeant, & plenam poteſtatem, liberè ea capiendi, ubicunq; ſuper terram meam reperta fuerint; Igitur quicunq; hæredum meorum, & hominum pacem meam bene illis tenuerit & eis benefecerit benedictionem Dei omnipotentis habeat & omnium ſanctorum in cœlo & in terra. Quicunq; fuerit molendinarius meus, vel hæredum meorum, & cuſtos piſcariæ, dabit fidem ſuam & juramentum monachis, ſuper bonas reliquias fideliter ſe decimaturum, ſicut Deus piſcem miſerit, & ſicut venerit, ne ego perdam elemoſinam meam & monachi aliquod damprium habeant. Quemcunq; etiam monachi ibi poſuerint vel habuerint in loco ſuo, recipiet decimam de piſce, & totius tholonei, de molendino & de piſcariis, ſicut captus fuerit piſcis, ut fideliter & ſtatim monachis mittatur, ſicut illis placuerit Omnes verò qui hanc meam elemoſinam bene & legitimè poſt meos dies & meorum fratrum ſervaverint, & perſolverint, Dei benedictionem & ſanctæ *Mariæ*, & *omnium Sanctorum*, & ſancti *Michaelis* habeant, & omnes eorum cognationes. Qui autem retinuerit, vel abſtulerit, vel diminuerit, vindicta ſancti *Michaelis* veniat ſuper eum in capite ſuo, *Amen*. Volo etiam ex toto corde, & in animo, ut in pace bona elemoſinam meam recipiant, ut à Deo retributionem in cœlis ſuſcipiam. Teſtes hujus donationis ſunt iſti *Sharverd* dapifer curiæ *Elevanth*, *Madoc* filius *Bleioun*, *Seiſil* filius *Heylen* nepos *Kadrouth*, *Matheus* filius *Seyſil*, *Pibin Robertus* filius *Simonis*, *Keve Wreich* filius *Eweni*, *Pren Powes* (*&c.*) & tota curia domini, & alii ſatis qui hæc viderunt, anno domini MCxcv. litera dominicali A. prima die poſt feſtum ſancti *Benedicti*.

Ibid. EGo Ranulphus *comes* Ceſtriæ, *pro redemptione & ſalvatione animæ meæ, & animarum omnium liberorum meorum, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſi libere & confirmo omnes terras & tenuras ac etiam libertates cum omnibus pertinentiis ſuis quæ & quas dictus* Hugo Malbank, & Willielmus *filius ejus eis dederunt, & per cartam eorum eis confirmaverunt infra dominium meum* **Ceſterſire**. *Et nominatim locum illum qui vocatur* **Cumbermare** *ubi dicta abbatia conſtructa eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis per bundas & diviſas, ſicut cartà* Hugonis *plenius continetur, & etiam manerium de* **Wineleſtele**, *cum omnibus libertat: & liberis conſuetud: & pertinentiis ſuis, & eccleſias de* Actona *cum capellis ſuis, videlicet* Wiko-Malbano & **Wrennebury** & **Munchulf**, *cum communione boſci, & cum omnibus pertinentiis ſuis, & habeant & teneant omnia prædicta in omnibus & ſingulis rebus per bundas & diviſas liberè & quietè, & ab omni ſeculari exactione, ſicut in cartis prædicti* Hugonis & Willielmi Malbanck, *quas dicti monachi inde habent, plenius teſtatur. Concedo etiam dictis monachis & eorum ſucceſſoribus, quod habeant liberam curiam & tholneum, & aſſiſam panis & ſervicia, & uthefium, &* **blodwit**, *& catalla felonum, foriſfacturas & felonias, & omnes menſuras, & omnimoda amerciamenta & emendas de omnimodis tranſgreſſionibus hominum & tenentium ipſorum vel aliorum quorumcunque exiſtentium infra terras vel limites ſeu bundas ipſorum monachorum noſtrorum infra dominium meum* **Ceſtreſire**, *& habeant in prædicto manerio furcas &* **infangentheof**, *&* **utfangentheof**, *in manerio prædicto in perpetuum. Concedo etiam & confirmo pro me & hæredibus meis, dictis monachis, & eorum ſucceſſoribus, & hominibus, ac tenentibus ipſorum, tam infra villam* Ceſtriæ *quam extra infra dominium meum* **Ceſtreſire** *quietantiam de omni tholneo, & de ſervientibus meis paſcendis, & ſecta comitatus, &* **hundred**, *placitis & querelis, muragiis, & pavagiis, paſſagiis, & pontagiis, & de omni tholneo, operationibus, & de ſcutagiis, & de opere parci & cuſtodia caſtelli, & de omni opere, & genere ſervicii, cum omnibus libertatibus ſuis in hominibus & terris, in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in viis & ſemitis, in burgis, in aquis, in molendinis, piſcariis, & in omnibus locis, cum libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis. Et prohibeo pro me & hæredibus meis, quod dicti monachi mei, vel eorum ſucceſſores, aut homines ſeu tenentes ipſorum ponantur in placito de ulla re extra curiam dictorum monachorum, niſi tantum coram me, aut capitali juſticiario meo. Similiter concedo pro me & hæredibus meis, eiſdem monachis & eorum ſucceſſoribus, quod nullus eſcaetor vel vicecomes, nec aliquis ballivus ſeu miniſter* **Ceſtreſire**, *ingrediatur manerium ipſorum de* **Wineleſde** *vel alias terras, infra limites ſeu bundas dictorum monachorum aliquo modo ad vexandum cauſa vacationis monaſterii, vel ad diſtringendum ſeu ad gravandum ipſos monachos meos, aut homines ſeu tenentes ipſorum, ſine ſpeciali warranto meo, vel capitalis juſticiarii mei, & hoc facient cum ballivo prædictorum monachorum meorum ſuper foriſfacturam meam decem librarum ad levindam nobis & hæredabus noſtris quotieſcunque fecerint in contrarium; Quia volo ex corde & animo, quod monachi mei & eorum ſucceſſores habeant & teneant cuncta prædicta, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, æternaliter. His teſtibus,* Willielmo *conſtabulario,* Roberto *dapifero,* Philippo *de* Horreby, Thoma *deſpenſatore,* Thoma *filio ejus, & multis, qui hoc audierunt & viderunt. Apud* Ceſtriam *anno Domini milleſimo ducenteſimo & triceſimo.*

Carta Huberti *de* Burgo *Juſticiarii* Angliæ.

OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Hubertus de Burgo* comes *Kanciæ* juſticiarius *Angliæ* ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac præſenti charta noſtrà confirmaſſe abbati & monachis de **Cumbermere**, totam terram illam le **Cheſthulle** & de **Hulle**, cum pertinentiis, quam habent ex dono *Richardi de Cheſthulle*. Habendam & tenendã dictis abbati & monachis, cum homagiis, ſerviciis, releviis, libertatibus, & omnibus pertinentiis ſuis, liberè & quietè, & pacificè, in puram & perpetuam elemoſinam in perpetuum.

petuùm. Conceſſimus etiam prædicto abbati & monachis, quod quieti ſint de warda, quam prædictus *Richardus* facere ſolebat annuatim ad caſtrum noſtrum de **Mongomeri** pro prædicta terra de **Chesthulle** & de **Hulle**, pro me & hæredibus meis, vel meis aſſignatis, ſeu aliquo nomine noſtro inpoſterùm. Set ſint liberi & quieti ab omni terreno ſervicio & ſeculari exactione, conſuetudine & demanda, quantum ad me pertinet & hæredes meos. Ita quod nunquam de cætero, per me, neq; per hæredes meos, neq; per ballivos noſtros, vel per homines noſtros, aliquo modo vexabuntur, neq; diſtringentur pro aliquo defectu wardæ, relevii, ſcutagii, muragii, vel alicujus alterius terreni ſervicii, quod ad me, vel ad hæredes, ſeu aſſignatos meos pertinet, vel aliquo modo pertinere poterit in futurum imperpetuùm. Ego verò dictus *Hubertus* de *Burgo* & hæredes mei, dictis monachis & eorum ſucceſſoribus omnia prædicta ſine diminutione contra omnes homines warrantizabimus, acquietabimus, & imperpetuùm defendemus. Et ut hæc noſtra confirmatio, donatio, & conceſſio, rata & ſtabilis permaneat, huic præſenti chartæ ſigillum noſtrum fecimus apponi. Hiis teſtibus, *Roberto* de *Cokefeld*, *Waltero* de *Burgo*, *Radulpho* de *Gatele* (*&c.*)

Vide Vol. 2. *Pag.* 913. *Col.* 2.

Annales de *Peterborough* in bibl. *Cotton.*

GEROUDONENSIS
Abbatia in agro Leiceſtrenſi.

Hiſt. MS. *Henr. Knighton* in bibl. *Cotton.*

ANno MCxxxiij. fundata eſt abbatia de **Geroudon**, filia de **Waverle**.

Decimo quinto anno (ſcilicet Regis *H.* 2.) *Robertus* comes *Leyceſtrenſis* fundavit monaſterium de **Gerundon** de * monachis *Leyceſtrenſibus*.

* *Lege* Canonicis.

Donationum confirmatio per Regem.

Cart. 14. *E.*3.n.17. per Inſpex.

REx &c. Donationem & conceſſionem, quas *Robertus* quondam comes *Leiceſtriæ*, per cartam ſuam fecit Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Geroldonia* & monachis ibidem degentibus, de quinque carucatis, & tribus virgatis terræ cum pertinentiis in *Geroldonia*, cum omnibus pratis & paſcuis eidem terræ pertinentibus. Conceſſionem etiam, & donationem quam idem comes per eandem cartam fecit eiſdem monachis de omnibus quæ habebat in **Diſſeleye**, excepta terra *Rogeri* fratris *Osberti* capellani. Donationem verò quam idem comes per eandem cartam fecit eiſdem monachis de duabus carucatis terræ cum pertinentiis in **Kyngolthorp**. Donationem inſuper & confirmationem quas idem comes per cartam ſuam fecit eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Geroldonia*, & monachis prædictis, de tota terra quam *Rabellus* de *Seigneuilla* tenuit in *Dixeleya*, & de boſco de **Shepehed** continente unam leucatam in latitudine, & unam leucatam & dimidiam in longitudine. Donationem etiam & confirmationem quas *Margareta* dudum comitiſſa *Wyntoniæ*, ſoror *Roberti* comitis *Leyceſtriæ*, per cartam ſuam fecit eiſdem eccleſiæ & monachis de tota *Henleya*, ad colendum, foſſandum, claudendum & ad quemlibet fructum inde percipiendum. Conceſſionem verò & confirmationem quas eadem comitiſſa per eandem cartam fecit eiſdem eccleſiæ & monachis de omnibus terris, & tenementis quæ ipſi habent, ex donationibus anteceſſorum ſuorum, cum pratis, paſcuis, & cum omnibus pertinentiis ſuis.

Donationem inſuper & confirmationem quas eadem comitiſſa, per cartam ſuam fecit eccleſiæ & monachis prædictis de una virgata terræ cum pertinentiis in **Weſtan**, quam *Walterus* & *Godewinus* filii *Ripyngi* tenuerunt, una cum toftis & croftis, pratis & paſcuis, & omnibus pertinentiis ſuis & de tota ſequela hominum prædictorum. Donationem etiam & conceſſionem quas eadem comitiſſa per cartam ſuam fecit eiſdem eccleſiæ & monachis, de uno molendino & ſede ejuſdem molendini, cum ſtagno & ſequela ſua, & cum omnibus cæteris pertinentiis, libertatibus & aiſiamentis, & de duabus virgatis terræ in eadem villa, ſcilicet illam virgatam terræ quam *Radulphus* ad **Brock** quondam tenuit, & eundem *Radulphum* cum ſequela ſua, & unam bovatam terræ quam *Hugo* de *Colevill* quondam tenuit, & eundem *Hugonem* cum ſequela ſua, & unam bovatam terræ quam *Radulphus de la* **Grene** quondam tenuit, & eundem *Radulphum* cum ſequela ſua, Tenendum & habendum inperpetuùm, cum toftis, croftis, pratis, paſcuis, & cum omnibus pertinentiis ſuis, libertatibus & aiſiamentis, & de paſtura ad centum oves cum agnis eaque in eadem villa.

Donationem verò conceſſionem & confirmationem quas *Margareta* de *Ferrariis* quondam comitiſſa **Derby** per cartam ſuam fecit Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Geroldon* & abbati & monachis ibidem Deo ſervientibus, de quindecim ſolidatis redditus cum pertinentiis in **Ansty**. Donationem inſuper conceſſionem & confirmationem quas *Willielmus* de *Dixel* filius *Roberti Bars* de **Dixel** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de uno meſſuagio, & tribus virgatis terræ cum pertinentiis in **Dixel**. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem quas *Rogerus* de *Quincy*, quondam comes *Wintoniæ* & conſtabularius *Scotiæ* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis, de tota *Sauuagina* & omnibus beſtiis ſylveſtribus, cujuſcunque generis forent, quas dicti abbas & monachi, & eorum ſucceſſores, tunc habuerunt vel ex tunc habere poſſent, vel vellent, vel quæ inventæ forent in clauſo de **Bitt**, ad berſandum, venandum, capiendum, vel quicquid inde, per ſe vel per homines ſuos, vel per alios eorum nomine & licentia vellent, faciendum. Conceſſionem verò, & confirmationem quas idem comes per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis de toto boſco ipſorum abbatis & monachorum, cum ſolo & omnibus pertinentiis ſuis quibuſcunque. Donationem inſuper & confirmationem quas idem comes per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de quinque virgatis terræ cum pertinentiis in **Belgrave** quas *Radulphus* de *Gouteby*, *Gilbertus* ſerviens *Swein*, *Willielmus* in **Lane**, *Johannes Niger*, *Galfridus* filius *Siwardi*, & *Walterus Sabere* tenuerunt, cum prædictis hominibus, & tota ſequela eorundem. Conceſſionem

nem inſuper & confirmationem quas idem comes per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de uno molendino & uno ſitu molendini, quinque virgatis terræ, & una placea prati cum pertinentiis in **Weſtan**, **Hawethorn** & **Thorp** juxta **Geraudon**, & de hominibus dictas terras tenentibus, cum tota ſequela eorundem. Remiſſionem verò & quietam clamantiam, quas idem comes per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis de viſu franciplegii, & omnimoda ſecta curiæ ipſius comitis, & omni forinſeco ſervicio, quæ de prædictis terris, ſeu de hominibus eas tenentibus aliquo modo exigi poterint. Remiſſionem inſuper & quietam clamantiam quas idem comes per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis de viſu franciplegii, & omni ſecta curiæ ipſius comitis, de omni forinſeco ſervicio quinq; virgatarum terræ cum pertinentiis in **Belgrave** quas habent de dono prædicti comitis, cum hominibus dictas terras tenentibus, & eorum ſequela. (*&c.*)

Conceſſionem inſuper, donationem & confirmationem quas *Ranulphus* quondam comes *Ceſtriæ*, per ſcriptum ſuum fecit eiſdem abbati & monachis, de communa paſturæ ad omnimoda pecora cum pertinentiis id *Baroua*, excepto parco de **Barwe**. Conceſſionem etiam & confirmationem quas idem comes per idem ſcriptum fecit eiſdem abbati & monachis, de donationibus quas *Robertus* de *Torz*, *Willielmus* de *Torz* & *Thomas Diſpenſarius* fecerunt prædictis monachis in feudo ipſius comitis de **Haliwellhawe**. Donationem verò, & confirmationem quas *Thomas* filius *Rogeri* de *Haltone*, per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de uno molendino cum pertinentiis in **Thorp**; (*&c.*)

Conceſſionem inſuper & confirmationem quas *Asketillus* de *Berges* per cartam fecit eiſdem monachis, de donatione *Thomæ Diſpenſatoris* de decem bovatis terræ cum pertinentiis, de feodo ſuo in **Burton**. Conceſſionem verò & confirmationem quas *Hugo* de *Berges*, per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de omnibus terris, tenementis & poſſeſſionibus, cum pertinentiis quæ tenent & habent de feodo ſuo in eadem villa. Conceſſionem verò & confirmationem quas *Rogerus* de *Molbray*, per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de donatione elemoſinæ de feodo ſuo in eadem villa. Ita quod prædicta elemoſina ſit ſoluta & libera ab omni forinſeco ſervicio, & omni ſeculari exactione. (*&c.*)

Donationem verò & confirmationem quas *Gilbertus* de *Colevilla* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de quatuor carucatis terræ, & dimidia cum pertinentiis in eadem villa. Donationem etiam & confirmationem quas *Hugo diſpenſator*, per cartam ſuam fecit eiſdem monachis, de duobus meſſuagiis, & tribus virgatis terræ cum pertinentiis in eadem villa, cum hominibus prædicta meſſuagia & terram tenentibus, cum catallis, & ſequelis eorum. Donationem verò & conceſſionem quas *Henricus Putrel* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de una carucata terræ cum pertinentiis in eadem villa. Conceſſionem inſuper & confirmationem quas *Robertus Putrellus* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de illa carucata terræ in eadem villa quam habent ex dono *Henrici Putrel* avi ſui (*&c.*) Donationem verò & confirmationem quas *Gaufridus Haget* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de quatuor carucatis terræ cum pertinentiis in **Aleby**. Conceſſionem inſuper & confirmationem quas *Nigellus* filius *Rogeri* de *Moubrav* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem monachis de donatione *Galfridi Haget*, ſcilicet quatuor carucatis terræ cum pertinentiis in eadem villa. (*&c.*)

Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Robertus* de *Bruys* filius *Iſabellæ* de *Bruys*, per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de omnibus terris & tenementis quæ habent de feodo ſuo de **Huntendone** cum pertinentiis in **Aleby**, **Sixtenby** & **Stanlefore**. Conceſſionem etiam quam *Willielmus* de *Harecurt*, per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de tota terra **Stantunye** cum omnibus appendiciis, in pratis & paſcuis, & cæteris neceſſariis ad terram illam pertinentibus. Donationē verò, remiſſionem & quietam clamantiam quas *Richardus* de *Harecurt* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem monachis de una marcata redditus cum pertinentiis in eadem villa. Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem, quas *Reginaldus* filius *Ingenulfi* de *Ybeſtoka*, per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de toto loco in quo grangia ſua de *Ybeſtoka* ſita eſt, & tota clauſura & curia ejuſdem grangiæ, & bercheriarum ſuarum ibidem conſtructarum, & de quatuor carucatis, & tredecim acris terræ cum pertinentiis in *Ybeſtoka*. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Henricus* filius *Richardi* de *Burtone*, per cartam ſuam fecit eiſdem monachis, de elemoſinis & donationibus *Reginaldi* filii *Yngenulphi*, & *Reginaldi* filii ipſius *Reginaldi*, videlicet de tota grangia ſua de *Ybeſtoka*, & de toto loco in quo eadem grangia ſita eſt, tota clauſura & curia ejuſdem grangiæ, & bercheriarum ſuarum ibidem conſtructarum, & quatuor carucatis & decem & ſeptem acris terræ cum pertinentiis in eadem villa (*&c.*)

Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem quas *Willielmus* filius *Roberti* de *Roppeſle* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de tota terra ſua in **Neubold** quam habuit ex dono *Simonis* de *Roppeſle* avunculi ſui. Conceſſionem etiam, & confirmationem quas *Teobaldus* de *Verdone* quondam conſtabularius *Hiberniæ*, per ſcriptum ſuum fecit eiſdem abbati & monachis, de una virgata & quinq; bovatis terræ cum pertinentiis in **Worthintthone**. Conceſſionem verò & remiſſionem, & quietam clamantiam quas *Robertus* filius *Petri Deryng* de *Worthington*, per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de toto jure & clameo, quod habuit vel habere potuit in omnibus terris, redditibus, & tenementis quæ habuit ex donatione patris ſui in **Wurthingtone**. Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem quas *Radulphus Bohun* de *Claxetone*, & *Lora* uxor ſua per cartam ſuam fecerunt eiſdem abbati & monachis de toto boſco ſuo de **Wurthyntone**, cum toto ſolo eidem adjacente, & cum communa paſturæ, & minera carbonum & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas iidem *Radulphus* & *Lora* per eandem cartam fecerunt eiſdem abbati & monachis de una bovata terræ cum pertinentiis in eadem villa quam *Richardus Breyd* de eo tenuit, cum eodem *Richardo* & omnibus catallis ſuis, & cum tota ſequela ſua, & de triginta ſolidatis redditus, & redditu unius libræ piperis cum pertinentiis in eadem villa. Conceſſionem verò & confirmationem quas iidem *Radulphus* & *Lora* per eandem cartam ſuam fecerunt eiſdem abbati & monachis de duabus virgatis terræ in eadem villa, cum toftis & croftis, & etiam aliis earum pertinentiis; ita quod iidem abbas & monachi, & eorum ſucceſſores omnino quieti ſunt & ſoluti erga ipſum & hæredes ſuos de omnibus terrenis ſerviciis & conſuetudinibus, & demandis, quæ de prædictis duabus virgatis terræ exigi poterunt vel extorqueri: Relaxationem inſuper & quietam clamanciam quas iidem *Radulphus* & *Lora* per eandem cartam fecerunt eiſdem abbati & monachis de redditu medietatis unius libræ cumini, & unius paris albarum cirotecarum quæ prædicti abbas & monachi eis quondam facere conſueverunt. Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem quas *Johannes* filius *Johannis* de *Gateſton* militis, per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de duabus acris terræ cum pertinentiis in **Kirkeby.**

Conceſſionem etiam donationem & confirmationem quas *Gaufridus* de *Eſtune*, & *Agnes* filia *Walteri* de *Parys* uxor ſua per cartam ſuam fecerunt eiſdem abbati & monachis de toto jure & clameo quod unquam habuerunt, vel habere potuerunt in uno meſſuagio cum pertinentiis in *Norwico*. Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Zezilia* relicta *Nicholai* de *Dranefeud* in **Coſyntone** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de uno meſſuagio cum domibus in eodē conſtructis in **Coſyntone.** Donationem verò, conceſſionem, & confirmationem quas *Walterus Fiſher* de *Mountſorell* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de uno toſto cum pertinentiis in **Mountſorell.** Donationem inſuper & confirmationem quas *Robertus Pbis* de **Mountſorell** per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de uno meſſuagio cum pertinentiis in eadem villa. Donationem etiam & confirmationem quas *Hugo* filius *Roberti Pbis* de **Mountſeroll,** per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de duabus denaratis redditus cum pertinentiis in eadem villa. Donationem verò & confirmationem quas idem *Hugo* per eandem cartam ſuam fecit eiſdem monachis de una denarata redditus cum pertinentiis in eadem villa. Donationem inſuper & confirmationem quas *Richardus* filius *Richardi Criſpi* de **Mountſorel,** per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de uno meſſuagio cum pertinentiis in eadem villa. Donationem etiam quam *Stephanus* ſcriba de **Ketleby,** per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de una acra terræ in eadem villa, cum uno toſto ad illam acram pertinente. Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Rogerus Godebert* filius & hæres *Rogeri Godebert* de **Swanyngton** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de quadam placea vocata *le* **Smallheth** cum pertinentiis in **Swanyngtone.** Conceſſionem inſuper & confirmationem quas idem *Rogerus* per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis de omnibus terris, & tenementis quæ tenent de feodo ſuo in eadem villa. Donationem etiam, conceſſionem & confirmationem quas idem *Rogerus* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de toto boſco ſuo in eadem villa, cum tota terra, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Donationem verò, conceſſionem & confirmationem quas idem *Rogerus* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis, de tota parte bruer æ ſuæ, quantum pertinet ad quinque virgatas terræ, cum decem ſelionibus in eadem villa. Donationem inſuper, remiſſionem & quietam clamantiam quas *Rogerus* filius *Rogeri Godebert* de **Swanyngton** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de quinq; ſolidatis redditus cum pertinentiis in eadem villa. Donationem verò, conceſſionem & confirmationem quas *Rogerus Godebert* de **Swanyngtone** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de toto aſſarto ſuo in eadem villa cum octo ſelionibus, & cum tota quarrera, & toto boſco adjacente, & prato cum omnibus pertinentiis ſuis in eadem villa.

Donationem etiam & confirmationem quas *Thomas* de **Stokes** per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de una virgata terræ cum pertinentiis in eadem villa. Conceſſionem etiam, remiſſionem, & quietam clamanciam quas *Willielmus*, filius & hæres *Richardi Wareyn* de **Swanynton** per ſcriptum ſuum fecit eiſdem abbati & monachis de duodecim denaratis redditus cum pertinentiis in eadem villa. Conceſſionem verò & remiſſionem quas idem *Willielmus* per idem ſcriptum fecit eiſdem abbati & monachis de toto jure & clameo quod habuit vel habere potuit in quadam portiuncula prati vocata **Pepeſike** cum pertinentiis in eadem villa. Conceſſionem inſuper & confirmationem quas præfatus *Willielmus* per idem ſcriptum, fecit eiſdem abbati & monachis de eo quod ipſi appruare ſe poſſent de toto boſco ſuo, & omnibus vaſtis ſuis quæ habuerunt ex dono & conceſſione *Rogeri* filii *Rogeri Godebert* de **Swanyngtone.** Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem quas *Richardus Wareyn* de **Swanyngtone** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis, de toto jure & clameo quod habuit, vel habere potuit in tota terra, quantum pertinet ad duas virgatas terræ de feodo ſuo in eadem villa, & in omnibus brueris & locis in eadem villa quæ aliquando excoli poſſent vel fruſſari. Donationem verò, conceſſionem & confirmationem, quas *Rogerus* filius *Briani* de *Wathaton* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem abbati & monachis de redditu unius libræ cumini cum pertinentiis in eadem villa. Conceſſionem etiam quam idem *Rogerus* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem abbati & monachis de una virgata terræ cum wardis, releviis, homagiis, eſcaetis, & omnibus aliis forinceſis ſerviciis. Donationem verò, conceſſionem & confirmationem quas idem *Rogerus* per idem ſcriptum fecit eiſdem abbati & monachis de ſexdecim denaratis redditus cum pertinentiis in **Dixeworth.** Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem quas *Rogerus* carpentarius de **Swanyngtone,** & *Agnes* uxor ejus per cartam ſuam fecerunt eiſdem abbati & monachis de toto vaſto ſuo quod habuerunt in tribus locis in **Longemor,** quantum pertinet ad [illegible]nam bovatam

tam terræ in eadem villa. Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Willielmus*, filius *Willielmi* de *Wllarſton* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem abbati & monachis, de una bovata terræ, & una placea, cum omnibus domibus in eadem placea conſtructis cum pertinentiis in eadem villa. Donationem verò, conceſſionem, & confirmationem quas idem *Willielmus* per idem ſcriptum ſuum fecit eiſdem abbati & monachis de una bovata terræ cum pertinentiis in eadem villa. Donationem inſuper & confirmationem quas *Richardus* de *Preſtwold* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de una bovata terræ cum pertinentiis in *Overtona*, (*&c.*)

Donationem inſuper & confirmationem quas *Rogerus* de *Croft* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis, de duabus virgatis, & quinq; acris terræ, & paſtura ad trecentas oves cum agnis earum cum pertinentiis in **Alton.** Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Rogerus la Zouch* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de omnibus terris & tenementis quæ habent in eâdem villâ, in feodo ſuo. Donationem verò, conceſſionem & confirmationem quas *Hugo* de *Herdeberewe* filius *Rogeri* de *Herdebere* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de tota terra ſua cum pertinentiis in eadem villa, quam habuit ex hæreditate *Iſabellæ* matris ſuæ. Donationem inſuper & conceſſionem quas idem *Hugo* per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis, de homagiis, & ſerviciis omnium liberorum hominum ſuorum cum pertinentiis in **Ravenſton** (*&c.*)

Donationem verò, conceſſionem & confirmationem quas *Willielmus* de *Bones* filius *Willielmi* de *Bones* de **Cortyngeſtoke** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de quatuor bovatis terræ cum pertinentiis in eadem villa. Conceſſionem etiam & confirmationem quas idem *Willielmus* per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in eadem villa: Conceſſionem inſuper & confirmationem, quas *Robertus* de *Cheverecourt* de **Wybordeby** per cartam ſuas fecit eiſdem abbati & monachis de omnibus terris & tenementis quæ habent de feodo ſuo in dictis villis de **Rempeſton** & **Cortelyngſtoke.** Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Richardus* filius & hæres *Roberti Roſel* de **Rempeſtone** per ſcriptum ſuum fecit eiſdem abbati & monachis, de omnibus terris & tenementis, cum pertinentiis ſuis, quæ habent cum donatione ſua & omni anteceſſorum ſuorum, in dicta villa de **Rempeſtone,** (*&c.*)

Donationem inſuper & confirmationem quas *Hugo* filius *Galfridi* de *Rempeſtone*, per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de quinque bovatis terræ cum pertinentiis in eadem villa. Conceſſionem etiam & confirmationem quas idem *Hugo* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de omnibus terris & tenementis quæ habent de feodo ſuo in eadem villa. Conceſſionem & confirmationem quas *Philippus* filius *Willielmi* de *Cortynſtoke* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de omnibus terris & tenementis quæ habent de feodo ſuo in elemoſinam, ex donationibus & conceſſionibus anteceſſorum ſuorum in dictis villis de **Cortynſtoke** & **Rampeſton,** (*&c.*)

Conceſſionem verò & confirmationem quas *Willielmus Briwware* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis, de donationibus conceſſionibus & confirmationibus quas *Philippus* filius *Willielmi* de *Cortyngſtoke*, & *Ranulphus* de *Cortyngſtoke*, & *Hugo* filius ejus fecerunt eis de omnibus terris & tenementis cum pertinentiis quæ habent & tenent de feodo ſuo in dictis villis de **Cortyngſtoke** & **Rempeſtone.** Conceſſionem etiam & donationem quas *Willielmus Peverellus* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de tota terra ſua quam habuit de dominio ſuo cum pertinentiis in **Cortyngſtoke:** Conceſſionem inſuper & confirmationem quas *Sampſon* de *Stretleya* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de tredecim bovatis terræ, cum pertinentiis in eadem villa. Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Wiliielmus Peverellus* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de tredecim bovatis terræ cum pertinentiis in eadem villa. Conceſſionem verò quam *Aſcelinus* quondam Prior eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Blida* & conventus ejuſdem per cartam ſuam fecerunt eiſdē abbati & monachis de tota terra quæ fuit eorundem Prioris & conventus in eadem villa. Conceſſionem verò & confirmationem quas *Willielmus* quondam abbas ſanctæ *Trinitatis* de *monte-Rothomagi* & conventus ejuſdem per cartam ſuam fecerunt eiſdem abbati & monachis de convencione quæ facta fuit inter eccleſiam de *Blida* & eccleſiam de *Geroldonia*; videlicet quod monachi de *Geroldonia* totam terram ſuam tenebunt cum appendiciis ſuis quæ habuerunt monachi de *Blida* in **Cortyngeſtok** in feodo & hæreditate: Conceſſionem verò & confirmationem quas *Johannes* filius *Radulphi* de *Conſtatyn* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de decem bovatis terræ cum pertinentiis in eadem villa: Conceſſionem vero & confirmationem quas *Johannes* quondam conſtabularius per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de decem bovatis terræ cum pertinentiis in eadem villa quas tenent de monachis de *Blida*, una cum toſtis & croftis & aliis pertinentiis ſuis. Donationem etiam & conceſſionem quas *Nigellus* de *Luvetoft* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de centum acris terræ cum pertinentiis in **Wiſhou:** Donationem verò quam idem *Nigellus* & *Margareta* uxor ejus per eandem cartam fecerunt eiſdem monachis de viginti acris terræ cum pertinentiis in eadem villa: Donationem inſuper & confirmationem quas idem *Nigellus* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de tribus ſolidatis redditus cum pertinentiis in eadem villa. Redditionem etiam remiſſionem, & quietam clamanciam quas *Nigellus* filius *Nigelli* de *Lovetot*, per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de viginti denaratis redditus cum pertinentiis in eadem villa. Donationem verò & confirmationem quas *Elias* de *Amundevill* nepos *Nigelli* de *Lovetot* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de quatuor acris prati & dimidia cum pertinentiis in eadem villa: Conceſſionem inſuper, & remiſſionem quas idem *Elias* per eandem cartam fecit eiſdem monachis de toto jure & clameo quæ habuit, vel habere potuit in toto prato, quod *Nigellus* avunculus ſuus dedit eiſdem abbati & conventui in eadem villa (*&c.*)

Conceſſionem verò & confirmationem quas

Adam de *Herthull* fillius & hæres *Richardi* de *Herthull* militis, per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de toto ſitu loci qui vocatur **Reneſtanes**, cum pertinentiis: Conceſſionem etiam & confirmationem quas idem *Adam* per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis, de omnibus terris, & tenementis & feodis quæ iidem abbas & monachi habent in villa de **Balideyne**, & de omnibus aliis terris libertatibus & tenementis quæ tenent in feodo ſuo ubicunque fuerint. Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem quas idem *Adam* per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis de communi paſtura ad omnimoda averia cum pertinentiis in dictis villis de **Baleden** & **Reveſtanes**, & in mora de **Baliden**: Conceſſionem etiam quam idem *Adam*, per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis de libero ingreſſu & egreſſu cum omnimodis averiis ſuis ad communem paſturam depaſcendam: Donationem verò, conceſſionem & confirmationem quas idem *Adam* per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis de una marcata redditus cum pertinentiis in eiſdem villis. Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Robertus* de *Ferrariis*, quondam comes **Derby**, per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de omnibus terris & tenementis quæ habent ex donis anteceſſorum ſuorum in **Hethkote**: Conceſſionem verò & confirmationem quas idem comes per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis de uno meſſuagio, viginti acris terræ, & dimidia cum pertinentiis in nova-**Bryggyng**, & **Wolſtoncote**, & **Hertyndone**, & de quodam prato vocato **Gotheboldeſike**, in dicta villa de **Hertyngdone**, & de medietate cujuſdam prati vocati **Overmedewe** in **Lee**, & de uno prato quod vocatur **Heye** in **Bradeborne**, & de uno prato vocato **Swetedoles**: Conceſſionem inſuper & confirmationem quas idem comes per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis, de ſex acris terræ & dimidia cum pertinentiis in **Penerwyk**: Conceſſionem etiam & confirmationem quas idem comes per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis de quatuor bovatis terræ cum pertinentiis in **Neubold**, una cum toftis & croftis: Donationem verò & confirmationem quas *Rogerus* filius *Eve* per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de tota terra ſua in **Derby** juxta mercatum cum domibus & orto, & omnibus appendiciis & aiſiamentis ad terram illam pertinentibus: Donationem inſuper & confirmationem quas *Aldeburga* de *Haia*, per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de tribus toftis, cum pertinentiis in eadem villa: Donationem etiam, conceſſionem & confirmationem quas *Radulphus* filius *Gilberti le Eſpecer* de **Notyngham** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de tota terra ſua cum domibus ibidem ædificatis in foro cotidiano de **Notyngham**: Donationem etiam, conceſſionem & confirmationem quas *Stephanus Dewe* de **Grymesby** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de uno meſſuagio cum pertinentiis in **Grymesby** (*&c.*) ratas habentes & gratas (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Datum per manum *Edwardi* ducis *Cornubiæ*, & comitis *Ceſtrienſis* filii noſtri chariſſimi cuſtodis *Angliæ*. Apud *Weſtmonaſterium* duodecimo ſecundo die Julii.

Carta *Hawiſiæ* comitiſſæ de *Albamarle*.

Ex autog. in bibl. Hatton.

HAwiſia *comitiſſa* Albermarlæ: *Omnibus hominibus & amicis ſuis* Francis *&* Anglis *clericis & laicis, præſentibus & futuris, ſalutem. Sciatis me in legitima poteſtate mea conſtitutam poſt mortem domini mei* Baldewini *de* Betunia, *& poſtquam finem feci de jure & hæreditate mea cum domino Rege, conceſſiſſe & hac carta mea confirmaſſe in puram & perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Geroudon *& monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & domini mei* Willielmi *de* Mandevill *comitis* **Eſſex**, *& hæredum, & anteceſſorum meorum, quatuor carrucatas terræ in* **Eſtwell**, *cum omnibus pertinentiis liberas & quietas ab omni ſervicio quod ad comitem* Albemarle *patrem meum pertinuit, & quod ad me & hæredes meos pertinet, & ab omni terreno ſervicio; videlicet illas quatuor carucatas quas monachi habuerunt ex donatione* Radulphi Pincernæ *poſtquam idem* Radulfus *dirationaverat terram illam in curia domini Regis; & ex confirmatione* Willielmi *de* Evermue, *& confirmatione* Willielmi *comitis* Albemarle *patris mei, de cujus feodo terra illa eſt: Et prohibeo ne aliquis eos inde gravet, nec inquietet, neque moleſtiam faciat, quia omnibus hæredibus terræ quæ de feodo patris mei eſt in* **Eytone** *&* **Eſtwell**; *& omnibus qui terram illam tenuerunt vel tenebunt quietum clamavi à me & hæredibus meis forenſe ſervicium, & omne ſervicium quod ad comitem* Albemarle *patrem meum pertinuit, & quod ad me & hæredes meos pertiaet de terra monachorum. Et ego & hæredes mei adquietabimus terram illam inperpetuum de omni ſeculari ſervicio, & hæc omnia prædictis monachis warrantizabimus. Hiis teſtibus,* Hugone *abbate de* Melſa, Jordano *abbate de* **Thorneton**, Adam *capellano*, Ranulfo *vicecom*. Henrico *de* .... Engeramo *de* Albemarle, Johanne Mauveiſin, Aliza *de* Fontibus, Richeuda, Clementia *puellis meis*.

Carta *Willielmi* comitis *Albamarle*.

WIllielmus *comes de* Albamare *filius* Hawiſæ *comitiſſæ de* Albamare *omnibus hominibus & amicis ſuis* Francis *&* Anglis *clericis & laicis præſentibus & futuris, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac carta confirmaſſe in liberam & puram & perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* Geroudon *& monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & omnium anteceſſorum & hæredum meorum: Quatuor carucatas terræ de feodo meo in* **Eſtwelle** *cum omnibus pertinentiis ſuis liberas & quietas ab omni ſeculari ſervicio quod ad comitem de* Albamare *avum meum, & ad* Hawiſam *matrem meam comitiſſam de* Albamare *pertinuit, & quod ad me & hæredes meos pertinet, & ab omni terreno ſervicio; videlicet illas quatuor carrucatas terræ quas prædicti monachi habuerunt ex donatione* Radulphi Pincernæ *de* Eytona *poſtquam idem* Radulfus *dirationaverat terram illam in curia domini Regis, & ex confirmatione* Willielmi *comitis de* Albamare *avi mei, & ex confirmatione*

tione prædictæ Hawiſæ *matris meæ comitiſſe de* Albamare *de cujus feodo terra illa eſt. Et prohibeo ne aliquis prædictos monachos inde gravet neque inquietet, neque moleſtiam faciat imperpetuum, quia omnibus hæredibus terræ quæ de feodo matris meæ eſt in* Eytona *&* **Eſtwelle,** *& omnibus qui terram illam tenuerunt vel tenebant quietum clamavi à me & hæredibus meis imperpetuum forenſe ſervicium, & omne ſervicium quod ad comitem de* Albamare *avum meum, & ad* Hawiſam *matrem meam comitiſſam de* Albamare *pertinuit, & quod ad me & ad hæredes meos pertinet de terra monachorum: Et ego & hæredes adquietabimus imperpetuum terram illam de omni ſeculari ſervicio: Et hæc omnia prædictis monachis warrantizabimus. Teſtibus hiis, domino* Henrico *de* Aldetheleighe, Waltero *de* Deyvill, Stephano *de* Segrave, Fulcone *de* Oyri, Gaufrido Diſpenſario, Hugone *de* Foreſta, Roberto *de* Burton, Johanne *de* Folevill, Roberto *de* Withine, Hugone *de* Streteghe, *& multis aliis.*

SWINESHEVEDENSIS

Abbatia in agro Lincolnienſi, * *fundata anno MCxxxiiij.*

* Annales de Peterbrough in bibl. Cottoniana.

Donationum confirmatio per Regem Henricum *ſecundum.*

Cart. 10 E. 2. num. 47.

Vide Pat. 10 E. 2. part. 2. mem. 15, 16, & 17.

H. Dei gratia Rex *Angliæ* (*&c.*) Sciatis me conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Swyneſheved* & monachis ibidem Deo ſervientibus locum infra ſalices in mariſco de *Swyneſheved* in quo abbatia fundata eſt, cum tota cultura de prato, & quartam partem de mariſco ibidem, & duas piſcarias, & molendinum de **Burtofth**, & molendinum de *Sudwella*, & molendinum de *Mainceſtria*, & molendinum de **Caldecoth**, & molendinum de *Caſtertonia*, & terram **Tolom**, & **Henſgcroft** & lxxx. acras de **Haye** & totam terram *Roberti Greſle* quam habuit in *Cotegrava*, & medietatem eccleſiæ ejuſdem villæ, & unam bovatam terræ in *Hintonia*, & unam bovatam in **Blocheſham.** Et in territorio *Caſtertoniæ* xv. acras ex donatione *Willielmi Herm*; & **Racheſtaneſwang** ex dono *Hugonis*: Et unam carucatam terræ in **Cotegrave** ex donatione *Roberti* de *Archis*; & quicquid *Robertus Greſlei* prædictæ abbatiæ, & *Albertus* filius ejus fundatores, eiſdem dederunt & cartis ſuis confirmaverunt. Et vaccariam quam habuit in mariſco juxta abbatiam ex donatione *Stephani* comitis *Britanniæ*; & quicquid ipſe & hæredes ejus eiſdem dederunt & cartis ſuis confirmaverunt. Et **Blakemanns Thofth**, & **Gutthevorthescroft**, ex donatione *Hugonis* de *Wicheſtoft*, & unam ſalinam in **Dunigtun** ex donatione *Engelranni Peiſſun*; Et unam bovatam terræ & dimidiam in *Buctonia* ex donatione *Alani* de *Creun.* Et xiiij. acras in *Cotegrava* ex donatione *Roberti Roſel.* Et omnem excambitionem quam *Rogerus* de *Burun* fecit eiſdem monachis & homines ſui. Et in territorio de **Neubold**, Ex donatione *Willielmi* de *Vilers* & *Pagani* filii ſui duas carucatas terræ & duas bovatas & dimidiam & **Ketcleſwang** & **Holeboldeſwang** & xvij. acras terræ apud **Cranemere** & iiij. toftas cum croftis & totam bruſuam quæ ad **Neubold** pertinet, & in eodem territorio xij. bovatas ex donatione *Heliæ* de *Franencurth* cum toftis & croftis ſuis. Et in territorio de **Chaſchinthorp** vj. bovatas terræ ex donatione *Thomæ* filii *Alfgarii*: Et iij. bouatas ex donatione *Edæ* uxoris *Vitalis* de *Brgeby* cum conceſſu hæredum ſuorum, & xvj. acras & ij ſeliunculas ex donatione *Roberti* filii *Willielmi*, & unam bovatam & molendinum de **Chaſchinthorp**, & terram quæ ad molendinum pertinet ex donatione *Willielmi* filii *Roberti* &, iij. ſeliuncas infra curtem grangiæ ex donatione *Walteri* filii *Hugonis*; Et vj. acras ex donatione *Gunnilde* uxoris prædicti *Willielmi* & *Amauri* filii ſui in campo de **Chaſtreinthorp**: Et in **Steinwath** unam carucatam terræ & x. acras & iij. acras prati ex donatione *Hugonis* filii *Asketilli* & *Roberti* filii ejus. Et ex donatione *Simonis* comitis totum ortum *Rogeri* ortolani de **Gerewic**, & toftum ejus, & xij. acras terræ in forcatura ubi aqua de *Linc.* & aqua de **Gerewic** conveniunt in mariſco de **Hekintun.** Et paſturam xx. vaccis & totidem vitulis unius anni in mariſco de **Hekentun** & **Hal**; & liberum ingreſſum & egreſſum. Et ex donatione *Willielmi* de *Amundvile* unam toftam & unam bovatam terræ & v. ſeliuncas ubi molendinum ad ventum ſitum fuerat. Et ex donatione *Rogeri* de *Rundeſtain* v. ſeliuncas in **Havercroft**, & unam quadrarium in campo de **Heidure.** Et ex donatione *Roberti* filii *Girz.* de *Bicra* unam toftam juxta pontem & quartam partem prati in **Hasfordhirne** & ij. ſeliuncas in **Rieholm** & unam culturam juxta **Wiketoft** quæ vocatur **Neucroft.** Et ex donatione *Stephani* de *Hoilandia* clauſum ubi *Lofwinus* manſit in extrema parte de **Swyneſheved**; & omnia infra villas & extra in pratis & paſcuis & viis & ſemitis in ſtagnis & in aquis, in boſcis & campis & mariſcis cum communis & omnibus pertinentiis quæ donatores eorum eiſdem monachis dederunt & cartis ſuis confirmaverunt.

Preterea omnium fidelium dona prefatæ eccleſiæ rationabiliter conceſſa & imperpetuum poſſidenda cum communis & libertatibus quas eorum cartæ & cyrographa teſtantur de cujuſcumque feodo ſint, eidem eccleſiæ in puram atque perpetuam elemoſinam confirmo & corroboro. Quare volo (*&c.*) Hæc omnia eis conceſſi pro anima avi mei *Henrici* regis & pro anima patris mei & pro ſalute animæ meæ & matris meæ imperatricis & pro ſalute regine & filiorum & fratrum meorum omniumque fidelium. Teſtibus, *Rogero* archiepiſc. *Eboracenſi*, *Gilleberto* epiſcopo **London**, *Willielmo* comite de *Mandevilla*, *Ricardo* de *Luci*, *Reginaldo* de *Curtenai*, *Willielmo* filio *Radulphi*, apud **Windeleſhores**, &c.

CALDRA-

CALDRAENSIS *Abbatia in agro* Cumbrenſi * *fundata A. MCxxxiiij.*

* Chron. S. *werburga Ceſtria.*

Confirmatio donationum, per regem Henricum *ſecundum.*

Cart. 15. *H.*3.m.9.

Vide Pat. 37 *E.* 3. part, 2. m. 29.

H. Rex &c. ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe abbati & monachis de *Kaldra* omnes terras & tenementa ſubſcripta; videlicet ex dono *Ranulphi Meſchin* terram de *Kaldra* cum pertinentiis ſuis in qua abbatia de *Kaldra* fundata eſt, & **Bemertone**, & **Holegate** cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam manſuram in burgo de **Egremunt**, & duas ſalinas de **Withane**, & piſcariam de **Derewent**, & piſcariam de **Egre**, & paſcua ad omnia animalia eorum in foreſta ipſius *Ranulphi* quantum eis opus fuerit, & ea quæ neceſſaria fuerint ſalinis & piſcatiis ſuis, & edificiis domorum ſuarum, & porcis ſuis ſine paſnagio per totam terram prædicti *Ranulphi* ſicut ſuis propriis. Ex dono *Johannis* filii *Ada* & *Mathei* fratris ejus totam terram de **Staveuerge** cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Roberti Bonekill* unam carucatam terræ in parvo **Gillecruz** quam *Radulfus* clericus de *Karl.* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis; & xij. acras & unam perticatam terræ in minori **Gillecruz**; & unam acram prati quod eſt inter minorem **Gillecruz** & majorem-**Gillecruz**, & paſturam ad xx. boves & xij. vacas, & vj. equos cum ſequela eorum unius anni. Ex dono *Rogeri* filii *Willielmi* totam terram quam habent in **Ikelinton** & **Brachamton**, & totam partem quam habent in molendino de **Brachamton**. Ex dono *Ricardi* de *Lucy* medietatem molendini de **Ikelinton** cum tota ſequela ad ipſam medietatem molendini pertinente. Ex dono *Beatricis* de *Molle* quinque bovatas terræ cum pertinentiis ſuis in minori-**Gillecruch** & quartam partem molendini de majori **Gillecruch**. Ex dono *Thoma* filii *Goſpatricii* unum toſtum ſex perticarum & quartæ partis unius perticatæ in longitudine, & quatuor in latitudine in **Wirkintone**; & xx. ſalmones annuatim ad feſtum ſancti *Johannis Baptiſtæ*; & unam rete in **Derewent** inter pontem & mare. Ex dono *Thomæ* de *Moleton* medietatem villæ de **Dereham** in **Alrevale** cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Quare volo &c. quod prædicti abbas & monachi & eorum ſucceſſores habeant & teneant omnes terras & tenementa prædicta bene & in pace liberè & integrè cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad prædictas terras & tenementa pertinentibus ſicut cartæ prædictorum donatorum quas inde habent rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus, *H.* de *Burgo*, *S.* de *Sedgrave*, *Philippo* de *Albini*, *Radulfo* filio *Nicholai*, *Godefrido* de *Craucumbe*, *G. Diſpenſatore*, *H.* de *Capella* & aliis. Dat. apud *Weſtmonaſterium* xix. die Aprilis.

Conceſſio abbatis & conventus de Caldra *quod archiepiſc. ordinet de eccleſiis de* **Bekermet** *&* **Arlokedene.**

Ex regiſtro *Godefridi Ebrac.* archiep. part. 2. fol. 100.

Reverendo in Chriſto patri *Godefrido Eboracenſi* archiepiſcopo *Angliæ* primati devoti obedientiæ filii *Willielmus* Dei patientia abbas de *Caldra*, & ejuſdem loci conventus, ſalutem, reverentiam, & honorem. Licet in eccleſiis ſancti *Johannis Baptiſta* de *Becbermet*, & ſancti *Michaelis* de **Arlokedene** in **Coupland** jus habeamus patronatus, cum exinde nullus, vel rarus fructus provenit, cum propter preces magnatum, proviſiones, & alia varia quæ obſiſtunt, nobis cum vacaverint, libera facultas non ſuppetat preſentandi. Immo dum quorundam precibus annuimus, & inviti, aliorum frequenter multorum indignationem incurrimus, & magnorum: ideoque paternitati veſtræ reverendæ, devotè ſupplicamus, quatinus de prædictis eccleſiis ordinationem facere velitis perpetuo duraturam, per quam commodum monaſterio noſtro accreſcat, & archidiaconatui *Richemundiæ*, ad quem inſtitutiones ſequeſtra eccleſiarum vacantium pertinent, & collatio poſſet ex cauſis variis pertinere. Nos autem ordinationem quam feceritis de predictis eccleſiis gratam habebimus, & acceptam, & imperpetuum obſervabimus, & ſcripti noſtri munimine confirmabimus, & faciemus futuris temporibus inviolabiliter obſervari. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum menſe Novembris anno domini MCClxij. 1262.

Ordinatio archiepiſcopi ſuper eccleſiis predictis.

Ibid. part. 3. fol. 1.

U*Niverſis preſentes literas inſpecturis G. Dei gratia* Eboracenſis *archiepiſcopus*, Angliæ *primas*, *ſalutem in domino ſempiternam. Dilecti filii abbas de* Caldra, *& ejuſdem loci conventus* Ciſtercienſis *ordinis, eccleſias ſancti* Johannis Baptiſtæ *de* Bechirmet, *& ſancti* Michaelis *de* Arlokedene *in* **Coupland** *archidiaconatu* Richemundiæ, *noſtra dioceſi, commiſerunt noſtræ ordinationi perpetuo duraturæ, in quibus licet jus obtineant patronatus, rarus tamen, vel modicus eis exinde fructus pervenit, cum eis non ſuppetat præſentandi libera facultas, propter preces potentum, proviſiones, & alia varia quæ obſiſtunt. Nos igitur eorum votis annuentes, de prædictis eccleſiis taliter ordinamus; videlicet quod eccleſia ſancti* Johannis *de* Bechirmet, *quæ domui de* Caldra *propinqua & parochiæ ſanctæ* Bridgittæ *quam habent contigua, ipſis aſſignavimus poſt deceſſum vel conceſſionem* Willielmi *nunc rectoris, in uſus proprios convertendam, & perpetuo retinendam, ut per hoc elimoſina domus augeatur, & conventus ſuſtentatio amplietur. Et quia per hoc in ſequeſtris, inſtitutionibus, & collationibus, quæ variis accidere poſſent, non detrahatur juri archidiaconi* Richemundiæ: *in recompenſationem horum, eccleſiam de* **Arlokedene**, *poſt deceſſum, vel ceſſionem* Alani, *qui eam nunc tenet, ordinamus archidiaconatui* *ſore perpetuò annexam, & in uſus archidiaconi convertendam, qui nullum in* Coupland *habet receptaculum, cum ipſum oporteat & ſuos officiales ad partes illas, per loca ſabuloſa, & aquarum inundationes, & varias tempeſtates accedere pro cauſis diſcutiendis & exceſſibus cognoſcendis, & corrigendis, ut habens receptaculum proprium liberiùs & pleniùs excerceat ea quæ ad curam pertinent animarum, quæ in tranſitu fieri commodè non valerent. Et ut hæc noſtra ordinatio rata & ſtabilis imperpetuum perſeveret eam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Actum apud* **Cawode** *xiiij. kalendas Januarii anno Domini MCClxij.*

BELLALANDENSIS
Abbatia in agro Eboracenſi, [*] *fundata anno MCxxxiiij.*

[*] Chron. de Crokeſden in bibl. Cottoniana.

Origo Bellelandæ.

Hiſt. Will. Neubrigenſis lib. 1. cap. 15.

IN tranſmarinis partibus, ſicut à majoribus accepi, tres memorabiles viri, uno tempore, fuere; Scilicet *Robertus* cognominatus de *Arbuſculo*, *Bernardus*, & *Vitalis*: Hi non ignobiliter eruditi, & ſpiritu ferventes, circuibant per caſtella & vicos, ſeminanteſque, ſecundùm Eſaiam ſuper omnes aquas, de converſione multorum fructus uberes colligebant; pio inter ſe placito conſtituto: quod *Robertus* quidem ſeminarum, communi labore, ad meliora converſarum ſollicitudinem gereret, *Bernardus*, & *Vitalis*, maribus propenſiùs providerent. *Robertus* itaq; famoſiſſimum illud monaſterium de *Fonte-Ebrandi* conſtruxit, & regularibus diſciplinis informavit: *Bernardus* verò apud *Tyrocynum* & *Vitalis* apud *Saviniacum*, monachis regulariter inſtitutis, ſuos quiſque ab aliis per quaſdam præceptorum proprietates diſtinxit. Cumq; ex his tribus, quaſi radicibus, ſervorum, atque ancillarum Dei per diviſas provincias religioſa germina pullularent; quidam *Saviniacenſes* monachi *Bellalandam* noſtram condiderunt. Qui cum eſſent numero pauci & pauperes, locumque aptum quærerent, ubi, Deo propicio, cum fructu aliquo habitarent; nobili viro *Rogerio* de *Molbray* (qui & *Newburgenſem* fundavit eccleſiam) donante, locum, priùs anguſtum acceperunt: deinde ad locum alium, de illo ad tertium, & de tertio ad quartum ſub eodem patrocinio, diverſis ex cauſis migrantes, ibidem fixis radicibus tandem reſēdērunt: Benedixitq; eis dominus, & de rebus anguſtis ad magnam jam amplitudinem pervenerunt ſub patre *Rogerio*, mirandæ ſinceritatis viro, qui adhuc ſuperſtes eſt, in ſenecta uberi, adminiſtrationis ſuæ annis circiter quinquaginta, & ſeptem expletis. Fuit autem monaſterii hujus initium poſt venerabilis *Turſtini* deceſſum, memoratis duobus, ſcilicet *Rievallis*, & *Fontium* in bono jam ſtatu agentibus. Et quoniam ante annos jam plurimos *Saviniacenſes* per cujuſdam abbatis religioſam inſtantiam in ritus *Clarevallenſes* tranſierunt, hæc tria monaſteria, per unitatem diſciplinæ regularis, arctiori quoque animorum nexu cohærent, & tanquam tria noſtræ provinciæ lumina, ſacræ religionis prærogativa refulgent. Quid autem ſentiendum eſt de his, & aliis locis religioſis, qui in diebus Regis *Stephani* copioſiùs extrui, & florere cœperunt, niſi quod caſtra Dei ſunt hæc, in quibus contra ſpiritualia nequitiæ, Regis Chriſti excubant milites & exercentur tyrones? (*&c.*)

Quomodo mutatum fuit cognomen de Albaneio *in cognomen de* Mubrai.

Ex vetuſtâ membrana in turri b. Mariæ Ebor.

ROgerus de *Moubray*, qui fundavit abbatiam de *Bellalanda*, non tenuit cognomen patris ſui *Nigelli* de *Albancio*. Tempore Regis *Henrici* filii *Willielmi Baſtard*, cum *Angliam* obtinuiſſet, *Roberto Curthoſe* fratre ſuo in partibus *Jeroſolomitanis* agente, fuerunt duo videlicet, fratres de familia Regis, ſtrenui viri, quorum unus fuit comes de *Clara*, alter comes **Arundell**, & tertius frater eorum fuit *Nigellus* de *Albaneio* tunc adoleſcens, bonæ indolis, & magnæ ſpei, portans arcum Regis; qui cum miles factus fuiſſet, propter ſui probitatem feoffavit eum Rex *Henricus*, in primis de **Egmanton** in foreſta ſua cum parcis, & pertinentiis ſuis; Quàm villam poſt modicum tempus, dedit *Nigellus*, *Roberto* de *Ayvile*: Quod cum Rex audiſſet & inquiſiſſet à *Nigello*, utrum ſic eſſet; reſpondit quod ſic, & quod Rex tunc duos probos milites habuit, ubi antea habuit non præter unum. Approbavit Rex factum, & feoffavit eum de vavaſeria de **Canvill** & de vavaſeria de **Wivill**. Præterea verò reverſo *Roberto Curthoſe* de *Syria*, audiens quod *Willielmus* Rex *Rufus* frater ejus, in fata deceſſiſſet, voluit coronari in Regem, & invenit *Henricum*, fratrem ſuum coronatum, in proceſſu temporis ſtatuit cum eo pugnare apud **Tenerchbray** in *Normannia*, ubi *Nigellus* de *Albaneio* occidit extrarium ipſius *Roberti Curthoſe*, & ita captum reddit Regi *Henrico*. Tunc Rex *Henricus* feoffavit ipſum *Nigellum* de tota terra *Roberti* de *Frontebovis* in *Anglia*, qui relicto rege, ſe convertit ad *Robertum Curthoſe*. Tunc temporis cepit *Nigellus* in uxorem filiam *Hugonis* de *Gurnay* in *Mormannia*, nomine *Gundredam*; Hæc fuit fundatrix abbatiæ de *Bellalanda*. Poſtea obſedit idem Rex *Henricus* caſtrum unum in tranſmarinis partibus, quod *Nigellus* de *Albaneio*, primò intrans cepit. Tunc propoſuit Rex ditare eum ampliùs; & dedit ei totam terram *Rogeri* de *Molbray* in *Normania*, qui *Rogerus* fuit comes de *Northumbria*; & ſtatim fecit ſeiſinam de caſtro de **Molbray**, & de caſtello de *Baiocis*, & de caſtro de *Cun* . . . . . cum magnis poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis. Habuit autem tunc *Nigellus* ſexies viginti milites feofatos in *Normania*, & ſeptem viginti feofatos in *Anglia*. Et cum cepiſſet breve domini Regis de capienda ſeiſina in comitatu *Northumbriæ*, & incepiſſet proficiſci, infirmabatur apud *Rotomagum*, poſt modicum tempus obiit, & ſepultus eſt apud *Rotomagum* in *Normania*, Cum verò *Henricus* Rex dediſſet dicto *Nigello* terram *Rogeri* de *Molbray*, precepit ut filius & hæres ejus cognomen haberet *del* **Moubray**.

bray. Filius & hæres dicti *Nigelli* de *Albaneio*, fuit *Rogerus* de *Molbray*, qui fundavit abbatiam de *Bellalanda*, & plura alia loca ſancta: Hic cruce ſignatus ivit in terram ſanctam, & captus à *Saracenis*, redemptus fuit per militiam templi, & mortuus in terra ſancta, ſepultus eſt apud **Surcs.** Filius *Rogeri* de *Molbray* primogenitus fuit *Nigellus* de *Molbray* qui ei ſucceſſit. Hic *Nigellus* uxorem cepit *Mabiliam*, & genuit ex ea quatuor filios, *Willielmum*, *Robertum*, *Philippum*, & *Rogerum*, poſtea idem *Nigellus*, cruce ſignatus, obiit in mare Græco; in dolio, in mare projectus, continente, qualis vir fuerit. *Willielmus* verò primogenitus, & hæres captus fuit apud **Lincoln**, & dedit pro redemptione ſua, quandam villam, nomine **Benſtede.** Idem *Willielmus* de *Molbray* genuit *Nigellum* & *Rogerum.* *Nigellus* verò duxit in uxorem filiam *Rogeri* de *Canevilla*: obiit apud **Nauntys**, abſque hærede, & ſepultus eſt apud *Novum-Burgum.* *Willielmus* filius *Nigelli* obiit in inſula de **Haxeiholm**, & ſepultus eſt apud *Novum-Burgum*; Cui ſucceſſit *Rogerus* filius, qui duxit uxorem nomine *Matildam*, filiam *Willielmi* de *Bello-campo*, de qua genuit filias tres, & filium unum nomine *Rogerum*, Poſtea obiit, & ſepultus eſt apud *Pontemfractum*, cui ſucceſſit *Rogerus* filius ejus, qui duxit uxorem nomine *Royſam*, de qua genuit filium nomine *Johannem.*

Carta *Walteri* *Sciflirgs* de duabus bovatis terræ in **Nunnethorp.**

Ex autogr, in turri b. *Mariæ* *Ebor.*

UNiverſis Chriſti fidelibus præſentibus & futuris, Walterus *de* Sciflings *perſona de* **Kildale** *ſalutem in Domino. Noveritis me dediſſe conceſſiſſe, & præſenti carta mea confirmaſſe* Deo *& abbati & monachis ſanctæ* Mariæ *de* Bellalanda *duas bovatas terræ in* **Nunnethorp**, *illas ſcilicet quas habui ex donatione* Willielmi *de* Sciſling *fratris mei. Habendas & tenendas eiſdem monachis & ſucceſſoribus ſuis, & ad faciendum inde quicquid voluerint in perpetuum, cum omnibus pertinentiis & libertatibus, & aiſiamentis, infra villam & extra ad dictas bovatas terræ pertinentibus liberè, ſolutè & quiete, ab omni terreno ſervicio & exactione ſeculari, præter duos ſolidos tantum reddendos annuatim monialibus de* **Baſedale** *pro omni ſervicio; ſcilicet ad feſtum ſancti* Martini *in hyeme. Hanc verò donationem feci Deo, & prædictis abbati & monachis de* Bellalanda *in perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & omnium anteceſſorum & hæredum meorum, ad faciendam unam pitantiam prædicto conventui de* Bellalanda *ſingulis annis; ſcilicet in die nativitatis domini. Et ego prædictus* Willielmus *de* Sciflings *& hæredes mei prædictas duas bovatas terræ cum omnibus pertinentiis eiſdem abbati & monachis de* Bellalanda, *& ſucceſſoribus ſuis vel aſſignatis ſuis contra omnes homines in perpetuum warentizabimus. Hiis teſtibus*, Johanne *de* Bulemer, Willielmo *de* Malthebi, Engeram *de* Bovington, Gaufrido *de* Piketon, Willielmo *de* Lohareng, (*&c.*)

Carta Hugonis *de* Wake, *&* Johanne *de* Stutevill, *uxoris ejus.*

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris, *Hugo Wake* & *Johanna* de *Sutevill* uxor ejus, ſalutem. Noveritis nos conceſſiſſe & quietum clamaſſe, à nobis & hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, & hac præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* de *Bellalanda*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in liberam & perpetuam elemoſinam omnes terras & omnia tenementa quæ habent vel habere poterunt de feodo *Thomæ Foſſard* in **Sutton**, cum capitali meſſuagio ejuſdem villæ, & in **Martherby**, & in **Laſthorpe**, & in villa *ſancti Felicis*, & **Hod** cum omnibus aiſiamentis, libertatibus, & pertinentiis in omnibus locis & rebus; ſcilicet in dominico in terra errabili, in pratis, paſcuis, & paſturis, aquis, piſcariis, molendinis, & boſcis, in villenagiis & homagiis liberè tenentium, & maritagiis, releviis, wardis, eſcaetis, & omnibus aliis ſerviciis, conſuetudinibus, auxiliis, & ſectis curiæ quæ ad nos vel hæredes vel ſucceſſores noſtros aliquo modo potuerunt vel poterunt pertinere. Hæc omnia habebunt prædicti monachi in libera & perpetua elemoſina, ſicut ulla elemoſina liberiùs & quietiùs teneri poteſt ſine aliquo ſervitio, conſuetudine, & exactione, excepto quod dicti monachi nobis & hæredibus noſtris, vel ſucceſſoribus noſtris in perpetuum ſexaginta ſolidos annui redditus perſolvent, ſcilicet triginta ſolidos ad feſtum ſancti *Martini* in hyeme, & triginta ſolidos ad Pentecoſten; Et ſalvo nobis & hæredibus & ſucceſſoribus noſtris ſcutagio domini regis quantum pertinet ad feodum unius militis cum per regnum generaliter fuerit aſſiſum. Hiis teſtibus, *Richardo Duket*, *Walrano* de *Mortimer*, *Rogero* de *Stapletona*, *Ada* de *Hiltona*, *Richardo* de *Saltfletby*, *Nicholao* perſona de *Hettona*, *Hanneray* de *Brune*, *Galfrido* de *Depebinges*, magiſtro *Johanne* de *Sutteby*, *Nicholao* de *Dundeburc*, *Roberto* de *Stokiſley*, monachis de *Bellalanda*, & aliis.

Confirmatio donationum per Johannem *de* Moubray.

In regiſtro de *Bellalanda* penes *Johannem Ruſhworth* armigerum. fol. 179.

J*Ohannes* filius & hæres *Johannis* de *Moubray* dominus Inſulæ de **Hariholme**, & de honoribus de **Gouher**, & de **Brember**, omnibus ſeneſcallis meis, feodariis, foreſtariis, balivis, præpoſitis, & omnibus aliis miniſtris meis, ac omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in Domino. Inſpexi donationes, conceſſiones, confirmationes, ratificationes, & quietas clamationes progenitorum, & anteceſſorum meorum; videlicet dominæ *Guntredæ* de *Moubray*, domini *Rogeri* filii ejus, domini *Nigelli* de *Moubray* filii ejuſdem *Rogeri*, domini *Willielmi* de *Mowbray* filii ſui, domini *Rogeri* filii *Willielmi* de *Mowbray*, domini *Rogeri* filii ejuſdem *Rogeri* de *Mowbray*, domini *Johannis* filii ejuſdem *Rogeri* de *Moubray*, & aliorum, Deo & beatæ *Moriæ*, abbati & monachis de *Bellalanda* datas, & conceſſas, de omnibus terris, & tenementis, redditibus, ſervitiis, tam liberorum hominum, quam nativorum, pratis, moris, paſcuis, paſturis, mariſcis, boſcis, viis, ſemitis, foreſtis, bruariis,

ariis, virgultis, alnetis, turbariis, mineris plumbi, & ferri, quareriis, aquis, ſtagnis, vivariis, piſcationibus, molendinis, communis & omnibus aliis rebus, & proficuis, in omnibus locis, propè, & procul, ſubtus terram, & ſupra terram in **Middlemor** & **Ramesgill**, per metas, & diviſas, in donationibus & confirmationibus ſpecificatas, quam alibi, ubicunq; in feodo meo, una cum homagiis, maritagiis, wardis, releviis, eſcaetis, & cum omnibus aliis ſervitiis, & conſuetudinibus, libertatibus, & aiſiamentis univerſis in perpetuum, in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam, ſolutam & quietam ab omni terreno ſervitio, & exactione & inquietatione ſæculari, & demanda. Ego verò dictus *Johannes* filius & hæres *Johannis* de *Moubray*, caritatis intuitu, & pro ſalute animæ patris, & matris meæ & omnium antecesſorum, & hæredum meorum, omnes donationes, conceſſiones, confirmationes, ratificationes, & quietas clamantias, per progenitores & anteceſſores meos, ſeu per quoſcunq; alios Feoffatores, datas, & conceſſas, vel in poſterum dandas vel concedendas per hæredes meos, vel alios quoſcunq; feoffatores, abbati & monachis de *Bellalanda*, & eorum ſucceſſoribus in perpetuum de omnibus terris & tenementis in dictis donationibus, conceſſionibus, confirmationibus progenitorum meorum, ſeu aliorum quorumcunq; contentis, & ſpecificatis, & omnibus aliis ubicunq; in feodo meo jacentibus, & acquiſitis; videlicet, in dominicis terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, & paſturis, mariſcis, viis, ſemitis, foreſtis, liberis chaceis, boſcis, bruariis, virgultis, alnetis, mineris plumbi & ferri, quareriis, tam marmorei, quam alterius generis lapidum, aquis, ſtagnis, vivariis, piſcationibus, gurgitibus, molendinis, communis, & omnibus aliis rebus, & locis propè, & procul, ſubtus terram & ſupra terram, tam in **Midelesmore**, & **Rammeſgill**, & in omnibus aliis locis in **Niderdale**, infra feodum meum, per metas, & diviſas, in donationibus & confirmationibus eorundem ſpecificatas, per totum feodum meum, una cum villenagiis, homagiis liberè tenentium, maritagiis, wardis, releviis, eſcaetis, & cum omnibus aliis ſervitiis, conſuetudinibus, libertatibus, & eaſimentis univerſis, ubicunq; infra feodum meum, pro me, hæredibus meis, & aſſignatis in perpetuum, confirmo, & ratifico, dictis abbati & monachis, & eorum ſucceſſaribus, in puram, liberam & perpetuam elemoſinam, ſolutam & quietam ex omni terreno ſervitio, exactione, & inquietatione ſeculari, & demanda. Volo etiam & concedo, & pro me & hæredibus meis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam confirmo; quod prædicti abbas, & monachi, & eorum ſucceſſores, ſint in perpetuum quieti de ſectis curiæ quæ ad me, vel ad hæredes meos pertinent, & de omnimodis terrenis ſervitiis, exactionibus, & demandis univerſis; Similiter volo, & concedo, & pro me, & pro hæredibus meis, quietum clamo antedictis abbati, & monachis, quod ipſi, & ſucceſſores ſui, homines, famuli, & eorum quicunque tenentes, & infra libertatem beatæ *Mariæ* de *Bellalanda*, ubicunque commorantes, ementes, vel vendentes, ſint in perpetuum quieti, liberi, & abſoluti per totam terram meam, & feodum meum, de thelonio, & de omnibus cuſtumis, exigendis, & demandis univerſis quibus poſſent aliquo modo accuſari, calumniari, vel impediri, ratione merchandiæ ſuæ in perpetuum.

Concedo inſuper & confirmo, pro me & hæredibus meis quibuſcunq;, quod prædicti abbas, & monachi, & ſucceſſores eorum, ac homines & tenentes eorum habeant in perpetuum liberos & ſufficientes introitus & exitus ad ſe, & ad omnimoda averia ſua fuganda, & carriagia ſua facienda, in eundo, & redeundo ad loca ſua, vel alibi, cum equis, ſummagiis, carris, carectis, & quadrigis, ubicunque fuerint per totam terram meam, & feodum meum, prope & procul, ſine aliquo impedimento, vexatione, vel turbatione cujuſcunq; vel quorumcumque, exceptis terris ſeminatis, & pratis tempore clauſo. Concedo etiam & ratifico, & confirmo pro me, heredibus, & aſſignatis meis, omnes libertates, & earum quaſlibet per dominum regem & progenitores ſuos conceſſas & confirmatas, & in poſterum concedendas dictis abbati, & monachis & eorum ſucceſſoribus in perpetuum, ſine impedimento, vel calumnia, ita quod nec dicti abbas, & monachi, nec eorum homines, ſeu tenentes, nec aliqui alii extranei, ſupra terram & infra libertatem ſuam delinquentes, homicidia, vel latrocinia, vel aliquas felonias vel forisfacturas committentes, non conveniantur, occaſionentur, nec juſtitiari diſtringantur coram me, vel hæredibus meis, vel ſeneſcallis, ballivis, vel aliis miniſtris meis, vel hæredum meorum in curia mea, vel hæredum meorum ubicunque; ſet juriſdictionem ſuper taliter delinquentibus, ſuper terram ſuam, & infra libertatem ſuam, in curia ſua de **Sutton** ſubtus **Whitſtancliffe**, & alibi prout teſtatur, & ſpecificatur, in chartis, & confirmationibus regalibus de libertatibus ſuis eis conceſſis, habeant, & gaudeant ſine aliquo impedimento mei, vel hæredum meorum in perpetuum, tam in omnibus terris ſuis de **Niderdale**, infra feodum meum, quam alibi, ita quod cauſa cujuſcunq; libertatis, titulo dominii mei in **Niderdale**, vel per totum territorium de **Kyrkeby-Malſarde**, vel alibi mihi competentis, eorum libertas in **Niderdale**, nec alibi in terris, & feodis ſuis, infra feodum meum impugnetur, ſeu impediatur. Confirmo etiam & licentiā do, pro me & hæredibus meis, quod ſi qui infra feodum meum terras, vel tenementa, vel advocationem alicujus eccleſiæ, capellæ, vel hoſpitalis, dare, vendere, in poſterum, vel ſervitia, vel conſuetudines remittere vel relaxare voluerint dictis abbati & monachis, pro ſalute animæ ſuæ vel in eſcambium, vel aliqua alia cauſa quacunq;, quod bene liceat eis hoc facere, & dictis abbati, & monachis mortificare in perpetuum, ſine impedimento mei vel hæredum meorum. Omnes autem donationes, confirmationes, ratificationes & quietas clamantias per progenitores meos, & alios quoſcunque, dictis abbati, & monachis de *Bellalanda* ratas, & conceſſas, ac omnes articulos ſuperius conceſſos, & ſpecificatos, tangentes libertates ſuas regales, & omnes alias libertates, exonerationes, pro me, & hæredibus meis, & aſſignatis meis, vel hæredum meorum, in puram liberam & perpetuam elemoſinam, ac ſolutam ab omni terreno ſervitio, vel ſeculari inquietatione, ſeu demanda concedo, confirmo, ratifico, & quietas clamo in perpetuum, intuitu caritatis, & pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum, & hæredum meorum, dictis abbati, & monachis, & eorum ſucceſſoribus in forma prædicta in perpetuum permanſuras. His teſtibus, domino *Willielmo Darell*, *Willielmo Malbys*, *Rogero* de *Weſton*, *Johanne* de *Colvile*, *Johanne* de *Waxaud* militibus. *Marmaduco Darell*, *Johanne* de *Kylvyngton*, *Johanne* de *Baxeby*, *Johanne Vpſale*, *Roberto Buſcy*, & aliis. Datum in monaſterio beatæ *Mariæ* virginis de *Bellalanda* in feſto ſanctæ *Margaretæ* virginis, anno domini MCCCxl. quinto.

Carta Thomæ *comitis* Mareſcalli, *de confirmatione cartæ fundatoris.*

Ex autogr. in turri b. *Mariæ Ebor.*

T*Homas* comes *Mareſchallus* & **Notingham**, dominus de **Mowbray**,& de **Segrave**, omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem in domino. Noveritis nos diligenter inſpexiſſe,& intellexiſſe cartam quam piæ memoriæ dominus *Rogerus* de *Mowbray* progenitor noſter & fundator monaſterii ſanctæ *Mariæ* de *Bellalanda* fecit Deo & monachis ejuſdem domus in hæc verba.

Vide Pat. 4 *E.* 4. part. 4. mem. 18. Et Pat. 1 *R.* 2. part.3.m.9 Et Cart. 15 *R.* 2. nu. 18.

Eboracenſi *archiepiſcopo & toti capitulo ſancti* Petri *& omnibus hominibus* Francis *&* Anglis, *& omnibus ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus*, Rogerus *de* Mowbray, *ſalutem. Sciatis me dediſſe, conceſſiſſe, & præſenti carta mea confirmaſſe Deo & monachis ſanctæ* Mariæ *de* Bellalanda, *locum ubi ſita eſt abbatia eorum, cum tota foreſta quæ circumjacet per his diviſas, tam ſubtus terram, quam ſupra terram. Sicut via deſcendit de* **Hedh** *uſque ad fundum vallis quæ eſt inter* **Killeburne** *&* **Midelberg**; *& inde per fundum ejuſdem vallis uſque ad* **Gilleberg**; *& inde ſicut* **Fulſike** *vadit juxta* **Cambisheved** *uſque ad* **Brinks**; *& inde ſicut parva vallis vadit ab aquilonari parte ſub* **Brink**, *uſque ad rivulum aquæ quæ venit de* **Grundleskeld** *& cadit in ipſam vallem; & inde vadit ad* **Wytiker**, *& ibi cadit in* **Mikelbek** *ſub molendino ipſorum monachorum; & ſic de foris, ab ſeptentrionali parte de ſubtus* **Wyteker** *verſus orientem, uſque ad pedem montis de* **Crafclynt**; *& inde flectendo verſus aquilonem uſque ad ductum aquæ currentis in valle in* **Eurtoft**, *& paſturam* Ampleſordiæ, *& deſcendit in* **Holbek**; *& ſic aſcendendo per ipſam vallem in ductum aquæ uſque ad latam viam ſuper moram ſupra* **Drakedalehevid**, *& juxta* Scaltomyam, *quæ via venit de* **Sproxton**, *& ſic per eandem viam verſus occidentem inter diviſas de* **Cambe** *&* **Scaltune**, *uſque ad locum, ubi via devenit de mora, per* **Hedh**: *& ſic per* le **Rutandkeld** *uſque ad foſſatum ſub* **Middl.berg**, *quod vadit de foris pratum monachorum.*

Dedi etiam & confirmavi Hod, **Cambe**, *& omnia neceſſaria in paſtura, & materiæ & cæteris ayſiamentis per totam foreſtam de* **Cuckewald**, *&* **Killeburne**; Bellalandam *ſuper moram, cum eccleſia ejuſdem villæ; magnam*-Wildonam, *& parvam* Wildonam; **Roſeberg**, **Skakilden**, *& totum* **Erghum** *id boſco, & terra, & pratis, cum pertinentiis. & communam paſturæ omni tempore in terrura & boſcis de* **Hevingham**. *Et terram in* **Tirneholme** *de Inſula de* **Haxiholme** *cum omnibus piſcariis ſuis quas ibi dedi eis & conceſſi, & cum aliis aiſyamentis, quæ neceſſaria habuerint de mariſco, & arundineto, & de virga & feno; Et terram quam dedi eis in* Cava, *&* **Hoton** *& in* **Maleſard**: *Ac unum toftum & unam carucatam terræ in* **Treske**; *Et per omnes foreſtas meas plenariè, quæ neceſſaria ſunt illis per providentiam dapiferi mei. Concedo quoque & confirmo eis omnes donationes quas homines mei eis fecerunt;* Mortonam *ſcilicet*, **Snyleſwath**, **Yagby**, *quas habent ex donatione* Hugonis Malebiſſe: **Thorp** *quoque cum omnibus pertinentiis ſuis, per metas & diviſas quæ continentur in carta* Willielmi *de* Wyvill. *Concedo & corroboro quicquid habent in* **Thorp** *juxta* **Tresk**, *ex dono* Matildis *de* Staingrif, *&* Simonis *filii ejus*. *Remitto etiam eiſdem monachis omnem redditum qui mihi debebatur de eadem terra. Concedo etiam & confirmo quicquid habent in* **Faldington** *ex dono meo, &* Willielmi *de* Mandevill. *Concedo eis ſervitium* Petri Baſſeth, *&* Willielmi *filii* Huicte *de una carrucata terræ in* **Ampleford**, *de qua carrucata omnem libertatem, quam in propria manu habui, eis dedi. Concedo inſuper & confirmo conventiones, quæ factæ ſunt inter ipſos & canonicos de* Novo-Burgo *de* Crafclynt, *& de diviſis & cæteris compoſitionibus inter eos confectis. Sed & donationes quas habent de* Thoma *de* Colevill *& de* Roberto *de* Eyvill, *& omnia prænominatis terris adjacentia, in boſcis, & planis, & paſturis, viis, ſemitis, aquis, ſtagnis, & omnibus aliis rebus, & ayſiamentis. Præterea ſi quis hominum meorum aliquod eis beneficium in terra, vel aliis rebus conferre, vel aliquod excambium cum eis, ad utilitatem eorum, facere voluerit, bene eis concedo, &* Nigellus *filius meus concedit.*

Hanc donationem, conceſſionem, & confirmationem ſolutam puram & quietam ab omni calumpnia, & omni terreno ſervitio facio prædictis monachis & eorum poſteris in liberam, puram & perpetuam elemoſinam pro ſalute animæ meæ & Nigelli *de* Albeneyo *patris mei, &* Gunoriæ *matris meæ, & omnium fidelium. Et omnia prædicta ego* Rogerus *de* Mowbray, *& hæredes mei, & aſſignati noſtri manutenebimus & guarantizabimus prædictis monachis, & eorum ſucceſſoribus contra omnes mortales, & in perpetuum defendemus per hanc cartam. Et in teſtimonium hujus rei huic cartæ ſigillum meum eſt appenſum. Hiis teſtibus,* Nigello *&* Roberto *filiis meis,* Swano *magiſtro hoſpitalis ſancti* Petri, *&* Pagano *fratre ejuſdem domus,* Olivero *de* Buſcy, Johanne Crevequer, Roberto *capellano, & alio* Roberto *de* Mowbray *capellano,* Roberto Beler, Waltero *de* Meynill, Rogero *de* Erdena, Walkelino, Willielmo *filio* Ucce, Thoma *capellano, & aliis.*

Quam quidem cartam nos præfatus *Thomas*, ac tenorem ejuſdem ad requiſitionem dilectorum nobis in Chriſto, Religioſorum virorum, abbatis & conventus de *Bellalanda* exemplificari de verbo ad verbum fecimus per præſentes pro majori ſecuritate eorundem. Et in hujus rei teſtimonium præſenti copiæ veraciter ex originali extractæ, ſigillum noſtrum eſt appenſum. Hiis teſtibus legalibus,& probis viris in comitiva noſtra ſimul nobiſcum proficiſcentibus ad dominum noſtrum *Richardum* illuſtrem Regem *Angliæ* verſus *Scotiam*; videlicet dominis *Richardo* de *Ponynges*, *Laurentio* de *Bercroll*, *Thoma Camoys*, *Johanne* de *Multon*, *Johanne* de *Haſtinges*, *Thoma* de *Calverlay* militibus. Domino *Johanne* . . . . . . capellano, *Thoma* de *Rungeton*, *Johanne Ryſom* & aliis in multitudine copioſa. Datum apud *Bellamlandam* die veneris proxima ante feſtum ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*, Anno regni ejuſdem domini *Richardi* ſecundi, poſt conqueſtum *Angliæ*, nono. Quo die abbas & conventus ejuſdem domus, ad rogatum noſtrum ſpecialem, nos, intuitu caritatis, receperunt ad fraternitatem capituli ſui, & conceſſerunt nobis participationem omnium miſſarum & orationum & aliorum bonorum ſpiritualium, quæ, per fratres ſui conventus fieri conceſſerit clementia ſalvatoris. Et nos prædictus *Thomas* igitur, vice verſa memoratam cartam fundationis ſuæ, & omnia in eadem contenta, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, acceptamus, approbamus, & ratificamus, ipſiſq; abbati & conventui, & eorum ſucceſſoribus inperpetuum confirmamus per tenorem præſentis ſcripti: Salvis ſemper legalibus, & rationabilibus excambiis inter progenitores noſtros, & quoſdam alios antiquitùs confectis de quibuſdam præmiſſorum, quibus in aliquo præjudicandum & derogandum non intendimus per præſentes aliqualiter. Acta die & anno ſupraprænominatis.

Vide Pag. 1027. *inter* Addenda.

BILDEWASENSIS

Abbatia in agro Salopienſi, * *fundata A.* MCxxxv.

* Annal. de Peterbrough in bibl. Cotton.

Confirmatio fundationis per regem Stephanum.

Ex autographo in bibliotheca Cottoniana.

STephanus *rex Anglorum* archiepiſcopis, epiiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, & omnibus fidelibus ſuis totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe in perpetuam elemoſinam Deo, & eccleſiæ ſancti *Ceadde*, & abbati, & monachis de ordine *Saviniacenſi* in ea Deo ſervientibus de **Billewas**, totum manerium ipſum in boſco, & plano, & hominibus & omnibus ad illud pertinentibus, ſicut *Rogerus* epiſcopus *Ceſtriæ* locum illum eis dedit, & coram me conceſſit: Ego quoque pro animabus patrum, & parentum meorum, & nominatim pro anima regis *Henrici*, & pro ſalute mea, & uxoris meæ reginæ, & fratrum, & filiorum meorum clamo eis quietum imperpetuum manerium illud, quod ſe pro una hida defendebat, quietum dico, & liberum, de *Scotto*, & *Lotto*, & *Geldo*, & *Danegeldo* & auxiliis, & operationibus caſtellorum, & pontium, & exercitu, & omni terreno ſervitio quod mihi pertinebat de illa hida terræ. Quare volo & firmiter præcipio quod bene, & in pace, & liberè & quietè teneant amodo uſque in ſempiternum; & ut iſta mea conceſſio & epiſcopi donatio firma & inconcuſſa permaneat præſentis ſigilli mei eam confirmatione corroboro, & ſubſequentium atteſtatione communio. Teſtibus, *R.* epiſcopo *Hereford*, & *R.* comite *Legr.* & comite *Symone* de *Silvanect.* & *Roberto* de *Ferrariis*, & *M. Gloeceſtriæ*, *Willielmo* de *Albinei Pincerna*, & *Hugone* de *Gurniaco*, & *Philippo* de *Belmieo*, apud *Salopesburium* in obſidione, anno incarnationis dominicæ MCxxxix. regni verò mei tertio. A. 1139.

Carta *Gilberti* de *Lacy*.

Cart. 20. E. 1. n. 39. & 40. per Inſpex.

OMnibus (&c.) Gilbertus *de* Lacy *filius* Aumericii *de* Lacy *ſalutem. Noveritis me dediſſe* (&c.) *Deo & monachis eccleſiæ S.* Mariæ *& S.* Ceddæ *de* Buldewas, *totam* Hernegiam *cum terra quam* Mauricius *aliquando tenuit; ſcilicet quicquid habuit in eadem villa tam in dominico quam in ſervitio, ſine ullo retenemento* (&c.) *Habendam in puram & perpetuam elemoſinam ſolutam liberam & quietam ab omni ſervicio ſeculari exactione & demanda, infra has diviſas; ſcilicet à ſicheto quod dicitur* **Sciremoreſiche** *ubi deſcendit de campo de* Hernegia *ultra viam juxta eundem campum ſurſum juxta altum nemus hayæ, ultra cilium montis aliquando verſus auſtrum, uſque ad viam quæ vadit verſus* Keneleyam, *includendo totum* le **Kiſlei**, *& ita per illam viam de* **Kelneley** *juxta molendinum; & per ſepes ortorum verſus* **Kelneley** *uſque ad rivulum ultra villam de* **Kelneley**; *& ita per rivulum illum deſcendendo per diviſas inter terram de* **Herenege**, *& terram* Willielmi Burnel *uſque ad veterem rogum calcis juxta* **Kenildebroc**; *& ſic per* **Kenildebroc** *deorſum uſque ad diviſas de* **Mortone**, *& ſic per diviſas de* **Mortone** *uſque ad diviſas inter campum de* **Criſteſethe**, *& de* **Hernege**, *uſque ad foſſatum juxta capud de* **Wilardeſmedwe**, *& inde per foſſatum juxta altum nemus hayæ per aſſartum* Reynaldi, *& per* **Sciremore**, *includendo totam* **Sciremore** *uſque ad prænominatam* **Sciremoreſiche** *ubi deſcendit de campo de* **Herenege** *ultra viam prædictam, ad includendum & faciendum inde quicquid voluerint. Præterea dedi* (&c.) *præfatis monachis in puram & perpetuam elemoſinam communam paſturæ in territorio manerii de* **Criſteſeche** *tam in boſco qui vocatur* haya *quam alibi ubicunque liberi homines & alii de* **Criſteſeche** *habuerint communam ad quinquaginta boves & vaccas cum nutritura decem vaccarum unius anni, & ad quinquaginta porcos liberè & ſine paſnagio & in eadem* haya *decem carratas clauſturæ & decem carratas focalis recipiendas annuatim inperpetuum per viſum ſervientis mei ſine mora & dilatione & cavillatione ipſius ſervientis. Quod ſi ſerviens impedierit vel diſtulerit ultra duos dies, liceat eis libere & ſine contradictione accipere illas carratas clauſturæ & focalis non expectato ſerviente. Conceſſi etiam eiſdem monachis* (&c.) *quod ipſi & converſi & ſervientes eorum habeant liberum tranſitum ubique per terram meam, tam in villa de* **Criſteſeche** *quam extra de* **Hernege**, *&*

de aliis locis uſque ad aquam Sabrenæ *cum ovibus ad lavandam, eundo, & redeundo, & morando in paſtura, quouſque perlote fuerint, & competenter inde amoveri poſſent; & cum omnibus cariagiis & aiſiamentis quæ voluerint, & quando voluerint, & ubi voluerint, & ibi ſuper ripam dimittant onera ſua quam diu voluerint & quando voluerint onerent naves ſuas & aſportent omnia ſua liberè & ſine impedimento & contradictione mei vel hæredum meorum per nos. Et ego & hæredes mei* (&c.) *warantizabimus* (&c.) *Hiis teſtibus, dominis* Ymberto *Priore de* **Wenlock**, *domino* Johanne *filio* Alani, Willielmo *ſacerdote de* **Draytone** (&c.)

Carta Osberti *filii* Willielmi *domini de* **Stirthelege.**

Ibid. OMnibus (*&c.*) *Osbertus* filius *Willielmi* dominus de **Stirthelege** ſalutem in domino ſempiternam. Noveritis me (*&c.*) dediſſe (*&c.*) monachis de **Buldewas** in liberam & perpetuam elemoſinam capitale meſuagium domus meæ in villa de **Stirthelege** cum omnibus edificiis & pertinentiis ſuis, ſimul cum medietate magni gardini, & cum quodam orto extra portam curiæ meæ. Dedi etiam & conceſſi eiſdem lx. acras terræ de dominico meo in prædicta villa cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, Et triginta & ſex acras cum veſtitura boſci in eadem villa; videlicet quicquid eſt inter boſcum *Johannis* de *Perertone* & boſcum dictorum abbatis & monachorum de **Buldewas.** Præterea dedi (*&c.*) eiſdem homagium & ſervicium *Johannis* de *Pertone* & hæredum ſuorum, & *Ranulphi* de *Colnham* & hæredum ſuorum, & *Juliani* filii *Walteri* de *Stuthe-leg* & hæredum ſuorum, & *Roberti Aleyn* & hæredum ſuorum, & *Willielmi* de *Wodewale* & hæredum ſuorum, & *Petronillæ* viduæ & hæredum ſuorum cum redditibus, releviis (*&c.*) quæ ad me vel hæredes meos ratione alicujus juris aliquo modo inde tanquam ad dominum pertinere poſſent aut deberent, tam de terris & tenementis quas prænominati, vel Prior de **Wombrug,** vel quicunq; alii in prædicta villa de **Stritheleg** de me clamant tenere, quam de aliis terris & tenementis quæ ipſi abbas & monachi de me & anteceſſoribus meis in prædicta villa habuerunt, ita quod nichil mihi vel hæredibus meis de tota villa de **Stritheleg** cum pertinentiis retinuerim preter orationum ſuffragia prædictæ domus de **Buldewas**; Sed dicti abbas & monachi omnia prænominata habebunt (*&c.*) imperpetuum. Reddendo inde annuatim *Ricardo Corbet* & hæredibus ſuis xx. ſol. argenti & pondus trium denariorum auri; videlicet ad annunciationem beatæ *Mariæ* in Martio x. ſol. & ad feſtum ſancti *Michaelis* x. ſol. & pondus trium denariorum auri pro omni ſervicio (*&c.*) de quibus etiam xx. ſol. idem *Ricardus* & hæredes ſui dictos abbatem & monachos verſus *Adam* de *Brumtone* & hæredes ſuos de tota villa **Stirtheleg** ad eoſdem terminos acquietabunt (*&c.*) Hiis teſtibus domino *Ricardo* de *Lectone*, *Roberto* de *Actone* clerico, *Johanne* de *Bekeburi*, (*&c.*)

Eſcambium villæ de **Edeweny** cum abbate de **Crokeſdene**, pro grangia de **Caldone.**

Ibid. O*Mnibus* (&c.) *frater* Johannes *dictus abbas vallis ſanctæ* Mariæ *de* Crokeſdene *& ejuſdem loci conventus ſalutem in domino ſempiternam. Noveritis nos* (&c.) *conceſſiſſe* (&c.) *abbati & conventui de* **Buldewas** *& eorum ſucceſſoribus imperpetuum totam villam noſtram quæ vocatur* **Edeweney** *juxta* **Egmundon** *in com.* Salopiæ *cum omnibus pertinentiis ſuis ſine ullo retenemento in perpetuo excambio pro grangia eorum de* **Caldone** *cum pertinentiis ſuis. Habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus eorum* (&c.) *liberè* (&c.) *imperpetuum, faciendo inde idem ſervicium quod nos pro eo facere conſuevimus. Nos verò* (&c.) *warantizabimus* (&c.) *Hies teſtibus, dompnis* Adam *de* Cumbermare, Willielmo *de* Miravalle, Willielmo *de* Hultone *abbatibus, dominis* Adam *de* Bruyntone, Willielmo *de* Titeſleye, Thoma Corbet, Petro *de* Eyton *militibus, & multis aliis.*

Confirmatio villæ de **Upton** *per* Petronillam *de* Monteforti.

Ibid. NOverint univerſi quod ego *Petronilla* de *Monteforti* domina de **Jdeſhale** filia quondam *Walteri* de *Dunſtanvile* inſpexi & ſenſibiliter inſpexi cartam patris mei quam fecit viris religioſis abbati & conventui de **Buldewas** (*&c.*) in hæc verba. “Hæc eſt conventio facta anno regni Regis *Henrici* xxxij. inter *Nicholaum* abb. & conventum de **Buldewas** & dominum *Walterum* de *Dunſtanvile* dominum de **Jdeſhale**; videlicet quod prædictus abbas & conventus remiſerunt & conceſſerunt dicto *Waltero* & hæredibus ſuis villam de **Upton** cum pertinentiis ſuis quam habuerunt de *Alano* de *la Zuche*. Tenendam & habendam ſibi & hæredibus ſuis de dicto abbate & ſucceſſoribus ſuis pro xl. ſol. argenti annuatim ad duos terminos; ſcilicet ad feſtum beatæ *Mariæ* in Martio xx. ſol. & ad feſtum ſancti *Michaelis* xx. ſol. apud eccleſiam de **Jdeſhale** dicto abbati & ſucceſſoribis ſuis, vel eorum nuncio, de liberis hominibus ſuis ſubſcriptis & eorum hæredibus imperpetuum; videlicet de *Hereberto* de *Wyke* xvij. ſol. pro una virgata terræ quam habet in **Wyke**, de *Ricardo* de *Caſtello* octo ſol. (*&c.*) dictus etiam *Walterus* remiſit & quietum clamavit imperpetuum de ſe & hæredibus ſuis dicto abbati & conventui & ſucceſſ. ſuis redditum iiij.s. quam ab eis annuatim percipere conſuevit pro brueria de **Hathtone.** Dedit etiam & conceſſit prædictus *Walterus* præfatis abbati & conventui paſturam habendam ad CCC. oves per majus centum cubantes & levantes ad grangias ſuas de **Haltone** & de **Roclege** per totum infra has diviſas, exceptis bladis & pratis; ſcilicet à terra de **Haltone** per viam regiam quæ ducit de **Biſpeſweie** uſque ad villam de **Upton**, & de **Upton** per eandem viam uſque ad **Stauntone**, & ſic ſubtus **Stauntone** per ſichetum quod vocatur **Sparkmore** deſcendendo uſque ad **Wornh**; & inde uſque ad pontem de **Rocleg** ſine impedimento alicujus. Et ſciendum quod bene liceat dicto *Waltero* appruare ſibi & ſuis infra dictas diviſas, ita tamen quod iidem abbas & conventus & ſucceſſores ſui habeant liberum & largum ingreſſum & regreſſum, & ſufficientem paſturam omni tempore anni ad prædictas CCC. oves; Et poſtquam blada & fena levata fuerint habebunt paſturam per totum infra prædictas diviſas. Et prædictus abbas & ſucceſſores ſui prædictam villam cum pertinentiis prædicto *Waltero* & hæredibus ſuis contra omnes homines warantizabunt (*&c.*) Hiis teſtibus, dominis, *Henrico* de *Penneburg*, *Waltero* de *Pedwardin*, *Johanne* filio *Philippi*, *Hugone* de *Weſtone* militibus (*&c.*)

Carta *Roberti Corbet*, de **Hulemore.**

Ib. m. 40. S*Ciant præſentes & futuri quod ego* Robertus Corbet *pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ totiuſque prolis meæ, cum conſilio uxoris meæ & hæredis mei dedi* (&c.) *Deo & ſanctæ* Mariæ *& monachis de* **Buldewas**, **Hulemore** *cum tota merſcha & cum tota terra campeſtri, quæ ſubjacet, per has diviſas; ſcilicet à* **Schakelire** *uſque ad* **Lungebirch**, *& inde uſque ad* **Stanehurſt**, *& inde uſque ad fontem, & à fonte uſque ad* **Penleſbrokeſhevet**, *& inde deorſum per* **Penlebroc** *uſque ad* **Redehull**, *& ita per* **Gretehull**, *& per* **Penleſbroc** *uſque* **Rittimeſbroc**. *Tenendum & habendum de me & hæredibus meis imperpetuum, in liberam & puram elemoſinam* (&c.) *Hiis teſtibus*, Thoma Corbet, Baldwyno *de* Hodenet, Willielmo Burnel, Wydone *de* Harundele (&c.)

Alia carta ejuſdem Roberti *de molendino de* **Wontenoure.**

Ibid. SCiant (*&c.*) quod ego *Robertus Corbet* cum conſilio & aſſenſu uxoris meæ & hæredis mei (*&c.*) dedi (*&c.*) domui de **Buldewas** (*&c.*) molendinum de **Wontenoure** cum ſecta & vivario & omnibus ad illud pertinentibus, & cum uno meſuagio & orto juxta molendinum, tenendum imperpetuum de me & hæredibus meis in feudo & hæreditate liberè (*&c.*) Reddendo mihi & hæredibus meis annuatim xij. d. ad feſtum ſancti *Michaelis* pro omnibus ſerviciis (*&c.*) Teſtes *Willielmus* filius *Alani*, *Hugo Pantulfe*, *Willielmus* filius *Rann.* *Johannes Extraneus*, & *Radulphus* frater ejus, *Hugo* frater meus, *Odo* de *Hodenet*, *Adam* de *Arundel*, *Fulco* filius *Warini*, & *Alanus* frater ejus, *Willielmus* filius *Odonis*, & multi alii.

Alia ejuſdem *Roberti* carta de tota *Rittona.*

Ibid. O*Mnibus* (&c.) Robertus Corbet *in domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me* (&c.) *dediſſe* (&c.) *monachis de* **Buldewas** *totam* Rittonam *cum pertinentiis ſuis & omnibus aiſiamentis quæ ad ipſam pertinere debent* (&c.) *in puram & perpetuam elemoſinam* (&c.) *Iſti autem ſunt termini prænominatæ* Rittonæ, *ſicut rivulus ad capud* **Hulemor** *deſcendit uſque* **Mukewyk** *ubi duo rivuli concurrunt, & inde uſque* **Wilbenpulle**, *& inde per rivulum juxta petras de* **Holebeche** *uſque ad rivulum de* **Hales**; *Et ſic ſurſum per ipſum rivulum uſque ad* **Blakeruding**, *& inde ſurſum uſque ad prædictum capud* **Hulemore**. *Hanc itaque terram de* **Rittone** (&c.) *præfatis monachis warantizabimus* (&c.) *Hiis teſtibus* Thoma *filio meo.* Willielmo Corbet, Willielmo *filio* Odonis, Henrico & Garino *capellanis*, Guidone *de* Arundel, Rogero Purcel (*&c.*)

Carta Ricardi *filii* Ricardi Corbet, *de* **Kynwarton.**

SCiant (*&c.*) quod ego *Ricardus Corbet* filius *Ricardi Corbet* cum conſilio & aſſenſu amicorum meorum conceſſi (*&c.*) monachis de **Buldewas** totam **Kynwertone** cum omnibus pertinentiis (*&c.*) Tenendam & habendam eis & ſucceſſoribus ſuis de me & hæredibus meis imperpetuum. Quam videlicet terram habent ex dono *Eynioni* ſacerdotis de **Selbe**, *Henrici* fratris ipſius *Eynioni* nepotis ipſorum, *Dandelani* filii *Lubarch*, *Griffini Loith* & *Lubard* fratris ejus; qui præfati homines & hæredes ipſorum totam prædictam **Kynwertone** de me & hæredibus meis jure hæreditario poſſidere deberent. Reddendo annuatim michi & hæredibus meis xij. ſol. argenti pro omni ſervicio & exactione (*&c.*) Hiis teſtibus, *Bartholomeo* de *Mortone*, *Viviano* de *Roſſal*, *Baldewino* de *Hodeneth* (&c.) Ibid.

Carta *Galfridi Randulf* de capitali meſuagio de **Bikedone.**

S*Ciant* (&c.) *quod ego* Galfridus Randulf *de novo-Burgo* Salopiæ *dedi* (&c.) *abbati & conventui de* **Buldewas** *capitale meſſuagium villæ de* **Bikedone** *cum curtilagio ad illud ſpectante cum omnimodis dominiis libertatibus* (&c.) *pertinentibus ad medietatem dominationis villæ de* **Bykedone**. *Habendum* (&c.) *in puram elemoſinam* (&c.) *ſalvo decano ſancti* Ceddæ Salop. *qui pro tempore fuerit ſervicio debito & conſueto pro medietate villæ de* **Bykedone** (&c.) *Hiis teſtibus, dominis* Roberto Corbet, Thoma *de* Roſhal, Johanne *de* Lee, *&* Johanne *de* Arundel *militibus* Johanne *domino de* **Hanewode**, Johanne le Waleys, Reginaldo *de* Roſhal, Rogero *de* Hortone *& aliis. Dat. apud* Salopiam *die ſabbati prox. poſt feſtum Aſcenſionis Domini anno Domini* MCClxxxviij, *& anno regni Regis* Edwardi *xvj.* Ibid.

Carta Ricardi *de* Leghtone.

SCiant (*&c.*) quod ego *Ricardus* dominus de **Leghtone**, pro amore Dei (*&c.*) dedi (*&c.*) abbati & conventui de **Buldewas** & eorum ſucceſſoribus quandam placeam terræ meæ in territorio de **Leghton**, cum pertinentiis ſuis; Illam videlicet quæ vocatur **Moſerudinge**, & jacet inter terram meam ex una parte, & pratum dictorum abbatis & conventus ex altera, & inter feodum de parva **Buldewas** ex una parte, & aliud pratum eorundem abbatis & conventus ex altera, ſicut rubis & una haya circumquaq; includitur. Habendam (*&c.*) in liberam puram & perpetuam elemoſinam (*&c.*) Hiis teſtibus, domino *Adam* de *Lacy*, *Hugone* domino de **Scheyntone**, *Waltero* de *Dreytone*, *Henrico* de *Garmundeſtone* (&c.) Ibid.

Carta *Hamonis* de *Walton.*

Ibid.

SCiant (&c.) *quod ego* Hamo *filius* Walteri *filii* Hereman *de* Walton *dedi* (&c.) *Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *ſanctoque* Ceddæ *de* **Buldewas**, *& monachis ibidem ſervientibus medietatem tocius villæ de* **Waltone** *cum pertinentiis ſuis, quæ me jure hæreditario contingebat. Habendam & tenendam prædictis monachis in liberam puram & perpetuam elemoſinam* (&c.) *Conceſſi etiam* (&c.) *prædictis monachis & eorum ſucceſſoribus quicquid juris & clamii habui vel aliqua ratione habere potui in alia medietate prædictæ villæ de* **Waltone** *cum ſuis pertinentiis quam iidem monachi habuerunt ex dono præfati patris mei* (&c.) *Teſtes ſubſcriptos aſſignavi; ſcilicet* Johannem Boneth *tunc vicecomitem*, Robertum *de* Leye (&c.)

Carta Roberti Traynel, *de* **Hatton.**

Ibid.

SCiant (*&c.*) quod ego *Robertus* filius *Roberti Traynel* de *Hattone*, pro ſalute animæ meæ (*&c.*) dedi (*&c.*) monachis de **Buldewas** in liberam (*&c.*) elemoſinam totam terram & boſcum & brueram& moram quam habui tam in dominico quam in ſervicio in medietate villæ de **Hattone** cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet quicquid eſt inter rivulum de **Tuybroc** ſicut deſcendit in aquam de **Worth** ex una parte & diviſas de **Hynetone**, & de **Grenhull** ex alia parte uſq; ad prædictam aquam de **Worth.** Tenendum & habendum de me & hæredibus meis(*&c.*) Conceſſi (*&c.*) prædictis monachis & eorum ſucceſſoribus aliam medietatem prædictæ villæ de **Hatton** cum omnibus & ſingulis pertinentiis ſuis quam habent ex dono *Adæ Traynel* de **Hattone.** Ita quod (*&c.*) Et teſtes ſubſcriptos aſſignavi; ſcilicet dominum *Radulfum* de *Pichford*, *Ricardum* de *Grenehul*, *Hugonem* de *Leya*, *Osbertum* de *Stirtheleg* (*&c.*)

Carta *Roberti* de *Acton.*

Ibid.

SCiant (&c.) *quod ego* Robertus *de* Acton *clericus filius* Roberti *de* Lega *dedi* (&c.) *abbati & conventui de* **Buldewas** *pro animabus patris mei* (&c.) *totam terram meam de* **Raggedone** *cum omnibus pertinentiis ſuis. Habendam* (&c.) *ſibi & ſucceſſoribus ſuis* (&c.) *in puram & perpetuam elemoſinam* (&c.) *& cum omnibus communis in manerio de* **Hope**, *in boſco in plano* (&c.) *Hiis teſtibus dominis* Thoma Corbet, Hugone *de* Scheyntone, Willielmo *de* Lectone, Nicholao *perſona de* **Hope**, Philippo Burnel, Benedicto *de* Frodeſleg, Ricardo *de* Eton, Petro *de* Criſteſheth, *& aliis.*

Donationum confirmatio per regem Ricardum *primum.*

Cart. antiq. *R.* n. 20.

Vide etiam Pat. 18. *H.* 6. part. 3. m. 10.

RIcardus Dei gratia rex *Angliæ*, dux *Normanniæ*, *Aquit.* comes *Andeg.* archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & in perpetuam elemoſinam confirmaſſe eccleſiæ S. *Mariæ* de *Bildewas*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, tam præſentibus, quam futuris de ordine *Ciſtercienſi* omnes terras & tenuras ſuas quæ eidem eccleſiæ ſunt donatæ & conceſſæ, ſeu cartis confirmatæ. Et nominatim ex dono *Rogeri Ceſtrenſis* epiſcopi ipſum locum qui vocatur **Bildewas**, cum boſco & ſartis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, in quo abbatia fundata eſt, & terram quæ vocatur *Meola* cum **Greſſegh** & *Burgentibus* cum omnibus ad eam pertinentibus, & collectam bladi quæ vocatur **Chirchomber** de duobus hundredis *Wrokewordhina* & **Cunedoure**; & in territorio *Licheſſeldenſi* hominem unum nomine *Edricum*, & cætera omnia quæ *Rogerus Ceſtrenſis* epiſcopus præfatis monachis dedit & carta ſua confirmavit. Ex dono *Ricardi Ceſtrenſis* epiſcopi unum meſſuagium in **Forgate** apud *Ceſtriam*, & in molendino apud **Burne** juxta **Licheſfeld** quatuor ſolidos. Ex dono *Willielmi* filii *Alani* villam quæ vocatur **Billewas** cum omnibus pertinentiis, & omnia exſarta quæ circa illam ſunt facta, quæ cum cæteris eſſartis ſuis libera ſunt & quieta de omni regardo. Ex dono *Geraldi* de *Broctuna* & *Rein.* filii ſui terram quæ vocatur **Broctune.** Ex dono *Philippi* de *Belmeis* totam terram quæ fuit *Selferi* de *Rocle.* Ex dono *Ricardi* de *Pichford* totum ſervicium *Richardi Craſſet* de terra de **Coſpelford.** Ex dono *Adæ* de *Hetune* & *Reginaldi* filii ſui medietatem villæ de **Hettune.** Ex dono *Walterii* filii *Heremanni* medietatem *Waltonæ.* Ex dono *Henrici* filii *Fulcheri* terram de **Ivenbroc.** Ex dono *Willielmi* de *Caldone* terram de **Caldone.** Ex dono *Roberti* filii *Thomæ* domum in **He..gfeld** cum area. Quare volumus, (*&c.*) Dat. apud *Winton.* per manum *Willielmi* de *Longo-campo Elienſis* electi cancellarii noſtri, xxij. die Octobris, regni noſtri anno primo.

Vide Vol. 2. Pag. 914. Col. 2.

SANCTAE *MARIAE*
Abbatia juxta Dubliniam *in* Hibernia, *cella de* Buldewas, * *fundata anno* MCxxxix.

* Annales S. Werburgæ Ceſtriæ in bib. Cotton.

Donationum confirmatio per regem Henricum *ſecundum.*

Cart. 10. E. 2. n. 48. per Inſpex.

H. Dei gratia rex *Angliæ* dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis me pro Dei amore & pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum & hæredum meorum dediſſe & conceſſiſſe & præſenti carta mea confirmaſſe in puram & perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* juxta **Dublin**, & albis monachis ibidem Deo ſervientibus ſubſcriptas terras; ſcilicet **Clunlif** cum terra juxta mare inter monaſterium illorum & aquam **Tulken**, & **Driſſoch**, & **Portmirnoch**, *Rathenia*, & **Murlegan**, **Karibrenan**, & **Donenathbirn**, & **Kartechbokan**, **Cuocror**, & **Balimachelmer**.

mer, Culmin, & **Kilmekeſche, Balilugan,** & **Liſloan,** & **Muninakon.** Has terras & omnes tenuras prædictorum monachorum infra civitatem **Dublin** & extra quæ eis datæ fuerunt in elemoſinam antequam comes *Ricardus* de **Strigoil** veniſſet in *Hiberniàm*, & quæ poſtea eis datæ ſunt, conceſſi eis & confirmavi.

Quare volo (*&c.*) Teſtibus, *Willielmo* de *Curti* dapifero, *Rogero* de *Novo-Burgo*, *Willielmo* de ſancto *Jahanne*, *Hugone* de *Creiſſi*, *Willielmo* de *Stut. Willielmo* filio *Andel*. Apud *Faleſiam*.

Alia ejuſdem Regis *Henrici* carta.

Ibid.

H. *Dei gratia Rex* Angliæ (&c.) *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe* Ranulpho *abbati de* **Bildewas** *& omnibus inpoſterum ejuſdem abbatiæ futuris abbatibus ad regendum & ſecundùm formam ordinis* Ciſtercii *diſponendum, monaſterium ſanctæ* Mariæ *juxta* **Dublin** *cum terris ſubſcriptis; ſcilicet* **Clunlif, Driſſih,** Rathena, **Portunurnoch, Glaſſachet, Murlegan, Donenathbun, Karrochbrenan, Karrechvecon, Balincatheilm, Culmin, Kilmekeſce, Diſſertale, Balibachel, Ballilugan.** *Has terras cum omnibus pertinentiis ſuis in eccleſiis, in capellis, in boſco & plano, in ſabulis, & gliſeriis, cum omni* **Wrech** *quod in terram illorum venerit, in pratis, & paſturis, in aquis & molendinis, in ſtagnis, & vivariis, in viis & ſemitis, in piſcariis & piſcaturis, in portubus & villis, infra burgum & extra, & in omnibus aliis locis & omnibus aliis rebus, conceſſi præfato abbati & ſucceſſoribus ejus. Quare volo & firmiter præcipio, quod monachi prædicti monaſterii ſanctæ* Mariæ *juxta* **Dublin** *abbati de* **Bildewas** *ſubjecti ſint, & prænominatas terras & omnes elemoſinarum donationes quæ eis facte ſunt vel inpoſterum rationabiliter fient tam in rebus eccleſiaſticis quam in ſecularibus ad ejus diſpoſitionem tractent habeant & teneant adeo liberè & quietè plenariè & integrè ſicut aliqua abbatia vel domus religionis de terra mea melius & liberius tenet, cum* **ſach,** *&* **ſoch,** *&* **tol,** *&* **them,** *&* **infangenthef,** *& cum omnibus aliis libertatibus, & liberis conſuetudinibus, & quietanciis, & ſicut liberi & ſoluti ipſi & homines eorum* Anglici & Hibernienſes *& terræ eorum de ſchiris, de hundredis, de* **wapentach,** *de placitis*, (&c.) *Hiis teſtibus*, Ricardo *de* Luci, *comite* Ricardo *de* Strigoil, Willielmo *filio* Andel. *dapifero*, Hugone *de* Lacy, Hugone *de* Longocampo, Willielmo *de* Stutevill, Hugone le Creiſſi, Willielmo *filio* Radulphi. *Apud* **Feckeham.**

BITLESDENENSIS

Abbatia in agro Buckinghamenſi * *fundata anno* MCxlvij.

* Annal. de *Peterborough* in bibl. *Cottoniana*.

Fundationis hiſtoria.

Ex regiſt. de *Bitleſden* penes prænob. *G.* ducem *Buckinghamiæ* an. 1640.

TEmpore veteris *Henrici* Regis fuit dominus de **Bitleſden** quidam nomine *Robertus* de *Meperteſhal*. Ille pro quodam infortunio quod ei in curia domini Regis acciderat; ſcilicet quod quendam canem furatus eſt, dedit *Gaufrido* camerario de **Clinton,** qui tunc fuit familiariſſimus Regi, totam villam de **Beteleſden** cum quinque virgatis terræ adjacentibus de **Witefeld,** eo pacto, ut eum defenderet ne pro prædicto facto judicium curiæ ſuſtineret. Interim quia idem *Robertus* de *Meperteſhal*, propè **Sulveſton** hoſpicium non hâbuit, *Willielmus* filius *Aelnredi*, qui fuit dominus de **Preſton,** & de tota terra de **Mariland,** dedit prædicto *Roberto* dimidiam partem de **Mariland** ad ſe hoſpitandum. Proceſſu verò temporis prædictus *Gaufridus* de *Clinton* dedit prædicto *Roberto* quandam parentem ſuam in uxorem & cum illa dedit ei prædictam villam de **Bitleſden** cum ſupradictis quinque virgatis terræ de **Witefeld:** Et tunc idem *Robertus* tenuit **Biteleſden,** & quinq; virgatas præfatas & dimidiam partem de **Marieland.** Et ita extunc dimidia pars de **Mareland** ſecuta eſt **Biteleſden.** Tempore verò *Stephani* Regis, quando maxima guerra fuit, ſepedictus *Robertus* perhendinavit apud **Meperteſhal** & dimiſit **Biteleſden,** & nec ipſe nec aliquis pro eo inde ſervicium fecit comiti *Leyceſtriæ*, ſed terra illa eſcaeta comitis. Tunc idem comes dedit terram illam ſeneſcallo ſuo *Ernaldo* de *Boſco* pro ſervicio ſuo. Idem verò *Ernaldus*, prævidens inpoſterum quod fortè terra illa ſibi & hæredibus ſuis remanere non poſſit, conceſſu, conſilio & auxilio prædicti comitis, fundavit ibi abbatiam, quam comes carta ſua confirmavit. Proceſſu verò temporis prædictus *Robertus* de *Meperteſhal* voluit placitare de **Bitleſden,** & tunc monachi de **Bitleſden** auxilio & conſilio prædicti comitis dederunt prædicto *Roberto* decem marcas & ita habuerunt cartam & confirmationem ſuam. Ita incepta & fundata abbatia de **Bitleſden,** Anno gratiæ MCxlvij. ſexto idus Julii, hoc eſt anno xiiij. à fundatione de **Gerondon.** A. 1147.

Carta fundationis per *Ernaldum* de *Boſco*.

E*Piſcopo* Lincolnienſi & Davidi *archidiacono de* **Buchingchamſire,** *& omnibus fidelibus ſanctæ eccleſiæ* Ernaldus *de* Boſco *fidelis Chriſti ſalutem. Sciatis me dediſſe terram meam de* Bitleſdena *in boſco & in plano ordini de* Ciſtels *intitulato ad abbatiam de* Gereldona, *pro amore Dei, & pro remiſſione peccatorum meorum, & pro ſalvatione* *animæ meæ & anteceſſorum meorum in elemoſinam ad unam abbatiam faciendam de eodem ordine de* Ciſtels. *Quare precor vos ut fideles Chriſti quatinus fratres illius loci pro amore Dei manuteneatis & ametis in Deo & propter Deum, & ne paciamini ut aliquis illis contumeliam faciat. Teſt.* Rob. *comite* Leerc. *&* A. *comitiſſa uxore ſua; &* Roberto *filio ſuo, &* Roberto *capellano.*

De Syreſham.

SCiant filii ſanctæ eccleſiæ quod ego *Ernaldus* de *Boſco* dedi conceſſi Deo & beatæ *Mariæ* de *Bitleſden* & fratribus ibi Deo famulantibus terram illam quam *Gaufridus* de *Clintona* camerarius dedit mihi, quæ eſt quædam pars de Sygreſham, & in Sygreſham tam in boſco quam in plano, & in cæteris rebus prædictæ rei adjacentibus. Et hoc donum conceſſi jure perpetuo amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & omnium conſanguineorum & amicorum & propinquorum meorum. Quare præcor omnes filios ſanctæ eccleſiæ & fideles meos quod prædicti fratres rem prædictam bene & in pace & honorificè & quiete teneant, & poſſideant, relicta omni injuria aut calumpnia alicujus. Teſt. *Roberto* comite *Leerc.* & *Roberto* filio ejus, & *Gauffrido* abbate, &c.

De Marielond *in* Syreſham.

TEmpore verò *Edwardi* Regis cum ſubjugaverat ſibi *Walliam*, & cepit ſcutagium; videlicet anno viij. regni ejus, diſtringebamur pro ſcutagio de Marilond, & habuimus inquiſitionem per gratiam domini *Edwardi* domini comitis *Leyceſtriæ*, fratris regis, ſi deberet ſcutagium an non, & diebant Inquiſitores quod nunquam dedit Marilond ſcutagium, hac ratione, quod quidam comes *Leyc.* dedit illam terram cuidam *Mariæ* nomine, poſtquam terra ſic nominatur, ita liberè quod nullum ſervicium fecit, nec decimas dedit ſed habuit ibi liberam capellam quæ ſerviebatur de decimis. Tandem obiit ſine hærede & terra fuit eſcaeta comiti, & dedit eam *Ernaldo*, & ipſe domui de Bitleſden, ita quod nunquam fecit ſervicium, & confirmatur à domino Rege *Henrico* veteri inter cætera.

Carta *Roberti* Comitis *Leiceſtriæ.*

ALexandro *Dei gratia* Lincoln. *epiſcopo & omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis* Robertus *comes* Legreceſtriæ *ſalutem. Sciatis quia pro amore Dei & remiſſione peccatorum meorum, & ſalvatione animæ patris mei & matris meæ & ſalvatione animæ meæ & anteceſſorum meorum, & rogatu* Ernaldi *de* Boſco, *volo & concedo donum quod* Ernaldus *prædictus dedit in elemoſinam Deo & beatæ* Mariæ *& abbati de* Geroudona *ad abbaciam faciendam, & ad titulatam ad abbaciam de* Geroudona. *Hoc donum verò quod* Ernaldus *de* Boſco *dedit, & quod ego conceſſi eſt* Betleſdena; *ſicut enim ordini de* Ciſtells *prædictus* Ernaldus Beteleſdenam *in boſco & in plano conceſſit & dedit, ita hanc conceſſionem volo & concedo. Quare firmiter præcipio quod iſtud bene & in pace & honorificè teneat. T.* Amicia *comitiſſa,* Roberto *filio comitis* Will. Burdet, *&c.*

WARDONENSIS
Abbatia in agro Bedfordenſi,
* *fundata an.* MCxxxvj.

* Annal. Norwic. in bibl. Cotton.

Confirmatio fundationis per Regem Stephanum.

Cart. 14 E. 1. n. 12. per Inspex.

S*Tephanus* Rex *Angliæ* archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Scitote me conceſſiſſe, Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Eſſartis*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, qui de abbacia *Rievallis* exierunt, ut ibi abbatiam faciant, totam eſſartam de *Wardona*, & de *Sudgivela*, & totum illud boſcum de illis duabus villis, per illas diviſas, & metas, quas *Walterus Eſpec*, qui hæc eis donavit, illis fecit, & ſtatuit, & ſicut carta ſua confirmavit. Et præter hoc concedo eis omnia aiſiamenta ſua in omnibus boſcis ipſius *Walteri*, ſcilicet, materiem & ligna ad proprios uſus ſuos, & pannagium, & herbagia, & paſcua, quieta ab omni conſuetudine, ſicut *Walterus* quietiùs habuit ad ſuum opus proprium. Quare volo (*&c.*) Teſtibus, *Turſtino* archiepiſcopo *Eborum*, & *Alexandro* epiſcopo *Lincolnie* (*&c.*) & *R.* de *Ver*, & *R.* de *Curci*, & *Williemo Marc.* & *Hugone Bigoto*, *Waltero Eſpec*, & *Ganfrido* de *Trailli*, & aliis omnibus nepotibus, & hæredibus *Walteri* tunc viventibus, Apud *Eboracum*. Anno incarnationis dominicæ milleſimo centeſimo triceſimo quinto & regni mei primo in Chriſto perfecto fæliciter.

Confirmatio donationum per Regem *Ricardum* primum.

Ibid.

RIcardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dux* Normanniæ, Aquitanniæ, *comes* Andegaviæ, *Archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe in puram & perpetuam elemoſinam abbatiæ de* Wardona, *& monachis ibidem Deo ſecundùm ordinem* Ciſterc. *ſervientibus, Inprimis locum ipſum in quo abbatia fundata eſt, cum omnibus pertinentiis, grangiam quoque de* Ruepe, *grangiam de* Parco, *grangiam de* Putho, *cum toto terra quæ dicitur* Rode, *in* Middelton, *grangiam de* Middelho, *cum tota cultura quæ dicitur* Raveneſho *quæ jacet pro centum acris per perticam* Regis, *grangiam quoque de* Ramhale, *& grangiam de* Molebroke *cum tota terra quam habent in* Preſtelia, *grangiam de* Lundboldeſheye, *grangiam de* Weſtwardon, *grangiam de* Odeſeth *cum tota terra quam habent in* Duntone, *grangiam quoque de* Bradeſeld *cum* Fildenewoda, *grangiam de* Burnedene *cum tota terra quam habent in* Berwham, *grangiam de* Linermere, *& totam terram quam habent in* Stainford *& in* Sucginel, *& in* Chikſaund, *cum omnibus pertinentiis ſupradictarum grangiarum. Et omnia alia tenementa & poſſeſſiones & li-*

bertates ſuas ſicut rationabiles cartæ anteceſſorum noſtrorum vel aliorum donatorum, venditorum, eſcambitorum vel cirographa teſtantur. Quare volumus (&c.) Dat. per manum magiſtri Rocelini *tunc agentis vices cancellarii noſtri, Apud* Rupem. Andel. *xj. die Novembris, anno regni noſtri x.*

FORDENSE *Cœnobium in agro* Dorſetenſi.

Fundationis & fundatorum hiſtoria.

Ex MS. codice ſub effigie Julii B. 10. in bibliotheca Cottoniana.

Dominus *Baldwinus* de *Brionis*, miles inclitus de *Normannia*, *Albredam* neptem domini *Willielmi Baſtardi* nobiliſſimi ducis *Normanniæ*, duxit in uxorem; ex qua dictus *Baldwinus* genuit, inter alios, unum filium dictum *Ricardum*, & unam filiam nuncupatam *Adeliciam*. Cum autem dux prefatus regnum *Angliæ* ſibi per conqueſtum (*Anglis* devictis & rege eorum *Heraldo* perempto) penitus ſubjugaſſet, regni imperio atque diademate demum potitius fuiſſet, magnatibus & commilitonibus ſecum de *Normania* advenientibus diverſa dominia, & honores præcipuos in regno *Angliæ* tunc & poſtea liberaliter contulit; inter quos & dicto *Ricardo* præfati *Baldwini* filio, & ſibi dilecto conſanguineo, totum honorem & baroniam de Okehampton in *Devonia* de ipſo rege imperpetuum ſibi & ſucceſſoribus ſuis heredibus ſeu aſſignatis jure hæreditario habendum & tenendum munificè donavit. Deditq; itaque eidem *Ricardo* Caſtellum *Exoniæ* & cuſtodiam totius comitatus *Devoniæ*, pro quodam annuo redditu domino Regi ſolvendo; cujus obtentu donationis & cuſtodiæ dicebatur dictus dominus *Ricardus*, *Vicecomes Devoniæ*. Quilibet autem ſucceſſorum ſuorum ſic conſequentur dicebatur uſque ad annum regni regis *Henrici* filii regis *Johannis* ſextum decimum quum dictum caſtellum in manus regias aſſumebatur.

An. Dñ. 1133.

Dictus autem dominus *Ricardus*, nuper miles ſtrenuus ſed demum inveteratus & deo affectus, multum devotus, terram ſuam de Brightley infra dictum honorem de Okehampton ſituatam ad abbatiam ordinis *Ciſterciensis* ibidem fundatam, anno domini MCxxxiij concesserat, ac à domino *Gilberto* abbate de *Waverleia* ſancto viro conventum de ſuis illuc tranſmittendum impetrabat.

In loco igitur abbatiæ competenti præordinato, ædificia magis neceſſaria per triennium erexerat, ac anno domini MCxxxvj. & regni regis *Stephani* anno primo, duodecem monachos, cum domino *Ricardo* eis in abbatem præfecto tertio decimo, ad devotiſſimam ſui inſtantiam illuc pedites & proceſſionaliter cum cruce erecta & primo quinto nonas Maii de domo de *Waverleia Ciſterciensis* ordinis *Wintoniæ* dioceſis venientes tam benignè quam votivè ſuſpiciens, ibidem tanquam in eorum poſſeſſione titulo ſufficiente eis ſuper hoc primitùs confecto devotè collocabat. Sic igitur præmiſſis voti ſui compos pro majore parte effectus, illis in ſtructuris & aliis neceſſariis ſubvenire non deſiit, donec anno ſequenti ſeptimo calendas Julii anno videlicet Domini 1137. ac regni Regis *Stephani* ſecundo humatus fuit, cujus etiam corpus vel oſſa cum dictis monachis poſtea de Brightley apud *Fordam* tranſlata fuerunt, & cum oſſibus dicti abbatis ſui *Ricardi* poſtea apud Brightlaye etiam defuncti & dominæ *Adeliciæ* ſororis ſuæ poſtmodum defunctorum, hic illic ſeparatim in presbiterio ultra quod jam ſummum Altare erigitur ſepulta erant.

1137.

Hic vicecomes *Richardus* nullam prolem habuit ſed totum jus ſuum hæreditarium eidem *Adaliciæ* ſoli ſorori ſuæ reliquit. Quæ quidem *Adelicia* dicto fratri ſuo in hæreditate ſucceſſerat ac etiam vicecomitiſſa nuncupata erat.

Cum verò dicti monachi per quinque annos in loco memorato de Brightley manſiſſent ac poſt mortem dicti domini vicecomitis *Ricardi* præ inopia & præ dira ſterelitate victualiumq; penuria ibidem ampliùs morari non potuiſſent, ad domum ſuam priſtinam de *Waverleia* cum abbate ſuo ſecundo domino *Roberto* de *Penigton* redire ſunt compulſi; quos cum dicta vicecomitiſſa per manerium ſuum de Thorncomb modo illo quo venerint domum revertentes, cum cruce erecta, & primò binos pedites procedentes conſpexiſſet, illos ſtatim ad ſe aſciverat, ac demum ei ſeriem, redditusq; ſui cauſam palam ei facientibus, dolore tacta intrinſecus, cum gemitu dicebat *Abſit à me Domini & Patres ſanctiſſimi opprobrium tam damnabile & ignominioſum periculum, ut quod dominus meus & frater* Ricardus *pio devotionis affectu ad Dei honorem noſtrumque omnium ſalutem tam ſolempniter quam ſalubriter inceperat, ego verò ſoror ejus, & hæres cui decedendo omnia tradidit in manus, non valim aut valeam ad debitum perducere effectum. Ecce manerium meum in quo jam conſiſtimus fertile ſatis & nemoroſum ac abundans frugibus, quod vobis in excambium pro terra ſterili de* Brightleia *cum tota manſione noſtra & domicilio imperpetuum donamus, manete hic donec alibi in iſta poſſeſſione vobis competentius ſit monaſterium, nec vobis in hoc deeſſe poſſumus ſed ſatis juvabimus ad conſtruendum.* Sic ergo pia & religioſa domina dictos monachos in manerio ſuo de Thorncomb perpetuò manſuros gratanter fundaverat, ac curiam ſuam ſeu domicilium dicti manerii principale, quod tunc Forde, nunc autem Weſtford dicitur, eis ſufficienti titulo & plenaria ſeiſina in integrum mancipabat.

Quo quidem in loco ſic admiſſi & dimiſſi præfati monachi, ibidem, id eſt apud Weſtford, in domicillio quod tunc fuerat dictæ vicecomitiſſæ ferè ſex annis reſiderant, donec nonnullæ ſibi competentes ſtructuræ officinarum regularium in loco monaſtrali quod tunc Harteſcath, ſed nunc *Forda* dicitur, illis erectæ erant. Concepit etiam dicta domina *Adelicia* de nobili viro domino ſuo quem priùs acceperat in conjugem & peperit unam filiam nomine *Aliciam* ſui ipſius hæredem. Anno autem ſecundo poſt dictorum monachorum tranſlationem de Brightley apud *Fordam* & eorum ibidem ut præmittitur fundationem anno regni Regis *Stephani* ſeptimo, Anno videlicet poſt incarnationem Domini Jeſu Chriſti 1142. 1142. nono kalendas Septembris, dicta vicecomitiſſa *Adelicia* obiit, & apud novum monaſterium de **Ford** ſepulta quieſcit, & ſucceſſit ei in dominio de **Okehampton** domina *Alicia* uxor domini *Randolphi Avenell* filia ſua antedicta, quam ſolam ſibi hæredem reliquerat, quæ & Caſtrum *Exoniæ* una cum cuſtodia comitatus *Devoniæ* pro certo reddit u annuo ut priùs ſimiliter obtinuit. Hæc & unicam filiam dictam *Matildam* habuit, quæ in fata deceſſit, quæ *Matilda* filia ejus & hæres, prædictis parentibus ſuis defunctis, totam dictam hæreditatem, & cum caſtello *Exoniæ*, & totius comitatus cuſtodia obtinuit, dominoque *Roberto* de *Aubrincis* legitimè copulata, filiam unam dictam *Hawiſiam*, necnon duas alias, poſtea factas moniales, eidem pariendo produxit. Mortuo tandem dicto viro D. *Roberto* de *Abrincis* (id eſt, de **Averinges**) ſecundo marito (id eſt) nobili viro D. *Roberto* filio Regis *Henrici* primi notho, conjugata fuerat, de quo etiam concipiens peperit filiam ejuſdem viri ſui hæredem quam & *Matildam* vocabat.

Fuerat itaque tam poſt contractum matrimonium cum dicto D. *Roberto* de *Aubrinces* primo viro ſuo, quam & poſt ejus deceſſum, vicecomitiſſa nuncupata; ſed de ejuſdem cognomine, poſt ejus obitum, *Matildis* de *Aubrincis*, id eſt de **Averinges** vulgariter nominata. Hæc etiam ſuis monachis de *Forda* tuta ſemper protectrix erat, & conſervatrix amiciſſima, in Deum & ſanctam religionem piæ devotionis & affectionis viſcera materna gerens, ad valentiam nempe ſexaginta marcarum ſuis interceſſoribus, dictis videlicet monachis, ſimul & ſemel contulit, præter alia bona & commoda innumera, quæ eis frequentiùs & libentiùs fecit.

Obiit denique vir ejus ſecundus, dominus *Robertus* filius Regis *Henrici* anno Domini 1172. 1172. pridie calendas Junii, poſt ipſum vicecomitiſſa *Matildis*, itaque de *Aubrincis* ut priùs nuncupata, undecimo calendas Octobris anno Domini 1173. & regni Regis *Henrici* ſecundi 19. Ambæ igitur ejuſdem filiæ, *Haweſia* videlicet prioris viri ſui hæres, & filia ſua, domini videlicet *Roberti* de *Aubrincis*, necnon *Matildis* proles domini *Roberti* filii Regis & ejuſdem hæres, occaſione cuſtodiæ & maritagii in manus regias aſſumptæ fuerunt, ac demum militi inclyto & generoſo domino *Reginaldo* de *Courtnay*, tam earum cuſtodia, quam maritagium à rege collata erant. Seniorem igitur filiam *Hawiſiam*, tanquam nobiliorem, dictam vicecomitiſſam dominus *Reginaldus* ſibi nupſerat, ſed juniorem, ſcilicet *Matildam*, dicti *Roberti* filii Regis patris ſui hæredem, filio ſuo *Willielmo* de *Courtnay* de priore conjuge in *Normania* primogenito, in uxorem contrahebat, annis Dom. & Regis *Henrici* ſupradictis.

Fuit autem iſte dictus *Reginaldus* de *Courtney* filius domini *Flori*, filii Regis *Franciæ Lodovici*, cognomento *Groſſi*; ac etiam iſta *Hawiſia* vicecomitiſſa uxor ejus ſecunda, de ſanguine Regio *Anglicano* ex parte dominæ *Albredæ* neptis etiam Regis *Willielmi Baſtardi* matris aviæ ſuæ dominæ *Adeliciæ* vicecomitiſſæ primitùs memoratæ generoſæ exorta. Tota ergo illorum poſteritas *Reginaldi*, videlicet, & *Hawiſiæ* tam ex patre quam ex matre de regio ſemine prodiit, ac tribus regia *Franciæ* pariter & *Angliæ* in eis mixta fuit, ſic ſanguis eorum fit merè ingenuus & precipuè generoſus. Genuit prædictus dominus *Reginaldus* de memorata vicecomitiſſa domina *Hawiſia* uxore ſua prolem valde inclitam, *Robertum*, ſcilicet, de *Courtnay* ipſorum hæredem: Solitam itaque anteceſſorum ſuorum devotionem & affectionem in Deum, & dictos monachos ſuos de *Forda* penitùs continuaverat, ac præter alia à pietatis obſequio ad ipſorum defenſionem, indemnitatem & promotionem frequenter, quaſi ubique illis exhibita, per quoddam munus centum marcarum in pecunia numerata, aliorumque jocalium & catallorum ſe illorum precibus devotè commendabat, magis enim confidebat in orationum ſuffragiis quam in prediis quibuſcunque ſeu poſſeſſionibus terrenis.

Dilectis igitur à Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione, quinto calendas Octobris anno Domini 1194. & regni Regis *Ricardi* quarto 1194. fæliciter obiit in Chriſto, & apud *Fordam* in aquilonari parte presbiterii ſepultus quieſcit. Dicta verò vicecomitiſſa de cognomento viri ſui *Reginaldi* de *Courtnay*, cujus erat relicta, domina *Hawiſia* de *Courtnay* extitit nuncupata, quæ diutius in ſua viduitate ligia operibus miſericordiæ & pietatis intenta terram de **Herteyne** dictis monachis de *Forda* ad ſuſtentationem trium pauperum in infirmitorio ſeculari perpetuò procurandorum tandem contulit, & alia beneficia ſimilia eiſdem fecit. Obiit tandem plena dierum in ſenectute bona pridie calendas Auguſti anno Dom. 1209. & anno regni Regis *Johannis* decimo, quæ in eccleſia *Fordenſi* in auſtrali parte presbiterii ſepelitur.

Surrexit ergo dictus *Robertus* de *Courtnay* dictorum *Reginaldi* & *Hawiſiæ* filius & hæres legitimus, qui totum honorem de **Okehampton** jure hæreditario obtinuit, caſtellumque *Exoniæ*, ac cuſtodiam totius comitatus pariter tenuit, donec rex *Henricus* anno ſui regni 16. dictum caſtellum ſicut alia caſtella *Angliæ* plurima in manus ſuas aſſumpſerat, & ea cuidam *Petro* de *Rievalle* committebat: Et tunc verò dictum caſtellum ſimul & cuſtodiam totius comitatus *Devoniæ* amiſerat; ob cujus amiſſionem *vicecomes* amplius nuncupatus non erat. Prediis tunc & redditibus propriæ & priſtinæ hæreditatis, de **Okehampton**, videlicet, ac aliis, ut opportuit, contentus, & tam ſtrenuitate probitatis, quam liberalitatis amore plurimum floruit, ſed de ſuis monachis eorumque monaſterio de *Forda*, multum ſollicitus fuit, nullam eis moleſtiam, aut injuriam, ſeu gravamen quodcunque aliquando intulit, ſed ab aliis ipſos aliquando moleſtari vel gravare permiſit; ſolebat etiam inter alios aſſerere, & pluries ſuper hoc applaudare, quod pennam haberet in cauda pulcherrimam domum de *Forda*, ſub ſua protectione & advocatione conſtitutam, ipſoſque monachos patres & patronos frequentiùs vocaverat, quibus & ipſe patronus verus protector & defenſor præcipuus, quaſi ſua omnia cum illis habens communia, ubique ſemper erat.

Ejus autem tempore *Galfridus* de *Pomerai* terram de **Wale** vendicaverat, & per poteſtatem ipſius domini *Roberti* & conſilium ductus & inductus,

ctus, totum jus ſuum inde & clameum dictis monachis relaxabat; dedit autem ei pro hac relaxatione dictus dominus *Robertus*, de ære proprio ſuo, quinquaginta marcas ſterlingorum præ manibus tempore *Johannis* de *Warwick* tunc dicti monaſterii abbatis. Genuit idem dictus *Robertus* de domina *Maria*, juniore filia domini *Willielmi* de *Redveriis* comitis *Devoniæ* ſibi deſponſata uxore, prolem Deo gratam & patri dilectam (videlicet) dominum *Johannem* de *Courtnay* virum ſimplicem & rectum, licet in armis ſtrenuum eorum utcumq; heredem; Cum iſta *Maria* totũ habuit in liberum maritagium; habuerunt & chaſiam de **Crukes**, exceptis patronatibus eccleſiarum & 50.li. atis terræ de ...Caſtris quæ priùs dabantur *Willielmo Brewer*, cum ſeniore filia comitis *Johannis*: Et quoniam iſta ſine hærede obiit, totum ad *Mariam* & hæredes ſuos reddiit. Qui *Robertus* cum tandem vitæ ſuæ laudabilem curſum fæliciter conſummaſſet in ſtadio, ſeptimo calend. Auguſti apud **Ywren**, maneriium ſuum, diem clauſit extremum anno Domini 1242. & regni Regis *Henrici* 3. 26. qui ſtatim ad monachos ſuos de *Forda*, ut idem prius adhuc vivens, ordinaverat, delatus extitit & in eorum presbiterio die tertio (id eſt quinto kalend. Auguſti,) omni cum devotione & honore anno ſecundo abbatis *Ada* ſepultus fuit, cui in piramide ſuppoſito armati militis incliti ſtructura jam erigitur, ac in cujus circumferentia tale epitaphium reperitur.

Hic jacet ingenui de **Courtnay** *gleba* Roberti
Militis egregii virtutum laude referti.
Quem genuit ſtrenuus Reginaldus Courtinienſis
Qui procer eximius fuerat tunc Devonienſis.

Poſt mortem verò iſtius nobiliſſimi viri domini *Roberti* de *Courtnay*, ut premittitur defuncti, floruit perſpicuus in Chriſto & ſeculo, filius ſuus & hæres, dominus *Johannes* de *Courtnay* prænotatus, & habuit totam patris ſui hæreditatem in terris prædictis & poſſeſſionibus, adeo plenè & integrè ſicut pater ſuus aliquando tenuerat. caſtellũ tamen *Exoniæ*, & cuſtodiã comitatus *Devoniæ* à patre ſuo domino *Roberto* per Regem ablata nunquã obtinere valebat. Nupſerat tamen ſibi *Iſabellam* filiam domini *Johannis* de *Veere* comitis *Oxoniæ*, quæ peperit ei *Hugonem* de *Courtnay* primum, ſuumque hæredem. Fuit itaque iſte dominus *Johannes* vir ſimplex & rectus ac timens Deum, & progenitoribus ſuis non minus devotus nec in monachos ſuos *Fordenſes* minùs benevolus, ſed illorum ſuffragia cunctis operibus præponens, & in eis plenarie confidens, munificus, & integer eis per omnia extitit amicus; in nullo eos vel eorum monaſteriũ aliquando oneravit ſeu gravavit; neq; ab aliis onerari vel gravari permiſit; Sed ipſos & eorũ prædia terras & poſſeſſiones, ubicunque infra hundredum ſuum & dominium ſcituata, à quibuſcunque ſectis, ſervitiis & ſecularibus exactionibus ſufficienti titulo libera fecit & quieta, ac ſeipſum pro eis ſcutum, quaſi & defenſorem tutiſſimum ſemper exhibuit, & à multis preſſuris & diſpendiis indemnes præſervavit; fructus autem ſpei ſuæ qui in præcibus dictorum monachorum habuit, ſequenti narratione patebit.

Contigit illum aliquando de tranſmarinis ad propria navigantem alto in mare circa crepuſculum tanto ſuis cum ſequentibus mortis ſubjacere periculo, quod ipſi etiam nautæ ſingulos ſibi Deo commendantes, præ confuſione maris & turbinum, tam de vita ſua, quam ſalute deſperarunt omnino; *Nolite timere nautæ* (inquit iſte dominus) *ſed vires veſtras reſumite & nobis pene naufragantibus tam audacter quam viriliter unam ſaltem horam modò ſubveniente; erit enim tempus, quo monachi mei de* Forda *ad vigilias ſurgent, & pro me ad dominum deprecantes & orantes intervenient, ita quod nullæ tempeſtates & turbines aut aquæ procelloſæ nos perdere ſeu quoviſmodo extinguere poſſint; ideo vos interim nolite torpere, nec vitam noſtram nec ſalutem negligere, quia jam inſtat hora in qua omnipotens & miſericors Deus eorum meritis & precibus, etiam omnibus dignabitur ſubvenire.* Ad iſta unus de ſuis in via comitantibus taliter reſpondet; Quid domine de monachis illis ſeu illorum ſuffragiis taliter loquimini, qui jam ut nobis ad plenum conſtat, violenter ſomno ſunt oppreſſi? quomodo pro vobis orare poſſunt qui etiam dormientes ſeipſos non ſentiant? Ad hæc dominus in ſpe firmus ſolidiſſima reſpondit; *Et ſi multi dormiunt, ſcio quod eorum plurimi orationibus etiam inſtantes devotiſſimè pro me eorum ſervulo, quamvis & parvo, Deum in præſenti obſecrent & implorent, nec poſſunt aliqualiter in tanto inſtanti periculo mei eſſe immemores, qui illos hactenus mihi meritis pluribus in adverſitatibus conſervavi indemnes; nullo modo perire poterant, pro quibus illi tot & tanti die nocteque intercedunt; & quia ego eos, & illi me diligunt ſcio & veraciter credo, quod ipſi ampliùs & devotiùs jam pro me, meaque ſalute, & incolumitate apud Deum intercedunt.* Ad hæc *Nauclerus* inquit, Ut quid frivolis intenditis? nam finis vitæ vobis inſtat, confitemini mutuo invicem & ſpes veſtras ad dominum præcibus commendetis; & cum his verbis objecit, quicquid habebat in manibus quaſi extemplô ſpiritum exhaliturus; nec ſolus corruit, ſed omnes cum illo in nave conſtitutos præter unum dominum deſperatione dejecit.

Tunc dominus ille *Johannes* (& veraciter *Johannes* quia gratiam Dei efficaciter, ut *Johannes* ſonat, conſequutus) infremuit, & comploſis ad Deum manibus ſic ſupplicando oravit. *Omnipotens & miſericors Deus*, monachos ſanctos pro me jam deprecantes, & me *cum ipſis obſecrantem dignanter exaudias, & nos ſanos & incolumes, pro tua pietate ad portum optatum perducas.* His dictis, quia in ſimplicibus gaudet Deus, fideli ſuo & ſimplici, quamvis ſeculariter potenti, ob fidei ſuæ meritum & ſpei firmamentum in ultimo & calculo, ſicut potens eſt, miſericorditer ſubvenerat, ſtatuens omnem procellam in auram & fluctus maris, quouſque mitigans ipſum navigium optato littore collocabat. Quod perpendentes, cum gaudio experrecti qui antea dejecti præ timore mortis & periculi totaliter fuerant, divinæ miſericordiæ, & milites incliti conſortes ſui meritis intuitu fidei, & ſuæ ſpei firmiſſimæ de monachorum ſuffragiis taliter obtentis de ſua incolumitate potitus, pro vita debitas gratiarum actiones devotiſſimè perſolvebat. Sed cum quanta humilitate & gratia munera divinæ largitatis illi à Deo miſericorditer exhibita, inter monachos ſuos de *Forda* conſe-

Sic MS.

qualiter in reveniendo ad propria retulerit, & ea ſibi affuiſſe per eorum preces & merita aſſeveraverit, vix enim ad plenum explicare valebat. Sed ſi antea devotus multum & dictis monachis ſuis benevolus aut munificus extiterit, poſtea verò devotior, benevolentior ac munificentior fore juravit. Ex tunc enim illis relaxabat, & confirmabat quodcunque petierant, quia ipſum eodem die in fraternitatem capituli ſui ad devotiſſimam ſui inſtantiam ſolemniter admittebant. Delegavit etiam corpus ſuum ibidem cum dilectis fratribus ſuis ſpiritualibus fore ſepeliendum, ac eis etiam pro tunc valefacto, non diu poſt ſe eorum precibus amplius commendavit per donum quadraginta 1273. marcarum: obiit tandem fæliciter in Chriſto quinto nonas Maii anno Domini 1273. & regni Regis *Edwardi* primi, primo anno; qui juxta patrem ſuum dominum *Robertum* de *Courtnay* apud *Fordam* ſepelitur coram ſummo altari. Legavit etiam cum corpore ſuo 40. libras ſterling. eidem monaſterio, necnon & arma ſua cum vehiculo & totali apparatu quibus funus ejus illuc deferebatur eiſdem monachis & fratribus ſuis legavit, tam ex fraterna affectione motus, quam animo devotus. Relicta verò ejuſdem domina *Iſabella* de *Courney*, domino *Olivero* de *Dinebam* poſtea ſe maritaverat; ſed diu poſt ipſum tertio idus Auguſti defuncta apud *Fratres Prædicatores Exoniæ* à parte auſtrali presbiterii, ex oppoſito ejuſdem, humata erat.

Erexit ſe ergo dominus *Hugo* de *Courtney* primus, in progenitorum ſuorum hæreditatem & dominium; ſed quantum in ipſis viguit & floruit devotio & affectio in Deum & *Forden.* cœnobium, tantum in iſto tepuit & hebuit mentis ſinceritas, pietas, puritas, præcordia ſuorum. Duxerat autem in uxorem *Elianoram* filiam proceris incliti domini *Hugonis le Deſpencer* primi, patris etiam domini *Hugonis le Deſpencer* militis ingenioſi, ſtrenui & famoſiſſimi, poſtea comitis *Winton.* divitiis & potentia ſingulariter referti; de qua genuit *Hugonem* ſecundum hæredem ſibi futurum, & poſtea *Devoniæ* comitem; ac *Philippum* poſtea dominum de **Mourton** prope **Dartmore** militem inclitum; ſed tandem 8. calendas Julii anno Domini 1314. in bello *Scotiæ* apud **Striveling** interemptum. Genuit etiam ex eadem matrona ſive domina prudentiſſima quatuor filias (videlicet) *Iſabellam* domini *Johannis* de St. *John* uxorem, *Avelinam* domini *Johannis Gifford* militis uxorem, necnon *Egelinam Roberti* de *Scales* uxorem; & *Margaretam Johannis* de *Mulis*, tironum nobilium, uxorem.

Iſte *Hugo* primus, monaſterio de *Forda*, quod anteceſſores ſui ad augmentationem cultus divini, & ad ſui ſuorumque ſalutem & gloriam potiùs providendam, tam pie, quam ſalubriter in liberam puram & perpetuam elemoſinam, poſſeſſiones & prædia cætera eidem conferendo, fundarunt, nihil ex omnibus ſibi reſervantes præter eorum ſuffragia nimis infeſtus & moleſtus extitit; & quæ illi in pios uſus aſſignaverant, iſte ad uſum canum & equorum vendicabat. Dixit enim, & minus veraciter aſſeruit, dictam abbatiam de *Forda*, quæ in liberam puram & perpetuam elemoſinam à ſuis progenitoribus extitit fundata, à ſe debere teneri per ſervicium inveniendi eidem in omni guerra cum contigeret unam carectam ferratam cum uno equo carectario liminare, & acilio ſeu apparatu ad quinque equos carectarios & cum uno baihudo coriario ad eandem carrectam, necnon & perhendinandi duos dextrarios vel palefridos ipſius *Hugonis* cum duobus garcionibus ad omnes cuſtus in abbatia prædicta, & inveniendi buccas ad eoſdem equos, & etiam perhendinandi unam leporariam vel unam brachetam cum catulis ſuis quolibet anno quouſque catuli fuerint unius anni ætatis; de quibus etiam ſervitiis aſſeruit Dominum *Johannem* de *Courtnay* patrem ſuum per manus ipſorum religioſorum fuiſſe ſeiſitum tempore Regis *Henrici* patris Regis *Edwardi* tunc regnantis; ac ſeipſum poſtea, de carectario liminari per manus domini *Willielmi* abbatis in dicto monaſterio tunc præſidentis, ad guerram *Walliæ* anno nuper *Edwardi* decimo fuiſſe ſeiſitum.

Et quia idem dominus *Hugo* eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Forda* & monachis ibidem famulantibus Deo, qui morem paternum & conſuetudinem anteceſſorū ſuorum obſervabant, plus obeſſe, quam prodeſſe optaverat, occaſione prædicti ſervitii qd. tunc ſibi à retro fuiſſe minus veraciter aſſeruit, omnia averia eorum apud grangiam ſuam de **Weſtford** inventa die ſancti *Laurentii* anno Domini 1288. & regni Regis *Edwardi* 16. ac etiam 1288 omnes alios boves eorum apud **Weſtford** & **Orchard** cum populi multitudine illuc veniens, fecit ab aratro disjungi, & in **Dertmore** juxta **Okehampton** effugari; pro quibus replegiandis Rex *Edwardus* ſcripſit vicecomiti *Devon.* nono die Septembris anno regni Regis *Edwardi* ejuſdem 16. & vicecomes ſcripſit regi quod ballivi dominæ *Iſabellæ* de *Fortibus* comitiſſæ *Devoniæ* de hundredo de **Exmiſter**, quibus idem vicecomes Returnum brevis regis habere fecerat, dictos boves cum aliis averiis abbatis de *Forda* replegiare non potuerunt, eo quod præfatus *Hugo* averia illa advocavit eſſe ſua, magnum ſuper hiis in curia Regis placitum eſſe cepit; ac tandem pax talis qualis inter partes reformata extitit, ſed non in parvo tempore duravit. Venit namq; poſtea dictus dominus *Hugo*, neſcio qualiter motus, cum aliis multis apud **Orchard** die dominico proximo poſt feſtum ſanctæ *Agathæ* virginis anno regno Regis *Edwardi* 18. diſtrictionem violenter, ut prius, facturus, ſed per familiam abbatiæ vir ſagittarum ictibus ac mortis periculo expers impeditus extitit, ſed nullum averium ibi cepit, rediens autem verſus **Colecombe** per grangiam de **Weſtford**, unum taurum, 12. vaccas, quatuor boves & quatuor juvencas tunc ceperat, & illa averia apud **Winple** imparcari faciebat, ſic ergo placitum quod prius inter ipſum & abbatem *Nicholaum*, ſopitum in curia Regis ſuſcitaverat, & hoc in perpetuum ſui malum niſi abbas ſectam ſuam ſubtraxiſſet. Ex his ergo plurimum indignatus dicta domum de *Forda* poſtea hodio habuit, cui & nunquam antea in ullo beneficus fuit. Obiit tandem apud **Colecombe** tertio kalendas Martii anno Domini 1291. & regni Regis *Edwardi* primi 19. ac apud **Cowick** prope *Exon.* ſepelitur. Poſt cujus obitum relicta ejus prænominata, domina *Alianora*, 37. annos ſuperſtes in ligia viduitate permanſerat, ac domum ſuam & familiam in omni abundantia & honore tam prudenter, quam ſapienter ut ſtrenua materfamilias, ac domina diſcreta, apud **Colecombe** regebat; pollebat enim tam ſenſus vigore quam ſubtilitate ingenii, & quamvis dedita ſeculo, intenta nihilominus hoſpitalitati. Tandem *London.* de *Cancia* rediens 1328. anno Domini 1328. & regni Regis *Edwardi* 3. ſecundo kalend. Octobris mortalibus valefecit, & propè maritum ſuum dominum *Hugonem* apud **Cowick** humata extitit.

Filius autem ejus dominus *Hugo* ſecundus, tam ſapientia, quam ſcientia mirabiliter preditus dicto patri ſuo *Hugoni* de *Courtney* poſt in totam hæreditatem ſucceſſerat, qui dominæ *Agnetæ* ſorori ſororii ſui domini *Johannis* de *St. John* anno ætatis ſuæ 17. conjugatus erat. Ipſi autem ſorores ſua mutuo ſibi nubebant. Genuitque dictus dominus *Hugo* ſecundus de præfata domina *Agneta*, dilecta Deo & hominibus, eo quod humilis mitis & benigna, prolem inclitam & religioſam, *Johannem* eorum primogenitum, qui poſtea *Taveſtochiæ* abbas factus erat, quò & in juventute ſe tranſtulit ad monachatum. Genuit etiam ſecundo natu, *Hugonem* tertium, 4. idus Julii anno Domini 1303. hæredem ſibi futurum, *Robertum* qui in juventute ſua obiit, ac *Thomam* poſtea conjugem *Murielæ* ſenioris filiæ & hæredis domini *Johannis* de *Mules*, militem ſtrenuum. Duaſque filias, videlicet *Elianoram* nuptam *Johanni* de *Gray*, ſed non diu ſuperſtitem, & *Elizabetham* domini *Bartholomei* de *Lydell* uxorem. Crevit etiam iſte dominus *Hugo* ſecundus in immenſum, divitiis & gloria ſuper omnes progenitores, & anteceſſores ſuos in *Anglia* tam ſingulariter quam excellenter, ingenio pollens & dominio, ad quem ſpectabat, & revertebatur hæreditas comitatus *Devoniæ* jure hæreditario & ſucceſſione.

Factus ſic igitur magnus, & anteceſſorum ſuorum ut prænotatur maximus; tria magna ſed non magnifica imo tria mala ſed utinam non ſibi mala in domum de *Forda* fecit memorabilia, paternum in hac parte gerens & non diſerens animum ex preconcepta indignatione ſupraſcripta: ſed pater ſuus tantum in uno dictam domum moliebatur ledere; in hoc (videlicet) quod ipſam abbatiam à progenitoribus ſuis in liberam puram & perpetuam elemozinam fundatam, minùs veraciter vendicavit, & aſſeruit per certa, dira, duraque ſervicia de ſe teneri debere. Iſte verò iſtud non deſerens alia duo mala, malo iſti malè ſuper addidit, quia cùm iſtam domum de competentibus ſibi immunitatis, libertatiſque privilegiis, per quaſdam indenturas inter ipſas partes, ob minas & terrores ex parte ſua & dominii, minùs ritè confectas evacuiſſet, quantam libertatem quam in manerio ſuo de **Thale** dicta domus habuit nequiter & injuſtè abſtulit, & tam abbatem quam tenentes ſuos ibidem omnes & ſingulos ad curiam & hundredum ſuum de **Harrigge** minus juſtè attraxit, & ad eorum ſectam faciendam non abſque gravamine compulit & coegit. Denique & rectorem de **Cruk** in cauſa decimarum de terris & prædiis ſuis de **Othull** & **Goggeber**, ac aliis infra fines & limites parochiæ ſuæ ſcituatis, Sed dictæ domui ante *Lateranenſe* concilium adquiſitis, de quibus à præſtatione decimarum eidem fuerunt, & eſſe debent, totaliter immunes, contra eoſdem ſuſtinuit, & tam ipſe quam dominus *Hugo* tertius, filius ſuus & hæres cum prædicto rectore apud *Bathon.* & *Wellenſem* epiſc. intervenit, quod idem epiſcopus, in quem dicti religioſi per eoſdem dominos inducti & compulſi tanquam in arbitrum cõpromiſerunt inviti, ordinavit judicialiter unam compoſitionem realem inter partes prædictas, per quam dicta domus de **Ford** obligatur eccleſiæ de **Cruck** in cenſu annuo quinquaginta ſolidorum, in ſuæ immunitatis præjudicium, & enormen ipſius monaſterii læſionem.

Iſta ſunt ergo tria mala, quæ idem dominus *Hugo* ſecundus fecerat in exhæreditationem *Fordenſis* monaſterii: Primum (videlicet) quod ejuſdem libertatem in qua fundabatur in liberam puram & perfectam & perpetuam elemozinam, in temporale redegit ſervitium. Secundum quod libertatem, quam hactenus habere ſolebat in manerio ſuo de **Thale** ſimul cum redditu quem pro eod. ſolvere conſuevit, ad ſuum attraxit Hundredum. Et tertium, quod ipſam abbatiam ad eccleſiam de **Cruck** obligari procuravit indicto redditu annuo quinquaginta ſolidorum. Nupſerat autem filius ſuus & hæres dominus *Hugo* tertius 1325. patre adhuc vivente anno Domini 1325. 3. die Idus Auguſti, generoſæ dominæ *Margaretæ* filiæ comitis *Herefordiæ* domini *Humfredi* de *Bohun*, tironis ſtrenuiſſimi, & in armis famoſiſſimi, ſed ante contractum hujus matrimonii propter querelam communis juſtitiæ *Angliæ* proſequendam, à regis ſatellitibus apud *Pontemfractum* nequiter occiſi. Hæc *Margareta* matrem habuit ingenuam, dominam *Elizabetham* illuſtriſſimi principis & Regis incliti *Edwardi* poſt conqueſtum *Angliæ* primi filiam, anno Domini 1311. 3. nonas Aprilis nata; per quam contigit poſteritatem *Courtneis* regio ſanguine *Anglico* iterum renovari, ex ea pro venientem. Ingenuitas enim hujus dominæ *Margaretæ* neptis Regis *Angliæ*, quæ fuit filia filiæ Regis *Edwardi* egregii, æquipollet generoſitati *Reginaldi* de *Courtney* ſupradicti, qui fuit filius domini *Flori* filii Regis *Franciæ Groſſi Lodovici*, & ſic generoſitas de *Courtneis* recentiori ingenuitate ſublimatur, ac regia tribus, regalis necnon progenies *Franciæ* pariter & *Angliæ* in eis permiſcetur.

Habuit idem dominus *Hugo* tertius donum gratum, ex mera liberalitate patris ſui adhuc ſuperſtitis, ſed occaſione aſſumptæ ſibi uxoris (videlicet) manerium totum de **Colecumb** cum ſuis pertinentiis, in domicilium; necnon duo maneria, de **Coker** penitùs cum manerio de **Wetteſdene** ad ſingulare dominiũ ſeparatim à patre. Pro tempore exercendæ familiæ, & apud **Colecumb** preſidentis) genuit filios & filias; *Hugonem* (videlicet quartum, eorum primogenitum, anno Domini 1327. xj. calendas Aprilis natum; *Thomam*, *Edwardum*, *Johannem*, *Margaretam*, *Elizabetham*, *Catherinam* anno Domini 1335. & regni Regis glorioſiſſimi *Edwardi* poſt conqueſtum tertii, nono.

Dictus dominus *Hugo* ſecundus omnes anteceſſores ſuos de *Courtneis* in ſeculari poteſtate & dominio excellens, eo quod in terris prædictis & poſſeſſionibus comitis *Devoniæ* jure hæreditario, ut præmittitur ſucceſſit, ſicut jure ita in nomine comes *Devoniæ* dici & eſſe promeruit, habuit 18.

libras, vj. ſol. & octo denarios annui cenſus ſterlingorum ad dictum hunc comitem hæreditariè pertinentes, ſingulis annis de regiis perquiſitis in comitatu *Devoniæ* percepturos, quos antea minime habebat. Sublimatus taliter in comitem iſte dominus, tanto pietatis affectu eodem anno attractus fuerat, quod cuilibet monaſterio in *Devon.* 20. marcas, Prioratui de **Plimpton** totidem, cæteriſque Prioratibus ſingulis decem marcas, ac cuique domui fratrum mendicantium decem marcas conferebat. Sed qualiter ad eum pertinuit hæreditas comitatus *Devoniæ* ſubnectendum.

Rex *Henricus* poſt conqueſtum primus, filius Regis *Willielmi* magni ducis *Normaniæ*, totius *Angliæ* conqueſtoris, cum poſt fratrem ſuum *Willielmum Rufum* ſuper totam *Angliam* fæliciter regnaſſet, dilecto & fideli ſuo *Ricardo* de *Redveriis* primò **Tiverton**, ac poſtea honorem de **Plimpton** cum aliis locis ad eundem pertinentibus contulit, in comitemque *Devon.* tertium denarium annui exitus ejuſdem comitatus illi concedendo, eum conſequenter creavit. Exitus autem comitatus qui tunc ad regem pertinebat ad 30. marcas tantummodo ſe extendebat, de quibus dictus comes decem marcas annuatim in partem ſuam aſſumebat. Poſt hæc Inſulam *Vectæ* à dicto Rege obtinuit, unde comes *Devoniæ* & dominus Inſulæ nuncupatus erat. Qui comes *Richardus* genuit primum *Baldwinum*, poſt ſe *Devoniæ* comitem, de **Timmore** canonicorum & *Twina* ubi eſt Chriſti eccleſia & monaſterii *Quararæ* in Inſula *Vectæ*, & de *Tira* in *Normannia* inclytum fundatorem. Hic comes *Baldwinus* primus tres filios, videlicet *Ricardum*, *Henricum* & *Willielmum* habuit, ac tandem anno Domini 1155. ſecundo nonas Junii mortuus apud *Quareram* ubi uxor ſua *Adelicia* & dictus filius ſuus *Henricus* in juventute defunctus quieſcunt, ſepulturam accepit. Senior ergo filius ejus, *Ricardus* ſecundus, ei in hæreditatem ſucceſſit & comes *Devon.* extitit; & duos filios poſt ſe ſucceſſivos comites & hæredes (videlicet) *Baldwinum* ſecundum & *Ricardum* tertium legitime procreavit, uterque autem eorum ſine prole obierat, & ſic ad patruum ſuum *Willielmum* de *Vernona* cognominatum, quia *Vernonæ* ſcholaris fuerat, hæreditas tota ſpectabat.

Comites *Devoniæ* de *Redveriis* nuncupati.

Iſte *Willielmus* comes genuit *Baldwinum* tertium de *Mabilia* comitiſſa uxore ſua, ac etiam duas filias *Johannem*, videlicet *Willielmi Brewer*, & *Mariam Roberti* de *Courtney*, inclytorum procerum uxores futuras, Cum prima filia, *Johanna* videlicet, dedit pater quinquaginta libratas terræ apud **Cruft** in mannerio de **Cruck**, cum advocatione ejuſdem eccleſiæ genero ſuo *Willielmo*, ac cum ſecunda, totum reſidium dicti manerii cum hundredo forinſeco & chacia de **Crucks** genero ſuo *Roberto*. Præfati denique *Johanna* uxor *Willielmi Brewer* omni prole caruit & ſic nullis mater debitum mortis perſolvit: *Maria* tamen fæcunda extitit, ac prolem etiam Deo & hominibus dilectam (videlicet) *Johannem* de *Courtney* tunc viri ſui & ſuum imposterum hæredem votivè pariebat. Iſte autem *Johannes* de *Courtney* genuit *Hugonem* primum; & ille *Hugo* primus *Hugonem* ſecundum, dictum comitatum jure hæreditario, ut conſequenter parebit, jam aſſecutum.

Ante mortem verò dicti comitis *Willielmi* de *Redveriis*, ac de *Vernona* nuncupati, filius ſuus *Baldwinus* tertius prænominatus, genuit ex *Margareta* filia & hærede *Warini* filii *Geraldi*, *Baldwinum* quartum; & patre ſuo adhuc ſuperſtite calendas Septembris anno Domini 1216. morte præreptus eſt. Anno itaque ſequenti, quarto Idus Septembris obiit idem comes *Willielmus*. Dictus ergo *Baldwinus* quartus *Amiciam* filiam *Gilberti* de *Clare* comitis *Glouceſtriæ* & *Hertfordiæ* in uxorem duxerat, de qua *Baldwinum* quintum poſtea comitem & *Iſabellam Abemerliæ* comitiſſam procreabat. Hic *Baldwinus* junior, poſt patrem comes, *Johannem* quendam genuit; qui *Johannes* moriens, patrem ſine prole reliquit. Tandem & pater ejus *Baldwinus* junior, qui & quintus, prole fraudatus obiit, & ſic tota hæreditas ad ſororem ejus *Iſabellam Albermarliæ* comitiſſam legitimè pervenit; Quæ quidem comitiſſa *Iſabella*, in poſſeſſione comitatus *Devoniæ*, necnon dominii *Inſulæ* conſtituta, dote materna excepta, dedit proceſſu temporis *Amiciæ* matri ſuæ hæredibus & aſſignatis ſuis imperpetuum, manerium de **Buckland**, **Bickley**, **Wallamton**, & **Coliton**, cum Hundredis & advocationibus eccleſiarum feodis militum & aliis omnibus quibuſcunque pertinentiis ſuis, quæ univerſa, ipſa mater ejus *Amicia* Deo poſtmodum liberaliter contulit, ac monaſterium ordinis *Ciſtercienſis*, monachis de *Quararia* illuc aſcitis, apud **Buckland**, ex hiis omnibus fundavit; quam quidem fundationem, & domum ſuam prædictam, tam dicta *Iſabella*, quam Rex *Angliæ Edwardus* poſt conqueſtum primus ratificavere, & approbavere; ac Deo & dictis monachis *Ciſtercienſis* ordinis, ibidem Deo ſervientibus tam votivè, quam devotè confirmarunt anno videlicet Domini 1278. & regni ipſius Regis *Edwardi*. 8.

1216.

Fundatio monaſterii de *Buckland*.

1278.

Tandem verò dicta domina *Iſabella* de *Fortibus Devon.* & *Albemarliæ* comitiſſa abſque prole obiit, in qua tota ſucceſſio ex maſculina linea, à dicto domino *Willielmo* de *Redveriis* ſive de *Vernona* deſcendens penitùs defecit. Ad *Mariam* ergo juniorem filiam ejuſdem *Willielmi* domino *Roberto* de *Courtnay* deſponſatam, & hæredem ejus, tota dicta hæreditas comitatus *Devoniæ* retorquenda fuit, quia *Johanna* ſoror ejus & ſenior filia ejuſdem comitis *Willielmi* ſine prole obiit, ac conjugem ſuum *Willielmum Brewer* liberis etiam fraudatum reliquit. Jure ergo hæreditario & ſucceſſione legitima dictus *Hugo* de *Courtnay* ſecundus dictum comitatum obtinuit; eo quod de ſanguine proximus & hæres legitimus, quia filius primi *Hugonis* filii *Johannis* de *Courtnay*, qui filius fuit *Roberti* & dictæ *Mariæ* filiæ & hæredis dicti *Willielmi* de *Vernona*. Et licet idem *Hugo* de *Courtney* ſecundus ſic dictæ dominæ *Iſabellæ* de *Fortibus* nuper comitiſſæ *Devoniæ*, & dominæ *Inſulæ* in hæreditatæ comitatus ſucceſſerat, dominio tamen dictæ *Inſulæ Vectæ* adhuc fraudatus extitit; ſed hoc minus juſtè, quia ad hæreditatem ſuam & totum reliquum dignoſcitur pertinere. Vendicat tandem dominus Rex *Angliæ* dictam *Inſulam* tanquam jus ſuum proprium à dicta domina comitiſſa *Iſabella*, donatam per chartam, quam tanquam

quam dictæ comitiſſæ exhibet, utinam non minus veraciter, non nequiter non fraudulenter contra voluntatem dictæ *Iſabellæ*, vel præter, impetrata fuiſſet. Rex illuſtris *Edwardus* poſt conqueſtum *Angliæ* primus præfatam Inſulam plurimum optaverat ac aures dictæ dominæ ut inde ſibi illum faceret hæredem, tam per ſe quam per alios ſæpius pulſabat. Quæ & bona domina facere ſemper renuit, quotieſcunque in hac parte requiſita fuit, conſtanter recuſavit hæreditatem ſuam ledere, vel in aliquo hæredibus ſuis derogare. Tum verò dominum de **Stratton** clericum & dictæ dominæ familiariſſimum utpote per quem potius ipſa cartam faceret, Rex promotorem in hac parte ſibi ſtatuebat, qui plus timore quam amore ad hoc inductus Regem, quod petierat conſequuturum promittebat, quod cum nullo modo domina vivente potuit efficere, ipſa tandem moriente, Regi ne videretur promiſſis illudere, cartam ei fecerat ſigillo dominæ ſigillatam, ut qui habuerat omnia in poteſtate ſua, ſic ergo regi ſatisfecerat & hæredes legitimos dominio, *Inſulæ* nequiter, & ſubdolè, hujus factionis commento hucuſque defraudabat.

Anno Domini 1340. die dominica in feſto ſanctæ *Trinitatis* & ſancti *Barnabæ* apoſtoli domina *Agneta* de *Courtnay* comitiſſa *Devoniæ* apud **Tiverton** obiit, quæ die Martis quinto calendas Junii apud **Cowick** propè *Exon.* ſolempniter humata fuit. Hæc cum à dicto conjuge ſua *Hugone* de *Courtney* vidua facta fuit ut premittitur anno nono Regis *Edwardi* tertii, annis quinquaginta tribus vel circiter ſub lege conjugali vixerat, ſub qua plurimas moleſtias, etiamque calumnias toto tempore ſororis ſuæ dominæ *Alianoræ* de *Courtnay* præfati mariti ſui genetricis ipſam inceſſanter calumniantis, & ſuper clandeſtino adulterio apud filium deferentis, tolerabat.

Carta *Joſelini* de *Pomerei.*

Ex regiſt. de Ford cap. 20.

O*Mnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit* Joſelinus *de* Pomerei *ſalutem. Noverit univerſitas veſtrà me pro ſalute animæ meæ & domini mei Regis* Henrici *& animarũ patris & matris meæ & domini fratris mei* Hen. *de* Pomerei *& anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe conceſſiſſe & hac præſenti carta meâ confirmaſſe eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* Forda *& monachis ibidem Deo ſervientibus, totam villam meam de* **Tale** *cum omnibus pertinentiis ſuis cum me ipſo in comitiva ad habitum religionis ſuſceptus eram, adeo integrè & liberè poſſidendum ſicut idem dominus & frater meus* Henricus *de* Pomeria *pro ſervitio & homagio meo mihi eam dedit aſſenſu hæredis ſui, & carta ſua confirmavit; ſcilicet per ſervicium quorundam calcariorum deauratorum, pro omni ſervicio. Hiis teſtibus,* Johanne *archidiacono* Exoniæ, Willielmo *Priore ſancti* Germani, Willielmo *de* Tracy *fratre* Hugonis *de* Courtenay, Henrico *filio* Willielmi *de* Tracy.

Confirmatio Johannis de la Pomerei *anno* 13 E. 2.

Ib. cap. 22.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit. *Henricus de la Pomerei* filius & hæres *Henrici de la Pomerecy* militis & *Amiciæ* filiæ *Galfridi Camvill* militis ſalutem in domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra me inſpexiſſe cartam confirmationem & quietam clamationem *Joſelini de la Pomeray*, & *Henrici de la Pomerai* de **Wyzye**, filii *Henrici* & *Margeriæ* filiæ . . . . de *Vernun* avi mei, confectas Deo & beatæ *Mariæ* de *Forda* & monachis ibidem Deo ſervientibus, de manerio de **Tale**, in hæc verba. Omnibus Chriſti fidelibus *Henricus de la Pomeray* de **Wyzye**, filius *Henrici de la Pomeray*, & *Margeriæ* de *Vernun* ſalutem in domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra me inſpexiſſe cartam *Joſelini* de *Pomerai* confectam Deo & beatæ *Mariæ* de *Forda* & monachos ibidem Deo ſervientibus, de terra de **Tale** in hæc verba. Omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Joſelinus de la Pomeray* (*&c.*) necnon cartam *Henrici de la Pomerai* filii *Henrici* junioris & *Aliciæ* de *Vernun* in hæc verba. Sciant præſentes & futuri quod ego *Henricus de la Pomeray* filius *Henrici* & *Aliciæ* de *Vernun* (*&c.*) Quare volo & firmiter præcipio quod prædicti monachi & ſucceſſores ſui habeant & teneant omnes prædictas terras & omnes alias terras quæ tenent de feudo meo tam in *Devonia* quam in *Cornubia*, Hiis teſtibus, *Johanne* de *Courtney*, *Olivero Dinam*, *Henrico* de *Champernoun*, *Maugero* de ſancto *Albino*, *Johanne Wier*, *Alexandro* de *Okeſton*, *Warino* de *Lactone* militibus. Quas quidem cartas & confirmationes & quietam clamationem coram me lectas & diligenter inſpectas ego dictus *Henricus de la Pomeray* filius *Henrici de la Pomeray* & *Amiciæ* filiæ *Galfridi Camvill* ratifico Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Forda* & monachis ibidem Deo ſervientibus (*&c.*) Teſtibus, domino *Hugone* de *Courtney*, *Nicholaio* de *Cheiney*, *Roberto* de *Stockhaye*, *Johanne* de *Bickbury* tunc vicecomite *Devoniæ* militibus (*&c.*) Data apud *Exoniam* die Mercurii proxima ante feſtum Nativitatis beatæ *Mariæ* anno Regni regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi* xiij.

Confirmatio donationum per Regem *Ricardum* primum.

Cart antiq. S. nu. 21.

Vide Cart. 10. E. 3. nu. 60. Et Cart. 6. E. 2. nu. 26.

Cart. antiq. H. n. 12.

RIchardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dux* Normanniæ, Aquitaniæ, *& comes* Andegaviæ *Archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe in perpetuam elemoſinam abbatiæ de* Forda, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, eccleſiam de* Thornecumba *in cujus parochia prædicta abbatia ſita eſt, Et totum manerium de* Thornecumba *cum omnibus pertinentiis ſuis ſicut* Aeliz *vicecomitiſſa, quæ illud manerium eis in elemoſinam dedit, unquam illud melius & liberius tenuit, Et terram do* Sterta *ex dono* H. *Regis ſecundi patris ſui cum omnibus pertinentiis ſuis, Et* Aſſeweiam *quam abbas & prædicti monachi emerunt de canonicis* **Tanton**, *& de* Hugone *de* Turbervill. *Ex dono* Ricardi *filii* Baldwini, Upeccotam. *Ex venditione monachorum de* **Margan**, *quinque ferlingos Et ex dono* Ricardi *de* Raleg *duos ferlingos in tenemento de* Aeſſa, *Et ex venditione* Walteri *filii* Baldwini *de* Aeſſa *quicquid eſt inter prædictos ſeptem ferlingos, præter ſolum pratum quod dicitur* **Bradmede**. *Ex dono* Ricardi *de* Turbervill *unam virgatam terræ in* Aeſſeweia, *Ex dono & venditione* Henrici *filii*

Willielmi Colebroke. *Ex dono* Henrici de Pomeria *unum ferlingum terræ, quæ appellatur* Tunhighteſford *in* Eexmora. *Ex dono* Euſtachi *filii* Stephani *unam domum in* Exonia. *Ex dono* Manaſſeri Mauvaiſin, *&* Mabiliæ *uxoris ſuæ terram de* Godeſterta. *Ex dono* Savarici *unam domum in* Briſtoll. *Ex venditione* Rogeri *de* Arundell, Brunneduna, *Ex dono* Savarici *de* Vall *vij. ferlingos terræ in tenemento de* Bere. *Ex venditione* Henrici *de* Pomeriâ *unam piſcariam in* Cornubia, *quæ apellatur* Coreſturnan. *Ex dono* Ricardi *filii* Willielmi *de* Langeſorde, *hoc quod habet in parva* Windeſoria *ſicut cartæ ejus teſtantur. Ex dono* Ricardi del Eſtre *unam virgatam terræ in* Cernemue. *Ex dono* Richardi *de* Morevilla *xx. ſol. de tenemento de* Chaffcomba. *Ex dono* Henrici *de* Tylli, la villa. *Ex dono* Henrici *filii* Walteri *de* Leg. *unam virgatam terræ in tenemento de* Lega, *& de dono patris ejus xij. acras in eodem tenemento. Ex donatione & venditione* Gaufridi Talebot, *tenementum de* Streta. *Ex dono & venditione* Roberti Burnilli *terras illas in tenemento de* Bera *de quibus cartæ quas fecit præfatis monachis de* Ford, *teſtantur. Ex dono* Osberti Daci *dimid. hidam terræ in tenemento de* Wrokeſale. *Quare volumus* (&c.) *Dat. per manum* Willielmi *de* Longo Campo *cancellarii noſtri, Anno primo regni noſtri, xvj. die Septembris, Apud* Gadintonam.

BUCKFASTENSIS

Abbatia in agro Devonienſi.

Carta Ricardi Banzan.

Cart. 43. *H.* 3. mem. 1. per Inſpex.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Ricardus Banzan* dedi conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi abbati & conventui de Bufeſtre Deo & beatæ *Mariæ* ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, pro animabus patris mei & matris meæ & fratris mei *Stephani Banzan*, totam terram meam de *Holna* cum omnibus pertinentiis ſuis, ut in dominiis, villenagiis, boſcis, turbariis, homagiis, & ſerviciis liberorum; videlicet *Stephani Mugge*, *Michaelis Mugge*, *Wimundi Sele*, *Osberti Corbyn*, & *Warini* de *Budditone*, & omnibus aliis pertinentiis. Tenendam & habendam dictis abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus, vel cui eam aſſignare voluerint, de me & hæredibus meis liberè, quietè integrè, & pacificè jure hæreditario imperpetuum, in viis, ſemitis. (*&c.*) faciendo inde mihi & hæredibus meis, ipſi & ſucceſſores ſui vel eorum aſſignati, triceſſimam partem ſeodi unius militis pro omni ſervicio, quærela, demanda ſecta & exactione. (*&c.*) Hiis teſtibus, *Gileberto* de *Umfranvill*, *Hugone* de *Cardinan*, *Martino* de *Fiſacre*, *Gilberto* filio *Stephani*, *Philippo* de *Bodrigan*, *Waltero Bernas*, *Nicholaio* de *Fereriis*, & aliis.

Carta Regis *Henrici* ſecundi.

Pat. 1. E. 4. part. 2. m. 4. per Inſpex.

H. *Rex* Angliæ, *& Dux* Norman. *&* Aquit. *& Comes.* Andeg. *Archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam monachis de* Bugfaſta *qui ſunt de ordine de* Savineio, *eccleſiam & abbatiam de* Bugfaſta *cum omnibus terris & tenementis, & eccleſiis, & aliis poſſeſſionibus prædictæ eccleſiæ pertinentibus, Ita bene & in pace* (&c.) *ſicut prædicta abbatia unquam melius* (&c.) *tenuit tempore Regis* H. *avi mei* (&c.) *T.* Theobaldo Cantuar. *archiepiſcopo,* Toma *cancellario,* Unfrido *de* Buhun *dapifero,* Rogero *de* Novant, Warino *filio* Geroldi *camerario, &* Willielmo *filio* Hamonis, *Apud* Wigorniam.

MELSAENSIS *Abbatia in agro* Eboracenſi, * *fundata anno MCxxxvj.*

* Annal. de *Waverle* in bibl. Cottoniana

Caput primum.

Qualiter primò ſumſit exordium monaſterium de Melſa. *De ejus nomine, & nominis ejus etymologia.*

Ex regiſt. de *Melſa* fol. 11. b.

POſt incarnationem Domini, anno milleſimo centeſimo quinquageſimo, à conqueſtu verò *Angliæ* per *Normannos* octuageſimo quarto, ab initio ordinis *Ciſtercienſis* quinquageſimo ſecundo, à fundatione autem monaſterii de *Fontibus* decimo octavo, univerſalem eccleſiam & catholicam *Eugenio* Papâ tertio gubernante, regnum verò *Angliæ* regente *Stephano* de *Blois* Rege: vivente adhuc beatiſſimo patre noſtro *Bernardo Clarevallenſi* abbate, kalendas Januarii, in die videlicet circumciſionis dominicæ, ſub bonæ memoriæ domino *Adam* abbate noſtro primo, cepit initium hoc cœnobium *Melſa* latinè, Meaux gallicè, ſive anglicè à noſtris patribus nuncupatum. Locus autem ipſe à priſtinis habitatoribus ſortitus eſt nomen, qui in conqueſtu *Normannorum* de quadam civitate *Galliæ Meldis* latine, ſed Meaux gallicè vocitata exeuntes, poſt dictum conqueſtum ipſum locum inhabitantes nomen de Meaux ei impoſuerunt, in memoriam ſuæ priſtinæ civitatis. Prædictus autem *Adam* abbas noſter primus, ut dicitur, aliquando fuit monachus de Whitby, & unus illorum qui egreſſi ſunt de dicto monaſterio de Whitby ad monaſterium beatæ *Mariæ Eboraci* inchoandum. Poſtmodum verò Priorem dicti monaſterii beatæ *Mariæ Eboraci*, & alios qui inde exierant & in territorio *Ripponenſi* monaſterium ordinis *Ciſtercienſis* quod *Fontes* dicitur inchoaverunt, ſecutus eſt. Pridie verò nonas Octobris anno Domini milleſimo centeſimo trigeſimo ſecundo, facta eſt egreſſio monachorum *Eboracenſium* de cœnobio eorundem, & eodem anno incepta eſt abbatia ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* ſexto kalendas Januarii. Treſdecim monachi egreſſi ſunt de cœnobio beatæ *Mariæ Eboraci*, ſcilicet *Richardus* Prior, primus abbas de *Fontibus*. *Richardus* ſacriſta ſecundus abbas de *Fontibus*; *Robertus* primus abbas de **Kirkſted**; *Gervaſius* ſubprior primus abbas de **Parcolode**; *Walterus* elemoſinarius ſecundus abbas de **Kirkſted**; *Ranulphus* primus abbas de *Liſa Norwagiæ*; *Alexander* primus abbas de **Kirkſtall**. Abbates ſeptem; Reliqui verò quinque monachi, non abbatiantes obierunt. *Radulphus* autem cantor qui tertius decimus erat ſolus regreſſus eſt, in cujus loco dictus *Adam* de eadem eccleſia *Eborum* venit ad *Fontes*, & ipſe *Adam* primus abbas de *Melſa*. Hujus autem cœnobii *Fontanenſis* octo ſunt filiæ, videlicet *Novum-Monaſterium*, **Kirkſted**, **Parcolude**, **Woburne**, **Kirkſtall**, *Liſa*, *Vallis Dei*, & monſterium noſtrum de *Melſa*. Et dicta eſt *Melſa* quaſi ſapor mellis, vel *Melſa* quod interpretatur rixa vel in azimis: vel dicitur *Melſa*, quaſi Meſſa quod interpretatur hoſpes ſalvans, vel menſura ſalutis ſuæ dans potum. Hæc autem etymologiæ & interpretationes re ſatis lucide concordant: etenim dici poteſt mellis ſapor propter loci amenitatem, propter religionis dulcedinem, & propter divini cultus ſpecialem dulcorem; vel dicitur rixa, quia in principio fundationis ſuæ erat rixa & diſcordia de ipſius ſitu: vel quia ab initio ſui uſque in præſens, vix ſine rixa & perſecutione conquievit, vel quia inibi degentes continuam habent rixam contra triplicem hoſtem, dæmonem ſcilicet, mundum & carnem. Vel dicitur in azimis, ſinceritatis quidem, hoc eſt rectæ intentionis, perfectæ veritatis, & bonæ operationis: vel dicitur hoſpes ſalvans temporaliter per ſe tranſeuntes; ſpiritualiter ſe in eo Chriſto mancipantes, temporaliter & ſpiritualiter inibi continue permanentes; vel menſura ſalutis, quia ſecundùm menſuram uniuſcujuſque bonæ operationis retribuetur menſura ſalutis; vel dans potum confortationis indigentibus, pias elemoſinas largiendo afflictis, carnis motibus inſurgentibus calicem dominicæ paſſionis ſpiritualiter bibendo, & perpetuæ conſolationibus ſpiritibus ſitientibus divinæ contemplationi jugiter inſiſtendo. Igitur ad ordinem relationis ſtilum reducam.

Cap. Secundum.

De cauſa fundationis, & ſitu loci.

Hujus monaſterii de *Melſa* fundator erat *Willielmus le Gros* præclarus comes *Albemarliæ*, & dominus de **Holdernes**, & hæc cauſa fundationis ejuſdem. Iſte *Willielmus* comes vir erat nominatiſſimus, & quaſi dominus totius provinciæ *Eborum*. Idemque iter *Jeroſolimitanum* in voto habebat, quod propter ætatem, & corporis gravitatem minimè valebat adimplere. Erat autem eo tempore, in monaſterio de *Fontibus* monachus quidam dictus dominus *Adam* poſtea abbas noſter primus, vir ſummæ prudentiæ & inter plures valdè nominatus, qui dum in ædificiis conſtruendis monachorum videlicet de **Kirkſtede**, **Woburne**, præcipuè de *Valle Dei* cujus dictus comes fundator erat, occuparetur, & eſſet ſolicitus, cœpit dicti comitis notitiam aliqualiter obtinere. Et cum comperiſſet ipſum comitem propter voti ſui præmiſſi ſolucionem anxium eſſe, ſuggeſſit eidem ut monaſterium aliquod *Ciſtercienſis* ordinis in redemptionem voti ſui fundaret. Adjungens quod ſi hoc ſecundùm ordinationem ſuam perficeret, ipſe voti ſui abſolutionem a domino Papa impetraret. Annuit comes petitum ſi ſuum dictus *Adam* conſummaſſet promiſſum. Cum igitur dictus *Adam* coadjuvante eum beato patre noſtro *Bernardo* erga dominum Papam *Eugenium* tertium tum in *Galliis* commorantem negotium præmiſſum ad finem perduxiſſet optatum; circuit & perambulat prædia & poſſeſſiones ipſius comitis, locum commodum monaſterii ædificandi ubique requirens. Cumque demùm ad locum qui *Melſa* dicebatur adveniſſet, contemplatur locum nemoribus & frutetis conſitum, aquis & paludibus cinctum, ac frugi terrarum gleba fœcundum. Animadvertit dictum locum fore ſuis votis aptiſſimum. Erat autem loco eodem monticulus quidam, qui collis beatæ *Mariæ* dicebatur, ubi nunc ipſius cœnobii eccleſia fundatur: in cujus verticem præfatus *Adam* aſcendens, baculum quem in manu tenuit, in terram fortiter infixit dicens, *Hic locus, nempe vocitetur aula Regis* ..... *etiam vineaque cœli, portaque vitæ, gens hic creetur chriſticolarum:* & adjecit, ad circumſtantes loquens: *Num audiſtis chariſſimi quid propheta promiſerit de domo domini ædificanda? Erit*, inquit, *in noviſſimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montis: quæ verba tota hac die neſcio qualiter in ore meo revolvi, & nunc perpendo quæ divina providentia agebat, quæ in hoc monticulo voluit templum ſuum fieri in nobis.* Audiens autem comes quod locum illum elegiſſe, graviter tulit, eo quod propter ſui amœnitatem ſupra modum diligebat, cogitaverat enim eundem locum foſſâ & vallo undique cinctum ferarum habitationem feciſſe, & jam tunc foſſatum qui adhuc dicitur **Parkedike** in occidentali parte inceperat. Nam ante paucos illos dies locum prænominatum, qui pro tribus carrucatis terræ computabatur, cum domino *Johanne* de *Melſa* milite, cujus patrimonium locus ipſe fuerat commutavit pro manerio de **Bewic** juxta **Aldburgh** cum ſex carrucatis terræ ad eum pertinentibus. Ita ut dictus dominus *Johannes* & hæredes ſui ipſum manerium de **Bewick** cum pertinentiis, per idem ſervitium de comite tenerent quod pro ipſa *Melſa* perantea reddi fuerat conſuetum. Sed necdum fuerat dicta commutatio ſcripti munimento confirmata.

Cap. Tertium.

De cauſa nominis loci, & ejus ſeparatione a dominiis adjacentibus.

Ante quidem hæc tempora *Gamellus* filius *Ketelli* de *Melſa* avus ſeu pater dicti *Johannis* de *Melſa* cum *Gulielmo* notho rege & conqueſtore, de prædicta civitate Galliæ, **Meaux** gallicè dicta exiens cum aliis, in his partibus *Holderneſiæ* ſortem ſuæ habitationis eſt aſſecutus, & ob memoriam civitatis ſuæ egreſſionis, nomen huic loco quem inhabitabat, ut **Meaux** nuncuparetur, imponebat. Poſtea autem dictus *Adam* abbas noſter primus, de prædicti comitis conſenſu, atque dicti domini *Johannis* de *Meaux* militis, ei nomen latinum, ut *Melſa* latinè diceretur commutans imponebat, eo quod à dicta civitate *Galliæ* dicta *Meldis* nomine tenus differetur, & ob religionis in eo jugiter aſſequendæ ſuavitatem mellis ſapore non immerito deberet comparari. Ipſe quidem *Gamellus* dicti loci incola, & alii dominiorum collateralium cohabitatores, dominus videlicet *Baſing* de *Waghun*, *Sywardus* de *Sutton*, *Framo* de *Falconbery* de *Riſe*, *Richardus* de *Scrutevill* de *Rowthe* prædictis villis contemporanei & convenientes poſt guerram *Normannorum* ut domini præfuerunt. Qui poſt guerram præfatam pacificato regno, ex communi conſilio & proviſa utilitate hæredum ſuorum terminos inter ſe diſtinguentes, certas menſuras poſſeſſionum ſuarum poſuerunt, ad auferenda certamina poſterorum. Nam hos terminos inter ſe de *Melſa* poſuerunt, videlicet ab extrema parte aquilonari foſſæ parci à jactu unius ſecuris verſus aquilonem uſque ad **Swineſholme**, & a **Swineſholme** uſque ad parvum-**Colleſholme**; & a parvo-**Colleſholme**, uſque ad veterem pontem in medio mariſco juxta angulum boſci de *Ruda*. Et iſti ſunt termini inter *Felſam* & *Rudham*, ab iſto ponte uſque ad quercum in occidentali parte de **Leverykland**, in cujus medio ſupereminet quidam monticulus (id eſt) terra antiquitus congeſta in modum furni ad eruditionem futuri populi, & ab illo monticulo in parte ſeptentrionali juxta **Tyringholme**, uſque ad pontem qui vocatur pons *Rudæ*; ſub quo poſuerunt antiqui grandem lapidem in teſtimonium, & iſti ſunt termini inter *Melſam* & *Rudam*, Et inde in directum uſque ad **Mapleſtubb** in **Lumbercotes** veniente quadam duplici foſſa de mariſco in tranſverſum. Et ſciendum quod duæ partes de **Lumbercotes** pertinent ad *Melſam*, & a **Mapleſtubb** uſque ad mediam partem de **Seggeſholme** ubi vacca antiquitùs humata eſt. Similiter in teſtimonium diviſa inter **Waghun** & *Swynam* à **Seggeſholme** uſque ad fraxinum quam *Henricus* de *Verley* ſuccidit ſuper **Braunceſholme**, & à media parte de **Snoreſholme** ſuper ripam de **Hull** uſque ad foſſam comitis ſed comminuitur. Hac autem forma diviſa ſunt dominia villarum de **Waghun** & **Routh** à manerio de *Melſa* & ipſa *Melſa* à reliquis dominiis ſibi contiguis & vicinis. Sed quia heæ diviſæ ſigna & teſtimonia à modernis penitùs ignorantur, reſtat ut de ipſo ſolo dominio de *Melſa* de quo nunc agitur, & de ſeparatione ejus a dominiis aliis adjacentibus, ſicut in præſentiarum noſcitur, differatur. Nam vaccaria de *Felſa* parcella hujus dominii de *Melſa* extat manifeſta. Sed utrum ipſa foſſa conſtructa fuerat vel ſeparata antequam monaſterium noſtrum ſumſit exordium vel non, ſeu cujus tempore, fateor me omnino neſcire. Ipſius autem *Melſæ* diviſio moderna ſic habetur, Primò ab auſtrali angulo de **Cryſtings** verſus occidentem per *le* **Parke-dike**, qui dividit paſturas de *Felſa* & mariſcum de **Wele** deducens verſus aquilonem in parte occidentali uſque ad **Meynpitt**, tendendo verſus orientem uſque ad viam quæ ducit verſus *Rudam*, & dehinc paululum verſus aquilonem uſque ad **Forbridge**, & ſic per borealem finem de **Benurls** & fines ſellionum verſus **Whytker** de *Ruda*, ubi foramina quædam in terra rotunda ad ſpacium trium pedum latitudinis per foſſa quaſi per jactum lapidis inter ſe diſtancia in ſignum ſeparationis inter *Melſam* & *Rudam* in hac parte diſtinguunt, infra quæ foramina verſus capita ſellionum foſſatum in ſolo noſtro proprio de *Melſa* conficitur, ut ipſæ antiquæ diviſæ ſeu foramina extra dictum foſſatum per trium pedum ſpatium remaneant. Ut ſi quando in futurum dictum foſſatum mundari debeat, ſeu dilatari, in ſolo noſtro proprio pro dicto foſſato dilatando perfodamus. Et ſuper dictum foſſatum ſeu foramina non tamen æqua linea uſque ad **Wichdik**, & hoc ex parte ejus boreali, & per dictum **Wichdyk** quod dividit in parte ejus ſuperiori *Rudam* & **Riſton**, & in hac parte inferiori *Melſam* & **Arnall**, tendendo verſus auſtrum uſque ad **Monkedike**; & in tranſverſo de **Munkdike** verſus **Mapelſtubb** in **Lumbercotes** per **Ryelker**, & hæc ex parte ejus orientali, & de dicto **Mapleſtubb** verſus occidentem uſque ad prædictum angulum de **Cryſtings** ubi præſcriptam diviſionem inchoavi ex parte ejus auſtrali. Dominium videlicet quadrum circuitum habens quaſi quatuor milliarium, agricultura, prato & paſtura dotatum, & boſco ſuper hæc omnia eminente pulcherrimè decoratum. Et ubi ipſum villa ſeu manerium de *Melſa* fuerat ſituatum, extat modo grangia noſtra quæ **Northgrange** nuncupatur. Et poſtea ipſa commutatio dictorum maneriorū de *Melſa* & **Bewick** fuerat perpetrata, dictus *Johannes* de *Melſa* miles & poſt eum hæredes ſui quandiu hæreditariè ſuccedere poterant, apud **Bewick** morabantur. Præfatus autem Johannes de *Melſa* miles cujus patrimonium proprium *Melſa* erat, genuit *Robertum*, qui genuit *Johannem*, qui genuit *Godfridum*, qui genuit *Johannem*, qui genuit *Godfridum*, qui genuit *Johannem*, qui ſine liberis mortuus eſt, qui obiit circa annum Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, cujus capitale manerium de **Bewic**, & patrimonium ejus in **Sutton** poſt ejus obitum dominus *Radulphus* de *Haſtings* comparavit. Sed nunc ad relationis ordinem ſtilus eſt revocandus.

Caput quartum.

De prima monaſterii ædificatione, & monachorum inductione & tenementis nobis datis per Willielmum Groos *comitem fundatorem noſtrum, in* **Waghan**, *boſco de* Ruda, **Hotone**, *&* **Eggetone**.

CUm autem ut prædictum eſt dictus *Adam* monachus locum monaſterium ædificando aptum elegiſſet, & ipſius loci commutatio nondum fuerat ſcripti munimento confirmata, elaborabat dictus comes *Willielmus le Groos* in quantum potuit, ut dictus *Adam* monachus locum alium ubicunque voluit ſibi placeret in dominio ſuo eligere ad monaſterium fundandum. Sed nequaquàm hunc ab incepto propoſito aliqualiter flectere prævalebat. Tandem ergo comes locum ipſum cum omnibus pertinentiis ſuis Deo & beatæ *Mariæ* Virgini ad monaſterium monachorum *Ciſtercienſis* ordinis ibidem faciendum ſolempniter conferebat. Fecit ergo ædificari quandam magnam domum licet ex vili cemate ubi nunc ſtabilitur piſtrinum, in qua conventus adventurus, donec providentius pro eis ordinaretur, habitaret. Fecit etiam quandam capellam juxta domum prædictam, quæ modo dicitur camera cellerarii, ubi monachi omnes in inferiori ſolario poſtea decubabant, & in ſuperiori divini officia devotionis perſolvebant. Quibus nondum perfectis, conventum monachorum de monaſterio de *Fontibus* v. kalendas eductum, in locum prædeſtinatum kalend. Januarii introduxit, atque ipſi conventui pro ſcripto *Adam* monacho præfecto in abbatem locum ipſum præfatis abbati & monachis ſuiſque ſucceſſoribus relaxabat. Deinde ceperunt dicti abbas & monachi ex operibus manuum ſuarum victum quærere quotidianum in ſudore vultus ſui pane ſuo veſcentes, in ſanguine ſuo videam domini ſabaoth complicantes. Confluebant ad eos undique comprovinciales, ad coadjuvandum quidam, quidam verò ad converſionem. Stolidus enim populus gentem admirabat cucullatam quibuſdam temporibus divinis obſequiis inſiſtentem, & aliis temporibus operibus ruſticanis occupatam. Ceperunt deinde dicti monachi in ædificiis & neceſſariis cotidie proficere & indies eorum numerus cepit augeri devotis comprovincialibus, manus eis porrigentibus adjutrices. Porro idem venerabilis comes cepit dictorum monachorum profectibus congaudere, in augmentum divini cultis dedit eis boſcum de *Ruda*, quem pridem cum *Alano* de *Scrutyvill* pro ſexaginta acris terræ errabilis **Aldburgh** eo magis valentibus commutavit. Quicquid etiam habuit in **Waghun** de patrimonio proprio & de patrimonio archiepiſcopi, & eccleſiam ejuſdem villæ ac *Petrum* de **Waghun** militem ſuum & tenementa ipſius, ita tamen quod ipſe *Petrus* eſſet attendens dictis monachis de ſingulis ſerviciis ſuis, donec idem comes præfato *Petro* changiam ad valitudinem terræ ſuæ conferret, dictis monachis in puram in perpetuam elemoſinam eſt largitus, ut ipſe *Petrus* occaſione dictæ changiæ eiſdem monachis ipſam terram ſuam in **Waghun** poſtea erogaret. Sed tamen prædictum *Petrum* aut ipſius tenentem non valuerunt aliqualiter optinere, donec poſt nonaginta novem annos. Aliter *Petrus*, cujus prædictus *Petrus* avus fuerat, in ſua ultima ſenectute, ſe fieri monachum poſtulavit & optinuit, & tunc diviſa hæreditate, quicquid ſibi competebat, eiſdem monachis relaxavit, ut in ſequentibus tempore domini *Michaelis* abbatis octavi referetur. Ecccleſiam etiam de **Waghun** multis adverſantibus cauſis nunquam poſſidebant, cujus quidem clameum archiepiſcopo *Eborum* tandem relaxabant ſicut in tempore domini *Richardi* abbatis ſeptimi conſtabit poſtea manifeſtum. Idem etiam comes dedit dictis monachis treſdecim acras terræ & paſturam treſdecim vaccarum in **Hoton** in **Whitbyſtrand** & erimitorium ſancti *Leonardi* juxta **Eggiton** in **Whitbyſtrand** in perpetuam elemoſinam. Sed ſi decem acrarum terræ, paſtura & heremetorium unquam in poſſeſſione dictorum monachorum perſiſtebant, vel ſi poſſeſſa qualiter fuerunt alienata, hiis diebus minime reperitur.

Caput quintum.

De terris datis nobis per eundem comitem in **Saltagh**, *de libero paſſagio apud* Pagulam *&* *uno tenemento in* **Hedon**.

ET cum dictus comes fundator noſter hæc dictis monachis contuliſſet, quam terram dicti *Petri* militis ipſi monachi nondum habebant, & ipſa **Hoton** & **Eggeton** ab ipſo monaſterio noſtro non prope diſtabant, cogitabat poſſeſſiones dictorum monachorum ampliare, unde quandam paſturam ſuper *Humbriam* quæ dicitur **Saltagh**, & **Newland**, & unam carrucatam terræ errabilis adjacens in **Kayngham**, dedit monaſterio: monachi cum prædictis ſexaginta marcas dederunt eis qui ſibi in illa terra, jus inmerito tamen ſicut in ſequentibus liquet, vendicabant. *Oſbertus* ſiquidem vicecomes quondam opinatiſſimus ſacerdos fuerat & à Rege *Henrico* primo vicecomes *Eborum* & *Lincolniæ* conſtitutus. Hic à multis comitibus & baronibus *Angliæ* multas terras adquiſivit propter ſervicium ſuum, & quia famularis Regis erat. Inter quas à comite **Albemarld** qui tunc erat, impetravit, **Kayingham** in **Holdernes**, & in **Lindeſay Totele**, & ea retinebat. De hiis quidem terris dedit prædictus *Oſbertus* tribus militibus quatuor carucatas terræ liberè de ipſo tenendas; duas videlicet *Humfrido* de *Kayingham*, & unam carrucatam *Bernario* de *Haburr*, in mariſco de **Kayingham**, & *Fulcherio* de *Rooſton*, dedit illam carucatam terræ, quam dictus comes nobis dedit: quam videlicet *Aſkillus* pater *Willielmi* de *Heduna*, qui fuit nativus dicti *Fulcherii*, de eodem *Fulcherio* tenendam. Et ſciendum quod terram ipſam de *le* **Newland**, prædictus *Umfridus* de **Kayingham**, aſſenſu & donatione prædicti *Oſberti* de *Humbr.* adquiſivit, & eam foſſato circumcingi fecit, & ipſam terram de **Newland** de præfato *Oſberto* vicecomite tenuit quamdiu ipſe *Oſbertus* vixit. Poſt cujus verò mortem, venerunt filii ejus, videlicet *Willielmus Turvecant* & *Richardus*. Et quoniam filii ſacerdotis fuerant, nec hæreditatem clamare poterant, pacti ſunt ſe regi *Henrico* dare pecuniam, ut permitteret eos terras quæ fuerunt patris eorum poſſidere. Et cum partem regi dediſſent, & de reſiduo Rex ab eis fidejuſſores exigeret, nec invenire potuiſſent, omnes prædictæ terræ ex hac cauſa in manibus Regis remanſerunt. Tunc *Stephanus* comes **Albemarl** pater dicti *Willielmi* comitis redemit terras hereditatis ſuæ de manibus Regis *Henrici*, & caſſatæ ſunt omnes donationes illæ terrarum quas *Oſbertus* vicecomes, vel illi qui de ipſo tenuerunt alicui conferebant. Similiter & alii comites & barones fecerunt, de quibus *Oſbertus* aliquid tenuerat. Ab illa omni die, & deinceps nec *Aſkillus* prædictus, nec *Willielmus* filius ejus de *Heduna*, nec *Simon Willielmi* filius, nec aliquis hæredum ſuorum præfatas carucatas terræ de **Saltagh** vel **Newland** habuerunt. Quæ poſtea dictis monachis in puram elemoſinam collatæ fuerunt. Sed ſi præfatæ ſexaginta marcæ, preſcriptis *Willielmo* & *Ricardo* filiis *Oſberti*, aut militibus præſcriptis ſeu præfatis *Aſkillo* & *Willielmo* in dictis terris jura clamantibus, aut omnibus aut alicui eorum fuerunt perſolutæ,

ſolutæ, penitus ignoratur. Hoc tamen ſcitur, quod a ſolis hæredibus prædicti *Askilli* pro duodecim marcas & dimidio quietamclamantiam ipſius terræ ceperamus, ſicut in tempore *Philippi* abbatis ſecundi, poſtea referetur. Quibus quidem ſexaginta marcis, licet immerito perſolutis, grangiam unam ibidem apud **Saltagh** incœpimus ædificare. Idem ergo *Willielmus* comes fundator noſter, confirmationem domini Regis *Stephani* ſuper omnibus premiſſis nos fecit habere. Poſtea verò idem comes dedit nobis aliam terram in eodem mariſco de **Raingham**, quam quidem ſucceſſores monachorum tunc exiſtentium, quia firmam quam comiti debuerant per aliquot annos retrahendo non rediderant meritò perdiderunt. Sed quanta fuerit iſta terra ignoratur. Poſt cujus comitis mortem, *Willielmus* de *Fortibus* comes **Albemar** qui filiam *Willielmi* prædicti *Hawiſiam* quia hæredem maſculum non habuit, duxerat in uxorem, duobus fratribus, *Willielmo* ſcilicet prædicto & *Henrico* qui fuerant de progenie dicti *Askilli*, centum acras terræ in præfato mariſco conceſſis pro centum ſolidis annuis, de quibus viginti quinque acras & totum quod alter ipſorum ibidem habuit, nos tenemus ſicut in tempore *Alexandri* abbatis quarti referetur. Poſtea verô quam eandem grangiam de **Saltagh** ibidem inceperamus, propter frequentes *Humbriæ* inundationes fluctuoſas, non modicum portionem terræ verſus prædictam grangiam conſumantes, eadem grangia in locum interiorem ubi nunc ſituatur fuerat conſummata, ſicut in tempore domini *Willielmi* abbatis, qui poſtea referetur, Locus enim de quo prædicta grangia tranſlata fuit **Ald-Saltagh** vel **West-Saltagh** nuncupatur, contra quem locum licet *Humbria* ibidem terram proprius conſumpſiſſet, terra jam recreſcere cœpit, præſcriptuſque etiam *Willielmus le Groos* comes fundator noſter, dedit nobis liberum & quietum paſſagium apud *Pagulam*, quatenus cum omnibus rebus noſtris propriis in eundo & redeundo libero paſſagio frueremur. Dedit etiam nobis quandam manſuram in **Hedon**, ut in eundo ad **Saltagh** & dictum paſſagium & inde redeundo, ibidem perpetuum hoſpitium haberemus. Quam manſuram etiam idem abbas *Adam* cuidam *Roberto* filio *Benedicti*, & *Sapienciæ* uxori ſuæ filiæ *Haldene*, cui jure hæreditario prædicta manſura pertinebat, reddidit, quatenus eam in feodo & hæreditate rehaberent, & eam de eccleſia noſtra ipſi & juſti ſucceſſores eorum tenerent, ut in ea hoſpitium noſtrum, congruè & honorificè ad opus fratrum noſtrorum euntium & redeuntium haberemus. Quæ quidem manſura ad opus noſtrum iterum reverſa eſt.

Caput ſextum.

De genealogia nobilium comitum Albemar. *fundatorum noſtrorum.*

SEd quia ipſe *Willielmus le Groos* comes *Albemar.* noſter fundator fuit ut prefertur, reſtat nunc, ut de ejus anteceſſoribus, ejuſque hæredibus preclaris comitibus *Albemar.* & dominis de **Holdernesse** pauliſper attendere quos breviter intenditur memoriæ commendare. Comes quondam *Campaniæ*, nepos Regis *Francorum*, habebat quendam filium militem egregium nomine *Odonem* qui propter homicidium cujuſdam magnatis terræ illius inde fugiens, ad *Willielmum* nothum qui fuit dux *Normanniæ* & poſt Rex *Angliæ* pervenit. Porro coadjuvente dictum *Odonem* archiepiſcopo *Rothomagi* erga ipſum Regem *Willielmum*, dedit ei præfatus Rex ſororem ſuam in uxorem. Poſtquam autem celebratæ ſunt nuptiæ, *Odo* rogavit eundem archiepiſcopum, ut ſuggereret Regi dare ſibi unde uxorem ſuam alere poſſet, & expoſuit ei cauſam quare de terra ſua jampridem fugiſſet; dedit ergo Rex dicto *Odoni* inſulam de **Holdernesse**, & ipſe idem archiepiſcopus, dedit eidem *Odoni* comitatum *Albermarliæ* ut in expeditionibus eſſet ejuſdem archiepiſcopi ſignifer cum decem militibus. Dederat autem præfatus Rex dictam inſulam de **Holdernesse** priùs militi cuidam valde probo & in armis probato qui cum ipſo in *Angliam* venerat *Drugoni de la Beverer Flandrenſi* qui conſtruxit caſtellum de **Skipse**: habuit autem idem *Drugo* quandam Regis cognatam, quam omine infauſto intermit; poſt cujus necem venit dictus *Drugo* ad Regem ſimulans ſe velle cum uxore ſua in *Flandriam* reverti, & petiit ab ipſo aliquantam pecuniam ſibi dari. Accepta ergo a Rege pecunia, feſtinavit ad mare; cujus nefandum factum & fictum negotium cum Rex cognoviſſet, miſit poſt illum ut comprehenderetur, ſed ipſe denuo non reverſurus transfretavit. Data eſt ergo *Odoni* de *Campania* qui habuit ſororem Regis uxorem, *Holderneſſa*, ſicut dictum eſt, quæ valdè ſterilis & infructuoſa erat eo tempore, nec gignebat niſi avenam. Cumque *Odoni* uxor ſua filium peperiſſet, quem vocavit *Stephanum*, petiit à Rege ut daret ei terram ferentem frumentum, unde alere poſſet nepotem ſuum, dedit ergo ei Rex villam de **Bitham** cum pertinentiis & alias poſſeſſiones plurimas. Porro filius *Stephani* filii *Odonis*, fuit *Willielmus le Groos* prædictus fundator noſter, & ipſe *Willielmus le Groos* accepit uxorem *Ceciliam* nomine, filiam *Willielmi* filii *Duncani* qui fuit filius Regis *Scotiæ Malcolmi*, & frater Regis *David*. Per quam *Ceciliam* dominus *Willielmus le Groos* & hæredes ſui comites **Albemar.** jure hæreditario *Cravennam* poſſidebant. Ex qua *Cecilia* dictus *Willielmus* accepit unam filiam nomine *Hawiſiam*. Ipſe quidem *Willielmus* comes *le Groos* comes poſt fundationem monaſteriorum ſancti *Martini* de *Auxiato*, propê **Albemarl** de ordine *Cluniacenſi*, & S. *Mariæ* de **Thornton** regularium canonicorum de ordine ſancti *Auguſtini* & duorum monaſteriorum de *Valle Dei* & de *Melſa*, monaſterii videlicet noſtri prædicti de ordine *Ciſtercienſi*, vixit viginti novem annis, & apud **Thornton** tumulatus eſt. Et cum ipſe belliger & dux exercitus temporibus requiſitis extitiſſet & in mari tranſfretando tempeſtates nocturnas & repentinas ei ſuiſque naufragium minantes ſæpe perpeſſus fuiſſet; eiſdem tempeſtatibus ingruentibus noctem uſque ad ejus mediam ſub ſpe inſompnem deducebat. Media autem nocte irruente, quia monachi ſui ſancti *Martini*, & canonici ſui de **Thornton** ad nocturnas vigilias ſurgere conſueverunt ſub confidencia precum ipſorum monachorum & canonicorum, ſpretis tempeſtatibus ſecuriùs dormiebat. Circa gallicantum quidam peractis monachorum & canonicorum prædictorum vigiliis cum evigilaret ſub confidentia orationum monachorum de *Valle Dei* & de *Melſa* qui ipſa hora noctis ad ſuas vigilias etiam ſurgere feſtinarent, ſpretis iterum tempeſtatibus,ſive dormiendo,ſive vigilando diem ſecurius expectabat. *Hawiſia* verò filia ipſius *Willielmi* poſt mortem patris ſui data eſt per Regem *Angliæ* qui temporibus illis extiterat, nobili viro, *Willielmo* de *Mandevilla*, ſed ipſo mortuo ſine hærede ex ipſis procreato, data eſt iterum dicta *Hawiſia Baldwino* de *Betoyn* comiti *Inſulæ*, de qua accepit unam filiam tantum, quæ filia maritata mariſchallo *Angliæ* tunc exiſtenti, prole non producta, animam Deo corpus terræ commendabat: mortuus eſt etiam ipſe *Baldwinus* de *Betoyn*, & *Hawiſia* per præceptum domini Regis, accepit maritum *Willielmum* de *Fortibus* primum & habuit ex ea *Willielmum* de *Fortibus* ſecundum,qui habens uxorem accepit ex ea *Willielmum* de *Fontibus* tertium, qui duxit uxorem *Iſabellam* nomine, filiam comitis *Inſulæ* & *Devoniæ*, ex qua filios & filias procreavit,quarum una ſepulta eſt in presbyterio noſtro,& alii diverſis in locis ſine hæredibus ex eis procreatis. Sed una earum *Avelina* nomine, quæ ſola tunc ſuperſtes,data eſt *Edmundo* filio Regis *Henrici* tertii in uxorem. *Willielmus* verò de *Fontibus* tertius, mortuus eſt,ſimiliter & *Avelina* filia ſua,& hæres uxor *Edmundi* ſupradicti, obiit ſine hærede aliquo de corpore ſuo procreato.Et ſic ob defectum hæredem fuit comitatus **Albermar.** & honor de **Holderneſſe** ſeiſiti in manu domini Regis.Sed tamen dominium de **Holdernes** reges ſuccedentes nunc unus nunc alter ad terminum vitæ ſuæ pro libitu conceſſerunt.Tandem rex *Ricardus* ſecundus à conqueſtu,duodecimo die Junii,anno Regni ſui decimo tertio,dedit dictum dominium de **Holdernes** cum omnibus membris, feodis militum, advocationibus eccleſiarum, abbatiarum, Prioratuum,& aliis pertinentiis ſuis in quocunque loco, & in quocunque modo eidem ſpectantibus,domino *Thomæ* duci *Glouceſtriæ*,comiti de **Eſſex** & de **Bokingham**, conſtabulario *Angliæ* ac filio Regis *Edwardi* tertii à conqueſtu, avunculo ſuo. Quod dominium *Anna* Regina tenuit ad terminum vitæ ſuæ Tenendum dicto domino *Thomæ* duci,& hæredibus de corpore ſuo exeuntibus, per ſervicia inde debita & conſueta inperpetuum in valorem ſexcentarum librarum per annum in partem ſolutionis mille librarum annuarum per dictum dominum regem, eidem duci domino *Thomæ* pro ſtatu ſuo comitis *Buk.* honorabilius manutenendo, conceſſarum. Dicta ergo *Anna* Regina, circa feſtum Pentecoſtes, Anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo quarto, & dicti domini Regis decimo ſeptimo,Deo ſpiritum commendante, dictus dominus *Thomas* dux poſſeſſionem dicti dominii de **Holderneſſe** continuò eſt adeptus. Omnes quidem comites præſcripti à prima fundatione noſtra, uſque ad *Willielmum* de *Fortibus* tertium, & idem *Willielmus* de *Fortibus* tertius, omnia terras & tenementa quæ dicti monachi de *Melſa* ſuis temporibus poſſidebant, eis in perpetuam elemoſinam confirmaverunt.

Fundationis & fundatorum hiſtoria.

Ex regiſt. de *Fontibus* penes *Willielm. Ingleby* mil. an. 1630. fol. 10. a.

ANno incarnationis dominicæ MCL. kal. Januarii inceptum eſt monaſterium noſtrum de *Melſa* ſub abbate bonæ memoriæ domino *Adam.* Hic quidem aliquamdiu monachus fuit in monaſterio ſanctæ *Mariæ Eboraci.* Poſtmodum verò Priorem ejuſdem domus & alios qui inde exierant & in territorio *Riponenſi* monaſterium quod **Fontains** dicitur incoaverant,ſecutus eſt. Inde poſt non longum cum aliis pluribus ad ædificanda monaſteria de **Kyrkeſtede**, de **Wouburne**, de *Valle Dei* directus eſt. Porro comes *Albemarlie Willielmus* primus,monaſterium de *Valle-Dei* fundavit, quod tamen propter loci inopportunitatem ad aliud prædium tranſlatum eſt, poſtmodum. *Willielmus* autem fuit filius *Stephani* filii *Odonis* qui fuit filius comitis *Campaniæ* junior,& propinquus regis *Francorum.* *Odo* autem propter homicidium cujuſdam de magnatibus terræ fugit de terra ſua, & venit ad *Willielmum* Nothum qui fuit dux *Normanniæ* & rex *Angliæ*, & petit dari ſibi ſororem ejuſdem *Willielmi* in uxorem,quod & factum eſt, archiepiſcopo *Rotamagenſi* adjuvante partes *Odonis.* Poſtquam autem nuptiæ celebratæ ſunt *Odo* rogavit eundem archiepiſcopum ut ſuggereret regi dari ſibi unde uxorem ſuam,ſcilicet regis ſororem, alere poſſet, expoſuit ei cauſam quare de terra ſua fugiſſet; dedit ergo archiepiſcopus *Odoni* civitatem *Albemarliæ* ut in expeditionibus eſſet ipſius archiepiſcopi ſignifer cum decem militibus. Suggeſſit etiam idem archiepiſcopus regi ut aliquam poſſeſſionem daret eidem, & expoſuit ei cauſam ipſi. Qua audita, dedit rex *Odoni Holderneſſe*;dederat autem rex eandem **Holderneſſe** militi cuidam valdè probo & in armis probato qui cum ipſo in *Angliam* venerat *Drogoni* de *la Beverer Flandrenſi*, qui conſtruxit caſtellum de **Skypſe**; habuit autem idem *Drogo* uxorem quandam regis cognatam quam omine infauſto interemit. Venit ego ad Regem ſimulans ſe velle cum uxore ſua in *Flandriam* reverti, & petit aliquantam pecuniam ſibi dari. Et dedit ei Rex. Accepta ergo pecunia feſtinavit ad mare. Quæ cum cognoviſſet Rex, miſit poſt illum ut comprehendetur, ſed ipſe jam non reverſus tranſfretavit. Data eſt ergo *Odoni* de *Campania* qui habuit ſororem Regis uxorem, **Holderneſſe.** ſicut dictum eſt, quæ valde ſterilis & infructuoſa erat eo tempore, nec gignebat niſi avenam. Cum autem peperiſſet *Odoni* uxor ſua filium quem vocavit *Stephanum*, petiit à Rege ut daret ei terram ferentem frumentum unde alere poſſet nepotem ſuum. Dedit ergo Rex ei villam de **Bitham** cum pertinentiis & alias poſſeſſiones plurimas. Porr filius *Stephani* fuit *Willielmus* , ſicut dictum e *Willielmus* verò habuit ſorores quatuor,filias *Stephani*,quarum una data eſt vicedomino de **Pynkeney**, altera autem vicedomino de **Werberay**, tercia nobili viro *Bertanno* de *Brikebet*, quarta *Willielmo* de *Romare* & poſtea *Petro* de *Brus*. *Willielmus* quoque accepit uxorem *Ceciliam* nomine, filiam *Willielmi* filii *Dunnekan*, qui fuit filius Regis *Scotiæ Malcolmi* & frater Regis *Davit*. *Dunkan* autem habuit filium nomine *Willielmum* qui habuit uxorem *Aliz* de *Rumeli*, ex qua accepit tres filias ad quas jure hæreditario pertinent **Craven** & **Copaland** & **Allerdale** & **Cokerum.** Harum primam, nomine *Ceciliam*, *Willielmus* habuit, ut dictum eſt, ex qua accepit filiam unam nomine *Hawiſam*, nec alios liberos habuit. *Hawiſa* verò data eſt *Willielmo* de *Forz*, & habuit ex eo filium *Willielmum* de *Forz* ſecundum, qui habens uxorem *Avelinam* nomine filiam nobilis viri *Ricardi* de *Munſichet*, qui accepit ex ea filium nomine *Willielmum* de *Forz* tercium &c.

Carta *Willielmi* comitis *Albemarl* de fundatione abbatiæ de *Melſa* ordinis *Ciſtercienſis*.

Ibid.

GUlielmus *comes* Albemarliæ, *omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis, tam futuris quam modernis ſalutem. Sciatis me dediſſe, monachis* Ciſterc. *ordinis locum quendam* Melſa *vocitatum, de meo hereditario jure, atque in perpetuam elemoſinam confirmaſſe, cum omnibus appentitiis; videlicet, in terris colendis, & in pratis, & in nemoribus, & in paſcuis, & in mariſco. & tam integrè, & benè, & liberè, ſicuti, egomet eam unquam melius tenui pro ſalute animæ meæ, ac fratris mei* Hingeram, *& patris & matris meæ, nec non & omnium parentum meorum; & ut ibidem ſedes abbatiæ fiat, ac permaneat inſtituiſſe. Dedi etiam eidem abbatiæ totum nemus de* **Rudhe**, *cum mareſco ei proximo, in perpetuam poſſeſſionem, quod juſtè commutavi ab* Alano *de* Ringburc, *dando eidem pro ipſo quandam terram ei magis valentem; itaque precor omnes amicos & homines meos, quatinus ſupradictam abbatiam, & univerſos habitantes in ea ſtudioſè diligant, concilii & auxilii eis beneficium impendere non ceſſent, ut univerſorum ipſius beneficiorum, mecum effecti participes, in æterna tabernacula, à domino recipiantur, & à ſalutari ſuo.* T. Hingeram *fratre comitis*, Elia *de* Mundevilla, *magiſtro* Warnario, *magiſtro* Rogero, Gerardo *de* Fanancourt, Iſaac *clerico*, Roberto *de* Ros, Stephano *Pincerna*, *Valete.*

Alia carta ejuſdem comitis Willielmi.

Ibid.
Pat. 51. *E.* 3 m. 12. & Pat. 1 *R.* 2. part. 3. m. 2. per inſpex.

G*Ulielmus* comes *Albemarliæ* dapifero ſuo & vicecomiti & omnibus miniſtris ſuis, & hominibus, univerſiſque ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe & præſentis cartulæ meæ teſtimonio, confirmaſſe monachis *Ciſtercienſis* ordinis; eccleſiæ videlicet ſanctæ *Mariæ* de *Melſa*, ad ordinem ſancti *Benedicti* tenendum, & manutendum, ipſam *Melſam*, & omnia ad illam pertinentia, in boſco, in plano, in mareſco, in pratis, in aquis & boſcum de *Rudha*, quem juſtè commutavi de *Alano* de *Ringburc*, dando eidem, pro ipſo, quandam terram eo magis, valentem. Similiter conceſſi eis & dedi, totam terram quæ eſt de patrimonio meo, in *Wagna*, in campis, in pratis, in aquis, in piſcariis, & in omnibus eidem terræ pertinentibus & totam paſturam de **Saltehache**, & **Neulande**, & exitum ejuſdem paſturæ, cum omnibus aliis pertinentiis, & quandam carrucatam juxta eandem paſturam, quam *Willielmus* filius *Aſchilli* de me tenuit, pro qua ei bonum eſcambium tribui; Hæc omnia eis concedo, do, & confirmo, in perpetuam, & liberam elemoſinam, abſque ullo terreno ſervitio, ſicut aliqua elemoſina liberiùs dari, aut confirmari poteſt, pro ſalute animæ meæ, patris, & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, & pro ſalute animæ *Hingeram* fratris mei, & *Stephani*, & pro ſalute omnium ſororum, parentum & amicorum meorum. Hujus donationis meæ teſtes ſunt: clerici *Simon* capellanus, *Iſaack*, *Rogerus*, *Warnerius*: milites *Euſtachius* filius *Johannis*, *Robertus* de *Stutevill*, *Petrus* de *Falchenburga*, *Stephanus* Pincerna, & *Radulfus*, & *Willielmus* filii ejus, *Robertus* conſtabularius, *Henricus Foliot*, *Helias* de *Amundevill*, & *Radulphus* frater ejus, *Simon* de *Torne*, & *Willielmus* frater ejus, *Willielmus* filius *Aſcheteili*, & *Willielmus* frater ejus, qui etiam aſſenſum præbuerunt.

Carta *Hawiſiæ* comitiſſæ *Albemarliæ*, filiæ fundatoris.

Ibid.

O*Mnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, ad quos præſens carta pervenerit*, Hawiſſa *comitiſſa* Albemarliæ *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ, *& monachis de* Melſa, *ipſam* Melſam *in qua abbatia ſita eſt, & boſcum de* Ruda, *& quicquid habent, & quicquid habere debent, in* **Waghun**, *& in* **Salthag**, *in terra de* **Pidis**, *in* **Charleſtorp**, *in* **Thorp**, *in* **Aldeburg**, *in* **Holm**, *in* **Ergum**, *in* **Seton**, *in* **Mora**, *in* **Biford**, *in* **Dudington**, *in* **Dringhou**, *in* **Huggethorp**, *in* **Hedon**, *in territorio & mariſco de* **Sutton** *ex dono* Amandi *de* Sutton, *& aliorum de feodo meo, & omnes terras jura, & tenementa, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, in feudo meo, ſicut, cartæ* Willielmi *comitis* Albemarliæ *patris mei, fundatoris ejuſdem abbatiæ & aliorum donatorum, & benefactorum ſuorum teſtantur. Hanc autem confirmationem feci eis pro ſalute animæ meæ & omnium anteceſſorum meorum in liberam & perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus*, Fulcone *de* Oyry *tunc ſeneſchallo*, Wallone *de* **Cotnes** Everardo *de* Beverere, *& aliis.*

Carta inter W. *Comitem* Albemarliæ *&* Johannem *de* Melſa *de manerio de* Melſa *ad abbatiam faciendam.*

Ex ipſo autographo in turrib. *Mariæ Eboraci.*

SCiant tam præſentes quam poſteri hunc finem eſſe terminatum inter *Willielmum* comitem *Albemarliæ* & *Johannem* de *Melſa* quod comes dedit & conceſſit *Johanni* de *Melſa* **Bewyc** quæ fuit de patris ſui & avi hereditate, in feodo & hereditate tenendam de comite & heredibus ſuis, pro *Melſa* quam predictus *Johannes* comiti reddidit, ad faciendam quandam abbatiam & confirmandam in perpetuam elemoſinam. Sic quod predictam *Melſam* per cultellum comiti reddidit ſolutam & quietam de ſe & heredibus ſuis. Et hanc redditionem juravit tenendam, ſic quod eccleſia fundata in *Melſa* ſicut elemoſina erit quieta, & ſine omni calumpnia tam de *Johanne* de *Melſa* quam de heredibus ſuis imperpetuum. Et *Johannes* de *Bewic* idem ſervicium faciet de **Bewic** quod debebat de *Melſa*. Hiis teſtibus

Ricardo de ſancto *Quintino*, *Petro* de *Falchomberg*, *Petro* de *Gouſla*, *Helia* de *Amundavill*, *Ada* de *Brus*, *Stephano Pincerna*, & *Radulpho* & *Willielmo ejus* filiis. *Herveio* de *Golſa*, *Iſaac* clerico *Roberto* de *Wyetona* & ejus duob. filiis *Ricardo* & *Henrico*, *Warnerio* capellano, *Stephano* filio *Petri* de *Falchomberg*, *Willielmo* vicecomite, *Ada* clerico de *Barwa*, *Johanne Arundell*, *Carbunel*, *Thoma* de *Horrennes*, *Willielmo* filio *Warini*, *Roberto* de *Golſa*, *Rogero* de *Rimeſwell*, *Benedicto* camerario, *Bernerdo* de *Helewell*, *Gilberto* de *Grimeſtona*, *Symone* filio *Willielmi*, *Terri* camerario, *Willielmo Jurdan*, *Willielmo Chidenoth*, *Willielmo* filio *Symonis*, *Symone* capellano, *Ricardo* de *Friebois*, *Burring*, *Willielmo Hottringeham*, *Willielmo* de *Belewe*, *Aſchitino* de *Schartheburg*, *Reynero* de *Sutton*, *Symone* pincerna, *Willielmo* diſpenſario, *Willielmo* de *Pabla*, *Henrico* filio *Radulfi*, *Stephano* de *Otringham*, & *Ricardo* de *Otringham*, *Herberto* Priore de *Melſa*, & *Gaufrido* monacho, & *Warino* & *Ada*, & alio *Gaufrido*, *Abſolone* & *Ricardo*, *Agnete* ſorore comitis & fratre *Hugone*.

Genealogia fundatoris.

Adhuc ex regiſtro de Fontibus. fol. 19. b.

INicium genealogiæ *W.* de *Forz* comitis *Albemarliæ* junioris qui nunc eſt, ſecundum *Adam* perſonam de **Croſtwhait**. *Willielmus* de *Mechines* primus hæres de **Sciptun** in **Craven** cum pertinentiis & de **Egremund** cum pertinentiis, genuit *Aliciam* de *Rumelya*, quæ ſepulta jacet apud **Fontes**. Iſta nupta fuit *Willielmo* filio *Duncan*. Ex iſtis exiit *Cecilia*, quæ nupta fuit *Willielmo* de *Albemar* groſſo. Et ex iſtis procreata eſt Ha*uwiſa* quæ nupta fuit *Willielmo* de *Maundevill* comiti. Iſti non fecerunt prolem. Poſtea nupta fuit eadem H*auwiſa Willielmo* de *Forz*. Ex iſtis natus eſt *Willielmus* de *Forz* junior pater iſtius qui nunc eſt. Item dictus *Willielmus* habuit terciam filiam *Aliciam* de *Rumely* quæ nupta fuit *Gileberto Pipard* & non fecerunt prolem. Iſta eſt *Alicia* advocatrix de *Fontibus*, de **Croſtwait** & de **Wattendelangre**.

Diſcenſus Willielmi *Comitis* Albemarliæ.

Ex ipſo autographo in turri B. Mariæ Ebor.

ITem bonæ memoriæ *Willielmus le Groos* comes *Albemarliæ* fundator noſter dedit monaſterio noſtro totam terram quæ fuit de patrimonio ſuo in **Wagun**, & totam reliquam terram quam tenuit de archiepiſcopo *Eboracenſi* in eadem villa, & paſſagium ejuſdem villæ. Hanc donationem Rex *Johannes* confirmavit & dominus *Willielmus* de *Foorz* primus comes *Albemarliæ* qui deſponſavit *Hawyſiam* filiam & hæredem domini *Willielmi* comitis fundatoris noſtri, & ipſa domina *Hawiſia* comitiſſa poſt obitum domini *Willielmi* de *Forz* comitis *Albemarliæ* viri ſui. Et dominus *Baldewynus* de *Betoyne* comes *Albemarliæ* qui ipſam dominam *Hawiſiam* comitiſſam poſtea duxerat in uxorem. Et dominus *Willielmus* de *Forz* comes *Albemarliæ* filius domini *Willielmi* de *Forz* primi. Et dominus *Willielmus* de *Forz* comes *Albemarliæ* tercius confirmaverunt per cartas ſuas in puram & perpetuam elemoſinam. Quorum animæ & omnium fidelium defunctorum requieſcant in pace. *Amen.*

Carta magiſtri *Ricardi* de *Otringham* pro cantaria ad portam monaſterii de *Melſa* vij. monachorum.

Ibid.

O*Mnibus ad quos præſens carta pervenerit* Ricardus *de* Otringham *Rector eccleſiæ de* **Schelford** Elyenſis *Dioceſis ſalutem in Domino ſempiternam. Quia dudum dedi conceſſi & per cartam meam confirmavi* Deo *& beatæ* Mariæ *abbati & conventui de* Melſa *& eorum ſucceſſoribus pro ſalute animæ meæ & animarum quorundam* Johannis *de* Otringham, Martini *de* Otringham, Ricardi *filii ſui, necnon & pro animabus omnium anteceſſorum meorum, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, unam meſſuagium xx. tofta xx. & duas bovatas & medietatem unius bovatæ, ſexies viginti & ſex acras terræ, ducentas & lx. & decem acras prati, xx. & duos ſolidos, & ſex denariatas redditus, & communem paſturam ad quingentas oves, quicquid habui tam in dominico quam in ſervicio cum pertinentiis in* **Otringham, Charleſthorp, Fryſmareis, Well, Dripoll** *&* **Sutton**, *Tenendum & habendum eis & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, pro quadam Cantaria in capitali meſſuagio prædictorum tenementorum de* **Otringham** *vel* **Hubertcroft** *in eadem villa facienda continuè imperpetuum ſuſtinenda, videlicet quod vij. monachi preſbiteri abbatiæ prædictæ de* Melſa, *in altero locorum prædictorum, videlicet in capitali meſſuagio vel in* **Hubertcroft**, *pro anima mea & animabus prædictorum ſicut prædictum eſt divina celebrent imperpetuum. Ego verò dictus* Ricardus *perpendens periculum animarum monachorum ibidem commorantium, & ſalubrius eſſe animæ meæ, & animabus prædictorum* Johannis, Martini, Ricardi *filii ſui & omnium anteceſſorum noſtrorum, quod dicta Cantaria alibi fiat quam in locis prædictis: Noveritis me conceſſiſſe eiſdem abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus, quod dicta cantaria fiat per prædictos monachos ad portam abbatiæ de* Melſa *inperpetuum. Et ſi quid huic conceſſioni inventum fuerit contrarium, pro nullo habeatur, careatque omni vigore. Ita videlicet quod dicti abbas & conventus aut eorum ſucceſſores occaſione ſubtractionis cantariæ prædictæ à locis capitalis meſſuagii vel* **Hubertcroft**, *dum tamen dicta cantaria ad abbatiam prædictam de* Melſa *fiat, in aliquo non aggravetur ſive per aliquem inquietetur in futurum. In cujus rei teſtimonium huic ſcripto ſigillum meum appoſui. Datum apud* **Scelford** *xvj. kal. novembris, anno Domini MCCCxvij.*

De numero monachorum.

Ex regiſt. abbatiæ de *Melſa* in bibl. *Cotton* fol. 59. b.

J*Ohannes* de *Friboys* miles dedit nobis ad ſuſtentationem perpetuam unius monachi augendi ad numerum quinquaginta monachorum quem duxit numerum fuiſſe taxatum monaſterii noſtri, ſex bovatas terræ cum ſex clauſis in **Holmetone**.

Cantaria de **Otringham** *de vij. monachis.*

Ibid.

MAgiſter *Ric.* de *Otringham* clericus dedit nobis j. meſſuagium xx. toſta xxxij. bovatas, &

medietatem unius bovatæ, ſexies viginti & ſex acras terræ, ducentas ſexaginta decem acras prati, xxij. ſol. & ſex denariatas redditus & communem paſturam ad quingentas oves, cum pertinentiis in **Otringham**, **Charleſtorp**, **Fryſmarys**, **Wellwyk**, **Dryppul**, **Sutton**, & **Suttecotes** pro quadam cantaria perpetua ſuſtinenda, videlicet per ſeptem monachos monaſterii noſtri presbyteros perpetuò celebrantes in meſſuagio capitali vel in **Hobertcroft** de **Otringham**, pro animabus *Johannis de Otringham*, domini *Martini* de *Otringham*, *Ricardi* de *Otringham*, magiſtri *Ricardi* de *Otringham* præſcripti & omnium anteceſſorum ſuorum. Quorum ſeptem monachorum, prout cartâ & licencia capituli generalis diſtinguitur, quatuor pro illis cæteris animabus & pro omnibus fidelibus, unus de beata virgine, & duo ad ſuum libitum ipſam cantariam debent celebrare. Pro uno quidem ipſorum ſeptem monachorum unus capellanus ſecularis pro Præpoſitis *Beverlaci* cantariam ibidem celebrans eſt commutatus, & cantaria reliquorum ſex monachorum ad capellam extra portas monaſterii eſt tranſlata.

Cantaria in boſco.

Ib.f.60.a. PEtrus de *Malolacu* dedit nobis cum corpore *Iſabellæ* de *Thornham* uxoris ſuæ homagium & redditum lx. ſol. de ſex bovatis terræ in **Ake**, & duas bovatas terræ cum toftis in **Wharrom**, duo molendina cum croftis & pertinentiis in **Lokyngton**, unum molendinum cum holmo adjacente in **Bryddeſhall** cum ſtagnis ſectis & ſerviciis eiſdem pertinentibus, ad perpetuam ſuſtentationem duorum ſacerdotum ſecularium cum duobus clericis, unius videlicet ſacerdotis qui cantet miſſam in honore beatæ *Mariæ* virginis cum nota & horas, & alterius qui celebret pro defunctis cotidè ſimiliter cum nota, & officium defunctorum in capella beatæ *Mariæ* prope pontem qui eſt in boſco. Et nos faciamus anniverſarium dictæ *Iſabellæ* annuatim viij. kal. Junii imperpetuum. Et ad ſuſtentationem quinque cereorum ad ſupradictam miſſam de ſancta *Maria* ſpecialiter aſſignatorum. Ita plane quod nos memoratam ſuſtentationem ſacerdotum clericorum & luminarium plenariè faciamus quamdiu prædictos redditus integrè perceperimus. Et ſi ita evenerit quod proceſſu temporis dictis redditibus penitùs expoliemur, à prædicta ſuſtentatione penitùs ceſſabimus, aut ſi aliqua portio beneficii prædicti pro defectu ſuæ warantiæ aut hæredum ſuorum ſubtracta fuerit, juxta quantitatem portionis ſubtracte, de ſuſtentatione prædicta & numero perſonarum minuatur.

Confirmatio donationum per Regem *Johannem.*

Cart. 6. *Joh.* n. 38.

Vide cart. 21. *E.* 1. n. 5. 6. & 7.

JOhannes *Dei gratia, &c. Sciatis nos intuitu Dei dediſſe & hac carta noſtra confirmaſſe abbatiæ de* Melſa, *& monachis* Ciſtercienſis *ordinis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, ipſam* Melſam *in qua eadem abbatia ſita eſt, & omnia ad illam pertinentia, & totum boſcum de* Rutha *cum pertinentiis ſuis, & totam* Waghenam, *cum eccleſia ejuſdem villæ, cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, ſcilicet, tam terras illas quas habent ex dono* Willielmi *comitis* Albemarliæ, *quam terras illas quas habent ex dono* Henrici *quondam* Ebor. *archiepiſcopi, de aſſenſu capituli ſui, & confirmatione* Willielmi *ſucceſſoris ejuſdem* Henrici; *videlicet, duas carrucatas terræ in eadem* Waghena, *cum paſſagio fluvii de* **Hul**, *& earum pertinentiis de quibus* Rogerus *archiepiſcopus, ſucceſſor ejuſdem* Willielmi *prædictos monachos diſſeiſivit, & ipſi monachi poſtmodum ea omnia contra* Gaufridum *archiepiſcopum ſucceſſorem ejuſdem* Rogeri *in curia chriſtianitatis per licentiam noſtram, ſicut puram & liberam elemoſinam ſuam dirationaverunt. Item conceſſimus & confirmavimus eiſdem monachis, locum & terras grangiæ eorum de* **Saltaghe**, *cum pertinentiis ſuis; locum & terras grangiæ eorum de* **Charletorp**, *cum pertinentiis ſuis: locum & terras grangiæ eorum de* **Miton**, *cum pertinentiis ſuis, locum & terras grangiæ eorum de* Mora, *cum pertinentiis; locum & terras grangiæ eorum de* Octona *cum pertinentiis ſuis: locum & terras grangiæ eorum de* **Werram**, *cum pertinentiis ſuis: locum & terras grangiæ eorum de* **Blanchemarl**, *cum pertinentiis ſuis: locum & terras grangiæ eorum de* **Schirn**, *cum pertinentiis ſuis: locum & terras grangiæ eorum de* **Ergum**, *cum pertinentiis ſuis. Præterea* **Holm** *quod eſt inter* **Levene**, *&* **Biſtyl**, *cum pertinentiis ſuis, piſcariam & vaccariam ſuper* **Hul** *cum adjacenti mariſco de* **Sutton**, *& eorum pertinentiis. Omnes etiam terras & tenementa quæ habent in* Eboraco, *in* Beverlaco, *in* **Burgh**, *in* **Heddon**, *in* **Arnehale**, *in* **Aldeburg**, *in* **Dudinton**, *in* **Biford**, *in* **Dreyngo**, *in* **Sethon**, *in* **Nordalton**, *in* Wartrya, *in* **Haroldeſtorp**, *in* **Uggetorp**, *in* **Moleſcroft**, *in villa ſancti* Botulphi, *in* **Cnotingele**, *cum omnibus ad prædicta loca, terras, & tenementa pertinentibus, ſicut cartæ & munimenta quæ inde habent, vel habituri ſunt, rationabiliter teſtantur vel teſtabuntur. Quare volumus* (&c.) *Datum per manum* I. *de* Well. *Apud* **Lutegarſale** *ſecundo die Aprilis.*

NEW--MINSTER

Abbatia, juxta **Morpeth,** *in agro* Eboracenſi.

De prima fundatione ejuſdem.

EOdem anno, id eſt MCxxxviij Quidam vir potens in *Northumbria* cepit in ſua poſſeſſione apud caſtrum quod dicitur **Morthpit** monachos de *Fontibus* viij. no. Januarii, qui conſtruxerunt cœnobium ſcilicet *Novum-Monaſterium* vocatum. Quibus hoc ipſo he .... anno circa Epiphaniæ diem *Galfridus* epiſcopus *Dunelmenſis* benedixit abbatem *Rodbertum* ſcilicet virum ;quos libente. ..... prædictus vir ſcilicet *Ranulfus* de *Merley*.

Lelandi. coll. vol. 2. p. 313.

A.D. 1138.

Anno quinto fundationis monaſterii de *Fontibus*, vir nobilis *Ranulfus* de *Merley*, *Fontes* viſurus acceſſit. Videns fratrum converſationem, com-

Ex MS. de origine *Fontanenſis* cœnobii in bibl. *Arundeliano* fol. 8. b.

compungitur homo, & inſpirante domino pro redemptione animæ ſuæ, locum quendam in patrimonio ſuo ad conſtruendum monaſterium aſſignat. Suſcipit oblationem S. abbas, & ædificiis inibi, de more diſpoſitis, abbatiam conſtruxit, quam *Novum monaſterium* nominavit: Et hæc prima filia *Fontanenſis* eccleſiæ unica adhuc matri ſuæ, anno v. fundationis ſuæ, menſe primo, v. nonas Januarii emittitur conventus de domo *Fontium* ad *Novum monaſterium*, cum abbate *Roberto* viro ſancto & religioſo monacho, quondam de **Witheby**, qui de cœnobio *Eboracenſi* egredientibus ſe ſociavit (*&c.*) Sic ſe habuit *Novi monaſterii* initium (*&c.*) matris enim ſuæ fæcunditatem emulata, concepit & peperit, tres filias; *Pipewellam*, *Salleiam* & *Rupem*.

Carta Henrici *primi regis* Angliæ.

Ex ro ulo per vetulo penes dominum Will. Howard de Nawirth.

HEnricus rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* juſticiariis vicecomitibus, miniſtris, & omnibus baronibus, ſuis, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Notum ſit omnibus vobis me dediſſe *Ranulpho* de *Merlay Julianam*, filiam comitis *Coſpatricii*, & per conventionem inter me & patrem ſuum, dedimus ei in liberum mariale, ſibi atque hæredibus ſuis, ſcilicet, **Horſley**, **Stanton**, **Witton**, **Ritton**, **Wyndgates**, & quandam villam ultra moras, tam liberè quam aliquis poteſt liberius inter maria terram alicui dare, tenenda in ſuo dominico, & ex hoc precipio meis juſticiariis ut videant, quod nihil ei deſit; & ſi aliquis ei contradicere voluerit, tunc præcipio juſticiariis & vicecomitibus meis, de comitatu *Northumbriæ*, ut plenum rectum ei teneant. Teſtib. *Patricio* filio ..... *Johanne Peverell* de *Baalcampo*; & *Edgarus* filius *Goſpatricii* comitis confirmavit hanc cartam ut ſequitur in hæc verba.

Edgarus Coſpatricii comitis filius, omnibus amicis ſuis, *Francis*, & *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe *Juliane* ſorori meæ terram quam meus pater & ſuus, ſcilicet, comes *Coſpatricius* ei dedit in franco maritagio, & conceſſit; ſcilicet, **Witton**, **Horſley**, **Stanton**, **Ritton**, **Windegates**, & **Leverchilde**, cum pertinentiis &c. Poſt modum tempore regis *Stephani Ranulphus* de *Merley* & *Juliana* uxor ejus fundatores monaſterii vocati *Novum monoſterium* vocabulo, & per cartam ſuam dederunt terras & tenementa ſubſcripta videlicet, (*&c.*)

Carta *Ranulphi* de *Merlay*.

RAnulphus *de* Merlay, *omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis* Francis, *&* Anglicis, *clericis & laicis, præſentibus & futuris, ſalutem. Sciatis me communi conſilio, & concenſu uxoris meæ & puerorum meorum, dediſſe in feudo, & in elemoſina, monachis abbatiæ* Novi monaſterii *quam ego ipſe conſtruxi, pro ſalute mea & uxoris meæ, puerorum meorum & dominorum meorum, & omnium amicorum meorum, & pro animabus patris, & matris meæ, parentum, & amicorum meorum, & cunctorum fidelium defunctorum.* Rittunam, *& quicquid ad illam pertinet, in boſco, & in plano, & partem ſilvæ de* **Witton**, *ſicut eis, coram hominibus meis, diviſi, & totam vallem inter* Morpada *&* **Hebre**, *ſicut currit rivulus qui vocatur* **Fulbecke**, *& cadit in* Cottingburna, *& ſicut currit* Cottingburna *ſubtus* **Preſtley** *per unam diviſam, quam eis, coram hominibus meis, feci uſque in* **Weneſpic** *& ſic uſque ad diviſam, inter me, &* Willielmum Bertram, *quicquid ibi eſt in boſco, & in plano; & ex altera parte aquæ per ipſum ſupercilium montis ex tranſverſo uſque ad* Lecha, *& ſicut* Lecha *cadit uſque in* **Wdidig**, *& per* **Wdidig**, *ad* **Merdene**, *& per* **Merdene**, *uſque in* **Wineſpic**, *& ſilvam & terram. Et concedo ut habeant liberam exitum pecuniæ ſuæ ad communem paſturam totius terræ meæ; & apud* Wlacam *ad conſtruendas grangias ſuas dedi eis à nido aquilæ, uſque ad fontem* Erardi, *& ſicut currit rivulus ejuſdem fontis in* Limam, *& ſicut* Lima *currit uſque ad diviſam de* Lyntona, *& ſic uſque ad diviſam de* Forum. *Hujus donationis teſtes ſunt* (&c)

Carta Willielmi *de* Merlai.

Ex autographo in bibliotheca *Hattoniana*.

W*Illielmus* de *Merlai* omnibus ſuis hominibus, & amicis & vicinis, clericis, & laicis francigenis & angligenis, nec non & omnibus dilectis filiis ſanctæ matris eccleſiæ ſalutem; Notum ſit vobis omnibus, tam præſentibus quam futuris, ad quorum notitiam & audientiam litteræ iſtæ pervenerint; me & meos homines dediſſe, & conceſſiſſe, in perpetua elemoſina, unam carucatam terræ domui infirmorum de **Morpathe**, pro animabus patrum & matrum & anteceſſorum noſtrorum, & noſtra ſalute, & pro remiſſione omnium peccatorum noſtrorum, tam liberè, & tam quietè, quam liberius, & quietius ulla domus infirmorum poteſt habere, vel habet, in tota *Anglia* ſuarum donationem elemoſinarum, vel ſicut ulla elemoſina melius, & liberius, & quietius, ullo modo poteſt tribui & concedi & perenniter donata haberi. Iſtam autem donationem meam, & meorum hominum fieri, & teneri, & haberi, ſicut perennem elemoſinam perenniter concedo, & cartulæ, hujus inſcriptione, & ſigilli mei atteſtatione confirmo. Teſtibus iſtis, *Petro* de *Morpathe*, *Helia* ſacerdote, *Gaufrido Parchier*, *Waltero* de *Rochesboro*, *Aldret* de *Windegate*, *Raignaldo* filio *Wlfoe*, *Petro* janitore (*&c.*)

Confirmatio donationum per regem *Henricum* tertium.

Cart. 39 H. 3. m. 3.

Vide cart. 4 E. 3. n. 85.
Et cart. 35 E. 1. n. 34.

REX *archiepiſcopis &c. ſalutem. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe dilectis nobis in Chriſto abbati & monachis* Novi-monaſterii, Ciſtercienſis *ordinis, omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas eis factas; videlicet de reſignatione & reſtitutione* Rogeri *filii* Rogeri Bertram *de* **Midford** *quandem partem terræ per has diviſas, ſcilicet à* **Mereden**, *quæ eſt diviſa inter baronias de* **Midford** *&* **Morpath** *inter terram cultam & incultam uſque in* **Wanſpic** *ad frontem ſtagni dictorum monachorum; & ſic per filum aquæ per antiquam diviſam aſcendendo de filo aquæ de* **Wanſpic** *uſque in* **Capath**; *&*

ſicut vadit **Capath** ex tranſverſo verſus auſtrum uſque ad ſemitam quæ vadit inter **Midford** & **Morpath**, & ſic ſequendo ſemitam illam verſus orientem uſque in prænominatam **Merevene** ex occidentali parte bercariæ dictorum monachorum. Item de dono & conceſſione Roberti filii Thomæ de **Crayſtoke** homagium & ſervicium Johannis de **Kerſterne** & hæredum ſuorum de manerio de **Kerſterne** cum pertinentiis, ſine ullo retinemento cum cuſtodiis, releviis, omnimodis eſcaetis, & omnibus aliis rebus quæ ad prædictum Robertum, vel ad hæredes ſuos de prædicto manerio pertinere poterant imperpetuum. Et de remiſſione & quieta clamancia Gilberti de **Umfraunvyle** ſalvaginam quam anteceſſores ejuſdem Gilberti ſibi & hæredibus ſuis retinuerant in terris ipſorum monachorum de feodo prædicti Gilberti in **Chynietemores**, & **Cokedale**, ſicut cartæ prædictorum Rogeri, & Roberti, & Gilberti quas prædicti monachi inde habent & quas inſpeximus rationabiliter teſtantur. Quare volumus (&c.) Dat. per manum noſtram, Apud **Werke** ſexto die Septembris.

Vide Vol. 2. Pag. 916. Col. 2.

---

* Annal. de *Waverle* in bibl. *Cotton.*

TAMENSIS *Abbatia in agro* Buckinghamenſi, * *fundata anno MCxxxviij.*

Ex MS. quodam in bibl. *Cotoniana.*

Cum cepiſſent abbatiæ *Ciſtercienſis* ordinis per *Angliam* diffundi, & jam domus de *Waverleia* duas generaſſet filias, *Wardonam* & *Fordam*, ad petitionem *Roberti Gait* militis, concepit & genuit tertiam quæ nunc dicitur *Thama.* Hic *Robertus Gait* qui in villa de **Ottendun** quartam partem habuit, ad abbatem *Gilbertum* veniens, conventum ad abbatiam in memorata villa conſtruendam, petiit & accepit. Conſtruxitq; ergo ibi abbatiam, & eam dotavit portione ſua modica quidem, videlicet quinque virgatis terræ quæ & ipſe quartam partem unius militis faciebant, vocavitque eam ex nomine eo adjacentis nemoris *Otteleam.*

Carta *Roberti Gait.*

Ibid.

Notum ſit omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis, tam præſentibus quam futuris, quod ego Robertus Gait dedi omnem terram de **Ottendun** & omnia eidem terræ pertinentia, in boſco & plano, prato & paſturis & aquis, liberam & quietam ab omni ſervitio ſæculari, & conſuetudine terrena, Deo & ſanctæ Mariæ, ad abbatiam conſtruendam de ordine Ciſtercienſi, in præſentia Alexandri Lincolniæ epiſcopi. Teſtibus, magiſtro Oſberno de Hache, Roberto de Oilli conſtabulorio Regis, Waukelin Wodardo, Rogero de Aumari, Radulpho de Sakchei.

Carta Edithæ *filiæ* Forn. *uxoris* Roberti *de* Oilli.

Ibid.

Notum ſit omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, quod ego *Editha Roberto* de *Oilly* conjugali copula juncta, conſilio & voluntate ejuſdem *Roberti* mariti mei de duario meo de **Weſton**, dedi in perpetuam elemoſinam Deo & ſanctæ *Mariæ*, & fratribus in *Oteleia* ſecundùm inſtitutionem *Ciſtercii* viventibus, dominium illud, quod extremitati nemoris illorum abſque alterius terræ intermixtione continuatur, & pro animabus *Henrici* & *Gilberti* filiorum meorum. Teſtibus, *Fulco* de *Oilly*, *Fulco Luval*, *Henrico* filio *Roberti* filii *Aumari.*

Carta Regis *Henrici* ſecundi conceſſiones donatorum confirmans.

Cart. 11 H. 3. part. 1. m. 26. per Inſp:x.

H. *Dei gratia Rex* Angliæ, &c. *Archiepiſcopis, epiſcopis, &c. Sciatis nos conceſſiſſe & in perpetuam elemoſinam confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Thame** *& monachis ibidem Deo & ſanctæ* Mariæ *ſervientibus de ordine* Ciſtercienſi *omnes terras & tenuras ſuas quæ eis rationabiliter datæ ſunt & conceſſæ ſicut donatorum cartæ teſtantur.* Ex dono Alexandri Lincoln. *epiſcopi, ejuſdem loci fundatoris, ipſum locum & parcum in quo abbatia illa fundata eſt, & terram quæ fuit* Nigelli Kyre, Et **Rugmereſhegge**, & **Wyfald** *ex dono* Galfridi *de* Inoco. Ex *dono* Willielmi *filii* Othonis *ſeptem hidas terræ in* **Sibdon**. *Ex dono* Reginaldi de Geyt *quinque virgatas terræ in* Oteleia. Ex *dono* Roberti *de* Oyly *triginta & ſex acras terræ in* **Weſton**. *Ex dono* Roberti *fil.* Amar. *terram de* **Ceſtreton**. *Ex dono* Petri Talemaſch *duas hidas terræ in* **Stok** *quæ ſunt de feodo* Reginaldi *de* ſancto Walerico, *Ex dono* Ricardi *de* Vernon, & Walteri *filii ejus duas hidas terræ in* **Sidenham**. *Ex dono* Hugonis *Conſtab. dimidiam hidam terræ in* **Morton**. *Ex dono* Galfridi *filii* Omund *unam hidam terræ in* **Morton**. *Ex dono* Roberti Chevancheſvill *unam hidam terræ in* **Teteſworth**. *Ex dono* Hugonis *de* Horſedon *terram quam eis dedit. Ex dono* Oſberti *de* Santerdon *croftam illam quæ vocatur* **Bocme**, & **Dudeham**, & **Delpecc**, *& pannagium xxx. porcorum in boſco ſuo & partem ejuſdem boſci ſicut foſſæ factæ ſunt. Quare volo* (&c.) *Dat. per manum venerabilis patris* R. Cyceſtrenſis *epiſcopi cancellarii noſtri apud* Weſtm. *xj. die Febr. anno &c. xj.*

Vide etiam Pat. 17 E. 4. part. 2. mem. 3.

Et Cart. Antiq. I. 12. 4.

Et Cart. antiq. P. 11. 31.

Alia donationum confirmatio, per Regem E. 2.

Pat. 10 E. 2. mem. 21.

Rex omnibus ad quos &c. ſalutem. Donationem quam *Alex.* quondam *Lincoln.* epiſc. fecit per ſcriptum ſuum abbati & conventui de *Thama* de omni terra quæ eſt inter ambitum parci de *Thama*, tam in nemore quam in paſtura & in terra arabili & prato, cum cultura quæ vocatur *Somerleſa* & prato quod vocatur *Humelda*; & de tota terra quam ruſtici de *Grava* tenebant, tam in prato quam in terra arrabili, & tota occidentali parte paſturæ quæ eſt extra parcum à porta veteri ipſius parci uſque ad pontem petrinum. Conceſſionem etiam quam *R.* quondam *Linc.* epiſc. fecit per ſcriptum ſuum monachis de *Thama* de ſtagno & molendino in mora & prato quod eſt ex utraq; parte pontis lapidei. Donationem etiam conceſſ. & confirmationem quas *Odo* de *Braimonſtr.* fecit per cartam ſuam prædictis monachis de tota medietate villæ de *Eſtendona* tam in dominico quam in villenagio cum curte & gardino &

& pertinentiis ſuis. Remiſſionem (&c.) quas *Brianus* filius *Johannis* de *Lincoln.* fecit per cartam ſuam eiſdem monachis de annuo redditu quadraginta ſolidorum quos iidem monachi præfato *Briano* pro medietate villæ de **Ettendone** annuatim ſolvere tenebantur. Donationem etiam (&c.) quas *Brianus* de *Herdeby* fecit per cartam ſuam eiſdem monachis de duabus marcis & dimid. redditus cum pertinentiis in **Ettendone** quem redditum idem *Brianus* annuatim recipere ſolebat de *Alexandro* de *Hamdene* & *Maria* uxore ejus pro tenemento quod de ipſo *Briano* & *Avicia* uxore ejus quondam tenuerunt in **Ettynden** (&c.) Aſſignationem (&c.) quas *Gunnora* Prioriſſa de *Fontibus Merlaviæ* & ejuſdem loci conventus fecerunt per cartam ſuam eiſdem monachis de annuo redditu decem ſolidorum in villa de **Stoke-Talemache** cum advocatione eccleſiæ prædictæ villæ, & de toto ſervicio *Roberti* filii *Radulfi* de *Stoke*, (&c.) Donationem (&c.) quas *Ricardus* quondam *Romanorum* Rex fecit per cartas ſuas eiſdem monachis de una virgata terræ & duobus feodis mil. cum pertinentiis in **Stoke-Talemache** (&c.) Donationem (&c.) quas *Ricardus* de *Vernoun* fecit per cartam ſuam eiſdem monachis de duabus hydis terræ in **Sydenham.** Donationem (&c.) quas *Rogerus* de *Quency* quondam comes *Wynton.* fecit per cartam ſuam eiſdem monachis de toto dominico ſuo & villenagio in **Sydenham**, & de villanis cum catallis & ſequelis eorum & cum ſpineto pratis & paſcuis & omnibus aliis pertinentiis libertatibus & aiſiamentis ſuis cum viſu franciplegii de hominibus ipſius abbatis, & cum eo quod ad ipſum viſum pertinet abſque ullo retenemento. Conceſſionem & confirmationem quas *Paulus Pever* fecit per cartam ſuam eiſdem monachis de tota terra ſua quam habuit in **Sydenham** cum capitali meſſuagio & pertinentiis ſuis (&c.) Remiſſionem (&c.) quas frater *Ricardus* quondam abbas de *Regali-loco* juxta *Oxon.* & ejuſdem loci conventus fecerunt per ſcriptum ſuum eiſdem monachis de annuo redditu triginta ſolidorum provenientium de ſumma ſexaginta ſolidorum pro duobus feodis militum in **Stoke-Talemache** & de ſecta curiæ ſuæ de **North-Oſeney**, & de ſcutagio quantum pertinet ad j. feod. mil. Necnon donationem (&c.) quas frater *Robertus* quondam abbas *Regalis-loci* prædicti & ejuſdem loci conventus de aſſenſu *Edmundi* tunc comitis *Cornubiæ* fundatoris ſui fecerunt per cartam ſuam *Rogero* tunc abbati de **Thame**, & ejuſdem loci conventui de annuo redditu triginta ſolid. quem prædicti abbas & conventus de *Loco-regali* de prædictis abbate & conventu de **Thame** ex dono & aſſignatione prædicti comitis pro dominio villæ de **Stok-Talemache** quæ de eodem comite teneri conſueverat, annuatim percipere ſolebant. Et ſimiliter donationem quam prædicti abbas & conventus *Regalis-loci* prædicti fecerunt per cartam ſuam prædictam præfatis abbati & conventui de **Thame** de tota ſecta curiæ & hundredi de tribus ſeptimanis in tres ſeptimanas, quam iidem abbas & conventus *Loci-regalis* habuerunt in prædicta villa de **Stoke-Talemache** ex dono & conceſſione præfati comitis tam de ipſo abbate de **Thame** quam de omnibus hominibus ejuſdem villæ liberè tenentibus una cum viſu franciplegii, & omnibus proventibus de eodem viſu, provenientibus abſque ullo retenemento. Habendum & tenendum ita libere purè & integrè ſicut carta prædicti comitis & confirmatio domini *E.* nuper regis *Angliæ* patris noſtri præfatis abbati & conventui *Loci-regalis* inde factæ plenius continent & teſtantur. In quibus quidem cartis & confirmatione expreſſè vidimus, inter alia, contineri præfatum comitem dediſſe prædictos ſexaginta ſolidos annui redditus provenientes de duobus feodis mil. in **Stok-Talemache** præfatis abbeti & conventui *Loci-Regalis* cum omnibus juribus libertatibus & aliis pertinentiis ſuis, ut in dominicis homagiis, fidelitatibus, wardis, releviis, eſcaetis, ſerviciis, (&c.) una cum viſu franciplegii & cum omnibus quæ ad viſum illum pertinent. Et quod nullus ballivorum prædicti comitis in terris vel tenementis prædictis diſtrictionem aliquem faciat, nec de aliquo ſe intromittat. Ita quod nec præfatus comes nec hæredes ſui in terris illis aliquid juris ſervitii vel clamii exigere vel clamare poſſint, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt præfatis abbati & monachis de **Thame** & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus, ſicut cartæ & ſcripta prædicta & ſimiliter dicta carta prædicti comitis *Cornubiæ* rationabiliter teſtantur. In cujus &c. Teſte Rege apud **Clarindon** vij. die Marcii. *Per ipſum Regem.*

BORDESLEYENSIS

Abbatia in agro Wigornienſi, * *fundata anno MCxxxviij.*

* Annal. de *Derley* in bibl. *Cotton.*

Ex ipſo autogr. penes *Clementem Throgmorton* de *Haſeley in* com. Warr. militem a. 1630.

Vide Par. 11 *R.* 2. part. 2. m. 24.

Carta fundationis.

M. Imperatrix, *H.* Regis filia & *Anglorum* Domina, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus & omnibus fidelibus Anglis & Normannis tam preſentibus quam futuris ſalutem. Notum ſit vobis me pro Dei amore & pro anima *H.* Regis patris mei, & *M.* Reginæ, matris meæ, & parentum & anteceſſorum meorum & pro ſalute *G.* comitis *Andegaviæ* Domini mei, & mea, & *H.* heredis mei, & aliorum filiorum meorū, & pro pace & ſtabilitate Regni *Angliæ*, fundaſſe Abbatiam quandam que dicitur *Bordeſleia*, de ordine *Ciſtercienſi*, in honore beatiſſimæ virginis *Mariæ* Reginæ Cœlorum.

Huic autem Abbatiæ dedi & conceſſi & confirmavi totam terram **Bordeſleie**, & **Teneſhale**, & **Ludeſhale**, & **Cobeſleie**, & **Holeſweie**, præter terram parcarii, & totum dominicatum *Budifordiæ* & *Northuniæ*, in boſco, & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, & in omnibus aliis pertinentiis. Præterea jus advocationis & dominationis eccleſiæ de *Terdebiga*, cum virgata terræ in eadem villa, & quibuſdam ſartis prope diviſam terræ ejuſdem abbatiæ, &

novum puteum de **Wich** de proprio labore ſuo, & omnia aiſiamenta ſua in foreſta de **Feccaham**, cum omni libertate paſnagii & paſturæ, & materiem ad ædificia conſtruenda, & aliarum rerum uſui neceſſariarum. Et unam piſcariam apud *Herneleiam*, cum terra quæ ad eam pertinet. Hæc autem omnia liberè & quietè, bene & in pace ab omni ſervicio & exactione, & conſuetudine ſeculari imperpetuum permanſura concedo, & ſigilli mei impreſſione confirmo. Teſtibus *Roberto* Comite *Glouceſtriæ*, & *Gualeranno* Comite *Mellenti*, & *Milone* Comite *Herefordiæ*, & *Willielmo* de *Pontearch* Camerario, & *Willielmo* de *Bellocampo*, & *Willielmo Diffublato*, & *Gaufrido* de **Walturvill**, & *Goſcelino* de **Baillol**, & *Roberto* de **Trumovill**. Apud Diviſes.

Ibid.

RICARDUS Dei gratia, Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*. Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos pro ſalute noſtra, & *A.* Reginæ matris noſtræ, & pro anima Regis *H.* patris noſtri, & pro animabus omnium anteceſſorum noſtrorum & ſucceſſorum, conceſſiſſe & præſenti Carta noſtra confirmaſſe Deo & abbatiæ ſanctæ *Mariæ* de *Bordeſleia* & monachis *Ciſtercienſis* ordinis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, omnes rationabiles donationes quæ eis factæ ſunt, & quæ rationabiliter ipſis fient. Ex dono videlicet *Matildis* Imperatricis, & Regis *H.* patris noſtri, totam terram de *Bordeſleia*, & de *Teneſhala* & *Terdebigga*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & jus advocationis & dominationis eccleſiæ ejuſdem villæ de *Terdebigga*. Et totam terram de *Holeweia*, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum aſſartis eidem terræ conjunctis, quæ ſunt de feodo epiſcopi *Wigorniæ*, præter terram parcarii, & omnia aiſiamenta ſua in foreſta de **Fecham**, cum omni libertate paſnagii & paſturæ, & ligna & materiem ad domos ſuas faciendas, & ad alias res uſui ſuo neceſſarias. Et in eadem foreſta unam Porchariam apud **Fecham**, cum dimidia virgata terræ. Et totum dominicum de **Budiford**, cum duobus molendinis, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis donec eis de eodem dominico de **Budiford** eſcambium donemus ad valentiam. Et totum dominicum de *Nortkona*, cum terra Foreſtarii & Bedelli & *Godrici* de **Hundesfeld**, & cum omnibus pertinentiis ſuis. Et novum puteum de **Wich**, de proprio labore ſuo ad proprios uſos ſuos ſine venditione quam inde faciant ibi. Et unam piſcariam apud *Erneleiam*, cum terra quæ ad eam pertinet. Præterea concedimus eis & confirmamus omnes donationes quæ eis rationabiliter factæ ſunt, ſicut Cartæ donatorum vel cyprographa teſtantur.

Ex dono *Simonis* epiſcopi *Wigornenſis*, quandam terram apud **Wich** juxta *Cholevillam* quæ fuit Inſula quedam, in qua prædicti monachi de proprio labore ſuo ſuum habent puteum. Et quedam eſſarta juxta terram de *Holeweia*, quæ ipſi eſſartaverunt.

Ex dono *Randulphi*, Comitis *Ceſtriæ*, totam terram de *Cumba*, cum pertinentiis ſuis.

Ex dono *Rogeri* Comitis de *Warwico*, totam terram de **Sudhanger**, & unam hidam terræ apud *Octeſeluam*, quæ fuit *R.* filii *Gregorii*, cum omnibus pertinentiis ſuis.

Et dono *Willielmi* & *Stephani* de *Bellocampo*, *Oſmareſleiam*, cum omnibus pertinentiis ſuis.

Ex dono *Petri* de *Stodleia*, decem acras terræ apud *Hildebergawrtha*.

Ex dono *Nicholai* filii *Bernardi*, duodecim acras terræ, juxta porchariam de **Fecham**.

Ex dono *Edrici* **Eſtrece**, unam virgatam terræ.

Ex dono *Ricardi Coventrenſis* epiſcopi, unum maſagium in **Lichesfled**. & terram *Rogeri* de **Harland**, & terram quam habent de *Willielmo* de **Balance**, & de *Hereberto* **Putot**. Et unam virgatam terræ de *Gaufrido* **Peche**.

Ex dono *Willielmi* Comitis de *Warwico*, jus advocationis & dominationis eccleſiæ de *Claverdona*, ſicut Carta ejus teſtatur; Et terram quam habent de *Willielmo* de *Burleia*.

Em dono *Roberti* de **Staford** unam hidam terræ in *Burleia*, & duodecim acras terræ in **Tiſo**, & duas acras prati & paſturam quæ dicitur **Orehei**.

Ex dono *Rogeri* de **Sanford**, molendinum de *Lea*, & terram quam *Walterus* **Cumin** eis dedit juxta *Suhangram*. Et in **Warewic** dua maſagia ex dono Comitis *Willielmi*.

Ex dono *Hugonis* de **Blæz**, octo acras terræ & duas acras prati.

Ex dono *Radulfi* filii *Hugonis* gravam juxta *Sudhangram*.

Quare volumus (*&c.*) Teſtibus *Hugone Dunelmenſi* epiſcopo, *G. Wintonienſi* epiſcopo, *H. Coventrenſi* epiſcopo, *R. Londonienſi* electo, *Herberto Cantuarienſi*, & *Willielmo* archidiacono, *Willielme Mauduit* domini Regis Camerario, *Johanne* Maraſcallo, *Roberto* de **Witefeld**. Data per manum *Willielmi* Cancellari noſtri *Elienſis* electi apud *Weſtmonaſterium* xv. die Novemb. anno primo regni noſtri.

Carta *G.* Comitis *Millenti.*

Ex autogr. in bibl. Hatton.

G. *Comes* **Mellent**, *omnibus filiis ſanctæ eccleſiæ tam præſentibus quam futuris, ſalutem. Sciatis me fund ſſe abbatiam de* Bordeſleia, *de ordine* Ciſtercienſi, *in honore beatæ virginis* Mariæ, *pro Dei amore, & pro anima patris mei, & anteceſſorum meorum, & pro ſalute mea & hæredum meorum, & huic abbatiæ, & monachis in ea Deo ſervientibus, dedimus in elemoſinam perpetuam & confirmavimus, totam terram de* Bordeſleia *& de* Teneſhala, *& de* Terdebigga *cum omnibus pertinentiis ſuis, & jus advocationis, & donationis eccleſiæ ejuſdem villæ de* Terdebiga, *& totam terram de* Helweia, *cum omnibus pertinentiis ſuis, præter terram parcharii. Et omnia eaſiamenta ſua in foreſta de* **Fechebam**, *cum omni libertate paſnagii, & paſturæ & ligna, & materiem ad domos ſuas faciendas, & ad alias res uſui ſuo neceſſarias; Et in eadem foreſta unam porcariam apud* **Feckeham**, *cum dimidia virgata terræ, & totum dominium de* Budifordia, *cum duobus molendinis, & cum omnibus pertinentiis ſuis; & totum dominium de* **Northune**, *cum terra foreſtarii & bedelli, &* Godrici *de* **Hundesfeld**, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & novum puteum de* **Wich**, *de proprio labore ad proprios ſuos, ſine venditione quam* *inde faciant ibi; & unam piſcariam apud* **Ernelei** *cum terra quæ ad eam pertinet. Præterea concedimus eis, & confirmamus omnes donationes, quæ eis factæ ſunt de feodo meo, ſicut carta donatorum teſtantur;* *Ex dono* Willielmi *de* Bellocampo, *&* Stephani *fratris ejus* **Oſmereſle** *cum omnibus pertinentiis ſuis;* *Ex dono* Alani *de* Novavilla, *molendinum unum apud* **Bere**, *cum pertinentiis ſuis.* *Ex dono* Edrichi Eſtriche *virgatam unam terræ apud* **Feckenam.** *Quare volo,* (&c.) *Teſtibus,* Symone *epiſcopo* Wigornienſi, Roberto *comite de* Leiceſtria, Roberto *de* Novo-Burgo, Nicholao *de* Lunda, *&* Johanne *fratre ejus,* Richardo *de* Furmovilla, Willielmo *de* Pinui, Alano *de* Novavilla, Radulfo *de* Mainevilla.

Carta Matildis *Comitiſſæ* Ceſtriæ.

Ex autographo in officio armorum.

✠ OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam prælatis, quam ſubditis, tam præſentibus, quam futuris Dei fidelibus, *Matildis* comitiſſa *Ceſtriæ*, & *Hugo* filius ſuus, veram quæ eſt in Chriſto ſalutem. Notum ſit vobis nos eandem donationem dediſſe, & in perpetuam elemoſinam conceſſiſſe *H.* abbati & monachis de *Bordeſleia*; ſcilicet, *Cumbam*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & tam liberè, & quietè, & plenariè, uti, dominus & ſponſus meus, *R.* comes *Ceſtriæ*, illam donationem, ipſis monachis dederat, & conceſſerat, pro redemptione animarum noſtrarum, & anteceſſorum noſtrorum. Hujus donationis & conceſſionis teſtes ſunt, *S.* abbas de *Saviniaco*, *Johannes* abbas de **Poil**, *R.* de *Bill. W.* de *Redemer*, *R.* capellano, *G.* de *Hand*, *R.* filius *H. Oſtr.* valete in Chriſto.

PARCO-LUDE *Abbatia* (*vulgariter* **Louth-Parke** *nuncupata*) *in agro* Lincolnienſi, * *fundata anno* MCxxxix.

* Annal. de Peterburgh in bibl. Cottoniana.

Ex codice MS. de origine *Fontanenſis* cœnobii in biblioth. *Arundel.* fol. 8. b.

EOdem tempore (ſcilicet anno quinto fundationis monaſterii de *Fontibus*) *Alexander* bonæ memoriæ *Lincolnienſis* epiſcopus locum quendam **Haverholme** nomine, ad abbatiam ordinis noſtri conſtruendam in manus ejuſdem abbatis de *Fontibus* conſignavit.

Suſcipit abbas offerentium munus, & de Dei preſumens adjutorio, miſſis fratribus ad utrumque locum ædificia conſtruxit, erigit officinas. Anno ſeptimo fundationis domus de *Fontibus*, rebus pro tempore convenienter diſpoſitis, una die 4. ſcil. Non. Febr. emiſſi ſunt duo monachorum conventus, alter ſub abbate *Roberto* de *Snella*, ad monaſterium de **Kirkeſted**, alter apud **Haverholme** ſub abbate *Gervaſio* & hi ambo de primis patribus erant, qui de cœnobio *Eboracenſi* egreſſi in ſudore vultus ſui, hanc vineam plantaverunt. Diſplicuit fratribus qui apud **Haverholme** miſſi fuerant ſedes habitationis ſuæ, & commutatione facta, locum alterum quem *Parcum-Lude* nominant, de manu epiſc. receperunt; cecidit ſemen in terram bonam, & ſurrexit in meſſem copioſam, & facti ſunt in gentem magnam.

Carta regis *Henrici* tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.

Cart. 10 E. 3. nu. 17. per Inſpex. Et ibid. num. 1

H. *Rex* Angliæ *& dux* Norm. *&* Aquitaniæ *& comes* Andeg. *archiepiſcopis* (&c.) *Sciatis me conceſſiſſe & præſenti carta mea confirmaſſe Deo & S.* Mariæ *& monachis de* Parcho-Lude *tam præſentibus quam futuris ibidem Deo ſervientibus pro amore Dei & ſalute animæ meæ, & omnium parentum meorum, & reginæ, & pro ſtatu regni mei, donationem illam quam* Alexander Lincolnienſis *epiſcopus fecit Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *& monachis ejuſdem loci; ſcilicet parchum in quo ipſe* Alexander *epiſcopus eccleſiam & abbatiam fundavit, & terras quas ipſe eis dedit & carta ſua confirmavit. Præterea confirmo eis loca omnia in quibus grangiæ eorum fundata ſunt, & omnes terras & paſturas eidem abbatiæ & grangiis eorum pertinentes. Scilicet ex dono* Ranulfi *comitis* Ceſtriæ *terras & paſturas quas dedit eis in* Tetteneia *cum cæteris adjacentiis in aquis & ſalinis, in mariſcis, in pratis. Et illas quas* Willielmus *de* Friſtona, *&* Hugo *de* Scotenio, *&* Lambertus *filius ejuſdem* Hugonis, *&* Berta *uxor ejus, &* Robertus *de* Permota, *&* Euſtachius *filius* Willielmi *dederunt eis in campis de* Corintuna *tam de terra bruſcoſa quam de terra arabili. Et illas quas* Rogerus *filius* Goſcelini, *&* Johannes *filius* Mengi *eis dederunt in campis de* **Alvingham**; *& terram bruſcoſam quam idem* Rogerus *prænominatus dedit eis in campis de* Corintuna, *& quas* Hamelinus Croc *dedit eis in campis de* **Jerburg**, *& quas* Turſtinus *&* Gillebertus, *&* Ranulfus *filii ejuſdem* Turſtini *eis dederunt in campis de* Bracheberga, *& quas* Anfridus *&* Osbertus *nepos ejus, &* Rob. *filius* Gilleberti *eis dederunt in campis de* Lecheburna, *& quas* Turoldus *de* **Mannebi** *&* Alanus *filius ejus, &* Robertus del Mareis *dederunt eis in campis de* **Grimolby**; *& quas* Ranulfus *de* Bajocis, *&* Hugo *&* Alanus *filii ejus, &* Margareta *mater eorum eis dederunt in campis de* Bruerne *de* Keleſterna; *& quas* Albreda *de* Tohem *&* Walterus *filius* Aluderi, *&* Simon *&* Robertus *filii ejus dederunt eis in campis de* **Bunnebroc**, *& quas* Robertus *filius* Fulconis, *&* Robertus *filius ejus, &* Alexander *de* **Achethorp** *eis dederunt in campis & brueris de* **Elchinton**, *& quas* Gillebertus *de* Ormesbia *dedit eis in campis & in brueris de* **Ormesby.** *Et quas* Walterus *de* **Hamby**, *&* Radulfus *de* **Wyn** *dederunt eis in campis de* **Win** *& de* **Ormesby**, *& quas* Johannes Obburvilla *dedit eis in campis de* **Catheby**, *& quas* Eudo *de* **Greinesby** *&* Radulfus *filius ejus &* Ivo *de* **Scrubby** *dederunt eis in campis de* **Aby** *&* **Scrubby.** *Et quas* Alanus *de* **Breme** *&* Muriel *uxor ejus, &* Willielmus *filius* Simonis, *gener prædicti* Alani, *dederunt eis in campis de* **Wodetorpe** *de terra bruſcoſa: & quas* Willielmus *filius* Walteri *de* Wella, *&* Robertus *filius* Simonis *de* **Direby** *&* Ricardus *filius* Aluredi *de* **Haringtone** *dederunt eis juxta grangiam eorum de* **Aby** *de terra bruſcoſa, & terram bruſcoſam quam Vicius de* **Beſeby** *dedit eis in campis de* **Beſeby**, *& quas* Rogerus *de* Laſcells, *&* Picotus *filius ejus, &* Robertus Walbert, *&* Osbertus *filius ejus, &* Willielmus *filius* Osberti *dederunt eis in campis de* Fugloſtova; *& quas* Joſcelinus *de* **Bleſeby**, *&* Willielmus *filius ejus, &* Alexander *gener illius, &* Willielmus *filius* Alexandri, *&* Remerus *de* Houtunia *dederunt eis in campis de* **Bleſeby** *tam in boſco quam in plano. Et quas* Robertus *de* Barra *dedit eis in campis de* Thirintona, *& quas* Gillebertus *filius* Hereberti, *&* Gilbertus *filius* Joſcelini, *&* Radulfus *frater ejus, &* Giffardus *&* Paganus *filii ejus dederunt eis in campis de* Liſſintona, *& quas* Robertus *de* Nevilla, *&* Hubertus *de* **Malmetone** *dederunt eis in campis de* **Malmetone** *& quas* Gilbertus *filius* Radulfi *& fratres ejus dederunt eis in campis de* **Ragnaldtorp**, *& quas* Henricus *de* **Meſſingham** *&* Robertus *filius* Ricardi *dederunt eis in campis de* **Meſſingham**. *Præterea omnia dona præfatæ eccleſiæ rationabiliter conceſſa imperpetuum obtinenda cum communiis & libertatibus ſicut donatorum kartæ teſtantur eidem eccleſiæ in perpetuam elemoſinam confirmo & corroboro. Quare volo (&c.) Dat. per manum noſtram apud* Weſtmonaſterium *xxiiij. die Januarii anno regni noſtri octavo.*

Vide plura in Pat. 8. *E.* 2. part. 2. m. 15.

KIRKSTEDENSIS

Abbatia in agro Lincolnienſi.

De prima fundatione ejuſdem.

MS. in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie Tiberii C. 8.] Scriptura 166.

A. 1139.

ANNO Domini milleſimo centeſimo xxxix. fundatur domus de **Kirkeſtede**, ſub Chriſti teſtimonio & ſanctæ & unicæ crucis, & ſanctiſſimæ Dei genetricis *Mariæ*, & ſancti *Petri* apoſtolorum principis, & omnium ſanctorum, in honore ſanctiſſimæ & perpetuæ virginis Dei genetricis *Mariæ* à domino *Hugone* **Britone** qui extitit vir nobilis, inter primos illius patriæ primus, natione **Brito**, dignitate Baro, inſigni titulo militiæ inſignitus, cujus nomen **Brito**, in *Hugonem* filium *Eudonis*, dominum de **Tateſhale** mutatur, à loco horroris & vaſtæ ſolitudinis qui ſic dicebatur antiquitùs, quandam in ſe planiciem continens, quæ nichilominus fructibus, vepribus & paluris undique cingebatur, qui ab anno antiquis in futuræ religionis preſagium **Kirkſted**, id eſt, *locus eccleſiæ* ab incolis vocabatur. Ipſe *Hugo Fontes* adiit, & advertens in unius glorioſæ perfectionis gloriam apparere humili petitione ex illa fæliciſſima fiſtella examen, peciit & optinuit, cujus memoria ſit in benedictione in æternum & in ſeculum ſeculi, ut veri fundatoris & domini capitali cum ſuis ſucceſſoribus, videlicet domino *Philippo* de **Tatteſhale**, & *Elizabetha*, uxore ejuſdem, & domino *Roberto* & domina *Alicia* uxore ejuſdem, & domino *Roberto* milite ſtrenuo.

De prima fundatione.

Ex vetuſta membrana penes Peregrinum *Willoughby* dominum de *Ereſby* a. 1582.

A. 1139.

ANNO Domini 1139. fundatur domus de **Kirkeſted**, à domino *Hugone Bretone*, qui extitit vir nobilis inter primos illius patriæ primus, natione *Brito*, dignitate Baro, inſigni titulo militiæ inſignitus, cujus nomen *Brito* in *Hugonem* filium *Eudonis* domini de **Tateſhale** mutatur; à loco horroris & vaſtæ ſolitudinis, qui ſic dicebatur antiquitùs. *Hugo* filius *Eudonis*, & *Hugo* filius *Pincionis* fuerunt fratres ſacri, quorum *Hugo* filius *Eudonis* fuit dominus de **Tateſhale**, qui habuit filium & hæredum nomine *Robertum* filium *Hugonis*, cui ſucceſſit *Johannes* filius ejuſdem *Roberti* & hæres. Iſte *Johannes* habuit fratrem nomine *Robertum*, & *Johannes* habuit filium & heredem nomine *Walterum*, cui ſucceſſit alius *Walterus*, filius & hæres primi *Walteri*, cui ſucceſſit *Roberous* filius & hæres ejuſdem *Walteri*.

Carta fundationis per Hugonem *filium* Eudonis.

Ex regiſtro de Kirkſtede in bibl. Hattoniana a. 1640.

NOtum ſit omnibus fidelibus quod ego *Hugo* filius *Eudonis* conceſſi & dedi Deo & ſanctæ *Mariæ* & ordini *Ciſtercienſi*, terram ad conſtruendam Abbaciam in loco qui dicitur **Kirkeſtede**, & eidem abbaciæ & monachis in ea Deo ſervientibus, dedo totum boſcum & mariſcum & moram, ſcilicet ab **Alfſtaneſwat** uſque ad **Witman**, & **Nordbelteſholm Fiith**, ſicut vetus via dividit ad eodem **Felth** uſque ad **Alfſtaneſwat**. Dedi etiam eis **Eſchenape**, cum tota mora ab utraq; parte quantum pertinet ad feudum meum, & *Rifleum*, & moram juxta **Sincher**, ſcilicet quicquid eſt inter **Holebec** & boſcum *Hugonis* filii *Pincionis*, quantum pertinet ad feudum meum & culturam de **Nordcroft**, & **Eneke**: moram & piſcariam quæ fuit *Godmanni* & eam piſcariam quæ eſt propinquior de ſubtus **Trocholm**, & dimidium illius piſcariæ quæ eſt inter has duas piſcarias. Totum etiam mariſcum quod eſt de feudo meo à piſcaria *Godmanni* uſq; ad metum **Kuct** inter altum boſcum & **Witham**. Et ſciendum quod hæc omnia conceſſi eis & dedi in puram & perpetuam elemoſinam cum totis paſturis & communiis totius terræ meæ in boſcis & planis & moris & mariſcis, in viis & ſemitis, ut liberè & quietè & honorificè teneant ab omni ſeculari ſervicio & conſuetudine & omni exactione, pro ſalute mea, & uxoris meæ, & omnium hæredum meorum, & pro animabus patris & matris meæ, & omnium parentum meorum. Hæc autem donatio facta eſt coram *Alexandro* epiſcopo *Lincolliæ*, *Ricardo* abbate de *Fontibus*, *Ricardo* incluſo, *Outi* heremita, *Alap* fil filio *Glauci*.

Carta *Willielmi* de *Dentuna*.

O*Mnibus ſanctæ eccleſiæ filiis præſentibus & futuris* Willielmus *de* Dentuna *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe, & hac mea Carta confirmaſſe*

confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ Mariæ *de* Birkeſtede *& monachis ejuſdem loci in perpetuam elemoſinam totum nemus de* Langhage *cum omnibus pertinentiis ſuis in terra & mora ſicut idem nemus ſe extendit ab* Alſtaneſuat *uſque ad veterem viam quæ dividit* Lofhage *&* Langhage *& ex alia parte dividit* Loufhage *&* Langhage, *& illam partem terræ in campis de* Birkebi *quæ jacet ab aquilonari parte molendini prædictorum monachorum inter viam & ſtagnum molendini. Hæc prædicta conceſſi & dedi prædictis monachis in perpetuam elemoſinam ut habeant & teneant ea liberè & quietè & honorificè ab omni ſeculari ſervicio & conſuetudine & exactione; & ego warantizabo ea monachis contra omnes homines. His teſtibus,* Roberto *filio* Hugonis, *&* Rogero *fratre ejus,* Iſabella *uxore* Roberti *filii* Hugonis, Philippo *&* Roberto *&* Rogero *filiis ejus,* Waltero *filio* Walteri *filio* Hugonis, Gaufrido *capellano.*

Carta Roberti *filii* Hugonis.

Ib. pag. 2. NOtum ſit omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis & fidelibus quod ego *Robertus* filius *Hugonis* conceſſi & firmiter confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de Birkeſtede & monachis ejuſdem loci omnes donationes quas *Hugo* pater meus dedit eis in elemoſinam, ſcilicet Northelteſholm à Fleth uſque ad Alſtanwat & ſicut via departitur; & Riſleum juxta Sinker quantum pertinet ad me & ad feudum meum; & Eſcheſnap piſcariam *Godmanni* & dimidiam piſcariam de Welfeſhelm, & totam piſcariam *Godrici Wril* & piſcariam totam de Trocholm, & totum mariſcum inter piſcarias, & bruerium de Cineikemor, & culturam de Northcroft, & terram ſedis abbatiæ, quæ vocatur Birkeſtede, & terram grangiæ & domorum juxta abbatiam, & totum dimidium dominii mei de *Strutuna* cum decimis ejuſdem dominii, & dimidium pratum ejuſdem dominii mei: & inſuper culturam de *Tirna* quam pater meus dedit eis in augmentum in exitu vitæ ſuæ, & communem paſturam totius terræ meæ. Et hoc ſciendum eſt quod conceſſi eis & dedi decimam ejuſdem culturæ quæ vocatur *Tirna.* Hæc omnia prædicta dedi eis in elemoſinam voluntate & conceſſu fratrum meorum pro anima patris mei & matris meæ & pro ſalute fratrum meorum & omnium anteceſſorum meorum liberè & quietè ab omni ſeculari ſervitio & conſuetudine. His teſtibus, *Gaufrido* capellano, *Roberto* presbytero de *Martuna, Waltero* & *Andrea* fratribus meis, *Roberto* filio *Symonis.*

Alia Carta ejuſdem *Roberti.*

Ib. pag. 3. *OMnibus ſanctæ eccleſiæ filiis præſentibus & futuris* Robertus *filius* Hugonis *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Birkeſtede *& monachis ejuſdem loci in perpetuam elemoſinam donationem quam* Willielmus *de* Dentun *frater meus fecit eis de boſco qui vocatur* Langhage *cum pertinentiis ſuis & de illa parte terræ in campis de* Birkeby *quæ jacet ab aquilonari parte molendini prædictorum monachorum, inter viam & ſtagnum molendini ſicut carta ipſius* Willielmi *quam monachi de his rebus habent teſtatur. Præterea conceſſi & dedi eiſdem monachis in aumentum quando receperunt prædictum* W. *fratrem meum pro prece mea, totam moram quæ eſt inter ipſum boſcum de* Langhage *& veterem viam quæ vadit à* Lochage *uſque ad* Loufhage, *& quæ ex una parte dividit inter* Langhage *&* Lochage *& ex alia parte dividit inter* Langhage *&* Loufhage. *Et hoc totum feci prædictis monachis pro ſalute mea & uxoris meæ & hæredum meorum & anteceſſorum meorum. His teſtibus* Rogero *filio* Hugonis, Iſabella *uxore mea,* G. *capellano,* Petro *capellano de* Canloueſbi.

Carta Girardi *filii* Girardi *de* Furnivall.

Ib. pa. 238. OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus, & futuris *Girardus* filius *Girardi* de Furnivall ſalutem. Noveritis me dediſſe, & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de Birkeſtede pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ *Matildis,* & *Ricardi,* & *Willielmi* de Luvetot & patris mei, & matris meæ & hæredum, ad luminare miſſarum medietatem molendini de Wdeus, cum omnibus pertinentiis, & conſuetudinibus, quæ ad prædictum molendinum pertinere ſolent, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio & exactione, & auxilio, ſicut elemoſina liberius teneri poteſt, & ego & hæredes mei warantizabimus omnia prædicta contra omnes homines imperpetuum. Hiis teſtibus, *Oſmundo* abbate, & *Theobaldo* monacho de *Rupe, Henrico* Priore & conventu de Wirkeſop, *G.* de *Furnivall* patre meo, magiſtro *Alano* de *Boleſ. Roberto* de *Sumervill, Rogero del Hair, Thoma* de *Ranevill, Rogero* de *Lanum, Thoma* ſerviente.

Carta *Girardi* de Furnivall.

Ex eodem regiſtro pag. 244. *OMnibus ſanctæ eccleſiæ filiis præſentibus & futuris* Girardus *de* Furnivall *maritus* Matildis *de* Luvetot *ſalutem. Sciatis me per bonam voluntatem prædictæ* Matildis *uxoris meæ conceſſiſſe, & hac præſenti carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *& monachis de* Birkeſtede *in puram & perpetuam elemoſinam, omnes donationes, quas* Ricardus *de* Luvetot, *&* Willielmus *filius ejus fecerunt eis in feodo ſuo. Et præterea donationem* Huctredi *de una bovata terræ in territorio de* Handeſwrth *cum pertinentiis ſuis. Et donationem* Rogeri *filii* Arturi *de una bovata terræ in territorio de* Wdehus. *Et donationem* Radulfi Blundi, *ſcilicet dimidiam bovatam terræ in territorio prædictæ villæ de* Wdehus, *& duas terras, cum duabus gravis. Et donationem* Hugonis *de* Bramleya; *ſcilicet unum toftum in quo continentur quatuor acræ. Omnia prædicta habebunt, & tenebunt prædicti monachi liberè & quietè ſine omni ſeculari ſervitio, & conſuetudine & exactione, mihi pertinenti, ſicut cartæ donatorum quas prædicti monachi habent teſtantur. Hoc totum feci eis pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ* Matildis *de* Luvetot, *& pro ſalute omnium anteceſſorum noſtrorum & hæredum. Hiis teſtibus,* Symone Folyot, Thoma *de* Reinvilla *tunc ſeneſcballo,* Symone *de* Campo Remigio, po Remigio, Euſtacio *fratre ſuo*, Radulfo *de* **Eccheleſhall**, Willielmo *de* **Holton**, Radulfo *de* **Walderſchell**.

Carta Ricardi *de* **Lubetot**, *de heremitorio ſancti* Johannis *de* **Kymbrworth**.

Ib. p. 233. R*Icardus* de **Lubetot** omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis preſentibus & futuris ſalutem. Notum vobis ſit, me conceſſiſſe & dediſſe, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Kyrkeſtede** & monachis ejuſdem loci in elemoſinam heremitorium ſancti *Johannis* quod eſt in parochia de **Ecclesfeld**, cum tota terra quæ ad ipſum heremitorium pertinet, & eam quam pater meus ibi dedit, & quam ego appoſui de augmento ſicut diviſæ terrarum *Ricardi* de **Bulli**, & *Jordani* de *Reinevilla* dividunt; & totam terram quæ fuit *Roberti le* **Cras**, dedi eis ſimiliter, ſicut prædictæ diviſæ eam dividunt. Hanc elemoſinam dedi eis monachis liberè & quietè ab omni ſeculari ſervitio, & conſuetudine & omni exactione pro ſalute mea, & *Willielmi* filii mei, & hæredum & fratrum meorum, & pro animabus patris & matris meæ, & *Ceciliæ* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, & ipſi monachum facient ſervire Deo ibi ad capellam. Teſtibus, *Radulfo* filio *Gilberti*, *Hugone* de **Lubetot**, *Rogero* clerico, *Radulfo* filio *Radulfi* filii *Gilberti*, *Radulfo* filio *Vgtredi*, *Radulfo de la* **Chambre**.

Carta *Walteri* de **Aencurt**.

Ib. p. 57. O*Mnibus ſanctæ eccleſiæ filiis*, *præſentibus & futuris*, Walterus *de* **Aencurt** *ſalutem. Sciatis me, per voluntatem, & conceſſionem hæredum meorum*, Oliveri, *&* Johannis, *conceſſiſſe, & dediſſe in perpetuam elemoſinam, Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Kirkeſtede**, *& monachis ejuſdem loci, totam terram quam* Ricardus *tenebat de me ad boſcum de* **Chotes**. *Et præterea conceſſiſſe eis, & confirmaſſe, totam terram quam* Ivo de Blancheneia *dedit eis in elemoſinam, cum decem perticatis prati, & nominatim quicquid habuit in* **Sudwodeengh**, *& terram quam* Amfridus *de* **Chotes** *dedit eis, quæ eſt infra curiam grangiæ ſuæ, & culturam quæ eſt ab occidentali parte curiæ, per conceſſum* Roberti, *ad quem pertinebat hæreditas terræ, quam* Amfridus *tenebat; & ſimiliter omnes donationes terrarum, & pratorum, quas mei homines de* Blancheneia *& de* **Chotes** *dederunt eiſdem monachis infra curiam ſuam, vel extra. Et ſimiliter conceſſi eis communem paſturam, per totos campos de* Blancheneia, *ubique in boſco & plano, & liberos introitus, & exitus ubique ad eandem paſturam; & ſimiliter calcedas, & vias & omnes commoditates operationum ſuarum ubique in feudo meo. Et volo ut idem monachi habeant, & teneant omnia prædicta liberè, & quiete ab omni ſeculari ſervitio, & conſuetudine & omni exactione. Et ego & heredes mei warantizabimus ea ad opus ipſorum monachorum, & de omnibus, rebus & ſervitiis adquietabimus erga omnes homines. Hoc autem factum fuit anno ab incarnatione domini*
A.D. 1140. 5. Steph. *MCxl. Teſt.* Hugone *fratre meo de* **Aencurt**. *&c.*

Carta Johannis *filii* Walteri *d'*Aencurt.

J*Ohannes D'aencurt* filius *Walteri D'aencurt*, omnibus hominibus ſuis & amicis, & omnibus, fidelibus ſanctæ eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, ſalutem. Notum vobis ſit, me per conceſſionem *Aeliciæ* ſponſæ meæ & hæredum meorum conceſſiſſe & dediſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Kirkeſtede**, & monachis ejuſdem loci in perpetuam elemoſinam duas carucatas terræ in campis de **Branztun**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in pratis & paſturis, in moris & mariſcis, in viis & ſemitis, in introitibus & exitibus, in nominatim paſturam ad mille oves, per majus centum, & ad boves de vij. carucis, & ad x. vaccas, Sciendum verò eſt, quod una de prædictis carucatis fuit de dominio meo menſæ meæ, & altera fuerat hominum meorum de **Branztun**, quæ deciderat in meam manum. Utraq; carucata eſt de octies viginti acris per perticam xvj. pedum & dimidii. Dedi etiam eis in elemoſinam unum managium in eadem villa congruum ad domos ſuas faciendas, & unum alterum managium in brueriis ubi ipſis placet, de v. acris, ad faciendas bercarias ſuas, & domos, & liberos introitus & exitus ad paſturas ſuas omnibus temporibus anni. Hæc omnia prædicta & prenominata dedi eiſdem monachis, & hac mea carta confirmavi in perpetuam elemoſinam, liberè & quietè ab omni ſeculari ſervitio & conſuetudine, & omni exactione. Et de boſco meo conceſſi & dedi eis in elemoſinam x. carucatas de Ramilia, & tres de virga, per ſingulos annos. Et ego & heredes mei, ex toto acquietabimus predictam elemoſinam apud Regem, & apud omnes homines de omnibus terris & warantizabimus monachis omnia predicta imperpetuum contra omnes homines. Et nullus hominum meorum alicui alii dimittet de terra ſua in eadem villa, niſi ipſis monachis, ad idem precium quod alius rationabiliter dare voluerint. Nec recipientur alicujus alterius pecora ad paſturam in eiſdem campis niſi ipſorum monachorum & meorum propriorum hominum de eadem villa, neque pro me, nec per aliquam aliam qui de eodem feodo tenet vel tenebit; Sed ego paſturam predictam eis liberabo, & deliberatam eis tenebo. Totum hoc affidavi ego in manu *Ricardi* de **Lubetot**, & totum conceſſerunt mei proprii homines de eadem villa libere tenentes; Scilicet *Fulco* de *Alnei*, *Radulfus* de **Gruncurt**, & *Rogerus* filius *Suani*. Hoc factum fuit apud **Notingham**, A.D. 1149. 15 H. 2.
anno ab incarnatione Domini MClxix. undecima die menſis Septembris, coram Juſticiis domini Regis errantibus; Scilicet, *Willielmo Baſſet*, & *Alano* de **Nevill** juniore, & *Adam* de **Gernemue**, & *Ranulfo* de **Glanvill** Vicecomite. Teſte *Philippo* de *Kima* Vicecomite, *Roberto* filio *Ranulfi* Vicecomite **Notingham**, *Ricardo* de **Lubetot**, *Bertramo* de **Verdun**, *Simone* de **Crevequer**, *Ricardo* de **Flet**, *Widone de* **Ver**, *Rogero* de **Benigworth**, *Stephano de* **Hoiland**, *Alexandro* filio *Tocie*, *Ricardo* **Furmintin**, *&c.*

Carta

Carta *Philippi* de *Kyma.*

Ib. pa. 129. O*Mnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris,* Philippus *de* Kima *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Birkeſtede,** *& monachis ejuſdem loci, elemoſinam quam* Symon *filius* Willielmi, *pater meus dedit eis, in campis de* **Pedringham**; *ſcilicet, terram de brueria lucrabilem, & non lucrabilem, quicquid eſt de feodo meo, ad occidentem magnæ via quæ venit de* Mera, *& tenditur ad* **Eſlaford,** *uſque ad metas de* **Bodebi**; *& totum dominicum meum de terra lucrabili, ultra* **Litleſen** *ab orientali parte molendini ipſorum monachorum.* Et *concedo eis quantum pertinet ad feudum meum in eodem molendino; & foſſatum, quod eſt, ab aquilone grangiæ ipſorum de* **Lindewode** *& quod infra ipſum includitur, quantum pertinet ad feudum meum. Præterea confirmo prædictis monachis donationem, quam eis fecerunt* Settebrandus *de* **Cuningeſbi,** *&* Radulfus *filius* Odgari, *cognatus ejus, in campis de* **Cuningeſbi**; *ſcilicet, totam terram quæ eſt inter* **Oſgotebarnwd,** *& metam* Reg. *uſque ad mariſcum, cum frutecto, & ſarto, & manſionem quam ibi fecerunt, & communem paſturam utrorumque camporum prædictorum, in boſco & plano, in moris, & mariſcis, quantum pertinet ad feudum meum.* Et *de donatione* Odonis *de* Kal. *terram quam habuit juxta terram* Sorteber *de* **Cuningeſbi,** *in prato, & frutecto, & mariſco, ſimul & unam piſcariam, & dimidiam in* Widina; *videlicet, illam quæ proxima eſt ſubtus* **Dockedich,** *& dimid. in* Magalangraca, *ſicut carta ipſius* Odonis *teſtatur. Hæc omnia conceſſi, & confirmavi monachis ſanctæ* Mariæ *de* **Birkſted,** *in perpetuam elemoſinam, liberè, & quietè ab omni ſeculari ſervitio, & conſuetudine, & omni exactione, Hoc autem feci pro ſalute mea, & uxoris meæ, & hæredum meorum, & pro animabus pntris, & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, anno* A.D. 1162. 182. *incarnationis Dominicæ MClxij. in die ſancti* Stephani *in natali domini apud* Kund. *Sciendum quoque quod & eiſdem monachis de* **Birkeſtede** *confirmavi, hac eadem carta mea, & ſigillo, & ſubſcriptione teſtium eorundem, unam piſcariam in* **Dockediche** *proximam* **Widine,** *quæ eſt de mea propria elemoſina, & donatione. Teſtes ſunt hujus meæ confirmationis de rebus ſupraſcriptis,* Willielmus *filius* Simonis, *&* Simon, *&* Walterus *fratres mei,* Simon *de* Canci, Thomas *filius* Willielmi *filii* Haconis, Rogero *de* **Benigworth,** *& multi alii.*

Carta Roberti *de* Arci.

Ib. p. 177. R*Obertus* de *Arci*, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Notum vobis ſit, me conceſſiſſe, & dediſſe Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Birkeſtede,** & monachis ibidem Deo ſervientibus totam terram, quæ pertinet ad *Nocbetunam*, & ad *Duneſtunam*, ab occidentali parte magnæ viæ quæ venit à *Lincolnia* per villam, quæ dicitur *Mera*, & tendit ad **Scapewich,** in elemoſinam, cum omnibus aiſiamentis, & commoditatibus eidem terræ pertinentibus. Conceſſionem autem, & donationem hujus terræ, & pertinentium feci eis in elemoſinam, conceſſu & voluntate *Thomæ* filii mei & hæredis, & aliorum filiorum meorum, necnon, & concilio & voluntate omnium hominum meorum de prædictis villis. Et hoc feci pro ſalute mea, & uxoris meæ, & filiorum meorum, & pro animabus patris, & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, in capitulo *Lincolniæ*, & in præſentia domini *Roberti* epiſcopi *Lincolniæ*, & frequentis capituli, in anno ſecundo ordinationis ejuſdem *Roberti* epiſcopi, menſe 14 *Steph.* tertio, & xxviij. de menſis ejuſdem. Et ſciendum quod iſtam meam elemoſinam, & iſtam donationem prædictæ terræ, & aiſiamentorum ejus, & commoditatuum poſui in manu *Roberti* epiſcopi *Lincoln.* ad opus & utilitatē monaſterii de **Birkeſtede,** & monachorum. Ego autem, & hæredes mei warantizabimus iſtam elemoſinam eccleſiæ **Birkeſtede** in perpetuum, contra omnes homines. Et poſtquam ego confirmaveram elemoſinam iſtam per hanc meam cartam & ſigillum Deo & eccleſiæ de **Birkeſtede,** ipſe *Robertus* epiſcopus appoſuit auctoritatem ſui teſtimonii per ſigillum. Hujus rei teſtes ſunt, *Robertus* epiſcopus *Lincolniæ*, & capitulum, & *Thuroldus* abbas de *Fontibus*, *Johannes* abbas de *Bardeneia*, *Walo* abbas de *ſancto Laurencio*, *Warinus* abbas de *Valle-Dei*, *Gamellus* abbas de **Rucforde,** *Walterus* capellanus de **Bardenei,** *Elſius* presbiter de **Bukenhal,** *Hamelinus Croc*, *Willielmus* filius *Haconis*, *Ricardus* filius *Outi*, *Wido* de **Wer,** *Herbertus* de **Orrebi,** *Robertus* de *Barkworda*.

Carta Thomæ *filii* Rob. *de* Arci.

Ibid. pag. 128. b. OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filii, præſentibus & futuris, *Thomas* de *Arci* ſalutem. Notum vobis ſit, quod ego *Thomas* de *Arci*, per voluntatem & concilium amicorum & hominum meorum de *Duneſtuna*, & de *Nocbetuna* concedo & confirmo, per hanc meam cartam, & ſigillum, Deo & abbatiæ ſanctæ *Mariæ* de **Birkeſtede,** & monachis ejuſdem loci, donationem quam *Robertus* de *Arci*, pater meus, fecit eis de tota terra, quæ pertinet ad *Duneſtunam* & *Nochetunam* ab occidentali parte magnæ viæ, quæ venit à *Lincolnia*, per villam, quæ dicitur *Mera*, & tendit verſus **Scapewich,** ſicut carta ſua teſtatur, quam habent. Hanc itaque totam terram prædictam do illis & confirmo, per iſtam meam cartam, & ſigillum pro ſalute mea, & ſponſæ meæ, & filiorum & omnium amicorum meorum, & pro anima patris mei, & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, in puram, & perpetuam elemoſinam, liberè & quietè, ab omni ſeculari ſervitio, & conſuetudine, & omni exactione. Et ego, & hæredes mei warantizabimus illam terram totam prædictam, contra omnes homines inperpetuum, & acquietabimus. Hoc factum fuit anno ab incarnatione Domini MClxiij. nono kalendas A.D. 1163. 9 *H.* 2. Junii, apud *Lincolniam*, coram hiis teſtibus, *Roberto* de **Duneſtun,** decano, *Auguſtino* de **Duneſtun** presbitero, *Roberto* de *Nevilla*, *Radulfo* filio *Gilberti*, *Rogero* de **Beningworth,** & *Matheo* fratre ejus, *Hugone Pinceun*, *Roberto* de **Langetun,** *Herberto* filio *Alardi*, *Thoma* filio *Willielmi*, & *Symone* fratre ſuo, *Rogero* de **Trehamtun,** *Widone* de **Wer,** & *Petro* de *Bilingheia*. Et ſciendum quod monachi dant mihi annuatim ad feſtum ſancti *Botulphi* dimidiam marcam argenti, propter hoc, nominatim, ne vel ego, vel heredes mei cogamus illos manſiones facere in memorata terra niſi ad libitum & voluntatem ipſorum.

Carta Thomæ *filii* Thomæ *de* **Arci.**

Ib.pa.135. OMnibus ſanctæ eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Thomas*, filius *Thomæ* de **Areci**, ſalutem. Noveritis me conceſſiſſe, & dediſſe, & hac mea carta omnino quietum clamaſſe monachis de **Kirkeſtede**, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, dimidiam marcam, quam dabant mihi annuatim, ita quod nec ego, nec hæredes mei, aliquid exigere poterimus ab eis pro tenemento quod tenent, per cartam *Roberti* avi mei, de feodo meo in territorio de **Nocheton**, & de **Duneſton.** Sed volo ut habeant & teneant prædictum tenementum liberè, & quietè, ab omni ſeculari ſervitio, & conſuetudine, & exactione, ſicut ulla elemoſina melius, & liberius teneri poteſt. Et in teſtimonium hujus meæ donationis & quiete clamationis, feci eiſdem monachis hanc meam cartam coram hiis teſtibus, *J.* abbate de *Fontibus*, *G.* abbate de **Margan**, *Walleranno* de **Rocheford**, *Petro* de **Nevill**, *Roberto* de **Areci**, & multis aliis.

Inter Nos & Monachos de **Begar.**

Ib.pa.140. OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, *Omniſius* Abbas de **Begar** ſalutem in Chriſto. Sciatis quod *Alanus* Comes *Britanniæ* dedit, in obitu ſuo, Deo & Abbaciæ de **Begar**, ubi corpus ſuum jacet, terram ad unam grangiam faciendam in ſocha de *Gaituna* in elemoſinam, pro ſalutæ animæ ſuæ, & anteceſſorum ſuorum ſicut Carta ſua teſtatur. Sed quoniam hæc elemoſina, tam longè erat de abbatia noſtra, quòd non potuimus eam ad libitum noſtrum & proficuum collaborare, dilectis autem monachis de **Kirkeſtede** eandem elemoſinam fratribus noſtris erat admodum utilis & contigua; eorum precibus & fraternitate compulſi, depoſuimus in manu Comitis *Cononi*, omne jus & omnem donationem & inveſtituram præfatæ elemoſinæ, quam de manu comitis *Alani* recepimus, & ipſe Comes *Conanus* conceſſit & dedit prædictis fratribus noſtris de **Kyrkeſtede** eandem elemoſinam in manu *Radulfi* celerarii, qui in loco abbatis ſui de **Kirkede** præſens aderat in preſentia noſtra, nobis eandem donationem concedentibus, & confirmantibus, & aſſignavit eis in terra ſua, pro eadem elemoſina, duas carucatas terræ & dimidiam de ſuo dominio in territorio de **Gaiton**, & frutectum quod appellatur **Gaiton**-*Rabaga*, & hoc factum fuit coram hiis teſtibus. *Roaldo* Conſtabulario, & *Alano* & *Willielmo* filiis ejus, & *Picot* de **Latele**, *Johanne* filio *Mengi*, *Gaufrido* filio *Morican*, *Wigano* filio *Cade*, *Alano* filio *Gaufridi*, *Johanne* filio *Alvieti*. Pepigimus etiam eis, coram his & multis teſtibus, quod per operam noſtram & perquiſitionem, ſine aliquo rei familiaris ſuæ diſpendio, faciemus eos habere Cartam & Sigillum *Conani* ad confirmationem predictæ elemoſinæ, cum ipſe illius ætatis fuerit, quod terram tenere poterit, & ſigillum habuerit. Hoc etiam pepigimus quod ſi morte preventus, vel quolibet caſu præpeditus fuerim quod hanc conventionem eis perficere non potuerim, apud conventum de **Begar**, & apud Abbates qui de domo de **Begar** facti ſunt impetrabo, quod quicunque poſt me abbas, in domo de **Begar** ſubſtituetur, eandem pactionem eis per omnia perficiet. Et hoc pepigimus quod omnes has conventiones preſentabo per me, & per abbates factas de abbatia de **Begar**, primo generali capitulo *Ciſtercienſi*; & privilegium domini papæ, & Cartas per quas hæc elemoſina confirmata eſt, illuc nobiſcum portabimus, & de eis hanc elemoſinam tenere faciam, & in eorum privilegiis & cartis aſcribi faciam. Et has conventiones confirmavimus hujus cirographi ſubſcriptione, & teſtium annotatione, Scilicet *Mathei* prioris de **Revesbi**, &c.

Carta de Gaitona.

COnanus dux *Britaniæ* & comes de **Richemund**, omnibus ſuis hominibus & amicis *Britannicis* & *Anglis*, & univerſis ſanctæ matris eccleſiæ, tam clericis, quam laicis ſalutem. Ibid. pag. 142. b. Notum ſit vobis omnibus me conceſſiſſe, & dediſſe Deo, & abbatiæ de **Kirkeſtede**, & monachis, ejuſdem loci, eccleſiam de *Gaitona*, & duas carucatas terræ & dimidiam, de meo dominio in campis de *Kaitona*, cum frutecto, quod vocatur **Kaitune-rahage**, cum omnibus quæ ad has duas carucatas & dimidiam pertinent; in toſtis, & croftis, in viis & ſemitis, in pratis, & paſturis, & aquis, & molendinis, in puram, & perpetuam elemoſinam, libere, & quiete, & honorifice, ab omni ſeculari ſervitio, & conſuetudine, quæ ad aliquem hominem, vel ad terram illam pertinent, pro ſalute mea, & pro anima patris mei comitis *Alani*, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum & omnium parentum meorum. T. *Willielmo* abbate ſancti *Melavii* de **Redon**, *Willielmo* abbate de *Fulgeriis*, *Rollando* de **Dinam**, *Radulfo* de *Fulgeriis*.

Carta de Scamtona.

VEnerabili patri *Roberto Lincoln.* epiſcopo, pag. 179. & toti capitulo, & omnibus filiis ſanctæ matris eccleſiæ *Radulfus* filius *Gilleberti* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & dediſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Kirkeſtede** & monachis ejuſdem loci, totam terram meam de *Scamtunia*; ſcilicet totum dominicum ejuſdem villæ, & xxvj. bovatas terræ, cum omuibus appendiciis; in toſtis, & croftis, in pratis, & paſturis, in viis, & ſemitis, in aquis, & boſcum, & molendinum. Hanc donationem concedo eis liberam & quietam, ab omni ſeculari ſervitio & conſuetudine in elemoſinam, pro ſalute mea, & uxoris meæ, & pro animabus patris, & matris meæ, & filii mei, ibidem ſepulti, & omnium anteceſſorum meorum. Et ſciendum eſt quod hanc donationem confirmavi Deo, & prædictæ eccleſiæ in capitulo ſanctæ *Mariæ Lincolniæ*, & optuli ſuper altare ſanctæ *Mariæ* ad opus præfatæ eccleſiæ de **Kirkeſtede**, & monachorum, in præſentia canonichorum capituli *Lincolniæ*, & clericorum de choro. Teſte *Humfrido* Subdecano, *Gilleberto* filio Archidiaconi; *Alexandro*, *Wigero*, *Radulfo* de *Cadamo*, *Roberto* de *Barchworda*.

Confirmatio Gilberti *Comitis* Lincolniæ.

OMnibus ſanctæ eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris *Gillebertus* comes *Lincolniæ* ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe & firmiter confirmaſſe pro ſalute mea & hæredum meorum & omnium amicorum meorum, & pro animabus patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, in perpetuam elemoſinam donationem & elemoſinam, quam *Radulfus* filius *Gilleberti* fecit Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Kirkeſtede* & monachis ejuſdem loci de terra de *Scamtunia*, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſicut carta *Radulfi* filii *Gilleberti* teſtatur Et hujus confirmationis meæ teſtes ſunt, *Philippus* de *Kyma*, *Herbertus* filius *Alardi*, *Willielmus* filius *Walteri*, *Ricardus Baard*, *Petrus* de **Scrembi**.

Carta Richardi *de* **Builli**.

Ib. p. 232. OMnibus ſanctæ eccleſiæ filiis *Ricardus* de *Builli* ſalutem. Sciatis me per voluntatem & conſilium *Emmæ* ſponſæ meæ, & hæredum meorum dimiſiſſe monachis de **Kirkeſted** unum managium in territorio de **Kymberworth**, ad domos ſuas & ortum, & quatuor forgias faciendas; duas ſcilicet ad quoquendum ferrum & duas ad fabricandam, quandocunque voluerint; & mineram ad fodiendum per totum territorium ejuſdem villæ, quantum ſufficit duabus ignibus, & mortuum nemus de **Kyrberworth** quantum ſufficit illis quatuor ignibus, & paſturam ad decem animalia, & quatuor equos, in communibus paſcuis camporum eorum. Omnia hæc dimiſi & conceſſi eis tenere de me, & de hæredibus meis liberè, & quietè ab omni ſervitio, & conſuetudine, præter quod dabunt ſingulis annis mihi, vel hæredibus meis v. ſolidos, ad penteceoſten. Et ſciendum quod totam firmam de primis quinque annis ad-

A. 1161. 8 H. 2. quietaverunt monachi in territorio ſuo, qui fuit anno incarnationis dominicæ MClxj. in die apoſtolorum *Philippi* & *Jacobi*. Poſt finem autem horum quinque annorum, ſi voluerint monachi prædicti tenere, tenebunt omnia illa in perpetuum de me & hæredibus meis per eandem conventionem; ſcilicet, reddendo annuatim v. ſolidos pro omnibus ſervitiis. Hanc autem conventionem tenendam, & warantizandam per me & hæredes meos confirmavi, per cartam & teſtes ſubſcriptos, & ſigilli mei confirmationem. Hujus rei teſtes ſunt, *Hugo* clericus de *Dernham*, *Simon* & *Petrus* capellani ejuſdem villæ, *Jugan* filius *Radulfi*, *Lamb.* diſpenſator, *Thomas* filius *Jocelini Ebor.*

Carta Guarini *filii* Geroldi.

Ib. p. 100. SCiant præſentes & futuri quod ego *Guarinus* filius *Geroldi* camerarius domini regis conceſſi & hac præſenti carta confirmavi amicis meis kariſſimis monachis de **Kirkeſtede** quarreram ſufficientem ad proprios uſus ſuos in perpetuum, capiendam ſuper dominicum meum de **Waſſenbroc**, quam *Conanus* Dux *Britanniæ* dedit eis. Hiis teſtibus, *Johanne* de **Ferlington** tunc ſeneſchallo; *Rogero* de **Codeham**, *Radulfo* de **Langetot**, *Petro* de *Mara*, *Hugone* de *Mara*, *Hugone* de **Waſſinbroc**, & multis aliis.

KINGESWODENSIS
Abbatia in agro Glouceſtrenſi,
* *fundata anno MCxxxix.*

* Annal. de *waverle* in bibl. *Cotton.*

Hiſtoria fundationis.

Ex regiſtro Abb. de *Kingeſwode* penes *Johannem Smith* de *Nibley* in com. *Glouc.* ar. 1651.

HÆc eſt narratio abbatis & conventus de *Tynterna*, de **Kingeſwode**. *Willielmus* de **Berkeley** dedit abbatiæ de *Tynterna* **Kingeſwode** ad fundandam ibidem abbatiam ordinis *Ciſtercienſis*; & *Matildis* Imperatrix filia *Henrici* Regis *Angliæ* carta ſua donum illud confirmavit. Proceſſu verò temporis & tempore hoſtilitatis, regnante Rege *Stephano* poſt mortem *Henrici* Regis *Angliæ*, emerunt illi de **Kingeſwode** **Haſeldene** à quodam *Johanne* de ſancto *Johanne* cui Rex ille *Stephanus* dederat quaſdam terras *Reginaldi* de ſancto *Walerico* tempore hoſtilitatis. Redeunte autem pace & juſtitia, reddente unicuiq; quod ſuum erat, *Reginaldus* de ſancto *Walerico* recepit **Haſeldene** & monachos effugavit. Quibus tandem, poſt multas quas ab eo perpeſſi ſunt vexationes, **Haſeldene** cum cæteris terris quam plurimis ſe redditurum ſpoſpondit, ſi abbatiam ſuum transferre vellent illuc, quia ex injuncta ſibi à domino Papa penitentia abbatiam de ordine *Ciſtertienſi* fundare ſuſceperat; Quod pacti ſunt illi & partiti conventum de **Kingeſwode**, paucos apud **Kingeſwode** relinquentes, abbas cum pluribus tranſtulit ſe ad **Haſeldene** ſic tenentes utrumque locum. Et quoniam aquæ penuriam habebant apud **Haſeldene**, ſecundò tranſtulit illos *Reginaldus* de ſancto *Walerico* ad locum qui dicitur *Tettebiria* quem & dedit illis. Conquerente autem *Rogero* de **Berkeleye**, hærede ſcilicet *Willielmi* de **Berkeley**, quod **Kingeſwode** quæ prius abbatia fuerat, & ad id à prædeceſſore ſuo data, quaſi grangia teneretur de *Tettebiria*, volente eo, aut fundum ſuum recipere aut conventum illuc revocari, rogatu Regis qui id volebat ſed & petitione capituli *Ciſtercii* conceſſit ut **Kingeſwode** grangia eſſet de *Tettebiria*; ita tamen ut apud **Kingeſwode** ab uno ſacerdote monacho privatim continuè miſſa celebraretur. Ob hoc datis ſibi à monachis xxvij. marcis argenti & dimidium, ſicut de hoc ejuſdem *Rogeri* carta teſtatur, & filio ſuo qui adhuc ſupereſt unum chacorem, aut unam marcam argenti, qui & ipſe carta ſua donum prædeceſſorum ſuorum & patris ſui cum monachis conventionem teſtatur & confirmat. Et hoc totum regis charta confirmatum eſt. Poſtea verò Miſſam illam, proprio altari ad eam deputato, idem *Rogerus* in abbatia celebrari promiſit rogatu generalis capituli, ſicut literæ ipſius capituli ad hoc teſtantur.

Omnibus autem hiis ita ſe habentibus, habitum eſt capitulum in *Anglia* apud **Birchkeſtede** ubi inter cæteros coabbates ſuos fuerunt *Philippus* abbas *Elemoſinæ*, & *Henricus* abbas **Waverleye**, & *Paganus* abbas de *Tettebiria*, ibique pro ſedanda controverſia quadam,quæ verſabatur inter abbatem *Elemoſinæ* & abbatem **Waverleye**, quæ unde vel qualis fuerit ipſi melius ſciunt, conceſſum fuit abbati **Waverleye**, ut apud **Kingeſwode** abbatiam ædificaret quæ jam grangia fuit abbatis de *Tettebiria*, conceſſu fundatoris & confirmatione Regis, ſicut cartæ eorum teſtantur; abbate *Elemoſinæ* introducente ad hoc *Paganum* abbatem de *Tettebiria* ut illud concederet, qui erat homo ſimplex & nullius aſtuciæ; compoſitionem quandam facientes inter ſe,poſſeſſiones eccleſiæ de *Tettebiria* quæ & tenuis erat in poſſeſſionibus & vix in toto ſuo ſtare poterat parcientes; & pro libitu ſuo quod ſuum erat non dividentes. Hoc autem totum factum eſt neſciente nec aſſentiente conventu de *Tettebiria* & ſine conſcientia & conſenſu patris abbatis ſcilicet de *Tynterna*: Quibus poſtea reclamantibus & contradicentibus, res in litem vocata eſt, & ſuper ea diu litigatum etiam in præſenti capitulo; tandem, convenientibus quam plurimis abbatibus in unum apud **Kingeſwode**, judiciaria determinatione, abbas **Waverleye** quatuor monachos quos ad **Kingeſwode** tranſmiſerat cum eo quod ſuum erat ad ſe revocavit, & **Kingeſwode** ſicut fuerat in grangiam de *Tittebiria* reducta eſt. Superſunt adhuc multi monachi, converſi, clerici, laici, & *Rogerus* fundator de **Kingeſwode** qui hiis omnibus interfuerunt. Et quoniam locus anguſtus erat apud *Tettebiriam*, & minus ſufficiens ad poſitionem abbatiæ, maximè quia ligna ad ardendum non habebant niſi de boſco de **Kingeſwode** qui longè erat, *Bernardus* de ſancto *Walerico* fundator eccleſiæ de *Tettebiria* accepit à *Rogero* de **Berkeleye** fundatore de **Kingeſwode**, mediante homagio ſuo, quadraginta acras terræ apud **Mireforde**, qui locus confinis eſt & conterminus terræ de **Kingeſwode**, & tranſtulit illuc abbatiam ſuam de *Tettebiria* ſicut exinde utriuſq; cartæ teſtantur; in quo loco abbatia adhuc poſita eſt: Et ſic xxviij. annis aut eo ampliùs *Tynterna* abbatiam illam ſicut revera filiam ſuam quam ædificavit, & totiens tranſplantavit, multos provincia ſibi defundens labores, tenuit in pace ab omni calumpnia, donec abbas de **Waverle** in generali capitulo, cui non interfui ego abbas de *Tynterna*, neque aliquis qui pro me aperiret os ad reclamandum de re antiquata, & abbatem, judiciaria determinatione ſopita, novam diſpoſuit querelam, oſtendens quædam ſcripta facta ſine conſcientia & aſſenſu conventus de **Tettebiri** cujus grangia & tunc temporis fuit **Kingeſwode**, & abbatis & conventus de *Tynterna* ad quem ſpectat locus ille ratione filialitatis: Juſſumque eſt à capitulo ne abbas *Elemoſinæ* conventionem factam inter abbatem *Elemoſinæ* & illum **Waverle** exequeretur & teneret capitulo fortè pro tractu temporis, non reducente ad memoriam quid ſuper hoc factū ſit in diebus antiquis. Abbas *Elemoſinæ* abbatiam noſtram tranſlatam de *Tettebiria* ad **Mireforde**, qui eſt confinis & conterminus terræ de **Kingeſwode**, unde & abbatia pro loci vicinitate; & quia nominacior eſt **Kingeſwode**, quam **Mireforde** accepit & nomen ejus, cum abbate & conventu noſtro contradidit abbati de **Waverle** plùs ut nobis videtur invitus voluntati quam rationi, cum ſcripta illorum nullam faciant mentionem præter de loco de **Kingeſwode** in quo priùs abbatia poſita fuit; qui & tunc fuit grangia abbatiæ de *Tettebiria* & adhuc eſt grangia tranſlata abbatiæ de *Tettebiria*, quæ eſt ad **Mireforde**; an dicta ſunt hæc coram judicibus à capitulo ſub hac cauſa delegatis & ſuper hoc oculi noſtri, videant equitatem.

Probemium Cartarum de Tynterna.

Reverendis dominis & patribus *Willielmo* abbati de *Ciſtercio* & cæteris abbatibus ibidem in ſpiritu ſancto congregatis, *Willielmus* abbas de *Quareria* & abbas de **Woburne** ſalutem, & ſuæ humilitatis obſequium. Ad præcavenda varia pericula quæ itinerantibus & maximè in navigatione ſolent contigere, viſum eſt *E.* abbati de *Tynterna* noſtra potiùs teſtimonia quàm ſua nobis tranſmittere munimenta ſuper ſubjectione tranſlatæ abbathiæ de **Kingeſwode**. Nos itaque fraterni poſtulationi noſtrum ſuffragium pro poſſe volentes impendere, prænotata munimenta diligenter inſpeximus, & eandem formam quam ibi legimus, veſtri diſcretioni pleniùs adnotare procuravimus. Valete.

Carta Matildis *Imperatricis.*

Matildis Imperatrix *Henrici* regis filia, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis,tam clericis quam laicis ſuæ ſubjectionis, ſalutem. Volo vos non ignorare me conceſſiſſe, & Carta mea confirmaſſe illud caritatis donum quod pro patris mei regis *Henrici* animæ redemptione,& prædeceſſorum ſuorum remedio *Willielmus* de **Berchele** contulit abbathiæ de *Tynterna*; ſcilicet totam **Kingeſwode**, & quicquid deinceps ipſius abbatiæ criſticolis de ſuo collatutus eſt. Præcipiendo, etiam addendo ne ſuper hoc ulteriùs quicquam injuriæ ſeu inquietudinis eis vel alicui de ſuis inde fiat. Hii interfuere obteſtantes, &c.

Carta Bernardi *de ſancto* Walerico.

Bernardus de ſancto *Walerico*, omnibus hominibus & amicis ſuis *Franciæ* & *Angliæ* ſalutem. Sciant preſentes & futuri, quod ego *Bernardus* conceſſi *Rogero* de **Bercheley** & hæredibus ſuis auxilium & concilium meum in curia Domini mei Regis *Angliæ*, ſalva fide mea, & quitanciam in portu ſancti *Walerici* ſibi & hæredibus ſuis, & omnibus hominibus menſæ ſuæ, & ipſe dedit & conceſſit mihi, annuente *R.* filio ſuo, xl. acras terræ apud **Mireforde**, ad removendam Abbathiam meam de **Tettebiria**, Teſtes, &c.

Carta R. de **Berckley**.

Notum ſit fidelibus omnibus quod ego R. *de* **Berckley** *conceſſu Regis & rogatu, ſed & petitione*

petitione capituli Ciſtercii, *concenſu quoque conjugis meæ & hæredis mei, conceſſi monachis de* **Kingeſwode**, *miſertus paupertatis eorum, transferre abbatiam ſuam de feudo meo quam anteceſſores mei fundaverunt; hoc tenore, ut manerium illud, ſcilicet* **Kingeſwode** *remaneat illis liberum & quietum ab omnibus ſerviciis ſecularibus & quærelis ſicut priùs fuit, ſtante ibi abbatia; Ita tamen, ut ibi ab uno ſacerdote monacho Miſſa continuè privatim celebretur, ſimque particeps omnium beneficiorum tranſlata abbatiæ tanquam fundator, & omnium abbatiarum* Ciſtercienſis *ordinis, tam ego quam conjux mea & hæres meus cum anteceſſoribus & ſucceſſoribus meis. Ipſi autem monachi ut meliorem gratiam invenirent apud me, dederunt michi viginti ſeptem marcas & dimidium, & filio meo unum cacorem vel unam marcam, & manutenebo eos pro poſſe meo ſicut fundator. Et ſi fortè quolibet modo redierint, reddam eis, quantum dederunt ad ſuum placitum. Hanc pactionem me ſervaturum fide firma. Teſtes, &c.*

Carta G. *Abbatis* Ciſtercii.

FRater *G. Ciſtercii* dictus abbas, totuſq abbathiæ conventus in generali capitulo congregatus, Domino *R.* de **Berckle**, ſalutem quæ eſt in Chriſto Jeſu cum devotis orationibus. Magnas miſericordiæ Dei referimus gracias qui dedit in corde veſtro pauperum ſuorum curam, & magnam, ſicut audivimus, in ordinem noſtram devotionem, quam .... Abbathiam de **Kingeſwode** tranſlatam pia ſolicitudine fovetis & defenditis, & in omnibus prout poſſibilitas veſtra permittat promovetis. Unde univerſi ordinis noſtri orationes veſtræ ſalutis curam agunt, & ſine memoria veſtri ad aures divinitatis non aſcendunt; ut autem predictum devotionis veſtræ ſacrificium ſincerum, & ſine omni fermento conſpectui divinæ pietatis offeratur, obſecramus vos & monemus ut de Miſſa illa cotidiana quàm in **Kingeſwode** celebrandam ſtatuiſtis, noſtrum audiatis conſilium, & eandem Miſſam, proprio Altari ad eam deputato, in Abbathia celebrari permittatis. Videtur enim nobis ſaluti veſtræ non eſſe congruam ut aliquid per vos & propter vos à fratribus noſtris fiat quod conſuetudini ordinis noſtri non conveniat. Porro ſi ſuper hoc vobis non placuerit noſtro conſentiri conſilio, concedimus interim ut pactum veſtrum vobis teneatur, ne in aliquo veſtram exacerbare videamur caritatem: Diligimus enim vos tanquam fratrem noſtrum & omnia quæ honori & ſaluti veſtræ competerint non minus devotè quam debitè exequi, viribus noſtris parati ſumus, Valete.

Carta R. *de* **Berckley**.

R. De **Berckley** omnibus fidelibus qui litteras iſtas inſpexerint ſalutem. Notum ſit vobis quod *Willielmus* de **Berckley** dedit abbatiæ de *Tynterna* pro ſalute animæ *Henrici* regis *Angliæ* & ſuæ, totum **Kingeſwode** cum omnibus pertinentiis ſuis ad conſtruendam ibi abbatiam de ordine *Ciſtercienſi* & pater meus illud gratum habuit, & ratum tenuit. Et poſtquam abbatia de **Kingeſwode** tranſlata erat ad *Tettebiriam*, conſenſu patris mei *R.* de **Berckley**, ipſe pater meus, concenſu & voluntate mea, dedit & conceſſit *Bernardo* de ſancto *Walerico* quadraginta acras apud **Mureford** ad removendam illuc abbatiam ſuam quæ fuit priùs apud *Teſtebiriam.* Hiis teſtibus, &c.

Carta *H.* regis *Angliæ.*

H. *Rex* Angliæ *S.* Wigorn. *epiſcopo, &* N. Glouceſtriæ, *omnibuſq; baronibus ſuis & fidelibus ſuis* Francis & Anglis *de* **Glouceſtreſchire** *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe* Rogero *de* **Bercheley** *quod det* **Acheolt** *in perpetuam elemoſinam canonicis vel monachis pro animabus noſtris & anteceſſorum noſtrorum. Quare volo & firmiter præcipio quod prædicta terra ſit ita libera & quieta ex omnibus ſervitiis & querelis & conſuetudinibus ſicut ergo ipſe melius & liberius tenebam in meo dominio. Teſtibus* W. *Camerario de* **Tancervill** & M. Glouceſtriæ, & Pagano *filio* Johannis, *apud* **Elingas**.

Scriptum Willielmi *de* **Berkley** Innocencio *Papæ.*

REverendiſſimo Dei gratia domino Papæ *Innocencio*, *Willielmus* de **Berkeley** & fundator **Kingeſwode** reverentiam cum fide, & ..... hillaritate ſummo pontifici debitam. Pia paſtoris erga ſubditos affectio vos beati *Petri* apoſtolorum principis ſucceſſorem interpellare puſillanimitati noſtræ auſum dedit. Preterea dextra in ſublevando ſedula, in dando munifica omnem in deſiderio ſancto querulam excludit repulſam; inde, ne in hoc negotio ulla tumultuetur opacitas, rem ex integra majeſtati veſtræ intimari juravimus. *Henricus* rex *Anglorum* patruo noſtro *Rogero* de **Berkeley** certi pretii taxatione terram quandam abſque calumpnia ſibimet reſervatam dedit, conditione tali quatenus eam religioni horum alteri profitenti monachatum, ſcilicet ſeu canonicatum ſanciret. Sed quoniam hic idem morte præventus eſt, memor tum propoſiti, illam nobis conditione præfata legavit. Et ne inde ulla inpoſterum exactio violens poſſet inferri, regis prefati munimento, præſentiæ veſtræ delato, confirmavit. Nos itaque voluntate ejus ſupplentes ordini *Ciſtercienſi*, quia cæteris in ſanctitate præponderare nobis viſus eſt, terram illam ab patruo ſcilicet hoc fine vobis legatam ad abbatiam fundandam conceſſimus. Proinde veſtra eidem ordini auctoritatas moderetur cautelam, quatenus idem ratam habeatur & conſtans & ne ejus rei ulla poſſit diſſolucio uſpiam inveniri, præcamur benevolentiæ veſtræ gratiam, quatenus auctoritate apoſtolica corroboretur, ut ſiquis exactionis cujuſlibet, aut etiam detrementi calumpnia molitus, Romano inſuper privilegio verſuciam conetur inferre, anathematis gladio repercuſſus abſiſtat. Valete.

Carta Rogeri *de* **Berkley** *de* **Kingeſwode** *cum pertinentiis.*

S*Imoni* epiſcopo *Wigorn.* & omnibus fidelibus *Rogerus* de **Berkley** ſalutem. Notum vobis ſit quod ego *Rogerus* de **Berkeley** pro me ipſo & uxore mea, & liberis meis, & pro anima patris mei & anteceſſorum meorum, concedo & confirmo abbati & monachis de **Kingeſwode** totam terram de **Kingeſwode**, tam nemus quàm culturas & prata, & quicquid ad ipſam pertinet liberam & quietam ab omnibus querelis, & nominatim à ſervicio unius militis quod *Willielmus* de **Berkley** pro feudo ipſius abbatis mihi debebat. Ipſi verò monachi in capitulo eorum receperunt me prædicti loci fundatorem. Datum apud *Chiveleiam* ſexto idus Martii anno ab incarnatione milleſimo centeſimo quadrageſimo octavo. Teſtes ſunt, *Simon* epiſcopus *Wigorn. Willielmus* abbas de **Margan**, & *Gervaſius* archidiaconus, *Hugo* monachus de *Truarco*, *Hugo* decanus, *Johannes Papa*, *Willielmus* de **Winton**, & alii.

Carta *Rogeri* de **Berkley** ſenioris, de **Acholt**.

S*Ciant præſentes & futuri quod ego* Rogerus *de* Berkeleya, *pro Deo & ſalute animæ domini mei* Henrici *regis & animæ meæ & animarum hæredum meorum & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dedi conceſſi & hac preſenti carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* **Kingeſwode** *& monachis ibidem Deo ſervientibus totam manerium meum de* **Acholte**, *cum omnibus pertinentiis ſuis in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Tenendum & habendum omnia prædicta, eccleſiæ ſuæ prædictæ, & monachis ibidem Deo ſervientibus & eorum ſucceſſoribus liberè & quietè ab omnibus exactionibus ſecularibus ſicut libera & pura elemoſina liberius & purius haberi & teneri & excogitari poterit imperpetuum. Et ego prædictus* Rogerus *& hæredes mei warantizabimus prædictum manerium de* **Acholte** *cum omnibus quibuſcumque pertinentiis ſuis prædictæ eccleſiæ de* **Kingeſwode** *& monachis ibidem Deo ſervientibus & eorum ſucceſſoribus ſicut liberam & puram & perpetuam elemoſinam: & acquietabimus eos & defendemus ab omnibus quæ unquam inde aliquo modo poterint contra omnes mortales imperpetuum. Et ut hæc mea donacio conceſſio & præſentis cartæ meæ confirmatio rata & ſtabilis imperpetuum permaneat, eandem ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus*, Simone *epiſcopo* Wigorn. *abbate ſancti* Auguſtini *de* **Briſtoll**. *abbate de* Tynterna, Roberto *filio* Hardyngi, Henrico Lovel, *& aliis.*

Confirmatio Rogeri *de* **Berkley** *junioris de Manerio de* **Kingeſwode**.

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos preſens Carta pervenerit, *Rogerus* de **Berkley**, æternam in domino ſalutem: Noverit univerſitas veſtra me caritatis intuitu, pro animabus patris & matris meæ, & animabus anteceſſorum & hæredum meorum, & uxorum mearum, concilio & aſſenſu hæredum meorum, conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Kingeſwode**, & monachis ibidem Deo ſervientibus in perpetuam & puram elemoſinam, totum Manerium de **Kingeſwode**, quod prefati monochi ejuſdem loci tenuerunt de *Rogero* patre meo & me. Tenendum & Habendum de me & hæredibus meis, in boſco & plano, culturis & paſturis, aquis & pratis, viis & ſemitis, liberum & quietum ab omnibus querelis & exactionibus, & nominatim à ſervicio unius militis quod *Willielmus* de **Berkley**, pro feudo ipſius Abbathiæ, patri meo debebat: Prædicti verò Monachi in capitulo eorum receperunt prenominatum *R.* patrem meum & hæredes ipſius, prædicto *Willielmo* de **Berkley** annuente & conſentiente, ſuæ domus Fundatore. Hiis teſtibus *Roberto* de *Berkleya*, nepote meo, *Philippo* & *Olivero* fratribus meis, & *Willielmo* filio meo, magiſtro *Richardo* de **Roreſtan**, & *Benedicto* capellano, fratre *Richardo* de *Bradeleya*, & aliis.

Carta Regis Henrici *de viginti & ſeptem acris aſſarti de* **Kingeſwode**.

H*Enricus* Dei gratia Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, juſticiariis, & vicecomitibus, & foreſtariis, & omnibus miniſtris ſuis totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe inperpetuam elemoſinam eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Kingeſwode** & monachis ibidem Deo ſervientibus, & hac carta mea confirmaſſe, ſepties viginti acras aſſartorum apud **Kingeſwode**. Habendas & tenendas imperpetuum ſolutas & quietas ab omni regardo & exactione; Et ideo volo & firmiter præcipio quod prædictos monachos inde non vexetis, neque ab aliquo vexari permittatis. Teſte, *Willielmo* filio *Audelini*, *Richardo* de *Anſei*, *Willielmo* de ***Stut.*** & aliis.

Carta *H.* ducis *Normanniæ* & comitis *Andegaviæ* de duodecim acris terræ juxta abbatiam.

H. *Ducis* Normanniæ *& comitis* Andegaviæ *filius, S.* Wigorn. *epiſcopo, & omnibus baronibus ſuis vicecomitibus juſticiariis & omnibus miniſtris ſuis atque fidelibus &* Francis *&* Anglis *totius* **Glouceſtre-ſchire**, *ſalutem. Sciatis me pro anima regis* Henrici *avi mei, &* Matildis *reginæ dediſſe & conceſſiſſe monachis de* **Kingeſwode** *duodecim acras de illa terra, quæ jacet inter boſcum de* Haga *& aquam quæ dividit terram ipſorum monachorum & terram de* Wetona. *Et ideo mando & præcipio quod quietè & liberè teneant abſque conſuetudine vel ſervicio ſeculari. Teſte,* Willielmo *comite* Glouceſtriæ, Reginaldo *comite* Cornubiæ, Rogero *comite* **Hereford**.

Quieta clamatio domini Nicholai *de* **Kingeſtone** *militis ſuper conceſſionem* Hawiſiæ le **Wæl**.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Nicholaus* de **Kingeſtone** miles dominus de **Corteworthe** ſalutem in domino ſempiternã. Noveritis me remiſiſſe, (&c.) viris religioſis abbati & conventui de **Kingeſwonde** totum jus & clamium quod habui ſeu quoviſmodo habere potui in una portiuncula prati quæ vocatur **Joneſham** infra manerium de **Cherfeld**, jacentem apud **Horsford Brigge**; quod quidem pratum dicti religioſi habuerunt ex donatione & conceſſione *Hawiſiæ le* **Wæl** uxoris quondam *Roberti le* **Wel** in puram & perpetuam elemoſinam, prout in carta feoffamenti quam inde habent plenius continetur. In cujus rei teſtimonium præſentibus ſigillum meum eſt appenſum. Hiis teſtibus *Johanne le* **Chanſy**, *Laurentio* de **Treſham**, *Rogero Joye*, *Willielmo Colewiche*, *Willielmo* de **Coumbe** & aliis. Datum apud **Corteworthe** in feſto beati *Bernardi* abbatis, anno regni regis *Edwardi* filii regis *Edwardi* nono.

PIPWELLENSIS *Abbatia in agro* Northamptonienſi.

Fundationis hiſtoria, & de boſcorum deſtructione.

Ex regiſt. de Pipwell in bibl. Cotton.

A.D. 1143.

ANNO ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo tertio idus Septembris fundata eſt abbatia de *Pippewella*. Et anno gratiæ MCCCxxiij. idus Septembris in capitulo generali per abbatem *Nicholaum* fuit diſperſio impetrata, & paulo poſt per eundem facta, prætextu paupertatis, Et ſic patet quod inter primam fundationem & diſperſionem monachorum & converſorum factam fluxerunt anni novies viginti: Dicta verò abbatia in prima fundatione dicebatur *ſancta Maria de Diviſis* prout cartæ multæ teſtantur. De primo iſto nomine dictæ abbatiæ tres ſunt opiniones: Nam quidam dicunt quod ante fundationem dictæ abbatiæ ibi fuit quidam heremita in quodam parviſſimo tugurio cui tunc erat contigua quædam capella quæ dicebatur *ſancta Maria de Diviſis*. Et certum eſt quod ſanctus *Thomas Cantuarienſis* archiepiſcopus, qui ſitum abbatiæ carta ſua confirmavit, de quodam in eodem heremitorio mentionem facit. Alii dicunt quod quia dicta abbatia ſita eſt ex utraque parte *le* **Harpereſbrok** & duos hundredos dividit, primum vocabulum dictæ abbatiæ *ſancta Maria de Diviſis* fuit. Tercii dicunt quod in prima fundatione uno in die venerunt duo conventus monachorum unus de *Gerudonia* & alter de *Novo-monaſterio* ad habitandum in eodem loco. Inter quos ſurrexit altercatio magna, ut ſcilicet quis eorum deberet primatum tenere, ſicque diu ibi manſerunt diviſi. Poſtea verò per judices ordinis inter partes datos, altercatione partium ſopita, monachi de *Gerudonia* ad proprium monaſterium ſunt reverſi, monachique *Novi-Monaſterii* ibi tunc pacificè ædificare cœperunt, & in eodem loco uſque ad diem ultimum in laboribus magnis domino gubernante permanſerunt. Hinc eſt quod propter diviſionem iſtorum monachorum dicunt quidam ſupradicta abbatia primò vocabatur *ſancta Maria de diviſis*, ſed quorum opinionibus ſtandum eſt pro certo neſcitur. De ſecundo vocabulo non eſt dubium, ſed certum eſt quod ubi **weſt**-grangia ſita eſt fuit quædam villa quæ à quodam fonte nomen **Pipewelle** accepit, indeque abbatia nomen ſecundum aſſumpſit, quod manet uſque in hodiernum diem. Quæ quidem abbatia in prima fundatione ſua inter nemora pulcherima frondoſa ſita fuit atque condenſa, quæ nunc velud quercus defluentibus foliis ſicut avis ad coquinam quæ deplumata ſtat ex omni parte nuda.

In prima fundatione monachi, atque converſi, in locis perquiſitis arbores diverſas cotidiè plantare cœperunt, nemoraque ſua quæ magnis tribulationibus ac laboribus ſumptuoſis à diverſis perſonis adquiſierunt ſicut mater unicum amat ſuum filium tenerè dilexerunt. Quamobrem unam carectam cotidianam cum duobus hominibus fortiſſimis ad cariandam ſpinas & tribulos pro piſtrino & bracino ordinaverunt. Talis verò carecta re & nomine dicebatur in lingua materna **Thorn-carte**. Item ordinaverat ligniferos ad portandum cotidie ſiccum boſcum & mortuum vetereſque radices quercuum ad dorſum in quodam inſtrumento ad hoc ſubtiliter aptato. Fueruntq; in diverſis locis tot ligniferi; videlicet ad bracinum j. ad hoſpicium & ad coquinam conventus j. ad coquinam abbatis j. ad infirmitorium monachorum j. ad infirmitorium converſorum j. ad infirmitorium ſecularium j. ad grangiam de **Eſt** j. ad grangiam de **Weſt** j. Tot ligniferi annuatim fuerunt tunc præſentati coram miniſtris foreſtæ ante tempus defenſionis ad præſtandum juramentum de *Vert* & de *Veniſoun* tantum. Poſtea verò per incrementa temporum diverſorum abbatum tranſlata eſt carecta ſpinea ad decapitationem quercuum; quæ nunquam revertebatur ad ſpinas & tribulos cariandum quamdiu boſcus duravit. Omneſq; ligniferi à bajulatione ſicci boſci & mortui paulo poſt fuerunt ſuſpenſi. Et cum infra abbatiam vel in duabus grangiis focalia habere voluerunt & præcipue tempore hyemali, cum ſecuribus in manibus nunc ad radices quercuum nunc ad capita earundem velociter cucurrerunt. Sicque per focalia annuatim de quercubus ſumpta inceperunt nemora ſanctæ *Mariæ* de *Pipewella* indies pejorari ac diminuere. Nec mirum, quia omnes quercus ſemel per capitis detruncationem abſciſæ nunquam poſtea in altum ſe extollere potuerunt nec vigere. Hæc fuit prima cauſa deſtructionis boſcorum de *Pipewella*.

Cauſa ſecunda deſtructionis boſcorum fuit per literas & minas potentum magnatum, quibus propter majus periculum non audebant abbates reſiſtere, quia divitum terror ſemper ſibi exigit honorem. Verbi gratia, dominus *Walterus* de **Langetone**, quondam epiſcopus *Ceſtriæ*, Teſaurariuſque *Edwardi* boni Regis *Angliæ* habuit electionem meremii in boſcis de *Pipewella* pro quodam ædificio magno & ſumptuoſo quod ipſe fecit apud **Thorp-watervyle**. *Johannes* de **Hotot**, qui fuit quaſi altera manus dicti epiſcopi habuit de prædictis boſcis majorem partem groſſi meremii pro manerio ſuo de **Bramtone** pulcherimo, de novo conſtruendo. Magiſter *Henricus* de **Stokes** quondam officialis *Northamptoniæ* per quantum tempus vitam duxit in humanis, habuit meremium pro ædificio domorum & emendatione apud **Stokes**, & apud eccleſiam ſuam de **Ravenſthorpe**, nec audebant abbates eidem reſiſtere, quia aut pro denariis, aut pro bladis ſemper fuerunt abbates in daungerio dicti officialis: *Thomas le* **Latymer** de **Braybrok**, habuit

habuit

buit cumulum magnæ cameræ ſuæ apud **Braybrok**, de meremio abbatis & conventus. *Stephanus* **Broun** habuit magnam partem meremii pro illo novo ædificio quod ipſe fecit in perſonagio de **Deſeborough**. Perſona de **Herleſtone**, habuit meremium pro una camera quam fecit & plantavit frater *Thomas* Carpentarius, ſanctæ *Mariæ* de **Pippewella**. Præterea non fuit in patria, aula, camera, orreum, molendinum venticium ſive aquaticum alicujus valoris plantata ſine adminiculo aliquo boſcorum ſanctæ *Mariæ* de **Pipewella**. Et quod virgæ molendinorum venticiorum dabantur in temporibus diverſorum abbatum nemo novit niſi Deus cui omnia patent. De cauſa ſecunda tantum.

Cauſa tercia deſtructionis boſcorum fuit in conſtructione & emendatione domorum infra abbathiam & extra, utpote in grangiis, orreis, bercariis, molendinis aquaticis & venticiis per vices, in cotagiis & aliis neceſſariis per multorum annorum revolutiones. Eſt autem cauſa iſta utilis & approbanda.

Cauſa quarta fuit in furtivis alienationibus donationibus, & privatis venditionibus, verbi gratia; Ante diſperſionem monachorum fuit ſemper unus converſus eques cuſtos boſcorum, & habuit ſub ipſo foreſtarios tres pedites, una cum pagiis eorum. Et quando venerunt ballivi ſeu foreſtæ miniſtri vel aſſiſores patriæ qui locum tenuerunt in aſſiſis & in inquiſitionibus coram Juſticiariis domini Regis, aliquid petentes deficiente pecunia in communi burſa, ad cuſtodem boſcorum aliquando pro uno quercu, & aliquando pro duobus mittebantur. Et nichilominus per multorum annorum revolutionem ante domus diſperſionem, ſupradictus converſus levavit annuatim de boſco per præceptum ſuperiorum ſuorum mercedes autumpnales & aliquando hyemales pro carucariis grangiarum de **Eſt** & **Weſt**. Et in hujuſmodi donationibus venditionibuſque privatis præfati cuſtodes, curialitate aliqua mediante, aliquid addiderunt, quia ut dicebatur quod per proprios foreſtarios noſtros in boſco per vices mala multa facta fuerunt. Inſuper in **Deſeborug**, **Stoke**, **Wilberſtone**, **Carleton**, **Acle**, & præcipuè in **Riſtone** die noctuque fuerunt raptores qui nunquam ad boſcum ſanctæ *Mariæ* de **Pipewella** accedere cauſa deprædandi ceſſaverunt; excepto tempore autumpnali. Et malefactores de **Riſtone** aliis operibus negotiiſque omiſſis, de boſco de *Pipewella* ſemper vixerunt, nec timuerunt cuſtodes boſci, nec ſententiam excommunicationis quæ frequenter trina amonitione præmiſſa canonica, in hujuſmodi malefactores pulſatis campanis candeliſque accenſis fuit fulminata. Sufficiunt iſta de cauſa deſtructionis boſci quarta.

Cauſa quinta incepit per vendiciones cropporum diverſarum quercuum in temporibus quatuor abbatum, videlice *Johannis* de **Hillum**, *Ricardi* de **Heyham**, *Andreæ de* **Royewell**, & *Thomæ* de **Thokeringtone**. Quantam pecuniæ quantitatem pro hujuſmodi venditionibus duo primi, videlicet *Johannes* & *Ricardus* receperunt per vices pro certo neſcitur, ſed *Andreæ* conceſſit conventus quod ipſe levaret de detruncatione quercuum x. marcas tantùm. Abbas *Thomas* levavit per fratrem *Ricardum* de **Bromwyk** tunc grangiarum de **Eſt**-grangia de decapitatione quercuum in **Perſoneſwode** viij. l. argenti. Tantum de cauſa quinta.

Accedamus nunc ad cauſam ſextam quæ omnes cauſas tranſcendit ſupraſcriptas, ſcilicet ad exſtirpationem boſci per radices factam in diverſis locis. Sciendum eſt cariſſimi quod ſuper illam culturam terræ arrabilis quæ vocatur **Coleſhawe**, juxta **Eſt**-grangiam crevit boſcus, ut cartæ *Andreæ* de **Riſtone**, qui fuit dominus ad aulam orientalem manifeſtè teſtantur. Et inter **Coleſhawe**, & illam terram arabilem quam homines de **Bereford** tenent de Rege, crevit boſcus quæ dicebatur **Senerodes**, prout Cartæ *Hawiſiæ* filiæ *Willielmi* de **Riſtone** qui fuit filius *Andreæ* de **Riſtone** teſtantur. Poſtea vero *Robertus* de *ſancto Germano*, qui fuit filius & hæres dictæ *Hawiſiæ*, donationes matris ſuæ Carta ſua confirmavit; Et nunc tota illa terra, videlicet à diviſis camporum de **Riſtone** uſq; ad illam culturam quam tenent ipſi de **Bereford** vocatur **Coleſhawe**. Quando verò monachi decreverunt dictos boſcos de **Coleſhawe**, & de **Senerodes** aſſartare & in agricultuam terram redigere, *Simon* **Baſſet** de **Riſton**, qui fuit dominus ad aulam occidentalem petiit communiam paſturæ in terris ſupradictis. Et facta eſt finalis concordia inter partes in curia Regis *Johannis*, anno regni ejus iv. Quære in rubeo libro Cartarum inter fines concordales capitulo viij. folio ejuſdem primo. Memorandum quod inter abbathiam & grangiam de **Eſt**, ex parte aquilonari crevit boſcus de **Rohawe**, & adhuc manent ibi **Rohawe-hegges**. Et ſciendum quod monachi boriales ſcripſerunt in Cartis noſtris **Rahage** pro **Rohawe**. Terram de **Rohawe** & boſcum qui crevit in ea dederunt monachis de **Pipewell**, *Andreas* de **Riſtone**, *Willielmus* filius ejus, & *Robertus* filius ejuſdem *Willielmi*. Iſti ſucceſſivè domini fuerunt ad aulam orientalem. Et ſciendum quod dicti monachi conceſſerunt præfato *Andreæ* & hæredibus ſuis communiam in boſco de **Rohawe**, prò porcis tempore pannagii quamdiu boſcum ſupradictum extirpare noluerint, ut patet in libro cartarum folio xj. octavi capituli.

Item *Reginaldus* **Baſſet** de **Riſtone**, & *Robertus* filius ejus, qui fuerunt tunc domini ad aulam occidentalem, dederunt terras ſuas de **Rohawe** & boſcum qui in eiſdem crevit, ut patet in quo ſupra fol. iv. & v. primi capituli. De terra autem quæ eſt inter grangiam de **Eſt** & **Oldefold**, ex parte illa, unde fuit vel cujus fuit cartæ non docent, ſed in quodam regiſtro antiquo invenitur de **Rohawe** & **Eſſehawe** & quot acras boſci continebant. Et cartæ docent quod *Robertus* filius *Launcelyn* de **Acle** & hæredes ſui dederunt monachis de **Pipewell**, unum nemus quod **Eſſehawe** dicebatur, & nemus de **Eſſehawe** dominus *Symon* quondam Comes *Norhamtonæ* Carta ſua confirmavit. Et illud nemus ut creditur crevit ſuper illam terram quæ jacet inter **Eſt** grangiam, & illud chiminum quod vadit de ſtagno molendini de **Eſt**, ad landam de **Banefeld**, videlicet ſub capite occidentali de **Oldefold**. De iſtis terris ſupraſcriptis in quibus crevit boſcus de **Coleſhawe**, **Senerodes**, **Rohawe**, & **Eſſehawe**, non ſolvimus alicui decimas prædiales nec perſonales, quia de novalibus à præſtatione decimarum per privilegia noſtra abſoluti ſumus. Et ſciendum eſt quod ſuper illam terram quæ nunc dicitur **Wilberſtone-Pleyne**, & in illa terra quæ dicitur **Wilberſtone-Stokyng** in campo **Weſt**-grangiæ, & in illa terra de **Pykemede** quæ eſt inter boſcum & curſum aquæ hyemalis, videlicet *le* **Waterſal** crevit boſcus, ideoque jure quo ſupra non debent illæ terræ decimari. Fuit autem boſcus qui crevit in iſtis tribus locis extirpatus anno regni regis *Henrici* filii *Johannis* xxj. Pro iſtis aſſartis fuit contentio & diſtantia maxima inter dominos de **Stokes** & monachos de *Pipewella* prout docet liber cartarum capitulo lx. folioque ejuſdem iij.& iiij. Tantum de cauſa vj.

Cauſa ſeptima deſtructionis boſcorum de *Pipewella* incepit per venditiones multiplices in quadam placea quæ dicebatur **Sywardeſlunt** quæ jacet inter **Deſeborug-ſtokyng** & longam foſſam & ſpinoſam, quæ ſe extendit in longum de **Inwodeheved** uſque ad boſcum de **Deſeborug**, crevit quidam boſculus de quo habetur in libro cartarum capitulo ix. folioque ejuſdem primo. Inter **Inwodeheved** & **Baſetteſhawe** crevit quidam boſcus qui vocatur **Inwode**, & vendebatur boſcus ille in tempore abbatis *Thomæ* de **Thokeringtone**, videlicet in tempore regis *Edwardi* filii boni regis *Edwardi* & anno domini MCCCxv. ante quam venditionem fuit boſcus ſupradictus detruncatus per abſciſionem ramorum. Et tunc voluit præfatus abbas terram illam in qua dictus boſcus crevit, particulariter clauſiſſe cum foſſa, & in quibus locis incepit foſſare patet uſque in hodiernum diem, ſed malicia vicinorum patriæ noluit tunc ipſum permittere opus inceptum finire.

Inter **Baſetteſhawe** & abbatiam crevit boſcus per abſciſionem ramorum detruncatus qui vocabatur **Southwode**. Et vendebatur boſcus qui crevit ſuper illam placeam in tempore abbatis *Willielmi* de **Lalleford**. Et in tempore regis *Edwardi* filii boni regis *Edwardi* anno gratiæ MCCCxxij. infra aſſartum quod habuimus de rege ex opoſito curtilagii verſus orientem fuit quædam placea boſci quæ vocabatur **Warinneſgore**, quia quidam dominus de **Clendone** nomine *Warinus* dedit dictam placeam monachis de *Pipewella*. Sciendum eſt quod boſcus qui crevit in prædicta placea vendebatur in tempore abbatis *Thomæ* de **Thokeringtone**, fuitque poſtea dicta placea clauſa infra aſſartum quod tenemus de rege & hoc cum maximo dangerio patriæ. Juxta aſſartum quod tenemus de rege quod vocatur **Betteſgrene** verſus grangiam de **Eſt** fuit quidam boſculus qui vocabatur **Littlehawe** quem monachi de *Pipewella* emerunt pro xj. marcis argenti de *Ricardo Perſoun* de **Riſtone**. Et poſtea mutabatur nomen illius placeæ boſci & dicebatur & dicitur uſque in hodiernum diem **Perſoneſwode**, quia de *Ricardo Perſoun* emebatur. Quæ quidem placea jacet inter cauceam quæ eſt juxta *le* **Harperesbrok**, & ſe extendit in longum uſque ad boſcum *Roberti Lovet*, & in latum ſe extendit illa foſſa aſſarti quæ eſt juxta **Beteſgrene**, verſus occidentem, videlicet ad quandam goram regis quæ jacet juxta boſcum *Roberti* de **Riſtone**. Et inter goram regis & præfatam placeam quæ dicebatur **Perſoneſwode**, adhuc manet quidam curſus aquæ hyemalis ſed tortuoſus quia non linialiter currit. Et ut breviter dicam, boſculus de **Perſoneſwode** prius vendebatur per abſciſionem ramorum in tempore abbatis *Thomæ* de **Thokerington** ut ſupra ſcriptum eſt, & poſtea reſiduum dicti boſculi vendebatur in tempore abbatis *Willielmi* de **Lalleford**. De emptione non de venditione dicti boſculi patet in libro cartarum capitulo viij. folio ejuſdem x. In illo loco juxta **Eſt**-grangiam qui vocatur *le* **Park** vendebatur certus numerus quercuum in tempore præfati abbatis *Willielmi*.

In **Oldefold** fuit boſcus pulcherimus & condenſus ſine detruncatione ramorum ſeu cropporum quem habuerunt monachi de dono *Galfridi Argent* de **Acle**, & de dono *Willielmi Argent*, *Saræ Argent* & *Petri Maleſoueres*, & ut patet in libro cartarum capitulo j. folio ejuſdem j. & vj. quære. Vendebatur boſcus de **Eldefold** in tempore abbatis *Thomæ* de **Thokeringtone** & in tempore Regis *Edwardi* filii boni Regis *Edwardi* anno Domini MCCCxvj.&xvij. excepto quodam angulo verſus orientem, qui poſtea vendebatur in tempore abbatis *Willielmi* de **Lalleford** pro decem marcis. Sciendum eſt cariſſimi quod iſti duo abbates quorum unus alteri in onere ſucceſſit non in honore, in maximis anguſtiis & preſſuris tunc temporis fuerunt quas niſi per hujuſcemodi boſcorum venditiones evaſiſſe minimè potuerunt. Quorum culpa fuit in cauſa novit Deus. In illo clauſo in quo vaccaria una cum crofto ſuo ſita eſt crevit boſcus pulcherimus. Et in quadam placea in campo **Weſt**-grangiæ quæ nunc eſt terra arabilis, videlicet contra **Caperoneſwode** crevit quidam boſculus qui vocabatur **Littlehawe** quem habuerunt monachi ex dono *Willielmi Boutevileyn*. Et in multis aliis locis in quibus nunc eſt terra arrabilis & quorum noticiam non habemus, crevit boſcus, & præcipuè in campis **Weſt**-grangiæ.

Memorandum quod omnia nemora ſupraſcripta ante tempus diſperſionis fuerunt conſumpta atque deſtructa, videlicet infra novies viginti annos quia à prima domus fundatione uſque ad diſperſionem triennalem tot anni fluxerunt tantùm.

Poſt diſperſionem prætextu paupertatis in dicta domo factam, iſta adhuc fuerunt nemora ſanctæ *Mariæ* creſcentia quæ ſequuntur nominanda, videlicet de capite **Rohawedick** per albam crucem & per diviſas de **Asketeſhawe**, & ſic per foſſam de **Pekemede** uſque ad **Wilberſtone-pleyne** in longum ex parte una, & de cornerio orientali muri abbatiæ ex parte altera uſque ad vaccariam. Et per foſſam quæ cingit croftum vaccariæ uſque ad foſſam quæ eſt inter **Caperoneſwode** & terram arabilem quæ vocatur *le* **Berwes** uſque ad boſcum de **Letlehawe** crevit boſcus, videlicet **Rohawe**, **Mikelehawe**, **Chouſtorte**; **Brodeleye**, **Caperoneſwode**.

Inter **Wilberſtone-pleyne** & quandam parvam culturam terræ arrabilis fuit quidam boſculus pulcherimus qui vocabatur **Littlehawe** quem *Hugo* de *Pipewella* dedit monachis, & *Robertus* dictus *Vicecomes* donationes *Hugonis* carta ſua confirmavit, ut patet in libro cartarum capitulo 3. fol. ejuſdem 3. Inter prædictum boſculum & **Merehocſorlong** crevit boſcus de **Joungwode**. Et ſciendum eſt quod omnes iſtas particulas boſcorum, videlicet de **Rohawedick** uſque **Jounwodeheved** in longum & in latum dederunt monachis ſanctæ *Mariæ* *Willielmus* de *Albeneya* & homines ſui, exceptis **Rohawe**, **Mikelehawe**, & **Littlehawe**. Omneſque iſtas donationes confirmavit *Ranulphus* comes *Ceſtriæ* qui habuit tunc feodum de *Geytindona*. Et de dicto comite tenebatur aliquando manerium de **Stoke-Daubeney**. Tot fuerunt nemora quæ modò ſunt conſumpta.

Adhuc dicitur à diverſis perſonis cauſas deſtructionis boſcorum *Pipewellæ* ignorantibus, væ væ illis væ qui deſtruxerunt nemora *Pipewellæ*. Melius eſt cariſſimi ſilere quam alicui in oratione malum optare, quia quicumque in oratione aliquibus malum optat, oratio ejus fiet in peccatum, quia in ipſis ſuis precibus contra conditorem ſuum pugnat.

Dictum eſt cariſſimi de boſcorum deſtructione, de binis nominibus abbatiæ. Nunc autem de ſitu ejuſdem & de diverſis infortuniis quæ eidem evenerunt, Necnon & de diverſis anguſtiis & preſſuris quas alma Chriſti eccleſia quæ dicitur *Pipewella* ſuſtinuit ante tempus diſperſionis.

In libro cartarum capitulo xlviij. habetur, quod abbatia ſita eſt ex parte orientali ſuper feodum de *Geytindona* ex dono *Ranulphi* comitis *Ceſtriæ*. Ex parte verò occidentali ſuper feodum de **Wahille** ex dono *Willielmi Boutevileyn* qui dictæ abbatiæ primus fundator erat. Hinc eſt quod poſt mortem præfati *Willielmi* fundatoris noſtri ſuadente humanæ ſalutis æmulo ſurrexit quidam miles nomine *Willielmus Flaming*, qui poſuit calumpniam ſuper dimidiam partem terræ de **Pipewelle** quam dederat monachis *Willielmus* de **Boutevileyn**. Dicti monachi ſumma cum feſtinatione agreſſi ſunt *Robertum Boutevileyn* filium & hæredem dicti *Willielmi*, lacrimoſiſq; querimoniis ipſum conſuluerunt quid in tali caſu eſſent facturi. Præfatus *Robertus* zelo Dei armatus, inſpiranteq; gratia divina, dedit *Willielmo Flaming* in excambias iiij. virgatas terræ in **Cotesbrok**, ita quod monachi bene & pacificè imperpetuum gauderent illis terris in *Pipewella* quas priùs dederat monachis *Willielmus* pater ſuus. E contra præfati monachi ex mera voluntate dederunt dicto *Roberto Boutevileyn* quaſdam terras in campo de **Cotesbrok** quas eis dederat dictus *Willielmus Boutevileyn* qui ut ſupradictum eſt primus fundator erat. Et ſciendum eſt quod hæredes de **Boutevileyns** tenentur inperpetuum acquietare illas terras de *Pipewella* de forinſeco ſervicio, videlicet pro dimidio feodo unius militis pertinente ad dominos de **Wahille**. Deinde poſt annorum multorum revolutionem accidit quod apud **Cotesbrok** fuit quidam bonus miles nomine *Willielmus* qui pro monachis ſuis in eorum anguſtiis & preſſuris pro poſſe ſuo ſemper ſtetit quaſi murus. Cui ſucceſſit filius ſuus & hæres nomine *Robertus Boutevileyn* qui monachos de *Pipewella* in multis infeſtavit atq; vexavit. Verbi gratia, præfatus *Robertus* non ſano ſed *Achitophel* ductus conſilio jure ſuo hæreditario ut ipſe dixit vendicabat perhendinationem unius equi ſtantis in ſtabulo abbatis quocienſcumque & per quantum tempus voluerint. Item petiit annuatim unam robam hyemalem de ſecta capæ abbatis. Item vendicabat quatuor minutiones per annum infra abbatiam. Item petiit ut canes ſui venatici moram facerent infra abbatiam ſumptibus monachorum & pro voluntate ſua. Item impoſuit monachis quod nunquam habuerunt cartam aliquam de fundatione abbatiæ nec tunc habuerunt niſi quamdam indenturam quæ ſemel apud **Langeport** oſtenſa fuit coram ſalubri conſilio utriuſque partis ad quendam diem amoris. Quid ultra? dictus *Robertus* quadam die miſit unum equum apud *Pipewellam* ad perhendinandum quem puer ſuus dixit in ſtabulum abbatis, ibique ad præſepe per capiſtrum equum ſuum nodavit abbate inconſulto. Tandem iſtud devenit ad aures abbatis, qui ſumma cum feſtinatione conſuluit legiſperitos quid in tali caſu eſſet ipſe facturus. Qui conſuluerunt abbati, quod quando puer dicti *Roberti* adaquaret dictum equum, quod pueri abbatis ipſum una cum equo ſuo excluderent, & ita factum eſt. Qui dictum equum ad hoſtium ſtabuli abbatis dimiſit, & arepto cornu circumivit abbatiam bis uel ter levando huteſium ſuper abbatem & conventum. Tunc autem per conſilium ſanum ac ſalubre ex parte abbatis & conventus ordinatum, duo monachi, videlicet *Petrus* de **Thirnebi**, & *Robertus* de **Dunchirche** & quidam ſecularis nomine *Henricus* de **Spalding** aliique ſeculares pedites dictum equum apud **Cotesbrok** duxerunt quodam tempore autumpnali, ibiq; in quodam ſtabulo per capiſtrum ad præſepe domini ſui nemine in curia invento firmiter ligaverunt. Quid ultra? vix monachis de curia egreſſis, ſupervenerunt de campis homines dicti *Roberti*, & *Henricum* de **Spalding** una cum equo detinuerunt per biduum ſive per tridium, videlicet uſque adventum dicti *Roberti*. Tunc *Robertus* nimio furore repletus minabatur abbati & omnibus monachis quod ſi ipſe aliquos illorum inveniret equites, in inſtanti equos decaudaret, ſi verò pedites, perſonas maletractaret. Quia omnes & ſinguli quaſi alterum *Herodem* eum timueruut. Tunc ad inſtantiam abbatis & conventus fuit dies amoris captus inter partes & tentus in eccleſia de **Langeport**, nec valere potuit. Poſtea verò fuit dies ſecundus aſſignatus in capella beatæ *Mariæ* ad portam de *Pipewella*. Ad quem diem fuerunt ix. milites & alii diverſi juris-periti. Et tunc in nomine Domini fuit concordia talis inter partes facta, videlicet quod abbas & conventus darent dicto *Roberto* xl. lib. argenti : Et ipſe tunc fecit eiſdem quandam confirmationem de fundatione abbatiæ ſigillo ſuo ſignatam pro ſe & hæredibus inperpetuum. Fuitq; tunc abbas *Thomas* de **Thekeringtone**. Præfatus *Robertus* ſtatim adivit guerram *Scociæ* cum comite *Glouceſtriæ*, & ibi cum domino ſuo ſolvit mortis debitum in die ſancti *Johannis* Baptiſtæ anno gratiæ MCCCxiiij. Tantum de prima fundatione abbatiæ ſanctæ *Mariæ*.

Genealogia

Genealogia Dominorum dominii de **Braibroke** *in comitatu* **Northamton.**

Ibid. MEmorandum quod apud **Braybroke** fuit aliquando quidam dominus qui tenuit in **Braybroke** & in parva **Boudon** feodum unins militis per ſervitium militare; ſcilicet apud **Braybroke** xxj. virgatas terræ, & apud **Boudon** xv. ſcilicet de honore de **Huntingdon**; & ille prædictus dominus tenuit prædictum feodum in capite de *Symone* de **Foxton** domino Baroniæ de **Foxton**. Mortuo prædicto domino, deſcenderunt prædicta tenementa jure hæreditario duabus filiabus ſuis, quarum ſenior vocabatur *Emma*, junior verò *Awbreia*. Seniorem autem ſcilicet *Emmam* duxit in uxorem *Hugo* **Senliz**; qui quidem *Hugo* & *Emma* dederunt monachis de **Pypewell**, illum locum in quo grangia de **Braybroke** ſita eſt, una cum aliis tenementis prout cartæ eorum teſtantur. Et prædicta *Emma* prædictum donum viri ſui poſt obitum ejuſdem, ſcilicet in libera viduitate, carta ſua confirmavit. Poſtea verò *Henricus* de **Senliz**, filius & hæres prædictorum *Hugonis* & *Emmæ* eorum facta carta ſua ſigillo ſuo ſignata, in perpetuam & puram elemoſinam confirmavit. Iſta patent in libro cartarum capitulo ſeptimo, folio primo & ſecundo. Omnia verò tenementa quæ habent prædicti monachi de dono prædictorum *Hugonis* & *Emmæ* & *Henrici* filii & hæredis eorundem in **Braybroke**, capitales domini confirmaverunt, videlicet *Symon* de **Foxton**, *Ricardus* filius ejus, & *Ricardus* filius ejuſdem *Ricardi*, ut patet in cartulario quo ſupra fol. vj. Tantum dictum eſt de *Emma*.

Juniorem filiam, ſcilicet *Awbreiam*, duxit in uxorem quidam qui dicebatur *Ingebaldus*, qui genuit ex ea *Robertum le* **May**, & *Robertus* genuit *Henricum* de **Braybroke**, *Henricus* genuit *Wiſcardum* **Ledet** filium ſuum & hæredem. Contigit medio tempore quod ultimus *Ricardus* de **Foxton**, de quo ſupra mentionem fecimus, genuit unicam filiam nomine *Agnetem*, quam matrimonio duxit *Willielmus* **Maydewill**. Prædicti verò *Willielmus* & *Agnes* vendiderunt monachis de **Pypewell**, wardam, cuſtodiam & maritagium hæredum *Wiſcardi* **Ledet** de **Braybroke** pro xl. marcis argenti. Quamquidem venditionem prædicta *Agnes* de **Foxton**, poſt deceſſum ſupradicti viri ſui, carta ſua confirmavit, ut patet libro cartarum cap. xj. folio ejuſdem xij. & inde eſt finis levatus, ut patet inter fines concordales, capite ſexto. Mortuo interim *Wiſcardo* **Ledet** de **Braybroke**, *Waltero* filio ejus & hærede infra legitimam ætatem exiſtente monachi ſeiſerunt prædictum *Walterum* ratione venditionis prædictæ, cum omnibus tenementis ſuis, & vendiderunt wardam & maritagium ipſius *Walteri* dominæ *Mariæ* matri ejuſdem *Walteri*, pro l. marcis, ut patet inter cartas de **Braybrok**, per quandam indenturam pluribus ſigillis ſignatam. Iſte *Walterus* genuit duas filias, ſcilicet *Aliciam* & *Chriſtianam*, de quibus poſt mortem prædicti *Walteri*, habuerunt monachi iterato wardam & cuſtodiam, & vendiderunt wardam iſtarum puellarum dominæ *Emerencianæ* uxori dicti *Walteri*, & matti eorum pro CC. marcis, ut patet quo ſupra.

De una iſtarum puellarum, ſcilicet *Chriſtiana*, deſcendit dominus *Thomas le* **Latimer**; *Thomas* verò genuit *Garinum* **Latimer**. De alia filia dicti *Walteri*, ſcilicet *Alicia*, deſcenderunt dominus *Willielmus* **Latimer** *le* **Riche**, & dominus *Nicolaus* **Latimer**. Iſtæ duæ filiæ prædicti *Walteri* diviſerunt inter ſe terras de **Braybroke** & parva **Boudon**. *Alicia* verò habuit terras de **Boudon** pro portione ſua, quas terras dedit ipſa filio ſuo juniori, ſcilicet *Nicholao le* **Latimer**. *Nicholao* verò mortuo in *Waſconiâ* abbas *Nicholaus* ſeiſivit redditus & tenementa quæ habuit in **Boudon**, & tenuit uſque ad legitimam ætatem *Johannis* **Latimer** filii & hæredis prædicti *Nicholai*. Inſuper dominus *Willielmus* **Latimer** filius & hæres dictæ dominæ *Aliciæ* vendicavit .. .. **Pippewell** vendicavit. Tandem per ſanum conſilium fuit inter partes prædictas .... cordata ita, ſcilicet quod prædictus dominus *Willielmus* dedit abbati pro una vice x. marcas: Mortuo interim *Johanne* **Latimer**, iterùm abbas ſeiſivit tenementa ſua in **Boudon**, & utitur jure ſuo per omnia, ſicut priùs, & videtur quod de ſimilibus ſimile erat judicium, videlicet, ſicut de *Alicia* & hæredibus ſuis, ſic fiat de *Chriſtiana* ſorore ſua, & hæredibus ſuis, ſcilicet homagium, maritagium & relevium, &c.

Conceſſio landæ de **Benifeld**.

HEnricus *Rex conceſſit monachis ſuis de* **Pipewell** *paſturam & herbam paſturæ de* **Benifeud**, *habendam & tenendam bene & in pace abſque omni vexatione, & ad voluntatem inde faciendam. Et quod habeant in prædicta landa ducenta & quinquaginta animalia tantum cuſtodienda per proprios cuſtodes ſuos. Et quod habeant cuſtodiam herbagii prædictæ landæ, & unum hominem ſuum à feſto annuntiationis beatæ* Mariæ *uſque ad horam aſportationis feni ejuſdem landæ, ita quod nullus ponat tempore prædicto aliqua averia in prædicta landa ad deſtructionem herbagii ejuſdem landæ, ſalvis ſibi imparcamento & emenda imparcamenti de alienis averiis quæ landam prædictam intraverunt. Et quod licite poſſint herbam ejuſdem landæ pro voluntate ſua falcare & aſportare & poſt falcationem paſturam ejuſdem landæ per omnia prædicta animalia paſcere ſine contradictione & impedimento ſui & hæredum ſuorum & ballivorum ſuorum; Ita tamen quod feræ ſuæ in eadem landa pacifice paſci poſſint tam ante falcationem herbæ ejuſdem landæ quam poſt. Hiis teſtibus.*

Cart. antiq. LL. n. 32.

Vide cart. 19 H. 3.

Vide confirm. donationum pat. 21 *H. 6.* part. 2. m. 22. & cart. 20 E. 1. n. 68.

STONELEYENSIS

Abbatia in agro Warwicenſi.

De Matilda *Imperatrice.*

Ex regiſtr. de *Stoneley* penes *Thoma Leigh* de *Stoneley*, mil. & bar. 1640.

SUpradicta *Matilda* Imperatrix prædicti *Henr.* regis filia, dedit Deo & eccleſiæ de *Rademora* locum *Heremi* in foreſta de **Banc**, & **Meylusho** ſub forma quæ ſequitur.

Matilda Imperatrix *Henrici* Regis filia, & *Anglorum* domina, Archiep. epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Rademora*, & fratribus ibidem Deo ſervientibus in perpetuam elemoſinam, pro ſtatu regni & pro anima patris mei Regis *Henrici* & pro anima matris meæ, & anteceſſorum meorum, & pro ſalute viri mei, & mea, & liberorum noſtrorum, locum *Heremi* ſuæ in foreſta de **Kanoc**, & totam landam de **Melesho** ad culturam fratrum, & paſturam animalium ſine nimia exartatione nemoris. T. *Herb.* clerico, & *Unfrido* de **Bubun**, & *Patric.* de *Sarum* coneſt. & *Radulfo Pagano*, & *Roberto* de *Cunſtanvilla*, Apud *Diviſas*.

De Rege Stephano.

QUi quidem *Steph.* Rex dedit & confirmavit *Clementi*, & *Herveio*, & eorum fratribus, locum & fundationem Prioratus de *Rademora*, & paſturam de **Melesho**, prout continetur in carta *Rogeri Ceſtren.* epiſcopi ſub hac forma verborum.

Rogerus *Dei gratia* Ceſtrenſis *epiſc. Omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ filiis tam prælatis, quam ſubditis de* **Staffordeſhyre** *ſalutem, & paternam benedictionem. Cum noſtri miniſterii hoc exigat, ut de bono fraternæ dilectionis propoſito, congaudeamus, & in religionis incrementi efficaciam pro poſſe noſtro propagare ſtudeamus;*

Hujus rei gratia provocati, & dilatandæ caritatis zelo ſuccenſi, donationem & conceſſionem Regis Stephani *de loco heremi, quem* Clementi, *&* Herveyo *& ſociis ſuis in foreſta de* **Kanoc** *ad ſerviendum Deo ſe dediſſe & conceſſiſſe prædictus* Rex Steph. *per breve ſuum nobis innotuit. Prædicti inquam Regis devotionem attendentes prædictam donationem, & conceſſionem comprobantes, eundem locum* **Rademore** *videlicet ad ſerviendum Deo, &* **Melesho** *ſcil. ad victum, colendum, & ad paſturam prædictis fratribus preſentis ſcripti pagina confirmamus, & noſtri ſigilli munimine munivimus; & quod juris eccleſiæ noſtræ in eodem loco habuiſſe dicebamur, totum eiſdem fratribus pro Dei amore ex parte noſtra dedimus & conceſſimus. Salva tamen & à nobis retenta epiſcopalis juris canonica juſtitia.*

Eiſdem etiam fratribus conceſſimus, ut quamcunque vitam regularem & autenticam Deo inſpirante ſubire voluerint, noſtra licentia ſubeant & regularitèr in futurum teneant. Si quas mulieres Deo devotas religioſas, & regularem vitam profeſſas ad Dei cultum neceſſarias prædicti fratres congregare, Deo propitio, aliquando potuerint in divina doctrina eas ſuſcipiant, & noſtra licentia & conceſſione eas regulariter doceant, & regant. Huic noſtræ ſanctioni etiam adjecimus, & paſtorali cura prohibemus, quod nulla eccleſiaſtica ſive ſecularis perſona eiſdem fratribus de Rademora *aliquam injuriam vel contumeliam aliquatenus faciat, ſed eidem loco religionis juſta ſervantibus, & eiſdem fratribus aliqua bona pro Dei amore impercientibus ſit pax divina, & benedictio noſtra, & eccleſiæ noſtræ conceſſa beneficia. Valete in æternum.* Amen.

Quomodo locus de **Radmore** *crevit in Abbatiam.*

Ibid.

WIllielmus Prior cum fratribus ſuis loci heremi beatæ *Mariæ* de **Rademore**, pregravantibus illos nimium, & deſtruentibus foreſtariis de **Banoc** multo equitatu ad loca ſua qualibet ebdomada adventantibus, adiverunt Imperatricem *Matildam* prædictam, filiam & hæredem *Henr.* Regis, petentes inſtanter ab ea loci ſui mutationem.

Quæ non adquievit petitionem eorum niſi habitum ſuum vellent & concederent mutari, & præclaro ordini *Ciſtercienſi* quem illa plurimum diligebat incorporari. Qui, per aliquod tempus ſecum deliberantes, ad ipſam redierunt, & ſub conditione propoſitâ petitionem ſuam optinuerunt: Et ſic locus heremi de *Rademora* mutatus eſt in abbatiam, promoto ibidem *Willielmo* ejuſdem loci Priore in abbatem anno Domini . . . .

Igitur *Henricus* Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & comes *Andegaviæ*, filius *Galfridi* comitis *Andegaviæ* & ejuſdem *Matildis* Imp. ad inſtantiam prædictæ Imperatricis matris ſuæ, conceſſit & confirmavit prædictis religioſis in elemoſinam perpetuam locum & fundationem abbatiæ ordinis *Ciſtercienſis* in foreſta ſua de **Canoc** apud *Rademoram* cum omnibus pertinentiis ſuis ſicut patet in cartis.

Carta *Henrici* Ducis *Normanniæ.*

HEnricus *Dux* Normanniæ *&* Aquitanniæ, *& comes* Andegaviæ, *Archiepiſcopis, epiſcopis, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, & omnibus fidelibus & amicis ſuis* Francis *&* Anglis *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Rademore**, *&* Willielmo *abbati & monachis in* Ciſterſienſi *ordine ibidem Deo ſervientibus, ad eccleſiam faciendam, & officinas conſtruendas, villam de* **Canoc** *cum omnibus redditibus & pertinentiis ſuis, cum molendino de* Wyrleya, *& omnibus aliis rebus eidem villæ pertinentibus, ſicut* Ranulphus *comes* Ceſtriæ *eandem villam eis dedit, & conceſſit & carta ſua confirmavit. Quare volo, & firmitèr precipio, ut præfata eccleſia, & abbas & monachi, prædictam villam cum omnibus pertinentiis ſuis bene & in pace, liberê & quietè, & honorificè teneant, & poſſideant.* T. Rog. *com.* **Hereford**, Walt. Maminot, Guar. *fil.* Ger. *camer.* Hug. *de* **Pirie**, Rog. *fil.* Ric. *apud* Coventriam.

Alia

Alia Carta ejuſdem Ducis.

HEnricus Dux *Normanniæ*, &c. Archiepiſcopis, epiſcopis, comitibus baronibus, vicecomitibus, & omnibus fidelibus & amicis ſuis, *Norm.* & *Ang.* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe in perpetuum locum & fundationem abbatiæ ordinis *Ciſtercienſis* in foreſta mea de **Canoc** apud *Rademoram* cum omnibus appendiciis ſuis; (ſcilicet) **Meleſho**, & *Wirleiam* in culturam & paſturam, & **Hedenesford** in paſturam, & quicionem paſnagii ſui. Quare volo (*&c.*) Teſt. *Willielmo* cancellario, *Willielmo Cum.* R. com. *Ceſtriæ*, R. com. *Legeceſt.* R. com **Hereford**, *Sozone* de *Dinam*, *Ernaldo* de *Boſco*, Apud *Glouceſtriam*.

Qualiter & quando tranſmigrarunt de Rademora.

PEractis igitur in eodem loco (ſcilicet de *Rademora*) treſdecem annis, multa inedia moleſtati, & foreſtariorũ oneroſo adventu pregravati, adierunt prædictum *Henricum*, prædictæ Imperatricis filium tunc in regem conſecratum, ſcilicet anno Domini MCliiij. xiiij. kal. Januarii, & procurante prædicta Imperatrice regis matre, ſuaq; advocatrice, in excambio abbatiæ ſuæ de *Rademora*, locum & fundationem abbatiæ ſuæ apud **Stanleg** in bruillo de **Cacheles**, una cum toto bruillo eodem, & toto dominio de **Stanleg** quod erat antiquum dominicum regis obtinuerunt; ut patet in cartis regiis, reſervata ſibi grangia ſua de *Radeweia* quam priùs habuerunt

A.D. 1154. Et ſic anno Domini MCliiij. de *Rademora* tranſmigrantes, xiij. kal. Julii venerunt in manerium de **Stanleg** in *Arderna*.

Et primitùs quidem in loco ubi nunc eſt grangia de **Crulefeld** manſerunt, tranſlatis hominibus qui ibi habitaverunt ad villam quæ nunc dicitur **Hurſt**: Sed quia juxta portionem ſuam minorem & nimis propè viam regiam ibi locabantur, elegerunt fundationem ſuam juxta portionem ſuam majorem, præcipuè propter fluvii de **Avene** vicinitatem ex una parte, & boſcum qui dicitur **Cacheles**. Et ſic in loco qui nunc dicitur, **Homgrange** tabernacula manſoria fecerunt, & totum illum deſertum ſubtiliùs perſcrutantes benè interiùs, eccleſiam fundaverunt, & abbatiam, ut patet, conſtruxerunt; primarium monaſterialis eccleſiæ lapidem Idus Aprilis ponentes, anno dominicæ incarnationis MCliiij.

Carta fundationis abbatiæ de **Stonle**.

Carta 12 H. 5. m. 6. & mem. 24.

HEnricus *rex* Angliæ, *&* *dux* Norm. *&* Aquit. *& com.* Andeg. *archiepiſcopis*, *epiſcopis*, *abba. comit. juſtic. baron. vicecom. & omnibus fidelibus ſuis* Francis, *&* Anglis *totius* Angliæ *ſalutem. Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe & confirmaſſe in perpetuam elemoſinam* Willielmo *abbati & monachis de* Ciſterſienſi *ordine qui apud* Rademoram *manſerunt, in eſcambio abbatiæ ſuæ de* Rademora, *locum & fundationem abbatiæ ſuæ apud* Stanleiam *in bruillo de* **Cachells**. *Et do eis & concedo totum eundem bruillum, & totum dominium meum in* Stanleia; *ſcilicet vj. carucatas terræ cum pratis & paſcuis & rivis & piſcariis & eſſartis ubicunqne fuerunt eidem dominio pertinentibus & omnibus aliis pertinentiis ſuis & molendinum ejuſdem villæ quod ſolebat reddere ſingulis annis xl. ſolid.* Henrico *regi avo meo. Et redditum ſalis apud* **Wych**, *videlicet xxv. ſummas ſalva decima canonicorum de* **Kenilwourde**; *ſcilicet ij. ſummis ſalis & dimid. quas inde ſolebant habere. Do etiam & concedo eidem abbati & monachis in ſoca de* Stanleia *alias vj. carucat. terræ; ſcilicet duas carrucatas apud* Dulleſwordam *cum eſſartis & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Et quatuor carucatas terræ apud* Croilesfeldam *cum omnibus eſſartis, & pratis, & paſcuis, & rivis & omnibus rebus eidem terræ pertinentibus. Præterea cincedo eis omnia aiſiamenta ſua in foreſta & boſcis & bruillis meis, & ligna & materiem ad omnia neceſſaria ſua, & ad domos ſuas edificandas, & ad ignem ſuum ſine waſto & per viſum foreſtarii mei. Quare volo & firmiter præcipio quod idem* Willielmus *abbas & monachi ibidem Deo ſervientes omnia prædicta in perpetuam elemoſinam habeant & teneant, & grangias ſuas apud* Radeweiam *&* Merſtonam *& omnia ſua quæ in futurum rationabilibus modis, Deo propicio eis data fuerint, ſoluta & libera ab omni ſeculari ſervicio & quieta de ſchiris & hundredis & murdro, & danegeldo, & placitis, & querelis, & geldis, & auxiliis, & omni conſuetudine & exactione. Teſt.* Theob. Cantuar. *archiep.* Rog. Eborac. *archiep.* I. *epiſcopo* Wigorn. Walt. Ceſtr. Thoma *cancellario*, Regin. *com.* Cornubiæ, Rob. *com.* Legrec. Ric. *de* Hum *conſtab.* War. *fil.* Gerar. *camer.* Willielmo *de* Bellocampo, Mauritio *de* Ambreſleya, *apud* Brugiam *in obſidione*.

COGESHALENSIS

Abbatia in agro Eſſexenſi.

Chron. de *Cogeſhale* in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Neronis* D. 2.]

ANNO 1142. facta eſt abbatia de *Cogeſhala* à Rege *Stephano* & *Matilda*, conſorte ſua; qui etiam fundaverunt abbatiam de **Furnes**, & abbatiam de **Lungvillars**, & abbatiam de **Fevereſham**, qua corpora eorum humata ſunt. Eodem anno convenit Conventus apud *Cogeſalam* iij. nonas Auguſti. A. 1142.

Conceſſio manerii de **Tyllingham-Hall**.

Eſcaet. 51 E. 3. n. 13. *Eſſex.*

REX licenciam dedit *Willielmo* de **Humberſtane** & aliis, quod ipſi manerium vocatum **Tyllingham-hall**, cum pertinentiis in **Childerdich**, **Dodinghersſt** & **Southwelde**, quod nuper fuit *Willielmi Baude*, dare poſſit & aſſignare abbati & conventui de **Cogeſhale**, & eorum ſucceſſoribus, ad inveniendum quendam cereum ardentem ſingulis diebus coram ſummo Altari ad altam Miſſam in eccleſia abbatiæ prædictæ.

Carta

Carta reginæ *Matildis* de manerio de **Cogeſhale.**

Cart. 19 E.2.n.20. per Inſpex.

MAtildis *Dei gratia* Anglorum *regina, omnibus prelatis, & filiis, & fidelibus ſanctæ eccleſiæ ſalutem. Notum ſit omnibus vobis quia dominus meus rex* Stephanus, *& ego, & filius meus* Euſtachius, *damus & in perpetuam elemoſinam concedimus, pro ſalute animarum noſtrarum, & anteceſſorum, & liberorum & omnium amicorum noſtrorum, tam vivorum, quam mortuorum, Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ, *atque abbati & conventui de* **Coggeſhale,** *ipſum idem manerium de* **Coggeſhale** *totum in terra, & hominibus, in boſco, & plano, in aqua, & extra aquam, in via, & extra viam, & in omnibus rebus ad ipſum pertinentibus; ita liberè, & quietè ſicut comes* Euſtachius *poter meus, & nos poſtea, liberius, & quietius illud tenuimus ſolutum, videlicet, & quietum de placitis, & querelis, de ſcottis, & auxiliis, de ſtiris, & hundredis, de danegeldis, & omnibus rebus, de exercitu, & equitatu, de opera parci, de opera & cuſtodia caſtelli, de omni alio opere, & omni genere ſervitii, de* **Murdre,** *& omnibus aliis rebus, & omnibus exactionibus, cum* ſacha, *&* ſocha, *&* **thol,** *&* **tem,** *&* **infangenethef,** *& omnibus conſuetudinibus & libertatibus ſuis. Unde veſtram precor bonitatem, quatinus pro Dei amore, eandem elemoſinam, in ſupradicta libertate cuſtodiatis, & manuteneatis, ut ejuſdem beneficii participes effecti, à Deo in æterna beatitudine mercedem recipiatis. Teſtibus, comite* Waleranno *de* Mellent, *& comite* Gilberto, *& comite* Gaufrido *de* M. *& comite* Willielmo *de* Guarenna, *& comite* Simone, *&* Willielmo *de* Ipre, *&* Radulpho *cancellario meo, &* Huberto *camerario, apud* **London.** *Dat. per manum noſtram apud ſanctum* Edmundum *xxvj. die Decembris.*

REVESBYENSIS *Abbatia in agro* Eboracenſi, * *fundata anno MCxlij.*

* Annal. de *Peterburgh* in bibl. *Cotton.*

Carta Willielmi *de* Romara *de fundatione abbaciæ de ſancto* Laurentio *de* **Revesby.**

Ex vetuſto exemplari penes virum clariſſ. *Henricum Spelmannum* equitem auratum.

REGI *Angliæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus & omni clero, Comitibus, Baronibus & omnibus filiis ſanctæ matris eccleſiæ, *Willielmus* de *Romara*, Comes de *Lincolnia*, & *Willielmus* filius ejus, & *Hawdewiſa* Comitiſſa uxor ejus, ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & dediſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de *Rievalle* in manu *Willielmi* abbatis, ad conſtruendam abbaciam de ordine *Ciſtercii* pro animabus noſtris, & animabus patrum & matrum noſtrorum, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, totam terram de **Revesbia**, & **Thoresbi**, & *Schicthesbia*, cum omnibus appenditiis ſuis, plenariè, in boſco & in plano, & pratis & aquis & piſcariis & mareſco, per diviſas ſuas, ab omnibus conſuetudinibus & placitis & cauſis, & ab omni terreno ſervicio imperpetuum, benè & honorificè, liberam & quietam: Et quia terra iſta non erat de meo proprio dominio, dedi hominibus qui eam in feudo & hæreditate habebant eſcambiam. ſcilicet *Lamberto* nepoti *Briſtivæ* & hæredi ejus, pro duabus carucatis in **Revesby**, & hiis quæ eiſdem carucatis appendebant, duas carucatas in *Minigesbia*, cum Ruſticis ibidem manentibus, per ſervicium quartæ partis unius militis ſicut aliam habebat in *Revesbia*. Et *Roberto Briewerre*, & hæredi ejus dedi pro duabus carucatis in *Schithesbia*, & *Thoresbia*, & *Revesbia*, & hiis quæ duabus iiſdem carucatis appendebant (quæ omnia per ſervicium unius militis in hereditate de me tenebat) unam carucatam & dimidiam bovatam in **Auſteriales**, & ruſticos ibidem manentes, & unum molendinum ibidem exiſtens, per ſervicium quarte partis militis. Et *Hugoni* piſtori & *Willielmo* fratri ejus dedi pro duabus carucatis in *Thoresbia*, & hiis quæ eiſdem carucatis appendebant, quæ omnia habebat per ſervicium priſtini, xiij. bovatas in *Minigisbia*, & eccleſiam cum hiis quæ appendebant ad feudum eorum per ſervicium dimidii militis. Et *Ivoni* presbytero de *Thoresbia* dedi eſcambiam pro eccleſia ſua de *Thoresbia*, eccleſiam de *Chircebia* cum hiis quæ appendebant, & unum toftum juxta Cimiterium. Et pro una bovata terræ quam habebat in *Thoresbia* de *Roberto Briewere* fratre ſuo, accepit unam bovatam in *Auſteriales*, à *Roberto* fratre ſuo per ſervicium quartæ partis militis.

Willielmus etiam nepos Briſtivæ accepit pro duabus bovatis quas tenebat in *Revesbia*, de feudo quem reddidi *Lamberto*, duas bovatas in *Minigesbia* à *Lamberto* de eſcambia, quam dedi ei pro una bovata quam tenebat ſub *Roberto* patre uxoris ejus, & pro uno tofto accepit unam bovatam in *Auſteriales* ab eodem *Roberto*. Et pro quatuor acris quas tenebat ſub *Ivone* presbytero accepit quatuor acras ab eodem in *Eaſteriales* de bovata quam tenet ſub *Roberto Briewerra* fratre ſuo. Ruſticis etiam in *Schicthesbia*, & *Thoresbia*, & *Revesbia* manentibus omnibus terram accipere volentibus dedi eſcambiam ad placitum eorum; quibuſdam eorum libertatem cum omnibus ſuis eundi & manendi ubi vellent abſque calumnia. Magis eligentibus & petentibus ſicut elegerunt & petierunt & benignè voluerunt, liberos cum domibus & omnibus ſuis dimiſi.

Hec ſunt nomina eorum qui remanentes terram de me acceperunt.

De Revesbia.

A*Lſernus* recepit in eſcambiam duas bovatas in *Chircebia* per ſervicium viij. ſolidorum per annum & nihil amplius, & primo anno quietas.

Normanus recepit in eſcambiam unam bovatam in *Hagnebia* per ſervicium duorum ſolidorum per annum & operationem unius diei in hebdomada, & primo anno quietam.

Edricus recepit unum toftum in *Hagnebia* & duas acras terræ per ſervicium viij. ſ. per annum

&

& operationem viij. dierum in Auguſto, & primo anno quietam.

Godricus recepit in eſcambiam unam bovatam in *Sticenaria* per ſervicium duorum ſolidorum per annum & unum **Eſcheppe** bracii ordei contra nativitatem domini & operationem iij. dierum in hebdomada in Auguſto & aliis hebdomadis per annum operationem duorum dierum & primo anno quietam.

Richardus de *Reveſbia* recepit unam bovetam in *Sticceſordia* per idem ſervicium per annum, excepto quod Eſcheppa bracii quam debet dare erit de avena.

Paie Blancherd recepit unum toftum per ſervitium ſex denariorum per annum & nihil amplius, & primo anno quietum.

Et *hæc nomina eorum qui libertatem petierunt & acceperunt.*

De Reveſbia.

T*Ornerdus*, *Fegg*, frater ſuus. *Colſuen* filius *Aleicii*, *Willielmus* medicus, *Grauncecell*, *Abbe*, *Lundi*, *Cinerdus*, *Allwinus* homo *Willielmi* cum omnibus ſuis.

De Stichesbia.

Lundi, *Lugerwine*, *Ingemundus* frater ejus, *Wlmarus*, *Achi*, *Anche* frater ejus, *Rogerus Barbarius*, *Willielmus* filius *Roberti Roolf*, *Gunne* frater ejus, uxor *Habbe* & fil. ejus.

De Thoresbia.

Tori, *Richardus*, *Godricus*, *Oden* frater *Guarini*, *Ailmarus*, *Siggenoert*, *Wlmar*, *Afferth Aſches*, *Paie* filius *Wlſtanni*, *Rogerus*, *Palmarius*. Hiis teſtibus, *Alexandro* epiſcopo *Lincolnienſi*, *Willielmo* archidiacono, *Reſtedo* capellano, *Widone* de **Wer**, *Willielmo* de **Wer**, *Roberto Carbunet*, *Giſleberto* de **Becc**, *Henrico Peverell*, *Henrico* de **Perci**, *Hamero* præpoſito, *Brad* filio *Hamundi* & *Henrico* de **Totinton**, *Ricardo Paſturell*, *Gaufrido* de *Trebamtona*, *Waltero* de *Amundevilla*, *Giſleberto* de *Novavilla*, *Willielmo* filio **Hacton**, *Gaufrido* diſpenſatore, *Willielmo* cancell. *Herberto* de **Calz** *Gaufrido Malabeſtia*. Et hiis ſupradictis teſtibus dedi *Gaufrido* elimoſinario pro eccleſia de *Chirchebia* j. toft & terram quinquaginta ſolidorum in dominio in elemoſina ſicut eccleſiam habebat.

Carta *Willielmi* de *Romara* Comitis, de ſede abbatiæ de *Reveſbia*.

A*Rchiepiſcopis*, *epiſcopis*, *abbatibus & omni clero*, *comitibus*, *baronibus & omnibus filiis ſanctæ matris eccleſiæ* Willielmus *de* Romara *comes* Lincolniæ *&* Willielmus *filius &* Haudewiſa *uxor ejus ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & dediſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *& monachis de ſancto* Laurentio *de* Reveſbia *tam preſentibus quam futuris in eodem loco Deo ſervientibus totam terram de* Reveſbia, *&* Thoresbia, *&* Schicthesbia *cum omnibus appendititiis ſuis plenarie in boſco & plano, & aquis, & mareſco, & paſturis, & in* Minigisbia *viginti acras & octo, quarum quinq; dedit eis* Hugo *filius* Udardi. *Et conceſſimus etiam eis in eadem villa communem paſturam, & in* Chirchebia *iiij. acras & quandam partem ſilvæ quam poſtea ipſi monachi extirpaverunt, & in* Cibreia *heremitorium* Hacchæ *cum communi paſtura, & de dominio noſtro terram quæ vocatur* **Hayholme** *&* Weſſeriwra *cum prato adjacente, & licentiam ædificandi domos in mareſco ubicumque voluerint, & omnia aiſiamenta cum communione paſturæ ejuſdem villæ. Et in* **Sticheneie** *illam portionem terræ quam habuimus in dominio noſtro, & communem paſtuoam ejuſdem villæ & licentiam ædificandi domos in mareſco & accipere ibi omnia aiſiamenta ſua prout indiguerint; Et in* **Gemisburg** *totam terram quæ dicitur* **Wetheberg̃h** *cum omni boſco in prædicta terra, & boſcum de* **Lée**. *Et de pratis quantum pertinet ad ducas carucatas terræ & communem paſturam. Hæc omnia dedimus eis in perpetuam elemoſinam libera & quieta ab omni terreno ſervicio & omni ſeculari exactione, & prohibemus ne hæredes noſtri clament warrenam in prædicta terra eorum. Hiis teſtibus,* Alexandro *epiſcopo* Lincolniæ, Willielmo *archidiacono*, Reſtedo *capellano*, Stephano *capellano*, Gaufrido Malabeſtia, Waltero *de* Amundevilla, Henrico *de* **Perry**, Giſleberto *de* Novavilla, Widone *de* **Wer**, Willielmo *filio* Haconis, Gaufrido *diſpenſatore*, Herberto *de* Cha..... Roberto Carbunell, Hamundo *præpoſito &* Simone *filio ejus*, Gaufrido *de* **Trehamtun**, Baldrico *de* **Cales**, Henrico *de* **Thotinton**, Ricardo Paſturell, Willielmo *cancell.* Gaufrido *de* **Cantelu**.

Carta Willielmi *comitis de omnibus terris noſtris in ſoca de* **Bullinbroke**.

ARchiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus & omni clero, comitibus, baronibus & omnibus filiis ſanctæ matris eccleſiæ, *Willielmus* de *Romara* comes *Lincolniæ* & *Willielmus* filius ejus & *Hawdewiſa* comitiſſa uxor ejus ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & dediſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de ſancto *Laurentio* de *Reveſbia* tam præſentibus quam futuris in eodem loco Deo ſervientibus totam terram de *Reveſbia*, *Schicthesbia* & *Thoresbia* cum omnibus appendiciis ſuis plenariè in boſco & plano, & pratis, & aquis, & mareſco, & paſturis. Et in **Minigesby** xxviij. acras terræ quarum quinq; dedit eis *Hugo* filius *Udardi*, & unam bovetam terræ quam *Willielmus* clericus ejuſdem villæ dedit eis, & aliam bovetam quam *Hugo* frater ejus dedit eis, & conceſſimus etiam eis in eadem villa communem paſturam, & in **Marum** terram quæ vocatur *Legeſhaga* cum appendiciis ſuis, & in **Chirchebi** centum acras terræ inter ſilvas & mareſcum contiguas terræ eorum, & ex alia parte ſilvæ quatuor acras terræ, & quandem partem ſilvæ quam poſtea ipſi monachi extirpaverunt, cum communione paſturæ ejuſdem villæ. Et in *Sibberia* hermitorium **Ache** cum communi paſtura, & de dominio noſtro terram quæ vocatur **Haitholme**, & *Weſtferiora* cum prato adjacente, & licentiam ædificandi domos in mareſco ubicumq; voluerint, & omnia aiſiamenta ibi habere cum communione paſturæ ejuſdem villæ. Et in *Stichenaia* illam portionem terræ quam habuimus in dominio noſtro & communem paſturam ejuſdem villæ, & licentiam ædificandi domos in mareſco, & accipere ibi omnia aiſiamenta ſua prout indiguerint, & in mariſco de *Haltuna* manſionem quandam cum crophtis quas ibi facere voluerint cum communione paſturæ totius mariſci, & aliis aiſiamentis quæ ibi habere potuerint, Et in **Geinesbrug** totam terram quæ dicitur **Wethebergh**, cum omni boſco inter prædictam terram & boſcum de **Læ**, & de pratis quantum pertinet ad duas carucatas terræ, & communem paſturam; Et *Hagnebiam*, cum omnibus appendiciis ſuis in monaſteriis, & terris & pratis, & aquis, & molendinis & paſturis, & in mareſco. Hæc omnia dedimus eis in perpetuam elemoſinam, libera & quieta ab omni terreno ſervicio & omni ſæculari exactione. Et prohibemus etiam ne hæredes noſtri clament warrennam in prædicta terra eorum. Hiis teſtibus *Alexandro* epiſcopo *Lincolniæ*. *Willielmo* archidiacono. *Reſtedo* capellano. *Stephano* capellano. *Gaufrido* Malabeſtia. *Widone* de **Wer**. *Willielmo* filio *Hugonis*. *Waltero* de **Hamundevill**. *Henrico* de **Percy**. *Giſleberto* de *Nova-villa*. *Waltero* de *Hamundo* & *Simone* filio ejus, *Gaufrido* de **Trehampton**. *Baldrico* de **Cheles**. *Henrico* de **Totinton**. *Ricardo* **Pasturell**. *Willielmo* Cancell. *Gaufrido* de **Cautelu**. *Giſleberto de* **Semplingham**. *Rogero capellano*. *Hacone* decano. *Roberto* de **Cales**. *Ricardo* de **Calce**. *Waltero* de **Buhere**. *Odone* & *Uwardo* fratribus ejus. *Rogero* de **Benigwrth**, & *Matheo* fratre ejus. *Roberto* filio *Martini*.

Carta *Willielmi* de *Roumara* nepotis comitis *Willielmi*.

Ex armario comitis de *Lindſey* apud *Grimſthorp.* 1172.

Willielmus *de* Roumara *nepos* Willielmi *comitis, & hæres ejus confirmat monachis de S.* Laurentio *in perpetuum ipſam abbatiam quam idem avus meus fundavit ſcilicet totam terram de* **Revesby** *&* **Thoresby** *&* **Scithesbi** *cum eccleſia, & omnem terram in* **Hagnebi** *cum eccleſia, & in* **Mithinggesbi** *xxviij. acras, & terram in* **Marum**, *& in* **Kyrchebi** *C. acras &c. & in* Stibeceia *hermitorium &c. & in* Sticheneia *terram quam avus meus habuit in dominio &c. & in mareſco de* Haltuna *&c. Teſtibus* Roberto *decano de* **Bullinbroc**, Willielmo *de* **Tillol**, Rogero *de* **Tillol**, Gilberto *de* Bolonia, Alano Smerholm, *&c. Hæc confirmatio facta eſt MClxxij. kal. Aprilis apud abbatiam de ſancto* Laurencio *in tempore* Hugonis *abbatis*.

Carta Ranulphi *comitis* Ceſtriæ.

R*Annlphus* comes *Ceſtriæ* confirmat monachis de S. *Laurencio* de **Revesby** ipſam abbatiam quam *Willielmus* comes *Lincolniæ* fundavit cum omni donatione quam prædictus comes & *Willielmus* filius ejus & *Willielmus* nepos ejus dederunt, ſcilicet terram de **Revesbi**, & **Schiteby**, & **Toresbi** cum eccleſia, & terram in **Hagnebi** cum eccleſia &c. (ut ſupra.) Præterea concedo eis warennam ubiq; in terris eorum. Teſtibus, *David* comite fratre regis *Scociæ*, *Hugone Bardolf*, *Simone* de *Kyma*, *Philippo* filio *Roberti*, *Petro Roald*, *Roberto* de *Mortuo-Mari*, *Willielmo* de **Wær**, *Philippo* de **Orrebi**, *Simone* de **Oriebi**, *Thoma* diſpenſatore, *Simone Tuſch.t*, *Simone* de **Orrebi**, &c.

Donationum confirmatio per regem *Ricardum* primum.

Cart. 2 E. 3. m. 4. r. 12. per Inſpex.

Ricardus *Dei gratia rex* Angl. *dux* Norman. Aquit. *& comes* Andeg. *archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & preſenti carta noſtra confirmaſſe in puram & perpetuam elemoſinam Deo & ſanctæ* Mariæ *& monachis de ſancto* Laurencio *de* **Revesby** *pro ſalute animæ noſtræ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum ex dono & elemoſina* Willielmi *de* Romara, *ſedem abbatiæ ſuæ & totam terram de* **Revesby**, *&* **Thoresby**, *&* **Skydeby**, *& quicquid habuit in* **Hagneby** *plenarie in monaſteriis & in omnibus aliis rebus, & terram quæ dicitur* **Leggeſhaghe**, *& ſexies viginti acras terræ in territorio de* **Kirkeby**, *& hermitorium* **Acke** *&* le **Swinecote**, *&* **Haiholm** *&* Weſtferiwra *cum prato adjacente, &* **Seggedich** *& quandam partem ſilvæ de* **Kirkeby** *per viam quæ dicitur* **Swiniſtigate**, *& communionem paſturæ tocius mariſci quod pertinet ad* ſokam *de* **Bolingbrok**, *& ne aliquis clamet warennam in terra monachorum, ſicut rationabiles cartæ ejus teſtantur. Item ex dono* Willielmi *de* **Romare** *nepotis* Willielmi *ſenioris j. carucatam terræ in territorio de* **Enderby** *& totum dominium ſuum in* **Todington**, *& totam terram ſuam de* **Stykeneye**, *& homagium & ſervicium* Alani *filii* Willielmi *& heredum ejus imperpetuum, &* **Medelham** *in mariſco & omnia alia tenementa & res & libertates quas habent de prædicto* Willielmo *ſicut rationabiles cartæ ejus teſtantur. Item concedimus eis & confirmamus grangiam de* **Toft** *cum omnibus pertinentiis ſuis, &* **Cuhus** *quæ eſt in* **Wildemore** *de* ſoka *de* **Hornecaſtre** *cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes alias grangias ſuas cum omnibus pertinentiis ſuis, videlicet* Thoresbiam, Stikeneiam, **Hagneby**, *molendinum de* **Folesbykele**, **Holebec**, Thoreſweiam, *&* **Thorp-Wapteberwe** *& piſcariam in* Trenta, **Winelingham**, *&* **Filingham** *cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut rationabiles cartæ teſtantur quas monachi habent de prænominatis tenementis.*

Concedimus etiam & confirmamus prædictis monachis omnes terras & poſſeſſiones quas habent in territoriis de **Mithingesby**, *& de* **Kirkeby**, *de* **Claxeby** *& de* **Marum**, *de* **Lincoln** *&* **Grimmisby**, *de* **Coningesby**, *& de* **Tumby**, *de* **Wodenderby**, *& de* **Wilghesby**, *de* **Cibeteye**, *& de ſancto* Botulpho *de* **Stukeneye**, *& de* **Stikeford**, *de* **Hagneby**, *& de* **Toynton**, *de* **Halton**, *&* de **Kele**, *de* **Hundelby**, *& de* **Enderby**, *de* **Hameryngham**, *& de* **Wainfeld**, *de* **Ireby** *& de* **Sauthorp**, *de* **Thorp**, *de* **Stamelesby**; *de* **Burg** *& de* **Skeggeneſſe**, *de* **Eſtenderby**, *&* **Bilingeie**, *de* **Stafnesby**, *& de* **Askeby**, *de* **Salmundeby**, *& de* **Theford**, *de* **Thoriſweye**, *& de* **Walesby**, *de* Ottebeya, *& de* **Geynelburgh**, *de* **Somerdeby**, *& de* **Læ**, *de* **Upton**, *& de* **Berneſſe**, *de* **Berg**, *& de* **Glentwrth**, *de* **Giolthorp**, *& de* **Aſphaldeby**, *de* **Tuneſtal**, *& de* de **Torp**, de **Bilburg**, de **Wivelingham**, & de **Filingeham** & omnes alias terras & poſſeſſiones & tenementa ſua ſecundùm rationabiles cartas vel cyrograffa donatorum venditorum vel eſcambiatorum ſuorum. Quare volumus (*&c.*) Teſtibus, *H. Cantuar.* archiepiſc. magiſtro *Rogero* de S *Edmundo* archidiacono de **Richemund**, *H. Cant.* archid. *Roberto* de **Harecourt**, *Willielmo* de *Stagno*, *Willielmo* filio *Alani*. Dat. per manum magiſtri *Roſcelini* tunc agentis vices cancellarii noſtri apud *Rupem Andeli*, anno regni noſtri decimo, nono die Decembris.

CUMHIRENSIS
Abbatia in agro Penbrochienſi.

Annal. S. werburgæ Ceſtriæ in bibl. Cotton.

ANNO Milleſimo centeſimo quadrageſimo tertio fundata eſt **Cumhyre** in *Wallia*, filia **Blanchland**, ibi *Griffinus* filius *Lewelii* ſepultus eſt.

Lel. Itin. vol. 5. fol. 13.

Comhere, **an Abbay of white monkes** In Com. Radnor. **ſtondeth betwixt two grete hylls in** Melennith **in a bottome, where renneth a litle broke, It is a ſeven miles from** Knighton; **The firſt fundacion was made by** Cadwathel **and ap** Madok **for ſixty monks.. No chirch in** Wales **is ſéen of ſuch length as the foundation of the wall there begonne doth ſhowe; but the third part of this worke was nevir finiſhid. All the houſe was ſoiled and defaced be** Owen Glindour.

Id eſt. **Comhere**, alborum monachorum abbatia, *Mellenithæ*, in quadam inter duos grandiores montes valle quam irrigat amniculus, ſita eſt. Septimo à *Knightona* diſtat lapide. A *Cadwathelo* & *ap Madoco* ad ſuſtentationem 60. monachorum primitus fundata fuit. Nulla extat apud *Cambrenſes* tantæ longitudinis eccleſia, quàm longam illam ex muri ibidem incepti veſtigiis licet colliges. Tertia verò operis pars nunquam erat perfecta. Univerſam domum *Owenus Glindour* deturpavit.

Vide p. 826 b. nu. 50.

Abbatia de Remmer in comitatu Merionith.

Donationum confirmatio per Lewelinum *Principem* Northwalliæ.

Pat. 8 H. 6. part 1. m. 6. per Inſpex.

Pat. 6 E. 3. part 2. m. 9 per Inſpex.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris ad quorum noticiam tenor preſencium literarum pervenerit *Lewelinus Gervaſii* filius *Northwalliæ* Princeps ſalutem & pacem. Cum cunctis quantum in nobis eſt pacis beneficium conſervare tenemur hiis maximè quos commendat ordo religionis debemus ſollicitè providere ne pacis defectu moleſtentur injuſtè; Quocirca dilectorum fratrum noſtrorum abbatis & monachorum *Ciſtercienſis* ordinis *Bangoren.* dioceſis apud **Remmer** Deo & glorioſæ virgini *Mariæ* devotè ſervientium, atque ſub regula ſancti *Benedicti* noſtri patroni regulariter viventium juſtas petitiones exaudientes, & eorum precibus inclinantes, utilitatibus eorundem diligenter providere volentes, quicquid vel à nobis vel ab aliis, ſeu à comprincipibus noſtris eiſdem collatum accepimus noſtro ſigillo duximus confirmare, ne quod juſtè collatum fuerit injuſta poſſit in futuro permutari præſumptione; Ea propter terrarum eiſdem monachis collatarum nomina, quæ à nobis & ab aliis illis fratribus principibus datæ ſunt huic ſcripto liquidè duximus commendare cum integris terminis, & pertinentiis ſuis prout melius & certius & manifeſtius continentur in cartis & donationibus dominorum principum *Mereduc* ſcilicet & *Griffud* filii *Kenan*, & *Howeli* filii *Griffini* & aliorum, & prout plenius & expreſſius omnes terras dictis monachis ac libertates dicti principes contulerunt & donaverunt.

Remmer videlicet in quo loco monaſterium eorum fratrum ſitum eſt cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis. **Aberydone**, & **Eskeryndone** in hiis terminis, rivulus qui nominatur **Midhul**, qui de monte qui vocatur **Irobell** oritur eſt terminus, & currit directè inter locum qui dicitur **Prhanotwen**, & terram **Manhew** uſque ad flumen **Mawuheth**, & iterum per crepedinem dicti montis directè uſque ad collem **Prerhill**, & item per directum uſque ad cacumen montis qui dicitur **Pdhualt**, deindè uſque ad ortum rivuli qui vocatur **Menach**, & **Menach** prout certius currit uſque **Manneth**, ac poſtea uſque ad rivulum **Creon** qui eſt terminus inter **Meryonyth** & **Penrellin**. Ex alia parte fluminis **Mannehec Camdadhu** & **Pdymant** uſque ad terminum **Penllin**. **Eſgerkaur Cuykawr** inter **Kaur** & **Haynnawe**, **Brynbetwyn**, **Pdolwen** cum omnibus terminis & finibus & pertinentiis ſuis. **Kenenkrewuan**, **Pranochelyhnawe**, **Nantykeyliochou Brythgun**, **Martnam** cum integris terminis & pertinentiis ſuis.

Llwydyarath Kellyleth Kellynorleyw, **Moylllywydyath**, **Reſpoloydre**, **Kinnygerhwyn**, **Bulytikrie**, **Pkychul**, **Cumkelly**, **Kyullathhidwyn**, **Eſgeyrannerin**, **Pcumkorſawe** cum omnibus terminis & pertinentiis integris, **Cuningwernach** in cunctis terminis & pertinentiis ſuis. **Riccarneth** partem terræ. **Keneny**, **Kellynllhyn**. Totam terram **Kenneth** filii *Seyſyll* apud **Tannoth** duas acras *Lewelyn* fil. *Seyſill*. In **Tamihot** totam partem de **Kennerith** de hæreditate ſua ubicunque fuerit ſive in **Tannoth** ſive in aliis locis eſſe conſtiterit, pro **Willymarch**. **Broneynwich**. Acriam *Lewelyn* preconis. **Halneythey**, **Kyhukwerytb** in omnibus finibus & pertinentiis ſuis. Partem **Madawe** & **Llewerth** filiorum *Morydhyc* cum prato de **Bodyghwyn**. Partem trium filiorum **Gollwyn**, de **Bodywyn**, & de **Pyrdyrllanegrin**. **Kedynor**, **Enyawn**, *Adam* **Baredyn**. Partem terræ de villa **Crennays**. **Gmennyfalc** acras duas *Dewelyn* fi. *Seyſill*. Acram *Kenedir Kelly Waſſaranc* cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis, **Golewernkennhaet** in omnibus terminis & pertinentiis ſuis.

In provincia **Arduudwy**, **Llanhuldut**, **Cunigwenyn**, **Moylesbryn**, **Keſſeylgum**, **Cummeneyth** in omnibus finibus & terminis & integris pertinentiis ſuis. Omnes terras quæ ſunt conſtitutæ inter duo flumina **Keyn** & **Maudhu** ſimili donatione prædictis fratribus donavimus & conceſſimus cum cunctis terminis & finibus & pertinentiis ſuis & locis quorum nomina expreſſè exarata ſunt hæc, **Guynnenyth**, **Guerdyundeyew**, **Nantygaranew**, **Algayn**, **Nazithir**, **Betheyresgyn**, **Yneydyawe**, **Nantymoch**, & **Keyn** noſtra uſque ad crepedinem nigri montis qui eſt ſupra **Llyn** & per crepedinem nigri montis illius qui directè extenditur ſupra **Llyn Phelycymoch** & ſupra **Erhylynedwen** uſque ad rivulum qui de ſtagno paludis qui vocatur **Mycyneleyn**, & per illam paludem defluit planè uſque **Erylynedwen** & deindè currit uſque **Lin** qui rivulus eſt terminus inter **Ardudny** & **Penellyn** & **Mandhu** qui de dicto ſtagno & de dicta palude ſurgit & ſtatim in amnem derivatur dictas terras terminans uſque ad **Abkeyn**. **Llwynyrhie**, **Ykenyclluydyow Yeskyndu**, **Yrhanortanolawe**, **Ybwllellwyth Dolicancion** per totum prout melius major pars fluvii **Mandhu** quæ vicinor currit juxta terram **Manheu** terminat, quia **Mandhu** ibi in tribus rivulis dividitur & iterum in unum conveniunt. **Irallclhwyt**, cum **Yesgyn**, **Dynaſtlery**, **Cukedoryn**, **Kyhnkenerchuc**, **Pannarthwonawe**, **Nantylaſtegwaret**, **Nantyrhendy**, **Bethicoydhur**, **Ywenallt** In provincia **Llheyn Nengwl** cum integris terminis ſuis & pertinentiis & locis quorum nomina ſcribere volumus in præſenti carta; videlicet **Ygnasdadnays**, **Ypennrhynew**, **Yk**, **Urrachdir**, **Koſſychulyt**, terram **Eynyawn Penuras Brynylan**, **Trennoydyt**, **Yics** partem **Yvanaty**, **Tren**, **Wykwarhec**, **Ynyskellywyt**, **Patyllenryth**, **Grayanawe**, **Brynycrochwyt**, **Trevywen**, **Dolkaradawe**, dimidietatem villæ **Keydyan** cum particula terræ quæ vocatur **Meynbleythud**.

Omnes igitur ſupranominatas in tribus præfatis provinciis terras & quaſcunque alias, ſeu à nobis ſeu ab aliis ſunt adepti vel impoſterum adepturi & eciam domui de **Kemmer** & monachis ejuſdem loci collatas warantizabo & manutenebo pro me & hæredibus meis à me in perpetuam donationem, vel ab aliis illis datas, in campis & ſilvis, in pratis, aquis, molendinis, in paſturis & piſcationibus, in retium ſtationibus, fluminibus, in ſtagnis & portubus atque littoribus, & mari, in navium & ſcapharum libertatibus, in earum onera de propriis rebus monachorum tantum ſi malo eventu contingat ut a parcella maris fuerint confractæ aut ſubmerſæ; habenda & tollenda ſine contradictione & tallio, in omnibus lignis ſuſcipiendis, & lapidibus cujuſlibet generis. In avibus & feris ſilveſtribus, & animalibus agreſtibus cujuſcunque generis vel ſpeciei fuerint, habendis; In metallis, in theſauris effodiendis & deducendis, in montibus & nemoribus, in omnibus mobilibus & immobilibus, in omnibus quæ ſuper dictas terras aut ſubtus eas continentur de rebus materialibus vel non materialibus poſſidendis, & in proprios uſus habendis; in omnibus utilitatibus, & commoditatibus liberè & quietè ab omni ſeculari exactione ſive gravamine, ſine alicujus moleſtia aut calumpnia vel controverſia, ſine conſuetudine legum ſecularium aut tributo aliquo uncquam, ſine aliqua conventione cum aliquo in paſturis ſeu in aliis utilitatibus in præfatis terris vel in cohabitatione aut conſortio.

Præterea ipſis monachis dedimus & conceſſimus ut ſi quis de hæredibus in omni terra quæ meæ ditioni ſubjacet agrum vel ſtagnum ad tempus conceſſerit, libertatem habeant ſuſcipiendi eorumque fructus tollendi in omnibus, quorum & ante omnia domini Papæ præceptis obedientes præfatis fratribus donavimus, ut ſummi pontificis privilegia beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* authoritate roborata, ipſiſque monachis ſive data ſive danda in omnibus vim ſuam obtineant & inconcuſſa atque inviolata permaneant. In eos vero qui Apoſtolicæ mageſtatis apices manifeſtè fregerint & contra eas egerint, aut quamlibet de domibus ipſorum monachorum incendendo aut ſanguinem intra ſepta monaſterii fundendo, vel etiam grangiarum aut locorum, aut hominem tenendo, aut furtum aut rapinam, ſeu hominem verberando ſive aliquam irreverenciā exercendo hominem ſpoliando vel aliud quid contra apoſtolica ſcripta & indulta faciendo, quantumlibet nobis caros & vicinos ſecularem juſtitiam plenariè excercebimus, & eccleſiaſticam cenſuram in eos latam patienter & libenter ſuſtinebimus. Hanc autem præſentem noſtram donationem dilectis fratribus monachis de **Kemmer** ſic dedimus & conceſſimus, pro ſalute & remedio animæ noſtræ & parentum noſtrorum in perpetuam donationem & puram elemoſinam poſſidendam, atque prædictos fratres & eorum res & poſſeſſiones ſub noſtra protectione & defenſione in evum protegendos ſuſcepimus, ut nullus de poſteris noſtris, vel alius quiſquam hæreditario jure nobis ſuccedens eam poſſit effringere, vel aliquo modo inquietare aut auſu temerario audeat contraire. Et ut ea firma & ſtabilis rata & inconcuſſa & inviolata ab omnibus nobis in futurum ſuccedentibus perpetuo prænominatis fratribus perſeveret, ut beneficiorum ipſorum & orationum caritatis divinæ intuitu, ordiniſque reverentia præſentem cartam noſtræ donationis ſigilli noſtri munimine & impreſſione conſignavimus, & corroboravimus, per manum domini *Eſau* tunc abbatis ejuſdem monaſterii, multis coram aſtantibus, ex quibus idoneos teſtes adhibuimus quorum nomina ſunt hæc; de religioſis *Gervaſius* monachus, & frater *Madocus* converſus, *Llwydyarth* religioſi de **Kemmer**; de ſecularibus verò *Gwyn* filius *Ednewyn* ſeneſcallus noſter, *Eynyawn* filius *Rodri*, magiſter *Serwyth Ywen*, & multis aliis ydoneis & fidelibus. Dat. anno ab incarnatione Domini MCCix.

Donationum confirmatio per regem *Henricum* tertium.

H. *Rex &c. ſalutem. Noveritis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & heredum noſtrorum conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* **Cumhyr** *& monachis ibidem Deo ſervientibus* Ciſtercienſis *ordinis omnes terras quas habent de dono* Mereduc *filii* Mailgum; *ſcilicet terram de* **Legwythan Sarfbrin** *&* **Beuenpawell**, *&* **Forghekeyl**, *&* **Butigfre**, *&* **Bolugithblich**, *&* **Rutharth**, *&* **Nantum**, *&* **Dinnanner**, *&* **Ruylnynnan**, *&* **Crudas**, *&* **Delynein**, *&* **Frangyam** *qua vocatur* **Gwenwen**, *&* **Bayrogheren**, *&* **Laythde** *& dimid.* **Nantu**, *&* **Guernegof**, *&* **Baghewemth** *&* **Dolanghern**,

Cart. 16 H. 3. mem 6. Vide etiam Pat. 17 E. 2. part 2. mem. 23.

Dolanghern, *& partem quam habent de* **Kellybir**, *&* **Gwenriw**, *&* **Pebbelewith** *&* **Bagwethlon**, *& communam paſturarum per totam* **Melemd**, *&* **Kery**, *& terras de* **Mayſegragur**, *&* **Kayrweton**, *&* **Brennecroys**, *venditas pro caſtro de* **Kaminarum**. *Concedimus etiam eis & confirmamus terram de* **Dollelnem**, *&* **Pulleremmy**, *& totam de* **Nantu** *& communem paſturam in* **Werthton** *quam habent de dono* Rogeri *de* Mortuo Mari; *& terram de* **Forton** *quam habent de dono* Howel *filii* Cathwalan, *& de dono* Willielmi *& filii* Alani, **Eskyborew** *ex utraque parte rivuli de* **Berton**, *& de dono* Eygnan Clut *terram de* **Carnaſs** *cum nemore quod vocatur* **Coedeirenis**. *Et de dono* Eygnan *de* Porta *terram de* Kenbalua, *et terram de* **Speis**, *et terram de* **Weywenn**. *Et de dono* **Mereduc** *terram de* **Kilwiſt**, *et* **Lygrith**. *Et de dono* Lewelin *filii* Amarant *terram de* **Kokilhir**, *et* **Guernobowe**, *et* **Kelunrucy**, *et* **Cinch**. *Quare volo* (&c.) *Dat. &c. apud* **Brug** *primo die Junii.*

BOXLEENSIS *Abbatia in agro* Cantiano.

Ex Chron. clauſtri Roffenſis

ANNO milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto *Willielmus* de **Ipre**, præfectus bello ſub Rege *Stephano*, Abbatiam de **Boxley** fundavit; erat autem albis repleta monachis.

Confirmatio donationum per Regem Ricardum *primum.*

Cart. 37 H 3. n. 9. per inſpex.

RIcardus Dei gratia Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe, & preſenti carta noſtra confirmaſſe in perpetuam elemoſinam, pro anima patris noſtri Regis *Henrici*, & pro ſalute noſtra & matris noſtræ, anteceſſorum noſtrorum Abbaciæ de **Boxele**, & monachis ſecundùm ordinem *Ciſtercienſem*, ibidem Deo ſervientibus, totum manerium de **Boxele**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis locis & aliis rebus ad idē manerium pertinentibus, cum omni jure & libertate ejuſdem manerii, liberè & quietè, integrè & honorificè & plenariè, ſicut glorioſus Rex *Henricus* proavus noſter manerium illud tenuit. Et parcum cum clauſuris ſuis & omnibus pertinentiis ſuis ſine ullo retenemento. Ad hæc autem concedimus eiſdem monachis, & præſenti Carta confirmavimus omnes conventiones quas ipſi fecerunt erga homines qui tenent de eodem manerio; in paſturis, videlicet & in eſcambiis, & in emptione terræ, & in terris unde eis redditus condonaverunt, & in terris unde monachi eis redditus reddunt; Et conventiones erga *Johannem* de **Horpole** & filios ejus de terra ſub montibus & ſupra, & apud **Wavering** & de **Tattelmele**, & erga *Edwardum* de **Burnleg**, & erga filios *Johannis* de *Capella* ſuper **Tattelmeſle**, in feudi firmam per quinque marcas argenti annuatim reddendas illi & hæredibus ejus. Et terram quæ dicitur **Hereburcheland** Archiepiſcopi *Cantuar.* & unum mercatum in **Ho** ex dono *Matildis* de **Canvill**, & domos *Anſelmi*. Decimas *Sandicenſes* in **Dovor**, cum ſuo maiſagio. Et in *Surreia* terram **Chiſſendon**, cum paſtura quam *Robertus* de **Chiſſendon** in liberam eis dedit elemoſinam liberè & plenariè ſecundùm ejuſdem *Roberti* cartæ rationabiliter atteſtatum. Et *Londini* domos *Paridis*, *Roffenſis* archidiaconi, ſuper *Thamiſiam*, novas & veteres, ſicut ejus Carta rationabiliter teſtatur. Et mariſcum quod tenent apud **Rommenel** de archiepiſcopo *Cantuar.* ſicut rationabiles cartæ quas inde habent teſtantur. Et omnes alias terras & tenementa & poſſeſſiones ſuas ſecundùm Cartas rationabiles vel chyrographa donatorum vel venditorum vel eſcambitorum ſuorum. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædicta abbacia omnia tenementa ſua & homines & redditus ſuos habeat & teneat integrè & liberè (*&c.*) cum *ſacca* & *ſocca* (*&c.*) Teſtibus *Hugone Dunelmenſi. G. Winton. H. Sarum. R. Bathon.* epiſcopis (*&c.*) Dat. per manum *W.* de *Longocampo Elyen.* Cancellarii noſtri, ſeptimo die Decembris anno primo regni noſtri.

Vide Cart. antiq. E. 12. *n.* 1. *n.* 3. *& n.* 4. *& Cart. antiq. e. n.* 8.

SINNINGTHWAITENSIS *Abbatia in agro* Eboracenſi,

Carta Rogeri *de* **Mubrai** *de confirmatione fundationis monaſterii de* **Sinningtuaith**.

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ. Ebor.*

ROgerus de **Mubrai** omnibus filiis ſanctæ eccleſiæ præſentibus & futuris ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti carta confirmaſſe, donationem in boſco, & plano, & omnibus aiſiamentis, quam *Bertram Haget*, homo meus, dedit ſanctimonialibus de **Sinningthuaith**, & inſuper concedo & confirmo illam terram, cum omnibus aiſiamentis, & pertinentiis quam *Galfridus Haget* filius prædicti *Bertrami*, eis dedit, quando ſororem ſuam receperunt; ſcilicet, dimidiam carrucatam in **Biletun**, & unam carrucatam, & dimidiam in **Torp**, carrucatam in **Witintun**, & dimidiam in **Elnewic**. Si prædictus *Galfridus* aliquid ſuper-addere voluerit, concedo quod imperpetuum ratum habeatur. Hanc confirmationem feci eis in perpetuam elemoſinam, ſolutam, quietam, & liberam de omnibus ſervitiis, & conſuetudinibus ad terram pertinentibus de me, & omnibus hæredibus meis imperpetuum. Teſtibus, *Roberto* capellano, *Roberto* de **Daivile**, *Radulpho* de **Beuuair**, *Hereberto* filio *Richardi*, *Radulpho* de **Novile**, *Roberto* de **Beuſcamp**, *Hugone* de *Flamvilla*.

Carta *Galfridl* archiepiſcopi *Eborum.*

Ibid. GAlfridus *Dei gratia* Eboracenſis *archiepiſcopus, & * Angliæ *primas, dilectis in Chriſto filiabus, monialibus de* **Saningwhete** *ſalutem. Paci et quieti domorum religioſorum providere, epiſcopale officium nos amonet; inde eſt quod nos locum veſtrum jam dictum, in quo divinis officiis mancipati eſtis, cum omnibus ad eundem locum de jure pertinentibus, et quicquid, intuitu religionis, a* Bertramo Haget, *vobis collatum eſt, ſub beati* Petri, *et noſtra protectione ſuſcipimus; prohibentes, ne quis ſuper hiis de cætero, vos vexare aut perturbare præſumat. Si quis vero, hanc paginam noſtram, ſciens, auſu temerario, hoc attemptaverit, indignationem beati* Petri *ſe incurſurum, et a corpore Dei, ac ſanguine, alienum fieri noverit. Quieti vero veſtræ providentes, et vos a malignantium incurſu defendentes, benedictionem Dei omnipotentis habeant. Hiis teſtibus,* Petro *archidiacono* Lincolniæ, Henrico *decano de* **Ari**, Allano *capellano domini archiepiſcopi,* Willielmo *de* **Gilling**, Nicholao Murdac, H. *de* **Pinkeni**, R. *de* **Wiget**, Henrico, *magiſtro* Johanne *de* Eboraco, *magiſtro* Honorio, *magiſtro* Richardo.

Carta Gundredæ Haget *de advocatione Eccleſiæ de* **Bileton.**

Ibid. SCiant omnes præſentes & futuri, quod ego *Gundreda Hageth*, in ligia poteſtate mea, pro amore Dei, & ſalute animæ meæ, hæredum & anteceſſorum meorum, dedi, conceſſi, & hac preſenti carta mea confirmavi Deo & ſanctæ *Mariæ*, & monialibus de **Siningthuuaite**, advocationem eccleſiæ de **Bileton**, quæ pertinet ad me, de hæreditate *Bertrami Haget*, patris mei, cum omnibus pertinentiis, ſuis in boſco & plano, in pratis & paſturis, infra villam & extra, & in omnibus locis ſine aliquo retenemento, liberam, quietam & ſolutam, de me & hæredibus meis in puram & perpetuam elemoſinam. Et ego & hæredes mei hanc prædictam elemoſinam præſatis monialibus warantizabimus & defendemus ubiq; & erga omnes homines. T. *Helia* abbate de **Kirkſtall**, *Willielmo* de **Lethlei**, *Roberto* & *Hugone* filiis ejus, *Simone* de *Montealto*, *Roberto* fratre ejus, *Willielmo Graimare*, *Roberto* de **Wivelſtorp**, *Johanne* fratre ejus, *Widone* de **Bileton**.

Carta *Ranulfi* filii *Henrici* & *Aliciæ* uxoris ejus, filiæ & hæredis *Adæ* de **Stavelay**, de duabus carucatis terræ in **Lofthus**.

Ibid. O*Mnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris* Ranulfus *filius* Henrici, *&* Alicia *uxor ejus ſalutem. Sciatis nos dediſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo, & monialibus ſanctæ* Mariæ *de* **Synningthwaite** *duas carrucatas terræ, & dimidiam in* **Lofthows**; *ſcilicet duodecim bovatas terræ quas iſti tenuerunt; duas videlicet bovatas quas* Robertus filius Willielmi *tenuit, & duas bovatas quas* Bernardus *filius* Ivonis *tenuit, & duas bovatas quas* Adam *filius* Gaufridi *tenuit, & unam bovatam quam* Thomas *filius* Willielmi *tenuit. Et duas bovatas quas* Thomas le Rus *tenuit. Et unam bovatam quam* Walterus *filius* Ivonis *tenuit. Et duas bovatas quæ fuerunt de terra* Wimari. *Et pro una carucata terræ, ſexaginta & ſex acras in* **Lofthus**, *de dominico noſtro, ad perticatam decem & octo pedum & dimidium ; ſcilicet in cultura quæ vocatur* **Loftſchoghe** *& in alia cultura quæ vocatur* **Gibbetteſlath**; *& ſi, in prædictis culturis, aliquid de prædictis ſexaginta & ſex acris defuerit perficiemus eis in tertia cultura quæ vocatur* **Aſpelund**. *Hæc omnia dedimus prædictis monialibus in puram & perpetuam elemoſinam ſolutam liberam & quietam ab omnimodis ſervitiis conſuetudinibus & demandis & ab omni re ad terram pertinente cum toftis & croftis, pratis & paſturis, & cum omnimodis aliis pertinentiis, libertatibus & aiſiamentis ſuis infra villam & extra, in eſcambium pro novem bovatis terræ in* **Berewik** *ſuper* Theſeiam *quas* Alicia *quondam uxor* Adæ *de* **Stavely** *dedit eis in elemoſinam, ſimul cum corpore ſuo. Et nos & hæredes noſtri omnia prænominata, prædictis monialibus warrantizabimus, acquietabimus & defendemus contra omnes imperpetuum ita quod ipſi facient de his omnibus quicquid voluerint, ſicut de propria & perpetua poſſeſſione ſua. Si autem præfatas duas carucatas terræ & dimidiam cum pertinentiis in* **Lofthows** *warrantizare non poterimus, dictæ moniales ſine difficultate, impedimento, vel contradictione aliqua prænominatas novem bovatas terræ cum pertinentiis in* **Berewyk** *recuperabunt pacificè, & poſſidebunt. Hiis teſtibus* Richardo *de* Mariſco *epiſcopo* Dunelmenſi, Martino *de* **Patteſhull**, Willielmo *filio* Ricardi, Rogero Huſcarle, Jordano *de ſancta* Maria, Willielmo *de* **Thometon**, Briano *filio* Alani, Philippo *filio* Johannis, Roberto Hageth, Adamo *de* **Nereford**, Henrico *filio* Conani, Richardo *de* **Wineleſtorp**.

ESSEHOLTENSE

Cænobium in agro Eboracenſi.

cella de **Siningthuait.**

Bulla *Alexandri* Papæ tertii de confirmatione locorum de **Sinningthwait** *&* **Esſholt** in com. *Ebor.*

Ex autographo penes Johannem Stanhope de Horsford ar.

ALEXANDER *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus* Chriſtianæ *Prioriſſe monaſterii eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Sinningthwayte** *ejuſdem ſororibus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Quotiens illud à nobis petitur quod religioni & honeſtati convenire dinoſcitur animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri; Ea propter dilectæ in Chriſto filiæ veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatum monaſterium beatæ Dei genetricis ſemper virginis* Mariæ *in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub beati* Petri *&*

noſtra protectione ſuſcepimus & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſi quidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundùm Dei & beati Benedicti *regulam & inſtitutionem* Ciſtercien. *fratrum in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones quæcunque bona idem monaſterium inpræſentarium juſtè & canonicè poſſideat aut in futurum conceſſione pontificum largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis præſtante domino poterit adipiſci firma vobis veſtriſque ſuccedentibus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfatum monaſterium ſcitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, ex dono* Galfridi *filii* Bertranni Haget. *Duas carucatas terræ, ex dono* Simonis Ward *&* Matildæ *uxoris ſuæ &* Willielmi *filii ejus. Locum qui dicitur* **Esſholt** *cum ſuis pertinentiis in boſco & plano & in terra arrata & aqua, libera & abſoluta ab omni exactione ſicut in eorum auctentico ſcripto exinde facto continetur. Paci quoque & tranquilitate veſtræ paterna ſollicitudine providere volentes autoritate apoſtolica prohibemus ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus violentiam vel rapinam ſive furtum committere ignem apponere ſeu hominem capere vel interficere audeat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos è ſeculo fugientes liberos & abſolutos ad converſionem veſtram recipere & in veſtro monaſterio abſque contradictione alicujus retinere. Probibemus inſuper* (&c.) *Dat.* Tuſculani *per manum* Graciani Romanæ *eccleſiæ ſubdiaconi notarii, decimo quinto die kalend. Jannuar. indictione ſexta, incarnationis domini anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, Pont. verò domini* Alexandri *Papæ tertii anno xiiij.*

Examin. & concordat. cum Origin. remanen. inter Eviden. domini regis apud turrem ſive palac. ſanctæ *Mariæ* extra murum civitatis *Ebor.*

Per *Henricum Sandwith*
Cuſtod. Evid. ibid.

WOBURNENSIS *Abbatia in agro* Bedfordenſi * *fundata Anno MCxlv.*

* Annal. de *Waverle* in bibl. *Cotton.*

Ex MS. de orig. *Fontanenſis* cœnobii in bibl. *Arundeliana.*

— ET adjecit Dominus ampliare gentem ſuam, & dilatare terminos poſſeſſionis ejus. Erat vir quidam dictus *Hugo* de **Bolebock**, homo potens & magnarum rerum, inſpiratus à Domino ut monaſterium conſtrueret ordinis *Ciſtercienſis*, venit *Fontes*, & ad conſilium domini *Henrici* abbatis viculum quendam *Wouburniam* nomine *Linc.* dioceſi cum agris adjacentibus divinis uſibus conſecravit. Suſcepit abbas munus de manu divitis & ædificiis de more conſtructis ad locum ipſum fratres regulares deſtinavit. Anno MCxlv. incarnationis Dominicæ, fundationis monaſterii *Fontanenſis* xii. diviſus eſt monachorum conventus ſub abbate *Allano* ad locum qui nunc **Wouburne** nominatur.

Confirmatio fundationis per Regem Johannem.

JOHANNES Dei gratia, &c. Sciatis nos pro amore Dei conceſſiſſe, & preſenti Carta noſtra confirmaſſe monachis eccleſiæ **Woburnenſis** ad conſtruendam Abbaciam ordinis *Ciſtercienſis*, manerium de *Medineham*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis quod habuit de dono *Hugonis* de **Bolebec**. Quare volumus, (&c.) Dat per manum *S. Wellen.* Archidiac. apud **Selveſton**, iij. die Januar. anno regni noſtri ſecundo.

Carta. 2. *Joh.* n. 50. m. 17.

Confirmatio donationum per regem *Henricum* ſecundum.

H. *Rex* Angliæ *& dux* Norm. *&* Aquit. *& comes* Andeg. *archiepiſcopis* (&c.) *ſaluteu. Sciatis me conceſſiſſe & in perpetuam elemoſinam confirmaſſe Deo & eccleſiæ de* Woborna *& monachis* de *ordine* Ciſtercienſi *ibidem Deo ſervientibus totum manerium de* Woborna *quod* Hugo *de* **Bolebec** *eis in elemoſinam dedit, & locum in quo eccleſia illa fundata eſt; & omnes alias donationes & elemoſinas & poſſeſſiones ſuas quæ eis rationabiliter datæ & factæ ſunt ſicut cartæ & ſcripta donatorum & fundatorum eccleſiæ ſuæ teſtantur. Ex dono* Hugonis *de* **Bolebec** *totum prædictum manerium de* Woborna *cum omnibus pertinentiis ſuis; & nominatim cum illa virgata terræ quæ vocatur* Baghehella. *Ex dono* Radulphi Pyrot *totam terram quam de feudo ipſius tenent ſicut carta ſua teſtatur. Et totam terram quam tenent eo dono* Hugonis *de* Lucellis *cum tota terra quam de eodem feodo tenent de* Willielmo *de* Lucellis. *Et totam terram quam tenent ex dono* Willielmi *de* **Flicton**, *& totam terram quam tenent ex dono* Stephani *de* Pulotheſhella. *Et totam terram quam tenent ex dono* Piroti Binnion. *Et totam terram quam tenent ex dono* Henrici *de* Pullocheſhella, *& totam terram quam tenent ex dono* Walteri *de* Caiſneto *cum communi paſtura villæ ſuæ de* Potteſgrava. *Quare volo* (&c.) *Teſtibus,* Philippo Baioc. *&* Arnulpho Lexov. *epiſcopis, &* Thoma Canc. *&* Rogero *archid. &* Ricardo *de* **Humet** *conſtabul. &* Roberto *de* Novo-Burgo *&* Warino *filio* Geroldi Cam. *&* Manaſſ. Biſet *dapifero, &* Waltero *de* **Hereford**, *&* Roberto *de* **Doueſtr.** apud Rotomagum, (&c.)

Cart 9. E. 2. an. 50.

Carta Hugonis Maleth.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Hugo Maleth*, aſſenſu & conſilio uxoris meæ *Margaretæ Paſſelewe*, & hæredum meorum dedi & conceſſi (&c.) Deo & eccleſiæ S. *Mariæ* de **Woburne**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam elemoſinam (&c.) totam terram meam, & totum jus meum, & omnia ſervicia & conſuetudines hominum meorum de **Suaneburne**

Cart. 9. E. 2. n. 50. per Inſpex.

burne & de **Murſele**, tam liberorum quam ruſticorum cum omnibus pertinentiis (*&c.*) præter unam virgatam terræ quam dedi & carta mea confirmavi monialibus infirmis S. *Mariæ* de *Prato*. Totam hanc prædictam terram cum omnibus ſupradictis pertinentiis & libertatibus excepta prædicta virgata, tenebunt & habebunt prædicti monachi de **Wouburne** de me & hæredibus meis in perpetuam elemoſinam (*&c.*) Hiis teſtibus, *Hamone Paſſelewe*, *Waltero Paſſelewe*, *Nicholao Paſſelewe*, *Roberto Paſſelewe*, *Radulpho Maleth*, *Petro Maleth*, (*&c.*)

MEREVALENSIS

Abbatia in agro Warwicenſi * *fundata Anno MCxlviij.*

* Annal. de *Derleye* in bibl. *Cotton.*

Carta fundationis.

Ex ipſo autographo penes *Ricardum Chamberleine* armigerum a. 1640.

ROGERO *Ceſtriæ* epiſcopo, & omnibus filiis ſanctæ eccleſiæ. *Robertus* Comes de *Ferrariis*, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe pro anima *Roberti* Comitis de *Ferrariis* patris mei, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, Deo & beatæ *Mariæ*, & eccleſiæ de **Miravall**, ad conſtruendam abbathiam ordinis *Ciſtercienſis*, totam foreſtam meam de *Ardena*, & quicquid habeo in **Wytinton**, & manerium de **Weſton**, & manerium de **Overton**, & unam *Herdewicam* in *Pecco* ad **Crannokeſdune**, & communam paſturæ, ſcilicet de **Hertendon**, & **Pillesbury**, ad oves & animalia nutrienda. Teſt. *Ricardo Peche* Archidiacono, magiſtris *Edm.* & *Hugone* de *Ferrariis*, *Willielmo* filio *Nigelli*, *Henrico* filio *Sewali*, *Willielmo* filio *Herberti*, *Roberto* de **Bakepuiz**, *Galfrido* de **Bakepuiz**, *Ricardo* de **Curkun**, *Willielmo* de **Seyl**, *Henrico* de **Cambreys**, *Roberto* **Luvet**.

Donationum confirmatio per Regem Henricum *ſecundum.*

Cart. 19 *E.* 2 n. 9. per Inſpex.

HENRICVS Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe, pro anima Regis *Henrici* & aliorum anteceſſorum meorum, & pro ſalute animæ meæ, & matris meæ, Imperatricis, & Reginæ uxoris meæ, & puerorum meorum, Deo & ſancte *Mariæ* & monachis *Mirevallis*, totam donacionem illam, quam Comes *Robertus* de *Ferrariis* illis dedit, in elemozinam, ad quandam Abbathiam conſtruendam ordinis *Ciſtercienſis*. Quare volo & firmiter præcipuo, ut præfati monachi habeant & teneant omnes terras ſuas, cum omnibus appendiciis ſuis, de cujuſcunque feudo ſint, & omnes poſſeſſiones ſuas, benè & in pace, quietè & liberè ab omni conſuetudine ſeculari; ſicut aliqua eccleſia, in tota terra mea meliùs & liberius tenet. Preterea volo & firmiter præcipio ut ſint quieti per totam terram meam, de Theloneo, & de Scires, & de Hundredis, & de Wapentachiis, & de **Hingeld**, & de **Denegeld**, & de **Murdre**, & **Infangentheof**, & de omnibus aliis ſecularibus infeſtationibus. Concedo itaque & confirmo cum tali libertate, quali *Robertus* Comes de *Ferrariis* dedit & conceſſit eis, videlicet, totam foreſtam ſuam de *Ardena*, & quicquid habuit in *Witentona* & *Overtonia*, & **Leam**. Et totam terram quam *Gerardus* de **Limeſe** eis dedit; & quicquid *Walterus* de *Canvilla* conceſſit eis de terra ſua; & quicquid *Radulphus* de *Baſchervilla*, & *Paganus* de *Baſchervilla* conceſſerunt eis; & quicquid hæredes *Roberti* Comitis de *Ferrariis*, vel quicunque alii juſtè & rationabiliter dederunt, ad incrementum ejuſdem Abbatiæ, vel quicquid emerint, aut eſcambierint ad aiſiamenta ſua, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & ſtagnis, in molendinis & minariis, & in omnibus aliis rebus. Et prohibeo ne quis clamet conſuetudinem in boſco eorum, nemo mittat Abbatem in placitum de terra aliqua niſi ante me. Præterea volo quod omnes qui amant ſalutem animæ, & diligant & manuteneant Abbatiam illam. Teſte *Theobaldo* Archiepiſcopo, & *W Ceſtrenſi* epiſcopo, & *Thoma* Cancellario, & *Rein.* Comite, & *Rogero* Comite de **Hereford**, & *Gocelino* de *Balliol*, & *Manſero* **Byſeth**, apud *Brugeam*. Datum per manum noſtram apud **Tameorth** xij. die Marcii.

HAMPOLENSIS

Abbatia in agro Eboracenſi.

Carta Radulphi *de* **Tilli**.

Ex autographo penes *Darcy Waſhington* de *Hampole* ar.

OMnibus filiis ſanctæ matris eccleſiæ, tam futuris, quam præſentibus, qui hanc cartam viderint, vel audierint, *Radulphus* de **Tilli**, filius *Radulphi* de **Tilli**, & *Sibillæ* de **Clerefai**, ſalutem. Præſentibus literis iſtis vobis notum facio, me pro ſalute animæ meæ conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Hanepole**, & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus omnes donationes & conceſſiones quas *Avicia* de *Tanai* avia mea, & *Sibilla* mater mea, de ſua hæreditate fecerunt eiſdem ſanctimonialibus, & cartis ſuis confirmaverunt; ſcilicet totam villam de **Hanepol**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam de *Mealtona*, & molendina ejuſdem villæ &c. & eccleſiam de **Bretewelle** cum tribus bovatis terræ, & unam manſuram terræ in *Lincolnia* juxta aquam ubi manſit *Radulphus* de *Lundoniis*, (*&c.*)

Carta Rogeri *de* **Tilli**.

Ibid.

OMnibus (*&c.*) *Rogerus* de **Tilli**, filius *Radulfi* de **Tilli** & *Sibillæ* de **Clerefai** ſalutem. Univerſitati veſtræ notum facio me pro ſalute animæ meæ (*&c.*) dediſſe conceſſiſſe &

hac preſenti carta mea confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Hanepol** & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus omnes donationes, & conceſſiones quas *Avicia* de *Taneia*, avia mea, & *Sibilla* mater mea, fecerunt eiſdem monialibus in eccleſiis, & terris, & molendinis, ſicut *Radulphus* de **Tilli** frater meus eis poſtea confirmavit per cartam ſuam; ſcilicet totam villam de **Hanepol** (*&c.*) Teſte *Hugone* de **Tilli** avunculo meo, *Jordano* de **Pikeburne**, (*&c.*)

Rogerus archiepiſcopus *Eboracenſis* confirmat ſanctimonialibus de **Hanepole** cartas & inſtrumenta patronorum eccleſiæ de **Adwich**; ſcilicet *Willielmi* de **Clarafai**, & *Aviciæ* de **Tanai** uxoris ſuæ, & *Albredæ* de **Liſurs**, de eccleſiis de **Adewich**, & **Meltun**, & præter dictas eccleſias confirmat ſitum loci de **Hanepol** (*&c.*) ex donatione *Willielmi* de **Clarefai** & *Aviciæ* uxoris ſuæ, & *Willielmi Painel*, & aliorum advocatorum ſuorum. Teſt. *Rodberto* decano (*&c.*)

Carta *Willielmi* filii *Willielmi*, anteceſſorum donationes confirmans.

O*Mnibus* (&c.) Willielmus *filius* Willielmi *dominus de* **Sprotbrug** *ſalutem. Noveritis me inſpexiſſe cartas & feoffamenta anteceſſorum meorum Deo, & beatæ* Mariæ, *& ſanctimonialibus de* **Hanepole**, *ibidem Deo ſervientibus, facta de diverſis tenementis in comitatibus* Eboracen. *&* **Nottingham**; *videlicet imprimis cartam* Albredæ *de* **Liſours**, *teſtantem quod prædicta* Albreda *dedit eis eccleſiam de* **Athewiks**. *Et etiam inſpexi cartam* Johannis *conſtabularii* Ceſtriæ *filii dictæ* Albredæ, *teſtantem, & confirmantem donationem dictæ* Albredæ *prædictæ eccleſiæ de* **Athewiks**, *Inſuper inſpexi cartam* Willielmi *filii* Willielmi, *filii & hæredis prædictæ* Albredæ *de* **Liſours**, *teſtantem quod idem* Willielmus *filius* Willielmi *confirmavit donationem matris ſuæ* Albredæ, *de eccleſia de* **Athewiks**, *& de annuo redditu viginti ſolidorum, de redditu ſuo apud* **Plomtre**, *juxta* **Scroby**, *quem quidem redditum conceſſit, ad pitantiam dictarum monialium ad oleum emendum, ut lampas una, nocte dieque indeſinenter ſit ardens ad tumbam* Matildis *quondam uxoris ſuæ. Inſpexi etiam confirmationem* Thomæ *filii* Willielmi, *teſtantem quod idem* Thomas *confirmit donationem* Albredæ *de* **Liſours**, *aviæ ſuæ, &* Willielmi *patris ſui, de ſupradictis* (&c.) *Et inſpexi etiam cartam* Willielmi *filii* Thomæ, *domini de* **Sprothbrug**, *patris mei teſtantem quod idem* Willielmus *confirmat ſanctimonialibus de* Hanepola *triginta ſolidos redditus de redditu ſuo de* **Athewiks**. *Quas conceſſiones, ego prædictus* Willielmus *filius* Willielmi *confirmo &c. Datum anno mileſimo trecenteſimo trigeſimo primo.* 1331. *Teſt. dominis, domino* Johanne *de* **Eland**, Rogero *de* Novo-mercato, Thoma *de* **Metham**, *militibus* (&c.)

VALLE--DEI *Abbatia* (*vulgariter* **Vaudey** *appellata*) *in agro* Lincolnienſi.

ANNO incarnationis dominicæ MCxlvij. in territorio *Lincolnienſi* fundata eſt **Biham**, quæ mutato in melius nomine, nunc *Vallis Dei* vocatur domus inclita & ſecundum nomen ſuum plena benedictione. Fundator ejus fuit *Willielmus* comes *Albemarliæ* qui poſtmodum *Melſam* fundavit, vir magni nominis, & clariſſimus in generatione ſua. Anno xv. fundationis monaſterii de *Fontibus*, miſſus eſt conventus monachorum ſub abbate *Wariro* ad locum qui nunc *Vallis Dei* vocatur x. kal. Junii ipſo anno fundationis noſtræ.

Ex MS. de orig. *Fontanen.* cœnobii in bibl. *Arundel.* fo. 11 a.

A. 1147.

Carta Gaufridi *de* **Brachecurt**.

G*Aufridus* de **Brachecurt** conſenſu *Alani* de *Mortuna* nepotis, & hæredis mei dedi manſuram, cum pomerio, ubi abbatia fundata eſt, & omnia quæ poſſedi in **Brachecurt**: & preſente domino meo, comite *Gilberto*, hæc omnia tradidi, ipſo conſentiente & carta ſua confirmante. Mihi & uxori meæ, quamdiu vixerimus, procurabunt monachi quæ neceſſaria ſunt in victu & veſtitu, lineo, & laneo, & duobus ſervientibus noſtris in victu tantum. Mihi autem & uxori victum providebunt eodem modo, & manſura quo duobus monachis, & ſervientibus noſtris, ſicut duobus ex ſervientibus ſuis. Veſtimenta autem dabunt mihi de **Griſeng**, vel **Halberget**, & pellibus agninis; uxori autem meæ, ad carius **Bluet**, & pellibus ſimiliter agninis. Ego verò *Alanus* confirmo terras quas *Gaufridus* avunculus meus tenet ad **Wardoth**. Hiis teſtibus, *David* abbate, & capitulo canonicorum de *Brunna Aluerido* ſacerdote, & *Willielmo* fratre de **Aſlachebi**, *Roberto* clerico de **Stoke**, *Willielmo* filio *Alexandri*, *Turpin* de *Billingheia*, *Hugone* de **Scaldeford**, *Ada* de **Bukaminſter**.

Ex autog. penes prænobilem comitem *Lindſey.*

Donationum confirmatio per Regem Ricardum *primum.*

R*Icardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normaniæ Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe, Deo, & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Valle-Dei*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, locum ipſum in quo abbatia eorum ſita eſt in territorio de **Edenham**; qui locus vocabatur **Bractuhait**, quem comes *Gilbertus* de **Gant**, dedit eis, in terris, & pratis, paſcuis, aquis, molendinis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis; Quaſdam etiam culturas de dominio ſuo de **Edenham**; ſcilicet, **Erleſhagewang**, **Limpudewang**, **Watecroft**, & **Rathuait**, & alias culturas quas ipſi habent ex dono ipſius *Gilberti*. Duo etiam nemora, cum terris in quibus ſita ſit; ſcilicet, unum quod vocatur **Erleſhage** & aliud **Biſcopeſhage**;

Cartæ antiq. litera W. nu. 6.

torcſhage. Et inſuper communem paſturam totius terræ ſuæ, molendinum quoque de **Mannetorpe**, & ſtagnum, & alnetum & pratum, & unum toftum, cum una bovata terræ, & omnibus pertinentiis ſuis, ſicut idem *Gilbertus* Comes eis priùs dedit,& *Rogerus* filius *Remfridi* poſtea confirmavit, Ex dono Comitiſſe *Aliciæ* de **Gant**, nemus quoddam,quod olim dicebatur **Baidacre**, & aliud nemus, quod dicitur **Aithage**, cum terris in quibus ſita ſunt,& quietanciam quatuor ſolidorum de terra *Pagani*. Ex dono *Roberti* de **Gant**, & *Gundredæ* uxoris ejus, unam bovatam terræ in territorio de **Evenham**. Preterea xvj. acras terræ, quas *Adam* de **Amundevill** eis dedit, cum una via ad quarrariam eorum, in territorio de **Evenham**,& novem acras,& unam perticatam,& unum pratum quæ *Hugo* filius*Gillæ* eis dedit in eodem territorio, & una via ad exitum porcorum ſuorum, & quatuor acras quas *David* Presbyter, & duas acras quas *Robertus* **Roie**, & dimidiam acram quam *Willielmus Morant* eis dederunt in eodem territorio, cum omnibus pertinentiis ſuis. In territorio de **Breſſeburg**, quatuor acras quas *Willielmus* filius *Nicholai* dedit eis.

In territorio de **Luttebre**,duas acras & dimidiam, cum uno tofto quas *Ivo* filius *Ricardi* eis dedit, & tres acras quas*Wulſtanus* de **Longtoft**, & *Farſtanus* filius ejus eis dederunt in territorio eodem. In territorio de **Mannetorp** quatuor acras terræ quas *Helias* & *Henricus* filius ejus eis dederunt. Et ex dono *Walteri* de **Mannetorp** duodecem acras terræ & unam prati in eodem territorio. In territorio de **Ernham**, quater viginti acras terræ,dimidia acras minus,cum paſtura ad trecentas oves, & commune nemus quod dicitur **Oſtiche**, cum terra ſuper quam ſitum eſt, quam *Robertus* de **Gant**, & *Alizia Painell* uxor ejus dederunt eis, & quatuor acras in territorio de **Boleby**, quas *Robertus* de **Langetun** dedit eis, & in territorio de **Swineſtæde**, quæ *Henricus* de **Stainegrave** dedit eis, in terra prato & paſtura, & aliis pertinentiis. Et unam bovatam quam *Gozelinus* homo illius dedit eis in eodem territorio, cum pertinentiis ſuis. In territorio de **Flet**, unam ſalinam quam *Augerus* de **Flet**, & unam aliam quam *Gerdus* in territorio de **Bikne** dederunt eis. Locum etiam qui dicitur **Eſcroft**, in mariſco *de Mortuna*, cum communi paſtura, & omni uſu mariſci,& unam manſuram foris*Brunnam*,inter villam & ortum abbatis, quæ *Baldwinus* filius *Gilberti* dedit eis,& decem acras in mariſco de *Brunna*, ubi domus eorum ſita eſt, quas *Hugo Wac* dedit eis. Et ex dono *Baldwini Wac* filii ejus, commune uſagium mariſci de *Brunna*,& ut ea quæ de eodem mariſco colligerint, & quæ in villa de *Brunna* emerint, liberè & quietè carient & abducant per ipſam villam abſque omni exactione & teloneo. Et ex dono ejuſdem paſturam ad ſepties viginti averia in mariſco de **Eſtdeping**.

In territorio de **Biham**, ex dono *Willielmi* Comitis *Albemarl.* *Suthgrangiam*, ſcilicet ſexies centum acras terræ arabilis,& nemus quod vocatur **Duſthage**, cum terra in qua ſitum eſt,& ſedem cujuſdam molendini juxta **Bihamel**, cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Radulfi* de **Norfolk**, unam acram terræ in eodem territorio. Ex dono *Gilberti* de **Brinencourt**, communem paſturam terræ ſuæ de **Witham**. Ex dono *Reineri* de **Sally** grangiam quæ dicitur parva *Lanintona*, ſcilicet, quatuor carucatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & quietantiam, & libertates ejuſdem terræ, quas *Alizia* de **Gant** Comitiſſa, & *Robertus* de **Gant** eis conceſſerunt. Et duas rodas prati quas *Richardus Diſpenſator* dedit eis in territorio de **Ingoldeby**. Grangiam quoque de **Ropeſleia**, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſcilicet terram quam *Robertus* de **Ropelle** dedit eis, & *Simon* filius ejus confirmavit, per eaſdem metas & diviſas quæ nominatæ ſunt in cartæ ipſius *Symonis*, cum terra quæ vocatur **Weſtling**, & communem paſturam ad quadragentas oves, & boves trium carucatarum in paſtura ſua de **Ropelle**. In territorio de **Heidur**, quatuor bovatas terræ, cum prato & paſtura ad ducentas oves, & unam culturam quæ vocatur **Riding**,& quinque acras terræ, quæ *Walterus* de **Rudſtan** dedit eis, & unam bovatam & dimidiam acram prati, cum paſtura ad ſexies viginti oves, quæ *Osbertus* de *Diva* dedit eis in eodem territorio. Ex dono *Willielmi* filii *Waldingi*, tertiam partem dominice terræ ſuæ, ſuper quam bercaria eorum ſita eſt, cum paſtura ad CCC. oves, & omnibus aliis pertinentiis ſuis in territorio de **Aſſeby**. Et in eodem territorio tres acras terræ, quas *Thomas* de **Aſeby** dedit eis, & terram quam habent ex aquilonari parte bercariæ eorum, cum uno ſtagno prati, & undecem acras terræ quas *Thomas* de **Pikeworth** eis dedit,& *Robertus* filius ejus eis confirmavit,ſcilicet illam culturam quæ vocatur **Stapelhorwand**. Ex dono *Nigelli* filii *Alexandri* pratum quoddam in territorio de *Beltona*.

Ex dono *Willielmi* filii **Aſzumuri**, unam carucatam terræ, & unam acram terræ in territorio de *Lundertorum*, cum paſtura ad trecentas oves & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Johannis* filii *Rogeri*, decem bovatas terræ & dimidiam in territorio de **Welleby**,& duo nemora, quæ vocantur **Aldenhage** & **Hallefuthwud**, & præterea nemus quod fuit *Roberti* filii *Arnaldi* cum terris in quibus ſita ſit, cum toſtis & croſtis, pratis & paſturis, & omnibus aliis,quæ idem *Johannis* dedit eis. In eodem territorio duas bovatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas *Robertus* filius *Wimari* & *Dioniſia* uxor *Aluredi* de **Wilgeby** eis dederunt,& in eodem territorio portiones terræ, quas *Johannes* filius **Ingebr**... in boſco & plano & brueria dedit eis, cum communi paſtura totius terræ ſuæ, & in prædicto territorio quædam portiones terræ quas *Robertus Spron* & *Johannes* filius ejus, & *Alanus* clericus,& **Fegge**, & *Willielmus* filius *Osberti* dederunt eis, in prato, in paſtura, in brueria & aliis pertinentiis ſuis. Et unam bovatam terræ quam *Nicholaus* presbiter dedit eis, cum culturis & aliis pertinentibus terræ, & terram quam *Rogerus*,& *Hugo* filii ejus, & *Johannes* frater ejus dederunt eis, cum boſco prato & paſtura, & aliis pertinentiis ſuis. In territorio de **Birton**, terram quæ vocatur **Tror** & **Northwod**, quæ ſuper grangia eorum ſita eſt, quam tenent de monachis ſanctæ *Mariæ Eboraci*. Et in eodem territorio tenementum quod fuit *Walteri* monachi quod *Robertus* de **Foumezim**, & *Willielmus* filius ejus, & *Ranulf* de **Bellavill** dederunt eis, cum omnibus pertinentiis ſuis, præter illam terram quam ſanctimoniales de **Stikeſwald** tenent de eodem feodo. Ex dono *Radulfi* de **Waltervill** nemora quæ vocantur **Asketelhage**, & mora, cum terris ſuper quas ſita eſt, & terra eiſdem nemoribus adjacente, quæ vocantur **Slectes**, & culturam unam in **Scrapthuait**. Ex dono *Roberti* filii *Conani* & *Aliciæ* uxoris ſuæ novem acras in **Emerlund**. Ex dono *Walteri* filii *Hugonis* novem acras, & ſex ſeliones ad unam viam faciendam, & lij. perticatas terræ in longum, & tres & dimidiam in latum in mora.

Ex dono *Radulfi* de **Bakerun** in territorio de **Stokes** unam culturam, **Estriding**, cum paſtura ad centum oves. Ex dono *Willielmi Paleſtre*, & *Thomæ* filii ejus triginta tres acras terræ, & paſtura ad boves viij. carucatarum, & centum oves in territorio de **Eſton**. Ex dono *Willielmi* filii *Algeri* in territorio de **Billesfeld** viginti acras terræ, in nemore quod vocatur **Collehage**. In territorio de **Coreby** ex dono *Aliciæ Peverell*, & *Gaufridi* & *Gilberti* **Peche** filiorum ejus, nemus, quod vocatur **Algerhage**, & **Almeſend**, cum terra in qua ſitum eſt. Ex dono *Petri* presbiteri de **Corby** unam viam ad idem nemus. Ex dono *Jordani* de **Panton** viginti acras terræ, & duos toſtos in territorio de **Panton**, cum paſtura ad centum oves & ad tot aruras, quibus eadem terra coli poſſet. In territorio de **Salteby**. Ex dono *Aviciæ* de **Rumely**, & confirmatione *Roberti* de **Gant**, & *Aliziæ Pagnell* uxoris ejus, unam carucatam terræ, cum prato, & paſtura ad quingentas oves, & uno molendino. Ex dono *Simonis* de **Rocheford**, & *Emmæ* uxoris ſuæ unam carucatam terræ, cum pertinentiis ſuis in eodem territorio. Ex dono *Heliæ* de **Salter** unam carucatam terræ, & xl. & unam acram cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Ogeri* filii ejus unam bovatam terræ, & unam acram & unum ſelionem & unum molendinum cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Rogeri Briton* in territorio de **Eſton** xij. acras, & xvj. denaratas redditus. In territorio de **Chilinton** ſex acras, una pertica minus.

Ex dono *Willielmi* de **Scures**, & ex dono *Richardi* de **Scures** unam carucatam, & paſturam ad ſexies viginti oves, cum aliis pertinentiis, & terram quæ vocatur **Frith**, & unam acram, loco toſti, & viginti ſeliones ad locum bercariæ faciendæ. Ex dono *Thomæ* de **Scures** duas acras & dimidiam. Ex dono *Osberti* de **Soeby** & *Osberti* nepotis ejus decem acras. Ex dono *Roberti* & *Petri* de **Schileng** quatuor acras in territorio de **Seuſterne**. Ex dono *Adæ* militis duas bovatas terræ, cum duobus toſtis, & tres acras, & paſturam ad trecentas oves, & uſus cæterorum animalium, cum aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi* de **Seuſterne** quatuor bovatas terræ, & tres ſeliones loco toſti, & quinque acras cum pratis, & paſturis & aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Richardi* de **Scures** duas bovatas terræ quæ fuerunt *Briclinæ* in territorio eodem cum toſto, & croſto, & prato, & paſtura. Ex dono *Acardi Ammbery*, & confirmatione *Ricardi* de **Suſterne**, & *Aliciæ* filiæ ſuæ unam carucatam terræ, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Acardi Monach* in mora de **Wundham**, decem acras prati. In territorio de **Burton** unam carucatam terræ una bovata minus, quam *Walkelinus* de **Dereby** dedit eis in territorio de **Burton**, cum pertinentiis ſuis.

Ex dono *Rogeri* de **Mulbray** decem acras terræ. Ex dono *Warini* filii *Simonis* unam bovatam, cum prato, & communi paſtura totius terræ ſuæ & aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Hamonis Beler* duas bovatas terræ & ſeptem ſeliones infra curtem grangiæ, & extra, cum prato, paſtura, & aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Gerardi* de *Lampcota* duas bovatas, & duas acras. Et ex dono *Walteri* fratris ſui quinque bovatas, & xvj. acras, & xvij. ſeliones. Et ex dono *Roberti* filii ejus unam bovatam, & duas acras in territorio de **Burton**, & novum pratum in campis de **Torp**. Ex dono *Matildæ* de **Aumari**, unam bovatam cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi* de **Corby**, & *Walteri* fratris ejus duas acras terræ, & tres rodas prati. Ex dono *Henrici* de **Perers** quatuor bovatas terræ, cum uno toſto, & croſto, & aliis pertinentiis ſuis, in territorio parvæ **Dalby**. Ex dono *Hugonis Norris* duas acras prati in territorio magnæ **Dalbie**. Ex dono *Galfridi* de **Torp** quinque bovatas terræ, & tres acras, & duas ſeliones, cum paſtura ad quingentas oves, & prato, & aliis pertinentiis ſuis. Præterea omnia fidelium dona ſicut à prædictis viris præfatæ eccleſiæ rationabiliter ſunt conceſſa, cum communis, & libertatibus, quas eorum cartæ teſtantur, eidem eccleſiæ in puram atque perpetuam elemoſinam confirmamus, & corroboramus. Quare volumus, (*&c.*) Hæc omnia eis conceſſimus pro anima patris noſtri Regis *Henrici*, & omnium anteceſſorum noſtrorum, & pro ſalute noſtra, & matris noſtræ Reginæ *Alienoræ* (*&c.*) Dat. per manum *Willielmi* de *Longocampo* cancellarii noſtri, primo anno regni noſtri, ſeptimo die Septembris; Apud *ſanctum Albanum*.

Diſcenſus de **Gant**.

G*Iſelbertus* de **Gaunt**, filius *Baldwini* comitis de *Flandria*, venit cum *Willielmo* conqueſtore avunculo ſuo in *Angliam*, de cujus dono habuit terras cujuſdam domini vocati **Tour** ex natione *Danorum*, qui cepit in uxorem *Aliciam* de *Monteforti*, & habuit exitum, *Walterum*, & *Robertum*, & tenebat dominium per xxviij. annos, & moriebatur in tempore *Willielmi Rufi* Regis *Angliæ*, & ſepultus eſt apud **Bardeney**. Et *Walterus* ſuus primogenitus, cepit *Matildam*, filiam comitis *Stephani Britanniæ*, cum **Swaldale** in liberum maritagium, & genuit *Gilbertum* filium ſuum primogenitum, poſtea comitem *Lincolniæ*, in jure uxoris ſuæ, & *Robertum*. Qui quidem *Gilbertus* cepit in uxorem *Roeſiam*, comitiſſam *Lincolniæ*, tempore Regis *Stephani*, & genuit *Aliciam* ſepultam apud **Bredlinton**; Quæ *Alicia* nupta fuit *Simoni* de ſancto *Licio*, comiti *Huntingtoniæ*, & *Northamptoniæ* & obiit ſine hærede de corpore: per quod hæreditas de **Gaunt** legitimè deſcendebat *Roberto* filio *Walteri* prædicto. Qui quidem *Robertus* genuit *Gilbertum* bonum,

In cartis nuper in turri apud *Northkyme* reſervatis, 1640.

1162. & moriebatur anno Domini MClxij. & ſepultus fuit apud Vawdye, *Gilbertus* bonus genuit *Gilbertum*, poſtea captum apud Kenilworth, inter barones in caſtro, & exhæreditatus pro proditione, & redemit terras ſuas, pro 3000. marcarum tempore *Edw.* primi, & moriebatur an. Dom. 1274. nonas Januarii, apud Falkingham, & ſepultus eſt apud Bridlington, & habuit filium *Gilbertum* quartum *Gilbertus* quartus, pro eo quod nullos habuit filios, fecit Regem *Edwardum* filium Regis *Henrici*, hæredem ſuum de baronia de Gant, nullas terras penes ſe retinendo, niſi Swaledale, & portionem de Skendelby. Qui quidem *Gilbertus* quartus tunc habuit duas filias, *Margaretam* & *Nicholaam*, ex *Lora*, uxore ſua, ſorore *Alexandri Balioll*, quas . . . . quam quidem magiſter *Willielmus* de Herdeſton nupſit. *Willielmus* genuit *Rogerum*, *Rogerus* genuit *Willielmum*.

1274.

Ibid. ALicia de Gaunt, filia *Gilberti* de Gaunt fuit nupta *Symoni* de ſancto *Licio* comiti *Northamptoniæ*, de qua *Alicia* venit *Roeſia* comitiſſa, nupta cuidam comiti; poſt deceſſum cujus comitis, nupta fuit *Roberto* dapifero. De quo *Roberto*, & *Roeſia* veniebat *Roeſia* de Bulington nupta *Simoni* de *Kyma*, de quibus *Symone* de *Kima*, & *Roeſia* de Bullington venit *Philippus* de *Kyma*, qui duxit in uxorem *Agnetem Waleys*, de quibus venit *Symon* de *Kyma* qui duxit in uxorem *Matildam* de *Ferrars*, & obiit ſine hærede de ſe; Et *Willielmus* de *Kima* frater ejus ei ſucceſſit in hæreditate, qui duxit in uxorem *Luciam* de Ros, de quibus venit *Philippus* de Kyme, infra ætatem, & in cuſtodia domini Regis exiſtens, poſt mortem patris ſui; cujus cuſtodiam & maritagium dominus Rex conceſſit *Hugoni Bigot*, & duxit filiam ſuam, de quibus venit *Willielmus* de *Kyma*, qui obiit ſine hærede de ſe, per quod hæreditas ſucceſſit *Luciæ* ſorori ſuæ, nuptæ *Roberto* de Umphravill, comiti de Anguiſhe; de quibus venit *Gilbertus Umphravill* comes de Anguiſhe, qui obiit ſine hærede de ſe, unde hæreditas deſcendebat *Waltero Taylboys* filio filiæ ſororis ſuæ.

SUINENSIS *Abbatia* *in agro* Eboracenſi.

Carta Erenburch *uxoris* Ulberti Conſtabularii *de una carucata terræ in* Freiſtingthorp.

Ex autogr. in turri S. *Mariæ* *Ebor.*

OMnibus has literas viſuris & audituris *Erenburch* de *Burtona* uxor *Ulberti Conſtabularii* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe, & præſenti carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Suina*, & fratribus & ſororibus ibidem Deo ſervientibus, unam carucatam terræ in Freiſtingthorp cum omnibus pertinentiis ſuis, in pratis & paſturis, in mariſco, in aquis, in viis & ſemitis, & in omnibus ejuſdem villæ aiſiamentis; videlicet illam carucatam terræ quæ apud Brellinton in parte aquilonari prædictæ villæ jacet exterior cum hominibus in eadem terra manentibus, in perpetuam elemoſinam liberam, & quietam ab omni ſervicio & conſuetudine humana ad me & ad hæredes meos pertinente, faciendo forinſecum ſervicium regis & ſuperiorum dominorum meorum quantum pertinet ad unam carucatam unde ſeptem faciunt ſervicium unius militis. Hanc donationem feci de patrimonio, & hæreditate mea, Deo & ſanctæ religioni pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Ego etiam & hæredes mei debemus aem manutenere & warrantizare ad opus prænominatæ eccleſiæ contra omnes homines imperpetuum. Hii ſunt teſtes, *Iſaac* clericus, *Theroldus* presbiter ſancti *Nicholai* in Beverly, *Willielmus* de *Kaitona*, *Willielmus Halthen*, (*&c.*)

Bulla *Alexandri* Papæ.

ALexander *epiſcopus ſervus ſervorum Dei*, *venerabili fratri* Eboracenſi *archiepiſcopo, & dilecto filio* Lincolnienſi *epiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Significaverunt nobis dilectæ filiæ noſtræ moniales de* Swina, *& de* Cotum, *quod cum eis, ſicut fratribus* Ciſtercienſis *ordinis indultum ſit de clementia ſedis apoſtolicæ, ut de laboribus ſuis, quos propriis manibus, vel ſumptibus excolunt nemini decimas ſolvere teneantur, quidam eccleſiaſtici viri capitulum ipſum prava, & ſiniſtra interpretatione perverterunt aſſerentes per labores novalia intelligi, & ſic contra privilegium apoſtolicæ ſedis prædictæ, moniales decimarum exactione gravantur: Quoniam igitur horum interpretatio ab intellectu noſtro & aliorum qui id ſane intelligere volunt eſt penitùs aliena, cum ſecundùm capitulum illud à ſolutione decimarum, tam de terris quas deduxerunt ad cultum, quam etiam de terris cultis quas ipſæ propriis manibus vel ſumptibus excolunt liberæ ſint, & immur es, fraternitati veſtræ, & diſcretioni veſtræ, per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatinus à prædictis monialibus quæ in epiſcopatibus veſtris conſiſtunt de laboribus vel de terris ſuis, quas propriis manibus vel ſumptibus excolunt, decimas nullatenus exigatis nec ab aliquibus exigi permittatis, quia non eſt conveniens, nec honeſtum, ut contra privilegia ſedis apoſtolicæ veniatur, quæ optinere debent inviolabilem firmitatem. Si qui autem clerici vel laici contra privilegia ſedis apoſtolicæ eas decimarum exactione gravaverint, laicos excommunicationis ſententia percellatis, & clericos contradictione & appellatione ceſſante, ab officio ſuſpendatis, & tam excommunicationis quam ſuſpenſionis ſententiam faciatis, uſque ad dignam ſatisfactionem inviolabiliter obſervari. Dat.* Venet. *in* Rivalto *quarto nonas Auguſti.* Ibid.

Carta Hugonis *de* Puſac, *eccleſiæ* Eborum *Theſaurarii.*

HUgo de Puſac, Dei gratia *Eboracenſis* eccleſiæ theſaurarius, necnon archidiaconus, omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis, tam præſentibus quam futuris, cum Dei benedictione ſalutem. Ibid.

Notum vobis ſit, eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Suine** meo archidiaconatui attinentem, cum omnibus rebus eidem pertinentibus atque conceſſis, ſanctimonialibus, ſecundùm inſtitutionem ſancti *Benedicti* Deo devotè ibidem ſervientibus, divinæ reſpectu remunerationis, ac conceſſione fratris *Roberti* de *Verti*, cujus ipſa eccleſia eſſe dinoſcitur, me firmiter conceſſiſſe. Hoc itaq; piæ devotionis inceptum, quatinus ad honorem creatoris convenientiùs inſtituetur, atque perficiatur, præſentis ſcripturæ aminiculo, ac proprio ſigillo communiri feci. Valete.

Vide pag. 1026. *Inter* Addenda.

BRUERIA *Abbatia in agro* Oxonienſi, *fundata anno MCxlvij.*

Annal. de winchcumbe in bibl. Cotton.

Carta Regis Johannis *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 3 R. 2. part. 3. m. 4. per. Inſpex.

Et cart. 46 E. 3. n. 7. n. 6.

Vide etiam cart. antiq. L. n. 1.

JOHANNES Dei gratia Rex *Angliæ* (*&c.*) Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe in puram & perpetuam elemoſinam eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Bruera* & monachis *Ciſtercienſis* ordinis ibidem Deo ſervientibus ipſum locum qui vocatur *Brueria* in quo abbatia eorum fundata eſt; & *Tretoniam* cum eccleſia & omnibus appendiciis ſuis; ſcilicet **Tengle**, & **Nethercote** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et unam quadrigatam ex dono Regis *H.* patris noſtri in boſco de **Wichewode** ad focum ſuum, Ex dono *R.* fratris noſtri aliam quadrigam in eodem boſco cotidie, & univerſas terras & tenuras ſuas quas aliquis eis juſtè & rationabiliter dedit vel eſt daturus, & emptiones ſuas quas juſtè mercati vel mercaturi ſunt. Ex dono *Rogeri* comitis de **Warewic** totam *Merſdenam* cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Roberti de la Mare* & *Galfridi* fratris ejus unam virgatam terræ in territorio de **Hubervidecumbe** in coſtera montis juxta *Merſdenam*, & croftam *Brightwoldi*. Ex dono *Willielmi de la Mare* ſexaginta & ſex acras de dominico de **Hubervidecumbe** à **Berecrofte** verſus boſcum de **Cliffordham** & eundem boſcum totum liberum ab aliorum communione, & pratum cum terra culta inter boſcum & aquam & duas virgatas terræ de villenagio de **Hubervidecumbe** cum omnibus pertinentiis ſuis; & alias terras & paſturas quas idem *Willielmus* eis carta ſua confirmavit. Ex dono *Eliæ Lobolt*, & *Matildis* de **Watevill** terras quas eis dederunt in territorio de **Collesburne**. Ex dono *Walteri* filii *Roberti* unam virgatam terræ in *Siptona*. Ex dono *Radulfi* de **Albemarle** unam dimidiam hidam terræ cum ſex acris in *Cordena* cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Radulfi* de *Suthleia* unam hidam quæ fuit *Nicholai* de *Boſco* & *Kentwini*. De feodo *Willielmi* filii *Bernardi* unam hidam in **Hunchewic**. Ex dono *Hugonis* de **Cundicote** terram illam quæ fuit *David* ſacerdotis cum cultura **Paylesgate**. Ex dono *Eliæ* unam virgatam terræ ex feodo *Rogeri* de **Dikelesdone**. Ex dono *Ricardi* de *Stoke Holewellam* cum xxx. acris, & alias terras quas idem *Ricardus* eis confirmavit. Ex dono *Willielmi* de **Sibeford** quinque virgatas cum pertinentiis in **Sibeford** cum viginti acris, & terras quas *Robertus Chenanchesul* eis dedit & cartis confirmavit. Ex dono *Willielmi* de *Fiſbida* in territorio de *Fiſbida* centum & quinquaginta & duas acras in waldo juxta *le* **Stret** & totum *le* **Stret** & tres virgatas terræ de dominio de **Fifhide**, & alias terras & paſturas quas idem *Willielmus* eis cartis ſuis confirmavit. Ex dono *Willielmi* filii *Ricardi* terras in territorio de **Middeltone** quas eis dedit & confirmavit. Ex dono *Walteri* de **Wichindone** unum meſuagium apud *Gloeceſtriam*. Ex dono *Willielmi* filii *Willielmi* filii *Johannis* omnes terras & paſturas apud **Harpetre** & **Pridiam** quas eis dedit & cartis ſuis confirmavit. Ex dono *Lefwini Lamb* duo burgagia in **Bureford** ſicut cartæ Regis *H.* patris noſtri & Regis *R.* fratris noſtri & noſtra quam eis fecimus dum eſſemus comes *Moretoniæ* quas inde habent rationabiliter teſtantur. Conceſſimus etiam eis & confirmavimus ex dono *Willielmi Camerarii* ad feodi firmam totam terram ſuam de **Lech** cum omnibus pertinentiis ſuis ſicut carta ejuſdem *Willielmi* quam inde habent rationabiliter teſtatur. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum *Joſcelini* de **Welles**, Apud *Oxon.* xxix. die Marcii anno regni noſtri ſexto.

RUPENSIS *Abbatia in agro* Eboracenſi, * *fundata anno MCxlvij.*

* Annal. *Ceſtr.* in bibl. *Cotton.*

Carta Richardi *de* Bullli *de fundatione Abbatiæ de* Rupe.

Ex autogr. in turri S. *Mariæ Ebor.*

Vide Pat. 20 *E.* 4. part. 1. m. 6.

Et Pat. 24 *H.* 6. part. 2. m. 17.

Et cart. 5 E. 2. n. 12.

NOtum ſit omnibus videntibus vel audientibus literas has quod ego *Richardus* de *Builli*, cum conſenſu uxoris meæ, & hæredum meorum, dedi Deo & ſanctæ *Mariæ*, & monachis de *Rupe*, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, boſcum totum ſicut media via vadit de **Eilrichetorp** uſq; ad **Louuetueit**, & ſic uſq; ad aquam, quæ eſt diviſa inter **Maltebi** & **Hotun**; & duas ſartas quæ fuerunt *Gamel*, cum magna cultura, quæ ibi juxta adjacet, & communem paſturam ad centum oves, numero ſexies viginti, in Sochogia de **Maltebi**; eo tenore, ut conſtruant Abbatiam ſuam ex qualibet parte aquæ voluerint, ſecundùm quod ſitus loci meliùs condonabit, *Richardo* de *Bulli*, & *Ricardo* filio **Turgis**, inter ſe concordantibus & concedentibus, ut ambo fundatores abbatiæ ſint, in cujuſcumque parte abbatia evenerit, in perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio, ſive dono. Teſtibus *Ada* de *Novoforo*, *Hugone* de *Steintun*, *Odone* filio *Johannis*, *Willielmo* filio *Raven*, *Jurdano Peinel*, *Gamel* filio *Beſing*, *Hugone* de *Langetueit*, *Roberto* de *Scalzebi*, *Willielmo le Buteiler*, *Willielmo* de *Mileri*, *Roberto* filio *Jun. Richardo Barbot*, *Gervaſio* de **Barnebi**, *Sueni* filio *Tor* & *Jurdein* filio ſuo.

Carta Richardi *filii* Turgis, *de fundatione Abbatiæ de* Rupe.

Ibid.

NOtum ſit omnibus videntibus vel audientibus Cartam hanc,quod ego *Richardus* filius *Turgis*, cum conſenſu uxoris meæ, & heredum meorum, dedi Deo & ſanctæ *Mariæ*, & monachis de *Rupe*, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, totam terram de diviſis de **Eirichetorp**, uſque ad ſupercilium montis ultra rivulum qui currit de **Fogſwelle**, & ſic ad acervum lapidum qui jacet in ſarta *Elſi*, & ſic ultra viam uſq, ad *Wlvepit*, & ſic per caput culture de **Herteſheu**, uſque ad diviſas de **Slednotun.** Totam iſtam terram, & totum boſcum infra has diviſas, & communem paſturam totius terræ meæ,& quinquaginta carrectas unoquoque anno in boſco meo de **Wichereflei**, ubi ego providebo, vel aliquis de parte mea, in perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio, eo tenore, ut conſtruant abbatiam ex qualibet parte aquæ voluerint, ſecundùm quod ſitus loci melius condonabit, *Richardo* filio *Turgis* & *Richardo* de *Bulli* inter ſe concordantibus & concedentibus ut ambo fundatores abbatiæ ſint, in cujuſcunque parte aquæ evenerit. Teſtibus *Ada* de *Novo-foro*, *Hugone* de **Stentune**, *Odone* filio *Johannis*, *Willielmo* filio *Raven*, *Jordano Painel.*

Carta Richardi *de* Bulli *de* **Ailrictorp.**

Ibid.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam preſentibus quam futuris, *Richardus* de *Bulli*, ſalutem. Notum ſit omnibus videntibus & audientibus literas has, quod ego *Richardus* de *Bulli*, conſilio & conſenſu uxoris meæ, & heredum meorum, dedi Deo & ſanctæ *Mariæ*, & monachis de *Rupe*, pro ſalute animæ meæ, & omnium amicorum meorum, **Eilrichetorp** & quicquid ad illam pertinet in omnibus rebus. Et conceſſi eis terram *Willielmi* de *Alz*, quam pater meus dedit illis, & terram quam habent de *Roberto* milite meo de **Scalzbi** prædicti monachi, & conceſſi tenere in perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio ſive dono. Hujus donationis Teſtes ſunt *Willielmus* filius & hæres meus, & *R.* filius meus, *Radulfus* presbyter, *Hugo* clericus de **Roderham**, *Robertus* de **Bulli**, *Willielmus* de **Sandebi**, magiſter *Willielmus* de **Duningetun**, *Richardus Barret*, *Willielmus Barbot*, *Radulphus* de **Turlaveſtun.**

Carta Johannis *de* **Builli** *filii* Richardi *de* **Builli.**

Ibid.

OMnibus *ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris* Johannes *de* **Builli** *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *& monachis de* Rupe *pro ſalute animæ meæ & animarum patris & matris & omnium anteceſſorum & hæredum meorum, omnes donationes & libertates ſine ullo retinemento quas* Ricardus *de* **Builli** *pater meus eis dedit & cartis ſuis confirmavit; ita quod foſſatum prædictorum monachorum ſicut factum eſt circa boſcum ſuum remanebit in bono & pace ſine omni clamore commune de me & hæredibus meis præter eria ſperueriorum quæ prædicti monachi mihi conceſſerunt. Conceſſi etiam prædictis monachis foſſata facere & includere circa campos ſuos inter boſcum de* **Maltebi** *& inter campos de* **Sandbec** *infra terminos ſuos ſecundùm voluntatem ſuam ſalvis duabus viis, ſcilicet* **Bolgate** *& via quæ venit de* Blida. *Hæc omnia conceſſi & confirmavi prædictis monachis in puram & perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio & ab omni re quæ ad terram pertinet. Ita quod ego & hæredes mei warantizabimus eis & defendemus iſtam elemoſinam contra omnes. Hiis teſtibus* Nicholao *perſona de* **Tikehill**, Humfrido *clerico*, Willielmo *capellano de* Caſtello, Roberto *filio* Pagani, Radulpho *filio ejus*, Hugone Scancebi, Hugone *filio* Roberti, Roberto *de* **Bereus**, Hugone *le* **Engleis**, Thoma *ſerviente. In curia de* **Tikeill.**

Teſtificatio Ricardi *de* **Boyvill** *de maneria de* **Sandebec.**

OMnibus has literas viſuris vel audituris & præcipue duodecim militibus electis ad faciendam magnam aſſiſſam inter *Robertum* de *Veteriponte* & abbatem de *Rupe*, *Ricardus* de **Boyvill** ſalutem in domino æternam. Volens vos certificare ſuper ſacramento quod facturi eſtis vobis præſentibus teſtificor in veritate quod Deus eſt, & per baptiſma quo baptizatus & per militiam quam indutus quod die ſancti *Egidii* anno domini MCCxlj. Domina mea *Idonea* de **Bulli**, mera & ſpontanea voluntate & libera poteſtate corporis ſui cum magna deliberatione mentis dedit eccleſiæ de *Rupe* totum manerium de **Sandbec** cum carucis, & omnibus aliis in eo exiſtentibus, & cum omnibus ad illud pertinentibus, coram pluribus ex amicis & fidelibus ſuis tunc ibi præſentibus, domino *Johanne* de **Crofton**, domino *Thoma* de **Bury**, domino *R.* de **Boyvill**, militibus; domino *J.* de **Monby**. In craſtino ſancti *Egidii* ſcripta fuit carta hujus donationis, & ſignata magno ſigillo dominæ, & privato, in craſtino nativitatis beatæ *Mariæ* proximô ſequenti.

Ibid.

Carta *Matildis* de **Luuetot** relictæ *Gerardi* de **Furnivall.**

Ex autographo in turri beatæ Mariæ Ebor.

OMnibus *ſanctæ eccleſiæ filiis præſentibus & futuris* Matildis *de* **Luuetot**, *quondam uxor* Gerardi *de* **Furnivall**, *ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod ego in viduitate mea, & in propria poteſtate corporis mei, conceſſi, & hac carta mea confirmavi Deo, & beatæ* Mariæ, *& monachis de* Rupe *pro ſalute animæ meæ, & domini mei* Gerardi *de* **Furnival**, *& omnium anteceſſorum, & hæredum meorum omnes terras in territorio de* **Tatewich**, *cum omnibus pertinentiis, quas* Radulphus Tortemains, & Willielmus Tortemains, *&* Willielmus *de ſancto* Paulo, *&* Nicholaus *de ſancto* Paulo *eiſdem monachis dederunt, tenendas & habendas, ſicut cartæ eorum, quas inde habent teſtantur. Hiis teſtibus,* Roberto *perſona de* **Miſterton** *tunc ſeneſchallo,* Radulpho *de* **Eccleſhale**, Philippo Scrop, Waltero *de* **Heyr**, Rogero Wiſton, Willielmo *de* **Lindrich**, Radulpho *de* **Bauuent**.

Carta Edmundi *de* Laſcy, *Conſtabularii* Ceſtriæ.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Edmundus* de **Laſcy** conſtabularius *Ceſtriæ*, conceſſi & hac preſenti Carta mea confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & Abbati & Conventui de *Rupe*, ordinis *Ciſtercienſis*, omnes donationes & venditiones eis factas in baronia mea de *Pontefracto*, & in conſtabularia mea, & in baronia mea de **Tikehill**, & in Socagio meo de **Snaid**; Quas, ſcilicet donationes & venditiones tenuerunt in Paſcha, anno gratiæ milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo, ſecundùm tenorem cartarum donatorum vel venditorum; Hanc conceſſionem feci eis & confirmationem pro ſalute animæ meæ, & patris mei *Johannis* de **Laſcy**, & *Margaretæ* matris meæ, & *Aleſiæ* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & hæredum meorum. Hiis Teſtibus domino *Ada*, tunc Abbate de **Birkeſtall**, domino *Johanne* de **Hoderode**, tunc Seneſchallo de *Pontefracto*, *Roberto* de *ſancto Andrea*, *Johanne Beke* militibus, domino *Osberto* tunc Rectore Eccleſiæ de *Silkeſton*, domino *Roberto* de **Notingham** tunc Rectore Eccleſiæ de **Almanbury**, magiſtro *Willielmo* de **Lichefeld**, Rectore Eccleſiæ de **Braiton**, & multis aliis. 1258.

*Vulgo *Hatfeld.*

Carta *Willielmi* Comitis Warenn de decima anguillarum in * Hoffeld.

Ibid.

WIllielmus *comes* **Warenn** *mareriis ſuis de* **Brademare** *ſalutem. Sciatis me caritatis intuitu dediſſe Deo, & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Rupe, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, decimam de toto reſiduo meo anguillarum mearum de omnibus piſcariis meis, quæ ſunt in parochia de* **Hoffeld**, *de* **Thorne**, *& de* **Fiſlak**, *præter plenam decimationem anguillarum mearum quæ pertinet ad monachos de* **Lewis**, *in puram & perpetuam elemoſinam. Quare mando vobis quod prædictam decimam eis habere faciatis annuatim ſine omni dilatione & occaſione. Et in cujus rei teſtimonium mitto vobis has literas meas patentes.*

Valete.

Carta Johannis Lyvett *filii & hæredes* Willielmi Lyvett *de toto ſtatu ſuo in fundacione abbatiæ de* Roche.

Ex autographo penes *Thomam Levet* nuper de *Tikeſover* in com. *Rutl.* armi

SCiant præſentes & futuri quod ego *Johannes Lyvett* filius & hæres *Willielmi Lyvett* de **Hoton-Lyvett**, dedi, conceſſi, & hac preſenti carta mea confirmavi *Richardo Barry* civi & mercatori **London** totum ſtatum meum quem habeo vel anteceſſores mei unquam habuerunt in fundatione abbatiæ *de le* **Roche** in comitatu *Eboraci*, ſimul cum patronagio & vacatione ejuſdem abbatiæ cum vacaverint, & cum toto dominio meo quod habeo vel quod prædicti anteceſſores mei unquam habuerunt in prædicta abbatia ratione fundationis ejuſdem, vel alicujus alterius tituli. Do etiam & concedo eidem *Richardo* quendam redditum duorum ſolidorum & ſex denariorum exeuntem de omnibus illis terris & tenementis cum pertinentiis ſuis quæ data fuerunt per anteceſſores meos prædictos in fundationem abbatiæ prædictæ, ſimul cum uno obolatu redditus cum pertinentiis ſuis exeunte de quodam molendino fullonico ſcituato in abbatia prædicta dato in parcellam fundationis ejuſdem abbatiæ, qui quidem redditus fuerat reſervatus per anteceſſores meos prædictos & hæredes ſuos imperpetuum de prædictis terris & tenementis, & de molendino prædicto cum pertinentiis ſuis ſuper donationem earundem terrarum ſimul cum tenementis & molendino prædicto, in fundationem abbatiæ prædictæ. Do etiam & concedo eidem *Richardo* omnimoda alia ſervicia mea cum omnibus commoditatibus temporalibus & ſpiritualibus, cum omnibus proficuis, & pertinentiis ſuis quæ habeo vel aliqualiter habere debeo de prædicta abbatia cauſa cujuſcunq; reſervationis ſuper fundatione abbatiæ prædictæ. Habenda & tenenda omnia prædicta, ſcilicet ſtatum meum in fundatione prædicta ſimul cum patronagio & vacatione prædictis, & cum toto dominio meo ſupradicto, & prædicto redditu, cum omnibus aliis prænominatis & eorum omnium pertinentibus, præfato *Richardo* hæredibus & aſſignatis ſuis, ita liberè, integrè & quietè, ſicut ego vel aliquis anteceſſorum meorum unquam aliquem ſtatum in eiſdem habuimus vel ea habere poſſimus imperpetuum. Percipiendum redditus prædictos in forma prædicta; ſcilicet prædictos duos ſolidos & ſex denarios de omnibus terris & tenementis prædictis, excepto prædicto molendino & obulato redditus de eodem molendino cum pertinentiis ſuis, ad terminos uſuales: Et ego prædictus *Johannes* & hæredes mei totum ſtatum meum in fundatione prædicta ſimul cum patronagio & vacatione prædictis, & cum toto dominio meo ſupradicto & prædictos redditus cum omnibus aliis ſerviciis, & proficuis temporalibus & ſpiritualibus ſupradictis cum omnibus eorum pertinentiis & omnia alia prænominata in hac præſenti donatione mea contenta præfato *Richardo* hæredibus & aſſignatis ſuis in forma prædicta contra omnes gentes warrantizabimus & imperpetuum defendemus. In cujus rei teſtimonium huic præſenti cartæ meæ ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, dominis *Johanne Fitzwilliam*, *Willielmo* de **Meleton**, *Thoma* de **Meteham** militibus, *Henrico* de **Grendon**, *Willielmo* de **Haloghby**, *Roberto* de **Merſh**, & aliis. Datum apud **Hoton** viceſimo die Februarii anno regni Regis *Edwardi* tertii poſt conqueſtum quinquageſimo primo.

Carta *Ydonea* de *Veteriponte* de manerio de Sandbec.

Ex autog. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

S*Ciant præſentes & futuri, quod ego* Ydonea *de* Veteriponte, *in viduitate mea, & in libera poteſtate corporis mei, dedi, conceſſi, & hac præſenti carta mea confirmavi, Deo & beatæ* Mariæ, *& monachis de* Rupe, *pro ſalute animæ meæ &*

omnium anteceſſorum & hæredum meorum in dotem ad dedicationem eccleſiæ ſuæ de Rupe, totum manerium meum de **Sandbec**, *cum corpore meo, cum homagiis & ſervitiis tam liberorum hominum quam cuſtumariorum, & cum omnibus communis, & libertatibus, & aiſiamentis ad dictum manerium pertinentibus, ubique infra dictam villam* **Sandbec**, *& extra ſine retenemento. Tenendum & habendum in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſervitio, conſuetudine, exactione & demanda. Et ego* Idonia *& hæredes mei warantizabimus dictum manerium de* **Sandbec** *cum omnibus pertinentiis ſuis dictis monachis, & adquietabimus & defendemus in perpetuum verſus omnes. Ad majorem autem hujus rei ſecuritatem huic ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus*, Johanne *de* **Cropton**, Thoma *de* **Bug**, Johanne *de* **Steinton**, Richardo *de* **Horbiri**, Roberto *de* **Wykersby** *militibus*, Waltero *camerario tunc ſeneſchallo de* **Tykehill**, Petro *de* **Waddeworth**, Willielmo *de* **Steinton**, Johanne *de* **Monteby**, Hugone *de* **Scelhale**, Johanne *de* **Wluethwait**.

Antiqui domini maneriorum de **Elreton** *&* **Tadewyks**.

Ibid.

ANte tempus *Willielmi Baſtard* in *Angliam* erat quidam dominus integer de maneriis de **Elreton**, & **Tadewyks**, qui vocabatur *Symon* filius *Thorn.* In cujus tempore venit *Willielmus Baſtard* conqueſtor. Qui *Symon* habuit tres filias, & hæredes: videlicet *Mariam*, *Matildam* & *Caſſandram*. Quæ *Maria* fuit data & deſponſata per conqueſtorem, cuidam *Humfrido* de **Baſſingburne**, ac militi comitis de *Weſtmorlandia*. Et habuit dictus *Humfridus*, cum dicta *Maria* in hæreditate, totum dominium de **Elreton**, cum omnibus wardis, releviis, eſchaetis &c. De quibus domino *Humfrido* & *Maria*, venerunt duo filii, videlicet *Mathæus*, & *Edwardus*. Cui *Matheo*, dicta *Maria* mater ejuſdem, dederat & conceſſerat omnes terras, & tenementa quæ habuit in **Elreton** cum pertinentiis, excepto *Galfrido Toppynge* nativo ſuo, cum ſequela ſua, cum uno toſto & crofto, & duabus bovatis terræ, quæ idem *Galfridus* tenet de ea in villenagio in eadem villa. Habendum & tenendum prædictas terras & tenementa eidem *Matheo* & hæredibus ſuis de corpore ſuo legitime procreatis de eadem & hæredibus ſuis. Reddendo inde annuatim ſibi, ad totam vitam ſuam viginti libras argenti ad terminos, in carta ſua ei inde confecta contentos. Et etiam ſi objerit prædictus *Mathæus*, ſine hærede de ſe legitime procreato, quod prædicta tenementa remanerent *Edwardo* fratri ſuo, & hæredibus ſuis de corpore ſuo legitime procreatis. Ita tamen quod ſi dictus *Edwardus* obierit ſine hærede de ſe legitime procreato, quod ex tunc dicta tenementa dictæ *Mariæ* & hæredibus ſuis revertentur in perpetuum. Poſtea idem *Mathæus*, cum aſſenſu & confirmatione *Mariæ* matris ejus, omnia prædicta tenementa, quæ habuit ex dono matris ſuæ prædictæ ut prædictum eſt, excepto boſco ſuo in eadem villa, dederat & conceſſerat per ſcriptum ſuum cyrograffatum, domino *Aſculpho* de **Clesby**, & *Aſculpho* nepoti ſuo, tenenda ad terminum vitæ eorum *Aſculphi* & *Aſculphi*, vel alterius eorum diutius viventis, tantum, ſicut in ſcriptis cyrographatis, inter præfatum *Mathæum*, *Aſculphum* & *Aſculphum* continetur. Qui verò prædictus *Mathæus* habuit tres filios, ſcilicet *Hugonem*, *Andrigdam* & *W.* ſed fuerunt extra matrimonium geniti. Tunc infra prædictos annos, diſceſſit prædictus *Mathæus* ab hoc ſeculo. Et ſic defiit ſanguis dicti *Mathæi* de corpore ſuo legitime procreatus. Tunc venit ſuperſtes, & ſuccedit in hæreditate junior frater, videlicet *Edwardus*. Qui *Edwardus* genuit duas filias & hæredes ſcilicet *Iſabellam* & *Julianam*. Prædicta verò *Iſabella* ſenior ſoror, diſponſata fuit *Roberto*, ac filio & hæredi *Thomæ* de **Stanlay**. De quibus venerunt tres filiæ ſcilicet *Ydonia*, *Avicia* & *Iſabella*, in matrimonio legitime procreatæ, quæ quidem *Ydonia* & *Avicia* infra duodecim annos, ab hoc ſeculo migraverunt ad dominum & tertia filia, ſcilicet *Iſabella*, remanens ut hæres, deſponſata fuit *W.* ac filio *T. Baldinſun*, de quibus venerunt tres filii, & duæ filiæ, ſcilicet *Robertus*, *Nicholaus*, *Willielmus*, *Alicia*, & *Juliana*, in matrimonio legitime procreati. Item *Juliana* junior ſoror deſponſata fuit cuidam armigero, nomine *Roberto*, ac filio domini *Willielmi* de **Haringeton**. De quibus venerunt duo filii, & tres filiæ in matrimonio legitime procreati; ſcilicet *Jacobus*, *Andræas*, **Frethsand**, *Alicia* & *Iſabella*, & ſic remanet totum dominium de **Elreton** rectis hæredibus, *E.* filii *Mariæ*, ac uxoris domini *Humfredi* de **Baſſingburn**.

Item de ſecunda ſorore ſcilicet *Matilda*, quæ fuit data & deſponſata per dictum conqueſtorem cuidam *Radulfo Tortemayns*, ac armigero domini *Lovetofte*. De quibus *Radulfo* & *Matilda*, venit alius *Radulfus Tortemayns* filius & hæres, qui vendidit domui de *Rupe* parvam **Tadewyke**, & quicquid ad villam pertinet. Et de illo ſecundo *Radulfo*, venit *W. Tortemayns* filius & hæres, qui vendidit manerium de **Tadewyke** *Radulfo Horebiry* militi, de quo *Radulfo* venit dominus *Johannes Horbiry* filius & hæres, qui iterum vendidit prædictum manerium *Edwardo Waſtenays*, qui modo eſt.

De tertia ſorore, ſcilicet *Caſſandra*, quæ fuit deſponſata cuidam armigero, per prædictum dominum *Lovetofte*, *W.* de ſancto *Paulo* nomine, de quibus *W.* & *Caſſandra*, venit *Nicholaus* de ſancto *Paulo* filius & hæres. Qui *W.* & *Nicholaus* contulerunt domui de *Rupe*, totam terram ſuam inter **Botyldewelewange**, & grangiam, & totam dominationem, & omnia ſervitia pertinentia de ſeptem bovatis terræ, & etiam totam terram & boſcum & redditum quæ dirationavit de *Michaele* de **Pawoners**. Item de illo *Nicholao* venit *Gilbertus* filius & hæres, & duravit in hæreditate ſex annis tantum, & de illo *Gilberto* venit *Alicia* filia, & hæres, & deſponſata fuit *Gregorio* de **Tadewyke**, de quibus *Alicia* & *Gregorio* venit *Willielmus* de *S. Paulo* qui nunc eſt.

Carta Haeleſiæ *Comitiſſæ* de **Augy**.

Ibid.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris *Haeliſia* comitiſſa **Augy** quondam uxor *Radulfi* de Yſoudun comitis Angy ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod ego in viduitate & in propria poteſtate corporis mei conſtituta, pro ſalute animæ dicti *Radulfi* domini mei & pro ſalute animæ meæ & *Radulfi* filii mei & omnium anteceſſorum & hæredum meorum conceſſi & hac carta mea confirmavi monachis abbatiæ ſanctæ *Mariæ* de *Rupe*, ſitum ejuſdem abbatiæ, & grangiam de Aggecroft cum pertinentiis, & boſcum de Lundric ſicut foſſato includitur, in puram & perpetuam elemoſinam. Et præterea omnes terras & poſſeſſiones quas habent in baronia de Tikehill cum omnibus pertinentiis libertatibus communis & aeſiamentis in boſcis & planis & in omnibus locis ſicut rationabiles cartæ donatorum & venditorum ſuorum continent & teſtantur. Hiis teſtibus, domino *Willielmo* comite *Warennæ* avunculo meo, *Philippo* de Wlecotes, *Willielmo* de Creſſi, *Maveſin* de Herſy, *Baldewino* fratre ejus, *Matheo* de *Shepeleya*, militibus. Dat. apud Tikehill anno gratiæ milleſimo ducenteſimo nonodecimo.

Confirmatio donationum, per Papam *Urbanum* tertium.

Ibid. URbanus *epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis* Oſmundo *abbati de* Rupe *ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis: In Chriſto ſalutem. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe præſidium ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito revocet aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium de* Rupe, *in quo divino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar fælicis recordationis prædeceſſoris noſtri* Lucii *Papæ, ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus: In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundùm domini & beati* Benedicti *regulam atque inſtitutionem* Ciſtercienſium *fratrum in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.*

Ex *dono* Ric. *de* Builli, & Richardi *de* Wikerſlai, *locum ipſum in quo abbatia veſtra ſita eſt. Ex dono domini* Henrici Regis *ſecundi, centum acras in* Lyndric *juxta eandem abbatiam. Ex eorumdem dono grangiam* Aggacroft, *cum pertinentiis ſuis.* Ex *dono ejuſdem* Ricardi *de* Builli & Hug. *de* Drigwrt Lambecroft *cum pertinentiis ſuis. Ex dono* Leonis de Manners Brantecliva *cum pertinentiis ſuis.* Ex *dono* Radulfi Torteſmanſe, Tatewic *cum pertinentiis ſuis.* Ex *dono* Willielmi Avenell, Aneſ . . . . . *cum pertinentiis ſuis. Ex dono* Walteri *de* Scoteni, Rokeſbye *cum pertinentiis ſuis.* Ex *dono* Symonis *filii* Symonis, *terram in* Inſſebye, *cum pertinentiis ſuis.* Ex *dono* Hamelini Bardouſe, & Roberti *filii* Eudonis, *terram de* Wintringtona *cum pertinentiis ſuis.* Ex *dono* Roberti *de* Scaltebye, & Adæ *de* Novo-foro & Rogeri *de* Mar, Newſum *cum pertinentiis ſuis.* Ex *dono* Willielmi Vavaſſoris, Thirneſco *cum pertinentiis ſuis.* Ex *dono* Gervaſii *de* Barneby *grangiam in* Barneby & Brawith. Ex *dono* Thomæ *de* Arneltorp, *grangiam in eadem villa.* Ex *dono* Roberti *filii* Pagani, Wellingleia *cum pertinentiis ſuis, & totam terram quod habetis in territorio de* Wudburthe. Ex *dono* Willielmi *de* Moles & Willielmi *filii* Gerardi, Sezacres *cum pertinentiis ſuis.* Ex *dono* Symonis *de* Pleſſai, Aſhoure *cum pertinentiis ſuis.* Ex *dono* Roberti *filii* Glai *terram & nemus de* Cumreſbruig *uſque apud* Witewelle *inter viam & rivulum.* Ex *dono* Willielmi Flandrigene *totam terram quam tenuit* Ligulf *& quoddam eſſartum ſuum proprium quæ eſt inter* Heſtwelle *& eſſartam* Ormi *hominis* Adæ *filii* Swani *cum omnibus pertinentiis,* Ex *dono* Girardi *de* Stirap *quandam turbariam in territorio ejuſdem villæ. Sane laborum veſtrorum quos propriis manibus aut ſumptibus colitis tam de terris cultis quam incultis ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas extorquere præſumat* (&c.) *Dat.* Veron. *per manum* Alberti *S.* Romane *eccleſiæ presbiteri cardinalis & cancellarii, vij. Idus Aprilis, indictione quarta, incarnationis dominicæ anno MClxxxvj. Pontificatus verò dompni* Urbani *Papæ tertii, anno primo.* 1186.

Succeſſio Abbatum.

MEmorandum, quod in anno gratiæ milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo fundata eſt domus de *Rupe* tertio kalendas Auguſti, in qua primo abbatizavit frater *Durandus* xij. annis; poſt eum *Dioniſius* aliis xij. annis; & poſt eum *Rogerus* de *Tikehilla* viij. annis; & poſt eum *Hugo* de Waddeworth v. annis; cujus tempore empta fuit grangia de Roxeby, & domus obligata in magnis debitis in Judaiſmo. Item poſt eum *Oſmundus* cellerarius de *Fontibus* xxxix. annis, cujus tempore remiſit Rex *Richardus*, dictæ domui, mille, & trecentas marcas de Judayſmo; cujus autem anno ſeptimo vel octavo factus eſt procurator dictus abbas *Oſmundus*, *Stephani* cardinalis, de omnibus proventibus ſuis in *Anglia*; Ita quod tam ipſe, quam *Reginaldus* qui quindecim annis abbatizavit, & *Richardus* qui ſextendecem annis, & etiam *Walterus* qui quatuordecem annis, uſque ad undecimum annum ſuum, receperunt de bonis dicti cardinalis ad diverſos terminos annuatim ad ſummam CCCC. marcarum; de qua pecunia ſibi competentèr providerunt, tàm in nutriciis, quàm in omnibus terris, tenementis, redditibus multiplicandis, & ex dictis bonis illius cardinalis, per quinquaginta tres annos, in tantum ditati ſunt, quod quaſi ſapientes, & nullius boni temporalis indigentes comprobantur. Præterea habuimus prebendam de Lacton pro centum marcis per tantum tempus.

Ex vetuſta membrana in turre *S. Mariæ Ebor.*

A. 1147.

Durandus primus abbas de *Rupe* 12 *Stephani. Dioniſius. Rogerus* de *Tikebulla*, *Hugo* de Waddeworth. *Oſmundus* 13 *Joh. Reginaldus. Richardus. Walterus. Alanus* abbas. *Jordanus. Philippus.*

Carta

HOTONENSIS *Prioratus in agro* Eboracenſi.

Carta fundationis per Adam *de* **Brus**.

Ex autographo penes ..... dominum *Fairfax* de *Gilling* in com. *Ebor.*

A*Dam* de **Brus** omnibus amicis & hominibus, *Francis*, & *Anglis*, ſalutem. Notum ſit vobis omnibus me dediſſe, & conceſſiſſe licentiam *Radulfo* de **Nevill**, facere abbaciam ſanctimonialium, ad **Hoton**: ſcilicet, liberum matrimonium conjugis ſuæ. T. Priore de **Giſeburne**, & *Nicholao* canonico, & uxore mea, *Willielmo* capellano, *Waltero Engelram*, *Petro* de **Brus**, *Leone* camerario, *Petro Wrenghe*, *Roberto Fſcarbot*, & *Alano Cato*, *Gregorio* Goce portario.

Carta *Willielmi* filii *Fulconis*.

Ex autog. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

WIllielmus *filius* Fulconis *omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, & hominibus & amicis ſuis præſentibus & futuris ſalutem. Sciatis me dediſſe, & hac carta mea confirmaſſe* Deo, *& ſanctimonialibus de* **Torp**, *duas bovatas terræ in* Kildala *cum omnibus pertinentiis in perpetuam elemoſinam, Tenendas ſolutas & quietas ab omni actione ſeculari Teſte,* Roberto *clerico de* **Marton**, Richardo *filio* Willielmi *de* **Cameton**, Willielmo *de* **Moubrai**, Roberto *de* **Hotun**, Baldrico *de* **Marton**, *&* Willielmo *filio* Brien.

Carta *Ernaldi* de **Percy**.

Ibid.

N*Otum ſit omnibus iſtas literas audientibus, quod ego* Ernaldus *de* **Perci** *concedo* Radulfo *de* Novilla *donationem quam fecit ſanctimonialibus de* Hotona; *ſcilicet duas carucatas terræ & unam bovatam, & molendinum unum in* **Torp**, *ſalvo ſervicio quod* Radulfus, *& hæredes ſui debent mihi & hæredibus meis facere pro illo feudo, ſicuti pro alio. Teſtibus hiis,* Radulfo *archidiacono & capitulo apud* **Stokeſlai**, *& abbate de* Beglanda, *& Priore de* **Giſburne**, *& Priore de* **Noſburc**, *&* Humfrido *de* **Hotun**, *&* Johanne Engeram.

BASEDALENSIS *Prioratus in agro* Eboracenſi.

Carta Johannis *de* **Euer**.

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

OMnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris *Johannes* de **Euer** ſalutem in domino. Noveritis me conceſſiſſe remiſiſſe relaxaſſe & omnino de me & hæredibus meis vel aſſignatis imperpetuum quietum clamaſſe *Johannæ* Prioriſſæ de **Baſedale** & ejuſdem loci conventui & earum ſucceſſoribus, totum jus & clamium quod habui, vel habeo, vel aliquo modo habere potero in homagiis & ſectis curiæ quibuſcunque, mihi & hæredibus meis, vel meis aſſignatis pertinentibus, de omnibus terris & tenementis quas & quæ in villa & territorio de **Kirkeby** in **Cliveland** & **Ingelby** juxta **Grenham** de me tenent. Ita quod nec ego, nec hæredes mei, nec aliquis alius nomine noſtro, aliquod jus vel clamium in prædictis homagiis & ſectis curiæ, de prædicta Prioriſſa & conventu ejuſdem loci, & earum ſucceſſoribus de cætero exigere vel vendicare poterimus inperpetuum. Hiis teſtibus, dominis, *Nicholao* de **Meynill**, domino *Arnaldo* de **Percy**, domino *Roberto* de **Euer**, *Willielmo* de **Mubray**, *Johanne* de **Redmereſhill**, & aliis. Dat. apud **Baſedale** die lunæ prox. ante feſtum ſancti *Laurencii*, anno Domini MCCCiiij.

Carta *Willielmi* de **Percy**.

Ibid.

O*Mnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit* Willielmus *de* **Percy** *de* **Kildale** *ſalutem. Noveritis me conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe pro me & hæredibus meis Deo & beatæ* Mariæ *de* **Baſedale**, *& monialibus ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, ſicuti aliqua elemoſina poteſt liberius conferri, duas bovatas terræ in villa de* **Upſale**, *cum tofto & crofto & omnibus pertinentiis ſuis; Illas ſcilicet quas* Stephanus *filius* Uſtingi *tenuit, jacentes propinquiores terræ dominæ* Agnetis *de* **Upſale** *per totum campum, & eundem* Stephanum *filium* Uſtingi *cum catallis ſuis & tota ſequela ſua, ſine contradictione aliqua. Tenenda & habenda prædictis monialibus in liberam puram & perpetuam elemoſinam, prout continetur in carta* Amiciæ *de* Tunſtall *quam inde habent. Et ut hæc mea conceſſio & confirmatio rata & ſtabilis permaneat inperpetuum, huic ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, domino* Roberto *de* **Layſingby**, *domino* Ricardo *de* **Normaneby**, *domino* Waltero *de* **Skeftling**, *domino* Waltero *de* **Mubray**, Thoma *de* **Thornay** *tunc ſeneſcallo meo,* Alano *de* **Nevill**, Roberto *de* **Bayuſe**, *& aliis.*

Carta Regis Henrici *tertii, donationes recitans & confirmans.*

Ex autographo in turri B. *Mariæ Ebor.*

Vide etiam cart. 20 H. 3. n. 2.

H*Enricus* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Normaniæ* & *Aquitaniæ*, comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac noſtrâ cartâ confirmaſſe, pro nobis & hæredibus noſtris, Deo & beatæ *Mariæ* & monialibus de **Baſedale** omnes donationes ſubſcriptas; videlicet, ex dono *Guidonis* de **Bovincurt**, totum redditum ſuum de **Baderesby**. Ex dono ejuſdem *Guidonis*, totam terram quam habuit in **Neuby**, cum pertinentiis, excepto tenemento *Willielmi* de **Cameton**. Ex dono ejuſdem *Guidonis* totam terram inter **Redemire**, & **Hawkemire**, cum toto boſco, & cilio montis, uſque in aquam quæ dicitur **Baſedalebec**, & ipſam prænominatam **Redemire**, ſcilicet ſicut **Hallokemire** cadit à celio montis in **Baſedalebec**. Ex dono *Radulphi* de **Nevill**, duas carrucatas, & unam bovatam terræ, cum tanto terræ ſpacio ad ædificationem ſuam faciendam, quanta ſunt manſa in **Thorp** adjacentia ſupradictæ terræ, & unum molendinum cum pertinentiis in eadem villa. Ex dono prædicti *Guidonis* ſex bovatas terræ in **Stokeſley** cum pertinentiis ſuis, exceptis toftis ad eas pertinentibus, pro quibus dedit eis duas acras de cultura ſua ſupra *Rubera* & quoddam pratum ad caput villæ de **Weſterdale**, & paſturam ad viginti vaccas, & unum taurum, cum ſua ſecta de duobus annis, & ad ducentas oves, ſine ſecta, & ad duodecim porcos ſine ſecta. Ex dono *Willielmi* filii *Fulconis* duas bovatas terræ in **Lyldale**. Ex dono *Stephani* de **Roſel** duas bovatas terræ cum toftis ſuis in **Neuton** cum tanto prato, quantum adjacet eiſdem bovatis, & quandam partem terræ cultæ, latitudinis ſeptem perticarum, cujus longitudo extenditur uſque ad pratum verſus **Stapelho**, & quoddam pratum de ſuo proprio, latitudinis . . . . perticarum, & paſturam ad ſexaginta oves. Quare volumus (*&c.*) Hiis teſtibus, venerabili patre *W. Karl.* epiſcopo, *W.* comite *Albemarl*, *Petro* de *Malolacu*, *Godefrido* de **Cracumbe**, *Johanne* filio *Philippi*, *Amarico* de ſancto *Amando*, *Richardo* filio *Hugonis*, *Willielmo Gernoun*, & aliis. Datum per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* epiſcopi cancellarii noſtri, apud *Dunelmum*, decimo die Septembris, anno regni noſtri viceſimo.

Carta *Iſabellæ* Prioriſſæ de **Baſedale**.

Ibid.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, has literas viſuris vel audituris, Iſabel *Prioriſſa de* **Baſedale** *ſalutem. Cum ex gratia liberalitatis ſuæ nulli debeant diſpendium ſuſtinere, ad multiplices gratiarum actiones & orationes in Chriſto tenemur* Roberto *de* Longo-Campo *abbati, & monachis beatæ* Mariæ Eboracenſis, *quod ipſi dictæ pietatis intuitu de voluntate* Geraldi *perſonæ de* **Stocheſley**, *nobis cimiterium in* **Baſdale**, *ad ſanctimoniales, & ſorores, & fratres noſtros qui habitum noſtrum ſuſceperint, ibidem ſepeliendum, liberaliter conceſſerunt. Servientes tamen, & homines ſepulturam & omnia alia eccleſiaſtica ſacramenta, à matrici eccleſia de* **Stocheſley** *percipient. Domus vero noſtra de* **Baſdale**, *eccleſiæ beatæ* Mariæ Eboraci *in aſſumptione beatæ* Mariæ, *dimidiam libram incenſi ſingulis annis perſolvet. Et nihil amplius quam prædictam ſepulturam ſibi vendicabit de matrici eccleſia de* **Stocheſley**. *Hiis teſtibus, domino* Roaldo *Priore de* **Giſeburn**, *domino* Guidone *de* **Bovingcurt**, Laurentio *decano de* **Seilton**, Helia *decano de* **Rudale**, Gerardo *perſona de* **Stocheſlei**, Roberto *perſona de* Mortona, Alano *de* **Wiltone**, Willielmo *de* **Perci**, Radulpho *de* **Neville**, Willielmo *de* **Thametou**, Waltero *de* **Boigton**, Thoroldo *capellano*, Thugiſio *clerico*, Roberto Bacheler, Richardo *de* Camera, Oſberto *janitore, & multis aliis.*

Carta Guidonis *de* **Bovincurt** *fundatoris monialium de* **Baſedale**, *facta eiſdem monialibus, de ſex bovatis terræ in* **Stokeſley**, *& aliis rebus.*

Ibid;

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Wydo* de **Bovigcurt**, dedi & conceſſi, & hac præſenti charta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Baſedal**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, pro anima *Roberti Bovigcurt*, & *Bernardi* de **Baliol**, & pro anima mea, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum, & hæredum meorum, ſex bovatas terræ in **Stokeſley**, cum omnibus pertinentiis ſuis, libertatibus, ayſiamentis infra villam & extra, exceptis toftis ad eaſdem bovatas pertinentibus, pro quibus dedi eis duas acras de mea cultura ſuper **Ruber** juxta domum *W. fabri*, ſcilicet illas duas bovatas terræ, quas *Willielmus L'enfant* tenuit, & illas duas bovatas terræ, quas *Robertus Ra.* tenuit, & illas duas bovatas terræ quas *Adam* filius *Huberti* tenuit. Ad hæc autem dedi prædictis monialibus duas bovatas terræ in **Weſterdale**, illas ſcilicet quas *Auguſtinus* tenuit, cum toftis & croftis eiſdem bovatis pertinentibus, & cum aliis pertinentiis ſuis & libertatibus infra villam & extra, & in boſco ad ſufficientiam ad ardendum & ædificandum apud locum ſuum de **Weſterdale**. Dedi etiam præfatis monialibus quoddam pratum ad caput villæ de **Weſterdale** apud auſtrum de ſub **Reſholes**, in proprio uſu, & in clauſo: in quo prato quatuor acræ continentur, & paſturam ad viginti vaccas, & unum taurum, cum ſua ſecta de duobus annis, & ad ducentas oves, & ad undecim ſues, & unum ſenglarium cum ſua ſecta de duobus annis, & ad quinque jumenta ad unum ſtalonum, cum ſua ſecta de duobus annis; & ad decem boves, & unum afferum ad carucam ſuam per omne territorium præfatæ villæ de **Weſterdale**, longè & propè abſque ullo retenemento, exceptis pratis, & bladis, ubi poſt ablatam veſturam, libere paſcentur. Hæc omnia prænominata dedi & conceſſi prædictis monialibus, Tenenda & habenda de me & hæredibus meis in liberam & puram & perpetuam & quietam elemoſinam ab omni ſeculari ſervitio, & conſuetudine ſicut aliqua elemoſina liberius dari poteſt. Hiis teſtibus, *Petro* abbate de **Whiteby**, *Radulpho* Priore de **Whiteby**, *Ranulpho* monacho de eadem, *Roaldo* Priore de **Gyſeburn**, *Petro* celerario de eadem; *Willielmo* de **Percy**, *Rogero* de ſancto *Germano*, *Willielmo* de **Tameton**, *Helya* de **Eſton**, *Willielmo* de **Mowbray**, & aliis.

SALLEYENSIS *Abbatia in agro* Eboracenſi.

ANNO ab incarnatione domini MCxlvij. kal. Januarii, emiſſus eſt conventus, cum abbate *Benedicto*, ad conſtruendum abbatiam de *Salleia*, petente & præparante eis locum nobili

Ex regiſtro de *Sallaia* in bibl. *Deuveſiana*.
A. 1147.

viro *Willielmo* de **Percy**, viij.idus Januarii. Fundata eſt ipſa die, luna prima.

Carta prima ejuſdem Willielmi.

WIllielmus de **Percy**, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Francis* & *Anglis*, clericis, & laicis, præſentibus & futuris ſalutem. Notum ſit vobis omnibus me communi conſilio & conſenſu uxoris meæ & liberorum meorum dediſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & abbati *Benedicto* & monachis abbatiæ de *monte ſancti Andreæ* quam ego ipſe conſtruxi, pro Dei amore & pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & liberorum meorum, & fratrum meorum, dominorum meorum, & omnium amicorum meorum, & pro animabus patris & matris meæ, parentum & amicorum meorum, cunctorum fidelium defunctorum, **Sallaym**, & **Dudelant**, & **Helwineſthorp** cum omnibus appenditiis & rebus eiſdem terris pertinentibus, in boſco & in plano, in paſcuis & in pratis, & in aquis, in puram & perpetuam elemoſynam. Et præter hæc concedo eis unam carucam in **Rimington** quam *Normanus Huctredi* filius eis dedit & conceſſit in elemoſynam perpetuam, & duas bovatas terræ in *Hilleclaia* de donatione *Roberti* dapiferi mei. Iſta & omnia illorum & aliorum meorum hominum dona illi eccleſiæ imperpetuum optinenda confirmo. Teſtes ſubſcripti ſunt, in quorum audientia hæc carta facta lecta & conceſſa fuit, ſcilicet *Alanus* filius *Willielmi* de **Percy**, *Willielmus* de **Arches**, *Gilbertus* de **Arches**, *Bertramus Haget* & *Faricius* frater ejus, & alii multi.

Carta ſecunda Willielmi *primi de* **Perci** *de* **Sallai**, **Dudeland**, **Crocum**, **Ailwineſthorp**, **Stainton**.

Ibid.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, *Eboracenſi* archiepiſcopo, omniq; ejuſdem eccleſiæ capitulo, & univerſis ſanctæ eccleſiæ filiis nunc exiſtentibus, & deinceps futuris, *Willielmus* de **Percy** ſalutes. Noverit igitur præſens ætas omniumque ſecutura poſteritas me communi conſilio & conceſſu uxoris meæ & liberorum meorum dediſſe & conceſſiſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & abbati *Benedicto*, & monaehis abbatiæ de *monte ſancti Andreæ Sallaiæ* quam ego ipſe conſtruxi, pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & liberorum meorum, & fratrum meorum, dominorum meorum & omniũ amicorum meorum, &pro animabus patris & matris meæ, parentum & amicorum meorum, cunctorumque fidelium defunctorum, *Sallaiam* & **Dudelant** & **Elwinuthorp** & **Crochum** & omne ſervitium de **Stainton** quod ad me pertinuit, cum omnibus appendiciis & rebus eiſdem terris pertinentibus, in boſco & in plano, & in paſcuis & in aquis, ſolutas & quietas & liberas ab omnibus terrenis ſervitiis, in puram & perpetuam elemoſynam. Teſtibus ſubſcriptis in quorum audientia hæc carta facta fuit lecta & conceſſa, *Alano* de **Percy** filio ejuſdem *Willielmi* de **Perci**, *Willielmo* de **Arches**, *Gilberto* de **Arches**, & aliis multis. Et hii teſtes de **Crochum**, *Gillebertus* filius *Fulconis*, *Robertus* dapifer nepos ejus, *Gilbertus* de **Arches**, *Robertus* de **Perci** & alii quamplures. Et hii teſtes donationis & confirmationis de **Stainton**, *Gilbertus* filius *Fulconis*, *Robertus* de **Percy**, *Robertus* Dapifer, *Gilbertus* de **Arches**, necnon & alii quamplures tam clerici quam laici quorum nomina ſeriatim inſerere perlongum foret. Valete.

Carta H. *de* **Percy** *de eccleſia de* **Gargrave**.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus, & futuris, *Henricus* filius & hæres domini *Henrici* de **Perci**, ſalutem in domino. Noveritis nos paupertatem, & cauſam paupertatis, abbatiæ noſtræ de **Sallay** in **Craven**, de fundatione anteceſſorum noſtrorum, conſideraſſe, eidemque abbatiæ in aliquo ſubſidio, ut honeſtè ſuſtentari poſſit, miſericorditer providere cupientes, In honore Dei, & beatæ *Mariæ* virginis, & pro ſalute animæ noſtræ & *Alienoræ* ſponſæ noſtræ, & omnium hæredum noſtrorum dediſſe, & conceſſiſſe, & hac præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo, & beatæ *Mariæ*, & abbati, & monachis noſtris de **Sallai** ibidem Deo ſervientibus, eccleſiam ſancti *Andreæ* de **Gairgrave** in **Craven**, cum omnibus pertinentiis, integritatibus, & omnibus penſionibus, à quibuſcunque religioſis, ſeu ſæcularibus, qualitercunque debitis, cum omnibus juribus ſuis, & libertatibus, capellis, & capellanariis, una cum omnibus proficuis, quæ ad dictam advocationem accidunt, vel aliquo modo accidere poterunt in perpetuum. Et bene liceat dicto abbati, & ſucceſſoribus ſuis, dictam eccleſiam de **Gayrgrave**, cum omnibus juribus, & ſuis pertinentiis ſupradictis, capellis, & capellanariis in proprios uſus adquirere, & poſſidere quandocunque poterunt, vel ſibi viderint expedire, ſine contradictione noſtri vel hæredum noſtrorum, Tenendam & habendam (&c.) Teſtibus, domino *Thoma* comite *Lancaſtriæ*, domino *Humfrido* comite *Herefordiæ*, domino *Edmundo* comite *Arundeliæ*, domino *Roberto* de **Clifford**, domino *Johanne* de *Boteturte*, domino *Johanne* de **Haſelerton**, & aliis multis. Datum apud **Lequenfeld** in feſto nativitatis beatæ *Mariæ* virginis, anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi* ſeptimo. 7 E. 2.

Eccleſia de **Gayrgrave** appropriata in uſus abbatiæ de **Sallai** per *Willielmum* archiepiſcopum *Eboracenſem*, ſexto decimo kalendas Aprilis, MCCCxxj.

Carta Matildis *de* **Percy**, *Comitiſſæ de* **Warwic**, *de ſecunda fundatione Abbatiæ de Sallcia.*

Ex regiſt. de Sallai fol. 2. a.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam præſentibus quam futuris, *Mathildis* de **Percy** Comitiſſa de **Warwic**, filia *Willielmi* de **Perci** & hæres, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod pater meus Abbathiam quandam *Salleiam* nomine fundavit in *Cravena*, in terra nebuloſa & pluvioſa, ita quod ſegetes jam albæ ad meſſem, per conſuetudinem in culmo computreſcant, Et ubi conventus per quadraginta annos & ampliùs, propter aeris intemperiem, inedia, & omnium neceſſariorum inopia, attritus eſt, quod paupertatis eorum univerſitas, in contumeliam,

tumeliam, & opprobrium patris mei, & omnium hæredum ſuorum redundat. Tandem verò cognita eorum paupertate, & cauſa paupertatis, per conſiderationem domini *Clarevallenſis* abbatis & abbatum viſitatorum, proviſum fuit, ut memorata abbatia aut penitùs diſtruetur, aut per advocatum ejuſdem loci, in aliquo ei, unde honeſtè ſuſtentari poſſit, miſericorditer provideretur. Inde eſt quod ſpiritu Dei provecta, & tacta dolore cordis intrinſecùs, præfatæ abbatiæ deſtructione, tùm ſuper prædictæ abbatiæ deſtructione tùm ſuper prædicti conventus miſeria, & tam victus quam veſtitus inopia intollerabili; Nolenſque elemoſinam patris mei, pro toto deperire: Invocato nomine ſanctæ Trinitatis & vivificæ crucis Dei, & domini ſalvatoris noſtri *Jeſu Chriſti*, ſanctæque Dei genetricis *Mariæ*, in die annunciationis dominicæ, conſilio domini *Juliani Igniaſcenſis*, & domini *Willielmi* de *Mortuomari* abbatum viſitatorum; præſente, & aſſenſum præbente domino *Nicholao* perſona eccleſiæ de Tatecaſtre, & conſilio domini *Willielmi Vavaſoris*, & aliorum virorum, & fidelium meorum, & totius curiæ meæ, Deo propitio, de ejuſdem domus relevatione cœpi diligentiùs tractare, & quoniam in mente & propoſito, ex longinquo habueram, eccleſiam beatæ *Mariæ* de Tattecaſtre, ad viros religioſos transferre, ejuſdem eccleſiæ beneficia, in uſus bonos, & ſalubres, per gratiam, & miſericordiam Jeſu Chriſti convertere, communi omnium conſilio, & aſſenſu eandem eccleſiam beatæ *Mariæ* de Tattecaſtre, cum capella de Heſlewode, & cum annua penſione eccleſiæ de Neuthon, & cum omnibus appenditiis, & libertatibus, ad præfatam eccleſiam beatæ *Mariæ* de Tattecaſtre pertinentibus; & unam carucatam terræ in *Catthona*, in qua ſecundùm carnem nata fui, libera & ſoluta, & quieta ab omni ſervitio ſeculari, & ab omni operatione, & omni re ad terram pertinente, Deo & beatæ *Mariæ* de *Salleia* obtuli, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in liberam, in puram, & perpetuam elemoſinam dedi, & conceſſi, & præſenti carta mea confirmavi, ad præfatam abbatiam perpetuò in ſervitio Dei, & in conventus victus & veſtitus adminiſtratione, & in pauperum, & peregrinorum ſuſceptione, caritativè ſuſtentandum, pro ſalute animæ meæ, & *Willielmi* comitis Warwich, quondam ſponſi mei, & cariſſimi domini noſtri *Henrici* illuſtris *Anglorum* Regis, & pro anima patris mei *Willielmi* de Percy, & *Adalidis* de Tunbrige matris meæ, & *Alani* de Percy fratris mei, & *Agnetis* ſororis meæ, & omnium anteceſſorum & hæredum meorum, & omnium benefactorum præfatæ abbatiæ. Quare volo quod antedicta abbatia, præfata omnia, ita liberè & plenariè, integrè, & honorificè poſſideat, ſicut elemoſina liberius dari, & poſſideri poteſt. Et ego & hæredes mei perpetuo ea præfatis monachis guarantizabimus, & contra omnes homines, ſicut libera elemoſina adquietabimus. Hiis teſtibus, *Juliano Igniacenſi*, *Willielmo* de *Mortuomari*, *Bernardo Rievallis*, *Gaufrido Novi-Monaſterii* abbatibus, *Nicholao* perſona de Tatecaſtre, *Petro* de Ros, *Gaufrido* de Perci, *Malgero* de Giſburne perſonis, *Willielmo Vavaſor*, *Roberto* & *Malgero* filiis ejus, *Richardo Vavaſore*, *Nigello* de Plumpton, *Nigello* de Stockelde, *Gilberto* ſeneſcallo comitiſſæ, & multis aliis.

Confirmatio Agnetis *de* Percy *de eccleſia de* Tadecaſter, *& paſtura C. quadraginta ovibus in* Litton *de dono ſuo.*

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris, *Agnes* de Percy ſalutem. Sciatis me divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ & chariſſimi domini noſtri Regis *Henrici* & Reginæ *Alienoræ* & *Jocelini* de Lovein quondam ſponſi mei, & *Willielmi* de Percy patris mei & *Adelidis* de Tunebrigge matris meæ, & omnium anteceſſorum & hæredum meorum, conceſſiſſe & præſenti charta confirmaſſe, Deo & beatæ *Mariæ* de Sallay & monachis ibidem Deo ſervientibus, donationem eccleſiæ de Tadecaſter, quam *Matildis* comitiſſa de Warwicke, ſoror mea eis fecit. Ita plane & integrè, liberè & quietè, ſicut in charta prædictæ ſororis meæ (cujus ego legitima & propria hæres ſum) pleniùs continetur. Præterea dedi præfatæ abbatiæ de Sallay quam pater meus fundavit, conceſſi & præſenti chartâ meâ confirmavi, in paſtura de Litton, ut habeant ibi ex propria donatione mea centum quadraginta oves. Et ego & hæredes mei, præfatis monachis hanc cartam warrantizabimus. His teſtibus, *Rogero Arund*, *W.* de Percy, *W.* de Purers, *Richardo* de Hadlai, *B.* de Gargrave, & aliis. Ib. f. 111.

Carta Agnetis *de* Percy.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, hoc ſcriptum audituris vel viſuris, *Agnes* de Percy ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe & præſenti chartâ meâ confirmaſſe, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de Sallay, & monachis ibidem Deo ſervientibus, duas bovatas terræ cum pertinentiis ſuis in Litton, & paſturam ad ſexcentas oves in eadem villa: illas ſcilicet bovatas, quas ego *Ricardo Malebis* nepoti meo pro homagio & ſervitio donavi, quas ſcilicet bovatas terre predictus *Richardus* predictis monachis, in puram & perpetuam & liberam elemoſinam donavit. Habendas & tenendas adeò liberè & quietè, ſicut carta ipſius *Ricardi* teſtatur. Et ut hec etiam conceſſio & confirmatio rata & ſtabilis in perpetuum permaneat, tam preſentis ſcripti ſerie, quam ſigilli mei appoſitione confirmavi. His teſtibus *R. Vavaſor*, & *Malgerio*, fratre ejus, *Rob.* de *Mara*, & aliis. Ibid.

Carta ejuſdem Agnetis *de* Percy.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis preſentibus & futuris, *Agnes* de Percy ſalutem. Sciatis me divine pietatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & chariſſimi domini mei Regis *Henrici*, & *Jocelini* de Lovein quondam ſponſi mei, & *Willielmi Percy* patris & *Adelidis* de Tunebrig matris meæ, & omnium anteceſſorum & heredum meorum, conceſſiſſe, & preſenti chartâ meâ confirmaſſe, Deo & beatæ *Mariæ* de Sallay, & monachis ibidem Deo ſervientibus, donationem eccleſiæ de Tadecaſter, quam *Matilda* comitiſſa *Warwicenſis* ſoror mea eis fecit. Ita Ibid.

plenè, & integrè, liberè, & quietè, ſicut in carta predictæ ſororis meæ, cujus ego legitima & proxima heres ſum plenius continetur. Præterea dedi preſato abbati de **Sallay** quam pater meus fundavit conceſſi & preſenti charta mea confirmavi in paſtura de **Litton**, ut habeant ibi ex propria donatione mea centum & quadraginta oves: & ego, & heredes mei preſatis monachis hanc chartam warantizabimus. His teſtibus, *Rogero Arundell*, *W.* de **Percy**, *W.* de **Murers**, *Rad.* de **Hadelay**, *B.* de **Gaergrave**, & aliis.

Carta quarta primi Willielmi *de* Percy.

Ibid. fol. 145. b.

IN nomine ſanctæ Trinitatis, domino *Eboracenſi* archiepiſcopo, & omni capitulo ſancti *Petri Eborum*, omnibuſque ſanctæ eccleſiæ fidelibus, preſentibus & futuris *Willielmus* de **Percy** ſalutem. Notum ſit vobis omnibus, me, communi conſilio & conſenſu *Adelidæ* uxoris meæ, & *Alani* hæredis mei, conceſſiſſe & dediſſe, & hac præſenti carta confirmaſſe perpetua libertate & inviolabili jure Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de **Sallay** quam ego ipſe fundavi, villas iſtas, videlicet ipſam *Sallayam*, **Dudelant**, **Crocum**, **Elwineſthorp**, & **Stainton** pro amore Dei & ſalute domini regis & hæredum ſuorum, & pro redemptione animæ meæ & uxoris meæ, & heredis mei, & pro animabus patris & matris meæ, fratrum, ſororum, parentum, dominorum & omnium amicorum meorum, cunctorumque fidelium defunctorum. Et præterea concedo & confirmo prædictis monachis duas bovatas terræ in *Illelaya*, cum toſtis & croftis & ſartis eiſdem terris pertinentibus ex donatione *Roberti* filii *Fulgonis*, & **Stropheſcroft** & **Ackeſtales** ex dono *Widonis* de **Humez**, ut ſtabilia & illibata permaneant & in æternum perſeverent cum omnibus ad omnia ſupradicta pertinentibus in terris & aquis, in ſilvis & planis, in paſcuis & pratis & in omnibus neceſſitatis humanæ uſibus, ſolutas, quietas & liberas, ſicut ſanctam Chriſti altaris hoſtiam, ab omnibus terrenis ſervitiis, & abſque univerſis ſecularibus exactionibus: & ne aliquis ullam moleſtiam, abbati vel monachis predicti monaſterii inferre preſumat, aut ullas in aliqua re exactiones exigat, ſeu ſervitia aliqua ex eis exactet, ſed ſub perenni pace & quiete, domino adjuvante, abſque ullius gravamine, omnia que hic inſerta habentur, rata & inconcuſſa illa permaneant, & ſine omni perturbatione & vexatione, in puram & perpetuam elemoſinam poſſideant, quatenus monachi in cœnobio ſupradicto, Deo ſecundum regulam ſancti *Benedicti* liberè deſervire valeant, & fideliter pro nobis orare queant nobiſque pro rata donatione illa verò propria & ſancta obſervatione mercas in perpetua compenſetur beatitudine. Teſtibus ſubſcriptis, in quorum audientia hæc carta facta lecta & conceſſa fuit, in magno placito apud **Tadecaſter**, *Alano* de **Percy** filio & herede *Willielmi* de **Percy**, *Roberto* de **Percy**, *Roberto* dapifero, filio *Roberti* dapiferi, *G.* cancellario filio *Fulconis*, *R.* cap . . . . . de **Samer** & multis aliis.

Sic. MS.

Carta Roberti *Dapiferi &c.*

Ibid.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis preſentibus & futuris *Robertus* Dapifer *Willielmi* de **Percy**, ſalutem & reverentiam debitam. Notum ſit omnibus has literas legentibus vel audientibus, quod ego *Robertus* Dapifer *Willielmi* de **Perci**, conceſſi & dedi duas bovatas in **Illeclai** cum duabus ſartis, & omnibus ad eas pertinentibus, eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *monte ſancti Andreæ Sallay*, & abbati & fratribus ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam ſolutas & quietas ab omnibus terrenis ſervitiis & conſuetudinibus, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ & omnium parentum meorum. Hujus conceſſionis & donationis teſtes ſunt. *Martinus* . . . . . . *Robertus* clericus, *Gregorius* clericus, *Willielmus* præpoſitus de **Thorpton**, & alii multi.

Carta Royſæ *de* **Kimbe** *de duabus bovatis &c.*

Ib. fo.146.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ (*&c.*) *Royſa* uxor *Simonis* de *Kima* ſalutem. Noverint me pro ſalute animæ meæ & patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum & heredum meorum, in propria viduitate mea, dediſſe, conceſſiſſe, & hac preſenti charta mea confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* & monachis de **Sallay**, duas bovatas in **Ylleclay** cum duobus croftis & toſtis propinquioribus terre ſuæ, quam habent de dono patris mei verſus **Suth** in eadem villa, cum omnibus pertinentiis, libertatibus & communis, infra villam & extra ad tantam terram pertinentibus. Tenendas & habendas de me & hæredibus meis in puram & perpetuam elemoſinam liberè & quietè, ſicut aliqua elemoſina liberiùs & quietiùs dari aut teneri poteſt. Conceſſi etiam eiſdem monachis & hominibus ſupra terras has manentibus, molere bladum ſuum ad molendinum meum de **Illeclai**, ad viceſimum vaſculum. Et ſi contigerit quod per habundantiam, aquarum vel aliquo defectu ipſius molendini ad predictum molendinum molere non valuerint, ubicunque voluerint ſine moleſtia & exactione de me & meis molere poterint. Preterea confirmavi eiſdem monachis omnes terras quas habent de dono patris mei, & **Traveker** quod habent de dono *Simonis* de *Kyma* ſponſi mei in predicta villa, ſicut carte eorum quas inde habent teſtantur. Et ego & heredes mei hæc omnia predicta, preſatis monachis contra omnes warrantizabimus & defendemus in perpetuum. Teſtibus, *Philippo* de *Kima* filio meo & hærede, *Thoma* de **Multon** & *Lamberto* filio ejus, *Simone* de **Dribi**, & aliis.

Finalis Concordia de manerio de **Stainton**, *&c.*

Ibid.

HÆc eſt finalis concordia facta in curia domini Regis apud *Weſtmonaſterium* in craſtino aſcenſionis Domini, anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici* ſexto, coram magiſtro *Rogero* de **Seyton**, magiſtro *Radulpho* de **Frenyngham**, *Thoma Weylond*, *Johanne* de **Lovetot**,

& *Rogero* de *Leiceſtriâ* juſticiariis, & aliis domini Regis fidelibus tunc ibi preſentibus; Inter *Thomam* abbatem de **Seleby** petentem per *Radulphum* de **Scotton**, poſitum loco ſuo ad lucrandum vel perdendum, & *Thomam* abbatem de **Sallai** tenentem, per *Richardum* de **Bourolanď** poſitum in loco ſuo ad lucrandum vel perdendum, de manerio de **Stainton** in **Craven** cum pertinentiis, unde placitum fuit inter eos in eadem curia; ſcilicet quod predictus abbas de **Seleby** recognovit predictum manerium cum pertinentiis, ſcilicet quicquid idem abbas de **Sallay**, & eccleſia ſua de **Sallay** tenuerunt in eodem manerio de feodo ipſius abbatis de **Salebi**, die quo hec concordia facta fuit, eſſe jus ipſius abbatis de **Sallay**, & eccleſiæ ſuæ de **Sallay**. Habendum & tenendum eidem abbati de **Sallay**, & ſucceſſoribus ſuis, & eccleſiæ ſuæ predictæ de prædicto abbate de **Saleby** & ſucceſſoribus ſuis, & eccleſia ſua prædicta, inperpetuum. Reddendo inde per annum apud **Saleby** quadraginta ſolidos ſterlingorum, ſcilicet medietatem ad Pentecoſtem & alteram medietatem ad feſtum ſancti *Martini* in yeme pro omni ſervitio & exactione. Et pro hac recognitione fine & concordia, idem abbas de **Sallai** dedit predicto abbati de **Seleby** unum ſpervarium ſorum.

Carta Ro. *Archiepiſcopi* Eboracenſis *confirmationis, &c.*

Ibid.

RO. Dei gratia univerſis &c. ſancte matris, &c. ſalutem. Ad Pontificalis officii dignitatē conſtat pertinere, ea que eccleſiis à fidelibus juſtè collata fuiſſe noſcuntur, vel in futurum, Deo authore, conferentur, auctoritate ſua confirmare, & ut in perpetuum ſtabilia perſeverent ſcripti ſui munimine roborare. Inde eſt quod nos omnes poſſeſſiones quas eccleſia de *Saleya* donatione *Willielmi* de **Percy**, & *Henrici* de **Lacy** vel aliorum fidelium juſte adepta eſt, vel in futurum juſtis modis poterit adipiſci, necnon & terram quam tenent de abbatia de **Seleby**, ſicut carta capellani de **Seleby** teſtatur, eidem eccleſiæ confirmavimus, & in perpetuum inconcuſſas conſervari precipimus: quas propriis duximus exprimendas vocabulis. De *Willielmo* de **Percy**, villam de **Sallay**, ubi abbatia fundata eſt, & omnia ad predictam villam pertinentia; villas etiam iſtas **Dundelant**, **Crocum**, **Elwinthorp**. De *Normanno* filio *Uctredi*, unam carucatam terræ in **Rimmington**. De *Roberto* filio *Fulconis* dapiferi *Willielmi* de **Percy**, duas bovatas terræ in **Pilleclay**. De *Henrico* de **Lacy** ſaltus qui jacent contra abbatiam. De abbatia de **Seleby**, villam de *Stantuna*, cum omnibus ad omnia ſupradicta pertinentibus, in terris, in aquis & ſilvis & planis, & paſcuis, & pratis cum omni libertate, & abſq; omni ſeculari exactione, ſicut cartæ *Willielmi* & aliorum ſupradictorum teſtantur. Si quis autem hanc noſtræ confirmationis paginam, ſciens contra eam temerè venire tentaverit, indignationem Dei omnipotentis & beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ſe noverit incurſurum. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jheſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Hujus noſtræ confirmationis teſtes ſunt, *Johannes* & *Jordanus* canonici *Eborum*, *Willielmus* capellanus, *Jeremias*, *Rogerus Hurel*, *Petrus* de **Carthaſon**, *Nicholaus Archer*, & alii.

Confirmacio Willielmi Vavaſor *de, &c.*

Ibid.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, &c. *Willielmus Vavaſor* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me conceſſiſſe & præſenti carta mea confirmaſſe, Deo & beatæ *Mariæ* de **Sallay**, & monachis ibidem Deo ſervientibus omnes donationes, ſcilicet, quas eis fecit pater meus *Malgerus Vavaſor*, in terris & rebus aliis, ſpecialiter & molendinum de **Huneflet**, dimidiam carucatam terræ in eadem villa, cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, & omnes terras quas dedit eis in territorio de **Boulton** & de **Winerdlay** cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco & in plano pratis & paſcuis & aquis & molendinis, & omnibus aliis libertatibus & aiſiamentis. Confirmo etiam eis v. carucatas terræ, in villa & in territorio de **Halton**, cum ſartis & pratis, & nemoribus & paſturis cum omnibus aliis libertatibus & aiſiamentis, ſicut in carta *Adæ* de **Crideliger**, & in carta patris mei quas inde habent continetur. Optuli etiam hanc confirmacionem meam una cum corpore meo, ſuper altare beatæ *Mariæ* de **Sallay**. Ita quod ſi infra regnum *Angliæ* in fata ceſſero, in domo de **Sallay** ſepulturam habebo. Et ego & hæredes mei prænominatam conceſſionem & confirmationem warantizabimus contra omnes homines. Teſtibus, *Simone* de **Hale**, *Roberto* de **Percy**, *R. Vavaſor*, &c.

Carta Malgeri Vavaſor *de molendino de* **Huneflet**, *&c.*

Ibid.

SCiant omnes tam præſentes quam futuri, quod ego *Malgerus Vavaſor* & hæredes mei, pro querela quam abbas & conventus de **Sallay** mihi moverunt ſuper elemoſinam patris mei *Willielmi Vavaſor*, ſcilicet de molendino de **Huneflet**, & de triginta marcis argenti, & de dimidia carucata terræ, & ſexdecim acris in **Aſwid** unde placitum fuit inter nos in curia domini Regis, annuatim quinque marcas argenti in eodem molendino de **Hunflet** dimidiam ad Pentecoſtem & dimidiam ad feſtum ſancti *Martini* fideliter & legaliter, & ſine dolo & malo ingenio. Deo & beatæ *Mariæ* de **Sallay** & monachis ibidem Deo ſervientibus pro ſalvanda elemoſina patris mei, & pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animarum noſtrarum, & omnium anteceſſorum, in perpetuum perſolvemus. Et ſciendum, quod ſi prædictas quinque marcas, ego vel hæredes mei aliquo eventu, in eodem molendino perſolvere non poterimus; de cæteris terris meis quinque marcas ad eoſdem terminos perficiemus. Hanc autem quinque marcarum ſolutionem in prædictis terminis firmiter & fideliter, & ſine fraude aliqua perpetuò tenendam de me & hæredibus meis, ego *Malgerus* in manu *Alberti* de *Longo-Campo* tunc vicecomitis *Eboracenſis* affidavi; & abbas & conventus de **Sallay** verſa vice, mihi & hæredibus meis totum quietum clamaverunt quicquid juris in *Wlſingtona* & in dimidia carueata terræ in **Orton** de venditione mea & uxoris meæ *Agnetis* habuerunt. Teſtibus, *H. Dunelmenſi* epiſcopo, & *Rogero* filio *Reinfridi*, *Osberto* de *Longo-campo*, & aliis multis.

Carta Malgeri Vavaſor, *de* **Halton**.

Ibid. OMnibus Chriſti fidelibus *Malgerus Vavaſor* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod ego reſignavi & quieta clamavi de me & hæredibus meis, abbati & monaſterio de **Sallay**, molendina ſua cum omnibus pertinentiis ſuis in **Hunſflet**, quæ habent de dono patris mei *W. Vavaſor* & ego *Malgerus* tenui de prædictis monachis ad firmam pro quinque marcis annuis: Et quoniam iidem monachi reſignaverunt & conceſſerunt mihi & hæredibus meis terram ſuam in **Aſwid** quam habuerunt de dono *Richardi* de **Otrington**, & *Walteri* de **Denton**, tenendam & habendam cum omnibus pertinentiis ſuis in perpetuùm: Ego *Malgerus* dedi etiam dictis monachis totam terram meam cum omnibus pertinentiis ſuis in **Halton**, tenendam & habendam in perpetuam elemoſinam; Et ego & hæredes mei warantizabimus & defendemus omnia prædicta, præfatis monachis inperpetuum. Teſtibus, *Olivero* de **Burgele**, *Waltero* de **Stokeld**, *Helia* de **Boulton**, & aliis.

Carta Ricardi *de* **Oterington** *de dimidia carucata terra, &c.*

Ibid. UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, &c. *Ric.* de **Oterington**, ſalutem. Notum ſit univerſitati veſtræ me licentia & conceſſione hæredis mei & domini mei ſcilicet *Henrici* filii *Ipoliti*, conceſſiſſe & dediſſe præſentique carta confirmaſſe, Deo & monachis ſanctæ *Mariæ* de **Sallay** dimidiam carucatam terræ in **Aſwit**, cum omnibus pertinentiis ſuis in terris & aquis, in planis & ſilvis, in paſcuis & pratis, in toftis & in croftis & in omni qualitate eidem terræ pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam, ſolutam & quietam de me & de omnibus hæredibus meis, abſq; omni ſeculari ſervitio, & exactione, Excepto quod dimidia carucata faciet forinſecum ſervicium quantum pertinet ad viceſimam octavam partem unius militis *Henrico* filio *Hipoliti*. Ad hæc omnia prædictis monachis manutenenda & warantizanda, ego & hæredes mei, in manu domini *Alani* de **Hadune** fidefirmavimus; & ut hoc liberius libentiuſque facerem, dederunt mihi præfati monachi in caritate ſexdecim marcas argenti. Hujus confirmationis teſtes hi, *R.* ſacerdos de **Pelleclay**, *Henricus* filius *Ipoliti*, *Hugo* frater ejus, & alii multi.

Carta Roberti *de* **Laci**.

Ib. fol. 56. OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris, *Robertus* de **Laci** ſalutem. Sciatis me dediſſe conceſſiſſe, & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* de **Sallay**, & monachis ibidem Deo ſervientibus in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, totam illam terram ultra fluvium de **Ribell** de contra abbatiam in boſco & plano quod *R. Baret* quandoque de me tenuit, ſcilicet triginta acras, pro ſalute animæ meæ, & *Sabinæ* ſponſæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, & hæredum meorum. Quare volo & firmiter præcipio ut prædicti monachi jam dictam terram habeant & teneant, bene & quietè, plenè & integrè, liberè & honorificè, cum omnibus libertatibus & aiſiamentis ad liberam elemoſinam pertinentibus, ſicut aliqua elemoſina liberius dari & concedi poteſt. Et ſciendum quod omnes dumos in eadem terra memorati monachi ſertare poſſint, exceptis illis, qui in cilio montis ſunt, quos ad operandum abbati volumus reſervare. Hiis teſtibus, *Nicholao* capellano, *Galfrido Maunſel* de **Gzillington**, *Henrico* de *Mungar*, & aliis.

Carta Johannis *Conſtabularii* Ceſtriæ.

Ib. fol. 57. JOhannes de **Lacy** Conſtabularius *Ceſtriæ*, dilecto & fideli ſuo *G.* de **Dutton**, ſeneſchallo ſuo ſalutem. Scias quod ſicut prolocutum fuit inter nos quando fuimus in partibus illis, nos reddidiſſe abbati & monachis de **Sallay**, centum acras terre in **Akerland**, cum pertinentiis contentis in charta patris noſtri *Roberti* de **Laci**, exceptis triginta acris, quas *Richardus* de **Bolton** tenet de eiſdem. Quare vobis mandamus, quatinus viſis literis, facias menſurari ſexaginta decem acras, incipiendo à predictis triginta acris, extra terram monachorum & inde iiſdem monachis plenariam facias ſeiſinam. Scias tamen quod predicti monachi conceſſerunt nobis quod homines qui modo ſedent ſuper terram illam, uſque in æſtatem proximam ſuſtinebunt. Datum apud *Pontemfractum* in octavis ſancti *Martini*, anno dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio.

Carta regis Stephani.

Ex vetuſta membrana in turre S. *Mariæ* Ebor.

STephanus rex *Anglorum* archiepiſcopo *Eboracenſi*, & juſticiariis, & vicecomiti, & miniſtris & baronibus, & omnibus fidelibus ſuis *Eboracſciri* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & preſenti carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ de *Salleya*, & *Benedicto* abbati & monachis ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam elemoſinam, donationem, quam *Willielmus* de **Percy** eis fecit de *Sallea*, & **Dudeland**, & **Elwineſtorp**, & **Crocum** & ſervitium de *Steintona*. Preterea confirmo eis donationem illam quam *Normannus* filius *Uctredi* eis fecit de una carucata terre in *Rimimona*, & illam donationem quam *Robertus* dapifer ejus eis fecit in *Illeclea*, & quam *Henricus* de **Laci** eis fecit de landis que jacent contra abbatiam ſuam. Quare volo & firmiter precipio quod ſupradicta eccleſia & monachi ibidem Deo ſervientes, hæc ſupradicta omnia bene & in pace, & libere habeant & teneant in perpetuam elemoſinam, ſicut *Willielmus* de **Perci**, & *Henricus* de **Laci** eis illa dederunt, & cartis ſuis confirmaverunt, & libera & quieta de omni ſeculari ſervitio & exactione. Teſtibus, *Hugone* epiſcopo *Dunelmenſi*, & *Richardo* de **Luci**, & *Hugone* de *Eſſartis*, apud *Eboracum*.

Carta Henrici *de* Puteaco *filii* Matildis *de* Perci *de toto* Stochedale.

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Henricus* de *Putheaco* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti chartâ meâ confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* de *Salleia*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, totam Stochedale, in liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & *Adelidis* de Perci matris meæ, & *Dioniſiæ* ſponſæ meæ, & omnium anteceſſorum & hæredum meorum ſicut in cartis *Richardi* de Morevill, & *Willielmi* de Perci plenius continetur, (&c.)

Genealogia Perciorum.

Ex vetuſta membrana in turri B. *Mariæ Ebor.*

WIllielmus de Percy dictus ove *le* Gernouns venit in *Angliam* cum conqueſtore, & ipſe genuit *Alanum* de Percy ſepultum apud Radinges. De *Alano* proceſſit *Willielmus*, qui quidem *Willielmus* fundavit abbatiam de Sallay & genuit *Alanum*, *Matildem*, & *Agnetem*, & ſepultus eſt apud Whiteby. *Alanus* obiit ſine hærede de corpore ſuo vivente patre ſuo, propter quod hæreditas dividebatur inter *Matildem* & *Agnetem*. Et *Matilda* prædicta fuit diſponſata *Willielmo* comiti Warrewyk & qui obiit ſine hærede de corpore ſuo exeunte vivente *Agnete* ſorore ſua; & prædicta *Agnes* fuit diſponſata cuidam militi curiæ domini Regis dicto *Goſelino Lovayn* fratri Ducis *Brabantiæ*. De qua genuit *Henricum* & *Ricardum* fratrem ejus. Qui quidem *Ricardus* quia vir animoſus erat intravit in purpartiam matris ſuæ vivente matre ſua de conſilio Regis & permiſſione matris ſuæ ſine aliquo jure hæreditario, & petebat totam hæreditatem ſororis matris ſuæ prædictæ, & ſic tenuit ad vitam ſuam. Et prædictus *Henricus* in vita *Agnetis* matris ſuæ genuit *Willielmum*, cui poſt mortem *Agnetis* aviæ ſuæ & *Ricardi* avunculi ſui deſcendebat tota hæreditas integraliter; Et iſte *Willielmus* ſepultus eſt apud Sallay. Et idem *Willielmus* genuit, *Henricum* de Percy, *Walterum*, *Willielmum*, & *Ingeramum*. Et idem *Henricus* hæres & primogenitus ipſius *Willielmi* genuit *Willielmum*, *Johannem*, & *Henricum* & ſepultus eſt juxta patrem ſuum apud Sallay. *Willielmus* primogenitus obiit ſine hærede de corpore ſuo, & deſcendit hæreditas *Johanni* tanquam fratri & hæredi, qui quidem *Johannes* obiit ſine hærede, & ſic deſcendebat hæreditas prædicto *Henrico* fratri ſuo, qui dedit abbatiæ de Sallay advocationem eccleſiæ de Gairgrave, & ſepultus eſt apud *Fontes*. Et iſte *Henricus* genuit *Henricum* & *Willielmum*. Qui quidem *Henricus* diſponſavit *Idoniam* de Clifford, de qua genuit *Henricum*, & *Willielmum*, & *Ricardum*, *Alianoram*, *Matildem* . . . . & *Iſabellam*. Iſte *Henricus* primogenitus diſponſavit *Mariam* filiam domini *Henrici* comitis *Lancaſtriæ*. De qua natus eſt *Henricus* primogenitus ſuus, decimo die menſis Novembris, anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo primo, & *Thomas* ſecundus filius.

Depradatio & combuſtio abbatiæ de Salleya *per* Scotorum *excercitum.*

Ex chron. de *Whalley.*

Vide cart. 55 *H.* 3. membr. 8.

SAnctiſſimo patri in Chriſto & domino, domino *J.* divina providentia ſacroſanctæ *Romanæ*, ac univerſalis eccleſiæ ſummo Pontifici, ſuus devotus filius E. Dei gratia Rex *Angliæ* (*&c.*) cum devotione pedum oſcula beatorum. Cum non modicum arbitremur eſſe pietatis obſequium, honeſtos viros, religioſorum mores, & pia opera, digno teſtimonio veritatis extollere, ac pauperum miniſtrorum Chriſti defectus, & inopias maximas perſonis dignis & potentibus, ſub ſpe recuperationis habende ſtudioſius intimare, Hinc auribus veſtræ pietatis, fideli relatione, referimus per preſentes, quod monaſterium de *Salleya* in Cravene, in *Anglia*, ordinis *Ciſtercienſis*, *Eboracenſis* dioceſis, quaſi in abjectioribus, & ultimis totius regni noſtri finibus, verſus mare *Hybernicum*, in patria ſcilicet mirabilitèr ſilveſtri, & montuoſa, ac nimia tempeſtatum frequentia, ferè ſterili & infructuoſa fundatum, & ſcituatum, ex multis cauſis, & variis eventibus infortunatis, maximè tamen, prè crudeli & inhumana omnium bonorum ſuorum mobilium depredatione, ac quorundam locorum ſuorum horribili nimis combuſtione, quam in eos malignus *Scotorum* excercitus, per totam illam patriam (nobis abſentibus) diffuſus, nuper excercuit, ad tam profundam paupertatem, & inopiam deſperatam, præter omnimodam occaſionem ſuam, ſint deducti, ac ſine ſpe reſpirationis ſuppeditati, ut nec ad ſuam propriam ſuſtentationem, ſicut deceret religioſos viros, & oporteret; nec ad confluentium ad eos, pauperum peregrinorum, & hoſpitum caritativam adminiſtrationem niſi citiùs eiſdem ſubveniatur, de cætero, valere poterint vel ſufficere; Quod nobilis vir dominus *Henricus* de Perci miles, & baro præfati patronus monaſterii oculata fide, perpendens & doloroſa pietate cordis commotus, intrinſecùs, ſuiq; conventus expirationem, & progenitorum ſuorum elemoſinam in alendis pauperibus, peregriniſque ſuſcipiendis, non ſuſtinens deperire, inſpirante Deo, abbati & conventui monaſterii prædicti, jus patronatus, & advocationem eccleſiæ de Gergrave in ſpe appropriationis impetrandæ, pro dictis piis operibus finaliter ſuſtinendis, liberalitèr contulit, & conceſſit. Ad quam tandem ſemel vacantem, & ſcriptis noſtris confirmatam, præfati abbas & conventus, ut veri patroni, & advocati legitimè præſentarunt. Quapropter veſtræ pie paternitati, cum affectione, & humilitate qua poſſumus, devotè ſupplicamus, & attentè, quatenus dictorum monachorum noſtrorum defectus, & extremas paupertates oculis veſtræ bonitatis, & compaſſionis intuentes, eiſdem in ſua petitione coram veſtra dominatione proſequenda, intuitu Dei, & iſtarum precum noſtrarum inſtantia, ad præſens ſi placet, favorabiles exiſtere dignemini, & gratioſi, ut dictam eccleſiam in proprios uſus optinendam, cedente, vel decedente Rectore, de gratia veſtra ſpeciali, veſtra clementia eiſdem concedere dignetur, & gratioſè conferre.

RUFFORD-

RUFFORDENSIS
Abbatia in agro Notinghamenſi, * *fundata A. MCxlviij.*

* Annal. *Ceſtriæ* in bibl. *Cotton.*

Carta Gilberti *comitis* Lincolniæ.

Ex regiſtro de *Rufford* in com. *Nott.* penes..... *Strelley* militem, anno 1633. fol. 17. b.

G*Ilbertus* comes *Lincolniæ* omnibus filiis ſanctæ eccleſiæ ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & ſanctæ *Mariæ* de **Ruffoꝛd**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro anima patris mei & matris meæ,& pro animabus omnium parentum meorū, ſcilicet totam terram de **Ruffoꝛd** cum omnibus pertinentiis in boſco & plano, in pratis & aquis, in molendinis & paſturis, in viis & ſemitis, & nominatim triginta acras prati ſuper ripam *Trentæ*. Concedo etiam & do predictis fratribus totam terram de *Cratela* cum omnibus eidem terre pertinentiis, in boſco & plano, in pratis & aquis, in molendinis & paſturis, in viis & ſemitis. Pro qua terra de *Cratela* ego dedi *Radulpho* filio *Remigii* in eſcambium totam terram meam de **Toꝛpe**, ad tenendum de me & hæredibus meis, & unam carucatam terre in *Bartona*, & hoc bona voluntate & conceſſione *Radulphi* filii *Remigii*, & *Hugonis* filii ejus. Conceſſi adhuc eis, & dedi terram cultam & incultam in territorio de *Bartona*, ubi grangia eorum ſita eſt, cum terris adjacentibus, per diviſas,& metas ibi deſignatas, & communem paſturum in duabus bovatis terre in **Wilgeby**, quas *Radulphus Silvanus* tenuit de me. Omnes iſtas terras & tenementa dedi & conceſſi prefatis monachis de **Ruffoꝛd**, liberas & quietas ab omnibus terrenis ſervitiis, & conſuetudinibus imperpetuum. His teſtibus, *Philippo* dapifero, *Gaufredo* de **Gaunt**, *Radulpho* filio *Richardi* de **Barchewile**, *Roberto* filio *Willielmi* conſtabularii *Ceſtriæ*, *Thoma le Albaleſtre*. *Gerardo* coco.

Carta *Roberti* de **Gaunt**.

Ib. fol. 5.

R*Obertus de* **Gaunt** *juſtitiariis domini regis, Vicecomiti, & omnibus miniſtris regis de* **Nottinghamſhire** *ſalutem. Sciatis quod ego præſens vidi & audivi, quod* Gilbertus *comes frater meus totum dominium ſuum de* **Hicring** *cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſcis & herbis, in curia ſua diſrationavit de purpræſtura ſibi in eadem curia, totum prædictum dominium abbatiæ de* **Ruffoꝛd**, *ad honorem beatæ* Mariæ *in perpetuam elemoſinam dedit. Hujus donationis teſtes ſum ego, & paratus ſum ubique inde facere, quod legitimus teſtis facere debet, & multi alii qui mecum fuerunt. Valete.*

Carta Hugonis *filii* Radulfi *de* **Wilcheby**.

Ib. fol. 47.

E*Go Hugo* filius *Radulfi* de **Wilchebi** dedi monachis de **Ruffoꝛd**, ſedem unius molendini in **Alreton**, quod pertinet ad feudam & tenementum meum de **Cratela**.

Aliæ donationes.

T*Homas gener* Roberti Filioll *de* **Mapelbec** (*&* **Serpth** *uxor ejus, filia dicti* Roberti) *dedit monachis de* **Ruffoꝛd**, *cum corpore ſuo, totum ſartum ſuum* **Mapelbec**. Ibid.

Johannes Burdon *filius* Johannis Burdon *dedit monachis de* **Ruffoꝛd**, Robertum *filium* Gaufridi *carpentarii de* **Mapelbec**. *Teſtibus, domino* Willielmo Punchardin *abbate de* **Rievall**, Gaufrido *monacho ejuſdem loci*, Roberto *de* **Bevereus**, Rogero Burdon, Thoma Filioll *de* **Mapelbec**. Ibid.

Thomas *de* Bella-aqua *pro anima* Aliciæ *uxoris ſuæ confirmavit monachis de* **Ruffoꝛd**, *unam acram terræ in* **Stockys**, *in campo de* **Erleſhow** *in* **Calveton**, *quam habuerunt de dono* Hugonis *filii* Willielmi *de* **Calveton** *&c. Teſtibus, domino* Nicholao *de* **Evvill** *&c.* Ib. fol. 84.

Avicia *filia* Amiciæ *de* **Stoke**, *dedit monachis de* **Ruffoꝛd** *totam illam donationem, quam* Matheus *filius* Walleui *de* **Poninton**, *&* Amicia *mater ejus eis dedit, ſcilicet totam medietatem terræ de* Abeneia *cum ſuis pertinentiis. Teſtibus,* Ricardo le Archer, Matheo *filio* Roberti *de* **Abeney**. Ib. f. 66. b

Gilbertus *de* Stoka *dedit medietatem de* Abeneia *in boſco & redditu ſexdecim ſolidorum* (&c.) Ib. fol. 67

Omnibus (&c.) Amicia *domina de* Stocha, *ſalutem. Sciatis quod ego dedi monachis de* **Ruffoꝛd**, *totam medietatem de* Abeneia, *in boſco & plano &c. Reddendo* (&c.) *ſexdecim ſolidos annuatim, ſicut charta patris mei continetur &c.*

Donationum confirmatio per Regem Henricum *tertium.*

Cart. 9 E. 2. n. 34. per Inſpex.

Vide Pat. 1 E. 4. part. 5. m. 20.

H*ENRICUS* Dei gratia Rex *Angliæ* Dominus *Hiberniæ* (*&c.*) Archiepiſcopis, (*&c*) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmaſſe dilectis nobis in Chriſto Abbati & Monachis de **Ruchfoꝛd**, omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas, videlicet de dono *Roberti* de **Furnell**, totam medietatem illius **Moꝛtone**, que proxima eſt ville de **Bomeſhill**, ſcilicet totam terram illam quam *Adam* de **Wellum** & cæteri homines ſui quondam tenuerunt. De dono *Radulphi* de *ſancto Georgio*, totam medietatem illius **Moꝛtone**, quæ proxima eſt dictæ villæ de **Bomeſhill**, ſcilicet totam terram illam quam *Hugo* de **Stretton**, & cæteri homines ſui quondam tenuerunt. De dono *Radulphi* de **Hertfoꝛd** totam terram quam habuit in **Okering**. De dono *Radulphi* de **Furnell**, totam terram illam quam tenent de dono anteceſſorum ſuorum in **Bomeſhill**. De dono *Radulphi* filii *Rogeri* de **Mareſey** quandam partem terræ, & prati in **Hocton** cum aqua de **Hiddell**, quantum terra illa ſe extendit. De dono *Hugonis* filii *Radulphi* totum dominicum ſuum in **Birketon**, **Wilegby**, **Walesby** & **Bettoꝛp**. De dono *Willielmi* filii *Willielmi* terram quam tenent in **Bettoꝛp**. De dono *Johannis* **Burdon**, totam terram quam tenet in **Mapelbec.** De dono *Eliæ* de **Whittechurch**, & *Idonæ* uxoris ejus, tres bovatas terræ in **Belum.** De dono *Thomæ* de **Rolleſton**, terram quam habent in **Belum.** De dono *Lancelini* **de Stoks**, & *Amiciæ* uxoris ejus, medietatem manerii de **Albeney.** De dono *Hugonis* **Folenfant** & *Ricardi* **Folenfant** quandam terram in *Mortonia.* Et de dono *Roberti* filii *Waltheſſi* de **Porneſhalle** medietatem villæ de **Brithrithefeud.** Quare volumus & firmiter præcipimus (*&c.*) Concedimus etiam & hâc Chartâ noſtrâ confirmamus eiſdem Abbati & Monachis, omnes donationes quas *Gilbertus* quondam comes *Lincolniæ* eis fecit, & quas *Henricus* quondam Rex *Angliæ*, avus noſter eis confirmavit, ſcilicet totum manerium de **Ruchford**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam terram cum pertinentiis quam habent in **Bartone**, de dono ejuſdem comitis, & duas bovatas terræ in **Wilegheby**, & donationes quas *Hugo* de **Muſcampo**, *Adam Tiſun*, *Willielmus Tiſun* filius ejus, & *Galfridus* de **Stanton** eis in elemoſinam fecerunt, & nominatim quinque bovatas terræ in **Belum**, & donationes quas *Malgerus* de **Rolleſton**, & homines ſui de **Belum**, & *Radulphus Silvan* & homines ſui de **Belum**, & *Galfridus* de **Eytring**, & *Roſcelinus* & *Radulphus* frater eis fecerunt in **Roage** & etiam terram illam quam tenent de dono *Radulphi* de **Hocreton** quæ vocatur **Wodehuſe.** Et quod idem abbas & monachi habeant & teneant omnes libertates, & liberas conſuetudines & quietantias ſuas cum *ſocka* & *ſaca*, **thol** & **theam**, & **infangenetheof**, & quod quieti ſint & liberi de omnibus terrenis conſuetudinibus, ſervitiis, auxiliis, aſſiſis, placitis, querelis, danegeldis, & murdro, pontagio & paſſagio ſicut in chartis præfati *Henrici* Regis quas inde habent continetur, & ſicut hucuſque rationabiliter uſi ſunt.

Et quia accepimus, per inquiſitionem quam per dilectum & fidelem noſtrum *Galfridum* de **Langole** juſticiarium noſtrum foreſtæ fieri fecimus, quod præfati abbas & monachi de **Rufford** à tempore præfati *Henrici* Regis avi noſtri, liberè & in pace capere ſolebant viride in boſco ſuo qui eſt infra regardum in foreſta noſtra de **Shirewood**, & quicquid eis neceſſe fuerit ad uſus proprios, & ad omnia eſtoveria ſua tam ad omnes grangias ſuas infra foreſtam & extra quam ad abbaciam ſuam de **Ruchford**, & quod habent proprium foreſtarium ſuum ad cuſtodiendum prædictum boſcum ſuum, qui faciet nobis fidelitatem coram foreſtariis & viridariis, & habet poteſtatem liberandi eiſdem abbati & monachis viride in dicto boſco ſuo ad omnia neceſſaria ſua prædicta liberè & in pace, Ita quod idem foreſtarius præſentabit ad omnia attachiamenta coram foreſtariis & viridariis ejuſdem foreſtæ, captionem lignorum captorum per dictos monachos ibidem prout moris eſt: Nos pro nobis & hæredibus noſtris, volumus & concedimus, quod iidem abbas & monachi hujuſmodi libertatibus & conſuetudinibus liberè & quietè utantur, & de cætero eas teneant, ſicut in charta prædicti *Henrici* Regis avi noſtri quam inde habent teſtatur, & ſicut hucuſque uſi ſunt, Hiis teſtibus, *Guidone* de **Lezingnian** fratre noſtro, magiſtro *Willielmo* de **Bilkni** (*&c.*) Datum per manum noſtram apud **Wodeſtock** quarta die Februarii, anno regni noſtri triceſimo ſexto.

Inſpeximus cartam quam dilectus & fidelis noſter *Johannes* de **Weſcy** fecit fratri *Thomæ* de **Stayngrene** abbati de **Rufford**, & eccleſiæ ſuæ ſanctæ *Mariæ* de **Rufford** & monachis *Ciſtercien.* ibidem Deo ſervientibus *&c.* Octo bovatas terræ in villa de **Roderham**, & totum dominium meum totius manerii mei de **Roderham.** cum omnibus pertinentiis, & advocationem medietatis eccleſiæ ejuſdem manerii de **Roderham**, Habendum & tenendum eiſdem abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus cum homagio & ſervitio *Thomæ* de **Furnivall** & hæredum ſuorum de terris & tenementis quæ prædictus *Willielmus* de **Weſcy** pater meus dedit *Willielmo* de **Furnivall** avunculo ipſius *Thomæ* in **Roderham**, & cum homagio hæredum *Guillielmi* de *Cantilupo* de terris & tenementis quæ idem *Willielmus* pater meus ſibi dedit in eodem manerio, & cum toto jure quod habuit, vel habere potuit in terris & tenementis quæ *Hugo Fraſſel* de **Roderham** quondam perſona eccleſiæ de **Penyeſton** tenuit de feodo meo in **Roderham**, & cum homagio *Willielmi Lovel* filii *Willielmi Lovel* pro tenemento quod de me tenuit in **Roderham**, & in molendino villæ ejuſdem, & cum homagio, & ſervitio hæredis *Johannis* de **Lexington** quæ michi debebant pro terra quæ aliquando fuit *Radulphi Tilly*, & cum homagiis & ſerviciis aliorum liberorum hominum, conſuetudinibus, ſerviciis, redditibus, & cum catallis & ſequelis villanorum, & cum wardis, releviis, & eſcaetis qualecunque modo accidere poterunt, terris & tenementis, pratis, paſturis, boſcis, aquis, ſtagnis, piſcariis, molendinis, furnis, & ſectis molendinorum & furnorum, ſectis & exitibus curiarum, & cum dominio medietatis mercati & feriæ de **Roderham**, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, & rebus aliis tam nominatis quam non nominatis ad me ibidem pertinentibus. Præterea per hanc eandem cartam, concedo & confirmo pro me & hæredibus meis, prædictis monachis, & eorum ſucceſſoribus, quod liberè poſſint ſibi appruiare terras & tenementa & redditus liberorum hominum villanorum de eis tenentium in prædicto manerio de **Roderham**, ſine calumpnia mei vel hæredum meorum, exceptis homagio *Johannis* de **Dayvil** de tenemento quod *Thomas* de **Dayvil** tenet in **Anſtan**, & homagio *Nicholai* de **Lyvet** de feodis quæ de me tenet in **Hoton** juxta abbatiam de *Rupe*, qui michi & hæredibus meis retineo. Omnia alia prædicta tenebunt & habebunt prædicti abbas & monachi & ſucceſſores ſui de me & hæredibus meis in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et ego *Johannes* & hæredes mei, omnia & ſingula prædicta, ſicut liberam, puram, & perpetuam elemoſinam noſtram prædictis abbati & monachis (*&c.*) warrantizabimus. Hiis teſtibus dominis *Antonio Beekes* archidiacono *Dunelmenſi*, *Waltero* de **Cambou**, *Rogero* de **Shirland** (*&c.*)

SALTREENSIS *Abbatia* *in agro* Huntendonenſi, * *fund. A. MCxlvij.*

* Annal. de *Peterburgh* in bibl. *Cottoniana.*

Carta fundationis per Simonem Northamptonæ *comitem.*

Ex autogr. in bibl. *Cottoniana.*

Vide Pat. *6. E.* 3. part. 1. memb. 1.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus *Simon* comes de *Northamptona* ſalutem. Notum ſit tam præſentibus quam futuris me dediſſe & conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Saltreia* & monachis ibi manentibus, de ordine *Ciſtercienſi*, in perpetuam elemoſinam, ad conſtruendam abbatiam, tam eccleſiam ejuſdem villæ cum omnibus pertinentiis ſuis, (eamque pro hoc verſus *Rotbertum Lincolliæ* epiſcopum & perſonam ejuſdem eccleſiæ perpetualiter de me adquietavi ne quis in poſterum inde contra eoſdem monachos malignandi haberet facultatem aut quoquomodo eos inquietandi perciperet occaſionem:) quam totam terram meam de ipſa *Saltereia* & in boſco & in plano, & mariſco & piſcariis verſus **Witlemare** & in ipſa *Witlemari*, ſicut juratum eſt ad feudum meum pertinere, & ab anteceſſoribus meis à tempore **Cnut** regis uſque ad hoc nunc tempus meum habitum & libere poſſeſſum fuiſſe, & ſicut idem **Cnut** rex ipſum mariſcum ſingulis villis juxta mariſcum in illa parte poſitis proprium mariſcum dividi juſſit & conſtituit per *Turkillum* Danenſem qui ipſam *Saltereiam* ab eodem rege **Cnut** ſibi datam, certis terminis ac diviſis tam in boſco & plano quam in mariſco uſque in **Witlemare** & piſcariam in **Witlemare** habuit & poſſedit in vita ſua. Ita ſcilicet ut unaquaq; villa uſque ad terminos & diviſas ejuſdem *Turkilli* circa eandem *Saltereiam* in mariſco tantum de mariſco ipſo ad uſus proprios propriè haberet quantum firma terra cujuſq; villæ mariſcum contra ſe poſitum tangeret, & ſicut pater meus *Simon* comes & mater mea *Mathildis* comitiſſa & ſicut avi mei *Wallevus* comes & *Judeta* comitiſſa poſt conqueſtum *Angliæ* diebus ſuis ipſam *Saltereiam* eiſdem terminis ac diviſis quibus *Turkillus* Danenſis per donationem regis **Cnut** eam habuerat, in boſco & plano & mariſco certis diviſis uſque in **Witlemare** & piſcationem in **Witlemare** jure hæredetario habuerunt & poſſederunt, cum omnibus libertatibus quas habuit villa eadem temporibus prædictorum anteceſſorum meorum, & omnibus aliis appendiciis ſuis, per terminos ac diviſas ſuas, ſicut fideles homines mei liberi & ſenes & in eadem villa nati, coram *Alexandro Malfe* per cujus manum prædictos monachos de tota *Saltereia* inſaiſiavi juraverunt & propriis corporibus probare voluerunt, prædictos anteceſſores meos & ſub ipſis ſe & patres ſuos à tempore **Cnut** regis ipſam meam *Saltereiam* integre tenuiſſe, ſicut & iſdem *Alexander Malfe* ſcripto ſuo quod de eorum juramento atque reſponſo fieri volui, ne oblivioni traderentur, teſtatur.

His ſcilicet terminis ac diviſis nominatim. A **Slackemere** directe ut corda tendi poteſt uſque ad ſummitatem collis ſuper diviſam inter *Saltereiam* & aliam *Saltereiam*, ita quod quicquid de boſco infra cordæ tenſitudinis rectitudinem verſus meam *Saltereiam* fuerit, mei juris eſt, & ad illam meam *Saltereiam* pertinet. De ſummitate collis per medium parvum pontem de *Saltereia* & per medium **Stanchille.** Inde in directe per medium **Grundleſemere.** Inde verò rectitudine qua corda tendi poteſt uſque in **Swerord** in exteriori loco ſuper **Witlemarebanc.** Hac diviſa extitit terra mea temporibus anteceſſorum meorum à terra aliorum dominorum verſus occidentem in ſicco & in mariſco diviſata. A **Swerord** verò ſuper **Witlemarebanc** debet homo ad hoc electus ſuper pedes ſuos quo profundius potuerit intrare, & dum ultra ire nequiverit, avirunatum unum octo pedibus longum introrſus de diverſo lanceando propellere, & à loco quo avirunatus ille tranſnatare deſierit, ſpacium quadraginta pedum per cordam debet menſurari, ibique ſignum in aquam infigi à quo ſigno in directè ut corda tendi poteſt uſque in **Chelfremerebeche.** Totum verò illud ſpacium quod de ſigno illo ultra **Witlemare** uſque in **Chelfremerebeche** in parte fuerit auſtrali cum omni in ea parte adjacenti mariſco, feudi & juris mei eſt ad *Saltereiam* meam pertinens, per quod prædicti anteceſſores mei omnes à tempore **Cnut** regis uſque ad hoc nunc tempus meum navicellæ unius piſcationem ad eandem *Saltereiam* pertinentem in **Witlemare** habuerunt & poſſederunt, quam & ego jure hæreditario habere & poſſidere debeo, & ſic de **Witlemare** per in longum **Chelfremerebeche,** & **Chelfremere,** & **Abbemerelade,** & **Abbemere,** & **Birchmere** uſque ad ejuſdem maris exitum verſus **Waltune.** His enim aquis à **Swerord** in **Witlemare** uſque ad exitum de **Birchmere** verſus **Waltune** cingitur & ſeperatur mariſcus *Saltereiæ* meæ proprius a mariſco abbatum de **Burch** & de *Torneia* & de *Rammeſia* verſus aquilonem & orientem. Ab illo verò exitu de **Birchemere** indirectè per tranſverſum mariſci uſque ad tertium haſſocum à firma terra in aquilonali fine de *Higgeneia*, & ſic deinde per omnem tertium haſſocum à firma terra inter mariſcum & *Higgeneiam* verſus occidentem per **Denes** & per **Athotes** uſque in foſſato *Edwini* firmæ terræ in heremitorio propinquiori, & ſic per idem foſſatum & per **Higgeneielade** uſque ad **Wilewenestubſtede.** Inde ad **Waltuneholm.**

His diviſis undique circumcingitur & ſeperatur mariſcus meus ad eandem *Saltereiam* proprie pertinens ab aliorum mariſco, à ponte de *Saltereia* uſq; ad **Waltuneholm** cum aquis quæ infra ſunt, & ad ipſam *Saltereiam* pertinent. Inde per diviſam uſque ad **Fiſhereſmere.** Inde circa boſcum ſicut *Judeta* comitiſſa illum ſepe circumcluſit; ſcilicet ab inde uſque circum linguam de **Walterhacche.** Inde indirectè uſque ad **Pilleſrodeſende,** & ſic per deforis **Holeſtoc,** ad **Derneheigate.** Inde ad **Stangate.** Inde ad **Grenehirſt:**

hirſt. Inde ad **Coupmannefordemer** uſque ad **Preſteſcroft** per quercus exteriores, & ſic per inter campos de *Saltereia* & **Coupmanneferdemere** uſque itidem in **Slackemere.**

His itaq; terminis ac diviſis dedi prædictis monachis totam *Saltereiam* meam, cum omnibus libertatibus & appendiciis ſuis & rebus prænominatis, & conceſſi & præſenti carta confirmavi, quibus eam habuerunt & poſſederunt anteceſſores mei prædicti. Quare volo ut hæc omnia habeant & teneant & poſſideant, in puram & perpetuam elemoſinam bene & in pace quiete & honorifice pro ſalute animæ meæ, & patris mei , & matris meæ, & uxoris meæ, & liberorum meorum, & omnium parentum meorum, libera & quieta & ſoluta de omni terreno ſervicio, & omni temporali exactione & omni ſeculari conſuetudine verſum me & hæredes meos & omnes homines, ſicut & ego vel pater meus & mater mea, ſeu *Wallevus* Comes & *Judeta* Comitiſſa, vel quiſquam anteceſſorum meorum cujuſlibet Regis tempore ipſam *Saltereiam* meliùs & quietiùs, propiùs ac liberiùs, longiùs & latiùs, per terminos prænominatos tam in boſco & plano, & mariſco & piſcaria in **Witlemare**, unquam habuimus & tenuimus, & ante Conqueſtum *Angliæ*, vel poſt, jure hæreditario poſſedimus.

Sciendum vero quod *Willielmus* Rex *Angliæ* adquiſitor, per neptem ſuam *Judetam*, Comitiſſam, quæ villam illam ſpecialiter amavit & frequentavit, ipſam *Saltereiam* ab omnibus regiis conſuetudinibus abſoluit, etiam de murdris & Danegeldis, & omnibus aliis, ſic & filii ejus poſt eum rex *Willielmus* & rex *Henricus*, unde nec ſiram petit nec **hundres**, fractos pontes non reſtaurat, ad foreſta diſſoluta vel facienda nova non adjuvat. Ad bellum commune nec hominem, nec arma, nec ſuſtentationem aliquam præbet. Vicecomitum vel juſticiariorum ſeu præpoſitorum aut Foreſtariorum quorumlibet vel Regis miniſtrorum nullus præter foreſtarios & miniſtros anteceſſorum meorum à tempore quo *Wallevus* Comes neptem Regis *Willielmi Judetam* in matrimonio accepit, & præter miniſtros nunc meos de boſco ſive de beſtiis ſeu de rebus quibuſlibet ad *Saltereiam* pertinentibus terminis prædictis compreheniſis, ſe quicquam intromiſit. Prædictorum etenim tempore Regum anteceſſores mei omnes cujuſque generis beſtias agreſtes infra terminos prædictos inventas liberè capiebant. Canum in ea pedes nunquam truncabantur. Qui cum quadriga vel traga aut onere per licentiam foreſtarii de boſco ſuiſſet egreſſus, inter boſcum & illius hominis domum eum nullus inde inquietare vel diſturbare auſus fuit per viam. Reos infra terminos prædictos interceptos ad ſiram vel **hundres** non mittit ſed infra ſe præſente Curia domini ſui judicium de eis facit & juſtititiam. Optinuit enim eadem Comitiſſa *Judeta* ab avunculo ſuo Rege *Willielmo* concedentibus hoc poſt eum filiis ſuis Regibus *Willielmo & Henrico*, villam illam cum multis aliis libertatibus habere in ſe **ſake** & **ſoke**, **Tol** & **Tem** & **infanganthef**, nichilque conſuetudinis temporalis vel ſervicii ſecularis cuiquam hominum exhibere, niſi tantum Dominis ſuis anteceſſoribus meis & michi illorum nunc hæredi. Si quis verò in poſterum de quibuſlibet horum ſive de foſſatis ſuis quæ juſſi eos facere circa loca & habitacula ſua, & de abbatia ſua uſque in **Witlemare**, ſeu ad quamlibet aquarum quæ mariſcum quem eis dedi â mariſco abbatum de **Burch** & *Torneia* & *Rameſeia* dividit, infra terminos prænominatos prout ſibi viderint melius congruere, prædictos monachos inquietaverint, ego & hæredes mei eos & hæc omnia eis warentizabimus & manutenebimus & defendemus ſicut de eo debemus quod me jubente fecerunt in ſuo proprio & meo feudo. De placitis eciam omnibus quæ de horum quovis contra eos emerſerint, ad baronatum meum eos defendere pertinet. Hanc autem donationem & libertatem & confirmationem Deo & ſanctæ *Mariæ* & prædictis monachis verſus omnes homines warentizabimus. Hoc autem totum factum eſt per manum abbatis de *Sartis*. His Teſtibus, *Simone* filio meo, *Waltero* abbate de *Rammeſeia*, *Henrico* archidiacono, *Hugone* capellano, *Waltero* de **Dant**, *Rotberto Grimbald*, *Rotberto Foliot*, *Turgiſio* de *Avarencis*, *Radulfo* de *Normannevilla*, *Hugone Grimbald*, *David* de **Eſſebi**, *Willielmo Olifard*, *Geroldo* de *Normannevilla*, *Alexandro Malſe*, *Ricardo Wallenſi*, *Gilleberto* de *Bloſmevilla*, *Simone* de *Latur*, *Toma* fratre ejus.

Carta *Malcolmi* Regis *Scotiæ* de ſundatione ejuſdem.

Ex autographo in bibl. *Cottoniana.*

M. Rex Scotiæ *epiſc. abbat. juſticiariis, comitibus, vicecomitibus, baronibus, miniſtris, & omnibus probis hominibus totius regni ſui & honoris de* **Huntedune** *clericis & laicis ſalutem. Sciant tam poſteri quam præſentes me dediſſe & conceſſiſſe, & per hanc meam cartam confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *& monachis ordinis* Ciſtercii *qui ſunt de domo de* Sartis, *in perpetuam elemoſinam, ad abbatiam conſtruendam, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, totam* Saltreiam *cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco & in plano, in pratis & aquis, & paſturis, & mariſcis, & omnibus aliis rebus ſicut eam tenuit bonæ memoriæ* David *Rex avus meus, & ſicut eam reddidit michi* Henricus Rex Angliæ *cum aliis rectis meis de* **Huntedune.** *Quare volo* (&c.) *His Teſtibus,* Herberto *epiſcopo* Glaſt. Waldevo *abbate de* **Melros**, Ernaldo *abbate de* Ruchb. Osberto *abbate de* **Jeddewrd**, Waltero *cancellario*, Adam *capellano de* Rochb. Nicholao, Osberto *clerico*, Willielmo *fratre meo*, Waltero *fil.* Alani, Richardo *de* Morevilla, Rand. *de* Sulis, Willielmo *de* Morevilla, Willielmo *de* Sumervilla, Liolfo *filio* Maccus, Ormo *filio* Eilavi, David Olifard, Roberto Freb. David *de* Boevilla, H. de **Perci.** *Apud* **Rocheſburg.**

De fundatione ejuſdem & terrarum bundis.

Ex regiſtro cartarum abbatiæ de *Ramſey* ex parte Rememoratoris regis in Scaccario. fol. 36. b.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus *Alexander Mauſe* ſalutem. Sciant omnes hoc ſcriptū atteſtationis meæ videntes audientesque, quando dominus meus *Simon* comes *Northamptoniæ* dedit monachis ordinis *Ciſterciensis* pro conſtruenda abbatia, in perpetuam elemoſinam, totam terram de *Saltreia* in boſco & in plano & in mariſco per proprias diviſas cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus & quitantiis & omnibus aliis rebus prout melius & liberiùs & largiùs & longius ipſam *Saltreiam* tenuit ipſe & habuit, vel patre ejus *Simon* comes, vel avus ejus & avia, *Waldevus* ſcilicet comes, *Judeta* comitiſſa, & ſicut *Turchillus Daneys* cum *Hurogonda* uxore ſua & alii prædeceſſores ſui habuerunt & tenuerunt, & ſicut *Wlferus* Rex qui monaſterium de Burch fundavit cartâ ſuâ quam de illa fundatione fecit, mariſcum cum ſtagnis & lacis, Chelwremare & Witlemare & aliis quam plurimis ad hoc pertinentibus dimiſit, ipſam *Saltreiam* monachis prædictis dedit per proprias diviſas, & carta ſua confirmavit. Unde idem *Simon* comes monachorum paci & quieti & libertati providens, ut quamdiu hoc ſæculum duraverit ſciatur quomodo ipſam *Salteriam* vel ipſe vel anteceſſores ejus liberiùs & longiùs & largiùs tenuerit, præcepit mihi & *Ricardo Walenſi*, qui per ejus præceptum prædictos monachos de ipſa *Saltreya* inſaiſavimus & tradidimus, ut faceremus homines ejuſdem villæ jurare, quod verum dicerent, quibus terminis & diviſis & libertatibus ipſi vel patres eorum ſub dominis ſuis ipſam *Saltreyam* tenuerunt: Sicque illi jurantes & poſt juramentum conſilium ſecum habentes, & nominatim *Levetus* villæ præpoſitus qui prius juravit, & *Humfridus* de *Huptona*, & *Willielmus* de Aſpes, & *Lambertus* & alii quamplures, poſt juramentum ſic reſponderunt. Patres noſtri qui in hac villa fuerunt tempore *Turkilli Daneys* & *Huregundæ* terram iſtius villæ iſtis terminis & diviſis & libertatibus in boſco & plano & mariſco, & Wittleſmere tenuerunt, ſicut nos ab eis audivimus; & nos eorum filii ſub *Waldevo* comite & *Judeta* comitiſſa, & *Simone* comite qui filiam prædictorum *Waldevi* & *Judetæ* cum toto feudo, per donationem regis *Williel.* qui *Angliam* adquiſivit, in matrimonio accepit, & ſub *David* rege *Scotiæ*, qui eandem eorum filiam *Matildam* poſt mortem *Simonis* comitis domini ſui in matrimonium accepit, tempore Regis *Henrici*, & huc uſque ſub domino noſtro *Simone* comite, priore *Simonis* comitis filio, tenuimus, & ita terram iſtam ſupradictis dominis tentam eſſe & teneri debuiſſe, modo quem lex patriæ ſervaret, præſto eſſemus dirationare, ſi opus eſſet, & ſecurè dirationare poterunt qui eam poſt nos tenuerunt & habuerint.

Hiis ſcilicet terminis tam de tota terra quam de toto boſco quæ vocatur Ewingeſwode & mariſco, & parte de Witchleſmere, quibus terminis & diviſis prædictorum dominorum tempore, & patres noſtri & nos *Saltreiam* tenuimus; ſcilicet de Slakemare ut antiquitùs dicebatur, quod ibi poſſunt quatuor domini ſuper terram ſuam ſedere, & de uno ſcuto comedere, inde uſque ad ſummitatem collis corda tendatur, & quercus omnes quæ extra cordam inde ad diviſum ſupra collem prætenſam fuerint ad *Saltreiam* ſint pertinentes; & ſic per magnum diviſum quod eſt inter *Saltreiam* & Saltre ultra collem uſque ad permedium pontis parvi de *Saltreia*; & inde uſque per medium locum qui dicitur Stonehille in directum, & inde in directum uſque ad Grundeleſmare per medium, & inde rectitudine quâ corda tendi poteſt uſq; in exteriorem locum Swerdeſhorde ſuper Witchleſmere.

Hoc eſt diviſum antiquitùs conſtitutum inter paludem de Saltre, & inter paludem de aliis villis a parte occidentali; ibi ſcilicet in Swerdeſhorde ſuper Witchleſmere homo ad hoc electus infra aquam quò profundiùs poterunt intrare pedibus debet, & tunc amrimatum unum octo pedibus longum de deverſo ſe tota vi lanceando propellere, & quantum tranſnataverit cum addito adhuc ultra ſpatio quadraginta pedum, quo ſignum fieri debet tantum de Witchleſmere uſque Chelfrebecche verſus auſtrum cum omni in ea parte adjacente mariſco, inter comit. eſt quod habuit *Turkillus* & *Huregunda*, *Waldevus* comes & *Judeta* comitiſſa, *Simon* comes cum eorum filia *Matilda*. Rex etiam *David* cum eadem *Matilda* unam naviculam piſcantem in Witchleſmere dirationatam. Præter hæc omnes piſcatores ejuſdem maris, qui retia ſua in hac parte maris ſiccabant, de captura ſua ſæpiùs in anno prædictis dominis præſentationem congruam faciebant. Hoc & oculis noſtris tam de navicula quàm de piſcatione & præſentatione vidimus, & ſic ab orientali parte de Witchleſmere, id eſt ab exitu verſus *Rameſiam* per Cheluremerebecche uſque ad Cheluremere, & inde per *Ulbermerelada* uſque per de foris Ulbemere & Berchemere, ſcilicet ad exitum ejuſdem Birchemere verſus Walton, & ab illo exitu per tranſverſum paludis uſque ad tertium haſſocum a firma terra, & in aquilonari fine de Hygeney, & ſic per omnem tertium haſſocum à firma terra circa Hygeney per denes-Hutſhites uſque in interiori foſſato *Edwini* heremitæ verſus Higeney, ultra quod prædictus heremita pontem vertentem fecit: nam exteriùs quidem foſſatum in mariſco de Saltre pro paſtoribus domum ſuam comburere volentibus cepit, ſed prohibentibus & fugantibus eum inde hominibus de Saltre non profecit donec *Berengarius* 'Engayne illud foſſatum uſque in mariſco de Saltre ei pro numine ſuo facere permiſit; & ſic per illud interius foſſatum exterius in Hygeney-lade, & per Hygne-lade uſque ad Wilwedeſtoc ſuper *Hygeney-lada* prope terram, & ſic per omne tertium haſſocum uſque ad Walton-holm, & ſic per diviſum quod eſt inter terras de Saltre & Walton uſque ad boſcum per intra Fiſſereſmere.

De hiis diviſis hic nominatis ſciendum eſt, quod tempore Regis *Henrici* primi orta eſt inter nos & homines de Walton diſcordia, unde die conſtituto ad Wylawe convenimus, & alternatis rationamentis utentes, & nos noſtris & illi ſuis conſiliis adquieſcentes, ne inde lis vel diſcordia oriretur inter nos, ita terminos noſtros certificavimus; hominem unum ſtatuimus pro ſigno in medio diviſi ſub boſco contra Fiſſereſmere, & alium ad Strache & tertium ad Walton-holm, & quartum ad Wilwedeſtok ſuper *Hygeney-lada*, & ſic de homine primo per ſingulos ad quartum in directum ambulantes, & ſicut ambulavimus ſic diviſum inter nos & illos eſſe conceſſimus, cum prænominatis diviſis inter mariſcum noſtrum & ſuum ultra Hygeney verſus maria, ſicque nos & illi ad Wilawe bene pacati diſceſſimus. De Fiſſereſmere verò circa boſcum, ſicut *Judeta* comitiſſa illud boſcum circumcluſit ſepe, & eſt de ipſo Fiſſereſmere per diviſum inter boſcum de **Saltre**, & boſcum de **Waltone** uſque ad amulingum de **Waltonhacch**, & inde in directum rectitudine qua tenditur corda uſque ad **Pilleſcodeſhude**, & de **Pilles** uſque ad **Holeſtock** ad **Derneley-gate**, & inde uſque ad **Stangate**, & inde uſque ad **Grenehyrſt**, & inde per **Stangate** uſque **Copmanfordemere**, inter boſcum de **Copmanfordemere** & boſcum de **Saltrey** uſque ad **Epaſelcroft**, per quercus exteriores, & inde per viam quæ dividit campos de **Saltrey** & **Copmanfordeſmere** uſque ad **Slakemere**.

Hiis terminis ac diviſis quibus *Turkillus Daneys* **Saltre** certificavit & munivit, qui quia & cenſu ſuo & expenſis ſuis tantum de mariſco uſque in **Withleſmere** per diviſas prænominatas, & partem de **Withleſmere** & piſcationem, ut prædictum eſt, ſibi adquiſivit, & diſaiſavit, & in vita ſua cum pace tenuit, quantum de ſicca terra habuit, & poſt eum tenuerunt & habuerunt per eaſdem diviſas benè & in pace & abſque omni diminutione prædicti domini *Waldevus* comes & *Jueta* comitiſſa, *Simon* comes & eorum filia *Matilda* comitiſſa, *David* rex *Scotiæ* cum eadem *Matilda*, & ſub ipſis patres noſtri & nos uſque ad hunc diem eam tenuimus liberam & quietam verſus omnes homines de omnibus ſervitiis & exactionibus univerſis præter tantum verſus dominos noſtros prædictos, libera & quieta extitit hucuſque villa ſub ipſis de omnibus regni conſuetudinibus & exactionibus, & de murdris & de danegeldis, ne quis ſchyram vel **hundred** petunt vel ad pontem fractum de **Huntedon** pro reſtauratione quicquam exhibuit, rei in ea inventi infra eam judicabantur, & juſti omnia patiebantur, canum pedes in ea nunquam truncabantur, vicecomitum vel juſticiariorum ſeu præpoſitorum aut foreſtariorum quorumlibetve regis miniſtrorum nullus, præter foreſtarios & miniſtros prædictorum dominorum noſtrorum, de boſco ſive de beſtiis ſe quicquam intromiſit.

Scientes quod *Willielmus* rex *Angliæ* adquiſitor pro neptis ſuæ comitiſſæ *Jobetæ* amore, *Salteiam* quam illa ſpecialiter amavit & frequentavit, ab omnibus regiis conſuetudinibus abſolvit, & omnibus exactionibus liberam & quietam eſſe fecit & conceſſit. Hoc idem fecerunt & conceſſerunt poſt eum filii ejus rex *Willielmus* & rex *Henricus*; unde & prædictorum tempore regum domini ſundi cervos & cervas & omnes agreſtes beſtias infra terminos prædictos inventas eorundem regum conceſſione, & donatione, retibus & canibus & modis quibus volebant, libere capiebant, ſed & infra terminos inventas & extra eorum venationem egreſſas libere perſequebantur & capiebant, ubicunque attingere poterant. Hanc libertatem habebant domini ſundi non ſolum a *David* regis tempore, ſed etiam a conqueſtu *Angliæ*, quando de boſco noſtro homines cum quadrigis vel tragis ſeu oneribus per licentiam foreſtariorum exibant inter boſcum & eorum domum, nullus eos inquietare vel viam prohibere auſus fuit prædictorum tempore regum, infra prædictas diviſas per regem **Cnud** a *Turkillo Daneys* in ſicco & mariſco conſtitutas, & a *Waldevo* comite & *Joeta* comitiſſa, & *Simone* comite & *Matilda* comitiſſa, & *David* rege & eadem *Matilda* comitiſſa, & domino noſtro *Simone* comite libere habitas & poſſeſſas liberè potuimus falcare & fodere, & per foreſtam domini noſtri ligna cædere, & omnia nobis neceſſaria perquirere: extra verò hos terminos hoc, ſine aliarum villatarum licentia facere non potuimus, ſicut nec ipſi infra noſtros ſine noſtra licentia potuerunt, nec in mariſco pluſquam in boſco; ſic enim *Turkillus* per regem **Cnud** conſtituit, ut nulla villata in alterius mariſco foderet vel falcaret ſine licentia; villis enim ſingulis juxta mariſcum poſitis, per juſſum regis **Cnut** ipſe mariſcum diviſit, & quantum unaquæque villa de mariſco in proprium habere debuit; ut videlicet quantum unius cujuſque villæ ſicca terra de mariſco tangeret, tantum uſque & terminos manerii ſui de **Saltre** prenominatos, unaquæque villa in proprium haberet, tam pro paſtura ad paſcendum, quam ad falcandum ad fodiendum. Paſtores vero noſtri ſuper exteriores haſſoccs verſus **Walton** inter pratum & mariſcum debent ſtare & animalia ſua uſque ad pedes ſuos venire permittere.

Pro nimiis verò & multis perturbationibus quæ per paſtores inter villas acciderant, milites vicini hoc noſtro tempore convenerunt; ſcilicet, *Berengarius* **Engayne**, *Hervæyus le* **Moygne**, & *Euſtachius* de **Waltone**, & dominus de **Cunytune**, & dominus de **Glattone**; & ut paſtura eis eſſet omnibus communis, id eſt, cornu ſub cornu pro pace & concordia inter ſe tuenda, per ſe ſine ſcitu & permiſſu aliorum dominorum conceſſerunt. Hoc autem ſciendum, quod homines abbatis de **Thorney**, nihil omnino habere debeant in auſtrali parte de **Withleſmere** ſive **Cheltiremerebeche** vel **Chelunmere**, nec quicquam proprium ibi unquam habuerunt. *Robertus* vero abbas de **Thorney** jure loquens, cum de communione paſturæ verba apud aliquos moviſſet, die ſtatuto convenerunt contra eum ad **Withleſmerewilen** validi & homines de **Saltrey**, *Hervæus le* **Moygne** cum ſuis de **Saltrey**, & ex ſingulis villis ex hac parte poſitis multi alii qui cum in aquilionali parte de **Beche** ſedens inde abbas ille cauſaretur, ut noſtrorum in auſtrali parte **Beche** ſedentium rationamentis & veris antiquitatis oſtenſionibus ſuis cauſatio adnullaretur, in hoc gaudebant, quod eorum rationamentis ſuum eſſe mariſcum in parte tantum aquilonali uſque **Chelumerebeche** advertit; ſicque diſcedenti ab omni cauſatione, vera rerum oſtenſione deinceps omnino ceſſanti, *Hervæus le* **Moygne** pater *Oliveri* dixit abbati *Roberto*, *de aliorum paupertate hic tuas divitias non potes multiplicare*; ſicque diſceſſit, & quia tunc rerum veritatem didicit, ejus cauſatio inde adnullatia remanſit, nec inde nos ultra convenire voluit. Præter hoc nullis prædictorum dominorum temporibus nunquam inde cauſationem à quoquam hominum audivimus, neque patres noſtri à tempore *Turkilli Daneys*. Hiis itaque terminis & libertatibus tenuerunt & habuerunt *Salteriam* prædicti domini noſtri uſque ad diem hunc, & hæc ita fuiſſe, ſi fuiſſet opus propriis corporibus probaremus, & ſecurè probare poſſunt, qui eam poſt nos habituri & poſſeſſuri ſunt. Poſt juramentum quod prædicti homines ſub boſco ad **Stangate** fecerunt

fuerunt

runt, hoc reſponderunt. Hiis igitur terminis & diviſis & omnibus libertatibus juſſu domini mei *Simonis* comitis, monachis de *Saltreia* in ſaiſinam tradidi in perpetuam elemoſinam poſſidendis, & in abbathiam conſtruendam. Sed quoniam nova vetera a memoria expellunt, & per veterum negligentiam alii aliena ſibi quaſi in juris poſſeſſionem convertunt, ne monachos nuper inſaiſiatos aliquis de hiis, quæ infra terminos prænominatos perceperunt inquietet, in monaſterio de **Burch**, quod quidem multis annis antequam *Thorneya* vel *Rameſia* vel *Croylandia* fundata fuit, quæſitum eſt, & in Carta *Wlferi* Regis, qui illud fundavit, inventum, quomodo mariſcus etiam ab initio Chriſtianitatis fuit diviſus, in qua Carta confirmante Papa *Agathone* præcepit idem Rex ut abbas de **Burch**, & habitatores *Huntingdonienſis* provinciæ debeant & mariſcum & aquas medium partiri. Cum enim terminos eorum ab aqua quæ *Bradenea* nomine vocatur, uſque ad **Pakkelode** deſcripſiſſent, præcipit & ſic in medium partitis ſtagnis plurimis & immenſis paludibus cum habitatoribus *Huntingdonenſis* provinciæ, una cum ſtagnis & lacis **Chalveremere** & **Whitelemere** & aliis plurimis ad hæc pertinentibus, cum terris quoque & manſionibus quæ jacent in auſtrali parte **Chalveremere**. Manu igitur mea monachos de **Saltrey** inſaiſavi, & inſaiſatione illa præſenti ſcripto ſigillo meo ſignato in ævum conteſtor, unde & hæredibus meis præcipio quod de hiis quæ dicuntur loco mei pro tuitione monachorum ſecurè faciant, quicquid ego, ſi opus fuiſſet facere debuiſſem. Huic juramento & reſponſo & inſaiſationi & traditioni præſentes teſtes in villa tunc fuerunt *Malgerus* presbiter, *Ricardus Walenſis*, &c.

Cirographum de lada monachorum apud **Walton.**

Ex regiſtro de *Rameſey* fol. 38. b.

HÆc eſt finalis concordia facta in curia domini Regis apud **Huntedon** in octavis aſſumptionis beatæ *Mariæ*, anno regni *Ricardi* tertio, coram *Gaufrido* filio *Petri*, & *Osberto* filio *Hervæi*, & *Willielmo Ruffo*, & *Michaele Beleth*, & *Willielmo* filio *Ricardi*, & *Simone* de **Pateſhill** juſticiariis domini regis, & aliis fidelibus domini regis ibi tunc præſentibus, inter abbatem de *Rameſia*, per *Walterum* de **Stivecle** ſeneſcallum ejuſdem abbatis poſitum in loco ſuo in curia domini Regis ad lucrandum vel perdendum, & abbatem de *Saltreia* & conventum utriuſque loci per *Rogerum* celerarium de *Saltreia*, & fratrem *Willielmum* monachum poſitos in loco ejuſdem abbatis in curia domini Regis ad lucrandum vel perdendum, de mariſco inter **Withleſmare** & **Albemare**, unde placitum fuit inter eos in curia domini Regis, ſcilicet quod omnes ladæ quas monachi de *Saltreia* fecerant in illo mariſco obſtupabuntur, excepta illa magna lada quæ vadit de **Withleſmare** verſus *Saltreiam*, quæ remanebit aperta, per quam ipſi monachi de *Saltreia* adducent lapides & cætera neceſſaria ad conſtructionem monaſterii ſui & aliarum officinarum ſuarum, & monachi de *Saltreia* habebunt unam parvam caſam tantum ſuper ipſam ladam, in qua adductores lapidum quieſcere poſſunt cum opus fuerit, & nullam aliam caſam nec domum in mariſco illo facient præter illam ſolam, nec arbores plantabunt, nec curtilagium, nec ladas nec trencheias ulterius facient ibi, nec patientur ut piſcatores ſui intrent in maras monachorum de *Rameſia* piſcandi cauſa; Pratum quoque quod *Willielmus Brito* ſalcare ſolebat quietum remanebit abbati & monachis de *Rameſia*. Ita quod omni tempore quo prata in defenſione eſſe ſolent & debent, fratres *Saltreiæ* averia ſua ab illo cuſtodient, nec illud ſcienter depaſci ſinent. Cuſtodient etiam averia ſua ne dampnum faciant in retibus piſcatorum de *Rameſia*, quæ ſuſpendi ſolent juxta maras de **Hulbemare** & de **Withleſmare**, & ſi dampnum fecerint fratres de *Saltreia*, ſolvent dampnum, ſicut piſcatores de *Rameſia* probare poterint per teſtes & per juramentum.

Vide ipſam Bullam Lucii. pp. in lib. MS. in bibl. Cotton. ſub effigie Cleopatræ *E.* 1.

KIRKSTALLENSIS

Abbatia in agro Eboracenſi.

MS. de orig. *Fontenſis* cœnobii in bibl. *Arundeliana.* fol. 11. b.

A. 1147.

ANNO MCxlvij. incarnationis dominicæ, homo quidam nobilis, *Henricus* de *Laceio* nomine in territorio *Eborac.* monaſterium ordinis noſtri ſuſcepit conſtruendum, aſſignat locum, erigit officinas, & mittitur ad eum monachorum conventus ſub abbate *Alexandro*. Iſte *Alexander* unus erat ex primis patribus noſtris, frater uterinus domini *Ricardi* abbatis de *Fontibus*, qui apud *Claram-Vallem* (ut dictum eſt) quievit in pace. Inter hos monachos ego *Serlo* emiſſus ſum, homo jam decrepidus, ut ipſe vides, & ætate confectus. Locus habitationis noſtræ primò **Bernolſwic** dicebatur, quem nos mutato nomine, montem S. *Mariæ* fecimus appellari. Manſimus ibi per aliquot annos multa perpeſſi incommoda famis & frigoris, tum quia turbato regno bona noſtra multoties diriperent graſſatores, tum propter aeris inclementiam, & imbrium importunitatem, qui in finibus illis, ut noſtri, & fruges deſtruunt & habitatores reddunt egenos. Diſplicuit proinde nobis locus habitationis noſtræ, & abbatia in grangiam redacta, de aſſenſu & conſilio *Henrici* fundatoris noſtri, ad locum alterum migravimus, qui nunc **Kirkſtall** nominatur. Anno xv. fundationis monaſterii de *Fontibus*, xiiij. kal. Junii emiſſi ſumus ſub *Alexandro* xij. monachi & x. converſi.

Fundationis hiſtoria.

Ex MS. in bibliotheca *Bodleiana*, inter codices per *Willielmum Cantuar.* archiep. collatos. [G. 9.] fol. 1292.

FActum eſt poſt mortem *Henrici* Regis *Angliæ* filii *Willielmi* cognomento *Baſtardi*, ut regnaret pro eo *Stephanus Bleſenſis*, nepos regis ex ſorore ſua. Tumultuante ſiquidem milite & turbato regno diadema ſibi impoſuit, fretus auxilio *Henrici Wintonienſis* epiſcopi fratris ſui.

Fuit autem in hiis diebus in provincia *Eboracenſi* vir quidam magnarum rerum & inter proceres regni notiſſimus, & nominatiſſimus, nomine

Henricus de **Lacy**, & factum eſt ut egrotare diebus multis. Compunctus homo ſub flagello Dei votum fecit domino quod abbatiam conſtrueret ordinis *Ciſtercienſis* in honore glorioſæ virginis & matris Dei *Mariæ*. Convaluit,& voti ſui non immemor abbatem de *Fontibus* mox fecit accerſiri, revelat ei propoſitum, oſtendit votum & ad abbatiam conſtruendam villam quandam nomine **Bernolſwyk** cum appendiciis ſuis donatione ſolempniter facta ei aſſignat & carta ſua confirmat.

Erat autem prædicta villa de feodo *Hugonis Bigot* comitis de **Norfolc**, quam prædictus *Henricus* tenuerat, reddendo comiti annuatim quinque marcas & unum accipitrem de ſovagio. Sed jam multis annis ceſſaverat à ſolutione. Suſcepit abbas munus oblatum de manu viri,ignorans rem eſſe litigioſam,& miſſis fratribus officinas humiles erexit ſecundùm formam ordinis, novum nomen loco imponens *Montem ſanctæ Mariæ.* Officinis igitur de more diſpoſitis, anno incarnationis domini MCxlvij. ordinatus eſt in abbatem ejuſdem loci venerabilis dompnus *Alexander* Prior de *Fontibus*, & ipſo die videlicet xiiij. kal. Junii de monaſterio *Fontanenſi* emiſſus cum monachis xij. & converſis x. ad abbatiam novam quæ *Mons ſanctæ Mariæ* dicebatur. Erat tunc temporis *Eboracenſis* archiepiſcopus bonæ memoriæ *Henricus Murdac* abbas quondam de *Fontibus* qui locum ipſum cum pertinentibus & eccleſiam ejuſdem loci ſolutam & quietam & ab omni calumpnia liberatam monachis ibidem Deo ſervientibus Pontificali auctoritate conceſſit & confirmavit.

Fuit autem eccleſia de **Bernolſwick** antiqua nimis & ab olim fundata,habens villas parochiales quatuor, videlicet *Martonam*, & aliam *Martonam*, *Bracewellam*, & *Stokam*, excepta villa de **Bernolſwyck** & duabus villulis appendentibus **Elſwynethorp** & **Brocedene**, quas amotis habitatoribus jam dicti monachi poſſidebant.Convenerunt parochiani ad eccleſiam de more diebus feſtis cum presbitero & clericis & erant moleſti monaſterio & fratribus ibidem commorantibus. Volens igitur abbas quieti monachorum & paci providere,licet minus conſultè, à fundamento eccleſiam ipſam evertit reclamantibus clericis & parochianis. Facta eſt itaque queſtio non levis de tam inſolita præſumptione,clericus ſiquidem qui rector erat & perſona eccleſiæ ipſam moleſtè ferens everſionem, abbatem & monachos coram metropolitano in jus trahebat. Tandem partibus in præſentia archiepiſcopi conſtitutis,hinc inde ad ſedem apoſtolicam eſt appellatum,ubi in preſentia domini Papæ terminatum eſt pro monachis,& parti adverſæ ſilentium impoſitum. Pium enim videbatur & dignum favore ut eccleſia caderet dummodo abbatia pro ea conſtrueretur,ut minus bonum majori cederet, & illa pars optineret in cauſa quæ uberiores proferret fructus pietatis. Pace igitur reddita & lite ſopita, utilitati monaſterii fratres quietius inſiſtebant, duplici tamen incommodo laborabant. Nam graſſatores, quia tempus guerræ erat, bona eorum frequenter deripiebant & importunitas imbrium omni ferè anno fruges eorum ſuffocabat. Sex annis & amplius ibidem manſerunt in paupertate continua & penuria victus & veſtitus. Videns abbas quod locus habitationis ſuæ minus erat idoneus monaſterio conſtruendo,cogitare ſecum cœpit de ſede mutanda & monaſterio alias transferendo.Et contigit tempore quodam ut iterum agens pro negotiis domus ſuæ, tranſierit per vallem quandam tunc temporis nemeroſam & umbroſam & nomen vallis **Aierdale**, id eſt vallis aquæ quæ vocatur **Air**, & invenit in ipſius vallis planicie fratres quoſdam in habitu religionis heremeticam vitam ducentes. Delectatus loci amenitate divertit ad eos ſciſcitans ab eis de modo vivendi & forma ſuæ religionis, unde illuc advenerint, vel quis eis locum contulerit ad inhabitandum. Reſpondit ei unus ex eis cui nomen *Seleth* & ipſe quaſi magiſter eorum. Ego inquit natus in auſtrali parte regni hujus, revelatione celitùs ad me facta huc adveni. Nam cum eſſem in terra nativitatis meæ, facta eſt ad me vox per ſompnum tertio dicens *Surge* Seleth *& vade in provinciam* Eboracenſem *& quere diligenter in valle quæ vocatur* **Aierdale** *locum quendam qui dicitur* **Birkeſtal** *ibi enim prævidebis habitationem futuram fratribus ad ſerviendum filio meo.* Et tu, inquam, dic quis ſit filius tuus cui ſervire debemus. *Ego inquit ſum* Maria *& filius meus vocatur* Jeſus Nazarenus *ſalvator mundi.* Evigilans excogitavi mecum de revelatione facta quid agerem,& jactans domino ſpem meam, relicta domo & domeſticis meis nil cunctatus, iter arripui. Eaque ducente quæ me vocavit,ad hanc vallem quam vides non ſine difficultate perveni, hic autem à paſtoribus armentariis primò accepi,locū iſtum in quo nunc habitamus **Birkeſtall** nominari. Solus eram diebus multis,radicibus victitans & herbis,& elemoſinis quas mihi chriſtiani caritatis intuitu miniſtrabant. Adjunxerunt ſe mihi poſtea fratres iſti quos nunc vides me habentes pro regula & magiſtro, vitam ducimus in commune ſecundùm formam fratrum de *Leruth*, nichil habentes proprium, victum & veſtitum quæritantes labore manuum noſtrarum. Audiens hæc abbas cogitare ſecum cœpit de ſitu loci & circumſtanciis ejus,de vallis amenitate & aqua ibidem præterfluente, de ſilvis adjacentibus ad fabricas erigendas. Et viſum eſt ei quod locus ſatis amenus eſt & opportunus ad abbatiam inibi conſtruendam.Cœpit igitur leniter monere fratres de ſalute & profectu animarum ſuarum proponens ei propriæ voluntatis periculum,paucitatem fratrum, diſcipulos ſine magiſtro, laicos ſine ſacerdote, ſuadens eos ad majorem perfectionem & ad meliorem formam religionis. Et valedicens fratribus profectus eſt ad fundatorem monaſterii *Henricum* de **Lacy**. Suſceptus ab eo cum honore condigno ſuggerit ei de negotiis domus ſuæ, de paupertate fratrum & loci incommoditate, difficultates varias & gravamina, inveniſſe ſe locum valdè accomodum & amenum, poſſe de facili rem illam in ejus dominium devenire. Miles autem qui erat dominus fundi illius vocabatur *Willielmus Pictavenſis.* Igitur de communi conſilio tractant ſecum abbas & fundator qualiter res ad effectum facilius & celerius perducatur. Abbas itaque heremitas conveniens alios ad ſe traxit ordini incorporandos, alii accepta pecunia ſuum ei jus ceſſerunt & habitationem.

Henricus de **Lacy**, *Willielmum Pictavenſem* ad ſe vocans ſuum impetravit aſſenſum,& ſopita ſimultate & diſcordia quæ inter eos extiterat facti ſunt amici in die illa.

Igitur *Willielmus Pictavenſis* ad inſtantiam *Henrici* dictum locum heremitarum cum aqua & boſco adjacente per metas & certas diviſas Deo & monachis contulit & carta ſua confirmit imperpetuum poſſidendum,ſub annuo tamen redditu quinque marcarum ſibi & hæredibus ſuis perſolvendo.

Abbas itaque ſecurus de ſede ubi locus erat commodior, baſilicam erigit in honore matris Dei ſemper virginis *Mariæ* & diſpoſitis ex ordine humilibus officinis, monaſterium ſuum, mutato nomine **Kirkeſtall** nominavit. Anno dominicæ incarnationis MClij. regnante in *Anglia* Rege *Stephāno*, preſidente ſedi *Eboracenſi* archiepiſcopo *Rogero*,xiiij. kal. Junii, Ipſa die *Potentianæ*, virginis venit conventus monachorum de ſede prima jam in grangiam redacta, ad locum qui nunc **Kirkeſtall** nominatur, locum nemoroſum & frugibus infecundum,locum bonis ferè deſtitutum preter ligna & lapides & vallem amenam cum aqua fluminis quæ vallis medium præterfluebat. Porrô aqua illa diſcriminabat limites inter feodum *Willielmi Pictavenſis* & feodum *Willielmi* de *Ramevilla.* Monachi ex aquilonari parte fluminis reſidentes, ex auſtrali plaga nullam habebant poſſeſſionem. Sed favente domino & abbate procurante terram à medio fluminis uſque ad clivum montis per certas metas & diviſas tandem ſunt adepti. Accepto igitur ferro ſucciderunt ſilvas & novalia ſibi novantes cum filiis *Effraim* fecerunt ſibi locum ad habitandum & ſpineta condenſa ad cultum redigentes quorum glebam, letis frugibus luxuriare cogebant. Et vidit dominus labores eorum & benedixit eis,& multiplicati ſunt in brevi numero fratrum & nomine poſſeſſionum.Abbas vero homo religioſus & prudens cum ſollicitudine & ſagacitate circa domus ſuæ promotionem modis omnibus invigilabat, & juſtis quantum potuit titulis dilatabat.

Aſtitit ei per omnia fundator monaſterii *Henricus* de **Lacy** nunc annonam tribuens,nunc commodans pecuniam prout domus neceſſitas exigebat. Ipſe edificiis providendis interfuit. Ipſe manu ſua eccleſiæ fundamenta jecit. Ipſe totam eccleſiæ fabricam impenſis propriis conſummavit.

Intera mota eſt controverſia ſuper grangiam de **Barnolſwyk**. Comes enim de **Norfolk** *Hugo* cognomento *Bigot* eam ſibi in dominicum vendicavit & in curia domini Regis ſibi dirationavit, & monachos pro defectu warranti per judicium curiæ fecit diſſeiſiri. Conſternatus abbas dampno rei familiaris adiit comitem ejuſque pedibus provolutus movit hominem ad pietatem, tandem convenit inter eos ut ex donatione comitis grangiam cum pertinentiis ſuſciperent tenendam de eo & hæredibus ſuis in perpetuam elemoſinam, reddendo annuatim antiquam firmam V. ſcilicet marcarum vel palefridum ad valentiam & unum accipitrem. Sed tunc annum reddiutm bonæ memoriæ Rex *Henricus* fecit amoveri, movens diligenter & inducens comitem ut pro redemptione peccatorum ſuorum grangiam dictam cum pertinentiis in puram & perpetuam elemoſinam Deo & monachis conferret, quod & factum eſt ſicut carta prædicti comitis teſtatur & confirmacio Regis quas inde habent, ita tamen quod in diebus ſuis hunc annuum cenſum ei ſolverint,poſt deceſſum ejus liberi ab omni præſtatione ſint quieti imperpetuum.

Redit ergo abbas ad propriam domum cum carta comitis & confirmatione regis, & rebus proſperè peractis benedicitur dominus in omnibus donis ſuis. Et aucta eſt domus in pecoribus in paſcuis in terris & tenementis. Et hæc locorum nomina quæ favente domino temporibus ſuis adquiſivit.

Inprimis **Bernolſwyk** cum **Elſtwynthorp** & **Brocadene** cum pertinentiis ſuis. In **Clivacher** unam carrucatam terræ cum pertinentiis ſuis, & paſturam equis & armentis amplam nimis, **Avefeld**, **Cokerick**, **Brerehay**, **Horsford**, **Alreton**, *Rondebaiam*, **Mikilthwayt**, **Thorpe**, meſſuagium in *Eboraco*, *Hotonam* & *Beſecra* cum duabus grangiis vicinis abbatiæ quæ ſunt de feodo *Willielmi Pictavenſis*.

In diebus illis erecta ſunt edificia de **Kirkeſtall** ex lapide & lignis delatis. Eccleſia videlicet & utrumque dormitorium monachorum ſcilicet & converſorum, utrumque etiam refectorium, clauſtrum,& capitulum& aliæ officinæ infra abbatiam neceſſariæ, & hæc omnia tegulis optimè cooperta Officinas grangiarum ipſe diſpoſuit & omnia foris & intus ſapienter ordinavit. Ampla nemora quæ favente Deo adquiſierat ita diligenter adquiſivit poſteris profutura, ut nil unquam ad edificandum inde ſumeret,ſed aliunde omnia comparavit.

Triginta & quinque annis præfuit monaſterio de **Kirkeſtall**, verus abbas & re & nomine, & conſummatus in ſenectûte bona homo ſenex & grandevus appoſitus eſt ad patres ſuos.

Succeſſit ei vir venerabilis dominus *Radulphus* cognomento *Hageth* monachus primo de *Fontibus* (*&c.*)

Ablata eſt ſub hiis diebus grangia de **Mikilthway** major & melior ſuſtentatio monaſterii. Rex enim *Henricus* malè ſuaſus a ſuis conſiliariis in odium *Rogeri* de **Moubray** eos fecit diſſeiſari, quia grangia prædicta fuit de feodo ipſius, & ipſam grangiam cum pertinentiis & totum feodum de **Colingham** & de *Berdeleya* dedit *Adæ* de **Brus** in eſcambium pro caſtello de **Daneby** quod dictus rex ei ante abſtulerat.

Succeſſit ei abbas *Lambertus* (*&c.*) Fuit in diebus illius pax inter fratres cum vicinis (*&c.*)

Sed ne viro deeſſet temptatio ad profectum,accidit ut miles quidam *Ricardus* nomine de **Eland** grangiam de **Clivacher** cum paſtura ſibi vendicaret. Intelligens abbas quod miles juſtè eum impetebat, advocato ſuo ſcilicet domino *Roberto* de **Lacy** ipſam grangiam reſignabat data ſibi villa de **Alkerington** in eſcambium. Hanc villam, amotis habitatoribus, redegit in grangiam uſibus monaſterii profuturam, ſi cum pace eam poſſidiſſet,ſed maligni quidam in vicinia habitantes quorum anteceſſores *Alkeringtonam* olim poſſiderant, inſtinctu diaboli ipſam grangiam cum ſupellectile combuſſerunt,& tres converſos, *Normannum Unfridum* & *Robertum* qui grangiam regebant crudeliter interemerunt. Contriſtatus abbas caſu adverſo, defunctorum Deo animas, corpora commendabat ſepulturæ. Et *Robertum* de **Lacy**, advocatum domus ſuæ expetens cauſam ſuam cum lacrimis ei commendavit. Indignatus vir nobilis ad tantam præſumptionem, aggreſſus eſt ipſos malefactores, & tam eos quam omnem cognationem eorum exulare compulit, donec ad abbatis genua provoluti, de licentia domini *Roberti* de **Lacy**, Deo & fratribus pro tam enormi peccato ſatisfecerunt, ipſam etiam grangiam pro ſe & ſucceſſoribus ſuis abjurare jurarent, quicquid juris in ea habuerunt Deo & monachis conferentes, · data inſuper pecunia pro dampnis quæ eis intulerunt.

Facta igitur pace cum adverſariis reedificat grangiam quæ corruerat, (*&c.*)

Succeſſit ei bonæ memoriæ Abbas *Helias* monachus olim de *Rupe*, (*&c.*) Nec defuit temptatio initio creationis ſuæ. Nam vir nobilis *Rogerus* de **Lacy**, advocatus ipſius monaſterii malè ſuaſus à quibuſdam, tantam erga dictum abbatem concepit indignationem quod nec videre quidem hominem, nec in ſua preſentia dignabatur admittere. Sed dominus in cujus manu ſunt corda principum & conſilia eorum, mitigavit motus ejus & rancorem illum in plenam gratiam & amorem convertit. Nam & Abbatem ipſum deinceps familiarem habuit & privatum, & negotia domus non mediocriter promovit. Abbas igitur de gratia Dei & adjutorio illius confidens, convenit Regem *Johannem* ſuper grangia de **Mikelthwayt**, quam pater ejus Rex *Henricus* olim monachis abſtulerat. Adjuvabant partes ejus *Rogerus* de **Lacy**, Conſtabularius *Ceſtriæ*, & omnes magnates Curiæ qui amici ejus erant; ſed Rex nullatenus grangiam concedere adquievit niſi manerium in cujus pertinentiis ſita erat ad feodi firmam accipere voluiſſet. Hac igitur neceſſitatte inductus prædictam grangiam cum maneriis de **Colingham** & de *Berdſeya*, ad feodi firmam de manu Regis accepit, reddendo annuatim quater viginti libras & decem, ſicut Carta Regis teſtatur.

In diebus ſuis adjecta eſt ſoca **Adel** monaſterio de **Birkeſtall** & villa de **Alreton**, ſcilicet dimidium feodi militis cum quibuſdam aliis locis.

Ablata eſt tempore ſuo grangia de **Hoton**, violentia Regis *Johannis*, Et terram de **Thorp** cuidam *Laurencio* Clerico de **Wyton** conceſſit.

Inventum eſt in Chronicis Abbatiæ de **Birkeſtall**, quod anno regis *Henrici* quarto, & anno Domini MCxciiij. menſis Auguſti die xxj. viz. cal. Februarii, obiit bonæ memoriæ Dominus *Robertus* de **Laſcy**, ſecundus fundator monaſterii de **Birkeſtall**, & ibi ſepelitur.

Carta *Henrici* de **Laci** de fundatione abbatiæ de **Birkeſtal.**

Cartæ A. 1 E. 3. n. 37.

NOtum ſit omnibus præſentibus, & futuris me Henricum *de* Laceio *dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *& abbati* Alexandro *de* **Birkeſtall** *& monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, ad ædificandam abbatiam de ordine* Ciſtercienſi, *ipſum locum de* **Birkeſtall**, & **Bernolveſwich**, *cum omnibus appendiciis ſuis in boſco, & plano, in pratis, & paſcuis, & aquis, & in omnibus quæ eiſdem terris appendent, &* Brachmeleiam, *vaccariam juxta* le Rundeheiam, *& paſturam. Et hæc eis concedo, & præſenti carta confirmo, libera, & ſoluta, & quieta ab omnibus conſuetudinibus, & terrenis ſervitiis, pro ſalute animæ uxoris meæ &* Ilberti *avi mei, &* Hawis *uxoris ſuæ, & hæredum meorum, & patris, & matris & fratrum meorum ſororumque mearum, &* Matildis *amitæ, & omnium parentum meorum, & omnium fidelium defunctorum. Concedo etiam eis, & hac carta confirmo donationem quam* Willielmus *de* Reinavilla, *& uxor ejus fecerunt eis, per conventionem, & per diviſas, & metas, quas ipſe eis ſtatuerit, & carta ſua confirmavit; Concedo inſuper eis, & hac eadem carta confirmo illam donationem terræ quam fecit eis* Willielmus *de* Hedigleia, *& uxor ejus, & filius ejus, per conventionem, & per diviſas, & metas quas idem* Willielmus *eis fecit, & ſtatuit, & ſicut ipſe, &* Robertus *filius ſuus, per cartas ſuas confirmavit; ſub eadem quoque confirmatione, eis concedo donationem, quam fecit eis* Samſon *de* Alretuna, *per conventionem, & per diviſas, & metas quas idem* Samſon *eis ſtatuit, & carta ſua confirmavit. Precor autem & præcipio omnibus hominibus meis, quatenus hunc locum, & hujus loci habitatores, & omnia eis pertinentia diligant, & honorificent, & manuteneant. Teſtes dominus* Henricus *archiepiſcopus* Eboraci, Otto *de* **Tilli**, Richardus *grammaticus*, Jordanus *frater ejus*, Richardus *filius* Gubaldi, Radulphus *filius* Nicholai, Willielmus *de* Mungei, Robertus Pictavienſis, Willielmus *de* Hedingleia, Lambertus *medicus*, Adam *Preſbiter de* Pontefracto, Arnaldus *preſviter*, Gamellus *filius* Beſing, Adam *preſbiter*, Alanus *camerarius*, Asketillus Maluuerer, Robertus *Barbu*, Henricus Gualenſis, Adam *filius* Petri, Willielmus *filius* Adelini, Hugo *de* Cleituna, Henricus Hathecriſt, Thomas *filius* Petri, Alexander *de* **Rid**.

Carta *Henrici* de **Laci** diviſas inter **Bernolveſvic** & **Blakeburneſcire** indigitans.

Ex autographo in bibl. *Hattoniana.*

Vide cart. 1 *E.* 3. n. 37, & 63.

OMnibus *ſanctæ matris filiis præſentibus & futuris* H. *de* **Laci** *ſalutem. Sciatis has eſſe rectas diviſas inter* **Bernolveſwic** *& foreſtam meam de* **Blakeburneſcire** *quas ego & homines mei per ambulavimus ea die qua tradidi* **Bernolveſwic** *cum omnibus appendiciis ſuis monachis ordinis* Ciſtercienſis *ad abbatiam conſtruendam, & prædictam* **Bernolveſwic** *per has eaſdem diviſas pecpetuo poſſidendam eiſdem monachis aſſignavi; ſcilicet per rivum qui vocatur* **Blakebroc** *& ita ſurſum ultra moram in directum uſque ad* **Gailmers**, *& ita in directum uſque ad capud de* **Cleſlaghe** *& ita in tranſverſu montem qui vocatur* **Blachou**, *& ita uſque ad* **Dregile**, *& ita per* **Dregile** *ſurſum uſque ad* **Pikevelawe** *qai vocatur* **Alaineſete**, *& de* **Pikevelawe** *uſque ad antiquum foſſatum inter* **Midhop** *&* **Colredene**. *Et ideo ne inter eoſdem monachos & hæredes meos poſſit de eiſdem diviſis aliqua in poſterum oriri contentio, hanc cartam dedi eis in teſtimonium prædi-*

ctarum diviſarum. His teſtibus, Ottone *de* **Tilli**, Osberto *archidiacono*, Jordano Foliot, Willielmo *elemoſinario*, Ketel *filio* Ulberti, Gamelino *fratre ſuo*, Ricardo *de* **Cliverhou**, Johanne *coco*.

Inquiſitio ſuper eiſdem diviſis.

Ibid.

7 *E.* 3.

INquiſitio capta apud *Eboracum* die ſabbati proxima poſt feſtum Purificationis beatæ *Mariæ* virginis anno regni Regis *Edwardi* tertii poſt conqueſtum ſeptimo, coram *Willielmo* de *Denum*, *Johanne Giffard*, *Adam* de **Hoperton**, *&* *Thoma Deyvill*, ſecundùm formam commiſſionis domini Regis eis inde directæ, & huic inquiſitioni conſutæ, in preſentia *Petri* de **Saltmerſh** vicecomitis *Eboraci* ad hoc ex parte domini Regis intereſſendi præmuniti, per *Willielmum* de **Marton**, *Petrum Gilyot* (*&c.*) juratores electos & triatos. Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum quod quidam *Henricus* de **Laſcy** quondam dominus de **Blakeburneſhire**, & manerii de **Bernolveſwik**, in fundatione abbatiæ de **Kirkſtall**, per cartam ſuam dedit cuidam *Alexandro* tunc abbati ejuſdem loci & monachis ibidem Deo ſervientibus manerium de **Bernolveſwyk** cum ſuis pertinentiis per certas metas & diviſas inter foreſtam tunc ipſius *Henrici* de **Blakeburneſhire** & manerium illud factas, quæ quidem metæ & diviſæ in eadem carta continentur & in dicta commiſſione domini Regis pleniùs annotantur. Virtute cujus donationis idem *Alexander* tunc abbas & ſucceſſores ſui abbates loci prædicti manerium prædictum cum pertinentiis per metas & diviſas prædictas habuerunt tenuerunt & inde ſeiſiti fuerunt pacificè & de jure eccleſiæ ſuæ prædictæ, & commodum & voluntatem ſuam ut in terris tenementis boſcis paſturis & aliis ad idem manerium pertinentibus ſine impedimento aliquorum ſeu alicujus fecerunt, quouſque dominus *Henricus* de **Lacy** nuper comes *Lincolniæ* tempore Regis *Edwardi* avi domini Regis nunc quendam *Hugonem* de **Grymſtun** quondam abbatem loci prædicti prædeceſſorem iſtius abbatis qui nunc eſt impedivit & ipſum per dominium ſuum ejecittam de ſolo quam de communa habendis circiter in octingentis & quadraginta acris boſci moræ & paſturæ de pertinentiis manerii prædicti infra dictas metas & diviſas exiſtentibus incipiendo ad caput de **Ellerſhaghe** & ſic uſque **Blachou**, & de **Blachou** uſque **Oxegile**, & de **Oxegile** uſque **Pykedelawe** quæ vocatur **Alaniſete** & de **Pykedelawe** uſque ad antiquum foſſatum inter **Midhop** & **Colreden**, eaque occupando & ad foreſtam prædictam ſic attrahendo quominus dictus *Hugo* tunc abbas & ſucceſſores ſui comodum ſuum de tenementis illis facere aut communam in eiſdem habere potuerunt, minus juſtè. Et dicunt quod tenementa illa per hujuſmodi impedimentum ſic ad prædictam foreſtam tracta valent per annum triginta & quinque ſolidos, ſcilicet acra obolum & non plus, quia nullum extitat ibi aliud proficuum capiendum niſi moroſa paſtura friſca pro groſſis animalibus inde paſcendis, & debilis exiſtit.

Dicunt etiam quod idem nunc abbas nec prædeceſſores ſui poſt prædictum impedimentum per dictum comitem præfato *Hugoni* abbati factum nullam communam in prædictis tenementis ſic ad dictam foreſtam tractis habuerunt, ſet inde huc uſque minus juſtè impediti ſunt. Et dicunt quod *Thomas* nuper comes *Lancaſtriæ* & *Aleſia* uxor ejus poſt diſceſſum prædicti *Henrici* comitis, ac dominus *Edwardus* nuper Rex *Angliæ* pater Regis nunc ad cujus manus prædicta foreſta de **Blakeburnſhire** poſt mortem ipſius *Thomæ* devenit, per miniſtros ſuos, necnon & domina *Iſabella* Regina *Angliæ* mater domini Regis nunc, per *Willielmum* de **Tatham** cuſtodem terrarum ipſius Reginæ de **Blakeburnſhire** & *Ricardum* de **Mercleſden** capitalem foreſtarium dictæ Reginæ foreſtæ prædictæ, hujuſmodi impedimentū de dictis tenementis ſic ad foreſtam illam tractis continuaverunt verſus ipſum nunc abbatem & prædeceſſores ſuos à tempore obitus prædicti *Henrici* comitis. Requiſiti Juratores qua de cauſa. Dicunt quod voluntariè & injurioſè & per vim dominii. Et dicunt ſimiliter jurati quod idem nunc abbas nec aliquis prædeceſſorum ſuorum jus quod habuit in prædictis tenementis ad foreſtam prædictam ſic tractis, præfato *Henrico* nuper comiti nec alicui alii domino ibidem poſtea remiſit quietum clamavit nec ſtatum ſuum in aliquo inde mutavit. Et dicunt etiam quod non eſt ad dampnum ſeu præjudicium aliquorum nec alicujus ſi idem dominus Rex nunc & præfata domina *Iſabella* Regina reſtitutionem eidem nunc abbati de tenementis prædictis ſic ad foreſtam prædictam tractis habere faciant, eo quod tenementa illa ſunt de pertinentiis manerii prædicti, & nullus habet jus in tenementis prædictis niſi dominus nunc abbas & ſucceſſores ſui ut de jure eccleſiæ ſuæ ſupradictæ. Et ſciendum eſt quod *Willielmus* de **Tatham** cuſtos terrarum prædictæ Reginæ de **Blakeburnſhire** & *Ricardus* de **Mercleſden** capitalis foreſtarius ibidem præmuniti fuerunt eſſendi captioni hujuſmodi inquiſitionis per *Petrum Giliot*, & *Johannem* de **Bolington** & non venerunt. In cujus rei teſtimonium prædicti jurati huic inquiſitioni ſigilla ſua appoſuerunt.

Hiſtoria Laceiorum.

Ex codice MS penes *Ric. Lacy* armiger.

MEmorandum quod tempore *Ethelbart* regis *Angliæ* qui cœpit regnare anno domini quingenteſimo nonageſimo ſexto, eo viz. tempore quo beatus *Auguſtinus Anglorum* apoſtolus miſſus per beatum *Gregorium* Papam in *Angliam* & fidem docuit Chriſtianam, fuerat apud **Whalley** in **Blackburnſhire** eccleſia quædam parcchialis conſtructa, in honorem omnium ſanctorum, in cujus quidem eccleſiæ cimiterio, erant cruces quædam lapideæ tum erectæ, & vocatæ à populo *cruces beati Auguſtini*, quæ ſub eodem uſque hodie ibi durant, appellataque fuerat tempore illo eccleſia prædicta, *Alba eccleſia ſubtus lege*. Infra fines autem & limites parochiæ ejuſdem eccleſiæ continebantur tunc temporis tota **Blackburnſhier**, & tota **Boland**, & ſic annis plurimis perduravit. Poſthæc, creſcente fidelium devotione numeroque credentium augmentato in illis partibus, conſtructæ aliæ tres eccleſiæ parochiales in **Blackburnſhire**, videlicet, eccleſia de **Blackburn**, eccleſia de

Chepin & de **Ribcheſter**, parochiæque eccleſiarum earundem ab invicem diſtinctæ, & certis undique limitibus deſignatæ, prout uſque in præſens continuè perſeverant, & apud omnes de illis partibus innoteſcunt. Et quia parochia eccleſiæ de **Blackburne** tam ſterilis tunc fuerat, & exilis qd. ad ſuſtinendum onera incumbentia ſufficere non valebat, extitit per loci dioceſanum de rectorum eccleſiæ de **Walley** licentia & aſſenſu pro futuris temporibus ordinatio, quod rectores dictæ eccleſiæ de **Blackburne** perpetuis annis percipient quartam partem omnium proventuum eccleſiæ de **Walley** prædictæ, pro ſua porcione ſufficientius amplianda, quod & uſque in præſens, tanquam jus eccleſiæ ejuſdem obtinet. Hiis autem temporibus, dum dictæ eccleſiæ taliter fuerant ordinatæ, non erant in **Blackburnſhire** apud **Cliderhow** vel alibi caſtrum aliquod ædificatum, neque capella quæcunque præter eccleſias ſupradictas, nec dominus aliquis qui patronatum dictarum vel alicujus earundem ullatenus vendicaret; ſed rector quilibet, terram & villam in qua eccleſia ſua fuerat ſituata, tanquam dotem eccleſiæ ſuæ tenuit, & poſſedit, ipſamque eccleſiam ſic dotatam, tanquam patrimonium ſuum, & hæreditatem propriam, ſucceſſoremque ſibi de filiis vel amicis ſuis liberè ſubrogavit, interveniente duntaxat acceptatione ſeu inſtitutione epiſcopi *Lichfeldenſis*. Fueruntque dicti rectores de **Whalley** & **Blackburne**, præcipuè homines uxorati, & domini villarum, & illi quidem de **Whalley**, decani non perſonæ fuerant appellati. Ac per hunc modum ordinabantur eccleſiæ illæ, uſque ad tempus regis *Willielmi* conqueſtoris, cognomento **Baſtard**, ſcilicet per ſexcentos ferè annos, & poſt tempus ejuſdem regis, uſque ad concilium *Lateranenſe*, prout ex antiquis & veracibus cronicis ſatis liquet. Quis dominium de **Blackburnſhire** tenebat ante tempus dicti regis *Willielmi* ſub certo cronicis non habetur, vulgaris autem opinio tenet & aſſerit, quod quot fuerant vel manſa ſeu maneria hominum, tot fuerunt domini, nedum in **Blackburnſhier**, verum etiam in **Rochedale**, **Totington**, & **Bowland**, & toto convicinio adjacenti; quorum nullus de alio tenebat, ſed omnes in capite de ipſo domino rege. Poſt conqueſtum autem in unum dominium omnia ſunt redacta; quod quidem dominium de **Blackburnſhire** præfatus *Willielmus* rex conqueſtor, dedit cuidam *Ilberto* de **Lacy** militi qui ſecum venerat de *Normannia* in conqueſtu ſuo, cum dominio & honore de *Pontefracto*, & alias terras multas, hæredibus ſuis jure hæreditario poſſidendas. Iſte autem *Ilbertus* in caſtro ſuo quod fecerat apud *Pontefractum*, capellam quandam conſtruxit in honorem ſancti *Clementis*, per dominum *Thomam* archiepiſcopum *Eboracenſem* dedicari fecit, & in eadem capella cantariam quandam ordinavit, & canonicos ibidem, cum decano conſtituit perpetuò ſervituros; ipſamque capellam terris, redditibus, decimis garbarum & pullorum armenti ſui, ac multis aliis dotavit, & capellam liberam eandem per dominum *Alexandrum* Papam tertiũ univerſali tunc eccleſiæ præſidentem decerni & fieri procuravit, prout in bullis ejuſdem domini Papæ plenius continetur. Iſte *Ilbertus Lacy* genuit ex *Hanifia* uxore ſua *Robertum Lacy*.

Robertus Lacy ex *Matilda* uxore ſua genuit duos filios, *Hilbertum* & *Henricum*: & iſte *Robertus* fundavit monaſterium apud *Pontefractum* in honorem Dei, beatæ *Mariæ* virginis, & beati *Johannis* apoſtoli & evangeliſtæ, transferens illud de loco ubi nunc eſt hoſpitale ſancti *Nicholai* conſtructum in locum ubi corpus glorioſi *Thomæ Lancaſtrenſis* jam humatum. Obiit tempore *Willielmi Rufi* Regis & ſepultus eſt in monaſterio prædicto.

Nota quod prædictus *Ilbertus* cui prædictus *Willielmus* conqueſtor dedit dominium & honorem de *Pontefracto* & alias terras jure hæreditario poſſidendum, ſepultus fuit ad dextrum cornu altaris ſancti *Benedicti*, & uxor ejus ad ſiniſtrum cornu ejuſdem altaris ſub lapidibus marmoreis. *Ilbertus Roberti* filius duxit *Aliciam Gaunt*, & obiit ſine prole, qui ſepultus ad ſiniſtrum cornu altaris ſancti *Benedicti* ejuſdem inter ſepulchrum *Matildis* matris ſuæ & murum, unde hæreditas tranſiit ad *Henricum* fratrem ſuum.

A. 1159. *Henricus* **Lacy**, fecit dedicari eccleſiam monaſterii ejuſdem, anno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo nono, qui etiam fundavit monaſterium ſanctæ *Mariæ* de **Birkſtall**, ordinis *Ciſtercienſis*, primo apud **Bernolwike**, poſtmodùm autem conventum eundem tranſtulit ad locum vocatum **Birkſtall**, ſcilicet tempore Regis *Stephani*, anno regni ejus decimo tertio, & anno gratiæ milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo. Iſte *Henricus* duxit in uxorem ſororem *Willielmi Veſci* Rectoris de **Berwic**, & genuit ex ea *Robertum*. Neſcitur ubi ſepultus fuit, creditur quod ipſe in terra ſancta obiit vij. kalendas Octobris.

Robertus Lacy patri ſuo *Henrico* ſucceſſit, regnante *Henrico* Rege ſecundo, qui quidem *Robertus* ædificare cœpit caſtrum de **Cliderhow** in **Blackburnſhire**, in quo caſtro conſtrui fecit quandam capellam in honorem beati *Michaelis* Archangeli, in qua capella, per aſſenſum & licentiam *Galfridi* tunc decani eccleſiæ de **Whalley** ſenioris, fecit divina celebrari, & tenentibus ſuis domeſticis, ac paſtoribus & foreſtariis Sacramenta eccleſiaſtica miniſtrari, unde iidem tenentes ſui domeſtici, paſtores, foreſtarii, & alii ſervientes ejus diſtanter à prædicta eccleſia manentes poſſent in dicta capella per capellanum ibidem ſervientem eccleſiaſtica percipere Sacramenta, & jura parochialia perſolvere, prout alii parochiani infra dictam eccleſiam in diverſis capellis alibi faciebant, & per conſenſum decani prædicti ad hoc facilius obtinendum, eidem capelle nomine Dotis terras & redditus aſſignavit. Dictus tamen *Galfridus*, & alii decani & rectores ſucceſſores ſui, de prædictis terris, redditibus, & proventib. dictæ eccleſiæ taliter aſſignatis una cum eadem capella, non obſtante quod infra caſtrum domini fuit ſituata, tanquam de capella annexa, & rebus & proventibus ad ſuam eccleſiam de **Whalley** pertinentibus pro ſuo libito diſponebant. Unde dictus *Galfridus* ſenior, eandem capellam, cum terris, redditibus & proventibus prædictis, conceſſit cuidam *Waltero* capellano ad totam vitam ſuam, poſt mortem autem cujus *Walteri*, *Galfridus* decanus junior, filius, hæres & ſucceſſor *Galfridi* ſenioris, eandem capellam cum pertinentiis ut jus & parcellam ſuæ eccleſiæ reaccepit & tenuit ut annexam. Dictus autem *Robertus Lacy* dedit monachis de *Fontibus*, paſturam in Foreſta ſua de **Marcheſden**, ad decem libras. Iſte *Robertus*, de *Iſabella* uxore ſua hæredem non habuit, unde hæreditas ejus totalis venit poſt ejus mortem, ad hæredes domini *Richardi* Conſtabularii *Ceſtriæ*, & domini de **Halton**, qui deſponſaverant ſororem ejus, ex parte matris *Albredæ*. Obiit anno Regis *Richardi* quarto, & anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo tertio, xij. kalendas Septembris, ſepultus eſt apud **Kirkſtall**, cum epitaphio, & dedit monachis ibidem habitationem & grangiam de **Stancy** & villam de **Aſton**, & quoſdam redditus in *Ceſtria*.

Succeſſit dicto *Roberto*, *Albreda*, vel *Aubreia*, filia *Roberti Liſours*, ſoror ex parte matris, unde & illa poſt mortem ipſius utramq; hæreditatem, ſcilicet de **Lacy** & de **Liſoures** occupavit, unde & dominium de **Blackburnſhier**, ac totalis hæreditas ejuſdem *Roberti*, poſt mortem ejus ad hæredes domini Conſtabularii *Ceſtriæ* & domini de **Halton** (qui deſponſaverat dominam *Aubreiam*) deſcendit, & ſic hæreditas dominorum de **Lacy**, & hæreditas Conſtabulariorum *Ceſtriæ* ſunt conjunctæ.

Richardus conſtabularius *Ceſtriæ* genuit ex prædicta *Albreda* duos filios *Johannem* conſtabularium *Ceſtriæ* fundatorem domus de **Stanlaw**, & *Robertum* hoſpitalarem, & duas filias; ſcilicet *Saram*, & *Aubreiam*. Sara fuit data *Roberto* de **Aldeworth**, *Aubreia* data fuit *Henrico Biſet*.

Johannes de **Lacy** dictus conſtabularius *Ceſtriæ* prout ſui poſteri propter conjunctionem hæreditatum ſupradictarum, ſemper ſe poſtmodum inſtilebatur, filius & hæres eorum, duxit in uxorem *Aliciam Vere* uxorem *Willielmi Mandevill*, & genuit *Rogerum* de **Hell** (à *Vallenſibus* ita cognominatum, eo quod eoſdem *Wallicos* Regi *Angliæ* rebelles, tanquam inferni, undique devaſtavit) etalium filium nomine *Euſtachium* & plures alios. Iſte *Johannes* poſt mortem patris ſui *Richardi*, fundavit monaſterium de **Stanlaw** in **Wirall** in comitatu *Ceſtriæ*, anno regni Regis *Henrici* ſecundi dicti filii Imperatricis decimo quinto, anno domini milleſimo centeſimo ſexageſimo octavo. Poſt cujus fundationem idem *Johannes* profectus eſt in terram ſanctam ad expugnandum inimicos fidei Chriſtianæ, & in illa expeditione fuerat pro Chriſti nomine interfectus, & ut legitur in hiſtoria terræ ſanctæ in obſidione civitatis *Samy* & *Egypti*, quod ſi *Blandus* vel *Oliverus* quorum fama per mundum dilatatur, interfuiſſent non potuiſſent, nec de jure tenerent reputari eorum facta ad majorem probitatem vel audaciam quam ipſius *Johannis* de **Lacy** animoſitatis invaſionem. Quinto Idus Octobris anno Domini milleſimo centeſimo octuageſimo tertio obiit.

Cui ſucceſſit filius ſuus *Rogerus* de **Lacy**, & licet jus hæreditarium dominorum de **Lacy** ad hæredes domini *Richardi* conſtabularii per modum prædictum tranſlatum eſſet, iſte tamen *Rogerus* primus fuit de progenie dicti *Richardi*, qui eandem hæreditatem corporaliter apprehendit. Hujus autem *Rogeri* tempore, quidam comes *Ceſtriæ Ranulphus* nomine, exiit in *Walliam* cum exercitu ſuo, & contigit quod deficiente exercitu, fugeret ad quoddam caſtellum, & ibi eſt à *Wallenſibus* obſeſſus. Quod audiens idem *Rogerus* conſtabularius, qui non erat illa vice cum domino ſuo (nam remanſit in *Ceſtria*) per nuncios idem comes ei mandavit neceſſitate compulſus quod quã citius ei faceret ſuccurſum. Qui continuo acceſſit ſutoribus *Ceſtriæ* & hiſtrionib. & feſtinato, cum exercitu ſuo venit domino ſuo facere ſuccurſum. *Wallenſes* verò videntes multitudinem magnam venientium, relicta obſidione fugerunt; comes verò cum conſtabulario ſuo & exercitu exeuntes, venerunt, & pervenerunt ad *Ceſtriam*. Et propter hoc dedit comes antedictus *Rogero* conſtabulario dominationem & advocationem dictorum ſutorum & hiſtrionum. Conſtabularius verò retinuit ſibi & hæredibus ſui dominationem ſutorum & hiſtrionum. Dedit verò ſeneſcallo ſuo, ſcilicet ex hæredib. dicti *Hudardi*, quas libertates hæredes eorum tenuerunt uſque in præſentem diem.

Iſte autem *Rogerus* habuit quendam fratrem nomine *Richardum* cui dedit villam de **More**, & hic poſtmodum fuit leproſus, & ſepultus in capitulo canonicorum de **Norton**. Iſte *Rogerus* de **Lacy** duxit in uxorem *Matildam* de **Clare** ſororem theſaurarii *Eborum* eccleſiæ, de qua genuit *Johannem* ſecundum conſtabularium, & comitem *Lincolniæ*. Hic dedit domui de **Stanlawe** advocationem eccleſiæ de **Ratchdall**, **Brindwas**, & quatuor bovatas terræ in **Caſtelton**. Item conceſſit monachis de *Fontibus*, quicquid ad eum pertinuit in **Bradley** ut patet in charta duodecima. Hujus autem *Rogeri* tempore, fuit apud **Whalley** decanus quidam *Rogerus* nomine, filius *Galfridi* decani junioris, qui quidem decanus propter conſtitutionem concilii *Lateranenſis* (qd. tunc temporis recenter fuerat celebratum) continentiam clericis imponens beneficiatis, primus rectorum ſeu decanorum de **Whalley** continenter vixit, & ad ſacerdotalem ſe fecerat ordinem promoveri. Conſideranſque quod beneficia eccleſiaſtica juxta ordinationem conſilii ſupradicti non debebant ex tunc per ſucceſſionem hæreditariam occupari, cuidam fratri ſuo *Richardo* poſtmodum domino de **Townley**, ſaltem in parte ſui patrimonii de **Whalley** providere volens, cum in toto non poſſet, dedit eidem *Richardo* capellam beati *Michaelis* in caſtro de **Cliderhow** per aſſenſum dicti domini *Rogeri* de **Lacy**, cujus conſanguineus erat, una cum decimis, oblationibus, & proventibus eidem capellæ (ut præmittitur) aſſignatis. Dedit & eidem *Richardo*, jure hæreditario, quæ adhuc tenet. Hiis ita diſpoſitis, moritur dictus *Rogerus* de **Lacy**, anno domini milleſimo ducenteſimo ſexto, & regni Regis *Johannis* tertio in feſto ſancti *Remigii*, & cum domina *Matilda* uxore ſua ſepultus eſt in choro monachorum de **Stanlaw** cum epitaphio.

Cui ſucceſſit *Johannes* de **Lacy** (primus comes *Lincolniæ*) filius ejus & hæres, & duxit in uxorem

Aliciam filiam *Gilberti* de *Aquila*, quâ defunctâ & ſepultâ apud **Norton**, deſponſavit idem *Johannes Margaretam* filiam *Roberti Quincy* comitis *Wintoniæ* nepotem *Ranulphi* comitis *Ceſtriæ*, & per illam factus eſt comes *Lincolniæ* anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo,& regni Regis *Henrici* tertii quinto, & genuit ex ea *Edmundum* de **Lacy** comitem, conſtabularium *Ceſtriæ*, ſed non comitem *Lincolniæ*, quia obiit ante matrem ſuam. Iſte *Johannes* dedit monachis de **Stanlaw** advocationem medietatis eccleſiæ de **Blackburne Stanyges**, manerium de **Hordern**, **Newton**,& **Calderſtach** cum molendino: Item confirmavit monachis de *Fontibus* quicquid habent de *Jordano del* **Rid**,& quicquid habent de dono *Rogeri* de **Laſci** patris ſui ut patet in chartis *Edwardi* primi,de **Bradley.** Hujus autem *Johannis* tempore, dominus *Rogerus* decanus de **Whalley**,volens eidem domino & cognato ſuo placere, jus patronatus totius eccleſiæ ſuæ de **Whalley** ſibi & ſuis hæredibus confirmari imperpetuū & transferri,ceſſit rectoriæ & decanatui eccleſiæ prædictæ,ſolum ſibi retinens(per aſſenſū epiſcopi) ejuſdem eccleſiæ vicariam; unde dictus dominus *Johannes* de **Laſcy** comes *Lincolniæ*, ad perſonatum dictæ eccleſiæ de **Whalley** præſentavit quendam clericum ſuum *Petrum* de *Ceſtria*, qui quidem *Petrus* extitit primus ejuſdem eccleſiæ perſona nominatus,atque ad præſentationem ejuſdem domini ab epiſcopo **Liechfeld** *Alexandro* admiſſus ad eundem perſonatum, & inſtitutus canonicè & inductus. Obiit *Johannes* primus comes *Lincolniæ* xj. Kalend. Auguſti anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo,& regni Regis *Henrici* tertii vigeſimo quarto, ſepultuſque eſt apud **Stanlaw** cum epitaphio.

Cui ſucceſſit *Edmundus* filius ejus conſtabularius *Ceſtriæ*,ſed non comes *Lincolniæ*, quia mater ejus ſupervixerat ei. Natus erat anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo nono, & anno decimo tertio regni *Henrici* tertii. Vixerat poſt mortem patris tredecim annis,deſponſaverat dominam *Aleciam* filiam marchionis de *Salves* in *Italia*, cognatam Reginæ *Angliæ* ex parte *Sabinenſi*,quam in juventute ſua duxerat in uxorem. Mater verò prædictæ *Aliciæ* uxoris *Edmundi* (mortuo marchione de *Salves* viro ſuo) deſponſata fuit. *Johannes* primus comes *Lincolniæ* mutavit cognomen prædeceſſorum ſuorum, in cognomen fundatorum noſtrorum, cujus cor . . . . .

. . . .

De quo *Edmundo* proceſſit *Henricus* de **Lacy** comes *Lincolniæ*,de quo *Henrico* proceſſit *Alicia*, quæ deſponſata erat *Thomæ* filio comitis *Lancaſtriæ*, qui quidem *Thomas* feoffatus erat cum dicta *Alicia* filia *Henrici Lacy*,in omnibus terris &c. Et ſi contigeret eos obire ſine hæredibus de corporibus ſuis,tunc hæreditas dictæ *Aliciæ* remaneret rectis hæredibus dicti *Thomæ*:& ſic hæreditas dicti *Henrici* de **Lacy**, reverſa eſt ad quendam *Henricum* comitem *Leiceſtrienſem* fratrem dicti *Thomæ*. De quo *Henrico* proceſſit *Henricus* dux *Lancaſtriæ*, de quo *Henrico* duce proceſſit *Blanchia*, quæ deſponſata erat *Johanni* de **Gaunt** filio *Edwardi* tertii Regis *Angliæ*,de quibus *Johanne* & *Blanchia* proceſſit *Henricus* Rex *Angliæ* quartus, de quo proceſſit *Henricus* quintus, de quo proceſſit *Henricus* ſextus Rex *Angliæ*, &c.

Carta Regis Johannis.

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ Ebor*.

JOHANNES Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*,Archiepiſcopis, (*&c.*), ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & preſenti carta noſtra confirmaſſe Abbati & monachis ſanctæ *Mariæ* de **Kyrkeſtall**, manerium noſtrum de **Colyngham**, & **Berdeſley** cum omnibus pertinentiis ſuis. Habendum & tenendum de nobis & hæredibus noſtris ad feodi firmam. Reddendo inde annuatim nobis,& hæredibus noſtris, quater viginti & decem libras,ad duo ſcacaria per annum,pro omni ſervitio & . . . . . ſcilicet unam medietatem ad Scaccarium Paſchæ, & alteram medietatem ad Scacarium ſancti *Michaelis*. Quare volumus (*&c.*)Datum anno ſexto regni noſtri quarto die Maii.

Carta *Richardi Tempeſt*, filii *Rogeri Tempeſt* de **Braccwell.**

Ibid.

*OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris,*Richardus Tempeſt *filius* Rogeri Tempeſt *de* **Braicewell**, *ſalutem. Sciatis quod ego* Richardus Tempeſt, *intuitu Dei, & pro ſalute animæ meæ relaxavi & quietum clamavi de me & hæredibus meis imperpetuum abbati & conventui ſanctæ* Mariæ *de* **Kirkeſtall** *totum jus & clamium quod ego & anteceſſores mei unquam habuimus in advocatione eccleſiæ de* **Braicewell**, *cum tota terra ejuſdem eccleſiæ & aliis pertinentiis ad eandem eccleſiam pertinentibus. Ita quod nec ego,nec hæredes mei, aliquid juris in eadem eccleſia de cætero clamare vel calumpniam erga eos movere poterimus. Ut autem hæc mea conceſſio, & quieta clamatio, robur & firmitatem habeat imperpetuum, hoc præſens ſcriptum ſigillo meo roboravi, Hiis teſtibus*, Hugone *de* **Lelay**. Richardo *grammatico*, Simone *de* **Martune**, Johanne *de* **Stoc**, Rogero *de* **Rychelay**, Richardo *&* Ranulfo *filiis ejus*, Paulino *tunc ballivo domini archiepiſcopi de* **Ottelay**, *& multis aliis.*

Carta Roberti *de* **Laci.**

Ibid.

NOtum ſit omnibus præſentibus & futuris quod ego *Robertus* de **Lacy**, pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & *Iſabel* uxoris meæ , hæredum & anteceſſorum meorum, dedi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ,confirmavi Deo & ſanctæ *Mariæ*,& monachis meis de **Kirkeſtal**, totam **Akarinton**, cum boſco qui vocatur *la* Haia de **Akarinton**, & cum omnibus ſuis pertinentiis ubique ſine aliquo retinemento, tenendam de me & hæredibus meis, in puram & perpetuam elemoſinam,liberam&quietam,& ſolutam ab omni terreno ſervitio & ſeculari exactione, per iſtas videlicet metas & diviſas verſus **Hunecotes**, uſq; ad rivulum qui vocatur **Wirmeleia-cloche**, & ſic in directum per medium cilium montis uſque ad **Hameldon** & inde in tranſverſum moræ, uſque ad Ormeſtanes, & inde uſque ad Warineden, & inde uſque ad capud rivuli qui vocatur Blacabroc, & inde ſicut ille rivulus deſcendit in Beſtane....cloch, & inde uſque ad capud de Eſſenecloch, & inde uſque ad Readde-lache, & inde in directum uſque ad Orcethes, & inde per rivulum qui vocatur Amteleiaſic, uſque in aquam quæ vocatur Hindeburn. Et ego & hæredes mei, has prædictas terras, cum præſcriptis metis & diviſis, præfatis monachis warantizabimus & defendemus ubique & erga omnes homines. Teſtibus *Samſone* de Wridlesford, *Ada* de Ranervill, & *Thoma* filio ejus, *Thoma* filio *Petri*, *Willielmo* de Lunguillers, *Henrico* de Moniaic, *Galfredo* Panſelin, *Helia* Camerario.

Carta *Henrici* de *Laci.*

Ibid.

HEnricus *de* Laci, *omnibus hominibus ſuis,* Francis, *&* Anglis, *& omnibus filiis ſanctæ eccleſiæ ſalutem. Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe, & præſenti carta confirmaſſe, Deo & abbatiæ ſanctæ* Mariæ *de* Birkeſtall, *& monachis ibidem Deo ſervientibus dimidiam marcam argenti, de firma de* Cliderhou, *unoquoque anno ad quendam lampadem accendendam die noctuque coram altari in præſentia ſacroſancti corporis domini, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & hæredum meorum. Quare volo & firmiter præcipio ballivis meis de* Cliderhou, *qui firmam meam colligunt, ut omni anno, remota omni dilatione, & occaſione prædictis monachis præfatam dimidiam marcam reddant in die aſſumptionis ſanctæ* Mariæ *in autumno. Hujus rei teſtes ſunt* Henricus *medicus*, Robertus Gaunt, Otto *de* Tilli, Hilbertus *Painel.*

Carta Henrici *de* Lacy.

Ibid.

H*ENRICUS* de Lacy, omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, omnibus filiis ſanctæ eccleſiæ ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti Carta confirmaſſe Deo & Abbatie ſanctæ *Mariæ* de Berkeſtal, & monachis ibidem Deo ſervientibus, unam marcam argenti de firma mea de Cliderhou, unoquoque anno ad veſtiendum Abbatem ſuum, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & hæredum meorum; Et volo & firmiter præcipio Ballivis meis de Cliderhou, qui firmam meam colligunt, ut omni anno, remota omni dilatione & occaſione prædictis monachis præfatam marcam reddant in die aſſumptionis ſanctæ *Mariæ* in autumpno Hujus rei teſtes ſunt, frater *Walterus* de *Templo*, *Willielmus* de Hallai, *Oſbertus* archidiaconus, *Willielmus* elemoſinarius, *Willielmus* de Clerfai, *Adam* filius *Swani*, *Robertus Pictavus*, *Willielmus* de Rainvil, *Otto* de Tilli, *Jordanus Foliot.*

Carta *Roberti* de Lacy.

Ex autographo penes *Steph. Tempeſt* de *Broghton* ar.

S*Ciant omnes præſentes, & futuri ego* Robertus *de* Lacy *pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ & hæredum meorum dedi & conceſſi, & hac mea charta confirmavi Deo & monachis meis de* Birkeſtall *imperpetuum, vaccariam juxta* la Roudehaiam, *quæ appellatur* Brakineleia, *& communitatem totius moræ quæ vocatur* Winnemor, *& paſturam de* la Rundehaia, *omnibus averiis ſuis quæ pertinent ad grangiam ſuam de* la Rundehaia. *Et boſcum in* la Rundehaia *ad omnes uſus ſuos, apud præfatam grangiam, tam ad ardendum quam ad edificandum, & ſepes faciendas, tenere de me, & hæredibus meis in puram & perpetuam elemoſinam, liberè & quietè ab omni ſervitio. Præterea dedi eis & hac eadem carta confirmavi unam acram terræ in* Wenet, *cum maſagiis ſuper eandem acram factis, quam* Warinus Lorimer *tenuit ex occidentali parte pontis, ſuper ripam aque. Tenendam de me, & hæredibus mêis in puram, & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſervitio, ita quod ego & hæredes mei debemus warantizare & defendere & adquietare prædictis monachis prædictas terras & paſturas ubique & erga omnes homines imperpetuum. Conceſſi etiam & hac eadem carta confirmavi tam ipſis monachis, quam omnibus hominibus ſuis qui manebunt ſuper terras quas eis dedi, quietantiam de theloneo, & omni alia conſuetudine, ſuper terram meam ubique, & in omnibus locis. Teſtibus iſtis,* Oſberto *archidiacono,* Radulfo *filio* Nicholai, Roberto *de* Stapeleton, Willielmo *de* Fulli, Hugone *de* Tilli, Adam *de* Reinevill, & Richardo *fratre ejus,* Eudone *de* Lungvillers, Willielmo *fratre ejus,* Burnell, Helia *camerario,* Richardo *de* Lewes, Gilberto *de* Lacy, Radulpho *coco,* Adam *pincerna, & aliis multis.*

DORENSIS *Abbatia* *in agro* Herefordenſi,

Carta Roberti *Comitis de* Ferrariis.

Vincent contra Broke. p. 677.

R*OBERTUS* Comes de *Ferrariis*; omnibus filiis ſanctæ eccleſiæ, & omnibus hominibus ſuis & amicis, tàm præſentibus quàm futuris, ſalutem. Notum ſit vobis omnibus, me dediſſe & conceſſiſſe, Deo & ſanctæ *Mariæ* & Monachis vallis de *Dora*, in perpetuam elemoſinam, in feudum & hæreditatem, totam *Oxemeodum*, deſuper viam & deſuper terram, quam antea in elemoſinam eis dederam, totam in circuitu ſicut terra arabilis dividit, ſolutam & liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio, per tres ſolidos ſingulis annis reddendos ad feſtum S. *Petri* ad vincula, in recognitionem apud *Kingeſtonam*, donec inde meliùs faciam eis. Et concedo ſi voluerint foſſare totam in circuitu, & arare, vel quid voluerint facere, ſicut de feudo ſuo, & guarantizabo contra omnes homines, ſicut elemoſinam meam. Hoc autem feci pro ſalute Domini mei *H.* & mea *W.* filii mei, & hæredum noſtrorum, & pro anima Regis *H.* & anteceſſorum noſtrorum, & pro anima *Sibillæ* de *Braoſa*, uxoris meæ, matris *W.*

filii mei, & ſua, & pro ſalute *Bertæ* [fuit filia *Milonis* Comitis *Herefordiæ*] matris uxoris meæ, quæ dedit mihi hanc terram, & pro pace & ſtabilitate totius *Angliæ* & *Walliæ*. Pro hac donatione de karitate eccleſiæ, habui duas marcas argenti. Teſtibus *Nicholao* de **Cloptune**, *Waltero Giffardo*, *Waltero Baſchervilla*, *Gaufrido* **Warisseven**, & *Johanne* filio ejus.

Carta Regis *Johannis.*

Ex autog. In officio armorum.

JOhannes *Dei gratia Rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ, *dux* Normanniæ, Aquitanniæ, *& comes* Andegaviæ, *Archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſtitiariis, foreſtariis, vicecomitibus. præpoſitis & omnibus ballivis ſuis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ, anteceſſorum & hæredum noſtrorum dediſſe, conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* Dora, *& monachis ordinis* Ciſtercienſis *ibidem Deo ſervientibus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, totam terram in boſco, & plano, quæ jacet inter aquam quæ appellatur* **Dore**, *& rivulum qui appellatur* **Trivelbroc**; *ſcilicet à terra* Ricardi *filii* Fulconis, *ſicut rivulus de* **Trivelbroc** *deſcendit uſque ad terram Hoſpitalariorum* Jeruſalem, *& ex alia parte terræ ejuſdem* Ricardi *filii* Fulconis, *uſque ad eſſartum* **Horm**, *& deindè uſq; ad rivulum de* **Evesneshille**, *& inde ſicut rivulus ille deſcendit, & cadit in* **Dore**, *& inde ſicut aqua de* Dora *currit, uſque ad terram de* **Heaume**, *& deinde ſub boſco de* **Trivel** *per terram hoſpitalariorum, uſque in* **Trivelbroc**. *Ita quod prædicta terra, tam in boſco, quam in plano, infra metas prædictas de aforeſtetur, & quieta ſit in perpetuum de regardo, & vaſto, & de omnibus quæ ad foreſtam vel foreſtarios vel viridarios, vel eorum miniſtros pertinent. Manucepimus etiam quod adquietabimus prædictos monachos verſus dominum de* **Kilpec**, *de quadraginta acris boſci quas exigit ab eis per cartam ſuam quam de eis habet, ut dicit. Et præterea conceſſimus eis latitudinem viginti pedum à capite de* **Trivelbroc** *uſque ad terram Hoſpitalariorum ex parte aquilonis, ad ampliandum ſtagnum molendini ſui quod de dono noſtro, ibidem licet eis erigere. Quare volumus* (&c.) *Teſtibus, domino* Henrico Dublinenſi *archiepiſcopo, domino* W. Coventrenſi *epiſcopo*, R. *comite* Ceſtriæ, Willielmo *comite* Sarresburiæ, H. *de* Burgo *juſtitiario noſtro*, Waltero *de* **Laci**, Hugone *de* Mortuomari, Johanne *de* Monemuta, Waltero *de* **Cliford**, Gaufrido *de* **Luterel**. *Datum per manum magiſtri* Ricardi *de* Mariſcis *cancellarii noſtri, apud* Brug. *xxx. die Julii anno regni noſtri ſeptimo decimo. Ut conſtet ſacroſanctæ ſedi Apoſtolicæ quod domus de* Dora *tali gaudet inſtrumento, dominus* Herefordenſis *epiſcopus & capitulum ejuſdem eccleſiæ præſenti reſcripto ſigilla ſua appoſuerunt.*

Carta Gaufridi *de* **Genevile.**

Ibid.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris *Gaufridus* de **Genvyle** dominus de **Waucolour** miles, & *Matildis* de **Lacy** filia *Gileberti* de **Lacy** uxor ejus ſalutem in domino ſempiternam. Veſtra noverit univerſitas nos de communi aſſenſu & conſenſu noſtro dediſſe conceſſiſſe & hoc præſenti ſcripto confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* & monachis de *Dora* Deo ibidem ſervientibus & eorum ſucceſſoribus, pro ſalute animarum noſtrarum & pro ſalute anteceſſorum noſtrorum & ſucceſſorum omnium, in liberam puram & perpetuam elemoſinam totam terram illam cum omnibus ſuis pertinentiis quæ jacet inter rivulum qui appellatur **Kedyvoresbroc** includendo ſemper & aſcendendo uſque ad terram quæ fuit *Cradoc* filii *Meredith*, & inde per terram ſemper circumeundo quæ fuit *Jorwan Gob*, & inde ſemper per terram *Lewelini* filii *Meredyth* uſque ad angulum terræ quæ fuit grangiæ monachorum tempore firmæ ipſorũ de **Pelboh**; & inde ſemper includendo & per terram *Philippi Vabhan* deſcendendo totum dominicum noſtrum uſque ad prædictum rivulum de **Kedyvoresbroch**. Totam itaque prædictam terram dictis monachis & eorum ſucceſſoribus dedimus & conceſſimus. Tenendam & habendam de nobis & hæredibus noſtris ſibi & ſucceſſoribus ſuis liberè integrè & quietè in viis ſemitis planis paſcuis & omnibus aliis libertatibus ad dictam terram ſpectantibus, à ſecta curiæ, ſeculari ſervicio, exactione omni & demanda, quæ ad terram pertinent vel pertinere poſſunt, ſicut libera pura & perpetua elemoſina liberius ſecuriùs & quietius dari poteſt vel concedi. Concedimus etiam pro nobis & hæredibus noſtris quod poſſint totam prædictam terram infoſſare includere excolere vendere & dare, & proficuum ſuum ad beneplacitum illorum facere ſine impedimento & contradictione noſtra, & hæredum noſtrorum inperpetuum. Nos verò & hæredes noſtri totam prædictam terram cum dictis pertinentiis ſuis, prædictis monachis & eorum ſucceſſoribus contra omnes homines & fœminas warantizabimus defendemus & in omnibus adquietabimus inperpetuum. Et ut hæc noſtra donatio warantizatio defenſio & adquietatio robur firmitatis inperpetuum obtineant, preſenti ſcripto ſigilla noſtra apponi fecimus. Hiis teſtibus, domino *Johanne* de **Waucolour** milite, magiſtro *Willielmo* de **Poywycke**, *Johanne le* **Normand** tunc ballivo noſtro de **Ewyas**, *Ricardo del* **Hoc**, *Jervord ap Jowan*, *Roberto Wrod*, *Roberto le* **Botyller**, & multis aliis.

Carta *Alani* de **Plokenet.**

ibid.

O*Mnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit* Alanus *de* **Plokenet** *dominus de* **Kylepek** *ſalutem. Noveritis me dediſſe conceſſiſſe & præſenti carta mea confirmaſſe abbatiæ de* **Dore**, *& ejuſdem loci conventui advocationem eccleſiæ ſancti* Andreæ *de* **Lugwardyn** *in comitatu* Herefordiæ, *cum omnibus capellis ſibi adjacentibus in* **Irchynefeylde** *cum pertinentiis ſuis quibuſcunque. Habendum & tenendum prædictam advocationem prædictæ eccleſiæ, cum capellis adjacentibus, ut præmittitur, prædicto abbati de* **Dore** *& ejuſdem loci conventui, & eorum ſucceſſoribus, de capitalibus dominis feodi illius, per ſervitia quæ ad eos pertinent jure & hæreditariè inſperpetuum. Et ego dictus* Alanus *& hæredes mei prædictam advocationem dictæ eccleſiæ & ca-*

pellarum, cum pertinentiis ſuis quibuſcunque, præfato abbati de **Dore** *& ejuſdem loci conventui & eorum ſucceſſoribus contra omnes mortales warantizabimus & defendemus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium præſentibus ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus,* Thoma le **Petyt**, Johanne *de* **Barewe**, Johanne *de* **Buddeſhawe**, Edmundo le **Galeys**, Ricardo le **Galeys**, Johanne Marmyon, Ricardo *de* **Penbrigge**, *& aliis. Datum apud* **Kylpec**, *die dominica proxima ante feſtum ſancti* Johannis *Baptiſtæ anno regni Regis* Edwardi *filii Regis* Edwardi *duodecimo.*

Ibid. SCiant præſentes & futuri quod nos *Johannes la* **Warre** dominus de **Ewyas** dimiſimus conceſſimus & hac præſenti carta noſtra confirmavimus Deo beatæ *Mariæ* & abbati & conventui monaſterii *Vallis* **Dore** unam acram terræ cum pertinentiis in **Wyketofte** in comitatu *Lincolniæ* cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ de **Wygtoft**; illam videlicet acram quam *Robertus* filius *Alexandri* de **Weſtenges** nuper de nobis tenuit in bondagio jacentem inter terram noſtram quam *Thomas* filius *Johannis* tenet in bondagio (*&c.*) Habendum & tenendum eiſdem abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus prædictas terram & advocationem cum ſuis pertinentiis in puram & perpetuam elemoſinam de nobis & hæredibus noſtris inperpetuum. Et nos (*&c.*) warantizabimus (*&c.*) Dat. apud **Iſefeld** in com. *Eſſexiæ* die ſabati in feſto nativitatis beatæ *Mariæ* anno regni Regis *Edwardi* tertii à conqueſtu quarto.

Carta *Walteri* de **Clifford** de loco & **Nanteglus**.

Ex autographo in bibl. *Deweſiana.* S*Ciant omnes ſanctæ matris eccleſiæ filii præſentes, & futuri,* Franci, Anglici, *&* Wallenſes *quod ego* Walterus *de* **Clifford** *filius* Walteri *de* **Clifford**, *& filius* Agnetis *de* **Cundi**, *dedi & confirmavi, aſſenſu hæredum meorum, & conſilio legalium hominum meorum, pro anima mea & animabus patris & matris meæ, & omnium prædeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Dora, *& abbati, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam, locum de* **Nanteglas**, *cum omnibus pertinentiis ſuis, ex utraque parte rivuli, qui vocatur* **Kaleturbohchan**, *ſcilicet ſupra prænominatum locum de* **Nanteglas**, *ex utraque parte rivuli, ſurſum uſque ad* **Epint**, *& ſubtus, ex una parte prædicti rivuli, uſque ad locum ubi* **Nankarnatherech** *cadit in* **Kaletur**. *Et ex alia parte* **Kaletur** *uſque ad locum ubi* **Nantmanach** *cadit in* **Kaletur**. *Et ita tantam terram in boſco & in plano infra* **Nantmanach**, *&* **Kaletur-bochan** *uſque ad capud* **Nantmanach**, *quod eſt inter* **Wuritkei** *&* **Epint**, *ſicut* **Nantmanach** *deſcendit uſque in* **Kaletur**. *Et præterea dedi, & conceſſi antedictis monachis, totam terram in boſco & in plano ultra* **Kaletur-maur**, *ſicut* **Kaletur-maur** *deſcendit ab* **Epint**, *uſque in* Waram, *& uſque ad fines de* **Buelt**, *ſcilicet per viam à* **Penivelm**, *uſque ad* **Crinwedhanc**, *& à* **Crinwedhanc**, *uſque ad* **Nantlechdunaitt**, *& ſic ut* **Nantelechdunaut** *cadit uſque in* Waiam. *Omnes iſtas terras quas ſupra nominavi dedi, & conceſſi antedictis monachis in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam, in boſco, & in plano, in pratis, & in paſcuis, in viis & in ſemitis, in ſtagnis, in aquis & in molendinis, ad aſſertandas, claudendas, & excolendas, & foſſandas, & ſecundum beneplacitum eorum tractandas, libere & quiete ab omni ſervitio ſeculari & exactione, quæ ad dominium pertinent, vel pertinere poſſunt. Et ſi aliquod ſervitium evenerit, ego, & hæredes mei prædictos monachos adquietabimus. Volo autem ut prædicti monachi habeant & teneant prædictas terras, in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam bene & in pace, libere, & quiete, honorifice, & plenarie, integre, & inconcuſſe, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad prædictas terras pertinentibus, & ut prædicti monachi de ſupradictis terris, in boſco & in plano, in pratis, & in paſturis, in viis & in ſemitis, in ſtagnis in aquis, & in molendinis, omne beneplacitum ſuum faciant, & tam boſco, quam plano, ſecundum velle ſuum tractent; ſi autem fera, de foreſta mea, vel aliunde, infra ſupradictas terras monachorum tranſierint, venatus meus erit, & ſi accipiter nidum ſuum ibi fecerit, nidus meus erit. Præterea conceſſi prænominato abbati de* Dora, *et ejuſdem loci monachis, et ſuis, liberum ingreſſum, et exitum cum catallis ſuis per viam ſuper* Waiam, *quæ dirigitur à* **Liswen** *uſque* **Buelt**. *Si autem, aliqui in ſupradictis terris aliquod jus, vel aliquam libertatem clamaverint, ego, & hæredes mei prædictos monachos adquietabimus & warantizabimus. Et ſi aliqui prædictis terris, vel paſcuis monachorum contra voluntatem eorum per vim, vel aliquam violentiam intrare voluerint, ego et hæredes prædictas terras monachorum, tanquam terras meas dominicas et foreſtam meam dominicam defendemus et warantizabimus. Pro iſta autem conceſſione, et confirmatione, dederunt mihi, prædicti monachi viginti marchas. Et quia volo quod hoc ratum, et inconcuſſum per maneat inperpetuum, præſenti ſcripto, et ſigilli mei impreſſione confirmavi. Hiis Teſtibus,* Willielmo *de* Breoſa *&* Willielmo *filio ſuo, magiſtro* Simone, Roberto *de* **Clifford**, *canonicis de* Herefordia, *& toto ejuſdem loci capitulo,* Gilberto *de* **Mans**, Johanne le *Puer*, Laurentio *clerico*, Radulfo *de* **Breinzun**, Hugone *de* **Kynardeſley**, Waltero *fratre ejus*, Johanne de la Merſa, Geffrei *de* **Normanvill**, Waltero *de* **Mouchegros**, Rohard *de* Chauna, Johanne *de* **Solers**, Robin *de* **Waleis**, Willielmo *de* **Gurney**, Johanne Chinun, Henrico Brein, *& multis aliis.*

Alia carta ejuſdem Walteri *de* **Clifford** *de terra de* **Canterſclyph**.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Walterus* de **Clifford**, filius *Walteri* de **Clifford** & *Agnetis* de **Cundy**, pro me & hæredibus meis univerſis, ex bona voluntate mea conceſſi, & preſenti carta confirmavi Deo, & beatæ *Mariæ* & abbati & monachis de *Dora* pro ſalute mea, & anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, omnes terras, & tenementa eorum, cum omnibus libertatibus, & pertinentiis, quæ habent de me, & anteceſſoribus meis in **Canterſcliph**, plenè, & integrè, & pacificè poſſidenda, prout pleniùs, meliùs, & liberiùs eadem unquam tenuerunt. Et quod tota finalis concordia inter me, pro me, & hæredibus meis, & ballivis noſtris ex una parte facta, & *Stephanum* tunc abbatem de *Dora*, pro ſe, & eccleſia ſua & ſucceſſoribus ſuis ex altera, in curia domini Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* anno 36 H. 3. regni ejus triceſimo ſexto à die ſanctæ Trinitatis in quindecim dies, coram juſticiariis de Banco, videlicet, magiſtro *Symone* de **Wauton**, *Alano* de **Walland**, *Egidio* de **Erdinton**, & aliis domini Regis fidelibus, tunc ibi preſentibus, in omnibus articulis plenè, integrè, & inviolabiliter obſervetur inperpetuum, ſine impedimento mei, & hæredum meorum, vel ballivorum aut hominum noſtrorum, abſque ullo retenemento, vel calumnia. Et etiam quod nunquam, de cætero, occaſione alicujus conventionis inter me, & dominum abbatem, vel prædeceſſores ſuos, aliquo modo priùs factæ, feras, vel aves aliquas aut quicquam aliud in boſcis, vel tenementis abbatis & eccleſiæ de *Dora* in **Canterſclyf**, apud **Wendor**, & **Panteglas**, vel alicubi aliàs, contra plenam obſervationem & libertatem dictæ finalis concordiæ, de dictis terris & tenementis exigere poſſimus. Præterea remiſi, & ex integro condonavi, pro me & hæredibus meis omnibus, inperpetuum omnes quærelas & contentiones motas inter me, & omnes meos, & dominum abbatem, & omnes ſuos, ante feſtum annuntiationis beatæ *Mariæ* anno regni domini 41 H. 3. Regis *Henrici* quadrageſimo primo, ita quod ſi aliquando, de cætero, quacunq; occaſione, aliqua querela, vel diſſentio per me, vel hæredes meos, vel ballivos aut homines noſtros contra dominum abbatem, & eccleſiam ſuam, vel ſuos, qui pro tempore fuerint, exorta fuerit, per providentiam & diſcretionem proborum & legalium virorum, ex utraque parte ſine controverſia electorum, ſecundùm formam tranſgreſſionis, ſine cavillatione, vel contradictione aliqua ámicabilitèr abſque vexatione ſervientum, vel averiorum dictorum, abbatis, & monachorum emendabitur, & ſopietur. Salvo tamen in omnibus dicto abbati, & eccleſiæ ſuæ de *Dora*, & omnibus ſucceſſoribus ſuis, dicta finali concordia, cum omnibus articulis, & remediis ſuis, pro me, & hæredibus meis, & ballivis noſtris inperpetuum. Et ego *Walterus* de **Clifford**, & hæredes mei omnes, dictum abbatem de *Dora*, & eccleſiam ſuam, & omnes ſucceſſores ſuos, & omnia ſua in omni pace, libertate, & honore, pro fideli poſſe noſtro, manutenebimus, warantizabimus, & defendemus contra eorum malefactores, & injuriatores. Ut igitur omnia in præſenti ſcripto contenta, firma & ſtabilia pro me omnibus hæredibus meis & balivis & hominibus noſtris in perpetuum, ſine læſione, & diminutione aliqua ſerventur, præſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione confirmavi; His teſtibus, domino *Roberto* de **Tregos**, domino *Rogero* de **Chaundos**, domino *Willielmo* de **Solers**, domino *Richardo Tirrell*, domino *Roberto le* **Bret**, *Johanne* de **Bretun**, tunc vicecomite *Herfordiæ*, *Hugone Muredak*, *Reſo ap Meurick*, *Philippo Bras*, *Richardo* de **Boys**, *Waltero Walenſe*, *Johanne Tope*, *Hugone* de **Radenor**, *Johanne Ragun*, *Waltero* de **Badaſane**, & multis aliis.

Donationum confirmatio per Regem *Henricum* tertium.

Cart. 16. H.3.m.13.

Cart 1 E. 3. n. 48. per Inſpex.

HEnricus *Dei gratia* Rex Angliæ, *dominus* Hiberniæ, *Dux* Normanniæ, Aquitaniæ, *&* *Comes* Andegaviæ, *Archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe, Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* Dora, *& abbati, & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes, conceſſiones & venditiones ſubſcriptas, eiſdem abbati, & monachis rationabiliter factas; videlicet de dono* Roberti *de* **Ewias** *ad abbatiam ſuam conſtruendam, terram de* **Blancharbeſal** *& communem paſturam, per totam terram ſuam. De dono* Roberti *ſecundi de* **Ewias**, *totam planam terram quæ eſt inter* Blakapolam, *&* Broc. Juſtini, *& dimidium boſcum qui eſt inter quarrariam, propinquiorem prædictæ abbaciæ. De eſcambio ejuſdem* Roberti *pro piſcaria de* **Eaton** *& dimidia virgata terræ quæ pertinet ad ipſam piſcariam; totam longam moram, in boſco, in plano, & totam* Schepeneforlingham, *& forlingam unam juxta moram longam de duodecem acris, & in ſummitate ipſius forlongæ unam acram, & novem perticatas terræ, undique uſque ad diviſam factam, & omnes aſſartas de* **Maſcott**, *uſque ad* **Brocgeſtyn**. *De dono* Walteri *de* **Ewias** *duas acras terræ ſubtus* Blakapolam. *Et de dono* Gilberti *de* **Bakyntune** *dimidiam hidam terræ de* **Bautre**, *de tenemento* Roberti *de* **Chaundos** *à foreſta uſque ad* Doram. *Et de dono* Henrici *de* **Hereford** *terram in villa* **Kyngeſton**, *uſque ad foreſtam; & communem paſturam in boſco, & plano, per totam terram de* **Kyngeſton**. *De dono* Laurencii *de* **Kyngeſton** *terram à grava de* **Kiperlegh** *uſque ad quercum quæ ſtat in foreſta, & pratum unum juxta grangiam ſuam, & quandam manſiunculam, cum tribus acris terræ. De confirmatione ejuſdem* Laurencii *ſex acras terræ, quas dedit eis* Brianus. *Et de dono* Walteri *filii* Margaretæ *de* **Clifford**, *terram quæ fuit* Willielmi *de* Forda *in* **Cantercliff**, *in boſco, & plano, in aquis, & pratis, & omnibus pertinentiis ſuis, & paſcuam totius* Epii, *& communem paſturam totius terræ ejus. Et ut monachi capiant in foreſta ejus, omnia quæ eis ſunt neceſſaria ad ædificia facienda, & ad ignem, & ad ſepes faciendas & totam terram* Canan *clerici. De dono* Walteri *junioris de* **Clifford**, *locum de* Nantegliis, *cum omnibus pertinentiis ſuis, ex utraque parte rivuli, qui vocatur* **Caleturboththan**, *& totam terram in boſco & plano ultra* **Caleturmaur**, *& liberum ingreſſum, & egreſſum cum catallis ſuis, per viam ſuper* Waiam, *quæ dirigitur à* **Lyſwey** *uſque* **Buelt**; *Et de dono* Radulfi *de* **Baskervill** *totam terram deſuper parcum de* **Bredeworthyn**; *ſcilicet virgatam terræ, quæ fuit* Nicholai *ſeneſcaldi; & totam terram de ſuper illam uſque ad fontem* **Moredic**; *& duas acras prati, & propter hoc totum* Benefeldum *ad paſturam ovium ſuarum, & pecorum ſuorum, & communem paſturam de* **Bredeworthyn**, *in boſco, & plano. Et preterea ut prædicti monachi capiant in boſco ejus, extra parcum clauſturam ad ſepes ſuas faciendas, ad focos, & ad ædificia & ad cætera* *eſſiamenta, quæ eis fuerint neceſſaria: & piſcationes habeant in* Waya, *liberas; necnon & libertates molendi in molendino ejus ſine theloneo; & totam paſturam in parco ejus ad pullos ſuos nutriendos;* Et *de dono* Radulfi *de* **Scudemore** *duas acras terræ de dominico ejus in villa de* **Puſcyton**. *De dono ejuſdem totam gravam ejuſdem* Radulphi *in* **Keſty**, *quæ eſt ad fontem, qui vocatur* **Wythewell**: *& totam culturam inferiorem quæ fuit* Willielmi *filii* Emmæ, *uſque ad terram* Richardi Belſire. *Et totam communem paſturam, per totam terram ſuam, & liberum ingreſſum, & egreſſum, de prædicta terra monachorum in* **Keſty**, *uſque ad totam prædictam paſturam. De venditione* Thomæ *de* Aneſeya, *totum molendinum ejuſdem* Thomæ *in* **Puſepton**, *cum bibulto quodam juxta idem molendinum; & cum omnibus pertinentiis ſuis, & duas acras in prædicta villa. De dono ejuſdem* Thomæ *deſuper villam de* **Linhale** *totam terram illam in latum quæ jacet inter terram monachorum* Malverniæ, *& terram* **Muriel**, *& in longum inter viridem viam, & diviſas quæ ſunt verſus* **Malfeld**, *& decem acras terræ inter prædictam viridem viam &* Simonis *filii* Madoc; *& communem paſturam per totam terram ſuam, & liberum ingreſſum, & egreſſum de prædicta terra, ad totam prædictam paſturam. De dono* Johannis *de* Ebroicis *totam terram ejuſdem* Johannis *de dominico ſuo in* **Godweye**, *& communem paſturam per totam terram de* **Maubache**, *& liberum ingreſſum, & egreſſum per totam terram ſuam uſque ad prædictam terram monachorum. De confirmatione* Gilberti *de* **Lacy** *totam terram, quam habent ex dono* Radulfi *de* **Scudemore** *in* **Keſty** *& communem paſturam per totam terram de* **Keſty**; *eadem integritate, & libertate, per omnia, qua ea habent per cartam prædicti* Radulphi *de* **Scudemor**; *& communem paſturam per totam* **Eskelyn**. *Et ut dicti monachi habeant omnia aiſiamenta ſua in terra & boſco de* **Maſcoyt** *in omnibus locis, libertatibus, & rebus ſicut cartæ avi & patris ſui teſtantur, quas inde habent. Et ex conceſſione & confirmatione* Walteri *de* **Lacy**, *totam terram illam quam* Robertus *clericus, frater* Danielis *ſacerdotis, tenuit in foreſta de* **Maſcoyt**, *quando ſe monachis de* Dora *reddidit. Et de venditione* Warneri *filii* Radulfi, *terram quæ vocatur* **Chevenerounem**, *& prata per arabiem qui eſt ſuper montem, à rivulo uſque ad rivulum à dextris & à ſiniſtris; De dono* Huberti *de* Burgo *tunc juſticiarii* Angliæ, *terram de* **Linchoit**, *& paſturam in terra de* **Groſmunt**, *tam in boſco, quam in plano, ad omnia pecora ſua. Et quociens peſſona fuerit in foreſta de* **Groſmunt** *ponant, & habeant ibi porcos ſuos, ſine pannagio. Et ad ædificia ſua facienda in grangia de* **Linchoit**, *& ad ſepes claudendas, capiant omnia neceſſaria rationabiliter per viſum foreſtariorum in prædicta foreſta de* **Groſmunt**, *& mortuum boſcum ad focum ſuum. De dono ejuſdem* Huberti *heremitorium beatæ* Mariæ *in foreſta de* **Groſmunt** *quod vocatur* **Lanneir**, *& placeam circumjacentem, & ſex bovatas terræ cum pertinentiis in eadem foreſta.* (&c.) *Dat. per manum venerabilis patris* Radulfi Ciceſtriæ *epiſcopi cancellarii noſtri. Apud* **Hereford**, *quinto decimo die Decembris, anno regni noſtri ſeptimo decimo.*

Vide Vol. 2. Pag 918. Col. 2.

SIBETONENSIS

Abbatia in agro Norfolcienſi, * *fundata anno MCl.*

* Annal. Norwic. in bibl. Cottoniana.

Carta regis Stephani.

S. Rex *Angliæ* epiſcopo *Norwycenſi* & juſticiariis & vicecomit. & baronibus & miniſtris & omnibus fidelibus ſuis de **Northfolk** & de **Suffolk** ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe illam donationem quam *Willielmus* filius *Roberti* filii *Walteri* fecit Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de **Sibeton** de toto dominico ſuo de **Sibeton**. Quare volo (*&c.*) Teſtibus, *Roberto* de **Ver**, & *Rain.* de **Warren**, & *Willielmo* filio *Ricardi*, & *Hugone* filio *Eudonis*, apud *ſanctum Edmundum*.

Cart. 16 E. 1. n... per Inſpex.

Carta regis Henrici *ſecundi*.

H*Enricus* rex *Angliæ*, & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ* omnibus archiepiſcopis (*&c.*) Sciatis me conceſſiſſe & præſenti carta in perpetuam elemoſynam confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Sibeton** & monachis de ordine *Ciſtercii* ibidem Deo ſervientibus qui de *Wardona* exierunt, totam illam donationem quam *Willielmus* filius *Roberti* vicecomes ejuſdem eccleſiæ fundator eiſdem monachis dedit in **Sibeton**, & **Wrabeton**, & in **Peſehal**, & in **Stikingland** ad conſtruendam abbatiam de ordine *Ciſtercii*, ſcilicet totum dominicum ſuum tam in boſco quam in plano in pratis & paſcuis & omnibus rebus; terras etiam quas ruſticis de anno in annum locare ſolebant; illas quoque terras quas per mortem poſſeſſorum vel pro defectu manutenendi ſervicii in dominicum ceciderunt. Et terram totam quæ fuit *Ulfi* de **Wrabeton**. Eas etiam terras quas jam dicti monachi ruſticis ſive vicinis ſuis eſcambiaverunt. Præterea omnes terras quas homines ipſius *Willielmi* in elemoſynam illis dederunt vel quietas clamaverunt. Terram etiam de **Catecliue**, ſed & incrementum quod eis accrevit, ſcilicet totam terram quam *Robertus Walenſis* illis vendidit pro xxx. marcis argenti in **Wrabeton** & in **Peſehal**, cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco & plano & in omnibus rebus. Omnia denique quæ prædictis monachis ipſe *Willielmus* dedit in terris & in rebus ſicut ipſe cartis ſuis eis ſtatuit, & confirmavit. Quare volo (*&c.*) Teſtibus, *Thoma Cantuarienſi* archiepiſcopo, *Rogero Eboracenſi* archiepiſcopo, *Hilario Ciceſtrenſi*, *Roberto* comite *Legreceſtriæ*, *Ricardo* de **Humez** conſtabulario, *Manaſſero Biſet* dapifero, *Ricardo* de **Luci**, apud *Weſtmonaſterium*.

Cart. 52 H. 3. m. 7. per Inſpex.

Linea conſanguinitatis, de ſtirpe fundatorum abbaciæ de **Sybeton**.

Ex regiſt. de Sibton in comitatu Norff. in bibl. *Arundel.* fol. 4. a.

DOmina *Sibilla* ſoror *Johannis* de *Cayneto* filia *Radulfi* de *Cayneto* qui venit ad conqueſtum *Angliæ*, maritata fuit domino *Roberto* filio *Walteri* fundatori domus ſanctæ *Fidis* de **Horſham**, qui genuit ex ea filium nomine *Rogerum*, & *Johannem Vic.* & *Willielmum* de *Cayneto* fundatorem abbaciæ de **Sybeton**. *Rogerus* & *Johannes Vic.* obierunt ſine prole de ſe; *Willielmus* verò accepit uxorem, & genuit ex ea tres filias, videlicet *Margaretam*, *Clemenciam*, & *Sarram*. *Clemencia* & * *Sarra* obierunt ſine liberis. *Margareta* autem maritata fuit cuidam *Normanno*, *Hugoni* de **Creſſi**, qui genuit ex ea filium nomine *Rogerum*, *Rogerus* de **Creſſi** accepit uxorem nomine *Iſabellam* de **Ry**, & genuit ex ea quatuor filios, videlicet *Hugonem*, *Rogerum*, *Johannem*, & *Stephanum*, qui omnes mortui ſunt ſine prole. Prædicta *Margareta*, mortuo primo viro ſuo ſcilicet domino *Hugone* de **Creſſi**, maritata fuit alio nobili viro, nomine *Roberto* filio *Rogeri*, qui genuit ex ea *Johannem* filium *Roberti*. *Johannes* genuit filium nomine *Rogerum*. Idem *Rogerus* genuit filium nomine *Robertum* filium *Rogeri* nunc patronum, qui poſt obitum *Stephani* de **Creſſi** ſucceſſit in hæreditatem baroniæ de **Horſford** quaſi hæres dominæ *Margaretæ* de **Cheyney** quæ duobus nupſit viris ut prædictum eſt. Prædictus verò *Robertus* duxit uxorem nomine *Margeriam de la* **Suche**, de qua genuit multos filios & filias, videlicet *Johannem*, cujus cognomen Rex *Edwardus* filius Regis *Henrici* fecit vocari **Clavering** à principali manerio ſuo; *Alexandrum*, *Rogerum*, *Robertum Alanum*, *Henricum* & *Edmundum*. *Johannes* duxit uxorem nomine *Hawiſiam*, de qua genuit filiam nomine *Evam*, quæ nunc ſe clamat advocatam domus de **Sybeton**, de **Langele**, *ſanctæ Fidis*, & de **Bliburg**, & hoc jure hæreditario, quæ quidem *Eva* nupſit cuidam nomine .... qui mortuus eſt ſine prole de ſe. Item nupſit cuidam militi nomine *Radulfus* de **Ufford**, qui genuit ex ea tres filios, videlicet dominos *Johannem*, *Robertum* & *Edmundum* milites. Prædicto *Radulfo* mortuo nupſit ..... de **Audle**, qui genuit ex ea duos filios & duas filias, videlicet *Jacobum* & *Petrum*, *Aviciam*, & *Hawiſiam*.

* Maximus eſt hic error de *Sarra* filia *Willielmi* de *Cayneto* quod obiit ſine liberis. Indubie enim apparet *Placitis de banco de Termino ſancti* Michaelis *anno* 7 H. 3. *incipientibus anno* 8 *Rotulo* 9. Suff. quod dominus *Willielmus* de *Caineto*, ſive de *Chednay* qui obiit tempore *H.* 2. duas reliquit filias cohæredes, *Margeriam* nuptam *Hugoni* de *Creſſi* tempore Regis ejuſdem, & *Sarram* in uxorem ductam à *Ricardo Engane* tempore *R.* 1. Et filium & hæredem habuerunt *Vitalem Engane*, &c. cujus poſteri per femellas hæredes in hunc uſque annum 1648. vitales exiſtunt.

Vide Vol. 3. *Pag.* 32. *Col.* 1.

STANLEGHENSIS

Abbatia in agro Wiltonienſi.

ANNO Domini MClj. hoc anno ſituata eſt domus primò de **Stanlegh** apud **Lokeſwell**, & conventus de *Quararia* ibidem. Poſt annos tres tranſlata eſt abbatia ad locum qui dicitur **Stanlegh** Imperatricis; Imperatrix eam primò fundavit.

Ex regiſtro de *Lacok* in bibl. *Cottoniana.*

Matildis Imperatrix primò fundavit domum in loco vocato **Lorwelle**, deinde Rex *Henricus* ſecundus tranſtulit fratres ad hunc locum quem fundavit, & dedit eis dominium de **Stanley**.

Lelandi coll. vol. 1. p. 63.

Benefactores.

Philippus Baſſet. Dominus *Radulphus*. Flii *Stephani* Regis. Eccleſia de **Wotton-Baſſet** appropriata. Hæc domus filialis monaſterii de *Quarrera* in *Inſula Vecta*.

Carta *Henrici* ducis *Normarniæ*, & comitis *Andegaviæ* filii, de fundatione hujus cœnobii.

Ex autographo in officio armorum.

HEnricus *ducis* Normanniæ *&* *comitis* Andegaviæ *filius*, *archiepiſcopis*, *epiſcopis*, *comitibus*, *baronibus*, *vicecomitibus*, *juſticiariis & omnibus fidelibus* Francis, *&* Anglis *ſalutem*. *Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe Deo, & ſanctæ* Mariæ *de* Quadraria *in inſula de* **Wich** *in perpetuam elemoſinam*, Locwellam, *ad faciendam ibidem capitalem abbatiam*, *pro ſalute, & incolumitate domini* Gaufridi Normanniæ *ducis*, *&* Andegaviæ *comitis*, *necnon pro ſalute dominæ imperatricis matris meæ, & meæ, & pro ſtatu regni* Anglorum, *& pro animabus* Henrici *regis avi mei, &* M. *reginæ, omniumque prædeceſſorum meorum defunctorum. Et ideo volo, & firmiter præcipio, quod præmemoratæ abbatiæ monachi, prædictum locum habeant, libere & quiete, & honorifice, & plenarie, cum omnibus illis libertatibus, & conſuetudinibus, quas domina imperatrix mater mea, & ego dedimus, & conceſſimus domino* Drogoni *dominæ matris meæ camerario, ſicut nos donum illud eidem* Drogoni *cartis noſtris, quas prædicti monachi habent dedimus, & confirmavimus. Teſtibus*, Roberto *decano* Sareſberiæ, *magiſtro* Matheo, Gregorio Day, Humfrido *de* **Bohun**, Huberto *de* Vallibus, Humfrido *filio* Otonis *conſtabularii*, Willielmo *filio* Hamonis, Riolfo *de* **Seſſung**, Petro Boterello, *apud* Diviſas.

Carta regis Henrici *ſecundi.*

Cartæ antiquæ littera X. n. 22.

HEnricus Rex *Angliæ*, dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, abbati, & univerſo capitulo *Ciſtercienſi*, & omnibus ad quos præſens carta pervenerit ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod cum, Deo largiente, adeptus fuerim regnum *Angliæ*, reperi quod tempore

Vide Pat. 2 *H.* 6. part. 3. n. 11.

regis *Stephani* ablatoris mei, multa diſperſa fuerant, etiam à dominiis regni alienata, cum in feodis militum, tum in elemoſinis eccleſiarum; inter quæ abbatia de *Thama* membrum quoddam manerii mei de **Ferendon**, quod vocatur *Wurda*, tenebat, ex dono inimicorum meorum, quod in integrum mihi reſignavit, ſed quia fuerat religioſæ domui quoquomodo collatum: ad petitionem imperatricis dominæ & matris meæ, & *Gilberti*, tunc temporis, abbatis *Ciſtercienſium* & coabbatum ſuorum petitione, & aſſenſu, dedi prædictum membrum manerii mei *Ferendoniæ*, *Wurda* vocatum, mihi prædeterminato ex toto mihi reſignatum, abbatiæ de *Stanlega*, quæ eſt de fundatione præfatæ imperatricis dominæ, & matris meæ, & mea, & monachis ibidem Deo ſervientibus, cum omnibus rebus, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad illud pertinentibus, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam, poſſidendum. Quare volo (*&c.*) Teſtibus, *H. Lincolnienſi* epiſcopo, *Rogero*, & *Richardo*, & *Nicholao* capellanis meis, *Hugone* de **Norwich**, *Hugone Bardulfo* dapiferis, *Radulfo* filio *Stephani* camerario, *Roberto* de **Witefeld**, *Michaele Belet*, apud **Wudeſtoke**.

Carta Regis Richardi *primi.*

Chart. antiq. littera X. n. 23. Cart. 11 *H.* 3. nu. 49. per Inſpex. Et Pat. 2 *H.* 6. part. 3. m. 11.

Richardus Dei gratia Rex *Anglorum*, (*&c.*) Archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, ballivis, miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis nos ſuſcepiſſe in manum, & cuſtodiam & protectionem noſtram abbatiam de *Stanlega*, quam pater noſter Rex *Henricus*, & mater ejus, avia noſtra domina *Matildis* Imperatrix fundaverunt, & omnem eorum donationem Deo & eidem abbatiæ, monachiſque ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam, & puram elemoſinam conceſſiſſe; & carta noſtra præſenti confirmaſſe. Totam, videlicet, terram de prædicta *Stanlega*, quæ membrum erat manerii noſtri de **Chippeham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ reddebat patri noſtro xl. s. & *Migellam*, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ reddebat ei ſeptem libras, & *Heilandam* quæ eſt juxta pontem de **Lakoc**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ reddebat ei xx. ſol. & *Werdam* quæ membrum erat manerii noſtri de **Ferendon**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & *Lokeſwellam*, quæ eſt in foreſta de **Chippeham**, cum omnibus pertinentiis ſuis quæ reddebat ei xx. ſol. ſicut carta patris noſtri & aviæ noſtræ teſtatur. Et totum dominium noſtrum de **Hedfeld**, citra & ultra rivum cum ſeptem hominibus ibidem manentibus, & de mortuo boſco, in foreſta de **Chippeham** quantum neceſſe fuerit ad ignem monachorum, & ad eorum ædificia præparanda cum neceſſe fuerit materiam in ipſo boſco, per conſiderationem foreſtarii accipiendam; Inſuper & paſturam, & pannagium liberum, & quietum ſibi de prædictis ſeptem hominibus in eadem foreſta de ſuis dominicis porcis, & animalibus & pecudibus, & pratum de **Dumleg**, quod eſt in foreſta de **Chippeham**, ſuper ripam fluminis *Havenæ*, & diebus ſingulis inperpetuum tres denarios de firma noſtra de **Chippeham**. Conceſſimus etiam eidem abbatiæ, & monachis in ea Deo ſervientibus, & confirmavimus terram quam comes *Patricius* dedit eis; totam videlicet, terram quam ipſe habuit in **Hetfeld** juxta foreſtam de **Chippeham**, quæ pertinebat ad **Wycolt**, ſcilicet quatuor ſolidatas terræ. Ex dono *Hugonis* de **Plugeneit**, unam hidatam terræ cum paſturis & omnibus pertinentiis ſuis in **Hup-Lamburne**, & inſuper decem acras terræ de **Seyland**, ſingulis annis, & paſturam decem boum & trium vaccarum, cum ſuis dominicis bobus, & unam virgam in boſco ſuo ad caulas ſuas faciendas. Et totam terram dominii ſui de **Godeſwell**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Guidonis* de *Diva* & *Luciæ* ſponſæ ſuæ totam terram ſuam de **Dadinton** cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus ſicut cartæ eorum teſtantur. Ex dono *Radulfi* filii *Stephani* totam terram ſuam de **Wappel** & de **Cudelinton** cum omnibus pertinentiis ſuis quam dominus Rex *H.* pater noſter ei dedit pro homagio & ſervicio ſuo. Ex dono *Henrici Hoſati* & *Galfridi* filii ejus, terram quam *Faber* tenuit in villa de **Stapelford**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & ſeptem acras de dominico ſuo in *Brecha* de *Subamtona*. Ex dono *Hugonis Hoſati*, totam illam terram de *Mercumba*, quam *Robertus* filius *Martini* dederat, pro ſervitio ſuo, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut eam *Gervaſius* de *Halwri* meliùs, & pleniùs habuit, & tenuit. Ex dono *Reginaldi* de **Payvelei** dimidium nemoris ſui in **Halwurth**: Ex dono *Aewiſæ* comitiſſæ de **Romare**, dimidiam virgatam terræ quam *Ordgarus* de *Ponte* tenuit de ea in villa de **Feltham**. Ex dono *Thomæ* de **Lanvaleie** duas ſolidatas terræ, quam *Richardus le Lover* in **Chepmaneſland** quondam tenuerat, & terram illam totam quam *Richardus Ches* in eadem villa tenuerat. Ex dono *Walteri Croch* quarrariam ſuam de *Haſelberga*, & terram *Sampſonis Bigot* uſque ad antiquum foſſatum, & uſque ad veterem viam. Ex dono *Willielmi* de **Hogland** terram illam in *Penna* quam *Wimundus* tenuit. Ex dono *Rogeri Burel* totam croftam illam, quæ **Berlege** appellata eſt. Ex dono *Symonis* de *Cochelberga*, & *Petri* filii ejus totum redditum, & quicquid juris habuerunt, in illa virgata terræ, quam *Sewardus* tenuit, & poſtea *Nigellus* de *Stanlega*, totamque medietatem molendini de *Pechinilla* cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Nigelli* de *Stanlega* terram illam quam **Styleghe** appellatur, & quicquid terræ habuit in **Hotfelde**. Ex dono *Richardi* filii *Lucæ* ſluſagium unum, ſuper terram ſuam, ad molendinum monachorum fullericum. Ex dono *Willielmi* comitis *Gloceſtriæ* quietantiam theolonei in **Briſtoll**. Ex dono *Roberti* filii *Martini* eccleſiam de **Blachedon**, quam eis donavit in perpetuam elemoſinam. Ex dono magiſtri *Rogeri* de **Colne** burgagium unum in eadem villa. Ex dono *Radulfi le Ethine* meſſuagium unum. Ex dono *Richardi Withar* meſſuagium unum. Ex dono *Walteri Piſtoris* meſſuagium unum juxta pontem de *Calna*, & aliud meſſuagium ex dono *Adæ Cochks*, & quæcunque alia pia donatorum, vel venditorum devotione adquiſierint. Quare volumus (*&c.*) Teſtibus, *Hugone Dunelmenſi*, *Godefrido Wintonienſi* (*&c.*) epiſcopis (*&c.*) Dat. apud *Weſtm.* per manum *Willielmi* de *Longocampo* *Elienſis*

Elienſis electi, cancellarii noſtri, xiiij, die Nov. regni noſtri anno primo.

Alia carta ejuſdem Regis *Ricardi*.

Cart. antiq. X. n. 6.

Richardus *Dei gratia* Rex Angliæ, (&c.) *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti carta noſtra confirmaſſe abbatiæ de* **Stanlæ**, *& monachis ibidem Deo ſervientibus rationabile donum quod eis fecit* R. *filius* Stephani, *ſcilicet,* **Covinton** *&* **Wapelæ**, *cum omnibus pertinentiis, quæ pater noſter bonæ memoriæ* H. *prædicto* R. *filio* Stephani *pro homagio, & ſervicio ſuo dedit. Quare volumus & firmiter præcipimus* (&c.) *Teſtibus,* Rogero *de* Pratellis *dapifero noſtro,* Richardo *de* **Camvill**, Willielmo Giffard, *& pluribus aliis. Datum per manum magiſtri* Rogeri Malicatuli *clerici noſtri, apud* Meſſanam, *tertio die Aprilis, anno regni noſtri ſecundo.*

JOREVAULXENSIS

Abbatia in agro Eboracenſi.

Hiſtoria fundationis.

Ex regiſt. de Bellalanda f. 15.

Tempore Regis *Stephani*, qui *Henrico* primo ſucceſſit in regnum *Angliæ*, fuit quidam miles generoſæ proſapiæ nomine *Akarius* filius *Bardolfi*, magnus dominus terrarum & poſſeſſionum in comitatu *Eboracenſi*. Divina gratia inſpiratus, hic dedit cuidam monacho ſervienti Deo, *Petro* de *Quinciaco* in arte medecinæ valdè ſubtili & bene experto, & quibuſdam aliis monachis de *Savignio*, quandam partem terræ ſuæ in **Wandeſleydale**, ſcilicet in **Fors**, & in *Wrtona*, ubi prædictus frater *Petrus* & ſocii ſui, prout meliùs poterant initium cujuſdam abbatiæ ordinare cœperunt, & ſimpliciter ædificare, & primitus vocabatur illa habitatio, abbatia de **Fors**, poſtea abbatia de **Wandeſleydale**, deinde vocabatur abbatia de *Charitate*; & tandem juxta proprietatem aquæ currentis, & loci, vocabatur abbatia de **Jorvalle**. In quo loco prædicti monachi multiplices defectus laboreſq; ſuſtinuerunt. Qualiter autem, aut quibus ex cauſis idem frater *Petrus* cum cæteris ſociis ſuis de *Savigneio* in *Angliam* venit, incertum habetur, niſi ſecundùm quod creditur ipſos moram traxiſſe in curia *Alani* comitis *Britanniæ* & *Richmundiæ* prætextu artis medendi infirmitates & plagas, vel ut elemoſinas aulæ colligerent, & egenis diſtribuerent. Donationes verò quas prædictus dominus *Akarius*, & alii fecerunt prædictis monachis, confirmavit prænominatus comes *Alanus* per cartas ſuas ſic.

Carta prima Alani *comitis* Britanniæ *&* Richmundiæ.

Alanus comes *Britanniæ* & *Angliæ*, omnibus prælatis S. eccleſiæ, omnibuſq; baronibus ſuis & hominibus ſuis de *Anglia* Francigenis & *Anglicis*, ſalutem. Volo vobis notum fieri me conceſſiſſe & confirmaſſe illam elemoſinam quam *Akarius* filius *Bardolfi* dedit monachis de *Savigneio* pro anima patris ſui & matris ſuæ, & pro animabus anteceſſorum ſuorum; ſcilicet totam terram quam habuit in *Forſa* & in **Wrton**. & in *Burtonica* ſolutam & quietam ab omni ſervitio quod ei pertinet, & tamen ſic, quod prædictus *Akarius* mihi ſervitium plenariè faciat. Terram prædictam conceſſit eis, me vidente & audiente, cum omnibus rebus & pertinentibus, in boſco & in plano, & in pratis, & in aquis & in campis & paſturis. Et ego inſuper concedo eis in honorem domini noſtri Jeſu Chriſti, & pro animabus omnium fidelium, communam paſturarum mearum quantumcunque pecuniæ habeant, & præcipio quod bene & in pace & honorifice prædictam elemoſinam teneant, & quod nullus eis contrarium vel moleſtiam faciat. Et precor omnes homines ut manuteneant eos. Teſte *Conano* archidiacono.

Alia carta ejuſdem comitis.

Ibid.

Alanus comes *Britanniæ*, & *Angliæ*, dapifero filio & conſtabulario ſuo de *Ricomonte*, & omnibus baronibus ſuis & hominibus ſuis, *Francis* & *Britonibus* & *Anglis*, ſalutem. Scire volo vos & poſteros meos & veſtros, quod ego pro amore Dei & redemptione animæ meæ, & pro anima patris mei & matris meæ, & anteceſſorum meorum concedo & confirmo donationem quam *Akarius* dedit monachis & fratribus de **Wandeſleydale**, ſcilicet tres carucatas terræ in **Wrton**, & unam carucatam & dimidiam in **Fors**. Concedo & confirmo eiſdem monachis & fratribus totam villam de **Engilby**, quam *Rogeaus* de **Gunymary**, & *Warnerus* frater ſuus eis dedit. Concedo etiam & confirmo unam carucatam & dimidiam in **Fors** de *Hugone* filio *Gernagoti*. Si quis autem baronum meorum, vel hominum meorum ipſis terras vel aliquod aliud pro amore Dei dare voluerit, ego illas eorum donationes concedo libenter & confirmo, ſalvo tamen meo ſervicio, & ita ſalvo, quod per defectum illius ſervitii nec alicujus petitionis, ſupra eoſdem fratres nec ſuper homines illorum namium capiatur nec aliqua moleſtia eis inferatur. Ego eis do & concedo paſturam per totam foreſtam meam de **Wandeſleydale** & prata falcanda, quantum eis opus fuerit. Do etiam eis & concedo ut capiant materiam ubicunque voluerint in eadem foreſta, ad domos ſuas & ad omnia neceſſaria ſua facienda, ſine omni impedimento & perturbatione. Quod ſi minaria ferri vel plumbi in ſua terra invenerint, concedo ut ad opus ſuum ea fodiant. Si verò fratres ipſi, vel aliqui ſuorum ſervientium carnem alicujus feræ in mea foreſta invenerint, cum Dei benedictione illam accipiant, feræ dico quæ luporum morſu peremptarentur. Volo autem & concedo, & firmiter præcipio, ut omnia quæ memoratis fratribus dedi & conceſſi, bene & in pace, & honorifice, in nemore & in plano, in terris & in aquis, & pratis & paſturis, & exitibus & omnibus conſuetudinibus ſuis liberis, in perpetuum teneant & poſſideant cum **Tol** & **Teame**, **Infangentheof** (&c.) Teſt. (&c.)

Poſtmodum verò idem *Alanus* comes, præcepit prædicto fratri *Petro*, quod ipſum certificaret quando deberet erigere primum ædificium ſuum, quia tunc ibidem voluit perſonaliter adeſſe. Omnibus autem præparatis ad erectionem primi ædificii frater *Petrus* quæſivit comitem ſicut præceperat. Qui veniens ad locum illum ubi domus illa deberet levari, advocavit ſibi nominatim quatuor vel quinque de militibus qui ſecum advenerant, & dixit illis jocundo vultu quaſi in ludendo. *Nos omnes habemus terras magnas & poſſeſſiones, nunc ergo propriis manibus adjuvemus, & erigamus iſtam domum in nomine domini noſtri, & unuſquiſque noſtram terram vel reddeinm exhibeat, in perpetuam elemoſinam & ſuſtentationem patris quam levaverit.* Cui ſuggeſtioni quidam eorum ſatis bene concenſerunt, & alii conſentire noluerunt, niſi per conditionem. Et ſic erexerunt primam domum ligneam in loco oratorii ſcilicet anno domini milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto.

Audiens autem dominus *Rogerus* de **Molbray** fundator noſter quod quidam monachi de *Savigneio* inceperant conſtruere de novo quandam abbatiam, volens eſſe particeps orationum ſuarum, & beneficiorum ſpiritualium ſicut & aliorum religioſorum, cum magna devotione, & liberalitate animi, dedit eidem fratri *Petro* terram, paſturam & boſcum de dominio ſuo de **Maſham** per talem cartam.

Carta Rogeri *de* Molbraio.

Rogerus de **Molbray**, omnibus miniſtris ſuis & hominibus ſuis de *Eboraſciria*, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Caritate*, & *Petro* monacho, & fratribus ſuis de abbatia ſuper **Jor** flumen totam terram & boſcum totum ſicut ſemita vadit de **Brigwath** uſque **Witebercuave**, & præter hoc ad piſcandum in **Higlamare**, & warrennam & paſturam totius nemoris mei. Et volo quod habeant hanc terram uſque in **Jor** liberam & quietam ſicut terra poteſt eſſe, libere & in elemoſina. Teſte *Rogero* abbate de *Bellalanda*.

Alia carta ejuſdem Rogeri.

Omnibus qui has literas ſunt viſuri *Rogerus* de **Molbray**, ſalutem. In veritate teſtificor quod antequam prima vice irem ad **Jeruſalem** in peregrinatione, & quatuor annis antequam *Walterus Bury* haberet terram in **Maſhamſhire**, dedi abbatiæ quæ tunc vocabatur de *Caritate* nunc vocatur de **Jorevalle**, terram quam monachi tenent apud **Brigwath**, & paſturam & maremium de toto boſco meo de **Maſhamſhire**, in perpetuam & liberam elemoſinam, ſicut cartulæ meæ quas monachi inde habent teſtantur. Et ſi quis voluerit ipſas cartulas contradicere, vel falſificare, ego & hæredes mei parati erimus defendere & warantizare ubique.

Non diu poſt ipſam donationem comes *Alanus* transfretavit in *Britanniam* ad terras ſuas. Qui veniens apud *Savign.* intimavit abbati & conventui, quod frater *Petrus* & alii monachi ſocii eorum inceperant unam abbatiam in dominio ſuo non longè à caſtello ſuo de *Richo-monte* in *Anglia*. Et idem comes ſtatim dedit illam abbatiam qualitercunq; tunc metatam potius quam inceptā ipſi abbati *Savign.* qui illam domum ſuſcepit, ſed tanquam invitus & renitens, & tenuit bene & in pace, ſed per quantum tempus non conſtat. Prænominatus autem *Petrus* ſedulus promotor illius novæ plantationis *Benedicti*, de die in diem adventum cujuſdam abbatis cum uno conventu de domo *Savign.* deſideratiſſimè præſtolabatur, & ſæpiſſimè ſcripſit abbati ſuo, ut abbatem & conventum ſibi tranſmitteret, & ad inhabitandum ibidem per ſucceſſionem. Sed abbas *Savign.* in animo ſuo revolvens pericula, labores & defectus quos monachi ſui ſuſtinuerant qui in *Angliam* diverſis in locis aliàs miſſi fuerant de *Savign.* ad abbatias incipiendas, & conſtruendas, à quibus ſæpiùs hortabatur ut ipſos domi revocaret, in auditorio ſuo coram pluribus cum magna indignatione juravit per virtutem ſumme civitatis in cujus honore fundata extitit eccleſia *Savign.* quod nunquam voluit ibidem conventum deſtinare, & gratiſſimum haberet, ſi de donatione ejuſdem loci bono in modo totaliter poſſet exui, & liberari. Reſcripſit etiam fratri *Petro*, quod ſtultiſſimè egit in hoc, quod abbatiam inceperant ſine conſilio domus *Savign.* & iſtud mandatum fratri *Petro* & ſociis ſuis multum diſplicuit, & eorum animos dejecit, non tamen à bono incepto ceſſaverunt. Poſtea verò regni Regis *Stephani*, ſecundùm quoſdam, undecimo ſive duodecimo, eo ſcilicet anno quo abbas de *Fontibus*, *Henricus Murdac* nomine fuit conſecratus in archiepiſcopum *Eborum*, anno Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto, contigit quod abbas noſter *Rogerus* proceſſit ad capitulum generale apud *Savign.* & pro quibuſdam negotiis hujus domus ulterius in *Normanniam*, ad dominum *Rogerum* fundatorem noſtrum, qui tunc ibi morabatur. Audiens autem hoc frater *Petrus* acceſſit ad abbatem noſtrum, ipſum exorando ut portaret unam litteram abbati *Savign.* ex parte ſua & illius litteræ reſponſum ſuum reportaret, ac ſuggereret & inſtaret provocando ut abbas *Savign.* litteratorie eundem *Petrum* certificaret quod ſibi placeret fieri de illa nova plantatione abbatiæ quam inceperat, & ſecundùm quod abbas mandaret, ipſe & ſocii ſui libenter parere vellent in debita executione. Abbas noſter litteram aſſumpſit, transfretavit, & uſque *Savign.* venit, ubi inter cætera, negotia fratris *Petri* expoſuit, ac litteram ejus abbati *Savign.* liberavit, qui abbatem noſtrum recepit cum magno honore.

In ipſo quidem capitulo generali fuerunt abbates de *Anglia*, ſcilicet de *Quarera* & de **Neth** tantùm, & denunciatum fuit ibidem quod Papa *Eugenius* propoſuit celebrare concilium generale *Rhemis*, ſed certitudinem nondum receperant, ſi illo anno vel anno ſequente. Evoluto primo die capituli generalis, ſecundo die ſermo quæſtionis ab ipſo abbate *Savign.* coram quindecim abbatibus de ſua gubernatione ibidem præſentibus, proponebatur, quid meliùs eſſet faciendum de negotio fratris *Petri*, quod plenè in audiencia fuit recitatum. In qua ſermocinatione diverſi diverſa dixerunt. Sed tandem quia abbas *Savign.* cui locus **Jorevall** datus fuit à comite *Conano*, nullo modo conſentire voluit, quod abbas, cum uno conventu monachorum de *Savign.* ibi mitteretur, ordinatum fuit ut idem abbas *Savign.* ſi ſibi placeret, daret illam novam abbatiam juniori filiæ ſuæ de *Bellalanda*, quæ illi loco propinquior erat in *Anglia* de ſua propagatione, quòd & factum poſtea fuit. Et quia abbas noſter diutiùs expectare non potuit, volens ſe feſtinare ad dominum *Rogerum* fundatorem noſtrum pro remedio impetrando contra multas injurias & dampna nobis illata per *Robertum* de *Davidvilla*, *Willielmum* & *Hugonem* de *Malabiſſa*, in abſencia prædicti fundatoris noſtri, conſtituit loco ſuo prædictum abbatem de *Quarrera*, in omnibus quæ ipſum tangebant, ac ſic cum omni devotione & reverentia abbatis *Savign.* & totius capituli, non ſine magnis donis licentiatus eſt, & ſic receſſit. Domum tandem proſpere reverſus eſt, ſed diutiùs moram traxit in partibus *Normanniæ*, cum domino *Rogero* fundatore noſtro.

Finito capitulo generali, & abbatibus diſgregatis, abbas *Savign.* *Serlo* nomine, fecit advocari abbatem de *Quarera* coram pluribus de domo ſua, & de pluribus ipſum convenit, cui tandem tradidit illam cartam, quam habemus de donatione abbatiæ de **Jorevall**, & injunxit ei, ut illo anno viſitaret per totam generationem ſuam in *Anglia*, & ſi viderit quod unus conventus monachorum, cum abbate, poſſet apud **Fors** de terra & ſubſtantia ibidem ſuſtentari, tunc eandem cartam & locum cum tota ſubſtantia traderet abbati noſtro, ex ſua & ſui conventus donatione, ac ipſum poneret in plena poſſeſſione. Et ſi terra cum ſubſtantia ſufficere non poſſet quod tunc retinerent illam cartam penes ſe, & diceret fratri *Petro* quod locum illum bene cuſtodiret, ac promoveret ad proprios uſus abbatiæ *Savign.* Liberavit etiam eidem abbati de *Quarera*, alias litteras clauſas ſub tali tenore, quod ſi terra & ſubſtantia ſufficere poſſet ad præmiſſa, quod tunc ipſe frater *Petrus* & ſocii ſi vellent abbati noſtro licitè profiterentur aut apud *Savign.* remearent. Cum ergo tali mandato & præcepto venit abbas de *Quarrera* in *Angliam*, & in Paſcha ſubſequente, viſitavit domum noſtram una cum domino *Matthæo* monacho *Savign.* qui ſibi imperanti fuerat deſtinatus & aſſociatus, cum prænominato fratre *Petro* apud **Jorevall** commorante.

Peracta noſtra viſitatione, prædictus frater *Petrus*, duxit ſecum abbatem de *Quarera* & abbatem noſtrum uſq; *Jorevallem*, ubi idem abbas de *Quarrera*, tradidit eidem fratri *Petro* litteras clauſas domini abbatis *Savign.* cui etiam oretenus dixit, quod abbas de *Savign.* illam novam plantationem dederat abbatiæ de *Bellalanda* ſi tamen quidam abbas, cum uno conventu monachorum de terra & ſubſtantia ibidem poſſent ſuſtentari, ac cartam donationis illi demonſtravit, dicens quod abbas & conventus *Savign.* nunquam ibidem voluerunt conventum deſtinare, & ideo talem fecerat donationem. Prænominatus frater *Petrus*, litteras clauſas ſibi tranſmiſſas, coram duobus monachis ſociis ſuis, ſcilicet *Conano* & *Himberto*, produxit, qui advocabant ſibi prænominatum D. *Matthæum*, & ſic diligenter & diu mutuò viciſſim tractaverunt ſuper negotio ſuperiùs tacto. Inter quos concilium domini *Matthæi* tale fuit. Ut locus ille cum pertinentiis & ſubſtantia tanquam minus ſufficiens abbati & conventui, remaneret abbatiæ *Savign.* in proprios uſus. Sed frater *Petrus* & ſocii ejus, qui multos & graves ibidem ſuſtinuerant labores, una voce & voluntate dixerunt, quod magnus honor & commodum eccleſiæ *Savign.* & ipſis coram domino Deo meritum eveniret ſempiternum, ſi in eorum labores, abbas & conventus poſſent induci, ac debita & juſta ſucceſſione ibidem perpetuari, nec aliquo modo conſentire voluerunt, ut ille locus domui *Savign.* in proprios uſus remaneret, & ſic eorum concilio ſoluto omnes pariter in oratorio ad abbates acceſſerunt, ubi frater *Petrus* ad abbatem de *Quarera*, taliter eſt locutus. *Sancte pater de* Quarera, *ſuper negotiis quibus huc adveniſtis, nunc & alias ſufficienter tractavimus. Vos volo certificare in præſenti, quod ego & duo ſocii mei, quibus locus iſte ſpecialiter primitùs donatus fuit ad ſervitium Dei, eundem locum pro viribus noſtris hucuſque interius & exterius promovimus & ſubſtantiam multiplicavimus. Nam nunc benedictus ſit altiſſimus, habemus carucatas quinque arantes, vaccas quadraginta, cum ſecta, equas ſexdecim cum ſequela de dono comitis, ſues quinque cum ſecta, oves trecentas & triginta coria in tanno, & plus ceram & oleum pro duobus annis cum parvo adjutorio, & certi ſumus quod nos inveniemus panem & cereviſiam, caſeum & butirum pro primo anno & credimus quod quidam abbas & unus conventus monachorum de tanta ſubſtantia incipere poſſunt, in hoc loco ſcilicet vivere, donec Deo placuerit illis uberius providere. Et ego frater* Petrus, *dico tam pro me, quam pro iſtis duobus ſociis meis, quod ex quo placet abbati meo & conventui* Savign. *quod abbas de* Bellalanda *locum iſtum obtineat, ex eorum donatione, ſi idem abbas nobis fideliter promittat, quod abbatem cum uno conventu monachorum huc de domo ſua deſtinare voluerit ſucceſſione perpetuâ ad inhabitandum in ſervicio Chriſti, ſi cut à noſtris ſuperioribus ordinatum eſt, & nobis licitè praceptum, ſecundùm tenorem cartæ confectæ, & litterarum nobis tranſmiſſarum, parati ſumus locum iſtum cum tota ſubſtantia ſibi reddere, & etiam profiteri.*

His dictis abbas de *Quarera* ſecretè tractavit aliquantulum, cum abbate noſtro & domino *Matthæo*, ac poſtea in audientia omnium dixit, *Satis expreſſe liquet ſancta voluntas cordium & animarum veſtrarum, qua tam ſyncere affectatis animarum ſalutem, & ordinis incrementum: & abbas de* Bellalanda *ore proprio hic coram nobis hoc quod petiſtis, benignè facere compromittit. Sed & ego ſubjicio me & domum meam de* Quarera *vobis & domui veſtræ de* Savign. *ad complendam, ſi veſtram petitionem non adimpleverit, cum viderit melius oportere.* Et tunc coram omnibus legit cartam donationis quæ talis eſt.

Carta Serlonis *abbatis* Savignei.

UNiverſis ſanctæ Dei eccleſiæ filiis & fidelibus *Serlo* abbas monaſterii *Savign.* totiuſque loci ejuſdem conventus, ſalutem. Sciatis nos omnium fratrum noſtrorum conſilio, & concenſu, dediſſe & conceſſiſſe, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Biland**, abbatiam de **Wandelesdale**, quæ & **Jorevalls**, dicitur, cum omnibus pertinentiis ſuis, habitis & habendis, liberam & quietam ſicut comes *Alanus* de **Richmond** eam nobis dedit & conceſſit. Hæc etiam hærede ſuo *Conano*, cum baronibus ſuis concedente & confirmante eo ſcilicet tenore & intuitu ut hæc eccleſia prædicta de **Beyland** ſicut filia matri ſit ſubjecta, & ſecundum ordinem noſtrum eidem obediat per omnia. Teſtibus iis, *Henrico* archiepiſcopo *Eborum*, *Aldredo* abbate *Rievallis*, *Turoldo* abbate de *Fontibus*, & fratribus eorum plurimis.

Quæ carta perlecta, prædictus frater *Petrus*, locum cum tota ſubſtantia reddidit abbati noſtro, & eidem cum prænominatis duobus ſociis ſuis & uno converſo, in oratorio, ſuam fecit profeſſionem. Alius converſus ibidem fuit, qui profiteri noluit, & ideo cito poſt cum domino *Matheo* apud *Savign.* remeavit. Deinde abbas de *Quarera* ulterius proceſſit ad officium ſibi injunctum proſequendum, & abbas noſter, curam ejuſdem loci, ſicut prius, eidem fratri *Petro* tunc monacho ſuo commiſit, & ſic domum reverſus eſt, ac quotiens ſibi placuit ibidem acceſſit, & negocia loci pro libitu ſuo pro diſpoſuit, & ordinavit, unum monachum ad officium hoſtellariæ & quendam converſum tannatorem ibidem deſtinavit. Poſt circulum unius anni ſecundum dictum *Amphredi* Prioris, & ſecundum dominum *Walkelynum* poſt duos annos, abbas *Savign.* tranſmiſit litteras cum domino *Guidone* Priore ſuo ad univerſam generationem ſuam in *Anglia*, authoritate apoſtolica præcipiendo, ut conſtitutiones ordinis *Ciſtercienſis*, & habitum ſicut Papa *Eugenius* in ſuo generali conſilio celebrato *Rhemis* anno D. milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo ordinaverat omnes de generatione ordinis *Savign.* ſine mora, accepto mandato ſumerent & conſervarent. Timens autem abbas noſter *Rogerus*, ne in tali ſubita mutatione habitus, donatio ſibi facta abbatiæ **Jorevall** irrita fieret, aut fortè revocaretur quia abbatem & conventum nondum ibi tranſmiſerat, ſedulò cogitavit, & conſilium diverſimode quæſivit quod ſit ei melius faciendum. Sed tandem ſibi conſultum fuit à diverſis amicis, quod procederet uſque *Savign.* & inquireret ſi prædictus *Serlo* abbas *Savign.* & conventus adhuc ratum haberent, donum quod fecerant eccleſiæ *Bellalandæ* de abbatia **Jorevall**, vel non, quod ſi ſit incorporatio ordinis *Ciſtercien.* non obſtiteret quia abbas noſter poſſet ibidem abbatem cum conventu deſtinare ſecurè pro ſua voluntate. Et cum tali conſilio abbas noſter *Rogerus* transfretavit, ſcilicet anno domini milleſimo centeſimo quadrageſimo nono. Qui cum apud *Savign.* perveniſſet, tempore opportuno cauſam adventus ſui, abbati & conventui *Savign.* plenè & maturè demonſtravit. Et poſt biduum vel triduum, habita conſulendi deliberatione, tale recepit reſponſum. Quod ſi vellet promiſſionem adimplere quam fecerat abbati de *Quarera*, & domino *Petro* de *Quinciaco*, quod ingreſſum habuit in abbatiam de **Jorevalle**, & ſeiſinam recepit, quod donatio ſibi facta in perpetuum ſtabilis permaneret. Et abbas noſter *Rogerus* ibidem iterum proteſtabatur quod infra breve tempus poſt ſuam reverſionem promiſſionem veterem deberet adimplere. In vigilia verò ſancti *Laurentii* anno prædicto apud *Savign.* viam arripuit verſus *Ciſtertium*, ad capitulum generale, & habuit in comitatu ſuo abbates de **Brioſtell**, de ſancto *Andrea*, & abbatem noſtrum. Cum apud *Clarevallenſem* perveniſſet, abbas *Savign.* adduxit abbatem noſtrum coram beato *Bernardo* tunc ibidem abbate. Cui negocium abbatis noſtri, pro quo ibi venerat, plenè expoſuit, & cartam donationis ſuæ demonſtravit, & legit, ac ejus conſilium & auxilium poſtulavit. Cui breviter ſic reſpondit beatus *Bernardus*. *Iſta tua donatio conſilio & authoritate tui capituli generalis, aliquando facta evidenti inſtrumento, cum corporali poſſeſſione,* Ciſtertien. *capituli non indiget fulcimento. Nam omnia quæ in capitulo* Savign. *ordinata & ſtabilita fuerunt, in* Ciſtercienſi *capitulo non debent aliqualiter retractari, ſed rata & firma ſemper permanebunt. Benè quidem ſcimus omnes quod momentanea donatio à vero domino dat aliis jus perpetuum poſſidendi, & ideo condecet ut celeriter ſuppleatur, quod certis ex cauſis hucuſque eſt prorogatum.* Plus illa vice de iſto negotio non loquebantur. Cum autem apud *Ciſtertium* perveniſſent, tertia die, capitulum generale quando abbas *Ciſtertii* præcipiebat, ſecundùm morem, ut nomina abbatiarum illo anno fundatarum in tabula *Ciſtertii* tribuerentur, inter alia dixit beatus *Bernardus*. Abbas *Savign.* conſilio & ordinatione ſui capituli generalis, ac aſſenſu fratrum domus ſuæ jam quatuor annis elapſis dedit quandam abbatiam ſuam de **Wandeleydale** in *Anglia*, quæ nunc **Jorevalle** dicitur & nominatur, filiæ ſuæ de *Bellalanda* per cartam ſuam, quæ ſi placet coram vobis recitetur. Sed & abbas de *Bellalanda* certis ex cauſis abbatem in illo loco hucuſque ordinare non potuit, infra annum abbatem cum uno conventu monachorum ibidem deſtinavit, & ideo nomen abbatiæ **Jorevall** inter cæteras abbatias hoc anno fundatas in tabula redigatur. Tunc abbas noſter *Rogerus* ſurrexit, & tradidit cartam ſuam abbati *Savign.* qui illam tradidit beato *Bernardo*, & beatus *Bernardus* cuidam abbati ad pedes ejus ſedenti, qui illam recitavit. Qua perlecta, abbas *Savign.* dixit in pleno capitulo quod tam pro ſe, quam pro confratribus ſuis *Savign.* illam donationem ratam & gratam habuit. Sic ſtatim ad ſuggeſtionem B. *Bernardi* & abbatis *Serlonis Savign.* nomen abbatiæ **Jorevall** ibidem inter alias ſcriptum fuit in tabula *Ciſtertii*, prout manifeſtè liquet, nec unquam aliud in ſcriptis habuimus à capitulo *Ciſtertii* de abbatia **Jorevall**. Et hoc quia præſcriptionem ſive poſſeſſionem ejuſdem loci cum perſonis & tota ſubſtantia, ordinatione capituli generalis *Savign.* diu obtinuimus antequam ordo *Savign.* fuit incorporatus ordini *Ciſtertii*. Unde abbas *Robertus* de **Jorevall** aut *Willielmus* exortus, quibuſdam ſimultatibus aliquando ſecrete cauſabatur à latere obloquendo, quod minus habuimus pro nobis in munimentis ad viſitandum domum ſuam. Et ſæpius petiit inſpectionem cartæ abbatis *Serlonis Savign.* de donatione nobis

bis facta, ſed ſua importunitate caruit effectu petitionis,& ſic tandem omnes conatus ſuos ſubtraxit ex deſperatione optatum conſequendi. Sed redeundum eſt ad proceſſum. Poſtquam autem capitulum generale *Ciſtercii* finitum fuit, licentia cum benedictione tam à beato *Bernardo* quam abbate *Savign.* humiliter petita & optenta, abbas noſter *Rogerus* in bona proſperitate domum reverſus eſt in vigiliis omnium ſanctorum. Et cum aliquantulum poſt ſuum laborem quieti vacaſſet, præcepit domino *Lanrico* tunc cellerario noſtro, ut meliorem campanam eccleſiæ parochiali veteris *Bellelandæ* deſtinaret in quodam plauſtro uſque *Jorevallem*, qui præceptum celeriter adimplevit. Poſt circumciſionem Domini, abbas noſter proceſſit uſque *Jorevallem*, & ibidem traxit moram uſque ad Purificationem beatæ *Mariæ*, tractans& diſponens interius & exterius negocia illius loci & neceſſaria ad humanam vitam ibi proviſa, & ſcribi fecit. Tandem præcepit domino *Petro* & duobus monachis ſociis ſuis ibi manentibus, quod omnes eſſent apud *Bellamlandam* prima dominica quadrageſimæ, & ſic inde recedens domum acceſſit. Cumq; prima dominica quadrageſimæ adveniſſet, prænominatus dominus *Petrus* cum ſociis ſuis, & omnes alii monachi domus noſtræ in capitulo præſentes fuerunt, & conſummatis omnibus quæ ad capitulum pertinent, omnes in pace ſedebant.

Tunc abbas noſter *Rogerus*, longum ab intimis ſuſpirium trahens, talia verba dixit: *Jam diu eſt, ut benè ſcitis, ex quo promiſſa facere & adimplere cupivi quod Deus ante ordinaverat in ſua æternitate manens: ſed ut meliùs & ſecuriùs illud producerem in opus, hucuſque expectavi, & ſæpe à vobis omnibus & ſingulis conſilium & veſtram voluntatem diligenter quæſivi. Nunc ergo invocans virtutem divinæ gratiæ in noſtra operatione, ad laudem & honorem Dei, & utilitatem & incrementum univerſalis eccleſiæ, & ſalutem animarum, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ordino & conſtituo abbatem dominum* Johannem *de* **Kinſtan**. Quo nominato, omnes ſtatim ſurrexerunt,& elevantes eum à terra inter brachia ſua, portaverunt uſque ad magnum altare dicendo *Tu es abbas Jorevallis.* Iſte dominus *Johannes*, fuit unus de illis, qui receſſerunt de *Caldra* cum abbate *Geroldo*, & inceperunt domum noſtram. Poſtea ſedato clamore monachorum, omnes in capitulum redierunt, & abbas noſter ſumens abbatem *Johannem* per dextram manum in principali ſede collocavit dicens, *Ego te confirmo abbatem, & tibi committo curam animarum, & regimen abbatiæ* **Jorevall**, *cum tota ſubſtantia, perſonis & poſſeſſionibus habitis & habendis, tam in temporalibus quam in ſpiritualibus, ſicut* Serlo *abbas* Savign. *illam nobis dedit.* Et tunc tradidit illi in manibus regulam ſancti *Benedicti*, & parvulam tecam cum reliquiis.

Deinde abbas noſter nominavit prædictum *Petrum* & duos ſocios ejus, & novem alios monachos de conventu & de profeſſione eorum ſibi facta ipſos abſolvit, qui omnes abbati *Johanni* ſtatim ibidem profitebantur. Et die Mercurii proximo ſequente, ſcilicet viij. Idus Martii, anno Domini
A. 1150. milleſimo centeſimo quinquageſimo, recepta benedictione conſueta, poſt vigilias nocturnas, abbas *Johannes* cum duodecim monachis ſuis exivit de domo noſtra verſus *Jorevallem*, in quo itinere ipſum *Jeſum Chriſtum* habuit ductorem, & beatam *Mariam* virginem conſolatricem, ſicut ſæpius abbati noſtro *Rogero* ſecretè fatebatur, & revelationem ſibi factam non ſine lachrymis demonſtravit, quam hic pertranſeo ratione brevitatis. Sed poſtea eam tangere volo ut ad noticiam ſuccedentium perveniat. Die Veneris proxima, abbas *Johannes* cum conventu ſuo venit apud *Jorevallem*, ubi nunc eſt bona grangia cum ſex carucis, quæ vocatur, Vallis grangia, & ibidem fuerunt & venerunt contra eum dominus *Akarias*, primus fundator illius loci, & plures alii nobiles viri, qui ipſum receperunt in magna reverentia & honore, promittentes ei conſilium & auxilium in omnibus quæ ipſum tangebant,& poſt refectionem receſſerunt, humillime petendo participationem orationum & beneficiorum ſuorum ſpiritualium. Tunc abbas *Johannes* conſtituit dominum *Edwaldum* Priorem ſuum, & dominum *Petrum* prædictum cellarium ſuum, & cæteros officiales diverſos, & ibidē ſimul vivebant in magnis laboribus,& variis defectibus, prout melius poterant, quatuor annis. In quinto verò anno tanta pluvia extitit, in partibus illis circa feſtum ſancti *Michaelis*, cum metere deberent, & in horreum congregare; quod omnes ſegetes eorum perierunt, ita quod nullum ſemen de proprio habuerunt. Propter quod abbas noſter *Rogerus*, ad petitionem abbatis *Johannis*, quinq; skeppas frumenti illis deſtinavit ad ſeminandum, & plus habuerunt de emptione alibi, quam ſimiliter abbas noſter fecit ipſis cariari,& illum annum in magno defectu tam bladi quam braſii tranſegerunt. Sed nullus in tantum anguſtiatus eſt, quam cellarius ſolus. Et cum ſic vixiſſent, percipientes ſterilitatem terræ, & patriæ illius maximè quantum ad granum, quod ibi matureſcere & creſcere non potuit, propter pluviam & intemperiem aeris, ſæpius mutuo tractabant, de reverſione ad maternam domum, & nihil reſiſtebat eis, niſi ſola exprobratio hominum, qui dicere poſſent, Iſti monachi cœperunt ædificare, & conſummare non potuerunt. Veniens autem abbas noſter, ſecundùm morem ad viſitandum, invenit abbatem *Johannem* & ejus conventum valdè deſolatos, pro cauſa memorata. Nam expenderant illo anno totam pecuniam quam ceperant pro lana ſua, & animalibus venditis, in blado & ampliùs. Unde abbas noſter pro poſſe ſuo volens relevari eorum deſolationem, tranſmiſit illis iterum quinq; skeppas frumenti, & decem braſii ad ſuſtentationem eorum contra autumnum. Inſuper dedit eis per aſſenſum conventus noſtri decem bovatas terræ in **Ellington**, quas frater *Serlo* converſus noſter dedit nobis ad ſuum ingreſſum in domum noſtram cum decem bobus, & decem vaccis ibidem & ſex equabus cum pullis earum in eadem paſtura.

Tenor cartæ abbatis noſtri talis eſt.

ARchiepiſcopo *Eboracenſi*, omnibuſque filiis ſanctæ matris eccleſiæ, *Rogerus* abbas *Bellalandæ*, ſalutem. Notum ſit vobis nos dediſſe & conceſſiſſe abbatiæ de **Jorevalle**, decem bovatas terræ in **Ellington**, quas *Serlo* cocus priùs dedit nobis, per conceſſionem *Rogeri Mowbray* fundatoris

datoris noſtræ abbatiæ de *Bellalanda*, quietè in perpetuam elemoſinam. Valete.

Qua donatione facta, abbas noſter præcepit abbati *Johanni*, & conſuluit, ut cum feſtinatione nuntiaret per aliquem de ſuis domino *Alano* comiti qui tunc fuit in partibus tranſmarinis ſuam neceſſitatem, qui ſi ſubvenire noluiſſet, tunc bene voluit abbas noſter, ut omnes remearent ad domum noſtram matrem ſuam, quouſq; tempus fertilius ſe offerret. Sed dominus *Petrus* cellarius, bene ſemper in adjutorio Dei confidens, omni modo reditum apud *Bellalandam* diſſuaſit, volens ſi abbati placeret ſub omni feſtinatione proficiſci in *Brittanniam* ad comitem *Alanum* & ipſum convenire ſuper eorum defectū & deſtructionem,qui ſic fecit. Et cum ibi pervenit, demonſtravit comiti cum lachrymis defectum abbatis & conventus ſui, ubi talem gratiam conſecutus eſt, quod comes ſcripſit abbati *Johanni*, inhibendo, ne recederet de **Jerovalle**, & promiſit ei bonum ſubſidium in proximo ejus adventu apud **Richemond**. Sub tali promiſſo receſſit dominus *Petrus* de comite & ivit apud *Savign.* & ibi traxit moram cum antiquis ſociis ejus per quindecim dies & amplius, ubi dominus abbas plures reliquias dedit ad novam abbatiam quam inceperat, & ſic honorificè licentiatus, domum reverſus eſt cum literis comitis. Sed quia comes *Alanus* diutiùs prorogavit venire in *Angliam*, & abbas *Johannes* non habuit unde conventum ſuum per totum annum potuit ſuſtinere, quinque de monachis ſuis miſit ad domum noſtram, & tres apud *Furneſiam* ad perhendinandum. Interim ferè tranſierunt duo anni, & tandem comes *Alanus* venit apud **Richemond**, qui infra breve tempus, fecit adjuvare motam cauſam ſuorum, & ſic inde proceſſit rurſum in valle, ad veniendum cum baronibus & militibus ſuis,ubi traxit moram per ſex dies continuos, nec unquam alicubi tanta copia cervorum & biſſarum ſuccederat ad votum pro tractu arcus & curſu canum ſicuti tunc. Sed graviter iraſcebatur contra *Scollandum* dapiferum ſuum,& *Rollandum* conſtabularium ſuum,& quoſdam alios pro multitudine luporum ibi commorantium, qui multa mala tam hominibus quam beſtiis faciebant, & ſic de Valle, rediit per illam novam plantationem abbatiæ, ubi ſtando aliquantulum, comedit, & bibit.

Poſtea autem abbas *Johannes* duxit illum ad parvas officinas ſuas, & dicendo expoſuit ei graves defectus, quos ipſe & conventus ſuus ibidem patiebatur,ſubſidium ab eo poſtulans,& auxilium, quia ſi non ſubveniret, diutius in tam ſterili patria comorari non potuerunt, ſed ipſos recedere oporteret omnimodo. Cui comes *Alanus*, compaciendo dixit, quod vellet loqui cum dapifero ſuo & aliis de ſtatu & queremonia ſua, & ſecundùm quod illi conſulerent, voluit facere & operari. Et ſic idem receſſit valdè ædificatus de principió illo, & duxit ſecum dominum *Petrum* cellerarium, qui continue traxit moram in curia domini comitis. *Alanus* fecit illi ſuam magnam cartam de terris ſibi datis de domino *Akaria* & aliis militibus & hominibus ejus,& dedit illis de proprio ſuo dono magnam paſturam in **Wandeſleydale** meremium & minam, & multa alia quæ ſuperiùs in illa carta continentur, & hoc fuit ultimum donum *Alani* comitis, licet ſcribatur in principio ſupra.

Quo defunctò ſucceſſit comes *Conanus* filius ejus, qui multum dilexit abbatiam de **Jorevall.** Et cum vidiſſet quod locus ille ineptus & inſufficiens fuit ad abbatiam conſtruendam dedit abbati *Johanni* & conventui, terram vaſtam & incultam in territorio de **Eſtwitton** & magnam paſturam in ſeperabili in **Wandeſleydale** cum multis aliis pertinentiis & commoditatibus, ſicut patet in carta ſua, quæ talis eſt.

Carta Conani *Ducis* Britanniæ.

ARchiepiſcopo *Eborum*, & omnibus filiis ſanctæ matris eccleſiæ, *Conanus Britanniæ* dux & comes *Richmundiæ*, ſalutem. Notum ſit vobis me dediſſe & conceſſiſſe, in puram & perpetuam elemoſinam Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de **Jorevalle**, totam terram in territorio de **Witton** in boſco & in plano, & in omnibus aliis pertinentiis, quæ eſt ultra **Holbec** uſque ad diviſas inter **Witton** & **Maſſamſhire**, videlicet .ſicut **Holbec** deſcendit de mora in **Napewith**, & ſicut ego & homines mei perambulavimus diviſas inter **Leybec** ſicut **Labec** currit in **Jor** ſub **Thurſhou**, & exinde uſque illhuc ubi **Whitebec** cadit in **Jor**, & dividit inter **Witton** & **Ellington**, & inde uſque ad caput de **Whitebec**, & inde uſque ad **Staynbayttwherth**, & inde uſque ad **Suneſhull**, & inde uſque ad **Makereſgats**, & inde quantum diviſæ durant verſus **Maſham.** Do etiam ei & concedo paſturam in omni mora & boſco & plano quæ pertinet ad **Witton** & meremium & ligna ad focos ſuos, & ad omnia neceſſaria ſua. Præterea concedo & confirmo prædictæ abbatiæ & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes conceſſiones patris mei comitis *Alani*, cum omnibus libertatibus & aiſiamentis ſuis per totam foreſtam de **Wandeſleydale**, & prohibeo quod nullus ducat animalia ad paſcendum in prædicta foreſta ad moleſtiam monachorum meorum. Præter hæc dedi eis & conceſſi ut faciant vaccarias in foreſta mea de **Wandeſleydale.** Inſuper concedo & confirmo ipſis monachis, totam terram quam habent ex dono *Akariæ* filii *Bardolfi* in **Wrton**, & in **Fors**, cum omnibus rebus eidem terræ pertinentibus. Concedo & confirmo eiſdem monachis totam villam de **Ingelby** cum ſuis libertatibus & pertinentiis, quam *Hugo* filius *Wymar*, & *Garnarus* frater ejus eis dederunt, & ex dono *Briani* filii *Scolandi*, & *Hugonis* filii *Garnegoti*, unam carucatam terræ & dimidiam in **Fors**, cum omnibus ſuis pertinentiis. Hanc meam elemoſinam & patris mei, volo eſſe puram, liberam & quietam ab omni ſervicio, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, ita quod omnes donationes & confirmationes meas prænominatas, ego & hæredes mei prædictis monachis contra omnes homines warantizabimus imperpetuum. Teſtes hujus donationis & confirmationis meæ ſunt *Radulphus* filius *Ribaldi*, *Henricus* filius *Akariæ*, &c.

Item

Item alia carta.

C*Onanus* Dux *Britanniæ*, & Comes *Richmundiæ* omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, ſalutem. Quia pater meus *Alanus* Dux *Britanniæ*, & Comes *Richmundiæ*, dedit & conceſſit, monachis de *Savign.* communionem paſturarum ſuarum per totam foreſtam ſuam de **Wandeſleydale**, & prata falcanda, quantum eis opus fuerit, & materiem ubicunque voluerint in predicta foreſta ad domos ſuos & neceſſaria omnia ſua facienda, ſine impedimento vel diſturbatione. Iccirco in hac vita degens, & ſaluti animæ meæ volens providere, Deo & beatæ *Mariæ*, & abbatiæ de **Jorevalle** *Ciſtercienſis* ordinis, quam fundavi in honorem Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, & monachis meis ibi Deo ſervientibus, & pro me orantibus, dedi & conceſſi pro me & meis hæredibus imperpetuum totam partem & paſturam *del* **North** *del* **Jor** ſeperalem, altè & baſſè, ſubtus terram & ſupra terram nihil mihi vel hæredibus meis ibidem retinens ex omnibus rebus niſi feras, & cuſtodiam foreſtæ. Ita quod ibidem commodum ſuum faciant, in omnibus & per omnia ſecundum quod voluerint. Præterea accipiant omnia eſtoveria ſua & neceſſaria ſua, & ad omnia loca ſua quæ habent vel adquirere poterunt, ſine alicujus contradictione, impedimento, vel diſturbatione *del* **South** de **Jor**, altè & baſſè, ſubtus terram & ſupra terram cum tota paſtura ad omnimoda genera animalium, quæ habent, vel in futurum adquirere poterunt, nihil mihi vel hæredibus meis ibi plus retinens, niſi feras & foreſtariam. Dedi etiam & conceſſi prædictis monachis meis imperpetuum paſturam per totam novam foreſtam meam juxta **Richmond** ad omnia averia ſua, quæ habere poterunt, ſine contradictione mei vel hæredum meorum. Et præcipio quod habeant maſtivos ad lupos coercendos de paſturis ſuis. Volo inſuper & concedo pro me & hæredibus meis imperpetuum, quod dicti monachi, libere & ſine contradictione intrent ubicunque in feodum meum ad terras recipiendas, & poſſeſſiones adquirendas & emendas. Et ſi quis baronum vel hominum meorum eiſdem monachis, terras, poſſeſſiones vel aliquid aliud pro amore Dei dare voluerint, ego illas omnes eorum donationes, concedo libenter & confirmo in perpetuam elemoſinam habendas & optinendas ſalvo ſervitio meo. Ita tamen ſalvo quod non occaſionentur, nec pro defectu alicujus ſervitii, vel alicujus præcepti averia ſua capiantur vel diſtingantur, ſeu moleſtentur. Sed ſint bene & in pace, pro me orantes aſſiduè. Præterea concedo corpus meum prædictæ abbatiæ ad ſepultuaam ubicunque obiero in *Anglia*. Hæc autem omnia ſupradicta cum ſuis omnibus pertinentiis & aiſiamentis, ego & hæredes mei warrantizabimus & defendemus præfatis monachis contra omnes homines in perpetuum. Teſtibus; comitiſſa *Margar. Alano* conſtabulario.

Tranſlatio abbatiæ ad **Jorevall.**

A. 1156. POſtea vero ſcil. an. Do. MClvj. comes *Conanus* fecit abbatem *Johannem*, & conventũ ſe tranſferre de **Fors**, cum omnibus bonis ſuis mobilibus, uſque ad dictum locum in territorio de **Eaſt-witton**, de permiſſione capituli generalis, & bona voluntate domini *Hervei* filii *Akariæ*.

Littera permiſſionis capituli generalis.

AMantiſſimo patri & domino *Rogero*, Dei gratia *Eborum* archiepiſcopo & abbati de *Fontibus* omnibus venerabilibus abbatibus *Ciſtercii* ordinis, frater *Lucas Ciſter.* & totus conventus abbatum *Ciſterc.* capituli, perpetuam in domino ſalutem. Inprimis multiplices domino noſtro *Eborum* archiepiſcopo referimus gratias, quia ſicut audivimus, gratiam & protectionem noſtri ordinis fratribus ſumma cum diligentia paternè impendit. Quia vero ut eadem gratia quam cepit, neceſſe eſt nobis perſeveret, preces ei pro fratribus noſtris porigimus, & maxime pro coabbate noſtro de **Jorevalle**, qui de ipſius benignitate apud nos plurimum eſt gloriatus. Notum autem vobis eſſe volumus quod communi licentia prædicti abbates omnes, in commune conceſſimus ut domum ſuam tranſmittet, & in territorium *Wittoniæ* ſuper fluvium **Jor**, licet infra terminos eſſe videatur, eam tranſponat. Conſtituimus itaque & præſenti pagina confirmamus, ut quod à nobis ſancitum eſt nullus deinceps impetere præſumat. Valete.

Conceſſio domini Hervæi *filii* Akariæ.

ARchiepiſcopo *Eborum*, & omnibus filiis ſanctæ eccleſiæ, *Hervaus* filius *Akariæ*, ſalutem. Quia video quod monachi de **Jorevalle** nequeunt abbatiam tenere in feodo meo apud **Fors**, propter penuriam & paupertatem loci, & aeris intemperanciam, ideo in bona pace & amore concentio, quod transferant abbatiam ſuam de **Fors** in dominica terra domini mei comitis *Conani* de **Richmond** apud **Eaſt-witton**. Salvis ſibi omnibus terris ſuis, & tenuris quas de me tenent ubicunq; ſint, liberè & quietè, videlicet unâ carucatâ terræ & dimidiâ in **Fors**, & tribus carucatis terræ in **Wrton**, ad grangiam ſuam conſtruendam, cum omnibus rebus quæ pertinent ad prædictam terram, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, in boſco & in plano, in aquis, pratis & paſturis, altè & baſſè ſubtus terram & ſupra terram, nihil mihi & hæredibus meis retinens, ex omnibus. Ita quod ego & hæredes mei, omnia prædicta, ſicut prædictum eſt, præfatis monachis warrantizabimus, & acquietabimus, & defendemus contra omnes homines in perpetuum. Et ſciant omnes homines, qui ſunt vel futuri ſunt, quod baronia de **Witton**, incipit deorſum ad aquam de **Jor**, tendendo ſurſum uſque ad **Scaynlupanegil** ex occidentali parte de **Thorneton Ruske**, uſque ad medium montis de **Othelburgh**, & inde uſque ad **Grenebergh**, & inde ſurſum uſque ad **Grenesker**, & inde ſicut fons deſcendit deorſum in **Keldebothem**, & inde ſicut idem ſiketum manat & currit in **Blaynbeck**, & inde ſicut aqua de **Blaynbeck** currit in **Semerwater**, & inde ſurſum per **Bayn** uſque in **Jor**. Teſtes hujus rei ſunt *Herveus* ſacerdos, *Walterus* clericus de ſancto *Reynaldo*.

In alia ejus confirmatione non nominatur iſte, ſed dicitur ibi; *hanc tranſlationem prædictæ abbatiæ concedo & confirmo tali conditione, quod nihil perdam de advocatione, quoad prædictam elemoſinam patris mei & meam pertinet, ſed particeps orationum & beneficiorum quæ in abbatia de* **Jorevalle** *fient, imperpetuum efficiar, & oſſa patris mei & matris meæ ſecum removebunt & honorificè collocabunt. Teſtes ſunt qui ſupra.*

Cumque prædictus *Johannes* abbas cum ſuo conventu ſe tranſtuliſſet de **Fors** uſque in territorium de **East-witton**, incepere fundare & conſtruere magnam eccleſiam ſuam quæ eſt in fiendo, ubi charitas & fraterna dilectio, ac ſanctæ religionis profectus, continuè creſcit & multiplicat, ad laudem & honorem Dei & multarum animarum ſalutem.

Conano comiti, ſucceſſit nobiliſſima domina filia ejus *Conſtantina* nomine, quam filius Regis noſtri (cujus nomen ignoro) duxit in uxorem. Iſta *Conſtantina* ſicut ejus anteceſſores, multa bona contulit abbatiæ **Jorevalle**, ſed certificationē ſive evidentiam in tranſcriptis, ſicut de donis anteceſſorum ejus & quorundam aliorum non habemus. Cum autem abbas *Serlo* de *Savign.* debitum exſolviſſet, ſucceſſit ei abbas *Willielmus*, qui donationem prædeceſſoris ſui domui noſtræ factam, de abbatia de **Jorevalle** ritè confirmavit in forma quæ ſequitur.

Confirmatio Willielmi *abbatis* Savign.

UNiverſis ſanctæ Dei eccleſiæ filiis & fidelibus, *Willielmus* monaſterii *Savign.* dictus abbas ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac carta confirmaſſe eccleſiæ de *Bellalanda* abbatiam noſtram de **Wandelesdale**, quæ & **Jorevalle** dicitur cum omnibus pertinentiis ſuis, habitis & habendis, eo videlicet tenore & intuitu, ut hæc eccleſia de **Jorevall**, prædictæ eccleſiæ de *Bellelanda* ſicut filia matri ſit ſubjecta, & ſecundùm ordinem noſtrum eidem obediat per omnia ſicut continetur in carta prædeceſſoris noſtri, piæ memoriæ domini *Serlonis* abbatis de *Savign.* quam de donatione **Jorevall** habet.

Carta Richardi *abbatis de* Savigneio.

UNiverſis ſanctæ eccleſiæ Dei filiis *Richardus* dictus abbas *Savign.* in domino ſalutem. Sciatis nos inſpexiſſe quaſdam cartas prædeceſſorum noſtrorum piæ memoriæ dominorum *Serlonis* & *Willielmi* abbatum *Savign.* de abbatia noſtra de **Wandelesdale**, quæ & **Jorevall** dicitur, quam dederunt & conceſſerunt, dilectæ filiæ noſtræ eccleſiæ de *Bellalanda* in perpetuum, cum poſſeſſionibus habitis & habendis. Quas quidem cartas confirmamus, ratificamus & probamus, eo videlicet tenore & intuitu, ut hæc eccleſia de **Jorevall** prædictæ eccleſiæ de *Bellalanda* ſicut filia matri ſit ſubjecta, & ſecundùm ordinem noſtrum eidem obediat per omnia ſicut in cartis prædeceſſorum noſtrorum pleniùs continetur.

Valete.

Cum dominus *Johannes* primus abbas *Jorevallis* ac duodecim monachi ſui profecti fuerunt de domo noſtra verſus **Jorevalle**, prima nocte quieverunt in quadam villa in itinere, cujus nomen ſæpius vocare audivi, ſed nunc elapſum eſt à memoria mea, ubi abbati *Johanni* talis facta fuit in ſomnis revelatio. Videbatur ſibi quod fuit in domo noſtra apud *Bellalandam*; & quod abbas noſter *Rogerus* præceperat ei proficiſci cum pluribus monachis noſtris in regionem longinquam quaſi ad ordines recipiendos; & cum exiſſet per clauſtrum, videt in medio clauſtri quandam mulierem nobiliſſimam indutam & ornatam, cujus pulchritudo omnem pulchritudinem humanam excellebat, quæ tenuit in ſiniſtra manu quendam puerum ſpecioſum valdè, cujus facies quaſi lux lunæ. Et puer diſcerpſit quendam pulcherrimum ramum de parva arbore quæ ſtetit in medio clauſtri, & ſic inde receſſerunt & evanuerunt ab aſpectu ejus. Proceſſit ulteriùs ad portam, & ibi invenit ſocios ſuos paratos & abierunt: quibus invicem progredientibus dixit abbas *Johannes* ſociis ſuis, *Noſtis bene viam ad locum quo tendimus*, & reſponderunt *non.* Quibus ille dixit, *putabam vos noſce & ecce jam ingreſſi ſumus quondam ſilvam valdè ſpiſſam & condenſam, & ſi erraverimus, quis nos educet?* cui unus reſpondit, *procedamus & fidenter, quia diu errare non poterimus ut ſpero.* Et cum aliquantulum proceſſiſſent, videbatur ſibi quod omnes incluſi fuerunt arctiſſimè inter ſpinas, vepres, & magnas rupes, ubi omnino nulla apparebat vel ſemita progrediendi, ſed & regredi quoquo modo non potuerunt. Cumque taliter diutiſſimè hæſitantes ſtetiſſent, de vita ſua deſperaverunt, & unuſquiſque alterum ad ſubveniendum cum magna cordis anguſtia excitabat & provocabat. Sed nullus alium potuit de loco in quo ſtabat amovere vel adjuvare. Tunc dixit abbas *Johannes*, *Ex quo ſic præpedimur interim dicamus horas & evangelia noſtra*; qui ſic fecerunt, & cum perdixiſſent, ſubito, quaſi ſubſequens, venit illa pulcherrima mulier cum puero ſuo quam idem abbas *Johannes* viderat in clauſtro noſtro, cui ille dixit, *O pulchra mulier, tenera & delicioſa, quid agis in deſerto cum filio tuo & quo tendis?* cui illa, *Sæpe ſum in locis deſertis, & nunc venio de* Ryvalle *& de* Bellalanda, *& habui colloquium cum abbatibus illis, & quibuſdam monachis eorum quibus ſum valdè ſpecialis, domeſtica, & multum amabilis, & nunc vado ad* Novum-Monaſterium, *ut aliquantulum ſpecialis meus abbas & quidam monachi ſui de meo adventu ibidem conſulentur.* Tunc dixit abbas *Johannes* ad illam, *Tu una cum ſis, qualiter & quomodo unus amicus tibi non ſufficit, quin multos habeas, & inter ſe diſtantes?* Tunc illa, *verè unum habeo amicum qui me ſibi elegit, & ab illo nunquam me ſubſtraxi corpore vel voluntate, & tamen nitor mihi quærere alios amicos, qui me ſub illo fideliter diligant & alios amicos quos ipſi ſub me diligant cum tamen amor noſter ſemper optimus nunquam decreſcit, ſed augmentatur*, Tunc abbas *Johannes* ad illam *Bona domina humiliter te ſupplico ut me & ſocios meos in tam arcto loco & ignoto deviantes educere velis, & in viam ponere quæ ducit ad illam civitatem ubi iſti monachi, domino auxiliante debent ordinari. Hoc autem peto pro amore amicorum tuorum qui ſunt in* Bellalanda, *de qua nos omnes monachi ſumus.* Tunc illa, *Verum inquit dicis de* Bellalanda *eſtis, ſed annexi tanquam pars toti, ſeu membrum capiti. Fuiſtis nuper de* Bellalanda *ſed nunc de* **Jorevalle**

Jorevalle *eſtis.* Cumq; illa nominaſſet **Jorevalle**, mirabatur ille & dixit, *Bona domina doce nos viam verſus* Jorevallem, *nam illuc tendimus.* Tunc illa reſpiciens filium ſuum dixit, *Dulciſſime fili pro amore quo ſemper me dilexiſti, eſto ductor iſtius, noſtri & conventus, conſternati ſunt nimis de iſto impedimento. Invocata enim ſum alibi ubi accelerare me oportet*: & his dictis receſſit. Puer vero prætendens ramum quem habebat in manu diſcerptum de clauſtro *Bellalandæ*, voce clara & vultu jocundo, dixit, *Procedo, viriliter me ſequamini.* Et cum ſic proceſſiſſet, ſequebantur per vias duras & difficiles, nec inde gravabantur. Nam infinitæ volucres albæ & parvæ ut paſſeres ineſtimabilis candoris deſcendebant ſuper ramum quem in manu geſtabat, & ibidem crebriùs cantabant totum hymnum, *Benedicite omnia opera domini domino*, de quo cantu, in tantum reficiebantur, quod nil difficultatis ex itinere ſenciebant. Tandem pervenerunt ad quendam locum horridum nimis & incultum, in quem puer ingreditur quaſi uſq; in medium, & ibi fixit in terram, & plantavit prædictum ramum cum avibus canentibus, dicens, *Hic Deus adorabitur & invocabitur poſt modicum tempus, & quaſi in momento ramus crevit in pulcherrimam arborem, per totum repletam avibus albis. Sub iſta arbore quieſcite, & vires veſtras reparate, nam reſpicere jam poteſtis locum ad quem tenditis, & via quæ illhuc ducit ſatis eſt vobis manifeſta.* Quibus dictis, puer diſparuit. Non illico ſed paululum abbas *Johannes* evigilavit, & omnia ſupraſcripta diligenter in animo ſuo revolvit, & valdè admirabatur & conſolabatur multùm de tali viſione, nec ampliùs illa nocte obdormivit, nam ex verbis pueri concepit quod diu apud **Fors** non eſſent commanſuri. Summo mane abbas *Johannes* ſurrexit, & dictis vigiliis ipſe & monachi ſui, adhuc lucentibus luna & ſtellis proceſſerunt. Et cum per medium cujuſdam villæ in aurora diei veniſſent, quidam habitantium illuc fuerunt in ſurgendo, qui audientes magnum latratum canum, ut fieri ſolet, per feneſtras domorum ſuarum, in viam reſpexerunt, & cum vidiſſent plurimos in albis pannis tranſeuntes, unus eorum dixit, *Quam multi albi homines tranſeunt hic?* Quod audiens abbas *Johannes* ſubſtitit ſub quodam muro in umbra quaſi exploraturus & auditurus quid de illis ulterius diceretur, & alius homo dixit ſocio ſuo qui ipſos viderat, *Neſcis qui ſunt iſti?* & alius reſpondit, *Non*; & ille qui prius, *Dictum fuit mihi heri ad aulam, quod unus abbas & duodecim monachi ſe transferunt, & tranſmigrant de* Bellalanda *ad habitandum apud* Jorevallem, quod tertius homo audiens ſub omni feſtinatione hoſtium domus exivit, & ſuſpiciens aliquantulum lunam, ſtellas, ſigna & ſtatum firmamenti, talia verba dixit, *In fœlici tempore ſe transferunt boni homines iſti, nam infra breve tempus, ſcilicet triginta vel quadraginta annorum ad talem ſtatum vivendi in hoc ſæculo pervenient, quod nunquam defectum patientur, ſed in omnibus bonis temporalibus ſemper vegetabunt & accreſcent.* Quibus verbis auditis abbas *Johannes* proceſſit, & ſe feſtinavit ad ſocios ſuos bene comfortatus & animatus, tam de verbo ſimplicis hominis bona fide loquentis, quam de revelatione ſupraſcripta, Cui in omni profectu & gratia, majorem ſpem & fidem adhibebat. Interpretetur tam dictum quam revelationem prout libet, quicunque voluerit. Sufficit mihi quod ea ſimpliciter notificavi ſicut à ſenioribus noſtris, non ſemel, ſed ſæpius audivi.

Genealogia comitum Richmundiæ *poſt conqueſtum* Angliæ.

Ex regiſt. feodorum de *Richmundſhire* in bibl. *Cottoniana* fol. 94. b.

EUdo comes *Britanniæ* ante conqueſtum *Angliæ* filius *Galfridi* ducis genuit tres filios ſucceſſivè poſt ejus mortem in comitatu *Brittaniæ* præſidentes, *Alanum* ſcilicet dictum *Rufum* vel *Fergaunt* qui primò venit in *Angliam* cum *Willielmo* Baſtardo duce *Normanniæ*. Cui idem *Willielmus* poſtquam coronatus fuit in Regem *Angliæ* per conqueſtum, auxilio *Matildis* Reginæ ſuæ dedit honorem & comitatum comitis *Edwini* in *Eborakſhira* (qui modo vocatur **Richmondſhire**) & qui ad tunc extitit **geldable**, ſed poſtea Regum privilegio in libertatem eſt mutatus.

Hic *Alanus* primò incepit facere caſtrum & munitionem juxta manerium ſuum capitale de **Gilling** pro tuitione ſuorum contra infeſtationem *Anglorum* tunc ubiq; exhæredatorum ſimiliter & *Danorum*, & nominavit dictum caſtrum **Richmond** ſuo ydiomate Gallico, quod ſonat latinè divitem montem, in editiori & fortiori loco ſui territorii ſituatum. Et obiit ſine exitu de corpore ſuo & apud ſanctum *Edmundum* ſepultus eſt.

Alanus Niger frater ſuus eidem ſucceſſit in honorem *Richmundiæ*. Cujus anno gubernationis xvj. quidam miles nomine *Acharias* filius *Bardolfi* fundavit monaſterium ordinis *Ciſtercienſis* apud **Fors** in **Wenſlaidale** quod poſtea tranſlatum eſt uſque in territorium de **Witton** & vocatur *Jorevallis* per *Stephanum* poſtea comitem *Richmondiæ*. Et obiit ſine liberis.

Stephanus frater dicti *Alani* eidem ſucceſſit in honorem prædictum qui tranſtulit abbatiam de **Fors** uſque locum qui nunc *Jorevallis* dicitur, genuitque filium nomine *Alanum* & obiit Idus Aprilis anno gratiæ milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto & ſepultus eſt apud **Begar**, tamen cor ſuum juſſit ſepeliri in monaſterio ſanctæ *Mariæ* apud *Eboracum* quod ipſe prius conſtruxerat & poſſeſſionibus ampliſſimis dotaverat anno gratiæ Mlxxxviij. ſecundo *Willielmi Rufi*.

Alanus filius *Stephani* comitis eidem ſucceſſit qui obiit in *Britannia* 3. kal. Aprilis anno gratiæ MClxvj.

Conanus filius *Alani* comes *Britanniæ* & *Richmondiæ* ſucceſſit in honorem *Richmondiæ* & diſponſavit *Margaretam* ſororem *Willielmi* Regis *Scotiæ*. Ex qua genuit unicam filiam & hæredem nomine *Conſtanciam* quam *Galfridus* frater Regis *Angliæ Ricardi* diſponſavit.

Iſte *Conanus* ædificavit turrim magnam infra caſtellum *Richmundiæ*. Et obiit in *Britannia* & apud **Begar** ſepelitur anno gratiæ MClxx.

Conſtancia filia *Conani* tenuit honorem prædictum & ex *Galfrido* fratre Regis habuit filium nomine *Arturum* quem *Johannes* Rex *Angliæ* occidi fecit & *Alianoram* incarceravit apud **Cork** poſt mortem *Arturi* fratris ſui. Poſtea duxit eam *Ranulphus* comes *Ceſtriæ*, quæ ab eo propter adulterium divortiata & ſine prole generata nupſit cuidam *Guidoni* de *Toarcho*. Ex quibus proceſſit filia nomine *Adelicia* quæ poſt mortem parentum remanſit in cuſtodia Regis *Franciæ* quam Rex dedit in matrimonio domino *Petro Mauclerc* militi ſuo cum *Britannia*. Et obiit in *Britannia* ſepultus apud **Begar** anno MCCj.

Adelicia obiit in *Britannia* & ſepulta eſt apud **Plonarmel** anno gratiæ MCCxxj.

Johannes filius *Adeliciæ* obiit in *Britannia* anno MCCxxiiij. & nunquam fuit comes *Richmundiæ*.

Johannes filius *Johannis* comes *Richmondiæ* diſponſavit *Beatricem* filiam *Henrici* Regis *Angliæ*. De qua genuit *Arturum*, *Petrum*, & *Johannem*. Occiſus fuit apud *Lugdunum* in coronatione domini *Clementis* Papæ anno MCCCv. ibique ſepultus fuit.

Arthurus Dux ſet non comes *Richmondiæ* filius ſuus obiit in *Britannia* & ſepultus eſt apud **Plonarmel** MCCCxj.

Johannes frater *Arthuri* comes obiit in *Britannia* & ſepultus eſt apud **Wanys** MCCCxxx.

Johannes filius *Arthuri* comes obiit in *Britannia* & ſepultus eſt apud **Plonarmel** anno gratiæ MCCCxlj.

Carta Johannis Britanniæ *Ducis, donationes anteceſſorum ſuorum confirmans.*

Cart. 4 *E.* 3 n.99. per Inſpex.

Vide cart. 35 *E.* 1. n. 15.
Et cart. 6. *E.*2.n.49.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Johannes* Dux *Britanniæ*, & Comes *Richmondiæ* in *Anglia* ſalutem in domino ſempiternam. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & præſenti ſcripto confirmaſſe, Deo & beatæ *Mariæ* & monachis de **Jorevall** ordinis *Ciſtercienſis*, Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, ipſam abbatiam ſuam de **Jorevall**, in honorem beatæ *Mariæ* conſtructam, in territorio de **Eſt-wittone**, cum tota terra ejuſdem villæ, & advocatione eccleſiæ, cum omnibus pertinentiis, ayſiamentis, libertatibus in terra, aqua, boſco & omnibus aliis rebus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Inſuper concedimus, & confirmamus pro nobis & hæredibus noſtris, omnes alias terras quas ipſi religioſi habent, de dono anteceſſorum noſtrorum fundatorum ſuorum, ſeu quorumcunque aliorum; ſcilicet in **Askerig**, **Nappai**, **Neubigyng**, **Ridmere**, **Herdeby**, **Walburn**, **Persks**, **Feldome**, **Dalton**, **Melſamby**, cum **Didreſtone**, **Rich**, **Langton** ſuper **Swale**, **Witewell**, **Apilton**, **Tunſtall**, **Burhg**, **Heſelton**, **Hankiſwell**, **Burton**, **Cunſtable**, **Fingall**, **Hotonhang**, **Ellyngſtring**, **Ellyngton**, **Sturneton**, **Lemyng**, **Eſtleby**, **Middelton**, **Quenerow**, cum pertinentiis ſuis in puram & perpetuam elemoſinam ſolutam & quietam de omnibus ſerviciis, exactionibus & demandis imperpetuum. Præterea concedimus, & confirmamus pro nobis & hæredibus noſtris prænominatis monachis, & eorum ſucceſſoribus, omnes alias terras ſuas, ſcilicet grangias, poſſeſſiones eccleſiaſticas, & mundanas, toſta & crofta, redditus & prata, paſcuas, moras, paſturas, boſcos & communas, & omnia alia tenementa ſua, tam in dominicis quam in ſerviciis cum omnimodis pertinentiis, libertatibus & ayſiamentis prope & procul, de quorumcunq; Chriſtianorum fuerint donatione, infra honorem **Richemund**; Ita quod ipſi monachi & eorum ſucceſſores teneant & habeant imperpetuum omnes dictas terras ſuas, & poſſeſſiones cum omnibus pertinentiis, ad laudem & honorem Dei, & ſalutem animarum, liberè, quiete, bene & in pace in liberam puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ noſtræ, anteceſſorum & hæredum noſtrorum. Et nos & hæredes noſtri præſentem confirmationem, in omnibus ſicut ſcriptum eſt, prænominatis monachis de **Jorevall**, & eorum ſucceſſoribus, contra omnes homines warantizabimus, aquietabimus, & defendemus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum noſtrum appoſuimus (*&c.*) Datum apud *Eborum* die exaltationis ſanctæ crucis anno gratiæ milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octavo, & anno regni Regis *Henrici* filii Regis *Johannis*, quinquageſimo ſecundo.

Alia carta ejus Johannis.

JOhannes Dux *Britanniæ* & comes *Richmundiæ*, omnibus hominibus ſalutem. Cum contineatur in carta, quam abbas & conventus de **Jorevalle** habent de foreſta de **Wandeſlaydale**, quod ſalvis nobis & hæredibus noſtris, vel aſſignatis noſtris, omnibus quæ ad foreſtam & foreſtariam pertinent, tam in dominicis terris ſuis, quam extra ex utraque parte de **Jor**, volumus etiam & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris vel aſſignatis noſtris, ſicut intelligi, quod tranſgreſſores ſalvagine attachientur & amercientur, ſimiliter ſi aliquid de viridi de boſco noſtro abque viſu foreſtariorum noſtrorum ceperint, eorundem attachiamenta & amerciamenta nobis pertineant. Et ſi aliqui ceperint de boſco prædictorum monachorum infra baronias ſuas, ſive alibi in ſeperabili ſuo, emendas ſibi faciant, ſecundum delictum per ſectam dictorum monachorum ubicunque voluerint. Volumus etiam quod dicti monachi poſſint quolibet anno pro voluntate ſua ſcindere quandam portionem de boſco ſuo, & illam portionem vendere aut in ferrum comburere. Præterea concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod dicti monachi paſcant cum omnimodis beſtiis ſuis undicunque venientibus, in boreali parte de **Jor**, ſicut in ſuo ſeperabili, prout voluerint. Præterea volumus quod nullus hominum noſtrorum de foreſta de **Wandeſlaydale**, habeat communionem paſturæ de **Bayne**, uſq; ad murum de **Burgh**, & ſic ſurſum verſus **Anthelburi**, vel eſtoveria in turbaria de **Witton** exceptis hominibus de loco qui dicitur **Baynebrig**, ſine vaſto ibidem faciendo, & ſuperoneratione paſturæ. Volumus etiam quod animalia noſtra, vel tenentium noſtrorum de **Wendeſlaydale** non intrent, nec paſcant infra baronias prædictorum monachorum, nec aliquod agiſtiamentum in prædictis de cætero capiemus, ſed faciant in eiſdem prout voluerint, omnimodum commodum ſuum. Præterea volumus & concedimus, quod ſi aliqua prata clauſa vel nova ædificia de cætero fecerimus vel conſtruxerimus in prædicta foreſta, bene liceat prædictis monachis tantum ubicunque voluerint facere

cere in ſuo ſeparabili, ſine aliqua calumpnia vel contradictione. Concedimus, etiam confirmamus eiſdem monachis omnes donationes eis factas, ſcilicet terras, tenementa, reditus & poſſeſſiones cum omnibus pertinentiis ſuis in villa de **Somercotes**, & unum toſtum & croſtum ad ſanctum *Botulphum* in **Wormegate**, à filo aquæ, uſque ad locum qui dicitur **Hardick**, & decem ſolidos argenti quolibet anno de nundinis ejuſdem villæ, ad vinum emendum propter miſſas, ac omnes donationes eis factas in eadem villa, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ad omnimoda commoda ſua facienda. In cujus rei teſtimonium præſentibus ſigillum noſtrum appoſuimus. Datum apud *Londinum* die ſancti *Edmundi* archiepiſcopi; anno gratiæ milleſimo ducenteſimo octogeſimo primo.

Carta Johannis *de* Britania *comitis* Richmundiæ *&* Willielmi *abbatis de* Savygneio *ſub uno ſigillo de ſubjectione abbatiæ* Jorevallis *in* **Wandeſlaydale** *abbatiæ de* Bellalanda.

Ex ipſo autogr. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Johannes* de *Britania* comes, *Richmundiæ* ducis primogenitus ſalutem in domino. Noveritis nos inſpexiſſe cartas monaſterii de *Bellalanda* ſigillis venerabilium patrum *Savygneii* de verbo ad verbū in forma ſubſcripta. Univerſis ſanctæ Dei eccleſiæ filiis & fidelibus *Serlo* abbas monaſterii *Savygnyacenſis* totiuſque loci conventus ſalutem. Sciatis nos communi fratrum noſtrorum conſilio & conſenſu dediſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Beylanda* abbaciam noſtram de **Wandeleſdale** quæ etiam *Jorevallis* dicitur cum omnibus pertinentiis ſuis habitis vel habendis, liberam & quietam ſicut comes *Alanus* de **Richemunt** eam nobis dedit & conceſſit, hoc etiam hærede ſuo comite *Conano* cum baronibus ſuis concedente & confirmante, eo videlicet tenore & intuitu ut hæc eccleſia prædictæ *Beilandiæ* ſicut filia matri ſit ſubjecta, & ſecundūm ordinem noſtrum eidem obediat per omnia. Teſtibus hiis, *Henrico* archiepiſc. *Eboracenſi*, *Ailredo* abbate *Ryevallis*, *Turoldo* abbate de *Fontibus* & fratribus eorum plurimis.

Univerſis ſanctæ Dei eccleſiæ filiis & fidelibus *Willielmus* monaſterii *Savigni* dictus abbas ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & hac carta confirmaſſe eccleſiæ *Beylande* abbaciam noſtram de **Wandeleſdale** quæ & *Jorevallis* dicitur, cum omnibus pertinentiis ſuis habitis & habendis. Eo videlicet tenore & intuitu ut hæc eccleſia de *Jorevallis* prædictæ eccleſiæ de *Bellalanda* ſicut filia matri ſit ſubjecta & ſecundūm ordinem noſtrum eidem obediat per omnia, ſicut continetur in carta prædeceſſoris noſtri piæ memoriæ dompni *Serlonis* abbatis de *Savygno* & ejuſdem conventus quam de donatione *Jorevallis* habet. Quas quidem cartas nos prædictus *Johannes* de *Britania* comes *Richmundiæ* pro ſalute animæ noſtræ & pro anima kariſſimæ ſponſæ noſtræ & conſortis noſtræ *Beatricis* domini *Henrici* quondam illuſtris Regis *Angliæ* filiæ, & pro animabus omnium anteceſſorum & hæredum noſtrorum ratificamus approbamus pro nobis & hæredibus noſtris ac aſſignatis quibuſcumque imperpetuum confirmamus per præſentes abbati & conventui de *Bellalanda* & eorum ſucceſſoribus valituras. In cujus rei teſtimonium præſenti cartæ ſigillum noſtrum appoſuimus. Hiis teſtibus dominis *Gwycardo* de **Charron** ſeneſcallo noſtro, *Johanne* de *Mora*, *Willielmo* de *Traille*, *Briano* filio *Alani*, *Johanne* de ſancto *Michaele* militibus, *Roberto* de **Appilgarth**, *Willielmo del* **Scrope**, & aliis.

Carta Ricardi *abbatis* Savygni.

UNiverſis ſanctæ eccleſiæ filiis *Ricardus* dictus abbas *Savigni* in domino ſalutem. Sciatis nos inſpexiſſe quaſdam cartas prædeceſſorum noſtrorum piæ memoriæ dominorum *Serlonis* & *Willielmi* abbatum *Savygni*, de abbatia noſtra de **Wandelepdale** quæ & **Jorevall** dicitur, quam dederunt & conceſſerunt dilectæ filiæ noſtræ de *Bellalanda* imperpetuum cum ſuis poſſeſſionibus habitis & habendis; Quas quidem cartas confirmamus ratificamus & approbamus, eo videlicet tenore & intuitu ut hæc eccleſia de **Jorevalle** prædictæ eccleſiæ de *Bellalanda* ſicut filia matri ſit ſubjecta, & ſecundūm ordinem noſtrum eidem obediat per omnia, ſicut in cartis prædeceſſorum noſtrorum pleniūs continetur. Valete. Ibid.

Carta Regis Henrici *tercii donationes plurimorum confirmans.*

Cart. 12 *H.* 3. memb. 10.

REX omnibus &c. Noveritis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe abbati & monachis de **Jorevall** omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas, videlicet ex dono abbatis & conventus de *Fontibus* ſex bovatas terræ cum pertinentiis in **Hortone** & homagium & ſervicium *Ricardi* clerici, & hæredum ſuorum de terra de **Salberg**. Ex dono *Suani* filii *Dolfini* unam carrucatam terræ cum pertinentiis in **Hortone**. Ex dono *Radulfi* filii *Suani* duas bovatas terræ & ſervicium unius bovatæ terræ in eadem villa. Ex dono *Willielmi* filii *Arkilli* duas bovatas terræ cum pertinentiis in eadem villa. Ex dono *Walranni* filii *Johannis* de **Halgtone** unam bovatam terræ cum pertinentiis in eadem villa. Ex dono *Adæ* de **Stavele** totam **Griſendene** cum omnibus pertinentiis, ſcilicet **Alvedale**, & medietatem de **Routhabottone**, & **Perterone** in communia, & aliam medietatem de **Rauthabotton** cum communia illorum de **Sadberge**. Ex dono *Willielmi* de **Wytewell** duas bovatas terræ cum pertinentiis in **Melſamby**. Ex dono *Briani* filii *Alani* duas carucatas terræ cum pertinentiis in eadem villa. Ex dono *Julianæ* filiæ *Alani* de **Lins** duas bovatas terræ cum pertinentiis in eadem villa. Ex dono *Aliciæ* filiæ *Willielmi* de *Bermingeham* duas bovatas terræ cum pertinentiis in eadem villa, & ſervicium *Elenæ* filiæ ejuſdem *Aliciæ* de illis bovatis quas ipſa tenuit de eadem *Alicia*. Ex dono *Nicholai* filii *Galfridi* de **Stapelton** quinque bovatas terræ cum pertinentiis in **Merſk** & unam bovatam terræ cum pertinentiis in **Bartone**. Ex dono *Henrici* filii *Mich.* dimidiam carucatam terræ cum pertinentiis in **Merſk**. Ex dono *Henrici* filii *Hervei* unam carucatam terræ cum pertinentiis

tinentiis in **Feldone.** Ex redditione & conceſſione prædicti *Henrici* totam terram & paſturam & boſcum & planum & omnes libertates & aiſiamenta, & omnia quæ pertinent ad duas carucatas terræ infra diviſas de **Feldone.** Ex dono *Rogeri* filii *Ceceliæ* unam carucatam terræ cum pertinentiis in **Feldone.** Ex dono *Hamonis* de *Valuniis* totam terram de **Rokwike** cum pertinentiis. Ex dono *Petri Boterel* filii & hæredis *Reginaldi Boterel* totam terram de **Eſt-Witton** cum omnibus pertinentiis ſuis & cum eccleſia ejuſdem villæ. Ex dono *Adæ Barn* de **Neubigging** dimidiam carucatam terræ in **Askerik** & **Neubigging** cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Avelinæ* quondam uxoris *Rogeri* de **Gaitenebi** unam carucatam terræ in **Stratford** cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Conani* ducis *Britanniæ* & comitis *Richmundiæ* C. ſol. terræ in **Sumercote.** Ex dono ejuſdem *Conani* x. ſol. annuatim de redditibus nundinarum S. *Botulfi* in **Hoiland.** Ex dono *Radulfi* filii *Suani* ſex bovatas terræ in **Ridemere** cum pertinentiis. Ex dono *Ceceliæ* filiæ *Copſi* de **Riddemere** unam carucatam terræ in **Ridemere** cum pertinentiis. Ex dono *Radulfi* filii *Rogeri* quinquaginta acras terræ cum pertinentiis in **Torintone** & paſturam ad quinquaginta oves. Ex dono *Aimari* filii *Rogeri* unam acram terræ in **Torintone** quæ jacet in **Henephan** & unam acram prati ex auſtrali parte de **Jor.** Ex dono *Willielmi* filii *Willielmi* de **Wyteby** duas bovatas terræ in **Torintone** cum pertinentiis. Ex dono *Roberti* filii *Haskewy* homagium & ſervicium *Ranulfi* filii *Willielmi* de **Middelton** & hæredum ſuorum. Ex dono *Roberti Ruffi* de **Claſeby** filii *Haskewy* duas bovatas terræ in **Eſtanefeld** cum pertinentiis. Ex dono *Ranulfi* comitis *Ceſtriæ* unam liberam ſalinam in harenis de **Wenſlet** ex parte orientali portus inter portum & mare, & unum liberum boſcum ad turbam fodiendam in mariſco de **Todintone**, cum uno homine ad dictam ſalinam ſuſtentandam, cum libero introitu & exitu ad prædictam turbam cariandam ad eandem ſalinam. Ex dono *Roberti* filii *Odonis* de **Hunitone** dimidiam carucatam terræ in **Hunitone** cum pertinentiis. Ex dono *Helewiſæ* de **Huntone** novem acras terræ in **Huntone** cum pertinentiis. Ex dono *Thomæ* de **Wytewell** unam bovatam terræ cum pertinentiis in **Wytewell.** Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum venerab. patris *Radulfi Ciceſtr.* epiſcopi cancellarii noſtri, Apud *Weſtmonaſt.* xij. die Februarii anno regni xij.

Alia carta ejuſdem Regis.

Ib. m. 9. Vide etiam Pat. 5 *R.* 2. part. 1. m. 14.

H. Dei gratia (*&c.*) Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe (*&c.*) Deo & abbatiæ de **Joreval**, & monachis ibidem Deo ſervientibus rationabiles conceſſiones eis factas tam per *Alanum* quondam comitem *Richmundiæ*, quàm per *Conanum* filium ſuum, & per *Conſtantiam* comitiſſam filiam ipſius *Conani*; ſcilicet de conceſſione & confirmatione prædicti comitis *Alani* tres carucatas terræ in **Wittone**, & unam carucatam & dimidiam in **Forſe** de dono *Akariæ*. Et totam villam de **Engelby** de dono *Rogeri* filii *Wyemari*, & *Garnerii* fratris ſui, & unam carucatam & dimidiam in **Forſe** de dono *Hugonis* filii *Jernagan*. Et de dono *Alani* comitis quod pro defectu ullius ſervicii nec alicujus petonis quod ad comitem **Richemund** pertineat, ſuper eoſdem fratres, nec ſuper homines eorum namium capiatur, nec aliqua moleſtia eis inferatur. Et de dono ejuſdem quod habeant paſturam per totam foreſtam de **Wendeſlaydale** & prata falcanda quantum eis opus fuerit. Et ut capiant materiem ubicunque voluerint in eadem foreſta ad domos ſuas, & ad omnia neceſſaria ſua facienda, ſine omni impedimento & diſturbatione. Et quod ſi mineram ferri vel plumbi in terra ſua invenerint ad opus ſuum eam fodiant, Et quod habeant feras luporum morſu peremptas, quas ipſi vel ſervientes ſui in foreſta illa invenerint. Et ut omnia quæ idem comes memoratis fratribus dedit & conceſſit, bene & in pace & honorificè in nemore & plano, in terris & aquis, & pratis & paſcuis, & exitibus & omnibus conſuetudinibus ſuis liberis imperpetuum teneant & poſſideant. De donatione autem & conceſſione *Conani* quondam comitis *Richmundiæ* totam terram in territorio de **Wittone** in boſco & plano quæ eſt ultra **Holebec** uſque ad diviſas inter **Wittone Maſham-ſhire**, & paſturam in omni mora & boſco & plano quæ pertinent ad **Wittone**, & maeremium & ligna ad focos ſuos, & ad omnia neceſſaria ſufficienter, Et ut nullus inducat animalia ad paſcendum in foreſta de **Wandeſlaydale** ad moleſtiam monachorum: Et conceſſionem & confirmationem *Conſtantiæ* comitiſſæ filiæ *Conani* quod monachi prædicti poſſint piſcari per omnes aquas comitis *Richmundiæ* in **Wandeſlaydale** ad opus infirmorum de infirmitorio ſuo, & ut faciant ſandas ad pullos ſuos capiendos ubi eis placuerit *del ſu de* **Chambeſgathe.** Et ut faciant logias per viſum ſeneſchalli comitis *Richemundiæ* ad vaccarias ſuas in marginibus foreſtæ. Conceſſimus etiam eis & confirmavimus unam carucatam terræ in **Kelgrimhou**, & unam carucatam terræ & dimidiam in **Diveriſtone**, & unam carucatam & dimidiam in **Heſiltone**, & unum toftum ad ſanctum *Botulfum*. Et ex dono *Rogeri* de **Moubray** terram apud **Brigewath.** Hæc ſupradicta (*&c.*) prædictæ abbatiæ in perpetuam elemoſinam concedimus & confirmamus (*&c.*) Datum, ut ſupra.

GRENEFEILDENSIS
Abbatia in agro Lincolnienſi.

Carta Radulfi *de* **Abi** *ad abbatiam conſtruendam apud* **Grenefeild.**

Ex autographo in bibl. *Derveſiana.*

Episcopo *Lincolniæ* & capitulo & univerſis filiis ſanctæ matris eccleſiæ tam præſentibus quam futuris *Radulfus* de **Abi** ſalutem. Noveritis me dediſſe conſilio & conceſſione hæredum meorum & domini mei *Rogeri*

Rogeri Arſie & præſentis cartæ meæ teſtimonio confirmaſſe ſanctimonialibus de **Grenefeld**, ipſum locum qui vocatur **Grenefeld**, ad abbatiam conſtruendam, & eccleſiam de **Abi** cum omnibus pertinentiis ſuis, & culturam de **Sunewith** quæ eſt inter foſſatum & boſcum, & pratum ad caput ejuſdem culturæ, & culturam de **Wargetheweit** undecim acras. Ad culturam de **Sunewith** duas acras, ad *Toftmaram* iiij. acras, & totum boſcum de **Crovehage** quod *Normannus* habuit, & **Eiſterlund** & **Theodolſbarnewude**, & decimam de molendinis meis. Hoc etiam conceſſi eis ut molant bladum ſuum ad molendinum meum ſi voluerint poſt primum bladum quod ſupereſt ad molendinum. Hæc omnia ſupradicta prædictis ſanctimonialibus in loco prænominato Deo ſervientibus dedi in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni terreno ſervicio vel dono poſſidenda, & pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & filiorum & filiarum meorum, & patris & matris meæ & omnium parentum meorum. Hujus rei teſtes ſunt *Robertus Lincolnienſis* epiſcopus, *Radulfus* abbas de *Parcolude*, *Willielmus* abbas de **Grimeſbi**, *Willielmus* & *Thomas* canonic. de **Grimeſbi** capellani *Roberti* epiſcopi, *Hamelinus* decanus, *Willielmus* decanus de *Breidala*, *Radulfus* filius ejus, *Jacobus* de *Munbegunia*, *Picotus* de **Houtun**, *Ricardus* presbiter de **Cateſbi**, *Benedictus* presbiter de **Thoreſbi**, *Amfridus* de **Haghe** & *Willielmus* & *Walterus* clerici ejus, *Simon* de **Clacketopp**, *Ricardus* frater *Anfridi*, *Philippus* clericus de **Greineſbi** & *Eudo* frater ejus, *Willielmus* præpoſitus de **Helghelo** & *Tomas* de **Saies**, *Willielmus* Cocus de *Abia*.

Carta *Hugonis* epiſcopi *Lincolniæ* de confirmatione.

Ibid.

O*Mnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit* Hugo *Dei gratia* Lincolnienſis *epiſcopus ſalutem in domino. Ne donationes locis religioſis à fidelibus factæ aliqua malignantium machinatione poſſint in irritum revocari, ſolers antiquorum cavit prudentia eas epiſcopali autoritate confirmari; inde eſt quod nos eorum ſequentes veſtigia, & domui de* **Grenefeld** *atque monialibus in ea Deo ſervientibus quantum in nobis eſt providere volentes, ea quæ ipſis piè collata ſunt autoritate qua fungimur duximus ipſis confirmare, & ea propriis vocabulis annotata ſcripto autentico inprimere; videlicet.* Ex *dono* Eudonis *de* **Greneſbi** *&* Radulfi *filii ejus, fundatorum præfati loci, eccleſiam de* **Abi** *cum omnibus pertinentiis ſuis, & culturam de* **Boland** *& de* **Wargarthweit**, *& de* **Cattecroft**, *cum cultura juxta boſcum de* **Swinewit**, *& pratum quod pertinet ad* **Cattecroft**. *Sedecim acras prati in campis de* **Abi**, *& boſcum de* **Ailleriund** *&* **Tiedolf Barnewde**, *& decimam molendinorum de* **Abi**, *& totum boſcum de* **Crophage** *quod* Normannus *habuit.* Ex *dono* Roſcelini *de* **Riggeſbi** *&* Jodlani *filii ejus quicquid ipſi habuerunt in* **Wlurikehage**. Ex *dono* Gilleberti *de* **Riggeſbi** *&* Hereberti *filii ejus quicquid ipſi habuerunt in* **Wlurikehage** *&* **Preſtehage** *& ſartum juxta* **Preſtehage** *& quatuor acras terræ in* **Heregereſhage** *cum communi paſtura de* **Riggeſbi**. Ex *dono* Amfridi *de* **Hage** *quinquaginta quinque acras de terra culta, & quinque acras prati in communi paſtura de* **Hage**. Ex *dono* Alani *de* **Munbi** *&* Eudonis *filii ejus quicquid ipſi habuerunt in* **Wlurikehage**, *& eccleſiam de* **Cumbrewith** *quantum ad ipſos pertinebat, ſcilicet tres partes ejuſdem eccleſiæ. Et* **Snouthecroft** *& unam bovatam terræ quæ pertinet ad* **Snothecroft** *cum communi paſtura de* **Sutton**, *& unum toftum quod fuit* **Gunebien** *& paſturam ad treſcentas oves in paſtura ultra* **Havedic** *de* **Munbi**. Ex *dono* Willielmi *filii* Otveri *triginta tres acras in campis de* **Abi** *&* **Toreſbi**. Ex *dono* Ivonis *de* **Strubi** *&* Henrici *filii ejus quadraginta duas acras terræ in* **Crateker** *&* **Crorhage**. Ex *dono* Willielmi *de* **Wdetorp** *&* Alani *filii ejus* **Motteker** *& unam bovatam terræ in* **Farford** *cum tofto uno.* Ex *dono* Willielmi *de* **Welle** *&* Roberti *filii ejus ſex acras terræ in territorio de* **Wiern** *in loco qui vocatur* **Harlham**. Ex *dono* Hereberti *de* **Alebi** *&* Walteri *&* Willielmi *filiorum ejus quicquid ipſi habuerunt in* **Wlurikehage** *&* **Preſtehage**, *& quicquid ipſi habuerunt inter* **Bolandewange** *&* **Derwennehille**, *& inter abbatiam & foſſatum de* **Crakethweit** *per metas diſpoſitas à* **Crakethweit** *uſque* **Trenteſic**, *cum communi paſtura de* **Abi**. Ex *dono* Gunteri *de* **Alebi** *quicquid ipſe habuit in* **Wlurikehage**, *& quicquid habuit inter culturam de* **Preſthage** *& terram* Gilberti *de* Campania. Ex *dono* Picoti *de* **Houton** *&* Ricardi *filii ejus unam ſalinam in mariſco de* **Neweton**, *& quinque acras prati in* **Twaſlates** *& in* **Weſtenges**. Ex *dono* Thomæ Burgeſurn *duas acras terræ in territorio de* **Hage**, *& totam terram ſuam in* **Northou** *quæ jacet inter viam & culturam ſuam.* Ex *dono* Gilleberti Teſtard *tres perticatas terræ in territorio de* **Abi**. Ex *dono* Willielmi Burgeſurn *unam acram terræ in territorio de* **Swabi** *in cultura quæ vocatur* **Brerthebuskewange**. *Hæc omnia ſicut eis juſtè collata ſunt & rationabiliter, præſenti ſcripto & ſigilli mei patrocinio confirmo. Salvis epiſcopalibus conſuetudinibus &* Lincolnienſis *eccleſiæ dignitate. His teſtibus,* Haimone *decano* Lincolnienſis *eccleſiæ, magiſtro* Rogero *de* **Rolveſton** *archidiacono de* Leiceſtria, *magiſtro* Ricardo *de* Swaleweclive, Galfrido *de* **Lechelade**, Roberto *de* Capella, Euſtachio *de* **Wilton**, *& aliis multis.*

Carta Eudonis *de* **Greineſbi**.

Ibid.

EPiſcopo *Lincolniæ* & capitulo & univerſis filiis ſanctæ matris eccleſiæ tam præſentibus quam futuris *Eudo* de **Greineſbi** ſalutem. Noveritis me dediſſe conceſſiſſe & conſilio *Radulfi* hæredis mei & aliorum hæredum meorum & domini mei *Rogeri Arſie* & præſentis cartæ meæ teſtimonio confirmaſſe ſanctimonialibus de **Grenefeld** ipſum locum qui vocatur **Grenefeld**, ad abbatiam conſtruendam, & eccleſiam de **Abi** cum omnibus pertinentiis ſuis, & culturam de **Sunewith** quæ eſt inter foſſatum & boſcum, & pratum ad caput ejuſdem culturæ. Et culturam de **Warghetheweit**, & totam terram de **Boland** ſicut pratum dividit, & ſedecim acras prati in his locis. Ad caput de **BolanD**, & in longitudine de **Marghethewait** undecim acras. Ad culturam de **Sunewith** duas acras. Ad *Coſtmaram* quatuor acras. Et totum boſcum de *Croxehaga* quod *Norman* habuit & **Ceſtrelund** & **Thedolfbarnwude**, & decimam de molendinis meis. Hoc etiam conceſſi eis ut molant bladum ſuum ad molendinum meum ſi voluerint, poſt primum bladum quod ſupererit ad molendinum. Hæc omnia ſupradicta prædictis ſanctimonialibus in loco prænominato Deo ſervientibus dedi, in puram & perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni terreno ſervicio vel dono poſſidenda, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & filiorum & filiarum mearum, & patris mei & matris meæ, & omnium parentum noſtrorum. Hujus rei teſtes ſunt, *Robertus Lincolnienſis* epiſcopus, *Radulfus* abbas de *Parco-Lude*, *Willielmus* abbas de **Grimeſbi**, *Willielmus* & *Thomas* capellani epiſcopi, *Hamelinus* decanus, *Willielmus* decanus de *Breidala* & *Radulfus* filius ejus, *Jacobus* de *Mumbegunia*, *Picotus* de *Houtunnia*, *Simon* de **Claxtorp**, *Philippus* clericus de **Greineſbi**, & *Eudo* frater ejus.

Carta *Willielmi* de **Greineſby**.

Ibid.

U*Niverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris* Willielmus *de* **Greineſby** *ſalutem. Noveritis me conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ beatæ* **Mariæ** *de* **Grenefeld** *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus ipſum locum qui vocatur* **Grenefeld** *& eccleſiam de* **Abi** *cum omnibus pertinentiis ſuis, & quicquid* Eudo *avus meus &* Radulfus *pater meus eis contulerunt & cartis ſuis confirmaverint in terra arabili in pratis & paſturis & molendinis in boſco & plano & omnibus aiſiamentis ſicut carta eorum teſtantur. Et hoc feci pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Hanc prædictam conceſſionem & confirmationem ego* Willielmus *& hæredes mei warantizabimus prædictis ſanctimonialibus in perpetuam elemoſinam & defendemus contra omnes homines inperpetuum. Hiis teſtibus,* Ivone *capellano de* **Helbo**, Eudone *capellano de* **Salebi**, Gilberto *capellano de* **Abi**, Roberto *de* **Welle**, Radulfo *de* **Trumbwell**, Ernifio *de* **Beſebi**, Hugone *perſona de* **Greineſbi**, Radulfo *&* Ricardo *fratribus ejus.*

Fundatio Cantariæ in eccleſia ejuſdem Prioratus.

OMnibus *(&c.)* *Margareta* Prioriſſa de **Grenefeld** & ejuſdem loci conventus ſalutem *(&c.)* Cum *Johannes* filius & hæres domini *Adæ* de **Welle** advocati noſtri ſumptibus dicti domini *Adæ* patris ſui per manus executorum ejuſdem fecerit adquirere nobis & ſucceſſoribus noſtris decem libratas annui redditus percipiendas de abbate & conventu de **Bardeneye** & ſucceſſoribus ſuis, & de manerio ipſorum de magna **Steppyng**, & de omnibus terris & tenementis ſuis in **Friskes Winthorp** (*&c.*) volumus & pro redditu prædicto obligamus nos & ſucceſſores noſtros (*&c.*) ad inveniendum (*&c.*) duos capellanos idoneos (*&c.*) ſingulis diebus celebraturos imperpetuum in eccleſia Prioratus noſtri, videlicet in capella beatæ *Mariæ* per dictum dominum *Adam* & anteceſſores ſuos conſtructa & reparata, pro animabus ipſius domini *Adæ* & *Margaretæ* uxoris ſuæ, *Adæ* patris prædicti domini *Adæ*, *Johannæ* uxoris ſuæ, anteceſſorum & hæredum præfati domini *Adæ*, & pro ſalubri ſtatu prædicti *Johannis* & *Matildæ* uxoris ſuæ dum vixerint, & pro animabus ſuis cum ab hac luce migraverint, & animabus omnium fidelium defunctorum *miſſas*, *matutinas*, *Placebo*, *Dirige*, *commendationes*, *horas canonicas* & alia divina in hac parte convenientia (*&c.*) In cujus (*&c*) Hiis teſtibus domino *Johanne* de **Hardreſhull** domino de **Saleby**, *Petro* de *Bavent* de **Billeſby**, *Willielmo* de **Tontheby**, *Johanne* de **Welle** militibus (*&c.*) Dato in capitulo noſtro apud **Grenefeld** die dominica proxima poſt feſtum ſancti *Ambroſii* epiſcopi & confeſſoris, anno Dom. MCCCxlviij. & regni Regis *Edwardi* tercii à conqueſtu *Angliæ*, xxij.

Cœnobium de CUMBA *in agro* Warwicenſi.

Carta Richardi *de* Camvilla, *de fundatione ejuſdem.*

Ex regiſt. de Cumba in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Vitell.* *lii.* A. 1.] fol. 33. a.

REverendiſſimo domino & patri, Dei gratia epiſcopo *Conventreie Waltero* & cunctis univerſalis eccleſiæ fidelibus literatis, & laicis, *Francis* & *Anglis*, *Richardus* de *Camvilla* in domino ſalutem. Sciatis me dediſſe domino *Gilberto* abbati eccleſiæ beatæ Dei genetricis ſemperque virginis *Mariæ* de *Waverleia*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, totam terram de *Smita*, ad fundandam abbatiam ordinis *Ciſtercienſis* cum domino, & omnibus pertinentiis ejus, in boſco, & plano, in viis & ſemitis, in pratis & paſcuis, in perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni conſuetudine, & quærela ſive exactione, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, liberorumque meorum; quod & feci conceſſu, & favore uxoris meæ, filii mei & hæredis *Gerardi*. Teſtibus, *Hugone* ſacerdote de *Amintonia*, *Gerardo* filio meo, & hærede, *Hugone* fratre meo, *Waltero Camp.* de *Avana*, *Richardo Affagard*, *Gilberto* de *Barrevill*.

Carta *Rogeri* de **Mowbray**.

ROgerus *de* **Mowbray** *comiti de* Leiceſtria *& matri ſuæ, & filio ſuo & omnibus hominibus ſuis* Francis *&* Anglis *ſalutem. Sciatis quia dedi & conceſſi* Richardo *de* Camvilla *& hæredibus ſuis villam de* **Smite**, *& teneant bene & in pace, & honorifice, in boſco, & plano, in pratis, & paſturis, & in omnibus bonis conſuetudinibus de me tenendam & hæredibus meis. Teſtibus, com. de* **Arundel**, *& com.* Simone.



Ædium Cumbenſ: ſicuti nunc extant
(à Ioh: D. Haringtono, quondam è
Cœnobij ruinis extruct:) Proſpectus

The Proſpect of Comb as it is now.
extant late by Iohn Lord Harington.
built out of yᵉ ruines of yᵉ Moniſtery.

Structores fugeo. qui
fuerint monſtrans
Antonius Craven
gener.

Dan: King delin: et ſculps.

Corta Rogeri *de* **Moubray.**

Ibid. fol. 33. b.

WAltero Dei gratia epiſcopo *Coventrenſi*, & univerſis ſanctæ eccleſiæ fidelibus tam præſentibus quam futuris *Rogerus* de *Molbraio* ſalutem. Quoniam ad nos pertinet in hiis quæ de jure noſtro ſunt ſervos Dei fovere & beneficiis temporalibus ampliare: Notum vobis facio me conceſſiſſe & præſentis cartæ teſtimonio confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de *Cumba* in puram & perpetuam elemoſinam pro ſalute animæ meæ & omnium parentum meorum totam terram de *Smita* quam *Ricardus* de **Camvill** de me tenuit per ſervitium unius militis, & eiſdem monachis dedit ad fundandam abbatiam *Ciſtercienſis* ordinis. Totam autem prædictam terram de *Smita* tam in terris aſſiſis quam in hominibus cum toto dominico in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in viis, & aquis, in ſichis & moris conceſſi prædictis monachis de *Cumba* liberam ſolutam & quietam ab omni ſeculari ſervicio, ſicut ipſe *Ricardus* dedit eis, & per cartam ſuam confirmavit, & ut quieti ſint ab illius militis ſervicio quod idem *Ricardus* mihi debebat, & ego comiti de **Legreceſtre.** Servicium autem alterius militis quod eidem comiti debeo fiet de **Brinkelawe**, ita quod ego nec hæredes mei aliquod ſerviciū à prædictis monachis exigemus. Concedo etiam prædictis monachis in boſco meo de *Burceleia* mortuum boſcum & paſturam pecoribus ipſorum, & ut eorum porci quieti ſint de paſnagio. Teſtibus, *Rogero* de **Famvill**, *Hereberto* de **Morevill**, & *Ricardo* filio ejus, *Willielmo* de **Arches**, *Roberto* de **Davill**, *Bertramo Haget*, & *Willielmo* filio ipſius, *Willielmo* de **Canvill**, *Radulfo* de **Belveir**, & *Roberto* fratre ipſius, *Radulfo* de **Betlum**, & multis aliis.

STRATFORDENSIS

Abbatia (vulgo Stratford-Langton appellata) in agro Eſſexienſi, * fundata anno. MCxxxv.

* Chron. S. Werburgæ Ceſtr. in bibl. Cotton.

Carta Willielmi *de* **Montefichet** *facta monachis de* Hamma *de manerio de* Hamma.

Ex autographo in bibliotheca Deuveſiana.

WIllielmus de **Montefichet**, omnibus præpoſitis, & miniſtris, & hominibus ſuis, tam *Francis* quam *Anglis*, ſalutem. Notum ſit omnibus, quod ego *Willielmus* de **Montefichet**, gratia Dei præmonente, concilio domini *Willielmi Cantuar.* archiepiſcopi, & aliorum religioſorum virorum, & conſenſu & voluntate uxoris meæ *Margareta*, & conceſſu filiorum meorum, pro ſalute animæ Regis *Henrici*, & meæ, & uxoris meæ *M.* & filiorum meorum & omnium anteceſſorum meorum, dedi in elemoſinam eccleſiæ Dei, & ſanctæ *Mariæ*, & omnium ſanctorum de *Hamma*, & abbati & monachis ibi Deo ſervientibus, totū dominium meum de *Hamma*, in terris, in culturis, in pratis, in mariſcis, in aquis, & nominatim, totam terram quæ fuit *Ranulfi* ſacerdotis. Et præter pratum dominii mei xj. acras quas excambiavi de *Geraldo* de *Hamma* pro xiiij. acris terræ in mariſco, & duo molendina juxta calceatam de **Stratford**, videlicet unum quod tenebat *Ædwinus* filius *Algari*, & aliud quod tenebat *Wlwinus* molendinarius, & boſcum meum de **Bocherſt**, & decimam paſnagii mei de . . . . . paſtur. Teſtibus, *Henrico* epiſcopo *Wintonienſi*, & *Willielmo*, & *Richardo* archidiac. *London.* & *Margareta* uxore mea, & *Richardo* de **Poili**, & *Johanne* . . . . & *Mathia Gernun*, & *Willielmo* filio *Radulfi*, & *Willielmo* de **Montefichet** nepote meo, *Rogero* capellano (&c.) *In Dorſo.*

De fundatione abbatiæ ſanctæ Mariæ *de* **Stratford**

Carta Regis *Henrici* ſecundi donatorum conceſſiones confirmans.

Chartæ antiquæ litera X. n. 24.

Vide Pat. 20 R. 2. part. 3. m. 9. Et Pat. 7 H. 4. part. 2. m. 46. Et Pat. 4 E. 4. part. 3. m. 12. Et cart. antiq. E. n. 1. & n. 2. Et cart. antiq. C. n. 19.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ *&* *Dux* Normanniæ *&* Aquitaniæ *&* *Comes* Andegaviæ, *Archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti carta mea confirmaſſe Deo, & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Stratford**, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, in liberam, & perpetuam, & puram elemoſinam, omnes rationabiles donationes quæ eis factæ ſunt, aut fient, & cartis donatorum confirmatæ ſunt, vel confirmandæ; ſcilicet, ex dono* Willielmi *de* **Mounfichet**, *locum ipſius abbatiæ, quæ dicitur* **Stratford** *in* Weſthamma, *cum toto dominico ejuſdem villæ, ſicut carta ejuſdem* Willielmi, *&* Gilberti *filii ſui teſtantur, & terram quam habent in eadem villa, ex dono* Luce *filii* Martini, *ſicut carta ejus teſtatur; & terram quam habent, ex dono* Sibillæ *uxoris* Normanni, *& terram quam eis dedit* Galfridus *de ſancto* Elegio; *grangiamque de* Ledehala, *cum omnibus pertinentiis ſuis, ex dono* Willielmi *filii* Elye, *&* Emmæ *uxoris ejus, & terram de* Thomelea, *ex dono* Jordani, *&* Rualdi *fratris ejus; & grangiam de* Suineleia, *cum omnibus pertinentiis ſuis, quam habent de monachis* Abbendoniæ. *Et terram de* **Ginges** *ex dono* Godefridi *de* **Revill**, *& terram de* **Cubige**, *cum omnibus pertinentiis ſuis ex dono* Mathei Germin. *Et terram de* Takeleia *ex dono* Willielmi *filii* Aliziæ; *Et terram de* **Fuilmere** *quam* Richardus *de* **Munfichet** *eis dedit de feodo* Radulfi *filii* Urſi, *Et terram de* **Wokendone**, *de dono* Willielmi *de* **Ane**; *Et terram quam habent in urbe* Londonenſi, *ex dono* Galfridi *de ſancto* Elegio, *& alias terras quæ in eadem civitate eis rationabiliter datæ ſunt. Eccleſias quoque de* Weſthamma, *& de Leya de dono* Gilberti *de* **Munfitchet**, *Et eccleſiam de* **Greeneford** *de dono* Sibillæ *uxoris* Normanni. *Quare volo* (&c.) *Teſte,* Richardo Wintonienſi *epiſcopo, &* G. Elyenſi, B. Wigornienſi *&* *S.* Ciceſtrenſi *epiſcopis*, G. *filio meo, & cancellario, magiſtro* Laurentio Bedefordiæ *archidiacono, magiſtro* Waltero *de* Conſt. Godefrido *de* **Lucy**, Richardo *Theſaurario*, Rannulfo *de* **Glanvill**, Rogero Bigot, Reginaldo *de* **Courteney**, Waltero *filio* Roberti, Hugone *de* **Creſſy**, Hugone *de* Bellocampo, Reginaldo *de* **Pavelei.** *Apud* Wintoniam.

FLEXLEYENSIS *Abbatia,* *in agro* Glouceſtrenſi.

Carta Henrici Normannorum *Ducis*, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. antiq. X. num. 4.

H. Dux *Normanniæ* & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſc. (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ*, & Monachis ordinis *Ciſtercienſis*, pro ſalute anteceſſorum meorum, & mea propria, in elemoſinam perpetuam, omnes illas donationes quas *Rogerus* Comes *Herefordiæ* eiſdem Monachis in elemoſinam dedit, juxta teſtimonium Cartarum ſuarum, ſcilicet, locum quendam in valle **Caſtiart**, quæ dicitur *Flexleia*, ad conſtruendam Abbatiam, & totam terram illam quæ dicitur **Waſtadene**, quæ fuit *Walfrici*, & quandam fabricam ferrariam apud *Edlandam*, & totam terram ſub veteri Caſtello de *Dena* ad ſartandam, & illam quæ eſt aſſartata, & quandam piſcariam apud *Redleiam*, quæ dicitur *Newerra*, & quoddam pratum in **Pulmede**, & omnia aiſiamenta ſua in foreſta de *Dena*, & dominicum totum de **Dimmoc**, & terram illam quæ fuit *Vthredi* clerici, & terram *Ernaldi*, & terram *Wolfrici*, Ita ſcilicet, quod ipſe *Vthredus* clericus remaneat in manu Abbatis, cum eſcambio ſuo, ſcilicet duabus virgatis terræ quod nemini inde reſpondeat niſi Abbati; & dimidium nemus apud **Dimmoc**; & ſingulis annis totam decimam Caſtanearum de *Dena*, & terram illam quam adquietavit ipſe Comes *Herefordiæ* de *Gaufrido* filio prædicti *Wulfrici*, & aliam quam ipſe Comes adquietavit de *Leffrico* de *Stattra*. Quare volo (*&c.*) Nos autem has prædictas donationes non tantum eis confirmo, ſed etiam omnes alias quas idem *Rogerus* Comes *Herefordiæ* illis in elemoſinam daturus eſt. Teſtibus *Rogero* Comite *Herefordiæ*, *Willielmo* de **Crivecuer**, *Ricardo* de **Humet** Conſtab. *Philippo* de *Columbariis*, *Roberto* de **Ivigum**, *Willielmo* de **Angervill**, *Willielmo* **Cumin**, apud **Eveſham**.

Carta regis *Henrici* ſecundi.

Pat. 22 R. 2. part. 3. m. 16. per Inſpex.

Vide cart. antiq. NN. n. 30. Et Pat. 27 H. 6. par. 1. m. 6.

Henricus *Dei gratia Rex* Angliæ *& Dux* Normanniæ *&* Aquitanniæ *& Comes* Andegaviæ *archiepiſcopis* (&c.) *& omnibus fidelibus ſuis* Anglis *&* Normannis, *tam præſentibus, quam futuris ſalutem. Sciatis me dediſſe & confirmaſſe Deo & beatæ* Mariæ *& monachis meis de* Dena, *quos in propria protectione ſuſcepi, pro ſalute mea & anteceſſorum meorum, in elemoſinam perpetuam, locum quendam in foreſta de* Dena, *videlicet, totam vallem de* **Caſtiard**, *& locum qui dicitur* Flexleia, *ubi abbatia fundata eſt de ordine* Ciſtercienſi, *in honore beatæ virginis* Mariæ, *pro amore Dei, & pro anima regis* Henrici *avi mei, & comitis* Gaufridi Andegaviæ *patris mei, &* Matildis *imperatricis matris meæ, & aliorum parentum & anteceſſorum meorum, & pro ſalute mea, & hæredum meorum, & pro ſtabilitate & pace regni* Angliæ. *Conceſſi etiam eis & confirmavi omnes illas donationes quas* Rogerus *comes* Herefordiæ *eiſdem in elemoſinam dedit ſicut cartæ ejus teſtantur. Præterea dedi eis & confirmavi omnia aeſiamenta in eadem foreſta mea de* Dena, *ſcilicet paſturam juvencis ſuis & porcis ſuis, & omnibus aliis pecoribus ſuis, & ligna & materiem ad domos ſuas & ad ædificia ſua facienda, & ad alias res uſui ſuo neceſſarias, ſine vaſto in eadem foreſta mea. Et de eadem foreſta dedi eis decimam caſtanearum mearum, & grangeam quæ dicitur* Waſtedena, *& unam forgeam ferrariam, ita liberam & quietam & operantem, per omnia, ſicut mea dominica forgea. Et totam terram ſub veteri caſtello de* Dena *ad ſartandam, & illam quæ eſt aſſartata; videlicet, centum acras, & quandam piſcariam apud* Reidleiam, *quæ dicitur,* Noewera, *& quoddam pratum apud* Reidleiam, *quod vocatur* **Pulmede**; *ſcilicet quatuor acras, & terram quam illis dedit in elemoſinam* Leuvericus *de* Staura, *& grangiam quam eis dedi apud* **Wallemere**, *de eſſartis meis; videlicet, ducentas acras, cum pratis & paſcuis, & omnibus aliis aeſiamentis, & quatuor acras de* Northwoda, *& totum dominicatum meum de* **Dimmoch**, *& quinque virgatas terræ & dimidiam, præter dominicatum, & dimidium nemus meum de* **Dimmoch**, *& dimidium retium in manu mea, propter aeſiamenta hominum meorum, ea, ſcilicet de cauſa, ut monachi mei habeant ſuam partem nemoris in bene & in pace, & ſine omni communione aliorum hominum; & firmiter præcipio, ut nullus eos ſuper hoc inquietet. Præterea dedi eis eſſartum quoddam ſubtus* **Caſtiard**, *quod vocatur* terra Vincentii. *Hæc omnia dedi Deo & beatæ* Mariæ *& monachis meis Deo devotè ſervientibus, habenda & tenenda imperpetuum, ſoluta & quieta ab omni reguardo & exactione ſeculari. Quare volo* (&c.) *Teſte,* Ricardo *de* **Humet**, Willielmo *de* **Crevecor**, Philippo *de* Columbariis, Willielmo *de* **Angervill**, *apud* **Eveſham**.

ALBALANDENSE *Cœnobium* (*vulgo* **Blancland** *nuncupatum*) *in* Wallia.

Carta regis Johannis *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

JOHANNES Dei gratia Rex *Angliæ*, (*&c.*) Noverit univerſitas veſtra nos intuitu Dei, & pro ſalute anime noſtræ & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, confirmaſſe Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Alba-landa*, & Monachis *Ciſtercienſis* ordinis ibidem Deo ſervientibus, terram in qua abbacia de *Alba-landa* ſita eſt, quam habent de dono *Johannis* de **Torpton**, & terram que vocatur **Pentewyn**, & **Treſgrygh**, & **Eskeyronell**, & **Revenkenuarghan**, & **Fennuonnoyr**, & **Kilgremman**, & **Treſhowiſtell**,

Cart. 9 E. 2. n. 54. per Inſpex.

Vide Pat. 25 H. 6. part. 2. m. 28.

wiſtell, & **Sinod**, & **Onnenkeredic**; & totam Sylvam de **Garthoif**, & terram de **Brennaltudion**, & **Kidlidugeyn**, & terram de **Trefgun**, de dono ejuſdem *Johannis* de **Toryton**, & terram *Godſtelini* militis quam habent de dono *Howel Seys*, quas omnes prædictas terras *Reſus* filius *Griffini* quantum ad eum pertinuit, tempore quo potuit, eis dedit & Carta ſua confirmavit. Confirmavimus etiam eis alias terras quas idem *Reſus* eis dedit & carta ſua confirmavit, ſcilicet terram de **Oſterloyth**, & **Lanunhangell**, & **Penſos**, & **Kevenleghelgan**, & **Blanwytheno**, & **Kilrargeyn**, & **Penney**, & **Ridemayugwtn**, & **Kevendrun**, & partem filiorum **Mareduc** de **Kilredin**, ſcilicet **Koſlenerich**, & **Broucled**, & **Nantkevewric**, & **Maynorvoreon**, & **Eskerkayr**, & **Maynar-crucwhil**, & **Ruthelan**, & **Dinowin**, & **Cruch-Erir**, & **Cumketlibrogh**, & **Crugewathlan**, & **Catpuſt**, & **Nauttarren**, & **Dadwachcorannuus**, & **Blaundbedewe**, & **Blamſeith**, & **Eskerſeyth**, & unam carucatam terræ de **Porth-Beghan**, quas omnes prædictas terras idem *Reſus* eis dedit, & carta ſua confirmavit quantum in eo fuit. Confirmamus etiam eis ſexaginta acras terræ quas habent de dono *Ricardi* filii **Kenwric**, & *Kedivor* filii *Roberti* & fratrum ſuorum, & viginti & quatuor acras terræ quas habent de dono **Poreworth** filii **Poreworth**; Et de dono *Maylgum* filii *Reſi* terram de **Penloynebaul** & **Katlanneu**. Confirmamus etiam eis unum meſſuagium in villa de **Haverford**, quod habent de dono *Roberti* filii *Ricardi*, & piſcariam ejuſdem villæ ſingulis ſeptimanis per noctem& diem Veneris quam habent de dono ejuſdem *Roberti*. Quare volumus (*&c.*) Teſtibus dominis *P. Wynton.* (*&c.*) Dat. per manum magiſtri *Ricardi* de *Mariſco*, Canc. noſtri apud *Wygorn.* viceſimo ſeptimo die Decembris, anno regni noſtri ſextodecimo.

Vide Vol. 2. Pag. 918. Col. 2.

HOLMCOLTRUM

Abbatia in agro Cumbrenſi, * *fundata anno MCl.*

* Chron. abb. de *Melros* in *Scotia* MS. in bibl. *Cottoniana.*

Carta Regis Henrici *ſecundi.*

Ex regiſt. de *Holmcoltrolm* penes *Will.* dom. *Howard* de *Neworth*, fol. 3.

Vide cart. 12. H. 3. m. 9.

Henricus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis quod ſuſcepi in manu mea, & cuſtodia & protectione abbatiam de **Holmcoltram**, & abbatem ipſius abbatiæ, & monachos ibidem Deo ſervientes, & terras, & omnes res, & poſſeſſiones ſuas. Et dono & concedo eis in perpetuam elemoſinam, & præſenti carta mea confirmo totam Inſulam de **Holmcoltram**, per rectas diviſas ſuas, cum omnibus pertinentiis ſuis; **Raby** cum rectis diviſis ſuis, & mayremium in foreſta de **Englewod** ad ædificia ſua, & ad omnia domui ſuæ neceſſaria facienda & paſturam porcis eorum, ſine paſnagio, & cortices lignorum, quæ preciderint, ipſorum erunt. Quare volo (*&c.*) Teſtibus, *Nicholao*, & *Rogero* capellanis domini Regis.

Carta Regis *Richardi.*

Ibid. f. 5. b.

Cart. 35 E. 1. n. 53. pat. 2 H. 6. part. 4. m. 1.

Richardus *Dei gratia Rex* Angliæ, &c. *Archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis nos dediſſe* (&c.) *Deo, & beatæ* Mariæ *de* Holmcoltram, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute noſtra, & pro anima patris noſtri, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam, totam Inſulam de* **Holm** *per rectas diviſas ſuas, cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet per illas diviſas quas pater noſter dedit eis; hoc eſt per rivulum qui fluit ſubtus* **Kirkebryd**, *inter exterius foſſatum monachorum, & villam de* **Kirkebryd**, *& cadit in* **Wathepol**; *& ſic aſcendendo per eundem rivulum de foris prædictum foſſatum, verſus* **Cokelayk**, *ſemper ſicut dura terra & Muſſa ſibi invicem obviant, & inde aſcendendo in directum, uſque ad medietatem muſſæ quæ eſt inter* **Wagtheholm**, *& inſulam ſancti* Laurentii, *& inde per tranſverſum muſſe, & nemoris, uſque ad* **Antrepot**; *& inde deſcendendo per* **Waver**, *uſque ad locum ubi* **Waver**, *&* **Crombok** *ſibi obviant; & inde aſcendendo per* **Crombok** *uſque ad locum ubi rivulus de* **Wyteskeld** *cadit in* **Crombok**; *& inde aſcendendo per ipſum rivulum uſque ad ipſum* **Wyteskeld**, *& inde in directum verſus occidentem, uſque ad ſicam quæ circuit* **Mivilrig** *ex ſeptentrionali, & occidentali parte, & cadit in* **Polventon**, *& inde deſcendendo per ipſum* **Polventon** *uſque ad locum ubi* **Polventon** *cadit in mari, & inde per circuitum maris uſque ad locum ubi* **Wathepol** *cadit in mari, & ſic aſcendendo per* **Wathepol** *uſque ad locum ubi prædictus rivulus qui fluit ſubtus* **Kirkebride**, *cadit in* **Withepol**, *& mairemium & petram in tota foreſta noſtra de* **Englewod**, *ad ædificia ſua, & ad omnia facienda, quæ domui ſuæ fuerint neceſſaria. Et cortices lignorum quæ præciderint ipſorum erunt, & paſturam porcis ſuis, ſine paſnagio & paſturam baraceo ſuo inter* **Calden** *&* **Alne**, *& hominibus ſuis quando trahunt mairemium, & alia domui ſuæ neceſſaria*; & *omnia alia ayſiamenta, & libertates quas hactenus habuerunt in foreſta habeant ſine diſturbatione, & vexatione foreſtariorum noſtrorum, precipuè cum ipſa abbatia noſtra propria ſit. Habeant etiam liberos exitus, & introitus, de abbatia, & locis ſuis infra & extra prædictas diviſas, ubique per mare, & per terram, & per vaſtum noſtrum, & viſnetum, & per ſabulones, vias, & ſemitas, cum catallis ſuis, & hominibus ſuis, & mayſuras ſuas infra muros de* **Kardull**, *quietas de burgagio, & de omnibus conſuetudinibus quæ ad burgagium pertinent. Quare volumus* (&c.) *Teſtibus*, B. Cantuarenſi *archiepiſcopo* (&c.) *Dat. per manum* Willielmi *de* Longo-campo *cancellarii noſtri*, Elienſis *electi, in die . . . . . . anno primo regni noſtri, Apud* Cantuariam.

Carta

Carta Henrici *comitis* Cumbriæ Davidis *regis* Scotiæ *filii.*

Ex *Miſcell G.* in Col. *Corp. Chriſti Cantabr.* p. 271.

Ex Regiſtro Carta. Abb. de *Holmcoltram* penes . . . . fol. 10. a.

H. Comes filius *Davidis* regis *Scotiæ* epiſcopis, abbatibus, comitibus, juſtitiis, baronibus, vicecomitibus, miniſtris & omnibus probis hominibus totius terræ ſuæ clericis & laicis, *Francis* & *Anglicis* tam præſentibus quam futuris ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam duas partes *Holmcoltriæ* abbati & monachis ibidem Deo ſervientibus, quas ego & plures probi homines mecum perambulavimus, in primis inter eos & *Alanum* filium *Waldeff* quando ego tertiam partem prædictæ *Holmcoltriæ* prenominato *Alano* ad venationes ſuas conceſſi. Præterea vero concedo & hac mea charta confirmo donationem ejuſdem *Alani* filii *Waldeff* & *Waldeff* filii ſui de illa tertia ſua parte *Holmcoltriæ* quam illi ad venationes ſuas conceſſeram quam ipſe in præſentia patris mei & mea & baronum meorum apud *Carleolum* prædicti loci abbati & monachis in perpetuam elemoſynam dedit & conceſſit & charta ſua teſtante confirmavit. Volo itaq; ut abbas *Holmcoltriæ* & monachi ibidem Deo ſervientes habeant plenariè *Holmcoltriam* per ſuas rectas diviſas in nemore & plano, pratis & paſcuis, piſcationibus & aquis, & **Rabi** cum ſuis rectis diviſis ſicut ego & barones mei mecum ipſas perambulavimus inter prædictos monachos & *Aſthetillum* filium *Udardi:* concedo etiam eis materiem in foreſta de *Engleſwoda* ad ædificia ſua & ad omnia domi ſuæ neceſſaria facienda, & paſturam porcis eorum ſine paſnagio; Cum hiis autem prædictis infra terminos abbatiæ *Holmcoltriæ* & diviſas ſuas tantam pacem & libertatem conſtituo, quantam abbatia de **Maylros**, & abbatia de *Neubolla* conceſſione patris mei tranquilllius & ſanctius & quietius poſſident, & poſſeſſionibus ſuis infra perfruuntur. Hiis teſtibus, *Adulpho Carleoli* epiſcopo, *Waltero* Priore, *Waltero* de . . Regis cancellario, *Engerram* comitis cancell. *Hugone* de *Moravilla*, *Willielmo* de *Sommervilla*, *Willielmo* de **Heriz**, *Willielmo Engaine*, *Raun.* de *Soll. Raun.* de *Ludeſeia*, *Waltero* de **Ridale**, *Coſpatrico* filio *Orm. Henr.* filio *Suani*, *Waltero* fil. *Alani*, *Hugone Ridill*, *Alano* de **Laceles**.

Carta regis *Henrici* tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.

Cart. 39 H.3.m.3.

Pat. 16 E. 4. part. 1. m. 5. & m. 7.
Pat. 2 H. 6. part. 4. m. 1.
Et Pat. 11 H. 6. part. 1. m. 28.
Et cart. 8 E.2.n.26.

REX *archiepiſcopis &c. ſalutem. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe dilectis nobis in Chriſto abbati & monachis de* Holmcoltram, Ciſtercienſis *ordinis, omnes donationes ſubſcriptas eis factas; videlicet de dono* Hugonis de Morevilla *paſturam in* **Layſingby** *ad quingentas oves, decem boves, x. vaccas, & ſectam earum unius anni, & ad unum taurum, & duos equos, & quatuor acras terræ arabilis in eadem villa; videlicet, illas ſuper quas ædificia ſua ſunt inter ovile ſuum & viam regiam, & novem acras prati inſimul ad* Keldegledus *inter pratum ipſius* Hugonis, *& metam de* **Salhyld**, *& communem paſturam prædictis averiis in omnibus locis ubi dominica averia ipſius* Hugonis, *& averia prænominatæ villæ paſcuntur, & aiſiamenta in boſco ad omnia neceſſaria ſua facienda; & totam terram illam in territorio ejuſdem villæ, quæ jacet inter prædictas quatuor acras, & rivulum qui eſt diviſa inter* **Layſingby** *&* **Salhyld**. *Inſuper de dono* Thomæ *filii* Thomæ *de* **Multon** *paſturam ad quingentas multones in communi paſtura ejuſdem villæ de* **Layſingby** *per totum ubicunque dominica averia ſua, & hominum paſcuntur. De d'no* Roberti *de* **Turp** *quatuordecim acras terræ de dominico ſuo in villa de* **Edenhale**, *& in eodem feodo locum unius bercariæ, in exitu prædictæ villæ de* **Edenhale** *in* **Thornbrancroft**, *& paſturam ad ſeptingentas multones in prædicto feodo, & ad tot alia animalia, quot pertinent ad prædictam terram, cum omnibus pertinentiis ſuis. De dono* Bricii *de* **Penret** *ſervientis, totam illam terram, ſine aliquo retinemento, ſuper aquam de* **Amot**, *quæ vocatur* **Saint Wylfriholm**, *ſcilicet, à ſummitate coſteræ dependentis ſuper eundem holmum uſque ad aquam de* **Amot** *in latitudine, & in longitudine à ſummitate dictæ coſteræ, uſque ad baiam, quæ eſt ſuper dictam aquam de* **Amot**, *ſicut carta prædictorum donatorum quas prædicti monachi inde habent & quas inſpeximus rationabiliter teſtantur. Quare volumus* (&c.) *Data per manum noſtrum apud* **Chyvelyngham** *v. die Septembris.*

Pro Cantaria in eccleſia de **Wyggeton.**

Eſc. 5 E. 3. n. 135.

INquiſitio capta apud **Wyggeton**, coram *Johanne* de **Louthre**, Eſcaetore domini Regis ultra *Trentam*, quinto die Februarii anno regni Regis *Edwardi* tertii poſt conqueſtum ſexto, per Sacramentum, *Thomæ* de **Redman**, *Gilberti* de **Holteclo**, *Ranulſi* de **Oſmunderlawe**, *Hugonis* de **Bromfeld**, *Johannis* de **Ireby**, *Ade* de **Langriggs**, *Thomæ* de **Langriggs**, *Thomæ de la* **Ferte**, *Ranulſi* de **Daneby**, *Roberti* de **Vaus**, *Alani* de **Arcleby** ſenioris, & *Willielmi del* **Lathes**, ſecundùm tenorem Brevis huic Inquiſitioni conſuti. Qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum quod non eſt ad dampnum ſeu prejuditium domini Regis, nec aliorum, ſi idem dominus Rex concedat *Johani Gernoun* & *Margaretæ* uxori ejus, quod ipſi unam acram terræ cum pertinentiis in **Wyggeton**, & advocationem eccleſiæ ejuſdem villæ dare poſſint & concedere Abbati & Coventui de **Holmcoltram**. Habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ad inveniendum quatuor Capellanos monachos ordinis prædicti, divina in eccleſia Abbatiæ prædictæ, & duos Capellanos ſeculares, divina in eccleſia beatæ *Mariæ* de **Wyggeton**, pro ſalubri ſtatu ejuſdem domini Regis dum vitam duxerit in humanis, & pro anima ipſius domini Regis cum ab hoc ſeculo migraverit, & pro animabus prædictorum *Johannis* & *Margaretæ*, & anteceſſorum ipſius *Margaretæ*, & pro animabus omnium fidelium defunctorum imperpetuū celebraturos; & eiſdem Abbati & Conventui quod ipſi terram & advocationem prædictas, à præfatis *Johanne* & *Margareta* recipere, & eccleſiam illam appropriare & eam appropriatam tenere poſſint ſibi &

ſucceſſoribus ſuis predictis imperpetuum. Item dicunt quod predicta terra & advocatio eccleſiæ predictæ tenentur de domino *Antonio* de **Lucy**, per ſervitium reddendi eidem *Antonio* per annum unum ob. Et dicunt quod prædicta acra terræ per ſe valet per annum, in omnibus exitibus, juxta verum valorem ejuſdem ſex denarios. Et dicunt quod predicta eccleſia per ſe valet per annum in omnibus exitibus, juxta verum valorem ejuſdem, triginta ſex libras. Item dicunt quod dominus *Antonius* de **Luci**, eſt dominus medius inter dominum Regem & præfatos *Johannem* & *Margaretam* de terra & advocatione predictis, & nullus alius. Et dicunt quod remanent eiſdem *Johanni & Margaretæ* ultra donationem & aſſignationem predictas, due partes manerii de **Wyggeton**, cum pertinentiis que tenentur de domino *Antonio* de **Luci**, per cornagium, reddendo eidem *Antonio* v. marc. per annum, & faciendo ſectam Cur. ejuſdem *Antonii* apud **Cokermouth**, de tribus ſept. in tres ſeptimanas; Et valent dictæ duæ partes dicti Manerii in omnibus exitibus, juxta verum valorem per annum quadraginta libras. Item dicunt quod terre & tenementa ejuſdem *Johannis* & *Margarete* remanentia ultra donationem & aſſignationem predictas ſufficiunt ad conſuetudines & ſervicia tam de predictis terra & advocatione, ſic datis, quàm de aliis terris & tenementis ſibi retentis debita facienda. Dicunt etiam quod dicta terra & tenementa ſibi retenta ſufficiunt ad omnia alia onera quæ ſuſtinuerunt & antea ſuſtinere conſueverunt, ut in ſectis, viſibus francipleg. auxiliis, tallagiis, vigiliis, finibus, redemptionibus, amerciamentis, contribucionibus & aliis oneribus quibuſcumque emergentibus ſuſtinendis. Et dicunt quod idem *Johannes* & hæredes ipſius *Margaretæ*, in aſſiſis, juratis, & aliis recognitionibus quibuſcumque poni poſſint, prout ante donationem & aſſignationem prædictas poni conſueverunt (*&c.*) In cujus (*&c.*)

Vide Vol. 3. *Pag.* 34. *Col.* 1.

TARENTEENSIS, *Abbatia in agro* Dorſetenſi.

Carta Regis Henrici *tertii de manerio de* **Huſſeburn.**

Rot. Fin. 50 H. 3. m. 8. REX Archiepiſcopis &c. ſalutem. Sciatis nos, pro ſalute animæ noſtræ, & animæ *Alianoræ* Reginæ *Angliæ* conſortis noſtræ; necnon animarum anteceſſorum, & hæredum noſtrorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe dilectis nobis in Chriſto abbatiſſæ & monialibus de **Tarente** *Ciſtercien.* ordinis, Deo ſervientibus, & inperpetuum ſervituris, manerium noſtrum de **Huſſeburn** cum pertinentiis, habendum & tenendum eiſdem abbatiſſæ & monialibus, & earum ſucceſſoribus imperpetuum, de nobis & hæredibus noſtris, in liberam, & perpetuam elemoſinam, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, ad idem manerium pertinentibus, faciendo inde nobis, & hæredibus noſtris ſervicium medietatis feodi unius militis, pro omni ſervitio. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum noſtram apud *Wyndeſ.* quarto decimo die Decembris.

Carta *Bernardi* de **Sauue** militis.

SCiant *præſentes & futuri quod ego* Bernardus *de* **Sauue** *miles dedi conceſſi & hac præſenti carta confirmavi Deo & beatæ* Mariæ *& abbatiſſæ & conventui de* **Tarente** *& ſuis ſucceſſoribus manerium meum de* **Bendrinton** *cum homagiis & ſervitiis* (&c.) *Teſte domino* Roberto Mucegros, Petro Ruſſeus, Bartholomeo *de* **Turbervill** (&c.) *militibus.* Cartæ 8 E. 1. n. 35. per Inſpex.

Carta Johannis *de* **Bohun.**

SCiant præſentes & futuri quod ego *Johannes* de **Bohun** filius & hæres *Franconis* de **Bohun**, pro ſalute animæ meæ &c. dedi Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de loco benedicto reginæ ſuper **Tarente** & *Matildi* de *Brionia* ejuſdem loci abbatiſſæ (*&c.*) totum boſcum meum quod habeo in boſco de **Bere** (*&c.*) Teſtibus domino *Ricardo* de **Coleſhull** tunc vicecomite **Dorſet**, *Briano Guwiz*, *Herewardo* de *Marcis*, *Jacobo* de **Crowe**, *Dioniſio* de *Crofta* militibus, *Roberto* de **Baignes**, (*&c.*) Ibid.

Carta Regis *Henrici* tertii.

HEnricus (&c.) *ſalutem. Sciatis nos ſuſcepiſſe in manum & protectionem noſtram abbatiam de* **Tarente** *quam quidem* Ricardus, *bonæ memoriæ* **Duneholm** *epiſcopus fundavit. Conceſſimus eis omnes donationes ſubſcriptas; videlicet ex dono* Aliciæ *de* **Blaneford**, *&* Roberti *filii ſui quatuor acras prati* (&c.) *Ex dono* Olivæ *de* **Tilly** *duodecim acras terræ in* **Lovepenn** *in campo de* **Longblaneford**, *& paſturam ad ſexaginta oves*, (&c.) Ibid.n.36.

De terris in **Stanton** *per* Johannem Scotorum *Reginam concuſſis.*

MAndatum eſt vicecomiti *Cantabrigiæ*, quod ſecundum extentionem quam fieri fecit per preceptum Regis de viginti libratis terræ, ad opus abbatiſſæ & ſanctimonialium de **Tarent**, quas eis legavit *Johanna* quondam Regina *Scottorum*, cum corpore ſuo, in manerio de **Stanton**. Conceſſit eidem abbatiſſæ & ſanctimonialibus Cxij. acras terræ & dimidiam de dominico ejuſdem manerii, & novem virgatas terræ de villenagio cum villanis illas novem virgatas terræ tenentibus & eorum ſequela; videlicet cum *Willielmo* ad *Pontem* (*&c.*) Conceſſimus etiam eiſdem quoddam pratum apud **Hilton** & viginti novem acras prati in mariſco de **Stanton**, & quindecem acras prati in **Hay**, (*&c.*) eiſdem abbatiſſe (*&c.*) ſecundum extentam inde factam plenam ſeſinam habere facias; Salvis executoribus prædictæ Reginæ bladis provenientibus & aliis exitibus ejuſdē terræ, Clauſ. 22 H. 3. mem. 14.

terræ. Teſte Rege, Apud **Windleſore** xxiij. Maii.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 19 H.3.m.4.

REX archiepiſcopis (*&c.*) Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum noſtrorum conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe pro nobis & hæredibus noſtris Deo & eccleſiæ omnium Sanctorum de **Tarente**, & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris omnes donationes ſubſcriptas; ſcilicet de dono *Radulfi* de **Kahaynes** prædictam eccleſiam omnium Sanctorum, & manſuram illam quæ eſt ante eccleſiam omnium Sanctorum, & croſtum illum quod eſt juxta manſuram illam, & molendinum ante ipſam manſuram; & totam dunam quæ dicitur **Thorendune**, & dunam illam quæ dicitur **Holdeleye** & **Barſedene**; & quatuor acras & dimidiam in **Caldecrofte**; & terram quæ vocatur **Modgare**; & duas acras prati ad pontem de **Cranforde**; & duas acras apud fordam *Serlonis*; & duas acras in boſco de **Chetred**. Et paſturam ad unam carucatam boum cum bobus ipſius *Radulfi*; & unam . . . . . geram terræ in **Specteberi**. De dono *Aliciæ* de **Blaneford**, & *Roberti* filii ſui quatuor acras prati. De dono *Willielmi* de **Kahaynes** croſtam illam quæ eſt ante eccleſiam omnium ſanctorum, & quadraginta quinque . . . . . . in longitudine, & xxv. in latitudine de gardino quod eſt juxta eccleſiam omnium Sanctorum, & totam decimam panis ſui facti in domo ſua ubicunque fuerit in aliquo dominico ſuo . . . . . . pane de . . . . . . & totam decimam carnis falſe porcine, ovine, vaccine occiſe in domo ſua per annum; & unum tonellum contra natale de prima & bona cerviſia ſua, & aliud tonellum de ſecunda cerviſia, vel braſium ad faciendum tantam cerviſiam ſingulis annis imperpetuum; Et totam culturam in **Tarente** que eſt inter viam que incipit extra foſſatum juxta viridem placiam ſicut via illa extendit uſque . . . . . . ſtratam verſus **Blaneford**, & totam terram in veteri gardino quod dicitur **Olburge Crohard**, Et totam terram que jacet inter terram eccleſiæ de **Tarente-kahaynes** verſus aquam de **Stures**, & inter viam que vadit de *Tarenta* ad molendinum ſitum ſuper aquas de **Stures**, & ripas utriuſque partis gardini in eadem parte uſque ad novum foſſatum, & paſturam & herbagium in boſco ſuo de **Cetred**, & ad eam liberum ingreſſum & egreſſum; Et totam terram que eſt in parte orientali inter vetus gardinum & terram monialium que dicitur **Quarenteyne**, & totum pratum quod eſt juxtra pratum perſone **Tarente-Kahaynes**. De dono Prioris & conventus Chriſti eccleſiæ de **Tuynam** duo molendina in **Tarente** cum pertinentiis ſuis & totam terram que eſt in auſtrali parte magne vie que tendit apud **Blaneford**, & xij. acras que jacent inter terram perſone de **Tarente-Kahaynes** & **Cliſordeshal**; & unam de boſco in **Chetred**, & paſturam x. boum, & duarum vaccarum, & unius averii & centum ovium cum bobus & vaccis & ovibus *Willielmi* de **Kahaynes** in dominica paſtura ſua. De dono *Rogeri* de *Boſco* totam terram quam habuit uſque **Barſedene** que dicitur **Rogeresbreche**. De dono *Walteri Frye* decem & ſeptem acras terre in **Wudict:**, & medietatem curte terre in remotiore parte gardini. Item de dono ejuſdem *Walteri* octo acras terre in **Stonihel** & totum ſpinetum ſicut ſe extendit juxta **Stonihel**. De dono *Willielmi* de **Wudict:** manerium ſuum de **Wudict:** cum omnibus pertinentiis ſuis. De dono *Wil.* de **Antioch** ix. acras terre cum pertinentiis ſuis. Item de dono ejuſdem *Willielmi* quinquaginta & quinque acras terre & paſturam ad ducentas oves & octo caſtritios, & ſexdecem boves vel ſexdecem vaccas cum dominicis bobus & vaccis ſuis, Et liberum ingreſſum & egreſſum ad predicta omnia per totam terram ſuam. De dono *Sarræ* ſororis *Willielmi* de **Antioche** dimidiam virgatam terre cum meſuagio & curtillo & aliis pertinentiis ſuis in **Tarente**. De dono *Kaynelli* de **Wudict:** totam curiam ſuam quam habuit in **Wudict:** cum croſta vicina, & croſtam que jacet inter **Eſtputte** & **Pumptſend**, & xxj. acras terre & homagium & ſervicium *Willielmi* de **Chyrlel** & *Stephani* de **Wudict:** & hæredum ſuorum. De dono *Kaynelli* filii *Reginaldi* dimidiam hidam terræ in dominio de **Wudict:** & paſturam ad centum oves & x. averia. De dono *Radulfi Bret* homagium & ſervicium cum releviis wardis & eſcaetis, & omnibus aliis proventibus ad ipſum & hæredes ſuos pertinentibus de terra quam *David Conyngas* tenuit in **Wudict:** cum pertinentiis. De dono *Olyvæ* de **Tylly** xij. acras terræ in **Lepen:** & paſturam ad lx. oves & unum caſtricium & tria animalia & tres porcos. De dono *R. Dunelmenſis* epiſcopi totum jus & clamium quod magiſter *Johannes* de **Reygate** ei dedit & conceſſit per cartam ſuam in tertia parte unius hidæ terræ, & in quodam meſuagio cum gardino in **Pynpre**. De dono *Alexandri* de *Monteforti* & *Matildis* de **Pynpre** tertiam partem unius hidæ terræ cum meſſuagio & curtilagio cum prato & paſtura & omnibus aliis ad dictam terram pertinentibus in villa de **Pynpre**. De dono *Amiciæ* de **Pynpre** tertiam partem unius hidæ terræ cum meſuagio & curtilagio, & omnibus aliis ad prædictam terram pertinentibus in villa de **Pynpre**. De dono *Willielmi* de **Colevill** tres virgatas terræ & dimidiam in villa de **Tarente**. Habendum & tenendum bene & in pace liberè & quietè ſicut cartæ donatorum prædictorum in quibus donationes prædictæ plenius continentur rationabiliter teſtantur. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum venerabilis patris *Radulfi Ciceſtrenſis* epiſcopi cancellarii noſtri, Apud **Wudeſtoke**, xxiiij. die Julii, anno regni noſtri xix.

TILTEYENSIS *Abbatia, alias* **Wudeham,** *in agro* Eſſexienſi, * *fundata anno MClij.*

* Chron. S. *werburge Ceſtr.* in bibl. Cotton.

Carta Regis Henrici *ſecundi donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cartæ antiquæ. GG. n. 4. Vide Pat. 35 E. 3. part. 1. m. 28. Et Pat. 15 E. 4. part. 1. m. 3.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis me petitione, & prece *Mauricii* filii *Galfridi* de *Tireteia*, conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe terras & redditus quos idem *Mauricius* conceſſit & dedit eccleſiæ ſancti *Johannis* Bapt. de **Wodeham** & canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro pecunia quam mihi debebat; ſcilicet in **Haningefeld** & in *Ginga* iiij. hidas terræ de feodo comitis de *Warenna*: & in **Liltinges** de feodo *Walteri* filii *Roberti* j. hidam & j. virgatam; Et de eodem feodo in *Nortona* dimidiam hidam. Et in eadem villa de feodo *Hamonis Coci* dimidiam hidam. Et in **Wodeham** de feodo comitis de *Ferrariis* totum eſſartum *Ainulfi* quod idem comes *W.* dedit, petitione ipſius *Mauricii* præfatæ eccleſiæ ſancti *Johannis*. Et in *Haleſleia* de feodo *Warini* xl. acras terræ. Et in **Stodleg** de feodo *Gilberti* de **Munfichet** unam carucatam terræ, ſimul cum molendino de *Twifelda*. Et xl. ſol. redditus de terra *Wulwardi Church*, quam *Robertus Blundus* tenuit in **Wudeham**. Et totum tenementum de *Eltmeia* quod *Fulco* de *Blendec.* eis dedit in perpetuam elemoſinam quod *Mauricius* prædictus de eo tenuit, quod & ipſe *Mauricius* eis dedit. Et totum boſcum quod idem *Mauricius* habuit in **Stodleg.** & in **Fildemsſhewde**, & nominatim boſcum quod *Johannes* de *Duno* dedit præfatæ eccleſiæ. Et totum boſcum de **Fildemſewde** quod pertinet ad **Steplun.** Et præter hæc tantum de boſco de **Wodeham** quantum *Mauricius* habebat in dominico ſuo ſicut via vadit in **Brichhage** verſus orientem totum ultra rivulum verſus aquilonem qui currit ſub abbatia uſque ad **Fulebroc.** Et de boſco *Mauricii* de **Wodeham** quicquid eſt intra clauſum abbatiæ & boſcum com. in auſtrali parte, uſque ad viam quæ ducit de **Brichhage**, & uſque ad cameram clauſi abbatiæ quæ eſt in orienti. Quare volo (*&c.*) Teſt. *G.* epiſcopo *London. Ric.* Theſaur. *Ric.* de **Lucy**, *Regin.* de **Curtenay** (*&c.*) apud *Weſtm.*

Carta Regis *Ricardi* primi.

Cartæ antiquæ Y. n. 9. Vide cart. de ann. 34. & 35 H. 3. m. 7.

RIcardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dux* Normanniæ, Aquitanniæ, *Comes* Andegaviæ, *Archiepiſc.* (&c.) *ſalutem. Sciatis nos pro amore Dei & pro ſalute noſtra, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe abbatiæ de* Tilteia, *& monachis ibidem Deo ſervientibus ſecundùm ordinem* Ciſtercienſium *omnes donationes, venditiones & conceſſiones eis rationabiliter factas; videlicet totam terram de* Tilteia, *quæ eſt de feodo comitis de* Ferrariis *cum omnibus pertinentiis, in quâ illorum abbatia fundata eſt, ſicut comes* Rob. *de* Ferrariis *&* Mauricius *fil.* Gaufridi *eis conceſſerunt & per cartas ſuas rationabiles eis confirmaverunt. Et totam terram quam habent de feodo* Mathei Peverell, *cum omnibus pertinentiis, &* Derkin *de* **Lake,** *&* Willielmi *filii* Gaufridi, *&* Radulfi *de* Chaureia, *&* Garin *de* Chaureia, *&* Rad. *de* **Buell**, *&* Will. Cucire. *Et totam terram quam habent in villa* **Depeden** *&* **Amberdene** *cum omnibus pertinentiis, de feodo* Hudonis *fil.* Ernifii, *&* Rob. *fil.* Ernifii, *&* Hug. Carbonell, *&* Will. *de* **Stilbinge,** *&* Ric. Turbern; *Et grangiam de* **Dudenho** *cum omnibus pertinentiis de feodo* Henr. le Hovit. *Et totam terram quam habent de feodo* Roberti *de* **Luſcy,** *cum omnibus pertinentiis; Et de feodo* Reimbaldi *de* **Claveringe,** *&* Will. *de* **Rokell,** Will. Goer, *&* Ric. Goer, *&* Rob. *de* **Betvillies,** Walteri *de* **Dittone**: *Grangiam etiam de* **Chriſthall** *quæ eſt de feodo* Roberti *de* **Luſcy** *cum omnibus pertinentiis. Et totam terram quam habent de feodo* Roberti Rumbald. *&* Willielmi Kardun, *&* Hug. Furre, *&* Will. Barun, *&* Rogeri *fil.* Fulconis. *Et totam terram quam habent in territorio de* **Dukeſworth** *cum omni paſturæ ejuſdem villæ, & omnibus aliis pertinentiis. Et terram quam habent in campo de* **Fugelmere.** *Et grangiam de* **Bokeſworth** *cum omnibus pertinentiis de feodo* Albrici Picot. *Et totam terram quam habent ex dono* Will. Korges, *&* Ric. *de* **Romton** *cum communi paſtura de* **Romton.** *Grangiam etiam de* **Ringinere** *de feodo* Petri *de* Valoniis, *cum communi paſtura & cum omnibus aliis pertinentiis. Et totam terram & brueriam quam habent de feodo* Theobaldi Cachenathe, *&* Rad. Kachenathe, *&* Philippi *de* **Werley.** *Et totam terram quam habent in Hundr. de* Denegeia *cum omnibus pertinentiis de feodo* Raun. *de* **Mandevill,** *Et de feodo* Briani *fil.* Radulfi *cum molendino; &* Richardi Peittevilein, *&* Gervaſii *de* **Wineſwith,** *&* Petronillæ *de* Mortuo mare. *Et totam terram quam habent de feodo* Hug. *de* **Burgon,** *&* Hamonis *de* **Badewe,** *&* Will. Parvi *de* Sioberi, *cum omnibus pertinentiis in berkariis, domibus, ædificiis, hominibus, homagiis, redditibus, ſerviciis, ſervientibus, pratis, paſturis,* (&c.) *ſicut rationabiles cartæ vel cirographa donatorum, venditorum, conceſſorum, vel excambiatorum ſuorum teſtantur de poſſeſſionibus quas ipſi habent vel quas in poſterum rationabiliter adquirent de cujuſcunque feodo fuerint. Quare volumus* , &c.) *Dat. per manum magiſtri* Roſſelin *agentis cancellarii noſtri vices, Apud* Suſam. *tertio die Februarii, anno regni noſtri decimo.*

DIEULACRESSENSIS
Abbatia in agro Ceſtrenſi.

Fundationis Hiſtoria.

Ex hiſt. *Angl.* MS. contexta ab *Henr.* archidiac. ad *Alex.* *Linc.*epiſc. an. 1145. fol. 138.

ANno milleſimo centeſimo triceſimo tertio, fundata eſt Abbathia de Cumbermere, filia de Saveney: *Ranulfus* verò Conſul *Ceſtriæ*, cum magnis militum copiis apud Walingford veniens, cum Rege concordatus eſt, ſed citò poſtea in Parliamento apud *Northamptoniam* tento, doloſè captus eſt, nec liberari potuit, donec Caſtrum *Lincolnienſe* reddidiſſet; interim *Wallenſes* provinciam *Ceſtriæ* vaſtaverunt, ſcilicet, apud wicum Halbanc.

Ibid. Sub hoc tempore *Robertus Pincerna* incepit fundare Abbathiam de Pulton, in provincia *Ceſtriæ*, & adduxit ibidem Conventum *Ciſtercienſis* Ordinis, ad deprecandum pro ſalute & incolumitate domini ſui preſulgentiſſimi *Ceſtrenſis* Comitis *Ranulfi* dum ipſe *Ranulfus* eſſet in cuſtodia domini Regis, quam Abbathiam idem *Ranulfus* poſtmodum confirmavit, & dedit illis piſcariam de Dée, & quietanciam de blado ſuo proprio in molendinis ſuis *Ceſtriæ*.

Ibid. A. 1153. Anno milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio, fundata eſt Abbathia de Pulton, filia de Cumbermere.

Ibid. 1214. Anno milleſimo ducenteſimo decimo quarto, Conventus de Pulton tranſlatus eſt apud Deulacres calendas Maii, anno dicto, per *Ranulfum* Comitem *Ceſtriæ*, maximè propter intruſionem *Wallenſium*, per quos multa damna perpeſſi ſunt.

Ib. fol. 94. Fertur de iſto *Ranulpho* Comite, quod cum obiret, multitudo quaſi hominum, cum aliquo potente feſtinanter tranſibat juxta cellam cujuſdam ſolitarii qui manebat juxta Walingford, qui interogavit unum ex eis quinam eſſent, & quo feſtinaſſent, & ille, *Dæmones ſumus, & ad mortem* Ranulfi *properamus, ut eum de peccatis ſuis accuſemus*; Demon ergo adjuratus ut infra triginta dies redeat, & quod de *Ranulpho* Comite actum ſit enarret, qui rediens dixit ut profecimus quod *Ranulphus* Comes, pro maleficiis ſuis adjudicatus fuit magnis penis inferni, ſed moloſſi de Deulacres, & cum eis alii multi ſine ceſſatione ſic latrabant ut habitacula noſtra dum apud nos eſſet magno clamore replebant, unde princeps noſter gravatus juſſit eum de finibus noſtris expelli, qui nunc factus eſt nobis gravis adverſarius, quia ſuffragia quæ fuerant pro eo perlata cum aliis, ſic multas animas liberaverant à locis penalibus.

pag. 139. *Ranulphus* Comes *Ceſtriæ* rediens de tranſmarinis partibus reliquit Conſtantiam comitiſſam *Britanniæ* (*&c.*) & ſe copulavit *Clemenciæ* filiæ *Radulfi* de *Feugere*. Idem *Ranulfus* cum quadam nocte in ſtratu ſuo quieſcit, apparuit ei per viſum *Ranulfus* Comes avus ſuus, dicens. Vade ad Cholpeſdale, quod eſt in territorio de Léke, & in illo loco in quo quedam capella in honore beatæ *Mariæ* virginis olim fuit conſtructa, fundabis Abbatiam albi ordinis Monachorum, & eam edificiis inſtaurabis, & poſſeſſionibus ampliabis, & erit tibi gaudia & multis aliis qui per locum illum ſalvabuntur. Ibidem enim erigenda eſt ſcala, per quam deſcendunt & aſcendunt Angelorum preces, & vota hominum Deo offerentur, & referant gratiam eritque nomen Domini invocatum ſuper locum illum de precatione aſſidua. Et hoc tempore horum nuncio ſignum erit eccleſiæ, D. papa chriſtianitatem in *Anglia* interdicit, ſed tu interim ibis ad monachos de Pulton, quorum Abbatiam *Robertus* Pincerna in nomine meo fundavit, & particeps ibi Sacramenti Domini, habent enim privilegia hæc ſuis fundatoribus miniſtris. Et in ſeptimo anno interdictionis transferes eoſdem monachos ad locum quem prædixi. Qui cum *Ranulfo* Comiti, & *Clementiæ* Comitiſſe retuliſſet, & in dicto loco ſe velle conſtruere monaſterium indicaſſet, illa in Gallicis verbis ſic reſpondit *Deux encres*, & Comes congratulans ad dictum ejus, hoc inquit, *erit nomen ejus loci, Deulacres.*

Ranulfus Comes *Ceſtriæ* fundavit Abbatiam de Deulacres, & cum poneret primum lapidem fundamenti ejuſdem eccleſiæ, dixit in Gallicis verbis *Deux encres*, & alii circumſtantes reſponderunt *Amen*; & Comes, *hoc* (inquit) *Monaſterium vocatur* Deulacres, *ut nomen Domini ſuper illud invocetur.*

Hoc anno milleſimo centeſimo quartodecimo relaxata *Anglia* eſt ab interdictione &c. & *Ranulfus* comes *Ceſtriæ*, priuſquam *H.* Rex concordatus eſt cum proceribus ſuis, profectus eſt *Jeroſolymam*, & capta eſt civitas *Damieta*, ubi *Ranulfus* comes dux Chriſtianæ cohortis preſtititgloriosa. Qui in redeundo de terra ſancta, cum quadam nocte navis in qua erat ſubita maris tempeſtate periclitaretur, dixit ad nautas, *Quantum tempus eſt ad mediam noctem*, qui reſponderunt, *ſpacium fere duarum horarum.* Omnibus ille dixit, *laborate interim uſque ad mediam* noctis, & ſpero in Deo quod habebitis auxilium & tempeſtas ceſſabit. Cunque media nox appropinquaret, gubernator navis dixit ad comitem, *domine commenda te ipſum Deo quia tempeſtas creſcit, & nos deficimus laborare, & in periculo vitæ ſumus.* Tunc *Ranulfus* comes ſtatim exivit de conclavi ſuo & cepit juvare fortiſſime in rudentibus, & antempnis aliiſque navis ornamentis; nec multo poſt omnis pelagi cecidit …… omniſq; ceſſavit tempeſtas, & die ſequenti cum pacata jam ſulcarent equora, & cum jam ſalus appareret, gubernator navis ait ad comitem, *domine mi comes narrare nobis velitis ſi placet, qua de cauſa juvare nos voluiſti* uſque ad mediam noctis, & tunc nos juviſti ſolus plus quam omnes viri qui erant in nave. Cui ille, *quia inquit à media nocte, & deinceps monachi mei, & alii religioſi quos progenitores mei & ego in diverſis locis fundavimus ſurrexerunt ad cantandum ſervicium divinum, & tunc confiſus ſui in eorum orationibus, & ſpero quod Deus propter eorum orationes & ſuffragia mihi dederit fortitudinem quam prius non habui, & fecit tempeſtatem ceſſare ut prædixi &c.*

Carta

Carta fundationis abbatiæ de *Pultona.*

Ex ipſo autographo in bibl. Cotton.

Vide cart. 10 E. 1. m. 8. n. 47.

U*Niverſæ ſanctæ matris eccleſiæ ſoboli, nobiliſſimi* Ceſtrenſis *comitis* Ranulphi R. Pincerna *in Chriſto ſalutem. In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis patris, & filii & ſpiritus ſancti, clariſſimi ſiquidem* Ceſtrenſis *comitis kariſſimi domini mei* Ranulphi, *ego* Robertus Pincerna, *conſiderans omnia quæ ſub cælo ſunt eſſe tranſitoria, ſtatui aliquid facere, quod domino meo comiti* Ranulpho, *& anteceſſoribus ſuis, mihique, & anteceſſoribus meis in cæleſti palacio in æternum proficiat; Ad hoc faciendum dominus noſter* Jeſus Chriſtus, *me animavit atque in evangelio ſuo incitavit, dicens,* date, & dabitur vobis, *hoc eſt dicere, date terrena, & recipietis celeſtia, date tranſitoria, & pro illis habebitis inperpetuum manſura; & facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut & ipſi recipiant vos in æterna tabernacula, id eſt, Date de facultatibus veſtris per iniquitatem adquiſitis; omnis enim dives, aut iniquus eſt, aut hæres iniqui. Date inquam pauperibus Chriſti ut ipſi cum Angelis recipiant vos in æterna gloria. Quoniam, teſte evangelio, ipſorum eſt regnum celorum. Hiis igitur, atque aliis ſacræ Scripturæ monitis excitatus do domino Deo creatori ac redemptori noſtro, & glorioſæ ſemper virgini ejus genetrici ſanctiſſimæ* Mariæ, *&* Willielmo *primo abbati* **Cumbermare,** *pro ſalute, & incolumitate domini mei præfulgentiſſimi* Ceſtrenſis *comitis* Ranulphi *& anteceſſorum ſuorum,* Hugonis, *videlicet comitis &* Ranulphi *conſulis, & aliorum; nec non & pro redemptione animæ meæ, & uxoris meæ* Ivettæ, *& filii atque hæredis mei* Roberti, *& pro ſalute anteceſſorum meorum dimidiam* Puntonam, *cum omnibus pertinentiis ſuis, in campis, & in ſilvis, in viis, & in ſemitis, in aquis & in piſcariis, in pratis, & in paſcuis, ſuper terram, & ſubtus terram ad conſtruendam ibidem quandam abbatiam monachorum ſecundum regulam beati* Benedicti, *& ſecundum inſtituta* Savigneii *viventium. Hujus donationis ſunt teſtes,* Willielmus *primus abbas* **Cumbermare,** Gemmanus *monachus ejus,* Robertus Pincerna, Robertus *filius ejus,* Herveus *de* Filgeriis, Ricardus Wallenſis, Radulphus *ſacerdos,* Morinus, Anſgerius, Jveta *uxor* Roberti, Willielmus *ſpuens mendacium. Signum* ✠ Roberti Pincernæ. ✠ *Signum* Roberti *filii ejus.* ✠ *Signum* Jvetæ *uxoris illius.* ✠.

In dorſo hujus cartæ.

A. 1158. Anno milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo fundata eſt abbatia de **Pultune** in comitatu *Ceſtriæ.*

A. 1114. Anno milleſimo ducenteſimo xiiij. conventus de **Pultune** tranſlatus eſt apud **Deulacreſſe** x. kal. Maii anno prædicto per *Ranulphum* Canonicum *Ceſtriæ.*

Carta Hugonis *Ceſtriæ comitis.*

Ex regiſtro de Diulacreſſe penes.... Jolly de Leke.

H*Ugo* Comes *Ceſtriæ,* Epiſcopo Ceſtrenſi, & Conſtabulario ſuo, & Dapifero ſuo, & Vicecomiti, & Ballivis, & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis,* tam futuris quam preſentibus ſalutem. Scitote quod concedo, & Carta mea confirmo donationem illam quam *Ranulphus* Comes, pater meus, Carta ſua liberam fecit; ſcilicet, dimidiam partem totius **Pulton,** quam *Robertus Pincerna* ejus fecit Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Cumbermare** ad Abbaciam de ordine ſuo ibidem conſtruendam. Hanc verò eandem donationem, ſcilicet dimidiam partem totius **Pulton,** cum omnibus pertinentiis ſuis ad eam juſtè pertinentibus, Volo & firmiter præcipio ut ipſa Abbacia de **Pulton,** & Abbas & Conventus ejuſdem eccleſiæ, in perpetuam eleemoſinam poſſidendam, liberè, quietè & juſtè ab omni ſervicio ſeculari habeant & teneant, pro ſalute animæ meæ & prædeceſſorum meorum, in villa & extra, in boſco & in plano, in pratis & paſcuis, in aquis & molendinis, & in omnibus aliis comoditatibus quæ in eadem terra fieri poterunt; & præcipio atque prohibeo ne aliquis eis amodo ullam moleſtiam faciat neq; diſturbet ſuper meam foriſfacturam. Teſte *Roberto* Dapifero, *Aluredo* de **Combray,** & *Willielmo* filio *Otuer.* & *Gilberto* filio *Pichot,* & *Roberto* filio *Hugonis,* & *Hugone* filio *Oliveri,* & *Hugone* ſacerdote de **Dodleſton,** & *Geralino,* & *Willielmo* clerico de *Aldefordia,* & *Simone* de **Bedeford,** apud *Ceſtriam.*

Carta Ranulphi *Comitis* Ceſtriæ.

R*Anulphus* Comes *Ceſtriæ* & *Lincolniæ,* Conſtabulario ſuo & Dapifero, vicecomiti, Baronibus & Ballivis ſuis, & omnibus hominibus ſuis tam preſentibus quam futuris ſalutem. Sciatis me in honore Dei & beatæ *Mariæ* ſemper virginis, & ſancti *Benedicti* abbatis, & omnium ſanctorum Dei, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, quandam abbaciam quæ vocatur **Deulacres** de ordine *Ciſtercienſi* fundaſſe. Abbacia igitur illa & converſi, & homines & illorum res omnes, & omnes terræ & poſſeſſiones, & omnia ad eandem pertinencia ſunt in manu mea, cuſtodia & protectione. Quare volo (*&c.*) Hiis teſtibus domino Abbate *Ceſtriæ,* *Philippo* de **Oreby,** tunc juſticiario meo, *Johanne* Conſtabulario, *Rogero* Seneſcallo, *Henrico* de **Aldithele,** *Willielmo* de **Venables,** *Hamone* de **Maſci,** *Warino* de **Vernoun,** *Rogero* de **Mein-Warin,** *Radulpho* filio *Simonis,* *Johanne* de **Ardern,** *Joram* de **Helesby,** *Petro* clerico domini Comitis, *David* de *Malopaſſu,* *Richardo* de **Ringeſtæ,** & multis aliis.

Finalis concordia inter domum de **Deulacres** & de **Crokesden.**

Ibid.

U*Niverſis* Ciſtercienſis *ordinis abbatibus frater* T. *dictus abbas vallis ſanctæ* Mariæ *de* **Crokisden** *& humilis ejuſdem loci conventus ſalutem in auctore ſalutis. Noverit univerſitas veſtra quod cum* Ranulphus *venerabilis comes* Ceſtriæ *transferat domum de* **Pulton** *ad locum magis oportunum vicinius tamen abbaciæ noſtræ & infra terminos ab ordine conſtitutos, ita inter nos & conventum noſtrum & abbatem & conventum dictæ domus de* **Pulton** *convenit, quod citra unum miliare Anglicum ab abbacia ſua di-*

ſtans terras & paſturas ubi nobis oportunum fuerit & utile infra ſpacium inter nos & ipſos conſtitutum licitè poterimus adquirere & poſſidere; ipſi autem nihil terræ vel paſturæ ab eodem miliari Anglico verſus domum noſtram accipient niſi de manerio de **Lec** *cum pertinentiis ſuis; ita tamen quod de terris in parochia de* **Lec** *quas jam adquiſivimus vel adhuc adquiremus & propriis ſumptibus excolemus nullas prorſus decimas eis dabimus. His teſtibus, dominis abbatibus de* **Claravalle**, *de* Savign. *de* **Beaubec**, *de* Alneto, *de ſancto* Andrea, *de* Forneſio, *de* Bellalanda, *de* **Bildewas**, *de* Quarreria, *de* **Stratford**, *de* Barberio, *& multis aliis.*

Carta Ranulphi *comitis* Ceſtriæ & Lincolniæ.

Pat. 5 H. 6. part. 2. n. 17. per Inſpex.

Vide etiam Pat. 7 *E.* 4. part. 2. m. 21.

Et Clauſ. 13 *E.* 3. part. 2. m. 6.

R*Anulphus* comes *Ceſtriæ* & *Lincolniæ* univerſis Chriſti fidelibus præſentem cartam viſuris vel audituris ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me pro ſalute animæ meæ animarumque anteceſſorum & ſucceſſorum meorum dediſſe conceſſiſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* & abbati & conventui abbatiæ meæ de **Deulacreſſe** totum manerium de **Lec** cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis cum corde meo quod ibidem legavi ſepeliendum. Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis bene quiete integre & pacifice in liberam puram & perpetuam elemoſinam (*&c.*) Hiis teſtibus venerabilibus patribus *Petro Wintonienſi*, *Alexandro Coventrenſi* & *Lychefeldenſi* epiſcopis. *Johanne* de **Laſcy** conſtabulario *Ceſtriæ*, *Stephano* de *Segrava*, *Fulcone* filio *Warini*, *Henrico* de **Aldithele**, *Willielmo* de *Cantilupo* juniore, *Waltero* de **Dayvill**, *Baldewyno* de **Ver**, *Ricardo* de **Ardern**, *Simone* & *Johanne* clericis & aliis (*&c.*)

Alia carta ejuſdem Comitis.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris hanc cartam inſpecturis vel audituris *Ranulphus* comes *Ceſtriæ & Lincolniæ* ſalutem. Noveritis me pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum dediſſe in puram & perpetuam elemoſinam Deo & beatæ *Mariæ* & monachis apud **Deulacreſſe** Deo ſervientibus terram de **Rudeyard** cum omnibus pertinentiis ſuis ad conſtruendam ibidem abbaciam; ſcilicet per iſtas diviſas. Per aquam de **Ludebeche** quæ currit inter **Rudeyard**, & **Lech** uſque ad domum *Radulfi Bec*, & inde uſq; ad **Merebroc** & à **Merebroc** uſque ad **Quamendehul**, & inde deorſum per domum **Dodin** uſque ad ſepulcrum *Thoni*; & inde uſque ad **Falingbrok**, & per **Falingbroc** uſque ad **Fulhe**; & inde uſq; ad **Luddebroc**. Quare volo (*&c.*) quod dicti monachi mei de **Deulacreſſe** habeant & teneant imperpetuum prædictam terram ad fundandam abbaciam ſuam eis collatam, liberè (*&c.*) Ita quod prædicta terra cum ſuis pertinentiis ſit omnino extra foreſtam & libera penitùs ab omni exactione ſeculari ſicut aliqua elemoſina poteſt eſſe liberior. Et ut hæc mea donatio ſtabilis ſit imperpetuum eam hac carta mea & ſigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, *Willielmo de Ferariis* comite **Derbeye**, *Johanne* comite de **Huntedon**, *Johanne* conſtabulario *Ceſtriæ*, *Willielmo* de **Cantelu**, *Willielmo* de **Vernun** tunc juſticiario, *Baldewino* de **Ver**, *Waltero* de **Deyvill**, *Radulpho* de **Brey**, *Ricardo* de **Burun**, *Johanne* de **Larington**, *Simone* clerico, *Ricardo* de **Ardern**, & aliis.

Conceſſio villarum de **Northbrec** & **Biſcopam**.

Ex regiſt. abbatiæ de Salop. n. 270.

O*Mnibus Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum viſuris vel audituris, frater* Willielmus *abbas* Salop. *& ejuſdem loci conventus, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra nos unanimi conceſſu, & communi voluntate noſtra, dediſſe conceſſiſſe & hac præſenti carta noſtra confirmaſſe abbati, & conventui de* **Deulacres**, *& eorum ſucceſſoribus, ad perpetuam feodi firmam villas de* **Northbrec**. *& de parva* **Biſcopham** *cum omnibus pertinentiis ſuis, una cum quibuſdam decimis ad nos de quadam terra in* **Laton** *ſpectantibus, Habendas & tenendas dictis abbati, & conventui de* **Deulacres**, *& eorum ſucceſſoribus de nobis & ſucceſſoribus noſtris, in dominiis homagiis* (&c.) *ſalvis nobis & ſucceſſoribus noſtris advocationibus eccleſiarum de* **Waleton** *& de* **Kirkeham**, *cum omnibus ſuis capellis. Reddendo inde nobis & ſucceſſoribus noſtris, idem abbas & conventus de* **Deulacres**, *& eorum ſucceſſores, apud* **Betton** *ſubtus* Lymam *octo marcas argenti in feſto beati* Martini *in hyeme, pro omni ſervitio* (&c.) *Hiis teſtibus* Richardo Coventr. *&* Lychfeld. *epiſcopo, domino S. abbate* Ceſtriæ, *dominis* Willielmo le **Botyler**, Richardo *fratre ſuo*, Johanne *de* **Kancefeld** *tunc vicecomite* Lancaſtriæ, Henrico *de* **Lee** *militibus*, Willielmo *de* **Singleton**, Waltero *de* **Karleton**, Adam *de* **Holmes**, *& aliis.*

Vide Vol. 2, Pag. 919. Col. 1.

CLUNOK-VAURENSIS

Abbatia in Wallia.

Lel. Itin. vol. 5. fol. 13.

CLUNNOK-VAUR, a monaſteri ſumtime of white monks ſuppreſſid many yeres ago; but the original of this monaſteri was by S. Benow, of whom mention is made in S. Wenefrides life. The whit monks were of a newer fundation. Guithin, Uncle to one of the Princes of North-Wales was the firſt giver of Clunnok village and place to Benow. The Chirch that ys now ther with croſſe Iſles, is almoſt as bigge as ſaint Davids, but it is a very new worke. The old Chirch where ſaint Bennow lyith is hard by the new.

Id eſt. Clunnok-Vaur, alborum quondam monachorum cœnobium pridem abolitum. Hujus autem cœnobii fundator erat quidam S. *Benow*, de quo in vitâ S. *Wenefridæ* facta mentio. Monachi albi poſterioris erant inſtitutionis. *Guithinus*, cujuſdam *North-walliæ* [i. *Cambriæ aquilonalis*] principis avunculus, villam & locum *Clunnokenſem Bennoo* primus dedit. Eccleſia moderna, ex tranſverſis conſtans inſulis, illam S. *Davidis*

vidis magnitudinis ferè æquat, ſtructuræ tamen eſt valde recentis. Vetus, ubi S. *Benous* ſepultus eſt, eccleſia novæ prope contigua eſt.

Vide Vol. 2. Pag. 119. Col. 2.

STRATFLURENSIS
Abbatia in agro Cardigenſi, * *fundata anno MClxiiij.*

* Chron. S. *Werburgæ Ceſtriæ* in bibl. *Cottoniana.*

Carta Reſi Walliarum *principis.*

Cart. 10 E. 3. m. 6. n. 9. per Inſpex.

Vide etiam Pat. 4 R. 2. part. 1. m. 13.

A. 1184.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris *Reſus Walliarum* princeps, ſalutem & pacem. Veſtræ univerſitatis notitiæ innoteſcat quod ego *Reſus Sudwall.* proprietarius princeps, venerabile monaſterium vocabulo **Stratflur** ædificare cepi, & ædificatum dilexi, & fovi; res ejus auxi & poſſeſſiones, in quantum ſuffragante domino valui, ampliavi; terrā campeſtrem & agriculturam & montuoſam ad animalium paſturam, devota mente, ad remediū animæ, prædeceſſorum & ſucceſſorum meorum quantum ſibi congruebat indulgens, & omnem quidem donationem quam eidem monaſterio antea contuli, anno iterum ab incarnatione Domini MClxxxiiij. præſentis ſcripti memoria ſtabilivi. Tres etiam filii mei, ſcilicet *Griffinus*, *Reſus*, & *Maredud* eandem donationem eodem tempore & loco in manu abbatis de **Stratflur** optulerunt, ſtatuentes firmiter coram multis de exercitu in eccleſia S. *Brigidæ* apud **Raiadr** mecum, ut quaſcunque poſſeſſiones quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum poſſidet & cuſtodit, ſive conceſſione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, vel aliis juſtis modis, Deo propitio adepta fuerit, firma monachis illius & eorum ſucceſſoribus ob omni ſeculari & eccleſiaſtica conſuetudine, & debite immunia & illibata permaneant. In quibus hæc duximus exprimenda vocabulis propriis. **Nanneyꝛth** in terminis ſuis, id eſt **Nant hi, wleidaſt, hitar wy Gwy, hit in Hevernaul Hevernaul**, deinde **hit blain**, deinde in tranſverſum uſque **blain yſtinch yſtinch in hit** uſque **Tavalogen Gwaylant Tawlogen hit hi blain**, deinde per rectum tranſverſum uſque **Marchnant, Marchnant** uſque **Meuric** uſque **Teywy Seywy hit Camdur Wethan Cadur Wethan in hit hit blain**; deinde ſicut ducit **Pant Guenu hit hi Camdur waur.** Poſtea per **Camdur** in tranſverſum **hi ar hirweym Cavaithni** uſque **Diron** ſicut ducit uſque foſſam quæ eſt inter **Tref Coll.** & **Bꝛumuric foſſ. hit hi blain Dwlain hi foſſ.** rectè **hi benu nant, hi Gelly hyꝛ**; deinde rectè **hit ar hivant** inter **uuarth caraun** & **dinas dꝛitwyꝛ**; deinde ſicut amnis ille ducit uſque grangiam quæ vocatur **Caſtel hi ſlemis**, de grangia poſtea ex alia parte amnis trans collem ſicut ducit **Pant Guenu hit hi nant** inter **mais Glas** & **Trebꝛith hi nant hit ar Deiwy Teywy hit hi mais Tref linu Mais Treſluin** rectè **hit in blaumbudeu hubudeu hit hi Lluin nant Wini** rectè per tranſverſum uſque **Llanmerth hi Guuithwa o Lauverth hi Guuithwa**, rectè per tranſverſum montis **hi ar Gelly hagharat.** Mons ille poſtea terminus eſt rectè in tranſverſum uſque **blain Candur Camdur** ſicut ducit uſque **Tiwy Tiwy** deinde ſurſum ex utraque parte **hit hi blain** rectè poſtea **Dwlain Tiwy hit hi blain arban arban in hit** uſque **Calarwemi** uſque **Clan Clan** exindè uſque **Gꝛoen Gwymmon hi Gꝛoen** rectè ſurſum **hi tal Lluchiut hi Cewyir hir Eſteyꝛ ar Eſteyꝛ ar hit** uſque **blam Riſcant Dwlain** riſta per tranſverſum montis uſque **llam hi unben** ubi fines prænominatæ terræ quæ appellatur **Nannerth** iſtis terminis quos diximus pariter interniſcentur; Sed & quicquid continetur infra terminos præſcriptos per circuitum in campo & ſilva, in aquis & pratis & paſcuis, in culto & inculto, ego *Reſus* & prænominati filii mei & tota poſteritas mea prædictis monachis de **Stratflur** & eorum ſucceſſoribus jure perpetuo mancipamus. Et hæc nomina locorum in eiſdem terminis excellentiorum **Meyl, Geydiau, Nauu, Cylmer, Nauu, Cyrm, Nuun, Morant, Bꝛithu, Abercoyl, Abermetheu, Stratonimru, Kelly, Camgoyt, Pꝛiſkyeu, Cumaun, Stratflur, Kyt, Wendygaet, Dol, Waur, Lluiugog, Tref hi Guidel, Finnaun, Dyer, Kellyeu, Bꝛum, Deuy, Eſteyꝛ, Perweth Gaſtellſlemis, Mays, Glas.** Ex donatione verò filiorum *Cadugaun* & eorum hæredum & noſtri dominii **Cewyn hi Rit Eſteir Saiſſon**; dimidia pars verò **Bꝛanwennu** præter **Eſteir hi fu ar arch** ubi filii *Seilſant* ædificia ſua fundaverunt, **Tref-Boyth** cum appendiciis ſuis, & hii ſunt termini ejuſdem, deſcribente *Reſo* cum optimatibus ſuis & etiam *Griffino* filio ejus *O Aber Meybor* ſurſum **ar hit arth** uſque foſſam quæ manat de fonte **Bleydud Oꝛfannaun hir Panc in hit** uſque foſſam **Byleyneyt hi foſſ. ar hit** uſque **Panc Gwenu** inter **Marchet** & **Bꝛuin Llende hi Panc ar hit** uſque foſſam quæ eſt terminus inter **Merchdi** & villam quæ vocatur **Ardiſemkywet** quam obtulit *Gweulliant* prædictis monachis in perpetuam elemoſinam, cum conſilio noſtro & filiorum noſtrorum; foſſa verò præfata in termino eſt uſque ad mare, mare verò uſque ad hoſtium **arch arch hit in Aber meilyꝛ**, Et in litore & in mari ab hoſtio **arch** uſque ad hoſtium **Dyꝛon Coꝛedeu**, & omnem piſcaturam ſepedicto monaſterio offerimus imperpetuum. Et etiam de propria mea piſcaria unum diem, & unam noctem in qualibet ſeptimana.

Hujus verò univerſæ donationis iſti ſunt teſtes, duo filii *Llandent*, *Grifri* & *Res*, *Jorwert* fil. *Edmweyn*, *Ediorwerth* fil. *Kedivor*, duo filii *Lewelini Gurgeneu* & *Cadugaun*, *Maredud* filius *Ryderth*, & *Guann*, *Scacca*, *Griſut* filius *Bleduit O Wabudrid*, & *Maredud* fil. *Eumaun* fil. *Bleduit*, *O Werthinnaun.*

Carta Regis *Henrici* ſecundi.

Ibid.

H. *Dei gratia Rex* Angliæ *Dux* Norm. & Aquit. (&c.) *Sciatis me conceſſiſſe* (&c.) *abbatiæ de* **Stratflur** *& monachis ibidem Deo ſervientibus rationabilem donationem quam* Reſus *filius* Griffini *eis fecit de terris ſubſcriptis*; *videlicet de campo qui eſt inter* **Hendꝛeskynadandu** *&*

torrentem de **Buarchegre**, *& inde uſque ad* **Teivi** *&* **Hirgarth** *uſque* **Flur**, *& uſque* **Teivi**. *Et de* **Langhereth** *uſque* **Hedegeu** *cum terminis ſuis, & de rivulo qui dicitur* **Paſtruth Akelly agarat** *uſque ad* **Teivi**, *&* **Liſpennard** *& de* **Stratflur** *cum terminis ſuis & de* **Keven Caſtel** *terminis ſuis. Et* **Killyou avan** *& de* **Mays Glas** *cum terminis ſuis. Et de* **Pennal** *uſque* **Dyrondu**, *& uſque* **Camdimor**, *& de* **Kevenpuet** *cum terminis ſuis. Et de* **Kellyeu Urmdevoy**, *& de* **Maysbre** *cum terminis ſuis; Et de* **Fennan noyr** *à* **Ritheuelyu** *ſurſum uſque* **Mayesbre**. *Et de* **Dreſpoyth Riwardh** *uſque mare. Quare volumus* (&c.) *T.* Ricardo Winton *&* Gaufrido Elien. *&* Sefrido Ciceſtren. *&* Petro Meneven. *epiſcopis*, Gaufrido *cancellario filio meo* (&c.) *Apud* Wyntoniam.

Carta Regis Edwardi *primi.*

Pat. 28 *E.* I. m. 23.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod dedimus licenciam, dilectis nobis in Chriſto Abbati & Conventui de *Strata-Florida* quod ipſi in loco illo in quo Abbatia ſua de *Strataflorida*, nuper in guerra *Walliæ*, anno regni noſtri viceſimo tercio, contra voluntatem noſtram combuſta prius ſita fuit, abbaciam ſuam de novo conſtruere & reedificare, ac morari poſſint ibidem, Deo imperpetuum ſerviturі. Ita tamen quod boſci & viæ circa locum prædictum propter pericula quæ per boſcos illos & viarum illarum diſcrimina futuris temporibus poterunt evenire vitanda, per ordinationem juſticiarii noſtri weſt-*Walliæ* proſternantur, & etiam emendentur. In cujus (*&c.*) Teſte Rege apud *Weſtm.* xxx. die Marcii.

Per ipſum Regem nunciante Ottone *de* Grandiſono.

LEKEBURNENSIS,

Abbatia in agro Lincolnienſi.

Litera Willielmi *filii & hæredis* Roberti *filii* Gilberti.

Ex regiſtro de L*ekeburne* penes *Georgium Henage* equit. aurat.

IN die qua ſepultus fuit *Robertus* filius *Gilberti*, in capitulo ſanctimonialium de **Lekeburn**, antequam ſepeliretur, *Willielmus* filius ſuus, & hæres in hanc prorupit vocem. *Video hic ſepeliri patrem meum, & quia ita eſt, concedo & do omnes donationes, & omnes conceſſiones, quas pater meus* Robertus *conceſſit & dedit ſanctimonialibus de* **Lekeburn**, *eiſdem ſanctimonialibus ſicut cartæ patris mei teſtantur, quæ, paulo antequam ſepeliretur, coram me, & omnibus aſtantibus, in clauſtro lectæ fuerunt; ſcilicet, locum ubi abbatia ſanctimonialium ſita eſt, & dimidietatem eccleſiæ de* **Lekeburn** *& molendinum de* Luthena, *& cætera omnia, ſicut cartæ teſtantur* Roberti *patris mei; & ut firmius, & liberius ſtet, pono ſuper altare ſanctimonialium omnes donationes, & conceſſiones, quas dederat & conceſſerat pater mens prædictis ſanctimonialibus, & per hanc poſitionem confirmo omnia prædicta in liberam elemoſinam, quietam ab omni terreno ſervitio, exactione, & reclamatione. Hujus donationis & conceſſionis & poſitionis & confirmationis, vos omnes adſtantes, & hæc audientes, & videntes advoco in teſtimonium. Et ſuper hæc omnia quæ ſupra ſcripta ſunt addo, pro anima patris mei, & ſalute animæ meæ, ſanctimonialibus, unoquoqne anno redditum duorum ſolidorum ad feſtum ſancti* Botulfi, *in liberam elemoſinam de me & meis hæredibus imperpetuum poſſidendum.* Sunt hii quidam ex Teſtibus qui hoc viderint & audierint, *Randulphus* frater *Roberti* filii *Gilberti*, *Thomas* de *Cobba*, monachi de *Parcho*, *Richardus*, & *Achardus* Canonici de **Alvingham**, *Osbertus*, & *Eilwardus* & *Gilebertus*, & *Robertus* & *Willielmus* omnes ſacerdotes, & multi plures quos enumerare longiſſimum eſt, *Hanfridus* de **Habe**, *Fulco Ribald*, *Willielmus* de **Fetherſtan**, *Richardus* frater *Matildis* uxoris *Roberti* filii *Gileberti*, *Richardus* frater *Aufrei*, *Willielmus* filius *Aufrei*, *Willielmus* clericus de **Mannebi**, *Alanus* de **Welle**, *Haraldus*, *Richardus*, *Walterus* filii *Roberti*, *Randulphus* filius *Rogeri*. Interfuere etiam plures alii, *Matildis* uxor *Roberti*, *Hauwis*, & *Aliz* & *Mabald*.

Carta Willielmi *de* **Lekeburn**, *filii* Roberti, *de ſede Abbathiæ.*

OMnibus filiis ſanctæ matris Eccleſiæ *Willielmus* filius *Roberti* de **Lekeburne**, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & hac preſenti Carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de **Lekeburn**, in perpetuam elemoſinam, & pro ſalute animæ meæ, & anima patris mei, & omnium anteceſſorum meorum, omnes donationes quas pater meus illis dedit; ſcilicet, ſedem Abbathiæ de **Lekeburn**, & dimidiam eccleſiam de **Lekeburn**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & in territorio ejuſdem villæ **Heſtcroft**, & totam terram quæ eſt de feudo meo, ex occidentali parte **Heſtcroft** ejuſdem; & inter **Litlehaichahe**, & inter molendinum de **Calthorp**, & in eodem territorio de **Lekeburn** quadraginta acras terræ cultæ, ſcilicet, viginti ex una parte villæ, & viginti ex altera, & in eadem villa quatuor manſuras, quæ fuerunt *Ranulfi*, *Gaucelli*, *Walteri*, *Ragineri*, **Haichagheſic**, & in eodem territorio **Litleaichahe**, cum appenditiis ſuis; Et totam culturam que jacet ad **Heudeſdyke**, & communem paſturam ejuſdem villæ, in territorio de **Thathewelle**, & de **Cattedale**. Et totam terram quæ pertinet ad feudum meum quæ continetur inter **Quenildewange** in campis de **Thathwelle**, & inter regiam viam que vadit de **Buſhou**, & inter viam de **Thathewelle**, que tendit apud *Llncoln*. Et inter diviſam de **Wyccall**, & communem paſturam in **Catdale** & **Thathewelle**. Item in territorio de **Halington**, ſedem molendini in loco qui dicitur **Crakbeke**, cum appenditiis ſuis; ſcilicet cum duobus croftis, uno ex auſtrali parte, & altero ex parte aquilonari, & croftum quod dicitur **Botcrofts**, & molendinum illud quod *Randulphus* avunculus meus, conſenſu patris mei dedit eis, cum vivario & crofto, & communem paſturam ejuſdem villæ. Item in territorio de **Somercotes**, illud pratum quod vocatur **Huldaueſſeu**, ſcilicet, illud toftum quod *Germundus* de **Halington** tenet, & unam ſalinam juxta mare, in campis ejuſdem villæ, & in eodem territorio manſionem quam ibi habent. Item in villa de **Conigſoblam**, unum croftum, unde magiſter *Rogerus* reddit xij. d. Item in territorio de **Saltſtedby**, decem acras in cultura quæ dicitur **Bracneſwang.** Item molendinum de *Ludena*, quod eſt de feudo meo, illud ſcil. quod ſitum inter molendinum ſanctimonialium de **Alvingham**, & molendinum *Willielmi* de **Cokerington**, & *Roberti* de **Pormort**, cum omnibus appenditiis ſuis. Item in territorio de **Schopholm**, decem acras prati, ſex quas tenuit *Siwat* de *Luda*, & quatuor illas propinquiores de feudo meo, Concedo & illis, & confirmo illas donationes hominum meorum quas illis prius conceſſerat pater meus; ſcilicet illam culturam que dicitur **Heſtchalles**, in territorio de **Lekeburn**, & in territorio de **Halington**, unam acram de dono *Suani*, & ex dono meo proprio in perpetuam elemoſinam, unam acram in cultura que dicitur **Troft.** ex parte orientali, & duos ſolidos ex redditu molendini de **Wittewalht** annuatim, pro anima patris mei, & mei, ad paſca illis dandos. Concedo etiam communem paſturam per totam terram meam, & nominatim illam terram, quam pater meus conceſſit eis in crofto ſuo, per quam itur ad **Heſtcrofts**, & quæ jacet juxta croftum *Hugonis* filii *Reginaldi*, & communes exitus & introitus totius terræ meæ, & communes vias & ſemitas, & aquas ſine omni calumpnia. Hæc omnia conceſſi eis, & hac preſenti Carta confirmavi libera & quieta, à me & hæredibus meis, & ſoluta ab omnibus quærelis & placitis & conſuetudinibus, & ab omni terreno ſervitio, & ſeculari exactione. Et volo ut prædictæ ſanctimoniales habeant omnem electionem ita bene & in pace, liberè & honorificè teneant, ſicut electio liberiùs & honorabiliùs teneri poteſt; Omnes predictas donationes ego & hæredes mei adquietabimus & warantizabimus eis, contra omnes homines, (*&c.*)

Carta *Roberti* filii *Gilberti* de **Thathewelle.**

Ibid.

N*Otum ſit omnibus legentibus & audientibus literas has, quod ego* Robertus *filius* Gilberti *de* **Tadwelle**, *per conceſſionem hæredum meorum, & uxoris meæ* Matildis, *dedi ſanctimonialibus de* **Kedington**, *terram quæ vocatur* **Careldale**, *& illam aliam terram quæ in circuitu ejus continetur, & unum molendinum quod eſt juxta* **Halington** *in occidentali parte, & vivarium ibi juxta poſitum; quod excambiavi à fratre meo* Ranulfo. *Et etiam illud pratum totum, quod vocatur* **Ulkesholm**; *ſcilicet, totum illud quod* Germundus *tenuit; & inſuper unam ſalinam juxta mare. Hæc omnia dedi prædictis ſanctimonialibus, in puram elemoſinam perpetuò poſſidenda libera & quieta ab omni terreno ſervitio, & ab omni terreno dono. Hujus donationis teſtes ſunt* (&c.)

Carta Regis Johannis *donatorum conceſſiones recitans, & confirmans.*

Cartæ 1. *Joh.* parte. 2. n. 93.

J*Ohannes* Dei gratia, &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & ſanctimonialibus de **Lakeburne**, totam eccleſiam de **Faleſtorp**, cum omnibus pertinentiis ſuis in puram & perpetuam elemoſinam, quam habent ex dono *Rogeri* de **Faleſtorp**, & *Murielis* ſponſæ ſuæ. Et præterea quicquid *Robertus* filius *Gilberti* habuit dominii, & donationis in ſeptem ſubſcriptis eccleſiis, quæ fundatæ ſunt in feodo, quod fuit ipſius *Roberti*, & patrimonio ſuo, quas habent de dono ejuſdem *Roberti*; ſcilicet eccleſiam de **Ketheby**, cum omnibus libertatibus, & pertinentiis ſuis: Et eccleſiam de **Halington** cum omnibus pertinentiis, & libertatibus ſuis: Et eccleſiam ſancti *Petri* de **Saltfetby**, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus ſuis: Et duas eccleſias in **Sumercotes**, ſimul cum omnibus pertinentiis, & libertatibus ſuis. Et eccleſiam de **Cuneſgeſholm**, & medietatem eccleſiæ de **Lekeburne**; & medietatem eccleſiæ illius, quam tenuit *Hogrim* ſacerdos in **Thedleſtorp**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis. Conceſſimus etiam & confirmavimus illam viam, quæ jacet ex **ſud**-parte rivi, currentis juxta abbatiam ſuam, & illam viam quæ jacebat ex **nord**-parte rivi inter abbatiam, & molendinum ſuum, & quicquid includitur infra curiam ſuam, de feudo *Willielmi* filii *Amfridi*, & *Fulconis Ribauldi*, & hæredum eorum, quæ habent ex dono *Willielmi* filii *Amfridi*, & *Fulconis Ribauldi*, & *Willielmi* filii *Roberti*, & totius villatæ de **Lekeburne.** Quare volumus (*&c.*) Datum per manus S. *Walteri* archidiaconi, & *J.* de **Gray**, Apud **Lichefeld** tertio die Aprilis anno regni noſtri primo.

STRATMARGELLENSIS
Abbatia, alias dicta, vallis Crucis, in agro Montgomerenſi, ** fundat. an. MClxx.*

* Chron. *S. werburgæ Ceſtr.* in bibl. *Cottonianæ.*

Fundationis carta per Madocum Griffini *filium.*

Cart. 23 E. 1. n. 17. per Inſpex.

NOtum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris quod ego *Madocus Griffini* filius, eternæ patriæ deſiderio, & caritatis intuitu, non tranſitoriæ laudis apetitu, dedi & conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* & monachis de **Stratmarkell**, villam quæ vocatur **Llynliequeſtell** cum omnibus terminis ſuis ad conſtruendum ibidem monaſterium in honorem Dei & beatæ genetricis, ſemperque virginis *Mariæ*; & ut conventus *Ciſtercienſis* ordinis ibi jugiter Deo militaret. Hanc inquam dedi rogatu venerabilium perſonarum, videlicet iiij. abbatum quorum iſta ſunt nomina, *Petrus* dictus abbas de *Alba Domo*, *Deniawal* de **Stratflur**, *Philippus* abbas de **Stratmarhell**, *Rind.* de **Cumhir.** Dedi etiam prædictam villam jam dicto conventui *Ciſtercienſis* ordinis ibidem Deo ſervienti liberam & quietam. Cui etiam alias terras dedi & conceſſi quas hæreditario jure apud **Powys** poſſidebam quarum iſta ſunt nomina. **Lauhekenepl** cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis. **Rynderth** cum omnibus pertinentiis ſuis. **Banhadlen** cum omnibus terminis ſuis, medietatem villæ quæ dicitur **Buducure** cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis. **Creychanch** cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis. **Cumbrupnanch** cum omnibus terminis ſuis. **Keneullubeſten** cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis. **Tong** cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis. Medietatem villæ quæ dicitur **Myſtupr** cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis. Et de aliis terris particulas quaſdam inde de **Wrechteſsham**, & de **Bererteſsham**, & de **Actun.** Has itaque jam nominatas terras dedi Deo & beatæ *Mariæ* & monachis *Ciſtercienſis* ordinis apud *Vallem Crucis* Deo ſervientibus liberas & quietas&immunes ab omni exactione & ſervitute ſeculari cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis in boſco in plano, in aquis in ſilvis, in molendinis in pratis in paſcuis, in lignis tam ſuccidendis quam cremabilibus, in lapidibus efodendis ſive tollendis. Et ut hæc mea donatio rata ſit & apud poſteros firma & ſtabilis imperpetuum, multorum virorum atteſtatione & ſigilli mei munimine confirmavi. Hiis teſtibus, *Phill.* abbate de **Polaiphill**, abbate de *Valle Crucis*, *Hugone* monacho, *J.* monacho, *R.* converſo. De laicis *Keirradanch* filio *Hugonis*, & *M.* & *G.* fratribus ejus, *Ednewеyn Seys*, & *J.* fratre ejus, & multis aliis.

Alia ejuſdem *Madoci* carta.

U*Niverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris. Notum ſit omnibus quod ego* Madocus *filius* Griffini *conſenſu & aſſenſu dominæ* I. *uxoris meæ, pro ſalute animæ noſtræ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum dedi conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & beatæ* Mariæ *& monachis de* Valle Crucis *in puram & perpetuam & pacificam elemoſinam abſque ulla exactione & conſuetudine ſeculari vel eccleſiaſtica, totam villam quæ dicitur* **Linneguestel**, *& villam de* **Lanegemel**; *& villam de* **Hallhtun** *& terram quæ dicitur* **Tonc**, *& porticulam quam prædicti monachi habent de* **Hactum** *& terram quam habent de* **Wrethteſſam**, *& de* **Kreichanc**, *& medietatem villæ quæ vocatur* **Buchuchre**, *&* **Bahadlen**, *cum* **Bromanc**, **Camproulh**, **Gunerich**, **Meiboch**, *& cum* **Kefil**; *& dimidietatem villæ quæ dicitur* **Miſtuir**, *&* **Kenen**, **Lueſten** *cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis, ſicut eorum cartæ proteſtantur, in boſco in plano in pratis & paſturis in aquis & molendinis in moris in campis & ſilvis in omnibus libertatibus & conſuetudinibus bonis in omnibus utilitatibus & commodis ſuper terram & ſubtus quietè ab omni moleſtatione in perpetuum poſſidendas, warantizabimus eciam eaſdem terras dictis monachis pro poſſe noſtro contra omnes homines in perpetuum. Quicunque contra hanc donationem noſtram prædictos monachos ſuper prædictis terris moleſtare preſumpſerint, conſenſimus eciam ut viri eccleſiaſtici auctoritate ſanctæ eccleſiæ eorum inſolentiam compeſcant. Facta eſt hæc donatio noſtra anno incarnationis dominicæ MCCxxij. Hiis teſtibus,* A. 1222. Owem Mab, Trahaiarmh. Yenvaſ *filio* Maredud. David Rouffo. Jorverth Mab. Rachwallann. Seiſel *decano de* **Cornain.** Johanne Ruffo. *De religioſis autem.* I. *tunc temporis abbate,* I. *ſuppriore,* G. *magiſtro converſorum, &* R. *monacho, & multis aliis.*

Carta Oueni *filii* Griffini.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Cart. 13 E.2.n.21. Ego *Ouenus* filius *Griffini*, intuitu caritatis, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum, patris videlicet mei, & matris meæ, cæterorumque prædeceſſorum meorum conceſſi & dedi fratribus *Ciſtercienſis* ordinis, eccleſiæ ſcilicet beatæ atque perpetuæ virginis *Mariæ* de *Alba domo*, **Stratmarghell**, hiis contentam finibus; Ab uno latere **Hauren**, uſque ad foſſam quæ eſt inter **Rideſhin** & **Crengai**; & ab eadem foſſa uſque ad puteum ovium, & ſic circuiens clarum nemus terminus protenditur uſq; ad patibula; abhinc vero procedit inter pratum & ſilvam uſq; ad rivulum aquæ; dehinc autem per medium nemus uſque ad rivum qui eſt in lata villa; quo diſterminante, progreditur uſque ad terminum **Argemunre**; & ab ejuſdem termino per ſupercilium clivi **Worgy**, uſq; puteum caballi, & ſic concluditur in **Hauren**; liberam & quietam ab omni conſuetudine, & redditu decimarum, aliarumque conſuetudinum reſpectibus, in boſco, & plano, & aquis, cæteriſq; omnimodis utilitatibus, ad ædificandam abbatiam Deo in honore ſemper virginis *Mariæ*. Teſtificantibus hiis, *Davide* filio *Goliunn*, *Suglen* filio *Carodauc*, *Johanne* filio *Guardwoit*, *Beauvoir* clerico. Laicis *Gorgenu* filio *Grifini*, *Salve* filio *Cheugret*, *Meurich* filio *Grifini*, *Chenvellni* filio *Delfini*, *Jorverd* filio *Wianud*, *Caldeldellin* filio *Rogeri*, & fratre ejus *Cheugret*, *Rianval* filio *Buder*, *Roberto* filio *Caradauc*.

STANLAWENSIS

Abbatia in agro Ceſtrenſi, * *fundata anno MClxxij, poſtea vero ad* **Whalley** *tranſlata.*

* Chron. S. *Werburgæ Ceſtr.* in bibl. *Cotton.*

Carta fundationis per Johannem *conſtabularium* Ceſtriæ.

Ex regiſtro de *Whalley* penes *Radulphum Aſhton* militem & bar. a. 1627.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quam futuris, *Johannes* Conſtabularius *Ceſtriæ*, ſalutem. Sciatis me dediſſe, & hac præſenti Carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ*, & Abbati atque Monachis de **Stanlawe**, ad conſtruendam Abbathiam ordinis *Ciſtercienſis*,

Vide Pat. 2 E. 2. part. 1. m. 23.

ſis, ipſum locum **Stanlawe**, quæ, mutato nomine *Benedictum-locum* vocari volumus; Et villam unam quæ vocatur *Staneya*, & alteram villam quæ vocatur **Mauricaceston**, cum omnibus pertinentiis earum; in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, in viis, in ſemitis, in aquis, in piſcariis, in mariſcis, in molendinis, & in omnibus aliis eſiamentis ſuis, liberas & quietas ab omni terreno ſervitio, & ſeculari exactione; pro ſalute animæ meæ, & patris mei, & meæ, & uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & hæredum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſi quoque eis in perpetuam elemoſinam quietantiam Tolnei in emptione & venditione omnium rerum ſuarum per totam terram meam; necnon & quietantiam tolnei de proprio blado ſuo, in molendinis meis. Dedi etiam eis Meſſuagium unum in villa *Ceſtriæ*, cum omnibus edificiis ſuis, quod habui juxta eccleſiam ſancti *Michaelis*, ſimilitèr in puram & perpetuam elemoſinam cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis: Et quando ego & hæredes mei voluerimus, in domo prænominata placita noſtra tenebimus, & ad expenſas noſtras hoſpitabimus. Hæc verò omnia prænominata ego *Johannes* & hæredes mei erga Regem, & Comitem *Ceſtriæ*, de omni terreno & forenſi ſervitio, quod ad prædictas terras pertinet, warantizabimus, & acquietabimus, & contra omnes alios homines, in omnibus, & ubique warantizabimus, manutenebimus & defendemus; Et quicunque hanc meam elemoſinam deſtruere vel minuere voluerit, deſtruat eum Dominus, & ejus maledictionem, & omnium ſanctorum & meam habeat. Hanc autem elemoſinam dedi & conceſſi liberam & quietam, atque honorificam ſicut ulla elemoſina liberiùs & quietius, atque honorificentiùs dari poteſt, Anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo octavo. A. 1178. Hujus autem donationis & confirmationis teſtes ſunt iſti. *Robertus* decanus de **Donnington**, *Nicholaus* perſona de **Marnham**, *Radulphus* ſacerdos de **Swallow**, *Simon* ſacerdos de **Eston**, *Gregorius* ſacerdos de *Caſtello*; *Gaufridus* monachus de *Parco*, *Symon* monachus de **Cumbermere**, *Henricus Biſet*. *Johannes* de *Daville*, *Martinus Angevinus*, *Hugo* de **Dutton**, *Johannes* filius *Thurſtani*, *Ranulphus* filius *Gilberti*, *Gilbertus* filius *Ranulphi*, *Matheus* filius *Johannis*, *Johannes* filius *Affir*. *Richardus Ayton*, *Willielmus* filius *Richardi*, *Robertus* venator, *Adam* de **Dutton**, *Hugo* ſuus frater, *Robertus* filius *Rogeri*, *Rogerus* **Burdon**, *Gaufridus* de **Meringe**, *Willielmus* **Benvena**, *Ricardus* de **Cheile**, *Fulco* diſpenſator, *Henricus* de *Alintona*, *Petrus* de **Sandall**, *Willielmus* clericus de **Cambrakbeke**, *Osbertus* mareſcallus, *Willielmus* **Legat**, apud **Donnington**.

Carta *Johannis Conſtabularii*, de mariſcho & fundatione de **Stanlawe**.

l.31.b. UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris* Johannes *Conſtabularius* Ceſtriæ *ſalutem. Notum vobis facio, quod ego* Johannes *Conſtab.* Ceſtræ, *conſtruxi quoddam cœnobium monachorum in terra mea, de proprio feudo & baronia mea, quod* **Stanlawe**, *ſive* locus Benedictus *dicitur, quod dedi & conceſſi, & charta mea confirmavi abbati & monachis ibidem Deo ſervientibus cum omnibus pertinentiis & libertatibus, & liberis conſuetudinibus quas ego vel anteceſſores mei unquam habuerunt in terra illa, libere & quiete & abſque omni exactione ſeculari. Scire etiam omnes volo, literatos & laicos, præſentes & futuros, & firmiter tenere, quod nullus vicinorum præfati cœnobii in paſtura mariſci quod dicitur* **Ryſhemarſh** *communionem de jure vel debito, ſine gratuita voluntate abbatis, aut fratrum prædicti loci, habere debet. Sed neque abbas vel monachi* Ceſtriæ *in feſtivitate ſancti* Johannis *ad nundinas in prædicto mariſco herbam vel juncum ad logas ſuas tegendas ex jure vel debito, vel aliqua conſuetudine; ſine bona voluntate, aut gratuita permiſſione abbatis aut fratrum* loci Benedicti *habere debent, quia nunquam temporibus meis, aut anteceſſorum meorum, alio modo habuerunt.*

Querela abbatis de **Salleye** *de tranſlatione abbatiæ de* **Stanlaw** *ad eccleſiam de* **Whalley**.

HÆc ſunt gravamina quibus abbas & conventus de **Salleye**, ſe conqueruntur aggravari, de tranſlatione abbatiæ de **Stanlawe** ad eccleſiam de *Whalleya*. Ibid.

Primum eſt quod abbatia de *Whalleya* nimis propè ſituata eſt ad abbatiam de *Salleya*, contra conſtitutiones ordinis.

Secundum eſt, quod monachi de *Whalleya* modò occupant, & expendunt decimas eccleſiæ de *Whalleya*, quas monachi de *Salleya* ſolebant emere tempore domini *Petri* de *Ceſtria* Rectoris dicti eccleſiæ, & tempore omnium prædeceſſorum ſuorum ad ſuſtentationem ſuam, pro majori parte, ſed modo impediuntur per prædictos monachos de *Whalleya* ad dampnum ipſorum de *Salleya* c. ſol. per annum.

Item monachi de *Whalleya* modò diſcurrunt per ſe, & per ſuos ſervientes, & procuratores infra patriam de **Craven**, & in foro dicti abbatis de *Salleya* emunt omnimoda blada quæ monachi de *Salleya* emere ſolebant ad ſuſtentationem ſuam, & venduntur modo eis blada infra **Craven** carius, cauſa illorum, omni anno ad tertium denarium, ad dampnum ipſorum xl. per annum, quia oportet ipſos de *Salleya* emere bladum ſuum, & cariare per xl. ſine lx. leugas peſſimæ viæ ſi vivere volunt.

Item quod butirum, & caſeus ex quo venerunt dicti monachi, apud *Whalleyam*, venduntur carius monachis de *Salleye* ad tertium denarium, ad dampnum eorum xl. s. per annum.

Item quod maremium, quo monachi de *Salleya* ædificare deberent, & ædificia ſua ſuſtentare, venditur eis carius ad quartum denarium ratione quod monachi de *Whalleya* modò ædificant, & impoſterum ædificare intendunt, ad dampnum ipſorum de *Salleya* xxx. s. per annum.

Item ferrum, & ſal venduntur eis carius, cauſa illorum ad tertium denarium ad dampnum illorum de *Salleya* xx. s. per annum.

Item venditores tanæ in partibus illis ſperantes monachos de *Whalleya* magnam tanariam habituros, tanam carius vendunt ad tertium denarium, unde tanaria de *Salleia* ferè deſtructa eſt, ad dampnum ipſorum c. s. per annum.

Item piſces rarius veniunt ad *Salleyam* cauſa illorum, & venduntur carius eis cum veniunt, ad tertium denarium, ad dampnum illorum xl. s. per annum.

Item aucæ, gallinæ, ova, & cætera minuta neceſſaria, carius venduntur eis ad tertium denarium quia rarius inveniuntur,ad dampnum illorum xx. s. per annum.

Summa omnium dampnorum xxvij. l. x. s.

Concordia hujus querelæ.

CUm mota eſſet contentio per abbatem & conventum de *Salleya* contra abbatem & conventum de *Whalleya* ſuper quibuſdam articulis de nimia propinquitate, & majori cariſtia venalium cauſa propinquitatis abbatiæ de *Whalleya* ad *Salleyam*, datis judicibus à capitulo generali, domini videlicet de *Ryevalle*, & de *Bellalanda* abbatibus, qui dictam cauſam ſecundum conſuetudinem ordinis pace vel juditio terminarent. Tandem vocatis,& aſſiſtentibus partibus coram dictis judicibus in eccleſia *Hoſpitalariorum* juxta S. *Botulphum* in craſtino S. *Petri* ad vincula anno D. MCCCv. mediantibus venerabilibus patribus de **Reveſby** & **Swinſheaved** abbatibus & annuentibus præfatis judicibus, in hac forma amicabiliter conquievit ; videlicet quod ſopitis & extinctis penitus omnibus querelis de temporibus retroactis, deinceps utraque pars, bona fide, alterius negotium tanquam proprium promovebit, comodum, & proficuum procurabit;& ſi forte monachi vel converſi de *Whalleya* contra domum de *Salleya* in aliquo notabiliter exceſſerint, cum de tali tranſgreſſione, abbati & conventui de **Whalley** manifeſte conſtiterit, delinquentes ad abbatiam de *Salleia* ſine mora mittentur puniendi in capitulo monachorum ſecundum quantitatem delicti, & ad arbitrium præſidentis ; & ſi à parte ipſorum de *Salleya* aliquid tale contigerit, per ipſos de *Whalleya*, ſimiliter punientur. Et ſi illi de *Whalleya* decimas venales habuerint, quas abbas & conventus de *Salleya*, ſuis uſibus viderint competentes, vendentur eis citius & liberius, quam aliis, ſaltem pro precio quod alii dare volunt. In cujus rei teſtimonium tam partes quam judices & mediatores huic ſcripto cyrographato ſigilla ſua appoſuerunt. Datum apud ſanctum *Botulphum* die & anno ſubſcriptis.

Ex cartul. S. *Johan.* de *Pontefracto* penes *Thomam Widdrington* equit. aurat.

De Eccleſia de Whallea *data, & poſtmodum abrepta Prioratui ſancti* Johannis *de* Pontefracto, *& data Abbati de* **Stanlawe**, *& de amotione Monachorum de* **Stanlawe** *uſque ad* **Whalley**, *& de aliis occurrentibus nota dignis.*

QUidam anteceſſorum Comitis *Lincolniæ*, *Hugo* de **Lavale** nomine, dedit jus patronatus eccleſiæ de **Whalley** priori & conventui de *Pontefracto* per Cartam ſuam quam habent. Qui preſentaverunt ad eam ſucceſſivè *A. B. C. D.* qui omnes prædicti admiſſi & inſtituti fuerunt ; inter quos erat quidam nomine *Sparlinge*, quo defuncto, ſucceſſit ei quidam *Liwlphus*, qui cognominabatur, *Cuttewulfe*, eo quod ſedens quadam vice in foreſta de **Roſſenrale**, ad locum qui vocatur **Ledmeſgreve**, reſpiciendo Canes ſuos currentes, Lupum quendam juxta ſe currentem decaudavit ; defuncto verò prædicto *Liwlpho*, quidam prædeceſſor dicti Comitis, vacante dicto Prioratu, & in ſua cuſtodia exiſtente, præſentavit, nomine cuſtodis, quendam *Galfridum* ad eandem, qui duxit in uxorem filiam domini *Goſpatricii* de **Sameleſbury**, de quo genuit filios & filias, de quorum progenie multi adhuc nobiles in partibus illis manent. Defuncto prædicto *Galfrido*, ſucceſſit ei *Galfridus* filius ejus, quaſi nomine hæreditario, gratia, ſuper hoc, priùs à curia Romana impetrata ; quo defuncto quidam anteceſſor dicti Comitis præſentavit quendam *Rogerum*, & poſt ipſum, *Petrum* de *Ceſtria*, prædictis Priore & Conventu reclamare non audentibus. Vivente autem *Petro* de *Ceſtria* prædictus Comes *Lincolniæ*, *Henricus* de **Laſcy** nomine, dedit Patronatum prædictæ eccleſiæ de **Whalley**, *Coventrenſis* & *Li hefeldenſis* dioceſis, Abbati & conventui de **Stanlawe**, ordinis *Ciſtercienſis* dictæ Dioceſis, recepta priùs ab eis litera obligatoria quod quotienſcumque vacaret, preſentaret ad eam quem ipſe aut hæredes ſui vellent, & non alium, niſi poſſent eam in proprios uſus impetrare ; Qua impetrata, augmentarent numerum ſolitum Monachorum ; Ita quod ab illo tempore eſſent ſexaginta, ubi priùs fuerunt quadraginta, & quod Monaſterium ſuum ad territorium dictæ Eccleſiæ transferrent, Poſtea *Nicholaus* Papa quartus conceſſit eis appropriationem ejuſdem (cedente vel decedente Rectore) ſalvis congruis portionibus pro Vicaria. Poſtea Papa *Bonifacius* revocavit appropriationes conceſſas per prædictum prædeceſſorem ſuum *Nicholaum*, de quibus non habebatur ipſo die jus in re licet ad rem. Poſtea deceſſit prædictus *Petrus* de *Ceſtria* octodecimo kalendas Januarii, anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto, quondam ad præſentationem avi dicti Comitis, id eſt, domini *Johannis* de **Laſcy** inſtitutus, qui in vita ſua nunquam cedere voluit ; Quo defuncto, prædictus *Henricus* de **Laſcy** Comes, tanquam in jure proprio exiſtens, ingreſſus eſt ad dictam eccleſiam, dictos religioſos multis diebus excludendo, qui pro ingreſſu habendo remiſerunt & quietum clamaverunt, dicto Comiti & hæredibus ſuis imperpetuum, quandem capellam infra limites dictæ Eccleſiæ exiſtentem valentem annuatim centum marcas ſterlingorum, & alias multas libertates infra foreſtas dicti comitis, dictæ eccleſiæ ab antiquo ſpectantes, ut venandi & feras omni tempore anni, ad libitum capiendi ; & ſic lectis ante fores dictæ eccleſiæ ſuper hiis inſtrumentis, die purificationis ſanctæ *Mariæ*, poſt revocationem prædictam, adepti ſunt ingreſſum, nullum jus ad appropriationem prædictam, ut prædictum eſt, habentes, præſente populo non parvo & clamante *ve vobis Simoniacis*. Poſtea compoſuerunt cum domino *Rogero* de **Meauland** tunc epiſcopo contra hujuſmodi ingreſſum provocante, appellante, & ſequeſtrum interponente, de CCCl. marcis ſterlingorum, de quibus poſt obitum ſuum ſatisfecerunt executoribus dicti epiſcopi de centum libris ſterlingorum, obligantes ſe & ſucceſſores ſuos ad anniveſarium dicti epiſcopi imperpetuum pro reſiduo faciendum, & ſic pacto, & pretio mediantibus, adepti ſunt poſſeſſiones dictæ eccleſiæ, nullum jus habentes ad ejuſdem appropriationem. Et ſic lapſu temporis duodecem annorum devolvitur collatio ejuſdem ad dominum Papam, eo quod de jure vacaret per idem tempus. Ex præmiſſis patet quod Prior & conventus prædicti habent cartam, & ſeſynam quod non eſt aliud niſi præſentatio cum effectu. Abbas & conventus prædicti habent cartam ſolomodo ſine ſeſyna, eo quod nunquam præſentaverunt. Eccleſia verò prædicta valet ſingulis annis ad minus, deductis expenſis, quinquaginta marcas ſterlingorum. Qualiter poſtea impetraverunt confirmationem prædicti Papæ *Bonefacii* (nulla facta mentione de conventionibus prædictis,) & confirmationem epiſcopi qui tunc temporis fuit, pro mille marcis ſterlingorum, & confirmationem capitulorum *Conventrenſis* & *Lichefeldenſis*, & loci archidiaconi pro quindecem libris ſterlingorum, annue penſionis imperpetuum ſolvendis, non eſt opus exprimere; Set errores prædictos radicis infecte. Hec autem ſciendum quod omnia præmiſſa notoria ſunt, & quod ab ingreſſu dictorum religioſorum in dictum beneficium de malo in pejus, uſque ad hodiernum diem, ad ſcandalum cleri, & populi diſſentio ſemper pullulavit. Et ſciendum quod omnes rectores dicte eccleſiæ uſque ad tempus domini *Petri* de *Ceſtria* cognominabantur decani, & non rectores. Nuper deceſſit vicarius dictæ eccleſiæ, cujus portio, ſecundùm ordinationem ordinariorum valebat annuatim centum libras ſterlingorum. Et præſentatus eſt ad vicariam, nuper ordinatam per dominum Papam, nunc quidam capellanus, contra cujus ordinationem appellatum eſt per epiſcopum & archidiaconum. Et cauſa per impletionem, ſimiliter & collatio, eo quod de jure, & de facto, per annum & dimidium jam vacavit, devolvitur ad Papam.

De ſtatu de **Blagbornеſhire.**

Eccleſiæ de Whalleya *prima fundatio per* Auguſtinum *archiepiſcopum* Doroverniæ, *aliarumque eccleſiarum infra limites de* **Blagburneſhire.** *Succeſſio decanorum in eadem. Ejuſdem apropriatio, & conceſſio monachorum de* **Stanlawe** *per* Johannem *de* **Laſcy** *comitem* Lincolniæ, *cum multis nota digniſſimis.*

Ex autenticis nuper penes *Radulfum Aſheton* Baronet.

MEmorandum quod tempore *Ethelberti* Regis *Anglorum* qui cœpit regnare, anno Domini Dxcvj. eo videlicet tempore beatus *Auguſtinus Anglorum* apoſtolus miſſus per beatum *Gregorium* Papam, tertio papatus anno, ad inſtantiam, & rogatum dicti Regis prædicavit in *Anglia*, & fidem docuit Chriſtianam, fuit apud **Whalley** in **Blagbornſhire**, eccleſia quædam parochialis cónſtructa, in honore omnium Sanctorum, In cujus quidem eccleſiæ cimiterio erant cruces quædam lapideæ tunc erectæ & vocatæ à populo, cruces beati *Auguſtini*, quæ ſub eodem nomine uſque hodie ibi durant, appellataque erat, tempore illo, eccleſia ſupradicta *Alba eccleſia ſubtus* **Legh.** Infra fines autem & limites parochiæ ejuſdem eccleſiæ continebantur tunc temporis, tota **Blagburnſhire** & tota **Boland**, & ſic annis plurimis perdurabant. Poſt hæc autem creſcente fidelium devotione, numeroque credentium augmentato in partibus illis, conſtructæ fuerunt aliæ tres eccleſiæ infra **Blagbornſhire**; videlicet eccleſia de **Blagborne**, eccleſia de **Cheppyn**, & eccleſia de **Riblecheſter**; parochiæ eccleſiarum earundem ab invicem diſtinctæ, & certis undiq; limitibus deſignatæ, prout in præſens uſq; continuè perſeverant & apud omnes partibus illis innoteſcunt. His autem temporibus, dum dictæ eccleſiæ taliter fuerant ordinatæ non erat in **Blagbornſhire** apud **Cliderowe**, vel alibi, caſtrum ædificatum, neque capella quæcunque, præter eccleſias ſupradictas, nec dominus aliquis qui patrocinium dictarum eccleſiarum vel alicujus earundem ullatenus vendicaret; Sed rector quilibet terram & villam in qua eccleſia ſua fuerat ſituata, tanquam dotem eccleſiæ ſuæ tenuit & poſſedit; ipſamque eccleſiam ſuam ſic dotatam tanquam patrimonium ſuum & hæreditatem propriam gubernavit; ſucceſſoremque ſibi de filiis vel amicis ſuis liberè ſubrogavit, interveniente duntaxat acceptatione ſeu inſtitutione epiſcopi *Lichefeldienſis*; fuerantque dicti rectores de **Whalley** & de **Blagborn**, præcipuè, homines uxorati, & domini villarum. Et quidam de **Whalley** decani, non perſonæ, fuerunt appellati. Cujus cauſa veriſimilis eſtimatur, quod tempore fundationis ejuſdem eccleſiæ, & per tempora diu poſtmodum ſubſequentia, populus illarum partium tam rarus fuerit, tamque indomitus & ſilveſtris, tanta inſuper vulpium, & ferarum nocivarum ibidem exiſterat multitudo, necnon locus quaſi hominibus inacceſſibilis adeo videbatur, quod tam epiſcopi ejuſdem loci qui pro tempore fuerant, quam ipſorum officiales totam juriſdictionem ordinariorum parochiæ ſupradictæ, pertinentem ad officium communium decanorum, præfatis rectoribus propter incommoditates prælibatas penitùs reliquerunt, & quaſi jugiter commiſerant, cauſis difficilioribus & arduis duntaxat epiſcopo reſervatis. Undè ex hujus decanatus officio quod ſucceſſivè & continuè excercebant, non rectores, ſed decani à populo vocabantur; Ac per hunc modum ordinabantur eccleſiæ uſque ad tempus Regis *Willielmi* conqueſtoris; ſcilicet per CCCClxx. annos, & poſt tempus ejuſdem Regis *Willielmi* conqueſtoris uſque ad concilium *Lateranenſe* (1215.) prout ex antiquis & veracibus cronicis ſatis liquet. Quis autem dominium de **Blagborneſhire** tenebat ante tempus dicti Regis *Willielmi* ſub certo in cronicis non habetur. Vulgaris opinio tenet, & aſſerit quod quot fuerant villæ vel manſæ, ſeu maneria hominum, tot fuerant domini, nedum in **Blagbornſhire**, verum etiam in **Rachdale**, **Tottington**, & **Boland**, & toto convicinio adjacente, quorum nullus de alio tenebat, ſed omnes in capite de ipſo domino Rege. Memorandum quod rectores de **Whalley** ab antiquo fuerunt uxorati, & decani vocabantur, non rectores aut perſonæ; tenebantque dictam eccleſiam, una cum eccleſia de **Rachedale**, jure quodam hæreditario. Ita quod ſemper filius patri, vel frater fratri, aut alius parens proximior in jure, poſſeſſione dictarum eccleſiarum hæreditariè ſuccedebat; ſic videlicet, quod defuncto quocunque decano de **Whalley**, ſtatim filius ejus, aut frater, aut alius parens ad quem jus hæreditarium dictarum eccleſiarum pertinebat offerret ſe domino de **Blagbornſhire** tanquam hæredem proximum earum eccleſiarum, & acceptis ipſius domini litteris hoc teſtantibus, ad epiſcopum loci ordinarium, presbiteros aliquos, in prædictis eccleſiis, & earum capellis, ſervituros, ad eundem epiſcopum cum ſuis & præfati domini litteris tranſmitteret pro cura parochianorum ſubeunda, vel ſaltem pro licencia, & poteſtate miniſtrandi eccleſiaſtica ſacramenta in eiſdem eccleſiis, & capellis. Et per iſtum modum regebantur eccleſiæ ſupradictæ uſq; ad concilium prædictum *Lateranenſe*. Et ſciendum quod primus rector, ſive decanus eccleſiæ de **Whalley**, de quo, in regiſtro dioceſanorum *Lichefeldienſium* mentio reperitur vel cujus nominis eſt memoria in cronicis, vel apud plebem vocabatur *Spartlingus*, vocabatur decanus de **Whalley**, cui ſucceſſit *Liwlphus Cutwolfe* filius ſuus & hæres, decanus ejuſdem eccleſiæ appellatus. Poſt hunc ſucceſſit *Cudwolfus* ejuſdem eccleſiæ decanus. Huic etiam ſucceſſit *Henricus* ſenior hæres, ſimiliter ejuſdem eccleſiæ decanus. Poſt quem *Robertus* filius ſuus & ejuſdem eccleſiæ decanus, & huic ſucceſſit *Henricus* junior filius & hæres, ejuſdem eccleſiæ decanus. Cui ſucceſſit *Willielmus* decanus. Poſt hunc ſucceſſit *Galfridus* ſenior, ejuſdem eccleſiæ ſimiliter decanus. Iſte *Galfridus* ſenior deſponſavit filiam domini *Rogeri* de **Laſcy** tunc domini de **Blagbornſhire**. Huic etiam *Galfrido* ſucceſſit *Galfridus* junior filius ſuus & hæres, ejuſdem eccleſiæ decanus, cui ſucceſſit *Rogerus* filius etiam ſuus & hæres, qui ultimus ejuſdem eccleſiæ decanus, exiſtit nominatus, nec ex tunc permittebatur ſucceſſio hæreditaria in decanatu, vel in poſſeſſione eccleſiæ ſupradictæ, quæ per homines uxoratos, & ſucceſſione hæreditaria, ut præmittitur, ſolebat antiquitùs occupari, obſtante concilio *Lateranenſi* tunc temporis celebrato clericis quibuſlibet, & eccleſiarum rectoribus, continentiam imponente.

Quamobrem dictus *Rogerus* continenter vixit & ad ſacerdotalem ſe fecit ordinem promoveri. Conſideranſq; quod beneficia eccleſiaſtica juxta ordinationem concilii ſupradicti non debebant ex tunc per conceſſionem hereditariam occupari, volenſque nobili viro domino *Johanni* de **Laſcy** comiti *Lincolniæ*, ac domino de **Blagbornſhire** cognato ſuo placere, & jus patronatus totius eccleſiæ ſuæ de **Whalley** cum capellis, ſibi & hæredibus ſuis confirmare, ac ipſum transferre, ceſſit Rectoriæ & Decanatui eccleſiæ ſuæ prædictæ, ut ſic jus preſentandi ad perſonatum ejuſdem eccleſiæ per dictum comitem & hæredes ſuos, quantum in ipſo fuerat, evidentius affirmaret, ſolum ſibi retinens, per aſſenſum epiſcopi, ejuſdem eccleſiæ vicariam, unde dominus comes ad perſonatum dictæ eccleſiæ de **Whalley** quendam clericum ſuum *Petrum* de *Ceſtria* preſentavit. Qui quidem *Petrus* extitit primus ejuſdem eccleſiæ perſonæ nominatus; atque ad præſentationem ejuſdem domini comitis ab epiſcopo *Lichfeldenſi Alexandro*, admiſſus ad eundem perſonatum & inſtitutus canonicè ac inductus, & eandem eccleſiam ex tunc tenuit, & poſſedit per totam vitam ſuam, videlicet per quinquaginta novem annos, & amplius. Idem tamen *Petrus* pro tempore dicti *Rogeri*, non habuit de prefata eccleſia niſi quinquaginta marcas annuæ penſionis nomine rectorie ſuæ, & dictus *Rogerus* totum reſiduum eccleſiæ habuit dum advixit, nomine vicariæ, prout in literis præſentationis, & inſtitutionis dicti *Petri*, & ordinationis epiſcopi inde factis, ſatis liquet. Huic autem *Petro* ſucceſſerunt in perſonatu prædicto, Religioſi viri, abbas & conventus vocati, quandam de **Stanlaw**, nuper de **Whalley**, & intraverunt in manerium de **Whalley**. (Domino *Gregorio* de **Norbury** tunc abbate) ſeptimo idus Aprilis anno regni regis *Edwardi* viginti quatuor, ætatis verò domini *Henrici* de **Laſcy** comitis *Lincolniæ*, quadrageſimo ſeptimo, Anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſexto, anno biſſextili littera dominicali G. &c. Sciendum quod prædictus *Galfridus* junior Decanus de **Whalley** fratrem quendam habuit nomine *Robertum*, cui idem *Galfridus* dedit capellam de **Alnetham** nomine vicariæ de **Whalley**, ut patet ex munimentis inde factis. Qui quidem *Robertus* poſtmodum ad eccleſiam de **Rachedam**, nomine hujus vicariæ promotus, dedit prædictam capellam cuidam *Henrico* filio filii *Hugonis* de **Clayton** nepoti ſuo nomine vicariæ prædictæ prout ſcripta indè facta teſtantur. Supradictus igitur *Petrus* de *Ceſtria* poſtquam rectoriam eccleſiæ de **Whalley** integram eſt adeptus dictam capellam de **Alnetham** ad jus & proprietatem priſtinam eccleſiæ ſuæ de **Whalley**, per viam litis reduxit coram Priore ſanctæ *Fredeſwydæ* de *Oxonia*, judice ſubdelegato in hac parte per Decanum de **Warwyk** principalem delegatum ſedis apoſtolicæ deputatum; coram quo dictus *Petrus* eandem capellam per ſententiam diffinitivam judicialiter obtinuit & evicit, videlicet in die craſtino cinerum, Anno domini MCCxlj. & ſic eadem capella extunc uſque in præſens, tanquam capella dependens, & ad eandem eccleſiam pertinens, obtinetur. Supradictus *Rogerus* Decanus conſiderans quod beneficia eccleſiaſtica, juxta ordinacionem concilii ſupradicti non debebant extunc, per ſucceſſionem hæreditariam occupari, cuidam fratri ſuo, nomine *Richardo* poſtmodum dicto de **Townley**, ſaltem in parte ſui patrimonii de **Whalley**, providere volens, cum in toto non poſſet, dedit eidem *Richardo* capellam beati *Michaelis*, in Caſtro de **Cliderow**, per aſſenſum domini *Rogeri* de **Laſcy**, domini de **Blagbornſhire**, cujus conſanguineus erat, una cum dictis oblationibus & proventibus, eidem capellæ aſſignatis. Dedit etiam eidem *Richardo* villam de **Townley**, & quam adhuc tenent hæredes ejuſdem *Richardi*, & manerium ſuum de **Coldecotes**, quæ de patrimonio fuerant Decanorum de **Whalley**. Sed prefatus *Petrus*, poſtquam Rectoriam integram Eccleſiæ de **Whalley**, poſt mortem dicti *Rogeri* decani, adeptus fuerat, dictam capellam de præfato *Richardo*, tanquam jus & parcellam Eccleſiæ ſuæ ſupradictæ repetiit, & obtinuit ab eodem. *Galfridus*

fridus decanus dedit cuidam ſervienti, nomine *Eliæ*, pro homagio & ſervitio ſuo, totam illam terram ſuam que fuit *Radulphi Proudfote*, cum omnibus pertinentiis ſuis; & inſuper dedit etiam eidem *Eliæ*, totam terram ſuam dominicam ex orientali parte viæ quæ ducit de **Wiſwall** apud **Reved**, cum novo aſſerto, & totam terram quam poterit aſſartare à prædicta via in **Garecloghes**, ſalvo dicto Decano boſco ſuo, habendum & tenendum dicto *Eliæ* & hæredibus ſuis, de eccleſia de **Whalley** & Decano & ſucceſſoribus ſuis, reddendo ipſis annuatim tres ſolidos pro omni ſervitio ad feſtum omnium ſanctorum &c. quæ omnia prædicta terra, (*&c.*) Decanus *Petrus* recepit, & ſuæ eccleſiæ reſtituit, de quo *Roberto* **Duelleſhon**, ut lucidius in Cartis inde factis patet. *Galfridus* decanus dedit ſeptem acras & dimidiam in **Reved**, cuidam *Lucæ* citharedo, tenendum & habendum de illo, & eccleſia de **Whalley**, (*&c.*) Poſtea Abbas & Conventus conſiderantes quod predictæ terræ (*&c.*) in villa de **Revede** fuerant libera elemoſina & jus pertinens ad eccleſiam ſuam de **Whalley**, & non laicum feodum *Lucæ*, & aliorum qui jure hæreditario ſucceſſivè tenuerunt, tulerunt Breve de juris utrum verſus *Johannem* fil. (*&c.*) & per placitum in curia domini Regis recuperaverunt, ut patet in Chartulario de **Whalley** titulo 20. Tempore *Johannis Lindelay* abbatis decima pars manerii de **Reved** acquiſita fuit.

Bulla *Nicholai* quarti Papæ de eccleſia de *Whalleya* approprianda, & de tranſlatione monaſterii de **Stanlawe** illic.

Adhuc ex regiſtro de *Whalley.*

NIcholaus *epiſcopus*, *ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis abbati, & conventui monachorum* Loci Benedicti *de* **Stanlawe**, Ciſtercienſis *ordinis*, Coventrenſis *&* Lichfeildienſis *dioceſis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Ordinis veſtri ſacra religio, ſub qua virtutum domino gratum jugitèr impenditis famulatum, nec non dilecti filii nobilis viri* Henrici *de* **Laſcy**, *comitis* Lincolniæ, *qui pro vobis, devotas per ſuas literas, nobis ſupplicationes porrexit conſideratio nos inducunt, ut, votis veſtris, in hiis favorabilitèr quantum cum Deo poſſumus, annuamus, quæ vobis dinoſcimus oportuna. Sane petitio veſtra, nobis exhibita, continebat, quod locus qui dicitur* Locus Benedictus *de* **Stanlawe** Coventrenſis *&* Lichfeildienſis *dioceſis, in quo monaſterium veſtrum ſitum eſt, per inundationes maris, juxta quod monaſterium ipſum conſiſtit, adeò concutitur, & aquis nimiis irrigatur, quæ interdùm in dicti monaſterii officinis, uſque ad trium pedum altitudinem, colliguntur; quod perſonæ degentes in ipſo non poſſunt ibidem, abſque gravi rerum & corporum periculo, remanere. Terræ quoque ſive poſſeſſiones dicti monaſterii circa illud conſiſtentes, occaſione dictarum inundationum terræ & poſſeſſionum ſuperficiem occupancium, adeo ſunt deſtructæ, quod advenientibus ad monaſterium, ſive recedentibus ad eodem, ſecurus tranſitus, patere non poteſt, propter quod veriſimiliter formidatur quod præfatum monaſterium, in loco ipſo verſus totalem deſtructionem, quæ ſibi ex fluctuationibus dicti maris imminet, diù ſubſiſtere non valebit. Hac igitur venerabilis frater noſter* Coventrenſis *&* Lichfeldenſis *epiſcopus, loci dioceſanus, diligentèr attendens, vobis licentiam autboritate ordinaria tribuit, vos, ad alium locum, quem dictus comes vobis oportunum viderit transferendi; Idem quoque comes monaſterii prædicti patronus, cupiens, ad locum ubi eccleſia de* Whalleya *dioceſis ſupradictæ conſiſtit, qui habitationi veſtræ admodùm eſt accomodus, vos transferri, jus patronatus, & quicquid juris in ipſa eccleſia continebat, vobis, ea intentione, pia & provida liberalitate, conceſſit, quod de proventibus, vobis, ratione hujus conceſſionis, licite proventuris, viginti monachi ultra monachorum numerum in dicto monaſterio ſolitum obſervari, in veſtro aſſumendi collegio, congruam ſuſtentationem haberent, ad quod proventus ipſi dicuntur ſufficere competentèr; & quod idem viginti monachi, pro noſtra, & prædeceſſorum, ac ſucceſſorum noſtrorum, dictique comitis animabus, devotas orationes altiſſimo effundere tenerentur, bona infradicti monaſterii ferè omnia ſicut aſſeritis propè eccleſiam prædictam conſiſtunt. Vos autem premiſſa ſollicitè attendentes, ac pro hoc affectantes ad locum prædictum, ubi eccleſia præfata ſita eſt, tranſire, & inibi* ..... *tutum domino perpetuum impendere famulatum, & in præfato monaſterio, in quo nunc degitis per quatuor monachos in ſacerdotio conſtitutos, continuè facere deſerviri, à nobis, ſupplicitèr, petiiſtis, ut vobis ſpecialem gratiam facere per quam veſtrum in hac parte deſiderium valeat adimpleri, paterna diligentia dignaremur: Nos igitur veſtris & præfati comitis ſupplicationibus grato concurrentes aſſenſu, prædictam eccleſiam, cum omnibus capellis, juribus, & pertinentiis ſuis, vobis, autoritate apoſtolica, in uſus proprios concedimus, à vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, in uſus ipſos perpetuò retinendam, Ita quod cedente, vel decedente ipſius eccleſiæ rectore, poſſeſſionem ejus apprehendere, autoritate propria valeatis, alicujus aſſenſu minimè requiſito: vobiſque transferendi vos ad locum prædictum, in quo eccleſia præfata conſiſtit, ſine juris præjudicio alicui, ac ibidem ſub prædicti ordinis obſervantia imperpetuum remanendi, eadem autoritate, licentiam elargimur: Et quod ipſius eccleſiæ fructus redditus & proventus, in uſus proprios poſſitis convertere ſupradictos, reſervata tamen ex eis vicario perpetuo, in eadem eccleſia ſerviture, & ad præſentationem veſtram, per eundem dioceſanum, in ipſa eccleſia inſtituendo, congrua portione, ex qua commodè ſuſtentari valeat, jura epiſcopalia ſolvere, & alia incumbentia ipſi eccleſiæ onera ſupportare. Nulli igitur* (&c.) *Dat.* .... *x. kalend. Auguſti, pontificatus noſtri anno* ......

Carta Henrici *de* **Laſcy**, *Comitis* Lincolniæ, *de advocatione eccleſiæ de* **Whalley**.

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, *Henricus* de **Laſcy**, Comes *Lincolniæ*, Conſtabularius *Ceſtriæ*, & Dominus de *Ros*, & de **Reweynok**, ſalutem in Domino. Noveritis nos, caritatis contemplatione, dediſſe, conceſſiſſe, & hac preſenti Carta noſtra confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & Abbati & Monachis noſtris, *loci benedicti* de **Stanlawe**, advocationem Eccleſiæ de **Whalley**, illius partis quam prius non habuerant de dono alicujus anteceſſorum noſtrorum, & ad quam *Petrus* de *Ceſtria* fuit admiſſus, ad preſentationem nobilis viri *Johannis* de **Laſcy**, Comitis *Lincolniæ*, avi noſtri; Ita quod dicti abbas, & nobis in Chriſto cariſſimi, de cætero habeant jus patronatus totius predictæ eccleſiæ de **Whalley**, cum omnibus pertinentiis, integritatibus, juribus & libertatibus ad ipſam pertinentibus, quantum pertinet ad laicalem donationem, tenendam de nobis & hæredibus noſtris, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum dictam advocationem, ſive jus patronatus totius eccleſiæ de **Whalley**, cum omnibus prænominatis ad ipſam pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam, nihil inde nobis, vel hæredibus noſtris faciendo vel reddendo, niſi ſalutaria ſuffragia orationum. Et nos, prædictus *Henricus* & hæredes noſtri dictis Abbati & Monachis noſtris, & eorum ſucceſſoribus, dictam advocationem ſive jus patronatus totius predictæ Eccleſiæ, ut prætactum eſt, contra omnes gentes imperpetuum warantizabimus & defendemus. Conſiderantes etiam, oculata fide dictis Abbati, & Monachis noſtris, nobis in Chriſto cariſſimis, grave periculum imminere, ex vicinitate maris, quod jam terram ipſorum ex una parte Monaſterii conſumpſit, & devaſtavit, & ex alia in proximo eſt conſumpturum, adeò quod per ipſius maris minas, & inſuetas inundationes diutinam moram ibidem facere non poſſunt. Volenteſque quod ad honorem Dei & ad ipſius ſanctiſſimi cultus augmentum, tempore noſtro predictis Abbati & Monachis, & eorum ſucceſſoribus de ſecuritate manſionis provideatur, & ſtatus eorum, tam in numero perſonarum, quam in ſuſtentationis poſſeſſione amplietur: volumus, quantum in nobis eſt, & pro nobis & hæredibus noſtris concedimus, quod dicti viri religioſi periculo maris fugiendo, Monaſterium ſuum, ab eo loco, quo per anteceſſores noſtros fundatum eſt, amoveant, & in terra dictæ Eccleſiæ de **Whalley**, ubicunque ſibi viderint expedire, de novo conſtruant & edificent, Oſſa anteceſſorum noſtrorum, & aliorum ibidem humatorum, per aſſenſum dioceſani epiſcopi, ſecum transferendo, & apud **Whalley**, honorificè recondendo. Quia verò quidam anteceſſorum noſtrorum, *Johannes* de **Laſcy** nomine, Conſtabularius *Ceſtriæ*, primus fundator dictæ domus, mutato nomine de **Stanlaw**, voluit *Locum Benedictum* nominari; Nos prædictus *Henricus* eam transferentes, & in loco quieti religioſorum competentiori collocantes, volumus quod idem nomen obtineat, & *locus Benedictus* de **Whalley** appelletur, omneſque terras, poſſeſſiones, tenementa, jura, libertates, paſturas & prata, & omnia quæcunque dicti abbas & monachi habent in feudo noſtro, ex dono ſivè conceſſione alicujus anteceſſorum noſtrorum, ſivè ex dono noſtro, eiſdem, & ſuis ſucceſſoribus imperpetuum poſſidenda & habenda confirmamus, & eiſdem juribus, feoffamentis, & libertatibus gaudeant apud **Whalley**, per nos tranſlati, quibus gaudere ſolebant apud **Stanlaw**, per predictum *Johannem* de **Laſcy**, primo fundati. In cujus rei teſtimonium preſenti ſcripto Sigillum noſtrum fecimus apponi. 1283. 2 E. 1. Actum apud *Pontefractum* anno Gratiæ milleſimo ducenteſimo octogeſimo tertio, & anno regni illuſtriſſimi Regis *Edwardi*, filii Regis *Henrici*, xij. in die circumciſionis, ipſo Rege conſentiente. Hiis teſtibus domino *Johanne Beke*, domino *Rogero* de **Trumpington**, domino *Willielmo le Vavaſor*, domino *Jacobo* de **Næville**, domino *Ada* de **Blagburn**, *Alexandro* de **Riverdall**, *Henrico* de **Clayton**, *Willielmo* de **Hakkings**, & aliis.

Capella caſtri de **Cliderow** *ab* Henrico *de* **Laſcy** *comite* Lincolniæ, *per vim à matrici eccleſia de* **Whalley** *capta.*

Ibid. MEmorandum quod dominus *Henricus* de **Laſcy** comes *Lincolniæ* poſt donationem advocationis eccleſiæ de **Whalley**, per ipſum comitem nobis factam, confirmationemque domini epiſcopi dioceſani noſtri, de donatione ſua ſubſequentem, & appropriationem dictæ eccleſiæ in uſus proprios, per ſummos pontifices nobis perpetuò poſſidendam, dicti domini comitis ſuper appropriatione prædicta expreſſum aſſenſum, & quietam clamationem per ipſum de omni jure, & clamio ſuo, nobis factam; confirmationemque domini regis, ſuper hiis ſubſequentem, pacificamque poſſeſſionem noſtram in eadem eccleſia de *Whalleia*, & ingreſſum, poſt mortem domini *Petri* de *Ceſtria*, ultimi rectoris ejuſdem, decimarum majorum, & minorum, oblationum, & obvencionum quarumcunque in dicta eccleſia, & in omnibus, & ſingulis capellis ejuſdem perceptionem, dominique epiſcopi dioceſani & capitulorum ſuorum *Coventrenſis* & *Lichefeldenſis* confirmationem de dicta eccleſia nobis factam, capellam beati *Michaelis* in caſtro de **Cliderhow** ſitam, eccleſiæ præfatæ de **Whalley**, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis annexam, & ab eadem ut à matrice eccleſia dependentem, non aliquo jure quod in ea habebat, aut privilegio per ſummum pontificem, ſet per vim, & magnitudinem ſuæ dominationis, cui ad illam horam reſiſtere nullatenus valebamus, à nobis voluntariè abſtulit, & extorſit, contra formam donationis ſuæ nobis factæ (ut in pluribus inſtrumentis in iſto titulo quinto ſuperius eſt expreſſum) dictamque capellam caſtri de **Cliderhou** cuidam clerico ſuo *Willielmo* de **Nunney** dedit, & quantum in ipſo fuit injuſte à matrice eccleſia de **Whalley** abſtulit, & non ſine gravi periculo animæ ſuæ, ſeperavit. Quam quidem injuriam poſt mortem dicti *Henrici* de **Laſcy**, comitis *Lincolniæ*, omnes domini dominium de **Blagburnſhire** habentes continuaverunt, dictam capellam diverſis clericis ſucceſſive dantes, qui dictam capellam per donationem laicalem ingreſſi, fructus, & obventiones præfatæ capellæ perceperunt omni autoritate ordinaria circumſcripta; quæ quidem injuria per diverſos dominos continuata fuerat ſucceſſive per longum tempus, uſque ad annum domini *Edwardi* regis *Angliæ* tercii poſt conqueſtum quintum. Et in eodem anno dominus *Robertus* de **Topeclif**, tunc abbas hujus domus, petitionem ſuam de jure quod habebat in præfata capella caſtri de **Cliderhou**, ratione eccleſiæ ſuæ de **Whalley** prædictæ, eidem domino regi dedit in pleno Parliamento ſuo, continentem inter cætera quod eadem

dem capella fuit annexa eidem eccleſiæ ſuæ de **Whalley**; & per potentiam dominationis advocati ejuſdem, injuſtè ablata, & non capella libera, prout idem dominus rex credebat, eo quod non habebat baptiſterium, nec ſepulturam, nec aliquod privilegium à ſede apoſtolica, quod aliæ liberæ capellæ habent in diverſis partibus *Angliæ*, ſed omnes parochiani ejuſdem capellæ baptiſmum, & ſepulturam capiebant in aliis capellis eccleſiæ de **Whalley** ſupradictæ. Quæ verò petitio dicti abbatis, de conſenſu Regis, epiſcoporum, comitum, baronum, & omnium aliorum magnatum *Angliæ*, tunc in Parliamento exiſtentium, miſſa fuit domino cancellario Regis, ut coram eo ſuper eadem fieret diligens diſcuſſio, & ad finem debitum duceretur. Præfatoque abbate dictam petitionem ſuam de Parliamento, in Parliamentum continuè proſequente, cancellarius miſit brevia Regis in diverſis locis ad inquirendū ſi aliquid allegari poſſet, quod dictum abbatem à petitione ſua excludere valeret. Et cum nihil inveniretur quod contra eum ad caſſandam petitionem legitimè objici potuiſſet, dominus Rex, ſuper præmiſſis, cum concilio ſuo, (matura deliberatione præhabita) quicquid juris, vel clamei in advocatione præfatæ capellæ caſtri de **Cliderhou** habuit, dicto abbati, & conventui, & eorum ſucceſſoribus de ſe, & hæredibus ſuis imperpetuum relaxavit, & cartam ſuam eiſdem inde fecit.

Redditio & quieta clamatio domini Regis de capella caſtri de **Cliderhou** facta.

EDwardus *Dei gratia* Rex Angliæ, *Dominus* Hiberniæ, *& Dux* Aquitaniæ, *omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Licet nuper credentes, nos jus ad collationem capellæ de* **Cliderhou**, *infra caſtrum de* **Cliderhou** *habere, eandem capellam dilecto clerico noſtro* Johanni *de* **Woodehouſe**, *dederimus & conceſſerimus, habendam, cum ſuis juribus, & pertinentiis univerſis. Idemque* Johannes *poſſeſſionem ejuſdem capellæ, virtute donationis, & conceſſionis noſtrarum prædictarum, adeptus fuiſſet; Quia tamen per diverſas evidentias coram nobis & conſilio noſtro, in diverſis parliamentis noſtris, oſtenſas, ſumus plenius informati, quod capella prædicta eccleſiæ de* **Whalley** *(quam dilecti nobis in Chriſto, abbas & conventus de* **Whalley** *tenent in proprios uſus) fuit, & eſt annexa, ut de jure eccleſiæ ſuæ ſupradictæ: Volentes ipſorum indemnitati proſpicere in hac parte; advocationem capellæ prædictæ, de aſſenſu concilii noſtri, præfatis abbati & conventui reddidimus necnon totum jus, & clameum quæ in advocatione illa habemus, eis, & eorum ſucceſſoribus, pro nobis & hæredibus noſtris remittimus, & quietum clamamus imperpetuum, volentes & concedentes, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod præfati abbas, & conventus habeant, & teneant capellam prædictam cum ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunque ſibi, & ſucceſſoribus ſuis eccleſiæ ſupradictæ annexam ſicut* Petrus *de* Ceſtria, *quondam perſona eccleſiæ prædictæ eandem capellam eidem eccleſiæ annexam tenuit, priuſquam eadem eccleſia ut præmittitur, extitit appropriata; In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte me ipſo apud* **Northampton** *xviij. die Martii anno regni noſtri octavo.*

Indentura inter *Henricum* ducem *Lancaſtriæ*, & abbatem & conventum de **Whalley**, pro quodam recluſo ibidem ſupportando.

Ibid.

CEſte eſcrit indente faict à **Whalley** *le ſeſzime jour de Decembre, lan du regne de Roy* Edward *teirz puis le conqueſt xxxiiij. perenter* Henry *Duc de* **Lancaſtre**, *Counte de* **Derby**, *de* **Nichole**, *de* **Leyceſtre**, *& ſeneſcall* **Dengleterre** *d'une parte & l'abbe & covent de* **Whalley** *dautre parte, Tezmoigne que le dit Duc per licenſe eſpecialle de noſtre ſeigneur le Roi ſur ceo ewe, ad donne & graunte, & per ceſt preſent eſcrit confirme as ditz abbe & covent, & à lours ſucceſſeurs à toutz jours deux cotages, ſept acres de terre, cent quatre vingtz & treſze acres de paſture, & deux centz acres de boys, oue les appurtenaunces, appellez* **Rommeſgreve** *en ſa chace juſte* **Blakeburne**. *Et auxſint que le dit Duc per meſme le licenſe ad graunte que deux mees cent vint & ſys acres de terre, vint & ſys acres de pree, & cent & trente acres de paſture, oue les appurtenaunces appellez* **Standen**, **Hulcroft**, *&* **Grenelache**, *en les villes de* **Penhulton** *&* **Cliderhou**, *enſemblement oue la faude de* **Standen**, *& le faudage de meſme la faude anncienment acuſtumetz. Queux mees, terræ, pree, paſture, faude, & faudage oue lours appurtenaunces, & proffits de ſuys ditz,* William *de* **Hues** *tient à tout ſa vie, du leſſe & graunte le dit Duc, & queux apres la morte de meſme cely* William, *au dit duc & à ſes heires revert devoirient, entierement remainent apres la mort du dyt* William, *as ditz abbe & covent, & à lours ſucceſſeurs à toutz jours. A avoir & teneir les avantditz mees, cottages, terres, prees, paſtures, boys, faude & faudage oue toutz lours eiſementz, franchiſez, ſeveralties, communes & oue toutz autres proffitz, & appurtenances, as ditz abbez & covent & lours ſucceſſeurs, dudit Duc, & de ſes heires, à toutz jours, Auxi entierement, franchement, pleinement, quitement, & peiſiblement, en toutz pointz & en touts proffitz, come ledit Duc & ſes aunceſtres, en auqun temps par devaunt, les teindrent, ou avoient per les ſervices qu'enſuent. Ceſt aſſavoir, à trouuer ſufficiaunt & covenable ſuſtenaunce à une Recluſe demourante en une place deins le cimiter de legliſe perochiele de* **Whalleye**, *& à ſes ſucceſſours Recluſes illoeques demoraunntes à toutz jours, & as deux femmes lours ſervauntes eſliewes per les dites Recluſes, & per cheſqune dyceles, que pur le temps y ſerra perpetuelment priauntes pur le dit Duc, ſes aunceſtres & ſes heires. Ceſt aſſavoir de paier à les dites Recluſes, & à leurs ſucceſſors illoeques Recluſes à touts jours en la dite abbaye, cheſqune ſemaigne del an, de an en an per my tout lan, dys & ſept payns conventueles, cheſqune pain du poys de cynquant ſoudz de ſterlinge. Sept payns du ſecound endroit de meſme le poys, oet gallouns de la mailour cervoiſe conventuele & trois deners pur lour companage. & de trouer, & payer dan en an perpetuelement à la feſte de toutz ſaintz en la dit abbeye à meiſmes les recluſes, & à lours ſucceſſeurs illoeques dys peſſons durs appelles* **Stockfiſhe**, *dys groſſes peſſons des lenges, un buſſel de faryne daveyne pur*

lour potage, & un buſſel de ſeel, deux gallouns d'oyle pur lumer des lampes ; une piere de ſue pur chaundel, & auxſint ſys charres des tourbes, & une charre de buſche pur fuel, cariez pur le dit abbe, & ſes ſucceſſeurs, à la place de leſdites recluſes, & enſement, de recourrer, redreſſer & ſuſtenir touts les meiſones, & les encloſturs qu'ore ſunt illoeques edifies pur la demoer de la dite recluſe, & ſes ſucceſſeurs, & les reperailer tout temps qaunt meſtier y ſoit covenablement pur leſtat des dites recluſes à toutz jours, en maner come les ditz meiſones ſont edifies au preſent, as cuſtages des ditz abbe & covent, & lours ſucceſſours. Et de trouuer illoeques un moigne chappelayn de meiſme l'abbeye de honeſte converſacione, & un clerc de ly miniſtrer à la meſſe, à chauntre meſſes cheſqun jour perpetuellement, en la chapelle de la dite recluſe, & de ſes ſucceſſeurs recluſes illoeques, pur le dit Duc, ſes aunceſtres, & ſes heires à touts jours. Iſſynt que ledit moigne, qaunt as offices des meſſes, & heure de chaunter ſoit rieule ſolonc la diſpoſicione de la dite Recluſe, & de cheſqune de ſes ſucceſſours illoeques Recluſes, que pur le temps y ſera. Et en temps de voidaunce de cheſqune Recluſe, ſoit il per morte, ou per quecunqes autre cauſe, que recluſe ne y ſoit, les dits abbe & covent, & lours ſucceſſeurs, un autre à la denominacione, maundement ou ordinance le dit duc & de ſes heires ſauntz contredict, ou nulle reclamacione acceptrent, & atteinrent quele, demoura illoeques Recluſe, & prendra, receyura, & auera es toutz choſes come deuaunt eſt dit. Et le dit moigne cheſqune jour de voidance de Recluſe, chantra meſſe en ladite chapelle come deſuys eſt dit. Et meiſme l'abbe & covent, & lours ſucceſſours, trouuera veſtiment, chalice, payn, vin, lumer & autres ournaments neceſſaires pur la dit meſſe perpetuallement. Et outre ceo, payerent au dit Duc & à ſes heires, une annuele rente de terres & tenements avantditz. Ceſt aſſavoir, un roſe per an, à la feſte de la nativite de ſeint John *le* Baptiſte, *à tout la vie du dit* William *de* **Pues**. *Et apres la morte le dit* William *ſeſſaunt ſys ſouds & oet deners deſterlings annuelement à toutz jours, a deux termes del lan. Ceſt aſſavoir a ladite nativite, & la feſte de ſeint* Martin *en yeuer per oweles porciones. Et as touts ceſtes choſes avaunt nomes en touts poyntz bien & loyalement perfair a toutz jours, auxſi avaunt devers la dite Recluſe, & ſes ſucceſſours illoeques Recluſes, come deners ledit duc, & ſes heires, les auaunt ditz abbe & covent obligent eaux & lours ſucceſſours, & lour abbaye a touts jours.*

Et outre ceo, grauntont pur eaux & lours ſucceſſeurs, que a quele heure que defaute ou miſpriſione en aqune manere ſoit apres ces heures troue en eux, ou en aucun de lour ſucceſſours en aqun des poyntz, ou articles ſuſditz, que adonques bien liſe au dit duc, & a ſes heires, & a lour bayliffs en toutz lez auantdiz terres, & tenementz, & en cheſqune parcelle diceux en qi mains que eux deueignent diſtrendre, & les diſtreſs enchacer, emporter & retenir, tauntque gree ſoit pleinement faite a la recluſe dite, & a ſes ſucceſſours illoeqes recluſes, de toutz choſes auaunt nomez que a eaux atteignent ; & auxſint a dit duc & a ſes heires de ceo que a ly & a ſes heires attient, & taunque toutz les dit choſes auaunt nomez, par les ditz abbe & covent & par lours ſucceſſours, ſoyent pleinement parfaitz, & perfourmez en toutz points come deſuys eſt dit. Et ſur ceo lavant dit duc, & ſes heires toutz lez mees, cottages, terres, prees, paſtures, boys, faude & faudage deſuysnomez, ove toutz lours liberties, proffitz & appurtenaunces, en la forme ſuſdite as ditz abbe & covent, & a lours ſucceſſours countre touts gentz garaunterent, acquiterent, & defendrent a toutz jours. En teſmoignaunce de quele choſe, a la partie de ceſt eſcrit endente demoraunt per deuers les auaunt ditz abbe & covent, le dit duc ad mis ſon ſeal, & a lautre partie de meiſme leſcrit demoraunt per deuers ledit duc, les dits abbe & covent, ount mis lour ſeale commun, per ces teſmoignes. William *de* **Dacre**, Adam *de* **Hoghton**, Roger *de* **Pilkington**, & Nicholas le Botiler *cheualers*, Richard *de* **Radecliff** *seneſchall & miniſter de Foreſte de* **Blackburnſhir**, *& de* **Bouland**, William *de* **Radecliffe** *Viſcount de* **Lancaſtre**, Roberte *de* **Cliderhou**, Gilbert de la Legh, John *de* **Baleghe**, *& pluſors autres. Don a* **Whalleye**, *le ſecond jour de Januer, lan de la duchie de la dit duc diſme.*

Carta Thomæ *Comitis* Lancaſtriæ, *de loco qui vocatur* Toxſtathe, *pro ſitu Abbathiæ.*

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Thomas* Comes *Lancaſtriæ* & *Leyceſtriæ*, Seneſcallus *Angliæ*, ſalutem in domino ſempiternam. Noveritis Nos dediſſe, conceſſiſſe, & hac preſenti Carta noſtra confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & monachis noſtris *Loci Benedicti* de **Whalleye**, illum locum integrum, qui vocatur **Tocſtath**, tam infra clauſturam quam extra, & **Smethedon**, quem priùs tenere ſolebat in defenſo. Habendum & tenendum dictis abbati & Monachis, & eorum ſucceſſoribus, dictum locum de **Tocſtath** integrum, & **Smethedon**, tam in venatione, quam in aliis quibuſcunque, ſine aliquo retenemento cum omnibus ſuis pertinentiis, & cum liberis & ſufficientibus introitibus & egreſſibus, ſine aliqua perturbatione noſtri vel hæredum noſtrorum, ad omnia ſua neceſſaria carianda, fuganda, ſive minanda, de nobis & hæredibus noſtris in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, quietam de omni ſervitio ſeculari exactione & demanda, nihil nobis & hæredibus noſtris indè reſervando, preter preces & orationes. Et nos vero dictus *Thomas* & hæredes noſtri, dictis abbati & monachis, & eorum ſucceſſoribus dictum locum de **Tocſtath** integrum, & **Smethedon**, cum omnibus ſuis pertinentiis, integritatibus, & liberis introitibus & egreſſibus, ut prædictum eſt, contra omnes gentes warantizabimus & imperpetuum defendemus. Conſiderantes etiam quod ſitus Abbathiæ de **Whalleye** minus ſufficiens eſt, maximè propter defectum boſci, & maremii, ad monaſterium ſuum de novo conſtruendum, & alias domos ſuas faciendas, & propter defectum focaliæ, & propter diſtrictionem, & inſufficientiam loci predicti ad blada, & alia cariagia Abbathiæ neceſſaria, tam victualia quam alia quecunque, volentes quod ad honorem Dei & beatæ *Mariæ*, locus habitabilis, & pro abbathia magis ſufficiens

Pat. 10 E. 2. part. 1. m. 5.

ſufficiens, & ydoneus dictis Abbati & Monachis, & eorum ſucceſſoribus provideatur, volumus, quantum in nobis eſt, & pro nobis & hæredibus noſtris concedimus, quod dicti religioſi inhabilitationem, & inſufficientiam loci prædicti fugiendo, Monaſterium ſuum ab eo loco de **Whalleye** (quo per nobilem virum dominum *Henricum* de **Laſcy**, quondam Comitem *Lincolniæ* , fundatum eſt) amoveant, & in dicto loco de **Tocſtath**, ubicunq; ſibi viderint expedire, ac de novo conſtruant & edificent. Quia verò dictus *Henricus* Comes, fundator dictæ domus, mutato nomine de *Whalleya* voluit locum *Benedictum* nominari : Nos predictus *Thomas* Comes, eam transferentes, & in loco quieti Religioſorum competentiori collocantes, volumus quod idem nomen optineat, & ***Locus Benedictus*** de **Tocſtath** appelletur; omneſq; terras, poſſeſſiones, tenementa, jura, libertates, paſturas, prata, & omnia alia quæcunque dicti abbas & monachi habent, ex donatione ſive ex conceſſione alicujus prædeceſſorum noſtrorum eiſdem & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum poſſidenda, & habenda confirmamus, ut eiſdem juribus, feofamentis & libertatibus gaudeant, apud **Tocſtath**, per nos tranſlati, quibus gaudere ſolebant apud **Whaley**, per prædictum *Henricum* de **Laſcy**, priùs fundati; Et quod illi idem jus ibidem imperpetuum habeant, tam in libera Chacea, & in omnibus ad eadem pertinentibus, quam in aliis quibuſcunque, ſicut & nos meliùs & liberiùs priùs habuimus, & ita liberè & quietè, ſicut aliqua elimoſina liberiùs & quietiùs dari poteſt, & concedi. In cujus rei teſtimonio præſenti ſcripto Sigillum noſtrum fecimus apponi. Hiis teſtibus dominis *Roberto* de **Holand**, *Willielmo Tuchet*, *Willielmo* de **Holand**, *Hugone* de **Cuylli**, & *Willielmo* de **Dacre** militibus, *Edmundo* de **Neovile**, tunc vicecomite *Lancaſtriæ*, *Roberto le* **Norres**, *Johanne* fratre ejus, *Ada* de *Hibernia*, *Richardo le Molyneus* de **Seton**, *Matheo* de **Haydoke**, *Roberto* de **Schirburn**, & aliis. Datum apud **Whalleye**, in feſto ſancti *Jacobi* apoſtoli, anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo ſexto.

1316. *9 E. 2.*

Genealogia fundatorum monaſterii de **Stanlawe** *&* *de* **Whalley** *ſecundùm cronicas.*

Ex codice MS. in bibl. *Cotton.* [ſub *Cleopatra* C.3.] fol. 329. a.

VEnit quidam miles cum *Hugone* comite *Ceſtriæ*, *Nigellus* nomine, qui duxit ſecum quinque fratres, ſcilicet *Hudard* , *Eadwardus Wolmer*, *Horſwyn.* & *Woffanus*. *Nigellus* genuit *Willielmum* qui fundavit *Nortonam*, qui ſepultus eſt apud *Ceſtriam*. Cui ſucceſſit *Willielmus* filius ejus. Iſte obiit in *Normannia* non relicto hærede de corpore ſuo, ſed habuit duas ſorores, ſcilicet *Agnetam* & *Matildam* inter quas diviſa fuit hæreditas de **Halton**. *Matildam* deſponſavit quidam miles nomine *Euſtachius* qui poſtea interfectus fuit in *Wallia*. *Aubry* verò **Gredeley** deſponſavit *Agnetam*. *Euſtachius* verò prædictus genuit quendam filium nomine *Ricardum* qui duxit in uxorem *Auberiam* ſororem *Roberti* de **Laſcy**, de qua genuit *Johannem* fundatorem domus de **Stanlawe** in **Wyrale** & fratrem *Robertum* Hoſpitalarium, Prædictus verò *Johannes* fundavit domum de **Stanlawe** anno Domini MClxxiij. & fuit conſtabularius *Ceſtriæ* & do- A.D.1173. minus de **Halton** eodem tempore, & deſponſavit *Aliciam* ſororem *Willielmi* de *Mandevilla*, & prædicto anno profectus eſt in terram ſanctam & ibi obiit. Huic *Johanni* ſucceſſit *Rogerus* filius ejus qui vocabatur *Rogerus Helle* conſtabularius *Ceſtriæ* & dominus de **Halton**, & ſepultus eſt apud **Stanlawe**, cujus oſſa ſunt modò apud **Whalley**. Huic *Rogero* ſucceſſit *Johannes* de **Lacy** conſtabularius *Ceſtriæ* & dominus de **Halton** & deſponſavit comitiſſam *Lincolniæ* & comes factus eſt & ſepultus eſt apud **Stanlawe** & oſſa ejus apud **Whalley**. Huic *Johanni* ſucceſſit *Eadmundus* filius ejus conſtabularius *Ceſtriæ* & dominus de **Halton**, & non fuit comes *Lincolniæ* quia obiit matre ſua vivente, & ſepultus eſt apud **Stanlawe** & oſſa ejus apud **Whalley**. Huic *Eadmundo* ſucceſſit *Henricus* comes *Lincolniæ* & ſepultus eſt apud **London** in nova fabrica ſupra chorum in monaſterio ſancti *Pauli*, & ille fuit noviſſimus comes *Lincolniæ* illius generis. Iſte *Henricus* habuit filiam nomine *Aleſiam* quæ fuit comitiſſa *Lincolniæ* quam deſponſavit dominus *Thomas* de *Lancaſtria*. Et dominus *Henricus* de **Lacy** comes *Lincolniæ* feoffavit dominum Regem *Angliæ* in terris ſuis ut ipſe dominus Rex *Edwardus* bonus feoffaret dominum *Thomam* de *Lancaſtria* in eiſdem terris & dominiis, ita quod ſi idem obiret ſine hærede de corpore ſuo procreato cum *Aleſia* uxore ſua, quod eodem mortuo terræ dominia reverterent ad hæredes ſuos legitimos. Et ſic factum eſt quod dominus Rex *Edwardus*, tercius à conqueſtu feoffavit dominum *Henricum* Ducem *Lancaſtriæ*.

Primus Fundator *Johannes* dedit habitationem de **Stanlawe** & grangiam de **Staney** & villam de **Aſton** & quoſdam redditus in *Ceſtria*. *Rogerus* filius ejus dedit advocationem eccleſiæ de **Rachedale Brindewod** & iiij. bovatas terræ in villa de **Caſtelton**. *Johannes* filius ejus & comes *Lincolniæ* dedit medietatem eccleſiæ de **Blakeburn ſtaynges**, videlicet **Hordene**, **Neuton**, **Balderſtath** & manerium cum molendino. *Edmundus* filius ejus dedit alteram medietatem eccleſiæ de **Blakeburn** & villam de **Croenton**. *Henricus* filius ejus & comes *Lincolniæ* dedit advocationem eccleſiæ de **Whalley**, & iiij. bovatas terræ in **Caſtelton**. Et tempore dicti *Henrici* tranſlata fuit abbatia de **Stanlawe** apud **Whalley** propter nimias inundationes maris apud **Stanlawe** imminentes. Sicut patet in cartis ſuis nobis conceſſis.

Memorandum quod Rex *Willielmus* conque- Ibid. fol. 330. b. ſtor dedit cuidam *Ilberto* de **Lacy** militi qui ſecum venerat de *Normannia* in conqueſtum & hæredibus ſuis jure hæreditario poſſidendum dominium de **Blakburnſhire** una cum dominio & honore de *Pontefracto* & alias terras multas. Hujus autem *Ilberti* primi filius & hæres fuerat *Ilbertus* junior, cui etiam ſucceſſit in hereditate *Henricus* de **Lacy** filius & heres ejuſdem *Ilberti* junioris, qui quidem *Henricus* de **Lacy** fundavit abbatiam de **Kirkeſtall** anno Domini MCxlvij. Huic eciam *Henrico* ſucceſſit *Robertus* de **Lacy** filius ejus & heres regnante rege *Henrico* ij. qui dicebatur filius Imperatricis, Dictus autem *Robertus* de

Lacy heredem non habuit de corpore ſuo procreatum, unde dominium de **Blakeburneſhire** ac totalis hereditas ejuſdem *Roberti* poſt ejus mortem ad heredes domini *Ricardi* conſtabularii *Ceſtriæ* & domini de **Haulton** qui deſponſaverat dominam *Aubreyam* ſororm unicam & hæredem dicti *Roberti* deſcendebat. Et ſic hereditas dominorum de **Lacy** & hereditas conſtabulariorum *Ceſtriæ* ſunt conjunctæ. &c.

Ibid.

Dictus autem *Ricardus* conſtabularius ſic deſcendebat à conqueſtu. Nam cum Rege *Willielmo* conqueſtore venit quidam nobilis nomine *Nigellus* qui fuit factus conſtabularius *Ceſtriæ* & dominus de **Haulton** per dominum *Hugonem* primum comitem *Ceſtriæ*. Huic *Nigello* ſucceſſit *Willielmus* filius ejus & hæres qui fundavit Prioratum abbatiam de **Norton.** Huic *Willielmo* ſucceſſit *Willielmus* junior qui habuit duas ſorores *Agnetem* & *Matildem*. *Matildem* deſponſavit quidam miles *Euſtachius* nomine de qua genuit *Ricardum* conſtabularium *Ceſtriæ* qui diſponſaverat *Abreiam Lyſours* ſororem *Roberti* de **Lacy** de qua genuit *Johannem* de **Lacy** conſtabularium *Ceſtriæ* & primum fundatorem abbaciæ de **Stanlawe.**

Anno ab incarnatione Domini MClxxviij. fundata fuit abbatia de **Stanlawe** per dominum *Johannem* de **Lacy** conſtabularium *Ceſtriæ* & dominum de **Haulton**, qui dedit habitationem de **Stanlawe Stanney Aſton** & quoſdam redditus in *Ceſtria* & obiit in Terra ſancta anno ſequenti. Cui ſucceſſit *Rogerus* filius ejus & hæres qui dedit nobis advocationem ecclesiæ de **Rachedale Brendwod** & iiij. bovatas terræ in **Caſtelton** & obiit anno Domini MCCxj. in feſto ſancti *Remigii* & ſepultus apud **Stanlawe** cum uxore ſua. Cui ſucceſſit *Johannes* filius ejus & hæres poſtea comes *Lincolniæ* per uxorem ſuam *Margaretam* filiam *Roberti* de **Quency**, qui dedit eccleſiam de **Ecclis** & medietatem eccleſiæ de **Blakburn**, **Staynges, Hordern, Neuton**, & multa alia bona, qui obiit anno Domini MCCxl. in feſto ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* & ſepultus apud **Stanlawe** cum patre. Cui ſucceſſit *Edmundus* filius ejus & hæres qui dedit alteram medietatem de **Blakburn** cum capella & villam de **Croenton** cum corpore ſuo, qui obiit anno Dom. MCClviij. nonis Junii & ſepultus apud **Stanlawe.** Cui ſucceſſit *Henricus* filius ejus hæres & comes *Lincolniæ* conſtabularius *Ceſtriæ* & dominus de **Haulton** qui dedit eccleſiam de **Whalley** cum capella & alia multa bona. Tempore dicti *Henrici* tranſlata fuit abbatia de **Stanlawe** apud **Whalley** propter nimias maris inundationes anno Domini MCCxcvj. in feſto ſancti *Ambroſii* epiſcopi. Et iſte *Henricus* obiit anno ætatis ſuæ lx. & anno Domini MCCCx. in feſto ſanctæ *Agathæ* virginis & martyris & ſepultus apud **London.** Et ſic fluxerunt anni ducenti octodecim à fundatione abbatiæ de **Stanlawe** uſque ad viceſimum primum Regis *Ricardi* ſecundi poſt conqueſtum, de quibus verò ducentis octodecim annis abbas & conventus manſerunt apud **Stanlawe** & apud **Whalley** centum duobus annis.

A. 1296. Tranſlatio domus de *Stanlaw* ad *Whalley*.

Anno Domini MCCxcvj. indictione nona anno biſextili littera dominicali G. vij. idus Aprilis anno Regis *Edwardi* **xxiiij.** anno ætatis domini *Henrici* de **Laſcy** xlvij. intravit conventus de **Stanlawe** in **Wirall** in manerium de **Whalley** præſidente in officio abbatis viro venerabili domino *Gregorio* de **Northbury.**

Ex regiſtr. de *Kirkſtall* in officio ducatus *Lancaſtriæ*, fol. 71.

Euſtachius quidam duxit *Matildam* in uxorem qui poſtea interfectus in *Wallia*. *Aubertus* de **Orelley** duxit dictam *Agnetem* de **Gaunt.** Prædictus verò *Euſtachius* habuit cum dicta *Matilda* unum filium, qui vocabatur *Ricardus*. Iſte *Ricardus* duxit in uxorem, ſororem *Roberti* de **Lacy**, quæ vocatur *Aubray* de **Lyſures**, de qua genuit duos filios, ſcilicet, *Johannem* conſtabularium *Ceſtriæ*, fundatorem de **Stanlawe**, & *Robertum* Hoſpitalarem, & duas filias, ſcilicet, *Saram* & *Aubrayam: Sara* verò data fuit *Roberto* de **Aldford,** ſicut habetur ſupra in prima parte. Altera verò, ſcilicet, *Aubraya* data fuit domino *Henrico Byſet*. *Johannes* verò conſtabularius, filius prædicti *Ricardi*, & *Aubreæ* de **Lyſures** duxit in uxorem *Aliciam Ver*, ſororem *Willielmi* de **Mandevill** &c.

Epitaphium *Rogeri Lacy.*

Ex veteri MS. in bibl. *Cotton.* [ſub *Cleopatra* C. 3. fol. 325. b.

Hic ſepelitur herus generoſus in orbe Rogerus
Conjuge cũ cara quã mors proſtravit amara.
Forti Sampſoni ſimilis fuit atque leoni
Tauro cornuto pungendi ſemper acuto.
Tectum torace nullus ſuperare valebat
Regnum cum pace miles ſub rege regebat.
Nullus Trojanus *ſibi par fuit in probitate.*
Victor in ætate fuit alter Waſpaſianus
Gentes linguarum malè credentes variarum,
Sectas Perſarum, Medorum, Sparſiatarum,
Grecos, Cretenſes, Romanos *bella moventes,*
Francos, Flandrenſes *nautas portis rapientes,*
Hic dum pugnavit pugnans pugnando domavit.
Vivus ut optavit defuncto tumba paratur
Pictor adornavit petram ſub qua tumulatur.
Inferni clauſtro careat perflatus ab auſtro
Sit prece conventus fulgoris in arce retentus.
Inclita matrona digna Matilda *corona*
Sit cum matre pia Chriſti conjuncta Maria.
Qui legis, abſque mora pro fundatoribus ora.

Epitaphium *Johannis Lacy.*

Egregii comitis en hæc eſt tumba Johannis.
Hoſtibus immitis cunctis dum vixerat annis.
Jure ſuum comitem luget Lincolnia *mitem,*
Quem plangunt unum Ceſtrenſia *caſtra tribunum.*
Anglia *flet rite tali caruiſſe Quirite*
Et **Stanlawe** *bonum dolet amiſiſſe patronum.*
Chriſto devotus miles fuit, undique notus,
Wallea *quem* Scotus *timuit mundus quoque totus.*
Gallus *&* Hiſpanus, Normannus, *brito,que* Danus
Almannus *gnarus bello,* Lumbardus *avarus.*
Indus, *& obſcænus gentilis, atrox* Saracenus.
Æthiopes *fuſci,* Greci, Babilonia, Tuſci,
Rex & Soldanus, *omnis populuſque prophanus*
Hunc cum cernebant armatum corde tremebant.
Vicit eum vermis qui victor erat in armis
Sic & vincemur. Pro quo dicendo precemur
Ultima cenſura cum venerit illa futura,
J. comes à dira ſervetur judicis ira.

Epitaphium commendationis *Johannis* de Lacy comitis *Lincolniæ* & fundatoris iij. loci benedicti de *Whalleya.*

UT *hoc in loco legitur ſub hac ſtructurâ tegitur cor comitis* Johannis.
In carne non plus clauditur ſet à carne dividitur in univerſis annis.
Cordis & carnis unitas efficitur dualitas & paritas partita.
O miſera conditio, tam flebilis diviſio nunquam fuit audita.
Triſtantur cives Ceſtriæ, *plangunt primates patriæ, nec volunt conſolari.*
Flet Pontefracti *populus, vir uxor ſenex parvulus non ceſſant lacrimari.*
A ſolis ortus cardine cuncti dolent ex ordine rurales & burgenſes,
Magni minores pariter, præ cunctis ſingulariter lugent Lincolnienſes.
Nec mirum, Flos militiæ jam marcuit, lætitiæ ſpes eſt exinanita.
Quia poſt hunc in ſæculo, carnali viſus oculo non erit vigens ita,
Heu planctus ſit perpetuus cum pugil tam præcipuus privatus ſit hac vita.
Planctus, ploratus, gemitus nunquam ceſſabunt amplius ſæcula per infinita,
Ut Job *ſimplex ut* Salomon *doctus, & ſicut* Abſolon *pulcher &* Sampſon *fortis.*
Ut Joſeth *fuit providus, ut* Mars *in bello validus, totius dux cohortis.*
Hic erat mundi lilium, ſolempnitas nobilium; ſe tamen æquans imis.
Ut Moyſes *mitiſſimus, ut* Joſue *juſtiſſimus, plus audax* Gedione.
Vellem fari quis fuerit ſed nulla dici poterit humanâ ratione.
Non fuit inter millia tam promptus quis ad prælia, ſub armis tam diſcretus,
Nullus ad arma promptior, in armis nec ferocior, poſt arma tam quietus.
Lorica corpus, galea frons, enſe femur, lancea manus ecce munitur,
Scuto latus protegitur, morte tamen ſubigitur, per hæc non impeditur.
Caſtra, domus, famuli, & opes & his ſimilia non poterunt prodeſſe.
Lira, cenſus & prædia jam nulla dant remedia quin mori ſit neceſſe.
Et jam conſumptis carnibus nunc eſca datur vermibus qui fuit tam probatus,
Nunc ejus aula tumulus, & vermis ſuus famulus, & lira ſit ploratus.
Sic tranſit mundi gloria, ſic vita tranſitoria diſparet & deletur.
Sic deſinit dies hominis ſic & nomine laus nunquam finietur.
Johannes *Dei gratia fertur ſine fallacia nomen interpretetur.*
Precemur ergo ſinguli ut iſte prece populi cum ſanctis glorietur.
Et Chriſtus *vera veritas det ut ſua poſteritas ſit hæres ejus morum;*
Et hanc in cunctis proſperet & hunc à pœnis liberet æternis infernorum.

Epitaphium commendationis *Edmundi Lacy.*

MOrs probat Edmundi brevis eſt quod gloria mundi
Mendax & mundus quamvis quandoque ſecundus.
Scandere qui primò cum cœpit lapſus in ymo,
Monſtrat quod mundus eſt labilis atque rotundus.
Nilque ſit in mundo quod non pertranſit eundo.
Protinus à mundo, cum ſit quaſi vas ſine fundo.
Ergo det Edmundo *Deus à contamine mundo*
Uti jocundo vultu Chriſti *rediundo.*

Reſpice qui tranſis, in me circumſpice quid ſis,
Exemploque mei ſis memor ipſe tui.
Sum quod eris, quod es ipſe fui, mundeq; ſuperſtes
Floruerâm mundo, Terra ciniſq; modò.
Quid probitas, quid opes, quid honor, quid gloria mundi,
Omnia quid fuerint cum cecidere docent.
Hic jacet & funus Ceſtrenſis *jure tribunus.*
Me pro poſſe bonum ſenſit domus iſta patronum.

Epitaphium commendationis loci.

O Stanlawea *mortis jura me ſolventem poſitura tibi in depoſitum*
Non in vanum ſub figura pro locali eſt natura tibi nomen poſitum.
Fatis licet preſſa ſævis nunc exiſtas famæ levis, es nequaquam minima.
Adhuc reſtat hora brevis qua potenter loca queas tranſcendere finitima.
Stan *&* Lawea *ſunt diverſa, ſet ad* Lawam Stan *converſa eſt ei appoſita,*
Hæc ne duo ſint diſperſa, ſunt in unum ambo verſa, & ſit pars compoſita.
Lawe *eſt collis,* Stan *eſt lapis quem exer.et laſſa apis ſui refrigerio.*
Hujus dicti rem ſi ſapis rei dictum gratè capis nec ſine miſterio.
Chriſtus *lapis angularis eſt, & collis ſingularis altitudo domini.*
Lapis ſacris jacet aris, in quo cibus ſalutaris ſit donandus homini
He Stanlaw *tuum nomen tale tibi dedit omen auctor tui nominis.*

NUN-APLETONENSIS
Prioratus in agro Eboracenſi.

Carta fundationis.

NOtum ſit omnibus audientibus hanc Cartam, quod *Adheliz* de *Sancto-Quintino*, & *Robertus* filius & hæres ſuus dederunt & conceſſerunt in puram & perpetuam eleemoſinam, locum quæ *Juliana* tenuit juxta *Appeltonam*, Deo & ſanctæ *Mariæ*, ſanctoque *Johanni* Apoſtolo, & fratri *Richardo*, & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ *Roberti* filii *Fulco-*

Ex ipſo autographo penes *Thomam* dominum *Fairfax* de *Cameron* a. 1622.

nis, & pro ſalute animarum, & parentum ſuorum; Necnon terram circa locum, partim ſartatam partim non ſartatam, ex utraque parte rivi uſq; ad metas poſitas, ab *Hugone* & *Siwardo* & *Willielmo*, & duas bovatas in *Apletona*, & unam bovatam in Torp, liberas & quietas, ab omni terreno ſervitio, & redditu, vel ulla ſubjectione ſolita, in agris, in ſylvis, in herbariis, in pratis, & in omnibus rebus ad terram pertinentibus, tam de ſe, quam de hæredibus ſuis ſubſequentibus perpetuò tenendas. Teſtibus *Osberto* archidiacono, *Henrico* & *Godefrido* monachis de *Pontefracto*, *Gilleberto* filio *Fulconis*, *Gilleberto* de Archis, *Rainero* canonico, *Ernaldo* presbytero, *Nicholao* filio ſuo, *Thoma* diacono filio *Ulfi*, *Waltero* de Kithre, *Agneta* filia ejuſdem, domino de *Sancto Quintino*, *Richardo* monetario.

Confirmatio T. Cantuarienſis *Archiepiſcopi.*

Ibid. T. Dei gratia *Cantuarienſis* Archiepiſcopus *Anglorum* primas, & Apoſtolicæ ſedis Legatus, univerſis ſanctæ eccleſiæ fidelibus ſalutem. Quæ pietatis intuitu locis religioſis, à fidelibus Chriſti conferuntur, ea noſtræ authoritatis munimine meritò confirmantur. Ea igitur ratione elemoſinam quam *Adeliz* de S. *Quintino*, & *Robertus* hæres ejus, Deo & ſancto *Johanni* & fratri *Richardo*, & ibidem religioſè viventibus dederunt, conceſſerunt, & Carta ſua confirmaverunt, Nos quoque juxta tenorem Cartæ ſuæ, eidem loco in perpetuam confirmavimus poſſeſſionem, & præſentis ſcripti noſtri teſtimonio corroboramus, ſcilicet in *Appiltona*, duas bovatas terræ, quas *Juliana* tenuit in terra circa locum partim ſartatam partim non ſartatam, ex utraque parte rivi uſque ad metas poſitas ab *Hugone* & *Siwardo* & *Willielmo*, & unam bovatam terræ in Thorp, liberas & quietas ab omni ſeculari ſervitio & exactione ſolutas, ſicut Carta prædictæ *Adeliz*, quam oculis noſtris conſpeximus, atteſtatur. Quicunque hanc igitur elemoſinam infirmare, vel inquietare attemptaverit in divini Judicis examine divinam ultionem incurrat. Valete.

Carta Roberti *filii* Roberti *filii* Fulconis.

Ex ipſo autogr. in turri beatæ *Mariæ Ebor.* SCiant omnes videntes & audientes literas has, Quod Ego *Robertus* filius *Roberti* filii *Fulconis* conceſſi, & hac Carta mea confirmavi, pro ſalute animæ meæ, & animæ patris & matris meæ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, donationem quam fecit *Adeliz* de *Sancto Quintino* mater mea, Deo & ſanctæ *Mariæ*, & ſancto *Johanni* Apoſtolo, & ſanctimonialibus in territorio de *Apeltona* manentibus juxta fluvium Wherf, ſcilicet locum illum quem *Juliana* tenuit, necnon & terram circa ipſum locum, partim ſartatam, partim non ſartatam, ex utraque parte Rivi, uſque ad metas per matrem meam poſitas, & Sarta *Lamberti* & *Johannis* & *Richardi*, & Sarta *Roberti Porree*, & *Siwardi* & quatuor bovatas terræ in *Apletona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, plenarias in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, in aquis, in viis, in ſemitis; cum duabus manſuris, & unam bovatam terræ in Torp, libera & quieta ab omni ſervitio & humana conſuetudine, & duas bovatas terræ in Himmingham, cum omnibus pertinentiis ſuis, & aiſiamentis ejuſdem villæ; & communem paſturam quadringentis, ovibus, cum cæteris animalibus ſuis; & unam manſuram de dominio ſuo factam, ſcilicet, totam culturam ſuam, quæ vocatur Tathum juxta Flet, & unam ſalinam in mariſco ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam de Houm, cum omnibus pertinentiis ſuis. Hæc omnia Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Johanni* Apoſtolo, & conventui ſupradictarum ſanctimonialium conceſſi, & hac Carta confirmavi in perpetuam elemoſinam, ſicuti ſuperiùs determinata ſunt. Inſuper autem concedo & confirmo prædictis ſanctimonialibus quicquid mater mea eis rationabiliter dederit. Hiis teſtibus, *Euſtachio* de *Beulona*, *Henrico* medico, *Willielmo Vavaſur*, *Alexandro* presbytero, *Petro* milite de Touleſtun, *Martino* milite, *Carbunel*, *Willielmo* filio *Aeliz* de *Sancto Quinto*, *Willielmo* presbytero, *Heliſio* filio *Gilberti*, *Humfrido*, *Gilberto* milite filio *Gaufridi*, *Alano* filio *Heliſei*, *Macus* prepoſito Paſſewat, *Petro* filio *Macus*, *Agnete* filia *Aeliz* de *Sancto Quintino*.

Conventiones inter Ricardum *de* Fauconbergh *& Prioriſſam & conventum de* Apelton.

AD feſtum ſancti *Martini* in hyeme, anno regni Regis *Edwardi* viceſimo nono, Ita convenit inter *Richardum* de Fauconbergh, ex una parte, & Prioriſſam & Conventum de Apelton, ex altera; videlicet quod dictus *Richardus* conceſſit & dimiſit Prioriſſæ & Conventui, totam terram ſuam quæ vocatur Suthwod cum ſex acris prati, in pratis occidentalibus de Apelton, cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnimodis commoditatibus percipiendis, uſque ad terminum duodecem annorum proximè futurorum plenariè completorum; Reddendo inde annuatim predicta prioriſſa & conventus, predicto *Ricardo* vel aſſignatis ſuis, duas marcas argenti per annum, per equales portiones, ad feſtum Pentecoſtes, & ad feſtum ſancti *Martini*; Et prædicta Prioriſſa & Conventus invenient & reddent prædicto *Richardo*, vel aſſignatis ſuis, Cibum & Potum; ſcilicet, unum panem conventualem de antiquo pondere, & unam Lagenam cerviſiæ, & de Coquina cotidie per totum terminum prædictum, ſicut una Monialis ejuſdem domus cepit. Et prædictus *Richardus* & hæredes ſui, prædictam terram, cum prato, & ſuis pertinentiis, prædictæ Prioriſſæ & ſucceſſoribus, contra omnes homines warantizabunt, acquietabunt, & defendebunt. Et prædictus *Richardus* habebit unam cameram in toto termino prædicto in Prioratu de Apelton, pro ſtatu ſuo competente; Et prædictus *Richardus* conceſſit quod ſi per fraudem ſe ſubtrahat vel elonget quominùs prædictam terram habere & colere poſſunt, & ſuper hoc convincatur, quod ex tunc benè liceat prædictæ Prioriſſæ & Conventui prædictam liberationem ſubtrahere ac retinere. In cujus rei teſtimonium partes predictæ præſenti ſcripto indentato Sigilla ſua alternatim appoſuerunt. Hiis teſtibus, domino *Johanne Sampſon*, domino *Roberto Hutbred* militibus, *Ada* de Pidleton,

Ex ipſo autographo penes præfatum *Thomam* dominum *Fairfax.*

dleton, *Roberto* fratre ejus, *Michaele* de **Knapton,** *Henrico* de **Colton,** & aliis.

Cyrographum inter *Ricardum* filium *Philippi* de **Faukenberg,** & moniales de **Apelton.**

Ex ipſo autogr. in bibl. *Hattoniana.*

49 H. 3.

HOc *cyrographum teſtatur quod* Richardus *filius* Philippi *de* **Faukenberg** *dimiſit & conceſſit ad quindenam paſchæ anno regni regis* Henrici *filii regis* Johannis *quadrageſimo nono, Prioriſſæ & monialibus de* **Apelton** *duas partes manerii de* **Suboys** *habendas & tenendas eis de prædicto* Ricardo *& hæredibus ſuis uſque ad finem duodecim annorum proximò ſequentium. Reddendo inde annuatim eidem* Ricardo *& hæredibus ſuis quatuor denarios ad feſtum nativitatis beati* Johannis Baptiſtæ *pro omni ſervitio. Et dictus* Ricardus *& hæredes ſui prædictas duas partes dicti manerii præfatæ Prioriſſæ & monialibus uſque ad finem prædicti termini contra omnes gentes warantizabunt & defendent. In cujus rei teſtimonium partes huic ſcripto cyrographato ſigilla ſua appoſuerunt. Hiis teſtibus, domino* Thoma de Mora *milite,* Waltero *de* **Faukenberg,** Wyot *de* **Apelton,** Willielmo *de* Rouceſtria, Willielmo Puſet, *& aliis.*

Carta Regis Johannis *donationes diverſas recitans & confirmans.*

Cart. 6 Joh. n. 52.

JOHANNES Dei gratia, &c. Sciatis Nos conceſſiſſe & præſenti Carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Johannis* Apoſtoli & Evangeliſtæ de **Appelton,** & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, omnes ſubſcriptas rationabiles donationes quæ eis factæ ſunt, & Cartis donatorum confirmatæ, videlicet ex dono *Aliciæ* de *Sancto Quintino* ipſum locum ubi prædicta eccleſia ſancti *Johannis* fundata eſt juxta **Ywerf,** & terram circa ipſum locum partim ſartatam, partim non ſartatam ex utraq; parte Rivi uſque ad metas per ipſam poſitas; Et ſarta *Lamberti* & *Johannis* & *Ricardi*, & ſarta *Roberti Poree*, & *Siwardi*, & quatuor bovatas terræ in **Appelton,** cum omnibus pertinentiis ſuis & aiſiamentis, & duas manſas in eadem villa; Et præterea quod habeant unaquaque die unam carectam de mortuo boſco & ſicco ad ignem ſuum; Et præterea eccleſiam de **Ymmingeham,** cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, & duas bovatas terræ in eadem villa, cum omnibus pertinentiis & aiſiamentis ſuis, & manſuram *Owus*, juxta cimiterium ad quietandum forinſecum ſervicium noſtrum quantum pertinet ad duas bovatas; Et unam manſuram juxta **Flet,** factam de dominico ſuo, videlicet totam culturam quæ vocatur **Thaum,** & unam ſalinam in mariſco ejuſdem villæ, & unam manſuram in capite ejuſdem villæ, ad faciendum ibi domiculam ovibus ſuis; Et eccleſiam de **Houm,** cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis. Item ex dono ejuſdem *Aliciæ*, unam carucatam terræ in ſupradicta villa de **Appeltone** quam eis dedit cum corpore ſuo, cum omnibus pertinentiis & aiſiamentis quæ ad prædictam terram pertinent, cum communi paſtura ejuſdem villæ, videlicet illam carucatam terræ quam tenuit de ea *Ric.* **Newtone,** & *Rogerus Cote*, *Aſegarus* & *Godefridus* filii *Hugonis*. Ex dono *Roberti* filii *Roberti* filii *Fulconis* & filii predictæ *Aliciæ* in villa de **Immingeham** communem paſturam quadringentis ovibus, cum cæteris animalibus ſuis. Ex dono *Roberti* dapiferi, & *Roeiſiæ* Comitiſſæ, uxoris ſuæ, eccleſiam de **Northalkintone,** cum omnibus pertinentiis ſuis, & x. acras terræ de cultura **Askel** in campo ejuſdem villæ cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi* de *Kina* xxx. acras terræ in territorio de **Eskintone** cum communi paſtura quantum pertinet ad duas bovatas terræ ejuſdem villæ; Has autem xxx. acras terræ dedit eis pro duabus bovatis terræ quas *Robertus* dapifer pater *Margaretæ* uxoris ſuæ eis in obitu ſuo diviſit. Ex dono *Willielmi Rider* eccleſiam de **Rider,** cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Henrici* filii *Henrici* de **Vernol** xx. acras terræ ſimul in campis de **Eoburg,** in loco qui vocatur **Wikinglund,** & duas acras alibi in eiſdem campis, & paſturam CCC ovium, & xxx. animalium, & xxx. porcorum, & xxx. caprarum, & communiam cum hominibus ſuis ubiq; in omnibus quæ ad eandem villam pertinent. Et iſtam elemoſinam illis warantizare debet, contra omnes homines liberam quietam & immunem ab omnibus geldis & auxiliis & conſuetudinibus & exactionibus, & omni ſeculari ſervicio præter iiij. s. annuatim, in die Pentecoſtes ſolvendos. Ex dono *Willielmi Bernere* de **Haburg,** unam bovatam terræ in **Haburg,** de ſuo dominico, & unum toftum in eadem villa qui fuit *Thomæ*, & præterea tantum prati de ſuo dominico quantum uni convenit bovatæ, & cum eo & hominibus ſuis in predicta villa communem paſturam, & cum ipſo & hominibus ſuis ejuſdem villæ communiter in boſco & plano, & mariſco, in viis & ſemitis, in aquis & in omnibus hujuſmodi participare. Et præter hæc ix. perticatas latitudinis prati de ſuo dominico, videlicet culturam quæ vocatur **Griſewell.** Ex dono *Ricardi Berner*, & *Roberti* hæredis ſui unam bovatam terræ in campis de **Bilmingeholme,** de ſuo dominico . . . . aliis bovatis tenuræ ſuæ, cum omnibus eidem bovatæ adjacentibus, ſcilicet, in pratis & paſcuis, & in omnibus aliis communibus prædictæ villæ. Et unam manſuram quæ fuit *Ginel* filii *Godwini*, & unum toftum in eadem villa quem *Thedit* tenuit. Ex dono *Willielmi* de **Oteringham** in **Bilmingeholme,** tertiam partem unius acræ terræ in **Forſtalcroft,** & tertiam partem octo acrarum & dimidiam ex orientali parte villæ de cultura quæ vocatur **Wernelmare,** & tertiam partem vij. acrarum & dimid. ex parte occidentali in culturis quæ vocantur **Dinge** & **Snoudbere** verſus campum de **Habinton,** & unam acram prati de warloto ſuo de *Bradwat*. & communem paſturam quantum pertinet ad prædictam terram in mariſcis & in omnibus locis præfatæ terræ pertinentibus. Ex dono *Willielmi* filii *Berardi* in **Bilmingeholme** tertiam partem unius acræ terræ, & tertiam partem octo acrarum & dimid. & tertiam partem ſeptem acrarum & dimid. & unam acram prati de warloto ſuo, & communem paſturam quantum pertinet ad prædictam terram. Ex dono *Billebend* de **Billingeholme** in eadem villa tertiam partem unius acræ terræ, & tertiam partem octo acrarum & dimid.

& tertiam partem ſeptem acrarum & dimid. & unam acram prati de warloto ſuo, & communem paſturam quantum pertinet ad prædictam terram. Ex dono *Willielmi* de **Sailly** ſex acras terre in **Bramacris**, & in **Haverholme.** Ex dono *Roberti* filii *Alani* de **Torpe** duas bovatas terræ in **Braitone,** cum toftis & omnibus croftis ad illas pertinentibus. Ex dono *Roberti* filii *Petri Eborac.* terram ſuam in parochia S. *Benedicti* in *Eboraco.* Ex dono *Gocelini* de **Arecy** duas bovatas terræ in **Acaſtre.** Ex dono ejuſdem *Gocelini* unam acram prati in prato de **Hwerf.** Ex dono *Willielmi* de **Percy** de **Boeltone** unam acram prati in prato de **Boeltone** qui vocatur **Middelenge.** Ex dono *Euſtacii* de **Merc** eccleſiam S. *Mariæ* de **Codeneham** cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis. Ex dono *Willielmi Sen.* de **Appeltone** duas bovatas terræ in **Appelton** cum omnibus pertinentiis & aiſiamentis ſuis quas *Johannes* filius *Rogeri Cote* tenuit. Ex dono *Sibillæ* de **Percy** xiij. bovatas terræ cum omnibus pertinentiis ſuis & cum capitali meſuagio & omnibus libertatibus & aiſiamentis ſuis, quas ipſa eis dedit cum corpore ſuo ſicut cartæ donatorum prædictorum & ſicut carta regis *H.* patris noſtri quæ eis omnes prædictas donationes, exceptis duabus ultimis, confirmavit, & quas inde habent rationabiliter teſtantur. Quare volo (*&c.*) Dat. per manum *J.* de *Well.* apud **Notingeham** xij. die Martii anno &c. vj.

Injunctiones factæ Prioriſſæ & Conventui domus ſive Prioratus de **Apleton,** anno domini 1489.

Ex regiſtro *Thomæ Rotheram* archiep. *Ebor.* fol. 245.

FIrſt and principally we command, and injoyne that the divine ſervice, and the rules of your Religion bée obſerved and kept accordingely to your Order that yée be profeſſed.

Item that the Cloyſter doores be ſhett and ſpary in Winter at ſeven, and in Summer, at eight of the clocke at night, and the keyes nightly to bee delivered to your Prioriſſe, and then after the ſaid howres ſuffer noe perſone to come in or furth, without a cauſe reaſonable.

Item that the Prioriſſe ſuffer no man to lodge under the dorter, nor on the backſide, but if hit be ſuch ſad perſons by whome your houſe may be holpyne, and ſecured without ſlaunder or ſuſpition.

Item that the Prioriſſe and all your ſiſters lodge nightly in the dorter, ſaveing if yée, or your ſiſters bee ſeke or diſeaſed to kéepe a chamber.

Item that non of your ſiſters uſe the Alehouſe, nor the waterſyde, where courſe of ſtrangers dayly reſorte.

Item that non of your ſiſters have their ſervice of meat and drinke to the chamber, but kéepe the frater, and the hale according to your religion excepte any of thaim be ſeke.

Item that noon of your ſiſters bring in, receave, or take any Lay-man, religious or ſecular into the chambre or any ſecrete place, day or night, nor with thaim in ſuch private places to commine, ete, or drinke, without lycenſe of your Prioriſſe.

Item that the Prioriſſe licenſe none of your ſiſters to goe pilgrimage, or viſite their frende without great cauſe, and then ſuch a ſiſter, ſo licenciate by you, to have with her oon of the moſt ſad, and well diſpoſed ſiſters tell ſhe come home againe.

Item that yée grant or ſell no corrodies, or liveres of brede, nor Ale, or other vitell to any perſon or perſons from henceforward, without th' auctority, and ſpeciall licenſe of us, or our vicar generall.

Item that yée ſee ſuch ſervants, as longeth to your place, come in to meate and drinke, and not to have your liveres of brede and ale outward, but if yée thinke it neceſſary and for the welth of your houſe.

Item that yée take no perhendinauncers, or ſojorners into your place from hensforward, but if they be children or ellis old perſons, by which availe by likelihood may grow to your place.

CODENHAMENSIS

Prioratus in agro ....

Carta Euſtachii *de* **Merch** *de fundatione monaſterii Sanctimonialium apud* **Codeneham** *Deo, ſanctæ* Mariæ, *&* Johanni *Apoſtolo & Evangeliſtæ, de ordine Sanctimonialium de* Apeltuna.

Ex MS. codice in bibi. *Cottoniana* [ſub effigie *Neronis* C. 3.]

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti *Amen.* Univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Euſtachius* de **Merch** ſalutem. Notum ſit univerſitati, tam preſentium quam futurorum, me dediſſe, & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo, & ſanctæ *Mariæ* & beato *Johanni* apoſtolo, & evangeliſtæ, eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Codenham,** cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ad conſtruendum, & fundandum ibidem monaſterium, cuidam conventui ſanctimonialium in Honorem Dei, & beatæ virginis *Mariæ* in perpetuum, in loco eodem, favente Deo, ſervientium, & hoc nominatim de congregatione, & de profeſſione, & de ordine ſanctimonialium de *Apeltuna* : Conceſſu, & aſſenſu *Aeliz* de *ſancto Qintino* uxoris meæ, in cujus dote ſita eſt eccleſia prædicta. Volo ſiquidem, & conſtituo ut conventus illic Deo ſerviens, liber, & quietus ſit ab omni ſubjectione, & exactione, ſalvo eo, quod ad ordinem ſuum ſpectat, & ad emendationem animarum. Hiis teſtibus, magiſtro *Suano* de Hoſpitali *Eboraci*, *Harpino* de **Dresbi**, *Normanno*, *Herveo*, *Thoma*, presbiteris ; *Albino*, *Adam*, monachis ; *Ingelramo* de **Munceals**, *Alexandro* fratre ejus, *Willielmo* ſeneſcaldo, & *Waltero* fratre ejus militibus, *Johanne* medico, *Simone* de **Holvernes**,

Holdernes, *Rogero* de *Neutona*, *Martino Malaherbe*, *Turſtino* de **Garton**, *Willielmo* de **Bungai**, *Adam* de **Hotun** clericis, *Petro* de **Murabel**, *Widone*, *Waltero* de **Cornebutc**, *Willielmo* de *Vitri*, *Willielmo* de *Hamtona*, *Henrico* de **Perci**, *Alano* de **Munceals**, & *Roberto* fratre ejus, domina *Aeliz* de *ſancto Quintino*, *Agnete*, *Dioniſia*, *Sibilla* filiabus ejus, *Agnete*, & *Aeliz* neptibus ejus.

BINEDONENSIS

Abbatia in agro Dorſetenſi, * *fundat. anno* MClxxij.

* Chron. S. *Werburge Ceſtr.* in bibl. *Cottoniana.*

Carta Regis Henrici *tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 9 *E.* 1. n. 90. m. 13. per Inſpex.

Videetiam Cart. antiq. Q. n. 18.

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ* Archiepiſcopis (*&c.*) Noveritis nos conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe in perpetuam elemoſinam eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Bynedone** & monachis ibidem Deo ſervientibus. Ex dono *Rogeri* de *Novo-Burgo* & *Matildis* uxoris ejus, locum in quo ſita eſt ipſa abbatia ſicut carta prædicti *Rogeri* teſtatur. Ex dono *Willielmi* de *Glaſtonia* & *Matildis* uxoris ejus locum de **Bynedone** ubi abbatia prætaxata priùs incepta fuit ſicut carta ejuſdem teſtatur. Ex dono & conceſſione *Rogeri* de *Novo-burgo* & *Matildis* uxoris ejus, duas virgatas terræ in **Lolleworth** cum paſtura adjacente ſicut ejuſdem carta teſtatur. Ex dono *Matildis* de **Arundell** & conceſſione Regis *Henrici* manerium de **Bexintone** ſicut carta ejuſdem determinat. Ex dono *Gilberti* de **Percy** terram de **Nottingtone** & de *Luca* quas ipſe emit à conventu de **Forde** ſicut carta utrorumque teſtatur, & terram de **Hethfeldtone** ſicut conventio inter prædictos monachos & *Simonem* de **Eneford** teſtatur. Totam terram de **Wodeſter** cum prato adjacente quam prædicti monachi de *Willielmo* de **Wodeſtert** & hæredibus ejus imperpetuum tenebunt, ſicut carta ejuſdem *Willielmi* teſtatur. Dimidiam hidam cum paſtura treſcentarum ovium in manerio de **Chalvedone** ex dono *Thomæ Harang* ſicut carta ejuſdem loquitur, ſicut confirmatio domini *Johannis* Regis patris noſtri & carte prædictorum donatorum quas inde habent rationabiliter teſtantur. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum venerabilis patris *Rodulfi Ciceſtr.* epiſcopi cancellarii noſtri, apud **Kenitone** xxiiij. die Aprilis anno regni noſtri xviij.

Alia carta ejuſdem Regis *Henrici.*

Ibid.

HEnricus (&c. *ut ſupra*) *Sciatis nos conceſſiſſe* (&c.) *abbati & monachis de* **Bynedone** *omnes terras & tenementa ſubſcripta; videlicet ex dono* Roberti *de* Novo-burgo *totum boſcum de* **Stocwode** *qui eſt extra abbatiam de* **Bynedone** *cum tota terra ubi creſcit. Ex dono ejuſdem* Roberti *totam illam partem boſci de* **Hamſtede** *quæ eſt ad auſtrum trenchiæ quæ ducit de grangia de* **Brumzete** *uſque ad terram ſuam quam habent de* Willielmo *de* **Kaynes**. *Ex dono ejuſdem* Roberti *octo acras & dimid. in auſtrali & occidentali parte boſci de* **Hamſtede** *qui dicitur* Stocfalda, *& communiam paſturæ totius boſci de* **Hamſtede**, *& totam terram de* **Pulham**, *& centum & quinquaginta acras de vaſto, & molendinum de* **Lolleworth** *cum terra appendente, & moltura hominum de* **Lullewurth**, *& omnibus aliis pertinentiis, & unam virgatam terræ in eadem villa. Et octo acras terræ in manerio de* **Lolleworth** *proximas grangiæ de* **Brumſete**. *Ex dono* Willielmi Lok *de* **Dorceſtre** *omnes domos cum placeis gardinis & curtilagiis in* **Dorceſtre**, *& totam terram arabilem quam habent infra muros de* **Dorceſtre**. *Et totam terram cum domibus & curtilagiis quæ fuerunt* Radulfi *de* **Mukelford**. *Quare volumus* (&c.) *Dat. per manum venerabilis patris* R. Ciceſtriæ *epiſcopi cancellarii noſtri, Apud* **Glouceſtre** *iij. die Junii anno regni noſtri xviij.*

Carta Alianoræ *Reginæ.*

Ibid.

ALianora Regina *Angliæ*, domina *Hiberniæ*, duciſſa *Aquitaniæ*, mater domini *Edwardi* Regis. Univerſis (*&c.*) Noveritis nos pro ſalute animæ celebris memoriæ domini *Henrici* Regis domini noſtri, & omnium anteceſſorum ſuorum, & pro ſalute animæ noſtræ liberorumque noſtrorum, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, dediſſe conceſſiſſe & hac preſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Binedone** & monachis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, in liberam puram & perpetuam elemoſinam omnes terras & tenementa quæ habuimus in villa de **Welle** in com. **Dorſet** ex dono & conceſſione *Thomæ* de **Welle** filii & hæredis *Willielmi* de **Welle**, cum omnibus pertinentiis & juribus quibuſcunque ad eaſdem terras & tenementa quocunque modo aut loco ſpectantibus. Habendum & tenendum eiſdem monachis & ſucceſſoribus ſuis (*&c.*) in liberam puram & perpetuam elemoſinam inperpetuum. Nos verò & hæredes noſtri (*&c.*) warantizabimus (*&c.*) Hiis teſtibus dominis *Edmundo* comite *Lancaſtriæ* filio noſtro, *Imberto* de **Ponteferant**, *Guidone* de *Ferariis* militibus (*&c.*)

Carta *Roberti* de *Novoburgo.*

Ibid. n. 17.

SCiant preſentes & futuri quod ego Robertus *de* Novoburgo *pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum omnium dedi & conceſſi & hac preſenti carta confirmavi eccleſiæ S.* Mariæ *de* **Binedon**, *& ejuſdem loci conventui in liberam & perpetuam elemoſinam, totum manerium meum de* **Wolaveſton** *cum omnibus pertinentiis libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis habendum & tenendum ſibi imperpetuum, integrè, liberè, & quietè, pacificè & honorificè ab omni ſeculari ſervitio & exactione, querelis, & demandis omnibus ad me vel ad heredes*

des meos ſpectantibus. Hanc vero donationem & conceſſionem ego & heredes mei prædicto conventui de **Binadon** *contra omnes homines & feminas warantizare tenemur ſicut liberam & perpetuam elemoſinam. Et ut hæc mea donatio & conceſſio firma & ſtabilis imperpetuum permaneat, preſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus*, Willielmo *de* **Chaames**, P. *de* **Maulay**, Aluredo *de* Lincolnia, Joh. *de* Baius, Petro, *de* **Ruſſell**, Radulfo *de* **Bray**, Seirico *milite de* **Wolaveſton**, Benedicto *de* **Bere**, Joh. Belet, Joh. Ardur. Rogero Arblaſtario, *& multis aliis.*

Carta Regis Henrici *tertii de advocatione ejuſdem Abbatiæ.*

Pat. 7 E.1. part. 1. m. 1. HE*NRICUS* Dei gratia, Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*. Omnibus Ballivis& fidelibus ſuis ad quos præſentes litere pervenerint, ſalutem. Cum *Henricus* de *Novo-Burgo* quondam patronus & advocatus Abbathiæ de **Bynedon**, per Cartam ſuam quam inſpeximus conceſſerit & licentiam dederit Abbati & Monachis ejuſdem Abbathiæ alium quemcunque voluerint eligendi ſibi & domui ſue in advocatum & patronum, ac idem Abbas & Monachi, juxta illam conceſſionem & licentiam, Nos & *Alianoram* Reginam *Angliæ*, conſortem noſtram & hæredes noſtros Reges *Angliæ* elegerint ſibi & domui ſuæ prędictæ in advocatum & patronum. Nos electionem illam acceptantes & volentes quod abbathia predicta de cætero ſit de advocatione noſtri, & dictæ Reginæ noſtræ, & hæredum noſtrorum prædictorum, ſuſcepimus in protectionem & defenſionem noſtram ipſam Abbathiam, Abbatem & Monachos ejuſdem Abbathiæ, homines terras res redditus, & omnes poſſeſſiones ipſorum; Et ideo vobis mandamus quod prædictam abbaciam abbatem & monachos ejuſdem abbaciæ, homines, terras, res redditus & omnes poſſeſſiones ipſorum manuteneatis protegatis & defendatis, non inferentes eis vel inferri permittentes injuriam, moleſtiam, dampnum, aut gravamen. Et ſi quid eis foriſfactum fuerit id eis ſine dilatione faciatis emendari. Salvo nobis & hæredibus noſtris jure noſtro in abbatia predicta & tenementis ad ipſam ſpectantibus ſi alias inde loqui voluerimus. In cujus (*&c.*) *T.* meipſo apud *Weſtm.* decimo octavo die Auguſti anno regni noſtri quinquageſimo ſexto.

CROXDENENSIS

Abbatia in agro Staffordienſi.

Ex chron. de *Crokeſden* in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Fauſtinæ* B. 6.) ANno domini MClxxvj. *Bertramus* de **Verdun**, in ſalutem animæ ſuæ, per Dei gratiam, in redemptionem omnium delictorum ſuorum, dedit monachis de *Alneto* terram de **Chotes**, ad fundandam abbatiam in valle ſanctæ *Mariæ*, ſed qui ſuaviter diſponit omnia præordinavit alibi laudare nomen domini.

24 *H.* 2. Anno domini MClxxviij. *Thomas*, primus abbas hujus monaſterii, natione *Anglicus*, cum adhuc eſſet diaconus, in die pentecoſtes circa horam tertiam tanquam ſpiritus ſancti receptaculum mundum electus eſt in abbatem.

25 *H.* 2. Anno domini MClxxix. conventus venit de **Chotene** ad **Crokesden**.

28 *H.* 2. Anno domini MClxxxj. dedicatio loci de **Crokesden**.

4 *R.* 1. Anno domini MCxcij. Idem piæ memoriæ *Bertramus* de **Verdun** fundator obiit, & in die ſancti *Bartholomei* apud **Acon** ſepultus eſt.

9 *R.* 1. Anno domini MCxcix. obiit *Thomas* de **Verdun**, in *Hibernia*, & ſucceſſit ei in hæreditate *Nicholaus* frater ſuus.

1 *Jo.* Anno domini MCCxxix. *Thomas* primus abbas hujus monaſterii quievit in domino 2. nonas Decembris & ſepultus eſt in capitulo ibidem, & dominus *Willielmus* de **Choucombe** electus eſt in abbatem.

Anno domini MCCxxxvij. obiit dominus *Willielmus* de **Eſſeburne** tertius abbas hujus domus, x. kalendarum Octobris, cui ſucceſſit dominus *Johannes* de **Tilton**, qui dimiſit officium, anno domini 1241.

Anno domini MCCxlij. dominus *Walterus* de **London** electus abbas hujus domus, & dominica proxima ante aſcentionem domini ſuſcepit regimen. Iſte multa ædificavit.

Anno domini MCCxlviij. obiit domina *Royſia* de **Verdun**, fundatrix abbatiæ de **Crokeſden**, quarto idus Februarii, & ſucceſſit ſibi dominus *Johannes* de **Verdun** filius ejus.

Anno domini MCClxvij. *Umfridus* de **Verdun** natus eſt in vigilia pentecoſtes.

33 *H.* 3. Anno Domini MCClxviij. obiit *Walterus* de **London** quintus abbas hujus domus, cum in diebus ſuis abbatiam iſtam perfeciſſet ad plenum.

Anno Domini MCClxxviij. dominus *Willielmus* de **Howton** hujus monaſterii abbas ſextus viam univerſæ carnis ingreſſus eſt xvj. kalend. Octob. cui ſucceſſit die beatæ *Luciæ* ſequenti, dominus *Henricus* de **Moyſam**.

Eodem anno obiit dominus *Johannes* de **Verdun** validus patronus domus hujus xij. kalend. Novembris, cui ſucceſſit dominus *Theobaldus* filius ejus.

Anno Domini MCClxxxiiij. dominus *Henricus* de **Moyſam** abbas vij. hujus domus, ceſſit ab officio (propter impotentiam) in die ſancti *Barnabæ* apoſtoli. Eodem die dominus *Johannes* de **Billeſdon** electus eſt in abbatem.

Anno Domini MCCxciij. dominus *Johannes* de **Billeſdon** abbas hujus domus obiit viij. idus Julii, cui ſucceſſit dominus *Richardus* de **Twiford** in die ſanctæ *Trinitatis* anno 1294.

Anno Domini MCCxcvij. obiit *Richardus* **Twiford** abbas hujus domus, die ſanctæ *Trinitatis* &c. & abbatia vacabat pro vij. menſibus & ſex diebus.

Eodem anno *Johannes* de **Verdun** primogenitus domini *Theobaldi* obiit idibus Junii in *Hibernia*.

Eodem anno dominus *Willielmus* de *Evera*

3. kalend. Januarii in abbatem hujus domus electus eſt.

Anno Domini MCCxcviij. *Theobaldus* filius *Theobaldi* de **Verdun** rediit de *Hibernia* in *Angliam*, & factus eſt miles à Rege *Edwardo*, die ſancti *Johannis* Baptiſtæ, una cum *Philippo* de **Barinton** commilitone ſuo.

Anno Domini MCCCij. dominus *Theobaldus* de **Verdun** hæres domini *Theobaldi* filii *Johannis* de **Verdun**, duxit in uxorem *Matildam* filiam domini *Edmundi* de *Mortuomari*, Apud **Wigmore**, 4. kal. Auguſti.

Johannes de **Twiſord** filius domini *Radulfi Pipard* deſponſavit *Margaretam* filiam domini *Philippi* de **Barinton**, Apud **Crokeſden** 2. idus Aprilis.

Anno Domini MCCCviij. dominus *Richardus* de **Eſſeby** electus eſt in abbatem hujus domus.

Anno Domini MCCCix. dominus *T.* de **Verdun**, Patronus noſter die dominica in feſto *Bartholomei* apoſtoli apud **Alveton** migravit ad dominum, & apud **Crokeſden**, cum magno honore appoſitus ad patres ſuos tertio idus Octobris, de quo congruè dici poteſt id ſapientis, eccleſiaſt. 21. *Mortuus eſt, & quaſi non eſt mortuus ſimilem ſibi, & nomine & re relinquens poſt ſe*, Et ut veraciter dici poſſit quod ſequitur ibidem, *Reliquit defenſorem domus contra inimicos, & amicis rediit.*

Anno Domini MCCCxij. die beati *Laurentii* peperit *Matildis* de **Verdun**, domina de **Alveton**, ibidem quartam filiam nomine *Margeriam*, & die beati *Lamberti* epiſcopi ſequente, ſcilicet xiiij. kalend. Octobris in caſtro de **Alveton** ab hac luce migravit; die vero beatorum martirum *Dioniſii* ſociorumque ejus in eccleſia conventuali de **Crokeſden**, coram altare ſancti *Benedicti*, per dominum *Gilbertum Evagdunenſem* epiſcopum tradita eſt honorificè eccleſiaſticæ ſepulturæ, occurrente ibidem *T.* comite *Lancaſtriæ*, cum omnibus magnatibus patriæ.

Anno Domini MCCCxiij. x. kalend. Junii dominus *R.* de **Eſſeby** officium abbatis dimiſit, & *Thomas* de **Caſtreton** dictum officium per electionem canonicorum in craſtino recepit.

Anno Domini MCCCxiiij. *Theobaldus* de **Verdun** factus eſt juſticiarius *Hiberniæ*, & profectus eſt illic ante natalem ſancti *Johannis* Baptiſtæ.

Eodem anno tertio nonas Februarii, ſcilicet die Mercurii proxima poſt feſtum Purificationis, dominus *Theobaldus* de **Verdun**, hujus domus patronus, deſponſavit *Elizabetham* filiam domini *Gilberti* de **Clare**, comitis *Glouceſtriæ*, & dominæ *Johannæ* de **Acres** filiæ *Edwardi* Regis, apud **Bryſtoll**, prius namque nupta erat filio primogenito comitis de **Wlueceſtre**, in *Hibernia*, & peperit ei filium & hæredem.

Anno Domini MCCCxvj. ſexto kalend. Auguſti, qui erat dies martis, in mane diluculo dominus *T.* de **Verdun**, Patronus hujus domus, apud caſtrum de **Alveton**, ab hac luce migravit, & ſepultus eſt apud **Croxden**, per abbatem loci xiij. kalend. Octobris, ſcilicet die ſancti *Bertini* abbatis. Domina autem *Elizabetha* uxor ejus poſt ſepulturam infra abbatiam perhendinavit per menſem & amplius.

Eodem anno domina *Elizabetha*, relicta domini *Theobaldi* de **Verdun**, die ſancti *Benedicti* peperit ſibi filiam nomine *Iſabellam* apud **Almeſbury.** Et ſunt ſorores quatuor & hæredes baroniæ de **Verdun.** *Johannem*, enecyam, unam earum, deſponſavit filius domini *Willielmi* de **Montague**, qui in brevi mortuus eſt, & deſponſavit eam dominus *Thomas* de **Furnivall**, die ſabati in feſto ſancti *Mathei* apoſtoli.

Anno Domini MCCCxx. dominus *Richardus* de **Eſſeby** factus eſt iterum abbas domus hujus in feſto ſancti *Barnabæ* apoſtoli.

Anno prædicto, domina *Joanna* de **Furnivall**, domina de **Alveton**, peperit filiam ſuam primogenitam vigilia circumciſionis Domini, nomine *Margaretam*, quam baptizavit abbas de **Crokeſden**, & abbas de **Rouceſter** illam de fonte levavit.

Anno Domini MCCCxxvj obiit dominus *Philippus* de **Barinton** ſeptimo idus Septembris & ſepultus eſt in eccleſia de **Crokeſden**, coram altari ſancti *Laurentii* in craſtino ſancti *Mathei* apoſtoli.

Eodem anno x. kalendas Septembris natus eſt *Willielmus* filius domini *Thomæ* de **Furnivall**, apud caſtrum de **Alveton**.

Anno Domini MCCCxxvij. domina *Alianora* de **Barinton** obiit 3. idus Septembris.

Anno Domini MCCCxxviij. *Nicholaus* filius domini *Thomæ* de **Furnivall** domini de **Alveton** natus eſt ibidem die Epiphaniæ.

Dominus *Richardus* de **Eſſeby** abbas xj. ceſſit ab officio gratis, ob impotentiam.

Anno Domini MCCCxxxij. obiit dominus *Thomas* de **Furnivall**, dominus de **Sheffeld**, & **Wirſop** cum pertinentiis, craſtino Purificationis; cui ſucceſſit Dominus *Thomas* filius ejus, qui priùs deſponſaverat dominam *Iſabellam*, eineciam filiam domini *Theobaldi* de **Verdun**, &c.

Anno Domini MCCCxxxiiij. domina *Joanna* de **Furnivall**, domina de **Alveton** quæ fuit filia & prima hæredum domini *Theobaldi* de **Verdun** junioris, immatura morte in pariendo ibidem præventa eſt vj. non. Octobris, die quo obiit tantum triginta annorum, & ferè duorum menſium extitit, & ſeptimo idus Januarii ſequente, appoſita eſt honorificè, coram magno altare eccleſiæ, ad patres ſuos; videlicet, inter dominum *Nicholaum* de **Verdun** filium fundatoris, progenitorem ſuum, & dominum *Johannem* de **Verdun** proavum ſuum. Porro in latere auſtrali ſeorſum coram illis duobus altaribus humati ſunt dominus *Theobaldus* avus ſuus, dominus *Theobaldus* pater ſuus, domina *Matilda* mater ſua, & *Theobaldus* infans filius ſuus, dominus autem *Bertramus* de **Verdun** fundator egregius domus hujus, ut tradiderunt nobis ſeniores noſtri, obiit in terra ſancta, cum peregrinaretur ibidem, cum domino *Richardo* Rege famoſiſſimo *Angliæ*, ſepultuſque eſt apud **Acon.** dominus autem *Normannus* pater ejus ſepultus juxta altare ſanctæ *Trinitatis*; Sed oſſa ejus ex parte aquilonari. Porro domini, *Robertus*, & *Thomas* de **Verdun** filii fundatoris mortui ſunt, & ſepulti in *Hibernia*, Quorum omnium animas abſolvat ille qui non ſolum creavit ſed etiam redemit eas.

Anno Domini MCCCxxxv. dominus *Richardus* de **Schepeſheved** abbas de **Crokeſden** ædificavit novam cametam ſuam.

Anno Domini MCCCxxxix. pridie idus Octobris, obiit dominus *Thomas* de **Furnivall** apud **Scheffeld** & ſepultus fuit per abbatem de **Crokeſden**, in abbatia de *Bello-capite*, die lunæ intra octavas Aſcenſionis Domini ſubſequentis.

Carta Regis *Henrici* ſecundi donatorum conceſſiones recitans & confirmans.

Chart. antiq. lib R. nu. 26. HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *& Dux* Normanniæ, *&* Aquitaniæ, *& Comes* Andegaviæ, *Archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis me, ad petitionem* Bertrami *de* **Verdun**, *conceſſiſſe, & præſenti carta mea confirmaſſe Deo & abbatiæ de valle ſanctæ* Mariæ *de* **Croxden**, *omnes ſubſcriptas donationes ipſius* Bertrami, *& omnes alias rationabiles donationes, ſibi factas, vel quæ factæ erunt, & cartis donatorum confirmatæ.* Ex dono ipſius Bertrami *pro ſalute mea & pro ſalute animæ ſuæ, &* Normanni *patris ſui, &* Richardi *de* **Humet** *conſtabularii, domini ipſius, & pro ſalute omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum ſuorum, totam terram ſuam de* **Croxden**, *cum omnibus pertinentiis ſuis, exceptis aſſartis ſuis, quæ homines de* **Wodehus** *fecerunt, & excepta terra quam vivaria ſua, & calciæ ſuæ occupabunt, & tanta terra quanta capere voluerit ad faciendas calcetas vivariorum ſuorum; Et medietatem nemoris de* **Crakemerſe**, *proximam ipſi abbatiæ, altera medietate ſibi retenta; Item ex dono ejuſdem totam terram de* Moſedena, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam terram ſuam de* Archa, *cum nemore ad ipſam pertinente, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis; Item ex dono ipſius unum molendinum in* **Stanford**, *quod eſt inter pontem & caſtellum, cum toto tenemento quod ad ipſum molendinum pertinet, & totum tenementum quod* Akardus de **Stanford** *tenet de ipſo* Bertramo. *Item ex dono ipſius* Bertrami *eccleſiam de* **Alveton**, *cum omnibus pertinentiis ſuis; & eccleſiam de* **Totheby**, *cum capella de* Nortona, *& capella de* **Carethorpe**, *& cum omnibus aliis pertinentiis ſuis.* Ex dono Roberti *de* **Beauſay** *quadraginta acras terræ ad perticam meam in* **Troſele**. *Quare volo* (&c.) *Teſtibus*, Waltero *epiſcopo* Lincolnienſi, Ranulfo *de* Glanvilla, Willielmo *filio* Radulfi *ſeneſeballo* Normanniæ, Hugone *de* **Morewich** *dapifero*, Hugone Bardulfe *dapifero*, Radulfo *de* **Arderne**, Galfrido *filio* Petri, Gilberto *filio* Reinfridi, *Apud* **Leon**.

Vide Vol. 3. Pag. 40. *Col.* 1.

KELDEHOLMENSIS

Abbatia, in agro Eboracenſi.

Carta Regis Johannis *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 2 Joh. num. 23. mem. 13. J*OHANNES* Dei gratia &c. Sciatis Nos conceſſiſſe & præſenti Carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Keldeholm** juxta fluvium qui dicitur *Duna*, & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, totam terram de **Evenewit**, per has diviſas quam habent de dono *Willielmi* de **Stutevill**, & omnia quæ inter has diviſas ſubſcriptas continentur; ſcilicet, à rogo **Caleis**, quæ eſt juxta *Dunam*, per foſſatum ipſarum ſanctimonialium uſque ad diviſam terræ monachorum ſanctæ *Mariæ* de *Eboraco*, quæ eſt in valle verſus orientem, & per fundum ejuſdem vallis uſque in **Chatwait**, & per rectam diviſam quæ eſt inter **Kirkebi More-ſheved** & **Sivelington**, à **Chatwait**, per vallem uſque ad diviſam de parva **Edeſton**; & deinde uſque in fluvium de *Duna*, & ab illo loco fluvii de *Duna* per ipſum fluvium uſque ad predictum rogum. Et ex dono *Ernaldi* de **Benefeld**, terram de ſubtus *Croftonam* quæ fuit *Durand* & **Inthekill**, Croftum, ſcilicet, verſus Auſtrum juxta fontem, & croftum verſus aquilonem juxta Rivum de **Hamclif**, & dimidiam carucatam terræ in **Cropton**, ſcilicet duas bovatas quas tenuit *Willielmus* filius presbiteri, & alias duas bovatas quas tenuit *Ranulfus*. Ex dono *Ede* filii *Askilli* de **Abbeton**, unam carucatam terræ in **Habeton**, cum omnibus pertinentiis ſuis infra villam & extra. Ex dono *Willielmi* filii *Ingaldi* de parva **Habeton** duas bovatas terræ in parva **Habeton**, cum tofto quod fuit *Wlrici*, & cum omnibus pertinentiis ſuis infra villam & extra. Ex dono *Normanni* de **Redeman**, terram de **Tranethern**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Radulfi Paen* & *Columbe* uxoris ejus, & *Willielmi* filii ejus & hæredis, viginti quinque acras terræ arabilis in dominicis culturis de **Engelby**, ſimul cum paſtura. Et ex dono *Willielmi* filii *Columbæ* de **Engelby**, ſeptem acras terræ & unam perticam & dimidiam in **Engelby**, de ſuo dominico. Ex dono *Willielmi* filii *Ranulfi* & *Hawiſiæ* uxoris ejus, unam acram terræ infra territorium de **Engelby**. Ex dono *Roberti* de **Malteby**, & *Emmæ*, uxoris ejus, duas bovatas terræ in **Nunington**, & unam bovatam terræ in **Faddemor**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Jordani* de **Bolteby** & *Sibillæ*, uxoris ejus, duas bovatas terræ in **Nunington**, & unam bovatam terræ in **Faddemor**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi* filii *Columbæ*, duas carucatas terræ in **Engelby**, & de **Offnanns**, viginti & octo acras terræ in eadem villa. Ex dono *Roberti* de **Surdevall**, duos toftos in villa de **Bodlum**, ſicut Carte predictorum donatorum rationabiliter teſtantur. Teſtibus *Hug.* **Bardulf**, *Petro* de *Pratellis*,

tellis, Hug. de **Nevil**, *Sim.* de **Pateſhul.** Dat. per manum *S. Well.* archid. apud **Eggeton,** quarto die Februarii Anno Regni noſtri ſecundo.

Alia Carta ejuſdem Regis.

J*OHANNES* Dei gratia &c. Sciatis Nos conceſſiſſe & præſenti Carta noſtra confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſanctimonialibus quæ apud **Keldeholm** Deo ſerviunt, omnia ſubſcripta quæ rationabiliter data ſunt eis, & conceſſa & Cartis donatorum confirmata. Ex dono *Roberti* de **Stutevill**, & conceſſione *Willielmi* de **Stutevill** hæredis ſui, locum illum de **Keldeholm**, cum tota terra culta verſus Aquilonem per diviſas in Cartis eorum determinatas, & parcum ad olera facienda, & molendinum cum ſoca & molta de **Kirkeby**, & totam terram verſus Auſtrum, & prata uſque ad diviſas in eorundem Cartis notatas, & paſturam in boſco de **Revenwich**, & ibidem, In *Farendala* materiem ad edificia ſua facienda & reficienda ; & ligna ad focarium, & clauſturam ad ſepes ſuas reſtituendas conſideratione foreſtariorum ſuorum, & paſcua in **Brandeſhal**, ad nutrienda animalia ſua, & oves, & porcos, cum vaccaria ſua ibidem & terra culta quæ ibi continetur, & totam corticem lignorum totius foreſtæ provinciæ illius, quæ per ſe cadunt, vel ſucciduntur à Carpentariis. Et totam terram de **Rogeberg**, cum pertinentiis ſuis, & duas carucatas terræ in **Engelby**, faciendo inde forinſecum ſervicium. Ex dono *Turſtani* de **Beregeby**, vj. bovatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis in **Beregby.** Ex dono *Willielmi* de **Veſci**, conceſſu *Burgiæ*, uxoris ſuæ, unam marcam argenti in molendino de **Toronton.** Ex dono *Hugonis del* **Tuit**, molendinum de **Edeſton**, & culturam de **Coleſland**, & duas acras de **Deliſlat.** Quare volumus (*&c.*) Datum per manum *S.* Archid. *Well.* apud **Scardeburg**, tercia die Februarii anno Regni noſtri ſecundo.

Carta *Nicholai* de *Stutevilla.*

Ex autog. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

O*Mnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam præſentibus quam futuris,* Nicholaus *de* Stutevilla *ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me dediſſe & conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Keldholm**, *& monialibus ibidem Deo ſervientibus, in puram, & perpetuam elemoſinam, quatuor marcas annuas in molendino de* **Gillingmor**, *percipiendas ad duos terminos ; ſcilicet, duas marcas ad pentecoſten, & duas marcas ad feſtum ſancti* Martini, *de meipſo, ſi molendinum ſit in manu mea, vel de quocunque prædictum molendinum habuerit, pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, quouſque ego vel hæredes mei perfecerimus eiſdem monialibus redditum centum ſolidorum in eccleſiaſtico beneficio in* Eboracſira, *quod cum perfecero eiſdem redditum centum ſolidorum, quietus ero à ſolutione prædictarum quatuor marcarum, de prædicto molendino. Et ut hæc donatio mea firmitatem optineat imperpetuum, præſens ſcriptum ſigillo meo confirmavi. Hiis teſtibus,* Willielmo Britone, Waltero *de* **Haverby**, Waltero *de* **Mulcaſter**, Roberto *de* **Karwindelawe**, Thoma *de* **Cheu**, Martino *ſerviente de* **Birkeby**, & multis aliis.

Carta Willielmi *filii* Willielmi *filii* Nicholai *de* **Habbeton.**

O*Mnibus* Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris *Willielmus* filius *Willielmi* filii *Nicholai* de *Habbetona* ſalutem in domino. Noveritis me conceſſiſſe & hoc præſenti ſcripto meo confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* de **Keldholm** juxta *Dunam* & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, decem bovatas terræ cum pertinentiis in campis de parva **Habbeton**, cum omnibus ædificiis & toftis & croftis dictis Sanctimonialibus ſpectantibus in eadem villa. Et totam terram arabilem quam habent in loco qui dicitur **Benediſlat**, & communam paſturæ in loco qui dicitur **Milnegrene** juxta pontem de **Neuſom.** Et totam terram arabilem quam habent in locis de **Hornſe** & **Coldilandes.** Et communam paſturæ in **Hornſe.** Et communem paſturam per totam moram meam de magna **Habbeton** ad ducentas bidentes paſcendas, & communem paſturam ad omnimoda animalia ſua de manerio ſuo de parva **Habbeton** pertinentem, ſimul cum animalibus de tenentibus ſuis in eadem villa de parva **Habbeton** ibidem ſine impedimento paſcenda ; & foditionem turbarum in eadem mora de magna **Habbeton** ad voluntatem & utilitatem dictarum Sanctimonialium, cum libero introitu & exitu ubique ad ayſiamenta ſua, ſine deſtructione bladi & prati. Conceſſi etiam & confirmavi prædictis Sanctimonialibus omnes terras tenementa poſſeſſiones & redditus quæ prædictæ Sanctimoniales habent de donatione & confirmatione anteceſſorum meorum vel de eorundem tenentibus in villa & campis de parva *Habbetona* & magna *Habbetona.* Tenendum & habendum prædictis Sanctimonialibus & earum ſucceſſoribus liberè quietè integrè & pacificè in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ad omnem voluntatem ſuam & utilitatem inde faciendam, ſine aliqua contradictione mei vel hæredum meorum vel aliquorum ſucceſſorum meorum, & adeo libere & quiete ſicut aliqua elemoſina liberius purius & quietius aliquibus mulieribus religioſis poteſt dari aut ab aliquo feoffatore confirmari, cum omnibus ſuis pertinentiis in moris, campis, pratis, paſcuis, paſturis, viis, ſemitis, mariſcis, ſyketis, turbariis, fruſſuris, foſſatis, aquis & piſcariis, & in omnibus aliis ayſiamentis, prope & procul, infra villam & extra. Et ſciendum eſt quod de illis forinſecis ſervitiis quæ dictæ Sanctimoniales pro prædicto tenemento reddere ſolebant, ego dictus *Willielmus* & hæredes mei illi ſi quis fuerit hæreditate aut aſſignatione pro prædictis Sanctimonialibus ſolvemus. Et totum prædictum tenementum quod de feodo meo tenetur pro omni ſervicio vicecomitum ballivorum & bedellorum adquietabimus & pro omni terreno ſervicio conſuetudine exactione & demanda quæ à dicto tenemento aliquo modo exigi poterunt. Ego vero dictus *Willielmus* & hæredes mei totum prædictum tenementum cum omnibus ſuis pertinen-

Ibid.

pertinentiis, ſicut ſuperius annotatur, contra omnes homines & feminas warantibimus adquietabimus imperpetuum & defendemus. Ut hæc mea conceſſio & præſentis ſcripti confirmatio rata & ſtabilis imperpetuum permaneat, huic præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus *Waltero* de **Percehay**, *Willielmo* de **Harum**, *Rogero Grymes*, *Willielmo Luvell* militibus, *Bernardo* de **Berg**, *Jacobo* de **Holm**, *Johanne* de **Peland**, *Johanne* de **Buleford**, *Ricardo* de **Kyrkeby**, *Nicholao* de **Fedmore**, *Waltero Romano*.

PONTE-ROBERTI

Abbatia in agro Suſſexienſi.

Ex chron. clauſtri *Roffenſis.*

ANNO milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſexto *Robertus* de *Sancto-Martino*, regnante *Henrico* Rege ſecundo, eique familiaris, condidit ſuper flumen *Rothori* Abbatiam de *Ponte-Roberti*.

Carta Regis Edwardi *tertii.*

Cart. 11 E. 3. n. 24. per Inſpex.

Vide etiam Cart. 53 *H.* 3. m. 14. Et Pat. 4 *E.* 4. part. 4. m. 7. Et Pat. 4 *R.* 2. part. 1. m. 38.

R*Icardus* Dei gratia Rex *Angliæ* (*&c.*) Archiepiſcopis(*&c.*)ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe abbatiæ de *Ponte Roberti* & monachis ibidem Deo ſecundùm ordinem *Ciſtercii* ſervientibus omnes terras & tenuras & homines & ſervitia & redditus quæ *Aluredus* de *ſancto Martino* fundator ejuſdem abbaciæ dedit eis in liberam & perpetuam elemoſinam ſicut rationabiles cartæ ejus teſtantur; videlicet omnem terram quam ipſe *Aluredus* tenuit de *Galfrido* de *ſancto Martino* & hæredibus ſuis in rapo de **Haſtyng** cum pertinentiis, ſicut eam meliùs unquam & liberiùs tenuit; & totam terram quam ipſi tenent de canonicis ſanctæ *Mariæ* de **Haſting**, & totum mariſcum & terram quam tenent de feodo de **Pette** ſicut rationabiles cartæ eorum teſtantur. Et totum feodum de **Fodyland** cum pertinentiis quod emerunt de *Reginaldo* de **Mayner** & *Matill.* uxore ejus, & de *Inger.* de **Freſſenvill.** Et terram de **Wicham**, & de **Pokeleſh:** & de **Betener** quas præfati *Regin.* & *Matill.* & *Inger.* cum terra de **Hotleg** eis vendiderunt. Et terram de **Farleg** quam emerunt de *Thoma* de *ſancto Leodegario*; & terram quam emerunt de *Gilberto* filio *Gencelini* de feodo de **Seteleſcumbe**;& totam ſalſam morā quæ eſt ſubtus **Cures** verſùs *Ryam* inter fines *Kanc.*& feodū abbatis *Fiſcampi*, & inter terram *Roberti* de **Crevequer** & **Wynchelſe** quam emerunt de *Johanne* de *ſancto Leodegario*, & *Rogero* de **Sokenerſe**; & terram quam emerunt de *Stephano* de **Cuell** apud **Morbregge** in mora; & terram quam tenent in mariſco de feodo de *Hikeleſh.* & de **Geſtel**; & terram de **Promhell**; & terram de **Mapeleſden**, & **Cundenner**; & terram de **Holbemeſherſe**, & de **Weſtenherſt** cum pertinentiis; & terram de **Blakebeok** quam emerunt de *Alano Pollar*; & totam terram de **Swergate**, & paſturam infra *Wallam* & extra quam habent de dono *Aliciæ* comitiſſæ de *Augo* & *Henrici* filii ejus comitis *Augi*; ſcilicet ſeptingentas acras cum pertinentiis, tam de parte ſua quàm de parte quam emit de feodo *Willielmi* de **Curty**, tenendas per tres ſolidos annuatim ſolvendos pro omni ſervicio; & terram de **Werth**, & de **Cumb**, & de **Romdenn**, & de **Andewell** cum pertinentiis; & terram quam habent in manerio de *Helb.* ex dono *Henrici* comitis *Augi*; & terram quam tenent de feodo *Randulfi* de **Hettindon**. Et omnes alias terras & tenementa & poſſeſſiones ſuas ſecundùm rationabiles cartas vel cirographa donatorum vel venditorum vel eſcambitorum ſuorum. Quare volumus (*&c.*) Teſtibus, *H. Cantuarienſi* archiepiſcopo, magiſtro *Rogero* (*&c.*) Dat. (*&c.*) nono die Novembris anno regni noſtri decimo.

Vide Vol. 2. *Pag.* 920. *Col.* 1.

WICKHAMENSIS

Abbatia in agro Eboracenſi.

Carta Tedbaldi *filii* Pagani *de* **Wicham.**

Ex ipſo autogr. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

T*Edbaldus* filius *Pagani* de **Wicham**, univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam futuris, quam præſentibus, ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe, & hac præſenti carta confirmaſſe Sanctimonialibus de **Wicham**, in liberam, & perpetuam elemoſinam, & ab omni temporale ſubjectione ſolutam, donationem quam fecit eiſdem ſupradictis ſanctimonialibus de **Wicham** pater meus *Paganus*; videlicet, manſuram in qua habitant,& viginti quatuor acras terræ. Et ſimiliter meam donationem cum eadem ſupradicta libertate, confirmo eiſdem Sanctimonialibus de **Wicham**, videlicet decem & octo acras terræ in territorio de **Wicham** & partem meæ advocationis in eccleſia omnium Sanctorum de **Wicham**; & quicquid eſt de feudo meo, in vaſto juxta grangias ſuas, & in **Boddale:** & quicquid habent in univerſo territorio de **Wicham**, & rationabiliter ſaiſitæ ſunt de meo feudo. Hiis teſtibus, *Reinaldo* de **Picheringe**, *Aſchetino* de **Malecake**, *Briano* clerico vicecomitis, *Aſchelino* capellano de **Scaresbur**, *Gilberto* filio *Lagus* de **Atun**, & *Willielmo* filio ejus, *Torſin*, & *Gaufrido* de **Alheſtin**, *Roberto* ſacerdote de **Brumthune**, *Wigero*, & *Gamello*, & *Rogero* filio *Huche* de **Roſtun**, *Galtero* de **Buſſi**, *Tedbaldo* de **Martun**, *Alano Bucel*, *Toraldo* de **Nevill**, *Gocelino Bardolf*, *Hugone* filio *Walſuthbe*, *Holivero* de **Clodum**, *Adeſtain* de **Roſtun**, & multis aliis.

Alia carta ejuſdem *Theobaldi.*

Ibid.

U*Niverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam futuris, quam præſentibus* Teodbaldus *filius* Pagani *de* **Wicham** *ſalutem. Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe, & præſentis cartæ teſtimonio confirmaſſe, Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Wicham**, *& mo-*

& monialibus ibidem Deo ſervientibus, totam culturam meam in **Breithorndale** *juxta terram prædictæ eccleſiæ, in perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni ſervitio, & conſuetudine temporali. Hiis teſtibus, magiſtro* Alano *de* **Wicham**, Nigello *canonico ejuſdem loci,* Nichol. *capellano.* Waltero *de* **Buſſei**, *& ejus filio* Reginaldo (&c.)

De duabus bovatis terræ in **Wicham** *per eundem* Teobaldum *conceſſis.*

Ibid. INgelramus decanus de **Weleburn**, & capitulum de *Ridala*, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos litteræ iſtæ pervenerint, in domino ſalutem. Notum vobis facimus quod *Tedbaldus* filius *Pagani* de **Wicham**, in præſentia noſtra dedit & conceſſit, atque fide in manu noſtra affirmavit eccleſiæ ſancti *Michaelis* de **Wicham**, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, duas bovatas terræ in campis de **Wicham**, cum pertinentiis ſuis, cum filia ſua religioni in eadem tradita, in perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni humana conſuetudine, & ſeculari ſervitio, quod ad eum, & ad hæredes ſuos attinet, excepto ſervitio Regis. Hanc autem elemoſinam ipſe *Tedbaldus*, & hæredes ſui, ad opus prædictæ eccleſiæ warantizabunt ſupradictis Sanctimonialibus ab omnibus calumniantibus eam. Hiis teſtibus, *Roberto* de **Bruntun**, *Gervaſio* ſacerdote de **Midletun**, *Willielmo* clerico de **Kirkabi**, magiſtro *Willielmo* de *Maltuna*, *Samſone* de **Slingeſbi**, *Rainaldo* de *Staingriſa*, *Nicholao* de **Nunnigtun**, magiſtro *Richardo* de **Hotun**, (*&c.*) & multis aliis. Hæc carta facta fuit aput **Normanbi**.

Carta Alani Buſcell *de* **Hoton**.

Ibid. OMnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris *Alanus Buſcell* de **Hoton** ſalutem in Domino. Noveritis me conceſſiſſe, & hac præſenti carta mea confirmaſſe *Aliciæ* Prioriſſe de **Wicham**, & ejuſdem loci conventui, & ſucceſſoribus ſuis, quod liberè teneant, & habeant imperpetuum, dimidiam carucatam terræ, cum pertinentiis omnibus in villa, & territorio de **Hoton**, quam tenent de hæredibus *Rogeri* de **Hundemanbi**, ſine aliquo impedimento, vel gravamine mei, vel hæredum meorum imperpetuum, ſalvo ſervitio domini Regis; Ita quod nec ego *Alanus*, nec hæredes mei, de ſupradicta dimidia carucata cum pertinentiis homagium de cætero, wardum, nec relevium, ſectam curiæ, nec ſequelam nec aliquod allud ſervitium habere, exigere, vel vendicare poſſumus. In cujus rei teſtimonium pro me, & hæredibus meis, ſigillum meum duxi apponendum. Hiis teſtibus, domino *Petro* de **Percy**, *Willielmo* de **Aton**, *Rogero Moraund*, *Thoma* de **Cobreſton**, *Willielmo Malekake*, *Willielmo* filio *Roberti* de **Roſton**, *Radulpho* filio *Petri* de eadem, *Willielmo* clerico de **Wicham**, & aliis.

Carta Hugonis *Prioris de* Bredlingtona *de eccleſia de* **Wicham**.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, *Hugo* Prior, & conventus eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Bredlingtona*, ſalutem æternam in domino. Noverit univerſitas veſtra, nos inſpexiſſe cartam Sanctimonialium de **Wicham**, quam ab antiquo habuerunt de *Bernardo* Priore noſtro, & conventu, ſic continentem, *Venerabili domino & Priori ſuo, Dei gratia* Eborum *archiepiſcopo* B. *ſervus fratrum eccleſiæ* Brellentonæ, *& conventus, ſalutem & debitam reverentiam. Noverit prudentia veſtra, quod* Wlmarus *presbiter de* **Wicham**, *& duo homines de quibus idem* Wlmarus *partem eccleſiæ ipſius villæ tenebat, ſcilicet,* Urca *filius* Karli, *&* Gamellus: *hi tres ſimul obtulerunt ſuper altare noſtrum, totum jus quod habebant in eadem eccleſia, & ad ſignum hujus donationis, optulit idem presbyter tres candelas coram multis teſtibus. Si quid juris in ipſa eccleſia propter hanc actionem nos habere decernitis, totum Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus nos concedere ſciatis. Valete.*

Nos itaque prædeceſſorum noſtrorum voluntati, libenter faventes, prædicti juris noſtri, qualecunque fuit, ceſſionem gratam habemus, & hoc præſenti ſcripto atteſtantes, ſigillo capituli noſtri communimus. Hiis teſtibus, magiſtro *Gerardo* de *Hoilandia*, *Henrico Silver* de *Bredlingtona*, & *Luca* filio ejus.

Carta Regis Johannis *donatorum conceſſiones ratificans & confirmans.*

JOhannes Dei gratia, &c. Sciatis nos conceſſiſſe & confirmaſſe Sanctimonialibus ſancti *Michaelis* de **Wickham** quicquid eis rationabiliter datum eſt; videlicet ex dono *Pagani* filii *Osberti* locum ubi manent; & in eadem villa xlviij. acras conceſſu *Theobaldi* filii ſui. Ex dono Regis *Henrici* fratris noſtri C. & tres acras in eadem villa & unum ſedem molendini in **Raddak**. Ex dono *Willielmi* & *Godfridi* in **Chetton** lij. acras & paſturam quingentarum ovium & omnes eccleſias & poſſeſſiones ſuas de quocumque illas teneant. Et volumus & firmiter precipimus quod ipſæ moniales habeant & teneant hæc omnia prædicta & omnia alia tenementa ſua cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis in boſco & plano (*&c.*) ſicut cartæ donatorum ſuorum eis teſtantur, & ſicut carta *H.* Regis patris noſtri rationabiliter teſtatur. Teſtibus, *Hugone Bardulf*, *R.* de **Turnham**, *Petro* de *Pratellis*, &c. Dat. per manum *S. Wellenſis* archid. Apud **Pigering** j. die Febr. anno regni noſtri ſecundo. Cart. 2 *Jo.* n.29.m.14.

ABERCONWEYENSIS

Abbatia in agro Carmarthenſi, * *fundata anno MClxxxv.*

* Chron. S. *werburgæ Ceſtr.* in bibl. *Cottoniana.*

Cart. 6 *E.* 3. n. 36. m. 21. per Inſpcx.

NOtum ſit omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam preſentibus quam futuris, quod ego *Lewelinus Gervaſii* filius, totius *Norwalliæ* Princeps, intuitu divine pietatis, pro ſalute animæ meæ & animarum omnium anteceſſorum & hæredum ac ſucceſſorum meorum dedi & conceſſi, atque preſenti Carta mea confirmavi pro me & hæredibus ac ſucceſſoribus meis, in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de **Aberconewey**, ſub regulari habitu Deo ſervituris, locum ipſum in quo idem monaſterium fundatum eſt, per hos ſcilicet terminos. Aſcendendo de flumine **Conwy**, uſque ad **Aberegeſſyn**, deinde totum fluvium **Geſſeyn** uſque ad quoddam claud juxta **Gweridros**, hinc divertendo ad dextram per illud * claud lapidibus ſignatum uſque ad rivulum **Perhey**, hinc aſcendendo per illum rivulum uſque ad quoddam claud juxta **Coetmaur**, hinc per illud claud uſque ad quandam rupem propè hinc per altitudinem collium petroſarum uſque ad os **Chriſtiani**, hinc deſcendendo uſque ad mare, & deinde per flumen **Conwy**, uſque ad **Aberegeſſyn**. Dedi etiam & conceſſi atque confirmavi eiſdem Monachis has terras apud **Crendyn**, per hos videlicet terminos. Aſcendendo de **Conwy** uſque ad quendam fonticulum exiſtentem in extrema parte terræ arabilis monachorum apud **Hemiron**; Hinc per ſuperiorem partem terræ ab eiſdem cultæ uſque ad lapides grandes exiſtentes in **Erw-voruran**, Inde uſque ad communem viam, hinc per ductum viæ uſque ad claud ſupra **Erwedus**, hinc uſque ad caput **Carret-Wyber**, hinc per ſuperiorem partem **Kynoryn**, & terræ arabilis Monachorum uſque ad extremam partem **Gwernegof**, hinc per alveum deſubtus **Gwernegof** uſque ad terram **Crocuryn**; hinc per lapides in termino conſtitutos uſque ad rivulum juxta **Dyglwys-Ros**, hinc per ductum rivuli uſque ad alveum qui eſt in extrema parte prati monachorum ſubtus **Crocuryn**, hinc per ductum alvei uſque ad deſcenſum rivuli qui eſt inter **Bodeſgallen** & **Brongoch**, & deſcendit in dictum alveum. Hinc uſque ad fontem quendam, hinc per rupem proximam deſuper pendentem uſque ad lapidem quem vocant quadratum, hinc uſque ad rupem in qua eſt fovea, hinc uſque ad **Carretereu**, hinc uſque ad ſecundam rupem ultra **Carrecwalth**, hinc per ſuperiorem partem terræ cultæ monachorum uſque ad claud inter **Trefwarth** & **Callaurwerth**, & ſic per ductum illius claud uſque ad paludem ſubtus, hinc per extremam partem terræ arabilis monachorum uſque ad nemus *Eardur* filii *Kendelu*, hinc per claud uſque ad caput illius claud. Inde per ripam paludis inter terram arabilem & paludem uſque ad **Argaevelin**, hinc per ductum aquæ uſque ad **Conwy**. Conceſſi eciam eiſdem monachis totam aquam **Conwy**, & ejuſdem aquæ tranſitum atque piſcariam de **Aberegeſſyn** uſque **Aberconwy**. Conceſſi inſuper & confirmavi eiſdem monachis **Ffrywlwyt**, per hos ſcilicet terminos. Aſcendendo de mari per medium cujuſdam foſſæ in terminum facte uſque ad fluvium **Karroc**, hinc per medium **Karroc** uſque ad rivulum **Chwilogen**, hinc per medium **Chwilogen** uſque **Blaenchwilogen**, hinc aſcendendo per paludem uſque **Pwllberwr**, hinc per alveum paludis uſque **Gwernebleiden**, hinc per medium **Gwernebleiden** uſque **Wennbanc**, hinc per medium **Wennbanc** deſcendendo per quendam rivulum fluentem per quendam valliculam uſq; ad fluvium **Dwynech**, & ſic deſcendendo totam aquam **Dwynech**, & molendinum atque piſcariam totaliter & integre uſque ad fluvium **Dwynaur**, deinde per medium aquæ **Dwynaur**, cum medietate piſcarie, uſque ad mare, & abhinc per litus uſque ad foſſam ſupradictam.

* Id eſt *Foſſa.*

Conceſſi eciam & confirmavi eiſdem monachis **Kwin**, per hos videlicet terminos. Aſcendendo de **Penſarugwin** juxta **Pentyrth** per quendam alveum uſque ad fluvium **Keiloc**. Hinc per medium **Keiloc** uſque ad quendam rivum fluentem de **Sichnanc**, hinc per illum rivum uſque ad **claud-Seri**, hinc deſcendendo per aquam fluentem de **claud-Seri** uſque **Blaeu rivi Efelanc**, hinc per medium rivi **Efelanc** uſque **Rytefelanc**. Hinc aſcendendo per quendam alveum uſque **Rytnerthvoeſſen**, hinc per extremum alveum ultra **Brynbrych**, & **Enys-Las** uſque ad fluvium **Karroc**, & abhinc aſcendendo per quendam alveum uſque **Penſarngwin**. Dedi eciam & confirmavi eiſdem **Redenocuelen**, per hos videlicet terminos; ab illo loco quo fluvius **Karroc** fluit juxta quendam fontem exiſtentem prope *Llanwnda* uſque ad quendam alveum qui eſt inter **Gefenys-Uechan**, & **Enys-Kenbren** verſus **Gerthic**, hinc divertendo ad dextram per quendam alveum ultra **Enys-Kenbren** uſque **Werndoſyn**, hinc per medium **Werndoſyn** deſcendendo uſque ad fluvium **Gwyleyt**, hinc per medium **Gwyleit** uſque **Aberkarroc** juxta **Morna-Duillen**, & ſic aſcendendo per medium aquæ **Carroc** verſus *Llanwnda* uſque ad dictum locum juxta prædictum fontem. Conceſſi eciam & confirmavi eiſdem **Mankall**, per hos ſcilicet terminos. Aſcendendo de **Aberkall** per fluvium **Kall** uſque **Briethou**, hinc uſque ad altitudinem **Llwytmaur**, hinc ad cacumen montis **Llwytmaur** uſque **Blangwennyd**, **Gwyneon**. Hinc uſque **Blaen-Meyc**, hinc deſcendendo per medium **Meyc** uſque **Dwynech**; & ab hinc per aquam **Dwynech** uſque **Aberkall**. Conceſſi inſuper eiſdem & confirmavi **Kellhmeoc**, per hos ſcilicet terminos. Aſcendendo de **Meney** per fluvium **Bremt** uſque **Aber-Pwllewyrran**, hinc per medium aquæ **Pwllewyrran** uſque **Sarnigerd**, hinc per quoddam **claud** lapidibus ſignatum uſque ad quoddam ſtagnum juxta **Trefarthen**, hinc per medium illius ſtagni uſque **Clanderadwy**, hinc per illud **claud** uſque ad litus, hinc directè uſque ad alveum **Meney**, &

ſic per medium aque **Meney** uſque **Aber-Bremt.** Conceſſi eciam & confirmavi eiſdem molendinum de **Talebout** cum pertinentiis; aquam quoque & foſſam de **Sarny-Welyn** uſque **Carrec-Elgar**, atque viam communem omni tempore de **Kellhiueoc** uſque ad molendinum prædictum ſine impedimento cujuſcumque. Dedi etiam & confirmavi eiſdem **Bodgedwyd**, per hos videlicet terminos. Aſcendendo de quadam parva inſula exiſtente in **Llyn-coron** per medium **claudyago** uſque **Carned-Porwerth.** Hinc divertendo verſus **Aberfraw** per quoddam claud lapidibus ſignatum uſque **Wenn-wenn.** Hinc per claud quoddam lapidibus ſignatum uſque **Murdynen-kefnerth.** Hinc directè verſus **Henllys** uſque **Korſenllys.** Hinc divertendo ad dexteram per medium alvei uſque **Kytdu.** Hinc per medium illius alvei uſque **Aber-goner garanen**, prout deſcendit in **Korſcallellyn.** Hinc aſcendendo per **Gonergaranen** juxta quoddam claud lapidibus ſignatum uſque **Wenn-las.** Hinc per medium **Wen-las** uſque **Wenn-vaur.** Hinc aſcendendo per alveum uſque **Fynnony-meyirch.** Hinc per quoddam claud lapidibus ſignatum uſque ad latus **Bodwrdyn.** Hinc per ductum lapidum uſque **Cerric-poetheon.** Hinc per quoddam claud divertens verſus **Trefdraeth** uſque ad latus **Trefdraeth.** Hinc per medium alvei exiſtentis in confinio **Trefdraeth** per medium **Korſy-girvrann** uſque **Pyllen-Haloc**, & ab hinc per alveum uſque ad prædictam inſulam. Dedi etiam & confirmavi eiſdem plateam de **Lamnaes** per terminos ſuos cum omnibus pertinentiis ſuis.

Conceſſi inſuper & confirmavi eiſdem monachis **Moelas-Keirnanc** & **Llanveir-Kyt caſtell**, per hos videlicet terminos. Aſcendendo de **Aber-Gwryſganc** per fluvium **Gwryſganc** uſque ad quoddam latum vadum in **Blaengwryſganc.** Hinc per alveum uſque **Maeneſartyr.** Hinc uſque **Cerric-Llwynogod.** Hinc uſque **Carned run.** Hinc uſque ad fontem ſubtus **Moel-ſeiſſanc.** Hinc uſque ad ſummitatem **Moelſeiſſanc.** Hinc uſque **blaeu gwenn eneas.** Hinc deſcendendo per alveum uſque **Henrytbeli.** Hinc per fluvium **Kaletwyn** uſque **Blaeu Kaletwyn** ſubtus **Korſgaranen.** Hinc directè ducta linea uſque **Eſgynvaen-gwgann.** Hinc uſque **Llynalwen.** Hinc per medium **Llynalwen**, & medium fluvii **Alwen** uſque **Kytgwynn.** Hinc per **Nant-heilynſeis** uſque ad quandam vallicuiam divertentem ad ſiniſtram, & per illam valliculam aſcendendo uſque ad capud cujuſdam alvei profundi ſubtus **Brondengynllwyn.** Hinc relinquendo **Brondengyn-llwyn** ad dexteram intra terminos monachorum per vallem uſque **blaen Llaethanc.** Hinc per medium **Llaethanc** uſque ad fluvium **Nuc.** Hinc per medium **Nuc** uſque ad flumen **Conwy** & per medium aque **Conwy** uſque ad **Aber gwriſcauc.**

Conceſſi etiam & confirmavi eiſdem **Llynkemer**, per hos ſcilicet terminos; aſcendendo per **Llynkemer** per fluvium **Alwen** uſque **Aber Drywes.** Hinc per medium aque **Drywes** uſque **Bonerelic-bras.** Hinc uſque **Nant Kinghyllept.** Hinc ad fluvium **Bremt**, & per medium **Bremt** uſque **Llyne-kemer.** Conceſſi etiam & confirmavi eiſdem **Llethwedkrynllwyn**, per hos ſcilicet terminos, à **Pwlle** propinquiori **Taldmas-Dindunant** contra **Alwen** uſque ad locum ubi rivulus deſcendit in **Alwen** de **bwlchdomewyt.** Inde contra eundem rivulum uſque **Bwlchdomewyt.** Inde per diſcenſum rivuli ex alia parte montis verſus **Kerricedrudeon** uſque ad **Cynſerheid.** Hinc à ſuperiori parte ejuſdem **Enys** per paludem uſq; ad rivulum ulteriorem fluentem de quodam fonte. Inte per longitudinem cujuſdam valliculæ uſque ad capud magnæ paludis verſus orientem. Hinc per longitudinem illius paludis uſque ad rivulum decurrentem de fonte ulteriori verſus orientem è regione **Alwen**, & ab eodem fonte uſque ad claud inferiùs ſubtus viam. Inde per longitudinem illius claud ad **Heliclwynen** apud **blaen-nant** quod deſcendit verſus **Alwen.** Inde uſque ad **Kerricllwydeon** verſus aquilonem in ſupercilio cujuſdam collis. Hinc uſque ſuper **blaen** vallis qui deſcendit verſus **dinas dundunant.** Hinc per ejuſdem vallis longitudinem uſque ad ſupradictum **Pwlle** juxta **Tal** ipſius **dinas.**

Conceſſi inſuper & confirmavi eiſdem monachis has terras apud **Nanhoenem**, ſcilicet **gwaſcat onnos Bryngwynem**, **Hafat**, **Tandrec**, **Llynduf**, **Chwmygoret**, **Scutordynemreid**, **Hendreſwynein**, **Wernoſdet**, **Pennant**, **Morgenen Pennant crwnn** cum **Llem** ex utraque parte **Llem**, **Chwmerth** ex utraque parte **Erth**, **Chwmdelif** ex utraque parte **delif**, **kemen trinemt**, & **gwryt**, **kei** ex utraque parte **Degymm**, per videlicet terminos ſubſcriptos. Aſcendendo de **Abercolwyn** prout deſcendit in **ferlas** per medium **Colwyn** uſque **blaencolwyn** prout deſcendit de **bwlch chwmllem.** Hinc per crepidinem rupium uſque ad capud **Weddua-vaur.** Hinc uſque ad capud **Crybgoch.** Hinc uſque ad capud **Wregyſlant.** Hinc per altitudinem rupium, uſque ad ſedem **peris.** Hinc uſque ad capud **Moel-verned.** Hinc directè uſque ad illum locum in quo fluvius **Member** incipit ſicut torrens precipitanter deſcendere. Hinc per medium aque **Member** uſque **Cranongoch.** Hinc aſcendendo per illam aquam uſque **Llegat-Erych.** Hinc uſque ad altitudinem **Cerric eryypch.** Hinc uſque **Lleth cdear.** Hinc uſque **bankaarw.** Hinc per cacumen rupium **Bancarn** uſque **bleau teyrw.** Hinc per fluvium **Teyrit** uſque ad petram quæ deſcendit in **Teyru** juxta **Kyt Teyru** ſuperiorem. Hinc per parvos colles petroſos à latere **Gerrynt** uſque **Llethwed-gwelvau.** Hinc ducta linea indirecte uſque ad monticulum qui in ſimilitudinem caſtelli apparet à dextera parte **Llethewedgwellvau.** Hinc per altitudinem uſque ad capud **carrccercreryr.** Hinc per ſummitatem rupium uſque ad verticem **Moeldmewyt.** Hinc uſque **Bylchen ternyn.** Hinc per cacumen rupium uſque ad **Gorlled-Keſſygynt** prout pendet deſuper vallem. Hinc divertendo verſus **Llyndmas** per longitudinem cujuſdam brachii petroſi deſuper vallem apparentis uſq; ad capud claud **mein.** Hinc per medium illius claud uſque ad fluvium **ferlas**, & deinde per medium **ferlas** uſque ad **Abercolwyn** prout deſcendit in **Llynekemer.** Dedi eciam & confirmavi eiſdem monachis **Arden** & **Darlas**, per hos ſcilicet terminos ; aſcendendo de **Aberpwlledarlas** per medium aque uſque ad ſtagnum **Cawlwyd.** Hinc per medium illius ſtagni uſque ad paludem que eſt ſupra capud ſtagni & per illam directè paludem uſque ad **Wygynforthant.** Hinc per altitudinem rupium uſque ad capud **Llithrezewrath.** Hinc per altitudinem illius montis verſus occidentem uſq; **Bwlcherylvarthant.** Hinc deſcendendo per illam vallem & per illum rivulum deſcendentem per illam vallem qui dicitur **Frwt-du** qui eſt directè ſubtus **Carrec-Gwenolyod**, & deſcendit in fluvium **Eygyen,** & per fluvium **Eygyen** uſque ad ſtagnum **Eigyen,** & per illud ſtagnum & per fluvium deſcendentem de ſtagno uſque ad flumen **Conwy**, & per medium **Conwy** uſque ad **Aberpwelledarlas.**

Conceſſi inſuper eiſdem monachis quod liberi ſint imperpetuum & quieti ab omnibus paſtibus & poturis hominum, equorum, canum, & avium, & non compellantur ad paſcendum me aut miniſtros meos aut alios quoſcumque ſeculares ſub obtentu conſuetudinis, & quod circa electiones depoſitiones ſeu reſignationes abbatum tempore vacationis aut alio tempore ego nullatenus intromittam, ſeu miniſtri mei aut alii ſeculares minimè intromittent ; ſet omnia in dicto monaſterio facienda per religioſos ordinentur regulariter & tractentur. Conceſſi eciam eiſdem ut uti & gaudere poſſint naufragio in omnibus terris ſuis & litoribus meliori modo quo in terris meis ego utor, videlicet quecumq; bona ſeu res per ſubmerſionem aut fractionem ſeu per aliud infortunium ad terras ſuas ſeu ad litora terris ſuis conjuncta de mari evenerint, ipſa bona totaliter & integrè ſint ipſorum monachorum ; ſimiliter ſi naves aut ſcaphæ aut bona ipſorum monachorum infra dominium meum per procellam maris aut naufragium aut per aliud infortunium fracta aut ſubmerſa fuerint, ipſa vaſa & bona ſint ipſorum monachorum. Conceſſi eciam eiſdem monachis quod ipſi & omnes ſervientes ſui cum omnibus bonis ſuis quieti ſint ab omni theolonio, paſſagio, pagio, & pontagio in omnibus terris meis. Et quod ipſi & omnes ſervientes ſui in terris ſuis liberè poſſint emere & vendere animalia, cibum & potum atque alia quæcumque bona. Et ſimiliter ipſi & ſervientes ſui ac omnia bona ſua liberè ſine quocumque precio paratum tranſitum habeant per **Meney**, **Conwy**, **Abermaw**, & **Dyni**, & in omnibus paſſagiis per omnem poteſtatem meam non obſtante quacumque lege aut conſuetudine. Conceſſi eciam eiſdem quod ſi animalia ſua aut alia quecumque bona furata rapta ſeu ablata vel ad tempus perdita fuerint, tam cito iidem monachi illa bona probaverint eſſe ſua ipſis ſine dilatione pacificè liberentur. Similiter prohibeo ne aliqua perſona ſecularis aut religioſa de dominio meo preter dictos monachos utatur illo ſigno ferreo quo ipſi ſignare ſolent animalia ſua & jumenta , & ſi animalia quorumcumque inventa fuerint ſigno ipſo ſignata ipſis monachis liberentur. Conceſſi inſuper eiſdem monachis imperpetuum quod pro quacumque cauſa dicto aut facto ſeu forisfacto in curiis meis aut in quacunque curia laicali nullatenus judicentur amercientur ſeu puniantur, ſet in capitulis ſuis ſecundum ordinem ſuum corrigantur. Conceſſi etiam eiſdem monachis ut nullus hominum extorqueat ab eis vicinitatem aut partem de paſturis ſilvis aut molendinis ſuis, ſet ipſi monachi contra omnes cuſtodiant & poſſideant fines & terminos ſuos in hac carta contentos, & intra eoſdem terminos araturas, ædificia, molendina, culturas, & alios quoſcumque labores pro libito ſuo faciant ſine contradictione cujuſcumque. Conceſſi etiam eiſdem monachis quod nullus hominum poſſit ſuper ipſos calumpniam ſeu actionem facere propter receptionem aliquarum perſonarum ad habitum ſuum cujuſcunque conditionis ſint, poſtquam ipſi recepti in dicto monaſterio profiteantur : ſet ſi qui. tales perſonas ad religionem de ſeculo fugientes ſuper aliquibus calumpniaverint, durante anno probationis, & non poſt profeſſionem factam actionem ſuam oſtendant. Conceſſi etiam eiſdem monachis, ut ſi qui profeſſorum dicti monaſterii ſine licentia & conſenſu abbatis ſui pecuniam aut alia bona à creditoribus incaute mutuo acceperint aut ſecularibus fidejuſſionibus ſe immiſcuerint, monaſterium prædictum pro talibus mutuis & fidejuſſionibus minimè ſatisfaciat. Conceſſi inſuper eiſdem quod licitè poſſint ſuper aquas currentes inter terras meas ſeu hominum meorum ex una parte, & terras ipſorum ex altera levare & ædificare molendina, & etiam eaſdem aquas de canalibus ſuis ad terras ſuas vertere & declinare ſine inpedimento cujuſcumque. Conceſſi eciam eiſdem quod licitè poſſint recipere ad habitum ſuum & ad famulatum ſuum & ſervicia liberos meos ſpadarios & homines de advocatione mea, atque omnes primam tonſuram habentes cujuſcunque conditionis extiterint, ſine moleſtia & calumpnia cujuſcumque. Et quia pium eſt ut omnibus qui ſeculi vanitates & mundanas divicias derelinquunt & ad regis regum obſequia voluntarie convertuntur principum aſſint preſidium & tutela, volo pro me & hæredibus ac ſucceſſoribus meis quod iidem monachi tam præſentes quam futuri habeant & poſſideant omnes terras prædictas per limites & fines ac terminos prænominatos, in ſilvis & campis cultis & incultis, pratis, paſcuis, paſturis, piſcariis, ſtagnis, vivariis, aquis, molendinis, viis, ſemitis, moris, glebariis, lapidibus, metallis, avibus, omniumque avium nidis, litoribus, portubus, naufragiis, theſauris, omnibuſque rebus tam ſuper terras ſuas quam ſub terris ſuis inventis, benè & in pace, liberè quietè integrè, plenariè honorificè, firmiter & inconcuſſe in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, ſolutas & liberas ab omni terreno ſervicio & exactione ſeculari ; Volo eciam ut iidem monachi tam præſentes quam futuri omnibus prædictis libertatibus quietanciis & aliis liberis conſuetudinibus per omes terras meas & per totum principatum meum imperpetuum gaudeant & utantur : Et prohibeo ſub periculo indignationis meæ ut nullus hominum eiſdem monachis aut ſervientibus ſuis contra hanc cartam meam prejudicium faciat aut gravamen, Quoniam ipſos & omnes res ac poſſeſſiones ſuas ſub protectione mea ſuſcepi. Et ut hæc mea donatio atque confirmatio imperpetuum

petuum firma & inconcuſſa permaneat, ne aliqua contentionis aut perturbationis occaſio contra prædictos monachos poſſ[illegible] inpoſterum ſuboriri eam præſentis cartæ m[illegible]mine & ſigilli mei impreſſione roboravi. Teſtibus hiis, *Torwerthgam, gwynn* filio *Eduewein-ydon* capellano meo, & *Madoco* filio *Cadur*. Dat. apud **Aberconwy** anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo nonageſimo octavo, ſeptimo idus Januarii, & principatus mei anno decimo, (*&c.*) A. 1198.

De tranſlatione ejuſdem abbatiæ ad **Maynan.**

Cart. 12. E. I. n. 18. R*Ex Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum dediſſe conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe dilectis nobis in Chriſto abbati & conventui de* **Aberconewey**, *quorum ſitum transferri volumus uſque* **Maynan**, *de aſſenſu eorundem abbatis & conventus & coabbatum ſuorum ordinis* Ciſtercienſis *per quos locum illum fecimus viſitari, quod totam eccleſiam de* **Aberconewey** *quam prius conventualem habuerunt & tenuerunt de cætero habeant & teneant quantum in nobis eſt in proprios uſus parochialem, cum omni jure patronatus & proprietatis ſibi & ſucceſſoribus ſuis, & in puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus juribus poſſeſſionibus & rebus aliis ad prædictam eccleſiam parochialem ſpectantibus quocunque nomine cenſeantur tam infra muros quam extra, cum omnibus decimationibus omnium terrarum & maris ex utraque parte de* **Conewey** *ad præfatam eccleſiam de* **Aberconewey** *ſpectantium ab antiquo. Ita tamen quod eidem eccleſiæ deſervire faciant per duos capellanos Anglicos & idoneos, & honeſtos, quorum unus ſit perpetuus vicarius in eadem, & per ipſos abbatem & conventum in ſingulis vacationibus ipſius vicariæ loci dioceſano præſentetur, & per unum tertium capellanum* Walenſem *honeſtum, propter idiomatis diverſitatem. Quare volumus* (&c.) *Dat. per manum noſtram, apud* **Karnarvan** *xvj. die Julii.*

Et memorandum quod hæc carta irrotulatur in rotulo *Walliæ* de hoc anno.

Adbuc de tranſlatione ejuſdem ad **Maynan.**

Cart. 12. E. I. n. 3. Vide etiam. Pat. 3. R. 2. part. 2. m. 9. REx Archiepiſcopis, (*&c.*) ſalutem. Sciatis quod in recompenſationem ſitus quondam abbacie de **Aberconewey** & terrarum adjacentium, & grangiæ de **Crenthyn** cum pertinentiis ad eandem abbaciam tunc ſpectantium, quas abbas & conventus loci ejuſdem in manus noſtras reddiderunt, dedimus & conceſſimus & hac carta noſtra confirmavimus prædictis abbati & conventui ordinis *Ciſtercienſis*, quorum monaſterium poſtmodum de novo apud **Maynan** in honore omnipotentis Dei & beatæ *Mariæ* & omnium Sanctorum, pro ſalute animæ noſtræ & animarum omnium anteceſſorum & hæredum ſeu aliorum noſtrorum ſucceſſorum fundavimus, prædictam villam de **Maynan** cum pertinentiis, quam una cum quibuſdam aliis terris *Henrico* de **Lacy** comiti *Lincolniæ* & hæredibus ſuis & quam idem comes poſtmodum quietam de ſe & hæredibus ſuis in manus noſtras reddidit. Et etiam centum & decem & ſeptem ſolidatas, & octo denaratas terræ quas *Mereducus Grath* & *Gorgonem* frater ejus; & quindecim ſolidatas terræ quas *Rogerus Bozun*; & decem ſolidatas terræ quas **Tuderius** ab **Karwet** tenuerunt in eadem villa de **Maynan**, & quas in manus noſtras quietè ſimiliter reddiderunt. Habendas & tenendas præfatis abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus in eodem monaſterio Deo & beatæ *Mariæ* ſervituris, cum omnibus ſuis pertinentiis, in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Conceſſimus eciam eiſdem abbati & conventui & confirmavimus omnes rationabiles donationes terrarum eccleſiarum hominum & elemoſinarum eis a quibuſcunque jam collatas & impoſterum conferendas vel adquirendas. Quare volumus (*&c.*) quod prædicti abbas & monachi & eorum ſucceſſores habeant & teneant villam terras & redditus prædictos cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad eos ſpectantibus ut in boſcis pratis (*&c.*) per metas & bundas ſubſcriptas; videlicet aſcendendo de **Conewey** verſus montes de **Abercamwl**; ubi deſcendit fluvius qui appellatur **Cynnogan** in flumine de **Conewey**; & ſic aſcendendo per illum fluvium de **Cynnogan** uſque ad fontem de **Tangwrc**; & de fonte illo per viam magnam directè uſque ad **Rytyllwydieirche**; & exinde per rivulum parvum uſque ad fluvium de **Gwydenging**; & ſic aſcendendo per illum fluvium uſque ad rivulum parvum qui deſcendit de **Dewlwyn** & deinde uſque **Grastwyn-chwydanc**; & ſic directè uſque **Pwll** in medio **Gwenn-Bennarwann**; & deinde uſque **Pwll** in medio **Ywemud Bycheyn** & ſic uſque **Arnonyr**, **Heol**, deindè uſque moram **Ykaekeirth**; deinde uſque **Clawd** juxta domos fabrorum; deinde uſque ad capud **Erw-Yranallen**; exinde uſque flumen **Crethlin**: deinde uſque **Gwenn-Bowys**; & ſic juxta latus **Gwenn-Boys** uſque **Pwll-Budyr**; & exinde uſque **Nantiwrach**; & deindè deſcendendo uſque ad moram quæ dicitur **Gwennyco**: & deinde uſque **Ybwlch-Coch**, deinde uſque ad moram quæ eſt inter **Gwernnelanc**, & **Garthgrnannel**; & inde uſque ad aquam quæ appellatur **Ballenllethanc**, & ſic per illam aquam uſque longum vadum, deindè uſque ad moram quæ appellatur **Gwernnvacnan**, & ſic per quendam rivulum uſque **Pwll-ydon**, & per aquam **Pwll-ydon** uſque **Conewey**; & ſic per filum aque **Conewey** uſquè ad **Aberycambwll.** Et quod habeant omnes rationabiles donationes terrarum eccleſiarum hominum & elemoſinarum eis à quibuſcunque jam collatas & impoſterum conferendas vel adquirendas bene & in pace liberè, quietè, integrè, plenariè, & honorificè, cum **ſok** & **ſak**, **tol**, & **theam**, **infangenethef**, & **utfangenethef**, **hameſok**, **gridbrich**, **bolwyk**, **fichwych**, **Ferwych**, **hengwych**, **leirwych**, **flemmefrid**, murdro, latrocinio, **forſtal**, **hordel**, & **horeſt** infra tempus & extra tempus & in omnibus locis & cum omnibus cauſis quæ ſunt & eſſe poſſunt.

Conceſſimus eciam quod prædicti abbas & monachi quieti ſint imperpetuum de omnibus miſericordiis, & quod ipſi & omnes homines ſui liberi ſint & ab omni ſcoto & geldo & omnibus auxiliis regum vicecomitum & omnium miniſterialium eorum, & de hidagio, carucagio, danegeld, hornegelde, & exercitibus, ſcutagiis, tallagiis, leſtagiis, ſtallagiis, ſiris, & aſſiſis, & aſſartis, de vaſto nemorum, de maeremio cariando, de armis portandis, de theſauro portando, de chaciis, eſtabliis, ſcotallis Regalibus, de purpreſtura, hundredis, wapentachiis, placitis & querelis, warda & wardepeny, averpeny, hundredeſpeny, borthalpeny, trythingpeny, & de operibus caſtellorum parcorum pontium, & de clauſuris & omni carragio ſummagio navagio paſſagio muragio & domuum regalium edificatione, & omnimoda operatione. Et prohibemus ne boſci eorum ad prædicta opera vel ad aliqua alia capiantur, & ſimiliter ne blada illorum vel hominum ſuorum ad caſtella munienda capiantur.

Concedimus eciam quod omnia tenementa eorum tam in boſco quam in plano ſint deaforeſtata & extra omnem poteſtatem foreſtariorum. Præcipimus eciam quod prædicti abbas & monachi & homines ſui liberi ſint & quieti ab omni theolonio in omni foro & in omnibus nundinis & in omni tranſitu pontium viarum & maris per omnem poteſtatem noſtram & per omnes terras noſtras in quibus eis libertatem dare poſſumus, & omnia mercata ſua & hominum ſuorum ſint ſimiliter in prædictis locis ab omni theolonio quieta ; & quod naves eorundem abbatis & monachorum liberum tranſitum per omnem poteſtatem noſtram habeant abſque omni exactione & conſuetudine.

Concedimus eciam & confirmamus eiſdem abbati & monachis, quod ſi aliquis hominum ſuorum pro delicto ſuo vitam vel membra debeat amittere vel fugerit & judicio ſtare noluerit vel aliud delictum fecerit pro quo catalla ſua debeat perdere, ipſa catalla ſint prædictorum abbatis & monachorum. Similiter ſi aliquis hominum ſuorum ſit amerciatus erga nos vel ballivos noſtros pro quacumque cauſa vel delicto ſeu foriſfacto, amerciamenta prædicta dictis abbati & monachis reddantur, ſervata regiæ poteſtati juſtitia mortis & membrorum. Hæc omnia prædicta & omnes alias quietancias libertates & liberas conſuetudines quæ in hoc ſcripto non comprehenduntur & liberiores alicui domui religioſæ conferri poſſunt, concedimus prædictis abbati & monachis pro Dei amore & glorioſæ virginis *Mariæ*, & pro ſalute animæ noſtræ & omnium anteceſſorum & hæredum noſtrorum, in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuũ Et prohibemus ſuper foriſfacturam noſtram quod nullus eiſdem abbati & monachis vel hominibus ſuis contra hanc cartam noſtram foriſfaciat ſub pœna viginti librarum quia ipſos & omnes res & poſſeſſiones ſuas & hominum ſuorum in cuſtodiam & protectionem noſtram recepimus. Et prohibemus ne iidem abbas & monachi ponantur in placitum de aliquo tenemento ſuo niſi coram nobiſmetipſis vel hæredibus noſtris. Hiis teſtibus venerabili patre *Roberto Bathonienſi* & *Wellenſi* epiſcopo cancellario noſtro, (&c.) Dat. per manum noſtram, Apud Caernarvan xxiij. die Octobris.

NUN-COTUNENSIS
Abbatia in agro Lincolnienſi.

Ex rotulo Hundr. de an. 3. E. 1.

COmes *Albemarlæ* tenet in Kelebi dimidium feudi unius militis de domino rege in capite de conqueſtu. *Ingeramus* de *Munceus* tenuit illud de dicto comite, & domus de Cotun fuit fundata in eodem ex dono dicti *Ingerami* in elemoſina.

Carta Alani de Muncels *de tota villa de* Cotuna.

Ex regiſtr. Nun-Cotun penes Dudleium North de balneo militem. 1652. fol. 1.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris notum ſit, me *Alanum* de Muncels dediſſe, & conceſſiſſe, & præſentis cartæ meæ teſtimonio confirmaſſe Deo, & eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & ſanctis monialibus ibidem Deo ſervientibus, præſentibus, & futuris, totam villam de *Cotuna* cum omnibus hominibus ejuſdem villæ & cum omnibus pertinentiis eidem villæ adjacentibus ; in terris, & in pratis, in paſcuis, & mariſcis, in viis, in ſemitis, & in cæteris aiſiamentis ſuis. Et in mariſco de Stalingburg viginti & unam perticatam in latitudine, juxta pontem, & ad Schireſmurs viginti & unam perticatam juxta pratum de Riby, & ad Hovedeſdeil ſeptem perticatas in latitudine, & ſeptem quadrantenas in longitudine ; & toftum quod eſt propinquius *Saltura* in occidentali parte, & in Filecher duas perticatas, ad Griſewel unam perticatam, & in mariſco de Haburch undecim perticatas in latitudine, ad *Belleſwella*, cum tota ejus longitudine, in puram & perpetuam, & liberam elemoſinam & quietam ab omni conſuetudine humana, & ſeculari actione. Et eccleſiam de Cuchewald, cum duabus bovatis terræ de dominio meo, & paſturam ducentarum ovium in eadem villa de Cuchewald. Hæc omnia ſupradicta dedi, & conceſſi, & confirmavi Deo, & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Cotuna*, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam, & liberam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, necnon & amicorum, & maximè pro ſalute *Stephani* comitis *Albemarliæ* & *Awiſiæ* uxoris ſuæ, & pro ſalute animæ ſponſæ meæ, & omnium hæredum meorum. Hæc omnia ſupradicta ut determinata ſunt, ego & hæredes mei warantizabimus contra omnes homines, imperpetuum. Hiis teſtibus *Hacuno* presbitero de *Burgo*, *Haldano* presbitero de Keleby, *Simone* filio ejus clerico, *Rogero Criſpin* de Keleby, *Richardo* de Merlin, *Alano* de Merlin, *Richardo* de Scures, *Willielmo* filio *Bernardi*, *Willielmo* de Burch, *Willielmo* clerico de Keleby, *Willielmo* filio *Viel*, & multis aliis,

Hæc

Hæc eſt carta & confirmatio Engerami *de* **Muncels** *de tota villa de* **Cotun**, & de *paſtura* CC. *ovium in* **Cuchewald**.

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris, notum ſit, Me *Engelramum* de **Muncels** dediſſe conceſſiſſe & præſentis cartæ teſtimonio confirmaſſe Deo, & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Cotuna*, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus donationem patris mei *Alani* de **Muncels**, quam fecit eidem eccleſiæ & prædictis monialibus, cum aſſenſu & concenſu *Matildis* matris meæ, & omnium hæredum ſuorum; ſcilicet, totam villam de *Cotuna* cum omnibus hominibus ejuſdem villæ, & cum omnibus pertinentiis eidem villæ adjacentibus; ſcilicet, in terris, & in pratis, in paſcuis, in mariſcis, in viis, in ſemitis, & in cæteris aiſiamentis, & in mariſco de **Stalingburg** viginti & unam perticatam in latitudine juxta pontem, ad **Schireſmurs**, viginti & unam perticatam juxta pratum de **Riby**, ad **Hoveſdesdeil**, ſeptem perticatas in latitudine, & ſeptem quadrantenas in longitudine, & toſtum quod eſt propinquius **Saltwar** in occidentali parte. In **Filecher** duas perticatas, ad **Griſewelle** juxta pratum *Rogeri Criſpini* de **Keleby**, unam perticatam, in mariſco de **Haburg**, undecem perticatas in latitudine, ad *Belleſuella* quadraginta & unam perticatam in latitudine, in puram, & perpetuam & liberam elemoſinam & quietam ab omni ſervitio & conſuetudine humana, & ſeculari exactione. Et eccleſiam de **Cuchewald**, quam pater meus conceſſit eidem eccleſiæ, cum duabus bovatis terræ de dominio meo, & uno toſto ſimiliter de dominio meo. Et ex dono meo paſturam ducentarum ovium in eadem villa de **Cuchewald** in puram & perpetuam elemoſinam. Ex dono *Willielmi* filii *Richardi* de **Ottringham** unum toſtum in **Kilningheim** quæ fuit *Alwini Pellificis*. Hæc omnia ſupradicta conceſſi, & confirmavi Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Cotuna*, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam & liberam elemoſinam, pro ſalute animarum patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, necnon & amicorum, & maximè pro ſalute animæ *Stephani* comitis *Albemarliæ*, & *Hawiſiæ* uxoris ſuæ, & pro ſalute animæ meæ, & omnium hæredum meorum. Hæc omnia ſupradicta, ut determinata ſunt, ego & hæredes mei warrantizabimus contra omnes calumpniatores in perpetuum. Hujus confirmationis hii ſunt teſtes, *Philippus* abbas de **Tornetun**, *Thomas* canonicus ejus, *Philippus* canonicus de *Swyna*, *Alanus* presbiter de *Swalua*, *Erniſius* presbiter de **Egiligge**, *Johannes* presbiter de *Brocl.* *Simon* presbiter de **Keleby**, *Alexander* presbiter de **Caſtre**, *Willielmus* decanus de *Bracela*, *Robertus* de *Rowella*, *Willielmus* perſona de **Norcotun**.

Hoc eſt privilegium *Alexandri* Papæ monialibus de **Cotun** indultum.

ALexander *epiſcopus ſervus ſervorum Dei*, Ibid.
dilectis in Chriſto filiabus Matildi *Prioriſſæ monaſterii de* Cotuna *ejuſque ſororibus, tam præſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quociens illud à nobis petitur, quod religioni & honeſtati convenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri; Eapropter dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium veſtrum in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, ad exemplar prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ* Anaſtatii, *ſub beati* Petri, *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti autoritate communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus, qui in eodem monoſterio, ſecundùm Deum & beati* Benedicti *regulam inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium inpræſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, preſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis imperpetuum, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ex dono* Alani *de* **Moncels**, *&* Hingeram *filii ejus, & hæredis, villam, quæ vocatur* **Chotun**, *in qua fundatum eſt ipſum monaſterium cum omnibus hominibus ejuſdem villæ, & natis & naſcituris, & cum omnibus pertinentiis ſuis; infra campum, & extra; ſcilicet, pratum quod eſt in campo de* **Stalingburg**, *viginti quatuor perticarum in latitudine juxta pontem, & viginti quatuor perticarum ad* **Sciredemurs**, *& ſeptem perticarum in latitudine, & ſeptem quarentenarum in longitudine juxta pratum de* **Riby**. *In* **Filacher** *duas perticatas. In mariſco de* **Habur** *undecim perticatas in latitudine. Ex conceſſione* Lincolnienſis *epiſcopi eccleſiam de* **Cukewald**, *unum toftum, & duas bovatas terræ in eadem villa liberas de dominio dicti* Alani. *Ex dono* Juet *de* **Werli**, *& promiſſione* Richardi *de* **Scires** *filii ſui, & hæredis quatuor bovatas terræ & dimidiam in* **Cheleby** *cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex conceſſione epiſcopi* Lincolnienſis *medietatem eccleſiæ de* **Cheleby**, *& unum toſtum ex conceſſione ejuſdem epiſcopi. Et de dono capituli de* Suyna, *conceſſu quoque* Richardi *de* **Werley** *eccleſiam de* **Burg**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono* Matildis *de* **Bayd** *duas bovatas terræ in* **Burg** *quæ fuerunt* **Ketel**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono* Ivonis *de* **Scurby**, *&* Henrici *filii ejus & hæredis, duas bovatas terræ in* Swalna *cum omnibus pertinentiis. Ex dono* Alani *de* **Werli** *unam bovatam terræ in eadem villa, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono* Rogeri *filii* Durandi, *ſeptem bovatas terræ in prædicta villa, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono* Thomæ *de* **Laceles** *unam manſuram in* **Suualewe** *juxta pontem, quæ manſura eſt proxima domui veſtræ, ex parte auſtrali. Ex dono* Lamberti *de* **Scotenay** *unam bovatam terræ in* Limberga, *& duas garbas decimationis de dominio ſuo. Ex dono* Albri Malet, *&* Simonis *filii ſui, &*

hæredis, duas bovatas terræ in **Huſum** *cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono* Henrici *clerici de* **Brochelesby** *viginti quatuor acras terræ in eadem villa, de dominio ſuo, duodecim ex una parte villæ, & duodecim ex altera. Ex dono* Willielmi *filii* Bernardi, *&* Roberti *filii ſui & conſenſu* Roberti *de* **Calz** *domini ſui, in* **Brochelesby**, *duas bovatas terræ; unam quæ fuit* **Smenlinh** *cum omnibus pertinentiis ſuis, & alteram de dominio ipſius* Willielmi, *quatuordecim acræ ſunt ex una parte villæ, & duodecim ex altera, cum manſuris ſuis. Ex dono* Ricardi *filii* Hugonis *de* **Crocaſtun**, *quicquid habuit de feodo ſuo in* **Tornecroft**, *Ex dono* Milonis *molendinarii totam culturam quæ fuit de feodo ſuo & feodo* Petri *de* Gauſala, *& quæ jacet inter viam de* **Rocaſtun**, *&* **Thornecroft**, *& hæc eſt propinquior domui de* **Cotun** *ex parte orientali. Ex dono* Willielmi *de* **Burch** *unam acram in campo de* **Rortun** *ſuper* **Ungeril**. *Ex dono* Willielmi *de* **Drinham** *unam manſuram in* **Chilvinholme**; *& quatuor ſolidos annuos in* **Achatorne**. *Ex dono* Oſmundi *unam manſuram in* Lincolnia, *in* **Wicfort** *in eadem civitate, juxta aquam quæ vocatur* Vidma. *De manſura* Edwini *duodecim denarios annuales. Nilominus etiam tres bovatas terræ in* Haburna, *cum tribus manſuris, & omnibus pertinentiis ſuis; nec non & unam ſalinam in auſtrali parte in mariſco de* Haburna, *& unam piſcaturam in* Umbria *quemadmodum eam* Willielmus Berner, *monaſterio veſtro, pia largitione contulit, & ſcripto authentico roboravit, vobis per vos eidem monaſterio imperpetuum, autoritate apoſtolica confirmamus. Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis; ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas præſumat exigere, ubicunque fuerint. Sepulturam quoq; illius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum qui ſe illic ſepelire deliberaverint, niſi excommunicati, vel interdicti ſint, devotioni & extremæ voluntati nullus obſiſtat, ſalva juſtitia illarum eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur; & ut ſervientes veſtros & hoſpites liberè vobis liceat in veſtro cymiterio ſepelire, autoritate vobis apoſtolica indulgemus. Probibemus inſuper, ut nulli fratrum, vel ſororum poſt factam in eodem loco profeſſionem, ſine magiſtri & capituli licentia, de monaſterio veſtro diſcedere liceat, niſi voluerint ad arctiorem religionem tranſire; Diſcedentes verò abſque communium litterarum caucione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terra fuerit, liceat vobis clauſis januis, non pulſatis tintinnabulis, excluſis excommunicatis, & interdictis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare. Inſuper eciam inbibemus ne epiſcopus ſeu alia quælibet perſona pro criſmate à vobis vel ab eccleſiis veſtris jus Paſchale præſumat ſecundum pravam conſuetudinem extorquere. Decernimus ergo ut nulli omnino liceat præfatum monaſterium temerè perturbare,* (&c.)

Carta Henrici *de* Scruby.

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus *Willielmus* filius *Henrici* de *Scruby*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe Deo & beatæ *Mariæ* & ſanctimonialibus de **Cotun**, donationem illam quam *Ivo* de **Graynesby**, avus meus, & *Henricus* hæres ejus pater meus eis fecerunt; ſcilicet duas bovatas terræ ad geldum domini Regis in villa de **Swalue**, liberas & quietas ab omni ſervitio (*&c.*) videlicet terram illam quam ego *Henricus* filius *Willielmi* de **Scruby** recuperavi per breve domini Regis *Johannis* (*&c.*)

Carta Regis Henrici *tertii*.

In regiſtr. cartarum de Nun-Cotun.

H. Dei gratia &c. vicecomiti *Lincolniæ*. Cum domus ordinis *Ciſtercienſis* à præſtatione decimæ vobis à ſede Apoſtolica conceſſæ ſint exemptæ, ſicut in litera papali inde confecta plenìus continetur. Ac dilectæ nobis in Chriſto Moniales de **Stikeſwold**, **Grenefeld**, **Goucewell**, **Lekeburn** & **Cotun** ſunt ordinis prædicti, ſicut per literas patentes venerabilis patris *R. Lincolnienſis* epiſcopi, plenìus intelligimus; tibi præcipimus quatinus à diſtrictione quam prædictis Monialibus facis pro decima predicta omnino deſiſtas. Et ſiquid de eadem decima, ſeu occaſione ejuſdem decimæ, a præfatis Monialibus à te perceptum fuerit id eis ſine dilatione reſtituas. Ita quod non oporteat nos amplìus inde ſolicitari. Teſte meipſo, &c. Dat. apud *Weſtmonaſterium* viceſimo ſecundo die Octobris, anno regni noſtri liij.

Hæ ſunt literæ conſtitutionum Hugonis Lincoln. *Epiſcopi in viſitatione*.

Ibid.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *H.* Dei gratia *Lincolniæ* epiſcopus ſalutem in Domino. Cum ad congregationem ancillarum Chriſti de **Cotun**, cauſa viſitationis, ex officii noſtri debito faciende accederimus, ad ea quæ didiſcimus ibidem corrigenda, remedium ſtuduimus adhibere. Advertentes igitur multitudinem Monialium ampliorem quam ſuſtinere valeant domus illius facultates, habita deliberatione ſtatuimus, cum conſenſu magiſtri, prioriſſæ, & conventus, quod congregatio Monialſium, de cætero, trigintarium numerum non excedat, Sororum numerus ſub denario concludatur, duodecem fratres converſi ad officia ruralia ſint ibidem exercenda. Magiſter Capellanus, cum duobus Capellanis tantum, ad divina deputentur adimplenda. Nulli verò religionis habitus in eadem domo tribuatur donec minutus fuerit præſens conventus ad numerum prætaxatum, niſi propter manifeſtam domus utilitatem, & hoc ex ſpeciali licentia Dyoceſani. Sigillum domus ſub cuſtodia Magiſtri, Prioriſſæ & Monialium ad hoc communitèr electæ, cujus religio fuerit & diſcretio approbata, ſub clavi triplici reſervetur, nec aliquod ſcriptum inde ſignetur, ſine conſcientia totius Capituli, vel majoris, vel ſanioris partis ejuſdem. Redditus omnes, Inſtaura, proventus quicunque, ſingulis annis redigantur in ſcriptum, quod Prioriſſæ & ſub-Prioriſſæ, & cæteris quatuor de melioribus & prudentioribus, à toto capitulo, vel majori ac ſaniori parte communiter electis, tradatur cuſtodiendum. Magiſter & Procuratores domus, totam pecuniam domus in denariis vel hujuſmodi ex quacunque cauſa domui ſuæ provenientem cum coram eiſdem ſex numerata fuerit, ſub ſigillo Magiſtri ſignatam ipſis tradent, quam eedem ad negotia domus expedienda quociens neceſſe fuerit, & quantum opus fuerit, ſub fideli teſtimonio, tam magiſtri quam aliorum, ſine difficultate liberabunt, & reſiduum ſigillo Magiſtri ſignatum iterato reponent. Singulis autem menſibus, eedem ſex compotum audient de ſimplicibus ejuſdem domus expenſis. Et quoniam abdicatio proprietatis profeſſioni Religioſorum eſt annexa, firmiter inhibuimus ne qua, vel quis in eadem domo, poſt ſuſceptum Religionis habitum aliquid proprium habere præſumat, ſed ſint eis omnia communia. Eodem etiam pane, tam Moniales, Capellani, Fratres & Sorores, quam hoſpites veſcantur, & potum habeant eundem; excepto quod infirmorum neceſſitati, prout oportunum fuerit, delicatiùs provideatur. Quia verò per frequentiam ſecularium quies Religioſorum turbari ſolet, prohibuimus ne vir, vel mulier recipiatur in habitu ſeculari moram facturus in domo memorata, niſi forsàn hoſpitalitatis gratia quis ibi pernoctaverit. Item ne quis vel qua, ſive ſecularis perſona, ſive Religioſæ profeſſionis aliundè veniens, cum ſola moniali ſolus vel ſola loquatur, ſed honeſto teſtimonio, tali, quod ſiniſtra careat ſuſpitione, & cum licentia, ſecundùm regulam ſuam ab hiis quæ præſunt, optenta. Preterea quia Religioſis, & præſertìm in ſexu mulieri, diſcurrere, vel vagari modis omnibus eſt inhoneſtum, conſtituimus ne Soror, vel monialis, apud grangiam moretur, cauſa nutrimentorum animalium, vel aliqua qualibet occaſione. Moniales etiam, cauſa viſitandi proximos, aut parentes, nullatenus extramittantur, ex earum ſola voluntate vel levi qualibet occaſione, nec tandem ullo modo, ſine Magiſtri & Prioriſſæ licentia ſpeciali, & maxima, ac cognita neceſſitate. Quia Simoniaca pravitas plures, in errores & interitum adduxit, animarum ſaluti providere volentes, diſtrictè prohibuimus, ne vir vel mulier, pro pecunia vel re qualibet temporali recipiatur unquam ibidem ex pacto. Sub anathematis interminatione præcipientes quod omnia præmiſſa ſalubriter a nobis conſtituta firmiter ab omnibus utriuſque ſexus in eadem domo ſerventur inperpetuum.

DUNKEWELLENSIS

Abbatia in agro Devonienſi,

fundata * *anno D. MCCj.*

* Chron. S. *Werburgæ Ceſtr.* in bibl. *Cottoniana.*

Carta Regis Henrici tertii, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 11. *H.* 3. part. 1. mem. 21.

H. REX &c. Archiepiſcopis, epiſcopis, &c. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe in perpetuam elemoſinam abbatiæ de **Dunkewell** & monachis ibidem Deo ſervientibus omnes rationabiles donationes & conceſſiones & venditiones ſubſcriptas; ſcilicet ex dono *Willielmi Briwer* omnes terras quæ fuerunt ejuſdem *Willielmi* in **Dunckewell**, & **Wulferetherth** cum advocationibus eccleſiarum prædictarum terrarum & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono ejuſdem *Willielmi* totam terram quam habuit in manerio de **Offecolum** cum molendino quod in prædicta terra ſitum eſt, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono abbatis de *Forda* & conventus totum jus quod idem abbas & conventus habuerunt in **Bywude**, & omnes terras quas habuerunt in **Boleham**, & **Freſchic**, & in **Bockland**, & in **Lodreford**, & in **Hikereſdon** cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Ricardi* de **Hydon** totam terram ejuſdem *Ricardi* de **Bureheg**, ſcilicet quatuor ferlingas terræ cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Ricardi* de **Treminett** totam terram quam habuit in **Banteſtnap** cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi* de **Pynn** totam terram quam habuit in **Banteſtnap** cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Johannis* de **Thoriton** unum ferlingum terræ in **Stenetewude** cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Ivonis* filii *Alani* totum manerium de **Sodbecumbe** cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex conceſſione *Ricardi* de **Maneſleg** totum tenementum quod habuit in **Marlecumbe** cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex conceſſione *Thomæ* de *Duna* totam terram ejuſdem *Thomæ* de **Uggetone** cum toto tenemento ſuo de **Codeforde** & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex venditione *Ph.* de **Gateſden** unum ferlingum terræ in **Uggetone** cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex conceſſione *Roberti* filii *Annc.* totum jus quod habuit vel habere potuit de terra de **Linor** & pertinentiis ſuis. Ex dono *Urſelli* filii *Willielmi* totum jus quod habuit vel habere potuit in tenemento de **Linor** & pertinentils ſui, & in toto tenemento de **Biwude** & pertinentiis ſuis. Ex conceſſione *Roberti* nepotis *Roberti le* **Goiz** totum jus quod habuit vel habere potuit in terra de **Linor** & pertinentiis ſuis. Ex dono *Aviciæ* de **Dun** totam terram quam habuit apud **Hoked**; Illam ſcilicet terram quam *Robertus Coc* & *Semer* frater ejus tenuerunt. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum, &c. xx. die Febr. anno xj.

BELLO LOCO REGIS

Abbatia in agro Hantonienſi.

Ex chron. S. *Bened.* de *Hulmo* in bibl. *Cottoniana* A. 1204.

ANNO milleſimo ducenteſimo quarto *Johannes* Rex conſtruxit quandam abbatiam in *Nova-foreſta* quæ vocitatur *Bellus-locus*, & conventum triginta monachorum fecit adduci de domo *Ciſtercienſi.*

Ex MS. codice in bibl. *Cotton.* ad abbatiam de *Kirkſtall* ſpectante

Fundationis hiſtoria.

ANno ſexto Regis *Johannis* idem Rex conſtruxit quoddam cœnobium ordinis *Ciſtercienſis*

cienſis in *Anglia*, & *Bellum-locum* nominavit. Quod quidem Cœnobium tali occaſione narratur ab eo factum. Quia enim idem Rex verſus Abbates, & alias perſonas ordinis *Ciſtercienſis* prænominatas, ſupra modum ſine cauſa eſt iratus, & eoſdem non mediocriter, per miniſtros ſuos gravarat, ad quoddam Parliamentum, quod ipſe apud *Lincolniam* tenuit, abbates dicti ordinis venerunt ſi quo modo regis ejuſdem gratiam, & favorem potuiſſent aliquatenus invenire. Quibus viſis ſicut crudelis animi erat, præcepit ſuis, ut dictos abbates ſub pedibus equorum viliter conculcarent; Regis verò injuſtum tam facinoroſum & inauditum hactenus mandatum ab aliquo principe Chriſtiano, perficere nolentibus, Hii domini Abbates, jam ferè deſperantes de Regia benignitate, ad ſua hoſpicia feſtinantèr acceſſerunt. Nocte verò ſequenti cum idem Rex *Johannes* in lecto ſuo dormiret, videbatur ei quod coram quodam judice prædictis abbatibus illic aſſiſtentibus ductus fuiſſet; Qui eiſdem abbatibus juſſerat dictum Regem ſupra dorſum ſuum, cum flagellis & virgis verberare; Quam quidem verberationē manè vigilans, ſe ſenſiſſe dixit. Sompnium verò ſuum cuidam perſonæ eccleſiaſticæ, de curia ſua narravit, qui dixit ei, quod Deus erga eum ſupra modum eſſet miſericors, qui eum tam clementèr, & paternè, in præſenti ſeculo dignatus eſt corripere, & eidem ſua myſteria revelare; Et conſuluit Regem ut pro Abbatibus dicti ordinis velociter mitteret, & ab eiſdem de reatu ſuo veniam humilitèr imploraret. Rege ſiquidem acquieſcente, pro eis, ut ad Regem venirent, miſſum eſt. Quod audientes per nuncium Regis putaverunt ſe ab *Anglia* fore exterminandos, Deo tamen, qui ſuos non deſerit, aliter diſponente; Cum nunc ad conſpectum Regis veniſſent indignationem ſuam, quam erga eos habuit, Rex remiſit.

Carta Regis *Johannis* ſacta Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ Ciſterc.* de **Farendon.**

Ex regiſtro abbatiæ de *Bello loco* in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *Neronis* A. 12.]

Cart. 53. H.3.m.13.

JOhannes *Dei gratia rex* Angliæ (&c.) *Sciatis nos dediſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ Ciſterc. *pro ſalute animæ noſtræ & anteceſſorum, & hæredum noſtrorum manerium de* **Farendon** *ſicut monachi prædicti monaſterii* Ciſterc. *qui ſunt apud* **Farendon** *illud tenent, cum pertinentiis ſuis, ad conſtruendum ibi quandam abbatiam de ordine* Ciſtercienſi, *ita quod ibi ſit conventus. Habendum & tenendum de nobis & hæredibus noſtris in puram & perpetuam elemoſinam. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædicti monachi habeant & teneant prædictum manerium bene & in pace, libere & quiete, & honorifice in omnibus locis cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, ad idem manerium pertinentibus, ut prædictum eſt. Teſte domino* E. Burdeg. *archiepiſcopo & domino* J. Norwic. *epiſcopo. com.* W. Mareſc. R. *com.* Ceſtr. W. *com.* Sarr. W. *com.* Arundel. Willielmo *de* **Brehous**, Rogero *de* **Thoeny**, Petro *de* Pratell. *Dat. per manum* Simonis *præpoſiti* Beverlacen. *& archidiaconi* Wellen. *apud* Vernellium *ij. die Novembris, regni noſtri anno quinto.*

Carta fundationis per regem Johannem.

Cart. 2. E. 3.m.24.n. 80. per Inſpex.

Vide cart. antiq. G. n.15.

SCiatis nos pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum dediſſe, conceſſiſſe, & præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Bello-loco regis* quam nos fundavimus in *Nova foreſta* in **Suthampteſchire**, & abbati & monachis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, ipſum locum in quo ſita eſt abbatia eorum cum tota terra infra metas ſubſcriptas contenta; ſcilicet cum tota terra angulorum ſuper mare in prædicta foreſta à primo termino ſuper mare ſicut aqua cadit in mare ſub **Colgrimeſmore**, quæ **Freiſwater** dicitur; & exinde uſque ad capud de **Colgrimeſmore** ubi mora ſe furcat; & exinde uſque ad caput occidentale de **Bromhaye** per foſſatum uſque ad longum vadum, & de longo vado uſque ad foſſatum de *Hurpleya* quod dominus rex *Ricardus* incipere fecit, & de foſſato illo uſque ad vadum de **Hareford**. Et de illo vado per mediam hydam recta linea uſque ad originem fontium aquæ de **Schirebourne** quæ tendit uſque ad prædictam abbatiam de *Bello loco regis*. Et de origine fontium aquæ prædictæ recta linea uſque ad alveum foſſati ſuper quem eadem abbatia fundata eſt, & prædictum alveum a prædicto vado de **Hareford** cum fluctu maris in aſcendendo & deſcendendo infra utramque ripam, ita quod quicquid eſt infra prædictos terminos remaneat prædictæ abbatiæ *Belli loci regis*. Dedimus eciam eiſdem monachis manerium noſtrum de **Farendone**, ſcilicet *magnam*-**Farendon** & *parvam*-**Farendon** & *magnam*-**Cokewell**, & *parvam*-**Cokewell**, & villas de **Schulton**, & **Ingleſham** cum omnibus pertinentiis & libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis. Et præterea eccleſias de **Schulton**, & **Ingleſham**, cum capella de *Cokewella* & cum omnibus pertinentiis ſuis & quicquid habebamus in villa de **Langeford**. Concedimus eciam eiſdem monachis & confirmavimus omnes rationabiles donationes terrarum hominum & elemoſinarum eis vel in præſenti à nobis collatas vel in futuro à regibus vel ex aliorum liberalitate conferendas, vel aliter adquiſitas vel adquirendas, tam in eccleſiis, quam in rebus & poſſeſſionibus mundanis. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum *Hug.* de **Welles** archid. *Wellen.* apud *Wynton*, xxv. die Januarii, anno regni noſtri ſexto.

Vide vol. 2. pag. 921. Col. 2.

MENDHAMENSIS

Abbatia in agro Buckinghamenſi, *cella de* **Woburne.**

Carta antiquæ litera I. n. 28.

JOHANNES Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. Sciatis nos pro amore Dei conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe monachis eccleſiæ *Wobournenſis*, ad conſtruendam abbatiam *Ciſtercienſis* ordinis, manerium de **Mendham**, cum omnibus

bus pertinentiis ſuis,& libertatibus ſuis,quod habent de dono *Hugonis* de **Bolebec**. Quare volumus & firmiter præcipimus,quod prædicti monachi habeant & teneant prædictum manerium, cum omnibus pertinentiis,bene & in pace,liberè & quietè,& honorificè,in eccleſia & molendino, in boſco & plano, in pratis ſcilicet & paſcuis & omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis,ſicut carta prædicti *Hugonis* de **Bolebec**, quam inde habent rationabilitèr teſtatur. T. R. ſancti *Andreæ* epiſcopo, *R.* comite*Leiceſtriæ*,*Willielmo* de *Braioſa*, & pluribus aliis. Datum per manum *S.* archidiaconi *Wellenſis*, Apud **Selveſton** iij. die Januarii anno regni noſtri ſecundo.

Ex MS. codice in bibl. *Bodleiana.* nu. 11. (inter codices *Digbeianos*) fol. 174. b.

Anno MCCiiij. Exivit hoc anno conventus de **Wiburne** ad villam quæ vocatur **Medmeham** ſuper *Tamiſiam*.

Eodem anno revocatus eſt conventus de **Medmeham**, & abbas de **Wiburne** depoſitus eſt propter eandem cauſam.

GRATIA-DEI *Abbatia in* Wallia, * *fundata anno MCCxxix.*

* Chron. S. *werburgæ Ceſtr.* in bibl. *Cotton.*

Lel. Itin. vol. 4. fol. 176.

ONE John **of** Monmouth **a knight was lord of** Monmouth **and founder of** Gracedieu **Abby, or** Trody, ripa dextra, **two miles from** Monmouth **by west north-west.**

Ex Annal. de *waverle* in bibl. *Cotton.* ſub effigie *Veſpaſiani* A. 16.

Anno MCCxxxiij. Abbatia de *Gratia Dei Ciſtercienſis* ordinis, à *Johanne* de **Monemue** fundata, à *Wallenſibus* funditùs everſa eſt.

De cantaria duorum capellanorum in Heremitorio de S. *Briavello.*

Pat. 35 E. 3. part. 2. mem. 29.

vide Clauſ. 13. H. 3. mem. 19.

Cart. antiq. QQ. num. 27.

REX *omnibus ad quos &c. ſalutem. Supplicarunt nobis dilecti nobis in Chriſto abbas & conventus de* Gratia Dei *in marchia* Walliæ, *ut cum ipſi teneant quendam locum vocatum* le Heremitorie *de* ſancto Briauello *in foreſta noſtra de* **Dene**, *ex dono & conceſſione progenitorum noſtrorum quondam regum* Angliæ *ad inveniendum ibidem quandam Cantariam duorum monachorum divina ſingulis diebus pro animabus dictorum progenitorum noſtrorum celebraturorum imperpetuum. Jamque paſturæ juxta* Heremitorium *prædictum ubi dicti monachi communiam pro animalibus ſuis habere, & unde major pars ſuſtentationis ſuæ provenire ſolebat aſſartatæ exiſtant, & in manibus tenentium noſtrorum arrentatæ, per quod dicti monachi communiam in eiſdem habere non poſſunt, & blada in dominicis terris ad* Heremitorium *prædictum pertinentibus creſcentia cum feris noſtris foreſtæ prædictæ annuatim ſint de paſta conculcata & conſumpta, ita quod dicti duo monachi apud* Heremitorium *prædictum de bonis ejuſdem ſuſtentari nequeant, Velimus concedere præfatis abbati & conventui quod ipſi dictam cantariam dictorum duorum monachorum in abbatia ſua prædicta, divina pro animabus prædictis ſingulis diebus celebraturorum invenire poſſent; & eos de dicta Cantaria apud* Heremitorium *prædictum inveniendorum exonerari facere ex cauſa ſupradicta. Nos comperto per* Inquiſitionem *de mandato noſtro captam & in cancellaria noſtra retornatam, quod ducente acræ paſturæ & ultra juxta* Heremitorium *prædictum in quibus dicti abbas & conventus communiam habere ſolebant, aſſartatæ & in manibus tenentium arrentatæ exiſtunt; & quod blada in dominicis terris ad* Heremitorium *prædictum pertinentibus creſcentia, cum feris noſtris de foreſta prædicta annuatim ſunt depaſta conculcata & conſumpta, ſicut prædictum eſt: Volentes tranquillitati & quieti prædictorum abbatis & conventus, qui variis adverſitatibus multipliciter ſunt depreſſi, ut ipſi Deo deſervire & ejus obſequiis intendere,& pro animabus progenitorum noſtrorum & noſtra devotius exorare valeant, providere; cepimus ſacramentum prædicti abbatis, quod ipſe & conventus ſuus jam dictam Cantariam duorum monachorum ad altare beatæ* Mariæ *in eccleſia abbatiæ ſuæ prædictæ, pro anima noſtra & animabus dictorum progenitorum noſtrorum & hæredum noſtrorum ſingulis diebus celebraturorum loco dictæ Cantariæ duorum monachorum apud* Heremitorium *prædictum per dictos progenitores noſtros ſic fundatæ fideliter invenient & imperpetuum ſuſtentabunt, & ipſos abbatem & conventum & ſucceſſores ſuos de dictis duobus monachis in dicto* Heremitorio *de cætero inveniendis totaliter exoneramus & quietamus. Volentes & concedentes pro nobis & hæredibus noſtris quod iidem abbas & conventus dictam Cantariam duorum monachorum in abbatia ſua prædicta pro animabus prædictis ad altare prædictum faciant & inveniant in forma ſupradicta imperpetuum. Et quod iidem abbas & conventus & ſucceſſores ſui habeant & teneant dictum* Heremitorium *cum terris redditibus & proficuis quibuſcunque ad illud ſpectantibus adeo plene & integre ſicut ea ante hæc tempora habuerunt & tenuerunt, abſque occaſione moleſtatione impetitione ſeu inquietatione foreſtariorum, vel aliorum miniſtrorum quorumcunque, faciendo & ſuſtentando Cantariam prædictam in abbatia ſua prædicta, ſicut prædictum eſt. Et ne eadem Cantaria aliqualiter ſubtrahatur, volumus quod quilibet abbas loci prædicti pro tempore exiſtens, ſtatim cum præfectus fuerit,ad cuſtodem ſive conſtabularium caſtri noſtri de S.* Briauello *accedat, & coram eo corporale preſtet ſacramentum, quod iidem abbas & conventus eandem Cantariam duorum monachorum in abbatia illa, in forma ſuperiùs expreſſa, invenient & ſuſtentabunt. Et cum contigerit aliquem eorundem duorum monachorum infirmum debilem vel impotentem exiſtere aut alias in fata decedere, tunc loco ipſius vel ipſorum ſic deficientium alium vel alios idoneum vel idoneos ad eandem Cantariam modo quo prædicitur fideliter faciendum invenient & ſuſtentabunt quacunque excuſatione ceſſante. In cujus &c. T. Rege, Apud* Weſtm. *quinto die Maii.*

HAYLES-

HAYLESENSE *Cœnobium*, *in agro* Glouceſtrenſi.

Ypod. Neuſtr. p. 66. n. 40.

ANno domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto, Comes *Cornubiæ Richardus* quandam domum ordinis *Ciſtercienſium*, non procul à *Winchecumbia*, loco oportuno, juxta votum quod in mari periclitans fecerat, competenter fundavit.

Math. weſt. p. 649.n.10.

Richardus Rex *Romanorum* frater regis *Anglorum*, quinta nonas Aprilis, apud caſtrū de **Berkhamſted**, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, cujus cor in eccleſia fratrum *Minorum Oxoniæ*, corpus verò in eccleſia Monachorum *Ciſtercienſium* de **Hayles**, quam ipſe conſtruxit impenſis propriis ſepelitur.

Ex chron. *Eveſham.* in bibl. *Bodleiana* (K. 84.) fol. 54. a.

Anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto. Hoc anno *Ricardus* Comes *Cornubiæ* fundavit Abbatiam de **Hayles**, & viginti Monachos de *Bello-loco* ad illam ſecum adduxit; qui unum eorum elegerunt in Abbatem, quem ipſe Comes abbathia cum omnibus ad ipſam pertinentibus inveſtivit.

Math. Pariſ. hiſt. *Angl.* p. 827. n. 40.

Anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, nono Novembris, vigilia ſancti *Leonardi*, Comes *Ricardus* ſolenniter & magnificè nimis fecit dedicari eccleſiam de **Hales**, quam magnis fundaverat ſumptibus, & ædificia conſtruxerat, prout in mari voverat, quando à *Gaſconia* rediens in mari ſuborta tempeſtate periclitabatur, vix portum attingens in *Cornubia*. Erant autem in memorata dedicatione præſentes, dominus Rex & Regina, & ferè omnes *Angliæ* magnates & prælati. Epiſcopi verò tredecim, qui omnes Miſſam die dedicationis celebrarunt, quilibet vero ad ſuum Altare *Lincolnienſiſque* ad majus Altare Miſſam ſolenniter valde decantavit. Erat autem dies Dominica in qua ſplendidè & ordinatè cum epiſcopis & aliis carne veſcentibus coëpulabantur. Religioſi verò piſcium multitudine & varietate reficiebantur, ſeorſum collocati. Erantque ibidem milites pluſquàm trecenti. Iſtius nempe feſti ſolennis & convivii magnitùdinem ad plenum ſi deſcriberem, limites transgredi dicerer veritatis: Mihi autem *Matheo Pariſienſi* ſuper hoc edoceri cupienti, ne falſa huic libro inſererem, ſub indubitata certitudine Comes ſignificavit, quod omnibus ſumptibus computatis, in ipſius eccleſiæ conſtructione decem millia mercarum expoſuerat, addens quoddam verbum memorabile, immo & commendabile, *utinam Deo complaceret, ut omnia quæ in caſtro de* **Walingeford** *expendi, tam ſapienter & tam ſalubriter expendiſſem.*

Lelandi Itin. vol. 5. fol. 5.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, conſummata eſt eccleſia de **Hales**, cum dormitorio, clauſtro & refectorio, expenſis in operationibus octo marcarum millibus.

Carta Fundationis.

Cart. 19. E.2.n.2. per Inſpex.

Vide Pat. 6.E.4.part. 2.m. 23. Et Pat. 11 R. 2 part. 2 m. 18.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit; *Richardus* Comes *Cornubiæ* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, Nos, in honore Dei omnipotentis, & glorioſæ virginis *Mariæ*, & omnium ſanctorum, pro ſalute animæ noſtræ, anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, fundaſſe quandam Abbatiam de ordine *Ciſtertii*, in Manerio de **Hayles**, quod habuimus de dono domini *Henrici* Regis *Angliæ* fratris noſtri; Et idem Manerium cum pertinentiis dedimus, conceſſimus, & hac præſenti Carta noſtra confirmavimus, Abbati & monachis ibidem Deo, & beatæ *Mariæ* ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus; habendum & tenendum eiſdem Abbati & Monachis, & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem Manerii, & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus ſuis, in Homagiis, & ſerviciis liberorum hominum, & Eſchaetis, in villenagiis & villenariis, in reditibus & boſcis, in pratis, planis & paſturis, in aquis, molendinis, ſtagnis, vivariis, viis & ſemitis, & in omnibus aliis rebus ad dictum Manerium pertinentibus, liberè, quietè, pacificè, integrè liberum, & quietū ab omni ſeculari ſervicio, exactione & demanda, ſicut aliqua alia elemoſina liberiùs, quietiùs, & meliùs haberi poterit, & teneri imperpetuum; Et nos & hæredes noſtri prædictum manerium, cum omnibus pertinentiis ſuis, ut prædictum eſt, prædictis abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus warantizabimus, & contra omnes homines & feminas, ſicut liberam, puram, & perpetuam elemoſinam acquietabimus, & defendemus imperpetuum. Et ut hæc noſtra donatio conceſſio, & hujus cartæ noſtræ confirmatio perpetuæ firmitatis robur optineat præſenti ſcripto ſigillum noſtrum appoſuimus. Hiis teſtibus, dominis *Simone* de *Monteforti* comite *Leyceſtriæ*, *Petro* de *Sabaudia*, domino *Willielmo* de *Eboraco* præpoſito *Beverlaci*, domino *Roberto Paſſelewe* archidiacono *Lewenſi*, *S.* de **Everdon** archid. *Ceſtriæ*, *Hugone* de *Vivonia*, *Petro* de **Geneve**, *Roberto* de **Muſegros**, *Paulino Pejure*, *Willielmo* de **Ireby**, *Egidio* de *Cancellis*, *W. Blundell*, *Philippo* de *Eya* clericis; & multis aliis.

NEWENHAMENSIS

Abbatia in agro Devonienſi,

* *fundata A. D. MCCxlj.*

* Chron. *S. werburgæ Ceſtr.* in bibl. *Cottoniana.*

Carta fundationis per Reginaldum *de* **Moun.**

Cart. 31. H. 3. m. 2. per Inſpex.

UNiverſis Chriſti fidelibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris *Reginaldus* de **Moun** ſalutem æternam in domino. Noveritis me dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti carta mea confirmaſſe totū maneriū meū de **Axeminiſtre** cum omnibus pertinentiis ſuis Deo & beatæ *Mariæ* virgini & monachis *Ciſtercienſis* ordinis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris pro ſalute animarum *Willielmi Briwer* ſenioris & *Willielmi Briwer* junioris & uxorum ſuarum; & pro ſalute animæ meæ & patris mei & matris meæ, & *Hawiſiæ* de **Moun** & *Iſabellæ Baſſet* uxorum mearum, & *Willielmi* de **Moun** fratris mei, & hæredum meorum & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Habendum & tenendum de me & hæredibus meis . . . . prædictum manerium de **Axeminiſtre** cum hundredo forinſeco pertinente ad dictum manerium, cum omnibus libertatibus . . . . Et cum ſectis *Mathei* de **Bainton** & hæredum ſuorum, & *Philippi* de **Ozeneweye** & hæredum ſuorum . . . . dum ſuorum, & *Willielmi* de **Hauuill** & hæredum ſuorum tantummodo ad dictum hundredum forinſecum . . . . itibus. Aliis ſervitiis & omnimodis exactionibus mihi & hæredibus meis in perpetuum retentis & cum aliis pertin . . . . nemento dicti manerii ad opus meum & hæredum meorum exceptis ſectis de me & hæredibus meis & exceptis ſectis . . . . . & exactionibus & omnimodis demandis omnium . . . . meorum de **Otery**, & de **Holedich**; quæ omnia michi & hæredibus meis quietè & integrè retinui in perpetuum, ad fundandam & conſtruendam ibi abbaciam *Ciſterc.* ordinis In honore Dei & B. *Mariæ* virginis in prædicto manerio de **Axeminiſtre** per abbatem *Belli loci-Regis*, de cujus domo ad dictam abbatiam ſumatur conventus. Volo igitur & concedo pro me & hæredibus meis, ut monachi ibidem Deo ſervientes & ſervituri habeant & teneant dictum manerium cum omnibus pertinentiis ſuis de me & hæredibus meis in puram & perpetuam elemoſinam liberè quietè & ſolutè ab omni terreno ſervicio conſuetudine & demanda & exactione ſeculari, & ab omnibus ſectis placitis cauſis cavillationibus & quærelis quæ ad me vel hæredes meos de dicto manerio aliquatenus poſſent pertinere.

Concedo etiam ut ipſi monachi ibidem Deo ſervientes & ſervituri, dictum manerium habeant & teneant & plenariè poſſideant integrè bene & in pace, in villa & extra villã, in terris, redditibus, eſcaetis, in wardis, in releviis, & in omnibus rebus & locis cum omnibus libertatibus & pentinenciis ad dictum manerium ſpectantibus, ut prædictum eſt, adeo liberè, quietè bene & honorificè ſicut aliqua elemoſina in mundo liberiùs quietiùs & honorificentius ab aliquo homine dari poterit vel teneri. Omnia vero ſervicia & exactiones quæ de dicto manerio Regiæ poteſtati debentur vel deberi poterunt ego *Reginaldus* de **Moun** & hæredes mei de aliis terris noſtris plenariè acquietabimus, & dictos monachos ibidem Deo ſervientes & ſervituros indemnes inde conſervabimus. Et ego *Reginaldus* & hæredes mei omnia prædicta prædictis monachis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris contra omnes mortales warantizabimus inperpetuum. Ut hæc autem mea donatio conceſſio warantizatio & præſentis cartæ meæ confirmatio ratam & perpetuam ſtabilitatem optineat, præſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, venerabili domino *Ricardo* abbate epiſcopo *Exonienſi*, domino *Ricardo* fratre domini Regis comite *Cornubiæ*, domino *Simone* comite de *Leiceſtria*, domino *Willielmo* de **Cantelou** ſeniore, domino *Johanne* filio *Galfridi*, domino *Radulpho* filio *Nicholai*, domino *Willielmo* de **Cantelou** juniore, domino *Henrico* de **Tracy**, domino *Hugone Peverel* de **Erningthon**, domino *Willielmo* de *Raleg.* domino *Willielmo* de **Moun**, domino *Hamelino* de **Deaudon**, domino *Willielmo Malerbe*, & multis aliis.

Regiſtrum cartarum hujus cœnobii extat in Bibliotheca Arundeliana. B.22.

Carta Regis *Edwardi* tertii, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.

Pat 4 E. 3. part. 1. m. 31.

REx *omnibus ad quos &c. ſalutem. Donationem conceſſionem & confirmationem quas* Reginaldus *de* **Moun** *fecit per cartam ſuam Deo & beatæ* Mariæ *virgini & monachis* Ciſtercienſis *ordinis de toto manerio ſuo de* **Axeminiſtre** *ad fundandum abbaciam ordinis prædicti in honore Dei &* B. Mariæ *virginis in manerio prædicto, quæ quidem abbacia nunc* **Neweham** *nuncupatur, una cum hundredo forinſeco pertinente ad dictum manerium, ac libertatibus & liberis conſuetudinibus, & ſectis* Mathei *de* **Paunthon**, *& hæredum ſuorum*, Philippi *de* **Ozeneweye** *& hæredum ſuorum*, Andreæ *de* **Luuepitte**, *& hæredum ſuorum, &* Willielmi *de* **Hauvill** *& hærêdum ſuorum, tantummodo ad dictum hundredum facienaum de jure ibidem ſpectantibus; necnon placitis, cauſis, querelis, ſerviciis, redditibus, eſcaetis, wardis, releviis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, exceptis ſectis, conſuetudinibus, exactionibus, & omnimodis demandis omnium aliorum hominum ipſius* Reginaldi, *de* **Ottry**, *&* **Holedich**. *Remiſſionem eciam* (&c.) *quas* Ricardus *filius* Willielmi *de* **Aleth** *fecit, per ſcriptum ſuum, abbati & conventui dicti loci de* **Neweham** *de toto jure quod habuit vel habere potuit in manerio de* **Plenynt** *& advocatione eccleſiæ ejuſdem loci, cum redditibus, homagiis, ſectis, wardis, eſcaetis, fidelitatibus, releviis, herietis, ſcutagiis, tallagiis, auxiliis, & aliis pertinentiis ſuis, Remiſſionem inſuper & quietam clamanciam quas* Walterus *de* **Aleth** *filius & hæres* Johannis *de* **Aleth** *fecit per ſcriptum ſuum præfatis abbati & conventui & ſucceſſoribus ſuis de toto jure quod habuit vel habere potuit in manerio de* **Plenynt**, *& advocatione eccleſiæ ejuſdem loci cum omnibus pertinentiis ſuis. Donationem* (&c.) *quas* Johannes *de* Cancellis *filius & hæres* Egidii *de* Cancellis *fecit per ſcriptum ſuum eiſdem abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus de manerio de* **Plenynt** *in* Cornubia *& advocatione eccleſiæ ejuſdem manerii cum omnibus pertinentiis ſuis. Remiſſionem inſuper & quietam clamantiam quas* Johannes *de* Calvo-monte, *fil. & hæres* Bartholomei *de* Calvo-monte, *&* Iſabellæ *uxoris ejus fecit per ſcriptum ſuum præfatis abbati & conventui, & ſucceſſoribus ſuis de manerio de* **Plenynt** *& advocatione eccleſiæ ejuſdem loci cum omnibus pertinenciis ſuis. Donationem* (&c.) *quas* Ricardus Wranghe *fecit* (&c.) *de toto tenemento ſuo de* **Wrangalegh**, *cum pratis, paſcuis, paſturis, aquis, redditibus, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Donationem* (&c.) *quas* Thomas Stede *fil. & hæres* Radulfi Stede *fecit* (&c.) *de tota terra ſua quam habuit in manerio de* **Axeminiſtre** *cum ædificiis, curtellis* (&c.) *Donationem* (&c.) *quas* Henr. *de* **Burton** *&* Mabilla *uxor ejus fecerunt per cartam ſuam eiſdem abbati & conventui de toto tenemento* *ſuo cum pratis* (&c.) *quod habuerunt apud* **Sapwike** *in manerio de* **Areminiſtre** *de dono* Ricardi *de* **Burton.** *Donationem* (&c.) *quas* Alicia *de* **Tynten Caleweheigh** *fecit per cartam ſuam eiſdem abbati* (&c.) *de toto illo tenemento & terra quæ* Philippus Rog. *de* **Schapewyk** *quondam tenuit apud* **Schapewyk** *in manerio de* **Areminiſtre**; *& eciam de tota terra & prato quæ eadem* Alicia *habuit de dono* Johannis *de* **Schapewyk** *ibidem cum curtillis* (&c.) *Relaxationem eciam* (&c.) *quas* Johannes *de* **Tynten** *miles fil. & hæres* Aliciæ *de* **Tynten** *fecit* (&c.) *de toto jure & clamio quæ habuit* (*&c.*) *in toto illo tenemento & terra quæ* Philippus Rog. *de* **Schapewyk** *quondam tenuit apud* **Schapewyk** (&c.) *Donationem inſuper* (&c.) *quas* Nicholaus *de* **Colevill** *fecit per cartam ſuam eiſdem abbati* (&c.) *de viginti & quinque ſolidatis & quatuor denaratis annui redditus quas* Alexander *de* **Cheleſham** *& hæredes ſui aliquando eidem* Nicholao *reddere conſueverunt de terris quas de ipſo tenuerunt in* **Kelmeton** *in com.* Devon. *&* **Dalwud** *in com.* Dorſ. *cum wardis* (&c.) *Donationem* (&c.) *quas* Robertus *nuper abbas monaſterii beatæ* Mariæ *de* **Greſten** *& ejuſdem loci conventus fecerunt per ſcriptum ſuum eiſdem abbati & conventui de* **Neweham** *de ſexaginta ſolidatis annui redditus quas aliquando prædicti abbas & conventus de* **Greſten** *percipere conſueverunt de quodam manerio quod vocatur* **Northon** *in* Cornubia: *& de toto jure & clamio quæ prædicti abbas & conventus de* **Greſten** *unquam habuerunt vel habere potuerunt in prædicto manerio de* **Northon** *cum omnibus pertinentiis ſuis ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt* (&c.) *confirmamus* (&c.) *In cujus &c. T. R. Apud* **Wodeſtok** *primo die Aprilis.*

Progenies Aliciæ *quartæ filiarum & hæredum* Willielmi Brewer.

Ex regiſtr. abbati de *Sibeton.*

ALicia de **Mohun** quarta filia *Willielmi Bruer*, ad cujus participationem, inter quinque filias, hæredes dicti *Willielmi Bruer*, cecidit manerium de **Areminiſter** cum pertinentiis. Quæ *Alicia* prædicta nupta fuit domino *Reginaldo* de **Mohun**, domino de **Dunſterre**, de qua procreavit *Reginaldum* de **Mohun** hæredem ipſorum *Reginaldi* & *Aliciæ*, & ille *Reginaldus* filius *Reginaldi* prædicti fundavit abbatiam de **Nyweham** in manerio de **Areminiſter**

A. 1246. anno gratiæ MCCxlvj. octavo idus Januarii die dominica, luna xv. epacta prima concurrente prima, ſub Papa *Innocentio* quarto, regnante in *Anglia Henrico* Chriſtianiſſimo rege, filio *Johannis* regis; regnante in *Francia Lodovico* filio *Lodovici* filii regis *Philippi*, vacante imperio *Romano*, *Frederico* depoſito; *Gubernante* eccleſiam *Cantuarienſem Bonifatio*, eccleſiam verò *Exonienſem* magiſtro *Richardo Albo*, de eadem civitate *Exonienſi* nato, abbatizante apud *Bellum locum* dompno *Acio* de *Gyſortis*, cum dicta domus *Belli loci* eſſet quadraginta duorum annorum & dimidii. Abbatizante apud *Furdam* domino *Adamo*. Qui ſupradictus *Reginaldus* de **Mohun**, habuit duas uxores; ſcilicet, *Hawyſiam* de **Mohun** & *Iſabellam Baſſet*, & in dicta *Hawyſia* procreavit unum filium nomine *Johannem*, hæredem ipſius. Qui *Johannes* prædictus in *Gaſconia* moriebatur; cujus corpus jacet coram magno altare, inter ſepulcrum *Reginaldi* de **Mohun**, & *Willielmi* de **Mohun**, domini de **Moun-Otery**, & de **Neweham**, corpus verò apud **Brewiton.** Qui *Johannes* de **Mohun** ſecundus, habuit unum filium hæredem nomine *Johannem*. Qui *Johannes* modo tertius, fuit in cuſtodia domini regis, in tempore quo juſticiarii domini regis itinerantes in *Devonia* ſederunt. Qui *Johannes* de **Mohun** tertius ſumpſit uxorem *Audam Typetoft*, in qua procreavit de ſe ſeptem filios, & unam filiam, quorum nomina patent. Idem *Johannes* de **Mohun** tertius mutavit arma antiqua eorum qui ſolebant portare manicam ermiatam. Iſte *Johannes* tertius portavit ſcutum aureum, cum nigra cruce engrellata.

Filii *Johannis* de **Mohun** tertii.
- *Johannes* hæres ipſius.
- *Robertus* dominus de **Purbec.**
- *Baldewynus* Rector de **Bycheford.**
- *Paganus*,
- *Reginaldus* miles.
- *Patricius.*
- *Hervicus* & *Laurentius.*

Filia ſupradicti *Johannis* de **Mohun** tertii *Elianora* nupta *Radulfo* de **Wyleton.** *Johannes* de **Mohun** quartus habuit unum filium hæredem ejus, & duas filias procreatas. Filius dicti *Johannis* quarti *Johannes*, hæres ejuſdem. Filiæ dicti *Johannis* quarti, *Margareta* nupta *Johanni* de **Carru**, *Elizabetha* quæ moriebatur ſine exitu. Dominus *Johannes* de **Mohun** quartus moriebatur in *Scocia*, per plurimos annos, ante *Johannem* tertium patrem ſuum. Et filius ejus & hæres *Johannes* modo quintus, poſt mortem avi ſui, fuit in cuſtodia domini *Henrici* de **Burghwaſh** *Lincolnienſis* epiſcopi. Qui *Johannes* quintus ſumſit in uxorem *Joannam* filiam domini *Bartholomei* de **Burghwaſche** fratris dicti epiſcopi.

De fundatoribus de **Niweham.**

Ex regiſtr. de *Niweham* in bibl. *Arundel.* fol. 50.

PRimus fundator eſt dominus *Henricus* Rex *Angliæ* filius Regis *Johannis*, qui anno regni ſui 30. dedit licentiam ſuam conſtruendi Abbathiam hoc loco, vocatam **Niewham.** Secundus fundator erat *Reginaldus* de **Moun**, qui dedit manerium de **Arminſter**, cum hundredo, huic Monaſterio; & anno quolibet vitæ ſuæ centum marchas aſſignavit argenti ad conſtructionem ejuſdem, & in teſtamento ſuo ſeptingentas marcas argenti legavit, ut in Cronicis de *Forda* pleniùs apparet; Item dedit advocationem eccleſiæ de **Lovepitte.**

Willielmus de **Moun**, frater ejuſdem *Reginaldi*, dedit fratri ſuo predicto, omnes terras & tenementa, pro manerio de **Arminſter**, ad ſuſtentandum ibidem dictum monaſterium, qui dedit ſupradicto fratri nomen Fundatoris, eo quod ipſe erat totalis cauſa fundationis. Idem perquiſivit totum manerium de *Nortona*, cum hundredo & balliva de **Strattone**, & multa alia bona innumerabilia huic loco procuravit, & fecit. Dominus *Egidius* de *Cancellis* habuit manerium de **Plenint** in *Cornubia*, in feodi firma, pro cujus anima ejus executores dictum manerium huic Monaſterio

rio aſſignaverunt, cum advocatione eccleſiæ.

Et *Willielmus* filius *Richardi* **Alre**, eundem manerium relaxavit & quietum clamavit (*&c.*) *Bartholomeus* de **Chaumond**, ſimiliter, & *Johannes* de **Ancell** ſimiliter relaxavit.

Dominus *Nicholaus* de **Bolevile** dedit nobis viginti ſex ſolidos annui redditus in **Tuddeſhere**, cum corpore ſuo.

Richardus de **Stamerligh** dedit nobis terram ſuam in **Stamerligh**.

Radulfus Steede dedit nobis omnes terras ſuas in **Stedehers**.

Richardus de **Wrange** dedit nobis omnes terras ſuas in **Wrangth**.

Robertus de **Bacheler** dedit nobis terram ſuam in **Bacaler**.

Johannes de **Burton** dedit terram ſuam in **Shapwicke**.

Dominus *Johannes* Miles de **Tinten**, dedit quadraginta acras terræ in **Shapwicke**.

Johannes de **Shapewicke** dedit nobis omnes terras ſuas in **Shapewicke**.

Adam de **Cranmore** dedit nobis terram ſuam in **Cranmore**.

Hillarius Borda, molendinum dedit nobis de **Hoddeſclive**.

Dominus *David Anſelmus*, Cantor *Crydionenſis*, dedit nobis domos in civitate *Exoniæ*.

Richardus Cotebere, xiiij. acras terræ in **Cotehere**.

Robertus de **Lou** dedit nobis domos juxta barbicanum in civitate *Exoniæ*.

De anniverſario Fundatorum hujus Monaſterii.

1257. Tertio kal. Februarii, obiit dominus *Reginaldus* de **Mohun** Fundator.

1260. Obiit *Iſabella Baſſet* uxor *Reginaldi* prædicti.

1265. Obiit *Willielmus* de **Moun**, Fundator hujus Monaſterii, & frater germanus ſupradicti *Reginaldi*, qui apud **Nortun** in *Cornubia*, in manerio hujus domus moriebatur.

1248. Obiit dominus *Egidius* de *Cancellis*, dator de **Plennynt**.

1264. Obiit *Johannes* de **Bolevile**, qui contulit huic domui octoginta ſolidos annui redditus in **Kilmeton**, & **Bleccheſhere**.

1280. Obiit dominus *Willielmus* de **Mohun**, filius domini *Reginaldi*, qui quidem *Willielmus* fuit dominus de **Oteri-Moun**; & jacet ſepultus coram magno Altari de **Nyweham**, & reliquit hæreditatem duabus filiabus.

1258. Obiit *Wymundus* de **Raleghe** in vigilia ſancti *Nicolai*.

1258. Obiit Dominus *Richardus* Abbas.

1291. Obiit *Petrus Squinel* epiſcopus *Exon.*

1307. Obiit dominus *Thomas* de **Bintone**, epiſcopus *Exoniæ*.

1326. Obiit dominus *Walterus* de **Stapleton**, epiſcopus *Exoniæ*.

1326. Obiit dominus *Jacobus* de **Berkeley**, epiſcopus *Exoniæ*.

Corpora iſtorum qui jacent humata coram magno Altare de **Nyweham**.

Egidius de **Chanceaux**, dator de **Plenent**, jacet in dextra presbyterii prope ſedes Miniſtrorum.

Item juxta illum, in ſiniſtra parte, jacet *Willielmus* de **Moun**, frater *Reginaldi*, & alter fundator dictæ Abbathiæ.

Item juxta illum, in ſiniſtra parte, ultra ſtationem Diaconi jacet *Reginaldus* de **Moun**, principalis fundator.

Item juxta illum, in ſiniſtra parte, ſub parva petra jacet cor *Johannis* de **Moun**, filii & hæredis dicti *Reginaldi*, & ejus corpus jacet apud **Brumton**. Et juxta illud cor, in ſiniſtra parte, jacet dominus *Willielmus* de **Mohun**, dominus de **Oteri-Moun**, filius dicti *Reginaldi*, de *Iſabella* ſecunda uxore ſua, procreatus. Item in ſiniſtro muro presbyterii, jacet *Nicholaus* de **Bolevilla**, qui dedit nobis xxvj. s. iiij. d. annui redditus.

Omnes ſupradicti milites fuerunt.

Nomina Abbatum Belli loci-*Regis*.

Dompnus *Hugo* primus Abbas.

Hugo.

Alcius de *Giſortio* miſit primum conventum **Neweham**, ad Abbathiam conſtruendam.

Dioniſius mutavit conventum primum, & miſit conventum ſecundum ad **Neweham**.

Willielmus de *Giſortio*.

Robertus de **Beclonde**.

Petrus de *Chiceſtria*, iſte dedit imaginem beatæ *Mariæ* ad magnum Altare de **Neweham**.

Willielmus de **Hamelton**, qui dedit nobis tabulam ſex imaginibus ornatam, ad magnum Altare hujus eccleſiæ.

Nomina Abbatum de **Neweham**.

Johannes Godard, natus in *Cantuaria*, primus Abbas hujus Monaſterii, vir nobilis ſcientiæ. & mirabilis eloquentiæ, qui octavo idus Januarii, die videlicet Dominica, in feſto Epiphaniæ Domini dictam domum cepit regendam anno ejuſdem milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto, 1246.] Et anno Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* xxxj. Et anno Domini MCCxlviij. quarto die menſis Aprilis ceſſavit, & apud *Clivam* in comitatu **Somerſet** per annos plurimos poſtmodum abbatizavit. Cui ſucceſſit *Henricus* de **Speyſholt** in **Barzſcire** natus, primus cellerarius ejuſdem domus in abbatem creatus, ſexto die menſis Aprilis, Anno Domini MCCxlvij. qui adquiſivit manerium de **Plenint** in *Cornubia* cum advocatione eccleſiæ ejuſdem manerii, tenementa de **Tuddeſheire**, manerium de **Shapewike** in una parte, **Bacalre**, **Cromor** juxta **Furſhagh**, & eccleſiam de **Lovepitte**, & primam petram poſuit pro fundamento hujus eccleſiæ. Idem relaxavit abbati, & conventu de **Claſtonbiri** ſectas ad hundredum de **Axeminſter**, & ad turnum vicecomitis, cum ſexdecim ſolidis, & octo denariis, qui ſolebant ſolvi in auxilium ad turnum, & ad hundredum, pro **Hardriſgene**, compulſus per placitum.

Et anno Domini MCCliij. tertio die menſis Maii, ceſſit propter quandam infirmitatem intervenientem.

Cui ſucceſſit *Johannes* de *Ponte-Roberti* Prior *Belli loci*, vir valdè religioſus, ad cujus rogatum *Richardus Blund*, qui abbas dicebatur, ſitum hujus abbatiæ dedicavit, &, pro ſigno dedicationis, poni fecit cruces ligneas, ad ſancta loca, & benedicta diſcernenda, donec circundata extitit curia ſive abbatia opere foſſario. Idem epiſcopus ſententiam dedit tunc, ſuper omnes, qui aliquam violentiam fecerunt, in locis ſupradictis. Idem abbas contulit huic eccleſiæ, librum unum, videlicet ex quatuor evangeliſtis. Anno Domini MCClij. viceſimo quinto die Februarii ceſſit.

Cui ſucceſſit *Galfridus* de **Blanchevile** placitator *Belliloci*, in abbatem creatus viceſimo nono die menſis Martii anno Domini MCClij. qui perquiſivit omnia privilegia hujus domus, & appropriavit, per curiam Romanam, eccleſias de **Plunynt** & **Lovepitte**, & primò preſentavit ad eccleſiam de **Plunynt** quendam *Robertum Everard* &c. Idem *Galfridus* adquiſivit manerium de **Norton**, in comitatu *Cornubia*, per conſilium, & auxilium *Willielmi* de **Moun** fundatoris, pro quo quidem manerio idem *Willielmus* de bonis ſuis, pro nobis ſatisfecit, uſque ad magnam ſummam pecuniæ. Idem *Galfridus* adquiſivit **Wrangeheis** & **Slamerligh** in parte. Idem *Galfridus* incepit ædificare ſuper fundamentum eccleſiæ, & in tantum expedivit, in ædificatione prædicta, quod miſſam primam celebrari fecit in eadem eccleſia; & poſt multos labores, huic eccleſiæ valdè fructuoſos, moriebatur extra abbatiam prædictam, Anno Domini MCClxij.

Cui ſucceſſit *Hugo* de **Cokeſwell**, portarius *Belli-loci*, in abbatem creatus quartodecimo die menſis Junii anno Domini MCClxij. qui benedictionem epiſcopalem nunquam recepit. Idem, callidis machinationibus ſuis, mutavit conventum hujus domus, & anno Domini MCClxv, tertio nonas Julii, apud *Bellum-locum* ſecretè ceſſit, & ibidem, in craſtino alium abbatem & conventum elegerunt, ad **Nyweham** tranſmiſſuros, unde ſors electionis cecidit ſuper *Johannem* de **Northampton**, cuſtodem de **Faringdone**, & ſuper duodecim monachos pro conventu ſuo computandos &c. Et anno Domini MCClxxij. tertio idus Septembris, ceſſit.

Cui ſucceſſit *Willielmus* de *Cornubia* Prior *Belli-loci*, in abbatem creatus duodecimo die menſis Septembris, anno Domini MCClxxij. &c. & poſt multos labores, cæcus factus eſt & decrepitus. Et anno Domini MCClxxxviij. apud *Bellum-locum*, ceſſavit, & ibidem vitam finivit.

Cui ſucceſſit *Richardus* de **Chicheſtre**, monachus *Belli-loci* in abbatem creatus tertiodecimo die menſis Septembris, Anno Domini quo ſupra; qui propriis manibus cartam domini Regis de advocatione eccleſiæ de **Axeminſtre**, in curia Regis cancellavit, & adnullavit, & detruncavit; pro qua quidem cancellatione, à cronicis *Eboraci* recepit argentum multum, qui per *Bellum-locum* regrediens, ibidem legitimè fuit depoſitus de ſuo regimine, & ſigilla hujus domus ablata ab eo; Et anno Domini MCClxxxx. iij. idus Octobris, hæc omnia ab ipſo ſunt facta, vel orta.

Cui ſucceſſit *Richardus* de **Pedirton**, ſubcellarius *Belli-loci*, in abbatem creatus tertio idus Novembris, Anno Domini MCClxxxxiij. qui quietam clamavit advocationem dictæ eccleſiæ canonicis *Eboraci*, & ſic erat novus error pejor priore, pro qua quidem quieta clamancia pecuniam recepit, de qua fecit convivia. & letè, & lautè, vixit, dum duravit. Et anno MCCxc. vij. Idus Aprilis ceſſit.

Cui ſucceſſit *Willielmus le Fria*, in abbatem creatus, decimo quarto die menſis Aprilis, anno quo ſupra, qui cuſtodivit domum intra & extra, ſine lite, & placito, ſumptuoſis. Et anno Domini MCCCiij. ceſſit, & in domo iſta vitam finivit, & apud *Fordam* jacet humatus.

Cui ſucceſſit *Richardus* de **Pedirtone**, alia vice in eodem anno creatus in abbatem, ſecundo nonas Februarii. In cujus tempore juſticiarii itinerantes ſederunt in *Cornubia*, Qui anno Domini MCCCiiij. nonas Novembris, in redeundo de capitulo generali, moriebatur, cujus corpus jacebat humatum apud **Waverleigh**.

Cui ſucceſſit *Radulfus* de **Shapewike**, Prior hujus domus, in *Summerſetia* natus, in abbatem creatus octavo idus Decembris anno quo ſupra qui perquiſivit quatuordecim acras terræ arabilis in **Cotehere**, &c. Et anno Domini MCCCxiiij. idus Auguſti, apud *Bellum-locum* ceſſit & apud **Nyweham** vitam finivit, cujus corpus jacet humatum ante oſtium eccleſiæ in panello in clauſtrali, quod ipſe fecit.

Cui ſucceſſit *Robertus* de **Pupplyſwyrte**, in *Sommerſetia* natus, cellarius *Belli-loci*, in abbatem creatus triceſimo die menſis Septembris anno quo ſupra, & anno Domini MCCCxxj. quarto idus Maii, apud **Nyweham** ceſſit, & apud *Bellum-locum* finivit.

Cui ſucceſſit *Johannes* de **Cokyſwill**, Prior *Belli-loci*, & poſt diuturnam infirmitatem, die ſancti *Stephani*, hora tertia, moriebatur, cujus corpus jacet humatum in fronte capituli hujus domus, Anno Domini MCCCxxiiij.

Cui ſucceſſit *Johannes* de **Geytingtone**, natus in comitatu *Northamptoniæ*, portarius *Belli-loci*, & priùs archidiaconus de **Lewes**, ac canonicus **Chiceſtre**, in abbatem poſtulatus, die. Lunæ in feſto cathedræ ſancti *Petri*, anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo quarto, qui novam fecit introductionem in eccleſiam de **Lovepitte**, & pacifica poſſeſſione nacta, expulſi fuerunt ejus procuratores à poſſeſſione ejuſdem eccleſiæ, &c. Idem abbas portavit breve de ingreſſu ſuper *Johannem* de **Melleplas**, pro manerio de **Bremelham** recuperando. Idem abbas adquiſivit terram *Johannis* de **Shapewike**, & terram *Willielmi Tudder*, ac domos juxta **Crakenepitte** in civitate *Exoniæ*. Fecit etiam tria panella in clauſtro, per auxilium, & adjuvamen domini *Walteri* de **Stapildon** *Exonienſis* epiſcopi ſecundi, qui ſemper amicus hujus domus extitit, & multa bona domui contulit; fecit etiam clauſtrum, verſus infirmarium monachorum, lavatorium; & incepit novum refectorium, quod ejus ſucceſſor complevit, Idem fecit voltam calefactorii, grangias de **Bewere**, & **Breweſhegge** & columbare de **Hurligh**; & fecit confirmare cartas hujus domus, confirmatione Regis, & licentiam obtinuit à Reà Rege decem libratas terræ, vel redditus perquirendi; & poſt multos labores, lumen oculorum amiſit, & anno Domini MCCCxxxviij. die dominica in vigilia *Prancratii*, ceſſavit, & die ſancti *Petri* in cathedra moriebatur, in eodem anno, cujus corpus jacet ſepultum in prima archa in clauſtro, ubi illud incepit ædificare. In cujus tempore fuerunt anni fertiles in blado, & vino.

Cui ſucceſſit *Walterus de la* **Hous**, hujus domus portarius, in *Devonia* natus, in abbatem creatus tertio decimo die menſis Maii, anno Domini milleſimo trecenteſimo octavodecimo.

GRACEDIEUENSIS *Abbatia in agro* Leiceſtrenſi.

Carta Roeſiæ *de* **Verdun.**

Cart. 27 *H.* 3. memb. 7.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Roeſia* de **Verdun** conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & ſanctæ *Mariæ* & eccleſiæ ſanctæ Trinitatis *de la* **Gracedieu** apud **Beleton**, & famulis Chriſti monialibus in eadem eccleſia Deo famulantibus, in puram & perpetuam elemoſinam, pro me & hæredibus meis, & animabus parentum meorum, & omnium anteceſſorum meorum, ac maritorum, totum manerium meum de **Beleton** cum advocatione eccleſiæ ejuſdem loci, & omnibus aliis pertinentiis & libertatibus quas ego & anteceſſores mei unquam in dicto manerio habere conſuevimus. Tenendum & habendum de me & hæredibus meis in puram & perpetuam elemoſinam liberè, quietè, pacificè, & integrè in dominicis, villenagiis, pratis, paſcuis, boſcis, parco, vivario, molendinis, hominibus, redditibus, ſerviciis, ſequelis, libertatibus, & omnibus aliis ad dictum manerium pertinentibus abſque omni exactione, ſervicio, & ſeculari demanda. Ego vero *Roeſia* & hæredes mei prænominatas moniales de regali ſervicio quod ad dictum manerium pertinet imperpetuum adquietabimus; prædictum etiam manerium cum pertinentiis ſupradictis eiſdem monialibus in prædicta eccleſia Deo ſervientibus contra omnes gentes imperpetuum warantizabimus. Et ut hæc mea donatio, conceſſio, confirmatio, & warantizatio perpetuam optineat firmitatêm hoc præſens ſcriptum ſigilli mei appoſitione duxi roborandum. Hiis teſtibus, domino *Richardo* de **Harecurt**, domino *Ernaldo* de *Boſco*, domino *Radulfo Baſſet* de **Sapecote**, domino *Richardo* de **Normanvill**, domino *Ada* de **Quatremars**, domino *Milone* de **Verdon**, *Rogero Gernun*, domino *Ada* de **Newport**, magiſtro *Thoma* de **Verdon** tunc rectore eccleſiæ de **Iveſtoke**, *Henrico* de **Herteſhorn**, & aliis.

LETLEYENSIS *Abbatia in agro* Hantonienſi.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. antiq. Lin. 26.

Vide Pat. 1 *H.* 4. part. 8. mem. 18. Et Pat. 1 *E.* 4. part. 6. m. 26. Et cart. 5 *E.* 3. n. 44. Et Pat. 2 *H.* 5. part. 3. mem. 32.

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis pro nos ſalute animæ noſtræ, & animarū anteceſſorū & ſucceſſorū noſtrorū, conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de loco ſancti *Edwardi*, quam nos fundavimus in **Suthampteſcir**, & Abbati & monachis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris Ipſum locum in quo abbatia eorum ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum omnibus terris ſubſcriptis, videlicet de **Lettelege**, de **Hune**, de **Welewe**, de **Totinton**, de **Gumelculne**, de **Nordleg**, de **Deverell-Kingſton**, de **Waddon**, de **Apheleg**, de **Lacton** cum omnibus pertinentiis earum, & cum redditibus de **Chirleton**, de **Suthampton**, & de **Suthwerk** cum pertinentiis, & C. acras terræ in manerio de **Schire** cum advocatione eccleſiæ ejuſdem manerii. Conceſſimus eciam eiſdem monachis, & confirmavimus omnes rationabiles donationes terrarum hominum & elemoſinarum eis vel in preſenti à nobis collatas vel in futuro à Regibus vel ex aliorum liberalitate conferendas, tam in eccleſiis quam in rebus & poſſeſſionibus mundanis, ſicut Cartæ donatorum quas inde habent rationabiliter teſtantur. Quare volumus (*&c.*) Datum per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium*, ſeptimo die Martii, anno Regni noſtri triceſimo quinto.

Carta *Johannis* de *Warenna* comitis *Surregiæ*.

Ex autogr. in bibl. *Hatton.* an. 1640.

O*Mnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit* Johannes *de* Warenna *comes* Surreiæ *filius* Willielmi *quondam comitis de* Warenna *ſalutem in domino. Noveritis nos cartam* Rogeri *de* **Clere** *inſpexiſſe in hæc verba. Sciant præſentes & futuri quod ego* Rogerus *de* **Clere** *dedi conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi pro me & hæredibus meis abbati & conventui* loci ſancti Edwardi, Ciſtercienſis *ordinis, totam culturam illam cum omnibus pertinentiis ſuis in manerio de* **Schire**, *quæ ſe extendit ex orientali parte uſque terram dictorum abbatis & conventus, manerii de* **Gumeſulne**, *ex occidentali parte uſque ad ſepem viæ vocatam* **Heyrew de Schyre**; *ex auſtrali parte uſque ad regiam viam quæ eſt inter* **Guldeforde** *&* **Dorkynge**; *ex parte aquilonari, uſque ad angulum occidentalem terræ quæ vocatur* **le Stapellond**, *cum tota paſtura quam habui vel habere potui infra prædictas metas; & advocationem eccleſiæ de* **Schyre** *cum omnibus pertinentiis ſuis, Habendum & te-*

& tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, libere, integre, & quiete, in viis, ſemitis, planis, cum omnibus aliis libertatibus, & liberis conſuetudinibus ab omni ſervicio, exactione & ſæculari demanda, & ſecta curiæ ad me vel ad hæredes meos pertinentibus. Pro hac autem donatione, conceſſione & præſentis cartæ meæ confirmatione, dederunt mihi prædicti abbas & conventus trecentas marcas eſterlingorum. Et *ego dictus* Rogerus *& hæredes mei totam prædictam culturam terræ cum omnibus pertinentiis ſuis, & prædictam paſturam una cum prædicta advocatione dictæ eccleſiæ de* **Schyre** *cum pertinentiis ſuis dictis abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus contra omnes homines & feminas warantizabimus, defendemus, & acquietabimus inperpetuum. Ut autem hæc mea donatio conceſſio & præſentis cartæ meæ confirmatio rata & ſtabilis inperpetuum perſeveret, præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus,* Waltero *de* **Cotewrth**, Hugone *de* **Wyndeſore**, Thoma *de* **Hertmere**, Roberto *de* **Meckelham** *militibus.* Thoma *de* **Poleſdene**, Johanne *de* **Hale**, Henrico *de* **Weſton**, Willielmo *de* **Pollingſonde**, Willielmo Baynard, Thoma *de* **Haſcelholte**, Johanne *de* **Radmore**, Martino Kempe *& multis aliis. Actum anno gratiæ mileſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio in octabis aſſumptionis beatæ* Mariæ. *Nos igitur prædictam donationem,* (&c.) *confirmamus. Pro hac vero ratificatione & præſcriptæ cartæ confirmatione, dederunt nobis prædicti abbas & conventus* loci ſancti Edwardi *viginti marcas ſterlingorum. Cujus rei teſtimonio præſenti ſcripto ſigillum noſtrum appoſuimus. Hiis teſtibus, domino* Ailmero *tunc* Wynton. *electo,* Johanne *de* **Gray**, Roberto Walerand, Waltero *de* **Ottewrth**, Hugone *de* **Windeſore**, Roberto *de* **Mikelham** *militibus,* Johanne de la **Hale**, Henrico *de* **Weſton** *& multis aliis. Actum anno gratiæ mileſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo, die Epiphaniæ domini.*

REWLEYENSIS
Abbatia in ſuburbio Civitatis Oxoniæ, * *fundata anno MCClxxxj.* 9 E. 1.

* Cart. 3 E. 2. m. 33.

FRater etiam hujus Regis (*Henrici* tertii) *Ricardus* primo Comes *Cornubiæ*, poſt Rex *Alemaniæ*, & ſemper *Auguſtus*, fundavit Abbatias Monachorum *Ciſtercienſis* ordinis de **Royal** alias **Rewley** *Oxon.* & de **Hayles**, in comitatu *Glouceſtriæ*, ubi honorificè eſt ſepultus. Cor tamen ſuum *Oxoniæ*, in choro fratrum Minorum, ſub ſumptuoſa & mirandi operis pyramide decentiſſimè humatum eſt.

Hist. MS. *Joh. Roſſi, Warwicenſis*, in bibl. *Cottoniana* lib. X. de regibus.

Carta Edmundi *Comitis* Cornubiæ.

SCiant preſentes & futuri quod nos *Edmundus* claræ memoriæ domini *Ricardi* Regis *Alemanniæ* filius & Comes *Cornubiæ*, dedimus, conceſſimus, & hac preſenti Carta noſtra confirmavimus Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Regali-loco* in **North-Oſeney** juxta *Oxon.* ac abbati inibi commoranti & quindecim monachis, capellanis, ordinis *Ciſtercienſis* ſibi profeſſis, pro anima *Ricardi* quondam Regis *Alemanniæ* patris noſtri divina celebrantibus, & eorum ſucceſſoribus ibidem commorantibus Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, omnes terras & tenementa quæ habuimus in **North-Oſeneye**, propè *Oxon.* cum omnibus pertinentiis ſuis, ut in dominicis, homagiis, vilenagiis, redditibus, ſerviciis, fidelitatibus, aquis, vivariis, gardinis, ortis, virgultis, cotagiis, pratis, paſcuis, paſturis, piſcariis, foſſatis, haiis, viis, ſemitis, wardis, releviis, eſcaetis, ſectis Curiarum nobis debitis omnium tenentium ibidem commorantium. Salva tamen nobis ſufficienti placea ad Curiam noſtram de honore ſancti *Walerici* tenendam; quam quidem placeam & curiam, cum ſuis pertinentiis, ad opus noſtrum & hæredum noſtrorum retinemus. Dedimus eciam & conceſſimus, & hac præſenti Carta confirmavimus Deo & dictæ eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & prædictis abbati & monachis, pro anima dicti *Ricardi* Regis, patris noſtri, totum manerium noſtrum de **Erdingtone**, in comitatu *Oxon.* tàm in meſuagiis, edificiis, terris arabilibus, dominicis, pratis, paſcuis, paſturis, quàm in homagiis, fidelitatibus, ſerviciis, conſuetudinibus, una cum vilenagiis & villanis, eorum catallis & ſequelis, wardis, releviis, heriettis, eſcaetis & aliis pertinentiis ad dictum manerium ſpectantibus, ſimul cum molendinis noſtris quæ ſunt ſita in **Kerſintona.**

Pat. de anno 22 E. 1. m. 16. per Inſpex.

Vide etiam. cart. 3. E. 2. m. 33.

Præterea dedimus, conceſſimus, & hac preſenti Carta noſtra confirmavimus Deo & dictæ eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & prædictis abbati & monachis, pro anima dicti *Ricardi* Regis, patris noſtri, unam acram terræ, ſecundùm *Angliæ* conſuetudinem menſuratam, de dominico noſtro in terra de **Bel** juxta **Roſlyn**, cum advocatione eccleſiæ de ſancta *Wendrova*, & aliis pertinentiis ſuis in hundredo de **Kerſer** in *Cornubia.* Preterea dedimus & conceſſimus, & hac preſenti Carta noſtra confirmavimus Deo & dictæ eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & predictis abbati & monachis, pro anima dicti *Ricardi* Regis, patris noſtri, totum nemus quod habuimus apud **Netlebedde**, videlicet duos parcos noſtros, unum qui vocatur **Heymere** minorem, & alium parcum majorem ſecundum quod foſſata & haye, utriuſque parci circumquaque proportant, cum omnibus juribus libertatibus & pertinentiis ſuis. Dedimus eciam & conceſſimus, & hac preſenti Carta noſtra confirmavimus Deo & dictæ eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & prædictis abbati & monachis, pro anima dicti *Ricardi*, patris noſtri, totam terram illam cum domibus ſuper edificatis, redditibus, & aliis pertinentiis ſuis, quam habuimus in civitate *London.* in parochia ſancti *Thomæ* apoſtoli, ex conceſſione &

dimiſſione *Poncii de la* **More**, quæ terra cum domibus ſuperedificatis, redditibus & pertinentiis ſuis quondam fuit *Johannis* **Renger.** Dedimus eciam & conceſſimus, & hac præſenti Carta noſtra confirmavimus Deo & dicte eccleſiæ beatæ *Mariæ* & prædictis abbati & monachis pro anima dicti *Ricardi* Regis patris noſtri totam terram cum ſuis pertinentiis, quam habuimus in villa de **Wylauſton**, & ſexaginta ſolidos ſterlingorum annui redditus, cum pertinentiis ſuis quos de abbate & conventu de **Thame**, in villa de **Stoke-Talemache** conſuevimus percipere, provenientes de duobus feodis militum quæ dicti abbas & conventus de **Thame** de nobis tenere conſueverunt in eadem cum omnibus juribus, libertatibus, & aliis pertinentiis ſuis, ut in dominicis, homagiis, fidelitatibus, wardis, releviis, eſcaetis, ſerviciis, conſuetudinibus, ſectis Curiarum & hundredorum, ſcutagiis, vilenagiis, villanis, cum catallis & ſequelis eorum. In aquis, molendinis, pratis, paſcuis, paſturis, in viis, ſemitis, foſſatis, & haiis infra villam & extra, & in omnibus locis & rebus. Habenda & tenenda Deo & dictæ eccleſiæ beatæ *Mariæ* & prædictis abbati & monachis, ac eorum ſucceſſoribus hec omnia & ſingula prenominata, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, abſque ullo retenemento. Volumus eciam & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, vel aſſignatis noſtris, quod prædicti abbas & monachi, & eorum ſucceſſores habeant viſum franci plegii, cum omnibus quæ ad viſum pertinent, & omnes libertates & liberas conſuetudines quæ in ſupradictis terris & tenementis nos vel anteceſſores noſtri hactenus habuimus, vel hucuſque uſi fuimus, ſine ullo retenemento noſtri vel hæredum noſtrorum. Et quod nullus Ballivorum noſtrorum in dictis terris vel tenementis diſtrictionem aliquam faciat nec de aliquo ſe intromittat. Ita quod nec nos, nec hæredes noſtri, in dictis terris & in aliis prænominatis aliquid juris ſervicii vel clamii de cetero exigere vel clamare poterimus. Et nos predictus *Edmundus*, & hæredes noſtri, predictis abbati & monachis, & eorum ſucceſſoribus, omnia ſupradicta cum ſuis pertinentiis, ſicut prædictum eſt contrà omnes gentes, ſicut noſtram & prædicti patris noſtri liberam puram & perpetuam elemoſinam, warantizabimus, acquietabimus, & imperpetuum defendemus. Et ut hæc omnia rata & ſtabilia permaneant imperpetuum præſentem cartam ſigilli noſtri impreſſione fecimus roborari. Hiis teſtibus, dominis *Thoma* de **Breante**, *Ricardo* de *Cornubia*, *Henr.* de **Sottebrok**, *Petro Becard*, *Waltero de la* **Puylle** militibus, *Rogero* de **Draytone**, *Rogero* de **Walingford**, *Johanne* de **Heddeſore**, *Willielmo* de **Harpedene**, & aliis.

Carta abbatis & conventus de **Pynn** in *Pictavia* de quibuſdam terris in territorio de **Saham**.

Pat. 14 E. 2. part. 1. memb. 7. per Inſpex.

UNiverſis *ſanctæ matris eccleſiæ filiis frater* Petrus *dictus abbas de* **Pynn**, *& ejuſdem loci conventus*, Cyſtercienſis *ordinis*, Pyctavien. *dioc. ſalutem in domino ſempiternam. Ad veſtræ univerſitatis noticiam volumus pervenire, nos, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, monaſterio noſtro de* **Pynn**, *dediſſe, conceſſiſſe, tradidiſſe, abbati & conventui de* Regali loco *juxta* Oxoniam, Cyſtercienſis *ordinis ſupradicti*, Lincoln. *dioc. & ſucceſſoribus ſuis, & monaſterio ſuo prædicto, & in dominium & proprietatem ſuam, & monaſterii ſui prædicti, pleno jure & perpetuo tranſtuliſſe, omnes terras & tenementa, cum omnibus pertinentiis ſuis quæ habebamus in villa, loco, ſeu territorio de* **Saham** *prope* **Ely** *in epiſcopatu* Norwycenſi, *cum jure patronatus eccleſiæ prædictæ villæ, & omnibus aliis pertinentiis ſuis in quibuſcunque conſiſtunt, ut in poſſeſſionibus eccleſiaſticis & mundanis, juribus, juriſdictionibus, decimis, fructibus, proventibus* (&c.) *ad nos & monaſterium noſtrum prædictum quocunque jure vel modo ſpectantibus, una cum jure quod habebamus vel habere poteramus in decimis de* **Henneye**, *& capella de* **Barneye**, *cum pertinentiis ſuis. Habenda & tenenda univerſa & ſingula ſupradicta prædictis abbati & conventui & ſucceſſoribus ſuis, & monaſterio ſuo prædicto integrè libere & in pace, jureque perpetuo poſſidenda. Reddendo nobis & ſucceſſoribus noſtris, & monaſterio noſtro prædicto annuatim imperpetuum quadraginta tres marcas bonorum & legalium ſterlingorum apud S.* Bernardum Pariſius *in xv. nativitatis S.* Johannis *Baptiſtæ. Et ut hæc præmiſſa rata & ſtabilia perſeverent ſigilla capituli generalis* Ciſterc. *& abbatis de* Pontynaco *& noſtrum, præſenti ſcripto apponi fecimus, tam pro teſtimonio facti, quam pro munimine firmitatis. Datum* Londini *pridie idus Maii anno Domini MCClxxxv.*

Inquiſitio.

Eſc. 21 E. 1. n. 128.

INquiſitio capta coram vic. *Oxon.* & *Roberto le* **Eyr** ballivo domini Regis de **Wodeſtoke**, in pleno com. per breve domini Regis per ſacramentum *Walteri* de **Wythulle** (*&c.*) juratorum ad inquirendum utrum abbas de *Loco Regali* juxta *Oxon.* ſectam aliquam ad comitatum *Oxon.* ſeu ad hundredum domini Regis de **Poghedelegh**, vel ad aliquod aliud hundredum domini Regis in com. prædicto pro terris & tenementis ſuis quæ tenentur in eodem com. facere debeat, & ipſe & prædeceſſores ſui hujuſmodi ſectas aliquibus retroactis temporibus pro terris & tenementis ſuis prædictis facere conſueverint, vel terræ & tenementa prædicta de aliqua ſecta ad prædictum com. vel ad aliquod hundredum domini Regis infra prædictum comitatum facienda antequam ad manus ipſius abbatis aut prædeceſſorum ſuorum devenerunt onerata fuerunt necne. Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum quod prædictus abbas, nec prædeceſſores ſui à tempore fundationis abbatiæ prædictæ hujuſmodi ſectas fecerunt, nec facere conſueverunt pro terris & tenementis quæ tenet in com. prædicto ; nec terræ prædictæ de aliquibus ſectis ad com. prædictum, ſeu ad hundredum de **Pothedelegh**, aut aliquod aliud hundredum domini Regis in com. prædicto faciendis oneratæ fuerunt temporibus retroactis antequam ad manus prædicti abbatis & prædeceſſorum ſuorum devenerunt, Quia prædictus abbas nullas habet terras in comitatu prædicto niſi manerium de **Erdinton**, & **Willaiſton**, & ſitum abbatiæ prædictæ quæ ſunt de Honore ſancti *Walerici*, cum duabus placeis nemoris apud **Nettelbedde** foſſatis undique incluſi in procinctu manerii de **Benſington**, quæ quidem omnia habuerunt de dono *Edmundi* comitis *Cornubiæ*, & unum meſſuagium cum dimidia carucata terræ & quadraginta acras boſci quæ ſunt infra procinctum manerii de **Benſington**, quæ habuerunt de dono *Thomæ Coſtard*. Et octo virgatas terræ cum viginti acris prati cum pertinentiis in **Wendelebury** quæ ſunt de feodo *Almarici* de ſancto *Amando*, qui nunquam aliquam ſectam ad comitatum predictum, necad aliquod aliud hundredum domini regis in com. prædicto fecerunt nec tenementa prædicta inde fuerunt onerata. In cujus rei teſtimonium prædicti juratores ſigilla ſua huic inquiſitioni appoſuerunt.

Vide Vol. 2. *Pag.* 921. *Col.* 2.

DERNHALLENSIS
Abbatia in agro Ceſtrenſi, *poſtea ad* Vallem-Regalem *tranſlata.*

Carta fundationis.

Cart. 54 *H.*3.m.2. per Inſpex.

EDWARDUS illuſtris Regis *Angliæ* primogenitus, Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ & animarum omnium anteceſſorum & hæredum, ſeu aliorum ſucceſſorum noſtrorum dediſſe, conceſſiſſe & præſenti Carta noſtra confirmaſſe pro nobis, & hæredibus & ſucceſſoribus noſtris univerſis, Deo & beatæ *Mariæ*, & Monaſterio ejuſdemglorioſæ virginis de **Dernhall**, *Ciſtercienſis* ordinis, quod ex voto noſtro aliquando in periculo maris conſtituti Deo & beatæ *Mariæ* facto, fundavimus in comitatu noſtro de *Ceſtria*, *Coventr.* & *Lich.* Dioc. & abbati & monachis omnipotenti Deo & prædictæ Dominæ noſtræ ibidem ſervientibus & ſervituris, ipſum locum in quo ſita eſt dicta abbatia eorum, cum totis maneriis de **Dernhall** & **Over**, una cum parco, in boſco, in plano, in hominibus & rebus aliis ſeu libertatibus univerſis, & cum aliis ad dicta maneria pertinentibus, ſicut nos eadem pleniùs & liberiùs unquam tenuimus abſque ullo retenemento: Et præterea totam haiam de **Langwyth** in comitatu *Eboracenſi*, cum ſolo, brueria, mariſco, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis; adeò plenè, liberè, integrè & pacifice, ſicut dominus Rex, pater noſter eam tenuit, & nobis dedit, cum advocationibus eccleſiarum de **Eſſeburn**, de *Caſtro* de **Pecke**, de **Frodeſham**, & de **Weverham**, cum capellis earum, & aliis pertinentiis ſuis. Concedentes & deſiderantes, ut prædictæ eccleſiæ, cum capellis ſuis in proprios uſus eorundem monachorum & ſucceſſorum ſuorum, ad ſuſtentationem ſuam in divino ſervitio convertantur. Conceſſimus etiam eiſdem Monachis, & confirmavimus omnes rationabiles donationes terrarum, hominum & elemoſinarum eis vel in præſenti à nobis collatas, vel in futuro, à quorumcumque aliorum liberalitate, conſerendas, vel aliter adquiſitas, vel adquirendas tam in eccleſiis quam in rebus & poſſeſſionibus mundanis. Conceſſimus inſuper hac Carta noſtra, pro nobis & hæredibus noſtris, prædictis abbati & monachis, de dono noſtro, quod quandocunque contigerit nos, vel hæredes noſtros, dominica noſtra communiter talliare, ipſi abbas & monachi, & eorum ſucceſſores imperpetuum talliare poſſint maneria ſua, ſine ſpeciali præcepto noſtro vel hæredum noſtrorum. Quare volumus (*&c.*) Teſtibus venerabilibus patribus *Waltero Eboracen.* archiepiſcopo, *N. Wynton. G. Wygorn. R. Coventr.* epiſcopis, *Edmundo* fratre noſtro chariſſimo, *Gilberto* de **Clare** comite *Glouc.* & *Hertford. Johanne* de *Warenna* Com. *Surr. Humphrido* de **Bohun**, Comite *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, *Henrico* de *Alemannia*, *Philippo Baſſet*, *Rogero* de *Mortuomari*, *Rogero* de **Clifford**, *Reginaldo* de **Grey** tunc Juſticiario *Ceſtriæ*, *Jacobo* de *Audelegh*, *Roberto Walleraund*, *Roberto Burnell*, Magiſtro de **Fremgham**, *Johanne* de **London**, & aliis. Dat. per manum noſtram apud *Wynton.* ſecundo die Auguſti Anno Regni domini Regis, patris noſtri 54.

Literæ domini regis *Henrici* tertii commendatoriæ pro libris eidem abbatiæ conferendis.

REX *abbatibus Prioribus & eorum conventibus per regnum* Angliæ *conſtitutis cujuſcumque ordinis vel religionis extiterint ſalutem. Cum* Edwardus *primogenitus noſter dilectus, ad ampliandum divini cultus honorem novam de ordine* Ciſtercienſi *jam inceperit abbaciam fundare in manerio ſuo de* **Dernhale**, *univerſitatem veſtram attentè requirimus & rogamus quatinus ad ejuſdem abbaciæ ſubſidium, monachos dicti loci de aliquibus libris theologicis aſſignandis gratiam facere precum noſtrarum contemplatione velitis. Et quid ſuper hiis duxeritis faciendum ſinguli veſtrum nobis per dilectum & fidelem noſtrum* Thomam *de* **Boulton** *per veſtras literas ſignificare curetis, ut pro curialitatis veſtræ gratia ad precum noſtrarum inſtantiam dicto primogenito noſtro facta vobis ad merita gratiarum condigna ſpecialibus teneamur. T. rege apud* Weſtm. *x. die Januarii.*

Pat. 55 H. 3. m. 24.

Tranſlatio ejuſdem abbatiæ ad Vallem-Regalem.

REx archiepiſcopis &c. ſalutem. Sciatis quod cum nos pro ſalute animæ noſtræ, & pro ſalute animæ celebris memoriæ domini *Henrici* regis patris noſtri & animarum hæredum & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, abbatiam de **Dernehale** ordinis *Ciſtercienſis*, quam, ex voto, aliquo tempore in periculo maris conſtituti, nuper fundavimus infra precinctum manerii de **Dernehale** in comitatu *Ceſtrenſi*; Et nos ad procurationem abbatis & monachorum abbatiæ prædictæ abbatiam illam in aptiori loco non longè à loco prædicto de **Dernehale**, qui **Whetenehalewes** & **Munecheneswro** vocabatur, quem iidem abbas & monachi poſſident ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum ex conceſſione

Cart. 27 *E.*1.n.17.

Vide Pat. *6 H. 6.* part. 2. m. 18.

ceſſione noſtra, & quem locum *Vallem-Regalem* fecimus nuncupari, jam de novo fundaverimus: Nos ne abbati & conventui ejuſdem abbatiæ de *Valle-Regali*, aut ſucceſſoribus ſuis ſuper terris, rebus, poſſeſſionibus, eccleſiis, juribus aut libertatibus ſuis ſibi dum abbatia prædicta ſita fuit per nos conceſſis, occaſione tranſmutationis prædictæ, dampnum vel periculum per proceſſum temporis poſſit imminere quoquo modo: Volumus & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti abbas & monachi, & eorum ſucceſſores, abbatiam illam in eodem loco de *Valle-Regali*, de novo fundatam, cum maneriis, terris, & tenementis, boſcis pratis, paſturis, vivariis, piſcariis, eccleſiis de **Kirkham**, **Frodeſham**, **Weverham**, & caſtro de **Pek** cum capellis, membris, & aliis eiſdem eccleſiis pertinentibus, cum omnibus juribus & libertatibus & liberis conſuetudinibus ſubſcriptis, habeant & teneant, liberè, quietè, plenariè, bene, & in pace, ſibi & ſucceſſoribus ſuis, ibidem Deo ſervituris, in puram elemoſinam imperpetuum, ſub hac forma; videlicet totum manerium de **Dernehale** & **Oure**, una cum prato, in boſco & plano, in hominibus & rebus aliis, ſeu libertatibus univerſis, & cum omnibus aliis ad dicta maneria pertinentibus ſicut nos eadem pleniùs & liberiùs unquam tenuimus abſque ullo retenemento; & etiam advocationes eccleſiarum de **Frodeſham** & caſtro de **Pek** cum capellis earum & aliis pertinentiis ſuis.

Et etiam totum manerium de **Weverham** cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ, homagiis, & ſerviciis liberè tenentium ejuſdem manerii, villenagiis, villanis & eorum ſequela, wardis, releviis, eſcaetis, redditibus, boſcis, pratis, paſturis, haiis, aquis, molendinis, ſtagnis, vivariis, & cum omnibus aliis libertatibus, liberis conſuetudinibus ad idem manerium aliquo modo ſpectantibus, ſalvis nobis & hæredibus noſtris homagiis & ſervitiis eorum, qui de nobis tenent in dicto manerio per ſerjantiam vel ſervicium militare, adeo liberè, integrè, & pacificè; ſicut nos illud manerium meliùs & integriùs unquam tenuimus, & quod manerium dudum dedimus dilecto & fideli noſtro *Rogero* de **Clifford**, qui illud poſtea nobis reddidit, & de ſe & hæredibus ſuis imperpetuum quietum clamavit.

Et etiam totum manerium de **Conewardeſle** cum pertinentiis quod olim dederamus *Waltero* de **Wernoun**, & quod idem *Walterus* per cartam ſuam mera & ſpontanea voluntate ſua nuper nobis reddidit, & de ſe & hæredibus, & aſſignatis ſuis, nobis & hæredibus ſeu aſſignatis noſtris imperpetuum quietum clamavit, cum homagiis, redditibus, dominicis, villenagiis, ſervitiis libere tenentium, & villanorum, villanis, & eorum ſequelis, vardis, releviis, eſcaetis, boſcis, pratis, paſturis, moris, turbariis, haiis, vivariis, ſtagnis, molendinis, & omnibus aliis aiſiamentis, libertatibus & liberis conſuetudinibus ad prædictum manerium, aliquo modo ſpectantibus. Et etiam totum manerium de **Gayton** in **Wyrhale** in comitatu *Ceſtriæ*, cum pertinentiis, quod dudum dedimus, & conceſſimus *Reginaldo* de **Tybermont** de *Normania*, & idem *Reginaldus*, prædictum manerium, cum omnibus ad idem manerium ſpectantibus, poſtmodum in manus noſtras reddidit & per cartam ſuam, nobis & hæredibus noſtris, ſeu aſſignatis, de ſe & hæredibus ſuis imperpetuum quietum clamavit. Et etiam totam terram cum pertinentiis ſuis in **Moresbarewe**, quam per cartam noſtram dederamus & conceſſeramus *Jacobo le* **Wilur**, & quam terram idem *Jacobus* nobis poſtmodum in manus noſtras reddidit, & etiam nobis pro ſe & hæredibus ſuis, per cartam ſuam imperpetuum remiſit & quietum clamavit. Et etiam totam terram in **Nethre-litel-Oure**, quæ fuit *Hugonis* de **Merton**, fratris, & hæredis *Ranulphi* de **Merton** clerici, & totam terram *Ranulfi* filii *Johannis* de **Littel-over**, & totam terram *Nicholai Baret*, filii *Ricardi Baret* in **Nether-litel-Oure**. Et totam terram *Hervici* de **Bradeford**, & *Roberti* filii & hæredis ejuſdem *Hervici* in **Bradeford**. Et etiam totam terram *Ranulphi* de **Sutton** filii & hæredis *Ranulphi* de **Merton** in **Sutton**, quas quidem terras prædicti, *Hugo*, *Ranulphus*, *Nicholaus*, *Hervicus*, *Robertus*, & *Ranulphus*, cum omnibus libertatibus, quas habuerunt, vel habere potuerunt in boſcis, communis, moris, paſturis, vaſtis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, ſine aliquo retenemento, in manus noſtras quietas de ſe, & hæredibus ſuis imperpetuum reddiderunt. Et etiam duas bovatas terræ, cum pertinentiis in **Lachemanbank**, quas habuimus de dono, & conceſſione *Rogeri Throſtel* de **Makeleſfeld**. Et totam terram cum pertinentiis, quam habuimus de dono & conceſſione *Johannis* de **Cotun** filii *Matildis* de **Lache**, quæ fuit filia *Gralami* de **Loſtoke** in manerio de **Lachemanbank**. Et etiam totam terram de **Twamelawe**, quam *Willielmus* de **Hawardyn** nuper vendidit, cum omnibus ſuis pertinentiis, abſque ullo retenemento, in hominibus, redditibus, boſco & plano, ſemitis, viis, pratis, paſturis, moris, haiis, aquis, ſtagnis, molendinis, vivariis, & omnibus aliis aiſiamentis, libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad prædictam terram pertinentibus, & etiam moram & vivarium cum pertinentiis, quod vocatur **Ocinare** in foreſta noſtra *de la* **Mare**. Concedimus etiam & confirmavimus, pro nobis, & hæredibus noſtris, eiſdem abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus, omnes rationabiles donationes, terrarum, hominum & elemoſinarum eis, vel in præſenti à nobis collatas, ſeu in futuro, à quorumcunque liberalitate conferendas ſeu aliter adquiſitas, vel adquirendas, tam in eccleſiis, quam in rebus & poſſeſſionibus mundanis, una cum ſubſcriptis tenementis; videlicet totam terram quæ fuit *Johannis* de **Wydynton** in parva **Ouer**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus, ac juribus, ad dictam terram ſpectantibus, quam habuimus ex dono ex conceſſione dicti *Johannis*, aſſenſu & conſenſu *Sibillæ* filiæ & hæredis *Ranulphi* de **Aſſhe**, uxoris dicti *Johannis*. Et totam terram quæ fuit *Hugonis* de *Norwicheo* clerici, cum omnibus ædificiis conſtructis, aiſiamentis, commoditatibus, libertatibus, & pertinentiis, quam quidem terram dictus *Hugo* nobis dedit & conceſſit, & per cartam ſuam confirmavit. Et unam ſalinam in medio *Wicheo*, quam habuimus ex dono & conceſſione *Willielmi* filii *Radulphi Selyſawell*: illam videlicet, quæ eſt juxta **Neweſed**, per diviſas, & metas, quas *Ricardus* de **Wodford** capellanus eandem ſalinam aliquando tenuit, & habuit, cum omnibus libertatibus, & aiſiamentis ad dictam ſalinam pertinentibus. Et totam octavam partem totius boſci de **Twamelawe**, quam habuimus ex dono & conceſſione *Thomæ Bathel*, & totam illam partem totius boſci, & vaſti, & illam partem illius prati, quod vocatur *le* **Tounemedowe**, tam in exteriori boſco, quam in *les* **greves**, quæ habuimus ex dono & conceſſione *Thomæ* filii *Brun* de eadem villa, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis.

Concedimus etiam & confirmamus, pro nobis & hæredibus noſtris, eiſdem abbati & conventui, & ſucceſſoribus ſuis totam terram de **Weſtcroft** in villa de parva **Stanthirle**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam habent ex dono & conceſſione *Radulphi* de **Vernon**; & totam terram quam habent de *Radulpho* de **Vernon**, cum omnibus pertinentiis ſuis in eadem villa, quam dictus *Radulphus* de **Vernon** emit de *Henrico Dudefyn*, & totam muſſam quam dictus *Radulphus* habuit ex dono *Gilberti Dudefyn*, cum pertinentiis ſuis in eadem villa; Et totum campum illum in magna **Stanthirle**, quem dictus *Radulphus* habuit de dono *Hugonis le Royer*, una cum tota parte Moræ pertinente predictæ terræ dicti *Radulphi*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et totam terram in civitate noſtra *Ceſtriæ*, quam *Robertus le Bern* dedit & conceſſit predictis abbati & monachis, quæ jacet inter terram hoſpitalis ſancti *Johannis Ceſtriæ*, & domum *Radulphi del* **Pillori**, & etiam domum in qua *Thomas* de **Newenawe** aliquando manſit, cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam ſeldam quam *Ricardus* Apothecarius aliquando tenuit, & ſeldam quam *Criſtiana* mater uxoris dicti *Roberti le* **Bern** quandoque tenuit, & undecim ſeldas, quæ vocantur ſeldæ ſutorum in **Bruggeſtrete**, quas *Alexander Hurel* aliquando tenuit cum omnibus pertinentiis, & libertatibus ſuis, & totam terram illam in vico orientali civitatis *Ceſtriæ*, jacentem inter terram quæ fuit *Mathei* clerici, & terram quæ fuit *Johannis* filii **Hulkel**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus, & etiam illam placeam terræ quæ fuit *Roberti*, dicti, camerarii, jacentem inter terram dicti *Roberti*, & terram abbatis de *Valle-Regali* in **Bruggeſtrete**, in civitate *Ceſtriæ*, quæ quidem placea terræ continet in latitudine decem & novem pedes,& in longitudine extendit ſe à terra quæ fuit *Ricardi* le **Mercer**, uſque ad terram domus dicti abbatis de *Valle-Regali*, & continet in illa longitudine triginta & duos pedes,una cum omnibus pertinentiis, & ſuis libertatibus, & etiam unam ſalinam in villa de **Northwicheo**, quam habent ex dono & conceſſione *Hugonis* de **Wynynton**, & *Matildis* uxoris ſuæ,& ex dono & conceſſione *Radulphi Swetbrond*, cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus,& etiam illud meſſuagium in **Kyngeſſe** quod habent ex dono & conceſſione *Willielmi Launcelyn*,cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus; Et etiam illam bovatam terræ in **Lache**, apud **Rudhethe**,quam habent in eſcambio à prioriſſa & monialibus *Ceſtriæ*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis. Volumus etiam & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod predicti abbas & conventus, & ſucceſſores ſui habeant paſturam, & rationabilia eſtoveria ſua,cum aliis aiſiamentis in Foreſtis noſtris in comitatu *Ceſtriæ*, & etiam quarteram & alia quæ neceſſaria fuerint ad ædificia infra abbatiam noſtram prædictam conſtruenda & ſuſtentanda, & pro vitro faciendo. Et quod homines & tenentes predictorum abbatis & conventus habeant paſturam, & rationabila eſtoveria ſua in foreſtis noſtris predictis, ſicut tempore Comitis *Ranulphi*, & aliorum quondam Dominorum *Ceſtriæ* habere conſueverunt.

Volumus etiam & concedimus, & præſenti Carta confirmavimus, pro nobis & hæredibus noſtris Deo & beatæ *Mariæ*, & predictis abbati & monachis de *Valle-Regali*, ac eorum ſucceſſoribus, quod habeant & teneant omnia maneria, eccleſias, terras & tenementa predicta, in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, cum homagiis, redditibus, dominicis, villenagiis, ſervitiis libere tenentium, & villanorum, villanis, & eorum ſequelis, advocariis, wardis, releviis, eſcaetis, boſcis, planis, pratis, paſturis, viis, ſemitis, moris, turbariis, haiis, aquis, vivariis, ſtagnis, piſcariis, molendinis, in grangiis, virgultis, infra burgum & extra, & in omnibus aliis locis, cum omnibus aiſiamentis, libertatibus, quietanciis, & liberis conſuetudinibus, ad predicta maneria, eccleſias, terras & tenementa aliquo modo ſpectantibus. Concedimus etiam pro nobis & hæredibus noſtris, prefatis abbati & monachis, & eorum ſucceſſoribus, quod quandocunque nos, vel heredes noſtros dominica noſtra talliare contigerit, quod ipſi abbas & monachi, & eorum ſucceſſores imperpetuum, homines & tenentes ſuos de maneriis de **Darnhale**, **Weverham** & **Conewardeſle** talliare, ſine licentia, vel mandato noſtro ſpeciali, vel hæredum noſtrorum & tallagia illa, per ſe vel miniſtros ſuos, ad opus ſuum levare poſſint & habere. Concedimus etiam pro nobis & hæredibus noſtris, eiſdem abbati & monachis, & eorum ſucceſſoribus, quod ipſi ſint quieti de omnibus miſericordiis imperpetuum. Et quod habeant in maneriis prædictis, *Socam* & *Sacam*, **toll** & **team**, **infangenthefe**, **utfangenthefe**, **wyſgilthefe**, **hamſokam**, **wayf grythebruche**, **Blodewyte**, **fyghtwyte**, **ferdewite**, **frythewyte**, **hengwyte**, **leyrwyte**, **flemeneſwyte**, **flemenesfrethe**, murdrum, latrocinium, **forſtall**, **ordelf**, **oreſt**, & emendas panis & cerviſiæ, & etiam amerciamenta hominum ſuorum ubicunque & qualitercunque fuerint amerciati in Curia noſtra, vel hæredum noſtrorum, coram nobis & hæredibus noſtris, vel Juſticiariis ſeu Ballivis aut miniſtris noſtris quibuſcunque. Et etiam ſi aliquis hominum ſuorum ſit amerciatus erga nos vel Ballivos noſtros, pro quacunque cauſa vel debito, ſeu forisfacto, merciæ & amerciamenta prædictis monachis reddantur.

Concedimus etiam pro nobis,& hæredibus noſtris, quod prædicti abbas, & monachi, & eorum ſucceſſores, & eorum ſucceſſorum homines liberi ſint ab omni ſcotto, & geldo, & omnibus auxiliis regum, vicecomitum, & omnium miniſtralium ſuorum, & de hidagio, carucagio, danegeldo, hornegeldo, & de ſcutagiis, tallagiis, leſtagiis, ſtallagiis, & ſhyris, hundredis, wapentachiis, placitis, & quærelis, wardis, **wardepayni, haverpeny, hundredpeny, ſcotpeni, boredhalpeny, botelpeny, tynigpeny**, & de operibus caſtellorum, parcorum, pontium, & de clauſuris, & de omni cariagio, muragio, ſummagio, navigio, & domorum regalium edificatione, & omnimoda operatione. Et prohibemus ne boſci eorum, vel hominum ſuorum, ſeu tenentium, ad prædicta opera, vel ad aliqua alia, aliquo modo capiantur, ſine eorum licentia & voluntate. Et ſimiliter ne bladum eorum, vel hominum, ſeu tenentium ſuorum prædictorum, aut aliqua alia bona ſua ad caſtella munienda capiantur.

Concedimus etiam pro nobis, & hæredibus noſtris, eiſdem abbati, & monachis, & eorum ſucceſſoribus, quod omnes terræ & tenementa ſua, & hominum ac tenentium ſuorum in maneriis, & locis prædictis, tam in boſco, quam in plano exiſtentia, ſint deaforeſtata, & extra omnem poteſtatem foreſtariorum, viridariorum, regardatorum, agiſtatorum, & omnium aliorum ballivorum, & miniſtrorum foreſtæ noſtræ, & quod poſſint de boſcis ſuis, de maneriis prædictis, pro voluntate ſua, quotienſcunque, & quandocunque voluerint, & ſibi viderint expedire, commodum ſuum facere & boſcos illos aſſartare, & in culturam redigere, & eos in culturam redactos, ſibi, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum tenere, ſine impedimento noſtro, & hæredum noſtrorum, foreſtariorum, & viridariorum, & quorumcunque aliorum ballivorum ſeu miniſtrorum foreſtæ noſtræ, vel aliorum. Prohibentes ne quis foreſtariorum, viridariorum, agiſtatorum, regardatorum, vel omnium aliorum myniſtrorum foreſtæ noſtræ, vel hæredum noſtrorum, terras, & tenementa, ad abbatiam prædictam ſpectantia ingrediatur ad diſtrictiones aliquas faciendas, ſeu namia in eiſdem capienda, ſeu aliqua alia facienda quæ ad foreſtarium, ſeu miniſtrum foreſte pertinent.

Conceſſimus inſuper pro nobis, & hæredibus noſtris, quod prædicti abbas, & monachi, & eorum ſucceſſores, ac homines & tenentes ſui prædicti, imperpetuum ſint quieti ab omni theoloneo preſtando pro rebus & mercandicis ſuis propriis, quas vendiderint, vel ad uſus proprios emerint, in omni foro, & in omnibus nundinis, & in omni tranſitu pontium, viarum, & maris, per totam terram, & poteſtatem noſtram, & in omnibus aliis locis, in quibus libertates eis dare poſſumus & concedere, & omnia mercata ſua, & hominum ſuorum ſint ſimiliter in prædictis locis, ab omni theolonio quieta. Et quod naves eorundem monachorum liberum tranſitum per omnem poteſtatem noſtram habeant, abſque omni exactione, & conſuetudine.

Concedimus etiam, pro nobis, & hæredibus noſtris præfatis abbati, & monachis, & eorum ſucceſſoribus, quod ſi quis hominum, ſeu tenentium, ſuorum prædictorum, pro delicto aliquo vitam vel membrum debeat amittere, vel fugerit & judicio ſtare noluerit, vel delictum aliud fecerit, pro quo catalla ſua perdere debeat, catalla ipſa ſint abbatis & monachorum prædictorum, & ſucceſſorum ſuorum, una cum anno, & vaſto terrarum & tenementorum prædictorum quæ ad nos, vel hæredes noſtros, de terris & tenementis illis pertinere deberent. Præterea cum ſanctiſſimi patres in Chriſto, domini *Onorius* Papa quartus, & *Nicolaus* Papa quartus Dei ducti ducatu, & ad noſtram inſtantiam, eccleſias de **Kyrkham** in comitatu **Lancaſtre** & caſtri de **Peck** in comitatu *Derbiæ* & **Frodeſham** & **Weverham** in comitatu *Ceſtriæ*, quarum advocationes præfatis abbati & monachis de *Valle-Regali* & eorum ſucceſſoribus per cartas noſtras conceſſeramus, prædictis abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus in proprios uſus conceſſerint: nos conceſſionem & appropriationem hujuſmodi ratas habentes & gratas, eiſdem pro nobis & hæredibus noſtris regium præbemus aſſenſum. Unde licet prædicti abbas & conventus ante appropriationem eis ut præmiſimus factam ſeu in *Romana* curia impetratam nullas perſonas ad ipſas eccleſias de **Kirkham** caſtro de **Pek** & **Frodeſham** & **Weverham** prædictas præſentaverint; nichilominus tamen volumus & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti abbas & conventus & eorum ſucceſſores memoratas eccleſias ſic appropriatas eiſdem, imperpetuum habeant teneant & poſſideant in pace omnimoda & quiete, ita quod nec nos nec hæredes noſtri aliquod jus vel clamium ſeu aliquam actionem per breve de ultima præſentatione vel ſine brevi ſeu per aliud breve quodcumque, aut eciam ratione ſtatuti noſtri nuper editi de terris aut tenementis aliquibus ad manum mortuam non ponendis, verſus prædictos abbatem & conventum vel eorum ſucceſſores habere poterimus vel movere, nec aliquod jus vel clamium in advocationibus prædictarum eccleſiarum imperpetuum vendicare. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum noſtram, Apud **Stebenheth** xv. die Maii. Per ipſum Regem.

BOCLANDENSIS
Abbatia in agro Devonienſi.

Carta fundationis per Amiciam *comitiſſam* Devoniæ.

Cart. 8 E. 1. n. 85.

IN nomine glorioſiſſimæ, & individuæ *Trinitatis*, patris & filii & ſpiritus ſancti *Amen*; ac intuitu beatiſſimæ *Mariæ* virginis, & beati *Benedicti*, nos *Amicia* comitiſſa *Devoniæ*, & domina de *Inſula*, de ſummi rerum & bonorum opificis bonitate confiſæ, ejuſdem gratia qui vota hominum, & mulierum pro ſua voluntate, ad bonum diſponit, & dirigit fidentèr inniſæ, animiq; revolutione ſæpe ſollicitæ, ſi quid ſui nominis honori ad perpetuam memoriam retribuamus, abbatiam quam locum ſancti *Benedicti* de **Bocland** intitulari ſeu nuncupari volumus, & quam in manerio noſtro de **Bocland**, ad perpetuam ſuſtentationem abbatum, & monachorum ordinis ſancti *Benedicti*, *Ciſtercienſis*, ibidem degentium, pro ſalute animarum domini *Henrici* quondam regis *Angliæ*, & nobilis reginæ dominæ *Alianoræ* uxoris ſuæ

& liberorum ſuorum, & domini *Edwardi* illuſtris regis *Angliæ*, filii ejuſdem regis *Henrici*, & nobilis regine domine *Alianore* uxoris ſuæ & liberorum eorundem; & pro ſalute animarum domini *Gilberti* de **Clare** quondam comitis de *Gloeceſtria*, & *Herefordia*, patris noſtri, & *Iſabellæ* comitiſſæ matris noſtræ, & animarum *Baldwini* comitis *Devon.* mariti noſtri, & *Iſſabellæ* filiæ noſtræ comitiſſæ *Devon.* & *Albemarliæ*, & *Margaretæ* filiæ noſtræ ſanctimonialis de **Lacok**, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & omnium quibus tenemur pro aliquo beneficio, fundamus, appropriamus, locumque eiſdem abbatibus, & monachis, & abbatiam damus concedimus & aſſignavimus, atque in eadem abbatia abbates, & monachos ordinis prædicti eſſe decernimus, perpetuò moraturos. Cui ſiquidem abbatiæ fratri *Roberto* abbati, & monachis in eadem domo exiſtentibus, de abbatia de *Quarera* per nos aſſumptis, & ſucceſſoribus ſuis perpetuò ſuſtinendis, in honore Dei, & beatiſſimæ Dei genetricis *Mariæ*, & beati *Benedicti*, ipſum manerium noſtrum de **Bocland**, & maneria noſtra de **Columpton**, **Bykeley**, & **Walkhampton**, cum advocationibus eccleſiarum, & cum hundredo **Dughe-Berewe**, cum tota ſecta, tam liberorum, villanorum, quam aliorum, quæ ad prædictum hundredum pertinent, cum omnibus pertinentiis ſuis, ut in dominiis, dominicis, feodis militum, ſervitiis liberorum hominum, villanis, villenagiis, cum eorum catallis, & ſequelis, releviis, auxiliis, redditibus, herietis, eſcaetis quibuſcunque, pratis, paſcuis, paſturis, viis, ſemitis, boſcis, planis, molendinis, aquis, piſcariis, moris, brueriis, turbariis, una cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus eidem abbatiæ per nos adquiſitis, & cum omnibus aliis pertinentiis nominatis & non nominatis, quæ ad prædicta maneria, & prædictum hundredum pertinent, vel aliquo modo pertinere poterunt, quocunque nomine cenſeantur, ſine ullo retenemento noſtri vel hæredum noſtrorum, damus concedimus & hac præſenti carta confirmavimus in liberam & puram elemoſinam imperpetuum Habendum dictis abbati & conventui, & eorum ſucceſſoribus, liberè, quietè, bene, & in pace imperpetuum ſine aliqua contradictione, vel impedimento noſtri, vel hæredum noſtrorum. Et nos prædicta *Amicia* & hæredes noſtri præfatis abbati & conventui, & eorum ſucceſſoribus prædicta maneria cum advocationibus eccleſiarum, & cum prædicto hundredo, una cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & aliis pertinentiis nominatis & non nominatis quæ ad prædicta maneria & hundredum prædictum aliquo modo pertinent, vel pertinere poterunt, in ſanctam puram & perpetuam elemoſinam, ut prædictum eſt, contra omnes gentes Chriſtianos & Judeos warrantizabimus, ac acquietabimus, & defendemus imperpetuum. Et ut hæc mea donatio, conceſſio, & præſentis cartæ meæ confirmatio rata, & ſtabilis permaneat, huic cartæ ſigillum noſtrum apponi fecimus. Hiis teſtibus, *Hugone Peverell*, *Willielmo* de **Bikelle**, *Thoma* de **Pyn**, *Warino* de **Setthevill**, *Reginaldo* de *Perrariis* militibus, *Johanne* de **Vautort**, *Richardo Mowy*, *Radulpho* de **Lenham**, *Stephano* de **Stoyll**, *Baldwino le* **Baſtard**, *Humphrido* de **Doneſterre**, & aliis.

Carta *Iſabellæ* de *Fortibus* Comitiſſæ *Albamarlæ*.

Pat 9 H. 4. part. 2. m. 18. per Inſpex.

O*Mnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit* Iſabella *de* Fortibus *comitiſſa* Albemarliæ *&* Devoniæ *ac domina Inſulæ ſalutem in domino. Noveritis nos conceſſiſſe, confirmaſſe, & præſenti ſcripto quietas clamaſſe pro nobis & hæredibus noſtris, Deo & monaſterio beatæ* Mariæ *& beati* Benedicti *de* **Boclond**, *ac abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus* Ciſtercienſis *ordinis in ipſo monaſterio Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, omnes donationes & conceſſiones quas nobilis mulier mater noſtra cariſſima domina* Amicia *quondam comitiſſa* Devoniæ *ac domina* Inſulæ *adquiſivit & dedit eiſdem; videlicet maneria de* **Boclond**, **Bykelie**, *&* **Walkampton** *ſecundùm metas & diviſas eorundem; ſcilicet* de la Lobba pilla *ex occidentali parte de* **Boclond** *verſus aquilonem, & orientem, per medium curſum aquæ de* **Tavie**, *& de* **Walkamp** *ad diviſas de* **Dertemore** *ex parte boriali de* **Miſt[illegible]**; *& inde verſus auſtrum per metas regardorum de* **Dertemore**; *videlicet per* Miſtorpanna, *& per* **Hysfochres**, *& crucem* Siwardi *&* **Gyllesburgh**, *&* Plymcrundla *ad* Plymma, *& inde per* Plymma *verſus occidentem ad* **Paddabrok**; *& ſic per bundas quæ cingunt* **Rydemore** *&* Smalacumba; *ſcilicet per foſſam veterem ad angulum foſſæ de* Yllalonda, *& inde per* **Hurtwallen** *ad* **Smalacumbacroſſe**, *&* **Smalacumbalak**, *& per curſum aquæ de* **Mewy** *ad* Olyaka; *& per foſſam ad viam quæ ducit de* **Plympton** *ad* **Schiteſtorr**; *& ſic per diviſas lapideas ad* Biricombaforda *& per* Crewecumba, *&* **Denebrok**, *& curſum aquæ de* **Mewy** *ad* Schollaforda; *& ſic per veteres metas ad* **Panedonecroſſe**, *& inde per bundas ad* **Stoford**, *&* **Lak**, *&* **Churcheford**, *& per diviſas inter* **Elleford**, *&* **Gropeton**, *ad* **Ellefordlak**, *& ad curſum aquæ de* **Mewy**, *& ſic ad locum ubi* **Mewy** *cadit in* Plymma, *& per* Plymma *ad diviſas de* **Peſcumbe** *& ad diviſionem itineris ſuper* **Purpris**, *& inde pertranſeundo viam quæ ducit de ponte de* **Cadaworth** *ad* **Plympton** *per terram de* **Schagh** *verſus orientem uſque ad* **Shitaburgh**, *& inde per veteres metas lapideas ad* **Hanekerorr**, *& inde verſus occidentem & aquilonem per terram de* **Farnhill** *ad* Maynſtonkvilla *&* Maynſtoncroſſa *&* **Heringbrok**, *& ad* **Writewillelak**, *& inde per ſemitam quandam ad* **Pudehel** *includendo* **Southpondehel**, *& ſic per bundas verſus orientem ad* **Horsford**, *& inde per metas veteres ad* **Writewille**, *& ad* **Horyngbrok** *& ſic ad* Plymma *& ad* **Willebroke** *& ad crucem de* **Wolewille**, *& inde per viam quæ ducit de* **Sutton** *ad* **Taviſtok** *ad* **Copriſcroſſe**; *& inde verſus boream per foſſam veterem ad* Bycacumbayoneda, *& ſic per veteres bundas ad* Lobbapilla. *Et terram & villanos* de la **Torr** *apud* **Shiteſtorr** *adjacentes manerio de* **Bykelie** *cum pertinentiis cum eoram villenagiis catallis & ſequelis, & hundredis de* **Rogheburgh** *cum omnibus proficuis inde provenientibus cum tota ſecta liberorum hominum & villanorum & cum omnibus quæ ad hundredum pertinent vel pertinere poterunt. Et*

manerium de **Culumpton** *ſecundùm bundas ipſius; videlicet de* **Culump** *per terram Prioris ſancti* Nicholai Exon. *ad* **Smalabrok**, *& per exteriores metas terræ* de la **Brok** *ad viam quæ ducit ad* **Padokbrok**, *& inde per* **Luttekeſhel**, *&* **Ponteford**, *& per diviſas de* **Hilleſdon** *ad* **Burn** *& per* **Linor**, *&* **Sweton**, *&* **Morſton**, *&* **Burn** *ad* **Culump**, *& ſic per* la **Nywelond** *ad* **Rothneſfordbrigg** *& quandam peciam terræ ex orientali parte ipſius aquæ apud* **Kyngeſmill**; *& inde per* Stonweya, Crundla, Waterleta, Halſtrewa, **Weſteſhapes**, *&* **Lathemere** *ad* **Clifbrigg** *cum terris* de la **Halſholte** *& pratis & boſcis de* **Swenham** *cum pertinentiis. Et terram de* **Lygh** *cum pertinentiis in* **Samford-Spinæ**. *Et advocationes eccleſiarum de* **Boclond**, **Walkampton**, *&* **Bykelie** *cum capella de* **Sciteſtorr**. *Et omnia quæ ad prædicta maneria & terras & ad hundredum prædictum pertinent ut in ſectis curiæ, dominiis, dominicis, feodis militum, homagiis, ſcutagiis, ſerviciis liberorum hominum, villanis villenagiis cum eorum ſerviciis catallis & ſequelis, cum wardis, maritagiis, releviis, auxiliis, redditibus, herietis, & quibuſcumque eſcaetis, cum pratis, paſcuis, paſturis, viis, ſemitis, boſcis, planis, molendinis, cum eorum bedis & multuris, columbariis, aquis, piſcariis, vivariis, alnetis, moris, vaſtis, brueriis, turbariis, ſtrauris, &* **weyf**, *una cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & omnibus aliis rebus & pertinentiis nominatis & non nominatis quæ ad prædicta maneria & terram & ad hundredum prædictum pertinent vel quæ de eis nobis aut hæredibus noſtris accidere vel deſcendere poterunt, ſine ullo retenemento noſtri vel hæredum noſtrorum imperpetuum. Habendum & tenendum prædicta maneria terras hundreda & advocationes eccleſiarum, & capellæ prædictæ cum omnibus eorum libertatibus rebus & pertinentiis quocumque nomine cenſeantur, de domino* Rege *& hæredibus ſuis, præfatis abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus ordinis prædicti liberè, quietè, integrè, bene & in pace ſine ulla exactione vel demanda calumpnia vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, in liberam & puram elemoſinam imperpetuum. Et nos prædicta* Iſabella *& hæredes noſtri prædictis abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus prædicta maneria & terras advocationes eccleſiarum & capellæ prædictæ ac hundredum prædictum cum omnibus libertatibus rebus & pertinentiis ſuis nominatis & non nominatis, contra omnes gentes Chriſtianos & Judæos warantizabimus acquietabimus & defendemus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum noſtrum apponi fecimus. Hiis teſtibus frate* Ricardo *Priore* Chriſti eccleſiæ *de* **Twynham**, *fratre* Thoma *Priore de* **Brommor**, *dominis* Ricardo *fil.* Johannis, Ricardo *de* **Affeton**, Hugone *de* **Peverell**, Gilberto *de* **Knovile**, Reginaldo *de* Ferariis, *militibus*; Radulfo *de* **Lynham**, Stephano Stoil, Willielmo *de* **Stapeldon**, Simone *de* **Travaileſworth**, Willielmo *de* **Budekeſide**, Roberto *de* **Coleford**, *& aliis. Dat. apud* **Brommor** *die ſancti*
A. 1291. Edmundi *Regis & martiris anno Domini milleſimo*
ducenteſimo nonageſimo primo.

Carta Amiciæ *Comitiſſæ* Devoniæ, *&c.*

SCiant præſentes & futuri quod nos *Amicia* comitiſſa *Devoniæ* ac domina *Inſulæ* in ligia viduitate noſtra, intuitu Dei & pro ſalute animarum domini *Henrici* quondam Regis *Anogliæ* & nobilis Reginæ dominæ *Alianræ* uxoris ſuæ & liberorum ſuorum, & domini *Edwardi* illuſtris Regis *Angliæ*, filii ejuſdem Regis *Henrici*, & nobilis Reginæ dominæ *Alianoræ* uxoris ſuæ, & liberorum eorundem, & pro ſalute animarum domini *Gilberti* de **Clare** quondam comitis *Glouc.* & **Hertford** patris noſtri & *Iſabellæ* comitiſſæ matris noſtræ & *Baldewini* comitis *Devon.* mariti noſtri & pro ſalute animæ noſtræ & animarum *Baldewini* filii noſtri quondam comitis *Devoniæ* & *Iſabellæ* filiæ noſtræ comitiſſæ *Devon.* & *Albemarliæ* & *Margaretæ* filiæ noſtræ Sanctimonialis de **Lacok**, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum & omnium quibus tenemur pro aliquo beneficio, & cæterorum qui elemoſinas vel aliquod beneficium conferunt vel collaturi ſunt, dedimus & conceſſimus & hac præſenti carta noſtra confirmavimus Deo & beatæ *Mariæ* & ſancto *Benedicto* & fratri *Roberto* & ejus conventui de *Quarrera* aſſumpto & eorum ſucceſſoribus ordinis *Ciſterc.* in ſanctam liberam puram & perpetuam elemoſinam ad conſtruendum abbatiam & perpetuo ſuſtinendum in honore beatiſſimæ Dei genetricis *Mariæ* & beati *Benedicti*, maneria de **Boclond**, **Bickely**, & **Walkampton** ſecundùm metas & diviſas eorundem; videlicet de *Lobbapilla*, ex occidentali parte de **Boclond** (&c. ſicut in carta præcedente.)

Dedimus etiam conceſſimus & confirmavimus prædictis abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus terras & villanos cum eorum catallis & ſequelis *de la* **Torr** apud **Schiteſtorr** adjacentes manerio de **Buckeleye**. Dedimus eciam conceſſimus & confirmavimus eiſdem abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus hundredum de **Rugheburgh** cum omnibus proficuis inde provenientibus & cum tota ſecta liberorum hominum & villanorum & cum omnibus libertatibus liberis conſuetudibus ſeu quibuſcumque rebus quæ ad hundredum pertinent ſeu accidere vel pertinere poterunt quocumque modo. Dedimus eciam conceſſimus & confirmavimus eiſdem abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus manerium de **Colomptun** ſecundùm metas & bundas ipſius; videlicet de **Colump** per terram Prioris ſancti *Nicholai* ad **Smalebrok**, & per exteriores metas terræ *de la* **Brok** ad viam quæ ducit ad **Padokbrok**; & ſic per **Littekeſhe** ad **Ponteford**; & per diviſas de **Hilleſdone** ad **Burr**, & per **Linor**, & **Sweton Morſton**, & **Burn** ad **Colump**. & ſic per *la* **Nywelond** ad **Rothorneſfordbrigg** cum illa pecia terræ ex orientali parte ejuſdem aquæ apud **Kyngeſmill**; & inde per *Stonweya*, *Crundla*, *Waterleta*, *Haleſtrewa*, **Wyeſteſhapes**, & **Lachemer** ad **Clifbrigg** cum terris *de la* **Halſholte**, & pratis, & boſcis de **Swenham**, & cum advocationibus eccleſiarum de **Boclond**, **Walkampton**, & **Bykelie** cum capella de **Schiteſtorr** cum omnibus quæ ad prædicta maneria & terras & ad hundredum prædictum

ctum pertinent,ut in ſecttis curiæ,dominiis,dominicis, feodis militum, homagiis, ſcutagiis,ſervitiis liberorum hominum &c. ſine ullo retenemento noſtro vel hæredum noſtrorum. Habenda & tenenda de domino rege & hæredibus ſuis præfatis abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus prædicta maneria & terras cum advocationibus eccleſiarum de **Boclond**, **Walkampton**, & **Bykelie** & capellæ de **Schiteſtorp**, & cum hundredo prædicto (*&c.*) in ſanctam liberam puram & perpetuam elemoſinam liberè (*&c.*) Hiis teſtibus, dominis *Henr.* de **Chaumbernon**, *Olivero* de **Denham**, *Hugone Peverell* (*&c.*)

Carta regis *Edwardi* ſecundi.

EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ *dominus* Hiberniæ *& dux* Aquitaniæ *omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Noveritis nos conceſſiſſe & confirmaſſe* Amiciæ *de* Redveriis *comitiſſæ* Devon. *manerium de* **Bocland** *cum hameletiis de* **Columpton**, **Walkampton**, *&* **Bykele**, *una cum omnibus & ſingulis eorum pertinentiis ubicumque exiſtentibus. Habendum & tenendum eidem* Amiciæ *ſecundum formam & tenorem cartarum quas inde habet de dono* Iſabellæ *de* Fortibus *comitiſſæ* Albemarl. *filiæ ſuæ. Et ſi contingat quod prædicta* Amicia *dictum manerium & hameletta cum eorum pertinentiis quibuſlibet viris religioſis dare velit & aſſignare, & inde novam domum religioſam conſtruere, noveritis nos pro nobis & hæredibus noſtris dictum domum gratum habituros & acceptum; ita tamen quod dicta domus poſt deceſſum dictæ* Amiciæ *de nobis & hæredibus noſtris teneatur in capite. Et bona fide promittimus ipſam cum conſtructa fuerit aut ordinata, in puram & perpetuam elemoſinam confirmare. In cujus* (&c.) ; *T. meipſo apud* **Odiham** *viij. die* Aug. *anno regni noſtri quarto.*

HILTONENSIS *Abbatia* *in agro* Staffordienſi.

Carta Fundationis.

Ab exemplari autentico penes *Ric. Leveſon* de balneo militem a. 1640.

A.D.1223.

Vide cart. 41 H. 3. m. 14.

IN nomine ſanctæ Trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus Sancti, & in honore beatiſſimæ Dei genitricis, ſemperque virginis *Mariæ*, ſanctique *Benedicti*, & omnium ſanctorum, Anno ab incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo viceſimo tertio, ego *Henricus* de **Audethele**, in remiſſionem peccatorum meorum, & pro redemptione & ſalute animæ meæ, atque uxoris meæ, & liberorum meorum, & hæredum, & pro ſalute animarum patris mei & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, Do atque concedo, & præſenti Carta confirmo Deo & ſanctæ *Mariæ*, & abbati & monachis meis, villam de **Hulton**, & boſcum de **Sned**, cum haia clauſa de **Kennermunt**, & cum omnibus pertinentiis ſuis,ad fundandum Cœnobium Monachorum ordinis *Ciſtercienſis*, ſecundùm regulam ſancti *Benedicti* viventium; Doque & concedo prædictis monachis meis villam de **Ruſton**, cum **Manneſmor**, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Doq; & concedo prædictis monachis meis, totam terram meam in **Bekenhall**, & pratum meum quod vocatur **Bukkeleg**,cum pertinentiis ſuis. Doq; & concedo monachis meis totam terram meam de **Normancote**, & quicquid ibi in dominico meo habui, in terris & in omnibus locis, & in omnibus aliis rebus, per has diviſas, ſcilicet de **Walderſlaw**, pèr viam deſcendentem uſque **Apletreſlade**, & ſic deſcendentem uſque in **Whiteſiche**, & inde deſcendendo uſque **Horeſton**, & ſic uſque **Whitewell**, & ſic uſque **old-Blithford**, & ſic per antiquum curſum de **Blithe**, uſque ad **Wetemotesbroc**, & ſic deſcendendo per medium **Thureſmore**, uſque ad **Hyndewell**, & inde aſcendendo per **Richmildeſtréete**, & per villam de **Méere**, uſq; ad fontem fluentem de aſſartis de **Meere**, & per ſichetum ejuſdem fontis uſq; in **Ebroc**, & per quendam ſichetū,uſq; in **Longadone or Puttes**, & ſic in **Whitewellſiche**& inde deſcendendo per eundem ſichetum uſque **Blurton-broc**, & ſic aſcendendo uſq; in **Lindinehurſt**, & inde aſcendendo per **Depelowe** & per **Heſleg**, uſque in **Sondiford**, & aſcendendo per vetus foſſatum uſque in **Walderſlowe**.

Præterea do & concedo prædictis monachis meis villam de **Mixne**, cum pratis & paſturis adjacentibus, & villas & tenementa de **Bradenhope**, & **Midleſclif**, **Arpelford**, **Ruhegg**, & **Mulneſley**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, & cum ſervitiis hominum in dictis villis manentium, ſcilicet, quod ipſi homines faciant prædictis abbati & monachis meis omnimoda ſervitia, quæ mihi facere conſueverunt, vel aliquo modo facere debuerunt. Do & concedo prædictis monachis meis paſturam de **Morrugg**, cum boſco de **Whiterward**, & cum vaſto & cum omnibus aliis pertinentiis,appropriantiis & libertatibus ſuis, per has diviſas, ſcilicet,de **Riſenebrugg** uſque **Revereſley**, & inde uſque **Sneiteſiche**, & inde uſque **Godeneſiche**, & inde uſque in **Rutindepol**, & inde uſque in **Housp**, & inde aſcendendo uſq; ad grangiam de **Avecote**, & inde uſque in **Smalebroc**, & inde uſque in **Blakelond**, & inde uſque in **Wridelache**, & inde uſque in **Merrylenneſ-love**, & ſic deſcendendo uſque in **Bircheneford**, . & inde uſque in **Hengindeſton**, & inde uſque in **Thorneteley**, & inde uſque in **Elingeſ-broc**, & inde uſque in **Knynedenebroc**, & inde uſque in **Flnpes**, & ſic uſque in **Kyſenebrigg**. Præterea do & concedo prædictis monachis meis annuam penſionem decem marcarum dè eccleſia de **Audiddeley**, percipiendam ſingulis annis per manus cujuſcunque Rectoris dictæ eccleſiæ, qui pro tempore fuerit, ſicut ordinatio domini *Hugonis Coventriæ* & *Lichfeldiæ* epiſcopi, quam prædicti monachi mei inde habent pleniùs teſtatur. Hæc omnia prænominata ego *Henricus* de **Audideley** do & concedo, & per preſentem Cartam meam confirmo Deo & beatæ *Mariæ* & monachis meis prædictis, Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis inperpetuum, liberè & quietè, pacifice & honorifice, abſque omni terreno ſervitio, & conſuetudine, & exactione ſæculari, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ſicut aliqua elemoſina liberior & quietior eſſe poteſt, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, in boſco & in plano, in pratis & paſturis, in ſtagnis & molendinis, in aquis & piſcariis, in moris & mariſcis, in viis & ſemitis, in omnibus locis, & in omnibus rebus, cum omnibus aiſiamentis & commoditatibus quæ ibi ſunt, vel quæ ibi fieri poterunt; Et ego & hæredes mei omnia prenominata prædictis monachis warantizabimus, defendemus, acquietabimus & manutenebimus contra omnes homines inperpetuum. **Ut** igitur hæc mea donatio, conceſſio & confirmatio ſtabilis & firma permaneat inperpetuum, præſentem Cartam ſigilli mei impreſſione corroboravi. Hiis teſtibus *Nicholao* de **Verdon**, *Willielmo Pantun*, *Willielmo* de **Audithelie**, *Willielmo Ruffo*, *Henrico* de **Chetham**, *Henrico* de **Verdun**, *Willielmo* de **Erdinton**, *Galfrido Griffin* clerico, *Bernardo* clerico & *Waltero* capellano, *Nicholao* clerico, *Bertramo Griffin*, *Willielmo* de **Bromlegg**, *Roberto Blundo*, *Willielmo* de **Stant**, & multis aliis.

Ab exemplari quodam in officio Armorum.

Herveus de **Stafford** filius *Hervei Bagoth* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* & abbatiæ & monachis de **Hulton** ibidem Deo ſervituris, in liberam & quietam & puram & perpetuam elemoſinam, totam terram quam habui in **Normanchote** quam dedi *Simoni* de **Verney** pro homagio & ſervicio ſuo; videlicet illam terram quam in excambiis recepi de domino *H.* de **Auditheleg** pro boſco & terra quam ipſe *Henricus* incluſit in parco ſuo de **Heléæ**, & quam ipſe *Simon* de **Verney** dedit abbatiæ & monachis de **Hulton**, &c.

De manerio de **Cameringham** abbatiæ de **Hilton** conceſſo.

Clauſ. 19 *R.* 2. In dorſo memb. 15.

R*EX theſaurario & baronibus ſuis de ſcaccario, ſalutem. Cum de gratia noſtra ſpeciali, & pro quodam fine quem* Elizabeth, *quæ fuit uxor* Nicholai *de* **Audeley** *chivaler nobis ſolvit in banaperio noſtro, conceſſerimus & licentiam dederimus pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis fuit, abbati & conventui de* Blaunclanda *in* Normannia *de poteſtate* Franciæ, *quod ipſi dare poſſent, concedere & aſſignare dilectis nobis in Chriſto* Richardo *abbati eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* **Hulton** *in comitatu* Staffordiæ *& conventui ejuſdem eccleſiæ de* **Hulton**, *manerium de* **Cameryngham**, *aliter vocatum Prioratum de* **Cameryngham**, *cum omnibus terris, tenementis, redditibus, feodis, ſerviciis, penſionibus, reverſionibus, libertatibus & poſſeſſionibus quibuſcunque ad manerium, ſive Prioratum prædictum ſpectantibus, ſive pertinentibus, necnon advocationem & patronatum eccleſiæ de* **Cameryngham** *cum advocatione & patronatu vicariæ ejuſdem eccleſiæ de* **Cameryngham**, *quam quidem eccleſiam de* **Cameryngham** *prædicti abbas & conventus de* **Blaunclande** *habent & tenent in proprios uſus de advocatione & patronatu ſuis propriis, ſibi & eccleſia ſuæ ſancti* Nicholai *de* **Blaunclande** *appropriatam ut dicitur.*

Conceſſerimus inſuper, & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis fuit, quod prædicta eccleſia de **Cameryngham**, *præfatis abbati & conventui de* **Blaunclande**, *ac prædictæ eccleſiæ ſuæ ſancti* Nicholai *de* **Blaunclande** *ſic appropriata, & quam ipſi tenent in proprios uſus ut præmittitur, licitè transferri poſſit, in & ad prædictos abbatem & conventum de* **Hulton** *& ſucceſſores ſuos ac dictam eccleſiam ſuam beatæ* Mariæ *de* **Hulton**, *melioribus modo & forma, quibus fieri poſſet imperpetuum, & quod unio, appropriacio, & incorporatio prædictæ eccleſiæ de* **Cameryngham** *prædictis abbati & conventui de* **Blaunclande**, *ac prædicta eccleſiæ ſuæ ſancti* Nicholai *de* **Blaunclande** *antea facta penitùs diſſolverentur, & de eis penitùs exonerarentur; & quod prædicti abbas & conventus de* **Hulton**, *& conceſſores ſui prædictam eccleſiam de* **Cameryngham** *de novo appropriare & prædictæ eccleſiæ ſuæ de* **Hulton** *unire & incorporare, & eam ſic appropriatam, unitam, & incorporatam, habere poſſent, & tenere, ſibi & ſucceſſoribus ſuis inperpetuum. Quæ quidem manerium ſive prioratus, terræ, tenementa, redditus, feoda, ſervicia, penſiones, reverſiones, libertates, & poſſeſſiones cum pertinentiis, ac advocationes & patronatus prædicti in manu noſtra occaſione guerre inter nos & adverſarium noſtrum* Franciæ *motæ extiterunt* (&c.) Habend. *& tenend. prædictum manerium, ſive Prioratum, cum omnibus terris, tenementis, redditibus, feodis, poſſeſſionibus, ſerviciis, penſionibus, & reverſionibus, cum pertinentiis, & advocationibus, & patronatibus prædictarum eccleſiæ & vicariæ de* **Cameryngham**, *necnon libertatibus, francheſiis, privilegiis, quietanciis, immunitatibus, juribus & conſuetudinibus, ac omnibus aliis ad prædictum manerium, ſive Prioratum de* **Cameryngham** *qualitercunque ſpectantibus ſive pertinentibus, eiſdem abbati & conventui de* **Hulton**, *& ſucceſſoribus ſuis de nobis & hæredibus noſtris, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum* (&c.) *Teſte Rege, apud* Weſtmonaſterium *vigeſimo ſeptimo die* Novembris.

De GRACIIS *Abbatia juxta Turrim* Londini.

Carta regis Ricardi *ſecundi, fundationem* Edwardi *regis avi ſui, aliaſque donationes recitans & confirmans.*

Pat. 22 *R.* 2. part. 1. mem. 26.

REX omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod cum dominus *Edwardus* nuper Rex *Angliæ* avus noſter defunctus abbatiam beatæ *Mariæ* de *Graciis* juxta Turtim noſtram **London** ex devocione fundaſſet & literas ſuas patentes de fundacione ejuſdem abbatiæ ſub magno ſigillo ſuo fieri feciſſet, in hæc verba, *Edwardus* Deigratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hyberniæ*, omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Dum pericula varia quibus pluries tam

Vide clauſ. 25 *E.* 3. mem. 20. In dorſo.

Et Pat. 24 E. 3. part. 1. m. 14.

Et Pat. 1 *H.* 4. part. 5. m. 28.

tam in terra quam in mari irremediabiliter juxta rationis humanæ judicium expoſiti fuimus, ac profuſas gratias quibus Chriſti clementia tunc ad invocationem ſuam & glorioſiſſimæ virginis matris ſuæ *Mariæ* miſericorditer nos prevenit devota conſideratione penſamus, nimirum concaleſcit cor noſtrum in nobis, & in amorem accendimur ipſius domini noſtri Jeſu Chriſti & dominæ noſtræ dilectiſſimæ genetricis ſuæ *Mariæ* prædictæ, deſiderantes ad ipſorum laudem & gloriam aliquid in memoriam graciarum hujuſmodi humiliter ordinare, ſperantes quod qui ſic tantis graciis miſericorditer nos prevenit nos ſemper per piam mediationem matris ſuæ ſuper infuſione gratiarum cæleſtium miſericorditer ſubſequetur. Ex hac itaque conſideratione quandam domum monachorum ordinis *Ciſtercienſis* quam liberam capellam regiam beatæ *Mariæ* de *Graciis* volumus appellari, ad immolandum devotas laudes gratias & hoſtias Deo, & protectrici noſtræ præcipuæ beatiſſimæ *Mariæ* prædictæ ſpecialiter, ex hac cauſa in novo cimiterio ſanctæ *Trinitatis* juxta turrim noſtram **London** fundare diſpoſuimus & dotare. Unde ſciatis quod pro fundatione & dotatione primaria dictæ domus, dedimus & conceſſimus præſidenti & monachis Deo & beatæ virgini prædictæ juxta ordinationem inde faciendam ibidem perpetuo ſervituris, omnia illa meſuagia noſtra apud *le* **Tourhull**, cum gardinis, & curtillagiis eiſdem adjacentibus, & aliis pertinentiis ſuis, quæ habuimus ex dono & feoffamento *Johannis Cory*, prout charta ipſius *Johannis Cory* nobis indè confecta & in rotulis cancellariæ noſtræ irrotulata plenius teſtatur: Habend. & tenend. præfatis præſidenti & monachis & eorum ſucceſſoribus de nobis & hæredibus noſtris in liberam puram & perpetuam elemoſinam in perpetuum. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud *Weſtm.* viceſſimo die Marcii anno regni noſtri *Angliæ* viceſſimo quarto, regni verò noſtri *Franciæ* undecimo.

Et poſtmodum idem avus noſter quinto die Octobris anno regni ſui quinquageſſimo per alias literas ſuas patentes dediſſet & conceſſiſſet chariſſimo avunculo noſtro *Johanni* duci *Lancaſtriæ* tunc regi *Caſtellæ* & *Legionis*, ac venerabilibus patribus *Simoni* tunc archiepiſcopo *Cantuarienſi*, *Johanni* epiſcopo *Lincoln.* *Henrico* tunc epiſcopo *Wigorniæ*, *Will.* domino *le* **Latymer**, *Johanni Knivet* tunc cancellario, *Roberto* de **Aſhton** militi tunc theſaurario, *Rogero* de **Beauchamp** militi tunc camerario, *Johanni* de **Ypris** militi tunc ſeneſcallo hoſpitii, & *Nicholao Carren* ſeniori tunc cuſtodi privati ſigilli dicti noſtri avi certa maneria terras redditus & reverſiones quæ prædictus noſter avus adquiſivit de certis perſonis tam in dominico quam in reverſione in com. *Kantiæ*, & aliis comitatibus regni noſtri *Angliæ*, Habend. & tenend. prædictis *Johanni* duci, *Simoni* archiepiſcopo (*&c.*) & hæredibus ſuis in perpetuum ad ipſos abbatem & monachos & alias certas perſonas & domos de fundatione ejuſdem avi noſtri in maneriis terris tenementis & redditibus hujuſmodi dotandum & ſeoffandum inperpetuum. Ac poſt mortem dicti avi noſtri idem avunculus noſter & prædicti epiſcopi *Lincoln.* (*&c.*) ultimam voluntatem & intentionem ipſius avi noſtri prout in teſtamento ſuo expreſsè onerabantur ſummo deſiderio cupientes adimplere, per ſcripta ſua indentata conceſſiſſent & dimiſiſſent & per eadem ſcripta confirmaſſent præfatis abbati & monachis maneria de **Graveſende**, **Leuches**, **Laybourne**, **Wattingbury**, & **Gore** cum pertinentiis; cum advocationibus eccleſiarum dictorum maneriorum de **Graveſend** & **Laybourn** in dicto comitatu *Kantiæ*, quæ dicti feofati habuerunt ex dono & feofamento dicti avi noſtri ut prædictum eſt, una cum ſtauro vivo & mortuo in maneriis prædictis ad tunc exiſtentibus, ac reverſione manerii de **Gomſhulf** cum pertinentiis in comitatu *Surriæ* poſt deceſſum *Thomæ* de **Stanes** cum acciderit, Habend. & tenend. omnia prædicta maneria de **Laybourne** (*&c.*) poſt mortem *Thomæ Stanes* prædicti præfatis abbati & monachis & ſucceſſoribus ſuis à feſto paſchæ anno regni noſtri quinto uſque ad finem quadraginta annorum ex tunc proximè ſequentium plenariè completorum, ad effectum & intentionem quod eadem maneria terræ (*&c.*) eiſdem abbati ac monachis de *Graciis* per nos ſeu hæredes noſtros ad manum mortuam data & conceſſa forent in perpetuum, prout (*&c.*) de quibus quidem maneriis de **Leybourne** (*&c.*) iidem abbas & monachi ſeiſiti fuerunt de termino ſuo prædicto, & in plena poſſeſſione eorundum maneriorum terrarum & tenementorum cum omnibus pertinentiis ſuis per tempus non modicum exiſtentes, omnia eadem maneria terras tenementa cum pertinentiis *Simoni* de **Burley** chivaler jam defuncto ad dictum terminum annorum nondum completum ad firmam dimiſiſſent pro certa ſumma pecuniæ eiſdem abbati & monachis inde annuatim reddenda durante termino ſupradicto, prout per indenturas inter prædictos abbatem & monachos & præfatum *Simonem* inde confectas planè liquet, & poſt mortem ipſius *Simonis* omnia prædicta (*&c.*) ſimul cum maneriis de **Parroke** & **Bykenore** cum pertinentiis & cum advocatione eccleſiæ de **Bykenore** quæ dicti feoffati ſimiliter habuerunt ex dono & feoffamento ejuſdem avi noſtri in eodem comitatu *Kantiæ*, certis de cauſis ſeiſita & capta fuerunt in manum noſtram tanquam nobis forisfacta. Subſequenterque tertio die Auguſti anno regni noſtri duodecimo ad ſupplicationem prædictorum abbatis & monachorum, de aſſenſu & aviſamento concilii noſtri, per literas noſtras patentes, dederimus & conceſſerimus prefatis abbati & monachis omnia exitus redditus & proficua de maneriis predictis cum pertinentiis provenientia Habend. & percipiend. ſibi & ſucceſſoribus ſuis ſingulis annis quouſque eis per nos & dictum noſtrum conſilium de maneriis prædictis ſeu aliis poſſeſſionibus pro ſufficienti dotatione ſua aliter ordinatum foret & proviſum. Et inſuper voluerimus & conceſſerimus quod prefati abbas & monachi haberent omnia domos & edificia maneriorum prædictorum pro cuſtodia & hoſpitatione bonorum & catallorum ſuorum, ac exituum & proficuorum predictorum: & nos etiam ſecundo die Octobris dicto anno duodecimo quibuſdam certis de cauſis coram nobis & conſilio noſtro in Parliamento noſtro apud **Cantabrigge** motis & propoſitis ac expreſſe declaratis, volentes eiſdem abbati ac monachis gratiam facere ampliorem, de aſſenſu & aviſamento prælatorum procerum & magnatum nobis in dicto Parliamento noſtro aſſiſtentium dictas donaciones & conceſſiones noſtras ac feoffatorum prædictorum prefatis abbati & monachis, ſic factas, juxta intentionem & voluntatem dicti avi noſtri pro nobis & heredibus noſtris per literas noſtras patentes acceptaverimus approbaverimus declaraverimus & plene affirmaverimus. Et præterea de aviſamento & aſſenſu prædictis in eodem Parliamento noſtro ad finem quod præfati abbas & monachi omnia exitus redditus blada ſenum & proficua maneriorum prædictorum cum pertinentiis juxta effectum donacionum & conceſſionum noſtrarum prædictarum melius liberius & quietius habere & percipere valerent, ex mero motu noſtro, pro majori ſecuritate ſua ne ipſi imposterum quovis modo defraudentur, conceſſerimus & commiſerimus dilectis nobis *Waltero* de **Sondeye**, ac *Thomæ Sakeveyle* cuſtodiam omnium maneriorum prædictorum cum pertinentiis univerſis in dicto comitatu *Kantiæ* exceptis domibus & edificiis prædictis præfatis abbati & monachis ex cauſa prædicta ſic per nos prius conceſſis, habend. eiſdem *Waltero* & *Thomæ* & aſſignatis ſuis, una cum eſcaetis, reverſionibus, (*&c.*) uſque ad finem triginta annorum ex tunc proximè ſequentium plenariè completorum. Reddendo inde nobis & hæredibus noſtris, quolibet anno, unam roſam tantum ad feſtum nativitatis ſancti *Johannis* Baptiſtæ, pro omnibus ſervitiis & demandis. Salvis ſemper & reſervatis prædictis abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus omnibus prædictis exitibus redditibus bladis fæno commoditatibus & omnibus aliis proficuis quibuſcunque maneriorum prædictorum cum pertinentiis ut prædictum eſt, prout in iiſdem literis noſtris patentibus plenius continetur. Nos jam conſiderantes pium & benignum propoſitum ſanamque & devotam intentionem prædicti avi noſtri in hâc parte quod prædicta intencio & ultima voluntas dicti avi noſtri penes dictam abbathiam beatæ *Mariæ* de *Graciis* adhuc minime perficiuntur, & quod eadem abbatia quæ jam de patronatu noſtro fore dinoſcitur, ſecundum primam fundacionem ejuſdem, nondum ſufficienter edificata nec dotata exiſtit; volenteſque hujuſmodi intencionem ac ultimam voluntatem ipſius avi noſtri ex regio favore feliciter adimplere, in exoneratinem noſtram & hæredum noſtrorum, de gracia noſtra ſpeciali, & ex certa ſcientia noſtra, ac de aſſenſu conſilii noſtri, dedimus & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris præfatis abbati & monachis beatæ *Mariæ* de *Graciis*, omnia prædicta maneria de **Leybourne**, **Graveſende**, **Leuche**, **Wattingbury**, **Gore**, **Parroke**, & **Bykenore** cum pertinentiis & cum advocatione eccleſiæ de **Bykenore**, & aliarum eccleſiarum prædictarum & cum omnibus aliis pertinentiis in dicto comitatu *Kantiæ*; nec non prædictam reverſionem manerii de **Gomſhulf** cum pertinentiis in dicto comitatu *Surriæ*, poſt mortem dicti *Thomæ* de **Stanes** quando acciderit, una cum feodis militum (*&c.*) Habend. & tenend. prædictis abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum ad miſſas & alia divina ſervitia ſingulis diebus celebrandas & faciendas in abbathia prædicta pro ſalubri ſtatu & proſperitate noſtra dum vixerimus & pro anima noſtra cum ab hâc luce migraverimus, & pro anima ejuſdem avi noſtri ſpecialiter, & animabus omnium aliorum progenitorum hæredum & ſucceſſorum noſtrorum ac omnium fidelium defunctorum imperpetuum juxta intenſionem & ultimam voluntatem avi noſtri ſupradicti. Inſuperque conceſſimus & licenciam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt præfatis *Johanni* duci *Lancaſtriæ* & *Joh.* epiſc. L*incoln.* qui alios dictos feofatos ſupervixerunt, quod ipſi relaxare poſſint & quietum clamare prædictis abbati & monachis & ſucceſſoribus ſuis, omnia prædicta maneria terras & tenementa ac redditus, & reverſionem prædictam cum pertinentiis & dictis advocationibus eccleſiarum & cum omnibus aliis pertinentiis ſupradictis, ac totum jus & clameum quæ iidem dux & epiſcopus *Lincoln.* habent habuerunt ſeu habere poterunt qualitercunque in eiſdem, Habend. & tenend. eiſdem abbati & monachis & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum ſicut prædictum eſt, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito ſeu eo quod predicta maneria terra tenementa redditus ac reverſio cum advocationibus eccleſiarum & omnibus aliis pertinentiis ſuis de nobis tenentur in capite ſeu aliquo alio ſtatuto in contrarium facto aut aliqua alia cauſa quacunque, non obſtante, (*&c.*) In cujus &c. T. R. apud caſtrum de **Notingham** tertio die Juli.

De hiſce in hac pagina ſequentibus, nil nobis liquet niſi ſolummodo fundatorum nomina, quæ ex Lelando *annotavimus.*

Vallis Crucis.

Denbigh.

Lel. Col. vol. 1. p. 94.

M*Adok ap Griffith-Malor* primus fundator, alias *Madok* **Prince** of Malor.
Eccleſia de *Wrixam* appropriata.

Buckfeſtre.

Devon.

Ib. p. 75.

Ethelwardus filius *Gulielmi Pomerey* erat primus fundator. Modernus, dominus rex.

Gokwelle *Prioratus monial.*

Linc.

Ib. p. 88.

Gulielmus de *Alta ripa* fundator.

Coenobia Anglicana,

DE ORDINE

CARTHUSIENSI.

949



Ordinis Carthuſiani Monachus.

83

De origine CARTHUSIANORUM.

CArthuſianorum *exordium incidit in annum ſalutis* Mlxxx. *Quidam enim ſingulari doctrina, nomine* Bruno, *homo* Colonienſis, *cùm* Luteſia Pariſiorum *philoſophiam profiteretur, contigit, ut amicum quendam bonis moribus præditum, & vita jam privatum, priuſquam ad ſepulturam daretur, audire viſus ſit clamantem,* Juſto Dei judicio damnatus ſum; *& ea re motus è veſtigio cum ſex ſociis pari miraculi eventu territis, eremi deſerta quæritans, pervenerit in diœceſim* Grationopolitanam (*eſt* Celticæ *urbs*) *ibique locum optaverit, cui hodie* Cartuſia *nomen eſt, quem ei aſſignandum curavit* Hugo Grationopolitanus *epiſcopus, qui ſtatim poſt, ſe ad eam familiam adjunxit. Eo igitur loci* Bruno *ad res divinas intentus primum cœnobium fundavit, cum his rigidæ vitæ inſtitutis: intima enim veſte utuntur cilicina, ſumma pallio nigro, ſubter candida toga, operculoque capitis cucullo; carnibus nunquam veſcuntur, ſexto hebdomadæ die pane & aqua jejunium ad edomandam vitioſam corporis naturam inſtitutum obſervant, in cubiculis quæ veluti ſacella habent, ſoli edunt, certis tamen feſtis diebus unà duntaxat prandent. Silentium eis penè perpetuum, nulli fas eſt cœnobio exire præter præfectum, & procuratorem, & illis tantùm ad negotia loci curanda, quippe opes habent per quas ſemper ſacerdotibus minùs omnino licet, ſe totos, prout deberent, rebus ſacris curandis dare. Mulieribus ad eorum etiam templa aditus interdictus, quò ne aliquid videant, per quod ad libidinem rapiantur.*

Polid. Virg. de invent. rerum lib. 7. cap. 3.

Miraculum, quod inſtituto huic initium præbuiſſe dicitur, his monachi cujuſpiam verſibus fuſius aliquanto deſcribitur.

Siſte viator & hos oculis percurrito verſus,
Mira leges, cuivis exhorreſcenda ſalutis
Cui ſit cura ſuæ, hiſtoria teſtata fideli,
Fors vitæ hic ratio melior ſumetur agendæ.
  Anno octogeno ſupra mille atque ſecundo,
Pariſiis doctor pietatis nomine clarus,
Doctrinæque ſimul, moritur. Mox funus honore
Juſto quo fieret, quiſquis celebratior urbe
Tota erat, huc adiit: intentis omnibus unà
Funebri officio, defunctus vertice paulum
Sublato è pheretro, clara triſtique profatur
Voce, “ Dei juſto ſum judicio accuſatus.
Obſtupuêre animis, oculiſque, atque auribus omnes:
Quippe ad inauditum, tamque admirabile monſtrum.

Proin ſtatuunt corpus tumulandum luce ſequenti,
Qua multo affluxit populus numeroſior ortâ,
Solicita attoniti nimirum corda tremore.
Rurſum effertur humo condendus mortuus, ecce
Erecto eſt rurſum capite hæc in verba locutus,
“Juſta Dei de me dudum ſententia lata eſt.
Jam magis atque magis cunctis horreſcere mentes,
Corda pavere magis novitatis neſcia miræ.
Alterum uſque diem conſervandum eſſe cadaver
Conſulto placuit, populus quo confluit omnis,
Indocti, docti, juveneſque, ſeneſque, puellæ,
Matronæque graves merito rumore ſtupendo
Exciti, officium jam funebre tertio adornant.
Stant cuncti arrectique comas, artuſque trementes,
Cùm propè putre caput jam attollitur altius, atque
Flebiliter tremula prorupit voce ſupremum,
“ Juſto judicio Chriſti ſum condemnatus.
Demum inopina viri tam docti, tamque probati
Damnati cunctos valde ſententia terret,
Incertos quid agant, deſperanteſque remittit
Nonnullos, multa aiunt judicium Dei abyſſus.
Bruno vir eximus doctrina & religione
Conſternatus eo, qui omni admirabilis urbi
Extiterat vivus, qui ſi quiſque alter Olympo
Eſſe videbatur dignandus judice Chriſto,
Damnato rationem aliam diſquirere vitæ
Feſtinat. Comites alii ſex ſe aſſociarunt:
Deſerit extemplo populumque urbemque frequentem
Poſt ad eremitæ caſulam devenit, ab illo
Judicii horrorem æterni qui evadere poſſit
Scitatur, mox is reſpondet verba Prophetæ:
“Ecle elongavi fugiens loca ſola habitavi,
Omnes unus amor ſtatim ſuccendit eremi.
Itur ad *Hugonem* qui erat inter Epiſcopus omnes
Unus amore Dei flagrans, populique ſalutis
Commiſſi cura, nocteſque dieſque fatigans.
Quid veniant paucis exponunt ordine verbis,
Seceſſum votis orant ardentibus aptum.
Multa diœceſi illius loca inhoſpita norant,
Deſertoſque vacare foris habitacula montes.
Audit vota lubens faciliſque precantibus ultro
Unâ abit in montem cui adhuc *Carthuſia* nomen,
Viderat is ſiquidem pridem per ſomnia Chriſtum
Ædificare ſibi pergratam his montibus ædem,
Seque huc ſtellarum ſeptem ſplendente ducatu
Accerſi. Proin hic communi protinus ære
Tecta viris Templumque Deo properata locantur.
Hic bonus *Hugo* â Deo verſatur ſæpe libenſque,
Ut crebro officii monitus diſcedere nolens,
Invitus ſanè *Brunone* urgente relictas
Cogatur paſturus oves, ita ſancta placebat
Conſuetudo hominum ſuperis devota ſeorſum.
Jure hos ergo duos parili celebramus honore,
Ut *Carthuſiaci* veneranda exordia cœtus.
Qui dedit hos verſus ſaltem hoc mercedis habeto
Lector uti dicas, pia mens in pace quieſcat.

Si verò amplum de hoc ordine tractatum perlegere otium ſit, adeas libros *Petri Sutoris* de vita *Carthuſiana*, in quibus, quæ ad hoc inſtitutum ſpectant ſigillatim tractantur, & diſcutiuntur omnia, impreſſos *Lovanii* A. 1572.

Incipit quidam tractatus ſtatutorum ordinis *Cartuſienſis* pro noviciis ejuſdem ordinis proficere in ipſius obſervanciis conſuetis cupientibus, valdè utilis.

Ex codice MS. in bibl. Cotton. [ſub effigie *Neronis* A.3.] fol. 139.

INtrantes eccleſiam novicii capucia removere ſicut cæteri debent, uſque ad ſedes ſuas nudatis capitibus incedentes. Similiter cum exire eccleſiam contigerit, capucia removere debent ſignantes ſe. Ingreſſi verò eccleſiam & in chorum, in medio inclinent reverenter ad ſacramentum deſuper altaris, deinde Priori ſi tranſeant coram illo. Item tunc ſtent in ſedibus ſuis verſa facie ad altare, donec ad miſericordias *vel ſuper formulas prout tempus poſtulat inclinent. A* laudibus *enim vigiliæ natalis domini uſque in craſtinum octabarum apparitionis, & à paſcha in craſtinum octabarum Pentecoſtes & infra octabas corporis Chriſti, aſſumptionis & natalis beatæ* Mariæ, *& infeſtis xij. lectionum ad* miſericordias *inclinamus, omni verò alio tempore procumbimus ſuper formulas. Quamdiu autem ſuper formulas vel* miſericordias *inclinamus, ab omni ſtrepitu, ſicut in canone miſſæ, quantum poſſumus abſtinemus, & in eccleſiam intrare vel per chorum tranſire cavemus. Si autem contigerit quando intramus vel eximus dici* Gloria Patri, *vel* Gloriam hymni, *vel* Dominus vobiſcum *ad miſſam ubicumque ſumus, ſtatim inclinamus, caventes ne alicui dorſum in faciem vertamus.*

Cum ſoli aliquid in eccleſia dicimus & cum dicitur pſalmus Te Deum, *& quociens pronunciatur evangelium, & cum dicitur pſalmus* Benedictus, *pſalmus* Magnificat *ac etiam pſalmus* Quicumque vult, Confiteor, Kyrieleiſon *ad miſſam,* Gloria in excelſis, Credo in unum, *& quotiens incipitur ymnus* Veni Creator Spiritus, *omnes capucia removemus.*

Cum autem dicitur Alleluya, Veni ſancte Spiritus *genua flectimus: ſurgentes à venia ſtamus erecti, id eſt, non innitimur hinc vel inde.*

Item quotiens ſine capuciis eſſe debemus non innitimur ſive faciem habeamus ad altare ſive non, excepto ſacerdote cum dicit benedictiones *& cum dicit* preces & orationes *in ſede ſua vel ſuper formas, & cantore ebdomadario ad ſuffragia ſancti* Johannis *& omnium Sanctorum, & eciam toto conventu cum dicitur* Confiteor.

Cum ſacerdos dicit orationem in ſede ſua vel ſuper formas, eo ſurgente ſurgimus omnes poſt Benedicamus domino, *vel* Requieſcant in pace; *Cum verò eſt ad lectorium, ſurgimus cum dicitur* In unitate Spiritus ſancti. *Ad miſſam autem, ad orationem ante epiſtolam donec reſponderemus,* Amen, *non deponimus ſedes noſtras.*

Ad orationes in fine miſſæ ſurgimus cum dicitur In unitate Spiritus ſancti.

In canone miſſæ, niſi neceſſitas aliud cogat, faciem noſtram capucio totaliter cooperimus: Alio verò tempore in omnibus locis ita ut facies noſtræ appareant capucia noſtra tenere debemus.

Oculos autem noſtros ſemper & ubique, maximè verò in eccleſia & in refectorio tenere nos convenit, ne nobis murmurandi aut detrahendi materiam afferant aut ridendi.

Manus noſtras in eccleſia & ubique cum ſumus ſine capa, extra cucullam & inſimul habere debemus niſi cum aliquid tenendum eſt nobis vel agendum. Nec debemus tenere digitos complexos & connexos.

Cum capas habemus, in choro vel alibi quando inclinamus vel quando ſedemus, oras capæ hinc inde ante genua noſtra complicare debemus niſi teneamus aliquid vel agamus.

Tibias pedum non nimis debemus extendere, divaricare, vel cancellare.

Nec debemus dum pſalmodia dicitur libros alios revolvere, nec ad hoſpites vagè reſpondere.

Item quando ſoli fallimus id eſt quando deficimus, veniam accipimus ſuper formam: Cum liber nobis cadit vel eum cadere facimus, veniam accipimus ſuper formam. Quando inclinandum eſt, ſi non inclinamus niſi cum pulſati à ſocio, non debemus moleſtè ferre ſed veniam accipimus. Cum ad miſſam non ſumus ad Confiteor, *venientes ad ſedes noſtras veniam accipimus ſuper formam. Similiter facimus cum orationi non interſumus quæ fit ante horam.*

Cantatis horis Prior de eccleſia primus exit, niſi aliqua neceſſitas eum remanere compellat. Poſt Priorem primus in ordine, deinde cæteri per ordinem.

Semel in die non tamen in conventu aſcendentes ad gradum altaris, genua flectimus.

Qui fragilitatem incurrunt, quamvis inde confeſſi fuerint, non debent tamen ea die gradum majoris altaris aſcendere, nec etiam ibidem veniam ſumere.

Quando incipimus ad veſperas hymnum Ave maris ſtella, veniam accipimus in eccleſi ſuper formas, alibi, prout oportunitas fuerit.

Similiter facimus ad ſingula eorum quæ ſubſequuntur, ſcilicet, Ave Maria, ſive ſit invitatorium ſive reſponſiunculum, ſeu verſiculus vel etiam offertorium, necnon & ad Salve ſancta parens, atque Salve Regina.

Item quando incipitur Veni ſancte Spiritus, & in lectione quando dicimus Ave gratia plena, ſimiliter veniam accipimus.

Item in letania Paſche & Pentecoſtes cum pronunciatur Sancta Trinitas veniam accipimus, nec ſurgimus donec dictum ſit Sancta Maria ora.

Item veniam accipimus cum incipimus verſum, O crux ave ſpes unica. Similiterque facimus in Pareſceve cum incipitur à diacono Antiphona Nos autem, & cum incipimus ymnum Veni creator Spiritus, & etiam in natali domini quando incipitur invitatorium, Chriſtus natus eſt.

Item quandocunque corpus domini nobis præſentibus portatur ad communicandum, ubicunque ſumus veniam accipimus.

Inclinamus nudatis capitibus verſa facie ad altare cum ante evangelium ſignantes nos dixerimus Gloria tibi Domine, & quando inceptum eſt Gloria in excelſis Deo, Credo in unum, & quando gradum altaris aſcendimus, & cum tranſimus ante altare.

Sed & quando capitulum vel etiam refectorium intramus, inclinamus ad crucem.

Inclinamus ſuper miſericordias quando dicitur Gloria Patri, nec ſurgimus donec dictum ſit Spiritui ſancto. Eodem modo inclinamus quando poſt evangelium dicitur antiphona Te decet laus, & quando in gloria in excelſis Deo dicitur Adoramus te, & in credo in unum quando dicitur Simul adoratur, & cum poſt offertorium ſacerdos vertit ſe ad populum dicens, Orate fratres, & quando poſt præfationem dicitur Sanctus, & quando preces & orationes ad matutinas & horas dicuntur diebus feſtivis, & omni tempore cum ad miſſam dicuntur orationes. Tamen quando ſacratur aqua benedicta, & ad primas orationes quæ poſt paſſionem dicuntur in Pareſceve ſtamus verſa facie ad altare. Procumbimus verò diebus ferialibus ſuper formas ad Pater noſter ante horæ inicium & ad Gloria Patri, nec ſurgimus donec dictum ſit Spiritui ſancto. Similiter facimus ad preces & orationes quæ ad matutinas & horas dicuntur, & in ſpacio miſſæ quod eſt inter Sanctus & Agnus Dei, in quo ſpacio feſtivis diebus ſtamus verſa facie ad altare. Quociens nomen Jeſu vel nomen Mariæ pronunciamus vel audimus, modicè & reverenter inclinamus. Conſimiliter quoq; facimus Priori ad lectionem eunti vel redeunti vel cum ante eum tranſimus, & cum Prior ad aliquos venit aſſurgitur ei. Item quando in Credo dicitur & homo factus eſt, proſternimus nos in terram oſculantes, & conſimiliter facimus poſt elevationem corporis Chriſti, nec ſurgimus donec calix deponatur. Item poſt Agnus Dei data pace proſtrati in terram oramus. Tribus autem primi nocturni verſibus explicatis, ille qui requiſitus eſt chorum intrare non poteſt niſi Prior aut vicarius innuat. Expleto primo pſalmo non ingreditur nec vocatur. Ad miſſam quilibet intrare poteſt ſemper uſque ad evangelium. Item quod nullus quamvis ſit ſacerdos quando eſt ſolus dicit Jube dompne benedicere, benedictio tamen non omittitur. Cantatis nocturnis breve facimus intervallum, in quo ſpacio qui voluerit remanere poteſt in choro ſtans vel ſedens, non autem ad venias accipiendas. Item debemus cavere cum ſimus ad lectorium & ubique ne moleſtum ſtrepitum faciamus folia revolvendo vel aliquod aliud agendo. Item tempore matutinarum in quibus ante Laudes ſit intervallum, nulli extra eccleſiam ire licet niſi neceſſitas cogit. Item ſpacium quod eſt inter matutinas & terciam diei omnibus diebus, ſpiritualibus excerciciis mancipatur. A tercia autem uſque ad ſextam & à ix. dicta uſq; ad veſperas tempus quod in eis eſt manualibus deputatur operibus. Quæ tamen opera ſemper volumus ſaltim brevibus orationibus interrumpere. A veſperis autem uſq; ad completorium ſpiritualibus operibus intendere debemus. Item in quadrageſima tamen uſq; ad completorium licet manualia operari. Porro ſpaciis operi deputatis, utilitatem lectionis non intendimus excludere. Poſt completorium dictum ſtatim debemus ire dormitum. Monemur autem horis ad quietem deputatis dormitioni magnum impendere ſtudium, quatinus temporibus cæteris alacriter vigilare poſſimus. Diſciplinas vel vigilias ſeu quælibet alia Religionis exercicia quæ noſtræ inſtitutionis non ſunt, nulli noſtrum facere licet, nec etiam abſtinentias niſi quæ ab Ordine conſtitute ſunt. Novicii ſicut & cæteri ad miſſas privatas ſervientes, cum cuculla eccleſiaſtica ſervire teneantur. Novicii in conventu non celebrent. Et ſi in miſſarum celebratione & obſervanciis regulari-

bus formæ ordinis ſe noluerint conformare, vel ſi in ſuſtinenda opinione ſua fuerint obſtinati, vel in modo vivendi fuerint ſingulares, ad profeſſionem nullatenus admittantur. Novicii ſi habent unde, provideant in noviciatu de veſtibus ſibi ipſis & de cæteris neceſſariis. Item non debent in eccleſia poſt conventum nimiam moram facere niſi neceſſitate cogente, vel in clauſtro poſt alios deridere & diſſolutionem ſignis vel factis oſtendere, nec ſuſurrare in conventu, vel clamoſi eſſe in loquendo, nec præoccupare aliorum verba antequam finita fuerint & plena atq; perfecta. Item cum imus ad eccleſiam vel ad alium locum non debemus leviter retro reſpicere.

De cella & ſilencii obſervatione.

HOras in cella, alterius nobis dicere non licet niſi operemur cum illo. Item in cella temporibus orationi deputatis ab omni ſtrepitu moleſto caveamus & in tempore dormitionis. Item non debemus clamoſè dicere Pater noſter *in eccleſia ne impediamus alios, nec eciam horas vel alias orationes dicere in cellis unde poſſit moleſtia alicui oriri. Item reprehenſibiles ſunt qui nolunt opera manualia aliquando excercere, quia ſic legitur in vitis patrum.*

Nunc lege, nunc ora, nunc cum fervore labora.
Sic erit hora brevis, & labor ille levis.

Item ab exaltatione ſanctæ crucis uſque ad paſcha in ſpacio quo lector refectorii refectionem accipit, nonam beatæ Mariæ *dicimus in cellis, atque aliis ſpiritualibus excerciciis occupamur, quouſque ab eodem lectore* nona beatæ Mariæ *priùs in eccleſia dicta pulſetur ad horam. Nullus oſtium cellæ tenet apertum niſi cum aliquis eſt cum eo. Cum duo aut plures in una cella fuerint, primo oſtio penitus aperto, ſecundum ex toto non claudatur nec ullatenus obſeretur. Cellæ incolam id eſt habitatorem diligenter ac ſolicitè debet vigilare, nec aliquas occaſiones egrediendi foras machinetur vel recipiat, exceptis hiis qui generaliter inſtituti ſunt; ſed potiùs ſicut aquas piſcibus & caulas ovibus, ita ſuæ ſaluti & vitæ cellam deputet neceſſariam, in qua quanto diucius moratus fuerit, tanto libentiùs habitabit, nam ſi cellam frequenter & levibus de cauſis exire conſueverit citò habebit eam exoſam. Et ideo poſt* nonam *die colloquii petenda debet petere, & accepta, tota diligentia cuſtodire. Si verò pane aqua potu vel igne caruerit, vel inſolitum ſtrepitum aut clamorem audierit, vel periculum ignis inſtiterit, tunc licebit ei ſilencium ſolvere. Si aliquis inportunus ad cellam venerit volens loqui vel intrare nobiſcum, interrogatur priùs ſi Prior juſſerit, ſic dicendo,* Habetiſne licentiam à Priore? *Si dixerit,* non, *Mittimus eum ad pincernam vel ad portarium ut aliquis eorum impetret licentiam à Priore ſi poſſit inveniri, vel à vicario, nec ampliùs cum illo loquimur etiamſi ſit germanus, quouſve habeat licentiam à Priore vel vicario. Si verò ex noſtris ad cellam venerit aliquis volens loqui vel intrare nobiſcum, ibi interrogatur priùs, ſi Prior juſſerit, aliter ad colloquium non recipitur nec intrare permittitur, niſi talis fuerit de quo ſit credendum quod ſine licencia non venerit.*

Cum aliquis eſt in alterius cella vel alibi per licentiam, audito completorio *ſtatim recedere debet niſi majorem moram faciendi ſpeciale mandatum habuerit. Nullus autem ad feneſtram & ad oſtium prati vel cimeterii debet venire ad colloquium, eciamſi dixerit ſe habere licentiam colloquendi.*

Cum aliqui habent licentiam colloquendi vel cum ſimul operantur, ipſi quidem loquuntur adinvicem, ſed non cum ſupervenientibus niſi Priore præſente aut jubente. Nec in alterius cella nullus niſi licentiam habeat ingreditur.

Quicumque ea quæ dicit affirmaverit jurando ſimpliciter per Deum, per fidem, per Chriſtum, ſic deus me adjuvet, aut alio modo ſimili, audiente uno vel pluribus, ſtatim ubicumque ſit veniam accipiat, Et ſi hoc pro conſuetudine faciat, gravius puniatur. Juxta voluntatem noſtram nocturnis utimur ſotularibus, cuſtodientes tamen eos à cœno & à pluvia & nive quantum poſſumus.

Petere, accipere, donare vel literas recipere vel mittere ſine licencia non debemus. Exire de cella nequaquam conceditur niſi cum ad recordationem vel juſſu Prioris ad aliquod colloquium evocamur. Et ad eccleſiam ſtatutis horis convenimus exceptis paulo ante in hoc extractu recitatis.

Coquinam id eſt potagium & pitanciam non debemus in cellis uſque in craſtinum nec eciam uſq; ad cœnam ſine ſpeciali licencia, reſervare: herbas verò crudas & fructus quamdiu volumus retinemus.

De utenſilibus cellæ.

NOvicii ſi habent provideant ſe in noviciatu de veſtibus & aliis neceſſariis. Item accipit incola cellæ ad lectum palleam filtrum ſi poſſit habere, ſin autem, groſſum pro eo pannum ſimplicem non duplicatum. Pulvinar cotum vel coopertorium de groſſiſſimis ovium pellibus & panno groſſo coopertum. Ad veſtitum autem duo cilicia, duas tunicas, duas pelliceas, unam deteriorem alteram meliorem ; duas ſimiliter cucullas, ij. paria caligarum, tria paria pedulium, iiij. pelles, capam, ſotulares nocturnos & diurnos, ſaginam ad ungendum, lumbaria duo, cingulum ; omnia canebina & groſſa. Et quicquid prorſus ad lectum veſtitumve pertinet cujus groſſitudinis colorisve ſit non curabit ſubditus vel prælatus. Liceat tamen Prioribus & aliis extra terminos euntibus veſtes habere aliquantulum meliores & pro neceſſitate leviores quam habent hii qui domi reſident, in quibus ſicut in aliis omnis curioſitas & accuratio devitetur ; Cum enim ad omnes monachos, tamen maximè ad nos humilitatem attricionemque pannorum & univerſorum quibus utimur vilitatem paupertatem & abjectionem certum eſt pertinere. Habet eciam cellæ habitator acus duas, filum, forfices, pectinem, novaculam ad caput cotem vel calculum & corrigiam ad acuendum. Ad ſcribendum verò ſcriptorium, pennas, cretam, pumices duos, cornea duo, ſcapellum unum ad radenda parcamena, novaculas ſive raſoria duo, punctorium unum, ſubulam unam, plumbum, regulam, poſtem ad regulandum tabulas, graphium. Quod ſi frater alterius artis fuerit, quod apud nos rarò valde contigit, omnes enim pene quos ſuſcipimus ſi fieri poteſt ſcribere docemus, habet arti ſuæ inſtrumenta convenientia. Adhuc eciam libros ad legendum de armario accipit duos, quibus omnem diligentiam curamque præbere monetur, ne fumo ne pulvere, vel aliqua qualibet ſorde maculentur. Item habeant incolæ cellæ ollæ duæ, ſcutellæ duæ, tercia ad panem vel pro ea mantile, quarta grandiuncula ad faciendas mundicias, coclearia duo, cultellus ad panem, juſta, cifus, vas aquarium, ſalariam, patella, manutergium. Ad ignem focale, eſca, lapis ignitus, ligna, ſecuris. Ad opera verò dolabrum. Iccirco autem uni tanta concedimus, ne, quod illicitum ducimus, exire de cella compellatur.

De domo Capituli.

QVando capitulum intramus vel exeamus nudatis capitibus inclinamus ad crucem. Item quando in capitulo confitemur, prolixitatem caveamus, in cella verò poſſumus diffuſiùs confiteri. In capitulo non loquimur niſi quando confitemur vel quando tenetur capitulum. Nullus etiam in capitulo de facili loquatur niſi ea tantum quæ ad neceſſitatem vel ad religionis obſervantiam pertinere noſcuntur. Nullus in capitulo vel ubicumque fuerit in conventu cum aliquo ſecretò loquatur.

De refectorio.

INtrantes refectorium nudamus capita, & venientes ad ſedes noſtras ad crucem inclinamus. Item in refectorio non debemus diſſoluti eſſe ſed nos debemus habere diſciplinatè ne faciamus unde alterum offendamus. Et oculos noſtros maximè in refectorio tenere nos convenit, ne nobis murmurandi aut judicandi vel detrahendi materiam afferant aut ridendi. Sic dicens beatus Hugo Lincolnienſis, Oculos in diſco, manus in menſa, aures ad lectionem, cor ad Deum habere debemus. *Item nullus pitanciam in refectorio ante ſe poſitam ad ſe trahit donec ille qui appoſuit ad ſedem ſuam redierit.*

Cum duæ ſcutellæ apponuntur, quando eas exponimus unam infra alteram ponimus, niſi tantum de cibis illatis remanſerit quod id facere ſine immerſione nequeamus.

Aliquis nolens comedere quæ ſibi in refectorio apponuntur, alteri porrigere fas non habet, excepto pane, fructibus & herbis crudis.

Panem noſtrum debemus ita æqualiter ſcindere tam in refectorio quam in cellis, ut quod reſiduum fuerit honeſtè cuilibet poſſit apponi. Potum quoque in cifos in tali quantitate *fundere debemus, ne illum cogamur in ollas refundere.*

Bibentes duabus manibus cifum tenemus.

Apponenti nobis aliquid & removenti inclinamus.

Contra conſuetudinem eſt ut in refectorio manus vel os ad mantile tergamus. Scutellas non exponimus donec præſidens ſuam exponat. Mantilia non convolvimus donec Prior ſuum mantile convolvat. Numquam exceptis cellis propriis in aliqua domo alia vel officina manducamus & bibimus niſi in refectorio in feſtis & tempore prandii vel cœnæ, exceptis Priore & procuratore.

In refectorio nulli noſtrum licet loqui, ſic nec in clauſtro vel in eccleſia.

De colloquio clauſtri.

UBicumque colloquium habeamus curandum eſt nobis & maximè coram extraneis ſeu hoſpitibus ut caveamus à multiloquio & ut ſermones noſtri ſint honeſti & non ſeculares vel contentioſi. Nullus in communi colloquio ita ſubmiſſè loqui debet vel ſuſurrare vel dicere aliquid quod nolit ab omnibus intelligi vel audiri. Item ad colloquium vel alibi non debemus eſſe diſſoluti ad referendos rumores ſeculi, nec in geſtu nec in ſermone & habitu exemplum & materiam oſtendere diſſolutionis. Item non debemus ſermonibus prolixis conventum fatigare. Et etiam ſi contingat ut aliquis eſt accuſatus coram Priore non debemus importunè accuſare nec aggravare. Tradenti nobis tortas ad oſtium refectorii inclinamus, & ipſe nobis.

Lector refectorii poſt capitulum libros portat in refectorium. Lector ſtat ad librum verſa facie ad orientem. Inclinante conventu ad Gloria Patri *& ad* Pater noſter, *inclinat & ipſe, verſa facie ad conventum. Nec debet autem ſedere donec ſedeat ille qui præeſt conventui. Hiſtoriam legit rotundiùs, ſermones & omelias attractiùs; apertè tamen & diſtinctè legat omnia ut poſſit intelligi, & tali voce quod poſſit audiri. Ad* gratias *inclinante conventu inclinat lector verſa facie ad conventum. Si aliquis de libris quos attulit conſummatus eſt, novicius eum in eccleſiam defert, alios ad minus poſt cœnam lector in eccleſiam portat. Si tamen in hiſtoria die craſtina ſit legendum in eccleſia, egreſſo poſt cœnam conventu de refectorio portat eum ad oſtium eccleſiæ. Lector refectorii in refectorio benedictionem ad prandium vel ad cœnam iterare non debet. In cella ſine licentia nunquam comedit. Poterit autem Prior interdum diſpenſare cum eo ut mixtim poſſit recipere.*

In vigilia quoque corporis Chriſti & in vigiliis quinque ſolempnitatum beatiſſimæ virginis ſiat abſtinentia, propter hoc tamen non ſit in ſeptimana ultra ſemel. Cum feſtum xij. lectionum occurrerit in vigiliis aſcenſionis & corporis domini, fiat abſtinentia feria vj. ſequenti, & in prædictis vigiliis abſtineatur à lacticiniis. Cum verò vigilia corporis Chriſti & beati Johannis *Baptiſtæ in una ebdomada occurrerit, non in vigilia corporis Chriſti ſed beati* Johannis *abſtinentia ipſa fiat. Ovis quoque & lacticiniis uti non poſſumus feria ij. vel iiij. in qua debet fieri abſtinentia propter occurrens feſtum xij. lectionum in feria vj. Die qua fieri debet abſtinentia monachi extra cellas proprias non laborent, nec eis ſpaciamenta tunc concedantur. Quod panis & vini ſupereſt ſabbato redditur, tamen album panem quamdiu volumus retinemus. In adventu nec ovis nec caſeo veſcimur.*

Cantor ebdomadarius capucium removet antequam invitatorium incipiat nudatum habens caput, donec poſt Venite *reinceperit invitatorium. Cum autem primò inceperit invitatorium inclinat,* Venite *cantat, & poſt ultimum verſum iterum inclinat, & tertio poſt* Gloriam, *& quartò poſt reinceptionem invitatorii.*

Ad officium cantoris ebdomadarii pertinet ut omnes verſiculos & reſponſiuncula ad veſperas & ad matutinas Laudes *&* Benedicamus *dicat, & antiphonas ad horas & in ſuffragiis & in commemoratione & in officio defunctorum incipiat. Ad omnia quæ ratione ſui officii dicit vel incipit capucium removet. Ad* Laudes *&* Veſperas *removet capucium antequam dicat primum* Benedicamus *nec reinduit donec ultimum dixerit. Hoc officium alternatim unuſquiſque in ſuo choro per ordinem facit excepto Priore & Procuratore. Et hoc obſervatur ut non ſint in eodem choro cantor ebdomadarius & ſacerdos ebdomadarius qui ſimiliter de choro in chorum alternatim mutantur.*

Qui verò reſponſum cantat tam in brevibus quam in magnis reſponſoriis ſemper habet nudatum caput & verſam faciem ad altare, & tercio inclinat, primò poſt inceptum reſponſorium, ſecundò poſt Verſum, *terciò poſt* Gloriam.

In omnibus nocturnis & matutinis laudibus antiphonæ primæ, antiphonæ *quoque ad* Benedictus & Magnificat & *ad* cantica, *à choro cantoris ebdomadarii ſemper incipiuntur. Novem* kyrieleiſon *ad veſperas & matutinas & ad omnes horas ſicut ad miſſam dicimus, & à dextro choro Prioris ſemper incipiuntur. Ad miſſam verò à choro cantoris ebdomadarii.*

In eccleſia in refectorio & in clauſtro excepta recordatione, ille emendat cui injungitur à Priore. Emendator emendat in omnibus quæ ſoli dicimus excepto quod ad recordationem emendat ille qui eſt juxta librum. Emendator modeſtiùs quam poteſt emendare debet, & ſi in eccleſia mendosè emendat, quamcitius percipit, veniam accipiat ſuper formam. Cum autem emendator grunnit aut dicit iterum, ille qui legit debet verſum repetere. Cum verò emendatur illi, non debet murmurare vel dicere ita eſt, *vel* ita dixi, *vel aliud hujuſmodi. Abſente Priore & emendatore emendat primus in ordine ſi ſcit vel poteſt, aliàs emendat ſecundus in ordine, vel aliquis monachorum qui ſcit & poteſt emendare. Quando is qui legit aliquando non correxerit niſi quando ſibi emendatur, ad pedem lectorii veniam accipere debet.*

Cum verò fallit qui legit evangelium, ſignato libro & ſtola depoſita, veniam accipit ad gradum altaris.

Quando dicitur antiphona Salve Regina, *ſacerdos ebdomadarius ad lectorium debet ad terram genuflectere, & oſculetur poſtem lectorii.*

Sciendum quod quot collectas dicit audiente conventu, tot tantummodo dicit ſecretas & eodem ordine. Dicta prima ſecreta dicit Per dominum & *cætera uſque ad* Amen, *quod non dicit. Deinde non præmiſſo* Domine exaudi *ſed* Oremus, *incipit ſecundam, finiens extremam, levat manus ſcilicet cum dicit*, Per omnia ſecula ſeculorum.

Minuimur autem in anno quinquies. Poſt octabas paſchæ. Poſt ſollempnitatem Petri & Pauli. *Secunda ebdomada* Septembris. *Septimana ante adventum, & ebdomada ante quinquageſimam. In quo tempore minutionis ſcilicet per tres dies continuos bis reficimus, aliquid cibi melioris accipientes. Item ſecunda die & tercia minucionis divinum officium feſtinantiùs & ſubmiſſiùs dicitur, ceſſantque vigiliæ & intervallum, & omnes in eccleſia remanent.*

Ad opus manuum de conſuetudine non niſi ter trinis diebus in anno conventus exit.

Prima opera communia ſecunda ebdomada poſt octabas paſchæ, & alia, ſecunda ebdomada poſt feſtum apoſtolorum Petri & Pauli, *Tercia verò, prima ebdomada poſt feſtum* Michaelis *fieri conſueverunt. Et ſi dictis temporibus aliquod impedimentum occurrerit, ante vel poſt, prout comodiùs fieri poterit, ſupplebuntur. Nullum tamen aliud colloquium in illis ſeptimanis niſi venerit capituli feſtum eſt habendum.*

Non eſt noſtræ conſuetudinis pro victualibus murmurare, maximè in conventu.

Cum Prior foris eſt obſervancias ordinis nos convenit fortiùs obſervare.

Qui ſcribere ſcit & poteſt & voluerit, à vino abſtineat arbitrio Prioris.

Commendat Prior novicium uni ex ſenioribus quem ydoneum ad hoc cognoverit, qui eum horis competentibus viſitans inſtruit eundem ad horas dicendas & ad cæteras ordinis obſervantias, quas ignorare novicium non oportet. Ad quod agendum per unam ebdomadam vel amplius ſi neceſſarium fortè hoc Prior cognoverit, ſolicitus eſſe debet qui ei fuerit aſſignatus. Interim verò donec per ſe ſolum in cella horas dicat, fratres præter Priorem & procuratorem conſueverunt ab ejus viſitatione abſtinere.

Novicii infra diem profeſſionis non miſſam in conventu non evangelium non epiſtolam dicunt, nec ad miſſas etiam privatas ſerviunt, niſi fortè quandoque Priori aliter videatur conſiderata qualitate perſonæ; ſed ebdomadarii cantus facere, & tam in eccleſia quam in refectorio legere poſſunt quam cito ſibi injunctum fuerit à Priore.

Novicii autem res ſuas Priori ex integro reddant, ut non ipſi ſed Prior vel cui Prior præceperit, eas cuſtodiat, de quibus quandocunque ante profeſſionem ordinare voluerint, fiat juxta diſpoſitionem eorum. Nullus verò noſtrum de rebus novicii aliquid poſtulet, nec ad procurationem faciendam inſtruatur ab aliquo noſtrum. Novicius nec reprehendit nec reprehenditur, ſed cum offenſam facit inſtruitur à Priore vel magiſtro ſuo. A capitulo & clauſtro cum neceſſe eſt removetur. Vtrum autem in colloquiis brevem vel longam moram faciat *ſit in diſpoſitione Prioris. Recitata lectione in capitulo & propoſitis à præſidente proponendis, novicii confeſtim à capitulo recedant, & à generali finito ſermone omnino excludantur; Quibus conſulimus quatinus ſine licentia Præſidentis in colloquiis non remaneant, nec tunc ibidem faciant magnam moram. De negociis domus non ſe debent intromittere niſi interrogati, & tunc debent pociùs reſpondere juxta aliorum voluntatem quam juxta ſuam. Non quærunt licentiam ut poſſint aliquem viſitare niſi infirmum. Poſt annualem probationem Novicium clericum vel laicum niſi profeſſionem facere cum nobis placuerit ſit paratus, apud nos non retinemus. Quando autem Novicii duo ad aliquam domum venerint, qui poſterior venit, ſi priùs profeſſionem fecerit primus deinceps remanebit. Si quis autem eciam in duabus domibus noſtri ordinis profeſſionem fecerit, ſecundæ tantùm monachus aut converſus aut redditus erit, in prima tamen nichilominus ei ſalvum remanet beneficium ſpiritale, dummodo occaſione criminis non transferatur. Si quis profeſſionem fecerit in aliqua domo ordinis & iterum in alia habeat profiteri: ſufficit ad profeſſionem faciendam ut obedientiam promittat manibus Prioris in conventu. Quando aliquis noſtrum de domo in qua profeſſionem fecerat transfertur ad aliam domum, poſt annum ibidem profeſſionem faciat, vel infra quandocumque Priori placuerit. Sacerdotes & cæteri qui de ſeculo vel altera religione venient ad ordinem, ſi in miſſarum celebratione & obſervanciis regularibus formæ ordinis ſe noluerint conformare, vel ſi in ſuſtinenda opinione ſua fuerint obſtinati, vel in modo vivendi fuerint ſingulares, ad profeſſionem nullatenus admittantur, quoniam per tales perſonas olim multa in ordine ſcandala provenerunt. Novicii non faciant proviſionem niſi proprio Priore preſente & celebrante vel alio de ordine noſtro per voluntatem ejus ſi legitimè fuerit præpeditus; Spiritus enim ſanctus illa hora gratum non recipit quicquid aliud quam debes neglecto eo quod debes obtuleris.*

Qui pronunciat antiphonam, dicit de illa ad pauſam congruentem. Qui verò de eccleſia dum ultimus pſalmus dicitur exit moramque extra eccleſiam facit donec preces *& poſtmodum* Exultabunt *ex integro perſolvantur* Laudibus *ſequentibus intereſſe non poterit. Sacerdos ſolus niſi dicturus ſit evangelium, non* Dominus vobiſcum *ſed* Domine exaudi, *dicat. Sacerdos celebraturus primò accedat ad gradum altaris, flexis genibus dicat* pater noſter. *Quamdiu ſacerdos orationem facit ad gradum, nec diaconus nec aliquis alius tranſeat ante eum.*

Exeuntes autem de refectorio, à paſcha uſque in craſtinum exaltationis ſanctæ crucis ſpacium quod inter prandium & nonam *facimus pro dierum quantitate nunc brevius nunc longius quieti datur. Exinde uſq; ad paſcha poſt prandium* nonam *deferimus donec lector refectorii refectionem accepit &* nonam *beatæ* Mariæ *in eccleſia cantaverit, & ab eo ſignum pulſetur ad* nonam, *in quo ſpacio* nonam beatæ Mariæ *in cellis dicimus, & aliis ſpiritualibus excerciciis occupamur, exceptis tribus diebus poſt feſtum Innocentium quando occurrunt ſine feſto capituli; Tunc enim quia colloquium in clauſtro non habemus, ſtatim poſt prandium* nonam *dicimus, ad quam pulſat novicius, qua dicta, cellas repetimus. Poſt* nonam *in clauſtro convenimus de utilitatibus locuturi, prima tamen locutione de conſuetudinibus à kalendis Novembris uſq; ad paſcha, exinde de Evangeliis. Loqui autem in clauſtro alibi quam in parte ubi colloquium ſit non licet niſi fortè aliquando pauca verba.*

Ab exaltatione ſanctæ crucis non niſi ſemel manducamus in die, exceptis uſq; ad quinquageſimam feſtis capituli & in die ſuſceptionis novi Prioris & in die ſepulturæ fratrum noſtrorum ac etiam clericorum redditorum necnon & Prelatorum qui apud nos pernoctabunt, & hoc inviolabiliter obſervetur exceptis infirmis & valetudinariis debilibus ſenibus & minutis. Alias verò ſi Prior fregerit vel fecerit frangi, ſit extra ſedem ſuam in eccleſia per xl. dies.

Quando monachus ægrotans exit ab eccleſia, ſignum facit firmarius ut ſequatur eum, & nichilominus cum monachus ad eccleſiam non venit, vel ab ea ægrotans exit, properet ad eum firmarius, & exhibeat ei quicquid poteſt humaniter.

Cum Prior & ſacerdos ebdomadarius & cantor ebdomadarius ſignum non audiunt vel forſitan infirmantur, finita Gloria Patri *poſt* Deus in adjutorium *exit firmarius ad quærendum eos, & ad alios & ad iſtos ſi diutius infirmentur exit firmarius finita* Gloria Patri *poſt* Deus quid …… *infirmum verò tantum ſemel in die quæſiturus vadit.*

Tribus autem primi nocturni verſibus explicatis, niſi Prior annuat, qui requiſitus eſt intrare chorum non præſumat. Expleto pſalmo nou ingrediatur nec vocetur. Hoc ipſum ſervatur in aliis horis. Ad miſſam quilibet intrare poteſt ſemper uſque ad evangelium, ſed de tarditate corrigatur.

Confeſſio in ſabbato poſt recordationem. Omni ſabbato niſi feſtum capituli occurrat peccata noſtra Priori vel quibus ab eo injunctum fuerit facta recordatione confitemur, occurrente autem capituli feſto, in ſabato, die præcedenti quæ ſine tali feſto occurrit confitemur. Semper autem confitemur in vigilia natalis domini niſi eadem vigilia occurrat in dominica, vel feſtum ſecunda, in quo caſu confitemur in ſabato ſequenti. Providendum eſt enim ut ſemper in qualibet ebdomada faciamus confeſſiones communes. Per totum ſpacium confeſſionis nullus debet in eccleſia reſidere vel libros revolvere. Quandocumque in capitulo confitemur prolixitatem caveamus, in cella autem diucius poſſumus confiteri. Pro privata confeſſione quæ in cella fit vel alibi non dimittitur generalis quæ fit in ſabato. Proſtratus debet eſſe ac detecto capite quilibet quando confitetur. Ea quæ nobis in generali confeſſione confitentibus injunguntur dicit qualibet in choro proſtrata.

Lector capituli egreditur diebus dominicis cum dicitur verſus Unus omnino. *In feſtis ſuper ebdomadam* Confiteor *dicto egrediatur. Ipſius eſt antequam ingrediatur capitulum, oſtium clauſtri, refectorii, oſtium hoſpicii & oſtium per quod ad cellas tenditur claudere & cum vectibus obſerare.In capitulo quamdiu eſt ad lectorium non inclinat.Poſt lectionem omni tempore regreſſo lectore ad ſedem ſuam, ſtatim Prior dicit* Benedicite *& nos* Dominus *aliquantulum inclinamus. Deinde in feſto Reliquiarum pronunciantur Reliquiæ, & in feſto ſancti* Stephani *ſic pronunciat lector in capitulo,* Commemoratio Benefactorum noſtrorum. *Libros quoque veteris ac novi teſtamenti eoſve cum quibus celebrantur divina officia ſine ejuſdem capituli conſilio generalis nullus emendare præſumat niſi cum exemplari in ordine emendato niſi judicio Prioris & monachorum diſcretorum corigalis manifeſtus appareat.*

Prima pulſatio ad matutinas *tanti ſpacii eſſe debet ut primi iiij pſalmi pænitentiales dici poſſint, quo ſigno pulſato, omni tempore nocturnum eccleſiæ officium congruis vigiliis contra* matutinas *beatæ* Mariæ *ſufficiant , & quod monachi congruè præparari poſſint in cella prævenimus contra vigiliæ ab idibus Septembris exceptis xij. lectionum feſtis, ſenſim paulatimque creſcendo in kalendis Novembris perfectim quinquaginta pſalmi non feſtinè cantandum minus ſufficiunt. A quo tempore uſque ad kalendas Februarii exceptis xij. lectionum feſtis & ebdomada natalis Domini decreſcendo paulatim ad tantum ſpacium ad* matutinas *beatæ* Mariæ *ſufficiat rediguntur, ex quo ad prædictas Septembris idus in eadem perdurant. Prædictum autem vigiliarum ſpacium ſacriſta cum ſibi videbitur cum horologio terminabit, in quo ſpacio pſalmis vel ſpiritualibus excerciciis occupamur.*

MONASTICON ANGLICANUM.

WITHAMENSE *Cœnobium in agro* Somerſetenſi; *de Ordine* CARTHUSIENSI.

Carta regis Henrici *ſecundi de fundatione ejuſdem.*

Pat. 1 E. 4. part. 6. n. 32. per inſpex.

Vide cart. 5 R. 2. n. 21. & cart. 1. R. 2. n. 19.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, epiſcopis, (*&c.*) ſalutem. Sciatis me pro anima mea & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conſtruxiſſe domum in honorem beatæ *Mariæ*, & beati *Johannis* baptiſtæ & omnium ſanctorum in dominio meo de **Witteham** de ordine *Cartuſiæ*, & ſit mea & hæredum meorum dominíca domus & elemoſina; & conceſſiſſe eidem domui, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, & dediſſe in liberam & perpetuam elemoſinam ad ſuſtentationem eorum, totam terram infra ſubſcriptos limites, liberam & quietam ab omni ſervicio. In primis à parte ſeptentrionali à foſſato de parco uſque ad **Hachſtoch**; ab **Hactoch** de **Poſtebery** per foſſatum de *Berwa* uſque ad pratum regis, de prato regis per medium prati uſque ad **Hacheweie**, de **Hacheweye** ultra *Humburna* uſque ad *Rugalega*, de *Rugalega*, uſque ad *Waletonia*, de *Waletonia*, per *Haneſda* uſque *Luthbroka*, de *Luthbroka*, per curſum aquæ uſque ad **Pennemere**, de **Penemere**, uſque ad maram *Willielmi* filii *Petri*, de hac mara uſque ad **Kincput**, de **Kincput** juxta pontem uſque ad **Wodecroft**-*Petri*, de **Wodecroft**-*Petri* uſque ad *Fraggemera*, de *Fraggemera* uſque ad *Cleteweia*, de *Cleteweia* uſque ad **Fleiſtoke**, de *Fleyſtoka*, uſque ad *Snepſuedeſweia*, de *Snepſuedeſweia*, uſque ad **Ruggeſcliva-heaved**, hinc uſque **Chelſlevesweie**, de **Chelſleveweie** per cilium montis uſque ad **Fisborne-Heafole**, hinc per curſum aquæ uſque ad parcum; hinc per foſſatum parci uſque ad *Fromweia*, de *Fromweia*, uſque ad **Hachſtoch**. Præterea hæc dedi eis ad paſturas eorum apud terram de **Cheddenford** *Harechina* in *Hindcomeſenda* uſque ad **Lecherberg**, de **Lecherberg** uſque ad **Stemberg**, de **Stemberg** uſque ad **Hoppewelle**, de **Hoppewelle** uſque ad *Staberga*, de *Staberga* uſque ad **Sgaldebereg**, de **Sgaldebereg** uſque ad *Stanamlanam* & inde uſque ad petram perforatam per medium putei; & de petra perforata uſque ad **Chimendeclive**, & inde per vallem uſque ad *Faldam* latronum, & inde uſque ad **Kingdoneswestende**, & de **Kingdoneswestende** per vallem verſus orientem, uſque ad viam quæ vadit de *Pridia* uſque ad **Cheverford**, & inde ſupra pratum *Johannis Mareſcalli*, uſque ad petram de *Pembeleſtorna*, de *Pembeleſtorna* per ſemitam, uſque ad collem prati **Malherbe**, & inde uſque ad *Hareſtana* inter pratum regis, & pratum **Melherbe**, & de *Hareſtona* uſque ad petram ſemitæ quæ ducit uſque *Hindeſgravam*, & de *Hindeſgrava*, uſque ad latam viam & inde uſque ad ſpinam parvam, & de illa ſpina uſque ad **Hedewoldeſting**, & de **Hedewoldeſting** uſque ad puteum inter pratum regis & pratum *Rugaberga*, de puteo illo uſque ad *Rademera*, & inde uſque ad petram quæ facit diviſam inter pratum regis & pratum de *Rugaberga*, & de petra illa uſque ad aliam petram; & de petra illa uſque ad petram de *Cliva*, & de petra de *Cliva*, uſque ad latam petram, & de lata petra uſque ad *Meleſtreſenda*, de *Meleſtreſenda* uſque ad *Stanrodam*, & inde ad **Wegeſethle**, de **Wegeſethle** uſque ad **Esweie**, de **Esweie** ad **Sigodesfeld**, & inde per vallem de *Smelecuma* uſque ad croftam *Rogeri*, de crofta *Rogeri* uſque ad **Rugelege**, de *Rugelega* ad **Clotleg**, de **Clotleg** uſque ad crucem de *Meleweid*, & inde uſque *Smelecuma*, de *Smelecuma* uſque ad **Leſiwieſmere**, & inde ad **Snedeleſputte**, & inde ad **Cilſieſmede**, & inde ad **Bikwelle**, & inde ad **Suthemeſte-Rodberg.**, & inde ad furcas; de furcis per cavum ductum ad platam petram & de plata petra ad **Horswelle**, de **Horswelle** ad **Hindeswelle**, & inde ad *Walborgam*, de **Walborg** ad *Harechmam.* Quare volo & firmiter præcipio quod ſupradicta domus mea de **Whitteham**, & fratres ordinis *Chartuſiæ* in ea Deo ſervientes, omnia prædicta habeant & teneant in libera & perpetua elemoſina, ita bene & in pace, libere, & quietè, integre, & plenarie & honorificè, cum omnibus libertatibus ſuis, ſicut ea unquam liberius tenui, & cum liberis conſuetudinibus ſuis, tam de Priore eligendo, quam de aliis conſuetudinibus quas habet domus *Cartuſiæ*, in boſco, in plano, in pratis & paſcuis, in aquis & molendinis, in vivariis & ſtagnis & piſcariis & mariſcis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis locis, & aliis rebus ad ea pertinentibus, libera & quieta de geldis & danegeldis, & hidagiis, & ſcutagiis, & operationibus caſtellorum & pontium, & parcorum, & foſſarum, & domorum. De theoloneo vero & paſſagio, & paagio, & pontagio, & leſtagio, & de omni ſervitio & conſuetudine, & omni queſtu pecuniario ad me pertinente ſint liberi & quieti per totam terram meam am, tam ultra mare, quam citra mare, & de eſſartis & regardo foreſtæ infra terminos ſuos, & de ſiris & hundredis & ſectis ſirarum & hundredorum, & placitis, & querelis omnibus. Et omnes terræ eorum de quibus ſolebat dari murdrum, in perpetuum ſint quiete de murdro, & de omni exactione & vexatione & inquietatione mundana. Prohibeo etiam ne foreſtarii vel eorum miniſtri, aliquam eis moleſtiam faciant infra limites ſuos, nec ingredientibus vel egredientibus per eos. Si quis autem contra hanc piam donationem meam venire, vel eam in aliquo perturbare ſeu diminuere præſumpſerit, iram omnipotentis Dei & meam maledictionem incurrat niſi ad condignam ſatisfactionem venerit. Omnibus verò miſericorditer eam amplectentibus, & in pace foventibus, ſit pax & remuneratio ab eterno patre in ſæcula ſæculorum, *Amen.* Teſtibus *Hugone Dunholmenſi*, *Gaufrido Elienſi*, *Johanne Norwicenſi*, *Reginaldo Bathonienſi* epiſcopis, *Johanne* filio meo; comite *Willielmo Suſſexiæ*, *Ranulpho* de *Glanvilla*, *Waltero* filio *Roberti*, *Reginaldo* de **Courtnay**, *Hugone Bardulf*, & *Hug.* de *Norwico* ſeneſcallo, *Radulpho* filio *Stephani* camerario, *Gilberto* filio *Reinfredi*, *Gaufrido* filio *Petri*, *Roberto* de **Whitefeld**, & *Michaele Bedet*, Apud *Marleburgam.*

HENTONENSE *Cœnobium* in *agro* Wiltonenſi.

Carta Elæ *Comitiſſæ* Sarum *de fundatione ejuſdem.*

Cart. 12 *H.* 3. m. 4. per inſpex.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Ela* comitiſſa *Sarr.* æternam in domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod dominus meus & quondam maritus *Willielmus Longeſpee* comes *Sarr.* volens conſtruere domum Ordinis *Cartuſiæ*, per aſſenſum meum & bonam voluntatem, donavit ordini *Chartuſiæ* manerium de **Achercop** in . . . . & boſcum ſuum de **Bradene** cum integritate ſua, & terram de **Chelewurth** quam habuit ex dono *Henrici Baſſet*, ut ibi manerent tam monachi quam fratres ad ſerviendum Deo imperpetuum ſecundum conſuetudinem & ordinem *Chartuſ.* Set quia monachi & fratres ad locum ipſum deſtinati licet ſtetiſſent ibi per plures annos non potuerunt invenire in prædictis tenementis locum ordini ſuo competentem, ego volens intuitu Dei perficere quod prædictus maritus meus bene inceperat, in ligia poteſtate & viduitate mea, poſt mortem ipſius, & pro anima ipſius, & pro anima comitis *Willielmi* patris mei, & pro ſalute mea & puerorum meorum, & pro animabus omnium anteceſſorum & hæredum meorum, donavi & conceſſi & hac carta mea confirmavi ordini *Chartuſiæ* in eſcambium prædictorum tenementorum, totum manerium meum de **Henton** cum advocatione eccleſiæ & parco & omnibus aliis pertinentiis ſuis ſine ullo retinemento inde michi & hæredibus meis. Et ſimilter totum manerium meum de **Norton** cum advocatione eccleſiæ & omnibus aliis pertinentiis ſuis ſine ullo retinemento michi & hæredibus meis: reſervatis tamen michi & hæredibus meis ſerviciis militaribus omnium illorum qui de me tenent in prædictis maneriis per ſervicium militare; Excepto ſervicio *Ricardi* parcarii & hæredum ſuorum de j. virgata terræ quam tenet in **Henton**, quod ſervicium pertinebit in perpetuum ad prædictos monachos & fratres ſive predictus *Ricardus* defendat predictam virgatam terræ per cuſtodiam parci, vel per ſervicium militare, & etiam ſalvis michi & hæredibus meis kaciis forinſecis, quæ ſunt extra terminos predictorum maneriorum, ad fundandam conſtruendam, & in perpetuum ſuſtentandam quandam domum ordinis *Carthuſiæ*, in honore Dei & beatæ *Mariæ*, & ſancti *Johannis* Baptiſte, & omnium ſanctorum, in parco de **Henton**, in loco qui vocatur *locus Dei.* Habendum & tenendum in puram & perpetuam elemoſinam monachis & fratribus ibidem Deo ſervientibus ſecundum conſuetudinem & ordinem eccleſie *Chartuſiæ.* Et ego & hæredes mei warantizabimus prædictis monachis & fratribus prædicta tenementa, cum pertinentiis, contra omnes gentes, & defendemus eos de omnibus ſerviciis & conſuetudinibus & ſecularibus demandis; Et ut hec donatio, conceſſio & confirmatio mea rata & ſtabilis inperpetuum permaneat, eam preſentis ſcripti teſtimonio, & ſigilli mei impreſſione corroboravi. Hiis teſtibus domino *Joſcelino Bathonenſi* epiſcopo, domino *R. Sarr.* epiſcopo, magiſtro *Edmundo* de **Abendon** theſaurario *Sarr.* magiſtro *Elia* de *Derham* canonico *Sarr.* *Reginaldo* de . . . . . tunc vic. *Wilteſir.* *Barth.* de **Turbervill**, *Willielmo Gereberd*, *Waltero* de **Pavily**, *Johanne Gereberd*, *Baldewino* filio *Willielmi* tunc ſeneſcallo Comitis *Sarr.* *Michaele* de **Cheldrinton**, *Willielmo* de **Burneford**, *Nicholao* de **Hevinton** clerico, *Rogero Lond.* . . . . .

Carta Regis *Henrici* tertii de libertatibus huic domui conceſſis.

Cart. 22 E. 1. n. 47. per Inſpex. Vide cart. 1 R. 2. n. 22. Et Pat. 1. E. 4. part. 6 m. 34. Et pat. 8 H. 6. part. 3. m. 9.

HEnricus *Dei gratia rex* Angliæ *dominus* Hiberniæ (&c.) *Sciatis nos pro ſalute anima noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, ſuſcepiſſe in ſpecialem protectionem, & defenſionem noſtram & hæredum noſtrorum, domum ordinis* Carthuſienſis, *quam* Ela, *quondam comitiſſa* Sarum, *de licentia, & voluntate noſtra, fundavit in manerio ſuo de* **Henton**, *& monachos & fratres ſuos, ibidem* Deo *ſervientes, & imperpetuum ſerviturus, & totam eorum familiam. Conceſſimus etiam & hac carta noſtra confirmavimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti monachi, & fratres imperpetuum habeant omnes libertates, & liberas conſuetudines, quas,* Henricus *rex, avus noſter, conceſſit domui* Carthuſienſi *quam fundavit in manerio ſuo de* **Witham**; *tam de* Priore *eligendo, quàm de aliis, in boſco, plano, pratis, paſcuis* (&c.) *Conceſſimus etiam,* (&c.) *quod eadem domus imperpetuum quieta ſit, de geldis, & danegeldis, hydagiis, ſcutagiis, operationibus caſtellorum, pontium, parcorum, foſſarum, domorum,*

domorum, & de theoloneo, paſſagio, paagio, pontagio, leſtagio & de omni ſervitio, & conſuetudine, & omni queſtu pecuniario, ad nos vel hæredes noſtros pertinente; & de ſhiris hundredis & ſectis ſhirarum, & hundredorum, & placitis, & querelis omnibus, & quod omnes terræ eorum, de quibus ſolebat dari murdrum, imperpetuum ſint quietæ de murdro & de exactione, vexatione, & inquietatione mundana. Probibemus etiam pro nobis, & hæredibus noſtris, nè foreſtarii, vel eorum miniſtri aliquam eis moleſtiam faciant infra limites ſuos, nec ingredientibus, vel egredientibus per eos. Quare volumus (&c.) *Dat. per manum noſtram, Apud* Weſtmonaſterium *ſeptimo die Septembris, anno regni noſtri viceſſimo quarto.* 24 *H.* 3.

CARTHUSIENSE

Cœnobium in Suburbio Londinenſis *Civitatis*, la Salutation mere dieu *nuncupatum.*

Licentia regis Edwardi *tertii de fundatione ejuſdem.*

Pat. 45 *E.* 3. part. 1. m. 33.

Vide Pat. 1 *H.* 5. part. 3. m. 9.

Et pat. 47 *E.* 3. part. 2. m. 1.

REX omnibus ad quos &c, ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto & fideli noſtro *Waltero* domino de **Manny** militi, quod ipſe in ſolo ſuo proprio, videlicet in quodam loco extra barram de **Weſt-ſmethefeld London**, vocato *le* **Newecherchehawe**, quod quidem ſolum de nobis non tenetur in capite, quandam domum monachorum ordinis *Cartuſienſis*, videlicet de quodam Priore & certis monachis ibidem *la Salutation mere dieu* nuncupandam, in honore Dei & beate *Mariæ* virginis fundare, & xx. acras terræ cum pertinentiis de ſolo predicto, una cum quadam capella & aliis domibus ſuper terram predictam ædificatis, dare poſſit & aſſignare præfatis Priori & Monachis. Habenda & tenenda eiſdem Priori & Monachis, & ſucceſſoribus ſuis, pro inhabitatione ſua ibidem facienda, ad miſſas, orationes, & alia divina ſervicia, pro ſalubri ſtatu noſtro, & ipſius *Walteri* & *Margaretæ* uxoris ejus dum vixerimus, & pro anima noſtra, & pro animabus progenitorum & hæredum noſtrorum, necnon animabus eorundem *Walteri* & *Margaretæ*, anteceſſorum & hæredum ſuorum, cum ab hac luce ſubtracti fuerimus & animabus *Aliciæ* de **Henaud**, & *Michaelis* de **Northburgh**, nuper epiſcopi *London.* ac omnium benefactorum ipſius *Walteri*, & omnium fidelium defunctorum, in capella & domibus prædictis, juxta ordinationem ipſius *Walteri* inde faciendam, celebrandas & faciendas imperpetuum. *T.* Rege apud *Weſtm.* 6. die Februarii.

Bulla *Urbani* Papæ.

Ex autographo in curia augmentat.

URbanus *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori & conventui nove domus matris Dei, propè* Londonias, *ordinis* Cartuſienſis, *ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Exhibita nobis, pro parte veſtra, petitio continebat, quod dudum felicis recordationis* Clementi *Papæ ſexto prædeceſſori noſtro, expoſito, quod quondam* Waltherus *de* **Manny** *miles*, Cameracenſis *diœceſis, tempore quo mortalitas hominum vigebat in partibus* Anglicanis, *locum, ſeu fundum quendam propè* Londonias *acquiſiverat, quem, de licentia ordinarii, in cimiterium, pro ſepultura pauperum, dedicari, & capellam in eodem fundo edificari fecerat, opere ſumptuoſo; in quo collegium duodecim capellanorum, & unius qui præeſſet eiſdem, ordinare de bonis propriis, & ſufficienter dotare diſpoſuerat; ac eidem prædeceſſori ſupplicato, ut eidem militi fundandi & dandi licentiam hujuſmodi concedere dignaretur: Idem prædeceſſor, archiepiſcopo* Cantaurienſi *& epiſcopo* Londonienſi, *non expreſſis nominibus, vel eorum alteri dando per ſuas literas facultatem, collegium, juxta ordinationem utriuſque, vel alterius ipſorum, de perpetuis capellanis, vel miniſtris uſque ad dictum vel alium majorem numerum, prout eidem militi videretur, ac perſona quæ eidem collegio præeſſet faciendum in dicta capella fundandi, dote tamen ſufficienti dictæ capellæ, de bonis ipſius militis, primitus aſſignata, jure parrochialis eccleſiæ, & cujuſlibet alterius ſemper ſalvo, ad inſtantiam ejuſdem militis duxerat concedendum. Ac inſuper uniendi, ea vice eidem collegio inſtituto prius & dotato tria beneficia eccleſiaſtica in regno* Angliæ *conſiſtentia, quorum fructus centum librarum ſterlingorum ſummam, ſecundum taxationem decimæ, non excederunt, ad cujuſcunque patronatum ſpectantia, patronorum ad id concenſu accedente, prout in eiſdem literis ejuſdem prædeceſſoris plenius continetur. Et demum prout eadem petitio ſubjungebat, bonæ memoriæ* Michael *epiſcopus* Londonienſis, *& idem miles, prædicto collegio nondum inſtituto, conventum duplicem monachorum ordinis* Cartuſienſis, *in loco prædicto, mutato propoſito dicti militis, fundaverunt; Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis quatenus eiſdem archiepiſcopo, & epiſcopo, ſimilem uniendi domui ſeu conventui veſtro beneficia eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura, ad ſummam ducentarum librarum ſterlingorum, ſecundum taxationem decimæ aſcendentia in dicto regno conſiſtentia, ad quorumcumque etiam laicorum patronatum pertnieant, dummodo patronorum ad id accedat aſſenſus, & ipſa beneficia dictam ſummam non excedant, facultatem concedere dignaremur: Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, venerabili fratri archiepiſcopo* Cantuarienſi, *uniendi, hac vice duntaxat, autoritate apoſtolica, eccleſias parrochiales, ſeu beneficia eccleſiaſtica, ad quorumcunque etiam laicorum patronatus pertinentia, dummodo patronorum ad id accedat aſſenſus, & jus patronatus poſt unionem vobis remaneat, ac eorum fructus, redditus, & proventus ducentarum librarum ſterlingorum ſecundum taxationem decime, valorem annuum non excedant, dictiſque Priorem, & conventum*

ventum, vel procuratores ſuos eorum nomine, poſt unionem hujuſmodi, cedentibus vel decedentibus Rectoribus ipſarum, & beneficiorum, qui tunc fuerint, vel alias beneficia ipſa quomodocunque dimittentibus; in beneficiorum, ac jurium, & pertinentiarum prædictorum corporalem poſſeſſionem inducendi, & defendendi inductos, amotis quibuſlibet detentoribus ab eiſdem, ac faciendi ipſis Priori, & conventui, de ipſorum beneficiorum fructibus, redditibus, proventibus, congruas portiones ad ipſius archiepiſcopi, vel ordinarii arbitrium (ſuper quo ipſius archiepiſcopi vel ordinarii conſcientiam oneramus,) taxandas, ex quibus ſi ſint eccleſiæ parochiales, perpetui vicarii per Priorem, qui erit pro tempore, & conventum dictæ domus, ad eadem beneficia præſentandi, commodè ſuſtentari, jura epiſcopalia ſolvere, & alia eis incumbentia onera valeant ſupportare. Contradictores, auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus, ſi aliquis ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis, in illis partibus, ſpeciales vel generales, apoſtolicæ ſedis, vel legatorum ejus literas impetravit, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum: Quas literas, & proceſſus habitos, & quos per eos, poſt unionem hujuſmodi, haberi contigerit, ad dicta beneficia volumus non extendi; ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem aliorum beneficiorum prejudicium generari, & quibuſlibet privilegiis, indulgentiis, & literis apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, plenam & liberam tenore præſentium poteſtatem concedimus. Datum Rome *apud ſanctam* Marianum *trans* Tiberim, *Idus Decembris pontificatus noſtri anno primo.*

BEAUVALEENSE *Cœnobium in agro* Notinghamenſi.

Carta fundationis.

Ex regiſt. D. *Will. Zouche Ebor.* archiep. fol. 107. Vide Pat. 16 *E.* 3. parte 2. m. 12.

SCiant præſentes, & futuri, quod cum ſereniſſimus princeps Dominus *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, & *Franciæ* illuſtris, & dominus *Hiberniæ*, mihi *Nicholao* de *Cantilupo* domino de **Ilkeſton**, ad inſtantem ſupplicationem meam, juxta devotionem meam, quam habeo ad fundandum monaſterium ordinis *Cartuſienſis* in parco meo de **Gryſeleye** in Comitatu *Nottinghamiæ*, pro ſe & hæredibus ſuis gratioſè conceſſit decem libratas terræ, & redditus per annum cum pertinentiis in villis de **Greſeleye**, & **Seleſton**, una cum parco de **Greſeleye**, & advocationem eccleſiarum villarum prædictarum de **Greſeleye**, & **Seleſton**, quæ de ipſo domino Rege tenentur in capite, Priori, & duodecim monachis, dicti ordinis & eorum ſucceſſoribus ibidem Deo ſervituris, dare poſſim & aſſignare perpetuò poſſidendas. Et quod dicti Prior & monachi poſſint prædictas eccleſias ſibi appropriare, & appropriatas tenere, ſine aliqua occaſione mei, vel hæredum meorum imperpetuum, Ita quod nec ego nec hæredes mei, nec dicti monachi, nec eorum ſucceſſores, occaſione ſtatuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, ſeu pro eo quod dicti terræ, redditus, & Parcus, de dicto domino Rege tenentur in capite, per ipſum dominum Regem, hæredes, juſticiarios, eſcaetores, vicecomites, ballivos, ſeu alios dicti domini Regis miniſtros quoſcunque moleſtentur, ſeu gravarentur; Ego dictus *Nicholaus* dictam conceſſionem ſecutus, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & beatæ *Mariæ* virginis, genetricis ejus omniumque Sanctorum, ac religionis, & cultus divini augmentum, ac pro ſalubri ſtatu dicti domini Regis *Edwardi* domini mei, & venerabilis viri magiſtri *Willielmi la* **Zouch**, Dei gratia *Eborum* archiepiſcopi *Angliæ* primatis, & domini & conſanguinei mei kariſſimi, ac domini *Henrici* de *Lancaſtria* comitis *Derbiæ* dum vixerint, ac *Johanne* uxoris meæ, & *Willielmi* filii, & hæredis mei, necnon pro animabus dicti domini Regis domini mei, & omnium prædictorum cum de hoc ſeculo migraverimus, & pro anima *Tiphaniæ*, quondam uxoris meæ, necnon patris mei, & matris meæ, & omnium progenitorum, & hæredum meorum, dedi, conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi, Deo & beatæ Trinitati, Patri, Filio, & Spiritui ſancto, ac Priori & monachis ordinis *Cartuſienſis* in monaſterio quod vocatur *Pulchra-vallis* in dicto parco de **Greſeleye** ad eorum uſum ædificato, & conſtructo, necnon eorum ſucceſſoribus ibidem Deo, ſecundùm conſuetudinem & ordinem, ſeu regulam matricis eccleſiæ *Cartuſienſis* famulantibus, dictum monaſterium, & parcum de **Greſeleye** adjacentem, ac decem libratas terræ, & redditus in villis de **Greſeleye** & **Seleſton** cum pertinentiis, necnon advocationes eccleſiarum dictarum villarum de **Greyſeleye** & **Seleſton**. Habendum & tenendum dictum monaſterium, parcum, terras, & redditus, cum pertinentiis, necnon advocationes eccleſiarum de **Greſeleye** & **Seleſton**. Ac contra omnes gentes warantizabimus, & defendemus eos, de omnibus ſerviciis, conſuetudinibus, & ſecularibus demandis inperpetuum. In quorum omnium teſtimonium ſigillum meum præſentibus appoſui. Hiis teſtibus dominis, *Richardo* de **Wyllyby**, *Roberto* de **Strelley**, *Willielmo* de **Orey**, *Johanne* de **Duneſleye** militibus; *Hugone Martel*, *Johanne Attecappe*, *Willielmo Danvers*, & multis aliis. Datum apud **Greſeleye** nono die Decembris, anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo tertio, 1343.
& Regis *Edwardi* tertii poſt conqueſtum decimo ſeptimo. 17 *E.* 3.

Succeſſio progenitorum Nicolai *de* Cantilupo, *hujus Cœnobii Fundatoris.*

Ex regiſt. *Prioratus de Greſeley.*

REgnante *Willielmo* Rege & Duce *Normanniæ*, erat quidam miles nomine *Gilbertus Gaunt*, qui plures terras & tenementa, in diverſis partibus *Angliæ*, in dominio habebat. Iſte in comitatu *Derbiæ* in **Ilkeſton**, *parva* **Holme** & **Staunton**

Staunton ſex carucatas terræ, & ſex bovatas terræ tenebat ad geldam &c. Dictus verò *Gilbertus*, tempore *Henrici* Regis filii dicti *Willielmi* conqueſtoris, dedit prædictum dominium de **Ilkeſton,** cum hamelettis cuidam militi, nomine *Roberto* de **Muskam,** ſeneſchallo ſuo, &c. Modò dictum dominium tenetur in capite de domino *Johanne* de *Bellomonte*, per prædictum ſervitium. Dictus verò *Robertus* habuit quendam *Hugonem* filium & hæredem, qui tenebat prædictum dominium de **Ilkeſton** cum pertinentiis ſuis. De ipſo *Hugone* deſcendit dictum dominium cuidam *Roberto* filio, & hæredi dicti *Hugonis*. De ipſo *Roberto*, deſcendit jus, & dominium de **Ilkeſton,** cum pertinentiis, cuidam *Roberto*, ut filio & hæredi. Iſte *Robertus* feoffavit quendam militem, nomine *Robertum le* **Vavaſour** in manerium **Shipley,** tenendum, & habendum dicto *Roberto* & hæredibus ſuis, de prædicto *Roberto* per ſervitium militare & per alia plura ſervicia, ut in rotulo curiæ de **Ilkeſton** invenitur. De ipſo *Roberto Muskam*, quia obiit ſine hærede, deſcendit jus cuidam *Hugoni* fratri ejus & hæredi, & de ipſo *Hugone* deſcendit jus cuidam *Iſabellæ* ut filiæ & hæredi. Et de ipſa *Iſabela* deſcendit jus cuidam *Agnetæ Muskam*, quæ deſponſata erat cuidam militi nomine *Radulfo* domino de **Greſeley** & **Selleſton**. De prædicto *Radulfo* deſcendit jus cuidam *Hugoni* ut filio & hæredi, qui *Hugo* cognominabatur *Hugo* filius *Radulphi*. De prædicto *Hugone*, quia obiit ſine hærede, deſcendit jus quibuſdam *Euſtachiæ*, & *Idoneæ* ut ſororibus & hæredibus; Et de ipſa *Idonea*, quia obiit ſine hærede, deſcendit jus partis ſuæ dictæ *Euſtachiæ* ſorori ſuæ; quam *Euſtachiam* deſponſavit quidam miles nomine *Nicholaus* de *Cantilupo*, de comitatu **Hertford,** & poſtea *Willielmus Roos* deſponſavit prædictam *Euſtachiam*. Et poſt *Euſtachiam* deſcendit jus cuidam *Willielmo* de *Cantilupo*, ut filio & hæredi dictæ *Euſtachiæ*. De prædicto *Willielmo* deſcendit jus cuidam *Nicholao* de *Cantilupo* ut filio & hæredi, qui obiit anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quinto. 1355.

De duobus capellanis pro anima *Willielmi* de **Aldeburgh** chevalier, & *Edwardi Baliol* celebrantibus.

Ibid. N*overit univerſitas veſtra, nos Priorem & conventum domus* Bellævallis, *ordinis* Cartuſienſis, Eborac. *dioceſis, conſiderantes piam & ſinceram affectionem, quam dominus* Willielmus *de* **Aldeburgh** *junior erga nos & domum noſtram ſemper in vita ſua novimus habuiſſe, & præſertim, pro magna & notabili ſumma pecuniæ quam dominus* Willielmus *de* **Ryther** *chevalier, &* Iſabella *uxor ejus, &* Elizabetha *quæ fuit uxor* Briani Stapilton *junioris chevalier, ſorores & hæredes prædicti domini* Willielmi, *nobis, in magna neceſſitate noſtra ſolverunt, conceſſiſſe pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, ad inveniendum duos Monachos ſingulis diebus ſpecialius celebraturos, pro patre & matre prædicti domini* Willielmi, *ac pro ſeipſo & uxore ſua, & pro* Edwardo Balioll *inperpetuum, &c.*

Licentiâ Regia pro eadem cantaria fundanda.

RICHARDUS Dei gratia Rex *Angliæ*, & *Franciæ*, &c. ſalutem. Licet de communi conſilio regni noſtri *Angliæ* ſtatutum ſit, quod non liceat viris religioſis ingredi feodum alicujus, ita quod ad manum mortuam deveniat, ſine licentia noſtra, & capitalis domini, de quo res illa immediate tenetur, de gratia tamen noſtra ſpeciali licentiam dedimus *Elizabethæ* quæ fuit uxor *Briani* de **Stapilton** junioris, chivaler, quod ipſa quendam annuum redditum quadraginta ſolidorum, exeuntem de medietate maneriorum de **Kyrkeby-Orblawers,** & **Kereby**; ac *Willielmo* de **Rither** chivaler, & *Sibillæ* uxori ejus, quod ipſi quendam annuum redditum quadraginta ſolidorum, exeuntem de altera medietate maneriorum prædictorum, quæ de nobis non tenentur, dare poſſint Priori & Conventui de *Bellavalle*, ordinis *Carthuſienſis*, habendum ſibi & ſucceſſoribus ad inveniendos duos monachos capellanos, divina pro animabus *Willielmi* de **Aldeburgh** chevaler, patris, & *Elizabethæ* uxoris ejus, matris predictarum *Elizabethæ*, quæ fuit uxor *Briani* & *Sibillæ*, ac animabus *Willielmi* de **Aldeburgh** chevaler, fratris earundem *Elizabethæ* quæ fuit uxor *Briani*, & *Sybillæ*, & *Margeriæ* uxoris ejus, & pro anima *Edwardi Balioll* chevaler, in eccleſia ipſorum Prioris & Conventus de *Bellavalle* ſingulis diebus celebraturos &c. Ibid.

S. ANNÆ *Cœnobium* *juxta* Coventriam.

De fundatione ejuſdem.

Ex veteri pergamena in bibl. *Hattoniana* a. 1640.

ANno Domini milleſimo trecenteſimo octogeſimo primo, ad inſtantiam domini *Willielmi* domini *de la* **Sowche** proponentis primò ſundare domum ordinis *Cartuſienſis*, juxta *Coventream*, in honorem ſanctæ *Annæ*, Rex *Ricardus* ſecundus poſt conqueſtum, conceſſit & acceptavit dictam fundationem, & ſe fecit principalem fundatorem ejuſdem; Et in Parliamento apud *Weſtmonaſterium* poſt feſtum ſancti *Michaelis* eodem anno celebrato, auctorizata & confirmata fuit dicta fundatio, Facta deinde ab eodem domino *de la* **Sowche**, fide de ſufficienti dotatione facienda eidem domui, miſſi fuerunt *Coventriæ*, ad inſtantiam dicti domini per auctoritatem domini *Johannis Luſcote*, tunc Prioris domus *Cartuſienſis* **London,** & viſitatoris provinciæ, tres monachi ejuſdem domus **London**, videlicet *Robertus Palmer*, tunc Procurator *London.* qui fuit primus motor, & cauſa ejuſdem fundationis, *Johannes Netherbyry*, tunc vicarius ejuſdem domus, & *Edmundus Dallyng*, qui in vigilia ſancti *Andreæ* apoſtoli venerunt *Conventream*, & in heremitorio ſanctæ *Annæ* ibidem demorari cœperunt; Et deinde

inde aſſociatis eiſdem tribus monachis domus *Bellevallis*, & aliis quatuor ibidem de novo profeſſis, per ſeptem annos in eodem heremitorio morati ſunt. Deinde ad inſtantiam ipſius domini de Sowche, dominus *Baldewinus Frevyle* miles, filius *Baldewini* ſenioris *, dedit Regi *Ricardo*, pro fundatione prædicta quatuordecim acras terræ, in quibus domus ipſa nunc ſita eſt, de ſuo dominio de Shorteley. Et ulterius tempore quadrageſimali ſequente, pro eo quod prædictus dominus de Sowche infirmabatur ad mortem, & non potuit ulterius proſequi intentum ſuum; Rex *Ricardus* prædictus, ad inſtantiam ſpecialem *Annæ* Reginæ, conſortis ſuæ, acceptavit ibi plenariam fundationem ipſam, dans, per Cartam ſuam, Priori & Monachis *Cartuſienſibus* ibidem futuris ipſas quatuordecim acras pro ſitu & inhabitatione ipſorum imperpetuum.

* Vide Clauſ. 5 *R.* 2. m. 4. Et Pat. 5 *R.* 2. part. 2. mem. 22.

De præcipuis benefactoribus domus ſanctæ Annæ.

PRædictus verò dominus *de la* Sowche, in die ſancti *Georgii* ſequentis, diem ſuum clauſit extremum, & in extremis jacens diſpoſuit pro ſuſtentatione Prioris & Conventus dictæ domus ſanctæ *Annæ* centum marcas annuas de poſſeſſionibus ſuis perſolvandas, donec per hæredes ſuos, in eccleſiis eiſdem appropriandis ſufficienter dotarentur. Sed per confeſſorem ſuum, & alios de conſilio, ipſum propoſitum ſuum in hac parte diſſipatum fuit; ſed tantum ſexaginta libras ex legato dicti domini, executores ejuſdem domini ſanctæ *Annæ* contulerunt. Et ſic iſte dominus *de la Sowche* fuit primus benefactor dictæ domus ſanctæ *Annæ*, prout patet aliqualiter ex prædictis.

Poſt hunc *Ricardus Luff* dudum major civitatis *Coventriæ*, & *Johannes Botener* ſocius ejuſdem, ſimiliter civis civitatis prædictæ, ſpeciali devotione ad dictam domum affecti primo plura expenderunt in factura ſtagnorum & deinde in ædificatione chori, & eccleſiæ, & clauſtri, aliarumque domorum & pro ejuſdem domus promotione, viis & modis quibus potuerunt, penès alios continuè inſtiterunt, unde & tres cellas proximiores domui capitulari, à parte clauſtri orientali, ſumptibus ſuis ædificaverunt.

Summa verè expenſarum in prædictis, per eoſdem, eſtimatur ad quadringentas marcas ſe extendere.

De benefactoribus, & ædificationibus cellarum.

DEinde quidam *Johannes Holmeton* de Sleford, affectus ſpecialiter ad ipſius domus incrementum, contribuebat cum præfatis *Ricardo* & *Johanne* in ædificatione chori & expendidit ibidem Ciiij^{xx}. libras Et ipſius promotione facta fuit cella angularis in parte occidentali clauſtri de bonis *Willielmi Tilney*, cujus ipſe executor fuit, ſcilicet xx li. expenſis.

Cella quarta ab eccleſia in parte orientali ædificata fuit per dominam *Margeriam Byri* de Newerke, quæ dedit xx lib. ad ejus ædificationem, & librum cum *Iſaia* & *Jeremia* gloſatum.

Cellam quintam, ſcilicet ultimam in illa parte orientali conſtruebat domina *Margeria Tylney* de Rotston, dans xx li. ad ejus conſtructionem, & decem libras dedit ad feneſtram in capite chori.

Cella ſexta videlicet prima in parte clauſtri auſtrali, ædificata fuit per dominum *Johannem Bokyngton* epiſcopum *Lincolniæ*, cum xx lib. datis per eum.

Cellam ſeptimam, videlicet proximam ſequentem conſtruebat dominus *Thomas* de *Bellocampo* comes *Warwici*, cum xx li. datis per eum.

Et memorandum quod ſeptem cellæ ſupraſcriptæ ædificatæ fuerunt ante fundamentum eccleſiæ factum per Regem *Ricardum*, ut patet infra.

De primo lapide poſito à Rege fundatore.

ANno Domini MCCClxxxv. dominus *Ricardus* Rex *Angliæ* prædictus, principalis fundator domus ſanctæ *Annæ*, rediens de *Scotia* circa feſtum Nativitatis beatæ virginis, & veniens *Coventream*, die Sabati infra octavas nativitatis ejuſdem, equitando ab alta via uſque ad domum ipſam ſanctæ *Annæ*, viam regiam ipſam tunc fecit, necnon & propriis manibus poſuit primum lapidem in fundamento eccleſiæ, videlicet in capite ejuſdem chori orientali, proteſtando publicè coram dominis & magnatibus tunc præſentibus necnon in præſentia majoris & civium civitatis *Coventriæ*, ſe eſſe fundatorem domus prædictæ, & velle ipſam domum ad effectum finaliter producere.

Cella octava, ſcilicet tertia in parte auſtrali, facta fuit cum xx lib. legatis per *Adam Botener* civem *Coventriæ*.

Cella nona, ſcilicet proxima ſequens, facta fuit cum xx lib. de bonis domini *Nigelli Loryng* militis, per dominum *Robertum Braybroke* epiſcopum *Londini* dictæ domui adquiſitis.

Cella decima, videlicet angularis prima in parte occidentali, facta fuit de bonis *Willielmi Tylney* ut ſupraſcribitur.

Cellam undecimam, videlicet proximã ſequentem in parte occidentali fecit dominus *Johannes Morton* canonicus de Lichfeld cum xx li. de bonis ſuis, & dedit unum librum continentem partem bibliæ in teſtamento antiquo & novo . . . .
. . . .

Licentia regia de ejuſdem domus fundatione.

REX (&c.) *Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali, & ea conſideratione quod monachi ordinis* Cartuſienſis *per nos de novo fundati juxta civitatem noſtram de* Coventre *ſine poſſeſſionibus temporalibus ultra unam placiam terræ ſuper quam ipſi inhabitantur, fundati exiſtunt, conceſſimus* (&c.) *præfatis monachis, quod ipſi advocationes eccleſiarum appropriandarum per prædictos monachos uſque ad valorem centum librarum per annum, ultra portiones quæ pro vicariis ibidem pro eorum dotatione erunt aſſignatæ* (&c.) *adquirere poſſint. Habend.* (&c.) *imperpetuum. T. Rege, Apud* Weſtm. *xviij. Nov.*

Pat. 6 *R.* 2. part. 1. m. 1

Conceſſio

Conceſſio eccleſiæ de **Walton** *ſuper* **Trent.**

Pat. 8 *R.* 2. part. 1. m. 8

REX (*&c.*) Sciatis quod ob reverentiam Dei, & in auxilium ſuſtentationis dilectorum nobis in Chriſto Prioris & conventus S. *Annæ* juxta **Coventre** ordinis *Cartuſienſis* (*&c.*) conceſſimus eiſdem Priori & conventui advocationem eccleſiæ de **Walton** ſuper *Trentam* quæ ad nos pertinet. Habendam (*&c.*) imperpetuum (*&c.*) T. rege, Apud *Weſtm.* xxiiij. Nov.

Donatio eccleſiæ de **Ecclesfeild.**

Pat. 9 *R.* 2. part. 2. m. 30.

REX (&c.) *aſſignavimus Priori & conventui* Cartuſien. *per nos de novo fundatis juxta civitatem noſtram de* **Coventre,** *advocationem eccleſiæ de* **Ecclesfeild** *in com.* Eboraci, *quæ quidem advocatio nuper ad abbatem & conventum S.* Wandregeſelii *in* Normannia *pertinuit, & jam in manu noſtra, virtute cujuſdam recuperationis inde in curia domini* Edwardi *nuper regis* Angliæ *avi noſtri per ipſum, de advocatione prædicta habitæ, exiſtit. Habendam* (&c.) *eiſdem Priori & conventui, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum; & conceſſimus* (&c.) *eiſdem Priori* (&c.) *quod ipſi eccleſiam illam appropriare* (&c.) *poſſint* (&c.) *T. rege, Apud* Weſtm. *ix. Nov.*

Donatio manerii de **Ediweſton.**

Pat. 14 *R.* 2. part. 1. m. 15.

REX (*&c.*) licentiam dedimus (*&c.*) abbati & conventui S. *Georgii* de *Banquiervilla* in *Normannia* ordinis S. *Benedicti*, *Rothomagenſis* dioc. alienig. quod ipſi manerium, domum ſive Prioratum de **Edyweſton** cum pertinentiis in com. *Rotelandiæ*, quod quidem manerium, domus, ſive Prioratus ſunt de poſſeſſionibus ipſorum abbatis & conventus in regno noſtro *Angliæ*, & tenentur de nobis in capite (*&c.*) dare poſſint (*&c.*) Priori & conventui domus ordinis *Cartuſienſis* juxta civitatem noſtram de **Coventre** Habenda (*&c.*) eiſdem Priori & conventui, & ſucceſſoribus ſuis (*&c.*) imperpetuum. T. rege, Apud *Weſtm.* xxx. Sept.

De Prioratu de **Lymberg** huic domui conceſſo.

Pat. 16 *R.* 2. part. 3. m. 26.

REX (&c.) *Sciatis quod cum* (&c.) *conceſſerimus* (&c.) *Priori & conventui domus* Cartuſien. *S.* Annæ *juxta* **Coventre** *quæ de fundatione noſtra exiſtit, advocationem eccleſiæ de* **Walton** *ſuper* Trentam, *Habendam* (&c.) *imperpetuum. Ac poſtmodum conceſſerimus* Johanni Delves *armigero manerium de* **Walton** *cum advocatione eccleſiæ ibidem. Nos* (&c.) *in recompenſationem advocationis dictæ eccleſiæ* (&c.) *conceſſimus eiſdem Priori & conventui* (&c.) *licentiam adquirendi de abbate & conventu de* Aveneye *in* Normannia, *Prioratum de* **Lymberg** *alienig. cum capellis de* **Curtelyngton**, *&* **Asheby-Mars,** *una cum advocationibus & patronatibus vicariarum* (&c.) *Habenda* (&c.) *imperpetuum. Reddendo inde nobis & hæredibus noſtris xxv. marcas ſingulis annis* (&c.) *quamdiu guerra inter nos & Francigenas motæ duraverint* (&c.) *T. Rege, Apud* Weſt. *xv. Oct.*

De maneriis de **Swaveſeye** *&* **Dry-Draiton** *ſimiliter conceſſis.*

Pat. 17 *R.* 2. part. 1. m. 1.

REX (*&c.*) licentiam dedimus (*&c.*) abbati monaſterii Sanctorum *Sergii* & *Bachi* ordinis ſancti *Benedicti*, & conventui ejuſdem loci de poteſtate *Franciæ*, quod ipſi dare poſſint (*&c.*) Priori & conventui domus ſanctæ *Annæ* ordinis *Cartuſienſis* juxta **Coventre,** per nos nuper fundatæ, & domui ſuæ prædictæ, maneria de **Swaveſeye** & **Dry-Drayton** cum pertinentiis (*&c.*) Ac etiam advocationem (*&c.*) Eccleſiæ de **Swaveſeye** (*&c.*) Habend. in proprios uſus imperpetuum (*&c.*) in liberam puram & perpetuam elemoſinam (*&c.*) Salvis tamen lxv. marcis ſterlingorum quas prædicti Prior & conventus onerentur (*&c.*) ſolvere annuatim poſt finem ſex annorum prox. futurorum cuſtodi & ſcolaribus aulæ noſtræ in univerſitate **Cantabrigg** imperpetuum (*&c.*) T. Rege, apud *Weſtmonaſterium* xix. Nov.

De Prioratibus de **Wolfrichſton** & **Hagham** conceſſis.

Pat. 20 *R.* 2. part. 1. m. 32.

REX (&c.) *licentiam dedimus* (&c.) Johanni *abbati monaſterii beatæ* Mariæ *de S.* Petro *ſuper* Dynam *ordinis ſancti* Benedicti Sagienſis *dioceſis & ejuſdem loci conventui, quod ipſi domum manerium ſive Prioratum de* **Wolfricheſton** *alias dictum Prioratum de* **Wolfreſton,** *cum pertinentiis in Comitatu* Warwici, *Necnon abbati & conventui beatæ* Mariæ *de S.* Severo *ordinis ſancti* Benedicti Conſtantienſis *dioceſis, quod ipſi domum manerium ſive Prioratum de* **Hagham** *in comitatu* Lincoln. *cum pertinentiis; qui quidem domus, manerium ſive Prioratus de* **Wolfricheſton** (&c.) *xx. lib. dictus domus* (&c.) *de* **Hagham** *duodecim marc. valent per annum ultra repriſas, ſicut* (&c.) *eſt compertum, dare poſſint* (&c) *Priori & conventui domus ordinis* Cartuſienſis *juxta civitatem noſtram de* **Coventre** *fundatæ. Habend.* (&c.) *eiſdem Priori & conventui & ſucceſſoribus ſuis* (&c.) *imperpetuum* (&c.) *T. Rege, apud* Weſtm. *v. Julii.*

De xii. pauperibus clericis inveniendis.

Pat. 22 *R.* 2. part. 3. m. 4.

REX (*&c.*) Sciatis quod cum nos (*&c.*) licentiam dederimus abbati & conventui Sanctorum *Sergii* & *Bachi* ordinis ſancti *Benedicti* de poteſtate *Franciæ*, quod ipſi dare poſſint (*&c.*) Priori & conventui domus ſanctæ *Annæ* ord. *Cartuſienſis* juxta **Coventre** (*&c.*) maneria de **Swaveſeye** & **Dry-Drayton** cum pertinentiis (*&c.*) Habenda (*&c.*) in liberam elemoſinam imperpetuum, ſalvis inde lxv. marcis tantum, quas ipſi poſt finem ſex annorum proximo ſequentium poſt datam literarum noſtrarum prædictarum, cuſtodi & ſcolaribus aulæ noſtræ de univerſitate noſtra **Cantebrigg** annuatim ſolvere tenentur imperpetuum (*&c.*) Nos (*&c.*) ſub ea conditione quod prædicti Prior & conventus inveniant & ſuſtineant imperpetuum, infra bundas domus prædictæ, duodecim pauperes clericos de ætate ſeptem annorum uſque ad ætatem xvii. annorum, ad exorandum pro ſalubri ſtatu noſtro & cariſſimæ conſortis noſtræ reginæ quamdiu vixerimus, & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus, ac etiam pro anima *Annæ* nuper reginæ *Angliæ* defunctæ, necnon pro anima chariſſimi domini & patris ac cariſſimæ dominæ & matris noſtrorum, ac omnium fidelium defunctorum imperpetuum, dedimus conceſſimus & relaxavimus præfatis Priori & conventui, & ſucceſſoribus ſuis, dictam firmam ſexaginta & quinque marcarum (*&c.*) T. rege, Apud **Hereford** xxi. Maii.

De Prioratibus Alienigenis de **Lodres**, **Wotton**, **Long-Benington**, **Feld Allyng** & **Hagh** conceſſis.

Ibid. m 4. REX (&c.) *Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali* (&c.) *& in augmentationem divini ſervitii in domo S.* Annæ *ord.* Cartuſienſis *juxta* **Coventre** *de cætero melius & decencius faciendi, eandem domum de uno conventu monachorum capellanorum ultra monachos qui ad præſens ſunt ibidem, ordinavimus & volumus augmentari, conceſſimus* Roberto *Priori domus prædictæ, & conventui ejuſdem domus, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, Prioratum de* **Lodres** *in comitatu* Dorſetiæ *alienigenam, cum omnibus ſuis pertinentiis, qui quidem Prioratus abbatiæ* de Monteburgh *in* Normannia *pertinet, & reddit nobis annuatim quater viginti libras, Prioratum de* **Wotton** *alienigenam cum omnibus pertinentiis ſuis, qui quidem Prioratus de* **Wotton** *abbatiæ* de Counches *in* Normannia *pertinet, & reddit nobis annuatim quinquaginta & tres libras, ſex ſolidos & octo denarios, &* **Monkenlan** *in com.* **Hereford** *prædicto Prioratui de* **Wotton** *pertinentem, Prioratum de* **Long-Benyngton** *in com.* Linc. *alienigenam, &* **Feldallyng** *in Com.* Norff. *eidem Prioratui de* **Long-Benyngton** *pertinentem, qui abbatiæ de* Saviniaco *in* Normannia *pertinet & reddunt nobis annuatim quinquaginta libras; & Prioratum de* **Hagh** *in dicto com.* Linc. *alienig. qui abbatiæ de* Chirburgh *in* Normannia *pertinet & reddit nobis annuatim xx. libr. cum omnimodis dominiis maneriis* (&c.) *advocationibus & patronatibus eccleſiarum, vicariarum, capellarum* (&c.) *dictis Prioratibus de* **Lodres** (&c.) *pertinentibus. Qui quidem Prioratus de* **Lodres** (&c.) *alienigenæ occaſione gurræ inter nos & illos de* Francia *motæ, ad manus noſtras devenerunt. Habendum* (&c.) *præfato* Roberto *Priori prædictæ domus S.* Annæ (&c.) *à feſto Paſchæ proximò præterito durante guerra ſupradicta* (&c.) *& inſuper* (&c.) *licentiam dedimus* (&c.) *dictis abbati & conventui prædictæ abbatiæ de* Monteburgh *in* Normannia, *& conventui prædictæ abbatiæ de* Counches (&c.) *conventui dictæ abbatiæ de* Saviniaco (&c.) *conventui de* Chirburgh (&c.) *quod ipſi pro ſe & ſucceſſoribus ſuis* (&c.) *aſſignare poſſint prædicto* Roberto *Priori prædictæ domus ſanctæ* Annæ (&c.) *prædictos Prioratus de* **Lodre**, **Wotton**, **Long-Benyngton** *&* **Hagh** *alienig. cum omnimodis dominiis* (&c.) *dictis Prioratibus* (&c.) *ſpectantibus* (&c.) *infra regnum noſtrum* Angliæ *&* Walliæ (&c.) *Habendum* (&c.) *prædicto* Roberto *Priori prædictæ domus S.* Annæ, *ordinis* Cartuſienſis, *& commonachis ſuis, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, in puram & perpetuam elemoſinam* (&c.) *T. ut ſupra.*

Pro eccleſiis de **Potterſpiry**, *&* **Eggemond** *appropriandis.*

Pat. 10 H. 7. part. unica m. 3. REX (*&c.*) Sciatis quod cum ex parte dilectorum (*&c.*) Prioris & conventus domus S. *Annæ*, ord. *Cartuſienſis*, juxta **Coventre**, quæ de fundatione progenitorum noſtrorum regum *Angliæ* exiſtit, nobis ſit intimatum quod domus prædicta (*&c.*) penſionibus annuis onerata ſit (*&c.*) quod iidem Prior (*&c.*) ad ſolutionem dictorum pencionum (*&c.*) ex propriis non ſufficiant. Nos (*&c.*) ut iidem Prior & conventus, pro bono ſtatu noſtro, ac conſortis noſtræ liberorumque noſtrorum, ac cariſſimæ matris noſtræ Deum altiſſimum deprecentur indeis & exorent; ac miſſam de *Spiritu ſancto* ſemel in ebdomada pro nobis durante vita noſtra faciant celebrari, & quendam ſolempnem annualem obitum pro anima noſtra cum ab hac luce migraverimus (*&c.*) cuſtodiant & obſervent (*&c.*) conceſſimus (*&c.*) eiſdem Priori & conventui, quod ipſi & ſucceſſores ſui eccleſiam parochialem de **Potterſ-Perry** in com. *Northamptoniæ* (*&c.*) quæ quidem eccleſia de patronatu eorundem Prioris & conventus exiſtit, necnon eccleſiam parochialem de **Eggemond** in com. *Salopiæ* (*&c.*) quæ de patronatu abbatis & conventus monaſterii beati *Petri Salopiæ* exiſtit, appropriare (*&c.*) ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. T. rege, Apud *Weſtm.* v. Dec.

KINGSTONENSE

Cœnobium ſuper **Hull** *in agro* Eboracenſi.

Carta Fundationis.

Claus. 2. R. 2. m. 18. In dorſo. UNiverſis Chriſti fidelibus præſentes has literas viſuris vel audituris, *Michael de la Pole* miles, Dominus de **Wingfield**, ſalutem in Domino ſempiternam. Dum in noſtra jugiter mente revolvimus qualiter præchariſſimus pater noſter & dominus, *D. Willielmus de la Pole* miles, jam defunctus, nuper dum vixit, divinitus inſtigatus, quoddam Hoſpitale pauperum, primò, & poſtmodum mutato, pro majore devotione propoſito ſuo hujuſmodi, quandam domum religioſam Monialium, ſeu ſororum Minoriſſarum regularium, ordinis ſanctæ *Clare*, & pauperum, ad dilatationem, & decorem eccleſiæ Anglicanæ, & ut hæredem ſibi Chriſtum conſtitueret, apud **Kingſton** ſuper **Hull** fundare & ſtabilire propoſuit; Et cum idem pater noſter finem mundanis imponens, donationem ſuam prædictam non impleverit,

rit, & prout idem pater noſter, ante obitum ſuum ore tenùs nobis injunxerit, ut ſecundùm voluntatem, & diſcretionem noſtram, de dictâ domo, pro majori devotione noſtra diſponeremus. Cupimus corditèr & ſolicitè deſiderium, & devotionem dicti patris noſtri effectualiter adimplere, & pro ſecuriori regimine & meliori tuitione dictæ domus ſalubritèr providere; Idcircò noveritis quod, ad honorem Dei & glorioſiſſimæ virginis *Mariæ* matris ejus, ac beati *Michaelis* archangeli, & omnium archangelorum angelorumque omniumque ſanctorum Spirituum, ac beati *Thomæ* martyris dudum archiepiſcopi *Cantuarienſis*, & aliorum ſanctorum Dei, & ob ſpiritualem affectionem, quam ad devotiſſimam religionem ordinis *Cartuſienſis* gerimus & habemus, de licentia & autoritate metuendiſſimi domini noſtri, Domini *Edwardi* nuper Regis *Angliæ*, tertii poſt Conqueſtum, jam defuncti, & aliorum quorum aſſenſus in iſto caſu requirendus exiſtit, fundamus & facimus in quodam meſſuagio noſtro, extra muros dictæ villæ de **Kingſton** ſuper **Hull**, quandam domum religioſam perpetuis temporibus duraturam, loco verò dictarum monialium, vel ſororum quæ inibi nondum ſunt conſtitutæ, tredecim monachos de prædicto ordine *Cartuſienſi*, quorum unus vocetur, & ſit Prior, & juxta ordinis illius regulam, regimen habeat in alios, per quos tutiùs vigilantiùs & devotiùs quàm per mulieres in dicta domo veriſimilitèr credimus deſerviri, quàm ex nunc domum ſancti *Michaelis* ordinis *Cartuſienſis*, volumus nominari, ponimus, conſtituimus & ordinamus per preſentes, Ac per aſſenſum Prioris *Cartuſienſis* majoris in *Sabaudia*, quæ eſt principalis domus ordinis prædicti, ubi etiam dictus Ordo cepit originem, facimus dompnum *Walterum* de **Kele** Priorem monachorum domus noſtræ predictæ; Donamus etiam & concedimus de licentia & autoritate nobiliſſimi principis, & domini noſtri, Domini *Richardi* nunc Regis *Angliæ* illuſtris, ac aliorum quorum intereſt, & per has literas noſtras confirmamus præfatis Priori & Monachis, dictum meſſuagium cum pertinentiis, continens ſeptem acras terræ, quod nuper fuit parcella manerii de **Myton**, & vocabatur olim *la Maiſon Dieu*, & quod ex nunc domus ſancti *Michaelis* ordinis *Cartuſienſis* de **Kingſton** ſuper **Hull**, ut primitùs, volumus vocitari, una cum quadam capella in eodem meſſuagio conſtructa, & omnibus aliis ædificiis ibidem ædificatis, & aliis pertinentiis ſuis quibuſcunque, prout ſituatur, inter quandam foveam dominæ *Katerinæ de la Pole*, matris noſtræ cariſſimæ, verſus occidentem, & quoddam Hoſpitale noſtrum, nunc vocatum *la Maiſon dieu* verſus orientem, & inter quoddam foſſatum dictæ matris noſtræ verſus auſtrum, & terram quondam *Rogeri Swerde* verſus boream, Ac etiam advocationem eccleſiæ de **Foſton**, habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, videlicet dictum meſſuagium, cum capella, ædificiis, & pertinentiis ſuis predictis, pro eorum inhabitatione; una cum libero & competenti introitu & exitu ad idem meſſuagium, & advocationem predictam, ut dotem, ſive dotalicium eorundem Prioris & Monachorum, & ſucceſſorum ſuorum predictorum, de capitalibus dominis feodorum illorum per ſervitia inde debita, & conſueta imperpetuum. Conceſſimus inſuper, mediantibus licentia & autoritate prædictis, quod manerium de **Sculcotes**, cum pertinentiis, & decem meſſuagia, duæ carucatæ terræ, centum acræ paſturæ, & decem marcatæ redditus cum pertinentiis in **Biſhopesburton**, & **Sutton** in **Holdernes**, quæ *Thomas Raynard* clericus tenet ad terminū vitæ ſuæ, ex dimiſſione *Johannis* de **Nevill** chivaler, & quæ poſt mortem ejuſdem *Thomæ*, nobis & hæredibus noſtris remanere deberent, poſt mortem ipſius *Thomæ* remaneant præfatis Priori & Monachis, ſimul cum prædictis meſſuagiis & advocatione ſibi ſuperiùs per nos datis & aſſignatis, ac prædicta eccleſia per ipſos in futurum approprianda imperpetuum.

Item quod idem Prior & monachi virtute licentiæ, & auctoritatis prædictarum, dictum meſſuagium cum pertinentiis, & cum introitu, & exitu, prout prius dictum eſt, ac advocationem prædictam ſibi ſit data, & aſſignata à nobis recipere, & eccleſiam prædictam appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere, ac prædicta manerium, meſſuagia, terram, paſturam, & redditum cum pertinentiis ſibi ut primitùs remanſura poſt mortem præfati *Thomæ* ingredi poſſunt & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis de capitalibus dominis feodorum per ſervitia inde debita, & conſueta imperpetuum. Volumus itaque & ordinamus quod præfati Prior, & monachi, & eorum ſucceſſores habeant ſpecialiter in miſſis, orationibus, & aliis divinis ſervitiis recommendatum, ſtatum nobiliſſimi domini noſtri Regis *Richardi* prædicti, & noſtrum, ac nobiliſſimæ domine noſtræ & matris meæ domine *Katerinæ*, & *Katerinæ* conſortis noſtre cariſſimæ, domini *Edmundi* fratris noſtri, ac *Michaelis* filii, & hæredis noſtri, & aliorum liberorum, & hæredum noſtrorum, nec non venerabilis patris *Alexandri* archiepiſcopi *Eboraci*, ac domini *Johannis* de **Nevill** domini de **Raby**, ac domini *Richardi le* **Scrop** dum vixerimus, & cum ab hac luce migraverimus, orent, celebrent, & celebrare facient, pro animabus noſtris, ac ſpecialiter, & continuè pro anima dicti domini noſtri regis *Edwardi* defuncti, & pro anima præcariſſimi patris noſtri antedicti, & pro animabus *Walteri*, & *Thomæ* fratrum noſtrorum militum, ac *Blanchiæ* ſororis noſtræ nuper uxoris dicti domini *Richardi le* **Scrop**, & animabus domini *Radulphi* de **Nevill** patris & *Aleſiæ* matris prædicti *Johannis*, & *Matildæ* quondam uxoris ejuſdem *Johannis*, ac omnium benefactorum noſtrorum, & ipſius patris noſtri, & pro quibus orare tenemur, & omnium fidelium defunctorum. Et nos predictus *Michael*, & hæredes noſtri dictum meſſuagium, capellam, & ædificia, cum omnibus pertinentiis ſuis apud dictam villam de **Kingſton**, ac advocationem prædictam, necnon prædicta manerium, meſſuagia, terram, paſturam, & redditum cum pertinentiis ſibi ut primitùs remanſura, cum acciderint, prædictis Priori, & monachis, & eorum ſucceſſoribus contra omnes gentes warantizabimus, & defendemus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium præſentibus ſigillum noſtrum appoſuimus. Hiis teſtibus, prædicto domino *Richardo le* **Scrop** tunc cancellario *Angliæ*, ac dominis *Thoma* de **Sutton**, *Gerardo* de **Ufflete**, *Waltero Fauconberge*, & *Roberto* de **Hilton** militibus, *Richardo* de **Feribie** tunc majore dictæ villæ de **Kingeſton** ſuper **Hull**, *Roberto* de **Selby**, & *Waltero* de **Froſt** de eadem villa & aliis. Dat. apud **Kingeſton** ſuper **Hull** decimo octavo die Februari anno domini milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimo octavo & regni prædicti domini noſtri regis *Richardi* ſecundo.

Vide Vol. 2. *Pag.* 930.

MOUNT-GRACEENSE

Cœnobium in agro Eboracenſi.

Carta fundationis.

Ex autographo penes *Wil. Ingleby* de *Ripley* equit.aurat.

Vide Pat. 21 *R.* 2. part.2.m. 14.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ præſentes literas viſuris vel audituris *Thomas* de **Holand** dux *Surreiæ* comes *Kanciæ* ac dominus de **Wake** ſalutem in domino ſempiternam. Cum pium & meritorium ſit pro parentibus, cunctiſque Dei fidelibus opera caritatis adminiſtrare; & jam, à primæva ætate, in mente habuimus, & deſideravimus, Deo inſpirante, cultum divinum augmentare: Et quia credimus, & veraciter ſcimus quod omnes ſtatus, & ordines ſanctæ eccleſiæ boni ſint & devoti; tamen inſpirante Deo, ſpecialem devotionem, & potiſſimam affectionem gerimus ad ſanctiſſimum ordinem *Carthuſienſem* cujus obſervantias ſanctas & ſingulares, atq; perſonas in eodem ordine degentes, non ſolum diligimus, ſed valdè miramur: Quorum numerum, gratia divina cooperante, augere cordialiter peroptamus. Idcirco ſciatis quod, ob reverentiam & honorem Dei & ſuæ ſanctiſſimæ matris & virginis *Mariæ* & ſancti *Nicholai*; & ob affectionem quam habemus ad feſta aſſumptionis ejuſdem glorioſæ virginis & beati *Nicholai*; & ob affectionem quam gerimus ad ſanctam religionem ſupradictam, nos prædictus *Thomas* dux, de licentia Regia per præſentem chartam noſtram fundamus, & facimus unam domum monachorum ejuſdem ordinis *Carthuſienſis* infra manerium noſtrum de **Bordelby** propè **Cleaveland** in comitatu *Eboracenſi*, quam vocamus & vocare volumus, in futurum, domum *Montis-Gratiæ* de **Ingelby**, in honorem & perpetuam memoriam benedictorum feſtorum præſcriptorum. Volumus etiam quod unus monachorum dictorum vocetur Prior, & per aſſenſum Prioris *Carthuſienſis* majoris ordinis prædicti facimus dominum *Robertum Tredewy* Priorem nominatum domus noſtræ prædictæ, & donamus & concedimus & per hanc præſentem cartam noſtram confirmamus in puram & perpetuam elemoſinam dicto Priori nominato & ſuis monachis præfatum manerium noſtrum de **Bordelby** cum ſuis pertinentiis pro eorum inhabitatione communi ibidem facienda, Habendum & tenendum totum prædictum manerium cum ſuis pertinentiis præfato Priori & monachis & eorum ſucceſſoribus de capitalibus dominis feodi illius, per ſervitia inde debita & de jure conſueta imperpetuum. Volumus inſuper & ordinamus quod prædictus Prior & monachi & eorum ſucceſſores habeant ſpecialiter in miſſis orationibus & aliis divinis ſerviciis recomendatum ſtatum illuſtriſſimi regis noſtri domini *Ricardi* ſecundi, & *Iſabellæ* illuſtriſſimæ Reginæ & conſortis ejuſdem Regis & ſtatum noſtrum & *Johannæ* conſortis noſtræ cariſſimæ & hæredum noſtrorum & *Johannis* de **Holland** Ducis de *Exceſtria* & *Jabannis* de **Ingelby** & *Ellenæ* uxoris ſuæ quamdiu ſumus in hac vita & orent & celebrent pro animabus noſtris cum ab hac luce ſubtracti fuerimus, & pro animabus progenitorum & hæredum noſtrorum & pro animabus *Annæ* nuper illuſtriſſimæ Reginæ & conſortis illuſtriſſimi Regis prædicti; *Edmundi* quondam comitis *Kantiæ*, & *Margaretæ* uxoris ejus, *Johannæ* nuper Principiſſæ *Walliæ* aviæ noſtræ, *Thomæ* de **Holland** nuper comitis *Kantiæ*, ac *Thomæ* de **Holland** nuper comitis *Kantiæ* patris noſtri, necnon *Aliciæ* matris noſtræ, & pro animabus anteceſſorum & hæredum noſtrorum, & pro animabus *Thomæ* de **Ingelby**, & *Katherinæ* uxoris ſuæ, *Willielmi* & *Margaretæ* de **Aldeburgh**, & *Willielmi*, *Alianoræ*, *Agnetis*, *Margaretæ Anthorpe*, *Ricardi*, *Aliciæ*, *Walteri*, *Gilberti*, *Thomæ*, *Margaretæ*, *Aliciæ*, *Ricardi*, *Margaretæ*, *Johannis*, *Walteri Walkſtead*, *Walteri*, *Johannæ*, & *Johannæ Wrigge*, *Johannis*, *Johannæ*, & *Ricardi Wakehurſt*; necnon pro animabus omnium pro quibus orare tenemur & cunctorum fidelium defunctorum. Et nos prædictus *Thomas* Dux & hæredes noſtri totum prædictum manerium cum ſuis pertinentiis predicto *Roberto* Priori nominato & monachis ſuis & eorum ſucceſſoribus contra omnes gentes warrantizabimus acquietabimus & defendemus imperpetuum.

De Prioratibus alienigenis de **Hinkley**, **Warham**, & **Caresbroke** huic domui conceſſis.

Pat. 22 *R.* 2. part. 3. m. 11.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali, & ad ſupplicationem cariſſimi nepotis noſtri Thomæ *Ducis* Surriæ, *conceſſimus dilecto nobis* Edmundo *Priori domus de* **Mountgrace** *ordinis* Cartuſien. *per præfatum Ducem de novo fundatæ & commonachis ejuſdem loci & ſucceſſoribus ſuis Prioratum de* **Hinkele** *in comitatu* Leyc. *alienigenam, Prioratum de* **Warham** *in com.* **Dorſet** *alienigenam, & Prioratum de* **Caresbroke** *in comitatu* Sutht. *alienigenam, Ac omnia alia terras tenementa & poſſeſſiones ad abbatiam beata* Mariæ *de* Lira *in* Normannia *alienigenam pertinentia cum omnibus maneriis cum ſuis pertinentiis, ac cum aliis terris tenementis redditibus poſſeſſionibus, advocationibus eccleſiarum, vicariarum & cantariarum, portiones, penſiones, parvas porciones aliarum eccleſiarum, elemoſinas, & eccleſias appropriatas cum quibuſcunque poſſeſſionibus* (&c.) *ad prædictos Prioratum de* **Hinkele** (&c.) *pertinentia* (&c.) *Qui quidem Prioratus de* **Hinkele** (&c.) *ad manus noſtras occaſione guerræ inter nos & illos de* Francia *mota, devenerunt* (&c.) *Habendum* (&c.) *præfato* Edmundo *Priori* (&c.) *& ſucceſſoribus ſuis à feſto ſancti* Michaelis *ultimo præterito quamdiu præ-*

dicta guerra duraverit (&c.) *T. Rege, apud* **Haverford** *in* Wallia, *xx. Maii.*

Ratificatio fundationis per Regem H. 6.

Cart. 19. H.6.m.22. REX omnibus &c. ſalutem. Sciatis quod cum dilecti nobis in Chriſto, Prior & conventus monaſterii domus *aſſumptionis beatæ Mariæ* de **Mountgrace**, ordinis *Carthuſienſis* in comitatu *Eboracenſi*, per quandam petitionem ſuam nobis in ultimo Parliamento noſtro exhibitam, nobis monſtraverunt, qualiter monaſterium ſuum prædictum tempore domini *Ricardi* nuper regis *Angliæ* ſecundi poſt conqueſtum, anno regni ſui viceſimo, per licentiam ſuam, in villa de **Bordelby**, per venerabilem dominum *Thomam* ducem *Surregiæ* fundatum extitit; idemque dux, tempore fundationis illius, eandem villam quæ facit manerium de **Bordelby**, & quæ valoris annui decem marcarum, vel circiter, exiſtit, prædeceſſoribus prædictorum Prioris & conventus & ſucceſſoribus ſuis donavit imperpetuum. Ac non diu poſt quod ipſe monaſterium prædictum inceperat edificare, obiit; qua de cauſa monaſterium illud in magna ſua parte edificandum exiſtit, ad ipſorum Prioris, & conventus, & ſervientium ſuorum non modicum nocumentum, & dampnum; idemque Prior & conventus ulterius procedere in edificatione monaſterii ſui prædicti pro malignitate, & indiſpoſitione temporis, preſertim ipſorum qui fingere titulos, & querelas, & gentes ſimplices abſque jure, ſeu cauſa turbare non curant, auſi non exiſtunt; unde nobis humiliter ſupplicarunt ut, præmiſſis conſideratis, ad ipſum Priorem, & conventum & ſucceſſores ſuos, ab omnibus perplexitatibus & dubiis ponendis vellemus, ex certis conſiderationibus eadem petitione ſpecificatis, per aſſenſum dominorum ſpiritualium & temporalium ac communitatis regni noſtri *Angliæ* in dicto Parliamento exiſtentium, donationem & conceſſionem prædictas per dictum fundatorem factas (*&c.*) ratificare, approbare (*&c.*)

EPPEWORTHENSE

Cœnobium infra inſulam de Axiholme in *agro* Lincolnienſi.

Licentia regia de fundatione, & dotatione ejuſdem.

Ex ipſo autographo in curia Augmentac.

Vide Pat. 20.R.2. part.2.m. 14

RIcardus Dei gratia Rex *Angliæ*, & *Franciæ*, & dominus *Hiberniæ*, omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt, dilecto, & fideli conſanguineo noſtro, *Thomæ* comiti **Notingham**, & mareſcallo *Angliæ*, quod ipſe, in ſolo ſuo proprio, apud **Eppeworthe**, infra inſulam de **Axiholme**, in comitatu *Lincolniæ*, vel alibi infra eandem inſulam in eodem comitatu, quandam domum conventualem de monachis ordinis *Cartuſienſis*; videlicet, de quodam Priore & certis monachis, *viſitationem matris Dei* nuncupandam, ad honorem Dei, & glorioſæ matris ejus *Mariæ*, ſancti *Johannis* evangeliſtæ, & ſancti *Edwardi* regis, & confeſſoris, ordinare, facere, & fundare, & centum acras terræ, cum pertinentiis in **Eppeworth**, vel alibi infra dictam inſulam, quæ de nobis tenentur in capite, ut dicitur, de ſolo ſuo proprio dare, concedere, & aſſignare poſſit, pro ſe, & hæredibus ſuis, Priori & monachis dictæ domus, cum fundata fuerit. Habend. & tenend. eidem Priori, & dictis monachis, confratribus ſuis, & eorum ſucceſſoribus pro inhabitatione ſua ibidem facienda, ad miſſas celebrandas, ac orationes, & alia divina ſervitia ibidem facienda, pro ſalubri ſtatu noſtro, ac prædicti comitis, dum vixerimus, & pro animabus noſtris, cum ab hac luce ſubtracti fuerimus, ac pro animabus progenitorum, ac hæredum noſtrorum: necnon pro animabus anteceſſorum, & hæredum ipſius comitis, & pro animabus omnium fidelium defunctorum, de præfato comite, & hæredibus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, juxta ordinationem ipſius comitis, in hac parte faciendam, imperpetuum, una cum libero ingreſſu, & egreſſu ad domum ſuam prædictam, ſimul cum communia paſturæ omnibus animalibus, & averiis ſuis, in paſturis, moris, & mariſcis infra dictam inſulam; necnon communia turbariæ, & piſcariæ in quibuſcunque aquis, moris, & mariſcis prædictis, & cum omnibus aliis commoditatibus, aiſiamentis, & proficuis infra dictam inſulam, & alibi, adeo plenè, liberè, & integre ſicut aliqui libere tenentes ejuſdem comitis dictæ inſulæ, melius habent, & habere ſolent, vel deberent de conſuetudine, vel de jure, Et eiſdem Priori, & monachis quod ipſi dictas centum acras terræ cum pertinentiis in **Eppeworth**, vel alibi infra inſulam prædictam, a præfato comite recipere poſſint, & tenere (*&c.*) licentiam dedimus ſpecialem, ſtatuto de terris, & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, ſeu eo, quod dictæ centum acræ terræ de nobis tenentur in capite, non obſtante. Inſuper de gratia noſtra ſpeciali, ad inſtantiam prædicti comitis, conſanguinei noſtri conceſſimus, & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, abbati monaſterii ſancti *Nicholai* in *Andegavia*, ordinis ſancti *Benedicti* de poteſtate *Franciæ*, & ejuſdem loci conventui, quod ipſi dare poſſint, concedere & aſſignare prefato Priori dictæ domus *Cartuſienſis*, ac monachis, & confratribus ſuis, ejuſdem domus, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, manerium, ſive Prioratum de **Birkeby**-*monachorum*, cum pertinentiis in com. *Warwicenſi*, cum maneriis de **Newebalde** ſuper **Avene**, **Coppeſton**, & **Walton** in eodem comitatu, & cum quibuſcumque membris, & hamelettis, & aliis pertinentiis ad dictum manerium ſive Prioratum de **Birkeby**-*monachorum* qualitercumque ſpectantibus; & omnia alia maneria, dominia, &c. cum pertinentiis, quæ, ad prædictum manerium, ſive Prioratum de **Birkeby** qualitercumque ſpectant, ſive dependent ab eiſdem; & quæ prædicti abbas, & conventus monaſterii ſancti *Nicholai* habent, & quæ ad ipſos qnalitercumque pertinent. Ac etiam advocationes, & patronatus eccleſiarum de **Kirkeby**-*monachorum*, **Newebald** ſuper **Avene**, una cum advocationibus & patronatibus vicariarum earundem eccleſiarum; quas quidem eccleſias, præfati abbas & conventus, in proprios uſus habent, & tenent ſibi, & dicto monaſterio ſuo appropriatas; Necnon advocationes, & patronatus eccleſiarum de **Whythybrok**, **Wappenbury**, & **Sharneford**, cum penſionibus earundem, ac advocationes & patronatus eccleſiarum, vicariarum, capellarum, portionum, cantariarum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum quorumqumque; necnon omnes, & ſingulas annuitates, & penſiones cum ſuis pertinentiis, quas ipſi habent, & ad ipſos pertinent quoquo modo. Quæ quidem manerium ſive Prioratus de **Kyrkeby**-*monachorum*, cum pertinentiis, cum maneriis de **Newebalde**, **Coppeſton**, & **Walton**, & cum quibuſcumque membris, & hamelettis, & aliis pertinentiis ſuis ad dictum manerium, ſive Prioratum de **Kyrkeby** ſpectantibus, ac alia maneria, dominia, molendina, terræ (*&c.*) in manibus noſtris, occaſione guerræ inter nos, & adverſarium noſtrum *Franciæ* motæ, ſeu occaſione ſciſmatis, exiſtunt; & quæ exceptis feodis militum, & advocationibus eccleſiarum, & vicariarum, in manibus noſtris retentis, per nomen cuſtodiæ Prioratus de **Kyrkeby** monachorum alienigenæ in comitatu *Warwici*, & omnium terrarum, & poſſeſſionum eidem Prioratui ſpectantium, in manu noſtra occaſione guerræ, inter nos, & illos de *Francia* motæ exiſtentium, ad firmam pro quadraginta libris, nobis annuatim reddendis nuper dimittebantur.

Ac etiam quod dictæ eccleſiæ de **Kyrkeby**-*monachorum*, & **Newebolde**, prædictis abbati & conventui monaſterii ſancti *Nicholai Andegaviæ*, & dicto monaſterio ſuo appropriatæ, & quas quidem eccleſias ipſi in proprios uſus, ſic tenent, ut prædictum eſt, licitè transferri poſſint, in & ad prædictos Priorem, & monàchos dictæ domus *Cartuſienſis*, & ſucceſſores ſuos, ac domum, & eccleſiam ſuam, ordinis *Cartuſienſis*, ſupradictas, meliori modo quo fieri poſſit imperpetuum; ſeu aliàs quod unio, appropriatio, & incorporatio dictarum eccleſiarum de **Kyrkeby**-*monachorum*, & **Newebolde** præfatis abbati & conventui ſancti *Nicholai* ſic factæ penitùs diſſolvantur, & eidem eccleſiæ de novo, ſi neceſſe fuerit, approprientur, uniantur, & incorporentur, prædictis Priori, & conventui domus ordinis *Cartuſienſis*; & ſucceſſoribus ſuis, ac eccleſiæ, & domui ſuæ prædictæ, tenend. in proprios uſus imperpetuum. Habendum & tenendum prædictum manerium ſive Prioratum de **Kyrkeby**-*monachorum* cum maneriis de **Newebald**, **Coppeſton**, & **Walton**, & cum quibuſcunque membris, hamelettis, & aliis pertinentiis ad dictum manerium, ſive Prioratum de **Kyrkeby** ſpectantibus, necnon omnia alia ſupradicta maneria, dominia, molendina, terras (*&c.*) ad dictos abbatem, & conventum ſancti *Nicolai* ſpectantibus, præfatis Priori, & conventui dictæ domus, ordinis *Cartuſienſis*, & ſucceſſoribus ſuis, ac eccleſiæ & domui ſuæ prædictæ imperpetuum, de prædicto comite, & hæredibus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, adeò plenè & integrè, ſicut prædicti abbas, & conventus monaſterii ſancti *Nicolai*, ſeu prædeceſſores ſui, ea unquam habuerunt, vel tenuerunt, vel habere debuerunt, ante hæc tempora, de conſuetudine, vel de jure, abſque aliquo nobis, vel hæredibus noſtris tempore guerræ, vel pacis, occaſione guerræ ſeu ſciſmatis, aut aliis cauſis aliquibus, indè reddendo, vel ſolvendo, & adeo quieta, & exonerata, tam de dicta firma quadraginta librarum per annum, quam de omnibus aliis firmis, redditibus, debitis, arreragiis firmarum, & aliorum omnium, & rerum quarumcunque, erga nos, & hæredes noſtros, ſicut prædicti abbas & conventus monaſterii ſancti N*icolai*, ſeu prædeceſſores ſui eà unquam habuerunt, & tenuerunt, antequam Prioratus, maneria, dominia, terræ, tenementa (*&c.*) & patronatus ſupradicta, ad manus noſtras, vel ad manus progenitorum noſtrorum, occaſione guerræ ſeu ſciſmatis devenerunt, non obſtante dicto ſtatuto, de terris, & tenementis ad manum mortuam non ponendis, edito (*&c.*) Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſexto die Junii, anno regni noſtri viceſimo.

Indulgentia Bonifacii *Papæ ix.*

Ex autographo in curia augmentat.

IN Dei nomine Amen. Per preſens publicum inſtrumentum cunctis conſtet manifeſtè, quod anno ab incarnatiòne Domini ſecundum curſum & computationem eccleſiæ *Anglicanæ* milleſimo tricenteſimo nonogeſimo octavo, indictione ſexta, & pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, ac Domini noſtri domini *Bonifacii* divina providentia Papæ noni, anno nono, menſe Julii die quarta-decima, in villa de **Gaynesburgh**, *Lincolnienſis* dioceſis, in domo hoſpitii *Johannis Gaugee*, in mei notarii publici præſentia, & teſtium ſubſcriptorum conſtitutus perſonaliter venerabilis & religioſus vir dominus *Johannes* divina patientia Prior Prioratus *viſitationis beatæ Mariæ*, ordinis *Carthuſienſis* in inſula de **Axiholm**, *Lincolnienſis* dioceſis, literas dicti ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini domini *Bonifacii* divina providentia Papæ noni, ejus verò bulla plumbea cum cordula de filis cericis crocei & rubii coloris impendente, more curiæ Romanæ bullatas, ſanas & integras veras & congruas, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte corruptas, ſed omni ſuſpicione prorſus & vicio carentes, una cum copia ſive tranſcripto indulgentiæ ſancto *Franciſco* conceſſæ, mihi notario tanquam autenticæ perſonæ tradidit, & exhibuit, & inſtanciùs me rogavit & requiſivit ut dictas literas & copiam diligenter palparem inſpicerem & perlegerem, & ne hujuſmodi literæ per inundationem aquarum vel locorum ſive viarum diſcrimina aut alia pericula quæ caſualiter accidere & contingere potuerint fortè perirent, rogavit me notarium memoratum, ut prædictas literas exemplarem eaſque earum tenores de verbo ad verbum fideliter tranſumerem, tranſcriberem, & in publicum redigerem inſtrumentum, vel in plura & publica redigerem inſtrumenta. Literarum vero apoſtolicarum per omnia tenor talis eſt.

Bonifacius *epiſcopus ſervus ſervorum Dei uni-*

verſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Licet is de *cujus munere venit ut ſibi à ſuis fidelibus dignè & laudabiliter ſerviatur, de abundancia ſuæ pietatis quæ marita ſupplicum excedit & vota bene ſervientibus ſibi multo majore retribuat quam valeant promereri; nihilominus tamen deſiderantes domino populum reddere acceptabilem & bonorum operum ſectatorem, fideles ipſos ad complacendum ſibi quaſi quibuſdam allectivis muneribus, indulgentiis ſcilicet & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ graciæ aptiores. Cupientes igitur ut capella beatæ* Mariæ *Prioratus de* Wode *antiquitus dicta, in inſula de* Axiholme, Lincolnienſis *dioceſis, juxta quam dilectus filius nobilis vir* Thomas *comes* Notinghamiæ *quandam domum* Cartuſienſis *Ordinis, in honorem Dei ſub vocabulo viſitationis beatæ* Mariæ *virginis, & ſanctorum* Johannis *evangeliſtæ, ac* Edwardi *regis & confeſſoris, omniumque ſanctorum canonicè conſtrui & edificari fecit, ſeu proponit, congruis honoribus frequentetur, ac etiam conſervetur, & ut Chriſti fideles eo libencius, cauſa devotionis, confluant ad eandem & ad ipſius conſervationem necnon domus hujuſmodi fabricam & conſtructionem manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono celeſtis graciæ uberius conſpexerint ſe refectos, De omnipotentis Dei miſericordia & beatorum* Petri *&* Pauli *apoſtolorum auctoritate confiſi, omnibus verè penitentibus & confeſſis qui in feſto viſitationis ipſius beatæ* Mariæ *quod ſecunda die menſis Julii inibi annuatim celebratur, eandem capellam devotè viſitaverint annuatim, & ad ipſius conſervationem nec non domus hujuſmodi conſtructionem & fabricam manus porrexerint adjutrices, illam indulgentiam & remiſſionem peccatorum concedimus, quam eccleſiam beatæ* Mariæ *in* Porciuncula *dictam* de Angelis, *extra muros* Aſſiſinatos *primo & ſecundo diebus menſis Auguſti viſitantes annuatim quomodolibet conſecuntur. Volumus autem quod ſi aliàs viſitantibus dictam capellam vel ad ejus fabricam ſeu conſervationem, aut ipſius domus conſtructionem, ſeu fabricam manus porrigentibus adjutrices, aut aliàs inibi pias elemoſinas errogantibus, ſeu aliàs aliqua alia indulgencia imperpetuum, vel ad certum tempus nondum illapſum duratura, per nos conceſſa fuerit, ipſa aliàs facta conceſſio nullius exiſtat roboris vel momenti. Datum* Romæ *apud ſanctum* Petrum *kalendas Junii pontificatus noſtri anno octavo.*

Tenor vero tranſcripti de indulgentia ſancto *Franciſco* conceſſa, per omnia talis eſt.

In Dei nomine, *Amen.* Poſtquam beatus *Franciſcus* eccleſiam ſanctæ *Mariæ de Angelis* juxta *Aſſiſium* reparaverat ex devotione quam habuit in reginam cælorum, ibidem morabatur in omni ſanctitate & devotione ac continua oratione. Et cum in una nocte ferventiſſimè exoraret, fuit ſibi revelatum quod dominus noſter Jheſus Chriſtus & beata virgo mater ejus in eccleſia prædicta cum multitudine angelorum adeſſent, qui ſtatim conſurgens & cellam ſuam exiens cum maxima leticia ſpiritali eccleſiam introivit. Et videns dominum Jheſum Chriſtum & dulciſſimam matrem ejus ſtantes ſuper altare, atque multitudinem angelorum in circuitu altaris, proſtravit ſe in terram, & tunc Chriſtus beato *Franciſco* ait. *Poſtula à me quid vis circa tuam ſalutem, & aliorum quia daturus es in lucem gentium & preparationem eccleſiæ celeſtis.* *Franciſcus* jacebat in terra quaſi raptus; tandem verò ad ſe reverſus ait, *Sanctiſſime pater & rex eterne domine, ſupplico ego miſer peccator, ut digneris facere hanc graciam generi humano, ut concedas veniam & indulgentiam omnibus & ſingulis venientibus ad locum iſtum, ac intrantibus eccleſiam iſtam omnium peccatorum ſuorum univerſaliter & ſingulariter de quibus contriti confeſſionem veram fecerint ſacerdoti. Item ſupplico beatiſſimæ* Mariæ *matri tuæ advocatrici generis humani, quod pro hujuſmodi me adjuvare, & apud tuam clementiam & piiſſimam majeſtatem intercedere dignetur.* Tunc regina ipſa cælorum beati *Franciſci* precibus humiliter inclinata ſtatim cœpit ſupplicare filio ſuo, dicens, *Altiſſime Deus Chriſte ſupplico deitati tuæ & humiliter intercedo quod dignetur majeſtas tui inclinare ſe precibus fratris* Franciſci *famuli tui & mei.* Tunc Chriſtus ſtatim reſpondit dicens, *Satis grande eſt* Franciſce *quod petiſti; ſed majoribus dignus es, & majora habebis, & ego orationem & petitionem tuam admitto: Tu autem habes ire ad ſummum pontificem vicarium meum qui ex nunc eſt* Peruſium, Honorium *tertium, & ex parte & auctoritate mea petere indulgentiam quam tibi conceſſi.* Quibus dictis, Dei filius cum benedicta matre ſua & multitudine angelorum in cælum aſcendit, & viſio diſperuit. *Franciſcus* vero de mane ſurgens vocavit fratrem *Maſſeu:* de *Maretin* cum quo dominum Papam adiit, & ſe ibidem præſentans dixit, *Sancte pater nuper ad honorem matris Chriſti reparavi unam eccleſiam, & ſupplico ſanctitati veſtræ quod ponatis ibi indulgentiam abſque oblationibus pecuniæ;* Qui reſpondit, *Hoc convenienter non poſſit fieri, quia qui petit indulgentiam oportet ut ipſam mereatur adjutricem manum apponendo;* Et dixit, *Indica mihi frater* Franciſce *quot annos vis de indulgentia? Vis quod ponam ibi indulgentiam quinque annorum?* Et reſpondit, *Pater ſancte, quid eſt hoc?* Iterum Papa, *Vis ut ponam ibi ſex aut ſeptem annorum?* Et ſanctus *Franciſcus* non erat bene contentus, ideo dixit, *Domine quid eſt hoc?* Et dominus Papa ad eum, *Quid vis ut faciam tibi?* Cui ſanctus *Franciſcus* reſpondit, *Sanctiſſime pater placeat ſanctitati veſtræ non dare annos ſed animas.* Et ait Papa, *quomodo vis animas?* Qui reſpondit, *Volo pater ſi placeat ſanctitati veſtræ, ut propter beneficia quæ Deus fecit in illo loco, quod quicunque venerit ad illam eccleſiam devotus, contritus, & confeſſus, & ſicut expedit, per ſacerdotem abſolutus, habeat ibidem indulgentiam plenam omnium peccatorum ſuorum quæ commiſit a die baptiſmatis ſui uſque ad horam introitus ſui eccleſiæ memoratæ, ut non ulterius habeat aliam brigam pro illis.* Dominus Papa reſpondit, *Multum eſt quod petis* Franciſce; *non eſt conſuetudo curiæ* Romanæ *talem indulgentiam exhibere.* Et ſanctus *Franciſcus*, dixit, *Domine quod peto non ex parte mea peto, ſed ex parte illius qui miſit me, domini Jheſu Chriſti.* Statim Papa cum ferventiſſimo ſpiritu reſpondit. *Et nos concedimus quod ita ſit & fiat in nomine domini,* ità ter dicens, *Placet mihi quod habeas quicquid petiſti* Franciſce. Quod cum audiſſent Cardinales qui tunc aderant, dixerunt Papæ ut eam revocaret quia in prejudicium terræ ſanctæ erat. Et Papa ad eos. *Non revocabo eam quia auctoritate clavium conceſſi ſibi.* Tunc Cardinales dixerunt; *Si huic talem Indulgentiam conceditis, curiam* Romanam *deſtruitis, & Indulgentiam magnam beatorum* Petri & Pauli *ad nihilum redigetis.* Et Papa dixit. *Dedimus & conceſſimus eam ſibi; Non poſſumus nec expedit illud deſtruere quod per nos & potiùs per Deum factum eſt.* Tunc Cardinales dixerunt, *Artate igitur eam in quantum poteſtis:* Et reſpondit Papa, *Modificemus eam ut tantum ad diem naturalem ſe extendat.* Tunc vocavit ſanctum *Franciſcum*, &. dixit ei. *Ecce frater* Franciſce, *concedimus tibi ut quicunque venerit devotè & intraverit dictam eccleſiam contritus & confeſſus, ſit ille plenè abſolutus. Et hoc valere volumus ſingulis annis imperpetuum tantum per diem naturalem à primis veſperis, includendo noctem uſque ad veſperas diei ſequentis.* Tunc ſanctus *Franciſcus* receſſit; Et dominus Papa videns eum abire, vocavit eum. Et dixit ei, *O tu ſimplex homo, quaſi ſtultus appares, quid portas tecum de indulgentia tibi conceſſa?* Cui ſanctus *Franciſcus* reſpondit, *Sufficit mihi unum verbum tuum, opus Dei eſt, ipſe habeat opus ſuum manifeſtare; de hujuſmodi nolo aliquid Inſtrumentum niſi ut virgo beata ſit carta, & Chriſtus ſit notarius, Angeli ſancti ſine teſtes.*

Exiens autem beatus *Franciſcus* de palacio poſt conceſſionem indulgentiæ predictæ, & ſic recedendo de *Peruſio*, venit in quodam loco qui dicitur Colle ad quatuor miliaria ubi erat & adhuc eſt habitus leproſorum, & ibi cum ſocio aliquantulum requievit & dormivit, & excitatus audivit vocem de cælo dicentem ſibi, *Franciſce ſcias ſicut hæc indulgentia data eſt tibi in terra, ita confirmata eſt in cælo.* Qui cum ſurrexiſſet, vocavit ſocium ſuum dicens, *frater* Maſſeu: *dico tibi ex parte Dei, indulgentiam mihi exhibitam per ſummum Pontificem* Honorium *tertium eſſe confirmatam in cælo.* Cum beatus *Franciſcus* eſſet in cella ſua quæ erat in orto poſt eccleſiam ſanctæ *Mariæ* verſus ſilvam, in menſe Januarii & oratione vacans, & in eodem anno, ecce noctis ſilentio venit diabolus & dixit ei, *Franciſce quare vis mori ante tempus, an ignoras quod dormitio ſit potiſſimum alimentum corporis? Quare ergo ſtas ad talia facienda; nonne alias dixi tibi quod juvenis es & adhuc ſatis tempeſtivè poteris facere pœnitentiam de peccatis? ad quid ergò vigiliis & orationibus te perimis?* Tunc ſanctus *Franciſcus* exivit de cella ſua in fervore avido, & projecta tunica ſua tranſivit ſilvam denſam, & inter vepres & ſpinas traduxit corpus ſuum, Dicens, *Melius eſt mihi ineſtimabiliter ut cognoſcam ſic paſſionem Domini noſtri Jheſu Chriſti, quam ut ego obtemperem blandiciis inimici.* Ubi cum ſe palparet laceratus & fractus frigoribus affuit circa eum lumen immenſum & roſæ albæ & rubeæ, mirifici odoris & venuſtiſſimi aſpectus, roſæ hujuſmodi in copiam magnam circa eum apparuerunt, & cum ipſis multitudo angelorum dicentium, *Eranciſce ſurge, & accede citò ad dominum, & ad ſalvatorem tuum & matrem ejus qui ſunt in eccleſia tua.* Tunc beatus *Franciſcus* ſeipſum invenit novo & candido veſtimento indutum, quomodo aut qualiter ipſe ignoravit. Tunc accepit de roſis duodecim albas & duodecim rubeas, & venit verſus eccleſiam, & videbatur ſibi ſemitam eſſe inter ſilvam & eccleſiam pannis cericis ſtratam & perornatam. Qui veniens & intrans, dictas roſas poſuit ſuper altare. Et ſtatim vidit Jheſum Chriſtum & matrem ejus ſuper altare cum multitudine angelorum in circuitu, & dixit Jheſus Chriſtus; *Franciſce quare non das dotem matri meæ, quas ſibi dare debes:* Beatus igitur *Franciſcus* intelligens quod de animabus ſalvandis per indulgentiam illius eccleſiæ loqueretur, Dixit, *Sanctiſſime pater, ordinator cæli & terræ, & ſalvator humani generis digneris diem iſtum ordinare propter magnam miſericordiam tuam in quo potero dotes illas dare beatiſſimæ matri tuæ generis humani advocatrici.* Et Chriſtus ſtatuens diem dixit, ut quicunque venerit à veſperis primæ diei menſis Auguſti uſque ad veſperas ſequentis diei contritus & confeſſus de peccatis ſuis de quibus memor exiſteret, quod omnia eſſent & erunt plenariè remiſſa à die baptiſmatis ſui uſque ad diem & horam introitus eccleſiæ prædictæ. Tunc ſanctus *Franciſcus* humiliter jacens in pavimento, dixit Chriſto, *Sanctiſſime pater & ſalvator noſter, quomodo veniet in notitiam & credulitatem generis humani?* Cui Chriſtus, *hoc fiet per graciam meam, tu tamen habes ire ad vicarium meum Romanum, ut ipſe faciat patefieri, prout ei expedire videbitur.* Beatus *Franciſcus* reſpondit. *Qualiter mihi peccatori vicarius tuus credet.* Cui Chriſtus dixit, *Ducas tecum aliquos ex ſociis tuis qui hoc audierunt, & roſas albas & rubeas quas in hoc menſe Januarii in ſilva collegiſti in afflictione & diſciplina corporis tui, & in eo numero deferas roſas tecum ſicut bonum videatur tibi.* Iſtud autem præceptum audierunt quatuor fratres & ſtabant in cellis ſuis juxta cellam beati *Franciſci* juxta eccleſiam prædictam. Tunc ſanctus *Franciſcus* de roſis albis & rubeis ad honorem ſanctæ Trinitatis tres accepit de utriſque, hoc fecit in præſencia dulciſſimæ matris. Tunc cœtus angelorum hoc carmen cecinit & dixerunt *Te Deum laudamus*, & uſque in finem compleverunt. Quo dicto, ſtatim diſperuit viſio. Et ſanctus *Franciſcus* induit ſe tunica ſua, & mane accedens ad prædictos ſocios dixit illis; *præparate vos ad eundum Romam*; & impoſuit eis ſilentium de hiis quæ audierant. Venientes autem *Romam* invenerunt dominum Papam *Honorium* in loco *Lateranenſi*; & genibus flexis ante eum retulit dictus *Franciſcus* omnia ſicut ſupranotata ſunt, offerens ei ſex roſas, tres albas, & tres rubeas in ſignum veritatis. Et dominus Papa aſpiciens dictos flores odoriferos præſentes, cum admiratione magna dixit; *Hoc eſt admirabile opus Dei, habere ſex roſas in menſe Januarii. Et nos frater* Franciſce *credimus verum eſſe teſtimonium veſtrum; loquemur autem cum fratribus noſtris & audiemus reſponſionem illorum & deliberabimus quid ſit ſuper hoc faciendum.* Interim dominus Papa fecit recipi beatum *Franciſcum* cum ſociis ſuis valde bene. Sequenti autem die, de mandato venit beatus *Franciſcus* coram eo, & dixit, *Digne Chriſti vicarie adimpleas voluntatem Regis cæleſtis & matris ejus de eccleſia cujus vocabulum* Eccleſia Angelorum *de* Porciuncula *vocatur.* Et Papa reſpondit;

Franciſce, *Dicas coram fratribus noſtris cardinalibus, quæ eſt voluntas Regis cæleſtis & matris ejus, licet alias dixiſti.* Et reſpondit; *Voluntas ejus eſt ut à primis veſperis primæ diei Auguſti uſque ad veſperas ſequentis diei dicti menſis, quod quicunque intraverit eccleſiam ſanctæ* Mariæ de angelis *de* Portiuncula, Aſſiſienſis *diœceſis, remittuntur ei omnia peccata ſua à die baptiſmatis ſui uſque ad illum diem de quibus recordatur, vel non recordatur, & in confeſſione memoriam fecerit corde contrito & humiliato, ſi abſolutus fuerit à ſacerdote.* Et Papa reſpondit; *Magnum eſt quod petis, ſed quia dominus noſter Jheſus Chriſtus ad inſtantiam matris ejus tuam orationem exaudivit, Nos ſcribemus epiſcopis* Aſſiſienſibus, Peruſienſibus, Turdenn, Spolentino, Fulginatino, Anterino, Eugubino, *quod veniant ad ſanctam* Mariam de Angelis *de* Portiuncula *prima die Auguſti & notificent venientibus ad indulgentiam iſtam ſicut tibi placuerit.* Et ſic beatus *Franciſcus* cum ſociis ſuis, acceptis literis ſummi Pontificis ad prædictos epiſcopos venit, & literas eis præſentavit, & procuravit idem adeo, quod in die prima Auguſti omnes prædicti epiſcopi convenirent ad prædictam eccleſiam; Et factum fuit pergulum ligneum id eſt pulpitum in quo omnes prædicti epiſcopi aſcenderunt ſimul cum beato *Franciſco.* Et cum magna multitudo populi ibi eſſet congregata circa pergulum, nutu divino dixit beatus *Franciſcus* epiſcopis. *Quis veſtrum vult prædicare populo, & veniam conceſſam annunciare.* Qui habito conſilio reſponderunt beato *Franciſco. Nos habemus ſequi voluntatem tuam ſecundùm tenorem literarum Papalium.* Tunc beatus *Franciſcus* ait; *Licet indignus inter vos ſum, volo populo prædicare & annunciare indulgentiam de mandato Regis cæleſtis, quæ conceditur in loco iſto ad inſtantiam matris ejus glorioſæ. Et vos una mecum annunciabitis eandem de mandato vicarii ſui.* Et ſurgens beatus *Franciſcus*, benedictione accepta, prædicavit adeo benè quod videretur angelus, & non homo carnalis, & denunciavit eis indulgentiam prædictam, ut quicunque venerit ad eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Angelis* in *Porciuncula*, & ingrederetur devote, à primis veſperis primæ diei menſis Auguſti uſque ad veſperas ſequentis diei hujus menſis, ſcilicet per diem illum naturalem tam de nocte quam de die, includendo noctem, ſicut diem, remittuntur ſibi omnia peccata ſua plenariè poſt confeſſionem cum contritione factam & abſolutionem à ſacerdote ſuſceptam, à die baptiſmatis ſui uſque ad prædictum diem, & hoc in hoc loco habebit in prædicto die integro quolibet anno inperpetuum. Audientes autem epiſcopi indignati ſunt quando audierunt inperpetuum duraturam plenam remiſſionem pœnæ & culpæ; & dixerunt beato *Franciſco.* Licet dominus Papa mandavit nobis quod circa hoc ſequeremur voluntatem tuam ad notificandam Indulgentiam, non tamen ſuæ opinionis erat quod ſequeremur quod incongruum eſt. Unde annunciamus, Indulgentiam decem annorum tantum. Tunc ſurrexit epiſcopus *Aſſiſienſis*, & credens annunciare populo decem annos, annunciavit quicquid dixerat prius beatus *Franciſcus*, Alii autem indignati contra eum aſcenderunt unuſquiſque poſt alterum, & quilibet eorum per ſe proponentes firmiter dicere decem annos, ſemper annunciabant plenam remiſſionem imperpetuum duraturam, ut ſuperius dictum eſt: Et ad hoc fuerunt multi teſtes tam de *Peruſio* & *Aſſiſſio* quam de aliis Civitatibus, Caſtris & Villis, inter quos aliqui ſubſcribuntur fide digni, videlicet dominus *Suppolinus*, *Hugolius*, dominus *Andreas de monte-Molino*, *de Aſſiſio. Neapolius de Armentano.* Dominus *Johannes Gualteri*, Dominus *Johannes Petri Tubaldaci.* Dominus *Bruncus Lamanſii*, & univerſaliter multi alii qui domino Papæ omnia prædicta retulerunt, & de ſermonibus dictorum ſeptem epiſcoporum, & preſentibus etiam domino *Petro Caſſali*, fratri *Angelo* miniſtro, fratre *Bonifacio*, fratre *Benedicto* de *Arecio*, fratre *Guidone*, fratre *Bartholomeo* de *Peruſio*, & multis aliis. Acta ſunt hæc, prout ſupraſcribuntur & recitantur, Anno indictionis Pontificis, menſe die & loco prædictis, præſentibus tunc ibidem diſcretis viris, domino *Roberto* de **Selby**, Rectore eccleſiæ parochialis de **Sybthorp**, *Eboracenſis* dioceſis, dominis *Roberto Barton*, *Richardo Hodeſake* Capellanis, *Lincolnienſis* dioceſis, & *Roberto Veer* laico dictæ *Eboracenſis* dioceſis, Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

SHENEENSE *Cœnobium* *in agro* Surregienſi.

HOc anno ſcilicet MCCCCxiiij. cœpit Rex *Henricus* fundare tria monaſteria religioſorum, juxta prædium ſuum (apud **Shene** vulgariter appellatum) unum de ordine monachorum *Cartuſienſium*, aliud monachorum qui *Celeſtini* vocarentur, profitentes regulam ſancti *Benedicti*, quam ſervare ſe dicunt ad literam, & ulterius ſe aſtringunt ad recluſionem perpetuam, Tertium *Brigittinorum*, qui ſancti *Auguſtini* profitentur regulam, quæ cum aliis adjectis ceremoniis vocatur ab eis *Regula Salvatoris.* Hiis non licet habere proprium, non quidem obolum, nec pecuniam tangere quovis modo. In hoc monaſterio, juxta regulam debent eſſe ſorores ſexaginta, ſacerdotes tredecem, diaconi quatuor, octo fratres laici, quibus omnibus computatis, tantus erat numerus perſonarum, quantus erat tredecim apoſtolorum, & ſeptuaginta duorum diſcipulorum Chriſti, Hi non lineis, ſed laneis ſemper utuntur. Qui duo conventus habebunt unam eccleſiam in communi, moniales habebunt ſuperiùs ſub tecto, fratres inferiùs ad terram, & ſunt utrique conventus ſeparatim incluſi, quibus poſt profeſſionem non licebit egredi niſi de domini Papæ licentia ſpeciali. Iſti duo conventus debent habere, ex regula, ſufficientem dotationem ad ſuſtentationem perſonarum & ſervientium, ac ſupportationem onerum tanti monaſterii, ita quod abſque indigentia, & mendicitate, tam in anno ſterili quam fertili poſſint ſufficienter & quietè ſubſiſtere. Poſtea verò ſi totus mundus poſſeſſio-

Hiſt. Angl. *Th. Walſingham* p.432. nu. 10.

nes & prædia eis offerret quicquam omnino recipere non liceret. Antè feſtum omnium ſanctorum annuatim computari debent, & præſciri victualia, & neceſſaria anni ſubſequentis, & quæcunque tunc remanent de victualibus, ſeu pecunia anni tunc inſtantis, in craſtino omnium ſanctorum debent pauperibus erogari.

Si verò aliquando victualia ſequentis anni videntur non ſufficere, tunc de pecunia aut victualibus imminentis anni additur ſequenti anno quantum neceſſe eſt, & non plus, ſi Abbatiſſa & generalis ejuſdem loci confeſſor, periculum animæ ſuæ voluerint evitare, Et ex poſt quicquid remanſerit, egenis dari debet. Abbatiſſa cum conſenſu ſororum & fratrum eligere debent unum de tredecim ſacerdotibus in confeſſorem generalem monaſterii, cui omnes fratres obedire debent, & contra præceptum ejus omnino nihil facere Nullus ſecularium virorum, ſeu mulierum ſecularium, ſeu religioſorum, ingredietur clauſtra monaſterii monialium. Hos ritus & plures alios, obſervant hujus novellæ religionis profeſſores, quos ad præſens omittimus ad alia feſtinantes.

Acceſſus monialium ordinis ſanctæ Brigidæ *virginis ad* **Lenn**, *& præſentatio ex parte Majoris.*

Ex Regiſtro quodam ad Majorem & communitatem villæ de *Lenne* in *Norfolcia* ſpectante a.1652.

MEmorandum quod 26. die Auguſti *Adam White* & *Joh. Browne* camerarii villæ de **Lenn**-epiſc. ex conſenſu & aſſenſu Majoris & communitatis *præſentant* recluſis monialibus ordinis ſanctæ *Brigidæ* virginis *unam pipam vini* Quas *Nicholaus Pecche* armiger, domini regis ambaſſiator ſpecialis, adduxit in *Angliam* ex præcepto domini Regis. Quibus monialibus & ordini metuendiſſimus dominus *Henricus* quintus rex *Angliæ* ædificavit, ac de novo conſtruxit ob reverentiam Dei & virginis prædictæ unam placeam ſive manſionem ubi manerium de **Shene** quondam ſituatum fuit: Quod quidem manerium dominus *Richardus* ſecundus quondam Rex *Angliæ* proſtravit & deſtruxit eo quod domina *Anna* ejus conſors dudum Regina *Angliæ* in prædicto manerio diem ſuum clauſit extremum.

Carta fundationis.

Cart. de anno 3. & 4 P. 5. m. 8.

Vide etiam Pat. 2. *H 6.* part 4. m. 27.

REX &c. ſalutem. Cum excelſæ majeſtatis exennia quæ gloriam noſtri regiminis de die in diem ubertim, ut ipſi videmus, extollant, ritè à nobis graciarum vendicant acciones, juſtiſſimum credimus ut eo medio in auctorem tendant quo nobis ab auctore fluxerunt, nomine ſalvatoris; ut ſicut per mediatorem Dei & hominum dominum Jeſum ad nos indignos, de patre luminum, bona cuncta procedunt; ita noſtræ laudes quamvis inutiles per eundem Jeſum Chriſtum & datorem gratiarum, & omnis boni principium revertantur; nam Jeſus iſte noſter non nave ſet **Nazare** in terram ſanctæ Chriſtianitatis tranſcenſo *Jordanis* alvea nos omnes baptizatos induxit, quod *Moyſes* vetus non potuit. In *Moyſe* enim, ſine ordine, ſicut populus ſic ſacerdos inceſſit, in Jeſu noſtro refertur ſacerdocium præcedit, archa ſequitur, dux comitatur & populus & omnia per ordinem diſtinguntur. In Jeſu noſtro *Aggei* templum reedificatur per Babilonios hereticos ante conſumptum; Jeſu noſtro baptizato tota trinitas carnalibus noſtris ipſa corporalis apparuit. Jeſus dum ſe humiliter inclinaret adulteram potenter redemit. Stans Jeſus in medio reparavit incredulos. Reſurgens de ſepulchro conſolabatur meſtos. Deprecans in horto deicit inimicos, & quid mirum ſi ego qui utcunque minimus ſervus ſum Jeſu, ſic cum Propheta quaſi cantans *exultem in Deo Jeſu meo*, cum hoſtis Herodes impius viſo Jeſu meo miro modo gaudebat. Fatemur quicquid nobis proſpere contigit Jeſus ipſe donavit, ipſe per nos dejecit hereticos, ſervavit catholicos, Jeſus ipſe nobis pacificat emulos exteriores, & domat intrinſecos, ſubicit homines, & abigit demones, ut quaſi viſibiliter cernimus verum eſſe, quod in nomine Jeſu flectitur omne genu, celeſtes obſecuntur, ſpiritus terreſtres obediunt, & inferi contremeſcunt; legitur namque quod *Romani* à Barbaris perſecuti, in locis domini Jeſu dedicatis per virtutem ejus ſalvati fuerant, & defenſi; nec mirum cum ſecundum apoſtolum non ſit aliud nomen ſub cælo datum hominibus in quo oporteat ſalvari; ipſe etenim, ſacro atteſtante eloquio, ſalvum faciet populum ſuum; cecis ſiquidem dedit viſum, ſurdis auditum, claudis curſum, mutis ſermonem, mortuis vitam, totamque diaboli poteſtatem de obſeſſis corporibus effugavit. Ex hac igitur meditatione commoniti, & domini Jeſu gracia, ut ſperamus, præventi, conſiderando quod bona eſt negociatio per quam largiendo tranſitoria declinantur, & eterna fælici commercio ſubrogantur, quandam domum conventualem monachorum ordinis *Cartuſienſis*, ob ſpecialem & ſinceram affectionem quam ad ordinem & religionem illam multis inducti cauſis & motivis gerimus & habemus, in quodam ſolo noſtro apud **Shene** ex parte boreali ſitus manerii noſtri ibidem, continente tria millia centum & viginti & quinque pedes in longitudine ac mille ac treſcentas & quinque pedes & octo pollices in latitudine; & extendit ſe à **Hakeloto** juxta **Diversbush** ex parte auſtrali uſque ad crucem vocatam **Crasasshe** ex parte boreali, ad honorem & gloriam ac exaltationem nominis dulciſſimi Jeſu, quam quidem domum, *domum Jeſu* de **Bethlæm** de **Shene** nominari volumus perpetualiter & vocari, diſpoſuimus & duximus ordinandam, & fundandam, ac in iiſdem ſolo & loco ſi & quatenus in nobis eſt vel eſſe poterit domum illam tenore præſencium erigimus, fundamus, creamus & ſtabilimus, temporibus perpetuis duraturam. Et idcirco ſolum & locum prædicta cum pertinentiis prout limitantur, ſeu impoſterū limitabuntur & includentur, *Johanni Wydrington* monacho ordinis prædicti, Priori ejuſdem loci, aſſenſu eorum quorum intereſt aſſignato & conſtituto, ac monachis ordinis prædicti Deo ibidem ſervituris & moraturis, pro ſitu & conſtructione ac primaria fundatione ejuſdem domus ac inhabitatione dictorum Prioris & monachorum ac certarum aliarum perſonarum impoſterum ſpecificandarum & nominandarum, & per eoſdem Priorem & monachos & ſucceſſores ſuos impoſterum ſuſtinendarum & ſubveniendarum, de gracia noſtra

ſtra ſpeciali & ex certa ſcientia noſtra, ac de maturo & deliberato aſſenſu conſilii noſtri, pro nobis & hæredibus damus, concedimus & hac carta noſtra confirmamus. Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis de nobis & hæredibus noſtris in liberam puram & perpetuam elemoſinam, libera & quieta ab omni exactione & ſervicio ſeculari, cum liberis introitu & exitu & omnibus aliis aiſiamentis in hac parte rationabiliter neceſſariis, vel oportunis, pro orationibus & aliis divinis officiis inibi faciendis, pro ſalubri ſtatu noſtro, dum vixerimus, ac anima noſtra cum ab hac luce migraverimus, & animabus parentum & progenitorum noſtrorum & omnium fidelium defunctorum ; necnon pro pace tranquillitate & quiete populi & regni noſtri ; ac inſuper pro aliis pietatis operibus ibidem ſuſtinendis miniſtrandis & ſupportandis juxta ordinacionem noſtram hæredum vel executorum noſtrorum in hac parte pleniùs faciendam. Et nos & hæredes noſtri ſolum & locum prædicta præfatis Priori & monachis & ſucceſſoribus ſuis contra omnes gentes warantizabimus & defendemus imperpetuum ; & eiſdem Priori & monachis, quod ipſi ſolum & locum prædicta à nobis recipere & tenere poſſunt ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis, ſicut prædictum eſt, imperpetuum tenore præſentium licenciam dedimus ſpecialem, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut eo quod ſolum prædictum eſt parcella manerii noſtri prædicti, aut alia cauſa quacunque non obſtante. Et ulterius de uberiori gracia noſtra dedimus & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris præfatis Priori & monachis procuratoriam domum ſive Prioratum de **Ware** in comitatu *Hertf.* alienigenam, cum pertinenciis. Prioratum de **Noien** & **Newmarket** alienigenam, cum pertinentiis ad abbatiam de ſancto *Ebrulpho* in *Normannia*, Prioratum ſive manerium de **Levesham** & **Grenewich** in comitatu *Kancia* alienigenam, cum pertinentiis ad abbatiam ſancti *Petri* de **Gaurot** in *Flandria*, Ac Prioratum ſive manerium de **Hayling** alias dictum **Heling** alienigenam cum pertinentiis ad abbatiam de **Leſne**, alias dictam abbatiam B. *Petri Gemetecenſis* ſpectantes, necnon Prioratum de **Carisbroke**, cum pertinentiis in Inſula *Vecta*, ac omnia terras, tenementa, eccleſias, porciones, penſiones, elemoſinas, & alias quaſcunque poſſeſſiones ad abbatiam de *Lira* in *Normannia* alienigenam, infra regnum noſtrum *Angliæ*, & partes *Walliæ* pertinencia, ſive ſpectantia. Prioratu de **Hinkeley** cum pertinentiis in comitatu *Leceſtria*, qui eſt de poſſeſſionibus dictæ abbatiæ de *Lira*, duntaxat excepto : Iſta omnimoda maneria, terras, tenementa, hundreda, redditus, ſervicia, poſſeſſiones, feoda militum, advocationes eccleſiarum, vicariarum, capellarum, hoſpitalium, porciones, penſiones, decimas, oblaciones, obvenciones, ac alia emolumenta, & proficua quæcunque ad Prioratus, ſive maneria prædicta, & eorum quodlibet, ac ad prædicta terras, tenementa, & poſſeſſiones dictæ abbatiæ de *Lira*, exceptis præexceptis, qualitercunque pertinentia, ſive ſpectantia ; una cum reverſionibus quibuſcunque, poſt mortem illarum perſonarum quæ ea, vel aliqua eorum tenent in feodo talliato, ſeu ad terminum vitæ, vel annorum, aut alio modo quocunque. Habenda & tenenda eiſdem Priori, & monachis & ſucceſſoribus ſuis, Prioratus ſive maneria prædicta, ac dicta terras, tenementa, poſſeſſiones, dictæ abbatiæ de *Lira*, exceptis præexceptis, una cum reverſionibus prædictis, ac omnimodis hundredis, maneriis, terris, (*&c.*) adeo plenè & integrè ſicut perſonæ prædictæ ea jam habent & tenent ſeu aliqui alii ea ante hæc tempora habuerunt & tenuerunt, abſque apporto firma compoto vel ratiocinio, aut alio proficuo quocunque nobis vel hæredibus noſtris inde reddendo vel ſolvendo.

Conceſſimus inſuper (*&c.*) quod ſi Prioratus ſive maneria prædicta, ac dicta terras tenementa & poſſeſſiones dictæ abbatiæ de *Lira* extra manus ipſorum Prioris & monachorum ſeu ſucceſſorum ſuorum abſque fraude vel malo ingenio evinci vel recuperari, aut aliàs qualitercunque ab eiſdem Priore & monachis ſeu ſucceſſoribus ſuis capi contigerit in futurum, tunc iidem Prior & monachi & ſucceſſores ſui habeant & percipiant annuatim in locis ſubſcriptis ſeptingentas marcas, videlicet centum libras de exitibus hanaperii cancellariæ noſtræ & heredum noſtrorum per manus cuſtodis hanaperii prædicti pro tempore exiſtentis, ad terminos ſancti *Michaelis*, & Paſchæ per equales porciones, ac centum libras in portu civitatis noſtræ **London** ; necnon centum libras in portu villæ noſtræ de ſancto *Botulpho*, ac etiam centum & decem marcas in portu villæ noſtræ **Suthampton** : ac etiam centum marcas in portu villæ de **Lenn** epiſcopi : necnon quadraginta, marcas in portu civitatis noſtræ **Cicester** de cuſtuma lanarum coriorum & pellium lanutarum in portubus prædictis per manus collectorum ejuſdem cuſtumæ pro tempore exiſtencium, ad terminos prædictos per equales portiones, quouſque præfatis Priori & monachis alibi in loco congruo infra regnum noſtrum *Angliæ* de terris, tenementis, & poſſeſſionibus ad valorem dictarum ſeptingentarum marcarum per annum ultra repriſas, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum habendas & poſſidendas per nos vel hæredes noſtros fuerit proviſum.

Et ulterius conceſſimus eis quod ſi aliquà parcella dictorum Prioratuum ſive maneriorum aut dictorum terrarum (*&c.*) dictæ abbatiæ de *Lira* ſeu aliarum poſſeſſionum prædictarum extra manus eorundem Prioris & monachorum aut ſucceſſorum ſuorum abſque fraude vel malo ingenio evicta vel recuperata, ſeu aliàs qualitercunque ab eiſdem Priore & monachis, ſeu ſucceſſoribus ſuis capta fuerit in futurum, tunc iidem Prior & monachi & ſucceſſores ſui habeant & percipiant annuatim de exitibus hanaperii cancellariæ prædictæ ac de cuſtumis prædictis in portubus prædictis, ad terminos prædictos valorem parcellæ illius ſic evictæ vel recuperatæ, aut ab eis, ut præmittitur, captæ, quouſque eis alibi in loco congruo infra dictum regnum noſtrum *Angliæ* de terris (*&c.*) ad valorem parcellæ illius ſic evictæ, vel recuperatæ, aut ab eis, ut præmittitur, captæ, ſibi inperpetuum habendis & poſſidendis per nos vel hærèdes noſtros prædictos fuerit proviſum.

Conceſſimus inſuper eiſdem Priori & monachis

chis domus Jeſu quandam ſeweram noſtram in aqua *Thamiſiæ* prope **Shene** vocatam **Peterſammere**, ac medietatem unius acræ terræ eidem ſeweræ adjacentem, necnon totam piſcariam noſtram de **Shene** in aqua prædicta, habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum; ſtatuto prædicto, aut eo quod expreſſa mencio de vero valore ſeweræ terræ ac piſcariæ prædictarum in præſentibus facta non exiſtit, ſeu alia cauſa quacunque non obſtante.

Conceſſimus etiam præfatis Priori & monachis duo dolia, ſive quatuor pipas vini rubei de *Vaſconia*, habendas & percipiendas inperpetuum ſibi & ſucceſſoribus ſuis de vinis noſtris in portu **London** per manus capitalis pincernæ noſtri & hæredum noſtrorum pro tempore exiſtentis, vel ejus locum tenentis in portu prædicto, vel de vinis noſtris hoſpicii noſtri per manus pincernæ hoſpicii noſtri & hæredum noſtrorum pro tempore exiſtentis ad electionem dictorum Prioris & monachorum & ſucceſſorum ſuorum ſingulis annis ad purificationem beatæ *Mariæ*.

Et præterea (*&c.*) conceſſimus (*&c.*) quod præfati Prior & monachi, & ſucceſſores ſui, inperpetuum ſint quieti de auxilio ad primogenitos filios regum milites faciendos, ad primogenitas filias regum maritandas, & de omnibus auxiliis regum, placitis, querelis, aſſiſis, & ſummonicionibus, necnon contributionibus & tallagiis quæ ab ipſis ratione terrarum (*&c.*) quæ nunc habent, vel ex nunc habituri ſunt, per nos aut hæredes noſtros aut ballivos noſtros ſeu miniſtros noſtros vel hæredum noſtrorum quoſcunque ad opus noſtrum vel ipſorum hæredum noſtrorum exigi deberent vel poterunt in futurum. Et quod quandocunque clerus regni noſtri *Angliæ* aut *Cantuarienſis* provinciæ, per ſe, vel *Eboracenſis* provinciæ, per ſe, decimam ſeu aliam quotam de bonis ſuis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis, vel communitas comitatuum regni noſtri *Angliæ* aut cives vel burgenſes civitatum vel burgorum dictorum comitatuum decimam, quintam decimam, vel aliam quotam ſeu taxam quamcunque de bonis ſuis temporalibus ſeu mobilibus, aut terris tenementis ſeu redditibus ſuis nobis vel hæredibus noſtris qualitercunque conceſſerint, ſeu nos vel hæredes noſtri dominica noſtra per *Angliam* fecerimus talliari, aut dominus ſummus pontifex qui pro tempore fuerit decimam ſeu quotam aliam clero regni noſtri *Angliæ* aut *Cantuarienſis* vel *Eboracenſis* provinciarum prædictarū impoſuerit, & eam vel aliquam partem ejuſdem nobis vel hæredibus noſtris conceſſerit, eccleſiæ & beneficia ipſis Priori & monachis appropriata & appropriandæ terræ tenementa redditus bona & catalla ipſorum Prioris & monachorum & ſucceſſorum ſuorum quorumcunque, ad opus noſtrum vel hæredum noſtrorum non taxentur, aſſideantur (*&c.*) Et ſi contingat ſuper homines comitatuum dicti regni noſtri *Angliæ* vel alicujus eorundem comitatuum aut aliorum locorum ipſius regni, ſeu ipſorum terras poſſeſſiones vel bona aliquas pecuniæ ſummas pro municione & apparatibus hominum ad arma hobelariorum ſagittariorum ſeu peditum quorumcunque pro obſequio noſtro vel hæredum noſtrorum imposterum eligendorum, & in hujuſmodi obſequium ad quaſcunque partes & ex quacunque cauſa mittendorum, vel pro cuſtodia maritima facienda, aſſideri, (*&c.*) Volumus & concedimus (*&c.*) quod terræ poſſeſſiones & bona predictorum Prioris & monachorum (*&c.*) nullatenus aſſideantur.

Conceſſimus etiam (*&c.*) quod ipſi & ſucceſſores ſui inperpetuum habeant & teneant omnes domos ſuas quas jam habent vel erunt habituri quietas de liberatione ſeneſcallorum, mareſcallorum, & aliorum miniſtrorum noſtrorum & hæredum noſtrorum, ac ſeneſcallorum, mareſcallorum, proviſorum, miniſtrorum Reginarum, filiorum noſtrorum, ac filiarum hæredum noſtrorum, fratrum noſtrorum, procerum, magnatum, & aliorum quorumcunque (*&c.*) Et quod nullus dux, comes, baro, vel magnas regni noſtri aut aliundè, vel ſeneſcalli mareſcalli ſeu eſcaetores, vicecomites, coronatores aut alii ballivi noſtri, ſeu miniſtri noſtri, vel hæredum noſtrorum (*&c.*) colore aliquo hoſpitentur ibidem vel morentur ſub pena ſtatutis in contrarium editis contenta.

Conceſſimus inſuper (*&c.*) quod præfati Prior & monachi & ſucceſſores ſui & omnes homines & tenentes reſidentes ſui, ac alii reſidentes quicunque, tam de & in villa de **Eſchiurech** in com. **Berks**, quam de & in terris, dominiis (*&c.*) ſint quieti per totum regnum noſtrum *Angliæ* de omni theolonio in quolibet mercato & in omnibus nundinis, & in omni paſſagio poncium, aquarum, viarum, & maris, per totum regnum noſtrum *Angliæ* & per omnes terras noſtras in quibus libertates eis dare poſſum; & quod omnia bona, catalla, & merchandiſæ hominum & tenencium reſidencium ſuorum, & aliorum reſidencium prædictorum qnorumcunque, ſint ſimiliter in locis prædictis quieta de omnimodo pavagio, paſſagio, leſtagio, ſtallagio, cariagio, picagio, teragio, tronagio, pontagio, chiminagio, ankeragio, wharvagio, & tallagio, (*&c.*) & de omni ſcotto & geldo, & omnibus auxiliis regum & vicecomitum, & de omnibus miſericordiis & de finibus comitatuum & hundredorum, & de hidagio ſcutagio & de danageldo, horngeldo, carucagio, & **Wapentake**, & **Shewyne** & **Miskennyng**, **Swanemoode**, & de theſauro ducendo, & **Wardepeny**, **Wardecorne**, **Averpeny**, **Hundredpeny**, & **Borthalpeny** & **Tythingpeny**, & de kaagio, muragio, paagio, barbicanagio, & de operacionibus caſtrorum, parcorum, & poncium clauſuris, & domorum regalium edificatione ac reparacione, necnon de ſectis comitatuum, hundredorum, & laſtorum, hundredorum, & wapentachiorum, ac de murdro & de communi miſericordia quando contigerit, videlicet comitatus & hundredi coram nobis vel aliquibus juſticiariis noſtris (*&c.*) per totum regnum & poteſtatem noſtram.

Conceſſimus etiam (*&c.*) quod ipſi (*&c.*) habeant bona & catalla hominū & tenencium ſuorum (*&c.*) convictorum de felonia ſive utlagatorum pro felonia, contemptu, tranſgreſſione, debito, compoto, aut alia occaſione quacunque ad ſectam noſtram ſeu hæredum noſtrorum vel ad ſectam partis. (*&c.*) Et quod prædicti Prior & monachi & ſucceſſores ſua habeant inperpetuum retorna præceptorum noſtrorum, & hæredum noſtrorum, ac brevium & preceptorum quorumcunque &executionem eorundem (*&c.*)Ac eciam quod præfati Prior(*&c.*)tam de &in dicta villa de **Eſthenreth**, quam de & in terris dominiis (*&c.*) prædictis &c. nec non fines pro licentia concordandi, & omnia amerciamenta, redemptiones (*&c.*) nec non omnimoda eſcapia felonum, de & in villa ,terris (*&c.*) Ac eciam (*&c.*) deodanda, theſaurum inventum, & omnia bona & catalla vocata manuopera, inventa ſeu invenienda, cum quacunque perſona infra villam terras (*&c.*) prædicta, & inſuper (*&c.*) omnimodos fines & redemptiones pro quacunque cauſa emergentes, & amerciamenta quæcunque (*&c.*)

Et ulterius(*&c.*) qd. nullus vic. ballivus (*&c.*) capiat aliquem hominem tenentem reſidentem ſeu aliũ reſidentem quemcunq;tam de & in dicta villa de **Eſthenreth**, quam de & in terris dominiis (*&c.*) prædictis per breve præceptum aut per aliud warantum vel cauſam quamcunque infra comitatum ubi ſint reſidentes (*&c.*) Et quod prædicti Prior & monachi (*&c.*) per ſe & miniſtros ſuos in omnibus terris (*&c.*) faciant & habeant aſſiſam emendationem, & aſſiſam panis, vini, & ſerviciæ, ac omnimodorum aliorum victualium ac menſurarum, & ponderum quorumcunque, & aliorum ad officium clerici mercati hoſpitii noſtri & hæredum noſtrorum pertinencium cum punicione eorundem (*&c.*)Conceſſimus etiam (*&c.*) quod habeant omnia amerciamenta redemptiones &.exitus forisfactos & forisfacturas quaſcunque, annum diem, vaſtum, &ſtreppum, (*&c.*) de omnibus hominibus & tenentibus reſidentibus vel aliis reſidentibus de &in villa prædicta ac terris (*&c.*) predictis, tam nunc datis & conceſſis, quam ex nunc dandis (*&c.*)

Conceſſimus inſuper quod iidem Prior & monachi & ſucceſſores ſui habeant wreccum maris, & eciam animalia quæ dicuntur **Wayf**, &**Stray** inventa in villa prædicta, ac in terris dominiis, (*&c.*) Et inſuper Conceſſimus (*&c.*) quod ipſi & ſucceſſores ſui ad pencionem, corrodium ſeu ſuſtentationem aliquam alicui de Prioratu prædicto, aut aliis poſſeſſionibus ſeu rebus ſuis contra voluntatem ſuam ad rogatus vel mandata noſtra aut hæredum noſtrorum concedendum miniſtrandum ſeu inveniendum nullatenus teneantur nec ad hoc quomodolibet compellantur (*&c.*) ac eciam quod habeant liberam warennam in omnibus terris dominiis feodis ac poſſeſſionibus ſibi collatis & de cetero conferendis ubicunque fuerint eciamſi fuerint infra metas foreſtæ noſtræ, ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis vel aliquid capiendum quod ad warennam pertineat (*&c.*) Volumus inſuper & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris & hac carta noſtra confirmamus, quod prædicti Prior & monachi & eorum ſucceſſores inperpetuum habeant & teneant exnunc omnia terras (*&c.*) cum *ſoca* & *ſaca* **infangenthef** & **outfangenthef**, & eciam quod habeant inperpetuum viſum franciplegii de omnibus hominibus & tenentibus reſidentibus ac aliis reſidentibus in terris dominiis(*&c.*)ac de omnibus hominibus & tenentibus reſidentibus ac aliis reſidentibus in dicta villa de **Eſthenreth**, cum omnibus ad viſum franciplegii ſpectantibus. Et quod iidem Prior & monachi & ſucceſſores ſui in hujuſmodi terris dominiis feodis ac poſſeſſionibus ſuis ac in villa predicta **Eſthenreth** prout ſibi placuerit habere poſſunt **Thew**, pillorium atque tumbrellum pro punicione malefactorum ibidem; ac eciam quod ipſi furcas in ſolo ſuo terrarum dominiorum & feodorum ac poſſeſſionum prædictorum erigi & judicium de malefactoribus quos ibidem ac in villa prædicta deprehendi contigerit, juxta dictam libertatem de **infangenthef** & **outfangenthef** fieri facere poſſunt ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum juſticiariorum eſcaetorum (*&c.*)

Conceſſimus eciam eiſdem Priori & monachis quod ipſi & ſucceſſores ſui inperpetuum habeant letas ſuas & **Lawdayes** cum omnibus ad letas& **Lawdayes** ſpectantibus, de omnibus hominibus & tenentibus ſuis (*&c.*)

Conceſſimus eciam (*&c.*) quod præfati Prior & monachi & ſucceſſores ſui inperpetuum habeant unum mercatum ſingulis ſeptimanis per diem Martis apud dictam villam de **Eſthenreth**, & duas ferias ſingulis annis per octo dies duraturas; videlicet per duos dies, ante feſtum ſancti *Auguſtini* epiſcopi in Maio, & in eodem feſto & per unum diem proximè ſequentem & per duos dies ante feſtum ſanctæ *Katharinæ* virginis& in eodem feſto, & per unum diem proximè ſequentem (*&c.*)

Conceſſimus eciam (*&c.*) quod ipſi quendam aquæ ductum ſubterraneum à quodam fonte vocato **Dillesdenwell** in **Shene** uſque ad domum ſuam prædictam ad aquam de fonte illo uſque ad eandem domum inde ducendam facere, & fiſtulas conductus illius ſubtus terram à fonte prædicto ubi pro eis commodius facere viderint faciendum apponere, conductum illum ſic factum quociens indigerint reparare & emendare poſſunt & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis inperpetuum, abſque impeticione noſtri vel hæredum noſtrorum, (*&c.*) eo quod expreſſa mencio (*&c.*) Hiis teſtibus venerabilibus patribus *H.* archiepiſcopo *Cantuarienſi* tocius *Angliæ* primate (*&c.*) Datum per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* primo die Aprilis.

¶ Addenda.

Quorum quædam (bone Lector) *à nobiſmet ipſis reperta; quædam verò ab amicis & aliis operis hujus promovendi ſtudioſis, accepta: ſeriùs tamen & hæc & illa quàm ut (quod optatum nobis) ſuis quæque inſererentur locis. Cum autem talia, uti remur, ſint, tam apud poſteros quàm præſentes, longè digniora, quàm ut penitus omittantur & ignorentur; utpote quæ (quod eſt operis inſtitutum) vel fundationem, vel ædium ad quas ſpectant plus minus oſtendant dotationem; hìc ideo, loco licet non ſuo, hæc eadem, ordine quæque ſuo, exhibenda duximus, propriis etiam quibus inſerenda ſunt ſingula locis indicatis.*

MONASTICON ANGLICANUM.

WINTONIENSIS *eccleſia Cathedralis Ordinis* S. BENEDICTI.

[Reſpice pag. 38.] col. 2.

Lel. coll. vol. 1. p. 613.

Fundatores principales cathedralis eccleſiæ ſancti Swithuni Winton.

K*INELGYLSUS* vj. Rex **Weſt**-*Sax.*

Kinegylſus regnare cœpit anno Domini 608.

Fidem cepit anno regni ſui 25. per S. *Birinum* epiſcopum cum fratre ſuo *Quintelino*. Supervixit ſexennio poſt fidem acceptam.

Obiit 31. regni ſui anno, & anno Domini 634. Incepit fundare eccleſiam *Winton.* quinto converſionis ſuæ anno; ſed morte præventus minimè complere potuit. Sepultus eſt in eadem eccleſia.

Dedit Deo ibidem ſervientibus **Childecumbe.**

Succeſſit *Kinewaldus* fratri, & eccleſiam *Wintonienſem* ab eo inceptam complevit; deditque eidem tria maneria **Dountoun**, **Areſford**, & **Wordiham.** Regnavit annis xxxij. & regnum Sexburgæ Reginæ reliquit. Sepultus eſt in eccleſia *Winton.* ſub ſummo altari anno Domini 671.

Egbertus primus monarcha regnare cœpit anno Domini 800. regnavit annis 37; ſepultus eſt in eccleſia cathedrali *Winton.* cui dedit quatuor maneria **Drokeneſford**, **Wordiham**, **Aweltoun**; & **Bedhampton.**

Athelwulphus filius *Egberti* regnavit ann. xx. & ſepultus eſt in eccleſia *Winton.* anno 857. Hic reſtituit manerium de **Chiltecumbe** ablatum.

Edwardus ſenior Rex *Angliæ* dedit eccleſiæ. *Winton.* quatuor maneria, **Overtone**, **Halborne**, **Stoke**, & **Whitechirch.**

Frithelſtanus factus eſt epiſcopus *Winton.* anno *Edwardi* ſenioris octavo, & conſecratus à *Pleimundo* archiepiſcopo *Dorobernenſi* anno Domini 908. præfuit eccleſiæ *Winton.* xxiiij. annis & renunciavit epiſcopatui anno nono Regis *Athelſtani*; cui immediatè ſucceſſit ſanctus *Brinſtanus* anno Domini 932. & regni *Athelſtani 9.*

Ethelſtanus Rex dedit eccleſiæ *Winton*, tria maneria; **Chilboltoun**, **Eneforde**, & **Hameriſworde.**

Edredus Rex dedit eccleſiæ *Winton.* duo maneria; **Dountone**, & **Huſſeburne.**

Edgarus Rex monachos, qui per *Danos* deſtructi erant, iterum in eccleſia *Winton.* inſtituit, & dedit eis unum manerium, ſcilicet **Aevingtone.**

Ethelredus Rex, filius *Edgari* dedit eccleſiæ *Winton.* manerium de **Havonte** (forſan **Havant.**)

Canutus Rex dedit magna ſigna eccleſiæ *Winton.*

Hardecanutus Rex dedit eccleſiæ *Winton.* duo maneria; **Pippeſmenſtre** & **Weſtwode.**

Sanctus *Edwardus* Rex & Confeſſor, dedit quatuor maneria eccleſiæ *Wintoniæ*; **Porthlande**, **Wike**, **Hollewelle**, & **Waymuthe.**

Aſtanus dux, filius *Ethelredi*, dedit eccleſiæ *Winton.* duo maneria, **Merdene** & **Eggebyri.**

Agelwynus dux dedit *Cleram* eccleſiæ *Winton.*

Elphegus prefectus dedit eccleſiæ *Winton.* manerium de **Crundale.**

Athelwoldus dux contulit **Wike** eccleſiæ *Wintoniæ.*

Tunbertus epiſcopus *Wintoniæ*, tertius à *Swithuno*, dedit ſuæ eccleſiæ ad fabricam ejuſdem manerium de **Nuſcheling.**

Alwinus epiſcopus *Wintoniæ*, dedit eidem eccleſiæ novem maneria; **Stoneham**, duas **Meones**, **Neuton**, **Witeney**, **Heling**, **Melbrok**, **Polhampton**, & **Hodingtone.**

Walkelinus epiſcopus *Winton.* eccleſiam *Wintonienſem* à fundamentis renovavit, & multa maneria à monachis abſtulit, uſque ad valorem trecentarum librarum terræ.

Henricus Bleſenſis, frater Regis *Stephani*, epiſc. *Winton.* dedit eidem eccleſiæ **Clive**, & maxima ornamenta.

Richardus Tocbin epiſcopus *Wintoniæ*, **Hamme** redemit, & **Cnoel** emit, & ſuæ eccleſiæ *Winton.* dedit.

Wotwynus monachus *Winton.* dedit eccleſiæ *Winton.* manerium de **Butermere.**

Dominus *Simon* de *Winton.* miles contulit **Winhale** eccleſiæ *Winton.*

Fritheſwitha Regina, mater ſanctæ *Frethelwithæ* virginis, dedit eccleſiæ *Winton.* manerium de **Tauntone**, in qua requieſcit humata.

Emma mater *Edwardi* confeſſoris, dedit novem maneria *Wintonienſi* eccleſiæ; **Brandeſbyri**, **Berchefelde**, **Howthtone**, **Fyſide**, **Mechelmeiche**, **Puingeo**, **Wicombe**, **Weregrave**, & **Haylinge.**

Getha uxor *Godwini* ducis, dedit eccleſiæ *Winton.* **Bledone** & **Craucumbe.**

Alwara dedit **Alwardeſtoke**, **Exton**, & **Widehaye**, pro anima *Leowini* viri ſui.

Edgyva dedit **Dorkingham.**

Reges ſepulti in cathedrali eccleſia Winton.

Kinegilſus, Kinewaldus, Kinewolphus, Egbertus, Ethelwolphus, Edredus, Canutus, Hardecanutus, Guil. Rufus.

Pontifices quoque & Sancti ſepulti in cathedrali eccleſia Winton.

Birinus, Hedda, Swithunus, Fritheſtanus, Brinſtanus, S. *Elphegus confeſſor.*

S. *Daniel* epiſc. *Winton.* ſecundùm quoſdam, ſepultus eſt *Meldúni.* S. *Adomarus* epiſc. *Winton.* ſepultus eſt *Pariſiis* apud S. *Genovevam*, cor autem ejus ad borealem partem majoris altaris *Winton.*

Innocentii Charta p. 8.

Ex chron. S. *Swythini Winton.* p. 8.

INnocentius *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori & monachis* Winton. *monaſterii, tam præſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Cum à vobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Wentanam eccleſiam in qua divino eſtis obſequio mancipati, ad exemplar fœlicis memoriæ* Lucii *Papæ ſecundi prædeceſſoris noſtri, ſub beati* Petri, *& noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus; ſtatuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione principum vel regum, oblatione fidelium Deo propitio poterit adipiſci firma vobis & per vos eidem eccleſiæ & illabata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.* Chiltecumbam, *& omnem decimam ejus,* Eſtonam, Wordiam, Wanſingtonam, Aujutoniam, Moenes Minores, **Brekford**, Exſtonam, Hentonam, **Halwarſtokis**, **Havents**, Crondolam, Hodingtonam, Watonam, **Heunenton**, **Chilbolton**, **Mitteſhullings**, **Melbrok**, Eſtonam, **Stocton**, **Eneford**, Pateniam, **Awelton**, Aſidam, **Clandon**, **Hineton**, **Wornericheſton**, **Weſtwood**, **Oludon**, **Harnie**, **Huſſeburig**, **Witcherche**, *redditus in urbe* Wentana, *& in ſuburbio; piſcaturam apud* **Branford**, **Chiſe**, **Brandsbury**; *omnem decimam dominicorum ejuſdem eccleſiæ, ad operam eccleſiæ & domorum eidem eccleſiæ pertinentium,* **Portland**, *terras feoda & ſervitia militum ad eandem eccleſiam pertinentia, conſuetudines, libertates rationabiles, tam in emendo quam vendendo, & in aliis per chartas regias conceſſas; penſiones annuas viginti librarum de nundinis ſancti* Ægidii; *penſionem annuam decem marcarum de Oſpitali ſanctæ* Crucis *ad luminaria eccleſiæ facienda, eccleſiam de* **Drokeford**, *eccleſiam de* **Cromal**, *eccleſiam de* **Avant**, *eccleſiam de* **Winchale**, *eccleſiam de S.* Fide, *eccleſiam ſancti* Ægidii, *eccleſiam ſanctii* Jacobi, *& omnes oblationes ad anniverſarium bonæ memoriæ* Henrici *epiſcopi faciendum. Capellam de* Eddecunta, *eccleſiam de* **Campton**, *& eccleſiam de alio monaſterio, ad anniverſarium* Henrici *Regis ſecundi faciendum. Terram de* **Cnoel** *ad anniverſarium bonæ memoriæ* Godfridi *epiſcopi, Terram de* **Child-Cnoel** *ad libros faciendos, eccleſiam de* **Clendon**, *ad religioſos hoſpites ſuſcipiendos. Eccleſiam de* **Littleton.** *Obeunte verò ejuſdem loci epiſcopo, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia aut violentia præponatur, ſed liceat vobis epiſcopum abſque contradictione alicujus una cum archidiac. communi conſilio vel partis conſilii ſanioris eligere, ſecundum Dei timorem & ſacrorum canonum inſtituta. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat prefatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre vel retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſint, uſibus omnimodis præfutura; ſalva ſedis apoſtolicæ, & dioceſani epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe in divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant.* Amen.

Alia ejuſdem Papæ *Innocentii* bulla.

INnocentius *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori eccleſiæ* Winton. *& fratribus, tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis inperpetuum. Quoties à nobis petitur quod religioni & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos decet libenti concedere & petentium deſideriis congruum ſuffragium impartiri; eapropter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus: & eccleſiam* Winton. *in qua divino mancipati eſtis obſequio ſub* B. Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus, qui ſecundùm Domini & beati* Benedicti *regulam in eadem eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Prætereà quaſcumque poſſeſſiones quæcunque bona eadem eccleſia inpræſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duxi exprimenda vocabulis; Locum ipſum in quo præfata eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, de* **Barton**, *de* **Litelton**, *de* **Henton**, *de* Wardia, *de* **Lamaterre**, *de* **Croudall**, *de* **Sutton**, *de* **Michilmarias**, *de* **Hathun**, *de* **Chilbolſington**, *de* **Hursbury**, *de* **Whitchurche**, *de* **Winſington**, *de* **Portland**, *de* **Wikis**, *de* Waimutha, *de* Horvella, *de* **Stockdon**, *de* **Eneford**, *de* **Awelton**, *de* Patenia, *de* Fiſilda, *de* **Wroſton**, *de* **Hiveton**, *de* **Beſto**, *cum paſtura de* Fowleia, *de* **Silkſted** *de* **Northbury**, *de* **Aventon**, *de* **Henton**, *de* **Eſton**, *de* **Droknesford**, *de* Haventa, *de* **Nuthultings**, *de* **Melbroke**, *de* **Weſtwood**, *de* **Bledon**, *de* **Wilfrigeſton**, *de* **Wotton**, *de* **Havilton**, *de* **Bransbury**, *de* **Alwarſtoks**, *de* **Hodington**

dington, *de* **Munei**, *de* Hamma, *de* Cliva, *de* **Cnoel** *maneria, cum omnibus juribus decimis & pertinentiis ſuis.* Ex *dono bonæ memoriæ* Henrici .... *medietatem reddituum piſcaturæ de* **Bramford**, *de* **Chilbolton**, *de* **Chilcumbe**, *& de* **Sowſted**, *de Unias cum omnibus pertinentiis ſuis.* Ex *dono bonæ memoriæ* Henrici *epiſcopi* Winton. *de* Crondela, *de* **Drokensford**, *de* Havanta, *eccleſias cum omnibus pertinentiis ſuis, ad continuanda luminaria ante majus altare eccleſiæ* Winton. *Ex dono ejuſdem, eccleſiam de* **Elmidon**, *cum omnibus pertinentiis ſuis ad faciend. libros, necnon eccleſiam de* **Litilton**, *cum omnibus pertinentiis ſuis ad ſuſcipiendum hoſpites. Annuum redditum viginti librarum in nundinis S.* Ægidii; *annuum redditum decem marcarum de ſancta* Cruce; *penſiones omnium capellarum civitatis* Winton. *totam oblationem........ redditus domorum, civitatis & ſuburbii* Winton. *necnon & alias poſſeſſiones veſtras cum pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis & paſcuis, in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis libertatibus & immunitatibus. Sane novalium veſtrorum quæ propriis manibus vel ſumptibus colitis de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & abſolutos è ſeculo fugientes ad converſionem recipere & abſque contradictione aliqua eos retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum poſt factum in eccleſia veſtra profeſſionem fas ſit ſine Prioris ſui licentia niſi arctioris religionis obtentu diſcedere; diſcedentem verò abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis ſubmiſſâ voce divina officia celebrare dummodò cauſam non dederitis interdicto. Criſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum qui ad ordines ſunt promovendi, à* Winton. *ſuſcipietis epiſcopo, ſi quis catholicus fuerit, & gratiam & communionem habuerit ſanctæ* Romanæ *ſedis & ea vobis voluerit ſine pravitate exhibere. Prohibemus inſuper ut infra fines parochiæ veſtræ nullus ſine aſſenſu epiſcopi* Winton. *& veſtro, capellam, ſeu oratorium de novo conſtruere audeat ſalvis privilegiis pontificum* Romanorum. *Adhæc novas & indebitas exactiones, ab archiepiſcopis, epiſcopis, archidiaconis, ſeu diaconis, aliiſque omnibus eccleſiaſticis, ſecularibuſque perſonis à vobis fieri omnino probibemus; ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decrevimus ut eorum teſtamento, & extremæ voluntati qui ſe illuc ſepeliri deſideraverint, niſi fortè excommunicati, interdicti aut publicè uſurarii, nullus obſtet, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea & poſſeſſiones ad jus veſtrarum eccleſiarum ſpectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorundem & ad eccleſias ad quas pertinent revocandi, libera ſit vobis de noſtra authoritate facultas. Obeunte verò te, nunc ejuſdem loci Priore vel tuorum quibuſlibet ſucceſſorum, nullus, ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia, præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum major pars conſilii ſanioris ſecundum domini & beati* Benedicti *regulam previderint eligendum. Paci quoque & tranquilitati veſtræ paterna inpoſterum ſolicitudine providere volentes, autoritate apoſtolica probibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangearum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem effundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris* Romanis *pontificibus eccleſiæ veſtræ conceſſas, necnon libertates & executiones ſecularium exactionum à regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, autoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temere perturbare, ac ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ autoritate &* Winton. *epiſcopi cononica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri* Jeſu Chriſti *aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco jura ſua ſervantibus ſit pax domini noſtri* Jeſu Chriſti *quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant,* Amen.

Carta Regis *Edgari* de quadam villâ **Bledone** nuncupatâ, cum ſuis pertinentiis.

Ex ipſo autographo in bibliothecâ Cottonianâ.

ANnuente dei patris ineffabili humanæ proli clementia, quâ filium ſuum Redemptorem noſtrum huic mundo deſtinare dignatus eſt; qui quod mortiferi verus per venenata contulerat arma, virgine ſatis integerrima, divino refertus ſupplemento, ut pax nova mundi deterſit, pro cujus inenarrabilis gloriæ recordatione, Ego *Eadgar* Rex Anglorum, aliarumque gentium in circuitu perſiſtentium, Deo & Sancto *Petro*, monachiſque veteris *Wentanæ* civitatis, quandam telluris particulam; quinq; videlicet manſas, cum quindecim hydis, & quindecim carucis terræ, cum octodecim ſervis, & ſexdecim villanis, & decem Bordis, cum ſexaginta acris prati; & paſturâ unius leuci a dimidii longitudine, & dimidii leuci latitudine, ubi à ruricolis **Bledone** nuncupatur, in perpetuam poſſeſſionem donando donavi; ut habeant & poſſideant benè, honorificè in æternam hæreditatem; & inde, prout voluerint liberè diſponant; & habeant ibidem omni die Lunæ Mercatum. Sit autem prædictum rus liberum ab omni mundiali obſtaculo, cum omnibus ad ſe pertinentibus, Campis, Paſcuis, Pratis, Silvis, Mercatis; & quibuſcunque rebus aliis. Hæc dedi dictis Monachis in puram & perpetuam elemoſinam. Si quis igitur hanc noſtram donationem, in aliud quam conſtituimus transferre voluerit, privatur conſortio ſanctæ dei Eccleſiæ, æternis baratri incendiis lugubris jugiter cum *Juda* Chriſti proditore, ejuſque complicibus puniatur, ſi non ſatisfactione, deo favente emendaverit. Hiis metis præfatum rus hinc inde giratur.

Primò à **Welpul**. De **Welpul** uſq; la **Drove**. De la **Drove** uſq; **Chekewell**. De **Chykewell** uſq; **Smale-lynch**. De **Smale-lynch** uſq; **Aſchewell**. De

Aſſchewell uſq; **Elmede-dich.** De **Elmede-dych** uſq; **Solemeres-Weſtſnok.** De **Solemeres-Weſtſnok** uſq; **Horeherne.** De **Horeherne** uſq; **Stretfolde.** De **Stretfolde** uſq; **Boylelane.** De **Boylelane** uſq; **Beggaresthorne.** De **Beggaresthorne** uſq; **Sokedene.** De **Sokedene** uſq; **Cherchſtede.** De **Cherchſtede** uſq; **Trendelye.** De **Trendelye** uſq; **Wroſt-lanwell.** De **Wroſt-lanwell** uſq; **Geynesthorne.** De **Geynesthorne** uſq; **Wargrode.** De **Wargrode** uſq; **Loxanwode-Waquetreen.** De **Loxanwode-Waquetreen** uſq; **Wyteclane.** De **Wyteclane** uſq; **Waterbergh.** De **Waterbergh** uſq; **Witeſtone.** De **Witeſtone** uſq; **Schuppulladeſwell.** De **Schuppulladeſwell** uſq; **Taddeſchakeſwell.** De **Taddeſchakeſwell** uſq; **Mereſpull.** De **Mereſpull** uſq; **Middeaxeneſtreem.** De **Middeaxeneſtreem** uſq; **Welpull.** Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXXV. ſcripta eſt hæc Carta; hiis teſtibus conſentientibus, quorum inferius nomina caraxantur.

+ Ego *Eadgar* Rex præfatam donationem conceſſi.
+ Ego *Dunſtan* Dorobernifis Eccleſiæ Archiep. conſignavi.
+ Ego *Æthelwold* Epiſc. confirmavi.
+ Ego *Alſwold* Epiſc. corroboravi.
+ Ego *Elſſtan* Epiſc. conſolidavi.
+ Ego *Oſgar* Abbas.
+ Ego *Ethelgar* Abbas.
+ Ego *Elfric* Abbas.
+ Ego *Elſhere* dux.
+ Ego *Ethelwine* dux.
+ Ego *Wirhmod* dux.
+ Ego *Ethelweard* miniſter.
+ Ego *Elfrige* miniſter.
+ Ego *Elſyard* miniſter.

Charta Edgari *Regis pacifici, pro renovatione terræ de* **Chiltecumbe,** *& pro introductione Monachorum.*

Ib. p. 10. MUndane volubilitatis orbita nunquam in eodem permanet ſtatu, ſed quotidiano defectu, more fluentis aquæ decurritur, ob id quod rerum effectus præteritarum oblivioni traditur niſi literaturæ characteribus exaretur, qui quaſi quodam arctiore ligamento nè penitus è memoria defluat retinetur, hoc quomodo quæ olim geſta fuerunt innoteſcit poſteris. Quapropter in hac chartella manifeſtè declaratur; qualiter ego *Edgarus*, opitulante gratuitâ ſalvatoris clementia Anglorum baſileus, *Athelwaldo* mihi pontifici ſuggerente, tum optimatum meorum concilio devotus, renovavi *Chiltecumbes* hæreditariam libertatem, & ſanctæ & individuæ Trinitati commendavi, & in veteri monaſterio in eccleſia beatorum *Petri* ac *Pauli* ad uſum Monachorum inibi Deo regulariter famulantium perpetuo jure conſecravi, præcepi hanc quoque renovationem in ipſâ eadem libertate fine tenus perdurare, qua illam ab aliis ditatam & ab anteceſſoribus Regibus omnibus meis donatam eſſe comperi, quorum primi extiterunt *Kingilſus* Rex, & filius ejus *Kinewaldus* Rex, qui in exordio fidei Chriſtianæ ſanctiſſimo *Berino* epiſcopo verbum Dei predicante conceſſerunt ejuſdem juris poſſeſſionem ad præfatum ſancti loci Monaſterium; deinde *Egberthus* Rex, *Athulphus* Rex, *Alfredus* Rex, *Edgarus* Rex, ideoque præcipio in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, ut nullus epiſcopus ejuſdem loci illam terram de ipſo monaſterio trahere audeat, nec alicui ſecularium pro munere quolibet eam dare præſumat. Hoc quoque provida conſideratione ſuperaddidi, & mandavi, ut nullus filiorum vel nepotum meorum nec aliquis ſucceſſorum meorum ad prædictum ſedis epiſcopalis cœnobium, clericos unquam introducat, ſed electis eiſdem Monachis Chriſto ibidem Deo ſervientibus deputetur, ſicut Ego ipſe cooperante omnipotentis Dei auxilio conſtitui, quando ſuperbos clericos qui Deo ſervire contempſerunt, pro nefandis ſuis actibus, & deteſtandis ſervitiis inde eliminatos expuli, ibique ſacram Cœnobitarum congregationem, qui in hymnis & laudibus Domino voluntariè ſervirent congregavi. Quicunque hanc libertatem cuſtodire voluerit, cuſtodiat eum Deus & hìc & in ævum. Si quis autem diabolicâ ſuggeſtione deceptus, hanc libertatem minuere vel infringere præſumpſerit, veniant ſuper eum omnium maledictionum genera quæ ſcripta ſunt in novo & in veteri Teſtamento, ſitque cœlum ferreum ſuper caput ejus, & tellus ahenea ſub pedibus ejus, & ſit ipſe æterno Anathemate ſeperatus à Deo & omnibus ſanctis ejus, & Apoſtolicâ beatorum *Petri* & *Pauli* authoritate ligatus ſit quamidu vixerit, & poſt maledictum obitum ſuum, gehennalibus flammis cum diabolo & Angelis ſuis ſine fine damnatus & cruciatus intereat, niſi priùs emendaverit, quod Deum omnipotentem & ſanctos Apoſtolos ejus pro nihil ſperare non timuit.

Carta de **Hursbourne** Edwardi *ſenioris.*

REgnante inperpetuum ſancta Trinitate præſentiſque vitæ curriculis ſubterlabentibus, atque omnibus propemodum rerum geſtis oblivioni traditis, aut ignorantia id agente vel incuria regum ac magiſtrorum ignaviter torpeſcente ac laceſcente; Quapropter Ego *Edwardus* divina indulgente clementia *Anglorum Saxonum* rex, literarum memoriæ commendare procuravi, quod proavus meus *Egberthus* rex poſſidet quinquaginta manentes prætio comparatos in illo loco qui dicitur **Hursbourne,** & alios decem in loco qui dicitur **Adſtoke,** qui ad præfatum pertinent locum, ſcilicet **Hursbourne.** Cumque proavus meus moriens commendavit eandem terram filio ſuo *Adulpho* regi avo meo, at ille viam univerſitatis ingrediens relinquit eandem terram filio ſuo *Alfredo* regi patri meo in diebus ſuis, ea conditione ut ipſe moriens demitteret eandem terram venerabili familiæ beatorum apoſtolorum *Petri & Pauli* in *Wentana* civitate in perpetuam hæreditatem habendam & poſſidendam; intus ad refectorium fratrum, cum ſilvis, campis, pratis & paſcuis, atque ad ſe rite pertinentibus. Hæc autem donatio, Deo autore, ita confirmata eſt cum ſuperno chirographo in cruce domini noſtri Jeſu Chriſti, pro redemptione piaculorum *Adulphi* regis & *Alfredi* regis, necnon & anteceſſorum ſuorum, ſimul & pro æterna libertate animæ meæ & omnis ſucceſſuræ poſteritatis meæ, eadem conditione comprobata eſt, ut nullus epiſcopus nec etiam præſens familia, nec inſuper ſubſequens poſſit illam terram amovere ab illa familia perpetualiter, neque pro pecunia, neque pro alia terra, quamdiu fuerit homo ſuper terram, vel petra in terra, ſed hæreditas ipſa beatis apoſtolis *Petro* & *Paulo* commendata perpetualiter ab omni ſervitute mundiali & regali libera, remaneat, excepta

cepta expeditione, & arcis & pontis conſtructione; hac quoque cauſa imperavi iſtum hæreditarium librum noviter ſcribi, quia iſte antiquus hæreditarius liber olim ſcriptus non habebatur; ſi quis verò poſthac illum hæreditarium librum vel alium quemlibet contra hanc noſtram defenſionem in propatulo adduxerit, abomni Chriſtianitáte irritus fiat &ad nihilum valeat; ſi quis hoc noſtrum decretum cuſtodire &augere voluerit adaugeat omnipotens omnia præſentis ſibi & futuræ vitæ bona. Si quis verò (quod non optamus) contra noſtrum hoc decretum machinari, aut infringere aliquid voluerit, ſciat ſe graviter rationem redditurũ in die judicii ante tribunal domini niſi priùs hic digna emendaverit pœnitentiâ ante mortem,

---

[Reſpice pag. 217. col. 2.]

Sceptonenſe *Cœnobium* (*vulgo* Shafteſbury) *in agro* Dorſetenſi.

Carta Regis Johannis, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 7. Joh.n.115.

I Dei gratia *&c.* Sciatis nos intuitu juſtitiæ & amore Dei, conceſſiſſe ſimul & reddidiſſe Deo & eccleſiæ *S. Mariæ* & ſancti *Edwardi* de Safteſbiri in dominio liberè & bene poſſidendas, terras illas omnes quas in præſentia Regis *Henrici* proavi noſtri & baronum ſuorum, *Emma* abbatiſſa apud Caylinges diſrationavit; videlicet contra *Hardwinum* filium *Ælnothi* in *Stoka* quinque hidas quæ fuerunt de dominio eccleſiæ ſancti *Edwardi.* Contra *Thomam* cognatum *Eulariæ* abbatiſſæ in Stoke unam hidam de dominio. In Eltewrth unam hidam & dimidiam. In Bralleſton unam hidam & unam virgatam de dominio. In Ferne duas hidas in dominio. In *Eſſegrava* unam hidam de dominio. Contra *Turſtinum* filium *Reinfredi* & fratres ejus in Kelmetone unam hidam quæ fuit data cum filio *Serlonis* de Burſet. In Gerſſz duas hidas in dominio, quæ fuerunt datæ cum quadam monacha *Elviva* nomine. In Brideſerd duas hidas de dominio. In *Tarenta* unam hidam de dominio, quæ fuit data cum filia *Garmuc.* In Dunheved unum molendinum de dominio. Contra *Oſmundum* filium *Godeſcalli* in Lodewell unam hidam & unum molendinum in dominio. Contra *Picotem* de Burgate in Lidintone, quinq; hidas de dominio. Contra *Rogerum Waſpay* in Hecch. duas hidas de dominio. Contra *Aluredum* de Roxelege unam hidam & tres virgatas, quæ ſunt datæ cum filia *Rogeri* de Berklei. Contra uxorem *Willielmi* de Cheſeburne & filium ejus dimidiam hidam de dominio. In Selvehanton quinque virgatas quæ ſunt datæ cum filia *Aluredi Pincernæ.*

Concedimus etiam duas hidas in *Foſteberia* quas dedit *Goſcelinus* de Rule cum filia ſua. In Iland duas hidas quas dedit *Drogo* de *Monte-acuto* cum filia ſua; & dimidiam hidam de Farneham quam *Ainlfus* vicecomes tenuerat de terra prædictæ eccleſiæ, & poſt tandem cum filia ſua moniali illam eidem prædictæ eccleſiæ reddidit. Et in Blancford unam hidam & dimidiam quam dedit *Ayulfus* camerarius pro anima uxoris ſuæ. Et in Bradeford & Budeb: unam hidam & dimid. quam emit *Emma* abbatiſſa de *Satono* & filiis ſuis. Et in Brunelegh unam virgatam terræ quam dedit Dunekan cum filia ſua. Et eccleſiam de Torintone cum terra adjacente eidem eccleſiæ & decimis, & parvam weram quam dedit *Odo* filius *Gamelini* cum duabus filiabus ſuis. Et decimas de dominio *Ricardi* de ſancto *Claro* de Wercham quam ipſe dedit cum filia ſua; Et in eadem villa xxx. acras de ſuo dominio, Et monaſterium de *Kievelia* cum terra & decima ei adjacente quod *Ernaldus* de Heſding dedit cum quadam ſua cognata. Et capellam de Broctone cum terra & decima quam *Gundreda* dedit cum quadam cognata ſua *Albreda* de *Boſco Roaldæ.* Hæc omnia Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Edwardi* quietè & liberè imperpetuum poſſidenda concedimus pro ſalute animæ noſtræ, & patris; & animæ matris noſtræ & anteceſſorum noſtrorum ſicut ea *Emma* abbatiſſa diſrationavit.

Concedimus etiam eidem eccleſiæ omnes libertates & liberas conſuetudines, & quietancias ſuas quas habuit tempore *H.* Regis proavi noſtri, & ſicut eas unquam melius habuit, ſicut carta *H.* Regis patris noſtri quam inde habet rationabiliter teſtatur. Reddidimus etiam & præſenti carta confirmavimus abbatiæ ſancti *Edwardi* & *Mariæ* abbatiſſæ ejuſdem loci & omnibus ſucceſſoribus ſuis imperpetuum totum hundredum de manerio de Bradeford. Habendum & tenendum cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus & liberis conſuetudinibus, ſicut præfata abbatia vel aliqua unquam abbatiſſa ejuſdem loci melius & liberiùs & integrius illud hundredum habuit & tenuit. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum *H.* de Welle archidiaconi *Wellen.* Apud *Norb*, xxiij. die Maii anno, &c. vij.

Sanctæ Fridiſwidæ *Cœnobium* Oxoniæ.

[Reſpice pag. 174. col. 2.]

—Iſtis terminis præfati monaſterii Jura circumſcripta clareſcunt.

Limites terræ de *Winchendon.*

Ex M S. codice penes *Gerardum Langbane* S. theol. D. præpoſitum colleg. *Reginæ Oxon.* an. 1652.

This beth the x. hide londe imere into Winchendon, ereſt of Aſhulleſeſwell into Beri-dyke, of the dyke on Hundredede trwe, of the trwe in twam more; of the more into the hevelonde, of the hevelonde into twamwell y rythie, of the Rythie into Bichenbroke, of that broke into Tameſtreme and lange Tame-ſtreme to Ebbeſlade. Of the ſlade to Merewell; fro Merewell to Rugſlawe; fro the Lawe to the foule putte: fro the putte to Rusbroke; fro Rusbroke to Watteſbroke: fro Wottesbroke into Aſhulſeſwell.

De

De Wihthull.

Thare beth iij. hide londe ymere into Withul, that is fro Oldhenſiſlade ofre the Cliff into Stonylondy-wey: fro the wey into the long lowe, fro the lowe into the Port-ſtrete: fro the ſtrete into Charewell; ſo aftir ſtrem til it ſhutt eft into Henſiſlade.

De *Bolles*, *Covele*, & *Hedyndon*.

Thare beth hide londe ymere into Covelee, fro Charwell-brigge and long the ſtreme on that rithe ....ling croft endlong rithes eſtward to that cometh to other ..... ſhet up norward to the furlonges-heved: fro the haved ....eſtward into Merehuthe: fro the huthe into the bro .... into Deneacre: fro the acre into the Ockmere: fro that mere .... fro Reſtell into broke: fro the broke into Charwell.

.... de *Cudeſlawe*.

Thare beth ij. hyde lond ymere into Cudeſlawe, ereſt of Port-ſtrete into Trilliwelle: fro the welle into rithe: fro .... to Byſhopeſmore: fro the More into Wyneleſlade into the .... ſlade into Wyneleſhull: fro the hulle on hyme.

De *L........rii* S. *Frideſwide*.

This privilege was idith in Hedington .... myn owne mynſter in Oxenford. There ſeint Frideſwide .... alle that fredome that any fre mynſter frelaheſt ..... mid ſake and mid ſocna, mid tol and mid teme, and with .... of Hedingdon, and of all the londe that thereto be .... and in felde and alle other thinge and ryth that y .... belyueth and byd us for quike and dede, and alle other .... alle other beunyfeyt and alle other thinge that ther ......

Scripta fuit hæc cedula juſſu præfati Regis in villa regia quæ.......appellatur, die octavarum beati *Andreæ* apoſtoli hiis conſencientibus p.... qui ſubtus notati videntur. Ego *Ethelredus* Rex *Anglorum* hoc privilegium Chriſti nomine perpetua libertate prædicto donavi. Ego *Alfrich Dorou*.......eccleſiæ arch preſul corroboravi, ſub anathemate. Ego *Wulſtan Eboracenſis* civitatis archipontifex confirmavi. Ego *Ethelric Sciremburnenſis* epiſcopus conſenſi. Ego *elfgiva* thoro conſecrata regio hanc donationem ſublimavi. Ego *Adelſtan* regalium primogenitus filiorum cum fratribus meis teſtis be.......interfui. Ego *Alfean*, *Wentanus* antiſtes, conſignavi. Ego *Alſtan Fontanenſis* eccleſiæ epiſcopus, conſolidavi. Ego *Alfun Lundonienſis* eccleſiæ epiſcopus conſecravi. Ego *Godwine Lychefeldenſis* eccleſiæ epiſcopus communivi. Ego *Ordbyrt* auſtralium Saxonum epiſcopus concluſi. Ego *Edelbrit Scireburnenſis* eccleſiæ epiſcopus conſenſi. Ego *Elfeod Cridienſis* eccleſiæ epiſcopus vegetavi. Ego *Alfric* dux. Ego *Leofwyne* dux Ego *Wulgar* abbas. Ego *Alſigge* abbas. Ego *Athelmer* comes. Ego *Ordulf* comes. Ego *Æthelmer* comes. Ego *Aelryc* comes. Ego *Ælfgar* comes. Ego *Goda* miniſter. Ego *Æthelwerd* comes. Ego *Athlwyne* comes. Ego *Ordmere* comes. Ego *Leofwyne* comes. Ego *Codwyne* comes &c.

Prædictus verò Rex *Ethelredus* eandem eccleſiam, ſicut ante voverat, amplificavit, ſicut in cronicis. Et poſtea antequam viris *Normannorum Angliam* ſubdidiſſet ab .... cuidam abbati eccleſia iſta cum poſſeſſionibus ſuis a quodam rege donata ....Spoliati igitur bonis ſuis & ſedibus expulſi ſuis canonice ſeculares memorati, & monachis res addicta per annos aliquot eorum diſpoſitionibus ſervi ......Poſtea, ſicut ſe habent res mortalium, regis cujuſdam beneficio conſilii deliberatione, canonicis præfatis ſua ſunt reſtituta & uſque ad annum MCxxij. eidem eccleſiæ præfuerunt.

A. 1122.

Eodem quoque tempore, annó regni Regis *Henrici* primi xxij. Mag. *Gwymundus* domini Regis *Henrici* capellanus, videns quod Rex clericos ſuos ferè illiteratos in epiſcopos promoveret, aliis dignitates, aliis redditus non modicos conferens, ſique literatus cum eſſet & integre opinionis, nihil præter victum & veſtitum à rege donari, indignans ſuper hoc die rogationum cum Rex miſſam audiret, ſubſanabat: Increpatus igitur à rege poſt miſſam, quare ſic egiſſet, Quia vos male legentibus epiſcopatus & beneficia eccleſiaſtica confertis, ideo ſciatis me, de cætero, ſoli Chriſto, regi regum ſummo, ſerviturum, qui ſibi ſervientibus non ſolum temporalia largiri beneficia noverit, ſed etiam æterna. Ex qua confuſus reſponſione Rex, eccleſiam ſanctæ *Fridiſwidæ Oxon.* ad capellam ſuam ſpectantem, cum omnibus pertinentiis ſuis dedit. Mox ejectis inde canonicis ſecularibus qui uſque ad id tempus eidem eccleſiæ præfuerant regulares ſibi canonicos congregavit, quorum ipſe primus Prior extitit, dictam fæliciter regens eccleſiam annos xix.

Carta Matildis *Imperatricis*.

M. Imperatrix regis *Henrici* filia, & *Anglorum* domina, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus & baronibus, juſticiariis, vicecomitibus & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis*, ſalutem. Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Fritheſwithe* Oxeneford, & canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & pro anima regis *Henrici* patris mei, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum monaſterium ſanctæ *Fritheſwithæ*, cum territoriis ſibi adjacentibus, & clauſuris locorum & grangiarum, cum capellis de Hedyngdon, & Merſton, Elſefeld, & Beneſeye, de quibus nulla redditur conſuetudo epiſcopis, archidiaconis, nec eorum miniſtris: præterea conceſſi & confirmavi eiſdem canonicis, viam juxta murum civitatis Oxeneford, quantum extenditur terra eorum, ita ut eandem viam, & ſimiliter omnes portas totius monaſterii, ad voluntatem ipſorum, includant, ſine impedimento ſeu contradictione aliqua imperpetuum. Præterea conceſſi & confirmavi eiſdem canonicis feriam unam in civitate Oxeneford,

Pat. 5. *H.* 5. m. 3. per Inſpex.

Quanquam Canonici regulares in hoc cœnobio nunc extitere: in fundatione vero ejuſdem, moniales de ordine S. *Bened.* hic collocatæ ſunt.

Oxeneford, & in toto ſuburbio ejuſdem, & infra eandem civitatem eccleſiam *omnium Sanctorum*, eccleſiam ſanctæ *Mildrida*, eccleſiam ſancti *Michaelis* ad portam borialem, eccleſiam *Petri* ad caſtrum, medietatem eccleſiæ ſancti *Aldati*, capellam ſancti *Michaelis* ad portam auſtralem, eccleſiam S. *Edwardi*; capellam S. *Trinitatis*, & extra civitatem eandem capellam S. *Clementis*, in **Wallingford** eccleſias ſanctorum *Luciani* & *Leonardi* cum pertinentiis ſuis. Præterea conceſſi & confirmavi prædictis canonicis totam villam de **Wythedon**, & deſuper orientalem **Oxeneford** duas hidas terræ, & culturam unam quæ vocatur **Prettenacre**. In **Codeſlowe**, duas hidas terræ; in **Walton** unam hidam terræ, totum locum qui dicitur **Beneſeye**, & inſulam unam quæ dicitur **Langeneie**. In **Coveleye** unam dimidiam hidam terræ, decimas de toto dominio de **Gerſynton**. In **Forſthull**, duas acras & dimidiam bladi, & de qualibet virgata terræ ejuſdem villæ, unam travam. In una **Horſpathe** duas acras, & de qualibet virgata terræ unam travam, in alia **Horſpathe**, & unam acram, & de qualibet virgata terræ unam travam. In **Cudesdon** tres acras bladi. In **Denton**, quatuor travas. In **Chivenherſt** duodecim travas. Quare volo (*&c.*) Teſtibus, T. concellario archiepiſcopo, *R. London.* epiſcopo, *R.* comite *Gloec. R.* de *Oilli*, apud **Oxeneford**.

Carta regis *Johannis*.

Ibid. JOhannes *Dei gratia rex* Angliæ *dominus* Hiberniæ, *dux* Normanniæ *&* Aquitaniæ, *& comes* Andegaviæ, *archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti charta noſtra Deo & eccleſiæ ſanctæ* Frideſwide Oxon, *& canonicis ibidem Deo ſervientibus confirmaſſe, eccleſiam ſanctæ* Frideſwide *in* Oxon, *ubi domus canonicorum prædictorum fundata eſt, cum capellis & pertinentiis ſuis & decimis, omnes eccleſias ſuas alias in* Oxon; *omnes terras ſuas in civitate* Oxon, *& extra villam de* **Winchedon** *cum pertinentiis ſuis, & eccleſiam ejuſdem villæ. Duas hidas terræ deſuper pontem orientalem* Oxon. *cum pertinentiis ſuis. Duas hidas terræ in* **Cudeſlawe** *cum pertinentiis ſuis*; Edmetonam *cum pertinentiis ſuis. In* Tumuleia *unam hidam terræ, & dimidiam cum pertinentiis ſuis, eccleſiam de* **Wermehale** *cum pertinentiis ſuis; eccleſiam de* **Fretewell** *cum pertinentiis ſuis. Eccleſias de* **Wallingford** *cum pertinentiis ſuis; terras ſuas infra burgum de* **Walingford**, *& extra. In* **Multon**, *quinque virgatas terræ cum pertinentiis ſuis. In* **Hocton**, *unum molendinum cum pertinentiis ſuis. In* **Eton** *unum molendinum cum pertinentiis ſuis. Decimas de dominio de* **Gerſindon**. *In* **Dracton** *unam virgatam terræ cum pertinentiis ſuis. In* **Rollandict** *tres virgatas terræ & unam Cotſeclam cum pertinentiis. In* **Cherchell** *unam virgatam terræ cum pertinentiis ſuis & duas garbas de dominio nomine decimarum, & decimam fœni de eodem dominio. In* Coveleia, *unam dimidiam hidam terræ cum pertinentiis ſuis. In* **Clifton**, *unam virgatam terræ cum pertinentiis ſuis. In* **Elſefeld** *unam virgatam terræ, & tres acras terræ cum pertinentiis ſuis, & de molendino ejuſdem villæ quatuor ſolidos. Capellam de* **Eaſtcot** *cum pertinentiis ſuis*; Langelciam *&* Wineleſciam, *&* **Hakelingcroft**, *&* **Goderichecroft**, *&* **Reſham**, *& dimidiam virgatam terræ cum pertinentiis in* **Hedindon**, *unam virgatam terræ in* **Berton**, *& feriam unam in* Oxon. *Hæc omnia prædicta & omnes alias donationes quæ prædictis canonicis rationabiliter factæ ſunt eis concedimus & confirmamus, in liberam & perpetuam elemoſinam, cum omnibus pertinentiis (&c.) & libertatibus ſuis, ſicut cartæ donatorum rationabiliter teſtantur. Quare volumus* (&c.) *Datum per manum* Simonis Wellenſis *archidiaconi, &* Johannis *de* **Grey**, *apud* Cenomaniam, *vigeſimo nono die Septembris, regni noſtri anno primo.*

S. Werburgæ *Cœnobium* in *urbe* Ceſtrenſi.

[Reſpice p.201. col. 2.]

Carta Ricardi *Comitis* Ceſtriæ.

Cart. 13 E. 1. m. 11. n. 38. per Inſpex.

Vide etiam cart 2. E. 3. m. 6. n. 23.

ANno ab incarnatione Domini MCxix. regnante potentiſſimo Rege *Henrico*, ego *Ricardus* comes meique homines communi conſilio confirmavimus, ſigillo meo, omnes donationes quæ datæ ſunt à me vel a meis in meo tempore eccleſiæ ſanctæ *Werburgæ Ceſtriæ*; Ego itaque comes *Ricardus* poſt obitum patris mei dedi, pro ſalute animæ ſuæ, terram *Wlfrici* præpoſiti foris portam de **North** prius per unam ſpicam frumenti, deinde per unum cultellum ſuper altare ſanctæ *Werburgæ*, & molendinum de **Beche**, & tres manſuras quietas & ab omni re liberas, duas in civitate & unam extra portam de **North**. T. *Willielmo* conſtabulario, *Waltero* de **Wernun**, *Radulfo* dapifero, & aliis multis.

Willielmus Conſtabularius dedit *Neutonam*, ſimul cum ſervicio *Hugonis* filii *Udardi* de quatuor bovatis, & cum ſervicio *Wytheberni* de duabus bovatis. *Hugo* filius *Normanni* dedit **Goſetre** & *Lantrenam*. T. *Hugone* de **Lacy**, & *Radulfo* & *Rogero* filiis *Normanni*, multiſque aliis. *Ricardus* de **Praere** dedit **Cenoctirne**. T. *Willielmo* & *Adam* filiis ſuis. *Corbinus* dedit unam carucam terræ in **Werewelle**. *Hamundus* de **Macy** conceſſu hæredum ſuorum, & *Roeſia* uxor *Pigoti*, conceſſu *Rogeri* fratris ſui, dederunt *Norwrdinam*, & eccleſiam, cum omnibus quæ ei pertinent, concedentibus & teſtibus filiis eorum. *Rogerus* de **Melinguarin** dedit *Plumleiam* cum *Wydone* filio ſuo quando factus eſt monachus. T. *Willielmo* & *Ranulpho* filiis. *Ranulphus* venator dedit **Bradeford** & unam ſalinam in **Northwyche** conceſſu *Ricardi* comitis & *Hugonis* de **Wernun** domini ſui. Item *Ricardus* comes dedit decimum ſalmonem de ponte & locum unius molendini citra pontem, & decimam illius molendini ultra pontem. *Burell* dedit eccleſiam de *Haliwella* & decimam de molendino ſuo, & de omnibus rebus ſuis. *Herebertus Weambaſarius* dedit terram quatuor boum in **Hole**. *Ricardus* pincerna

cerna dedit eccleſiam ſancti *Olavi* & terram juxta eccleſiam & duas manſuras in foro. *Rogerus* de *ſancto Martino* dedit terram duorum bovum in **Eghintone.** *Willielmus* de *Punterleya* dedit **Buttanari** cum omnibus appendiciis ſuis, id eſt eccleſiam & totum manerium ſolutum & quietum, & ſilvam **Lettone** ad rogum faciendum & ad communem uſum domeſtici operis, conceſſu & teſtimonio *Hereberti* filii ſui & *Aluredi* domini ſui & *Ricardi* comitis. *Hugo* de **Verunn**, conceſſu *Ricardi* comitis, dedit unam manſuram in civitate ſolutam & quietam ab omni re & conſuetudine. Hiis itaque deſcriptis, ego comes *Ricardus* meique barones & mei homines confirmavimus non ſolum iſta ſet etiam illa omnia quæ comes *Hugo* pater meus & barones ſui confirmaverunt, conſtituentes ſicut illi conſtituerunt ut hæc omnia ſint ſtabilia ſoluta & quieta & ab omni re ita libera ut nichil libertatis poſſit eis addi ulterius, Nichil enim retinemus præter orationem in rebus ſanctæ *Werburgæ* virginis. Concedimus etiam ut beata virgo *Werburga* habeat ſuam curiam de cunctis placitis & forisfactis ſicut comes habet ſuam, Ita verò quod abbas illius loci non exeat neque placitet contra aliquem de aliquo placito vel de aliqua re extra curiam ſuam, Teſt. *Ranulpho Meſchin*, & *Willielmo* fratre ſuo, *Willielmo* conſtabulario, & *Ricardo* fratre ſuo, *Hugone Malbanc*, *Oſberno Meſchyn*, *Hugone* filio *Osberni* & *Willielmo* fratre ejus, multiſque aliis, Apud **Graham.**

Carta *Ranulphi Meſchyn* Comitis *Ceſtriæ*.

Ibid.

U*Niverſis matris eccleſiæ filiis* Ranulphus *comes* Ceſtriæ *ſalutem. Notum ſit vobis pariter me conceſſiſſe quando feci transferri corpus* Hugonis *comitis avunculi mei à cimiterio in capitulum, ut in die meæ mortis darem ſimul cum corpore meo eccleſiæ ſanctæ* Wereburgæ Uptunam *ſolutam & quietam ab omni re ut elemoſinam liberam, ſicut ego ipſe in illa die haberem eam in terris, in hominibus, in planis, in paſcuis, in pratis, in placitis & in omnibus pertinentiis ſuis, pro anima ipſius* Hugonis *comitis, & pro ſalute animæ meæ & animarum omnium parentum meorum. Item quoniam comes* Hugo *conceſſerat antea eccleſiæ ſanctæ* Werburgæ *theoloneum & omnes redditus nundinarum trium dierum, id eſt a nona vigiliarum ſanctæ* Werburgæ *uſque ad veſperam ſequentis diei poſt ſolempnitatem, Ego comes* Ranulphus *illud* ☞ *idem concedo & confirmo, conſtituens ſicut ipſe conſtituerat, ut ſive latro ſive roberator, ſive aliquis malefactor venerit ad ſolempnitatem habeat firmam pacem dum fuerit in nundinis niſi fortè forisfecerit in illis ; Et ſi fortè aliquis forisfecerit in nundinis, omne placitum & forisfactum & juſtitia à miniſtris abbatis & à vicecomite civitatis tractabuntur in curia ſanctæ* Werburgæ *virginis; Et ut vicecomes intentiùs & fidelius hoc agat computetur & tallietur ei à meis camerariis in ſuam firmam quicquid monachi ex hiis omnibus acceperint.* Willielmus Meſchin *frater meus dedit Deo & eccleſiæ ſanctæ* Werburgæ *eccleſiam de* **Diſſard** *cum omnibus pertinentiis ſuis, conſenſu* Ranulphi *comitis &* Ranulphi *filii ſui. T.* Willielmo *clerico de* **Ruelant**, Willielmo Flandrenſi, *multiſque aliis. Matheus de* **Ruelant** *dedit eccleſiam de* **Turſtemeſtone** *cum ſuis pertinentiis quando* Simon *frater ejus factus eſt monachus. Teſte* Roberto *de* Petraponte, *multiſque aliis.* Hugo *filius* Osberni *dedit unam manſuram in* Ceſtria *& unum pratum quod vocatur* Kingeſeya. Suueyn *de* **Wethenhale** *factus monachus dedit ij. bovatas in* **Wethenhale** *concedentibus filiis ſuis.* Ricardus *de* Cruce *dedit unam manſuram in* Ceſtria *in vico apud pontem, & partem terræ quam habuit in* **Porcetone** *cum vellet monachus fieri. T.* Normanno *filio ſuo multiſque aliis.* Leticia *de* **Malpas** *dedit Deo & ſanctæ* Werburgæ *unam manſuram verſus portam* **Clippe.** *T. & concedente* Ricardo *domino ſuo, & fratre ſuo* Ricardo Maillard, Nigello Chaundel, *multiſque aliis.* Willielmus *filius* Andreæ *dedit cum filio ſuo monacho facto unam magnam ſoppam inter domum* **Wynebaud** *&* **Hammit** *in foro.*

Hæc ſunt itaque dona quæ data ſunt à me & à meis hominibus eccleſiæ ſanctæ Werburgæ *in meo tempore, quapropter concedimus & confirmamus tam ego quam homines mei, non ſolum hæc ſupradicta ſet & ea omnia quæ comes* Hugo *meus avunculus, vel* Ricardus *comes ejus filius aut eorum homines dederunt eccleſiæ ſanctæ* Wyrburgæ; *deprecantes & præcipientes cunctis noſtris amicis & hominibus tam præſentibus quam futuris quatinus ea omnia ſint ſtabilia ſoluta & quieta, & ut elemoſina ab omni re ita libera ut nihil libertatis poſſit eis addi ulteriùs, quia nichil retinemus in hiis exceptis orationibus. Adhuc etiam concedimus & confirmamus ſicut prædicti comites & eorum homines antea confirmaverunt, ut beata* Wereburga *habeat de cunctis rebus curiam ſuam, ita quod abbas illius loci non placitet uſquam contra aliquem de aliqua re ad eccleſiam pertinente extra curiam ſuam. Et ut ego comes darem exemplum poſteris veni ipſe propter unum placitum in curiam abbatis, audiens & ſuſcipiens ibi meum judicium, non à meis ſed a judicibus abbatis, ut in omnibus haberet beata* Wereburga *jus ſuæ dignitatis imperpetuum. Ut igitur ſic ſint omnia ſicut ſupradictum eſt libera, confirmamus ea hinc ſanctæ crucis ſigno* ✠ *Hinc meo ſigillo, Hinc horum virorum teſtimonio, ſcilicet* Willielmi Meſchini, Willielmi *conſtabularii, &* Radulfi *dapiferi,* Hugonis Malbanc, Ricardi Banaſtre, Hugonis *filii* Osberni, Osberni *filii* Hugonis, Roberti de **Macy**, Roberti *filii* Bigoti, Adæ *de* **Praers**, Gaufridi *capellani*, Gurglcii *Doctoris*, Ricardi *filii* Nigelli. *Signum* ✠ Ranulphi *comitis. Signum* ✠ Willielmi Meſchini. *Signum* ✠ Willielmi *conſtabularii. Signum* ✠ Roberti *de* **Palmas.** *Signum* ✠ Radulphi *dapiferi. Signum* ✠ Hugonis Malbanc. *Signum* ✠ Kicardi Banaſtre. *Signum* ✠ Hugonis, *filii* Oſberni. *Signum* ✠ Osberni *filii* Hugonis. Signum ✠ Roberti de **Macy**.

Carta Ranulphi *filii* Ranulphi Meſchines.

Ibid.

R*Anulphus* comes *Ceſtriæ* conſtabulario, dapifero (*&c.*) Univerſitati veſtræ notum facio me conceſſiſſe in elemoſina imperpetuum Deo & ſanctæ *Maria* & monachis eccleſiæ ſanctæ *Wereburgæ* pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animarum omnium meorum anteceſſorum nundinas &

& tentoria mercatoria, atque forum omnium venalium fieri ante portam eorum monachorum, ita verò quod ipſi monachi faciant ex ſuo tentoria mercatorum, conducentes ea poſtea mercatoribus in quantum poterint ad proficuum eccleſiæ eorum. Quapropter prohibeo ſuper amorem meum, ut nec mercator nec inſticor nec permentarius, nec corveſarius, nec ullus miniſter volens vendere vel emere, non vendat nec emat aliquid alicubi niſi ibi quamdiu nundinæ duraverint; & ſi quiſquam deprehenſus fuerit, & vendere vel emere aliquid alias extra hunc locum, præcipio vicecomiti civitatis quicunque fuerit ſuper amorem meum & forisfactum meum, ut ipſi & miniſtri abbatis cum eo eant & accipiant ipſum mercatorem cum ſua mercatione retinentes eum donec inveniat fidejuſſores faciendi rectum in curia S. *Werburgæ*. Volo etiam atque firmiter præcipio, ut ſuper omnia hæc elemoſina benè & integriter manuteneatur, ne mea oblacio quam ego ipſe optuli ſuper altare S. *Werburgæ* coram meis baronibus in aliqua re diſturbetur; ego enim optuli eam propria manu ſuper altare coram teſtibus.

Alia ejuſdem *Ranulphi* Carta.

b m. 10. RAnulphus *comes* Ceſtriæ *conſtabulario dapifero, baronibus juſtitiariis vicecomitibus* Ceſtr. *tam præſentibus quam futuris, & omnibus hominibus ſuis* Francis *&* Anglicis *clericis & laicis ſalutem. Univerſitati veſtræ notum facio me dediſſe in elemoſina imperpetuum Deo & S.* Mariæ *& eccleſiæ S.* Werburgæ, *&* Radulpho *abbati & conventui dictæ eccleſiæ pro ſalute animæ* Hugonis *comitis, prædictæ eccleſiæ fundatoris, ac pro ſalute animæ* Ranulphi *comitis patris mei, & anteceſſorum meorum, & pro ſalute animæ meæ, & Chriſtianorum omnium, omnem decimam integriter & plenariè omnium redditum meorum civitatis* Ceſtriæ; *videlicet de denariis, & nominatim decimum denarium de illis novem denariis qui accipiuntur de ponte & de aliis piſcationibus quia habuerunt antea decimum ſalmonem ex dono* Ricardi *comitis; Eapropter volo & firmiter præcipio ut prædicta elemoſina ſit ſtabilis & firma, & ut computetur & talliatur vicecomiti meo in firmam ſuam à camerariis meis. Probibeo ne aliquis veſtrum contra Deum & ſanctam* Mariam *& contra beatam* Werburgam, *& ſuper amorem & forisfactum meum præfatam elemoſinam temerariè deſturbare, celare, vel aliquo modo minuere præſumat. Si quis autem veſtrum infelix hanc elemoſinam, à me manu mea ſuper altare S.* Werburgæ *oblatam fortè deſturbare vel minuere præſumpſerit, precor epiſcopum* Ceſtriæ *& obnixè requiro & juſticiam meam* Ceſtriæ *ſuper amorem meum & meorum præcipio quod illum juſticiet donec ad dignam ſatisfactionem venerit. T.* Roberto *dapifero.* Normanno *de* **Verdon**, (&c.)

Alia carta ejuſdem Ranulphi *comitis.*

bid. NOtum ſit tam futuris quam præſentibus quod ego *Ranulphus* comes *Ceſtriæ* concedo & confirmo donationes omnium decimarum, quas *Hugo* comes, *Richardus* filius ejus, aut *Ranulphus* pater meus dederunt eccleſiæ S. *Werburgæ*; & inſuper ego ipſe do prædictæ eccleſiæ pro ſalute animæ meæ, & pro animabus prædictorum comitum, decimas omnium molendinorum meorum *Ceſtreſiræ*, & molendini de **Lec**; precipiens omnibus miniſtris meis, & omnibus ſuper amorem & hominium michi debitum quatinus reddant prædictæ eccleſiæ per ſingulos annos, hanc meam elemoſinam, ne audiam inde ſuper forisfactum queremoniam. Et ſi quis fecerit de dominio terram tributariam, ſive ſit ruſticus, ſive ſit firmarius qui teneat eam, præcipio, ut reddat S. *Werburgæ* decimam ſuam, ita verò quod nec clericus nec laicus faciat inde injuriam. T. *Hugone Oſt. Ricardo, Gaufrido* diſpenſatore, (*&c.*)

Alia carta ejuſdem comitis.

RAnulphus *comes* Ceſtriæ, *epiſcopo* Ceſtriæ, *archidiacono, omnibuſque ſanctæ Dei eccleſiæ* .... *& conſtabulario, dapifero, juſticiariis, baronibus, vicecomitibus, miniſtris, & ballivis & omnibus hominibus & amicis ſuis ſalutem. Notum eſt vobis quod multum foreſeci rebus S.* Werburgæ, *unde in fine pænitentiam agens, dedi Deo & ſanctæ* Wereburgæ *pro ſalute meæ animæ, & pro ſatisfactione malorum prædictæ eccleſiæ à me illatorum,* **Eſtham** *&* **Bruneburgh** *in perpetuam elemoſinam, cum cunctis ſuis pertinentiis, in hominibus, in eccleſiis, interris & aquis, in ſilvis & in omnibus conſuetudinibus, ſicut ego habui eas die qua ego fui vivus & mortuus. Quapropter volo & firmiter præcipio ſuper fidem & amorem michi debitum, ut hæc mea elemoſina pro ſalute & ſatisfactione mea data, ſit, ſicut decet, ab omni re ſoluta & libera; & ſi quis eam diminuerit in aliquo ipſe Deus eum diminuat & deſtruat. T.* Willielmo *abbate* **Rademore**, Roberto *Priore de* **Calke**, Johanne *capellano*, Euſtachio *filio* Johannis, Simone *filio* Willielmi, Willielmo *de* **Greille**, Ricardo *Pincerna*, Heigone *Ancip.* Roberto *de* **Buſchervile**, Roberto *filio* Hugonis, Simone *filio* Osberni, *apud* **Greſeleg.** Ibid.

Carta Ricardi *de* **Rullos** *&* Roberti *fratris ejus de villa de* **Graneſbi.**

IN nomine domini Jheſu Chriſti, notum ſit tam illis qui ſunt, quam illis qui futuri ſunt, quod ego *Ricardus* de **Rullos**, & *Robertus* frater meus concedimus Deo & S. *Werburgæ*, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, unam villam in **Wirhale** ſcilicet **Granesbi** ſolutam & quietam, & in liberam elemoſinam, pro animabus noſtris & pro anima patris noſtri qui prædictam terram liberè & honorificè abſque cenſu & ſervitio prædictis fratribus conceſſit pro anima ſua cum moreretur & pro animabus parentum ſuorum; Quare precamur amicos noſtros, & hominibus noſtris precipimus, quatinus hanc elemoſinam pro amore Dei & noſtro manuteneant. Nos autem in prædicta villa nichil in manu noſtra retinemus præter orationes & elemoſinam. T. *Andreas* capellanus, *Turſtanus* ſacerdos, *Willielmus* ſacerdos (*&c.*) Ibid.

[Reſpice pag. 71. col. 2.]

Whitbienſe *Cœnobium in agro* Eboracenſi.

Carta Willielmi *de* Percy *de heremitorio de* **Duneſley.**

Ex regiſtr. de *Whitby* fol. ....

Omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris videntibus vel audientibus has litteras, & dominis & hæredibus ſuis *Willielmus* de *Percy* filius *Richardi* de *Percy* de **Duneſle** ſalutem in domino. Notum ſit univerſitati veſtræ, me in liberâ poteſtate mea feciſſe quoddam eremitorium in nemore meo de **Duneſle** apud **Mulgrif**, in honore ſancti *Jacobi* apoſtoli, pro voto meo exolvendo, & in remiſſione omnium peccatorum meorum, & omnium parentum meorum; ſcilicet, patris, & matris, & fratrum, & ſororum, & omnium propinquorum meorum, & pro anima conjugis meæ, & hæredum meorum, & omnium illorum qui, vel terram, vel aliquod bonum dederunt, vel daturi ſunt loco illi, liberum & quietum in perpetuum de me, & de hæredibus meis ab omnibus ſervitiis ſecularibus, & terrenis conſuetudinibus, & forinſecis & extrinſecis exactionibus, cum his diviſis; ſcilicet, totam terram meam de **Pindhet**, à balco qui eſt inter vandelas demenii mei, & vandelas hominum meorum, & cilium montis de **Mulgrif**, uſque ad fontem ubi **Thuf** jacet; & ſic deſcendendo, per foſſatam, uſque ad aquam quæ currit in eadam valle; & inde uſque rivulum de **Brocchel-hole-dale**; & ſic aſcendendo uſque ad prædictum balcum. Dedi etiam loco illi, perhenniter communem paſturam de **Duneſle**, in boſco, & in plano, plenariè in omnibus locis, & nemus commune, & moram communem & introitum & exitum maris ad omnia negotia loci prædicti. Hoc hermitorium, cum diviſis, & aiſiamentis, & pertinentiis omnibus dedi, & conceſſi inperpetuum, in obedientiam, & ſubjectionem eccleſiæ ſancti *Petri*, & ſanctæ *Hyldæ* de **Witebi**; ita ut ab aliquo ſacerdote loci illius ibi celebretur divinum officium jugiter, ſalvo jure capellæ de **Duneſle**. Locum autem prædictum adcreſcentibus, & coadjuvantibus, benedictionem, & decreſcentibus maledictionem meam concedo. Hii ſunt teſtes, *Radulphus* ſacerdos de **Witebi**, *Randulphus* ſacerdos de **Fitheli**, *Gaufridus* ſacerdos de **Snetune**, *Wimanus* de **Ugalberby**, *Richardus de* **Duneſle**, magiſter *Reinerus*, *Iglerus* decanus, *Walterus* de **Rudeby**, *Ivo* de **Ugelberby**, *Ranaldus* de **Snetune**, *Willielmus* de **Haucaſgarth**, & *Rogerus* frater ejus, *Richardus* de **Neuham**, *Humfridus*, *Simon*, *Petrus* filius *There*, *Robertus* de **Canvill**, magiſter *Rodbertus*, *Richardus* de *ſancto Jermano*, *Rodbertus* cocus, *Gaufridus* de boſco.

Wulverhamptonenſe *Cœnobium in agro* Staffordienſi.

Privilegium monaſterii Hamtonienſi (*hodie à quadam* Wulfruna, *cœnobii fundatrice*, **Wulverhamton** *vulgò dicto*) *conceſſum, quo terrarum ab eadem* Wulſtuna *eidem collatarum nomina, cum limitibus deſcribuntur.*

Ex ipſo autographo penes decanum & capitulum Regiæ capellæ de *Winſore* an. 1640.

✠ Regnante domino noſtro *Jheſu Chriſto*. Anno à paſſione ejuſdem Domini & ſalvatoris noſtri *Jheſu Chriſti* DCCCC xcvi, * indictione ſeptima. *Sigerich* metropolitanæ urbis archiepiſcopus, cum omni dominico ovile incunctanter Deo ſervientium, ſatrapis, ducibus, principibus, judicibus, & omni concilio Chriſtianorum, nobili matronæ & religioſæ fæminæ, *Wlfrunæ*, privilegium perhenniter impendiſſe, ad nanciſcendum ſedem polorum, ac ad inſtruendum baſilicam in honore Domini & ſalvatoris mundi, pugillo ſuo continens celos, girat abyſſos ſanctæque Dei genitricis ſemper virginis *Mariæ*, quæ *ſtella maris*, ſive *Domina gentium* interpretatur, & omnium Sanctorum, ut per eum incunctanter in eodem venerabili monaſterio de **Hamtune**, quod in moderno nunc tempore conſtructum eſt, inperpetuum miſſa communi ſtabilitate firmiter in canone a ſanctò *Gregorio* præcipitur, inibi decantetur una cum ſamulo tuo Papa noſtro, & archiepiſcopo noſtro, ut Chriſtianitas noſtra die noctuque ad meliora proficiat: ita ut in evangelio ſalvator ait, *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorum, dicit Dominus.* Et *ſi dixerit huic arbori moro* Eradicare *& transplantare in mare, & non heſitaverit in corde ſuo, ſed crediderit, fiet ei.* Et alibi, *Petite & accipietis ut gaudium veſtrum ſit plenum.* Deſiderio deſideravi quod religioſum propoſitum ad ſanctum locum jugiter pertinere monſtratum ſine aliqua eſt Deo auctore dilacione perficiendum, & quotiens in quibuſdam ejus utilitatibus, commodis, noſtrorum aſſenſuum & ſolitæ Apoſtolicæ auctoritatis expoſcitur præſidium, ultro benignitatis intuitu nos convenit ſubvenire Deo auctore, & rati pro integra ſecuritate ex ratione ſolidare, ut ex hoc ipſius veniam locis ſalus & indemnitas profigatur, & nobis quoque lucri potiſſimum præmium à conditore omnium Deo in ſidereis arcibus proſcribatur. Convenit igitur religioſitati tuæ nos imploraſſe ut præfatum monaſterium **Hamtun** ſanctæ Dei genitricis *Mariæ*, Dominæ noſtræ, Apoſtolicæ auctoritatis ſerie muniamus & omnia ei pertinentia perhenni jure ibidem inviolabiliter permanenda confirmaremus.

Propterea flexis precibus tuis, per hujus præceptionis noſtræ paginam, ac præſente ſeptima indictione, ſi juſtè & rationabiliter nobis petiſti, & ab aliis hominibus minime detinentur ſtatuentes decernimus, ut cuncta loca urbana, oppida vel ruſtica rura, ſicuti omnia præfatum tuum monaſterium **Hampton** detinuit à priſcis temporibus, & nunc cum magna ſecuritate quietus debeas poſſidere, & per te etiam jam dicto monaſterio tuo

* Ita autograph. reſcribe tamen, xcvj.

vel ſucceſſoribus tuis abbatibus ſive clericis poſſideant ac detineant, atque juriſdictione in perpetuo fruentes defendant, & in utilitatibus ejuſdem pii loci perhenniter proficiant, pro quo & ſub divini judicii opteſtatione promulgantes decernimus, ut nullo modo cuiquam publicæ actionis virorum, vel etiam aliæ cujuſcunque ſit dignitatis magnæ vel parvæ perſonæ quamlibet liceat habere ditionem in jam dicti monaſterii rebus, prædiis, cultis vel incultis ubicunque detinere videmini ; neque aliquid ex eodem pio loco auferre aut diripere præſumat, potius autem jure perpetuo in ipſo venerabili monaſterio ut ſuperius præfixum eſt, & in poteſtate atque ditione religioſitatis tuæ, vel omnibus ſucceſſoribus tuis, abbatibus ſive ſanctimonialibus feminis perhenniter permaneant diſponendi ac poſcendi.

Si quis autem (quod non optamus) contra hujus noſtræ apoſtolicæ auctoritatis ſeriem piè à nobis promulgatam venire agereve temptaverit, ſciat ſe reum eſſe in tremendo judicio, & cum impiis habere portionem & *Plutone* & *Tricerbero* manſionem ſortire, niſi priùs ſatisfactionem agat Deo. Qui verò cuſtos & obſervator extiterit hujus noſtræ Apoſtolicæ præceptionis paginæ, benedictionis gratiam à largifluo conditore Domino noſtro *Jheſu Chriſto* conſequi mereatur. Scriptum per calamum & atramentum & manum notarii & ſcriniarii *Ethelredi* Regis *Anglorum*, in menſe Octobris, in dominico die, xvij. kal. Luna xxij. indictione vij. Ego *Wlfrun* peculiari patrono & altithrono regi regum, ſemperque virginis Dei genetricis *Mariæ* & omnium Sanctorum pro microcoſmo conjugis meæ & animæ meæ decem jugera caſſatarum concedo, ad illud præfatum monaſterium Deo ibi ſervientium, & alio congruo loco alia x. jugera caſſatarum pro offendiculis *Wlfgeati* mei cognati, ne in tremendo judicio à diſtricto judice audiat, *Diſcedite à me, eſurivi & ſitivi*, & reliqua. Quia beatus eſt qui manducabit panem in regno Dei. In fine nunc unica mea filia *Elfthrith* de coſmo ad vitales auras migravit. Tertia vice x. jugera caſſatarum Deo omnipotenti ineffabili caritate profuſiùs præ cæteris conceſſi, longè latèque his territoriis circumcincta.

Thir beoþ ða land ẏmere ðe Wlfrun hafaþ. don into ða mẏnstre in Hamtune. ⁊ ðe tune nome ðe ðis privilegie ẏmbe specheþ. Erest of Earnleie. ⁊ Espich. ⁊ Bilsetnatun. ⁊ Willenhale. ⁊ Wodnesfeld. ⁊ Weoleshale. ⁊ Ocgintun. ⁊ Hiltun. ⁊ Hagenþorndun. ⁊ Kinpaldestun. ⁊ oþer Hẏltun. ⁊ Feoþerstan ;

Thir beoþ ða mere into Earnleie ; Erest of Earesbroce ⁊ ða scorte ðornes ⁊ of ða scorte ðornes in Wlsies horse-croft ⁊ ðanen in Alrescagan. ⁊ of ðe scagan in Eadulfescrofte. ⁊ of ða crofte in ðone rẏe-pei. on lang ðane repei in ða eord-briche. ⁊ ðonan dunepard in ða lẏnleie. ⁊ of þare leie in ðone Spinseaþ. ⁊ of ða seaþe in Heortseges broc. on lang ðes broces in ða mẏþan. ⁊ of ðare mẏþen in Bẏinnig-broc. ⁊ ðanen up efter broce in ðat sẏch. ⁊ of ðan sich in Sciteresford. ⁊ of ðan forde in Bromescumbe. ⁊ of ða cumbe in Eþelsies-ẏmere. on lang Eþelsies-ẏmere in Seferne dune. on lang Sefernes in fif aken. of fif aken in ðone stẏb. ⁊ of ða stibbe in ða strete. on lang strete in pinnan drou ⁊ of ða droue on Tudelesbeche. on lang beches in Seferne. up efter Seferne in Leofriches-ẏmere. on lang ðe mere in Thurulfes-peie. of ðe peie in ðone aker geard. on lang ðe gearde in Lamberde leie. ⁊ of ðe leie on Eares-broc ðer hit er on feng. ⁊ ouer Fatestal into Earnleie et ðere pich ; And ðritti suinemest on Scipricge ec into Earnleie ;

Thir beoþ ðe land ẏmere into Eispich ; Erest of . . . . . ebles bece in ða dic. ⁊ of ða dice on Sture. dun efter into Tresel. up efter Tresel in Scakeresford. ⁊ of ða forde on ðat sic. on lang sices uppard . . . . . in Belstope. ⁊ of Belstopa in Tresel. ;

Thir beoþ ðe mere to Bilsetnetun. ⁊ to Wodnesfeld ; Erest of Hindebroce in ðeo dic bitponem Ettingeshale ⁊ Bilsetnetun. onlang ða dic forte cume ðer. ðeo dic pent estpard. ⁊ of ðam dice forþ on ðone ðorne ðar þa ðreo ẏmere goþ to somne Hantunes ⁊ Ettingeshale ⁊ Bilsetnetun ẏmere. ⁊ of ðam ðorne in þone lece mere. ⁊ of þa mere on þone ford þer beorgiþes sanes strete liþ ofer. ⁊ of þa forde ic þone dic þe liþ betueone Wodnesfeldes ẏmere ⁊ Hamtunes. ⁊ norþpard ford efter dic þet on piates þorn. and of þe þorne efter þere dic on Penpie þer Wodnesfeldes-ẏmere. ⁊ Hamtunes. ⁊ Bẏscopesbẏri g þ to somne. ⁊ forþ onlang penpies in Bẏri-broc ⁊ of þa broce þat on þone Ealre-scagen. ⁊ efter Ealre-scagan on þat sice. ⁊ efter siche on þa strete. and forþ efter þer alde-strete on þane haren stan. ⁊ of þa stane on þa suinsete. ⁊ of þare suinsete on lang strete hat on þara dic. on lang dic þet on Kirnesford. ⁊ of þa forde on lang port-strete in þat White sic. ⁊ efter sic on þone broc in Beadgiþe-burne. ⁊ of þa burne into lande-broce on lang þes broces on meidenesford. on lang þes broces hat into þare dic hit er of þan broce eode ;

Thir beoþ þa land ẏmere betuone Kinpaldestune ⁊ Eatune ; Erest of þa broce on þan heafdan on þone dic. on lang dices in þonoþorne broce. efter þan broce into Penchrich. on lang Penchrich þat cume to þare dic. on lang dic into Sealtmere. þer ofer þone mere on þa dic. efter þere dic piþ easten rẏe-croft on þone fule broc. on lang broces þer hit mon er onteng. ⁊ þarto eakan þa fif akeres at trie fẏrde into Kineuoldestune to Kalfre heie ;

Thir is þo ẏmere into Hageþorndune ; Erest of Searesbrocesforde on Holepeie. ⁊ of þan peie on þat longa strete. ⁊ of þare strete on þone mer heige ford. an lang Heies on þreo ẏmere. ⁊ of þreo ẏmere on Eþelpier heie on þone feld on þone IHau. ⁊ þanen on þa dic et þan scagan. on lang dices piþ þet sled pid mest ac. on lang sledes op on ea ⁊ þat eas tpard on þat oþer sled. efter þa slede on ꝥ phite stanas. ⁊ þar on þa

strete þe sceoteþ from þere syle. on lang þare strete bi þam Hagan Heies. efter strete in þat ƿhite sic. efter þa sice on þone ƿhiten hall. and þer on þene broc. on lang broces þat in Searesbroc efter seodþen. on lang broces eft in ðone forde ðe hit er of eode ⁊

Thir beoþ ða land ymere at Hiltune ⁊ at Feoþerestane ⁊ Erest of Breneresforde on lan ða strete on Lece broc. uppard efter broce on ðana Staniesford. efter ðare strete ðat hic cume ða dic. efter ðere dic on þa Heafdan. efter ða Heafdan on ðana stanie-ƿei. ⁊ ðar on Eþelƿies-Heie. forþ efter his Hagan (Heies) ðat hit cume on ðane michele-mor. and ðonen on ða ealdan byri. ⁊ ðanen on ða eastleie. ⁊ sua forþ on Leofƿines Heie. on lang Heies on Kenseƿille. ⁊ ðanen on ða Hyll. ⁊ of ða Hille on ða Heafdan. forþ efter ðe Heafdan on ðone oþerne Hil. on lang Hilles in . . . . . . e ƿilsƿryng ƿiþ Esingetun. ⁊ of ðere ƿille on suiendun ⁊ ðanen on ðane Haran stan. ⁊ of ðane stane ðuers ofer ðone mor in Ebroc. on lang broces in Bruneresford ðer hit er of eode ⁊

Thir beoþ ða land ymere into Ogintune ⁊ Erest on ða greata alres. efter ða more on Warsaƿillan. ⁊ of ða . . . . on ðe dic. efter ðare dic on ðat fen. et hare suinstete þet on þone Heig. efter þan Heie þet forþ richte on þa blaca leige. on sa leie suþ forte eft on þe . . . . efter strete on þane ford. efter þa broce on-gea streame on þa dic. efter Here dic ðet on þes ford on þone broc. efter broce on-gea streame þat on . . . . ge stret. efter strete þat on þa dic. efter dice þat eft in þa greata alres.

Thir beoþ ða land ymere into WeolesHale, Erest on Weolesford. of Weolesford. efter broce on-gean streame þat on myclan mor. ⁊ ðan more þat on rye Halan. ⁊ of rye Halan on þone broc. efter broce on-gean streame. þat on . . . . efter dice þat on þa Haran ƿiþi. of þan ƿiþi þat on Heort sole. of Heort-sole on Hunten stye. of Hunten stye on þel ford. of þel forde efter . . . . mid streame þet on Ordeiseie. on þan broce. efter broce on-gean streame þeft on Weolesford ⁊.

Idem latinè redditum.

1
2
3 *Bilſton.*
4 *Wilnhall.*
5 *Wedsfeild.*
6 *Walſhall.*
7 *Eſington.*
8 *Hilton.*
9 *Hatherton.*
10 *Kinaſton.*
11 *Hilton.*
12 *Fetherſton.*

Hi ſunt terrarum termini quas *Wulfruna* cœnobio *Hamtonienſi* contulit & prædiorum [*vel, villarum*] nomina, de quibus iſtud privilegium loquitur. Primò de 1 *Earnleia*, & 2 *Eſwicha*, & 3 *Bilſetneituna*, & 4 *Willenhala*, & 5 *Wodnesfelda*, & 6 *Weoleſhala*, & 7 *Ocgintuna*, & 8 *Hiltuna*, & 9 *Hagenthornduna*, & 10 *Kinwaldeſtuna*, & altera 11 *Hiltuna*, & 12 *Feotherſtuna*.

Hi ſunt limites *Earnleienſes*. Inprimis ab *Earesbroca* [*torrente ſic dicto*] in breve ſpinetum, & à brevi ſpineto in *Wulfii* clauſum equinum, deinde in alnetum; & ab alneto in *Eadulfi* clauſum, & à clauſo in viam rivalem, in longum viæ rivalis ad terræ hiatum, & inde deorſum in *Linleiam* [*campum ita dictum*] & ab eodem campo in porcorum foveam, & à foveâ in *Heortſei* [*i. aquæ, vel inſulæ cervinæ*] amnem, in longum amnis ad oſtium, ab oſtio in *Bynnig-brocam* [*inter amnem fortè.*] Et deinde ſurſum per amnem ad foſſulam, & a foſſula ad *Sciteresfordam* [*i. ſagittantis vadum*] & à vado in *Bromeſcumbam* [*i. geniſtarum vallem*] & à valle in *Ethelſi* limites, in longum limitum *Ethelſienſium* ad *Sabrinæ* collem, in longum *Sabrinæ* ad quinque quercus, à quinque quercubus in ſtipitem, & à ſtipite in plateam [*vel vicum:*] in longum plateæ ad *Winnæ* tubum, & à tubo in *Tudeleſi* rivulum, in longum rivuli ad *Sabrinam*, ſurſum juxta *Sabrinam* in *Leofrici* fines, in longum finium in *Thurulfi* viam, à via in agri aream, in longum areæ in *Lamberdi* campum, & à campo in *Eareſbrocam* ubi limites incipiunt, & ultra *Fateſtulam* [*ſedem, fortè vel ſtationem ſic dictam*] in *Earnleiam* apud vicum. Et triginta porcorum glandationes apud *Scipricgam* [*ſylvam fortè glandiferam ita nominatam*] ad *Earnleiam* pertinent.

Hi ſunt fundi limites apud *Eiſwicam*. Primò ab . . . . . , *eblei* aquulam in foſſam, & à foſſa in *Sturam* [*fluvium ſic vocatum*] inde deorſum in *Treſelam*, ſurſum per *Treſelam* in *Scakeresfordam* [*vadum trementis, forte:*] & à vado ad foſſulam, in longum foſſulæ ſurſum . . . . . . in *Belſtowam* [*locum forte, vel ſtationem ita nominatam*] & à *Belſtowa* in *Treſelam*.

Hi ſunt fines *Bilſetnetunenſes* & *Wodnesfeldenſes*. Primò ab *Hindebroca* [*i. cervæ rivulo, forte*] in foſſam inter *Ellingeſhalam* [*aulam, forte, ſic dictam*] & *Bilſetnetunam*, in longum foſſæ prorſus uſque ad locum ubi foſſa vergit in orientem, & a foſſa prorſus ad ſpinetum illud ubi tres termini, *Hantunienſis* [*ſcilicet*] & *Ettingeſhalenſis*, & *Bilſetnetunenſis*, conveniunt, & à ſpineto in irriguum lacum, & à lacu in vadum ubi *Beorgithi* viam lapideam tranſeunt, & à vado in foſſam quæ jacet inter *Wodnesfeldæ* & *Hantunæ* limites, & ad aquilonem vadi per foſſam in *Piatæ* ſpinetum, & à ſpineto juxta foſſam in *Penwiam*, ubi *Wadnesfeldenſes*, & *Hamtunenſes*, & *Biſcopeſbyrienſes* limites conveniunt, & prorſus in longum *Penwiæ* in *Byriæ* [*vel, burgenſem*] amnem, & ab amne ad alnetum, & per alnetum in foſſulam, & per foſſulam in plateam [*vel vicum*] & deinceps per veterem plateam in lapidem mucidum, & à lapide in *Swinſetam* [*i. porcorum ſtabulum forte, vel haram:*] à *Swinſeta* in longum plateæ ad foſſam, in longum foſſæ uſque ad *Kirnesfordam* [*vadum ſic dictum:*] & à vado in longum viæ militaris ad albam foſſulam, & per foſſulam in amnem ad *Beadgithæ* torrentem, & à torrente in *Landebrocam* [*amnem forte terrenum ex pluviis ortum:*] in longum amnis ad vadum virginale, in longum amnis inde in foſſam unde primò ab amne inceptum.

Hi ſunt terræ termini inter *Kinwaldeſtunam* & *Eatunam*. Inprimis ab amne ad foſſæ caput, in longum foſſæ ad alium amnem, per amnem in *Penchricham*, in longum *Penchrichæ* uſque dum ventum fuerit in foſſam, in longum foſſæ ad *Sealtmeram* [*i. ſalſum ſtagnum, forte,*] ibi ultra ſtagnum illud in foſſam, per foſſam ad ori-

entem *Ryecrofte* [*clauſi, fortè, Rivalis*] in lutoſum amnem, in longum amnis illuc uſque ubi primò incipiebatur. Et huc attinet illi quinque agri* apud *Twyefyrdam*, [*ſcilicet*] ad *Kinewaldeſtunam*, in vitulorum ſeptum.

* Vel, jugera.

Hi ſunt limites *Hagethornduneuſes.* Inprimis à *Searesbrocæ* [*amnis ita nuncupati*] vado in *Holeweiam* [*viam, fortè, devexam*] a via in longam plateam [*vel vicum* :] à platea in celebris ſepis vadum, in longum ſepis ad tres terminos, à tribus terminis in *Ethelwii* ſepem, in campum, in tumulum, & inde in foſſam apud paludem, in longum foſſæ juxta vallem, juxta quercum glandiferam, in longum vallis ſurſum in aquam [*vel, ſuper aquam* :] & inde orientem verſus in alteram vallem, per vallem in lapides albos, & inde in plateam à limine excurrentem, in longum plateæ per domorum ſepes, per plateam in albam illam foſſulam, per foſſulam in albam aulam, deinde in amnem, in longum amnis inde in *Searesbrocam* ſemper bullientem, in longum amnis in vadum unde inceptum fuit.

Hi ſunt terræ fines apud *Hiltunam* & apud *Feotbereſtanam.* Primò à *Brenesforda* [*vado ſic vocato*] in longum vici in *Lecebrocam* [*amnem ſic dictum*] ſurſum ab amne in vadem lapideum per vicum uſque dum ventum fuerit in foſſam, per foſſam ad caput, per caput ad viam lapideam, deinde in *Ethelwii* ſepem, prorſus à domorum ſepibus uſque dum ventum fuerit ad montem magnum, deinde in veterem curiam [*vel, burgum* :] & indè in orientalem campum, & ſic deinceps in *Leofwini* ſepem, in longum ſepis in *Kerſewillam* [*fontem, fortè, ſic dictum*] deinde in collem, & à colle in caput, prorſus à capite in alterum collem, in longum collis in . . . . fontem juxta *Eſingetunam* [*prædium, vel villam ita nuncupatam* :] & â fonte in *Suiendunam* [*collem fortè porcinum* :] & deinde in mucidum lapidem, & â lapide tranſverſo monte in *Ebrocam* [*amnem ſic dictum*] in longum amnis in *Bruneſfordam* [*vadum ita nominatum*] ubi limites initium ſumpſere.

Hi ſunt fundi limites ad *Ogintunam* pertinentis. Primò apud patulos alnos per montem in *Waſſawillam* [*fontem ſic dictum*] & ab . . . . . . in foſſam, à foſſa in paludem apud *Swinſetam*, deinde in ſepem, per ſepem inde rectà in nigrum campum, apud campum auſtrum verſus iterum in . . . . per vicum in vadum, per amnem contra fluentum in foſſam, per foſſam inde ad vadum amnicum, per amnem adverſus fluentum inde in . . . . vicum, per vicum inde in foſſam, per foſſam iterum ad patulas alnos.

Hi ſunt terræ termini ad *Weolcſhalam* pertinentis. Inprimis apud *Weolesfordam* [*vadum ſic dictum* :] à *Weolesforda* per amnem contra fluentum, inde in montem grandem, à monte in *Ryehalam* [*aulam fortè rivalem* :] & à *Ryehala* in amnem, per amnem adverſus fluentum inde in . . . . per foſſam inde in putidam ſalicem, a ſalice inde in *Heortſolam* [*ſpeluncam fortè cervinam* :] ab *Heortſola* in *Hunteuſtyam* [*ſemitam fortè venatoriam*] ab *Hunteuſtya* in *Ibelfordam* [*vadum ita dictum*] à *Ibelforda* per . . . . cum fluento ad *Ordeiſeiam* [*aquam fortè, vel inſulam ita vocatam*] in amnem, per amnem adverſus fluentum iterum in *Weolesfordam.*

Scripſi trino domino dominorum domino tuo terreno *Ethelredo* obedientes ei fideliter, quia nequaquam illius domini dominorum adquirere pacem potes niſi fidelis domino terreno ſine termnus permaneas. Hæc namque decreta *Sigerich* archiepiſcopus in placito coram rege *Ethelredo* & *Eboracenſi* archiepiſcopo, & omnibus epiſcopis, abbatibus regionis *Britanniæ*, ſeu ſenatoribus, ducibus, & populo terræ propoſuimus, & illi ut ſuperius præfati ſumus cum omni devotione mentis & hilari vultu juxta poſſibilitatem virium ſuarum, adjuvante ſuperna clementia ſe in omnibus cuſtodire devoverunt, & ſigno ſanctæ crucis in vice veſtra in manu noſtra confirmaverunt, & poſtea ſtilo diligenti in karta hujus paginæ caraxaverunt ſignum ſanctæ crucis inſigentes.

Ego *Ethelredus*, gratia Dei Rex *Anglorum* & patricius *Northanhumbrorum* conſentiens ſigno ſanctæ crucis ſubſcripſi, in Olimpiade 111. Regni mei. Ego *Sigerichus*, nutu Dei archiepiſcopus metropolitanæ urbis, & *Dorobernenſis* eccleſiæ, hujus kartulæ piæ & catholicæ taxatione ſigno ſanctæ crucis ſubſcripſi. Ego *Ealdulf, Eboracenſis* eccleſiæ archiepiſcopus, conſenſi & ſubſcripſi. Ego *Ealfſtanus*, *Lundonienſis* eccleſiæ epiſcopus, conſenſi & ſubſcripſi. Ego *Ealfegus, Wintonienſis* eccleſiæ epiſcopus, conſenſi & ſubſcripſi. Ego *Wlfſie*, *Sciredurnenſis* eccleſiæ epiſcopus, conſenſi & ſubſcripſi. Ego *Ordbeorht Seolcſinenſis* eccleſiæ epiſcopus, obediens ſubſcripſi. Ego *Ealfwold*, *Cridianenſis* eccleſiæ epiſcopus, conſenſi & ſubſcripſi. Ego *Siegar*, *Fontonienſis* eccleſiæ epiſcopus obediens ſubſcripſi. Ego *Elfrich*, *Corfenſis* * eccleſiæ epiſcopus, conſenſi & ſubcripſi. Ego *Ealdred*, *Cornubienſis* eccleſiæ epiſcopus, obediens ſubſcripſi. Ego *Eſwi*, *Dorcanceſternenſis* eccleſiæ epiſcopus, conſenſi & ſubſcripſi. Ego *Ealfeah*, *Licedfeldenſis* eccleſiæ epiſcopus, obediens ſubſcripſi. Ego *Hathulf*, *Herefordenſis* eccleſiæ epiſcopus, conſenſi & ſubſcripſi. Ego *Godvine*, *Hrofenſis* eccleſiæ epiſcopus, criſoſtomo ore & ſigno ſanctæ crucis placido animo conſenſi & ſubſcripſi. Ego ſupplex vernaculus Chriſti *Bribctnoth* abbas obediens ſubſcripſi. Ego *Germanus*, *Floriacenſis* monachus & abbas ſubſcripſi. Ego *Cenulf* abbas ſubſcripſi. Ego *Elfwi* abbas ſubſcripſi. Ego *Elfric* abbas ſubſcripſi. Ego *Elfvard* abbas ſubſcripſi. Ego *Leofric* abbas, qui & alio nomine *Ethelnoth* vocatur, ſubſcripſi. Ego *Ælfwine* abbas ſubſcripſi, Ego *Ethelric* abbas ſubſcripſi. Ego *Briththelm* abbas ſubſcripſi. Ego *Wlfric* abbas ſubſcripſi. Ego *Leofvine* dux. Ego *Ethelnweard* dux conſentiens ita imponens. Ego *Wlfſie* diaconus ſigno ſanctæ crucis ſubſcripſi. Ego *Ealfvard* diaconus. Ego *Elfric* dux conſenſi & ſubſcripſi. Ego *Loffie* dux conſenſi & ſub. Ego *Elfhelm* dux *Tranſhumbranæ* gentis. Ego *Ethelmer* comes ſigno ſanctæ crucis ſubſcripſi. Ego *Wlfgiat* miniſter. Ego *Wlfheah* miniſter. Ego *Ethelric* miniſter. Ego *Ethelnoth* miniſter. Ego *Ethelweard* miniſter.

* Vide quia literæ pene ſunt exceſæ

His quoq; ſaluberrimis ammonitionibus preſbiteris, diaconibus, & abbatibus monaſteriorum, judices, optimates & nobiles uno ore conſentimus & ſubſcripſimus.

Inſpectio

Inſpectio cartarum Edwardi *cognomento confeſſ.* Willielmi *Conq. &* Henr. 2 *regum* Angliæ, *& earundem confirmatio per regem* Edw. 1.

Ex autographo penes decanum & capitulum. capellæ regiæ de *windſore* anno1640.

E*Dwardus* Dei gratia Rex *Angliæ* dominus *Hiberniæ* & dux *Aquitaniæ* archiepiſcopis epiſcopis abbatibus Prioribus comitibus baronibus juſticiariis vicecomitibus præpoſitis miniſtris & omnibus ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Inſpeximus cartam domini E. quondam regis *Angliæ* in hæc verba.

Edƿard Kẏng gret Leuen biscop. ⁊ Leuen Eorle. ⁊ alle mẏne þeignes on Staffordscire frendliche. And ic secge eou þat mẏne Prestes atte Hampton þat ic habbe mẏne treuþan giuen heom. Nou ƿille ic þat hi ben ⁊ heora Mẏnstre friþe. ⁊ hẏra ðing ðer behẏren rihteli to be friþ. mid sac ⁊ mid socne. sƿa ful ⁊ sƿa forþ sƿa ic formest hit habben. in alle ðing. And ic ƿille giuen heom ðan þat heom enẏg man enẏg on riht beoþ.

Id eſt. Edwardus Rex ſalutem [*dico*] *Levino* epiſcopo, & *Levino* comiti, & omnibus miniſtris meis in agro *Staffordiæ* amicè. Et declaro vobis quod Presbyteris meis *Hamptonienſibus* fidem * meam tribui. Nunc volo ut ipſi & eorum monaſterium ſit liberum, & eorum res eò juſtè pertinentes ſint liberæ, cum ſac & ſocne [*privilegiis ſic dictis*] adeo plene, & eatenus ac ipſemet primò eadem habueram, per omnia. Et eis concedo quicquid eis ab aliquo rectè conceſſum fuerit.

* *Vel*, amicitiam.

Inſpeximus etiam quandam cartam domini *W.* quondam regis *Angliæ*, in hæc verba. *W.* Rex *Anglorum L.* archiepiſcopo & *G.* epiſcopo *Ceſtrenſi* & *P.* epiſcopo & *R.* vicecomiti ceteriſque ſuis fidelibus de **Estaffordscire** ſalutem. Sciatis me dediſſe *Sampſoni* capellano meo eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Wlurenhamtona* cum terra & omnibus aliis rebus & conſuetudinibus ſicut melius prædicta eccleſia habuit tempore Regis *Edwardi.* Et videte quod hæc omnia honorificè teneat quoniam bene volo.

Inſpeximus etiam quandam cartam domini *H.* quondam regis *Angliæ* progenitoris noſtri, in hæc verba. *H.* Rex *Anglorum*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ* vicecomitibus & miniſtris ſuis de *Staffſciria* ſalutem. Præcipio quod terræ & homines qui pertinent eccleſiæ de *Wluronehantona* ſint in pace & quieti de placitis …… & ſcirris & hundredis & omnibus rebus præter murdrum & latrocinium ſicut unquam melius fuerunt tempore Regis *H.* avi mei. T. *Thoma* cancellario, apud *Weſtmonaſterium.*

Inſpeximus eciam quandam cartam domini *H.* Ducis *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & comitis *Andegaviæ* in hæc verba. *H.* Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ*, omnibus archiepiſcopis epiſcopis comitibus baronibus juſticiariis vicecomitibus & omnibus amicis & fidelibus ſuis *Normannis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe eccleſiæ de *Wluronehamptona* capellæ meæ omnem illam libertatem quam habuit in tempore *H.* Regis avi mei, & omnem illam quietanciam in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in aquis & extra, in viis & ſemitis & omnibus locis. Et canonicis ejuſdem eccleſiæ eandem concedo libertatem & quietanciam. Quare mando & firmiter præcipio ut eadem eccleſia capella mea libera ſit & quieta ab omnibus conſuetudinibus & exactionibus cum omnibus pertinentiis ſuis, & canonici omnia ſua liberè & quietè poſſideant, nec quis eis dampnum vel moleſtiam vel injuriam aliquam facere præſumat. Teſtibus, *Rogero* comite *Herefordiæ*, *Waltero* fratre ſuo conſtabulario, *Henrico* fratre ſuo, *Gervaſio Paganell* germano, apud **Dudeley.** Nos autem donationes & conceſſiones prædictas ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt dilecto clerico noſtro *Johanni* de **Melbourn** decano capellæ prædictæ & canonicis ejuſdem capellæ & ſucceſſoribus ſuis concedimus & confirmamus ſicut cartæ prædictæ rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *W. Eboracenſi* archiepiſcopo *Angliæ* Primate, *J. Elienſi* & *J. Wyntonienſi* epiſcopis, *Henrico* comite *Lancaſtriæ*, *Johanne* de *Warenna* comite *Surriæ*, *Rogero* de *Mortuo Mari*, *Johanne Mautravers*, ſeneſcallo hoſpitii noſtri, & aliis. Data per manum noſtram apud *Norhamptonam* ſeptimo die Maii anno regni noſtri ſecundo.

Carta Regis *Johannis* de manerio de **Wulfrunehantone.**

Cart 6. Joh.n. 100.

JOhannis *Dei gratia &c. Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum dediſſe conceſſiſſe & hac præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* **Wulfrunhamton**, *& venerabili patri in Criſto*, Huberto Cantuarienſi *archiepiſcopo, & viris religioſis apud* **Wulfrumhamton**, *Deo ſervientibus quos idem archiepiſcopus ibidem conſtituit, totum manerium de* **Wulfrunhamton**, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus ſuis. Habendum, & tenendum prædictis viris religioſis imperpetuum, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, liberum & quietum prorſus ab omni ſeculari ſervitio, & exactione. Quare volumus, & firmiter precipimus quod prædicti viri religioſi habeant, & teneant totum prædictum manerium de* **Wulfrumhamton**, *cum omnibus pertinentiis, & libertatibus ſuis imperpetuum, ſicut prædictum eſt, bene & in pace, liberè, & quietè, integrè, & plenariè in boſco & plano, in terris, redditibus, homagiis, ſervitiis, releviis, cuſtodiis, & in omnibus aliis rebus, & locis, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad prædictum manerium pertinentibus. T.* Willielmo *comite* Sarum, Willielmo Briwer, Toma Baſſet, Petro *de* **Stok**, *&c. Datum per manum* Hug. *de* Well. *archidiaconi* Well. *Apud* **Odiham** *xxviij. die Julii, anno regni noſtri ſexto.*

De maeremio ad conſtructionem Abbatiæ de **Wulfrunhamptone** *per Regem* Johannem *conceſſo.*

Rot. clauſ. 6 *Johannis* m. 5.

REX *Hugoni* de **Nevill** ſalutem. Sciatis quod conceſſimus monachis *Huberti Cant.*

archiepiſcopi **Wulfrunhanton** quod capiant maieremium in boſco ſuo extra foreſtam & haias noſtras ad edificationem abbatiæ ſuæ de **Wulfrunhanton** & alibi ubi maheremium ex emptione ſua vel ex dono aliter adquirere poterant &c. teſte *R.* apud *Winton*, 10. Apr.

Rex *Hugoni* de **Nevil** ſalutem. Mandamus Ib.m.8. vobis quod permittatis monachos de **Wulfrunhanton** herbagiare ubi voluerint in boſco ſuo extra coopertura foreſte noſtre, teſte *R.* apud *Nottingh.* 23 Febr.

Rex vicecom. *Staff.* ſalutem. Sciatis quod de- Ib.m.17. dimus venerabili patri noſtro domino *Cant.* archiepiſcopo manerium de **Tettenhall** ad abbatiam ſuam de **Wulfrunhanton**, & ideo &c.

Vide Rot. de terris Norm. 6. Joh. nº. 27.

Glouceſtrenſe *Cœnobium in agro* Glouceſtrenſi.

(Reſpice pag.108. col.1.)

Memoriale eccleſiæ cathedralis Glouceſtriæ *compendiarium.*

Ex codicibus M S. penes dec. eccl. cath. Gloc. excerptum.

MEmoriæ proditum eſt epiſcopum & predicatores ſtatim poſt receptam Chriſti fidem à *Lucio* illo protochriſtiano *Britonum* rege *Glouceſtriæ* anno ſalutis humanæ Clxxxix. fuiſſe conſtitutos. *Eldadym* anno CCCClxxxix. & *Dubricium* anno Dxxij *Glouceſtrenſes* extitiſſe epiſcopos teſtatur antiquitas. Imò *Glouceſtriæ* archiepiſcopalem antiqui ſtatuunt ſedem eo tempore cum *Lucius Fugacii* & *Damiani* (quos *Eleutherius* huc miſerat) conſilio tres illos paganiſmi archiflamines *Londinenſem* ſcilicet *Eboracenſem Glouceſtrenſem* in totidem archiepiſcopos convertiſſet. Poſtea autem ſedes illa primaria hic deſiit & Meneviam, propter incertam & inſulſam quandam opinionem ſingularis & inſignis ſanctimoniæ cujuſdam *Davidis* qui ΑΓΙΟΣ cognominabatur invictiſſimi illius *Arthuri Britanniæ* principis conſobrini epiſcopi *Menevenſis*, tranſlata eſt. Verùm de his licet propter bella cum paganis funeſtiſſima in quibus annales incenduntur & propter univerſam Chriſtianæ fidei intra hujus regni fines ab ethnicis jam domitos & expugnatos defectionem, nulla poteſt certa & indubitata fieri narratio: proculdubio tamen anno ultime patientie ſanctorum DClxxix. ſtante adhuc heptarchia, *Wolpherus Pendæ* pagani filius Rex *Chriſtianus Merciorum* primus, quem *Mercii* à funeſta & horrenda perſecutionis ſtrage, tanquam *Moſen* alterum occultarent, villam *Glouceſtrenſem* plurimùm auxit & adornavit, & (ut teſtatur *Guilielmus Malmeſburienſis*) cœnobii *Glouceſtrenſis* prima jecit fundamenta; quo mortuo, frater *Ethelredus* qui ei in regno ſucceſſit, ædificium iſtius monaſterii promovebat; quod ut perficeretur *Ethelredus* primo imperii ſui anno *Oſricum* provinciæ *Huicciorum* Proregem conſtituit ut monaſterium in villa *Glouceſtriæ* ædificandum curaret; atque eodem tempore circuitum quo ſitum erat monaſterium, ipſam *Glouceſtriæ* villam & alias in agro *Glouceſtrenſi* terras una cum ingenti pecuniarum vi eidem *Oſrico Ethelredus* his legibus conceſſit, Primò ut monaſterium jam inchoatum perficeret protinus & conſummaret, deinde ut quarundam perſonarum, quæ ibi indies divino cultui vacantes perpetuò manerent, ordinem & canonicam vivendi rationem preſcriberet; Poſtremò, ut ſororem *Kyneburgam* primam abbatiſſam conſtitueret, & poſſeſſiones eaſdem eidem *Kyneburgæ* ſanctiſſimæ confirmaret. Hoc ex antiqno iſtius donationis chirographo *Ethelredi* nomine concepto (quem ipſemet vidi) ac per *Burgredi*, qui poſtea *Merciorum* fuit Rex, confirmationem liquido apparet. Eſt etiam p r idem manuſcriptum in confeſſo, quod cum *Theodorus* alias *Deuſdedit* archiepiſcopus *Cantuarienſis* & *Sexwolphus Merciorum* epiſcopus eſſet Synodo coacta celebri, quæ ab *Ethelredo* mandata erant *Oſricus* fideliter omnia præſtitit & perfecit. Hoc cœnobium in villa *Glouceſtriæ* licentia & munificentia *Ethelredi Merciorum* Regis fundatum ab *Oſrico Northumbriæ* Rege ædificatum & per *Theodorum* archiepiſcopum *Cantuarienſem* & Boſillum præſulem *Wigornienſem* conſecratum honori ſancti *Petri* apoſtoli dicatur & dedicatur. *Kyneburga Pendæ* Regis filia uxor *Aldredi Northumbriæ* Regis, & *Oſrici*, qui monaſterium hoc *Glouceſtrenſe* ædificandum curavit, ſoror ſanctimoniæ devota hujus monaſterii prima facta abbatiſſa, ſeptimo regni *Ethelredi* Regis *Merciorum* anno, ejus ſuſcepit regimen & per xxix. annos ſuſtinuit. Mox vero poſtquam *Kyneburga* conſecratur abbatiſſa, frater ejus *Oſricus* tum *Northumbriæ* Rex, ei abbatiſſe jure dedit omnes terras quas *Ethelredus* ea lege illi priùs conceſſerat, una cum dominio villæ *Glouceſtriæ* aliiſque terris quas in agro *Glouceſtriæ* coemerat. Syngraphum verò iſtius depoſitæ donationis ſuper altare ſancti *Petri* ſolenniter repoſuit & fideliter reddidit. *Oſricus* Rex moritur & in eccleſia hac *Glouceſtrenſi* quam priùs condendam curaverat inhumatur; cujus monumentum in fine ſeptentrionalis partis chori cernitur; & ſoror *Kyneburga* quam plurimis bonis eccleſiæ procuratis & donatis, vigeſimo nono ſuæ præfecture anno vitam cum morte commutans prope *Oſricum* fratrem jacet ſepulta. *Edburga* Regina *Wolpheri Merciorum* Regis uxor, poſt obitum mariti ſui omni dignitate terreſtri depoſita & contemptis delic is ab *Edwino* epiſcopo *Wigornenſi* abbatiſſa monaſterii *Glouceſtrenſis* conſecrata *Kyneburgæ* ſucceſſit, & xxv. ſuæ præfecturæ anno ex hac vita migrans *Wilfrido Wigornenſi* antiſtite juxta ſororem *Kyneburgam* in eodem monaſterio *Glouceſtrenſi* ſepelitur. *Eva* tercia abbatiſſa Regina priùs tempore *Ethelredi Merciorum* Regis monaſterii *Glouceſtrenſis* ſuſcipiens regimen, à *Wilfrido Wigornenſi* præſule conſecratur. Hujus abbatiſſæ præfectura annui eccleſiæ redditus augentur plurimùm, Priores donationes in pluribus ſynodis confirmari procuravit, & trigeſimo ſui regiminis anno regnante *Offa Merciorum* Rege, obiit, & juxta ſorores prædeceſſores in eodem monaſterio *Glouceſtrenſi* ſepulta eſt, Poſt obitum *Eva* eccleſia hæc rectrice & regimine diſtituta, a morte ejuſdem *Eve* uſque ad regnum *Bernulphi Merciorum* Regis quinquaginta nempe annorum ſpacio deſerta manet & deſolata. *Bernulphus* autem *Merciorum* Princeps cœnobium

ot. clauſ. *Johan-* is m.5.

um *Glouceſtrenſe* ſpoliatum & ruinoſum inveniens, & ex ſingulari regalique cura promovere ſtudens, monaſterium *Glouceſtrenſe* reædificavit & formam ejus mutavit. Canonicos ſeculares qui prædicatores & clerici fuerunt, legitimis uxoribus pleroſque junctos & conjugatos victuque ac habitu ab aliis ſecularibus Chriſtianis parum diſcrepantes ibidem collocandos curavit, & quantum ſe penes erat certis præſcriptis vivendi inſtitutis & legibus ſtabilivit, prioribus hæreditamentis in eandem eccleſiam monialium tempore collatis illos dotavit, atque illis inter cætera ipſemet quindecim coria, hidas uti vocant, terrarum in parochia de **Standiſh** conceſſit. *A. Bernulphi Merciorum* Regis regno hæc eccleſia ſub clericis uſque ad regnum *Canuti Anglorum* Regis pacatiſſimè & feliciſſimè floruit, annis nempe Cxcix. *Canutus* autem anno regni ſui quinto, inſtigante *Wolſtano Wigornenſi* epiſcopo clericos & predicatores eccleſiâ *Glouceſtrenſi* ejecit monachoſque regulares ordinis Benedictini in eorum loco ſuffecit, anno ſalutis Mxxii. *Edricus* unus clericorum hujus monaſterii primus conſtituitur abbas. *Romana* illa *Canuti* peregrinatio in ſuperſtitioſi cujuſdam *Achelnoti* archiepiſcopi *Cantuarienſis* gratiam ſuſcepta hoc effectum dedit.

Licet *Canutus* Rex, clerus, & alii multi magnique, monachatus promovendi ſtudioſi eſſent, illique plus nimio dediti & addicti, adeo ut prædicatores ex eccleſiis cathedralibus in plurimis regni locis depellerentur & in eorum locos aſciſcerentur monachi: attamen cum hi Benedictini primo *Glouceſtriam* eſſent adducti ut quinto *Canuti* Regis anno ibi collocarentur, hanc religionis impoſturam Conſules & incolæ *Glouceſtriæ* adeo deteſtabantur & devovebant, ut monachi per illos repellerentur, & ſeptem eorum inter **Churcham** & *Glouceſtriam* à quodam *Wolpino le* **Rue** tunc villæ *Glouceſtrenſis* conſule interempti occumberent. Qui quidem *Wolpinus le* **Rue** vir nobilis & opulentus valde in atrocis flagitii ſatisfactionem ſeptem monachos in eodem monaſterio ex decreto pontificis alebat de proprio. Poſtea vero cum monaſterium *Glouceſtrenſe* hos monachos Benedictinos nulla ſalvifica ſcientia nec ſalutari conſcientia imbutos ſed tenebris plus quam Cymmeriis obcæcatos & contra fidem & officium Chriſti tanquam inſenſatos deſævientes recepiſſet, Deus gloriæ ſuæ zelotypus illos extirpare & monaſterium quo ſtabulabant flammis devorari crudeliſſimis, ipſaque adeo ejus convelli fundamenta ac ædificia ſolo adæquari & penitus dirui permiſit. Verum *Edwardi* confeſſoris tempore *Aldredus Wigornenſis* epiſcopus ejuſdem eccleſiæ novum inchoavit fundamentum à loco quo prius ſteterat paulo remotius & urbis lateri magis contiguum. Hoc ædificium menſe octobris conſummatum ſeptimo regni *Edwardi* confeſſoris anno, non Chriſti gloriæ ſed ſancti *Petri* ſolenniter conſecratur, ibidem, monachis denuo reſtitutis, numerus vero illorum minuitur multum eo quod *Aldredus* non longe poſt ad archiepiſcopalem *Eboraci* ſedem tranſlatus, quamplurimas eccleſiæ poſſeſſiones illi non multo ante propter expenſas in eadem eccleſia reparanda & reedificanda factas oppignoratas retinuiſſet. *Edwardus* ille confeſſor *Glouceſtriæ* commoratur, & in antiquo hujus monaſterii ædificio (nunc longa officina appellato) tempore quo *Dani* expelluntur, ſenatum habuit ſaluberrimum. *Gulielmus* autem conqueſtor xx. (hoc eſt ultimo ſui regni anno) Chriſti natalem apparatu ſatis regio *Glouceſtriæ* celebravit & monaſterium hoc valde dirutum reparavit & adauxit. Serlonem ſacellanum ſuum in abbatem extulit. Et hic abbas duos tantummodo monachos & alumnos octo inveniens ſuo tempore ad centenarium illorum numerum auxit. Conqueſtor hujus cœnobii monachis manerium de **Barnwood** prope *Glouceſtriam* cum aliis libertatibus municipiis & donationibus eſt elargitus. *Sherlo* abbas, conqueſtoris favore & munificentia omnes terras hujus monaſterii *Aldredo Eboracenſi* archiepiſcopo ut ante oppignoratas, ſibi & ſuis monachis reſtitui procuravit.

Aldredus obiit & in meridionali chori latere (quaſi poſitus in preſepi) jacet ſepultus, hujus monumentum ibi cernitur antiquiſſimum. *Robertus* ætate maximus & *Richardus* natu minimus *Gulielmi* conqueſtoris filii in hoc monaſterio jacent ſepulti. *Richardus* obiit anno MLxxx. *Robertus* verò MCxxxiiij. qui a crudeli & tyrannico fratre ſuo *Henrico* primo terris & libertatibus ſpoliatus & in ergaſtulo *Cardiffenſi* concluſus, vigeſimo ſexto ſuæ incarcerationis anno ſenio & doloribus animi fractus vitam hanc nimis miſeram cum expectata morte commutavit. Inde autem ad hanc advectus eccleſiam cui munificum ſeſe exhibuerat Mecænatem honorificè ſepelitur in chori medio, ubi ſepulturæ monumentum etiamnum conſpicitur. Primum à conqueſtu Parliamentum per *Henricum* primum in illa antiquiſſima hujus monaſterii ſtructura celebratum; & in eodem loco *Edwardus* primus qui portam illam hujus monaſterii ejus nomine inſignem conſtruxit, ſenatum habuit ſatis regium. Hoc monaſterium non ſolum ante conqueſtum, bellis nempe inter Saxones & Britannos, inter Merciæ reges & Saxones occidentales, in funeſtiſſimis *Danorum* præliis & in diſſenſionibus *Canuti* & *Edmundi Ferrei lateris* cognomento truculentis, multa tulit damna: verumetiam poſt conqueſtum, cum ſuperſtitio & monachatus ubique ferè ſtabularent, imò cum papatus diebus veluti halcyoniis caput extuliſſet ſerpentinum, incendio veluti celitus dimiſſo bis devaſtatur annis nempe MCCxiiij. & MCCxxiij. Regnante etiam *Henrico* tertio quam plurima fecit detrimenta, & *Edwardi* primi tempore damna non exigua. Sed facile reficiuntur hæ illarum tempeſtatum ruine devotionibus plurimis & illorum temporum munificentia in quibus tam opulentæ largitiones cæco quodam meriti & ſatisfactionis conceptu in eccleſiam indies conferuntur, ut regnante *Edwardo* primo, lex mortuæ manus ferretur, qua munificentiam iſtam nimis prodigam fatuam & rei publicæ ſatis periculoſam reprimeret. *Humphredus Bohun*, *Herefordiæ*, *Warwiciæ* & *Arundeliæ* comes unus ex duodecim paribus qui tempore *Henrici* tertii regno præfuerunt, & vim & victum quæ imperium tunc temporis nimis infeſtabant,

feſtabant, vi & virtute repelleret, una cum lectiſſima conjuge in meridionali hujus eccleſiæ latere pone chorum jacet ſepultus, & monumentum cum ſolido confectum lapide hodie apparet ſatis vetuſtum. *Edwardus* ſecundus poſt regnum ſuſceptum cum *Iſabellæ* Reginæ ſuæ *Philippi* formoſi Regis *Gallorum* filiæ & nobilium ſuorum in ſe iram excitaſſet odiumque conflaſſet quod cuidam *Petro Gaveſtono* viro parum probo & *Spenſeris* duobus peſſimis Regis conſultoribus impenſè nimium faveret, & in eorum gratiam plurima majeſtate regia indigna ſubditis gravia & nobilibus intollerabilia faceret, ab exercitu Reginæ ſuæ, Principis *Edwardi* filii ſui & nobilium in bello captus, in carcerem truſus, & demum ex dolo *Rogeri* de *Mortuo-Mari* quem regina uti ferebatur, nimium adamabat, à duobus ſicariis perditiſſimis in caſtello *Barkleienſi* quo incluſus tenebatur, candenti veru per anum inteſtinis intruſo crudeliſſimè trucidatur, & hoc monaſterio ſimplici funeris apparatu in ſiniſtro chori latere ſepultus eſt ubi adhuc ejus apparet monumentum. *Richardus* ſecundus in prædicto loco hujus monaſterii Parliamentum celebravit.

Cœnobium hoc *Glouceſtriæ* abſque ulla formæ mutatione etiamſi non ſine ædificii amplificatione nec ſine annuorum reddituum incremento, uſque ad regnum *Henrici* octavi perduravit. Temporibus enim *Henrici* quinti & *Henrici* ſexti turris illa, uti vocant, quadrangulatis pinnaculis nunc adeo ſpatioſa & conſpicua, tempore *Thomæ Seabrooke* hujus monaſterii abbatis, qui opere nondum peracto obiit, & monumento ſatis celebri & vetuſto pone dextrum chori latus fuit ſepultus, cum *Robertum Tullium* ejuſdem monaſterii monachum & poſtea epiſcopum *Menevenſem*, ſingulari prudentia & induſtria virum operi perficiendo prefeciſſet, fuit conſtructa. Clauſtrum illud magnificum & chorus una cum ſacello illo ſpatioſo deiparæ virgini dedicato, à *Ricardo Haulaces* hic etiam abbate fundato, navi eccleſiæ adjunguntur. Turris enim prior, in boſco, qui hodie pomarium commune vulgariter appellatur, ſteterat pervetuſto cuidam edificio, quod infirmarium dicitur magis vicina, quæ pinu tantum procera procul conſpicienda caput extulerat. Cujus edificii facies una cum antiquiſſima illa, monialium tempore, ſtructura, in vitreis feneſtris, lateris orientalis clauſtri illius majoris laqueati magnifici & undique valde ſpecioſi graphicè depingitur. Plerique comitatus *Glouceſtriæ* viri verè nobiles, ex antiquiſſima oriundi proſapia, *Cliffordi* nempe, *Whittingtonii*, *Throckmortoni*, *Pauncefooti*, & alii multi, quorum gentilicia inſignia in duplici clipeorum ſerie, quorum altera ſub oriente capellæ virginis beatæ feneſtra: altera in ſacellulo ſeptentrionali poſt ſiniſtram chori partem cerni poſſunt in ædificio hujus monaſterii ampliando & exornando munificos ſeſe exhibuerunt *Mecenates*. *Butleri* autem equeſtri ex ordine viri è familia *Butleriorum*, qui ampliſſimum illud caſtellum de **Sudly** conſtruxerunt oriundi, in obſcuro quodam ſacello pone dextrum chori latus jacent ſepulti. Occidentalem verò navis eccleſiæ partem (regnante *Henrico* ſeptimo) duo abbates hujus monaſterii ampliari curaverunt. *Parkeri* ultimi abbatis (qui portam illam hujus eccleſiæ meridionalem, *Edwardi Regis* nomine, ut ante, inſignitam & Palatii epiſcopalis januam ampliavit & adornavit) monumentum in ſacello ſiniſtre chori partis cerni poteſt (*&c.*)

(Reſpice pag. 217. col. 2.)

Fundationis Hiſtoria.

Ex cartulario de *Taviſtok* penes *Joh. Maynard* armigerum. fol. 1.

TEmporibus bonæ memoriæ nobiliſſimi ac ſtrenuiſſimi Regis *Edgari* extitit quidam comes nomine *Ordulphus* de nobiliſſima gentis *Anglorum* proſapia, filius egregii ac venerabiliſſimi antiqui *Ordgari* vir valde Deo devotus, quod actionis ſuæ exitus probavit, ſicut in ſapientiæ laude canitur, *omnis laus in ſui fine demonſtratur.* Hic quadam nocte, ſicut mos ei ab adoleſcentia inoleverat, de lecto ſuo ſurgens Deo ſupplicando extra limen ſuæ domus progreditur. Cum moras in oratione ageret, manuſque ſuas ad cœlum tendendo levaret, ecce Dei bonitas & gloria quæ famulo ſuo *Moyſi* in igne rubi omnibuſque filiis *Iſrael* heremum tranſeuntibus die in columpna nubis, noctuque in columpna ignis apparuit, adeſt & huic Dei famulo, à terra uſque ad cœlum pertingens, omnem meridiani ſolis fulgorem ſuperans, ſe in igne atque ſplendore manifeſtando. Viſa ergo tanti luminis ſuperni ſplendoris claritate ex inproviſo, nec mirum extimuit. Ac intra ſuæ domus liminare ſeſe recepit, atque in lectulo ſuo membra feſſa locavit, ibique lacrimis ſuis lectum ſuum rigavit quouſque ſopor eum invaſit. Cum ergo ſoporando quieſceret, ecce quidam vultus venuſtiſſimi ac candidiſſimi aſtitit ei dicenſque illi. *Ne timeas vir Deo dilecte, Scias pro certo preces tuas à Deo fore exauditas. Hoc enim tibi demonſtravit cœleſti lumine quod in ſplendentis ignis columpna tibi oſtendit. Surge ergo ſummo auroræ diluculo & illum locum quo prædicta columpna ſteterat inquirendo perquire, ibique ſignum ſanctitatis invenies, quatuor ſcilicet virgulas quadris lateribus infixas, facieſque ibi oratorium in quatuor Evangeliſtarum honore, tam amplum quam præfixio denotat virgarum, qui ſalvatorem omnium gentium per quadrifidum orbem velud in quadrigæ curru intulerunt. Hocque faciendo peccatorum tuorum veniam mereberis.* Evigilans verò ſtatim à ſompno, ſtratu deſiliens ſuo genua ad Deum flectendo & poſt orationem ſuam conjugi viſionem recitavit. Illa verò hanc ut audivit Deo gratias reddidit, ſimilemque ſe vidiſſe eadem hora noctis affirmavit. Itaque poſt gratiarum actionem poſtque communem allocutionem iterum membra ſua quieti tradiderunt. Et ecce prædictus vir qui eis ſicut ſuprafatum eſt aderat alia vice, eodem vultu venuſtatis ac candidationis affuit, eiſque ſingulis ſingulariter inquit, *Quid moraris in obediendo præceptis? nonne audiſti unquam ab ore alicujus doctoris quod melior eſt obedientia quam victimæ? Surge ergo vade quære & fac quod præceptum eſt tibi.* Et alia fando, via qua venerat redit. Facta eſt autem illis eadem viſio in eadem nocte uſque terciò. Surgens verò ſummo mane ſanctæ crucis ſigno ſignans ſe, viam quæ ducit ad nemus in quo prædictam viſionem claritatis viderat, arripuit, ac predictum locum ſumma intentione mentis quæſivit, & quaſi eundem quem habuit revelatorem haberet viæ conductorem, ſtatim locum ſignis ſigillatum invenit amœnum apricum aptum. Qui exultans in domino lætus magno gaudio & illum magnificè glorificavit qui ei tantam revelationem revelavit. Fecit quoque poſtea oratorium ſicut ab angelo ei præceptum fuerat, Et amplius quam acceperat præcepto addit Dei gratia proprio voto. Fecit ergo monaſterium in honore ſanctæ Dei genitricis *Mariæ* in predicti oratorii parte occidentali quaſi mille hominum capacem, domoſque alias monachorum congregationi congruentes, & illius ordinis fratres quamplures inibi congregavit atque abbatem illius ordinavit, ut ſub regulari meta mores ſuos componerent atque colligerent. Set quia morte prædicti regis interveniente quod deflet *Anglorum* gens undique. Erat enim Chriſtianæ religionis amator & cultor devotiſſimus, omnibus regni ſui incolis & divitibus & egenis benivolus ſuper juſtiſſimus. Cui ſucceſſit filius ejus *Edwardus* morum patris dulcedine atque bonitate decoratus, ſet ætate juvenis & tenellus, induſtria humanæ malignitatis ex toto minimè cautus, odientes ſe tanquam amantes & amabat & frequentabat, ſimplex ut columba inimicali dolo innocenter occiditur. Set anima ut credimus in celeſtibus coronatur. Cui ſucceſſit frater ejus *Ethelredus*. Erat autem & ipſe juvenis quidem ætate. Tempore quoque hujus *Suein Danorum* Rex hanc Inſulam cum exercitu ſuo valde devaſtavit, & tandem per violentiam ſuam ad effectum perduxit, ut Rex toto regno præſideret.

Ethelredus verò cum non poſſit ei reſiſtere, transfretavit ad comitem *Ricardum Normanniæ*, & cum eo fuit, donec *Suein* ab hac vita in qua multos ſibi ſubegerat & pene *Anglorum* omnem nobilitatem ac libertatem deleverat, deceſſit. Tunc *Dani* qui *Angliam* occupaverant elegerunt ſibi eum in regem filium ejuſdem *Suein*. *Ethelredus* rediit in *Angliam* & ab *Anglis* ſuſceptus eſt, quare *Cnut* Rex *Danorum* iratus omnes obſides quos habebat ab *Anglis* vel ſibi traditos juſſit interficere. Sicque in *Daciam* rediit quouſque *Ethelredus* vitam finivit. Set *Ethelredo* adhuc vitali vita vivente ac regnante opus quod prædictus vir *Ordulphus* inceperat regali ac ſacerdotali jure libertati dederat. Et dignum ducimus ſicut & nomina regum in quibus temporibus hæc facta ſunt impoſuimus, nomina etiam archipræſulum & epiſcoporum huic noſtræ revelationi imponamus.

Rexit itaque hiis temporibus *Cantuarienſem* eccleſiam *Dunſtanus* nomine, vir ſanctiſſimus qui benevolentiam prædicti Regis & benedictione confirmavit & auctoritate ſancivit. *Oſwaldus* verò venerandus archipreſul *Eboracenſis* eccleſiæ triumphalem tropheum agiæ crucis impreſſit. Et *Helmuoldus* autem vir magnæ ſanctitatis *Wintonienſis* eccleſiæ epiſcopus idem conſignavit. *Elfſtanus* quoque vir reverendus *Londonienſis* epiſcopus prædictum donum conſenſit & benedictione confirmavit. *Elſtanus* verò *Cridiatonenſis* eccleſiæ epiſcopus ſignum crucis infixit. *Ethelgar* quoque atque *Ethelſtan*, *Athul* atque *Aluric*, *Elſeac* atque *Eſtin*, *Ethelſi* necnon & *Wlſi*, omnes hii epiſcopi propria manu ſubſcripſerunt. Regis verò munimine deinceps locus ipſe tueatur domino protegente. Et ipſius loci abbas Deo deſerviens gregem ſibi commiſſum dirocheè foveat. Sit igitur præfatum monaſterium omni terrenæ ſervitutis jugo liberum, tribus exceptis, rata videlicet expeditione, pontis arciſve reſtauratione. Si quis verò tam epylempticus phylargiriæ ſeductus amencia (quod non optamus) hanc noſtræ munificentiæ dapſilitatem auſu temerario infringere temptaverit, ſit ipſe alienatus à conſorcio ſanctæ Dei eccleſiæ, niſi digna ſatisfactione humiliter penituerit. Abbas verò qui eligatur poſt abbatem qui nunc eſt, ex eadem eligatut congregatione qui dignus ſit fungi tali officio; aliorſum verò minimè niſi culpis promerentibus inibi inveniri nequiverit qui aptus ſit animabus lucrandis. Quod ſi hoc quod abſit miſerabiliter evenerit, de alio noto & familiari monaſterio unanimi fratrum conſilio poſtuletur, cujus vita probabilis ſapientia prædita cultuque religionis fulgida fidelibus clareſcat, finitis namque diebus benivoli & laudabilis viri qui ſpecialis lucri copia ſanctum dapſilis ditaverat locum, laicorum nemo ipſius loci dominium uſurpare ſibi præſumat.

Rura verò quæ ab eo vel à ſua conjuge vel à ſuis parentibus vel amicis domino noſtro Jeſu Chriſto ejuſque genitrici ſemperque virgini *Mariæ* ob eternæ vitæ remunerationen conceſſa, hæc ſunt, **Taviſtok**, **Midelton**, **Hatherleghe**, **Berliton**, **Leghe**, **Dunethem**, **Chuvelin**, **Lankinhoꝛn**, hæc à viro, Hæc vero à conjuge, **Hame**, **Werelgete**, **Orlege**, **Auri**, **Rame**, **Savyok**, **Pannaſtan**, **Toꝛnebiri**, **Colbrok**, **Lege**, **Wliſthetun**, **Clymeſland**. Hæc nec abbas nec alicujus perſonæ homo licentiam habeat pro pecunia vendendi vel gratis concedendi vel mutandi, ſet æterno Deo maneat imperpetuum quod ei conceſſum vel concedendum. Hæc confirmatio privilegii libertatis eccleſiæ *Tavyſtochiæ* quam venerabilis comes bonæ memoriæ *Ordulphus* Dei gratia intus & exteriùs illuminatus propria ſua hæreditate qua perſunctus, avina ſive paterna vel propria conquiſitione, licencia & conſilio & benedictione *Edgari* Regis incepit ædificavit conſummavit & tantis annorum curriculis regni mutatione & alienæ gentis ſcilicet *Dacorum* incurſione in tempore ſui nepotis *Ethelredi* perfecit, quando omnipotentis Dei gratia & miſericordia *Anglorum* patria ſanctorum in ea degentium meritis & precibus pacificata eſt qui die ac nocte clamaverunt ad dominum in proſperis & in adverſis cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum liberavit eos. Facta eſt autem confirmatio anno ab incarnatione Domini DCCCClxxxj. regnante adhuc prædicto Rege *Ethelredo* & prædictis præſulibus eccleſiam Dei in *Anglia* gubernantibus.

Poſt compoſitionis prime compoſitores & hujus operis conſtructores & revelate ædificationis ædificatores ac regalis atque ſacerdotalis diſpoſitionis diſpoſitores necnon eccleſiaſtici regiminis primos rectores electione canonica ſecundùm normam ſuperiùs dictam, vir venerandus atque honorandus nomine *Almerus*, almus atque bonus ſicut ex ſui nominis præſagio ab hiis qui *Latinam* atque *Anglicam* linguam perfectè norunt interpretatur, litterarum ſtudiis ac monaſticæ religionis diſciplina nobiliter imbutus, ad regendam ſæpe nominatam eccleſiam & divini verbi pabulo paſcendum gregem dominicum in ea congregatum eligitur. Qui miniſterium ſibi injunctum modeſtè ac diſcretè indeficienter exequens, lectioni atque orationi ſtudium dans, bonæ vitæ ſuis ſubjectis & dictis & factis exemplum præbens, res eccleſiaſticas diligenter tractans, iniqua execrans, juſta dilexit, Deum ſuper omnia proximum ut ſeipſum amans, Inter proſpera humilis, inter adverſa fortis & ſecurus, ſicut res teſtantur quæ egit innumeris obſequiis cum adverſitas *Danorum* omnem oppreſſiſſet gentem *Anglorum*, & intus & exteriùs quicquid habuerint vel in arvis vel in domibus ad ſuos rapuerunt uſus, nullam nec de lactentibus infantulis nec de miſeris matribus pietatem vel miſericordiam habentes, eccleſias Dei undique expoliantes, ac poſt apertam nudationem atque expoliationem grave jugum cunctis terram tenentibus & pene omnibus importabile imponentes, ut ſic primitus quicquid pecuniæ vel in auro vel in argento avina vel paterna vel propria alicujus induſtria ad defendendam hujus miſerie vel aliquorum ſuorum inopem vitam elegerat, totum auferrent & ſic poſtea fraudulenter utpote ab hiis qui non poſſent terras defendere nec haberent unde, quaſi juſta ratione omnes tollerent. Set ve impio ſemper iniqua cogitanti.

Inter has oppreſſiones & miſerias & captivitates quibus gens *Anglicana* opprimebatur undique, prædictus abbas *Almerus* vir illuſtris & nobilis ex communi fratrum conſilio dedit ex pecunia ſuæ eccleſiæ quam regendam acceperat, ſecundo danegildo pro dominio illius quod eſt in *Devonia* libram & dimidiam ſecundùm penſum, ſcilicet xxj^{M}. pro **Tavyſtok**, & pro *Hecfelda* & pro *Berlitonia* tantundem, & pro *Tornebiria* lx. denarios ſecundum penſum. Summa hujus pecuniæ xlv. mancuſæ.

Confirmatio Regis *Willielmi* 2. *de* Wlurintuna.

Ib. fol.4.b.

A.D.1096.

A*Nno dominicæ incarnationis millesimo nonageſimo ſexto regni autem inclitæ recordationis ſecundi* Guillielmi *ix. miſit idem Rex in quadrageſima optimates ſuos in* Deveneſiram *&* Cornubiam *&* Exoniam, Walcalinum *videlicet* Wyntonienſem *epiſcopum*, Randulphum *regalem capellanum*, Willielmum Capram, Hardinum Belnoldi *filium*, *ad inveſtiganda regalia placita. Quibus in placitis calumpniati ſunt cuidam manſioni abbacie* Tavienſis, *nomine*, **Wlurintune**; *dicentes & affirmantes illam manſionem injuſtè attinere* Taviſtochienſi *abbaciæ, ſet potius illam regali dominio ſemper rectè inſiſtere. Dictis quorum & calumpniis nos abnegantes, comprobavimus, manſionem illam plurimorum auctoritate anteceſſorum noſtrorum* Tavyſtochienſi *abbatiæ abſque ulla calumpnia perbenni jure pertinere. Qua de cauſa una cum regalibus ſupradictis placitatoribus Regem* Anglorum *requiſivimus quatinus illam manſionem ſupradictam pro Dei amore & ſanctæ* Mariæ, Tavienſi *abbatiæ, abſque ulla calumpnia perbenni jure, concederet ſubjacere. Quibus quidem auditis & enarratis ante Regem, ipſe Rex petitioni noſtræ adquieſcens, pro anima patris ſui & matris ſuæ, abbatiæ Dei & ſanctæ* Mariæ Tavienſis *eccleſiæ illam manſionem, videlicet* **Wlurintune** *inperpetuo reſtituens in hac verba reſpondit.* Ego *Guillielmus* Rex *Anglorum Oſberno* epiſcopo ſalutem & *Guillielmo* filio *Baldewyni* & *Guarino* vicecomiti de *Cornubia* & omnibus fidelibus meis *Francis* & *Anglis* de *Devenaſira* & *Cornubia*. Sciatis me dediſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & eccleſiæ de **Taviſtok** pro anima patris mei & matris meæ ipſiuſque mei manerium de *Wlurintuna*, & ut bene illud & honorificè in omnibus *Gulmundus* ſucceſſoreſque ſui abbates conſtituti indeſinenter hactenus poſſideant. *Hoc denique ſciant omnes quod Rex per cultellum eburneum quod in manu tenuit & abbati porrexit hoc donum peregit apud curiam, teſtimonio virorum illorum nomina quorum infraſcripta dinoſcuntur.* Ego Walchalinus Wyntonienſis *epiſcopus dedi teſtimonium.* Ego Johannes Batonienſis *epiſcopus conſenſi, & ego abbas* Turſtinus Glaſtonienſis *aſſenſum præbui, &c. Qui quidem cultellus jacet in feretro ſancti* Rumoni. *In cujus manubrio inſeritur talis ſcriptura.* ✠Ego *Willielmus* Rex dedi Deo & ſanctæ *Mariæ* de **Taviſtoc** terram **Wlerintun.**

Seſina per cultellum.

Carta Odonis *le* Arcedeakne, de **Weſtlydeton.**

Ibid. fol. 104. b.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit dominus *Odo le Arcedeakne* miles ſalutem in domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra me pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum remiſiſſe & quietum clamaſſe pro me & hæredibus meis & aſſignatis Deo & beatæ *Mariæ* & ſancto *Rumono* & abbati de **Taviſtok** & ejuſdem loci conventui & eorundem ſucceſſoribus, in puram & perpetuam elemoſinam, totam terram de **Weſtlydeton** cum omnibus ſuis pertinentiis, prout in carta feoffamenti quam *Willielmus* de *Bodbran* michi inde fecit plenius continetur. Tenendum & habendum dictis abbati & conventui de **Taviſtok** & eorum ſucceſſoribus totam prædictam terram cum ſerviciis liberorum hominum & ruſticorum & omnibus aliis pertinentiis ſuis in puram & perpetuam elemoſinam libere quiete pacifice & integre imperpetuum ſine aliquo retenemento michi vel alicui de meis impoſterum. Ita quod ego nec hæredes mei nec aliquis per me vel hæredes meos in prædicta terra de **Weſtlydeton** cum omnibus ſuis pertinentiis aliquod jus vel clamium habere vel clamare poſſimus nec aliquam fraudem imponere per quam dicti abbas & conventus vel eorum ſucceſſores moleſtentur vexentur vel graventur. Et ut hæc mea remiſſio & quieta clamantia rata ſtabilis & inconcuſſa permaneat imperpetuum, præſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, dominis *Reginaldo* de *Ferrariis*, *Hugone* de *Ferrariis*. *Roberto* le **Deneys** militibus; *Johanne* de *Bellomonte*, *Alano* de **Lydeton**, *H.* de **Keſtelwith**, *Petro* de **Doneſlond** clerico, & aliis, Data in craſtino ſancti *Marcæ* evangeliſtæ anno regni Regis *Edwardi* ſeptimodecimo.

Carta abbatis & conventus de redditu de **Weſtlydeton**.

Ibid. U*Niverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentem paginam inſpecturis* Robertus *permiſſione divina abbas* Taviſtochiæ *& ejuſdem loci conventus ſalutem in domino ſempiternam. Ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire, quod nos divinæ caritatis intuitu & pro ſalute animarum noſtrarum & omnium predeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & pro ſalute animæ domini* Odonis *le* Arcedeakne *militis damus & concedimus in augmentum elemoſinæ monaſterii noſtri imperpetuum totum redditum noſtrum de* **Weſtlydeton** *cum redditu molendini ibidem, ſalvis nobis homagiis & omnibus aliis ſerviciis dictorum tenentium noſtrorum loci prædicti integraliter recipiat, & per viſum noſtrum & Prioris noſtri & ſucceſſorum noſtrorum de prædicto redditu ſingulis annis emat & provideat ad opus pauperum Chriſti veſtimenta & calciamenta eiſdem die commemorationis animarum coram nobis in clauſtro noſtro fideliter & ſine dolo ſub periculo animæ ſuæ diſtribuenda quantum de prædicto redditu ſecundum verum valorem poterit comparari. Ita quod iſta elemoſina imperpetuum ut præmittitur ſit duratura. Elemoſinarius vero prædictus de prædicto redditu coram nobis & ſucceſſoribus noſtris ſingulis annis plenum compotum & apertum reddere teneatur cum fuerit requiſitus. Quicunque autem hanc noſtræ conceſſionis & donationis exilitatem auſu temerario infringere vel in alios uſus nitatur convertere, omnipotentis Dei & glorioſæ matris ejuſdem & omnium ſanctorum maledictionem ipſo facto incurrat, niſi prævia contritione & ſatisfactione condigna pœniteat de commiſſis manifeſte, & prædictam conceſſionem noſtram ad ſtatum ſuum redire faciat ordinatum. In cujus rei teſtimonium præſentem paginam ſigillorum noſtrorum munimine roboravimus. Data iiij. nonas Aprilis anno gratiæ MCC nonageſimo primo.*

Apropriatio eccleſiarum Tavyſtochiæ **Lamerton, Middelton, Northpiderwyn, Hatherlegh, Abbedeſham** & **Brentetorre**.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentem paginam inſpecturis *B.* Dei gratia *Exonienſis* epiſcopus ſalutem in domino. Noveritis quod nos monaſterii de **Tavyſtok** penſata paupertate, & dilectorum filiorum *Herberti* permiſſione divina, abbatis & conventus monaſterii prædicti petitione ſalubri ponderata, capituli noſtri legitimo accedente conſenſu eccleſiam ſancti *Euſtachii* de **Tavyſtok**, eccleſiam ſancti *Petri* de **Lamerton**, eccleſiam ſanctorum *Conſtantim* & *Ægidii* de **Middelton**, eccleſiam ſancti *Paterni* de **Northpiderwyne**, eccleſiam ſancti *Johannis Baptiſtæ* de **Hetherleigh**, eccleſiam ſanctæ *Helenæ* de **Abbedeſham**, eccleſiam ſancti *Michaelis* de *Rupe* cum omnibus pertinentiis ſuis prout ſcripta prædeceſſorum noſtrorum ſuper hiis confecta plenius teſtantur, prædicto monaſterio & monachis ibidem Deo ſervientibus divinæ caritatis intuitu damus appropriamus & præſenti ſcripto in perpetuam rei memoriam confirmamus. In cujus rei teſtimonium præſentibus ſigillum noſtrum una cum ſigillo autentico capituli noſtri apponi fecimus.

Bulla exemptionis & confirmationis omnium eccleſiarum & decimarum monaſterio de **Taviſtok**.

CEleſtinus *epiſſopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio* Herberto *abbati de* Taviſtochia *ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis imperpetuum. Commiſſæ nobis apoſtolicæ ſedis auctoritas nos hortatur. ut locis & perſonis ipſius auxilium devotione debita implorantibus tuitionis præſidium impendere debeamus, Quia ſicut injuſta poſcentibus nullus tribuendus eſt affectus, ſic & legitima & juſta deſiderantium non eſt differenda petitio. Eapropter dilecte in domino fili* Herberte *abbas tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium de* **Taviſtoch** *quod in honore beatæ* Mariæ *& ſancti* Rumoni *confeſſoris ædificatum eſſe dinoſcitur, ſub ejuſdem beatæ* Mariæ *& ſancti* Rumoni *confeſſoris & ſacroſanctæ* Romanæ *eccleſiæ, cujus juris exiſtit, tutela & proprietate tantum maneri cenſemus & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona tam eccleſiaſtica quam mundana idem monaſterium inpræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis Deo propicio poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam beatæ* Mariæ *& ſancti* Rumoni *confeſſoris de* **Taviſtok** *in qua ſedes abbatiæ exiſtit, cum eadem villa & mercato ejuſdem villæ & capellis & omnibus aliis pertinentiis ſuis.* **Middelton** *& eccleſiam ſancti* Conſtantini *confeſſoris in eadem villa conſtructam, cum omnibus pertinentiis ſuis.* Hatherlegam *cum eccleſia ſancti* Johannis Baptiſtæ *in eadem villa fundata & omnibus pertinentiis ſuis.* **Boryngton** *cum eccleſia ſanctæ* Trinitatis *in eadem villa ſita.* Lega *&* **Abbedyſham** *cum eccleſia ſanctæ* Helenæ *ibidem conſtructa.* **Werdegete, Ordleg, Auri, Torneburу**, Ruaburga, *& unam domum in civitate* Exoniæ, **Devenebury**, *& eccleſiam beatæ* Mariæ *ibidem fundatam.* Wella, Daggecumba, **Plymſtok, Raddon, Hundetorre, Odatrew, Savyok** *& eccleſiam beatæ* Mariæ *ibidem fundatam.* **Anton** *cum eccleſiis ibidem fundatis & pertinentiis ſuis,* **Rame, Tregrenon, Penhangar, Talcar; Wulrynton**, *cum matrice eccleſia ſancti* Paterni *& capellis ejuſdem villæ & omnibus ad eam pectantibus.* **Oskerewille, Pourton** *cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis vobis rationabiliter collatis. Infra inſulas etiam de* **Sully** *Inſulam ſancti* Nicholai, *Inſulam ſancti* Sampſonis. *Inſulam ſancti* Elidii, *Inſulam ſanctæ* Theonæ *virginis, & Inſulam quæ*

Ib. f.33.2

Nutho

Putho *vocatur, cum appendiciis ſuis, & omnes eccleſias & oratoria per omnes inſulas de* **Sully** *conſtructa cum decimis & obventionibus & aliis pertinentiis ſuis. Et duas beſcatas terræ in inſula de* **Aganas**, *& tres beſcatas terræ in inſula de* **Ennor**. *Eccleſiam quoque ſancti* Michaelis *de* Rocta *cum terris & redditibus ſuis, eccleſiam de* **Lamberton** *cum omnibus pertinentiis ſuis à domino fundi* W. Giffard *in puram & perpetuam eleemoſinam vobis & monaſterio veſtro collatam, & à bonæ memoriæ* B. Exonienſi *epiſcopo confirmatam, & de vobis ad mandatum de tribus pauperibus cotidie paſcendis & ad alia pietatis opera exequenda* J. *quondam* Exonienſis *epiſcopi aſſenſu aſſignatam. Eccleſiam quoque ſancti* Petri *de* **Montocranihton** *cum terra de* Nordecumba *& aliis pertinentiis ſuis.*

Obeunte verò te Herberto *nunc ejuſdem loci abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia vel violentia præponatur niſi quem fratres communi conſilio vel pars conſilii ſanioris ſecundùm timorem Dei & ſancti* Benedicti *regulam abſque ullius contradictione decreverint abbatem eligendum. Cuſtodiam etiam domus veſtræ, & rerum & poſſeſſionum veſtrarum diſpoſitionem in manibus veſtris donec veſtræ provideatur eccleſiæ manere cenſemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint niſi forte excommunicati vel interdicti ſint nullus obſiſtat. Salva tamen illarum eccleſiarum canonica juſticia à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Indulgemus etiam ut liceat vobis eccleſias veſtras cum vacaverint in hoſpitalitatis uſum in domo veſtra jugiter obſervandæ convertere, idoneos ad eas eligendo capellanos, qui dioceſano epiſcopo præſentati eidem de ſpiritualibus vobis verò de temporalibus debeant reſpondere. Ita quidem quod epiſcopus illos repellendi qui ſibi fuerint præſentati nullam prorſus habeat ſine cauſa rationabili poteſtatem.*

Sane novalium veſtrorum & eorum quæ propriis manibus aut ſumptibus excolitis ſive animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere aut extorquere præſumat, ſet potius vobis reſervatæ in uſus hoſpitalitatis convertantur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum nec epiſcopo fas ſit præfatum cœnobium temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſet omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; Salva ſedis apoſtolicæ auctoritate. Si verò aliquod ſcriptum vel privilegium contra hanc libertatem vobis & monaſterio veſtro à nobis indultam & præſentis privilegii auctoritate confirmatam aliquando apparuerit, eidem libertati nulla ratione præjudicet. Ad indicium autem hujus à ſede apoſtolica perceptæ libertatis tres aureos pro monaſterio beatæ Mariæ *& ſancti* Rumoni *confeſſoris prælibati nobis noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis exſolvetis. Si qua igitur infuturum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitu-[illegible]nis paginam ſciens contra eam temere venire [illegible]taverit, ſecundò terciove commonita ſi non ſa[illegible]tione congrua emendaverit, poteſtatis que [illegible]s ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio ixiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & in futuro apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Data* Laterani *per manum* Ægidii *ſancti* Nicholai *in carcere* Tulliano *diaconi cardinalis, iiij. kal. Junii ab incarnatione nativitatis dominicæ anno milleſimo centeſimo nonageſimo tertio pontificatus domini noſtri* Celeſtini *Papæ tercii anno tercio.*

Carta Roberti *de* Veteri-ponte.

Ibid. fol. 90.a.

NOverint omnes tam poſteri quam præſentes quoniam ego *Robertus* de *Veteri-ponte* conſilio amicorum meorum reddidi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Rumoni Taviſtochiæ* terram de *Wynemereſtona* liberam & quietam de me & fratribus meis & omnibus hæredibus meis bona voluntate & abſque omni fraude, ſicut illam quam pater meus & mater poſtea nullo jure ſuo niſi ſola permiſſione abbatum & conventus ejuſdem cœnobii ad tempus tenuerunt. Et pro hoc abbas & conventus dederunt michi decem marcas argenti fratribus meis & propinquis communionem beneficii & orationum ejuſdem eccleſiæ conceſſerunt. Me verò cum voluero in monachum recipere promiſerunt. Interim omni die qua præſens in villa *Taviſtochiæ* fuero & accipere voluero præbendam unius monachi ſecundùm hoc pactum michi daturi ſunt, Teſte *Alano* de **Furnell**, & *Guillielmo Buzone* Juſtic. domini Regis. Teſte etiam *Henrico* de **Pomerie**, & *Drogone* epiſcopi dapifero.

Carta *Roberti* filii *Baldwini*, de terra de **Paseford**.

Ib.fol.128.

N*Overint univerſi fideles Domini noſtri Jeſu Chriſti quod ego* Robertus *filius* Baldwini *filii* Gervaſii *divinæ correctionis evidenti virtute compulſus, reddidi Deo & monaſterio Dei genitricis beatiſſimæ virginis* Mariæ *& glorioſi confeſſoris Dei beati* Rumoni *&* B. *abbati* Taviſtochiæ *& conventui terram ſuam de* **Paseford** *quam per poteſtatem & voluntatem avunculorum meorum ſcilicet* Rogerii *filii* Remfredi *& magiſtri* G. *de* Conſtantino *ſigillarii domini Regis à præfato* B. *abbate* Taviſtochiæ *obtinui. Eandemque terram cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco & plano pratis & paſcuis ſicut egomet eam tenueram, memorato abbati & conventui* Taviſtochiæ *reſignavi, & quietam & abſolutam de me & omnibus meis imperpetuum clamavi pro mea meorumque ſalute præſertim patris mei & matris fratriſque mei* Johannis, *&* Agnetis *&* Hawys *ſororum mearum necnon & prædictorum avunculorum meorum. Hiis teſtibus,* Willielmo Giffard, H. Dalneto, G. Coſyn, Gilberto *de* Ferrariis, Rogero *de* Wycha, Fulcone Duenzport, Roberto *de* Crewabera, Rogero Ruby, Radulpho *capellano,* Ricardo *de* **Grindeham**,.... *filio* Pagani, *& multis aliis.*

Carta

Carta Regis Henrici *primi.*

Ib.fol.5 .b.. Vide cart. 13.E.1.n.8. Et cart. 22 E. 3. n. 38.

H Rex *Angliæ Willielmo* epiſcopo *Exoniæ* & *Ricardo* filio *Baldwini* vicecomiti, & omnibus fidelibus ſuis de *Deveneſira* & de *Cornubia* ſalutem. Volo & mando vobis & præcipio firmiter quod faciatis venire ad dominium eccleſiæ meæ de *Taviſtochia*, **Ruiberge** & **Cudilipe** quas *Wymundus Willielmo* fratri ſuo injuſtè tradidit. Et prohibeo ne aliquis præter monachos ipſas terras ampliùs teneat vel alias aliquas quæ de dominio eccleſiæ fuerunt, exceptis illis quas *Gaufridus* abbas dedit ad ſervicium militiæ. Et præcipio ut ipſa eccleſia mea habeat & teneat omnes terras & tenuras ſuas liberè quietè & integrè, & ne aliquis abbas ulteriùs aliquam diſtrahat vel alicui donet præter confirmationem meam & aſſenſum & totius capituli. Volo etiam & præcipio pro anima *Willielmi* Regis & mea, hundredum de *Tavyſtochia* liberum eſſe per ſe & quietum, ne in aliquo hundredo **Liſton** ſubjaceat aut reſpondeat. Et concedo ſicut per aliam cartam conceſſi mercatum eſſe omni die Veneris in villa *Tavyſtochiæ*, & nundinas ad feſtum ſancti *Rumoni* per tres dies. Et prohibeo ne aliquis emptor ſive venditor thelonium ſuum ſibi retineat qui illud in vicinis burgis vel civitatibus meis juſtè dare debeat. Teſtibus, *Radulpho* archiepiſcopo *Cantuariæ*, & *Willielmo* filio Regis, & *Roberto* comite de **Mellent**, apud **Odyham.**

Carta *Reginaldi* de *Ferrariis.*

Ib. fol. 153.b.

U*Niverſis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris* Reginaldus *de* Ferrariis *Dominus de* **Ber** *&* Iſota *de* Ferrariis *domina de* **Nyweton** *ſalutem in domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra nos conceſſiſſe viris religioſis abbati & conventui de* **Taviſtok** *& eorum ſucceſſoribus totam terram quam habuerint de dono magiſtri* Adæ *de* **Middelton** *in* **Cornwode**, *quietam ab omni diſtrictione pro homagio fidelitate vel ſervicio aliquo de* Auguſtino *de* Batonia *faciendo, uſque ad legitimam ætatem ejuſdem* Auguſtini, *cum ſerviciis liberorum hominum & ruſticorum, & cum omnibus aliis pertinentiis ad prædictam terram ſpectantibus. Ita videlicet quod prædicti viri religioſi Abbas & conventus de* **Taviſtok** *& eorum ſucceſſores faciant nobis & hæredibus noſtris vel aſſignatis omnia ſervicia debita & conſueta quæ hæredes dicti magiſtri* Adæ *de carne ſua procreati facere deberent ſi quos habuerit, In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigilla noſtra duximus apponenda. Data apud* **Nyweton** *in vigilia nativitatis beatæ* Mariæ *anno gratiæ milleſimo ducenteſimo octogeſimo.*

Carta Willielmi *de* Ferrariis.

Ib.fol. 155.a.

PAteat univerſis per præſentes quod ego *Willielmus* de *Ferrariis* recepi una cum executoribus domini *Reginaldi* patris, de religioſo viro *Roberto* permiſſione divina abbate de **Taviſtok** quinquaginta & ſeptem marcas & dimidiam quas idem dominus *R.* abbas de bonis prædicti Regis patris mei in cuſtodia ſua habuit, & quod de cætero dictum abbatem nec aliquem de ſuis de aliquibus bonis dicti patris nullo modò calumpniare potero in poſterum. In cujus, &c. Data apud **Taviſtok** die ſabbati proxima poſt feſtum Tranſlationis ſancti *Thomæ* Martyris anno regni Regis *Edw.* triceſimo quinto.

Carta de **Plympton. Plymſtoke.**

Ib. fol. 158. b.

SCiant omnes filii fideles ſanctæ matris eccleſiæ quod hæc conventio & ſpecialis fraternitas conſtituta eſt per *Walterum* abbatem *Taviſtochiæ* & totum ejuſdem eccleſie conventum & per *Ricardum* Priorem **Plimpton** & ejuſdem eccleſiæ conventum inter eccleſiam de **Taviſtok** & eccleſiam de **Plympton**, ut omnis lis & contentio & calumpnia removeatur inter eas imperpetuum ſuper capella de *Plymſtochia.* Ita quod ipſa capella libera & quieta & ſine omni calumpnia remaneat imperpetuum eccleſiæ de **Plimpton.** Eccleſia de **Plympton** debet facere plenarium ſervicium pro abbate de **Taviſtoke** defuncto ſicut conſtitutum eſt pro Priore ejuſdem eccleſiæ defuncto, & pro monachis defunctis ſicut pro ſuis Canonicis profeſſis defunctis. Abbas debet habere plenariam præbendam in refectorio **Plimpton** per totum primum annum obitus ſui, & monachi in prima die annunciationis obitus ſui. Simili modo Prior de **Plimpton** plenariam habebit præbendam in refectorio *Taviſtochiæ* per totum annum obitus ſui primum, & canonici prima die annunciationis obitus ſui. Cum monachi de *Taviſtochia* venerint hoſpitari ad **Plimpton** debent honorificè ſicut fratres familiares ſuſcipi in choro, in refectorio, in dormitorio cum omni diligentia & competenti famulatu. Simili modo canonici de **Plimpton** ad *Taviſtochiam.* Si autem domnus abbas & conventus *Taviſtochiæ* neceſſe habuerint vocare Priorem vel aliquos fratrum **Plimpton** ad capitulum ſuum, Prior vel fratres vocati venire debent ad vocationem ſuam. Si autem aliqua cauſa pro defendendo jure eccleſiæ de *Taviſtochia* pro aliquo alio magno negocio domnus abbas & conventus ejus præſentiam Prioris vel alicujus fratris canonici deſideraverit, Prior **Plimpton** vel canonicus ille cum domno abbate vel Priore *Taviſtochiæ* per omnem epiſcopatum *Exoniæ* in equis & ſumptibus ipſius Prioris perget. Si autem neceſſe fuerit extra epiſcopatum *Exoniæ* negocium domus *Taviſtochiæ* proſequi, Prior vel canonicus ejus qui vocatus fuerit, in equis Prioris & in ſumptibus abbatis cum abbate vel Priore ejus ibit. Cum autem capellanus ponendus fuerit in capellariam de *Plimſtocha*, domnus Prior **Plimpton**, pro reverentia domni abbatis & conventus ejus in quorum fundo eſt ſita ſupradicta capella, ducet eum ad *Taviſtochiam* coram abbate & conventu, & debet eis promittere domnus Prior & capellanus ſuus pro eo honorabile ſervicium Deo & ipſis, & ſalubre hominibus ſuis. Et ſi capellanus ille aliquid fecerit quod ſit corrigendum, dompnus Prior **Plimpton** debet illud corrigere: ſi autem capellanus incorrigibilis fuerit Priori, conſilio abbatis & Prioris corrigatur vel removeatur. Cum venerit aliquis monachorum ad **Plimſtoch**, capellanus Prioris adminiſtrabit

miniſtrabit eis liberum introitum in capellam & candelam ad cœnam & ad mututinas & ad ſervicium in capella.

Recognitio Prioris de **Plympton** domui de **Taviſtoke**.

Ibid. IN *Dei nominè* Amen. *Anno gratiæ ejuſdem ſecundum curſum eccleſiæ* Anglicanæ MCCC. *quarto, indictione iiij. die Veneris proxima poſt feſtum ſancti* Clementis *Papæ in quodam clauſo juxta curiam Rectoris eccleſiæ de* **Bikeleghe** *in parte boriali ejuſdem curiæ, in præſentia mei notarii & teſtium infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter rogatorum, religioſus vir* Johannes *Prior de* **Plympton** *ordinis ſancti* Auguſti Exonienſis *dioceſis, quamdam confeſſionem pure ſponte & abſolute emiſit ſub eo qui ſequitur tenore verborum,* Ego Johannes *Prior de* **Plimton** *pro me* & *ſucceſſoribus meis ex certis & legitimis cauſis pro utilitate Prioratus mei antedicti fateor me teneri, meque ſucceſſores meos futuris temporibus velle obligari religioſo viro* Roberto *Dei gratia abbati monaſterii de* **Taviſtok** *ordinis ſancti* Benedicti *dictæ dioceſis ejuſque ſucceſſoribus, ad quamcumque vocationem dicti abbatis ſuorumque ſucceſſorum per totam dioceſim* Exonienſem *antedictam venire & ſumptibus Prioratus meï de* **Plympton** *patrocinium conſilium & auxilium quod ſcivero & potero eidem abbati & ſuis ſucceſſoribus impendere, extra verò dictam dioceſim ubicumque ſumptibus dicti abbatis competentibus & equis meis propriis hoc idem facere promitto. Præterea in quocumque adventu dicti abbatis ſuorumque ſucceſſorum ad manerium ſuum de* **Plymſtoke** *teneor & teneri volo pro me & ſucceſſoribus meis eidem abbati ſuiſque ſucceſſoribus in ſex panibus albis, duabus lagenis vini & quinque candelis ceræ ex cauſis ut præmittitur legitimis. Inſuper quandocunque humanitus contigerit de abbate de* **Taviſtok**, *unoque de monachis dicta domus in abbatem electo aut aliunde poſtulato, teneor & teneri volo invenire eidem electo unum Palefredum decentem cum garcione ad opus dicti electi per omnes curias & loca in quibus idem electus pro confirmatione ſua habenda negociari habet, uſque in diem inſtallationis ſuæ canonicæ. Item fateor me teneri præſentare idoneum capellanum ad eccleſiam de* **Plymſtoke** *religioſo viro abbati de* **Taviſtok** *ejuſque ſucceſſoribus ſingulis annis in feſto ſancti* Michaelis *apud* **Taviſtok**. *Quæ omnia & ſingula idem abbas & ſui prædeceſſores a tempore quo non extat memoria canonice poſſidebant. Propter quorum per aliqua tempora ſubtractionem ego* Johannes *Prior antedictus viginti dolia vini eidem abbati vadiavi, de quibus idem abbas ex gratia ſua quinque dolia vini remiſit. Ita quod de quindecim doleis vini eidem abbati pro libito voluntatis ſuæ ſatisfacere teneor. Emiſſa fuit iſta confeſſio anno indictione die & loco ſupradictis, præſentibus* Petro *Dei gratia abbate* Buffeſtrenſi *&* Galfrido *eadem gratia abbate* Boklondiæ *ordinis* Ciſtercienſis. *Dominis* Reginaldo *de* Ferrariis *&* Andrea *de* **Trelosk** *militibus,* Johanne *de* **Bytelesgate**, Johanne *de la* **Torre**, Willielmo *de* **Miweton**, *magiſtris* Johanne *de* **Coleppytte** *&* Roberto *de la* **Pytte**, Willielmo *de* Bokelandia, Johanne *de* **Okkereſwylle** *&* Johanne *de* **Pennenten** *teſtibus, ut præmittitur, ad hæc vocatis & rogatis.*

Et ego Robertus *de* Pulhorman *clericus,* Exonienſis *dioceſis antedictæ, emiſſioni dictæ confeſſionis una cum teſtibus antedictis interfui, omniaque & ſingula prænotata fieri vidi & audivi, meoque ſigno conſueto ſignavi rogatus ut notarius ſacroſancti* Romani *Imperii auctoritate autenticus.*

Relaxatio Willielmi Eggecumb *de terra in parco de* **Iniſlegh**.

Ibid. fol. 181. b. SCiant præſentes & futuri quod ego *Willielmus Eggecumbe* de **Cotehele** dedi conceſſi remiſi relaxavi & omnino pro me & hæredibus meis aut aſſignatis imperpetuum quietum clamavi *Stephano* abbati monaſterii *Taviſtochiæ* & ejuſdem loci conventui totam terram meam jacentem infra parcum prædictorum abbatis & conventus de **Inneſlegh** in manerio prædictorum abbatis & conventus de **Midelton** cum foſſatis & pertinentiis ſuis. Habendum & tenendum totam prædictam terram cum foſſatis & pertinentiis prædictis abbati & conventui & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Ita quod nec ego prædictus *Willielmus Eggecumbe* nec hæredes mei nec aſſignati nec aliquis nomine noſtro aliquod jus vel clamium juris in prædicta terra aut in foſſatis ſeu in pertinentiis ſuis habere exigere aut vendicare poterimus impoſterum. Et ego vero prædictus *Willielmus Eggecumbe* & hæredes mei totam prædictam terram cum foſſatis & pertinentiis ſuis præfatis abbati & conventui & ſucceſſoribus ſuis contra omnes gentes tenemur warantizare acquietare & defendere imperpetuum. In cujus rei teſtimonium huic præſenti cartæ ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, *Roberto Langebroke, Willielmo Maynard, Roberto Stephene, Johanne Vantard, Henrico* **atte Combe** & aliis. Data apud **Cotehele** die lunæ proxima ante feſtum ſancti *Clementis* Papæ anno regni regis *Ricardi* ſecundi poſt conqueſtum *Angliæ* ſecundo.

Donatio facta abbati de **Taviſtok** de **Wyke-D'abernon**.

Ibid. fol. 210. a. SCiant *præſentes & futuri quod ego* Johannes D'abernon *de* **Bradeford** *dedi conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo* Ricardo *abbati monaſterii ſancti* Rumoni *de* **Taviſtok** *& monachis ibidem Deo ſervientibus totum manerium meum de* **Wyke** *juxta* **Brentatorre**, *ut in meſuagiis columbariis molendinis terris pratis boſcis communis paſturis eſtoveriis boſci redditibus, & omnibus ſervicis omnium tenentium meorum ibidem, tam liberorum quam villanorum, cum revercionibus omnium terrarum quæ de me tenentur in manerio prædicto in feodo talliato vel ad terminum vitæ, una cum redditu in toto ſervicio* Laurencii *de* **Holywylle** *cum omnibus terris & tenementis quæ de me tenet in* **Holywylle**, *una cum reverſione eorundem tenementorum cum acciderit, & cum omnibus aliis ſuis libertatibus* *juribus & pertinentiis ſuis. Habendum & tenendum totum manerium prædictum cum omnibus ſuis pertinentiis prænominatis cum redditibus ſerviciis reverſionibus communis paſturis eſtoveriis boſci & omnibus aliis pertinentiis ſuis Deo, præfatis abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et ego prædictus* Johannes D'abernon *& hæredes mei totum manerium prædictum cum omnibus ſuis pertinentiis redditibus ſerviciis reverſionibus communis paſturis eſtoveriis boſci* & *omnibus pertinentiis ſuis Deo præfatis abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus contra omnes gentes warantizare tenemur imperpetuum. In cujus rei teſtimonium huic præſenti cartæ meæ ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus,* Johanne *de* **Ferrers**, Waltero Wodlond, Johanne *de* **Kelly**, *militibus*, Rogero Pyperel, Ricardo Mewy *& aliis. Data apud* **Wyke** *viceſimo octavo die Maii anno regni Regis* Edwardi *tertii a conqueſtu* Angliæ *viceſimo ſexto, &* Franciæ *terciodecimo.*

Carta Regis Henrici *de Inſulis de* Sullya.

Ib.fol.3. a. HEnricus Rex *Anglorum Willielmo* epiſcopo *Exceſtriæ* & *Ricardo* filio *Baldwini* & Juſticiæ ſuæ de *Deveneſira* & *Cornegallia* ſalutem. Sciatis me dediſſe in perpetuam elemoſinam *Oſberto* abbati & eccleſiæ de **Taviſtok** & *Turoldo* monacho ſuo omnes eccleſias de **Sullye** cum pertinentiis ſuis, & terram ſicut unquam monachi aut hæremitæ melius eam tenuerunt tempore Regis *Edwardi*, & *Burgaldi* epiſcopi *Cornegalliæ*. Et volo & præcipio quod ipſe *Turoldus* & omnes monachi de **Sully** ſicut proprii præbendarii mei habeant firmam pacem cum omnibus quæ ad eos pertinent. Et prohibeo ne aliquis ullo modo eis noceat aut ullam injuriam faciat. Quod ſi quis præſumpſerit, corporis ſui membrorumque ſuorum dampnum ſuſtineat. Teſtibus, *Radulpho* archiepiſcopo *Cantuariæ* & *Turſtano* archiepiſcopo *Eboraci*, & *Willielmo* epiſcopo *Wyntoniæ*, & *Roberto* epiſcopo *Lincolniæ*, & *Ricardo* epiſcopo *Londonii*, & *Ranulpho* cancellario, & *Roberto* comite de **Mellent**, & *Nigello* de *Albineio*, Apud *Bornam* in tranſitu.

Confirmatio Reginaldi *filii Regis comitis* Cornubiæ, *de eodem & de wrecco.*

Ibid. REginaldus Regis filius comes *Cornubiæ* omnibus baronibus ſuis & ballivis ſuis *Cornubiæ* & **Sully** ſalutem. Sciatis me pro anima *Henrici* Regis patris mei & mea, & pro carta ipſius quam vidi, conceſſiſſe & confirmaſſe in liberam & perpetuam elemoſinam monachis de **Sully** ſicut propriis præbendariis patris mei omne **wrec** quod in inſulis quas ipſi totas tenent advenerit præter cetum & navem integram, hoc eſt, in **Rentemen** & **Murcho** & inſula ſancti *Elidii* & ſancti *Sampſonis* & ſanctæ *Teonæ*. Et prohibeo ſuper foriſfactum meum ſicut prohibuit pater meus per cartam ſuam, ne quis eis aliquam injuriam faciat aut moleſtiam. Quoniam nolo ut de aliquo tenemento ſuo in **Sully** aut libertate vel conſuetudine quam eis conceſſi alicui amodo intendant niſi michi & abbati *Taviſtochiæ*. Teſte, *Radulpho* de *Boſco-Roardi*, Apud *Doreceſtriam*.

Confirmatio B. *epiſcopi* Exoniæ *de decimis de* **Sully**.

Ib. fol. 24. OMnibus fidelibus ad quos præſens ſcriptura pervenerit *B.* divina miſeratione dictus epiſcopus *Exoniæ* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra me vidiſſe & legiſſe cartam *Ricardi* de *Wicha* in qua confitetur ſe conceſſiſſe & in liberam ac perpetuam elemoſinam dediſſe omnes decimas ſuas de **Sully**, & nominatim de cuniculis quas injuſtè aliquamdiu detinuerat, eo quod de rebus hujuſmodi decimas dandas eſſe non putavit, abbati & conventui *Taviſtochiæ* & fratribus monaſterii beati confeſſoris *Nicholai* de **Sully**, pro ſalute animæ ſuæ & parentum ſuorum necnon & *Reginaldi* quondam comitis *Cornubiæ* domini ſui. Et hanc donationem ſuper altare beati *Rumoni Taviſtochiæ* per librum evangeliorum manu propria obtuliſſe in præſentia *B.* abbatis & conventus ejuſdem loci & multorum aliorum. Quoniam autem tam monaſterium *Taviſtochiæ* quam tota terra prædicti *Ricardi* de **Sully** ad meam pertinet dioceſim, ego ſicut epiſcopus dioceſanus prænotatam ipſius *Ricardi* donationem auctoritate epiſcopali præſenti ſcripto, & ſigilli mei, ſicut eam quam gratam & ratam habeo, appoſitione confirmo. Hiis teſtibus, B. archidiacono *Cornubienſi*, *M.* Priore **Plympton**, *Roberto* de *Anc. Petro* filio *Ricardi*, *Johanne Taviſtoch*, *Petro Pic. Willielmo Lumb. Johanne Walenci*, *Radulfo* de **Ciſſe**, *Waltero* de *Camera*, & *Radulpho*, & multis aliis.

Literæ protectionis pro Priore S. Nicholai *infra inſulam de* **Sully**.

Ib.f. 11. a. EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ* dominus *Hiberniæ* & *Aquitanniæ* univerſis & ſingulis ducibus comitibus baronibus admirallis militibus majoribus vicecomitibus magiſtris & marinariis navium ballivis miniſtris ac aliis amicis & fidelibus & ſubditis ſuis quibuſcumque ad quos præſentes literæ pervenerint ac conſtabulario caſtri in inſula de **Enmour** in **Sully** qui nunc eſt vel qui pro tempore fuerit ſalutem. Monſtravit nobis dilectus nobis in Chriſto Prior Prioratus ſancti *Nicholai* in Inſula de **Sully** qui per progenitores noſtros quondam reges *Angliæ* fundatus & de patronatu noſtro exiſtit, ac de poſſeſſionibus pro ſuſtentatione ſua & monachorum ac capellanorum ſecularium ibidem Deo deſervientium & pro animabus ipſorum progenitorum noſtrorum & ſalubri ſtatu noſtro ac hæredum noſtrorum dum vixerimus & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus preces aſſiduas Deo fundendo dotatus fuiſſet, & Prioratus prædictus per frequentes acceſſus marinariorum navium univerſarum regionum per ipſam inſulam tranſeuntium defectu tuitionis in tantum deſtructus & depauperatus exiſtat, quod dictus Prior rationabilia onera eidem Prioratui incumbencia ſupportare non ſufficit, & ſuas preces & devotiones ac alia pietatis opera quæ pro nobis & dictis progenitoribus & hæredibus noſtris ibidem fieri ſolebant in multum ſubtrahuntur & plus ſubtrahi formidatur, niſi ſibi de alio remedio per nos provideatur. Unde nobis ſupplicavit ut dictum Prioratum contra hujuſmodi malefactores tueri velimus & defendere. Nos ſupplicationi prædictæ annuentes gratioſè ſuſcepimus ipſos Priorem, Prioratum, monachos, capellanos, ac homines ſervientes, poſſeſſiones, & res ſuos quoſcumque in protectionem & defenſionem noſtras ſpeciales. Et ideo vobis fidelibus & ſubditis noſtris mandamus vobiſque amicis, quatinus ipſos Priorem Prioratum monachos capellanos homines ſervientes poſſeſſiones & res ſuos quoſcumque ſicut prædictum eſt manuteneatis protegatis & defendatis, Non inferentes eis vel ab aliis inferri permittentes injuriam moleſtiam dampnum inquietationem impedimentum aliquod ſeu gravamen. Et ſi quid eis foriſfactum fuerit vel injuriatum, id eis ſine dilatione debitè reformare faciatis & emendari. Et tu prefate conſtabularie eiſdem Priori monachis capellanis hominibus & ſervientibus ſuper reformatione quarumcumque injuriarum ſibi de cetero in hac parte inferendarum, poſſe tuo auxilians ſis & intendens, eoſque ſimiliter manuteneas & protegas in forma prædicta. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte me ipſo, Apud *Weſtmonaſterium* xxviij. die Octobris anno regni noſtri quadrageſimo primo.

Quod abbas de **Taviſtoke** *ſit unus de ſpiritualibus dominis Parliamenti.*

Pat.5 H. 8. part.2. m.22.

REx omnibus ad quod &c. ſalutem. Sciatis quod certis conſiderationibus nos ſpecialiter moventibus; Et ob ſpecialem devotionem quam ad beatam virginem *Mariam* matrem Chriſti, ſanctumque *Rumonem* in quorum honore abbatia de **Taviſtoke**, quæ de fundatione nobilium progenitorum noſtrorum, quondam regum *Angliæ* & noſtro patronatu, dedicata exiſtit, gerimus & habemus. Hinc eſt, quod de gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa ſcientia & mero motu noſtris, volumus eandem abbatiam ſive monaſterium noſtrum gaudere honore, privilegio, ac libertatibus ſpiritualium dominorum Parliamenti noſtri, hæredum & ſucceſſorum noſtrorum. Ideo conceſſimus, & per præſentes concedimus, pro nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris quantum in nobis eſt, dilecto nobis in Chriſto *Ricardo Banham* abbati de **Taviſtoke** prædicto, & ſucceſſoribus ſuis, ut eorum quilibet, qui pro tempore ibidem fuerit abbas, ſic & erit unus de ſpiritualibus & religioſis dominis Parliamenti noſtri hæredum & ſucceſſorum noſtrorum, gaudendo honore privilegiis, ac libertatibus ejuſdem. Et inſuper de uberiori gratia noſtra, affectans utilitatem dicti monaſterii noſtri, conſiderando ejus diſtanciam, ita quod ſi contingat aliquem abbatem, qui pro tempore fuerit, fore vel eſſe abſentem propter prædicti monaſterii utilitatem in non veniendo ad Parliamentum prædictum, hæredum vel ſucceſſorum noſtrorum iſtam quidem abſenciam eidem abbati pardonavimus per præſentes: Ita tamen quod tunc ſolvet pro hujuſmodi abſentia cujuſlibet Parliamenti integri in noſtro ſcaccario, ſuum per attornatum, quinque marcas nobis, hæredibus ſive ſucceſſoribus noſtris, totiens quotiens hoc in futurum contigerit. In cujus &c. Teſte rege, Apud *Weſtm*, xxiij Januarii.

De Tranſlarione Monachorum à *Theotford*, ad *Norwicum*,

[Reſpice pag.413.

Ex Hiſt. eccleſiæ *Norwic.* M S in bidl. *Bodl.* [8.8.16.] in archivis *Laudanis*.fol·2. 2.

OBiit piæ memoriæ *Herbertus* epiſcopus, qui *Normannia* in pago *Oximenſi* natus, *Fiſcanni* monachus, poſt ejuſdem loci Prioratum ſtrenuè adminiſtratum, tranſlatus in *Angliam* a rege *Willielmo* qui ſecundus a *Normannis Anglorum* optinuit imperium, & *Rameſie*, abbatis jure prælatus eſt: Unde poſt exactum triennium, ad *Orientalium Anglorum* epiſcopatum electus & conſecraeus eſt. Erat quippe vir omni literarum, tam ſecularium quam divinarum imbutus ſcientia, facundia incomparabilis, venuſtus corpore, jocundus aſpectu, ut ſolo viſu plerumque à neſcientibus quod eſſet epiſcopus deprehenditur. Mentis quippe gratia radiabat in vultu, & morum tranquillitas corporis officia ſuo famulatui ſubigebat, fide integer, ſpe erectus; quicquid agebat, quicquid loquebatur ſapientia diſponebat, confirmabat veritate, caritate ſaporabat, temperabat modeſtia, & miſericordia bonum cujus maximè viſceribus affluebat, ſupponebat judicio ut eandem ipſe conſequi mereretur. Vir igitur prudentis conſilii, vagæ ſedis non ferens injuriam quæ nunc in vico quæ **Elmham** dicitur, in ſacello ligneo, nunc vero apud *Teodfordenſe* oppidulum in alienæ poſſeſſionis eccleſia, ſive in aliis quibuſlibet locis pro ſingulorum epiſcoporum liqitu habebatur: multa ſibi locum *Norwici* comparavit pecunia. Primum a regibus *Willielmo* ſecundo, & *Henrico*: deinde ab ipſius loci civibus, in quo, in S. *Trinitatis* nomine incepit, & majori ex parte perfecit eccleſiam, congregatiſque in ea lx. & eo amplius monaſticæ diſciplinæ viris, ibidem tam ſibi quam ſucceſſoribus ſuis epiſcopalem cathedram collocari, & perpetuo conſervari à domino *Paſchali* Papa obtinuit. Monachorum quoque paci conſulens & ſecuritati, oblationes eccleſiæ, ab omnium exactione liberans monachorum eſſe omnino cenſuit eorum uſibus omnimodis profuturas, ſed & poſſeſſiones diſcrevit, quarum partem non modicam, tam a rege *Henrico* quam a ceteris fidelibus, ipſius regis aſſenſu, multo labore & pretio adquiſierat, ut liquido conſtaret quæ monachorum, quæque epiſcopalibus uſibus deſervirent, Nec parum in hoc quoque vir ſagacis ingenii providit poſteritati, quod hinc monachorum inde epiſcopales ſeorſim conſtituit officinas, ne popularis frequentia, quâ epiſcopus carere non poteſt, monaſticæ paci inquietudinem generaret, manifeſtis declaravit indiciis, quam ſtudioſus religioſæ traditionis æmulator exiſterit. Nec prius deſtitit quam conſtitutionem ſuam apoſtolicæ, & regie auctoritatis privilegiis confirmaret, apoſtolici anathematis mucrone feriendum obtinens, ſi quis monachos expellere, vel temere vexando fatigare, vel eorum bona auferre, minuere, retinere molire͡tur. Præterea ut ſanctorum ſibi patrocinia compararet, alias præclari operis conſtituit eccleſias; Primam in colle qui epiſcopali eccleſiæ, interjecto flumine, imminet. Secundam, *Norwici*, in curia epiſcopi. Tertiam apud **Elmham**. Quartam apud *Lenniam*. Quintam apud *Jernemutam*; quas omnes, perpetuo jure, monachorum dominio ſtabilivit. Felix religioſorum collectio, ſi tali ei paſtore diutius uti licuiſſet. O dira o miſera mortalium conditio, ea citius deperire quæ nobis diutius conſtare præoptamus. O diem omnium lachrymarum fonte plangendam, æternis dampnandam tenebris, quæ mundum tanti viri præſentia viduavit. Obiit enim *Herbertus* epiſcopus, vir per omnia catholicus, æternam ſui nominis memoriam relinquens, multoque omnium comprovincialium dolore, ſepultus eſt in ipſa epiſcopali eccleſia, quam ipſe ſtabilierat; poſſeſſionibusque, libris, & diverſi generis ornamentis ditaverat, ante dominicum altare in ſarcophago tanti viri humatione digno.

Tranſiit autem ab incarn. Domini MCxix. pontificatus ſui xxix. xj. kal. Auguſti, ſub rege *Henrico* præſidente Romanæ eccleſiæ dompno Papa *Gelaſio*. Regnante domino noſtro Jeſu Chriſto, cui cum patre & ſpiritu ſancto ſit honor & gloria in ſecula ſeculorum. *Amen.*

[Reſpice pag. 535. col. 1]

Stoke-Clarenſis *Prioratus in agro* Suffolcienſi.

Conceſſio Ricardi *comitis de* Clara *de ermitagio de* **Standune** *facta monachis de* **Stokes**.

Ex regiſtro *de Stoke* juxta *Clare* in bibl. *Cotton.* n. 38.

REverentiſſimo patri ſuo *Gilberto* Dei gratia *Lundonenſi* epiſcopo, & *Radulfo* de **Dre** archidiacono., & *Roberto* de *Aldeberia* decano, & toti clero epiſcopatus *Londonenſis*, & univerſis Chriſti fidelibus, *Ricardus* de *Clara* comes *Hertfordiæ* ſalutem. Notum ſit vobis me, conſilio baronum & hominum meorum, conceſſiſſe & in perpetuam elemoſinam dediſſe pro ſalute mea & omnium parentum meorum, ermitagium de *Standona* quod *Willielmus* incluſus edificaverat, monachis meis de **Stokes**, ut illi ibidem obſequium divinum in honorem beati *Michaelis* archangeli, & beati *Johannis* Baptiſtæ & ſancti *Johannis* Evangeliſtæ & omnium ſanctorum, pro me & omnibus meis, imperpetuum ſtudeant celebrare, ſalvo per omnia jure & pace & quiete ipſius *Willielmi* incluſi dum vixerit. Quare volo (&c.) Teſtibus *Ricardo* de **Clare** fratre comitis *Rogerſi*, *Hamone Peccatum*, *Roberto* filio *Hunfridi*, *Hugone* de **Clapell.** & aliis.

Amicia comitiſſa de **Clare**, *qualiter fecit conſtrui hoſpitale apud Suberi, & de terris quas eidem donavit.*

Ib. nu. 63.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quod præſens ſcriptum pervenerit, *Amicia* filia *Willielmi* comitis *Glouceſtriæ* jam dicta comitiſſa de **Clare** ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra me conſtruxiſſe quandam domum hoſpitalem in villa *Suberiæ* in feodo meo proprio & libero maritagio meo, ad ſuſtentationem pauperum, in honore domini noſtri *Jeſu Chriſti* & beatæ *Mariæ* virginis & matris ejus, pro animabus patris & matris meæ, & pro ſalute animæ meæ & *G.* filii & hæredis mei & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Ad cujus hoſpitalis ſuſtentationem conceſſi & dedi omnem decimam partem cujuſlibet utilitatis molendinorum meorum de *Suberio*, ſive fuerint in manu mea, ſive ad firmam; & quinque acras terræ de dominico meo jacentes in longitudine juxta viam quæ ducit ad ſanctum *Eadmundum* inter terram *Abrahæ* & terram *Thomæ* fil. *Elinaldi*; & unam acram prati quæ fuit *Ordiveri*, & unam acram paſturæ in **Kingeſmarris**, & præter acram illam, paſturam ad quatuor vaccas & viginti oves in **Kingeſmars**, in **Portmaneſcroft**. Et totam terram quæ fuit *Simonis le* **Ganter**, & domum quæ fuit *Walteri* leproſi, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſervicio & conſuetudine & exactione ſeculari erga me & hæredes meos & erga omnes homines. Volo enim prædictam elemoſinam tam liberam eſſe ſicut aliqua liberior eſt aut eſſe poteſt. Ita etiam quod nec ego nec hæredes mei poterimus aliquem hominem in prædictam hoſpitalem domum ponere ſine conſenſu & communi conſilio proborum hominum de *Suberia*. Præterea concedo & confirmo omnes rationabiles elemoſinas ſive in terris ſive in redditibus quas homines in feodo caritative prædicto hoſpitali appoſuerunt vel apponent, ut prædicto hoſpitali & habitantibus, in eo libere & pacifice permaneant inp-erpetuum. Ego autem *Amicia* & hæredes mei acquietabimus prædictam domum & prænominatas poſſeſſiones quas ei dedi, ab omni auxilio & exactione forinſeci ſervicii erga dominum regem & quemlibet alium. Igitur ut hæc mea conceſſio & donatio ſtabilis & firma permaneat imperpetuum, eam preſenti ſcripto & ſigilli mei appoſitione roboravi. Teſtibus hiis, *Johanne* de **Cornerd**, *Ricardo* de **Gosfeld**, *Philippo* de **Harder**, *Ricardo* perſona de *Bellocampo* & aliis.

Donatio & confirmatio Amiciæ *comitiſſæ de* **Clare** *facta monachis de* **Stoke** *de toto meſuagio ſancti ſepulchri, cum xii. acris terræ & una acra prati & de multis aliis in eodem comitatu.*

64.

OMnibus Chriſti fidelibus has literas viſuris & audituris *Amicia* comitiſſa de **Clare** filia *Willielmi* **comitis** *Glouceſtriæ* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod ego caritatis intuitu &

& pro ſalute animæ meæ & animarum *Gilberti* filii mei & omnium anteceſſorum meorum, in ligia poteſtate & viduitate mea dedi & conceſſi & præſenti carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſancti *Johannis* Baptiſtæ de **Stoke** & monachis ibidem Deo ſervientibus, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam ſicut liberius & melius elemoſina poteſt dari, totum meſuagium ſancti *Sepulchri* cum omnibus pertinentiis ſuis in villa de *Suberia*; ſcilicet cum octo acris terræ quæ jacent juxta terram *Abrabæ* verſus **Holgate**, & duabus acris terræ apud **Holgate** juxta crucem lapidis, & una acra terræ quæ fuit *Petri Brawod*, & una acra terræ in campo qui vocatur **Hinefeld**. Et unam acram prati in prato de **Holgate**, & cum viginti ſolidis & novem denariis annui redditus in villa de *Suberia*; ſcilicet de meſuagio quod fuit *Walteri Longi* duos ſolidos. De meſuagio *Senaræ* filii *Simonis* juxta domum ſancti *Sepulcri* tres denarios & obolum. De meſuagio *Edithæ Pikelote* duos ſolidos. De meſuagio *Willielmi le* **Freke** ſexdecem denarios. De *Willielmo* de *Venella* pro una placia apud ſanctum *Bartholomeum* duos denarios. De hæredibus *Walteri Lif* de una placia juxta meſuagium *Willielmi Freke* quatuor denarios. De *Rogero* de **Norwiz** de quadam terra in **Alwarelane**, duodecim denarios. De eodem de una placia retro meſuagium *Jerke* filii *Echelwoldi* ſex denarios. De *Thoma Littelute* de meſuagio quod fuit *Thomæ* Parvi presbiteri octodecim denarios. De meſuagio *Alexandri Gillot* ſexdecim denarios. De hæredibus *Roberti Blundi* pro uno meſuagio juxta crucem verſus curiam ſex denarios. Et de una placia ibidem duos denarios. De *Willielmo Turtel* pro uno meſuagio juxta meſuagium *Johannis* de *Porta* quatuor denarios. De *Warino* clerico pro quadam terra retro meſuagium *Hobbæ Hereward* tres denarios. De hæredibus *David* filii *Thomæ* pro meſuagio juxta meſuagium *Waletri* aurifabri viginti duos denarios & obolum. De meſuagio *Walteri* aurifabri ſeptem denarios & obolum. De vidua *Alexandri* præpoſiti pro meſuagio ſuo tredecim denarios & obolum. De heredibus *Ricardi* filii *Alexandri* & *Adæ* filii *Alexandri* duodecim denarios. De *Hugone* filio *Ricardi* de una placia apud **Fenbrege** ſex denarios. De *Radulfo* de *Ponte* pro uno prato decem denarios. De hæredibus *Rogeri le* **Manant** pro quodam prato in **Holm** quatuor denarios. De *Ricardo Pikere* pro meſuagio *Henrici Crec* viginti denarios. De *Alano Cobbe* pro una ſoppa quatuor denarios. De *Simone le* **Maſun** pro meſuagio ſuo juxta domum ſancti *Sepulchri* tres denarios. De *Silveſtro* capellano pro uno meſuagio juxta pontem duos denarios. De *Cecilia* filia *Eilrici* pro meſuagio ſuo quatuor denarios. Et pontem de *Suberia*. Et præterea quinque marcatas redditus annui percipiendas de tholoneo de *Suberia* ab eo quicumque pro tempore illud tenuerit. Ad quatuor terminos anni, ſcilicet ad feſtum S. *Michaelis* ſexdecim ſolidos & octo denarios. Et ad natale domini ſexdecim ſolidos & octo denarios, & ad paſcha ſexdecim ſolidos & octo denarios, & ad feſtum ſancti *Johannis* Baptiſtæ ſexdecim ſolidos & octo denarios. Et præterea duodecim acras terre in manerio meo de **Etheham** que vocatur **Sewardeſtede** cum pertinentiis ſuis. Et ego *Amicia* & hæredes mei warantizabimus prædictæ eccleſiæ de **Stokes** & ejuſdem loci monachis prædictum meſuagium cum pertinentiis ſuis & prædictum redditum & prædictum pontem & omnes prædictas terras & prædictum pratum ſicut liberam & puram elemoſinam inperpetuum contra omnes gentes. Et ut hæc mea donatio & conceſſio rata & ſtabilis inperpetuum perſeveret, præſens ſcriptum ſigilli mei appoſitione roborari feci. Hiis teſtibus, domino *Stephano* capellano, domino *Silveſtro* capellano & aliis.

Confirmationes T. Cantuarienſis *archiepiſcopi de omnibus decimis redditibus eccleſiis in archiepiſcopatu, ut in ea continetur.*

136.

T. Dei gratia *Cantuarienſis* archiepiſcopus *Anglorum* primas & apoſtolicæ ſedis legatus epiſcopis & univerſo clero & populo per *Angliam* conſtitutis ſalutem. Paci & utilitati fratrum religioſorum in omnibus ſecundum rationem pro poſſe ſtudere & providere ipſa nos injuncti nobis officii epiſcopalis ſollicitudo & cura hortatur & compellit. Sanctorum igitur anteceſſorum noſtrorum exemplo & auctoritate provocati & corroborati, donationes & elemoſinas quæ preſenti ſcripto notantur, eccleſiæ ſancti *Johannis* Baptiſtæ de **Stoke** & monachis ibi Deo ſervientibus pertinentes in manu & protectione noſtra ſuſcipimus & ſigillo noſtro munimus, & ut inperpetuum illibata ſibi permaneant cenſemus & præcipimus.

Anno ab incarnatione domini milleſimo nonageſimo *Gilbertus* de *Clara* filius *Ricardi* filii *Gilberti* comitis *Brioniæ* dedit eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Beccenſi* & monachis in ea Deo ſervientibus eccleſiam ſancti *Johannis* de *Clara* cum omnibus quæ ad eam pertinent in præbendis, in decimis, in ſilvis, in vineis, in terris, in aquis, jure perpetuo poſſidendam in ſubjectionem abbatum qui in *Beccenſi* eccleſia præerunt. Dedit eciam eis ſeptem præbendas à bonæ memoriæ *Elurico* filio *Wiggari* temporibus *Eadwardi* regis inſtitutas; ſcilicet prebendam *Alwini* quæ continet terram de **Brochol**, & totam decimam de dominico de *Hunedena*. Et prebendam *Willielmi* filii *Alboldi* quæ continet eccleſiam *de Gaiſleia*, & capellam de **Benteford**, & totam decimam de **Deſeinge**, & totam decimam de molendinis de **Cavenham**, & unum miliarium & dimidium anguillarum apud *Lachingebeiam*, & terram de **Boctune**. Et præbendam *Rengerii* de *Londoniis* quæ continet eccleſiam de **Taſtede**, & totam decimam de dominico *Claræ*. Et præbendam *Walterii* de ſancto *Germano* quæ continet eccleſiam ſancti *Pauli* de *Clara* & terram de **Haverhelle**, & decimam de **Cavenedis**, & decimam de **Saham**, & decimam de *Benecleia*, & decimam de **Alesford**, & decimam de **Meilingeherſt**. Et præbendam *Sawini* quæ continet eccleſiam de **Pebenerſc**, & terram de *Polheia*, & terram de *Suberia*, & terram de *Bulileia*. Et præbendam *Bernardi* quæ continet eccleſiam de *Hunedena*, & decimam de **Geſtingetorp**, & decimam de **Halſtede** & decimam de **Buris**. Et præbendam *Oggerii* quæ continet eccleſiam de **Stoke**, & terram de eadem villa & decimam de **Cornerth** & decimam de **Herefeld**. Conſtituit etiam & confirmavit prædictus *Gilbertus* quatinus monachi ſine aliqua contradi&ione vel dilatione omnes præbendas ſuas ex quo a perſona vacarent, in manus ſuas proprias ſecundum voluntatem ſuam diſponendas acciperent & cum omni libertate & pace inperpetuum obtinerent. Dedit etiam eis culturam quæ appellatur **Waltune** & holmum] juxta eam & quatuor bubulcos in villa quæ vocatur **Stoke** cum omnibus terris ſuis & boſcum de *Clara* qui eſt juxta villam quæ vocatur *Trillawa*, & illum villanum qui ibidem manet cum omni terra ſua, & *Aluricum* piſcatorem cum omni terra ſua, & *Sturemaram* & piſcationem totius fluminis ab ipſa *Sturemara* uſque ad caſtellum de *Clara* concedentibus fratribus ſuis *Roberto* & *Rogero*; & l. acras terræ apud *Hunedenam* juxta boſcum de *Trillawa*. Dedit etiam eis ad luminaria eccleſiæ, Molendinum de **Smalebruge** quod ei per ſingulos annos xx. ſolidos reddere ſolebat, & eccleſiam de **Berdefeld** cum omnibus pertinentiis ſuis & eccleſiam de **Gelham** cum pertinentiis ſuis & eccleſiam de *Eſſa* cum pertinentiis ſuis, & eccleſiam de **Wothingis** cum pertinentiis ſuis, & eccleſiam de **Crempleſham** cum pertinentiis ſuis, & in eadem villa **Goche** fabrum cum omni tenemento ſuo, Dedit etiam eis integre decimas omnium rerum de quibus decima dari debet de toto dominio omnium maneriorum ſuorum in **Nortfolc**; videlicet totam decimam de **Crempleſham**, totam decimam de *Wiram*, totam decimam de **Welles**, totam decimam de *Bertona* & eccleſias omnium iſtorum maneriorum cum vacaverint, & redditum x. ſolidorum; ſcilicet v. ſolidorum in **Fincham** & v. ſolidorum in *Buchetuna*, & duo millia anguillarum cum piſcatura apud **Fordham**, & quatuor milia anguillarum apud *Lachingeheiam*, & ſingulis annis licenciam piſcandi per unum diem & duas noctes in vivario de **Cavеham** ante feſtum ſancti *Johannis*, & unam damam in parco de *Hunedena* & ibidem unam quercum ad natale domini ad calefaciendum monachos infirmos, & duas quadrigas in nemore de **Berdefeld** ad portanda ligna ad coquinam ſuam, & in eodem nemore meremium quantum opus eſt ad tres carucas per annum, & quietudinem lx. porcorum de paſnagio cum porcis ſuis ubicunque voluerint in nemoribus ſuis.

Confirmamus etiam eis donationes omnes quas fecit eis *Ricardus* filius prædicti *Gilberti*. Et commutationes terrarum quæ inter eos factæ ſunt ſicut hîc notantur. §. Anno ab incarnatione Domini mileſimo Cxxiiij *Ricardus* filius *Gilberti* tranſtulit monachos de caſtello *Clare* ad eccleſiam ſancti *Auguſtini* de **Stoke** & dedit eis molendinum de **Stoke** in eſcambium molendini de *Clara* & terram *Rogerii* carpentarii liberam & quietam a geldo, & ſcoto, & omnibus conſuetudinibus in eſcambium terrarum quæ monachis habebant in *Clara*. Culturæ ſcilicet quæ vocatur **Horſcroft**, & vineæ quæ eſt juxta eandem culturam, & culturæ quæ vocatur **Waltune**,]& vineæ quam *Gufridus* filius *Hamonis* dederat eiſdem monachis, & horti eorum & molendini eorum de *Clara*, & xij. manſurarum quas habebant in villa *Clare*. Manſuræ videlicet *Sauuini*, *Willielmi* filii *Albold*, *Bernardi*, *Leofuuini*, *Alfwini*, *Rengerii* canonicorum, *Leofirici* longi, **Canebaz**, *Eudonis* hoſtiarii, *Ernaldi* de **Nazandes** *Godwini* ſtotarii, *Godwini Galileæ*. Preterea conſtituit ipſe dominus *Ricardus* quod geldum & ſcotum & omnes conſuetudines quæ jacebant ſuper *Lintonam-Roais* & terram quam *Rogerus* carpentarius ad tempus tenuerat, debent dari de dominica cultura *Claræ* quæ vocatur **Horſcroft**; iſtas etenim terras fecit prædictus *Ricardus* monachis liberas ſolutas & quietas à geldo & omnibus conſuetudinibus in prædicta commutatione perpetuo poſſidendas. Hac ſiquidem conventione factum eſt iſtud eſcambium, quod monachi auxiliante domino *Claræ* conſtituerent apud *Stoke* eccleſiam ſancti *Johannis* Baptiſtæ, ad habitandum in ea, cum omnibus redditibus & libertatibus & privilegiis & auctoritatibus ſuis, & cum præbendis quas habuerat eccleſia beati *Johannis* Baptiſtæ ſita in caſtello *Claræ*. Dedit etiam eis quoddam nemuſculum quod vocatur **Stokeho**, & illud prope eccleſiam ſancti *Auguſtini*. Dedit etiam eis eccleſiam de **Caveham** cum omnibus pertinentiis ſuis pro eccleſia de **Denham** quæ erat monachorum quam *Alberico* de **Vere** dedit, concedentibus monachis eidem eccleſiæ. De **Denham** medietatem decimæ]. *Gilbertus* vero comes filius iſtius *Ricardi* dedit eis eccleſiam de **Bures** cum omnibus pertinentiis ſuis.

Omnes etiam elemoſinas quas barones prædictorum dominorum ſeu quilibet alii fideles prædictls monachis dederunt confirmamus & corroboramus. Ex dono *Ernaldi* de *Nazanda* duas partes decimæ de *Hamſtedia* omnium rerum de quibus decima dari debet, & unam hoſpitem in villa *Clare*. Ex dono *Roberti Pſalterium* xv. acras terræ apud *Hunedenam*. Ex dono *Ricardi* de *Reda* xxx. acras terræ in eadem villa. Ex dono *Roberti* de *Veiea* decimam de **Denarneſtune**, decimam de *Stanesfelda* de omnibus unde decima dari debet. Ex dono *Humfridi* cognomento *Burnardi* terram de **Geldham** de feudo domini *Gilberti* de *Clara*, Ex dono *Elinandi* vicecomitis totam decimam ſuam de *Finchingefelda*, & decimam de **Fornham**, & ibidem x. acras terræ & molendinum de **Waldingefeld** cum *Adam* filio ſuo leproſo quem monachum fecit, & terram ad molendinum pertinentem- Ex dono *Galfridi* filii ejus totam terram ſuam de **Forenham** & terram ſuam de *Reda* & terram *Wlgari* de *Tya*, & terram *Hutredi* de *Mora*, & tres manſuras in *Clvra*. Ex dono *Gaufridi* filii *Haymonis* & *Anſgoti* de *Buchebola* duas partes decimationis de *Bucheſhala*, Ex dono *Herluini* filii *Goiſmeri* x. ſolidatas terræ de terra *Wlurici Sumkel* apud **Finſtede**, Ex dono *Radulphi de la Creſſimera* duas partes decimationis ſuæ de *Haukeduna* & de **Chemeſingas**. Ex dono *Rogeri de Carlevilla* duas partes decimationis ſuæ de **Alverdeſfeld**, & de **Hertſterſt**. Ex dono **Canebaz** duas partes decimationis ſuæ de *Herningewella*.

Ex dono *Galfridi* filii *Hamonis* duas partes decimationis ſuæ de **Samford** & totam minutam decimam. Ex dono *Ricardi* filii *Hugonis* duas partes decimationis ſuæ de **Meleford**, & de **Culinges**, & de **Nedham**, & totam terram ſuam de *Brochola*. Ex dono *Rogeri* de ſancto *Germano* decimam de **Cavenedis**. Ex dono *Rogeri* de *Giſnei* duas partes decimationis ſuæ de **Haveringelande**, & *Witewella*, & de terra ſua apud *Norwicum*, & eccleſiam beati *Clementis* martyris cum pertinentiis ſuis in eadem villa. Ex dono *Gaufridi* de **Favarches** duas partes decimationis de **Walſingeham**. Ex dono *Oſulphi* **Markerel** duas partes decimationis ſuæ de **Cavenedis**. Ex dono *Gaufridi* duas partes decimationis ſuæ de *Badeleia*. Ex dono *Goiſmeri* duas partes decimationis ſuæ de *Chipeleia*. Ex dono *Elye* coci duas partes decimationis ſuæ de **Peſelingeworthe**. Ex dono *Roberti Pincernæ*, & *Mabiliæ* uxoris ſuæ, eccleſiam de *Trillawia* cum pertinentiis ſuis & v. ſolidis terræ in eadem villa. Ex dono *Symonis* filii *Arnaldi* terram *Ingenulphi* de *Bradeleia*. Ex dono *Albrici* de *Capella* totam moram ſuam de **Stoke**. Ex dono *Baldewini* filii *Galfridi* totam terram quam *VVillielmus Claviger* de eo tenuit apud *Claram*. Ex dono *Adam* filii *VVarini* terram de **Heni**. Ex dono *Roberti* de **Cloptune** decimam ſuam de eadem villa. Ex dono *Galfridi* de **Blavenni** xii. acras terræ in **Bridebroc**. Ex dono *Roberti* de **Blaveni** & *Ricardi* filii ejus xii acras terræ ibidem. Ex dono *Ingeranni* de **Abernun** eccleſiam de **Friſentune** cum pertinentiis ſuis & totam decimam ſuam de **Barue**, & illam de *la* **Wiſſe**. Ex dono *Roberti* de *Preſſinni* & *Mabiliæ* uxoris ejus & *Heliæ* filii ejus decimam ſuam de **Boitune**. Ex dono *Tebaldi* de *Stanburna* iij. acras terræ in eadem villa. Ex dono *Danielis* de **Crevequer** x. acras terræ apud *Gaiſleiam*. Ex dono *Rogeri* de **Dalham** v. acras terræ in eadem villa. Ex dono *Oſberti* parcarii ij. acras terræ apud **Heham**. Ex dono *Alexandri* de *la* **Creſſimere** ij. acras terræ apud **Nedham**. Ex dono *Algeri* filii *Goiſmeri* decimam de terra ſua de *Bellocampo*. Ex dono *VValteri* cum barba tertiam partem decime quam habet in **Stoke** & totam decimam de terra ſua apud **Priditune** & duas acras terræ in villa de **Stoke** Ex dono *Ernaldi Buzecalla* & uxoris ejus & *Roberti* filii ejus totam decimam ſuam de *Topesfeldia* & de *Holeneheia*. Ex dono *VVillielmi Capra* *Robertum* de *Bolileia* reddendo annuatim vj. ſolidos. Duas etiam partes decimationis *Roberti Flandrenſis* in *Bumſtedia*, & duas partes decimationis *Ricardi* filii *Guberti* in eadem villa, & duas partes decimationis *Fulconis* de **Elendac** in *Stamburna*, & totam decimam *Adæ* filii *VVarini* in *Binniſleia*, & duas partes decimationis *Hugonis* de **Wicham** in eadem villa, & totam decimam *VVillhelmi de la Landa* in *Eſſa*, & dimidiam decimationem *Salomonis* in **Tilleberi**, & duas partes decimationis *Rainaldi* de **Codcham** in *Mucheleia*. Hæc omnia prædicta prædictæ eccleſiæ beati *Johannis* Baptiſtæ de **Stoke** confirmamus & ſigilli noſtri appoſitione corroboramus. Et auctoritate beati *Petri* apoſtoli & eccleſiæ *Cantuarienſis* cui auctore Deo preſidemus & noſtra interdicimus & ſententia excommunicationis percellimus, ſi quis ex prædictis donationibus ante nominate eccleſiæ beati *Johannis* Baptiſtæ aliquid violenter auferre præſumpſerit. Teſtes *Rogerus* archidiaconus *Cantuarienſis* eccleſiæ. *Thomas* clericus de *Lond.* magiſter *Johannes Sales*, *Johannes* de *Cantuar.* *Philippus* de *Sal.* magiſter *Guido* de **Preſſenni**, magiſter *Johannes* de *Tylberia*, magiſter *Rogerus Species*, & multi alii.

Confirmatio T. Cantuarienſis *Archiepiſcopi de omnibus hominibus, decimis, redditibus, & eccleſiis.*

T. Dei gratia *Cantuarienſis* archiepiſcopus *Anglorum* primas & ſedis apoſtolicæ legatus, epiſcopis & univerſo clero & populo per *Angliam* conſtitutis ſalutem. Paci & utilitati fratrum religioſorum in omnibus ſecundum rationem pro poſſe ſtudere & providere ipſa nos injuncti nobis officii epiſcopalis ſollicitudo & cura hortatur & compellit. Sanctorum igitur anteceſſorum noſtrorum exemplo & auctoritate provocati & corroborati, donationes & elemoſinas quæ preſenti ſcripto notantur, eccleſiæ ſancti *Johannis* Baptiſtæ de **Stoke** & monachis ibi Deo ſervientibus pertinentes in manu & protectione noſtra ſuſcipimus & ſigillo noſtro munimus, & ut inperpetuum illibata ſibi permaneant cenſemus & precipimus.

Anno ab incarnatione domini MXC. *Gilbertus* de *Clara* filius *Ricardi* filii *Gilberti* comitis dedit eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Beccenſi* & monachis in ea Deo ſervientibus eccleſiam ſancti *Johannis* de *Clara* cum illis omnibus quæ ad eam pertinent in prebendis, in decimis, in ſilvis, in vineis, in terris & aquis jure perpetuo poſſidendam, in ſubjectionem abbatum qui in *Beccenſi* eccleſia præerunt. Hanc donationem fecit ipſe *Gilbertus* pro anima ſua & pro animabus patris & matris ſuæ, & maximè pro anima fratris ſui *Godefridi* qui in cimiterio ſancti *Johannis* de *Clara* ſepultus requieſcit. Pro cujus anima, exceptis prebendis & aliis ipſius eccleſiæ redditibus, ex ſuo dominio victum iiij. monachorum ibi conſtituit; & ad luminaria eccleſiæ quoddam molendinum quod ei per ſingulos annos xx. ſolidos reddebat conceſſit. Hæc donatio facta eſt apud caſtrum quod vocatur *Clara*, eratque tunc dies anniverſarius patris ſui. Dedit etiam ipſe *Gilbertus* Deo & eidem eccleſiæ ſancti *Johannis* Baptiſtæ apud *Claram* ad victum ſupradictorum iiij. monachorum ibidem Deo ſervientium de rebus ſuis, iſta. Culturam quæ appellatur **Horſcroft** & aliam culturam quæ appellatur *Waltuna* & iiij. bubulcos in villa quæ vocatur **Stoke** cum omnibus terris ſuis, boſcum *Cleræ* qui eſt juxta villam quæ vocatur *Trillania*; & illum villanum qui ibidem manet cum omni terra ſua, & alios duos villanos in ſupradicta cultura **Horſcroft** manentes; & prata quæ ſunt juxta culturam ſicut curſus fluminis veteris molendini fluxerit, & molendinum de *Clara*, & eccleſiam de *Berdevelda* cum omnibus quæ ad eam pertinent, & duas carucas boum, & unum caballum, & *Alricum* piſcatorem cum omni terra ſua. & l. acras terræ apud *Hunedenam* juxta prædictum boſcum & ſingulis annis ducentos caſeos, & quatuor milia anguillarum de piſcatura **Lacchingeth**: & v. milia alecium apud **Deſcningeſ.** & ortum & virgultum ſuum apud *Claram* quod eſt juxta molendinum. Hæc omnia de ſuo dominio dedit ipſe *Gilbertus*, & poſuit ſuper altare ſancti *Johannis* Baptiſtæ per quoddam candelabrum ejuſdem eccleſiæ. Deinde obſecrando præcepit baronibus ſuis ut eidem eccleſiæ de terris ſuis eccleſiis vel decimis quantum vellent abſque exhereditatione ſucceſſorum ſuorum donarent, quod omnes de ſe ſuiſque hominibus libentiſſimè conceſſerunt. Horum omnium qui affuerunt prædictorum teſtes fuerunt iſti. *Girulfus* capellanus, *Goiſridus* filius *Hamonis*, *Elinandus* vicecomes, *Razo* dapifer, *Oilardus* de *Algo*, *Goifridus de* **Burg**, *Arnulfus* de *Bria*, *Ernaldus* de *Nazanda*, *Willielmus Hurant*, *Adam* filius *Warini*, *Hubondus* Cubicularius, *Robertus Pincerna*, *Radulfus de la* **Creſſimere**, *Willielmus* de *Curtuna*, *Robertus Folet*, *Robertus* de *Suuna*. *Willielmus* filius *Tezonis*, *Canevas Makerel*, §. Dedit etiam idem *Gilbertus* Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* quicquid *Girulfus* capellanus ſuus habebat in **Norfolc**, in terris ſcilicet, eccleſiis, decimis, atque villanis, teſtantibus & concedentibus *Adelina* uxore ejus, & filio ejus *Ricardo.* Teſtibus etiam *Elmero* vicecomite, *Ricardo* filio *Hugonis*, *Radulfo* presbitero filio *Germundi.* Adhuc etiam dedit ipſe *Gilbertus* quendam holmum juxta pratum ſuum de *Waltuna.* Teſtes, *Gilbertus* filius ejus & *Walterus D'abernum.* Dedit etiam ſingulis annis piſcationem unius diei in vivario ſuo apud **Cavenham.** Teſtes *Hunfridus* filius *Goiſmeri*, *Adam* filius *Warini*, *Galfridus* filius *Hamonis*, *Radulfus de la* **Creſſimere**, *Albericus* de *Capella*, *Gilbertus* filius *Rainaldi*, & *Edmarum* villanum de *Hunedena* cum tota terra quam tenebat de feodo domini, quem villanum primus dederat, *Robertus Pſalter* ſancto *Johanni* de *Clara* quoque ſingulis annis quendam flocum in boſco apud *Hunedenam* ante natale domini ad calefaciendum monachos. Teſtes, *Helmerus* vicecomes & *Hugo* presbyter de **Strateſele.** §. *Ricardus* filius prædicti *Gilberti* didit Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* nemuſculum quod vocatur **Stokeho.** Teſtes, *Gilbertus* frater ejus, *Walterus* capellanus, *Mauricius* de **Caſſel**, *Hugo* de *Ovituna*, *Galfridus* filius *Elinaldi*, *Robertus* filius *Ernaldi*, *Willielmus Claviger.* De hominibus monachorum, *Eliet*, *Sigar*, *Willielmus.*

Conceſſit etiam idem *Ricardus* quod *Salomon* teneret totam terram quam dominus *Gilbertus* dederat eidem *Salomoni* de ſancto *Johanne* & monachis *Claræ*; ita bene & honorifice ſicut melius & honorabilius tenuerat eam de patre ſuo *Gilberto*, & pro hac conceſſione dedit ei *Salomon* unum palefridum. Teſtibus, *Waltero* & *Roberto* filiis *Ricardi*, *Alberico* de **Ver**, *Hunfrido* filio *Goiſmeri*, *Alveredo* de *Bennewilla*, *Adam* filio *Warini*, *Alberico* de *Capella*. Pepigitque ſibi dominus *Ricardus* coram iiſdem teſtibus, quod nunquam amplius intraret *Salomon* in placitum contra aliquem pro hac eadem terra. Dedit idem *Ricardus* Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* eccleſiam de **Denham** cum omnibus quæ ad eam pertinent. T, *Robertus* capellanus, *Adam* filius *Warini*, *Galfridus* filius *Elinandi*, *Albertus Francigena*, *Willielmus* de *Baſcetvilla.* Dedit etiam idem *Ricardus* eidem ſancto *Johanni* de *Clara* unoquoque anno unam damam in parco de *Hunedena.* Teſtes, *Adam* filius *Warini*, *Robertus* de *Wanceio*, *Rogerus* de *Carlevilla*, *Godefridus* filius *Elinandi*, *Robertus* filius *Gaufridi.* Præcepit idem *Ricardus* omnibus baronibus ſuis & hominibus quatinus monachis ſuis de *Clara* de decimis ſuis facere permitterent quicquid ipſi monachi vellent, & eas ad hoſtia grangiarum colligerent, quod preceptum conſtituit ipſe inperpetuum ſervari & nulla unquam temeritate quaſſari. Conceſſit iterum ipſe *Ricardus* predictis monachis ut cum præbende eccleſiæ ſancti *Johannis* deliberatæ forent, ipſi eas ſicut ſuas ſtatim ſaiſſerent, neque inde alium ſaiſiatorem requirerent. §. Hæ ſunt donationes quæ datæ ſunt prædictorum dominorum temporibus ipſis eiſdem teſtimonium iſtis rebus adhibentibus & ſuo teſtimonio eas confirmantibus. *Aleſtanus* presbyter de *Hunedena*, & filius ejus *Edwardus* dederunt eccleſiam ſancti *Petri* de *Hunedena* ſanctæ *Mariæ Becci* ſanctoque *Johanni* de *Clara*, & omnia quæ ad ipſam eccleſiam pertinent: totam ſcilicet terram quam habebat in *Hunedena* & omnes decimas ad eandem eccleſiam pertinentes. Teſtes *Robertus Pſalterium*, *Arnulfus* de *Bria*, *Elinandus* vicecomes, *Girulfus* capellanus. §. *Robertus Pſalterium* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* xv. acras terræ apud ipſam *Hunedenam.* Teſtis, *Elinandus* vicecomes. §. *Ricardus* de *Reda* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* xxx. acras terræ in ipſa villa. Teſtes *Anſmudus* presbiter & *Robertus* de *Neiela.* §. *Robertus* de *Neiela* dedit decimam ſuam de **Denardeſtune** & illam de *Stanesfelda* de omnibus de quibus decima dari debet. Teſtes, *Anſuuinus* ſacerdos, *Ricardus* de *Reda.* §. *Hunfridus* cognomento *Burnardus* poſtea monachus ſanctæ *Mariæ Becci* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* terram quam tenebat apud **Geldham** de feudo domini *Gilberti* de *Clara.* Teſtes, *Willielmus* filius ejus cognominatus *Paganus*, *Willielmus*, *Hurandus*, *Walterus* de *Poſelingeuuorda*, *Norioldus* de eadem villa. *Herveus*, *Robertus*, *Benedictus*, *Radulfus* filius *Hurandi*, *Oſbernus Ricerius.* §. *Rogerus Carpentarius* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimam de terra ſua de **Stoke** omnium rerum de quibus decima debet dari. Teſtibus, *Anſchetillo*, *Alurico*, *Oſberto*, de **Gellam**, *Gilberto* Coco. §. *Rogerus* de **Carlewylle** dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimam de *Aluredesfelda*, & de **Hertſterſte**; duas ſcilicet partes omnium rerum de quibus decima debet dari. Teſtantibus atque concedentibus uxore ſua, filio ſuo *Galfrido*, & *Radulfo de la* **Creſſimere**, *Elrico* presbitero, *Baldeuuino*, *Watemanno*, *Hugone*, *Ricardo*, *Gilberto*, *Wlmero*, *Anſchitillo*, *Aluuino* de **Totinges**, *Benedicto* de *Belvaco.* §. *Ingerannus D'abernun* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* eccleſiam de **Frinſentune** cum omnibus quæ ad eam pertinent, & totam decimam ſuam de **Berue**, & decimam de *la*

Byſſe, & eccleſiam de **Wochinges** cum omnibus quæ ad eam pertinent. Teſtantibus atque concedentibus fratribus ſuis *Jordano* atque *Waltero*, & *Willielmo D'abernun* cognato eorum & *Baldewino* presbytero. §. *Herlewinus* filius *Goiſmeri* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* omni anno x. ſolidos de terra *Vulurici Smude* apud **Finſtede** perpetuo poſſidendos, pro anima filii ſui *Gilberti*, concedente domino noſtro *Gilberto* & filio ejus *Ricardo*. Teſtes, *Ricardus* filius *Hermeri*, *Radulfus* de *Lacreſuuera*, *Willielmus* de *Vuatevilla*, *Gunzelinus* filius *Goiſmeri*, *Hunfridus* frater ejus, *Radulfus* filius *Hurandi*, *Ricardus* filius *Algeri*, *Elinandus* vicecomes, *Robertus* de **Sethune**, *Robertus* filius *Hugonis*. §. *Radulfus* de **Lacreswere** dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimam ſuam de **Havechedune** & decimam de **Chemeſinge** de omnibus de quibus decima debet dari. Teſtes, *Gilbertus* & *Gaufridus* filii ejus, *Rogerus* de **Careville**, *Willielmus* Famulus, *Gilbertus* Cocus, *Wlmerus*. §. **Canevaz** dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimam ſuam de **Herningewelle**, & hoſpitem unum quem habebat in *Clara*. Teſtes, *Ricardus Walterus D'abernun*, *Oſbernus de* **Gellam**, *Heldeuuinus*, *Gilbertus* Cocus, *Wlmerus Allehalegen*, *Ailwinus Catus*. §. *Willielmus* de ſancto *Germanno* & *Emma* mater ejus dederunt ſancto *Johanni* de *Clara* totam decimam ſuam de **Cavenedis** & illam de **Saiham**, & illam de **Beneclæ**, & illam de **Nailingeherſt** de omnibus de quibus debet decima dari, pro animabus ſuis, & pro anima domini ſui *Rogeri* ſicut *Walterus* de ſancto *Germano* frater *Rogeri* eas unquam melius habuerat. Teſtes, *Albericus* de **Wer**, *Robertus de la* **Creſimere**, *Elinandus* vicecomes, *Ansfredus*, *Gilbertus* Cocus, *Wlmerus*, *Willielmus*, *Azo*, Terri. *Moberd*. §. *Ricardus* filius *Hugonis* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimas ſuas de **Denham** & de **Culinges** & de **Meleford** de omnibus de quibus debet decima dari, & totam terram ſuam de **Brochole** concedente domino noſtro *Gilberto* & uxore ejus *Adelina*. Teſtes, *Elinandus* vicecomes, *Wlmarus* & frater ejus *Gilbertus* Cocus, *Willielmus Iſrael* & *Helieth*. Poſtea verò idem *Ricardus*, quando ſuſcepit habitum monachi, iterum conceſſit & confirmavit totum quod antea dederat, & totam terram illam quam antea dederat, liberam & quietam, concedentibus filiis ſuis & uxore ſua, quorum hæc ſunt nomina. *Hugo* & *Barthotomeus* & *Gaufridus* filius ejus & *Matildis*. Teſtes, *Alvinus* de **Culinges** & *Adelardus* gener ejus, *Goſleus* & *Robertus* fratres ejuſdem uxoris, *Ricardus*, *Hugo*, *Alem*, *Manaſſes* filii *Burnench*. De hominibus monachorum *Rogerus* clericus, & *Oſebernus* & *Herbertus*. §. *Galfridus* filius *Hamonis* & *Anſgotus* de **Bucheſhale** dederunt Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* duas partes totius decimæ terræ quam tenebat idem *Anſgotus* de eodem *Gaufrido* domino apud **Bucheſhale**. Ita quod in die nativitatis ſancti *Johannis* ambo venerunt & ante videntibus multis per candelabrum poſuerunt. Inde teſtes multi, *Sauuinus* canonicus & *Leuuinus* prepoſitus & *Gilbertus* Cocus, & *Wlmarus* piſtor frater ejus. §. *Walterus* de *Aluredeſvilla* cum uxore ſua & filiis ſuis conceſſerunt Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* quicquid habebant in alveo fluminis, molendini de **Waldingefelde**, & in ripa ejuſdem fluminis, & ita ut ſi aliquo eventu fregerit ripa in toto feudo ſuo, ſine cauſatione, & etiam licentia reſtaurabitur ab hiis qui tenebunt molendinum de monachis *Claræ*, & quicquid inibi calumpniabant ante, totum quietum dimiſerunt. Teſtes, *Robertus* de *Carlevilla*, Norman. & alii plures. §. *Wluuina* moriens dedit Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* unam acram terræ apud **Stoke**. Teſtis, *Wluuinus* presbyter. §. *Alexander* miles dedit Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* tres acras terræ ex altera parte molendini monachorum juxta viam. Teſtes, *Robertus* de **Blavinil** & alii. §. *Godefridus* filius *Elinandi* & uxor ejus reddiderunt Deo & ſancto *Johanni* decimam de **Bucheſhale**, quod conceſſerunt & confirmaverunt filii ſui. Teſtes, *Gervaſius*, & *Rogerus* capellanus ejus. Idem verò *Godefridus* moriens, dedit redditum xij. denariorum apud **Stoke** de quodam ruſtico nomine **Uhtred**. Teſtes, *Hunfridus* filius *Goiſmeri*, *Albericus* de *Capella*. §. *Godefridus* filius *Elinandi* conceſſit ſancto *Johanni* de *Clara* molendinum de **Walſingefelde**, & acram & dimidiam terre quam pater ſuus *Elinandus* dederat pro *Adam* filio ſuo. Teſtes, *Willielmus* frater ejus, *Mauricius* de **Brochole**. §. *Elinandus* vicecomes dedit ſancto *Johanni* de *Clara* totam decimam ſuam de **Finchingefeld**, & illam de **Forneham**, & quoddam molendinum apud **Waldingefelde**, & acram & dimidiam terræ pertinentem ad molendinum & x. acras apud **Fornham**, concedentibus filiis ſuis *Bernardo* & *Willielmo*. Teſtes, *Gilbertus* filius *Ranulfi*, *Teodericus* presbyter. §. *Ernaldus* de *Nazanda* dedit Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* duas partes decime de **Hameſtede** rerum quarum decima debet dari, & unum hoſpitem *Claræ*, concedentibus uxore ſua & filiis. Teſtes, *Adam* filius *Warini*, *Rogerus* de *Carlevilla*. §. *Willielmus Claviger* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimam de terris quas habet & adquirere poterit. Teſtes, *Hutredus* cementarius, *Gilbertus* Cocus. §. *Ricardus* de **Halſtede** dedit ſancto *Johanni* de *Clara* duas partes decimæ totius terræ quam habebat in **Halſtede**. Teſtes, *Willielmus* filius *Goiſmeri*, *Algerius* frater ejus. §. *Algerius* filius *Goiſmeri* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimam terræ ſuæ de *Bellocampo*. Teſtantibus & concedentibus *Ricardo* filio ejus & *Willielmo* fratre ejus. §. *Siuuardus* venator dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimam ſuam & tres acras terræ, concedente filio ſuo & fratribus ejus. §. *Herveus Dabelgar* & uxor ejus dederunt ſancto *Johanni* de *Clara* unam acram prati & duas acras terræ arabiles. Teſtes, *Walterus* cum barba, *Sigarus*. §. *Godricus Grance* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* tres rodas terre. Teſtes, *Sigarus*, *Ailmerus*. §. *Wildelardus* de *Bailol* & *Ida* uxor ejus dederunt ſancto *Johanni* in villa de **Stoke** viij. acras terre & unam de prato, pro quo dono habuerunt xx. ſolidos. Teſtes, *Gaufridus* nepos *Oilardi*, *Salio* presbyter. §. *Willielmus Peccatum* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* totam decimam de **Ge-**

ſtingethorp perpetuo de omnibus unde decima debet dari. Teſtes, *Hunfredus* filius *Goiſmeri*, *Robertus* de *Vuanceio* & alii multi. §. *Robertus* filius *Ricardi* dedit Deo & ſancto *Johanni* & monachis de *Clara* totam partem ſuam aque de **Sturemere** pro anima ſua & omnium amicorum ſuorum & pro amore *Girardi Giphardi* Prioris cognati ſui, imperpetuum poſſidendam. Teſtes, *Willielmus Capella*, *Matheus* conſtabulator, *Robertus* filius *Walteri*, *Sigarus*, *Willielmus Cuſin*, *Mahun*. §. *Hugo* de **Verneres** & uxor ſua dederunt ſancto *Johanni* Baptiſtæ de *Clara* quoddam pratum quod eſt ſitum juxta **Witecheſho**. Teſtes, *Willielmus* filius *Goiſmeri*, *Rogerus* filius *Walteri*. §. *Gaufridus* de *Blavinco* miles *Rogerii* filii *Ricardi* veniens ad converſionem monachatus dedit Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* duodecim acras terre apud **Bridebroc**, eodem domino ſuo *Rogero* & uxore ejuſdem *Gaufridi* & *Roberto* filio ejus & ceteris filiis concedentibus. Prædictus etiam *Robertus* filius & hæres ejus addidit prædictæ donationi poſt mortem patris ſui ſex acras terre arabiles & duas & dimidiam prati. Teſtes, *Gaufridus* filius *Elinandi*, *Robertus Pincerna*. §. *Ricardus* filius *Gilberti* dominus *Claræ* dedit ſancto *Johanni* & monachis de *Clara* eccleſiam de **Caveham** cum omnibus ad eam pertinentibus pro eccleſia de **Denham** quæ erat monachorum quam dedit *Alberico* de **Ver**, concedentibus monachis eidem eccleſiæ de **Denham** medietatem decimæ. Teſtes, *Gaufridus* filius *Elinandi*, *Adam* filius *Wazonis*, *Alvere* de **Benner**. §. *Ricardus* filius *Gilberti* dedit monachis *Claræ* eccleſiam ſancti *Auguſtini* de **Stoke** & totam terram quam *Martinus* capellanus habebat in eadem villa, & illam quæ fuit *Rogerii* carpentarii, ſolutam & quietam a geldo & ſcoto & omnibus conſuetudinibus, & molendinum ſuum quod ipſe dominus habebat in eadem villa dedit in eſcambium eccleſiæ ſancti *Pauli* & terrarum & pratorum quæ monachi habebant in *Clara* & molendini eorum de *Clara*, & manſurarum xij. quas habebant in *Clara*. Hac ſiquidem conventione factum eſt iſtud eſcambium, quod monachi conſtituerent apud **Stoke** eccleſiam ſancti *Johannis* Baptiſtæ ad habitandum in ea cum omnibus privilegiis & auctoritatibus & libertatibus & redditibus quos habuerat eccleſia ſancti *Johannis* ſita in caſtello *Claræ*. Geldum autem & omnes conſuetudines quæ jacebant ſuper **Lintune-Rohais** & ſuper terram quæ fuit *Rogerii* carpentarii dabunt de dominica cultura domini. Teſtes, *Baldeuuinus* filius *Gilberti*, *Albericus* de **Ver**, *Baldevinus* filius *Gaufridi*. §. *Gilbertus* dominus *Claræ* comes **Hertford** filius prædicti *Ricardi* dedit ſancto *Johanni* de **Stoke** eccleſiam de **Bures** cum omnibus ad eam pertinentibus jure perpetuo poſſidendam. Teſtes, comes *Albericus*, & *Willielmus* frater ejus, *Gaufridus* filius *Elinandi*, *Adam* filius *Warini*. §. *Robertus Pincerna* concedentibus *Matilde* uxore ſua & filiis ſuis dedit monachis de **Stoke** eccleſiam de *Trillawa* cum omnibus quæ ad eam pertinent, & inſuper in prædicta villa dedit terram quæ reddebat quinque ſolidos. Teſtes, *Johannes* presbyter, *Willielmus* de *Landa*.

Confirmatio *Alexandri* Papæ de omnibus eccleſiis & bonis aliis ſpecialiter in ea nominatis.

143. ALexander *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Nicholao *Priori eccleſiæ de* **Stokes** *ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatam eccleſiam in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum & beati* Benedicti *regulam in eodem loco noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones quæcumque bona eadem eccleſia impreſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum largitione regum vel Principum, oblatione fidælium, ſeu aliis juſtis modis præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* Hunedena. *Eccleſiam de* **Gaiſle**. *Eccleſiam de* Clara. *Eccleſiam de* Bradelea parva. *Eccleſiam de* **Trillawe**. *Eccleſiam de* **Bures**. *Eccleſiam de* **Caveham**. *Eccleſiam de* **Cremplitham**. *Eccleſiam ſancti* Clementis *de* Norwico. *Eccleſiam de* Friſentuna *conſtitutas in epiſcopatu* Norwicenſi.

In epiſcopatu Lundonienſi *Eccleſiam de* **Berdefeld**. *Eccleſiam de* **Taxtede**. *Eccleſiam de* Eſſa. *Eccleſiam de* **Gelham**. *Eccleſiam de* Stamburnia. *In epiſcopatu* Wintonienſi. *Eccleſiam de* **Wokinges**. *In epiſcopatu* Roſſenſi. *Eccleſiam de* **Peccham**. *Decimas quas habetis in* **Samford**. *Decimas quas habetis in* **Berdefeld**. *Decimas quas habetis in* **Hitelingehege**. *Decimas quas habetis in* **Finchingefeld**. *Decimas quas habetis in* **Toppesfeld**. *Decimas quas habetis in* **Wicham**. *Decimas quas habetis in* Badeleia. *Decimas quas habetis in* **Hertſtert**. *Decimas quas habetis in* **Denham**. *Decimas quas habetis in* **Deſeninge**. *Decimas quas habetis in* **Gaiſle**. *Decimas quas habetis in* **Stanesfeld**. *Decimas quas habetis in* Clara. *Decimas quas habetis in* Hunedena. *Decimas quas habetis in* **Hamſtede**. *Decimas quas habetis in* **Bomeſtede**. *Decimas quas habetis in* **Hawerelle**. *Decimas quas habetis in* **Buchelhale**. *Decimas quas habetis in* **Fineſtede**. *Decimas quas habetis in* **Meleford**. *Decimas quas habetis in* **Chippelæ**. *Decimas quas habetis in* **Culinges**. *Decimas quas habetis in* **Polelingeworde**. *Decimas quas habetis in* **Belilæ**. *Decimas quas habetis in* **Seham**. *Decimas quas habetis in* **Corneres**. *Decimas in* **Belcham-**Petri. *Decimas in* **Belcham-Aſpertes**. *Decimas in* **Delham**. *Decimas in* **Geſtingetorp**. *Decimas in* **Redeswelle**. *Decimas in* **Chodham**.

ham. *Decimas in* **Meillingeherſte.** *Decimas in* **Beneclée.** *Decimas in* **Halſtede.** *Decimas in* **Alverevesfeld.** *Decimas in* **Cloptune.** *Decimas in* **Harrefeld.** *Decimas in* **Denardeſtune.** *Decimas in* **Hanchesdune.** *Decimas in* **Cavenedis** *& in* **Sturemare** *& in* **Barue** *& in* **Tillebere** *& in* **Chedintune** *& in* **Halesford;** *& in* **Haveringeland,** *& in* **Witewelle.** *Decimas* Willielmi *de* **Giſnai** *Terram* Rogeri *carpentarii in* **Stokes** *quæ fuit eſcambiata pro terra veſtra de* Clara. *Terram de* **Ferneham** *quam dedit vobis* Galfridus *filius* Alinandi. *Terram de* **Heni** *quam dedit vobis* Adam *filius* Guarini. *Molendinum de* **Waldingefeld** *quod dedit vobis* Helinandus *dapifer comitis* Claræ. *Terram de* **Trillawe** *quam* Robertus *pincerna dedit vobis. Terram de* **Bridebroc.** *Terram de* **Haverelle.** *Terram* **Polée.** *Terram de* **Bradelée.** *Terram de* **Gelham.** *Terram de* **Eſſe,** *& centum ſolidatas terræ quas habetis ex dono* Rogerii *comitis* Claræ, *cum ageret in extremis. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia illarum eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Cum autem commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis excluſis excommunicatis & interdictis non pulſatis campanis ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & abſolutos è ſeculo fugientes, ad converſionem veſtram recipere, & eos abſque ullius contradictione in veſtro monaſterio retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem liceat de clauſtro ſine licentia Prioris ſui diſcedere, diſcedentem vero abſque communium literarum cautione nullus audeat retinere, niſi ad arctiorem vitam voluerit tranſmigrare. In parochialibus autem eccleſiis quas tenetis liceat vobis ſacerdotes eligere & epiſcopis preſentare, quibus ſi idonei fuerint, epiſcopus animarum curam committat, ut de plebis quidem cura epiſcopo, vobis autem de temporalibus debeant reſpondere. Prohibemus etiam ne alicui licitum ſit novas & indebitas conſuetudines in eccleſias veſtras inducere. Sane novalium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas preſumat exigere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere minuere ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ auctoritate & dioceſani epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo terciove commonita niſi præſumptionem ſuam digna ſatiſfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri* Jeſu Chriſti *quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant,* Amen. *Datum* Anagnie *per manum* Gratiani *ſancta* Romanæ *eccleſiæ ſubdiaconi & notarii ij. kal. Julii indictione vij. incarnationis dominicæ anno MClxxiiij. Pontificatus vero domini* Alexandri *Papæ iij. anno quinto decimo.*

Sanctimonialium S. Mariæ *de* Pratis *Prioratus*, Norhamptoniæ.

Carta regis Edwardi *tertii donatorum conceſſiones ratificans.*

Cart.2.E. 3.m.15. n.47.

REX archiepiſcopis &c. ſalutem. Inſpeximus cartam confirmationis domini S. quondam regis *Angliæ* progenitoris noſtri in hæc verba. S. rex *Angl.* archiepiſcopis (*&c.*) Sciatis me conceſſiſſe donationem illam quam comes *Simon* fecit eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Norhantona* & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus in terris & molendinis & aliis teneuris & redd. Quare volo & firmiter præcipio quod eccleſia illa & Sanctimoniales teneant omnia quæ de dono ejuſdem comitis habent, bene & in pace, & liberè & quietè & honorificè & in perpetuam elemoſinam cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus quæ pertinent ad illas teneuras, ſicut idem comes *Simon* illas eis dedit & conceſſit, & carta ſua confirmavit, *T. Roberto* de **Wete** & *Ric.* de *Canvilla* & *Will.* de *Caiſneto*, apud *Cantebrig.* Nos autem conceſſionem prædictam, necnon fundationem quam *Simon* comes de *Norhamtonia* fecit de eccleſia in proprio patrimonio ipſius *Simonis* in **Herdyngeſtorn** in honore beatæ Dei genitricis virginis *Mariæ*, in qua eccleſia conſtituit abbatiſſam *Azelinam* & Sanctimoniales, ut ibidem Deo ſerviant & ejus genitrici; Ac etiam collationem & donationem quas idem comes per cartam ſuam fecit eiſdem abbatiſſæ & monialibus de omni eo quod *Hugo Grymbald* de prædicto comite tenuit in **Herdyngeſtorn**; & de omni eo quod *Walterus Deals* tenuit in eadem villa, necnon de omni tenura in eadem villa quæ fuit *Onti* quondam Portarii regis *Scociæ*; ac etiam de ſervicio *Hugonis Gubiun* de duabus manſuris quæ ſunt juxta pontem ſancti *Leonardi*; & de prato quod vocatur **Alfwoldeſholm.** Donationem etiam quam idem comes fecit eiſdem abbatiſſæ & monialibus de xx. ſolidis in molendino de **Extune** ad lumen prædictæ eccleſiæ, & de uno tunello vini ad miſſas cantandas, percipiendis de *Roberto* filio *Sewini* de firma prædicti comitis de **Welcumeſtowe** ſingulis annis ad pentecoſten. Donationem inſuper quam *Robertus Grymbald* fecit eiſdem abbatiſſæ & monialibus de uno molendino in **Walebec.** Donationem etiam quam *Robertus* fil. *Hugonis* fecit eiſdem abbatiſſe & monialibus de redd. xx.

ſolidorum. Donationem inſuper quam *Robertus* filius *Sewini* fecit eiſdem abbatiſſe & monialibus de dimidia marca in *Norhamtona* annuatim percipienda.

Donationem etiam & conceſſionem quas prædictus *Simon* comes *Huntingdoniæ* fecit præfatis abbatiſſe & ſanctimonialibus de eccleſia de *Fodringheia* cum omnibus pertinentiis ſuis in perpetuam elemoſinam. Donationem inſuper & confirmationem quas *Ricardus* fil. *Ricardi* de **Beſevill** per cartam ſuam fecit eiſdem monialibus de una acra terræ cum pertinentiis in **Hardyngeſthorn**. Donationem etiam conceſſionem & confirmationem quas *Radulfus* de **Beſevile** fil. & hæres quondam *Ricardi* de **Beſevile** per cartam ſuam fecit *Agathæ* abbatiſſæ & conventui ſanctæ *Mariæ* de *Pratis* extra **Norhampton** de una acra terræ & dimidia & j. croſto jacente juxta ortum præfate abbatiſſæ cum pertinentiis in **Hardyngeſthorn** in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Conceſſionem inſuper & donationem quas *Radulfus* de **Beſevile** per cartam ſuam fecit præfatis abbatiſſe & monialibus de vivario illo quod infra ſuam incluſionem & ſedem molendini, & de tanto terræ quanto de feodo ipſius *Radulfi* eſt in prædicta incluſione in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem eciam remiſſionem & quietam clamantiam quas *Radulfus* fil. *Ricardi* de **Beſevile** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de toto jure & clamio quod habuit vel habere potuit, in piſcaria de **Lachemere** cum pertinentiis in **Hardyngeſthorn**, continente in longitudine ſexaginta & viij. perticatas unde quælibet perticata continet ſexdecim pedes. Redditionem inſuper relaxationem & quietam clamantiam quas *Willielmus* de **Boſevile** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de toto tenemento quod de eis tenuit in **Cotes** extra **Norhampton** cum pertinentiis, jacente inter feodum *Radulfi* de **Boſevile** & tenementum Prioriſſæ de **Sewardeſleye**. Donationem etiam *(&c.)* quas *Petrus Flectarius* de **Perdele** per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de tota terra ſua in **Hardingeſthorn** cum pertinentiis quam habuit ex dono *Willielmi* de *Veteri-ponte* in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Remiſſionem inſuper & quietam clamationem quas magiſter *Johannes* dictus filius *Dor* filius *Johannis* filii *Dor* per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & monialibus de toto jure & clamio quod habuit vel habere potuit in quatuor virgatis terræ & xl. ſolidatis annui redditus & ſex libris piperis cum pertinentiis in **Hardyngeſthorn** & **Cotes** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam & confirmationem quas *Thomas le Seriaunt* de **Hardyngeſthorn**, per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de j. meſuagio cum pertinentiis in **Hardyngeſthorn**, jacente inter domum quæ fuit *Galfr. Biſhop*, & domum quæ fuit *Roberti Nubond* in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem *(&c.)* quas *Henr.* de **Cotes** fil. *Stephani* fil. *Willielmi* coci, per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui, de toto jure & clamio quod habuit vel habere potuit in illo meſſuagio cum pertinentiis quod *Willielmus* avus ſuus & *Stephanus* pater ſuus quondam tenuerunt de præfatis abbatiſſa & conventu. Remiſſionem *(&c.)* quas *Henr.* fil. *Stephani* de **Cotes** per ſcriptū ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de toto jure & clamio quod habuit vel habere potuit in illo meſuagio cum pertinentiis quod *Stephanus* pater ſuus quondam tenuit de præfatis abbatiſſa & conventu. Donationem *(&c.)* quas *Milo* de *Bello campo* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de tribus ſolidatis redditus percipiendis de magiſtro & fratribus *S. Johannis Norhampton*, quas idem magiſter & fratres præfato *Miloni* ſolvere conſueverunt pro quadam terra vocata **Pirkeſhale** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Venditionem *(&c.)* quas *Willielmus Brito* filius *Walteri Britonis* per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de domo ipſius *Willielmi* cum pertinentiis in **Coten**. Donationem *(&c.)* quas *Walterus* ad *le* **Ground** per cartam ſuam fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de domo ejuſdem *Walteri* in **Cotes** cum toſto & dimidio croſto eidem domui ſpectantibus in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Remiſſionem *(&c.)* quas *Johannes* fil. *Radulfi* ad **the Ground** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de toto jure & clamio quod habuit vel habere potuit in domibus & meſuagiis cum toſtis & croſtis & eorum pertinentiis jacentibus inter orria monachorum ſancti *Andreæ* in **Cotes** & domum quam *Ricardus Letelyn* tenuit de prædictis abbatiſſa & conventu. Donationem *(&c.)* quas *Willielmus* cocus per ſcriptum ſuum fecit eiſdem monialibus de duodecim denaratis redditus percipiendis per annum de toſto quod fuit *Stonardi Poterii* in **Cotes** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem *(&c.)* quas *Walterus Bakecake* de **Cotes** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de j. meſuagio cum pertinentiis in **Cotes**, jacente inter tenementum *Simonis Wiſeman* & tenementum *Thomæ* Ciſſoris. Donationem *(&c.)* quas *Thomas* Braciator fil. *Johannis Kippyng* de **Hardyngeſthorn** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de j. meſſuagio cum pertinentiis in **Cotes**, quod fuit *Hawyſiæ* de *Luda* matris dicti *Johannis*, & de duabus acris terræ cum pertinentiis in **Hardyngeſthorn** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Remiſſionem *(&c.)* quas *Thomas Sofnete* de **Norhampton** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de duabus ſolidatis redditus quas idem *Thomas* percipere conſuevit de domo *Johannis* fil. *Radulfi Athelground*. Donationem *(&c.)* quas *Willielmus* de *Gaugy* de **Norhampton** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de dimidia mercata redditus cum pertinentiis percipiendis de duobus meſuagiis & una tinctura verſus **Mounſorell** apud **Caſtre** in perpetuam elemoſinam.

Conceſſionem *(&c.)* quas *Simon Doget* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de duabus ſolidatis redditus cum pertinentiis in **Norhampton** percipiendis de j. toſto quod præfatus *Simon* de præfatis monialibus tenet in **Northamptor**. Donationem *(&c.)* quas *Robertus* fil. *Thomæ* clerici de **Norhampton** fecit præfatis monialibus de duodecim denaratis redditus percipiendis per manus magiſtri & fratrum Hoſpitalis ſancti *Johannis Norhamptonæ* de ſhopa quam *Oſbertus* de **Cronyorp** dedit eiſdem magiſtro & fratribus. Conceſſionem (&c.) quas *Robertus* fil. *Saw* per ſcriptum ſuum fecit præſatis monialibus de quatuor ſeldis cum pertinentiis in **Norhampton** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem inſuper (&c.) quas *Johannes Sampſe* de **Norhampton** per ſcriptum ſuum fecit præſatis monialibus de una marcata redditus cum pertinentiis in **Norhampton** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (&c.) quas *Fina* uxor quondam *Radulfi* fil. *Radulfi* de **Norhampton** per cartam ſuam fecit præſatis monialibus de quatuor tenementis cum pertinentiis in **Norhampton** quæ præſata *Fina* habuit ex venditione *Agnetis* filiæ *Adæ le Marchaund* de **Norhampton**, in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (&c.) quas *Robertus le Megre* per cartam ſuam fecit præſatis monialibus de prædictis quatuor tenementis. Donationem (&c.) quas *Ingelramus* fil. *Henr.* fil. *Tiardi* de **Norhampton** per cartam ſuam fecit præſatis monialibus de dimidia marcata redditus cum pertinentiis percipiendis de ſhopa quæ fuit *Rogeri le* **Cordewaner**, in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (&c.) quas *Ingelramus* filius *Henrici* per ſcriptum ſuum fecit præſatis monialibus de redditu dimidiæ marcæ in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem eciam quam prædictus *Ingelramus* per ſcriptum ſuum fecit præſatis monialibus de redditu xiiij. denar. percipiendo de domo *Walteri* de **Upton** in perpetuam elemoſinam. Donationem inſuper quam prædictus *Ingelramus* per ſcriptum ſuum fecit præſatis monialibus de redditu duorum ſolidorum percipiendo de domo quæ fuit *Radulfi Belond* in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem eciam (&c.) quas *Ingeramus* fil. *Henr.* fil. *Tiardi* & *Alicia* uxor ejus per cartam ſuam fecerunt præſatis monialibus de duabus ſolidatis redditus & duorum dierum operatione percipiendis de tenemento *Willielmi* fil. *Roeis* in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem inſuper quam *Alex.* de *Cranſleia* per cartam ſuam fecit præſatis monialibus de uno manſo in **Norhampton**, & tribus ſolidatis redditus percipiendis de molendino de **Brughton** in perpetuam elemoſinam. Donationem (&c.) quam prædictus *Alex.* per cartam ſuam fecit præſatis monialibus de duabus ſolidatis redditus percipiendis de molendino de **Brughton** in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem inſuper (&c.) quas *Ricardus* de **Brughton** per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de duabus ſolidatis redditus percipiendis de domo *Hervei le Mazon*, & de domo *Willielmi Parent*, necnon de tenemento quod *Johannes* de S. *Petro* de præſato *Ricardo* tenuit ad portam occidentalem de **Norhampton**. Conceſſionem (&c.) quas idem *Ricardus* fecit præſatis monialibus de illo tenemento quod *Alex.* de **Craneſleye** eis dedit in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam (&c.) quas *Johannes* de **Berners** per cartam ſuam fecit præſatis abbatiſſæ & conventui de decem ſolidatis redditus percipiendis de molendino vocato **Pervineſmilne** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (&.) quas *Adam* fil. *Herberti Berſi* per ſcriptum ſuum fecit præſatis abbatiſſæ & monialibus de undecim denaratis & j. obolata redditus percipiendis de quodam tenemento quod fuit *Stephani* capellani extra portam orientalem **Norhamptone**. Donationem eciam (&c.) quas *Johannes Egede* fil *Ricardi Egede* per cartam ſuam fecit præſatis monialibus de quadam domo cum pertinentiis, extra portam auſtralem *Norhamptonæ* quam idem *Johannes* emit de *Laurencio Tartinent*. Donationem (&c.) quas *Robertus Speciarius* de **Norhamton** per cartam ſuam fecit præſatis monialibus de duabus ſolidatis redditus cum pertinentiis percipiendis de quadam ſhopa in **Norhampton** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (&c.) quas *Hugo* fil. *Pagani Wace* per cartam ſuam fecit præſatis monialibus de quadam ſhopa jacente juxta ſhopam *Barth.* fil. *Jordani* in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (&c.) quas *Thomas* abbas & conventus ſancti *Jacobi* de **Norhampton** per ſcriptum ſuum fecerunt præſatis monialibus de j. tenemento juxta eccleſiam ſancti *Martini* in **Norhampton**. Donationem (&c.) quam *Margareta la Coifere* filia *Roce Tigtoris* per ſcriptum ſuum fecit præſatis monialibus de decem denaratis redditus cum pertinentiis percipiendis de quodam tenemento quod *Walterus Mercerus* de præſata *Margareta* tenuit in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (&c.) quas *Will.* fil. *Turſteri* per cartam ſuam fecit præſatis monialibus de duabus ſhopis cum pertinentiis in nundinis **Norhampton** in perpetuam elemoſinam. Donationem (&c.) quas *Hugo* fil. *Roberti* per cartam ſuam fecit præſatis monialibus de ſex ſhopis cum pertinentiis in feria *omnium Sanctorum* **Norhampton** in perpetuam elemoſinam. Donationem (&c.) quas *Henr.* fil. *Tebardi* per cartam ſuam fecit præſatis monialibus de quadam ſhopa cum pertinentiis in vico Pelliipariorum quam *Galfridus Blundus* de præſato *Heurico* tenuit in perpetuam elemoſinam. Donationem (&c.) quas *Galfr.* fil. *Petri* per cartam ſuam fecit præſatis monialibus de xl. ſolidatis redditus cum pertinentiis in puram & perpetuam elemoſinam. Venditionem inſuper quam *Bartholomeus* fil. *Anuketill* carnificis per ſcriptum ſuum fecit præſatis abbatiſſæ & monialibus de octo denaratis redditus percipiendis de quodam tenemento quod eſt in capite rengi ſtamellorum carnificum. Conceſſionem eciam quam *Achelina* quæ fuit uxor *Hugonis le Taillour* per ſcriptum ſuum fecit prædictis monialibus de quinque ſolidatis redditus percipiendis de quadam domo & j. ſhopa quam prædicta *Achelina* habuit in vico Pontis **Norhampton**. Venditionem inſuper & quietam clamantiam quas *Philippus* filius *Rogeri* Rotarii de **Norhamton** per cartam ſuam fecit præſatis abbatiſſæ & conventui de quinque ſolidatis redditus percipiendis de illa domo cum pertinentiis jacente inter domum *Henrici* Rotarii & domum quæ fuit *Johannis Ray* in vico Pontis. Donationem (&c.) quas *Petronylla* filia *Roberti Gregore* per cartam ſuam fecit prefatis monialibus de quadam domo quam eadem *Petronilla* tenuit in vico Feutrariorum. Conceſſionem (&c.) quas *Jacobus le Fiſher* de **Norhampton** & *Juliana* uxor ejus per ſcriptum ſuum fecerunt præſatis abbatiſſæ & conventui de illo meſuagio quod iidem *Jacobus* & *Juliana* de præfatis abbatiſſa & conventu tenuerunt in **Norhampton** in vico ſancti *Egidii* juxta tenementum dominæ *Aliciæ Peverel.* Conceſſionem eciam quam *Ricardus* magiſter hoſpitalis ſancti *Johannis Norhampt.*& fratres ejuſdem domus per ſcriptum ſuum fecerunt præfatis abbatiſſæ & monialibus de quodam annuo redditu trium ſolidorum percipiendorum de prædictis magiſtro & fratribus & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum,per manus celerarii ejuſdem Hoſpitalis. Venditionem inſuper quam *Ernaldus* de **Brackeleye** per ſcriptum ſuum fecit prædictis monialibus de 5. ſolidatis redditus percipiendis de quadam domo & una ſhopa jacentibus juxta illam domum quam idem *Ernaldus* habuit in vico Pontis **Norhampton.** Donationem (*&c.*) quas *Malculmus* Rex *Scotorum* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de eccleſia de *Fodringheia* cum terris & decimis & omnibus ad illam pertinentibus in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Willielmus* Rex *Scotorum* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de prædicta eccleſia de **Fodringheye** cum terris & decimis & omnibus ad illam pertinentibus in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Simon* filius *Ricardi* de **Fodringheye** per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de tribus acris terræ cum pertinentiis in **Fodringheye** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem inſuper & confirmationem quas *Simon* filius *Ricardi* de **Fodringheye** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de j. toſto in **Fodringheye** & de ij. acris prati in **Femanneſmode** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Simon* fil. *Ricardi* de **Fodringheye** per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de una acra terræ jacente deſuper **Litlemore** in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Simon* fil. *Ricardi* de **Fodryngheye** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de uno toſto cum pertinentiis in **Fodryngheye** in liberam& perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Robertus* fil. *Reginaldi* de **Fodryngheie** per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de 5. acris terræ cum pertinentiis in **Fodryngheie** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem inſuper (*&c.*) quas *Robertus* fil. *Reginaldi* de **Fodryngheye** per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de ſex rodis terræ jacentibus ex parte orientali de **Holmſſodegate** in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam (*&c.*) quas *Robertus* fil. *Reginaldi* de *Fodryngheia* per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de j. acra terræ jacente in **Parkefeld** in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Robertus* fil. *Reginaldi* de *Fodryngheia* per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de ſex acris terræ cum pertinentiis in **Fodryngheie** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Robertus* fil. *Regin.* de **Fodryngheie** per ſcriptum ſuum fecit prædictis monialibus de quatuor acris terræ & una domo cum toſto quæ fuerunt *Frebernii* in **Fodryng.** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Robertus* fil. *Reginaldi* de **Fodryngheie** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de tribus acris prati cum pertinen. in **Fremannesmedewe** in puram liberam & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Robertus* filius *Reginaldi* de **Fodryngheie** per ſcriptum fecit præfatis monialibus de quadam domo cum toſto in **Fodryngheie** in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas comes *David* frater regis *Scociæ* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de dimidia acra terræ in **Fodryngheie.** Venditionem etiam & quietam clamantiam quas *Willielmus* fil. *Leſwini* de **Fodringheie** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de tribus ſolidatis redd. cum pertinentiis percipiendis de omnibus illis terris & tenementis quæ idem *Willielmus* tenuit in **Fodryngheie.** Conceſſionem (*&c.*) quas *Johannes* de **Bailliol** per ſcriptum ſuum indentatum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de omnibus terris & tenuris pratis & redditibus & omnibus poſſeſſionibus & libertatibus quas habent & habere ſolebant de tenemento *Roberti* fil. *Reginaldi* & *Simonis* filii *Ricardi* in **Fodryngheye.** Conc. etiam quam idem *Johannes* fecit præfatis abbatiſſæ & conventui quod ipſe & omnes earum ſucceſſores & earum tenentes liberi & quieti ſint ab omni ſecta curiæ ipſius *Johannis* de **Fodryngaye.** Ac etiam de turno & de viſu franciplegii & de amerciamentis omnium braciatorum & braciatricum in curia ipſius *Johannis* amerciandorum ad opus eorundem abbatiſſæ & conventus & eorum ſucceſſorum habendis. Conceſſionem (*&c.*) quam idem *Johannes* fecit eiſdem monialibus & earum ſucceſſoribus de libera curia ſua habenda de omnibus tenentibus ipſarum monialium de omnibus quærelis quæ movere poterunt aliquo tempore in curia prædicti *Johannis* quotienſcunque contigerit aliquem illorum tenentium in eadem curia implacitari, excepta juſtitia de vita & membris. Donationem inſuper (*&c.*) quas *Robertus* fil. *Reginaldi* de **Foderyngaye** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de quodam toſto quod *Simon* filius *Benſe* tenuit in **Fodryngheye** in puram liberam & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam (*&c.*) quas *Eudo Petich* de **Fodryngheye** per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de ſex denaratis annui redditus percipiendis de j. meſuagio cum curtilagio in **Fodryngheye.** Donationem (*&c.*) quas *Simon* comes **Norhamton** per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de eccleſia de **Barton** cum omnibus appenditiis ſuis,in hominibus, in terris, in pratis, in paſcuis, in villa & extra, ac etiam de eccleſia de **Dodinton** cum omnibus appenditiis ſuis, liberis ſolutis & quietis de omni terrena exactione vel conſuetudine in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Hugo Linc.* epiſcopus per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de duabus marcis in eccleſia de **Barton** quæ de earum advocatione eſt, annuatim, nomine perpetui beneficii percipiendis per manum *Petri* perſonæ illius eccleſiæ & ſucceſſorum ſuorum qui pro tempore inſtanti fuerint in eadem. Donationem (*&c.*) quas *Rogerius* fil. *Syeri* de **Williaſton** per cartam ſuam fecit præfatis abbatiſſæ & monialibus de toto tenemento ipſius *Rogeri*

& redditu quæ *Thomas Chelet* & *Simon Capun* de prædicto *Rogero* tenuerunt in **Barton** cum omnibus pertinentiis ſuis; ac etiam de corporibus prædictorum *Thomæ Chelet*, & *Simonis Capun*, cum omnibus catallis & rebus ſuis & cum tota eorum ſequela in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Rogerus* filius *Syeri* de **Wolaſton** per cartam ſuam fecit prædictis abbatiſſæ & monialibus de treſdecim ſolidatis & novem denaratis annui redd. in **Barton** & de *Thoma Chelet* & *Simone Capun* hominibus prædicti *Rogeri* cum omnibus catallis ſuis, terra & rebus, & cum tota ſequela eorundem in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem quam *Robertus* de **Chokes** per ſcriptum ſuum fecit prædictis abbatiſſæ & monialibus de eccleſia de **Wlaveſtune** cum omnibus apendiciis & libertatibus & conſuetudinibus ab omni exactione quieta in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Hugo* de *Novoburgo* per cartam ſuam fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de **Woloveſton** cum pertinen. quod *Robertus* de **Chokes** eis dedit & conceſſit, & de terra retro curiam earundem abbatiſſæ & conventus quam terram de me exigerunt in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Matheus* de **Bikeſthorp** per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de j. virgata terræ cum pertinen. in **Wlaveſton** quam *Oſbertus* de **Colworth** tenuit, cum corpore ipſius *Oſberti* & cum ſecta ſua. Conceſſionem (*&c.*) quas *Robertus* de *Novoburgo* per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de j. virgata terræ cum pertinentiis in **Wllaveſton**. Relaxationem (*&c.*) quas *Matheus* de **Bykeſtrop** per ſcriptum ſuum fecit prædictis abbatiſſæ & monialibus de homagio & ſervitio ac etiam conſuetudinibus quæ prædictus *Matheus* habuit vel habere potuit in terris quas magiſter *Radulfus* quondam offic. *Oxon.* tenuit de dono prædicti *Mathei* in **Wolaveſton**, & extra, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Robertus* de *Novoburgo* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de cultura de dominico ſuo de **Northyrne** in **Wolaſton** cum pertinentiis in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Rogerus* de *Novoburgo* per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de terra quæ eſt retro domos earum inter duas vias & pratum quod vocatur **Utinediche** in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Sampſon* fil. *Sampſonis* per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de duobus meſuagiis cum pertinentiis in **Wllaveſton** in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Sampſon* filius *Sampſonis* per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de duobus meſuagiis & viginti & duabus acris terræ & una cultura vocata **Gerſcroft**, & de prato vocato **Brintyngeſholm** cum pertinentiis in **Wllaveſton**, & de quatuor bobus & duabus vaccis in dominica paſtura domini cum dominicis bobus ipſius *Sampſonis* paſcendis in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Radulfus* clericus per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de tota terra & redditu cum pertinentiis quos habuit in **Wllaveſton** ſine aliquo retinemento in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Willielmus* **Fauconberge** de **Strixton** per cartam ſuam fecit præfatis abbatiſſæ & monialibus de j. meſuagio cum pertinentiis in **Wolaveſton**, quod **Aylebold** aliquando tenuit in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Willielmus* de **Bray** de **Wolaveſton** per ſcriptum ſuum fecit prædictis abbatiſſæ & conventui de ſex ſolidatis annui redd. percipiendis de duobus cotlandis in **Nedham** in **Wolaveſton**. Remiſſionem etiam & quietam clamantiam quas *Robertus Tumby* de **Wolaſton** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de toto jure & clamio quæ habuit vel habere potuit in j. meſſuagio cum pertinentiis in **Wolaveſton**. Conceſſionem (*&c.*) quas *Robertus* capellanus filius *Roberti Abovetoune* per ſcriptum ſuum fecit abbatiſſæ & monialibus de toto jure & clamio quæ habuit vel habere poterit in quodam tofto cum crofto cum pertinentiis in **Wllaveſton** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Johannes* de **Preceſtre** capellanus per cartam ſuam fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de duabus domibus cum pertinentiis in **Wolaveſton** in liberam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Willielmus* fil. *Simonis* de **Wllaſton** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de duobus meſſuagiis cum croſtis & aliis pertinentiis ſuis in **Wllaveſton** in vico vocato **Nedham** in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Rogerus* fil. *Baldewini* per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & monialibus de j. meſſuagio cum pertinentiis in **Wollaveſton** juxta cimiterium. Donationem (*&c.*) quam *Hugo* per ſcriptum ſuum fecit prædictis abbatiſſæ & monialibus de eccleſia de **Philegrave** & de duabus virgatis & dimid. & duabus acris terræ & de quatuor manſuris liberis & ab omni exactione quietis in perpetuam elemoſinam. Relaxationem etiam & quietam clamantiam quas *Willielmus* filius *Alexandri* de **Syrinton** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & monialibus de toto jure quod habuit in advocatione eccleſiæ de **Philegrave** & de omnibus terris quas dictæ abbatiſſa & moniales habuerunt in eadem villa. Remiſſionem (*&c.*) quas *Johannes* filius *Johannis* clerici de **Teryngeham** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & monialibus de toto jure & clamio quæ habuit vel habere poterit in advocatione eccleſiæ de **Philegrave** & in omnibus terris & tenementis pratis & redd. & omnibus aliis poſſeſſionibus prædictæ eccleſiæ ſpectantibus. Donationem (*&c.*) quas *Giffardus* de **Teringeham** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de dimid. virgata terræ cum pertinentiis in **Philegrave** in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Hamo* fil. *Menifel* per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de eccleſia de *Fifbida* cum pertinentiis in liberam & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Will.* fil. *Hamonis* per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de eccleſia de *Fifbida* cum pertinentiis quam *Hamo* pater prædicti *Willielmi* eiſdem monialibus dedit in liberam (*&c.*) elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Rogerus* de

Clara comes *Hertfordiæ* fecit præfatis monialibus de eccleſia de *Brotona* in perpetuam (*&c.*) elemoſinam. Confirmationem etiam quam *Robertus Linc.* epiſcopus per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de eccleſia de *Broicona* cum omnibus pertinentiis ſuis in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Reginaldus* fil. *Thori* de **Bruthon** per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de dimidia virgata terræ & de tofto cum pertinentiis quod *Will. Sprot* tenuit in **Bruthon** in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quam *Alex.* fil. *Reginaldi* de **Bromton** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de decem ſolidatis annui redd. percipiendis de terra quam *Willielmus Archur* & *Alicia* uxor ejus prædictis abbatiſſæ & conventui dederunt. Donationem (*&c.*) quas *Willielmus Archur* de **Bromton** & *Alicia* uxor ejus per cartam ſuam fecerunt præfatis abbatiſſæ & conventui de tota terra ſua cum domibus & manſione crofto & omnibus aliis pertinentiis in **Bromton** in liberam & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quam *M.* Rex *Scociæ* per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de una carecta ſingulis diebus habenda propter boſcum ad ignem earum refocillandum ambulante in boſco de **Yerdele.** Conceſſionem (*&c.*) quas comes *David* frater regis *Scociæ* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de j. carecta errante ad focaliam attrahendam in nemore prædicti comitis de **Yerdele** pro neceſſariis domui ſuæ miniſtrandis in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) etiam quas comes *Simon* per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de quadam biga ipſarum monialium errante in nemore ipſius comitis de **Yerdelay** ſingulis diebus ab omni ſervicio in perpetuam liberam & quietam elemoſinam. Reſignationem inſuper quam *Stephanus* de **Ekethon** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de toto jure quod habuit in eccleſia de *Draitona* & de decimis obventionibus & aliis pertinentiis ſuis. Ratificationem etiam & confirmatiouem quas *Steph.* filius *Stephani* de *Eketuna* per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de *Draetona* cum pratis paſcuis & omnibus libertatibus ſuis. Donationem (*&c.*) quas *Beatrix* de *Blukevilla* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de uno tofto uno crofto & quatuor ſelionibus terræ cum pertinentiis in **Draiton** in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Stephanus* de **Blokevile** per ſcriptum ſuum fecit prædictis monialibus de uno tofto cum crofto & quatuor ſelionibus terræ cum pertinentiis in **Draiton** in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Petrus Poer* per ſcriptum ſuum fecit prædictis abbatiſſæ & conventui de tribus ſolidatis annui redd. percipiendis de domo & curia quas *Radulfus* molendinarius de præfato *Petro* tenuit in **Draiton** in liberam (*&c.*) elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quam *Robertus* de *Betona* advocatus *Attrebatenſis* per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & monialibus de j. marcata redd. de eccleſia de **Gayton** ſingulis annis percipienda in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Simon* fil. *Simonis* de **Brikeleſworthe** per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de homagio & ſervicio hæredum *Simonis* fil. *Hugonis* molendinarii de **Brikelesworth**, & de redditu viginti ſolidorum, quos iidem hæredes reddere ſolebant præfato *Simoni* fil. *Simonis* & *Hugoni* de **Clahalle**, percipiendo de molendino vocato **Kyngeſmulne**, & de ſervicio & redditu viginti denariorum percipiendis de j. virgata terræ quam prædictus *Simon* fil. *Hugonis* tenuit, & de ſervicio & redd. duodecim denariorum percipiendis de prato de **Clyntewelleſic** quod prædictus *Simon* fil. *Hugonis* tenuit in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Johannes* de **Verdun** de **Brikeliſwoorde** per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de homagio ſerviciis & redd. prædictis in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas prædictus *Simon* fil. *Simonis* miles dominus de **Brikelesworth** per cartam ſuam fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de duabus virgatis terræ cum pertinentiis in **Bricleswo rth** & de j. cultura vocata **Rolesdich** & de prato de **Stanwade** in prædicta villa de **Brecleswo rth**, & de paſtura octo averiorum & unius equi in hayis prædicti *Simonis*. Habendum in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Simon* fil. *Simonis* fil. *Petri* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de tota decima de expenſis domus ipſius *Simonis* & de decem ſolidis percipiendis de molendino *Rogeri* de **Brycleswo rthe**, & de j. virgata terræ in **Bricleswo rth** quam *Alelwinus Budelius* tenuit, & de eodem *Alelwino* & pueris ſuis & de j. cultura vocata **Rollesdik**, & de prato de **Stanwade**, & de octo animalibus & j. equo habendo in hayis ipſius *Simonis* in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas prædictus *Simon* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de decem ſolidatis redd. percipiendis de molendino ipſius *Simonis* vocato *le* **Kingelmulne** in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Robertus* de *Leiceſtria* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de redd. duorum ſolidorum quem *Herbertus* capellanus præfato *Roberto* debuit de domo ſua in vico Pontis in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Agnes* fil. *Walteri* de **Bricleswo rth** per cartam ſuam fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de illa domo cum ſhopa & edificiis & omnibus aliis pertinentiis quæ eadem *Agnes* emit de *Ernaldo Brakkele* & *Juliana* uxore ejus. Conceſſionem (*&c.*) quas *Robertus* de *Leiceſtria* per cartam ſuam fecit præfato conventui de capitali meſſuagio *Ernulfi Surmult* ante hoſpitale ſancti *Johannis* Baptiſtæ, Conceſſionem (*&c.*) quas *Simon* fil. *Edwardi* de **Stoches** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de terra de *Harelea* quam pater prædicti *Simonis* illis dedit in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Ricardus* fil. *Simonis* de **Stoches** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de terra de *Herlea* quam prædictus *Simon* pater ſuus & *Edwardus* pater prædicti *Simonis* dederunt præfatis monialibus in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Johannes* de *Bid.* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de terra de **Harleie** quam *Edwardus* de **Stoches** & *Simon* fil. ejus dederunt præfatis monialibus in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Petrus* de **Golditun** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de viginti acris de terra in **Surre** juxta terram quam prediɫæ moniales habent in **Arlei** in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Robertus* fil. *Nicholai* de **Haweresham** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de dimidia acra prati proxima poſt pratum avunculi ipſius *Roberti* in magno *Hulmo*, & de dimidia ſumma tritici percipienda in unaquaque quadrageſima in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Hugo* de **Haverſham** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de octo acris terræ in **Herlei**, & de ſeptem acris terræ ubi *Robertus* de **Hernesdene** juxta **Totale** & de j. acra prati in prato ipſius *Hugonis* de **Langford** in puram & perpetuam elemoſinam. Traditionem (*&c.*) quas *Petrus* de **Staning** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de toto jure ſuo quod habuit in terra de **Gare** cum pertinentiis. Donationem (*&c.*) quas *Robertus* de *Salteya*, per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de decem ſolidatis redditus percipiendis apud **Stokes** de terra quam *Aiulfus* tenuit in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quam *Ricardus* de **Boſvile** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de aliqua domo in loco vocato *la* **Gare** per ipſum *Ricardum* non edificando. Conceſſionem (*&c.*) quas *Humfr.* de **Baſſingburn** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de j. dimid. marcata redditus quam *Willielmus* de **Lyſures** fil. & hæres *Fulconis* de **Lyſures** dedit & conceſſit præfatis monialibus percipienda de manerio ipſius *Humfridi* de **Abyndon** in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Humfr.* filius & hæres *Humfridi* de **Baſſingburn** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de j. dimid. marcata redd. quam *Willielmus* de **Lyſurs** fil. & hæres *Fulconis* de **Lyſurs** dedit & conceſſit præfatis monialibus percipienda de manerio ipſius *Humfridi* fil. *Humfridi* de **Abyndone** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Robertus Linc.* epiſcopus per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & monialibus de xl. acris in **Hertwelle** quas *Galfridus* pater prædicti epiſcopi eis conceſſit cum ſorore ejuſdem epiſcopi & de ij. toſtis in **Hertwelle** in perpetuam elemoſinam. Ratificationem eciam quam *Walkalinus Maminot* per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus, de donatione xl. acrarum terræ quas *Galfr.* de *Hertwella* dedit præfatis monialibus & de duobus toſtis in *Hertwella* quæ *Simon* filius ejus dedit præfatis monialibus in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Simon* de *ſancto Licio* frater comitis *Simonis* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de uno prato in *Cunintona* vocato **Huthere-Lidehalch** in puram & perpetuam elemoſinam. Confirmationem etiam quam *Simon* comes **Northampton** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de quodam prato in *Cuningtona* vocato **Huthere-Litlehalen** quod *Simon* frater prædicti comitis conceſſit eiſdem monialibus in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Matill.* de **Honitune** uxor *Ricardi del* **Hett** per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de terra cum meſuagio quæ *Ailmarus* in **Branfeld** de præfata *Matill.* tenuit in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Willielmus Grimbalt* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de meſuagio & terra quæ *Ailmarus* tenuit in **Branfeld** in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Rogerus* Fab. fil. *Johannis Fabri* de **Branfeld** & *Iſabella* uxor ejus per ſcriptum ſuum fecerunt prædictis monialibus de v. ſolidatis redditus percipiendis de uno meſuagio in **Branfeld** quod *Willielmus* fil. *Radulfi* ad firmam de præfatis *Rogero* & *Iſabella* tenuit, & de duabus acris terræ in campis de **Dudington** parva, quas prædictus *Willielmus* tenuit in liberam (*&c.*) elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Rogerus Faber* de **Bramfeld** & *Iſabella* uxor ejus per ſcriptum ſuum fecerunt prædictis monialibus de v. ſolidatis redditus de duabus acris terræ cum pertinentiis in *parva*-**Dodynton** annuatim percipiendis in puram (*&c.*) elem. Donationem (*&c.*) quas *Robertus Baſſet* de **Riſton** miles per ſcriptum ſuum fecit prædictis monialibus de viginti ſolidatis redditus in villa de **Riſton**; ſcilicet quindecim ſolidatis redd. percipiendis de terris & tenementis quæ *Stephanus Carpentarius* de præfato *Roberto* tenuit in eadem villa & quinque ſolidatis redditus percipiendis de terris & tenementis quæ *Radulfus Faber* de præfato *Roberto* tenuit in eadem villa in liberam (*&c.*) elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Robertus* fil. *Roberti Baſſat* de **Riſton** per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de viginti ſolidatis redditus in villa de **Riſton**. Conceſſionem (*&c.*) quas idem *Robertus* fil. *Roberti Baſſat* de **Riſton** per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de prædictis viginti ſolidatis redd. in liberam (*&c.*) elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Ricardus* de **Standewell** clericus per cartam ſuam fecit præfatis abbatiſſæ & monialibus de quinque ſolidatis redditus cum pertinentiis in **Standewell** annuatim ſolvendis per manus prædicti *Ricardi* & hæredum ſuorum, & percipiendis de meſſuagio in quo ſitus eſt furnus & iiij. parte j. virg. terræ quæ *Andreas Furnarius* tenuit de prædicto *Ricardo* in liberam (*&c.*) elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Letia* fil. *Ada* de **Staldewell** per cartam ſuam fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de j. toſto cum croſto, quod *Simon* clericus frater prædictæ *Lecia* ei dedit in liberam & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Hugo* fil. *Mathei* de **Lodyngton** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de tota illa terra quam prædictus *Hugo* emit de *Radulfo* de **Haſtinkis** in villa de *Walda* cum omnibus pertinentiis & quam *Hugo Pilet* tenuit; & de tota illa terra quam prædictus *Hugo* emit de *Jordano Britone* de *Wanda*, & de j. meſſ. cum pertinen. in eadem villa & de dimidia acra terræ cum pertinen. in campis de **Waude** quæ jacet propè **Havenellegate**. Conceſſionem (*&c.*) quas *Radulfus* de **Haſtenges** de **Waude** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de illa dimidia virgata terræ cum pertinentiis in campis de *Walda* quam *Hugo Pilet* quondam tenuit in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c,*) quas *Matill.* de *Paueli* per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de redd. dimidiæ marcæ in villa de *Walda* quem eadem *Matill.* emit de predictis monialibus in puram & perpetuam elemoſinam. Remiſſionem (*&c.*) quas *Juliana* & *Alicia* fil. *Simonis* fil. *Mathei Fabri* de **Lodyngton** per ſcriptum ſuum fecerunt præfatis abbatiſſæ & monialibus de toto jure & clamio quod habuerunt in uno toſto & dimid. virgata & dimidia acra terræ cum pertinentiis in **Lodyngton** in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Jordanus Brito* de **Waude** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de j. meſſuagio & j. dimidia acra terræ in **Waude** in puram & perpetuam elemoſinam Donationem (*&c.*) quas *Agatha Truſſebut* per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de quatuor bovatis terræ cum pertinentiis ; videlicet de ij. bovatis terræ cum pertinentiis in **Brandeſton** quas *Hugo* filius *Willielmi* de **Brandeſton** quondam tenuit de præfata *Agatha*, & de ij bovatis terræ cum pertinentiis in **Faleclive**, quas *Johannes* fil. *Alberni* de prædicta *Agatha* tenuit in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Robertus* de **Tenethebrai** & *Avelina* uxor ejus per ſcriptum ſuum fecerunt præfatis monialibus de ij. virgatis terræ in *Shirintunia.* Conceſſionem (*&c.*) quas *Adam* de **Cokefeld** & *Lucia* uxor ejus per ſcriptum ſuum fecerunt præfatis monialibus de terra quam *Robertus* de **Tenethebrai** & *Avelina* uxor ejus dederunt præfatis monialibus in villa de **Shirington** in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Robertus* de **Cokefeld** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de illo dono quod domina *Lucia* de **Cokefeld** avia prædicti *Roberti* præfatis monialibus conceſſit de tribus ſolidatis redditus annuatim percipiendis de tenemento quod *Gervaſius Piſtor* tenuit in villa de **Shirington** in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *R.* filius *Hugonis* per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de xx. ſolidatis annui redditus percipiendis in **Braibrok** & *Turnebia* in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Ricardus* fil. *Roberti* fil. *Hugonis* per cartam ſuam fecit prædictis monialibus de xx. ſolidatis annui redd. percipiendis in **Braibrok**, & *Turnebia* in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Henr.* de **Braibrok** per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de quatuor marcatis redd. & dimid. percipiendis de tenementis que *Ricardus* de **Farthingeſt** de ipſo *Henrico* tenuit in villa de **Evenle** in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Henr.* de **Braybrok** per ſcriptum ſuum fecit prædictis monialibus, de molendino ipſius *Henrici* de **Bollebrichulle** cum toto ſitu & ſtagno & cum omnibus pertinentiis ſuis in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Wyſcardus Ledet* per ſcriptum ſuum fecit prædictis monialibus de omni eo quod *Henr.* de **Bra ybrok** pater predicti *Wiſcardi* eiſdem monialibus dedit & conceſſit ; ſcilicet de molendino de **Bollebrikhull** cum toto ſitu & ſtagno & cum omnibus pertinentiis ſuis ; & de quatuor marcatis redd. & dimid. in **Evenle** in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Kelina* filia *Johannis* fil. *Endonis* de **Rothewell** per cartam ſuam fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de j. domo cum pertinentiis in **Rothewell** quam *Brito* quondam tenuit, & de j. domo cum pertinentiis quam **Coſpis** tenuit in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Nicholaus* de *Cirenceſtr.* vicar. de **Rowll** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & conventui de duabus ſolidatis & ſeptem denaratis annui redd. quas *Johannes* de **Waude** præfato *Nicholao* ſolebat reddere annuatim pro illis duabus ſcoppis quas idem *Nicholaus* emit de *Rogero* de **Phyteſle** & de *Rogero Ciſtore* in **Rowl** in liberam & perpetuam elemoſ. Donationem (*&c.*) quas *Nicholaus* de *Cireceſtr.* vicar. de **Rowel** per ſcriptum ſuum fecit prædictis monialibus de illo meſſuagio cum croſto quod *Willielmus* de **Warnevile** præfato *Nicholao* dedit in **Rothewell**, & de domo & curia quam *Willielmus Brion* quondam tenuit in liberam, & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Agnes* de **Veſcy** per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & monialibus de uno toſto & croſto in **Stapelford**, & de v. bovatis terræ cum pertinentiis in eadem villa in liberam, puram,& perpetuam elemoſinam. Remiſſionem (*&c.*) quas *Radulfus Pippard* per ſcriptum ſuum fecit præfatis monialibus de toto jure & clamio quod prædictus *Radulfus* habuit vel habere potuit in j. meſſ. & v. bovatis terræ cum pertinentiis in **Stapelford** in com. *Leyceſtr.* quæ prædictæ moniales tenent de dono & feoffamento *Agnetis* de **Veſcy**. Donationem (*&c.*) quas *Johannes* de *Chaneſin* per ſcriptum ſuum fecit præfatis abbatiſſæ & monial. de j. virg. terræ in **Wikyngeſton** cum toſto & croſto & cum omnibus pertinentiis ſuis ad prædictam virgatam terræ pertinentibus. Conceſſionem (*&c.*) quas *Aleys* de *Campann* per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de donatione quam *Johannes* de *Chaneſin* pater prædictæ *Aleys* & *Petronylla* mater ejus prius fecerunt prædictis monial. de una virgata terræ in **Wykyngeſton** cum toſto & croſto & omnibus pertinentiis ſuis, & de quatuordecim ſolidatis redd. percipiendis annuatim de illa virgata terræ quam *Johannes* de **Wykyngeſton** fil. *Toldewini* tenuit. Conceſſionem (*&c.*) quas *Aleys* de *Campann* fil. prædicti *Johannis* de *Chaneſin* fecit prædictis monialibus de prædictis xiiij. ſolidis de *Johanne* Fabro percipiendis. Donationem (*&c.*) quas *Nichol.* de **Bernewell** per cartam ſuam fecit præfatis abbatiſſæ & monial. de ij. meſſ. & ij. virgatis terræ cum pertinentiis in **Woſton** quæ præfatus *Nicholaus* emit de *Willielmo* de *Cauz* in perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Euſtachius* de **Folevile** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de j. virgata terræ in **Eſſeby-Folvile** cum pertinentiis quam *Robertus Weke* de præfato *Euſtachio* tenuit & de ipſo *Roberto* nativo ſuo cum omni ſequela ſua & omnibus catallis ſuis in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *Lucia* de **Mungumery** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de j. virg. terræ cum pertinentiis in villa de **Leyke** quam *Ricardus* fil. *Edmundi* tenuit, & de ipſo *Ricardo* cum tota ſecta ſua in lib. & perpetuam elemoſinam. Donationem (*&c.*) quas *W.* comes **Albemarle** fecit prædictis monialibus de dimid. marcata redd. in **Hebonſe** percipienda. Donationem (*&c.*) quas *Henr.* de **Pynkeney** per cartam ſuam fecit præfatis abbatiſſæ & monialibus de octo virgatis terræ cum pertinentiis in **Barton**; ſcilicet de illa virgata terræ quam *Johannes* fil. *Galfridi* tenuit & de illa virgata terræ quam *Willielmus* fil. *Johannis* tenuit, & de illa virgata terræ quam *Thomas* molendinarius tenuit, & de illa dimid. virg. terræ quam *Hugo* fil. *Galfridi* tenuit; & de illa dimid. virgata terræ quam *Gilbertus* fil. *Willielmi* tenuit, & de illa dimid. virgata terræ quam *Willielmus* fil. *Petri* tenuit, & de illa dimid. virg. terræ quam *Robertus* filius *Johannis* tenuit; & de illa dimid. virgata terræ quam *Ricardus* de **Donyngton** tenuit; & de illa dimidia virgata terræ quam *Simon Poket* tenuit; & de illa dimid. virgata terræ quam *Johannes* fil. *VVillielmi* tenuit, & de illa dimid. virg. terræ quam *Robertus* fil. *Willielmi* tenuit; & de illa dimidia virgata terræ quam *Adam* fil. *Hugonis* tenuit, & de illa dimidia virgata terræ quam *Willielmus* fil. *Hugonis* tenuit, & de omnibus dictis villanis dicta villenagia tenentibus, cum omnibus ſequelis & catallis ſuis, in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Rogerus* filius *Ivonis* de **Dutleburc**, & *Matill.* uxor ejus per cartam ſuam fecerunt præfatis monialibus de v. ſolidatis redd. percipiendis annuatim de præfatis *Rogero* & *Matill.* & hæredibus ſuis de ten. ipſorum *Rogeri* & *Matill.* in **Seenges**. Donationem (*&c.*) quas *Willielmus* fil. *Henr.* de **Cugenho** per cartam ſuam fecit præfatis monial. de decimatione panum ipſius *Willielmi* habenda eo modo quo pater prædicti *Willielmi* eis dedit & conceſſit in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Thomas* fil. *Johannis* de **Suthwick** per cartam ſuam fecit præfatis monialibus de ij. acris terræ de dominico ipſius *Thome* in puram & perpetuam elemoſinam, ratas habentes & gratas (*&c.*) confirmamus ſicut carte & ſcripta prædicta rationabiliter teſtantur (*&c.*) Dat. per manum noſtram Apud **Norhampton** xviij. die Maii.

Carta *Simonis* de ſancto *Licio*.

Ex autographo in bibl. Cotton.

SImon *de ſancto* Licio *frater comitis* Symonis, *univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, preſentibus, & futuris ſalutem, Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe & hac preſenti carta confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Prato Northamtoniæ, *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ mea & animæ patris mei & omnium anteceſſorum meorum. & pro anima* Symonis *nepotis mei, unum pratum in* Cumtona, *quod vocatur* Huthere Lidehaleh, *in puram & perpetuam elemoſinam, ad luminare ejuſdem eccleſiæ. His teſtibus, comitiſſa* Adelyz *de* **Gaund**, Ric. *de* Pec. Arneiſ. *de* Nevilla, Willielmo *fil.* Hugonis, Andrea Muſchant, Rogero *capellano*, Tom. *de* Bartona, Pagano, *hoſtiario*, Tom. *le* Butiller.

Pilla *Prioratus in* Cambria.

Charta Adæ *de* Rupe *fundatoris, per regem* Edwardum *confirmata*.

Cartæ de an.25. *Ed.* I.n.8.

Vide etim Pat. 3. *H.6.* part 2. m.22.

REX archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam *Adam* de *Rupe* fecit Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Budoco* & monachis de ordine *Tironenſi* in monaſterio de *Pilla* Deo ſervientibus, in hæc verba. Sciant univerſi ſanctæ matris eccleſiæ filii præſentes & futuri, quod ego *Adam* de *Rupe*, de divina confidens remuneratione, pro ſanctæ eccleſiæ exaltatione, monaſterium in terra mea de *Pilla* ad honorem ſanctæ Dei genetricis ſemperque virginis *Mariæ* conſtituens, conſenſu & aſſenſu hæredis mei, uxore eciam mea *Blandina* concedente, pro ſalute animarum noſtrarum, patrum noſtrorum, & matrum noſtrarum, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, dedi & conceſſi & hac mea preſenti carta confirmavi Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Budoco* & monachis de ordine *Tironenſi* ibidem Deo ſervientibus, unam carucatam terræ quæ vocatur terra *Rogeri*, & dimidiam carucatam terræ quæ appellatur **Wasfreit**, per antiquas diviſas, & viginti acras & dimidiam in terra quæ appellatur terra *Seman* propinquiores dicto monaſterio, in pratis & in paſcuis & in omnibus libertatibus quas eis warantizare potero; & molendinum quoddam quod vocatur molendinum **Stoppell**, & in *Pulla* ſubjacente dicto monaſterio libertatem faciendi unam piſcariam in quo loco voluerint & libere habendi, & in villa de *nova Mota* quoddam burgagium proximum porte orientali, uno burgagio excepto in parte aquilonari cum octo acris terræ, & in eodem feudo de *Mota* totam terram vocatam **Bathketlinethan**, & de nemoribus meis circa nominatam motam ad proprios uſus quantum voluerint. Preterea dedi eis & conceſſi in terris ſuis polam, duellum, furcas, ignem, ſanguinem, & omnes alias juſtitias & libertates quas ego habeo in terris mei; & quicquid liberi homines mei, divine miſerationis intuitu, de terris ſuis rationabiliter illis contulerint, cum prenominatis libertatibus eis concedo tenendum. Dedi etiam eis communem paſturam in terra mea cum tot averiis quot de terra ſua exigit ſecundum morem patriæ. Ita quod Gabularii mei communem paſturam habeant cum illis. Et quia heæ donationes ad prædicti monaſterii ædificationem & ad honeſtam præfatorum monachorum ſuſtentationem minus ſufficiunt, dedi eis & conceſſi omnes eccleſias terræ meæ, ſcilicet eccleſiam ſancti *Kewit* de *Steintona* & eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Rupe*, & eccleſiam ſancti *David* de *novo-Caſtello*, & eccleſiam ſancti *Nicholai* de *Nova-mota* & omnes eccleſias tocius conqueſti mei, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, & decimas omnium molendinorum meorum. Has igitur prenominatas terras, eccleſias, decimas & libertates dedi eis & conceſſi in puram & perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni ſervicio & exactione ſeculari, ſicut aliqua elemoſina poteſt melius & liberius exhiberi. Et ut hæc mea donatio rata & ſtabilis permaneat, ſigilli mei appoſitione preſens ſcriptum corroboravi. Hiis teſtibus, *Andrea* abbate de ſancto *Dogmaele, Ricardo, Mangnnel, Ricardo* de **Huſcart**, *Johanne* filio *Walteri, Henrico* filio *Willielmi, Henrico* filio *Roberti Mauricio* de **Treuram**, *Stephano Lupo, Henrico Ruffo, Ricardo Gundewin, Adam* clerico, & multis aliis.

Carta *Thomæ* de *Rupe.*

INſpeximus *etiam cartam confirmationis quam* Thomas *de* Rupe, *filius & heres* Johannis *de* Rupe *fecit Deo & ſanctæ* Mariæ *& ſancto* Budoco *& monachis prædictis in hæc verba. Sciant præſentes & futuri quod ego* Thomas *de* Rupe *filius* Johannis *de* Rupe *& heres, pro ſalute animæ meæ anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, do & concedo & hac mea preſenti carta confirmo omnes donationes quas* Adam *de* Rupe *ſenior, fundator Prioratus beatæ* Mariæ *de* Pulla *dedit & conceſſit Deo & ſanctæ* Mariæ *& ſancto* Budoco *& monachis de ordine* Tironenſi *ibidem Deo ſervientibus & ſervituris imperpetuum, tam in terris quam in eccleſiis, in domibus & ortis, tam in molendinis quam in ſtagnis & gurgitibus, in pratis, & viis, & ſemitis, in redditibus, preſentibus Habend. & tenend. in puram & perpetuam elemoſinam pro me & heredibus meis vel meis aſſignatis imperpetuum libere & quiete integre & pacifice honorifice abſque omni exactione ſeculari, in omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, ſicut præfati* Adæ *de* Rupe *cartæ teſtantur. Et ego dictus* Thomas *de* Rupe, *pro me & hæredibus meis vel meis aſſignatis has donationes præfatas in forma preſcripta dono & confirmo, una cum duabus carucatis terræ cum pertinentiis omnibus quæ vocantur* **Suthoc** *in tenemento de villa* Herbrandi, *ſicut carta* Matildis *de* Rupe *matris meæ teſtatur, & tres carucatas terræ cum omnibus pertinentiis ſuis in tenemento de* **Dewant** *cum tribus partibus molendini ejuſdem ville cum pertinentiis ſuis. Concedo etiam eiſdem monachis ſex bovatas terræ cum pertinentiis ſuis in villa de* **Stodhaye**, *& quinque acras terræ cum dominio unius carucatæ terræ in eadem villa & dimidiam carucatam terræ in tenemento de* **Strichemerſhille**, *quæ vocatur* **Windeſſors** *cum pertinentiis. Et in* Pulla *ſubjacente dicto Prioratui unam gurgitem in quo loco melius & liberius voluerint, & ſex acras terræ in tenemento de* Pulla *cum pertinentiis, quæ quondam fuerunt* Ricardi Blakeman, *& unam marcam annui redditus cum dominio* Walteri Baglas *& hæredum ſuorum vel aſſignatorum cum pertinentiis. Præterea concedo prædictis monachis totam terram quam habent cum domibus & ortis in tenemento de* Rupe *cum ſex particis terræ cum pertinentiis & omnimodum* **Wrech** *quod evenit vel evenire poterit in dimidia carucata terræ in qua capella ſancti* Cradoci *de* **Mengol** *ſita eſt, ſicut carta* Johannis *de* Rupe *patris mei teſtatur. Inſuper concedo eiſdem monachis duas carucatas terræ cum pertinentiis & unam bovatam terræ in tenemento de villa* Johannis *cum pertinentiis ſuis quæ vocatur* **Poneketun**, *& jus patronatus eccleſiæ de villa* Johannis *cum pertinentiis & duas bovatas terræ in caſtro* Vydii *cum pertinentiis, & alias duas bovatas terræ in tenemento de* **Pornetun** *cum pertinentiis. Item duas bovatas terræ apud* **Retforo** *in tenemento de* **Dunant** *cum pertinentiis. Concedo eiſdem monachis omnem terram quam habent in villa* Huberti, *& in villa* Ledelini, *& in terra de ſancto* Budoco *cum pertinentiis, una cum octo acris terræ apud* **Redeberch** *in tenemento de villa* Roberti *cum pertinentiis. Et omnia prata quæ tenſantur * poſt mortem* Johannis *de* Rupe *patris mei per Priorem & monachos in tenementis ſuis, & domos extra ortos ſuos ubique eiſdem concedo ſalva communa gabulariorum meorum de* Pulla *poſt fenum collectum & abductum. Preterea concedo eiſdem monachis jus patronatus eccleſiæ ſancti* David *de villa* Huberti *cum pertinentiis, una cum jure patronatus eccleſiæ ſancti* Madoci *de* Veterivilla *cum una acra terra cum pertinentiis. Has vero donationes ſupradictas & conceſſiones Priori & monachis & ſuis & ſucceſſoribus cum omnibus pertinentiis ſuis pro me & hæredibus meis vel meis aſſignatis conceſſi & quietas clamavi, & hoc preſenti ſcripto confirmavi ſicut cartæ quorumcumque donatorum ſeu feoffatorum ſuorum teſtantur. In cujus rei teſtim. huic preſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, domino* Nicholao *filio* Martini *(&c.)*

* Ita M.S.

Heninghamenſis *Prioratus* *in agro* Eſſexiæ.

Carta Alberici *de* **Wer.**

RIcardo Dei gratia *Londonienſi* epiſcopo & univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis & fidelibus preſentibus & futuris *Albricus* de **Wer** ſalutem. Noverit univerſitas me conceſſiſſe & carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Jacobo* & ſanctæ *Cruci* & Sanctimonialibus Deo ſervientibus apud **Hegham**, donationem quam pater meus eis fecit & carta ſua confirmavit, & terram quam *Paganus* filius *Syredi* tenuit & meſuagium quod *Godeſridus faber* tenuit ad eccleſiam ſuam & edificia ſua conſtruenda eodem loco quo novum foſſatum verſus mariſcum locum illum includit, & molendinum de **Hegford** & totum illud pratum quod jacet inter illud molendinum & ſuum purpriſium, & piſcariam aque illius quantum ſtagnum extendit & terram illam & purpriſium ultra aquam de **Hengeford** ubi capella dicte crucis ſita fuit inter aquam & ſtratam regiam cum ſuis pertinentiis, & totam terram de **Tageleye** cum ſuis pertinentiis & quatuor acras terræ in **Dunlawe** juxta prædictum molendinum. Preterea conceſſi & hac carta mea confirmavi prædictis monialibus petitione *Ricardi Londonienſis* epiſcopi tertii & petitione patris mei & matris meæ & conſilio amicorum & proborum hominum meorum & ſpontanea mea voluntate, ad eas honeſte

Ex regiſtro de *Huningham* penes *Will. Pierpoint ar.*

ſuſtinendas pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, eccleſiam de **Hegheham** de Caſtello cum ſuis pertinentiis & boſcum de **Gosfeld** qui appellatur **Ruebroch** quod eſt de feodo de **Hegham**, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam. Hæc conceſſio & confirmatio mea facta eſt vigilia ſancti *Petri* ad cathedram anno ſecundo regni *Ricardi* regis *Angliæ* coram venerabili *R. Londonienſi* epiſcopo tertio & *D.* abbate ſcilicet *Johannis Coleceſtriæ* & *D.* Priore de **Colum** & *R.* Priore de **Hathfeld**-*Regis*. Quare volo & precipio ut predicte moniales terras prædictas cum ſuis pertinentiis & omnia prædicta tenementa & eccleſiam de **Hegham** cum ſuis pertinentiis habeant & teneant & poſſideant libere quiete & honorifice ut liberam & perpetuam elemoſinam in perpetuum. Hiis teſtibus, &c.

Alia Carta ejuſdem *Alberici.*

S*Ciant &c. quod ego comes* Albricus *dedi & conceſſi & hac carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſancti* Nicholai *de* **Hegham** Petrum *novum hominem & totum tenementum ſuum & totum ſervicium ſuum. Et* Philippum *clericum & ſervicium ſuum & terram quam tenet apud* **Hegeford** *cum redditu xii. denariorum in eſcambium ſex ſolidorum quos* Martinus *de* **Bodekesham** *mihi debet, unde dotavi eccleſiam de* **Hegeham** *ad ejus dedicationem, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam. Et volo & precipio ut predicta eccleſia prædictos homines & prædicta tenementa habeat & poſſideat libere quiete & honorifice ut liberam & perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus, &c.*

Carta Alberici, *de* **Ver** *com.* Oxon.

A*Lbricus* de **Ver** comes *Oxoniæ* omnibus hominibus ſuis & amicis *Francis* & *Anglicis* preſentibus & futuris ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & eccleſiæ ſanctæ *Crucis* & ſanctimonialibus de **Hegford**, ibidem Deo ſervientibus boſcum illum cum ſuis per inentiis qui vocatur **Alecotehegh**, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum in perpetuam & puram elemoſinam habendum & tenendum imperpetuum. Quare volo & firmiter precipio ut predicte moniales habeant & teneant predictum boſcum cum ſuis pertinentiis liberum & quietum de me *&* de heredibus meis abſque omni ſeculari ſervicio & exactione. Hiis teſtibus, &c.

Ordinatio ſuper hoſpitale de **Hegham**-*Caſtro.*

Ibid. fol. 2. N*Overint univerſi Chriſti fideles preſentes literas inſpecturi vel audituri quod cum nobilis vir* Hugo *de* **Ver** *comes* Oxoniæ *Hoſpitale quoddam extra portam de* **Hegham**-Caſtro, *in quo pro ſalute animæ ſue & uxoris ſue & anteceſſorum ſuorum & heredum divina celebrentur & pauperes & ſui impotentes ad hoſpitalitatem & refectionem admitterentur conſtruxiſſet, & ad premiſſorum ſuſtentationem certa bona aſſignaſſet, Prioraſſa ſanctæ* Crucis *de* **Hegham** *& ejuſdem loci conventus ex hoc ſibi præjudicium generari poſſe metuentes ex eo quod dictum hoſpitale ſtatutum eſt infra limites parochiæ eccleſiæ ſancti* Nicholai *de* **Hengeham** *quæ ad dictam* Prioriſſam *& conventum tam in ſpiritualibus quam in temporalibus dinoſcitur pertinere, ſe contra premiſſa oppoſuerunt, allegantes premiſſa nec poſſe nec debere fieri illis invitis & reclamantibus, & maxime niſi prius eis de indempnitate parochialis eccleſiæ plenius caveretur. Habitis ſuper premiſſis pluribus tractatibus, tantum conſilio amicorum & voluntate parcium contradictio quievit & pax reformata in ſubſcripta forma fuit. Videlicet quod predictus comes & heredes ſui in prefato hoſpitali habebunt duos vel tres capellanos vel plures vel pauciores ſecundum quod ſibi viderint expedire & domus facultates ſufficere, qui divina in dicto hoſpitali celebrabunt, & nullum parochianum parochialis eccleſiæ de* **Hegham** *ad aliquod ſacramentum eccleſiaſticum aliquo tempore admittent, nec aliquod annuale ſive tritennale vel requeſtam à dictis parochianis recipient niſi forte hoc faciant de ſpeciali licentia Prioriſſe quæ pro tempore fuerit & ejus conventus. Conceſſerunt etiam & dicta Prioriſſa & ejus conventus quantum in eis eſt quod dicti capellani habeant cimiterium proprium in ſolo hoſpitali ad uſum capellanorum & clericorum ibidem miniſtrantium & converſorum ligna converſorum deferentium & infirmorum ibidem commorantium. Et erunt dicti capellani clerici & hujuſmodi converſi & etiam infirmi tam mortui quam vivi abſque omni honere parochiali vel ſequele prorſus immunes. Alii vero qui in dicto hoſpitali fuerint ſicut laici miniſtrantes videlicet bovarii & bercarii honera & ſequelas parochialis eccleſiæ ſicut alii ſuſtinebunt in omnibus. Habebunt etiam dicti capellani duas campanas in ſua capella vel juxta ſecundum quod viderint expedire. Oblationes vero quecumque fient in dicto hoſpitali ſive in manu ſacerdotis in miſſa ſive aliter undecumque proveniant, & omnes obventiones ibidem ex quocumque provenientes ſive ex titulo legati ſive ex quocumque alio titulo integre cedent in uſus ipſius hoſpitalis. Ita tamen quod in conſuetis ac debitis parochiali eccleſiæ nullum per hanc conventionem ſive ordinationem fiat prejudicium quo minus poſſit parochialis eccleſia petere cum effectu & integre a quocumque parochiano in morte & in vita quod ſibi debitum eſt & conſuetum. Predictum vero hoſpitale de bonis ſuis parochialis eccleſiæ decimas tam majores quam minores ſicut alii parochiani preſtabit, excepto ortolagio in dicto hoſpitali & aliis ibidem in terris creſcentibus, & exceptis decimis oblationum & obventionum omnium ex quocumque titulo provenientium. Capellani vero qui pro tempore in dicto hoſpitali admittendi ſunt antequam divina celebrent ſacramentum preſtabunt Prioriſſe prædictæ & conventui ſuo quod fideles erunt parochiali eccleſie ſecundum formam hujus ordinationis.*

Lapleienſis *Prioratus in agro* Staffordienſi, *cella monaſterii* S. Remigii Rhemenſis.

Carta comitis Algari *de* Lappeleia.

Ex Ipſo autogr. apud S. *Remig. Rhemis*

IN nomine domini Jeſu Chriſti ſumme & individuæ Trinitatis notum ſit cunctis cultoribus Chriſti, *Algarum* quondam *Anglorum* comitem Ingenium, conſentiente *Eduuardo* Dei gratia rege *Anglorum*, ſancto *Remigio Remenſis* eccleſiæ quandam villam pro anima ſui filii, ſcilicet nomine *Burobardi*, dediſſe, quæ *Lappeleya* cum ſuis appendiciis, *Anglico* vocitatur ſermone; cujus etiam putrili corpori Roma quidem venienti in preſcripto polianeſo baſilice divina prædeſtinatio ſepulturam ordinavit, quatenus pro eo ibi ſanctæ ſervientes eccleſiæ Deum ſemper remuneratorem omnium bonorum fideliter precarentur precibus aſſiduis: & de hoc ergo tali pacto publicè affirmari decrevit, ut ſi fortè quis ſanctæ violator eccleſiæ, mortifera diabolo inſtigante cupiditate imbutus, ab eo unquam illam auferre voluerit, cum *Datban* & *Abirom* quos terra viventes deglutivit, deteſtabilem ſuſtineat condempnationem, perpetualiter anathema ſit. Quicumque vero ad augendum predictum ſtipendium cuſtodiendumque ſtuduerit, ſimul cum ſancto *Remigio* ubi cum Chriſto glorificabitur benedictionem conſequatur in eccleſiis, quod largiatur miſericordia ſalvatoris, qui vivit. Et hoc quidem ut certius crederetur idoneis ſtabilivit ſub teſtibus, quorum nempe nomina ordinatim conſcribuntur, imprimis enim *Edwardus* Dei gratia Rex *Anglorum* teſtis fuit veridicus, necnon *Edgith* regina ex cujus proſapia originem duxerat, & *Stigandus* archipreſul, ſimul & *Aldredus* & *Heremannus* epiſcopus & *Aluualdus* epiſcopus & *Leuuinus* epiſcopus & *Willermus* epiſcopus & *Vualterus* epiſcopus & *Giſa* preſul & preterea *Harotens* dux *Toſtinus Gird.* & *Luuinus Vualtef* ſimiliter cum multis prepotentibus Principibus. Hoc ſcriptum in duabus cartis habetur diviſum, quarum unam anglica lingua ſcriptam idem comes *Algarus* ſecum retinuit, aliam voce latina dictatam ſancto *Remigio* devotus tranſmiſit.

Carta *Roberti* abbatis S. *Remigii Rhemenſis*, de villa de **Silvintone** in epiſcopatu *Heref.*

N*Otum ſit tam preſentibus quam futuris, quod ego* Azmarius *abbas eccleſiæ S.* Remigii, *per conſilium domini* Rodberti Couuentrenſium *epiſcopi concedo* Alurico *clerico villam* **Silvintone** *pro xx. ſolidis ſolvendis in feſto S.* Martini *ea conditione ut inde faciat hominium ſub juramento. Vxor autem ejus* Edit *cum filiis & filiabus ſuis legitimum hominium faciant S.* Remigio *ejuſque monachis, & inſuper eis fideliter ſerviant ſicut liberi homines. Si vero* Aluricus *ſuper vivente uxore imprimis obierit, ſancto* Remigio *xx. ſolidos dabit. Si vero ipſius uxor, tertiam partem boni quod in illa villa habebit, eis ſimiliter laxabit, & de omnibus quæ ad nos pertinent ſi offenderit plenam juſticiam in* Lappaliga *faciant. Hujus rei teſtes ſunt,* R. *epiſcopus* Noe, R. Rufus, R. Gravein, R. *venator* R. *filius . . . . Bagod,* Laruagyul *& A. filius . . . . . . & omnis curia S.* Remigii.

Carta Walteri Cou. & Lich. *epiſcopi.*

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos preſentes litere pervenerint *Vualterus* permiſſione divina *Couuentrenſis* & *Lychf.* epiſcopus ſalutem in omnium ſalvatore. Noveritis quod cum dudum nobis archidiaconatum *Staff.* noſtre dioceſis anno domini Milleſimo trecenteſimo decimo octavo autoritate ordinaria perſonaliter viſitantibus, omnes religioſos & alios eccleſias parochiales in eodem archidiaconatu in uſus proprios obtinentes, ad proponendum & oſtendendum pro jure ſuo quicquid haberent ſuper retentione eccleſiarum hujuſmodi ad certos dies & loca in ſingulis decanatibus ejuſdem archidiaconatus feciſſemus coram nobis judicialiter evocari. Ac nobis exiſtentibus in decanatu de *Lappeleya* dicti archidiaconatus: frater *Johannes* Prior domus de *Lappileya*, nomine procuratorio pro abbate & conventu monaſterii ſancti *Remigii*, *Remenſis* dioceſis, cui Prioratus ſeu domus religioſorum de *Lappeleſia* prædicta ſubjectus eſſe dinoſcitur, congruis loco & tempore coram nobis ſufficienter comparens, varia inſtrumenta & privilegia ſuper appropriatione eccleſiæ parochialis de *Lappeleſia* & capelle de *Aſton* eidem annexæ, dictis abbati & conventui ſancti *Remigii* ab antiquo ut dicebatur facta exhibuiſſet, & etiam ad intentionem ſuam in hac parte juvandum propoſuiſſet in forma juris, quod iidem religioſi dictam eccleſiam cum capella predicta ſic appropriatam ut premittitur, tenuerunt a tempore cujus contrarii memoria non exiſtebat, pacifice & quiete. Super qua propoſitione in forma juris admiſſa pluribus teſtibus productis juratis & examinatis & eorum atteſtationibus publicatis, dieque dato parti dictorum religioſorum ad audiendum pronuntiationem in negocio memorato. Nos *Walterus* permiſſione divina epiſcopus antedictus, auditis & intellectis ac diligenter inſpectis rationibus juribus probationibus & munimentis dictorum religioſorum, totiuſque negocii meritis recenſitis, deliberatione habita ſuper eiſdem cum jureperitis, in preſentia partis eorundem religioſorum, abbatem & conventum predictos utpote canonicos poſſeſſores dictæ eccleſiæ cum capella prædicta & ſuper retentione earum ſufficienter munitos fuiſſe & eſſe memoramus pronunciamus, & à noſtro examine in hac parte fore decrevimus dimittendos, ipſoſque quoad premiſſa abſolvimus & dimiſimus per decretum. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum *Lychf.* quinto idus Aprilis anno domini milleſimo trecenteſimo xix. Ibid.

Carta Regis *Henr.* primi.

H. *Rex* Anglorum R. *epiſcopo &* N. *vicecomiti de* **Staffort** *ſalutem, Volo ut ſci-*

atis quod ego concedo & volo ut ſanctus Remigius *terras ſuas cum honore habeat & omnes conſuetudines quas anteceſſores ibi habuerunt qui & terras dederunt ipſas pleniter teneat & iſte monachus . . . quiete & honorifice eas in mea pace cuſtodiet.* Et *ſcitote quod ego dedi ſancto unam hidam ad* **Merſtan** *pro anima mea ſicut unquam melius habuit tempore regis* E. *& fratris mei* Willielmi, *in campo in ſilva & in aqua. Quod ſi negligas & clamorem inde audiam decem libras mihi perſolvas. Teſtibus,* R. *epiſcopo de* **Wintune**, R. *epiſcopato de* **Ciceſtre** *&* H. *vicecomite de* Warw.

Carta ejuſdem regis Henrici.

HEnricus Rex *Angliæ Ricardo* de **Welune** & *Fulgacio* vicecomiti & omnibus baronibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Salopeſira* ſalutem. Sciatis quod volo & precipio ut monachi ſancti *Remigii* ita bene & quiete & cum honore teneant terram ſuam quam habent in *Salopeſira* & omnia ſua ſicut melius & quietius tenuerunt tempore patris vel fratris mei regis *Willielmi*. Et ſi quis injuſtè de rebus eorum ſibi uſurpare voluerit, eis plenam juſtitiam facite, & ita ne amplius inde clamorem audiam pro penuria recti. *T. Vualtero* capellano, apud *Weſtmonaſterium* in concilio.

Alia Carta ejuſdem Regis.

HEnricus *Rex* Angliæ Roberto *epiſcopo* Ceſtrenſi & Nicholao *vicecomiti de* **Staffort** *& omnibus baronibus* Francis *&* Anglis *de* Statfortſira *ſalutem. Sciatis quod* Godwinus *monachus de ſancto* Remigio *de* Remis *ante me & barones meos apud* Tamewrdam *diſrationavit eccleſiam de* Lappeleya, *& decimam & corpora mortuorum contra* Robertum *capellanum meum de* Rotomago, *ſicut ſanctus* Remigius *melius tenuit & habuit in tempore regis* Eduuardi *& patris & fratris mei* Willielmi *regis. Et volo quod iſta & omnes alias ſuas res bene & in pace teneant ipſe ſanctus & monachi ſui. Teſtibus* Roberto *epiſcopo* Linc. *&* R. *epiſcopo* **Salesbirie** & Willielmo *epiſcopo* Exoniæ *&* Goisfrido Ridello *& Aluredo* de Lincolia, *apud* Tamuuordam.

Alia Carta Regis Henrici.

HEnricus Rex *Angliæ Roberto* epiſcopo *Ceſtria* & *Nicholao* vicecomiti *de* **Statfort** & *Ricardo* de **Welune** vicecomiti *Salop*. ſalutem. Prohibeo ne ſubmoneatis monachos de ſancto *Remigio* de *Remis* ut eant ad Hundreda nec ad ſirras, ſed incopolitos ſuos vel unum ex hominibus ſuis mittant. Teſtis *Henricus* comes de **Waruuic**, Apud **Waltham**.

Carta Regis *Edw*. I.

EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ *dominus* Hiberniæ *& dux* Aquitaniæ *archiepiſcopis* (&c.) *Sciatis nos conceſſiſſe &c. abbati & conventui ſancti* Remigii Remenſis *quod ipſi & ſucceſſores ſui inperpetuum habeant unum mercatum ſingulis ſeptimanis per diem Martis apud manerium ſuum de* Aſton *in com.* Staffordiæ *& unam feriam ibidem ſingulis annis per duos dies duraturam videlicet in vigilia & in die ſancti* Petri *ad vincula niſi &c. & quod habeant liberam warennam inperpetuum in omnibus dominicis terris ſuis de* **Lappeleye**, **Merſton** *&* Aſton *in com. predicto, ita quod nullus &c. Hiis teſtibus, &c. Datum per manum noſtram Apud* **Stebenheth**, *duodecimo die Aprilis anno regni noſtri viceſimo.*

Extraict dun autre Tiltre *touchant la confirmacion du bien de ſaint* Remy *par le Pape* Alexandre *en lan* 1154.

IN *Anglia* in epiſcopatu *Ceſtrenſi Lapelleiam* cum eccleſia, *Eſtonam*, *Mereſtonam*, medietatem de *Wilniſort*, *Wiliſortem*, villam *Riduuaram*. In epiſcopatu *Herefordenſi* villam **Silvitou**, decimam de *Roniaco*.

Toteneienſe *Cœnobium in agro* Devonienſi.

Carta Juhelli *filii* Aluredi.

Ex ipſo autogr. apud S. Sergium & Bacchum. Andeg.

OMnibus ſanctæ Dei eccleſiæ cultoribus notum fore volumus quod *Juhellus* filius *Aluredi* dedit Deo & ſanctis martyribus *Sergio* & *Bacho* & abbati loci & domno *Tetbaldo* monacho, qui ibidem præſentialiter erat loco omnium fratrum, eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Toteneio* cum omnibus ad eandem eccleſiam pertinentibus, & decimam omnium maneriorum ſuorum & cenſus totius burgi, & omnium exiturarum de *Toteneſio* totam decimam. Et hoc etiam in dono ſuo miſit, ut ſi aliquod maneriorum ſuorum de manu ſua dando vel vendendo ejiceret, decimam indubitanter ſanctis retineret. Donavit etiam duas terras quæ ſunt ſubtus caſtellum, id eſt, *Foletonam* & Greſtonam cum liberis & ſervis, & ante burgum quamdam excluſam cum piſcatore, & ad Sabbatum concedicum duarum piſcaturarum ſuarum, id eſt, *Aſprintone* & *Corneude* & decimam caſeorum ſuorum, vitulorum, ovium, lanarum, porcellorum, & totius ſubſtantiæ ſuæ. Inſuper etiam donavit ſanctis ſupradictis campum qui eſt ſubtus eccleſiam, eam videlicet partem quam in manu ſua tenebat, & quod alii habebant in eodem campo promiſit ſe eiſdem ſanctis donaturum, cum quo terram *Seutini* presbyteri donavit, & terram *Anſquitilli* presbyteri quam tenebat *Rotbertus Tornator* cum capella ſancti *Petri* & quæcumque homines ſui ſancto *Sergio* & ſanctæ *Mariæ* donarent, ita tamen ut ſervitium exinde non amitteret, conceſſit. Fecit hanc elimoſynam pro *Willielmo* Rege *Anglorum* de quo illum honorem habebat, ut Deus eum ſalvum & incolumem conſervaret & poſt hujus vitæ decurſum ad æternam vitam perduceret. Fecit etiam hoc donum pro ſemetipſo & pro animabus anteceſſorum ſuorum, id eſt, patris ſui & matris ſuæ & fratris ſui *Rotberti* & omnium conſanguineorum ſuorum vivorum & mortuorum.

Notitia de Toteneſio.

DEdit autem hæc omnia *Jubellus* abſque ullo retinaculo, ſicut dictum eſt, Deo & ſancto *Sergio* ſolida & quieta in manu domini *Tetbaldi*, eccleſiam ei tradidit per clavem monaſterii & cordam ſigni & cum ipſius cultello donum ſuper altare miſit. Fecit autem hoc donum coram multis bonæ memoriæ viris, quorum iſta ſunt nomina, *Martinus* de *Walis*, Richardus ejus homo, *Rogerius* ſeneſcallus, *Anſgotus* presbyter, *Rogerius* preſbyter, *Hubertus* presbiter, *Anſquitillus* presbiter, *Turgis* miles *de la foreſt*, *Odo* ſeneſcallus, *Warinus diſpenſator*, *Radulfus Malban*, *Rotbertus Tornator*, *Godefredus* filius *Achardi*, *Rainaldus Durandus*, *Rogerius* homo Dalini de Wer, *Warinus* & *Gaufridus* & *Rainaldus* homines ſancti *Sergii* & multi alii. Sane *Hubertus* & *Anſchitillus* presbyteri feudum quod primitus tenebant de *Jubello* petierunt humiliter a domno *Tetbaldo* qui ibidem loco abbatis & omnium fratrum erat, ut eis feudum quod primitus tenuerant, concederet, tali pacto ut ſubjecti eſſent ſancto *Sergio* & abbati & omnibus fratribus, & per omnia fideles & proprii capellani. Quod eis conceſſit per deprecationem domni *Jubelli* coram ſupradictis teſtibus & reveſtivit propria manu.

Mortuo autem *Willielmo* Rege filius ejus *Willielmus* ſucceſſit in regnum, & *Jubello* de *Toteneſio* expulſo hæreditatem ejus *Rogerio* de *Novant* donavit. Qui *Rogerius* imprimis monachis mala plurima intulit, ſed poſtea interventu ipſius Regis ſancto *Sergio* ſicut *Jubellus* in eiſdem verbis omnia conceſſit, & a monachis viginti libras illius monetæ accepit, & uxor ejus dimidiam marcam auri. Contigit autem ut idem Rex in *Normanniam* veniret, & cum eo iſte *Rogerius*. Domnus vero abbas *Accbardus* Regem adiens ut conceſſionem ſuam confirmaret, ipſo *Rogerio* interveniente rogavit. Rex vero prius beneficium loci ſuppliciter petiit, & illud accipiens à domno abbate ſigillum ſuum gaudens & ampliora promittens donavit. Hujus rei teſtes ſunt Comes *Hugo*, & *Rotbertus* filius *Aimonis*.

Barnaſtapolenſis *Prioratus beatæ* Mariæ Magdalenæ, Exonienſis *dioceſis ubi debent eſſe Priore computato vj. monachi.*

Carta Willielmi *Regis* Anglorum.

Ex ipſo autogr. apud S. *Mart.* de *Campis Pariſ.*

EGo *Willielmus* Dei gratia Rex *Anglorum* concedo S. *Petro* de *Cluniaco* in obedientiam S. *Martini* de *Campis* quæ eſt *Pariſius*, ſcilicet pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum & pro anima *Jubeli*, qui hujus dator eſt eleemoſinæ & parentum ſuorum, eccleſiam de *Barnaſtapola*, cum omnibus rebus quæ eidem eccleſiæ pertinent; hoc ſolo excepto quod ejus capellano attinet, & hoc eſt tantummodo domini ſuæque propriæ familiæ oblatio. Quod autem ſupereſt plurimorum teſtimonio trium ſolidorum numerum non excedit per annum. Præterea hoc quod idem habet in *Piltona*, tam in terra quam in hominibus. Terra quidem duabus carrucis ſufficit, quæ in dominio eſt, homines vero decem ſolidos per annum reddunt. Præter hæc etiam quicquid ipſe in *Pallanda* videlicet ſimiliter Terram in dominio quæ duabus carrucis ſufficit & homines qui per ſingulos annos quindecim ſolidos reddunt & unum molendinum quod ſingulis annis viginti ſolidos reddit; & in Taveſtoc quindecim ſolidatas redditus. Præter hæc autem omnium dominicarum ſuarum duas partes tam animalium quam ſegetum, lanæ & caſeorum ſeu cæterorum. Et nominatim decimam molendini de Boni, & decimam piſcinæ *Framinctorina* & illius piſcinæ quæ eſt apud Taveſtoc. Et decimam viginti ſolidorum quos ipſe habet in *Barnaſtapola*, videlicet duos ſolidos & unum *Burgenſem* apud *Eſſeceſtram* qui per annum reddit duos ſolidos. De hac itaque elemoſina predicta ego *Williemus*, rex *Anglorum* concedo ut eccleſia præfata S. *Martini* de *Campis* quadraginta ſolidos ſingulis annis propriis uſibus habeat. Quod autem ſuperfuerit fratres qui loco prædicto, id eſt eccleſiæ de *Barnaſtapola* deſervient, in ſuis neceſſariis habeant. Et ut hæc largitio firma inconcuſſaque omni tempore permaneat, ſigillo ſanctæ *Crucis* manu propria ego ipſe confirmo. ✠ Huicque confirmationi fideles meos ſubſcriptos teſtes adhibeo. *Jobelem*, *Robertum Balduini* filium, *Rog.* de *Novant*. *Ra.* epiſcopum de *Frem.* H. regis, *Henricum* comitem de *War.* *Ro. Ricardi* filium *Ra. Bigot.*

Carta Willielmi Exonienſis *epiſcopi qua Priori S.* M. Magdalenæ *concedit eccleſiam S.* Petri *de* Barneſtapoli.

UNiverſis fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Willielmus* miſeratione divina *Exonienſis* eccleſiæ miniſter humilis æternam in domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra nos divinæ charitatis intuitu, inſpectis cartis *Jobelis* de Toton & *Henrici* de Traſci dediſſe & hac præſenti carta noſtra confirmaſſe de voluntate & conſenſu dilectorum filiorum noſtrorum decani & capituli *Exonien.* eccleſiam matricem beati *Petri* de *Barnaſtapolia* cum capellis decimis & obventionibus ad eam pertinentibus Priori S. *Mariæ Magdalenæ* de *Barnaſtapl.* quem pro tempore perpetuum eſſe decrevimus, & monachis ibidem Deo ſervientibus habendam & tenendam inperpetuum ad uſus proprios integre & plenarie, ſalva honeſta ſuſtentatione capellani ad preſentationem dictorum Prioris & monachorum a nobis & ſucceſſoribus noſtris inſtituendi. Qui quamdiu fideliter & honeſte ſe habuerit amoveri non poterit ab eiſdem. Hanc autem donationem & conceſſionem fecimus

mus ſalva juriſdictione noſtra & ſucceſſorum noſtrorum, & archidiaconorum loci in eadem eccleſia, ſalvo etiam jure & poſſeſſione omnium qui vel in eadem eccleſia, vel ad eandem aliquid juris obtinere noſcuntur. Habebit autem capellanus qui pro tempore fuerit honeſtam domum juxta portam Prioratus & victualia; panis & calciamentis exceptis, ſicut unus de fratribus, & una cum illis. Duas etiam marchas ad quatuor anni terminos pro æquis portionibus percipiet, per manum Prioris de oblationibus ejuſdem eccleſiæ, & equum & ſervientem habebit de ipſo Prioratu ad omnes neceſſarias eccleſiæ profectiones. Et his tantum contentus, nihil extra vel intra percipiet, ſed de omnibus integre dicto Priori reſpondebit. Et ſuſtinebit idem Prior omnia onera eccleſiæ epiſcopalia & archidiaconalia debita & conſueta. Ut autem hæc conceſſio & donatio noſtra futuris temporibus ſtabilis perſeveret, eam ſcripti præſentis munimine & ſigilli noſtri fecimus impreſſione roborari. Actum anno domini MCCxxxiij. in die inventionis S. *Stephani* prothomartyris, conſecrationis noſtræ anno x. His teſtibus, magiſtris *Philippo* præcentore & *Ricardo* concellario, magiſtro *Will.* de Arundell canonicis *Exonien.* *Martino Prudue* rectore eccleſiæ de Peinton, magiſtro *W.* de Molend, *Rogero*, *Eurardo*, & multis aliis.

Confirmatio conceſſionum eidem loco factarum, per eundem *Willielmum Exonienſem* epiſcopum.

OMnibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit Willielmus *Dei gratia* Exonienſis *epiſcopus ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra quod nobilis vir* Joel *filius* Aluredi *pro ſalute animæ ſuæ, & patris ſui & matris ſuæ, & omnium parentum & amicorum ſuorum conſtituit quandam obedientiam monachorum* Cluniacenſium *apud* Barnaſtaple *ad honorem Dei & domini noſtri Jeſu Chriſti, ſanctæque* Mariæ *& ſanctorum Apoſtolorum* Petri *&* Pauli *& ſanctæ* Mariæ Magdalenæ, *& ipſam obedientiam eccleſiæ ſancti* Petri *de* Cluniaco *& eccleſiæ ſancti* Martini *de* Campis *ſubdidit ad quam divina providente clementia devotus confugere & in ea habitum monaſticæ religionis ſuſcipere diſpoſuit. Et quia ex voto tenetur eccleſia ſanctæ* Mariæ Magdalenæ *extra caſtellum ſuum de* Barnaſtapla *fundata tantum beneficii conferre, ut ſacer monachorum conventus conſtitui & ſuſtentari poſſit, ad ſuſtentationem ipſorum quaſdam particulas terræ ſuæ donavit eis, ſcilicet* Piltonam *cum boſco & mariſco &* Pillandam, *utraſque liberas & quietas cum omnibus appenditiis ſuis, ſicut ipſe unquam eas liberius & quietius habuit & tenuit. Donavit etiam eis molendinum de* Barnaſtapla *liberum & quietum cum multura totius villæ & caſtelli; ita quod burgenſes ad aliud molendinum (molendino monachorum integro exiſtente) molere non poterunt. Et totam terram extra muros, quæ eſt juxta portam de* North *& portam de* West *ſimul cum foſſa uſque ad contiguam viam, & totam aquam prout terra eorum extenditur. Et totum tractum piſcium ipſius aquæ, tam in terra monachorum, quam in terra ſua proxima. Ipſis quoque monachis conceſſit excluſam piſcaria in terra ſua firmare in quantum terra eorum extenditur ex altera parte aquæ. Inſuper autem conceſſit ipſis monachis ut omnes terras ſuas & homines & poſſeſſiones & eleemoſinas quas habent vel in poſterum jure ac legaliter acquirere poterunt, infra fines totius terræ ipſius & feudi ſui habeant & teneant ſolutas liberas, & quietas ab omnibus exactionibus .... placitis querelis & omni ſervitio & opere ſervili & omnibus conſuetudinibus quæ excogitari poterunt. Si quid vero forefacti vel querela inter homines præfati* Joelis *& homines monachorum inciderit, monachi plenarie de qualibet cauſa curiam ſuam & juſtitiam habeant propriam & emendationem. Et quia memoratus* Joel *hæc prædicta præfatorum monachorum ſuſtentationi minime ſufficere æſtimavit, divini amoris inſtinctu totam eccleſiam ſancti* Petri Barnaſtaplæ *cum omnibus pertinentiis ſuis capellis decimis, obventionibus & omnimodis fructibus & cum capella S.* Salvii *& oblationibus ſuis per manum noſtram & per aſſenſum noſtrum in proprios uſus monachorum habendam & in perpetuam eleemoſinam poſſidendam donavit & jure proprietatis tranſactavit, & duos partes decimæ ſuæ de* Fremintun, *& totam decimam piſcium. Quæ omnia ſupradictis monachis donavit & ſigillo ſuo confirmavit; ita quod in eos nec ſibi nec alicui ex heredibus ſuis aliquid violentæ poteſtatis exercere licebit, niſi tantummodo contra adverſantium moleſtias defenſionis auxilium. Quod ne tractu temporis vel malignantium verſutiis in dubium revocetur, ego ſicut dioceſanus epiſcopus ad petitionem jam dicti* Joelis *preſenti ſcripto & ſigilli mei appoſitione ipſis monachis conceſſi & confirmavi. His teſtibus,* Aſcelino *archidiacono,* Oſberto *capellano epiſcopi & aliis.*

Ex veteri Martyrologio M S.

VI. Idus Feb. dominus Philippus *de* Coulombiers *miles patronus domus Prioratus B.* Mariæ Magdalene *de* Barnaſtapoli Exonienſis *dioceſis, ac* Helenora *ejus uxor, officium fiat pro eis*

Prioratus S. Jacobi *extra muros* Exonienſis *civitatis* Exonienſis *dioceſis in quo debent eſſe Priore computato iv. monachi.*

Carta Baldewini *de* Reveriis *comitis* Exonienſis, *conceſſionis ejuſdem.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, incipit carta comitis *Baldewini* de *Riveriis.* Quilibet Chriſtiani a Chriſti eccleſiæ rectoribus ammonentur religioſorum deſideriis conſentire, juſtiſque ipſorum poſtulationibus clementer annuere. Quapropter ego *Baldewinus Exonien.* comes univerſis ad quos preſens ſcriptum pervenerit, notum fieri volo, quod venerabilis monachi *Ricardi* de *Tottonia* cognati mei ammonitionis frequentiâ divinitus inſpiratus, filio meo *Ricardo* concedente & plenarium aſſenſum præbente pro remedio animæ meæ & præcipue pro anima uxoris meæ *Adaliza* & patris mei *Ricardi* & matris meæ *Adelizæ*, necnon & nobiliſſimi *Henrici* regis qui terram patri meo dedit, & filiorum filiarumque mearum & pro omnium parentum meorum animabus totam terram cum capella S. *Jacobi* & decima & omnibus pertinentiis ſuis quas *Walterus* filius *Wlwardi* de me libere tenuit, ipſo *Waltero* rogante & concedente quicquid juris & dominii in eis habebat, & herede ſua *Edit* aſſentiente, Deo & monaſterio S. *Petri Cluniaco* & S. *Martini* de *Campis*, ad ſuſtentationem monachorum *Cluniacenſium*, ibidem Deo & S. *Jacobo* ſervientium, per manum domini *Roberti Exonienſis* epiſcopi donavi & irrevocabiliter confirmavi cum eadem libertate & liberis conſuetudinibus quibus terram de **Toppeſham** tenui & habui. Inſuper etiam conceſſi eis ut omnes terras ſuas & homines, poſſeſſiones, & eleemoſinas, quas habent vel in poſterum jure ac legaliter adquirere poterunt infra fines totiùs terræ meæ & feudi mei habeant & teneant ſolutas liberas & quietas ab omnibus exactionibus, hundredis placitis querelis & omni ſervitio & opere ſervili, & telonio & omnibus conſuetudinibus quæ excogitari poterunt. Præterea piâ devotione conceſſi ut monachi præfati & homines eorum habeant in terra ſua quamlibet menſuram & libertatem vendendi & emendi & res ſuas omnibus modis juſte multiplicandi. In terra etiam mea conceſſi ut habeant abſque omni impeditione, liberum itum & reditum, cum rebus ſuis, & communes paſcuas animalibus ſuis, & juncos in mariſco abſque emptione & omnem communitatem refugium & profectum in omni loco qui ad me ſpectare dignoſcitur. Si quid vero foreſacti vel quærelæ inter homines meos, & homines eorum quacunque occaſione inciderit monachi plenarie de qualibet cauſa curiam ſuam & juſtitiam habeant propriam & emendationem. Hæc omnia ſupradictis monachis donavi & jure proprietatis tranſactavi, ita quod in eos nec mihi nec alicui ex hæredibus meis aliquid poteſtatis violenter exercere licebit, niſi tantummodo contra adverſantium moleſtias defenſionis auxilium. Et quia hæc prædicta prædictorum fratrum ſuſtentationi minime ſufficere æſtimavi, divini amoris inſtinctu totam eccleſiam de *Twivertona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, per manum prædicti domini *Roberti Exon.* epiſcopi donavi & preſenti ſcripto confirmavi. Volens ut ipſi ab omni vexatione liberi & immunes orationi vacent, & Deum pro nobis indeſinenter exorent. Præterea ex voto teneor prædictæ eccleſiæ S. *Jacobi* extra muros civitatis *Exon.* fundatæ tantum beneficii conferre, unde ſacer monachorum conventus conſtitui & ſuſtentari poterit. Et ne aliquis indevotus contra hanc meæ donationis paginam diabolica inſpiratione ire preſumat, vel aliquam inferat moleſtiam, ipſam ſigilli mei impreſſione corroboravi, coram his teſtibus, *Stephano* de **Mandevill**, *Huberto* de *Vaus*, *Radulpho Patrich*, *Roberto* de *Scocis*, *Rogero* abbate, *Willielmo* filio *Radulphi* & fratre ſuo *Roberto*, *Hugone* clerico de **Coleford**, *Roberto* de *Guierin*. *Guidone* de **Britevile**, *Willielmo* de **Muſters**, domino *Roberto* abbate de **Taviſtoch**, *Ri.* filio *Radulf.* *Willielmo* de **Morevill**, & filiis *Willielmo* & *Henrico*, *Jobello* filio *Nigelli*, *Galfrido* de *Lega*, militibus.

Prioratus S. Clari *in* Angliæ *ea regione quæ* Wallia *dicitur, ubi debent eſſe Priore computato, tres monachi.*

De novem manſionibus terræ apud Lundoniam *in* Anglia Willielmi Wintonienſis *epiſcopi conceſſionis earundem carta.*

Ibid.

NOtum ſit cunctis eccleſiæ fidelibus tam futuris quam præſentibus, quod ego *Willielmus Giffard Guintonienſis* epiſcopus, pro ſalute animæ meæ & animæ *Radulfi* de *Tunio*, do terram meam quæ eſt in foro *Lundoniæ*, quam habui de *Odone Bajocenſi* epiſcopo, eccleſiæ ſancti *Martini* de *Campis* ita ut ejuſdem eccleſiæ Prior eam cum ſuis redditibus ſic libere poſſideat in perpetuum ad opus fratrum in prædicta eccleſia Deo famulantium, ſicut Ego unquam liberiùs illam poſſedi: Hujus rei teſtes ſunt *Henricus* archidiaconus. *Grimaldus* medicus. *Gualterus* presbyter. *Ricardus* presbyter. *Godefridus* de *Audeleio*. *Jordanus* de *Salchavilla* cum fratribus ſuis *Willielmo* & *Roberto*. *Ricardus* de *Ricardivilla*. *Rogerus* de ſancto *Laurentio*. *Ricardus* de *Herbertivilla*.

Henrici *Regis Angliæ pro eadem Conceſſione Carta.*

HENRICUS Rex *Anglorum*, *A.* Archiepiſcopo *Cantuariæ*, & *Mauritio* epiſcopo *Lundoniæ*, & *Hugoni* de *Bochelanda*, & omnibus Baronibus *Francis* & *Anglis Lund.* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe ſancto *Petro* de *Cluniaco*, & ſancto *Martino* de *Campis* novem Manſiones terræ in *Lundonia*, quas *Odo* epiſcopus *Bajocenſis* dedit *Willielmo Giffardo*, quæ ſunt in magno vico *Lundoniæ*, in perpetuum poſſidendas: Et volo & firmiter præcipio, ut ita bene & honorificè & quietè teneant, ſicut *Willielmus Giffardus* epiſcopus *Wintoniæ* eas meliùs & honorabiliùs & quietiùs tenuit, & ita habeant *ſaccam* & *ſoccam*, & **toll** & **team**, & **infangenteof**, & omnes alias conſuetudines ſuas ſicut prædictus *Willielmus* meliùs & honorabiliùs habuit. ✠ Signum regis *Henrici*. ✠ Signum Reginæ *Mathildis* II. ✠ ſignum *Willielmi Gifardi* epiſcopi *Wintonienſis*. ✠ ſignum *Eudonis* dapiferi. ✠ ſignum *Roberti Bloet* epiſc. *Lincoln.* ✠ ſignum *Rogeri Bigod.* ✠ ſignum *Rogeri* epiſcopi *Sariſberiæ*. ✠ ſignum *Willielmi* de *Werelwaſt*.

Suinenſis *Abbatia in agro* Eboracenſi.

[Reſpice pag. 834. col. 1.]

Conventiones inter moniales de Swina, *& dominum* Alexandrum *de* **Hilton**.

Ex autogr. penes... .. *Miklethwait* medicinæ Doctorem an. 1653.

OMnibus hanc cartam viſuris vel audituris, *Matilda* Prioriſſa de *Swina* & ejuſdem loci conventus ſalutem. Noverit univerſitas veſtra nos convencionaſſe domino *Alexandro* de **Pilton** militi,qui novem bovatas terræ cum pertinentiis nobis dedit in *Swina*, ſi fortè contigerit (quod abſit) quod anno ab incarnatione Domini mileſimo ducenteſimo quadrageſimo primo obierit, quod ſi fortè contigerit (quod abſit) quod in ſecundo anno proximo ſequenti obierit tunc tres bovatæ terræ de prædictis bovatis terræ hæredibus prædicti *Alexandri* redibunt. Quod ſi in tertio anno obierit tunc ſex bovatæ terræ prænominatæ hæredibus dicti *Alexandri* redibunt poſt terminum completum in cyrographo inter nos confecto, ſolutæ & quietæ ſine ullo impedimento. Et ſi prædictus *Alexander* nos indemnes cuſtodierit per prædictos tres annos, ſecundùm quod continetur in prædicto cyrographo, Nos reddere tenemur hæredibus ipſius *Alexandri* Cartam de feoffamento quam inde nobis fecit, & terram prædictam, una cum aliis terris, poſt terminum completum ſex annorum. Et ſi fortè contigerit (quod abſit) quod predictus *Alexander* infra tres extremos annos obierit, & ejus hæredes non warantizaverint nobis manerium de *Swina*, cum terris & tenementis in **Otringham** quæ omnia nobis dimiſit uſq; ad terminum ſex annorum, ſicut continetur in cyrographo inter nos inde confecto, executores dicti *Alexandri* nobis omnia damna pro defectu warantizationis illorum nobis illata, infra illos tres annos plenariè & ſine dilatione reſtaurabunt. Et in hujus rei teſtimonium huic ſcripto Cyrographato dictus *Alexander* & nos ſigilla noſtra, viciſſim appoſuimus. Hiis teſtibus *Willielmo* Conſtabulario. *Willielmo* de ſancto *Quintino*. *Ricardo* de **Wullingham**. *Ada* de **Cothun**. *Petro* de **Beningholm**. *Simone* de **Preſton**. *Henrico Coleman*. *Johanne* de **Bilchan**. *Roberto Coco* & aliis.

Reſpice. fol.775. a.

Bellalandenſis *Abbatia in agro* Eboracenſi.

Incipit fundatio domus Bellelandæ *edita à* Philippo *abbate tertio domus prædictæ ſicut ipſe audierat à prædeceſſore ſuo abbate* Rogero *& aliis ſenioribus hujus domus.*

Ex regiſt. de Bellalanda penes Joh. Ruſhworth ar. f.10.b.

HUmana memoria per primi parentis inobedientiam in tantum obfuſcatur & obnubilatur, quod quicquid in hac vita temporali agitur vel contingit niſi literis expreſſe commendetur, brevi proceſſu temporis acſi nunquam fuiſſet vicio oblivionis dominante totaliter elabitur & evaneſcit: Ideo oportunum fore duximus ſucceſſoribus noſtris brevi ſcriptura innoteſcere cauſam formam & modum ſive proceſſum fundationis domus noſtræ de *Bellalanda*, prout ab antiquioribus frequenter audivimus qui à piæ recordationis viro domino *Rogero* predeceſſore noſtro & pluribus aliis qui de *Caldra* venerunt, ſufficienter fuerunt inſtructi.

Primordium quidem hujus Monaſterii, ut aſſeritur, tale fuit. Quod tempore & anno Regis *Henrici* triceſimo quinto, ſcilicet, milleſimo centeſimo 1134. triceſimo quarto, qui *Henricus* Rex fuit filius *Willielmi Baſtardi*, ducis *Normanniæ*, qui lege belli & ſenſus induſtria *Angliam* conquiſivit, cum abbatia de *Furneſio* fundata fuiſſet de ordine *Savygneii* & antequam ordini *Ciſtercii* eſſet incorporata, contigit quod conventus quidam de *Furneſio* exiens ſortitus eſt quendam locum qui vocatur *Caldra* in **Coupland**, ex pia collatione cujuſdam magnatis illius patrie ad Abbaciam conſtruendam, ordinato eidem conventui Abbate nomine *Geroldo*. Nomina verò monachorum qui exierant de *Furneſio* uſque *Caldram*, cum prædicto abbate ſunt iſta, *Robertus* de *Inſula*, *Tocka* de *Loncaſtro*, *Johannes* de **Bynſtan**, *Theodoricus* de **Dalton**, *Hormi* de eadem, *Rogerus* ſubcellerarius, *Alanus de* **Wrcewyk**, *Wydo* de **Bolton**, *Willielmus* de eadem, *Petrus* de *Pictaviis*, *Vlfus* de *Ricomonte*, *Bertrannus* de **London**. Qui cum per quadriennium ibi manſiſſent & ſecundùm ordinis *Savygnienſis* inſtituta in magno labore & defectu vixiſſent, hoſtili invaſione *David* Regis *Scociæ*, & populi terræ ſuæ ac *Galewecie* facta, qui verſus terram *Angliæ* properabant more ſolito debacantes & ſanguinem *Anglorum* ſitientes, tempore & anno tertio Regis *Stephani*, anno domini milleſimo centeſimo 1137. triceſimo ſeptimo impingebant tandem latenter & inopinatè in Abbaciam illam de *Caldra* nuper inceptam, & tam de pecudibus ſuis quam aliis rebus quas apprehendere valebant, eandem domum penitus denudarunt. Quo facto, iniit conſilium prædictus abbas *Geroldus* cum conventu ſuo, ut ad maternam domum remearent, quod & fecerunt, quia aliud refugium in illis partibus non habuerunt. Set cum ad portam Abbaciæ cito poſt fugiendo perveniſſent, ab Abbate & conventu *Furneſii* qui de eorum reditu erant præmuniti ingreſſus ipſis totaliter fuit interdictus. Et hoc pro tali cauſa ut à quibuſdam dicebatur, quia abbas *G.* ad rogatum & denunciationem abbatis *Furneſii* noluit ibidem cedere officio ſuo, nec monachos qui ſecum venerant abſolvere à profeſſione ſibi facta, & inconveniens eſſet ut videbatur *Furneſienſibus* quod duo abbates cum conventibus ſuis in una morarentur abbatia. Ceterum ſecundum aliorum eſtimationem denegatus fuit eis ingreſſus, quia *Furneſienſes* noluerunt relevare ipſos aliquantulum ſubveniendo pro bonis amiſſis, ut per eorum auxilium tale ad aliquem vivendi ſtatum attingere poſt hujuſmodi ſubitam dejectionem. Sed nec aliquamdiu ipſos ſecum ob reverentiam caritatis vel ordinis retinere vellent, aut exterius alibi ſaltem donec inſolentia furoris nephandæ gentis prædictæ per virtutem Dei & exercitum *Anglorum* eſſet repreſſa, ne forte eorum ſtatus ſive ſubſtantia per hujuſmodi moram ſupra modum minueretur, imo miſerime & ſpiritu vehementi acerrime eos increpabant & viliter improperabant quaſi deſides & effeminatos qui locum ſuæ habitationis pro modico deſeruerunt ut apud *Furneſium* in majori copia & quiete vivere poſſent. Quam quidem increpationem ſimul & repulſam abbas *G.* & ejus conventus ægre ferentes, ſtatim ſine mora inde receſſerunt, ipſos *Furneſienſes* pariter & locum de *Caldra* omnino relinquentes, nichil ſecum præter veſtes & paucos libros in quodam plauſtro cum octo bobus prout melius poterant detulerunt. Cum itaque anno prædicto regis *Stephani* abbas *G.* cum conventu ſuo de porta abbatiæ *Furneſii* miſerrime anguſtiatus receſſiſſet & quaſi deſperatus, non longè ab abbatia illo die una cum ſuis prout melius potuit hoſpitio ſe ſuſcepit. Et in craſtinum ſurgens, per commune conſilium properavit verſus *Eboracum* ad dominum *Thurſtanum* tunc temporis archiepiſcopum, ut ejus conſilium & auxilium de perquirendo ſibi loco habitationis caritative flagitaret, ſpem bonam concipiens ex eo quod idem archiepiſcopus nuper ante, ſex annis elapſis contulerat locum opportunum cuidam conventui de *Fontanis* de terra & patrimonio eccleſiæ ſancti *Wilfridi* de **Rypon**, qui puro ſervore religionis & ordinis obſervandi ſecundum regulam ſancti *Benedicti*, exierat de abbatia ſanctæ *Mariæ Eboraci.* Et cum abbas *G.* cum monachis ſuis ad archiepiſcopum pervenit, idem archiepiſcopus audita cauſa adventus eorum, ſatis liberaliter ſuſcepit eos, & per aliquot dies ſecum honorifice retinuit, eorum deſtitutioni & laboribus piè compatiendo. Tandem per conſilium quorundam clericorum ſuorum miſit eos cum literis ſuis ad nobilem virū tunc temporis dominum *Rogerum* de **Mowbray** filium *Nigelli* de *Albineio* qui de novo cingulum ſuſceperat militare, ut inter inicia bonorum operum ſuorum talibus viris de patrimonio ſuo quod erat ampliſſimum, locum habitandi & ſuſtentationem miſericorditer provideret. Ad quem cum perveniſſent, de eorum adventu & exhortatione domini archiepiſcopi valde gaviſus eſt, & eo amplius quod occaſionem haberet aliquid præſtandi. Erat enim valde frugalis animi, & quaſi ſignifer liberalitatis inter omnes proceres terræ. Sed infra paucos dies poſt eorum adventum idem *Rogerus* dedit eis decimam omnium victualium quæ expendi debuerant in hoſpicio ſuo. Et miſit eos ad dompnum *Robertum* de *Alneto* quondam monachum de **Whiteby** qui tunc temporis vitam ducebat heremiticam apud **Hode**, ut cum eo ibi moram traherent, quouſque locum ipſis competentiorem alibi aſſignaret. Dompnus vero *Robertus* de *Alneto* cum ipſos intuitus fuiſſet, & cauſam adventus eorum cognoviſſet, cum magna reverentia in ſuis domunculis ſuſcepit eos. Et non diu poſt in tantum eorum converſatione ſancta delectatus eſt, quod eorum habitum devotiſſimè recepit, & abbati *G.* profeſſionem fecit, & ipſum locum de **Hode** illorum contulit diſpoſitioni. Quem quidem locum prenominatus *Rogerus* dedit abbati *G.* & ſuo conventui cum conſenſu & voluntate dicti domini *Roberti* de *Alneto* & monachorum de **Whiteby** anno gratiæ MCxxxviij. 1138.

Cæterum ut quorundam relationi autem accomodemus aſcultando & ſcribendo, ita nobis dicebatur, quod quadam die cum prædictus abbas *G.* cum ſuis monachis, de *Furneſio* verſus archiepiſcopum *Eboracenſem* ut prædictum eſt per viam incederet, & tantum haberet unum plauſtrum cum ſuis libris & indumentis, quod octo boves cotidie ſecum trahebant, & appropinquaret ville de **Thresk**, caſualiter obvium habuit Seneſcallum dominæ *Gundreæ* relictæ quondam *Nigelli* de **Albeney**, & matris *Rogeri* de **Mowbray** adoleſcentis qui tunc in cuſtodia extitit Regis *Stephani* ad terras ſuas cito venturi. Hic autem Seneſcallus valde admirans inceſſum talium virorum, diligentiſſimè inquiſivit ab Abbate *G.* cauſam tam gravis laboris tam ſui quam ſuorum. Qua ſibi expoſita, idem ſeneſcallus Abbati ſupplicavit devotiſſimè, ut ipſe cum monachis ſuis eodem die ad menſam comederet dominæ ſuæ tunc perhendinantis in caſtro de **Thresk**, à qua villa non tunc multùm fuerunt. Et abbas hujuſmodi ſupplicationi conſenſit, neceſſitatem ſuam & ſuorum voluntati Dei fiducialiter committens. Dictus verò ſeneſcallus præceſſit ad caſtrum, & dominam ſuam præmunivit de adventu talium virorum quos ad prandium pietatis obtentu invitaverat nomine ejuſdem dominæ ſuæ. Ubi cum abbas *G.* & monachi ſui perveniſſent cum ſuo plauſtro ſubſequente, & dicta domina in quadam camera excelſa per quandam feneſtram ſecretius reſpexiſſet paupertatem eorum, piæ compaſſionis affectu in lacrimis ſoluta eſt. Quæ tamen de eorum adventu jocunda, ac de eorum geſtu & ſimplicitate ædificata, apud ſe omnes retinuit, & rebus neceſſariis eiſdem liberaliter miniſtrari fecit, & ne ab illa recederent omnino interdixit, ac fideliter promiſit bonum auxilium infra breve tempus tam habitationis quam ſuſtentationis. Et quia abbas cum ſuo Conventu de manerio in manerium per varias provincias cum dicta domina incedere non potuit nec decuit, ipſa tranſmiſit eos ad avunculum ſuum ſive nepotem dominum *Robertum* de *Alneto*, de *Normannia* natum, quondam monachum de **Whiteby** qui tunc morabatur heremetice apud **Hode** ut præmiſſum eſt, & ibi ſufficienter ac honorificè eos ſuſtentari fecit, quouſque filius ejus *Rogerus* de **Mowbray** venit ad terras ſuas de cuſtodia Regis *Stephani*.

Interim autem dum Abbas *G.* cum ſuis monachis ibidem moraretur, ſecundùm temporis opportunitatem adiit archiepiſcopum *Thurſtanum* auxilium quæſiturus. Et idem archiepiſcopus ſcripſit *Rogero* de **Mowbray** pro abbate *G.* & monachis ſuis ſicut prænotatum eſt. *Rogerus* verò congaudens de exhortatione archiepiſcopi & ſupplicatione aſſidua matris ſuæ, primo dedit eis totam decimam victualium hoſpicii ſui. Et erat quidam converſus ad hoc deputatus *Lyngulfus* nomine ut curiam domini *Rogeri* ſequeretur & annonam ipſis conceſſam cotidie recolligeret, ac per nuncium fidum abbati ſuo & monachis ejus tranſmiſit uſque **Hode**. Et quando dominus *Rogerus* in locis morabatur remotioribus, tunc converſus ille vendidit omnia quæ ſibi competebant & pecuniam abbati ſuo deſtinavit. Contigit autem multociens quod propter hoſpites advenientes, qui nunquam defuerant tanto viro in magna multitudine, oportebat neceſſario dapiferum & proviſorem hoſpicii ſui mutuari ſepiſſimè à dicto converſo annonam illam, ne in hujuſmodi caſu contingente defectus eveniret in hoſpitio domini ſui. Et cum perventum fuiſſet ad ſolutionem faciendam annonæ mutuatæ, ultra modum proviſor tedio afficiebatur. Nam utrobique moleſtum ſibi fuit ſi vel defectus victualium inveniretur in hoſpicio domini, vel ſi tales viri tam ſanctæ converſationis beneficio fraudarentur quod dominus ſuus illis contulerat, maximè cum adhuc ſuſtentationem aliunde non haberent. Cogitavit igitur dapifer ejus, *Georgius* nomine, vir ſapiens & prudens quali remedio huic incommodo poſſet comodè obviare. Et debito modo invento, cum dominus ſuus ſecretè tractavit de negotiis cum conſilio ſuo, inter cætera demonſtravit domino, qualiter decimam victualium de converſo ſepius mutuavit, aliquando plus & aliquando minus, ſanè conſulendo ut aliquam terram daret ad valenciam decimæ victualium hoſpicii ſui, unde abbas *G.* & monachi ejus ſibi poſſent providere in neceſſariis. Cui ſuggeſtioni & conſilio dominus *Rogerus* aſſenſum prebuit, & non diu poſt dedit abbati *G.* & ſucceſſoribus ſuis vaccariam ſuam de **Cambe** & totam terram de **Wildon** & **Skakildon** & **Erghum** ad petitionem domini *Thurſtani* prædicti & *Gundrea* matris ſuæ anno Domini MCxl. per quæ 1140. poſſent ad tempus ſuſtentari ſicut patet per cartas.

Cum itaque abbas *G.* & monachi ejus morarentur apud **Hode** & aliquantulum in temporalibus bonis accreſcere cœpiſſent, timentes & præcaventes ſibi ne abbas de *Furneſio* per potentiam & auctoritatem ordinis in ipſos vendicaret juriſdictionem paternitatis, ac ſicut vulgariter dicitur injuſtè ab eis petitur juriſdictio vel dominium quibus in neceſſitate poſitis denegatur ſubſidium, conſilium inierunt unanimi voluntate ut idem abbas perſonaliter adiret dominum *Serlonem* abbatem *Savygneii* in *Normannia*, & totam veritatem receſſus ſui de *Caldra* plenè exponeret, ac qualiter *Furneſienſes* noluerunt eos recipere vel adjuvare in ſua perſecutione, & quod inſtanter peteret ex parte conventus ſui tanquam liberi ſui & juris proprii à *Furneſienſibus* refutatus & abjectus & nulli adhuc ſubjectus, ut ſubjiceretur immediatè eccleſiæ & abbati *Savygneii* imperpetuum. Abbas autem *G.* conſilio adquievit & profectus eſt ad capitulum generale *Savygneienſe* anno Domini MCxlij. circa feſtum ſancti *Johannis* 1142. Baptiſtæ. Ubi cum ſeipſum preſentaſſet & cauſa ſui adventus cum maturitate expoſita, ejus petitio audita fuit & grataṅter admiſſa auctoritate generalis capituli *Savygneii* quod tunc ibidem more ſolito per abbates ejuſdem ordinis annuatim celebratur. Et ſic licenciatus *Angliam* repetiit cum feſtinatione qua potuit. Et veniens apud *Eboracum* ibidem obiit in reditu de capitulo *Savygneii* vj. kal. Marcii. Cujus corpus delatum fuit per monachos ſuos uſque **Hode** & ibidem traditum ſepulturæ. Ipſoque honorificè ſepulto, eo anno ſucceſſit ei dompnus *Rogerus* qui ſecum venerat de *Furneſio* qui poſtea fuit ſubcellerarius apud *Caldram.* Qui cum eſſet magiſter novitiorū nec haberet niſi unum novicium & cum eo de obſervationibus ordinis loqueretur, omnes monachi ſubitò & inopinatè acceſſerunt & irruerunt in eum & manibus appoſitis traxerunt, & elevantes eum à terra proceſſerunt ſolempniter ad altare in oratorium, voce excelſa clamantes ipſum eſſe abbatem in nomine ſanctæ Trinitatis, & ſic ipſum ordinaverunt in abbatem & ſibi profeſſi ſunt ſecundùm ritum ordinis ſui qui adhuc fuit de *Savygneio* ſicut prædictum eſt. Poſtea vero idem abbas *Rogerus* in octavis Paſche ſuſcepit benedictionem apud **Schyrburne** de domino *Eboracenſi* archiepiſcopo ad præſentationem domini *Rogeri* de **Molbray** tunc ibidem præſentis & negotium procurantis.

Poſt hæc ſiquidem geſta ſecundum Dei ordinationem *Furneſienſibus* & alibi vulgariter relata, abbas & monachi de *Furneſio* manifeſtè percipientes ſe eſſe fruſtratos abbate *G.* nuper defuncto, & monachi qui de *Caldra* & porta *Furneſii* receſſerant & ſe & ſucceſſores ſuos ſubmiſerant immediatè eccleſiæ & abbati *Savygneii* & quod certum locum habuerunt ac terram viriliter coluerunt, ſine ſpe & propoſito revertendi ad *Caldram*, ordinaverunt in abbatem *Hardredum* monachum *Furneſii* & ipſum cum quodam alio conventu iterum uſque ad *Caldram* tranſmiſerunt, qui ab illo tempore uſque in preſenti ſucceſſione debita prout poſſunt regulariter ibidem converſantur, quaſi in eodem ſtatu temporalium, ſemper tabeſcentes.

Peractis itaque quatuor annis apud **Hode**, ubi plures perſonæ receptæ fuerunt ad converſionem, abbas *Rogerus* ſupplicavit dominæ *Gundrea* ut ipſa ſuggereret domino *Rogero* de **Moubray** filio ſuo, quod locus de **Hode** nimis arctus fuit ad abbaciam conſtruendam & quod alium provideret in ſitum aptiorem ad monachos ſuos qui in poſſeſſionibus & perſonis cotidie multiplicabantur. Siquidem veterani & emeriti milites de curia & familia dicti domini *Rogeri* converſi fuerunt ad eos & de bonis temporalibus ſecum attulerunt non modica, quibus ſuffragantibus conſtructa fuit una grangia apud **Wildon.** Inter quos milites duo fuerunt magni nominis & prudentiæ, ſcilicet *Landricus* de **Agys** & *Henricus* de **Waſprey**, & tercius prudentia non inferior *Henricus Bugge* cuſtos operis abbaciæ, qui proceſſu temporis multa bona domui ſuæ perquiſierunt. Nam ſtatim poſt eorum ingreſſum divulgabatur ubique per provinciam, quod illa nova habitatio de nobilibus viris & perſonis generoſis erat mirabiliter infra breve ſuffulta, unde devotio omnium audientium inclinavit ad dictum locum.

Domina vero *Gundrea* audiens & concipiens ſupplicationem abbatis *Rogeri* & diligenter advertens militum ſubitam & inopinatam converſionem, amplius convertit ad eos gratiam ſuam & favorem. Et ſic ſupplicavit dominó *Rogero* filio ſuo ut ipſa poſſet conferre monachis de dote ſua villam de *Bellalanda* ſuper moram. Quam ſupplicationem maternam idem *Rogerus* anno Domini MCxliij. circa nativitatem beatæ *Mariæ* virginis devotè & benignè conceſſit, & ipſemet 1143. dedit prædictis monachis prædictam villam de *Bellalanda* cum eccleſia ejuſdem villæ & omnibus pertinentiis.

Iſta donatione ſic peracta, abbas *Rogerus* & monachi ſui ad commonitionem & preceptum *Rogeri* de **Moubray** ſe tranſtulerunt de **Hode** uſque ad quendam locum in territorio *Bellalande* ſuper aquam quæ vocatur **Rye**, & ibi conſtruxerunt ſibi parvam cellulam ubi eorum tegularia nunc eſt conſtructa, non multùm ab abbacia quam nobilis vir dominus *Walterus* le **Spek** dominus de **Helmeſleye** paulo ante xiij. annis elapſis devotiſſimè conſtruxerat, quæ nunc denominatur **Ryevall.** Et ſic abbas *Rogerus* & monachi ejus manſerunt ſuper *Ryam* quinque annis.

Intentio quidem & voluntas *Rogeri* de **Moubray** fuit ſi fieri poſſet competenter, ut abbacia ex parte meridionali aquæ de **Rye** conſtrueretur, ad illud commodum & aiſiamenta aquæ per omnia habenda quæ *Ryevallenſes* percipiunt ex parte boriali. Sed ſitus loci ad hoc competere non potuit quoquam modo, ſimiliter & domorum nimia propinquitas non ſinebat, nam uterque conventus ſingulis horis diei & noctis campanas ſuas mutuo audire potuerunt, quod non decebat nec diu potuit aliqualiter ſuſtineri.

Cum verò dictus abbas *R.* & monachi ejus dictam villam *Bellelande* habuiſſent, decreverunt illam in grangiam unam redigere. Hæc illis cogitantibus aſſignaverunt quandam partem terræ ejuſdem villæ hominibus ibi manentibus ſcilicet apud **Stutekelde**, ubi dicti homines de novo inceperunt unam villulam & ibi manſerunt per plures annos, eidem nomen primum imponentes, & ſic eadem villa redacta eſt in grangiam.

Poſtea vero abbas *R.* perpendens diverſa pericula & fatigationes parochianorum ſuorum de **Scalton** advenientium ad maternam eccleſiam ſuam de *Bellalanda*, tum propter divina ſervicia audienda, tum propter divina ſacramenta eccleſiaſtica percipienda, adivit ad dominum *Henricum Murdac* archiepiſcopum *Eboracenſem* qui quondam fuerat abbas de *Fontibus*, anno pontificatus
1146. ſui primo ſcilicet MCxlvj. humiliter ſibi ſupplicans & requirens, ut ſibi & ſuo conventui licentiam donaret ad unam capellam conſtruendam in villa de **Scalton** quæ eſt infra limites parochialis eccleſiæ ſuæ de *Bellalanda*, precipuè propter pericula prædicta & propter aiſiamenta devoti benefactoris ſui domini *Hugonis Malbys* hæredum & hominum ſuorum, in qua homines dictæ villæ de **Scalton** tantum ibidem audirent divina & eccleſiaſtica perciperent ſacramenta, reſervata matrici eccleſiæ ſuæ de *Bellalanda* corporum parochianorum de **Scalton** morientium imperpetuum ſepultura, quod uſque hodie reverenter obſervatur. Optenta itaque licentia, dictus abbas *R.* & monachi ſui diligenter & devotè in media villa de **Scalton** ſumptibus ſuis unam capellam conſtruxerunt. Qua peracta, conſummata, & libris veſtimentis baptiſterio & aliis neceſſariis prout decet domum Dei decenter ornata, precepit abbas *R.* *Landrico* de **Agys** cellerario ſuo, quod cum omni feſtinatione & reverentia ac ſine mora minorem campanam dictæ matricis eccleſiæ *Bellelandæ* in plauſtro portari faceret uſque ad dictam filiam ſuam de **Scalton** feſtinanter. Qui juſtum complens & omnibus decenter & honeſtè ut dictum eſt conſummatis, idem abbas *R.* dictam capellam contulit cuidam clerico *Ricardo* nomine. Et ad præſentationem dicti *R.* abbatis inſtitutus eſt canonicè per dictum dominum *Henricum* archiepiſcopum curam illius habens & tenens per quinquaginta & quatuor annos ſine aliqua interruptione temporum vel annorum, ſcilicet per octo annos in tempore Regis *Stephani* & per totum tempus Regis *Henrici* filii *Matildis* Imperatricis, & per totum tempus Regis *Ricardi* filii prædicti *Henrici* Regis, qui *Henricus* & *Ricardus* Reges confirmant per cartas ſuas *Bellamlandam cum pertinentiis.*

Audientes autem multi tam noti quam extranei famam ſupernæ benedictionis ſuper novam plantationem deſcendiſſe, ac volentes orationum & beneficiorum dicti *R.* abbatis & monachorum ejus fieri participes, magis ac magis ad eos corda ſua & animos devotiſſimè direxerunt, & diverſas elemoſinas voluntariè & affluenter, prout cuique Deus dederat, eiſdem contulerunt. Nam dominus *Hugo Malbys* contulit eis *Mortoniam* cum pertinentiis **Snyleſwath** cum paſtura & boſco ſicut patet per cartas ſuas.

Poſtea autem manentibus apud *Bellamlandam* abbate *R.* & monachis, idem abbas ad petitionem & inſtantiam domini *Rogeri* de **Molbray** & *Sampſonis* de *Albaneio* dedit locum de **Hode** ubi prius habitare inceperant, quibuſdam canonicis qui venerant de **Bridlington** qui nunc ſunt de *Novoburgo*, pro omnimodis decimis grangie de **Wildon** & **Cambe**. Tali eciam compoſitione interveniente, quod illi canonici manerent apud **Hode** cum plenario conventu imperpetuum & ibidem viverent ſecundum regulam ſancti *Auguſtini*.

Præterea idem *Sampſon* dedit in excambio illius loci prædicto abbati *R.* xx. ſol. annuatim de molendino de **Cukwald**, quos ipſe inde percipere ſolebat. Et dominus *R. Moubray* iſtam conventionem per cartam ſuam confirmavit.

Videns autem *Rogerus* de **Moubray** quod multi convenerant ad ſerviendum Deo, & quod locus ille ubi monachi manebant in territorio *Bellelande*, ut ſupradictum eſt, ad abbaciam conſtruendam convenire non potuit, nec propter vicinitatem *Rievallis* omnino decuit, cum veniſſet de auſtralibus partibus adjecit ut dilataret terminos eorum, & dedit eis anno MCxlvij. ad ſitum abbaciæ ſuæ per eſtimationem *Hugonis Malbys* dapiferi ſui, duas carucatas de terra vaſta in territorio de **Cukwald** ſubtus collem de **Blackhou**. Inſuper dominus *Thomas* de **Colevyle** quietum clamavit & dedit Deo & monachis totam terram & nemus quod eſt inter ſtagnum molendini ipſorum & **Thorpe**. Totam eciam *Berſclyvam* & **Burtoft** & quicquid pertinebat ad villam de **Cukwald** ab aquilonali parte de **Whiteker** ad faciendum inde quicquid voluerint imperpetuum. §. Optulit eciam idem *Rogerus Molbray* abbati *R.* & monachis jus patronatus eccleſiarum de **Thresk, Hovyngham** & **Kyrkeby-Moriſheved** & plures alias poſſeſſiones quas dictus abbas *R.* accipere recuſabat, homo ſcrupuloſæ conſcientiæ pro cura animarum, proteſtans & dicens quod ſatis & ſufficienter donaverat eis. Quæ quidem recuſatio multum diſplicuit domino *R.* de **Molbray**. Fuit enim intentio ejus talis, quod ſi abbas & monachi jus patronatus eccleſiarum optinuiſſent, per proceſſum temporis in proprios uſus illas faciliter impetraſſent. Et dicebatur quod occaſione iſtius recuſationis ad inſtantiam & petitionem prædicti *Sampſonis* de *Albaneio* conſanguinei *R. Molbray* data fuerunt jura patronatus dictarum eccleſiarum prædictis canonicis de **Hode** qui nunc vocantur de *Novo burgo*, ubi eciam idem *Sampſon* ſeipſum Deo reddidit & habitum ſuſcepit canonici regularis. Procuravit inſuper ab archiepiſcopo *Eboracenſi* & epiſcopo *Lincolnienſi* quod dicti canonici de **Hode** pacifice

poſſideret

poſſiderent in tota vita ipſius *Sampſonis* omnes eccleſias quas idem *S.* occupavit ante ſuum ingreſſum. §. Cum igitur prædicti monachi, ſicut prædictum eſt, cum abbate ſuo *Geroldo* iiij. annis reſidiſſent apud **Hode** & quinque annis poſtea cum abbate *Rogero* ſuper *Ryam* in territorio *Bellelande*, inceperunt aſſartare viriliter in occidentali parte citra & dejuxta *Middelburgam* & edificare ſubtus moram in dicto territorio de **Cukewald**, & confeſtim ſe tranſtulerunt in dicto territorio de **Cukwalde**, ubi ipſimet diligenter conſtruxerunt ibi & edificaverunt unam parvam eccleſiam lapideam, clauſtrum & cæteras domos & officinas ſicut adhuc ibidem manifeſtiſſimè liquet, & extunc ibi manſerunt in ſancta religione per annos xxx. Infra quos annos multi magnates tam de partibus iſtis quam de *Weſtmerlandia* non modicas donationes eidem abbati *R.* & monachis ſuis in elemoſinam devotè optulerunt, ſicut inferiùs patebit.

Illo in tempore quo dominus *R. Molbray* dedit abbati *R.* & monachis ſuis prædictas duas carucatas vaſte terræ in territorio de **Cokewald**, advenit mandatum ſubitum de partibus *Normanniæ* ad dominum *R. Molbray*, quod placitum motum fuit contra eum de caſtello de *Baiocis* cum toto dominio per quendam baronem *Franciæ*. Quod quidem caſtellum Rex ſibi nuper dederat quando ſuſcepit cingulum militare. Propter quod placitum defendendum celeriter in *Normanniam* transfretavit cum literis domini *Stephani* Regis, qui ſcripſit ſe velle dictum caſtellum cum appendiciis eidem *Rogero* contra omnes homines warantizare. Verumptamen per illud placitum nichil amiſit.

Poſt receſſum autem dicti *R.* verſus *Normanniam* diverſæ perturbationes contra abbatem *R.* & monachos ſtatim emerſerunt, quas ipſi uſque ad tempus patienter ſuſtinuerunt. Nam dominus *Robertus* de *Stutevilla* & *Willielmus* frater ejus calumpniaverunt totam terram quam dominus *R.* de **Molbray** dederat monachis in territorio de **Cokewald** ubi monachi habitabant, & moverunt placitum in curia prædicti Regis contra dominum *R. Molbray*, & fuit proſecutum ſecundum legem terræ per longum tempus. Nam vicini generaliter teſtabantur quod bonum jus habuerunt in ſua calumpnia. §. Præterea dominus *Robertus* de *Davidvilla* dominus de **Kilburne** labores monachorum multùm impedivit & proteſtando dixit quod monachi includebant magnam partem de ſolo quod pertinebat ad villam ſuam de **Kilburne**, & hoc pati nec permittere voluit quoquo modo. Similiter dominus *Hugo Malbys* dominus de **Scalton** multa mala monachis intulit tam per ſe quam per homines ſuos de **Scalton** & de **Dale**, quorum terræ & paſturæ cum terris monachorum conterminant. Nam de die in diem fecerunt injuſtas querimonias diſtrictiones & alia nocumenta ne monachi juxta eos quietem haberent. Similiter fecit & *Gwido* de **Boltby**. Et quia hujuſmodi gravamina ſine remedio diu ſuſtineri non potuerunt, habito conſilio cum conventu idem abbas *R.* transfretavit in *Normanniam* anno MCxlvij. cum literis dominæ *Gundreæ* matris domini *R. Molbray* quæ ipſum certificavit de placito moto per *Robertum* & *Willielmum* de *Stutevilla* & de gravaminibus quæ idem abbas *R.* & ejus monachi ſuſtinuerunt. Et primo venit ad *Savygneium* ad capitulum generale & ibi expoſuit patri abbati quod fundator ſuus terram ſibi ſufficienter donaverat ſi illam poſſet in quiete poſſidere ſine impetitione quorundam militum vicinorum, quorum moleſtias minus formidaret ſi fundator ſuus in *Anglia* fuiſſet. Set alia negotia ibi expedienda demonſtravit, inter quæ unum fuit domini *Petri* monachi *Savygneii* qui metiri inceperat quandam plantationem abbatiæ in confinibus *Richemundiæ* quam comes *Alanus* filius *Stiphani* nuper dederat abbati *Savygneienſi*, de qua inferiùs in fundatione *Jorevallis* dicitur. Verùm quia abbas *R.* uſque ad finem capituli bene expectare non potuit, ad dominum *R.* de **Molbray** in *Normanniam* feſtinavit.

Ad quem cum perveniſſet & cauſam ſui laboris demonſtraſſet, promiſſum ſibi fuit bonum remedium & feſtinum, ſed negotia varia nondum tunc expedita ipſum impedierunt quod in *Angliam* illa vice non potuit remeare, & ideo ſcripſit ſpecialiter amicis ſuis ſcilicet comiti *Mareſcallo* & comiti de *Warenna* quod ipſi ſupplicarent domino regi de tali gratia, quod illud placitum quod *Robertus* & *Willielmus* de *Stutevilla* moverant contra eum in curia regis, remaneret in illo ſtatu quo tunc fuit uſque ad reditum ſuum in *Angliam*. Et ipſi comites ſic fecerunt & rex eorum ſupplicationem conceſſit, jurans quod *R.* de **Molbray** non amitteret unum pedem terræ in *Anglia* per placitum in curia ſua dum extra regnum fuiſſet. Similiter ſcripſit *Roberto* de *Davidvilla* *Gwidoni* de **Boltby** & domino de **Scalton** quod ipſi ceſſarent deinceps moleſtias facere monachis ſuis, & ſi quid factum fuiſſet injuſte, ad reditum ſuum in *Angliam* per legales homines vicinos ſecundum legem terræ voluit emendari. Scripſit etiam matri ſuæ & dapifero ſuo & omnibus ballivis ſuis in comitatu *Eboracenſi* quod ipſi manutenerent protegerent & defenderent abbatem *R.* de *Bellalanda* & monachos ſuos fratres & terram eorum ſicut ſuam propriam terram.

Ad iſtud mandatum quod abbas *R.* ſecum portavit, dominus de **Scalton** aliqualiter gravare monachos ceſſavit & ſic ſuis precepit pro reverentia mandati domini ſui. *Robertus* tamen de *Davidvilla* primò mandatum parvipendit, ſet poſtea reſpectum & pacem conceſſit. Revera dominus *R.* de **Molbray** poſt reverſionem ſuam in *Angliam* pacem fecit cum *Roberto* & *Willielmo* de *Stutevilla*, quorum primus quietum clamavit jus ſuum quod habuit in terra & ſitu abbatiæ cum quodam cultello quem optulit ſuper magnum altare apud **Stockyng**: alter vero cum carta ſua. Poſtquam vero dicti *Robertus* & *Willielmus* de *Stutevilla* ita quietum clamaverunt totum jus ſuum monachis quod ab eis primitus exigebant dominus *R. Molbray* levare fecit per viſum & conſiderationem vicinorum ex parte occidentali prædictæ abbatiæ unum magnum foſſatum inter ſolum monachis datum & ſolum prædicti *Roberti* de *Davidvilla*.

Iſto anno in concilio *Remenſi* preſidente Papa *Engenio* tercio eccleſia *Savygneii* cum terdenis filiabus abbatiis ſe ſubjecit eccleſiæ *Clarevallenſi* & ordini *Ciſtercii.*

Nunc de donis datis abbati *R.* & monachis ſuis in elemoſinam dicamus. Non idem dominus *R. Molbray* dedit eiſdem monachis duas carucatas terræ in **Faldyngton** & dimidiam in **Cave** & unam carucatam in **Ampilford** & quicquid habuit infra **Stene** & **Hirſeldebeck** & quicquid habuit in **Kirkbymalſart**, & grangiam de **Bagby.** Item ex donatione domini *Willielmi* de **Percy** aliquam terram in **Depedale** & **Catton.** Item ex dono *Bertranni* de **Bulmer Balſcham** & tres toftos in *Eboraco.* Item ex dono *Willielmi* de **Acclum** piſcariam de **Gayteryk** cum terra. Item ex dono *Hugonis Malbys* villam de **Bagby** cum pertinentiis. Ex dono *Roberti* de *Davidvilla* piſcariam de **Swale** & xv. acras in **Calcotedale** & paſturam in territorio de **Kilburne.** Ex dono *Torphini* filii *Roberti* & *Walevi* de **Bereford** & *Johannis Tailebois* terram in **Warcopp.** Ex dono *Thomæ* filii *Coſpatricii* terram in **Hardevysdale.** Ex dono *Willielmi* de *Lancaſtro* terram in **Fauſide.** Ex dono *Gerardi* & *Alani Lacelys* terram in **Askeby.** Ex dono *Thomæ* de **Colvyll** paſturam in boſco de **Evereſleye** & viam de **Wildon.** Ex dono *Willielmi* de *Widevilla* totam terram de **Thorp** juxta **Ampilford.** Ex dono *Rogeri* de **Molbray** & *Mathildis* de **Stepyngrene** terram in **Petithorp** juxta **Thresk.** Ex dono *Willielmi* de **Surdavalle** terram in **Ampilford.** Ex dono *Roberti* de **Stutevyle** & *Odonis* de **Baillolf** xvi. acras prati in **Weſtneſſe.** Ex multis aliis dona diverſa quorum nomina propter prolixitatem lectoris hic pretermitto.

Evolutis itaque tribus annis poſt concilium predictum abbas *R.* ordinavit quendam abbatem de conventu ſuo ſcilicet *Johannem* de **Kynſtan** & ipſum miſit uſque *Joravallem* quam abbas *Savygniacenſis Serlo* dedit *Rogero* abbati noſtro & eccleſiæ noſtræ de *Bellalanda.* Qui *Johannes* cum ſuo conventu egreſſus eſt de *Bellalanda* uſque ad *Jorevallem* viij. idus Marcii qui fuit feria quarta anno domini MCL. habitante
1150. abbate *R.* cum ſuis monachis apud **Stockyng,** ubi & ipſe dominus omnipotens eorum opera mirabiliter & greſſus merito dirigebat. Ecce ſubito quibuſdam annis tranſactis malicioſe nova oritur perturbatio. Nam dominus *Hardredus* qui poſt abbatem noſtrum *Geroldum* apud *Caldram* ſucceſſit in officio paſtorali, cum ipſe & ejus monachi vidiſſent divinam gratiam in tantum ſuper domum *Bellelande* deſcendiſſe quod uſque *Jorevallem* pulcram propaginem de ſe emiſiſſet, ac de die in diem ſubſtantia temporali accreviſſet, & quia abbas de *Furneſio* parum aut nichil de eorum curavit deſtitutione, ſtatuerunt inter ſe movere querelam apud *Ciſtercium* in capitulo generali contra abbatem *Savygneii* ſuper paternitate & juriſdictione abbatis & monaſterii noſtri ; ſperabant certiſſime quod ſi domum noſtram poſſent recuperare in filiam, quod matris inopia per filiæ habundanciam infra breve tempus poſſet relevari. Unde prænominatus *Hardredus* abbas de *Caldra* venit ad *Bellamlandam,* & ibi primo convenit amicabiliter abbatem *R.* & conventum ejus de propoſito & intentione ſua, aſſerendo filiationem & ſubjectionem monaſterii noſtri ad ipſum & ſuam eccleſiam de *Caldra* jure exitus & deſcenſionis pertinere, & quod abbas *Savygneii* injuſtè illam poſſidebat, & quod voluit ad judicium capituli generalis in ſua petitione ſtare. Cui ſic reſpondit abbas noſter *Rogerus. Credo inquit dompne abba de* Caldra, *quod ſi abbas eſſet inſtitutus in domo veſtra quando locus de* **Hode** *datus fuit abbati* Geroldo, *nunquam alii quam ſibi ſubjectionem feciſſet. Set quia eccleſia tunc vacavit & ſine paſtore fuit & abbas* Furneſii *ipſum abbatem* G. *& monachos ejus miſerime repudiavit, neſcio cujus filiationi vel ſubjectioni abbas* G. *potuit aut debuit juſtius ſe & eccleſiam ſuam committere quam abbati* Savygneii *qui tunc fuit caput ordinis univerſi. Igitur quod a predeceſſore meo rite factum eſt & huc uſque per me continuatum infirmare aut revocare non poſſum ſet volo ſi placet ſub ſeſtinatione ſignificare abbati* Savygneii *cui ſubjectus ſum ea quæ per vos mihi demonſtrata ſunt. Et quia res ipſum ſpecialiter tangit in capite, in ejus abſentia aliter nolo reſpondere.* Cum iſto reſponſo abbas de *Caldra* receſſit & abbas *R.* celeriter premunivit abbatem *Savygneii* de ſuggeſtione prædicta. Anno autem ſequente abbas *Savygneii* in *Angliam* viſitaturus advenit. In cujus preſencia idem *Hardredus* abbas de *Caldra* conſtitutus totam calumpniam ſuam amicabiliter relaxavit.

Audientes autem abbas & conventus de *Furneſio* quod *Caldrenſes* totum jus ſuum & calumpniam paternitatis prædictæ omnino remiſerant in forma preſcripta, indignabantur ſupra modum contra illos, & dixerunt quod bona actio & juſta illis competebat de paternitate domus noſtræ vendicanda, & querelam ſuam depoſuerunt apud capitulum generale contra *Ricardum* tunc abbatem *Savygneii.* Quæ quidem cauſa ſentencia diffinitiva tandem conquievit. Nam venerabilis vir & piæ recordationis dominus *Aldredus* tunc abbas *Rievallis* ordine judiciario cum conſilio quorundam abbatum ipſam cauſam diſcuſſit & terminavit in forma quæ ſequitur.

Venerabilibus ac Deo dilectis dominis & patribus ac univerſo capitulo Ciſtercii *frater* Aldredus *ſervus Dei & fratrum qui ſunt in* **Ryevalle** *debitam ſubjectionem & obedientiam. De cauſa inter dominum abbatem* Forneſienſem *& dominum abbatem* Ricardum de Savygneio *pro monaſterio* Bellelande *quam nobis cognoſcendam veſtræ ſanctitatis delegavit auctoritas, vocatis venerabilibus patribus & coabbatibus noſtris, diligenti cura & ſolicitudine tractavimus. Auditis igitur intente utriuſque partis rationibus cum de donatione loci de* Beghlanda *altercarentur, & de abbatis ejuſdem ſubjectione partes hinc inde contenderent, abbas* Furneſii *primo propoſuit ore proprio aſſerendo ipſum monaſterium* Bellelande *ſibi jure pertinere, ſicut ex mera donatione quam monachis ſuis factam fuiſſe dicebat in elemoſinam, inſuper & abbatis ejuſdem loci ſubjectionem ex reverentia filiali quam ſibi perſæpe fecerat & exhibuerat abbas* Geroldus. *Item propoſuit quod idem* G. *animo feroci & indurato fugam iniit ſine aliqua gravi violentia percepta cum monachis ſuis & tota ſubſtantia, ac monaſterium* ſuum de Caldra bonis temporibus totaliter evacuatum inertè dereliquit, quod facere non potuit nec juſtè debuit, patris abbatis de Furneſio ſcilicet non interveniente aſſenſu vel permiſſione. Item propoſuit quod illa carta remiſſionis quam abbas **Bellelande** habet de abbate Hardredo nullum de jure debet habere vigorem vel effectum, quia prædictus abbas Hardredus ſine permiſſione abbatis Furneſii hujuſmodi jus monaſterii ſui de Caldra remittere non potuit, & qualiter talis illicita remiſſio irrita & inanis debet juſtè decerni. Hiis rationibus petit abbas Furneſienſis paternitatem monaſterii **Bellelande** & abbatis ſubjectionem ſibi & eccleſiæ ſuæ deFurneſio juſtè competere & ſententialiter adjudicari.

At contra abbas Savygneii jus ſuæ defenſionis palam in ſcriptis nobis porrexit & contradidit ſicut hic ſubnotatur. Dixit quidem, primam & præcipuam donationem loci de **Hode** domui ſuæ factam per abbatem G. & in ſuo generali capitulo preſentatam, conſilioque ejuſdem capituli favorabiliter ſuſceptam evidenter aſſeruit. Set & ipſum abbatem G. in eodem generali capitulo quaſi ſpecialem filium ſubjectum deinceps abbati Savygneii & jeus ſucceſſoribus conſilio conſenſu & unanimi petitione totius conventus ſui apud **Hode** tunc commorantis ſe gratis reddidiſſe & ultro ſubmiſiſſe ſicut liberum ſui & totaliter derelictum & abjectum de abbate Furneſii ſimiliter & curam de **Hode** una cum regimine animarum ibidem ſurſum reddidit: & de eodem abbate Savygneii tanquam de patre, cui ſe ſubmiſerat, licet invitus iterum ſuſcepit & in ipſa ſubjectione uſque ad obitum ſuum continuè perſeveraſſe, ipſumque qui nunc præeſt ibidem dompnum Rogerum predeceſſoris ſui veſtigiis hactenus adheſiſſe, quem in omnibus habet virum dignum venerabilem & recommendatum.

Subjunxit etiam quod abbas Furneſii ipſo demerito ingratitudinis, ſi dicere liceat, juſtè ſe exuit ſubjectione abbatis G. & ſucceſſorum ejus, cum eundem abbatem G. qui ſub ſpe refugii tempore generalis perturbationis in **Coupland** apud Furneſium venit, & abbas Furneſii ipſum abbatem G. & monachos ejus viliter exprobravit, humanitatem caritatis totaliter ibidem denegavit, & cum potentia repellens valedixit. Qui ſic ſpreti, effugati & abjecti, licet invitè inde receſſerunt, & Deo providente locum habitandi primò apud **Hode**, deinde apud Bellamlandam infra breve tempus impetraverunt. Quem quidem locum & etiam ſeipſos ſubjectioni & filiationi abbatis & eccleſiæ Savygneii immediatè ſubmiſerunt ſicut illis benè licuit, ex quo nulli adhuc fuerant ſubjecti poſtquam abbas Furneſii ipſos refutaverat.

Præterea aſſeruit quod nobilis vir dominus Rogerus de **Mowbray** fundator Bellelandæ aliquando tempore capituli generalis una cum duce Burgundiæ in Ciſtericum venit, qui monaſterium **Bellelande** aſſignare potuit & donare cujuſcumque voluit ſubjectioni, & in illo generali capitulo illud dedit abbati Savygneii tunc ibidem preſenti, contra quam donationem nullus fuit in dicto capitulo neque in anno ſequente qui pro jure abbatis Furneſii vel cujuſcumque alterius reclamavit ſi quod jus eis competebat in domo **Bellelande**.

Tandem abbas Savygneii ſubintulit peremptoriè excipiendo, quod omnis vea agendi contra ipſum in præmiſſa cauſa abbati Furneſii & cuicumque alii de jure deberet præcludi, maximè cum ea quidem quæ in annuo generali capitulo ſuo apud Savygneium aliquando ritè facta fuerunt præſentata ordinata & ſtabilita, jam nunc iterum de novo retractari non debere quoquo modo vel infirmari auctoritate capituli generalis Cyſtercii.

Hiis allegationibus cum abbas Savygneii petitioni & calumpniæ abbatis Furneſii directè obviaſſet, & auctoritatem ſui generalis capituli ordinis Savygneienſis excipiendo pretendiſſet in forma prælibata, nos pro modo ſcientiolæ noſtræ omnia quæ ab utraque parte dicta fuerant eſtimantes & diligenter examinantes, tandem cenſuimus cum conſilio fratrum aſſidentium ea quæ allegabat abbas Furneſii in ſua petitione adnullari poſſe & infirmari per ea quæ ab abbate Savygneii in ſua defenſione propoſita fuerunt, ſi probarentur. Proinde cum abbas Furneſii cui de jure tanquam parti actrici incumbebat probatio ſuæ calumpniæ & aſſertionis, nullos teſtes ibidem habuiſſet; nec rationibus ſupradictis contra ſuam petitionem propoſitis à parte rea ulterius dicere voluiſſet; & abbas Savygneii teſtes de hiis quæ aſtruebat ſufficienter produxiſſet, qui quidem teſtes ipſius abbatis Furneſii teſtimonio ydonei inventi ſunt, ſuſcipiendos & audiendos eſſe decrevimus & eorum adquieſcendum teſtimonio dignum duximus. Cum igitur ſecundùm conſuetudinem ordinis noſtri ea quæ ab abbate Savygneii dicta fuerant legitimè & ſufficienter teſtes producti probaviſſent, nos exceptioni peremptoriæ ab abbate Savygneii legitimè propoſita juſtè deferentes, & cauſam pro variis laboribus & expenſis vitandis ulterius prorogare nolentes, ſubjectionem monaſterii de Bellalanda abbati & eccleſiæ Savygneii & eundem abbatem Savygneii quietum & abſolutum ab omni impetitione abbatis Furneſii in cauſa præmiſſa, auctoritate nobis commiſſa, ſententialiter adjudicavimus, dompno abbate Furneſii hanc ſententiam cum omni humilitate & patientia reverentiſſimè ſuſtinente. Interfuerunt hiis omnibus *Godefridus* abbas de *Geroudona*, quem loco abbatis de *Waverleya* utraque pars pro judice ſuſceperat. Affuerunt etiam abbates de *Fontibus*, de *Novo Monaſterio*, de *Parco-Lude*, de **Baſyngwerk**, de **Rufford**, de *Joravalle*, de ſancto *Laurencio*, de **Kyrkeſtall**, de *Melſa* de *Forda*. Affuerunt etiam *Thurſtinus* Prior *Ryevallis*, *Mauricius*, *Galo*, *Daniel* monachi *Ryevallis*, *Ricardus*, *Robertus* monachi de *Bellalanda*, *Robertus*, *Ricardus*, *Alanus* monachi de *Fontibus*: *Alanus* de **Revysby** & alii quamplures. In hunc modum quievit & determinata fuit ſolempniter dicta controverſia.

Cum ergo dominus *Rogerus Mowbray* fundator noſter audiſſet & vidiſſet multas calumpnias graves & injuſtas ſuper domum & monachos ſuos de *Bellalanda* malicioſè de die in diem & vehementer agitari, cogitavit apud ſe quomodo incommodis obviare & monachis tranquilitatem poſſet conferre: inſuper & qualiter dona ſua & *Gundreæ* matris ſuæ, quæ eiſdem monachis per vices ante dederant, valebant firmiùs & ſecuriùs tueri & illibata cuſtodiri, perrexit cum militibus ſuis idem *R. Moubray* ad dominum *Rogerum* nobilem virum tunc archiepiſcopum *Eboraci* & ad ad capitulum ſancti *Petri* ibidem, humiliter & devote eiſdem ſupplicans, ut dona ſua elemoſinaria, necnon & matris ſuæ ſcripto ſuo autentico protegere dignarentur & conſervare. Unde dictus archiepiſcopus & capitulum petitionibus tam magni viri & mulieris conſenſum & aſſenſum præbuerunt, eadem dona ſcriptis ſuis auctenticis roboraverunt eò libentiùs quo noverunt ſervos Chriſti à tanto viro devotius viſitari: & ſic idem archiepiſcopus ſuſcepit in protectionem beati *Petri* & ſuam, domum *Bellelande* anno pontificatus ſui ſecundo; ſcilicet anno domini MClv. Cum verò dictus abbas *R.* cum ſuis monachis in occidentali parte territorii de **Cukwald**, ut ſupradictum eſt, manſiſſent, viriliter extirpare cœperunt de nemore, & per foſſas longas & latas magnas aquas de paludibus extrahere: ac poſtquam apparuit ſolida terra paraverunt ſibi locum latum, ydoneum, & honeſtum in orientali parte ejuſdem territorii inter **Whiteker** & pedem montis de **Cambe**, ſcilicet juxta **Burtoft** & *Berſclyvam* ubi de novo eccleſiam ſuam pulchram & magnam conſtruxerunt, ſicut patet in præſenti, quam conſummet altiſſimus & conſervet in ſecula ſeculorum. Et ſic de **Stockyng** ſe illuc tranſtulerunt in vigilia omnium ſanctorum, anno incarnationis dominicæ MC. ſeptuageſimo ſeptimo, ubi, domino annuente, fœliciter manebunt in æternum. Præfuit autem abbas *R.* in officio paſtorali *Bellelande*, ſcilicet apud *Bellamlandam* in mora & **Stockyng**, & juxta **Whiteker** per quinquaginta quatuor annos & amplius à die ordinationis ſuæ uſque ad decrepitam etatem, & tunc ceſſit officio ſuo.

Et ſciendum quod omnes grangiæ, maneria, & poſſeſſiones, tam in comitatu *Weſtmorlandiæ*, quam *Eboraci* datæ fuerunt abbatiæ noſtræ de *Bellalanda* tempore ſuo. Cum verò idem abbas *Rogerus* in itinere ſuo verſus capitulum generale & in ejus reditu ſepiùs & inſtanter ſupplicaſſet beato *Bernardo*, ut ſibi placeret ſuggerere abbati *Savygneii*, quod ipſe ſuam reciperet ceſſionem, eò quod impotens, ſenio confectus, & debilitatus fuit ad regendum ulterius domum ſuam, ſanctus *Bernardus* ejus nullo modo adquievit ſuggeſtioni, ſet ipſum benignè hortabatur, ut ad domum ſuam rediret & ipſam regeret ſolita induſtria & diſcretione; dicens quod ejus ſucceſſores nunquam ſuſtentare deberent vel retinere terras & poſſeſſiones quas ipſe tempore ſuo adquiſierat.

Nos vero frater *Philippus* quondam abbas de **Brioſtel**, nunc autem abbas *Bellelande* & proximus dicti *Rogeri* ſucceſſor, hæc ſcripſimus in anno domini MC. nonageſimo ſeptimo, ſcilicet anno abbatizationis noſtræ ſecundo; & poſt tranſitum *Alredi* abbatis de *Ryevalle* anno triceſimo. Vixit autem dictus *Rogerus* abbas poſt ceſſionem ſuam in domo *Bellelande*, una nobiſcum, ferè iij. annis, & tunc plenus dierum in ſenectute bona ibidem quievit in dominò. Videant amodo ſucceſſores noſtri qualia ſecula inventuri ſunt, & ſcripto diligenter commendent. Nam prædeceſſores noſtri à tempore quo de *Caldra* receſſerunt, uſque ad inſtans tempus, mundanas tribulationes & oppreſſiones, defectus graviſſimos & labores, pro ſpe retributionis in gloria cœleſti patienter ſuſtinuerunt, & multipliciter ſuſtinemus nos diebus iſtis, quæ ob tedium prolixitatis ſcribere recuſamus.

Vide Cart. antiq. M. n. 24.

PRIORATVVM ALIENIGENARVM

Catalogus, *qui* Leiceſtrenſi *Parliamento ſuppreſſi ſunt*, *anno* Henrici *quinti ſecundo*, *An. Dom. MCCCCxiiij.*

Qui in hoc volumine tractantur, paginarum numeris indicantur. Cæteri ad ſecundum volumen ſpectant, in quo (ſub *Gallicorum* Monaſteriorum titulo) plurimæ illorum Chartæ occurunt. Interim Cœnobia tranſmariana, ad quæ pertinuerunt olim ut plurimum adjecimus, una cum Rotulorum citationibus.

A

* **ABerbury** *Salop.*	Cella *Grandimontenſis* cœnobii. 605.
* **Allerton** *Ebor.* 599.	*Majoris Monaſterii Turonenſis.*
Ambrsbury *Wiltſ.*	*Fontis Ebraldi.* Pat.3 R.2.part.1.m.18.
Anebury *Wiltſ.*	S. *Georgii* de *Bauquervilla.*
Andewell *Hantſ.*	*Tyrona.* Rot.pip. 13 E.3.
* **Andever** *Hantſ.* 552	S. *Florentii Salmur.*
* **Appledurwell** ſive **Appledurcumb** *Inſ. Vect.* 571.	S. *Mariæ* de *Montisburgo.*
Arthington *Ebor.*	*Sagio.* Pat.20 E.3.part.1.m.9.
Arundel *Suff.*	*Sagio.* Pat.3 R.2.part.3.m.12.
Aſtelée *Wigorn.* Pat.8 R.2.part.1.m.18.	S. *Taurini* extra muros *Ebroicen.*

B

Beggar *Ebor.*	
Beauvale *Nott.*	S. *Fremundi* in *Norm.* Pat.3 H.4.part.1.m.30.
Bekeford *Glouc.*	S. *Barbaræ* in *Norm.* Rot.fin.32 E.3.m.6.
* **Bergavenny** *Suthwall* 556	S. *Vincentii Genoman.*
* **Birſtall** *Ebor.* 587	*Albemarle.*
* **Blakeham** *Suff.* 573.	
* **Bliche** *Nott.* 553.	S. *Kath.* de monte *Rothomagi.*
* **Borgrave** *Suff.* 592.	de *Exaquio* in *Norm.*
Bridport *Dorſ.*	
Briſet *Suff.*	
Brimsfeld *Wiltſ.*	S. *Steph.* de *Fontney* in *Norm.* Pat. 35 E.3.part.1.m.14. Vide Pat.44 E.3.part.3.m.4.
Bruton *Somerſ.*	S. *Martini* de *Troarno.* Pat. 1 R.2.part.5.m.37.
* **Burwell** *Linc.* 579.	S. *Mariæ Silve majoris Burdegalliæ.*

C

Cameringham *Linc.*	*Blanca landa* in *Norm.* Pat.35 E.3.part.1.m.14.
Caresbroke *Inſ. Vect.*	*Lyra* in *Normannia.* Pat. ibid.
Careſwell *Devon.*	
Charlton *Wilteſ.*	
Chepſtow *Monm.*	*Cormeiles.* Pat.1 H.4.part.4.m.1.
Clatford *Wiltſ.*	S. *Victoris* in *Caleto.* Pat.31 E.3.part.2.m.18.
* **Cogges** *Oxon.* 573.	*Fiſcamp.*
Coſham *Wiltſ.*	
Cowike *Devon.*	*Bec* in *Norm.* Pat.18 H.6.part.2.m.21.
* **Covenham** *Linc.* 555.	S. *Karelephi* in dioc. *Cenom.*
Creting *Norff.*	

D

* **Deorhyrſt** *Glouc.* 547.	S. *Dioniſii* in *Gallia.*
Dunſter *Somerſ.*	

E

Ecclesfeild *Ebor.*	S. *Wandragiſilii* in *Norm.* Pat.9 R.2.part.2.m.30.
Edyweſton *Rutl.*	S. *Georgii* de *Bauquervilla.* Pat. 14 R.2.part.1.m.15.
Elingham *Hantſ.* Pat.33 E.3.part.1.m.20.	S. *Salvatoris* vicecomitis in *Norm.*
Eskedale *Ebor.* vide *Grandimont.*	*Groſmont* in *Gallia.*
Everden *Norff.*	
Eye *Suff.*	S. *Berniaci* in *Norm.* Pat. 35 E.3.part.1.m.14.

F

Feldallying *Norff.*	*Savignei* Pat.2 H.4.part.3.m.7.
* **Folkeſton** *Kanc.* 560.	*Lollei* in *Norm.*
* **Frampton** *Dorſ.* 571.	S. *Steph.* de *Cadomo* in *Norm.*

G

* **Goldclyve** *Glouc.* 590.	*Bec* in *Norm.*
Grenewich *Kanc.* Rot.fin.33 E.3.m.3.	S. *Petri* juxta villam de *Gandavio* in *Flandria.*
* **Grandimont** *Ebor.* 597.	

H

* **Hagh** ſive **Hak** *Linc.* 602,603.	S. *Mariæ* de *Voto* juxta *Cæſaris burgum* in *Norm.*
Hagham *Linc.*	S. *Mariæ* de S. *Severo* in *Norm.* Pat.20 R.2.part.1.m.32.
Hagneby *Linc.*	
Hamele *Hantſ.*	Cella Abb. de *Tiromo.* Pat.3 R.2.part.2.m.19.
Hayling *Hantſ.* Rot.fin.44 E.3.m.16.	Cella Abb. *Gemetecenſis* alias *Gymeges.*
* **Hedley** Cella S. *Trin.* *Ebor.* 565.	

Yermondeſworth *Midd.*	S. *Kath. Rothomagi.* Rot.pip. 13 E.3.
Heveringland *Norff.*	S. *Laurentii* de *Monte gaudio.*
* Hinkley *Leic.* 603	*Lyra* in *Norm.*
Holme *Dorſ.*	*Montacute* Pat.2 H.5.part.2.m.17.
Ho *Suſſ.*	
* Horkeſleigh *Eſſex.* 604	S. *Martini* de *Troarno.*
Horſham *Norff.*	*Cunches* in *Aquitannia.* Pat. 14 R.2.part.2.m.39.
Horsford *Suſſ.*	*Conches* in *Aquit.*

I

Ipſwich S. *Petri Suff.*	

K

* Kirkby *Monach. Warr.* 562.	S. *Nich.* Andeg.

L

* Lancaſter 566.	Cella Abb. de *Sagio* in *Norm.*
Langenith *Suthwall.* Pat.2 H.4.part.2.m.17.	Cella Abb. S. *Taurini* de *Eureux* in *Norm.*
Lay in *Inſulæ Gerſey,*	S. *Mich.* in periculo maris. Pat.35 E.3.part.1.m.14.
* Langkywan *Wall.* 580.	
* Lapley *Staff.* 1022.	S. *Remigii Remenſis.*
* Leveminſtre *Suſſ.* 606,	*Almaneſcha* ſive *Alemanchis.*
* Leveſham (vide Grenewich) 550.	
Lihou *Inſ. Gerſ.*	S. *Mich.* in *Monte tumba.* Pat.19 R.2.part.1.m.16.
Limbroke *Heref.*	*Aveney* in *Norm.* Pat.26 R.2.part.3.m.26.
Linton *Somerſ.*	S. *Jacuti* in *Britannia.* Pat. 33 E.3.part.2.m.2.
* Lodres *Dorſ.* 570.	*Monteburg* in *Norm.*
* Long-Benington *Linc.* 597.	De *Saviniaco* in *Norm.*
Lynton *Somerſ.*	
* Mereſey *Eſſex.* 552.	
Minſter-Lovel *Oxon.* Pat.34 E.3.part.2.m.5.	S. *Maria* de *Ibreio* in *Norm.*
* Minting *Linc.* 592,	S. *Benedicti* ſuper *Leyre.*
Modbury *Devon.*	S. *Petri* ſuper *Dynam.* Pat.1 H.4.part.2.m.11.
* Monkenlane *Heref.* 597,	*Conches* in *Norm.*
* Monmuth *Monm.* 600.	S. *Florentii juxta Salmurum.*
Munſtre *Cornub.* Pat.48 E.3.part.2.m.23.	S. *Sergii* & *Bacchi* prope *Andeg.*
Newent *Glouc.*	*Cormeiles.* Rot.fin.32 E.3.m.10.
Newton-Longaville *Buck.*	*Longavill* in *Norm.* Rot.pip.13 E.3.Buck.
De *Nigro-monte Jerſey,* Pat.19 R.2.part.1.m.16.	S. *Mich.* in periculo maris.
Noion & *Novo-mercato* } *Oxon.* *Berkſ.*	S. *Ebrulſi* in *Norm.* Pat. 35 E.3.part.1.m.14.
* Okeburn *Wiltſ.* 582,	*Bec.* in *Norm.*
* Ottery *Devon.* 549.	S. *Margar. Rothom.*
* Otterington *Devon.* 569,	S. *Mich.* in periculo maris.

P

* Patricksburne *Kanc.* 576,	*Bello-loco* in *Norm.*
Pantisfeild & Wells *Eſſex.* Pat. 22 R.2.part.3.	S. *Steph.* de *Cadomo*
Pembroke	de *Sagio* in *Norm.* Rot.fin.31 E.3.m.13.

R

Ravendale *Linc.*	*Belloportu* in *Norm.* Rot.pip.13 E.3.
Kewly juxta *Oxon.*	*Pymbuz* in . . . . Rot.pip.13 E.3.
Romeney *Kanc.*	

S

St. *Clere. Kaermerdyn.*	
S. *Caricii Cornub.*	
Scardeburg *Ebor.*	
S. *Clementis* in *Inſ. Gernſey* Pat.35 E.3.part.1.m.14.	S. *Mich.* in periculo maris.
S. *Crucis.Inſ.Vect.*	*Tirona* Rot. pip. 13 E. 3.
* S. *Mich.mont. Cornub.* 551.	S. *Mich.* de periculo maris in *Norm.*
* Sele *Suſſ.* 580,	S. *Florentii* juxta *Salmurum.*
Seleburne	
* Shirburne *Hantſ.* 577,	S. *Vigore Ceraſii.*
Spalding *Linc.* 306,	S. *Nich. Andeg.*
Spellepenne *Devon.*	S. *Petri* de *Fulgeriis.* Rot.pip.13 E.3.
Sporley *Norff.*	S. *Florentii* juxta *Salmurum.* Pat.2 R.2.part.2.m.24.
Stapning *Suſſ.*	*Fiſcamp.*
Steynington *Wiltſ.*	*Bec* in *Norm.* Pat 35 E.3.part.1.m.14.
* Stoke-Curcy *Somerſ.* 577,	S. *Mariæ* de *Lolleyo* in *Cenom.*
* Stoke juxta Clare *Suff.*	*Bec* in *Norm.*
Stoure *Dorſ.*	*Preaus* in *Norm.* Pat.12 H.4.part.1.m.1.
Stratfeild-Say *Berkſ.*	*Valido-monte* in *Gallia.* Clauſ. 20 E.3.part.2.m.10.
Striguil. *Landaff.*	
* Swaveſey *Cantab.* 572,	S. *Sergii* in *Norm.*

T

Takeley *Eſſex,*	S. *Walerici* in *Pikardia.* Rot.fin.31 E.3.m.1.
* Tikford *Buck* 685,	*Majoris Monaſt. Turen.*
* Tiwardreth *Cornub.* 586.	S. *Petri* ſuper *Dinam.*
Title *Heref.*	Pat.50 E.3.part.1.m.17.
* Toftes *Norff.* 598,	*Preaus* in *Norm.*
* Totnes *Devon.*	S. *Sergii Andegav.*
Trewlegh *Kanc.*	Rot.pip.13 E.3.
Tunſtall *Devon.*	

U

De *Valle. Inſ. Gerſ.*	S. *Mich.* in periculo maris. Pat.35 E.3.part.1.m.14.
Uphaven *Wiltſ.*	S. *Wandragaſilii.*

W

Warram *Wiltſ.*	*Lyra* in *Norm.* Rot.fin.44 E.3.m.22.
Ware *Heref.*	S. *Ebrulſi* in *Norm.* Pat.35 E.3.part.1.m.14.
Warmington *Warr.*	*Preaux* in *Norm.*
* Wedon-Pinkney } *Northampt.* 584,	*Bec* in *Norm.* S. *Luciani* juxta *Beavoys.*
* Wells *Norff.* 574,	S. *Steph.* de *Cadomo.*

Wenge *Buck.*	S. *Nich. Andeg.* Pat.4 H.5.part.1.m.20.
Wengall *Linc.*	S. *Martini Sagienſis* Pat.35 E.3.part.1.m.14.
***Weſtwood** *Wigorn.*574.	*Fontis Ebraldi.*
***Willisford** *Linc.* 584.	*Bec* in *Norm.*
Wilmington *Suſſ.*	de *Greſtino* in *Norm.* Pat.2 H.5.part.2.m.14.

* **Willoughton** *Linc.*	
Withiham	Cella *Majoris Monaſterii Turon.*
Pat.46 E.3.part.2.m.45.	
Wolfricheſton *Warr.*	S.*Petri* ſuper *Dinam.* Pat.35 E.3.part.1.m.14.
***Wotton-wawen** *War.*558.	*Conches* in *Norm.*
* *Ebor. S. Trin.*563.	*Majoris Monaſterii Turon.*

Catalogus Monaſteriorum quæ permiſſione PP. *Clementis* vij. ann. xvj. & xx *H.* viij. diſſoluta, diplomatibus regiis Cardinali *Wolſæo* conceſſa ſunt, ut *Oxonii* & *Ipſwici* erigerentur collegia.

Hæc an. 17 *H.* 8.

S, *Eridiſwidæ Oxon.*	Can. S. *Aug.*	*Oxon.*	1. *Julii.*	Per bullam *Clem.* PP. vij. Dat. *Romæ* 25. Marcii A. D. MDxxv. pontif. ſui an. 3. *Pat.* 17 *H.* 8. part. 1.
Blackmore	Can. S. *Aug.*	*Eſſex.*	21. *Dec.*	
Staneſgate	*Cluniac.*			
Thobye	Can. S. *Aug.*			
Typtre	Can. S. *Aug.*			
Wykes	Can. S. *Aug.*			
Dodenaſh	Can. S. *Aug.*	*Suff.*		
Snape	*S. Bened.*			
Beigham	*Præmonſtr.*	*Suſſ.*	20. *Jan.*	
De *Calceto* juxta **Arundel**	Can. S. *Aug.*			
Canwell	*Cluniac.*	*Staff.*		
Sandwell	*Cluniac.*			
Daventre	*Cluniac.*	*Northt*		
Litlemore	*S. Bened.*	*Oxon.*		
Leiſnes	Can. S. *Aug.*	*Kanc.*		
Tunbridge	Can. S. *Aug.*			
Poghley	Can. S. *Aug.*	*Berkſ.*		
Ravenſton	Can. S. *Aug.*	*Buck.*		
Tykford	*Cluniac.*			

Bradwell	*S. Bened.*	*Buck.*
Horkesley	*Cluniac.*	*Eſſex.*

Hæc duo monaſteria in dictâ *Clementis* Bullâ recenſentur, non item in diplomate regio: Reperiuntur nihilominus in Inquiſitione vocata **the Cardinalls bundle**, capta, virtute officii, an. 22 *H.* 8. poſt convictionem præfati Cardinalis.

Hæc an. 20 *H.* 8.

Gipeſwic S. *Petri*	Can. S. *Aug.*	*Suff.*	26. *Junii*	Per bullam ejuſdem PP. *Clem.* dat. in urbe veteri prid. Id. Maii A. D. MDxxviij. pontif. ſui an. 5. Pat. 20 *H.* 8. part. 1.
De *Pratis*	*S. Bened.*	*Hertf.*	6. *Julii.*	
Walingford	*S. Bened.*	*Berkſ.*		
Bromhill	....	*Norff.*	30. *Dec.*	
Flixtow	....	*Suff.*		
Romberg	....	*Eſſex*		

Exactiſſimus Sacrarum ædium apud *Anglos* & *Cambro-Britannos* * Catalogus; qui cum annuo ſingularum valore, certis ad eam rem explorandam miſſis, *Henrico* octavo, regni ſui vigeſimo ſexto, redditus eſt, & poſtea in libros *Primitiarum* & *Decimarum* relatus. Ad ſingula quæ in hoc volumine continentur (nempe de *Benedictinorum, Cluniacenſium, Ciſtercienſium*, & *Carthuſianorum* ordinibus) Catalogo ſpecialem in modum ſe referente. Reliquorum verò, quodcumque à tabulis publicis aut probatis auctoribus excerpi potuit in alium Tomum rejecimus. Aliis autem Cœnobiis quorum in hoc libro mentio fit (quæ in reddituum Catalogo præterlapſa ſunt) cujus ordinis fuerint, & qua pagina ſe habeant ſolummodo addidimus.

* Ex vetuſto exemplari, in bibl. *Cotton.*

	Berkſ.	li.	s.	d.	ob.	q.
	Wallingford Collegiũ	0147	08	00	ob.	q.
	Hoſpitale S. Johannis, ibidem	0006	00	00	00	00
	Shotteſvrooke Collegium	0033	18	08	00	00
Bened.	*Reading Abb.* 417	1938	14	03	ob.	q.
Can. *S*. A.	*Buſtleſham Abb.*	0285	11	00	ob.	00
Bened.	*Hurley Abb.* 363	0121	18	05	00	00
Bened.	*Abbington Abb.* 97	1876	10	09	00	00
	* *Donnington Pr.*	0019	03	10	00	00
		4469	05	01	00	00
Bened.	*Wallingford* 326					
Bened.	*Sanford* 481					
	Bedf.					
Can. *S*. A.	*Newenham Pr.*	293	05	11	00	00
Bened.	*Elneſtowe Abb.* 359	284	12	11	ob.	q.
Can. S. A.	*Caldwel Pr.*	109	08	05	00	00
	Minorum fratrum Domus	003	13	02	00	00
	S. Leonardi Hoſpitale	016	06	08	00	q.
	S. Joh. Bedd. Hoſpitale	021	00	08	00	00
Ciſt.	*Wardon Abb.* 784	389	16	06	00	q.
Gilb.	*Chicksand Pr.*	212	03	05	ob.	00
	Northyle Colleg.	061	05	08	ob.	00
	S. Trin. Gilda in eccleſia S. Andr. de Bigleſwade	007	00	00	00	00
	Corpor. Chriſti de Eaton Gilda	007	15	01	ob.	00
Can. *S*. A.	*Buſhmede Pr.*	071	13	09	ob.	00
Can. *S*. A.	*Dunſtable Abb.*	344	13	03	00	00
Bened.	*de Boſco Abb. S. Trinit.* 350	114	16	01	00	00
	Dunſtable, fratres Prædic.	004	18	08	00	00
	fraternitas, ibid.	009	08	07	00	00
Ciſt.	*Woborne Abb.* 829	391	18	02	ob.	00
		2343	17	02	ob.	q.
Bened.	*Bello-loco* 325.					

	Buckingh.	li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*Burnham Abb.* 534	051	02	04	00	q.
Bened.	*Ankerwicke Pr.* 482	032	00	02	00	00
Can. *S*. A.	*Aſherugge Colleg.*	415	16	04	00	00
	De S. Margareta Pr.	014	03	01	00	00
Bened.	*Snelſhul Pr.* 483	018	01	11	00	00
Can. *S*. A.	*Noteley Abb.*	437	06	08	00	00
Ciſt.	*Bittleſden Abb.* 783	125	04	03	00	q.
Prem.	*Lavenden Abb.*	079	13	08	00	00
	Newport Hoſpitale	006	06	08	00	00
Bened.	*Miſſenden Abb.* 541	261	14	06	00	q.
	Aylesburye domus Conventualis Fratrum Minorum	003	02	05	00	00
Bened.	*Marlow-parva Abb.* 545	023	03	07	00	q.
Ciſt.	*Medmenham Abb.* 926	020	06	02	00	00
	Wicombe Hoſpitale	007	15	03	ob.	00
		1496	17	01	ob.	00
Ciſt.	*Tame* 802.					
Bened.	*Ivingho* 490.					
	Cantabr.					
Bened.	*Ely Abb.* 87	1084	06	09	ob.	00
Bened.	*Thorney Abb.* 242	411	12	11	00	00
Bened.	*Chatterys Abb.* 251	097	03	04	00	q.
Bened.	*Denny Abb.* 492	172	08	03	ob.	00
	Ely Hoſpitale S. Johan.	025	05	03	ob.	q.
Templ.	* *Shengaye Præceptoria*	171	04	06	00	00
Gilb.	*Feordham Pr.*	040	13	04	ob.	00
Can. *S*. A.	*Angleſey Pr.*	024	19	00	00	00
Bened.	*Ikelington Pr.* 545 b.	071	09	10	ob.	00
	* *Soffham-Bulbeck Pr.*	040	00	00	00	00
	* *S. Edmundi Pr.*	014	18	08	ob.	00
Can. *S*. A.	*Barnwell Pr.*	256	11	10	00	q.
Bened.	*Waterbech* 543.	1430	17	02	00	q.
Bened.	*Rombergh* 404.					
Bened.	*S. Radegund* 480.					

Ceſtr

		li.	s.	d.	ob.	q.
	Ceſtr.					
	Ceſtriæ Civitas, Hoſpitale S. Joh. Bap.	0013	07	10	00	00
Bened.	*S. Werburgæ Abb.* 199, 985	1003	05	11	00	00
Bened.	*B. Mariæ Abb.* pag. 507	066	18	04	00	00
Ciſt.	*Vallis Regalis Abb.* 936	118	19	08	00	00
Can.S.A.	*Norton Abb.*	180	07	06	ob.	00
Bened.	*Birkeheved Abb.* 484	090	13	00	00	00
Ciſt.	*Cumbremere Abb.* 764	225	09	07	00	00
		1699	01	10	00	00
Ciſt	*Stanlaw.* 896.					
	Cornub.					
	Glaſſoney Colleg. S. Tho.	205	10	06	00	00
	* *Helſton Pr.*	012	16	04	00	00
Bened.	*Tywardreythe Pr.* 586	123	09	03	00	00
	Crantock Colleg.	089	15	08	00	00
Can.S.A.	*Bodmyn Pr.*	270	00	11	00	00
Can.S.A.	*Lanceſton Abb.*	354	00	11	00	q.
Can.S.A.	*S. Germani Abb.* 213	243	08	00	00	00
		1279	01	07	00	q.
Bened.	*S. Petroci* 213.					
Bened.	*Silley* 516.					
	Cumberl.					
Can.S.A.	*Karliol B. Mariæ Pr.*	418	03	04	ob.	q.
Can.S.A.	*Lanercoſt Pr.*	077	07	11	00	00
Ciſt.	*Holmcoltrom Abb.* 885	427	19	03	ob.	q.
Bened.	*Armethwait Moniales* 324	018	18	08	00	00
		242	08	03	ob.	00
	Derb.					
Can.S.A.	*Darley Abb.*	258	14	05	00	00
Prem.	*B. Mar. De dala Abb.*	114	12	00	00	00
	* *Bredſalle Abb.*	010	17	09	00	00
	**De Pratis Abb. juxta Derb.*	018	06	02	00	00
	Derby eccleſia Omnium SS.	038	14	00	00	00
Can.S.A.	*Repindon Abb.*	118	08	06	00	00
	* *Greſley Abb.*	031	06	00	00	00
Templ.	*Iveley & r Barowe Preceptoria*	093	03	04	ob	00
Prem.	*Bello capite Abb.*	126	03	04	00	00
	Cheſterfeild, Gilda ibid. S. Crucis & S. Mariæ	019	00	05	00	00
		859	05	05	ob.	00
Bened.	*Derby* 505.					
	Devon.					
Ciſt.	*Forde Abb.* 785	374	10	06	ob.	00
Ciſt.	*Newham Abb.* 928	227	07	08	00	00
Ciſt.	*Dunkeſwel Abb.* 925	294	18	06	00	00
Bened.	*Ottery Colleg.* 549	303	02	09	00	00
Bened.	*Exon. Hoſpitale ſancti Nicholai* 352	147	12	00	00	00
Bened.	*Peſſeloo Pr. S. Kath.* 545	164	08	11	00	00
	Crediton Colleg. S. Crucis	140	14	05	00	00

		li.	s.	d.	ob.	q.
	* *Cannonlegh Moniales*	197	03	01	00	00
Can.S.A.	*Hertlande Abb.*	306	03	02	00	q
Can.S.A.	*Fretbilſtoke Pr. S. Gregorii*	127	02	04	00	q.
Clun.	*Barnſtaple Pr. B. Mariæ Magdalenæ*, pag. 684	123	06	07	00	00
	* *Pilton Pr. B. Mariæ*	056	12	08	ob.	00
Prem.	*Torre Abb.*	396	00	11	00	00
	**Corneworthye Moniales*	063	02	10	00	00
	**Totton Pr.*	024	09	02	ob.	00
Ciſt.	*Buckfaſte Abb.* 792 & 945	466	11	02	ob.	diq
Can.S.A.	*Plympton Abb.*	912	12	08	ob.	00
Ciſt.	*Buckland Abb.* 939	241	17	09	ob.	qdi
Bened.	*Taveſtoke Abb.* 217 & 995	902	05	07	00	00
Clun.	*Exon. Pr. S. Jac.* 643	502	12	09	00	00
		5671	15	08	ob.	q
Bened.	*Exon. eccl. cath.* 220.					
Bened.	*S. Kath. juxta Exon.* 503.					
Bened.	*Modbury* 507.					
	Dorſetſſ.					
Bened.	*Abbottiſbury Abb.* 276	390	19	02	ob	q.
	* *Byrport Pr.*	006	00	00	00	00
	Hoſp. Joh. Bap.	008	06	01	00	00
Ciſt.	*Bindon Abb.* 911	147	07	09	ob.	q
Bened.	*Mydelton Abb.* 193	578	13	11	ob.	00
Bened.	*Cerne Abb.* 253.	515	17	10	00	q
Ciſt.	*Tarrent Abb.* 887	214	07	09	00	00
Bened.	*Shafton Abb.* 213 & 983	1166	08	09	00	00
Bened.	*Shirborne Abb.* 62 & 423	682	14	07	ob.	diq
		3028	16	00	00	00
Bened. Bened.	*Cranburne* *Winburne* } 163					
Bened.	*Horton* 220					
	Dunelm.					
Bened.	*S. Cuthberti Abb.* 38	1366	10	09	00	00
Bened.	*Finkhale Cella* 512	122	15	03	00	00
Bened.	*Tarowe Cella* 96	038	14	04	00	00
Bened.	*Wermuth Cella* 96	025	08	04	00	00
	* *Cella in Inſula ſacra in com. Northumberl.*	048	18	11	00	00
	* *Ferne Eland Cella in com præd.*	012	17	08	00	00
Bened.	*Letham Cella in comitatu Lanc.* 499	048	19	06	00	00
	Stamford Cella in com. Linc.	025	01	02	ob	00
	**Dureſm. Colleg. in Oxon.*	115	04	04	00	00
	Keprey S. Ægidii Hoſp.	167	02	11	00	00
	Sherborn Hoſp.	135	07	00	00	00
	Gretham Hoſp.	097	06	03	ob.	00
	Gateſheved Hoſp. S. Edmundi	005	09	04	00	00
	* *Neſham Pr.*	020	17	07	00	00
	Stannedroppe Colleg.	126	05	10	00	00
Bened.	*Tynmouthe Pr.*	397	10	05	ob.	00
	* *Novi Caſtri Moniales*	036	00	10	00	00
	S. Mariæ Magdalenæ Hoſp.	009	11	04	00	00
Can.S.A.	*Hexham Pr.*	122	11	01	00	00
Prem.	*Albaland Abb.*	040	00	09	00	00
Gilb.	*Ovingham Cella*	011	02	08	00	00
Ciſt.	*Novi Monaſterii Abb.* 800	100	08	11	00	00

		li.	s.	d.	ob.	q.
Prem.	*Alnewick Abb.*	189	15	00	00	00
Bened.	*Holyſton Pr.* pag. 476	011	05	07	00	00
Can. *S.* A.	*Brokenbourne Pr.*	068	19	01	00	00
		1977	14	02	ob.	00
Bened.	*Lambley* 506.					

Eſſex.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*Berkyng Abb.* 79	862	12	05	ob.	00
	Stratford Langthorn Abb. 883	511	16	03	00	diq
	Ilford Hoſp.	016	13	04	00	00
Can. *S.* A.	*Waltham S. Crucis Abb.*	900	04	03	00	00
Bened.	*Hatfeild Regis Pr.* 545	122	13	02	ob.	00
	Plecy Colleg.	139	03	10	00	00
Ciſt.	*Tiltey Abb.* 889	167	02	06	00	00
Can. *S.* A.	*Donmow Pr.*	150	03	04	00	00
Bened.	*Walden Abb.* 445	372	18	01	00	00
Can. *S.* A.	*Trembale Pr.*	060	18	07	ob.	00
	Byerden Pr.	029	06	04	ob.	00
	Newport Hoſp.	023	10	08	00	q.
	Halſtede Colleg.	023	16	05	ob.	00
Bened.	*Hedningham ad Caſtrum Pr.* 545 b.	029	12	10	00	00
Can. *S.* A.	*S. Oſithe Abb.*	677	01	02	00	00
Can. *S.* A.	*Colcheſter Abb. S. Johannis*	523	17	00	00	q.
	* *S. Botulphi Pr. juxta Colcheſter*	113	12	08	00	00
	Colcheſter Domus fratrum S. Crucis	007	07	08	00	00
Ciſt.	*Coggeſhal Abb.* 821	251	02	00	00	00
Bened.	*Colne Pr.* 436	156	12	04	ob.	00
Prem.	*Bileigh Abb.*	157	16	11	00	q.
	Maldon, Domus fratrum Carmelitarum	001	06	08	00	00
Bened.	*Prittewell Pr.* 619	155	11	02	ob.	00
	* *Leghes Pr.*	114	01	04	00	00
	Chelmesford, Domus fratrum Prædicatorum.	009	06	05	00	00
		5577	07	08	00	q.
Clun.	*Staineſgate* 623.					

Glouceſt.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Can. *S.* A.	*Briſtol Abb. S. Aug.*	670	13	11	ob	00
Can. *S.* A.	*S. Marc. Hoſp. alias Gaunts (alias Bilſwyke)*	112	09	09	00	q.
	S. Joh. Bapt. Hoſp.	051	10	04	00	q.
	Kalendarum domus	010	18	08	00	00
	B. M. Magd. domus	021	11	03	00	00
	Weſtbury Colleg.	232	14	00	00	q.
	Stowe, Hoſpitale pauperum	025	14	08	00	00
Ciſt.	*Hayles Abb.* 928	357	07	08	ob.	00
Bened.	*Winchcumbe Abb.* 187	759	11	09	00	00
Bened.	*Tewxbury Abb.* 153	1598	01	03	00	00
Ciſt.	*Flaxely Abb.* 884	112	13	01	00	00
Can. *S.* A.	*S: Oſwaldi Glouc. Pr.*	090	10	02	ob.	00
	Glouc. Hoſp. S. Barthol.	044	07	02	ob.	00
	Quenington Hoſp.	137	07	01	ob.	00
Can. S. A.	*Cirenceſtrie Abb.*	1051	07	01	00	q.
Ciſt.	*Kyngſwood Abb.* 811	0244	11	02	00	00
Bened.	*Glouc. S. Petri Abb.* 108, 993	1946	05	09	00	00
Can. *S.* A.	*Lanthoni Pr. juxta Glouc.*	648	19	11	ob.	q.
Can. *S.* A.	*Lanthoni prima Pr. in Marchiis Wall.*	099	19	00	ob.	00
	Glouc. S. Barthol. Hoſp. ibid.	025	11	02	00	00
		8242	05	02	00	q.
Bened.	*Briſtoll S. Jac.* 513.					

Hantſ.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*S. Swithini Winton. Abb.* pag. 31, 979	1507	17	02	00	q.
Bened.	*Hide Abb.* 208	865	18	00	ob.	q.
Bened.	*Winton Moniales B. Mar.* 212	179	07	02	00	00
	S. Crucis Hoſp.	084	04	02	00	00
	B. Mar. Magdel. Hoſp.	016	16	02	ob.	00
	S. Eliz. Colleg.	112	17	04	ob.	00
	Winton. B. Mar. Colleg. juxta eandem	628	13	06	00	00
Bened.	*Wherwell Abb.* 256	339	08	07	00	00
Bened.	*Wintney Pr.* 483	043	03	00	00	00
Bened.	*Romeſey Moniales* 219	393	10	10	ob.	00
Can. S. A.	*Mottisfont Canonici*	124	03	05	ob.	00
Can. *S.* A.	*Twinham eccleſiæ Chriſti Pr.*	312	07	00	00	q.
Can. *S.* A.	*Brommer Pr.*	154	14	01	ob.	00
Ciſt.	*Bello-loco Abb.* 925	326	13	02	ob.	q.
Can. S. A.	*S. Dioniſii Pr.*	080	11	06	00	00
Can. *S.* A.	*Southwike Pr.*	257	04	04	00	00
Prem.	*Titchfield Abb.*	249	16	01	00	00
	Porteſmuth, Hoſp. S. Nichol.	033	19	05	ob.	00
Ciſt.	*Quarrera Abb.* 760	134	03	11	00	00
Templ.	*Baddiſley Præceptoria*	118	16	07	00	00
Ciſt.	*Leto loco Abb. (Letley)* 933	100	12	08	00	00
		3754	12	04	ob.	q.
	Durford 545.					

Heref.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*Munmuth Abb.* 600	056	01	11	00	00
Can. *S.* A.	*Flaneford Abb.*	014	08	09	00	00
Can. *S.* A.	*Acornbury Moniales*	067	13	02	ob.	00
Bened.	*Heref. S. Guthlaci Pr.*	121	03	03	ob.	00
Can. *S.* A.	*Wormeſley Pr.*	083	10	02	00	00
Clun.	*Clifford Pr.* 623	057	07	04	00	00
Ciſt.	*Dore Abb.* 862	101	05	02	00	00
Bened.	*Limbroke Pr.* 474	022	17	08	00	--
	Ledbury S. Katherine Hoſp.	022	05	00	00	00
		0546	11	06	00	00
Bened.	*Hereford S. Petri* 406.					
Bened.	*Ewyas* 413.					
Bened.	*Leominſtre* 420.					
Bened.	*Creſſwell* 503.					

Hertf.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*S. Albani Abb.* 176	2102	07	01	ob.	q.
Bened.	*Hertford Pr. cella ejuſdem* 331	072	14	02	ob.	00
	Monketon Pr. Meneven. dioc.	057	09	03	ob	q.
Bened.	*Belvere Pr. (com. Linc.) cella ejuſdem* 327	104	19	10	00	00
Bened.	*Hattefeld Peverel Pr. in com. Eſſex* 330	060	14	11	ob.	00

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*Bynham Pr. in com. Norff. cella ejuſdem* 343	140	05	04	00	00
Bened.	*Tynmuth Pr. in com. Northumb.(videDnnelm.)*333					
Bened.	*Sopewell Moniales* 347	040	07	10	00	00
	Langley Regis, fratres Pradic.	122	04	00	00	00
Bened.	*Flamſtede. Moniales S. Ægidii in boſco juxta eandem* 503 & 545 a.	030	19	08	ob.	00
	* *Wymondley Canonici*	029	19	11	ob.	00
	* *Bigging nova Pr.*	013	16	00	00	00
	Hytchin. Fratres Carmelite infra eandem	004	09	04	00	00
Can.S A.	*Roiſton Canonici*	089	16	00	00	00
Bened.	*Cheſthunt Moniales* 512	014	01	00	00	00
Bened.	*Rowney Hoſp.* 516	013	10	09	00	00
	Roiſton Hoſp. S. Joh. & Jac. Apoſtol.	005	06	10	00	00
	De pratis. juxta S. Albanum 347.	2903	11	02	ob.	00
	Hunt.					
Can.S.A.	*Huntingdon Canonici*	187	13	08	00	q
	* *Hinchingbrook Pr.*	017	01	04	00	00
	S. Johannis Hoſp.	006	07	08	00	00
Can.S.A.	*Stonley Pr.*	046	00	05	ob.	00
Bened.	*S. Neoti Abb.* 368	241	11	04	00	q.
Ciſt.	*Swatre Abb.* 850	141	03	08	00	00
Bened.	*Ramſey Abb.* 231	1716	12	04	00	00
Bened.	*Huntingdon* 530.	2355	10	05	00	00
Bened.	*S. Ives* 255.					
	Kanc.					
Bened.	S. *Auguſtini Abb. prope Cantuar.* 23	1413	04	11	ob.	q
	S. Laur. Hoſp. prope Cantuar.	031	07	10	00	00
	S. Gregorii prope Cantuar.	121	15	01	00	00
	Wye Colleg.	093	02	00	ob.	00
Clun.	*Horton Pr.* 621	095	12	02	00.	00
Bened.	*S. Sepulchri Pr.* 545	029	12	05	ob.	00
	S. Johan Northgate Hoſp.	091	16	08	ob	00
	Harballdowne Hoſp.	109	07	02	00	00
	Eaſtbridge Hoſp.	023	18	09	ob.	q.
	Pauperum Sacerdotum Cant. Hoſp.	010	13	08	ob.	00
	S. Jacobi extra muros Cantuar. Hoſp.	032	02	01	ob.	q
Can.S.A.	*Bilſington Pr.*	081	01	06	00	00
Bened.	*Folkſtone Pr.* 85 & 560	041	15	10	00	00
Can.S.A.	*Dover Pr.*	170	14	11	ob.	00
	Dover Hoſpit. domus Dei	159	18	06	ob.	q.
Prem.	*S. Radegundis Abb.*	098	09	02	ob.	00
Can.S.A.	*Combwell Abb.*	080	17	05	00	q
Can.S.A.	*Ledis Pr.*	362	07	07	00	00
Clun.	*Feverſham Abb.* 687	286	12	06	ob	q.
Templ.	* *Swingfeild Præceptoria*	087	03	03	ob.	00
	Maydſton, Colleg. omnium SS.	159	07	10	00	00
Bened.	*Shepey S. Sexburge Abb.* 152	129	07	10	ob.	00
Ciſt.	*Boxley Abb.* 827	204	04	11	00	00
Maturini	*Mottyngden Mynſter*	030	13	00	ob.	00

		li.	s.	d.	ob	q.
Bened.	*Roffenſis Abb.* 27	486	11	05	00	00
	Cobham Colleg.	128	01	09	ob.	00
	Strode Hoſp.	052	09	10	ob.	00
Bened.	*Mallinge Abb.* 352	218	04	02	ob	00
Templ.	* *Weſt-Peccham Præceptoria*	063	06	08	00	00
Can.S.A.	*Dertford Abb.*	380	09	00	ob.	00
	Callis villa Pr. Carmel.	019	15	06	00	00
Bened.	*Cantuar. Eccl. Cath.* 18.	4838	03	09	ob.	00
Bened.	*Thanet S. Mildr.* 83.					
Bened.	*Liming* 85.					
Bened.	*Raculfe* 86.					
Bened.	*Davinton* 501.					
	Lancaſtria.					
Bened.	H*Olland Priorat.* 544	053	03	04	00	00
Can.S.A.	*Bourſcoub Pr.*	080	07	06	00	00
Ciſt.	*Walley Abb.* 896	321	09	01	ob.	00
Bened.	*Penwoortham Abb.* 360	029	18	07	00	00
	Leiceſtria.	484	18	06	ob.	00
Can.S.A	*Leiceſtria. B. Mar. Abb.*	951	14	05	ob.	q.
Can.S.A.	*Kirkby Bellers Pr.*	142	10	03	00	q.
Prem.	*Croxton Abb.*	385	00	10	ob.	q.
Can.S.A.	*Burton Hoſp.*	265	10	02	ob.	00
Can.S.A.	*Olveſton Abb.*	161	14	02	00	q.
Can.S.A.	*Bradley Pr.*	020	03	04	00	00
Can.S.A.	*Landa Abb.*	399	03	03	ob.	q.
Templ.	* { *Dalby* *Rothley* *Heyther* } *Preceptoriæ*	231	07	10	00	00
	Novi operis Colleg.	595	07	04	00	00
	Beatæ Mariæ Colleg. juxta caſtrum Leiceſtriæ	023	12	11	00	00
	S. Urſulæ Hoſp.	008	00	00	00	00
Ciſt.	*Garradon Abb.* 768	159	19	10	ob.	00
Can.S.A.	*Vlueſcroft Pr.*	083	10	06	ob.	00
Bened.	*Langeley Abb.* 481	029	07	04	ob.	00
Can.S.A.	*Bredon Abb.*	024	10	04	00	00
	Caſtle-Donington Hoſp.	003	13	04	00	00
	Litterworth Hoſp.	026	09	05	00	00
Ciſt.	*Gracedieu* 933.	3511	15	07	ob.	q.
	Linc.					
Gilb.	*Linc. S. Katherina Pr.*	202	05	00	ob.	00
Ciſt.	*Kyrkeſted Abb.* 806	286	02	07	ob.	q.
Prem.	*Tupholm Abb.*	100	14	10	00	00
Gilb.	*Styxwode Abb.* 486	114	05	02	ob.	00
	Tatteſhale Colleg.	348	05	11	ob.	q.
Ciſt.	*Reveſby Abb.* 822	287	02	04	ob.	00
Gilb.	*Markbye ſive Materſey Pr.*	130	15	00	ob.	00
Prem.	*Hagneby Abb.*	087	11	04	00	00
Ciſt.	*Legborne Pr.* 894	038	08	04	00	00
Ciſt.	*Grenefelde Pr.* 880	063	04	01	00	00
Ciſt.	*Loutheparke Abb.* 805	147	14	06	00	00
Gilb.	*Alvingham Abb.*	128	14	02	00	00
	* *Mimormeſby Abb.*	080	11	10	00	00
	* *Welloo Abb.*	095	06	01	00	00
Can.S.A.	*Grimeſby Pr.*	009	14	07	00	00
Bened.	*Humberſton Abb.* 545 a.	032	01	03	00	00
Can.S.A.	*Newſted Pr. ſuper Ankeholm*	038	13	05	00	00

		li.	s.	d.	ob.	q.
Prem.	*Alnewick Abb.*	189	15	00	00	00
Bened.	*Holyſton Pr.* pag. 476	011	05	07	00	00
Can. *S.* A.	*Brokenbourne Pr.*	068	19	01	00	00
		1977	14	02	ob.	00
Bened.	*Lambley* 506.					

Eſſex.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*Berkyng Abb.* 79	862	12	05	ob.	00
	Stratford Langthorn Abb. 883	511	16	03	00	diq
	Ilford Hoſp.	016	13	04	00	00
Can. *S.* A.	*Waltham S. Crucis Abb.*	900	04	03	00	00
Bened.	*Hatfeild Regis Pr.* 545	122	13	02	ob.	00
	Plecy Colleg.	139	03	10	00	00
Ciſt.	*Tiltey Abb.* 889	167	02	06	00	00
Can. *S.* A.	*Donmow Pr.*	150	03	04	00	00
Bened.	*Walden Abb.* 445	372	18	01	00	00
Can. *S.* A.	*Tremhale Pr.*	060	18	07	ob.	00
	Byerden Pr.	029	06	04	ob.	00
	Newport Hoſp.	023	10	08	00	q.
	Halſtede Colleg.	023	16	05	ob.	00
Bened.	*Hedningham ad Caſtrum Pr.* 545 b.	029	12	10	00	00
Can. *S.* A.	*S. Oſithe Abb.*	677	01	02	00	00
Can. *S.* A.	*Colcheſter Abb. S. Johannis*	523	17	00	00	q.
	* *S. Botulphi Pr. juxta Colcheſter*	113	12	08	00	00
	Colcheſter Domus fratrum S. Crucis	007	07	08	00	00
Ciſt.	*Coggeſhal Abb.* 821	251	02	00	00	00
Bened.	*Colne Pr.* 436	156	12	04	ob.	00
Prem.	*Bileigh Abb.*	157	16	11	00	q.
	Maldon, Domus fratrum Carmelitarum	001	06	08	00	00
Bened.	*Prittewell Pr.* 619	155	11	02	ob.	00
	* *Leghes Pr.*	114	01	04	00	00
	Chelmesford, Domus fratrum Prædicatorum.	009	06	05	00	00
		5577	07	08	00	q.
Clun.	*Staineſgate* 623.					

Glouceſt.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Can. *S.* A.	*Briſtol Abb. S. Aug.*	670	13	11	ob	00
Can. *S.* A.	*S. Marc. Hoſp. alias Gaunts (alias Bilſwyke)*	112	09	09	00	q.
	S. Joh. Bapt. Hoſp.	051	10	04	00	q.
	Kalendarum domus	010	18	08	00	00
	B. M. Magd. domus	021	11	03	00	00
	Weſtbury Colleg.	232	14	00	00	q.
	Stowe, Hoſpitale pauperum	025	14	08	00	00
Ciſt.	*Hayles Abb.* 928	357	07	08	ob.	00
Bened.	*Winchcumbe Abb.* 187	759	11	09	00	00
Bened.	*Tewxbury Abb.* 153	1598	01	03	00	00
Ciſt.	*Flaxely Abb.* 884	112	13	01	00	00
Can. *S.* A.	*S: Oſwaldi Glouc. Pr.*	090	10	02	ob.	00
	Glouc. Hoſp. S. Barthol.	044	07	02	ob.	00
	Quenington Hoſp.	137	07	01	ob.	00
Can. S. A.	*Cirenceſtrie Abb.*	1051	07	01	00	q.
Ciſt.	*Kyngſwood Abb.* 811	0244	11	02	00	00
Bened.	*Glouc. S. Petri Abb.* 108, 993	1946	05	09	00	00
Can. *S.* A.	*Lanthoni Pr. juxta Glouc.*	648	19	11	ob.	q.
Can. *S.* A.	*Lanthoni prima Pr. in Marchiis Wall.*	099	19	00	ob.	00
	Glouc. S. Barthol. Hoſp. ibid.	025	11	02	00	00
		8242	05	02	00	q.
Bened.	*Briſtoll S. Jac.* 513.					

Hantſ.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*S. Swithini Winton. Abb.* pag. 31, 979	1507	17	02	00	q.
Bened.	*Hide Abb.* 208	865	18	00	ob.	q.
Bened.	*Winton Moniales B. Mar.* 212	179	07	02	00	00
	S. Crucis Hoſp.	084	04	02	00	00
	B. Mar. Magdel. Hoſp.	016	16	02	ob.	00
	S. Eliz. Colleg.	112	17	04	ob.	00
	Winton. B. Mar. Colleg. juxta eandem	628	13	06	00	00
Bened.	*Wherwell Abb.* 256	339	08	07	00	00
Bened.	*Wintney Pr.* 483	043	03	00	00	00
Bened.	*Romeſey Moniales* 219	393	10	10	ob.	00
Can. *S.* A.	*Mottisfont Canonici*	124	03	05	ob.	00
Can. *S.* A.	*Twinham eccleſiæ Chriſti Pr.*	312	07	00	00	q.
Can. *S.* A.	*Brommer Pr.*	154	14	01	ob.	00
Ciſt.	*Bello-loco Abb.* 925	326	13	02	ob.	q.
Can. S. A.	*S. Dioniſii Pr.*	080	11	06	00	00
Can. *S.* A.	*Southwike Pr.*	257	04	04	00	00
Prem.	*Titchfield Abb.*	249	16	01	00	00
	Porteſmuth, Hoſp. S. Nichol.	033	19	05	ob.	00
Ciſt.	*Quarrera Abb.* 760	134	03	11	00	00
Templ.	*Baddiſley Præceptoria*	118	16	07	00	00
Ciſt.	*Leto loco Abb. (Letley)* 933	100	12	08	00	00
		3754	12	04	ob.	q.
	Durford 545.					

Heref.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*Munmuth Abb.* 600	056	01	11	00	00
Can. *S.* A.	*Flaneford Abb.*	014	08	09	00	00
Can. *S.* A.	*Acornbury Moniales*	067	13	02	ob.	00
Bened.	*Heref. S. Guthlaci Pr.*	121	03	03	ob.	00
Can. *S.* A.	*Wormeſley Pr.*	083	10	02	00	00
Clun.	*Clifford Pr.* 623	057	07	04	00	00
Ciſt.	*Dore Abb.* 862	101	05	02	00	00
Bened.	*Limbroke Pr.* 474	022	17	08	00	--
	Ledbury S. Katherine Hoſp.	022	05	00	00	00
		0546	11	06	00	00
Bened.	*Hereford S. Petri* 406.					
Bened.	*Ewyas* 413.					
Bened.	*Leominſtre* 420.					
Bened.	*Creſſwell* 503.					

Hertf.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*S. Albani Abb.* 176	2102	07	01	ob.	q.
Bened.	*Hertford Pr. cella ejuſdem* 331	072	14	02	ob.	00
	Monketon Pr. Meneven. dioc.	057	09	03	ob	q.
Bened.	*Belvere Pr. (com. Linc.) cella ejuſdem* 327	104	19	10	00	00
Bened.	*Hattefeld Peverel Pr. in com. Eſſex* 330	060	14	11	ob.	00

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*Bynham Pr. in com. Norff. cella ejuſdem* 343	140	05	04	00	00
Bened.	*Tynmuth Pr. in com. Northumb.(vide Dunelm.)*333					
Bened.	*Sopewell Moniales* 347	040	07	10	00	00
	Langley Regis, fratres Prædic.	122	04	00	00	00
Bened.	*Flamſtede. Moniales S. Ægidii in boſco juxta eandem* 503 & 545 a.	030	19	08	ob.	00
	* *Wymondley Canonici*	029	19	11	ob.	00
	* *Bigging nova Pr.*	013	16	00	00	00
	Hytchin. Fratres Carmelitæ infra eandem	004	09	04	00	00
Can.S.A.	*Roiſton Canonici*	089	16	00	00	00
Bened.	*Cheſtbunt Moniales* 512	014	01	00	00	00
Bened.	*Rowney Hoſp.* 516	013	10	09	00	00
	Roiſton Hoſp. S. Joh. & Jac. Apoſtol.	005	06	10	00	00
	De pratis. juxta S. Albanum 347.	2903	11	02	ob.	00

Hunt.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Can.S.A.	*Huntingdon Canonici*	187	13	08	00	q
	* *Hinchingbrook Pr.*	017	01	04	00	00
	S. Johannis Hoſp.	006	07	08	00	00
Can.S.A.	*Stonley Pr.*	046	00	05	ob.	00
Bened.	*S. Neoti Abb.* 368	241	11	04	00	q.
Ciſt.	*Swatre Abb.* 850	141	03	08	00	00
Bened.	*Ramſey Abb.* 231	1716	12	04	00	00
Bened.	*Huntingdon* 530.	2355	10	05	00	00
Bened.	*S. Ives* 255.					

Kanc.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	S. *Auguſtini Abb. prope Cantuar.* 23	1413	04	11	ob.	q
	S. Laur. Hoſp. prope Cantuar.	031	07	10	00	00
	S. Gregorii prope Cantuar.	121	15	01	00	00
	Wye Colleg.	093	02	00	ob.	00
Clun.	*Horton Pr.* 621	095	12	02	00.	00
Bened.	*S. Sepulchri Pr.* 545	029	12	05	ob.	00
	S. Johan Northgate Hoſp.	091	16	08	ob	00
	Harballdowne Hoſp.	109	07	02	00	00
	Eaſtbridge Hoſp.	023	18	09	ob.	q.
	Pauperum Sacerdotum Cant. Hoſp.	010	13	08	ob.	00
	S. Jacobi extra muros Cantuar. Hoſp.	032	02	01	ob.	q
Can.S.A.	*Bilſington Pr.*	081	01	06	00	00
Bened.	*Folkſtone Pr.* 85 & 560	041	15	10	00	00
Can.S.A.	*Dover Pr.*	170	14	11	ob.	00
	Dover Hoſpit. domus Dei	159	18	06	ob.	q.
Prem.	*S. Radegundis Abb.*	098	09	02	ob.	00
Can.S.A.	*Combwell Abb.*	080	17	05	00	q
Can.S.A.	*Ledis Pr.*	362	07	07	00	00
Clun.	*Feverſham Abb.* 687	286	12	06	ob	q.
Templ.	* *Swingfeild Præceptoria*	087	03	03	ob.	00
	Maydſton Colleg. omnium SS.	159	07	10	00	00
Bened.	*Shepey S. Sexburge Abb.*152	129	07	10	ob.	00
Ciſt.	*Boxley Abb.* 827	204	04	11	00	00
Maturini	*Mottyngden Mynſter*	030	13	00	ob.	00
Bened.	*Roffenſis Abb.* 27	486	11	05	00	00
	Cobham Colleg.	128	01	09	ob.	00
	Strode Hoſp.	052	09	10	ob.	00
Bened.	*Mallinge Abb.* 352	218	04	02	ob	00
Templ.	* *Weſt-Peccham Præceptoria*	063	06	08	00	00
Can.S.A.	*Dertford Abb.*	380	09	00	ob.	00
	Callis villa Pr. Carmel.	019	15	06	00	00
Bened.	*Cantuar. Eccl. Cath.* 18.	4838	03	09	ob.	00
Bened.	*Thanet S. Mildr.* 83.					
Bened.	*Liming* 85.					
Bened.	*Raculfe* 86.					
Bened.	*Davinton* 501.					

Lancaſtria.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*Holland Priorat.* 544	053	03	04	00	00
Can.S.A.	*Bourſcoub Pr.*	080	07	06	00	00
Ciſt.	*Walley Abb.* 896	321	09	01	ob.	00
Bened.	*Penwoortham Abb.* 360	029	18	07	00	00
		484	18	06	ob.	00

Leiceſtria.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Can.S.A	*Leiceſtria. B. Mar. Abb.*	951	14	05	ob.	q.
Can.S.A.	*Kirkby Bellers Pr.*	142	10	03	00	q.
Prem.	*Croxton Abb.*	385	00	10	ob.	q.
Can.S.A.	*Burton Hoſp.*	265	10	02	ob.	00
Can.S.A.	*Olveſton Abb.*	161	14	02	00	q.
Can.S.A.	*Bradley Pr.*	020	03	04	00	00
Can.S.A.	*Landa Abb.*	399	03	03	ob.	q.
Templ.	* *Dalby* *Rothley* *Heyther* *Preceptoriæ*	231	07	10	00	00
	Novi operis Colleg.	595	07	04	00	00
	Beatæ Mariæ Colleg. juxta caſtrum Leiceſtriæ	023	12	11	00	00
	S. Urſulæ Hoſp.	008	00	00	00	00
Ciſt.	*Garradon Abb.* 768	159	19	10	ob.	00
Can.S.A.	*Ulueſcroft Pr.*	083	10	06	ob.	00
Bened.	*Langeley Abb.* 481	029	07	04	ob.	00
Can.S.A.	*Bredon Abb.*	024	10	04	00	00
	Caſtle-Donington Hoſp.	003	13	04	00	00
	Litterworth Hoſp.	026	09	05	00	00
Ciſt.	*Gracedieu* 933.	3511	15	97	ob.	q.

Linc.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Gilb.	*Linc. S. Katherina Pr.*	202	05	00	ob.	00
Ciſt.	*Kyrkeſted Abb.* 806	286	02	07	ob.	q.
Prem.	*Tupholm Abb.*	100	14	10	00	00
Gilb.	*Styxwode Abb.* 486	114	05	02	ob.	00
	Tatteſhale Colleg.	348	05	11	ob.	q.
Ciſt.	*Reveſby Abb.* 822	287	02	04	ob.	00
Gilb.	*Markbye ſive Materſey Pr.*	130	15	00	ob.	00
Prem.	*Hagneby Abb.*	087	11	04	00	00
Ciſt.	*Legborne Pr.* 894	038	08	04	00	00
Ciſt.	*Grenefelde Pr.* 880	063	04	01	00	00
Ciſt.	*Louthparke Abb.* 805	147	14	06	00	00
Gilb.	*Alvingham Abb.*	128	14	02	00	00
	* *Mimormeſby Abb.*	080	11	10	00	00
	* *Welloo Abb.*	095	06	01	00	00
Can.S.A.	*Grimeſby Pr.*	009	14	07	00	00
Bened.	*Humberſton Abb.* 545 a.	032	01	03	00	00
Can.S.A.	*Newſted Pr. ſuper Ankeholm*	038	13	05	00	00

		li.	s.	d.	ob.	q.
Can. S. A	*Elſham Pr.*	070	00	08	00	00
Can. S. A.	*Thorneton Abb.*	194	17	10	ob.	q.
Prem.	*Newſom Abb.*	099	02	10	ob.	00
Ciſt.	*Nun-Cotun Pr.* 922	046	17	07	00	00
Prem.	*Ixford Abb.*	013	19	09	00	00
Bened.	*Bardeney Abb.* 142	366	06	01	00	00
Bened.	*Stanfeld Abb.* 506	098	08	00	00	00
Gilb.	*Syxyll Pr.*	135	00	09	00	00
Gilb.	*Bolington Abb.*	158	07	11	00	00
Bened.	*Croyland Abb.* 163	1803	15	10	ob.	00
	Boſton B. Mar. Gilda	024	00	00	00	00
	Corporis Chriſti Gilda	032	00	00	00	00
	S. Petri Gilda	010	13	04	00	00
Ciſt.	*Swinſhed Abb.* 773	167	15	03	ob.	00
Bened.	*Spaldynge Abb.* 306	767	08	11	00	00
Ciſt.	*Vallis Dei B. Mar. Abb.* 831	124	05	11	00	q.
Gilb.	*S. Gilb. de Sempringham Abb.*	317	04	01	00	00
	* *S. Apoſt. Petri & Pauli Abb.*	167	14	06	ob.	00
Can. S. A	*Newſted Abb. juxta Stanford*	037	06	00	00	00
Prem.	*Newhoo Abb.*	071	08	01	ob	00
Can. S. A.	*Kyme Abb.*	101	00	04	00	00
Gilb.	*Haverholm Abb.*	070	15	10	ob.	00
	* *Catteley Abb.*	033	18	06	00	00
Can. S. A.	*Nocton-Parke Abb.*	044	03	08	00	00
Templ.	* *Temple Bruer Preceptoria*	184	06	08	00	00
	Aquile Ballivatus	124	02	00	00	00
Can. S. A.	*Torkyſſay Pr.*	013	01	04	00	00
Bened.	*Foſſe Pr.* 502	007	03	06	00	00
Gilb.	*Henings Pr.*	049	05	02	00	00
Carth.	*Axiholme Pr. viz. apud Epeworth* 969	237	15	02	ob	q.
Templ.	* *Willoughton Præceptoria*	174	11	01	ob.	00
Ciſt.	*Goxewell Moniales* 945	016	12	10	00	00
Bened.	*Stamford S. Mich. Moniales juxta eandem* 488	065	19	09	00	00
	Omnium Sanctorum Hoſp.	018	16	00	ob.	q.
Bened.	*Freſton* 443.					
Bened.	*Deping* 469.	7720	12	02	ob	00
Bened.	*Vrford* 545.					

Civitas Lond. & Midd.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Hoſp.	*S. Joh. Jeruſalem in Angl. Pr.*	2385	12	08	00	00
Can. S. A.	*Smithfeild S. Barthol. Pr.*	653	15	00	00	00
Can. S. A.	*Biſhopſgate B. Mar. Pr. novi Hoſp. extra eandem*	478	06	06	00	00
Ciſt.	*B. Mariæ de gratiis Abb. juxta Turrim Lond.* 943	546	00	10	00	00
	Elſingſpittle Pr.	193	15	05	00	00
	S. Kather. Hoſp. juxta Turrim Lond.	315	14	02	00	00
	Smithfeild Hoſp. S. Barthol.	305	06	07	00	00
Hoſp.	London. *S. Tho. de Acon Domus*	277	03	04	00	00
	S. Laur. Pulteney	079	17	11	00	00
	Guildhall Colleg.	012	18	09	00	00
	S. Elenæ Moniales	314	02	06	00	00
	Fratrum Auguſtinenſium Domus	057	00	05	00	00
	Fratrũ Minorũ Domus	032	19	07	00	00
	Fratres Carmel.	062	07	03	00	00
	Fratrum Cruciferorum Domus	052	13	04	00	00
	Fratres Predicat.	104	15	05	00	00
	Savoy Hoſp.	529	05	07	ob.	q.
	Weſtm. S. Steph. Colleg.	1085	10	05	00	diq
	Whittington Colleg.	020	01	08	00	00
Bened.	*Clerkenwell Pr.* pag. 428	262	19	00	00	00
Bened.	*Lond. Minoriſſarũ domus* 542	318	08	05	00	00
Maturini	*Hounſlow fratrum Captivorum Domus*	074	08	00	ob	00
Bened.	*Weſtm. S. Perti Abb.* 55	3471	00	02	00	q.
Can. S. A.	*Spon Abb.*	1731	08	04	ob.	qdi
Carth.	*London. Carthuſ. domus* 961	642	00	04	ob.	00
Bened.	*Kylbourne Moniales* 361	074	07	11	00	00
Bened.	*Stratford at Bowe moniales* 443	108	01	11	ob.	00
Bened.	*Haliwell* 531.	10926	02	02	ob.	00

Norff.

		li.	s.	d.	ob.	q.
	NOrwic. S.. Ægidii Hoſp.	090	12	00	00	00
	Hilderlands Hoſp.	000	14	00	00	00
	Heringby Colleg.	023	06	05	00	00
	* *Weybridge Pr.*	007	13	04	00	00
Prem.	*Langley Abb.*	104	16	05	ob.	00
Bened.	*Carowe Moniales* 426	064	16	06	00	q.
Clun.	*Thetford Abb.* 664	312	14	04	ob.	00
Can. S. A.	*Bokenham Canonici*	108	10	02	00	q.
Can. S. A.	*Thetford Canonici*	039	06	08	00	00
	Thetford B. Mar. Gilda	005	09	07	00	00
	Ruſhworth Colleg.	085	15	00	ob.	00
	Attilburgh Colleg.	021	16	03	00	00
Bened.	*Wimundham Abb.* 337	211	16	06	00	q.
Prem.	*Wendling Abb.*	055	18	04	ob.	q.
	Tomſon Colleg.	052	15	07	ob.	00
Hoſp.	* *Carbroke S. Johan. Jeruſalem Commandria*	065	02	09	ob.	00
Bened.	*Hulmo Abb.* 282	583	17	00	ob.	qdi
Clun.	*Bromholme Pr.* 632	100	05	03	00	q.
Can. S. A	*Hickeling Pr.*	100	18	07	ob.	q.
	* *Ingham Pr.*	061	09	07	ob.	q.
Bened.	*Beeſton Pr.* 545	043	02	04	ob.	qdi
Bened.	*Waboorne Pr.* 490	024	19	06	ob.	00
Bened.	*Horſham Pr.* 414	162	19	11	ob.	00
Can. S. A.	*Cokkesforth Canonici*	121	18	10	ob.	00
	Burnham Domus Carmelitarum	001	10	08	ob.	00
Prem.	*Weſtdreham*	228	00	00	ob.	q.
Gilb.	*Shuldham Abb.*	138	18	01	00	00
Gilb.	*Marham Abb.*	033	13	05	ob.	q.
	* *Marmound Abb.*	010	07	07	00	00
	* *Hempton Abb.*	032	14	08	00	00
Can. S. A.	*Walſingham Abb.*	391	11	07	00	q.
Clun.	*Caſtleacre Abb.* 624	306	11	04	ob.	q.
Clun.	*Weſtacre Abb.* 619	260	13	07	00	q.
Can. S. A.	*Penteney Pr.*	170	04	09	00	q.
Bened.	*Blaburgh Pr.* 478	042	06	07	ob.	00
	* *Crabhouſe Pr.*	024	19	06	00	00
	* *Flytcham Pr.*	055	05	06	ob.	q.
	Lynne; S. Joh. Hoſp.	007	06	11	00	00
	Carmelitarum domus	001	15	08	00	00
	Predicatorum domus	000	18	00	00	00
	Auguſtinenſ. fratrum domus	001	04	06	00	00
	* *Thetford Moniales*	040	11	02	ob.	00
		4299	06	06	00	q.
Bened.	*S. Olavi* 545.					

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*Lynne.*					
Bened.	*Yermouth.* 545.					
Bened.	*Aldeby.*					
Clun.	*Reynham* 636.					
Clun.	*Sleveſholm* 638.					
Ciſt.	*Mendham* 631.					
Bened.	*Dercham* 176.					
Bened.	*Norwich* 407.					

Northt.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*Burgo S. Petri Abb.* 63	1721	14	00	ob	qdi
	Fodringhey Colleg.	419	11	10	ob.	00
Ciſt.	*Pipwell Abb.* 815	286	11	08	ob.	q.
Can. S. A.	*Fynnneſhed Abb.*	056	10	11	ob.	00
Prem.	*Sulby Abb.*	258	08	05	00	00
	Rothewell Pr.	005	19	08	00	00
	Hygham Colleg.	156	02	07	ob.	00
	Irtelingburgh Colleg.	064	12	10	b.	00
	Northamptona					
Clun.	*S. Andreæ Pr. 679*	263	07	01	00	q.
	Fratrum Minor. domus	006	17	04	00	00
	Predicatorum domus	005	07	10	00	00
Can. S. A	*S. Jacobi Abb. juxta eandem*	175	08	02	ob.	00
Clun.	*OmniumSanctor. Colleg.*	001	19	04	00	00
	Moniales dePratis 1011	119	09	07	00	q.
	Kyngeſthorp S. Davidis Hoſp. juxta	024	06	00	00	00
	S. Leonardi Hoſp.	010	00	00	00	00
	S. Joh. Hoſp.	025	06	02	ob.	q.
	Carmelitarum domus	010	10	00	00	00
Bened.	*Seweſley Pr.* 496	012	06	07	00	q.
	Towceter Colleg.	019	06	08	00	00
	* *Aſhbye Pr.*	119	00	04	00	00
Can. S. A	*Chacum Pr.*	083	18	09	ob.	00
Ciſt.	*Catiſbye Pr.*	132	10	11	00	q.
		2247	04	02	00	00
Bened.	*Luffeild* 530.					
Bened.	*Peykirke* 305.					
Bened.	*Wyrthorp* 489.					
Clun.	*Davintre* 672.					

Nottingh.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Clun.	*Lenton Pr* 645	329	15	10	ob	00
Can. S. A.	*Thurgaton Pr.*	259	09	04	ob.	q.
Can. S. A	*Navo-loco Prior.*	167	16	11	ob.	00
Can. S. A.	*Fellye Pr.*	040	19	01	00	00
Carth.	*Bella valle Pr.* 962	196	06	00	00	00
	Shelford Pr.	116	00	00	00	00
	Bingham B. Mar. Gilda	004	11	00	00	00
	Clyfton Colleg.	020	02	06	00	00
Can. S. A.	*Welbeck Abb.*	249	06	03	00	00
Ciſt.	*Rufford Abb.* 848	176	11	06	00	00
Can. S. A.	*Warkſop Pr.*	239	15	05	00	00
Clun.	*Blythe Pr.* 553	113	08	00	b	00
	Blythe Hoſp.	008	14	00	00	00
	Bawtre Haſp.	006	06	08	00	00
Gilb.	*Materſey al. Merſey Pr.*	055	02	05	00	00
Bened.	*Wallingwells Pr.* 502	058	09	10	00	00
	Eboracum cella in mariſco apud Capellam S. Thomæ.	006	07	02	00	00
Prem.	*Southwell Colleg.*	016	05	02	00	00
		039	05	06	ob.	00
		2104	05	05	ob	q.

Oxon.

		li.	s.	d.	ob.	q.
	Banbury S. Joh. Hoſpicium	015	01	10	00	00
	B. Mar. Gilda	048	06	00	00	q.
	Ewellme Hoſp.	020	00	00	00	00
	* *Burford Pr.*	013	06	06	00	00
Can. S A.	*Burceſter Pr.*	147	02	10	00	00
	Chipingnorton Gilda	007	14	00	00	00
Bened.	*Studley Pr.* pag. 486	082	04	04	00	q.
Bened.	*Codſtowe Abb.* 525	274	05	10	ob	00
Gilb.	* *Clattercote S. Leonardi Pr.*	034	19	11	00	00
Can. S. A.	*Wroxton Pr.*	078	13	04	ob.	00
Ciſt.	*Bruern Abb.* 835	134	10	10	00	00
	* *Goring Abb.*	060	05	05	00	00
Bened.	*Eyneſham Abb.* 258	441	12	02	ob.	q.
Can. S. A.	*Oſney Abb.*	654	10	02	00	q
Ciſt.	*Thama Abb.*	256	13	07	ob.	00
Ciſt.	*Regali loco Abb.* 934	174	03	00	ob.	00
		1788	19	10	00	q
Bened.	*Oxon. Aula Glouceſtr.* 540					

Rutl.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Can. S. A.	*Brooke Pr.*	040	00	00	00	00
	Occham S. Joh. Evang. Hoſp.	012	12	1	00	00
		0052	12	11	00	00

Salop.

		li.	s.	d.	ob.	q.
	Salopia.					
	S. Ceddæ eccleſia Collegiata	014	14	04	00	00
	B. Mariæ eccleſia Collegiata	013	01	08	00	00
Bened.	*Abbatia* 375	132	04	10	00	00
Can. S. A.	*Haghmond Abb.*	259	13	07	00	q.
Ciſt.	*Buyldewas Abb.* 779	110	19	03	ob.	00
	* *Brewood Abb.*	017	10	08	00	00
Can. S. A.	*Wombridge Pr.*	065	07	04	00	00
	Battlefeild Colleg.	054	01	10	00	00
	Tong. Colleg.	022	08	01	00	00
Can. S. A.	*Lylleſhull Abb.*	229	03	01	ob.	00
	Brigenorth Hoſp.	004	00	00	00	00
	Ludlowe S. Joh. Hoſp.	017	03	03	00	00
Can. S. A.	*Wygmore Abb.*	267	02	10	ob.	00
Prem.	*Halyſowenn Abb.*	280	13	02	ob.	00
Clun.	*Wenlock Pr.* 613.	401	00	07	00	q.
		1871	14	00	00	00
Bened.	*Bromfeild* 464.					
Bened.	*Chirbury* 500.					
Ciſt.	*S. Mariæ juxta Dublin in Hibernia cella de Buldewas.*					

Somerſ.

		li.	s.	d.	ob.	q.
	Wells S. Joh. Bapt. Pr. 186.	040	00	02	ob	q.
	Moundroy Colleg.	011	18	08	00	00
Bened.	*Glaſtoniæ Abb.* 1	3311	07	04	ob.	00
Can. S. A.	*Brewton Abb.*	439	06	08	00	00
Carth.	*Henton Pr.* 960	248	19	02	00	00
Carth.	*Wittham Pr.* 959	215	15	00	00	00
Can. S. A.	*Taunton Pr.*	286	08	10	00	00

		li.	s.	d.	ob	q.
Bened.	*Bathonia Abb.* pag. 184	617	02	03	00	00
	Bathoniæ Hoſp.	022	16	09	ob.	00
Can. *S.* A.	*Keynſham Abb.*	419	14	03	ob.	00
	* *Mynchinbarowe Pr.*	023	14	03	ob.	00
	S. Katherine Hoſp.	021	15	08	00	00
Can. *S.* A.	*Wurſpring Pr.*	087	02	11	ob	q.
Bened.	*Michelney Abb.* 197	447	04	11	ob.	00
Clun.	*Monteacuto Abb.* 668	456	14	07	00	q.
Templ.	* *Temple-combe Comandria*	107	16	11	ob.	00
Bened.	*Athelney Abb.* 202	209	00	03	00	q.
Can. *S.* A.	*Bridgwater Pr.*	120	19	01	ob.	00
Bened.	*Canington Pr.* 545	039	15	08	00	00
Ciſt.	*Buckland Pr. (vide Devon.)* 939	223	07	04	00	q.
Bened.	*Clyve Abb.* 530	155	09	05	00	q.
	* *Byrbyche*	098	14	08	00	00
Bened.	*Dunſter Pr.* 477	037	04	08	00	00
		7641	10	11	ob.	q.

Staff.

Ciſt.	*Hulton Abb.* 942	076	14	10	00	00
Can. *S.* A	*Trentham Pr.*	106	03	10	00	00
Can. *S.* A	*Stone Pr.*	119	14	11	00	00
Can. *S.* A.	*Staffordia S. Tho. Pr. juxta eandem*	141	13	02	00	00
	Ferbruge Hoſp.	010	00	00	00	00
Ciſt.	*De la cres Abb.* 890	227	05	00	00	00
Can. S. A.	*Rowceter Abb,*	100	02	10	ob	00
Ciſt.	*Croxden Abb.* 912	090	05	11	00	00
	Lich. S. Joh. Hoſp.	008	15	00	00	00
Bened.	*Burton ſuper Trentam Ab.* 265	267	14	03	00	00
	Tameworth S. Jacobi Hoſp. juxta eandem	003	06	08	00	00
Can. *S.* A.	*Routon Pr.*	090	02	10	ob.	00
	Staffordia B. Mariæ Colleg.	035	13	10	00	00
	Breewood Moniales	017	10	08	00	00
Bened.	*Tutbury* 354.	1494	18	09	ob	00
Bened.	*Canwell* 439.					
Bened.	*Farewell* 441.					
Bened.	*Blithburg* 458.					
Bened.	*Sandwell* 475.					
Clun.	*Dudley* 614.					
Bened.	*Wolverhampton* 988.					

Suff.

	Sudbury Colleg.	122	18	03	00	00
Bened.	*S. Edm. de Burgo Abb.* 284	1659	13	11	ob.	00
Bened.	*Stoke Colleg.* 535	324	04	01	ob.	00
	Denſton. Colleg.	022	08	09	00	00
Bened.	*Eye Abb.* 356	161	02	03	00	qd
Bened.	*Redling-feild Abb.* 417	067	00	01	ob.	00
	* *Yxworth Pr.*	168	19	07	ob.	q.
	Ratiſford S. Joh. Hoſp.	053	10	00	00	00
	Wingfeld Colleg.	069	14	05	00	00
	Hering fleete S. Olavi Abb.	049	11	07	00	00
Bened.	*Campſey B. Mariæ Abb.* 490	182	09	05	00	00
Can. *S.* A.	*Butley Abb.*	318	17	02	ob.	q.
Can. *S.* A.	*Woodbridge B. Mariæ Abb.*	050	03	05	ob.	00
	* *Letheringham Pr.*	026	18	05	00	00
Bened.	*Bungey Moniales* 513	062	02	01	ob.	00
	Metyngham B. Mar. Colleg.	202	07	05	ob.	00
Prem.	*Leyſton B. Mariæ Abb.*	181	17	01	00	q
Ciſt.	*Sibeton B. Mariæ Abb.* 866	250	15	07	ob.	00
Bened.	*Wangforde Pr.* pag. 545	030	09	05	00	00
Prem.	*Bliburgh Pr.*	048	08	10	00	00
	Bruſyerd Abb. (vide Campes)	056	02	01	00	00
Can. S. A.	*Flyxton Abb.*	023	04	01	ob.	00
	* *S. Trinitatis Pr.*	088	06	09	00	00
Bened.	*Kerſey* 532.	4221	04	07	ob.	q
Bened.	*Trew* 545.					
Bened.	*Sudbury* 367.					
Bened.	*Edwardeſtone* 468.					

Suſſex.

	Ciceſtria Leproſorum domus juxta eandem	004	03	09	00	00
Bened.	*Boxgrave Pr.* 592	145	10	02	ob.	00
	Ciceſtriæ Civitas, hoſp. pauperum	011	11	06	ob.	00
	* *Tortington Pr.*	075	12	03	ob.	00
	Arundell Colleg.	168	00	07	ob.	00
	Arundell S. Trin. domus eleemoſinar.	042	03	08	00	00
	Bidlington Hoſp.	001	00	00	00	00
	* *Ruſpur Pr.*	039	13	07	00	00
	* *Durford Abb.*	098	04	05	00	00
Bened.	*Easborne Pr.* 545	029	16	07	00	00
Can. *S.* A.	*Shulbreade Pr.*	072	15	10	ob.	00
Clun.	*Lewis Abb.* 615	920	04	06	00	00
	* *Southmalling Colleg.*	045	12	05	ob.	q.
Bened.	*Bello Abb.* 310	880	14	07	ob.	q
Ciſt.	*Robertſ-bridge Abb.* 916	248	10	06	00	00
Can. *S.* A.	*Michelham Pr.*	160	12	06	00	00
Can. *S.* A.	*Haſtings Pr.*	051	09	05	ob	00
Bened.	*Seleſey* 153.	3007	04	07	ob.	00
Bened.	*Durford* 545.					

Surr.

Can. *S.* A.	*Merton Pr.*	957	19	05	ob.	00
Carth.	*Shene Priorat.* 973	777	12	00	ob.	00
	Lingefeild Colleg.	075	00	00	00	00
Bened.	*Chertſey Abb.* 75	659	15	08	ob.	q.
	* *Newark Priorat.*	258	11	11	ob	00
Ciſt.	*Waverley Abb.* 703	174	08	03	ob.	00
Clun.	*Bermondeſey Abb.* 639	474	14	04	ob.	q.
	Southwerk S. Thomæ Hoſp.	266	17	11	00	00
Can. *S.* A.	*Overey B Mariæ Abb.*	624	06	06	00	00
Can. *S.* A.	*Reygate Pr.*	068	16	08	00	00
	* *Tanrige Priorat.*	078	86	10	ob.	00
		4416	19	02	00	q.

Warr.

	Coventrie Civitas. S. Joh. Bapt. Hoſp.	083	03	03	00	00
Carth.	*Domus ordinis Carthuſ.* 963	131	06	04	00	00
Ciſt.	*Combe Abb.* 882	311	15	01	00	00
Can. *S.* A.	*Erbury Priorat.*	094	06	01	00	00
	Covent. { *Babelack Colleg.*	045	06	08	00	00
	Covent. { *Domus Carmelitarum*	007	13	08	00	00
	Aſteley Colleg.	039	10	06	00	00
Can. *S.* A.	*Kenelworth Abb.*	538	19	00	00	00

Stoneley

		li.	s.	d.	ob.	q.
Ciſt.	*Stoneley Abb.* pag. 820	151	00	03	ob.	00
Ciſt.	*Merivall Abb.* 830	254	01	08	00	00
Can,S.A.	*Maxſtock Priorat.*	087	12	03	ob.	00
	Knoll Colleg.	018	05	06	00	00
	Atherſton Auguſtinenſium domus	001	10	02	00	00
Bened.	*Nuneton Moniales* 518	253	14	05	ob.	00
Bened.	*Polleſworth Moniales* 197	087	16	03	00	00
Bened.	*Henwood Moniales* 479	021	02	00	ob.	00
	Warwici villa Eccleſia Colleg.	247	13	00	ob.	00
	S. Mich. Hoſp.	010	01	08	00	00
	S. Bapt. Hoſp.	019	03	07	00	00
Canon.	*S. Sepulchri Pr.*	041	10	02	00	00
Can.S.A.	*Studeley Pr.*	117	01	01	ob.	00
	Mancetur. S. Mariæ Gilda	006	00	00	00	00
Bened.	*Alcetur Pr.* 470	065	07	11	00	00
Bened.	*Wroxhal Moniales* 433	072	15	06	00	00
Bened.	*Pynley Moniales* 442	023	05	11	00	00
	Warwic villa *Predicatorum domus*	004	18	06	00	00
	Gilda	026	13	04	00	00
	Henly in Arden Gilda	010	10	00	00	00
	Alſton Cantloo Gilda	010	06	08	00	00
	Stratford ſuper Avonam eccleſia Collegiata	123	11	09	00	00
Maturini	*Thelford Priorat.*	023	10	00	00	00
	Brailes. Gilda S. Crucis	013	06	08	00	00
	Stratfordſuper Avonam, Gilda	031	00	08	00	00
Bened.	*Coventre* 302.	2968	12	01	00	00
Can.S.A.	*Bretford* 464.					

Weſtmorl.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Prem.	*Shappe Abb.*	0154	17	07	ob.	00

Wilteſ.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*Kynton Priorat.* 534	025	09	01	ob.	00
Ciſt.	*Stanley Abb.* 867	177	00	08	00	00
Can.S.A.	*Laycock Abb.*	168	09	02	00	00
Bened.	*Malmeſbury Abb.* 49	803	17	07	00	q.
Can.S.A.	*Bradeneſtock Priorat.*	212	19	03	00	00
	Crekelade Hoſp.	004	10	07	ob.	00
	Calne Hoſp.	002	02	08	00	00
Can.S.A.	*Edington Priorat.*	442	09	07	ob.	q.
Clun.	*Farlegh Priorat.* 620	153	14	02	ob.	00
	Merleburgh S. Joh. Bapt. Hoſp. juxta eandem	006	18	04	00	00
	* *S. Margarete Pr*	030	09	06	00	00
	* *Eſton S. Trin. Priorat.*	042	12	00	00	00
	Sareſb. S. Mich. Hoſp. juxta	025	02	02	00	00
Bened.	*Ambreſbury Abb.* 191	495	15	02	00	00
Can.S.A.	*Ederos Pr.* (*alias Ivichurch*)	122	18	06	ob	00
Can.S.A.	*Maiden Bradley Pr.*	180	10	04	00	00
	Wiltonia S. Ægidii Hoſp. prope eandem	005	13	04	00	00
	Anſtye Hoſp.	081	08	05	ob.	00
Bened.	*Wilton Abb.* 191	601	01	01	00	qdi
		3599	02	05	ob	qdi

Wigorn.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*Wigornia* Eccl. Cathedr. Pr. 120	1229	12	08	ob.	00
	S. Wolſtani Hoſp.	063	18	10	00	00
	S. Oſwaldi Hoſp.	013	14	04	00	00
	* *Whiſton Pr.*	053	03	07	00	00
Bened.	*Malvern majoris Abb.* 365	308	01	05	ob.	00
Bened.	*Malvern minoris Abb.* 545 b	098	10	09	ob	00
	Avecote Pr. (*cella de Malvern. in com. Warr.* 367	028	06	02	00	00
Bened.	*Eveſham Abb.* pag. 144	1183	12	09	00	00
Bened.	*Penwoortham domus, cella de Eveſham in com. Lanc.* 360	099	05	03	00	00
Bened.	*Alcetur Cellula, in com. Warr.* 470	075	07	00	00	q.
Bened.	*Parſhore Abb.* 203	643	04	05	00	00
	* *Cokehill Pr.*	035	09	03	00	00
Ciſt.	*Bordeſley Abb.* 803	388	09	10	ob.	q.
Prem.	*Haleſowen Abb.*	282	13	04	00	00
Bened.	*Weſtwoode Pr.* 574	075	18	11	00	00
		3549	16	00	00	00

Ebor.

		li.	s.	d.	ob.	q.
Bened.	*Ebor. Civitate* S. *Trin. Abb.* 563	169	09	10	00	00
Gilb.	*S. Andreæ Pr. juxta*	047	14	03	ob.	00
Bened.	*S. Clementis Pr.* 510	055	11	11	00	00
Ciſt.	*Apultun Pr.* 907	073	09	10	00	00
Can.S.A.	*Helagh Park Priorat.*	072	10	07	00	00
Ciſt.	*Siningthwait Pr.* 827	060	09	02	00	00
Bened.	*Eboracum B. Mariæ Abb. extra muros ejuſdem* 383	1550	07	00	00	q.
Bened.	*Wederhal cella in comitatu Cumbr.* 397	117	11	10	ob.	q
	B. Mar. cella juxta Lincolniam	023	06	03	00	00
Bened.	*S. Martini cella juxta Richemond* 401	043	16	08	00	00
Bened.	*S. Bege Cella* 395	143	17	02	ob.	00
Bened.	*Selby Abb.* 371	729	12	10	00	q.
Can.S.A.	*Drax Pr.*	104	14	09	00	00
Ciſt.	*Kyrkſtall Abb.* 854	329	02	11	00	00
Clun.	*Arthington Abb.* 691	011	08	04	ob.	00
Ciſt.	*Eſſolthe Pr.* 828	013	05	04	00	00
Can.S.A.	*Eboracum.* *S. Leonardi Hoſp.*	362	11	01	ob.	00
	Sepulchres Chappel	138	19	02	ob	00
	Nederacaſter Colleg.	027	13	04	00	00
	S. Nicholai Hoſpitale	029	01	04	00	00
	Bowthome Hoſp.	009	06	08	00	00
	Foſſegate Hoſp.	006	13	04	00	00
Ciſt.	*De Rupe Abb.* 835	224	02	05	00	00
Clun.	*Munkburton Abb.* 660	239	03	06	00	00
Ciſt.	*Hampall Pr.* 830	063	05	08	00	00
	Rotherham Colleg.	058	05	09	ob.	q.
Can.S.A.	*Noſtell Abb.*	492	18	02	00	00
	* *Bamburge Cella*	116	12	04	00	00
Can.S.A.	*Seckyrke Cella*	008	00	00	00	00
Can.S.A.	*Woodkyrke Cella*	017	00	04	00	00
Can.S.A.	*Hyrſt Cella.*	005	10	01	00	00
Clun.	*De Pontefracto Abb.* 648	337	14	08	00	00
Bened.	*Kyrkleys Pr.* 487	019	08	01	00	00
	De Pontefracto S. Trin. Colleg.	182	14	07	00	00
Hoſpital.	*Newland Præceptoria*	129	14	11	ob.	00
Can.S.A	*Gisborne Abb.*	628	03	04	00	00
Bened.	*Whitbye Abb.* 71, & 988	437	02	09	00	00
Carth.	*Montigratiæ Pr.* 968	323	02	10	ob.	00
	Northalnerton; S. Jacobi Hoſp. juxta eandem	056	02	00	00	00
Bened.	*Ardern Pr.* 500	012	00	06	00	00
Bened.	*Gromont Pr.* 597	012	02	08	00	00

		li.	s.	d.	ob.	q.
Ciſt.	*Baſedale Pr.* pag. 840	020	01	04	00	00
Bened.	*Haſdall Pr.* (*ſive Grendale*) 427	013	01	07	00	00
Can.*S.*A.	*Newburgh Pr.*	367	08	03	00	00
Ciſt.	*Belland Abb.* 775	238	09	04	00	00
Can.*S.*A	*Marton Pr.*	151	05	04	00	00
Bened.	*Tykehead Pr.* 529	020	18	10	00	00
Templ.	*Montis S. Joh. Commandria*	102	13	10	00	00
	* *Moleſoy Pr.*	026	02	10	00	00
Can.*S.*A.	*Kyrkeham Abb.*	269	05	09	00	00
Ciſt.	*De Melſa Abb.* 792	299	06	04	00	q.
	* *S. Sepulturæ Abb.*	011	18	04	00	00
	Sutton eccleſiæ Collegiata	013	18	08	00	00
	Newton Hoſp.	021	00	02	00	00
Ciſt.	*Swina Abb.* 834	082	03	09	ob	00
Bened.	*Kelyng Abb.* 474	035	15	05	00	00
Can.*S.*A	*Brilington Abb.*	547	06	11	ob.	00
Gilb.	*Watton Abb.*	360	16	10	ob.	00
	Officium magiſtri ordinis S. Gilberti de Sempringham	064	13	04	00	00
Carth.	*De Carthuſio juxta Hul. Abb.* 966	174	18	03	00	00
Can.*S.*A	*Waurter Pr.*	143	07	08	00	00
Can.*S.*A	*Haltempriſe Abb.*	100	00	03	ob.	00
Gilb.	*Ellerton Pr.*	062	08	10	00	00
	* *Ferreby Pr.*	060	01	02	00	00
Bened.	*Nunbornholm Pr.* 498	008	01	11	00	00
	Hull S. Trin. Hoſp. juxta	010	00	00	00	00
Bened.	*Beverlaci S. Johan. Eccleſia Colleg.* 169	109	08	08	ob	00
	Hemyngburgh eccleſ. Colleg.	036	00	07	00	00
Bened.	*Wilberforſſe Abb.* 524	021	16	10	00	00
	Beverley S. Joh. Jeruſalem Præceptoria	164	10	00	00	00
Ciſt.	*Sawley Abb.* 840	147	03	10	00	00
Can.*S.*A	*Bolton in Craven Pr.*	212	03	04	00	00
Ciſt.	*Ryvall Abb.* 727	278	10	02	00	00
Gilb.	*Old Malton Abb.*	197	19	02	00	00
Bened.	*Yedingham Pr.* (*alias Litlemareis*) 496	021	16	06	ob.	00
Bened.	*Roſdal Pr.* 507	037	12	05	00	00
Ciſt.	*Wickham Abb.* 916	025	17	06	00	00
Ciſt.	*Keldome Pr.* 914	029	06	01	00	00
Bened.	*Leſtingham* 62.					
Bened.	*Rippon* 172.	12084	00	04	ob	q.
Bened.	*Santoft & Haynes* 405.					
Bened.	*Midleſburch* 413.					
Bened.	*Hakeneſſe* 414.					
Bened.	*Grendale* 427.					
	Hoton 840.					
	Richmond. archid.					
Prem.	S. *Agathe Abb.*	111	17	11	00	00
Prem.	S. *Egleſton Abb.*	036	08	03	00	00
Bened.	*Marrick Pr.* 484	048	18	03	00	00
	S. Nich. Hoſp juxta Richmond	010	00	00	00	00
Ciſt.	*Jervall Abb.* 869	234	18	05	00	00
Prem.	*Coverham Abb.*	160	18	03	00	00
Gilb.	*Ellerton Pr.*	015	10	06	00	00
	Welles Hoſp.	020	17	11	00	00
	Rypon Eccleſia Colleg.	035	03	08	00	00
	S. Joh. Bap. juxta Rypon Hoſp.	010	14	04	00	00
	B. Mar. Mag. in Ripon. Hoſp.	024	02	07	00	00
Ciſt.	*De Fontibus Abb.* 733	998	06	08	ob.	00

		li.	s.	d.	ob	q.
Maturini	*S. Roberti domus juxta Knareſburgh*	035	10	11	00	00
Bened.	*Nunmonkton Pr.* 476	075	12	04	ob.	00
Templ.	*Ribeſton Comandria*	207	09	07	00	00
Prem.	*Cokerſand Abb.*	157	14	00	ob.	00
Ciſt.	*Caunder Abb.* 774	050	09	03	ob.	00
Bened.	*Seton Pr.* 482	012	12	00	ob.	00
	Kendall Hoſp. juxta eandem	006	04	03	00	00
Ciſt.	*Furnes Abb.* 704	805	16	05	00	00
Can.*S.*A.	*Coningſhed Pr.*	097	00	02	00	00
Can.*S.*A.	*Cartmell Pr.*	091	06	03	00	00
Ciſt.	*Tynes in Hibernia filia Furneſiii* } 718	3247	10	00	ob	00
Ciſt.	*Ruſſin in Inſ. Manniæ* 710					
	Meneven. Dioceſis.					
	Meneven. eccleſia Cathedr. Colleg. prope eandem	106	03	06	00	00
	Slebanche Preceptoria	184	10	11	ob.	00
Can. S. A.	*Haverford Pr.*	133	11	01	00	00
	* *Cardigan Pr.*	013	04	09	00	00
Ciſt.	*Strata Florida Abb.* 893	118	07	03	00	00
	Lanleyre Abb.	057	05	04	00	00
Bened.	*S. Dogmaelis Abb.* 444	087	08	06	00	00
Bened.	*Brechoniæ Pr. Joh. Evang.* 319	112	14	02	00	00
Ciſt.	*Combyre Abb.* 825	024	19	04	00	00
Ciſt.	*Whitelande Abb.* 884	135	03	06	00	00
Can.*S.*A.	*Carmarden Pr.*	164	00	04	00	00
	Aberguilly Colleg.	042	00	00	00	00
Bened.	*Talley Abb.* 465	136	09	07	00	00
Bened. 2.	*Kydwelly Pr.* 424	029	10	00	00	00
	Swanſay Gardianatus	020	00	00	00	00
	Landavenſis Dioc.	1365	08	03	ob.	00
Ciſt.	*Neathe Abb.* 719	132	07	07	ob.	00
Bened.	*Margan Abb.* 477	181	07	04	00	00
Bened.	*Abergeveney Pr.* 556	129	05	08	00	00
Ciſt.	*B. Mar. de Gratia Abb.* 927	019	04	04	00	00
	* *Malpas Cella*	014	09	01	00	00
	Uske Pr.	055	04	05	ob.	00
Ciſt.	*Tintarn Abb.* 721	192	01	04	ob.	00
	* *Chepſtowe Abb.*	032	00	00	00	00
	* *S. Kumerici Pr.*	008	04	08	00	00
	Aſſaphenſis Dioc.	0764	01	00	ob.	00
Ciſt.	*Baſingwerk Abb.* 720	150	07	03	00	00
Ciſt.	*Conwey Abb.* 918	162	15	00	00	00
Ciſt.	*Valle Crucis Abb.* 945	188	08	00	00	00
Ciſt.	*Strata Marcella Abb.* 895	064	14	02	00	00
	Hawſton Commandria	160	14	10	00	00
	* *Lanlugan Moniales*	022	14	08	00	00
	Bangorenſis Dioc.	0749	13	11	00	00
	Bardeſey Abb.	46	01	04	ob.	00
Ciſt.	*Kinmer Abb.* 825	51	13	04	00	00
	Caſtro Cubii eccleſia Colleg.	24	00	00	00	00
	Penmon Pr.	40	17	09	ob.	00
Can.*S.*A.	*Bethkylberte Abb.*	70	03	08	00	00
		232	16	02	00	00
Ciſt.	*Clunokvaur* 892.					

	li.	s.	d.	ob.	q.
Summa total.	135453	14	02	ob.	q.

De

De Monaſticæ vitæ Inſtitutione Proœmii loco diximus ex veterum ſententiâ. Operæ pretium erit hic ſubjungere quid de Monaſterium ſubverſione cenſuerunt Neoterici, etiam Reformati.

Auguſtana conf. exhibita *Car.*5. Imp. in comitiis *Auguſtæ* An. 1530. p. 44.

*Calv. Inſt. lib. 4. c. 13. §. 8, 9, 10.

—Monaſteria olim erant Scholæ ſacrarum literarum & aliarum diſciplinarum, quæ ſunt utiles eccleſiæ & ſumebantur indè paſtores, & epiſcopi.

*—Notandum eſt, fuiſſe olim in Monaſteriis longè aliud vivendi inſtitutum, quam nunc eſt. Qui ſe ad ſummam auſteritatem, & patientiam volebant exercere, eò concedebant, Qualem enim ſub *Lycurgi* legibus fuiſſe Lacedemoniorum diſciplinam narrant, tunc talis erat apud monachos, ac multo rigidior. Humi dormiebant; potus erat aqua: cibus panis: herbæ ac radiculæ, præcipuæ lactitiæ, in oleo & ciceribus, ab omni delicatione victu, & corporis cultu abſtinebant. Hæc hyperbolica videri poſſent, niſi ab oculatis & expertis teſtibus traderentur, *Gregorio Nazianzeno, Baſilio,* & *Chryſoſtomo*: talibus verò rudimentis ſe ad majora munera præparabant: monaſtica enim Collegia fuiſſe tunc veluti ſeminaria ordinis eccleſiaſtici, cum illi quos nuper nominavimus, ſatis claro documento ſunt (nam omnes in monaſteriis educati, illinc ad epiſcopale munus vocati ſunt) tum alii complures eorum ætate magni ac præſtantes viri. Et *Auguſtinus*, illud quoque ſuo tempore fuiſſe viſitatum oſtendit, ut eccleſiæ clericos cœnobia miniſtrarent, nam monachis *Caprariæ* inſulæ ſic alloquitur; Vos autem fratres ex hortamur in domino, ut propoſitum veſtrum cuſtodiatis, & in finem perſeveritis; ac ſi quando operam veſtram, mater eccleſia deſideraverit, nec elatione avida ſuſcipiatis, nec blandiente deſidio reſpuatis: ſed miti corde obtemperetis Deo.

Epiſt. 82.

Et in Epiſtola 76. ad Aurelium.

— Ex iis qui in monaſterio permanent, probatiores & meliores in clerum aſſumere ſolemus, &c.

Ex his locis apparet, pios homines ſeſe ad eccleſiæ gubernationem monaſticâ diſciplinâ ſolitos fuiſſe præparare: quò aptiores & meliores formuli tantùm munus ſubirent, &c.

§. 9. Duobus præcipuè locis veteris monaſtices formam nobis depingit libro *de moribus eccleſiæ catholicæ*, ubi adverſus *Manichæorum* calumpnias ejus profeſſionis ſanctimoniam opponit. Et altero, cui titulum fecit, *De opere Monachorum*: ubi in degeneres quoſdam monachos qui inſtitutum illud corrumpere cœperant, invehitur. Ego hîc eorum quæ tradit ſummam ita colligam, ut verbis quoque ejus, quoad licebit, utar.

Veterum monachorum ex *Auguſtino* pictum.

Contemptis, inquit, mundi hujus illecebris in communem vitam caſtiſſimam ſanctiſſimamq; congregati ſimul ætatem agant, viventes in orationibus, lectionibus, diſputationibus: nulla ſuperbia tumidi, nulla pervicatia turbulenti, nulla invidentia lividi. Nemo quicquam poſſidet proprium; nemo cuiquam oneroſus eſt. Operantur manibus eò quibus & corpus paſci poſſit, & mens à Deo impediri non poſſit. Opus autem ſuum tradunt eis quos decanos vocant. Illi autem Decani cum magna ſollicitudine omnia diſponentes, rationem uni reddunt quem patrem vocant. Hi verò patres non ſolùm ſanctiſſimi moribus, ſed etiam divina doctrina excellentiſſimi, omnibus rebus excelſi, nulla ſuperbia conſulunt iis quos filios vocant, magna ſua in jubendo authoritate, magna ipſorum in obtemperando voluntate. Et pluribus oſtendit *Calvinus, Eorum conventus; victus rationem: Amorem erga pauperes: Authoritatem: Abſtinentiam: Humanitatem: Superſtitionis odium:* & *Charitatem.* Charitas præcipuè cuſtoditur: charitati victus; charitati ſermo; charitati habitus, charitati vultus aptatur. Coitur in unam conſpiraturque charitatem, hanc violare, tanquam Deum, nefas dicitur: huic ſiquis reſiſtit, ejicitur, atq; vitatur — &c.

Horum pietas.

Modeſtia.

Paupertas.

Labor manuum.

Oeconomia.

Inſtitutio.

Hiis verbis veluti in tabula, qualis olim fuerit monaſticè, repreſentaſſe viſus eſt ſanctus ille vir *Auguſtinus*, eaq; tametſi longiora hùc inſerere non piguit, &c.

Hyperii Coment. in Hebræos p. 303. cap. 7.

—Quo tempore primùm inſtituebantur monaſteria, nihil aliud erant, quàm quidam bonorum & Studioſorum Conventus, & Scholæ quædam ubi provectiores quidam docebant Juniores rerum divinarum cognitionem; ſcribebant, diſputabant, deniq; quàm optimè inſtituebant ſuos, ut indè poſtea eligi poſſent, qui eccleſiis præeſſent, epiſcopatu vel ſacerdotio fungerentur, & populum in religione docerent ſicut *Auguſtinus* & alii ſuis

temporibus

poribus factum teſtantur. Et in *Germania* ex monaſterio *Fuldenſi,Herſfeldenſi*, & ſimilibus epiſcopi & præsbyteri diverſis in locis electi ac creati leguntur. Itaq; propter pium inſtitutum, partim nobiles, partim epiſcopi, vel etiam eccleſiæ aliquid contulerunt, unde ſtudioſi & doctores & diſcipuli ibi frugaliter alerentur.

Guil. Perkinſi Problem. de Romanæ fidei ementito catholiciſmo p. 228.

Monaſteria veterum ut plurimùm fuerunt ſcholæ publicæ; id eſt communitates docentium & diſcentium *Chryſoſt*. lib. 3. contra vituperatores vitæ monaſticæ. Ergone, intempeſtivè liberos noſtros à deſerti commoratione revocemus? verùm ſtudii cœleſtis diſciplinam in iis ſolidam permittemus, altiſque radicibus arbuſta firmari, & ſive decem annos ſive viginti nutriendi illi ſunt in monaſterio, non perturbemur.

The preamble of the Act 27 *Hen. 8. cap.* 28. intitled *An Act concerning the ſuppreſſion, or diſſolution of certain Religious houſes, and geven to the Kings highnes, and to his heirs for ever :* omitted in the printed Act.

Foraſmuch as manifeſt ſinne, vycyous, carnal, and abominable living ys daily uſed and committed commonly in ſuch littell and ſmall Abbayes and Priories, and other Religious houſes of Monkes, chanons, and Nonnes, where the congregation of ſuch Religious perſons, ys under the number of xii. perſons, whereby the Governors of ſuch Religious houſes, and their covents, ſpoyle, deſtroy, conſume, and utterly waſt as well theſe churches, monaſteries, prioryes, principal houſes, ferms, granges, lands, tenements, and heredytaments, as the ornament of their churches, and their goods and catalls, to the highe diſpleaſure of Almighty God, ſlander of good Religion, and to the great infamy of the Kings highneſs, and the Realme, if redreſſe ſhould not be hadde thereof. And albeit that many continual vyſitations have bin heretofore hadde, by the ſpace of two hundred yéeres and more, for an honeſt and charitable Reformation of ſuch unthrifty, carnall, & abominable living; yet nevertheleſſe lyttle, or non amendment ys hitherto hadde; but their Vycious livings ſhameleſly increaſeth and augmenteth; and by a curſed cuſtome, ſo growe and infeſted, that a great multitude of the Religious perſons, in ſuch ſmal houſes doe rather choſe to rome abroad in apoſtacy, then to conforme themſelves to the obſervation of good Religyon. So that without ſuch ſmal houſes be utterly ſuppreſſed, And the Religious perſons therein, commytted to great and honourable monaſteries of Religion in this Realme, where they may be compelled to lyve Religiouſly for Reformation of their lives, ther can elſe be no redreſſe nor Reformation in that behalf. In conſideration whereof the Kings moſt Royall Majeſty being ſupreme hede in Earthe, under God, of the church of England, daily ſtudying and deviſing the increaſe, advancement, & exaltation of true Doctrine and vertue in the ſaid churche, to the only glory and honour of God, and the totall extirping, and deſtruction of Vyce and Sinne, having knowledg that the premiſes be true, as well by the complaints of their late viſitations, as by ſundry credible informations.

Conſidering alſo, That divers and great ſolemne monaſteries of this Realme, wherein, thanks be to God, Religion is well kept and obſerved, be deſtitute of ſuch full numbers of Religious perſons as they might and may keepe, have thought good that a plain Declaration ſhould be made of the premiſes, as well to the Lords ſpirituall and temporall, as to others his loving ſubjects, the Cōmons in this preſent Parliament aſſembled. Whereupon the ſaid Lords and Commons, by a great deliberation, finally be reſolved, That it is and ſhall be much more to the pleaſure of Almighty God, and for the honour of this his Realm, that the poſſeſſions of ſuch ſmall Religious houſes, now being ſpent, ſpoiled, and waſted for increaſe and maintenance of ſinne, ſhould be uſed and converted to better uſes; and the unthrifty Religious perſons, ſo ſpending the ſame, to be compelled to reforme their lives: And thereupon moſt humbly deſire the Kings highnes, that it may be Enacted by Authority of this preſent Parliament, That his Majeſty ſhall have and enjoy to Him and to his Heirs for ever al and ſingular ſuch Monaſteries, — &c. — as in the printed Statute. —

Advice concerning new and plauſible projects and offers in Parliament.

Cokes Inſtit. part. 4. pag. 44.

When any plauſible project is made in Parliament to draw the Lords and Commons to aſſent to any Act (eſpecially in matters of weight and importance,

tance, if both houſes doe give upon the matter projected and promiſed, their conſent, it ſhall be moſt neceſſary, they being truſted for the Common-wealth, to have the matter projected and promiſed (which moved the houſe to conſent) to be eſtabliſhed in the ſame Act, leſt the benefitt of the Act be taken, and the matter projected and promiſed never performed, and ſo the houſe of Parliament, performe not the truſt repoſed in them: As it fel out (taking one example for many) in the reign of H. 8. On the Kings behalfe the Members of both houſes were informed in Parliament, That no King or Kingdome was ſafe, but where the King had three abilities: 1. To live of his owne, and able to defend his Kingdome upon any ſodaine invaſion, or inſurrection. 2. To aid his confederates, otherwiſe they would never aſſiſt him. 3. To reward his well deſerving ſervants. Now the project was, That if the Parliament would give unto him all the Abbyes, Priories, Frieries, Nunneries, and other Monaſteries, that for ever in time then to come he would take order that the ſame ſhould not be converted to private uſe, but firſt that his Exchequer for the purpoſes aforeſaid ſhould be enriched: Secondly, the Kingdom ſtrengthned by a continual maintenance of fourty thouſand well trained Souldiers, with skilfull Captaines and Commanders. Thirdly, For the benefit and eaſe of the Subject, who never afterwards (as was projected) in any time to come ſhould be charged with ſubſidies, fifteenthes, or loanes, or other common aides. Fourthly, Leſt the honour of the Realme ſhould receive any diminution of honor, by the diſſolution of the ſaid Monaſteries, there being twenty nine Lords of Parliament, of the Abbots and Priors (that held of the King, per Baroniam, whereof more in the next leafe) that the King would creat a number of Nobles, which we omitt. The ſaid Monaſteries were given to the King by authority of divers Acts of Parliament; but no proviſion was therein made for the ſaid project, or any part thereof, only ad faciendum populum. Theſe Poſſeſſions here given to the King his Heires, and Succeſſors, to doe and uſe therewith his and their owne wills, to the pleaſure of Almighty God, and the honour and profitt of the Realme.

Now obſerve the cataſtrophe: In the ſame Parliament of 32 H. 8. when the great and opulent Priory of Saint John of Jeruſalem, was given to the King, he demanded and had a ſubſidy both of the Clergy and Laity: and the like he had in 34 H. 8. and in 37 H. 8. he had another ſubſidy: and ſince the diſſolution of the ſaid Monaſteries he exacted divers loanes and againſt Law received the ſame.

Fuerunt etiam regnante *Henrico* octavo (fas ſit meminiſſe) avitæ pietatis monumenta ad Dei honorem, fidei Chriſtianæ bonarumq; literarum propagationem, & pauperum ſuſtentationem Domus religioſæ, ſcilicet monaſteria, ſive abbatiæ, & prioratus numero DCxlv. E quibus cum PP. *Clem.* vij. permiſſu xl. fuerunt ſuppreſſæ in gratiam Cardinalis *Wolſæi* qui tunc duo collegia, alterum *Oxoniæ*, alterum *Ipſwichi* inchoaverat: ſtatim circa annum xxxvj. *Henrici* octavi in rempublicam *Angliæ* eccleſiaſticam quaſi torrens rupto aggere irruit, qui gentis eccleſiaſticæ partem maximam, orbe ſtupente, & *Anglia* ingemente, cum pulcherimis ædificiis funditus proſtravit. Nam quod Papa Cardinali, Rex ſibi cum Parliamenti aſſenſu permiſit. Unde anno MDxxxvi. ſingulæ religioſæ ædes cum facultatibus ōnibus, quæ in redditibus annuis ducentas libras vel minus habuerunt numeroq; erant CCClxxvi. Regi fuerunt conceſſæ. Et anno inſequenti ſpecioſo eruendæ ſuperſtitionis obtentu reliquæ, cum collegiis, cantariis, & hoſpitalibus, Regis arbitrio fuerunt permiſſæ. Quo tempore cenſitæ, ſive taxatæ fuerunt religioſæ ædes ſuperſtites DCv. collegia. præter eas in academiis xcvi. hoſpitalia Cx. Cantariæ & liberæ capellæ MMCCClxxiiii. Quæ pleraq; omnia brevi poſt tempore paſſim diruta, redditus diſtracti, & opes quas chriſtiana *Anglorum* pietas, ex quo primum Chriſto nomen dediſſet, Deo conſecraverat, quaſi momento diſperſæ, &, abſit verbo invidia, profanatæ.

I doubt not but that every good man wiſhes, that at our diſſolution of Monaſteries, both the lands & impropriated tithes and churches poſſeſſed by them (that is, things ſacred to the ſervice of God, although abuſed by ſuch as had them) had bin beſtowed either for the advancement of the Church, to a better maintenance of the labouring & deſerving Miniſtery, to the foſtering of good Arts, releef of the Poore, & other ſuch good uſes, as might retain in them, for the benefitt of the Churche, or Common-wealth, a character of the wiſhes of thoſe who firſt with devotion dedicated them (as in ſome other countries was religiouſly done upon the Reformation) then conferred with ſuch a prodigall diſpenſation, as it hapned on thoſe who ſtood ready to devour what was ſanctified: and we have in no ſmall number ſince found ſuch inheritances thence derived to them, but as Sejanus his horſe, or the gold of Tholouſe. But I abſtain from cenſure, and adde heere by the way a complaint made to the Parliament not long after the diſſolution, touching the abuſe that followed in the churche, through Lay-mens poſſeſſing of appropriated churches and tithes: It deſerves to be ſeriouſly thought on by every Lay-man that now enjoy any of them, eſpecialy where the Divine ſervice is not carefully provided for.

Yee that be Lords and Burgeſſes of Parliament houſe (ſo are the words of it) I require of you in the name of my poor Brethren that are Ingliſhmen, and members of Chriſts Body, that yee conſider well (as ye will anſwer before the face of Almighty God, in the day of Judgement) this abuſe, and ſee it amended. Whan as Antichriſt of Rome durſt openly, without any viſer, walke up and downe thorowout England, he had ſo great favour there, and his children had ſuch crafty witts (for the children of this World are wiſer in their generation then the children of light) that they had not only almoſt gotten al the beſt lands of England into their hands, but alſo the moſt part of all the beſt Benefices, both of Perſonages and Vicarages, which were for the moſt part all impropred to them.

(The Impropriations held by them were much more then one third of al the Pariſh Churches in England, divided into three parts:) And when they had the gift of any not impropred, they gave them unto their friends, of the which always ſome were learned: for the Monkes found of their friends children at School: and though they were not learnd, yet they kept hoſpitality, and helped their poor friends. And if the Parſonages were impropred, the Monkes were bound to deale Almeſſe to the poore, and to keepe hoſpitality, as the writings of the gifts of ſuch Parſonages and Lands doe plainly declare in theſe words, in puram elemoſynam. And as touching the Almeſſe that they delt, and the hoſpitality that they kept, every man knoweth that many thouſands were well receaved of them, and might have bin better, if they had not ſo many great mens horſe to fede, and had not bin overcharged with ſuch idle gentlemen as were never out of the Abbaies. And if they had any Vicarage in their hands, they ſet in ſometimes ſome ſufficient Vicar (thoughe it were but ſeldome) to preach & to teache. But now that all the Abbayes with their Lands, Goods, & impropred Parſonages, be in Temporall mens hands: I doe not here tell that one halpenny worthe of almes, or any other profit cometh unto the people of thoſe pariſhes. Your pretence of putting downe Abbays was to amend that which was amiſſe in them: It was far amiſſe, that a great part of the lands of the Abbays (which were given to bring up learned men, that might be Preachers, to keepe hoſpitality, and to give almes to the poore) ſhould be ſpent upon a few ſuperſtitious Monkes, which gave not fourty pound in almeſſe, when they ſhould have given two hundred. It was amiſſe that Monkes ſhould have Parſonages in their hands, and deale but the twentieth part thereof to the poore, and preached but once in the yeere to them that paid the tithes of the Parſonages. It was amiſſe that they ſcarcely among twenty, ſet not one ſufficient Vicar to preache for the tithes that they receaved.

But ſee now how that was amiſſe is amended, for al the godly pretenſe. It is amended even as the Divel amended his Dames legge (as it is in the proverbe) when he ſhould have ſet it right he brake it quite in pieces. The Monkes gave too litle almeſſe, and ſett unable perſons many times in their Benefices: but now where twenty pound was geven yeerly to the poore, in more then an hundred places in Ingland is not one meales meate given: this is a faire amendment. Where they had always one or other Vicar, that either preached or hyred ſome to preache, now there is no Vicar at al, but the Fermer is Vicar and Parſon altogether, & only an old caſt-away Monke or Frere, which can ſcarcely ſay his Mattins, is hired for twenty or thirty ſhillings, meate and drinke, yea in ſom places for meate and drinke alone, without any wages, I know, and not I alone, but xx. M. mo, know more then D [illegible]icarages and Parſonages thus well and goſpelly ſerved, after the new Goſpell of [illegible]gland.

And ſo the Author goes on with ſharp admonitions to the Lay-men, that feed themſelves fat with the tithes of the churches, whiles the Soules of the Pariſhioners ſuffred great famine for want of a fit Paſtor, that is, for want of fit maintenance for him, for without that, he is ſcarce to be hoped for.

The Author called Roderic Mors, was indeed one Henry Brinklow, a Merchant of London, as is affirmed in Hollinſhead.

Hiſt. of R. H. 8. by the Lord *Herbert* P. 442.

After the viſitation of the Religious Houſes by Commiſſioners from the King, divers of the viſitors did petition the King, that ſome of the Houſes, both for the vertue of the perſons in them, and the benefit of the Country (the poore receaving thence great reliefe, and the richer ſort good education for their children.) Biſhop Latimer alſo moved, that two or three might be left in every Shire for pious uſes: But Cromwell (by the Kings permiſſion) invaded all: whiles betwixt threats, gifts, perſwaſions, promiſes, and whatſoever might make a man obnoxious, he obtained of the Abbottes, Priors, Abbeſſes, &c. that their Houſes might be given up. Amongſt which, thoſe that offered their Monaſteries freely got beſt conditions of the King: for if they ſtood upon their rights, the Oath of Supremacy, and ſome other Statutes and Injunctions brought them into danger, or their crimes at leaſt made them guilty of the Law, which was alſo quickly executed; and particularly on the Abbatts of Glaſtonbury, Colcheſter and Reading, who more then any elſe reſiſted. In concluſion the title made to thoſe Houſes ſeems not to be grounded upon a Graunt by Statute or claime of Right; but either was ſome voluntary ſurrender, purchaſe, or forfeiture. Howſoever the King thought fitt to have this proceeding preſently confirmed by Act of Parliament. which he ſummoned 28. April. 1539.

But the Chriſtian world was aſtoniſhed at theſe doings; and thoughe the exceſſive number of the Houſes excuſed the King in ſome part for the firſt ſuppreſſion of the leſſer Houſes under 200. li. yet the latter ſuppreſſion of the great Houſes had no ſuch ſpecious pretext, when their ſurrender, purchale, or the like were urged. So that notwithſtanding the Kings neceſſities, no little occaſion of ſcandall and obloquy was given. For beſides the Houſes and Lands taken away, there was much money made of the preſent ſtocke of Cattell and Corne, of the Timber, Lead, Bells, &c. and chiefly of the Plate and Church ornaments; which is not valued, but may be conjectured by that one Monaſtery of St. Edmundsbury, whence was taken (as our Records teſtify) five thouſand marks of gold and ſilver, beſide divers ſtones of great value. All which being by ſome openly caled Rapine and Sacrilege, I will no way excuſe.

ANNOTANDA per Lectores, quibus, Indices conſulere viſum eſt.

1. PRior numerus paginam, ſecundus paginæ lineam; litera Alphabetica (a) primam columnam, (b) ſecundam, indicat.

2. Quùm unicus tantum numerus, cum litera Alphabetica apponitur, paginæ lineam (non paginam) denotat, & ad numerum paginæ proximè præcedentem, refertur, e. gr. 283. 12.a.16.b. hìc numerus 16. (viz. lineæ) ad numerum 283. (ſc. paginæ) refertur.

3. Quum aliquid, ad *Indicem Rerum* refertur, hiis literis deſcribitur (V.I.R.) i.e. vide Indicem Rerum.

4. Quum Titulus ſive Locus, a quo *Honor* aut *Dignitas* alicujus perſonæ, denominatur, nomini aut cognomini ejus adjicitur: nomen & cognomen illud apud *Indicem Rerum*, comperiendum eſt (e. gr.) *Johannes* comes *Lincoln.* ſive *Johannes Lacy* comes *Lincoln.* apud vocabulum *Lincoln.* in *Indice* nempe *Locorum* (non cognominum) habetur.

5. In methodo Alphabetica, vocalium non conſonantium (uti apud Indices pleroſq; breviores, non verò copioſos magis, quales hii ſunt) prioritas ſequenda eſt e. gr. vocalis prima quæ in cujuſlibet cognominis ſive nominis (quum deeſt cognomen) exordio occurrit (cognomine & nomine illo a vocali non incipiente) obſervanda eſt. Nempe cognomen (**Stapleton**) in litera S. inter A. vocales, & (**Scot**) illîc inter O. vocales, quærendum eſt. Conſonantium, earumvè precedentiæ, nullâ habitâ ratione; tametſi (**t**) in (**Scot**) præcedit (**t**) in (**Stapleton**.) A vocali verò incipiente cognomine vel nomine; conſonantium ſervatur ordo alphabeticus una cum vocalibus, a, b, c, d, e, &c.

6. Y. apud I. & Z. apud S. apponitur.

7. Quum S. litera majuſcula, i. e. *Sanctus*, alicui cognomini ſeu nomini, ubi cognomen deeſt, præfigitur: tunc cognominis, & nominis illius litera prima alphabetica conſulenda eſt, viz. de S. *Johanne*, de S. *Georgio*; hìc non S. ſed I. & G. adeundæ ſunt. Cognominis, itemque & locorum cognitio, ex ſcriptionis uſitatiſſimâ variatione: difficilis plerumq; redditur, nempe, **Cheleby** pro **Keleby**, **Guarenn** pro **Waren**, *Guido* pro *Wido*, &c.

8. H. ſæpiſſimè vocalibus ſuperfluè præponitur, ſcilicet, **Habton** pro **Abton**, *Hingeramus* pro *Ingeramus*, &c.

9. Ex affectata nimis (antiquioris præſertim ſæculi) *Latinizatione*: difficultas etiam aliqua, in comperiendis cognominibus exoritur, quum pro (**Newmarket**) *Novumforum* pro (**Childe**) *Puer*, pro (**White**) *albus*, pro (**Black**) *niger*. (*Peccatum*) (*Spuens mendacium*) & plura ejuſmodi farinæ, ſuffarciuntur.

10. Quum præpoſitio (*de*) alicui cognomini præponitur, ſc. de *Arci*, de *Acres*, de *Enham*, de **Bocland**, &c. ad A. E. & B. refertur; quum (*de*) verò per Apoſtrophum reſcinditur, & initianti vocali proximò ſubſequentis cognominis unitur, veluti, *D' Arci*, *D' acres*, *D'enham*; tunc ad (D) recurritur.

11. Imperatorum, Regum, eorumque conjugum nomina & cognomina ad Indicem Rerum referuntur.

INDEX

INDEX RERUM.

A

ARthurus Rex 4. 14 b. 5. 22. b. 9. 12 b. 7. 10. a.

Arviragus R. 9. 2 b.

Athelardus R. 9. 40 b.

Athelhuldus R. 9. 47 b.

S. Aidanus (cujus animam in cœlum tranſferri vidit S. Cuthbertus) 4. 40 a.

Adelmus ſcripſit ad Hildelldam librum de virginitate 12. 50 b. 79. 30 b.

Athelwulphus R. 9. 58 b. 20. 65 a.

Alfredus R. 10. 2 a.

Athelſtanus R. 10. 3 a. 20. 33. b. Cœnobii ſancti Germani in Cornubia fundator 213. 171. 1 b. 193. &c. a. v. Ethelſtanus.

Aelfritha Regina, 10. 54 a. 17. 9 b.

Auguſtinus monachus, cum multis aliis, à Gregorio miſſus circiter annum Domini 505 prædicat Anglis, Ethelbertum Cantiæ Regem & Anglorum gentem ad fidem convertit 12. 24 a. metropoliticam ſedem apud Cantuariam ſtatuit, & monachos ſecundum beati Benedicti ordinem viventes, eò aggregat. 12. 26 a. hinc plurima monaſteria conſtructa ſecundum Benedicti regulam, ibidem.

Athulfus R. Decimam terrarum ſuarum, Eccleſiis regni ſui piè contulit 14. 53 b. 20. 52 a. 36. 16 b. 197. 24 a.

Abbendonenſe cœnobium reſtauratum An. Dom. 958. 16. 10 a. v. paulò infra.

Archi-Pirata Maſcuſius chartæ Edgari ſubſcribit præ Dunſtano archiepiſcopo Cantuarienſi 17. 24 a. v. Maſcuſius.

Aelfleda Regina 20. 39 b.

Alianora Regina 22. 27 b.

Anglia & Angli, quando primò ſic dicta 32. 8 b.

Aluredus R. multa præclara facit. Britonum leges in ſermonem Anglicanum transfert, Hundredas & Tithingas inſtituit 32. 29 b. Anglorum regnum rude & incompoſitum totum erudivit, & ad regulam compoſuit. Enituit ita, ut ceſſit in proverbium. Nemo poſt eum amplius 197. 20 a. 256. 50 &c. a.

Athelredus R. 51. 33 a.

Athertus R. 62. 57 a.

Alhfridus R. 63. 55 a.

Alfeda Regina 63. 57 a.

Alfridæ Reginæ amores illiciti 63. 57 a. 236. 60 a.

Anna R. Anglorum orientalium filius Eni, ejus nuptiæ & progenies. Occiditur à Penda Rege Merciorum 87. 64 b. 71. 36 b.

Adelbertus R. frater Anne Regis ei ſuccedit, interfectus ab Oſwy Rege Nordanhumbrorum 88. 20 a.

Adulfus R. ibid.

Adelherus Rex ibid.

Abbendonenſe cœnobium in agro Berrocenſi 97. v. paulò ſupra.

Aben filius cujuſdem conſulis qui evaſit ab occidione nobilium per Hengiſtum factâ apud Stanhangeſt, ad ſilvam, ad occidentalem partem Oxoniæ ſitam fugit, ubi pauperrimè vixit, aquâ carens, dedit ei Deus fontem qui illic cernitur, In honorem beatæ Mariæ, capella ibidem conſtruitur. Obiit in Hibernia. Mons ubi manebat, **Abendun** vocatur 97. 64 b. **Heane** nepos Ciſſæ conſtruxit monaſterium ibidem 97. 30 b. in ſabulo inventa fuit crux ferrea quæ nigra vocatur 97. 64 b. quod uno die ædificavit **Heane**, altero corruit, donec aliter admonitus ab heremita 98. 20 a. Ina R. illud monaſterium diripuit, ſed poſtea reſtituit 98. 40 a. donatur 40 b. metæ 20. hidarum quas Ceadwalla R. dedit 101. 36 b. aliæ metæ 103. 56 a. Athelwolfus R. plura donat, oratio ejus 105. 10 a. Robertus de Oili reſtituit quæ abſtulerat ab hoc monaſterio, territus in viſione; illic, cum uxore, ſepelitur 106. 6 b. Eugenius tertius Papa, privilegia confert 107. 34 a.

Athilbalt R. Sut-Anglorum 121. 34 a. R. Brittaniæ vocatur 64 a.

Sancti Albani monaſterium in agro Hartfordenſi 176.

S. Albanus proto-martyr Anglicanus, paſſus eſt juxta civitatem Verolamium, ab Anglis, Watelamceſtria, vel Watlingceſtria, vocatam 176. 20 b. R. Offa corpus S. Albani, in locellum, ex auro & argento & lapidibus pretioſis fabricatum, admonitus miraculosè in ſomnino, repoſuit, 60 b. Romam ibat, canonizari, & monaſterium privilegiis confirmari, à Papa Adriano impetravit, ibid. Rithulphus archiepiſcopus Dorobernenſis, baſilicam ſancti Albani, à fundamento inchoavit & conſummavit 177. 24 a. Lanfrancus archiepiſcopus Dorobernenſis inſtauravit 30 a. dotatur 40 a. teſtimonia magnatum 56 b. v. prox. pag. Amores illiciti Edgari Regis qui Athelwoldum comitem amandans ſpeculatum formam Elfhridæ filiæ Ordgari ducis Devoniæ, ſpecioſæ admodum uti fama retulit, comes, formâ ſuâ captus, illam nubit. Regi puellæ formam diſſimulat, ſed Rex compertâ fraude, diem dicit, quo, (quaſi joco) tam laudatam Mulierem viſeret, comes uxorem rogat, quatenus ſeipſam, quantùm poſſet, deformaret, tunc primò, facti ſui conſilium ei aperiens, illa verò, è contrario, ſeipſam, quantum poteſt, adornat: quâ viſa, arſit eam R. & comitem in ſilvam **Warewell**, ſive **Harewood**, venandi gratiâ. accitum, jaculo tranſigit, filius comitis, nothus, tunc præſens & hiſcere quidem ne audens 256. 60 &c. a quem Rex diligit. ibid.

Abbas S. Albani, omnium in Anglia abbatum, primus 180. 24 a. membra illius monaſterii ab omni juriſdictione epiſcopali exempta, Pontifice Romano, vel legato ejus à latere, duntaxat excepto 34 b. metra in clauſtris, & feneſtris 181. 50 &c. a. de pictura presbyterii ibidem, 18 a.

Atwulphus R. Egberti filius, in uxorem duxit filiam Caroli regis Francorum 191. 342.

Alfredus rex Weſtſaxonum, ſilvam venandi gratiâ adiit, & vocem parvuli vagientis in arbore audivit, aſcenſâ arbore, invenerunt in aquilæ nido, infantem elegantem, habentem in corpore notam, quaſi regificum ſignum, pallio purpureo involutum, armillis aureis brachia indutum. R. baptizari fecit, & anido Neſtingum vocavit. Nobiliter educatum in comitem provexit. Hic Witburdingum genuit, qui genuit Wlfhelmum qui ex uxore liberos procreans, cum conjuge ſua 18 annos, cælibem vitam duxit, ſed Angelo, trinâ viſione, admonente ut convenirent, quia ſponſam Chriſti generarent, de cætero propoſitum ſervarent. Nata eſt eis igitur infantula, Wlfhildis vocata, ablactáq; virginibus Wiltoniæ traditur educanda, quam, pulchram adeò, deperibat Edgarus, per amitam ſuam Wenfledam, puellam irretire cœpit, aufugit ſæpe, & evadit puella, tandem rex pietate & caſtitate virginis ſtupefactus, dedit ei monaſterium virginum de **Berking** 256. 50 &c. a.

Ambresburienſe Cœnobium in agro Wilton. 191.

Cœnobium hoc fœminarum fundatur ab Helfrida S. Edwardi interfectrice 191. 30 b. An. Dom. 1177. Henricus rex ſecundus, expulſis ſanctimonialibus propter incontinentiam dedit abbatiam domui de Fonte-Everardi 191. 46 b.

Analaphus rex Dacorum 194. 4 b.

Amphelisa v. **Midleton** monaſt. 93.

Arnulphus filius R. Egbrighti, v. **Pelleſworth** monaſter. 197.

Athelingenſe cœnobium in agro Somerſetenſi 202.

Adelingea, eſt Clitonum inſula, i. e. inſula Nobilium. Rex Elfredus conſtruxit & dotavit 202. 30 a. An. D. 887 aliàs habetur, quod Athelinus Winheaurenſis comes, duo monaſteria fecit, unum monachorum apud Ethlingum, & aliud ſanctimonialium apud **Seaftsbiri**. Filiam ſuam Algivam illic collocavit 203. 58 a.

Alſwitha ſeu Anſwitha regina, vide Winton. cœnob 212.

Alſhrith mater R. Etheldredi 218. 30 b.

Alchera
Athelbright
Athelmer } duces 218. 51 b.
Ædwin

Athelred rex ——
Athelſtan } filii ſui } 258. 44 a.
Adric

Ælſgiſa uxor R. Etheldredi 261. 22 b.

Abbotsburienſe monaſterium in agro Dorſettenſi 276.

Orcus, dives quidam, tempore Canuti regis, cum Tola uxore ſua, fundavit, & dotavit 276. 30 a. metæ terrarum 66 b. fraternitas illic inſtituta per eundem Orcum 277. 10 a. Inquiſitio de prædiis ejuſdem 279. 43 b. **Strangwaies**, cantaria ibidem 280. 10 b.

Acra quid. 313. 34 a.

Armethwaytenſe cœnobium in comitatu Cumbriæ 324.

Willielmus conqueſtor fundavit & dotavit, multiſque privilegiis ornavit, inter cætera inhiis terminis, viz. **As heart maie it think, or egh mat it ſee:** i. e. quatenus animus cogitare, vel oculus videre poteſt 324. 10 &c. a. habet privilegia

vilegia prout monaſterium de Weſtmonaſterio 64 a.

Aucotenſe cœnobium in agro Warwicenſi, cella de Malvern. mag. 367.

Willielmus Burdet *dotavit* 367. 16 a.

Alceſtrenſis Prioratus in agro Warwicenſi 470.

Radulfus Pincerna *&* Amicia *uxor ejus fundarunt & dotarunt* 470. 50 a. *monaſterio de* **Eveſham** *unitur* 473. 60 b. *vocatur etiam monaſterium* S. Mariæ *de* Inſula 470. 50 a.

Ankerwikenſis Prioratus in agro Buckinghamenſi 482.

Gilbertus *&* Ricardus Montfichet *fundatores* 482. 20 b.

Ardenenſe cœnobium in agro Eboracenſi 500.

Petrus *de* Horona *fundavit* 500. 50 a. *concordia inter* Elizabetham *de* **Carleton** *& priorisſam de* **Arden** 501. 40 a.

Aldeby cella monaſterii Norwicenſis 545.

Agnes *de* Bello-fago, *prima fundatrix.*

Andeverenſe cœnobium in agro Hantonienſi, cella ſancti Florentii Salmarum 552. dotatur 552. 60 a.

Appeldercombenſis Prioratus in Inſula Vectis, cella ſanctæ Mariæ de Monteburgo 571.

Monachi tranſferuntur ad civitatem Sarum 571. 10. a.

Alvertonenſe cœnobium in agro Eboracenſi, cella Majoris Monaſterii 589.

Richardus Maleverer *fundavit* 600. 80 a.

Abberbury cœnobium in agro Salopienſi, cella Grandimontenſis cœnobii 605.

Fulco *filius* Warini *fundavit* 605. 39 b

Arthingtonenſe cœnobium in agro Eboracenſi 691.

Petrus *de* **Arthington** *fundavit* 691. 62 a.

Amoris dies, quid 818. 13 b. 46 b.

Auguſtini Cruces 858. 58 b.

Albalandenſe cœnobium, vulgò **Blankland** in VVallia 884.

Johannes *de* **Torington** *fundavit* 884. 60 a.

Aber Conweyenſis abbatia in agro Carnarvenſi 918.

Lewellinus Gervaſii *filius totius* Northwalliæ *Princeps fundavit & dotavit* 918. 10 a. *tranſfertur ad* **Maynan** 921. 50 a.

S. Annæ cœnobium juxta Coventriam 963.

In heremitorio ſanctæ Annæ *fundavit* D. Willielmus *de la* Zouch *An. Dom.* 1381. 963. 40 b. *Rex* Ricardus 2. *vocatur primus fundator* 52 a. *qui poſuit primum lapidem, & ab alta via, uſque ad domum ipſam ſanctæ* Annæ *obequitans, viam regiam ipſam tunc fecit* 964. 24 b.

Altaris oblatio, unam ſpicam frumenti, & unum cultellum ſuper altare Richardus *comes* Ceſtriæ *obtulit, loco ſeizinæ, & nomine terræ, eccleſiæ ſanctæ* Werburgæ Ceſtrenſi *per eum collatæ* 985. 34 b.

Algarus *junior comes cum fratre Tolio & Seneſchallis ſuis,* Wiberto *&* Leofrico, *qui nomina indiderunt duabus villis, ſcilicet,* **Wiberton** *&* **Lefricton**, *cum* Oſgotho Morgardo *de* **Brun**, Hardingo *de* **Reihall**, *congrediuntur cum* Danis *paganis, qui* Bardneiam *monaſterium incendio diruerant, & monachos trucidarant, & ulterius palantes, tres eorum reges Danos interfecerunt ad* **Threkingham**, *inde villæ denominatio, quaſi trium regum occaſus: poſtea ab iis,* Algarus *& frater* Tolius *occiſus, &* Lubba *frater* Hubbæ *comitis Dani, occiſus apud* **Medeſham**, *unde* Hubba, Heddam *abbatem & omnes monachos, manu ſuâ interfecit* 68. 4. &c. a.

Ælfridus filius regis Oſwii 71. 30 b.

Askebertus in ſilva **Clench** *occidit* Kenelmum *filium* Kenulphi *regis* 188. 64 a.

Æthelſtanus **Half-Kineg**, *i. e. ſemi-rex* 231. 60 a. *Alſwen uxor ejus. Quatuor filii. Fit monachus Glaſtonienſis* 10 b.

Archidiaconus Cantuarienſis quando ordinatus 26. 40 b.

Arelatenſis epiſcopus Elherius *in Angliam venit* 6. *Cant.* 25. 9. b.

Arundel comes deſponſavit Mabiliam *ſecundam ſororem* Raynulphi *comitis Ceſtrenſis & habuit quatuor filias* 309. 24 a.

Agros gigas caſtrum **Abergabenny** *conſtruxit* 556. 60 b.

Johannes Fitz Allen *deſponſavit* Iſabellam *filiam comitis* **Arundel** *& habuit filium* Johannem 309. 36 a.

Willielmus *de* Albineio *cum pluribus ejuſdem cognominis de* Albineio. Adeliza *uxor ejus* 328. 3 b. 337. 30 a.

Rualo *de* Abrincis *deſponſavit* Matildam *filiam* Nigelli *de* Munevilla 560. 50 b.

Reginaldus *de* Aureavilla, *deſponſavit* Muriel *filiam* Rogeri *de ſancto* Johanne 594. 30 a.

Hugo *de* **Audeley** *deſponſavit* Margaretam *ſecundam ſororem & cohæredem* Gilberti *de* **Clare** 726. 36 b.

Albineii *cognomen mutatum in cognomen de* **Molbray** 775. 24 b.

Nigellus *de* Albineio, *ejus progenies* 775. 20 b.

Henricus *rex primus dedit ei* **Egmanton** *& ille dedit dimidium* Roberto *de* **Aybill**, *interrogatus à rege quare ſic fecit, reſpondit quod rex tunc duos probos viros habuit ubi antea habuit non præter unum* 775. 32 b. *Portavit arcum regis,* ibid. *dextrarium* Roberti-Curtholſe *occidit, eumque captivum regi reddidit* 40 b. *Rex illum multum ditat,* 46 b. *dedit ei totam terram* Rogeri *de* **Mowbray** *in* Normannia, *qui fuit comes* Northumbriæ. *Et præcepit R. ut filius ſuus hæres cognominaretur* **Mowbray**, 66 b. *ejus progenies* 776. 2 a.

Randulphus Avenell *deſponſavit* Aliciam *filiam & hæredem* Aliciæ *ſororis & hæredis* Richardi *de* Brioniis, *cujus ſola filia nupta fuit* Roberto *de* Abrincis *alias* Aberingis, 786. 20 a.

…… *de* **Audeley** *deſponſavit* Evam *filiam & hæredem* Johannis *de* **Clavering**, *viduam* Radulfi *de* **Ufford**. *Ejus progenies,* 867. 54 a.

Robertus *de* **Alford** *deſponſavit* Saram *filiam* Richardi *conſtabularii* Leiceſtr. 906. 16 b.

Algarus *Anglorum comes ingenius* 1022. 12 a.

B

BAtildis regina, 4. 9 b.

Baldredus R. 9. 26 b. 12. 21 b. 14. 29 a.

Brithricus Weſtſaxonum *R. duxit in uxorem filiam* Offæ Merciorum *regis* 14. 24 b.

Bernulphus rex Merciorum, 19. 67 b. 114. 4 b. 154. 60 a.

Britonum leges Aluredus *transfert in ſermonem Anglicum,* 32. 29 b.

Berthwaldus rex, 50. 60 a.

Berkingenſe cœnobium in agro Eſſexiano, 79.

Vocatur **Berekingham**. 79. 34 b. Erkenwaldus *epiſcopus London. fundavit domum iſtam pro ſorore ſua* Ethelburga, *aliàs,* Hedelburga. *Habuit illa in ſucceſſorem,* Hildelinam, *ad quam beatiſſimus* Adelmus *ſcripſit codicem de virginitate,* 79. 24 a. Hodelredus *parens* **Sebby** *donavit* 79. 56 b. *termini terrarum,* 80. 11 a. *Carta annonæ &c. pro cœnobio,* 40 a.

Burgredus *rex* Merciorum, 110. 66 a. 114. 22 b.

Berthnulf R. Merciorum, 123. 12 a.

Brictricus Weſt-Saxonum *rex ſepelitur* Theokesburiæ 154. 60 a. 14. 24 b.

Bardneienſe cœnobium in agro Lincoln. 142.

Fundatio hujus monaſterii ignota. Corpus ſancti Oſwaldi *hic humatum. Monaſterium à Danis proſtratum, poſtea à* Gylleberto *de* Gaunt Gulielmi *conqueſtoris avunculo reparatum,* 142. 20 a.

S. Etheldredus *conſtruxit monaſterium apud* **Bardney**, *ubi ſepultus eſt, circa annum Domini* 712 *&* Remigius *epiſcopus* Lincoln. *monaſterium apud* **Stow** *conſtruxit, et alterum apud* **Bardney** *ex veteri favore ſuo innovavit* 142. 24 a.

Briſtolienſis prioratus ſancti Jacobi 155.

A Roberto filio Hamonis *conſtructus, membrum de* **Theoksbury**, 155. 16 a. *caſtrum* **Briſtoll**, *et dedit decimum quemque lapidem caſtri ad fabricandum capellam ſanctæ* Mariæ *in prioratu ſancti* Jacobi, ibid.

Beverlacenſe cœnobium in agro Eobracenſi 169.

S. Johannes *de* Beverlaco *Epiſcopus Eboracenſis conſtruxit,* 169. 40 b. *à Danis combuſtum,* ibid. *antiquitas ejuſdem, et* *viri celebriores illic degentes* 60 b. *Abbatum nomina* 179. 1 a. Athelſtanus *R. Collegium Canonicorum illic inſtituit* 1 b. *dotatur.* Kinſius *Archiepiſcopus* Eboracenſis *turrim excelſam illic conſtruxit* 56 b. *Præpoſiti* Beverlacenſes, 171. 23 a. *Charta Privilegiorum per* Athelſtanum *R. conceſſorum, carmine Anglicano* 171. 60 a. *vocatur priùs* Deirewald, *i. e.* Silva Deirorum, *poſtea* **Beverlac**, *quaſi* Caſtorum Lacus, *quibus caſtoribus* Hulla *aqua vicina abundabat*, 170. 14 a. Beverlacum *caput totius* **Eſt**-Ridingiæ, 20 b.

Bathonienſe Cœnobium in agro Somerſetenſi, 184.

R. Offa *conſtruxit*, & Edgarus *R. reparavit*, 1844. 44 a. *primus fundator* Oſricus *R. A. D. 676.* 184. 60 a. *Cofundatores, ibid.* Oliverus King *novam Eccleſiam fabricavit*, & Gilbertus *ultimus ibidem Prior*, 185. 10 a. *donatur*, 14 b.

Burtonenſe Cœnobium in agro Staffordenſi, 265.

Wulfricus Sprot *Miniſter* Ethelredi *R conſtruxit*, & *amplè dotavit*, 266. 10 b. *metæ*, 20 a. *ejus Teſtamentum*, 20 b. *fuit Comes* Merciorum, & *regali proſapiæ propinquus*, 271. 48 b. *in bello à Danis, lethaliter contuſus. Sepultus Burtoniæ.* Alwinus & Morcarus *fratres hæreditatem cerverunt*, 56 b. *Abbatum Catalogus*, 272. 3 a.

Bellum, ſive **Battell** Abbatia in agro Suſſexienſi, 310.

Willielmus *Conqueſtor A. D.* 1067 *conſtruxit*, & *altare Eccleſiæ ponitur in loco, ubi exanime Haraldi R. corpus inventum eſt*, 310. 10 a. *ampliſſimè dotatur*, 313. 60 b. Exonia *fit Cella hujus Abbatiæ*, 315. 30 b. *privilegia ejus*, 317. 13 a.

Brechnochenſis Abbatia in Wallia, Cella Abbatiæ de Bello, 319.

Bernardus *de* Novo-Mercato, & Rogerus *Comes* Hereford *fundarunt* & *dotarunt*, 319. 20 b.

Belli-loci Monaſterium in agro Bedfordenſi, Cella S. Albani, 325.

Robertus *de* Albineio *fundavit* & *dotavit*, 325. 10 b.

Belverenſe Cœnobium in agro Lincoln. Cella S. Albani, 327.

Robertus *de* **Belvedere** *fundavit*, 327. 10 b. *dotatur* 328. 1 a. *Nomina fundatorum* & *benefactorum*, 328. 1 b.

Binhamenſis Prioratus in agro Norfolcienſi, Cella S. Albani, 343.

Petrus *de* Valoniis *et Uxor ejus fundarunt*, 343. 4 a. *eandem habet libertatem ſub Eccleſia S.* Albani, *quam habet Eccleſia S.* Pancratii *ſub Eccleſia* Cluniacenſi, *dotatur*, 843. 36 b.

S. Begæ Cœnobium in agro Cumbrenſi, Cella S. Mariæ Eboracenſis, 395.

Bega *nata in* Hibernia *fundavit* 395. 50 a. Willielmus Meſchines *filius* Rainulphi, *Dominus de* **Copeland** *dotavit* 395. 20 b.

Bromfeldenſis Prioratus in agro Salopienſi. 464.

Canonici de **Bromfeild** *dederunt Eccleſiam ſuam* & *ſeipſos Eccleſiæ S.* Petri Glouceſtrenſi, *ibid.*

Bretfordenſe Cœnobium in agro Warwicenſi, 464.

Gaufridus *Camerarius de* Clintona *fundavit* & *dotavit*, 464. 30 b. *fit Cella de* **Kenillworth**, 465. 56 a.

Blithburienſis Prioratus in Comitatu Staffordienſi, 468.

Hugo Malveyſin *fundavit* & *dotavit*, 468. 10 a.

Blackburgenſe Cœnobium in agro Norfolcienſi, 478.

Rogerus *de* Scales *fundavit* 478. 50 a.

Birknedenſe Monaſterium in agro Ceſtrenſi, 484.

Hamo Maſſie *fundavit* 484. 20 a.

Bungeienſe Cœnobium in agro Suffolcienſi, 513.

Rogerus *de Glanvil* & Gundreda *Comitiſſa Uxor ejus, principales fundatores*, 514. 1 a.

Burnhamenſe Cœnobium in agro Buckinghamenſi, 534.

Richardus *R.* Romanorum *fundavit*, 534. 10 b.
Blanca *Regina* Navarræ *Uxor* Thomæ *de* Brotherton *fratris* E. 1. 543. 1 b.

Biſton Prioratus, 545. 20 b.

Domina de **Creſſy** *fundatrix*, *nunc* **Moulny**.

Blithenſis Prioratus in agro Nottinghamenſi, Cella S. Katharinæ de Monte Rothomagi, 553.

Rogerus *de* Builly & Muriel *uxor ejus fundarunt*, 553. 50 b.

Bergavenenſe Cœnobium in agro Monumethenſi, Cella S. Vincentii in Cenomania, 556. 40 b.

Hamelinus *filius* Dru, *Domini de* Baladuna *fundavit*, 556. 60 a.

Blakenhamenſe Cœnobium in agro Suffolcienſi, Cella S. Mariæ Beccenſis, 573.

Walterus Giffard *fundator*, 573. 30 a.

Burewellenſis Prioratus in agro Lincoln. Cella Monaſterii S. Mariæ Silvæ-Majoris, 579.

Johannes *de* Haia *fundator*, 579, 30 a.

Birſtallenſis Prioratus in agro Eboracenſi, Cella Abbatiæ S. Martini de Albemarle in Normannia, 587.

Stephanus *Comes* Albemarle *fundavit*, 587. 56 b.

Boxgravenſe Cœnobium in agro Eboracenſi, Cella Abbatiæ de Exaquio in Normannia, 592.

Radulphus *de* Haia *fundavit*, 592. 24 b. *fundationis hiſtoria* & *fundatoris ſtemma*, 594. 1 a.

Bromholmenſis Prioratus in agro Norfolcienſi, Cella de Caſtle-Acra, 632.

Bartholomeus *de* Glanvilla *fundator*, 632. 30 a. *Chirographum inter domum de* Acra & **Bromholm**, 633. 50 a. *Compoſitio inter eos*, 40 b. *Prior de* **Bromholm** *impoſterum domui de* Acra *non ſubjiciendus*, 635. 60 a.

Bermundſeienſe Cœnobium in agro Surregienſi, 639.

Alwinus Childe, *Civis* Londinenſis *fundavit*, 639. 40 b.

v. infra. Barnſtaplenſis Prioratus in agro Devonienſi, 684.

Joel *filius* Aluredi *qui vocatur de* **Cotnes** *fundavit*, 684. 10 a.
Benedictinorum Monachorum habitus, color griſius, 641. 30 a. *S. Bernardus obiit*, 1143. 711. 10 a.

Baſingwerkenſis Abbatia in agro Flintenſi, 720.

Fundatur An. Dom. 1131, *dotatur per* Lewellinum & Davidem *Principes* Walliæ & *alios*, 721.

v. infra. Bello-Landenſis Abbatia in agro Eboracenſi, 775.

Rogerus Moulbray *fundavit ſuaſu* Savigniacenſium *Monachorum*, 775. 50 a.

Bildwaſenſis Abbatia in agro Salopienſi, 779.

Stephanus *R.* & Rogerus *Epiſcopus* Ceſtrenſis *fundarunt*, 779.

Bittleſdenenſis Abbatia in agro Buckinghamenſi, 783.

Tempore veteris Henrici *Regis*, Robertus *de* Mepperſall *Dominus de* **Bittleſden** *ſuratus eſt canem in curia Domini Regis, undè dedit* Gaufrido Camerario *de* **Clinton** *totam terram de* **Bittleſden**, *ut ſe defenderet à judicio curiæ.* Gaufridus *poſtea dedit dicto* Roberto *quandam parentem ſuam in Uxorem* & **Bittleſden**. *Tempore R.* Stephani *ob defectum ſervitii Comiti de* Leiceſtria *eſcæta fuit*, *qui eam dedit* Ernaldo *de* Boſco *Seneſchallo ſuo*

Hic

Hic verò timens ne hæredes ſui pacifice poſſiderent in futurum, fundavit ibi Monaſterium. Robertus Mepperſall *voluit placitare de* Wittleſden, *ſed Monachi dederunt ei decem marcas pro pace, An. Dom.* 1147. 783. 10 b.

Buckfaſtenſis Abbatia in agro Devonienſi, 792.

Richardus Banzan *&* Stephanus Banzan *fundarunt & dotarunt*, 792. 41 a.

Bordeleienſis Abbatia in agro Wigornenſi, 803.

Matilda *Imperatrix mater* Henr. 2. *fundavit*, *An. Dom.* 1138. *donationes*, 804. 41 b.

Boxleienſis Abbatia in agro Cantiano, 827.

An. Dom. 1144. Willielmus *de* Ipre *præfectus in bello ſub Rege* Stephano *fundavit*, 827. 31 a.

Brueria Abbatia in agro Oxonienſi, 835.

Fundata Anno Domini, 1147.

Baſedalenſis Prioratus in agro Eboracenſi, 840.

Sepulturam de matrici Eccleſia de Stokeſly, 841. 56 a.

Bindonenſis Abbatia in agro Dorſetenſi, 911.

Willielmus *de* Glaſtonia, *&* Matildis *Uxor fundarunt*, A.D. 1172. 911. 34 a.

Bello-loco Regis in agro Hantonienſi, 925.

Johannes *R. fundavit An. Dom.* 1204. 825. 60 b. *occaſio fundationis, quia Rex* Johannes *contra Abbates & Monachos iratus valde præcepit ſuis ut ſub pedibus equorum viliter conculcarent, quod facinus admitti nolebant ſervi ſui. Nocte verò ſequenti videbatur ſe coram Judice ſiſti, præſentibus Abbatibus & Monachis, qui juſſit Abbates Regem ſuper dorſum ſumere, & verberibus flagellare, quam verberationem mane vigilans R. ſe ſenſiſſe dixit, unde Eccleſiaſticorum ſuaſu hoc Monaſterium fundavit*, 925, 66 a.

Boclandenſis Abbatia in agro Devonienſi, 939.

Amicia *Comitiſſa* Devoniæ *& domina de* Inſula *fundavit*, 939. 50 b.

Buckfeſtre, 945.

Ethelwerdus *filius* Gulielmi Pomery *erat primus fundator, modernus* D. *Rex.*

Beauualeenſe Cœnobium in agro Nottinghamenſi, 962.

Nicholaus *de* Cantilupo *Dominus de* Jlkeſton *fundavit* 962. 54 a. *Cantaria ibidem fundata*, 963. 44 a.

Brigittinorum *Ordo. Regula ſancta*, 973. 44 a.

Brithnocus *Dux iturus in bellum contra Paganos dedit quaſdam terras Eccleſiæ* Cantuarienſi, 21. 48 a. 66. 34 a. 169. 14 b.

Richardus *de* Bello-Campo; *nempe* Richardus *quartus Comes* Wigorniæ *ejus genealogui, mors, ſepultura*, 158, 50 a. Richardus *de* Bellocampo, *nempe quintus*, *Comes* Warwicenſis *habita diſpenſatione Papali, in Uxorem duxit* Iſabellam *relictam* Richardi *de* Bello-campo *quarti Comitis* Wigorniæ, 158. 50 a.

Bereolfridus *Princeps ſecundus à Rege in Synodo* 172. 44 a.

Aelfredus *filius* Bertulfvici *fugiens Piratas* Gutheardus *Epiſcopus* Dunelmenſis *dedit ei plures terras*, 39. 58 b. *v. ſupra.*

Barnſtapolenſis Prioratus beatæ Mariæ Magdalenæ, 1024. vide 684.

Donationes plures, 1024. *&c.*

v. ſupra. Bella-Landenſis Abbatia in agro Eboracenſi 1027.

Hiſtoria prolixa fundationis & fundatoris D. Rogeri Molbray, *ibid.*

Johannes Balioll *nuptus* Dervogillæ *filiæ* Alani *de* Galwey, 309. 18 a.

Robertus *de* Bruis *nuptus* Iſabellæ *ſecundæ filiæ* Johannis Scott *Comitis* Ceſtrenſis *& habuit filium* Robertum Bruis 309. 20 a.

Radulphus Baſſet *junior nuptus* Margaretæ *primæ filiæ* Rogeri *de* Somery, 309. 32 a.

Humfridus *de* Bohun *nuptus* Margeriæ *primæ filiæ & cohæredi* Mael Fitzwater *Comitis* Hereford, 320. 7 a. 557. 50 a.

Willielmus *de* Bruis *nuptus* Bertæ *ſecundæ filiæ & cohæredi dicti* Mael, *ibid. ejus progenies*, 20 a. 557. 52 a. *illic vocatur* Phillippus.

Humfridus *de* Bohun *filius* Humfridi *de* Bohun *nuptus* Elianoræ *quartæ filiæ & cohæredi* Willielmi Bruis, 320. 60 b. 557. 60 a.

Bega *plura Monaſteria conſtruxit*. 395. 50 a.

Humfridus *de* Bohun *deſponſavit* Matildem *filiam* Galfridi *filii* Petri, *eorum progenies*, 446. 56 a.

Willielmus *de* Bocland *deſponſavit* Matildam *filiam & cohæredem* Willielmi *de* Say, 447. 58 a. 461. 66 b.

……… *filia* Bruer *nupta* Reginaldo *de* Breoſa, 557. 4 b.

Bartholomeus Burgwaſh *deſponſavit* Iſabellam *filiam* Hugonis *de* Port, 594. 46 a.

Alanus Baſſet *de* Lutnam *deſponſavit* Annam *filiam* Richardi *de* Foxton, 674. 60 a. 677. 42 a.

Braibrokorum *genealogia qui aſſumpſerunt eis nomen de* Leydet, *ex Chriſtiana* Leydet *Domina de* Wardon, 678. 22 b.

Johannes *de* Beleu *deſponſavit* Laderinam *filiam* Petri *de* Bruis, 707. 51 b.

Hugo *le* Bigod *deſponſavit* Matildam *primam filiam & cohæredem* Willielmi Marſhall, *ejus progenies*, 725. 44 b.

Elizabetha *de* Burgo *vidua* Johannis *de* Burgo *Comitis* Ultoniæ *& ſoror* Gilberti *de* Clare *Comitis* Glouceſtrenſis *nupta* Theobaldo *de* Verdon, 725. 56 b.

Bartholomeus *de* Burrow *ſive* Burwaſh *deſponſavit* Elizabetham *ſecundam filiam* Theobaldi *de* Verdon, 40 b. Willielmus Blunt *deſponſavit* Margaretam *tertiam filiam* Theobaldi Verdon *viduam*……Huſſy, 44 a. Sibilla *filia* Johannis de la Bere *nupta* Thomæ Crophall, 725. 46 b.

Elizabetha *filia & cohæres* Bartholomei *de* Badiliſmer *nupta* Edmundo *de* Mortimer, 726. 10 a.

Iſabella Bygod *vidua* Gilberti Lacy *nupta* Johanni Fitz-Geffry, *ejus progenies*, 726. 50 a.

…… le Botiler *de* Hibernia *deſponſavit tertiam filiam* Johannis Fitz-Geffry, 726. 50 a.

Johannes *de* Burgo *deſponſavit* Elizabetham *tertiam ſororem & cohæredem* Gilberti *de* Clare 726. 40 a.

……… Bohun *deſponſavit* Sibillam *quartam filiam* Willielmi Ferrers, *ejus progenies*, 727. 20 a. & 1 b. Willielmus *deſponſavit* Evam *quintam filiam* Willielmi Marſhal, *ejus progenies*, 627. 60 a.

Humfridus *de* Bohun *deſponſavit* Eleonoram *ſecundam filiam & cohæredem* Willielmi Ferrers, *ejus progenies*. 727. 3 b.

Willielmus Buſſy *deſponſavit primam filiam* Walteri Eſpec, 728. 37 a.

Baldwinus *de* Brioniis *miles inclitus de* Normannia *in Uxorem duxit* Albredam *neptem* Willielmi *Conqueſtoris*, *ejus progenies*, 785. 20 a. Richardus *filius ejus* Baro *de* Okehampton *& Vicecomes* Devoniæ, 41 a. *obiit improles, relictâ* Adelizâ *ſorore ſuâ hærede* 106. *ejus progenies*, 60 a.

Drugo la Beveret Flandrenſis Willielmi *Conqueſtoris cognatum interemit, fugit*, 796. 20 b.

Baldwinus *de* Beton *deſponſavit* Hawiſiam *filiam & hæredem* Willielmi *Comitis* Albemarliæ, 797. 18 a.

Beriranus *de* Brikebet *deſponſavit tertiam filiam & hæredem* Stephani *Comitis* Albemarliæ, 797. 63 b.

Petrus *de* Brus *deſponſavit quartam filiam ejuſdem* Stephani *viduam* VVillielmi *de* Romare 63 b.

Humfridus *de* Baſſingham *deſponſavit* Mariam *primam filiam & cohæredem* Symonis *de* Thorn, *ejus progenies*, 838. 36 b.

Willielmus Baldinſun *deſponſavit* Iſabellam *filiam & hæredem* Thomæ *de* Stanlay, 838. 22 b.

Henricus Biſet *deſponſavit* Aubreiam *filiam* Richardi *Conſtabularii* Leiceſtriæ, 860. 38 a.

C

Conſtantinus *magnus* 7. 9 a. 10. 36 b.

Coel *R.* 7. 8 a.

Cnuto *R.* 8. 33 b. *rediens* Roma B. Auguſtinum *in mari videt in forma Epiſcopi, qui liberavit eum à naufragio*, 84. 1 b. 282. 40 *&c.* a. Hulmenſe Cœnobium conſtruxit, & Monaſterium ſancti Edmundi, 291. 10 a.

Ceadwalla *R.* 9. 30 b. 12. 33 a. 18. 66 b. 19. 4 a. 51. 48 b. 99. 64 a.

Guthredus *R.* 9. 44 b. 14. 58 a. 19. 16 b.

Conſtans *R. proditoriè occiſus*, 10. 56 b.

Ceaulinus }
Celricus } *R.* 12. 14 a.
Cutulphus }

Cowlphus *R.* 12. 41 a.

Cerdicus *R.* 14. 41 a.

Cantuarienſem Eccleſiam Cathedralem,

Auguſtinus *Monachus conſtruxit, in honorem Salvatoris Jheſu Chriſti dedicavit, & Metropolitanum inſtituit*, 18. 10 & 40 a. *donationes poſſeſſionam Eccleſiæ Cantuarienſis & donatores cum privilegiis*, 18. 40 b. Ethelbertus *R. An. Dom.* 597. *donavit palatium ſuum infra Civitatem* Doroberniam *pro ſede Metropolitica*, 18. 50 b.
Cenulphs *R.* 19. 1 b.
Celulphus *R.* 20. 18 a.
Celricus *R.* 31. 16 b.

Cantuarienſe Cœnobium Sancti Auguſtini.

Inter Eccleſiam S. Martini *Cantuarienſis & muros Civitatis ſtabat phanum cum indolo in quo* Æthelbertus *R. ante converſionem ejus orare ſolebat. Hoc ab* Æthereo Arelatenſi *Epiſcopo purgatur & in Eccleſiam dedicatur per* Auguſtinum *primum, in nomine S.* Pancratii *Martyris*, 23. 10 b. *Et hanc cum terris adjacentibus S.* Auguſtinus *à Rege obtinuit, in cujus fundo R. hortatu* Auguſtini, *in honorom* Petri *&* Pauli *Apoſtolorum Eccleſiam conſtruxit, & Monachos ibi collocavit, & pro ſepultura tam Regum quam Archiepiſcoporum* Cantuarienſium *deſtinatur*, 23. 20 b. *Abbas primus* Petrus, 25. 10 b. *Charta* E. 3. *pro confirmatione ejuſdem*, 23. 30 b. *bundæ ſive limites ejuſdem ibid. Secundæ Chartæ* Ethelberti *Regis pro fundatione ejnſdem, cum donatione, & collocatione gemmarum, cimeliorum, &c.* 24. 1 *&c.* a. b. *Privilegia quæ almus* Auguſtinus, *Angliæ Apoſtolus, Legatarius amminiſter à Papa* Gregorio, *contulit huic Cœnobio*, 25. 1 a. *De Eccleſiis fundatis ante adventum Normannorum*, 25. 19 b.
Cantuarienſis *Eccleſia ſanctæ* Trinitatis *à Romanis fundata eſt, ſed ab* Auguſtino *conſecrata*, 25. 20 b. Cantuarienſis *Eccleſia* Petri *&* Pauli *extra muros ab* Auguſtino *fundata eſt ſed à* Laurentio *Archiepiſcopo conſecrata*, 25. 25 b.

Chateriz Abbatia in agro Cantabrigienſi, 251.

Ednodus *conſtruxit* 251. 54 b, *idem* Ednodus *per viſionem cuidam fabro factam, & ei patefactam, corpus S.* Ivonis *& ſociorum ſuorum in villa de* **Slepe**, *obſcure conditum effodi curavit & apud* Slepam, *quam S.* Ivonis *nominavit, & Eccleſiam ibi conſtruxit, ſepelivit*, 251. 40 b. *ipſe à Danis interfectus*, 251. 60 b. Elienſi *Eccleſiæ adjicitur* **Chateriz**, 252. 50 a.
Cœmiteria primò in Anglia *intra muros Civitatum introducta*, 25. 45 b. Cuthbertus *enim undecimus ab* Auguſtino *Archiepiſcopus* Romam *ibat pro pallio, & ibi vidit plures ſepultos infra Civitatem* Lateranenſem, *& rogavit à Popa ut in* Anglia *liceret cœmiteria infra civitates facere. Annuit Papa*, 55 b. *in quibus ſubditum fuit Cœnobium* Cantuarienſe; *Eccleſiæ Chriſti* Cantuarienſi, 26. 30 a. *& quid ſolvebat, ibidem.*
Cantuarienſis *Eccleſia S.* Martini *extra Civitatem fuit ſedes Epiſcopalis, qui Epiſcopus domi vel in Civitate ſemper manebat, & vices Archiepiſcopi, qui Aulam Regis frequentabat, per omnia gerebat*, 26. 64 a. *hic mos ad tempora Normannorum duravit, præſul ultimus* Godwinus, 16 b. *cum hic* Godwinus *obiit*, Lanfrancus *Epiſcopus noluit ſubrogare alium, dicens in una Civitate non debere duos eſſe Epiſcopos, ſed Archidiaconum loco ejus ordinavit*, 26. 40 b. *poſſeſſiones Eccleſiæ ſuæ raptas reſtitui curavit*, 51 b. *Abbatiam* Cantuarienſem *in ſuo dominico tenere voluit; & Abbatem providere, & virgam paſtoralem præbere volebat, ſed novus R. abnuit, inquiens, ſe velle omnes baculos paſtorales in regno ſuo tenere*, 54 b.
Cutredus R. 32. 16 a.
Conſtantius R. Scotorum ab Ethelſtano Rege victus, 40. 8 a. 194. 1 b.

Cernellenſe Monaſterium in agro Dorſetenſi, 253.

Primò S. Auguſtino *reſieſtbant populi* Dorſetenſes *illic habituntes, ille, excuſſo pedum pulvere, diſceſſit. Poſtea vero humiliores facti, receperunt, qui eos ad fidem Chriſtianam convertebat.* **Cernel**, *ab Hebraico & Latino vocabulo. Poſtea* Edwoldus *frater* Edmundi *R. & Martyris vitam illic heremeticam degebat, & ibi ſepultus occaſionem dedit* Egelwaldo *prædiviti homini, Cœnobium illic S.* Petro *conſtruendi*, 253. 40 b. *miraculoſus fons*, 254. 10 a. *aliàs habetur quod* Ailmerus *Comes* Cornubiæ *tempore* Edgari *R. condidit.* 254. 32 a. *An. Dom.* 987. Æthelmer *filius* Æthelwerdi *ſatrapa R.* Æthelredi *dotavit*, 254. 3 b.

Certſeienſe Cœnobium in agro Surregienſi, 75.

A. D. 666 regnante Egberto Anglorum *Rege, à* Frithwaldo *Provinciæ* Surrianorum *ſubregulo* Wlferii *R.* Mercianorum, *& ab* Erkenwaldo *fundata eſt domus* **Certſey**, 75. 60 b. *vocatur etiam* **Cirotesege**, 76. 40 a. *dotatur, limites terrarum ad eam ſpectantium*, 76. 33 b. Alexander *Papa confirmat & privilegia largitur*, 78. 14 a. Frithualdus *una cum* Erkenwaldo *Abbate pro ignorantia literarum Signum Crucis expreſſit* 76. 14 b.
Coenredus R. 84. 47 a.
Creches, vaſa ſic dicta, 104. 24 b.
Cynethryth Regina Merciorum 122. 66 a.
Conus *Imperator*, Gunildi Cnuti *Regis filia uxor ejus*, 131. 64 b.
Craneburn *Monaſterium fundatum ab* Hailwardo Snew *&* Algiva *uxore ſua*, 154. 66 a.

Croilandenſe Cœnobium in agro Lincolnienſi, 163.

Rex Ethelbaldus *in memoriam S.* Guthlaci *Anachoritæ, viri eximiè pii, & vatis, cujus corpus poſt annum incorruptum manſit: Monaſterium conſtruxit ibidem, accerſito* Kenulpho *Monacho* Eveſhamenſi. 163. 30 b. *S.* Guthlacus *inſulam* Croilandenſem *à demonibus liberavit*, 163. 60 b. Ingulphus *Abbas, cum dirutum ræedificavit*, 164. 8 a. *dotatur, ibid. ejus limites*, 164. 10 a. Witlaſus *R.* Merciorum *plura donat.* 166. 10 a. Edredus *R. ſuaſu* Turketuli *cognati ſui reparat*, 167. 10 b.
Cuthredus Cantuariæ *R.* 18. 44 b.
Sanctæ Werburgæ *Monaſterium in Civitate* Ceſtriæ, 199. *Fundavit R.* Edgarus *in honorem ſanctæ* Werburgæ *filiæ* Wlpheri *R.* Merciorum *&* Ermenildæ *Uxoris ejus*, 200. 50 a. Hugo *Comes* Ceſtrenſis *noviter fundavit*, 200. 10 a. Hugo Lupus *filius Ducis* Britanniæ, *& Nepos* Gulielmi *Magni ex ſorore ſua, mutavit Collegium S.* Werburgæ, *ubi erant Canonici & Præbendarii, in Collegium Monachorum*, 40 a. *dotatur*, 30 b. *privilegia*, 202. 30 a. Leofricus *reparavit*, 200. 38 a. Ranulphus Meſchines *Comes plura dat privilegia*, 985. &c. *Charitas ſumma in* Elgiva *uxore* Edmundi *Pronepotis* Elfredi *Regis, quæ ut reos damnatos ipſa occulto redimeret preciofius amictus, qui mulieribus nonnullis, leno eſt ſolvendi pudoris, illi erat ſuppellex munificentiæ, ut quàmlibet charam veſtem, ſtatim conſpectò largiretur pauperi, ſpeciem corporis & artificium manuum in ea, livor quoque laudaret, cum nihil reprehendere poſſet*, 213. 40 b.
Carucagium idem quod Portagium, 291. 24 b.

Coventrienſe Cœnobium in agro Warwicenſi, 302.

Leofricus *Comes &* Godiva *uxor ejus, fundarunt & magnificentiſſime dotarunt maximis theſauris, auro argento & poſſeſſionibus*, 302. 30 b. *Brachium Magni* Auguſtini, *ibidem.* Hugo *Coventrienſis Epiſcopus expulit Monachos & inſtituit Canonicos ſeculares*, 303. 5 a. Hubertus Walterus, *Archiepiſcopus* Cantuarienſis *per mandatum ſummi Pontificis introduxit Monachos, quos* Hugo *Epiſcopus expulerat*, 303. 6 a. *An. Dom.* 1190. Willielmus Helienſis *Epiſcopus Apoſtolicæ ſedis Legatus Clerum & plebem oppreſſit. Cum mille Equis procedebat, Monachos dejecit, & Clericos introduxit*, 303. 20 a. *Genealogia* Leofrici *fundatoris*, 304. 30 b. *Dedicatur Eccleſia* Coventriæ *in honorem beatæ* Mariæ *Virginis, S.* Petri *Apoſtoli, & S.* Oſburgæ, 305. 40 b.
Conqueſtus Angliæ, *per* Willielmum *Conqueſtorem hiſtoria*, 310. 64 b.

C:dwelli Cœnobium in agro Menevenſi, Cella de **Shireburn**, 424.

Rogerus Sarisburienſis *Epiſcopus fundavit & dotavit*, 424. 36 b.

Carhovenſis Prioratus in agro Norfolcienſi, 426.

Henr. 1. *fundavit & dotavit* 426. 3 b.

Clerkenwellenſis Prioratus in agro Midleſexiæ, 428.

Jordanus *filius* Radulphi *filii* Briani *fundavit*, 428. 50 a. *& dotavit.*

Coln Monaſterium in agro Eſſexiano, Cella de **Abendon**, 436.

Albericus *de* Ver *Regis Camerarius fundavit*, 436. 60 a. *fit Monachus illic ubi etiam tumulatur*, 438. 50 a.

Canewellenſe Cœnobium in agro Stafford enſi, 439.

Geva *filia* Hugonis *Comitis* Ceſtrenſis, *& uxor* Galfridi Riddell *fundavit*, 439. 30 b. *dotavit, ibid.*

Campeſſenſe Cœnobium in agro Suffolcienſi, 490.

Teobaldus *de* Valoniis *fundavit*, 490. 24 b. Henricus *Comes* Lancaſtrenſis, *&* Matilda *ſoror ejus Comitiſſa* Ultoniæ, *Cantariam ibidem fundarunt*, 490. 40 a.

Cuſtos Angliæ Edvardus *filius* Edvardi *R*. 495. 3 b. 596. 66 a

Cuſtos Angliæ Humfridus *Dux* Gloceſtriæ 575. 50 b.

Chirburienſe Cœnobium in agro Salopienſi, 500.

Tranſfertur ad Monaſterium de **Snede**.

Creſwellenſis Prioratus in agro Herefordenſi, 504.

Walterus *de* Laſcy *fundavit*, 504. 10 b.

Ceſtrenſe Cœnobium Monialium, 507.

Ranulphus *Comes* Ceſtrenſis *fundavit*, 507, 54 a.

S. Clementis juxta Eboracum, Prioratus, 510.

Thurſtinus *Epiſcopus* Eboracenſis *fundavit*, 510. 4 b.

Ceſterhuntenſis Prioratus in agro Herefordenſi, 512.

Clivenſe Cœnobium in agro Somerſetenſi, 530.

Willielmus Romare *&* Lucia *uxor ejus fundarunt*, 531.

Cantuar. Domus Monialium *S*. Sepulchri, 545.

Gulielmus Calvet *fundavit*.

Cannington Prioratus Monialium, 545.

Robertus Curcy *Comes* Northumbrenſis *fundavit*, 545.

S. Catoci in Wallia Abbatia, 546.

Concen Abbas.

Covenhamenſe Cœnobium in agro Lincolnienſi, Cella S. Karilephi apud Cenomannenſes, 555.

Willielmus *Conqueſtor fundavit & dotavit*, 555. 30 b. *unitur Cœnobio de* **Kirkſted**, 556. 10 a.

Cogeſenſis Prioratus in agro Oxonienſi, Cella Abbatiæ de Fiſchamp, 573. 34 b.

Manaſſes Arſic, Robertus *filius ejus, & Uxor fundabant*, 573. 36 a.

Cluniacenſis *Ordo, unde dictus*, 611.

Cliffordenſis Prioratus in agro Herefordenſi, Cella de **Lewes**, 623.

Simo *filius* Richardi *filii* Pontii *qui fuit Dominus de* **Clifford**, *& Anteceſſor Comitiſſæ* Lincolniæ *fundavit*, 623. 22 b. *quod non eſt alienigena*, 50 a. *ſubjicitur Prioratui de* **Lewis**, 66 b.

Caſtle-Acrenſis Prioratus in agro Norfolcienſi, 614.

Willielmus *Comes* Surriæ *fundator*, 624. 10 b. *dotavit, ibid. de fundatione Eccleſiæ*, 630. 20 a. *de omnibus Eccleſiis*, 40 a. *quod non eſt alienigena*, 20 b.

Carrucatæ 13 *faciunt feodum Militis*, 661. 34 b.

Ciſtercienſis Ordo.

An. Dom. 1098. Robertus Moliſmenſis *Eccleſiæ in Epiſcopatu* Lingonenſi *primus Abbas, & quidam ejuſdem Cœnobii fratres,* Hugonem *Archiepiſcopum* Lugdunenſem, *& tunc Apoſtolicæ ſedis Legatum adibant, vitam ſuam ſub cuſtodia ſanctæ Regulæ patris* Benedicti *ordinaturos pollicentes & ad hoc liberius exequendum Apoſtolicæ authoritatis robur flagitabant, annuit legatus*, 695. *Abbas cum* 21 *Monachis relicto* Moliſmo, *ad eremum,* Ciſtercium *dictum tetenderunt. Et* Otto *Dux* Burgundiæ *inceptum Monaſterium conſummavit*, 696. *fit Abbatia authoritate Apoſtolica* 696. Moliſmenſes *Monachi Abbatem ſuum* Robertum, *quatenus rediret, precantur, redit ille cum quibuſdam Monachis qui eremum non diligebant.* Albericus *fit Abbas* Ciſtercienſis, 697. *Inſtituta Monachorum* Ciſtercienſium, *de triſtitia eorum*, 699. *Schiſma horribile ortum inter Abbatem* Clarevallenſem *&* Ciſtercienſem, 702. Ciſtercienſium *Ordo An. Dom.* 1128. *primo venit in* Angliam, 703. 20 a.

Cumberenſe Cœnobium in agro Ceſtrenſi, 764.

Hugo Malbanc *fundavit, An. Dom.* 1133. 764. 12 a.

Caldraenſis Abbatia in agro Cumbrienſi, 774.

Ranulphus Meſchines *fundator*, 1134. *An. Domini*.

Cogſhalenſis Abbatia in agro Eſſexiano, 821.

An. Dom. 1142. *fundator à* Stephano *Rege &* Matilda *uxore ſua*, 821. 50 b.

Cumhirenſis Abbatia in agro Pembrochiano, 825.

An. Dom. 1143. *fundatur per* Cadwathel *&* Ap Madock, 825. 20 a. Lewellinus *Princeps* Walliæ *borealis donationes confirmat*, 50 a. *Corpus ſuum ſuper altare beatæ* Mariæ *de* Salley Willielmus Vavaſour *offert, ita quod in illa domo ſepulturam habeat*, 845. 30 b.

Cumba Cœnobium in agro Warwicenſi, 882.

Richardus *de* Camvilla *fundavit & dotavit*, 882. 30 b. *Caſtanearum decimæ infra foreſtam de* **Deane** *donantur Abbatiæ de* **Flexley**, 884. 38 a.

Clunokvaurenſis Abbatia in Wallia, 892.

Guithin *fundavit*, 40 a.

Codenhamenſis Prioratus in agro .... 910.

Euſtachius *de* Merch *fundavit*, 910. 40 b.

Croxdenenſis Abbatia in agro Staffordienſi, 912.

Primo apud **Choten**, Bertramus *de* Verdon *dedit Monachis de* **Alveton** *terram ad fundandam Abbatiam ibidem tranſfertur ad* **Croxden**, 912. 10 b. *Abbatum Catalogus, ibid.*

Carthuſianorum *Ordinis origo* Cartuſia, *locus ſic dictus, denominationem dat*, 949. 1 a. *Inſtituta Ordinis*, ibidem.

Carthuſienſe Cœnobium in Suburbio Civitatis Londini, *La Salutation Mere Dieu* nuncupatum, 961.

Walterus *Dominus de* **Manny** *fundavit in loco vocato*, **New-church-hawe**, 961. 40 a.

Coeleſtinorum *Ordo*, 973. 40 a.

D. Thomas Caily *in uxorem duxit unam filiarum et cohæredum* Roberti *de* Tatſall, *et habuit* Thomam Caily *filium et hæredem qui obiit ſine hærede*, 337. 54 a.

Rogerus *de* Cliſton *Armiger in uxorem duxit ſororem D.* Thomæ Caily *et hæredem fratris ejuſdem. vide plures deſcendentes de* **Clifton**, 337. 60 a.

Chriſtiana *Virgo, ejus miracula et vita Heremitica v.* **Margate** Monaſt. 350.

Hugo *de* Creſcy *duxit in Uxorem* Margaretam *filiam et hæredem* Willielmi *de* Caineto *filii* Roberti Fitzwalter *&* Sibillæ *Uxoris ejus filii* Radulfi *de* Caineto. *Progenies de* **Creſcy**, 415. 54 a. 867. 16 a.

Eva *filia & hæres* Johannis *filii* Roberti *filii* Rogeri *denominata* **Clavering** *per* Edvardum *primum à principali Manerio ſuo, nupta* Thomæ *de* Audele *qui moriebatur ſine prole*, 415. 20 b. *Secundo nupta* Radulfo *de* Ufford, *tertio nupta* Jacobo le Audele, *quartò nupta* Roberto Benhall *militis, ibid.*

Liulphus Cutwlph *ſic dictus, quia ſedens in foreſta de* **Roſſendale** *reſpiciendo canes ſuos currentes, lupum quendam juxta ſe currentem decaudavit*. 658. 42 a.

Gaufridus *Cuſtos Eccleſiæ de* **Whalley** *duxit in uxorem filiam D.* Goſpatrici *de* Camelsbury *de qua genuit filios & filias, de quorum progenie multi adhuc nobiles in partibus illis manent, & filius ejus* Galfridus *ſucceſſit ei quaſi nomine hæreditario*, 658. 46 a.

Henricus *de* Chandri *cujus filiam & hæredem* Robertus *de* Nuiers *deſponſavit*, 676. 40 b.

Johannes *de* Curcy *Conqueſtor* Ultoniæ *qui diruit Abbatiam de* **Carryk**, *& aliam conſtruxit in Inſula de* **Yniſcuſcre**, 710. 10 b.

Johannes Crophull *deſponſavit* Margaretam *tertiam filiam* Theobaldi *de* Verdun *viduam*.... Huſſey *&c.* .... Blunt. *ejus progenies*, 725. 44 b.

Rogerus Clifford *deſponſavit unam filiarum* Johannis Fitz-Jeffrey, 726. 54 a.

Gilbertus *de* Clare *deſponſavit* Iſabellam *tertiam filiam* Willielmi Marſhall *ejus progenies*, 728. 18 b.

Johannes *de* Carrew *deſponſavit* Alionoram

horam *filiam* Willielmi *de* Ferrers 727. 11 a.
Johannes *de* Creſſey *ſenior deſponſavit* Joannam *filiam* Henrici *de* Mortimer, 727. 40 a.
Willielmus *de* Cantilupo, *deſponſavit* Evam *tertiam filiam* Willielmi *de* Ferrers, *ejus progenies*, 727. 5 a. 557. 66 b.
Reginaldus *de* Courtney *deſponſavit* Hawiſiam *filiam & hæredem* Roberti *de* Abrincis *&* Aliciæ *uxoris ejus* 786. 30 a. *ejus progenies.*
Robertus *Conſul filius* Nothus Henr. 1. *deſponſavit* Aliciam *viduam* Roberti *de* Abrincis, *ejus progenies, ibid.*
Willielmus *de* Courtney *filius* Reginaldi *deſponſavit* Matildam *filiam & hæredem* Roberti *Conſulis Nothi*, 40 a.
Courtneiorum *ſtemma regale*, 60 a. *illorum genealogia & hiſtoria, ibid.*
Nicholaus *de* Cantilupo *Miles Dominus de* **Ilkeſton** *cujus avus paternus deſponſavit* Euſtachiam *filiam & hæredem* Radulfi *de* Greſeley *&* **Selleſton**, 963. 33 a. *ejus progenies, ibid.*
Robertus *de* Chandos, *ejus genealogia, liberi*, 150. 30 a.
R. *de* Clare *genealogia*, 156. 20 a. 535, &c.
Galfridus *&* Willielmus *de* Chamvilla, *Donatores Monaſterii de* **Perſhore**, 205. 40 a.
Johannes Cheney *deſponſavit* Iſabellam *viduam* .... Mortimer *&* Willielmi Muſſenden, 542. 66.
Coſpatricius *baſtardus* Alani *filii* Waldevi *filii* Goſpatrici *de* Dunbar, 400. 2 b.

Sancti Clari Prioratus in Wallia, 1026.

Tres illic Monachi cum Priore.

D

S. Dunſtanus *Archiepiſcopus*, 4. 10 a. S. *Domp. R.* 9. 17 b.
Decimæ v. Athulphus R.

Dunelmenſe Cœnobium, 38 b.

An. Dom. 635 *Rex* Oſwaldus *ſedem Epiſcopalem in Inſula* Lindisfarnenſi *conſtituit, &* Aidanus *Monachorum habitationem inſtituit*, 38. 40 b. Curthbertus *conſecratur Epiſcopus* Lindisfarnenſis *An. Dom.* 685. *cui* Egfridus *R. plures terras contulit*, 39. 40 a. *plures terræ S.* Cuthberto *collatæ*, 39. 26 b. *tota terra inter* Tinam *&* Teſam *S.* Cuthberto *donatur*, 40. 43 b. *Magna pari illius terræ per* Danos *ablata, ſed per R.* Ætnelſtanum *reſtituta*, 40. 50 b. *circa annum D.* 1074. *quidam Prior in Monaſterio de* **Winchelſcomb**, Aldwinus *cum* Elfwio *&* Reinfrido, *venerunt ad* Eboracum *&* **Moncheſter** *nunc* Novum Caſtrum *appellatur, quibus Pontifex* Walcherus *dedit Monaſterium in* Giruum *cum appendiciis, & per hos tres Monachos, tria in Regione Nordanhumbrorum inſtaurata ſunt Monaſteria, unum* Dunelmiæ *in honorem beatæ* Mariæ *Virginis, & S.* Cuthberti, *aliud in* **Leſtingham** *de quo venerunt Monachi ſanctæ* Mariæ Eboraci, *tertium in* **Streneſhalgh**, *i. e. ſinus fari, nunc* **Whythy**, 41. 52, &c. a. *An. Dom.* 1082. Gregorius *Papa quam plurimas libertates ſedis* Dunelmenſis *confirmat*. Lindisfarnenſem *&* Haguſtaldenſem *Epiſcopatus cum plurimis Maneriis concedit*, 42. 20 a.
Canonici Dunelmenſes *in monachos mutantur*, 44. 30 a.
Privilegia Epiſcopatus Dunelmenſis Theodorus Cantuarienſis *&* Thomas Eboracenſis *Archiepiſcopus confirmant*, 44. 47 b.
Dunowallo Molvicius *R. Britonum*, 50. 31 a.
Didanus *R.* Oxoniæ *&* Safrida *Uxor parentes S.* Frideſwidæ, *v.* Oxon *S.* Frideſwid 173.

Derehamenſe Cœnobium in agro Norfolcienſi, 176.

S. Wilburga *filia* Annæ *R. Orientalium* Anglorum *condidit, illic ſepelitur. Sed Virginale illud Monaſterium irruptione Paganorum in vulgarem parochiam eſt deſtitutum &* Wilburgæ *corpus ad Monaſterium* Elienſe *transfertur.* Edgarus *R. dotavit, An. Dom.* 798. *S.* Wilburgæ *corpus poſt annos fere* 500 *incorruptum invenitur*, 176. 40 a.
The Divell of Drakelow, *i. e. Diabolus* Drakeloenſis, *unde proverbium*, 272. 66 a.
Diſcipuli duodecim Philippi *Apoſtoli*, 3. 52 b.
Delferus Conſul nequiſſimus, & ſacrilega vermibus exeſus, miſere periit, vide **Perſhore** *Monaſt.* 203.

S. Dogmaelis Monaſt. in comitatu Penbrochiano, Cella Cœnobii Tyronenſis, 444.

Martinus *de* Turribus *fundavit*, 444. 65 b.

Depingenſis Prioratus in agro Lincolnienſi, cella de **Thorney**, 469.

Baldwinus *de* Wac *fundavit & dotavit*, 569. 10 a.

Dunſterenſis Prioratus in agro Somerſetenſi, 477.

Johannes *de* Mohun *dominus de* **Dunſter** *fundavit & dotavit*, 477. 12 a.

Denneenſis Abbatia in agro Cantabrigienſi, 492.

Robertus *Camerarius Comitis* Britanniæ *fundavit*, 492. 10 b.

Davingtonenſis Prioratus in agro Cantiano, 501.

Donationes, 401. 4 b.

Derbienſis Prioratus in agro Derbienſi, 505.

Extentu terrarum, 506. 12 a.

Durford Abbatia, 545.

Henricus Huſey *miles fundator*. Henricus Guldeford *miles benefactor*.

Docunn Abbatia in Wallia, 546.

Sulgen *Abbas.*

Deorhyrſtenſe Cœnobium in agro Gloceſtrenſi, Cella S. Dioniſiii in Gallia, 547.

Willielmus *Conqueſtor dotavit*, 547. 50 a.

Dudleienſis Prioratus in agro Staffordenſi, Cella de **Wenlock**, 914.

Domeſday Booke. (*volumen in Scaccario ſic dictum*) *deſcriptum, An. Dom.* 1081. 16 Willielmi *Conqueſt.* 639. 54 b.

Daventrienſis Prioratus in agro Northantonienſi, 672.

Matildis Senitliz *fundavit, & cum pluribus aliis dotavit*, 672. 20 a. Stephanus *de* Welton *quia donarat* **Staverton**, *ſed non ſcripto nec ſigillo confirmarat, ideo firmiter ſub ſigillo dat, abſque aliquo ſervicio præter* Danegeldum *Domino Rege in tempore ſuo*, 675. 40 a. Thomas Braybroc *qui ſubtraxerat Eccleſiam de* **Braybroc** *ab hoc Monaſterio, huc venit & vadimonio ſuo ſuper altare poſito, elemoſinam in ſatisfactionem erroris dedit, & in fratrem à Monachis ſuſceptus*, 677. 12 b.
David *R. Scotorum*, 680. 20 b.

S. Mariæ Abbatia juxta Dubliniam in Hibernia, Celha de Buldewas 782. fundata An. Dom. 1139.

Dorenſis Abbatia in agro. Herefordenſi, 862.

Dotatu per Robertum *Comitem de* Ferrariis, *& alios*, 862. 40 b.
Decimæ Caſtanearum, v. Caſtanearum.

Deulacrenſis Abbatia in agro Ceſtrenſi, 890.

Robertus Pincerna *fundavit abbatiam de* **Pulton** *filiam de* **Cumbermere**, *quæ ad* **Deulacres** *trasfertur per* Ranulphum *Comitem* Ceſtrenſem *An. Dom.* 1214. 890. 40 a. *quare* **Deulacre** *vocatur*, 24 *b.* Ranulphi *Comitis* Ceſtrenſis *hiſtoria. Precibus Monachorum Dæmones qui eum vexabant, ſopiti*, 50 a. Conſtantiam *comitiſſam* Britanniæ *Uxorem ſuam repudiat &* Clementiam *filiam* Radulfi *de* Fugers *in Uxorem duxit.* Ranulphus *avus ſuus per viſionem apparuit ei, ut Monaſterium conſtrueret ſuadet. Unde* **Deulacres** *fundat*, 60 a. *ponit ipſe primum lapidem*, 24 b. *apud* Hieroſolymam *glorioſa præſtat, capitur* Damietta, *in tempeſtate maris periclitatur, precibus Monachorum de* **Deulacre** *liberatur*, 30 b. *finalis concordia inter Domum de* **Deulacres & Croxden**, 891. 51 b.

Dunkwellenſis Abbatia in agro Devonienſi, 925. fundata An. Dom. 1201.

Willielmus *Prior dedit* **Durkwell**, 925. 2 b.

Dernhallenſis Abbatia in agro Ceſtrenſi, poſtea ad vallem Regalem tranſlata, 936.

Edwardus *filius primogenitus H. tertii, ex voto aliquando in periculo maris conſtitutus, fundavit & dotavit*, 936. 40 a. *transfertur ad locum qui* **Wheternehalewes & Muncchenefwro** *vocatur, quem* Vallem Regalem *fecit nominari*, 937. 1 a.

Delſerus Comes nequiſſimus, & ſacrilega vermibus exeſus, miſere periit, v. Perſhorenſe *Monaſter.* 203.

David filius Lewellini *Principis* Walliæ *in uxorem duxit* Iſabellam *primam filiam & cohæredem* Willielmi Brews *&* Evæ *Uxoris ejus filiæ* Willielmi Mareſchalli, 320. 57 b.

Simo *de* Dribi *in Uxorem duxit unam filiarum & cohæredem* Roberti *de* Tatſal, 337. 72 a.

Willielmus *filius* Duncani *Comes de* **Murratſe** *nepos & hæres* Alani *filii* Waldewi, *ejus progenies*, 400. 26 a.

Walterus Devereux *deſponſavit* Agnetem *filiam & hæredem* Thomæ Crophall, *ejus progenies*, 715. 50 b.

Rogerus Dammori *deſponſavit* Elizabetham *filiam* Willielmi *de* Burgo, 726. 50 b.

David Menevenſis *Archiepiſcopus, cui Chriſtus manum digito perforavit, et ſic perforatus, multis videntibus, craſtino apparuit*, 1. 40 n.

E

EDgarus *Rex*, 48 a. 24. 33 b. 5 22 a. 7. 28 a. 7. 36 a. 28 b. 10. 42 a.

Eſtnilda *Regina ſua.* 269. 61 b.

Edgarus *R. Princeps bonus, in ejus ortu S.* Dunſtanus *Angelicam vocem audivit in hæc verba: Pax* Angliæ *non deerit, quamdiu pater iſte regnaverit*, 33. 20 a. *multa reformavit in Eccleſia* Wintonienſi, *ibid.* Athelwoldum, *pulchræ uxoris gratia, interfecit*, 33. 10 b. *iſta uxor* Edvardum *filium* Edgari *ſica transfodi curavit*, 33. 20 b. 256. 20. &c. *v. Amores illiciti.*

Edmundus *ſenior R.* 4. 32 a. 47. 68 a. 5. 22 a.

Elfleda *Regina*, 4. 8 b. 10. 7 a. 15. 4 b.

Ethelſtanus *R.* 5. 22 a. 7. 23 a. *unum Regem* Scotorum. 5 *Reges* Dacorum *&* 12. *Comites uno certamine vitâ privavit. Summa pax in diebus ſuis, ſepultus* Malmesburiæ, 32. 60 b. Ludwallum *Regem* Wallorum *&* Conſtantinum *Regem* Scotorum, *cedere regnis compulit, ſed reſtituit, pronuntians, glorioſius eſt, Regem facere, quam Rex eſſe. Miraculoſum factum, cum Rex gladio percuſſit ſcopulum lapideum juxta Caſtrum de* **Dunbarr**, *quod uſque hodie ad menſuram ulnæ ex ictu cavatur. Hoc pro ſigno victoriæ*, 40. 10, &c. a. 193, &c. a. b. Athelſtanus.

Edmundus *R.* 17. 23 a. 10. 13 a. 10. 67. a.

Edvardus *ſenior R. ibid.*

Edvardus *R. et Martyr.* 7. 31 a. *v. S.* Edm. *Monaſterium.*

Edmundus Ironſide, 7. 33 a.

Egelredus *R. ibid.* 19. 63 a. 21. 28 a.

Egbertus *R.* 9. 57 b. 14. 41 b. *Subjugavit ſibi* Cantiam, Suthriam, *auſtrales & orientales* Saxones. *Vincit* Bernulfû Merciorum *Regem, & per* Ethulfum *filium ſuum Clericum vincit* Cantianos *&* Anglos *Orientales, & ulterius proceſſit vincendo ad ingreſſum* Scotiæ, *& illic reſtitit, ut hæredibus ſuis aliquid relinqueret adquirendum*, 32. 54 a. Wintoniæ *R. totius* Britanniæ *coronatur*, 32. 4 b. *edixit, ut* Inſula, Angliæ *vocaretur, &* Juri *&* Saxones *vocarentur* Angli. *Sepultus* Wintoniæ, 32. 8 b. 88. 30 a.

Ethelbaldus *R.* 10. 1 a.

Elfreda *Regina*, 10. 17 a, *v. Amores illiciti.*

Edredus *R.* 10. 29 a. 20. 65 b. *Rex pius admodum, ejus mors per vocem de cœlo S.* Dunſtano *E. notificatur*, 33. 32 a. 86. 50 a.

Edwinus *R.* 10. 36 a. *die quo conſecratus erat in Regem, in nefarium concubitum ruit*, Dunſtanum *Abbatem in* Flandriam *relegavit*, 16. 40 a.

Eſtwinus R. 12. 3 b.

Edilburga Regina, 14. 29 a. 14. 41 a.

Ethelardus R. 14. 41 a.

Elſgiva Regina, 17. 18 a.

Edvardus Clito patris ſui Edgari, *ibid.*

Ethelbertus R. 18. 48 b.

Ethelbaldus filius ejus, ibid.

Eadbright, R. 19. 15 a

Eadbertus R. 19. 20 a. 27. 14 a.

Ethelwlphus R. 20, 50 a.

Etheldredus R. 20. 62 a.

Edwlphus R. 19. 39 a.

Eadmundus R. Cantiæ, 19. 42. a.

Eardulfus R. 20. 59 b.

Eadgiva Regina. 20. 65 b.

Ediva Regina, 21. 44 a.

E. Edvardus R. 21. 48 b. 22. 7 a.

Edvardus Princeps filius E. tertii, 22. 46 b.

Edvardus 3 *R.* 22. 52 b.

Eadbertus R. Cantuariorum, 27. 29 b.

Emma Regina, uxor Etheldredi, *Mater* Edvardi *Regis, & confeſſoris, purgat ſe* 9 *igneis vomeribus, ob ſuſpitionem adulterii cum* Alwino *Epiſcopo* Wintonienſi, *liberaliter donat eccleſiam* Wintonienſem, 35. 10, &c. a. 286. 8 a.

Edwardus R. Confeſſor Godwini *filiam ducit, ejus ope fit R. ſuaſu* Roberti *Archiepiſcopi* Cantuarienſis, Godwinum *a Conſiliis amovet, matrem* Emmam *in Monaſterium recludit*, Alwinum *Epiſcopum* Wintonienſem *Epiſcopatus ſui terminos tranſgredi prohibet*, 34. 10 b. Leo *Epiſcopus Romanus à voto ſuo, adeundi limina apoſtolorum, abſolvit eum*, 60. 50 a. Weſtmonaſterienſem *Eccleſiam conſtruxit*, 60. 20 b. *S. reliquias confert, ibid.*

Ethelardus R. 32. 10 a.

Ethulphus R. 32. 12 a.

Elfrida Regina, 33. 32 b.

Egfridus R. 39. 34 a. *vide* **Wiremuth** *Monaſter.*

Ermenburga Regina Egfridi *poſt mortem Regis fit ſanctimonialis*, 39. 42 a.

Edgarus filius Malcolmi *R. Scotorum terras Eccleſiæ Dunelmenſi contulit*, 45. 2 b. *Willielmum Regem* Anglorum *Dominum ſuum vocat*, 14 b.

Eadwus R. 50. 18 a.

Eadgitha Regina, 52. 9 b.

Eſicius, v. Piſcis.

Edilbaldus R. 63. 30 a.

S. Edmundus R. per Danos *captus, ſtipiti alligatus ſagittis confoſſus*, 70. 50 a. *v. S.* Edmundi *Monaſter.*

Ermenilda Regina Poedi *Regis uxor*, 70. 18 b.

Eadgitha mater Edredi *R.* 86. 65. b.

Elienſe Cœnobium in agro Cantabrig. 87.

An. Dom. 673 Etheldreda *virgo conſtruxit, & illic fit prima Abbatiſſa*, 87. 20 b. *à* Danis *combuſtum, ibid. An. Dom.* 970.

Ethelwoldus Epiſcopus facta conventione cum Rege Monachos introduxit, & An. 1108. 9 H. 1. *tranſmutatur in Epiſcopatum per Papam* Paſchalem, 85. 50 b. 88. 10 b.

Ethelburga filia Annæ *Regis* Anglorum *Orientalium, virgo manſit, monialis fit, ejus corpus ſeptem annos poſt mortem, intemeratum invenitur*, 89. 20 a.

Elſtritha Regina Brithnodum *Abbatem* Elienſem *interficit*, 87. 44 b.

Edwoldus R. 88. 20 a.

Ercombertus R. Cantii, *ibid.* 199. 56 b.

Erminilda Regina filia Ercomberti *uxor* Wlſheri *Regis* Cantii *fit monialis apud* Shepeiam, *poſtea Abbatiſſa* Elienſis, *ibi moritur*, 88. 30 b.

Erkengitha filia Ercomberti *Regis fit Monialis apud* **Brige** *in* Gallia, *illic moritur*, 89. 1 a.

Ethelburga filia naturalis Annæ *Regis*, 89. 19 a.

Ethelbaldus R. Merciorum, 111. 40 a.

Eveſhamenſe Cœnobium in agro Wigornienſi, 144.

Beatus Egwinus *Epiſcopus, ex Regali proſapia, fundavit*, 144. 3 a. *miraculum compedum*, 144. 40 a. & 20 b. *quando* Romam *venit, campanæ urbis per ſe ſonuerunt*, 144. 14 b. *dotatur à* Kenredo *R. Merciorum &* Offa *Rege* Anglorum *Orientalium*, 145. 50 b. *limites terrarum*, 145. 18 b. *viſio beatæ* Mariæ *Virginis* Egwino *Epiſcopo*, 146. 50 a. *Conſuetudines & ordinationes Monaſterii*, 60 b. *Redditus Officiis Monachorum aſſignati*, 147. 50 b. Othneienſe *Monaſterium Cella de* **Eveſham**, 150. 16 a. **Hethom** *prius nuncupatur*, 150. 46 b. *Nomina Abbatum, ibid.*

Ethelwoldus R. Saxoniæ, 153. 44 b.

Egferdus R. 163. 54 a.

Etheldnitha Offæ *Regis filia, Regina Ethelberti* Regis *& Martyris.* 163. 60 b.

Egwina Regina Alfredi *Regis*, 191. 6 b.

Egbrightus R. fundavit Monaſterium de **Polleſworth**, 197.

Edvardus Sanctus vocatur R. **London**, 210. 26 a.

Elſwitha Regina, v. Winton. Cœnob. 21. 2 a.

Elgiva v. **Shaftsbury** *Monaſt.* 213.

Elfredus R. 213. 30 b.

Exonienſe Cœnobium in agro Devonienſi, 220.

An Dom. 968. Eadgarus *R. Monachos in* **Exceſtre** *collocavit*, 220. 8 b. Formoſus *Papa literas minatorias dat* Edvardo *filio* Alfridi *Regis* Anglorum *ad reſtituendum Epiſcopatus abolitos. R. conventâ ſynodo cum* Plegmundo *Archiep. plures Epiſcopatus reſuſcitavit*, 220. 60 b. *An. Dom.* 1046. *R.* Edvardus *filius* Ethelredi, *dedit Epiſcopatum* Cridionenſis *Eccleſiæ &* Cornubienſis *Eccleſiæ*, Leofrico *Capellano ſuo, &* Leonis *Papæ literis transfertur ad civitatem* Exonienſem, *& rex per brachium dexterum, & Regina per ſiniſtrum ducebant* Leofricum *in Cathedram Pontificalem in Monaſterio illo*, 221. 1 a. *dotatur*, 221. 14 b. *ſacra utenſilia*, 222. 20 b. *Reliquiæ*, 223. 40 a.

Eſſebyrht
Edmund
Eadred
Ealfrid } *filii Regis* Atheldredi, 258. 45 a.

Alfric
Ælfhelm } *Duces*, 258. 60 a.

Eyneſhamenſe Cœnobium in agro Oxonienſi, 258.

Æthelmarus ab Æthelweardo *genero ſuo mutuando accepit locum* **Eyneſham** *juxta fluvium* Tamiſiæ, *illic monaſterium conſtruxit, Rege* Ethelredo *conſentiente*, 258. 60 a. *dotatur*, 259. 60 a. *limites & bundæ poſſeſſionum*, 260. 40 b. *Cœnobium monachorum S.* Mariæ *apud* **Stow** *Comitatu* Lincolnienſi *adjicitur huic Monaſterio*, 262. 10 a. Godiva *uxor* Leofrici *conſtruxit Eccleſiam* **Stow**, *& dotavit* 262. 20 a. *Epiſcopus* Lincolnienſis Remigius, **Slatford** *prædium bonum habet in excambium pro* Stowa, 263. 1 b. 264. 58 a. *deſolatum reparat* Henricus *ſenior R.* 265. 20 a.
Elfgiva Regina uxor Canuti *R.* 283. 40 b.
Egeda Regina Edvardi *Regis & confeſſoris*, 253. 24 b.
Equus ante feretrum defuncti deferri ſolebat & offerri, 297. 10 a.

S. Edmundi Cœnobium in agro Suffolcienſi, 284. A. D. 87 a.

Inguar & Hubba *Danus* Angliam *depopulantur*, Edmundum *Regem crudeliter ſagittis confodiunt & obtruncant*, 284. 44, &c a. *caput ejus inter vepres abſcondunt, Chriſtiani poſtea quærunt, & clamantes ubi es? ubi es? caput reſpondet*, **her**, **her**, *i.e. hic, hic, lupus horribilis caput inter brachia complectens, dimiſit illud, ſed ſequebatur ad locum ſepulturæ. Baſilica permaxima in eo loco*, **Hoxon** *vocato, in villa Regia*, **Bedrickeſworth**, *conſtruitur*. Oſwena *mulier pia, ad Martyris ſepulchrum per multos annos, revulſo beati Martyris mauſoleo, in Cœna Dominica ejus attondebat capillos, & ungues præcidebat, quæ omnia collegit, & ſuper altare poſuit, ubi conſervantur*, 285. 1 b. *An. Dom.* 1020 *Rex* Canutus *fundavit Monaſterium & tot prædiis ampliavit, ut omnibus fere Angliæ Monaſteriis meritò præferatur*, 285. 56 b. *Baſilicam etiam ſupra corpus conſtruxit*, 286. 1 a. *ejectis Clericis induxit Monachos*, 286. 9 a. *Nomina Monachorum* 60 a. *Nomina eorum qui debent habere mandata in cœna Domini cum monachis viventibus*, 26 b. *Metæ* 289. 50 b. *quædam loci memorabilia*, 290. 1 b. *donationes*, 291. 30 a. 294. 34 a.
Teſtes de incorruptione Corporis S. Edmundi 293. 10 b. Swenus *R. nocte Purificationis à S.* Edmundo *apud* **Gainſburgh** *lancea perfoſſus*, 294. 4 a. *Abbatum nomina*, 295. 30 a. *Carta diviſionis portionis Abbatis & Conventus*, 297. 24 a. *Nomina Sacriſtarum*, 300. 20 a. *Jura Cellerarii*, 302. 4 a.
Edwinus R. Nordanhumbrorum 333. 60 a.

Exonienſis Prioratus S. Nicholai, Cella Abbatiæ de Bello, 352.

Willielmus *R. Conqueſtor fundavit & dotavit*, 352. 40 a.

Eyenſe Cœnobium in agro Suffolcienſi, 356.

Robertus Malet *fundavit & dotavit*, 356. 27 a. *de Janitore ad portam*, 358. 20 b.
Quod Prioratus iſte de cætero ſit indigena, 359. 20 a.

S. Mariæ Eboracenſe Cœnobium, 282.

Alanus *filius* Eudonis *comes* Brittanniæ & Richmundiæ *dotavit regnante* Stephano *Monarcha*, 385. 16, &c. a. *dimiſſio pro penſionibus & portionibus per* Willielmum Eboracenſem *Archiepiſcopum, &c.* 392. 4 a. *Series Abbatum*, 394. 64 b.
Ethelmundus R. Merciorum, 421. 66 b.

Ewiacenſe Monaſterium in agro Herefordenſi, 413.

Heraldus *Dominus de* **Ewias** *& Robertus filius ejus fundarunt & dotarunt*, 413. 60 a.
Ethelwolphi R. Saxonum occidentalium ſepultura, 423. 54 a.
Excommunicati, ſcilicet Gaufridi Mandevill *Comitis* Eſſexiæ, *corporis plumbea capſula incluſi ſuſpenſio in arbore torva*, 450. 54 a.

Edwardeſton Monaſterium in agro Suffolcienſi, Cella de **Abyndon**, 468.

Hubertus *de* Monte-Caniſio *fundavit & dotavit*, 468. 57 b.

Eaſt-Eaſborn Prioratus Monialium, 545.

Johannes *de* Bone *Miles, primus fundator, modernus* David Owen *Miles*.

Sancti Egidii in Boſco, 545.

Rogerus Tony *Dominus de* **Tony** *Dominus de* **Flamſted** *fundator*.

S. Trinitatis Eboracenſis Prioratus, Cella Majoris-Monaſterii in Gallia, 563.

Radulfus Paganellus *fundavit*, 563. 58 b.
Eboracenſis *Archiepiſcopus* Willielmus, *dum ſacris altaribus inſtaret inter offerendum, hauſto (ut dicitur) in calice veneno, extinctus eſt*, 748. 16 b.

Eſſeholtenſe Monaſterium in agro Eboracenſi, Cella de **Sunningthwait**, 828.

Galfridus *filius* Bertrami Haget *fundavit*, 829. 16 a.

Epworthenſe Cœnobium infra Inſulam Axholmenſem in agro Lincolnienſi, 969.

Thomas *Comes* Nottinghamenſis & *Mareſchallus* Angliæ *fundavit*. Viſitationem matris Dei *vocavit*, 969. 60 a. *Indulgentia à* Boniſacio *nono pro remiſſione peccatorum viſitantibus capellam beatæ* Mariæ *Prioratus de* **Wode** *in Inſula* Axholmenſi, 971. 1 a. *Tenor Tranſcripti de Indulgentia ſancto* Franciſco *conceſſa*, 53 a.
Johannes *le* Eſtrange *nuptus* Joannæ *ſecundæ filiæ* Rogeri *de* Somery, 309. 31 a.
Henricus *de* Erdington *nuptus* Matildæ *quartæ filiæ* Rogeri *de* Somery, 309. 34 a.
Eanfleda propinqua S. Oſwini *Regis conſtruxit Monaſterium de* **Gethling**, 333. 58 b.
Editha Matrona fundatrix de Godſtowa, 529. 59 a.
Eadgyd Edovardi *Regis confeſſoris collaterana*, 549. 44 b.
Eudo Dapifer Normannus deſponſavit Roheſiam *ſororem* Walteri Giffard *& viduam* Richard. *filii* Giſleberti *comitis*, *Hic* Eudo *conſtruxit caſtellum de* **Colcheſter**, *& illic ſepelitur*, 724. 9 b.
Vitalis Engain *deſponſavit* Saram *filiam & cohæredem* Willielmi *de* Caieneto, 867. 11 a.
Euſtatcus miles deſponſavit Matildam *filiam* Willielmi *filii* Nigelli, *ejus progenies, de quo Laceii*, 905. 62 a.
Euricus *piſcator* Weſtmonaſterienſis *famoſus, qui S.* Petrum *transfretavit* Thamiſim *ad* Weſtmonaſterium, *ejus cum S.* Petro *colloquium*, 57. 24 b.
Eoppa; 65. 16. a. *miſſus a R.* Wlfero *ad convertendum gentes in* **Wight**. *Ermentredus habuit duos filios* Ethelredum & Æthelbertum, *quos fratri ſuo* Ercomberto *filio* Edbaldi *tradidit nutriendos, ſed præfectus* Egberti (*filii* Ercomberti) Thymur *parvulos occidi fecit*, 84. 20 a.
Edwinus dux à ſuis peremptus, 131. 13 a.
Ethelbrightus ex Bertha *Regina filia Regis* Francorum Eadbaldum *cum* Ethelburga *procreavit*, 85. 50 b.
Etheldreda filia Annæ *R. à Principe* Tomberto *poſtulatur in conjugium, in virginali contubernio cum eo vixit per triennium fermè, accepit Inſulam* Elienſem *in dotem, & defuncto viro ſuo apud* **Elie** *degit piè, quam* Egfridus *inter aquilonares Anglos regnans, ambit, obtinet in uxorem, poſt duodecim annos virgo & Regina, intravit Monaſterium apud* **Coliddi**, *deinde* Egfridus *illam reſumere conatur, fugit illa in Inſulam & per miraculum liberatur*, 88. 28 a. *miracula per eam eduntur*, 89. 44 b. *ad* **Elie** *revertit ibidem moritur*, 90. 9 b.
Eugenius *Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus*, 108. 10 a.
Edwinus frater Leofrici *Comitis, ignominioſa morte à* Griffino *R.* Britonum *peremptus eſt. Hic* Edwinus *rapuit terras ab Eccleſia* Wigornienſi, 134. 46 a.
Edricus Streona *ſacrilegus occiſus, extra muros* Londini *projectus, nec ſepeliri permiſſus*, 130. 46 b.
Edulfus *f.* Ordgari *Ducis* Dammoniæ, *ejus robur eximium, mauſoleum ejus ſtupendum, vide* **Taviſtoch** *Monaſter.* 217.
Edwinus *frater* Athelſtani *Regis, à Rege interficitur; ſcilicet R. illum cum armigero in cimbam, ſine remis, in altum mare extrudi fecit, unde tempeſtate jactus in mare ſe voluntariò projecit, ſed Armiger ejus, corpus ejus, multo cum ſudore, in terram deduxit*, 191. &c. a.

F

FRidegida Regina, 9. 42 b. 12. 48 b. *plurima contulit Cœnobio* Glaſtonienſi.
Frithewitha Regina, 32. 10 a.

Folcſtanenſe Cœnobium in agro Cantiano, 85.

Eanſwida *filia* Eadbaldi *fundavit & pater ejus* Edbaldus *in honorem S.* Petri *Eccleſiam conſtruxit; hodie non apparet, à mare abſorpta*, 85. 3 b.

Frithwaldus Surrianorum *ſub* Wlfero *Rege* Merciorum *ſub Regulus fundator Abbatiæ de* **Certſey**, *pro ignorantia literarum ſignum Crucis expreſſit*, 76. 15 a.

Farewellenſe Monaſterium in agro Staffordienſi, 441.

Rogatu Rogeri, Gaufridi *&* Roberti *Heremitarum, & fratrum de* **Faurwell**, Rogerus Ceſtrenſis *Epiſcopus dedit Eccleſiæ S.* Mariæ, Farewell *ſanctimonialibus ibidem, & alias poſſeſſiones*, 441. 60 a.

Freeſtonenſis Prioratus in agro Lincolnienſi, cella de **Croyland**, 443.

Alanus *de* Creun *& uxor ejus* Muriel, *fundarunt & dotarunt*, 443. 60 a.

Foſſenſis Prioratus in agro Lincolnienſi, 502.

Donatio per Henr. *Tertium* 502. 30 a.

Flamſtedenſis Prioratus, in Comitatu Hertfordenſi 503.

Agatha de Gateſden fundavit, 503. 60 b.

Finchalenſe Cœnobium in Epiſcopatu Dunelmenſi, 512.

Godrichus *de* Finchele *Eremita pius, illic vixit*, 512. 40 a.

Folkſtanenſe Cœnobium in agro Cantiano, Cella Abbatiæ de Lolleio in Normannia, 560.

Nigellus de Munevilla fundator, 560. 56 a.

Framptonenſe Cœnobium in agro Dorſetenſi, Cella S. Stephani de Cadomo in Normannia, 571,

Dotatur, 571. 10 b.

Farleienſis Prioratus in agro Wiltonienſi, cella de **Lewes**, 620.

Humfridus de Bohun fundavit, 620. 20 a.

Feverſhamenſe Cœnobium in agro Cantiano, 687.

Stephanus *R. fundavit An Dom.* 1188. *ipſe cum* Matilda *Regina & filio* Euſtachio *illic tumulantur*, 31 b. *Abbas Feverſhamenſis abſolvitur à ſubjectione Eccleſiæ* Cluniacenſis, 689. 29 b.

Furneſienſe Cœnobium in agro Lancaſtrenſi, 704.

Stephanus *Comes* Moritonii *&* Bolonii *fundavit An. Dom.* 1127. *in loco qui tunc* **Belcangſall** *vocabatur; ſed ipſum Monaſterium prius fundatum erat in* **Andyrnes**, *in loco qui dicitur* **Tulket** *fundatur de ordine* Savigniacenſi. *i. e.* Tironenſi *ſub regula S.* Benedicti, *poſtea ad ordinem* Ciſtercienſem *reddidit* Serlo *Abbas apud* Ciſtercium *in manus S.* Bernardi *tunc Abbatis* Clarevallenſis, 704. 40 b. *Series Abbatum ibidem; Carmina hiſtorica de fundatione* Furneſienſis *Cœnobii* 705. *diviſio Montanorum* Furneſii *per Regem confirmata*, 708 20 a. *Conventiones inter Monachos de* Furneſio *& S.* Mariæ Lancaſtrenſis, 709. 30 a. Furneſii *filiæ, Cœnobia nempe ex eo exorta*. 710. 40 a. *de ſucceſſione Abbatum*, 1 a. *in mortuario Abbatum, nullus pronunciatur Abbas, niſi integrum decennium rexerat ac etiam Abbas ibidem obiit*, 10 a.

Fontanenſe Cœnobium in agro Eboracenſi, Cella de Claravalle, 733.

Treſdecim Monachi, S. Bernardi Clarevallenſis *ſuaſu inducti, à Monaſterio S.* Mariæ Eboracenſis *ad* Fontanenſem *Eccleſiam conſtruendam abeunt, hortante Archiepiſcopo* Turſtino, Galfrido *Abbatæ S.* Mariæ Eboracenſis *adverſante. Permagna inter Archiepiſcopum* Eboracenſem *& Monachos S.* Mariæ Eboracenſis *contentio*, 737. *duo è Monachis*, Gervaſius *&* Radulphus, *ad Monaſterium* Eboracenſe *revertunt, ſed* Gervaſius *reſipiſcit & aſſociat ſe. Nomen loci*, **Keldale**, *ubi* Fontanenſis *Eccleſia conſtruitur; Abbatem eligunt*, Richardum *nempe Priorem* 739. *ſub umbra ulmi degunt in hyeme, ad S.* Bernardum *ſcribunt, reſcribit ille. Ad Abbatem S.* Mariæ Eboracenſis, *& ad Archiepiſcopum* Eboracenſem *ſcribit S.* Bernardus, 740. Galfridus *Monachus à S.* Bernardo *demiſſus, ut regulas doceret. Paſſi ſunt plurimam inopiam*, 741. *donatur*, 742. *Monaſterium de* Fontibus *comburitur per ſeditioſos milites*, 747. *Magnum Schiſma inter Abbatem & Monachos*, 749. *Compoſitio de Terminis, inter Monachos de* Fontibus *&* **Jourvall**, 753.

Fordenſe Cœnobium in agro Dorſetenſi, 753.

Richardus *de* Brioniis *fundavit*, 785. 50 a. *primo apud* **Brightley** *poſtea ratione ſterilitatis demigrabant de* **Brightley** *ad* **Waverley**, *ſed hortatu* Adaliciæ *ſororis & hæredis dicti* Richardi *quæ dedit illis Manerium de* **Ford** *manſerunt illic*, 30 b. *fundationis & fundatoris hiſtoria*, 20 a. **Harteſcach** *prius dictum* 60 b.

Flexleyenſis Abbatia in agro Glouceſtrenſi, 884.

Rogerus *Comes* Herefordiæ *fundavit*, 884. 20 a. *dotatur inter alia, cum decimis Caſtanearum intra foreſtam de* **Deane**, ibid.

Willielmus Ferrers *ſenior nuptus* Agneti *tertiæ ſorori* Ranulphi *Commitis* Ceſtrenſis, Willielmus *junior ejus filius*, Robertus *filius ejus*, 309. 40 a.

Matilda de Fenis *nupta* Humfrido *de* Bohun, 447. 18 b.

.... Furneux *deſponſavit unam filiarum & cohæredem* Radulphi *de* **Cheurolcourt**, 503. 29 a.

Richardus *de* Furneux *deſponſavit* Iſoldam *filiam & haredem* Johannis Rooper *de* **Turnditch** *Comitatu* Derbienſi, *ita tamen ut derelicto nomine* **Furneux** *aſſumeret nomen* **Rooper**, 508. 36 a. 7 *H.* 6.

Johannes Frome *de* **Buckingham** *deſponſavit* Iſabellam *filiam & cohæredem* Bernardi Muſſenden, 542. 1 b.

Walterus *de* Fauconburgh *deſponſavit* Agnetem *filiam* Petri *de* Bruis, 707. 58 b.

Berta *de* Furnivall *nupta* Rogero *ſive* Radulpho *le* Bigot *ſecundo filio* Hugonis *le* Bigod, 725. 60 a.

Thomas *de* Furnivall *deſponſavit* Joannam *primam filiam* Theobaldi *de* Verdon, 36 a.

Henricus *de* Ferrers *deſponſavit* Iſabellam *quartam filiam* Theobaldi *de* Verdon, 725. 56 b.

Johannes FitzGeffrey, *ejus progenies*, 726. 49 a.

Willielmus *de* Ferrers *deſponſavit* Sibillam *quartam filiam* Willielmi Mareſchall, *ejus progenies*, 726. 61 b.

Willielmus *de* Fortibus *deſponſavit* Hawiſiam *filiam* Willielmi *Comitis* Albemarliæ, 797. 20 a. *ejus progenies*, ibid. & 798. 8 a. 799. 30 a.

Thomas *de* Furnivall *deſponſavit unam filiarum & cohæredem* Theobaldi Verdum, *& viduam* Willielmi Maundevill, 913. 8 b. *ejus progenies cum nuptiis & morte*, ibid.

Frideſwitha Regina, 980. 34 a.

S. *Franciſcus, v. Indulgentia*, 971. 54 a.

Fidelitatis exemplum egregium in Lilla *R.* Edwini *milite, dominum ſuum, ſui ipſius morte, qui liberavit*, 333. 54 b. *& aliud in armigero Edwini fratris R. Athelſtani*, 194. &c. a.

Richardus Fines *Camerarius* Edwardi *quarti R. deſponſavit* Joannam *filiam & cohæredem* Willielmi Bowes, 415. 42 b.

G

Glaſtonienſis Eccleſia cum Cœnobio, 1.

GLaſtonienſem *eccleſiam, duodecim ex diſcipulis S.* Philippi *Apoſtoli, ex quibus* Joſeph *ab* Arimathea *primus, cum duodecim hidis terræ ab* Arvirago *Rege impetratis, conſtruxerunt*, 1. 10 a. *Chriſtus præſentialiter dedicavit*, 20 a. *S.* Patricius *Cœnobialem vitam illic ducit, & fit primus Abbas*, 1. 33 a. *Poſt eum* Benignus, Columkilla, *&* Gildas, 11. 35 a. *Poſtea S.* David *Archiepiſcopus* Menevenſis *minorem capellam, in modum Cancelli, in honorem Virginis* Mariæ, *Eccleſia adjecit, conſecravit, & pretioſiſſimum altare ſuum eidem contulit*, 1. 45 a. *S.* Joſeph *cum magna multitudine Sanctorum illic jacet*, 1. 55 a. *locupletiſſimè dotata*, 1. 10 b. *propter antiqnos duodenos, duodecim ſemper ex fratribus, ad domini obſequia in honorem beatæ* Mariæ *complenda, quotidie in hunc locum convenire fecerunt*, 1. 22 b. *Poſtea* Dunſtanus *& alii Abbates, Clericos benè cantantes ſuper addiderunt*, 1. 25 b. *Hæc eccleſia pro ſui antiquitate* **Ealder Chirch**, i.e. *Eccleſia vetuſta, vocatur. Per veterem Eccleſiam homines iſtius provinciæ jurare ſolemniter ſolebant. Omnium in* Anglia *Eccleſiarum vetuſtiſſima, primo ex virgis torquatis facta.* Romæ *ſecunda vocatur*, 1. 45 &c. b. *comparatur cum Eccleſia S.* Dioniſii *Martyris, juxta* Pariſios, *& præfertur ratione antiquitatis*, 1. 16 a. *Inſula in qua* Glaſtonia *ſita eſt, à Britonibus*, **Ynſwitrin**, *i. e.* Inſula vitrea *propter amnem coloris vitrei in mariſco circumfluentem*, 2. 32 a. *dicitur &* Avallonia, *ab* **Aval**, *Britannicè* Pomum *quia pomis abundat, vel ab* Avallone, *illius Territorii quondam Domino*, 2. 40 a. *Duodecim fratres à boreali parte Britanniæ huc venerunt, quorum unus* **Glaſten**, qui

qui porcellos ſuos ſequens, juxta vetuſtam Eccleſiam ſub malo, invenit eos, Unde poma **Ealders Chirch apples**, *vocantur, & ab illo* **Glaſtenbury** *nominatur*, 2. 51 a. *Carmina in laudem hujus inſulæ*, 2. 10 b. *habet plures Inſulas circumjacentes, viz.* **Bekery, Ferramier, Weſthy, Godeney, Padnebeorg, Andredeſey** *ſive* **Ylund Martineſey**, 2. 25 b. *Bundæ duodecim hidarum*, 43 b. *loci principales infra duodecim hidas*. 3. 60 a. *Sancti in Eccleſia* Glaſtonienſi *quieſcentes*, 3. 39 b. *Multorum Sanctorum nomina deleta per incendium Antiquæ Eccleſiæ*, 4. 13 b. *particulares Reliquiæ multorum illic reconditæ. Reliquiæ Sanctorum in veteri Teſtamento mentionatorum*, 5. 33 a. *Reliquiæ D. noſtri Jeſu Chriſti, ibidem reconditæ*, 5. 46 a. *D. S.* Mariæ *Reliquiæ*, 14 b. *Reliquiæ de ſancto* Johanne *Baptiſta*, 29 b. *de Apoſtolis Reliquiæ*, 33 b. *Reliquiæ de ſanctis Martyribus*, 5. 53 b. *Reliquiæ de Confeſſoribus*, 6. 30 a. *Reliquiæ de ſanctis Virginibus*, 5 b. *De ſanctitate Eccleſiæ* Glaſtonienſis, *necnon Regibus, Epiſcopis, Ducibus, & Nobilibus ibidem ſepultis* 34 b. *De Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus* Glaſtoniæ, *ad diverſas ſedes electis*, 8. 50 a. *De terris Monaſterio* Glaſtoniæ *collatis*, 9. 30 a. *de S.* Patricio 10. 30 b. *Charta ſua An. Dom.* 425. *in qua reddit rationem itineris ſui in* Hiberniam *& in* Glaſtoniam 11. 40 a. *circiter annum* 505 *in Monaſterio* Glaſtonienſi *cœpit primo regula S.* Benedicti, *quæ prius fuerat more Cœnobiorum Ægypti*, 12. 41 a. Britwaldus *primus Abbas*, 12. 48 a. *Pagani Saxones ſupervenientes fugatis Britonibus occuparunt terras hujus Monaſterii, ſed ad fidem converſi reſtituerunt* 62 a. *Rex* Ina *plura huic Cœnobio contulit prout Charta.* 50 b. *& Charta* 13. 30 a. Glaſtingaia *Mater Sanctorum*, 13. 62 a. *Charta* Edmundi *Regis, quâ hoc Cœnobium multis adornat privilegiis*, 15. 31 a. *Charta* Edgari *Regis perpluribus privilegiis referta, inter cætera ut Abbas vel quilibet Monachorum* Glaſtonienſium, *qui Latronem, qui ad ſuſpendium, vel aliquod mortis periculum ducitur, in itinere obvium habuerit, poteſtatem habeat eripiendi eum ab imminenti periculo, in toto regno ſuo*, 16. 30 b. Willielmus *Conqueſtor, enormiter mutilavit* Glaſtoniam, 27. 56 b. *quaſdam terras reſtituit*, 18. 1 a. Herlewinus *Abbas novam Eccleſiam inchoavit & plures terras recuperavit*, 18. 20 a. Henricus *frater* Theobaldi *Comitis* Bleſenſis *nepos* Henrici *Regis Eccleſiam* Glaſtonienſem *plurimum dotavit*, 18. 44 a.

Guinivera *Regina uxor Arthuri Regis*, 7. 11 a.

Gerontius R. 62. 10 b.

Gerwy *Monaſterium, 4 milliario à* novo Caſtro, *fundatum eſt, à* Benedicto *Anglico Abbate, regnante Rege* Nordanhumbrorum Egfrido, *in honorem S.* Pauli, 97. 20 a. *depopulatur à* Danis Beda *hic alumnus, ejus oratorium & Areola. Fragmentum oſtenditur illic ſerpentinis aut viridis marmoris, inſcripto ibidem*, 97. 30 a.

Gloceſtrenſe Cœnobium, 108.

An. Dom. 680. Oſrich *ſubregulus* Wicciorum *fundavit Monaſterium in honorem S.* Petri, 108. 15 a. *dotatur*, ibid. *Eccleſiam S.* Petri Ethelfleda *conſtruxit*, 6 b. *Reliquiæ* Oſwaldi *Regis à* Bardenia *huc tranſlatæ*, 29 b. *Abbatiſſæ ibidem*, 109. 1 b. Wulſtanus *Epiſcopus* Wigornienſis *Clericos hic collocavit. Abbatem conſtituit*, 56 b. Aldredus *Epiſcopus* Wigornienſis *Eccleſiam S.* Petri *de novo à fundamento conſtruxit*, 110. 30 a. *An. Dom.* 1102. *Eccleſia S.* Petri Glouceſtrenſis *cum civitate cremata eſt*, 111. 10 a. Serlo *Abbas reædificavit, dotatur ampliſſimè*, 111. 40 a.

Vide Additionalia Monaſterii Gloceſtrenſis, 993.

Memorale Eccleſiæ Cathedralis Gloceſtriæ compendiarium, 993.

Gloceſtria *habuit Archiflaminem, prout* Londinum *&* Eboracum *ante converſionem ad fidem Chriſtianam tempore Regis* Lucii, *in cujus Regis tempore fuerunt ibi Epiſcopi*, 995. 30 a. Eldady *Epiſcopus ibidem An. Dom.* 489. *&* Dubritius *Epiſcopus ibidem, An. Dom.* 522. 993. 10 a. Gloceſtria *ſedes Archiepiſcopalis*, ibid. *Nomina Regum, Principum & Sanctorum ibidem ſepultorum*, 993. 20, &c. a. Bernulphus Merciorum *Princeps Cœnobium ruinoſum re-ædificavit. Formam mutavit, Canonicos ſæculares, qui Clerici fuerunt & uxorat, ibidem collocati.* Canutus *R. autem, inſtigante* Wulſtano Wigornienſi *Epiſcopo, eos ejecit, monachoſque* Benedictinos *eorum loco ſuffecit An. Dom.* 1022. 994. 1 a. *Cives* Gloceſtrenſes *Monachorum adventum opponunt, &* Wulpinus le Rue, *Conſul* Gloceſtriæ *ſeptem eorum interimit, ob hoc multatus, ut ſeptem Monachos aleret*, 33 a. *Cœnobium incendio dirutum*, 43 a. Aldredus *Epiſcopus* Wigorniæ, *reædificat. Monachi reſtituti*, 54 a. *Primum à Conqueſtu Parliamentum hic habetur*, 38 b. *Encomia plurima Civitatis* Gloceſtrenſis, 40 b.

Griffinus R. Britonum, 134. 46 a.

Gunilda v. Conus.

v. paulò infra 590.

Goldcliva *Eccleſia fundatur à Domino* Roberto *de* Chandos, *qui venit de* Normannia *cum conqueſtore* 155. 33 a. *qui genuit ex uxore ſua* Iſabella *tres filios* Robertum, Rogerum, *&* Godardum, ibid.

S. Germani Cœnobium in agro Cornubienſi, 213.

Octo illic Canonici & Prior. Ethelſtanus *R. primus fundator, cujus tempore fuit ſedes Epiſcopalis, poſtea per* Edvardum *Confeſſorem tranſlata ad Eccleſiam* Exonienſem, 213. 16 a.

Godiva *uxor* Leofrici *Comitis fundatrix* Stowiæ *Abbatiæ, v.* **Eveſham** *Mon.* 258. *&* Coventrienſe *Monaſterium*, 303.

Grendalenſis Prioratus in agro Eboracenſi, 427.

Vide de fundatore hujus Cœnobii in **Whitby**, *dotatur per* Aviſiam *Prioriſſam*, 427. 30 b.

Godſtowenſis Prioratus in agro Oxonienſi. 525.

Editha *Matrona fundavit*, 555. 60 a. Alexander *Epiſcopus* Lincolniæ *ſolenniter fundavit*, 525. 10 b. *dotatur ibidem.* Hugo *Epiſcopus* Lincolnienſis *tumbam* Raſamundæ *extra Eccleſiam amoveri fecit*, 528. 30 b.

Aula Gloceſtrenſis in Suburbio Oxoniæ, 540.

Johannes Giffard *&* Matilda Longſpey *uxor ejus fundarunt*, 540. 10 b.

v. paulò ſupra 155.

Goldclivenſis Prioratus in agro Monumethenſi, Cella Abbatiæ de Becco in Normannia, 590.

Robertus *de* Chandos *fundavit*, 590. 20 a. *unitur Abbatiæ de* **Tewkesbury**, 591. 3 b.

Gromondenſis Prioratus in **Eskdale** Comitatu Eboracenſi, Cella Abbatiæ de **Grandimont** in Gallia, 597.

Joanna *filia* Willielmi Foſſard *uxor* Roberti *de* Turnham *dotavit* 597. 29 b.

Geroudenenſis Abbatia in agro Leiceſtrenſi, 768.

Robertus *Comes* Leiceſtriæ *fundavit An. Dom.* 1134. 15 *H.* 2.

Grenfeldenſis Abbatia in agro Lincolnienſi, 880.

Radulfus *de* Abi *fundavit & dotavit*, 880.

Gratia Dei Abbatia in Wallia, 927.

Johannes *de* Monmouth *Dominus de* **Monmouth** *fundavit*, 1220. *à Wallenſibus funditus everſa eſt*, 927. 50 a.

Grace-Dieuenſis Abbatia in agro Leiceſtrenſi, 933.

Roeſia *de* Verdon *fundavit & dotavit*, 933. 30 a.

De Graciis Abbatia juxta Turrim Londinenſem, 443.

Edvardus *tertius R. fundavit, penſatis periculis, tam in terra quam in mari irremedialiter juxta humanæ rationis judicium, quibus expoſitus fuit*, 944 1 a.

Gokwell Prioratus Monialium, 945.

Gulielmus *de* Alta ripa *fundator*, 945. 56 b.

Willielmus *de* Gommondele *deſponſavit* Joannam *filiam* Alani Baſſett, 677. 64 b.

Willielmus *filius* Gilberti, *qui fecit ſe vocari per licentiam D. Regis* Willielmum *de* Lancaſtria, *& Baronem de* **Kendall**, *qui prius vocabatur de* **Tailbois**, *ejus progenies*, 708. 60 a.

Richardus *filius* Giſleberti *deſponſavit* Roheſiam *ſororem* Walteri Giffard; *huic R.* Willielmus *conceſſit Baroniam de* *de* **Clare**, *ejus progenies*, 724. 24 b.

Gaufridus *de* Genvyle *desponsavit* Matildam *filiam* Gilberti *de* Lacy, *ejus progenies*, 725. 60 b.

Gilbertus *de* Gaunt *filius* Baldwini *Comitis*, *de* Flandria *venit in* Angliam *cum Conquestore Avunculo suo*, 833. 46 b. *ejus progenies & historia*, ibid.

Alicia Gaunt *nupta* Illiberto Lacy, *filio* Roberti Lacy, 859. 21 b.

Waldevus *filius* Gospatrici *de* Dunbar, *Comes in* Scotia, 400. 20 a. *cum progenie* Waldevi *filii* Gileminii, 400. 48 a.

Agbrelus Gredeley *desponsavit* Agnetem *filiam & cohæredem* Willielmi *filii* Nigelli, 905. 60 a.

Radulphus *Dominus de* **Greseley** *desponsavit* Agnetem Muscham *filiam & hæredem* Isabellæ Muscham, *ejus progenies*, 963. 26 a.

Guimundus *ejus audax responsum*, 984. 24 b.

Glastoniæ Abbas Titus, v. Indicem Locorum.

Robertus Glocestriæ *Consul*. v. Ind. Locorum.

Glocestria *sedes Archiepiscopalis*, v. ibid.

Glocestriæ *Cœnobium*, *cum Encomio Civitatis* Glocestriæ, &c. vide ibid.

Willielmus *de* Greystock *desponsavit* Mariam *filiam et cohæredem* Rogeri *de* Merley 499. 9 a.

H

H*ibernenses* 10. 40 b.

Haraldus R. regnum Angliæ *usurpavit*, *interfectus*, 17. 44 b.

Henricus R. 18. 34 a.

Hardi canutus R. 21. 43 b.

Henricus R. 1. 22. 33 a. 52 a.

Henricus R. 2. 22. 39 a. 8 b.

Henricus 3. 22. 43 a.

Hundredæ & Tithingæ institutæ ad latrones investigandos, 32. 31 b.

Hereswida Regina soror S. Hildæ *Abbatissæ*, *uxor Annæ*, Anglorum *Orientalium Regis*; *post mortem mariti sui*, *fit Monialis*, 88. 10 a.

Helnstow *Monasterium constructum à* Cissa *sorore* Heani, 97. 40 b.

Henricus quartus, 22. 59 b.

Hidense Cœnobium in agro Hantoniensi, 208.

Suasu *S.* Grymbaldi, Elfredus *R. fundavit*, 208. 60 a. Novum Monasterium *extra muros Civitatis* Wintoniæ *R.* Henricus *An. Dom.* 1111. *construi fecit*, 208. 30 b. *dotatur*, 209. 20 b. Willielmus *Conquestor*, *quia Monachi arma contra eum sumpserant*, *Abbatiæ jura extorsit*, 210. 10 b. Henricus *Episcopus* VVintoniæ *Monasterium comburi fecit*: *illa incendio nominatissima Crux*, *â Canuto Rege collata*, *in cineres redacta est*, *ille gemmas surripit*, 210. 20 b. *donationes & privilegia*, 212. 10 b.

H lfrida Regina, v. Ambresburiense *Monasterium*, 191.

Hortonense Monasterium in agro Dorsetensi, 220.

An. Dom. 671. Ordgarus Danmoniæ *Comes construxit*, *ejus mira fortitudo. rivulum ab una ripa ad alteram* 15 *pedum spacio divisum*, *ille pedibus divaricatis utramque continuabat*, *& parvo cultro*, *ferarum ad se actarum capita*, *levibus ictibus decutiebat in amnem*, 220. 31 a. Sichtritius *Abbas sacrilegus admodum*, *bona monasterii rapit*, *fit Pirata*, *& Monasterium comburit*, 220. 50 a. *possessiones hujus Monasterii transferuntur ad* **Sherborn**, 220. 50 a.

Hakeds, *i.e.* Lucii *immensæ magnitudinis*, 233. 66 a.

Hulmense Cœnobium in agro Suffolciensi, 282.

Canutus *R. fundavit*. *Quidam Suneman Heremita apud* **Calvescroft** *vixit*, *cum aliis Heremitis*, *sed* Inguar *&* Hubba *Danus locum demoliti sunt*. *Et* VVlfrecus *pius vir reparavit Capellam*, *& cum sociis illic heremeticè vixit*. **Maynard** *præpositus Regis*, *eos nequiter accusavit*. *Rex miraculosè comperto odio* Maynardi, *qui paulò post collum suum fregerat*; *fundavit Monasterium illic et dotavit*, 282. 40, *&c.* a.

Hitardus *Joculator Regis* Edmundi *limina Apostolorum* Romæ, *adire volens*, *dedit* **Wallworth** *Ecclesiæ Christi* Cantuariensi, *et chartam super Altare posuit*, 21. 60 b.

Hilda Abbatissa de **Strenshall** *quam fundavit*, *ejus miracula*, 71. 50 b.

Robertus *filius* Haimonis *Dominus de* **Astremer**, *villa in* Normannia, *ejus genealogia*, *nuptiæ*, *liberi*, 154. 30, &c. b. 185. 34 b.

Walterus *de* Hastings *cum* Athawis *uxore sua dotavit Monasterium de* **Pollesworth**, 99. 12 a.

Hida quid, 312. 28 b.

Hatfeild-Peverell Cœnobium in agro Hertfordensi, Cella S. Albani, 529.

Willielmus Peverell *fundavit et dotavit*, 330. 8 b.

Hertfordense Cœnobium, Cella S. Albani, 331.

Radulfus *de* Limesey *fundavit & cum aliis dotavit*, 331. 50, &c. a.

Helenstowense Cœnobium in agro Berrocensi, 359.

Juditha *Comitissa* Huntingdoniæ *uxor* Waldevi, *neptis* Gulielmi *Conquestoris fundavit & dotavit*, 359. 60 b.

Hurleiense Cœnobium in agro Berrocensi, Cella Westmonasterii, 363.

Godfredus *de* Magna-villa *fundavit pro anima sua*, *&* Lecelinæ *&* Athaliasæ *uxorem ejus*, 363. 60 a.

Hertney *et* **Helcaster** Monasteria, 395. 3 b.

H es Monasterium, v. **Santoft**.

Herefordensis Prioratus, Cella S. Petri Glocestriæ, 406.

Hugo *&* Walterus *de* Lacy *fundavit*, 406. 20 b.

Hakenensis Prioratus in agro Eboracensi, 414.

Monachi de **Whitby** *ratione belli fugerunt ad* **Hakenes** *& Ecclesiam S.* Mariæ *ibidem*. Willielmus *de* Percy *illis dedit locum illum*, 414. 10 a.

Horsham Monasterium in agro Norfolciensi, Cella Abbatiæ de **Couches** in Gallia, 414.

Robertus Fitz-water *&* Sibilla *Uxor ejus fundarunt & dotarunt*, 414. 20 b. *historia fundationis & peregrinationis fundatoris*, ibid. *genealogia fundatoris*, 415. 50 a.

Haleston Monasterium in Comitatu Northumbriæ, 476. 20 a.

Henwodensis Prioratus in agro Warwicensi, 479.

Ketelbernus *de* Langdon *fundavit & dotavit*, 479. 10 a.

Huntingdonensis Prioratus Monialium, 530.

Domina Dernorgill *de* Gallovidia *fundavit*, 530. 1 b.

Haliwallensis Prioratus in agro Midlesexensi, 531.

Holandense Cœnobium in agro Lancastrensi, 544.

Robertus *de* Holand *Patronus*, 544. 9 b.

Hatfeild-Regis, alias **Hatfeild-Bradock**, 545.

Albericus Ver *fundator*.

Heningham Prioratus Monialium, 545.

Albericus *de* Ver *Comes* Oxoniæ *fundavit*. Lucia *uxor ejus prima Priorissa ibidem*.

Hedlaiense Cœnobium in Comitatu Eboracensi, Cella S. Trinitatis Eboracensis, 565.

Ypolitus *de* Bram *fundavit*, 565. 60 a.

Haghensis Prioratus in agro Lincolniensi, Cella Abbatiæ de voto iuxta Cæsarisburgum in Francia, 602.

Haghensis Prioratus in agro Lincolniensi, Cella Cæsarisburgi in Normannia, 603.

Hinkleiense Cœnobium in agro Leicestrensi, Cella de Lyra in Normannia, 603.

Robertus *Comes* Leicestriæ *fundavit*, 603. 60 b.

Horsleiensis Prioratus in agro Essexiensi, Cella Abbatiæ S. Martini de Troarno, 604.

Unitur Prioratui de **Bruton**, 604. 20 b.

Hortonensis Prioratus in Comitatu Cantii, Cella de **Lewes**, 621.

Robertus *de* Ver, *filius* Bernardi *fundavit*, 621. 60 b.

Hampolenſis Abbatia in agro Eboracenſi. 830.

Radulfus *de* Tilly *et* Sibilla *uxor ejus fundarunt*, 830. 44 b.

Hotonenſis Prioratus in agro Eboracenſi, 840.

Adam *de* Brus *et* Radulfus *de* Nevill *fundatores*, 840. 30 a.

Hiſtrionum et ſutorum dominatio et advocatio data per Ranulphum *Comitem* Ceſtrenſem Rogero *de progenie* Richardi Conſtabularii, *Videtur, poſtea donata* Hadardo, 860. 20 a.

Haleſenſe Cœnobium in agro Glouceſtrenſi, 928.

Richardus Cornubiæ Comes 1251. *fundavit juxta votum quod in mari periclitans fecit. Eccleſiam de* Hales *magnifice nimis fecit dedicari, erant præſentes Rex et Regina & fere omnes Regni magnates. Epiſcopi treſdecim, quilibet ad ſuum altare celebrabat miſſam,* Lincolnienſis *verò ad majus altare. Erant illic milites plus quam* 300. *In Eccleſiæ conſtructione Comes decem millia Marcarum expoſuit*, 928. 30 a.

Hiltonenſis Abbatia in agro Wiltonienſi. 960.

Ela *Comitiſſa* Sarum *fundavit.*

Henninghamenſis Prioratus in agro. Eſſexiæ, 1020.

Albericus *de* Ver *fundavit & dotavit*, 1020. 40 b. *ordinatio ſuper Hoſpitale ibidem.* 1021. 60 a.

Henricus *de* Haiſtings *nuptus* Aldæ *quartæ filiæ* Johannis Scot *Comitis* Ceſtrenſis, *et habuit filiam* Henricum Haſtings, 309. 22 a.

Hereberd Fitz-Herberd *in uxorem duxit* Luciam *tertiam filium* Mahelis *Comitis* Herefordenſis, 320. 12 a. 557. 60 a.

Richardus *et* Hugo *Domini de* Hatton *deſcendunt a* Montefortibus *Normannis. Eorum portant arma eorum progenies*, 433. 24 a.

Herbertus *filius* Mathei *lapidibus obrutus*, 478. 36 a.

Alicia *de* Henaut *Comitiſſa*, Mareſchal, *amita* Philippæ *Reginæ uxoris* Edovardi *tertii*, 491. 3 a.

Hamelinus *unus filiorum* Drugonis *de* Baladun, *in* Angliam *venit cum* Willielmo *Conqueſtore. Primus Dominus ſuperioris* Venciæ *Caſtrum* Aburgenniæ *conſtruit. Ubi* Agros *gigas prius conſtruxerat*, 556. 60 b. *ſine prole moriens hæreditatem reliquit* Brientio *filio* Luciæ *ſororis ejus Comitiſſæ de* Inſula, 66 b.

Henricus de Haſtings *deſponſavit* Johannam *filiam* Willielmi *de* Breoſa *et cohæredem fratris ſui* Georgii *de* Breoſa, *ejus progenies*, 558. 16 a.

Radulphus *de* Haia *duxit in uxorem* Olivam, *filiam* Willielmi *Comitis* Ciceſtriæ, 592. 30 b. *ejus progenies*, *et genealogia*, 594. 20 a. *Conſanguinea* Willielmi *Conqueſtoris*, ibid.

Henricus Haſtings *deſponſavit* Joannam *filiam et cohæredem* Willielmi *de* Cantilupo, 726. 4 b.

Willielmus *de* Harrington *deſponſavit* Julianam *filiam* Thomæ Baldiſon, *ejus progenies*, 838. 24 b.

Rogerus *de* Hell, *nempe* Rogerus *de* Lacy, *ſic denominatus à* Wallenſibus, *quia eoſdem Regi* Angliæ *Rebelles, tanquam inferni, undique devaſtavit*, 860. 44 a.

.... Huſſy *deſponſavit Margaretam tertiam filiam* Theobaldi *de* Verdun, 724. 41 b.

I

INa *Rex*, 4. 18 a. 9. 30 b. *et* Ethelburga *Regina*, Romam *adeunt*, *et labore manuum vivunt*, 32. 8 a.

Juti 32. 55 b.

Johannes Rex Angliæ, *ſine Terra cognominatus, duxit in uxorem* Iſabellam *filiam & cohæredem* Willielmi *Conſulis* Gloceſtriæ, 155. 50 b. *repudiatur uxor, bis poſtea nupta*, Galfrido *de* Maundevile *Comiti* Eſſexiæ & Huberto *de* Burgo *Juſticiario* Angliæ, 60 b. *dedit* Dunemor *Cœnobio S.* Petroci *Cornubiæ*, 213. 50 a.

Judwallus R. Wallenſium, 194. 64 a.

S. Ivonis Cœnobium in Comitatu Huntingdon. 255.

Villa quæ nunc S. Ivonis *dicitur*, Slepa *olim vocata. Corpus S.* Ivonis *ibi inventum, et* Ednothus *Abbas* Rameſienſis *ibi Eccleſiam conſtruxit, et tumbam* Ivonis, 30 a. *confirmatio poſſeſſionum & privilegiorum per* Urbanum *Papam* 40 a.

Inquiſitio de juribus ejuſdem Cœnobii, 60 b.

Inguar *Danus cum* Hubba *monaſterium de* Strenſhale *diruunt*, 71. 61 b.

Robertus *de* Juri *ſacrilegus, mendicitate et exilio punitur*, 130. 44 b.

Ivingho Prioratus in agro Buchinghamenſi, 490.

Edvardus primus R. Angliæ *dotavit*, 49 a. 30 a.

S. Jacobi Briſtollienſis Prioratus, Cella de Tewksbury, 513.

Willielmus *Comes* Gloceſtriæ *fundavit*, 513. 60 a.

Yermouth, Cella Norwicenſis Monaſterii, 545.

Herbertus Loſing *Epiſcopus* Norwicenſis *fundavit*, 545.

Ikelington Prioratus Monialium, 545.

Albericus Ver *Comes* Oxoniæ *fundavit.*

Ildnti Abbatia in Wallia, 546.

Congen Abbas.

Indulgentia orantibus pro anima Rogeri *de* Somery, 615. 30 a.

S. Jacobi Prioratus juxta Exoniam in agro Devonienſi, 643.

Baldwinus *de* Ripariis *Comes* Devoniæ *fundator*, 60 a.

Yneſenſis Abbatia in Hibernia, Cella Furnesii, 718. *Vide fundationem in* Furnes, 704.

Juramenti forma extraordinaria, 836. 35 b.

Jourvaulxenſis Abbatia in agro Eboracenſi, 869.

Akarius *f.* Bardolfi *fundavit*, 869. 33 a. *transfertur conventus de* Fors *ad* Jourvall, 875. 64 a.

Joanna *Regina* Scotorum 20. *libratas terræ in Manerio de* Staunton *dedit Abbatiæ de* Tarenton, *cum corpore ſuo*, 887. 50 b.

Indulgentia S. Franciſco *conceſſa*, 971. 54 a. *S.* Franciſcus *vidit Dominum Chriſtum et Virginem* Mariam *ſtantes ſuper altare Eccleſiæ ſummæ de Angelis juxta* Aſſiſium, *et multitudinem Angelorum. Colloquium ejus cum Chriſto et Virgine, petit Indulgentias a Chriſto, per eum ad* Honorium *tertium, Papam remittitur. Colloquium cum Papa. Papa concedit indulgentias petitas, ſcilicet, ut quicunque venerit ad illam Eccleſiam devotus, contritus et confeſſus et per ſacerdotem abſolutus, habeat ibidem plenam peccatorum omnium quæ commiſit a die baptiſmatis, uſque ad horam introitus in Eccleſiam memoratam, ut non ulterius habeat aliam brigam pro illis. Cardinales reſiſtunt*, 791. 60 a. *Vox a Cœlis S. Franciſco facta, Indulgentias ratificans. Diabolus illi apparet tentans, aufugit ille inter vepres et ſpinas et corpus ſuum lacerat, ſeipſum mortificans. Angeli apparent et ſolantur, invenit ſeipſum (ſed quomodo ignoravit) veſtitum novo et candido veſtimento. Iterum apparet illi Chriſtus, et beata virgo, alterum colloquium cum Chriſto, qui rurſus eum ad Vicarium ſuum, Papam, remittit, colligit S. Franciſcus roſas rubeas et albas in menſe Januario. Angeli cecinerunt,* Te Deum, &c. *colloquium S. Franciſci cum Papa, cui Roſas illas præſentat. Indulgentias inde concedit Papa. S. Franciſcus populo predicat Indulgentias, Epiſcopi tunc præſentes et audientes tam plenariam Indulgentiam indignati ſunt, et Epiſcopus Aſſiſienſis ſurrexit, et credens annunicare populo Indulgentiam decem annorum tantum, annunciavit verò quicquid dixerat prius S. Franciſcus, alii autem Epiſcopi indignati, et unuſquiſque poſt alterum, ſimiliter intendens dicere, duntaxat, decem annos, ſemper renunciabat plenam remiſſionem in perpetuum duraturam, ut ſuperius dictum eſt*, 972. 40 a.

Ignorantia Sacerdotum, 984. 22 b.

Joanna Ingleby filia et hæres Thomæ Ingleby nupta Waltero Pedwardin, 944. 34 b.

S. Joſeph nutritius Salvatoris noſtri, 470. 64 a.

Johannes Iwordby *deſponſavit Katherinam filiam et hæredem Bernardi Miſſenden, genealogia de* Iwordby, 542. 50 a.

Brientius de Inſula, duos habuit filios leproſos, quos in Prioratu Bergavenſi poſuit, et terras conſanguineo ſuo Angliæ Conſtabulario reliquit, 557. 10 a.

Rogerus de S. Johanne deſponſavit Ceciliam filiam Roberti de Haia, ejus progenies, 594. 23 a.

Ingebaldus deſponſavit Aubreiam juniorem filiam Domini de **Braybrock**, ejus progenies, 819. 40 a.

K

Kinadius R. Albaniæ, 17. 22 a.
Kinewinus R. 9. 20 b.
Keniwinus R. 9. 23 b. 12. 3 b.
Kinricus R. 12. 14 a.
Kenegilphus R. & Kenewalcus R. 12. 43 a. per Byrinum Weſt-Saxonum Apoſtolum ad fidem converſi, 31. 16 b.
Kenewlphus R. 14. 3 b. ab Kinredo fratre Sigeberte occiſus An. Dom. 787. 14. 19 b.
Keneldretha Regina, 19. 5 a. 35 a.
Knut ſive Kanutus R. dedit Eccleſiæ Chriſti Cantuarienſis Portum de **Sandwich**, cum Corona ſua aurea, quæ ſervatur in capite Crucis majoris in navi ejuſdem Eccleſiæ, 21. 12 b.
Kenegilſus R. 31. 16 b.
Kineburga Regina, 63. 62 a.
Kinwicus R. Weſt-Saxonum, 97. 8 b.
Kenredus Northanbumbrorum Rex, 109. 33 a. Romam adit, fit attonſus Monachus illic, 144. 48 a.
Keyneſham Cœnobium fundatur à Roberto filio Hamonis, 155. 26 b.
Kenulphus R. } Vide **Winchcomb**
Kenelmus filius } Monaſterium, 188.

Kilburnenſe Cœnobium in Comitatu Midleſexiæ, Cella Abbatiæ Weſtmonaſterienſis, 361.

Herebertus Abbas Weſtmonaſterii fundavit precatus Godwini Heremitæ, & dedit tribus puellis, videlicet Emmæ, Gunildæ, & Chriſtinæ, 361. 60 b.

Kirkleienſe Cœnobium in agro Eboracenſi, 487.

Reinerus Flandrenſis fundavit, 487. 34 b.

S. Katherinæ Monaſterium extra Exoniam in agro Devonienſi, 503.

Willielmus de Traſey fundavit, 503. 60 a.

Kereſeyenſis Prioratus in agro Suffolcienſi, 532.

Neſta de Cokeſeld uxor Thomæ de Burgo fundavit, 532. 20 a.

Kingtonenſis Prioratus in agro Wiltonenſi, 534.

Robertus Burnell Epiſcopus Bathonienſis & Wellenſis dotavit, 534. 40 a.

Kirkbienſe Cœnobium in agro Warwicenſi, Cella S. Nicholai Andegavenſis, 562.

Goſfredus de Wirchia fundavit, 562. 20 a.

Kirkſtedenſis Abbatia in agro Lincolnienſi, 806.

An. Dom. 1139. fundata à Domino Hugone Britone, viro nobili, natione Brito fuit, cujus nomen Brito, in Hugonem filiam Eudonis, D. de **Tatteſhall** mutatur. **Tatteſhall** dicitur, à loco horroris & vaſtæ ſolitudinis, quandam in ſe pluviciem continente, in eo locus (in futuræ religionis præſagium) **Kirkſted** dictus, 806. 50 a. dotatur ab illo & pluribus aliis, ibid.

Kingſwodenſis Abbatia in agro Gloceſtrenſi, 811.

Fundatur An. Dom. 1139. per Willielmum de Berkley qui dedit **Kingſwood** Abbatiæ de **Tintern** ad fundandam Abbatiam ibidem, 811. 30 b. Abbas cum pluribus tranſmigravit ad **Haſelden**, & ab inde ad **Tetbury**, quem locum Reginaldus de Walerico illis dedit, 42 b. fit **Kingeſwood** grangia de **Tettebury**, 812. 12 a. transfertur ad **Hireford**, 16 b.

Kirkſtallenſis Abbatia in agro Eboracenſi, 854.

Primò **Bernolſwic** nominatur, & S. Mariæ, à qua ad **Kirkſtall** migratur, quam fundavit Henricus de Laceio, An. Dom. 1153. 854. 30 b. fundationis hiſtoria, 855. 1 a. per viſionem invenitur **Kirkſtall**, 855. 20 a. Succeſſio Abbatum, 856. 30 b. Inquiſitio ſuper terris diviſis, 858. 4 a.
Symo de Kyme deſponſavit Roeſiam de Billington filiam Roberti dapiferi, ejus progenies, 824. 64 a. 834. 20 a.
Kyngilſus ſextus, Rex Weſt-Saxonum regnare cœpit, 608. fidem cepit 25. anno regni ſui, per S. Birinum Epiſcopum cum fratre ſuo Quintelino. Fundare Eccleſiam Wintonienſem incepit quinto converſionis ſuæ anno, 979. 50 a.
Kinewaldus ſucceſſit fratri & Eccleſiam Wintonienſem complevit, ibid.
Will. de Kanteles deſponſavit Evam tertiam filiam & cohæredem Willielmi Brews, 320. 59 a.

L

Lucium Regem cum gente ſua Phaganus & Diruuianus ſacro fonte abluunt, 1. 25 a.
Ludwallus R. Wallanorum ab Ethelſtano Rege victus, 40. 8 a.

Leſtingenſe Monaſterium in agro Eboracenſi, 62.

Epiſcopus Cedda ab Oſwaldo Rege locum Monaſterii impetravit & conſecravit, 62. 30 b. in Eccleſia ibidem in honorem beatæ Dei genitricis conſecrata, ſepelitur, 63. 28 a. Thimbel frater Ceddæ hunc locum poſt eum rexit, & illic ſepultus eſt, 34 a. hæc circa annum D. 648.

Limingenſe Cœnobium in agro Cantiano, 85.

Ethelburga Regina fundat in quo cum ſancta Eadburga, conquieſcit, 60 a. Eadburga, beata Civitas interpretatur, 64 b. Clerici hujus Eccleſia obviantes Paganis ex illis 1240 validâ manu peremerunt, & illi Clerici omnes perempti, excepto Lori presbytero, 86. 10 a.
Lotharius R. Cantii, 88. 30 a.
Ludecha R. 177. 60 b.
Londoniæ R. Edvardus vocatur, 210. 26 a.
Leofricus Exoniæ Epiſcopus ſplendide introductus. Vide Exonienſe Monaſterium, 220.
Leofricus Comes. vide **Eynſham** Monaſterium, 258. & Coventrienſe Monaſterium, 302. ejus genealogia ibidem, 304. 30 b.
Leofwini Comitis progenies, ibid.
Lucia filia Algari Comitis Leiceſtriæ ter nupta, 305. 1 a.
Leuga, quid, 313. 30 a.
Lucia uxor Willielmi Regis Rufi dicti, 397. 54 b. (nota errorem, & quære ſi non fuit uxor Reynulphi Comitis Ceſtrenſis illic mentionati.)
Leproſorum Ordo, 420. 50 a.

Leominſterenſis Prioratus in agro Herefordenſi, Cella de **Reading**, 420.

Merwaldus R. Merciorum fundavit, **Leominſter** vocatur, quia Leo apparuit Eadfredo, qui Merwaldum ad fidem convertebat, 521. 50 a. Aliter ſumpſit nomen à Monialibus, Cambro-Britannicè **Llanlicnny**, i. e. locus vel fanum Monialium, 421. 2 b. Henricus primus terras hujus Prioratus Abbatiæ de **Reading** adjecit, ibid.

Lingbrocenſis Prioratus in agro Herefordenſi, 471.

24 Edvardi tertii, Inquiſitio facta tangens hoc Monaſterium, 474. 40 a.

Langleienſe Cœnobium in Comitatu Leiceſtrenſi, 481.

Robertus de Tatteſhall, 481. 10 a.
Langley S. Mariæ Cœnobium Sancti-Monialium fundatum per Willielmum Pantulf & Burgiam uxorem ejus, 48 b.

Litle-Mariſenſe Cœnobium juxta **Pedingham** in agro Eboracenſi, 946.

Rogerus de Clere fundavit, 10 b. liberationes in illa domo, 498. 64 b.

Lithomenſis Prioratus in agro Lancaſtrenſi, Cella Cœnobii Dunelmenſis, 499.

Richardus filius Rogeri fundavit, 24 a.

Lambleienſe Cœnobium in agro Northumbrenſi, 506.

Luffeldenſe Cœnobium in agro Northantonenſi, Cella Abbatiæ de Weſtmonaſterio, 520.

Robertus Comes Leiceſtriæ fundavit & dotavit, 50 b.

Lilliſeherchenſe Cœnobium in agro .... 528.

Conceſſio facta per Henricum tertium Regem, 60 b.

Lynn, Cella Norwicenſis Monaſterii, 545.

Herbertus Epiſcopus Norwicenſis fundavit.

Leveſhamenſe Cœnobium in agro Cantiano Cella S. Petri apud Gandavum in Flandria, 550.

Lancaſtrenſe Cœnobium Cella Martini Sagienſis in Gallia, 566.

Rogerus comes Pictavienſis fundavit, 26 a.

Lodreſenſis Prioratus in agro Dorſetenſi, Cella Abbatiæ S. Mariæ.

Benedictus de Redveriis fundavit, 60 b.

Lankywanenſis Prioratus in Cambria, Cella Abbatiæ de Lyra, 580.

Longa-**Bennington** in Comitatu Lincolnienſi, Cella de Savignio in Normannia, 597.

Radulfus & Eilgerus, & ejus Anteceſſores fundarunt, 10 a.

Levencſtrenſe Cœnobium in agro Suſſexiano, Cella de **Almeneſches**, 606.

De aſportatis Religioſorum, 607. 24 b.

Lewenſe Cœnobium in agro Suſſexiano, 615.

Lontonenſis Prioratus in agro Nottinghamenſi, 645.

Willielmus Peverell fundavit dotavit, 54 b.

Paco-Ludo, vulgò **Louth-Park** Abbatia in agro Lincolnienſi, 805.

Alexander Epiſcopus Lincolnienſis fundavit apud **Haverholm**, 52 a. *Sed commutatione facta fratres receperunt Parcum Ludæ de manu Epiſcopi*, 3 b.

Lekeburnenſis Abbatia in agro Lincolnienſi, 894.

Willielmus filius Gilberti fundavit ad ſepulchrum patris ſui, 50 a.

Leſtleienſis Abbatia in agro Hantonenſi, 933.

Henricus R. tertius fundavit & dotavit, 933. 10 b.
Latronibus, Roberatoribus & Malefactoribus indulgentia temporaria conceſſa per Ranulphum Meſchynes Comitem Ceſtrenſem, 980. 50 a.

Lapleienſis Prioratus in agro Staffordienſi, Cella Monaſterii S. Remigii Rhemenſis, 1022.

Algarus quondam Comes Anglorum Ingenius fundavit, 10 a.
Lucia filia Algari Comitis Leiceſtriæ uxor Ivonis de Tailbois, 306. 34 b.
Lillia R. Edwini miles, ſicarii dolum prævidens ſeſe mucroni appoſuit, & dominum ſuum liberans, viriliter occubuit, 333. 54 b.
Leowricus puer captus, &c. 334. 8 a.
Reginoldus de Lucy duxit in uxorem Amabiliam ſecundam filiam & cohæredem Alani filii Duncani, & inde habuit Honorem de **Egremond**, *ejus progenies*, 400. 40 b.
Lewina transfert corpus S. Neoti, 369. 45 a.
Matildis de Longſpey filia & hæres Walteri de Clifford, 380. 10 a.
Willielmus de Longchamp in uxorem duxit Petronillam, filiam & hæredem Wythæ de Croun ejus progenies, 444. 40 a.
David filius Lewellini Principis Walliæ deſponſavit Iſabellam filiam & cohæredem Willielmi Breoſæ & Evæ uxoris ejus, 557. 52 b.
Wiſcardus Ledet ejus progenies, 819. 43 a.
D. Thomas de Latimer deſcendit à Chriſtiana una filiarum Walteri de Leydet, ejus progenies, 819. 12 b.
Willielmus & Richardus Latimer deſcenderunt ab Alicia altera filiarum Walteri Ledet, eorum progenies, 819. 16 b.
Simo de ſancto Licio deſponſavit Aliciam filiam Gilberti de Gaunt, 62. 6. 834. 20 a.
Goſlinus de Lovain frater Ducis Brabantiæ deſponſavit Agnetem filiam & hæredem (mortuâ ſorore ſua Matilda abſque ſobole) Willielmi de Percy, 847. 36 a.
Laceiorum hiſtoria & genealogia, 858. 50 b. 905. 1 b. 309. 42 a. *Epitaphia*, 906.
Robertus de Lacy ex uxore ſua hæredem non habuit, unde Richardus Conſtabularius Ceſtriæ & Dominus de **Halton** *qui deſponſavit Aubredam filiam & hæredem Roberti Liſours, ſororem dicti Roberti ex parte matris, hæreditatem crevit de Lacy & de Liſours. Unde Conſtabularii Ceſtriæ cognomen Lacy acceperunt*, 860. 20 a.
Johannes Lacy filius Richardi Conſtabularii Ceſtriæ profectus eſt in terram ſanctam & in obſidione Civitatis Samy & Ægypti quod ſi Blandus (quere ſi non rectius Rolandus) & Oliverus quorum fama per mundum dilatatur, interfuiſſent, non potuiſſent nec de jure tenerent reputari eorum facta ad majorem probitatem vel audaciam, quam ipſius Johannis de Lacy animoſitatis invaſio, 860. 64 a.

M

Malmſburienſe Cœnobium in agro Wiltonienſi, 49.

MEydulfus Scotus, conſilio Aldelmi Monachi, erexit illud Cœnobium, vocatum, **Maydulfsburgh**, **Meldonsburgh**, *&* **Maldamsburgh**, 49. 20, *&c.* a. *Athelredus Rex terras eidem contulit*, 51. 40 a. *& alii Principes*, ibid. *Charta Willielmi primi pro libertatibus ejuſdem*, 52. 33 b. *Innocentius Papa omnes terras & libertates confirmat*, 53. 30 b.

Midletonenſe Cœnobium in agro Dorſetenſi, 193.

Ethelſtanus R. refundavit, 193. 6 b. *Edvardus filius Elfredi Regis captus amore filiæ opilionis, Amphelisa nomine, ex ea genuit Ethelſtanum; illæ per viſionem demonſtratur prodigium, lunam nempe, de ſuo ventre ſplendere, & hoc lumine totam Angliam illuſtrari*, 193. 23 b. *Athelſtanus fratrem Edwinum interfici curavit*, 195. 50 b. *ejus victoriæ*, 194. 60 a. *primus ille Monarcha è Regibus Anglorum*, 194. 44 b. *Reliquiæ quas Athelſtanus contulit Monaſterio*, 195. 58 b.
Maximus, Imperator, 10. 36 b.
Matilda Henrici Regis uxor, 95. 30 b.
Matilda ſponſa Regis Romanorum, ibid.
Matilda uxor Willielmi Conqueſtoris odio habebat Brictricium Meaw dominum Honoris Gloceſtriæ, eo quod eam nubere noluit, cum ſola fuit & non maritata Conqueſtori, unde poſtea Rege jubente, ipſum capi fecit, in Manerio ſuo de **Hanley**, *& Wintoniam adduci, & illic moribatur ſiue liberis*, 154. 30 b. *Honorem Gloceſtriæ, Matildæ Reginæ dedit Rex, & Willielmus Rufus R. dedit illum Roberto filio Hamonis*, ibid.

Micelnenſe Cœnobium in Comitatu Dorſetenſi, 197.

Idem fundator qui Cœnobii Midletonenſis Mulieres omnes, uſque ad novem miliaria, à Cœnobio Thorneienſi elongabantur, 243. 40 a.
Mildreda virgo Moniales de Thaneto filia Merwaldo filii Pendæ Regis Merciorum. Mater ejus Domnena filia Ermenredi, filii Ethelberti Regis Cantiæ, 84. 20 a. *Incenſo Monaſterio Thanetenſi, Mildredæ corpus permanſit illæſum, ſed aperiri noluit tumba donec Abbas permiſit, quod ipſius Virginis feſtum, inter feſta ſolenniora annotaretur*, 10 b. *transfertur in Abbatiam Cantuarienſem*, ibid.
Merwaldus filius Pendæ, ibid. 421. 66 b.
Morcarus Dux in captivitate moritur, 131. 14 b.
Brictricius Meaw filius Hailwardi de Snew Domini Honoris Gloceſtriæ, 154. 30 b. *crudeliter tractatur v. Matildam uxorem Willielmi Conqueſtoris*, 154, *&c.*
Robertus Marmion cui conqueſtor dedit Caſtellum de **Tamworth**, *& terras illic. v.* **Polleſworth** *Monaſterium*, 197.
Maynard Regulus ſub Canuto Rege, criminum falſo inſimulavit Wulfricum heremitam ad Regem, detectus miraculosè collum fregit. v. Hulmenſe Monaſterium, 282.

Mergatenſe Cœnobium in agro Bedfordenſi, Cella ſancti Albani, 350.

Gaufridus Abbas ductus ſanctimonia & miraculis Rogeri Heremitæ, & Chriſtinæ Virginis conſtruxit & dotavit, 350. 10, &c. a.

Mallingenſe Cœnobium in agro Cantiano, 352.

Eadmundus R. Anglorum & Merciorum fundavit & dotavit, 352. 60 b. *Metæ*, 353. 20 a.

Malvernenſe Monaſterium in agro Wigornenſi, Cella Weſtmonaſterii, 365.

Aldwine Heremita incepit, & Gulielmus Conqueſtor, & Henricus ejus filius adjecerunt poſſeſſiones, 365. 20 b.

Middleburgenſe Cœnobium in agro Eboracenſi, Cella de **Whitby**, 413.

Robertus de Brus fundavit & dotavit, 413. 20 a.
Milites Abbas de **Reading** *facere poterat, in ſacra veſte Chriſti, in qua parvulos ſuſcipere modeſtè cavebat*, 418. 26 a. *leproſos ſuſtinere tenentur*, 419. 34 b. *de Ordine Leproſorum*, ibid.

May Prioratus in Scotia, Cella Radingenſis Cœnobii, 422.

D. Rex Scotiæ fundavit & dotavit, 422. 50 a.
Malcolmus R. Scotorum , 429. 63. b. *v. paulo infra.*

Monktonenſe Cœnobium in agro Eboracenſi, 476.

Willielmus de Arches & Ivetta uxor ejus fundarunt, 476. 34 a.

Margan Monaſterium in Wallia, 477.

Robertus Comes Gloceſtriæ & Willielmus ejus filius fundarunt, 40 b.
Maucomus R. Scotiæ, 481. 41 a.
Malcolmus R. Scotiæ, ejus progenies, 705. 66 b.

Marrigenſis Prioratus in agro Eboracenſi, 484.

Edvardus R. tertius confirmavit plures donationes, 444. 10 b.

Modbury Prioratus in agro Devonienſi, 507.

De Advocatione ejuſdem, 30 a.

Miſſendenenſe Cœnobium in agro Buckinghamenſi, 541.

Fundatur An. Dom. 1293. *per Willielmum de Muſſenden Dominum de* **Muſſenden**, 542. 10 a.

Minoriſtarum Domus Londini, 542.

Thomas de Brotherton frater Edvardi R. primi & Blanca uxor djus Regina Navarræ, fundarunt, 60 b.

Marlow Prioratus Monialium, 545.

Galfridus Dominus Spenſer primus fundator.

Malvern-minor, 545.

Jocelinus fundator.
Morgant R. Walliæ. Conventio de pace inter eum & patruum ſuum Frioc. Morgant dolo occidit patruum, pœnitentia illi inde per Epiſcopum Oudoceum, &c. injuncta, 546.

S. Michaelis in Monte Prioratus in agro Cornubienſi, Cella S. Michaelis de periculo Maris in Normannia, 551.

Robertus Comes Moritoniæ fundavit, 60 a. *liberatur ab Epiſcopali Juriſdictione per Liuricum Epiſcopum Eſſeceſtrenſem*, 551. 40 b.

Mereſienſe Cœnobium in Eſſexia, Cella ſancti Audoeni in Rothomago, 552.

Mintingenſis Prioratus in agro Lincolnienſi, Cella ſancti Benedicti ſuper **Leyre**, 592.

Ranulphus Comes Ceſtriæ fundavit, 40 a.

Monkenlanenſis Prioratus in agro Herefordenſi, Cella de **Conchis** in Normannia, 597.

Monumethenſe Cœnobium in Wallia, Cella Abbatiæ S. Florentii de Salmuro, 600.

Witenocus de Monemue fundavit, 42 a.

Mendhamenſis Prioratus in agro Norfolcienſi Cella de **Caſtle-Acre**, 631.

Willielmus filius Rogeri de Huntingfeild fundavit, 10 a. *Compoſitio inter Priorem de Acra & domum de* **Mendham**, 632. 50 a. *Nullus Monachorum deponatur niſi tribus de cauſis, ſcilicet, inobedientia, ſive Incontinentia, vel dilapidatione domus*, 60 a. *ſi quiſquam recipiatur & revertere voluerit, poteſt, & tota catalla ſua remaneant apud* **Mendham**, 10 b.

Monk-Brettonenſis Prioratus in agro Eboracenſi, Cella de Pontefracto, 660.

Adam filius Swani fundavit, 50 a. *vocatur Monaſterium S. Mariæ de Lunda, dotatur*, ibid.
Militis feodum continet 13 *carrucatas terræ*, 661. 34 b.

Montis-acuti Cœnobium in agro Somerſetenſi, 668.

Willielmus Comes Moritoniæ in Normannia fundavit; habet quatuor Cellas, viz. **Careſwall**, **Holm**, *S. Carok*, & **Malepaſſ** *in Walliæ finibus, quælibet Cella alit duos Monachos*, 38 a. *Tempore Saxonum vocatur* **Logaresburg**. *Caſtellum ibidem conſtructum*, 60 a. *Reginaldus Cancellarius, ratione officii, ſic dictus, celebris vir famæ, tempore Henrici primi, vitam ſuſcepit Monaſticam, & fit ibi Prior* 10 b. *Brittannicè vocatur* **Brent-knoll**, *i. e. Ranarum mons*, 64 b.
Magnellus Makenlett R. Ultoniæ fundator Abbatiæ de **Caryk**, 710. 16 b.
Manniæ R. Godredus, & Olavus, 711. 20 a.
Manniæ Epiſcopus Simo, conſtitutiones Eccleſiaſticas edit, de Probationibus Teſtamentorum, de bonis Inteſtatorum, de Mortuariis, &c. 711. 30 a.
Thomas Dei gratia R. Manniæ & Inſularum Comes Derbiæ & dominus **Stanley** *confirmat poſſeſſiones, &c. Huano Sodorenſi Epiſcopo*, 718. 10 a.

Melſaenſis Abbatia in agro Eboracenſi 792.

Willielmus le Gros Comes Albemarliæ fundator, 793. 52 a. *Iter Hieroſolymitanum in voto habebat, ſed non valens adimplere, abſolutus fuit ab eodem, ad ædificandam hanc Abbatiam*, 10 b. *Etimologia nominis*, 20 a. *Metæ*, 794. 20 a. *de cauſa fundationis & ſitu loci*, 793. 52 a. *fundationis & fundatorum hiſtoria*, 797. 1 b.

Merevallenſis Abbatia in agro Warwicenſi, 830.

Robertus Comes de Ferrariis fundavit & dotavit, 830. 30 a.

Mendhamenſis Abbatia in agro Buckinghamenſi, Cella de **Woburn**, 926.

Hugo de Bolebec fundavit, 1229.

Montgracenſe Cœnobium in agro Eboracenſi, 968.

Thomas de Holland Dux Surriæ, Comes Canciæ & Dominus de **Wake** *fundavit*, 968. 24 a.
Rogerus de Montealto deſponſavit Ceciliam filiam Comitis **Arundel**, 315. 34 a.
Rogerus de Mortimer in uxorem duxit Matildam ſecundam filiam & cohæredem Willielmi Brews, 320. 58 a.
Willielmus Meſchynes filius Ranulphi Domini de **Copeland**, 395. 20 b. *eorum progenies*, 400. 1 a.
Montefort de Henley, illorum inſignia, 433. 34 b.
Gaufridus de Magnavilla, v. **Walden** *Monaſt.* 445. *ejus progenies, & geſta*, ibid. *iſte Gaufridus contra Regem Stephanum armatur, deprædator magnus, excommunicatus moritur. Templarii ſuper eum morientem, Religionis ſuæ habitum, cruce rubeâ ſignatum impoſuerunt, & mortuum tollentes, in pomerio ſuo veteris Templi Londini, canali incluſum plumbeo, in arbore torva ſuſpenderunt*, 450. 40 a.
Radulfus Meyngaryn miles, ejus genealogia, 490. 54 a.
Edmundus Mortimer, ejus progenies, 536. 1 a.
Willielmus de Muſſenden ejus progenies & genealogia, 542. 24 a.
.... *Mortimer nuptus Iſabellæ viduæ Thomæ Muſſenden militis*, 542. 3 b.
Eva filia Willielmi Marſhal nupta Willielmo Breoſa, 557. 49 b.
Matilda filia & cohæres Willielmi de Breoſa nupta Rogero de Mortuo mari, 557. 54 b.
Rogerus Vicecomes de Montgomery, ejus progenies, 568. 40 b.
Rogerus de Monbegun deſponſavit Matildam filiam Adæ filii Suent, 659. 16 b. 622. 30 b.
Richardus filius Huberti de Mydelinton deſponſavit Beatricem filiam Richardi de Foxton, 678. 2 a.
Will. de Maundevill deſponſavit Margaretam filiam Eudonis Dapiferi & Roheſiæ uxoris, 724. 12 b.
Willielmus Mareſchallus deſponſavit Iſabellam filiam & hæredem Richardi Strongbow, ejus progenies, 725. 22 a.
Matilda filia D. Edmundi de Mortuomari nupta Theobaldo de Verdon, 725. 20 b.
Rogerus de Mortuomari primus Comes Marchiæ deſponſavit Joannam filiam & hæredem Petri de Gervy, ejus progenies, 726. 8 a.
Philippa filia Willielmi Montagu Comitis Sarum nupta Rogero de Mortimer, 726. 20 a.
Warinus de Monte Caniſio deſponſavit Joannam filiam ſecundam Willielmi Marſhall, ejus progenies, 726. 10 b.
Willielmus de Monte minori deſponſavit Iſabellam Baſſet filiam ſecundam Agnetis Ferrers, 727. 8 a, *ejus progenies*, 10 a.
Johannes Meriot deſponſavit Mariam ſecundam filiam Willielmi Ferrers, 727. 11 a.
Johannes de Mohun deſponſavit Joannam quintam filiam Willielmi Ferrers, ejus progenies, 726. 20 a.

Hugo de Mortuomari Dominus de **Chelmerſh** *deſponſavit Agatham ſeptimam filiam Willielmi Ferrers, ejus progenies,* 727. 24 a. & 60 a.
Rogerus Mortimer de Wigmore deſponſavit Matildam filiam & cohæredem Willielmi Brews, ejus progenies, 726. 60 a.
Robertus Manners Miles deſponſavit Alionoram primam filiam Thomæ Domini **Ros**, *ejus progenies,* 729. 3 a.
Mulbray cognomen ſumptum de cognomine de Albineio, 775. 14 b. *eorum progenies,* 776. 1 a. & 56 b.
Johannes de Mules ejus filia & hæres nupta Thomæ Courtney, 789. 20 a.
Ranulphus de Merley deſponſavit Julianam filiam Goſpatrici Comitis, 801. 48 a.
Gamellus
Ketellus } *de Melſa* 793. 60 b. *eorum progenies,* 794. 34 b.
Johannes
Willielmus Maydwell deſponſavit Agnetem filiam unicam ultimi Richardi de Foxton, 819. 50 a.
Petrus Mauclerk, 878. 4 a. *deſponſavit Adeliciam filiam Guidonis de Toarchi & Alionoræ uxoris ejus filiæ Gaufridi filii Henrici ſecundi & Conſtantiæ uxoris ejus filiæ Conani Ducis Brittanniæ* 878. 4 a.
Willielmus de Monteacuto deſponſavit Joannam primam filiam & cohæredem Theobaldi de Verdon, 913. 6 b.
Alicia Mohun quarta filia & cohæres Will. Bruer nupta Reginaldo de Mohun. Mohunorum genealogia, 930. 40 a. *tempus mortis, & loci ſepulturæ plurium ejus familiæ & aliorum,* 931. 38 a.
Johannes de Mohun tertius, mutavit inſignia antiqua, nempe manicam ermiatam, in ſcutum aureum cum cruce nigra engrellata, 930. 19 b.
Robertus de Muſcham ſeneſchallus Domini Gilberti de Gaunt, cui Robertus dedit dominium de **Ilkeſton**, *ejus progenies,* 963. 6 a.

N

ADam Nanus Scotus, pius Monachus, in Monaſterio Coluddi, illi per viſionem indicatur futura combuſtio illius Cœnobii, 90. 36 b.
Reinaldus ſans naſe quia naſum perdiderat in bello cum Willielmo ſeniore, 29. 14 b.

S. Neoti Prioratus in Comitatu Huntendonenſi, Cella Abbatiæ de Becco, 368.

S. Neotus Arnulpheſbiri primò Monachili ordine inſtituit, fuit frater Aluredi Regis qui Academiam Oxonienſem fundavit, inſtigante fratre, 368. 60, &c. a. *Roheſia uxor Richardi filii Comitis Giſleberti fundavit,* 369. 8 b. *fit Indigena,* 370. 56 b.

Norwicenſe Cœnobium in agro Norfolcienſi, 407. Vide Additionalia, 1003.

Willielmus Rufus fundavit, 407. 60 b.
Herberti Norwicenſis Epiſcopi encomium amplum, 1003.

Nunkellingenſis Prioratus in agro Eboracenſi, 498.

Agnes de Archis fundavit & dotavit, 474. 60 a.

Nunburnhamenſis Prioratus in agro Eboracenſi, 498.

Rogerus de Merley & Anteceſſores ſui fundarunt, 498. 66 a.

Nun-Eaton Monaſterium in agro Warwicenſi, 518.

Robertus Comes Leiceſtriæ fundavit, 30 b. *de ordine Monialium de Fonte-Ebraudi* 32 a. *Immunitates conceſſæ per Abbatiſſam Fontis Ebraldi,* 520. 10 a.

S. Andreæ Northamptonenſe Cœnobium, 677.

Simo de Seintliz & uxor ejus Matildis, ne in die Judicii, cunctis aſtantibus, cum vacua manu appareant, fundarunt, &c. 680. 41 b.

Nethenſis Abbatia in agro Glamorganenſi, 719.

Richardus Grainvill & Conſtantia uxor ejus, fundarunt & dotarunt, 719. 10 a.

Newminſter Abbatia juxta Morpeth in agro Eboracenſi, 800.

Robertus de Merley & Juliana uxor fundarunt, 800. 1 a. *filia de Fontibus,* ibid.

Nun-Appletonenſis Prioratus in agro Eboracenſi, 907.

Adelizia de Quintino & Robertus filius & hæres fundarunt. 60 b. *Conventiones inter Richardum de Fawconbergh & Conventum de* **Appleton**, 908. 30 b. *Injunctiones factæ Prioriſſis,* 910. 40 a.

Nun-Cotonenſis Abbatia in agro Lincolnienſi, 922.

Ingeramus de Munceus fundavit & dotavit, 10 b. *conſtitutiones pro ſororibus ibidem.* 924. 30 b.

Newenhamenſis Abbatia in agro Devonienſi, 928.

Fundator primus Henricus tertius. Secundus Fundator Reginaldus de Mohun, 930. 44 b. *Nomina Abbatum de* **Newnham**, 931. 40 b. *de fundatoribus de* **Neweyam**, 930. 4 b.

Sanctimonialium S. Mariæ in pratis Northamptonienſibus, 1011.

Simo Comes Northamptonenſis fundavit, 1011. 40 b. *plures donationes,* ibid.
Bernardus de Novo-Mercatu, 316. 4 b. 386. 14 a. *Neſta uxor ejus, ejus progenies,* 319. 20 b.
Mahel de Novo-Mercatu filius Bernardi hæreditate ſuâ de **Brecknock** *privatur, eo quod Mater ejus Neſta, aliàs, Agnes, filia Griffini filii Lewellini, Principis Walliæ, juravit coram Rege Henrico primo, quod dictus Mahel non fuit filius Bernardi viri ſui, ſed alterius militis quem præamavit,* 319. 23 b.
.... *de Novo-mercatu deſponſavit unam filiarum & cohæredum Radulphi de Cheurolcourt,* 503, 30 a.
Bernardus de Novo-mercatu & Agnes uxor ejus, eorum filia & hæres deſponſata Miloni Comiti Herefordiæ, 557. 30 a.
Nigellus venit in Angliam cum Hugone Comite Ceſtriæ, ejus progenies, 905. 50 a.

O

S. Oſwaldus R. 4. 31 a. 38. 40 b. *ejus reliquiæ tranſlatæ,* 108. 10 b.
Offa R. 9. 54 b. 19. 24. 45 a.
Oſwinus R. & Martyr, 42. 30 a. *& Edwinus R. occiſi apud* **Maſerſfeild**, 38. 63 a.
Oſwius R. 63. 66 a. 96. 30 b.
Oſtrich Regina Atheldredi Regis, 67. 56 b.
Oſredus R. 170. 48 a.

vide infra. **Oxoniæ Cœnobium ſanctæ Frideſwidæ, 173. vide Additionalia, 983.**

S. Frideſwida dudùm Oxoniæ Regis filia, Regis Algari deſpexit thorum, illam perſequitur ſed cæcitatem incurrit, ad portas Oxoniæ quas perrumpere tentabat, Reſtituitur ſtatim precibus Frideſwidæ, hinc timor inolevit Regibus Angliæ Oxoniam adeundi, 173. 40 a. *fit Monialis ibidem Frideſwida, pia valde,* 173. 12 b. *conſtruit Cœnobium ibidem. Etheldredus R. Monaſterium ampliat,* 174. 10 a. *dotatur* 30 a. *Confirmatio.*
Olavus R. & Martyr, 315. 34 b.
Oſricus R pater S. Oſwini Regis & Martyris. S. Oſwini geſta, mors & ſepultura, 333. 60, &c. a.

S. Olavi Prioratus, 545.

Rogerus filius Osberni fundavit.

Olerienſe Cœnobium in agro Devonienſi, Cella S. Mariæ Rothomagi, 549.

Edvardus R. Confeſſor fundavit, 52 a.

Otritonenſis Prioratus in agro Devonienſi, Cella Abbatiæ de Monte S. Michaelis in periculo Maris, 569.

Okeburnenſe Cœnobium in agro Viltonenſi, Cella de Becco in Normannia, 582.

Matildis de Warrenford aliàs de **Wallingford** *fundavit,* 581. 40 a.
Olavus R. Inſularum. 709. 56 b.
Johannes Orby in uxorem duxit unam filiarum & cohæredum Roberti de Tatteſhall, 337. 50 a.
Willielmus filius Osberti unus magnatum præcipuorum Normanniæ, Comes Ogi, ejus progenies, 724. 34 b.
Odo Campaniæ Comitis filius in uxorem duxit ſororem Willielmi Conqueſtoris, à quo Comites Albemarliæ & **Holderneſ**, 796. 1 b. *ejus progenies,* ibidem. *vide ſupra.*
Cœnobii S. Frideſwidæ Oxoniæ limites terrarum, 983. 60 a. *R. Etheldredus amplificavit Eccleſiam prout voverat,* 984. 10 b. *Guimundus Capellanus Henrici primi fit Prior illic, ex reſponſo ſuo, ignorantiam Clericorum perſtringente,* 22 b.

P

Piritot dictum, 6. 5. a.
Picti Britanniam invadunt, 10. 40 b.
Pelagiana hæreſis in Britannia, 10. 62 b.
Pax ſumma tempore Aluredi Regis, ita ut torques aureus ſi exponeretur in compito, citius ibi putreſceret, quam furto tolleretur, 32. 60 b.
Piſcis, vocatus Eſichius, per Piſcatorem famoſum Edricum (eum docente perſonaliter S. Petro) captus Weſtmonaſterii in Thamiſi fluvio, 58. 18 b.
Penda } R. 63. 66 a.
Peada
Prælium apud **Ellington** *inter Egbertum Regem, & Bernulphum Merciorum Regem qui vincitur*, 32. 30 a.

Petroburgenſe Cœnobium in agro Northantonienſi, 63.

Peada filius Pendæ R. Merciorum, cooperante Saxulpho, molitus eſt Monaſterium **Medehamſted** *in Regione Gerviorum, quod beato Petro conſecravit*, 63. 62 a. *& Oſwius R. devicto Penda, idololatriæ capite, hoc Monaſterium regulariter provexit*, 63. 35 b. *Wulferus R. A. D.* 664. *confirmavit priorum Regum donationes, & plures addit*, 64. 30 a. *limites terrarum quas dedit*, 46 a. **Ancharig** *Monaſterium conſtruxit Saxulphus*, 50 b. **Medeſhamſted**, **Burgh** *nominatur*, 65. 43 a. *Edgarus Rex confirmat conceſſiones & plures dat terras & poſſeſſiones*, 65. 30 a. *per Danos, Hubbam Comitem*, &c. *Hedda Abbas, cum omnibus Monachis, occiſus, circa annum D.* 870. 68. 3 b. *Turgarus frater cum Toreto Priore de* **Ancharig** *& alii, Monachos ſepelit, reliquias recolligit*, 69. 5 b. *Agatho Papa confirmat privilegia, & inter alia prærogativa donat, ut cœteris Cœnobiis à Tamenſi fluvio in Aquilonem, ſicut & orta perhibetur Mater primaria*, 66. 60 b. *Regum plurium confirmationes An. Dom.* 870. *Pagani irruentes, plura Monaſteria, inter quæ* **Medeſhamſted**, *diruunt, incendunt, & Monachos trucidant*, 68. 2 b. **Medeſhamſted**, *Burgum S. Petri vocatur*, 70. 60 a. *hiſtoria fundationis hujus Monaſterii in feneſtris vitreis, ex occidentali parte clauſtri depicta, cum carminibus ſermone Anglicano*, 70. 1 b. *Edgarus R. & Athelwoldus Epiſcopus Wintonienſis hoc Monaſterium dirutum reſtaurant*, 60 a.

Polleſworthenſe Cœnobium in agro Warwicenſi, 197.

Ethelwlphus R. fundator, 197. 30 a. *ſed ex vetuſto rotulo habetur, quod Egbricus R. cujus filium & hæredem incurabili morbo languentem, & in Hiberniam ad S. Modwenam tranſmiſſum, quæ ipſum curavit, quâ in Angliam per Regem accerſitâ, R. donavit & terras, & fundavit* **Trenſale** *&* **Polleſworth**, *& filiam ſuam S. Editham illic collocavit*, 197. 41, &c. a. *Robertus Marmion & Gualterus de Somervile rapuerunt poſſeſſiones ejuſdem Abbatiæ, ſed Marmion, viſione, à ſancta Editha, territus reſtituit*, 198. 20 a. *dotatur*, 199. 3 a.

Perſhorenſe Monaſterium in agro Wigornenſi, 203.

Egelwardus Dux Dorſatenſis fundavit, aliquanta Oſſa Fœlicis, Edburgæ hic habentur, 203. 56 a. *An. Dom.* 680. *Perſora ab Oſwaldo fundata, Abbates ejuſdem*, 1 b. *In Capella ſanctæ Mariæ ibidem, inventa ſunt Oſſa Oddæ Comitis vel Ducis quondam fundatoris. Ejus Epitaphium*, 36 b. *Oddo ſucceſſit in hæreditate Delſero nequiſſimo Conſuli, qui graviter læſit Eccleſiam Perſhorenſem & pediculis exeſus miſerè obiit, Odda verò reſtituit, & virginitatem vovit, ne hæres ſuus Eccleſiam exhæreditaret*, 50 b. *Inventa etiam ſunt oſſa Foldbrithi primi Abbatis, cujus corpus exanime in feretro revixit, & erexit ſe, verba edidit, & accepto viatico corporis Dominici, dimidium diem ſupervixit, & ſic iterato obitu dormivit*, 204. 4 a. *Wadda Comes attulit reliquias S. Edburgæ*, 204. 34 a. *dotatur*, 50 b. *Corpora hominum quorundam locorum illic ſepelienda*, 205. 46 b. *combuſtum fuit*, ibid. *& chartæ deperditæ, unde plures teſtes examinati circa jura & privilegia ſua*, 3 b.
Poedus R. 70. 18 b.

Petrocenſe Cœnobium in agro Cornubienſi, 213.

Sic nuncupatum à S. Petrocio apud Bodemonam Monaſticam vitam ducentem, in valle ubi S. Guronus ſolitariam vitam degens in tugurio, quod reliquit S. Petrocio. Mortuis Monachis Clerici hæreditatem arrogabant. Poſtea Comes Mortoniæ & Cornubiæ in uſus ſuos convertebat, & poſtea quidam Algarus reſtituit & dotavit, An. Dom. 981. *à Danis Piratis devaſtatur*, 213. 10 a.
Plow-Almes, *i, e. receptio unius denarii de qualibet caruca juncta inter Paſcha & Pentecoſten*, 256. 33 a.

Peykirkenſe Cœnobium in agro Northantonienſi, 305.

An. Dom. 1048. *Wlſgatus Abbas amiſit ſedem Abbatiæ ſuæ per Judicium Curiæ Hardi-Canuti Regis, Abbatibus de Burgo Petri calumpniantibus dictam Abbatiam eſſe ex eorum poſſeſſionibus*, 305. 60 b.
Pertica quid, 313. 34 a.

Sanctæ Mariæ de Prato Monaſterium juxta S. Albanum in agro Hartfordenſi, 347.

Carinus Abbas S. Albani fundavit pro Monialibus leproſis & dotavit, 10 a.

Penworthamenſe Cœnobium in agro Lancaſtrenſi, 360. Cella de **Eveſham**.

Richardus Buſſell fundavit & dotavit, 360. 60 a.

Pinleyenſis Prioratus in agro Warwicenſi, 442.

Dotatur per Johannem filium Galfridi de Langley, 40 b. *inter alia donavit Monialibus ibidem Robertum fratrem ſuum, & hominem ſuum cum homagio & ſervitio & redditu* 6. *denariorum*, 60 b.

Pembrokenſis Prioratus, 510.

Walterus Mareſchallus Comes Pembrochiæ fundavit, 20 a.

Polleſho Prioratus Monialium, 545.

D. Bruar Epiſcopus Exonienſis fundator, frater Gulielmi Bruar, avunculi Johannis Regis.

Patrickburnenſe Cœnobium in agro Cantiano, Cella de Bello-loco in Normannia, 576.

Johannes de Pratellis benefactor, 56 b.
Prioratuum Alienigenarum ſuppreſſio per Henricum quintum, 607. 40 b.

Prittlewellenſis Prior. in agro Eſſexiano, Cella de **Lewis**, 619.

Robertus filius Sueni fundavit, 62 a.

Pontefractenſis Prioratus in agro Eboracenſi, 648.

Robertus de Laceio fundator, 50 b. *dotavit*, ibid. *Compoſitio inter Monaſterium de* **Bretton**, *& Pontefractenſe*, 652. 50 b. *Conventio inter Priorem S. Oſwaldi & Pontefractenſe*, 654. 60 a. *In hac Conventione partes renunciant omnibus privilegiis impetratis & impetrandis, & beneficio cujuſcunque conſtitutionis editæ ſeu edendæ per quas præſens compoſitio, aliqualiter poteris infirmari vel infringi*, 654. 50 b. *Bulla Cœleſtini Papæ pro privilegiis, inter alia, ut tempore Interdictionis generalis, clauſis januis, excluſis excommunicatis, non pulſatis campanis, ſuppreſſâ voce, divina officia celebrare poſſint*, 651. 10 b.

Pipwellenſis Abbatia in agro Northantonenſi, 815.

Fundata eſt 1143. *& anno* 1323. *fuit diſperſio facta ratione paupertatis. Dicta S. Mariæ de Diviſis ob tres rationes*, 815. 40 a. *cauſa deſtructionis boſcorum de* **Pipwell**, 40 b. *hiſtoria illius Abbatiæ & Abbatum*, ibid. *de ſitu & diverſis infortuniis ejuſdem Abbatiæ*, 818. 24 a. *Radulfus Comes Ceſtriæ fundator*, 31 a. *ſed Willielmus Boutevileyr primus fundator*, ibid.

De Ponte Roberti Abbatia in agro Suſſexienſi, 916.

Robertus de S. Martino fundavit tempore Henrici R. ſecundi, 916. 20 a.

Pilla Prioratus in Cambria, 1019.

Adam de Rupe & Blandina uxor ejus fundarunt.

Pultonenſis Abbatia. Vide **Deulacre**.

Perciorum Catalogus, 72. 12 b. *cognomen Algernonns illius familiæ*, 73. 35 b. *& Otleſgernuns*, 74. 4 b. *Serlo Percy ad montem Gaudii in provincia Hieroſolymitana moritur & illic ſepultus*, 74. 30 a.
Adam de Port deſponſavit Mabiliam filiam Reginaldi de Aureâ valle, ejus progenies, 594. 34 a.
Lucas de Poinings deſponſavit Iſabellam
viduam

viduam Bartholomei Burwaſh & filiam Hugonis de Port, ejus progenies, 50 a.
Johannes Parr Dominus de **Kirkby** *in* **Kendall** *deſponſavit Agnetem filiam & hæredem Thomæ Crophall & viduam Walteri Devereux, ejus progenies,* 725. 52 b.
Præbenda, idem quod victus neceſſarius, 997. 34 b. 1000. 24, &c. b.
Gilbertus Pipard duxit in uxorem Aliciam tertiam filiam & cohæredem Alani f. Duncani, 400. 50 b.
Rogerus Pedwardin deſponſavit Aliciam filiam Henrici Longchamp, ejus progenies, 444. 60 a.
Gaufridus filius Petri deſponſavit Beatricem filiam Willielmi de Say, eorum progenies, 446. 6 a.
Pinkney Vicedominus deſponſavit unam filiarum Stephani Comitis Albemarliæ, 797. 60 b.

Q

QVendrædæ filiæ ſuæ R. Kenulphus filium ſuum ſeptennem reliquerat alendum. Illa regnum ambiens, tollendum curavit. Romæ mors ejus divinitùs innotuit, columbâ ſuperne membranam ſuper altare ferente necis Indicem. Cecidere oculi Quendrædæ ſuper librum in quo legebat, cruore adhuc maculatum, 188. 20 a.
Quarrentena, quid, 313. 32 a.

Quarrerenſis Abbatia in Inſula Vectæ, 760.

Rich. Comes Exonienſis fundavit, 20 a.
Robertus de Quincy deſponſavit Hawiſiam quintam ſororem Ranulfi Comitis Ceſtrenſis, habuit filiam Margaretam nuptam Johanni de Lacy Conſtabulario Ceſtriæ, 309. 43 a.
.... de S. Quintino deſponſavit unam filiarum & cohæredum Radulfi de Cheurolcourt, 503. 30 a. 799. 1 a.

R

REliquiæ. v. in hiſtoria cujuſque Monaſterii.
Richardus R. primus, 22. 33 a. 23 b.

Roſenſe aliàs Hroſenſe & Roſceſtrenſe Cœnobium in Cantio, 27.

An. Dom. 600. *R. Ethelbertus fundavit Eccleſiam S. Andreæ Apoſtoli, Roſi, & plures terras contulit,* 27. 1 a. *privilegia eidem conceſſa per Ethelbertum,* 27. 60 a, *Offa R. Merciorum conceſſit terras eidem, & Sigeredus R.* 28. 54 b. *Henricus R. confirmat,* 29. 37 a. *plures donationes cum chartis ſuis illic recitantur,* 29. 20, &c. b.
Willielmus Rufus R. filius Willielmi conqueſtoris, 75. 1 a.

Raculſenſe Cœnobium in Cantio, 86.

Berthwaldus Abbas ibidem electus in Epiſcopum An. Dom. 692. 86. 40 a. *Eadredus R. confirmat privilegia,* ibid. *limites ejuſdem,* 87. 10 a.

Ripponenſe Monaſterium in agro Eboracenſi, 172.

S. Wilfridus conſtruxit, igne combuſtum, 127. 18 a. *Cœnobium in* **Undalun** *combuſtum exceptâ unâ domo, in qua S. Wilfridus obiit, quæ nullis adjectis fomitibus, comburi potuit,* 172. 63 a. *dotatur,* 34 b. *Homines S. Wilfridi ſunt credendi per ſuum* **Ya**, *& per ſuum* **Na**, *i. e. per ſimplicem affirmationem & negationem, videlicet dicendo,* ita eſt, *vel,* non ita eſt, *ſic habet charta privilegiorum Ripponenſium per Adelſtanum Regem,* 173. 26 a.

Ramſeienſe Monaſterium in agro Huntendonenſi, 231.

An. Dom. 969. *Ailwinus Dux Anglorum orientalium fundavit, S. Dunſtanus Cantuarienſis & Oſwaldus Eboracenſis, Archiepiſcopus, Eccleſiam illìc beatæ Mariæ & omnibus ſanctis Virginibus conſecrarunt,* 231. 33 a. *Genealogia Comitis Ailwini,* 61 a. *de ſitu Inſulæ de* **Ramſey**, ibid. *de triplici etymologia nominis,* 232. 10 b. *dotatur ditiſſimè,* 233. 20 a. *præfatus Ailwinus vocatur* **Alderman**, 234. 64 b. *& totius Angliæ Aldermannus,* 240. 34 a. *Miraculoſa curatio podagræ in Ailwino, per viſionem Wlfgero piſcatori ſuo factam,* 235, 10 a. *unde capellam & Monaſterium fundavit,* 235. 11 b. *Libellus de Anniverſariis in Eccleſia Ramſeienſi obſervatis.* 239. b. *Epitaphium Ailwini,* 240. 36 a. *Abbates de* **Ramſey**, 240. 40 a.

Rumeſeienſe Cœnobium in agro Hantonienſi, 219.

An. Dom. 907. *R. Edgarus, in Monaſterio* **Rumſey**, *quod Avus ſuus R. Edwardus ſenior conſtruxerat, Sanctimoniales collocavit,* 32 b. *privilegium habendi furcas ibidem,* 40 b. *dotatur,* 220. 1 a.
Reſponſum audax cujuſdam Monachi Coventrienſis Papæ datum, 303. 56 a.
Reinfridus Prior ſuadet D. Willielmo Percy ad fundandum Monaſterium de **Preſteby** *ad* **Ormesbrigg**. *caſu ligni; confracto cerebro moritur,* 7. 20 a.
De Romara genealogia, 305. 6 a.

S. Martini Richmundiæ Monaſterium. Cella ſanctæ Mariæ Eboracenſis, 401.

Wymarus Dapifer Comitis Richmondiæ fundavit, dotatur, 401. 10 a.

Romburgenſe Cœnobium in agro Cantabrigienſi, Cella S. Mariæ Eboracenſis, 404.

Alanus Comes Richmondiæ fundavit, & dotavit, 40 a.

Radingfeldenſis Prioratus in agro Suffolcienſi, 417.

Anno. Dom. 1120. *Manaſſes Giſnenſis Comes & uxor Emma fundarunt & dotarunt,* 417. 10 a.

Readingenſe Cœnobium in agro Betrocenſi, 417.

Fuit quondam Cœnobium Sanctimonialium ſed abolitum. Henricus ſecundus R. pro indicta ſibi pœnitentia reſtauravit, & duo diruta Monaſteria, **Leſminſtre**, & **Celſi** *adjunxit, inter Kenettum & Tamiſin flumina, ubi ad populoſiores Urbes Angliæ omnium pœne itinerantium, eſſet diverſorium,* 50 a. *ducentos Monachos illic reſtituit,* 6 b. *dotatur,* 20 a. *privilegia,* ibidem.

Rindelgroſenſis Prioratus in Scotia Cella de **Reading**, 422.

David R. Scotiæ fundavit & dotavit, 10 a.

S. Radegundis juxta Cantabrigiam Prioratus, 480.

Malcolmus R. Scotiæ dotavit, 35 a.

Roſſedalenſe Cœnobium in agro Eboracenſi, 507.

Robertus Stutevill fundavit, 54 b.

Rowneienſis Prioratus in agro Hertfordenſi, 516.

Conanus Dux Britanniæ fundator, 517. 28 a. *Johannes Fray Patronus,* ibid.
De Regimine Principum, liber ſic dictus, compoſitus per Ægidium fratrem, 536.

Roinhamenſis Prioratus in agro Norfolcienſi, Cella de **Caſtle-Acre**, 636.

Godefridus de Liſewis fundavit, 40 a.

Ruſtinenſis Abbatia in Inſula Manniæ. Cella Cœnobii Furneſienſis, 710.

An. Dom. 1134. *fundata eſt Abbatia de* **Ruſſin** *per Olavum Regem Manniæ, Prius conſtructa apud* **Mireſcrog**, 711, *tranſlata ad Dufglas. Ibique per quatuor annos habitatur, iterum ad* **Ruſſin** *revertitur,* 10 a.

Rievallenſe Cœnobium in agro Eboracenſi, 727.

Gualterus Eſpec fundator, motu S. Bernardi Clarevallenſis, 40 a. *filius ſuus Gualterus ab equo veloci dejectus collum fregit & ſuaſu fratis ſui Willielmi Gertonenſis Rectoris, Chriſtum de parte terrarum ſuarum fecit hæredem, & tria Monaſteria conſtruxit,* **Kirkham**, *Rievallis, &* **Wardon**. *Poſtea ſumpſit habitum Monachalem apud Rievallem & illic ſepultus fuit,* 50 b.
Cirographum inter hoc Cœnobium & **Kirkham**, 731. 21 a.

Reveſbienſis Abbatia in agro Eboracenſi (rectius Lincolnienſi) 822.

Fundata anno Dom. 1142. *per Willielmum de Romara Comitem Lincolnienſem & Willielmum filium & Hawiſiam Comitiſſam,* 822. 60 a. *Nomina Villanorum qui libertatem petierunt & habuerunt,* 823. 20 a.

Rupenſis Abbatia in agro Eboracenſi, 835.

Richardus de Builli fundavit, 59 b. *& dotavit. Succeſſio Abbatum,* 839. 31 b.

Ruffordenſis Abbatia in agro Nottinghamenſi, 848.

Gilbertus Comes Lincolnienſis fundavit & dotavit, 12 a.

Rewleinſis Abbatia in Suburbio Civitatis Oxoniæ. 934.

Richardus Comes Cornubiæ fundavit & dotavit, 60 a.
Regia via ſic dicta per obequitationem Domini Regis, 964. 24 b.
Rogerus Heremita, ejus miracula & ſancta vitæ. v. **Mergate** *Monaſterium*, 350.
Robertus filius Rogeri duxit in uxorem Margaretam viduam Hugonis de Creſcy & filiam & hæredem Willielmi filii & hæredis Roberti Fitzwalter, progenies ejus 415. 1 b.
Roſamunda Regis Henrici ſecundi amica v. **Godſtow** *Mon.* 525. *ejus Tumba & Epitaphium*, 528. 30 b.
Robertus filius Richardi deſponſavit Matildam Senitliz. ejus progenies, 627 20 a.
Alelmus filius Rory venit in Angliam cum Willielmo Conqueſtore. ejus progenies, 678. 10 a.
Roundoel
Garnerius } *le Rych.*
Simo
Garnerius & Simo, in Angliam, cum Willielmo Conqueſtore, venerunt. Garnerius in Franciam vertit. Simo verò dictus de **Sintliz** *duxit in uxorem Matildam filiam ſeniorem & cohæredem Waldiſi Comitis Huntingdonenſis cui R. dedit Honorem de* **Huntington.** 679. 16 b.
Robertus de Ros deſponſavit Margaretam filiam Petri Brus, 707. 48 b.
Almaricus de Rupe Edwardi deſponſavit Matildam de Kyme tertiam filiam Willielmi de Ferrers, ejus progenies, 727. 16 a.
Petrus de Roos deſponſavit Albredam filiam Walteri Eſpec, 728. 39 a. *ejus progenies*, 54 a.
Richardus de Redveriis, ejus progenies, 790. 30 a. *ſine ſobole obeunte, ejus hæreditas Willielmo de Vernon patruo ſuo obvenit. cur de Vernona dictus*, ibid.
Willielmus de Romare deſponſavit tertiam filiam Stephani Comitis Albemarliæ, 797. 64 b.
Robertus filius Rogeri deſponſavit Margaretam filiam & cohæredem Willielmi de Cayneto, & viduam Hugonis Greſcy, 867. 20 a. *ejus progenies*, ibid.
Robertus filius Rogeri filii Johannis, &c. deſponſavit Margeriam de la Zouch, qui juſſu Regis Edvardi primi, aſſumpſit cognomen de Clavering, à principali Manerio ſuo, 867. 40 a.
Willielmus Roos deſponſavit Euſtachiam filiam & hæredem. Hugonis filii Radulfi de Greſeley. 963. 34 a.

S

S*Igebertus R.* 9. 47 b. 14. 3 b.
Saxones Britanniam invadunt, 10. 40 b.
Sexburga Regina, 12 2 b.
Stephanus R. 22. 4 b. & 21 b.
Saxones, 32. 8 b.
Sebertus R. v. *Cœnobium Weſtmonaſterienſe.*

Shireburnenſe Cœnobium in agro Dorſetenſi, 62. vide infra & 423.

Nomina Regum Eccleſiæ Shireburnenſis fundatorum, 62. 50 a. *An. Dom.* 1122.
Skirburn *&* **Horton** *juncta ſunt in unam Abbatiam,* **Horton** *deſtructa*, 20 b.
Sigherus R. 65. 3 a.
Siwius R. ibid.

Strenſhall Cœnobium. Vide Whitby Cœnobium 71.

Circa annum 655. *Oſwius R cum filio Elfrido & parvo exercitu, Pendam & Æthelherum, fratrem Annæ Regis paganos cum* 30 *Ducibus vincit & interficit, filiam ſuam perpetuâ virginitate conſecrandam dat in Hertſeia*, 71. 1 b. *Hilda Abbas Strenſhalenſe Cœnobium conſtruit, Dani diruunt*, 60 b. *reſtituitur per Gulielmum Percie*, 71. 60 b. *cui cognomen Algernum*, 73. 55 b.
Serpentes in lapides gyratos mutati, ibid. *Edelfleda Regina Monaſterium Streneſhalenſe cœptum ab Hilda multum ditavit*, 72. 20 a. *Willielmus R. Conqueſtor dedit Hugoni Comiti Ceſtrenſi, Villam de* **Whitby,** *& Hugo dedit eandem Willielmo de Percy & hic fundavit Abbatiam do* **Whitby,** *& plurimum ditavit*, 72. 30 a. *limites terrarum*, ibid. *aliquando* **Preſteby** *appellabatur* 73. 33 a.
Scoti Anthropophagi tempore Willielmi Conqueſtoris, 72. 1 a.
Sebbi R. **Eſt**-*Saxonum*, 80. 18 a.
Segebardus
Suebredus } *R.* 80. 30 a.
Suanus R. Pater Cnuti, 84. 64 a.
Sexburga Regina, Ercomberti Regis uxor fit Monialis apud Shepeiam in Cantio. Angelus illi apparuit. Danos prædicens, qui regnum invadent, Moritur, 88. 30 a.
Sacrilegus egregius, Sichtricius, 220. 50 a.
Sacrilegorum pœna, 130. 40 a. 30. & 40 b. 131. 30 a.
Sethryth Regina Berthwlfi Regis, 123. 59 a.
Synodale Conciliabulum Bernulphi Regis Merciorum, & Cleri, habitum ad Clifeſboas & inde ad Weſtmonaſterium deductum, in quo terminatur contentio inter Epiſcopum Wigornienſem & familiam **act** *Berclea tangens hæreditatem Æthelrici filii Æthelmundi*, 125. 12 a.
Stow *Monaſterium a Remigio Epiſcopo Lincolnienſi fundatum*, 142. 24 a. *dotatur*, 3 b.

Scapienſe Cœnobium in agro Cantiano, 152.

Henricus R. quartus confirmat privilegia & poſſeſſiones Sanctimonialium S. Mariæ & S. Sexburgæ de Scapeia, 60 b. *à Danis Combuſtum, & à Willielmo Cantuarienſi Archiepiſcopo reſtitutum*, 153. 40 b.

Seleſcienſe Cœnobium in Comitatu Suſſexiæ, 153.

An. Dom. 711. *Wilfridus Epiſcopus Hanguſtaldenſis in honorem beatæ Mariæ fundavit Monaſterium ibidem, dotante Saxonum Rege Ethelwaldo*, 40 b.
Sithricus R. 193. 64 a.
Siredus R. Saxonum Orientalium, 189. 48 b.
Sampſon Archipræſul. ejus miracula, cui dum divina officia celebraret, columna cœlitùs emiſſa ſuper caput ſtaret, 195. 60 b.

Sceptonienſe, i.e. Shaftesbury Monaſterium in agro Dorſetenſi, 213. vide Additionalia, 983.

An. Dom. 880. *Elfredus R. fecit hanc Urbem regni ſui Octavam, & Elgiva uxor Edmundi, qui pronepos fuit hujus Elfredi Monaſterium Sanctimonialium fecit, ejus laudes*, 213. 36 b *dotatur per Edmundum Regem*, 60 b. *Johannes R. donationes confirmat, & plures addit.* 983. 24 a.
Saxoniæ R. Ethelwoldus, 153. 44 b.
Walterus de Somervile cui Conqueſtor dedit **Wichnor** *&* **Barton.** *Vide* **Polleſworth** *Monaſterium*, 197.
Thomas Strangwais, Alicia uxor ejus, 280. 16 b. *ejus Cantaria, plurium, ejuſdem cognominis, mentio*, ibidem.
Sifleda virago famoſa 293. 1 a.
Stigandus Cantuarienſis Archiepiſcopus deponitur, 296. 40 b.
Johannes Scot filius & hæres Matildæ ſororis & cohæredis Ranulphi Comitis Ceſtrenſis, 305. 40 b.

Spaldingenſe Cœnobium in agro Lincolnienſi, 306.

Primo cella Croilandiæ. Poſtea S. Nicholai Andegavenſis. An. Dom. 1053. *Thoraldus de Buckenhall Vicecomes, frater Germanus Godithæ Comitiſſæ, uxoris Leofrici Comitis Leiceſtriæ Prioratum de* **Spalding** *ædificare incepit. Ivo Tailebois dotavit*, 306. 10, &c. a. *Poſtea donavit ſancto Nicholao Andegavenſi*, 307. 54 a. *Aliæ donationes*, 308. 20, &c. b.

Sopewellenſe Cœnobium in agro Hartfordenſi, Cella ſancti Albani, 347.

Gaufridus Abbas S. Albani conſtruxit, & plures familiæ de Albineio dotarunt, 347. 10, &c. b. *Conſuetudines illius Monaſterii*, 348. 60 b.

Sudburienſe Cœnobium in agro Suffolcienſi, Cella Weſtmonaſterii. 367.

Richardus Roke de Villa Weſtmonaſterii fundavit, 368. 11 a.

Selbienſe Cœnobium in agro Eboracenſi, 371.

Willielmus Conqueſtor fundavit, qui cum aliis dotavit, 371. 10, &c. a. *Proceſſus pro rationabili auxilio ad primogenitum Regis filium in militem creandum* 374. 62 a. *de tranſitu ultra fluvium de* **Uſe**, 375. 1 b.

Salopienſe Monaſterium in Comitatu Salopiæ, 375.

Rogerus Comes de Monte-Gomerico, & Adeliza uxor ejus fundarunt, 40 b.

Streneſhal Monaſterium, 395. 66 a. v. ſupra, & 71.

Santoft & Henes Monaſterium in Lincolnienſi, Cella S. Mariæ Eboracenſis, 403.

Robertus de Mowbray fundavit & dotavit 409. 40 a.

Shirburnenſe Monaſterium in agro Dorſetenſi, 423. vide ſupra in hac litera S. & 62.

Contentiones inter Monachos & oppidanos 423. 12 a.

Stratfordenſis Prioratus in agro .... 443.

Stephanus R. & Richardus primus dotarunt, 20 a.

Sandwell Monaſterium in agro Staffordenſi, 475.

Gervaſius Paganellus Dominus de **Dudley** *fundavit & dotavit,* 42 b.

Sandelsfordenſis Prioratus aliàs **Sanford** in agro Berocenſi, 481.

*Saierus de S. Andrea dotavit,*482. 10 b.

Setonenſis Prioratus in Comitatu Cumbriæ, 482.

Henricus Dux Lancaſtrenſis hoſpitale S. Leonardi Lancaſtriæ huic Cœnobio adjecit, 482. 30 a.
Johannes R. fundabat dictum hoſpitale S. Leonardi Lancaſtriæ, 1 b.

Snellſhalenſis Prioratus in agro Buckinghamenſi, 483.

Radulfus Martell fundavit & dotavit, 34 b.

Stykeſwoldenſis Prioratus in agro Lincolnienſi,486.

Inquiſitio de redditibus, 20 a.

Stodleienſe Cœnobium in agro Oxonienſi, 486.

Bernardus & Thomas de S. Walerico dotarunt, 10 b.

Stanfordenſe Monaſterium in Comitatu Lincolnienſi, 488.

Willielmus Abbas Petriburgenſis fundavit, 60 a. *recognitio monialium ibidem de obedientia Monaſterio Petriburgenſi,* 483. 30 a.

Sewardeſleienſis Prioratus in agro Northantonenſi, 496.

Simo de Pinkney fundavit, 34 a.

Stainfeldenſis Prioratus, 506.

Henricus Percy fundator, 6 b.

Sylley, ditionis Cornubienſis, Cella de **Taviſtok**, 516.

Abbas de **Taviſtok** *Dominus Inſulæ de* **Sylley**, 516. 40 a.

Stoke-Clarenſis Prioratus in agro Suffolcienſi, 535. Vide Additionalia, 1004.

Fuit alienigena, ſed factus indigena, 538. 1 a. *in Eccleſiam Collegiatam regularium transfertur,* 44 b. *Joanna de Acres uxor Gilberti de Clare,* ibid. *quamplures donationes,* 1004, &c.

Suaueſcienſe Cœnobium in agro Cantabrigienſi, Cella Abbatiæ S. Sergii & Bachi in Andegavia,572.

Alanus Rufus Comes Britanniæ fundavit, 60 a.

Stoke-Curcy in agro Devonienſi, Cella Abbatiæ de Lonley in Gallia, 577.

Willielmus Curcy præcipuus donator, 577.
Henricus de Portu fundator, 50 b.
Unitur hoſpitali S. Juliani in villa Southamtonienſi, 579. 60 a.

Selenſe Cœnobium in agro Suſſexienſi, Cella S. Florentii Salmurenſis, 580.

Willielmus de Braioſa fundavit, 30 b.

Stainſgatenſis Prioratus in agro Eſſexiano, Cella de **Lewis**, 623.

Carta Prioris facta Monialibus de **Clerkenwell**, 11 a.

Sleveſholmenſis Prioratus in agro Norfolcienſi, Cella de **Caſtle-Acre**, 638.

Willielmus Comes **Warren** *fundavit,* 40 a.
Stephani Regis progenies, 705. 46 b.
Sodorenſis Epiſcopus Simo in Inſula Manniæ, conſtitutiones Eccleſiaſticas edit. Vide Manniæ Epiſcopus, 711.

Swineſhevedenſis Abbatia in agro Lincolnienſi, 775.

Robertus Greſley & Albertus filius, fundatores, 1134.
Sigilla non habenda (ut videtur) donec illius ætatis vir fuerit, quod terras tenere poterat, 810. 66 a.

Stoneleienſis Abbatia in agro Warwicenſi, 820.

Matilda Imperatrix dedit Eccleſiam de Redmora, locum eremi in foreſta de **Cank** *&* **Meylaſho**,820. 16 a. *Locus ille Eremi mutatur in Abbatiam per imperatricem, eâ conditione ut fratres ordinis Ciſtercienſis incorporarentur,* 30 b. *peractis* 13 *annis apud* **Rademore**, *inedia prægravati & foreſtariorum adventu moleſtati, tranſmigrarunt conſenſu Henrici ſecundi ad* **Stonleg** *in Bruillo de* **Eachles**, *&* **Rademore** *dederunt in excambium pro eodem An. Dom.* 1154. 821. 36 a.

Sinningthwaitenſis Abbatia in agro Eboracenſi, 827.

Bertramus Hager fundavit & dotavit 40 b.

vide infra. Suinenſis Abbatia in agro Eboracenſi, 834. v. 1026.

Erenburch de Burton uxor Ulberti Conſtabularii fundavit, 54 a.

Salleyenſis Abbatia in agro Eboracenſi, 842.

*Willielmus Percy fundator & dotator,*10 a. *finalis concordia inter Abbatem de* **Selby** *& Priorem de* **Salley** *tangens Manerium de* **Stainton**, 844. 60 b. *combuſta,* 847. 3 b.

Saltreenſis Abbatia in agro Huntingdonenſi, 850.

Simo Comes Northamptonenſis fundavit A.D. 1147. *& dotavit. Metæ & bundæ,* 10 a. *Salteria metata per Turkillum Danum authortate Canuti Regis,* 40 a. *privilegia ampliſſima per Willielmum Conqueſtorem collata,* 851. 30 a. *de fundatione ejuſdem & terrarum bundis,* 60 b. *Apud* **Stokeſmore** *intra terminos Salterienſes quatuor domini ſuper terram ſuam ſedere & de uno ſcuto comedere poſſint,* 852. 54 a. *Mariſcus illic quomodo diviſus à tempore Chriſtianitatis,* 854. 11 a.
Sutores, v. Hiſtriones.

Sibetonenſis Abbatia in agro Norfolcienſi, 866.

Willielmus f. Roberti f. Walteri fundavit, A.D. 1150.

Stanleghenſis Abbatia in agro Wiltonienſi, 867.

Matilda Imperatrix fundavit An. Dom. 1151. *apud* **Lokſwell**, *deinde Henricus R. ſecundus tranſtulit ad* **Stanlegh**, 867. 10 b. *Benefactores,* ibid. *Stephanum Regem,Rex Henricus ſecundus, Ablatorem ſuum nominat,*868. 1 a.

Stratfordenſis Abbatia (vulgò **Stratford Langley**) in agro Eſſexiano, 883.

Willielmus de Montfichet fundavit, An. Dom. 1135. 50 a.

Stratflurenſis Abbatia in agro Cardigenſi, 893.

Rheſus Sudwalliæ Princeps fundavit, 1164.

Stratmargellenſis Abbatia, alias dicta Vallis Crucis, in agro Montegomerenſi, 895.

Madoc filius Griffini fundavit, An. Dom. 1170.

Stanlawenſis Abbatia in agro Ceſtrenſi ad **Whalley** tranſlata, 896.

Johannes Conſtabularius Ceſtriæ fundavit. Benedictum locum vocari voluit. 66 a. *Querela Abbatis de* **Walley**, *de tranſlatione Abbatiæ de* **Stanley** *ad Eccleſiam de* **Whalley**,897. 24 b. *Concordia hujus querelæ,* 898. 12 a. *Indentura inter Henricum Ducem Lancaſtrenſem & Conventum de* **Whalley** *pro quodam recluſo ibidem ſupportando,* 903. 3 b. *Epitaphium commendationis loci, ubi* **Stanlow** *ſituatur,* 907. 22 b. *etymologia nominis* **Stanlow**, 38 b.

Shencenſe Cœnobium in agro Surregienſi, 973.

An. Dom. 1414. *Henricus R. cœpit fundare tria Monaſteria,* **Sheene** *Manerium Richardus ſecundus proſtravit,* eo quod Anna uxor ejus ibi moriebatur, 964. 40 a. Rex Henricus quintus fundavit Monaſterium, ibid. Domus Jheſu de Bethlem de **Shene** nuncupatur, 49 b. privilegia ampla, 976. 22 a.

Suinenſis Abbatia in agro Eboracenſi, 1026.

Conventio inter Moniales ibidem & Dominum Alexandrum de Hilton, 1026. 60 b.
Scotorum R. Malcolmus, 1014. 18 a.
Willielmus R. 22 a.
Sudley Caſtrum à Butleris conditum, 995. 60 a. Seizina per cultellum, 997. 28 b. Seizina per unam ſpicam frumenti, & per cultellum. v. Altaris oblatio.
Seizina per clavem Monaſterii & cordam ſigni & cultellum ſuper Altare, 1024. 12 a.
Seizina terrarum per oblationem candelabri ſuper altare, 1008. 8 a.
Sudbery Hoſpitale conſtructum per Amiciam Comitiſſam de **Clare** filiam Willielmi Comitis Gloceſtriæ, 104. 8 b.
Alanus de **Sulwey** deſponſavit Margaretam primam filiam Johannis Scot Comitis Ceſtrenſis, 309. 16 a.
Rogerus de Somery deſponſavit Nicholaam filiam Comitis **Arundel**, 29 a. Habuit filium Radulphum qui obiit ante patrem & quatuor filias.
Walterus de Suley deſponſavit Elizabetham tertiam filiam Rogeri de Somery, 309. 34 a.
Ebulo le Strange deſponſavit Aliciam filiam & hæredem Edmundi Lacy Conſtabularii Ceſtriæ, & viduam Thomæ Comitis Lancaſtriæ & Leiceſtriæ, 52 a.
Willielmus } de Say, eorum pro-
Beatrix } genies, 446. 1 a.
Ivo de la Zouch deſponſavit Milicentiam filiam Willielmi Breoſa & cohæredem Georgii Brews fratris ejus, 558. 20 a.
Herveus gratia Dei Dominus de **Stafford** duxit in Uxorem Miliſentiam filiam domini Roberti Stafford. 558. 30 a. progenies Staffordorum & de Toeni, ibid.
Simo de Seintliz filius Randoel le Rich qui intravit Angliam cum Willielmo Conqueſtore deſponſavit Matildam filiam ſeniorem & cohæredem Waldevi Comitis Huntingdonenſis cui R. contulit Honorem de **Huntingdon**, 679. 30 b. fundavit Monaſterium S Andreæ Northamptonenſe, ibid. Tempore Henrici primi adiit terram ſanctam, & redeundo obiit apud Charitatem, ubi ſepultus S. Andreæ Domum Northamptonenſem ſubmiſit Domui beatæ Mariæ de Charitate, 679. 40 b.
Matilda Seintliz vidua Simonis nupta David fratri Regis Scotorum, & Henricus R. primus deſponſavit Matildam ſororem Alexandri Regis Scotorum, 679. 47 b.
Hugo Seintliz duxit in uxorem Emmam ſeniorem filiam Domini de Braibroke, ejus progenies, 819. 20 a.
Tho. de Stanley deſponſavit Iſabellam ſororem & hæredem Edvardi Baſſingburn, ejus progenies, 838, 16 b.

T

Tithings, v. **Hundreds**.

Thanerenſe Cœnobium S. Mildredæ in agro Cantiano, 83.

Domneva Mater Mildredæ fundavit, 84. 10 a. R. Cnutus & Edovardus R. Confeſſor confirmarunt, 84. 50 b. Domneva recepit ab Egberto Rege filio Ercomberti terram, 48 aratrorum, quod ſpatium Cerva ſua unico curſu currebat, & ibidem filiam ſuam Mildredam collocavit, 84. 20 a.

Theokesburienſe Cœnobium in agro Glouceſtrenſi, 153.

Oddo & Doddo fundabant, An. Dom. 715. vocatur Theoſkburia à quodam Theoko Heremita, 154. 2 a. his Combuſtum, 50 a. Hugo Magnus Dux, illic ſepultus, & ibidem ſepelivit Brithricum Regem Weſtſaxonum, 60 a. **Cranborn** Monaſterium adjectum Monaſterio de Theokſburia, 154. 15 b. 155. 10 a.

v. infra. Taveſtochienſe Cœnobium in agro Devoniæ, 217. vide Additionalia, 995.

Ordgarus Comes Dammonienſis Pater Elfridæ uxoris Regis Edgari incepit, & Livingus Epiſcopus Exonienſis addidit, S. Rumonus hic humatur & Ordgarus, ubi etiam Mauſoleum filii ſui Edulfi molis giganteæ & immanis roboris. Portas Exoniæ cum repagulis, vi eximia, rupit, 127. 14 b. Combuſtum per Danos, 997. 54 a. Conceſſio per Henricum Octavum quod Abbas ibidem ſit unus de Dominis ſpiritualibus Parliamenti, 1003. 34 a.

Thorneienſe Cœnobium in agro Cantabrigienſi, 242.

Adelwoldus Epiſcopus Wintonienſis fundavit in honorem beatæ Mariæ Virginis tempore Etheldredi Regis. Corpus S. Botulphi Abbatis Icanoenſis illic conditur. Nulla mulier infra Inſulam inhabitare debet. Fulcardus Præpoſitus hiſtorias S. Oſwaldi & aliorum Sanctorum delectabiles ad canendum compoſuit. Gunterius Præpoſitus pulcherrimam baſilicam conſtruxit, 242. 50, &c. a. Ancraig priùs nominatur. Tancredus & Tortedus duo Germani Antiſtites & Tona eorum ſoror illic Anachoreticè degebant, 243. 24, &c. b. Æthelfleda adauxit Monaſterium, 243. 46 b. R. Edgarus amplè dotavit, 244. 20 a. Trakenholf heremitorium adjectum, 245. 13 a. plures donationes, ibid. Alexander Papa confirmat privilegia, 249. 42 b. Nomina Abbatum, 251. 1 a.

v. ſupra. Taveſtochienſe Cœnobium, 1000.

Ordulfus Comes filius Ordgari conſtruxit, 995. 20 a. devotus valde, & illi & uxori apparet Angelus, ad conſtruendum hoc Monaſterium qui hortatur, locum deſignat, 40 a. Conventio inter Abbatem de **Tavistok** & Priorem de **Plimpton**, 1000. 10 b.

Tinemuthenthe Cœnobium in agro Northumbrenſi, Cella S. Albani, 333.

Robertus Moubray Comes Northumbriæ fundavit ſaltem dirutum per Danos reſtituit, 334. 60 a. dotatur, ibid. fit Cella S. Albani, 334. 60 b.

Tutburienſe Cœnobium in Comitatu Staffordiæ, 354.

Henricus de Ferrariis fundavit & dotavit, cum aliis, 30 a.

Tallach Monaſterium in Epiſcopatu Menevenſi, apud Cambro-Britannos, 465.

Rheſus filius Rheſi Principis Sudwalliæ fundavit & dotavit, 465. 20 b. metæ terrarum, ibid.

Thikehevedenſis Prioratus in agro Ebbracenſi, 529.

Robertus de Ask & Elizabetha uxor ejus fundarunt, 530. 40 a.

Crewe Prioratus, 545.

Dominus Johannes Bovyle miles, Dominus de **Wingfeild** fundator.

Tywardreitenſis Prioratus in agro Cornubienſi, Cella Abbatiæ Martyrum Sergii & Bachi prope Andegaviam, 586.

Robertus de Cardinan fundavit, 62 a.

Toftenſis Prioratus in agro Norfolcienſi, Cella de Pratellis, 598.

Rogerus de Bello-Monte fundavit, 40 a.

Thetfordenſis Prioratus in agro Norfolcienſi, 644.

Quidam Osbertus donavit & Rogerus Bigot, 664. 46 a. Rogerus de Montebegonis, inter alia, donavit huic Monaſterio omnes pelles agnorum, & caprorum de Maneriis ſuis, 666. 10 b.

Tikefordenſis Prioratus in agro Buckinghamenſi, 685.

Fulcodius Paganellus fundavit, 685. 36 b. Edovardus R. quartus confirmavit donationes, chartis & munimentis incendio conſumptis, 10 a. inter alia privilegia habent pillorium & tumberellum ad tranſgreſſores caſtigandos, 687. 38 a.

Tinternenſis Abbatia in Wallia, 721.

Fundata An. Dom. 1131. Walterus Dominus Wenciæ inferioris in Wallia conſtruxit Abbatiam, 724. 24 b.

Tamenſis Abbatia in agro Buckinghamenſi, 802.

Robertus Gait fundavit & nominavit **Otteley**, 36 a.

Tarrenteenſis Abbatia in agro Dorſetenſi, 887.

Richardus Epiſcopus Dunelmenſis fundavit, 887. 40 b.

Tilteyenſis Abbatia in agro Eſſexiana, 889.

Robertus de Ferrariis & Mauricius filius Gaufridi fundarunt, 889. 11 b.
Thoni Sepulchrum, 892. 55 a.

Toteneienſe Cœnobium in agro Devonienſi, 1028.

Johellus filius Aluredi de Totneis fundavit, 1023. 34 b.

Tatteſhall, *unde dicitur*, 806. 50 a.
Robertus Tatteſhall deſponſavit Mabiliam primam filiam Comitis **Arundel** *& habuit filium Robertum*, 309. 26 a.
Robertus de Tatteſhall deſponſavit unam filiarum & cohæredem Hugonis de Albineio & habuit filiam & hæredem Robertum, qui habuit tres filias, 337. 40 a. *vide* 806. 10 b. *eorum progenies & unde orta*, ibid.
Toſtius Comes filius Godwini Comitis Cantiæ in uxorem duxit Juditham filiam Comitis Flandrenſis, exulat. occiditur, 234. 41 a.
Gilbertus Tiſon ſummus Regis Angliæ Vexillator, 372. 12 a. & 400. 3 a.
Hugo Talbot divortiatur ab uxore ſua filia Gaufrido Maundevill, 450. 2 a.
Willielmus Truſſell miles deſponſavit Matildam filiam & hæredem Warini Meyngaring, genealogia Truſſellorum, 490. 66 a.
Randulphus de Tony deſponſavit Aliciam filiam & cohæredem Waldeſi Comitis Huntingdonenſis, 679. 34 b.
Joel filius Aluredi de Totnes. v. **Barſtaple** *Monaſterium*, 684. *habuit Barones ſub eo*, 784. 36 b.
Henricus } *de Tracy*, 685. 10 a. *habuit*
Oliverus } *Barones ſub eo*, ibid.
Marmaducus de Thweng deſponſavit Luciam filiam Petri le Brus, 707. 50 b.
Nicholaus de Traily deſponſavit Adelinam filiam Walteri Eſpec, 728. 40 a.
Walterus Tailbois qui crevit hæreditatem Roberti de Umfravill Comitis Angus, & Philippi de Kyme, 834. 41 a.
Radulſus } *Tortemains*, 836. 65 b.
Willielmus }
iſte Radulphus deſponſavit Matildam ſecundam filiam & cohæredem Simonis de Thorn, 838. 24 b. *ejus progenies*, ibid.
Simo filius Thorn Saxo, ejus progenies, 838. 30 a.
Gregorius de Tadwick deſponſavit Aliciam filiam & hæredem Gilberti de S. Paulo, ejus progenies, 838. 62 b.
Guido de Toarcho deſponſavit Alianoram filiam Arturi filii Galfridi, filii Henrici R. ſecundi, & Conſtantiæ uxoris filiæ & Hæredis Conani Ducis Brittanniæ, 978. 1 a.
Johannes de Twiford filius D. Radulſi Pipard, 913. 14 a. *deſponſavit Margaretam filiam D. Philippi de Barinton*, ibid.
Thurſtinus miles Conqueſtoris Will. gladio ſtricto veteranum quendam in Eccleſia Beverlacenſi inſequitur, morbo miſerrime correptus eſt, 171. 4 a.

U

Vortigerus R. Britanniæ regnum uſurpat, 10. 57 b.

Umberſtan S. Mariæ,& de Petri, 545.

Radulſus filius Drogonis.

Urford Prioratus Monialium, 545.

Radulſus de Albireio fundavit.

Valle-Dei Abbatia (vulgò Waudey appellata) in agro Lincolnienſi, 831.

Willielmus Comes Albemarliæ fundavit, 831. 10 b. *vocabatur* **Biham**, *mutatur in Vallem Dei*, ibid. *Gaufridus de Brachcurt dedit manſuram cum pomerio ubi Abbatia fundata eſt, eâ conditione ut victum & veſtitum illi & uxori & duobus ſervientibus quo ad vixerint providerint, prout illic ſpecificatim mentionatur*, 831. 40 b.
Uxorati fuerunt Rectores de **Whalley** *&* **Blackburn**, *multos per annos*, 859. 30 a.

Vallis Crucis, 945.

Madoc ap Griffith Malor, primus fundator. Eccleſia de **Wrexam** *appropriata.*
Petrus de Valoniis, cum pluribus ejuſdem familiæ, 335. 5 a. 343 30 a.
Albericus de Ver. v. **Coln** *Monaſterium*, 436. *cum pluribus ejuſdem familiæ.*
Oliverus Vaux in uxorem duxit Petronillam viduam Willielmi de Longchamp & filiam & hæredem Withe de Croun, ejus progenies, 444. 46 a.
Roſa de Ver filia Comitis Oxoniæ nupta Gaufrido de Maundevill. 447. 10 a.
Iſabella de Valentia filia Willielmi de Valentia Comitis Penbrochiæ nupta Johanni de Haſtings, eorum progenies, 558. 33 a.
Violi eorum progenies ſub cognomine Vitalis, 674. 30 b. 677. 40 b.
Johannes de Verdon deſponſavit Margeriam primam filiam & cohæredem Gilberti Lacy, ejus progenies, 725. 6 b.
Willielmus de Valentia deſponſavit Joannam filiam Warini de Monte Caniſio, 726. 10 b.
Willielmus de Veſcy deſponſavit Agnetem primam filiam Willielmi de Ferrers, ejus progenies, 227. 2 a.
Willielmus de Vernon, unde cognomen de Vernon dicitur, 709. 47 a.
Robertus de Umfravill Comes Anguſiæ deſponſavit Luciam ſororem & hæredem Philippi de Kyme, 834. 40 a.
Willielmus Veſci Rector de Berwick, cujus ſororem Henricus de Lacy in uxorem duxit, 859. 38 b.
Radulphus de Ufford deſponſavit Evam filiam & hæredem Johannis de Clavering, ejus progenies, 867. 50 a.
Bertramus de Verdon, obiit & ſepultus eſt, apud **Acon**, *genealogia Verdunorum & nuptiæ*, 912. 10 b.
Viſitatio pompoſa admodùm Willielmi Elienſis Epiſcopi Legati Papalis, 303. 20 a.

W

Willielmus R. Conqueſtor Monaſterium Glaſtonienſe enormiter læſit. Prioratum de Montacute fundavit An. Dom. 1068. 22. 10 a. *An. Dom.* 1095. *Robertus Mowbray Comes Northumbriæ & Willielmus de Owe Normannus Regem Willielmum Conqueſtorem, vitâ privare, & Stephanum de Albemarle Regem conſtituere conati ſunt, quem Rex cepit in Monaſterio S. Oſwini ad quod fugerat, & quod ab Eccleſia Dunelmenſi Comes rapuerat*, 46. 48 a.
Withredus R. Canciæ, 19. 10 a.

v. infra Wintonienſis Eccleſia Cathedralis 31. vide Additionalia, 979.

An. Dom. 608. *Kinegilſus filius Celrici R. Weſtſaxonum & Kinewalchus filius à Birino Epiſcopo baptizati, Kinegilſus dedit Birino Civitatem Doroceſtriam donec conderet Eccleſiam in Wintonia. Morte preventus Kinewalchum filium juramento adigit ad ædificandum eandem, quam pulcerrimè ædificavit*, 31. 20 b. *Agilbertus ſucceſſor Birini in Dorceſtria ſedem in Wintoniam tranſferri recuſavit, unde R. Kinewalchus, qui linguam Agilberti, Galli nempe, parum noverat, fecit in Epiſcopum conſecrari quendam Wyne Saxonem & diviſa eſt una dioceſis in duas*, 31. 50 b. *Plures Reges & nobiles Wintoniæ ſepulti*, 62 b. *Woditha filia Godwini uxor Edovardi Regis Confeſſoris*, 32. 63 a. *bundæ ſive limites terrarum per Edvardum Regem & confeſſorem Wintonienſi Eccleſiæ collatarum*, 37. 50 a. *& limites terrarum per Edgarum Regem eidem collatarum*, 38. 20 a. *Wintoniæ Epiſcopus Walkelinus ab Rege Edovardo confeſſore impetravit tantum ſilvarum in* **Haneptinges** *juxta Wintoniam, quantum tribus diebus & noctibus per Carpentarios adquirere poterat, innumerabilibus Carpentariis conquiſitis, ſilvam in præfixo termino concidi & Wintoniam advehi curavit, unde excanduit R* 36. 36 a. *donationes quorundam Regem Eccleſiæ Wintonienſi*, 36. 60 a.
Wiglaf R. Merciorum, 20. 30 a. 123. 46 b.

Weſtmonaſterienſe Cœnobium in Comitatu Midleſexiæ, 55.

A tempore Lucii Regis, primitivo nempe Chriſtianæ fidei apud Anglos tempore, hic locus ad ſervicium Dei & Regum ſepulturam deputatus fuit, 16 a. *Sæviente perſecutione Diocleſianâ in Apollinis Templum commutatur*, 28 a. *Sebertus Orientalium Saxonum R. dejecit Apollinis Templum in Thorneia, nunc* **Weſtminſtre** *vocata & Eccleſiam in honorem S. Petri conſtruxit*, 55. 1 b. *fit Epiſcopalis ſedes, cui Mellitus, quem cum Auguſtino in Angliam miſerat Gregorius Papa, præfuit primus*, 26 b. *Idem Seberitus in occidentali parte Civitatis Londinenſis extra muros, i. e. Thorneiam Monaſterium fundavit & dotavit*, 30 b. *S. Petrus perſonaliter dedicat*, 40 b. *Colloquium S. Petri cum piſcatore, cui dat magnum Salmonem, Mellito deferendum*, 56. 2 b. *Piſcator ille dives fit, & de omni piſcatura decimas dat S. Petro*, 40 a. *Weſtmonaſterium nunc vocatur*, 58. 20 a. *Sebertus R. cum conjuge hic tumulatur*, 58. 30 b. *Privilegiorum conceſſio ab Papa Nicholao*, 59. 60 a. *Revelatur Wulfino Monacho per S. Petrum, ut R. Edovardus confeſſor conſtrueret Weſtmonaſterium, unde decimatâ totâ ſubſtantiâ ſuâ, in auro, argento, pecudibus & omni genere poſſeſſionis, & plurimis reliquiis datis, deſtruens veterem, novam Baſilicam conſtruxit & dedicari fecit*, 60. 30 b. *confirmat priores donationes & plures confert*, 61. 10 a. *& privilegia plura concedit, An. Dom.* 1066. 61. 14.
Wlſherus R. 63. 22 a. *duos filios ſuos obtruncat. Chriſtianus poſtea fit, & Pe-*

troburgenſe Cœnobium plurimam ditat, 70. 6 b.

Whitby Cœrobium. Vide **Strenshall**, 71.

Wenno Monaſterium conſtruitur à S. Botulpho, 88. 18 a.

Wyremuthenſe & Gerwienſe Cœnobium in Epiſcopatu Dunelmenſi, 96.

An. Dom. 703. *Benedictus Abbas Anglicus ab Egfredo R. Nordanhumbrorum terram* 60. *familiarem obtinuit ad conſtruendum S. Petro Monaſterium ad oſtium Wiræ fluminis*, 30 b. *Huic Benedicto Beda nutriendus traditur & ab eo Sacerdos ordinatur*, 60 b.

Wigornienſe Cœnobium, 120.

Tempore Etheldredi Regis conſtituta eſt ſedes Epiſcopalis Wigorniæ, 21 a. *Catalogus Epiſcoporum*, ibid. *Oſwaldus ſedem Epiſcopalem replevit Monachis*, 121. 1 a. *dotatur*, ibid. *limites terrarum*, 124. 50 b. *Codicillus poſſeſſionum Eccleſiæ Wigornienſis*, 128. 10 a. *Conflictus inter Wlſtanum Epiſcopum & Agelwinum Abbatem Eveſhamii pro terris, &c.* 132. 30 b. *Termini ad Ælſeſtan pertinentes*, 136. 60 a. *pertinentia ad Cellerarium Wigorniæ*, 34 b.
Walfurius R. Merciorum plures ſedes Epiſcopales conſtitui curat, 137. 40 a.

Winburnenſe Cœnobium in agro Dorſetenſi, 163.

Cudburgh ſoror Cutburgh conſtruxit Abbatiam ibidem, An. Dom. 715. *S. Cuthbriga conſtruxit Monaſterium Virginum* ibid. 60 a. *A.* D. 718. S. *Quinburga & ſancta Cuthburga ſorores Inæ Regis Weſt Saxonum conſtruxerunt Monaſterium*, ibid. 64 a.

S. Werburgæ Cœnobium in Urbe Ceſtrenſi, 199. v. Ceſtriam.

Witlaſius R. Merciorum, 165. 10 b. *Wimundus filius ejus*.

Wellenſe Cœnobium in agro Somerſetenſi, 186.

Cynewlphus Occidentalium Saxonum R. conſtruxit, 20 b. *Edvardus R. Confeſſor ampliſſime dotavit*, 187. 10 a. *limites & metæ*, 186. 40 b.

Winchelcumbenſe Monaſterium in agro Glouceſtrenſi, 187.

A. D. 787. *R. Offa conſtruxit*, 60 b. *R. Henulphus (inquit Malmsburienſis) conſtruxit & eccleſiam dedicari fecit à* 12. *Epiſcopis, quorum Princeps Wlfridus Archiepiſcopus Cantuarienſis, ibi R. in Conventu Ducum manumiſit ad altare Regem Cantuariorum, quem jure belli ceperat. Magnifice dotari curavit*, 18. 1. a. *collocantur illic* 300 *Monachi*, 190. 50 b.

Wintonienſe Cœnobium Sanctimonialium, 212.

A. D. 903. *&* 905. *Alſwitha Regina mater R. Edvardi ſenioris & Eſwitha, mater Regis conſtruxerunt partim & poſſeſſionibus dotarunt. Edvardus filius Alfredi finem impoſuit.*

Wherwellenſe Cœnobium in agro Hantonienſi, 256.

Ælfrida Regina uxor Edgari conſtruxit monaſterium in honorem S. Crucis compuncta privigni ſui Edvardi nece indicta, cujus ipſa conſcia & author fuit, 40 b. *dotatur à Rege Edgaro* 257. 50 b. *Combuſta eſt Abbatia à quodam Willielmo de Ypra tempore R. Stephani*, 256. 40 b.

Wiltonenſe Cœnobium, 191.

Fundatores ejus, 12 a. *Vilodunenſe Monaſterium vocatur*, 31 a.
Wereburga ſancta, 84. 6 a. *in Civitate Legeceſtriæ requieſcit*, 85. 50 b. *Fit Monialis apud* **Elie** *& Abbatiſſa*, 88. 34 b.
Wilfridus Epiſcopus pulſus ab Epiſcopatu per Egfridum Regem, appulſus Friſiam, gentem illam ad fidem Chriſtianam convertit, 89. 40 b.
Wulfrida concubina R. Edgari & Mater S. Edithæ, 191. 12 b.
Wlfget Piſcator Ailwini, ex cujus viſione Alwinus podagra curatur & **Ramsey** *Monaſterium conſtruxit. Wulfricus Spot Merciorum Comes fundator Monaſterii de* **Barton**, vide ibid. 265.

v. ſupra 31. Wintonenſe Cœnobium, 979.

Kinewlphus 6. *R. Saxonum regnare cœpit*, 608. *fidem cepit* 25. *anno regni ſui, per S. Birinum Epiſcopum cum fratre ſuo Quintelino. Incepit fundare Eccleſiam Wintonienſem quinto converſionis ſuæ anno*, 979. 50 a. *Kinewaldus ſucceſſit fratri & Eccleſiam Wintonienſem complevit. Walkelinus Epiſcopus Wintonienſis, Eccleſiam à fundamentis renovavit, & abſtulit à Monachis* 300 l. *terræ*, 980. 20 a. *Reges ſepulti in Eccleſia Cathedrali Wintonienſi, & Pontifices & ſancti ibidem ſepulti*, 980. 50 a. *Charta Edgari Regis Pacifici pro renovatione terræ dictæ Childcumb, & pro introductione Monachorum*, 982. 30 a. *comminatio contra violatores ſevera admodum*, 14 b.
Wlſgatus Abbas de **Peykirk**, *amiſit ſedem Abbatiæ ſuæ, v.* **Peykirk**, *Monaſterium*, 305.
Wiſta, quid, 313. 29 b.

Wallengford, (Cella ſancti Albani) in agro Berrocenſi, 326.

Paulus Abbas S. Albani conſtruxit, 326. 50 a. *Henricus R. ſextus dotavit*, 327. 26 a.

Wimondhamenſe Cœnobium in agro Norfolcienſi, Cella S. Albani, 337.

Willielmus de Albeneio Pincerna Henrici R. primi fundavit, 337. 30 a. *dotavit* 1 b. *Prioratus in Abbatiam mutatur* 340. 50 a.

Wetherallenſe Monaſterium in Comitatu Cumbriæ, Cella S. Mariæ Eboracenſis, 397.

Stephanus Abbas S. Mariæ Eboracenſis fundavit, 397. 60 b. *dotatur*, ibid.

Wroxhallenſis Prioratus in agro Warwicenſi, 433.

Hugo filius Richardi Domini de **Hatton** *& de* **Wroxhall** *fundavit*, 433. 24 b. *hiſtoria iſtius Hugonis in terra ſancta cum miraculis, &c.* ibid.

Waldenſe Cœnobium in agro Eſſexiano 445.

Gaufridus de Magna-villa junior Comes Eſſexiæ primus fundator, 445. 54 b. *ejus genealogia*, ibid. *& repetita*, 446. 50 b. *fundationis hiſtoria*, 449. 26 a. *donationes*, ibid. *progenitorum ſuorum Arma, Gaufridus, Carbunculo nobilitavit*, 447. 8 a.

Winteneyſenſe Cœnobium in agro .... 483.

Richardus Hereard fundavit & dotavit, 483. 60 a.

Winthorpenſis Prioratus in agro Northantonienſi, 489.

Unitur Monaſterio S. Michaelis in **Stamford**, 20 b.

Waburnenſe Cœnobium in agro Norfolcienſi, 490.

Radulphus Meyngaryn miles fundavit 490. 57 a.

Wallingwellenſe Cœnobium in agro Eboracenſi, 502.

Radulphus de Cheural-court fundavit, 502. 26 b.

Wilberfoſſenſe Cœnobium in agro Eboracenſi, 524.

Alanus filius Heliæ de Catton fundavit, 10 b.

Water-Becham Domus Monialium S. Claræ in agro Cantabrigienſi, 543.

Dioniſia de Monte Caniſo fundavit, 543.

Wangford Prioratus, 545.

Doudo Aſini Dapiſer Domini Regis fundator.

Antiqua in Wallia Cœnobia, 546.

Wotton Wawen in agro Warwicenſi, Cella Abbatiæ de Conchis in Normannis, 558.

Robertus de Stafford fundavit, 56 b.

Westwood Prioratus in agro Wigornienſi, Cella Abbatiæ de Fonte Ebraudi, 574.

Osbertus filius Hugonis & Euſtachia de Say mater ejus fundatores, 20 a.

Welles Prioratus in agro Norfolcienſi, Cella Abbatiæ de Cadomo in Normannia, 574.

Willielmus de Eſtois fundavit, 575. 56 b.

Willesfordenſis Prioratus in agro Lincolnienſi, Cella Abbatiæ de Becco in Normannia, 584.

Hugo de Evermew fundavit, 55 a.

Wedon Pinkney in agro Northantonienſi, Cella Abbatiæ de S. Luciano juxta Beavois in Gallia, 584.

Gilbertus de Pinchenni fundavit, 12 b. *reſignatio hujus Prioratus facta conventui de Bittleſden*, 585.

Wenlocenſe Cœnobium in agro Salopienſi, 613.

Milburga filia Merewaldi fratris Wlpheri Merciorum Regis, hic Virginibus congregatis præfuit, ejus ſepulchrum abſconditum diu, poſtea accidentèr patefactum, miracula, ſepultura, 20. &c. a.
Rogerus Comes Montegomerienſis Monachis Cluniacenſibus implevit 40 a.
Patroni Cellæ de **Frene**, 614. 10 a.

Weſt-Acrenſis Prioratus in agro Norfolcienſi, Cella de **Lewis**, 619.

Radulphus de Toneio & uxor ejus Alicia fundarunt, 60 b.

Waverleienſe Cœnobium in agro Surregienſi, 703.

Willielmus Giffard Epiſcopus Wintonienſis fundavit A. D. 1028. *quo tempore Ordo Ciſtercienſis primo venit in Angliam, Vocatur filia Domus de Elemoſina quia* 12 *Monachi illuc tranſmiſſi fuerunt de Elemoſina cum Abbate*, 20 a.

Wardonenſis Abbatia in agro Bedfordenſi, 784.

Walterus Eſpec fundavit, 784. 12 b.

Woburn Abbatia in agro Bedfordenſi, 829.

Hugo de Bolebec fundavit, 14 b.

Wickamenſis Abbatia in agro Eboracenſi, 916.

Tedbaldus filius Pagani de **Wickham** *fundavit*, ibid.

Withamenſe Cœnobium in agro Somerſetenſi, 959.

Henricus R. ſecundus fundavit.

Wulverhamptonenſe Cœnobium in agro Staffordienſi, 988.

Wulfruna pro ſalute Conjugis ſuæ Wlſgeati cognati ſui, & Elſthrith filiæ ſuæ fundavit & dotavit, 989. 26 a. *metæ terrarum*, 50 b.
Milo Fitzwalter Conſtabularius Gloceſtriæ & Herefordiæ in uxorem duxit Sibillam filiam Bernardi de Novo Mercatu, & Neſtæ filiæ Griffini Principis Walliæ, 319. 40 b.
Thomas Woodſtock Regis Edovardi tertii filius Dux Gloceſtriæ deſponſavit Elianoram filiam & cohæredem Hunfredi Bohun Comitis Eſſexiæ Hertfordiæ & Northamptoniæ, 446. 40 b.
Walterus Angliæ Conſtabularius, ejus progenies, 537. 20 a.
Rogerus de Welton deſponſavit Elizabetham filiam & hæredem D. Nicholai de Noers, ejus progenies, 678. 16 a.
Johannes de Warren Comes Surriæ deſponſavit Matildam viduam Hugonis le Bigod Comitis Norfolcienſis & filiam Willielmi Mareſchalli, ejus progenies, 725. 54 a.

X

Y : vide I.

Z : vide S.

INDEX COGNOMINUM.

Annotanda in hoc Indice, vide in fronte Indicis Rerum.

A

Abda 4. 38 a.
Abbadare, 6. 58 b.
Abo Princeps, 65. 22 a.
Aben, v. Abbendon Mon.
Abetot Urſo 642 44 b. 666. 20 a. 437. 49 a.
Abtot Rob. 600. 66 b.
Abrincis Roelandus, 680. 44 a.
Abrincis Will. 56 a.
Abrincis Evanus, 704. 32 b.
Abrincis aliàs Averinges Rob. 786. 20 a. *ejuſdem progenies*, 799. 50 a.
Abrincis Will. 571. 66 b.
Abeney Matth. & Robertus, 948. 28 b.
Abel Johannes, 358. 58 b.
Abenni Will. 369. 36 b.
Abbingworth Roger. 496. 31 b.
Abbe Galfridus & Richardus 519. 14 a.
Abraham Rich. f. 758. 29 b.
Abi Radulf. 880. 62 b.
Abbeton Eda & Aſcbetellus, 914. 38 b.
Abintom Hunfr. 1017. 38 a.
Aboldi Will. f. 1005. 50 b.
Abernun Ingeramus 1007. 33 a.
Abovetun Rogerus 1015. 18 b.
Aculfi Edmundus f. 49. 12 b.
Acelinus 75. 16. b.
Acelinæ Rob. f. 719. 56 a.
Acclum Will. & Cecilia -- 22 b. 1032. 14 a.
Acclum Laurent. 705. 21 a.
Acolt Will. 241. 40 b.
Aculph 39. 45 b.
Acherii Herveus f. 391. 62 b. 485. 30 b.
Acra Wibertus 625. 34 a.
Acra Radulf 626. 66 b.
Acra Turſtan : 627. 5 b.
Acra Alfredus 631. 54 b.
Aculeus Manaſſer 592. 36 b.
Acle Gamel & Melded 9. 6 b.
Achelini Auſchotus & Will. f. 729. 40 b.
Acton Rob. 780. 36 a.
Acharias 401. 42 a.
Actle Will. 499. 46 b.
Achethorp Alex. 805. 55 b.
Achardi Godfr. f. 1029. 20 a.
Adeling Ædgar 45. 41 b.
Adelwolredus 11. 65 a.
Adenewlphus 36. 46 b.
Adrianus Philoſophus
Abbas S. Auguſtini Cant. } 50. 49 a.
Adelward 66. 30 a.
Adrianus Legatus Apoſtolicus, 67. 56 b.
Adelardi Gilbert : f. 73. 34 a.
Adelardus 14. 13 a.
Adrianus 84. 22 a.
Adulfus f. Annæ Regis 87. 64 b.
Adelwoldus, v. Abbendon Monaſt.
Addi Comes 170. 40 a.
Adwig f. Regis 217. 40 a.
Adelwoldus Winton. Epiſcopus, v. Thorney Monaſt.
Adricus 245. 63 b.
Adæ Will. f. 578. 4 b. 663. 24 b. 16 b.
Ada miles 833, 57 a.
Adelini Odoardus f. 619. 38 b.
Adelinus Rob. 620. 28 b.
Adelmi Radulf. fil. 758. 40 a.
Adelini Will. f. 857. 40 b.
Ægelſius Abbas 62. 12 a.
Aelſtanus 9. 13 a.
Aelgitha, 10. 34 a.
Aelflem —— 54 a.
Aelſea —— ibid.
Aethelburn 28. 30 a.
Aelham Roger : 30. 25 b.
Aeſualdus Presbyter 29. 30 b.
Æthelmar
Æthelſtan
Ælfward
Ælfwold
Ælfred } 37. 40 b.
Æthulf
Æthulf
Æthelwold
Ælric 53. 17 b.
Ægelnodus 62. 30 a.
Ædburga 108. 50 a.

Ædelmund

Ædelmund—— 67 a.
Ælfeach Dux 211. 8 b.
Ædric Dux 215. 58 a.
Ædred } f. Regis 217. 40 a.
Ædgar
Æthelmar } 253.
Æthelward
Ægbrightus
Ædmundus
Ædgarus } Clitones 261. 20 b.
Ædweardus
Ædredus
Ædwinus
Ælfric } Duces ibid.
Ælfhelm
Ælſtan
Ælfred
Ællherh
Æthelgeard } Milites, 287. 10 b.
Æthlad
Æthelſige
Ælſige
Aencurt Walterus 808. 32 a.
Aelwardus 7. 60 a.
Aelna 229. 36 a.
Æthelſtanus, Half-King, i. e. ſemi-Rex, v. 1. R.
Æthelfled 243. 40 b.
Ælſgifa Concubina Edmundi Regis 353. 34 a.
Aethelnodus 29. 33 b.
Æthelſtan Dux, ibid.
Ælnothus 983. 34 a.
Affagard Richard 882. 54 b.
Affr. Will. f. 897. 50 a.
Affeton Rich. 940. 58 a.
Agilbertus——31. 50 b.
S. Agatha 6. 17 b.
Agerus v. Cornford.
Agelricus 61. 23 a.
Agatho Papa 46. 58 b. 66. 46 a.
Agulnaby Joh. 399. 23 a.
Agelnothus Archipræſul, 84. 30 a.
Aglaſ. Comes, 110. 20 a.
Agremont Will. 708. 56 a.
Aguillon Richardus 460. 13 b.
Aguillon Will. 529. 58 b.
Aguillon Rob. & Richard. 593. 12 a.
———Will. 66 a.
Agnis Radulf. 489. 26 a.
Ageſt Radulf. 513. 38 a.
Azys Lundricus 1029. 24 b.
Agelwinus Dux, 980. 8 a. 284. 12 a.
Agros gigas, v. I. R.
Aherius 376. 65 b.
Ailmerus 2. 65 b.
S. Aidanus, v. I. R.
Ailwinus 10. 41 a.
Ailwina———49 a.
Aieth Will. 179. 35 a.
Ailwinus, v. Ramſey Mon.
Ailerus 245. 6 b.
Ailmarus Comes Cornubiæ 254. 34 a.
Aiton Rich. 897. 50 a.
Aitona Reginaldus 352. 31 b.
Aitona Will. 755. 13 b.
Aiſtolfi Jordanus f. 406. 30 a.
Aincourt Oliver. 629. 60 a.
Ayulphus Vice-Comes 669. 2 a.
Aie Roger. f. 754. 63 a.
Aignell Helias 761. 50 a.
Ayvill Rob. 775. 30 a.
Ailmarus 2017. 4 b.
Aigulphus Comes, 169. 18 b.
Akarii Henricus f. 874. 64 a.
———Harveus 875. 3 b.
Alpharus Dux 4. 3 b. 10. 48 a. 52 b.
8. Albanus 6. 16 a.
Alphegus 6. 16 a.
S. Alexander 6. 20 a.
Alſtanus 8. 58 b
Alfwoldus Cridienſis 8. 5 a.
Albertus 13. 22 a.
Aldhun 96. 22 b.
Aldhun Abbas 28. 30 a.
Albineio Wil. 30. 49 a. & 4 b. 412. 52 a.
Albineio Henr. 106. 44 a.
Albiniaco Philipp. 153. 48 b. 774. 66 a.
Albigni Wil. 161. 57 b. 231. 14 a. 463. 32 a.
Albinni Nigellus 212. 6 b. 231. 14 a. 562. 31 b. 670. 10 b. 676. 6 b.
Albineio Wil. Cecilia, Roger. Rob. 247. 40 b. v. I. R.
Albeni Pincerna Wil. 252. 64 a.
Albineio Rob. & Henricus 325. 12 b.
Albino Samſon 405. 20 b. 752. 60 b.
Albineio Rad. 545. 54 b. 731. 12 a.
Albiniaco Wil. 551. 10 a. 676. 6 b.
Albani Wil. & Rich. 588. 60 a. 818. 10 a.
Albini Godfr. 593. 39 b.
Albineio Wil. 647. 26 a. 642. 44 b. 670. 10 b.
Albaney Iſabella hæres 728. 13 b.
Albineio Rog. 754. 20 a.
Albineium Cognomen, v. I. R.
Alfrid 37. 40 b.
Aldwinus 41. 32 a. 53. 16 b.
Alredus Comes 42. 60 a.
Aldelmus Monachus 49. 33 b.
Alfwin 61. 34 a.
Alexander frater Edgari Regis Scotiæ 45. 38 b.
Algelſige Abb. 52. 19 b.
Algod 53. 27 b.
Alhmundus 75. 26 a.
Alfere Dux 66. 30 a.
Alfward
Alſtan } ibid.
Athelſis
Algarus junior, v. I. R.
Alfridus 73. 20 a.
Alverſtan Tortinus.
Alanus Comes 73. 33 a.
Aldbright 100. 33 a.
Aldred 108. 61 a.
Aldredus Wicciorum Dux 120. 40 a.
Athelm Dux 123. 57 b. 287. 10 b.
Aloſt Radulfus 143. 64 b.
Aldina 153. 22 a.
Almaricus 154. 27 a.
Alanus Comes 169. 18 b. 555. 60 b.
Alfer Vicecomes ibid.
Aluevedus hiſtoricus 171. 2 a.
Alburwike Robertus 171. 34 a.
Algiva 173. 42 b.
Albon Will. & Tho. 184.
Alquimundus } 191. 50 a.
Alburga
Algiva, vide Athingen. Mon. 202.
Alferus } Duces 211. 8 b.
Ælfleack
Alwinus Comes, ibid.
Aluerus Magiſter, 220. 20 a.
S. Algiva 227. 24 a.
Alneto Adeliſa 476. 38 b.
Alneto Herbertus 231. 21 a.
Alneto——405. 20 b.
Alferus Comes Rob. 233. 33 b.
Alwinus 271. 63 b.
Alfinus Abbas 282. 56 a.
Alfgar Dux 287. 10 b.
Aldham 289. 62 b.
Alnwic Will. 290. 56 b.
Algarus Comes 304. 60 b. v. I. R.
Fitz-Alen Johannes v. I. R.
Alnei Fulco 329. 58 a.
Alem. Rich. 358. 47 a.
Aldwinus, v. Malvern Monaſt.
Albe Galfridus 367. 46 b.
Albus Edvardus, Johannes 429. 40 a. 476. 14 a.
Albe Everardus 486. 29 b.
Albo-Monaſterio Will. 488. 9 a.
Albus Rog. 631. 39 a.
Albus Ada 683. 66 b.
Albemarle Stephanus 387. 26 b.
Albemarl. Henr. 587. 24 a.
Albemarl. Rob. 600. 66 b.
Albemarl. Ingelramus 772. 41 b.
Albemarl. Rad. 835. 60 a.
Aluredus 388. 45 b.
Alwardi Dolfinus f. 400. 52 a.
Alani Walterus f. 422. 66 a.
Alani Rog. f. 431. 14 b.
Alani Brianus f. 652. 9 b.
Alani Humfr. f. 662. 16 a.
Alanus Sagittarius 758. 40 a.
Alani Will. f. 766. 38 a. 825. 9 a. 827. 12 a.
Almari Nicholaus 425. 66 a.
Almareio Rog. 522. 60 b.
Almari Rob. 520. 3 a.
Alani Jo. f. 780. 12 a.
Allen Rob.———39 a.
Alani Walt. f. 851. 52 b.
Alani Brian. 879. 8 b.
Albericus Comes 429. 20 a. 463. 50 b.
Aluredi Will. f. 460 6 a.
Alenceſter Petrus 473. 26 b.
Alverſtan Galfr. 496. 31 a.
Aldham Hugo, Will. & Roger. 533. 28 a.
Allenniſh Johannes 542. 3 a.
Alnoa Rad. 548. 5 a.
Alre Joh. 548. 39 b.
Aluredi Whalus f. 555. 63 b.
Aluredi Rog. f. 631. 54 a.
Aln Will. 565. 26 a.
Alneto Berengar. 588. 60 a.
Alta ripa Philippus———36 b.
Alta ripa Wil. & Rob. 593. 39 b.
Alta ripa Wil. 955. 56 b.
Alneto Hugo 604. 24 a.
Alnelai Rob. Will. Henr. & Eſward 660. 60 a.
Alneto Robertus 1028. 58 a.
Ailrici Suanus f. 649. 24 a. ejus progenies, 959. 11 b.
Almanbury Eſwardus & Rob. 660. 66 a.
S. Albino Margeria & Walterus 684. 31 b.
Alverſton Steph. 705. 16 a.
Alweia Samſon 719. 44 b.
Albreton Elias 724. 49 a.
Alveſtain Torpinus 730. 28 a.
Alveſtain Galfr. 731. 12 a. 916. 54 b.
Aldelini Rad. f. 753. 20 a.
Aldfeild Aldelinus & Rad. 757. 20 b.
Alem. Johan. 758. 58 b.
Alnburgh Rich. 760. 10 b.
Aldford Rad. 766. 32 a.
Aluredi Wil. f. 782. 28 b.
S. Albino Maugerus 791. 26 b.
Alnei Fulco 808. 52 b.
Alardi Herbert. f. 809. 63 b.
Alvieti Joh. f. 810. 60 a.
Alexandri Wil. f. 831. 44 b.
Alexandri Nigel. f. 832. 36 b.
Algeri Wil. f. 833. 22 a.
Alz Wil. 836. 47 a.
Albalaſter Tho. 848. 44 a.
Alretuna Samſon 857. 40 b.
Aldeworth Rob. 860. 38 a.
Aleby Herbert, Walter. Will. & Gunter 881. 23 b.
Algari Edwinus f. 883. 8 b.
Alani Walt. f. 886. 48 a.
Alani Ivo f. 925. 24 b.
Aldithle Henr. 891. 49 b.
Alintona Henr. 197. 50 a.
Aldford Rob. 906. 16 b.
Aleth Rich. Will. Walt. & Johan. 929. 34 b.
Alre Rich. Will. 931. 4 a.
Alemannia Henr. 936. 19 b.
Albineio Samſon & Will. 103. 60 b. 1002. 41 a.

Alphegus } v. **Chateriz** *Mon.* 251.
Alphoena }
Alexandri Ada f. 1005. 46 a.
Alexandri Will. f. 1015. 43 b.
Algo Oilardus 1008. 5 a.
Algeri Rich. f. 1009. 15 a.
Alureds villa Walterus 1009. 66 a.
Alwara uxor Leowini 980. 44 a.
Almerus 997. 2 a.
Aldeberia Rob. 1004. 50 a.
Alberni Joh. f. 1018. 50 a.
S. Ambroſius 6. 45 a.
Amundevill Tho. 47. 16 a.
Amundevilla Rad. 511. 18 b.
Amundevilla Will. 730. 62 a.
Amundevilla Elias & Will. 771. 57 b. 773. 34 b. 798. 16 b.
Amundevill Adam 832. 14 a.
Amundevill Walterus & Radulf. 823. 46 a.
Amethull Herbertus 316. 24 b.
Almagerus 351. 32 b.
Amali Will. f. 348. 30 a.
Amblia Galfr. 432. 39 b.
Ambley Philippus 628. 9 a.
Amandi Joh. f. 488. 36 a.
S. Amando Aumaricus 516. 12 a. 841. 28 a. 936. 10 a.
Amary Tho. 565. 26 a.
Aumery Rog. 583. 26 b.
Aumari Matilda 833. 20 b.
Amerlandus 597. 52 a.
Ambli Will. 666. 44 a.
Amfrei Will. f. 729. 40 b.
Amfridus 808. 50 a.
Ambreſleia Maurit. 821. 34 b.
Amorant Leolinus f. 827. 29 a.
Ambery Rich. 833. 66 a.
S. Anaſtaſius 4. 38 a.
S. Andreas 5. 43 b.
S. Anianus 6. 58 a.
S. Anthonius 6. 3 b.
S. Anaſtaſia 6. 19 b.
Anſelmus 22. 7 b.
Angemundus Referendarius 24. 40 a.
Augemundus Presbyter 24. 50 b.
Ansfredus Capellanus 30. 23 b.
Anſgotus Camerarius —— 24 b.
Ansfredus Dapifer ibid.
Ansketillus 45. 45 b.
Andeleia Droco 106. 22 a.
Anglicus Rob. 201. 63 b. 613. 66 b.
Anglicus Arnulph. 763. 12 a.
Anglus 53. 27 b.
Anneſlay Hugo 329. 29 b.
Andegavenſis Rob. 388. 32 b.
Anca 389. 37 a.
S. Andrea Alex. 399. 40 b.
S. Andrea Saierus 482. 10 b.
S. Andrea miles Rob. 837. 30 a.
Anele Galfr. 477. 26 b.
Ansketilli Rad. f. 574. 30 a.
Aneſio Helias 578. 48 a.
Anſgodi Will. fil. 578. 10 b.
Anſgothi Robert. f. 631. 34 b.
Annoti Joh. 598. 66 a.
Anſell. Will. 604. 44 b.
Augevin Galfr. & Rob. 629. 60 a.
Angevinus Martinus 897. 50 a.
Aufort Gocelinus 655. 22 a.
Anſey Tho. 866. 16 a.
Aney Will. 883. 49 b.
Angervill Will. 884. 48 a.
Antioch Will. & Sara 888. 11 b.
Ancell. Joh. 931. 4 a.
Anthorp Will. Elianor. Agn. & Margaret 968. 26 b.
Ansketilli Carnificis Barthol. f. 1013. 46 b.
Andreæ Will. f. 98. 16 b.
S. Apollinaris 4. 24 a.
Apperleg Rich. 548. 39 b.
Apelton Joh. 565. 26 a.
Appleton Wiot. 909. 16 a.
Appleſted Martin. 579. 48 b.
Appilgarth Rob. 879. 9 b.
Appilgart Will. 665. 46 b.
Apothecarius Rich. 938. 34 a.
Aquila Giſlebertus 186. 9 a. 352. 31 b. 412. 52 a. 574. 48 a. *Baro* 861. 3 a.
Aquila Rob. 328. 20 a.
Aquila Alicia 861. 3 a.
Aqua Joh. 541. 43 b.
Arviragus R. 110 a.
Arimathea Joſephus ibid.
Arnulphus 7. 28 b. 125. 1 a.
Arnulphi Alan. f. 515. 62 a.
Araci Gocelinus 75. 14 a. 731. 12 a.
Arecio Normannus 201. 39 b. 386. 16 a.
Arnegrim 75. 41 a. 132. 4 b.
Argenton Rob. 75. 36 b.
Argenton Renald. 238. 6 b.
Argenton Tho. 595. 52 a.
Argenton Rich. 621. 48 b. 689. 16 b.
Arundel D. Matravens Will. ejus uxor 281. 10 a.
Arundel Will. 1025. 24 a.
Arundel Rog. 792. 8 a.
Arundel Joh. 157. 24 b.
Arundel Tho. 525. 20 a.
Arundel Will. 531. 11 a.
Arundel Ivo & Rob. 578. 63 b.
Arundel Jo. & Margar. 728. 44 b.
Arundel Adam & Guido 781. 50 a. 4 b.
Arundel Joh. 43 b.
Arnketel 231. 66 b.
Arfaſtus Epiſcopus Osbertus 288. 6 b.
Arnoldi Nich. f. 323. 19 b.
Archis Petrus 651. 3 a.
Archis Rob. 773. 56 a.
Arches Rad. 330. 35 a.
Arches Osb. 387. 46 b.
Arches Will. 396. 31 b.
Arches Agn. Walt. & Allun. 474. 60 a.
Arches Will. & Ivetta 476. 40 a. 883. 34 a.
Archis Will. 560. 66 a.
Archis Gilbert 755. 60 a. 908. 14 a.
Arbalaſter Hugo & Walt. 355. 24 a. 356. 13 b.
Arbaliſta Nich. 776. 64 b.
Arſton Arth. 360. 38 b.
Arcy Tho. & Rob. 405. 44 b. 66 b. 809. 56 a. 32 b.
Arecy Goſcelinus 496. 31 b.
Arcleby Alan. 886. 43 b.
Ardur Joh. } 912. 10 a.
Arblaſtarius Rog. }
Arras Will. 417. 20 a.
Arkilli Will. f. 879. 44 b.
Arden Tho. 441. 23 a.
Ardena Hugo 479. 24 a.
Arden Petr. 484. 40 a.
Ardern Rog. 560. 43 b.
Ardern Tho. 640. 1 b.
Ardern Rad. 914. 52 a.
Ardern Joh. 892. 3 b.
Arſic Eudo & Alic. 515. 62 b. 633. 31 a.
Arſic Rog. 881. 1 a.
Archarius Herbert. & Margaret. 519. 16 b.
Archerius Simo 524. 58 b.
Archerius Walt. 578. 94 a.
Archer Will. & Alic. 1016. 17 a.
Archiacks Almericus 727. 18 a.
Aſperiton Herbert. 598. 38 a.
Arſevile Rich. 620. 60 b.
Archelinus 665. 30 a.
Armenters Hyne 678. 32 a.
Armenters H. 681. 39 b.
Arthington Petr. Jo. Serlo.
Archebaldus 765. 66 a.
Arbuſculo Rob. 775. 30 a.
Arnaldi Simo f. 1007. 22 a.
Archdeacon Odo miles 997. 35 b.
Aſcwi 66. 30 a.
Aſchetini Rob. f. 74. 26 b.
Asketellus 167. 4 a.
Asketilli Will. f. 389. 16 a.
Aſcelini Mich. f. 245. 46 b.
Aſhburn Rich. 274. 21 b.
Aſcogh Will. 403. 56 b.
Aſlathi Jo. f. 413. 13 a.
Aſton Hugo 441. 46 a.
Aſtin Phil. 532. 58 b.
Aſhton Rob. miles 944. 51 a.
Ask Rogerus & Conanus 484. 34 b.
Aſcherik Petrus & Torfinus 456. 63 a.
Aſini Doudo 545. 54 b.
Askham Jo. 565. 26 a.
Aſculphi Ernaldus f. 640. 40 a.
Aſſer Tho. f. 709. 59 b.
Aſeby Will. 832. 30 b.
Aſpes Will. 852. 28 a.
Aſh Rainulph. Joh. & Sibilla 937. 60 b.
Aſtanus Dux f. Athelredi 980. 8 a.
Attaholt Oſgar 8. 58 b.
Athelſtanus Dux 7. 36 a. 86. 64 b.
Athelmus 8. 9 b.
Athelardus 9. 51 b. 10. 43 a. 98. 66 b.
Athelmus Dux 10. 5 a.
Athelfled 10. 54 a.
Atheluldardus 11. 10 b.
Athelwoldus 33. 9 b. v. *Amores illiciti.*
Athelgar 60. 30 a.
Athelredus 64. 34 a.
Aiton Rich. 897. 50 a.
Aton Will. & Gilb. 375. 1 b.
Atuna Will. 496. 31 b. 731. 12 a. 917. 58 a.
Attehalgate Rich. 481. 29 b.
Atrio Will. & Radulp. 496. 55 a.
Athelini Henricus f. 680. 32 a.
Attecap Joh. 962. 44 b.
Attecomb. Henr. 1001. 43 b.
Atteling Barthol. 427. 46 a.
S. Auguſtinus 6. 45 a.
S. Audomarus ———— 56 b.
Auldhunus Regis Optimas 24. 59 b.
Aldhun Abbas 28. 30 a.
Audoeni Hugo f. 75. 12 a. 34 a.
Anfridus 75. 16 b.
Aula Milo 505. 54 a.
Aula Regis Wibertus 118. 37 a.
Aula Jordan 656. 9 a. 657. 63 a.
Avenel Rad. 119. 40 b.
Avenel Nich. 510. 66 a.
Avenellus 664. 14 b.
Avenel Oliverus 760. 40 b.
Avenel Rand. v. I. R.
Avenel Will. 830. 63 a.
Audeleio Godfrid. 1026. 22 b.
Audeley Hugo, ejus genealogia 157. 27 a.
Aadeley Mauricius 246. 6 a.
Andeley Tho. 415. 21 b.
Andeley Hugo, v. *I. R.*
Audeley ———— v. *I. R.*
Audelegh Jacob. 936. 22 b.
Audethle Hen. & Will. 942. 56 a. 943. 18 a.
Auco Hugo 345. 22 b.
Auceps Hugo 473. 36 a.
Abon Rich. 495. 34 a.
Averenches Rich. 529. 58 b.
Anuers Petr. ibid.
S. Andoneo Radul. 581. 39 a.
Aumeri Rog. 583. 26 b.
Aumari Rob. & Henr. 802. 60 a. 10 b.
Auge Joh. 593. 65 a.
Aureavilla Reginal. v. *I. R.*
Auſun Will. 604. 44 b.
Avenihore Walterus & Rob. 621. 56 a.
Avenaco Hamo 622. 1 b.
Aufert Gocelinus 655. 22 a.
Aubeny Will. 681. 36 a.
Aumec Rob. 691. 28 a.
Auvil Rob. 757. 19 a.

Aula Rog. & Tho. 761, 60 b.
Averings Rob. v. Abrincis 786. 20 a.
Audelini Will. f.
Auſci Rich. & Rob. } 814. 34 a.
Aumari Matilda 833. 20 b.
Aufrei Rand. & Wil. 894. 26 b.
Azor 625. 67 a.
Azumari Wil. 832. 28 b.
Azmarius Abbas Rhemenſis, 1022. 58 a.

B

St. Baſilius 4. 29 a.
S. Bartholomeus 5. 45 b.
S. Blaſius 6. 17 a.
S. Barbara 6. 18 b. 204. 10 a.
Bantomp 7. 52 a.
Battonweng 11. 60 a.
Banta 27. 59 b.
Badohekedus 28. 40 b.
Baere Abbas
Badoherd Abbas } 29. 29 b.
Blaca Rainulphus 49. 3 b.
Baldri Hug. f. 41. 16 b. 387. 44 b. 393. 33 b.
Baard Godſr. 47. 18 a.
Baldwinus Vicecomes, 53. 56 a.
Baſeg 68. 44 b.
Baius Rob. 75. 27 b.
Baduualdus 76. 10 b.
Barbor Tho. 96. 14 a.
Baſſet Nich. 526. 8 a.
Baſſett Radulph. 107. 17 a.
Baſſett Fulco 171. 31 a.
Baſſett Rad. 172. 26 b.
Baſſett Philip. 258. 60 b. 535 9 b.
Baſſett Gilb. & Rad. 265. 60 a.
Baſſett Wil. 286. 26 b.
Baſſet Rad. junior v. I. R.
Baſſet Nich. & Rich. 360. 33 a.
Baſſet de Petling Rad. 439. 63 b.
Baſſet Rich. & Wil. 440. 22 b. 43 b. 513. 36 b.
Baſſet Tho. 511. 30 b. 991. 58 b.
Baſſett Will. 518. 22 b.
Baſſet Rob. 592. 4 b.
Baton Wynebaldus & Rog. 111. 12 b. 114. 60 a. 590. 63 b. 639. 6 b. 671. 20 a.
Baſſet Alanus, v. I. R.
Baſſet Rad. 682. b.
Baſſet Rob. 691. 44 a.
Baskevill Bernardus, Walterus, & Rob. 113. 65 a. 115. 22 a. 162. 66 b.
Baſchevilla Rog. Rad. & Rob. 320. 63 b. 321. 59 a.
Baſchervilla Rad. & Tho. 332. 66 a. 380. 36 a.
Raskervill Rob. 632. 59 b.
Baskervill Rad. & Paganus 830. 12 b.
Baskervill Walt. 863. 6 a.
Baskervill Rad. 865. 58 b.
Balthun Abbas 127. 46 b.
Barba Hugo 186. 40 a.
Bradwinus Preſbyter 172. 36 a.
Bacala Abbas 172. 59 a.
Bawdo Hugo 179. 34 a.
Braus Will. 179. 1 b. 555. 60 b. Vide Bruſe.
Baldrici Ingildus frater 435. 46 b.
Bardulf Jo. 487. 20 b.
Bardulf Will. 656. 24 b.
Bardoul Conanus 705. 8 a.
Bardoulf Hamelinus 839. 1 b.
Baſſet Iſabella 930. 66 a. 931. 28 a.
Baſſet Will. 808. 58 b.
Baſſet Radulph. 933. 56 a.
Baſſet de Riſton Sim. Reginald. & Rob. 816. 26 b.
Baſſet Phil. 867. 20 a. 936. 23 b.
Baſſet Henr. 560. 52 a.
Blakeney Will. 184.
Banaſtre Rob. 720. 44 b.
Banaſtre Rich. 201. 14 b. 986. 52 b.
Bardulf Will. 416. 10 b.
Bardolf Rob. & Dod. 406. 30 a.
Bardolf Hugo 230. 63 a. 310 46 a. 506. 64 a.
Bardulfus 388. 12 a. 592. 4 b. 532. 10 a.
Baldwini Rich. f. 231. 14 a.
Badenton Rob. 231. 14 a.
Balſam Hug. 241. 32 b.
Baune Euſtach 247. 34 a.
Baionvilla Fulco 201. 28 b.
Baro Wileranus 202. 16 a.
Baldrici Billeheld ux. 201. 38 b.
Batill Walterus 275. 25 a.
Bake Joh. ibid.
Battesford Samſon 289. 60 b.
Bateman Will. 290. 34 b.
Bakholt Nich. —— 65 b.
Barun Wlfgat 292. 60 b.
Banham Walterus 301. 20 a.
Braybrof Hugo 308. 58 a.
Baliol Joh. v. I. R.
Baliol Wido 388. 10 b.
Baliol Bernard. 393. 57 b.
Baliol Goſcelinus 435. 24 a. 668. 16 a. 720. 50 b. 830. 28 b.
Baliol Alexand. 834. 16 a.
Baliol Bernard. 841. 12 b.
Baliol Edvard. 963. 28 b.
Blancard Rob. 311. 12 a.
Baliol Odo 1032. 34 a.
Brai Will. 317. 66 b. 441. 23 a.
Bray Milo 360. 4 a.
Branſton Gilb. 328. 26 a.
Bakeſwath Tho. 330. 28 a.
Bradwell Nigellus 331. 54 b.
Blancheſleur Will. & Rob. 332. 64 a. 24 b.
Barwort Jordan 336. 11 b.
Bathwant Rob. 339. 56 b.
Babingelia Will. 344. 12 a.
Bas Ranulph. 345 56 a.
Bakepus Rad. 355. 11 a 483. 42 a.
Blangeo Wymundus 364. 42 a.
Barre Hugo 367. 43 b.
Barruis S. Neoti ſervus 368. 48 a.
Baillor Reinaldus 379. 30 b.
Baliſtarius Odo 387. 52 b.
Bainard Goifridus 388. 5 b.
Bavill Rich. 400. 19 a.
Brayton Alanus 400. 20 a.
Baldwini Rad. f. 416. 18 b.
Baſevill Michael. 418. 56 b.
Badvent Roger. 428. 40 a.
Baiocis Alex. ibid.
Battaill Rog. 431. 12 a.
Bauchis Euſtach. 432. 8 b.
Baucis Will. 433. 62 b.
Balci Rob. 436. 53 b.
Baiocis Joh. 437. 64 b.
Bagoth Herveus 943. 26 a.
Bagot Rob. 440. 42 a.
Bagot Hereſeus 468. 40 b. 1022. 6 b.
Bagot W. 580. 10 b.
Bagoth Rich. 651. 3 a.
Brancoſt Will. 460. 40 a.
Badingham Everardus 461. 55 a.
Bracton Joh. 477. 24 b.
Bada Rich. 480. 61 b.
Ball. Will. 481. 21 b.
Baſingburn Albretha 483. 42 a.
Badeliſmer Gunſelinus 484. 36 a.
Branch Rog. & Conſtantia 485. 20 a.
Barnburn Will 488. 49 a.
Bradeſale G. 406. 20 a.
Barn Steph. 496. 31 b.
Bainard Will. 497. 40 a.
Baldwini Jo. f. 497. 52 b.
Blaby Jo. 500. 53 b.
Bradwardyn Hugo 505. 59 a.
Barry David 510. 44 a.
Bard. Tho. 511. 30 b.
Bracecear. Hugo 514. 63 a.
Ballard Rob. —— 6 b.
Baſtard Rog.
Bacon Rich. } 26 b.
Branſton Rog. & Tho.
Badele Galfr. 515. 65 b.
Barre Hug. 518. 22 b.
Baviel Will. 522. 54 b.
Baſtard Walt. ibid.
Ballegan Rich. 523. 1 b.
Bradwell Rich. —— 54 b.
Bragenhua Will. 524. 40 a.
Bagehurſt Will. 527. 49 a.
Baſing Solomon 532. 66 a.
Braibroc Hug. 553. 2 b. 578. 8 b.
Braibroc Henr. & Jo. ibid.
Braibroc Tho. 677. 11 b. v. Daventr. Mon.
Braybrocorum genealogia, v. I. R. 819. 10 a.
Braibroc Andr. 681. 48 b.
Braibroc Rob. Epiſcopus London. 964. 39 b.
Braibroc Henr. 1018. 50 a.
Baderoni W f. 553. 10 b.
Baladuni Dru. D. ejus progenies, 556. 50 a.
Bachiler Rich. 559. 24 a.
Baſſey 562. 9 a.
Bainard Jo. 575. 51 a.
Balli Herveus 578. 34 a.
Bray Tho. 580. 10 b.
Brioſa Will. & Phil. v. Bruſe, ejus ſigillum 581. 50 b.
Baſtard Will. 581. 40 b.
Baptiſer Rich. 586. 58 b.
Brachenbury Tho. 588. 33 b.
Bacpaumes Will. ibid.
Barra Will. 595. 36 a.
Baldrevilla Margareta 593. 53 a.
Branch Will. 624. 36 b.
Brangarus 625. 44 a.
Blanchevil Rich. 628. 40 a.
Barſham Gaufr. 628. 36 b.
Branceſter Tho. 638. 40 a.
Bray Hug. 641. 65 a.
Bray Will. 1015. 7 b.
Baſchetvilla Will. 1008. 5 b.
Barbe Will. 642. 46 b.
Barbus Rob. & Rich. 656. 54 b.
Batelay Rad. 657. 44 a.
Bacun Aelſi 662. 52 a.
Braford Rich. 662. 20 b.
Blanchard Rich. 663. 16 a.
Blanchard Paie 823. 16 a.
Barnevill Jordan 970. 60 b.
Braioſa Will. 685. 60 a.
Baſevill Will. 687. 55 b.
Baiocis Rich. 704. 59 b.
Barri Will. 720. 38 a.
Blancaquiel Tho. 720. 41 a.
Bartholomei Badeliſmer Elizabetha ſ. v. I. R.
Barkwida Rob. 809. 30 b.
Baard Rich. 811. 21 a.
Bawd Will. 821. 62 b.
Bakepuis Rob. & Galfr. 830. 41 a.
Brachcurt Galfr. 831. 24 b.
Bakerun Rad. 833. 15 a.
Barbot Rich. & Will. 836. 58 a.
Barnby Gervaſius —— 3 a.
Barret Rich. —— 56 a.
Bauuent Rad. 837. 6 a.
Barry Rich. —— 62 a.
Baſingburn Humfr. v. I. R.
Baldriſon Will. v. I. R.
Baieuſe Rob. 84. 45 b. 841. 10 b.
Bachilor Rob. —— 62 a.
Barba Rob. 857. 40 b.
Barew Joh. 864. 8 a.
Bras Phil. 865. 60 b.
Bakington Gilb. —— 32 b.
Bardolf Hug. 868. 22 a.
Bardolſi Acarmi f. 869. 33 a.

Barn Adam 880. 12 a.
Bavent Petr. 882. 16 b.
Barrevill Gilb.——54 b.
Blanford Alicia & Rob. 887. 41 b.
Barun Will. 889. 28 b.
Badew Hamo——46 b.
Barton Rob. 973. 22 b.
Blakeman Rich. 1020. 54 a.
Baglas Walter. 1020. 56 a.
Baldwini Rob. f. 1024. 40 b.
Banham Rich. 1003. 54 a.
Brawood Petr. 1005. 14 a.
Bradeleia Igenulphus 1007. 22 a.
Blavein Galfr. & Rob.——30 a.
Barba Walt.——46 a.
Blaveint Rob. 1009. 16 b.
Blavino Gaufr. & Rob. 1010. 16 a.
Baliol Wildelardus & Ida uxor 1009. 60 b.
Baliol Joh. 1014. 18 b.
Barton Tho. 1019. 66 a.
Bakecake Walter. 1012. 36 b.
Brackley Ernaldus 1014. 12 a.
Baldwini Rob. Joh. Anna, & Hawiſia f. 1000. 1 a. 999. 60 b.
Batonia Auguſtinus 1000. 44 a.
Bachus Martyr 1023. 36 b.
Brantam Rog. 917. 30 a.
Bayd Matilda 923. 54 b.
Bainton Matth. 929. 14 a.
Bachiler Rob. 930. 16 b.
Blanchvile Galfr. 932. 16 a.
Barett Nich. & Rich. 938. 16 b.
Bathel Tho. 938. 11 a.
Baſtard Baldwin. 940. 1 b.
S. Benignus 1. 34 a. 2. 25 b. 4. 38 a.
Beda venerabilis 4. 43 a.
S. Bega 4. 66 a. *v. I. R.*
Benedictus 4. 39 b.
S. Benedictus 6. 61 a.
Bregden 7. 56 a.
Bera ibid.
Bregoied 7. 56 a. 63 a.
Breoreward ibid.
Beorward ibid.
Bekery Michael. 8. 17 a.
Bremwell 11. 60 a.
Breden ibid.
Berwaldus 13. 12 a.
Beorthwaldus 14. 22 a.
Bendwlphus 14. 26 a.
Bleſenſis Comes Theobaldus 184. 2 a.
Bregovine Archiepiſcopus 28. 28 a.
Berthwaldus 28. 40 b.
Bernardus Presbyter 39. 57 b.
Beverlacenſis Joh. 40. 20 a.
Berard 53. 27 b.
Beare Godwinus 53. 16 b.
Bernay Rad. 53. 27 b.
Berta uxor Ethelbrighti filia Regis Francorum 85. 50 b.
Benedictus Abbas Anglicanus, v. 𝔚𝔦𝔯𝔪𝔲𝔱𝔥 *Monaſt.*
Beda, vide ibid.
Beſpha 100. 32 a.
Bernardus Cardinalis 108. 28 a.
Adeliza uxor Rogeri de Breio 11. 30 b.
Breedon Tho. 114. 18 b.
Beckesford Rob. 116. 4 a.
Beton Robertus 44 a. 118. 28 b.
Berkley Tho. 119. 1 b. 118. 12 a. 119. 20 a.
Berkley Roger. 117. 60 a.
Berkley Euſtacius & Rob. ibid.
Berkley Will. 811. 20 b.
Berkley Roger.——49 b.
Berkley Robert. 814. 12 b.
Berkley Philip. Oliv. & Will. ibid.
Berkley Jacobus 931. 66 a.
Berkley Rog. 983. 54 a.
Bercol 121. 11 b.
Berthundus Dux 122. 61 b.
Bertuulf 123. 59 b.
Beadheard 125. 14 b.
Beornaco Rad. 129. 16 b.
Beorn Will. 148. 64 b.
Bellocampo 151. 29 b.
Belcamp Hugo 161. 56 b.
Bellocampo Rich. v. I. R.
Bewchamp Joh. v Powyk.
Bellocampo Simo 239. 2 a.
Bellocampo Hug. & Oliverus 246. 40 a.
Belchamp Will. 321. 48 b.
Bellocampo Walter. 366. 5 b.
Belchamp Will. 429. 42 a.
Bellocampo Hug. 432. 54 b.
Bellocampo Will. 472. 42 b.
Bellocampo Rob. 487. 60 a.
Bellocampo Milo & Ada 504. 46 a.
Beauchamp Rad. 523. 21 b.
Bellocampo [illegible]*r.* 520. 34 a.
Bellocampo Hel[illegible]*s* 542. 36 b.
Bellocampo Rob. 562. 40 b.
Bellocampo Will. 574 34 b.
Bellocampo Rad. 628. 6 a.
Bellocampo Milo & Paganus 641. 30 a.
Bellocamp Rob. 670. 60 b.
Bellocampo Andr. 724. 51 a.
Bellocamp W. 821. 34 b.
Bellocamp Hug. 883. 64 b.
Beuchamp Rog. miles 944. 53 a.
Bellocamp Tho. 964. 11 b.
Bellocamp Milo 1012. 8 b.
Beleſm. Dyves genealogia 368. 30 b.
Beleſmo Rob. 161. 52 b.
Belmes Phil. 372. 24 b.
Belvino Yvo cum genealogia Bellis-montium 381. 20 b.
Belmeis Will. 640. 64 a.
Beckett Tho. 171. 28 a.
Berectfridus Princeps, v. I. R.
Bertana prima Abbat. Bathoniæ. 184. 60 a.
Bernegrand ibid.
Bernardus Ebrardus 186. 8 a.
Beornothus Dux 190. 6 a.
Beccenſis Rich. 200. 44 a.
Berneres Will. 201. 29 b.
Bertinus 208. 66 b.
Beornod Dux 216. 21 a.
Berdeſtapula Joh. 231. 14 a.
Bellovidier Rob. 327. 1 b. 328. 20 a.
Bellovidier Hugo 247. 4 b.
Beech Rob.——34 a.
Bertona Rob. 248. 50 a.
Bello Ganterius 243. 21 a.
Bernardi Will. f. 265. 21 b.
Beyne Will. 276. 12 a.
Belet Rad. 280. 54 a.
Bernus venator qui S. Edmundum Danis prodidit 285. 38 a.
Bellomonte Rob. 289. 36 b.
Beaumund Galfr. & Joh. 330. 6 a.
Bellomonte Hen. 359. 64 b.
Bellomonte Roger. & Athelina 470. 4 a.
Bellomonte Henr. 510. 7 a. 481. 46 a.
Bellomonte Roger. filius Roberti Marcionis 598. 40 b.
Belmont Godfr. 626. 14 b.
Bellomonte Rog. ejus progenies 724. 63 a.
Bellomonte Joh. 963. 9 a. 995. 66 b.
Bernwell Nich. 1018. 54 b.
Bernam Will. 296. 24 a.
Brenon Hugo. 307. 46 b.
Brewſe Will. v. I. R. v. Brus & Braioſa.
Breoſa Sibilla 862. 66 a.
Breoſa Will. 864. 48 b.
Breoſa Will. 927. 10 a.
Brett Thurſtanus & Rob. 321. 59 a.
Brett Rog. 322. 43 b.
Brett Ranulph. 440. 42 a.
Brett Will. 498. 53 a.
Bret Gaufr. 558. 36 b.
Brett Phil. 601. 66 b.
Brett D. Rob. 865. 60 b.
Brett Rad. 888. 29 b.
Benin Steph. 322. 51 a.
Bertoam Rog. 336. 11 b.
Bellofago Agnes, Almud. & Muriel. 339. 18 b. 545. 49 b.
Bewſew Will. 407. 34 a.
Bellofago Rad. 412. 53 a.
Belfo Agn. 412. 49 b.
Beaufo Phil. 425. 3 a.
Belfago Rad. 666. 52 b.
Breleford Aſinus & Nicholaus 354. 64 b.
Bec Ernulfus 355. 34 a.
Bellicia Rad. 357. 2 b.
Badingfeild Petr. 358. 21 a.
Beln. Adam 358. 44 a.
Bell Will. 367. 43 b.
Bernley Odo 378. 4 a.
Bernard Hugo 380. 2 b.
Berners Will. 383. 37 a.
Breton Joh. 393. 18 a.
Bretun Ada 399. 34 b.
Beaureun Wido 394. 9 a.
Belum Rad. 405. 20 b.
Belwere Rad. & Rob. 405. 37 b.
Bec Galfr. 413. 16 a.
Benhall Rob. miles 415. 30 b.
Brethin Leodegarius 422. 40 a.
Berden Math & Joh. 460. 16 b.
Berniers Will. & Rad. 461. 4 a.
Benfeild Walt. 461. 55 a.
Berto Tho. & Will. 461. 66 b. 468 3 b.
Bendevill Will. 463. 16 b.
Bertham Alan. 470. 11 a.
Bellu Gilb. 476. 2 b.
Bertram Rog. 476. 42 b.
Belet Will. 484. 30 a.
Bendings Mich. ibid.
Bernard Rob. Vicecomes 486. 24 b.
Bernardus miles ibid.
Bretach. Joh. 487. 22 b.
Belle Rad. 492. 44 b.
Belec Hamond. 500. 6 b.
Beſevile Gervaſ. 501. 42 b.
Benedicti Will. f. 504. 16 a.
Beanner Rad. & Conſtanc. 511. 11 b.
Belet Mich. 513. 36 b.
Beleperſh Rob. 514. 26 b.
Bradlear Wido 518. 54 a.
Bechampton Will. & Rich. 522. 35 b.
Brecell Alan.——54 b.
Blechiley Michael 523. 54 b.
Beverle Rob. 524. 12 b.
Bendevilla Aluredus 528. 24 a.
Belet Michael 528. 8 b.
Belibera Will. 529. 32 b.
Benynworth Walt. & Mattheus 531. 40 a.
Bere Joh. 542. 2 a.
Beliden Rich.——35 b.
Bredſtret Tho. —— 64 b.
Bereford Simo 552. 12 a.
Bereford Hug. 620. 65 a.
Bereford Torpinus 1032. 18 a.
Bernois Will. 558. 36 b.
Beler Hamo & Rob. 562. 40 b.
Bellun Nichol. 563. 16 a.
Beyſin Rob. & Iſabella 570. 66 a.
Becco Will. 574. 32 a.
Bera Ada 578. 54 b.
Bertran Gausbert. & Aucherus 581. 46 a.
Bernhus Nich. & Will.——34 b.
Brenbrie Gaufr. 582. 21 a.
Bertrami Rad. f. 629. 20 b.
Bertuna Rog. 632. 56 b.
Brecham Walt. 636. 33 a.
Beck Joh. & Tho. 653. 65 a.
Bretton Hug. 656. 40 b.
Bernſley Rog.——40 b.
Bretton Pigot 657. 42 b.
Bretton Osbert. ibid.
Breton Alan. 660. 40 b.
Bernardi Jordan f. 657. 66 b.
Bernardi Rog. frater 662. 18 a.
Brettevile Euſtac. 664. 8 b.
Bernham Bernard. 667. 44 b.

Berton Robertus —— 33 b.
Bertholmew Joh. 686. 40 a.
Betuna Rob. Will. & Baldw. 691. 12 a.
Berneriis Radulf. 704. 30 a.
Berdſay Will. 707. 2 a.
Belew Joh. v. I. R.
Bere Joh. Sibila f. v. I. R.
Badeliſmer. Elizabetha f. & cohæres Barthol. v. I. R.
Benigworth Rog. 808. 63 b.
Bec Giſlebert. 823. 41 a.
Benigworth Rog. & Math. 824. 31 a.
Beauuir Rad. 827. 63. b.
Benſcamp Rob. ibid.
Bellaval Rad. 833. 3 a.
Belar Hamelin. —— 11 b.
Bernardi Will. f. 835. 60 a.
Beſing : Gamel. f. — 66 b. 857. 40 b.
Bereus Rob. 836. 24 b.
Beke Joh. miles 837. 30 a.
Bella aqua Tho. 846. 17 b.
Beverich Rob. 848. 16 b.
Beleth Michael. 854. 44 a. 868. 22 a.
Breinkin Rad. 864. 48 b.
Brein Henr. ibid.
Belſire Rich. 866. 40 a.
Bermingham Will. & Alicia 879. 58 b.
Beſeby Erniſius 882. 50 a.
Belveir Rad. & Rob. 883. 37 a.
Betlum Rad. ibid.
Blendec Fulco 889. 40 a. 1007. 54 a.
Betvillies Rob. ———— 23 b.
Bedeford Simo 891. 26 b.
Brey Rad. 892. 4 b.
Bledint. Griſus f. 893. 58 b.
Bernardi Will. f. 922. 66 b.
Brehous Will. 926. 63 a.
Breanle Tho. 935. 54 a.
Berard Petr. —— 56 a.
Bern Rob. 938. 29 a.
Belet Michael. 960. 26 a.
Beningholm Petr. 1027. 36 a.
Benewilla Alveredus 1008. 60 a.
Beluaro Benedictus ———— 64 b.
Berners Hugo 1010. 11 a.
Benner Alverus —— 33 a.
Beſevill Rich. & Rad. 1012. 12 a.
Belond Rad. 1013. 36 a.
Bernars Joh. —— 62 a.
Berſus Adam. & Herbertus —— 66 a.
Benſe. Simo f. 1014. 44 b.
Betona Rob. 1016. 62 a.
Belnoldi Hardinus f. 997. 54 a.
Brigida 2. 25 b.
Biſchop Benedictus 4. 44 a.
Britwoldus 4. 5 b. 8. 3 b.
Britwin 5. 25 a.
S. Bricius 6. 59 a.
S. Brigida 6. 14 b.
Britwold Wiltonenſis Epiſcopus 7. 35 a.
Britwinus Wellenſis Epiſcopus ibid.
Bliſier 7. 53 a.
Britelinus 9. 3 a.
Brithwius 9. 23 a.
Brithera 10. 41 a.
Brithſiga 10. 63 a.
Britwaldus 12. 53 a. 9. 28 a.
Byrinus Weſtſaxonum Apoſtolus 112. 50 a. 979. 50 a.
Brithricus 16. 51 a.
Brithcarus ibid.
Binthelm 17. 30 a.
Brintigo 17. 14 b.
Brigwinus 19. 21 a.
Brithnocus Dux, v. I. R.
Bigg Egelricus 21. 45 b.
Brithmerus Civis London 22. 4 a.
Brichricus 27. 31 a.
Bircinus Epiſcopus 31. 20 b.
Bertulfrici Aelfredus f. v. I. R.
Brithricus Abbas 52. 24 b.
Bichſige Epiſcopus 86. 56 b.
Brithnodus Martyr 87. 46 b.
Brientius 106. 58 a.
Brito Will. 117. 50 b.
Binna frater Beornulpii R. Merciorum 125. 14 b. 178. 4 a.
Birnwald Dux 127. 21 a.
Brightegus Epiſcopus 129. 6 b.
Brithmari Alſwinus f. 130. 44 b.
Briwer Will. 73. 26 b.
Brigwell Will. 179. 1 b. 991. *v. Bruer* 58 b. 310. 46 a. 488. 59 b. 490. 43 b. 925. 1 b.
Brichwaldus Archiepiſcopus 146. 46 b.
Brien Guido 157. 52 a.
Brithunus 169. 50 b.
Brigwinus 210. 46 a.
Britſertus miles 211. 12 b.
Byrthanus ibid.
Birimtricus nobilis 230. 13 a.
Brithnotus Comes 232. 8 a.
Brito Will. Juſticiarius 222. 3 a.
Briton de Albiniaco Will. 247. 4 b.
Brito Rob. 247. 49 b. 329. 24 a.
Brito Hugo 335. 22 b.
Brito Ernaldus 513. 24 b.
Briton Joh. 601. 66 a.
Britt Will. 628. 36 b.
Briton Will. 632. 18 b.
Briton Tho. 638. 22 b.
Brito Anſgerius 640. 6 a. 4 b.
Brito Rog. 646. 26 b.
Brito Will. 655. 34 b. *v. Breton.*
Briton Galfr. 663. 16 a.
Briton Rog. 833. 44 a.
Brito Jordan. 1017. 60 b.
Brito Will. & Walt. 1012. 14 b.
Bigod Rob. 142. 35 b. 161. 57 b.
Bigot Hugo 258. 60 b.
Bigot Rog. 307. 50 a.
Bigoti Rob. f. 986. 52 b.
Bigot Rog. 307. 60 a.
Bigot Reginald. 308. 19 a.
Bigot Rog. 325. 11 b.
Bigot Azo 378. 17 a.
Bigot Hug. 418. 9 b. 426. 50 b.
Bigot Rad. 516. 28 a.
Bigot Rog. 573. 49 a. 581. 49. a. 640. 38 a.
Bygot Barthol. 620. 16 b. 664. 40 a.
Bigod Hugo 639. 36 a. 650. 34 a. *v. I. R.*
Bigod Rog. & Jo. 724. 24 a.
Bigod Hug. 834. 37 a.
Bigot Samſon 868. 39. b.
Bigot Rob. 883. 64 b.
Bigot Rad. 1024. 40 b.
Bigot Rog. 1026. 50 b.
Birknotus Dux 259. 30 b.
Britehill Rob. 274. 46 a.
Bridiport Rob. 280. 49 a.
Bingham Rob. ———— 56 a.
Brinkle Joh. 296. 41 a.
Briceio Rich. 201. 66 b.
Briſcohard Will. 328. 22 a.
Biſeth Albreda 328. 26 a.
Bingulfus Vice-dominus 169. 16 b.
Bidun Halen. 332. 20 b.
Bibeſweia Walter. 331 12 b. 332. 50 a.
Byntre Osbernus 344. 12 a.
Briſewida Galfr. 357. 20 a.
Brinton Rob. 383. 29 b.
Brideſhall Rob. 389. 2 a.
Brigham Joh. 397. 4 a.
Byſet Manaſſerius 413. 34 a. 574. 34 b. 743 29 a, 668. 15 a.
Biſett Henr. v. I. R.
Byden Walt. 422. 40 a.
Brian Jordan. fitz 428. 53 a.
Briſeta Jordan. 432. 61 a.
Bermingham Fulco 441. 46 a.
Biſceot Rich. 469. 1 a.
Byſſop Aufredus 487. 60 a.
Brichſard Fulco 507. 24 b.
Brian Guido 510. 44 a.
Billing Rob. 522. 32. b.
Billing Osbert. 523. 54 b.
Birkin Job. 529. 56 b.
Brien 548. 4 a.
Bidel Elvinus 553. 2 b.
Bilburgh Rich. 565. 28 a.
Briſell G. 566. 22 b.
Biſa Will. 588. 60 a.
Britmarus 620. 4 a.
Brixit 625. 3 b.
Briſmarus 626. 10 a.
Brithſeli Rich. 628. 6 a.
Brieni Michael. 629. 20 b.
Birel Rog. 642. 63 a.
Britevil Guido 645. 22 a.
Briahel Hug. 650. 39 a.
Birkin Joh. & Roger. 652. 41 a. 656. 40 b.
Birum Walt. 657. 44 a.
Briſſeta Jordan. 666. 44 a.
Briſtoaldus Rog. 706. 31 a.
S. Brigida Mich. 724. 16 a.
Billingheia Petr. 809. 66 b.
Bynmon Pyrotus 829. 44 b.
Billingheia Turpin 831. 24 b.
Briuen-Court Gilb. 832. 2 b.
Brien Will. f. 840. 52 a.
Briton Tho. 931. 62 a.
Bikell Will. 940. 63 a.
Byri Margeria 964. 63 a.
Britevill Guido 1026. 60 a.
Bithan Joh. 1027. 36 a.
Bitleſgate Joh. 1001. 63 a.
Bria Arnulph. 1008. 18 a.
Biſhop Galfr. 1012. 60 a.
Bikeſtrop Matthæus 1015. 28 a.
Brikelſworth Simo 1016. 66 a.
Brickleſworth Rog. Walter. & Agnes 1016. 33 b. 49 b.
Bid Joh. ———— 66 b.
Brion Will. 1018. 50 a.
Boſcum 4. 23 a.
Borſilus 4. 41 a. 39. 26 a.
Blois Henricus 4. 60 a. 10 b. 39. 26 a.
S. Botulphus 6. 62 a. 88. 18 a. *v.* Thorney *Mon.*
Boviton Rich. 22. 41 a.
Botuvinus Abbas 28. 38 a.
Broerda 28. 40 b.
Bobba ibid.
Bloet Rob. 49. 28 a.
Bointon Brius 49. 3 b.
Bonduis 62. 28 a.
Boytorp Hug. 74. 6 b.
Bochland Hug. 30. 54 a. 105. 11 b. 238. 1 b. 437. 36 a.
Boſa Epiſcopus 39. 6 b.
Bolſel Epiſcopus 51. 1 b.
Brordanus Princeps 65. 24 a. 122. 60 b.
Bohun Humfr. 106. 12 a. 161. 15 a. 192. 50 a. 231. 14 a. *v. I. R.* 418. 9 b.
Boun Henr. 432. 26 a.
Bohun Humfr. Henr. & Marger. 620. 30 a.
Bohun Matilda —— 44 b.
Bohun Humfr. 820. 29 a. 867. 55 a.
Bolebec Will. Roger. & Roeſia 509. 26 a.
Bodehardus Comes 112. 8 a.
Blond Henricus 113. 26 b.
Blois Will. 114. 12 b.
Botvinus 124. 18 b.
Bold. Rob. 148. 64 a.
Bold 528. 2 a.
Bola Arnulph. 125. 14 b.
Borden Osbertus 153. 36 a.
Bonavilla Laurent. 155. 59 a.
Boſa ſcriba Regis Wilaſi, 167. 64 a.
Booth Laurent. 171. 47 a.
Brorda Dux 178. 6 a.
Bromcot Will. 199. 46 a.
Boter Hamo 220. 22 a.
Bolebec Walt. & Hugo 239. 12 a.
Bolebec Will. 422. 2 b.

Bolebec Hug. 829. 60 a. 927. 10 a.
Broy Rob. & Walt. 239. 33 a. 245. 46 b.
Botterwike Tho. 242. 14 b.
Bloſſovilla Will. 248. 10 b.
Bond. Will. 274. 8 a.
Bromley Will. 274. 36 a.
Bronſton Will. 275. 6 b.
Boſton Joh. 276. 14 b.
Boſco Hug. 280. 24 a.
Broſor miles 288. 41 a.
Brockley Henr. 289. 60 b.
Boon Joh. 296. 2 b.
Boſco Rich. 300. 11 a.
Bolonia Rob. 311. 12 a.
Bovie Rob. 313. 39 b.
Bolt Ailwinus 326. 56 b.
Broma Ailward. Rich. & Rad. 326. 14 b.
Boiſrobard Will. 328. 22 a.
Bottesford Henr. & Walter. 329. 24 a.
Boyland Rich. 330. 28 a.
Boxa Will. 345. 51 a.
Boſco Will. ibid.
Boſco Hug. 429. 1 a.
Bole Will. 358. 19 a.
Boterell Petr. 380. 39 a. 381. 60 b. 880. 10 a. 867. 55 a.
Botterell Reginald. 880. 10 a.
Boniſac. Gaufr. 391. 66 b.
Boivilla Sim. 399. 34 b.
Brode Edou. 404. 8 a.
Bowes Rich. & Joh. 415. 40 b.
Bovington Enger Walt. & Adam. 427. 46 b.
Bonnevilla Alveredus 445. 36 b.
Bakeland Will. v. I. R.
Bovilla Hawiſia 461. 66 b.
Bockland Tho. 462. 64 b.
Bodbek Hugo 470. 11 a.
Boſco Ernaldus 471. 66 b.
Boſco Osbert. 476. 18 a.
Boſco Rob. 559. 65 a.
Boſco Ernaldus 604. 25 a.
Boſco Rob. 665. 55 a.
Boſco Geroldus 719. 56 a.
Boſco Rog. 888. 3 b.
Botereus Will. 473. 63 a.
Bonvill Joh. 478. 11 a.
Bodin Toſtinus 489. 16 a.
Boraſe Will. 498. 53 a.
Bolton Hugo, Iſoda, & Cecilia 529. 8 b.
Boveney Joh. 534. 40 b.
Broghton Will. 542. 2 a.
Brond Matth.——— 38 b.
Bovyle Joh. 545. 20 a.
Bone Joh.——— 36 a.
Broc Raynulf. 554. 1 b.
Bolonia Faramus, Will. Euſtachius, & Simo 573. 56 a. 583. 30 a. 689. 6 a. 704. 16 a.
Bonofoſſato Galfr. 578. 54 b.
Bonitus Hubertus 580. 24 a.
Boſevilla Hugo, Rob. & Will. 583. 49 a. 620. 16 b.
Boſevil Richardus 1017. 33 a.
Bottonia Henr. 583. 27 b.
Bodrigan Henr. 587. 30 a.
Bowier Rich. 602. 32 a.
Blondus Giſlebertus 620. 4 a.
Bodelai Gotwinus 625. 9 b.
Bondus——— 32 b.
Boct Rich. 636. 64 a.
Bockland Galfr. 638. 40 a.
Bloet Rob. 640. 10 a.
Blondus Serlo 646. 27 b.
Boneia Oddo 646. 45 b. 59 a.
Bondi Hugo f. 656. 50 a.
Boſcell 667. 46 b.
Boleign Godefr. 681. 53 b.
Bron Hug. 705. 24 a.
Bolton Joh. ——— 34 a.
Boivill Gilb. 706. 32 b.
Broughton Chriſtoph. & Ailward. 707. 3 a.
Brown Steph. 816. 3 a.
Bontivileia Will. 817. 40 b. 818. 40 a.
Bolonia Gilb. 824. 50 a.
Boſco Nich. 835. 60 a.
Boſcho Johan. 836. 61 a.
Boſincour Guido 840. 59 b.
Boſincour Robert. 841. 10 b.
Beigton Walt. 841. 62 a.
Boteturt Bernard. 842. 44 a.
Bouroland Richard. 845. 6 a.
Boevilla David. 851. 55 b.
Bolington Joh. 858. 40 b.
Botyler Rob. 862. 46 a.
Botyler W. & Rich. 892. 33 b.
Botyler Tho. 1019. 66 a. v. Butler.
Boſs Rich. 865. 60 b.
Bromfeild Hug. 886. 40 b.
Bozun Rog. 921. 3 b.
Bolevil Nich. 930. 16 a.
Borda Hilarius——— 26 b.
Bolevill Joh. 931. 48 a.
Bockland Rob. 831. 36 b.
Bolton Tho. 936. 44 a.
Bromlegg Will. 943. 20 a.
Blond Rob. ibid.
Botener Johan. & Adam 964. 38 a.
Brown Joh. 974. 30 a.
Bodekeſham Martin. 1021. 29 a.
Boltby Guido 1031. 35 b.
Bockland Will. 1001. 2 b.
Boſco Rad. & Roard. 1002. 3 b.
Bolileia Rob. 1007. 52 a.
Brochhole Mauric. 1009. 29 b.
Brompton Alex. & Reginald. 1016. 12 a.
Bollbrichill Henr. 1018. 59 a.
Boſco Roaldi Albreda 983. 16 b.
Boſco Gaufr. 988, 60 b.
Bodbran Will. 997. 45 b.
Blocks Will. 504. 46 a.
Broiton Will. & Matilda. 509. 42 b.
Burn Oſward. 2. 64 b.
Bunſted 7. 54 a.
Brumban 11. 64 a.
Bunan 28. 55 a.
Bruno Abbas 29. 29 b.
Bundevilla Rich. 49. 34 a.
Bucell Alanus 74. 14 b.
Butterwic Rob. 74. 43 b.
Burgenilda 101. 30 a.
Brunt Will. 75. 13 a.
Bulmer Eſchetellus 73. 33 a. 394. 28 b.
Bulley Roger. 113. 6 a.
Bluett Rad. 118. 64 b. 510. 44 a.
Bucgan 121. 24 b.
Burgo Hubertus 155. 66 b.
Burgo Rog. 329. 24 a.
Burgh Will. 402. 54 a.
Burgo H. 529. 18 a.
Burgo Tho. 532. 20 b.
Burgo Hubert. 531. 40 a.
Burgo Galfr. 534. 1 a.
Burgh. Rob. Rainald. & Hugo 628. 52 b.
Burgo Hubert. & Joh. 641. 40 b.
Burgo Tho. 654. 42 b. ejus progenies, 659. 27 b.
Burgo Tho. Sara ejus uxor 661. 66 b.
Burgo Eliz. v. I. R.
Burgo. Joh. v. I R.
Burgo Henr. 863. 50 a.
Burg. Goiſridus 1008. 18 a.
Brus Rob. 75. 67 a. v. Braioſa & Breoſa.
Bruis Rob. v. I. R.
Brus R. 360. 50 a.
Brus Rob. 398. 54 b.
Brus Rob. Agn. & Adam 413. 20 a.
Bruſe Will. 466. 60 b.
Bruſa Rich. 497. 30 a.
Bruſe Petr. 507. 67 b.
Bruſe Godfr. 559. 24 a.
Bruſe Rich. 650. 24 a.
Brus Adam. & Petr. 840. 30 a. 856. 49 b.
Brus Petr. 661. 56 b.
Bruſe Rob. 680. 38 b.
Brus Agn. & Petr. 707. 40 b.
Burwaſh Barth. 175. 14 b. 493. 50 a. v. I. R.
Burginilla filia R. Kenelmi 188. 63 a.
Burceio Nigellus, Ranulphus, & Garracinus 201. 55 b.
Bruell Ranulphus 202. 23 a.
Bruges Walt. 280. 60 a.
Brutricus 286. 40 b.
Blundus Hamo, ejus Teſtamentum 296. 62 a.
Bruntſop Oliverus 321. 59 a.
Buſſell Rob. & plures illius familiæ, v. Penworth Mon. 360.
Buſcell Jo. 707. 35 b.
Buſſell Alanus 960. 40 a.
Burchell Eluredus 360. 20 a.
Blundus Roger. 364. 42 a.
Burnard Roger. 370. 30 a.
Brun Gamellus f. 400. 47 a.
Burdet Will. 367. 16 b. 430. 19 a.
Burdet Hugo 519. 16 a.
Burdet Rob. 562. 4 b.
Burdet Rich. 655. 40 a.
Butileg Joh. 431. 42 b.
Buch Will. 435. 46 b.
Burgata Adedhelmus 437. 54 b. 66 b.
Buris Rich. 438. 4 b.
Bruncoſt Will. 460. 40 a.
Blundus Reginald. 461. 56 b.
Buron Roger. 463. 50 a.
Burun Hug. 646. 49 b.
Burun Rich. 892. 4 b.
Butler Will. Dominus de Wemm 471. 63 a. v. Botyler.
Butiler Rob. 657. 18 b.
Butiler Will. 836. 3 a.
Butler 995. 60
Buzo Will. 990. 39 a.
Bruer Will. 230. 63 a.
Bruera Rich. 482. 40 b. v. Briwer.
Bruer Will. 488. 59 b. 490. 43 b. 545. 40 a.
Brewer Will. 929. 3 a.
Brun Walter. 483. 10 a.
Bueti Rob. f. 485. 20 b.
Burre Steph. 496. 31 b.
Buzell Walt. 492. 24 b.
Burdun Gilb. 499. 46 b.
Burdon Joh. 848. 10 b.
Burdun Rog.——— 16 b.
Buſſy Oliver. 500. 52 b.
Buſſey Walter. & Reginald. 917. 8 a.
Burobardus filius Edv. Regis 1022. 17 a.
Blundel 503. 24 a.
Buboles Hug. 504. 46 a.
Burnevall Will. 516. 28 a.
Brun Will. 521. 20 b.
Burnell Rob. Epiſcopus Bathon. 534. 40 a.
Burnel Philip. 614. 11 a.
Burnel 862. 30 b.
Burnel Rob. 936. 23 b.
Builly Roger. 553. 50 b.
Builly Otho 656. 24 b.
Bully Rich. 808. 16 a. 811. 29 a. 835. 44 b.
Bully Will. 862. 30 b.
Buſevill Rich. 554. 58 a.
Bucy Rob. 562. 40 b.
Bruſebar Rad. ibid.
Buseius 581. 581. 14 b.
Bucy Rob. ibid.
Burnevilla Giſlebert. 583. 54 a.
Blundel Will.——— 27 b.
Buſcherni Rob. 592. 4 b.
Blund Petr. 593. 39 b.
Burwaſh Barthol. v. I. R.
Bulere Rob. 595. 36 a.
Blundel Rob. 606. 38 a.
Buchevill Hubertus 614. 2 b.
Burwardeſley Witrinus ibid.

Brungarus 615. 44 a.
Bruneham —— 54 a.
Burmundus —— 64 a.
Bruſna —— 2 b.
Bukaland Galfr. 633. 31 b.
Burewen Semannus f. 637. 52 a.
Brunham Phil. 639. 28 a.
Buiſſel Richardus 648. 36 a.
Buch Rad. 656. 24 b.
Brun Adam 662. 50 a.
Burnivall Will. Aliva uxor 665. 5 b.
Bulzun Roger 665. 18 b.
Bulzunnetona Roger 667. 37 a.
Buſcel —— 46 b.
Bruch Will. & Phil 672. 64 a.
Bugedun Adam & Henr. 674. 48 a.
Burchardi Will. f. 682. 47 a.
Burn Walt. 686. 50 a.
Burdun Gualter. 720. 27 a.
Blunt Will. v. I. R.
Burel 983. 64 b.
Boutivile Will. 817. 40 b.
Boutevil Rob. & plures illius cognominis 818. 40 a.
Bubere Walt. Odo & Everard. 824. 30 a.
Bunleg Edv. 827. 64 a.
Buckminſter Ada 831. 24 b.
Burton Eremburgh 834. 57 a.
Bury Tho. 836. 48 a.
Bugg Tho. 838. 19 a.
Buddeſhaw Joh. 864. 8 a.
Buduſun Walt. 865. 60 b.
Burell Rog. 868. 41 b.
Bury Walt. 870. 55 a.
Burgeſarn Tho. & Will. 881. 36 b. 40 b.
Buett Rad. 889. 12 b.
Burgin Hug. —— 46 b.
Bruntun Roger. 917 30 a.
Burch Will. 922. 66 b.
Burcheg Rich. 925. 16 b.
Blundel Will. 928. 46 b.
Burton Henr. Rich. & Mabil. 929. 66 b. 930. 3 a.
Burton Johan. 930. 40 b.
Burgwaſh Henr. & Barthol. ibid.
Brun Tho. fil. 938. 11 a.
Badekeſide Will. 941. 62 a.
Burley Simo miles 944. 53 a.
Burnford Will. 660. 42 b.
S. Budocus 1020. 17 a. 1019. 28 a.
Bugg Henr. 1029. 36 b.
Bulmer Bertramus 1032. 18 a.
Blundus Rob. 1005. 33 a.
Burnardus Humfredus 1006. 48 b.
Buchehala Auſchotus 1006. 59 b. 1009. 59 a.
Buzecalla Ernaldus & Richardus 1007. 50 a.
Burrench Manaſſes f. 1009. 54 a.
Brughton Rich. 1013. 53 a.
Blundus Galfr. —— 40 b.
Budellus Ailewinus 1016. 33 b.
Burſes Serlo 983. 43 a.
Burgat Picot —— 52 a.

C

CAtgar 2. 48 a.
Cathmor ibid.
S. Canon 4. 34 a.
S. Cadocus 6. 67 a.
Charitas 6. 22 b.
Caradocus Dux Cornubiæ 7. 10 a.
Calipurnus 10. 23 b.
Carlemannus Levita.
Caneleu Rich. 30. 24 b.
Caron Petr. 47. 14 b.
Canvill Geroldus 47. 27 a.
Cantuar. Baldwinus —— 48 b.
Canci Walt. 74. 56 b.
Chamberd Rob. —— 64 b.
Chawcumb Hug. 73. 26 b.
Cœnwald Epiſcopus 86. 59 b.
Chaundos Laurent. 112. 43 a.
Carbonnel Tho. 112. 20 b.
Cadurcis Patricius 115. 16 a. Paganus f. ejus 116. 66 a. 348. 49 a.
Chaworth Tho. 329. 28 a.
Cairdino Will. 148. 26 a.
Crancumb Godfridus 153. 20 b. 774. 1 b. 841. 28 a.
Candos Rob. v. I. R. 321. 56 a.
Candos Rad. 346. 34 b.
Candos Rog. 366. 6 b. 558. 44 a.
Candos Rob. Walt. & Iſabel. 590. 20 a.
Chandeu Rob. 614. 34 b.
Chandos Simo & Hugo 622. 46 b.
Clara Rog. 1015. 66 b.
Clare Rich. v. I. R.
Clara Osbertus 361. 56 b.
Clara Gilbertus 369. 5 a.
Clare Rich. v. I. R.
S. Claro Rich. & Iſab. 627. 41 a. 983. 9 b.
Clare Gilb. v. I. R. 1004. 50. & 66 a.
Clare Rob. & Gilb. 1005. 38 b.
Capella Henr. 621. 50 b. 689. 18 b. 774. 1 b.
Capella Rob. 522. 12 b.
Capella Henr. 516. 14 a. 529. 20 a.
Capell Tho. 161. 24 b.
Capellis Will. 289. 60 b.
Capell Petr. 402. 2 a.
Capeles Walt. 461. 54 a. 462. 60 a.
Capella Martinus 483. 12 a.
Clavel Rob. 163. 6 a.
Chambre illius & Petr. 179. 34 a.
Carokela Will. 185. 36 b.
Clapham Will. 193. 30 a. 230. 64 a. 605. 63 b. 508. 3 a. 594. 36 a.
Cantilupo Will. ibid.
Chantelo Robert. 631. 54 b.
Cantilupo R. 635. 54 a.
Canteleu Geo. 653. 66 b.
Cantilupo Will. v. I. R. 849. 19 b.
Canteleu Gaufr. 823. 33 b.
Claricia uxor Nigelli de Burceio. v. Burceius 201. 55 b.
Chamvilla Galfr. & Will. v. I. R.
Calz Geroldus 238. 20 b.
Cabevin Galfr. 248. 10 a.
Cance Anſgotus 249. 63 a.
Caſtr. Tho. 251. 34 a.
Charn Tho. ibid.
Champneys Henricus & Jana 281. 18 a.
Charck Godricus 292. 34 a.
Claſ Oſgodus 292. 59 a.
Craſſus Waldericus 307 18 b.
Craſſus Hugo ibid.
Caluus Rog. 328. 23 a.
Chalneonio Gaufr. 330. 30 a.
Craſmore Urſallus ibid.
Caily D. Tho. v. I. R.
Caily de Norfolcia Rob. 575. 11 a.
Cailleio Osbert. 626. 66 b.
Cailly Rob. 665. 41 a.
Cailum Humfredus 344. 9 a.
Chalna Rich. 345. 47 a.
Chantun Urbanus 346. 45 a.
Cadundan Goddeſcallus 355. 16 a.
Campayn Oyn 356. 11 b.
Charun Odo 357. 5 a.
Charimer Odo —— 46 a.
Cratevill Osbert. 358. 25 a.
Capes Will. 360. 21 a.
Craft Rob. 367. 46 b.
Canon Will. ibid.
Craſſus Rad. 383. 22 b.
Cades. Wiganus f. 391. 63 b.
Chatellus 395. 48 b.
Chandever Galfr. 397. 1 a.
Crakhale Petr. 401. 1 b.
Clarevaux Rob. 402. 42 a.
Chambre Rob. 403. 64 b.
Clavering Eva v. I. R.
Caiſneto Will. 424. 60 a.
Caignei Helias 606. 57 b.
Caiſneto Walter 829. 48 b.
Chaineſio Joh. 1018. 37 b.
Caiſneto Will. 1011. 39 a. v. Kaiſneto.
Ad Caput villæ Joh. 427. 44 a.
Claveringham Joh. 427. 3 b.
Camvill Rich. 424. 60 a.
Canvill Gerard & Maria 429. 20 a.
Canvill Rich. 514. 34 a.
Camvill Walt. 563. 16 a.
Canvill Gerard. & Tho. 629. 50 a.
Camvill Gerard. & Bartho. 640. 46 b.
Canvill Rich. 647. 24 a.
Canvill Walter. 830. 11 b.
Campnes Rob. 429. 42 a.
Cranelega Ernaldus 433. 30 a.
Campdanen Anſelm. 450 27 b.
Chambay Hugo 460. 45 a.
Camera Simo ibid.
Chambers Rob. Matilda & Will. 484. 63 b.
Camerarius Rob. 492. 10 b.
Camerarius Simo, Rich. & Laurent. 497. 24 b.
Camera Alex. 533. 54 b.
Cauze Jacobus 462. 58 a.
Crachcoth Lewellinus 467. 3 b.
Catfoſs Agn. 474. 63 b.
Cradoci Morgan f. 478. 9 a.
Calverton Joh. 483. 5 b.
Craucumb Godfr. & Simo 487. 30 a.
Carlton Eliz. 511. 42 a.
Claronis Ernaldus f. 502. 26 a.
Campo Arnulphi Rich. 507. 33 a.
Carwindelaw Rob. 509. 20 b.
Calfmont Rob. 512. 64 b.
Candelanus 513. 6 b.
Cadomo Werreiſus 514. 56 b.
Crawcumb Godfrid. 516. 12 a.
Canz Galfr. ibid.
Cranford Rog. 519. 14 a. 48 a.
Craft Rob. ibid.
Cardiff Rich. 520. 4 a.
Caihenes Rad. 522. 18 a.
Caſtilun Mulculinus 523. 44 a.
Catton Alanus & Helias.
Caturſtion Gilb. 544. 11 b.
Camberoy Whalo 526. 26 b.
Crakecumb G. 529. 20 a.
Caldecot Will. 542. 3 a.
Carpentarius Rich. 534. 59 a.
Carpentarius Rog. & Agnes 770. 63 b.
Carpentarius Roger. 1008. 50 b.
Carpentarius Steph. 1017. 28 b.
Calvell Will. 545. 26 a.
Calevill Walt. 590. 64 b.
Camerarius Hugo 562 6 a.
Camberlanus Rob. 657. 46 a.
Chambre Rad. 808. 30 a.
Campeſeta Rob. Will. & Henr. 578. 30 a.
Charitate Gaufr. 578. 39 a.
Cladiſden Ernulf —— 40 b.
Cardinan Rob. 586. 64 a.
Camera Elias 593. 38 b.
Camerarius de Tancrevilla Will. 813 22 b.
Camerarius Leo 840. 35 a.
Camera Rich. 841. 64 a.
Camera Walt. & Rad. 1202. 36 b.
Campell Tho. 594. 61 b.
Cranford Rog. 604. 25 a.
Charneles Gilb. —— 25 a.
Crawcomb Gaufr. 605. 63 b.
Chadefeild Hug. 620. 63 a.
Chaz Ilbertus —— 4 b.
Carentoem Rob. —— 17 b.
Caroloco Petr. 623. 48 b.
Cainton Rad. 648. 44 b.
Caniwictus Patricius 626. 50 a.
Camberlencus Walter. 627. 48 b.
Carbunnell Rad. 631. 50 a.

Chamberlenus Odo ——— 34 b.
Camerarius Galfr. 633. 28 b.
Camberlen Godfr. 636. 28 b.
Capravill Walt. 633. 28 b.
Chauz Rob. 646. 43 b.
Campells Herveus 649. 34 a.
Cardinal Rich. 656. 21 a.
Calz Matilda 657. 54 a. ———
Capreole curia Rog. 657. 64 a.
Camelsbury Goſpatricus 658. 42 a.
Caprecuria Rad. Joh. & Rich. 659. 12 a.
Cambervilla Will. 663. 40 a.
Cravencumb Herbertus 665. 16 b.
Cadomo Rich. ——— 28 b.
Chachan Erneſius 666. 44 a.
Craneton Herbert 667. 38 a.
Caiſham Will. 668. 16 a.
Cancellarius Reginald ——— 6 b.
Clayhull Hug. 672. 66 b.
Chaudri Henr. v. I. R.
Capis Hug. 678. 22 a.
Campvill Rich. 680. 56 a.
Chanci Auſchotus 682. 38 a.
Campo Ernulfi Joh. 685. 46 a.
Cambyll Rad. 688. 46 a.
Carendero Ilbertus 691. 40 a.
Cawardfeild Joh. 705. 1 a.
Carew Joh. v. I. R.
Carlton Will. & Rog 733. 3 a.
Caſteln Will. 755. 22 a.
Canvill Rog. 776. 18 a.
Camvill Galfr. 791. 66 a.
Canvill Matilda 827. 3 b.
Canvill Rob. 988. 60 a.
Camois Tho. 779. 3 a.
Calverlay Tho. ibid.
Caſtello Rich. 780. 49 b.
Caldon Will. 782. 30 b.
Champernoun Henr. 791. 26 b. 942. 12 a.
Craſſet Rich. 782. 30 b.
Cardinnan Hugo 792. 64 a.
Campo Remigio Simo 807. 66 b.
Cras Rob. 808. 20 a.
Canci Simo 809. 50 a.
Cade Wiganus f. 810. 60 a.
Cadomo Rad. 811. 3 a.
Chaunſy Joh. 815. 8 a.
Carbanet Rob. 823. 40 a.
Calz Herbert —— 48 a.
Cadwathel 825. 40 a.
Cadwatheli Howel. f. ibid.
Capella Joh. 827. 64 a.
Capella Abericus 1007. 24 a.
Capella Will. 1010. 10 a.
Cambres Henr. 829. 41 a.
Catus Alanus 840. 35 a.
Carthuſon Petr. 845. 40 b.
Calveton Will. 848. 22 b.
Combou Walt. 849. 62 b.
Chauny Rohard. 864. 48 b.
Campan Aleys 1018. 43 b.
Cauz Will. ——— 59 b.
Carodauci Suglen. f. 896. 42 b.
Claiton Henr. 902 6 b.
Carbunnel 908. 19 b.
Chaames Will. 912. 8 a.
Cadori Madoc f. 921. 8 a.
Calz Rob. 924. 6 a.
Cancellis Egidius 928. 47. b.
Cancellis Jo. ——— 48 b.
Cantilupo D. Will. ſenior 929. 2 b.
Cantilupo Will. junior ibid.
Cantilupo Nich. miles, Joanna & Tiphania ejus uxores. v. I. R. & Kanteloe & Kantilupe.
Calvomonte Joh. Barthol. & Iſabella 931. 34 b.
Carru Joh. 930. 33 b.
Carru Nich. ſenior 946. 54 a.
Cranmont Adam 931. 24 a.
Canceux Egid. 881. 4 b.
S. Cradocus 1020. 62 a.
Clapell Hugo 1004. 66 a.
Carlevilla Rog. 1006. 64 b.
Canevaz ——— 66 b.
Claviger Will. 1007. 26 a.
Chaundell Nigellus 98. 16 b.
Capra Will. 997. 56 a.
Caſſell Mauricius 1008. 50 a.
Catus Ailwinus 1009. 26 a.
Canvilla Rich. 1011. 39 a.
Cranſley Alex. 1013. 43 a.
Capurn Simo 1015. 1 a.
Claball Hug. 1016. 5 b.
S. Clemens 6. 17. a.
Cecilia 6. 17 b.
Celeſtinus Papa 10. 33 b.
Cengiſtus 14. 49 a.
Ceolnothus 20. 41 a.
Cedda Epiſcopus 39. 6 b.
Centuinus 31. 63 b.
Ceolmundus 37. 34 a.
Chetel 53. 26 b. 315. 41 a.
Cerlo 57. 23 b.
Clericus Hugo 75. 9 a.
Clericus Benedictus ——— 18 a.
Cleiveland Rob. ——— 28 b.
Ceaddi 76. 18 b.
Cleidon Will. 79. 40 b.
Ceothredus 96. 60 b.
Ceoleah 103. 31 b.
Clemens Will. 106. 57 a.
Creſpin Milo, v. Criſpin 161. 56 b.
Ceolburga Abbatiſſa 165. 1 b.
Cheſhub Joh. 171. 32 a.
Ceoli Dux 178. 8 a.
Ceolwardus Dux ibid.
Ceolbertus Dux 190. 10 a.
Ceolfartus, ibid.
Ceſtreton Will. 248. 45 b.
Cheiſnes Roger. 265. 67 a.
Credon Guido 307. 44 b.
Cenomannicus Richardus 320. 50 b.
Clement Galfr. 323. 59 b. 330. 30 a.
S. Celeri Will. 326. 36 a.
Crenwell Mauric. 329. 60 a.
Creſſy Joh. 329. 28 a.
Creſſy Hugo 335. 56 b. *v. I. R.* 432. 54 b. 513. 34 b. 646. 43 b.
D. de Creſſy. 545. 22 b.
Creſſcy Berengarius 628. 56 b.
Creſſy Joh. ſenior v. I. R. ———.
Creſſy Hug. 783. 10 a.
Creſſy Will. 839. 19 a.
Crek Barthol. 346. 26 b.
Crevequeur Alexan. Sim. & Warinus 399. 14 b. 486. 42 a.
Crevequeur Will. 519. 32 b.
Crevequeur Joh. 778. 54 a.
Crevequeur Simo 698. 62 b.
Crevequeur Rob. 916. 57 a.
Clerk Odoardus 400. 30 a.
Clerk Joh. 427. 44 a.
Ceſtrefeild Silveſter 460. 50 b.
Chene Barthol. 461. 6 a.
Chetwood Rob. 486. 63 a.
Clere Rog. Rad. Heleviſia & Mabilia 497. 50 a.
Clera Laurent. 527. 50 a.
Clera Rog. 730. 52 b. 933. 51 b.
Ceſtrum Phil. 499. 40 b.
Cheurolcourt Rad. Simo, Jordan. & Rich. 502. 27 b.
Cheverecourt Rob. 731. 41 a.
Cheverun Joh. 504. 16 a.
Creſwell Rog. 505. 59 a.
Cern. Henr. 534. 66 a.
Cheney Joh. v. I. R. v. de Caiſneto.
Creft Anketill. 563. 16 a.
Chent Math. 578. 39 b.
Chernella Adam 581. 34 b.
Chenduyth Steph. 582. 28 b.
Cleis Aterquetillus 593. 49 a.
Crenwich Petr. 628. 8 b.
Cremboldus ——— 59 a.
Crek Hug. 628. 26 b.
Chedeſtan Will. 629. 19 a.
Cheyndalit Will. 672. 6 b.
Chenduit Rad. 679. 53 a.
Cheſthull Rich. 766. 48 a.
Creun Alan. 773. 66 a.
Cheyney Nich. 791. 34 b.
Cheven Cheſnill Rob. 802. 37 b.
Clendon Warinus 817. 48 a.
Clerifay Sibilla & Will. 830. 63 b. 862. 58 a.
Clerifay Avicia 831. 18 a.
Chenanſcepil 835. 5 b.
Clesby Aſculphus 838. 66 a.
Cleituna Hugo 857. 43 b.
Cheile Rich. 897. 53 a.
Ceſtria Petr. 902. 28 b.
Cheu Tho. 915. 2 b.
Cheleſham Alex. 930. 19 a.
Cheldrington Mich. 960. 40 b.
Crec Henr. 1005. 52 a.
Creſſumera Rad. 1006. 61 b.
Cheſeburn Will. 983. 56 a.
Crewabera Rob. 996. 64 b.
Chelet Tho. 1015. 1 a.
S. Cyprianus 6. 10 a.
Chryſoſtom Joh. 6. 58 a.
Cenewarra 20. 54 a.
Chiresburgh Rad. 30. 24 b.
Cynegiſtus 36. 3 b.
Cliburn 49. 9 b.
Crinanus 41. 16 a.
Ciſi 51. 50 b.
Cyneſic Epiſcopus 86. 59 b.
Ciſſa vir nobilis 97. 10 a. 163. 61 b.
Cilla ſoror Heane 99. 1 b.
Cybeorth Epiſcopus 101. 56 b.
Cyneric 103. 23 b.
Criſpin Milo, v. Creſpin 105. 41 b. 390. 42 b.
Cithius Cardinalis 106. 34 a.
Clifford Walter. 114. 62 b. 319. 59 b. 321. 56 a.
Clifford Landricus 366. 54 a.
Clifford Walter. 380. 10 a.
Clifford Egidius & Will. 380. 34 a.
Clifford Rog. 505. 2 b.
Clifford Walt. 528. 46 a. 605. 63 b. 863. 52 a.
Clifford Rog. v. I. R.
Clifford D. Rob. 842. 42 b.
Clifford Idonea 847. 60 a.
Clifford Roger. 936. 22 b. 995. 51 a.
Cymbertus Comes 120. 41 a.
Cyneheardus Epiſcopus 178. 8 a.
Cynhelinus Dux 190. 10 a.
Child Ailwinus 633. 40 a.
Child Alfricus 244. 41 a.
Child Suenus 360. 36 b.
Childecumb Tho. 280. 40 a.
Chidwick Joh. 326. 35 a.
Clifton Rog' v. I. R.
Cletuna Gaufr. 349. 49 a.
Chriſtina virgo, v. I. R. & 361. *v.* Kilburn *Mon.*
Cileio Nigellus 437. 49 a.
Clinton Tho. 441. 5 a.
Clinton Joh. ——— 46 a.
Clintona Gaufr. & Osbert. 454. *v.* Bretford *Mon.*
Criſpin Will. 515. 42 a.
Criſp Joh. 522. 40 b.
Cildecot Will. 542. 3 a.
Criſpus Rad. 625. 44 a.
Cricetun Will. 626. 66 b.
Childemanni Alaricus f. 637. 6 b.
Chipeham Rob. 638. 24 b.
Chici Hubertus 662. 54 a.
Clintona Hug. 678. 45 b.
Crideling Ada 754. 60 b.
Chiewelle Hadewiſa 760. 1 b.
Criſpin Rich. 770. 54 a.

Chriſteſbeth Petr. 782. 56 a.
Chidenoth Will. 799. 16 a.
Chiſſendon. Rob. 827. 3 b.
Clidenhou Rich. 858. 4 a.
Chinun Joh. 864. 48 b.
Cirenceſter Nich. 1018. 10 b.
Ciſſor Roger.——16 b.
Childerhough Rob. 904. 22 b.
Cripſin Rog. 922. 61 a.
Chinlet Rog. 321. 56 a.
Grideliger Ada 845. 26 b.
Coelfredus 4. 42 a.
S. Cornelius 6. 10 a.
S. Coſmus ibid.
Conches 10. 23 b.
Colmannus 39. 18 a.
Coiſners 49. 6 b.
Coenfrithus Comes 51. 66 a.
Corwich S. Walterus 6. 3 b.
Croc Leuſſi f. 53. 26 b.
Coſtinus 68. 40 a.
Cornifer Henr. 75. 14 a.
Cony Joh. 96. 6 a.
Conanus C. 97. 67 a.
Conſul Rob. 114. 30 b.
Cormel. Alex. 115. 16 a.
Colemannus Monachus 136. 46 a.
Conſtantinus Papa 144. 26 a.
Cole Rob. 159. 14 b.
Cormelio Alex. 163. 3 a.
Courceia Patricius 186. 40 a.
Conſtabularius Will. 201. 1 b.
Coſtentin Umfridus 201. 28 b.
Col. Wimundus 202. 14 a.
Croyland Joh. 242. 26 b.
Coſin Pagan. 245. 39 b.
Coſtenton Rich. & Raynald 246. 20 b.
Croppery Godfr. 265. 13 b.
Colſyll Joh. & Eliz. 281. 44 a.
Colgrinus 306. 14 b.
Coth Will. 311. 1 a.
Cono 315. 47 b.
Cropus Walter. 320. 52 b.
Cornutus Rad. 320. 65 b.
Crocun Reinald. 322. 41 b.
Croc Matheus 323. 20 b.
Crokeſley Roger. 326. 35 a.
Collingham Hug. 333. 46 a.
Conavill Walt. 357. 47 a.
Combia Alfredus——4 b.
Croſton Lidulſus 360. 34 b.
Coneſtabli Adelardus 364. 18 b.
Coney Angerus 374. 56 a.
Corbet Roger. Rob. Ebrardus, & Simo,
377. 32 b.
Corbeth Tho. Rob. Alwin. Hug. & Will.
606. 22 a.
Corbet Rich. 780. 56 a.
Corbet Tho.——20 b.
Corbet Rob.——18 a.
Conſtantine Rad. 771. 36 b.
Conſtantin Hug. 378. 16 a.
Conſtantine Tho. 380. 34 a.
Conſtantin Galfr. 405. 24 a.
Coſtentin Roger. 573. 36 a.
S. Conſtantino Roger. 583. 30 b.
Codenenera Gilb. 383. 22 b. *Recheldis uxor.*
Corb. Burethus f. 388. 4 a.
Croun Alanus 389. 18 a. *ejus genealogia* ib. 444. 30 a.
Colſuani Picotus f.——42 a.
Copeland 395. 40 b.
Coſpatricus Baſtardus, v. *I.R.*
Courtney Rob. 400. 44 b.
Courtney Reginald 432. 2 b. 513. 34 b.
604. 66 a.
Courtney Hug. 594. 39 a.
Courtney Reg. 773. 62 b. v. *I. R.* 960.
23 a.
Courtney Will. v. *I. R.*
Crogelin Will. 398. 60 a.
Colvill Will. 402. 42 a.
Coniers Will. 403. 38 b.
Collingham Hugo 403. 64 b.
Colevill Tho. 405. 36 b.
Conigby Rad. 405. 39 b.
Coyneto Rad. ejus progenies 414. 50 a.
Chorzo Will. 416. 9 b.
Cornaldus 424. 63 b.
Conſtabularius Will.——63 b.
Coln Joh. 427. 44 a.
Clopton Joh. 440. 43 b.
Cotton Simo 473. 30 b.
Comin Odoardus 476. 64 a.
Cornhill Reginald 478. 36 a.
Coker Rob. 487. 22 b.
Concy Will. 493. 50 a.
Collum Oliver 496. 30 b.
Coſe Rich.——32 b.
Cokeſeild Simo 497. 24 b.
Coldingham Rich. 499. 40 b.
Cocus Will. 501. 66 b.
Cod Hug. 515. 20 b.
Cone Ada——47 b.
Columbariis Baldwinus 528. 46 a.
Cokeſeild Neſta, ejus ſigillum 533. 30 a.
Covele Phil. 535. 11 b.
Cotteſford Rich. 538. 38 a.
Cove Steph. & Alic. 541. 13 b.
Clopton Nich. 559. 22 a.
Cocus Hugo 562. 6 a.
Cornwall Adam 563. 16 a.
Condicio Rob. 574. 52 a.
Cocus Petr. 578. 39 b.
Copyn Hardingus 583. 56 a.
Cola Rob. 586. 66 b.
Colevill Walter. 590. 64 b.
Colevill Phil. & Rad. 594. 48 b.
Colevill Rob. 595. 54 a.
Colevill Will. 602. 3 a.
Colevill Hug. 768. 28 b.
Colvil Joh. 778. 8 a.
Colvil Tho.——29 b.
Colevill Tho. 1030. 40 b.
Coler Joh. 598. 56 a.
Cormeliis Rich. 601. 22 a.
Cocus Roger. 621. 28 b.
Congham Gatfr. 625. 22 a.
Congham Auguſtin. 628. 10 a.
Congham Waltr. 628. 66 a.
Choiſe Galfr.——40 a.
Cochley Joh. 631. 50 a.
Columbanus Tho.——50 a.
Cokeſeild Rob. 661. 9 b.
Conſtabularius Will. ibid.
Cowe Falicia 678. 38 a.
Cogenbo Ilbertus 682. 38 a.
Cowardſeild Joh. 705. 1 a.
Cokeram Will. 705. 26 a.
Cokeram Joh.——29 a.
Cokham Joh.——31 a.
Cowpland Rich. 707. 33 b.
Cowpland Joh.——51 b.
Conſtabularius Joh. 708. 56 a.
Conſtabularius Edm. 733. 16 a.
Cornweile Samſ.——34 a.
Copſi Osb. f. 758. 27 b.
Cokeſeild Rob. 762. 28 a.
Croft Rog. 771. 18 a.
Cortingſtock Phil. & Will.——60 a.
Colnham Ranulph. 780. 38 a.
Conſul Rob. v. *I. R.*
Colebroc Will. 792. 1 b.
Corbyn Osbert.——54 b.
Cotnes Wallo 798. 44 b.
Croc Hamelin. 805. 39 b. 809. 28 b.
Codeham Rog. 811. 3 b.
Coumb Will. 815. 8 a.
Colewich Will. ibid.
Conan Rob. & Alic. 833. 11 a.
Corby Will. & Walt.——22 b.
Conſtabularius Ulbertus 834. 59 a.
Croxton Joh. Miles 836. 46 b.
Croyton Joh. miles 838. 18 a.
Cocus Rad. 862. 34 b.
Clopton Nich. 863. 6 a.
Cokeſeild. Rob. & Lucia 1018. 35 a.
Cobba Tho. 893. 56 b.
Cokrington Will. 895. 14 a.
Colton Henr. 909. 2 a.
Cote Rog.——66 a.
Cornhuc Walt. 911. 4 a.
Cloſtuna Holiver. 916. 60 a.
Crokeſton Rich. & Hugo 924. 12 a.
Cotebere Rich. 931. 30 a.
Cotewyrth Walt. 934. 21 a.
Cornubia Rich.——54 a.
Coſtard Tho. 936. 8 a.
Coton Joh. 937. 33 b.
Coleſford Rob. 941. 60 a.
Cory Joh. 944. 32 a.
Columbiers Philip. miles & Helenor.
1025. 40 b.
Conſtabularius Will. 1027. 34 a. 985.
40 b. 986. 28 a.
Cotbun Adam. 1027. 35 a.
Cocus Rob. ibid.
Coleman Henr.——36 b.
Colepit Joh. 1001. 66 a.
Cornerd Joh. 1004. 55 a.
Cobb Alan. 1005. 52 a.
Corbinus 992. 52 a.
Coſyn Joh. 999. 64 b.
Cocus Gilbert. 1008. 55 b.
Croviorp Osbert. 1013. 1 a.
Cordwainer Rog. 1013. 24 a.
Coiſer Margaret——22 b.
Chokes Rob. 1015. 14 a.
Coleſworth Osbert.——30 a.
Cuneda 2. 43 a.
Cuthbertus 4. 40 a.
S. Cuthbertus 6. 59 a.
Cuthredus 15. 60 a.
Cuman 14. 32 b.
Cuthbertus 19. 18 a.
Cuthbertus Archiepiſcopus 25. 46 b.
Cuthbaldus 67. 66 b.
Curcun Rich. 829. 41 a.
Curceio Rich. 44. 16 a. 49. 26 b.
Curceio Will. 106. 27 a.
Curceio Patricius 186. 40 a.
Curci Rich. 263. 33 b.
Churci Alicia 430. 9 b.
Chorzo Will. 419. 9 b.
Curceio Will. 437. 49 a.
Curcun Will. 515. 57 a.
Curcy Rob. 545. 26 a.
Curcy Will. 577. 52 a.
Curceio Rob. 582. 66 a.
Curcy Will. 643. 30 a.
Curcy R. 647. 24 a.
Curcun Will. 665. 24 b.
Curcy Will. 681. 36 a.
Curcy Rob. 684. 66 b.
Curcy Joh. v. *I. R.*
Curcy Rob. 760. 40 b.
Curcy W. 783. 10 a.
Cunibertus Abbas 51. 30 a.
Cuda 80. 26 a.
Curthois Rob. 111. 50 a.
Curain Will. 116. 42 a.
Cuſa 121. 14 b.
Cuniberk Dux 123. 57 b.
Cuthulſus 139. 51 b.
Crume Joh. 148. 48 b.
Cumbes Godardus 153. 50 a.
Cudburgh, v. *Wimborn Mon.* 163.
Cuthbritha ibid.
Cuthbertus Dux 178. 8 a.
Cruket Joh. 280. 58 a.
Curtiona Will. 339. 16 a.
Cruce Will. 346. 58 b.
Cuneuill Osbert. 356. 2 b.
Cundi Agnes 380. 20 a. 864. 48 b.
Cumrube Ade 399. 20 a

Cruce

Cruce Galfr. 402. 22 a.
Culvy Will. 435. 61 a.
Cuilly Walt. 440. 41 a.
Curli Will. 443 10 a.
Curli Rob. 465. 6 a.
Cluno Will. 469. 49 a.
Cruer Rich. 476. 64 a.
Culverton Joh. 483. 50 b.
Curten Reginald. 511. 29 b.
Curmaglio Hugo 553. 41 a. 12 b.
Cumhill Walt. 563. 16 a.
Cumbis Hugo 581. 34 b.
Cuneio Gerard. 588. 62 a.
Crus Will. 595. 11 b.
Cuff Joh. 602. 32 b.
Church-Hunt Will. 631. 26 b.
Chume Godwin. f. 637. 50 a.
Cucufel Will. 645. 16 a.
Cuttewlph Liulphus, v. I. R.
Custos de Whalley Gaufridus, v. I. R.
Crudere Rich. 663. 24 a.
Cuert Will. 684. 30 b.
Cruna Rad. ibid.
Curtrei Phil. & Humfr. 681. 46 a.
Cumai Gillebert. 703. 44 a.
Cumin Rich. 733. 16 a.
Cumin Johannes 731. 6 a.
Cruchhall Abrah. 758. 27 b.
Cumbermare Adam. 780. 20 b.
Cumin Walt. 804. 24 b.
Cunningsby Sellebrandus 809. 21 a.
Cula Baldricus 823. 31 b.
Clut Eygnanus 827. 14 a.
Cundicot Hugo 835. 63 a.
Cugenho Will. & Henr. 1019. 36 a.
Chugret. Salve f. 896. 42 b.
Cuille Hug. 905. 40 a.
Cuell Steph. 916. 60 a.
Curti Will.——— 5 b.
Cruce Rich. 986 10 a.
Curtuna Will. 1008. 21 a.

D

S. *David Menevensis Archiepiscopus* 1. 35 a. *v. I. R.*
S. Daria 4. 10 b.
Daniel. 5. 34 a. 14. 23 a. 8. 63 b.
S. Damianus 6. 13 a.
Dautrey Rob. 53. 14 a.
Dayvill Rob. 827. 63 b.
Dayvill Joh. & Tho. 849. 48 b. *v. Deyvill.*
Day Gregor. 867. 34 a.
Daniel Episcopus, 99. 40 b.
Dalby Tho. 171. 52 a.
Damari Gilb. 265. 19 a.
Davus Grimolfus 283. 44 a.
Draugton Rich. 276. 20 a.
David f. Lewellini Principis Walliæ, v. I. R.
Daiencourt Joh. 329. 38 a.
Daincourt Walter. 389. 20 a.
Daiencurt Radulf. & Roger. 329. 59 a.
Dencurth Oliverus 328. 10 b. 654. 4 a.
Davidvilla Rob. 871. 15 a.
Dayvill Rob. 883. 34 a.
Daneby Ranulph. 886. 42 b.
Dapifer Rob. 891. 22 b.
Dayvill Walter. 892. 35 a. 4 b.
Dayvill Joh. 897. 50 a.
Dalinger Turoldus 344 9 a.
Dalmari Rich. 367. 46 b.
David Comes 398. 50 b. 650. 36 a. 824. 63 a.
Davil & Divila Rob. 425. 20, 36 b.
Daumartin Barthol. & Galiena 443. 42 a.
Darcy Joh. 493. 51 a.
Dacre Will. 904. 16 b.
Draiton Rog. 934. 56 a.
Dauvers Will. 962. 54 b.
Dalling Edm. 963. 65 b.
Dastelles Adomarus 493. 51 a.
Dayrell Rad. 523. 1 b.
Daumartin Nich. 558. 38 b.
Davy Rich. 565. 26 a.
Daun Wido 583. 56 a.
Daundevill. Will. 592. 3 b.
Howel David 602. 32 a.
Danevell Osbert. 625. 43 a.
Daco Rob. 643. 34 b.
Dardington Rainaldus & Ansketellus 655. 22 a.
Daivilla Walter 655. 40 a.
Dai Henr. & Rad. 656. 54 a.
Damæ Gilb. f. 660. 7 a.
Darell Marmaduc. 661. 57 b. 778. 8 a.
Daventre Will. 674. 15 a. 60 b.
Daventre Simo 683. 64 b.
Daventre Phil. 675. 6 b.
Dankevill Steph. 689. 9 a.
Dalton Mich. 705. 10 a.
Dalton Will.———33 a.
Dammori Roger. v. I. R.
Davilla R. & Will. 754. 60 a.
Darell Tho. ibid.
Day Gregor. 761. 4 a.
Dranifeud Nich. Zezilia uxor 770. 36 b.
Darell Will. 778. 8 a.
Dacy Osbert. 792. 22 a.
Dahernon Joh. 1001. 51 b.
Dalbernon Walter. 1008. 34 a. 64 b.
Dabernoun Ingeramus, Jordanus, Walterus, & Willielmus 1009. 4 a.
Dabelgar Herveus——— 56 a.
Dapifer Rad. 985. 43 b.
Dalneton Henr. 999. 64 b.
Davidvilla Rob. 1031. 34 b.
Dalham Rog. 1007. 40 a.
Dra Rad. 1004. 50 a.
Denulf 36. 65 b.
Deormund 37. 44 b.
Decanus Will. 75. 37 b.
Dene Galfr. 116. 4 a.
Delham Wlfſtanus 92. 3 b.
Deffelda Joh. 112. 42 a.
Deſpenſer Hug. 163. 36 a. *v. Diſpenſator.*
Deſpenſer Catellus 400. 62 a.
Deſpenſer Hug. 427. 33 a.
Deſpenſer Galfr. 505. 6 a. 516. 13 a. 531. 58 a.
Diſpenſarius Sui. 527. 63 b.
Diſpenſor Hug. ſenior 545. 35 b. *v. I. R.*
Denford Barthol. 175. 11 b.
Deneford Epiſcopus 178. 4 a.
Delferus Conſid v. I. R.
Deeping Joh. 251. 40 a.
Derby Will. 273. 22 a.
Denekan Rog. 280. 30 a.
Denys Osbert.——— 51 a.
Deepden Tho. 289. 62 b.
Denſton Clemens 290. 64 b.
Dreing Thirkildus 292. 49 b.
Devonenſis Ordgarus 303. 49 b.
Derſingham Hug. & Pigot. 344. 12 a.
Delphen Aluricus 358. 21 a.
Denum Rob. 403. 22 a.
Delamare Mauric. 461. 14 b.
Dengayn Joh. 493. 51 a.
Deering Joh. 501. 44 a.
De la Hide Will. 504. 16 a.
Delaval Wido 517. 34 a.
Denton Hugo 515. 5 b.
De la ſtocks Henr. 542. 39 b.
Deyvill Rob. 562. 40 b.
Dreu Rich. f. 587. 24 b.
Demmires Gilb. 601. 11 b.
Devener Hosbert. & Walter. 637. 63 b.
Delamare Rich. 642. 64 a.
Derton Tho. 660. 4 b.
Devitt Rob. 661. 57 b.
Devias Nich. ibid.
Deneby Rich. 662. 20 b.
Delamare Jo. & Rich. 663. 18 a.
Derfeild Suanus———66 a.
Deiſham Aſcelinus 665. 20 a.
Deſuet Will. 685. 51 a.
Deinton Rob. 705. 21 a.
Deneband Phil. 724. 16 a.
Dernford Will. ibid.
Deveros Walter. v. I. R.
Dering Robert. & Petr. 769. 54 b.
Dew Steph. 772. 61 a.
Deyvill Walt. 773. 18 a.
Depehinges Galfr. 776. 43 b.
Denton Will. 806. 64 b.
Derby Walkelinus 833. 5 b.
Denton Walt. 846. 20 a.
Denum Will. 858. 10 a.
Deyvill Tho. ibid.
Deandon D. Hamelinus 929. 8 b.
Denham Oliverus.
Delves Armiger Joh. 965. 56 a.
Dealt Walt. 1011. 52 b.
Denys Rob. miles 997. 65 b.
Deruvianus 1. 10 a. 3. 56 b.
S. Dioniſius 6. 8 a.
Dimbeac 27 56 b.
Diſpenſator Rob. 44. 17 b. *v. Deſpenſer.*
Diſpenſer Galfr. 153. 21 b. *v. Winton. Comes.*
Diſpenſator Rob. 185. 35 b.
Diſpenſator Galfr. 516. 13 a.
Diſpenſarius Sim. 527. 63 b.
Diſpenſator Will.
Diſpenſator Rich. 832. 10 b.
Diſpenſator Fulco 897. 54 b.
Didicot Godricus 162. 56 a.
D. de Driley, v. I. R.
Drifeild Will. 397. 3 a.
Dina Gaufr. 437. 64 b.
Dina Will. 440. 43 b.
Driland Joh. 517. 14 a.
Diva Will. 520. 66 b.
Dyne Joh. 524. 36 a.
Dihalton Emma 529. 8 b.
Dilewis Martin. 532. 54 a.
Digges Joh. 575. 54 a.
Diura Hug. 597. 24 a.
Dirland Rich. 602. 32 a.
Dier Tho. ibid.
Dierulfus 625. 3 b.
Diereboc Rich. 638. 2 b.
Diton Galfr. 667. 26 b.
Dyve Rob. 678. 24 a.
Dineham Will. 724. 51 a.
Dixel Will. 768. 41 b.
Dineham Oliver. 788. 26 a. 791. 26 b.
Diublatus Will. 804. 16 a.
Dinan Roland. 821. 14 a.
Drieby Simo 824. 2 b. 844. 58 a.
Diva Osb. 832. 24 b.
Dikelſdon Rog. 835. 1 b.
Diva Guido & Lucia 868. 14 b.
Ditton Walter. 889. 24 b.
Dolfinus 41. 24 a.
Donotes Hodobredus 80. 14 a.
Doddo v. Theoksbury Mon.
Dodda 230. 13 a.
Doiſell Simo 333. 46 a.
Doringa Herb. 344. 12 a.
Doddeſworth Joh. 403. 22 b.
S. Dogmael 444. 60 b.
Domvyle Rog. 484. 40 a.
Donham Gilb. 485. 14 b.
Dolfini Henr. & Rob. f. 487. 62 b.
Dolfini Meldredus f. 513. 39 a.
Drogon. Rodolf. f. 545. 56 a.
Doll Hamo 572. 40 b.
Dona Henr. 573. 20 b.
Donington Petr. 621. 60 a.
Dodo 625. 33 b.
Dolfini Henr. f. 682. 50 a.
Drogonis R. f. 670. 40 b.
Droin Wgan. 720. 50 a.
Dolfini Suanus f. 879. 40 b.
Dolfini Chenvelin f. 896. 43 b.

Donnington Rich. 1009. 20 a.
Doget Simo 1012. 59 b.
Domneva v. Mildreda.
Doneſlond Petr. 998. 1 a.
Dunſtanus Abbas 8. 57 a. 1. 29 b. 7. 26 a. 21. 17 a.
Duncanus frater Edgari R. Scotorum 45. 12 b.
Duncani Golebertus f. 45. 40 b.
Dune Will. 81. 21 a.
Dunan 121. 24 b.
Dunſtanvill Reginald 163. 4 a.
Druelinas 247. 18 a.
Dubbe Turſtanus 60. 36 b.
Durham Adam 340. 40 b.
Duill Rad. 345. 50 b.
Dunelmo Rob. 346. 60 b.
Dun Rob. 355. 21 a.
Drugo 383. 24 a.
Dunwald 388. 10 a.
Duncani Will. f. 389. 54 b.
Durham Huitredus 396. 56 b.
Duncani Will. f. 400. 26 b.
Duncanus Comes 422. 40 a.
Dunning Rich. 425. 20 a.
Dunham Will. & Adam 429. 60 a.
Duce Roger. 431. 16 a. 16 b.
Durbrogh Joh. 477. 26 b.
Dunelmo Henr. & Walt. 499. 40 b.
Dul Henric. 523. 60 a.
Duffeild Hamo 529. 60 b.
Dunton Rob. 532. 31 a.
Dun Will. 542. 36 b.
Duram Rich. & Guido 578. 14 b.
Dunwalli Seitellus f. 600. 66 b.
Dunham Humfr. 627. 34 a.
Drugmar Mill. 631. 28 b.
Duneham Will. 631. 54 b.
Dunton Reinerus 633. 29 b.
Dunton Rich. 642. 6 a.
Dunſtanvilla Rich. 644. 64 a. 720. 50 b. 647. 6 a.
Dulingham Tho. 666. 60 a.
Duneſtre Rog. 668. 16 a.
Dukell Rich. 776. 38 b.
Dundeburc Nich. 776. 45 b.
Dunſtanvill Walt. 780. 20 a.
Duncan f. R. Scotiæ, ejus progenies 797. 66 b.
Dunſtanvill Rob. 820. 30 a.
Duneſtre Rob. 829. 54 b.
Dunnington Will. 836. 57 a.
Duna Joh. 889. 46 a.
Dutton Adam. & Hugo 897. 50 a.
Durandi Rog. f. 923. 60 b.
Dun Tho. & Abiram 925. 28 b. 43 b.
Dudeſyn Henr. & Gilbertus 938. 22 a.
Duneſtre Humfr. 940. 2 b.
Duneſley Joh. 962. 34 b.
Duttleburc Rog. Ivo, & Matilda 1019. 30 a.
Dunekan 983. 5 b.
Duneſley Rich. 988. 54 a.
Duerſport Fulco 999. 66 b.
Durandus Rainulphus 1024. 20 a.

E

S. *Ealſwitha* 4. 10 b.
S. *Ealdred* 10. 54 a.
Eadgiva 15. 15 b.
Eadburga 19. 18 b.
Eadulſus Dux 20. 49 b.
Eardulſus Epiſcopus 28. 6 a. 39. 40 b.
Eadbaldus 28. 46 b.
Eaingeſli —— 46 b.
Eata 38. 51 b.
Eadbertus 39 14 a.
Eadwinus Dux 62. 21 a.
Ealdredus 60. 36 a.
Eaſgarus 62. 27 a.
Eadnothus ibid.
Eadbaldus 84. 20 a.
Eadbaldus Princeps 122. 60 b.
Eadbaldus Dux ibid.
Eanulf 123. 58 b.
Eadburga 84. 42 a.
Eanſwida, v. **Folkſtan.**
Eadmundus Dux 86. 63 b.
Eaghard 123. 61 b.
Eaſtorwinus 96. 60 b.
Eaſe 108. 54 a.
Ealdwf 121. 14 b.
Eagfer f. R. Offæ 126. 34 a.
Eanulph. 123. 58 b.
Earnwi 129. 60 a.
Eanbertus 138. 40 a.
Earedus 139. 48 b.
Eaba 172. 52 a.
Eambertus Dux 190. 60 a.
Ealſgar Comes 292. 24 b.
Eanſleda, v. I. R.
Eadred frater Edmundi Regis 353. 50 a.
Eadgiva mater illius Regis ibid.
Eadgid, v. I. R.
Eadchild Rob. 562. 6 a.
Eanſleda propinqua R. Oſwii, v. I. R.
Ebbi 76. 22 b.
Ebba Abbatiſſa Coludi 89. 1 b.
Ebrois Rob. & Will. 115. 48 b.
Ebroc Joh. 380. 36 a.
Ebroicis Joh. 866. 28 a.
Ebbella 121. 8 b.
Ebrulſus 129. 24 b.
Eboraco Petr. 704. 36 b.
Eboraco Rad. 754. 3 b.
Eboraco Rob. & Petr. 910. 10 a.
Echfridus 14. 48 a.
Echebirht f. Regis 217. 40 a.
Ecredi Chetellus f. 398. 26 a.
Eccleſia Hamo Steph. & Will. 501. 49 b.
Echtun Will. 524. 16 b.
Eccleſhall Rad. 808. 2 a.
Echelwoldi Jerk. f. 1005. 29 a.
S. Edberga.
S. Edmundus Archiepiſcopus 6. 35 a.
Edgiſilus 9. 57. b. 14. 45 b.
Edredus 16. 7 a. 10. 60 a.
Edmundus 14. 46 b.
Ednothus 14. 34 a.
Edbaldus Dux 19. 37 a.
Edſinus 21. 21 b.
Edbaldus 23. 64 b.
Edredi Gaucel. f. 49. 12 b.
Edvardus Vicecomes 53. 56 a.
Edricus piſcator famoſus, v. I. R.
Edwinus Dux, v. I. R.
Edricus Abbas 109. 66 b.
Edwinus frater Leofrici Comitis, v. I. R.
Edricus Streona, v. I. R.
Edricus Sylvaticus 129. 54 b.
Edwinus, v. **Middleton** *Mon.* 193.
S. Editha, v. **Polleſworth** *Mon.* 197.
S. Edvardo Will. & Jordanus 199. 14 b.
Edocius 212. 24 a.
Edulſus f. Ordgari, v. I. R.
Ednothus 231. 40 a.
Edardus v. **Chateriz** *Mon.* 251.
Edes Richardus 275. 15 b.
Edwinus 286. 42 b.
Edwin Lanerd. 292. 50 b.
S. Edmundo Henr. 470. 16 a.
Edbrighton Tho. 497. 36 b.
Edington Rob. 499. 36 b.
S. Editha matrona v. I. R.
Edelinæ Rad. f. 660. 8 a.
Edmundi Will. f. 667. 28 b.
Edeling Edgar 705. 61 a.
Ednew. f. Ednew Gwyn f. 826. 45 b.
Edricus 822. 64 a.
Ednewyn Jorwert. f. 893. 55 b.
Edbreſton Tho. 917. 58 a.
Ednewena Idon Gwyn f. 921. 8 a.
Edmarius Villanus 1008. 39 a.
Edmundus Dapiſer 733. 36 a.
Edmundi Rich. f. 1019. 1 a.
Edgiva 980. 46 a.
S. Egidius 6. 64 a.
S. Egwinus 6. 2 b.
Egelricus 9. 15 a.
Egelnothus Archiepiſcopus 21. 34 b.
Egbaldi 28. 32 a.
Egbrith 100. 40 a.
Egnaldus 76. 22 b.
Egebaldus 80. 23 a.
Egwinus Epiſcopus, v. **Eveſham** *Mon.* 144.
Egelwinus 202. 50 b. *v.* **Chateriz** *Mon.* 251.
Egelwaldus. v. **Cernel** *Mon.* 253.
Eglaſ Dux 277. 30 a.
Egglesfeild Will. 496. 30 b.
Egneſham Joh. 523. 58 b.
Egedo Jo. & Rich. 1013. 5 b.
Egger 357. 51 a.
Eya Phil. 928. 46 b.
Eilava Ormus f. 851. 55 b.
S. Eilardus 6. 54 a.
Eric Vicecomes Stafford. 134. 10 a.
Eyton Petr. 382. 53 a. 780. 23 b.
Eyvill Rob. 778. 29 b.
Eytring Galfr. 849. 28 a.
Eyre Rob. 935. 36 b.
Eiſſa Rad. 1082. 38 b.
Elſtanus Comes 4. 14 a. 5. 23 a.
Ethelſtanus Dux 4. 55 a.
Elnotus Dux 5. 23 a. 7. 36 a.
Elwinus Dux 5. 23 a. 7. 36 a.
Elplegus. 8. 24 b.
Elnothus 8. 26 a.
Elſricus 8. 65 b.
Elſredus 10. 34 a.
Ekethon Steph. 1016. 40 a.
Elpherus 10. 36 a.
Elſericus ibid.
Elphen Epiſcopus Winton. 15. 20 b.
Elſtan 17. 31 a.
Elphwold ———— 33 a.
Elphe 17. 37 a.
Elphere ibid.
Elſward. ibid.
Elſie ibid.
Elſredus Dux 20. 15 b.
Elſricus Archiepiſcopus 21. 60 a.
Elphegus Archiepiſcopus 21. 2 b.
Elſwin 21. 45 b.
Elſwold Epiſcopus 38. 46 a.
Elſric ibid.
Elſwald 38. 47 a.
Elſwius 41 6 b.
Elſtanus Edmundus f. 43 17 b.
Elart 53. 26 b.
Elſerus 63. 43 b.
S. Elwinus 130. 22 b.
Elesfeild 176. 12 a.
Elſredus Hugo 193. 46 b.
Elſreda 219. 34 b.
S. Elena Will. 248. 64 a.
Elſthreda. v. Amores illiciti.
Eliot Rich. ſerviens ad legem 281. 18 a.
Eſtanus 306. 28 b.
Elneſton Ailbertus 326. 30 a.
Elredi Ketellus f. 389. 36 b.
Elthot Umfridus 413. 40 b.
Elroell Samſon 462. 63 a.
Ethenhau Hug. 521. 10 a.
Eltham Will. & Henr. 640. 60 b.
Eleemoſinarius Will. 65. 3 a.
Elm. Hug. 662. 19 a.
Elgeran Jo. & Walter. 729. 35 b. 30. 22 a.
Eland Rich. 856. 54 b.
Elemoſinarius Will. 858. 3 a.
S. Elegio Galfr. 883. 40 b.
Elye. Will. f. ——— 42 b.
Elenaldi Tho. f. 1004. 25 b.
Elrici Cecilia f. 1005. 58 a.

Elinandus Vicecomes 1006. 48 a.
Elmerus Vicecomes 1008. 29 a.
Elinaldi Galfr. Bernard. & Will. fil. 1008. 51 a.
Elvina 983. 46 a.
Elphegus præfectus 980. 10 a.
Elſhrith 989. 42 a.
Emma f. Regis Francorum 84. 42 b.
Emma v. **Kilburn** *Mon.* 361.
Emery Tho. 763. 59 b.
Emmæ Will. f. 866. 10 a.
Enulphus 9. 66 b.
Enulphus Comes 14. 64 b.
Eni pater Annæ R. 87. 66 b.
Eneford Gilb. 248. 65 a.
Enclois Rob. fil. 345. 56 a.
Engain Radulf. 400. 66 a.
Engain Berengar. 853. 28 b.
Engleskevyll Laurent. 429. 56 b.
Engelrami Will. f. 500. 9 b.
Enyon Lewellini.
Enirn Rob. 528. 34 a.
Enham Will. 553. 40 a.
Engelberti Will. f. 625. 62 a.
S. Enodius, ejus prophetiæ 710. 22 b.
Engleis Hug. 836. 24 b.
Engelram Walter. 840. 36 a.
Eneford Simo 911. 48 a.
Engelby Will. & Columb. 914. 50 b.
Eoppa 65. 1 b. *v. I. R.*
Eordanus 161. 54 b.
Epplindon Rob. 513. 40 a.
Ernwallus 36. 6 b.
Erſnulphus 66. 34 a.
Ermoth W. f. 73. 26 b.
Erkenwaldus 75. 62 b.
Ermenredus, v. I. R.
Ercombertus 84. 20 a.
Ermelina 113. 35 a. 199. 62 b.
Ercongota 199. 62 b.
Ementruda uxor Hugonis Comitis Ceſtriæ 200. 61 b.
Ertnoldus 248. 44 b.
Ericus 292. 40 a.
Ermenilda ſoror Leofrici Comitis Warwicenſis 305. 16 b.
Erdinton Henr. v. I. R.
Erfaſti Nigellus f. 348. 29 a.
Erefridi Rob. f. 357. 51 a.
Erlton Rad. 383. 24 b.
Ermyn Joh. 399. 22 a.
Ernaldus 432. 20 a.
S. Ermina Will. 483. 42 a.
Ermondeys Galfr. 486. 30 a.
Erdington Tho. 488. 58 b.
Erchingbald Will. 496. 62 a.
Erchſlag Tho. 502. 9 a.
Ernaldi Hugo & Nicholaus f. 503. 24 a.
Erchomberti Rob. f. 520. 64 b.
Erkenhay Rob. 524. 30 a.
Erniſii Will. f. 629. 48 a.
Erdena Rog. 778. 54 b.
Erniſii Hudo & Rob. f. 889. 16 b.
Erdington Will. 943. 20 a.
Errington Huctredus 733. 36 a.
Eſcwi 17. 36 a.
Eſcuis 31. 60 b.
Eſne 28. 40 b.
Eſſex Henr. 219 47 a.
Eſcot Gilbert. 113. 42 b.
Eſne Dux 126. 46 a. 178. 9 a.
Eſpec Rad. 593. 38 a.
Eſpec Walter. 143. 36 b. 727. 784. 35 b.
Eſcalers Harwinus 248. 26 b.
Eſgerus ſtrator. 263. 12 a.
Eſſell Rolandus. 332. 1 a.
Eſtre Rad. 339. 20 a.
Eſchalers Hardwinus 388. 40 a.
Eſturmye Will. 424. 66 b.
Eſſexia Henr. & Hugo 429. 60 a. 463. 52 b.
Eſcaldont Galf. 429. 60 a.
Eſſendon Rob. 462. 63 a.
Eſtrange Fulco & Joh. 472. 24 a.
Eſgar Adam 474. 42 a.
Eſtradling Edvard. 477. 22 b.
Eſtall Otteway 486. 64 b.
Eſtaunton Will. 487. 23 b.
Eſtre Roger. 515. 49 a.
Eſſex Rob. & Suenus 551. 10 a.
Eſſex Henr. & Gonnor. 667. 53 b.
Eſſex Henr. 687. 17 b.
Eſtanton Will. 554. 60 a.
Eſtfeild Rob. 555. 55 a.
Eſton Will. 575. 54 b.
Eſtona Rad. 578. 46 b.
Eſtorma Hug. 593. 38 b.
Eſthop Joh. 614. 36 a.
Eſſetot Norman. 622. 66 a.
Eſchetot Hug. 622. 41 b.
Eſſeby Jordan. 629. 63 a.
Eskilling Rob. 670. 32 a.
Eſſeby Rad. 672. 46 b.
Eſſeby David. 674. 14 b.
Eſſeby Hug. 680. 34 a.
Esk Rich. 705. 37 b.
Eſtona Tho. 719. 56 a.
Eſtuna Gaufr. & Agn. 770. 28 a.
Eſpecer Gilb. & Rad. f. 772. 58 a.
Eſtre Rich. 792. 16 b.
Eſcarbot Rob. 840. 36 a.
Eſſeby David. 851. 25 b.
Ethelſtanus Dux 4. 55 a.
Ethelnot Dux 4. 58 a.
S. Ethelwoldus 6. 49 a.
S. Etheldredus 6. 16 b.
Ethelwinus 8. 53 b.
Ethelwoldus 9. 10 a. 17. 28 a.
Ethelmundus 9. 56 b.
Ethelſtanus 9. 65 b. 10. 7 a.
Ethelheard 14. 35 a.
Ethelardus 14. 10 a.
Ethelmundus — 29 b.
Ethelſtanus 14. 60 b.
Ethelgar 17. 31 a. 38. 46 a.
Ethelbrith 39. 45 b.
Ethelwin Dux 38. 47 a.
Ethelwoldus 76. 22 b.
Eathelbrightus, v. I. R.
Etheldreda v. I. R.
Ethelrich fil. Ethelmundi Regis 117. 64 b.
S. Ethelredus, v **Wardney** *Mon.*
Ethelget 292. 23 a.
Ervequer Joh. 405. 38 b.
Eton Rob. 483. 57 b.
Ethi Radulf. 513. 36 b.
Editha matrona, v. I. R.
Etnam Tetbaldus 553. 10 a.
Ettun Euſtach. Jordan. Rainald. & Roger. 656. 23 a.
Etun Will. 730. 20 b.
Eton Rich. 781. 56 a. *v. Eyton.*
Eudo Dapifer 29. 33 b. 185. 34 b. 143. 36 b.
Everunc Hugo 29. 36 b.
Eugenius Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus 108. 10 a.
Ewias Haroldus & Robertus 114. 13 a.
Ewias Alanus et Robertus 413. 16 a.
Evorardus 161. 54 b.
Eutrois Rob. 320. 58 b.
Everardi Hugo f. 374. 46 a.
Everley Rad. 414. 44 a.
Everardi Oſmund. f. 425. 3 a.
Eveſham Simo 506. 49 b.
Everſhaw Hug. 523. 2 a.
Everenges Joh. 534. 56 b.
Eudonis Rob. fil. 559. 20 a.
Evermew Hug. 5[illegible]. 54 a.
Euremundus 625. 43 a.
Everardi Galfr. f. 637. 52 a.
Everardi W. f. 652. 42 b.
Eufreus Rog. 665. 36 b.
Everden Will. 678. 56 a.
Evermew Will. 772. 28 b.
Euſtacius miles, v I R.
Everard Rob. 932. 22 a.
Eurardus Rog. 1025. 28 a.
Exeter Will. 296. 64 a.
Exton Jacob. 507. 30 a.

F

S. Fœliciſſimus 6. 10 a.
S. Fælicitas 6. 13 a.
S. Fælicianus 6. 28 a.
Fartheia Lewinus, Walterus, & Robertus 75. 26 a.
Faricius 105. 41 a.
Flandrenſis Turſtinus, Agnes, Euſtachius & Wido 118. 46 a.
Faſtredi Athelardus f. 186. 10 b.
S. Fælicula 227. 19 a.
Fraiers Matth. 294. 33 b.
Fraienvilla Anſelmus 318. 56 b.
Flamſted Benedictus 329. 60 a.
Facatus Rad. 343. 6 b.
Fabricis Gaufr. 344. 16 a.
Flathildi Alanus f. 353. 43 b.
Frances Joh. 373. 64 b.
Fladaldi Alan. f. 38. 50 a.
Fakenham Herveus 408. 66 b.
Francheten Matth. 429. 60 a.
Faleſweſleia Nich. 430. 41 a.
Fraxino Rog. 443. 32 a.
Franamberga Petr. & Walter. 475. 9 a. 6 a.
Francis Henr. 481. 26 b.
Farnham Nich. 483. 18 a.
Frankleyn Walter. ibid.
Francer Phil. 486. 63 b.
Flandrenſis Walter. & Reinerus 487. 35 b.
Flamvill Agn. 488. 44 a.
Flamvilla Roger. 500. 8 b.
Fray Joh. 517. 20 a.
Fraxino Rog. 521. 44 a.
Fraxineto Will. miles 523. 58 b.
Farthingſton Ingeramus & Rich. 523. 64 a.
Flamesburgh Odo 524. 16 b.
Faia Rad. 520. 35 a.
Frangon Will. 532. 3 b.
Faber Rad. & Hugo 533. 24 a.
Faſtolf Hugo 575. 16 a.
Franceis Will. 578. 64 b.
Fraxineto Odo rufus 581. 22 a.
Faleſia Gaufr. & Will. ibid.
Faber Albericus ibid.
Fane Gaufredus 587. 32 a.
Fago Rich. 601. 10 b.
Favarres Gaufr. 626. 51 a.
Fraveſham Gilbert. 626. 12 b.
Flamang Arnaldus 627. 34 a.
Flaaldi Alan. f. 627. 58 a. *Adelina uxor ejus.*
Fangulfi Rob. f. 628. 59 b.
Franchevill Will. & Rich. 641. 26 a.
Flammeth Walter. 646. 30 b.
Falkebergia Peter. 655. 40 b.
Flammang Rainerus ——— 36 b.
Franceis Fulco 656. 59 a.
Flandrenſis Walter. ibid.
Francis Rich. 659. 40 a.
Flandrenſis Walter. 662. 48 a.
Framton Will. in armata manu 684. 28 b
Flandrenſis Steph. & Archembald. 685. 50 a.
Flamyng Tho. & Mich. 707. 33 a.
Fawconberg Walt. v. I. R.
Flamvile Roger. 729. 36 b.
Franencurth Helias 773. 10 b.
Falconberry Fraino 794. 10 a.
Fauncourt Gerardus 798. 40 a.
Falconberg Petr. 798. 11 b. 799. 2 a.

Falconis Rob. f. 805. 54 a.
Flamyng Will. 818. 38 a.
Flamvyle Hugo 827. 63 b.
Flandrigena Will. 839. 14 b.
Frazell Hug. 849. 24 b.
Flamvill Rog. 883. 33 a.
Faleſthorp Rog. 895. 10 b.
Falcomberg Rich. Phil. & Walter. 908. 31 b. 909. 10 a. 24 a. 968. 2 a.
Fabr. Godfr. 1020. 50 b.
Favarches Galfr. 1007. 12 a.
Flandrenſis Rob. 1007. 53 a.
Francigena Albertus 1008. 4 b.
Fauconberg Will. 1015. 2 b.
Faber Joh. & Rog. 1017. 10 b.
Flandrenſis Will. & Iſota 986. 66 a.
Farthingſton Rich. 1018. 54 a.
Frethegiſus 65. 25 a. 66. 40 a.
Freygiſt 66. 30 a.
Ferrers Rob. Tho. Edmundus & Edvardus 156. 28 b.
Ferrers Henr. 208. 42 a. 289. 40 b. 354, & 359. 60 b.
Ferrers Will. ſenior, v. I. R.
Ferrariis Rob. 418. 18 b.
Ferrariis Will. 516. 30 a.
Ferrarienſis Henr. 548. 4 a. 555. 59 b. *v. I. R.*
Ferrariis Will. 648. 28 a.
Ferrers Rob. 681. 35 a.
Ferrariis Margareta 768 36 b.
Ferrariis Rob. 772. 26 a. 779. 9 b.
Ferreriis Nich. 792. 64 a.
Ferrariis Edm. & Hug. 830. 41 a.
Ferrers Matilda 834. 31 a.
Ferrariis Guido 911. 52 b.
Ferrariis Reginaldus miles 940. 64 a. 1001. 63 a.
Ferrers Joh. miles 2002. 14 a.
Ferrers Reignald. & Hug. 997. 64 b.
Ferrers Gilb. & Will. 100. 60 a.
Fregaſtus 166. 38 b.
Fremonz Rob. 201. 65 b.
S. Felicula 227. 19 a.
Flecpenho Edericus 250. 62 a.
Feild Will. 273. 64 b.
Fleigh Will. 275. 65 b.
Ferna Walter. 321. 50 b.
Fean Alfricus 356. 10 b.
Fergus Ugtredus f. Dom. Galovidia 400. 60 a.
Frevill Rob. 406. 56 a.
Freivill Rich. 473. 26 a.
Frevill Rog. 534. 11 a.
Frevill Rob. 626 66 b.
Felton Tho. miles 415. 48 b.
Felgeriis Albericus 425. 4 a.
Frere Will. 435. 44 b.
Freford Joh. 441. 46 a.
Flete Jon. 444. 43 a.
Fenis Matilda, v. I. R. v. Fines.
Fletham Ernaldus & Rob. 484. 64 a.
Freſchamvyll Ancherus 488. 9 a.
Feritate Hugo 499. 34 b.
Flemang Rich. 499. 43 b.
Feotrarius Henr. 505. 16 b.
Frein Will. 523. 22 b.
Freſingfeild Rich. 533. 24 a.
Flexcoco Rad. & Edw. 553. 39 a.
Ferlie Jordanus 578. 30 a.
Freſnoſa Will. 583. 55 a.
Freſteng Will. 593. 9 a.
Fey Walter. 602. 4 a.
Frecham Nigellus 625. 4 b.
Freſcheth Rob. 628. 59 b.
Fenn. Rich. 637. 50 a.
Fernhill Remigius & Adamus 655. 11 b.
Ferriby Rad. 657. 2 a.
Feria Terri —— 26 a.
Fredun Rad. 667. 41 a
Fedringare Rog. 691. 30 b.
Fletcham Rad. 705. 16 a.
Flet Rich. 808. 63 b.
Flet Augerus 832. 44 a.
Ferlington Joh. 811. 2 b.
Flecton Joh. 809. 44 b.
Fegg 832. 56 b.
Frenygham Rad. 844. 66 b.
Frebb Rob. 851. 54 b.
Ferte Tho. 886. 41 b.
Feugere Rad. 890. 65 a.
—— *Herveus* 891. 45 a.
Fethereſton Will. 894. 22 b.
Fedmore Nich. 916. 10 a.
Freſſenvill Ingeramus —— 48 a.
Frevilnotes Baldwin. 964. 8 a.
Ferriby Rich. 968. 2 a.
Freke Will. 1005. 24 a.
Frebernius 1014. 64 a.
S. Fides 61. 19 b. 22 b.
Frithſtanus Epiſcopus 37. 30 b.
Firnanus Epiſcopus 39. 5 a.
Ferbernus 49. 6 b.
Frithlake 39. 46 b.
Fimannus Pontifex 63. 67 a.
Frithuualdus, v. I. R.
Frithunocus 76. 20 b.
Finc 132. 50 a.
Frithericus 136. 47 a.
S. Frideſwid, v. Oxon. 173.
Filnod 229. 229. 26 a.
Frye Joh. 280. 36 a.
Flict Will. 326. 36. a.
Fiſidre Henr. & Rich. 355. 28 a.
Friday Yvo 360. 34 a.
Fitzwalter Rob. v. Horſham *Mon.* 414.
Fines Rich. v. I. R. v. Fenis.
Feynes Will. —— 24 b.
Fitzpain Phil. 423. 59 b.
Fynch Will. 427. 44 b.
Fiton Will. & Rad. 435. 44 b.
Frivill Baldwin. 441. 46 a.
Fizoures Rad. 477. 20 b.
Friencourt Will. 486. 63 b.
Fychet Hugo 487. 22 b. 590. 64 a.
Finchale Godrethus Eremita 512. 40 a.
Flintard Radulf. 514. 60 a.
Fridei Rad. 519. 16 a.
Ficelingham Gaufr. 529. 66 a
Fiteling Gualter. 529. 58 b.
Figg Petr. 530. 22 a.
Fryoc 546.
Fibreton Walt. & Rob. 555. 27 a.
S. Fide Aluredus 573. 36 a.
Flycham Symo 575. 43 a.
Filgeriis Rad. Will. Iſabella et Oliva 597. 14, 26 a. *v. Fugeriis.*
Fincham Nigellus 626. 12 b.
Figura Rad. 657. 16 b.
Friſtan Nich. —— 66 b.
Flynthall Ada 663. 66 b.
Fiſſeburn Rad. 691. 44 a.
Fitz-Geffrey Joh. 726. 61 a.
Fiſher Walter. 770. 39 a.
Fiſacre Martin. 792. 64 a.
Friebris Rich. et Joh. 799. 16 a.
Friſtona Will. 805. 31 a.
Flicton Will. 809. 44 b.
Fiſhide Will. 835. 10 b.
Fitzwilliams Joh. miles 837. 54 b.
Filiol Rob. et Tho. 848. 3 b.
Frye Walt. 888. 5 b.
Fiſher Jacobus et Juliana 1013. 64 b.
Forthere 9. 38 b. 13. 22 a.
Fordred 14. 22 a.
Foſſard Rob. 75. 34 b.
Forthere Epiſcopus 121. 62 b.
Folchberth Albus 124. 18 b.
Folett Henr. 113. 18 b.
Folia Petr. 175. 12 b.
Foliot Rad. 175. 48 b.
Forthred 178. 16 b.
Fortunatus 176. 46 b.
Foldbrithus, v. Perſhor. Mon. 203.
Foliot Hugo 241. 12 b.
Foliot Rich. 308. 16 b. 424. 65 b.
Foliot Rob. 335. 22 b. 425. 4 a.
Foliot Will Simo, Henr. et Lecia 431. 14 a. 430. 26 b.
Foliot Will. et Hugo 475. 10 a.
Folieans Will. 581. 40 b.
Foliot Walt. et Robert. 582. 50 b.
Fordan Joh. 158. 22 b.
Folchardus 169. 60 b.
Fortius 170. 45 b.
Fortin Will. 245. 44 b.
Foreſtarius Hug. 522. 56 a.
Foreſt Hug. 522. 26 a. 773. 18 a.
Foreſt Turgis miles 1024. 16 a.
Foſton Gilb. 355. 19 b.
Foſſard Rich. 391. 19 a.
Frodo 379. 4 a.
Foſſard Nigellus, Rob. & Walterus 388. 18 b. 394. 24 b.
Forneſſon Ulf 380. 42 b.
Foxton Will. 404. 4 a.
Foxton Rich. & Simo 674. 14 b. 679. 66 b.
Foxton Simo Baro 819. 17 a.
Folebroc Michael. 486. 63 b.
Foſſard Will. & Agn. 511. 50 a.
Froſlendun Alic. 515. 53 a.
Folevill Fulco. 519. 66 a.
Folevill. Joh. 773. 18 a.
Folevill Euſtach. 1018. 60 b.
Frome Johan. v. I. R.
Foſſard Will. 597. 30 a.
Folmodſtan Hug. 625. 54 a.
Froeſham Gilbert. 625. 4 b.
Frotmundus —— 58 a.
Foliot Henr. 797. 13 b.
Foliot Will. Jordan. & Henr. 649. 14 a 650. 34 b.
Foliot Simo 807. 66 b.
Foxcot Osbert. 670. 63 b.
Foxle Rich. 681. 49 b.
Foſſa Joh. 691. 44 a.
Forond Joh. ibid.
Foſſard Will. 731. 8 a.
Fortibus Will. 759. 56 b.
Fortibus Aliza 772. 42 b
Fortibus Will. v. I. R.
Frontebovis Rob. 775. 44 b.
Foſſard Tho. 776. 16 b.
Frodeſleg Benedictus 782. 54 a.
Foumezin Rob. & Will. 833. 2 a. *v. Fremouz.*
Folenfant Hug. & Rich. 849. 8 a.
Forliot Jordan. 858. 3 a. 862. 60 a.
Folet Rob. 1008. 22 a.
Ford Will. 865. 46 b.
Froſt Walt. 968. 2 a.
Fodringhey Simo, Rich. & Reginald. 1014 30 a.
S. Furſeus 4. 50 a.
Fudern 45. 40 b.
Fruna 68. 8, 6 b.
Fubble Will. 74. 60 b.
Fulçburc 184. 66 a.
Fulbertus 201. 64 b.
Fulcardus, v. Thorney *Mon.* 242.
Frumento Rich. 328. 60 a.
Frumenton Rob. ibid.
Fulcheredus 376. 4 a.
Furches Herbert. 376. 62 b.
Furnes Asketillus 401. 62 b.
Furneux Simo 477. 20 b.
Furneux, v. I. R.
Furneux Rich. v. ibid.
Furneſio Will. 707. 34. b.
Furneaus Alan. 731. 4 a.
Futhorp Tho. & Chriſtoph. 402. 66 a.
Fugeris Will. 413. 40 b. *v. Filgeris.*
Fulgeriis Rad. 810. 41 b.
Fuleham Rob. 430. 60 b.
Furnivall Rich. & Gerard. 517. 33 a.

Furnellis Arquitellus 572. 40 b.
Furnell Galfr. 643. 25 b.
Furnel Phil. 644. 62 a.
Furnivall Tho. v. I. R.
Furnivall Giraldus 807. 20 b. 836.60 b.
Furnell Rob. & Rad. 848. 48 b.
Furnivall Will. 849. 18 b.
Furnivall Tho. v. I. R.
Furnell Alanus 999. 37 b.
Fulconis Theobald. f. 531. 28 b.
Fulconis Gaufr. f. 588. 60 a.
Furun Hug. 590. 64 b.
Fulcherius 625. 29 b.
Fuldon Rich. 637. 3 a.
Funtaneys Ingelramus 641. 6 a.
Fulcheri Henr. f. 782. 30 b.
Furmovilla Rich. 805. 14 a.
Fulconis Rob. f. —— 54 a.
Furmenton Rich. 808. 63 b.
Fulconis Gilb. f. 842. 66 a.
Furr. Hug. 889. 28 b.
Fulconis Rog. f. —— 28 b.
Fulconis Rob. Gilb. & Heliſius f. 908. 1 a 14 a.22 a.
Furnarius Andr. 1017. 48 b.
Fulgacius Vice-Comes 1023. 18 a.

G

GLaſteing 2. 48 a.
G Gracys 23. 65 b.
Graphio Comes 24. 40 a.
Gamages 112. 26 a.
Gaffe Abbatiſſa 108. 64 b.
Gmalielis Odo f. 114. 8 a.
Gaunt Gilbert. & Walterus, v. **Bardney** *Mon.*
Gaunt Rad. 143. 60 b.
Gaunt Gilb. & Rob. 387. 54 b. 391. 59 b.
Gaunt Mauric. & Margaret. 432. 1 a.
Gaund Adelina 1019. 63 a.
Gant. Rob. 565. 36 b.
Gaunt Alic. uxor Ilberti de Lacie 655. 10 a. *v. I. R.*
Gaunt Gilb. 656. 65 b. *v. I. R.* 730. 1 b.
Gaunt Gaufr. Rob. Baldwin. & Gundreda 832. 10 a.
Gaunt Annaliz. 758. 20 a.
Gaunt Galfr. & Rob. 848, 44 a. 862. 34 a.
Gras Rich. 152. 10 a.
Galardus 190. 28 b.
Gray Joh. 789. 29 a.
Gray Joh. 230. 66 a. *v. Grey* 985. 16 b.
Grey Reginaldus 300. 9 a. 936. 22 a.
Gray Columbanus 332. 3 a.
Gray Alan. 346. 38 b.
Gray Joh. 647. 66 b. 895. 40 b.
Grantſmainell Hug. 247. 57 a. 289. 39 b.
Gaufridi Gaufr. f. 248. 24 a.
Gaufridus diſpenſator ibid.
Grainel Rob. 301. 28 a.
Gamelſon Gouſe 306. 60 b.
Gacham Galf. 307. 44 b.
Glanvill Barthol. 631. 51 b. 632, 30 b.
Glanvill Rad. 335. 56 b.
Glanvilla Ranulf. & Herv. 357. 16 a. 46 a.
Ganvill Rad. 484. 31 b.
Glanvill Ran. 511. 28 b. 600. 30 a. *Gundreda Comitiſſa uxor ejus.* ibid.
Glanvill Rog. 514. 1 a. 30 a.
Glanvill Will. 632. 30 b.
Grafford Walter. 336. 12 b.
Garhan Rad. 348. 49 a.
Glas Fulco 382. 51 a.
Gaurges Patricius 389. 67 b.
Gamelli Rog. f. 403. 46 b.
Gaufridi Rich. f. 416. 12 b.
Gallor Walt. 423. 30 a.
Gali cien Rob. 427. 50 a.
Gaufridi Will. f. 430. 42 a.
Gunlenſis Hugo 445. 49 a.
Garton Joh. & Rad. 462. 18 a.
Gamelli Alicia uxor Uctred. f. 476. 3 b.
Galfridi Joh. f. 483. 40 a.
Gaola Petr. 497. 26 b.
Gateſden Agatha & Will. 503. 58 b.
Ghaneſi Barthol. 505. 63 a.
Galun Rob. 515. 46 a.
Graunſ Rob. 518. 24 b.
Gadegoſii Elwinus f. 526. 2 a.
Gatesby Joh. 531. 34 b.
Gardino Juliana ibid.
Grandiſon Joh. Epiſcopus Exon. 550. 2 a.
Guarinus 551. 28 b.
Guarenna Will. 555. 62 b.
Grantſmainell Ivo & Hugo 562. 2 b.
Graveſnell Rich. 573. 18 b.
Gayton Edm. 575. 6 a.
Gnaſthus Gervaſius 578. 3. 48 a. 46. b.
Gamelini Odo f. 581. 48 a.
Graymatt Will. 587. 34 a.
Gayrſth Maugerus 590. 64 b.
Gaycriſt Maugerus ibid.
Grathmiel Hug. 66. 44 b.
Gargaſala G. 607. 9 a.
Graincurt Rainerus 625. 49 a.
Gatelai Rad. 628. 38 a.
Gaufridi Will. f. 628. 60 b.
Garini Rich. f. —— 60 b.
Glanvill Rand. 646. 60 b.
Glanvill. Ranulph. 731. 4 a. 808. 58 b. 754. 66 a. 883. 66 b. 914. 15 a. 960. 21 a.
Gaufridi Rob. f. 657. 45 a.
Gualeis Henr. 659. 36 a.
Gramaticus Ranulphus---- 58 b.
Gravenel Hamo 691. 46 a.
Grainvill Rich. & Rob. 719. 10 a.
Gaiherſt Hug. 731. 4 a.
Gaufridi Rog. f. 753. 20 a.
Galfridi W. f. 763. 62 a.
Gateby Rad. 768. 28 a.
Gateſton Joh. 770. 24 a.
Garmundeſton Algar. 781. 66 b.
Gait Rob. & Reginald. 802. 50 a. 28 b.
Glauci Alap. f. 806. 61 b.
Graincurt Rad. 808. 52 b.
Gaytenby Rog. & Alic. 485. 34 a.
Guarenna Will. 821. 36 a.
Graimare Will. 828. 50 a.
Glai Rob. f. 839. 16 b.
Gargrave B. 943. 30 a.
Grammaticus Rich. & Joh. 857. 34 b.
Gualenſis Henr. ibid.
Galeys Edm. & Rich. 864. 8 a.
Gateneby Roger. & Avelinus 880. 16 b.
Gaufridi Mauric. f. 889. 19 a.
Guardoit Joh. f. 896. 42 b.
Garton Turſtinus 911. 2 a.
Glaſtonia Will. Matilda uxor ejus 911. 14 a.
Gamellus 917. 42 b.
Grath Mereducus & Gergona 921. 2 b.
Gauſata Petr. 924. 16 a.
Granesby Ivo --- 66 a.
Gatesden Phil. 925. 32 b.
Galfridi Joh. f. 929. 2 b.
Galfridi Joh. et Hugo f. 1018. 14 a.
Galfridi Baldwin. f. 1007. 24 a.
Gravein Rich. 1022. 4 b.
Graierin Rob. 1026. 60 a.
Gauter Sim. 1004. 30 b.
Gamelini Odo f. 983. 8 b.
Garmuc —— 48 a.
Galilææ Godwinus f. 1006. 9 b.
Gaugy Will. 1012. 52 b.
Grance Godricus 1009. 60 b.
S. Geminianus 4. 61 a.
S. Geretruda 4. 3 b. 227. 24 a.
S. Georgius 5. 61 b.
S. Gerauſius 6. 11 a.
S. Gregorius 6. 43 a.
Germanus 6. 51 a. 10. 31, 63 b.
Geddey 23. 66 b.
Geraldi Rob. f. 44. 20 a. 185. 34 b.
Geroldi Rog. f. 161. 24 b.
Geroldi Warinus f. 292. 41 b. *v Giroldi.*
Geroldi Henr. f. 418. 54 b. 435. 24 a. 460. 3 a.
Geroldi Guarin. fil. 460. 3 a.
Gregorius Papa 42. 60 b.
D. Gernegotus 75. 7 a.
Gernon Rob. 106. 39 a. 120. 10 a.
Gernun Rich. 469. 12 b.
Gernun Rad. 516. 12 a.
Gernon Hug. 760. 48 a.
Gernoun Will. 841. 28 a.
Gernon Matth. 883. 16 b.
Gernon Jo. et Margaret. 886. 48 b.
Grene Joh. 148. 68 a.
Gerningham Joh. 171. 46 a.
Germanus Abbas 188. 18 a.
Grendon Reginaldus 199. 46 b.
Grendon Rob. 441. 5 a.
Grendon Radulf. 460. 44 a.
Grendon Henr. 837. 56 b.
S. Genuueſa 227. 24 a.
Gerbert Rob. 238. 20 b.
Gerevell Rad. 246. 60 b.
Grey Reginald. 300. 9 a. *v. Gray.*
Grey Will. 483 40 a.
Grey Rad. 817. 14 a.
Grey Will. 962. 52 b.
Gedney Tho. 355. 56 b.
S. Georgio Baldwinus et Will. 382. 24 a.
Gerardus 389. 50 a.
S. Germano Roger. et Hugo 394. 6 a. 486. 29 b.
Gereſthorn Nicholaus 403. 46 b.
Gernet Haſculphus 461. 56 a.
Gernet Radulf. 566. 20 b.
Geroldi Sim. et Joh. fil. 469. 30 a.
Geroldi Ambroſ. f. 528. 18 a.
Geroldi Will. et Warinus f. 574. 51 a. 619. 38 b. 582. 1 b. 647. 6 a. 591. 10 a. 704. 28 a. 790. 4 b. 811. 60 a.
Geraldi Henr. f. ibid.
Germus Gilb. 477. 63 b.
Guerri Rob. f. 485. 12 a.
Gefferd Osbert. 488. 9 a.
Greyſtock Rog. et Tho. 499. 1 a.
Greyſtock Will. v. I. R.
Gelranni Rob. f. 531. 58 b.
Gelnus Will. 533. 28 a.
Gerard Joh. et Gunilda 533. 44 a.
Gelus Will. ---. 28 b.
Georges Rad. 541. 42 b.
Gelef Albericus 566. 20 b.
Grenham Tho. 576. 46 b.
S. Georgio Gelias 593. 13 a.
Guerni Gulielmus 598. 4 b.
Gretſur 626. 10 a.
Greſſinghale Fulcherius. 627. 48 a.
Greſſinghale Iſabella 628. 24 a.
Grene Nich. 657. 45 a.
Gerdeſtun Nich. 662. 18 a.
Gerner Galfr. 663. 50 a.
Gernemue Rad. 677. 3 b.
Gemigiis Gaufr. 703. 49 a.
Grelley Aubertus 708. 56 a.
Greenhill Joh. et Elianora 720. 52 a.
Grene Rad. 768. 28 b.
Greenhull Rich. 782. 40 a.
Grenvyle Gaufr. 725. 60 b.
Greinsby Eudo 805. 61 b.
Gernmue Adam 808. 58 b.
S. Germano Rob. 816. 17 b.
Gervaſii Northwalliæ Principis Lewellinus f. 824. 51 a.
Gerardi Will. f. 839. 13 b.
S. Germano Rog. 841. 52 b.

S. Georgio Rad. 848. 53 b.
Genvyle Gaufr. 863. 62 a.
Gernagan, Hug. f. 880. 2 b.
Gernagoti Hug. f. 869. 43 b.
Greinsby Eudo & Rad. 881. 56 b.
Greinsby Will. 882. 30 a.
Germin 883. 48 b.
Geralinus Matth. 891. 24 b.
Gredeley Aubr. v. I. R.
Geneve Petr. 928. 45 b.
Greneway Phil. 929. 16 a.
Gregory Rob. & Patronil. 1013. 62 b.
S. Germano Walter. 1005. 59 b.
S. Germano Rog. 1007. 8 a.
S. Germano Waldo, Emma, & Walter. 1009. 29 a.
Gellham Osbert. 1008. 54 b.
Gereberd Will. & Joh. 960. 36 b.
Greſley Rad. Dominus, v. I. R.
Githa uxor Godwin. Com. Cantii 983. 42 a. 36. 30 a.
Greille Will. 987. 44 b.
S. Gildas 1. 34 a. 4. 52.
S. Grimbaldus 6. 66 a.
Giffelton Britherius 10. 43 a.
Giffard Cancell. Will. 30. 47 b.
Gifford Helias & Ala 111. 50 b.
Giffard Helias Boy 112. 66 a.
Gifford Walterus, Helias junior, & Ala 112. 66 b.
Giffard Bertha 119. 64 b.
Gifford Walter. 161. 24 b.
Girbertus Archidiaconus 186. 8 b.
S. Grimbaldus, v. Hidenſe Mon. 208.
Giffard W. 208. 54 b.
Giffard Walter. 289. 39 b.
Giffard Tho. ——— 60 b.
Giffard Will. 422. 20 a. 999. 9 a. 63 b.
Ginges Reginald. & Emma 431. 26 a.
Giffard Osbert. 529. 18 a. 630. 37 a.
Giffard. Walt. 573. 30 a. 724. 66 a.
Giffard Will. 703. 12 a. 808. 16 a.
Giffard Joh. miles 788. 50 a. 858. 11 a.
Giffard Will. Winton. Epiſcopus 1016. 14 b.
Giſlebertus Dapifer 30. 63 b.
Giſleberti Clerici Radulf. f. 30. 4 a.
Giſleberti Oſmundus Gener, ibid.
Githa uxor Godwini Comitis Cantii 36. 30 a.
Gilebertus 42. 66 a.
Gyfd Dux 53. 17 b.
Giſo Epiſcopus 62. 10 a.
Gyrth Dux 62. 19 a.
Grym Erngeatus f. 130. 20 b.
Ginges Hugo & Agn. 153. 52 a.
Gibbes 184. 10 b.
Gileberti Baldewinus f. 248. 24 a.
Gytro Danus 285. 59 a.
Grimholp Rich. 286. 49 b.
Giſleberti Rich. & Baldwin. f. 289. 38 b.
Glinton Gaufridus 303. 4 b. 650. 20 a. 682. 1 b.
Grimkelſton Outy 306. 36 b.
Griffinus Princeps Walliæ 319. 22 b.
Geroldi Will. f. 320. 56 b.
Gynes Joh. 323. 20 b.
Gilberti Rog. f. 389. 40 b.
Giſner Will. 416. 12 b.
Gilbertus Comes 459. 66 b.
Gille Will. 481. 21 b.
Giſtelard 478. 20 a.
Gibwin Gulfr. 483. 48 b.
Gryndham Ada 487. 24 b.
Gilberti Rob. f. 488. 50 a.
Girringes Steph. 501. 54 b.
Grimbald Joh. 532. 59 b.
Giſleberti Rich. f. 548. 6 a.
Gilberti Comitis Halduinus f. 555. 63 b.
Griſton Rob. 574. 32 a.
Gilberti Osbirtus f. 578. 14 b.
Griffin Rob. 629. 62 a.
Gignun aliàs Ginnun Ilgeramus 632. 28. 44 a.
Giverra Rob. 645. 22 a.
Giſleberti Baldwinus fil. 647. 26 a. 650. 26 a.
Giptun Petr. 832. 21 a.
Grimſthorp Will. 662. 18 a.
Gilbert Adam 679. 65 a.
Grimbald Rob. & Warner 680. 57 a.
Gilberti Will. f. v. I. R.
Giſleberti Comitis Rich. f. v. I. R.
Griffini Oenus f. 766. 58 b.
Grimſton Gilbertus 799. 3 a.
Gilberti Rad. f. 809. 62 b. 812. 50 b.
Griffini Howel fil. 825. 11 b.
Gilling Will. 828. 24 a.
Gillæ Hug. f. 832. 16 a.
Gilberti Baldwin. f. — 52 a.
Griffini Reſus f. 885. 6 a.
Griffini Madoc f. 895. 53 b.
Griſſini Gorgen. Meurich. f. 896. 42 b.
Gilberti Ranulph. fil. 897. 53 a.
Gryme Roger. 916. 18 a.
Giſortio Alanus & Rob. 931. 32 b.
Giphardus Girardus 1010. 7 a.
Gilberti Baldwin f. 1010. 54 a.
Grimbald Hugo & Rob. 1011. 50 b. 64 b
Gillot Alex. 1005. 32 a.
Giſnei Roger. 1007. 9 a.
Griffin Galfr. & Bertrum 943. 20 a.
Griffith Malor, Madoc. 945. 56 a.
Gird Toſtinus 1022. 48 a.
Grimaldus Medicus 1020. 22 b.
Grindham Rich. 999. 66 b.
S. Gorgonius 6. 27 a.
Godwinus Epiſcopus 121. 48 b.
Godricus 22. 4 a.
Goda Comitiſſa 29. 26 b.
Goisfridus Vice-Comes 30. 65 b.
Godwinus 52. 16 b.
Godriceſſun 53 17 b.
Goldſmyth Gytel, ibid.
Godricus 62. 31 a.
Godron 68. 44 a.
Godricus 69. 56 a.
Goſpatrici Vetredus f. 74. 28 a.
Godfridus 75. 31 a.
Gomzenboeth Will. 106. 46 a.
Gloceſtria Roger. 113. 43 a.
Gloceſtriæ Walter. Vice-Comes 115. 32 a. Adeliza uxor ejus ibid.
Godwinus frater Leofrici Comitis 130. 60 b. Agelwinus filius ejus ibid.
Goher 153. 29. a.
Goſcel —— 34 a.
Goleſun Ebricus 153. 47 a.
Gloceſtria Walter. 161. 53 b.
Godrici Erthnotus f. 237. 60 a.
Goſcelini Wido fil. 250. 38 a.
Godiva uxor Leotrici Comitis, v. I. R.
Godricus 236. 15 a. 283. 55 b. 283. 40 a.
Gordan Katherina uxor Jacobi Strangwais 282. 30 b.
Gore Tho. 289. 63 b.
Godefridus ſtaturæ giganteæ 300. 34 a.
Geſſintricus Comes 315. 40 a.
Gloceſtria Milo & Walter. 340. 34 a. 58 a.
Godchild Rob. 345. 24 a.
Groſſus Rad. 356. 6 b.
Godwinus Eremita, v. **Kilburn** Mon. 361.
Goſcelinus 388. 34 b.
Goldrun Osbert. 389. 40 a.
Goſtardus ——— 50 a.
Goſpatrici Waltheof f. 389. 40 b.
Godardus dapifer 389. 40 b.
Goardus 398. 6 b.
Goſpatrici de Dunbar Waldevus f. v. I. R.
Groſſus Andr. 405. 24 a.
Groſvaſſall Will. 436. 53 b.
Gorges Ivo 440 43 a.
Goet Rob. 461. 53 a.
Gozan Will. 476. 63 a.
Gower Rob. 500. 52 b.
Goſſèlinus Mareſchallus 521. 1 a.
Goldwini Rob. f. 527. 50 a.
Grotun Sara, Walter. & Samſon 533. 11 a.
Goldeter Walter. 565. 28 a.
Groci Rob. 593. 64 a.
Groſſomont Will. 602. 2 a.
Gornew Joh. —— 34 a.
Gros Roger. 620. 3 a.
Goſtard Rich. 621. 39 a.
Gloceſtria Osbernus 624. 58 b.
Goſcelinus ——— 60 a.
Godivæ Alueredus f. 625. 64 a.
Gotwinus ——— 60 a.
Gosberchurch Rob. Rad. & Conſtanc. 629. 24 b.
Godbaldi Rob. f. 667. 54 a.
Gollandus —— 44 b.
Gotlandus longus —— 49 b.
Gomondley Walter. 677. 53 b.
Gomondele Will. v. I. R.
Gobion Hugo 680. 59 a.
Grotepance Rog. 559. 52 a.
Groſteſte Rob. 681. 66 b.
Golding Will. 686. 53 a.
Groſſus Oſmundus 720. 40 a.
Groſſus Will. & Hamo 724. 16 a.
Gouteley Rad. 768. 75 b.
Godebert Rog. 770. 60 b.
Goeſle Rob. & Albert. 773. 50 a.
Goſpatrici Tho. fil. 774. 50 a.
Gloceſtria Milo 779. 6 b.
Gouſlay Petr. Gerveus & Rob. 799. 2 a.
Godmannus 806. 42 b.
Goce Gregor. 840. 38 a.
Gob Jowan. 863. 14 b.
Goer Will. & Rich. 889. 22 b.
Golvin David f. 896. 42 b.
Golditen Petr. 1016. 4 a.
Goiſmeri Herlvinus & Baldwinus f. 1006. 59 b.
Goiſmeri Algerus f. 1007. 44 a.
Goiſmeri Guaſelinus & Humfredus f. 1009 12 a.
Ground Jo. Rad. & Walter. 1012. 24 b.
Goefeild Rich. 1004. 54 b.
Godeſcalli Oſmundus f. 983. 49 a.
S. Guthlacus 4. 59 a. 14. 46 b.
Guban 14. 8 b.
Gutheardus Epiſcopus 39. 41 b.
Guthmundus 61. 26 a.
Guido Cardinalis 108. 16 a.
Grumbaldus Medicus 186. 8 a.
Gad Will. f. 202. 18 a.
S. Guronus, v. Petrocenſe Mon. 213.
Guidonis Rob. f. 238. 60 b.
Gunterus 315. 40 a.
Gulafre Rich. 322. 48 a.
Gulafre Will. 356. 61 b.
Gulafre Iſabella 542. 34 a.
Gulafre Rog. & Will. 675. 36 a. 20 a.
Gunilda, v. **Kilburn** Mon. 361.
Guido Eremita, v. **Malvern** Mon. 365.
Guidonis Balduinus f. 416. 12 b.
Guiamarus 436. 53 b.
Gualenſis Hugo 445. 49 a.
Guer Adelardus 460. 4 a.
Guerri Rob. f. 485. 12 a.
Gunfredi Gunf. f. 469. 12 b.
Guiomari Warnerus f. 486. 2 a.
Guldeford Henr. 545. 53 a.
Guarenna Will. 555. 62 b.
Guidvill Hug. 562. 2 b.
Gundevill Rob. 574. 32 a.
Gnuſtus Gervaſ. 578. 3. 48 a. & 46 b.
Gundwini Herbert. f. 580. 30 a.
Guerni Gulielm. 598. 4 b.

Gunningham Turoldus 628. 6 a.
Guett Rich. frater Comitis Guarrennæ 640. 30 a.
Gurney Hawiſia 640. 46 a.
Gualeis Henr. 659. 36 a.
Gurney Adam 683. 65 b.
Gunnora Comitiſſa 724 60 a.
Guimeri Guarinus fil. 752. 42 b.
Gurney Hugo & Gundreda 775. 48 b. 779. 6 b.
Gurney Will. 864. 54 b.
Gubaldi Rich. f. 857. 34 b.
Gualenſis Henr. ibid.
Gunimary Roger. & Warnerus 869. 40 b.
Guwis Brian. 887. 30 b.
Guelliant 893. 42 b.
Gurgenenus Lewellinus 893. 55 b.
Guithin 892. 52 b.
Guwis Brian. 887. 30 b.
Gugaun 893. 55 b.
Guardoit. Joh. f. 896. 42 b.
Gubion Hugo 1011. 54 b.
Guberti Rich. f. 1007. 54 b.
Gulinges Ailwinus 1009. 53 a.
Gundewin Rich. 1020. 10 a.
Guierin Rob. 1026. 60 a.
Gundreda 983. 14 b.
Guimundus, v. I. R.

H

HAte 7. 53 a.
Hardingus fil. Ednothi 18. 34 a.
Haleth 28 b.
Hamonis fil. Roger. 161. 24 b.
Haimonis Rob. f. 30. 3 b. 117. 40 a.
Haldene 21. 32 b.
Halamius Comes 53. 11 a.
Hangiſilus 23. 64 b.
Hamo Dapiſer 20. 43 b. 44. 19 a.
Hanuc 53. 17 b.
Haraldus Dux 62. 20 a. 52. 16 b.
Halfdenne 68. 45 b.
Hamond ibid.
Halh. Will. 74. 64 b.
Haia Rob. 162. 11 b.
Haiona 80. 84 a.
Hamonis Rob. f. 106. 33 a.
Hamelinus Abbas 110. 28 b.
Haraldi Rob. f. 112. 44 b.
Hardwick Rich. 159. 49 b.
Halda 100. 34 a.
Hacun Comes & Gunilda uxor ejus 128. 46 b.
Hwita Dux 138. 6 a.
Humbrihtus Comes 139. 18 b.
Haimonis Rob. f. v. I. R.
Haſtings Hugo 157. 27 b.
Haimonis Haimo f. 161. 54 b.
Haſtings Joh. 163. 34 a.
Haſtings Walt. 199. 12 a.
Haſtings Walwardus 295. 14 a.
Haſtings Henricus, v I. R.
Haiſtings Will. 424. 63 a.
Haiſtings Rich. 436. 40 a.
Haſtang Rob. 443. 11 a.
Haiſtings Nich. 498. 54 a.
Haiſtings Will. 519. 29 b.
Haia Rob. 161. 45 b.
Harceus 169. 17 b.
Halley Barthol. 184.
Hardiſalla Hug. 199. 30 a.
Hantrone Epiſcopus 177. 64 b.
Hacun Dux 229. 11 a. 283. 49 b.
Harum Dux ibid.
Hamonis Will. f. 220. 21 a.
Haia Joh. & Will. fil. 248. 54 b.
Harmworth Turkillus 249. 14 b.
Haddon Will. 251. 39 a.
Harang Will. 280. 44 a.
Hanvyle Rich. 289. 61 b.
Hanvyle Elias 300. 14 a.
Hamonis Roger. f. 307. 49 a.
Hagurner Seer. 321. 60 a.
Hagurner Matilda & Margareta 323. 60 a.
Hardebi Walterus 329. 30 b.
Harun Joh. 333. 42 a.
Hacun Walterus ibid.
Hambury Henricus 361. 21 b.
Hanvilla Will. 370. 50 b.
Hadwell Galfridus 386. 60 b.
Hadwell Hubertus 401. 40 a.
Haverkell Roger. 388. 60 a.
Haverington Ada 397. 4 a.
Hamton Rob. 399. 19 a.
Haimonis Rob. f. 411. 64 b.
Haraldi Alanus f. ibid.
Halteyn Walterus 413. 18 a.
Haia Rob. 418. 9 b.
Haimonis Will. fil. 424. 44 a.
Halver Alricus 424. 62 b.
Hall Rich. 427. 46 a.
Hamma Maria 433. 24 a.
Hatton Rich. & Hugo Domini, v. I. R.
Hargar —— 58 a.
Hammerwih Haminch. 441. 24 a.
Haie Will. 460. 14 a.
Harleſton Alex. 462. 66 b.
Hanvyll Will. 463. 45 a.
Heyden Galfr. ibid.
Haimonis Will. f. 468. 53 b.
Hai Gaufr. 465. 7 a.
Hareg Rad. 486. 64 b.
Hadington Walter. 496. 60 b.
Haveton Phil. & Hugo 499. 34 b.
Haget Bertramus 500 6 b.
Haget Galfr. 511. 16 b.
Hached Hoſwardus 514. 4 b.
Hales Rog. 514. 60 b.
Haie Gualter. 522. 36 b.
Hardeſhull Phil. 523. 46 a.
Harengo Rad. 526. 66 b.
Haia Emma & Will. 529. 20 b.
Harelond Rob. 532. 40 b.
Haiſtings Nicholaus 533. 54 b.
Hagenport Joh. 541. 6 b.
Hampden —— f. nupta Nicholao Iwordby 542. 61 a.
Hamo Regis Dapiſer Rob. frater ejus 548. 9 a.
Hadreden Edu. 553. 12 a.
Haie Roger. 554. 58 b.
Halynton Rad. 556. 46 a.
Hanley Warinus———13 b.
Hamelinus fil. Baladun———v. I. R.
Haiſtings Henr. v. I. R.
Haſgrave Will. 558. 39 b.
Haſcut 562. 5 a.
Haſceio Will. ibid.
Havepole Alanus 562. 34 b.
Hayford Rich. 573. 18 b.
Haduna Serlo 574. 31 a. 50 a.
Haia Joh. 579. 30 b.
Haiſtings Galfr. 579. 64 b.
Haiſtings Joh. 779. 4 a.
Haiſtings Rad. 795. 31 b. 1017. 58 b.
Haketon Rich. 579. 64 b.
Haia Gocelinus 581. 30 a.
Hauſelinus———50 a.
Harecur Rich.——— 12 b.
Halſont Will.——— 36 b.
Halſard Will.———50 b.
Halſevilla Rumaldus 583. 11 a.
Haveland Nich. 587. 28 a.
Hambi Alanus 588. 62 a.
Haia Radulf 592. 4 b.
Haie Rog. 593. 13 a.
Hanſard Will. ibid.
Hamel Tho. 593. 66 a.
Hamton Petr. 594. 59 b.
Hantoneta Henr. 595. 3 b.
Hachen. Rad. fil. 625. 50 a.
Haia Rob. Rich. Rad. & Nicholaa 629. 30 a.
Hammervill Roger. & Waltr. 630. 50 a
Haraldi Will. f. 632. 28 a.
Hamonis Walt. f. 633. 31 b.
Haddona Avenella 646. 44 b.
Haverſerg Matth. 648. 86 a.
Hactorn Rich. 656. 28 a.
Harewd Will. 657. 65 b.
Hardingi Rich. f. 660. 4 b.
Haget Rad. 663. 24 a.
Hamonis Rob. f. 669. 43 b.
Haie Rob. 670. 66 b.
Hainton Margeria 678. 30 a.
Haneſel Michael. 680. 37 b.
Hargadon Hardwinus 682. 46 a.
Hamonis Will. f. 720. 51 a.
Harecurt Haſculphus 724. 55 a.
Halton Will. 723. 36 a.
Halton Samuel. ibid.
Hamel Gregor. ibid.
Hageth Galfr. 751. 14 b. 755. 11 b.
Haget Bertram 754. 3 b. 755. 30 a.
Haget Rolant———60 a.
Harper Will. 758. 58 a.
Halla Guarinus 760. 56 a.
Hamonis Will. f. 761. 6 a.
Hauton Jacobus 763. 62 b.
Halton Tho. & Roger. 769. 32 a.
Haget Gaufr. 769. 2 b.
Harecurt Will. 769. 32 a. 21 b.
Harecurt Rich. ibid.
Harecurt Rob. 825. 9 a.
Harecurt Rich. 933. 56 a.
Hagar Hug. & Will. 606. 40 a.
Haia Aldeburga 772. 54 a.
Halton Will. 780. 20 b.
Harundel Wido 781. 32 a.
Hamonis Will. f. 792. 16 a.
Haburr Bernard 795. 31 b.
Hach Osbernus 802. 58 a.
Hamden Alexand. & Maria 803. 11 a.
Harland Roger. 804. 12 b.
Hande G. 805. 36 a.
Hamby Walter.——— 58 b.
Hair Rog. 807. 39 b.
Haconis Tho. & Will. fil. 809. 52 a.
Hardingi Rob. f. 814. 50 a.
Hamundi Brad f. 823. 44 a.
Hamerus ibid.
Hacun Will. fil. ibid.
Haget Bertram, Galfr. & Gundreda 827. 44 a. 49 a. 30 b.
Halton Will. 834. 20 b.
Haloghby Will. 837. 55 b.
Harington Will. v. I. R.
Haget Bertram & Faricius 842. 34 a.
Haſelerton Joh. 842. 34 b.
Hadlin Rich. 843. 29 b.
Hale Sim. 845. 34 a.
Hathcriſt Henrici. 857. 44 b.
Hanſelin Galfred. 862. 14 a.
Hallai Will.———57 a.
Hamonis Will. fil. 867. 56 b.
Halwri Gervaſius 868. 28 b.
Halton Johan. & Walrann. fil. 879. 46 b.
Haskwy Rob. fil. 880. 36 a.
Hanton Helewiſ.———46 a.
Hagh Rich. & Amfridus 881. 29 a.
Hardeſhul Joh. 882. 16 b.
Haget Bertram. & Will. 883. 33 a.
Hamma Geraldus———6 a.
Have Humfridus 894. 22 b.
Halington Germund. 895. 4 a.
Hakking G. & W. 902. 8 b.
Hadock Matth. 905. 40 a.
Hamton Will. 911. 5 a.
Haring Tho.———54 a.
Habeton Nich. & Will. 955. 8 b.
Harum Will. 816. 8 a.
Hanvill Will. 929.

Hamildon Will. 931. 38 b.
Hale Joh. 934. 22 a.
Haſelholt Tho. ibid.
Hale Joh. —— 38 a.
Harpeden Will. 935. 56 a.
Hawarden Will. 937. 36 b.
Haroteus Dux 1022. 48 a.
Harder Phil. 1004. 54 b.
Hamonis Galfr. fil. 1006. 58 a.
Hanceſgurth Will. & Roger. 988. 58 a.
Hanlaces Rich. 995. 40 a.
Halſted Rich. 1009. 44 b.
Hawreſham Rob. Nich. & Hugo 1016. 10 a.
Hartwell Galfr. 1016. 56 a.
Henricus f. Regis 53. 11 a.
Heremingus Presbyter 42. 1 b.
Heſterpius 4. 44 a.
Herbertus 4. 46 a.
S. Hebba 4. 67 a.
S. Helena 6. 20 b. 7. 8 b.
Hedda Wentanus Epiſcopus 7. 33 a. 58 a. 12. 6 b.
Her 7. 51 a.
Hetelwinus 7. 29 b.}
Hengiſt 12. 6 b.
Hemgiſtus 12. 46 b.
Herefertus 15. 1 a.
Herlewinus 18. 20 a.
Heathberta 20. 60 b.
Heabeorthtri 28. 39 a.
Herebertus 29. 28 a.
Heſcendena Edricus 30. 47 b.
Hethwerth Mervinus 49. 12 b.
Hegeddi Abbas 51. 30 a.
Hedda ibid.
Heremanus Epiſcopus 52. 15 b.
Hedda Abbas 69. 3 b.
Hedde Epiſcopus 80. 24 a.
Heane nepos Ciſſæ, v. Abbendon Mon.
Herrid 100. 32 a.
Heardherht frater ac Dux Æthelbaldi R. Brittanniæ 121. 5 b.
Hervy Rob. f. 106. 38 a.
Heſdyn Ernulphus 116. 20 a. 117. 12 a.
Heruualdus Epiſcopus 121. 66 b.
Heathored Epiſcopus 126. 40 a.
Hemmingus Monachus 134. 64 b.
Herebritus Dux 167. 62 a.
Heribaldus 170. 8 a.
Heliæ Rob. f. 175. 58 b.
Herie Rich. 179. 2 b.
Heabert Epiſcopus 177. 64 b.
Heatheret ibid.
Heraldus Dux 230. 10 a.
Heaberightus Comes 165. 2 b.
Hearbertus Dux 178. 6 a.
Heapsfeild Rad. 179. 37 a.
Headbeorthus Dux 190. 10 a.
Heafrethus ibid.
Hearforthus ibid.
Herbertus 245. 8 b.
Herefridi Reinaldus f. 246. 46 b.
Heavid Aderiz 248. 49 a.
Helcot Rob. 274. 9 a.
Heyſworth. Will. 275. 43 a.
Henley Rad. 275. 55 a.
Heryng 292. 4 a.
Hengham Rich. 296. 2 b.
Hereberd. Hereberd. f. v. I. R. 557. 60 a.
Heſle Hugo 321. 50 b.
Hegran Joh. 332. 64 a.
Herford Rob. 345. 56 a.
Heginton Auſkelinas 355. 44 a.
Heleſein Joſelinus 357. 18 a.
Helgon Wido f. 366. 14 a.
Hermetus 374. 46 a.
Helgoti Hechus f. 378. 7 a.
Hedlega Alanus & Will. 378. 38 b.
Herfredi Hamo f. 382. 26 a.
Heſtois Will. 387. 65 b.
Hernegrinus 380. 44 a.
Heddon Nichol. 394. 8 a.
Heton Gilb. ibid.
Heriz Rich. 398. 44 b.
Heriz Will. 399. 12 b.
Heriz Rob. & Gaufr. 646. 21 b.
Heriz Will. 886. 44 a.
Henricus Comes f. R. Scotiæ 399. 1 b.
Herveus v. Magnus.
Herebertus 400. 63 a.
Hermerii Rich. f. 412. 66 a.
Herbertus Camererius 422. 40 a.
Hernigand Tho. 444. 50 a.
Henham Gaufr. 460. 46 a.
Heron Rad. & Will. 461. 6 a.
Hereward Pagan. f. 469. 50 a.
Hedric Hudet f. 470. 10 a.
Herberti Petr. f. 473. 16 b.
Herlewini Rad. f. 676. 1 b.
Hewiſh Gilb. 477. 26 b.
Hereford Hugo 477. 56 b.
Herbertus filius Mathei, v. I. R.
Hereard Rich. Giarira, & Ela 483. 1 b.
Heſelwall Patricius 484. 40 a.
Herſay Baldwin. 488. 12 a.
Herbery Tho. ibid.
Heton Jordan. ibid.
Hereford Tho. miles 491. 66 a.
Henaud Alicia, v. I. R.
Heſelerton Anketinus 497. 56 b.
Henrici Rob. f. 499. 34 b.
Herberti Will. f. 508. 1 a.
Helton Alex. 513. 40 a.
Herton Rog. ibid.
Hemmehall Matildis, Claricia, & Henricus 515, 49 b.
Hengham Will. 516. 28 a.
Helgia Adam 520. 3 a.
Heyford Will. 523. 66 a.
Hertlington Will. 566. 4 a.
Herand Nich. 569. 18 a.
Heanus Vicecomes 581. 50 a.
Heldrici Paganus f. 583. 56 a.
Hertar Osbert. ibid.
Heſhton Will. 593. 66 a.
Heſdinch Arnulph. 598. 47 b.
Hertambilier Euſtach. 604. 26 a.
Henrici Will. f. 622. 5 b.
Herboldus 627. 45 b.
Helent Joh. & Godfr. 636. 30 a.
Heltoni Will. f. 640. 34 a.
Hetona Joh. 653. 65 a.
Hep. Rob. 663. 24 a.
Herlewini Rad. f. 665. 55 b.
Herberti Gaufr. f. 666. 42 a.
Heyford Rich. 681. 47 b.
Heltonis Rich. f. 691. 45 a.
Herteria Herbert. ibid.
Heriel Rich. 708. 14 b.
Harvei Henr. f. 731. 12 a.
Heiran Will. ibid.
Hertildis Comitiſſa de Ethetela 733. 9 a.
Hedun Rich. 753. 62 b.
Heylin Seiſil. f. 767. 38 a.
Herdeberew Hug. 771. 26 a.
Herthul Adam & Rich. 772. 1 a.
Herin Will. 773. 53 a.
Heremanni Walter. f. 781. 28 b.
Hedun Will. 795. 59 b.
Helewell Bernard 799. 12 a.
Herdby Brian. & Avic. 803. 8 b.
Henrici Ranulph. f. 828. 58 a.
Herberti Will. fil. 830. 41 a.
Heir Walt. 837. 5 a.
Herſey Maveſius 839. 20 a.
Hertford Rad. 848. 56 b.
Hervei Osbert. f. 854. 45 a.
Hediglea Will. & Rob. 857. 20 b.
Hell. Rog. v. I. R.
Heveford Henr. 865. 35 b.
Hervei Henr. f. 879. 66 b.
Heliſei Alan. f. 908. 22 b.
Herteſhorn Henr. 933. 56 a.
Hertmere Tho. 934. 22 a.
Hedinton Nichol. 960. 42 b.
Henand Alic. 961. 60 a.
Herbrandus 1020. 40 a.
Herbertivilla Rich. 1026. 24 a.
Hereward Hobba 1005. 39 a.
Hermeri Rich. f. 1009. 12 a.
Heſding. Reginald f. 983. 14 b.
Hernaden Rob. 1016. 18 a.
S. Hilda 4. 66 a.
S. Hilarius 6. 43 a.
Hiregaan 11. 64. a.
Hinloernus ibid.
Hin ibid.
Hilardus, v. I. R.
Hitheſtanus 36. 2 b.
Heddi 51. 31 a.
Hilda Abbatiſſa, v. I. R.
Hildelida 79. 28 a.
Hedithvidua 235. 59 b.
Hildredus 294. 35 b.
Hilary Roger. 361. 21 b.
Hidebertus Dapifer 186. 9 b.
Hilton Rob. 444. 22 b.
Hide Joh. & Rob. 461. 56 a.
Hida Joh. 498. 54 a.
Hilewit Joh. 531. 62 b.
Hibernia Rob. 533. 29 a.
Hildrick Walter. 603. 22 a.
Hikeling Petr. 633. 36 b.
Hilum Will. 643. 32 b.
Hyrſt Will. 656. 23 b.
Hikilton Rob. 657. 31 a.
Hilton Ada 776. 40 b.
Hilton Roger. 729. 40 b.
Hyringland Godfrid. 628 10 a.
Hilton Rob. miles, 968. 1 a.
Hironni Ernulph. f. 501. 57 b.
Hyntes Rob. 524. 4 a.
Hypoliti Henr. f. 846. 18 a.
Hindune Alan. ——— 52 a.
Hibernia Adam 905. 40 a.
Hydon Rich. 225. 16 b.
Hilton Alex. 968. 4 a.
Hoctu 23. 66 b.
Hocca Comes 24. 39 a.
Hosberht 27. 57 b.
Hrotuari 121. 46 b.
Hoies Henr. 153. 44 a.
Hou Rog. Can. ibid. 199. 44 b.
Hoſatus Walterius 186. 9 b.
Hocton Will. 238. 66 b.
Horn Regulus 282. 64 b.
Hoo Rob. 294. 32 b.
Horningwold Thomas 329. 30 a.
Horton Rich. ——— 63 b.
Holeburn Rich. 345. 56 a.
Howardus de Wicton. 346 32 b.
Horreſaſtus 355. 38 a.
Hovert Rich. 358. 14 a.
Hoſe Roger. ——— 47 a.
Hornby Will. & Landricus 388. 65 b. 394. 30 b. 401. 30 a.
Hornei Reginald. 394. 10 a.
Hosbertus Camerarius 399. 12 b.
Hoſtinus Gamellus ——— 38 b.
Hocton Albodus 418. 36 b.
Hormi Rad. f. 468. 42 b.
Hord Rich. 472. 28 a.
Ho Elias 476. 48 a.
Horton Rad. & Galfr. 486. 64 b.
Holland Swenus 487. 59 b. 660. 4 b.
Holland. Tho. & Johanna 489. 24 b.
Holand Rob. 544. 9 b.
Hoiland Steph. 773. 42 b. 808. 64 b.
Holand Rob. & Will. 905. 40 a.
Holandia Gerard. 917. 26 b.
Hotona Petr. & Rog. 500. 50 a.
Hornclive Lucia 501. 57 b.
Hog. Rog. 515. 12 a.
Ho Rog. ——— 19 b.

Hoch edez Jo. —— 56 b.
Hochelen Rich. 524. 40 a.
S. Honore Joh. 526. 1 a.
Hosa Osbern. 582. 3 b.
Hoc Roger. 583. 55 a.
Hornet Giraldus 588. 62 a.
Hosart Rich. 592. 36 b.
Housbot Jo. 602. 20 a.
Horton Joh. ibid.
Holm Siric 620. 6 a.
Hoetona Hug. 625. 61 a.
Holm Rog. 628. 10 a.
Hoscevel Will. f. 630. 18 b.
Hoppesorpi Rob. 631. 54 b.
Hosa Roger. 633. 40 a.
Hobrigg Gervasius 638. 42 a.
Hoderode Joh. 653. 6 a.
Hornby Herbertus 657. 1 a.
Hosdena Hug. 665. 65 a.
Hodenet Will. 679. 48 a.
Honyman Edu. 688. 10 b.
Holeherst Tostus 762. 42 b.
Horreby Phil. 767. 50 b.
Hodenet Baldwin. & Odo 781. 32 a. 49 a.
Horton Rog. ———— 42 b.
Horrennes Tho. 799. 12 a.
Höttringham Will. ibid.
Horsedon Hug. 802. 38 b.
Hontuna Rainerus 806. 11 a.
Holton Will. 808. 2 a.
Hotot Joh. 815. 56 b.
Horspoole Joh. 827. 62 a.
Hoderode Joh. miles 837. 29 a.
Horbiri Rich. miles 838. 20 a.
Hoton Humfr. & Rob. 840. 12 a. 51 a.
Hocreton Rad. 849. 30 a.
Hopperton Adam 858. 11 a.
Hoc Rich. 863. 46 b.
Hosatus Henr. Galfr. & Hugo 868. 22 b. 26 b.
Houton Picotus & Rich. 881. 29 a.
Houyl Henr. 889. 19 b.
Holmes Adam 892. 36 b.
Holmes Adam 892 36 b.
Hoghton Adam 904. 18 b.
Holdernes Simo 910. 66 b.
Hotun Adam 911. 5 a.
Holm Jacob. 916. 8 a.
Hoton Rog. & Rich. 917. 34 a.
Hove Walt. 933. 10 a.
Holinton Jo. 964. 53 a.
Hoddesake Rich. 973. 22 b.
Holiwell Laurent. 1001. 64 a.
S. Hugo Episcopus 6. 55 a.
Hwingendes 7. 56 a.
Hwatreda 19. 43 a.
Humbertus Dux 20. 55 a.
Humfredus nepos Willielmi de Albineio 30. 21 a.
Hulmets Rog. 49. 35 a.
Humez Rich. 413. 34 a.
Humez Rich. Constabularius 463. 12 b. 668. 16 a. 884. 48 a.
Humez Will. Lucia, Jordan. & Rich. 488. 64 b.
Humet Rich. 511. 28 b. 519. 29 b. 914. 26 a.
Humetz Will. 514. 30 a.
Hum Roger. 603. 22 a.
Humet Rich. 647. 56 a. 673. 40 a. 720. 50 b.
Humez Guido 844. 30 a.
Hubba, v. Algarus junior.
Humfredus Episcopus 76. 18 b.
Huna Sacerdos 91. 30 a.
Huchtredus Dux Wicciorum 120. 30 a.
Humberh Dux 123. 57 b.
Huithuse ibid.
Hwita Dux 138. 6 a.
Humbrightus Comes R. Burrehedi 139. 18 b.
Hugo Magnus Dux 154. 60 a.
Hugo Comes 161. 52 b.
Hugate Nichol. 171. 27 a.
Hurcwild Dux 229. 11 a.
Husdam ibid.
Hugolinus Camerarius 238. 30 a.
Hugonis Rob. f. 201. 66 a.
Hugonis Osbern. f. 246. 10 a. 320. 49 b.
Huc Dux 283. 49 b.
Humbertus Episcopus Martyr. 285. 40 a.
Hunstanton Henr. 296. 32 a.
Huntingfewd Petr. 300. 14 a.
Hutton Odoardus 328. 24 a.
Humfredus Comes 344. 10 a.
Huntingfewd Rog. & Walter. 357. 44 a.
Hungerford Roger. 361. 21 b.
Hunaldus 378. 20 a.
Hunt Rob. 397. 10 a.
Huddredus ———— 55 b.
Hulredus miles 398. 6 b.
Hugonis Rich. f. 427. 38 a.
Huntedon Gaufr. 430. 43 a.
Hunch Aluredus 435. 51 b.
Hurst Elias & Gilbert. 468. 4 b. 22 b.
Hugonis Rich. & Laurent. f. 476. 1 b.
Humfravill Henr. 478. 9 a.
Hulecot Joh. 496. 54 a.
Humbleton Emma 496. 60 b.
Huntingfeild Rog. 514. 36 b.
Hugechale Rog. 514. 52 b.
Huntingfeild Will. 533. 54 b.
Huntercomb Will. 535. 10 b.
Huscy Henr. 544. 52 a.
Huscy, v. I. R.
Huberti Seneschalli Ludovicus Baro f. 574. 31 a. 50 a.
Hugonis Osbert. f. 574. 23 b.
Huntley Tho. & Walt. 601. 10 b. 66 b.
Huntley Rob. 602. 20 a.
Hum. Rog. 603. 22 a.
Huntingfeild Will. 628. 24 a.
Huntingfeild Will. & Rog. 630. 12 a.
Humfridi Rocelinus f. 630. 50 a.
Hustacius senior 632. 28 a.
Hurell Rich. ———— 59 a.
Humfredi Rob. f. 641. 17 a.
Hursale Rich. ———— 20 b.
Huntingfeild Walt. 641. 61 b.
Hucha 667. 40 b.
Hundrel Rob. 671. 6 a.
Hulm Rad. 676. 6 b.
Huuel Rob. 682, 53 a.
Huitte W. fil. 778. 22 b.
Hulton Will. 780. 20 b.
Hundesfeild Godricus 804. 64 b.
Humberston Will. 821. 60 b.
Hugonis Walt. f. 833. 12 a.
Hugonis Humf. f. 841. 26 a.
Huberti Adam f. ———— 21 b.
Huctredi Normannus f. 842. 24 a.
Hurel Roger. 845. 4 b.
Hupton Humfr. 852. 28 a.
Honiton Odo & Rob. 880. 36 a. 46 a.
Hunton Halewis. —— 46 a.
Hultclo Gilb. 886, 49 a.
Hugonis Keyradanc. M. & G. f. 896 34 a.
Huthred Rob. miles 908. 66 b.
Hugonis Asegaras & Godfredus f. 909. 1 b.
Huch. Rog. & Gamellus f. 916. 56 b.
Hundemanby Roger. 917. 46 a.
Hurel Alex. 938. 39 a.
Hulkel. Joh. f. 938. 44 a.
Huscarl Rich. 1020. 6 a.
Humfridi Rob. f. 1004. 66 a.
Hugonis Rich. f. 1007. 3 a.
Hurant Will. 1008. 18 a.
Hubondus Cubicularius ibid.
Hurandi Rad. f. 1009. 12 a.
Hugonis Rob. Rich: Hug. Barthol. & Galfr. f. 1009. 12 a.
———— Adam & Will. 1019. 24 a.
Hugonis Rob. f. 987. 44 b.
Humfredi Humfr. f. 1017. 40 a.

I

S. Jacobus 5. 45 b.
S. Jakesley Rob. 248. 44 b.
Jarnegan Hug. 392. 61 b. v. Jernegan.
Jarnagoti Hug. f. 629. 18 b. 752. 62 b.
Ibeacsi Abbas 110. 28 b.
Ibstock Joh. 275. 25 b.
Ibstock Rich. 519. 54 a.
Ibstock Reginald. & Ingenulfus 769. 31 a.
Ichfeild Rog. 766. 46 a.
S. Idanus 4. 49 a.
Yeland Joh. 916. 10 a.
S. Germino Rob. 988. 62 a.
S. Jeronimus 6. 64 a.
Jerworth. Will. f. 721. 16 a.
Jernegani Hugo f. 629. 18 b.
Yeland Johannes 916. 10 a.
Yerdburgh Will. Rob. Joh. & Will. 556. 38 a.
Iketeshall Tho. & Gilbert. 514. 49 b.
Ikeford Barth. 528. 28 a.
Ilsigetonia Winot. 637. 50 a.
S. Ilsthwith 4. 55 a.
Illuc Episcopus 150. 34 b.
Ilgerius 586. 67 b.
Ila Joh. 504. 46 a.
Indractus 4. 23. a. 39 b.
Innocentius secundus & tertius 4. 27 a.
Ines 15. 16 a.
Innibertus 19. 24 a.
Ingelram 21. 20 a.
Innocentius Ecclesiæ Catholicæ Episcopus 54. 64 b.
Ingulf. 61. 30 a.
Ingeluus 68. 64 a.
Ingeram Joh. 75. 10 b.
Inguar Danus, v. I. R.
Insula Brianus 153. 17 b.
Ingulfus, v. Croylond Mon. 163.
Insula Rich. 273. 44 a.
Ingreda 286. 43 b.
Insula Rich. 301. 42 a.
Insula Walter. & Rob. 424. 44 a. 345. 56 a. 388. 52 a.
Instanvall Rad. 355. 39 a.
Ingeler. Will. f. 405. 38 b.
Ingleby Joanna, vide I. R.
Ingestre Hugo 468. 44 b.
Ingram Rob. 498. 54 a.
Inglos Will. 515. 54 a.
Ingennius Vitalis 521. 22 a.
Ingerid. Baldwin. f. 528. 18 a.
Insula Brientius, v. I. R.
Ingelramus 574. 10 a.
Insula Will. 620. 36 a.
Inkbern. Vtredus fil. 662. 51 a.
Insula Rich. 754. 65 a.
Insula Brien 760. 58 a.
Insula Gaufr. & Will. 760. 39 b. 60 a.
Ingebaldus v. I. R.
Inoc Galfr. 802. 26 b.
Ingetr. Joh. f. 832. 52 b.
Ingaldi Will. f. 914. 40. b.
Ingleby Joh. Tho. Ellen. & Cath. 968. 10 b. 24 b.
Yolfrida 170. 34 a.
S. Joseph ab Arimathea 3. 56 b. 6. 60 b.
Josephus ejus filius. ibid.
S. Johannes 5. 45 b.
Jordanus Cardinalis 108. 28 a.
Johannis Eustachius fil. 115. 66 a.
S. Johanne Tho. 186. 10 a.
Johannis Pagan. f. 238. 62 a. 252. 10 a.
Jordani Reginaldus f. 289. 80 b.
Johnson Rob. 402. 50 b.
S. Joseph. v. I. R.
Yowan Goh. Phil. 505. 37 a.
S. Johanne Joh. 524. 45 b. 527. 10 a.
S. Johanne Will. 528. 5 b. 532. 10 a.

S. Johanne Galfr. Rob. Ada & Will. 578. 62 b.
S. Johanne Rog. v. I. R.
Joidith Jo. 602. 32 a.
S. Johanne Joh. 645. 50 a.
Johannis Will. f. 647. 56 a.
S. Johanne Tho. 650. 31 a.
Johannis Will. f. 662. 19 b.
Johannis Euſtachius & Rich. f. 742. 56 a. 752. 40 b.
Jordani Gaufr. f. 760. 60 a.
Jonæ Wian f. 766. 3 b.
Jocelini Tho. f. 811. 56 a.
Johannis Pagan. f. 813. 22 b.
Jore Rog. 815. 6 a.
Johannis Odo f. 835. 63 b.
Jowan Jeavard. 863 b.
Jorworth. Torworth. f. 885. 30 a.
Johannis Matth. f. 897. 48 a.
Jorwerthgan 921. 6 a.
Johannis Rich. f. 941. 56 a.
Johannis Rob. f. 1018. 19 a.
S. Johanne Joh. ejus nuptiæ 788. 50 a.
Johannis Euſtach. f. 987. 42 b.
Ipra Will. 343. 30 a. 472. 41 b. 688. 44 a.
Ipris Jo. 944. 53 a.
S. Ythbertus Princeps 65. 21 a.
Ireby Will. 397. 2 a.
Ireby Joh. 886. 40 b.
Ireby Will. 928. 46 b.
Yroc Dux 229. 4 a.
Yceſter Joh. 1015. 23 b.
Iſlip Nichol. 251. 43 a.
Iſabellæ Rich. f. 637. 50 a.
Iſham Roger 682. 43 a.
Iſrael Will. 1009. 46 a.
Yſaia 5. 39 a.
Juſtus Epiſcopus London. 124. 56 a.
S. Juſtus Martyr 32. 63 b.
Jurminus f. Annæ Regis 87. 64 b.
Juri Rog. v. I. R.
Judeca Dux 125. 12 b.
S. Yvo 251.
Ivo Dapifer 185. 34 b.
Juditha Comitiſſa 249. 8 b.
Jurdan Rob. 474. 62 a.
Iwordby Ivo, v. I. R.
Juri Rog. 548. 6 a.
Yuus Joh. 600. 16 a.
Judas Humfr. 670. 64 b.
Ivonis Rich. f. 708. 57 b.
Juſtini Reſus, Joverd. Oen. & Hocl. fil. 720. 3 a.
Iwor Phil. f. 721. 16 b.
Ivonis Walt. f. 730. 28 a.
Ywen Gerwith 826. 46 b.
Ivonis Bern. & Walt. f. 828. 65 a. 3 b.
Ivignan Rob 884. 48 a.
Ives Will. 904. 41 a.

K

S. Katherina 45. 63 a. 6. 16 b.
S. Kalixtus 6. 29 a.
Kariphelego Will. Epiſcopus Dunelmenſis 42. 20 b.
Karle Miniſter Canuti Regis 277. 40 a.
Kartocu ibid.
Kayneſham Rob. 280. 38 a.
Kantelez Will. v. I. R.
Kaldecot Anskotus 332. 62 a.
Kantilupo Fulco 478. 36 a. 591. 64 b.
Kaiſneto Will. 688. 14 a.
Kaiſneto Roger. 595. 24 a. v. Caineto.
Karmino Rob. 587. 28 a.
Kailly Adam 639. 29 a.
Karleſune Alwricus 667. 43 a.
Karadoc. Morgan. f. 720. 46 a.
Kadwalad. Rich. f. 721. 16 b.
Kadugan. Malor. f.——— 16 b.
Kaove Rog. 754. 58 a.
Kaingham Humfr. 795. 33 b.
Kal Odo 809. 30. a.
Kaitona Will. 834. 20 b.
Kaignes Rob. Rad. & Will. 887. 33 b. 88. 16 a. 31 a.
Kardun Will. 889. 28 b.
Kanceſeild Joh. 892. 34 b.
Karlton Walter. ibid.
Knapton Michael. 909. 1 b.
Kaynes Will. 911. 7 b.
Karwindelaw Rob. 915. 1 a.
Karli Vrcatus 917. 12 b.
Karwet Juderius 921. 4 b.
Kaiſneto Rog. 595. 24 a.
Kenewaldus 9. 15 a.
Keneſwitha 101. 30 a.
Kenelmus 101. 51 a.
Kemeſford Nichol. 205. 56 a.
Kemp Alfricus 294. 22 a.
Keret D. Tho. 397. 2 a.
Ketelli Ormus f. 400. 50 a.
Keten Rich. 427. 43 a.
Kemeſei Henr. 461. 53 a.
Ketelbernus de Langdona, v. Hentwood.
Ketton Joh. 499. 43 b.
Kerſey Samſon 532 58 b.
Keiſni Roger. 593. 13 a.
Kele Rob. 602. 30 b.
Keneſare Osb. 614. 24 b.
Kemſton Wlnothus 627. 44 a.
Ketelli Rich. f. 632. 59 b.
Keſtwick Alfricus 658. 5 a.
Kenrid. Houel. f. 721. 16 b.
Kenrith. Wroun. & Heylin. f. ibid.
Kenan Mureduc. & Griffin. f. 825. 11 b.
Kelly Waſſaranc Kendyr. 825. 50 b.
Kerdiſton Will. 834. 18 a.
Kentwinus 835. 60 a.
Kenric. Rich. f. 885. 26 a.
Kergis Will. 889. 34 b.
Kedivor. Ediorwith. f. 893. 56 b.
Kendelu. Farder. f. 918. 64 a.
S. Kewit 1019. 59 b.
Kelly Joh. miles 1002. 18 a.
Kineard 14. 18 b.
Kintwynes 15. 60 a.
Kyme Phil. 47. 24 a.
Kyme Simo 392. 34 a.
Kyme Phil. 656. 65 b. 808. 60 b.
Kyme Will. & Simo 809. 3 a. 811. 20 a. 844. 28 b.
Kyme Simo. v. I. R.
Kyneſwida 64. 36 a.
Kineburga 108. 50 a.
Kinwardus 129. 10 a.
Kin Egelricus 132. 26 a.
Kinolſmarch Will. 171. 43 a.
King Oliverus Epiſcopus Bathon. v. Bathon. Mon. 184.
Kinemandus 234. 27 b.
Kilkenny Will. 241. 46 b.
Kirkton Alanus & Joh. 251. 46 a.
Kinſarton Allſardus 303. 50 b.
King Colemannus 337. 44 b.
King Walt. 514. 26 b.
Kirkby Joh. 386. 29 b.
Kilwarby Alanus & Brianus 393. 22 a.
Kirton Gilbertus 402. 22 a.
Kitt Wigar. 431. 4 a.
Kinwarton Alex. 473. 35 b.
Kingſton Barthol. 505. 66 a.
Kinardeſley Hugo 505. 42 a.
Kynebell Will. & Joh. 523. 47 a. 524. 40 a.
Kintona Will. 559. 19 a.
Kideman Alfricus 636. 3 b.
Kypus Rob. 653. 6 a.
Kirkby H. 654. 46 a.
Kriggleſton Tho. 657. 44 a.
Kirkby Rich. 707. 35 b.
Kingſton Nich. 724. 50 a.
Killum Steph. 754. 3 b.
Kingſton Jordan. 763. 63 b.
Kilvington Joh. 778. 8 a.
Kyre Nigellus 802. 23 b.
Kingſton Nich. 814. 58 b.
Kilkenny Will. 849. 66 a.
Kynardeſley Hug. & Walter. 864. 50 b.
Kingſton Laurent. 865. 38 b.
Kingſlee Rich. 891. 51 b.
Kiverdall Alex. 902. 5 b.
Kina Will. 909. 10 b.
Killingholm Billehead.——— 66 b.
Kirkby Rich. 916. 10 a.
Knivet Jo. 944. 50 a.
Kolumkilles 1. 34 a.
Knogvile Bogo 382. 50 a.
Koel Will. 466. 64 b.
Knokbrok Walter. 505. 24 a.
Kok Henr. 542. 2 a.
Kok Reginald. 639. 29 a.
Knovile Gilb. 941. 57 a.
Kuſin Rog. 75. 24 b.

L

LArdirarius Regis Johannes 75. 28 a.
S. Laurentius 5. 59 b.
Lanfrancus 18. 11 a.
Laurentius Preſbyter 24. 58 b.
Lambertus 143. 36 b.
Lacy Walter 113. 46 b. 116. 44 b.
Lacy Hugo f. Willielmi 115. 40 a. 118. 40 b.
Lacie Gilb. 308. 16 b.
Lacy Ilbertus 390. 20 b. v. Hilbertus 371. 40 b. Rob. f. ejus ibid.
Lacy Edmund. 483. 39 a.
Lacy Rob. 487. 60. b.
Laſcy Walter. 504. 10 b.
Lacy Hugo & Roſa 600. 3 a.
Lacy Rob. Hilbertus, Hawiſia, Henr. Rog. & Gilb. 648. 50 b. 650. 50 a. 652. 39 b. 676. 21 a. 684. 66 b. 861. 52 b. 862. 31 b. 863. 50 a. 62 a. 892. 33 a.
Laceiorum progenies 725. 65 a. 56 b. 826. 60 a. 905. 62 a. 746. 41 b. 779. 20 b.
Lacy Adam 781. 65 b.
Lacy Hugo 783. 52 a. 837. 12 a. 845. 40 a. 846. 26 b.
Laceiorum Hiſtoria, v. I. R.
Landblethien Walter. 162. 7 b.
Lamwath Alſius 237. 1 b.
Lane Joh. 273. 31 a.
Langton Rob. 280. 60 a.
Lanerd Stigandus 292. 62 b.
Lamberti Walter. f. 313. 3 b.
Lasp Hugo 328. 24 a.
Latimer Rad. 346. 30 a.
Latimer Rich. 424. 33 b.
Latimer Will. 498. 53 a.
Latimeri genealogia 678. 66 a.
Latimer Will. D. 944. 50 a.
Landelei Rad. 346. 30 a.
Langcot Rich. 360. 28 a.
Laſcellis Rob. 373. 24 b.
Laſceles Tho. 401. 2 a.
Laſcells Will. 403. 53 b.
Laſcellis Picotus 661. 9 b.
Laſcells Rob. 730. 19 a.
Laſcell P. 759. 59 b.
Laſcells Rog. & Picot 806. 4 a. 810. 58 a. 819. 16 b. 923. 63 b.
Laſceles Alan. 886. 32 b.
Layborn Wymerus 401. 2 a.
Langthorn Will. 403. 53 b.
Langtoft Will. 405. 39 b.
Lanvall Will. 432. 54 b.
Lamara Hamo 438. 16 a.
Languetot Rob. 445. 44 a.
Lametot Rob. 460. 40 a.

Laidet Wiſchardus ibid.
Labbe Gaufr. 471. 57 b.
Laghell Tho. 478. 12 a.
Langley Will. 479. 26 b.
Laurelini Will. 484. 42 a.
Laybrun Rich. 485. 28 b.
Lappeford Henr. 507. 42 a.
Laiſton Roger. 509. 4 b.
Lanvall Will. 511. 29 b.
Lanvalei Will. 519. 30 b.
Labam Rich. 527. 66 b.
Lale Hug. 542. 39 b.
Langley Will. 565. 28 a.
Languetot Rodulphus 573. 34 a.
Land Euſtach. 578. 45 b.
Landrici Rad. f. 581. 28 a.
Lancingis Will. 581. 37 b.
Lalle Hervæus 628. 3 b.
Lamare Will. 659. 22 b.
S. Laudo Rad. deſponſavit Agnetem filiam Alani Buſſell 677. 63 b.
Lanceloni Rob. f. 682. 32 a.
Lancaſter Math. & Will. 704. 35. a. 706. 56 a.
Lancaſtr. Gilb. ejus progenies —— 30 b.
Lane Will. 768. 65 b.
Lacton Warinus 791. 28 b.
Lanum Rog. 807. 39 b.
Langton Rob. 809. 63 b.
Langtot Rad. 811. 3 b.
Langton Walt. 815. 51 b.
Langtoft Wlſtanus Forſtanus 832. 28 a.
Langton Rob. —— 40 a.
Lamcot Gerard. & Walter. 833. 14 b.
Lamb Leſwinus 835. 19 b.
Languetueit 835. 66 b.
Langole Galfr. 849. 41 a.
Lambertus 852. 26 a.
Lanvaley Tho. 868. 34 b.
Langriggs Adam & Tho. 886. 42. b.
Lathes Tho. et Will. Ibid.
Lake Derkin. 889. 10 b.
Laxington Joh. 892. 5 b.
Llandent 893. 53 b.
Lagus Gilb. f. 916. 52 b.
Laceles Will. & Tho. 923. 63 b.
Lacelis Gerard. & Alanus 1032. 23 a.
Lach. Matilda 937. 33 b.
Lancelin Will. 938. 61 a.
S. Laurentio Roger. 1026. 26 b.
Langbrok Rob. 1001. 41 b.
Languas Walt. 1015. 18 a.
Land Will. 1007. 60 a.
Lacreſuera Rad. Gilb. & Galfr. 1009. 12 a.
Laruagyul 1022. 6 b.
Langford Hug. et Will. 1017. 20 a.
S. Leodegarius 6. 10 a.
S. Leonardus 6. 61 a.
Legior 7. 56 a.
Leofwina 31. 66 a.
Leiſſtanus Portarius 22. 9 a.
Leofwinus Decanus Dunelmenſis 42. 66 a.
Leofhus vir nobilis 52. 54 a.
Leofricus Epiſcopus 52. 14 b.
Leofwinus Dux 52. 18 b. 62. 19 a.
Leuſſi, v. Croc.
Leofric, v. Algarus junior.
Leiſing 75. 9 a.
Leofrina 84. 52 a.
Leving 103. 51 b.
Leofa ibid.
Leofwinus 130. 54 b. 140. 1 a.
Leofricus f. et Goudgiva uxor ibid.
Leofricus 200. 38 a.
Lega Rich. 207. 66 a.
Leofricus Exoniæ Epiſcopus, v. I. R.
S. Leonilla 227. 21 a.
Leowin Dux 229. 12 a.
Leyburn Rog. 230. 9 b.
Leofric Dux 238. 28 a.
Leofwin Dux ibid.
Leofſtanus 245. 48 a.
Leghia Steph. et Fulco 246. 6 a.
Leoftet 259. 39 b.
Leofwin Dux 261. 48 a.
Leofricus Comes, v. I. R.
Leſwaldus 286. 46 b.
Leomari Brithulfus f. 292. 66 a.
Leofgiva —— 62 b.
Leofſtanus dapifer 293. 40 a.
Leofgiva nobilis matronæ 293. 60 a.
Leofrici Comitis progenies 304. 30 b.
Leofwini Comitis progenies ibid.
Leſtanus 306. 20 b.
Leodegario Will. et Clerembold. 318. 60 a.
Lewellinus Princeps Walliæ 319. 24 b.
Leowricus puer, v. I. R.
Leofricus 368. 19 b.
Leofleda ibid.
Lewina v. I. R.
Leia Steph. 382. 23 a.
Leek Matth. Armiger 444. 40 b.
Levigar Rob. 463. 3 a.
Lewinus 469. 36 a. 469. 8 a.
Lega Will. et Nich. 489. 64 b.
Leye Mauric. 487. 20 b.
Lettewell Walter. 503. 26 a.
Lexenton Joh. 505. 60 a.
Lewellin Gornegan —— 28 a.
Leynham Joh. 517. 11 a.
Leichlade Galfr. 522. 12 b.
Leia Alanus 528. 39 a.
Leyham Matth. et Rob. 533. 24 b. 53 b.
Le Britt Joh. 541. 43 b.
Ley Jacob. ibid.
Lewellini Principis Walliæ David f. 557. 52 b.
Leſtani Will. f. 559. 20 a.
S. Leonardo Rob. 565. 28 a.
Leeds Paulinus, Petrus, et Ada 565. 34 b.
Legard Rich. 595. 14 b.
Leſteni Will. f. 626. 52 a.
Lenviſe Will. 631. 54 a.
Lecheſham Will. 636. 30 a.
Levont Rich. ibid.
Lenna Godricus 637. 34 a.
Lenveyſee Hamo 639. 29 a.
Leiburn Rog. 641. 61 b.
Letaldus 642. 1 b.
Letoldi Joh. f. 656. 5 a.
S. Leonardo Avicia 644. 46 a.
Lega Galfr. —— 64 a.
Leeleya Will. 656. 50. a.
Ledeſtan Jordan. & Walter. 656. 24 b.
Leiſing Rich. f. 659. 40 a.
Leiceſtan Hug. 672. 44 a. 677. 54 b.
Leſtrange Will. 670. 56 b.
Leydet Walter. 678. 49 a.
Leydet Chriſtiana —— 22 b.
Leydet Wiſcardus, v. I. R. 1018. 62 a. *v. Laidet.*
Leiceſtria Rob. 683. 64 b.
Leiborn Rob. 706. 28 b.
Ledred. Hug. f. 707. 9 b.
Leides Will. 708. 18 b.
Lenveiſells Rob. 729. 33 b.
Leverici Will. f. 730. 18 b.
Lecton Rich. 780. 66 a.
Lee Joh. 781. 43 b.
D. de Leghton Rich. —— 52 b.
Ley Rob. 782. 14 a.
Leya Hugo —— 40 a.
Lecton Will. —— 52 a.
Lega Rob. —— 46 a.
Leg Walter. & Henr. 792. 16 b.
L'enfant Will. 841. 19 b.
Leiceſtra Rog. 845. 1 a.
Lexington Joh. 849. 29 b.
Levetus 852. 26 a.
Lewis Rich. 862. 31 b.
Lechlade Galfr. 881. 49 b.
Lee miles Henr. 892. 5 b.
Legart Will. 897. 56 a.
Legh Gilb. 904. 22 b.
S. Leodegario Joh. 916. 59 a.
Lenham Rad. 940. 66 a.
Lega Galfr. 1026. 63 a.
Leiceſtria Rob. 1016. 54 b.
Leowinus 980. 44 a.
Leofwin Dux 991. 58 b.
Lewinus Comes 992. 24 a.
Letelyn Rich. 1012. 29 b.
S. Lilianus 4. 58 a.
S. Liſthinus 6. 3 b.
Livingus 9. 18 a. 21. 8. 9 b.
Lifchild 19. 55 b.
Liſthanus 20. 16 a.
Liulphus 42. 64 b.
Lincolnia Alanus 44. 23 a.
Ligulfus f. Memiani 45. 39 b.
Livorton Rob. 75. 37 b.
Lichfeild Will. 184.
Line, v. Polleſworth *Mon.* 197.
Limeſey Rad. 212. 6 b. 331. &c.
Livingus Epiſcopus, v. Taviſtok *Mon.* 217.
Lincoln. Joh. 237. 66 a.
Lincoln Wigodus 238. 30 a.
Lincoln Aluredus 280. 26 b. 429 49 b. 670. 39 a.
Lincoln Rob. 671. 4 a.
Lincolnia Aluredus 912. 8 a. 1023. 48 a.
Lindruge Will. et Godfr. 206. 22 b.
Liſures Fulco, Will. Racerius, Haman, et Hugo 246. 57 a. 247. 24 b.
Liſure Will. 460. 46 a. *v. Luſoriis.*
Liſures Albreda 831. 16 a.
Liſures Will. & Fulco 1017. 36 a.
Liſingus Strator 263. 12 a.
Liviet Gualterus 306. 33 b.
Linehall Walter. 320. 54 b.
Lintod Rich. & Oilardus 328. 24 a.
Lilla miles, v. I. R.
Livet Rog. 355. 24 a.
S. Lizio Matildis 370. 56 a.
Lintlega Rich. et Baldwinus 378. 40 b.
Ligolfi Utredus f. 389. 13 b.
Lindſai Rad. 389. 64 b.
Liolſe Odo f. 400. 40 a.
Lindſay Walter. 422. 40 a.
Lile Joh. 441. 48 a.
Lingan Joh. 444. 4 b.
Limeſi Galfr. 473. 23 a.
Limeſe Gerard. 830. 10 b.
Livet Will. 488. 12 a.
Lictilincton Simo 504. 16 a.
Lillingſton Will. 521. 23 b.
S. Licio Andr. 523. 44 a.
Liuri Will. 578. 59 b.
Livett Rog. 598. 59 a.
Linleg Phil. 614. 4 a.
Lira Will. 620. 4 a.
Lietmerus 625. 44 a.
Liſewis Godfr. Matilda, et Will. 636. 40 a.
Liulfus f. Cutwlphi 658. 40 a.
Liner Walter. 682. 49 a.
Lindſey Will. et Alanus 707. 46 b.
Lydell Barth. 789. 30 a.
S. de S. Licio deſponſavit Aliciam filium Gilberti de Gant. 833. 62 b. 834. 20 a.
S. Licio Simo 1017. 59 a.
Lyvett Joh. et Will. 837. 60 a.
Lyvett Nich. 849. 50 b.
Linni Alanus et Juliana 879. 56 b.
Liff Walter. 1005. 24 a.
Litlehae Tho. —— 30 a.
Lydeton Alan. 997. 66 b.
Loior 11. 65 a.
Loll Tho. 75. 42 a.
Loveland Mawte. 81. 24 a.
London Mauricius 114. 14 a. *v. Lundoniis*
Logis Gunildus 115. 6 a.
Loges Bigod 201. 4 b.
Longdon Rob. 273. 09 a.

Lothbrocus Danus 285. 36 a.
Loemer Willielmus 322. 42 b.
Longus Will. 328. 24 a.
London Will. 346. 30 a.
London Maurit. & Will. 425, 64 a.
Londonia Vctredus 429. 4 a.
London Otue 573. 21 b.
Logis Odardus 400. 20 a.
Longthwait Waldeuus 400. 22 b.
Longavilla Will. 402. 22 a.
Longchamp Osbert. 846. 4 a.
Longchamp Rob. 403. 34 b.
Longchamp Will. v. I. R.
Longchamp Hug. 519. 30 b. 845. 64 b.
Longchamp Steph. & Will. 528. 6 b. 782. 36 a. 532. 12 a. 783. 52 a. 792. 26 a. 833. 40 b. 841. 44 a.
Loſenge Herebertus 407. 15 a.
Longus Galfr. 425. 64 a.
Longus Elmarus 436. 19 b.
Lovell Rich. 487. 20 b.
Lovell Hug. 678. 60 a.
Lovell Rob. 817. 63 a.
Louburgh Will. 496. 34 b.
Lovell Will. 849. 28 b.
Lovain Jocelinus 505. 57 b. 843. 11 b. *v. I. R.*
Lonnesburg Will. 523. 52 b.
Longeſpee Matilda 540. 13 b.
Loſing Herbert. 545. 43 b.
London Rich. & Will. 586. 60 a.
Londonia Mauritius 719. 66 b.
London Joh. 936. 23 b.
Londoniis Rengerius 1005. 56 b.
Longus Walterus 644. 64 a.
Lorimer Tho. 653. 1 a.
Lociſdal Rob. 662. 51 a.
Longland Breſtricus 665. 51 b.
Lobeho Tho. 674. 60 b.
Loerenne Hug. 677. 34 b.
Lovet Rob. 686. 61 a.
Loneſdale Will. 708. 18 b.
Lohareng Will. 776. 62 a.
Loith Griffin. & Luhard. 781. 20 b.
Loholt Elias 835. 56 a.
Lovetot Joh. 844. 66 b.
Lover Rich. 868. 53 b.
Louthre Joh. 886. 32 b.
Lou Rob. 931. 31 a.
Loſlock Gralamus 937. 33 b.
Loryng Nigellus miles 964. 38 b.
Longus Walterus 1005. 18 a.
Lodington Hug. & Mattheus 1017. 54 b.
Luduerth 2. 48 a.
S. Lucia 4. 2 b.
S. Luceus ibid.
S. Lucas 5. 49 b.
Lulla 9. 45 b.
Lupus Trecaſienſis Epiſcopus 10. 64 b.
Lutherius Epiſcopus 49. 37 b.
Lundonia Leoffi 61. 36 a.
Lubba, v. Algarus junior.
Lucy Rich. & Avelina 153. 17 a. 443. 82 a. 435. 6 b.
Lucy Rich. 335. 52 b. 687. 17 b. 433. 1 b.
Lucy Reginald. v. I. R.
Lucy Rich. 463. 52 b. 473. 56 a. 513. 35 b.
Luci Will. 600. 8 b.
Luci Walt. 605. 60 b.
Lucy Rich. 643 29 a.
Lucy Godfr. 731. 6 a.
Lucy Rich. 773. 62 b. 846. 64 b. 889. 56 a.
Lucy Antho. 887. 3 a.
Luſcy Rob. 889. 20 b.
Lutterell Jacobus 160. 60 b.
Lutterell Alex. 476. 22 b.
Lutterell Galfr. 508. 4 a. 863. 50 a.
Lupus Hugo 200. 38 a.
Luricus Dux 284. 32 b.
Lucia filia Algari Comitis Leiceſt. v. I. R.
Lumbardus Rich. 308. 46 b.
Lunſpey Matildis, v. I. R.
Lund Will. 424. 63 b.
Lumigi Alfredus f. 463. 3 a.
Lucerna Giffardus & Herebertus 465. 6 a.
Lugaton Galfr. 483. 60 b.
Luſoriis Will. 521. 24 a. *vide Liſures.*
Lueton Barth. 523. 18 b.
Luuell Edu. 527. 24 a.
S. Lupo Will. 562. 4 b.
Lumbaley Rad. 621. 24 b.
Lunguilers Clementia 652. 44 a. 659. 16 b.
Lunda Aſchetillus 656. 50 a.
Lunguilers Joh. ejus progenies 659. 28 b.
Lunguilers Eudo 663. 16 a.
Lungjeamb Henr. 662. 60 b.
Luuell Rad. 671. 4 a.
Luuell Walt. 681. 43 b.
Luuel Will. 729. 33 b.
Luuell Rob. 830. 43 a.
Lunes Rob. 703. 47 b.
Lunetot Will. 731. 6 a.
Lunel Adam 754. 1 b.
Lunel Rob. 760. 6 b.
Lunetot Nigellus 771. 54 b. *Margareta uxor ejus.*
Luuall Fulco 802. 9 b.
Lunda Nich. & Joh. 805. 12 a.
Luuetot Rich. et Hugo 808. 7 a.
Lucellis Hugo 829. 40 b.
Lundoniis Rad. 831. 60 b.
Luuetot Matilda 836. 52 b.
Luſignan Guido 849. 66 a.
Lucæ Rich. f. 868. 51 b.
Ludeſey Raun. 886. 48 a.
Luda Siwat 895. 16 a.
Luvel Will. 916. 8 a.
Luuepitt Andr. 929. 26 b.
Luſcot Joh. 963. 59 b.
Luff Rich. 964. 37 a.
Lupus Steph. 1020. 9 a.
Luda Hawiſia 1012. 45 b.

M

MArtinel 2. 48 a.
S. Maria 4. 2 b.
S. Martha ibid.
S. Mamilla 4. 4 b. 227. 20 a.
S. Maria 5. 14 b.
S. Matthia 5. 49 b.
S. Marcus 5. 50 b.
S. Mauricius 6. 16 a.
S. Maricus ibid.
S. Marcellianus ibid.
Magonius 10. 32 a.
S. Martinus 6. 35 a.
S. Macutus 6. 60 a.
S. Maria Magdalena 6. 5 b.
S. Margareta 6. 6 b.
S. Marina 6. 23 b.
Martinus Turonenſis 10. 28 b.
Maſcuſius 17. 24 a. *v. Archipirata.*
Magnavilla Gaufr. 18. 32 a.
Maundevilla Joh. 49. 66 a.
Mundevill Ansk. 49. 11 b.
Mandevill Will. 143. 36 b.
Magnavilla Gaufr. 186. 9 a.
Maundevill Rob. 279. 64 b.
Mandevill Will. et Rob. 345. 56 a.
Magnavilla Will. et Gaufr. et plures illius familiæ. v Hurley *Mon.* 363. 379. 6 a.
Magnavilla Baldwinus 406. 54 a.
Magnevill Andr. 428. 39 a.
Mandevill Wil. et Rad. 430. 56 a. 432. 52 b.
Magnavilla Gaufr. v. I. R.
Mandevill Arnulph. 460. 2 a.
Mandevill Will. 511. 27 b.
Magnavilla Roger 570. 64 b.
Mandevill Will. 604. 60 a. 640. 14 a. 34 a. 643. 33 b. 666. 23 a. 704. 30 a. *v. I. R.* 760. 47 a. 778. 22 b. 1026. 60 a. 889. 40 b.
Matildis 21. 64 b.
Madridus 43. 10 b.
Maldrethus 41. 16 a.
Maydulſus Scotus fundator Cœnobii Malmsburienſis 49. 20 a.
Maleyt Will. 68. 66 a.
Malherb Vctredus 75. 41 a.
Maul Steph. —— 64 a.
Malet Henricus 75. 19 b.
Marthon Roger. 81. 24 a.
Matilda ſive Maute Regis filia ibid.
Mann Tho. 86. 2 a.
Manfredus Cardinalis 108. 26 a.
Maynard Edu. 153. 47 a.
Mayner Reignald. & Matilda 916. 47 a.
Maynard Will. 1001. 41 b.
Marr Will. 171. 40 a.
Malolacu Petr. 153. 20 b.
Malolacu Petr. & Iſabella 800. 28 a.
Malolacu Petr. 841. 24 a.
Malet Rob. 161. 56 b.
Maminot Hugo ibid.
Maminot Walkelinus 1017. 53 a.
Maltæ Geolphus f. 166. 34 b.
Maunſell Joh. 171. 30 a.
Maunſell Joh. Theſaurarius 258. 43 b.
Manſeldi Joh. 171. 42 a.
Marmion Rob. v. I. R. Miliſent uxor ejus 198. 66 b.
Marmiun Albred. 205. 50 a.
Marmion Will. 331. 48 b.
Marmion Mawſerus 335. 20 b.
Marmion Rob. —— 55 b. 440. 42 b.
Marmion Will. 440. 42 b.
Marmion Joh. 602. 4 a.
Marmion Rob. 640. 50 a.
Manceſtria Walchelinus 199. 21 b.
Malbanc Will. 201. 1 b. 383. 4 b.
Maci Hamo 201. 3 b.
Maſſie Hamo & Rich. 484. 40 a.
Maſci Hamo 891. 48 b.
Maci Hamundus 985. 53 b.
Maci Rob. 986. 53 b.
Mara Hug. 201. 42 b.
Madin Rich. & Gilbertus 206. 63 a.
Malvernia Rob. 207. 14 a.
Mareſchallus Ernaldus 207. 28 b.
Mareſchallus Joh. 230. 63 a. 358. 43 a.
Mareſchallus Hugo 364. 37 a.
Mareſhall Eudo 391. 66 b.
Mareſchallus Walkelinus 461. 58 a.
Mareſchallus Herveius 519. 16 a.
Marſhall Eva & Walter. 557. 49 b.
Mareſchall Rob. & Simo 637. 4 a.
Mareſchallus Will. 657. 47 a. 704. 66 a. *v. I. R.* 804. 36 b.
Mariſco Steph. & Galfr. 239. 30 a.
Maſſington Henr. & Aelricus 246. 60 b.
Malgerus 249. 34 a.
Mala-terra Galfr. 272. 51 a.
Malebranch Roger. 272. 50 b.
Marreward Tho. & Galfr. 280. 36 a.
Martel Willielmus 280. 56 a.
Maynard Regulus, v. I. R.
Mauricius Willielmi Conqueſtoris Cancellarius 289. 24 b.
Manant Rob. 292. 36 a.
Manning 293. 31 a.
Matilda ſoror Hugonis Comitis Ceſtrenſis 305. 20 b.
Matilda }
Mabilia } *ſorores & hæredes Radulſi*
Margeria } *Comitis Ceſtren.* 305. 22 b.
Cecilia }
Malſerus Rad. 326. 28 a.
S. Maria Jordanus & Adamus 329. 60 a.
Manant Rob. 331. 1 a.
Manant Rad. —— 66 b.
Manant Joh. 333. 46 a.
S. Martino Aluredus 335. 53 b.
Malet Rob. & plures illius familiæ, v. Monaſterium Eyenſe 356.

Malus Nepos Rob. 357. 18 a.
Marl Will. 358. 43 a.
Martell Will. 358. 18 a. 379. 6 a.
Magni Ormus f. 360. 37 b.
Maſcherell Walterus 364. 37 a.
Maminot Walchelinus 381. 60 b.
Maiſnill Rob. 308. 26 a.
Mara Will. —— 38 a.
Manigby Adam 393. 20 a.
Malebys Hugo 393. 20 a.
Marvall Hugo 398. 62 a.
Magnus Herveus 389. 40 b.
Maſon Joh. 402. 60 a.
Mowbray Roger. 405. 40 a.
Mariſco Joh. & Hawiſ. 408. 43 a.
Maleth Rob. & Will. 410. 32 b. 412. 2 a.
Martell Will. 413. 33 a.
Malebis Will. & Hugo 413. 50 b.
Marton Tho. ibid.
Malekake Alan. 413. 63 b.
Malekake Will. Galfr. & Alan. 497. 24 b. 499. 40 a. 731. 12 a. 617. 58 a.
Malekake Aſchetillus 916. 53 b.
Mayes Rob. & Walter. 425. 1 b.
Manner Will. 425. 66 a.
Manners Matth. 558. 39 b.
Manner Rob. 628. 58 b.
Manners Rob. v. I. R.
Manners Leo 839. 20 a.
Mawoners Mich. 838. 56 b.
Martyn Simo 427. 48 a.
Malerb Rad. 430. 41 a.
Martell Will. Galfr. Johan. Albreda, & Euſtachius 431. 20, &c. b.
Martell Will. 480. 49 b.
Martell Rad. 483. 40 b.
Martell Galfr. 640. 14 a.
Martell Hugo 962. 54 b.
Martini Joh. f. 431. 40 b.
Malet Rob. 437. 50 a.
Malet Rainerus 487. 64 b.
Malet Will. 519. 32 b.
Malet Rob. 524. 40 a. 555. 62 b. 643. 30 a.
Malet Albericus & Simo 917. 68 b.
Markham Jo. 444. 40 b.
Martini Rob. f. 445. 10 a.
Mathony Rog. —— 44 a.
Makerall Walter. 438. 62 a.
Mariſco Rob. 462. 18 a.
Martus Will. —— 29 b.
Malveyſin Hugo, v. Blithbury *Mon.* 468.
Maleherb Joh. 476. 3 b.
Martyn Edmund. 477. 22 b.
Matthei Rad. f. 482. 56 a.
Manegheden Ailena 483. 2 a.
Makerell Rich. & Joh. 483. 10 b.
Mariſcis Rob. 488. 60 b.
Martini Will. f. 489. 6 a.
Malbys Rich. 500. 52 a.
Maunſel Walter. 686. 30 a.
Maunſel Rad. 507. 26 b.
Maunſell Petr. 580. 40 a.
Maunſell Gaufr. 592. 4 b.
Maunſel Joh. 614. 36 b.
Maunſell. Will. 621. 58 a.
Martini Nich. f. 510. 43 a.
Malaopera Will. —— 40 b.
Maleſoveres Will. & Tho. 510. 40 a.
Mannyng Henr. 515. 46 a.
Malorie Rich. 518. 52 a.
Malory Aſchetellus 519. 16 a.
Mara Petrus 519. 32 b.
Manduit Joh. ibid.
S. Martino Hugo & Petrus 522. 20 b.
Mare Joh. 534. 66 a.
Manduit Joh. 434. 67 a.
Mauricius Willielmi Conqueſtoris Cancellarius 555. 60 b.
Marton Joh. 562. 4 a.
Malebiſs Hugo 562. 40 b.
Mabiliæ Gilb. f. 565. 18 b.
Malus-Conductus Will. 574. 29 a.
Martini Rob. f. 577. 64 a.
S. Mannuell Rob. 578. 44 b.
Maiſnill Tho. ibid.
Matildæ Radulf. f. 580. 2 a.
Mara Henr. 583. 26 b. 590. 30 a.
Mara Will. ibid.
Mahel Roger. 593. 12 a.
Mannet 595. 26 a.
Maiſnilio 597. 52 a.
S. Martino Aluredus 599. 30 a.
Mariſco Will. 601. 11 b.
Mantraid Will. 602. 35 a.
Malolacu Petrus 605. 66 b.
S. Martino Rob. 622. 46 b. 626. 66 b.
Maſſingham Will. & Gaufr. 628. 65 b.
Marceri Elias et Britnus f. 629. 19 b.
Malus Nepos Will. 631. 50, &c. a.
Macarius ibid.
Malenant ibid.
Maminot Walkelinus 640. 44 b.
Martini Rob. f. 645. 50 a.
Malaherba Rad. 646. 28 b.
Mantelli Turſtinus 646. 32 a.
Mariſco Rich. 648. 16 a.
Marton Patric. & Will. 655. 10 b.
Man. Will. 656. 24 b.
S. Maria Jordanus 657. 10 a.
S. Maria Alicia et Rich. ibid.
Malvilla Rob. 660. 30 a.
Malerb Ranulf. 663. 50 a.
Malet Will. 664. 6 b.
Mallett Rog. Camerarius 656. 20 a.
Maleth Hug. Rad. et Petr. 829. 60 b. 830. 10 a.
Maltravers Hugo 671. 8 a.
Mautravers Joh. 991. 26 b.
Maleſoures Galf. et Henr. 672. 22 b. 677. 60 a.
Matford Joh. 685. 32 b.
Martyn Will. 686. 34 a.
Machon Rad. —— 48 a.
Mara Joh. 720. 39 a.
S. Mauro Rog. 724. 50 a.
Malabeſtia Hugo 730. 31 a.
Mangevilan Rog. 731. 12 a.
Mautalent Gilb. 733. 34 a.
Malregard Rich. Heremita 733. 40 a.
Mathon Hugo 744. 48 b.
Malebiſs Hugo 754. 60 a.
Mungeri Turgis f. ibid.
Malebis Rich. 755. 13 a.
Martinus Will. 756. 30 a.
S. Martino Will. 763. 60 b.
Malbank Hugo, Petronilla, Will. et Adeliza 764. 20 a.
Madoc. Margeria f. 766. 6 b.
Mauueſin Joh. 772. 43 b.
Maltheby Will. 776. 33 a.
Malbys Will. et Hug. 778. 6 a. 12 b.
Malis Joh. 788. 58 a.
Mauuaſin Manaſſer. et Mabilia 792. 6 a.
Manduit Camerarius Will. 804. 36 b.
Manneby Turoldus 865. 46 b.
Mareis Rob. —— 47 b.
Malinton Hubertus 806. 20 a.
Maleſoures Petr. 817. 20 b.
May Rob. ejus progenies 819. 41 a.
Maydwell Will. v. I. R.
Maminot Walt. 820. 66 b.
Malabeſtia Gaufr. 823. 48 a.
Martini Rob. f. 824. 33 a.
ap Madoc 825. 30 a.
Mereduc f. Mailgum f. 126. 56 a.
S. Maria Jordan. 828. 36 b.
Mannethorp Walter. 832. 31 a.
Mare Robert. God. et Will. 835. 44 a.
Mar Rog. 839. 4 b.
Marton Baldricus 840. 50 a.
Malebiſs Rich. 843. 43 b. 53 b.
Mara Rob. ibid.
Mareſey Ranulph. et Roger. 848 60 b.
Maccus Liolfus filius 851. 52 b.
Malf Alex. —— 60 b.
Maluerer Asketillus 857. 40 b.
Marton Will. 858. 16 a.
Mariſcis Rich. 863. 50 a.
Marmion Joh. 864. 9 a.
Madoc Sim. f. 866. 26 a.
Mans Gilb. 864. 48 b.
Martini Rob. f. 868. 56 b.
Malicatulus Rog. 868. 16 a.
Malebiſſa Hug. 871. 16 a.
Mauclerc Petr. v. I. R.
Martini Lucas f. 883. 34 a.
Marcis Hereward. 887. 30 b.
Mabb. Owen. 896. 6 b.
Macus Petr. f. 908. 16 b.
Malaherb Martinus 911. 6 a.
Manley Petr. 912. 8 a.
S. Martino Rob. Alured. & Galfr. 916. 21, 36, 40 a.
Maltby Rob. & Emma 914. 54 b.
Marton Tedbaldus 916. 53 b.
Maltuna Will. —— 97 a.
Malerb. Will. 929. 7 a.
Maunton Matth. —— 22 b.
Manney Walter. & Margar. 961. 40 a.
Martini Nich. f. 1020. 30 b.
S. Madocus —— 19 b.
Malban Rad. 1024. 19 a.
Malbys Hug. 1030. 36 a.
Maſon Sim. 1005. 54 a.
Manand Rog. ibid.
Maſcarell Oſulphus 1007. 16 a.
Makarell Canevas 1008. 26 a.
Maburn 1010. 10 a.
S. Martino Rog. 986. 3 a.
Malbanc Hug. —— 29 a.
Malpas Letitia 986. 13 b.
Maillard Rich. ibid.
Merguid 2. 48 a.
S. Medridus. 6. 54 a.
Melkinus. 6. 53 b.
Mellitus Epiſcopus London. 24. 56 b.
Merley Will. 49. 40 a.
Merley Merialdus, Ranulphus, Gosfredus, Morellus, & Anſerus ibid.
Merlai Morellus 339. 16 a.
Medicus Will. 360. 50 a.
Merley Roger. 476. 48 b.
Merlai Roger. & Will. 497. 60 b.
Merlay Rob. 556. 28 b.
Merlay Fulco 581. 35 b.
Merlai Geffredus 620. 50 a.
Merlai Ranulf. 743. 50 a. *v. J. R.*
Merton Alicia 81. 24 a.
Mellent Rob. 106. 47 a.
Meaw Brictricus, v. J. R.
Meſchines Rad. 172. 28 b.
Meſchines Rob. Rad. & Will. 389. 64 a.
Meſchines Ranulph. 437. 64 b. 774. 20 a 986. 28 a.
Meſchynes Will. Osbern. & Hugo 986 28 a.
Melorius 191. 33 b.
Mercator Godfr. 20. 62 b.
Meinwarin Rog. 891. 48 b.
Meiſnilwaren Rich. 202. 20 a.
Merwina 219. 30 b.
Merch Henricus. Radulphus, & Euſtachius 246. 65 b.
Melborn Will. 273. 5 a.
Merchington Mich. 273. 10 b.
Melford Joh. 296. 3 b.
Melſa Tho. 398. 11 a.
Melbeth Medicus 400. 56 a.
Meynil Nich. 840. 14 b.
Meynil Roger. 428. 39 a.
Meynil Steph. & Nigellus 729. 39 b. 757 20 a. 754. 51 a. & 24 a. 731. 12 a.
Meynil Steph. Rob. & Henr. 732. 60 b.
Meynil Walter 778. 56 b.
Meynevilla Rad. 805. 16 a.

Mengin Ranulph. 436. 53 b.
Merchеſall Rob. 451. 5 a.
Merkleſton Adam 472. 28 a.
Merc Euſtac. 475. 12 b.
Medicus Will. 350. 60 a.
Mey Math. 481. 26 b.
Mell Bertramus 484. 40 a.
Medley Reimundus 488. 48 a.
Meyngaryn Rad. miles, v. I. R.
Meinfelyn Hamo & Alanus 522. 20 b.
Meyne Rad.——60 b.
Meyſi Rob. 528. 30 a.
Melicho Galfr. 531. 26 b.
Meduana Walter. 581. 46 a.
Meriton Rich. 583. 58 a.
Merſe Roger. 606. 40 a.
Melchint Roger. 620. 28 b.
Meald Simo & Godf. 622. 4 b.
Mendham Rob. Tho. & Anſgot. 631. 50, &c. a.
Menerrere Will. 687. 33 a.
Meleford Roger. 703. 44 a.
Meaux Mich. 705. 16 a.
Mepperſall Rob. 783. 10 a.
Meriot Joh. v. I. R.
Melſa Gamellus, Ketellus, & Joh. v. I. R.
Meſſingham Henr. 806. 20 a.
Mengi Joh. f. 810. 60 a.
Melham Tho. 831. 60 a. 837. 54 b.
Meleton Will. 837. 54 b.
Merch. Rob.——54 b.
Mercleſden Rich. 858. 13 b.
Medicus Henr. 862. 14 b.
Meredith Cradoc. & Lewellinus fil. 863. 12 b.
Merſa Joh. 864. 50 b.
Mering Galfr. 897. 54 a.
Medicus Henricus 908. 16 b.
Merc Euſtacius 910. 16 a. 44 b.
Medicus Joann. 910. 66 b.
Melleplas Johan. 932. 54 b.
Merton Hugo & Raynulph. 937. 16 b.
Mercer Rich. 638. 51 a.
Mewy Rich. 1002. 18 a.
Merchaund Adam 1013. 14 a.
Megro Rich. ibid.
Melinguarin Rog. Wido, Will. & Raynulph. 985. 56 b.
Melborn Joh. 991. 18 b.
Mercerus Walter. 1013. 28 b.
Menifel Hamo fil. 1015. 59 b.
S. Mildreda 6. 25 b.
Milchu 10. 48 b.
Mildreda Virgo, v. I. R.
Mildrutha 86. 3 a.
Milthruda ibid.
Myners Gilb. 111. 36 b.
Milredus Epiſcopus 122. 2 a.
Miglaſ Dux 123. 58 a.
Milaſ Dux 229. 18 a.
Miners Will. 321. 40 b.
S. Michaele Will. 333. 45 a.
Miliers Will. 339. 16 a.
Midleton Bernardus 398. 1 a.
Millers Hugo 416. 12 b.
S. Michaele Will. 461. 8 a.
Midleton Galfr. Rob. & Henr. 482. 61 b.
Mell Bertramus 484. 40 a.
Mimen Rad. 522. 44 a.
Mirefeild Ulfredus 565. 35 b.
Midleton Tho. & Petr. 566. 5 a.
Milleriers Humfr. & Will. 593. 12 a. 64 a.
Midenho Rich. 595. 26 a.
Milling Joh. 602. 35 a.
Milburg, v **Wenloc** *Mon.*
Midleton Rad. & Roger. 662, &c. 20 a.
Mydelington Huberti Ric. f. v. I. R.
Millum Walt. 705. 3 a.
Midleton Will. 705. 24 a.
Mileri Will. 836. 3 a.
S. Michaele Joh. 879. 64 b.
Midleton Adam & Rob. 908. 66 b. 1000. 43 a.
Morgan 2. 48 a.
Morgurned ibid.
Morchel ibid.
Morcant ibid.
Morgen ibid.
Moſes ibid.
S. Modeſtus 6. 12 a.
Mollo 13. 28 a.
Mordredus 7. 13 a.
Monteforti Rob. 44. 19 a.
Monteforti Hugo 289. 36 b. 370. 26 a. 548. 5 a.
Montefort de Henley, v. I. R.
Monteforti Hugo 573. 50 a. 641. 20 a. *v. Monford & Munford.*
Monteforti Alicia 833. 51 a.
Morealis Viecomes 49. 21 a.
Monteforti Alexan. 883. 42 b.
Mowbray Rog. 75. 22 b. 374. 56 a. 405. 40 a. 500. 56 a.
Molbrai Rogerus & Turgis 655. 30 a. 40 a.
Mulbray cognomen, v. I. R.
Mowbray Will. 839. 12 b.
Mowbray Walt. 840. 44 b.
Mowbray Rob. 753. 58 b.
Molberai Roger. 769. 48 b. 775. 52 a. 882. 52 a. 248. 24 a. *v. Mulbray.*
Molbray Roger. f. Nigelli de Albineio 1028. 2 b.
Molbray Albreda mater ejus ibid.
Monte Rich. 105. 28 a.
Morkarus Dux, v. I. R.
Monteacuto Will. 157. 44 a.
Montagu Will. 487. 20 b.
Monteacuto Will. 543. 36 b.
Montagu Will. v. I. R. Philipa filia ejus ibid.
Montacute Will. v. I. R.
Monteacuto Drogo 983. 62 a.
Morley Tho. 157. 26 b.
Morley Rob. 427. 5 b.
Morl. Alberedus 607. 9 a.
Morle Milo 621. 58 a.
Morles Ranulph. 663. 50 a.
Molineis Adam 159. 26 b. 591. 28 b.
Molineux, de Seton, Rich. 905. 40 a.
Mortania Will. 161. 52 b.
Morton Barthol. 781. 26 b.
Mortuna Alanus 831. 24 b.
Morton Joh. 964. 46 b.
Monevill Nigellus 161. 56 b.
Montebegun Rob. 193. 33 a.
Montebegun Ada 399. 40 b.
Montebegonis Rog. 507. 67 b.
Montebegonis Rob. 652. 18 b.
Montebegonis Rog. v. I. R. 663. 20 a. 30 a.
S. Morenna 227. 24 a.
Moyne Joh. 279. 48 b.
Moyne Oliverus 239. 36 a.
Moyne Berengar. 242. 30 a.
Montemoraci Adelida 247. 12 b.
Morcarius 271. 64 b.
Morba Galfr. 280. 48 a.
Modercop Alfricus 293. 9 a.
Mortuomari Roger. 300. 9 a. *v. I. R.* 557. 34 b.
Mortuomari Will. 457. 38 a.
Mortimer Edm. v. I. R. 913. 10 a.
Mortuomari Rob. 555. 12 b. 624. 36 b.
Mortuomari Phil. 636. 28 b.
Mortimer Edm. v. I. R. Matilda filia ejus, v. ibid.
Mortimer Hugo, v. I. R.
Mortimer Wolrannus 776. 38 b.
Mortuomari Rob. 824. 2 b.
Mortuomari Roger. 827. 10 a. 936. 22 b.
Mortimer Hugo 863. 50 a.
Mortimer Petronilla 889. 45 b.
Mortuomari Rog. 991. 26 b.
Monte-alto Roger. v. I. R.
Montealto Simo 691. 27 a. 828. 49 a.
Moin Roger. 313. 40 b.
Montpincun Will. & Fulco 332. 22 b. 344. 37 b. *v. Munpincun.*
Morvill Hugo 335. 20 b.
Morton Rad. 336. 12 b.
Mora Petr. 345. 56 a.
Monte Caniſo Will. 703. 52 b.
Monte Caniſo Dioniſia 543. 38 a.
Monte Caniſo Hubertus 357. 12 a. 438. 62 a. *v. Munchaneſi.*
Monte Caniſo Hugo 468. 58 b.
Monte Caniſo Rob. 493. 53 a.
Monte Chenuſi Agn. 524. 55 a. 665. 33 b. 667. 50 b.
Morpian Rob. 358. 26, 66 b.
Morewood Will. ibid.
Montfichet Gilb. 370. 26 a. 482. 20 b.
Montfichet. Rich. ibid.
Montewarolt Ric. 376. 40 b.
Monkyten Will. 380. 40 a.
Morkeri Elias f. 393. 7 a.
Moriceby Hugo 397. 4 a.
Morini Herveus f. 398. 24 a.
Morton Steph. 418. 60 b.
Morvill Hugo 422. 40 a.
Moeles Nich. 427. 33 a.
Montegue Will. & Lucia 431. 14 a. 40 a.
Montinni Rob. 433. 50 a.
Montineto Rich. & Will. 457. 38 a. 460. 38 a.
Monievill. Petr. 460, 41 a.
Mores Reginald 465. 50 a.
Moun Joh. D. de **Dunſter** 477. 12 a.
Mohun Johan. v. I. R.
Moun Will. & Radulfus ibid.
Mone Guido 642. 11 a.
Mohun Joh. v. I. R.
Mohun Reginald. 928. 62 a.
Moun Will. 929. 7 a.
Mohun Alicia, v. I. R.
Monte Caniſo Warinus, v. I. R.
Mody Godricus 503. 24 a.
Monſterioles Theobald. 513. 34 a.
Mormed Rog. 515. 16 a.
Monte E. 527. 22 a.
Mora Amianus 534. 11 a.
Morton Rob. 524. 3 a.
Morter Wido 542. 36 b.
Monte Hermerii Rad. 543. 36 b.
Montegomeri Rog. 551. 26 b.
Montegomeri Ainfred 566. 42 a.
Roger. Vicecomes de **Montegomery**, *v. I. R.*
Montegomery Nich. 678. 38 a. *v.* **Mungomery.**
Morton Joh. 562. 4 a.
Morituen Rob. 646. 36 b. 646. 33 b.
Morton Petr. & Will. 655. 10 b.
Morevill Herb. & Rich. 562. 40 b.
Morin Rad. 591. 66 a.
Monemuta Gilb. Joh. & Walter. 601. 10, &c. b.
Monumeta Joh. 863. 50 a.
Money Rich. 940. 66 a.
Mondford Hug. 622. 34 a. *v. Monteforti & Mundford.*
Morevilla Will. 645. 26 a.
Montfaltrell Normanus 646. 24 b.
Monte Helias 650. 34 a.
Monte Tho. & Michael 656. 58 a.
Mohaut Simo 655. 10 b.
Mori Gaufr. ibid.
Montemorial Burchardus 667. 45 b.
Moine Joh. 678. 54 b.
Morgan. Liſun. f. 720. 12 a.
Mora Rob. et Philippus 724. 16 a.
Monteminori Will. v. I. R.

Monceaux Ingelramus 731. 12 a. v. Munſeaux.
Morevill Will. 760. 38 b.
Morevill Rich. 792. 16 a.
Morpath Petr. 801. 46 b.
Morcian Gunfr. f. 810. 60 a.
Morant Joh. 832. 21 a.
Monach. Acardus 833. 3 b.
Monby Joh. 836. 48 b.
Monteby Joh. 838. 23 a.
Moles Will. 839. 12 b.
Morevill Rich. & Will. 851. 52 b.
Moine Herveus 853. 52 b. Oliverus filius ejus ibid.
Moniaic Henr. 862. 14 a.
Morwich Hug. 868. 22 a.
Mora Joh. 879. 6 b.
Morevill Herbertus 883. 34 a.
Morevill Hug. 886. 45 a.
Montfichet Will. & Margareta 883. 52 a.
Montfichet Gilb. 889. 32 a.
Morinus 891. 46 b.
Mora Tho. 909. 24 a.
Montferant Imbertus 911. 51 a.
Morewich Hugo 914. 50 a.
Morand Roger. 917. 58 a.
Mora Pontius 935. 1 a.
Molend Will. 1025. 28 a.
Morevill Will. & Henr. 1026. 60 a.
Mora Huttredus 1006. 58 b.
Mucan 14. 40 b.
Mundevilla Joh.
Mundevilla Ausk. 49. 10 b.
Mundavill Rob. 513. 39 a.
Mundavill Nigellus 640. 34 a. 680. 42 a.
Mundavill Matilda 680. 42 a.
Mundavilla Ranulph. 754. 1 b.
Mundavil Elias 798. 39 a.
Mundevill Rad. 889. 40 b.
Manceaux Alanus & Ingaram. v. Monceaux.
Munceaux Alanus 911. 21 b.
Munceus Ingelramus & Alanus 917. 58 a.
Mucoel Dux 123. 56 a.
Muneſtan Ethelſtan 231. 36 b.
Muntfort Rob. & Turſtan. 247. 52 a.
Muntford Alexander 462. 65 b.
Munford Henr. 729. 19 b.
Muſtervill Fulco 331. 48 b.
Mulbray Rob. v. **Tinmouth** Mon. 333. v. Molbray.
Mulbray Rog. 562. 40 b.
Mulbray cognomen, v. I. R.
Munchaneſi Rad. 340. 44 a. v. Monte-Caniſo.
Murdak Nich. 828. 24 a.
Murdak Roſa 678. 42 a.
Murdak Hugo 484. 29 b. 864. 50 b.
Munk Hubertus 358. 43 a.
Muſca Will. 382. 26 a.
Murdak Henr. 476. 30 a. 747. 30 b.
Murdak Galfr. 388. 32 a.
Murdak Emiſant 394. 50 b.
Muſard Emiſant 388. 36 a. 397. 56 b. 392. 60 b.
Muſters Rob. 388. 14 b.
Multon Lambertus & Tho. 400. 57 b. 844. 58 b.
Multon Rad. 485. 67 a.
Multon Alan. 707. 43 b.
Multon. Joh. 779. 4 a.
Multon Tho. 886. 9 b.
Muſcegros Rob. 487. 20 b.
Muchgros Walt. 864. 50 b.
Muchgroſſ Rob. 928. 46 b.
Muchet Will. 493. 53 a.
Muſcham Will. 497. 42 a.
Muſchamp Hug. 849. 22 b.
Muſchamp Rob. v. I. R.
Muſchant Andr. 1019. 66 b.
Mulnam Will. 499. 38 b.
Mundham Steph. 514. 53 b.
Muncy Rad. 515. 60 a.
Mundun Rich. Gilb. Joh. & Will. 517. 33 a.
Mulerter Bernard. 526. 66 b.
Murton Nich. et Hugo 521. 40 a.
Murers Will. 529. 30 b.
Muſſenden Will. v. I.R.
Muſſenden Tho. 542. 3 b.
Munevilla Nigellus et Emma 560. 56 a.
Munfichet Alex. 578. 4 b. v. Montfichet.
Munfichet Will. 650. 34 a.
Munfichet Rich. 798. 10 a.
Mungai Rad. et Will. 657. 63 a.
Munbegun Roger. v. I. R.
Munbegon Adam et Matilda 663. 20 a. 30 a. v. Monbegon.
Munbegunia Jacobus 881. 29 a.
Muſcot Nich. 679. 46 a.
Muſtinus Ranulph. 709. 59 b.
Muntpincer Phil. 753. 58 b.
Munchulf Michael. et Ada 766. 24 a.
Mules Joh. v. I. R.
Mugg Steph. et Michael 792. 54 a.
Murers Will. 843. 29 b.
Mungei Will. 857. 40 b.
Munby Alan. et Eudo 881. 5 b.
Murabel Petr. 911. 6 a.
Mukelford Rad. — 21 b.
Mulcaſter Walter. 915. 1 b.
Muneſleg Rich. 925. 26 b.
Mungunel Rich. 1020. 9 a.
Mungumery Lucia 1018. 66 b. v. Montmery.

N

NAzanda Ernaldus 1006. 39 b.
Nanus Adam, v. I. R.
Naſe Reinaldus, v. I. R.
Novilla Radulph. 143. 64 b.
Nevill Hugo 310. 48 a.
Nevill Andreas 330. 50 b.
Nevill Hugo 429. 20 b.
Novavilla Walterus 345. 50 a.
Nevill Hugo 386. 56 a. 503. 42 a.
Nevill Rob. 405. 60 b.
Nevill Rad. 470. 10 a. 572. 40 a.
Novavilla Julanus 532. 54 b.
Novilla Hugo et Johannes 577. 28 a. 30 b.
Nevill Bernard. 653. 10 a.
Neovilla Galfr. et Hugo 659. 32 b.
Nevill Will. et Amabilis 662. 10 a. 664. 4 a.
Nevill Galfr. 662. 60 a. Mabilia uxor ejus ibid.
Nevill Petr. — 18 b.
Nevill Edm. ejus progenies 706. 44 b.
Nevill Rad. et Margareta 728. 27 b.
Novavilla Rad. 730. 40 a.
Neovilla Gaufr. 754. 3 b.
Novavilla Alan. 805. 10 a.
Nevill Rob. 806. 18 b.
Nevill Alan. junior 808. 58 b.
Nevill Petrus 810. 28 a.
Novavilla Gilb. 823. 44 a.
Nevil Rad. 827. 62 b. 840. 3 a. 31 a.
Nevill Alan. — 43 b.
Neovill Jacobus 902. 5 b.
Neovilla Edmundus 905. 40 a.
Nevill Hugo 915. 1 a.
Nevill Toraldus 916. 58 b.
Nevill Chivaler Joh. 967. 10 b.
Nevilla Arneiſ. 1019. 65 a.
Nevill Hug. 991. 64 b.
Nevill Hugo 73. 26 b.
Nevill Rob. 171. 43 a.
Nevill Joh. 192. 23 b.
Nevill Joh. 246. 46 a.
Newent Rob. 159. 48 b. v Nuuant.
Neſtingus, v. Amores illiciti, v. I. R.
Newarcha Rich. 265. 14 b.
S. Neotus, v. S. Neoti Mon. 368.
Neveris Will. 410. 6 b.
Newport Aldinus 461. 13 b.
Newport Adam 933. 56 a.
New Tho. 482. 54 b.
Negel Rob. filz. 523. 16 a.
Newby Rob. 525. 18 a.
Neweleis Joh. 532. 66 a.
Newham Reginald. 563. 18 a.
Newton Will. 629. 64 a.
Newton Rog. 719. 56 a.
Neirfort Ada 652. 10 b.
Novert Tho. 686. 37 a.
Newenham Fulco 689. 40 a.
Newby Joh. 705. 16 a.
Nes Odo 729. 64 b.
Newton Roger 911. 1 a.
Newenham Tho. 938. 33 a.
Netherbury Joh. 963. 64 b.
S. Nitus 6. 25 a.
S. Nicholaus —— 33 a.
Nimpha —— 27 b.
Nigellus frater Willielmi de Albineio 30 16 b.
Nicholai Radulf. f. 153. 20 b.
Nigelli Rob. f. 162. 60 a.
Nigelli Rich. f. 201. 5 b.
Nigelli Rad. f. 248. 33 a.
Nigelli Will. f. 265. 14 b.
Nicholai Iſabella f. 504. 22 a.
Nicholai Rad. f. 529. 19 a.
Nigellus Vicecomes 551. 50 a.
Nicholai Will. f. 578. 66 b.
Nicholai Rad. f. 621. 47 b.
Nigelli Johel. f. 643. 35 b.
Nigelli Aluredus f. 684. 30 b.
Nicholai Rad. f. 689. 12 b. 857. 38 b.
Niger Will. 705. 8 a.
Niger Johan. 768. 64 b.
Nigelli Will. f. 830. 40 a.
Nicholai Will. f. 832. 24 a.
Nigellus, v. I. R.
Nicholai Rad. f. 929. 3 b.
Nigelli Joel. f. 1026. 63 a.
Niweton Will. 1001. 66 a.
Niela Rob. 1008. 39 a.
Nigelli Rich. f. 986. 54 b.
Nothbalt 27. 58 b.
Nothelmus Archiepiſcopus 121. 56 b.
Novilla, v. Nevill.
Normanni Rob. f. 49. 3 b.
Nodehardus Comes 109. 11 a.
Novo-mercatu Bernardus 112. 14 a. 114. 46 b.
Novo-mercatu Jacobus 280. 4 b.
Novo-mercatu Bernardus, v. I.R.
Novo-mercatu Mahel. v. I. R.
Novo-mercatu Henr. 480. 61 a.
Novo-mercatu, v. I. R.
Novo-mercatu Will. & Jocelin. 518. 60 a.
Novo-mercatn Bernardus, v. I. R.
Novo-foro Joh. 661. 2 b.
Novo-mercatu Will. 672. 18 b.
Novo-mercatu Adam & Henr. 755. 21 a.
Novo-mercatu Roger. 831. 60 a.
Novo-foro Adam 835. 64 b.
Novo-burgo Hugo & Rob. 1013. 20 a. 32 a.
Normani Hugo & Will. fil. 116. 22 b. 119. 13 b.
Nortun Will. 179. 26 a.
Normanni Hugo f. 201. 3 b.
Novo-burgo Henr. 280. 28 a.
Novo-burgo Rob. 582. 1 b.
Novo-burgo Rob. 805. 10 a. 829. 56 b.
Novo-burgo Roger. & Matilda uxor 911. 38 a.
Norwald Joh. 296. 9 a.
Noell de **Hanſted** Tho. 300. 54 a.
Normanvill Geroldus 318. 58 b.
Novo-caſtro Daniel. 336 12 b.

Noth Rich. 340. 20 a.
Normanby Germannus 405. 60 b.
Northampton Tho. 476. 66 a.
Northwik Henr. 524. 41 b.
Noketon Joh. 554. 58 b.
Normanni Will. f. 559. 66 a.
North Will. 576. 36 a.
North Rad. 580. 1 a.
Nortona Roger. 584. 50 b.
Norwis Galfr. 606. 38 a.
Novofonte Hernanfridus 607. 2 a.
Norreis Sim. 637. 52 a.
Norfolcia Gilb. 639. 27 b.
Novant Roger. 642. 62 a.
Notton Roger. 662. 18 b.
Notton Gillebertus 663. 18 a.
Noers Henr. 672. 12 b.
Noiers Nich. 674. 14 b.
Normanni Adam f. 754. 3 b.
Noel 758. 36 a.
Noel Vctredus f. ibid.
Norfolc Rad. 832. 1 b.
Norris Hug. 833. 27 b.
Normanby Rich. 840. 43 b.
Norman Joh. 863. 44 b.
Normanvill Galfr. 864. 52 b.
Normannus 881. 62 a.
Norris Rob. & Joh. 905. 40 a.
Normanvill Rich. 933. 56 a.
Norwich Hug. 937. 61 b. 960. 23 a.
Northburgh Mich. 961. 63 a.
Norwiz Roger. 1005. 29 a.
Normanni Hug. Rad. et Roger fil. 985. 46 b.
Novant Roger. 1024. 34 a. 39 b.
Nuvant Rog. 161. 56 b. v. Newent.
Nuers Fulco 460. 4 a.
Nuiers Hen. Julian. et Rob. 676. 10 b. 40 b.
Nunney Will. 902. 48 b.
Nunnington Nich. 917. 32 a.
Nubond Rob. 1012. 60 a.

O

O. Hugo 704. 30 a.
O. Oba 121. 10 b.
Obra 100. 40 a.
Obburvilla Joh. 805. 59 b.
Ochetun Will. 75. 44 b.
Ochburn 582. 50 b.
Occa Danus Turgodus 129. 30 b.
Oclemannus 388. 34 a.
Occie Rad. 440. 1 b.
Occleia Joh. 486. 28 b.
Oda Dorobernenſis Archiepiſcopus 18. 16 b. 20. 66 b.
Odda 37. 44 b. 203. 40 a.
Odonis Will. f. 75. 9 a.
Oda Epiſcopus 105. 56 a.
Odo Cardinalis 108. 30 a.
Oddo, v. **Tewksbury** Mon. 153.
Odſton Helias 199. 48 b.
Odda 229. 30 a.
Odda Nobilis 230. 11 a.
Odonis Will. f. 231. 17 a.
Odelini Petrus & Rob. f. 246. 11 b.
Odulf. 284. 38 a.
Odonis Humfr. f. 231. 17 a.
Odilirius 375. 49 b.
Oderus 397. 56 b.
Odo 401. 40 b.
Odonis Will. f. 418. 9 b.
Odo Conſul. 581. 44 a.
Odonis Will. f. 619. 30 b. 864. 67 b.
Odonis Pagan. f. 691. 44 a.
Odonis Humfr. f. v. I. R. 761. 6 a.
Odonis Will. f. 781. 50 a.
Odgari Rad. fil. 809. 21 a.
Odo Campaniæ Comitis filius, v. I. R.
Odonis Rad. f. 809. 21 a.
Oeni Morgan. f. 478. 1 a.
Offord Rob. 549. 60 a.
Offricus 10. 6 a.
Offerdus Princeps 195. 46 b. 229. 30 a.
Offington Rad. 418. 58 b.
Offney Will. & Guido 475. 54 b.
Ogmar 12. 1 a.
Oghe. Oulardus f. 45. 40 b.
Ogeluuinus Abbas 134. 56 a.
Oggell Tho. 336. 11 b.
Ogerus 356. 56 b.
Offwerd Roger. 598. 88 a.
Offeni Guido 614. 29 b.
Offordi Will. f. 667. 39 a.
Oilli Fulco 802. 9 b.
Oilleio Nigellus 106. 19 a.
Oilley Rob.—— 3 b. v. **Abbendon** Mon.
Oleio Rob. & Nigellus 113. 60 a.
Oiley Nigellus. 212. 6 b.
Oiley Rob. 263. 24 b.
Oileo Nigellus 265. 54 a.
Oila Nigellus 469. 37 a. 650. 30 a.
Olleio Rob. 525. 50 b.
Oilli Rob. 472. 42 b. 645. 49 a.
Oilli Fulco 480. 60 a.
Oilli Tult. 521. 45 a.
Oilley Nigellus 681. 36 a.
Oilly Rob. Conſtabularius Regis 802. 59 a. Editha uxor ejus ibid.
Oyſall Rich. 564. 50 b.
Oyri Henr. & Fulco Domini de **Foxton** 674. 20 b.
Oildbeof Rad. & Petr. 245. 36 b.
Okeſton Alexander. 791. 28 b.
Oley, v. Oiley.
Oldbef Reignald. 321. 48 b.
Oliveri Hugo f. 507. 2 b.
Olney Will. 524. 40 a.
Oliveri Jordan. f. 587. 26 a.
S. Olavo Petr. 640. 27 a.
Oliſard David. 851. 54 b.
Oliſardus Roger. 680. 30 a.
S. Omero Will. 584. 48 a.
Oſmundi Galfr. f. 802. 35 b.
Omniſius Abbas de Begar. 810. 30 a.
Ondiſlaw Rogerus 380. 34 a.
Ondeby Hugo 519. 58 a.
Ontus Portarius Regis Scotiæ 1011. 54 b.
Oppenhore Alicia 483. 21 a.
Oppetun Petr. 613. 66 b.
Ordric Abbas 52. 21 b.
Orm 75. 34 a.
Ordgarus 103. 40 b.
Ordnothus ibid.
Ordwold ibid.
Orduuius 128. 13 b.
Ordina 153. 22 a.
Ordricus 136. 46 a.
Ordulphus avunculus Ethelredi Regis 218. 14 a.
Ormanus 230. 14 a.
Orcus fundator Monaſterii de **Abbotſbury** 276. Tola uxor ejus ibid.
Orgard Andreas miles 340. 50 a.
Ormus 355. 42 a.
Ormi Goſpatric. & Adam fil. 400. 65 a. 487. 59 b.
Ormesby Rad. & Simo 579. 64 b.
Ormsby Gilb. 805. 55 b.
Oreby Herbertus 809. 30 b.
Oresby Phil. & Simo 824. 4 b.
Oreby Phil. Phil. 891. 44 b.
Oreby Maria 728. 38 b.
Oresby Harpinus 910. 62 b.
Orby Johannes, v. I. R.
Ormi Goſpatrici f. 886. 48 a.
Ordiverus 1004. 24 b.
Orchalneſton Rob. 622. 64 a.
Ordini Fulcher. f. 628. 8 a.
Ormarii Tewinus f. 637. 64 b.
Ormi Hugo fil. 656. 26 a.
Orni Rand. f. 658. 24 a.
Orni Ada fil. 662. 16 a.
Orioll Rob. 683. 65 a.
Ormi Goſpatricus f. 708. 57 a.
Ordulphus Comes 995. 20 a.
Oſwaldus Eborum Archiepiſcopus 17. 26 a.
Oſlac 17. 42 a.
Oſgar Abbas 38. 48 a. 66. 35 a.
Oſevill Roger. 47. 29 a.
Oſlac Dux 66. 35 a. 169. 11 b.
Osferd ibid.
Oſgothunus, v. Algarus junior.
Oskitell 68. 43 b.
Oſchitun Will. 75. 44 b.
Oſricus 76. 24 b.
Oſulf Dux 86. 63 b.
Oſmir 102. 40 b.
Oſmundus Cancellarius Regis poſtea Epiſcopus Sarum 110. 16 b.
Oſherus Wicciorum ſubregulus 137. 40 a.
Oſwardus frater 144. 46 b.
Oſwius miles 167. 2 a.
Oſithe 197. 34 b.
Oſanna 199. 3 a.
Osbern. Hugo f. 201. 3 b.
Oskerwall Gilbertus 280. 40 a.
Oſwen pia fœmina 284.
Osfertus 286. 44 b.
Oſlac miles 288. 39 a.
Osberni Will. f. 311. 32 a. 551. 26 b.
Osferth Dux 353. 60 a.
Oſtnerus Hugo 361. 66 a.
Oſultus foreſtarius 521. 2 a.
Oſer Turſtinus & Editha 528. 60 a.
Osberti Roger. f. 545. 16 b.
Osberti Tho. & Albericus f. 637. 64 b.
Osberti Steph. f. 640. 46 b.
Osbertus 666. 56 b.
Osberti Will. f. v. I. R.
Osberti Simo & Will. f. 832. 56 b.
Oſmunderlaw Ranulph 886. 39 b.
Oskereſvill Joh. 1001. 2 b.
Osberni Sim. f. 985. 45 b.
Othenedus Dux 120. 26 b.
Othulfi Edwinus f. 232. 18 b.
Ottonis Hugo f. 300. 10 a.
Otrington Thalomeus 570. 62 a.
Ottringham Steph. & Rich. 799. 18 a 800. 10 a.
Othonis Will. f. 802. 26 b.
Otrington Rich. 846. 20, 38 a.
Otonis Humfr. f. 867. 56 b.
Otveri Will. f. 881. 14 b. 891. 24 b.
Oteringham Will. & Rich. 909. 50 b. 923. 42 a.
Owe Will. 46. 50 a.
Ovoc Comes 121. 10.
Overtona Rich. & Rob. 199. 48 b.
Ouſeby Rob. 275. 40 a.
Oudoceus Epiſcopus 545. 54 b.
Outi heremita 806. 60 b. Rich. f. ejus ibid.
Ovituna Hug. 1008. 50 a.
Oxenford Will. 105. 12 b.
Oxenford Hardingus 265. 14 b.
Oxonia Johan. 424. 61 a.
Oxonia Henr. 528. 24 a.
Oxeye Rich. 535. 12 b.
Oxſpring Matth. 660, 5 b.
Oxenden Henr. 673. 14 a.

P

P. Haganus 1. 10 a.
Patricius Hibernenſium Apoſtolus 1. 80 a. 10. 23 b.
S. Paulinus 4. 39 a.
S. Paulus 5. 40 b.
S. Pantaleon 6. 20 a.
S. Praxides 6. 17 b.
Pateſhull Simo 73. 27 b. 508. 3 a. 310. 48 a. 478. 34 a.
Pratellis Joh. & P. 193. 30 a.
Pratellis Roger. 528. 8 b.

Pratellis Petr. 555. 10 b.
Pratellis Ingelramus 567. 30 a.
Pratis Gaufridus 658. 4 a. v. Praiers.
Papeillun Havenandus 249. 64 a.
Papelion Toraldus 44. 20 a.
Paulus Abbas S. Albani 45. 65 b.
Paganu diſpenſator 49. 7 b.
Paganellus Rad. 73. 33 a.
Paſchalis Papa 87. 53 b.
Parkarus Tho. 155. 24 a.
Plafford Tho. 159. 30 a.
Patch Simo 179. 2 b.
Paganus 245. 5 b. 28. Roeſia Comitiſſa ſponſa ejus ibid.
Palmer Tho. & Gerardus 249. 64 a.
Palmer Robertus 255. 63 b.
Parkhull Joh. 273. 38 a.
Packington Tho. — 58 a.
Parco Roger. 280. 60 a.
Pateric Rich. 329. 60 a.
Pakenham Will. 331. 6 a.
Parvus Galfr. 332. 2 a.
Paſſeleu Will. 346 37 a. 524. 38 a.
Pakeman Simo 361. 24 b.
Pagani Galfr. f. 366. 4 b.
Pape Ædricus 368. 40 b.
Paganellus Will. 373. 6 b.
Patricio Guarinus 573. 23 b.
Pantulf Ivo 382. 48 a. 766. 40 a.
Painell Rad. 388. 50 a.
Planca Roger. 398. 36 b.
Pratt Rob. 402. 38 b.
Plaice Joh. 404. 12 a.
Pachnot Rob. 406. 30 a.
Paſſelew Rad. 407. 8 b. 655. 37 b.
Paſſelew Will. 524. 38 a. 346. 37 a.
Pagani Roger. f. 724. 18 a.
Pagani Rob. f. 646. 20 b.
Pagani Robert. f. 559. 16 a.
Pagani Robert. f. 541. 42 b.
Payn Alanus f. 470. 14 a.
Paganellus Gervaſius D. de **Dudley** 475. 44 b. 519. 42 a.
Paganell Rad. Matilda, Willielmus, Jordanus, Elias. Elianora & Will. 564. 9 a.
Papeworth 483. 28 a.
Pageys Imbertus — 42 a.
Paveley Matilda 1018. 2 a.
Paveley Walt. 960. 38 b.
Paveley Will. 496. 54 a.
Paveley Rad. 625. 18 b.
Paviliaco Rad. — 44 b.
Paieley Rob. 646. 30 b.
Pabla Will. 799. 18 a.
Paveley Reignald. 868. 30 b. 883. 66 b.
Palmarius Godfr. 502. 63 b.
Palmer Will. 556. 39 a.
Palmas Rob. 986. 50 b.
Paterna Jacobus 507. 3 a.
Partric Galfr. 513. 36 b.
Parker Joh. 541. 56 b.
Pakenton Walt. 562. 6 b.
Pateſhill Martinus 573. 18 b.
Panchevolt Humfr. 578. 50 a. 620. 28 b.
Pannceſoti 995. 53 a.
Painel Hilbertus 862. 36 a.
Paen Rad. & Columba uxor 914. 46 b.
Pacuus Will. 520. 64 b.
Pagnell Will. 594. 36 a.
Paganellus Gervaſius 614. 28 a.
Paganellus Fulcodius 685. 35 b.
Paenell Will. 731. 18 a. 655. 36 b.
Paganell Gervaſius 991. 14 b.
Painell Will. & Alic. 831. 20 a. 832. 39 a.
Paygrave Henr. 627. 4 b.
Page Rob. 633. 33 b.
Playz Joh. 639. 40 a.
Patrich Rad. 643. 34 b.
Paz Joh. 645. 20 a.
S. Patricio Normannus 646. 31 b.
Paildecert Hugo 656. 28 a.
Panewrda Hurlewinus 667. 20 a.
Palfrey Vitalis, ejus progenies 677. 40 b.
Parage Steph. 686. 30 b.
Parr Joh. D. de **Kirby** v. I. R.
Paen Jordanus 730. 5 b.
Pagani Walter. f. 772. 25 b.
Paganus Will. 1008. 48 b.
Paris Walter. 770. 29 a.
Parvus Tho. 1005. 31 a.
Pſalterium Rob. 1006. 42 a.
Parcarius Osbertus 1007. 41 a.
Praiers Rich. Will. & Adam 985. 50 b.
Praiers Adam 986. 50 b.
Patrich Rad. 1026. 56 a.
Pantulf Hug. 788. 46 a.
Parchier Gaufr. 801. 47 a.
Papa Joh. 814. 18 a.
Paganus Rad. 820. 30 a.
Paſturell Rich. 823. 41 a.
Patteſhull Martin. 828. 35 b.
Pateſhull Simo 854. 44. a. 915. 2 a.
Paſſelew Margareta, Hamond. Walter. Nichol. & Rob. 819. 62 b. 830. 10 a.
Paleſter. Will. & Tho. fil. 833. 18 a.
Panton Jordan. 833. 28 a.
S. Paulo Will. & Nich. 836. 66 b.
S. Paulo Will. deſponſavit Caſſandram tertiam filiam & cohæredem Symonis de Thorn, ejus progenies 838. 48 b.
Parvus Will. 889. 44 b.
Pratellis Rog. dapifer. 869. 16 a.
Pratellis Petrus 491. 66 b. 917. 52 b. 926. 64 a.
Palmer Rob. 963. 62 b.
S. Petrus 5. 40 b.
S. Petrocus 6. 3 b.
S. Petronilla. 6. 15 b.
Peurell de Doura Will. 30. 49 a. 186. 10 a.
Peverell Rad. 117. 44 a.
Peverell Pagan. 238. 50 a.
Peverell de Brunn Will. 245. 60 a.
Peverell de Doure Will. 245. 8 b.
Peverell Rob. Hamo, & Adelina ibid.
Penda R. 31. 18 b.
Preſt Elwinus & Leofwinus 53. 17 b.
Preſt Ulveret et Alwinus —— 27 b.
Percy Arnoldus 49. 23 a.
Perceiorum catalogus, v. I. R.
Percy Serlo, v. I. R.
Percy Alanus, Walter. & Will. 73. 14 a.
Percy Ernaldus 73. 15 a.
Percy de Duneſley 74. 4 b.
Percy de Boyſthorp Hug. 74. 6 b. Aaliz. uxor ejus ibid.
Percy de Rugemond Walt. 74. 17 b.
Percy le Meſchines Alanus 202. 12 b.
Percy Rob. 74. 46 b.
Percy Pichot. ibid.
Percy Alanus 143. 60 b.
Perchebaia 105. 34 b.
Percior. Tho. 159. 50 b.
Percy H. 219. 8 a.
Percy Will. 384. 2 b. 413. 40 b.
Percy Serlo 414. 20 a.
Percy Arnoldus 430. 40 b.
Percy Rich. et Will. 428. 40 a.
Perchibaie Walter 497. 24 b.
Percy Henr. et Will. 506. 56 b.
Perceio Will. 573. 50 a.
Percie Rich. 593. 36 b.
Percy Henr. 823. 41 a.
Percy Arnold. et Will. 840. 18 b. 22 b. 842. 1 a.
S. Petro Walo 117. 32 b.
Pede 121. 17 b.
Peri Emma 175. 64 b.
Pleſa Dux 190. 18 a.
Pendiſen Walterus 206. 40 a.
S. Petrocius, v. Petrocenſe Mon. 213.
Peteyva Rob. 161. 53 b.
Plegmundus Archiepiſcopus Cantuarienſis, 220. 31 b.
Pecco Rob. 273. 18 a.
Peccatum Rob. 303. 4 b. 578. 5 b.
Peccatum Will. 578. 5 b. 1009. 66 b.
Peccatum Hamo 1004. 66 a.
Petri Reignald. f. 323. 16 b.
Pelochſhell Roger. 326. 30 a.
Pleſelch Serlo 329. 60 a.
Peverell Will. v. **Hatfeild-Peverell** Mon. 330. 353. 38 b. 388. 49 a.
Peverell Hamundus 377. 34 b.
Peverell Will. 437. 64 b.
Peveriz Rob. 440. 42 b.
Peſenhall Fulcredus 357. 24 a.
Peterſall Will. 358. 28 a.
Pertwertham Swenus, Adam, Sibilla, & Matilda 360. 40 b.
Pettun Rich. 383. 51 a.
Penred Silef. 398. 26 a.
Preſton Henr. 401. 3 b.
Perkinſon Georgius 402. 56 a.
Pleiz Rad. 406. 30 a.
Perpoint Simo miles 415. 34 b.
Pierpoint Edmund. 444. 30 b.
Perepoint Rob. 639. 28 b.
Pecchi Simo 416. 6 b.
Pech Barthol. 427. 33 a.
Pennard Rob. 425. 65 a.
Peri Will. 430. 42 a.
Petlings Will. 440. 23 b.
Pedwardin Roger. v. I. R.
Petri Gaufr. f. v. I. R.
Peverell Rich. 460. 54 b.
Peurellus Will. 581. 50 a.
Peverell Hugo 614. 2 a.
Peverell Will. 643. 16 a. 645. 56 b. 649. 34 a.
Pedeſer Rob. 476. 4 b.
S. Petro Urianus 485. 39 a.
Penningston Joh. 487. 63 b.
Pleiz Joh. 488. 14 a.
Pechie Gillebertus 490. 36 b.
Pecchie Nich. Armiger 974. 34 a.
Perth Will. 497. 24 b.
Preſton Gilb. 501. 40 a.
Peykelin Hamo 501. 12 a.
Pleſſet Joh. 505. 4 a.
Pleſſis Sim. 839. 12 b.
Peyure Paulinus 505. 4 a.
Pelcryn Will. 515. 15 b.
Peſchall Will. 516. 30 a.
Petri Simo f. 519. 34 b.
Pege Henr. 522. 58 b.
Pendu Henr. 523. 58 b.
Perin Gualter. 525. 64 b.
Petri Will. f. 529. 31 b.
Precheſland Alexand. 532. 26 a.
Penn Joh. 535. 58 b.
Penna Jacobus 542. 39 b.
Penrel Rainnulphus 553. 11 b.
Preſtbury Rob. 558. 44 a.
Penros Phil. 558. 38 b.
Petri Gaufr. f. 578. 5 b.
Pereſon Joh. 579. 65 a.
Petri Reginald. f. 594. 36 a.
Petri Rad. f. 595. 26 a.
Pelartivill Will. 622. 40 b.
Petri Will. & Humfr. f. 633. 26 a.
Petric Gaufr. 646. 31 b.
Petri Adam & Tho. f. 650. 34 b. 656. 51 a.
Perdivil Hugo 656. 5 a.
Preſton Tho. 658. 4 a.
Petri Adam & Rog. f. 662. 48 a.
Penningston Joh. 663. 24 a.
Peverell Matilda 671. 6 a.
Preſton Gilb. 672. 48 b.
Preſton Galfr. 678. 82 a.
Pleiſton Rob. & Tho. 685. 52 a.

Preſton Walt. 682. 45 a.
S. Petro Agnes 686. 64 a.
Peyforer Rich. 691. 44 a.
Pennington Joſſenus & Alanus 705. 5 a. 706. 66 b.
Peverell Will. 720. 36 b. 771. 18 b.
Petri Ada f. 730. 37 a. 731. 18 a.
Pembrok Serlo 743. 10 a.
Peſlatronis Rich. 755. 13 b.
Preſtwold Hug. & Rich. 771. 12 a.
Peiſſun Engelramus 773. 64 a.
Pererton Joh 780. 33 a.
Penniburgh Henr. 781. 12 a.
Pedwardin Walt. ibid.
Pever Paulus 803. 36 a.
Pech Galfr. 804. 17 b.
Perſoun Rich. 817. 56 a.
Peverell Henr. 823. 41 a.
Peverell Alicia 833. 24 a.
Peverell Matth. 889. 9 b.
Peverell D. Hugo 929. 5 b.
Peverell D. Alicia 1014. 3 a.
Pech Gaufr. & Will. 833. 24 a.
Perers Henr.—— 23 b.
Peinell Jordanus 835. 66 b.
Peret Ernaldus 840. 2 a.
Percy Gaufr. 843. 68 a.
Percy Will. dictus, ove le Gernouns, ejus genealogia 847. 20 a.
Percy H. 851. 55 b.
Percy W. 910. 13 a. 20 a.
Percy Sibilla, Henr. & Gilb. 911. 5 a. 44 a.
Percy Will. 1032. 10 a.
Percibay Walt. 916. 8 a.
Percy Will. & Rich. 988. 14 a.
Petri Gaufr. f. 854. 44 a. 914. 52 a. 960. 26 a.
Petri Adam & Tho. fil. 862. 12 a.
Petyt Tho. 864. 8 a.
Penbrygg Rich. ibid.
Penret Bricius 886. 19 b.
Pejure Paulus 928. 46 b.
Petich Eudo 1014. 46 b.
Pett Rich. 1017. 2 b.
Petri Will. f. 1018. 18 a.
Preſton Sim. 1027. 36 a.
Pennenten Joh. 1001. 2 b.
Preſſenni Guido 1007. 8 b.
Pec Rich. 1019. 64 a.
Petraponte Rob. 986. 4 b.
S. Philippus Apoſtolus 1. 10 a.
Pincius 4. 3 a.
Pinca 23. 66 b.
Philippus f. Comitis Ceſtrenſis 49. 30 a.
Pipard Gilbertus 105. 50 a. v. I. R. 799. 41 a.
Pincerna Rich. 201. 16 b.
Pincerna Rad. & Amicia, v. Alceſtr. Mon. 470.
Pincerna Rob. 472. 43 b. 519. 14 a.
Pincerna Rad. 660. 8 a.
Pincerna Aluredus 669. 43 b.
Pincerna Rich. & Will. 708. 57 a. 719. 56 a.
Pincerna Rob. & Rad. 761. 4 b. 772. 25 b.
Pincerna Steph. Rad. & Will. 798. 49 a. 13 b.
Pyron Will. 231. 1 a.
Pictarius Roger. Comes de Drakelow 272. 64 a.
Pinceon Hug. fil. 294. 34 b.
Pinchbeck Elmerus 306. 56 b.
Picardus 320. 48 b.
Picart Will. 322. 42 b.
Piccard Roger. 323. 16 b. 322. 58 b.
Pinchtun Will. 332. 24 b.
Pinbun Edwinus 344. 8 a.
Picot Will. 344. 24 a.
Pinc Rich. 361. 66 a.
Pictavienſis Rog. 361. 18 b.
Pilplinton Rich. 337. 48 b.
Picotus 388. 54 a. 435. 46 b.
Picot Henr. & Petr. 463. 14 b. 466. 30 a.
Picot Albericus 452. 22 b.
Pigot Ranulph. 501. 1 a.
Pigot Galfr. 500. 58 b.
Pichcolt Will. 527. 1 a.
Pigot Rob. 606. 40 a.
Pye Roger. 427. 46 a.
Pinet Rich. 437. 8 a.
Pilardinton Rob. 442. 46 b.
Pipard Henr. 443. 12 a.
Pipar Gilbertus 553. 8 a.
Pypard Rad. 1018. 30 b.
Pierpoint Edm. 444. 30 b. v. Peirpoint.
Pinkney Henr. 1018. 8 a.
Pinkney vicedominus, v. I. R.
Pinchenny Rob. 755. 42 b.
Pinkeny Henr. 461. 54 a.
Pinkney Sim. Henr. et Rob. 496. 40 a.
Pincun Will. 504. 42 b.
Pinchenny, Pinkney, et Pinconiis, Gilb. Rob. Henr. Hug. Rad. et Ancherus 587. 26 b.
Pinchenni Hug. 626. 24 b.
Primant Roger 465. 5 a.
Pikenil Roger. 465. 10 a.
Pinie Will. 472. 43 b.
Pirk Edricus 473. 8 b.
Pick Rad. 483. 1 a.
Pileſſadiſs Joh. 483. 26 a.
Phileberto Joh. ibid.
Piry Herbertus 486. 28 b.
Pitman Rob. 514. 49 b.
Pighehare Rich. 515. 66 a.
Pirhow Reginald. 516. 30 a.
Piſtor Rob. 523. 24 b.
Piſtor Walt. 868. 30 b.
Philippi Joh. f. 529. 20 a.
Priditun Rad. 534. 11 a.
Pikeburn Alanus et Hugo 565. 42 b.
Pilartivill Will. 602. 40 b.
Pirot Alanus 640. 54 b.
Piriton Walter. 645. 20 a.
Pictavenſis Roger. 649. 34 a.
Pirou Rob. 656. 21 b.
Picot Rad. 687. 52 b.
Picot Albericus 889. 34 b.
Picot Gilb. 891. 23 b.
Plimton Nigellus 755. 13 b.
Pinc Rob. 703. 49 a.
Phis Rob. et Hugo 770. 46 a.
Piketon Gaufr. 776. 62 a.
Philippi Joh. 781. 12 a.
Pichford Rad. et Rich. 782. 39 a. 26 b.
Pina Will. 805. 14 a.
Pincionis Hug. f. 806. 15 b.
Pincenn Hug. 809. 62 b.
Pinkeni Henr. 828. 24 a.
Pikeborn Jordan. 831. 10 a.
Pikeworth Tho. 832. 34 b.
Pincerna Rob. filius Ranulphi Comitis Ceſtrenſis. 890. 10 a.
Pincerna Juella et Rob. ibid.
Pipewell Hug. 817. 66 b. Hugo Vicecomes filius ejus, ibid.
Pyri Hugo 820. 66 b.
Pictavenſis Will. et Rob. 855. 61 b. 857. 40 b.
Pictavus Rob. 862. 59 a.
Pinpice Matilda et Alicia 888. 42 b.
Piettivileyn Rob. 889. 44 b.
Pilkington Rog. 904. 18 b.
Pigot 985. 53 b. Roeſia uxor ejus ibid.
Pickering Reinaldus 916. 50 b.
Pynn Will. 925. 20 b.
Pynn Tho. 941. 64 a.
Pintellis Petr. 926. 64 a.
Pilori Rad. 938. 32 a.
Pintun Will. 942. 18 a.
Piperell Roger. 1002. 18 a.
Pincerna Rob. 1008. 20 a.
Pincerna Rob. & Mabilia 1007. 10 a.
Pincerna Aluredus 983. 58 a.
Pincerna Rich. 985. 66 b.
Pilett Hug. 1017. 58 b.
Piſtor Gervaſ.—— 41 a.
Pytt Rob. 101. 2 b.
Pikeſote Editha 1005. 21 a.
Pikere Rich.—— 52 a.
S. Poppa 4. 61 a. 5. 23 a.
S. Protaſius 6. 11 a.
S. Proceſſius 6. 29 a.
Poer Reignaldus 75. 44 a.
Power Will. 474. 50 a.
Poer Joh. 524. 57 b.
Poer Hug. Jo. Rad. & Walter. 672. 64 a. 30 b. 65 b.
Portes Will. & Rich. 559. 52 b.
Port Emma 72. 56 b.
Portu Hug. Henr. & Adam 117. 30 a.
Port Adam & Henr. 212. 4 b.
Port Adam 319. 53 a. 366. 4 b.
Port Henr. 553. 38 a.
Pole Nich. 114. 9 b.
Pola Lewellinus 323. 56 b.
Pola Michael. Katherin. Edmund. & Blancha 966. 52 a. 967. 52 a. 38. 48 b.
Pomeria Will. 115. 32 b.
Pomeria Henricus 119. 28 a.
Pomereda Goiſelinus 231. 18 a.
Pomeray Henr. 503. 64 a.
Pomeray Galfr. 786. 64 b.
Pomery Joſſelinus & Henr. 791. 40 a.
Pomercy Ethelwardus & Willielmus 945. 60 b.
Potman Will. 171. 52 a.
Poneley Jordanus 199. 48 b.
Poriet Philipp. 280. 32 a.
Pontium Osbernus & Rich. 365. 28 b.
Pontius Wlvericus 382. 36 b.
Polga Ædelmus 368. 40 b.
Potter Will. 402. 38 b.
Pontini Comes Rob. 411.
Propheta Johan. 479. 24 b.
Propheta Will. 657. 46 a.
Ponte Rad. 1005. 49 a.
Pont Steph. 505. 60 a.
Ponte Ordgarus 868. 31 b.
Ponte Ranulph. & Walt. 501. 50 b.
Ponte Aldemeri Alaricus 581. 26 a.
Ponte Audomari Turulphus & Turketillus 724. 60 a. 64 a.
Pointz Baſil. Reginald. Nicholaus, Walterus & Petrus 532. 28 a.
Poinz Nicholaus 280. 60 a.
Provoſt Rob. 558. 38 b.
Plomton Rob. 566. 3 a.
Portu alias Port. Henr. Matilda, Reginald. Robertus. Johannes, & Adam 578. 2 b. 27 a. 52 b.
Porteſia Will. 578. 50 a.
Porta Rad. 588. 60 a.
Port Adam, v. I. R.
Portis Gulielmus 620. 4 a.
Porta Eignan. 827. 17 a.
Porta Johan. 1005. 36 a.
Poinings Lucas 594. 50 a. v. I. R. v. Punings.
Poinings Mich. 639. 40 a.
Poinings Adam 639. 28 b.
Poinings Rich. 779. 2 a.
Punings Adam 639. 40 a. 28 b.
Poinings Mich. ibid.
Porter Rich. 632. 30 a.
Porter Walter. 637. 23 a.
Poulingſton Will. 654. 1 a.
Portinton Tho. 661. 58 b.
Porc Henr. 670. 66 b.
Poerius Joh. 678. 46 b.
Porer Rog. 684. 34 b.
Poer Petr. 1016. 58 a.
Poterius Stonerdus 1012. 35 b.

Pontefracto Rad. 683. 66 b.
Porkenton Howen. 721. 66 a.
Portſey Baldwin. 763. 12 a.
Powes Pren. 767. 41 a.
Pontearch Will. Camerarius 804. 11 a.
Pormota Rob. 805. 33 b.
Ponninton Wallenus 848. 25 b.
Poywick Will. 863. 44 b.
Ploknet Alan. D. de Kilpeck —— 52 b.
Poili Rich. 883. 16 b.
Pormot Rob. 895. 16 a.
Proudfote Rad. 901. 3 a.
Porree Rob. 908. 62 a.
Pollur Alanus 916. 66 a.
Poſelingwrda Walt. 1008. 48 b.
Poket Simo 1019. 21 a.
S. Prunus 6. 28 a.
Puber Walterus 137. 22 a.
Plufford Tho. 159. 30 a.
Puch Comes 170. 32 a.
Pultrell Rob. 202. 26 a.
Putrell Henr. & Rob. 769. 60 a.
Putangle Alicia 323. 1 b.
Pulletſhull Steph. 326. 36 b.
Pull Steph. 348. 66 a.
Pulleſhell Steph. 829. 44 b.
Puteo Rich. 333. 44 a.
Plumton Nigellus 428. 40 a.
Pumfract Will. 431. 14 a.
Putiſan Godwinus 437. 8 a.
Pulein Will. Albred. Michael, & Galfr. 460. 16 a. 50 b.
Puniz Nich. 478. 4 a.
Pugeis Imbertus 483. 42 a.
Pull Rob. 484. 42 a.
Purnyng Rob. Cancellarius 493. 40 a.
Plumton Will. 496. 54 a. 521. 22 b.
Puny Warinus 520. 64 b.
Puſat Hug. 524. 63 b.
Punctello Manſellus 581. 22 a. aliàs Pointell 14 b.
Pruer Roger. 593. 12 a.
Puer Joh. 656. 21 a.
Plumpton Hugo 676. 11 a.
Purewen Madoc. 721. 16 b.
Purchez Will. 772. 25 b.
Purcel Roger. 781. 6 b.
Putot Herebertus 804. 17 b.
Puſac Hugo 834. 64 b.
Plumpton Nigellus 843. 66 a.
Puteaco Henr. 847. 3 a. Dioniſia uxor ejus ibid.
Puer Joh. 864. 48 b.
Puſet Will. 909. 26 a.
Puylle Walter. 934. 56 a.
Punterleyn Will. & Herebertus 986. 4 a.
Prudue Martinus 1025. 26 a.

Q

QVarrell Willielmus 280. 3 b.
Quadraria Aluredus 441. 62 b.
Quatuor marcis Rad. 628. 6 a.
Quatremani Godfridus 674. 60 b.
Quatre marſh Adam 933. 37 a.
Quendreda, v. I. R.
Querderai Joh. & Gilb. 556. 42 a.
Querendon Galfr. Ranulphus, Arnulphus, & Willielmus 364. 20 b.
Quinburga, v. Winborn Mon. 163.
S. Quintinus 6. 21 a.
S. Quintino, v. I. R.
S. Quintino Rich. 355. 49 a.
S. Quintino Rob. 355. 49 a.
Quintino Herbertus, Walter. & Alan. 474. 20 b.
S. Quintino Herbertus 528. 36 a.
S. Quintino Adeliza 907. 60 b. 910. 58 b.
S. Quintino Agnes, Dioniſia, & Sibilla 911. 5 a.
S. Quintino Will. 1027. 35 a.
Quincy Rob. v. I. R.
Quincy Saer, v. Winton. 478. 32 a. 677. 34 b. D. de Daventrey 514. 13 a.
Quincy Rob. 482. 16 a.
Quincy Rog. 803. 28 a.
Quincy Rob. & Margareta. 861. 4 a.
Quinciaco Petr. 872. 65 a.
Quickeſley Rad. 565. 14 b.
Quoie Galfr. 667. 28 b.

R

RAchel 5. 34 a.
S. Radegunda 6. 19 b.
Rainulphus 7. 58 b.
Rainaldus 8. 37 a.
Rainold Walterus Archiepiſcopus 22. 36 b.
Ranulphi Will. f. 49. 2 b. Euſtachius ſororius ejuſdem, ibid.
Raulphus 62. 24 a.
Ramkill Robertus 75. 18 b.
Ranulphus Cancellarius 106. 1 b. 186. 8 a. 574. 48 a.
Raſum Osbertus 153. 45 a. Alditha amita ejus.
Radbodus Comes 169. 16 b.
Ravenſur Rich. 171. 40 a.
Randolf Hugo 179. 2 b.
Radegundis 191. 6 b.
Rainulphus Dapiſer 201. 3 b.
Radulphus ibid.
Rapertun Nigellus 202. 26 a.
Radulfus Dux 230. 8 a.
Ramboldus 230. 11 a.
Rademeld Hugo 247. 18 a.
Ramſey Joh. 251. 51 a.
Raulfus Strator 263. 12 a.
Radulfus Comes 286. 38 b.
Raccleſden Tho. 296. 3 b.
Radulphi Rich. fil. 320. 59 b.
Raines Radulphus, Walterus, & Willielmus 328. 60 b.
Radcliff Joh. 361. 24 b.
Raincourt Guido 371. 1 b.
Rainerus dapiſer 389. 47 b.
Randulphi Landricus fil. 391. 56 a.
Rainerus 395. 50 b.
Raſnewic Tho. 399. 22 a.
Fitz. Randulf Radulf. 403. 56 a.
Radulphi Will. f. 406. 53 a.
Rameſun Petrus 423. 63 b.
Radulphi Helias fil. 476. 3 b.
Randes Rich. 493. 53 a.
Ramfray Will. 504. 46 a.
Racin Roger. 509. 9 b.
Ramkin Joh. 542. 3 a.
Raghanold Runanchil f. 566. 23 b.
Ranulphi Walerinus f. 571. 30 b.
Rameſton Rob. 587. 30 a.
Radulfi Jordan. f. 619. 38 b.
Ragulfus 624. 58 b.
Rainerius 625. 31 b.
Rabellus miles 628. 14 a.
Rainiſvilla Girardus 660. 14 a.
Ramvilla Adam & Ilbertus 656. 43 a. 660. 1 a.
Ramesbotham Rich. 663. 24 a.
Ralegia Hug. 685. 50 a.
Radulfi Walt. f. 733. 3 a.
Rampamudys Matthias 752. 60 b.
Ramvill Will. 754. 65 a.
Radulfi Will. f. 760. 40 b. 765. 66 a.
Radulphi Tho. fil. 773. 63 b.
Raun Will f. 781. 46 a.
Randulfi Galfr. f. 781. 33 b.
Raley Rich. 791. 61 b.
Radulfi Henr. f. 799. 18 a.
Rainvill Tho. & Jordan. 807. 39 b. 808. 18 a.
Radulphi Ingan. fil. 811. 58 a.
Raven Will. f. 835. 65 b.
Radulphi Hug. f. 848. 60 b.
Rana-villa Will. 857. 16 b.
Rainervill Adam, Tho. & Will. 852. 12 a. 59. a.
Radnor Hugo 865. 66 a.
Ragun Joh. ibid.
Radulphi Warnerus f. 866. 46 a.
Radulphi Will. f. 883. 18 b.
Radulfi Brianus f. 889. 44 b.
Rainulphi Gilb. fil. 897. 48 a.
Radcliff Rich. & Will. 904. 22 b.
Ranulphi Will. fil. 914. 52 b. Hawiſia uxor ejus, ibid.
Ranyard Tho. 967. 9 b.
Ray Rob. 841. 20 b.
Ray Joh. 1013. 60 b.
Radulfi Will. f. 1026. 58 a.
Radulfi Rob. f. ibid.
Razo dapiſer 1008. 15 a.
Rainaldi Gilbert. f. —— 39 a.
Reinfridus Prior, v. I. R.
Reinfridus 41. 6 b.
Redveriis Will. 44. 18 a. v. Riveriis.
Redveriis Rob. 49. 27 a.
Rembaldus Albus 62. 14 a. 38 a.
Reihall Hardingus 68. 66 b.
Rethunus Epiſcopus 100. 52 a.
Reinfredi Rich. f. 106. 56 a.
Revenſwart Rubanus 114. 5 b.
Revel Will. 115. 41 b.
Reimes Rich. 179. 28 a.
Redveriis Baldwinus 231. 14 a.
Reivers Rich. 411. 66 b.
Redveriis Margareta & Baldwinus 430. 60 a. v. Ripariis.
Redveriis Benedictus 370. 60 b.
Redvers Rich. 669. 43 b.
Redveriis Baldw. 684. 63 b.
Retford Rob. 685. 31 b.
Remiſgill Rolandus 706. 29 b.
Redveriis Will. 787. 10 a.
Redveriis Rich. v. I. R.
Redburn Rog. & Will. 456. 40 a.
Reinbaldus Cancellarius 238. 20 a.
Reinaldi Gilb. f. 246. 9 a.
Revellus Odo, Ranulph. & Ogre 246. 3 b.
Revell Andr. 250. 43 a.
Remerſvill Walt. 248. 24 a.
Reeve Joh. 296. 3 b.
Revell Will. 339. 16 a.
Renningword Walt. 390. 4 a.
Requiem Joh. 427. 48 a.
Reigni Roger. 424. 63 b.
Reivilla Will. 719. 56 a.
Revill Henr. 441. 24 a.
Reſi Principis Sudwalliæ Reſus fil. 465. v. Tallach Mon.
Resberech 477. 62 b.
Reyner Joh. 542. 3 a.
Reell Will. 552. 34 a.
Renfridi Rich. f. 644. 63 a.
Reinvill Adam & Will. 650. 36 b.
Rekelund Rob. 685. 53 b.
Reinis Will. & Robertus 686. 21 a. 31 a.
Reinfredi Gilb. & Roger. fil. 708. 3 b. 832. 6 a.
Rempston Hug. & Galfr. 771. 51 a.
Redemer Will. 805. 34 a.
Revesby Laurent. 823. 44 b.
Reinfridi Rog. f. 846. 3 a.
Remigii Rad. & Hugo f. 848. 32 a.
Revill Godfr. 883. 46 b.
Reſi Malgar. f. 885. 30 a.
Redman Tho. 886. 35 b.
Reygate Joh. 888. 39 b.
Reſus Sudwalliæ Princeps 893. 17 b.
Reſi Principis Griffin. Reſus, & Mareduc. f. ibid.
Reinfridi Gilb. f. 914. 54 a. 960. 22 a.
Redman Normannus 914. 44 b.
Renger Joh. 935. 3 a.
Reuyſby Alanus 1033. 52 b.
Reda Rich. 1006. 42 b.

Reinfredi Turſtinus f. 883. 34 a.
Reinfredi Roger. f. 999. 52 b.
Rie Jordanus 755. 5 a.
Ria Henricus 22. 64 a.
Richardi Gilb. f. 105. 35 b. 118. 24 a.
Johan. filius ejus 119. 66 a.
Riculphus Epiſcopus 150. 34 b.
Riqui Epiſcopus ibid.
Ripadius 167. 6 b.
Richardi Hug. f. 199. 64 a.
Richardi Will. f. 231. 19 a.
Riveriis Rich. 230. 64 a.
Rivers Walt. 752. 60 b.
Riveriis Baldwin. Rich. & Adelina 1025. 50 b.
Richardi Gilb. Walter. Baldwinus, & Adeliza f. 245. 52 b.
Riddell Warinus, Oliverus, Tho. & Galfr. 247. 58 b.
Richeman Rob. fil. 255. 63 a.
Rya Willielm. Henr. & Hubertus 329. 16 b.
Ridell Iwarinus 330. 30 a.
Riddell Galfridus & Geva, v. **Canwell** Mon. 439.
Riddell Walt. 511. 11 b.
Ridale Walt. 886. 46 a.
Ridell Hugo ibid.
Ridell Goisfridus. 1023. 48 a.
Rinera Rad. 332. 24 b.
Rinkingale Hubertus 357. 11 a.
Richerius miles. 364. 37 a.
Ribald. 388. 16 b.
Ribaldi Herveus f. 401. 34 b.
Ry Iſabella 415. 63 a.
Riſings Henr. 427. 44 a.
Ribbeſworth Hug. 462. 60 a.
Ridware Hug. & Will. 468. 40 a.
Ryegate Joh. 490. 40 a.
Riebof Rand. 497. 44 a.
Rievilla Alex. et Rob. 511. 59 a.
Rinſhall Rich. 522. 54 b.
Riſmonger Alanus et Editha 528. 1 b.
Richardi Edwinus f. 562. 6 a.
Richetala Baldwin. 583. 56 a.
Rvve Rob. 597. 66 b.
Ria Henr. 626. 66 b. 667. 37 b.
Richardi Rob. f. v. I. R.
Rich. Randal. Simo, et Garnerius, vide I. R.
Richardus Will. Conqueſtoris filius 547. 56 b.
Richardi Rog. f. 704. 30 a.
Richardi Rad. f. 724. 16 a.
Richardi Alicia f. 758. 24 b.
Ribaldi Rad. Rob. et Henr. f. ibid.
Rippingi Walt. Godwin. et Will. f. 768. 14 b.
Ryſome Joh. 779. 9 a.
Rievalle Petr. 786. 44 b.
Ringburc Alan. 798. 31 a.
Rimeſwell Rog. 799. 12 a.
Riſton Andr. et Will. 816. 16 b.
Richardi Rog. f. 820. 66 b.
Richardi Herbert. f. 827. 62 b.
Richardi Iwo f. 832. 26 a.
Richardi Will. f. 854. 44 a.
Rid Alex. 857. 44 b.
Richardi Will. f. 866. 22 b.
Rye Iſab. 867. 20 a.
Ribaldi Rad. f. 874. 64 b.
Riggesby Roſcelinus, Gilbertus, Herbertus, et Jodlanus 881. 60 a.
Richardi Rob. f. 885. 34 a.
Rybauld Fulco 894. 22 b.
Richardi Will. f. 897. 50 a.
Rithre Walt. Agnes, et Will. 908. 16 a. 909. 17 b.
Rither Willielmus miles 963. 58 a. 16 b.
Iſabella et Sibilla uxores ejus ibid.
Richardivilla Richardus 1026. 24 b.
Richardi Petr. f. 1002. 36 b.
S. Romanus 6. 21 a.
Rogerus Epiſcopus et Cancellarius 30. 40 b.
Richardus filius Malgerii de Rokeſle 30. 42 b.
Robertus fil. Henrici Regis 30. 54 b.
Robertus fil. Willielmi Regis 42. 14 b.
Rogerius 44. 21 a.
Rogerii Comitis Philippus f. 49. 33 a.
Robertus Comes 53. 7 a.
Rotbertus 68. 66 b.
Roing Comes 133. 56 a.
Rotharia 138. 48 a.
Ros Will. et Galfr. 153. 27, 29 a.
Roos Rob. Iſab. Will. et Rad. 328. 26 a. 29. b. 321. 9 b. cum pluribus illius familiæ.
Ros Petr. Matilda, Will. et Beatrix 388. 66 a. 428. 40 b.
Ros Herbertus 410. 50 a.
Ros Walkelinus 461. 56 a.
Ros Will. 462. 60 a.
Ros Rob. 506. 64 a.
Roos Joh. 510. 6 a.
Ros Will. 628. 11 a.
Ros Rob. v. I. R.
Rolleſton Rob. 171. 44 a.
Robertus Dapifer 210. 54 a.
Robeis Comitiſſa ſponſa Pagani 245. 28 b.
Roſey Wakettus 280. 34 a.
Rodbertus Conqueſtoris filius 289. 20 b.
Romara Roger. Will. et Gerold. v. I. R. v. Rumora.
Romara Will. ejus genealogia 530. et 531.
Romare Will. v. I. R.
Ropſley Simo 328. 9 b.
Rogerus Heremita, v. I. R.
Rolveſton Will. 355. 20 a.
Rovill Will. 356. 54 b.
Rointon Rob. 357. 51 a.
Roke Rich. 368. 11 a.
Roy Barthol. 381. 44 b.
Rodolli Valle Brientius 382. 23 a.
Romphirus 388. 50 b.
Rodin 389. 55 b.
Rodeham Turkiſius 390. 4 a.
Romeney Rob. D. de **Skipton in Craven** 400. 30 b.
Rodingham Andr. 405. 24 a.
Roamundi Gervaſius, Michael et Thomas f. 406. 10 a.
Roſuill Rob. 406. 32 a.
Roſcelin Petr. 408. 16 b.
Rogeri Rob. f. v. I. R.
Rochford Simo 432. 26 b.
Rochella Humfr. et Will. 460. 6 a. 13 b.
Rochesford Rob. et Chriſtina 460. 52 b. 464. 6 a.
Roſey Rad. 461. 54 b.
Rokel Humfr. 462. 60 a.
Rogeri Rog. f. 499. 30 a. Margareta uxor ejus ibid.
Rollandus miles 499. 41 b.
Rooper, v. Furneaux 503. 40 a.
Rolveſton Rog. 522. 10 b.
Roſamunda Regis H. 2. Amica, v. I. R.
Rochell Will. 532. 3, 16, 36 a.
Rothomago Rob. ibid.
Roda Endinga ibid.
Robertus Comes Willielmi Conqueſtoris frater 548. 1 a.
Roſcill Adam fil. 555. 30 a.
Rolliaco Rad. 564. 28 a.
Roreſton Joh. 365. 29 b.
Rogeri Will. f. 578. 4 b.
Rochevilla Rand. 600. 60 b.
Roberts Joh. 602. 31 a.
Romeliolo Rob. 604. 28 a.
Roſeto Walkelinus 624. 36 b.
Roſeo Lambertus 625. 61 a.
Roſcelini Will. & Rob. f. 631. 54 a.
Rokeland R. 633. 54 a.
Rovece ſtre Jordanus 656. 60 a.
Rotore Kabiel.—— 23 b.
Roteſtan Alan. 657. 43 b.
Rogeri Will. f. 662. 20 a.
Rotoldus Comitis filius 664. 5 b.
Rogon Will. fil. 670. 58 b.
Rory Alelmus fil. v. I. R.
Romeli Alicia 691. 16 a.
Ros Petrus, v. I. R.
Ros Everardus, 730. 57 a.
Ros Rob. 798. 41 a.
Roos Lucia 834. 32 a.
Ros Petr. 843. 63 a.
Roos Will. v. I. R.
Roaldi Alanus f. 731. 12 a.
Roberti Torſinus f. ibid.
Rogeri Will. f. 733. 3 a.
Roppeſley Will. Robert. & Simo 709. 43 b.
Roſſell Rob. 771. 48 a. 773. 1 b.
Roſſall Vivian. 781. 26 b.
Rocle Selferus 782. 26 b.
Rooſton Fulcherus 795. 33 b.
Rocheſhore Walter. 804. 48 b.
Rochford Waleranus 810. 26 a.
Roaldus Conſtabularius—— 56 a. Alanus & Will. filii ejus, ibid.
Roreſton Rich. 814. 14 b.
Roberti Phil. f. 824. 66 a.
Roaldi Petrus f. ibid.
Rodri Eynyawis f. 826. 46 b.
Roie Rob. 832. 20 a.
Ropelle Rob. & Simo —— 11 b.
Rochford Simo & Emma 833. 34 a.
Rolleſton Tho. & Malgerus 849. 4 a. 28 a.
Rogun Joh. 865. 66 a.
Rogeri Rob f. v. I. R.
Rogeri Rad. & Aimarus f. 880. 24 a. 28 a.
Roberti Walter. f. 88 . 64 a.
Roberti Kedivor f. 885. 28 a.
Rokell Will. 889. 22 b.
Roberti Haraldus, Rich. & Walterus f. 894. 28 b.
Rogeri Rand f. ibid.
Rogeri Chaldeldellin. et Cheagr. f. 896. 42 b.
Rogeri Rob. f. 897. 52 a.
Rouceſtria Will. 909. 25 a.
Roſtun Adeſtain 916. 60 b.
Rowella Robertus 923. 63 a.
Royer Hug. 938. 27 a.
Roberti Henr. f. 1020. 8 a.
Rogeri Rotarii Phil. f. 1013. 60 b.
Rothwell Kelina, Joh. & Eudo 1018. 4 b.
Roeis Will. f. 1013. 42 a.
S. Rumo 6. 60. a.
S. Rufina 6. 26 b.
Ruta 37. 59 b.
Rufina 70. 41 b.
Ruytrida 73. 20. a.
Rue Wlſinus 112. 56 b.
Rue Wlſinus, v. I. R.
Rulles Rich. & Rob. 987. 50 b.
Rulles Rich. 201. 4 b. 391. 56 a.
S. Rumonus, v. **Tavistock** Mon. 217.
Ruſſ Tho. 274. 49 a.
Ruſſell Rad. 280. 4 b.
Ruſſell Will. 462. 60 a. 405. 46 a.
Ruſſell Roger. 587. 30 a.
Ruſſ Henr. 620. 59 a.
Ruſſell Ada 657. 19 a.
Ruſſeus Petr. 887. 19 b.
Rumara Will. 309. 40 b. v. Romara.
Ruſſell Petr. 912. 9 a.
Ruſtemden Nigellus 340. 47 b.
Rudham Will. 343. 12 b.
Rudby David 346. 38 b.
Ruffus Eiliricus 378. 42 a.
Rumelcy Alic. 396. 52 b. 758. 33 b. 798. 8 a.
Ruelent Rich. 662. 51 a.

Ruelent Goiſfridus 438. 26 a.
Ruly Rich. 457. 36 a.
Rugford Will. 476. 66 a.
Rumani Will. 497. 38 b.
Ruilly Rob. 533. 52 b.
Rualdi Hosbertus fil. 559. 18 b.
Ruffus Arnoldus 573. 20 b.
Ruſelep Godwinus 583. 56 a.
Ruſteon Roger. 593. 39 b.
Rualdi Osbert. f 598. 46 a.
Rufus Turchillus 627. 63 a.
Ruffus Henr. 628. 36 a.
Rumelli Alic. & Will. 655. 42 a. *vide Romeley.*
Ruffus Auſgotus 660. 12 a.
Rupe Rad. 661. 60 b. 622. 20 b.
Rupe Almaricus, v. I. R. 727. 16 a.
Rupe Adam 1019. 23 b. *Blandina uxor ejus.* ibid.
Ruelega Will. 684. 29 b.
Rufus Hugo 691. 29 b.
Rudeby Hugo 733. 3 a.
Ruoldus Conſtabularius 752. 40 b.
Rugemond G. 759. 58 b.
Rufus Gaufr. 761. 49 a.
Rundeſtan Roger. 773. 38 b.
Rungeton Tho. 779. 9 a.
Rudſtan Walter. 832. 24 b.
Rumeli Avicia 833. 34 a.
uffus Will. 854. 44 a.
Rumbald Rob. 889. 26 b.
Ruffus David & Joh. 896. 10 b.
Ruffus Will. 943. 20 a.
Ruffus Henr. 1020. 8 a.
Rule Goſcelinus 983. 60 a.
Ruelant Matth. 986. 1 b.
Ruddeby Walter. 988. 56 a.
Ruby Rog. 999. 66 b.
Rufus R. 1022. 5 b.

S

S. *Salvius Epiſcopus* 4. 35 a.
S. *Saufridus* 5. 25 a.
S. Sampſon 6. 56 a.
S. Sapientia 6. 21 b.
S. Sabulo 6. 27 b.
Salwic Edulf. 49. 7 b.
Saxulphus Epiſcopus. 51. 1 b.
Saſelmus 53. 14 b.
Saxulphus 63. 3 b.
Stranglic 100. 34 a.
Starmarcotus 110. 14 a.
Staunton Adam 112. 36 a. 113. 56 b. 116. 60 b.
Staunton Roger. ibid.
Stanton Robert. & Galfrid. 329. 59 a.
Stanton Galfridus 849. 23 a.
Stant Will. 943. 24 a.
Zatton Roger. 152. 30 b.
Saxulphus Comes 164. 64 b.
Stratford Will. 175. 10 a.
Stagno Will. 193. 30 a.
Sartes Gaufr. 202. 18 a.
Stafford Radulf. 219. 9 b.
Stafford Joh. 273. 11 b.
Stafford de Hoke Humfredus 280. 24 b.
Stafford Nigellus. 360. 28 a.
Stafford Matilda 440. 42 a.
Stafford R. 468. 28 b.
Stafford Rob. & Nich. 558. 60 b.
D. de Stafford Herveus, v. I. R.
Stafford Rog. 804. 20 b.
Stafford Herveus 943. 28 a.
S. Sativola 227. 28 a.
Stallere Edgarus 238. 28 a.
Say Guil. 239. 20 b.
Saia Picotus 375. 60 a.
Saia Henr. & Theodoricus 376. 46 b. 387. 32 b.
Saierius 382. 29 b.
Sais Tho. & Will. 439. 63 b.
Say Will. & Beatrix. v. I. R. 446. 1 a.
Sae Will. 489. 26 a.
Say Euſtach. 574. 26 b.
Say Galfr. 576. 66 b.
Scaccario Roger. 248. 64 a.
Stapenhull Joh. 273. 18 a.
Sarmenvill Jordanus 280. 24 a.
Strangwaies Tho. v. I. R. Alicia uxor ejus ibid. 280. 16 b.
Stalre Radulf. 284. 20 a.
Saxi ibid. &c. 286. 41 b.
Swanſells Edgiva 286. 41 b.
Sakevill Jordanus 290. 60 a. 633. 19 a.
Sackvyle Tho. 945. 22 a.
Salchavilla Jordanus, Will. & Rob. 1026. 24 b.
Stannardus 293. 40 a.
Stanclere Reginaldus 294. 31 b.
Stanardus Miniſter. 307. 20 a.
Strange Ebulo, v. I. R.
Strange Joana 594. 50 a.
Strange Ebulo 309. 52 a. *v. I. R.*
Standen Roger. 326. 29 a.
Stratford Rob. 331. 66 b.
Saman Hugo ibid.
Sampſon Hugo——16 b.
S. Salvatore Roger. 344. 44 b.
Sanetham Hamo & Rich.——26 a.
Snarings Alanus & Gaufr. 344. 46 b.
Sarte Rob. f. 355. 18 a.
Sandiclaro Maio 357. 4 b.
Salopſhire Adam 360. 18 b.
Sareſhull Will. 361. 23 b.
Sagun 375. 36 a.
Suata Aſcatillus 389. 46 a.
Suani Adam f. 389. 12 b.
Scacargil Warinus 399. 36 b.
Sanderſon Will. 404. 12 a.
Sarisbery Roger. 412. 51 a.
Strabo Will. 416. 16 b.
Sagio Rob. 425. 1 a.
Sawardus 432. 66 a.
Samford Bernerus & Robertus 438. 29 a.
Stanford Joh. 441. 4 a.
Sanford Tho. 460. 13 a.
Standford Gilbert. 463. 14 b.
Sagittarius Fulbertus 465. 8 a.
Spartolf 469. 34 a.
Samerio Will. 462. 65 b.
Scales Roger. Muriel. Rob. & Will. 478. 50 a.
Scallariis Will. alias Eſcallariis 481. 16 a.
Scalariis Steph. Andr. & Rich. 517. 33 a.
Scalis Rad. 622. 46 b.
Scalariis Henr. Galfr. & Baldwinus 666. 60 a.
Scales Rob. 788. 51 a.
Saltford Hugo 483. 50 b.
Sandford Roger. 486. 28 b.
Suany Will. 499. 40 b.
Smarawallus Molendinarius 503. 26 a.
Saponarius Stephanus 504. 43 b.
Scardburrow Amaric. & Matil. 509. 33 b.
Staveley Alicia 511. 34 b.
Sanzaveir Barthol. 514. 58 b.
Sankevil Barthol. 516. 14 a.
Savaricus Ogiſius 520. 34 a.
Swaleſweelt Rich. 522. 11 b.
Salvage Galfr. 522. 36 b.
Stratford Will.——50 b.
Sagrunus 525. 56 b.
Salvage Rad. 529 29 b.
Scaccario Henr. 542. 36 b.
Suaby Tho. 579. 64 b.
Salvagius Rob. 581. 16 b.
Sacco Oliverus ibid.
Stanlake Galfr. 589. 15 a.
Strangeſt Rad. 590. 66 b.
Savari Rad. f. 592. 36 b.
Sandervill Gilbertus 593. 11 a.
Sanzaver Rad. 593. 11 a.
Sartilla Galfr. Humfr. & Giſlebert. 594. 50 b.
Schall Will. 598. 38 a.
Sampſon Will. 603. 24 a.
Say Iſabella & Brientius 613. 30 b. 66 b.
Say Berengaria 665. 34 b.
Saies Tho. 881. 32 a.
Salle Will. 627. 49 a.
Safridi Roger. f. 628. 66 b.
Stanham Will. ibid.
Snarings Joh. 632. 44 a.
Stangrun. Will. f. 637. 50 a.
Swaſham Galfr. 637. 22 a.
Stratton Adam 641. 56 b.
Safredus 646. 19 b.
Stapleton Rob. & Will. 650. 38 b. 652. 42 b.
Stapleton Will. 656. 44 b.
Stapleton Rob. 663. 65. b. 541. 42 b.
Stapleton Rog. 776. 42 b.
Stapleton Rob. 862. 28 b.
Stapleton Galfr. 879. 62 b.
Stapleton Walter. 932. 58 b.
Stapleton Will. 940. 60 a.
Stapleton Brian. junior miles & Elizabetha uxor ejus 963. 60 a.
Suani Adam, Alexand. & Rich. f. 652. 47 b. 660. 66 a.
Scaureby Rich. 653. 36 a.
Scalleby Will. 655. 34 b.
Stagno Rich. 657. 46 a.
Spurlingus 658. 36 a.
Saveygn Gerardus 661. 10 b.
Suani Rainerus & Tho. f. 662. 46 a.
Smalaberga Rad. 665. 39 b.
Savinienſis Fulco——44 b.
Stanham Lambertus 667. 19 b.
Saracenus Rad. 676. 2 a.
Schaldeford Rad. 677. 53 b.
Sabyn Hug. 686. 56 a.
Sankevill Elias 689. 9 a.
Suani Henr. f. 708. 57 a.
Saunford Tho. 720. 25 a.
Stainer Will.—— 34 a.
Sartis Rob. 742. 60 b. *Rachel uxor ejus* ibid.
Sarz Rob. & Raganaldis uxor ejus 742. 60 b.
Sabere Walter. 768. 66 b.
Salfletby Rich. 776. 42 b.
Staingrif. Matilda & Simo 778. 16 b.
Scarthburg Aſchelinus 799. 16 a.
Sackbei Rad. 802. 60 a.
Santerdon Osbert. ibid.
Sanford Rog. 804. 24 b.
Suani Rog. f. 808. 52 b.
Seintliz Hugo, v. I. R. 819. 20 a. *vide S. Licio in L.*
Sarum Petr. 820. 30 a.
Stagno Will. 825. 9 a.
Staveley Adam 828. 20 b.
Stavely Adam & Nichol. 879. 48 b.
Scaldeford Hugo 831. 44 b.
Salby Rainer. 832. 4 b.
Salter Helias 833. 40 a. *Ogerus filius ejus* ibid.
Scalceby Rob. 836. 1 a.
Sandeby Will.——57 a.
Scanceby Hugo——22 b.
Suani Ada fil. 839. 22 b. 862. 58 a.
Stanlay Tho. 838. 16 b. *v. I. R.*
Staingren Tho. 849. 6 b.
Stanleya Nigellus 868. 49 b.
Suani Rad. f. 879. 42 b.
Swalewecliva Rich. 881. 48 b.
Stattra Leffricus 884. 40 a.
Suani Henr. f. 886. 46 a.
Suanue Bernard. miles 887. 11 b.
Scacca 893. 34 b.
Sandall Petr. 897. 54 a.

Samſon miles Joh. 908. 67 b.
Saley Will. 910. 4 a.
Stanford Akardus 914. 42 a.
Saverby Walter. 915. 1 b.
Staingrif Rainaldus 917. 30 a.
Sabaudia Petrus 928. 45 a.
Schapewick Joh. 930. 9 a. 21 a.
Stamerligh Rich. 931. 10 a.
Staines Tho. 944. 16 a.
Stanborn Theobald 1007. 38 a.
Sales Johan. & Phil. 1007. 5 b.
Staining Petr. 1016. 22 a.
Saltey Rob. ibid.
Stanwell Rich. & Ada 1017. 50 b.
Saw Rob. f. 1013. 3 a.
Sampſe Joh. — 4 a.
Spes 6. 22 a.
Sennew 4. 38 a.
Stephanus 5. 54 b.
S. Sebaſtian 6. 44 a.
Segulfus 10. 26 a.
Sexi 7. 51 a.
Smelwes 11. 65 a.
Segegier 17. 34 a.
Segregarus 17. 62 a.
Suete Loſa 20. 51 a.
Selbenna 89. 14 b.
Selbera ibid.
Spenſer Tho. 96. 26 a.
Selred 100. 40 a.
Suerrio Adelina 106. 30 a.
Serlo primus Abbas Gloceſtriæ 110. 3 b.
Swegen f. Godwini 133. 16 b.
Streona Edricus 134. 24 b.
Segrave L. Juſticiarius 153. 16 b.
Segrave Joh. 163. 34 a.
Stepfort Paganus 199. 16 b.
Serli Rob. fil. 201. 5 b.
Sueſa 229. 26 a.
Sueſen 230. 9 a.
Seldwara 240. 18 a.
Segrave Stephanus 272. 54 b. 427. 30 a.
773. 20 a.
Segrave S. 605. 60 b. 774. 65 a. 892.
34 a.
Snew Hailwardus ejus progenies, vide
Tewksbury *Mon.* 153.
Sperniſſin Rand. 280. 41 a.
Sket 284. 20, &c. a.
Skeyh 286. 39 b.
Sewallus 355. 19 a.
Sewalli Henr. f. —— 54 a. 830. 40 a.
Sueni Huſtredus f. 360. 38 b.
Steinulphi Reinerus f. 360. 58 b.
Sefredus 387. 38 b.
Sheſlings Simo 400. 11 b.
Stephani Rad. f. 424. 62 a.
Sewini Rob. f. 430. 2 a.
Seher. Rob. f. 440. 23 b.
Stretton Rob. & Herveus 468. 28 b.
Spenſer Will. 481. 28 b.
Spenſer Galfr. 545. 30 a.
Spenſer Phil. 728. 51 b.
Seman Galfr. 493. 35 a.
Sebaud. Petr. 505. 2 a.
Senges Rad. 514. 65 a.
Seenges Rich. 515. 46 a.
Sterling Folcardus —— 29 b.
Selby Agnes & Steph. 516. 34 b.
Sezanna Johannes 691. 46 a.
Selveſton Ernaldus & Henricus 523. 2 b.
Stretley Hug. 524. 40 a.
Sevarus 525. 56 b.
Seymor Nichol. 532. 38 b.
Semor Simo. 534. 11 a.
Sewale Tho. 541. 64 b.
Street Alanus 562. 9 a.
Selyman Rob. 569. 2 b.
Sean Hippolitus 578. 30 a.
Sekiton Buceias & Will. 581. 38 b.
Senardipont Walt. 588. 59 a.
Serlant Will 597. 52 a.
Seille Rad. 614. 30 b.
Sueni Rob. f. 619. 38 b.
Sewardus 627. 5 b.
Sengham Rob. 637. 4 a.
Serici Adam f. 656. 27 a.
Serloini Rad. f. ibid.
Steinton Will. 661. 10 b.
Skegnes Rob. 662. 16 b.
Seuci Giraldus 664. 51 a.
Selling. Rob. f. 671. 2 a.
Seintliz Simo 672. 10 a. *ejus progenies*
ibid. *v. de S. Licio in L.*
Seinliz Hugo, v. I. R. 819. 20 a.
Seintliz Joſcelinus & Reginaldus 675.
1 b. & 833, &c. 834.
Seintliz Simo, v. I. R. 679. 40 b.
Seintliz Matilda 679. 47 b. *v. I. R.*
Sewardi Simo f. 683. 66 b.
Seton Rob. 689. 61 a.
Stella Joh. 705. 31 b.
Seiſell Wronon. 721. 16 b.
Sneit Gervaſius & Benedictus 929. 39,
44 b.
Snella Rob. 743. 58 b.
Sera Steph. 761. 52 a.
Seſſun Riolfus 761. 6 a.
Seyſill. Matth. f. 766. 38 a.
Seignevilla Rabellus 768. 60 a.
Stretlay Samſon 771. 14 b.
Stretegh Hug. 773. 20 a.
Scheyton, Hugo D. 781. 61 b.
Sele Wimundus 792. 53 a.
Stephani Gilb. f. 792. 65 a.
Screinby Petr. 811. 22 a.
Semplingham Giſlebert. 824. 29 a.
Smerholm Alan. —— 50 a.
Seyll Will. 830. 42 a.
Seuſtein Will. 833. 61 a.
Steinton Hug. 835. 64 b. 836. 31 a.
Steinton Joh. 838. 18 a.
Scethale Hugo —— 22 a.
Seyton Roger. 844. 65 b.
Stretton Hug. 848. 55 b.
Stephani Rad. f. 868. 24 a.
Seys Howel. 885. 16 a.
Spernens Mendacium Will. (alias) Spuens Mendacium 891. 48 a.
Seneſchallus Roger. —— 46 b.
Seilſant 893. 39 b.
Seiz Edneywen. 896. 36 a.
Seiſell J. — 9 b.
Snelleſhen Rob. 901. 16 a.
Sea Will. 910. 18 a.
Seneſchallus Will. & Walter. miles 910.
65 b.
Stede Tho. & Rad. 929. 64 b.
Stede Rad. 931. 11 a.
Sperſholt Henr. 931. 53 b.
Selyſawell Will. & Rad. 937. 66 b.
Sweethrond Rad. 938. 58 a.
Settevill Warinus 940. 64 a.
Stephani Rad. f. 960. 24 a.
Swerd Roger. 967. 56 a.
Selby Rob. 973. 22 b.
Steingrene Matilda 1032. 29 a.
Stephene Rob. 1001. 42 b.
Species Rog. 1007. 5 b.
Sethun Rob. 1009. 17 a.
Sneton Reinald. 988. 60 b.
Seabrok Tho. 995. 31 a.
Sergius Martyr. 1023. 38 b.
Sewini Rob. f. 1011. 61 b.
Serjaunt Tho. 1012. 54 a.
Speciarius Rob. 1013. 10 a.
Stephani Steph. f. 1016. 43 a.
S. Licio Simo 1019. 51 a.
Sigfridus 4. 45 a.
S. Silveſter 6. 45 a.
S. Swithunus 6. 48 a.
S. Simeon 6. 61 a.
S. Simphorianus 6. 23 a.
Sigericus 8. 20 a.
Siggegarus 9. 1 a.
Sigefridus 9. 7 a.
Swithun 28. 30 a.
Sywardus Baro 44. 21 a. 35 b.
Siwardus 61. 34 a. 62. 31 a.
Swithgarus 62. 31 a.
Sidroc ſenior 68. 45 b.
Sigebertha 84. 41 a.
Siledritha ibid.
Siderida 89. 19 a.
Sigemoldus Epiſcopus 92. 62 a.
Simo Comes 95. 48 b.
Smyth Joh. 96. 10 a.
Swithan Epiſcopus 100. 6 a.
Sigelm 103. 53 b.
Sigebed 121. 12 b.
Sigred Dux 123. 54 b. 229. 19 a.
Simund 128. 30 b. 131. 12 b.
Sylvaticus Edricus 129. 56 b.
Swyneſheth Rad. 153. 41 a.
Sigburga Comitiſſa 167. 10 a.
Swithinus Presbyter 167. 63 a.
Sigeus 169. 16 b.
Sigga diaconus 170. 12 a.
Simo Comes 175. 34 b.
Sichtricius Sacrilegus egregius, v. **Bolton** *Mon.* 220.
Sywerdus 230. 9 a.
Sideman 236. 21 b.
Switgarius Notarius 238. 21 a.
Scielleia Euſtacius 239. 10 a. *Albreda uxor ejus,* ibid.
Stibbington Roger. 246. 56 b.
Stiverle Joh. 251. 1 b.
Sigfertus 263. 14 a.
Sigricus ibid.
Scireſman Edricus 284. 20 a.
Syre Oſulfile 292. 54 b. *Leverna uxor ejus* ibid.
Sifleda virago famoſa 293. 1 a.
Stigandus Cant. Archiepiſc. 296. 40 b.
v. I. R.
Sitricus Capellanus 307. 20 a.
Scriptor Rich. 326. 29 a.
Spineto Rich. et Gilbert. 343. 6 b.
Spinaco Gosfredus 601. 36 a.
Spineto Galfr. 643. 36 b.
Stynekey Tvenus & Petr. 343. 6 b. 344.
44 b.
Siward 375. 48 a.
Silli Goffredus 391. 57 a.
Sigulfi Jorno f. 398. 24 b.
Strivers Rob. 400. 18 a.
Sywal. Rob. f. 404. 12 a.
Schirloc Rob. 481. 28 b.
Sylegrave Rob. & Emma 501. 44 b.
Splitus Hugo & Rich. 514. 46 b.
Skillman Herbertus 515. 60 a.
Scriba Rad. 527. 16 a.
Skipwic Hamo 529. 29 b.
Sileby Joh. 542. 4 a.
Siwardi Rob. f. 555. 66 a.
Scireſwell Osbertus 565. 16 a. 38 a.
Siwardi Ernaldus f. ibid.
Stiveton Rob. ibid.
Siccavilla Rad. 586. 44 b.
Sybthorp Tho. 693. 22 a.
Spinavilla Will. 626. 12 b.
Simonis Rich. f. 628. 5 a.
Swiſt —— 40 a.
Siwell Simo 638. 40 a.
Sprig 639. 28 b.
Sigillo Rob. 656. 31 a. 706. 50 a.
Smydetun Rich. & Rainulphus 655. 22 a.
Swillington Roger. 656. 52 a.
Skirmiſore Rob. 656. 58 a.
Siwardi Rand. f. 656. 24 b.
Silkeſton Bernard. & Rich. 660. 3 a.
Scireſonda Lambertus 667. 40 a.
Sigillo Robertus 684. 64 b.
Skillir Hugo 705. 28 a.
Scyrlag Rob. 930. 16 b.

Swinton Will. 731. 18 a.
Simonus Warinus f. 753. 58 b.
Siwardi Ketellus f. 758. 40 a.
Siwini Gaufr. f. ibid.
Siwardi Galfr. f. 768. 66 b.
Scifling Walter & Will. 776. 38 a.
Sylvanell Simo 779. 60 b.
Stirthley Osbert. 782. 40 a.
Simonis Will. f. 805. 64 b.
Schileng Petr. 833. 56 a.
Simonis Warinus f.—9 b.
Sybeford Will. 835. 61 a.
Shipeleya Matth. miles. 839. 20 a.
Symonis Simo f. 839. 64 a.
Stirap Giraldus——22 b.
Silvand Rad. 849. 26 a.
Shirland Roger.——62 b.
Stiverle Walterus 854. 50 a.
Stilbing Will. 889. 18 b.
Simonis Rad. f. 891. 48 b.
Singleton Will. 892. 35 b.
Schirburn Rob. 905. 40 a.
Slingsby Sampſon 916. 59 a.
Silver Henricus 917. 28 b.
Scires Rich. 923. 46 b.
Syredi Paganus f. 1020. 49 b.
Squeynell Petrus 931. 61 a.
Simonis Sonuras f. 1005. 19 a.
Syeri Rog. f. 1013. 64 b.
Simonis Simo f. 1010. 66 a.
S. Scolaſtica 6. 12 b.
Scolandus Abbas 44. 38 b.
Southte Rad. 115. 48 b.
S. Johanne Tho. 118. 54 b.
S. John Will. 782. 40 a.
Scrob Rich. 129. 1 b.
Zouch Will. 79. 50 b. 160. 56 a.
Zouch Rad. 118. 34 b.
Zouch Will. & Hugo 156. 66 b.
Souch Margeria 415. 10 b.
Zouch Ivo 558. v. I. R.
Zouch Will. Roger. & Alan. 572. 62 b.
Zouch Will. 678. 36 a. v. I. R.
Zouch Ivo 727. 6 b. v. I. R.
Zouch Rog. 771. 20 a.
Zouch Alanus 780. 40 b.
Zouch Will. Archiepiſcopus Eboracenſis 962. 20 b.
Zouch Will. 963. 44 b.
Somervile Walterus 197. v. I. R.
Schorehevylene Hugo 210. 54 b.
Stow Joh. 242. 32 b.
Spot Wulfricus, v. **Burton** Mon. 265. v. I. R.
Southam Tho. 274. 40 b.
Sone Swartingi 293. 31 a.
Scott Joh. 305. 40 b. v. I. R.
Stonardus Miniſter 307. 20 a.
Somery Roger. 230. 8 b.
Somery Roger. 309. 29 a. v. I. R. v. Sumari.
Somery Agn. 614. 30 b.
Somery Rog. 615. 35 a.
Somery Joh. D. de **Newport** 605. 48 b.
Stodheie Burnardus 344. 46 b.
Sote Will. 346. 43 a.
Schodeis Adam ibid.
Scotia Rob. 387. 63 b.
Stois Will. 390. 18 b.
Scotlandus 401. 46 b.
Scrope Henricus D. 403. 12 b.
Scrope Will. 879. 9 b.
Scrop Rich. 967. 50 b.
Stotford Rich. 405. 24 a.
Stotevill Will. 428. 40 a. v. Stutevill.
Stotevill Will. 759. 59 b.
Somerſam Will. 666. 44 a.
Solero Rand. 430. 19 a.
Stoke Simo 443. 4 b.
Socman Hugo 469. 51 a.
Stotewain Tho. 476. 64 a.
Stokes Petr. 478. 36 a. 492. 43 b.
Stodham Will. 497. 44 a.
Stokeport Rob. 499. 40 b.
Scoyerſlef Will. 500. 52 b.
Stodham Joh. 504. 16 a.
Sottewain Hug. 510. 52 b.
Sor Henr. 515. 44 a.
Shortwd Alan.—56 a.
Somervill Manaſſes 527. 16 a.
Soſce Gilb. f. 554. 59 b.
Somercotes Joh. Will. & Andr. 556. 40 a.
Scotherſcelf Alan. 565. 24 a.
Scrovery Roger 563. 30 a.
Soleigni Haſculinus 578. 59 b.
Stor Will. 598. 54 a.
Soun Auſchetillus & Robert. 628. 60 b.
Scollandi Brienus f. 629. 8 b.
Stormi Roger. 631. 54 a.
Somercote Will. 638. 40 a.
Scot Joh. 640. 38 b.
Scocis Rob. 645. 20 a.
Scoticus Walter 654. 3 a.
Somerveio Rob. 660. 16 a.
Sproxton Achardus 681, 31 b.
Zoign Aluredus 684. 30 b.
Sornton Henr.—58 b.
Sourdival Eudo 704. 34 b. v. Surdival.
Sori Joh. 719. 47 b.
Sproxton Rob. 730. 60 a.
Socovager Tho. 756. 54 a.
Stodlai Gamel. 758. 40 a.
Storr. Will. f. 760. 40 b.
Scone Will. f. ibid.
Sorewell Rob. 761. 66 b.
Stokes Tho. 770. 24 b.
Stokeſley Rob. 776. 42 b.
Stockhay Rob. 791. 36 b.
Stodeley Patric. 804. 4 b.
Scoteneio Hugo & Lambert. 805. 31 b.
Somervill Rob. 807. 39 b.
Stokes Henr. 815. 53 b.
Spron Rob. & Joh. 832. 55 b.
Soeby Osbertus 833. 55 a.
Stoke Rich. 835. 1 b.
Scrop Phil. 837. 4 a.
Scoteney Walter. 839. 64 a.
Stockeld Nigellus 843. 66 a.
Scotton Rad. 845. 4 a.
Stoke Amicia et Gilbert. 848. 24 b. 30 b.
Stokes Lancelinus 849. 6 a.
Solers Joh. 864. 53 b.
Scolandi Brianus f. 874. 54 b.
Somervilla Will. 886. 45 a.
Soll Raun. 886. 46 a.
Sokeners Rog. 916. 59 a.
Scoteney Lambert. 923. 64 b.
Soltbroke Henr. 935. 56 a.
Stoyll Steph. 940. 64 a.
Sondey Walter. 945. 22 a.
Scocis Rob. 1026. 56 a.
Sofnet Tho. 1012. 48 b.
Stoke Petr. 991. 59 b.
Sprot Will. 1016. 10 a.
Stokes Rich. Sam. & Edw.—60 b.
Stotarius Godwinus 1006. 9 b.
Sulca 9. 53 b. 14. 14 b.
Sucath 10. 31 b.
Sulcardus 58. 26 a.
Suttuna Alwardus 106. 36 a.
Suardus 201. 16 b.
Scurell Rob. 207. 60 a.
Sueſa 230. 9 a.
Stutevill Will. 230. 61 a.
Stutavill Joh. 249. 44 a.
Stutavill Rob. 335. 56 b.
Stutevilla Rob. 387. 38 b.
Stutevill Will. 501. 29 a. 506. 64 a.
Stutevill Euſtachius ibid.
Stutevill Will. 605. 60 b.
Stutevill Oſmundus 628. 46 a.
Stutvile Will. 639. 37 a.
Stutevill Rob. 646. 62 b.
Stutevill Helewiſa 708. 1 b.
Stutevill Rog. & Will. 731. 18 a.
Sudbury Joh. 274. 40 b.
Schuch Will. 300, 16 b.
Sulwey Alan 309. 16 a. v. I. R.
Suley Walter. 309. 34 a. v. I. R.
Sully Nichol. & Rich. 1002. 22 b.
Surdivall Will. 323. 4 b. v. Sourdivall.
Surdivalls Petr. & Will. 729. 42 b.
Surdivall Robert. 914. 64 a.
Surdivall Will. 1032. 30 a.
Sutter Gilb. & Margeria 328. 54 b.
Stuwaldus Dux 333. 39 b.
Scula Dux 353. 56 a.
Sumery Rog. 387. 38 b. v. Somery.
Sumari Garnerius fil. 391. 63 b.
Sumery Chriſtina 443. 30 a.
Sumary Milo 462. 55 a.
Sutton Herbert 476. 64 a.
Scurlagg Will. & David. 478. 3 a.
Suany Will. 499. 40 b.
Scut Will. 513. 38 b.
Sutfeild Will. 515. 60 a.
Sunecordia Will. 528. 46 a.
Suwardi Ernaldus f. 565. 16 a.
Scuris Rog. 576. 46 b. 578. 30 a.
Scures Will. ibid.
Sulleio Will. 578. 30 a.
Scula 605. 63 a.
Scultborp Walter. 628. 36 b.
Sutton Alleſtanus & Walterus 629. 59 b.
Suttorp Oſmundus 632. 9 b.
Surdus Will.— 11 a.
Suthacra Alin. 633. 30 b.
Suthfeild Walt. 635. 58 a.
Sumbreſetta Joh. 642. 61 a.
Spurlingus 658. 36 a.
Stubhous Will. 691. 2 b.
Summanni Albertus 703. 47 b.
Stur Will. fil. 761. 7 b.
Scurs Will. 763. 60 b.
Stutevill Joana 776. 3 b.
Stutevill Will. 783. 54 a.
Stutevill Rob. 798. 11 b.
Stut Will. 814. 34 b.
Stutevilla Rob. & Will. 1031. 24 b 1032. 31 a.
Sutteby Joh. 776. 42 b.
Stuthley Julian. et Walter. 780. 38 a.
Sutton Amandus 798. 34 b.
Sutton Sywardus 794. 10 a.
Scrutevill Rich. et Alan. ibid. 795. 31 a.
Sutton Reinerus 799. 16 a.
Scrubbi Ivo 805. 62 b.
Scures Will. et Rich. 833. 48 a. 64 b.
Suthleia Rad. 835. 61 a.
Sumervilla Will. 851. 52 b.
Scudamor Rad. 866. 5 a.
Struby Ivo 881. 16 b.
Scures Rich. 922. 64 b.
Scurby Ivo et Henr. 923. 57 b.
Stunt Will. 943. 28 a.
Sutton Tho. 968. 3 a.
Sumkel Wlaricus 1006. 61 b.
Sunno Rob. 1008. 22 a.
Smude Wlaricus 1009. 8 a.
Surmult Ernulphus 1016. 58 b.
Suthwik Tho. 1019. 42 a.

T

TAdeus S. Judas 5. 48 b.
S. Tarſilla 6. 27 b.
Talebot Gaufridus 30. 63 a.
Talbot Rich. Seneſchallus hoſpitii Regis 219. 10 b.
Talbot Cecilia 113. 60 b.
Talbot Hugo 450. 2 a. v. I. R.
Talbot Phil. 558. 36 b.
Talbot D. Gilb. 580. 8 a.
Tallebot Tho. 581. 16 b.

Talbot

Talbot Hugo 622. 43 b.
Talbot Walt. 625. 41 a.
Talbot Will. 628. 10 a.
Talbot Galfr. 270. 29 a.
Thameton Will. 75. 25 b.
Talmach Hugo 115. 58 b. 527. 24 a.
Taileſmaſch Petr. 802. 30 b.
Taſtar Petr. 171. 51 a.
Tathbertus 172. 49 a.
Tancredus, v. Thorney Mon. 243. 26 b.
Trailli Will. 879. 5 b.
Trailli Guffridus, Galfridus, Will. Albretha, & Rad. 246. 50 a.
Trailli Galfr. 675. 3 b. 729. 29 b. 784. 36 b.
Traly, Mich. v. I. R.
Tailebois Rob. 179. 29 a.
Tailebois Ivo 245. 48 b.
Tailebois Walter. 280. 20 b.
Tailebois Ivo 305. 1 a. 306. 34 a. 389. 4 a.
Tailebois Rad. 391. 54 a.
Tailebois 708. 62 a.
Tailebois Galfr. 792. 16 a.
Talebois Walt. v. I. R.
Tailbois Joh. 1032. 20 a.
Taylemaſchr. Will. 289. 59 b.
Taylworth Petr. ibid.
Tany Lucas 300. 9 a.
Tateſhall Rob. 309. 26 a. v. I. R.
Tatſhall Rob. 337. 40 a. 806. 10 b. v. I. R. 481. 10 b.
Trahern Joh. 321. 50 b.
Travaill Will. 326. 29 a. 348. 66 a.
Tangworth Roger. 361. 20 a.
Tancardevilla Will. 366. 2 a. 418. 5 b.
Talantira Galfridus 397. 5 a.
Tamworth Adam 440. 42 a.
Trahern. Madoc. f. 467. 46 b.
Tameurda Tho. 479. 20 b.
Talun Will. 481. 28 b.
Travers Rob. & Warinus 485. 58 b.
Taylefer Hug. 501. 66 b.
Taudrick Griffin. 505. 22 a.
Tanet Reginaldus 517. 34 a.
Taileſton Alanus & Helias 565. 8 b.
Talvas Will. 568. 30 b.
Tanquervilla Baro Will. 574. 52 a.
Taillard Henr. 578. 64 b.
Thalamo Rich. 595. 26 a.
Talebas Roger. 633. 24 a.
Tanney Rainaldus & Rich. 640. 63 b. 641. 41 b.
Tayler Galfr. 641. 33 a.
Thasburgh Ulmerus 665. 30 a.
Tanquervilla Will. 670. 10 b.
Tapeley Rob. & Alexand. 684. 52 a.
Tailer Rob. 706. 32 b.
Thwaits Joh. 691. 66 a.
Tracy Will. 22. 14 b.
Tracy Henr. 763. 12 a.
Tracy Will. 791. 60 a.
Tracy Henr. 929. 5 b.
Trainel Rob. 782. 22 a.
Trainel Adam —— 36 a.
Tanai Aben. 830. 53 b.
Tadwick Gregor. v. I. R.
Tameton Rich. & Will. 880. 50 a.
Tatham Will. 858. 11 b.
Trahaiarm 896. 6 b.
Travaileſworth. Sim. 941. 60 a.
Tracy Henr. 1024. 53 b.
Taviſtok Joh. 1002. 36 b.
Tartinent Laurent. 1013. 9 b.
S. Theodorus 6. 25 a.
Theodorus 19. 5 a.
Theored 21. 23 b.
Theobaldus Archiepiſcopus 22. 1 b. 39. 52 a.
Theodorus 36. 54 b.
Theodoricus Monetarius 53. 20 b.
Theodorus 84. 20 a.
Teynton Matilda 119. 38 b.
Theokus Heremita, v. Tewksbery Mon. 154.
Tedricus 245. 8 b.
Teſſun Roger. 345. 56 a.
Tedbaldi Rob. f. 377. 9 a.
Teoldi Alanus & Rad. f. 382. 25 a.
Theneio Berengarius 393. 50 b.
Templo Domini Paganus 460. 2 a.
Trenchſiall Will. — 44 a.
Teutonicus Joh. 488. 33 a.
Tregoza Rob. 505. 5 b.
Teſſun Rad. 555. 11 b.
Treſgoz Rob. ibid.
Thedlethorp Gilb. & Will. 556. 46 a.
Theford Gilb. 579. 66 b.
Terrerii Rad. f. 581. 51 a.
Trepeni Rob. 587. 25 b.
Tregoz Phil. & Rich. 593. 38 b.
Treget Rob. 601. 9 b.
Treſon Joh. 602. 32 a.
Trenchevil Joh. 641. 33 a.
Thetford Tho. 642. 16 a.
Trehampton Rad. 654. 44 a.
Teiden Jordan. 704. 30 a.
Thweng Marmaducus 707. v. I. R.
Treſt Petr. 730. 30 a.
Theobaldi Will. f. 730. 43 a.
Templo Gualter. 758. 16 a.
Trenchard Pagan. Rob. & Henr. 760. 68 a. 40 b. 761. 68 b.
Terray Camerarius 799. 13 b.
Trehanton Roger. 809. 64 b.
Treſham Laurent. 815. 8 a.
Trehamton Gaufr. 823. 44 a.
Tempeſt Rich. et Roger. 861. 30 b. 655. 8 b.
Templo Walter. 862. 58 a.
Tregoze D. Rob. 865. 63 a.
Teſtard Gilb. 881. 29 b.
Treminet Rich. 925. 18 b.
Tredewey Rob. 968. 58 a.
Treuram Mauricius 1020. 9 a.
Trelosk Andreas miles 1001. 63 a.
Tezonis Will. f. 1008. 24 a.
Tehardi Henr. f. 1013. 37 b.
Tenetbray Rob. et Avelina 1018. 27 a.
S. Trypho 6. 27 b.
Tydeath 28 40 a.
Tilhad Abbas 39. 51 b.
Tilredus 40. 4 a.
Tiſon Rich. 49. 2 b.
Tiſo 69. 58 b.
Tiſon Gilbertus 372. 12 a. 400. 3 a. v. I. R Ada filius ejus, ibid.
Tiſon Adam et Will. 849. 22 a.
Thimbel 63. 40 a.
Tilba 69. 12 b.
Thymor, v. Ermenredus.
Tyler Will. 96. 16 a.
Tilberdus Epiſcopus 122. 60 b.
Tidulf Dux 123. 56 b.
Tilberus Presbyter 165. 3 b.
Titeborſt Hog. 179. 31 a.
Trianel Rob. 241. 36 a.
Tychmerſh Joh. 242. 18 b.
Tyrel Will. 245. 42 b.
Tirri Ogerus 248. 46 b.
Twynho Joh. 280. 20 b.
Thrym miles 288. 40 a.
Thirketel heros nobilis 292. 41 b.
Tirkel 293. 22 a.
Timuthenſis Joh. 208. 56 a.
Tinmouth Joh. 296. 62 a.
Tibotot Rob. 300. 9 a.
Tibontot Gilb. 431. 84 b.
Tiberton Rand. 600. 17 b.
Tigerivilla Ivo et Berengarius 328. 24 a.
Tilſius Tondhere filius Oſwii Regis 333. 36 b.
Tinemouth Simo 336. 12 b.
Tirell Rich. & Rog. 830. 38 a.
Tirrell Alex. 562. 4 a.
Tirellus Andr. 691. 30 b.
Tirri Will. f. 393. 50 b.
Tilioll Simo 398. 44 b.
Tilly Tho. 406. 30 a.
Tingry Adam 461. 52 b.
Tindall Ada & Helewiſa 505. 50 a.
Tyrringham Joh. 524. 40 a.
Tirringham Giffardus 1015. 54 b.
Tingwick Joh. 524. 40 a.
Tiwe Hugo 525. 58 b.
Tingri Sibilla 573. 56 a.
Tilney Alanus & Adamus 637. 49 a.
Tirone Odo 642. 40 a.
Tillny Rob. 651. 2 a.
Tilly Otho & Hugo 656. 48 a.
Tilly Henr. 792. 16 a.
Tifel Will. 703. 47 b.
D. de Tiptoſt 728. 64 b.
Tiptoſt Auda 930. 14 b.
Tiſi Hugo 729. 64 b.
Tikel Will. 756. 60 b.
Tikeſley Will. 780. 22 b.
Tilly Will. & Rog. 824. 50 a.
Tilly Rog. & Rad. 830. 44 b.
Tilli Otto 857. 34 b.
Tilli Oliva 887. 45 b.
Twiford Joh. 913. v. I. R.
Tibbermont Reginald. 937. 65 a.
Tilney Will. & Margeria 664. 62 a. 2 b.
Tinten Alicia & Joh. 930. 4 a. 11 a.
Tya Wlgarus 1006. 56 b.
Tilberia Joh. 1007. 10 b.
Tigtor Roca 1013. 24 b.
Tyard Ingelramus —— 20 a.
S. Thomas 5. 63 b.
Thongil 23. 66 b.
Toſti Dux 52. 17 b.
Tovius 53. 27 b.
Toſtig 61. 32 a.
Topi Ulf. f. 68. 65 a.
Tolius, v. Algar junior.
Torgarus 69. 5 b.
Toretus 69. 58 b.
Toſthun Will. f. 75. 25 b.
Tombertus Princeps Girviorum 89. 34 a.
Thom. 114. 64 a.
Toteneia Rad. 129. 21 b.
Totney Rob. 328. 3 b. cum pluribus illius familiæ 329. 3 b.
Tottonia Rich. 645. 32 b.
Totnes Joel. f. Aluredi 684. v. I. R. 1023. 34 b. 1024. 53 b.
Thoresby Joh. 171. 41 a.
Trotter Hugo —— 51 a.
Thoroldi Alex. f. 179. 26 a. v. Turoldus.
Thoroldus de Buckenhale, v. Spalding Mon. 306.
Thorton Joh. 184. 27 a.
Toſti nobilis 230. 11 a.
Tovinas 230. 13 a.
Tortu Valle Rainaldus 231. 19 a.
Tortedus, v. Thorney. Mon. 243.
Tona, v. ibid.
Trokonolus 244. 60 b.
Tovi 245. 60 b.
Tous Rich. 246. 10 b.
Tola, v. Orcus.
Thored miles 288. 40 a.
Tolinus 300. 28 a.
Tottington Tho. 296. 14 a.
Thorney Berengarius 307. 45 a.
Torell Will. 322. 40 b.
Toſtius Comes fil. Godwini 334. 41 a. v. I. R.
Tole 355. 34 a.
Thorp Joh. 358. 26 a.
Thorni Guncil. f. 372. 29 a.
Tornay Girard. Will. & Rad. 376. 66 b. 338. 38 b.
Tochi 377. 5 a.

Toreth 378. 4 a.
Todeney Berengarius 387. 38 b.
Thoresby Rob. & Will. 399. 36 b. 401. 2 b.
Thornton Galfr. 413. 64 b.
Torreyin Gaufr. 428. 42 a.
Toſti Will. f. 427. 50 a. 424. 16 b.
Totham Mauritius 433. 49 a.
Torteia Will. 461. 52 b.
Thornbull Rob. 468. 4 b.
Trotteſworth Gruwinus 482. 60 b.
Tony R. 504. 16 a.
Tony Rog. 545. 48 a.
Toein Rad. Rog. & Rob. 558. &c. 560. *v.* **Stafford & Wotton** *Mon.*
Toni Rad. ſenior 598. 48 a.
Tock Galfr. & Walt. 509. 10 a.
Toſtez Joh. 542. 26 a.
Tovetinus Vicecomes 551. 28 b.
Tottenham Joh. 566. 5 a.
Thorp Will. 603. 16 a.
Toneio Rad. & Ridulf. 619. 60 b.
Tony Rand. 679. 34 b. *v. I. R.*
Thoeni Rog. 926. 63 a. *v. Tuny.*
Toſardus Will. 625. 13 b.
Toſtanus — 48 a.
Topi Eodardus f. 628. 63 b.
Torp Warinus 632. 58 a.
Touton Petr. 650. 38 b.
Thornhill R. 653. 65 b.
Thome Rog. f. 654. 44 a.
Thomæ Michael. f. 656. 24 a.
Thorp Simo 654. 44 a.
Thorp Edricus 665. 20 a.
Torneia Briſmerus—54 b.
Torneio Will. 666. 22 a.
Totinton Warnerus 667. 40 a.
Thorp Rad. 667. 5 b.
Thorp Simo 679. 46 a.
Toures Rich. 686. 64 a.
Toclive Rich. 703. 56 a.
Torbivilla Pagan. & Gilbert. 719. 56 a. 720. 2 a.
Torneton Suanus 752. 63 b.
Tornton Rad. 758. 26 b.
Torz Rob. & Will. 769. 30 a.
Thomæ Rob. f. 782. 32 b.
Torn Sim. & Will. 798. 16 b.
Thornham Iſabella 800. 28 a.
Tohem Albreda 805. 50 a.
Tocie. Alex. f. 808. 62 b.
Totinton Henr. 823. 44 a.
Thorp Galſr. 833. 29 b.
Tour Danus 50 b.
Tor Suen. & Jordan. f. 836. 3 a.
Tortemani Rad. & Will. 836. 838 *v. I. R.*
Thorn. Simo f. 838. *v. I. R.*
Toppyng Galſr. 838. 44 a.
Thorney Tho. Thoroldus, & Thugiſius 840. 44 b. 841. 65 a.
Toarcho Guido 878. *v. I. R.*
Toutheby Will. 882. 18 b.
Trow Jacobus 887. 31 b.
Townley Rich. 900. 59 b.
Topcliff Rob. 902. 62 b.
Touleſton Petr. 908. 19 b.
Thorp Rob. 910. 7 a.
Throſtell Rog. 937. 30 b.
Tornator Rob. 1023. 60 b.
Torre Joh. 1001. 63 a.
Thori Rog. f. 1016. 8 a.
Toldwini Joh. f. 1018. 50 b.
Tochin. Rich. 980. 28 a.
Throckmorton 995. 53 a.
Tatan 4. 30 a.
Tumbertus 8. 59 b. 14. 64 a.
Turſtinus 17. 59 b.
Tunbridge Giſlebertus 30. 2 a.
Tuda 39. 19 a.
Trumwinus Antiſtes 39. 57 a.
Turgotus Prior 45. 45 b.
Turonda uxor Godwini 53. 1 b.
Tuda Epiſcopus 65. 14 a.
Thuredus 66. 39 a.
Thureferd ibid.
Turgiſius 75. 28 a.
Thurſtanus Danus 92. 64 a.
Thukes Reginald. 116. 54 a.
Tunthretha, v. Earedus.
Turketilus 167. 21 b.
Thurſtinus miles 171. 4 a. *v. I. R.*
Turnham Stephan. 179. 1 b.
Turonenſis Joh. Medicus 184. 42 b.
Turoldus 186. 9 b. *v. Thoroldus.*
Turbervill Rob 199. 16 b.
Tutaburia G. ibid.
Turbervill Will. 823. 18 b.
Turbervill Tho. 580. 8 b.
Turbervill Hug. et Rich. 791. 60 b.
Turbervill Barthol. miles 887. 19 b. 960. 36 b.
Turti Nichol. 219. 44 b.
Turnham Rob. 230. 63 a.
Turſtini Walt. f. 231. 21 a.
Tukem 233. 43 a.
Turgant 239. 26 b.
Turgiſius 245. 63 b.
Turwell Albericus 250. 56 a.
Thurgod 263. 14 a.
Turkillus Comes 286. 8 a.
Thurnardus—49 b.
Thurkyl miles 288. 40 a.
Tuke Beſy 306. 54 b.
Tuito Rad. 328. 24 a.
Turoldi R. f. 331. 48 b.
Turaldi Rad. f. 622. 45 b.
Turaldi Rog. f. 631. 57 a.
Turner Hugo 403. 18 a.
Turneur. Rob. et Osmundus 439. 63 b.
Tunſtall Steph. 441. 15 a.
Tucke-joie 469. 32 a.
Truſſell Will. 490. *v. I. R.* 569. 9 a.
Tunſtall Oſmundus et Edvardus 502. 16 b.
Tunſtall Gopſi 730. 39 a.
Tunſtall Acharius—56 a.
Tunſtall Amicia 840. 39 b.
Turnham Steph. 514. 34 a.
Turnham Rob. 597. 31 b.
Thurmod Roger. 514. 58 b.
Tueyt Will. 515. 46 b.
Turard Ailmerus—39 b.
Turuill Rad. 519. 64 a.
Turvill Galfr.—64 b.
Turvill Sim. 689. 51 a.
Turre Gregor. 520. 2 a.
Turpall Rob. 522. 60 b.
Turſtinus 551. 50 a.
Turulphus—28 b.
Turnham Rob. 555. 11 b.
Tuchet Will. 905. 40 a.
Tuſcet Odo 564. 25 a.
Tuſcet Simo 824. 3 b.
Tuſtini Rad. f. 581. 20 a.
Turkelby Rog. 583. 26 b.
Turnel Rog. 598. 58 a.
Truſtan Will. f. 622. 45 b.
Turgiſi Godfr. f. 623. 22 a.
Turlakus 626. 54 b.
Turs Simo et Rob. 662. 18 a.
Thurnby Rad. 677. 34 b.
Turkesby Rog. 678. 52 a.
Turſtini Rich. et Rob. fil. 730. 12 b.
Trusbot Galfr. 731. 9 a.
Turvecant Will. et Rich. 795. 44 b.
Trumvill Rob. 804. 16 a.
Turgis Rich. et Suen. f. 835. 60 a. 836. 10 a.
Turlaveſton Rad. 836. 58 a.
Tunbridge Adelida 482. 51 a.
Turkillus Danus 832. 6 a. *Huregunda uxor ejus*, ibid.
Turp Rob. 886. 13 b.
Turbern Rich. 889. 18 b.
Thurſtani Joh. fil. 897. 46 a.
Trumpington Roger 902. 4 b.
Tuit Hugo 915. 35 a.
Turnham R. 917. 51 b.
Tudder Will. 932. 54 b.
Tunio Rad. 1026. 15 b.
Turſteri Will. f. 1013. 29 b.
Tumby Rob. 1015. 12 b.
Truſſebut Agatha 1018. 18 a.
Turſtinus f. Reinfredi 983. 40 a.
Tunbertus 980. 16 a.
Tullius Rob. 995. 35 a.

U

S. *Valerius* 4. 33 a.
S. *Valoniis Petr.* 172. 28 b. 343, & 334. *v. I. R.* 642. 63 a.
Valoniis Teobaldus, Joana, Agnes & Sibilla 490. 24 b. 508. 56 b.
Valoniis Gonora 531. 31 b.
Valoines Tho. 583. 28 b.
Valle torta Rainaldus 231. 19 a.
Vallibus Joh. 300. 16 a.
Vatin Rad. 322. 43 b.
Valz Aſchelinus 328. 21 a.
Vauz Matildis—38 b.
Valz Rob. & Oſana 398. 33 b.
Valle Mich. 399. 20 a.
Valx Hubert. Ranulph. & Rob. 400. 12 a. 445. 46 a.
Vaux 444. *v. I. R.*
Vaſolinus Oliver. 355. 30 a.
Val Guido D. 381. 51 b.
Valence Eymer. 448. 23 b.
Valentia Will. frater. H. 3. 483. 39 a.
Valentia Iſabella 558. *v. I. R.*
Valentia Will. 726. *v. I. R.*
Vald Rich. 462. 29 b.
Val Giſlebert. 489. 26 a.
Valle Gilbertus 510. 42 a.
Vallibus Oliver. 516. 10 a.
Vallibus Rich. 527. 49 a.
Vallibus Rob. 628. 41 b.
Vallibus Rob. Gilb. Hubert. Will. Sim. & Rad. 629. 2 a. 643. 31 b.
Vacherie Will. 559. 62 a.
Valvazour Will. Rich. & Rob. 565. 16. b. 839. 4 b. 963. 17 a.
Valvazour Manger. et Will. 653. 66 b. 658. 30 a. 654. 44 a. 659. 1 b. 843. 64 a.
Valvaſour Will. 902. 5 b. 908. 18 b.
Val Hugo 649. 28 b.
Vallibus Ethardus 665. 53 a.
Vallibus Rob.—56 a.
Vauz Miſolda & Joh. 728. 12 b.
Valz Hubert. 760. 12 b. 761. 5 a. 867. 56 b.
Vaus Rob. 886. 43 b.
Vaus Hubertus 1026. 54 a.
Valoniis Rob. 666. 60 a.
Valoniis Gaufr. 708. 56 a.
Valoniis Rad. et Phil. 731. 14 a.
Valoniis Hamo 880. 9 a.
Valoniis Petr. 889. 36 b.
Vanus Roſſet 707. 25 a.
Vaken Edenewith, Evinus 721. 12 b.
Val Savaricus 792. 8 a.
Vaghan Phil. 863. 18 b.
Vancelour Joh.—44 b.
Vautort Joh. 940. 65 a.
Vantard Johan. 1001. 43 b.
Uctredi Adelinus f. 758. 41 b.
Ucce Will. f. 778. 57 b.
S. *Udilia* 4. 1 b.
Udardi Will. f. D. de **Thorby** 398. 30 b.
Udardi Hug. f. 823. 40 a.
Udardi Aſthetillus f. 886. 30 a.
Udardi Hug. f. 985. 43 b.
Verenhert. 123. 57 b.
Verrarius Hamo 179. 28 a.

Venables Gilb. 201. 4 b.
Venables Will. 891. 48 b.
Vernon Rich. 201. 4 b.
Vernon Walcelinus——66 b.
Vernun Joh. 621. 58 b.
Vernon Rich. Will. & Henr. 677. 14 a. 684. 66 b.
Vernon Will. Comes Devoniæ 761. *vide* I. R.
Vernon Rich. & Walterus 802. 33 b.
Vernon Warinus & Will. 891. 48 b. 892. 3 b.
Vernon Walt. 937. 52 a.
Vernon Rad. 938. 18 a.
Vernun Walter. 985. 41 b.
Vernun Hug.——60 b.
Venator Joh. 562. 6 b.
Venator Wlricus 553. 2 b.
Venator Ranulph. & Erneiſus 201. 6 b.
Venator Rob. & Rad. 355. 26 a.
Venator Serlo 361. 67 a.
Venator Rob. 897. 50 a.
Venator Siwardus 1009. 53 b.
Venator Rich. 985. 58 b.
Vetulis Humfr. 724. 61 a.
Vetulis Theobaldus 312. 11 b.
Ver Dalinus 1024. 21 a.
Ver Rob. 319. 6 a. 417. 10 b. 470. 12 a.
Ver Guido ſenior 374. 52 a. 808. 62 b.
Ver Albericus 378. 6 a.
Ver Henr. 430. 59 a.
Ver Albericus, *v.* **Coln** *Mon.* 436. *v.* I. R.
Ver Henr. 460. 38 a.
Ver Albericus 468. 1 a. 1008. 62 a. 545. 10 b. 619. 38 b. 1020. 40 b.
Ver Rob. & Bernardus 621. 60 b. 688. 44 a. 866. 23 b.
Veri Will. f. 760. 40 b.
Ver R. 784. 33 b. 1011. 39. a. 973. 25 b.
Ver Wido & Will. 823. 40 a.
Ver Alicia 860. 44 a.
Ver Baldwinus 892. 36 a. 3 b.
Ver Hugo 1021. 60 a.
Veltre Will. 339. 16 a.
Verli Rog. 340. 26 a.
Verleio Toraldus 377. 66 b.
Veſci Rob. & Ivo 388. 62 b.
Veſci Will. 659. 1 b. 708. 54 a.
Veſci Will. 727. *v.* I. R. 731. 14 a. 753. 58 a. 849. 18 b.
Veſcy Joh. 849. 5 b.
Veſcy Will. 859. *v.* I. R.
Veſcy Will. & Burgia 915. 34 a.
Verdon Bertramus 388. 66 b.
Verdon Theobald 505. 19 a.
Verdun Will. 516. 28 a.
Verdon Norman. 592. 3 b.
Nerdunenſis Ivo 665. 20 b.
Verdon Joh. 725. *v.* I. R.
Verdon Theobaldus 769. 48 b.
Verdon Bertram. et Rob. 808. 62 b. 912. *v.* I. R.
Verdon Milo, Tho. et Roeſia 933. 56 a. 12 a.
Verdon Nich. et Henr. 943. 20 a.
Verdon Joh. 1016. 16 b.
Verdon Norman. 986. 60 a.
Verli Rob. 476. 63 a. 835. 7 a.
Venuz Will. 528. 29 a.
Veteriponte Idonea 554. 10 b. *v.* I. R. *v. Vipont.*
Veteriponte Rob. et Idonea 836. 33 b. 837. 62 b.
Veteriponte Joh. 1012. 48 a.
Veteriponte Rob. 999. 20 b.
Verli Phil. 889. 40 b.
Verli Henr. 794. 43 a.
Verli Rob. 625. 6 b.
Venuz Will. et Rob. 704. 49 a.
Verberay Vice-Dominus 797. 61 b.
Veell Rob. et Hawiſia 814. 66 b.
Veiela Rob. 1006. 44 b.
Vernoll Henr. 909. 18 b.
Verlin Rich. Alan. et Iuet 922. 65 b.
Verney Simo 943. 36 a.
Venella Will. 1005. 24 a.
Vfferton Patric. 513. 40 a.
Vffa 10. 11 a. 15. 21 a. 37. 46 b.
Vfan 244. 34 a.
Vfford Rad. miles, ejus progenies 415. 23 b.
Vfford Rad. Joh. et Matilda 491. 63 a. 867. *v.* I. R.
Vfflete Gerard miles. 968. 4 a.
Vgelberg Wymarus, Ivo 988. 54 a.
Vgtredi Rad. f. 808. 30 a.
Vggeton Tho. 725. 30 b.
S. Vincentius 4. 24 a.
Vuius Abbas 286. 12 a.
Vis Walkelinus 322. 48 a.
Viliers Paganus 383. 35 a.
Vilers P. 566. 22 b.
Villeio Vnfredus 660. 4 b.
Viliers Henr. 719. 63 b.
Viler Jacobus 937. 8 b.
Vinon Hugo 505. 6 a.
Vinfredus 551. 50 a.
Virguel Will. et Rob. 553. 38 a.
S. Vigore Humfr. 620. 35 b.
Vitalis Rob. f. 672. 66 a.
Violi Rob. f. de **Foxton** 673. 50 a.
Violi, ſive Vitalis Jordan. Simo, Rob. Julian. Rich. Henr. Simo.——16 b. 20 b. 66 b. 674. 10 a.
Vinitor Joh. 730. 10 b.
Vivet Tho. fil. 754. 58 a.
Viana Rog. 760. 40 b.
Vilers 773. 5 b. *Pagan. filius ejus* ibid.
Vitalis 775. 30 a.
Vitri Will. 911. 4 a.
Viel Will. f. 922. 66 b.
Vivonia Hug. 928. 40 b.
S. Vlſtanus 4. 50 a.
Vlricus 18. 36 a.
Vlſketell Comes 292. 42 b.
Vlfricus Dives 293. 66 a.
Vlfi Rainerus f. 399. 36 b.
Vlf Horn f. 721. 12 a.
Vlecotes Phil. 839. 20 a.
Vlberti Ketel. et Gamelinus f. 858. 4 a.
Vlf Dux 283. 52 b.
Vlſius 355. 36 a.
Vlſeby Will. 399. 20 a.
Vlſſon Vctredus 390. 22.
Vnfranvill Gilbert. 162. 59 a.
Vnfranvill Matildis 328. 24 a.
Vnfranvill Odonellus 334. 20 b.
Vnfranvill Gilbertus 399. 13 b. 422. 3 b.
Vnfranvill Rich. 476. 28 b.
Vnderwood Tho. 289. 62 b.
Vnney Humfr. fil. 357. 30 a.
Vnfredi Will. f. 499. 44 b.
Vmmin 14. 33 a.
Vmfranvilla Rad. 573. 36 a.
Vmfranvill Gilb. Comes de Angus, et Dom. de **Ryme** 580. 9 a. 802. 18 a.
Vmframvile Rob. 834. 40 a. *v.* I. R.
Vpſale Joh. 778. 10 a.
Vpſale Agn. 840. 31 a.
Vpton Will. 1013. 13 a.
Vrbanus 4. 20 a.
S. Vrſula 4. 10 b.
Vrſo Vicecomes, Robertus frater 129. 30 a.
Vrſi Reginald. f. 604. 66 a.
Vrſi Rad. fil. 883. 52 b.
Vſpach Bernardus 581. 54 a.
Vſtingi Steph. f. 840. 31 b.
Vtlage Walter. 632. 59 b.

W

S. *Walburga* 4. 3 b.
S. *Wathellaga* 10. 16 a.
Waldhere 14. 33 a.
Walmſtelm 17. 32 a.
Walkelinus 18. 11 a.
Wallaſus 19. 38 a.
Walterus Prior 22. 1 a.
Walterius Vicecomes 29. 24 b.
Wald. Tho. Cancellarius 30. 56 a.
Walterus 41. 26 a.
Warinus Abbas 52. 44 b. 29 b.
Walbertus 65. 24 a.
Warinus 73. 18 a.
Walterus Vicecomes 111. 56 a.
Wardun Osbertus 153. 49 a.
Waſt Nigellus 30. 23 b.
Watſonis Rob f. 30. 39 b.
Walkelinus Epiſcopus 36. 32 a.
Walſige Epiſcopus 37. 33 b.
Walcherus Epiſcopus 42. 38 a.
Wac Baldwinus 47. 28 a.
Warinus 105. 50 b.
Walteri Rad. f. 116. 40 a.
Walteri Robert. Avelina, & Emelina f. 117. 40 a.
Warwic Will. 149. 64 b.
Warwic Henr. 161. 53 b.
Walerico Reginald. 175. 10 b.
Walden Joh. 179. 31 a.
Wallingford Will. ibid.
Waltam Rich. 184.
Walkerus Archidiaconus 186. 6 b.
Wanci Will. 193. 31 a.
Walbruno Ranulph. 202. 24 a.
Wada Comes 204. 34 a.
Warweſt Will. 213. 41 a.
Walteri Rob. f. 230. 64 a.
Wadbell Simo 246. 7 a.
Worini Adam f. 246 7 a.
Waldebof Will. 246. 7 a.
Wake Hug. 248. 24 a.
Waze 248. 45 b.
Walerand Rob. 258. 50 b.
Walchevin Rob. f. 265. 10 a.
Wake Andr. 279. 41 b.
Wake Tho. de **Liddel** 572. 40 a.
Wake Rad. 620. 13 b.
Wake Hug. 776. 1 b. 832. 54 a.
Wake Baldw. ibid.
Warner Henr. 280. 29 a.
Waram Thurſtinus——56 a.
Walpoll Edm. 295. 66 b.
Wardell Will. 300. 30 b.
Fitzwalter Milo Conſtabularius 319. *v.* I. R.
Waldebef Rich. 321. 60 a.
Waldebeof Will. 322. 44 b.
Wafre Rob. 323. 18 b.
Waldeſet Joh. ibid.
Wacevill Petr. ibid.
Waſt Nigellus 325. 36 b. 334. 4 b.
Wacy Warenus 326. 66 a.
Waltervilla Walter. & Will. 328. 26 a.
Waute Tho. 328. 46 b.
Warenna Reginald. 330. 3 a. 358. 20 b. 432. 26 b.
Warenna Will. 389. 58 a. 615. 61 b. 639. 27 b.
Warenna Rainold. ibid.
Warwic Adam 333. 42 a.
Warwic Henr. 719. 64 b.
Walſingham Wicmarus 344. 16 a.
Warham Hutel. ibid.
Walden Adam. 346. 36 a.
Warelwaſt Will. 352. 30 b.
Walteri Rob. f. 357. 46 a.
Walwin Joh. 358. 20 b.
Watcomb Andwardus 363. 33 b.

Warinus Vicecomes 376. 22 b.
Waynictus 383. 20 a.
Walteri Eniſant f. 389. 18 b.
Waldevi Alan f. —60 b.
Walins Petr. 390. 9 a.
Walton Gilb. 393. 11 a.
Wallef 395. 48 b. Idem poſtea vocatur Waltheof. f. Goſpatrici 397. 29 a.
Walegrym Will. 399. 36 b.
Walonenſis Petr. 412. 16 a.
Warelwaſt Will. ibid.
Walton Aky 412. 66 b.
Warini Rad. f. 424. 66 b.
Walteri Rob. f. 432. 28 a.
Wanſted. Abrah. 433. 66 b.
Waſcelin. Rob. 460. 42 a.
Walenſis Rich. 461. 56 a.
Wac Baldwin. Gilb. & Hugo 469. 10 a.
Wac Joh. Baldwin. & Tho. 508. 56 a.
Waſprei Will. & Baldwin. 470. 12 a.
Wars Rich. ibid.
Watervilla Rog. 471. 57 b. 473. 28 a.
Walericus Robert. 483. 42 a.
Warneri Wimerus f. 486. 10 a.
Walerico Bernard. ejus progenies 486, & 487.
Wambwell Will. 487. 63 b.
Wand Elias 504. 50 a. 584. 56 a.
Wadengan Rob. 514. 41 b.
Waldgrave Tho. 517. 10 a.
Walenſis Roger. 519. 16 a.
S. Walerico Reginald. 725. 64 b.
Wahell Simo 526. 5 a.
Walerico Tho. Edela, Bernard. & Anora 526. 50 a.
Wancy Hugo 676. 18 a.
Wanci Walter. 532. 56 b.
Wanci Hug. 624. 36 b.
Wancy Rad. 625. 43 a.
Wancy Rob. 637. 5 a. 1008. 9 b.
Waldingfeild Will. 534. 11 a.
Watſon Joh. Idonea 541. 10 b.
Walda Fulco 553. 2 b.
Wakelin Joh. 554. 57 b.
Walterus Angliæ conſtab. 557. v. I. R.
Warwic Hermenfredus. 562. 6 b.
Wappenbire Tho. — 42 b.
Waure Rob. & Will. 563. 16 a.
Wayder Joh. 565. 29 a.
Walkelinus Camerarius 570. 64 b.
Wanting Will. 573. 20 b.
Wandleſworth Walter. & Pentecoſt ibid.
S. Walerico Bernard. 574. 38 b.
Walchelini Will. f. 578. 10 b.
Warnford Rich. —60 b.
Waldi Rad. f. 580. 30 a.
Warinford Matillis ſigillum ejus 582. 40 a.
Wapnam Watſon. 584. 49 b.
Walteri Odo fil. 587. 19 b.
Warham Rad. 593. 50 b.
Watinton Anſelin. & Wulveric. 598. 44 b.
Ward Rob. 601. 16 b.
Walford Hug. 602. 2, 34 a.
Wade Nich. ibid.
Warini Fulco f. 605. 39 b.
Walteri Remand. f 619. 39 b.
Waddeſwira Herbert. 620. 16 b.
Waleranus 625. 45 a.
Walteri Witbertus f. 625. 57 57 a.
Wazo 626. 10 a.
Waterden Walter. 626. 60 a.
Walterius 627. 10 a.
Walton Will. 628. 59 b.
Walton Ranulph. 629. 14 a.
Warini Rob. & Gerard. f. 629. 16 a.
Wares Will. 623. 30 a.
Walemor Rob. 633. 18 a.
Wardebois Rob. 633. 60 a.
Waleis W. 636. 33 b.
Walſingham Adam 638. 42 a.
Walenſis Rob. 639. 40 a.
Waleran Rog. & Joh. 640. 22 a.
Watervill Will. & Rob. 640. 40 b.
Watevill Will. & Sibilla 641. 3 a.
Walwardi Walt. f. 645. 34 b.
Warnerii Rob. f. 646. 34 b.
Wallenſis H. 650. 37 b.
Waleis Rob. & Henr. 652. 42 b.
Waſprez Henr. 655. 40 a. v. Weſprey.
Wallenſis Rob. 656. 42 b.
Wamwell Rein. 661. 60 b.
Walteri Ranulf. f. 665. 9 b. Matilda uxor ejus, ibid.
Waketon Ernhaldus 667. 14 a.
Waureton Bernardus 667. 36 b.
Warren Reginald. 688. 9 a.
Warr Rainoldus 689. 8 a.
Warini Will. f. 689. 12 b.
Wauner Meredith. 721. 4 a.
Warenn Joh. 725. v. I. R.
Waren Rich. 770. 44 b.
Waren Rain. 866. 24 b.
Wardon Reginald. 733. 36 a.
Walefridi Uctredus f. 758. 36 a.
Walenſis Rob. 761. 52 a.
Walteri Walt. & Wimund. f. 761. 8 b.
Waxand Joh. 778. 10 a.
Warini Fulco f. 781. 50 a.
Waleys Joh. —43 b.
Walton Alan. & Hereman 782. 3 a.
Waghun Baſingus 794. 10 a.
Warini Will. f. 799. 4 a.
S. Walerico Reginald. 802. 32 b.
Watervill Gaufr. 804. 16 a.
Walbert Rob. & Osbert. 806. 6 a.
Walderſhall Rad. 808. 3 a.
Walteri Will. f. 811. 21 a.
Waſſingburr Hug. & Reginald. 811. 4 b.
S. Walerico Bernard. 812. 51 b.
Ward Simo, Matilda, & Will. 829. 20 a.
Waldurgi Will. 832. 26 b.
Watervill. Rad. 833. 6 a.
Watervill. Matilda 835. 58 a.
Waltys Agn. 834. 19 a.
Wadworth Petr. 838. 21 a.
Waſtneys Edvardus —45 b.
Walthefſi Rob. f. 849. 9 a.
Walenſis Rich. 852. 18 a.
Walton Euſtach. 853. 28 b.
Wariſſeden Galfr. & Joh. 863. 8 a.
Warr Joh. D. de Ewias 864. 14 a.
Waleys Rob. —54 b.
Walenſis Walter. 865. 64 b.
Wanton Simo —12 a.
Waſſand Alan. ibid.
Walteri Rob. f. 866. 20 b.
Wrabeton Ulf. — 46 b.
Walenſis Rob. — 52 b.
Waldoſſi Alan. f. 886. 20 a.
Wallenſis Rich. 891. 45 a.
Warini Fulco f. 892. 34 a.
Walſuth Hug. f. 916. 58 b.
Wrangle Rich. 929. 59 b.
Walerand Rob. 934. 40 a.
Walkſted Rich. Tho. Margaret. Alic. Joq. Walter. & Gilbert. 668. 21 b.
Wrigg Walt. Johannes, & Joanna, ibid.
Wakehurſt Joh. Joana & Rich. ibid.
Walteri Joh. f. 1020. 8 a.
Waltef Luvinus 1022. 46 a.
Walis Morſinus 1024. 2 a.
Warinus Diſpenſator Ibid.
Waſprey Henricus 1029. 36 b.
Walene Joh. 1002. 36 b.
Warini Adam f. 1007. 28 a.
Wace Hugo & Pagan. 1013. 16 b.
Wande Joh. 1018. 18 b.
Waſh Roger. 983. 52 a.
Warnevile Will. 1018. 20 b.
Wenothus 52. 56 a.
Werbode 70. 20 b.
S. Wereburga, v. I. R.
S. Wenta 4. 4 b.
Werferth 101. 8 a.
Wemcreſt 7. 53 a.
Weſticus 7. 56 a.
Weſton 10, 10 a.
Wencreth 11. 65 a.
Wellyns ibid.
Werhardus 20. 34 a.
Wenredus Abbas 26. 60 a.
Werelwaſt Will. 105. 26 b.
Wertona Hugo 161. 44 b.
Webber Henr. 171. 50 a.
Wermundus Epiſcopus 178. 8 a.
Wellesberg Will. & Adam 199. 30 a. 46 b.
S. Werburga, v. S. Werburg. Ceſtr. Mon. 199.
Weſpria Oſmun. 246. 10 b. v. Waſprey.
Wenfleda, v. Amores illiciti.
Werenga Petr. 344. 16 a.
Weſtle Henr. 346. 36 a.
Wells Hugo 354. 18 a.
Wenevall Rob. 358. 20 b.
Weſtribit 398. 6 b.
Weſrenall Robert. 406. 52 a.
Welow Johan. 425. 20 a.
Weri Joh. f. 433. 29 a.
Wender Wedenell 461. 58 b.
Wedun Rad. 495. 54 a.
Wredd Rob. 502. 10 b.
Whetacre Rob. 515. 60 a.
Wrencham Mabil. —48 b.
Weſtbiri Will. 527. 1 a.
Weſtman Herbert. f. 528. 57 a.
Wellum Adam 555. 32 b.
Welleton Rog. & Henr. 556. 40 a.
Wennock Egid. 575. 14 a.
Wermley Henr. 621. 59 a.
Well Rob. Rich. & Will. 622. 64 a.
Wella Wlf. 626. 56 a.
Weſtman Alanus 628. 8 a.
Weſeham Will. & Alan. —3 b.
Wedeſt Joh. 633. 30 b.
Winemeri Walt. f. 648. 28 b.
Wenrevilla Will. 649. 34 a.
Wella Will. Math. & Solomno 655. 20 a.
Welton Steph. Rog. & Will. 672. 10 b. 675. 8 b.
Welton Roger. 678. v. I. R.
Weltonorum progenies 678. 10 a.
Welton Rog. 679. 46 a.
Weſton Rob. 680. 50 a.
Welverſton Nich. 766. 28 a.
Weſton Rog. 778. 10 a.
Weſton Hug. 781. 12 a.
Wella Walt. 805. 66 b.
Wrenghe Petr. 840. 36 a.
Weylond. Tho. 843. 66 b.
Wellum Adam 848. 51 b.
Weſtenges Rob. & Alex. 864. 24 a.
Welles Will. & Rob. 881. 21 b.
Welle Rob. 882. 49 a.
Well Joh. miles — 18 b.
Welle Adam, Margareta, Joanna, & Matilda —1 b.
Well Alan. 894. 24 b.
Well Will. & Tho. 911. 42 b.
Weſton Henr. 934. 22 a.
Welum Rich. 1023. 16 a.
Werelwaſt Will. 1026. 53 b.
Weambeſarius Herbertus 985. 66 b.
Wetherhall Suen. 986. 8 b.
S. Wynwalocus 6. 64 a.
Wyneweng 7. 53 a.
Wybertus 8. 56 b.
Wigtheyn ibid.
Wilſonus 19. 12 a.
Wilfridus 9. 36 b. 13. 18 a. 10. 22 a.
Wintburn 10. 8 a.
Wrington 10. 9 a. 10. 28 a.
Winchelin 14. 37 a.
Winſegie Epiſcopus 17. 34 a.
Wilfricus 18. 67 b.

Winhelmus 20, 28 b.
Widepreoſt Wulſtanus 21. 43 b.
Willielm. Archiepiſcopus 22. 59 a.
Wighad 28. 33 a.
Willielmus Cancellarius R. Angliæ 29. 24 b.
Winbertus Presbyter 51. 31 a.
Wibertus, v. Algarus junior.
Wickham Pagan. 74. 31 b.
Wikemannus Prior 74. 34 b.
Willielmi Baderoun f. 119. 44 b.
Willielmi Rad. f. 247. 60 b.
Willielmi Rich. f. 425. 30 a.
Willielmi Will. f. 440. 43 b.
Willielmi Camerarii Hug. f. 496. 32 b.
Willielmi Walter. f. 578. 10 b.
Willielmi Will. f. 587. 40 a. Agnes uxor ejus, ibid.
Willielmi Rich. f. 619. 39 b.
Willielmi Rog f. 62. 13 b.
Willington Rad. 111. 4 b. Olimpias uxor ejus, ibid.
Wignelm 125. 21 b.
Wigbert Dux 126. 46 a. 178. 18 b.
Wigogan Dux ibid.
Wyne Winton. Epiſcopus 31. 55 b.
Wighelm Epiſcopus 37. 33 b.
Withbrord——45 b.
Wichmod Dux 38. 50 a.
Wygredus 40. 60 a.
Willielmus f. Regis 49. 25 a.
Winchester Rad. 49. 7 b.
Wigodus 92. 28 a.
Willielmus Comes ibid.
Wimundi de Lochington Ace f. 74. 19 b.
Wirfaud Will. 75. 43 b.
Wilfridus Epiſcopus, v. I. R.
Wintra 200. 21 a.
Wigbeorth Epiſcopus 101. 54 a.
Wiothrican. Princeps ibid.
Willap ibid.
Wibiſide 110. 24 a.
Wigmore Rich. D. 117. 1 a.
Wiferdus Dux 120. 38 a. Æta uxor ejus, ibid.
Wicga Dux 126. 57 b. 178. 8 a.
Wiferthus 138. 53 b.
Wilfridus, v. **Selſey** Mon. 153.
Winewaldus 169. 49 b.
Winter Tho. 171. 52 a.
S. Wilfridus, v. **Rippon** Mon. 172.
Withburga, v. Derhamenſe Mon. 176.
Withunus Epiſcopus 178. 8 a.
Wimundus ibid.
Winbertus ibid.
Willy Joh. 184.
Witton Tho. ibid.
Willigoda 177. 24 b.
Wick Will. 179. 36 a.
Willimus 186. 10 b.
Wymundus 219. 14 a.
Winſigus 233. 56 b.
Witman Rob. f. 238. 30 a.
Witleſig Will. 248. 28 b.
Withlardingus, v. Amores illiciti.
Witefeild Joh. 279. 41 b.
Wytonghby Rob. D. de **Brake** 281. 11 b. Blanchia uxor ejus ibid.
Wyloughby Edu. ibid.
Wyloughby Joh. & Anna ibid.
Wilgebi Rob. 654. 1 a.
Wilgodby Henr. & Alardus 730. 46 a.
Wilgeby Aluredus & Dioniſia 832. 50 b.
Wycham Joh. 289. 60 b.
Wyne Vancelinus f. 293. 3 a.
Windſore Mauricius 295. 3 b.
Widewell Helias 300. 64 a.
Wiberti Will. f. 318. 63 b.
Wirceſtre Rob. 336. 12 b.
Wymondham Ailwardus, Hugo, & Edricus 339. 20 a.
Wyction Albarus 344. 16 a.
Widelini Rob. f. 355. 33 a.
Wydrevill Arnulph. 357. 49 a.
Witſand Godebertus——52 a.
Willebec Jordanus 358. 29 a.
Wicha Petr. 367. 48 b.
Wyrch Galfr. 371. 22 b.
Wigerii Rob. f. 378. 18 a.
Wymarus 388. 16 a.
Wigotus——55 b. 65 b.
Wiganus ibid.
Wigoti Ailmer f. 389. 58 a.
Wyrch Goſfredus ibid.
Wimbis Petr. 394. 11 a.
Wyndleſhour Walterus 398. 42 b.
Wymari Warinus f. 401. 10 a.
Wicliff Rad. 403. 28 a.
Whitwell Will. 403. 34 b.
Wiltona Alan. 428. 42 a.
Witer Joh. 429. 63 a.
Wilers Rob. 431. 42 a.
Witedever Osbert. 433. 16 a. Roſa uxor ejus ibid.
Wiſman Rand. 461. 14 b.
Widentun Tho. 462. 64 a.
Wilechin 470. 12 a.
Wirkeworth Laurent. 476. 63 a.
Wigonis Rich. f. ibid.
Winelai Helias 487. 63 b.
Wictleia Nich. & Alanus ibid.
Wywell Will. 496. 32 b.
Wydegate Rad. 502. 10 b.
Wildebra Will. 509. 46 a.
Willielmus frater Henrici ſecundi Regis 519. 26 b.
Wilton Euſtach. 522. 14 a.
Widevill Joh. 523. 58 b.
Wilburtoſſ Will. & Rob. 524. 34 b.
Witham Rob. 526. 5 a.
Witham Vincent. Rob. Will. & Joh. 527. 30 a.
Wytefeld Rob. 528. 9 b.
Windleſhore Will. 535. 13 b.
Wydmore Will. 542. 4 a.
Witley Will. 562. 5 a.
Wimundi Will. f. ibid.
Wyrchia Goſfred. 562. 20 a.
Wymbledon Roger. 573. 20 b.
Wytecroft Joh. ibid.
Willecot Will. 574. 28 a.
Wiard Rad. 578. 60 b.
Widcale Benedictus 580. 3 a.
Wyke Rich.——9 b.
Windleſores Rainaldus 592. 36 b.
Wiſham Rad. 601. 66 b.
Wilcock Joh. 602. 34 a.
Wimarus 625. 16 b.
Witbertus ibid.
Wimeri Roger. f. 627. 10 a.
Wichif Godfred. 669. 39 b.
Witheſted Odo 653. 26 a.
Whineborow Galfr.——60 a.
Wicham Steph.——61 b.
Willielmi Walter. f. 655. 8 b.
Willielmi Osbert. f. 780. 22 a.
Willielmi Tho. & Sam. f. 809. 62 b.
Willielmi Tho. f. 828. 1 b.
Willielmi Will. f. 835. 16 b. 848. 66 b.
Widonis Baldwin. f. 665. 47 b.
Wica Ranulph. 667. 14 b.
Wilburgham Suſulphus 667. 26 b.
Wynemeri Walterus f. 680. 31 a.
Wyton Alex. Hug. & Rob. 691. 28 a. 29 b.
Wyan Roger. & Kenmore f. 720. 44 a.
Wildecher Hug. 729. 36 a.
Witvill Rob. 762. 58 b.
Within Rob. 773. 20 a.
Wichetoſt Hug. 773. 64 a.
Wyvill Will. 778. 16 b.
Wyke Herebertus 780. 49 a.
Wyer Joh. 791. 28 b.
Wyeton Rob. 799. 4 a.
Windgate Aldret 801. 46 b.
Wytefeild Rob. 804. 36 b.
Wynn Rad. 805. 58 b.
Wril Godricus 807. 32 a.
Winton Will. 813. 18 a.
Wyget R. 828. 24 a.
Wydlethorp Rob. Joh. & Rich. 828. 50 a. 38 b.
Wimari Rob. f.—— 50 b.
Wynchendon Walt. 835. 16 b.
Wiſton Roger. 837. 6 a.
Wykerſley Rob. miles 838. 20 a.
Wilton Alanus 841. 62 a.
Whitchurch Elias & Idonea 849. 2 a.
Wridlesford Sara 862. 12 a.
Wytefeild Rob. 868. 24 a.
Withar Rich.— 60 b.
Wymari Hug. & Garnerus f. 874. 52 b.
Wytewell W. 879. 54 b.
Wytewell Tho. 880. 46 a.
Wyteby Will.—— 30 a.
Wilton Euſtach. 881. 51 b.
Wineſwith Gervaſ. 889. 46 b.
Willielmi Joh. & Rob. f. 1019. 22 a.
Willielmi Baldwin. f. 960. 40 b.
Willielmi Henr. f. 1020. 8 a.
Willielmi Simo f. 987. 42 b.
Wickham Tedbald. & Pagan 916. 30 b.
Wicham Alanus 917. 5 a.
Wyleton Rad. 930. 28 b.
Windſor Hugo 934. 22 a.
Wythall Walterus 935. 39 b.
Wyninton Hugo 938. 58 a.
Whitfeild Rob. 960. 26 a.
Williby Rich. 936. 51 b.
White Adam 974. 30 b.
Wikinſton Joh. 1018. 50 b. 21 a.
Widevilla Will. 1032. 26 a.
Wighari Eluricus f. 1005. 46 b.
Wicham Hug. 1007. 59 a.
Wiſeman Simo 1012. 39 b.
Winton Simo miles 985. 31 a.
Witherbernus—— 43 b.
Whittington 995. 53 a.
Wycha Roger. 996. 66 b.
Wodeton 10. 16 a.
Wor Epiſcopus 121. 60 b. 101. 54 a.
Wolget Pincerna Regis Witlaſi 167. 5 a.
Wrokeſhall Galfridus 280. 34 a.
Wolfricus, v. **Hulm** Mon. 282.
Wotton Wagon 303. 50 b.
Wokindon Turoldus & Galfr. 364. 36 a.
Wolfreton Roger. 368. 19 a.
Wrocheſter Theoretus 383. 9 a.
Woodſtock Tho. 486. v. I. R.
Wrotſley Adam 468. 20 b.
Wholpley Edricus 468. 26 b.
Wortwale Alan. & Adam 515. 9 b.
Wolverton Joh. Will. & Hamo 525. 44 a. 30 b.
Wrokſhall Godfr. 534. 66 a.
Woodhouſe Joh. 575. 2 b.
Woderol Will. 633. 30 b.
Woodhouſe Rob. 661. 60 b.
Wolmarus 667. 48 b.
Wodewale Will. & Petronilla 780. 40 a
Wodard Walkelinus 802. 60 a.
Wrod Rob. 863. 48 b.
Wodeham Mauric 889. 51 a.
Wolnaſton Seoricus 912. 10 a.
Wodeford Rich. 938. 1 a.
Woodland Walt. 1002. 18 a.
Wotwinus 980. 30 a.
Wulgar cum barba 2. 52 b.
Wulſtanus Epiſcopus 6. 52 a. 15. 18 b.
S. Wlricus 6. 2 b.
Wlfred 7. 53 a.
Wlthelmus 10. 6 a.
Wlſer 10. 29 a.
Wlwinus 10. 67 a.
Wlſhelmus Archiepiſcopus 2. 28 b.
Wlfgith 21. 45 b.

Wlſinus

Wlſinus. 59. 4 a. 60. 14 b.
Wlſhade 70. 20 b.
Wlſbet Faber 75. 13 a.
Wlſlaf Abbas 101. 8 a.
Wulſhelm 37. 45 b.
Wulthere ibid.
Wulthun ibid.
Wullat ibid.
Wlnothus Haroldi Regis Germanus 44. 22 a.
Wlſwinus 61. 24 a.
Wlſtan——34 a.
Wlſwoldus Abbas 62. 14 a.
Wulfric——28 a.
Wlveia Rob. 149. 64 b.
Wulnotus 167. 12 a.
Wulhardus Dux 167. 66 a.
Wulfrilda Concubina R. Edgari 191. *v. I. R.*
Wlvinus miles 211. 12 b.
Wlſtanus miles ibid.
Wlſgar Dux. 214. 46 b.
Wulſhunus 234. 24 b.
Wulſget piſcator, v. I. R.
Wulſina uxor Ailwini 235. 46 b.
Wlſhelmus, v. Amores illiciti.
Wlſhildis ibid.
Wulſin 259. 59 b.
Wulfricus Spot Merciorum Comes 265. *v. I. R.*
Wlſgari Alfricus f. 266. 6 a.
Wlſinus 381. 20 a.
Wulnevæ Will. f. 502. 10 b.
Wudard Walter. 514. 41 a.
Wlnetwhait Job. 838. 23 a.
Wdethorp Will. & Alan. 881. 17 b.
Wulfrum 989. 35 a.
Wlſgeath ibid.

X

Y, vide I.

Z, vide S.

INDEX LOCORUM.

Annotanda in hoc Indice, vide in fronte Indicis Rerum.

A

Glaſtonienſe Cœnobium, 1.
ANdredeſey.
Abbendonia.
Abbotsbury.
Aſcbetury.
Anbangron.
Abbedeſditch.
Alford.
Aſbbury.
Anſtan clif.
Aſchote.

Cantuarienſis Eccleſia, 18.
Adeſham.
Aghne.
Andred.
Addington.
Aiſſe.
Andred.
Appingland.
Adredſland.
Appuldre.

Roffenſe Cœnobium, 27.
Æderham.
Ælesfort.
Acholt.
Æclingham.
Arheſted.

Abbendon Abbatia, 38.

Dunelmenſis Eccleſia, 38.
Aclam.
Aſſeby.
Alverton.
Alesby.
Aldrarnby.
Aucland.

Malmesbury. Abbatia 49.
Aven.

Weſtmonaſterienſis Abbatia, 55.
Aewell.
Aeſcewell.
Agmondeſham.

Shirburn Monaſterium, 62
Algerſtok.
Albambruth.
Avelton.
Alford.

Ancharig Cœnob. 64.

Petriburgenſe Cœnobium, 63.
Aſetun.
Alwalton.
Aſton.
Æthebanigland.

Whitby Mon. 71.
Aggemiln.
Alneby.

Berking Cœnob. 79.
Aalbeſham.

Ely Mon. 87.
Acolt.
Amerſden.

Abbendon Mon. 97
Andreſeſei.
Aldadi Eccleſia.
Abſeld.
Apesford.

Glocenſtrenſe Mon. 108
Æthwindeſmiln.
Æthwraſcanſton.
Æt Ceddanwirda.
Aſperton.
Ablode.
Alington.
Æthculn.
Æthfarensford.
Alre.
Alweſton.
Ameny.

Wigornenſe Mon. 120
Æſgraf.
Ælſington.
Æſig.
Ælſithicirce.
Artun.
Ælea.
Auſtan.

Bardney Mon. 120.
Angodby.
Aſwordby.
Askeby.

Eveſham Mon. 144
Aldington.
Ambreſley.

Tewksbury Mon. 153.
Alureton.
Aſcenton.
Aiſſe.
Amenell.
Alangford.

Crowland Mon. 163.
Adington.

Rippon Mon. 172.
Ætlenum.

S. Frideſwid Oxon. Mon. 173.
Aclea.

S. Albani Mon. 176.
Ætrageſho.
Apelton.

Bathonienſe Mon. 184.
Arnemuda.

Winchelcomb. Mon. 187.
Almington.
Alna.

Ambresbury Mon. 191.
Aleton.
Aldington.

Polleſworth Mon. 197.
Aldeberia.

S. Werburg. Ceſtr. 199.
Angleſey.

Perſhore Mon. 203
Aſtun.

Hidenſe Mon. 208
Andever.
Awelton.
Aprinsford.
Abingtor.

Ramſey Mon. 231.
Alington.

Thorney Mon. 243
Addinſton.

Cernel Mon. 253.
Aeſcere.

Eyneſham Mon. 258.
Aeſceron.
Aerdington.

Burton Mon. 265
Akeover.
Anſedelega.
Aleſworth.
Alveſton.
Alſeworth.
Aelfredington.
Aldulſſton.
Appleby.
Auſtrey.
Alfreton.

Abbotsbury Mon. 276.
Abbotsbury.
Auſtie.

Hulmenſe Mon. 282.
Aatingham.
Askeby.

Spalding Cœnob. 306.
Allhburrow.

Battell Abbatia, 310.
Andredeſton.
Appledreham.
Ailbrighſton.

Brecknok Mon. 319.
Avenheskyr.

Belvoir Mon. 327.
Aburn.
Aſlackby.

Hatfeild Mon. 330.
Alvelwood.
Acaton.
Airham.
Aſſington.

Hertford Mon. 331.
Apperſton.
Amwell.

Tynemuthenſe Mon. 333.
Annebell.
Appleton.

Binham Mon. 343.
Apelton.

Eyenſe Mon. 356.
Acolt.
Aldehen.

Malvern Mon. 365.
Avicot.
Aſcheſey.

Selby Mon. 371.
Alveley.
Aſhby.
Arnfaſt.
Acaſtria.
Abbeton.
Athlingflet.
Amcotes.
Angotby.
Alverton.

Aldſeild.

S. Mariæ Eboracenſis Mon. 383.
Apelton.
Appleby
Amerſet
Alburgh
Abbitton.
Argum.
Aſcryk.
Ananderſale.
Askam Brian.
Alkwardthorp.
Arpam.

S. Begæ Mon. 385.
Anenderdale.
Aſcpatrick.
Allerdale.

Wetheral. Mon. 397.

Appleby S. Mich. & S. Laurentii.
S. Andreæ Heremitorium.

S. Martini Richmond. Mon. 401.
Argum.
Alnothby.
Aunderby.
Aſhley-Culton.
Alburgh.

Norwicenſe Mon. 407.

Aubringgate.
Audeby.

Horſham Mon. 414
Aldreton.
Adlington.

Leominſtre Mon. 420.
Ach.

May Mon. 422.
Averyn.

Coln. Mon. 436.
Aldham.

Canwell Mon. 419.
Alrewas.

Walden Mon. 445.

Almodſham.
Ainho.

Ilceſtr. Mon. 470.
Alenceſter.

Dunſter Mon. 477.
Alcumb.

Margan Mon. 477
Aven.

Ankerwic Mon. 482.
Ankerwyk.
Allerbron.

Marrig Mon. 484
Aikeſchon.

Camps Mon. 490
Aſh juxta Rendleſham.

Creſwell Mon. 505.
Aberlunen.

Derby Mon. 505
Aldewerk.

Stainfeild Mon. 506
Arnoldbiggin.
Appley.

Ottery Mon. 549
Aregon.

Leveſham Mon. 550
Andredſwold.

Michael de Monte Mon. 551.
Amaneth.

Blith Mon. 553.
Appleby.

Wilton Mon. 558
Abodeleia.

Folkſtan Mon. 560
Alkham.

Kirkby Mon. 562
Axholm.
Arleton.

Lancaſtr. Mon. 566
Aldclive.
Avelina.
Almondernes.

Frampton Mon. 571
Alphilacomb.
Almeley.
Arnelay.

Briſtoll Mon. 587
Ailbury.
Andleby.
Ailcurt.
Aldburgh.

Goldclive Mon. 590
Acolt.

Boxgrave Mon. 592
Alnum.
Abbenton.
Aſtella.

Monkenlan Mon. 597
Alvidoleg.

Hinkley Mon. 603
Atheberg.
Alreton.

Leveneſtren Mon. 606
Alentina.

Caſtle-acre Mon. 624
Alſinges.

Bromholm Mon. 672
Aldbith.

Bermondſey Mon. 699
Alferton.
Andredesbery.

Lenton Mon. 645
Aſebech.
Aſpley.

Pontefract Mon. 648

Altoftes.
Alerton.

Monk Breton Mon. 660
Alderthwait.

Montacute Mon. 668
Athbay.
Acford.
Altrennis.
Alternon.

Daventry Mon. 672
Aſſeby.

S. Andreæ Mon. 679
Acheley.
Aven.
Alumdeſword.

Tintern. Mon. 721
Aſſendwer.
S. Araunus.
Aſwere.

Rival Mon. 627
Alveſtan.

Fontan Mon. 733.
Aldeburn.
Aldeburghton.
Aldifeild.
Acaſtre.
Aldewerk.
Askerik.
Aſmonderby.
Applethehint.
Airedale.
Arncliff.
Airton.
Aſſerlac.
Alderby.
Almar.
Agenlaw.
Aſtenby.
Aundelay.
Azertaw.
Allerdale.
Appletrewhitt.
Ancliffrote.

Quarrenſe Mon. 760
Areton.
Acholdſhot.

Cumber. Mon. 764
Acton.
Alſtanſeild.

Gerondon Mon. 763
Ateby.
Alton.

Caldra Mon. 774
Acklanden.

Bellaland Mon. 775
Ampleford.

Melſa Mon. 792
Aldeburgh.
Arnhale.
Ake.

Louth Park Mon. 805
Alvingham.
Aby.

Kingſwood Mon. 811
Achholt.

Revesby Mon. 822
Ach.
Aſphaldley.

Askeby.

Sinning Mon. 830
Aſpland.

Merival Mon. 830
Ardena foreſta.

Hampel Mon. 830
Aithwick.

Vawdey Mon. 831
Aithage.
Aſeby.
Alyerhag.
Alvenhage.
Asketelhage.
Alſend.

Suley Mon. 841
Arkeſtales.
Akerland.
Aſwid.

Rufford Mon. 848
Alreton.
Alſtan.
Albeny.

Birſtall Mon. 854
Aldſeild.
Alkerington.
Alreton.
Aſton.

Jourvall Mon. 869
Askering.
Appleton.

Greinfeild Mon. 880
Aby.
Aiſterland.

Tiltey Abbat. 889
Amberden.

Stanley Mon. 896
Aſton.

Nun-Appleton Mon. 907.
Apleton.
Askall.

Croxton Mon. 911
Alveton.

Ponte Roberti Mon. 916
Andewell.

Aber-Conwey Mon. 918
Aber-Conwey.
Arden.

Muncoton Mon. 922
Arathorn.

Newenham Mon. 928
Axminſtre.

Letley Mon. 928
Ayheleg.

Hilton Mon. 942
Arplesford.

Henton Mon. 960
Alhercop.

S. Annæ Mon. 963
Aſhby Mars.

Stoke Mon. 1004
Alesford.
Alveredsfeild.

S. Mariæ Northamp. Mon. 1011

Alſwoldſholm.
Abyndon.
Artei.
Arelatenſis Epiſcopus Ethernis in Angliam venit. v. Cant. 25. 9 b.
S. Albani Abbas Paulus 44. 12 a.
Albemarliæ Comites Willielmus 153. 16 b. *Willielmus le Gros, duxit in uxorem Ceciliam primam filiam & cohæredem Williel. filii Duncani, & exinde fit Dom. Honoris de* Skipton, 400. 36 b. *ejus progenies,* ibid. 796. 60 a. 747. 10 a. *Willielmus de Fortibus* 474. 54 b. *Iſabella Comitiſſa* 762. 20 a. *Hawiſia Comitiſſa* 772. 13 b. *Stephanus Comes* 587. 50 b.
Arundel Comites, Thomas 158. 20 a. *Willielmus* 193. 30 a. 424. 44 a. 463. 505. 592. 43 b. *Oliva ſoror, Oliva & Agatha filiæ* ibid. *Edmondus Comes* 842. 41 b.
Anglorum orientalium Comes Alanus 289. 34 b.
Aburgavenny Caſtrum per Hamelinum conſtructum 556. 60 b.
Augi Comes Henricus 582. 56 b. *ejus ſigillum* ibid. 641. 40 a. *Willielmus frater* ib.

Winton Eccleſia 979.

Awelton.
Anjutonia.
Avant.
Aſſington.
Alwardſtok.
Aſida.
Aventon.

Taviſtok Mon. 995

Abbedeſham.
Anton.
Auri.
Aganus.

Lapley Mon. 1023

Aſton.

Totnes Mon. 1023

Aſprington.

Bellaland Mon. 1026

Ampilſord.
Askby.

Index Locorum.

B

Glaſtonienſe Cœnobium, 1

Bekery ſeu Hibernia parva.
Brutaſh
Balteneſebergh
Bradeley
Bikenham
Bachingwere
Bledley
Bulecumb
Betwynevord
Bledanhid
Brunanton
Baltensburgh
Blakeford
Budeley
Beckberry
Brentkennell
Brentmarris
Brudanlegh
Burlegh
Beckland
Badet
Brahunck
Beorkneham
Bramanckminſter
Bocland
Batecumb
Badbury
Blakeford
Batcumb Ealderman
Brent
Bodeny
Beange
Barwis
Barnington

Cantuarienſis Ecclesia, 18

Buckgrenora
Beorganſted
Bixle
Bereham
Bramleg
Bockholt
Bream
Bruingland
Burn
Bearham
Brime
Binnanſmed
Byry
Brotewell bis
Burnham
Blackburnham
Berton
Brithelmſtand
Boſington
Bocking
Broke
Beyk ſore
Blean.

Roffenſe Cœnobium, 27

Brombere
Borchſtall bis
Brumlega
Boxley
Billenſden
Biſenvile
Burch Cœnob. 38. 18 b.

Wintonienſis Ecclesia, 31

Brerdinan.
Bunewada
Bedington
Brethwella
Breodnam
Breodon
Bledon.

Dnnelmenſis Ecclesia, 38

Bedlington bis
Billingham bis
Brigeſu
Birden
Berwic
Brickham
Bracedre
Brunetorp
Brentingham
Brakenholm
Bruncington
Bliburgh bis
Broculsby
Berking
Branel
Bolington
Bresby
Biſhop Tore
Brimetorp.

Malmesbury Eccl. 49

Bremela
Brokinberga
Bremilham
Brinkinhella.

Shirburn Cœnob. 62

Bradford
Boſelington.

Petriburg Mon. 63

Barwe
Berington
Bredun
Bardning.

Whitby Mon. 71

Brokeſay
Bertwait
Baldby
Brerehay
Brocheſey
Bilroch
Boitorp
Brimſton
Butterwick
Bernſton
Breithleeſ
Brigflat.

Chertſey Abb. 75

Beſwik
Bocham.

Berking Cœnob. 79

Budenham
Betrycheſword, nunc S. Edwardam.

Elyenſe Mon. 87

Beleſham
Berthings
Bercham
Brithwell
Brandon
Brugehan
Bere
Brochſay
Bluntſham
Bodenham.

Abbendon Mon. 97

Bradenſeild
Beſtlesford
Burgton
Boxora
Benham
Bertun
Bradnam
Bockland
Bereford
Benham.

Glocestriæ Mon. 108

Bertona
Begworth
Berweyrd
Brocthorp
Bocham
Brankanfeild
Bach
Bery
Beverſton
Brokeſworth
Bernwood
Bromfeild
Boyton
Brompton
Bokeland
Burnham
Breckney
Brickmariſrom.

Wigornenſe Mon. 120

Bradewell
Bengenworth
Bradew
Breedon
Berewim
Bremer
Butawuda
Blackwell
Beolna
Bracton
Bradicot
Benningworth
Bickmerſt
Beadenſafre
Bradenlech
Bathun
Bremeſgraven
Beormodſlea
Beonetleagh
Beoreindeſlea
Blorelea.

Bardney Mon. 142

Bamburgh
Bardney
Boleyat
Boſlegarth
Browninggarth
Belgale
Barton
Brunham
Bogomer
Burton
Barkdale.

Eneſham Mon. 149

Badſey
Bretferton
Beningworthia
Benyagurth
Budſey
Bradſortin
Buchtrun
Badby
Baldwelley
Bengeworth.

Shepey Mon. 152

Bradfeild
Bobbing
Briſtol Priorat. S. Jacobi.

Tewksbury Mon. 153

Bermerchtow
Berchley
Birnet
Billingehop
Brigſton
Budford
Bikinton
Burford
Biſſelea
Bachberg.

Croiland Mon. 163

Bokenhale
Bruſh
Baſton
Badby
Bartoſt
Beeby

Beverley Mon. 169

Burton
Bilton
Brandisburton
Bedern.

Oxoniæ S. Frideſwidæ Mon. 173

Brehill
Burſtall.

S. Albani Mon. 176

Bedefordenſis Pagus
Baldingorton
Bever
Bridewell
Barnet
Biſhopſton
Brakeway
Borkswalley
Brutewell
Burſton
Brantſeild
Beriſdu
Bigrave
Binham.

Bathonienſe Mon. 184

Bathoniæ Civitas.

Winchelcomb Mon. 187

Bladington.

Ambresbury Mon. 191

Bulliford
Barrow
Bentewd
Boſcum
Botenton
Bruthmarſten
Brunetham
Bethamſted
Benttewd.

Midleton Mon. 193

Bordleſtou.

Polleſworth Mon. 197

Birchley.

S. Werburgæ Ceſtriæ Mon. 199

Barve
Bocton
Bearwardſley
Biſhopſtred
Botechtuneſtan
Brochetun
Bevinton
Bromhale
Blacknot.

Perſhore Mon. 203

Brightull
Burlingham
Brocton
Beornethſleane
Baddininton
Beolene
Bradanwegg.

Hidenſe Mon. 208

Burchet
Bechandever
Badingburn
Berton
Bickton
Bedhamptom.

Scepton Mon. 213

Bradford.

Exonienſe Mon. 220

Branſcumb
Brithric lapis
Bampton
Braunton
Boſeham.

Ramſey Mon. 231

Brune
Bithern
Branceſton
Burwell
Brineton
Biri
Belington
Bitheram
Brinington
Bilinchen
Barnwell
Broncton
Bodleſham
Barton
Borwell
Bicham
Bunham
Bodenhell
Broughton.

Thorney Mon. 242

Bearn
Bigruſan
Burch
Botulphsbrigg
Bollehurſt.

Whetwell Mon. 256

Bulundun.

Chateriz Mon. 251

Berengale
Burentun
Berele
Borewell.

Eyneſham Mon. 258

Banberry

S. Edmundi Mon. 284

Beodrieſworth
Berton
Bertes
Bradfeild
Bradenham
Broke
Brockford
Blunham
Briſingham, v. Schedhirannenam.

Cernel Mon. 253

Bridian
Benacumb
Blacewyrth.

Eyneſham. Mon. 258.
Burton.
Beonellege.
Bictun.
Brantham.

Burton Mon. 265
Burton.
Bromley.
Bedmeton.
Bragſhall.
Bubandon.
Branſton.
Berſicot.
Blora.
Barlſton.
Balterley.
Barlburgh.
Beyton.
Bredſhall.
Bubrington.

Abbotsbury Mon.
Bexinton.
Brodeway.
Brideport.
Brigg.
Hulm Mon. 282
Belham.
Beſton.
Baſtwick.

Coventr. Mon. 302.
Burthenburg.
Borbach.
Barwell.
Stoke Mon. 1004.
Brochill.
Boctun.
Benecley.
Baliley.
Buris.
Berdſeild.
Berton.
Bucheton.
Berdeſeild.
Bures.
Bacheſhall.
Badeley.
Bradeley.
Bridebroc.
Barue.
de la Biſſe.
Boiton.
Bellocamp.
Bumſted.
Binſley.
Belcham Petri.
Belcham Aſportes.

S. Mariæ Northampton, 1011.
Broughton.
Barton.

Winton Eccleſia 979.
Bedhampton.
Butermer.
Brandesbiri.
Birchfeild.
Beſto.
Bledon.
Bramford.
Barton.
Brockford.

Scepton Mon. 983.
Bralleſton.
Brideſard.
Blanckford.
Bradeford.
Budeby.

Brævelegh.
Brocton.
Oxon S. Frideſwid Mon. 983.
Beneſey.
Barton.

S. Werburg Ceſtr. Mon. 985.
Bradford.
Bebington.
Buttemeri.
Bruneburg.

Wulverhampton Mon. 988.
Bileſetinton.

Taviſtoch Mon. 985.
Boringham.
Brenktorre.

Pilla Mon. 1019.
Bathketlinethin.

Barnſtaple Mon. 1024
Barnſtaple.

Bellaland Mon. 1026.
Berſolyna.
Burtoft.

Spalding Mon. 306
Bolingbrok.
Beltingsford.

Battell Abb. 310
Bocherm.
Bere.
Bolington.
Brantham.
Benetledg.
Brandford.
Burſtall.
Brunden.
Brunningham.
Blackwaſe.
Bruſtley.
Bercold.
Bregeſell.
Bockſtep.
Boſeham.
Bockeſeild.
Belleſpartor.
Brithwoldington.
Bromham.
Bodeherſt.
Bodeham.
Bere.
Berington.
Bradell.
Bromham.

Brechnok Mon. 319
Brecknok.
Burchull.
Bodall.
Blaynl.

Belvoir Mon. 327
Bottleſford.

Hertford Mon. 331
Bibſard.
Bradwell.

Tynmouth Mon. 333
Botall.
Buckwith.
Bebeſſet.
Bewich.
Bolum.

Wymundham Mon. 337.
Biskelmed.
Brakne.
Brunham.
Biskeland.
Brantiſland.
Brinkeham.
Beeſthorp.
Binchen.
Barub.

Binham Mon. 343
Binham.
Babingley.
Britrichcroſt.
Bermere.
Berney.

Tutbury Mon. 354
Berwadeſcot.

Eyenſe Mon. 356
Badingham.
Bengehale.
Bengevi.
Badeſeild.
Burendis.
Bengis.
Bordennis.
Brome.
Bewſey.
Beneſeild.

Hurley Mon. 363.
Bordeſden.
Biſſexa.

Malvern Mon. 365
Baldhen.
Becchi.
Berechi.

S. Neoti Mon. 368
Birton.
Bevelingham.
Burton.
Buſcomb.

Selby Mon. 375
Braiton.
Bobwith.
Barewis.
Bramwith.
Butterwick.
Botnesford.

Salop Mon. 375
Biforgata.
Baſchirch.
Biriton.
Burton.
Beiton.
Bobelega.
Bumſton.
Bradſtan.
Biſhopham.
Burchulla.
Bethsbury.
Branton.

S. Mariæ Ebor. 383
Buton.
S. *Botulphi Eccleſia in* Holland.
Ber.
Binbrock.
Bugathorp.
Brunnan.
Banham.
Buttercram.
Burtone.

Butterwick.
Brannaton.
Bainton.
Boſward.
Betham.
Blankney.
Brounfeild.
Bottle.
Banham.
Baſingburg.
Burton Annis.
Buinton.
Bolton.
Barlai.
Berford.
Burton Conſtable.
Billerby.
Brettonby.
Biremeſton.
Bullford.
Bellerby.
Brinamſton.

S. Begæ Mon. 395.
Bothlac.
Brunfeild.

Wetherall Mon. 397
Brunfeild.

S^t Martini Richmond 401
Bedehouſe.
Barton.
Brumpton.
Burton.
Bellegherby.

Romburgh Mon. 404
Banham.
Binbroc.
Belton.
Boſworth.

Santoſt Mon. 405
Branum.
Bindeman.

Hereford Mon. 406
Brickmorifrom.

Norwich Mon. 407
Blidam.
Bladeſeild.
Betham.

Ewias Mon. 413
Burnham.

Midleburg Mon. 413
Bracamboe.

Horſham Mon. 414
Bald Ruſſell.
Bucceſhall.
Bernſwood.
Biſchele.

Reading Mon. 417
Burghfeild.
Berkley.

Leominſtre Mon. 420
Bradford.
Butterlega.
Bradsfeild.
Burmenfeild.
Brookmanton.

May Mon. 422
Berwick.
Ballegalin.

Sherburn Mon. 423
Bradford.

Cadwell Mon. 424
Bradford.
Bromley.
Bera.

Clerkenwell Mon. 428
Bleneford.
Burſwell.
Bradford.

Wroxall Mon. 433
Bucheia.

Coln Mon. 436
Belcheam.
Banecled.
Bodinga.
Bollactumb.
Bentlay.

Canewell Mon. 439
Buttriſcot.

Freeſton Mon. 433
Butterwic.
Botelneſton.
Burton.

Waldenſe Mon. 445
Beriden.

Bromſelld Mon. 464
Bromfeild.
Burghehay.

Bretford Mon. 464
Bretford.
Brandon.

Tallach Mon. 465
Brenwell.
Brynelleth.

Alceſtr. Mon. 480
Blincheſfeild.
Broma.
Bioleia.

Lingbroc Mon. 494
Brokeſwod power.

Nunkelling Mon. 474
Bechon.

Sandwell Mon. 475
Bromwich.

Haleſton Mon. 476
Baldwinſwood.

Dunſter Mon. 477
Brodewood.
Bramfeild.

Margan Mon. 477
Briſtol.
Bikenhill.

Marrig Mon. 484
Buthcaſtria.
Bramton.

Stodley. Mon. 486
Berkley.

Kirkley Mon. 487
Barkſton.
Stamford Mon. 487
Bradecroſt.

Campes Mon. 491
Brough.

Denny Abb. 492
Bech.

Nun-Brunham Mon. 498
Brunham.

S. Katherin. Mon. 503
Badeley omnium Sancto-rum.

Creſwell Mon. 504
Buetford.
Bleyndewelleys.
Blameskilli.
Bruges.
Brodewardin.

Derby Mon. 505
Botterley.

Lambley Mon. 506
Brenerings.

S. Clements Mon. 510
Buchell.

S. Jacobi Briſtoll Mon. 513.
Briſtol.
Bernarton.
Berwic.

Bungey Mon. 513
Buttelat.

Nun-Eaton Mon. 518
Burton.

Luffeild Mon, 520
Bradwell.
Bedford.

Godſtow Mon. 525
Baiemulun.
Baieam.
Bloxam.
Brackley.
Brecheſden.
Briemulla.
Blecheſword.
Blecheſden.

Thikeved Mon. 529
Bolton.

Clivenſe Mon. 530
Brampton.

Burnham Mon. 534
Burnham.
Brockforlong.

Blith Mon. 553
Berton.
Burnby.
Brigford.
Bantrey.
Bevercot.
Berchaveſleyn.

Wotton Mon. 558
Berga
Bromsberg.
Burr.

S. Trinitatis Ebor. 563
Barton.
Bardby.
Berton.

Merdley Mon. 565
Bollebec.

Lancaſtr. Mon. 566
Bolton.
Bur.
Biſhopſden.

Otrinton Mon. 569
Budele.

Frampton Mon. 571
Biencomb.
Betheſcomb.
Baris.
Brideton.
Brideport.

Swaveſey Mon. 572
Bercham.
Bechia.

Cogeſenſe Mon. 573
Berton.

Stoke Mon. 577
Brech.

Shirburn Mon. 578
Bromley.
Baſman.

Selenſe Mon. 580
Brenbre S. Nicholai.

Okebutn Mon. 582
Belglehem.

Tyward Mon. 586
Badwithey.
Botardill.
Brachun.

Briſtall Mon. 587
Briſtall.
Barew.
Bitham.
Belfraiſno.
Bewick.
Briſtwick.
Bendbriſtwick.
Briſtall.

Goldclive Mon. 590
Bechford.
Bedehu.
Bedesford.

Boxgrave Mon. 592
Biſſington.
Beſſeſola.
Brideham.
Belton.
Bernham.

Long-Bennington Mon. 597
Belinton.

Monken Mon. 597
Bromſhey.
Burr.

Monmouth Mon. 600
Brichanour.
Broholt.

Abberbury Mon. 605
Bradmed.

Leveneſtrenſe Mon. 606
Beitrum.
Berveirum.
Buris.

Dudley Mon. 614
Brateſeild.

Lewis Mon. 616
Burton.

Furley Mon. 620
Biſhopereſton.
Bradeham.
Brocton.
Bilocheſley.
Brattor.
Boxa.
Buthona.
Broc.

Horton Mon. 621
Brudborn.

Caſtle-Acre Mon. 625
Barſam.
Brunam.
Bremer.
Budeley.
Bucheton.
Bromholm.

Bromholm Mon. 632
Bakelun.
Briges.
Blereholm.
Brugg.
Bromfeild.

Bermundeſey Mon. 639
Brideſthorp.
Bengeho
Baldiham.
Bedington.
Bickling.
Bodons.
Bedford.
Balſington.
Bermondſey.
Blackmanſten.
Bernygh.

Lenton Mon. 645
Brigrode.
Birkhow.
Brathwait.
Blacowell in Pecco
Bledeſword.
Bradwell.
Bucheſtaines.
Baſeford.
Bureſword.
Blacolweſtly.
Blachclif.
Berkswood.
Brocton.
Boney.
Burton.
Brademar.

Pontefract Mon. 648
Bracenhill.
Brunley.
Beſale.
Brereley.
Bretton.
Brunton.
Berſley.
Bervica.

Thetford Mon. 644
Bradley.
Belchamp.
Bitton.
Brunham.
Brokedis.
Brainton.
Briſeth.
Brendemulam.
Briteham.
Berkedis.
Brom.
Biſiorp.
Beleham.
Belham.
Banham.
Blatſon.
Boxſted.
Brichberth.
Bachellon.

Montacute Mon. 658.
Biſhopſtan.
Barefeld.
Brinton.
Bykehull.
Bruges.
Brunton.
Bicheſhull.
Bichull.

Daventr. Mon. 672.
Bittlesbroc.
Braybroc.

S. Andreæ Northampt. Mon. 679
Broceſeia.
Berton.
Billing.
Braibroc.
Bedford.

Barnſtable Mon. 684
Barnſtaple. S. Petr.
Bradwell.

Tikford Mon. 685
Bernak.
Botyndon.

Feverſham Mon. 687
Burdifeild.
Boſenden.
Benedis.

Arthington Mon. 691
Bedeſholm.
Burdon parva.

Neth Mon. 719
Bediſeg.
Burnoteſden.

Tintern Mon. 721
Badingmer.
Brocwer.
Beteſley.
Bernardſwood.
Bernetties.

Rival. Mon. 627
Bilſdale.
Bolton.
Brocton.
Beverlay.

Fontanenſe Mon. 733
Bramley.
Brinham.
Bradley.
Bramley.
Balderby.
Busby.
Brintem.
Beverby.
Burchiwhait.
Bothelſtan.
Blaconker.
Brotherton.
Brampton.
Brinſall.
Bighor.

Quarrenſe Mon. 676
Boteherſt.
Butma.

Cumber Mon. 764
Barley.
Bumfeild.

Gerondon Mon. 768.
Belgrave.
Burton.
Baleden.
Barew.
Bigging.

Swinſhed Mon. 773.
Burtoft.
Blockſham.
Bacheſtanſwang.
Blackmanſtoft.
Bucton.

Calder Mon. 774
Bemerton.
Brachampton.

Bella-land Mon. 775
Bellaland ſuper Moram

Bildwas Mon. 779
Bykeden.
Burn juxta Lichfeild.
Broctan.

S. Mariæ Dublin Mon. 782
Balimarch Cleilmer.
Balilugan.
Balincatheilin.
Balibuchet.

Wardon Mon. 784
Bradfeild.
Burnden.
Bernham.

Ford Mon. 785
Brithley.
Briſtol.
Brunendale.
Bere.

Louth Park Mon. 805
Brac burgh.
Bruern de Kelſtern.
Bunbroc.
Beſeby.
Bleſeby.

Molſa Mon. 792
Biford.
Brudſhall.
Blanchmarl.
Beverley.
Burgh.

Bordſley Mon. 803
Bordſley.
Budiford.
Bere.

Kirkſted Mon. 806
Blankney.
Brantrin.

Pipwell Mon. 815
Beneſeud.

Revesby Mon. 822.
Billinghey.
Bernſtey.
Bergh.
Bliburgh.

Cumbhire Mon. 825
Butigfre.
Bolugithblic.
Bagewemth.
Bagwelhton.
Bennecrous.
Berton.

Sinning Mon. 827
Bileton.
Barwike ſuper Teiſe.

Hampol Mon. 830
Bretwell.

Vawdy Mon. 831
Brachcurt.
Bracthwait.
Biſhopſhage.
Bideacre.
Breſsburg.
Boliley.
Brickus.
Brunna.
Bihamel.
Birton.
Biham.
Billesfeild.
Burton.

Suinenſis Abb. 834
Brellington.

Bruer Abb. 835
Bruer.
Buriford.

Baſedale Mon. 840
Badderſley.

Salley Mon. 845
Bolton.

Rufford Mon. 848
Bomeſhill.
Birkton.
Beskthorp.
Brithrithſend.

Kirkſtall Mon. 855
Bernoldſwic.
Brocaden.
Brerehay.
Beſecre.
Berdſey.
Bracewell.
Brakinley.

Dore Mou. 862.
Blanchinveſal.
Bautrie.
Bredworthin.

Stanley Mon. 868

Brecha.
Berlega.
Briſtol.
Blachdon.

Jourvall mon. 869
Burgh.
Burton Conſtable.
Barton.
Brigewath.

Grenfeild Mon. 880
Boland.
Berthbuskwange.
Bardney.

Cumb Mon. 882
Burceleia.

Stratford Mon. 884
Bochherſt.
Albland Mon. 884
Brennaltudion.
Blanwythlo.
Broncled.
Blaunbedew.
Blamſeyth.

Tarent Mon. 887
Bendrington.
Barſden.
Bere.

Tilty Abb. 889
Boxworth.

Deulacres Mon. 890
Biſhopham parva.

Stratflure Abb. 890
Branwenan.

Lekeburn Abb. 894
Botcrofts.
Bannenſwang.

Stratmargell Abb. 895
Bauhadlen.
Budoure.
Brehertſham.
Buchuchtre.
Brahadlen.
Bronianc.

Stanley Abb. 896
Blackburn Stayeings.

Nun-Appleton Mon. 907
Braimacris
Braiton
Bolton.

Bindon Mon. 911
Boxinton.
Binedon.

Kildiholm Mon. 914
Bodlum.
Brundiſhall.
Benediſlet.

De Ponte Roberti Mon. 916
Betener.
Blakebrok.

Wickham Mon. 916
Boddale.
Britherodale.

Nun Cotten Mon. 922
Burg.
Broclesby.

Dunkwell Mon. 925
Bywood.
Boleham.
Bocland.
Banteneſtap.

Newenham Mon. 928
Bacaler.
Bewer.
Brewſhagg.

Grace Dieu Mon. 928
Belton.

Rewley Mon. 934
Bel juxta Roſlyn.
Barney.
Benſington.

Dernhale Mon. 936
Bradford.
Bragſtret.

Bockland Mon. 936
Birkley.
Bocland.

Hilton Mon. 942
Bokenhall.
Bukleg.
Bradenhope.

De Graciis Mon. 934
Bykencre.

Henton Mon. 960
Braden.

Kingſton Mon. 966
Biſhopsburton.

Montgraceuſe Mon. 968
Bordelby.
Baniocenſis Epiſcopus Odo 22. 18 a. 43. 64 b.
Bathoniæ Abbas Elſan 44. 10 a.
Burgenſis Abbas Turoldus 44. 14 a.
Bacorenſis Epiſcopas Henricus 110. 62 b.
Britanniæ Comites, Stephanus & Alanus 294. 44 b.
Britanniæ Dux, Conanus, Alanus, Rufus, Alanus niger, 391. 64 a. 411. 58 b. 572. 59.
Bollemonte Comes Henricus 385. 36 b.
Boloniæ Comes Euſtachius 411. 62 b.
Boloniæ Comitiſſa Maria uxor Euſtachii Comitis, ſoror Matildis Reginæ, uxoris Henrici primi, obiit 14. *Kal. Maii* 1115. 640. 56 a.
Blackburnſhire collat. Iliberto Lacy per Willielmum Conqueſtor. 859. 52 a.

C

Glaſtonienſe Cœnobium, 1.

Coleberry
Chuleberry
Ceddre
Camelarton
Cumeſham
Cramemere
Cari
Crucun
Clifan
Clifwere
Cumpton
Ceſien
Cumb
Cornubia
Culam
Clutton
Chriſtmalford
Clifun
Canfordun
Caric
Correge
Clivener
Chriſmeham
Crenham
Creggeſmilina
Cherring
Chert
Cullingburn
Cappanſtan
Caune
Come
Cantuarienſe Palatium
Criſingham
Caſſingburn
Cliveſhe

Cantuarienſis Eccleſia, 18.
Cumb
Chertham
Ceolings
Cheyham
Cantuarienſis Judaiſmus
Caldot.
Ciſtlei Cœnob. Cant. 23

Roffenſe Cœnobium, 27.
Crikſton
Clarent Chiſelhurſt
Chealts
Cealchyvyras
Cuddington
Ceulies
Coira
Celtemora.

Winton Ecc. 39
Chiltercumb
Clera
Clitancumb
Cawelburnæ
Chelbeldenton
Crancumba
Caedida Eccleſia 39. 1 a.
Cerneium Cœnobium 38. 19 b.

Dunelmenſis Eccleſia, 38.
Creke
Carliell
Ceſtre
Celvington
Cotton
Cambes
Catton
Cheleby
Circeby
Cresby
Covenham
Caditon
Creniton
Careby
Caceby
Coldinghamſcyre
Cliſtehale.
Cirusey
Cinebritham
Coldingham
Crummeſmer
Cheſter on the ſtreet.

Malmesbury Abbatia 49.
Credeni
Chadecoton
Cheorltuna
Corſtan
Cuffald.

Weſtmonaſterienſis Abbatia, 55.
Cillington
Clergate.

Shirburn Monaſterium, 62.
Conbusbury
Clethanger
Corescumban
Cernell
Cheſterbled
Eſt Cann
Cerdell
Compton
Corneſcumb
Cruteſdon.

Petriburgenſe Cœnobium, 63.
Caſtre
Cedenar
Coſtesford
Cletham

Whitby Mon. 71.
Covenham
Chevermont
Caprimont
Crosby Ravenſwart
Cliveland.

Chertſey Abb. 75
Chetam
Cardigan
Certſey
Chubeham
Coleſdun
Cradindon Eccleſia 87. 12 b.

Ely Mon. 87.
Cotenham
Crochlan
Coln.

Abbendon Mon. 97.
Culeham
Cheingtone
Cumanora
Ceorn
Colbroc
Colum
Chivelan
Cutheſdon
Chilton
Chadeſword
Ceſtreton.

Glouceſtrenſe Mon. 108
Caln
Cleyngrey

Clifford

Clifford
Chircham
Celleſworth
Cronham
Cerneia
Ceſtreton
Cumba
Cuberley
Caſtrum Godrici
Caneros
Covere major
Chadworth
Clench
Coneby
Clys
Cheyworth.

Wigornenſe Mon. 120
Cropthorn
Codeſton
Clive
Cutbereſlaw
Clideſho
Cherton
Cottun
Cerent
Codeſwella
Ceorlatun
Chanlegh
Clifton
Cyr
Clopton
Ceddaric
Ceaddeſlegh
Croghlea
Cogre
Clent
Codeswealun
Cinthatun
Coveſley
Colesburnan
Cyneburnington
Crombe
Cullaclif.

Bardney Mon. 142
Chaumblengarth.

Eveſham Mon. 144
Craigforth.

Tewksbury Mon. 153
Cranburn
Cheunceia
Ceoton
Chilkenton
Chingſton
Ceteſiega
Chetell
Cardoff S. Maria
Cheddeſley
Chaldwell.

Croyland Mon. 163
Cappellod
Cotnam.

S. Frideſwid Oxon. Mon. 173
Codeſſe
Covele
Codeſoner
Chibenhurſt
Coſon
Cunbehuſt.

S. Albani Mon. 176
Cudichole
Cumb
Crochley
Childwic
Chalfont.

Bathonienſe Mon. 184
Claforton.

Wellenſe Mon. 186
Cyro
Cynegosburgh.

Winchelcomb Mon. 187
Charlington.

Ambresbury Mon. 191
Chelſtanſton
Chanley
Cheldrington
Chatton.

Midleton Mon. 193
Clive
Cumpton
Chelmington.

Polleſworth Mon. 197
Calveſcroft.

Hidenſe Mon. 208
Candever
Colingburn
Cheſcleve
Clere
Crumban.

Ramſey Mon. 231
Chateriz
Clopham
Cranfeild
Cranewell
Clinton
Crawley
Charlton
Criſeby
Crowthorp
Cantebruge.

Thorney Mon. 242
Colmworth
Cayſho
Ceſtreton
Copthorn
Conington
Chelſey.

Hulmenſe Mon. 282
Calethorp.

S. Edmundi Mon. 284
Cokefeild
Chelmſworth
Chebinhale
Cambridge
Caſtre
Congreton
Cheventon
Culford.

Coventr. Mon. 302
Chedleſhunt
Cheſterton.

S. Werburg. Ceſtr. 199
Ceoſaula
Cheveley
Crotton
Clifton
Campden
Chrynſtenſton
Cryn
Cloton
Calders
Coleſhull
Cottentun
Claiton.

Perſhore Mon. 203
Cambrinton
Cromban
Civinton
Cillincotan
Celton.

Taviſtoch Mon. 217
Cudelip.

Exon Mon. 220
Crething.
Culmſtok
Ceomeneia
Clifton
Culinton.

Chateriz Mon. 251
Chateriz
Comeney.

Cernel Mon. 253
Cernel
Ceoſelburnan.

S. Ivonis Mon. 255
Cnapwell.

Eyneſham Mon. 258
Ceſtreton
Cherlberry
Cropperia
Cleidon.

Burton Mon. 265
Cotewalton
Celfedun
Celheſhurn
Caldwell
Calfdon
Coperaſtelmin
Coton
Cotes
Coningsburgh
Clown
Caſtern.

Stoke Mon. 1040
Cavenham
Clare
Cavendeis
Cornerth
Cremple ſham
Caveham
Chemeſingas
Cunings
Chipley
Clopton
Culings
Chodham
Chedington.

S. Mariæ Northamp. Mon. 1011
Cotes
Coten
Caſtre
Clintwelſick
Cunington
Cumpton.

Winton Eccleſia 979
Chilbecumb
Childerton
Crundal
Cnive
Cnoel
Crawcumb
Clandon
Chiſe
Cromal
Campton
Clendall.

S. Frideſwid Oxon. Mon. 983
Cuddeſlow
Cherchell
Clifton
Coveley
Chibbenberſt.

S. Werburg. Ceſtr. Mon. 985
Cenoctirn
Ceſtria.

Taviſtock Mon. 995
Cudelip
Cornwood.

Tornes Mon. 1023
Cornend.

Bellaland Mon. 1027
Cukwald.

Spalding Cœnob. 306
Claxton.

Battell Abbatia, 310
Croherſt
Cattesfeild
Craumaris
Colmton
Colebroch.

Brecknok Mon. 319
Carneys.

Belli-loci Mon. 325
Clophell
Caelp
Caenho
Camelton.

Wallingford Mon. 329
Chinnor.

Hatfeild Mon. 330

Copingo
Colinglas
Criſleſaie.

Hertford Mon. 331

Cavendiſh
Caldecot.

Tynemuthenſe Mon. 333
Copun
Carleberry
Cneſtlin
Corbrigg
Chirtou.

Wymondham Mon. 337
Colton.

Binham Mon. 343
Ceſtreton.

Margat Mon. 350
Caiſo.

Exon Mon. 352
Cheneb.

Malling Mon. 352
Corugerda.

Tutbury Mon 354
Caſton
Catton.

Eyenſe Mon. 356

Colan
Cave
Clakeſthorp.

Malvern Mon. 365
Cantaraboam
Chelem.

S. Neoti Mon. 368
Cratesfeild
Cheldretun.

Selby Mon. 371
Crull
Chelchfeild.

Salopiæ Mon. 375
Chinardſey
Crugelton
Cherlton
Cota
Creiton
Chingeſland
Codington
Chindridſwith
Cherinton
Cambriſton.

S. Mariæ Eboracenſis Mon. 383
Clifton
Chaddeſthorn
Cukewald
Croft
Cottingwith
Carthorp
Clapham
Cerley
Cotes
Cnapthorp
Crogelin
Colby
Copeland
Chickbibitock
Cowton
Carlton in Coverdale
Covenham
Croft Burton
Clesby
Caldwall
Crakhale
Colborn
Corney
Cutama.

S. Begæ Mon. 395
Copeland
Cokermouth.

Wetherall Mon. 397
Chorby
Crogelin
Cliburn
Culgate.

S. Mart. in Richmond Mon. 401
Colborn
Crakehall
Chicheſcoch
Croft
Cleſeby
Caldwell

Romburgh Mon. 404
Cove.

Santoft Mon. 405
Calecroft
Cureflet.

Norwicenſe Mon. 407
Cutter
Creſſingham
Colcheſter.

Horſham Mon. 414
Colerb
Cranesford
Coloſtunia.

Leominſtre Mon. 420
Cega
Croft.

Shirborn Mon. 423
Coriscomb.

Cadwell Mon. 424
Carlton
Compton
Corumden
Corumsken
Corſwell
Cadwell.

Clerkenwell Mon. 428
Chikenſlane.

Coln Mon. 436
Coln S. Andr.
Coln Miblan
Colsford
Cupping
Colecester
Colas.

Canewell Mon. 439
Canewell
Chriſtalley
Caner.

Freſton Mon. 443.
Crudeſhall.

Walden Mon. 445
Chiſſall.
Cumpton
Chippeham
Cayngeham
Cokenhage.

Tallach Mon. 465
Cumblehanch.

Alceſtre Mon. 470
Cockment
Cunbrugge
Cherlton.

Haleſton Mon. 476
Croſſanſet.

Dunſter Mon. 477

Carampton
Culveton
Codecomb
Chaldcomb
Cogbrigg
Cumb
Coddisford.

Henwood Mon. 479
Charlton.

Stodeley Mon. 486
Crancomb.

Kirkley Mon. 487
Cullingworth.

Wallingwell Mon. 502
Carlton in le Brec.

S. Katherin. Mon. 503
Colinton.

Roſdale Mon. 507
Caliborn
Cotun.

Ceſtrehunt Mon. 512
Cathale.

S. Jacobi Briſtoll Mon. 513
Connetton.

Bungey Mon. 513
Catheridge in Ilſted
Chebenhale
Culeſhord.

Nun-Eaton Mon. 518
Chanton
Calcot.

Luffeild Mon. 520
Cernley
Cudiſlan.

Godſtow Mon. 525
Cherwell
Cnoll.

Thikeved Mon. 529
Cottunwich
Croſſum
Coldric.

Haliwell Mon. 531
Camerwell.

Kereſeyenſe Mon. 532
Cokefeild
Cotenbrun.

Holand Mon. 544
Childwell.

Deorhirſt Mon. 547
Cumplenr.

Michael de Monte Mon. 551
Carmailor.

Blith Mon. 553
Clifford
Clipſton
Crokston.

Covenham Mon. 555
Covenham.

Wotton Mon. 558
Cabenora.

Folkſtan Mon. 560
Cernelis
Childwite.

Kirkby Mon. 562
Cropſton
Crec
Copſton.

S. Trinitatis Ebor. 565
Cramberon
Cunigeſthorp.

Lancaſtr. Mon. 566
Cotegri
Crophill
Crofton
Crosby
Chidwell.

Frampton Mon. 571
Cennelforditch.

Cogeſenſe Mon. 573
Cogis
Capis
Cumb.

Weſtwood Mon. 574
Cruch
Coderidge.

Stoke Mon. 577
Cuntok.

Sherburn Mon. 577
Creur.

Selenſe Mon. 586
Cortelles.

Okeburn Mon. 582
Clopham.

Birſtall Mon. 587
Chinleſi
Caiengham
Caulenton
Coldon
Camerigton.

Goldclive Mon 590
Cumpton.

Boxgrave Mon. 592
Concone.

Toft Mon. 598
Cherlenton.

Leveneſtren. Mon. 626
Climpings.

Wenlock Mon. 613
Clumberie
Clinton.

Dudley Mon. 614
Cherchill.

Leweſen. Mon. 616
Cunningburgh
Caxton
Caſtle-Acre.

Farley Mon. 620
Cherinton
Clutton
Cerneia
Chippenham.

Caſtle-Acre Mon. 624
Cerſurgall
Cumeſter
Congham
Chemnſton
Cheodeſton
Culverley.

Mendham Mon. 631
Crocheſtop.

Bromholm Mon. 672
Caſewic.

Bermondſey Mon. 630
Charlton
Cowyk
Codham
Cheſham
Cippeham
Cumberwell
Chacock
Corydon
Cabbaburn.

S. Jacobi Mon. 643
Cotelega.

Lenton Mon. 645
Corthahala
Condala
Crochill
Chuldelaw
Chelmendun
Chelwell
Cotis
Claindon
Cotesgrave
Curtail.

Pontefract Mon. 648

Calna
Cathwick
Calthorn
Carlton
Camaſell
Chiſneſt
Chriſtley
Cerwiſt.

Monk Breton Mon. 660
Chirmkiſholly
Chudenerd.

Thetford Mon. 664
Chippeham
Chikerings
Chedeſton
Coleney
Cremin
Chedeſtan
Croxton
Culmbeſton
Coleneſe

Montacuta Mon. 668
Crych
Cymm
Clonſwrd
S. Carentoc
Claford
Ciſelberg
Candel
Cernel
Cridlingrif
Ciltern
Coln
Colum
Culinton
Cary
Cokre
Corf
Cadebury
S. Caroc
Churmey
Criddebencote
Chinnock
Chinneſwiden
Cheſelbing
Caerlion
Carſwell
S. Caroc

Daventrey Mon. 672
Coldeſſeby.

S. Andreæ Mon. 679
Chiſlinbury

Tikeford Mon. 68
Cunaland
Cerchill
Cokeſleg
Caſtlemed
Caldecot
Clifton
Cechhele.

Feverſham Mon. 687
Chetham.

Furnes Mon. 704
Coningſton
Carnerſell
Caldram
Corebric.

Neth Mon. 719
Chrinchenton
Cubehiel
Cornheli
Calders.

Baſingwerk Mon. 720
Creicgruſt
Coleſhull capella.

Tintern. Mon. 721
Cophill.

Rieval Mon. 627
Crosby
Coton.

Fontan Mon. 733
Caiton
Kroſtwait
Cokermouth
Caldwell
Caldeſtanes
Coton
Carlton
Clifton
Cotall
Coniers
Catton ſuper Swale
Carleſmore
Coningſtow
Carlton.

Quarrenſe Mon. 760

Campſon
Caresbrok
Cuddehall
Coſham
Chuscharch

Cumber. Mon. 764
Cumbermer
Chelley
Chenhall.

Gerondon Mon. 768
Colevill
Coſington
Cortingſtock.

Swinſhed Mon. 773
Caſterton
Cotgrave
Cranimer
Craſcinthorp.

Bellaland Mon. 775
Cumbe

Cuckwald

Cucwald.

Bildwas Mon. 779
Coſpelford
Caldon.

S. Mariæ Dublin Mon. 782
Clunlif
Cuacror
Culmin.

Wardon Mon. 784
Chickſands.

Ford Mon. 785
Coresburnan
Cernemue
Chaffcomb.

Melſa Mon. 792
Cnottingele.

Newminſtre Mon. 800
Chinietemores
Cokedale.

Bordſley Mon. 803
Coksley
Cnarton.

Louth Parc. Mon. 805
Corinton
Catheby.

Kirkſted Mon. 806
Chotes
Cuningsby.

Stonley Mon. 820
Crailesfeild.

Revesby Mon. 822
Chircley
Cibry
Cubus
Claxby
Coningsby
Civety.

Cogeſhall Mon. 821
Chylderich
Chryſhall.

Cumbhere Mon. 827
Crudas
Carnaf
Coederennis
Cuich.

Myreval Mon. 830
Cracknocksdun.

Vawdey Mon. 831
Collehage
Corebv
Chillington.

Bruer Mon. 835
Collesborn.

Salley Mon. 841
Crocum.

Rufford Mon. 848
Crotela
Calneſton.

Kirkſtall Mon. 854
Cokerick
Collingham.
Cliveacer
Cliderhou.

Dore Abbat. 862
Caterſlip
Chevennerainen.

Sibton Mon. 866
Cateclive.

Stanley Mon. 867
Cudlington
Chepmanſland
Codington.

Greinfeild Mon. 880
Cattecroft
Craxhay
Cumberworth
Craceker
Crakethwhaih
Coſterland.

Stratford Mon. 883
Cubige.

Flexley Mon. 884
Caſtard.

Albland Mon. 884
Crucherrir
Cumketlibrog
Crudewathlun
Catpuſt.

Tarent Mon. 889
Caldecroft
Chetred
Cranford.
Cliffordſhall.

Tiltey Abbat. 889
Chriſthall.

Clunokvaur Mon. 892
Clunok.

Lekeburn Abb. 894
Callidale,
Cauridale
Coniſholm.

Stratmargel Abb. 895

Creychanch
Cumbrenunch
Camproul
Crengai.

Stanley Mon. 896

Caſtleton
Correnton.

Nun-Appleton Mon. 907

Codenham Mariæ.

Codenham Prior. 910
Codenham Eccleſia.

Bindon Mon. 912
Chalvedon.

Croxton Mon. 912
Cotes
Croxden
Crakemerſe
Carethorp.

Kildeholm Mon. 914
Cropton.

Ponte-Roberti Mon. 916
Cundemer
Cumb.

Wickham Mon. 916
Chetton.

Aber-Conwey Mon. 918
Crendon.

Nun-Coton Mon. 922
Coton
Cuchwald
Chitvingholm.

Dunkwell Mon. 925
Codeford.

Bello-loco Mon. 925
Cokewell magna
Cokewell parva.

Newenham Mon. 928
Cranmere
Cotebere
Cromer juxta Ferſhag.

Letley Mon. 928.
Cherleton.

Dernhale Mon. 936
Conewardſley.

Bockland Mon. 939
Columpton.

Witham Mon. 959
Cheddenford.

Henton Mon. 960
Cheleworth.

S. Annæ Mon. 963
Curtlington.

Montgrac. Mon. 968
Caresbrock Com. Southampt.

Epworth Mon. 969
Copeſton.

Shene Mon. 979
Carisbrok.

Bellaland Mon. 1023
Cave
Catton
Caldecotdal.
Caſtellum novum ſuper Tyne conditum, 48. 14 b.
Cridionenſis Epiſcopus Æthelgarus 86. 46 b.
Ceſtriæ Conſtabularius, Willielmus 143. 30 a. *R. Conſtabularius* ib. 193. 30 a. *Euſtachius Conſtab.* 361. 66 a.
Ceſtrenſis Comes, Hugo 289. 34 b. *Rainulphus* 305. 9 a. 592. 49 a. *ejus genealogia* —— 14 b. *Randulphus* 361 46 a. *Edvardus fil. R. Edvardi* 495. 3 b. *Radulphus & Hugo*, 507. 24 b.
Cornubiæ Comites, Edmundus, 358. 56 b. 487. 39 a. *Henricus*, 355. 9 b. *Johannes de Eltham* 572. *Richardus, ejus ſigillum.* 588. 60 b. *Edvardus filius Edvardi R.* 495. 3 b.
Clare Comes, Henricus, 365. 26 b.
Campaniæ Comes, Odo 385. 36 b.
Cumbriæ Comes, Ranulphus, 397. 46 b. *David filius R. Scotiæ Comes* 886. 1 a.
Ciceſtriæ Comes Willielmus 592. 24 b.
Craven, ubi Abbatia de **Salley** *conſtruitur, terra nebuloſa & pluvioſa, ita quod ſegetes jam albæ ad meſſem, per conſuetudinem in culmo computreſcunt*, 842. 60 b.

D

Glaſtonienſe Cœnobium, 1.

Demetia
Dracot
Dulting
Dunefen
Digſey
Deverell
Domerham
Duadene
Diranbeorg
Dunend
Dunealingden.

Cantuarienſis Eccleſia, 18
Dorobernia
Deſertheſia
Doffris
Delhum
Dover S. Martini
Depeham
Dunom.

Roffenſe Cœnobium, 27
Dainton
Denberry.

Wintonienſis Eccleſia, 31
Dunton
Drucan.
Drokinford.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Dalton
Dalden
Dunelm. Ecc.
Derrington
Dunelmenſis Civitas & Caſtrum.

Malmesbury Eccl. 49
Dometſig.

Weſtmonaſt. Abb. 45
Derewith
Deorhirſt
Deneham
Dene.

Petriburg Mon. 63
Doddeſthorp.

Whitby Mon. 71
Danbeium Nemus
Duneſley
Depedale
Dales.

Elyenſe Mon. 87
Derkingham
Derking
Ditian
Drentheſtan
Debham
Derham
Downham.

Abbendon Mon. 97
Deviceſworth
Dulvelton
Dedcheſwood
Dumelton
Draiton.

Gloceſtriæ Mon. 108
Duntisborn
Dumy
Dene.

Wigornenſe Mon. 120
Dunehamſted
Deorbit
Doriglesford
Droiteiton
Durton
Dorene
Deggeſwellan.

Tewksbury Mon. 153
Denilis
Didicot.

Croiland Mon. 163
Deeping
Draiton
Donneſdik.

Beverley Mon. 169
Dalton.

Rippon Mon. 172
Dunetinga.

Oxoniæ S. Frideſwidæ Mon. 173
Denton.

S. Albani Mon. 176
Dachet.

Bathonienſe Mon. 184
Dorn.

Ambresbury Mon. 191
Durentan
Denford
Deverell.

S. Werburgæ Ceſtriæ Mon. 199
Deneford.

Perſhore Mon. 203
Deormodeſcalton
Didimerton
Deorham.

Hidenſe Mon. 208
Draiton
Denmark.

Petrocenſe Cœnob. 213
Donemeyr.

Exonienſe Mon. 220
Doſbiran.

Ramſey Mon. 231
Dodington
Dillington
Dunham.

Chateriz Mon. 251
Dodington.

Eyneſham Mon. 258
Daernford.

Burton Mon. 265
Derleveſton
Drachelaw
Derby S. Mariæ
Dumbleton
Doncaſtre
Duckmanton.

Stoke Mon. 1004.
Deſing
Derham
Denardſtan
Dalham.

S. Mariæ Northampton, 1011
Dodington
Draiton
Doſton.

Winton. Eccleſia 979
Dounton
Drokensford
Drokinham.

Scepton Mon. 983
Dunheved

Oxon. S. Frideſwid Mon. 983
Denton
Dracton.

Whitby Mon. 988
Duneſley.

Tavicſtoch Mon. 995
Devenbury
Daggecumb.

Pilla Mon. 1019
Deivant.

Heningham Mon. 1020
Dimlaw.

Bellaland Mon. 1027
Depedale.

Spalding Mon. 306
Dunnington.

Battell Abb. 310
Driddiland.

Hatfeild Mon. 330
Dore
Diffington.

Tynmouth Mon. 333
Denam.

Binham Mon. 343
Derſingham
Dalling.

Tutbury Mon. 354
Dubbridge
Duffeild
Dalbrus
Daleby.

Evenſe Mon. 356
Dinnington
Dinevet
Donewic.

Selby Mon. 371
Duffrild
Doncaſter.

Salop Mon. 375
Dudilbira
Donington
Donham
Derfald.

S. Mariæ Ebor. 383
Dally
Dive
Dalton
Danby
Doncaſter.

S. Martini Richmond 401
Dalton ſuper Teyſe.

Santoft Mon. 405
Dunſton.

Horſham Mon. 414
Derſham
Dalingaho.

Leominſtre Mon. 420
Diliga
Draiton.

May Mon. 422
Duabar.

Clerkenwell Mon. 428
Derſleia.

Coln Mon. 436
Doddeſpoll
Duerſcourt.

Canewell Mon. 439
Draiton.

Freeſton Mon. 443
Dembleby.

Waldenſe Mon. 445
Digneſwell.

Bromfeild Mon. 464
Dudinghop.

Deeping Mon. 469
Deeping S. Jacobi.

Alceſtre Mon. 470
Dorſington.

Dunſter Mon. 477
Dunſter.

Ankerwic Mon. 482
Doddeſden.

Birkned Mon. 483
Donham.

Marrig Mon. 484
Dunham
Dalton.

Denny Abb. 492
Denny.

Creſwell Mon. 504.
Duneleth.

Bungey Mon. 513.
Denton.

Luffeild Mon. 520.
Dodeford.

Godſtow Mon. 525
Dunnington.

Thikeved Mon. 529
Dibolton.

Haliwell Mon. 531
Dunton.

Burnham Mon. 534
Dellapol.

Deorhyrſt Priorat. 547
Deorhyrſt.

Blith Mon. 553
Draiton
Dunnington.

Wotton. Mon. 558.
Doverſele.

Bergaven Mon. 557
Deſpires.

S. Trinitatis Ebor. 563
Drengeſhires.

Lancaſtr. Mon. 566
Dernſeia
Derby.

Cogeſenſe Mon. 573
Duneſhed.

Weedon Monaſt. 584
Datchet.

Tywardreit Mon. 586
Dimethny.

Godclive Mon. 590
Dernsford.

Monken Mon. 557
Diura.

Alverton Mon. 599.
Dunsford.

Hinckley Mon. 603
Daldington
Draiton.

Lewis Mon. 616
Dewsberry.

Farley Mon. 620
Duneliz.

Caſtle-Acre Mon. 624
Dunham
Depeden.

Bromholm Mon. 632
Diſebum
Dalingeho.

Bermundeſey Mon. 639
Delwich
Depford
Ditton.

Lenton Mon. 645
Doſton
Dernhale
Devesburch
Daningfled.

Pontefract Mon. 648
Doddewith
Dardington.

Thetford Mon. 644
Denham
Diſeham
Dunwich
Dodeſcros
Daneſey
Derham
Darltwin.

Montacute Mon. 668
Denemoldeſham
Dirumeſton
Doreſten
Derwideſtan.

Daventrey Mon. 672
Daventrey
Draiton.

S. Andreæ Northamp. Mon. 679
Dodington
Daventrey.

Waverley Mon. 704
Dodingdon
Dacherſfeild.

Fernes Mon. 704
Dolton
Dermerton
Derwent.

Fontanenſe Mon. 733

Dacra
Dalagh
Doncaſter
Dremondby
Dernbrok
Dalton
Diſſeford
Dunſord.

Cumber Mon. 764
Draiton in Hales.

Gerondon Mon. 768
Diſhley
Dixworth.

Swinſhed Mon. 773

Duington
Derwent.

Caldon Mon. 774
Dereham.

S. Mariæ Dublin Mon. 782.
Driſſock
Doenathbirn
Driſſib
Diſſertale.

Wardon Mon. 784
Dunton.

Ford Mon. 785
Dertmor.

Melſa Mon. 792
Duddington
Drinhou
Dripoll
Dreyngo.

Tame Mon. 802
Delpeck
Dorkdike.

Kirkſted Mon. 806
Dunſton.

Stonley Mon. 821
Dulleſword.

Cogſhal Mon. 821
Doddingherſt.

Cumbhire Mon. 825
Dinnonneir
Deguein
Delanghern
Dolelnem.

Boxley Mon. 827.
Devor.

Stanley Mon. 867.
Dunley
Didreſton.

Jourval Mon. 869
Dalton
Diddreſton.

Flexley Mon. 884
Dimner.

Albland Mon. 884
Dinowin
Dadwath Corannus.

Tiltey Abb. 889
Depeden
Duddenho
Dukeſworth.

Bindon Mon. 911.
Dorcheſter.

Aber-Conwey Mon. 918
Darlas

Dunkwell Mon. 925
Dunkwell

Newenham Mon. 928
Dalwood Com. Dorſet.

Letley Mon. 933
Deverell Kingſton.

Dernhale Mon. 939.
Dernhal.

Bockland Mon. 939
Dughtery.

S. Annæ Mon. 963
Dry-Draiton.

Dorſetii Epiſcopus Akwinus 21. 30 a. *Remigius Epiſcopus*, 44. 3 a.

Dorſatenſis Dux Egelwardus, 203. 60 a.
Domnaniæ Dux Ordgarus 208. 28 b. 217. 16 a. *ejus mira fortitudo, v.* Horton *Mon.* 220.
Devoniæ Comites, Baldwinus, 643. 60 a. *ejus ſigillum. Amicia Comitiſſa*, 938. 50 b. *Willielmus & Henricus filii* 36 a. *Richardus Comes*, 644. 1 a. *Willielmus de Vernon & Baldwinus Comites*, 761. 20 b.
Derbie Comes Henricus filius Johannis de Gaunt Ducis Lancaſtrenſis deſponſavit Mariam filiam & cohæredem Humfridi de Bohun, 446. 44 b.
Drocarum Comes Robertus Dominus de S. Walerico & Elizabetha ejus uxor 487. 12 a.
Drakelow Comes, Richardus de Pictariis 272, 64 a.

E

Glaſtonienſe Cœnobium, 1.

Eldchirch
Edgarlegh
Eleanher
Eſtford
Erſthing
Ellenberwe
Erkington
Eſtime
Elford
Eſingberg
Eſwith
Eſt-Munkaton
Edreſey.

Cantuarienſis Eccleſia, 18.
Eorthurbain
Elinſted
Eaſtria
Eagethun
Eaſter-Waldington
Epheneyam
Eaſtreſtra
Eaſtreyan
Eylwarken
Elwin.

Roffenſe Cœnobium, 27.
Ellingham
Ellsford
Eſſona
Eſtcotes
Elham
Eſtuna.

Winton Ecc. 31

Eblesburn
Ewerſland
Eiſmerſworth
Etheling Monaſter.
Etha Hundred, v. Dale.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Edulſingham
Egrolſingham
Elvet
Enderby
Enedun
Eſterkall
Ederham
Eiton
Eſſington
Evenwood.

Malmesbury Abbatia, 49
Eſcoton.

Shirburn Monaſterium, 62
Ethel-Aldingham.

Petriburgenſe Cœnobium, 63
Eite
Eiliſworth
Eye.

Whitby Mon. 71
Everlay
Emminham
Ewerwicheſire
Engham
Eſchedale
Everlay
Eſchinton
Engleby.

Chertſey Abb. 75
Egeham
Eccleſham.

Ely Mon. 87
Eſtrey
Emneth.

Abbendon Mon. 97
Eaſtreſdun
Ermundeſley
Eatun
Eaſtun
Eaſturton.

Gloceſtrenſe Mon. 108
Evenrandsfeild
Eſt-Lech
Elmendſton
Ewenny
Ewias
Erlingham.

Wigorn Mon. 120
Eſebyr
Elmley
Eſtham
Eſtlege
Easbyrig
Emleog
Eowinland
Ealveſton
Eaſin
Eardulfſtan
Eadboldinton.

Bardney Mon. 142

Edlington
Edilisburgh
Ergun
Edenham.

Eynſham Mon. 144
Eyneſham.

Shepey Mon. 152
Eſtland.

Tewksbury Mon. 153
Eaſtanley
Eaſtun
Eſſemer
Eduſlea
Eadmundiſſell.

Oxon S. Frideſwid. Mon. 173
Elkesfeild
Eſcot
Edmeion.

S. Albani Mon. 176
Eſton
Eggaling.

Bathon Mon. 184
Eſton.

Wellenſe Mon. 186
Enoceric.

Winchelcomb Mon. 187
Eaſton.

S. Werburg Ceſtr. Mon. 199.
Eſton
Eſtham
Etthon
Edincale
Eſthurt.

Perſhore Mon. 203
Eccington
Edringhington
Ealdingburgh.

Hidenſe Mon. 208
Eſtanton.

Exon Mon. 220
Elſtan
Exon S. Petroci, S. Stephani, S. Piravi.

Ramſey Mon. 231
Elleſworth
Eccley
Eyrmington
Exning.

Thorney Mon. 242
Ealum
Eaton
Edington
Elm
Everdwic.

S. Ivonis Mon. 255
Elleſworth.

Eyneſham Mon. 258

Erdington
Egneſham
Eſtlai.

Burton Mon. 265

Ealdiſworth
Eccleſhall
Ellesford
Ekington.

Abbotsbury Mon. 276
Eſt-Chalndon.

Hulm Mon. 285
Erpingham
Eſton.

S. Edmundi Mon. 284
Elvedon
Elmerſwell
Eskerthorp.

Coventrenſe Mon. 630
Eton juxta Dee Com. Ceſtr.

Stoke Mon. 1004
Ethebam
Eſſa.

S. Mariæ Northampt. mon. 1011
Exton
Evenlo
Eſſeby Folwell.

Winton. Eccleſia, 979
Eneford
Egburg
Exton
Eſton
Elindon.

Scepton Mon. 983
Elteworth
Eſſegrave.

S. Frideſwid. Oxon. Mon. 983.
Ellesfeild
Eſtcot
Eton.

S. Werburg Mon. 985
Eſtham.

Wolverhampton Mon. 988
Earnley
Eſwic.

Taviſtoch Mon. 995
Exton
Ennor
S. Elidis Inſula.

Spalding Mon. 306
Eſterkeales
Eſtreby
Elingthon.

Battell Abb. 310
Eſſa
Exlingis
Eileſham.

Brecknock Mon. 319
Eccleſia S. Egiou.

Tynmouth Mon. 333
Eſtwick
Eglevingham
Endiſten.

Wymondham Mon. 337
Eſtfeild.

Binham Mon. 343

Eggesfeild.

S. Mariæ de Prato Mon. 347
Eſbroc.

Ey Mon. 356
Elyn.

Hutley Mon. 363
Edlington
Eſtra
Enfeild.

S. Neoti Mon. 368
Everton
Edworth.

Helenſtow Mon. 359
Evendiſh.

Selby Mon. 371
Elneſlaie
Elneſtutyth.

Salop Mon. 375
Eigmenton
Eiton
Eimenſtre
Eſtgate
Edburton
Eſton.

S. Mariæ Ebor. 383

Eſby
Eboracum
Elmſwell
Edlingthorp
Eden aqua
Egremond
Ergom
Ellerton
Egmore
Esk
Everſham.

S. Begæ Mon. 385
Egremont.

S. Martini Richmond Mon. 401
Ellerton ſuper Swale.

Morwich Mon. 407
Eton
Empſter.

Reading Mon. 419
Englefeild.

Leominſter Mon. 420
Eaton
Eſſetun

Clerkenwell Mon. 428
Edelington.

Walden Mon. 445
Eſtra
Ensfeild
Edlingſton
Elſenham.

Bromfeild Mon. 464
Eſſord.

Edwardſton Mon. 468
Edwardſton.

Alceſter Mon. 470
Edbrighton.

Sandwell Mon. 475
Eſſetburgh.

Monckton Mon. 476
Eſcham.

Dunſter Mon. 477
Exford.

Henwood Mon. 479
Eſtwell
Everden juxta Daventrey.

Swinford Mon. 481
Eadburn.

Ankerwic Mon. 482
Egeham.

Wintney Mon. 483
Eſtland.

Marrig Mon. 484
Ellerton
Engedale
Eſt-Cutun.

Sewardſley Mon. 496
Eſtneſton.

Litlemer Mon. 497
Edbriton.

Arden Mon. 500
Erden.

Flamſted Mon. 503
Edlesbury.

Creſwell Mon. 504
Elveyns.

S. Jacobi Briſtol. Mon. 513
Eſſelega
Egglesbroc
Egloſhel
Egloſſant
Egloſcrawen
Eſcromvilla in Normannia.

Nun-Eaton Mon. 518
Eton
Eſſeby.

Luffeild Mon. 520
Everſaw.

Godſtow Mon. 525
Erdington
Eaton
Eſſendon.

Haliwell Mon. 531
Etaly.

Blith Mon. 553
Elton
Egmondon
Eſt-Markam.

Wotton Mon. 558
Erſerdiley
Eſtaques
Eſtanton
Eſterton
Elevent
Eſtleia.

Kirkby Mon. 562
Epworth.

S. Trinitatis Ebor. 564
Ebor. S. Brigit, Omnium Sanctorum, S. Jacobi, S. Helenæ.

Etherning
Fſſeby.

Lancaſtr. Mon. 566
Eſtanbury
Ewranton
Eſcarton.

Frampton Mon. 571
Eſingham.

Birſtall Mon. 587
Eſchelinga
Elſington
Eſt-Newton
Edderwic.

Monkenlan Mon. 597
Edidenſtock.

Toft Mon. 598
Eſton.

Monmouth Mon. 600
Eilildhop.

Hinckley Mon. 603
Eton.

Leveneſtrenſe Mon. 606
Eſcheton
Eſſei.

Wenlock Mon. 613
Eydon.

Dudley Mon. 614
Engleſeild.

Farley Mon. 620
Elmivere.

Horton Mon. 621
Etreton.
Eskbridge.

Caſtle-Acre Mon. 624
Eſcheſa.

BermundeſeyMon. 639
Erchelawis
Eſt Dilwich
Eſſendon.

Lenton Mon. 645
Eſſeford
Ernesby
Empingahay.

Pontefract Mon. 648
Emſall.

Thetford Mon. 664

Eilwardſhap
Edney
Eſſoldeſham
Edingham.

Montacute Mon. 668

Excenebergh
Eſſor
Erlſtock
Eſtynton
Edecumb
Echeneberg
Etheberga.

Daventrey Mon. 672
Elvyndon.

S. Andreæ Northampt. Mon. 679
Equitoma
Elſtow
Exton.

Tikford Mon. 685
Emberton.

Waverley Mon. 704
Ebbesborn.

Furnes Mon. 704
Eggeton.

Rival Mon. 727
Erden.

Fontanenſe Mon. 733
Eſtpereſe
Eſton
Eland
Eſt-Morton
Eſeby
Evesby
Eſt-Keſwic
Elingthorp
Elingſtring
Eſtbury.

Quarrer. Mon. 760
Esklandflet.

Cumbermer Mon. 764
Erlide juxta Stafford.

Gerondon Mon. 768
Eyton
Eſtwell.

Caldraenſis Abb. 774
Egremont.

Bellaland Abb. 775
Egmanton
Ergum.

Bildewas Abb. 779
Edenweys juxta Egmondon.
Ergum.

Melſaenſis Abb. 800
Eggeton
Ergum.

Tamenſis Abbatia 802
Etindon.

Parcolude Abb. 805
Elchington.

Kirſted Mon. 806
Eſchenape
Enech
Eccleſeild.

Pipwell Abb. 815
Effhau
Eſtgrange.

Stonley Mon. 820
Eachels.

Revesby Abb. 822
Enderby
Eſt-Enderby.

Cumbhire Abb. 825
Eskeryndon
Eſgeryanerin
Eyaynion
Eskyborow.

Eſſeholt Mon. 828
Eſſeholt.

Vawdy Mon. 831
Edenham
Erleſhagewing
Eſcroft
Ernham
Eſt Deeping
Emerland
Eſt Riding
Eſton.

Salley Mon. 841
Elwineſthorp.

Rufford Mon. 848
Erleſhaw.

Kirkſtall Mon. 854
Eſtwinthorp.

Dore Mon. 862
Eskeling.

Jourvall Mon. 862
Eſtwitton
Ellingſtring
Ellington
Eſtleby
Eſtanſeild
Engleby.

Albland Mon. 884
Eskywannell
Eskerkayo
Eskerſeyth.

Holm Coltrom Mon. 885
Edenhale.

Nun-Appleton Mon. 907
Elkington
Edburgh
Eborac. S. Benedicti.

Kildiholm Mon. 914
Evenwit
Engleby.

Newenham Mon. 928
Exon.

Rewley Mon. 934
Erdington.

Dernhale Mon. 936
Eſſeburn.

S. Annæ Mon. 963
Eccleſeild Comitat. Ebor.
Edyweſton Com. Rutland.
Eggemond.

Epworth Mon. 969
Epworth.

Shene mon. 973
Eſt-Henreth.
Exonienſis Epiſcopus Osbernus, 44. 6 b.
Eaneſham Abbas Egelwinus, 44. 11 a.
Fſkdale fluvius, 71. 6 a.
Eſſexiæ Comites, G. filius Petri, 73. 24 b.
Galfridus de Maundevill, 155. 60 b.
G. f. Petri, 179. 62 a.
Humfredus de Bohun 258. 44 b.
Eſſexiæ Vicecomes, Rich. f. Balwini, 219. 10 a.
Elmanenſis Epiſcopus Alwinus, 87. 56 b.
Elienſis primus Epiſcopus Herveus , 95. 30 a.
Exonienſis Epiſcopus Osbernus, 99. 28 a.
Ebor. Comes Morcarus, 304. 63 b.

F

Glaſtonienſe Cœnobium, 1.

Ferrumer
Ferlege
Fulebroc
Foxcot
Fiſhwere
Ferlingmer
Fontaneum
Fenniſton.

Cantuarienſis Eccleſia, 18
Frentingham
Fordwic
Fiſhborna
Folkingland
Fawkeſhall
Folkſtan
Farnley
Ferigg.

Roffenſe Cœnobium, 27
Frenerbern
Falchenham.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Fenna
Fulgelden
Fugleſton
Foreby
Fullerby
Fyſewic
Farndon
Fulley.

Malmesbury Abbatia, 49
Foxham.

Weſtmonaſterienſis Abbatia, 55
Fenton
Fillingham.

Petriburgenſe Cœnobium, 63
Fiskerton
Flectun.

Whitby Mon. 71

Flemsburgh
Fillingham
Flore
Fiveley
Fermanby
Fiskergate
Foſſe
Fettiſmerſe.

Ely

Ely Mon. 87
Fulborn
Feltwell
Fingeham
Fanlonge.

Abbendon Mon. 97
Fareham
Femcote
Ferneberga
Fagflore
Fencot.

Gloceſtrenſe Mon. 108
Fronceſter
Ford
Faireford
Foy
Fromlod
Frythmor.

Wigorn Mon. 120
Fepſington
Fledcunburgh Monaſterium.
Feranhan
Forfeild
Fegnalen.

Bardney Mon. 142
Folkingbam
Frisby
Feregarth
Fleggarth
Fordon
Folkthorp.

Eveſham Mon. 144
Fleduaburg
Fokemuln.

Tewksbury Mon. 153
Fairefort
Frome
Ferthelmenton
Fiſhida.

Beverley Mon. 169
Fridaythorp.

Oxon. S. Frideſwid. Mon. 173
Forthſhull
Fretwell.

S. Albani Mon. 176
Fentun.

Ambresbury Mon. 191
Falely auſtral.

Midleton Mon. 193
Fromemouth.

S. Werburg. Ceſtr. Mon. 199
Frodeſham
Fulwick
Fideluaſton.

Perſhore Mon. 203
Fington
Fleſerth.

Hidenſe Mon. 208
Fuglarſton
Fredington
Fidleworth.

Ramſey Mon. 231
Fordham.

Thorney Mon. 242
Furrſhiſhed
Folksworth.

Chateriz Mon. 251
Foxton.

Eyneſham Mon. 258
Flatburch.

Burton Mon. 265
Felda
Findern.

S. Edmundi Mon. 284
Fulſham
Fornam
Fakam.

Stoke Mon. 1004
Fenbregg
Fordham
Finchingfeild
Fornham
Finſted
Friſenton.

S. Mariæ Northampt. Mon. 1011
Fódringhaie
Femannſmed
Fiſhide
Falclive.

Winton. Eccleſia, 979
Fifeild
Feonley.

Scepton Mon 983
Fern
Farnham.

S. Frideſwid. Oxon. Mon. 983
Fortſhall
Fretwell.

Wolverhampton Mon. 988
Fetherſton.

Totney Mon. 1023
Foleton.

Brecknock Mon. 319
Frandlas.

Belvoir Mon. 327
Franton.

Wymondham Mon. 337
Filfeild
Fliſcham.

Ey Mon. 356
Frayſingfeild.

Penworth Mon. 360
Farington
Freckleton.

Selby Mon. 371
Flaxley
Freeſton.

Salop Mon. 375
Fiteſhod.

S. Mariæ Ebor. 383
Fulford
Faſtun
Flaxton
Fereby
Flet.
Folkwerthorp
Foxholt
Foſton
Flianburgh
Forſet
Fletham
Fingala.

S. Martini Richmond Mon. 401
Forſet
Fletham
Fencotes.

Santoft Mon. 405
Fiſceburr
Flikeburr.

Norwich Mon. 407
Freing.

Horſham Mon. 414
Flemworth
Forley
Framingham
Filliby
Frecaham.

Leominſter Mon. 420
Forda.

Cadwell Mon. 424
Fiſwick.

Clerkenwell Mon. 428
Farncroſt.

Canwell Mon. 439
Fareſley.

Freeſton Mon. 443
Freeſton.

Walden Mon. 445
Faleſea.

Bromfeild Mon. 464
Felton.

Deeping Mon. 469
Frekenhale.

Dunſter Mon. 477
Frekeford.

Marrig Mon. 483
Fletham.

Roſſedale Mon. 507
Farmanby.

Finchall Mon. 512
Finchall
Ferrington.

Bungey Mon. 513
Froſtenden.

Luffeild Mon. 520
Fleckhamſted Eremitagium.

Godſtow Mon. 525
Ferndon
Ferningho
Frampton.

Merſey Mon. 552
Fyngrynho.

Blith Mon. 553
Fibreton.

Wotton Mon. 558
Flamſted.

Folkſtan Mon. 560
Forendon
Folkſtan
Flete.

Frampton Mon. 572
Frampton
Foleborn.

Cogeſenſe Mon. 573
Freingham
Fretwell.

Tywardreit Mon. 587
Fuleham.

Burſtall Mon. 587
Froingham
Fromine
Frothingham
Foſſam.

Boxgrave Mon. 592
Filgeriis
Fruncavilla
Fernetrue.

Leveſenſe Mon. 606
Fordres.

Dudley Mon. 606
Fiſlak.

Lewis Mon. 616
Farley.

Farley Mon. 620
Ferenberg
Ferley
Forangra.

Caſtle-Acre Mon. 624
Feldon
Fulrodeſton
Freby.

Reinham Mon. 636
Francheſchoe.

Bermondſey Mon. 639
Fiſhide
Freingham.

Lenton Mon. 645
Foleſton
Folneytham
Felkyrk.

Pontefract Mon. 648
Freeſton
Frisbery
Feria.

Monk-Breton Mon. 660
Flinthill.

Thetford Mon. 664
Franingham
Fawconfeild
Finchingfeild
Fagerſconfeild
Florendon.

Montacute Mon. 668
Friſeham
Ford.

Daventr. Mon. 672
Foxton
Fallweſt.

S. Andree Mon. 679
Frodigay
Flore
Foxley.

Barſtaple Mon. 684
Ferington.

Feverſham Mon. 687
Feverſham Maner.

Waverley Mon. 703
Fernham.

Furnes Mon. 704
Fudernes
Fordbote
Flotegate
Fordbottle
Fogernel.

Baſingwerk Mon. 720
Fulebroc.

Rival Mon. 727
Fulkton
Flamangar.

Fontan Mon. 733
Flatwic
Ferribrigg
Foliferth.

Quarrenſe Mon. 760
Frandſtaple
Farewey.

Bellaland Mon. 775
Falix
Faldington.

Melſa Mon. 792
Friſmaris.

Bordſley Mon. 803
Ferham.

Louth-Park Mon. 805
Fugleſton.

Revesby Mon. 822
Folksbykel
Fillingham.

Cumbhire Mon. 829
Forgekyle
Frangegam
Forton.

Vawdy Mon. 831
Flet.

Suinenſis Abb. 834
Freiſtingthorp.

Bruer Abb. 835
Fiſhide.

Stanley Abb. 868
Feltham.

Jourvall Mon. 869

Feldon
Fingall.

Grenfeild Mon. 880
Frisby.

Stratford Mon. 883
Fuilmere.

Albaland Mon. 884
Fennonneyr.

Tiltey Abb. 889
Fildamſhewd
Fugelmore.

Lekeburn Abb. 894
Faleſthorp.

Kildeholm Mon. 914
Faddemer.

Ponte Roberti Mon. 916
Fodiland
Farleg.

Aber-ConweyMon. 919
Frywlcot.

Nun-Coton Mon. 922
Filecher.

Dunkwell Mon. 925
Freſchyr.

Bello-loco Mon. 925
Farendon magna
Farendon parva.

Dernhale Mon. 936
Frodſham.

S. Annæ Mon. 963
Feldalling.

Kingſton Mon. 969
Foſton.

Barnſtaple Mon. 1026
Firaminctor.

Bellaland Mon. 1026
Faldington
Farſide.
De Ferrariis Comes Willielmus, 418. 53 b.
De Fonte Everardi Monaſterium conſtruxit Robertus de Arbuſculo, 775. 39 a.

G

Glaſtonienſe Cœnobium, 1

G*Laſtonia*
Gutlei
Godney
Greenball
Gaſſic
Glaſteing
Gridlington.

Cantuarienſis Eccleſia, 18
Gedding
Grauenea
Gretamarſc
Goddmerſham
Geagſhall
Geaſcherch.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Grubbatsbyre
Getsburham
Germundthorp
Gunſordby
Girnam
Gredive
Greyby
Gredley
Gatesſheved.

Malmesbury Abbatia, 39
Greteham
Gertdun.

Weſtmonaſterienſis Abbatia, 55
Greenford
Gotton Aegel
Gibiſlepe.

Shirburn Mon. 55
Gretminſter.

Whitby Mon. 71
Gnip
Gakeley.

Chertſey Abb. 75
Getings.

Ely Mon. 87
Grantden
Glamfford.

Abbendon Abbatia, 97
Goff
Gagging
Goſſett
Geburatunum
Gaineg
Goſce
Gerſendona
Gaieing.

Gloceſtr. Mon. 108
Glaſebury
Gnyting
Gare
Gengod.

Wigorn Mon. 120
Grimel
Geolwoford
Gylingbroc
Greſtan
Grimanhill.

Bardney Mon. 142
Goſhylgarth
Goldſton.

Shepey Mon. 152
Gillingham
Gryen
Godmefeild.

Tewksbury Mon. 153
Goldelive
Gingeſton.

Croiland Mon. 163
Gernthorp
Glapthorn.

Rippon Mon. 172
Gedene.

S. Frideſwid. Oxon. 173
Gerſingdon.

S. Albani Mon. 167
Greenburrow
Greenſted.

Ambresbury Mon. 191
Goingford
Graveling.

S. Werburg Ceſtr. 199
Gravesbiri.

Perſhore Mon. 203
Gratton
Gerdilen.

Ramſey Mon. 231
Graveley
Gerdington
Gilding
Guthmanceſter
Gamceſter
Gillinger
Gillingham
Gravenhurſt
Gidding
Gretton.

Thorney Mon. 242
Geakſmer
Grindlemer
Givelden.

Eyneſham Mon. 258
Guelley Wapentac.

Burton Mon. 265
Gagelege

Abbotsbury Mon. 276
Gagelege
Graveſtan.

S. Edmundi Mon. 284
Germeſton
Griſtlingthorp
Giſlingham
Grenfeild
Gernemutha.

Coventr. Mon. 302
Greensburgh.

Stoke Mon. 1004
Gaiſley
Geſtingthorp
Getham
Gorhe.

S. Mariæ Northampton, 1011
Gerſthorp
Gaiton
Gare.

Scepton Mon. 983
Gerſis.

S. Fridiſwid. Oxon. 983
Gerſington
Godderichcroft.

S. Werburg Ceſtr. Mon. 983
Grainesby.

Heningham Mon. 1020
Gosfeild.

Toteney Mon. 1023
Greſton.

Bellaland Mon. 1027
Gayterick.

Spalding Mon. 306
Gaitburton.

Battell Abb. 310
Gleſham.

Brechnok Mon. 319
Glendy
Groneware.

Belli-loci Abb. 325
Guhardiſley.

Wallingford Mon. 325
Gerſingdon.

Belvoir Mon. 327
Greenby.

Wymondham Mon. 337
Grimſton.

Binham Mon. 343
Gunthorp.

Eyenſe Mon. 356
Goſewell
Glemham
Giſdlingham
Geſlings
Greetings.

S. Neoti Mon. 368
Gamingeia
Godsford.

Selby Mon. 371
Grannelby.

Salop Mon. 375
Gerſton
Gulidon.

S. Mariæ Ebor. 383
Gilling
Gerford
Grunford
Greneby
Gameſthorp
Grainby
Germere
Grainford.

Hereford Mon. 406
Guitting.

Norwich Mon. 407
Gnattington
Guyword
Gapeton in Luthingiand.

Horſham Mon. 414.
Gulwerdſton
Gernemutha.

Leominſtre Mon. 420
Gertredhop
Geddesfenn.

Clerkenwell Mon. 428
Gratelai.

Waldenſe Mon. 445
Gedelſtun.

Alceſtre Mon. 470
Glenn
Groby.

Sandwell Mon. 475
Grete.

Ankerwick Mon. 482
Greneſhard.

Marrig. Mon. 484
Gudreſton.

Davington Mon. 501
Greu Inſula.

Steinfeild Mon. 506
Giſeborn.

S. Clements Mon. 510
Grimſton.

S. Jacobi Briſtol. Mon. 513
Germoch.

Bungey Mon. 513
Gimeſtoft
Gernmouth.

Godſtow Mon. 525
Glocestr. S. Mariæ Eccleſia.

Thikeved Mon. 529
Gudemundham.

Haliwell Mon. 531
Gatesby.

Kereſeyenſis Prioratus, 532
Groton.

Leveſham Mon. 550
Grenwich.

Blith Mon. 553
Garthorp
Gunthorp
Gamelſton
Gunnelſton.

Coventr. Mon. 553
Granisby.

Wellenſe Mon. 574
Gaiton.

Burſtall Mon. 587
Grosby.

Goldclive Mon. 590
Grettingham.

Boxgrave Mon. 592
Ginor foſſa.

Alverton Mon. 599
Graſton.

Monmouth Mon. 600
Garth.

Leveneſtrenſe Mon. 606
Gorlenan
Gargeſala.

Farley Mon. 620
Gervoc
Groſmont.

Caſtle-Acre Mon. 624
Grimſton
Gatelai.

Mendham Mon. 631
Gernegan.

Bromholm Mon. 632
Greenho
Geilholm.

Reinham Mon. 636
Gerdel.

Bermundeſey Mon. 639
Greenwich
Gerbodeſham
Godecheſter
Grenford.

Lewſen Mon. 645
Gonolveſton.

Pontefract Mon. 648
Gunnulſwait.

Thetford Mon. 664
Glamham.

Montacute Mon. 668
Gerſichor
Gerlington
Gillingham.

Doventrey Mon. 672
Gromundley.

Tikford Mon. 685
Gayhurſt.

Neth Mon. 719
Guer.

Baſingwerk Mon. 720
Gloſſop
Gethby.

Rival Mon. 727
Grift.

Fontanenſe Mon. 733
Gollornor
Golgay
Galleſcroft
Grenburgh
Gnoupe
Grimsby
Grenhamton
Godwinſcales
Grafton
Ganthorp
Genendale
Grantley
Groſſibacre
Gerſington
Gowthorp
Gowkbusk

Gerodon Mon. 768
Gothboldſik
Grimsby.

Swinſted Mon. 773
Guthworthſcroft
Gerewic.

Caldraenſis Abb. 774
Gillecruch.

Bildwas Mon. 779
Greſſegh.

S. Mariæ Dublin Mon. 782
Glaſſacheve.

Ford Mon. 785
Godeſter.

Parcolude Abb. 805
Grimoldby.

Kirkſted Mon. 806
Gaiton.

Revesby Mon. 823
Gemisbrugg
Grimſley
Glenthorp
Gunthorp.

Cumbhire Mon. 825
Gwenwen
Guernegof
Gwenrim
Guemobowis.

Sinningthwait Mon. 825
Gibbethſlogh.

Bruer Mon. 835
Gloceſter.

Dore Abbat. 862
Godwey
Groſmount.

Stanley Mon. 867
Godſwell.

Jourvall Mon. 869
Griſendon.

Greinfeild Mon. 880
Grenfeld
Gunnebien.

Stratford Mon. 883
Ginges
Greenford.

Stratmargel Abb. 895
Gunnach.

Kildeholm Mon. 914
Gillingmore
Goldiland.

Albaland Mon. 884
Garthdiſ.

Tiltey Abbat. 889
Ginge.

Ponte Roberti Mon. 916
Geſtell.

Letley Mon. 928
Gumelenlis.

Dernhale Mon. 936
Gaiton in Wyrhall.

De Graciis Mon. 943
Graveſend
Gore
Gomſhulf.

Beauvaleenſe Mon. 962
Greſley.

Sheney Mon. 973
Greenwich.

Glaſtoniæ Abbas Thurſtinus, 44. 9 a.

Glaſtoniæ Abbas Titus cum reliquiis S. Hildæ, à Strenſhale *Monaſterio per Danos diruto aufugit*, 71. 60 b.

Grendall [domus, nunc vocatur Handall *fundata per Dominum Willielmum Percy*, 72 22 b.

Gloceſtriæ Conſules & Comites, Robertus, nothus Henrici R. primi Conſul & Comes Gloceſtriæ, duxit in uxorem mabiliam filiam Roberti filii Hamonis, ejus progenies, 155. 6 b. *Alexander Meaw Comes*, 163 40 a.

Glovernia Comes, vide Hereford.

Gloceſtriæ Epiſcopus Eldadyn tempore Lucii Regis An. Dom. 489 993. 30 a. *Dubricius Epiſcopus*, ibid. *An. Dom.* 522. ibid.

Gloceſtria, ſedes Archiepiſcopalis, ibid. *Nomina Regum, Principum & Sanctorum ibidem Sepultorum*, 993. 20, &c. a. *Bernulphus Merciorum Princeps Cœnobium ruinoſum re-ædificavit formam mutavit. Canonicos ſeculares qui Clerici fuerunt & uxorati, illic collocat. Canutus R. inſtigante Wulſtano Wigornienſi Epiſcopo eos ejecit, Monachoſque Benedictinos eorum loco, ſuffecit An. Dom.* 1022. 998. 1 a. *Cives Gloceſtrenſes Monachorum adventum opponunt & Wulpinus le Rue Conſul Gloceſtriæ ſeptem eorum interimit. Ob hoc multatus ut ſeptem Monachos aleret*, 33 a. *Cœnobium incendio dirutum*, 43 a. *Aldredus Epiſcopus Wigornenſis re-ædificat. Monachi reſtituti*, 54 a. *Primum à Conqueſtu Parliamentum hìc habetur*, 38 b. *Encomia plurima Civitatis Gloceſtriæ*, 40 b.

H

Glaſtonienſe Cœnobium, 1

Hibernia v. Bekery
Hachie
Horſton
Horwytheg
Hundewood
Heert
Huversburgh
Huneſpull
Hornbwarton
Hummedon
Hamm
Horton
Honnadon
Healton
Hailmont.

Cantuarienſis Eccleſia, 18
Hliden
Heanbiri
Harges
Hokis
Herefordingland
Hadley
Heth
Hamm
Holingburnan
Haſetherſt
Horſlegh
Halton

Roffenſe Cœnobium, 27
Hallings
Holenbergh
Hilton
Holanſpic
Hebenham
Headenham.

Wintonienſis Eccleſia, 31
Haſſeburn
Hill
Hannepings filus
Hnutskilling.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Howden
Hſwytingham
Heffreſham
Huſelden parva
Henworth
Heabern
Heortedun
Heavedon
Hardwic
Handleby
Horetorp
Hage
Heresby
Hemingbrugh
Hilton
Hotun
Hedrinton
Horſord
Heddington
Herceburn
Houghton.

Malmesbury E ccl49
Honyfryton
Heawy.

Bardney Mon. 142
Horſtow
Holm
Horſleygarth
Hagworthingham
Hundmandby
Heckington
Hallfolkingham

Eveſham Mon. 144
Homm
Hunniſmer
Humpton
Hanton
Hüburn
Hilde don.

Weſtmonaſt Abb. 45
Heamdun
Heamſted
Hanawell
Holiwell
Hammze
Hanent
Hampſted.

Petriburg Mon. 63
Hrepinges
Hennebirig
Hybaldſlow parva.

Shirburn Mon. 62
Henangre
Horton.

Whitby Mon. 71
Hakaneſtam
Helredale
Hachguard
Hugebbardibi
Hergum
Heton juxta Rochesburg
Hoton in Pickeringeleſe
Huntingdon juxta Eboracum.
Hod
Huniton
Hilderwell.

Chertſey Abb. 75
Hunewaldeſham
Hennburg Monaſter. 88. 47 b.

Elyenſe Mon. 87
Herningford
Hertingham
Horningſey
Haverhſtan
Herdwic
Hertherſley
Hecham
Hoo
Hoteſtock
Hadham
Hethfeild.

Abbendon Mon. 97
Hengeſtſeige
Hamſted
Holm
Hulla
Herincote.

Gloceſtriæ Mon. 108
Hatherley
Hegberley
Hereford S. Petri
Hinham
Herſton
Hidred
Hamm
Hardbery
Hinton
Hopemayleſell
Hampton
Hida
Haresfeild
Heycot
Horcot
Heythorp
Hordpyrie
Hayneworth
Hyneleden.

Wigornenſe Mon. 120
Hallag

Index Locorum.

Hynewithy
Hamelton
Hereforton
Hampton
Hall
Humelf
Hanbury
Huſelden
Homm
Hymilton
Huittington
Heythorp
Hopton
Hereford.

Shepey Mon. 152
Holt.

Tewksbury Mon. 153
Hameldon
Hamma
Hethredsbury
Haresfeild.

Croiland Mon. 163
Halington
Holbeck
Helmington
Hokington.

Beverley Mon. 169
Holm.

Rippon Mon. 172
Haſmundernes.

Oxoniæ S. Frideſwidæ Mon. 173
Hedington
Hedingrave.

S. Albani Mon. 176
Heanamſted
Heortmer
Horndu
Horton
Harpsfeild
Herkſtonſon.
Horton
Hartwell
Havereſden
Helsburn
Happleton
Haimondsbutterford
Hethfeild
Herford
Heffend
Huzeg
Horwoods
Horkſtanton.

Bathonienſe Mon. 184
Herley.

Winchelcomb Mon. 187
Homborn
Hindoriton
Hingelfled
Hamſted
Hungdunton.

Midleton Mon. 193
Hilefeild
Holeworth.

S. Werburgæ Ceſtriæ Mon. 199
Hodeſind
Huntingdon
Haiton
Hodſley
Haurdin
Hetton.

Perſhore Mon. 203
Huſingtre
Hleobury
Hilene
Horton.

Exon Mon. 220
Holacumba.

Ramſey Mon. 231
Hotton
Haliwell
Hinckling
Halſted
Hemingford
Hathfeild
Hebuge
Honarn
Helling
Houcton
Hemington
Hauſted
Holm
Holiwell Com. Bedf.
Horſeth
Hanker.

Thorney Mon. 242
Huntendon
Haddon.

Chateriz Mon. 251
Huntingdon
Honezeh.

Cernel Mon. 253
Heremneſcumb.

Eyneſham Mon. 258
Hiſton.

Burton Mon. 265
Halen
Helyburgbyrig
Horington
Hakelburch
Heſcob
Hylum
Hamton
Harlaſton
Harbury.

Abbotsbury Mon. 276
Helton.

Hulm Mon. 282
Horning
Hoveton
Hunning
Holbeſſe.

S. Edmundi Mon. 284
Hildercle
Hegſell
Hunſtanton
Holm
Herlaw
Heringſwell
Hemgrave
Hanſted
Herningſworth
Hindleſham
Hindringham
Hildolneſton
Herwik
Hemenhale.

Coventr. Mon. 302
Honyton
Hardwick.

Taviſtoch Mon. 995
Holiwell.

Stoke Mon. 1004
Hinefeld
Holgate
Holm
Hunedon
Haverell
Halſted
Herefeld
Horſcroft
Hamſted
Hankedun
Hertſterſt
Hermingwell
Haveringland
Heni
Heham
Holmbey
Havechdun
Hamſted
Hancheſdon
Halesford.

S. Mariæ Northampt. Mon. 1011
Hardingthorp
Hirkſhale
Harelea
Hertwell
Hutherlydehalch
Hedonie
Hudelidehalch.

Winton Eccleſia 979
Halborn
Huſeborn
Havant
Holliwell
Heling
Haddington
Heamme
Howthon
Henton
Helwardſtok
Havents
Hennington
Hineton
Harvie
Huſſeburig
Hathon
Havilton
Hameriſuord
Horvalla
Hursbury
Hiveton.

Scepton Mon. 983
Heech.

S. Frideſwid. Oxon. Mon. 983
Hedington
Horſpath
Horton
Hakelingcroft.

S. Werburg. Ceſtr. 987
Haliwell
Hole.

Wolverhampton Mon. 988
Hilton
Hugenthorndun.

Spalding Mon. 306
Handington
Hardlethorp
Hanteberg.

Battell Abb. 310
Hou
Holinton
Heriland
Hiveland
Horſmed
Haſtings.

Brecknock Mon. 319
Haia
Hely
Hardington.

Belvoir Mon. 327
Hingerton.

Hatfeild Mon. 330
Howda.

Hertford Mon. 331
Hertford
Hoccetun
Hulverley
Hickleford.

Tynmouth Mon. 333
Haveclaw
Helleſhow
Hereford
Hertnes
Hereburn.

Wymondham Mon. 337
Hakeham
Haggesburgh
Helingeia.

Tutbury Mon. 354
Holinton
Hertiſhorn
Herburba
Hynge
Hilton
Heginton
Hardwic
Huteſhall.

Ely Mon. 356
Halingſton
Huntingfeud
Hakenhall
Holeſley
Hetegeya.

Helenſtow Mon. 359
Hich
Helenſtow.

Penworth Mon. 360
Horwike.

Kilburn Mon. 361
Hamſted.

Hurley Mon. 363
Hurley.

Malvern Mon. 365
Hatfeild
Havesbroc.

Sudbury Mon. 367
Holgate.

S. Neoti Mon. 368
Henulphsbury.

Selby Mon. 371
Hillam
Hamelton
Huddleſton
Holm
Haldenby.

S. Mariæ Ebor. 383
Hellington
Hunkelby
Haldenby
Hyelingfeild
Hepeton
Hornſhaw
Hoton
Harton
Hunningham
Hugeth
Howald
Helmley
Heſell
Huldeſnedale
Hawkswell
Hornby
Hotoncroft.
Hanniwid
Herenthorp
Hevedland
Henes
Helſingham
Hothwell
Heſey
Hickling
Harewood
Hipſwell
Hudſwell
Halton
Halnathby
Holm
Haverington
Huntington
Horhſwell
Hatlow Coton.

Romburgh Mon. 404
Holton
Heſlingfeild

Santoſt Mon. 405
Heiſilholm
Hailwoldholm
Henes.

Norwich Mon. 407
Hindringham
Hindulveſton
Himmeſh
Harpſley
Hereſdon.

Hakeney Prioratus 414
Hakena S. Maria.

Horſham Mon. 414
Horsford
Helmingham
Horſhaham
Huckingaham
Hunterſton
Hendringelay
Halnxaford
Hetham
Hoa.

Reading Mon. 417
Hampton
Heſton
Hanaberg.

Leominſter Mon. 420
Hope
Humbra
Humpton
Heannir
Hammoneſt
Heya
Hernton.

Cadwel

Cadwell Mon. 424
Halſtock.

Grendal Mon. 427
Hildale.

Clerkenwell Mon. 428
Hildinkſham
Haſelingſeild
Hacford
Hangre
Hebborn
Holeburn.

Wroxall Mon. 433
Hatton.

Coln Mon. 436
Hayingham
Hethingham.

Canwell Mon. 439
Hammerwic.

Stratford Mon. 443
Haſlingfeild.

Walden Mon. 445
Hadley
Hickling.

Bromfeild Mon. 464
Haverford
Halenton.

Tallach Mon. 465
Hanner.

Alceſter Mon. 470
Hyneſtock.

Monkton Mon. 476
Hamerton.

Haleſton Mon. 476
Harbottle
Hedreſton.

Dunſter Mon. 477
Hunelham.

Ankerwic Mon. 482

Herpſeud
Henley
Horton.

Stixwold Mon. 486
Hundinton.

Stodley Mon. 486
Horton.

Kirkby Mon. 487

Hullcroft
Hereden.

Campes Mon. 490
Hargham.

Ardern Mon. 500
Holm.

Wallingwell Mon. 503
Havecroc.

Flamſted Mon. 503
Hamel Amſted.

Creſwell Mon. 504
Hamm.

Derby Mon. 505
Hodbrook.

Bungey Mon. 513
Henneſacra
Hemmehall.

Nun-Eaton Mon. 518
Hodehill.

Godſtow Mon. 525
Halpho
Herringſham.

Hallwell Mon. 531
Heuxleworth.

Burnham Mon. 534
Hertlegh.

Holand Mon. 544
Holand.

Deorhyrſt Priorat. 547
Hawes.

Blith Mon. 553
Hareworth
Horton.

Wotton Mon. 558
Hereford villa.

Kirkby Mon. 562
Hedley
Hanton.

S. Trinitatis Ebor. 564
Holebec
Hoton in Bilnham
Hampole
Heſleſnon
Husborn.

Hedley Mon. 565
Hedley.

Lancaſtr. Mon. 566
Heſſen
Halus
Heſham.

Frampton Mon. 571
Henreth.

Shirburn Mon. 577
Hupton
Harad.

Okeburn Mon. 582
Hou.

Wedon Monaſt. 584
Huggelan
Heſtlea.

Burſtall Mon. 583
Helden
Hawdricourt
Hellais
Holmton
Holem
Holm.

Goldclive Mon. 590
Herneſnes.

Boxgrave Mon. 592
Hannak
Hampton
Hunſtan
Hildeſam.

Monkenlah Mon. 597
Hide.

Monmouth Mon. 600
Huntley
Hoſperton
Hodenar
Hualdesfeild.

Hinkley Mon. 603
Hinckley
Hupton
Hecham.

Abberbury Mon. 605
Hekenhall.

Levenenſe Mon. 606
Haſtell.

Dudley Mon. 614

Hertill
Hetfeild
Harnoldſthorp
Horbiry
Halifax
Heiteveſhead.

Lewes Mon. 616
Horton.

Farley Mon. 620
Hedington
Hanum
Hecheſington
Hutheham
Hornſhaw
Hethelhamton
Hertham
Havedinghull
Herlingham.

Horton Mon. 621
Hangſel
Hunel
Hater.

Caſtle-Acre Mon. 624
Herliboldi
Howton,
Howflet
Haverhill
Haſphale
Hailedun.

Mendham Mon. 631
Huſſale
Hurſt.

Bromholm Mon. 632
Hamges
Horham
Honinges.

Bermondſey Mon. 639
Hardwic
Haligbury
Hoddeſdon
Horndon
Hageſham
Halingberry.

Lenton Mon. 645
Hortan
Hulm
Herleſton
Hesborn
Haureham.

Pontefract Mon. 648
Hekelmi
Hemilſword
Hampole.

Monk-Breton Mon. 600
Holecumb foreſta
Halethun.

Thetford Mon. 664
Hagenwrda
Haella
Hoxecroft
Holmes
Hilwardeſhag
Haſelitur.

Montacute Mon. 668
Hamm
Hunsberry
Humber
Hanecroft
Heortumb
Hoc
Hanedon
Havered
Hameſcroft
Hececumb
Hoching
Hageſcomb
Harford
Holm.

Daventr. Mon. 672
Haddon.

S. Andree Mon. 679
Hardingſton
Hacklington
Haringod
Hampton
Howton
Haringworth
Harrowdon
Herleſton
Herton parva.

Tikford Mon. 685
Hogund
Hardmed.

Arthington Mon. 691
Helthwait.

Waverley Mon. 703
Heleſted
Hoa.

Furnes Mon. 704
Horram.

Neth Mon. 719
Huntinſhill.

Baſingwerk Mon. 720
Haliwell
Holes
Haurt.

Tintern Mon. 721
Halfwer
Howik
Heneforth.

Rieval. Mon. 727
Helmſlac
Heſtelmſtac
Hunmandley
[illegible]
Heſelerton.

Fontan Mon. 733
[illegible]
Haverholm.
Hudokſtanes
Heſtholm
Horton
Hebden
Hartlepooll
Heſſarding
Heton
Holm
Hagh
Huby
Huneſlet
Hoton
Helm
Hewik
Hedonridding
Hundigate
Holgrave
Hopperton
Hagulich
Hankeſwick
Herkfeild
Heton
Herklington
Holmknotten.

Quarrenſe Mon. 700
Hardinſton
Hinneſtan
Hordella
Holeherſt
Haſtley
Haſelon
Heyſurlan
Helpſtanſwell.

Cumber Mon. 765
Hull.

Gerodon Mon. 768
Hawthern
Haliwellhaw
Hartendon
Hethcot
Heyn.

Swinſted Mon. 773
Hengſcroft
Haie
Holeboldſwan
Hekington
Hall
Havercroft
Heydare
Harfordhirn.

Caldre Mon. 774
Holgate.

Bellaland Mon. 775
Hod
Hayingham
Hoton.

Bildwas Mon. 779
Hernege
Halton
Hulemer
Hatton
Hope
Herton.

Ford Mon. 785
Hertein.

Buckfaſtenſis Abb. 792
Holna.

Melſa Mon. 792
Hoton in Whitby Strand
Holm
Hedon
Hengiſthorp

Index Locorum.

Hubertcroft
Holmton
Hull
Haroldſthorp.

Tame Mon. 802
Hunelda.

Bordſley Mon. 803
Holeway
Hildebergeworth.

Louth-Park Mon. 805
Haverholm.

Kirkſted Mon. 806
Handſworth.

Kingſwood Mon. 811
Haſelden
Haga.

Stonley Mon. 820
Hedensford.

Revesby Mon. 823
Holongrange
Hacca
Heyholm
Hurtholm
Halton
Hagnaby
Holebec
Hundley
Hameringham.

Boxley Mon. 827
Hereburchland
Ho.

Myreval Mon. 830
Herdwic
Hertendon.

Hampol Mon. 830
Hanepol.

Vawdy Mon. 831
Herdom
Holleſathwood.

Bruer Abb. 835
Haver, v. Comb
Hucchewic
Harpetre
Holwell.

Hoton Mon. 840
Hoton.

Salley Mon. 841
Huneflet
Halton.

Rufford Mon. 848
Hickring
Hocton
Hoton.

Kirkſtall Mon. 854
Horſford
Hoton.

Stanley Abb. 867
Hellnud
Hedſeild
Huplumborn
Halworth
Haſelberg.

Jourvall Mon. 869
Herveby.

Heſilton
Hankſwell
Hotonhang
Horton
Halton
Herteron
Henepan
Hinton
Hunton.

Grenfeild Mon. 880
Heregarſhag
Havedic
Hearburn
Hage.

Albaland Mon. 884
Hentewyn
Haverford.

Holm-Coltrum Mon. 885
Holm-Coltrum Inſula.

Tarenton Mon. 887
Huſſeburn
Hilton
Hay
Holdley.

Tiltey Abb. 889
Haningfeld
Haleſley.

Lekeburn Abb. 894
Heſtcroft
Hexagheſt
Halmeyton
Huldaveſſem
Heſtchalles
Hendeſdike.

Nun-Appleton Mon. 907
Heymingham
Houm
Haburgh
Haverholm
Hwerſ.

Bindon Mon. 911
Hethſelden
Hamſtild.

Kildeholm Mon. 914
Habeton
Hornſey.

Ponte Roberti Mon. 916
Haſtings
Hotlege
Holkmeſhires.

Wicham Mon. 916
Hoton.

Nun-Coton Mon. 922
Hodeſwell
Haburgh
Huſam.

Dunkwell Mon. 925
Hikerſden
Hoſed.

Hayleſenſe Mon. 928
Hayles Manerium.

Newenham Mon. 928
Huddeſclive.

Letley Mon. 932
Hune.

Rewley Mon. 928
Henney.

Hilton Mon. 942
Halton.

Henton Mon. 960
Henton.

S. Annæ Mon. 963
Hagham Comitatu Lincoln.

Montgrac. Mon. 968
Hincley Com. Leiceſtr.

Shene Mon. 773
Hayling aliàs Heylin.

Heningham Mon. 1020
Hegham.

Bellaland Mon. 1036
Honingham
Hirfeldebeck
Hordeviſdale.
Herefordenſis Epiſcopus Walterus 44. 2 a. *Gilbertus Epiſcopus* 16. 56 b. 119. 43 b.
Heamanenſis Epiſcopus Herfaſtus, 44. 4 a.
Handall, v. Grendall.
Hartford Comes Rogerus 113. 50 b. *Richardus de Clare Comes in uxorem duxit Amiciam filiam & cohæredem Willielmi Conſulis Gloceſtriæ*, 155. 40 b. 1004. 51 a.
Herefordiæ Comites, Milo 151. 18 b. *Richardus de Clare*, 248. 54 a. 258. 44 a.
Herveus filius ejus Ibid.
Humfredus de Bohun Comes Hereford. & Eſſex.

I

Glaſtonienſe Cœnobium, 1

Joſaphat Vallis
Ineſworth
Idemaſtria.

Cantuarienſis Eccleſia, 18
Icham
Illech.

Winton Eccleſia, 31
Itingſtock.

Whitby Mon. 71
Immingham.

Wigorn. Mon. 120
Iccucumb.

Croiland Mon. 163
Inland.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Joden.
Iresby.

Ely Mon. 87
Impton.

Gloceſtr. Mon. 108
Janeſworth.

Hidenſe Mon. 208
Ichen.

Thorney Mon. 242
Iſlep.

S. Edmundi Mon. 284
Ikeworth.

Coventr. Mon. 302
Ichenton.

Winton Eccleſia, 979
Ivingho.

Scepton Mon. 983
Iland.

S.Frideſwid.Oxon. 983
Irettenacre.

Pilla Mon. 1020
Tornton.

Stoke Mon. 1004
Ilwarelane.

S. Mariæ Northampton, 1011
Tordley.

Battel Abb. 310
Itington
Ingworth.

Armthwait Mon. 324
Inglewood.

Hertford Mon. 331
Ichendon
Ikenton.

Binham Mon. 343
Ingulveſthorp.

Turbury Mon. 354
Irton.

Eyenſe Mon. 356
Iſted.

Salop Mon. 375
Iſelham
Itelſhall
Jokeſhalla.

S. Mariæ Ebor. 383
Japun.

Alceſtre Mon. 470
Impingham.

Litlemer Mon. 496
Jeddingham.

Bungey Mon. 513
Jorpeſton.

Nun-Eaton Mon. 518
Ingpen.

Wilberfoſſe Mon. 984
Japun
Jolthorp.

Godſtow Mon. 525
Jackford
Imbeſhet.

S. Trinitatis Ebor. 564
Irnaham.

Boxgrave Mon. 592
Jonnore.

Leveneſtrenſe Mon. 606
Illeſart.

Dudley Mon. 614
Ingle
Ingpen.

Caſtle-Acre Mon. 624
Iteringham.

Bermondſey Mon. 639
Ingleſcomb.

Lenton Mon. 645
Irenceſtre.

Pontefract Mon. 648
Ingolmells.

S. Andreæ Mon. 679
Jerdley.

Fontan Mon. 733
Iſham
Tarum
Ilkley
Tarnwit
Ingerthorp
Ilketon.

Gerodon Mon. 768
Ibſtock.

Caldra Mon. 774
Ikelington.

Bildewas Abb. 779
Ivenbroc.

Louth-Parc. Mon. 805
Jerburgh.

Kingſwood Mon. 811
Jonſham.

Revesby Abb. 822
Ireby.

Vawdy Mon. 831
Ingolby.

Baſedale Mon. 840
Ingleby juxta Grenhow.

Salley Mon. 841
Illerlay.

Dore Abb. 862
Irchenſeild.

Bello-loco Mon. 925
Ingleſham.
Inſulæ Comitiſſæ Luciæ, 536. 56 b.

Malmesbury Abbatia, 49
Trewig.

Wigorn Mon. 120
Tcomb.

S. Werburg Ceſtr. Mon. 199
Tneſe
Traduc.

Glaſton Eccleſia, 1
Tneſwytrin
Tlond
Tnerwivel
Tlake
Twere.

Cantuarienſis Eccleſia, 18
Tekam.

Ramſey Mon. 231
Tſeham.

Thorney Mon. 282
Tranceſter.

Burton Mon. 265
Tlum.

K

Glaſton. Eccleſia, 1

K*Eneward*
Kimpingner
Kemelen
Kingſton.

Cantuarienſis Ecc. 18
Kingscunland
Kingsland.

Roffenſe Mon. 27
Kentsford
Kingsdun.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Kineſtun.

Malmesbur. Mon. 49
Kemele.

Weſtmonaſterienſis Abbatia, 55
Knilevedun
Kinwedon.

Peterburgh Mon. 63
Ketering.

Whitby Mon. 71
Kocheman
Kirchby
Kelk
Kaiton
Keſever
Kilvendeby.

Ely Mon. 87
Kinſtan
Keleſhell.

Abbendon Mon. 97
Kingſueton.

Gloceſtrenſe Mon. 108
Kinemersford
Kilpeck
Keteringham.

Wigornenſe Mon. 120
Kyngsham
Kyneſey
Kidigtun

Kenigaham
Kenniſeg.

Eveſham Mon. 144
Kinwarton.

Shepey Mon. 152
Kingsdun.

Croyland Mon. 163
Kirkby.

S. Frideſwid Oxon. Mon. 173
Knicton.

S. Albani Mon. 176
Kingsberry
Kaiſhoe.

Ambresbury Mon. 191
Kenetberry.

Hidenſe Mon. 208
Kingsmell.

Ramſey Mon. 231

Kempſton
Kaldoton
Kingſton
Kingſted
Knapwell.

Thorney Mon. 242
Kettleſtan.

S. Edmundi Mon. 284
Karſoul
Kirkby.

Coventr. Mon: 302
Keldesby.

Scepton Mon. 983
Kelmſton.

S. Werburg. Ceſtr. 985
Kingſey.

Wulverhampton Mon. 988
Kinwaldeſham.

Bellaland Mon. 1026

Kirkby Moreſide
Kirkby Malſard
Kilburn.

Spalding Cœnob. 306
Kaborn.

Brecknok Mon. 319

Kechedin
Kilinot
Kaher.

Armthwait Mon. 324
Karliſle.

Hertford Mon. 333
Kavendiſh.

Wymondham Mon. 337
Kangham
Kerebroc
Kipperderhou.

S. Mariæ juxta S. Albanum, 347
Kingsbury.

Eyenſe Mon. 356
Keleton.

Kilburn Mon. 361
Kilburn aliàs Cuneburn.

Salopiæ Mon. 378
Kirkham.

S. Mariæ Ebcracenſis Mon. 383
Kirkby
Kirkby Miſperton
Knapton
Kirkby in Hundleſdale
Kinermundſdale
Kirkby Stephan
Kirkby Kendall
Katerick
Kirkham
Kirtlington
Kirkby Ravenſwath
Kirk Andrew.

Wetherall Mon. 397
Kirkby Stephan
Kirk Andrews.

S. Mart. in Richmond. Mon. 401
Katerick
Kirkby
Kilverteby
Kipling
Karlton.

Reading Mon. 417
Kareſwell
Ketendon.

May Mon. 422
Kellyn
Karall.

Cadwell Mon. 424
Kingſton.

Wroxall Mon. 433
Kaldecot aliàs Kildecot.

Coln Mon. 436
Kinborn
Kenſington.

Walden Mon. 445
Kebworthy.

Tallach Mon. 465
Kibleth
Kalwyn
Kilmanen.

Numkilling Mon. 474
Killing.

Monkton Mon. 476

Kirkby juxta Uſeborn.

Dunſter Mon. 477
Kinefordſham.

Margan Mon. 477
Kineſeg
Kaerdiff.

Marrig Mon. 483
Kerperby.

Cumbhire Mon. 825
Kevenpawel
Kaygheren
Keleber
Kery
Kayrweton
Kanmarum
Kilwitt
Kokilhir
Kelnurney.

Baſedale Mon. 850
Kirkby in Cliveland.

Kirkley Mon. 487
Kathelage
Kirkley.

Camps-Mon. 390
Karlton.

Arden Mon. 500
Kirkby.

S. Clementis Mon. 510
Kamd.

Bungey Mon. 513
Keteringham.

Nun-Eaton Mon. 518
Kentebery.

Godſtow Mon. 525
Kinſeſwere
Kingſham.

Kereſeyenſe Mon. 532
Keyſey.

Kington Mon. 534
Kington.

Blith Mon. 553
Kirkton.

Lancaſtr. Mon. 566
Kidwelly
Kirthehan.

Cogeſenſe Mon. 573
Kerſington.

Stoke Mon. 577
Kekington
Kelligog.

Tyward Mon. 586

Karhulgot
Kellihou.

Birſtoll Mon. 587
Kilneſa.

Goldclive Mon. 590
Karlioll.

Boxgrave Mon. 592

Kirkivilla
Kepeſton
Kienora.

Hinckley Mon. 603
Kingſton.

Caſtle-Acre Mon. 624
Kemſtun.

Reinham Mon. 636
Kiptun Blakehoe.

Bermondſey Mon. 639
Kinwardeſton
Kemſing.

Lenton Mon. 645
Kirchton
Kalahala
Kerſhall.

Pontefract Mon. 648
Kirkby
Kepeis
Kelingley
Kexburgh
Keſwic
Knottingley.

Thetford Mon. 664
Keleſhall
Kingſhall
Keſwic.

S. Andreæ Mon. 679
Killingbury.

Feverſham Mon. 687
Kingsdon.

Furneys Mon. 704
Kirkſanton.

Tintern Mon. 721
Kiheham.

Fontan Mon. 737
Kirkbywisk
Kirkhamerton
Kirkby
Kirtlington
Kettlewell.

Gerodon Mon. 768
Kirkby
Kettleby.

Swineſhed Mon. 773
Kettleſwang.

Caldra Mon. 774
Kaldra.

Bellaland Mon. 775
Kirkby Malſard
Kilburn.

Bildwas Mon. 771
Kinnerton.

S. Mariæ Dublin Mon. 782
Karebrennan
Kareknerin
Kilmerbelch.

Melſa Mon. 792
Kayingham.

Newminſtre Mon. 792
Kerſtern.

Kirkſted Mon. 805
Kimberworth.

Revesby Mon. 824
Kirkby
Kele.

Baſedale Mon. 840
Kildale.

Rufford Mon. 848
Kelum.

Dore Mon. 682
Kedyvoresbroc
Kingſton
Keſty.

Jourvall Mon. 869
Kelgrimbou.

Albaland Mon. 884
Kevenkenvarghan
Kilgremman
Kidlegdugeyn
Kevenlethlyan
Kiltaryein
Kevindran
Kilredin
Katlannen.

Deulacres Abb. 890
Kirkham.

Stratmarg. Abb. 895
Kinderth
Kevenlubeſtell
Kreichhanc
Kefil
Kenen.

Nun-Appleton Mon. 907
Killingholm.

Kirkeholm Mon. 914
Kirkby.

Alier-Conwey Mon. 918
Kwin
Kellhmeor.

Nun-Cotun Mon. 922
Kilningholm
Keleby.

Rewly Mon. 934
Kerſington
Kerries.

Dernhale Mon. 936
Kirkham
Knightley.

Newenham Mon. 928
Kelmton Com. Devon.

Hilton Mon. 942
Kennermund.

Beauvalenſe Mon. 962
Kirkby-Orblawers
Kereby.

Epworth Mon. 969
Kirkby Monachorum.

Kancii Comes, Hubertus de Burgo, 427. 30 a.

L

Glaſton. Eccleſia, 1
Lupewet
Loffellgeth
Litleney
Litle-Likeway
Langeby
Lithelake
Logweresburg
Lontain
Legh
Livigg
Logderesbeorgan
Lotteſham
Lime
Langford
Lacton.

Cantuarienſis Eccleſia, 18
Liming
Lambeth
Linguleſe
Langdon
Langburnham
Loſe
Leanham
Laling
Leiſdon.

Roffenſe Mon. 27
Langfeild
Litlebroc
Lamtheam
Lindheis
Lambetha.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Luguballia, aliàs Luell modo Carliell.
Langton
Lenhale
Langcheſter
Lamberton
Lameſden.

Malmesbury Abb. 49
Littleton
London S. Nicholas.

Weſtmon. Abb. 55
Leafeild
Lygeton
Leoſne
Langton
Lacedun.

Shirburne Mon. 622
Lanprobi
Lymm
Lyden.

Peterburg Mon. 63
Lodeſhall
Luſgard.

Whitby Mon. 71
Ludeford
Leirpell.

Chertſey Abb. 75
Lando.

Ely Mon. 87
Lakinhed
Luiremer
Littlebrig
Lenam
Leverington.

Abbendon Mon. 97
Laehamſted
Laſing
Lerinchnora
Lennarton
Linford.

Gloceſtr. Mon. 108
Lech
Leden
Linckhob
Litleton
Lancarvia
Lorling
Laverſtok.

Wigorn Mon. 120
Lawern
Lockſley
Lindring
Lodington
Lapweth
Linch
Lappawerthin.

Bardney Mon. 142
Litlemerſh
Linceby
Laceby.

Eveſham Mon. 144
Lenchwyk
Litleton
Leland.

Shepey Mon. 152
Leſledhop.

Tewksbury Mon. 153
Lantriſſa
Lappaford
Litlehama
Lardoter
Landcarven
Lardhiltunit
Leth
Lancadel.

Croiland Mon. 163
Laythorp.

Beverley Mon. 169
Lockington.

S.Frideſwid.Oxon.173
Longchirchilla.

S. Albani Mon. 176
Ligetun
Langley
Luton.

Wellenſe Mon. 186
Lidegard.

Ambresbury Mon. 191
Letcumb.

Midleton Mon. 193
Leſcomb
Litlepiddle.

S. Werburg Ceſtr. 199
Lech
Lindſey
Loſtich
Lay
Levedeſham.

Perſhore Mon. 203
Langanton
Logahedge
Lidnege.

Hidenſe Mon. 208
Ligpall
Lingedfeild
Langhurſt
Lammer
Lammerſtok
Lingfeild
Leckfeild
Lillewordy.

Exon Mon. 220
Landwithan.

Ramſey Mon. 231
Lanſhett
Langethell
Lunwath
Lanſell
Litlethorp.

Thorney Mon. 242
Lindeſig
Luffwic.

Chateriz Mon. 251
Lincoln.

Eyneſham Mon. 258
Litlean Cumpton
Lellinege.

Burton Mon. 265
Laganford
Langandun
Lega
Linton
Leland
Longdon.

Hulm Mon. 202
Ludham
Lammel.

S. Edmundi Mon. 284
Langham
Lacford
Lidgate
Lodney.

Stoke Mon. 1004
Lockinghay
Linton Rohas.

Winton Eccleſia, 979
Litleton
Lameterr.

Scepton Mon. 983
Lodewell
Liddington.

S.Fridiſwid.Oxon.983
Langley.

S. Werburg Ceſtr. 985
Lantrena
Lecton.

Taviſtoch Mon. 935
Lamerton
Lega.

Lapleienſe Mon. 1022
Lapley.

Spalding Mon. 306
Lentorp
Lee
Lincoln.

Bratell Abb. 310
Lignesfeild.

Brechnok Mon. 319
Langelen
Langwern
Luffrewrechin

Tinmouth Mon. 333
Lilburn.

Wymondham Mon. 337
Levedland
Langhey

Eyenſe Mon. 356
Laxfeild
Leeſton
Linſted
Leeſt
Lesfeild.

Penwortham Mon. 360
Longton
Leilond.

Malvern Mon. 365
Linbury
Lecten
Lamdeſpider
Lungesnedy
Lancienigh
Langen
Lindrugeſith.

Selby Mon. 371
Lund.

Solop Mon. 375
Legham
Longrveleia
Longafeld
Locton
Lochford
Latin.

S. Mariæ Ebor. 383
Leſtingham
Lindſey
Langton
Lincoln
Luis
Luuenſwater
Langton
Leyborn
Lond
Langthorp
Londonia.

S. Martini Richmond 301
Layborn.

Norwich Mon. 407
Lakenham
Londoluſton
Lynn
Langham.

Horſham Mon. 414
London S. Margaret.
Ludaham.

Reading Mon. 417
Lechbroc.

Leominſtre Mon. 420
Leominſtre
Leena
Lunthelega
Lunthuna.

Cadwell Mon. 424
Loſcum
Laverſtok
Limm
Litleham.

Clerkenwell Mon. 428
Langford.

Coln Mon. 436
Linland
Laurehan.

Canwell Mon. 439
Litlemers
Langleys.

Pinley Mon. 442
Langley Norton.

S. Dogmaelis Mon. 444
Lndadog.

Bromfeild Mon. 464
Lethwyc.

Tallach Mon. 465
Lewbedderi.

Margan Mon. 477
Langwy.

Henwood Mon. 479
Langdon.

Sanford Mon. 488
Litlemar.

Snelleſhall Mon. 483
Lughton.

Marrig Mon. 484
Lemingford.

Litlemer Mon. 496
Litlemeres.

Lithom Mon. 499
Lithom.

Bungey Mon. 513
Lymburn
Lingwood
Lewen.

Luffeild Mon. 520
Lodeford
Lingport
Lillingſton.

Godſtow Mon. 525
Lambey
Linchſey
Lannet.

Lill-Church Mon. 528
Lill-Church.

Thikeved Mon. 529
Lundcroft.

Haliwell Mon. 531
Linton.

Kereſeyenſis Prioratus, 531
Leghes
Leleſey.

Leveſham Mon. 550

S. Michael in Monte Mon. 551
Liſmanoch.

Blith Mon. 553
Lacton
Ludham.
Lindrig.

Witton Mon. 558
Linen.

Kirkley Mon. 562
Lellevord
Landeford.

S. Trinitatis Ebor. 564
Leeds S. Petri.

Lancaſtr. Mon. 566
Lancaſtr. S. Martini, S. Leonardi Hoſpitale.

Cogeſen Mon. 573
Lodewell
Lidſey.

Stoke Mon. 577
Lullingſtock
Lunley.

Shirburn Mon. 578
Langebrigg
Liddeſet.

Tywardrait Mon. 486
Lamenta
Latilbery
Ludewan.

Birſtal Mon. 587
Libiton
Litle Humbre.

Boxgrave Mon. 592
Linervilla.

Monkenlan. Mon. 595
Linda.

Monmouth Mon. 600
Languador
Langrador
Lidney.

Hinckley Mon. 603
Lindley.

Leveneſtrenſe Mon. 606
Ligeorum
Livery.

Farley Mon. 620
Leya.

Caſtle-Acre Mon. 624
Leden Church
Lecheſham.

Mendham Mon. 631
Langahay.

Bromholm Mon. 632
Laurelan.

Rainham Mon. 636
Langland.

Bermondſey Mon. 639
Langfoot
Ludgarſhall
Lateren
Langheth.

Lenton Mon. 645
Linby
Langare
Langaeleia.

Pontefract Mon. 648
Ledeſton
Ledeſham
Lintwait
Lurham.

Monk Breton Mon. 660

Thetford Mon. 664
Loppeham
Langwade.

Montacute Mon. 668
Legha
Lonerlay
Lirky
Lodie.

Daventrey Mon. 672
Lobenho
Langhon.

Barſtaple Mon. 684
Langaton.

Tikeford Mon. 685
Lathbury
Loghton.

Arthington Mon. 691
Lincroft.

Neth Mon. 719
Linſta
Litham
Lochor
Lamped in Camtirch.

Baſingwerk Mon. 720
Longdenedale
Leech.

Tintern Mon. 721
Landiwogodi
Landreſton.

Fontan Mon. 733
Leſturham
Loſthanes
Litton
Littondale
Ianceſtroth
Linton
Liverſeg
Lannerton
Litlehagh
Loneſdale
Louthwait
Landeſiner
Lotheneriggy.

Quarrenſe Mon. 760
Lovecomb
Levegareſton.

Cumbermer. Mon. 764
Ludmer.

Gerodon Mon. 768
Langworth.

Bellaland Mon. 775
Laſthorp.

S. Mariæ Dublin Mon. 782
Liſtoan.

Warden Mon. 784
Lunholdeſhey
Linermer.

Ford Mon. 785
Leg.

Melſaenſis Abb. 792
Lockington.

Bordſley Mon. 803
Ludeſhall
Lichſted.

Louthpark Mon. 805
Lechburn
Liſſington.

Kirkſted Mon. 806
Langhay.

Revesby Abb. 822
Lee.
Legeſhaga
Lincoln.

Cumbhire Abb. 825
Legnythan Sartbrin
Laythed
Lycrith.

Sinningthwait Mon. 825
Loſthus
Loftſchogl.

Vawdy Mon. 831
Limpidcrang
Luttebre
Longtorp.

Dore Abb. 862.
Lugwardyn S. Andreæ
Linhale
Lincock
Lannean.

Stanley Mon. 869
Lockwell.

Jourvall Mon. 869
Langton ſuper Swale
Lemyng.

Stratford Mon. 883
Ledehale.

Albland Mon. 884
Lanunhangel.

Holm Coltrom Mon. 888
Layſingby.

Tarent Mon. 887
Lopepenn
Long Blanford.

Tiltey Mon. 889
Siltings.

Deulacre Abb. 890
Lec
Laken.

Lekeburn Abb. 894
Lekeburn.

Stratmargel Abb. 895
Llyliequeſtell
Llannekenneyll
Lannegemel
Lueſton.

Bindon Mon. 911
Lolleworth.

Abber-Conwey Mon. 918
Llanveyr-Ritcaſtell
Llynkemer.

Nun-Coton Mon. 922
Lymbergh.

Dunkwell Mon. 925
Ludreford
Lynor.

Bello-loco Mon. 925
Langford.

Newenham Mon. 928
Lovepitt.

Letley Mon. 933
Letlege
Lacton.

Dernhale Mon. 936
Langweyth
Lachmanbanck.

De Graciis Mon. 944
Laches
Layborn.

S. Annæ Mon. 963
Limbergh
Lodres
Long-Bennington.

Shene Mon. 974
Leveſham.

Londonenſes Epiſcopi, Juſtus, Mellitus, 24. 56 b. *Willielmus,* 43. 65 b. *Wina,* 65. 12 a.
Lincolnienſes Epiſcopi, Robertus, 29. 38 b. *Remigius, v.* Stow *Monaſt.*
Lindisfarnenſis Epiſcopatus. 38. 40 b.
Lichfeildenſis Epiſcopus, Petrus 44. 8 a.
Lirinenſis Inſula, 96. 40. b
Luxovii Epiſcopus, Johannes, 105. 36 b.
Leiceſtriæ Comites, Leucitus aliàs L uritus, 164. 63 b. *R. Comes,* 193. 30 a. 220. 21 a. *Robertus Comes,* 518. 30 b.
Lincolniæ Comites, Egga Comes, 164. 63 b. *Simo de Seintliz,* 258. 43 a. *Henricus de Laſcy,* 373. 40 b. *Johannes de Lacy,* 672. 57 b. *Will. de Romara,* 822. 54 a. *Gilbertus,* 811. 10 a. *Edmundus,*—— 10 b.
Lincolniæ Vicecomes, Thoroldus, 166. 32 b.
Lancaſtriæ Comes, Henricus, 219. 8 b.

M

Glaſtonienſe Cœnobium, 1

M*artinſey*
Munekinerley
Midlemed

Midlemed
Mere
Mendip
Mons acutus
Merksbury
Monkaton
Merton
Milnes
Midleton
Midlehale
Melles
Murilench
Mundanton
Merſware.

Cantuarienſis Ecc. 18
Midleton
Miſtanham
Malling
Mepam
Monckton
Merſey
Miletun
Merſham.

Roffenſe Mon. 27
Mallings
Meorten
Midleton
Merlavam.

Winton Eccleſia 31
Mulburnham
Madanlega
Meones.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Merſtian
Munecortun
Meriton
Mornton
Morderinton
Midleham
Morleys
Morewic.

Malmesbury Mon. 49
Morcoton
Mealdamsbury.

Weſtmonaſterienſis Abbatia, 45
Mordane
Muleſham
Mapaldenſted.

Shirburn Mon. 62
Menedip
Macrin.

Peterburgh Mon. 63
Malmton
Meſſingham
Muſcham.

Whitby Mon. 71
Mulgrif
Milſleham
Midleton
Merſc
Martun
Maxtun.

Chertſey Mon. 75
Muleſey.

Ely Mon. 87
Melburn
Midleton
Melton
Madelwold
Mundeford
Merham.

Abbendon Mon. 97
Midheora
S. Martini Eccleſ.
Muneham
Mercham
Midleton.

Eveſham Mon. 144
Morton
Meylegarsberry
Maydeleſtbeordi.

Perſhore Mon. 203
Midlewic.

Gloceſtrenſe Mon. 108
Mayſmor
Mons S. Mariæ.

Wigornenſe Mon. 120
Mutton
Milcota
Morebroc
Mitton
Mearnclive.

Bardney Mon. 142
Maidengarth
Muſton.

Shepey Mon. 152
Milſted.

Tewksbury Mon. 153
Meldeſland
Merlane
Meresfeild
Marklesburg.

Croyland Mon. 163
Morbern.

Beverley Mon. 169
Midleton.

S. Frideſwid Oxon. Mon. 163
Marſton.

S. Albani Mon. 163
Midleton
Mucklefeild
Muriden.

Bathonienſe Mon. 184
Meresfeild.

Ambresbury Mon. 191
Maidwinterberg
Mantorn
Midleton.

Midleton Mon. 193
Mulebarn.

S. Werburg. Ceſtr. 199
Maines
Maſcefeild.

Hidenſe Mon. 208
Mucheldever
Marſgell
Mangeford
Melokeden.

Exon Mon. 220
Moccefill.

Ramſey Mon. 231
Manneſſon
Merings,

Chatiriz Mon.
Mepall
Maney.

Cernell Mon. 253
Mintern.

Eyneſham Mon. 258
Micclanton
Maramaclive
Martinwell
Midleton
Munſtre
Mildecumb.

Burton Mon. 265
Morledg
Morton
Moſiden
Marchingdon.

Abbotsbury Mon. 276
Morbaha.

S. Edmundi Mon. 284
Melford
Meringthorp
Mildenhale
Munhale
Maninge.

Coventr. Mon. 302
Merſton juxta Avon.
Merſton Com. Gloceſtr.

Stoke Mon. 1004
Melford
Muchley.

S. Mariæ Northamp. Mon. 1011
Meriſmes
Mill.

Winton Eccleſia, 979
Merden
Meones
Melbrok
Mechelmeich
Mittecholings
Michnelmartus
Muneia.

S. Frideſwid Oxon. Mon. 983
Merſton
Multon.

S. Werburg. Ceſtr. Mon. 985
Morceton.

Whitby Mon. 988
Mulgrif
Midthef.

Taviſtok Mon. 995
Midleton S. Conſtantii, & S. Egidii
Mantocraninton.

Pilla Mon. 1019
Nova-Mota
Moneketon.

Lapley Mon. 1022
Merſton.

Spalding Cœnob. 306
Muleton
Middingsby.

Battell Abbey, 310
Menlleſham
Melflege.

Brecknok Mon. 319
Maru
Manniſlidin.

Belli-loci Mon. 326
Moddry
Melbroc.

Belvoir Mon. 327
Medborn.

Tynemuthenſe Mon. 333
Millington
Morton
Midleton.

Wymondham Mon. 337
Moleſſen.

Malling Mon. 352
Malling
Eſt-Malling.

Tutbuury Mon. 354
Merſton
Maginton
Matherfeild
Mercaveſton
Mukelac.

Eyenſe Mon. 356
Melles.

Helenſtow Mon. 369
Muleſho.

Penwortham Mon. 360
Moles.

Hurley Mon. 363
Moſe
Mymmes.

Selby Mon. 371
Margruna
Miſterton.

Salopiæ Mon. 375
Martingbeck
Manerfeild
Midlay
Mora.

S. Mariæ Eboracenſis Mon. 383
Monkabridge
Marham
Midleton
Merton
Mersk
Mitor
Moyland
Millum
Mortun
Mortham
Multon
Melmorby.

Wetherall Mon. 397
Melſamby.

S. Martini Richmond. Mon. 401
Morton

Santoft Mon. 405
Muneholm
Monkflet.

Norwicenſe Mon. 407
Markham in Fleg.
Mutling

Horſham Mon. 514
Mor.

Leominſtre Mon. 420
Miccaltun.

Grendall Mon. 427
Marton.

Clerkenwell Mon. 428
Moſewell
Melegrave.

Coln Mon. 436
Mers
Miblanc.

Walden Mon. 445
Mirames
Muntnes.

Alceſtre Mon. 470
Merſton
Malecot.

Monkton Mon. 476
Monketon.

Haleſton Mon. 476
Midford.

Dunſter Mon. 477
Mere.

Blackborn Mon. 478
Midleton.

Ankerwic Mon. 482
Moreland
Midleton
Munehaden.

Marrig Mon. 484
Marrig.

Kirkley Mon. 487
Marton.

Ivingo Mon. 490
Merew.

Davington Mon. 501
Monkton.

Creſwell Mon. 504
Manſelt.

Steinfeild Mon. 506
Midhop.

S. Clementis Mon. 510
Milford.

S. Jacobi Briſtoll Mon. 513
Melidan.

Bungey Mon. 513
Metingham
Medafeild

Mendham

Mendham
Milnheds.

Nun-Eaton Mon. 518
Merton
Mapletrebam.

Wilberfoſſ. Mon. 524
Melthanby
Milnholmwethlands.

Godſtow Mon. 524
Midley.

Burnham Mon. 534
Morforlong.

Merſey Mon. 552
Merſey.

Blith Mon. 553
Markham
Marthon.

Kirkby Mon. 562
Melton.

S. Trinitatis Ebor. 635
Monkton.

Hedlay Mon. 565
Midleton.

Lancaſtr. Mon. 566
Mellings
Moton
Midleton.

Cogeſenſe Mon. 573
Mappeſderham.

Sherburn Mon. 578
Mappredewella
Morgerſton.

Wedon Mon. 584
Morton
Miggeham.

Tywardreit Mon. 586
Melintruit.

Birſtal Mon. 587
Mapleton
Mulſleres
Merſlet.

Goldclive Mon. 590
Mora
Mendbyris.

Boxgrave Mon. 592

Marcheſis
Monte famoloſa
Maiſnetigis
Motleton
Mendham
Mervi.

Long-Benington Mon. 597
Madrei.

Monkenlan Mon. 597
Monkeſlen.

Leveneſtren. Mon. 606
Mantlum
Mortley de Montegomerico
Maliernti de Mariſco.

Farley Mon. 621
Mannigſord
Merſton.

Caſtle-Acre Mon. 624
Methwold
Maſſingham
Malſamby.

Mendham Mon. 631
Michelbeg
Midlehim.

Bromholm Mon. 632
Munelle.

Reinham Mon. 636
Medele.

Sleveſholm Mon. 638
Malewd.

Bermondſey Mon. 639
Melcomb
Melham.

Lenton Mon. 645
Methedweptocb
Mamax
Mappertſhall.

Pontefract Mon. 648
Maram
Maneſthirp
Midleton.

Thetford Mon. 664
Methona
Miuſmer
Mellis
Muleton.

Montacute Mon. 668
Montgo
Melebiri
Modeford
Merſetun
Mileton
Meſchyton
Merreton
Malpas.

S. Andreæ Mon. 679
Multon.

Tikford Mon. 685
Merſh.

Feverſham Mon. 687
Meſſewell
Moncheton.

Arthington Mon. 691
Milkholm
Milnholm.

Furneys Mon. 704
Melon.

Tintern Mon. 720
Magor
Marſergerin
Modeſgat.

Rieval Mon. 627
Morton.

Fontan Mon. 733
Marton
Marſon
Morker
Malleſart
Morkerfall
Merſton
Mulhom
Malſhmore
Mulgreatre
Melmurby
Midleton.
Multon
Monkton ſuper More
Meſhenby
Melſanby
Mildeby
Mirkington.

Cumbermer Mon. 764
Munchulf.

Gerodon Mon. 768
Montſorell.

Swineſhed Mon. 773
Mainceſtre.

Bellaland Mon. 775
Maitherby
Midlemor
Maleſard
Morton.

Bildwas Mon 782
Morton
Meola.

S. Mariæ Dublin. Mon. 782
Murlegan S. Martini
Muninachen.

Bitleſden Mon. 783
Marilond.

Wardon Mon. 784
Midleho
Midleton
Molebroc.

Melſa Mon. 792
Mora
Miton
Moleſcroft.

Newminſtre Mon. 800

Morpath
Mutford.

Tame Mon. 802
Morton.

Louthpark Mon. 805

Malmton
Meſſingham.

Kirkſted Mon. 806
Medrinham
Magalangraca.

Kingſwood Mon. 811
Mireford.

Stoneley Mon. 820
Merſton
Meleſho.

Revesby Mon. 824
Minigsby
Marum.

Cumbhire Mon. 825
Melemd
Mayſgragar.

Woborn Mon. 829
Mydenham
Marſele.

Hampoll Mon. 830
Mealtun.

Vawdy Mon. 831
Mannethorp.

Bruer Mon. 835
Midleton.

Rufford Mon. 848
Maplebeck
Morton.

Kirkſtall Mon. 854
Mirklethwait.

Dore Mon. 862
Manbach
Maſcheit.

Stanley Mon. 868
Migella
Merkum.

Jourval Mon. 869
Mersk
Midleton
Melſamby.

Albaland Mon. 884
Maynorvoreon
Maghor Cruchnill.

Tarent Mon. 887
Modgar.

Stratmarg. Abb. 895
Myſtnir
Meyborh.

Stanlaw Mon. 896
Mauricaſton.

Ponte Roberti Mon. 916
Morbregg
Mapleſden.

Dunkwell Mon. 925
Marlecumb.

Dernhale Mon. 936
Moresbarew
Macklesfeild.

Hilton Mon. 942
Manneſmore
Mixne
Midleſclif
Mulneſley
Morring.

S. Annæ Mon. 963
Monkenlan Com. Hereford.

De Monteacuto Monaſterium fundavit willielmus Conqueſtor, 17. 66 b.
Mauriton Comes Robertus, 18. 14 a. 29. 49 b. 44. 15 a. 633. 30 a. *Johannes Comes*, 118. 12 b. *Willielmus Comes*, 411. 60 b. 668. 40 a.
Mellent Comites. Robertus, 29. 49 b. *Galeranus*, 358. 43 a. *Robertus*, 359. 64 b. 518. 46 a.
Merciorum regnum quot Comitatus Continet, 32. 46 a.
Mailroſenſis Abbas Eata, 39. 20 a.
Merciorum Epiſcopus Jerumannus, 65. 12 a.
Marchiæ Comites, Edvardus, Edmundus, & Rogerus, 157. 12 a. *Edmundus Comes Dominus de* Wigmore *& de* Clare, 539. 40 b.
Montegomerici Comes Rogerus, 289. 32 b. 317. 62 b. *Hugo Comes*, 386. 14 a.

N

Glaſton. Eccleſia, 1

Notepull
Northlade
Noni
Netleton
Newton Caſtell.

Cantuarienſis Eccleſia, 18
Nencington
Northgate.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Nedyrton
Northu
Normanton
Norham
Newton.

Malmesbury Abb. 49
Newenton
Nortun.

Shirburne Mon. 622
Nutherbury.

Whitby Mon. 71
Newham
Noddfeild
Newton
Nethreby
Normanby
Newham
Nafreton
Newton
Newton in Holdernes.

Ely Mon. 87
Northwold
Newton
Neddyng
Notwell.

Abbendon Mon. 97
Nowdham.

Glouceſtr. Mon. 108
Nunnedsfeild
Northlech
Northwich
Norton.

Wigorn Mon. 120
Newenton.

Northtun
Natangraf
Northarburgh
Northſtare.

Bardney Mon. 142
Newton.

Eveſham Mon. 144
Norton.

Shepey Mon. 152
Newenton
Northwood.

Tewksbury Mon. 153
Northray
Novum Caſtellum.

Croiland Mon. 163
Northland.

S. Albani Mon. 169
Norton
Newham.

Winchelcomb Mon. 187
Newton.

Ambresbury Mon. 191
Newenton
Northwinthborn.

S. Werburg. Ceſtr. 199
Neobold.

Perſhore Mon. 203
Niwanton
Neodmertanwitt.

Hidenſe Mon. 208
Northampton
Newton.

Rumſey Mon. 219
Northwood.

Exon Mon. 220
Newantun
Northtunn.

Ramſey Mon. 231
Needingworth.

Thorney Mon. 242
Nywanton
Normanſtond
Newton.

Eyneſham Mon. 258
Newarch.

Burton Mon. 265
Newinton
Newton
Newhall
Norton.

Hulm Mon. 282
Neſerthird
Northwalſham.

S. Edmundi Mon. 284
Newton
Northale.

Coventr. Mon. 303
Newenham.

Winton Eccleſia, 979
Nuſhling
Neioton
Northbury.

S. Werburg. Ceſtr. 985
Norwardine
Northwich.

Taviſtoch Mon. 995
North Pyderwin.
Nutho
Nordecumb.

Pilla Mon. 1019
Nengol.

Stoke Mon. 1004
Neilingherſt
Nedham.

S. Mariæ Northampt. 1011
Northampton.

Spalding Mon. 306
Normanby.

Battell Abb. 310
Nireſeild.

Armthwait Mon. 325
Nonn-cloſe.

Tynmouth Mon. 333
Newburn.

Wymondham Mon. 337
Northfeild
Northwitton
Nelond.

Tutbury Mon. 354
Norbury
Newton.

Hurley Mon. 363
Northale.

Malvern Mon. 365
Northew.

Salop. Mon. 375
Neſſa
Norton
Newton.

S. Mariæ Ebor. 383
Normanby
Nunnington
Newton in Wylights.

Santoft Mon. 405
Norton.

Norwich Mon. 407
Newton
Norwic. S. Crucis, S. Benedicti, S. Margaret. S. Gregorii, S. Jacobi, S. Cuthberti, S. Maria de Mariſco, S. Vedaſti, & S. Michael.

Horſham Mon. 414
Norwich.

Leominſtre Mon. 420
Niewton.

Clerkenwell Mon. 428
Neweton.

Wroxall Mon. 433
Nonneley.

Pinley Mon. 442
Norton.

Stratford Mon. 443
Northim.

Walden Mon. 445
Northale.

Haleſtan Mon. 476
Newton.

Dunſter Mon. 477
Newton.

Kirkley Mon. 487
Northcroft.

Derby Mon. 505
Normanton.

Stainfeild Mon. 506
Newſom.

Roſſedale Mon. 507
Newton.

Luffeild Mon. 520
Northampton.

Haliwell Mon. 531
Newelersfeild.

Folkſtan Mon. 560
Neweuton
Northwood.

Kirkby Mon. 562
Neobold
Newton ſuper Avon.

S. Trinitatis Ebor. 564
Newton.

Frampton Mon. 571
Northam.

Cogeſen. Mon. 573
Noſtedam
Newenton.

Shirburn Mon. 578
Neoham.

Birſtall Mon. 587
NewtonS pittle
Newton Conſtable
Newſom.

Toft Mon. 598
Newbiri.

Leveneſtrenſe Mon. 606
Nummeniſtre.

Dudley Mon. 614
Nortfeild.

Farley Mon. 620
Nova-villa.

Caſtle-Acre Mon. 624
Norwald.

Reinham Mon. 636
Normansberry.

Bermondſey Mon. 639
Nurheton.

Lenton Mon. 645
Newtorp
Nottingham S. Mariæ
Newhoda.

Pontefract Mon. 648
Newhale
Nortun
Newſam.

Thetford Mon. 664
Nuthley
Norton
Northorp
Nettleſted.

Montacute Mon. 668
Niſheid
Norton juxta Taunton.

Daventry Mon. 672
Norton.

S. Andreæ Northampt. 679
S. Andreæ Northampton Eccleſia
Newenton.

Tikeford Mon. 685
Newport.

Waverley Mon. 704
Nelham
Norhold
Nutteſſelf.

Furnes Mon. 704
Narwe.

Neth Mon. 719
Nova-villa
Noveland.

Rievall Mon. 727
Newhouſe
Normanby.

Fontan Mon. 733
Nutewich
Niderdale
Nutwith
Netherbordirley
North Conton
Newby wiſa
Newby ſuper Swale.
Northous
Nether Stodelay
Newton in Craven
Newſom.

Gerodon Mon. 768
Newbold.

Swinſhed Mon. 773
Newbold
Newcroft.

Bellaland Mon. 775
Nanthorp
Niderdale.

Melſaenſis Abb. 792
Nordilton.

Bordſley Mon. 803
Northun.

Kirkſted Mon. 806
Nordcroft
Northbethſholm
Norton.

Cumbhire Abb. 825
Nanre
Nantu.

Vawdey Mon. 831
Northwood.

Bruer Abb. 835
Nethercote
Newby.

Baſedale Mon. 840
Newton.

Dore Abb. 862
Nanteglas.

Jourvall Mon. 869
Nappas
Neubigging.

Grenfeild Mon. 880
Northou.

Albland Mon. 884
Nantcreyoric
Nantanen.

Tiltey Mon. 889
Norton.

Deulacre Abb. 890
Northbrec.

Stratflure Abb. 893
Nanneyrth.

Nun-Appleton Mon. 907
North-Elkington.

Bindon Mon. 911
Nottington.

Croxton Mon. 911
Norton Capella.

Kildeholm Mon. 914
Nunnington.

Aber-Conwey Mon. 919
Nanhoenen.

Newenham Mon. 928
Northon in Cornubia
Norton.

Letley Mon. 928
Nordley.

Rewley Mon. 934
North Oſeney
Netlebed.

Dernhale Mon. 936
Netherlitle Oure
Newſted
Northwich.

Hilton Mon. 942
Normancote.

Henton Mon. 960
Norton.

Shene

Shene Mon. 974
Noien
Newmarket.

Northumbriæ Comites, Oſulc, Oſlac, Morkarus, Edulphus, Oſulphus, Copſius, Toſtus, Goſpatricius, Madredus f. Crinani, Robertus Comyn, Sywardus, Waldevus f. Sywardi, Walcherus, Albrius, Robertus de Mowbrey, Robertus, 40. 30. &c. b. 44 15 a. *Henricus Percy,* 150. 10 a. *Albericus,* 289. 34 b.
Nordanhumbrorum Regum Series, 333. 60 a.
Norwicenſis Epiſcopus, v. Heamenſis.
Northamptoniæ Comites, Willielmus de Bohun, 219. 8 b. *Simo Comes,* 410. 28 b. 674. 62 b. 850. 10 a.
Norfolciæ Comes Rogerus Bigot, & Hugo, 856. 50 a. 407. 42 b.
Norwicum habet eadem privilegia & franchecias quæ habet Civitas London. 426. 8 b.
Norwicenſis Epiſcopi, Herberti encomium, 1003.
Nottinghamiæ Comes, Thomas, & Mareſchallus Angliæ, 969. 64 a.

O

Glaſtonienſe Cœnobium, 1
ORa
Offaculun
Ocrenfeild
Oxemund
Over Deverell
Othebee
Offord
Gffneham.

Cantuarienſis Eccleſia, 18
Oſkrinden
Oſterland
Orfeinton.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Oreton
Oneton.

Petriburg Mon. 63
Overton
Oſgothy.

Wintonienſis Eccleſia, 31
Owertona.

Whitby Mon. 71
Overby
Oxenham
Ormesby.

Elyenſe Mon. 87
Oddebruge
Outwell.

Abbendon Mon. 97
Ottney
Oxenford
Offentun.

Gloceſtriæ Mon. 108
Over
Odinton
Orcheſton
Okeney
Oſelworth.

Wigornenſe Mon. 120
Oſwaldlow
Under Oſre.
Heads Oſre
Oduncgalea
Onnanàun.

Eveſham Mon. 144
Offham
Otheneſey.

Tewksbury Mon. 153

Oxoniæ S. Frideſwidæ Mon. 173
Oxon. Eccleſiæ.
Omnium Sanctorum, S. Mildredæ, S. Michaelis, S. Petri, S. Aldati, Capella S. Michaelis, Eccleſia S. Edwardi, S. Trinitatis, S. Clementis.

S. Albani Mon. 176
Oudaet.

Midleton Mon. 193
Oce
Oſinantun.

Hidenſe. Mon. 208
Oores.

Ramſey Mon. 231
Otterton
Over
Orton
Opeford.

Thorney Mon. 242
Odwick.

Chateriz Mon. 251
Over.

Eyneſham Mon. 258
Oxon. S. Ebbæ Eccleſia.

Burton Mon. 265
Okeover, v. Acofra
Oggodeſton
Ofra
Over
Okeley.

Abbotsbury Mon. 276
Oth.

Winton Eccleſia, 979
Overton
Olndon.

Wolverhampton Mon. 988
Ogginton.

Taviſtoch Mon. 925
Ordley
Odatrew
Oſkerwilla.

Suinenſis Abbatia 1026
Ottringham.

Spalding Mon. 306
Obthorp.

Belvoir Mon. 327
Oſkinton.

Tynmouth Mon. 333
Ovington.

Tutbury Mon. 354
Oſmundſton.

Ely Mon. 356
Orburn
Orford
Oteſleia.

Helenſtow Mon. 359
Oxenford.

S. Neoti Mon. 368
Oveſton
Opton.

Salop Mon. 375
Oxiton.

S. Mariæ Ebor. 383
Oſoldby
Oſgodby
Overton
Ontonby.

Wetherall Mon. 397
Ormſheued.

Norwich Mon. 407
Ormeſley.

Horſham Mon. 414
Odeton.

Alceceſter Mon. 470
Overſley.

Henwood Mon. 479
Octomore.

S. Clements Mon. 510
Oteley
Orton.

Bungey Mon. 513
Oſmundeſhag.

Deorhyrſt Priorat. 547
Okington.

Blith Mon. 553
Oiſterfeild.

Lancaſtr. Mon. 566
Overton.

Oterington Mon. 569
Oterton.

Frampton Mon. 571
Ominſerig.

Cogeſen. Mon. 573
Onsbery
Olingham.

Shirburn Mon. 578
Opperton.

Tyward Mon. 586
Onarion.

Birſtall Mon. 587
Outthorn.

Toft Mon. 598
Orlaneſcot.

Wenloc Mon. 613
Oppetun.

Caſtle-Acre Mon. 624
Otringhee.

Bermondſey Mon. 639
Omineum
Oſwardſton.

Lenton Mon. 645
Oſſecropht
Oſſinton
Orſley.

Pontefract Mon. 648
Octona.

Thetford Mon. 664
Oſſinton
Ovinton
Onton.

S. Andreæ Mon. 679
Overton.

Waverley Mon. 704
Oxenford.

Rieval Mon. 727
Oſwaldeſengas.

Fontan Mon. 733
Oven-Bordley
Ottelay
Otterborn
Overſtodeley
Oldcotes.

Cumber Mon. 764
Overton.

Gerodon Mon. 768
Overton.

Warden Mon. 784
Odeſey.

Ford Mon. 785
Orchard.

Melſa Mon. 792
Ottrington
Octona.

Tame Mon. 802
Ottendon.

Bordſley Mon. 803
Ocheſelna
Oſmerſleia
Oxhei.

Louth-Park Mon. 805
Ormesby.

Revesby Mon. 822
Otteby.

Myrevall Mon. 830
Overton.

Vawdy Mon. 831
Oſtich
Outhage.

Salley Mon. 841
Oxton.

Rufford Mon. 848
Okering.

Dore Abb. 862
Oxmead.

Albaland Mon. 884
Onnenkeredin
Oſterbryth.

Dunkwell Mon. 925
Offecolum.

Dernhale Mon. 936
Over parva
Ocinare.

Oxonienſis Academia fundata, 368. 60 a.
Oxoniæ Comites, Robertus de Ver, 483. 33 b. *Johannes de Ver deſponſavit Elizabetham filiam & hæredem Edvardi Truſſel,* 490. 6 b. *Hugo Ver Comes,* 483. 38 a.
Oxonio Rex (vide Ind. Rerum) Didanus.

P

Glaſtonienſe Cœnobium, 1.
PAdenbeorg
Pinnelake
Pilton
Poldon
Pennard
Penet
Poholt
Pirrinton
Poklechurch
Pendrith
Plis
Penderminſter
Pedrid
Pedrington
Pedwell
Pageham.

Cantuarienſis Ecc. 18
Perhamſted
Pageham
Plege Mucham
Pueſtanton
Perſhings
Pecham
Preſton
Paſtere.

Roffenſe Mon. 27
Pretfeild.

Winton Eccleſia 31
Portland.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Preſton.

Purton
Prenegueſt
Pychmed.

Malmesbury Mon. 49
Pyrituna.

Weſtmonaſterienſis Abbatia, 55
Padeſham
Pertun
Perſcoran.

Shirburn Mon. 62
Pydel
Potern
Pedridan
Predian.

Peterburg Mon. 63
Paſtun.

Whitby Mon. 71
Pons belli.

Ely Mon. 87
Pulham.

Abbendon Mon. 97
Peſi.

Gloceſtrenſe Mon. 108
Perſovere
Pyndeſwell
Paygrave
Penham
S. Paterni
Pendwich
Petteſwell
Pencomb
Paynworth.

Wigornenſe Mon. 120
Peonedock
Pencoſan
Pyriton
Pulton.

Bardney Mon. 142
Partney
Pittinggarth.

Eveſham Mon. 144
Pennertham.

Shepey Mon. 152
Pinngrave.

Tewksbury Mon. 153
Purbeck
Pannington
Pentrick
Poltona
Porbita.

Croyland Mon. 163
Piekirk
Pincebeck.

Beverley Mon. 169
Patrinton.

S. Frideſwid Oxon. Mon. 173
Piddenton.

S. Albani Mon. 176
Poddeſgrave
P[illegible]eſfeild.

Polleſworth Mon. 197
Polleſworth S. Edithæ.

S. Werburg. Ceſtr. 199
Pullford
Picheton
Pecforton.

Perſhore Mon. 203
Perſcoran
Padneſham
Piretun
Piplincetun
Pomgwic.

Hidenſe Mon. 208
Popham
Portſey
Piddle
Papcholt.

Scepton Mon. 213
Purvicinga.

Exon Mon. 230
Poltun.
Probos
Plymton.

Ramſey Mon. 231
Potton.

Thorney Mon. 242
Pannington
Pipwell.

Cernell Mon. 253
Poceſſirill
Pydeſan.

Burton Mon. 265
Pylatehall
Potlac.

Abbotsbury Mon. 276

Piddle, alias Jolepiddle
Porteſham
Poriet
Porton
Preſton.

Hulmenſe Mon. 282
Purgarton.

S. Edmundi Mon. 284
Palgrave
Packington
Potters Marſton.

Winton Eccleſia, 979

Pipminſter
Porthland
Polhampton
Polteney.

S. Werburg. Ceſtr. Mon. 985
Plumley.

Taviſtok Mon. 995
Plymſtock
Penhanger
Pourton
Paſeford.

Barnſtaple Mon. 1024
Pilton
Polland.

Bellaland Mon. 1026
Petithorp.

Stoke Mon. 1004
Pebenerſk
Pollhey
Peſelingworth
Preditan
Pecham
Pitelingſhay.

S. Mariæ Northamp. Mon. 1011
Philegrave.

Spalding Cœnob. 306
Pinchbeck.

Battell Abbey, 310
Pennikerch
Phileſham
Puchehole
Peſſin
Padnage.

Brecknok Mon. 319
Patengham
Pentenavell.

Hertford Mon. 331
Piriton.

Tynemuthenſe Mon. 333
Preſton.

Wymondham Mon. 337
Popiland.

Binham Mon. 343
Pateſle.

Tutbury Mon. 354
Piry.

Eyenſe Mon. 356
Playford
Peleeoth
Perlegh
Pentenhagh.

Penwortham Mon. 360
Penwortham.

Hurley Mon. 361
Pleſſett.

Selby Mon. 371
Polethorp.

Salopiæ Mon. 375
Pitton
Preſton
Pimelega
Pulton.

S. Mariæ Eboracenſis Mon. 383
Populton
Patrick Brumpton
Pikenham
Preſton
Paineſthorp
Pikehala.

S. Begæ Mon. 395
Preſton.

S. Martini Richmond Mon. 401
Patrick Brumpton.

Norwicenſe Mon. 407
Plumſted.

Leominſtre Mon. 420
Puttleſdum.

May Mon. 422
Pernewem.

Cadwell Mon. 424
Pennalt
Penbray.

Canewell Mon. 439
Pipa.

Pinley Mon. 442
Pinley.

Alceſtre Mon. 470
Pebbearda.

Margan Mon. 477
Pantlemor.

Ankerick Mon. 482
Perners
Preſtwyk
Pipeworth.

Wintney Mon. 483
Petſet.

Snelleſhall Mon. 483
Plotmed.

Marrig Mon. 484
Poltyguerum.

Steinfeild Mon. 506
Pathorn.

Penbroc Mon. 510
Pembroch.

S. Clementis Mon. 510
Preſton in Craven.

S. Jacobi Briſtoll Mon. 513
Picoſtona.

Bungey Mon. 513
Pulmantoſt.

Nun-Eaton Mon. 518
Petreſeild Capella.

Godſtow Mon. 525

Portmaneit
Piry
Pateſhull
Panchenhall
Prevell
Pethſey
Putham
Peddurſham.

Clivenſe Mon. 530
Pothwell.

Kereſeyenſe Mon. 532

Piſcroſt
Pyrieſeild.

Deorhirſt Mon. 547
Preſton.

Merſey Mon. 552
Peet.

Wotton Mon. 558
Perienham.

Lancaſtr. Mon. 568
Preſton
Pulton
Preſſour.

Frampton Mon. 571
Penfeild.

Swaveley Mon. 572
Papworth.

Stoke Mon. 577
Perhede.

Tyward Mon. 586
Penguelli
Penlen
Penhalwen.

Birſtall Mon. 587
Pagla
Preſton
Pawell.

Goldclive Mon. 590
Pulern
Pulpen
Preſteton
Pyreton.

Boxgrave Mon. 592
Fortubaſcum.

Toft Mon. 598
Poſtbiri.

Abberbury Mon. 605
Pakenhall.

Leveneſtren Mon. 606
Preſtery
Palingnes
Preſſington.

Leweſen. Mon. 616
Prittlewell.

Farley Mon. 620
Plumberen
Penley
Pleiſtad
Purſland.

Horton Mon. 622
Parl.

Caſtle-Acre Mon. 624
Plumſted
Pontenai.

Bromholm Mon. 632
Paſtun.

Bermundeſey Mon. 639
Preſton
Poreinton
Potteſworth.

Lenton Mon. 645
Papplewich
Pecchum.

Pontefract Mon. 648
Pechſeild
Pennyngſton
Parlington
Preſton.

Thetford Mon. 664
Peiſhale
Panthenein
Pernho.

Montacute Mon 668
Pennard
Pundington.

Daventrey Mon. 672
Preſton.

S. Andr. Mon. 679
Poton
Pacaſton
Preſton
Paxton.

Barnſtaple Mon. 684
Pilton
Pilandan.

Neth Mon. 719
Pontenniani.

Baſingwerk Mon. 720
Penthlyn.

Tyntern Mon. 721
Portcaſſell
Plunwer
Pulla
Pentyri
Pencrek
Porhlenny.

Rievall Mon. 727
Pikering
Pokeley.

Fontanenſe Mon. 733
Pott
Prickeſtricrode
Pokall
Preſton in Craven
Piddleton.

Gerodon Mon. 768
Pennerwyk.

S. Mariæ Dublin Mon. 782
Pooturynock.

Warden Mon. 784
Puſho
Preſtley.

Melſa Mon. 792
Pidis.

Cumbhire Mon. 825
Pebblewith
Pullen magna.

Merevall Mon. 830
Pillesbury.

Bruer Mon. 835
Paleſture
Pridiam.

Dore Abbat. 862
Puſceyton.

Scibton Mon. 866
Peſehall.

Stanley Mon. 867
Penna.

Greinfeild Mon. 880
Preſthage.

Albaland Mon. 884
Penſet
Penney
Prothbegan
Penlenbaul.

Tarenton Mon. 887
Pinpre.

Deulacre Mon. 890
Pulton.

Stratmarg. Mon. 895
Powys.

Bindon Mon. 911
Pulham.

Ponte Roberti Mon. 916
Pokleſhall
Prombell.

Newenham Mon. 928
Plenynt.

Dernhale Mon. 938
Peke caſtrum.

De Graciis Mon. 943
Parroke.

S. Ann. Mon. 963
Potterſpiry.

Pictavenſis Comes, Rogerus, 95. 46 b. 411. 63 b.
Pembrochiæ Comites, Willielmus Mareſchallus, 113. 14 b. 179. 63 a.
Willielmus Mareſchallus ſenior, 156. 30 a. 192. 29 a. 310. 44 a.
Pembrochiæ Comitiſſa, Maria de S. Paulo uxor Adomari de Valentia Comitis Penbroch, 493. 3 a.
S. Pauli Comes, Guido de Chaſtellion, 493. 36 a.
Powyk Baro, Johannes de Beauchamp, 158. 24 b.
Portuenſis Comes, Hugo 210. 54 a.

Q

Cantuarienſis Ecclesia, 18

Q*Veingate.*

Gloceſtr. Mon. 108
Quennington.

Ramſey Mon. 231
Quarrington.

Spalding Mon. 306
Quaplod.

Malvern Mon. 365
Quata.

Hereford Mon. 406
Quennington.

Reading Mon. 417
Quindennan.

Leveneſtren. Mon. 606
Quingue Altaria.

S. Andr. Mon. 679
Quenton.

Fontan Mon. 733
Queldrick
Querlton
Quinbolm
Quixlay
Querſdale.

Jourval Mon. 869
Quennerow.

Tarenton Mon. 887
Quarenteni.

R

Glaſtonienſis Eccleſia, 1

R*Edmel*
Reholt
Rington
Rovell.

Cantuarienſis Eccleſia, 18
Reculver
Rocking
Rethercheap
Risberg
Riſſendon.
Raculfre Monaſt. 26. 59 a.

Roffenſe Mon. 27
Rindigſell
Ratheravelda.

Winton. Eccleſia, 31
Rinctun.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Reoſhoppas
Radclive
Remington
Radeby
Rosby
Ravendale
Raventon
Riſton
Reton.

Malmsbury Abb. 49
Radburn.

Weſtmonaſt Abb. 55
Raen
Roreland.

Peterburg Mon. 63
Raganoldthorp.

Whitby Mon. 71
Riſewarb
Rothwell
Rouceby.

Berking Mon. 79
Rittingham.

Ely Mon. 87
Rattleſden
Roodings
Ratenden.

Gloceſtr. Mon. 108
La Rugg
Rodford
Rodeley
Ridmarlege
Ribetford
Refneſbill
Roeccesford
Rippell.

Bardney Mon. 142
Ricton.

Shepey Mon. 152
Ripen.

Tewksbury Mon. 153
Rerevals.

Croyland Mon. 163
Rippingale.

Beverley Mon. 169
Ridings.

Rippon Mon. 172
Ripple.

S. Albani Mon. 167
Redburn
Rickmerſworth
Rington
Roings.

Ambreſbury Mon. 191
Retleia.

S. Werburg. Ceſtr. 199
Rabbi
Roceſter
Rodclent
Ros
Redclive.

Taviſtoch Mon. 217
Rueberg.

Ramſey Mon. 231
Rippon
Ravel
Ripton
Ringſted.

Thorney Mon. 242
Regoan
Rand
Ricton.

Eyneſham Mon. 258
Ramſleg
Rollendrith.

Burton Mon. 265
Remſleag
Rudiard
Rolſton.

Hulm Mon. 282
Rollesby
Redham
Randworth.

S. Edmundi Mon. 284
Redgrave
Rigenhale
Reugham
Rungeton.

Coventr. Mon. 302
Ruyton.

Scepton Mon. 983
Boxlege.

S. Frideſwid. Oxon. Mon. 983
Rollandich
Reſham.

Taviſtoch Mon. 995
S. Michael de Rupe, aliàs de Rocka.
Ruaburga
Raddon
Roum.

Pilla Mon. 1020
Retford
Reddeberch.

Henningham Mon. 1020
Ruebroch.

Lapley Mon. 1022
Roinacum.

Stoke Mon. 1004
Reda
Redſwell.

S. Mariæ Northampt. Mon. 1011
Rolleſdick
Riſton
Rothwell
Rowll.

Battell Abb. 310
Radinga.

Belvoir Mon. 327
Riſendon.

Tynmouth Mon. 333
Ronbur
Ryalley.

Wymondham Mon. 337
Riſing
Redham.

Binham Mon. 343
Riburgh
Rudham
Ripetun

Tutbury Mon. 354
Rolſton
Rouſtan.

Ey Mon. 356
Redelingfeud
Rikingale
Remdun
Richinglund.

Selby Mon. 371
Rodcliff
Redmet.

Salop Mon. 375
Runeldſham.

S. Mariæ Ebor. 383
Richmond
Rammelridding
Runthorp
Roinburg
Ravenſwall
Richmund S. Martini
Ridale
Rondeclive

Riſewic
Rudſton
Rotington.

S. Begæ Mon. 395
Rotington.

S. Martini Richmond. 402
Ravenſwath.

Romburgh Mon. 404
Romburgh.

Horſham Mon. 414
Rey
Rudham
Rimnaham
Reſham.

Reading Mon. 417
Rockington
Rending.

Leominſter Mon. 420
Resbury.

Rindelgros Mon. 422
Rindalgros.

Wroxall Mon. 431
Radford.

Coln Mon. 436
Roings.

Canwell Mon. 439
Rachedale.

S. Dogmael Mon. 444
Rutren.

Walden Mon. 445
Ritheling
Ragley.

Margan. Mon. 477
Roſſa Merim.

Marrig Mon. 484
Rerecroſs ſuper Stanmore
Ravenſwat.

Wallingwell Mon. 502
Ruſtoch.

Roſſedale Mon. 507
Roſſedale Vallis.

S. Clements Mon. 510
Rippon in Montaher.

Bungey Mon. 513
Ruchton
Redſham.

Godſtow Mon. 525
Roſſendur
Reſenere
Rollendrith.

S. Trinitatis Ebor. 564
Roſa Omnium Sanctorum
Ria
Rochesby.

Lancaſtr. Mon. 566
Riby.

Stoke Mon. 577
Radeway.

Shirburn Mon. 578
Rich Manerium.

Wedon Monaſt. 584
Ruhtborth.

Tynward Mon. 587
Redprime
Ridewith
Relidam
Roſcelin.

Birſtall Mon. 587
Romeſwell
Ringburgh
Rybill
Ravenſer
Riſom
Rogemond.

Leveneſtren. Mon. 606
Roſinton.

Lewes Mon. 616
Riſton.

Farley Mon. 620
Ruda
Redley.

Horton Mon. 621
Redbrok.

Caſtle-Acre Mon. 624
Rocheham
Radeham
Rochelam.

Bermondſey Mon. 639
Richmond
Redderhith.

Lenton Mon. 645
Rudford
Riſſenden
Raaland
Reinburgh.

Pontefract Mon. 648
Rodwell
Reveden.

Monk-Breton Mon. 660
Roveſton.

Thetford Mon. 664
Rederham
Rawer
Rokeland
Rhamdon
Ruſſemer
Ringſhell
Reneſthorp
Raſinguenor
Roburna.

S. Andr. Mon. 679
Riall.

Furnes Mon. 704
Ros.

Baſingwerk Mon. 720
Rothlan
Ridway.

Tintern Mon. 721
Rowreſton.

Rieval Mon. 727
Ronbergh.

Fontan Mon. 733
Rumere
Redley
Rippon
Redmire.
Rigton
Ripley.
Rokeby
Rowell
Redley.
Ribleſdale
Ravington
Ruſt
Redeker.

Quarrenſe Mon. 760
Roſland
Richrigg
Richburg
Rowbury.

Cumbermer Mon. 764
Ruhall
Ringelthorp.

Gerodon Mon. 758
Ravenſton
Remſton.

Swinſted Mon. 773
Rieholm.

Bellaland Mon. 775
Rameſgill
Roſebergh.

Bildwas Mon. 779
Rittona
Rugdon.

S. Mariæ Dublin Mon. 782
Rathney.

Wardon Mon. 784
Ruey
Rode
Ravenſho
Ramhole.

Melſa Mon. 792
Ruta.

Newminſter Mon. 800
Ritton.

Tame Mon. 802
Rugemereſheg.

Kirkſted Mon. 806
Ragnalthorp
Roſley.

Pipwell Mon. 815
Rihaw.

Stonley Mon. 820
Radmore
Radway.

Revesby Mon. 822
Revesby.

Cumbhire Mon. 825
Rutharth
Ruylluinnais.

Boxley Mon. 829
Rommenel.

Vawdy Mon. 831
Rathuait
Ropell
Riding
Rudſtan
Ropſley.

Baſedale Mon. 840
Redmire.

Salley Mon. 841
Rimmington.

Rufford Mon. 848
Roage
Rufford
Rotherham.

Kirkſtall Mon. 854
Rondihay.

Jourvall Mon. 869
Ridmer
Rich
Ronthaburton.

Grenfeild Mon. 880
Riggesby
Redley.

Flexley Mon. 884
Redley.

Albland Mon. 884
Ridemayogwn
Roſlyenrich
Ruthland.

Holm-Coltrum Mon. 885
Baby.

Tarenton Mon. 887
Rogersbreck.

Tiltey Abb. 881
Ringinere.

Deulacre Abb. 890
Rudiard.

Lekeburn Abb. 894.
Rotheby.

Stratmarg. Abb. 895
Tong.

Stanley Abb. 896
Rachdale
Rrindwood.

Kildeholm Mon. 914
Rogebergh
Revenwich.

Ponte Roberti Mon. 916
Remendean.

Wicham Mon. 916
Radduck.

Aber-Conwey Mon. 918
Ridenocuelon.

Nun-Coton Mon. 924
Roxton ſuper Ungent.

Bockland Mon. 936
Rughburgh.

Hilton Mon. 942
Ruſton
Rubegg.

Roffenſis Epiſcopus Juſtus 25. 10 b. *Ithamar*, 65. 12 b.
Rippon Monaſterium incendio combuſtum 40. 20 b.
Rovenſis Epiſcopus Gundulphus 110. 62 b.
Richmundiæ Comes Alanus, 404. 34 a. *genealogia Comitum ibidem*, 877. 6 b.
Ruthlandiæ Comes, Robertus, 46. 54 b.
Romanorum Rex Richardus, 487. 20 a.

S

Glaſtonienſis Eccleſia, 1
SIſton
Streete
Stoke
Sow
Sadleby
Scearford
Stoure
Streiton
Scearford
Sherporin
Sliklingh
Shapewic
Saphat
Shabſworth
Scearrumpvid
Siteheorge
Stoke
Stretton
Stane
Stapelwall
Spirton.

Cantuarienſis Eccleſia, 18
Scapeia
Saſted
Slindon
Scrippaneg
Serectun
Sandwicum
Skeldwich
Sandherſt
Suthelmingdeu
Seteberts
Suntlingland
Stow
Shaldeford
Southcherch
Selwaland
Skertingham
Swerdlingan
Sanwich
Saltwood
Stonbridgg
Stiſped
Sake
Socu.

Cantuarienſe Mon. 23
Sturigao.

Roffenſe Mon. 87
Stokes
Snodiland
Stanton
Sutton
Strodes
Southfleta
Suthtun.

Index Locorum.

Shirburn Mon. 67
Stapilbridge
Snarſtock.

Winton Eccleſia, 31
Scaldefleta
Stoka
Seſtiberia Monaſterium, 32

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Seggesfeild
Sherborn
Silſetworth
Satham
Sabthun
Syneclive
Shoreworth
Snardesford
Spilsby
Salfletby
Stodeſby
Scitebrok
Screnby
Suneſtre
Sebergh
Skypwith
Stocton
Stanhop.

Peterburgh Mon. 63
Stamford.

Malmesbury Mon. 49
Somerton
Speerfull
Sutton.

Weſtmonaſterienſis Abbatia, 55
Scepperton
Sonnoberri
Stana
Stithenacre
Suthburg.

Peterburgh Mon. 63
Scalifremer
Swynſhaked
Scuffanhalch
Strattford
Scottern
Scotton.

Whitby Mon. 71

Staxton
Stainsker
Stachfeild
Saltfeild
Sumerledeby
Samare
Steinſeker
Setwait
Sneton
Sonreby
Stacheby
Silſon
Stoop
Stantun
Salethorp
Stincheton
Scarthburg
Smeleſwell
Scameſton
Sutton
Scerpinbeck
Slingby
Steingate
Skeldergate
Suthloftus.

Chertſey Abb. 75
Scioteſeg
Sutton.

Ely Mon. 87
Swafham
Stapleford
Scelford
Stenerchword
Sneilwell
Sudburn
Stoke
Stratlai
Spaldwick
Somerſham
Sumpters.

Abbendon Mon. 97
Senekſham
Sunegawell
Stoadford
Sutton
Scrivenanton
Spene
Sparingford.

Gloceſtrenſe Mon. 108
Standiſh
Stonehouſe
Sotteſhore
Selden
Stoke
Staunton
Stratton
Stanley
Slymbrug
Shaderhale
Shotiſhore
Sexlingham.

Wigornenſe Mon. 120
Stoke
Scepeſton
Seggesbury
Soure Cœnobium
Screſlegh
Sceldeſladi
Sapian
Salewarp
Savenſtreet
Spoerten
Swinfold
Salemneſlinig
Sceapuneſtoton
Stretford
Sture
Sluford
Stoltan.

Bardney Mon. 142
Steping
Skendleby
Scampton
Stanton
Surrea
Southgarth
Sutton
Swaladale
Scrubby
Straxton
Skemton.

Eveſham Mon. 144
Samburn
Salford
Sildſwep
Snella major
Stow.

Shepey Mon. 152
Scapeia
Swyneſheath
Selun.

Tewksbury Mon. 153
Stanwey
Sherſton
Seamaneſcyres
Sopebury
Sut-Milton
Sealden
Stanley
Sutton.

Croyland Mon. 163
Sutton juxta Boſworth
Stapleton
Spalding
Standon
Sutterton.

Beverley Mon. 169
Sigelſthorn.

S. Frideſwid. Oxon. Mon. 173
Sotwell.

S. Albani Mon. 176
Stanmere
Scealfdun
Street
Succunhlan
Sandruag
Sutham Borcham
Saret
Sipton
Sutton
Siſſebern
Sleapeale.

Winchelcomb Mon. 187
Shirborn
Staconton
Snowſhull.

Midleton Mon. 193
Siveling
Stoke
Stokeſland.

Polleſworth Mon. 197
Stiperſtall
Southeſt.

S. Werburg. Ceſtr. 199
Salthon
Sutton
Salchale
Sotwich
Storton
Staney.

Athlingen. Mon. 202
Sudton.

Perſhore Mon. 203

Strengſho
Store
Snoddesbury
Southſtoke
Stare.

Hidenſe Mon. 208

Stratton
Sweretun
Sclutſted
Staneham
Swerſe
Stanleſted
Suthingwerk
Sueton.

Scepton Mon. 213
Stokes.

Exon. Mon. 220
Scaldecumb
Stoferdton
Sweintuſon
Sideſull
Sidbury
Stoka
Suthwd.

Ramſey Mon. 231
Stow
Sleford
Scotton
Stivicle
Snores
Sawtree
Skepton
Storton
Sucklinden
Snapwell
Swert
Seham
Slepe S. Ivonis.

Thorney Mon. 242
Suckedelf
Stibbington
Sandey
Stokes
Stangwind
Stibeſton
Stanton
Salebrigg
Stamford.

Scepton Mon. 213
Siſſebury.

Chateriz Mon. 251
Sutton
Scepery.

Eyneſham Mon. 258
Sceapton
Sciptford
Stodeleg
Stoches
Ston
Stratton.

Burton Mon. 265
Streaton
Sturleage
Sutton
Scencton
Scipley
Surdeſwic
Scearnford
Sceaon
Sobenhall
Stapenhull
Scone
Scerifmiln
Siwardmore
Sallow
Shopenholm
Stantona
Salford
Shankton
Shipley
Sharnford
Shene.

Abbotsbury Mon. 276
Shipton.

Hulmenſe Mon. 382
Southwalſham
Swannetun
Scothow
Scalham
Somerton
Shoteſham.

S. Edmundi Mon. 284
Southerry
Stapleford
Saham
Southwild
Swanton
Seniere.

Coventr. Mon. 302
Southam
Sow
Salwarp
Scrapetoft.

Taviſtok Mon. 995
Sulby
Saveyok
Sulley Inſula
S. Samſonis Inſula.

Stoke Mon. 1004
Standon
Sudbury S. Jo. Bapt.]
Sewarderſede
Saham
Stoke
Sturemaie
Smalebrugg;
Stokeho
Stanesfeild
Samford
Stanburn.

S. Mariæ Northamp. Mon. 1011
Stanwde
Surrey
Stokes
Standwell
Shirington
Stapleford
Scenges.

Winton Eccleſia, 979
Stoke
Stoneham
Sutton
Stockdon
Silkſted
Sowſted.

Scepton Mon. 983
Stoke
Selnehauton.

Pilla Mon. 1019
Stoppell
Sterriton S. Kewit
Suthor
Stodhay
Strickmerſchill.

Lapley Mon. 1022
Sylvington.

Suinenſis Abbatia, 1026
Suina.

Bellaland Mon. 1030
Stitekeld
Stena
Swale.

Spalding Cœnob. 306
Spalding

Sutton
Sibthorp
Surflet
Stikney
Stanningbogg
Scamelsby.

Battell Abbey. 310
Selteſcomb.
Sanford
Seſtlege
Scotlege
Stevecaie
Scipden.

Belli-loci Abb. 325
Steephell.

Belvoire Mon. 327
Saperton
Segetun
Stachden
Stokes.

Tynemuthenſe Mon. 333
Seton
Seghall.

Wymondham Mon. 337
Sneteſham
Snilefeild
Sparweſtoſt
Stanſeild.

Binham Mon. 343
Snaring
Saxingham
Sarebrun.

Exon Mon: 352
Sareford.

Tutbury Mon. 354
Scropton
Saperton
Stapleford
Stanford
Saxby
Swinſen
Sumerdsby
Sumerſton
Steinſton
Skele
Seyrla
Stirton.

Eyenſe Mon. 356
Secbroc
Stoke
Sutton
Stradebroc
Selſhangre
Storas.

Hurley Mon. 363
Sabridgworth
Sealeia.

Aucotenſe Mon. 367
Shetington.

Sudbury Mon. 367
Sudbury.

Selby Mon. 371
Snath
Stamford
Selby
Swineflet
Stallingburgh
Stillington.

Salopiæ Mon. 375
Stoteſden
Sudgate
Serwordina
Selepa
Stoke
Salop
Sudſton
Stanton.

S. Mariæ Eboracenſis Mon. 383
Spanton
Skirbeck
Strayingham
Southton
Scampton
Sproxton
Southſereby
Sunderlanwic
Steresby
Suanebury
Santoſt
Saurehy
Stankeld
Stainburn
Sattery
Snachebed
Sutton in Holland
Stakelden
Skrayngham
Sheriffhutton
Stratton in le Clay
Speningthorn
Staunbridge
Scotton
Scyleby
Semerai
Stocoleo
Stainton
Siviton
Stourton.

S. Begæ Mon. 395
Stanriburn
Swartaheſ.

Wetherall Mon. 397
Scotby.

S. Martini Richmond. Mon. 401
Snape
Spenithorn
Scotton
Scyltheby
Scodagh.

Romburgh Mon. 404
Sperkeſhall.

Santoſt Mon. 405
Santoſt
Siſter.

Hereford Priorat. 406
Stoke
Stratton.

Norwicenſe Mon. 407
Sethesford.

Horſham Mon. 414
Semer
Santon
Shurlingham
Sibton
Stoke
Stanton
Saxlingham
Sutburn
Soteſham
Stakeford.

Reading Mon. 417
Stanford
Seabridgſworth.

Leominſtre Mon. 420
Searnesfeild
Stokes
Stockton.

Shirburn Mon. 423
Staplebrigg.

Cadwell Mon. 424
Shirburn
Staplebrigg
Stoke.

Clerkewell Mon. 428
Steple.

Wroxall Mon. 433
Shugebergh.

Canewell Mon. 439
Stichileia.

Freeſton Mon. 443
Stoneſley
Southwarburn.

Walden Mon. 445
Sabrichtſworth
Senley
Stratley.

Haleſtan Mon. 476
Silleſdenburn.

Dunſter Mon. 477
Scriveton
Stokeland.

Blackburg Mon. 478
Shiplad.

S. Radegund Mon. 480
Shelford.

Sandford Mon. 481
Sandleford.

Wintney Mon. 483
Sudetrop.

Snelleſhall Mon. 483
Snelleſhall
Seall.

Marrig Mon. 484
Swale
Smythers.

Kirkley Mon. 487
Shelf.

S. Michael Stamford Mon. 488
Stamford.

Denny Abb. 492
Strode.

Litlemer Mon. 496
Sevelington.

Arden. Mon. 500
Snyleſwath.

Davinton Mon. 501
Sandwic.

Lambley Mon. 505
Sandiburneſele.

Steinfeild Mon. 506
Swindon.

Roſedale Mon. 507
Skelton.

S. Clementis Mon. 510
Sudewell
Saxton.

Bungey Mon. 513
Strameſmedow
Stokewariffen
Stowgate
Sewerſgate
Suacer.

Nun-Eaton Mon. 518
Sumeford
Sudbury.

Luffeild Mon. 520
Salden
Silveſton
Stratford.

Godſtow Mon. 525
Sciptun
Swillingford
Swantun
Sandford
Scheldwrightſtreet.

Kereſeyenſe Mon. 532
Semer.

Burnham Mon. 534
Le Street.

Blith Mon. 553
Saltby
Serleby.

Covenham Mon. 553
Skidbroke.

Folkſtan Mon. 560
Sterlingham
Standen.

S. Trinitatis Ebor. 562
Straton
Sniterton
Sipeler
Secroft.

Lancaſtr. Mon. 568
Saltfort
Singleton
Stapeturn.

Otrynton Mon. 569
Sydemuth.

Frampton Mon. 571
Sedelinch.

Cogeſen Mon. 573
Sabrinton
Swendon.

Stoke Mon. 577
Stoke
Stoke-Curcy
Santiſtoke.

Shirburn Mon. 578
Sirehorn
Sipford.

Selenſe Mon. 580
Scoceton
Surai
Soraham S. Nichol.
Scapeleia
Sela S. Petri.

Weedon Mon. 584
Stains.

Tyward Mon. 587
Smalehull.

Birſtall Mon. 587
Skeffing
Sheveling.

Goldclive Mon. 590
Selver
Staw.

Boxgrave Mon. 592
Selhere
Stohtun
Strethampton
Senebech.

Monkenlan Mon. 597
Salbeſour.

Toft Mon. 598
Speſtbury.

Monmouth Mon. 600
Stretton
Suenton.

Hincley Mon. 603
Stoke
Sibſden
Subtwic.

Wenlock Mon. 613
Seggeſley
Sibtun
Serill
Saredun.

Leweſen. Mon. 616
Sandall
Staneſga.

Farley Mon. 620
Stanerton
Stratton.

Horton Mon. 621
Saltwood
Stanſted.

Caſtle-Acre Mon. 624
Sneteſham
Stanhoge
Scotton
Sengham
Stringham.

Mendam Mon. 631
Suttorp.

Bromholm Mon. 632
Snethlinges
Snathfeild
Scalford.

Reinham Mon. 636
Southam Reinham.

Ber-

Bermundeſey Mon. 639
Sutton
Stenes
Suthwark S. Georg.
Schoon
Stonley
Soras.

S. Jacobi Mon. 643
Scutebroc.

Lenton Mon. 645
Sachalcros
Screchcoch
Staſdon
Staureſdale
Stapleford.

Pontefract Mon. 648
Silkſton
Sleteburn
Stapleton
Smyhale
Southkirkby
Stainburch
Stainton
Snitall
Scalbrok
Stubbs
Seacroſt
Smedeton.

Thetford Mon. 664
Snareſhall
Stantun
Saham
Suthſted
Suthfeld
Sileham
Sinthings
Sibeham
Somerſham
Suſtho
Snareſhall
Siliham
Sotford
Stretsford
Serepeham
Strubton
Salteſlade.

Montacute Mon. 668
Semnet
Stoke
Stanford.

Daventrey Mon. 672
Sathorp
Scaldeford
Staverton.

S. Andr. Mon. 679
Stobery
Stratton
Sprotton
Scalford
Silewell
Scotebery
Stoesbery
Sulgrave
Styvelee.

Tikford Mon. 686
Shyrington
Solebury
Staunton.

Feverſham Mon. 687
Stokes.

Arthington Mon. 691
Swindon.

Waverley Mon. 764
Stathwait
Stadbutley
Stanredale.

Tyntern Mon. 721
Scinioc
Stragill.

Rieval Mon. 727
Steinton
Steincroſt
Stamburg
Sproxton.

Fontanenſe Mon. 733
Swinton
Snapa
Swanley
Sutton
Steningford
Sixford
Stamthwait
Stamburn
Scardburgh
Stokeſley
Studwell
Scorton
Stapleton
Santon
Scaghon
Someryde
Sandihoton
Skipton ſuper Swale.
Sinderley
Skelton
South Stanley
Scotton
Scabby Denton
Swelton
Salwey
Sutton
Senithorp
Sebergh
Scothorp.

Quarrenſe Mon. 760
Suddehall
Stanhell
Sancumb
Swien
Scandeſlet
Sney
Scaldecumb
Suhanton
Scece.

Cumber Mon. 764
Sanden
Stratford.

Gerodon Mon. 768
Shepſhed
Sixtonby
Stanlefore
Stantun
Swannington
Smallheth
Stokes
Swetedoles.

Swinſhed Mon. 773
Sudwell
Steinwath
Swinſhed.

Caldra Mon. 774
Staveneige.

Bellaland Mon. 775
Sutton
Stakildon

Snyleſwath.

Bildwas Mon. 779
Statchledge.

Bitleſden Mon. 783
Syreſham.

Warden Mon. 784
Stamford
Surginel.

Ford Mon. 785
Streta.

Melſa Mon. 792
Saltagh
Seton
Sutton
Sutcotes
Schyrn.

Tame Mon. 802
Stoke
Sydenham
Somerleſe.

Bordſley Mon. 803
Sudhangre.

Louthpark Mon. 805
Scrubby.

Kirkſted Mon. 806
Struton
Sudwoding.

Stonley Mon. 820
Stonley.

Cogſhall Mon. 821
Southweld.

Revesby Mon. 822
Stichesby
Stickney
Sibbery
Skidesby
Summecotes
Sebdich
Swinſtigalis
Stikford
Santhorp
Skamelsby
Skegnes
Stainesby
Salmonby
Somerby.

Cumbhire Mon. 825
Speis.

Woburn Mon. 829
Swanborn.

Vawdey Mon. 831

Swinſted
Staingrave
Sally
Staple Horwand
Sclectes
Scraphthwait
Saltby
Sereſton
Stokes.

Sulnenſis Abb. 834
Suine.

Baſedale Mon. 840
Stokeſley.

Salley Mon. 841
Salley
Stainton
Stropheſcroſt
Stochedale.

Rufford Mon. 848
Stokis.

Saltrey Mon. 850
Saltrey Eccleſia.

Kirkſtall Mon. 854
Staney.

Dore Abbat. 862
Sheperforlingen.

Sibton Mon. 865
Sibeton
Stikingland.

Stanley Mon. 868
Scoland
Stapleford.

Jourvall Mon. 869
Sturnton
Somercotes
Salberry
Stratford.

Greinfeild Mon. 880
Snouthroſt
Suthercroſt
Sutton
Swaby
Sunewith
Steeping.

Cumb. Mon. 882
Smita.

Stratford Mon. 883
Stratford Weſtham
Swinley.

Albaland Mon. 884
Sinod.

Tarenton Mon. 887
Stanton
Spectebury
Stonihill.

Tiltey Abb. 889
Stodley
Stilbing.

Lekeburn Abb. 894

Somercotes
Salfletby
Scopholm.

Stanlaw Mon. 896

Stancy
Stanley
Smethdon.

Bindon Mon. 911
Scotwood
Stockfalda.

Croxton Mon. 912
Stanford.

Ponte Roberti Mon. 916
Settleſcomb
Swergate.

Nun-Coton Mon. 922
Stallingburgh
Shireſmures
Swalew
Swenlinh.

Dunkwell Mon. 925
Stenetwood
Sovecomb.

Bello-loco Mon. 925
Schulton.

Newenham Mon. 928
Schapewic
Stedhere.

Letley Mon. 933
Stepelond
Southampton
Suthwerk
Schire.

Rowley Mon. 934
Stoke Tanmach
Saham prope Ely.

Dernhale Mon. 936
Sutton
Stanthorle.

Bockland Mon. 939
Shiteſtoer
Samford
Spinee.

Hilton Mon. 942
Sned.

Beavalenſe Mon. 962
Seleſton.

S. Ann. Mon. 963
Shortley
Suaveſey.

Kingſton Mon. 966
Sutton in Holdernes.

Epworth Mon. 969
Sharnford.

Syraburnenſis Epiſcopus Hermannus, 43. 67 b.
Sealingenſis Epiſcopus Stigandus, 44. 5 b.
Scortesburienſis Comes Rogerus, 44. 15 a.
Sarum Epiſcopus Goſelinæ, 112. 24 b.
Sarum Comes Richardus Nevill, 158. 28 b. *Willielmus Comes*, 179. 65 a.
Suffolciæ Dux Willielmus de la Pole, 160. 28 a.
Surriæ Dux Thomas Holland, 968. 20 a. *Willielmus Comes ibid.* 418. 3 b. 624.
Suſſexiæ Comes Willielmus, 418. 72 b. *Willielmus tertius Comes*, 593. 3 b.
Saviniacum Monaſterium conſtruxit Vitalis, 775. 41 a.

T

Glaſtonienſis Eccleſia, 1
TAnſingeue
Tamer
Torik
Tuamanworth
Tuitanhall
Tornik
Twinham
Ternunk.

Cantuarienſis Eccleſia, 18
Treva
Themington
Thamis
Twickenham
Tenham
Torinton
Terrings
Thurrock
Torhall
Terſtan.

Roffenſe Mon. 27
Trotteclive
Thealſtre
Theſtra
Totinton
Tarentford.

Winton. Eccleſia, 31
Tantona.

Dunelmenſis Eccleſia, 38
Twillington
Thornton
Theoſdun
Thevidale
Tindall
Tynemuth
Omnes terræ inter Teſe & Tweed
Totindon
Thorp
Tore
Trekingham
Thirford.

Malmsbury Abb. 49
Tettun
Thorneia Monaſterium 55. 49 a.

Peterburg Mon. 63
Thorp.

Whitby Mon. 71
Tordſeybeck
Thornley
Thingwala
Thonleſton
Torp.

Chertſey Abb. 75
Thorp
Treſman
Trittengham Cœnob. 88. 56 b.

Ely Mon. 87
Triplaw
Theverſham
Trukington
Thorp
Tirlings
Toutes.

Abbendon Mon. 97
Trinlach
Tadington
Tubney.

Glouceſtr. Mon. 108
Tadwell
Treygoff
Tufley
Teynton
Typerton.

Wigorn Mon. 120
Teottingham
Tymell
Tonreworthy
Timbington
Todenham
Temedsbyrigg
Terdebigham
Tidberdiſtreet
Tredington
Tweacreoum
Teoldwaldincoton
Tirlton
Tutterington
Teodringre
Tapenhala.

Bardney Mon. 142
Thorp
Thurladcote
Thornton.

Eveſham Mon. 144
Twiford
Titelſtromp
Theckleſthrop.

Tewksbury Mon. 153
Tornberry.

Croyland Mon. 163
Thiring.

S. Frideſwid. Oxon. Mon. 173
Thornbury
Thumeley.

S. Alban Mon. 176
Tynemew
Tydinghangre
Titefeld
Thorp
Titeburſt
Thuebrigg
Thinberell
Thireſeild.

Wellenſe Mon. 186
Tiddington.

Winchelcomb Mon. 187
Twynning.

S. Werburg. Ceſtr. 199
Trochford
Tattenhale.

Perſhore Mon. 203
Tresbeia.

Hidenſe Mon. 208
Tachebery.
Titleſcomb.

Exon. Mon. 220
Topham
Thoholt.

Ramſey Mon. 231
Tinell
Therfeild
Trikingham.

Thorney Mon. 242
Tealfolſcet
Teantenmerſce
Thoring
Trokenholt
Trokenhoſe
Tortey
Twiwell
Thetford S. Gregorii
Tuameres
Tyaburg
Tilling
Trilling
Tidd
Thorney Inſula.

Chateriz Mon. 251
Triploe.

Eyneſham Mon. 258
Thuma.

Burton Mon. 265
Ticknall
Tathwell
Tamworthin
Tatenhill
Truelega
Tonge.

Abbotsbury Mon. 276
Tolleindele.

Hulm Mon. 282
Tunſted
Thwait
Totinton
Thirn
Tybenham.

S. Edmundi Mon. 284
Tichewell
Titeſhall
Thorp
Thirn
Thurgarton
Tybenham.

Stoke Mon. 1004
Taſted
Trillaw
Topsfeild
Tillberry
Tilleber
Turnby.

Winton Eccleſia, 979
Taunton.

Scepton Mon. 983
Tarenta
Torenton.

S. Werburg. Ceſtr. Mon. 985
Turſtemeſton.

Taviſtoch Mon. 995
Tornbury
Treyrearn
Talcar
Theoni Inſula.

Henningham Mon. 1020
Tageley.

Totnes Mon. 1023
Totenes.

Bellaland Mon. 1027
Thorp
Threske.

Spalding Mon. 306
Totteney
Thirelew.

Battel Abb. 310
Trilaw.

Brecknoc Mon. 319
Talgar
Tony
Travele.

Belli-loci Mon. 326
Turnhall
Truebridg.

Hertford Mon. 331
Torp.

Wymondham Mon. 337
Tisford
Tunſted
Tipford.

Binham Mon. 343
Toftes
Treſtreton.

Tutbury Mon. 355
Tutbury
Tiſſington
Torp
Turwardſtow
Twiford.

Ey Mon. 356
Thorendon
Thatendon
Thornham
Tatingell.

Hurley Mon. 363
Thirleia.

Salop Mon. 375
Tugaford
Thelwell
Trochford
Tribrichton.

S. Mariæ Ebor. 383
Thornton
Thorp
Turgaſton
Thudeſham
Thornton Wattons
Thorntoft
Torenton.

S. Martini Richmond. 401
Thornton ſuper Yore
Thornton Watlons
Thyrntoft.

Norwic Mon. 407
Thorp
Thorneth
Tannerham
Thornham
Thedwareſcroft.

Horſham Mon. 414
Tikebron.

Reading Mon. 417
Tacham.

Leominſtre Mon. 420
Titillega.

Cadwell Mon. 425
Thornford.

Clerkenwell Mon. 428
Totenham.

Freeſton Mon. 443
Toft.

Walden Mon. 445
Thorley.

Tallach Mon. 465
Tallach
Tremiwern.

Alceſtr. Mon. 470
Temgwrda.

Haleſtan Mon. 476
Trophill.

Ankerwik Mon. 482
Tingreil
Tutſcroft.

Snelleſhall Mon. 483
Tottenho.

Foſſ Mon. 502
Torkſey.

Creſwell Mon. 504
Thachboan.

Pembrok Mon. 520
Tenby.

Bungey Mon. 513
Thordeſhag
Tyrington.

Luffeild Mon. 520
Thornberg.

Godſtow Mon. 525
Tormarton.

Clivenſe Mon. 530
Tregleſton.

Haliwell Mon. 531
Tichſey
Tingangel.

S. Michael in Monte Mon. 551
Travalaboth
Trequaveri.

Blith Mon. 553
Tikehill
Tynelaw.

S. Trinitatis Ebor. 563
Thirneſcogh
Tanelesby.

Frampton Mon. 571
Tredſham.

Swaveſey Mon. 572
Toſt.

Cogeſen, Mon. 573
Tiwel.

Stoke Mon. 577
Thyenton
Tregry
Thyveland.

Tywardreit Mon. 587
Tyward
Trait
Trenengy
Turengy
Tredrait
Trefilok
Trenegley
Trenannan
Thuneſword
Trenont.

Birſtall Mon. 587
Tonſtall
Thorn
Thorp
Thorngumbald.

Monmouth Mon. 600
Tiberton.

Dudley Mon. 614
Treſel
Torn.

Farley Mon. 620
Truebrig
Thornhill
Timbresbery.

Horton Mon. 621
Titendon.

Caſtle-Acre Mon. 624
Trunchet
Traſarſet.

S. Jacobi Mon. 643
Topſham
Tiverton.

Lenton Mon. 645
Thoneton
Thorp.

Pontefract Mon. 648
Torp.

Thetford Mon. 664
Thetford
Tornſeth
Thorp
Thaſeburgh
Terſton
Turton
Tonthon
Toteham
Tarlton
Teſton
Torton
Twittas
Tinſwer.

Montacute Mon. 668
Titenhull
Thornham
Torp
Tolre
Thornton
Thillingham.

S. Andr. Mon. 679
Thorp
Toteham.

Barnſtaple Mon. 684
Taviſtoh.

Tikford Mon. 685
Thurnburgh.

Feverſham Mon. 687
Triangre
Trengres.

Arthington Mon. 691
Tebecroſt.

Neth Mon. 719
Turgehill
Tudeham.

Tintern Mon. 721
Trillak.

Rievall Mon. 725
Tilleſton
Treford
Teſedall
Torp.

Fontan Mon. 733
Tanfeild Reading
Thorp Underwood
Thrope
Thornton
Thornbeef
Threſc
Thornton juxta Brereton
Thornton Epiſcopi
Thorp juxta Nuttewith
Tanfeild
Thurlekeld
Thorp juxta Brinſell
Threſfeild.

Quarrenſe Mon. 760
Tidlingham.

Swinſhed Mon. 773
Tolom.

Bellaland Mon. 775
Tyringholm
Trek
Thorp.

S. Mariæ Dublin Mon. 782
Tulken.

Ford Mon. 785
Thorncumb
Tale
Tunbrightsford.

Melſa Mon. 792
Totele
Thurleſthorp
Thorp.

Tame Mon. 802
Tetteſworth.

Bordſley Mon. 803
Tineſhall
Terdebig
Tiſo.

Louthpark Mon. 805

Tetney
Thirington.

Kirkſted Mon. 806
Tracholm
Tirna.

Cogſhall Mon. 821
Tillingham Hall.

Revesby Mon. 822
Thoresby
Toddington
Toft
Thorpwayteberwe
Tumby
Tointon
Theford
Thoreſway
Tunſtall.

Boxley Mon. 827
Tattellmell.

Sinningthwait Mon.
Torp.

Vawdy Mon. 831
Tror
Torp.

Bruer Abb. 835
Tretonia
Tengle.

Hoton Prioratus, 840
Thorp.

Salley Mon. 841
Traveker.

Rufford Mon. 848
Torp.

Kirkſtall Mon. 854
Thorp.

Jourval Mon. 869
Tunſtall
Torington
Todington.

Grenfeild Mon. 880
Tidolf Bernardi
Treaſlates
Toresby
Thedolf Barcride.

Stretford Mon. 883
Thomeley
Takeley.

Albland Mon. 884
Treſgrygh
Treſhowyſtell
Treſgun.

Tarenton Mon. 888
Thornden
Twynam
Tarent.

Tiltey Abb. 889
Twiſeild.

Lekeburn Abb. 894
Tathwell
Troſt
Thedeletborp.

Stratmarg. Abb. 895
Tong.

Stanley Abb. 896
Torſtall.

Nun-Appleton Mon. 907
Torp.

Croxden Mon. 912
Totheby
Troſela.

Keldeholm Mon. 914
Tronethan.

Aber-Conwey Mon. 918
Talebont.

Nun-Coton Mon. 924
Thorncroſt.

Newenham Mon. 928
Tuddeſhere.

Litley Mon. 928
Totington.

Dernhale Abb. 936
Twamelaw.

Bockland Mon. 939
Torr.

De Graciis Mon. 943
Tourhill.

Barſtaple Mon. 1024
Taviſtoch
Twiverton.

Tyrocinum Monaſterium conſtruxit S. Bernardus, 775. 41 a.
Tadwis Manerii antiqui Domini, 838. 22 a.
Tatteſhall unde dictus, 806. 50 a.

U

Glaſtonienſe Cœnobium, 1

Venedocia
Vre
Vffculm.

Cantuarienſis Eccleſia, 18
Vleham.

Whitby Mon. 71
Vplay
Vſegate.

Elyenſe Mon. 87
Vpwell.

Abbendon Mon. 97
Viſſelea.

Gloceſtriæ Mon. 108
Vley
Vppelden.

Wigornenſe Mon. 120
Vppelden
Vſere Cloëbrigg
Vpton.

Eveſham Mon. 144
Vlbeory
Vtteham.

S. Albani Mon. 176
Viel.

S. Werburg. Ceſtr. 199
Vpton.

Perſhore Mon. 203
Vpton.

Hidenſe Mon. 208
Vpwarnford.

Ramſey Mon. 231
Vpwood.

Eyneſham Mon. 258
Vpotery.

Abbotsbury Mon. 276
Vggeſcomb.

Coventr. Mon. 302
Vlſton.

Salop Mon. 375
Vpton.

S. Mariæ Ebor. 383
Vlflet.

S. Martini Richmund. 401
Vlwingford ſuper Teiſc.

Norwich Mon. 407
Vlminſter S. Michael.

Leominſtre Mon. 420
Vpton.

Selenſe Mon. 585

De Vetri Ponte S. Michael.

Long-Bennington Mon. 597
Vendume.

Leveneſtren. Mon. 606
Vendall.

Mendam Mon. 631
Vlneſhag.

Bermondſey Mon. 639
Vpton.

Furnes Mon. 704
Vlneſton.

S. Andreæ Northamp. 679
Vlneſton.

Tintern Mon. 721
Vsk.

Fontan Mon. 733

Vkerby
Vsborn
Vsborn parva.

Melſa Mon. 792
Vgethorp.

Revesby Mon. 822
Vpton.

Baſedale Mon. 840
Vpſal.

Jourval Mon. 869
Vlvedale.

Lekeburn Mon. 894
Vskdale.

Aber-Conwey Mon. 918
Voelas Keiware.

Nun-Coton Mon. 922
Vickfort.

Dunkwell Mon. 925
Ugton.

Ultoniæ Comes, Willielmus de Burgo, Elizabetha & matilda filia & matilda Comitiſſa, 491. 60 a.
Johannes de Burgo Comes Ultoniæ & Elizabetha uxor ejus, 536 a.

Roffenſe Mon. 27
Uldham.

Dunelmenſis Ecclesia, 38
Upſetynton.

Petriburg Mon. 63
Undale aliàs Ethahundred.

W

Glaſton. Ecclesia, 1
Weſtley
Witheley
Windeiet
Wotton
Wytrickſham
Wiverdlake
Warepeth
Wethmill
Wittele
Whiteby
Weſtmere
Wodeton
Widecumb
Wedehull
Weſtbury
Winſcomb
Wilton
Weſt-Munktone
Weedmora
Weecham
Warrington
Weſton
Widongat
Witon
Walas.

Cantuarienſis Ecclesia, 18
Wodeton
Wambelen
Waldington
Wirſcemuth
Weſingwerths
Waldland
Wlfrethingland
Wingham
Wolecumb
Wereborn
Wightraiſcheham
Wlfgith
Walworth
Weſt-Farley
Weſtlai
Weſterham.

Roffenſe Mon. 27
Wicham
Waldeham
Wilmantun
Woollwich
Waleton S. Fælix
Wellwic
Wroteham.

Winton Ecclesia, 31
Wordiham
Wrakeſhale
Wippingham
Witchurch
Wembergh
Wilk
Weſtwde.

Dunelmenſis Ecclesia, 38
Werceword
Wermuth auſtralis
Weſton
Wlferton
Winſton
Winleorton
Wermouth boreal
Wiflington
Worlteſhed
Weredall
Witpingham
Waldinguard
Wendflete
Welleton
Wlneresby
Walkington
Wolſingham.

Malmesbury Abb. 49
Wdton.

Weſtmon Abb. 55
Watton
Wunthun
Werham
Wanſted
Weodun
Wormley
Windleſore.

Shirburne Mon. 62
Waburnham
Wegenceſtecumb
Wytecumb
Wulvene
Woch
Wynirod.

Peterburgh Mon. 63
Witleſmer
Walton
Walcot
Widerington
Wakelburye.

Chertſey Mon. 75
Wodeham.

Whitby Mon. 71
Whitby villa
Wicham
Witeby
Wiltona
Wallgate.

Berking Mon. 79
Wimondesfeild.

Ely Mon. 87
Wellen
Wichtan
Weſtlai
Wivelingham
Wratting
Weormiſel
Wichland
Wating
Weſtfeild
Walepole
Wignall
Walſoen
Wyſebech.

Abbendon Mon. 97
Weltona
Wethnesfeild
Warlingford
Wicham
Wohanloch
Weorth
Weſtminſterſtreet
Witham
Wordham
Wellford
Winekeſeto.

Gloceſtr. Mon. 108
Wyarkſton
Winterborn
Wylingurch
Webley
Wyke
Wotton.

Wigorn Mon. 120
Wereberry
Wich
Wulwaarledge
Wiburnetro
Wudiandun Monaſterium
Weſthill
Waſſenburnan
Wandeſcliff
Weſtbury
Weſtminſter
Wiltney
Wearſley
Wlfrinton
Weſton
Wickbald
Wudaceask
Wearabyrig
Weodenland
Wenland.

Bardney Mon. 142
Witham
Willoughby
Wiern
Winceby
Walcot.

Eveſham Mon. 144
Willorſley
Wicwan
Wicque
Withley
Whitlakeford
Weſton
Wideſeo
Winchelcomb.

Shepey Mon. 152
Wode
Wardon.

Tewksbury Mon. 153
Walis
Winchlea
Wodethſunda
Wartona
Weſton.

Croiland Mon. 163
Wirthorp.

Beverley Mon. 169
Walkington.

S. Frideſwid. Oxon. 173
Wallingford Eccleſia S. Luciani, & S. Leonardi
Winchedon
Walton
Wrinehale.

S. Albani Mon. 176
Wineſham
Wealebtun
Wimondham
Walford
Watford
Weſtwic
Wynell
Wolden
Wineſlay
Wyvering
Wallington
Wengrave
Wydehale.

Bathon Mon. 184
Weſton
Writane.

Wellenſe Mon. 186
Wellington
Wiſeleſcomb
Wednor.

Wilton Mon. 191
Wilton Manerium.

Ambresbury Mon. 191
Wallap
Wordhall
Winesford
Winfortham
Widelai.

Midleton Mon. 193
Wonland
Wydcomb.

S. Werburg. Ceſtr. 199
Weverſham
Wiſdleth
Weapram
Wirhall
Weſton
Wenpre
Wich
Waverton
Wadechurch
Wendleſton
Wiſchesfeild
Waley
Wiln
Witrichſtun.

Perſhore Mon. 203
Wardbreorham
Wiglafeſton
Wiggungeat
Wigwennan
Wictun
Weſtrinege.

Hidenſe Mon. 208
Woodmancot
Winterborn
Warewell
Wortungs
Wordie.

Ramſey Mon. 231
Weſton
Wereſley
Wardebois
Witton
Wenigton
Wiſhington
Wiſtow
Walſoln
Wedeton
Wamford
Welleby
Withington
Withernam
Weſtmuln
Wipſington
Watlingworth
Winebodſham
Waltham
Witheſmer
Wellington.

Thorney Mon. 242
Witleſig
Wydeſton
Witleſmer
Waſſingatun
Willan
Wisbrok
Wilden
Weng
Wichford
Wolfhamcot
Well.

Werewell Mon. 256
Werwell.

Chateriz Mon. 251
Wichebam
Wichford.

Cernel Mon. 253
Winceburn.

S. Ivonis Mon. 255
Woodhurſt
Waldhurſt.

Eyneſham Mon. 258
Wdecot
Wideley
Wicham.

Burton Mon. 265
Wyteſton
Waddedon
Wyneſhill
Wygeſtan
Willſleag
Wynnsfeild
Weſton
Withmea
Wlfrichſton
Willinton
Waterfall
Walwick ſtreet
Wynehall
Walſhall
Whitwell
Wibtoft
Wigſton
Willeſley
Wingfeld
Wigſton parva.

Abbotsbury Mon. 276
Wytefeild
Wydetun
Witchurch
Wytheſton
Weſtchildon

Wroxall
Winterborn
Waram
Wape.

Hulm Mon. 282
Wytheſted
Waxtrueſham
Winterton.

S. Edmundi Mon. 284
Whepſted
Wulſpitt
Wirlingworth
Weſtloe
Wordwell
Warbenaſe
Werkton
Wainflet
Wichingham
Wextonſham.

Coventr. Mon. 302
Waſperton
Winwick.

Taviſtoch Mon. 995
Wyke juxta Brentetors.

Stoke Mon. 1004
Wothingis
Welley
Wiram
Walton
Waldingfeild
Walſingham
Wicham
Wochings
Wierteſho
Witewell.

S. Mariæ Northampt. 1011
Welcomſtove
Walebec
Wlaveſton
Walda
Wawde
Wytingſton.

Winton Eccleſia, 979
Wordiham
Wike
Waymouth
Witeney
Whitechirch
Weſtrode
Winhale
Wicomb
Weregrave
Wideham
Windin
Winſington
Waiton
Wornerichſton
Winchale
Wroſton
Woton.

Scepton Mon. 983
Wercham.

S. Frideſwid. Oxon. 983
Wallingford
Withedon
Walton
Winchedon
Wermhale
Winchelſey.

S. Werburg. Ceſtr. Mon. 985
Werewell
Wethenhale.

Wolverhampton Mon. 988
Willenhala
Wednesfeild
Weollſhall.

Taviſtoch Eccleſia, 995
Wylomton
Weſt-Lydeton
Werdegate
Wella.

Pilla Mon 1019
Waasfreit
Windeſore.

Lapley Mon. 1022
Wilinfort
Wilifort.

Bellaland Mon. 1026
Warop
Wildon
Weſtneſſe.

Spalding Mon. 306
Weltysford
Weſtlade
Wyrangbentreth
Wynelwythorp
Wyham
Walreot
Wilkeſon.

Battell Abb. 310
Waſingates
Wilmints
Wiltings
Wicham
Witheburn
Wevre
Wintleſey
Weſtbere.

Belli-loci Abb. 325
Warengford
Walhenge
Walreſhou.

Wallingford Mon. 326
Wallingford.

Belvoir Mon. 327
Wiberton
Wiwell
Wlſthorp.

Tynmouth Mon. 333
Wilum
Werkworth
Wallour
Whiteley
Wlſington
Welkedon
Wodeham
Whalton.

Wymondham Mon. 337
Wymondham
Weſtwade
Wicam
Wramplingham.

Binham Mon. 343
Walſingham
Welles
Woodallingham
Woodalling.

Mergate Mon. 350
Watford.

Tutbury Mon. 354
Wymondham
Wybaldſton.

Ey Mon. 356
Welborn
Wingfeild
Welles
Wimerdſton
Witingham
Witeley
Wiverdeſt.

Helenſtow Mon. 359
Weſton
Wilſhamſted.

Penwortham Mon. 360
Warrington.

Hurley Mon. 363
Waltham
Wokenden
Waldam
Wyggfoſſ.

Malvern Mon. 365
Wrdesfeild
Windeſ.

S. Neoti Mon. 368
Wovares
Welle.

Selby Mon. 371
Whitſneff
Wrothan
Wetwang
Weytegiſt
Wilgeton.

Salop. Mon. 375
Wellinton
Wrocardin
Whirenton
Wichwicam
Wineſlega
Wantonovera
Waleton
Wadebrech.

S. Mariæ Ebor. 383
Wilweby
Watton
Wreth
Wederhale
Warthwik
Whittingham
Wicre
Wicliff
Weſtanfeild
Wath
Whittenham
Whitwicks
Wirkington
Winandermer
Wermſworth
Watſand
Wintona.

S. Begæ Mon. 395
Wittingham.

Wetherall Mon. 397
Wederhall
Warwick Capella.

S. Martini Richmond. 401
Well.

Romburgh Mon. 404
Wilgheby.

Hereford Mon. 406
Wyke.

Horſham Mon. 414
Wibeton
Wilnerdeſton
Woodton
Walingo
Witwell.

Reading Mon. 417
Wenegrave
Wicbery
Warwic
Wiggeſton.

Leominſtre Mon. 420
Winneton
Waverton
Whiale.

Cadwelli Mon. 424
Warham
Wynborn
Woburn
Wicam.

Clerkenwell Mon. 428
Woodſtreet S. Martini London
Wald
Wanſted.

Wroxall Mon. 433
Wardon.

Coln Mon. 436
Wullichmuck
Wald
Wadho.

Freeſton Mon. 443
Waraburn.

Walden Mon. 445
Walden S. Maria
Waltham.

Alceſtr. Mon. 470
Waltsford
Wightlacesford
Warwic.

Sandwell Mon. 475
Waver
Wich.

S. Radegund. Mon. 480
Wratting.

Ankerwic Mon. 482
Wyreſdebin
Wymed
Windeſor.

Sneleſhall Mon. 483
Wiley
Walmſley
Weſtcrofts.

Marrig Mon. 484
Wyweſtenkirk.

Kirkley Mon. 487
Wetecroft.

Wyrethorp Mon. 489
Wyrethorp.

Litlemer Mon. 496
Wilton
Weſtbroc.

Davington Mon. 501
Winchelſey.

Wallingwells Mon 503
Weſtholm.

S. Katherin. Mon. 503
Wypledeton.

Derby Mon. 505
Wytanton.

S. Clementis Mon. 510
Wilton.

Bungey Mon. 513
Weyneſtard
Wingfeild.

Nun-Eaton Mon. 518
Waltham
Welles.

Luffeild Mon. 520
Wavendon
Weſtbury
Wilberton.

Wilberfoſſ Mon. 524
Wilburſa.

Godſtow Mon. 525
Waltona
Wlgaricota
Wicom
Woodſtock.

Haliwell Mon. 531
Wendlow
Windleſheth.

Miſſenden Mon. 541
Wendover.

Water-Bech Mon. 544
Waterbech.

Holand Mon. 544
Whithchurch.

Deorhyrſt Priorat 547
Wulenſton
Welnesford.

Blith Mon. 553
Watley
Weſt-Markham
Walſeby
Widewrth.

Wotton Mon. 558
Werneſleys
Wertham.

Folkſtan Mon. 560
Walton.

Kirkby Mon. 562
Wapenbury
Walton.

Ban-

Lancaſtr. Mon. 566
Wikeley
Walton.

Frampton Mon. 571
Winterborn
Welles.

Swaveſey Mon. 572
Wimpoll.

Cogeſen. Mon. 573
Willecot.

Weſtwood Mon. 574
Weſtwood
Wich.

Stoke Mon. 577
Wyton
Wyleton.

Shirburn Mon. 578
Weldegneſton.

Weedon Mon. 584
Wapnam.

Birſtall Mon. 587
Wifornwic
Wagla
Wifornſall
Wilesby
Withorneſe
Waxam
Warum.

Goldclive Mon. 590
Waſtaſtock
Wullampton.

Boxgrave Mon. 592
Winkurgis
Walbreton
Werdham.

Monkenlan Mon. 597
Worneſlega.

Toft Mon. 598
Warminten.

Monmouth Mon. 600
Wingales
Weſthop.

Hincley Mon. 603
Widridley
Winkinſton.

Abbersbury Mon. 605
Witenhall
Waleberg.

Wenlok Mon. 613
Waterdue
Wenlok.

Dudley Mon. 614
Womborn
Wellinton.

Leveneſtrenſe Mon. 616
Wakefeild.

Farley Mon. 620
Whaddon
Winesford
Welsford
Wolſie
Walton
Woveleſtred
Woodberg
Worda
Weſtbun.

Horton Mon. 621
Witton hanger.

Caſtle-Acre Mon. 624
Wikemer
Weſenham
Werſeild
Wernham
Widresfeild
Wynebotſham
Waterden
Weſenhamthorp
Weſtmuln
Wigeball
Wichingſet
Weſt-Barſham.

Bromholm Mon. 632
Wileford
Witon.

Reinham Mon. 636
Wigehale.

Bermondſey Mon. 639
Widon
Widefird
Waddon
Wanting
Wykes
Wriſtell
Warbrygton
Wicklands
Wolwich
Wideflet
Weſt-Greenwich.

Lenton Mon. 645
Wormvill
Walenthon
Wathenoch
Worchingſton.

Pontefract Mon. 648
Witewd
Wooltey
Wirksburgh
Walton
Wangbruck
Walmſley
Went.

Thetford Mon. 664
Weiles
Wenham
Weſton
Wodeſton
Wadeton
Well.

Montacute Mon. 668
Wydecumb
Warnford
Well
Wellmerwell
Warham.

Daventry Mon. 672
Welton
Waldgrave
Wydecroft.

S. Andreæ Mon. 679
Wyliges
Wotton
Withing
Wendlingbury.

Barſtaple Mon. 684
Witfeild.

Tikeford Mon. 685
Weſton
Wolſton
Wyltes
Woburn Chappell.

Feverſham Mon. 687
Weſtbroc in Oſpringes.

Waverley Mon. 703
Waverley
Wiſhangle
Warenbergh.

Furneys Mon. 704
Waigeney
Winandermer
Withoſhed.

Baſingwerk Mon. 720
Le Weech.

Tintern Mon. 721
Walwers
Wlaneſton
Woody
S. Wormetum.

Rieval Mon. 727
Waterholm
Welborn
Welbergh
Weſtdale.

Fontan Mon. 733
Wackſale
Waccaldſhang
Well
Wainford
Wattendlane
Wigleworth
Wintringham
Wartre
Wythington
Wonronwell
Winkelton
Weſt-Morton
Watherwait
Wardumerſk
Winkſley
Warthill
Waltrebergh.

Quarrenſe Mon. 760
Welega.

Cumbermer Mon. 764
Wynkagle
Wycum
Wych Malbank.

Gerodon Mon. 768
Weſton
Worthington
Wiverdby
Wilſhor
Wolſtancot.

Swinſhed Mon. 773
Wiketoft.

Caldre Mon. 774
Witham
Wirkinton.

Bellaland Mon. 775
Wildon.

Bildwas Mon. 779
Wintenour
Walton.

Wardon Mon. 784
Weſtwarden.

Ford Mon. 785
Weſtford
Wimple
Winſor parva
Wrokeſale.

Melſaenſis Abb. 792
Waghun
Well
Wharrum
Wartrya.

Newminſtre Mon. 800
Witton.

Tame Mon. 802
Weſton.

Bordſley Mon. 803
Wyfald
Wych
Warwic.

Louthpark Mon. 805
Wodethorp.

Kirkſted Mon. 806
Wodhouſe
Waſſenbrok.

Stonley Mon. 824
Wicleyn.

Reveſby Mon. 822
Weſſeriwa
Wethibergh
Winglingham
Wod-Enderby
Wilkſby
Wainfeild
Waleſby.

Cumbhire Abb. 825
Werthton
Weywin.

Boxley Mon. 827
Wavering.

Sinning. Mon. 825
Wittington.

Merevall Mon. 830
Wittington
Weſton.

Vawdey Mon. 831
Watecroft
Witham
Weſtling
Welby
Wilgeby
Wundham.

Bruer. Abb. 835
Wichwood.

Baſedale Mon. 840
Weſterdale.

Rufford Mon. 848
Willoughby
Waleſby
Witchurch
Woodhouſe.

Kirkſtall Mon. 854
Winmore
Wennett.

Dore Abb. 862
Wigtoft
Wendor.

Sibton Mon. 866
Wrubton.

Stanley Mon. 869
Wotton Baſſet
Warda
Wappell.

Jourvall Mon. 869
Walburn
Wiſewell
Witewell
Wirton
Wenſdalc.

Grenfeild Mon. 880
Wargarthwith
Wieric
Weſtlongs
Winthorp.

Stratford Mon. 883
Wokinder
Weſtham.

Flexley Mon. 884
Waſtaden.

Holm-Coltram Mon. 886
Wyggeſton.

Tarenton Mon. 887
Wudick.

Tiltey Abb. 889
Wodeham.

Deulacre Abb. 890
Waleton.

Stratmargel Abb. 887
Wrecteſham.

Stanlaw Mon. 896
Whalley.

Bindon Mon. 911
Wodeſter
Well
Wolmeſton.

De Ponte Roberti Mon. 916
Weſtenherſt
Wert
Wicham
Winchelſey.

Wickham Mon. 916
Wicham.

Dunkwell Mon. 925
Walferethbirth.

Newenham Mon. 928
Wrangabath.

Letley Mon. 928
Welew
Waddon.

Rewley Mon. 928
Wendrona

Weylanſton

Weytanſton
Wenlebury.

Dernhale Mon. 936
Weverham
Weſtcroft.

Hilton Mon. 942
Whiterward.

De Graclis Mon. 943
Wattingbury.

Vallis-Crucis Mon. 945
Wrixam.

Witham Mon. 959
Witham.

S. Annæ Mon. 963
Walton ſuper Trentam
Wulfrichſton
Wotton.

Montgrace Mon. 968
Weacham Com. Dorſet.

Epworth Mon. 969
Walton
Witebroc
Wappenbury.

Shene Mon. 973
Ware.

Wintonienſis Epiſcopus, *Walrelinus*, 29. 33 b.
Walkelinus —— 43. 66 b.
Walliæ pars maxima quondam Armorica dicta, 38. 63 b.
Wirceſtriæ Epiſcopus Wulſtanus, 44. 1 a.
Wellenſis Epiſcopus Giſo, 44. 3 a.
Weſtmonaſterii Abbas Vitalis, 44. 1 a.
Wintanenſis Epiſcopus Ælfhead, 86. 44 b.
Wigorniæ Epiſcopi, Leſſius, 111. 20 a. *Samſon*, 110. 62 b. *Silveſter*, 113. 22 b.
Warrenniæ Comites, Willielmus, 95. 47 b. *Willielmus*, 385. 36 b. 406. 40 a. *Johannes*, 639. 20 a. *Hamelinus*, 639. 10 b.
Wintoniæ Comites, Hugo le deſpenſer, ejus genealogia 156. 50 b. *v. Adelingenſe Mon.* 202. *Saer de Quincy*, 432. 28 a.
Weſtmorlandiæ Comes, Radulfus, 158. 8 a.
Wight Inſula, Rex Henricus Beuchamp, 159. 46 a.
Warwici Comites, Richardus, Nevill, 160. 34 b. *Henricus*, 185. 34 b. 212. 3 b. *Johannes de Pleſſetis*, 258. 44 b. *Edwinus Comes*, 303. 63 b. *Willielmus*, 317. 64 a. *Hugo*, 413. 32 a. *Walerannus*, 441. 10 a. *Rogerus*, 418. 4 b.
Wigorniæ Comites, Tiptoft, 160. 54 a.
Warengford Comes Brientius, 418. 10 b.

Y, Vide I.

Alter Index Locorum.

A

Abbendon (in agro Berrocenſi) per Ciſſam Regem fundata, p. 97. a.

Abberbury (in agro Salop.) Cella Grandimontenſis cœnobii, p. 605. a.

Abbotsbury (in agro Dorſ.) per quendam præpotentem virum, Orcum nomine, & Tolam ejus uxorem fundata, p. 276. a.

Aber-Conwey (in agro Caermarthenſi) per Lewelinum filium Gervaſii, principem North-walliæ fundata, p. 918. a.

Albalanda, ſive Blancland.

S. **Albans** (in agro Hertf.) per Regem Offa fundata, p. 176. b.

Alceſter (in agro Warw.) per Robertum Pincernam fundata, p. 470. a.

Aldeby (cella Norwic.) p. 545. b.

Alverton (in agro Ebor.) cella Majoris Monaſterii in Galliâ, p. 599. b.

Ambreſburie (in agro Wiltſ.) p. 191. b.

Andever (in agro Suthampt.) cella S. Florentii apud Salmurum, p. 552. b.

Ankerwyke (in agro Buck.) p. 482. b.

Appledercombe (in Inſulâ vectis) cella Mariæ de Monteburgo, p. 571. a.

Arden (in agro Ebor.) per Petrum de Hotona fundata, p. 500. a.

Armethwayt (in agro Cumbr.) per Regem Will. Conq. fundata, p. 324.

Arthington (in agro Ebor.) p. 691. a.

Athelingey (in agro Somerſ.) per Regem Alfredum fundata, p. 202. b.

Aucote (in agro Warw.) cella de Malverne magnâ in agro Wigorn. per Will. Burdet fundata, p. 367. b.

B

Bardeney (in agro Linc.) per Regem Ethelredum fundata, p. 142. a.

Barnſtaple (in agro Devon.) per Ioelem filium Aluredi fundata, p. 684. 1024. a.

Baſedale (in agro Ebor.) p. 840. a.

Baſingwerke (in agro Flintenſi) p. 720. b.

Bathe (in agro Somerſ.) per Regem Offa fundata, p. 184. a.

Battell (in agro Suſſ.) per Regem Wil. Conq. fundata, p. 310. b.

Beaulieu, ſive Bellus locus (in agro Bedf.) cella S. Albani, per Robertum de Albeneio fundata, p. 325. b.

Beaulieu, ſive Bellus locus (in agro Suthampt.) per Regem Johannem fundatus, p. 925. b.

Beauvale (in agro Nott.) per Nich. de Cantilupo fundata, p. 962. a.

St. **Bees** (in agro Cumbr.) cella S. Mariæ Ebor. per Will. Meſchines, filium Ranulphi, dominum de Coupland fundata, p. 395. a.

Belvoir (in agro Linc.) cella S. Albani, per Robertum de Toteneyo fundata, p. 327. b.

Bergavenny (in agro Monumetenſi) cella Abb. S. Vincentii in Cenomanniâ, p. 556. b.

Berkined (in agro Ceſtr.) p. 484. a.

Berking (in agro Eſſex.) per Erkenwaldum Epiſcopum London fundata, p. 79. b.

Bermundeſey (in agro Surr.) p. 639.

Beverley (in agro Ebor.) p. 169. a.

Biland (in agro Ebor.) per Rogerum de Molbray fundata, p. 775. a. & 1027. a.

Bildwas (in agro Salop.) per Regem Stephanum fundata, p. 779. a.

Binedon (in agro Dorſ.) per Rogerum de Novoburgo fundata, p. 911. a.

Binham (in agro Norff.) cella S. Albani, per Petrum de Valoniis & Albredam uxorem ejus fundata, p. 343. a.

Birſtall (in agro Ebor.) cella Abb. S. Martini de Albamarle in Normanniâ, p. 587. b.

Biſton (in agro Eſſex) p. 545. b.

Bitleſden (in agro Buc.) per Ernaldum de Boſco fundata; p. 783. b.

Blackburgh (in agro Norff.) p. 478. b.

Blakenham (in agro Suff.). cella Abb. S. Mariæ de Becco in Norm. p. 573. a.

Blancland (in Walliâ) p. 884. b.

Blythe (in agro Nott.) cella Abb. S. Mariæ de Monte, Rothomagi, p. 553. b.

Blithebury (in agro Staff.) per Hugonem Malveſin fundata, p. 468. a.

Bocland (in agro Devon.) per Amiciam Comitiſſam Devon. fundata, p. 933. b.

Bordeſley (in agro Wigorn.) per Matildem Imperatricem fundata, p. 803. b.

Boxgrave (in agro Suff.) cella Abb. de Exaquio in Normanniâ, p. 592. b.

Boxley (in agro Cantiano) per Will. de Ipre fundata, p. 827. a.

Brecknock (in Walliâ) cella Abb. de Bello, per Bernardum de Novo mercato fundata, p. 319. b.

Bretford (in agro Warr.) per Gaufridum de Clintona fundata, p. 464 b.

Briſtoll S. Jacobi, cella de Tewkeſburie, p. 513. a.

Bromfeild (in agro Salop.) p. 464. a.

Bromholme (in agro Norff.) cella de Caſtelacre, p. 632. b.

Bruere (in agro Oxon.) p. 835. a.

Buckfaſt, ſive Buckfaſter (in agro Devon.) per Ethelwardum filium Gulielmi Pomeray fundata, p. 945. b.

Bungay (in agro Suff.) p. 513. b.

Burnham (in agro Buck.) p. 534. b.

Burton (in agro Staff.) per Wulfricum Spot fundata, p. 265. b.

Burwell (in agro Linc.) cella Abb. S. Mariæ Silvæ majoris, p. 579. b.

C

Cadwelli (in Walliâ) cella Shireburnenſis cœnobii, p. 424. b.

Campeſſe (in agro Suff.) p. 490. b.

Canington, p. 545. a.

Canterbury Abb. S. Aug. 23.

Canterbury Chriſtchurch per Regem Ethelbertum fundata, p. 18. b. Domus S. Sepulchri ibid. p. 545. a.

Calder (in agro Cumbr.) per Randulphum Meſchines fundata, p. 774 a.

Canwell (in agro Staff.) per Gevam filiam Hugonis Comitis Ceſtriæ fundata, p. 439. b.

Carhow (in agro Norff.) p. 426. b.

Carthuſianorum ordo, p. 949. a.

Caſtleacre (in agro Norff.) per Will.

Comitem de Suthrelâ fundata, p. 624. b.

Cernell (in agro Dorſ.) per Ailmarum Comitem Cornubiæ fundata, p. 253. b.

Certeſey (in agro Surr.) per Erkenwaldum Epiſcopum London fundata, p. 75. a.

Ceſtrehunt (in agro Heref.) p.512.a.

Chateriz (in agro Cantab.) per Ednodum, quondam Linc. Epiſc. fundata, p. 251. a.

Cheſter, S.Werburg (in agro Ceſtr.) per Edgarum Regem fundata, p. 200. a. & 985. b.

Cheſter Domus monialium, per Ranulphum Comitem Ceſtriæ fundata, p. 507. a.

Chirbury (in agro Salop.) p.500. a.

Ciſtercienſis ordo, p. 695. a.

S. **Clare** (in Walliâ) p. 126. b.

Clerkenwell (in agro Midd.) per Jordanum filium Radulphi, filii Briani fundata, p. 428. a.

Clifford (in agro Heref.) cella de Lewes, p. 623. a.

Clive (in agro Somerſ.) p. 530. b.

Cluniacenſis ordo, p. 611.

Clunnockvaur (in Walliâ) per S. Benoum fundata, p. 892. b.

Codenham (in agro ······) per Euſtachium de Merch fundata, p. 910. b.

Coges (in agro Oxon.) cella Abb. de Fiſcampe, p. 573. b.

Cogſhall (in agro Eſſex) per Regem Stephanum, & Matildem conſortem ſuam fundata, p. 821. b.

Colne (in Eſſexiâ.) cella de Abbendon, per Albericum de Vere Regis Camerarium fundata, p. 436. a.

Covenham (in agro Linc.) cella S. Karilephi in Cenomanniâ, p.555.a.

Coventre (in agro Warw.) per Leofricum Comitem Merciæ fundata, p. 302. b.

Domus Carthuſianorum ibid.per Will. D. la Zouche, & Regem Ric. 2. fundata, p. 963. b.

Creſwell (in agro Heref.) p. 504. a.

Croiland (in agro Linc.) per Regem Ethelbaldum fundata, p. 163. b.

Croxden (in agro Staff.) per Bertramum de Verdun fundata, p. 912.a.

Cumbe (in agro Warw.) per Ricardum de Camvillâ fundata, p. 882. b.

Cumbermere (in agro Ceſtrenſi) per Hugonem Malbanc fundata, p. 764. a.

Cumhire (in agro Pembr.) per Cadwathelum ap Madoc fundata, p. 825. a.

D

Dabinton (in agro Cantiano) p. 501. a.

Daventre (in agro Northampt.) p. 672. a.

De la cres (in agro Ceſtr.) per Rob. Pincernam & Ranulphum Comitem Ceſtriæ fundata, p. 890. a.

Denney (in agro Cantabr.) per Robertum, Comitis Britanniæ Camerarium, & Albericum Picot fundata, p. 492. b.

Deorhyrſt (in agro Glouc.) cella S. Dionyſii in Galliâ, p. 547. a.

Deping (in agro Linc.) cella de Thorney, p. 469. b.

Derby, de pratis (in agro Derb.) p. 505. a.

Dereham (in agro Norff.) p. 176. a.

Dernehall (in agro Ceſtrenſi) poſtea ad Vallem Regalem tranſlata, per Edwardum primogenitum R. Henrici tertii fundata, p. 936. a.

S. **Dogmaels** (in agro Pembr.) cella S. Martini Turonenſis in Galliâ, p. 444. b.

Dore (in agro Heref.) p. 862. b.

Dublin juxta (in Hiberniâ) Abb. S. Mariæ cella de Bildwas, p.782.b.

Dudley (in agro Staff.) cella de Wenlock, p. 614. a.

Dunkenwell (in agro Devon.) per Will. Briwer fundata, p. 925. a.

Dunſter (in agro Somerſ.) p. 477. a.

Durford, p. 545. a.

Durham (Eccleſia Cath. p. 38. b.

E

East-Eaſeburne, p. 545. a.

Ebor. S. Mariæ, per Alanum Comitem Britanniæ fundata, p. 383. b.

Ebor. juxta S. Clementis, per Thurſtanum Ebor. Archiep. fundata, p. 510. b.

Ebor. S. Trinitatis, cella Majoris monaſterii in Galliâ, p. 563. a.

S. **Edmundsbury** (in agro Suff.) per Regem Canuti fundata, p. 284. b.

Edwardeſtune (in agro Suff.) cella Abb. de Abendon, p. 468. b.

S. **Egidii** in Boſco (Linc. Dioc.) p. 545. a.

Ely (in agro Cantabr.) p. 87. a.

Eppeworth (in agro Linc.) per Thomam de Moubray, Comitem Notingh. fundata, p. 969. a.

Eſſeholt (in agro Ebor.) cella de Siningthuait, p. 828. b.

Eveſham (in agro Wigorn.) per Ecgwinum Epiſc. fundata, p. 144. a.

Exeter (in com. Devon.) Eccl. Cath. p. 220. b.

Prioratus S. Nicholai ibid. cella Abb. de Bello per regem Will. Rufum fundata, p. 352. a.

Prioratus S. Catherinæ, p. 503. a.

Exeter juxta, Prioratus S. Jacobi, p. 643. a.

Eye (in agro Suff.) per Robertum Malet fundata, p. 356. a.

Eyneſham (in agro Oxon) per Regem Ethelredum fundata, p. 258. b.

F

Farley (in agro Wilton.) cella de Lewes, per Humfridum de Bohun fundata, p. 620. a.

Farwell (in agro Staff.) per Rogerum Ceſtrenſem Epiſcopum fundata, p. 441. a.

Feverſham (in agro Cantiano) per Stephanum Regem Angliæ fundata, p. 687. a.

Finchale (in Epiſcopatu Dunelm.) p. 512. a.

Flamſted (in agro Hertf.) p. 503. a.

Flexley (in agro Glouc.) p. 884. a.

Folkeſton (in agro Cantiano) cella Abb. de Lolleio in Normanniâ, p. 85. a. & 560. a.

Forde (in agro Dorſ.) per Baldwinum de Brioniis fundata, p. 784. a.

Foſſe (in agro Linc.) p. 502. a.

Fountaines (in agro Ebor.) per Thurſtanum Eborac. Archiepiſcopum fundata, p. 733. a.

Frampton (in agro Dorſ.) cella S. Stephani de Cadomo in Normanniâ, p. 571. a.

Freſton (in agro Linc.) cella de Croyland, per Alanum de Crown fundata, p. 443. a.

Furneſſe (in agro Lanc.) per Stephanum Comitem Moretonii fundata, p. 704. b.

G

S. **Germans** (in Cornubiâ) per Regem Athelſtanum fundata, p. 213. a.

Gerondon

Geroudon (in agro Leic.) per Robertum Comitem Leiceſtriæ fundata, p. 768. a.

Gerwy (in Epiſc. Dunelm.) p. 96. b.

Glaſtonbury (in agro Somerſ.) p. 1.

Glouceſter (in agro Glouc.) per Oſricum ſubregulum Wicciorum fundata, p. 108. a.

Glouceſter-hall (in ſuburbio Civit. Oxon.) p. 540. b.

Godeſtow (in agro Oxon.) p. 525. a.

Gokwell (in agro Linc.) per Guliel. de Alta ripâ fundata, p. 945. b.

Goldclive (in agro Monemuthenſi) cella Abb. de Becco in Norm. p. 590. a.

Gracedieu (in Walliâ) per Joh. de Monemuthâ fundata, p. 927. a.

Gracedieu (in agro Leic.) per Roeſiam de Verdun fundata, p. 933. a.

Grendale (in agro Ebor. p. 427. b.

Grenefeild (in agro Linc.) per Radulphum de Abi fundata, p. 880. b.

Gruſmont (in agro Ebor.) cella Abb. de Grandimonte in Galliâ, p. 597. b.

H

Hagh (in agro Linc.) cella de Voto juxta Cæſaris-burgum in Galliâ, p. 602. b. & 603. a.

Hakenes (in agro Ebor.) p. 414. a.

Haleſtane (in agro Northumb.) p. 476. b.

Halliwell (in agro Midd.) p. 531. a.

Hampole (in agro Ebor.) per Aviciam de Tanei fundata, p. 830. b.

Hatfeild Regis, p. 545. b.

Hatfeild Peverell (in agro Hertf.) per W. Peverell fundata, p. 330. b.

Hayles (in agro Glouc.) per Ricardum Comitem Cornubiæ fundata, p. 928. a.

Hedlay (in agro Ebor.) cella S. Trinit. Eboraci p. 565. a.

Helenſtow (in agro Berrocenſi) per Juditham Comitiſſam Waldevi Comitis uxorem fundata, p. 359. b.

Henes (in agro Linc.) cella S. Mariæ Ebor. vide **Santoft**.

Heningham (in agro Eſſex) p. 545. b. & 1020. b.

Henwood (in agro Warw.) per Ketelbernum de Langdona fundata, p. 479. a.

Henton (in agro Wilton.) per Elam Comitiſſam Sarum fundata, p. 960. a.

Hereford (in agro Heref.) cella Abb. S. Petri Glouc. per Walterum de Lacy fundata, p. 406. b.

Hertford (in agro Hertf.) cella S. Albani, per Radulphum de Limeſey fundata, p. 331. a.

Hide (in agro Suthampt.) per Athedum Regis Athul-filium fundata, p. 208. a.

Hinckley (in agro Leic.) cella de Lyrâ in Norm. p. 603. b.

Hilton (in agro Staff.) per Henricum de Aldithle fundata, p. 942. b.

Holland (in agro Lanc.) p. 544. a.

Holme-Coltram (in agro Cumbr.) p. 885. a.

Horſelegh (in agro Eſſex) cella Abb. S. Martini de Troarno, p 604. b.

Horſham (in agro Norff.) per Robertum filium Walteri fundata, p. 414. b.

Horton (in agro Dorſ.) per Orgarum Comitem Devoniæ fundata, p. 220. a.

Horton (in agro Cantiano) cella de Lewes, p. 621. b.

Hoton (in agro Ebor.) per Adam de Brus fundata, p. 840. a.

Hulme S. Benedicti (in agro Norff.) per Regem Canutum fundata, p. 282. a.

Huntendon monial. p. 530. a.

Hurley (in agro Berrocenſi) cella Abb. Weſtmonaſt. per Godefr. de Magnavilla fundata, p. 363. a.

I

Ikelington (in agro Cantabr.) p. 545. b.

Jorevaulx (in agro Ebor.) per Akarium filium Bardolphi fundata, p. 869. a.

Ivingho (in agro Buck.) p. 490. a.

S. **Ives** (in agro Hunt.) p. 255. a.

K

Keldholme (in agro Ebor.) p. 914. b.

Kerſey (in agro Suff.) p. 532. b.

Kingeſwode (in agro Glouc.) per Will. de Berkeley fundata, p. 811. a.

Kingſton ſuper Hull (in agro Ebor.) per Mich. de la pole militem fundata, p. 966. b.

Kington (in agro Wilton.) p. 534. a.

Kirkeby (in agro Warw.) cella S. Nich. Andegav. p. 562. a.

Kirkleghs (in agro Ebor.) p. 487. a.

Kirkſtall (in agro Ebor.) per Henricum de Laceio fundata, p. 854. b.

Kirkſtede (in agro Linc.) per Hugonem filium Eudonis fundata, p. 806. a.

Kylburne (in agro Midd.) cella Abb. Weſtmonaſt. per Herebertum Abbatem Weſtmonaſt. fundata, p. 361. b.

L

Lapley (in agro Staff.) cella S. Remigii Remenſis, p. 1022. a.

Lambley (in agro Northumbr.) p. 506. a.

Lancaſtre (in agro Lanc.) Cella S. Martini Sagienſis in Galliâ, p. 566. a.

Langhywan (in Walliâ) cella Abb. de Lyra in Normanniâ, p. 580. a.

Langley (in agro Leic.) p. 481. b.

Lekeburne (in agro Linc.) per Will. filium & hæredem Willielmi filii & hæredis Roberti filii Gilberti, p. 894. b.

Lenton (in agro Nott.) p. 645. b.

Leominſtre (in agro Heref.) cella de Reding, p. 420. b.

Leſſingham (in agro Ebor.) p. 62. b.

Letley, aliter dictus locus S. Edwardi (in agro Suth.) per Regem Henr. tertium fundata, p. 933. b.

Levenestre (in agro Suſſ.) cella de Almeneſches, p. 606. a.

Leveſham (in Cantio) cella S. Petri apud Gandavum in Flandriâ, p. 550. b.

Lewes (in agro Suſſ.) per Will. de Warenna fundata, p. 615. b.

Lillechurche (in agro . . .) p. 528. b.

Liming (in agro Cantiano) p. 85. b.

Lingebroke (in agro Herefordenſi) p. 474. a.

Litlemareis juxta **Yedingham** (in agro Ebor.) per Rog. de Clere fundata, p. 496. b.

Lodres (in agro Dorſ.) cella Abb. S. Mariæ de Montebargo, p. 570. b.

London Domus Minoriſſarum, p. 542. b.

De Graciis juxta Turrim Lond. per Regem Edw. tertium fundata, p. 943. b.

Carthuſianorum, in ſuburbio dictæ Civitatis, per Walt. de Manny fundata, p. 961. a.

Longe-Benington (in agro Linc.) cella de Savigneio in Normanniâ, p. 597. a.

Louthe-Park, Vide parco Lude.

Luffeild (in agro Northt.) cella Abb. de Weſtmonaſt. per Robertum Comitem Leiceſtriæ fundata, p. 520. b.

Lyune (cella Norwic.) p. 545. b.

Lythom (in agro Lanc.) per Ricardum filium Rogeri fundata, p. 499. a.

M

Mallinge (in agro Cantiano) p. 352. b.

Malmesbury (in agro Wilton) per Leutherium Winton Epiſc. fundata, p. 49. b.

Malverne minor (in agro Wigorn) p. 545. b.

Malverne (in agro VVigorn.) per Bodwinum Heremitam fundata, p. 365. a.

Margan (in VValliâ) per Robertum Comitem Glouc. fundata, p. 477. b.

Marlow (in agro Berrocenſi) p. 545. a.

Marrig (in agro Ebor.) p. 484. b.

May (in Scotiâ) cella de Reding, per D. Regem Scotiæ fundata, p. 422. a.

Mendham (in agro Norff.) cella de Caſtleacre, p. 631. a.

Meresey (in agro Eſſex) cella S. Audoeni Rothomagi, p. 552. a.

Merevale (in agro VVar.) per Robertum de ferrariis fundata, p. 830. a.

Meaux (in agro Ebor.) per VVill. le Gros Comitem Albemarliæ fundata, p. 792. b.

Mendham (in agro Buck.) cella de VVoburne, p. 926. b.

Mergate (in agro Bedf.) olim dicta S. Trinitatis de Boſco. cella de S. Albano, per Gaufridum Abbatem S. Albani fundata, p. 350. a.

Michelney (in agro Dorſ.) p. 196. a.

S. **Michaels de monte** (in agro Cornub.) cella S. Mich. de periculo maris in Normanniâ, p. 551. a.

Middlesburgh (in agro Ebor.) cella de Whitby, per Robertum de Brus fundata, p. 413. b.

Middelton (in agro Dorſ.) per Regem Athelſtanum fundata, p. 193. b.

Mintings (in agro Linc.) cella Abb. S. Benedicti ſupra Leyre, p. 592. a.

Miſſenden (in agro Buck.) per Will. de Miſſenden Militem fundata, p. 541. b.

Modbury (in agro Devon.) p. 507. a.

Monemouth (in Walliâ) cella Abb. S. Florentii de Salmuro, p. 600.

Monke-Bretton (in agro Ebor.) per Adam filium Swani fundata, p. 660. a.

Monkenlane (in agro Heref.) cella Abb. de Conchis in Normanniâ, p. 597. b.

Monketon (in agro Ebor.) per Will. de Arches & Evettam uxorem ejus fundata, p. 476. a.

Monteacute(in agro Somerſ. p. 668. a.

Mountgrace (in agro Ebor.) per Thomam de Holand Ducem Surriæ fundata, p. 968. a.

N

S. **Neots** (in agro Hunt.) cella Abb. de Becco in Norm. per Anſelmum Archiep. Cantuar. fundata, p. 368. a.

Nethe (in agro Glamorganenſi) per Ricardum de Grainvillâ fundata, p. 719. a.

Newminſter juxta Morpeth (in agro Ebor.) per Ranulphum de Merley fundata, p. 800.

Newnham (in agro Devon.) per Reginaldum de Moun fundata, p. 928. b.

Northampton S. Andreæ per Simonem Comitem Northampt. fundata, p. 679. a.

S. Mariæ de Pratis; ibid. p. 1011. b.

Norwiche (in agro Norff.) per Herebertum cognom. Loſenge Theodfordenſem Epiſc. fundata, p. 407. & 1003. b.

Nun-Apelton (in agro Ebor.) per Adelizam de S. Quintino, & Robertum filium ejus fundata, p. 907. a.

Nun-Burnham (in agro Ebor.) p. 498. b.

Nunkelling (in agro Ebor.) p. 474. a.

Nun-Cotum(in agro Linc.) per Alanum de Muncels fundata, p. 922. b.

Nun-Eaton (in agro War.) per Robertum Comitem Leiceſtriæ fundata, p. 518. a.

O

Okebunre(in agro Wirſ.) cella Abb. de Becco in Norm. p. 582. a.

S. **Olaves** (in agro Suff.) p. 545. b.

Oterie (in agro Devon.) cella S. Mariæ Rothomagi, p. 549. a.

Otriton (in agro Devon.) cella Abb. de Monte S. Mich. in periculo maris, p. 569. a.

Oxford S. Fridiſwidæ, p. 173. a. & 983. b.

P

Parcus Lude (alias Louth Park) (in agro Linc.) p. 805. a.

Patricksburne (in agro Cantiano) cella Abb. de Bello loco in Normanniâ, p. 576. b.

Pembroke (in Walliâ.) p. 510. a.

Penwortham (in agro Lanc.) cella de Eveſham, per Ric. Buſſel fundata, p. 360. a.

Pershore (in agro Wigorn.) per Egelwardum ducem Dorſatenſem fundata, p. 203. a.

Peterborough (in agro Northampt.) per Regem Wulferum fundata, p. 63. a.

Peykirke (in agro Northampt.) p. 305. b.

S. **Petrocks** (in Cornubiâ) per Regem Athelſtanum fundata, p. 213. a.

Pilla (in Walliâ) per Adam de Rupe fundata, p. 1019. b.

Pinley (in agro Warw.) per R. de Pilardintun fundata, p. 442. b.

Pipwell (in agro Northampt.) per Willielmum Bouteviley fundata, p. 818. a.

Poleſworth (in agro Warw.) p. 196. a.

Polleſho, p. 545. a.

Pons Roberti. Vide **Roberts bridge**.

Pontefract (in agro Ebor.) per Rob. de Laceio fundata, p. 648. b.

Pree, ſive Prioratus S. Mariæ de Prato juxta S. Albanum (in agro Hertf.) cella S. Albani, per Garinum Abbatem S. Albani fundata, p. 347.

Prittlewell (in agro Eſſex) cella de Lewes, p. 619. a.

Q

Quarrera (in Inſula Vectis) p. 760. a.

R

Reculver (in agro Cantiano) p. 86. a.

S. **Radegunds** juxta Cantabrigiam, p. 480. b.

Radingfeild (in agro Suff.) p. 417. a.

Ramſey (in agro Hunt.) per Allwinum Orientalium Anglorum Ducem fundata, p. 231. a.

Reinham (in agro Norff.) cella de Caſtelacre, p. 636. a.

Reading (in agro Berrocenſi) per Regem Henricum primum fundata, p. 417. a.

Rewley (in Suburbio Civitatis Oxon.) per Ricardum Comitem Cornubiæ fundata, p. 934. a.

Revesby (in agro Linc.) per Will. de Romaza fundata, p. 520. b. & 822. b.

Richemund (in agro Ebor.) cella S. Mariæ Ebor. per Wymarum Comitis Richmondiæ dapiferum fundata, p. 401. a.

Rievaulx (in ag o Ebor.) per Walt. Eſpec fundata, p. 727. b.

Rippon (in agro Ebor.) p. 172. a.

Rindlegros (in Scotiâ) cella de Reding, per Davidem Regem Scotiæ fundata, p. 422. a.

Roberts-bridge (in agro Suſſ.) p. 916. a.

Roche (in agro Ebor.) per Richardum de Builli fundata, p. 835. b.

Rocheſter (in agro Cantiano) per Regem Ethelbertum fundata, p. 27.

Romburgh (in agro Cantabr.) cella S. Mariæ Ebor. per Alanum Comitem Richmondiæ fundata, p. 404. a.

Roſſedale (in agro Ebor.) p. 507. b.

Rowney (in agro Hertfordienſi) p. 516. b.

Rufford (in agro Nott.) per Gilbertum Comitem Lincolniæ fundata, p. 848. a.

Rumeſey (in agro Suthampt.) per Regem Edwardum ſeniorem fundata, p. 219. a.

Rupe (Vide **Roche**.)

Ruſſin (in Inſula Manniæ) cella Furneſii, p. 710. b.

S

Salley (in agro Ebor.) per Will de Percy fundata, p. 841. b.

Salop (in agro Salop.) per Rogerum de Montegomeri Salopiæ Comitem fundata, p. 375. b.

Saltrey (in agro Hunt.) per Simonem Comitem Northampt. fundata, p. 850. a.

Sandelford (in agro Berrocenſi) p. 481. b.

Sandwell (in agro Staff.) per Gervaſium Paganell fundata, p. 475. b.

Selby (in agro Ebor.) per Regem Will. Conq. fundata, p. 371. a.

Seleſey (in agro Suſſ.) cella S. Flor. Salmur. p. 153. b. & 580. b.

Seton (in agro Cumbr.) p. 482. a.

Santoft (in agro Linc.) cella Abb. S. Mariæ Ebor. per Rog. de Moubray fundata, p. 405. a.

Sewardſley (in agro Northampt.) p. 496. a.

Shafteſbury (in agro Dorſ.) per Elgivam uxorem Edmundi pronepotis Alfredi Regis fundata, p. 213. b. 983. a.

Shene (in agro Surr.) per Regem Henr. 5tum. fundata, p. 973. a.

Shepey (in agro Cantiano) per Reginam Sexburgam fundata, p. 152. b.

Shireburne (in agro Southampt.) cella Abb. S. Vigoris Ceraſii, p. 577. b.

Shireburne (in agro Dorſ.) p. 62. a. & 423. a.

Sibeton (in agro Norff.) per Robertum filium Walteri fundata, p. 866. b.

Sinningthwait (in agro Ebor.) per Bertrannum Haget fundata, p. 827. b.

Slevesholme (in agro Norff.) cella de Caſtleacre, p. 638. b.

Snelteſhall (in agro Buck.) p. 483. b.

Sopewell (in agro Herf.) cella S. Albani per Gaufridum xvim. Abbatem S. Albani fundata, p. 347. b.

Spalding (in agro Linc.) per Thoroldum de Bukenhale fundata, p. 306. a.

Staineſgate (in agro Eſſex) cella de Lewes, p. 623. a.

Stanford (in agro Linc.) S. Michaelis, p. 488. a.

Stanlaw (in agro Ceſtr.) per Johannem Conſtabularium Ceſtriæ fundata. p. 896. b.

Stanleigh (in agro Wilton) per Matildem Imperatricem & Regem Henr. ſecundum fundata, p. 867. b.

Steinfeild (in agro Linc.) per Henricum de Percy fundata, p. 506. b.

Stodeley (in agro Oxon.) p. 486. b.

Stoke-Clare (in agro Suff.) p. 535. & 1004. a.

Stoke-Curty (in agro Devon.) cella Abb. de Lonley in Galliâ, p. 577. a.

Stoneley (in agro Warw.) per Regem Henr. ſecundum fundata, p. 820. a.

Stratflure (in agro Cardigan.) per Rheſum Principem Walliæ fundata, p. 893. a.

Stratford (in agro . . . .) p. 443. a.

Stratford-Langton (in agro Eſſex) per Will. de Monteſichet fundata, p. 883. a.

Stratmargell (in agro Montegom.) per Madocum filium Griffini fundata, p. 895. b.

Stykeſwould (in agro Linc.) p. 486. a.

Sualweſey (in agro Cantabr.) cella Abb. S. Sergii & Bachi in Andegaviâ, p. 572. a.

Sudbury (in agro Suff.) cella de Weſtminſter, p. 367. b.

Swine (in agro Ebor.) p. 834. a. & 1026 b.

Swinehead (in agro Linc.) p. 773. a.

Sylley (infra Cornubiæ Comitatus ditione) cella de Taveſtoke, p. 516. a.

T

Tallach (in Walliâ) p. 465. b.

Tame (in agro Buck.) per Robertum de Gait fundata, p. 802. a.

Tarente (in agro Dorſ.) p. 887. a.

Taveſtoke (in agro Devon.) per Ordgarum Comitem Devoniæ fundata, p. 217. b. & 995. b.

Thanet S. Mildredæ Abb. (in agro Cantiano) p. 83. b.

Theokesbury (in agro Glouc.) per Oddonem & Doddonem fundata, p. 153. b.

Thetford (in agro Norff.) per Rogerum Bigot fundata, p. 664. a.

Thickheved (in agro Ebor.) p. 529. a.

Thorney (in agro Cantate.) per Adelwoldum Winton Epiſc. fundata, & Regem Edgarum, p. 242. b.

Tikeford (in agro Buck.) per Fulcadium Paganellum fundata, p. 685. b.

Tiltey (in agro Eſſex) p. 889. a.

Tinemuth (in agro Northumbr.) cella S. Albani per Robertum de Mumbray fundata, p. 333. a.

Tinterne (in Walliâ) p. 721. b.

Toſte (in agro Norff.) cella Abb. de Pratellis in Norm. p. 598. b.

Totenes (in agro Devon.) per Johannem filium Aluredi fundata, p. 1023. a.

Tutteburie (in agro Staff.) per Henricum de Ferrariis fundata, p. 354.

Tywardreth (in agro Cornub.) cella Abb. S. Martyrum Sergii & Bachi propè Andegaviam, p. 586. a.

U

Vallis Crucis (in agro Denbigh) per Madocum ap Griffith Malor fundata, p. 945. a.

Vale-royall, Vide **Dernhall.**

Vaudey (in agro Linc.) per Will. Comitem Albemarliæ fundata, p. 831. b.

Umberſtane, p. 545. a.

Urford, (in agro Linc.) p. 545. b.

W

WAburne (in agro Norff.) per Radulphum Meyngarin fundata, p. 490. a.

Walden (in **Eſſexiâ**) per Gaufridum de Mandeville Comitem Eſſexiæ fundata, p. 445. b.

Wallia. De antiquis Cœnobiis ibidem, p. 546.

Walliugford (in agro Berrocenſi) cella S. Albani; per Paulum Abbatem S. Albani fundata, p. 326. b.

Wallingwells (in agro Nottingh.) per Radulphum de Cheurolcourt fundata, p. 502. b.

Wangford, p. 545. a.

Wardon (in agro Bedf.) per Regem Stephanum fundata, p. 784. b.

Waterbeche (in agro Cantabr.) p. 543. a.

Waverley (in agro Surr.) per Will. Giffard Winton. Epiſc. fundata, p. 703. a.

Wedon-Pinkney (in agro Northampt.) cella Abb. de S. Luciano juxta Beauvois in Galliâ, p. 584. b.

Wells (in agro Somerſ.) p. 186. b.

Wells (in agro Norff.) cella Abb. de Cadomo in Norm. p. 574. b.

Wenlock (in agro Salop.) p. 613. a.

Weſtacre (in agro Norff.) cella de Lewes, p. 619. b.

Weſtminſter (in agro Midd.) p. 55. a.

Weſtwode (in agro Wigorn.) cella Abb. de Fonte-Ebraudi in Norm. p. 574. b.

Wetherall (in agro Cumbr.) cella Abb. S. Mariæ Ebor. per Ranulphum Meſchines Comitem Cumbriæ fundata, p. 397. b.

Wherwell (in agro Suthampt.) per Elſthridam Ordgari Ducis Devoniæ filiam fundata, p. 256. a.

Whitby (in agro Ebor.) olim **Strenſhall**) p. 71. b. & 988. a.

Wickham (in agro Ebor.) p. 916. b.

Wilberfoſſe (in agro Ebor.) per Alanum de Catton fundata, p. 524. b.

Wilesford (in agro Linc.) cella Abb. de Becco in Norm. p. 584. a.

Wilton (in agro Wiltſ.) per Alfredum filium Ethelwolphi Regis fundata, p. 191. a.

Wimundham (in agro Norff.) cella S. Albani per Will. de Albaneio pincernam Regis H. 1. fundata, p. 337. a.

Winburne (in agro Dorſetenſi) per S. Cutbritham fundata, p. 163. a.

Wincheſter Eccleſia Cath. p. 31. b. & 979. a.

Wincheſter Abb. Sanctimonialium, per Alſwitham Reginam, matrem Edwardi Senioris, fundata, p. 212. b.

Winchcombe (in agro Glouc.) per Regem Offa fundata, p. 187. b.

Winteney (in agro . . . .) p. 483. a.

Wiremouth (in Epiſc. Dunelm) p. 96. b.

Witham (in agro Somerſ.) per Regem Henr. Secundum fundata, p. 959. a.

Woburne (in agro Bedf.) per Hugonem de Bolebec fundata, p. 829. a.

Wolverhampton (in agro Staff.) p. 988. b.

Worceſter Eccl. Cath. p. 120. a.

Wotton-wawen (in agro Warw.) cella Abb. de Conchis in Norm. p. 558. b.

Wroxhale (in agro Warw.) per Hugonem de Hatton fundata, p. 433. b.

Wyrthorpe (in agro Northampt.) p. 489. b.

Y

YErmouth (cella Norwic.) p. 545. b.

Ynes (in Hiberniâ) cella **Furneſienſis** cœnobii, p. 718. b.

Nomina Domorum Religioſorum in Regno Franciæ.

Latinè.	Gallicè.
Albamalla,	*AVmalle.*
Almaniſcæ,	*Almeneſches.*
Alnetum,	*Aulnay.*
S. Amandus,	*S. Amand.*
Ardena,	*Ardene.*
Aucum,	*Eu.*
S. Audoenus.	*St. Owen.*
S. Barbara in Algia,	*S. Barbe en Auge.*
Barberium,	*Barbarie.*
Beccum,	*Le Bec.*
Bella Stella,	*Belle-Eſtoile.*
Belloſana,	*Belloſane.*
Bellum Beccum,	*Beaubec.*
Bellus locus,	*Beaulieu.*
Bernayum,	*Bernay.*
Bivallium,	*Bival.*
Blanca landa,	*Blanch land.*
Bonus portus,	*Bonport.*
Brolium Benedicti.	*Le Breuil Benat.*
Cadomus,	*Caen.*
Cæſaris burgus,	*Cherburg.*
Ceraſium,	*Ceriſy.*
Conchæ,	*Conches.*
Cormelia,	*Cormeilles.*
Cornevilla,	*Corneville.*
Courdillum,	*Courdillon.*
Crux S. Leufridi.	*Le Croix S. Leufroy.*
Diva.	*S. Pierre ſur Dive.*
S. Ebrulfus,	*S. Eurould.*
Exaquium.	*l'Eſſay.*
Faleſia,	*Falaiſe.*
Fiſcanum,	*Feſcan.*
Floriacum,	*Fleury.*
Fons Gerardi,	*Fontain-Gerard.*
Fons Gomerici,	*Gomer-Fontain.*
Fontanella,	*Fontenelle.*
Fontanetum,	*Fontenay.*
Fulcardi mons.	*Foulcarmont.*
Gemeticum,	*Jumieges.*
Goffernum,	*Goffers en foreſt.*
Gravilla,	*Graville.*
Greſtanum.	*Greſtain.*
Hambeya.	*Hambie.*
Ibræa,	*Jvry la Chauſser.*
Inſula Dei.	*l'Iſle Dieu.*
S. Laudus,	*S. Lo.*
Lexovium,	*Lizieux.*
Liberiacum,	*Liuray.*
Lyra,	*Lire.*
Locus Dei,	*Lieu dieu.*
Longavilla,	*Longueville.*
Longenſe,	*Longues.*
Lonleium,	*Lonle.*
Lucerna.	*Lucerne.*
Marchaſium Radulfi,	*Marche Roux.*
Mons burgus,	*Monbourg.*
Mons dei,	*Monedée.*
Mons morellus,	*Mont morel.*
Mons S. Katherina,	*le Mont S. Katherene.*
Mons S. Michaelis,	*Mont S. Michel.*
Montivillare,	*Montivilliere.*
Moretonium,	*Mortering.*
Mortuum mare.	*Mortimer.*
Nantus,	*Nunkvill.*
S. Nicaſius Mellenti,	*S. Nicuſe de Meulent.*
Nou.	*la Noüe.*
Pauliacum,	*Pavilly.*
Pentullum,	*Pentalion.*
Perrina,	*la Perrine.*
Perſenia,	*Perſeigne.*
Pleſſeium Grimoldi,	*le Pleſſis Grimoud.*
Ponteſia,	*S. Martin lès Ponteiſe.*
Pratellum,	*Preaux.*
Pratum.	*Noſtredame de Bone Nouelles.*
Radeverum,	*Raviers.*
Reſſonium,	*Reſſone.*
Rodonium.	*Roſay.*
Sagium,	*S. Martin de Seez.*
Salicoſa,	*Saulſeuſe.*
S. Salvator,	*S. Sauveur.*
Saviniac,	*Savigny.*
Sceſſiacum,	*Cheſay.*
S. Sidonius,	*S. Saens.*
S. Severus,	*S. Sever.*
Strata,	*l'Eſtree.*
Sylleium.	*Silly.*
S. Taurinus,	*S. Taurin.*
Theſaurus,	*le Threſor.*
Torigneium,	*Torigny.*
Trappa,	*Trappe.*
Troarnum.	*Troarn.*
Valacia,	*Valace.*
Vallenſe,	*Du Val.*
Vallis dei.	*le Val dieu.*
Vallis S. Mariæ,	*le Vallee.*
Vallis mons,	*Valle mont.*
Vallis Richerii,	*Val Richerii.*
S. Victor,	*S. Victor en Coux.*
Villarium,	*Villers.*
Vinacium,	*Vignaz.*
Ulterior portus.	*Trepors.*

FINIS.

Monaſtici Anglicani

VOLUMEN ALTERUM;

DE

CANONICIS REGULARIBUS
Auguſtinianis,

SCILICET

Hoſpitalariis,
Templariis,
Gilbertinis,
Præmonſtratenſibus,
& Maturinis ſive
Trinitarianis.

CUM

APPENDICE

Ad Volumen Primum de Cœnobiis aliquot *Gallicanis*,
Hibernicis, & *Scoticis*: Necnon quibuſdam *Anglicanis* antea omiſſis.

A Primordiis ad eorum uſque Diſſolutionem,
Ex *M. SS.* Codicibus ad Monaſteria olim Pertinentibus;

ARCHIVIS
Turrium *Londinenſis*, *Eboracenſis*; Curiarum Scaccarii, Augmentationum;

BIBLIOTHECIS
Bodleianâ, *Arundellianâ*, *Cottonianâ*; *Seldenianâ*, *Hattonianâ*;
aliiſque digeſtum

Per ROGERUM DODSWORTH *Eboracenſem*,
GULIELMUM DUGDALE *Warwicenſem*.

LONDINI,
Typis ALICIÆ WARREN, anno Domini
MDCLXI.

The Hon.^{ble} S^{r} James Mountague
K^{t}. Her Majestyes Sollicitor Gen^{ll}.

Sereniſsimo, potentiſsimoq; Principi

CAROLO IJ^{do},

Dei gratiâ, *Angliæ, Scotiæ, Franciæ* & *Hiberniæ*
Regi, **F**idei Defenſori, &c.

HIſtoriam (*Regum Sereniſſime*) *Temporis teſtem, cum aliis encomiis Orator ille* Romanus *nuncupavit; quo titulo certè opus hoc quale quale, ut meritò gauderet apud juſtos rerum æſtimatores, non poteſt non juſtum videri; in quo pietatis antiquioris Monumenta ſacra Cœnobitica, ab Eccleſiæ Chriſtianæ incunabulis, apud noſtrates* Britannos, *maturè admodum ſatæ, Chriſtianitatis nimirum ipſius infantiâ, in Avorum noſtrorum uſq; ſæculum, perlongâ deductâ ſerie, in lucem publicam, quantum per temporum injurias, Sacrilegiiq;* Cromwelliani, *tam prioris quàm nuperi, facinora nuſquam non deteſtanda, deploranda, fieri potuit, producuntur. Ter decimus jam, ultràq; elapſus eſt annus, ex quo cœptum eſt hoc inſtitutum, Majeſtatis tuæ (beatæ memoriæ) patri piiſſimo, clementiſſimo, quum completum foret, humiliter præſentandum, ut mihi, illud colligenti, ſummè in votis fuit. Illius Majeſtatis ſereniſſimæ,* ſicut jam Tuæ, patrocinium hinc-inde, ut demiſſè peterem, non ſolum officii mei ratio, quo Majeſtati tuæ debitiſſimè devinctus ſum; verum-etiam (arbitris omnibus æquâ lance hoc perpendentibus) æquitatis jus vel æquiſſimum poſtulavit, quum fuit ille, ſicut impræſentiarum es Tu ipſe, piorum illorum, non ſolum ſtirpis Normannicæ, ſed anteriorum etiam Regum, qui celeberrima atq; antiquiſſima in Regno iſto fundarunt, dotarunt Monaſteria; illorum ſciliet, tam pietatis quàm virtutis, æquè atq; Regnorum ſuorum lineâ rectiſſimè deſcendenti, hæres proculdubio apertiſſimus; ex quorum quidem Archivis, Chartiſq; dotalibus publicis, maximam partem digeſta & deprompta eſt hæc collectio. Propoſitum verò meum differebatur graſſante nupero illo inteſtino exitiali & nefando apud Nos bello, quùm ſacra profanis commixta, juſque, ordo, ſi non commercium, civile, humanum ſuſq; deq; habita, quaſi chaos redivivum nuſquam non minitantia, licet ſtupendioſè, hypocriticè, reformandæ Eccleſiæ, Sacræq; perſonæ Regis tutandæ, ergo larvatìm inſtituta fuit, Conjuratio illa in omne ævum horrenda, quæ Regem ſacratiſſimum, Martyrem glorioſiſſimum, parricidio barbaro maximè abſtulit; Eccleſiamq; pœnè dixeram fidem Chriſtianam, tantùm non exinanivit, exterminavit.

Hiis ritè penſatis, humiliores ardentioreſq; Deo opt. max. reddendæ ſunt gratiæ, qui Majeſtatem tuam, tanquam torrem ex igne ereptum, ſuperatis omnibus & devictis periculis & diſcriminibus extremis, illæſam, Noſtri & univerſi orbis Chriſtiani bono publico & gaudio ſummo conſervavit, Thronoq; Majorum tuorum jure hæreditario ſacrato Tibi exoptatiſſimè in pace & gloriâ reſtituit.

Ego quidem alterum hoc volumen, quod jam prodit, unà cum priore, tantæ Majeſtati fœliciſſimè reduci, veniâ tuâ gratioſâ admodùm impetratâ, quod præſentare & dedicare, debitâ cum humilitate, potis ſum, ſummæ miſericordiæ loco, mihi clementiâ divinâ indultæ habeo: Tibi igitur, qui ſicut Lucius Rex, qui fidem Chriſtianam in hoc regno publicè omni-

um Regum noſtrorum primus ſtabilivit, hujus Regni, ſi non omnium per orbem terrarum Regum, primus Rex Chriſtianus; ſic Tu Fidei verè Chriſtianæ nuper intra ditiones tuas concuſſæ quaſſatæ nimis, Eccleſiæq; noſtræ Catholicæ & Apoſtolicæ, profligatæ & peſſundatæ, inſtaurator & aſſertor, meritiſsimè audis, oppellam hanc dicari & dedicari, quatenus digneris, humillimè obteſtor; ſpe certâ fretus Majeſtatem tuam, tanti Patris filium, Regii ſtemmatis titulo, qui Fidei vindicias *profiteris, Eccleſiam* Anglicanam, *nuper tanquam Pelicanus in Eremo deſertam, nudatam, & maceratam, juraq; & Patrimonium ejus, tanquam* Conſtantinus *alter, adverſùs viperinam illam Sacrilegorum generationem, qui pietatis ſimulatæ, duplicis nempè iniquitatis prætextu, Sacrâ devorare geſtiunt, & lucri loco habent, defenſuram & patrocinaturam ſemper: Sic faciendo quod deſiſtas nunquam, ſupplex ſemper Gratiæ thronum precibus ſuis invocabit*

Sereniſsimæ Majeſtati Tuæ,

ſummâ Fide deditus & devotus

ſubditus & ſervus tuus

GULIEL. DUGDALE.

DE CANONICORUM ORDINIS ORIGENE.

Rod. Hoſpin de orig. et progreſſu Monachatus impr. *Tiguri* 1588. fol. 71.b.

Canonicorum Collegia quare inſtituta.

ERant ab initio Ordines Monachorum & Clericorum prorſus diſtincti: Monachus enim (ut inquit *Hieronymus*) non doctoris, ſed plangentis officium habet. A viris autem religioſis & piis ad Monaſticæ vitæ imitationem, etiam *Presbyterorum* & *Canonicorum* Collegia inſtituta ſunt, in quibus Clerici Miniſteriis Eccleſiæ initiati ac deſtinati, & Presbyteri in Eccleſiæ Miniſterio jam conſtituti, ad certam & præſcriptam Regulam vitam agerent, quæ quamvis Monaſtica illa paulò fuerit liberior, tamen etiam certis Legibus & Canonibus adſtringebantur, unde & vita illa *Canonica*, & qui eam profitebantur *Canonici* dicti ſunt, ipſorumque Collegia, *Monaſteria* quoque dicta fuerunt: quod nomen adhuc in celebrioribus nonnullis Collegiis retinetur, ob eamq; cauſam in antiquioribus Conciliis Monaſteria Monachorum & Clericorum memorantur: atque his præerant Epiſcopus, ut illis Abbas: hodie tamen Epiſcopi loco *Præpoſitum* habent.

De origine Canonicorum variæ ſententiæ. 1

De auctore hujus inſtituti variæ proferuntur variorum ſententiæ. *Thomas Aquinas* ſecunda ſecundæ, quæſtione 88. comprobare nititur, Apoſtolorum eſſe inventum: inquit enim inter alia, Apoſtoli poſt Aſcenſum Chriſti in Cœlos, in monte Sion, de genere vitæ deliberantes, communia inter ſe omnia, ac tria vota coram Deo ſtatuerunt: ſicut etiam refert *Polydorus* lib. 7. cap. 3. *de Invent.* His autem pauciſſimis *Thomæ* verbis duo falſiſſima inſunt. Primum eſt, quòd dicit Apoſtolos poſt aſcenſionem Chriſti de novo quodam vitæ genere deliberaſſe. Alterum, quòd ait, Apoſtolos tria vota inſtituiſſe. De his enim ne veſtigium quidem ullum apud Evangeliſtas extat: quorum concors eſt ſententia, Apoſtolos mox poſt Aſcenſionem Domini rectà reverſos *Hieroſolymam*, fuiſſe ſemper in templo laudantes & benedicentes Deum. De novo quodam vitæ genere, & tribus votis ab ſe inſtitutis, nulla prorſus fit mentio. Hoc igitur (ut inquit D. *Hieronymus*) quia de Scriptura ſacra non habet authoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Deinde, nemini dubium eſſe debet, quin Apoſtoli id vitæ genus ingreſſi ſint quod ipſis erat à Chriſto præſcriptum, qui dixit, *Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti: docentes eos ſervare omnia quæ mandavi vobis*, *Matthæi* vigeſimo octavo. Hanc regulam ſequutos eſſe Apoſtolos *Marcus* 16. cap. teſtatur, qui dicit: Illi egreſſi prædicarunt ubiq;, *&c.* Tertiò adverſatur *Thomæ* eorum ſententiæ, qui S. *Baſilium* trium Monaſticorum votorum authorem faciunt.

Thomæ Aquinatis error.

2

Alii igitur hujus Canonicæ vitæ initium ad *Urbanum* 1. Romanum Pontificem referunt, qui floruit circa annos Chriſti 230. ideo quòd is conſtituiſſe legitur, ut ex prædiis & bonis matricibus Eccleſiis collatis, Epiſcopi omnes communem vitam degere volentibus, cuncta neceſſaria ſubminiſtrent: ſicut legitur in Decretali 1. *Urbani.*

3 Nonnulli D. *Auguſtinum* hujus inſtituti præcipuum authorem faciunt, qui cum cœtum quendam piorum virorum congregaſſet, qui extra urbem & turbas hominum pietatem exercerent, factus Epiſcopus, intra Epiſcopium Monaſterium quoq; Clericorum & Presbyterorum, cum quibus communiter viveret, inſtituiſſe legitur. Refert equidem *Poſſidonius* de S. *Auguſtino* hujuſcemodi quid in vita ejus: ſed ratio illa *Auguſtini* vivendi cum Clericis longè alia fuit quàm hodie Canonicorum ſit: nullis enim votis illi obligati erant ut hi ſunt, neque etiam eo veſtitu uſi leguntur quo hodie utuntur. Adhæc longè fuit aliud illorum officium quàm horum ſit noſtra ætate. Nam quum probè illi in honeſtis diſciplinis & ſacrarum literarum arcanis inſtituti fuiſſent, ad Eccleſiaſtica munia promovebantur, & vel Eccleſiam docendo cum Epiſcopo in commune regebant, ut qui veluti Collegæ ejus eſſent in munere paſtorali, vel ipſi ad Epiſcopatus dignitatem evehebantur: hi verò docendi munere prorſus neglecto abjectoque, ſi tantum in Choro (unde & **Chorherren** Germanicè, quaſi Chori Domini, vocantur) conſtitutis horis cantillent, & neſcio quas preculas demurmurent, tum demum egregiè ſe ſuo officio perfunctos arbitrantur.

4 *Onuphrius Panuinius* in ſuis ad *Platinam* annotationibus, indicat ex Archivis Eccleſiæ *Lateranenſis*, *Gelaſium* 1. Papam circa annum 495. Canonicos Regulares Ordinis Sancti *Auguſtini Laterani* primùm collocaſſe. Crediderim ergo hunc *Gelaſium* horum Canonicorum eſſe authorem, & ad hoc exemplum mox alibi quoq; in majoribus Eccleſiis eos inſtitutos eſſe: de quo tamen alii judicent. Fuit certè hic *Gelaſius* idololatriæ egregius architectus, & Ceremoniarum cumulator, ut in vita ejus indicatur.

5 De Origine hujus Ordinis ita ſcribit *Sabellicus* Enne. 9. lib. 9. In hæc, inquit, tempora, quibus nimirum ſchiſma ingens erat inter *Benedictum* 13. *Gregorium* 12. & *Alexandrum* 5. reponit Canonicorum Regularium ortum *Philippus* Eremitanus apud *Friſonariam Lucenſis* agri oppidum. Sed hujus fidem elevat inveterata contentio de Eremitanæ & Canonicæ familiæ ortu, utraq; ſuam ad *Aurelium Auguſtinum* referens originem. Potuit igitur inſtauratio eſſe verius quàm origo. Hæc *Sabellicus*.

Cranzius lib. 4. cap. 37. Metrop. indicat, Ordinem hunc ſub *Ivone Carnotenſi* Epiſcopo reflorere cœpiſſe circa annum 1080. *Vincentius* in *ſpec. hiſt.* lib. 26. cap. 51. & *Antoninus* tit. 15. cap. 17. indicant hoc factum ſaltem in Eccleſia S. *Quintini Beluacenſis*, ſub *Ivone* ejuſdem Eccleſiæ Præpoſito, poſtea verò *Carnotenſi* Epiſcopo, *Panuinius* in Chron. ait, hunc Ordinem in Galliis eſſe ab *Ivone* reſtitutum. *Gilbertus* verò Cognatus *Narat.* lib. 3. refert, in doctorum hominum locum, quorum Collegia *Baſilius* & *Auguſtinus* inſtituerint, Canonicos Regulares ſucceſſiſſe anno Domini 1080. ſub *Ivone*, & poſtea reformatos anno 1380.

Baleus

Canonici quando primum in Angliam venerint.

Balæus Centuria 1. Scriptorum Britannicorum indicat ſectam Canonicorum à *Berino* circa annum Domini 636. in *Angliam* primùm eſſe propagatam: & addit, hanc ſectam unum ex duobus beſtiæ cornibus fuiſſe, quod mendacibus ſignis Antichriſtum ad ſtellas extulerit, juxta id quod extat *Apocal.* 13.

Canonici reformati.

Hæc autem vita Canonica cum paulatim laxari & ſolvi cœpiſſet, in Concilio *Moguntino* anno 813. ſub *Carolo* celebrato, Canonici ad ejus obſervationem revocati ſunt, cap. 9. enim leges Canonicæ vitæ breviter comprehenduntur: ut Canonici Clerici Canonicè vivant, obſervantes divinam ſcripturam & doctrinam, & documenta ſanctorum Patrum: nihilq; ſine ſcientia Epiſcopi ſui vel Magiſtri agere præſumant: & ut ſimul dormiant ac manducent, ubi facultas hoc faciendi ſuppetat, & in ſuo Clauſtro maneant. Hinc *Tritthemius* in Chronico *Hirſaugienſi* fol. 41. refert, in Cathedralibus Eccleſiis hanc fuiſſe Canonicæ vitæ antiquam inſtitutionem, ut Canonici in commune viverent, unam habentes menſam, unam burſam, unumq; commune dormitorium. Cum verò hæc *Caroli* conſtitutio fortaſſis minus proficeret, in conventu *Aquiſgranenſi* ſub *Ludovico* 1. Imp. mandatum fuit, ut liber conſcriberetur, in quo accuratius & copioſius ex ſcriptis potiſſimum ſanctorum Patrum, tota ratio Canonicæ vitæ deſcripta eſſet: miſſuſq; fuit liber ille per Civitates & Monaſteria Canonici Ordinis, & vitam illam profitentibus injunctum, ut quæ præciperentur in illo fideliter cuſtodirent & ſervarent: imprimiſq; ut abjicerent ſuccreſcentem pompam in auro & argento, inq; pellibus varii generis magniq; precii: quæ res jam tum per *Galliam* & *Germaniam* excreverat in abuſum maximum.

Canonicus non debet fieri Monachus.

De iiſdem Canonicis præcipitur in Synodo *Educenſi* circa annos Domini 1083. ut nullus Abbas vel Monachus ipſos à propoſito profeſſionis Canonicæ revocare, & ad Monaſticum habitum trahendo ſuſcipere audeat, ut Monachi fiant, quamdiu Ordinis ſui Eccleſiam invenire quiverint, Quod ſi temerario auſu id agere tentaverint, anathemate feriuntur. c. 19. q. 3. In quam ſententiam etiam *Urbanus* 2. Papa mandavit, & univerſaliter interdixit, ne quis Canonicus, niſi publicè lapſus fuerit, Monachus efficiatur: Si contra egerit, ad Ordinem redeat, & deinceps memorialem cucullam deferat, ultimuſq; in choro maneat: ibidem. Si tamen hoc fecerit cum Patris & totius congregationis licentia, licet ex ejuſdem *Urbani* ad Abbatem S. *Ruffini* conceſſione: ibidem. In *Colonienſi* Synodo anno 1260. celebrata, ſancitur, Can. 7. Ne Canonici frequenter extra immunitatem Eccleſiarum ſuarum comedant aut dormiant. Et cap. 9. Si quando per vicos Civitatis aut plateas incedant, ita decenter in habitu veſtimentorum incedant, ſicut ab antiqua conſuetudine obſervatum ſit.

Progreſſu verò temporis affluentibus divitiis, & religioſis laicis Eccleſiarum patrimonia ſupra quàm credi poſſit locupletantibus, vetus Canonicorum diſciplina penitus collapſa & conculcata eſt. Religio enim ubi peperit divitias, mox filia devoravit matrem: id eſt, opes pepulere pietatem & induxerunt luxum. Neglecta autem pietas errori locum aperuit, error verò omnia ſuperſtitione opplevit, ſuperſtitio bonas literas oppreſſit, proq; his barbariem plantavit. Luxus pauperibus valedicere, egenos negligere, equiſones & canum magiſtros conducere, palatia extruere, aulas regias inſtruere, Alcinoiq; hortos adonare docuit.

Canonici regulares quando orti.

Canonici Seculares qui, & quando cœperint.

Cum igitur illorum vita longiſſimè ſic à Regula deflexiſſet, ipſiq; jugum omne excuſſiſſent, & veterum conſtitutionum repagula perfregiſſent, in eorum locum ſucceſſit Canonicorum aliud genus, qui cum Regulæ præſcriptum propius ſequerentur, Canonici Regulares dicti ſunt, ad quorum differentiam illi regulæ deſertores, abſurdo & monſtroſo nomine Canonici Seculares, hoc eſt, Regulares irregulares dicti ſunt. Quo tempore autem hæc irregularitas per *Germaniam* cœperit, *Tritthemius* indicat in Chronico *Hirſaugienſi* fol. 46. ubi inquit: Anno 977. Canonici *Trevirenſes* majoris Eccleſiæ abjecta regulari vita, deſierunt eſſe Regulares, & facti ſunt nomine & re Seculares. Quorum exemplo Canonici quoq; S. *Paulini Treviris*, S. *Caſtoris Confluentiæ*, item *Moguntinenſes*, *Vuormatienſes*, *Spirenſes* & complurium aliarum Eccleſiarum diverſis temporibus regularitatem abjecerunt. Non injuria autem *Albertus Cranzius* lib. 3. cap. 15. & lib. 7. cap. 50. Metrop. Canonicum Secularem vocat monſtrum ſine exemplo: Regularem ſine regula: Canonicum ſine Canone.

Canonicorum Ordo reſtauratus.

Cùm itaq; poſt annos Domini 1300. hic Ordo penè interiſſet, rurſus inſtauratur, & in plures familias diducitur circa annos Chriſti 1380. ut *Antoninns* refert tit. 15. cap. 17. eo enim tempore exorta eſt congregatio Canonicorum Servatoris, quæ & *Scopetina* nuncupatur: alia item *Friſonaria*, quam & *Lateranenſem* appellant. Tertia D. *Gregorii Venetiis* in *Alga*, ut *Polydorus* indicat lib. 7. cap. 3. de quibus & nos in Claſſe quarta plura dicemus.

Veſtitus Canonicorum.

Veſtitus Canonicorum eſt tunica candida, cum linea toga, ſub nigro pallio: tegumentum à ſcapulis impoſitum, cervicem totumq; contegit caput, præterquam à fronte, ut teſtantur *Sabellicus Enne.* 7. lib. 9. & *Polydorus Virgilius* lib. 7. cap. 3. Et in *Senonenſi* Synodo cap. 22. ſancitur, ut Canonici Regulares tam intra quam extra Monaſteria ſuper veſte exteriori togam lineam ferant. *Volateranus* lib. 21. *Anthr.* de veſtitu eorum ita ſcribit: Amictus eſt, inquit, linea tunica tantum, veſte cujuſcunq; ſuperaddita, quam *Jacobus* Apoſtolus præſul *Hieroſolymitanus* primus ex more Levitico veterumq; ſacerdotum ſibi aſſumpſit: poſt eum *Marcus Alexandriæ*. Poſteri verò diverſis inter ſe factis conciliabulis, alii alia ſimul cum lineis indumenta corripuêre, ſtatutaq; condidere.

Canonicorum Ordinis incrementa & propagatio.

Sabellicus *Ennead.* 7. lib. 9. ait, quæ intra extraq; Italiam ſortiti ſint Canonici loca, aut quantus ſit hodie initiatorum numerus, neq; ipſos ſcripſiſſe, nec ſe alioquin ſcriptum reperiſſe. *Volateranus* autem lib. 21. *Anthrop.* affirmat, Ordinem hunc habuiſſe olim in Europa Cœnobia 4555. in *Italia* 700. hodiè autem vix 60. ibi habere. Pontifices Maximos 36. Cardinales 300. Sanctos viros, ſeu in Catalogum ſanctorum relatos ad 7500.

REGU-

REGVLA PRIMA, QVAM DIVUS PATER AVRELIVS AVGVSTINVS FRATRIBVS, ſeu Monachis, qui ſimul & communiter vivere ſpopondiſſent, præſcripſiſſe dicitur.

CAPUT I.

COMMUNI diffinitione decrevimus apud nos, quòd nunquam poſtmodùm ab aliquo poterit infringi. Reſidentibus in monaſterio in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, omnibus placuit, ſecundùm Apoſtolicam traditionem, unum ſentire in Domino, & communiter poſſidere, ſicut ſcriptum eſt: Unum ſentite in Domino, Et nemo quidem proprium vendicet quicquam, ſed ſicut ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum: Habentes omnia communia, nemo quicquam eſſe ſuum dicebat, quod à nobis ſcriptum eſt. *In Domino ergo jure obſervationis nos teneamus, quoniam in lege ſcriptum eſt:* Qui perſeveraverit uſq; ad finem, hic ſalvus erit.

Ib.fol.213.a.
Act. 2. & 3.
Mar. 10. & 24.

CAPUT II.

SI quis autem venire deſiderat ad congregationem fratrum, qui unum eſſe videntur: non ignoret Evangelicum dictum, quòd dixit: Vendat omnia ſua, & eroget egenis & pauperibus. *Et iterùm:* Abneget ſemetipſum ſibi, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. *Et ne tractet in corde ſuo de victu aut veſtitu, & cæteris quæ neceſſaria ſunt corpori, ipſo Domino præmonente in Evangelio & dicente:* Nolite cogitare, dicentes, quid edetis aut quid veſtiemini? hoc enim gentes cogitant. Scit pater veſter, quia horum omnium indigetis. Quærite primùm regnum Dei, & juſtitiam ejus, & hæc omnia apponentur vobis.

Matth. 19.
Luc. 9.
Mat.h. 6.

CAPUT III.

VEruntamen antequàm ſtatuat eſſe in monaſterio, probet propoſitum fratrum, atq; exemplum, & ipſi probentur in omni conſervatione ab illo, qui Prior eſt, & cæteris conſentientibus propter illud, quod ſcriptura docet & admonet, dicens: Amicum noli citò comprobare.

CAPUT IV.

SEd ſi contigerit ut aliquis ex qualibet cauſâ neceſſitatis, à monaſterio fuerit abſtractus: ne vel mente concipiat, ſecum aliquid ferre de his omnibus, quæ in monaſterio fuerunt: ſive etiam quæ ſecum aliquando attulerat, ſive ea quæ cum fratribus acquiſierat: quia certum eſt, fratres nihil habere, poſſidere, dare vel accipere debere, ſine ſuperioris licentia. Quòd ſi propinquus vel amicus, vel quilibet fratrum aliquid offerre voluerit, primò quidem Priori inſinuetur, & ſic ſuſcipiatur, ſi ipſe mandaverit: de quo tamen nihil fiat aliud, niſi quod Priori placuerit vel permiſerit: quoniam valdè verendum eſt, ne ſibi eveniat quod ſcriptum eſt: vir mutabilis in lingua, incidit in mala. *Et iſtum, ut nullum de fratribus ſecum provocet: ne magis deſtructor quàm ædificator monaſterii videatur, propter id quod ſcriptum eſt:* Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui mecum non congregat diſpergit. *Et quicunq; provocatus ab aliquo, de monaſterio voluerit abſcedere, aut indicet Præpoſito: cui utiq; de his, quæ in communi decrevimus, nihil eſſe cenſeo ſubtrahendum: quia ſcriptum eſt,* Pacifici ſint tibi multi: ſed unus ex mille; ſit tibi conſiliarius.

Proverb. 13.
Matth. 12.
Eccleſ. 6.

CAPUT V.

IGitur hæc quæ ſcripta ſunt, cum ſumma diligentia obſervanda ſunt à Præpoſito uſq; ad omnes fratres. Et ſi quis ab aliquo doctrinam audiverit, præterquam in monaſterio conſecutus eſt ab eo, cui ſe credidit: hanc autem ſuſcipiat, & eam non ſubtrahat doctori: quia ſcriptum eſt, Omne quod manifeſtat, lux eſt. Si enim bona fuerit, collaudanda eſt: ſi verò prava, reprobanda,

CAPUT VI.

De his autem fratribus, qui in unitate conſiſtunt: ſi quis ſubitò adverſus Præpoſitum altercatus fuerit, non ſolùm ſemel, ſed ſecundo & tertio, ut Evangelium docet, licet exorare. Si autem noluerit ſe emendare, ille cui injuria irrogata eſt poſt pœnitentiam vel ſecundam correctionem, quæ non revocaverit, contumacem denunciet & illud Præpoſito: ne per taciturnitatem ille & frater ſuus periclitetur, ſicut Solomon *ait: Qui occultat inimicitiam inſtruit dolum.*

CAPUT VII.

Si verò, ut fieri ſolet, incurſio repentina ſupervenerit, aut hoſtilitas: ut impoſſibile ſit, fratribus in unum fugam petere propter inſecutionem inimicorum, & poſtmodum Deo favente evaſerint, & potuerint pervenire, ubi Præpoſitum eſſe cognoverant, velut filii ad patrem feſtinare debebunt. Nec ullo modo poterunt ſeparari, quos divina charitas ſociavit, quia
1. Joan. 4. *ſcriptum eſt:* Perfecta dilectio foras mittit timorem.

CAPUT VIII.

Si quis autem, quod ſuperius diximus, cauſa neceſſitatis detinet id, quod à Monaſterio ſecum portavit: neceſſe habebit, ubi Præpoſitus ſuus eſt, illud proferre: quia non poterit ſibi retinere, quod per pactum ad omnes pertinet, & Deo utiq; eſt conſecratum. Sed
Rom. 12. *ſi cogitaverit de his aliquid retinere, contra dictum Apoſtoli agere videtur, qui ait:* Nemini quicquâm debeatis, niſi ut invicem diligatis vos.

CAPUT IX.

Omnia quæ in iſto libro continentur, omnes fratres obſervent, atq; ſe ſubſcribant, qui boni eſſe deſiderant. Verùm propter illos hæc ſunt cauta, id eſt, ſcripta, qui in omnibus ſtabiles eſſe noſcuntur.

D. PATRIS AURELII AUGUSTINI *REGULA* ſecunda, Confratres & monachos de modo ac tempore orandi, pſallendi, legendi, operandi, vivendi & converſandi, inſtruens.

CAPUT I.

Ante omnia, fratres chariſſimi, diligatur Deus: deinde proximus. Qualiter autem oporteat nos orare, vel pſallere, deſcribimus: id eſt, In matutinis *dicantur Pſalmi octuaginta octo cum debitis antiphonis, verſibus, & reſponſoriis. Ad* primam *&* tertiam *dicantur ſui Pſalmi, antiphonæ duæ, lectiones duæ. Simili modo ad* ſextam *&* nonam *dicantur ſui Pſalmi, cum debitis reſponſoriis, & antiphonis. Hoc idem in* veſperis & completorio *ſervetur. Ad* lucernarium *autem Pſalmus unus, reſponſorium unum, tres antiphonæ, lectiones tres. Et opportuno poſt* lucernarium, *omnibus ſedentibus, legantur lectiones. Nocturnæ autem lectionis menſe* Novembri, Decembri, Januario *&* Februario, *antiphonæ duodecim Pſalmi ſex, lectiones tres:* Martio, Aprili, Septembri, Octobri, *antiphonæ decem, Pſalmi quinque, lectiones tres:* Maio, Junio, Julio, *&* Auguſto, *antiphonæ octo, Pſalmi quatuor, lectiones duæ.*

CAPUT II.

Operentur à manè uſq; ſextam, *& à* ſexta *uſq; ad* nonam *vacent lectioni: & ad* nonam *reddant codices. Et poſtquam refecerint, ſive in horto, ſive ubicunque fuerint, faciant opus uſque ad horam lucernarii. Nemo ſibi aliquid vendicet proprium, ſive in veſtimento,*

mento, ſive in quacunq; re. Apoſtolica enim vita optamus vivere. Nemo cùm murmure aliquid faciat, ut non ſimili judicio murmuratorum pereat. *Fideliter obediant: hi patrem ſuum poſt Deum honoraverunt: præpoſito ſuo deferant, ſicut decet Sanctos. Sedentes ad menſam taceant, audientes lectiones: Si autem aliquid opus fuerit, Præpoſitus eorum ſolicitus ſit. Sabbato & Dominica, ſicut conſuetudo eſt, qui volunt vinum accipiant.* Act. 2. & 4.

CAPUT III.

SI opus fuerit ad aliquam neceſſitatem mitti, duo eant. Nemo extra Monaſterium ſine præcepto manducet, neque bibat. Non enim hoc ad diſciplinam pertinet Monaſterii. Si opera Monaſterii mittantur fratres vendere ſolicitè caveant, ne quid faciant contra præceptum, ſcientes, quoniam exacerbant Dominum in ſanctis ſuis. Si aliquid emant ad neceſſitatem Monaſterii, ſolicitè & fideliter, ut ſervi Dei, agant.

CAPUT IV.

OCioſum verbum apud illos non ſit. Manè ad opera ſua ſedeant: poſt orationem tertiæ eant ad opera ſua: non ſtantes fabulas contexant, niſi fortè aliquid ſit pro utilitate animæ: ſedentes ad opera taceant: niſi neceſſitas operum exigeret, ut loquatur quis.

CAPUT V.

SI quis autem non omni virtute, adjuvante miſericordia Dei, hæc conatus fuerit implere, ſed contumaci animo deſpexerit: ſemel atq; iterùm commonitus; ſi non emendaverit, ſciat ſe ſubjacere diſciplinæ Monaſterii ſicut oportet. Si autem talis fuerit ætas ipſius, vapulabit. Hæc in nomine Chriſti fideliter & piè obſervantes, & vos proficietis, & nobis non parva lætitia erit de veſtra ſalute. Hæc ſunt, quæ ut obſervetis, præcepimus in Monaſterio conſtituti.

D. PATRIS AURELII AUGUSTINI *REGULA* tertia, in qua latius tradidit ea, quæ ad communem Clericorum vitam pertinent: quæ à nonnullis inter ſermones de communi vita Clericorum emuneratur.

ANte omnia, fratres chariſſimi, diligatur Deus: deinde proximus, quia iſta præcepta ſunt principaliter nobis data. Hæc igitur ſunt, quæ ut obſervetis, præcipimus in Monaſterio conſtituti. Matth. 22:

CAPUT I.

PRimum propter quod in unum eſtis congregati, ut unanimes habitetis in domo, & ſit vobis anima una & cor unum in Deo. Et non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia. 12. q. 1.

CAPUT II.

ET diſtribuatur unicuique veſtrum à Præpoſito veſtro victus & tegumentum: non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes: ſed potius unicuique, ſicut cuique opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apoſtolorum: Quia erant illis omnia communia, *& diſtribuebatur unicuiq; ſicut cuique opus erat.*

CAPUT III.

QUi aliquid habebant in ſeculo, quando ingreſſi ſunt Monaſterium, libenter velint illud eſſe commune. Quia autem non habebant, non ea quærant in Monaſterio, quæ nec foris habere potuerunt.

CAPUT

CAPUT IV.

SEd tamen eorum infirmitati, quod opus eſt, tribuatur : etſi paupertas eorum, quando foris erat, nec ipſa neceſſaria, poterat invenire. Tamen non ideò ſe reputent eſt felices, quia invenerunt victum & tegumentum, quale foris invenire non poterant : nec erigant cervicem, qui ſociantur eis, ad quos foris accedere non audebant, ſed ſurſum cor habeant, & terrena vana non quærant : nec incipiant eſſe Monaſteria divitibus utilia, non pauperibus : ſi divites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur.

CAPUT V.

RUrſus etiam illi, qui aliquid eſſe videbantur in ſeculo, non habeant faſtidio fratres ſuos, qui ad illam ſanctam ſocietatem ex paupertate venerunt. Magis autem ſtudeant non de parentum divitum dignitate, ſed de pauperum fratrum ſocietate gloriari. Nec extollantur, ſi communi vitæ aliquid de ſuis facultatibus contulerunt : nec de ſuis divitiis magis ſuperbiant, quia eas in Monaſterio partiuntur, quàm ſi eis in ſeculo fruerentur. Alia quippe quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur, ut fiant : ſuperbia verò etiam bonis operibus inſidiatur, ut pereant. Et quid prodeſt diſpergere dando pauperibus, & pauperem fieri, cùm anima miſeria ſuperbior efficitur divitias contemnendo, quàm fuerat poſſidendo.

CAPUT VI.

OMnes ergo unanimiter & concorditer venite, & honorate in vobis Deum invicem, cujus templa facti eſtis.

CAPUT VII.

ORationibus inſtate horis & temporibus conſtitutis.

CAPUT VIII.

IN Oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, unde & nomen accepit : ut ſi fortè aliqui etiam præter horas conſtitutas, ſi eis vacat, orare voluerint, non eis ſint impedimento, qui ibi aliquid agendum putaverint.

CAPUT IX.

PSalmis & hymnis cùm oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in voce.

CAPUT X.

ET nolite cantare, niſi quod legiſtis eſſe cantandum. Quod autem non ita ſcriptum eſt ut cantetur, non cantetur.

CAPUT XI.

CArnem veſtram domate jejuniis & abſtinentia eſcæ, quantum valetudo permittit.

CAPUT XII.

QUando autem aliquis non poteſt jejunare, non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum ſumat, niſi cum ægrotat.

CAPUT XIII.

Cum accedetis ad menſam, donec inde ſurgatis, quod vobis ſecundùm conſuetudinem legitur, ſine tumultu & contentionibus audite: ne ſolæ vobis fauces ſumant cibum, ſed & aures eſuriant Dei verbum.

CAPUT XIV.

Qui infirmi ſunt ex priſtina conſuetudine, ſi aliter tractantur in victu, non debet aliis moleſtum eſſe, nec injuſtum videri, quos fecit aliqua conſuetudo fortiores. Nec illos fœliciores putent, quia ſumunt quod non ſumunt ipſi: ſed ſibi potius gratulentur, quia valent, quod non valent illi.

CAPUT XV.

Etſi eis, qui venerunt ex moribus delicatioribus ad Monaſterium, aliquid alimentorum, veſtimentorum, operimentorum datur, quod aliis fortioribus, & ideo felicioribus, non datur: cogitare debent quibus non datur, quantum de ſua ſeculari vita illi ad iſtam deſcenderint, quamvis uſque ad aliorum, qui ſunt corpore firmiores, frugalitatem pervenire nequiverint, nec debent vlele omnes, quod paucos vident amplius, non quia honorantur, ſed quia tolerantur, accipere: ne contingat deteſtanda perviſitas, ut in Monaſterio, ubi quantum poſſunt, fiunt divites laborioſi, fiant pauperes delicati.

CAPUT XVI.

Sanè quemadmodum ægrotantes neceſſe habent minus accipere, ne graventur: ita poſt ægritudinem ſic tractandi ſunt, ut citius recreentur, etiamſi de humilima ſeculi paupertate venerunt, tanquàm hoc illis contulerit recentior ægritudo, quod divitibus anterior conſuetudo.

CAPUT XVII.

Sed cum vires priſtinas reparaverint, redeant ad feliciorum conſuetudinem ſuam, quæ famulos Dei tanto amplius decet, quanto minus indigent: ne cibi eos teneat voluptas jam vegetatos, quos neceſſitas levarat infirmos. Illos exiſtimet ditiores, qui in ſuſtinenda parcitate fuerint fortiores. Melius eſt enim, minus egere, quàm plus habere.

CAPUT XVIII.

Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus.

CAPUT XIX.

Quando proceditis, ſimul ambulate: cum veneritis, quo itis, ſimul ſtate.

CAPUT XX.

In inceſſu, ſtatu, & in omnibus motibus veſtris nihil fiat, quod cujuſquam offendat adſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem.

CAPUT XXI.

Oculi veſtri etſi jaciuntur in aliquàm fœminarum, non figantur in illa. Neque enim quando proteditis, fœminas videre prohibemini: ſed appetere, aut ab ipſis appeti velle, criminoſum eſt. Nec ſolo tacito affectu, ſed affectu quoque & adſpectu appetitur, &

appetit concupiſcentia fœminarum. Nec dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius. Et cùm ſe invicem ſibimet, etiam tacente lingua, conſpectu mutuo corda nunciant impudica, & ſecundùm concupiſcentiam carnis alterutro delectantur amore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus. Nec putare debet, qui in fœmina oculos figit, & illius in ſe diligit fixum, ab aliis ſe non videri, cùm hoc fecerit. Videtur omnino, & à quibus ſe videri non arbitratur. Sed ecce lateat, & à nemine hominum videatur: quid faciet deſuper inſpectore, quem latere nihil poteſt? An ideò non putandus eſt non videre, quia tanto videt patientius, quanto ſapientius? Illi ergo vir ſanctus timeat diſplicere, ne velit fœmina malè placere. Illum cogitet omnia videre, nec velit fœminam malè videre. Illius nanq; & in hac cauſa commendatus eſt timor, ubi ſcriptum eſt: Abominatio eſt Domino defigens oculum.

CAPUT XXII.

Quando ergo ſimul eſtis in Eccleſia & ubicunque ubi fœminæ ſunt, invicem veſtram pudicitiam cuſtodite. Deus enim qui habitat in vobis, etiam iſto modo cuſtodiet vos ex vobis.

CAPUT XXIII.

Etſi hanc, de qua loquor, oculi petulantiam in aliquo veſtrum adverteritis, ſtatim admonete, ne cœpta progediantur, ſed de proximo corrigantur. Si autem & poſt admonitionem iterum vel alio quocunque die idipſum eum facere videritis, jam velut vulneratum, ſanandum procedat, quicunque hoc potuerit invenire. Prius tamen & alteri vel tertio demonſtrandum, ut duorum vel trium poſſit ore convinci, & competenti ſeveritate coerceri. Nec vos judicetis eſſe malevolos, quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari, cùm timeret ſecari: nonne crudeliter abs te ſileretur, & miſericorditer indicaretur? Quanto ergò potius debes manifeſtare ne deterius putreſcat in corde? Sed antequam aliis demonſtretur, per quos convincendus eſt, ſi negaverit: prius Præpoſito oſtendi debet, ſi admonitus neglexerit corrigi: ne fortè poſſit, ſecretius correctus, non innoteſcere cæteris. Si autem negaverit, tunc neganti adhibendi ſunt alii: ut jam coram omnibus poſſit non ab uno teſte argui, ſed à duobus vel tribus convinci. Convictus verò, ſecundùm Præpoſiti, vel etiam Presbyteri, ad cujus diſpenſationem pertinet, arbitrium debet emendatoriam ſubire vindictam. Quam ſi ferre recuſaverit, etiam ſi ipſe non abſceſſerit, de veſtra ſocietate projiciatur. Non enim & hoc fit crudeliter, ſed miſericorditer, ne contagione peſtifera plurimos perdat.

CAPUT XXIV.

Et hoc, quod dixi de oculo non figendo, & in cæteris inveniendis, prohibendis, judicandis, convincendis vindicandiſq; peccatis, diligenter & fideliter obſervetur cum dilectione hominum & odio vitiorum.

CAPUT XXV.

Quicunq; autem in tantum progreſſus fuerit malum, ut occultè ab aliquo literas vel quodlibet munus accipiat, ſi hoc ultro confitetur, parcatur illi, & oretur pro illo. Si autem deprehenditur, atque convincitur, ſecundùm arbitrium Presbyteri vel Præpoſiti gravius emendetur.

CAPUT XXVI.

Veſtes veſtras in unum habeatis ſub uno cuſtode vel duobus, vel quot ſufficere potuerint ad eas excutiendas, ne à tinea lædantur. Et ſicut paſcimini ex uno cellario, ſic induamini ex uno veſtiario. Et ſi fieri poteſt, non ad vos pertineat, quod vobis indumentum, *pro temporis congruentia, proferatur, utrum recipiat hoc unuſquiſq; quod depoſuerat, an aliud quod alter habuerat: dum tamen unicuiq; prout opus eſt, non negetur. Si autem hinc inter vos contentiones & murmura oriuntur, cùm queritur aliquis deterius ſe accepiſſe, quàm prius habuerat, & indignum ſe eſſe, quod non ita veſtiatur, ſicut alius frater ejus veſtitur: hinc vos probate, quantum vobis deſit in illo interiore ſancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis. Tamen ſi veſtra toleratur infirmitas, ut hoc recipiatis, quod poſueritis: in uno tamen loco, ſub communibus cuſtodibus habete, quod ponitis.*

CAPUT XXVII.

Ita ſanè, ut nullus ſibi aliquid operetur: ſed omnia opera veſtra in unum fiant majori ſtudio & frequentiori alacritate, quàm ſi vobis ſingulis feceritis propria. Charitas enim, de qua ſcriptum eſt, quòd non quærit quæ ſuá ſunt, *ſic intelligitur, quia communia propriis, non propria communibus, anteponit. Et ideò quantò amplius rem communem, quàm propria veſtra, curaveritis, tanto vos amplius proficere noveritis: ut in omnibus, quibus utitur tranſitura neceſſitas, ſuperemineat, quæ permanet charitas.*

1 Cor. 13.

CAPUT XXVIII.

Conſequens ergò eſt, ut etiam qui ſuis filiis, aut neceſſitudine aliqua ad ſe pertinentibus, in Monaſterio conſtitutis, aliquam contulerit veſtem, ſive quodlibet aliud inter neceſſaria deputandum, non occultè accipiatur, ſed ſit in poteſtate Præpoſiti, ut in rem communem redactum, cui neceſſarium fuerit, præbeatur.

CAPUT XXIX.

Quod ſi aliquis rem ſibi collatam celaverit, furti judicio condemnetur.

CAPUT XXX.

Indumenta veſtra, ſecundùm arbitrium Præpoſiti, laventur, ſive à vobis, ſive à fullonibus, ne interiores animæ ſordes contrahat mundæ veſtis nimius appetitus.

CAPUT XXXI.

Lavacrum etiam corpori, cùm infirmitatis neceſſitas cogit, minimè denegetur. Fiat ſine murmure de conſilio medicinæ, ita ut, etiam ſi nolit, jubente Præpoſito faciat, quod faciendum eſt pro ſalute. Si autem velit, & fortè non expedit, ſuæ cupiditati non obediatur. Aliquando enim, etiam ſi noceat, prodeſſe creditur quod delectat. Deniq; ſi latens eſt dolor in corpore, famulo Dei dicenti, quid ſibi doleat, ſine dubitatione credatur. Sed tamen, utrùm ſanando illi dolori, quod delectat expediat: ſi non eſt certum, medicus conſulatur.

CAPUT XXXII.

Nec eant ad balnea, ſive quocunq ire neceſſe fuerit, minus quàm duo vel tres. Et ille, qui habet aliquo eundi neceſſitatem, cum quibus Præpoſitus juſſerit, ire debebit.

CAPUT XXXIII.

Ægrotantium cura, ſive poſt ægritudinem reficiendorum, ſive aliqua imbecillitate, ſive etiam febribus laborantium, uni alicui debet injungi, ut ipſe de cellario petat; quod cuiq; opus eſſe proſpexerit.

CAPUT XXXIV.

Sive autem qui cellario, ſive qui veſtibus, ſive qui codicibus præponuntur, ſine murmure ſerviant fratribus ſuis.

CAPUT XXXV.

Codices certa hora ſingulis diebus petantur: extra horam qui petierit, non accipiet.

CAPUT XXXVI.

Veſtimenta verò & calceamenta quando indigentibus fuerint neceſſaria dare non differant, ſub quorum cuſtodia ſunt, quæ poſcuntur.

CAPUT XXXVII.

Lites autem nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis: ne ira creſcat in odium, & trabem faciet de feſtuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis: Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. 1. Joan.3.

CAPUT XXXVIII.

Quicunque convicio, vel maledicto, vel etiam criminis objectu aliquem læſit: meminerit rit ſatisfactione quàm citius curare quod fecit: & ille qui læſus eſt, ſine diſceptatione dimittere. Si autem invicem ſe læſerint, invicem ſibi debita relaxare debebunt propter orationes veſtras: quas utiq; quanto crebriores habetis, tanto ſaniores habere debetis. Melior eſt autem, qui quamvis ſæpè tentatur, tamen impetrare feſtinat, ut ſibi dimittat, cui ſe feciſſe agnoſcit injuriam: quàm qui tardius iraſcitur, & ad veniam petendam tardius inclinatur. Qui autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, ſine cauſa eſt in Monaſterio, etiam ſi inde non projiciatur.

CAPUT XXXIX.

Proinde vobis à verbis durioribus parcite: quæ ſi emiſſa fuerint ex ore veſtro, non pigeat ex ipſo ore proferre medicamenta, unde facta ſunt vulnera.

CAPUT XL.

Quando autem neceſſitas diſciplinæ in moribus coercendis dicere vos verba dura compellit, ſi etiam ipſi vos modum exceſſiſſe ſentitis: non à vobis exigitur, ut à veſtris ſubditis veniam poſtuletis: ne apud eos, quos oportet eſſe ſubjectos, dum nimium ſervatur humilitas, regendi frangatur authoritas: Sed tamen petenda eſt venia ab omnium Domino, qui novit etiam eos, quos plus juſto fortè corripitis, quanta benevolentia diligitis. Non autem carnalis, ſed ſpiritualis inter vos debet eſſe dilectio.

CAPUT XLI.

Præpoſito tanquam patri obediatur: multò magis Presbyterio, qui omnium veſtrum curam gerit.

CAPUT XLII.

Ut ergo cuncta iſta ſerventur, & ſi quid ſervatum minus fuerit, non negligenter prætereatur, ſed ut emendandum corrigendumq; curetur: ad Præpoſitum præcipuè pertinebit, ut ad Presbyterum, cujus eſt apud vos major authoritas, referat quod modum vel vires ejus excedit

CAPUT XLIII.

Ipſe verò, qui vobis præeſt, non ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed charitate ſerviente felicem. Honore coram vobis prælatus ſit, vobis timore coram Deo ſubſtratus ſit pedibus veſtris. Circa omnes ſeipſum bonorum operum præbeat exemplum, corripiat inquietos, conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmos, patiens ſit ad omnes. Diſciplinam libens habeat; metuendas imponat, & quamvis utrunq; ſit neceſſarium, tamen plus à vobis amari appetat, quàm timeri, ſemper cogitans Deo ſe pro vobis redditurum eſſe rationem. Unde vos magis obediendo, non ſolum veſtri, ſed etiam ipſius miſeremini, qui inter vos quantò in loco ſuperiore, tanto in periculo majore verſatur.

CAPUT XLIV.

Monet Dominus, ut obſervetis hæc omnia, tanquam ſpiritualis pulchritudinis amatores, & bono Chriſti odore de bona converſatione fragrantes, non ſicut ſervi ſub lege, ſed ſicut liberi, ſub gratia conſtituti.

CAPUT XLV.

Ut autem vos in hoc libello, tanquam in ſpeculo poſſitis inſpicere, ne per oblivionem aliquid negligatis, ſemel in ſeptiman vobis legatur. Et ubi vos inveneritis ea, quæ ſcripta ſunt, facientes: agite gratias Domino, bonorum omnium largitori. Ubi autem ſibi quicunq; veſtrum videt aliquid deeſſe, doleat de præterito, caveat de futuro: orans, ut debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur, Amen.

FORMA SECUNDUM QUAM BEATUS AVGVSTINVS *communem ſocietatem dedit eis, qui ſuo fratrumque ſuorum conſortiis conjungi optabant.*

Omnes quivis per gratiam baptiſmi fratres ſumus in Chriſto, & unum patrem habemus in coelo, ſi ejus præceptis, prout poſſumus, obſequimur, proculdubio tunc maximè unimur, quando orationibus & beneficiis invicem noſmetipſos copulamus, quemadmodum & in primitiva Eccleſia, quibus cor unum erat, & anima una. Quorum amore plures accenſi mente, poſſeſſiones, & facultates rerum vendentes, congregatis cum matre Jeſu Chriſti in unum precia deferebant gaudentes. Sicq; iſte nihilominus, Deo inſpirante, eorum exemplo commonitus, noſtris optat conjungi conſortiis, idcirco damus ei communem ſocietatem vivendi nobiſcum: quantum autem à Domino promereri poſſumus, & noſtrum eſt largiri, quatenus cum electis à remuneratore omnium bonorum præmia repromiſſa percipere. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, *Amen.*

Judicium de Regula *Auguſtini.*

Ex iis verò quæ ſuperius libro 3. cap. 5. diximus, apparet, S. Auguſtinum *hanc Regulam non ſcripſiſſe. Adhæc* Auguſtinenſium *monachatus, quem hâc Regula informari gloriantur, nihil habet prorſus commune, cum eo vitæ genere quod D.*Auguſtinus *cum doctis & ſtudioſis hominibus ante Epiſcopatum* Hipponenſem *in loco, à turbis & frequentia hominum remoto paululum, egit. Quocirca* Eraſmus, *magni judicii vir, auſus eſt dicere à prima Regula, nihil eos habere frontis ac mentis, qui tales nænias adſcribant tali tantoq; viro. De ſecunda ſcribit, ejuſdem farinæ eam eſſe cum ſuperiore. Tertiam ait, & ſententiis & dictionis figura referre quidem* Auguſtinum, *quin & pia civilitate humanitateq; præferre authorem ſuum: attamen probabile eſſe eam non Clericis, ſed* fœminis eſſe ſcriptam, *Ita* Bellarmin. *de Script. Eccleſ. in* Auguſtino. *p.* 165. *quæ in unum collectæ ſub moderatione ſororis* Auguſtini *vixerint. Eam enim Præpoſitam vocat, ſed omnium ſumma poteſtas erat penes Presbyterum. Nonnullis autem immutatis accommodaverunt eam viris, velut ubi* Epiſt. 109.

de modeſtia cultus præcipit fœminis, c. 18. Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus: *ne ſint vobis tam tenuia capitum tegmina, ut retiola ſubter appareant, ſic enim arbitratur* Eraſmus *legendum. Capillos ex nulla parte nudos habeatis, nec foris vel ſpargat negligentia, vel componat induſtria, quod viris accommodari non poterat omiſerunt, Item, c.* 20. In omnibus motibus nihil fiat *quod cujuſquam illiciat libidinem: ſic mutatum eſt,* quod cujuſquam offendat aſpectum. *Rurſus quod præcipit de non aſpiciendis fœminis, item de hoc, c.* 30, 32. ut bini aut terni procedant de lavandis propriis veſtibus, *de operando in commune, aliaque permulta parùm congruunt in Clericos ejus temporis, quorum tum erat major & libertas & dignitas. In calce alludens ad formæ ſtudium, ſpeculum & odores, quibus fœmineum genus peculiariter delectatur, quæ dicit: c.* 44. Donet Dominus ut obſervetis hæc omnia tanquam ſpiritualis pulchritudinis amatrices, & bono Chriſti odore, de bona converſatione fragrantes: & *c.* 45. vos autem in hoc libello tanquam in ſpeculo poſſitis inſpicere, *&c. non perinde quadrant in viros. Sunt & alia quædam, verùm hæc exempli cauſa propoſuiſſe ſufficit. Poſtremò ut nihil ſit, quod non poſſit ad clericos detorqueri, certè nihil eſt hic quod illis cum fœminis non ſit commune. At quàm multa erant præſcribenda de Presbyterorum, Hypodiaconorum ac Diaconorum officiis, ſi illis regulam præſcribendam judicaſſet. Et tamen hæc regula fundamentum eſt multorum Ordinum, quam fœminis traditam utinam bene ſervent viri. Habetur verò in Epiſtola centeſima nona, Ineptum eſt autem de hujus viri titulo contendere: magis ad rem pertinet pietatis & eruditionis illius æmulatione decernere, ut hi jure optimo dicantur* Auguſtinenſes, *qui virtutem* Auguſtini *proximè referunt. Illud conſtat Orationem quæ cucullæ & balthei meminit, ſub* Ambroſii *nomine confictam eſſe. Nec ipſe* Auguſtinus *uſquam ſe Monachum vocat, nec ſuos clericos eo nomine deſignat; quanquam exiguum in cognomine momentum eſt. Ipſe fatetur ſe reliquiſſe omnia, & eodem multos provocaſſe: tum in oratione quadam apud populum, negat ſe uſurum pileo rubro. Decet, inquit, Epiſcopum, at non decet* Auguſtinum: *ubi magis dicendum erat, non decet Monachum. In libris de moribus Eccleſiæ præter Anachoretas & Cœnobitas tradit genus tertium, eorum qui quoniam in eremum ſecedere non erat commodum, vel ob parentes, vel ob liberos, aut alias cauſas, tamen ut quietius viverent, complures in iiſdem ædibus commorabantur, nullo imperio, ſed libera charitate omnia moderante. Eos conventus diverſoria vocat, quæ* Romæ *permulta viderit. Hoc exemplum videtur imitatus in* Africa, *ſic ut nec cultu notabiles eſſent, quemadmodum Monachi, & liceret ab eo convictu diſcedere, ſi cui parum eſſet commodus, licet* Poſidonius *appellet hæc Monaſteria. Ex* Polydori *quoq; lib. 7. cap. 3. Colligi poteſt, ne ipſi quoque viſum, has & ſimiles Regulas ab* Auguſtino, Hieronymo *aut aliis conſcriptas.*

Cœnobia Anglicana
ORDINIS
S. AUGUSTINI.


1
W. Hollar fecit

Canonicus Regularis S^t. Augustini.

MONASTICON ANGLICANUM

Dovorenſe Cœnobium in agro *Cantiano* Ordinis S. AUGUSTINI.

Hiſtoria Fundationis ejuſdem.

Brevia Regis de anno 14 E. 2.

Du Chaſtell de *Doure*, coment il feuſt commence et eſtablie, et de Chanoignes que illoeques eſtoient jadis.

QUARANT *et ſept annz avant la Nativite de noſtre ſignieur* Jeſu *Chriſt, quant* Caſſibalan *regna en* Bretagne *qi ore eſt appelle* Engleterre, Julius Cæſar *vint de* Rome, *et voleit conquerre* Bretagne, *ſicome il avoit conquis* Gol, Eſpaignes, *et autres pais pluſieurs. Vne foiz et autre foiz*, Kaſſibalan *l'en chacea; mes a la tierce foitz* Julius Cæſar *le vanqui ſur* Berhamdoune *entre* Canterberie *et* Doure *per l'eide* Androgen *qui fuſt Duk de* Kent *&* de Londres. *Mais apres* Androgen *les fit accorder, iſſint que le Roy* Caſſibalan *demoraſt Rey ſicome avant; mes q'il rendiſt á* Rome *cheſcun an de cheſcun meſuage en ſa terre un denier.*

Adonques Julius Cæſar *fit un Tour pour le tribut deſuiſdit repoſer la ou le Chaſtell de* Doure *eſta, et uncore eſt cele Tour illoeques pres du menſter, et eſt Berefrai pur les grantz ſeyns. Apres la nativitie noſtre ſigneur l'an ſeſſante douſziſme, regna en* Bretaigne, Arviragus, *celi ne voleit eſtre ſujet á* Rome *mes detint le Tribut, et enforcea le Chaſtel de* Doure *de Foſſes et de Mins et de garneſture contre les* Romains, *s'il veniſſent. Dunk vint* Claudius Cæſar *et ſe guerroient durement; a la fin il s'acorderent per mariage, et il eſpouſa la fille* Claudii *per nome* Gemuſſe, *et a l'honnour l'Emperour fit la Citee de* Claudeoceſtre, *qe ore eſt appelle* Glouceſter, *et rendy le tribut qu'il avoit detenuz.*

L'an de la Grace Cent et ſeſſante vintiſme, regna en Bretaigne Lucius; *celi devint Chriſtien deſouz le Pape* Eleutherie, *et ſervi Dieu et avancea ſainte Egliſe quant il pouit: Entre ſes autres benefaitz fiſt une Egliſe en le dit Chaſtell ou les gentz de la ville puiſſant aver ſon Sacraments, et pertant eſt l'egliſe la primere Egliſe du* Rome.

L'an de Grace quarte Centz ſeiſſante neuiſme, regna in Bretaigne Arthour *le glorious; ceſti amenda le dit Chaſtiel en pluſieurs choſes, et fiſt la Sale, que ore eſt appelle* Artour-ſale; *et la Chambre ſa femme eſt appelle* Guaonebour (*id eſt*) Thalamus Guanguare.

Toſt apres cel temps, revindront les Saxoyneys *hors* d'Almaigne, *et conquiſtrent la terre de* Bretaigne, *et enchacerent les* Bretoygnes *en* Galeis, *et la ſe teinont uncore el ſont appelles* Galeis, *et les* Saxons *ſont ore appellez* Engleis. *Et quant les* Saxons *avoient conquis la terre, il departirent le Regne en pluſieurs parties;* Hengiſt *qui feut lour* Duke Cheifetain, *regna en* Kent. Cherdic *regna in* Weſtſex. Ida *regna en* Northumberland. Uffa *regna en* Eſt-Angle. Erkinwin *regna en* Eſſex. Crida *regna en* Mercheneriche. *Et pur ceo que touz ceux eſtoient Paiens, il deſtruerent les Egliſes par tote la terre et ouſterent les Chriſtiens.*

L'an de Grace cinque cens quatre vintz et ſeiſzime, S. Gregorie *Pape envoia en* Engleterre *ſon couſin Seint* Auguſtin, *et autres pluſiers moignes ad le, pur precher la Foy Chriſtiene as* Engleis. *Adonques Regna en* Kent Adelbert *qi á la doctrine S.* Auguſtin, *devint Chriſtien ad touz ſes gentz, et enſi feſoient touz les autres gentz en la terre per les Docteurs qui* S. Auguſtine *lour envoia: Celi* Adelberd *avoit un fits qui avoit a nom* Adelbold, *qi apres la mort ſon pere ſe regna et devint Paien, et enchacea les gentz de ſainte* Egliſe *hors de ſon Royaulme. Adonques l'Erceveſque de* Canterb. Laurentz, *qui fuſt precheur apres* S. Aug. *voleit od ſes autres eſtre alez hors de terre. Mes* S. Pierre *apparut a li, et li commanda q'il alloſt hardiment au Roy, et li repreiſt de ſa maveſte: Il fiſt enſi, et per la Grace de dieu, le Roy repenti, et devint devout a dieu et Religious. Ceſti* Aldelbold *ordina vint et deux Chanoignes ſeculers en le dit Chaſtel, à deſervir ſa Chappelle; et lour donna vint et deux Provendres. les ditz Chanoignes demorerent en Chaſtell Cent et cinq ans et teindrent grant hoſtiell et bele meſme, et alerint miz et hors a la port du Chaſtell nuit et jour à lour volunte enſe qe les ſerjauntz le Roy qi guardoient le Chaſtell, ne les poient meſtrier ne lour guardes ſurement garder perount, ſovent il ſe entremellerent de contoks et de combatementz.*

L'an de grace ſis centz quatre vints et ſeize, le Roy de Kent Withred *appercevant et penſant qe perill qe poaiat avenir a ſon Chaſtell per ſes Chanoingnes q'enſi entrerent et iſſeront hors du droit temps, et q'il occuperent trop le dit Chaſtell, fit un Egliſe de* S^{t} Matt. *pur eux aval, en la vile de* Doure *Et les remue de dit Chaſtell et les mit illoeqes od lour provendors et franchiſes et privileges anſi entirement, come il les avoient ou en Chaſtell. Et qu'il ne feuſſent entendant à nul Prelat, ne ordinarie, forſpris l'egliſe de* Rome *forſq; ſoulement a Roy. Illoeques demorrent les Chanoignes quatre Cens ans plus: Et pour ce qe ni avoit nule Egliſe en* Doure *forſq; la Egliſe de* S. Martyn *qe feu faite pur les Chanoignes, il feiſoient trois Egliſes pur les Parochiens ſervir, qe ſont uncore Chappells à* S. Martyn. *Les ditz Chanoignes, pour lour franchiſes devindront trop jolifs; qe nul home ne les poait chaſtier de lour mesfaitz; et mesfeſoient de femmes, et de damoiſelles, anſi bien de la Ville comme dehors.* Ao. D. 686.

L'an de Grace Mil et Centime, regna en Angleterre Henry *filz a* William *le Conquereur, ceſti feuſt bon Clerc, et homme devout a Dieu. L'an de ſon reigne vint et quart, vint a li Erceveſq;* de Canterbiri, William Corboil, *& liſiſt un ſuggeſtion des diz Chanoignes, come il ſe meſpernoient, et ne poient eſtre chaſtiz pour les fraunchiſes et privileges q'il avoient du Roy; & diſoit qe s'il ne feaſt bein amender, il meiſms ſerroit culpables devant Dieu de leur pecche. Le Roy entende bien ſa reſon, et penſoit comment il les pout amender à cel temps qe l'egliſe de* Canterbery *devoit eſtre dedie: L'erceveſq;* William *la dedia, l'an de Grace Mil et Cent & trentiſm, et le Roy* Henry *y fuſt preſent. Adonqes donn le Roy à L'erceveſq; et ſes Succeſſors Erceveſques l'egliſe de St.* Martyn *de* Doure, *od les Provendres, Rentes & fraunchiſes, et quanq; appendant à cele Egliſe en tierre et en miere, et de celi fiſt ſa chartre, ordinant et commaundaunt, q'il meiſt gentz de Religion, qe chantaſſent et dieu ſerviſſent pur les almes de ſes Aunceſtres et de luy meſmes et de ſes heires; et deviſa en cela Chartre qe ceux Religious euſſent de eux meſmes fraunche election de Abbe; et qe l'Erceveſq; euſt ſa examination et la confirmation de leur election. Adonques le dit Erceveſq;* William, *commencea le novel Menſter, pres de la ville de* Dover. *dedeins la fraunchiſe, et avoit purpos de faire un Abbey de Chanoignes de l'ordre St.* Auguſtine, *mes il moreuſt einz q'l le poait per faire.*

L'an de Grace Mil Cenz cinqante tiers, regna en Engleterre Henry *le fitz* Maude *L'emperice, ceſti fit le haut Tour en le Chaſtel, et encloſt le Dongon de nouelx meurs; ceſti renovela per ſa Chartre à L'erceveſq;* Tybaud, *et à ſes ſucceſſours Arceveques, le doun ſon ael* Henry *le primier, de l'egliſe de* Doure; *et li commanda qi miſt Moygnes de l'ordre S.*Benedict, *ſelon l'ordinance du dit Roy; et q'il lour donaſt totes les rentes, poſſeſsions, provendres, et fraunchiſes qe appertenient à la viel Egliſe S.* Martin. *L'erceveſque* Tybaud *ſe fiſt enſi et miſt Moygnes en le dit Menſter; et lour dona ſa chartre plenere de toutes les provendres, poſſeſſions, rentes, ſervices, fraunchiſes, et totes autres choſes qeconques, qeunqes les Chanoignes de S.* Martin *aveient et uſees; et auſi entirement, comme il l'avoit de doun le Roy, Et s'il lour donna un Priour del Convent de* Canterbury, *nee mye perpetuel, mes à ſa volunte à repeller pur les novels Moignes lour ordre d'apprendre: et ſicomme les Chanoignes de la veile Egliſe de S.*Martin *devoyent, il miſt les Moygnes en poſſeſſion de lour provendres, juſqes taunt q'l en avoient vint provendres; mes deux de* Provendres *ſont encore demorez, q'l ne ont pas, d'ont L'erceveſq; tient un, ceſt aſzavoir* Dale; *l'Abbe de St.*Auguſtine *tient l'autre, ceſtaſavoir* Godſton; *mes* Quo warranto *homme ne ſcoet.*

En apres le dit Erceveſq; Tibaud, *ſaunz conge, et ſanz aſſent du Roy; et contre la fourme de la Chartre le Roy; et contre les privileges le Pape en Bulles, donna ſa chartre au Priour et au Chapitre de* Canterburi *qe le Priour de* Doure *feuſt à touzjours fait del Covent de* Canterbiri *et nemi d'aillours. Ce doun ad eſte encheſon et matiere de confuſion et deſtruction à la Maiſon de* Doure *à touzjours, de mal en pys. Nomy pur ce un Erceveſq;* Baldwyn, *per noun ne avoua mye cel doun, mes lour dona Priour de eux meſmes, ceſt aſſavoir* Oſberne, *qi moult amenda la Meſon en ſon temps.*

L'an de grace Mil et deux centz ſeiſſante anziſme, regna le noble Roy Edward, *filz au Roy* Henri, *pere à noſtre ſigneur le Roy q'ore eſt: L'an de ſon Regne treſziſm, le Priour de* Dour, Anſelme; *Moigne de* Canterbirie, *avoit tant de gaſte les beins di lour egliſe, qe les Moignes n'avoient dont vivre, ne eſtre veſtuz: et ſi avoit il endette la Maiſon, de Mil et Centz marcs. Adonques il le encuſerent de dilapadation, et le engetterent come cele qi neſtoit pas profitable: le Priour de la* Trinitie, *et ſon convent meintenant aloient procurant l'Erceveſq;* Johan, *q'il donnaſt Priour a* Doure *un del Convent de* Canterbiri *et diſſoiet qe ce eſtoit lour droit à tous jours uſee puis la fundation de la Maſon de* Doure: *les Moignes de* Doure *entendirent ce et feſoient, aſſavoir au Conſeil noſtre Segneur le Roy. Per quoy le Priour de* Canterb. *fuſt appellez en juggement a monſtrer per quoy droit il feſoit cel chalange.*

A la fin il monſtre la Chartre l'Erceveſq; Tybaud, *q'il lour avoit fait ſaunz aſſent du Roy, ſicome deſſus eſt dit, la choſe feuſt depute en la Court le Roy; et pur ce qe l'Erceveſq; avoit paſſe l'ordinance à la volunte du donnour, agarde feuſt qe cele Chartre n'avoit nule valor, & enſi fuſt le Priour et le Chapitre de* Canterb. *forſjuge de lour demaunde: Et pur ceo qe l'Erceveſq; avoit tant meſpris contre la fourme dudit doun, agarde fuſt qe le Priour de* Doure, *feuſt pris en la meyn le Roy, et qe l'Erceveſq; queiſt grace du Roy, s'il vouſiſt mes joir la voeſon de la dit maiſon. Et adonqes le Roy commanda, q'il euſſent fraunche election de lour Priour, et qe l'Erceveſq; cele foitz li receuſt en nomm du Roy; en qi mein l'avoeſon eſtoit adonqes et uncore eſt. Et l'Erceveſq;* John *à lour nomination receuſt et fit Priour* Robert Whetacre, *Moigne de la Maiſon de* Doure, *qi eſtoit Priour vint et neof anns, et plus; et ore darrein moruſt. Enſi ad le Maiſon de* Doure *eſtre en poſſeſſion de Priour de eux meſmes per agard, et per jugement de la Court noſtre Signeur le Roy, et d'illoeqes juſqes a taunt qe le dit Priour* Robert *ſe leſſa morir.*

A° DCXCVI. Hic fundavit *Wictredus* Rex veterem eccleſiam *S. Martini* Dovor.

A° MCXXXI. Novum opus eccleſiæ *S. Martini* Dovor inceptum eſt à *Willielmo de Curboil* Archiepiſcopo.

A° MCXL. Monachi introducti ſunt in eccleſiam Dovor à *Theobaldo* Archiepiſcopo [* loco Canonicorum.]

Ex Annalibus *S.Martini* Dovor in bibl. *Cottoniana* (ſub effigie *Julii D.5.*)

* Chron. Eccleſiæ S. *Aug.* Cantuar. in bibl. *Cotton.*

Ex

Ex Chronicis Dovarenſis *Monaſterii.*

Lel. Col. Vol.3. p. 50.

D*E Julio Caſare* qualiter venerit in *Britanniam* patet ad plenum in libro *Britonum:* Qualiter autem fugatus fuerat à *Caſſiballano*, patet ibidem, & etiam in libro *Lucani*, ubi dicit,de eodem *Caſare* loquens.

Territa quaſitis oſtendit terga Britannis.

Quod autem habuerit bellum dictus *Caſar* cum rege *Caſſiballano* ſuper **Berhamdone** patet ad oculum, per acervos ſuper eundem montem, ubi corpora occiſorum, cumulatim ſepeliebantur, non longè à villa quæ vocatur **Bregge**.

De *Arvirago* rege, quod probus fuerat, prudens, & bellicoſus, teſtatur liber *Britonum*; Quàm autem formidabilis fuerit Romanis, teſtatur *Juvenalis* Poeta, ubi loquitur de quodam adulatore loquente ad *Neronem Caſarem* verba conſolatoria, dicente.

Regem aliquem cupies aut de Temone Britanno
Excidit Arviragus.

Quod verò hic Rex firmaverat caſtrum **Dovor** per hoc veriſſimè colligi poteſt; quod quando cepit rebellare Romanis, muniverit terram ſuam multis caſtris & munitionibus, & precipuè ſuper maritima. Hinc veraciter conjiciendum eſt, quod illa loca quæ faciliùs patebant hoſtibus, firmaverit diligentiùs; ſcilicet **Richeburg**, **Walemere**, **Dover** & **Haſteng**.

De Regio *Lucio* primitùs Chriſtiano, quod fecerit Eccleſiam in dicto caſtro fidenter dicendum eſt; quod etſi novam Eccleſiam non fundaverit,quod eſt incertum,ſine dubio antiquum templum Idolorum ibidem exiſtens in Eccleſiam Chriſti convertit. Hoc enim legitur in libro *Britonum*,ac etiam in Chronic.Rom.Pont: quod idem Rex ad doctrinam *Damiani* & *Faganii* ſacerdotum, qui, cum docuiſſent fidem Chriſti, omnia templa Idolorum in regno ſuo converterat in Eccleſias Chriſti, & pro Flaminibus conſtituerat Epiſcopos, & pro Archiflaminibus Archiepiſcopos. Flamines vocabantur eo tempore principes ſacerdotum idolorum.

De Rege *Arturo* & Regina *Guevara* ſatis celebria ſunt geſta; ſed de promotione Caſtri per eos,nihil reſtat memorabile,præter nomina Aulæ & Cameræ,& adhuc exiſtentium, & nomina habentium ab eis. Et quædam oſſa *Walwani*,militis ſui fortiſſimi,qui occiſus fuit propè **Dovor** in bello habito inter *Arturum* & *Moderum* proditorem. Adhuc ſervantur oſſa in caſtro.

De Rege *Eadbaldo* filio *Ethelberti*, qui poſt baptiſmum rediit ad idola,& fugarit Epiſcopos & Sacerdotes,multa poſſunt inveniri in vita beatæ *Mildretha*; & qualiter revocatus ſit ad fidem per *Laurentium* Archiepiscopum; qui *Laurentius* injunxit ei in remiſſionem peccatorum, ut Eccleſias ditaret, ſicut priùs deſtruxerat, & clericos foveret quos perſecutus fuerat; Quod hic ordinaverit ſtatum Canonicorum in caſtro liquidò colligi poteſt ex hoc, quod antiquâ famâ referente,Canonici reſederint in caſtro centum annis & ampliùs. Computet qui voluerit tantum temporis fluxit à tempore regis hujus uſq; ad *Withredum* Regem, qui tranſtulit Canonicos ad Eccleſiam beati *Martini* in villa **Dovor**; Et quia diu hic Rex regnavit, poſt pœnitentiam ſuſceptam, ſemper vacans Eccleſiis reparandis & ædificandis,credibile ſatis eſt,quod Capellam ſuam in caſtro inter cæteras, dicaverit & dotaverit.

De *Withredo* rege,quod ædificaverit veterem Eccleſiam in villa **Dovor**, teſtantur veteres Chronicæ; nec quicquam inde manet dubitabile.

Quod Canonici, qui remoti fuerunt de caſtro, manſerunt in Eccleſia veteri beati *Martini CCCC* annis & ampliùs, patet per annos Regum qui regnaverunt poſt *Vithredum* uſq; ad *Henricum* filium *Guillelmi* Conqueſtoris. A tempore verò ipſius uſq; nunc omnia liquida ſunt.

*Ex Chron.*Dovarenſis *Monaſterii.*

Lel. Col. Vol.3.p. 132.

E*Adbaldus Ethelberti* magni filius, motore *Laurentio* Archiepiſcopo, inſtituit Canonicos in Eccleſia caſtri de **Dovar**, Canonici remoti à caſtro in villam de **Dovar**, procurante *Withredo* rege;qui Eccleſiam S. *Martini* in villa de **Dovar** pro eis conſtruxit, ubi manſerunt *CCCC.* annis & ampliùs. *Henricus* primus Canonicos in collegium monachorum convertit, novo in hos uſq; conſtructo monaſterio.

Ib.p.188.

Edwardus tertius conceſſit *Simoni Iſlep* Epiſcopo *Cantuar.*ut uniret Prioratum de **Dovor** Prioratui Eccleſiæ *Chriſti Cantuariæ*; hac lege, ut nullus eſſet Prior de **Dovor** niſi ex numero monachorum *Cantuariæ.*

Carta Regis Henrici *primi filii* VVill. *Conqueſteris,facta,* VVillielmo Corboyl *Archiepiſcopo, Fundatori.*

Ex. cod. MS. S. *Martini.* de **Dover** fol. 1.

H*Enricus* Rex *Anglorum* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus,Vicecomitibus,& omnibus filiis ſanctæ Eccleſiæ per *Angliam* conſtitutis, ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in Eleemoſynam Deo & *Willielmo* Archiepiſcopo *Cantuar.* & *Eccleſiæ Chriſti*, quæ eſt *Cantuariæ*, & per eos omnibus ſucceſſoribus ſuis ſibi Canonicè ſubſtituendis, pro ſalute animarum Parentum meorum,& pro ſtatu & incolumitate Regni mei, Eccleſiam beatæ *Martini* de *Dovora*,cum omnibus quæ ad eam pertinent, in terra et mari,in*Theloneo* & omnibus aliis pertinentiis ſuis, ad ordinem Canonicorum Regularium in eadem Eccleſia *Dovor.* conſtituendum; & ut ejuſdem ordinis Abbas in ea conſtituatur per Canonicam electionem ipſius Capituli de ſeipſo,aſſenſu & examinatione Archiepiſcopi;quæ Eccleſia in propria manu & dominio & protectione Archiepiſcoporum ſit,tanquam quæ ſua Dominica eſt. Nec eam liceat ulterius in alterius religionis ordinem in poſterum tranſmutari. Hanc itaq; donationem & conceſſionem meam factam, & ab omnibus ſubſcriptis collaudatam confirmo, & Regia authoritate, & à Deo mihi tradita poteſtate, illibatè, inconcuſſèq; permanſuram corroboro.

Teſtibus omnibus iſtis ſubſcriptis, in quorum audientia hoc factum & confirmatum eſt; ſcilicet *Thurſtano* Archiepiſcopo *Ebor.* & *Hugone* Archiepiſcopo *Rothomag.* & *Rogero* Epiſcopo *Sarisb.* & *Henrico* Epiſcopo *Wynton.* & *Gilberto* Epiſcopo *London.* & *Willielmo* Epiſcopo *Exon.* & *Roberto* Epiſcopo *Hereford.* & *Alexandro* Epiſcopo *Lincoln.* & *Simone* Epiſcopo *Wyrceſt.* *Ebroino* Epiſcopo *Norwicenſi*, & *Godwino* Epiſcopo *Bathonienſi*, & *Galfrido* Cancellar. & *Roberto* de Sigillo. & *Nigello* nepote Epiſcopi. & *R.* Comite *Glouceſt.* & *Willielmo* Comite *Warren.* & *Ranulpho* Comite *Ceſtriæ*, & *R.* Comite *Legr.* & *Brieno* filio Comitis, & *Hugone Bigoto*. *Hunfrido* de *Boun*. *Milone* de *Gloceſt.* *Pagano* filio *Johannis*. *Richardo* filio *Gilberti*. *Roberto* de *Veer*; *Roberto* de *Eſſex*. *Richardo Baſſet*, *Albrico* de *Veer*, & multis aliis, apud **Northampton** dat. & conceſſ. ſet apud *VVeſtmonaſterium* confirmata, communi celebrato Conſilio, Anno ab incarnatione Domini *Milleſimo* C°. triceſimo primo peract. fæliciter in Chriſto Jeſu Domino noſtro, Amen.

Confirmatio Innocentii *Papæ ſuper Cartam* H. *primi*.

Ibid.

INnocentius ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri *VVillielmo* Cantuar. Archiepiſcopo, ejuſq; ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Deſiderium, quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur, ſine aliqua dilatione eſt complendum, & quotiens illud a nobis petitur, quod rationi cognoſcitur convenire, animo nos decet libenti concedere, & juſtè petentium votis congruum impertiri ſuffragium. Tuis igitur, frater Willielme Cantuar. Archiepiſcope, rationabilibus poſtulationibus ex Apoſtolicæ ſedis conſueta benevolentia clementer annuimus, & Eccleſiam beati *Martini* de *Dovora* à kariſſimo filio noſtro *Henrico* illuſtri & glorioſo *Anglorum* rege, tibi & Eccleſiæ *Cantuar.* conceſſam, & præaptè confirmatam, cum omnibus quæ in præſentiarum juſtè & legitimè poſſidet, aut in futurum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis rationabiliter poterit adipiſci, tibi & Cantuarienſi Eccleſiæ, ac per vos ſucceſſoribus veſtris in perpetuum confirmamus. Prædicti ergo filii noſtri *Henrici* Regis precibus annuentes decernimus, ut in præfatâ beati *Martini* Eccleſia Ordo Canonicatus ſecundùm beati *Auguſtini* regulam ſtatuatur, & futuris inviolabiliter conſervetur temporibus. Abbas verò qui fratribus præſit & profit, juxta eandem in prænominatâ Eccleſia eligatur.

Si quis itaq; huic noſtro decreto auſu temerario contraire tentaverit, honoris & officii ſui periculum patiatur, & excommunicationis ultione plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit. Conſervantes autem, à patre miſericordiarum & totius conſolationis Deo coronam perpetuam & beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* deſiderabilem gratiam, conſequantur.

Carta Regis Henrici *ſecundi, per quam conceſſit Eccleſiam* S. Martini *de* Dovera, Eccleſiæ Chriſti *Cantuariæ*; *& quod regula S.* Benedicti, *de cætero obſervetur in eadem.*

Pat. 8. *E.* 2.p.2.m. 12.per Inſpex. Videſis Pat.30.*E.* 3.p.1.m.3.

HEnricus Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquit.* Comes *Andegaviæ*; Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe in elemoſinam & perpetuam poſſeſſionem Deo & Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* & Archiepiſcopo *Theobaldo*, & omnibus ſucceſſoribus ejus ſibi canonicè ſubſtituendis, Eccleſiam beati *Martini* de *Dovera*, cum omnibus quæ ad eam pertinent, in terra, & in mari, & in thelonio, cum veteri decima allecium, & cum nova decima piſcationis totius anni, quam Burgenſes *Doveriæ* dederunt & ſuper altare optulerunt, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, quas in præſenti poſſident, vel in futuro juſtè adquirere potuerint, pro ſalute animæ meæ & parentum meorum, & pro remiſſione peccatorum meorum, & pro ſtatu & incolumitate regni mei; & præcipuè pro anima regis *Henrici* avi mei, ejuſdem Eccleſiæ primi donatoris. Statuo ergo & regia auctoritate corroborando præcipio, ut ordo monaſticus in prædicta Eccleſia beati *Martini*, autoritate beatæ memoriæ *Innocentii* Papæ, & *Theobaldi Cantuarienſis* Archiepiſcopi inſtitutus, ſecundùm regulam beati *Benedicti*, inviolabiliter de cætero imperpetuum conſervetur; Nec ulli hominum omnino liceat ulterius Eccleſiam prædictam in alterius religionis ordinem tranſmutare. Volo etiam & regia auctoritate præcipio, ut ſæpedicta Eccleſia beati *Martini* in manu & dominio *Theobaldi* Archiepiſcopi, & omnium ſuccedentium ſibi Archiepiſcoporum ſemper permaneat; & nullum niſi *Cantuarienſem* Archiepiſcopum diſpoſitorem, ordinatorem, exteriorum vel interiorum unquam habeat. Quare volo (*&c.*) T. *Rogero* Archiepiſcopo *Eborac.* *N. Elienſi*, *Rodberto Lincoln.* Epiſcopo, *Thoma* Cancellario, *Johanne Eboracenſi* theſaurario, *Rogero* filio Comitis *Gloc.* *Ricardo Peccato* Archidiac. *Frogero* Archid. *Nicholao* de *Hamtune*; Comite *Reginaldo*; Comite *Hugone*, *Henrico* de *Eſſex* Conſtabulario; *Ricardo* de *Humet*, *Rodberto* de *Dunſtanvill*, *Manaſero Biſet* dapifero; *VVillielmo* de Belcamp, *Henrico* de *Pomeray*, *Johanne* Mareſcallo, apud *Doveram*.

Literæ Patentes Regis Edwardi, *de unione præfati Prioratus* Eccleſiæ Chriſti Cantuariæ.

Pat.30.*E.* 3.p.1.m.3.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod, de gratia noſtra ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, venerabili patri *Simoni* Archiepiſcopo *Cantuariæ*, quod ipſe Prioratum de Dovor, qui de patronatu ſuo exiſtit, & de ipſo Archiepiſcopo in puram & perpetuam elemoſinam tenetur, ſicut per Inquiſitionen inde per dilectum nobis *Gilbertum* de *Helles* Eſcaetorem noſtrum in Comitatu *Kanc.* de mandato noſtro captam, & in Cancellaria noſtra retornatam, eſt compertum: Qui etiam Prioratus in terris & poſſeſſionibus vaſtatus, & rebus & facultatibus, pro defectu boni regiminis, adeo eſt collapſus, quod de relevatione ejuſdem, niſi indè aliter ordinetur, veriſimiliter deſperatur, ut accepimus; unà cum terris & poſſeſſionibus & juribus ad eundem Prioratum pertinentibus, Prioratui Eccleſiæ *Chriſti Cantuar.* annectere poſſit & unire, juxta ordinationem ipſius Archiepiſcopi, in hac parte faciendam; ita quod Prior dictæ Eccleſiæ *Chriſti* juxta dictam ordinationem, annexum & unitum, recipere, habere & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis, & inde licitè diſponere valeant in perpetuum, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum ballivorum ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcunq;; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante; dum tamen cultus divinus, & alia pietatis opera in eodem Prioratu *Dovoriæ* antiquitùs ſtabilita & ordinata, abſq; ſubſtractione ſeu diminutione foveantur, & debitè conſerventur. In cujus &c. T. Rege apud *Weſtm.* XX°. die *Maii.*

PRIORATUS

de Bodmyn *in agro* Cornubienſi.

Carta Regis Henrici *tertii, manerium de* Newton *Canonicis de* Bodmyn, *olim conceſſum, confirmans.*

Cart. 57. *H* 3. m. 9.
Vide Pat. 3. H. 6, p. 1. m. 11.

REX Archiepiſcopis, (*&c.*) ſalutem. Quia accepimus per Cartam *Eadredi*, quondam Regis *Angliæ*, quam inſpeximus, quod idem Rex conceſſit, & confirmavit pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, dilectis nobis in Chriſto Priori, & Canonicis de Bodmine, manerium de Niwetone cum pertinentiis, in Comitatu *Devoniæ*, quietum ab omni ſervitio ſæculari, exceptis Deo orationibus: Et per Inquiſitionem quam fieri fecimus, ſimiliter accepimus, quod iidem Prior, & Canonici, & eorum homines in dicto manerio, quieti ſint de ſectis Comitatus *Devoniæ*, & Hundredi noſtri de Shefbiri, & turnorum Vicecomitum per eandem Cartam: nos prædictam quietantiam, cum omnibus aliis libertatibus, in Carta illa contentis, ratam habentes, & gratam, eam pro nobis, & hæredibus noſtris, concedimus, & confirmamus, ſicut Carta ejuſdem Regis *Eadredi*, quam inde habent rationabiliter teſtatur. His teſtibus *Guidone Luzigan*, & *Willielmo* de *Valencia*, fratribus noſtris; *Petro* de *Sabaudia*, *Johanne Maunſel* præpoſito *Beverlaci*; *Radulfo* filio *Nicholai*; *Bertramo* de *Cryol*; *Petro Chaceport*; Magiſtro *Willielmo*, de *Kilkenni* Archid. *Coventriæ*; *Nicholao* de *Sancto Mauro*; *Johanne* de *Geres*, & aliis: Datum per manum noſtram apud *VVeſtmonaſterium* quinto decimo die Martii.

PRIORATUS

S. Germani *in agro* Cornubienſi.

De prima fundatione ejuſdem.

Pat. 7. R. 2. p. 1. m. 24. per Inſpex.

INquiſitio capta apud *Lyskird* die *Jovis* in vigilia Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, anno regni regis *Edwardi* tertii poſt conqueſtum *Angliæ XXX ii°.* coram *Johanne* de *Skyrbek* Eſcaetore domini regis in Com. *Cornub.* virtute cujuſdam Brevis dicto *Johanni* directi, & præſentibus conſuti, per Sacramentum *Gervaſii Bray* (*&c.*) qui dicunt per Sacramentum ſuum, quod quidam Rex *Angliæ*, nomine *Knout*, dedit Deo & Eccleſiæ S. *Germani* & ibidem Deo ſervientibus terras & tenementa in Brevi contentas; & tunc fuit ibidem ſedes Epiſcopalis *Cornub.* & Epiſcopus nomine *Brythwoldus*, ac Canonici ſeculares. Demum regnante *Knout* rege prædicto, quidam *Lyvingus* Epiſcopus *Cryditonenſis* optinuit Epiſcopatum *Cornubiæ*, poſt mortem prædicti *Brythwoldi*, qui ultimus fuit *Cornub.* Epiſcopus, uniri cum Epiſcopatu *Cryditonenſi.* Cui *Livingo* ſucceſſit *Leofricus*, qui optinuit illos duos Epiſcopatus, ſic unitos, uſq; tempus beati *Edwardi* Regis & Confeſſoris; Qui quidem *Edwardus* de præcepto & aſſenſu Papæ *Leonis*, tranſtulit ſedem *Cryditonenſem* in Civitatem *Exonienſem.* Et poſtea idem *Leofricus* Epiſcopus fundavit apud S. *Germanum* Prioratum Canonicorum regularium, Canonicis ſecularibus amotis: Et ſic eſt dictus Prioratus de fundatione & patronatu Epiſcopi *Exonienſis*; & continuatum hucuſq;, & Epiſcopus *Exon.* qui pro tempore fuerit, habet vacationes Prioratus prædicti, cum contigerint, & habuit à tempore cujus contrarii memoria non exiſtit. Dicunt etiam quod Priores & Conventus Prioratus prædicti, dimiſerunt & conceſſerunt anteceſſoribus dictorum tenentium terras & tenementa in Brevi contenta, in feodo ſimplici; tenenda de eiſdem Priore & Conventu per redditus & ſervicia in cartis eorum non indentatis limitata. Et dicunt quod terræ & tenementa prædicta fuerunt tunc aſſeſſa & dimiſſa pro vero valore eorundem; & ultra redditus & ſervicia prædicta tunc non valuerunt. In cujus rei teſtimonium Sigilla prædictorum Juratorum præſentibus ſunt appenſa. Dat. die loco & anno ſupradictis.

De unione Eccleſiarum S. *Germani* in *Cornubia* & de **Crediton** in com. *Devon.* *Exonienſi* Epiſcopatui, vide *Cart.* 3. & 4. *H.* 4. *m.* 4.

Dotatio prima ejuſdem, per Regem Canutum.

Inter Brevia Regis & Recorda de anno. 32 E. 3. (bund. 2. n. 5.)

IUratores dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod quidam Rex *Angliæ*, nomine *Knout*, dedit Deo & Eccleſiæ *S. Germani*, & ibidem Deo ſervientibus, terras & tenementa in Brevi contenta (*ſcil.* tria meſſuagia & duas acras terræ & dimidiam cum pertinentiis in **Laurake** in Com. *Cornubiæ.*) Et tunc fuit ibidem ſedes Epiſcopalis *Cornub.* & Epiſcopus nomine *Brithwoldus*, ac Canonici ſeculares. Demum, regnante *Knout* rege prædicto; quidam *Lyvyngus* Epiſcopus *Cryditoniæ* optinuit Epiſcopatum *Cornubiæ*, poſt mortem prædicti *Brythwoldi*, qui ultimus fuit *Cornubiæ* Epiſcopus, uniri cum Epiſcopatu *Cryditoniæ*: cui *Lyvingo* ſucceſſit *Leofricus*, qui optinuit illos duos Epiſcopatus ſic unitos uſq; tempus beati *Edwardi* regis & Confeſſoris. Qui quidem *Edwardus*, de præceptu & aſſenſu Papæ *Leonis*, tranſtulit ſedem *Crydytoniæ* in civitatem *Exoniæ*. Et poſtea idem *Leofricus* Epiſcopus fundavit, apud S. *Germanum*, Prioratum Canonicorum regularium, Canonicis ſecularibus amotis: Et ſic eſt dictus Prioratus de Fundatione & patronatu Epiſcopi *Exonienſis.* (*&c.*)

PRIORATUS.

de **Plimton** *in agro* Devoniæ.

Hiſtoria Fundationis.

Lel. Itinerar. in bibl. *Bodl.* Vol. 3. f. 23.

THe glory of this Towne ſtode by the Priorye of blake Chanons there buildyd and richly endowyd with Lands. The original beginnyng of this Priorie was aftyr this faſcion. One William Warwyſt, Biſhop of Exceſtre, diſpleaſid with the Chanons or Prebendaryes of a Free-Chapelle of the fundation of the Saxon Kinges, becauſe they wold not leve ther concubines, found meanes to diſſolve ther Colledge, wherein was a Dene or Provoſt and fower Prebendaries with other Miniſters. The Prebend of Plymton ſelfe was the title of one, and the Prebend of S. Peter and Paule at Suttoun, now caullid Plymmouth, another. Biſhop Warwiſt, to recompence the Prebendaries of Plymton, erectid a College of as many as were there at Boſenham in Southſax, and annexid the gift of them to his ſucceſſors, Biſhops of Exceſtre. Then he ſet up at Plymton a Priorie of Chanons-regular, and aftyr was there buryed in the Chapitre houſe.

Diverſe Noble men gave, after, Lands to this Priorie, emong whom was Walterus de Valletorta, Lord of Tremerton in Cornewall, and, as ſum ſay, of Totnes, but yet I know no certeinty of it. I know that he was a man of fair poſſeſſions about Plymouth, and that he gave unto Plymtoun Priorie the Iſle of S. Nicholas *cum cuniculis*, conteyning a two acres of ground or more, and lying at the mouth of Tamar and Plym ryvers. There were byried ſome of Courtneis, and divers other Gentilmen in the Chirch of the Priorye of Plymtoun.

Plimton-*Mary* ſtandith not upon Plym ryver, being diſtant almoſt half a myle from it; but it ſtandith on Torey-brooke by the Eſt ripe of it, wherby the lower and firſt buildings of the Court of the Priorie be almoſt clene chokid with the ſandys that Torey bringeth from the Tynne works. One Prior Martin, the third or fourth Prior of Plymton, buildyd the ſubſtance of the Chirche that there late ſtode.

Id eſt.

PRæcipuum hujus oppidi ornamentum, nigrorum Canonicorum fuit Prioratus ibi fundatus, & terris opulenter dotatus. Cujus Prioratus hujuſmodi fuit origo: Quidam *Willielmus VVarwiſt*, Epiſcopus *Exeſtrenſis*, irâ in Canonicos vel Præbendarios liberæ Capellæ à Regibus *Saxonicis* fundatæ, conceptâ, quod concubinas non relinquerent, viam Collegii ſui diſſolvendi invenit, ubi Decanus vel Præpoſitus erat, & quatuor Præbendarii, cum miniſtris aliis. Ipſa *Plimtonienſis* Præbenda alterius titulus erat, & Præbenda SS. *Petri* & *Pauli* apud *Suttonam*, hodie **Plymmouth** dictam altera. *VVarwiſt* epiſcopus, Præbendariorum *Plimtonenſium* compenſandi intuitu, tot (Præbendariorum) quot ibi erant, Collegium *Boſenhamiæ* in *Suthſexia* fundavit, & eorundem inſtituendorum jus ſucceſſoribus ſuis, Epiſcopis *Exceſtrenſibus*, annexuit. Apud *Plimtonam* autem Canonicorum regularium erexit Prioratum, ubi poſtmodum in domo capitulari ſepultus fuit.

E nobilium claſſe plures poſtea terras huic Prioratui contulerunt: inter quos quidam erat *Walterus* de *Valle torta*, Dominus de **Tremarton** in *Cornubia*, Et (ut quidam ferunt) de **Totnes**; hoc autem mihi incertum. Iſtud tamen ſcio, quod amplarum vir eſſet poſſeſſionum apud *Plymotham*, & quod inſulam S. *Nicholai*, cum cuniculis, duo ad minus terræ jugera continentem, & apud *Tamaræ* & *Plimæ* fluviorum oſtia ſitam, Prioratui *Plimtonenſi* dederit. *Courtneyorum* [familiæ] quidam, & plures alii viri generoſi in Eccleſia Prioratus *Plimtonenſi* ſepulti ſunt.

Plymton-*Mariæ* ſuper fluvium **Plym** [dictum] non ſtat; cum dimidio ferè lapide inde diſtet. Stat autem ſuper amnem *Torey* [dictum] ad ripam ejus orientalem, unde humiliora & priora curiæ ædificia ex arenis à ſtanneis operibus derivatis, & per **Torry** illatis, ferè obſtruuntur. *Martinus* quidem, tertius aut quartus Prior *Plimtonenſis*, integram quodammodo Eccleſiam ibi nuper exiſtentem conſtruxit.

De fundatione Prioratus de **Plimpton** *per VVillielmum Exonienſem* Epiſcopum.

Plac. coram. Rege apud *Weſtm.* de term. S. *Hill.* 2.R.2. Rot.20. *Devonia.*

THomas Epiſcopus *Exon.* liberavit domino Regi quandam petitionem ſuam, in hæc verba. *A treſpuiſſant et treſgracionſe Prince ſeigneur le Roy, et ſon honorable conſeil, ſupplie humblement voſtre Chappelein* Thomas *Eveſq; de* **Exceſtre**; *que come* Henry *fitz* William *Conquerour per ſa Chartre nadgairs rendy et reſtitua à l'eſgliſe de S.* Marie *et S.* Pier *de* **Exceſtre** *ſuſdite la eſgliſe de ſeint* Petroke *el counte de* **Cornewayle**, *en la quelle le Priorie de* **Bodemyn** *eſt fonduz; et auxi la Eſgliſe de* **Plimpton** *el counte de* **Devenſhire**, *et autres eſgliſes en les dues Countees, enſemblement ove les terres, diſmes, et autres choſes a ceo appurtenantes, come appiert per la Chartre le dit Roy* Henry, *dount la copie eſt eſcript en la does de la dit bille, in ces paroles.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ego *Henricus*, *VVillielmi* Anglorum primi Regis filius, totiuſq; *Anglia* Rex ac moderator; notum facio omnibus, Clero ſimul & populo, tam præſentis ſeculi quàm futuri, quia Dei miſericordia conpunctus pro abſolutione peccatorum meorum & ſalute animæ meæ, reddo & reſtituo S. *Maria* & S. *Petro Exon.* Eccleſiæ has ſubſcriptas Eccleſias, ita omnibus modis liberas & quietas, ſicut eas donatas eſſe à præclaris regibus prædeceſſoribus meis, ipſorum Cartæ teſtantur; Eccleſiam viz. S.* *Petroci*, ſancti *Stephani*, S. *Perani*, **Tohou** *probus*, cum omnibus terris & rebus ad eas pertinentibus, ita liberas & quietas ab omnibus geldis, querelis, & conſuetudinibus, ſicut fuerunt temporibus anteceſſorum meorum. Præter hæc autem tres Eccleſias in *Devonia*, quas piæ memoriæ *VVillielmus* Rex, pater meus, *Willielmo* Epiſcopo *Exonienſi*, dum adhuc Capellanus ſuus eſſet, dedit, Eccleſiam ſcil. de *Plintona*, de *Branctona*, & Eccleſiam S. *Stephani* intra ipſam civitatem *Exonia*, ipſis concedo & dono ſedi Epiſcopali *Exonienſi*, hæreditario jure imperpetuum optinendas, pro redemptione animæ meæ & patris mei, cum omnibus terris & Decimis & rebus ad eas pertinentibus, ita liberas & quietas ab omnibus conſuetudinibus & querelis, ſicut pater meus prædicto *Willielmo* eas dederat. Necnon & Eccleſiam de *Culitona*, quam ego præfato *VVillielmo* Epiſcopo dederam, ſimiliter concedo & dono ſedi Epiſcopali *Exonienſi*, pro remiſſione peccatorum meorum, cum terris & decimis, & omnibus rebus ad eam juſtè pertinentibus. Et ut hæc ita data inviolabiliter & inconcuſsè ſub æterno munimento permaneant, ſigno S. Crucis conſignata dimitto. Ego *Adeldis* Regina confirmo. Ego *VVillielmus Cantuar.* Epiſcopus confirmo. Ego Robertus Comes de *Glouceſtria* conſigno. Ego *Turſtinus Ebor.* Epiſcopus confirmo. Ego *VVillielmus* Comes de *Sudreia* conſigno. Ego *Rogerus Sarum* Epiſcopus confirmo. Ego *Rogerus* Comes de *VVarwyk* conſigno. Ego *Alexander Linc.* Epiſcopus confirmo. Ego *Robertus* Comes de **Legrecestre** conſigno. Ego *Ebrardus Norwicenſis* Epiſcopus confirmo. Ego *Hugo Bygotus*, dapifer, conſigno. Ego *Herveus Elienſis* Epiſcopus confirmo. Ego *VVillielmus Pirou*, dapifer, conſigno. Ego *Radulphus Ciceſtrenſis* Epiſcopus confirmo. Ego *VVillielmus* de *Albineyo* conſigno. Ego *Ranulphus Dunelmenſis* Epiſcopus confirmo. Ego *Nigellus* de *Albineio* conſigno. Ego *Robertus Coventrenſis* Epiſcopus confirmo. Ego *Ricardus* filius *Baldewini* conſigno. Ego *Theoldus VVygornienſis* Epiſcopus confirmo. Ego *Baldwinus* de *Redveriis* conſigno. Ego *Bernardus* de S. *David* Epiſcopus confirmo. Ego *Johellus* de *Barſtapla* conſigno. Ego *Ricardus Herefordenſis* Epiſcopus confirmo. Ego *Guido* de *Totteneys* conſigno. Ego *Godefridus Bathon.* Epiſcopus confirmo. Ego *Robertus* de *Cadentona* conſigno. Ego *Gaufridus* Cancellarius confirmo. Ego *Willielmus filius Odonis*, confirmo. Ego *Gaufridus* S. *Petri VVinton.* confirmo. Ego *Goſelinus* de *Pomereda* conſigno. Ego *Oſbertus* de *Tavyſtocha* confirmo. Ego *Raynaldus* de *Valletorta* conſigno. Ego *Turſtinus* Abbas de *Sireburna* confirmo. Ego *VVillielmus* filius *Ricardi* conſigno. Ego *Vincentius* Abbas *Abbendoniæ* confirmo. Ego *Herbertus* de *Alneto* conſigno. Ego *Safridus* Abbas *Glaſtonienſis* confirmo. Ego *Umfridus* de *Bohun* conſigno. Ego *VVillielmus* Abbas *Cernenſis* confirmo. Ego *VValterus* filius *Turſtini* conſigno.

* apud **Bodmyn**.

Sur qoi William *adonq; Eveſq; d'* **Exceſtre** *founda et ordyna la Priorie de* **Plimpton** *en la manſion de la Rectorie en dite eſgliſe de* **Plimpton**; *et dona la dite eſgliſe de* **Plimpton** *a les Chanons rewelers q'il myſt illoeques, ove terres, dyſmes, et toutes autres choſes a la dite Eſgliſe appurtenantz; quelle foundacion le dit Roy* Henry *per ſa Chartre confirma,* (*&c.*)

Carta Regis Henrici *primi, quod Canonici de* **Plimton** *ſint immunes de Geldis, &c.*

Cart.2.E.3.m.13.

R*Ex Archiepiſc. &c. ſalutem. Inſpeximus literas patentes Domini* H. *quondam Regis* Angl. *progenitoris noſtri in hac verba. H.* Rex *Angl. Ric.* fil. *Rald.* & *G.* de *Furnell* ſalutem. Præcipio vobis, quod permittatis eſſe in pace terram Canonicorum de **Plimton**, de quicquid inde requiritis de geldis & aſſiſis & omnibus aliis rebus, quia Epiſc. *Sarum* recognovit per Cartam de theſauro meo, quod ipſa ex toto ita quieta eſt, & ita, quod ipſa terra de *Weybiria* & **Colebrone** non in numero hidarum mearum eſt; & hoc idem teſtatur Epiſcopus per Breve ſuum quod inde habent. *T.* ipſo Epiſcopo *Sarum* apud *Weſtm.*

Ibid.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ibid. *Inſpeximus etiam Cartam Domini H. quondam Regis Angliæ progenitoris noſtri in hac verba H.* Rex *Angl.* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem: Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe Eccleſiæ & Canonicis regularibus de *Plimtonâ* duas hidas terræ de **Colebroc** & de *Wenbiria*, liberas & quietas de Danegeldis, & geldis, & aſſiſis, & ſcyris, & Hundredis & omnibus rebus, quæ ſunt extra numerum hidarum mearum, ſicut Carta Regis *H.* avi mei teſtatur; & omnes illas terras, quas Comes *Baldewinus* de *Radveriis*, & *VVido* de *Nuvant*, & *Robertus* filius *Martini*, & *Matillis Peurella* uxor ſua, & Vavaſores eorum eis in elemoſinam dederunt; videlicet in corpore manerii de *Plimtona* de dominio Comitis *Baldewini*, conductum aquæ per hortos hominum ſuorum ad officinas eorum. Et terram in eadem villa, quæ eſt inter viam quæ ducit à **Colbroc** ad mare; & *Plunirhigiam*, quam pater ſuus *Ricardus* eis dedit conceſſu ipſius *Baldewini:* & de feodo ipſius in eodem manerio, terram de *Biri*, quam *Nigellus* de *Plimtona* eis dedit. Et de feodo ejuſdem in villa *Ermintona*, *Swinſtanam*. Et dimidiam virgatam terræ in **Bureton**, quam *Robertus* fil. *Martini*, & *Matillis Peurell* illis dederunt. Et de feodo ejuſdē in **Sanford** dimidiam virgatam terræ, & dimidium ferlingum, quæ *Aſcelinus* eis dedit. Et de feodo ejuſdem in *VVidhe* dimidiam virgatam terræ, quam *Ric.* de *Holeweia* eis dedit. Et de feodo ejuſdem in *Blakeſtana* quater viginti acras terræ inter boſcum & planum, quas *Paganus* filius *Serlonis* eis dedit. Et de feodo ejuſdem in *Alfemeſtona* dimidium ferlingum terræ quam *Hugo* de *Alfemeſtona* eis dedit. Et in **Ebford** 1. *quarrariam*, quam *Goiſtenus* baſtardus eis dedit. Et de feodo *VVidonis* de Nuvant dimidiam **Waleford**, quam *Hugo* de *Waleford* eis dedit; & **Styreford**, quam *Fulco* filius *Anſgerii*, & *Adeliz* uxor ejus eis dederunt. Et *Cadewurdam*, quam *Rogerus* de *Polà*, & *Pomereius* frater ejus eis dederunt, ſicut Carta Regis *H.* avi mei teſtatur.

Præterea concedo eis & confirmo quicquid eis rationabiliter datum eſt; Ex dono Comitis *Baldewini*, **Garston**, exceptâ terrâ molendinarii in cujus excambio dedit eis totidem acras juxta *Dayereſdonam*. Et decimas molendini, quod ibi eſt; & partes decimarum quas ſervi habere ſolebant. Et in *Ermintona* terram *VVulwardi* nigri; & terram filii ſui, & terram cujuſdam viduæ, quas *Matillis Peurell* eis dedit in excambio terræ de *Killebiria*. Et ex dono Comitis *Ricardi* ſervicium de *Alfemeſtona*, conceſſu *Walteri Giffard* & *Euſtachii*, ſalvo ſervicio ejuſdem Comitis per denarios. Et in **Ebford** 1. ferlingū terræ juxta quarrariam. Et in *Uggaburghga*, *Luetonam* & 1. ferlingum terræ, quæ *Robertus* dimidius miles eis dedit. Et **Storterigge**, cum boſco; & Capellam *S. Martini* de *Blakeſtana*, cum omnibus quæ *Paganus* eis dedit. Et terram de *Tameſtona* & totam terram de *Bricſtaneſtuna*, cum boſco pertinente; & terram de *Anetona*, quam *Walt. Gifford* & mater ejus eis dederunt, cum quatuor hominibus; & terram de *Henemerdona*, & totam terram de *Watriſalla*; & *Langeſtdnam* & *Wudemanneſwella*, cum boſco; & *Rughadona*, & ſervicium *Roberti Hwite* de 1. ſtillingo terræ apud *Brentam*; Et medietatem decimæ piſcariæ de *Bikel*, & paunagii, & de mortuo boſco quantum eis opus fuerit; & virgas de boſco ad faciendum caulas ſuas: Et totam terram juxta hortum ſuum cum mora & prato & aqua & *Landford* quietam de quarta parte ſervicii unius militis.

Clamo etiam quietam prædictam Eccleſiam de *Plimtona* ab omni opere caſtelli de **Plimton** & Eccleſiam de *Anetona*, quam *Rogerus* filius *Stephani* de *Mandevilla* eis conceſſit & confirmavit. De feodo etiam *Rogeri* de *Nuvant*, **Westcireford**, quietam & liberam de omnibus rebus exceptis *Denegeld*, & murdro, ſicut idem *Rogerus* eis conceſſit, & per Cartam ſuam confirmavit. Et de feodo ejuſdem **Staghes**. cum omnibus appendiciis ſuis, & excluſagium de aqua de **Pelm**; & totam *Brutereſwurdam* ita liberas ſicut Carta *Rogeri* eis teſtatur. Et Eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Sidenham*, quam *Fulco* filius *Anſgerii* & *Adeliz* uxor ejus eis dederunt; & *Hordrunelandam*, quam *Rob.* fil. *Fulconis* eis donavit. Et in **Wurdshel**, ex dono Henrici de *Pin*, 1. ferlingum terræ; & ex dono *Godefridi* de *Weſtona*, terram de *Hamma*, quæ eſt ex occidentali parte viæ de molendino uſq; ad diviſam *Willielmi* de *Albamara*, conceſſu *Roberti Bulzun* Domini ſui; & ex dono *Mathillis* de *Pomereia* omnia tenementa ſua, quæ habuit in **Wideford**; & de feodo *Roberti fil. Martini*, *Miderdenam*, quam *Nich.* de *Buſeye Gaufrido* Priori vendidit; & **Wichstaneswurde** ex dono ejuſdem *Nicholai*. Et de feodo *Willielmi* Comitis *Glouceſtriæ*. Et ex dono *Walteri* de *Clavilla* Eccleſiam de *Buroldeſcumba*, & molendinum ejuſdem villæ, & Eccleſiam de *Morduna* & terram de *Fareweia*, & de *Benordewnda*. Et ex dono *Ricardi Pincerna*, & *Henrici* de *Cultura* Domini ſui, terram de **Langehinis**, cum omnibus appendiciis ſuis pro *V.* ſol. per annum.

Præterea concedo eis omnes terras & tenuras rationabiliter eis datas, de quibus Cartas donatorum habent vel dominorum feodorum. Concedo etiam & confirmo in perpetuam elemoſinam de unaquaq; Prebenda *Exonienſis* Eccleſiæ, primo anno poſt mortem & deceſſum Canonici ejuſdem Eccleſiæ, vel poſt vitæ mutationem *iiii.* libratas, ſicut Carta venerabilium Epiſcoporum *Roberti*, primi & ſecundi *Exonienſis* Eccleſiæ teſtantur. In *Cornubia*, Eccleſiam de **Landloho**, cum omnibus appendiciis ſuis, ita ut decedentibus ejuſdem Eccleſiæ Clericis, Præbendæ eorum in uſus Canonicorum regularium de *Plimtona* cedant. Et in civitate *Exon.* domum & hortos *Aſcelini* Archidiaconi, quæ *Will.* Epiſc. emit & Canonicis in elemoſinam dedit; Et terram quandam & domum in vico Auſtrali ſupradictæ Civitatis, quæ fuit

Clarembaldi; & terram de *Lulcacumba*, quam *Hugo* de *Salceto* eis dedit aſſenſu & confirmatione ejuſdem Epiſcopi. Et terram de *Stokeleia* de Eccleſia *Exon.* tenendam ad quartam partem ſervicii unius militis in denariis.

Et in *Cornubia* Eccleſiam ſancti *Antonini* Regis & Martyris, & Eccleſiam ſancti *Juſti* martyris, cum terris, decimis, libertatibus, & omnibus appendiciis ſuis, quæ *Robertus* Epiſcopus primus eis dedit; & ex dono *Roberti* filii *Martini* in manerio de *Dertintona* quartam partem terræ de *Fenna*; & *Ailricum* filium *Sameri* de *Kaleſtoc*. Quare volo (&c.) T. *Roberto* de *Novo Burgo*, & *Ric.* de *Humet* Cunſtabulario, & *Manaſſ. Biſet* dapifero, & *Henr.* de *Oilli Conſtab.* & Roberto de *Sancta Maria* Eccleſiâ; & *Hugone* de *Pirer.* apud **Brokeherſt**, &c.

Carta Regis Henrici *ſecundi, conceſſionem terræ de* **Peweton** *per* Robertum de Pontearchie *factam, confirmans.*

Cart. antiq. Z. n. 12.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. Sciatis me, ad petitionem *Roberti* de *Ponte-Arche*, conceſſiſſe & præſenti Carta noſtra confirmâſſe Eccleſiæ Apoſtolorum *Petri*, & *Pauli* de **Plimpton**, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus, totam terram de **Peweton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam, & perpetuam Elemoſinam, quia prædictus *Robertus* de *Ponte Arche*, aſſenſu *Matildis* uxoris ſuæ, & hæredum ſuorum dedit eis, & conceſſit in perpetuam & liberam Elemoſinam, & Carta ſua confirmavit; quia *Emma*, ſoror ejuſdem *Roberti*, ſponſa *R.* de *Riveriis* Comitis *Devoniæ*, eidem Eccleſiæ & Canonicis priùs in Elemoſinam dederat, ſicut Carta ejuſdem *Roberti* teſtatur. Quare volo, (&c.) Teſtibus. R. *Wintonienſi*, *G. Elienſi*, & I. *Norwicenſi* Epiſcopis, *Richardo* Theſaurario & pluribus aliis, apud *Weſtmonaſterium*.

Carta Willielmi *de* Curchi *de terra de* **Poſterigg**.

Ex autogr. in bibl. Hattoniana.

DOmino, & patri ſuo chariſſimo *Roberto* Dei gratia *Bathonienſi* Epiſcopo, *Willielmus* de *Curchi*, ſalutem. Sciatis quia conceſſi, & per Cartam meam confirmavi, Eccleſiæ Sanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* de *Plimptona*, & Canonicis ibidem Deo famulantibus, terram meam de **Poſterigg**, pro anima patris mei (&c.) quietam ab omnibus rebus, excepto ſervicio, quod Regi pertinet, quam *Rogerus de Rigni*, & *Mabilia*, & *Willielmus*, & *Baldewinus* & *Richardus* eorum filii, eidem Eccleſiæ in elemoſinam dederunt. Hii teſtes interfuerunt; Videlicet. *Alnodus* ſacerdos, *Willielmus* de *Baionvilla*, & *Robertus de Baionvilla*, & *Philippus* de *Carevilla*, & *Jordanus* de *Curchi* frater meus.

Carta Roberti Exonienſis *Epiſcopi, Donationem Eccleſiæ de Caſtello* Exoniæ, *per* Will. Avenel *factam, confirmans.*

Ex autogr. in officio Armorum.

ROberto Dei gratia venerabili *Exonienſi* Epiſcopo, Archidiacono, Canonicis ſuis, totiq; Conventui *Exonienſis* Eccleſiæ, *Baldwino* Comiti & *Ricardo* filio ejus, & omnibus Baronibus per *Devoniam* conſtitutis Francis & Anglis *VVillielmus Avenel* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & literis ſigillo meo ſigillatis confirmâſſe Eccleſiæ Sanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* de **Plympton**, ea quæ *Rannlphus* Pater meus & *Adeliz* ejus amita eidem dederunt & cartis eorum confirmaverunt, & nominatim Eccleſiam de Caſtello *Exoniæ* cum quatuor Præbendis & terris & decimis & omnibus redditibus ubicunq; ſint eidem Eccleſiæ pertinentibus; necnon Eccleſiam Sancti *Michaelis* de **Alſynton**; Eccleſiam quoq; ſancti *Andreæ* de **Chen**. Et ut dictum eſt etiam confirmo quæcunq; præfata Eccleſia ſive à patre meo, ſive ab **Adeliz** amita ſua data ſunt & cartis eorum confirmatæ. Cujus rei teſtes ſunt *Robertus* Epiſcopus *Exoniæ*, *Ricardus* filius Comitis, *Rogerus* de *Nuvant*, (&c.)

Carta Regis Edwardi *primi, per quam conceſſit Canonicis de* **Plimpton**, *quod de cætero habeant in Eccleſia de* **Landoho** *unum Vicarium & unum Capellanum ſeculares.*

Pat. 35. E. 1. m. 20.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod cum nuper in Curia noſtra coram dilectis & fidelibus noſtris, *Johanne* de *Berewyk* & Scociis ſuis Juſticiariis noſtris ultimo itinerantibus in Com. *Cornubiæ* præſentatum fuiſſet, quod quidam bonæ memoriæ *Edgarus* quondam Rex *Angliæ*, Prædeceſſor noſter dedit Canonicis de **Plympton** duas carucatas terræ, centum ſolidatas redditus cum pertinentiis in **Landoho**, & Eccleſiam ejuſdem villæ pro ſuſtentatione duorum Canonicorum ad divina ibidem celebranda & elemoſinam pauperibus erogandam, & pro peregrinis & aliis hoſpitandis pro anima dicti Regis & ſucceſſorum ſuorum; & quod hujuſmodi celebratio & elemoſinarum erogatio à tempore donationis prædictæ, ibidem factæ fuerunt uſq; ad principium quindecim annorum dictum iter Juſticiariorum noſtrorum prædictorum præcedentium; quo celebratio & elemoſinarum erogatio prædictæ ſubſtractæ fuerunt. Ac Prior dicti Prioratus de **Plympton** in dictâ Curiâ noſtrâ, coram præfatis Juſticiariis noſtris ſuper ſubſtractione hujuſmodi allocutus, aſſeruerit, quod quidam *VVillielmus* quondam *Exon.* Epiſc. de aſſenſu Capituli ſui *Exon.* dedit Eccleſiam prædictam cuidam *G.* tunc Priori de **Plympton** & Canonicis ejuſdem loci; & quod dictus Prior & prædeceſſores ſui, per donum dicti Epiſcopi & confirmationem celebris memoriæ Domini *H.* quondam Regis *Angliæ* proavi noſtri, prædictos terram, redditum & Eccleſiam tenuerunt abſq; celebratione divinorum, elemoſinarum erogatione, ſeu pe-

Vide Brevia Regis a. R. 2. n. 43. Et pat. 40. E. 3. p. 1. m. 44.

regrinorum hoſpitatione inde faciendis. Cumque per Inquiſitionem in dicta Curia noſtra coram præfatis Iuſticiariis noſtris, de præmiſſis, captam, in quam dictus Prior ſe poſuit, compertum fuiſſet, quod quidam prædeceſſor prædicti Prioris habuit prædictos terram, redditum, & Eccleſiam de dono prædicti Regis *Edgari* pro Cantaria, Elemoſinis, & hoſpitalitate ſuſtentandis in forma ſupradicta; & quod eadem Cantaria, Elemoſinæ, & hoſpitalitas à tempore donationis prædictæ per prædeceſſores prædicti Prioris ſuſtentatæ fuerunt, quouſq; ſubtractæ extiterant, ut eſt dictum, per quod dicta Curia noſtra conſideravit, quod prædictæ Cantaria, Elemoſinæ, & hoſpitalitas ſuſtentarentur, & quod Prior prædictus ad hæc diſtringeretur, ſicut per Recordum & proceſſum coram præfatis Juſticiariis noſtris inde habita, quæ coram nobis venire fecimus eſt compertum. Nos licet Prior & Canonici prædicti ad ſuſtentationem dictorum duorum Canonicorum, Elemoſinarum erogationem, & hoſpitalitatem juxta conſiderationem Curiæ noſtræ prædictæ teneantur: Attendentes nichilominus cultum divinum adeo honeſtè & congruè per præsbiteros ſeculares, quàm per religioſos extra Conventum in loco privato commorantes poſſe excerceri & ſuſtentari, ad requiſitionem dictorum Prioris & Canonicorum volumus & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod prædicti Prior & Canonici & eorum ſucceſſores, decætero habeant ad dictam Eccleſiam de **Landoho** unum Vicarium & unum Capellanum ſeculares divina ibidem celebraturos, & elemoſinarum erogationem & hoſpitalitatem nomine dictorum Prioris & Canonicorum, pro terra, redditu, & Eccleſia prædictis facturos imperpetuum. Nolentes quod iidem Prior & Canonici vel ſucceſſores ſui ad aliquos Canonicos ſeu alios, ultra dictos Vicarium & Capellanum, in dicta Eccleſia de **Landoho** ad prædicta pietatis opera excercenda, ſicut prædictum eſt inveniendos decætero teneantur, aut per nos vel hæredes noſtro, Juſticiarios, Eſcaetores, Vicecomites aut alios Ballivos ſeu Miniſtros noſtros quoſcumq; ad hoc aliqualiter compellantur. In cujus, *&c.* Teſte Rege apud *Karleolum xxvj.* die *Martij.*

De terra de **Poſtrigge** *per Canonicos de* **Plimton** Waltero *de* Kentelesberi *& hæredibus ſuis conceſſa, pro* xliijs. vj^{d}. *eis annuatim reddendis.*

Ex ipſo autographo in bibl. *Hattoniana.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Juliana* quondam uxor *Willielmi* le *Bret*, aſſignata virorum religioſorum Prioris & Conventus de **Plymton**, in ligia poteſtate & viduitate mea, tetigi & inſpexi, & ad inſtantiam *Johanna*, quæ fuit uxor *Johannis Trevet*, & *Hugonis* de *Popham*, tunc viri ſui, Cartam, quam frater *Robertus* Prior de **Plymton** & Conventus ejuſdem loci fecerunt *Waltero* de *Kentlesberi* & hæredibus ſuis de dono & conceſſione terræ de **Poſtrigge** in hiis verbis. Omnibus Chriſti fidelibus præſens Scriptum viſuris vel audituris, frater *Robertus* de **Plimton** & ejuſdem loci Conventus, ſalutem æternam in Domino. Noverit univerſitas veſtra, nos communi aſſenſu noſtro dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Carta noſtra confirmâſſe *Waltero* de *Kentelesberi* & hæredibus ſuis vel aſſignatis, pro homagio & ſervicio ſuo, totam terram noſtram de **Poſtrigge**, cum hominibus noſtris & ſequelis eorum, & cum omnibus aliis pertinentiis ad dictam terram pertinentibus. Tenendum & habendum ſibi & hæredibus ſuis vel aſſignatis, de nobis & ſucceſſoribus noſtris jure hæreditario in perpetuum liberè, quietè, pacificè, & integrè. Reddendo indè annuatim nobis & ſucceſſoribus noſtris quadraginta tres ſolidos, & ſex denarios legalis monetæ in Cella noſtra de *Mariſco*, quæ eſt ſita extra civitatem *Exonia* in parte occidentali, in Paſcha, pro omni ſervitio, querela vel demanda ad nos pertinente. Salvis tamen nobis Releviis & homagiis quandocunq; ſecundùm legem terræ acciderint. Idem verò *Walterus* & hæredes ſui vel aſſignati perſolvent ſervitium regale quantum pertinet ad dictam terram, & facient ſequelas omnimodas quæ debentur de jure de dicta terra aliquibus. Dictus verò *Walterus* & hæredes ſui vel aſſignati prædictam terram poterint aſſignare, vendere vel dare cuicuncq; voluerint, dummodo hoc nullo modo alicui Domui Religionis, nec in Judaiſmo pignori obligare præſumant.

Nos verò & ſucceſſores noſtri dictam terram cum pertinentiis dicto *Waltero* & hæredibus ſuis vel aſſignatis tenemur warantizare contra omnes gentes in perpetuum. Et ut noſtra Donatio rata & inconcuſſa in poſterùm permaneat, præſens ſcriptum Sigilli Monaſterrii noſtri impreſſione roboravimus, Hiis teſtibus, Dominis *Willielmo Malet*, *Hugone Fichet*, *Roberto* de *Chilton*, *Willielmo Fichet*, *Thoma Trevet*, *Roberto* de *Eſton*, *Roberto* de *Coker*, & aliis. Hanc verò Donationem, conceſſionem & præſentis Cartæ confirmationem in omnibus ſuis articulis, ego dicta *Juliana* pro me & hæredibus meis ratam habens, eidem *Johanna* & hæredibus ſuis vel aſſignatis, & in omnibus articulis ſuis confirmo & concedo in perpetuum; Habendam & tenendam de me & hæredibus meis in perpetuum forma prædicta, Et reddendo mihi & hæredibus meis dicta *Johanna* & hæredes ſui vel aſſignati, redditum prædictum in termino prædicto apud **Maydenebroke**, juxta **Cedene**, & omnia alia ſervitia inde debita & conſueta faciendo. Ego verò *Juliana* & hæredes mei dictam terram de **Poſtrigge**, cum omnibus prædictis & ſuis pertinentiis dictæ *Johanna* & hæredibus ſuis, vel aſſignatis contra omnes mortales warantizabimus, acquietabimus & defendemus in perpetuum, pro ſervitio prædicto, ut prædictum eſt. Et ſi aliquo caſu contingente contingat dictam *Johannam* vel ejus hæredes ſeu aſſignatos ſuos in ſolutione dicti redditus dictis termino & loco deficere, tunc licitum ſit dictæ *Julianæ* & ejus hæredibus dictam *Johannam* & ejus hæredes vel aſſignatos per catalla ſua diſtringere, & averia ſua fugare & detinere ubicuncq; voluerit in Com. *Somerſet*, quouſq; de dicto redditu ad plenum fuerit ſatisfactum. In cujus rei teſtimonium præſentem Cartam ad modum cyrographi confectam ſigillo meo roboravi, & etiam dictus *Hugo*, Vir dictæ *Johanna*, ſigillum ſuum appoſuit. Hiis teſtibus, Dominis *Johanne* de *Acton*, *Roberto* de *Wodeton*, *Johanne* filio *Galfridi* militibus; *Hugone* le *Liff*, *Hugone* de *Maundeville*, *Willielmo Fichet*, *Waltero* de *Cantok*, & aliis. Datum apud **Somerton**, Juſticiariis Domini Regis tunc itinerantibus ibidem, tertio die poſt *Nativitatem* beati *Johannis Baptiſta*, Anno Regni Regis *Edwardi* octavo.

WALTHAMENSE

Cœnobium in Commitatu Eſſexiæ.

Carta Sancti Regis Edwardi *de poſſeſſionibus noſtris.*

Ex Regiſtro de *Waltham* in bibliothecà *Cottoniana* [*Tiberius*. C.9.] fol. 49.a. Et Cart. antiq. M. n. 1.

IN nomine Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, qui unus Deus in Trinitate ab omnibus ſe colentibus veneratur, & puro cordis affectu adoratur. Ego *Edwardus* Dei dono *Anglorum* Rex, in hujus mundi decurſu hujus ſeculi filiorum, qui juſti inveniuntur ſtudens exaltare cornu, utpote regalis imperii jure ritè roborati, accedant ad eum per callem juſtitiæ qui dat petentibus juſtè & religioſè vivere. Hæc tam beata commutatio dignè cenſetur in hoc ſeculo, ut ſui fælicitas tantum deliberaverit animi, quod mundialium gravedine cupiditatum poſtpoſitâ, velut granum frumenti à ſpinis ſuffocantibus, aliquando verò dumetis areſcentibus, decipiat in hunc tenorem emergi, ut divina virtute firmatus vigeat ſuo creatori & domino. Iſtas etenim inter tranſitorias mundi procellas cuidam meorum Comitum, onomate *Haraldo*, quandam terram, quæ antiquitùs ab incolis illius loci nuncupatur **Waltham** hæreditario jure conceſſi, cum omnibus ad ſe pertinentibus, campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis. Exhinc ſibi tantam Deus ſuæ pietatis gratiam contulit, ut inter momentanea mundi deſideria cogitaret fæliciter deſudando cœleſtia: Quinetiam ille, qui omnia in omnibus operatur ut vult, talem divinæ pietatis dulcedinem, ut ſupra memoravi, conceſſit ei, ut non ſolùm Dei cultor efficiatur, verumetiam Canonicæ regulæ ſtrenuus inſtitutor fieri credatur; nam hæc divinitùs fidei declaratione & operum exhibitione cæterarumq; Eccleſiaſticarum rerum plenitudine probavit eventus. Quis autem finis ejus deſiderii poſt hæc evenerit, ſapientia per *Solomonem* declarando prompſit, dum ait, *Juſtis dabitur deſiderium bonum.*

Enimvero rationali conſilio ditatus, ac ſuæ non inmemor conditionis, in præſcripto loco Monaſteriũ ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti & Sanctæ Crucis conſtruxit. Primùm concedens ei terram quæ vocatur **Northlande**, undè Eccleſiam villæ antiquitùs dotatam invenit. Poſt fundatum dehinc ſacræ fidei Monaſterium, ad normam Sanctæ Dei Eccleſiæ dedicari fecit honorificè, ob memoriam mei & conjugis meæ nomine *Æditha*, patris ac matris pro ſe ſuiſq; omnibus vivis & defunctis ſibi conſanguinitate conjunctis. Hoc enim perplurimis Sanctorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum reliquiis ornavit. Hoc non ſolùm terris (quarum vocabula poſt hæc ſunt recitanda,) verumetiam libris Evangelicis, veſtibus, ac diverſis ornamentorum generibus templo Domini congruentibus, qui divinis cultibus clarè ac dulcedine imbutus, attentiùs ſanctæ celebrationis templum excolere cœpit ac venerari. Quid plura? ſuæ deniq; conditionis non inmemor, ibidem, quorundam catervulam fratrum ſecundùm auctoritatem Sanctorum Patrum canonicæ regulæ ſubjectam conſtituit, quæ Deo & ſanctis ejus die noctuq; laudes hymnizando decantet.

Hæc ſunt vocabula prædiorum ad præfatum pertinentia Monaſterium, *Paſſefelda* cum omnibus ad ſe pertinentibus campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis. **Walde**, cum omnibus ad ſe pertinentibus campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis. **Upminſter** cum omnibus ad ſe pertinentibus campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis. **Walliſare**, cum omnibus ad ſe pertinentibus campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis. **Tippedene**, cum omnibus ad ſe pertinentibus campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis. **Alwartune**, cum omnibus ad ſe pertinentibus campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis. *Wodeforda*, cum omnibus ad ſe pertinentibus campis, paſcuis, pratis, ſilvis & aquis. **Lambehithe**, cum omnibus ad ſe pertinentibus campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis. **Neſingan**, cum omnibus ad ſe pertinentibus campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis. **Brikendune**, cum omnibus ad ſe pertinentibus campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis. **Melnho**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. *Alricheſeia*, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Wrmeleia**, cum omnibus ad & ſe pertinentibus. **Nethleſwelle**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Hicche**, cum omnibus ad ſe pertinentibus campis, paſcuis, pratis, ſilvis aquis. **Lukintone**, cum omnibus ad ſe pertinentibus. **Weſtwaltham**, cum omnibus ad ſe pertinentibus.

Has omnes ſupradictas terras ego *Edwardus* Rex pro redimendis peccatis meis & anteceſſorum, ſive etiam ſucceſſorum meorum, conſilio Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, necnon & Principum terræ meæ, Eccleſiæ *Sanctæ Crucis* & fratribus ibidem in Dei nomine congregatis ſive congregandis concedo, cum *ſacha*, & *ſocha*, *tol*, & *team*, & **infangenethof**, & **flemeneſfyrinthe**, & **gridbreche**, **forſtal**, **hamſokne**, **blodwite**, **ordel**, & **orreſt**. Si verò aliquis ſucceſſorum meorum, quod abſit, de terris iſtis quicquam ſubſtraxerit vel ſubſtrahi permiſerit, & inde requiſitus emendare noluerit, ei Deus juſtus Judex, Regnum pariter & coronam auferat. Nos autem Archiepiſcopi & Epiſcopi ad hanc confirmationem congregati ex præcepto Domini noſtri Regis, ejuſdem hortatu excommunicamus

municamus & maledictione perpetua condempnamus omnes tranſgreſſores hujus conſularis donationis & regularis conceſſionis.

Ðiꞅ ꞅẏnꝺ þa lanꝺ ᵹemæꞃa inꞇo Paꞅꞅeꝼelꝺe. ꝥ iꞅ æꞃeꞅꞇ oꝼ þaꞃe ealꝺan hæcce æꞇ Fꞃeoꝺeneꝼelꝺe inꞇo pꞃeꞅꞇa hlẏpe. inꞇo þam bece ꞇo Sꞇaunꝺone. ⁊ oꝼ Sꞇaunꝺune ꞇo Scealꝺeꝼoꞃꝺa. ⁊ oꝼ Scealꝺeꝼoꞃꝺa ꞇo Coleboᵹeƿelle. oꝼ ꞇheꞃe ƿelle eꝼꞇ inꞇo þæꞃe ealꝺan hæcce. ⁊ ꞅƿa eꝼꞇ inꞇo Fꞃeoꝺene ꝼelꝺa ⁏

Ðiꞅ ꞅẏnꝺ þa lanꝺ ᵹemæꞃa inꞇo Welꝺe. eꞃeꞅꞇ oꝼ Dellen noꞃð inꞇo þeꞃe ᵹemẏðe eaꞅꞇ inꞇo Haꝼeᵹeæꞇe. oꝼ Haꝼeᵹeæꞇe eaꞅꞇ inꞇo þam ƿulꝼpẏꞇꞇe. oꝼ ðam pẏꞇꞇe ꞅuð inꞇo þam ƿurce. oꞃ þam ƿuꞃce ꞅuð ꞇo ꝼꞃeobeaꞃneꞅ hlẏpe. ⁊ ꞅƿa inꞇo manneꞅ lanꝺe, ⁊ þanon eꝼꞇ inꞇo Dellen ⁏

Ðiꞅ ꞅẏnꝺ þa lanꝺ ᵹemæꞃe inꞇo Upmẏnꞅꞇꞃe. æꞃeꞅꞇ aꞇ Tiᵹelhyꞃꞅꞇe ꞅuð ꞇo þaꞃe Marcꝺice. oꝼ þaꞃe ꝺice ƿeꞅꞇ in Inᵹce buꞃne. ⁊ oꝼ þaꞃe buꞃne noꞃð inꞇo Beccenᵹaꞃe. ⁊ oꝼ Beccenᵹaꞃe noꞃð anꝺlanᵹ þaꞃe ƿalꝺꞅꞇꞃaꞇe inꞇo Sꞇanᵹaꞃe. oꝼ Sꞇanᵹaꞃe noꞃð inꞇo Manneꞅ lanꝺe. oꝼ Manneꞅ lanꝺe eꝼꞇ inꞇo Tiᵹelhyꞃꞅꞇe ⁏

Ðiꞅ ꞅẏnd þa lanꝺ ᵹemæꞃe inꞇo Walhꝼaꞃe. æꞃeꞅꞇ oꝼ þam æꞅce ꞇo þæꞃe ælꝺan hlype. oꝼ þaꞃe hlype ꞇo þaꞃe ealꝺan ƿuꝺehacche. oꝼ þaꞃe hæcce ꞇo þaꞃe ealꝺan ꞅꞇꞃaꞇe. ⁊ oꝼ þaꞃe ꞅꞇꞃaꞇe ꞇo Sanꝺæceꞃe. ⁊ oꝼ þam æceꞃe ꞇo Beaꝺeƿan ea. ⁊ oꝼ þaꞃe ea ꞇo ƿiuebꞃoce. oꝼ pam bꞃoce noꞃð eꝼꞇ ꞇo þan æꞅce ⁏

Ðiꞅ ꞅẏnꝺ þa lanꝺ ᵹemaꞃe inꞇo Tippeꝺene. æꞃeꞅꞇ in Tippabuꞃne. oꝼ þaꞃe buꞃne up ꞇo þam heþe. ⁊ oꝼ ðam heþe ꞇo þeꞇ ꝺene ᵹemæꞃe ƿið æꝼꞇan hecce. ⁊ ꞅƿa inꞇo þæꞃe ea. anꝺlanᵹ þæꞃe ea þaꞇ eꝼꞇ cẏmð ꞇo Tippebuꞃne ⁏

Ðiꞅ ꞅẏnꝺ þa lanꝺ ᵹemæꞃe inꞇo Ælƿaꞃꞇone. æꞃeꞅꞇ æꞇ ƿeꞃꝺ hæcce. oꝼ ƿeꞃꝺ hacce ꞇo ea cꞃoꝼꞇe. oꝼ ea cꞃoꝼꞇe inꞇo Beollepole. oꝼ þam pole inꞇo Leoꝼꞅiᵹeꞅ maꝺ. oꝼ Leoꝼꞅiᵹeꞅ maꝺ inꞇo Omeꞃ maꝺ. oꝼ Omeꞃ maꝺ inꞇo Æðeꞃiceꞅ hlẏpe. oꝼ þaꞃe hlẏpe inꞇo ƿulꝼ hlẏpe. oꝼ ƿulꝼ hlẏpe inꞇo Heꞅꝼalꝺe. oꞅ Heꞅꝼaloe inꞇo ꞅꞇanƿeᵹeꞅ hacce. oꝼ ꞅꞇanƿeᵹeꞅ hacce inꞇo Saꞇeꞃeꞅbꞃẏcᵹ ⁏

Ðiꞅ ꞅẏnd þa lanꝺ ᵹemæꞃe inꞇo Wuꝺeꝼoꞃꝺe. æꞃeꞅꞇ in Anᵹꞃiceꞅ buꞃne ꞇo Ealꝺeꞃmanneꞅ hæcce ꞇo þæꞃ Cẏnᵹeꞅ hæcce. oꝼ þæꞃ Cẏnᵹeꞅ hæcce eꝼꞇ inꞇo Anᵹꞃiceꞅ buꞃne ⁏

Ðiꞅ ꞅẏnð þa lanꝺ ᵹemæꞃe inꞇo Lambehẏðe. æꞃeꞅꞇ æꞇ Bꞃixᵹeꞅ ꞅꞇane ⁊ ꞅƿaꝼoꞃð þuꞃᵹh þane ᵹꞃaꞅ ꞇo þam Mæꞃcꝺice. ⁊ ꞅƿa ꞇo bulce ꞇꞃeo ⁊ ꝼꞃam bulce ꞇꞃeo ꞇo Hẏꞅe. ⁊ ꝼꞃam Hẏꞅe ꞇo Ælꞅẏᵹeꞅ hæcce. ⁊ ꞅƿa eꝼꞇ ꞇo þaꞃe ꞅꞇꞃaꞇe. ⁊ ꞅƿa anꝺlanᵹ ꞅꞇꞃeꞇe eꝼꞇ ꞇo Bꞃixeꞅ ꞅꞇan ⁏

Ðiꞅ ꞅẏnð þa lanð ᵹemæꞃe inꞇo Naꞅꞅinᵹan. þaꞇ iꞅ æꞃeꞅꞇ oꝼ Ceꞃlenhacce anꝺlanᵹ meaꞃce ꞇo Scelꝺenmeꞃe ꞇo þaꞃe buꞃnan. ⁊ oꝼ þaꞃe buꞃnan ꞇo buꞇeꞃƿẏelle ꞇo Ðuꞃolᵹemaꞃen. ⁊ oꝼ Ðuꞃolꝺeꞅ ᵹemaꞃen, eꝼꞇ anꝺlanᵹ maꞃce ꞇo Ceꞃlenhacce. ⁊ ꝼeo mæꝺ þe þaꞃ ꞇo ᵹebẏꞃaꝺ liꝺ uꞇ beliᵹean ⁏

Id eſt.

Hi ſunt fundi limites apud *Paſſefeldam*. Scilicet, primò à veteri clauſo apud *Freodenefeldam* [campum ſic dictum] in ſacerdotum ſaltum [pergendo] in rivulum [& ſic] ad *Standonam*. Et à *Standona* ad *Scealdefordam* [vadum ita dictum:] Et à *Scealdeforda* ad *Colebogewellam* [fontem ſic appellatum] à fonte denuo in vetus illud clauſum: Et ſic iterum in *Fereodenefeldam*.

Hi ſunt terræ termini apud *Weldam*. Primò à *Della* (i. e. valle) Aquilonem verſùs in caveam, Orientem verſùs in *Hafegatum* [portam ſic dictam] ab *Hafegata* Orientem verſùs in [cujuſdam] *Wulfii* puteum; à puteo Auſtrum verſùs in ſeptum; à ſepto Auſtrum verſùs ad ingenuæ prolis ſaltum; & ſic ad [cujuſdam] *Manni* fundum; Et inde rurſum in *Dellam*.

Hi ſunt fundi limites apud *Upminſtram*. Primò apud *Tigelhyrſtam* [ſilvam ita nominatam] Auſtrum verſùs ad *Marcdicam* [i. e. foſſam limitarem:] à foſſa Occidentem verſùs in *Ingceburnam* [torrentem ſic dictum:] & à torrente Aquilonem verſùs in *Beccengaram*: Et à *Beccengara* Aquilonem verſùs per longitudinem [vel, tractum] *Waldſtrata* * in *Stangaram*: à *Stangare* Aquilonem verſùs in [cujuſd.] *Manni* fundum: à *Manni* fundo iterum in *Tigelhyrſtam*.

* Viæ ſilveſtris.

Hi ſunt terræ termini apud *Walhfaram*. Primò à fraxino ad veterem ſaltum, â ſaltu ad vetus ſylveſtre clauſum: à clauſo ad veterem viam: Et à via ad arenoſum agrum: ab agro ad [cujuſdam] *Beadwia* aquam: Et ab *aqua* ad *Wivebrocam* [amnem ſic dictum:] à broca Aquilonem verſùs iterum ad fraxinum.

Hi ſunt fundi limites apud *Tippedenam*. Primò *Tippaburna* [torrenti ſic dicto:] à torrente ſurſum in planitiem: à planitie ad vallis limitem retro clauſum: Et ſic in aquam, per longitud. [vel curſum] aquæ, quæ refluit ad *Tippaburnam*.

Hi ſunt terræ termini apud *Ælwartunam*. Primò apud munitum ſeptum: à munito ſepto ad agellum amnicum: ab agello amnico in *Beolla* ſtagnum; à ſtagno in *Leofſii* pratum: à *Leofſii* prato in *Omeri* pratum: ab *Omeri* prato in *Ætheriti* ſaltum, à ſaltu ad *Wulfii* ſaltum: à *Wulfii* ſaltu in *Helfaldam* [caulam ſic dictam:] ab *Heſfalda* in viæ lapideæ clauſum, à viæ lapideæ clauſo in *Sateresbrygam* [i. e. ſatyri pontem.]

Hi ſunt fundi limites apud *Wudefordam*. Primùm in *Angriciburna* [torrente ſic vocato] ad Senatoris clauſum [pergendo] ad Regis clauſum: à Regis clauſo iterum in *Angriciburnam*.

Hi ſunt terræ termini apud *Lambehytham*. Inprimis apud *Brixii* lapidem, & ſic prorſum per lucum ad *Mercdicam*:* Et ſic ad arborem verrucoſam: Et ab arbore ad *Hyſam*: Et ab *Hyſa* ad *Ælſii* clauſum: Et ſic iterum ad viam: Et ſic per tractum viæ ad *Brixii* lapidem.

* Foſſam limitarem.

Hi ſunt fundi limites apud *Naſſingam*. Scilicet, primò à ruſticorum clauſo per longitudinem limitis ad *Sceldenmeram* [metam ſic dictam] à *Sceldenmera* ad torrentem: & à torrente ad butyri fontem: & à butyri fonte ad *Thuroldi* limitem: & à *Thuroldi* limite iterum per limitis longitudinem ad ruſticorum clauſum. Et pratum quod eò pertinet jacet forâs ſecùs *Ligeam* [fluvium ſic dictum.]

Ego *Ædwardus* nutu divino Rex, omnia prædia quæ *Haroldus* comes Monaſterio apud **Waltham** ſubjecit, vel quæ adhuc ſe daturum decernit, ſublevans, ſtatuo, ut ab omni ſervitutis jugo ſint ſemper libera, & à *Shiris*, & *Hundredis* & extra curiam *Sancta Crucis* omnibus placitis & omnibus *geldis*. Scriptum eſt autem iſtud privilegium anno dominicæ incarnationis, *Mlxij.* Indictionibus terquinis, epactis ſeptenis concurrentibus. Hiis teſtibus conſentientibus Ego *Ædwardus*, *Anglorum* baſileus hac inſcriptione + ſalutiferæ crucis deliberando aſſigno. Ego *Eadgyda*, dei munere Chriſti Regina, hæc eadem confirmando teſtimonium do. Ego *Stigandus*, *Dorobornenſis* Archipræſul, hæc eadem affirmo.

An. D. 1062.

Ego *Ealdredus* Archiepiſcopus hæc conſolido.

Ego *Alfwoldus* Epiſcopus ad hæc teſtimonium perhibeo.

Ego *Heremannus* Epiſcopus teſtimonium exhibeo.

Ego *Leofricus* Epiſcopus teſtimonium adhibeo.

Ego *Willielmus* Epiſcopus hæc affirmo.

Ego *Ailmarus* Epiſcopus hæc conſolido.

Ego *Lefwinus* Epiſcopus teſtimonium perhibeo.

Ego *VVlſwinus* Epiſcopus hæc eadem confirmo.

Ego *Aelwinus* Epiſcopus teſtimonium exhibeo.

Ego *Africus* Epiſcopus hæc affirmo.

Ego *VValterus* Epiſcopus hæc eadem corroboro.

Ego *Gyſo* Epiſcopus hæc omnia præſcripta confirmo.

Ego *Ægelnothus* Abbas.
Ego *Ælſwinus* Abbas.
Ego *Wlfricus* Abbas.
Ego *Leoffricus* Abbas.
Ego *Leofſtanus* Abbas.
Ego *Ælwig* Abbas.
Ego *Hordricus* Abbas.
Ego *Ægelſinus* Abbas.
Ego *Leſſtanus* Abbas.
Ego *Ædmundus* Abbas.
Ego *Sitricus* Abbas.

Ego *Haroldus* Comes operando conſolido.

Ego *Ælfgaras* Comes. Ego *Toſtinus* Comes.

Ego *Lefwinus* Comes. Ego *Gyrth* Comes.

Ego *Eſgarus* Regiæ procurator aulæ.
Ego *Rodbertus* Regis conſanguineus.
Ego *Radulphus* Regis aulicus.
Ego *Bundinus* Regis Palatinus.
Ego *Hesbernus* Regis conſanguineus.
Ego *Regenbaldus* Regis Cancellarius.
Ego *Petrus* Regis Capellanus.
Ego *Baldewinus* Regis Capellanus.

Ego *Brithricus* Princeps. Ego *Ælfſtanus* Princeps.

Ego *Wigodus* Regis Pincerna.
Ego *Herdingus* Reginæ Pincerna.
Ego *Azdurus* Regis dapifer.
Ego *Yſingus* Regis dapifer.
Ego *Godwinus* Reginæ dapifer.

Ego *Doddo* Princeps. Ego *Alfgarus* Princeps.

Ego *Brixinus* Princeps.
Ego *Esbernus* Princeps.
Ego *Ædricus* Princeps.
Ego *Siwardus* Princeps.
Ego *Ægelnothus* Princeps.
Ego *Eadwig* Princeps.
Ego *Ægelmundus* Princeps.
Ego *Alwoldus* Princeps.
Ego *Ælphig* Princeps.

Hæc ego conſcripſi *Swidar* ſub nomini Chriſti +.

W. Malmesb. fol. 57. b. n. 40.

——Ille (videlicet *Willielmus* Dux *Normannia*) ubi perfecta victoria potitus eſt, ſuos ſepeliendos mirificè curavit, hoſtibus quoq; ſi qui vellent idem exequendi licentiam præbuit. Corpus *Haroldi* matri, repentè ſine pretio, miſit, licèt illa multum per legatos obtuliſſet. Acceptum itaq; apud **Waltham** ſepelivit, quam, ipſe, Eccleſiam ex proprio conſtructam in honore *Sancta Crucis*, Canonicis impleverat.

Tho. Walſyng. ypodig. Neust. p. 43. n. 20.

An. 1177, amotis ab Eccleſia *Walthamenſi* Canonicis ſecularibus, ſubinducti ſunt Regulares, authoritate ſummi Pontificis ſub præſentia regis patris (viz. *H.* 2di.) in vigilia Pentecoſtes.

Ib. fol. 52. b.

Carta Regis Henrici *ſecundi, ſcilicet Fundatoris noſtri de poſſeſſionibus noſtris, prima & originalis.*

Et Cart. antiq. M. n. 2. Et Pat. 4. E. 4. p. 3. m. 9.

HEnricus Dei gratia Rex *Anglia*, Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, (&c.) Salutem. Cum ex divinæ benignitatis gratia, quæ corda Regum ad quod voluerit, ſola poteſt inclinare, propoſitum nobis eſſet & voluntas conſtruendi Monaſterium Canonicorum Regularium, duximus inprimis à viris religioſis & à majoribus regni noſtri de loco convenienti conſtruendo Monaſterio conſilium quærere, qui diligenter ſuper hoc deliberantes, locum propoſito noſtro congruum, Eccleſiam de **Waltham** exiſtimaverunt; Et precipuè, cum in ea Canonici ſeculares nimis irreligioſè & carnaliter vixiſſent, ita quod infamia converſationis illorum modum excedens multos ſcandalizaſſet, viſum fuit Archiepiſcopis & Epiſcopis noſtris; & aliis viris religioſis opus eſſe pietatis, illis amotis, quos infamiæ nota maculaverat, viros ſanctæ converſationis ſubſtituere, & opinione laudabiles; ut ſic uno eodemq; facto regiæ celſitudinis propoſitum ſanctum ſortiretur effectum, & à loco celeberrimo turpidinis removeretur exemplum.

Hiis itaq; de conſilio majorum regni noſtri ad dominum Papam *Alexandrum* tertium relatis,

tis,ut ipſe diſcretionis ſuæ conſilium nobis impertiret, in hac forma reſponſum noſtra conſultatio ſuſcepit; videlicet ut Canonicis ſecularibus Eccleſiæ de **Waltham** pro qualitate Præbendarum ſuarum aliàs provideretur;& deinde Canonici Regulares introducerentur.Cum igitur prædictis Canonicis competenter fuiſſet proviſum, Canonici regulares, ex auctoritate prænominati Papæ, per manus Epiſcoporum quos ad hoc convocavimus, in commemoratam Eccleſiam ſunt introducti: Quapropter, cum hæc ſupraſcripta Eccleſia de **Waltham** à primitiva ſua fundatione ſemper regalis fuiſſet Capella, nulli Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, ſed tantùm Eccleſiæ *Romanæ* & regiæ diſpoſitioni ſubjecta, illam cum omnibus pertinentiis ſuis liberam, &, ut præſcriptum eſt, abſolutam ex auctoritate ſupradicti Papæ conceſſimus & donavimus in perpetuam elemoſinam Canonicis regularibus, glorioſam ſervantibus vivendi regulam a ſanctis Apoſtolis traditam, & poſtea à magno & beato *Auguſtino* divinâ revelatione, multis adjectis, adornatam. Hanc inſuper Eccleſiam, quaſi novam Chriſti ſponſam novâ dote,ſicut decebat, dignum duximus eſſe ditandam.

Concedimus ergo & donamus illi & Canonicis ibidem Deo ſervientibus,pro ſalute noſtra & liberorum ſucceſſorumq; noſtrorum, pro redemptione etiam noſtrorum prædeceſſorum Regum *Angliæ*, & reginarum, omniumq; fidelium in perpetuam elemoſinam,quietas à me & ab omnibus hæredibus meis, **Siwardeſtune**, cum omnibus ad ſe pertinentibus campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis: **Eppinges** cum omnibus ad ſe pertinentibus campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis, Item *Walterum* de **Geldeford** filium *Alwrini*, & domum ſuam, cum omnibus pertinentiis, & libertate inferiùs expreſſa, quam domum ego eis dedi, ut habeant ibi hoſpicium in eundo & redeundo ad Curiam Regis. Veteres etiam poſſeſſiones commemoratæ Eccleſiæ de **Waltham**, quas in præſenti pagina certis duximus exprimendas vocabulis illis, perpetuâ ſtabilitate confirmamus; ſcilicet apud **Waltham** terram quæ dicitur **Norlande**; Manſiones quæ fuerunt Canonicorum ſecularium; prata hiis manſionibus adjacentia, ſcilicet **Normad**, **Chelnoſete**, majorem *Wardam* & minorem. Item pratum quod dedit *Philippus* de *Swineheya*; Pratum quod dedit *Galfridus* pincerna de **Enefeld**;pratum quod dedit *Alexander* de **Enefeld**; pratum quod dedit *Forthehors*; pratum quod dedit uxor *Gilleberti* de *Hilliſeld*: Decimam fœni de toto prato Dominii de **Waltham**: Molendina ipſius Villæ.

Apud **Eppinges**, terram quam tenuit *Bruningus* presbyter de **Can**: decimam Dominii Regis ejuſdem villæ & ipſam Eccleſiam cum omnibus pertinentiis: Terram *Helyoth* ejuſdem villæ: duas *Scrutlandas* de **Naſinges** cum ipſa Eccleſia, & omnibus pertinentiis. In eadem villa decimas de **Langeriche**. Item manerium de **Nethleſwelle** & Eccleſiam cum omnibus pertinentiis. **Paſſefeld** & ad illam pertinentia. **Waldam**, & ejus villæ Eccleſiam cum ſuis pertinentiis. Duas ſcolandas de **Waltſate**, cum ſuis pertinentiis. **Upminiſtre** cum ſuis pertinentiis. Terram quandam de *Socagio* ejuſdem villæ, quæ reddit *xxi.* denarios. **Wodeforde** & ejus Eccleſiam cum ſuis pertinentiis. **Alwarton** cum ſuis pertinentiis. **Luketon** cum Eccleſia & *Scrutlanda* & ſuis pertinentiis. **Tippeden** cum ſuis pertinentiis. Terram quam dedit *Unfridus* de **Bartun** ipſi Eccleſiæ de **Waltham**. Terram de **Lamburne** & decimam de **Purlai**. Hæc in *Eſſexia*.

In **Hertfordſire** *Wrmeleia* cum Eccleſia & ſuis pertinentiis. **Brikendon** cum ſuis omnibus pertinentiis. In **Bedefordſire**, *Alricheſeiam*, cum Eccleſia & ſuis pertinentiis. **Melno**, cum ſuis pertinentiis. In **Duntone**, terram quam Camerarius de **Duntone** ipſi Eccleſiæ contulit. In **Berkſire**, **Weſtwaltham** cum omnibus pertinentiis: Has omnes terras & homines illarum & poſſeſſiones Eccleſiæ de **Waltham** à prædeceſſoribus noſtris vel ab aliis in præterito,vel à nobis, inpræſentiarum collatas, vel in futuro à regibus, vel ex aliorum liberalitate conferendas, vel alio modo adquiſitas, Deo & Canonicis regularibus in præfata Eccleſia conſtitutis, concedimus & præſenti ſcripto confirmamus,cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus quas regia poteſtas liberiores alicui Eccleſiæ conferre poteſt, in boſco & plano, in viis & ſemitis, in pratis & paſcuis, in molendinis & aquis, & piſcariis, infra burgum & extra burgum, cum *Soca* & *Sacha*, & **Thol** & **Theam**, & **Infangenethef**, & **Utfaungenetheof**, & *Hamſoca*, & **Grithbreche**, & **Blodwite**, & *murdro* & **Forſtal** & **Flemeneferd** & **Ordel** & **Oreſte**, infra tempus & extra, & in omnibus locis & cum omnibus cauſis quæ ſunt vel quæ eſſe poſſunt.

Volo etiam & firmiter præcipio,ut ipſi & homines ſui liberi ſint ab omni *ſcotto* & *geldo*, & omnibus auxiliis Regum,Vicecomitum & omnium miniſterialium eorum, & *hidagio*, & *denegaldo*,& excercitibus, *ſyris* & *hundredis*, & placitis & querelis,& **Warda** & **Wardpani**,& **Boreghalpani**. Item ab operibus Caſtellorum, & parcorum, pontium clauſuris, & omni *careio*, & *ſummagio*, & navigio, & domuum regalium ædificatione, & omnimoda operatione, & ſilvæ eorum ad prædicta opera vel ad aliqua alia nullo modo capiantur. Liceat eis liberè boſco ſuo uti, porcos & animalia ſua, quanta & quando voluerint, ibi ponere. Exſarta omnium terrarum ſuarum & hominum ſuorum jam facta & quæ fient aſſenſu regio eis imperpetuum quieta clamo.

Præcipio etiam quod Eccleſia *Sanctæ Crucis* de **Waltham** libera ſit & ſecura ab omni dominatione Comitum & Baronum, & ut ipſi Canonici & omnes homines terrarum eorum liberi ſint & quieti ab omni theloneo in omni foro & in omnibus nundinis, & in omni tranſitu pontium, viarum & maris, per totum regnum meum, & per omnes terras meas, & omnia mercata ſua & hominum ſuorum ſint ſimiliter in prædictis locis ab omni theloneo quieta, & hoc ſuper forisfacturam meam præcipio. Item, catalla furum & *merciæ* quæ ex murdris, vel ex aliis foriſfactis contingunt vel contingere poſſunt, quantum ad terras ſuas & hominum ſuorum, ſuæ ſint, ſervata regiæ poteſtati malefactorum juſticia. Præterea nihil de poſſeſſionibus *VValtamenſis* Eccleſiæ in feodum detur, ſet, ſi opus eſt, ad cenſum annuum vel ad operationem ſecundùm utilitatem Eccleſiæ ſolvendam. Item præcipio ut apud Abbatiam *VValthamenſem* vel in omnibus poſſeſſionibus ſuis, nullus conſanguinens Abbatis Seneſcalciam vel aliam miniſtrationem habeat. Nullus homo per hæreditatem teneat officium, ſet in arbitrio Abbatis & Canonicorum ſit de tranſmutandis præpoſitis vel aliis officiariis.

Quare volo & firmiter præcipio, ut Canonici mei de **Waltham** omnia ſupradicta tenementa, cum omnimodis libertatibus habeant & teneant in pace, & quiete, liberè, & honorificè, de me & hæredibus meis imperpetunm. Si quis autem contra hæc ſtatuta ſcienter venire temptaverit, & ammonitus hoc non emendaverit, indignationem omnipotentis Dei & *Sancta Crucis* & omnium Sanctorum incurrat. Teſtibus *Ricardo Cantuarienſi* Archiepiſcopo & apoſtolicæ ſedis Legato; *Gileberto, Londonienſi* Epiſcopo; *Jocelino Sareberienſi*; *Waltero, Roffenſi*; *Bartholomeo Exonienſi*; *Rogero Wigornenſi*; *Ricardo VVintonienſi*; *Galfrido Elienſi*; *Johanne Ciceſtrenſi*; *Johanne Norwicenſi*; *Reginaldo Bathonienſi*; *Hugone Dunolmenſi*; *Adam* de Sancto *Aſaphi*, Epiſcopis: *Galfrido Lincolnienſi* electo; *Galfrido* filio meo, *VVillielmo* Comite *Gloeceſtriæ*; *Ricardo* de *Luci*, *Hunfrido* de *Boun* Conſtabulario; *Regero Bigod*; *Reginaldo* de *Curtenai*; *Willielmo* de *Lanual*; *Thoma Baſeth*; *VVillielmo* filio *Radulfi*; *VVillielmo Baſeth*; *Radulfo* filio *Stephani* Camerario; & *Euſtachio* fratre ſuo; *Ailwardo* Cameratio, Apud *VVintoniam*.

De poſſeſſionibus, major Carta & melior, per ſecundum Sigillum innovata.

Ib. fol. 58. b.

Ricardus Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. Quoniam quæ à venerabili Principe Rege *Henrico* ſecundo, patre noſtro pro ſalute ſua & ſuorum ſunt condita, & à Rege *Henrico* tercio fratre noſtro confirmata, honori noſtro condecens & ſaluti noſtræ neceſſarium eſt ſemper obſervare; Inde eſt, quod ſicut pater noſter mutationem Canonicorum ſecularium & inſtitutionem Canonicorum regularium fecit in Eccleſia de **Waltham**, & eis quaſdam novas poſſeſſiones & veteres conceſſit & confirmavit; ſic nos laudabilem virorum commutationem in præfata Eccleſia factam noſtra auctoritate approbamus, & pro ſalute prædicti patris noſtri, & noſtra, & matris noſtræ, & fratrum noſtrorum, & pro ſalvatione omnium fidelium, conſtitutionem Canonicorum regularium in eadem Eccleſia factam; & donationes novas, quæ à patre noſtro eis factæ ſunt, vetereſq; poſſeſſiones & libertates commemoratæ Eccleſiæ *VValthamenſi* ab eodem conceſſas & confirmatas; donationes etiam, quæ à quibuſcumq; eis rationabiliter pro Deo factæ ſunt vel in futurum ſunt faciendæ, regia poteſtate & hac præſenti Carta noſtra confirmamus, & à nobis & à ſucceſſoribus noſtris & ab omnibus regni noſtri hæc obſervanda conſtituimus. Et ne quid omittatur quod ad ſecuritatem prædictorum dominicorum Canonicorum noſtrorum & Eccleſiæ noſtræ de **Waltham** in Carta noſtra comprehendi conveniat, novas donationes eis factas & veteres poſſeſſiones eis conceſſas propriis volumus exprimere nominibus.

Quapropter prædictæ Eccleſiæ de **Waltham** & Canonicis Regularibus ibidem Deo ſervientibus concedimus & perpetua ſtabilitate confirmamus; inprimis donationem quam pater noſter eis fecit de medietate villæ de **Stanſtede**, & pontis de **Thele**, quam emit de *Michaele* de *VVaunci* adquietando eum adverſùs *Brunum Judæum* de ducentis quater vigtnti libris & *xvij*. ſolidis & *iij*. denariis, & aliam medietatem ejuſdem villæ, quam in præſentia patris noſtri prænominatus *Michael* præfatis Canonicis dedit in perpetuam elemoſinam, tenendam de eo & de hæredibus ſuis pro *xij* l. per annum, cum omnibus conventionibus inter eos factis, & cum omnibus libertatibus & adquietanciis, quas pater noſter eis & *Gilleberto* de *Striguil* & hæredibus ſuis & *Michaeli* & hæredibus ſuis de omni regali & forinſeco ſervicio quod de præfata terra aliquo modo exigi poterat, fecit, ſicut ejuſdem patris noſtri Carta teſtatur. Et licet prædictus *Gillebertus* tunc in cuſtodia patris noſtri fuerit, tamen quia hæc anctoritate & ſcientia tam venerabilis & ſapientis Principis, & non ſine alto conſilio facta fuiſſe credimus & confirmata, ideo regia auctoritate decernimus quod nullo tempore liceat ſucceſſoribus præfati *Gileberti* de *Striguil*, quicumq; fuerint, venire contra conventiones prædictas inter præfatum Principem patrem noſtrum, & *Michaelem* de *VVaunci* factas. Et ſimiliter ſtatuimus, quod a *Michaele* & hæredibus ſuis firmiter obſervetur, quod pro ſua magna neceſſitate & auctoritate Principis regni factum eſt, ſicut Cartæ eorum continent & teſtantur.

Confirmamus etiam conventionem quæ facta eſt inter *Willielmum Mareſcallum* & prædictos Canonicos, de villa de **Stanſtede**, & de libertatibus eis à prædicto *VVillielmo* conceſſis, ſicut Cartæ eorum teſtantur, ut ſtabilis ſit conventio inperpetuum. Item aſſenſu & bona voluntate *A.* reginæ matris noſtræ, concedimus & confirmamus præfatæ Eccleſiæ de **Waltham** & prædictis Canonicis ejuſdem Eccleſiæ in perpetua elemoſina quieta à nobis & hæredibus noſtris, *Siwardeſtunam* cum campis, paſcuis, pratis, ſilvis, & aquis, & omnibus aliis ad ſe pertinentibus: **Eppinges** cum campis, paſcuis, pratis, ſilvis & aquis, & omnibus ad ſe pertinentibus. Et licet prædictæ villæ de dote fuerint Reginæ, tamen elemoſinam quam pater noſter fecit de illis, Eccleſiæ de **Waltham** quando eam fundavit de Canonicis regularibus ſtabilem & firmam omni tempore fore decernimus, & ut ipſis Canonicis pro anima patris noſtri ſecurius provideatur, firmiter ſtatuimus,

tuimus, quod liberè & quietè præfatas villas poſſideant à calumpnia omnium mortalium. Item *Walterum* de **Geldeford**, filium *Alfrini* & domum ſuam cum omnibus pertinentiis & libertate inferiùs expreſſà, ut habeant ibi hoſpitium ſuum quàndo Curia ibi fuerit. Item terram de **Pelnho** & de **Duntone**, quam *Galfridus* & *Willielmus* fratres eis dederunt.

Confirmamus etiam conventionem, quam *Rogerus* de **Brai**, & *Margarita* uxor ſua, & *Milo* filius & hæres eorum, de prædicta terra fecerunt cum Canonicis de **Waltham**, ſicut Cartæ eorum rationabiliter teſtantur. Apud **Brikendon**, terram quam *Gillebertus* Monachus eis contulit. Pratum quod adquiſierunt in **Alrich** de *Odone Burnard* in **Walebургeshale**. Veteres etiam poſſeſſiones commemoratæ Eccleſiæ de **Waltham**, quas in præſenti pagina certis duximus exprimendas vocabulis, illis perpetua ſtabilitate confirmamus, ſcilicet apud **Waltham** terram quæ dicitur **Norlande**; manſiones quæ fuerunt Canonicorum ſecularium, prata his manſionibus adjacentia, ſcil. **Normade Chelmoſeie**; Majorem *wardam* & minorem. Item pratum quod dedit *Philippus* de *Swineia*; pratum quod dedit *Galfridus* pincerna de **Enefeld**; pratum quod dedit *Alexander* de **Enefeld**; pratum quod dedit *Portehors*; pratum quod dedit uxor *Gilleberti de* **Halifeld**; decimam fœni de toto prato Dominii de **Waltham**; molendinum ipſius villæ. Apud **Eppinges** terram quam tenuit *Bruningus* presbyter de Canonicis. Decimam Dominii Regis ejuſdem villæ & ipſam Eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis. Terram **Helyoth** ejuſdem villæ; duas *Scrutlandas* de **Naſinges** cum ipſa Eccleſia & omnibus pertinentiis ſuis. In eadem villa decimas de **Langrich**.

Item Manerium de **Nethleſwelle** & ejus Eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis. **Paſſefeld** & ad illam pertinentia. *Waldam* & ejuſdem villæ Eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis. Duas *Scolandas* de **Waltfare** cum ſuis pertinentiis. **Upminiſter** cum ſuis pertinentiis. Terram quandam de *Socagio* ejuſdem villæ quæ reddit *xxi*^{d}. Terram quam dedit *Hunfridus* de *Barenton* ipſi Eccleſiæ de **Waltham**. **Wodeford** & ejus Eccleſiam cum ſuis pertinentiis. **Alwarton** cum ſuis pertinentiis. **Luketun** cum Eccleſia & *Scrutlanda* & ſuis pertinentiis. **Tippedene** cum ſuis pertinentiis. Terram de **Landburne** & decimam de **Purlai**. Hæc in *Eſſexia*. In **Hertfordſire**, *VVrmeleia* cum Eccleſia & pertinentiis ſuis. **Brikendon** cum ſuis pertinentiis. In **Bedefordſire**, *Alricheſeiam* cum Eccleſia & ſuis pertinentiis. **Pelnho** cum ſuis pertinentiis. In **Duntone**, terram quam Camerarius de **Duntone** ipſi Eccleſiæ contulit. In **Berkſire**, **Weſtwaltham** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et in eadem villa concedimus illis libertatem foſſandi circa boſcum ſuum de **Witteparroch**, & de **Heywode** tam largo foſſato quam voluerint & bonâ ſepe illum claudere.

Has omnes terras, & homines illarum, & poſſeſſiones Eccleſiæ de **Waltham** à prædeceſſoribus noſtris vel ab aliis in præterito, vel à nobis in præſentiarum collatas, vel in futuro à Regibus vel ex aliorum liberalitate conferendas, vel alio modo adquiſitas Deo & Eccleſiæ de **Waltham** & Canonicis regularibus in præfata Eccleſia conſtitutis concedimus, & præſenti ſcripto confirmamus. Et præcipuè ex noſtra liberalitate præfatæ Eccleſiæ de **Waltham** hanc libertatem perpetuò concedimus & donamus, ut cum Abbas ejuſdem Eccleſiæ deceſſerit, liberam habeant electionem, & interim donec Abbatem habeant, ipſa Abbatia & omnes poſſeſſiones in manu & cuſtodia Canonicorum ſint, & omnes redditus & exitus, & omnia bona præfatæ domus in uſus pauperum, & præſentim Eccleſiæ, liberè per ipſos Canonicos expendantur. Hæc autem eis concedimus cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus quas regia poteſtas liberiores alicui Eccleſiæ conferre poteſt, in boſco & plano, in viis & ſemitis, in pratis & paſcuis, in molendinis & aquis & piſcariis, infra burgum, & extra burgum, cum *ſoca* & *ſaca*, & **thol**, & **them**, & **infangenethef**, & **utfangenthef**, & **hamſokne**, & **grithbreche**, & **blodwite**, & pecunia quæ ſolet dari pro murdro, & **forſtal** & **forſfang**, & **Flemeneſfrit** & **ordel** & **oreſte**, infra tempus & extra, & in omnibus locis & cum omnibus cauſis, quæ ſunt vel eſſe poſſunt.

Volumus etiam & firmiter præcipimus, ut ipſi, & omnes homines ſui liberi ſint ab omni *Scotto* & *geldo*, & omnibus auxiliis Regis & Vicecomitis, & omnium miniſterialium eorum, & *hydagio*, & *denegeldo*, & *horngeldo*, & excercitibus, & *ſcutagio*, & *thailagio*, & *ſyris*, & *hundredis*, & placitis, & querelis, & *warda*, & **warpani**, & **borghalpani**. Item ab operibus caſtellorum, parcorum & pontium clauſuris; & omni *careio*, & *ſummagio*, & navigio, & domuum regalium ædificatione; & omnimoda operatione, & ſilvæ eorum ad prædicta opera vel ad aliqua alia nullo modo capiantur. Concedimus etiam eis quod liberè & ſufficienter poſſint capere de omnibus boſcis ſuis ad uſus domus ſuæ, nec propter hoc in forisfacto de waſto vel in miſericordia ponantur, & porcos & animalia ſua quando & quanta voluerint, in eis ponere. Eſſarta omnium terrarum & hominum ſuorum jam facta, & quæ fiant aſſenſu Regio eis in perpetuum quieta clamamus.

Præcipimus etiam quod Eccleſia *Sanctæ Crucis* de **Waltham** libera ſit & ſecura ab omni dominatione Comitum & Baronum, Vicecomitum & omnium miniſterialium eorum; & ut ipſi Canonici & omnes homines terrarum eorum liberi ſint & quieti ab omni theloneo, & in omni foro, & in omnibus nundinis, & in omni tranſitu pontium, viarum, & maris, per totum regnum noſtrum & per omnes terras noſtras, de quibus ad nos pertinet dare libertatem vel ad prædeceſſores noſtros pertinebat, à quibus prædicta Eccleſia habet libertates per Cartas ſuas, quando illas libertates dare potuerunt. Et omnia mercata ſua & hominum ſuorum ſint ſimiliter in prædictis locis quieta ab omni theloneo. Et hoc ſuper gravem forisfacturam præcipimus. Item concedimus eis & confirmamus, quod ſi aliquis hominum illorum pro delicto ſuo vitam vel membrum debeat amittere, vel fugerit, & judicio noluerit ſtare, vel aliud delictum fecerit pro quo debeat catalla ſua perdere, ipſa catalla prædictorum Canonicorum ſint, ubicumq; juſtitia fieri debeat, ſive in Curia noſtra, ſive in alia Curia. Similiter ſi aliquis hominum ſuorum ſit in mercia erga Regem vel Ballivos ſuos, pro quacumq; cauſa vel delicto vel forisfacto, merciæ & merciamenta prædictis Canonicis reddantur, ſervatâ Regiæ poteſtati juſticia mortis & membrorum.

Præterea de poſſeſſionibus *Walthamenſis* Eccleſiæ nihil in feodo detur, ſed, ſi opus eſt, ad cenſum annuum vel ad operationem ſecundùm utilitatem Eccleſiæ ſolvendam. Item præcipimus, ut apud Abbatiam *Walthamenſem* vel in omnibus poſſeſſionibus ſuis, nullus conſanguineus Abbatis ſeneſcalciam vel aliam adminiſtrationem habeat. Nullus homo per hæreditatem teneat officium, ſed in arbitrio Abbatis & Canonicorum ſit de tranſmutandis Præpoſitis vel aliis officiariis. Quare volumus & firmiter præcipimus ut Canonici noſtri de **Waltham** omnia ſupradicta tenementa cum omnimodis libertatibus habeant & teneant in pace & quietè, liberè & pacificè de nobis & hæredibus noſtris in perpetuum. Si quis autem contra hæc ſtatuta ſcienter venire temptaverit, & ammonitus hoc non emendaverit, indignationem (*&c.*) Dat. per manum *Euſtachii*, *Elyenſis* Epiſcopi Cancellarii noſtri apud *Rupem Andeliacam xviij.* die *Septembris* anno decimo regni noſtri.

Prima Carta de manerio de **Waltham** *per primum ſigillum.*

Ib. fol. 60. a.

R. Dei gratia Rex *Angliæ* (*&c.*) Quoniam honori noſtro condecens & ſaluti noſtræ neceſſarium ſit loca Sancta & religioſa, quæ à patre noſtro Rege *H.* ſecundo ſunt fundata defendere, cuſtodire, & amplificare: Inde eſt quod Deo & Eccleſiæ *Sanctæ Crucis* de **Waltham**, & Canonicis regularibus ibidem deo ſervientibus, damus & concedimus, & hac præſenti Carta noſtra confirmamus in liberam & perpetuam elemoſinam, pro anima prædicti patris noſtri; qui eundem locum fundavit, & pro ſalute noſtra, & *A.* reginæ matris noſtræ, & fratrum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum, totum manerium noſtrum de **Waltham**, cum magno boſco & cum Parco, quod dicitur Parcum *Haroldi*, ad claudendum & habendum in Parcum, ad uſus Canonicorum cum omnibus waſtis & *CCC.* acris de eſſartis noſtris in eodem manerio, & cum foro ejuſdem manerii, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis: Et villam de **Neſinges**, quæ eſt membrum de **Waltham**, cum omnibus waſtis & cum *Clx.* acris de eſſartis in eadem villa, quæ omnia waſta & eſſarta prædicta quieta eis clamamus ad firmam faciendam ejuſdem manerii cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, & cum omnibus rebus & omni jure & omnibus conſuetudinibus quæ ad prædictum manerium pertinent, vel ad firmam ejus, ad tenendum de nobis & de ſucceſſoribus noſtris imperpetuum, reddendo annuatim pro omni ſervicio *lx.* tantum libras in numero, ad feſtum ſancti *Michaelis* ad ſcaccarium.

Quoniam ſciatis nos, pro ſalute omnium ſupradictorum, dediſſe & condonaſſe & quietas clamaſſe in perpetuam elemoſinam ad honorem *Sanctæ Crucis* præfatis Canonicis noſtris, qui Deo & Cruci ſuæ deſerviunt *ix* libras & *viij.* ſolidos & *xj.* d. de firma quam ipſum manerium ante reddere conſueverat, ut de cætero non niſi prædictas *lx.* tantùm libras de ipſo manerio, ſicut ſupradictum eſt, perſolvant. Et hoc facimus, ut noſtri dominici Canonici, qui prænominati ſunt, liberiùs & quietiùs & ſecuriùs in prædicto loco Deo, pro patre noſtro & nobis & noſtris ſuperiùs nominatis, ſervire poſſint, & opus, quod pater noſter ibi inchoavit, meliùs poſſint perficere & conſervare. Quapropter volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici noſtri totum præfatum manerium de **Waltham** & totam villam de **Neſinges**, quæ ad prædictum manerium pertinet, cum dimidio Hundredo ſuo, & nominatim cum waſtis & eſſartis & prænominatis, de rewardis & viſu foreſtariorum quietis, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis integrè habeant, & perpetuò teneant pro prænominatis *lx.* libris per annum liberè, quietè, pacificè, honorificè, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, quas ipſum manerium habuit tempore anteceſſorum noſtrorum, & cum omnibus libertatibus, quas regia poteſtas liberiores alicui Eccleſiæ conferre poteſt, ut de noſtro beneficio plenam libertatem habeant, qui pro nobis & noſtris orare debent.

Et volumus ut has libertates habeant in boſco & plano, in viis & ſemitis, in pratis & paſcuis, in molendinis & aquis, & piſcariis, infra burgum & extra burgum, cum **ſoca** & **ſaca**, & **thol**, & **theam**, **infangenethef**, & **utfangenethef**, & **hamſoca**, & **Grithbreche**, & **blodwite**, & murdro, & **forſtal**, & **flemenefrit**, & **ordel**, & **oreſte**, infra tempus & extra, & in omnibus locis, & cum omnibus cauſis quæ ſunt vel eſſe poſſunt. Volumus etiam & firmiter præcipimus, ut ipſi & omnes homines ſui de **Waltham** & de **Neſinges** liberi ſint & quieti ab omni *ſcotto* & *geldo*, & ab omnibus auxiliis regum, Vicecomitum, & omnium miniſterialium eorum, & *hidagio*, & *denagaldo*, & *hornegaldo*, & excercitibus, & *ſcutagio*, & *ſchiris*, & *hundredis*, & placitis, & querelis, & *warda*, & **wardpani**, & **borughalpani**. Item ab operibus caſtellorum, Parcorum, pontium, & clauſuris, & omni *careio*, & *ſummagio*, & navigio, & *ſtallagio*, & *leſtagio*, & domuum regalium ædificatione, & omnimoda operatione, & ſilvæ eorum ad prædicta opera nec ad aliqua alia ullo modo capiantur. Liceat eis liberè boſco ſuo uti, & de eo ad uſus domus ſuæ ſufficienter capere, & porcos & animalia ſua quando & quanta voluerint ibi ponere. Præcipimus etiam quod omnes homines prædictarum villarum & omnia mercata ſua libera ſint & quieta ab theloneo in omni foro, & in omnibus nundinis, & in omni tranſitu pontium, viarum, & & maris, per totum regnum noſtrum, & per omnes terras noſtras, & hoc ſuper forisfacturam *x.* librarum præcipimus. Item catalla furum & merciæ vel miſericordiæ, quæ ex murdris, vel ex aliquibus aliis foriſfactis prædictorum hominum contingunt, vel contingere poſſunt, prædictorum Canonicorum ſint, cum omni juſticia quod i. ſum manerium conſuevit habere. Teſtibus hiis (*&c.*) Data apud *Wintoniam* primo anno regni noſtri *xx.* die *Octobris* per manum *Willielmi* de *Longo* **Campo**, *Elienſis* Electi, Cancellarii noſtri.

Carta Regis Richardi *de Eccleſiis de* Windeſora, *&* **Hertford**, **Peſinges**, Alricheſeia.

Ib. fol. 62. a. R*Icardus* Dei gratia Rex *Angliæ* (*&c.*) ſciatis nos donaſſe & conceſſiſſe Deo & hoſpitalitati domus noſtræ de **Waltham** Eccleſiam ſancti *Johannis Baptiſtæ* de nova *Windeſhora*, cum Capellis ſuis de veteri *Windeſhora*; & Eccleſiam *omnium Sanctorum* de **Hertford**, quæ ſunt in dominio noſtro. Item noveritis nos conceſſiſſe, & hac præſenti Carta noſtra confirmaſſe Cameræ Canonicorum regularium prædictæ domus Eccleſiam de *Alricheſeia*, & Eccleſiam de **Peſinges**, ad veſtimenta illorum quæ ſunt in veteri dominio de **Waltham**. Quapropter præcipimus, ne liceat alicui Abbati vel Canonicis ejuſdem loci aliquam prædictarum Eccleſiarum alicui donare per penſionem vel ad firmam; ſed conſtituimus quod in manu ſua eas teneant ad uſus præſcriptos imperpetuum. Teſtibus his (*&c.*) Datum apud *Cantuariam* primo anno regni noſtri, primo die *Decembris* per manum *Willielmi* de *longo Campo*, *Elyenſis* Electi, Cancellarrii noſtri.

WEALTHAM *ABBATIA.*

Comes Haraldus *primus Fundator.*

Lelandi Collectan. in bibl. *Bodl.* vol. 1. p. 93. S*Imon le Bret* appropriavit Eccleſiam de **Wrangle**, tempore *Henrici* ſecundi ejus domini. *Roger.* de *Cramavilla* miles, teſtis donationis.

Robertus de *Valoniis*, vir potens, appropriavit Eccleſiam *omnium Sanctorum* de **Hertford**.

Joannes filius *Alwardi* de **Leverton**, *Lincoln.* Dioc. appropriavit Eccleſiam de **Leverton**, ſacram S. *Helenæ*.

Juliana filia *Galfridi* de **Sudecamps**, & *Sampſon* ejus filius, appropriavit Eccleſiam de **Sudecamps**, *Elienſis* dioceſis.

Galfridus de *Scalariis* appropriavit Eccleſiam S. *Petri* de **Badburgham**, licentia domini *G.* Comitis *Britanniæ*, domini ejuſdem Fundi. Eſt in *Elienſi* dioceſi.

Johannes, Epiſcopus *Sarum*, appropriavit Eccleſias de *Veteri* & *Nova* **Windsore**.

Johannes, *Londinenſis* Epiſcopus, appropriavit Eccleſiam de *Southewalda*.

Eccleſiæ S. *Laurentii* de **Blakemore**, **Hormede**-*magna*, & **Ging**-*magna*, aliàs **Margaret-Ping**, & **Wormingford**, aliàs **Withermundford**, nuper appropriatæ.

Carta Johannis *de* Nevill, *de manerio de* **Thorendon**.

Ex Collect. *Rob. Glover*, quondam *Somerſet* Heraldi [*Miſcel.* lib. 5.] f. 15 a. (modo penès præ-nob. Comitem *Elginiæ*.) OMnibus (*&c.*) *Johannes* de *Nevil* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, me pro animabus *Hugonis* de *Nevill* patris mei, & *Johannæ* de *Cornhilla* matris meæ, confirmaſſe Canonicis S. *Crucis* de **Waltham**, manerium de **Thorendon**; quod viz. manerium *Hugo* de *Nevill* pater meus, pro anima *Johannæ* matris meæ eiſdem Canonicis in eleemoſynam dederat (*&c.*) Hiis teſtibus, domino *Ricardo* de *Munfichet*, *Nicholao* de *Barton*, *Willielmo Pilcet* & aliis.

Carta Galfridi *de* Scalariis, *de Eccleſia de* **Badburgeham**.

Ib. b. G*Alfridus* de *Scalariis*, omnibus hominibus ſuis Francis & Anglis ſalutem. Noveritis me dediſſe Canonicis de **Waltham** Eccleſiam S. *Petri* de **Badburgeham**; & hoc facio pro ſalute domini mei Regis *Henrici* ſecundi, & per requiſitionem ejus, & pro ſalute hæredum meorum. Et ſciatis me hanc donationem feciſſe purè, pro amore Dei, & per admonitionem *Briani* clerici, nepotis mei (filii *Nobiliæ* ſororis meæ) perſonæ prædictæ Eccleſiæ de **Badburgham**, qui ſe in prænominata Eccleſia de **Waltham** conceſſit Deo, in regulari habitu ſerviturum. Teſtibus hiis, domino Rege, & *Johanne* filio ejus; Comite *Alberico* & *Alberico* filio ejus, *Radulfo* de *Heford* & aliis.

Carta Rogeri *de* Gaiſt, *de Eccleſia* de **Lateram**.

OMnibus (*&c.*) *Rogerus* filius *Everardi* de *Gaiſt* Salutem; Noveritis me dediſſe Canonicis de **Waltham** Eccleſiam *S. Leonardi* de **Lateram**, ad promovendum & conſtruendum novum opus Eccleſiæ, & ad ejus perpetuam conſervationem, & pauperum ſuſtentationem: Et hoc feci pro anima regis *Henrici* ſecundi, Fundatoris ejuſdem loci, & filii ejus Regis *Ricardi*, & *Godefridi* de *Luci Wintonienſis* Epiſcopi; & pro animabus patris & matris meæ, & *Roeſiæ* uxoris meæ, & *Engelrami* de *Albinum* avunculi mei, & *Alaviæ* uxoris ejus, & pro ſalute Domini mei Regis *Johannis* (&c.)

Carta Everardi *de* Gaiſt, *de Eccleſiis de* Gaiſt, *&* **Gaiſtthorpe**; *& de tertia parte Eccleſiæ de* **Portone**.

OMnibus (*&c.*) *Everardus* filius *Radulphi* de Geiſt ſalutem. Certum & notum ſit omnibus, me dediſſe & conceſſiſſe, aſſenſu *Rogeri* filii & hæredis mei, Canonicis de **Waltham** Eccleſiam S. *Andreæ* de *Geiſt*, & Eccleſiam omnium Sanctorum de **Geiſtthorpe**, & tertiam partem Eccleſiæ S. *Petri* de **Portone**: Et hanc donationem feci pro anima domini mei Regis *Henrici* ſecundi, & pro anima patris & matris meæ, & pro ſalute Regis *Ricardi* domini mei; & pro ſalute mea & *A.* uxoris meæ, & *Rogeri* filii & hæredis mei, & *Ricardi* filii mei (*&c.*)

Carta Roberti *de* Valonia, *de Eccleſia de* **Hartford**.

R*Obertus* de *Valonia*, omnibus hominibus ſuis Francis & Anglis ſalutem. Notum ſit vobis me dediſſe (*&c.*) Canonicis de **Waltham**, Eccleſiam omnium Sanctorum de **Hertford**, pro ſalute mea & *Hawiſia* uxoris meæ, (*&c.*) Hiis teſtibus *Hawiſia* uxore mea, *VVillielmo* de *Lauvall*, *Radulfo* de *Latima*, *Johanne* de *Valonia*, *Galfrido* filio *Alani* & aliis.

Carta Julianæ *de* Sudecampe, *de Eccleſia de* **Sudecampes**.

OMnibus (*&c.*) *Juliana* filia *Galfridi* de *Sudecampe*, ſalutem. Noveritis me, pro ſalute animæ meæ (*&c.*) dediſſe, aſſenſu & bona voluntate *Samſonis* filii & hæredis mei, Canonicis de **Waltham**, in elemoſynam, Eccleſiam S. *Mariæ* de **Sudecampes** (*&c.*) Hiis teſtibus, *Samſone Burre* filio meo, *Galfrido* de *Scalariis*, *Alberico*, & *Matheo* fratribus ejus, & aliis.

Carta Joh. *de* Tany, *de manerio de* **Theydon**-*Boys*.

OMnibus (*&c.*) *Johannes* de *Tany* filius *Petri* de *Tany* militis; ſalutem (*&c.*) Noveritis me pro ſalute animæ meæ (*&c.*) dediſſe (&c.) Canonicis de **Waltham** manerium meum de **Theydon**-*Boys*. (*&c*) Hiis teſtibus dominis *Ric.* de *Tany*, *Henrico* filio *Aucheri*, *Iohanne* de la *Mare* militibus (*&c.*)

PRIORATUS

de **Pentney** *in agro* Norfolcienſi.

Carta Domini Roberti *de* Vallibus *de Fundatione ejuſdem Domus.*

Ex cod. MS. penès prænob. Comitem *Rutl.* apud caſtrum de **Belvoir**.

Vide pat. 24. H. 6. p. 1. m. 5.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. Omnibus catholicæ fidei, & S. Matris Eccleſiæ filiis, tam modernis, quàm futuris, præſens ſcriptum viſuris, vel audituris, *Rob.* de *Vauz* ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra me ad honorẽ *Trinitatis*, & honorem glorioſæ virginis *Mariæ* & beatæ *Mariæ Magdalenæ*, & pro ſalute animæ meæ, & *Agnetis* uxoris meæ, & omnium parentum meorum conceſſiſſe, dediſſe, & hac præſenti Carta meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de **Pentney**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuùm ſervituris; totam inſulam quæ vulgò dicitur *Eya*, & totam villam de **Pentney**, cum omnibus pertinentiis, ad eam pertinentibus; ſcilicet in Homagiis, terris, & redditibus; in Mareſcis, aquis & piſcariis; in ſtagnis, & vivariis, paſturis, & Molendinis, & præcipuè Molendinum, quod dicitur **Bygmylne**, cum Molendinario ſuo, cum aquis & pratis ad illud pertinentibus; & duas Salinas meas, unam apud **Lynne**, & alteram apud **Wotton**; Et totum redditum *Fulconis* de **Congham**; & totum *le Sart* de Heremitagio de **Walney**, & **Offeſseye**, & **Shortwood** cum pertinentiis ſuis; & apud **Wadyngton** totam terram illam, quæ dicitur **Crundale** circa quindecim acras; & terram *Ric. Textoris* in **Wadyngton**; ſcil. tresdicem acras; & Molendinum apud **Shoteſham**, cum terra *Rad.* filii Presbiteri; Scilicet quindecem acras terræ cum pertinentiis ſuis; Et Advocationes Eccleſiarum terræ meæ; videlicet, Eccleſiæ de **Thorſton** & de **Chedeſton**, & de **Keteringham**, & *Sancti Botolphi* de **Shoteſham**, de **Houghton**, & *omnium Sanctorum* de *magna* **Shoteſham**, cum omnibus libertatibus, conſuetudinibus, & apenditiis ſuis; Habendum & tenendum illis, & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, & ego dictus *Robertus*, & hæredes mei warantizabimus omnia prædicta; Inſulam, villam, cum pertinentiis; Homagiis, terris, & redditibus, Mareſſis, Molendinis, Salinis, *le ſart* de **Wolney**, cum **Offeſsaye**, & **Shortwood**, cum pertinentiis, & Advocationibus Eccleſiarum cum appenditiis ſuis, dictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, contra omnes gentes imperpetuum: Hiis Teſtibus, *&c.*

Confirmatio Willielmi *filii* Roberti *de Vallibus ſuper eiſdem.*

Ib.

NOtum ſit univerſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Willielmus* de *Vaus*, filius *Roberti* de *Vaus* conceſſi, & hac præſenti Carta mea confirmavi Deo, & Eccleſiæ beatæ *Mariæ Magdalenæ* de **Penteney**, & ejuſdem loci Canonicis, omnes illas donationes, quas *Robertus* de *Vaus* pater meus eiſdem dedit; ſcil. totam villam de **Pentney**, cum omnibus, omninò, ad eadem pertinentibus, cum terris, homagiis, redditibus, ſilvis, pratis, paſturis, mareſcis, molendinis, ſtagnis, vivariis, & cum omnibus pertinentiis ſuis; & nominatim **Bygmylne**, cum molendinario, & terra ejus. Et advocationes Eccleſiarum terræ meæ; ſcil. de **Thorſton**, de **Chedeſton**; omnium Sanctorum de *magna* **Shoteſham**; S. *Botulphi* de **Shoteſham**, de **Keteryngham**, & de **Houton**, & cum le *Sart* de **Wolney**, cum **Offeſſerie**, & **Shortwood**, & Molendinũ illud de **Shoteſham**, cum terra *Radulphi* filii Presbiteri, ſcil. quindecim acres terræ, & duas ſalinas, unum apud **Lynne**, & *alteram* apud **Wotton**, cum pertinentiis, & apud **Wotton** totam terram quæ dicitur **Crundalle**, circa quindecim acras: Et præterea dedi, conceſſi, & hac præſenti Carta mea confirmavi dictæ Eccleſiæ, & dictis Canonicis quatuor ſolidos annui redditus, in villa de **Wotton**, de *VVillielmo* Presbytero, & hæredibus ſuis percipendos, de terra ſua de **Wotton**. Habendum, & tenendum illis, & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam, Et ego dictus *VVill.* & hæredes mei warantizabimus prædictam villam cum pertinentiis, advocationes Eccleſiarum, (*&c.*) Et ut hæc mea conceſſio rata ſit & ſtabilis, præſentibus Sigillum meum appoſui. Hiis Teſtibus, (*&c.*)

Nomina Fundatorum de **Pentney**.

Memorandum de Fundatoribus de **Pentney**.

Ib.

PRimus Fundator fuit *Robertus* de *Vallibus*, qui venit cum *Willielmo* Duce *Normanorum* in *Angliam*; Qui quidem *Robertus* tres genuit filios; ſilicet, *Willielmum*, *Oliverum*, & *Henricum*. Secundus Fundator fuit dictus *Willielmus*, qui ſucceſſit patri ſuo, qui genuit *Robertum*, *Adam*, & *Willielmum*. Qui quidem *Willielmus* fuit Prior de **Pentney**.

Tertius patronus fuit dictus *Robertus* filius *Willielmi*; Qui plures genuit filios; ſcilicet; *Willlielmum*, *Oliverum*, *Johannem*, *Philippum*, *Rogerum*, & *Hugonem*, & quendam *Willielmum*. Quartus Patronus fuit *Robertus* filius dicti *Roberti* tertii patroni, qui obiit ſine liberis.

Quintus Patronus fuit *Oliverus*, filius dicti *Roberti*, qui genuit *Robertum*, *Will.* & *Ioh.* & *Oliverum*. Sextus Patronus fuit *Robertus* filius dicti *Oliveri*. Septimus Patronus fuit *VVillielmus* frater dicti *Roberti*, cui ſucceſſit frater ejus Dominus *Iohannes* de *Vallibus*: Obiit autem ille *Iohannes* de *Vallibus* Anno ab Incarnatione

Domini *M. CC. octogeſſimo octavo*, Cui ſucceſſerunt duæ filiæ ejus; ſcilicet, *Petronilla* & *Matilda.* *Petronilla* fuit nupta *Willielmo* de *Nairford*, & genuit *Johannem* primogenitum ſuum. Matilda fuit nupta Domino *Willielmo* de *Roos*, & genuit *Willielmum* primogenitum filium ſuum: Et poſt *Willielmum* ſucceſſit *Thomas* frater ejus. Et poſt obitum *Johannis* de *Nairford*, filii *Willielmi* de *Nairford*, ut ſupradictum eſt, ſucceſſit ei *Thomas* frater ejus; & poſt *Thomam* ſucceſſit *Johannes* filius prædicti *Thomæ*, qui moriebatur ad bellum in *Francia*: Cui ſucceſſit filia ejus *M.* .... quæ obiit ſine liberis & cepit velum Caſtitatis. Et poſt obitum prædicti Domini *Thomæ* de *Roos*, ſucceſſit Dominus *Johannes* filius ejuſdem, qui obiit ſine liberis. Et poſt obitum prædicti *Johannis*, ſucceſsit *VVillielmus* frater ejus; cui ſucceſſit *Johannes* filius ejuſdem. Et poſt obitum prædicti *Johannis* ſucceſſit *Thomas* frater ejuſdem. Et poſt obitum prædicti *Thomæ*, ſucceſſit Dominus *Thomas* filius ejuſdem, anno Regni Regis, *H.* vi. *xix.* 19 H. 6.

PRIORATUS

de Walſingham *in agro* Norfolcienſi

Ex Regiſtro de Walſingham, penès *Sam. Rooper.* de Hoſpitio *Lincoln.* Arm.

Vide Pat. 22 E. 3. p. 1. m. 40.

Carta fundationis ejuſdem.

OMnibus Eccleſiæ ſanctæ fidelibus *Gaufr.* de *Favarches* quæ eſt in Chriſto ſalutem. Notum ſit vobis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ* & *Edwio* Clerico meo, ad ordinem religionis, quem ipſe providerit inſtituendum, pro ſalute animæ meæ, & parentum & amicorum meorum, in perpetuam elemoſinam, Capellam quam mater mea fundavit in Walſingham in honore perpetuæ Virginis *Mariæ*, unà cùm poſſeſſione *Eccleſiæ omnium Sanctorum* ejuſdem villæ, & omnibus pertinentiis ſuis, tam in terris quàm in Decimis, & redditibus, & humagiis, & omnibus rebus quas præfatus *Edwius* poſſedit die qua ego iter *Jeroſolimitanum* ſuſcepi. Et nominatim *XX.* ſolidos annuatim de meo Dominio reddendos, pro duabus partibus decimarum dominii mei. Necnon & terram de Snaringes, quam *Hawis* dedit Deo & prædictæ Capellæ, ſcilicet, dimidiam acram in villa de Snaringes, quæ jacet juxta terram & domum Thovy; & *viii* acras in campis ejuſdem villæ cum partibus prati quæ eidem terræ pertinent. Hanc itaq; donationem meam & conceſſionem, ut prædictus *Edwius* & ejus ſucceſſores regularem vitam profeſſi inconcuſsè jure perpetuo in Eccleſiaſticam teneant poſſeſſionem, Cartæ meæ & Sigilli mei atteſtatione ad honorem Dei & beatæ *Mariæ* perpetuæ Virginis corroboro, atq; confirmo. Hujus verò donationis & Conceſſionis Teſtes ſunt *Alanus* Preſbyter de *Turſfordia*, &c.

Confirmatio Roberti *de* Brucurt.

WIllielmo Dei gratia *Norwicenſi* Epiſcopo, & omnibus S. Eccleſiæ fidelibus, tam præſentibus quàm futuris, *Robertus* de *Brucurt* ſalutem. Notum ſit vobis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ* & Canonicis de Walſingham omnes poſſeſſiones, quas ipſa Eccleſia poſſedit die qua *Gaufridus* de *Favarches* iter Jeroſolimitanum ſuſcepit, pro ſalute animæ meæ & parentum meorum in perpetuam elemoſinam, cum omnibus ſuis pertinentiis in terris, in decimis, & redditibus & nominatim terram quam præfatus *G.* dederat *Roberto* de *Sprotel*, ſicuti ipſe *Robertus* eis conceſſit. Et terram de Snaringes, quam *Hawis* dedit Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ*, annuente Domino *G.* concedo etiàm eis *XX.* ſolidos de molendino meo in Walſingham uſq; illis idem alias provideant. Hanc itaq; donationem Cartæ meæ; & Sigilli mei atteſtatione confirmo, quatinus ipſi Canonici jure perpetuo in Eccleſiaſticam teneant poſſeſsionem. Hujus Conceſsionis ſunt Teſtes, *Petrus Decanus*, &c. Ib.

Carta Rogeri *Comitis de* Clare *de Eccleſia* omnium Sanctorum *de* Parva Walſingham.

WIllielmo Dei gratia *Norwicenſi* Epiſcopo & omnibus S. Eccleſiæ fidelibus, tam præſentibus quàm futuris, *Rogerus* Comes de *Clare* ſalutem. Notum ſit vobis me dediſſe & conceſsiſſe Deo & S. *Mariæ* & Clericis meis de Walſingham *Radulpho* atq; *Galfrido* ad ordinem Canonicalem regularem inſtituendum, pro ſalute animæ meæ, & parentum meorum, in perpetuam elemoſinam, Capellam quam *Richeldis* mater *Galfr.* de *Favarches* fundavit in Walſingham, cum omnibus pertinentiis, in terris, in decimis, & redditibus, & cum omnibus poſſeſſionibus, quas ipſa Capella poſſedit die qua prædictus *G.* de *Favarches* iter Jeroſolimitanum ſuſcepit, unà cum poſſeſsione Eccleſiæ *omnium Sanctorum* ejuſdem villæ, Et quicquid in futurum, præſtante Domino juſtè & Canonicè poterint adhipiſci. Concedo etiam eis molendinum unde *G.* de *Favarches* duas garbas decimæ ſuæ adquietare ſolebat uno & quoquo anno Monachis de *Clare* *XX.* ſolidos tradendo; & quod homines de eadem villa & quicunq; voluerint ad prædictum molendinum liberè & ſine omni prohibitione molant, ſicut ſolebant in tempore *G.* Hanc itaq; donationem & conceſsionem, ut præfati *Radulphus* & *Galfridus*, cum hiis quos ipſi elegerint & eorum ſucceſſores regularem vitam profeſsi inconcuſſè jure perpetuo in Eccleſiaſticam teneant poſſeſsionem, corroboro atq; confirmo. Hii ſunt Teſtes, *VValterus fil. Roberti*, *Robertus, fil. Baldvini*, &c. Ib.

Carta Willielmi *fratris Regis* Henrici *de ſitu grangiarum.*

Ib. WIllielmus frater *Henrici* Regis Angl. omnibus amicis ſuis, & hominibus ſuis Anglicis & *Francis*, tam futuris quàm præſentibus Salutem, Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Eccleſiæ S. *Mariæ* de **WWalſingham** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in perpetuam elemoſinam *XL.* nummatas terræ in **WWalſingham**, quæ fuit *Archetell*, & *Brinig* fratris ejus de ſocca **WWichtunie** liberè, quietè & honorificè abſq; omni ſervicio & omni conſuetudine. Teſtibus, &c.

WWALSINGHAM.

Lel. Coll. vol. 3. p. 26. SAcellum D. *Mariæ* inchoatum tempore *Edwardi* Confeſſoris. Deindè, tempore *Gulielmi* nothi inducti ſunt Canonici.

Lel. Coll. vol. 1. p. 58. *Galfridus Favercheſſe* miles, fundator: Poſtea Comites de Marchiis.

Carta Regis Henrici *tertii Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 39. H. 3. m. 5. in cedula. REx archiepiſcopis &c. ſalutem Sciatis nos intuitu Dei conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe pro nobis & hæredibus noſtris Priori & Canonicis de **WWalſingham**, omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas; viz. ex dono *Rogeri* filii *Radulfi* de *Salle*, terram ſuam quam habuit in villa de **Salle** de honore *Glouc.* cum omnibus pertinentiis ſuis, De dono *Huberti* de *Briſewurth* advocationem trium partium Eccleſiæ S. *Andreæ* de **Burneham**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & *xxv.* acras quas idem *Hubertus* tenuit in dominico in campis ejuſdem villæ, cum prato & paſtura ad idem dominicum pertinentibus; Et *xii.* acras terræ quas *Herveus Pike* de eodem *Huberto* tenuit, & homagium *VVillielmi filii Ricardi*, cum toto tenemento ſuo & pertinentiis ſuis ſine aliquo retenemento; & *Hervicum* de *Sutton* cum tota ſequela ſua, & toto tenemento ſuo, quod de eodem *Huberto* tenuit; & *Elyvat filium Roberti*, cum toto tenemento & ſequela; & totum ſervicium & tenementum quod *VVillielmus VVudeburg* tenuit de eodem *Huberto*, cum ſequela ſua ad illud tenementum pertinente; & *VVillielmum Pigge*, cum toto tenemento & ſequela ſua, & *Godæ* quæ fuit uxor *Symonis*, cum toto tenemento & ſequela ſua; & ſervicium cum toto tenemento quod *Euſtachia* quæ fuit uxor *VVillielmi Chapelein* de eodem *Huberto* tenuit. Et *Gunildæ* quæ fuit uxor *VValteri*, cum tota ſequela ſua, & tenemento quod de eodem *Huberto* tenuit; & Hawiſiæ filiæ *Trudes* cum toto tenemento & ſequela ſua ad ipſum *Hubertum* pertinente; & quatuor denarios redditus quos *VVillielmus filius Rogeri* eidem *Huberto* reddere ſolebat; & ſex denarios redditus, quos *Radulfus* Sacerdos eidem *Huberto* reddere ſolebat; Et *xii* d. redditus, quos *Thomas* de *Tofte* eidem *Huberto* reddere ſolebat; Et quinq; ſolidos redditus quos *Rogerus* de *Calethorp* eidem *Huberto* reddere ſolebat; & quicquid juris idem *Hubertus* habuit, vel habere potuit, vel de prædictis ei contingere poſſit.

De dono *Johannis Mareſcalli lx.* acras terræ per perticam *xx* pedum in nemore ejuſdem *Johannis* de **Foleſham**, quod quondam vocabatur **Loch**, & viam quam idem *Johannes* eis fecit latitudinis duarum perticarum ab occidentali parte prædictarum *lx.* acrarum terræ, & communem paſturam ejuſdem ſokæ ſecundùm quantitatem prædicti tenementi & duas marcatas redditus tantummodo de tenemento quod *Ricardus* filius *Everardi* tenet de eodem *Johanne* in **Geiſte** de ſoka de **Foleſham**, annuatim percipiendas per manus ipſius *Ricardi* & hæredum ſuorum. De dono prædicti *Johannis Mareſcalli xx s.* redditus de tenemento *Hamonis* filii *Willielmi* de **Hemſtede** in **Gaiſts** & **Gaiſtveit**. De dono *Ricardi* de *Burgo xii.* acras terræ, quas idem *Ricardus* tenuit de *Johanne Mareſcallo* in aſſarto ſuo de **Foleſham** in **Loch**. Habendum & tenendum eiſdem Priori & Canonicis in perpetuum in liberam & perpetuam elemoſinam, ſicut Cartæ prædictorum donatorum, quas prædicti Prior & Canonici indè habent, in quibus prædictæ donationes & conceſſiones plenius continentur rationabiliter teſtantur. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum venerabilis patris *R. Ciceſtr.* Epiſcopi, Cancellarii noſtri apud **Teſford** xvi. die *Martii*.

Carta Regis Edwardi *primi Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

REx Archiepiſcopis &c. ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum, & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Walſingham**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes & conceſſiones; necnon & poſſeſſiones Eccleſiæ ſuæ prædictæ, quas habent in præſenti, ſubſcriptas; videlicet ex dono *Galfridi* de *Favarches* Eccleſiam omnium *Sanctorum* de *parva* **Walſingham**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Ricardi* Comitis **Hertford** advocationem Eccleſiæ ſancti *Petri* de *magna* **Walſingham**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Johannis Mareſcalli* advocationem Eccleſiæ de **Tymelthorp**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Roelenni* de *Terra vaſta* Eccleſiam omnium Sanctorum de *magno* **Walſingham**, cum omnibus pertinentiis. Ex dono *Willielmi* le *Ventre* Eccleſiam *ſancti Clementis* de **Brunham**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Huberti* de *Burgo* Eccleſiam ſancti *Andreæ* de **Bedingham**, & Eccleſiam de **Diwelton**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Alivæ la Mareſchale* totum tenementum & omnes redditus, cum ſuis pertinentiis, quos ipſa *Aliva* adquiſivit in villis de **Foleſham** & de **Bynetre**. Ex dono *Huberti* de *Breſeworth*, Advocationem trium partium Eccleſiæ ſancti *Andreæ* de **Burnham**, cum omnibus ſuis pertinentiis. Et

Cart. 9. E. 1. n. 75.

volumus & firmiter præcipimus pro nobis, & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod prædicta Eccleſia beatæ *Mariæ* de **Walſingham**, & Canonici ibidem Deo ſervientes, omnia prædicta habeant & teneant liberè, quietè, benè & in pace, cum omnibus pertinentiis imperpetuum, ſicut Cartæ donatorum ſuorum, quas, præfati Canonici inde habent, & quas inſpeximus, rationabiliter teſtantur, (*&c.*) Dat. per manum noſtram apud **Walſingham** octavo die *Januarii.*

Pro Cantaria in quadam Capella S. Annæ, *de quatuor Capellanis, divina in eadem celebraturis pro animabus* Edwardi *Principis* Walliæ, Thomæ Felton *&* Thomæ *filii ejus.*

Pat. 8. R. 2. p. 2. m. 15.

REx (*&c.*) licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, *Stephano* de *Hales* chivaler, *Olivero* de *Calthorp* chivaler; *Radulpho* de *Shelton* chivaler; *Willielmo* de *Walſham* clerico; *Edmundo Gurney*, *Willielmo Wynter*, *Galfrido* de *Derham* perſonæ Eccleſiæ de **Tytleſhale**, *VVillielmo Ellerton* perſonæ Eccleſiæ de **Thursford**, *Ricardo Athewald*, *Roberto* de *Bilney*, *VVillielmo* de *Norwico*, *Johanni* de *Burgham* & *Johannæ* de *Lynge*, quod ipſi manerium de *magna* **Riburgh**, ac manerium de *parva* **Riburgh**, vocatum **Wodehalle**, cum pertinentiis in Comitatu *Norff.* Ac *Rogero* de *Cheſtre* de *Aldwincle* Capellano, *Johanni* de *Dunton* Capellano, *Thomæ* de *Birlingham* Capellano, *Ricardo Gode* Capellano, & præfato *Johanni* de *Lynge*, quod ipſi unum meſſuagium & ſeptem acres terræ & dimidiam cum pertinentiis in *magna* **Walſingham**, & parva **Walſingham**, quæ de nobis non tenentur, & valent per annum quadraginta marcas, tres ſolidos, & quatuor denarios, ſicut per Inquiſitionem inde per *Williel. Curſon* de **Billyngford** Eſcaetorem noſtrum in Comitatu prædicto, de mandato noſtro captam & in Cancellaria noſtra retornatum, eſt compertum, dare poſſint & aſſignare præfatis Priori & Conventui; Et quod iidem *Stephanus*, *Oliverus*, *Radulfus*, (*&c.*) concedere poſſint, quod Advocatio Eccleſiæ ejuſdem manerii de magna **Riburgh**, quæ ſimiliter de nobis non tenetur, Et quam *Johanna*, quæ fuit uxor *Thomæ* de *Felton* militis, tenet ad vitam ſuam, ex conceſſione prædictorum *Stephani*, *Oliveri* (&c.) poſt mortem præfatæ *Johannæ* remaneant eiſdem Priori & Conventui; Habendum & tenendum; videlicet prædicta maneria, & Advocationem ad inveniendum quatuor Capellanos Canonicos vel ſeculares, divina pro ſalubri ſtatu ipſius *Johannæ*, dum vixerit, Et pro anima ſua cum ab hac luce migraverit, & pro animabus cariſſimi Domini & patris noſtri, Domini noſtri Principis *Walliæ*, & prædicti *Thomæ* de *Felton*, & *Thomæ* filii ejus & animabus anteceſſorum & benefactorum ſuorum, & omnium fidelium defunctorum, in quadam Capella ſanctæ *Annæ* intra Prioratum prædictum, per præfatos Priorem & Conventum de novo conſtruenda, ſingulis diebus celebraturos, ac prædicta meſſuagium & terram cum pertinentiis, ad inveniendum quandam Lampadem in Eccleſia Prioratus prædicti, ad altam Miſſam ſingulis diebus ardentem, eiſdem Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis in plenam ſatisfactionem quadraginta libratarum terræ & redditus prædictorum imperpetuum, (*&c.*)

Dat. apud *Weſtm.* ix. die *Maii.*

De terris Eccleſiæ de **Walſingham** *conceſſis, ad Anniverſaria facienda pro animabus* Edmundi *de* Reynham *militis*, Stephani *de* Hales *militis, &c.*

Pat. 7. H. 4. p. 2. m. 19.

REx omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Licet, (*&c.*) de gratia tamen noſtra ſpeciali, & pro centum marcis, quas dilecti nobis in Chriſto Prior & Conventus de **Walſingham** nobis ſolverunt in hanaperio noſtro, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, *Johanni Gournay*, *Iohanni Drewe* perſonæ Eccleſiæ de *Harplee*; *Ricardo Creyk*, & *Iohanni Lynge* ſeniori, quod ipſi quater viginti acras terræ, cum pertinentiis in **Brunham**, quæ de nobis non tenentur, dare poſſint, & aſſignare præfatis Priori & Conventui. Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis ad Anniverſaria *Edmundi* de *Reynham* militis & *Criſtianæ*, uxoris ejus in Eccleſia ipſorum Prioris, & Conventus de **Walſingham** ſingulis annis, diebus Obituum eorundem *Edmundi* & *Criſtianæ*, juxta ordinationem prædictorum *Iohannis*, *Iohannis*, *Ricardi*, & *Iohannis* in hac parte faciendam, tenendum imperpetuum: Ac *Thomæ Erpingham* chivaler, *VVillielmo Sneteſham*, *Iohanni Poyt* Clerico, *Galfrido Hambury* clerico, & *Ricardo Rokell* clerico, quod ipſi concedere poſſint, quod manerium de **Swanton**-*Nowers*, cum pertinentiis, quæ *Iohanna*, quæ fuit uxor *Stephani* de *Hales* militis, tenet ad terminum vitæ ſuæ (*&c.*) poſt mortem ipſius *Iohannæ* prædictis Priori, & Conventui reverti deberet; necnon præfatis *Iohanni Poyt*, *Galfrido* & *Ricardo Rokell*, quod ipſi concedere poſſint, quod manerium vocatum **Braunches** in **Wyneton**, cum pertinentiis, quod prædicta *Iohanna* tenet ad terminum vitæ ſuæ (*&c.*) poſt mortem ejuſdem *Iohannæ* prædictis Priori & Conventui remaneant, tenendum præfatis Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis; videlicet prædictum manerium de **Swanton**-*Nowers*, ad inveniendum quendam Capellanum divina pro anima prædicti *Stephani* & prædictæ *Iohannæ* cum ab hac luce migraverit, in Eccleſia prædicta, ſingulis diebus celebraturum: Ac prædictum manerium vocatum **Braunches**, ad Aniverſaria prædictorum *Stephani* & *Iohannæ*, ſingulis annis, diebus Obituum ſuorum in Eccleſia prædicta tenenda, juxta ordinatione prædictorum *Thomæ*; *VVillielmi*, *Iohannis Poyt*, Galfridi & *Ricardi Rokel* in hac parte faciendas imperpetuum, (*&c.*)

Teſte Rege apud *VVeſtm.* 7. *Maii.*

Prioratus

PRIORATUS

de **Thremhale** *in* Eſſexia:

Carta Ricardi *de* Munfichet *de quibusdam terris in* **Stanſtede.**

Ex vet. membrana in bibl. *Hatton..*

R*icardus* de *Muntfichet*, filius *Ricardi* de *Muntfichet*, omnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, hoc præſens ſcriptum viſuris, vel audituris, Salutem. Noveritis me dediſſe, & conceſſiſſe, caritatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, Deo, & Eccleſiæ beati *Iacobi* Apoſtoli de **Thremhale**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, triginta acras terræ arabilis in **Stanſted**, quas *Ricardus* pater meus illis dedit in puram, & perpetuam elemoſinam. Tenendas liberè, & quietè ab omni ſeculari ſervitio & exactione: Dedi etiam eis octodecim acras terræ, quæ jacet inter Parcum meum de **Stanſtede**, & terram *VValteri* de **Haitfeld** in **Birchangre.** Præterea conceſſi eis habere omnia averia ſua in Parco meo de **Stanſtede**, & viginti porcos quietos de paſcuagio, & ſualium ad panem ſuum & ad cibos coquendos, per viſum & liberationem ſervientum & Parcariorum meorum quod aſportabunt. Conceſſi eiſdem habere libertatem ad exeundum, & intrandum, à Curia ſua in Parcum meum. Si quis verò vel militum, vel liberorum hominum meorum aliquam terræ meæ partem, de feodo meo, ſæpenominatæ Eccleſiæ, & Canonicis pro Deo offerre voluerit, gratulantèr illud concedo & confirmo. Hiis teſtibus, *Hugone* de *Plaiz*, *Roberto* de *Maza*, *Radulpho* de *Munfichet*, *Petro Picot*, *Willielmo* de *Sancto Leodgario*, *Nicolao* de *Barenton*; *Willielmo* de *Herlave*, *Warino* de *Munſitchet*, *Warino* de *Borenton*, *Ricardo* de *Hakeburne*, *Hugone* de *Carevill*, & alii.

Pars ſtemmatis familiæ de **Plaiz.**

Ibid.

A *Noſtre treſdonte & treſexcellent Seignour le Roy Supplie* John Plaiz *chivaler & heir* Aveline *que fuiſt la feme* Edmonde *frere a Roy* Edward *fitz a Roy* Harry, *que come meſme la* Aveline *fuiſt ſeiſi in ſonn demene come de fee, de les maners de* **Langley** *&* **Wyrardesbury**, *queux ſont tenuz de Roy en chief per ſervice de chivaler, & ent de tiel eſtate moruſt ſeiſi ſannz heir de ſon corps; apres qui mort meſmes les maners furent ſeiſiz as mayns le dit Roy* Edward; *Rauff* fitz Richard *de* Plaiz, *fitz* Philipp, *ſorer* Aveline, *mier* William *pier lavantdit* Aveline *feme* Edmunde *deinz age adonqes eſteant. De Rauf qui moriſt deinz age, ſannz heir de ſon corps, deſcendi le fee & le demeſne, a* Giles, *deinz age adonqes eſteant, come a frere & heir. De* Giles *deſcendi le fee & le demeſne a* Richard, *deinz age adonqes eſteant, come a fitz & heir. De* Richard *deſcendi le fee & le demeſne a* Richard, *deinz age adonqes eſteant come a fitz & heir de* Richard *fitz* Rich. *le fee & le demeſne deſcendi al avantdit* John, *que ore purſuit, come a fitz & heir le dit* Richard *fitz* Richard, *& coſyn & heir l'avantdit* Aveline, *file* William *fitz* Aveline, *come deſus eſt dit; que pleaſe a voſtre treſexcellent & treſgracriouſe ſeignourie comander, que droit & reſon ſoient faitz a dit ſuppliant, come ley et reſoun de le terre demandent; conſiderantz, que le dit* John *et ſes annceſtres ent long temps ont purſuiz.*

Origo Baronum de Montfichet.

Ibid.

DE nobilitate veſtri generis, licèt incognita, minus, tamen intelligentibus neceſſe eſt declarare quemadmodum patres noſtri antiquiores in Scripturis, ne memoria noſtrorum fundatorum in poſterum labaretur nobis, ideo rumoribus relinquendo expoſuerunt. Dominus *Gilbertus* de *Montefixo*, qui fuit genere Romanus, & editus de ſtirpe Romanorum, patrem veſtræ generationis primum nominamus, qui in palacio Regis Romanorum exſtitit venerabilis, & inter omnes Romanos reputatus eſt glorioſus. In tempore verò illo quo regnavit iſte Dominus *Gilbertus* inter Romanos, omnes reges, Principes, Duces, Comites, Barones totius Chriſtianitatis ſemel vel ſæpius in vita eorum ſedem Apoſtolicam ob cauſam animarum ſaltim conati ſunt viſitare: Sed inter cæteros *VVillielmus* Baſtardus Dux *Normaniæ*, cui Dominus *Gilbertus* fuit conſanguineus. Et quando ille nobilis Dux *Normaniæ* Curiam Romanam dignatus eſt viſitare, ſemper apud prædictum *Gilbertum* fuit hoſpes; in ſuis maneriis, caſtellis, dominationibus, cum omnibus ſuis laudabiliter eſt ſuſceptus. Et ſicut veritas eſt ſemper amico dicenda, ſic iſte Dux nobilis & reverendus aperuit omnem theſaurum ſui cordis, & omne conſilium ſine velamine fixionis; Et quomodo ſanctus *Edwardus* Rex *Angliæ* miſit ſibi literas pro Corona *Anglorum* poſt ejus mortem hæreditariè adhibenda, Et ſic prædictum *Gilbertum* de *Montefixo* ille nobilis Dux rogavit, ut dignaretur eſſe ejus amicus, & ſibi cum omnibus ſuis præbere auxilium in præmiſſis; unde factum eſt quod prædictus *Gilbertus*, cum magno excercitu Romanorum, cum Domino ſuo duce *Normaniæ* intravit in *Angliam*, & ibi dimicaverunt, & Regem nobilem *Heraldum* cum ſuo excercitu, & militibus ferociſſimis in illo bello ceciderunt: Et ſic contingebat prædicto *Gilberto* gratia Dei mediante, ex quocumq; ſe divertiſſet cum ſuo excercitu omnes ſibi Sacſonum contradicentes viriliter ſuperabat. Multa verò Dominia, prædia & caſtella diverſis partibus *Anglorum* ſibi in poſſeſſionem ſtrenuè ſubjugavit; unde in tempore prædicti *Gilberti* fuit quidam Canonicus, cui nomen *Daniel*, valde ſanctus, ſed natione Scotus, quem *Gilbertus* tenere diligebat; cui dedit locum Dominii ſui, videlicet **Thremhale**, ad ædificationem Eccle-

ſiæ

Fundatio Abbatiæ de Threm-hale.

ſiæ & domum Religioſorum cum poſſeſſionibus valde tenuis, ſed in promiſſione ditiſſimus. Et inmediatè poſt, ad terram ſanctæ nativitatis Romanorum, quam ſæpiùs viſitarat, eſt regreſſus, & omnia bona ſua, Dominia, prædia, cum omni ſua poſſeſſione filio ſuo Domino *Ricardo* hæreditariè reliquit.

Iſte *Ricardus* de *Monteſixo*, filius prædicti *Ricardi* ſimiliter cum ad virilem ætatem perveniſſet, Romanam Curiam devotè peregrinando viſitavit, & ibi uſurpavit ſibi nomen fortitudinis in jactando lapidem in civitate Romana ultra omnes nationes, & inde mirati ſunt omnes Romani, in tantum, quod poſuerunt palas æreas in ſignum ſuæ fortitudinis, quia nemo in diebus illis attingere poterat ad limites ſupradictas: ſed tamen in diebus ſupradicti *Ricardi* contingebat quod omnia ſua caſtella fuerunt dejecta & ad nichilum redacta, & per guerram Baronum importunè devaſtata. Et iſte *Ricardus* tam viribus robuſtus genuit filium, cui impoſuit nomen proprium, ſcilicet *Ricardus*, & iſte Dominus *Ricardus* ſecundus, cumq; ad ætatem perveniſſet virilem, accepit ſibi uxorem, quæ fuit relicta Domini *Thoma Engayne*, cui nomen erat *Jocoſa*, quæ fuit valdè inter mulieres decora, atq; in omnibus ſancta & generoſa; ſed tamen ab ea prolem (quod eſt dolendum) minime ſuſcitavit; unde iſte nobilis vir Dominus *Ricardus* ſecundus, videns quod migraturus eſſet de hoc mundo, ſine hærede de corpore proprio procreato, tunc cœpit ſanctiùs vivere, facultates ejus pauperibus errogare, poſſeſſiones ſuas diſtribuere, Eccleſias divitiis ornare, monaſteria plurima fundare ſumptibus propriis, atq; poſſeſſionibus multipliciter dotare.

Et iſte Dominus *Ricardus* de *Monteſixo* deceſſit ſine hærede de corpore ſuo legitimè procreato; Et ideo omnia terræ & tenementa deſcendebant hæreditariè duabus ſororibus ipſius *Ricardi*, quarum una nupta fuit Domino *Hugoni* de *Ver*, quæ ex *Hugone* viro ſuo genuit quatuor filias, ſcilicet *Philippam*, *Margeriam*, *Matildam*, & *Aliciam*; unde prædicta *Philippa* nupta fuit Domino *Rogero* de *Lancaſtria*, quæ concepit ex viro ſuo & genuit Dominum *Johannem Lancaſtre*. Et *Margeria* nupta fuit Domino *Nicholao Corbet*. Et *Matilda* fuit nupta Domino *Hugoni de la Vale*. Et *Alicia* nupta fuit Domino *Waltero Hundercombe*. Secunda ſoror dicti *Ricardi* de *Monteſixo* fuit nupta Domino *Ricardo* de *Plays*, quæ ex *Ricardo* viro ſuo genuit *Ægidium Plays*. Et Dominus *Ægidius Plays* genuit Dominum *Iohannem Plays*, & Dominus *Iohannes Plays* genuit Dominum *Iohannem Plays*. Et prædictus *Iohannes* genuit filiam, quæ nupta fuit Domino *Iohanni Haward*, quæ ex prædicto viro ſuo genuit filium & filiam; quæ filia eſt ſubarrata Domino Jeſu Chriſto mantello caſtitatis & annulo æternæ beatitudinis & claritatis. Et prædictus filius, qui etiam vocabatur *Iohannes Haward* junior, in ſua ætate florea atq; ætate tenera, areptus eſt viam verſùs Sanctam Terram & mortuus eſt, qui genuit filiam, quæ *Elizabetha* eſt vocata, quæ jam honorificè Comiti de Oxford eſt maritagio copulata.

Gilbertus de *Monteſixo* habuit exitum *Ricardum*, *Ricardus* habuit exitum *Ricardum* & duas filias, quarum nomina ignorantur.

De Cxlv. *acris terræ in* Bilchaungre *&* Tackley *conceſſis per* Rob. *Comitem* Oxon.

Eſc.16. E. 1.n.75. Eſſex.

IUratores dicunt (*&c.*) quod non eſt ad dampnum Domini Regis nec aliorum, ſi Dominus Rex dat licentiam *Roberto* de *Vere* Comiti *Oxoniæ*, quod ipſe dare poſſit & aſſignare *Cxlv.* acras terræ, & prati, cum pertinentiis in Bilchaungre & Takeley, pro ſalute animæ ſuæ & animæ *Gilberti* de *Vere* filii ſui; Priori & Conventui de Thremhale, (&c.)

De quibuſdam terris & redditu per Hugonem *de* Vere *conceſſis.*

Eſc.27. E 1.n.112. Eſſex.

IUratores dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod non eſt ad dampnum Domini Regis nec aliorum, ſi *Hugo* de *Veer* duo meſſuagia *Cxlv.* acras terræ, ſex acras prati, quatuordecim acras Paſturæ & ſexdecim ſolidatas redditus cum pertinentiis in Birchangre, Tackeley & Stanford dare poſſit & aſſignare Priori de Tremleye. Habendum & tenendum dictis Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum.

PRIORATUS

de Huntendune *infra burgum* Huntendunenſem.

De prima Fundatione ejuſdem, & Stemmate Fundatoris.

Ex Regiſtro quodam de Burgo S. Petri, in bibl. Cotton. f. 103.

ABbas de *Burgo*, & prædeceſſores ſui tenuerunt unum feodum in Clopton, Pokebroke & Thirming, de quodam *Richardo* Comite *Glouceſtria*. Veritas eſt quod *Æuſtachius* Vicecomes, Fundator Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Huntingdon, tenuit duo feoda de honore *Burgi* in Clopton, Pokebroke, Catworth; Wynwyke, & Henyngton; tenuit etiam unam Baroniam in Capite de Rege in Comitatu *Huntingtoniæ*, in Sutho, Pirie, Graffham, Wynwyke, Sautre, Wasſingle, Thirming, Overton-*Lungvile*, Offord. Heingford, Pappeworth, Gidding, Ceſtterton, & Stilton: & vocatur Baronia de Lovetot.

Baronia de Lovetot.

De iſtis terris, & tenementis, feofavit diverſos tenentes; & etiam domum Canonicorum de Huntington ſuper Fundatione ejuſdem dotavit; tenendum de eo, *&c.* quorum nomina, quantitatum,

quantitatum feodorum, habentur in *Rubro Libro* Feodorum Scaccarii. fol. *clviij.* & annotantur etiam inferiùs. Cujus ſtatus poſtea pervenit ad quendam *Willielmum* de *Lovetot*; quo mortuo, ſucceſſit ei *Richardus* de *Lovetot*, filius & hæres, & tenuit dicta duo feoda; Et per Cartam 1. R. 1. Regis *Richardi*, anno regni ſui primo, inter cætera quæ tenentur de Abbate de *Burgo*, confirmavit duo feoda in **Clopton**, & pertinentiis, quæ *Richardus* de *Lovetot* tenuit, ut in Carta prædicta Regis *Rich.* pleniùs apparet.

Qui quidem *Richardus* de *Lovetot* habuit duos filios; videlicet, *Willielmum* & *Nigellum*, & tres filias, viz. *Amiciam*, *Roſiam* & *Margeriam*; *VVillielmus* obiit ſine hærede de ſe; & ſic deſcendit hæreditas *Nigello* filio juniori, qui fuit Clericus beneficiatus. Similiter iſte *Nigellus* obiit ſine hærede de ſe, cui ſucceſſerunt tres Sorores ſupradictæ, inter quas fuerat prædicta hæreditas diviſa; prima iſtarum Sororum *Amicia* fuit deſponſata *Radulpho* de *Mandevil*; qui genuit ex ea *Nigellum Mundevil*, & *Eliam*. Secunda Soror ſcilicet, *Roſia* fuit deſponſata *Huberto* de *Bromford*, qui genuit ex ea filium nomine *Richardum*, qui tenuit cognomen Matris ſuæ, Anteceſſorum videlicet de *Lovetot*, ut conſanguineus & hæres: tamen ad iſtam propartem, nihil fuit aſſignatum de duobus feodis ſupradictis, quæ tenentur de Abbate de *Burgo* S. *Petri*. Tertia ſoror, ſcilicet *Margeria*, fuit deſponſata *Richardo Patrick*, qui ex ea genuit unum filium, *Willielmium* nomine, & unam filiam, nomine *Margeriam*, quæ nupta fuit cuidam *Willielmo* de *Vernon*, qui quidem *VVillielmus*, frater *Margeriæ*, dedit totam partem ſuam *Margeriæ* ſorori ſuæ. Et quod iſta fuit vera, & dicta hæreditas, patet per librum ſupradictum feodorum Scaccarii, ubi ſic dicit; *Nigellus* de *Mandevil*, *Margeria* de *Vernon*, & *Rogerus* de *Lovetot* tenent in *Sutho*, &c.

De iſtis duobus feodis ſupradictis, quæ tenentur de Abbate de *Burgo* Sancti *Petri*, tenuit quidam *Hugo Flemming*, & filius ejus *Robertus* poſt eum, tenementa in **Pokebroke**, **Kingeſthorp**, & **Clopton**, per feofamentum anteceſſorum de **Lovetot**; tenendum de feofatoribus ſuis, videlicet, de illis de *Lovetot*. *VValterus* filius *VValteri* tenuit reſiduum, ſcilicet in **Catteworth**, & **Wynewike**, qui ante feofavit quendam *Iohannem* de Vallibus, conſanguineum ſuum; & ipſe *Iohannes* Abbatem & Conventum de **Sautre**; qui pro duobus feodis ſupradictis facit ſectam ad curiam de **Caſtre**, de tribus ſeptimanis, in tres ſeptimanas, quia reddit *v* s. per compoſitionem per annum, quæ ſequitur inferiùs.

Prædicto verò *VVillielmo Patrick* fuerunt aſſignatæ homagium, & ſervitium *Hugonis Flemming* & hæredum ſuorum, & *Thomæ Smert*, & hæredum ſuorum, qui tenuerunt tenementa ſua in **Pokebrook** in dominico, & tenementa in **Clopton** in ſervitio, in propartem ſuam; & per donationem prædicti *Willielmi* ut ſupra, remanſerunt *Margeriæ* ſorori ſuæ; quæ quidem *Margeria* maritata fuit cuidam *VVillielmo* de *Vernon*, quo mortuo, prædicta *Margeria* in libera viduitate ſua, dedit & conceſſit, &c. homagia & ſervitia prædictorum *Roberti Flemming*, & *Thomæ Smert*, & hæredum ſuorum *Iohanni* de *Caleto*, Abbati de *Burgo*, per factum ſuum, quod ſequitur inferiùs. Et miſit literas ſuas prædictis *Roberto* & *Thomæ*, quod atturnarent. Hoc idem fecit *Nigellus* de *Mundevil*. Poſt, prædictus *Robertus Flemming* feofavit prædictum *Iohannem* Abbatem de omnibus terris, & tenementis, quæ habuit in **Pokebroke** per Cartam, cujus tenor ſequitur inferiùs.

Poſt, prædicta *Margeria* deſponſata fuit cuidam *Iohanni Littelbiri*; qui quidem *Iohannes* & *Margeria* conceſſerunt cuidam *Richardo* Comiti *Glouceſtriæ*, per finem inde levatum. Anno Regis *Henrici* filii Regis *Iohannis xliij.* 43. H. 3. coram *Rogero* de *Thurkilby*, unum meſſuagium, & unam carucatam terræ in *Sutho*, & homagium, & ſervitium *Petri Cordon*, *Thomæ* de *Hotetot*, *Roberti Flemming*, & *Robert.* de *Lovetot*, de terris quæ tenuerunt in **Wynewike**, **Pokethorp** & **Thirnyng**; & homagium Prioris de **Huntington**, &c. Similiter *Nigellus* de *Mundevil* hoc idem fecit per finem inde levatum coram eiſdem Juſticiariis, & eodem, anno. Et conceſſit tres carucatas terræ in *Sutho* & **Ceſterton** in comitatu **Huntington**, & tres carucatas in comitatu **Lincolnie**, & unam carucatam in **Preſton** in **Craven**. Et advocationem Prioratus de **Huntingdon**; & homagium & ſervitium *Henrici Dengaine*, *Berengarii* le *Moyne*, & *Roberti* de *Beaumeys* de omnibus terris & tenementis, quæ tenuerunt de prædicto *Nigello* in **Weriſle**, **Thyrnyng** & **Sautre**.

Carta Regis Henrici *primi Conceſſiones Donatorum recitans & confirmans.*

HEnricus Rex *Angliæ* Epiſcopo *Lincolnenſi*, Comiti *Huntedoniæ*, & *Willielmo* Cart. antiq H. n. 8. de *Lovetot*, & Juſticiariis, & Baronibus, & Vicecomitibus, & miniſtris ſuis, & omnibus de quibus Canonici tenent, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Huntendone*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes poſſeſſiones ſuas, tam in Eccleſiis, quàm in terris & decimis; & nominatim duas hidas in quibus ipſa Eccleſia ſita eſt, liberas & quietas ab omni ſeculari exactione, & omnes Eccleſias ſuas & terras infra burgum de **Huntedon** & extra; & feodum unius militis in *Gidoinga* & *Lullintona*, ſicut *Ingelrannus* de *Auco* illud tenuit & Canonicis dedit. Et unam Hydam in **Weſtone**; & unam hydam in **Crorton**; & in **Stivecle** virgatam *Gunnildæ*, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum ſuis pertinentiis. Et Eccleſiam de **Suthewic** cum ſuis pertinentiis. Et in **Stoke** *Lx.* ſolid. Terræ, cum eiſdem libertatibus, cum quibus *Matilda* Regina eam eis dedit & Cartâ ſuâ confirmavit. Et in *Dena* terram quam *Willielmus Meſchin* eis dedit liberam & quietam ab omni ſeculari exactione. Et Eccleſiam S. *Trinitatis* de * **Scipeton** cum * Com. Ebor. omnibus ſibi pertinentibus; ſicut idem *Willelmus* eam eis dedit & confirmavit. Et capellam Caſtelli de **Huntedon** cum pertinentiis ſuis, & ſcolam ejuſdem villæ, ita ut nullus aliquam infra *Huntedonſcira*, abſq; illorum licentia teneat. Quare volo (*&c.*) Teſte *VVillelmo Cantuariæ*, Archiepiſcopo, *David* Rege *Scotiæ* & pluribus aliis.

Carta ejuſdem Regis Henrici *immunitatem dictis Canonicis de geldis concedens.*

Ib. n. 9. H. Rex *Angliæ* R. Epiſcopo *Lincolniæ* & Comiti *David* & Vicecomiti, & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis de *Huntendonſcira* ſalutem; volo & præcipio, quod Soka ſanctæ *Mariæ* & Canonicorum de **Huntendone**, & duæ hydæ ſuæ de **Hormanecroshunere** ſint ita quietæ de communitate & geldis Burgi **Huntendone**, ſicut commitatus intravit inde in diratiocinamentum adverſum Burgenſes, & in burgenſibus defecit, & ſiquis eſt hominum de ſoka ſua qui habeat eſtallagium in burgo, & ſit in communitate burgi; ſi non, reddat ibi conſuetudinem Eſtallagii ſui, quam juſtè reddere debuerit. *T.* Epiſcopo *Linc.* & pluribus aliis.

Venandunum, *Vulgo* **Huntingdune.**

Lel. Col. vol. 3. p. 11. **Huntingdune**, id eſt mons *Venatorum*; Opidum aliquot abhinc ſæculis quindecim parochialibus Eccleſiis ingnis; quarum tantum quatuor nunc ſuperſunt; reliquæ, Vetuſtate, & incuria collapſæ ſunt, extantibus tamen etiamnum in aliquot locis murorum Veſtigiis & cimiteriis.

Cœnobium Canonicorum, quod nunc paululum quiddam diſtat ab opido, erat eo loco ubi nunc Eccleſia S. *Mariæ* eſt o; quod, per *Euſtachium*, *Huntingdunenſem* Comitem, tranſlatum eſt in locum paulò remotiorem, propter opidi ſtrepitum. *David Brucius*, *Scotus*, Comes *Huntingdunenſis* ſepultus in hoc Cœnobio. Eſt & ibidem ſepulcrum elegantis operis cujuſdam (ut illi putant) Comitis *Huntingdonenſis*, in quo Eques inſculpitur, cum inſignibus Venatoriis. Habent & opidani in ſigillo publico Venatorem cum ſuis armis. Habent numiſma vetuſtiſſimum, non procul ab oppido erutum, cum imagine canis leporarii, ſed inſcriptio, præ vetuſtate, obliterata eſt.

Ex autographo in bibl. *Cottoniana.* Eugenius *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Roberto *Priori S.* Mariæ *de* Hunduni, *ejuſq; fratribus, tam præſentibus, quàm futuris ſalutem Quotiens illud à nobis petitur, quod religioni & honeſtati convenire dinoſcatur, animo nos decet libenti concedere.* . . . .

. . . . *Quocirca, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam beatæ* Mariæ *Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes ut quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona in præſentiarum ipſa Eccleſia juſtè & Canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.*

Extra villam Huntendona *duas hidas terræ, & infra villam, Eccleſiam S.* Mariæ, *& Eccleſiam S.* Johannis, *Eccleſiam S.* Martini, *Eccleſiam S.* Benedicti, *Eccleſiam S.* Entmundi; *& quicquid juris habetis in Eccleſia* omnium Sanctorum. *Capellam Caſtelli cum ſuis appenditiis. Eccleſiam de* **Stivecļai** *cum ſuis appenditiis; Eccleſiam de* Geddinga *cum ſuis appenditiis. Eccleſiam de* **Sudwic**, *cum ſuis appenditiis. Eccleſiam de Evenleia, cum ſuis appendiciis. Quicquid habetis in* **Sudham**, **Peri**, Cattewrda, Moleſwrda, Calikcota, **Hiſham**, Riſtona, Cloptona, **Pocchebroc**, Turninga, **Winewic**, Saltreia, **Pappewrde**, **Opvefort**, **Hemmingeford**. *Decimam* Radulfi Teſard, *de* **Wanſingelai**, de Sticheltona, Overtona, *& alia* Overtona, Cheſtretona, Siberorp.

Præterea manerium de **Perford** *cum Eccleſia & molendino. Terram quæ fuit* Ingelrami *de* Auco *in villa de* Huntenduni. *Terram de veteri Caſtellario, & alias terras & manſiones, quas ibi habetis; & tertia parte molendinorum ejuſdem villæ & duo prata ſub Caſtello. In* **Stiveclai** *unam hidam & viginti acras inter boſcum & planum, & unam toſtam, & virgatam* Gunild *in eadem villa. In* Lolintona *unam virgatam. In* Lodintona *unam virgatam. In* Weſtona *unam hidam. In* Dena *duas hidas, & unam virgatam & dimidiam. In* Saltreia *unam virgatam. In* Sudham *dimidiam virgatam; In* **Gratham** *unam virgatam; In* **Hargrave** *unam virgatam, & quicquid juris habetis in decima* Rogerii Moin. *In* Cunintona *unam virgatam; In* Stottona xx. *ſolidatas terræ. In* Leia *duodecim ſolidatas terræ. In* Pappewrda *unam hidam terræ, de dono* Alunedi *de* Coldintona. *In* Stoches lx. *ſolidatas terræ. Medietatem* Hedure. *In* Sproxtona *molendinum de dono* Ogerii. *Decimam molendinorum de* **Stanford**. *In* Crocheſtona *unam hidam. In* Bedefordia *quandam terram de dono* Radulfi *militis.*

In Norwicenſi Epiſcopatu, Eccleſiam de **Wetinges**, *cum ſuis pertinentiis. In Fletwella ſex ſolidatas terræ, de dono* Hugonis *de* Plaic. *In* Recheſham *decimam molendinorum. In* Wella *unum millenum anguillarum annuatim, de dono* Willielmi filii Rogerii; *& alterum in* **Paccelade** *de dono* Willielmi *de* **Lovetot**. *In* **London**, *quatuor ſolidatas terræ de dono* Goie.

Decernimus ergò, ut nulli omnino hominum liceat præfatum locum temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; Sed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnibus profutura. Salva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & dyoceſani Epiſcopi Canonicâ juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiovè commonita, ſi non ſatiſſactione congruâ emendaverit, poteſtatis, honoriſq;

honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino juditio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, ac Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo Examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud diſtrictum judicem præmia eternæ pacis inveniat, Amen.

+*Ego* Eugenius *Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus.*
+*Ego* Alberius *Oſtienſis Epiſc.*
+*Ego* Imarus *Tuſculanus Epiſc.*
+*Ego* Gillebertus *indignus ſacerdos S.* Marci (&c.)

Datum Altiſiodori *per manum* Guidonis *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, Et Cancellarii*, xviij. Kl. Septemb. x. *indict. Incarnationis Dominicæ* M.C.xlvij. *Pontificatus verò Domini* Eugenii Papæ *tertii, Anno tertio.*

Bulla *Martini* Papæ de Appropriatione Eccleſiæ de **Southo**, cum Capella de **Harleweſton**, Priori & Conventui de **Huntendune**.

M*Artinus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori & Conventui beatæ* Mariæ *de* **Huntendon** *ordinis Sancti* Auguſtini, *Lincolnienſis diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri, ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus, grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, aut alias indulgentias vobis & Prioratui veſtro conceſſos; ac parochialem Eccleſiam de* **Southo**, *quam cum Capellâ de* **Halyweſton**, *dictæ diœceſis unitâ, in veſtros uſus Canonicè tenere vos aſſeritis; necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum à regibus & principibus, aut aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis, & per nos dicto Prioratui indultas, ſicut eas juſtè & pacificè obtinetis, vobis & per vos eidem Prioratui auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum* Petri *&* Pauli *Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum* Romæ *apud ſanctos Apoſtolos* iiij. *Kal.* Martii *Pontificatus noſtri Anno decimo.*

Carta Regis Henrici *tertii, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

HEnricus dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* (&c.) Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Huntedone**, & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus, omnes poſſeſſiones ſuas, tam in Eccleſiis, quàm in terris, & decimis, & nominatim duas hidas terræ, in quibus ipſa Eccleſia ſita eſt, liberas & quietas ab omni ſeculari exactione; Et omnes Eccleſias ſuas infra burgum **Huntedone**; videlicet Eccleſiam beatæ *Mariæ*, ubi ipſi Canonici primò fundati fuerunt; & Eccleſiam beati *Botulphi*; & advocationes Eccleſiarum S. *Benedicti*, S. *Martini*, S. *Johannis*, S. *Edmundi*, & medietatem advocationis Eccleſiæ *omnium Sanctorum*; & omnes terras, quas habent infra dictum burgum **Huntedone**, &c. Et feodum unius militis in **Ciddyng** & **Lollintone**, ſicut *Ingeramus de Auco* illud tenuit, & dictis Canonicis dedit. Et unam hidam terræ in **WWeſtone**, & unam hidam in **Croxtone**, & in **Stevecle** virgatam *Gunnildæ*, & Eccleſiam ejuſdem villæ cum ſuis pertinentiis. Et Eccleſiam de **Suwyc** cum ſuis pertinentiis. Et in *Stoca lx.* ſol. terræ, cum eiſdem libertatibus cum quibus *Matildes* Regina eam eis dedit & Carta ſua confirmavit. Et in *Dena* terram quam *Willielmus Meſchyn* eis dedit & liberam & quietam ab omni ſeculari exactione; Et Capellum caſtelli de **Huntedone** cum pertinentiis ſuis, & Scolam ejuſdem villæ; Ita quod nullus aliquam infra **Huntedonſhire**, abſq; illorum licentia teneat.

Cart. 1. E. 3. n. 64. per Inſpex. Et Pat. 1. E. 4. p. 6. m. 35. Et Pat. 7. R. 2. p. 1. m. 4. Et Pat. 14. H. 6. p. 2. m. 8.

Et pratum quod dicitur **Bramholme** de **Bramptone**, juxta aquam; faciendo inde ſervicium debitum & conſuetum: Et pratum ſuum juxta pontem **Huntedone**; & ſocam eorundem Canonicorum de **Huntedone**, ita quietam de communitate & geldo burgi **Huntedone**, ſicut Comitatus intravit inde in dirationamentum adverſus burgenſes, & in burgenſes defecit. Et ſi quis eſt hominum de ſocâ ſuâ qui habeat eſtallagium in Burgo, & ſit in communitate burgenſium, reddat ibi conſuetudinem eſtallagii ſui, quam juſtè reddere debuerit, & *xl.* s. per annum in molendino de **Huntedone**, in elemoſinam, & in perpetuam poſſeſſionem. Et villam de **Hereford** cum molendinis & aliis pertinentiis ſuis ad feodi firmam; Reddendo inde unoquoq; anno *xij.* l. nobis & hæredibus noſtris; Et Eccleſiam ejuſdem villæ, cum ſuis pertinentiis & libertatibus in puram & perpetuam elemoſinam. Et quod teneat imperpetuum ſeptem acras terræ cum pertinentiis de dominico noſtro de **Huntedone**, ſicut eas prius tenuerunt. Reddendo annuatim Ballivis de **Huntedone** *x* s. ad feſtum S. *Michaelis* pro omni ſervicio: Et præter hæc omnia alia tenementa ſua de quocunq; teneant infra burgum de Huntedone & extra. Et quod totus victus & veſtitus & materies prædictorum Canonicorum, & animalia eorum, & quicquid homines eorum poterint affidare, eſſe & pertinere ad proprium uſum Eccleſiæ & Canonicorum prædictorum, ſit quietum ab omni theoloneo, conſuetudine, chiminagio & paſſagio, & ſuper hôc non deſturbentur res vel homines eorum, ſuper x l. forisfactura: Quare volumus (&c.) Dat: per manum noſtram apud *VVeſtm. xxx* die *Maij*, anno regni noſtri *xxxvij*.

PRIORATUS

S. Oſwaldi *juxta Glouceſtriam.*

Hiſtoria Fundationis ejuſdem.

Lel. Col. vol. 4. fol. 172.

The Priory of St. Oſwald ſtode North, Northweſt from Glouceſter Abbay, upon Severn ripe. Ethelredus, Erle of *Marches*, and Ethelfleda his noble wife, doughter to Edward the firſt afore the Conqueſt, foundyd originally this houſe; inſtituting Prebendaryes in it, and thither tranſlatid from *Bardney* the body of S. Oſwald King of Northumberland, and there richly entombed it. It chanced that ſoon aftir the Conqueſt, a Biſhop of Lincolne, grete with the King, required other iuriſdiction or lands in Lyndeſey belonging to the ſeat of Yorke, for the which the King entreatid the Archbiſhop, being at that tyme alſo Biſhop of Worceſter: Whereupon the Biſhop of Yorke deſyring the King to have the Colledge of S. Oſwalde impropriate to the ſeate of Yorke, and ſo he had: whereupon he practiſed with the Prebendaries of a new foundation, and that they ſhould be Channons regular. Some were content, ſome wold not; but the Biſhop brought his purpoſe to paſs by power; and there inſtituted a houſe of Channons regular, impropriatyng benefices unto them, and gyving them coplets of land, reſerving the goodly lands to the Chirch of Yorke, that at this time be poſſeſſid of it.

Id eſt.

S. *Oſwaldi* Prioratus ab Abbatia *Glouceſtrenſi* ad aquilorem (occidenti propriorem) ſtetit, ſuper *Sabrinæ* [fluminis] ripam *Ethelredus*, *Merciorum* comes, & *Ethelfleda* nobilis conjux ſua, *Edwardi* ante conquæſtum [Normannicum] primi [*Senioris* vulgò dicti] filia, hanc domum primùm fundavit, Præbendarios inibi conſtituens, Sanctiq; *Oſwaldi*, *Northhumbrorum* Regis corpus à *Bardneia* eò tranſtulit, ibiq; ſumptuosè tumulavit. Ita contigit, quod citò poſt conquæſtum, Epiſcopus quidam *Lincolnienſis*, apud Regem præpollens, aliam petiit juriſdictionem, vel terras apud *Lindeſeiam*, ad ſedem *Eboracenſem* ſpectantes, pro quibus Rex Archiepiſcopum, tunc Epiſcopum etiam *Wigornienſem* rogavit. Unde *Eboracenſis* Epiſcopus à Rege poſtulavit S. *Oſwaldi* collegium ſedi *Eboracenſi* attribuendum, quod ei conceſſum eſt. Unde cum Præbendariis egit de novâ Fundatione, & ut Canonici eſſent regulares. Quidam adquieverunt, quidam non. Epiſcopus autem potentiâ fretus, propoſitum ſuum ad exitum perduxit optatum, ibiq; Canonicorum regularium domum conſtituit, beneficia eidem attribuens, & terrarum portiunculas conferens, ampliores fundos *Eboracenſi* Eccleſiæ eos hactenus poſſedenti reſervans.

PRIORATUS

S. Oſwaldi *prope* Glouceſter.

Rex Fundator ante Conqueſtum.

Lel. Col. vol. I. p. 62.

Tunc libera Capella fuit Regis, poſtea facta eſt juris Archiepiſcopi *Eboracenſis*, qui Canonicos regulares induxit.

In hac domo olim fuere Canonici ſeculares, & hæc Eccleſia erat Collegiata; à tempore Danorum uſq; ad tempus *Gulielmi Rufi*, qui conceſſit hanc Eccleſiam Archiepiſcopo *Eboracenſi* loco dominii de Lynſey & Notham, quod ipſe Archiepiſcopus dedit Epiſcopo *Lincolniæ*, qui illud dominium affectabat applicari ſedi Epiſcopali *Lincolniæ*, propterea quod ibidem natus erat Corpus S. *Oſwaldi* hic ſepultum.

PRIORATUS

de Bernewell *in agro* Cantabrigienſi.

Hiſtoria Fundationis & Fundatorum, ejuſdem cœnobii.

Ex veteri codice Bernwellenſis *Monaſterii, de variis rebus memorabilibus* Grantibrigenſis *provintiæ.*

Lel. Col. vol. I. pag. 621.

Regnante Rege illuſtri *Anglorum Gul.* primo, extitit quidam vir nobilis in partibus *Cantabrigiæ*, de gente & genere *Normannorum*, *Picotus* nomine, *Vicecomes* cognomine; quia Vicecomitis in illis partibus fungebatur, & inter optimates Regni pro Comite habebatur.

Memoratus namq; Rex quandam Baroniam in Provincia *Cantabrigiæ*, dùm integra eſſet, ſatis opulentam illi contulerat; & altis aliis honoribus & opibus, ut benè dignus erat, per diverſa regni loca, eum ſatis ditaverat.

Hugolina uxor *Picoti* S. *Egidium*, tanquam patronum, coluit; quæ aliquandò graviſſimè ægrotans Monaſterium ex voto, ſi ſalutem recuperaret, **D.** *Egidio* dicaturum ſe promiſit &c. ut convaluerit, & maritum de complendo voto exoraverit.

Tandem *Anſelmo Cantuar.* Epiſc. & *Remigio Lincoln*; conſultis, Eccleſiam in honore beati *Egidii*, & officinas ſatis eo tempore competentes, *Cantabrigiæ* juxta Caſtrum conſtruxerunt; & ſex Canonicis regularibus, in brevi illic adunatis, ad eorum curam gerendam, *Galfridum* de *Huntedon* Canonicum, magnæ religionis virum, præfecerunt. Ad horum itaq; ſuſtentationem, duas partes decimarum de dominiis ſuis, atq; omnium militum ſuorum ejuſdem Provinciæ, antequam ipſis militibus fundos conferrent, uti mos erat Francigenis, Domini *Remigii* Epiſc. priùs habitâ conceſſione, aſſignaverunt. Eccleſiarum verò de jure fundi, intra fines illius Provintiæ, ad ſe ſpectantium, advocationem, eis contulerunt. Decernentes, ut cum vacarent, uſibus eorum cederent; & Chartam ſuam inde fecit ad petitionem & inſtantiam uxoris ſuæ *Hugolinæ*.

Ex Charta Picoti *de Donatione.*

Ib. Vide Plac. coram Rege Term. Paſch. 8. E. 3. rot. 16. *Cantab.*

> “ —— *Conſilio* Remigii, *& precibus* Hugoli-
> “ næ *ux: meæ, conceſſi, & hac Charta confirma-*
> “ *vi Canonicis regularibus S.* Egidii, *Eccleſi-*
> “ *am S.* Egidii, *ubi domus eorum fundata eſt*,
> “ *Eccl. de* **Bordon** *cum capella de* Redderia:
> “ *Eccleſiam de* **Thadelaws** : *Eccleſiam de*
> “ **Brune**, *alias* **Brunne**, *cum capella Caſtelli*,
> “ *& cum capella de* **Caldecote** : *Eccleſiam de*
> “ **Cumbretone**. *Eccleſiam de* **Maddingele** : *Ec-*
> “ *cleſiam de* **Rampton**, *Eccleſiam de* **Harle-**
> “ **ſtone**, & *de* **Henxton**; *habendas & tenendas*
> “ *liberè*, &c.

Ex eadem *Picoti* Donatione.

Ib. pag. 622.

> “ —— *Conceſſi ſimiliter concilio* Remigii *Epiſ-*
> “ *copi, duas partes decimarum de omnibus domi-*
> “ *niis omnium militum meorum, in* **Cante-**
> “ **brigeſhire**; *ſcil: de* Queya (*nunc qui propè*
> “ **Angleſey**) *de* **Stow**; *de* **Waterbeche**; *de*
> “ **Stidletone**; *de* **Impeton**; *de* **Hiſtone**; *de* **Gret-**
> “ **tone**, *de* **Hoketone**; *de* **Ramptone**; *de* **Cote-**
> “ **ham**; *de* **Lolleſworth**; *de* **Trumpitone**; *de*
> “ **Haſelingfold**; *de* **Harleſtone**; *de* **Evreſtone**;
> “ *de* **Toſte**; *de* **Caldecote**; *de* **Kingeſtone**; *de*
> “ Winepola; *de* Craudena; *de* Hatteleia; *de*
> “ **Pampelworth**; *de* **Aldewincle**; *habendas &*
> “ *tenendas liberè, quietè & integrè*, &c.

Poſt paucos annos cœnobio non perfecto, ambo fælices migraverunt ad dominum; adjurantes *Robertum* filium ſuum, ut de illa domo ditanda & amplianda, onus ſubiret & curam gereret;

Sed ille *Robertus*, parentum relicto veſtigio, in brevi accuſatus, quod in Regis necem & Regni proditionem conſpiràſſet; à glorioſo rege *Henr.* primo conventus, diem de parendo juri in curia regis ſibi præfixum, fugiendo prævenit; cujus Baronia, de jure Regni, fiſco cedente; domus S. *Egidii* illa paupercula, facta eſt ſub tributo; Omnes etenim amici ejus ſpreverunt eum, & facti ſunt ei inimici,

Procedente verò tempore, contulit Rex *Henricus* Baroniam illam cuidam ſuo familiari; ſcil. *Pagano Peverelle*, egregio militi, armis inſigni, militia pollenti, viribus potenti, & ſuper omnes Regni proceres bellico uſu laudabili. Qui partes *Cantabrig.* adiens, & illam domum S. *Egidii* deſolatam, & ad nihilum redactam intuens; dixit.

Triginta hic conſtituam Canonicos, per Dei gratiam, me ad æternam vitam producturos. Et ſicut loco hæredis ſucceſſi Picoto, *ad hæreditatem poſſidendam; ita & ſuccedam ad Domum iſtam ditandam & ſufficientèr dilatandam.*

Impetravit *Paganus* à Rege *Henrico* locum extra Burgum *Cantebrig.* à magnâ plateâ, uſq; in riveram *Cantebrig.* ſe extendentem; & amœnitate ſitus loci delectabilem. Porrò de illius loci medio, fonticuli puri & vividi emanabant, Anglicè **Barnewell**, idem *fontes puerorum* eo tempore appellari, eò quod * pueri & adoleſcentes ſemel per annum in vigilia ſcilicet Nativitatis S. *Johannis Bapt.* illuc convenientes, more Anglicano luctamina & alia ludicra excercebant puerilia, & cantilenis & muſicis inſtrumentis ſibi invicem applaudebant; unde propter puerorum & puellarum turbam illic concurrentium & ludentium, mos inolevit, ut in eodem die illic conveniret, negotiandi gratia, turba vendentium & ementium. In hoc etiam loco quidam homo magnæ ſanctitatis, *Godilone* nomine, converſari conſueverat, ſolitariam vitam ducens; & parvulum Oratorium ligneum, in honore beati *Andreæ* Apoſtoli constructam, habens; qui parum antea defunctus, locum ſine habitatione, & Oratorium ſine cuſtode, dimiſerat.

* Ib. p. 623.

Picoti Donatio confirmata à *Pagano Peverelle.*

Ex Charta novæ Donationis *Pagani.*

—— *Conceſſi ſimiliter eiſdem Canonicis, quendam locum jacentem in campis* Cantabrig. *pro* xiij. *acris, circa fontes de* **Barnwelle**; *quæ* Henr. *mihi dedit ad domum eorum ſtabiliendam & fundandam, liberè, quietè & integrè; à magna platea uſq; in riveriam de* Cantebrig; *&c.*

Ad Eccleſ. S. *Egidii*, ut dictum eſt, *Picotus Vicecomes*, Canonicos fundavit An. D. 1092. Sed ad prædictum locum de **Barnwelle**, *Paganus* Canon. regulares, cum magna apparatu & ſupellectili, comitante non modicâ catervâ cleri & populi, & Burgenſium *Cantebrig.*, à primo mo fundationis loco, poſtquam ibi ſteterat per *xx.* annos, tranſtulit, & tranſlatos in prædicto loco Barnewelle, multò magis eis oportuno, cum gaudio magno, collocavit A. D. 1112. Eccleſiamq; miræ pulcritudinis, & ponderoſi operis, in honore beati *Egidii*, ibidem inchoavit. Sicq; beatus *Andreas*, ſicut in cœlo & in terra beatum *Egidium* ſibi aſſocians, hoſpitioq; ſuſcipiens, hoſpes ejus uſq; in hodiernum diem eſt effectus; & ambo permanent ejuſdem loci patroni, uſq; in ſempiternam.

De morte Pagani Peverell.

VEruntamen antequam propoſitum ſuum de *xxx.* Canonicos conſtituendis complêſſet, vel ſufficientem ſuſtentationem eis providiſſet, à tranſlatione Canonicorum decennio nondum decurſo, *Londini*, febre correptus, migravit ad Dominum; *Bernewellamq*; delatus in aquilonari parte magni Altaris, decenter eſt collocatus.

* Ib. p. 624.

* *Gul. Peverell* filius *Pagani* confirmavit donationem patris ſui, adjectâ dimidiâ hidâ terræ in Brunne.

Poſt *Gul. Peverelle* Hieroſolimam adiit, & illic à ſeculo migrans, nullum ex ſe reliquit hæredem.

Quatuor ſorores, dicti Pagani filias, reliquit; quæ totam Baroniam inter ſe diviſerunt: Quarum primogenita vocabatur *Mathildis* de *Doure*; & ipſa ſine hærede de ſe mortua eſt; & ſic hæreditas ad tres ſorores devoluta eſt, & pars prædictæ *Mathildis* inter ipſas diviſa; Quarum una fuit uxor *Hamonis Peche* ſenioris, quæ vocabatur *Alicia*, & ex illa proceſſerunt filii & filiæ. Primogenitus *Hamonis* vocabatur *Gilbertus Peche* primus, & ſecundus vocabatur *Gaufridus Peche.* Iſte *Galfridus* dedit Canonicis Eccleſiam de Harleſton ad veſturam.

De *Gilberto* autem proceſſit *Hamon Peche*, qui uxorem accepit nomine *Evam*, de partibus tranſmarinis oriundam, quæ genuit quinq; filios & filias.

Primogenitus *Gilbertus Peche*, qui fuit de iſto ſtipite, ultimus noſter patronus. Secunda ſoror *Gul. Peverelle*, vocabatur *Roiſia*, de illa proceſſit *Albreda* de *Harecourt*, & ex illa *Albreda*, proceſſerunt *Galfridus Truſſebut.*

His omnibus defunctis ſine hærede de ſe, tres ſorores remanſerunt, ſcilicet *Royſia*, *Hillaria*, & *Agatha.*

Ex *Roiſia Robertus* de *Ros* ſenior. De *Roberto Gul.* de *Ros*, & iſti tres; ſcilicet *Gulielmus*, *Hillaria* & *Agatha* hæredes ſunt in parte.

Tertia verò ſoror vocabatur *Aſcelina* de *Waterville*, & ex illa natæ ſunt duæ filiæ, ſcilicet *Aſcelina* de *Waterville*, & *Matildis* de *Diva.*

De *Aſcelina* venit *Rogerus* de *Torpel*, & de *Mathilda*, *Hugo* de *Diva.*

Gilbertus Peche fuit filius *Hamonis Peche.* Hic fecit avuum ſuum, *Gilbertum Peche* nomine, & Aliciam uxorem ejus levari de pulvere, & in uno ſepulcro marmoreo, ex parte aquilonari magni Altaris, ad caput egregii *Pag. Peverelle*, amborum corpora recondi.

* Ib. pg. 625.

Pater ejus vocabatur *Hamon Peche*, & uxor ejus *Eva* * de tranſmarinis partibus oriunda.

Ex iis proceſſerunt ſex filii, ſcilicet *Gilbertus* primogenitus, *Hamo*, *Hugo*, *Robertus*, *Thomas*, & *Gulielmus.*

Ex iis vidimus quinq; milites potentes, prudentes, & robuſtos. Sextus verò, ſcilicet *Hamon* erat Clericus Eccleſiis & redditibus copioſè ditatus. Pater verò eorum mortuus eſt in terra ſancta, & corpus ejus delatum eſt Bernewelle, & ſepultum eſt in Capella D. *Mariæ*; uxor verò ejus *Eva* ſenex & plena dierum, cum magna veneratione, præſentibus quatuor filiis ſuis, ſepulta eſt à dextra viri ſui, & filius illorum junior *Gul. Peche* miles, aſpectu quidem pulcher, & armis inter omnes bachelarios validiſſimus nominatus, ſepultus eſt à ſiniſtra patris ſui.

Prædictus Dominus *Gilbertus Peche* duas habuit uxores, unam quæ vocabatur *Mathildis* de *Haſtings*, genere quidem claram, ſed moribus multò clariorem, & habuit filios & filias: Quæ *London.* defuncta eſt, ſepultum eſt corpus ejus in Eccleſia Canonicorum beatæ *Mariæ* ultra aquam; quia videlicet huc deferri honorificè non potuit tunc temporis, ſicut ipſa optaverat, propter perturbationem quæ tunc erat in *Anglia:* Sed cor ejus huc deportatum fuit, in locello plumbeo, & coram magno Altare, juxta pueros, filios ſuos, ſepultum.

Poſt hæc accepit D. *Gilbertus* aliam uxorem filiam D. *Simonis* de *Grey*; quæ vocabatur *Joanna.* Hanc quidem dilexit & honoravit multùm, eò quod pulcherrima eſſet & bona.

De hac quidem genuit filios & filias, & ob amorem matris magis cepit diligere pueros ſecundæ uxoris quàm primæ, quod, ex poſt facto, patuit.

Nam ſecundæ uxori, & pueris ſuis, dedit *Gilbertus* maneria quædam, & ſecuritatem ſuper his, quæ neceſſaria erant ad perpetuitatem, providenter providit. *Johannem* verò *Peche* primogenitum ſuum, & *Edmundum* ejus fratrem filios primæ uxoris, quaſi ferè dimiſit inanes. Nam neſcio quo ſpiritu ductus vel conſilio, D^{m}. Regem *Edvardum* filium Regis *Henrici* & Reginam *Alianoram*, de reſiduo Baroniæ ſuæ ſuos fecit hæredes.

* Ib. pag. 626.

* An. D. 1284. D. *Gilbertus Peche* filius *Hamonis Peche*, dedit *Edwardo* Regi jus patronatus Cœnobii de Bernewelle perpetuò poſſidendum.

Paganus Peverelle ſignifer fuit *Rob. Curthoſe*, filii *Gul. nothi* Regis *Angl.* in terra ſancta.

Carta Regis Henrici *primi de loco in quo Eccleſia de* **Bernewell** *fundata fuit.*

Cart. antiq. K. n. 36. Videſis etiam Pat. 5. R. 2. p. 1. m. 33. per Inſpex.

H. Rex *Angliæ Herveo* Epiſcopo de **Ely**, & *Gilleberto* Vicecomiti, & omnibus Baronibus ſuis, *Francis* & *Anglis* de *Cantebrigſcire* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, ad preces *Pagani Peverel*, Canonicis de *Cantebrigia*, locum quendam in campis *Cantebrigiæ* jacentem circa fontes de **Bernewell**, pro treſdecem acris terræ, ad domum ſuam ſtabiliendam, & Eccleſiam ſuam fundandam. Habendam & tenendam in liberam & perpetuam elemoſinam, liberè, quietè, integrè, in ſicco, in mariſco, à platea uſq; in riveriam de **Cantebrig**, ſecundùm quod curia eorum in longum extenditur. Conceſſi etiam eis decimas de Dominio meo de *Cantebrigia*, & Eccleſiam S. *Egidii*, & Eccleſiam de **Cumbertone** in perpetuam elemoſinam. T. *Rogero* Epiſcopo *Sarum*, & *Willielmo* Epiſcopo *Exon.* & *Johanne* Epiſcopo *Badue*, *Turſtano* Capellano, *Hamone* Dapifero, apud *Merlebergam*, in Paſcha.

Carta Willielmi *filii* Otomis, *de advocatione Eccleſiæ de* **Bertone**.

Ex ipſo autog. in Collegio Regali *Cantabr.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus* filius *Otomis* conceſſi, & hac mea Cartâ confirmavi Deo & Eccleſiæ ſancti *Egidii* de **Bernewell**, & Canonicis ejuſdem loci, Advocationem Eccleſiæ de *Bertona* in **Ketſtevene**, quam *Radulphus* de *Walterv ll*, avunculus uxoris meæ *Matildæ*, eis donavit, & *Matilda* de *Diva* mater ejuſdem *Matildæ*, uxoris meæ, Cartâ ſuâ eis confirmavit, His teſtibus, *Hugone* de *Diva*, *Roberto Gue*, *Willielmo* de *Bars*, *Baldewino* de *Sancto Georgio*, *Silveſtro* perſona de Ceſt.... de *Whitſand*, *Roberto* de *Chantelu*, *Richardo* filio *Willielmi*, *Symone* filio *VVillielmi*, *VVillielmo* de *Chaune*.

Carta Aſcelinæ *de* Waltervilla.

Ib.

ASCelina de *VValtervilla* omnibus hominibus & amicis ſuis, *Francis* & *Anglis*, tam præſentibus quàm futuris, ſalutem; Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe, & hac Cartâ meâ confirmâſſe, Deo & Eccleſiæ ſancti *Egidii* de **Bernewelle**, & Canonicis ejuſdem loci, donationem fratris mei *Radulfi* de *VValtervilla*, quàm fecit eidem Eccleſiæ, & Canonicis de advocatione Eccleſiæ de **Bertone** in **Ketſtevene**, & Carta ſua eis confirmavit: volo ergo, ut eam habeant quantum ad me & hæredes meos pertinet, liberè, & quietè in puram elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus anteceſſorum meorum, & pro anima prænominati *Radulfi* fratris mei, quem bonâ & purâ devotione prædictam donationem eis feciſſe novi, His teſtibus, *Radulfo* Sacerdote de **Hingiſtitune**, *Martino* ſocerdote de **Berdeks**; *Radulfo* de *Diva*, *Luca* de *Bans*, *Johanne Baubedor*, *Radulfo* de *Tichemers*, *Radulfo Piſtore*, & multis aliis.

Carta Matildis *de* Diva.

MAtildis de *Diva* omnibus hominibus, & amicis ſuis *Francis* & *Anglis*, tam præſentibus, quàm futuris, ſalutem: Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe, & hac Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Egidii* de **Bernewell**, & Canonicis ejuſdem loci, donationem fratris mei *Radulfi* de *Waltervilla*, quàm fecit eidem Eccleſiæ, & Canonicis, de advocatione Eccleſiæ de **Bertone** in **Ketſtevene**, & Cartâ ſuâ confirmavit, volo ergo, (*&c.*) Hiis teſtibus, *Radulfo* ſacerdote de **Hengſtiton**, (*&c.*)

Confirmatio Regis Henrici *tertii de Villa de* **Ceſtreton** *Canonicis de* **Bernewell** *per Regem* Johannem *prius conceſſa.*

Cart. antiq. FF. n. 12. Et; Cart 11. H. 3. p. 1. m. 3.

HEnr. Dei gratia &c. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Priori & Canonicis de **Bernewell**, quod villam de **Ceſtreton**, cum pertinentiis ſuis quam Dominus *J.* Rex Pater noſter eis conceſſerat, & Cartâ ſuâ confirmavit, ad feodi firmam pro *xxx*^{l}. ſterlingorum blancorum; annuatim reddendis ad Scaccarium noſtrum, habeant & teneant de cætero de nobis & hæredibus noſtris ad feodi firmam pro *xxxi*^{l}. numero annuatim reddendis ad Scaccarium noſtrum ad duos terminos, ſcilicet ad Paſcha *xv l.* & *x s.* & ad feſtum S. *Mich. xv l.* & *x s.* ita quòd nos & hæredes noſtri per hanc conceſſionē noſtram eis factam quieti erimus imperpetuum de *x l.* argenti, quas præfatus Pater noſter *J.* Rex ante conceſſionem & confirmationem ſuam eis factam de Manerio ſuo de **Ceſtreton**, ſicut prædictum eſt, eis conceſſerat annuatim de elemoſina ſua percipiendas. Conceſſimus etiam pro nobis & hæredibus noſtris, quod manerium prædictum de **Ceſterton** imperpetuum ſit quietum de viſu franciplegii. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum venerabilis patris R. *Ciceſtr*, Epiſcopi, Cancellarii noſtri apud *Weſtm.* xx. die *Febr.* Anno Regni noſtri *xi.*

Veredictum

Veredictum Juratorum Burgi Cantabr. *anno tertio Regis* Edwardi *primi.*

Ex Rotulis Hundr. pro Com. *Cantabr.* in arce *Lond.*

PRior de **Bernewell**, & Canonici tenent locum, & ſitum Eccleſiæ ſuæ Conventualis, continentem treſdecem acras terræ & amplius, &c. ex dono *Pagani Piverelli* militis, qui fundator & Patronus eſt, &c. Dicti Prior & Canonici habent infra villam & extra tres Carucatas terræ, & amplius, & *x* s. redditus, pro quibus ſolvent capitalibus Dominis feodi, &c. & Balivis Domini Regis Cantabrigiæ, qui tenent dictam villam ad feodi firmam de Domino Rege pro *lagabulo* & *langabulo* - - - - *lviis*.

Habent aliquam partem, ex dono multorum in perpetuam elemoſinam; & aliam partem de perquiſito &c. unde Comes *David* dedit eis duas acras ante portam Eccleſiæ ſuæ, pro *iiii*^{d}. per annum redditu.

Tranſlatio de **Bernewel.**

Et *Matilda* Comitiſſa dedit duas acras in perpetuam elemoſinam, &c. dedit etiam homo quidam, dictus *Picotus* Vicecomes eis locum in villa *Cantabrigiæ*, ubi modo Eccleſia S. *Egidii* ſita eſt ad Caſtrum, & ibi habitabant dicti Canonici per *xx*. annos, donec *Paganus Peverell* transferret eos de illo loco, uſq; ad locum de **Bernewell**, ubi modo habitant.

Habent & dicti Canonici, ex dono *Dunnigg*, proavi *Hervei Dunnigg*, & *Matildis* uxoris ſuæ, *L*. acr. terræ, in campis citra pontem, & ex donatione *Alketilli*, *L*. acr. terræ in libera elemoſina, ſalvo *Hagabulo* Domini Regis, quæ ſolvunt ſingulis annis Ballivis Domini Regis ſicut dictum in magna ſumma prædicta ſuperiùs ſcripta, *lvii s*.

Habent, ex dono prædicti *Henrici* tria meſſuagia in *Cantabrigia* propè forum, & duo alia meſſuagia quæ *Henricus Liſwes*, & *Robertus* le . . . . . tenuerunt ſub prædicto redditu, de *lvii s*. & ſolvit ad *Hagabulum*, ſicut dictum eſt.

Habent Canonici - - *xx*. acras de feodo Prioris de **Ely**, ex dono *VVillielmi* filii *Baldwini Blamignun*, cum meſſuagio & redditu per annum duas marcas, & dictus Prior acquietabat eos verſùs Balivos Domini Regis *Cantabrigiæ* de *Hagabulo*, &c. quo warranto Prior de **Ely** clamat, ignorant.

Habent ex dono ejuſdem *Willielmi lxxii*. acras terræ & totum meſſuagium, quod *Ranulphus* filius *Gwidonis* tenet de eo, in vico Pontis, &c. & reddit in magna ſumma prædicta de *lvii s*. ad *Hagabulum*.

Habent ex dono *Thomæ Toylet xxiiii*. acras terræ de feodo *Baldwini Blangernun*, &c.

Habent ex dono *Walteri* de *Wyſhenden*, per manum Ballivi *Cantabrigiæ*, *x s*. annui redditus, &c.

Habent ex dono *Acii Frere tria* meſſuagia, & illud tenementum quod *Reginaldus Alicon* tenet, & vi. acras terræ de feodo *Baldwini Blanggernun*, &c. pro anima ipſius *Acii Frere*, &c.

Habent ex dono *Johannis* de *Kaleys* & *Baſiliæ* uxoris ſuæ *xl*. acr. in campo de *Cantabrigia*, & totum ſervitium magiſtri *Henrici Nuttele* & aliorum ſeptemdecem &c. Pro hiis dicti Canonici reddunt per annum in Curia Domini Regis, dictis *Johanni*, & *Baſiliæ* durante vitâ utriuſq; eorum, duo corrodia duorum Canonicorum, & unius liberi ſervientis, & *xl s*. ſterlingorum ſingulis annis, &c. & 5000. turbarum ad comburendum, & tres carectatas litteræ, & ſi *Ricardus* le *Waleys*, filius ipſius *Baſiliæ*, & *Matildis* ſoror ipſius *Richardi* prædictos *Johannem* & *Baſiliam* ſupervixerint, tunc dicti Prior, & Canonici annuatim reddent *viii s*. & duo Corrodia Canonicorum. &c.

Habent duo Molendina ventritica, ſed levata ſunt de ſuo proprio ſolo, & nullum poſſunt arctare ad molendum ibi, nec tenentes ſuos proprios.

Habent etiam Prior & Canonici Advocatum Eccleſiæ ſuæ de **Bernewell**, Dominum *Gilbertum Peche*, per decenſum de hærede in hæredem, à tempore *Pagani Peverell*, qui fuit ipſius Eccleſiæ fundator & Patronus, ſicut prædictum eſt. *Leonnis Dunnig* tenet unum meſſuagium cum pertinentiis in parochia S. *Egidii Cantabrigiæ*, quæ deſcendit jure hæreditario, per mortem *Adæ Dunnig* patris ſui, qui quidem *Adam* emit dictum meſſuagium de *Nicholao Wergell*, qui habuit ex antiqua ſucceſſione anteceſſorum ſuorum, teneteq; Molendinum equicium in villa de *Cantabrigia*, reddendo pro meſſuagio *viii d*. & pro molendino *vi d*. dicto Priori, & hæredibus *Walteri* de S. *Edmundo*.

Ordinatio inter Priorem & Conventum de **Bernewell** & *Gilbertum Pecche* de electione Prioris.

Pat. 13. E. 1. m. 21.

R*EX omnibus ad quos*, &c. *ſalutem. Litteras inter dilectos nobis in Chriſto Priorem & Conventum de* **Bernewell**, *ex parte una & dilectum & fidelem noſtrum* Gilbertum Pecche, *ex altera, ad modum cirographi confectas inſpeximus in hæc verba*; Omnibus has literas inſpecturis *Gilbertus Pecche* ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra, me ad dilucidationem juris patronatus, quod habeo in Monaſterio de **Bernewell**, cum ipſum vacare contigerit, pro me & hæredibus meis in ſubſcriptam formam conſenſiſſe & Canonicis ejuſdem inviolabiliter obſervandam conceſſiſſe: Ordinatum eſt igitur ex communi aſſenſu meo, videlicet & ſupradictorum Canonicorum, quod cum ſupradictum Monaſterium vacare contigerit, quod ad me, ſi in regno *Angliæ* fuero, vel ad Seneſcallum meum, qui pro tempore fuerit, ſi extra regnum fuero, debeant unum vel duos Canonicos deſtinare, & per eoſdem vacationem ſui Monaſterii denunciare; ac taliter diceret, “ *Domine, ad vos tanquam ad Patronum noſtrum accedimus, & vacationem domus noſtræ vobis denunciamus; & de veſtro beneplacito ad electionem noſtram procedemus*. Quo facto, petitâ licenciâ, licèt non optentâ, poſſunt redire liberè ad eligendum. Cum autem electio facta fuerit, debent Electum ſuum michi, tanquam patrono, & hæredibus meis præſentare, & conſenſum meum requirere. Concedo autem dictis Canonicis, ut ratione patronatus, quem habeo in eorum Monaſterio, nullus hæredum vel ſucceſſorum meorum poſſit aliquam deſtructionem facere in eodem Monaſterio tempore vacationis ſuæ, vendendo, largiendo; diſtrahendo bona eorundem, aut mutando aliqua, quorum mutatio ad dampnum ejuſdem Monaſterii fore comprobabitur. Et ut nulla occaſio diſtractionis vel deſtructionis fiat, volo, & eiſdem Canonicis concedo, ut tempore vacationis, quamdiu Monaſterium ſuum vacare contigerit, non habeam ego, nec aliquis ſucceſſorum meorum niſi unicum famulum cum equo & garcione, qui propter recognitionem juris Patronatus mei, & meorum ſucceſſorum, habeat ſimplicem poſſeſſionem, qui nullam faciat deſtructionem, prout ſuperiùs dictum eſt; ſet unà cum officialibus domus ſe intromittat ad ſalvandum omnia bona ejus, donec de Priore fuerit proviſum eiſdem. Hanc igitur ſupradictam formam & libertatem concedo eiſdem; contra quam nolo quod aliquis hæredum vel ſucceſſorum meorum aliquid in præjudicium ejuſdem Monaſterii, attempter. Et ut hæc conceſſio imperpetuum robur habeat & firmitatem, duo inſtrumenta in modum cirographi ſunt hinc inde confecta, quorum unum ſigillo Capituli prædicti Monaſterii, & ſigillo Magiſtri *Ricardi* de *Wytton* gerentis tunc temporis vices Domini *Cantuarienſis* in dioceſi *Elyenſi*, vacante tunc eadem ſede, ſignatum reſidet penès me; & aliud ſigillo meo & ſigillo prædicti Magiſtri *Ricardi* ſignatum reſidet penès prædictos Canonicos. Dat. apud **Bernewelle** Anno D. *M. CC. Lvj.* dominicâ primâ adventus ejuſdem. Hiis teſtibus Magiſtro *Reginaldo* de *Gefringhale*, tunc Cancellario *Cantebrig.* Magiſtris *Stephano* de *Wotton*, *Roberto* de *Rothing*, (*&c.*) Nos autem conſenſum & conceſſionem prædictam hinc inde factos, acceptantes, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus. (*&c.*) In cujus. *&c.* T. R. apud *Weſtm. xij.* die *Maij.*

Ex libello de Prioribus Bernewellenſis *cœnobii.*

Lel. Col. Vol. 1. p. 626. G*Alfridus* Canonicus de **Huntendon**, primus Prior in utroq; cœnobio, hoc eſt & *Picoti* & *Piperelli.*

Gerardus Prior, cujus tempore Eccleſia inchoata à *Pagano*, conſummata non fuit.

Richardus Noel biennio præfuit.

Hugo Domeſman. Hic totam terram *Osberti Domeſman* patris ſui, ſcilicet ſepties *xx.* acras in campis de **Kantebrig**, ac plures manſuras in burgo Eccleſiæ ſuæ dedit.

Robertus. Hic verò virum honorandum & per omnia commendandum, militem egregium *Everardum* de *Beche*, ad officinarum & Eccleſiæ conſtructionem ſibi conſocians, ac ejus conſilio ac auxilio utens, Eccleſiam à *Pagano* inchoatam funditùs evertit, aliamq; decentiorem complevit.

Inſcriptio in baſi crucis ſitæ in publicâ viâ ex occidentali parte de **Bernewelle.**

Quiſquis es *Evrardi* memor eſto *Bechenſis* & ora,
Liber ut ad requiem tranſeat abſq; mora.

G*Ulielmus Devonienſis*, Prior.

Gulielmus de *Bedeforde.*

Richardus de *Burgo.*

Laurentius de *Staneffeld*, Capellam S. *Edmundi* perfecit.

Henricus de *Eia.*

Jahanus de *Thorley.* Hic obligavit domum ſuam, ut inveniret perpetuò duos Capellanos in Univerſitate, Miſſas celebraturos pro anima *Gulielmi* de *Kilkenny* Epiſcopi *Elienſis*, à quo acceperat *C C.* marcas.

Duo ſacerdotes imperpetuum celebraturi in Capella elemoſinaria de **Bernewelle**, unus pro anima *Thomæ Tuylet*, & alius pro anima *Acii Ferre*, quorum corpora ſepeliuntur in eadem Capella.

Ille *Acius Ferre* ſuis ſumptibus Capellam ipſam fabricavit, & terras & domos Canonicis de **Bernewelle**, & domui elemoſynarie dedit.

Thomas Tuyllet dedit *lx.* acras terræ in campis *Cantabrigiæ.*

Euſtachius Pycot, tempore *Ricardi* primi regis, dedit terras in **Madingele** Prioratui de **Bernewelle.**

Vide *Eſc.* 17. E. 3. n. 79. pro Extenta terrarum ad Canonicos de **Bernewell** olim ſpectantium.

PRIORATUS

de **Noſtell** *in agro* Eboracenſi.

Carta Fundationis per Robertum *de* Laci.

OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Robertus* de *Laci*, Salutem. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum, & hæredum meorum, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ S. *Oſwaldi* de **Noſtle**, & Canonicis regularibus ejuſdem loci, dimidiam carucatam terræ, in qua ſita eſt Eccleſia eorundem Canonicorum, ſuper vivarium; & Eccleſiam de **Warnefeld**; & Eccleſiam de **Hundresfeld**; & Eccleſiam de *Bateleia*, & Eccleſiam de *Rowella*, & totam terram de **Akenesthage**, Salvo redditu meo, quem inde ſoleo habere; ſcilicet, quinq; ſolidos pro omni ſervitio; Et totam terram, quæ fuit *Ottonis* in

Chibet;& duas bovatas terræ in **Heſel**; & unam bovatam terræ in **Heth**;& unum meſſuagium in *Pontefracto*, quod *Hugo* de *Batteleia* de eis tenet, cum omnibus prædictarum Eccleſiarum, & terrarum pertinentiis, ſine omni retenemento: Et liberam ſuam electionem ad Priores ſuos eligendos, liberè, & quietè, & honorificè ſine omni contradictione, vel reclamatione, de me & hæredibus meis imperpetuam, & puram elemoſinam, liberam & quietam ab omni terreno ſervitio, & ſeculari exactione de me & hæredibus meis, & de omnibus hominibus meis. Præterea concedo & confirmo,& quantum ad me & hæredes meos pertinet, do prædictis Canonicis in puram, & perpetuam elemoſinam Eccleſiam de **Suthkirkby**, & Eccleſiam de **Federſtan**, cum omnibus pertinentiis earum. Confirmo eis etiam unum molendinum, cum pertinentiis in *Saxtona*, de dono *Roberti Pictavenſis*;Et de dono *Malgeri* de *Scharneſton*, unam bovatam terræ, cum pertinentiis ſuis in **Scarneſton**, & dimidiam ſartam ipſius *Malgeri* in eadem villa;& omnes alias terras & poſſeſſiones, ſive redditus, quos de me, ſive de hominibus meis adepti ſunt, vel impoſterum adipiſci poterunt. Hiis teſtibus *Osberto* Archidiacono, *Willielmo* de *Friſton*, *Ada filio Petri* de **Birkine**, *Willielmo* de *Buill*; *Burnaldo* de *Meinil*; *Galfrido Hanſelin*, *Willielmo* filio *Euſtachii*, *Ricardo* de *Lewes*, & multis aliis.

Carta Regis Henrici *primi Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

IN nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti Amen,......temporibus totius mundanæ poteſtatis ſumma virtus fuit, ut Eccleſiam Chriſti; Regum & principum autoritate, ac......vires, & incrementa ſuſcipiat, & gregis Dei religio per totam orbis terrarum augeatur, & creſcat. Ea ſanè Regis dignitatis maxima laus eſt, cum ad poſterorum memoriam de fide, & Religione multa probitatis prælibantur inſignia. Ea propter Ego *Henricus* Dei gratia Rex *Anglorum*, & dux *Normannorum*, pauperes Chriſti in cœleſti curia ſemper Advocatos habere deſiderans, utpotè cujus ipſi ſunt, & concives ſimul & præſules, ad eoſdem, tanquam ad Sanctæ munitionis aſilum confugio, & eorum ſaltem merear opitulatione ſalvari, qui de meis meritis nihil dignum cenſeo: Eccleſiam igitur beati *Oſwaldi* Regis & Martyris,quæ juxta Caſtellum *Pontisfracti*, in loco qui dicitur **Poſtla**, ſuper vivarium ſita eſt, & in quâ Canonici regulares ad ſerviendum Deo viventi, per manum venerabilis *Turſtini Eboracenſis* Archiepiſcopi conſtituti ſunt, regiæ poteſtatis autoritate confirmo.

Donationem verò quam prædicti Martyris Eccleſiæ, & ejuſdem loci Canonicis facio; videlicet, totum nemus, quod circa eandem Eccleſiam eſt, & quod dicitur *nemus Sancti Oſwaldi* imperpetuum eis liberam, & ſolutam concedo, ſicut unquam *Ilbertus de Laceio*, vel *Robertus* filius ejus meliùs & honorificentiùs idem nemus habuerunt; duodecem etiam denarios in die de firmâ meâ propriâ *Eboraſira*, regali dono, eis in perpetuum concedo: Dimidiam verò carucatam terræ, in qua prædicta Eccleſia ſita eſt, & eidem Eccleſiæ adjacet, & duas bovatas terræ in **Hardenwic**, quam ſimul terram *Robertus* de *Laceio* eis dedit, & conceſſit, & *Rad. Grammaticus*, quantum ad ſe indè ſpectabat, ab omni terreno ſervitio, & omnibus regalibus conſuetudinibus in perpetuum, regali munificentia, liberam, ſolutam, & quietam eis concedo. Præterea confirmo donum quod feci prædictæ Eccleſiæ, & Canonicis ejuſdem loci; videlicet, Eccleſias Sancti *Oſwaldi*, & *Aidani* de **Baenburch**, ſicut *Algarus* Presbiter unquam eas meliùs tenuit; & Eccleſiam de Caſtello de **Tichehelle**, quam habent ex dono *Turſtini* Archiepiſcopi, qui prius eam meo dono poſſiderat, cum terris, & decimis, & omnibus rebus, quæ ad prædictas Eccleſias pertinent.

Donationes etiam, quas fecerunt prædictis Canonicis principes, & nobiles Regni mei, Ego quoq; poteſtate regali confirmo; videlicet,

De *Hug.* de *Laval*,Eccleſias de *Rothenwella*, *Lachaworda*, **Federſtan**, **Suthkerchebi**; **Huvreſfeld**, & *Batteleia*, cum terris & decimis, & omnibus rebus pertinentibus, & manerium de *Heſela*, cum ſervitio *Oilerii*.

De *Willielmo Foliot* duo molendina in *Nortona*, & in *Friſekia*, & unam manſuram in Caſtello *Pontisfracti*. De *Ada* de *Reinervilla* unam bovatam terræ in **Hiſtoft**: de *Rogero Pictavienſi* unum molendinum in *Saxtona*.

De *Swenio filio Ailrici* unam carucatam terræ in *Croftona*, & totum manerium de *Winterſetta*, in boſco, & in plano, ſicut idem *Swenius* meliùs tenuit; & de eodem *Swenio* Eccleſiam de *Felkericha*, & Eccleſiam de *Adewic*, & dimidiam Eccleſiæ de **Mechesburc**, cum terris, & decimis, & aliis pertinentibus.

De *Acelino* de *Daeio* nemus & terram, ſicut jacet ex occidentali parte Eccleſiæ & ſtagni ſancti *Oſwaldi*, & ſicut idem *Acelinus* eis dedit, & conceſſit. De *Levena* in **Torp**, & *Rogeri Torp*, conceſſione *Hugonis* de *Laval vi.* carucatas terræ. De *Ingulfo* de *Matona* unam bovatam terræ, & unum pratum, & unam piſcariam, in **Bechala**. De *Radulfo* de *Fetherſtan*, decim acris terræ, de *Becca* tres acras terræ. De *Swenio* filio *Edwini* presbiteri unam bovatam terræ in *Haltona*. De *Gerbodo* tres bovatas terræ in **Warnefeld**. De *Ebrardo* unam bovatam terræ in **Tockwith**. De *Willielmo* de *Arches* duas bovatas terræ in *Hamertona*.

De *Roberto Foſſardo* Eccleſiam de **Bramham**,cum *xiiii.* bovatis terræ, quæ ad Eccleſiam ſpectant, & Eccleſiam de *VVarrum*, cum quatuor bovatis terræ, & Eccleſiam de **Lithe**, cum *x.* bovatis terræ, & cæteris omnibus, quæ ad Eccleſias prædictas pertinent; quas videlicet Eccleſias prædictus *Robertus Foſſardus* dedit prædictis Canonicis per manum *Turſtini* Archiepiſcopi. De *Auſchetillo* de *Bolemer xii.* bovatas terræ in **Bramham**.

De *Hugone* de *Muſcampo* unam carucatam terræ in *Bortona*. De *VVillielmo* filio *Nigelli* dimidiam carucatam terræ in *Buſtona*. De *Herberto* filio *Hereberti*, & *VVillielmo* * fratre ejus *Eboracenſis* Theſaurario, Eccleſiam de **Winertorp** cum omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus concenſu *Turſtini* Archiepiſcopi; De *Pichoto* de *Pereeio* Eccleſiam de *Booltona*.

* Poſtea Archiep.

De *VVillielmo* de *Archis*, & de *Galfrido* filio *Pagani* Capellam omnium Sanctorum de *Tockwic*, & terram quæ Capellæ adjacet.

De VVillielmo comite *VVarrennæ* & *Radulfo* de *Inſula*, & de *VVillielmo* filio ejus, Eccleſiam de **Wudecherche**, per manum *Turſtini* Archiepiſcopi; & de eodem *Radulfo*, & *Willielmo* filio ſuo *xij*. bovatus terræ in **Morley**.

Cella de **WWoodekirke.**

De *Roberto* filio *Herberti* de *Beſtona xij*. actas in *Morlaia*; de *Radulfo* de *Lacella* unam bovatam terræ in *Cumberwortha*. De *Sunuena* unam manſuram terræ in *Eboraco*. De *Cliberno* & *Sunwlfo* manſuras quas dederunt Sancto *Oſwaldo* in *Eboraco*. De *Gilberto* filio *Gocelini vj*. bovatas terræ in **Sticheſwald**. De *Leofwino* filio *Anieti* duas bovatas terræ in *Crantona*.

De *Stephano* comite *Moretonii*, & de *Rog.* de *Limeſi*, Capellano ejus, * Eccleſiam Sancti *Oſwaldi* de *Macrefeld*.

* Nunc **WWinwick** in com. Lanc.

De *Autropio* filio *Humfridi Haſteng*, unum molendinum, cum terra quæ eidem molendino pertinet in **Seldfort**, & Eccleſiam de **Lamentona**; **Chebeſei**, & **Newbold**. Et de *Humfrido* fratre ejuſdem *Autropii*, & *Lecelina* matre *Humfridi* Eccleſias de *Heſeleia*, & de **Witteheneſge**, cum terris, & decimis, & cæteris rebus eiſdem Eccleſiis pertinentiis, teſtimonio *Turſtini* Archiepiſcopi.

De *Adeliza* uxore *Radulfi* de *Cheynduit*, & de *Symone*, & *Hugone* filiis ejus, Eccleſias de *Chedendona*, *Langhe-Pega*, & *Charweltona*, cum pertinentibus. Et in *Saldena* duas hidas terræ; & in *Mideltona xv*. actas terræ.

De meo proprio dono, terram quæ fuit *Godrici* Mercatoris in *Norwico*, & conſuetudinem, quæ de eadem terra exit. Item in **Warſop**, & *Sutheholma* tres bovatas terræ, & duas partes unius bovatæ terræ. Et præter hæc quicquid beneficii, vel elemoſinæ in terris, Eccleſiis, cæteriſq; poſſeſſionibus prædictæ Eccleſiæ rationabiliter collatum fuerit, ego quoq; ſimiliter, gratiæ regalis autoritate, confirmo.

Sit igitur tota prædicta elemoſina quieta & libera, ſicut & aliqua elemoſinarum mearum quietior, & liberior eſt.

Deniq; ego gratia Dei Rex *Henricus* do & concedo Eccleſiæ Sancti *Oſwaldi* Regis & Martyris de **Noſtlai** eandem libertatem, & eaſdem leges, & conſuetudines, quales etiam habet ipſa matrix Eccleſia beati *Petri Eboracenſis*; præter ea, quæ ad Magiſterium Chriſtianitatis, & reverentiam Archiepiſcopatus reſpiciunt dignitatis: Quam nimirum libertatem, & conſuetudinem eidem Eccleſiæ Sancti *Oſwaldi*, ab omni exactione Epiſcopalis conſuetudinis ſolutæ, venerabilis *Turſtinus Eboracenſis* Archiepiſcopus ratam, & inviolabilem poſſidendam conceſſit.

Nulli autem homini meorum poſt hæc liceat hanc elemoſimam meam, & hunc locum ob incolumitatem regni mei & ſalutem animæ meæ, & pro animabus anteceſſorum meorum, videlicet Patris mei *Willielmi* Magni Regis *Anglorum*, & Matris meæ *Mathildis* Reginæ, & uxoris meæ *Mathildis* Reginæ ſecundæ, & *Willielmi* filii mei, omniumq; fidelium defunctorum confirmatum, & omnes poſſeſſiones ejus perturbare vel minuere; ſed in perpetua, & regali pace firma, & illibata permaneant, unde impoſterum res firma conſiſtat, præſentem paginam propriæ manus impreſſione conſigno.

+ Signum *Henrici* Regis *Anglorum*. + Signum *Turſtini Eboracenſis* Archiepiſcopi. + *Ricardi Herefordenſis* Epiſcopi.

+ Signum *Willielmi VVintonienſis* Epiſcopi. + Signum *Ebrardi Norwicenſis* Epiſcopi. + Signum *Euſtachii* filii *Johannis*. + Signum *Pagani* filii *Johannis*, + Signum *VValteri Eſpec*.

Carta Roberti *de* Perci, *de Eccleſia de* **Bolton**-Percy.

OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quàm futuris, *VVillielmus* de *Perci*, filius *Rodbert*. de *Perci* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & hac meâ Cartâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ S. *Oſwaldi* de **Noſtlat**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus Eccleſiam de *Booltona*, cum omnibus pertinentiis ſuis; in boſco, & plano, in pratis, & paſcuis, quam *Picotus* avus meus eis in liberam elemoſinam dedit, & *Rodbertus* Pater meus, Cartâ ſuâ confirmavit. Hanc autem elemoſinam eis confirmo, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam, ab omni ſeculari ſervitio; ſicut ulla elemoſina liberior, & quietior eſſe poteſt de me & de omnibus hæredibus meis in perpetuum. Hiis teſtibus. *Henrico* de *Puſat*, *Petro Baſſet*, *VVillielmo* de *Langetwait*, *VVillielmo* filio *Hervei*, *Radulfo* de *Inſula*, *Ottone* de *Tilli*, filio *Ottonis*, *Picoto* de *Perci*, *VVillielmo* de *Inſula*, filio *Radulfi* de *Inſula*, *Ricardo* de *Inſula*, & *VVillielmo* fratre ejus, *Nicolao Baſſet*, filio *Petri Baſſet*, & multis aliis.

Ex autog. in turri beatæ *Mariæ Eboraci* an. 1640.

Carta Regis Henrici *ſecundi*, *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

✠ HEnricus Rex *Angl.* Dux *Norm.* & *Aquil.* & Comes *Andeg.* omnibus (&c.) Salutem. Notum ſit omnibus vobis, me Eccleſiam beati *Oſwaldi* Regis & Martyris, quæ, juxta Caſtellum *Pontefracti* in loco qui dicitur **Naſtlai**, ſuper vivarium ſita eſt, & in quâ Canonici regulares ad ſerviendum Deo viventi, per manum venerabilis *Turſtini Eboracenſis* Archiepiſcopi conſtituti ſunt, & omnes poſſeſſiones ejuſdem Eccleſiæ Regiæ poteſtatis autoritate confirmâſſe, ſicut *Henricus* avus meus Rex *Anglorum* eandem Eccleſiam ante me conſtituit & confirmavit. Donationem etiam verò, quam prædicti Martyris Eccleſiæ & ejuſdem loci Canonicis idem Rex *Henricus* fecit; videlicet totum nemus quod circa eandem Eccleſiam eſt; & quod dicitur nemus Sancti *Oſwaldi*, imperpetuum eis liberam & ſolutam concedo & confirmo. Duodecem etiam denarios in die de firmâ meâ propriâ *Eboraci ſiræ*, quos *Henricus* Rex avus meus Eccleſiæ Sancti *Oſwaldi* & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ regali dono conceſſit, ego eis regali autoritate imperpetuum concedo & confirmo. Dimidiam verò carucatam terræ, in quâ prædicta Eccleſia ſita eſt & eidem Eccleſiæ adjacet, & duas bovatas terræ in **Hardewith**, quam ſimul terram *Rodbertus* de *Laceio* eis dedit & conceſſit, & *Radulphus Grammaticus*, quantum ad ſe inde ſpectabat, ab omni terreno ſervitio & omnibus regalibus conſuetudinibus imperpetuum regali munificentiâ liberam, ſolutam, & quietam eis confirmo.

Præterea confirmo donum, quod fecit Rex *Henricus* prædictæ Eccleſiæ & Canonicis ejuſdem loci, videlicet Eccleſias S. *Oſwaldi*, & Sancti *Aidani* cum Capellis ſuis de **Bambourch**, ſicut *Algarus* Presbiter unquam eas melius tenuit; & Eccleſiam de **Tichehill**, quam etiam habent ex dono *Turſtini* Archiepiſcopi, qui prius eam dono Regis *Henr.* poſſiderat. Et Eccleſiam de **Childreſtburch**, cum terris & decimis & Capellis, & omnibus rebus, quæ ad prædictas Eccleſias pertinent. Et terram quæ fuit *Godrici* mercatoris in **Norwiche**, & conſuetudinem quæ de eadem terra exit. Item in **Waſcloph** & in **Sutholm**, tres bovatas terræ, & duas partes unius bovetæ terræ ad *Uthwara*, concedo & confirmo Eccleſiæ Sancti *Oſwaldi* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus. Donationes etiam quas fecerunt prædictis Canonicis Principes & nobiles regni mei, ego quoq; poteſtate regali confirmo; videlicet de *Hugone* de *Laval* Eccleſiam de *Rodthenvella*; & Eccleſiam de *Hachwurtha*, & Eccleſiam de **Fetherſtan**; & Eccleſiam de **Huderesfeld**, & Eccleſiam de *Batheleia*, cum terris & decimis & omnibus rebus eiſdem Eccleſiis pertinentibus; & manerium de *Heſella*, cum ſervitio *Oilerii*. De *VVillielmo Folioth* duo molendina in *Nortona* & in *Friſebia*; & unam manſuram in Caſtello *Pontefracti*. De *Adam* de *Reinevilla*, unam bovatam terræ in **Hiſtoft**. De *Rogero Pictavenſi* unum molendinum in *Saxtona*. De *Sueno* filio *Ailrici* unam Carucatam terræ in *Croftona*, & totum manerium de **Winterſeth**, in boſco & plano, ſicut idem *Suenus* melius tenuit, & de eodem *Sueno* Eccleſiam de *Felekircha*, & Eccleſiam de **Duddewich**, & dimidium Eccleſiæ de **Methesburch**, cum omnibus rebus ipſis Eccleſiis pertinentibus.

De *Aſcelino* de *Daieo*, nemus & terram, ſicut jacet ex occidentali parte Eccleſiæ, & ſtagni Sancti *Oſwaldi*, & ſicut idem *Aſcelinus* eis dedit & conceſſit. De *Oilero* unam bovatam terræ in *Haſeleia*. De *Godardo* de *Crophtona* terras quæ ſunt in occidentali parte prædictæ unam bovatam terræ in eadem villa, & vaſtas villæ, quas idem *Godardus* & cæteri homines ejuſdem villæ præfatis Canonicis conceſſerunt. De *Leivena* in **Torp**, & in **Torp** *Rogeri* conceſſione *Hugonis* de *Laval* ſex carucatas terræ, de *Hingulfo* de *Matona* unam bovitam terræ, & unum pratum, & unam piſcariam in *Rechala*. De *Radulpho* de *Fetherſtan* decem acras terræ. De *Beita* tres acras terræ. De *Sueno* filio *Edwini* Presbiteri unam bovatam terræ in *Haltona*. De *Gerbodo* Eccleſiam de **Warnefeld**; cum terris & decimis & omnibus rebus pertinentibus eidem Eccleſiæ, & tres bovatas terræ in eadem villâ. Et de eodem *Gerbodo* & filiis ſuis, *VVillielmo* & *Roberto* unam carucatam terræ in **Barnaburch**.

De Everaldo unam bovatam terræ in **Tochwith**. De *VVillielmo* de *Arches* duas bovatas terræ in *Hamertona*. De *Roberto Foſſardo* Eccleſiam de **Brammaham**, cum quatuordecim bovatis terræ, quæ ad Eccleſiam pertinent, & Eccleſiam de **Werum** cum quatuor bovatis terræ, & Eccleſiam de * **Lid**, cum decem bovatis terræ; quas videlicet Eccleſias prædictus *Robertus Foſſardus* præfatis Canonicis dedit per manum *Turſtini* Archiepiſcopi. De *VVillielmo Foſſardo*, filio *Roberti Foſſardi*, & *Agnete* filiâ ejus duas carucatas terræ in **Brammaham**, & molendinum ejuſdem villæ. De dono etiam *Alexandri Painel* & *Agnetis* uxoris ejus, viginti acras terræ in eadem villâ. De *Aſchutillo* de *Bolemer* duodecem bovatas terræ in eadem villâ. De *Hugone* de *Muſcampo* unam carucatam terræ in *Burtona*. De *VVillielmo* filio *Nigelli* dimidiam carucatam terræ in *Burtona*. De *Herberto* filio *Herberti* & *VVillielmo* fratre ejus *Eboracenſi* Theſaurario Eccleſiam de **Wivertorp**, cum omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus, conceſſu *Turſtini* Archiepiſcopi. De *Picoto* de *Perceio* Eccleſiam de *Booltona*. De *VVillielmo* de *Arches* & *Gaufrido* filio *Pagani* Capellam omnium Sanctorum in **Tochwith**, & terram quæ Capellæ adjacet. De *VVillielmo* Comite *VVarenne*, & de *Radulpho* de Inſula, & *VVillielmo* filio ejus Eccleſiam de *VVudechirka* per manum *Turſtini* Archiepiſcopi. Et de eodem *Rad.* & *VVillielmo* filio ejus duodecem bovatas terræ in *Moralai*. De *Roberto* filio *Herberti* de *Beſtonâ*, duodecem acras terræ in *Moralai*. De *Radulfo* de *Lacella* unam bovatam terræ in *Cumbrewrtha*. De *Suvena* unam manſuram in *Eboraco*. De *Cliberno*

* Lege **Lith**

&

& *Suulfo* manſuras quas dederunt Sancto *Oſwaldo* in *Eboraco*. De *Gileberto* filio *Gothſtelini*, *vi.* bovatas terræ in **Stichelſwald**, & molendinum de **Eſchebi**. De *Leſwino* filio *Ameti* duas bovatas terræ in *Crautona*. De *Stephano* Comite *Moritonii*, & de *Rogero* de *Limeſeia* Capellano ejus Eccleſiam ſancti *Oſwaldi* de **Wachresfeld** De *Autropio* filio *Unfridi Haſteng*, unum molendinum cum terra quæ eidem molendino pertinet in **Saldeford**, & Eccleſiam de **Lamentona**, & Eccleſiam de **Chebeſei**, & Eccleſiam de **Pewebold**. Et de *Unfrido* fratre ejuſdem *Autropii*, & *Lecelina* matre *Unfridi* Eccleſiam de *Heſeleia*, & Eccleſiam de **Witenes** cum omnibus rebus eiſdem Eccleſiis pertinentibus, teſtimonio *Turſtini* Archiepiſcopi. De *Aetheliza* uxore *Radulfi Chaſneduith*, & de *Simone* & *Hugone* filiis ejus, Eccleſiam de *Chedendona*, & Eccleſiam de *Langehegha*, & Eccleſiam de *Cherweltona*, & in *Saldena* duas hidas terræ, & in *Mideltona* quindecim acras terræ.

Confirmo etiam donum quod *Oſbertus Silvanus* fecit Eccleſiæ ſancti *Oſwaldi*, ſcilicet totam terram ſuam de *Swintona*, id eſt, duas carucatas terræ ad *Utwara*. De *Alexandro Painello* unam carucatam terræ quæ vocatur *Huen* in *Haltona*: Et in eadem villâ terras quas dederunt prædictæ Eccleſiæ *Suenus* filius *Edwini*, & *Jordanus Painellus*, & in *Therneſcho* terras, quas dederunt *Radulphus* & *Jordanus* de *Laceio*: Et in eadem villa tres bovatas terræ & dimidiam de dono *Adæ* de *Novo-mercato*. De *Helia* de *Boſevilla* tres bovatas terræ & *vi.* acras, & unam toftam quæ fuit *Huſchar* in **Barneburch**, & unum molendinum de *Herletona*, quod pertinet ad eandem **Barneburch**. Concedo etiam Eccleſiæ ſancti *Oſwaldi* & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, ut habeant feriam apud **Noſtleth**, ſicut Rex *Henricus* avus meus duobus diebus ante feſtum ſancti *Oſwaldi* & in die feſti & duobus diebus poſt feſtum conceſſit, & benè & quietè & honorificè eam teneant cum omnibus conſuetudinibus ſuis, quæ feriæ pertinere debent, & omnes homines ad ipſam feriam venientes & inde redeuntes cum omnibus rebus ſuis firmam pacem meam habeant, & nullus eos diſturbet, nec aliquam contumeliam ſive injuriam eis faciat ſuper. *X.* libris forisfactura.

Præter hæc quicquid beneficii vel elemoſinæ in terris, Eccleſiis, cæteriſq; poſſeſſionibus prefatæ Eccleſiæ rationabiliter collatum fuerit, ego quoq; ſimiliter gratiæ regalis autoritate confirmo. Sit igitur tota prædicta elemoſina quieta & libera, ſicut aliqua etiam elemoſinarum mearum quietior & liberior eſt. Deniq; ego Dei gratiâ Rex *Henricus* do & concedo Eccleſiæ ſancti *Oſwaldi* Regis & Martyris de **Noſtlath**, ſicut ante me Rex *Henricus* avus meus eidem Eccleſiæ dedit & conceſſit, ſcilicet eandem libertatem & eaſdem leges & conſuetudines, quales etiam habet ipſa matrix Eccleſia beati *Petri Eboracenſis*, præter ea quæ ad magiſterium Criſtianitatis, & reverentiam Archiepiſcopalis reſpiciunt dignitatis. Quam nimirum libertatem & conſuetudinem eidem Eccleſiæ ſancti *Oſwaldi* ab omni exactione Epiſcopalis conſuetudinis ſolutæ, venerabilis *Turſtinus Eboracenſis* Archiepiſcopus ratam & inviolabilem poſſidendam conceſſit. Nulli autem hominum meorum poſt hæc liceat hanc elemoſinam *Henrici* Regis avi mei & meam, & hunc locum ob incolumitatem Regni mei & ſalutem animæ meæ, & pro animabus anteceſſorum meorum & ſucceſſorum & omnium fidelium defunctorum, confirmatum, & omnes poſſeſſiones ejus perturbare vel minuere, ſed in perpetuâ & regali pace firma & illibata permaneant. Volo enim & firmiter præcipio, ut prædicti Canonici benè, & in pace, & quietè, & honorificè teneant, cum *ſaca* & *ſoca* & *toll*, & *team*, & *infanguenetheof*, & omnibus aliis liberis conſuetudinibus, in nemore & plano, in terris & aquis, pratis & paſcuis, & paſſagiis, & in omnibus locis. Teſtibus, *Thedbaldo Cantuarienſi* Archiepiſcopo; *Rogero Eboracenſi* Archiepiſcopo. *Roberto Lincolnienſi* Epiſcopo. *Hugone Dunelmenſi* Epiſcopo. *Thoma* Cancellario Regis *Anglorum*. *Reginaldo* Comite *Cornvalliæ*. *Willielmo* Comite *Albemerliæ*. *Roberto* Comite *Leiceſtriæ*. *Hugone* Comite. *Henrico* de *Eſſexia*. *Henrico* de *Suili*, *Willielmo* de *Perceio*. *Euſtachio* filio *Johannis*.

Carta Ricardi *filii* Roberti *de* **Eſton**, *patris ſui donum, de loco ſuper* Rodanum *&c. Canonicis de* **Noſtell** *confirmans.*

Ex Regiſtro S. *Oſwaldi* de **Noſtel** in bib. *Hattonia*.

RIchardus filius *Roberti* de **Eſton**, omnibus ſanctæ Eccleſiæ fidelibus, tam Clericis, quàm Laicis, ſalutem: Notum ſit univerſitati veſtræ me pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & anteceſſorum & hæredum & ſucceſſorum meorum, dediſſe, & conceſſiſſe, & hac meâ præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & ſancto *Egidio*, & beato *Oſwaldo* de **Noſtell**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, locum ſuper --- *Rodanum*, cum omnibus pertinentiis ſuis, quem Pater meus eis dedit, & conceſſit, cum cæteris elemoſinis & beneficiis, quos ego deſuper eis dedi, & conceſſi, in liberam & perpetuam elemoſinam, ſc. totam terram ubi homines prædicti loci manent, cum ſuis pertinentiis, & totam terram *Rob. Molendinarii*, ſimiliter cum ſuis pertinentiis. Confirmo etiam eis aſſartam quam *Aſketillus* homo meus eis vendidit & conceſſit in perpetuam elemoſinam; ita quod *Otho* de *Tilli* adquietabit eandem aſſartam per denarios ſuos. Confirmo etiam eis aſſartam, quam *Bern.* homo meus dedit, & conceſſit eis, & totam terram, cum ſuis pertinentiis, quam *Oſbertus Silvanus* Canonicis de *Sancto Oſwaldo* adquiſivit in *Hactona*, & unam bovatam terræ in *Herdewico*, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus eidem villæ; Hæc omnia concedo domui & Canonicis ſancti *Oſwaldi* de **Noſtell**, ibidem Deo ſervientibus, & per Cartam iſtam confirmo, ut benè & quietè & liberè ſine omni terreno ut regali ſervitio in boſco, & in plano, in pratis &

in aquis, & in paſcuis, habeant & teneant, de me & de omnibus hæredibus & ſucceſſoribus meis.

Hiis teſtibus, &c.

Carta Johannis *filii* Mathæi *de* Eſton, *eundem locum ſuper* **Rodanum**, (**Canonthorp** *nuncupatum,*) *confirmans.*

Ibid. OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis Joh. filius *Mat.* de *Eſton*, ſalutem; Notum ſit univerſitati veſtræ, me, pro ſalute animæ meæ & patris mei & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum conceſſiſſe, & hac præſenti Chartâ meâ confirmâſſe, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam Deo, & *Sanctæ Mariæ*, & *Sancto Oſwaldo* de **Noſtell**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus locum ſuper **Roder**, qui vocatur **Canuntorp**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in terris & in aſſartis, in boſco & in plano, in pratis & in paſcuis, in aquis & in omnibus aliis libertatibus, & aſiamentis, & cum omni communia, ſicut unquam meliùs & liberiùs temporibus anteceſſorum meorum, locum illum, cum omnibus pertinentiis ſuis, tenuerunt. Et volo & concedo & firmiter præcipio, ut omnia prædicta liberè & honorificè habeant ſoluta, & quieta ab omni terreno & ſeculari ſervitio.

Carta Stephani *Prioris de* **Noſtel** *& ejuſdem loci Conventus, de conceſſione dicti loci de* **Canonthorp**, Ricardo *de* Crul *Clerico & hæredibus ſuis.*

Ib.f.378. UNiverſis Chriſti fidelibus has literas viſuris, vel audituris, *Stephanus* Prior, & Conventus de *Sancto Oſwaldo* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, nos dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti cartâ noſtrâ confirmâſſe *Richardo* de *Crul*, Clerico, & hæredibus ſuis, locum ſupra **Roder**, qui vocatur **Canuntorp**, cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in terris, aſſartis, & aquis, quàm in redditibus, ad dictum locum ſpectantibus: tenendum & habendum ſibi & hæredibus ſuis liberè, ſolutè, & quietè in perpetuum, cum omnibus libertatibus, aſiamentis, & communis ad dictum locum pertinentibus; Reddendo indè annuatim domui noſtræ unam Marcam argenti, medietatem, ſcilicet, ad *Pentechoſten*, & aliam medietatem ad feſtum Sancti *Martini*: Et ſciendum eſt, quod dictus *Richardus*, & hæredes ſui, invenient ibi ad dictum locum de **Canuntorp** Sacerdotem celebrantem divina per tres dies in hebdomada. Quare ſi in prædictorum divinorum celebratione defecerint, dabunt nobis quolibet anno, quando defectus ille fuerit, quadraginta ſolidos, nomine pœnæ: Et ſubjecerunt ſe juriſdictioni noſtræ, & Capituli noſtri ad compellendum eos quando voluerimus diſtrictioni, tam ad prædictorum divinorum clebrationem faciendam, quàm pœnæ ſolutionem, ſi fuerit commiſſa. Et ſciendum quod non licebit dicto *Richardo* vel hæredibus ſuis, terram prædictam, cum ſuis pertinentiis Judeis dare, vel aliquo alio modo eis impignorare, vel ad aliquos viros transferre religioſos. In cujus rei teſtimonium, tam nos, quàm dictus *Richardus*, huic ſcripto, in modum Cyrograficum confecto Sigilla noſtra hinc inde appoſuimus, Hiis teſtibus. *&c.*

Conventiones inter Canonicos de **Noſtell** *&* Will. *de* Runeys *militem, ſuper loco, vocato* **Canonthorp.**

Ibid. Anno, 1231. ANno gratiæ *MCCXXXI*, facta fuit hæc Conventio, inter *Johannem* Priorem & Conventum de Sancto *Oſwaldo*, ex una parte, & *Willielmum* de *Runeys* militem ex altera; videlicet, quod prædicti Prior & Conventus conceſſerunt, & hac præſenti Cartâ ſuâ confirmaverunt prædicto *Willielmo*, locum ſuum ſancti *Egidii* ſupra **Roder**, qui dicitur **Canuntorp**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in totâ vitâ ſuâ de eis tenendum. Reddendo inde eis per annum unam marcam Argenti; medietatem ad *Paſcham*, & aliam medietatem ad Feſtum ſancti *Mich.* Prædictus verò *Wil.* miles, ſingulis ebdomadis in Capella prædicti loci, tribus diebus, divina faciet celebrari; die videlicet Dominicâ, & quartâ & ſextâ feriâ. Cum dictum *VVillielmum*, militem, viam univerſæ carnis contigit ingredi, medietatem omnium bonorum ſuorum, mobilium & immobilium ubicunque fuerunt inventa domui ſancti *Oſwaldi* de **Noſtell**, tanquam fratrem ejuſdem loci, relinquet; ſimiliter & terrarum & reddituum, ſi quas habuerit de ſuo adquiſitu.

Et ſciendum quod prædictus *Willielmus* prædictum locum de **Canuntorp**, ad proprios ſumptus, in ædificiis, virgultis, foſſatis & clauſturis & omnibus aliis dicto loco contingentibus honorificè, pro viribus reparabit, locum præfatum conſtruet, & ædificabit; conſtructa & ædificata conſervabit; Nemus verò ad prædictum locum pertinens fideliter cuſtodiet, juxta quod nihil de eo capiet, vendet, donabit, vel aliquo modo alienabit, niſi ad refectionem ſepium & domorum, loco prædicto conſtruendorum; & ad uſum ſuum rationabilem in memorato loco faciendum. De quercubus tamen ejus nemoris nullam ſcindet, vel ſcindi faciet ſine aſſenſu, viſu & voluntate prædictorum Prioris & Conventus; nec licebit prædicto *Willielmo* prædictum locum, nec aliquod quod ad illum pertineat impignorare, vel aliquo caſu in manus alicujus ponere, vel aliquid aliud facere, quo prædicti Prior & Conventus, poſt deceſſum ipſius, prædictum locum, cum pertinentiis liberè ingredi impediantur. Et tam de his quàm de prædicta ſumma fideliter ſolvenda, prædictus *Willielmus* miles, corporale præſtitit ſacramentum. In cujus rei teſtimonium prædicti Prior & Conventus ex una parte, & prædictus *Willielmus* miles ex altera parte, iſtius ſcripti ſigilla ſua hinc inde appoſuerunt.

Compoſitio inter Canonicos de **Noſtell** *&* Richardum *de* **Crul**, *ſuper loco de* **Canon-thorp.**

NOtum ſit omnibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris, quod cum inter dominos Priorem & Conventum Sancti *Oſwaldi* ex una parte, & *Richardum* de *Crul* clericum ex altera, ſuper retentione annui redditus unius marcæ; quam debet prædictus *Richardus*, dominis Priori & Conventui, pro loco ſupra **Roner**, qui vocatur **Canonthorp**, defectu & celebrationis divinorum, & pœna quadraginta ſolidorum propter hoc ſæpius, ut dicebatur, commiſſa; Item ſuper reedificatione ædificiorum, incendio conſumptorum, & vaſto *Boſchi*; necnon Capellæ ejuſdem loci per indebitam inhabitationem prophanatione, & aliis coram Decano & Capitulo *Pontefracti* quæſtio verteretur: Tandem idem *Richardus*, volens de omnibus ſatisfacere; ordinationi; & miſericordiæ dictorum Prioris, & Conventus ommino ſe ſubmiſit; promittens pro ſe & hæredibus ſuis, quod, de cætero, aſſignatis terminis redditum unius Marcæ, quam eis debet, fideliter & ſine dilatione, apud *Sanctum Oſwaldum* perſolvent; videlicet, dimidiam marcam ad *Pentecoſten*, & dimidiam marcam ad feſtum Sancti *Martini* in Hieme: Et ſi eos in aliquo prædictorum terminorum in plenaria ſolutione ceſſare contingit per octo dies, pro cujuſlibet ceſſatione dabunt prædictis Priori, & Conventui, nomine pœnæ, dimidiam Marcam argenti. Prædictus autem *Richardus*, & hæredes ſui invenient in perpetuum Sacerdotem, qui celebret divina per tres dies in hebdomada, in Capella de **Canuntorp**, ſub pœna quadraginta ſolidorum pro quolibet anno ſæpedictis Priori & Conventui ſolvendorum, quando defectus erit in præmiſſa celebratione.

Ita quod pœnâ ſolutâ, rata non maneat conventio. Dictam autem Capellam, cum conſecrata ſit, ſub pœna præmiſſa honeſtè facient cuſtodiri; nec per inhabitationem prohibitam vel inhoneſtam, aliquo modo permittent prophanari. Domos etiam & ædificia eidem loci infra unius anni ſpatium, ad eundem ſtatum, quo ea dictus *Richardus* recepit, vel meliorem, reformabit; & boſcum non vaſtabit, & ad omnium præmiſſorum firmiter, & majorem ſecuritatem, prædictus *Richardus* ſubjecit ſe & hæredes ſuos juriſdictioni præfati Decani & Capituli, ut poſſint, per cenſuram Eccleſiaſticam excommunicationis ſententiam, unicâ monitione præmiſsâ, ipſos ad præmiſſorum omnium & ſingulorum obſervationem compellere, & ſententias in eis latas, inviolabiliter facere obſervari, quoties in aliquo, præmiſſa infringere vel non obſervare præſumpſerint; renuntiando omni exceptioni, cavillationi, & Regiæ prohibitioni, & cuilibet alteri defenſioni, vel vi & facti remedio ſuper hoc competentibus vel expetituris; & obligando ſe & hæredes ſuos ad omne damnum & expenſas, quas pro defectu ipſius *Richardi*, vel hæredum ſuorum, ipſos incurrere contingit, declarandas ſolius Prioris aſſertione, ſine ulteriùs probatione; Et ſciendum eſt quod non licebit dicto *Rich.* vel hæredibus ſuis prædictum locum de **Canunthorp**, vel ejus pertinentiis Judeis dare, vel aliquo modo impignorare eis, vel ad aliquos viros religioſos transferre, vel alicui alteri alienare, ſine dictorum Prioris & Conventus aſſenſu & voluntate. Hæc omnia & ſingula tactis ſacroſanctis, juravit dictus *Richardus* fideliter obſervanda, ſine qualibet deceptione & fraude, pro ſe & hæredibus ſuis. Acta apud *Pontefractum* in Capitulo *xvj. Cal. Februarii*, anno gratiæ *MCC. xl. ſexto*. Et in hujus rei teſtimonium tam dictus Prior, quàm *Richardus* huic ſcripto Cyrografico ſigilla ſua appoſuerunt.

BREDON *in agro* Leiceſtrenſi, *Cella S.* Oſwaldi *de* **Noſtell.**

Carta Fundationis ejuſdem.

RObertus Comes *Notingham* omnibus Baronibus ſuis & hominibus fidelibus ſalutem. Sciatis me dediſſe, & hac meâ Cartâ confirmâſſe, pro ſalute animæ meæ, & Patris mei, & Matris meæ, & hæredum meorum, domino & Eccleſiæ Sancti *Oſwaldi* de *Noſtla*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in liberam, & puram & perpetuam elemoſinam, Eccleſiam Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Hardulfi* de *Bredona*, cum omnibus pertinentiis; videlicet, cum quatuor virgatis terræ; & cum decima mea tota, & hominum meorum de **Tonga**, & de *Andreskirka*, & de *Wiweleſtona*; & Capellam de *Wrdintona*, & capellam de **Stanton**, cum terris, & decimis & pertinentiis eorum: Et ſimiliter decimas de **Neubolt**, & de *Diceſwrda*, quantum pertinent feodo meo. Præter hoc dedi, & conceſſi prædictæ Eccleſiæ, & Canonicis prædictis, de acremento, unam virgatam terræ in **Andreskirka** in una eſſarta, in occidentali parte montis; & mercatum de *Bredona*; & annuatim viginti ſolidos de molendino de **Crakemers**; & viginti ſolidos in *Tonga*; & viginti ſolidos in *Weſtleka*; & quadraginta ſolidos in ſoca de *Stapelfordia*; & unam *Herdewicam* in **Hethcote**, juxta *Hertedona*, in *Pecco*. Confirmo etiam eis quinq; ſolidatos redditum in *Overtona*. Teſte *Hugone* Capellano, & cæteris

Ex Regiſtro **S.** *Oſwaldi* de **Noſtel** in bibliotheca *Hattonia.*

Carta

Carta Willielmi *Comitis de* Ferariis.

Ibid.

UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Willielmus* Comes de *Ferrariis* ſalutem. Notum ſit omnibus vobis me conceſſiſſe & ratam habere, & hac Chartâ meâ confirmâſſe, pro ſalute animæ meæ, & *Sibillæ* ſponſæ meæ, & animabus anteceſſorum meorum, Canonicis de *Bredona*, Eccleſiam de *Bredona* cum omnibus pertinentiis ſuis, in decimis, & redditibus & omnibus quæ ad prædictam Eccleſiam pertinent, & Capellam de *Wrdentona* cum omnibus pertinentiis, & forum de *Bredona*, & redditum *xl.* ſolidorum in **Seſsebi** de ſocna *Stapelfordiæ*, & unam *Herdewicam* apud *Hetcotam* in *Peco*. Et de molendino de **Crakemers** vigniti ſolidos; & de *Leka*, *Jordani* de *Toc*, viginti ſolidos. Et in **Dicheſworth** decimas ſex carucatarum, & quinq; virgatas terræ in *Andreſſeika* & redditum quinq; ſolidorum in *Overtona*, & tria meſſuagia ſuper montem de *Bredona* & boſcam de **Brunhage**, cum eſſartis, quæ ipſi Canonici tenuerunt, quando ad *Hiercoſolyman* profectus ſum; culturam etiam eiſdem Canonicis confirmavi, ſub monte ad fontem; & Capellam de *Stantona*, cum omnibus pertinentiis, & **Scalacher**, Hæc omnia ſupradicta, pietatis intuitu conceſſi & confirmavi, hac Cartâ meâ præfatis Canonicis tenenda in perpetuum liberè, & quietè, & honorificè, ſine omni ſervitio, ad me & hæredes meos pertinente præter orationes in domino. Teſtibus, *&c.*

Confirmatio Hugonis de Ferrariis.

Ib.

HUgo de *Ferrariis* omnibus Sanctæ Eccleſiæ filiis, & omnibus hominibus ſuis, clericis, & laicis, *Francis*, & *Anglis*, æternam in Domino Salutem. Notum ſit univerſis Eccleſiæ Dei fidelibus, me dediſſe & conceſſiſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & Sancto *Herdulfo* de *Bredona*, & Canonicis regularibus ibidem Deo famulantibus, in elemoſinam liberam & quietam, in ſoca de **Stapelford**, quadraginta ſolidatas redditum, pro quadraginta ſolidatis denariorum, quos *Robertus* de *Ferrariis*, Comes patruus meus prædictæ Eccleſiæ & Canonicis ſingulis annis de firma ſua de **Stapleford** dare ſolebat, ſicut chartâ ſuâ confirmavit; pro anima ſcilicet præfati Comitis *Roberti*, & pro animabus patris & matris meæ, & pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum & ſucceſſorum, tam præſentium quàm futurorum; videlilicet, molendinum de **Stapelford** ſuper **Prepee**; & in *Saxebi* quatuor virgatas terræ cum villanis, & duodecim denarios in eadem de quadam virgata terræ, quam quidam Preſbiter tenet. Et hanc elemoſinam Deo & præfatæ Eccleſiæ, & Canonicis regularibus dedi & conceſſi, ab omni humano, vel temporali ſervitio & exactione, pro Dei amore in perpetuam quietam clamo, & per hanc Cartam confirmo. Hujus donationis & conceſſionis teſtes ſunt (*&c.*)

Cantaria de **Stantone.**

Ib.f.707.

SCiant omnes Sanctæ Eccleſiæ filii tam præſentes, quàm futuri, quod ego *Ricardus* filius *Haraldi* de *Lecha*, communi conſilio hominum meorum de **Stantone**, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, pro amore Dei & Sanctæ *Mariæ*, & pro ſalute animæ meæ, & parentum meorum, Deo, & Sanctæ *Mariæ*, & beato *Hardulfo* de *Bredona*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam, & quietam ab omni ſervitio ſeculari, totam terram meam quæ appellatur **Scallacre**; Scilicet in latitudine inter ſepem haiæ de *Stantona* & diviſam inter *Stantonam* & **Andreskirkam**; & in longitudine inter **Brunhage**, & viam quæ dividit diviſam inter campum de **Werthointona**, & **Stantona**, excepta una roda, quam retineo ad viam habendam juxta haiam meam. Hanc quidem conceſſionem fecimus ego, & homines mei, tali conditione, quod Prior & Canonici de *Bredona* invenient mihi, & hominibus meis de *Stantona*, & hæredibus meis in perpetuum, ſuis ſumptibus, Capellanum manentem apud *Stantonam*, qui ibi miniſtrabit, per totum annum, excepto die Sancti *Hardulfi*, in quo die homines mei de *Stantona* venient, ex conſuetudine, ad Eccleſiam beati *Hardulfi* de *Bredona*, ſicut ad matricem Eccleſiam ſuam. Homines verò de *Stantona* Sacramentum Baptiſmatis percipient in Capella apud **Stantonam**, & ſponſalia ibi ſua habebunt, & purificationes, & confeſſiones, & dominici corporis communionem, & omnia jura Eccleſiaſtica, (excepta ſepultura.) Omnes enim homines de prædicta villa, ſepulturam accipient apud matricem Eccleſiam ſuam de *Bredona*, ſicut parochiani illius Eccleſiæ, & panem benedictum, more ſolito, matrici Eccleſiæ de *Bredona*, & omnes decimationes ſuas, & oblationes, & obventiones, & cætera jura ſua matrici Eccleſiæ ſuæ de *Bredona* perſolvent, excepta paſchali cera, quæ dabitur Capellæ **Stantonie** ad faciendum cereum de paſcha, propter ſervitium per totam ebdomadam. Ego vero *Richardus* & hæredes mei dabimus matrici Eccleſiæ de *Bredona*, & Canonicis ibidem degentibus omnes oblationes domus meæ, & omnes decimas & obventiones de blado, de lino, de ferro, de molendino, de vivariis, de pomerio, de ortis, de lana, de agnis, de vitulis, de pullis, de porcis, & de omnibus, de quibuſcumq; rationabiliter debent perſolvi Decimæ, excepto fœno, & paunagio. Capellanus verò, qui apud **Stantonam** miniſtrabit, habebit manſuram unam, ſcilicet **Wetercroft**, cum orto, ubi poſſit manere, & omnes communitates prædictæ villæ; & ſi eis viſus fuerit inutilis removebunt ipſum, & alium loco ipſius, ſubſtituent. Ego ſiquidem *Ricardus* & hæredes mei, totam prædictam terram præfatis Canonicis de *Bredona* warantizabimus, & ipſi mihi & hæredibus meis, unam virgatam, quæ data fuit Capellæ, quietam clamaverunt. Hiis teſtibus (*&c.*)

Conventio inter Priorem & Conv. de **Noſtell**, *Walterum filium* Roberti *de* Tateſhall, *Advocatum de* **Bredon**, *de Electione Prioris.*

Ib.fol.307. HÆc eſt Conventio facta inter Priorem & Conventum de Sancto *Oſwaldo* de *Noſtla*, & *Walterum* filium *Roberti* de *Tateſhall*, Advocatum de *Bredona*, ſuper Eccleſiam de *Bredona*, ad Eccleſiam Sancti *Oſwaldi* de *Noſtla*, & Canonicos ibidem Deo ſervientes pertinentium; ſcilicet quod prædicti Prior, & Conventus de Sancto *Oſwaldo* de *Noſtla*, duos de Canonicis ſuis de cellula ſua de *Bredona*, quos voluerint, eligent, cum aſſenſu Advocati, & præſentabunt eos prædicto *Waltero* vel hæredibus ſuis ex ſe & *Iſoulda* uxore provenientibus & ipſe vel hæredes ſui recipient unum de illis duobus, quem voluerint; & ſi fortè in præfata Cellula de *Bredona* non fuerint inventi idonei Canonici, tunc Priores, & Canonici præfati, de domo Sancti *Oſwaldi* de *Noſtla*, eligent duos, & præſentabunt prædicto *Waltero*, vel hæredibus ſuis; ex quibus recipient unum quem voluerint; & ſic deinceps de cæteris: Prænominatis verò Priori, ſimul cum præfato *Waltero*, vel hæredibus ſuis præſentabunt eum dioceſano Epiſcopo ad Prioratum Cellulæ de *Bredona*, qui totâ vitâ ſuâ ſtabilis ibi remanebit, quamdiu Canonicè ſe habuerit, ſalvâ profeſſione, & ſubjectione Eccleſiæ Sancti *Oſwaldi* de *Noſtla*. Et ſi fortè contigerit, quod aliqua ratione amoveri debeat, vel in fata ceſſerit, tunc autoritate Epiſcopi, & aſſenſu prædicti Prioris, & Conventus Sancti *Oſwaldi* de *Noſtla*, & prænominati Advocati, vel hæredum ſuorum admovebitur, & alius loco ipſius, ſecundùm quod prædictum eſt, ſubſtituetur; & Canonici, qui cum eo moram faciunt, per Priorem & Conventum Sancti *Oſwaldi* de *Noſtla* ibi erunt, ſi poſſeſſiones præfatæ Cellulæ poterint ſufficere, ſalvâ in omnibus profeſſione & ſubjectione ſæpedictæ Eccleſiæ Sancti *Oſwaldi* de *Noſtla*. Prior Sancti *Oſwaldi*, & Advocatus de *Bredona*, non diſturbent bona, vel poſſeſſiones prænominatæ Cellulæ; nec Prior in ea perendinabit, ad ipſius Cellulæ ſuperfluum gravamen. Hiis teſtibus (*&c.*)

Cella de **Wodekirke**, *in agro* Ebor.

Ex analectis *Johannis Hanſon* de **Woodhouſe** in Com. *Ebor.*

WIllielmus Comes de *Warrenna*, *Willielmo* filio *Raven*, Vicecomiti ſuo, & omnibus Vicecomitibus futuris, de **Wachefeld**; & *Roberto* filio *Elia*, & *Ranaldo* filio *Britonis*, & omnibus Baronibus & fidelibus, & amicis ſuis, & Miniſtris *Francis* & Anglis ſalutem, & amicitiam. Sciatis me conceſſiſſe in elemoſinam Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Wodechurche**; & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, ſicut ipſi ante me conceſſerunt, totam terram in qua præfata Eccleſia ſita eſt, & totum nemus, inter duos rivulos qui currunt per pontem *Seldæ*, & pontem *Ligulſi*. Et præterea conceſſi eidem Eccleſiæ in perpetuum, quolibet anno, viginti ſolidos de redditu meo de **Erdeſlaw**, & volo & præcipio quod ipſi Canonici teneant in mea firma pace nemus ſuum, & terras ſuas, & molendina ſua, & omnia quæ tenuerunt in tempore patris mei de feodo ſuo, & meo, quæcunq; eis dedit. Et prohibeo ne denarium de redditu meo de **Erdiſlaw** exportetur, antequam elemoſina mea compleatur, ſed ponatur ſuper Altare ſanctæ *Mariæ*, die *Aſſumptionis* ejus. Et precor omnes amicos meos, & præcipio omnibus miniſtris meis, quatenus ſicut me diligunt, meam teneant elemoſinam, & Canonicos meos ſicut meum dominicum, contra omnes, qui eis adverſari voluerint, & prohibeo omnibus meis hominibus, ne aliquis diſturbet, nec conturbet Eccleſiam Sanctæ *Mariæ*, nec Elemoſinas quæ conceſſæ ſunt eidem Eccleſiæ de feodo meo, ſuper decem libras forisfacturæ, Vale.

Carta de **Erdiſlaw**.

ROBERTUS *Brito* de **Dennyngby**, *Roberto* de *Everingham*, Salutem. Sciatis me dediſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Wodkirke** & Canonicis ibidem totum tenementum quod de me tenetis in **Herdiſlaw**, & ſervitium ſine aliquo retinemento in puram elemoſinam. Quare vobis mando quatinus faciatis eis illud ſervitium quod mihi facere conſueveritis, & ego vobis hoc warantizabo contra omnes homines, (*&c.*) Ibid.

Johannes Comes *Warrennæ* quietum clamavit & relaxavit Canonicis de **Wodkirke** ſectam curiæ ſuæ de **Wakefeld**, pro tenementis quæ eidem Canonici poſſident in **Erdiſlawe**, de dono *Roberti Britonis* de **Deningby**. Hiis teſtibus *Radulfo* de **Horbiry**, *Johanne* fratre ejus, *Thoma Cooke* Seneſcallo, *Willielmo* de **Langfeld** Conſtabulario Caſtri de **Sandale**, (*&c.*) Ibid.

Debetur Magiſtro de **Wodkirke**, pro **Everingham-fee**, in **Erdiſlaw** annuatim, redditum *xiiii*. librarum.

PRIORATUS

de Hyrſt infra inſulam de Axholme, in agro Lincolnienſi, Cella de Noſtell.

Carta Nigelli *de* Albini, *de fundatione ejuſdem.*

Ex Cartulario S. *Oſwaldi* de **Noſtel** in bibl. *Hatton.* f. 323.

NIgellus de *Albini*, *Widoni* Capellano, & *Jeralino*, & omnibus Ballivis, & omnibus hominibus ſuis de Inſula, ſalutem. Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe Monaſterio de **Hyrſt**, & *Radulpho* Canonico ibidem inhabitanti, & poſt ipſum *Radulphum*, Canonicis ibi Deo ſervientibus, in manu ſemper Prioris ſancti *Oſwaldi*, pro Dei amore, & pro ſalute animæ meæ, in puram & perpetuam elemoſinam, habitationem in **Hyrſt**, & totum illud nemus ad ſartandam, ad uſus ſuos, & marais quod eſt circa **Hyrſt**, & de **Hyrſt**, uſq; in **Don**. Et quindecem ſolidos & quatuor ſeſteras de braſio, & quatuor ſeſteras frumenti, & quatuor ſeſteras ſiliginis; & dimidium mille anguilarum in uno quoq; anno: Et concedo eis communem ubiq; in boſco & in plano, in paſcuis & in aquis; & præcipio, quod annona ipſorum ſit molendinata in molendino meo ſuper **Trentham** in Inſula, ſine multura, & poſt illam, annonam quam invenient in tremeia; Teſt (*&c.*)

Carta Rogeri de Moubray, *de nemore de* Hyrſt, *&* Hertſic, *&c.*

Ib. fol. 324.

ROgerus de *Mubray*, omnibus hæredibus ſuis, & hominibus, & univerſis ſanctæ Eccleſiæ filiis, ſalutem; Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe, & præſenti ſcripto confirmâſſe, in puram elemoſinam in perpetuum, loco de **Hyrſt** in Inſula, & *Oſberto Silvano* Canonico, & omnibus ei ſucceſſuris in eodem loco, ſub obedientia Capituli ſancti *Oſwaldi*, pro anima patris mei *Nigelli*, & matris meæ *Gundredæ*, & pro ſalute mea & hæredum meorum, totum nemus quod vocatur **Hirſt**, & **Hirteſic**: Et in marays, de **Hirteſic** uſq; *Riſebergam*, ſicut jacet inter nemus de **Hyrſt**, & **Eſtsmore**, & **Howkeſwra**, & **Horſcroft**, & marays inter locum de **Hirſt**, & **Eppen**, & totum marays, & foſſatum uſq; **Don**, & uno quoq; anno *xxx.* ſolidos denariorum de firma mea de *Beltona*, & octo ſextaria braſii, quos dabunt eis homines mei de *Beltona*, illi ſcilicet homines quos cenſum ſuum eis reddere conſtitui. Ita quod nullus Præpoſitorum meorum, nec cenſum nec braſium hoc, ad opus meum accipiat ab illis hominibus; ſed Canonicis meis dentur, ſine omni diſturbatione.

Præter hæc dedi & conceſſi eiſdem Canonicis, pro uno Milliario anguillarum quod eis unoquoq; anno conceſſeram, piſcarias in aquis de **Don**, & **Hodel**, quas de me tenebant *Suenus* de *Beltona*, & *Reginaldus* frater ejus, & reddere mihi ſolebant unum milliarium anguillarum: Inſuper dedi eis, & conceſſi ſex bovatas terræ in **Litteſheſell**, cum terra *Gladewini*, & paunagium ſuum, & hominum ſuorum in omnibus boſcis meis in Inſula, clamo eis quietum, & in perpetuum; & conceſſi eiſdem Canonicis meis, & hominibus ſuis omnem Communitatem in boſco, & in plano, in maris & aquis, & omnibus aliis, in quibus homines mei habent communitatem. Volo etiam & præcipio, ut hæc elemoſina mea, cum omnibus tenuris ſuis; & hominibus, ſit libera & quieta ab omni exactione & conſuetudine ſeculari de me & de hominibus. Hiis teſtibus, (*&c.*)

Carta Rogeri *de* Molbrai *de xxx s. annui redditus, & octo ſextariis braſii.* &c.

Adhuc ex præfato Cartulario.

+ROgerus de *Molbrai*, *Rodberti* Dei gratia, *Lincolnienſi* Epiſcopo, & omnibus, poſt eum futuris Epiſcopis **Lincoln** & omnibus hæredibus ſuis, atq; Baronibus; & omnibus hominibus ſuis *Fr.* & *Ang.* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, in elemoſinam in perpetuum Monaſterio de **Hirſt** in Inſula; & *Osberto Silvano*, Canonico de Eccleſia Sancti *Oſwaldi*, & omnibus Canonicis poſt eum ſucceſſuris in eodem loco **Hirſt**, Deo & *Mariæ* ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus patris, & matris meæ, & hæredum meorum; Scilicet, unoquoq; anno triginta ſolidos denariorum, de firma mea de *Beltona*; & octo ſextarios de braſio, quos, dabunt eis homines mei de firma mea de *Beltona*; illi, videlicet homines, quos cenſum ſuum eiſdem reddere conſtitui; ita ut nullus præpoſitorum meorum, cenſum neq; braſium, ad opus meum accipiat ab illis hominibus, ſed Canonicis meis detur liberè & ſinè aliqua diſturbatione, pro uno milliaria anguilarum, quod eiſdem Canonicis, uno quoq; anno, conceſſeram, & dederam.

Conceſſi præfato *Osberto Silvano*, piſcarias in aqua; videlicet, **Don** & **Iodell**, quas tenebant de me **Suenus** de *Beltona*, & *Reinaldus*, frater ejus & mihi inde reddere ſolebant unum millarium anguillarum; Inſuper dedi & conceſſi prædicto loco de **Hirſt**, ſex bovatas terræ in **Litteheſum**, cum terra *Gladwini*. Et eidem *Osberto*, & omnibus Canonicis poſt eum futuris, in eodem loco, pro amore Dei & ſuo conceſſi, & dedi in elemoſinam imperpetuum, nemus totum quod vocatur **Hirſt**, & paſnagium ſuum, & hominum ſuorum clamo eis quietum imperpetuum.

Volo igitur & præcipio, ut hæc elemoſina mea, cum omnibus tenuris ſuis, & hominibus ſit libera, & quieta, & ſoluta ab omni exactione, & conſuetudine ſervicii ſecularis, ſicut ulla elemoſina liberior, & quietior, & ſolutior eſt. Teſtibus *Roberto* de *Davidvilla*, *Radulpho* de *Bellun*, *Willielmo* filio *Turberti*.

Scokirke

SCOKIRKE in agro Eboracenſi, Cella de Noſtell.

Carta Regis Henrici *primi donationem* Gaufridi *filii* Pagani, *de duabus bovatis terræ in* **Tockwith**, *confirmans.*

Ex Cartulario de **Noſtel**, in bibl. **Hatton.**

HEnricus Rex *Angliæ T. Ebor.* Archiepiſcopo, & *Nigello* de *Albini*, & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis *Eboraciſciræ* ſalutem, Sciatis me conceſſiſſe Sancto *Oſwaldo* de *Noſtla*, & Cononicis ejuſdem loci, duas bovatas terræ in perpetuam elemoſinam, quas *Gaufridus* filius *Pagani* eis dedit in **Tockwid**; & concedo & confirmo eis, ut tales habeant libertates & conſuetudines, in boſco, in plano, in paſcuis, in porcorum paſuagiis, quas *Gaufridus* habet conceſſione ipſius *Gaufridi* coram me; Et volo & firmiter præcipio ut benè, in pace & honorificè teneant, ſicut melius tenet aliquam elemoſinam. Teſtibus *Waltero* de *Glouc.* apud **Waltham.**

Carta Albredæ *de* Harcuria, *relictæ* Willielmi Truſſebut, *filii* Gaufridi, *filii* Pagani.

Ibid.

ALbreda de *Harecuria* Dapifero ſuo, & omnibus Ballivis ſuis, & hominibus ſuis *Eboraciſciræ*, Salutem. Mando vobis, & præcipio, quatenus pro Dei amore, & domini mei *Willielmi Truſſebut*, & mei, manuteneatis pauperes Canonicos Eccleſiæ de *Boſcho*, quia dominici Canonici ſunt mei domini, & mei; & faciatis eos tenere benè, & in pace, & habere libertates ſuas in boſco, in plano, in paſcuis, in porcorum paſuagiis, prout Carta eorum teſtatur quod tenere debent.

Carta Alberti *de* **Tockwid** *de duabus acris terræ.*

Ibid.

OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Albertus* de **Tockwid**, ſalutem; Noverit univerſitas veſtra, me conceſſiſſe, & dediſſe, & meâ præſenti Chartâ confirmâſſe Deo & Sancto *Oſwaldo*, & Eccleſiæ omnium Sanctorum de **Scokirke**, & Canonicis de Sancto *Oſwaldo*, ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum, duas acras terræ in puram & perpetuam elemoſinam, ſcilicet in **Nes** in oriente juxta **Suinebroc** dimidiam acram; in occidente **Suineſtibroc** dimidiam acram; in **Winethwrt** juxta **Scamelandes** dimidiam acram; & in **Preſthueit** juxta **Rudegate** dimidiam acram. His teſtibus (*&c.*)

Controverſia inter Ivetam de Arches, & Canonicos de **Scokirke** *ſedata.*

Ibid.f.31a.

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis hoc ſcriptum viſuris, vel audituris, *R.* Prior Sanctæ *Trinitatis*, & *H.* Theſaurarius, & Magiſter *G.* Canonicus *Eboracenſis*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra nos mandatum domini Papæ in hæc verba ſuſcepiſſe. Innocentius *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori ſanctæ Trinitatis*, H. *Theſaurario, & Magiſtro,* G. *Canonico* Eboraci, *ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Expoſita nobis Prioris, & Canonicorum de* Noſtla *petitio reſeravit; quod cum* Iveta *mulier de* Arches, Eboracenſis *diocæſis, quandam decimam panis domus ſuæ Canonicis ſuis apud* **Scokirke** *morantibus in perpetuam elemoſinam aſſignatam contra juſtitiam detinet, & reddere contradicit: Ideoq; diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis, audiatis hinc inde propoſita, & quod juſtum fuerit, appellatione propoſita ſtatuatis; facientes quod ſtatueritis, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Nullis literis veritati, & juſtitiæ prejudicantibus, a ſede apoſtolica impetratis; quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum* Romæ *apud Sanctum* Petrum *decimo quinto Kalendarum* Junii, *Pontificatus noſtri octavo.* Hujus igitur autoritate mandati, partibus in præſentia noſtra conſtitutis, ſub hac pacis forma controverſia mota amicabiliter, inter partes ſopita eſt; Scilicet, quod prædicta Domina *Iveta* de *Archis* conceſſit Deo & Eccleſiæ omnium ſanctorum de **Scokirke**, & Canonicis de Sancto *Oſwaldo*, in puram & perpetuam elemoſinam medietatem decimæ panis domus ſuæ, quam pater ejus *Willielmus* de *Archis*, per cartam ſuam prædictæ Eccleſiæ contulit; recipiendam, & in perpetuum habendam; memorati verò Canonici invenient, in prædicta Eccleſia de **Scokirke**, unum Canonicum presbiterum; ſcilicet ſpecialiter celebrantem divina pro anima ſua, & animabus patris, & matris ejus & virorum ſuorum. *R.* de *Flamavilla*, & *Adæ* de *Brus*, & anteceſſorum ſuorum & hæredum ſuorum. Et ut hæc compoſitio perpetuo firmitatis robore optineat, eam ſigillorum noſtrorum appoſitione corroboravimus.

Compoſitio inter Priorem & Petrum *de* Brus *de viceſſima panis vel bladi manerii de Torp.*

Ibid.f.32a.

Univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis has literas viſuris vel audituris, *H.* Decanus *Eborac.* & Magiſter *I. Romanus* Canonicus *Eboraci*, ſalutem in Domino. Mandatum Domini *Pandulfi Norwicenſis* electi Domini Papæ Camerarii, Apoſtolicæ ſedis legati, dilectis filiis Decano, & *I. Romano* Canonico *Eboraci* ſalutem in Domino. Dilecti filii Prior & Conventus ſancti *Oſwaldi*, ſua nobis queſtione monſtraverunt, quod nobilis vir *P.* de *Bruſe Eboracenſis* diocæſis, viceſimam panis vel bladi de manerio ſuo de * *Torp*, ad ipſos de jure ſpectantes, contra juſtitiam detinet, & eis ſolvere contradicit: Ideoq; diſcretioni veſtræ, quâ fungimur legationis autoritate, mandamus, quatinus, partibus convocatis, audiatis cauſam, & quod Canonicè fuerit, ſtatuatis, facientes quod ſtatueritis firmiter obſervari. Teſtes autem qui nominati fuerunt, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubſtraxerint, per cenſuram Eccleſiaſticam cogetis veritati teſtimonium perhibere: Datum apud **Gaywude** tertio Idus *Januarii*. Hujus igitur autoritate mandati, partibus in præſentia noſtra per ſufficientes procuratores conſtitutis, poſt multas altercationes hinc inde habitas, tandem inter præfatos Priorem, & Conventum ex una parte, & prædictum *Petrum* de *Bruſe*, & hæredes ſuos, pro ſalute animæ ſuæ, & uxoris ſuæ *Johannæ*, & anteceſſorum & ſucceſſorum ſuorum, divinæ caritatis intuitu, decem ſceppas bladi, videlicet, tres ſceppas frumenti, & tres avenæ, & quatuor ſiliginis & ordei, ad ſuſtentationem unius Canonici apud **Scokirke**, prædictis Priori & Conventui annuatim in perpetuum conceſſerit percipiendas de manerio ſuo de **Torp**-*Arches*, ad duos terminos, videlicet, medietatem ad feſtum ſancti *Michaelis*, & medietatem in octabis *Epiphaniæ* Domini. Et ſciendum eſt quod prænominati Prior, & Conventus quendam Canonicum, preſbiterum in perpetuum invenient. Si autem prædictus Canonicus aliquâ juſtâ cauſâ fuerit impeditus, quo minùs divina celebrare poſſit, prædicti Prior & Conventus interim per aliquem alium idoneum Capellanum ibidem divina facient celebrari, Si autem prædictos *P.* de *Bruſe*, vel hæredes ſuos in ſolutione prædicti bladi, aliquatenus ceſſaverint, licebit Decano & Capitulo *Eboraci*, remotâ appellatione, non obſtante fori privilegio, prædictum *P.* de *Bruſe*, vel hæredes ſuos ad ſolutionem dicti bladi, monitione præmiſſâ, Eccleſiaſticâ diſtrictione compellere. Similiter ſi præfati Prior & Conventus, juxta formam ſupraſcriptam, divina celebrari non fecerint; licebit ſimiliter prædictis Decano & Capitulo *Eboraci* prænominatos Priorem & Conventum, appellatione remotâ, non obſtante fori privilegio ad *H.* faciendam, monitione præmiſſâ ſibi compellere diſtrictione.

* **Thorp**-Arches,

Ut autem iſta compoſitio perpetuæ firmitatis robur optineat, præſenti ſcripto Sigillum Capituli *Eboracenſis* Eccleſiæ, quàm Sigillum præfatorum judicum & dictorum Prioris & Conventus & Domini *P.* de *Brus* ſunt appoſita.

Cœnobium S. JULIANI, & S. BOTULPHI *Colceſtriæ, in agro* Eſſexiano.

Carta Regis Henrici *primi de dominio ſuo de* Hetfelda.

Pat. 5. H. 6. p. 2. m. 15. per Inſpex.

HEnr. Rex *Angliæ M.* Epiſcopo *Lund.* & *Hugoni* de *Bocland*, & omnibus Baronibus & hominibus ſuis de *Eſſeſſa* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in elemoſinam Eccleſiæ S. *Juliani*, & S. *Botulphi* de *Colceſtra*, & Canonicis Deo ibidem ſervientibus, pro ſalute mea & uxoris meæ *M.* Reginæ, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum decimam, plenariè de omni dominio meo de *Hetfelda*, in boſco & plano, quicunq; inde aliquid teneat, & de pathnagio, de porcellis, vitulis, agnis, caſeis, & omnibus rebus ad dominium pertinentibus: undè volo atq; præcipio, quod benè & liberè & quietè hæc omnia habeant, & garbas vel in campo, vel ad horreum, prout ipſi eligerint, recipiant; nec aliquis eis, ſuper hoc injuriam vel contumeliam ſuper *X l.* Foriſſacturæ faciat. *T. Matilda* Regina, & *Roberto* Epiſc. *Linc.* & *Eudone* Dapifero apud **Berchold**.

Carta ejuſdem Regis Henrici *de quibuſdam terris in* Colceſtria.

Ib.

HEnric. Rex *Angliæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Baronibus, Vicecom. & omnibus fidelibus ſuis totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe Eccleſiæ S. *Juliani* & S. *Botulphi Colceſtriæ*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro animabus patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum; & pro ſalute mea & uxoris meæ *M.* Reginæ, omnes terras quas habent in **Colceſtre** & extra; & tertiam partem molendini ſub Caſtello, quod dicitur **Midelmelne**, cum omnibus pertinentiis eorum, in liberam & puram elemoſinam. Concedo etiam & confirmo eis ſerjantiam & omnes terras quas habent ex dono *Hugonis* filii *Stephani* cum omnibus pertinentiis ſuis; & ipſi facient michi & hæredibus meis, cum contigerit nos ire in *Walliam* ad expugnandum inimicos noſtros, ſervicium tale, ſcilicet invenient equum unum de precio quinq; ſolidorum, & unum ſaccum, & unum aculeum per *XL.* dies tantum, ad cuſtum noſtrum. Et omnia prædicta concedo & confirmo eis pro me & hæredibus meis imperpetuum, ita ne aliquis ſuper hiis eis injuriam vel contumeliam ſuper *x l.* foriſfacturæ faciat. *T. Mauricio Lund.* Epiſcopo, & *R.* Epiſcopo *Linc.* & *Eudone* Dapifero apud *Weſtm.* per *M.* Reginam, *Warinum* filium *Geroldi*, & *Simonem* filium *Per*,

Carta

Carta ejuſdem Regis Henrici *de terra & domibus in* Cantorbiria.

Ib. P.

H. Rex *Angliæ Rualen* Vicecomiti & præpoſito *Cantorbiriæ* ſalutem. Præcipio quod Canonici de S. *Juliano* & de S. *Botulpho* de **Colceſtre**, habeant & teneant terram & domos de *Cantorbiria*, quas *Briſterd* & uxor ejus *Lunna* eis dederunt cum Edmundo filio ſuo, quando fecerunt illum Canonicum, benè & in pace & honorificè & juſtè, ſicut idem *Briſterd*, & prædicta uxor ſua unquam meliùs tenuerunt, & eiſdem conſuetudinibus; & ſi quicquam inde captum eſt vel venditum præter conſenſum eorum poſtquam eis donata fuit, reddatur eis juſtè, ita quod ne audiam inde clamorem. *T. G.* Cancellario apud *Coleceſtriam.*

Carta Regis Ricardi *primi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ex vetuſto Rotulo in bibl. *Cottoniana.*

Vide Pat. 2 H. 4. p. 1. m. 31. & Pat. 5. H. 6. p. 2 m. 15.

Ricardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Norm. Aquit.* Comes *Andegariæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Botulphi* de **Colceſtre**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes Elemoſinas, decimas, & poſſeſſiones quas habent de feodo *Willielmi* filii *Roberti* de *Haſtyngges*, & de feodo de *Salkevill*, & de hameſocna; & tertiam partem molendini quod dicitur **Middilmelne**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & omnes alias terras & poſſeſſiones, decimas & eleſimonas quas prædicti Canonici habent in **Colceſtre**, & in hundredo de **Colceſtre** in Eccleſiis, in decimis, in elemoſynis, & in aliis tenementis: De feudo *Boloniæ*, Eccleſiam de **Gamelegeve**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & omnes terras quas habent apud **Colum**, & apud **Legram**: Et totam quartam partem villæ quæ appellatur **Greneſtede**, cum omnibus pertinentiis ſuis infra Burgum *Colceſtriæ*, & extra. De feudo *Hugonis* filii *Stephani* Eccleſiam de *Legra*, cum omnibus pertinentiis ſuis. De feudo de **Mandevill** Eccleſiam de *Theya*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Decimas & poſſeſſiones quas habent de feudo *Thomæ* de *Mandevil.* De feodo *Roberti* de *Sakevill*, totam terram quam habent apud **Fordham**, quam priùs tenuit *Ranulphus* Presbyter.

In parochia de **Wedermundefeld**, totam terram quam *Wili*: de *Bileſtune*, de eis tenuit. De feodo *Ernaldi* de *Curtune*, totam terram quam habuit apud **Dunilond**, de donatione ipſius *Ernaldi*. In parochia de *Ardeleia* omnes terras & elemoſynas, quas habent de feodo *Roberti Britonis*, & de feudo *Radulphi Martell*, & de feodo *Ricardi* de *Bovill*, & de feudo *Baldwini Wyſchard*, & de feodo *Aliciæ* filiæ *Roberti*, filii *Goſcelinæ*. Et totam terram quam habent de ſochna de **Dedham**. De feodo *Ricardi* de *Reymes*, totam terram quam tenuit *Radulphus King*, cum manſura, pro una acra, cum omnibus pertinentiis ſuis; quam terram habent in villa de *Reymes*: Et omnes alias elemoſynas, decimas & poſſeſſiones, quas habent de feudo *Roberti* de *Reymes*. In *Hathfeldia* noſtra, de elemoſina *Henrici* Regis, avi Patris noſtri, omnes decimas plenariè de toto dominio noſtro ejuſdem villæ, de boſco & de plano, & de paſcuo, quicunq; inde aliquid teneat vel colat: Et de pathnagio, de porcellis, vitulis, agnis, caſeis; & de omnibus eſſartis factis & faciendis de plano in prædicta villa de **Hathfeld**; & garbas vel ad horreum, vel in campo, prout ipſi Canonici elegerint, recipiant. Concedimus etiam & confirmamus prædictis Canonicis illam acram terræ, quam tenuit *VVilfricus Gambun* in prædicta villa de **Hathfelde**, ubi & ipſi Canonici bladum ſuum congregare ſolent. Quare volumus (&c.)

Dat. per manum *VVillielmi* de *Longocampo*, Cancellarii noſtri, *Elienſis* electi, apud *Cantuariam* quarto die *Decembris*, anno *primo* regni.

Bulla *Paſchalis* ſecundi Rom. Pontificis:

Ib.

Paſchalis *Epiſcopus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto filio* Ernulpho *Præpoſito, cæteriſq; dilectis filiis & fratribus Eccleſiæ Chriſti* Colceſtriæ *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Singulare ſemper ſedis Apoſtolicæ privilegium claruit, ut per nos licet indignos, ſubjectarum nobis per orbem Eccleſiarum ſtatus dirigatur, ſtabiliatur, & augeatur. Cæterùm cum univerſis Sanctæ Eccleſiæ filiis id Apoſtolicæ ſedis auctoritate ac benevolentia debeamus, illis tamen locis atq; perſonis, quæ ampliori Religionis gratia eminent, propenſiori nos ſtudio convenit iminere, ut quibus univerſalis conditor Deus pleniorem miſericordiæ ſuæ contulit largitatem, nos quoq; ipſius exemplo excellentiorem conferamus dignitatem. Unde non immerito eſtimamus locum ſive Canonicam veſtram amplioribus noſtræ benignitatis muneribus honorandam, quam omnipotens Deus ad formam Eccleſiæ primitivæ primitivam in loco hujuſmodi quadam eximia prærogativa plantavit; oſtendens quid poſſit figulus in luto, plaſtes in plaſmate, Deus in homine. Primi enim omnium,* ☞ *ut à religioſis perſonis accepimus Canonicæ, religionis profeſſores in patria veſtra floruiſtis, primicias corporum & animarum veſtrarum conditori Deo, ſpontanei optuliſtis: Et ideo hujus ſecundi privilegii noſtri auctoritate decernimus, ut ſicut in hoc ordine primi in Anglia militâſtis, ita quoq; dignitate ipſius primi ſemper habeamini; ut ubicunq; per Canonicas in Anglia fratrum negligentiam ſentitur imbecillitas, veſtra per nos potens ſuccurrat auctoritas. Et ſi fortè inſtinctu diaboli quilibet fratrum, cauſa ſeculi vel ordinis imitandi, ab hoc ordine lapſus fuerit,* Colceſtrenſis *præfati auctoritate revocetur, ubicunq; reperiatur, & apoſtatæ ac d[illegible]rtoris militiæ Prioris, pœna plectatur. Ad formam itaq; vitæ vel inſtitutionis Canonicæ veſtræ, ceteræ omnes regantur. Hinc perſonæ ſapientes eligantur, electæ per Canonicas diſtribuantur, diſtributæ, ſi opus eſt, locis ſingulis præferantur, ut in omnibus quibus in locis Canonicæ religionis vi-*

get integritas, ſupereminеat veſtra per nos regularis auctoritas. Eccleſiam S. Trinitatis Londini, *quam vobis* Matilda *Regina comendavit, cum Eccleſia S.* Leonardi, *& cæteris quas habetis, obedientiis veſtri juris eſſe præcipimus, & ad hujus præcepti tenorem præſentis decreti paginam promulgamus: quas ſi quis ibidem manentium fratrum per ſuperbiam, vel per ſubreptionem, vel latenter vel palàm, quaſi ſecularis poteſtatis auctoritatem inducens, de manu veſtra ſubtrahere voluerit, illius ſpirituali gladio perdat animam, cujus corporali* Malchus *amiſit auriculam. De cæteris etiam vobis conceſſis, ſive decimis, ſive poſſeſſionibus aliis quæcunq; miſeratione Regum, libertate principum juſtè ad quiſiſtis vel adquirere poteritis, idem judicium ſpiritus ſancti judicio fiat.*

Ut autem in omnibus paci veſtræ conſulamus, ab omni vos tam ſecularis quam Eccleſiaſticæ perſonæ jugo liberos eſſe volumus; interdicentes in nomine Domini, & apoſtolica cenſura ſtatuentes, ex auctoritate S. Petri, *ut nullus Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, nullus Regum aut Principum, aut qualibet omnino magna vel parva perſona,* Colceſtrenſi *cœnobio in univerſis ad ipſum pertinentibus, quocunq; modo, ſeu qualibet occaſione, aliquid auferre, minuere, vel violentiam inferre, fatigare, aut Dei ſervos inquietare punienda temeritate præſumat, quatinus ſolius S.* Romanæ *Eccleſiæ protectione defenſi perpetualiter ſint ſecuri.*

Obeunte autem te Eynulpho *nunc ejus loci præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris elegerit. Electus* Londonenſi *Pontifici conſecrandus repreſentetur, à quo etiam criſma & oleum ſanctum, conſecrationes Altarium ſive baſilicarum, Ordinationes Canonicorum accipiant, ſi gratiam & communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ſi omnia gratis & ſine moleſtia fratrum exhibere voluerit omni exactione ſepoſitâ: Si quid autem horum obſtiterit, liceat præfato, vel fratribus, quemcunq; voluerint antiſtitem adire, & ab eo præfata ſacramenta percipere, quatinus* Romanæ *ſoli Eccleſiæ eadem Canonica ſubdita, præter hanc nulli videatur eſſe ſubjecta.*

Quum autem huic ordini à patribus noſtris diſpenſatio verbi Dei, prædicationis officium, Baptiſmus, reconciliatio pœnitentium ſemper credita fuerit, ſicut eſt videre in tractatibus S. Auguſtini ad Aurelium *Papam, nos eorum exempla ſecuti, & ordinis celſitudine ſubtiliùs intuentes, patrum ſancita confirmamus, confirmata ſanctificamus præſentis paginæ auctoritate: Quam ſi quis temerario auſu in aliquo tranſgredi præſumpſerit, ſancti ſpiritus judicio, ac beati* Petri, *Apoſtolorum Principis, anatematis vinculo religetur, & cum tranſgreſſoribus angelis, &* Juda *traditore æternis ſuppliciis deputetur, niſi ſtatim congrua ſatisfactione pœniteat. Conſervantibus autem hæc & benedictio cum miſericordia conſervetur, ut & hic fructum bonæ actionis ſuæ percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ recompenſationis inveniant. Noſtis Fratres, quod vobis ad cumulum noſtræ dilectionis Altare, cum Sanctorum Reliquiis impoſitis, per manus filii noſtri, fratris veſtri,* Zenonis *tranſmiſimus, obſecrantes ut dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis. Scriptum per manum* Griſogoni *Scriviarii, & Notarii ſacri palacii. Datum* Laterani *per manus* Gaietani *Cancellarii ac Bibliothecarii ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, menſe* Auguſti *Anno incarnationis dominicæ* M. C. xvi. *Indictione* ix. *Pontificatus autem Domini* Paſchalis *Papæ ſecundi Anno* xx. *regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui laus & imperium permanet in ſecula ſeculorum,* Amen.

Colcheſter S. Botulphi Prioratus Canonicorum. *Eynulphus* vir religioſus fundator.

Lel. Coll. vol. 1. p. 60.

ABBATIA

de Haghmon in agro *Salopienſ.*

De Fundatione ejuſdem.

Fundata eſt Abbathia de **Haghmon**, Anno Domini *Milleſimo*, *Centeſimo*, & in anno ultimo Regni Regis *Willielmi Rufi*, & Anno Regni Regis *Henrici* primi, primò per *Willielmum* filium *Alani*, ut patet in pluribus, & ſpecialiter in duobus Bullis ſuis plumbo, *Alexandri* Papæ tertii, vocantes eum fundatorem prædicti loci, de ſede, & loco Abbathiæ, ibidem.

Ex Regiſtro Cartarum de **Haghmon** penes *Walt. Barker* Arm. anno 1639.

Carta Willielmi *filii* Alani *de ſede Abbatiæ.*

Willielmus filius *Alani*, univerſis hominibus *Francis* & *Anglis*, & univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me pietatis intuitu, & pro ſalute patris mei, & Anteceſſorum meorum, dediſſe, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ S. *Johannis* de **Haghmon**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in perpetuam elemoſinam, ſedem & locum Eccleſiæ eorundem, cum omnibus ejuſdem loci pertinentiis &c. Hiis Teſtibus. *Roberto* filio *Haber. Henrico Malevicino*, *Ricardo* de *Conſtantino*, *Helia* de *Hedingeham*, *Galfrido* de *Ver* &c,

Carta

Carta Regis Edwardi *ſecundi, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat.13. E. 2.m.12.

Rex omnibus ad quos, *&c.* ſalutem. Donationem & conceſſionem, quas *Cadwaladrus* frater *Owyni* magni, per Cartam ſuam fecit Deo & Eccleſiæ ſancti *Johannis* Evangeliſtæ de **Hagheman**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuā elemoſinam, deEccleſia de **Peuyn**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & de tota terra quæ eſt inter duos rivulos, inter quos prædicta Eccleſia ſita eſt & de tota terra de **Chrembot** cum omnibus pertinentiis & eyſiamentis ſuis. Donationem etiam, quàm *Maduc*, quondam Rex *Ponwiſſentium*, per Cartam ſuam fecit Eccleſiæ S. *Michaelis Blederiis*, quam Abbas & Canonici dictæ Eccleſiæ S. *Joh.* Evangeliſtæ nunc in proprios uſus tenent, ut dicitur, dequadragintis ſatis, ſcilicet de villa quæ vocatur **Treſcemer**. Donationem, etiam quàm *Hoelus*, quondam Rex **Arwiſtill**, per Cartam ſuam fecit Eccleſiæ S. *Mich.* de **Trenegelus**, quæ tunc fuit in ſubjectione Dei & dictæ Eccleſiæ S. *Joh.* de **Hageman**, de tota terra quæ vocatur **Brendbedwyn**, à foſſa cimiterii uſq; ad **Glemant**; & de terra de **Treſkemer**, à cruce uſq; ad **Glemant**; & de tota terra de **Kilgremut** cum toto nemore adjacente; videlicet à **Pantelyn**, uſq; amnem quæ vocatur **Keriff**, in perpetuam elemoſinam.

Conceſſionem etiam (*&c.*) quas *Lewelinus* quondam Princeps *Northwalliæ* per Cartam ſuam fecit prædictæ Eccleſiæ ſancti *Johannis* & prædictis Canonicis, in liberam & perpetuam elemoſinam, de tota medietate de **Kenewych**, cum omnibus libertatibus, & pertinentiis ſuis. Conceſſionem etiam quàm idem *Lewelinus* per eandem Cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ S. *Joh.* & Canonicis de quietancia paunagii ad ſexaginta porcos, ubicumq; porci ipſius *Lewilini* peſſonam habuerint infra Hundredum de **Elleſmere**. Donationem, (*&c.*) quas *Johannes* fil. *Johannis Extranei* per Cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ & Canonicis (*&c.*) de una acra terræ cum pertinentiis in **Ruton**, unà cum advocatione Eccleſiæ de **Ruton**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Conceſſionem (*&c.*) quas *Radulphus Extraneus* per Cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ ſancti *Johannis* & Canonicis, (*&c.*) de jure patronatus Capellæ de **Chmukyn**; habendum cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis Donationem, (*&c.*) quas *Johannes* fil. *Johannis Extranei* per Cartam ſuam fecit Deo & Hoſpitali Albi *Monaſterii*, & fratribus ac pauperibus ejuſdem Domus, quod quidem Hoſpitale præfatæ Eccleſiæ S. *Johannis*, modo ut dicitur, eſt annexum de tota villa de **Wynelecote** cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, Donationem, (*&c.*) quas præfatus *Johannes* per eandem Cartam ſuam fecit præfatæ Eccleſiæ ſancti *Johannis* de **Hageman**, ad ſuſtentationem pauperum Portæ ipſius domus, de tota prædicta terra de **Wynelecote**, cum omnibus libertatibus, & pertinentiis ſuis, ſi fortè contingeret aliquo eventu prædictam Domum hoſpitalem omnino adnichilari.

Hoſpitale de *Albo Monaſterio* annexum Abbatiæ de **Haghmon**.

Conceſſionem, (*&c.*) quas *Wydo Extraneus* & *Maria* uxor ejus, fecerunt eiſdem Eccleſiæ S. *Johannis* & Canonicis, de molendino de **Stretton**, quod eſt ſuper *Avenam*; & de molendino de **Elnedelege**, & ibidem de ſua parte de alio, cum omnibus pertinentiis ſuis in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (*&c.*) quas *Radulfus Extraneus*, filius *VVydonis Extranei*, per Cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ & Canonicis (*&c.*) de tota terra, quàm *Horparius* tenuit in *Alvidelega*, & de communione in paſcuis & paſturis, & omnibus eiſeiamentis, & de eodem *Horm* cum filiis ſuis, in commutationem quinq; ſolidorum, quos prædictus *Radulfus* eiſdem Canonicis annuatim perſolvere debuit de terra de **Pordſlepe**, quàm de eis tenuit, Donationem, (*&c.*) quas *Gaufridus* de *Veer* per Cartam ſuam fecit dictæ Eccleſiæ de **Hagemam** & fratribus ibidem Deo ſervientibus in perpetuam elemoſinam, de duabus virgatis terræ cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis in *Newentonia*. Conceſſionem, etiam quàm *Robertus* filius *Haher* per ſcriptum ſuum cirographatum fecit Abbati dictæ Eccleſiæ de **Hageman**, & præfatis Canonicis, de tota terra, quàm in *Neutonia* tenuit, libera & quieta in perpetuam elemoſinam tenenda; ſalvo ſervicio forenſi. Conceſſionem etiam, (*&c.*) quas *Radulphus Bochart* per Cartam ſuam fecit dictis Canonicis, de terra de **Buleruge**, & ſtagno molendini de *Begtona*, & de dimidia parte aquæ, quàm *Gilb.* pater ipſius *Radulfi* dictis Canonicis dedit. Conceſſionem, (*&c.*) quas *Payn* de *Famthro* per Cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ & Canonicis de tota terra ipſius *Pain* in **Grinelesul**, cum omnibus pertinentiis ſuis, libera & quieta ab omnibus terrenis conſuetudinibus & exactionibus.

Conceſſionem etiam, (*&c.*) quas *Robertus Gyros* per Cartam ſuam fecit dictis Eccleſiæ & Canonicis, in liberam & perpetuam & elemoſinam, de tota terra quàm *Adam* de *Giros* de ipſo *Roberto* tenuit in *Prima*; habenda & tenenda, cum toto ſervicio ejuſdem *Ada* & hær. ſuorum, ſc. *xvii.* ſolidis annuatim, ita quod prædicti Canonici annuatim inde perſolverent *v. ſolidos* in feſto ſancti *Mich.* in Capella S. *Mich.* in Caſtello de *Salopeſbiria*. Conceſſionem, (*&c.*) quas *Robertus* fil. *Nigelli* per Cartam ſuam fecit in perpetuam elemoſinam prædictis Eccleſiæ & Canonicis de advocatione Eccleſiæ de *Stageſburia*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis. Donationem, (*&c.*) quas *Robertus* de *Stantune* per Cartam ſuam fecit prædictis Elcleſiæ & Canonicis, (*&c.*) de tota terra quam idem *Robertus* emit de *Thoma* de *Coſtentyn* in villa de **Halechtune**, ſcilicet *iiii.* virgatas terræ, ſimul cum redditu *xii.* denariorum de molendino ejuſdem villæ, & cum omnibus aliis libertatibus & pertinentiis ſuis. Conceſſionem, (*&c.*) quas *Thomas* de *Coſtentyn*

ſtentyn

ſtentin per Cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ & Cnonices, (&c.) de donatione, quam *Robertus de Stanton* eiſdem fecit de quatuor virgatis terræ in **Halcton**, quas idem *Robertus* de præfato *Thomâ* priùs emerat. Conceſſionem, (&c.) quas prædictus *Thomas* per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem Canonicis de duobus denariis, quos idem *Robertus* & hæredes ſui præfato *Thoma* & heredibus ſuis pro eadem terra annuatim perſolvere ſolebant.

Donationem, (&c.) quas *Gaufridus Griffin* per Cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ & Canonicis de tribus bovatis terræ cum pertinentiis in *Stantona*, ad ſuſtentationem Canonicorum infirmorum.

Donationem, (&c.) quas *Walterus De Clifdus* filius *Ricardi, filij Puncij*, per Cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis, (&c.) de molendinis ipſius *Walteri* de *Tamedeburia*, cum molta & ſecta, auxiliis, & operationibus & omnibus aliis pertinenciis ſuis. Conceſſionem, (&c.) quas *Rogerus* filius *Rogeri de Clifforde* per cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis, (&c.) De molendinis de **Tamedebury** cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis. Donationem, (&c.) quas *Walterus de Clifford*, fil. *Walteri de Clifford*, per cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis, ad ſuſtentationem Coquinæ Canonicorum prædictorum in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de molendino de **Culmitune** cum omnibus pertinentiis ſuis; & de molendino de **Synetun**; & de una dimidiâ virgatâ terræ in **Synetun**, cum maſuagio ſuo quod ad prædictum molendinum de **Synetun** pertinebat, cum omnibus aliis pertinentiis eorum. Conceſſionem eciam, quam idem *Walterus* per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem Canonicis, de omni ſecta & omnibus auxiliis hominum manerii de **Culmitune** ad prædictorum molendina pertinentibus, tam in eorundem molendiorum reparatione & ſtagnorum elevatione, vel emendatione, quàm in lapidibus molaribus attrahendis.

Donationem, (&c.) quas *Walterus de Clifford* per Cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis, (&c.) de tota terra cum omnibus pertinentiis ſuis, quam *Richardus Balle* de ipſo tenuit in villa de **Sinetun**, ſcilicet de duabus dimidiis virgatis terræ, de quibus dicti Canonici receperunt octo ſolidos annuos, & de tota alia terra, cum pertinentiis quam idem *Ric.* de prædicto *Waltero* tenuit; & pro qua ſibi reddidit duos ſolidos annuos. Donationem, (&c.) quas *Oſbertus filius Hugonis*, per cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis, (&c.) de molendino de **Wichebald**, cum moltis, ſectis & omnibus pertinentiis ſuis. Conceſſionem, (&c.) quas *Hugo de Say* per Cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis de donatione quam *Oſbertus filius Hugonis*, frater prædicti *Hugonis de Say*, fecit dictis Eccleſiæ & Canonicis de molendino de **Wichebald**. Confirmationem etiam, quam idem *Hugo* per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem Canonicis, de una virgata terræ cum pertinentiis apud *Caſtellum Ricardi*, in **Wytebrok**. Donationem, (&c.) quas *Alicia de* **Rodgnitton** per Cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis, (&c.) de medietate unius virgatæ terræ in **Enesbrigg**, cumomnibus pertinentiis ſuis. Conceſſionem eciam, (&c.) quas *Paulinus fil. Gilberti* Capellani de **Hodenethe**, per Cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ & Canonicis, (&c.) de medietate tocius prati et moræ ipſius *Paulini*, per has diviſas; ſcilicet à *Webeleya* juxta torrentem in longum, uſque ad **Ettaneſlache**; & in latitudine per viam quæ ducit ad **Ettaneſlach**, de *Stillone Ewyne*.

Conceſſionem eciam, (&c.) quas *Baldewynus fil. Odonis* de **Hodenethe**, per Cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis de donatione quam *Paulinus filius Gilberti* Capellani de **Hodenethe** fecit eiſdem Canonicis de medietate totius prati & moræ ipſius *Paulini* per diviſas ſupradictas. Conceſſionem, (&c.) quas *Baldewinus de* **Hodenethe** *filius Odonis* de **Hodenethe** per ſcriptum ſuum fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis in puram & perpetuam elemoſinam de donatione, quam *Odo* pater ſuus fecit prædictis Canonicis de toto ſuperiori prato *Odonis* de **Alnemulneurſt**, quod eſt propinquius *Choce*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis. Donationem, (&c.) quas *Richardus de Wylderdelega* per Cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis, (&c.) de tota terra in *VVylderdelega*, & de **Cudarthoie** cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis, ſalvo forenſi ſervicio. Conceſſionem eciam, (&c.) quas *Stephanus de Hopa*, per Cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ & Canonicis, in puram & perpetuam elemoſinam de tota terra in *VVylderdelega*, & de *Coardecota*, cum omnibus libertatibus ſuis & pertinentiis: Relaxationem eciam & quietam clamantiam, quas idem *Stephanus* per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem Canonicis de dimidia marca argenti, quam ipſi præfato *Stephano* vel hæredibus ſuis, pro eadem terra annuatim reddere tenebantur. Conceſſionem eciam, (&c.) quas *VVill. de Courtenai* per cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ & Canonicis de donatione quam *Ricardus de VVylderdelega* fecit eiſdem Canonicis de tota terra in *VVilderdelega* & **Cuthardicothe**, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis. Conceſſionem, (&c.) quas idem *Willelmus* per eandem Cartam ſuam fecit prædictis Canonicis de toto ſervicio quod *Ricardus de VVylderdelega* vel hæredes ſui debebant præfato *VVillielmo* vel hæredibus ſuis, de tota prædicta terra de *VVylderdelega*, & de **Cuthardicote**, excepto ſcutagio & rationabili relevio ad eandem terram pertinente.

Conceſſionem (&c.) quas, *Berthrem* de **Loſthelford** per Cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ & Canonicis, (&c,) de quarta parte cujuſdam prati in **Loſtchelford**, quod vocatur pratum molendini. Donationem, (&c.) quas *Thomas Mauduit* per Cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis, (&c.) de una virgata terræ in villa de *Clia*, illa ſcilicet dimidia virgata, quam *Henricus filius Pagani* tenuit;

it ; & de dimida virgata de dominico ipſius *Thomæ.* Conceſſionem, (&c.) quas *Thomas Mandut* filius *Roberti Mandut* per Cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ, & Canonicis, (&c.) de tota terra de *Offituna*, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis. Donationem, (&c.) quas *Alanus de la Mare* per Cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis, ad ſuſtentationem fratrum infirmorum in Infirmaria, de una virgata terræ in **Boldham**; illa ſcilicet quam *Haer & Galfridus Ribel* tenuerunt, ſimul cum quodam maſuagio & crofta, quæ *Edricus* tenuit. Donationem, (&c.) quas *Hugo* de *Say* & *Lucia* uxor ejus, *filia VValteri* de *Clifford*, *filii Ricardi filii Puncii*, per Cartam ſuam fecerunt prædictis Eccleſiæ & Canonicis de molendino de **Rocheſſord**, cum molta & ſecta, auxiliis & operationibus, & omnibus pertinentiis ſuis.

Conceſſionem, (&c.) quas *Ricardus* de *Say* filius *Hugonis* de *Say*, per Cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis de molendino de **Rocheſſord** cum omnibus pertinentiis ſuis. Conceſſionem (&c.) quas prædictus *Richardus* per eandem Cartam ſuam fecit prænominatis Canonicis de donatione, quam *Lucia* mater ejus fecit eiſdem Canonicis de tribus virgatis terræ & dimidia nocha, & duodecim ...atis in eadem villa, cum omnibus libertatibus & pertinentiis. Conceſſionem eciam, quam idem *Richardus*, per eandem Cartam ſuam fecit prædictis Canonicis de acquietando homines eorum de **Rocheſſord**, de ſequela Hundredi & Comitatus. Donationem, (&c.) quas *Elias* de *Say* fecit prædictis Eccleſiæ & Canonicis, de una marca per annum, ſcilicet de duodecim ſolidis & *iiij.* denariis de terra *Willielmi* filii *Nicholai* de **Blethelee**, & *xij.d.* de terra *Hugonis* de *Stuche*. Conceſſionem (&c.) quas *Robertus* de *Say* per Cartam ſuam fecit dictis Eccleſiæ & Canonicis de donatione, quam *Helias* de *Say* fecit eis de una marcata redditus in **Nordſtoke**, ſcilicet de terra *Nicholay de Blecchelega* & hæredum ſuorum duodecim ſolidos & quatuor denarios annuatium; & de terra *Hugonis de Stuche*, & hæredum ſuorum, duodecim denarios annuatim. Necnon. Conceſſionem, (&c.) quas *Robertus* de *Girros* per Cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ & Canonicis, (&c.) de tota terra, quam idem *Robertus* habuit in **Brochtune**, ſimul cum hominibus præfatam terram tenentibus cum tota ſequela eorum; & cum omnibus pertinentiis ſuis, ratas habentes & gratas eas, (&c.) Confirmamus, (&c.) In cuius, &c. Teſte Rege apud *VVeſtm. xxvij.* die *Febr.*

Carta Willielmi *le* Zouche *donationes anteceſſorum ſuorum, de molendin de* **Rocheſſord**, *confirmans.*

Ex Regiſtro de **Haghmon** prædicto.

VNiverſis ad quos præſens Scriptum pervenerit, *VVillielmus* le *Souche* filius *Roberti de Mortuomari*, quondam dominus de *Caſtro Richardi*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me Cartam *Hugonis* de *Say* & *Luciæ* uxoris ſuæ, filiæ *VValteri* de *Clifford*, filii *Ricardi* filii *Puncii*, prædeceſſorum meorum, inſpexiſſe & intellexiſſe, ſuper donatione molendini de **Rocheſſord** Canonicis de **Haghman**: Et etiam conceſſionem & confirmationem domini *Hugonis* de *Mortuomari* avi mei, de eodem molendino: Quas quidem donationes ratifico, (&c.) Teſtes, (&c.) *Thomas Tregooz, Iohannes Hamelyn, Robertus Sturmy, Ricardus de Leighton*, &c.

PRIORATUS

S. Iacobi juxta **Northamton.**

Carta Regis Henrici *Secundi*, *donationem* Willielmi Pverell *confirmans.*

Cart. antiq. T. n. 30 videſis Cart. 18. E. 1. n. 11. Et Cart. 10. E. 3. n 25.

HEnricus Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Jacobi* de **Northampton**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, quicquid eis rationabiliter eſt datum; videlicet quadraginta acras terræ, juxta **Northamton**, in quibus beati *Jacobi* Apoſtoli Abbathia fundata eſt. Et Eccleſiam de *Dunſtona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, Et molendinum illud de *Dunſtona*, quod eſt propinquius *Northamptoniæ*, ſicut *VVilielmus Peverell* illis dedit, & Cartâ ſuâ confirmavet. Et præterea do, & concedo, & confirmo eis ſexaginta acras de aſſartis, quas ipſi eſſartaverunt apud *Hidam*, & **Rothelant**. Concedo etiam eis omnia illa quæ ſibi rationabiliter perquiſierunt, & rationabiliter adquirere poterunt. Quare volo, et firmiter præcipio, quod ipſi Canonici omnia prædicta teneant, benè, & in pace, liberè, & quiete, & honorificè, ſicut aliquis anteceſſorum ſuorum melius tenuit, in boſco, & plano; in terris, & pratis, & paſcuis; in aquis, & molendinis; in viis, & ſemitis, in Burgo & extra, cùm *Soca*, & *Sacca*, & *Thol*, & *Them* & *Infangenetheof*, & cum omnibus Libertatibus, & liberis conſuetudinibus, prædictis terris pertinentibus, Teſtibus *Thoma* Cancellario, & *Richardo* de *Hummet* Conſtabulario, & *Manaſero Biſet* Dapifero, *VVarino* filio *Gerardi* Camerario apud **Northampton.**

Plac. coram Rege term. Trin. 25. E. 3. rot. 6. **North.**

PRIORATUS de **Wirkeſop** *in agro* Notinghamenſi.

Workeſop *Abbathia fundata fuit tertio idus* Maii *anno tertio Regis* Henrici *primi.*

Ex Chron. de **Wyrkſop**, inter Collectanea S. *Kniveton* arm.

VII. ID. *Aprilis* obiit *Gulielmus* de *Lovetot* fundator, & ſepultus eſt ibidem. Et *Ricardus* de *Lovetot* filius ejus ſepultus fuit ibidem. Et *VVillielmus de Lovetot* filius ipſius *Ricardi* ſepultus fuit ibidem. Et *Matildis* filia & hæres ejuſdem *VVillielmi* nupta *Gerardo* de *Furnivall* per Regem *Ricardum* primum, qui venit è *Normannia.*

Carta W. *de* Lovetot *fundatoris primi iſtius Monaſterii de terris & tenementis, per ipſum tempore fundationis iſtius Monaſterii piè & devotè collatis, ac per filium ejus.*

Ex Regiſtro de **Wyrkeſop** penès virum clariſſ. *Joh. Seldenum.* fol. 1. a.

NOtum ſit *T.* Archiepiſcopo *Eboracenſi*, & Archidiacono de **Notingham**, & omnibus Baronibus, clericis ac laicis, *Francis* & Anglicis totius *Angliæ* & de *Notinghamſhira*, quod *W. Lovetot* conceſſione & conſideratione *Emmæ* uxoris ſuæ & filiorum ſuorum, concedit & confirmat per breve, ſuum donum quod fecit Deo & ſanctæ Eccleſiæ, & Canonicis ſancti *Cuthberti* de **Wirkeſop** in perpetuam elemoſinam. Inprimis totam Capellariam totius domus ſuæ, cum decimis & oblationibus; deinde Eccleſiam de **Wirkeſop**, in qua Canonici ſunt, cum terris & decimis & omnibus rebus ad Eccleſiam eandem pertinentibus, & vivarium & molendinum, quod eſt juxta Eccleſiam de **Wirkeſop**, & pratum quod eſt juxta molendinum & vivarium: Et præterea omnem decimam denariorum de redditibus ſuis conſtitutis, tam in *Normania*, quàm in *Anglia*. In campo de **Wirkeſop** unam carucatam terræ ad **Inwara**, & pratum ſuum de *Catala*: Et omnes Eccleſias ſuas de dominio ſuo de Honore de *Blida*; ſcilicet Eccleſiam de *Gringelai*, & Eccleſiam de *Miſtertona*, & Eccleſiam de *Waleringhama*, & Eccleſiam de **Normanton**, & Eccleſiam de *Coleſtona*, & Eccleſiam de **Wylgeby**, & Eccleſiam de **Wyſhou**, & partem ſuam de Eccleſia de **Tyreſwelle**, cum omnibus terris, decimis & rebus ad præfatas Eccleſias pertinentibus; Similiter & decimam de paunagio ſuo, & de melle, & de venatione, & de piſcibus, & de volucribus, & de braſeo, & de molendinis ſuis, & de omnibus rebus ſuis de quibus decima dari ſolet vel dari debet. Et vult & firmiter concedit, quod prædicti Canonici hæc omnia teneant benè & in pace, liberè & honorificè, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus cum quibus ipſe meliùs & liberiùs tenet. Teſtibus *Egero* ſacerdote, *Wulveto* ſacerdote, *Ilberto* ſcriptore, *Rogero* de *Lincolnia*, *Edone* dapifero, *Erturo* Præpoſito, *Wigero* de ſancto *Albino*, *Cont.* de *Shefeld*, *Gilberto* de *Gaytef*, *Rogero* de *Sayendale.*

Confirmatio Domini Ricardi *de* Lovetot, *filii fundatoris.*

Ibid.

NOtum ſit univerſis ſanctæ Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quam futuris, quod ego *Ricardus* de *Luvetot* concedo & confirmo donum, quod fecit pater meus *Willielmus* de *Luvetot* Deo & Eccleſiæ ſancti *Cuthberti* de **Wirkeſop**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Ipſam videlicet Eccleſiam, cum terris & decimis & omnibus rebus ad eam pertinentibus; Et vivarium, & molendinum quod eſt juxta Eccleſiam de **Wirkeſop**: Et pratum quod eſt inter molendinum & vivarium: Et unam carucatam terræ ad **Inwara**, in prædicta villa. Et decimam de denariis & redditibus meis conſtitutis ejuſdem manerii. Et omnes Eccleſias de terra mea de Honore de *Blida*. Eccleſiam videlicet de *Gringaleia*, Eccleſiam de **Waleringham**; Eccleſiam de *Miſtertona*, Eccleſiam de **Normanton**; Eccleſiam de **Wiſhou**, & partem meam de Eccleſia de **Claverburg** & partem meam de Eccleſia de **Tyreſwelle**, cum omnibus terris, & decimis, & rebus ad eaſdem Eccleſias pertinentibus; Et ſimiliter omnes decimas de terris, quas poſſideo in dominio meo de Honore de *Blida*, & decimam de melle, & paunagio, & venatione, & piſcibus, & volucribus, & braſio, & molendinis: Et decimam de omnibus denariis meis de redditibus conſtitutis de prædicto Honore, & de omnibus rebus de quibus decima dari ſolet, vel dari debet. Et duas bovatas terræ in **Herthewik** ad **Utwara.**

In **Wirkeſop** terram, quæ fuit *VVlneti* ſacerdotis, & *Hugonis* fratris ſui, ſcilicet inter viam & parcum, & **Impecroſt**, ad virgultum faciendum. Confirmo etiam donum meum proprium quod feci prædictæ Eccleſiæ ſancti *Cuthberti* poſt obitum patris mei; totum videlicet ſitum villæ de **Wirkeſop** juxta Eccleſiam, ſicut per magnum foſſatum clauditur uſq; ad pratum de *Berſebrigga*. Et extra foſſatum ſedem molendini, cum manſura una. Et pratum *Buſelini* quod eſt inter virgultum Eccleſiæ, & aquam. Ex alia verò parte aquæ verſùs aquilonem, pratum & terram per diviſam de **Bilton**, ab aqua uſq; ad viam ſubtus furcas verſùs meridiem, & per cruces quas ego & *Willielmus* filius meus propriis manibus ereximus uſq; ad moram, id eſt muccoſam & humidam planiciem. Terram etiam verſùs meridiem à capite calceiæ ultra planiciem, ſicut per foſſatum cingitur uſq; ad aquam. In **Manton** molendinum cum vivario. Et **Slaſwyk** totam.

Confirmo etiam donum matris meæ *Emmæ*, quod dedit conceſſione meâ Eccleſiæ Sancti *Cuthberti*; Molendinum videlicet de **Belum**, de dominio meo de **Gringeley**, ad vinum emendum ad opus Miſſarum; ſimul cum eſſarto de *Aſaleya* ad oblatas faciendas. In **Shirakas**, molendinum cum manſura una. Et in eadem villa unam bovatam quæ fuit **Ancwy** filii *Birxi*, cum ſua manſura. Et totam terram inter aquam & diviſam de **Thorp** per viam quæ deſcendit de *Stiveleia*, uſq; ad aquam de **Holmker**, excepto vivario. In **Gringeley** juxta Eccleſiam à parte orientali manſuram unam, à parte meridiana manſuram unam ad proprias domos Canonicorum, cum quodam ſpacio ad pomerium faciendum, ſicut per foſſatum clauditur. Et totam gravam ſicut per foſſatum cingitur. Et extra foſſatum unam manſuram ante vinas. Et molendinum de *VValtreia*, cum quadam manſura. In **Hayton** eſſarta **Sotſumi**. In **Rampton** unam piſcariam. In **Normanton** terram dominii mei cum prato ad eandem pertinente. Et dimidiam manſuram ex parte meridiana Eccleſiæ, & eſſarta **Wlfach**, cum prato ad eandem pertinente.

In *Tuxforda* quatuor bovatas. In *Coleſtuna* Eccleſiam & duas bovatas de dominio meo, cum una manſura. In **Wyſhon** duas bovatas de dominio meo. Præterea confirmo eſcambium quod feci cum Canonicis pro redditu ſuo, quem habebant in *VVyrkſopa*; totum videlicet *Bolum* in terra & prato & molendino. Communionem etiam totius villæ de *VVyrkeſopa* in boſco & plano, in exitibus & viis & paſturis. Concedo etiam Canonicis ad proprios porcos ſuos, quot habuerint, paſtionem in *Runwoda*; Porcis verò hominum eorum de *VVyrkeſopa*, & de **Slaſwyk**, quot habuerint de proprio nutrimento ſuo; paſtionem in eodem nemore liberam & quietam. Et ſi fortè prædicti homines in hiis modum exceſſerint, in curia ſancti *Cuthberti* judicio ſtabunt, & juramento ſe purgabunt. Concedo etiam ut prædicti Canonici duas habeant quadrigas errantes in parcum meum de *VVyrkeſopa* ad ſiccum lignum, quicquid jacens inventum fuerit, excepto viridi & materie

Confirmo etiam terram de **Thorp**, ex dono *VValteri* de *Haier*, & conceſſionem *Rogeri* filii ejus, per diviſas, ſicut Carta prædicti *VValteri* teſtatur. Hanc itaq; donationem & confirmationem omnium ſupradictorum feci Eccleſiæ ſancti *Cuthberti* de *VVyrkeſopa*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in perpetuam eleemoſinam, annuente filio meo *VVillielmo*, mecumq; præſentem Cartam ſuper Altare offerente, pro animabus patris & matris meæ, pro meipſo & eodem *VVillielmo* filio meo; necnon & pro cunctis meis parentibus, tam vivis quàm defunctis. Teſtibus, *Roberto* de *Meiſnil*, *Roberto* filio ſuo, *Leonio* de *Maleverer*, & *Michaele* filio ſuo. *Henrico* de *Luvetot*; *Roberto* de *Sumervill*, & *Roberto* filio ſuo, *Radulfo* de *Luvetot*, *Jordano* de *Revenell*, & *Thoma* filio ſuo, *Radulfo* de *Torteſmains*, *Fulcone* de *Traitona*; *Odone* de *Eſtona*, & *Mathæo* filio ſuo, *Nigello* filio *Godardi*.

Conceſſia & confirmatio Ricardi *filii* Nigelli *de* Lovetot.

Ib.fol.3.a.

OMnibus filiis ſanctæ Eccleſiæ ad quos præſens Carta pervenerit, *Ricardus* de *Lovetot* filius *Nigelli* de *Luvetot*, ſalutem. Notum ſit vobis me voluntate & conſenſu fratrum meorum, ſcilicet *Rogeri* de *Luvetot* & *Nigelli*, & *Roberti* & *Willielmi* de *Luvetot* conceſſiſſe & hac Cartâ meâ confirmâſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Cuthberto*, & Canonicis de **Radeford**, donationes quas mei anteceſſores fecerunt Deo & prædictis Canonicis, ſicut Cartæ illorum proteſtantur, ſcilicet donationem *Willielmi* de *Luvetot* avi mei, & donationem *Nigelli* de *Luvetot* patris mei, & donationem *Ricardi* de *Luvetot* avunculi mei, & donationem *Willielmi* de *Luvetot* filii ſui, cognati mei. Hanc itaq; conceſſionem feci pro ſalute animæ meæ, & pro anima patris mei & pro animabus anteceſſorum meorum. Hiis teſtibus *Roberto* de *Meinil*, *Philippo* Monacho, *Henrico* de *Luvetot*; *Rogero Gernun*; *Roberto* filio *Pagani*, *Roberto* de *Luvet*, *Thoma* Capellano, *Henrico* Clerico Camerario, *Reynero* diſpenſatore, & multis aliis.

Confirmatio Matildis *de* Lovetot *filii & hæredis* W. *de* Lovetot.

OMnibus Chriſti fidelibus hanc Cartam viſuris vel audituris, *Matildis* de *Lovetot*, filia & hæres *Willielmi* de *Lovetot* ſalutem. Noveritis me in libera poteſtate & viduitate mea conceſſiſſe, & hac preſenti cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* & Sancti *Cuthberti* de **Radeford**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, omnes donationes tam in terris, & Eccleſiis, quàm in omnibus rebus aliis. quas *Willielmus* de *Luvetot* quondam pater meus, & *Ricardus* de *Luvetot* avus meus eis fecerunt; ſcilicet, ipſam Eccleſiam de *Wyrkeſopa*, cum terris, & decimis, et omnibus rebus ad eam pertinentibus; Et vivarium & molendinum quod eſt juxta Eccleſiam de **Wyrkeſop**, & pratum quod eſt inter molendinum & vivarium. Et unam carucatam terræ in prædicta villa, & decimam de denariis & redditibus meis conſtitutis ejuſdem manerii. Et omnes Eccleſias de terra mea, & de honore de *Blida*; Eccleſiam videlicet de *Gringeleia*; Eccleſiam de **Walcringham**; Eccleſiam de **Miſterton**; Eccleſiam de **Normanton**, & partem meam de Eccleſia de **Tyreſwell**, cum omnibus terris & decimis & rebus ad eaſdem pertinentibus. Et ſimiliter omnes decimas de terris quas poſſideo in dominio meo: Et decimam de melle & paunagio, & venatione, & piſcibus, & volucribus, & braſio, & molendinis, & de omnibus denariis meis, & de redditibus conſtitutis, quos habeo vel Deo diſponente habitura ſim citra mare vel ultra; & de omnibus rebus de quibus decima dari ſolet vel dari debet. Ibid.

Et totam villam de **Herthwik**, cum pertinentiis

nentiis. In *Wyrkeſopa* terram quæ fuit *VVlveti* ſacerdotis, & *VVillelmi* fratris ſui, ſcilicet viam & parcum & **Impecroft** ad virgultum faciendum. Et præterea ex dono avi mei *Ricardi* de *Luvetot* totum ſitum villæ de *VVyrkeſopa* juxta Eccleſiam, ſicut per magnum foſſatum clauditur uſque ad pratum de **Berſebrigg**; Et extra foſſatum ſedem molendini cum manſura una. Et pratum *Buſelini*, quod eſt inter virgultum Eccleſiæ & aquam. Ex alia verò parte aquæ verſùs aquilonem pratum & terram per diviſam de **Hylton**, ab aqua uſque ad viam ſubtus furcas verſùs meridiem, & per cruces quas *VVillielmus* de *Luvetot* pater meus, & *Ricardus* de *Luvetot* avus meus propriis manibus erexerunt, uſque ad moram, id eſt mucciosam & humidam planiciem. Terram eciam verſùs meridiem à capite calceiæ ultra planiciem, ſicut per foſſatum cingitur, uſque ad aquam. In **Manton** molendinum cum vivario. Et totam villam de **Slaſwik** cum pertinentiis. Confirmo etiam donum *Emme*, quod dedit ex conceſſione filii ſui *Ricardi* de *Luvetot* avi mei Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* & Sancti *Cuthberti* de *Wyrkſopa*; Molendinum videlicet de **Bolum**, cum pertinentiis de dominio meo de **Gringeleye**, ad vinum emendum ad opus Miſſarum ſimul cum eſſerto de *Aſelera*, ad oblatas faciendas. In **Shirakas** molendinum cum pertinentiis, & cum manſura una; Et in eadem villa unam bovatam terræ quæ fuit *Aurwy* filii *Brixi* cum ſuis pertinentiis. Et totam terram inter aquam & diviſam de **Thorp** per viam quæ deſcendit de **Stiveleia** uſque ad aquam de **Holmker.**

In **Gringeley** juxta Eccleſiam à parte orientali, manſuram unam, a parte meridiana, manſuram unam ad proprias domos Canonicorum, cum quodam ſpacio ad pomerium faciendum, ſicut per foſſatum clauditur. Et totam Gravam ſicut cingitur per foſſatum; extra foſſatum manſuram unam acræ unius, & tres bovatas terræ in **Walcringham**, cum pertinentiis, quas *Nicholaus* Ingeniator dedit eis, quas pater meus *Willielmus* de *Luvetot* eiſdem confirmavit. Et molendinum de *Waltreia*, cum pertinentiis & cum quadam manſura. In **Hayton** eſſarta *Sotſimi*. In **Rampton** unam piſcariam. In **Normanton** terram dominii mei cum prato ad eandem terram pertinente, & dimidiam manſuram à parte meridiana Eccleſiæ, & eſſarta *Wlfac*, cum prato ad eandem pertinente. In **Turford** quatuor bovatas terræ cum pertinentiis. In **Coleſton** Eccleſiam & duas bovatas terræ de dominio meo, cum manſura una. Præterea ex dono *Ricardi* de *Luvetot* avi mei confirmo totum **Bolum** in terra & prato & molendino. Communionem etiam totius villæ de *Wyrkeſopa* in boſco, in plano, in exitibus, in viis & ſemitis, & paſturis. Et paſtionem in **Rumwode** ad proprios porcos ſuos quot habuerint: Porcis verò hominum eorum de *Wyrkeſopa* & **Slaſwic** quot habuerint de proprio nutrimento, paſtionem in eodem nemore liberam & quietam. Et ſi fortè prædicti homines modum in hiis exceſſerint, in Curia ſancti *Cuth.* judicio ſtabunt, & juramēto ſe purgabunt.

Concedo etiam ut prædicti Canonici duas habeant carectas errantes in parcum meum de *Wyrkeſopa* ad ſiccum boſcum capiendum per liberationem foreſtariorum meorum. Confirmo eciam terram de **Thorp** ex dono *Walteri* de *Haier*, & conceſſione *Rogeri* filii ſui, per diviſas, ſicut Carta prædicti *Walteri* teſtatur. Præterea concedo & confirmo Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Cuthberti* de *Wyrkſopa* illam portionem in Eccleſia de **Shefeld**, quam *Radulfus* & *Willielmus* ſacerdotes in illa Eccleſia perſonaliter habuerint ex conceſſione & præſentatione anteceſſorum meorum; videlicet de omnibus decimis terciam partem plenariè in omnibus, cum terris ad eandem Eccleſiam pertinentibus, & oblationibus & obventionibus Altaris, ſicut præfati ſacerdotes eas unquam melius habuerunt. Concedo eciam & confirmo ſupradictæ Eccleſiæ de *Wyrkeſopa* molendinum de **Holmker** cum vivario. Et ex dono aviæ meæ *Ceciliæ* concedo & confirmo prædictæ Eccleſiæ de *Wyrkeſopa* Eccleſiam de *Aynеſleia*, cum terris & decimis & omnibus pertinentiis ſuis.

Præterea concedo & confirmo eiſdem Canonicis omnes donationes quas *Gerardus* de *Furnival* quondam vir meus eis fecit; ſcilicet in **Shirakes** duas bovatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas *Johannes* & *Rogerus Blundus* quondam tenuerunt; & pratum quod jacet inter hayam *Rogeri Blundi* & aquam. Et in molendino meo de *VVyrkeſopa* quatuor marcas annuatim percipiendas à quocumque prædictum molendinum tenuerit; ſcilicet ad emendationem luminarii de cera in jam dicta Eccleſia in perpetuum; & paſturam in parco meo de **WWyrkeſop** quadraginta averiis poſſidendam imperpetuum à clauſo *Paſchæ* ſingulis annis uſque ad feſtum ſancti *Michaelis* in eodem anno. Et eſcambium factum cum hominibus meis de prato ſuo juxta **Berſebrigg** poſſidendum imperpetuum, ſicut per foſſatum clauditur. Et totam terram de **WWyrkeſop** quæ fuit *Henrici* de *Luvetot*, cum pertinentiis ſuis in perpetuo poſſidendam ad luminarium ceræ inveniendum ad Miſſam beatæ *Mariæ* virginis, quæ ſingulis annis fit in eadem Eccleſia. Et ſimiliter totam terram quæ fuit *Arnaldi Stulti* in eadem villa.

Et præterea in villa de **Walcringham** duo toſta quæ *VVillielmus* filius *Ketelberi* & *Robertus* filius *VVlſtan* quondam tenuerunt: & præterea unam bovatam terræ cum pertinentiis ſuis ſub **Bolakeknol** in campo de **Stanington.** Et paſturam quadraginta vaccis cum earum ſequela trium annorum in foreſta mea de **Kineling** perpetuò poſſidendam. Hanc autem conceſſionem & confirmationem feci Deo & jam dictis Canonicis pro Salute animæ meæ & animæ *Gerardi* de *Furnival* quondam mariti mei, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Præterea concedo & confirmo eiſdē Canonicis omnia dona quæ *Rob.* de *Sumervil* quondam miles meus eis fecit de feodo meo, ut habeant & teneant liberè & quietè abſque omni exactione mei & meorum imperpetuum, ſicuti Cartæ teſtantur quas inde habent de predicto *Roberto.*

to. Hiis Teſtibus. *Ada* de *Novo Mercato*; *VVillielmo Creſſy*; *Radulfo* de *Eccleſhale*; *Radulfo Salvain, Hugone* de *Capella. VValtero* de *Haier*; *Rogero* de *Mareſhai*; *Roberto* Clerico de *Blida*. *Ricardo* Clerico. Magiſtris *Johanne* Camerario, *Rogero* de *Weſton*, *Rogero* Braciatore, & multis aliis.

Quieta clamatio domina Matildis de *Lovetot*, de Secta Curiæ.

Ibid.fo.4.a OMnibus Chriſti fidelibus hanc Cartam viſuris vel audituris, *Matildis* de *Luvetot*, quondam uxor *Gerardi* de *Furnival'*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me in ligia poteſtate & viduitate mea pro ſalute animæ meæ anteceſſorum & ſucceſſorum meorum quietum clamâſſe de me & hæredibus meis in perpetuum, Priori de Wyrkeſop & Canonicis ibidem Deo ſerventibus, omnimodam ſectam Curiæ michi & hæredibus meis pertinentem; Ita quod nec ego nec aliquis hæredum meorum aliquam ſectam Curiæ de cætero ab eiſdem exigere poſſimus; in cujus rei teſtimonium huic ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, Dominis *VVillielmo* de *Furnivall*, *Roberto* de *Monteny*, *Hugone* de *Capella*, *Nicholao* de *Tyvill* militibus. *Ivone* de *Eton*, tunc temporis Conſtabulario de Tykehill; *Nicholao* de *Ordeſhall*; *Willielmo* de *Venella*; *Willielmo* de *Gayteford*; *Hugone* Diſpenſatore, & aliis.

Confirmatio Alexandri *Papa ſuper Cartis Fundatorum.*

Ib.fol.15.a ALexander *Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis* Willielmo *Priori Eccleſia ſancti* Cuthberti *de* Radeford, *ejuſq; fratribus, tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Effectum juſta poſtulantibus indulgere, & vigor aquitatis & ordo exigit rationis; præſertim quando petentium voluntatem, & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimis; & præfatum Eccleſiam in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo Canonicus, qui ſecundùm Dei timorem & beati* Auguſtini *regulam noſcitur inſtitutusſ, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia impræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceßione Pontificum, largicione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propicio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant: In quibus hac propriis duximus exprimenda vocabulis. Ex dono* Williemi de Luvetot *fundatoris ipſius Eccleſia & haredum ejus locum ipſum in quo eadem Eccleſia ſita eſt, cum terris, decimis & omnibus earum pertinentiis. Eccleſiam de* Walcringham; *Eccleſiam de* Gringeleia, *Eccleſiam de* Normanton, *Eccleſiam de* VViſton; *Ecleſiam de* Coleſton, *Eccleſiam de* VVilley: *quicquid habetis in Eccleſiis de* Miſterton, *& de* Claverburt, *& de* Teriſwell, *cum pertinentiis earum.*

Præterea decimas omnes de terris ejuſdem Willlemi. *de Honore de* Blida *de omnibus rebus ex quibus decima dari ſolet & dari debet. In* Herdewyc *duas bovatas terra. In* Caleſton *duas bovatas terra cum manſura una de dominio ejuſdem* Will. *In* Turford *quatuor bovatas. In* VViſhon *quatuor bovatas terra, cum una manſura, & totam terram ipſius* Willielmi *de* Herteby *&* Slaſwic, *prater unam bovatam terra. In* Hayton *novalia* Sotſimi: *In* Normanton *dominium ſepeſati* Willielmi, *cum prato. Novalia* Wlfac. *Et* Bolum *cum molendinis & novalia de* Thorp. *In* Schirakis *unam bovatam terra, cum manſura una, & totam terram ex parte rivuli, verſus meridiem in eadem villa. Novalia de* Apelia, *& Gravam, ſicut per foſſatum clauditur. Molendinum de* Manton *cum vivario: molendinum de* Schirakis. *In* Rampton *unam piſcariam, & totum ſitum villa de* Radeford, *ſicut per foſſatum clauditur. Ex dono* Gilberti *de* Menil *terram de* Hirst, *cum molendino, Et dimidam bovatam terra, in* Belh. *Ex dono Rberti de* Stivelleia *ſex bovatas terræ in* Newhall. *Ex dono* Rad. Briton *locum* *Felleye *cum omnibus pertinentiiis ſuis. Ex dono* Aviciæ *filia* Wil. *de* Taneya *tres bovatas terra in* Hermodeſtone, *ex dono* Ceciliæ *uxoris* Richardi *de* Luvetot *quicquid habetis in territorio Eccleſia de* Diniſleya. *Libertates quoq; & immunitates à Regibus ſive Principibus pia vobis devotione conceſſas nichilominus preſentis ſcripti pagina confirmamus.*

* Cella ad hunc ſpectans Prioratum.

Sanè novalium veſtrorum, qua propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus á vobis decimas præſumat exigere; in parochialibus autem Eccleſiis, quas tenetis, liceat vobis de fratribus veſtris ſacerdotes eligere & Epiſcopo præſentare, qui de plebis quidem cura eidem Epiſcopo, de rebus vero temporalibus ad ipſum Eccleſiam pertinentibus vobis debeant reſpondere. Statuimus preterea, ut nulli eccleſiaſtica ſeculariſve perſona in prefata Eccleſia liceat injuſtas exactiones vel indebitas excercere, aut ſacerdotibus in eis Eccleſiis commorantibus indebite gravamina irrogare. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum donationi & extrema voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salva tamen Canonica juſticia Matricis Eccleſia & parochialium Eccleſiarum de quibus mortuorum corpora aßumuntur. Porro cum commune interdictum terra fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis tintinnabulis, ſuppreßâ voce divina officia celebrare. Obeunte veró te nunc ejuſdem loci Priore vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis haſtucia vel violencia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundúm dei timorem & beati Auguſtini *regulam prævidérint eligendum.*

Decernimus ergo ut nulli hominum omnino liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ auctoritate & dioceſani epiſcopi cononica juſtitia. Si qua igitur infuturum eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundo terciove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judico exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjeceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen. *Data* Anagniæ *per manum* Hemanni *ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi & notarij,* xi *kal.* Februarij, *Indictone viij. Incarnationis dominicæ Anno* M Clxj. *Pontificatus vero domini* Alexandri *Papæ tercii anno ſecundo.*

Carta Regis Edwardi *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.* Edwardus, (&c.) *Inſpeximus* (&c.)

Cart. 9. E. 2. m. 10. n. 33. per. Inſpex. Pat. 9. E. 2. p. 2. m. 36.

HEnricus Rex *Angliæ*, & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, (&c.) Salutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sancti *Cuthberti* de **Radeford**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus donationem quam fecit *Willielmus* de Luvetot, & *Richardus* filius ejus; videlicet Eccleſiam de **Radeford**, cum terris & decimis, & omnibus rebus ad eam pertinentibus, & vivarium, & molendinum quod eſt juxta Eccleſiam, & pratum quod eſt inter molendinum & vivarium, & decimam de denariis & reditibus ſuis conſtitutis de eodem manerio de **Radeford**; & unam carucatam terræ ad **Inwara**, & omnes Eccleſias ſuas de tota terra ſua de honore de *Blida*; videlicet Eccl. de *Gringeleſia* & Eccleſiam de **Walcringham**, & Eccleſiam de **Miſſerton**; & partem ſuam de Eccleſia de **Claverburgh**; & partem ſuam de Eccleſia de **Pireſwell**; & Eccleſiam de **Normanton**; Et Eccleſiam de **Wiſhow**, & Eccleſiam de **Wylegby**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & decimas de terris ſuis quas tenet in dominico ſuo de honore de *Blida*, & decimam de melle, & de paſnagio ſuo, & de venatione ſua, & de piſcibus ſuis, & de volucribus, & de braſio, & molendinis, & de omnibus denariis & redditibus ſuis conſtitutis de prædicto Honore, & de omnibus rebus ſuis de quibus decima dari ſolet, & dari debet.

Et duas bovatas terræ in **Herdewic**, & **Utwara**; Et terram quæ fuit *Wlneti* ſacerdotis, & **Hugonis** fratris ſui infra villam ipſam de **Radeford**, ſcilicet inter viam & parcum & **Impecroſs**; Et Eccleſiam de **Coliſton**, cum duabus bovatis terræ, & una manſura de dominio ſuo, quatuor bovatas terræ in **Turford**, & duas bovatas terræ in **UWiſhow**, & molendinum de **Mantone** cum vivaria, & tres ſolidos de redditu molendinorum ejuſdem manerii de **Radeford** ad luminare Eccleſiæ, & pratum *Buſelmi*, quod eſt inter virgultum Eccleſiæ & aquam & communem paſturam ejuſdem villæ de **Radeford**; ac unam piſcariam apud **Rampton**, & terram ſuam de **Hertheby**, & totam **Glaſwick**, præter unam bovatam terræ, & eſſarta *Sotſumi* in **Hayton**, & molendinum de **Bolum** cum eſſartis de *Aſeleya*, & totam gravam ſicut per foſſam clauditur; ſcilicet centum acras eſſarto cum una manſura vnius acræ extra foſſam; & terram de dominio ſuo **Normanton** cum prato eidem adjacenti, & eſſarta *Wlfac* cum dimidia manſura in **Normanton**, & quinquaginta ſolidatas terræ in *Bolum*, quas *Richardus* de *Luvetot* eis dedit in eſcambio, pro reditu ſuo de **Radford**. Et molendinum de **Sarakes**, cum quadam manſura, & totum ſitum villæ de **Radeford**, ſicut per magnum foſſatum clauditur, & per foſſatum quod dividit villam à prato de **Werſebrigga**; & eſſarto de **Thorp** & & unam manſuram in *Gringeleya* juxta Eccleſiam; & apud **Sarakes** unam bovatam terræ cum manſura in eadem villa, & terram inter aquam & rivulum verſùs meridiem, & viam quæ ducit ad **Holmker** à vado quod eſt juxta domum figuli, & viginti & duas acras ultra prædictum rivulum à meridie inter viam de **Holmker**, & terminum de **Thorp** & **Colmancrofts**.

Ex dono *Gilberti* de *Menill* terram de **Hirſt**, cum molendino, & dimidiam bovatam terræ in **Belh**. Ex dono *Roberti de Stiveleya* ſex bovatas terræ in *Nevehalla*. Ex dono *Radulphi Britonii* locum de *Felleya* * cum pertinentiis ſuis Ex dono *Aliciæ Filiæ Wil.* de *Taneya* tres bovatas terræ in **Hermodeſton**. Ex dono *Nigelli* de Luvetot duas bovatas terre in **UWyſhow**. Præterea concedo eis & confirmo quicquid eis rationabiliter datum eſt vel dabitur. Et volo & firmiter præcipio, quod Eccleſia Sancti *Cuthberti*, & Canonici prædicti, habeant & teneant omnia hæc prædicta cum omnibus pertinentis ſuis, & cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, & quietanciis ſuis, in boſco, in plano, in pratis, & paſcuis, in viis & ſemitis, in aquis & molendinis, in vivariis & piſcariis, infra Burgum & extra, & in omnibus locis, & in omnibus rebus, ita benè & in pace, & liberè & quietè & honorificè, ſicut Carta regis *Henrici* avi mei & Cartæ donatorum ſuorum teſtantur. Teſte *Rogero* Archiepiſcopo *Eboracenſi*, & *Roberto Lincolnienſi* Epiſcopo; & *Roberto* comite *Legreceſtriæ*, & *Richardo de Luci*, & *Henrico filio Gerardi*, Camerario, apud **Nothingham**.

* Cella ſpectans ad hoc cœnobium.

Carta

Carta ejuſdem Regis Henrici *pro immunitate Tolneti, &c.*

HEnricus Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* & comes *Andeg*, Juſticiariis, Vicecomitibus, & omnibus miniſtris & fidelibus ſuis totius *Angliæ*, & nominatim portuum maris, Salutem. Concedo & firmiter præcipio, quod Canonici Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Radeſord**, & omnes homines eorum, & omnes res eorum, quas homines ſui poterunt affidare ſuas eſſe proprias, ſint quieti de Tolneto & paſſagio, & pontagio, & omni conſuetudine ubiq; per totam terram meam *Angliæ*. Quare prohibeo ne quis eos ſuper hoc inde injuſtè diſturbet, nec aliquam injuriam vel contumeliam eis faciat ſuper decem librarum foriſfacturam. Teſte *Gaufrido* Archidiacono *Cantuarienſi* apud *Caſtellum* del *Pech*.

Nos autem donationes, conceſſiones & confirmationes prædictas; necnon donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas *Ricardus* de *Luvetot* fecit eisdem Priori & Canonicis de tota **Slaſwick**, & de una manſura in **Gringel** juxta Eccleſiam à parte orientali, & de una manſura à parte meridiana, cum quodam ſpatio ad pomerium, ſicut per foſſatum clauditur. Et de tota **Holum**, in terra, prato & molendino; & de communione totius villæ de **Werchesop**, in boſco & plano, & viis, & paſturis; & de libera & quieta paſtone ad proprios porcos ſuos, quot habuerint in *Runwoda*; & ad porcos hominum eorundem de **Werche-ſop**, & de **Slaſwik**, quot habuerint de proprio nutrimento ſuo in eodem nemore: & de duabus quadragis errantibus in parcum ſuum de **Wyrcheſop** ad ſiccum lignum quicquid jacens inventum fuerit, excepto viridi & materie, in perpetuam elemoſinam. Donationem etiam & conceſſionem quas *Willielmus* de *Luvetot* fecit præfatis Canonicis de molendino & vivario, & dimidia alneti de **Holmker**; & de illa portione in Eccleſia de **Schefeld**, quam *Radulphus* & *Willielmus* Sacerdotes in illa habuerunt; videlicet de omnibus decimis plenariè tertiam partem in omnibus, cum terris ad eandem Eccleſiam pertinentibus, & oblationibus, & obventionibus altaris, ſicuti præfati ſacerdotes eas unquam meliùs habuerunt; Et de Eccleſia de *Dyneſleya* cum terris & decimis, & omnibus pertinentiis ſuis, & de omni decima denariorum de omnibus redditibus ſuis, quos habuit vel habiturus fuiſſet citra mare vel ultra; Et de tribus bovatis terræ cum pertinentiis in **Waltrengham**, quæ fuerunt *Rogeri Franci* in liberam & perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam quam *Rogerus* de *Luvetot* filius *Nigelli* de *Luvetot* fecit præfatis Cononicis de unâ bovatâ terræ in **Wiſou**. Donationem etiam & confirmationem, quas *Ricardus* de *Luvetot* filius *Nigelli* de *Luvetot* fecit eiſdem Canonicis de decem acris terræ, & uno meſuagio cum crofto in **Wiſou** in puram & perpetuam elemoſinam; Inſuper & confirmationem, quas *Walterus* filius *Richardi* clerici de **Wiſow**, fecit eiſdem Canonicis de duabus acris terræ in **Wiſhou** juxta molendinum, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam & confirmationem; quas *Willielmus* filius decani de **Thorp** fecit eiſdem Canonicis de duobus ſelionibus in territorio de **Thorpe** in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam, & conceſſionem & confirmationem; quas *Girardus* de *Furnivall* fecit præfatis Canonicis de quatuor marcis annuatim percipiendis, de molendino ſuo de **Wirkeſop**, in puram & perpetuam elemoſinam, & de paſtura quadraginta averiis in parco de **Wyrkeſop**, à clauſo *Paſcha* ſingulis annis, uſq; ad Feſtum S. *Michaelis*. Et de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Strakes**, & de illo prato quod jacet inter hæiam *Rogeri Blundi* & aquam, in puram & perpetuam elemoſinam. Et de duobus toftis in **Walringham** in liberam & perpetuam elemoſinam; & de tofto in villa de **Wirkeſop** cum pertinentiis, quod *Henricus* de *Luvetot* dedit eiſdem in elemoſinam, & de una bovata terræ cum pertinentiis in **Blacknoll** in campo de **Stanygton**, & de paſtura quadraginta vaccis, cum earum ſequacia trium annorum in **Riveling** imperpetuum poſſidenda.

Donationes inſuper, conceſſiones, & confirmationes, quas *Robertus* de *Somervill* fecit prædictis Canonicis, de annuo reditu trium marcarum in molendino de **Wyrkeſop** in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam, donationem & confirmationem; quas *Gerardus* de *Furnivall* fecit eisdem Canonicis de Capella de **Bradefeld** cum pertinentiis in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Thomas* de *Furnivall* fecit eiſdem Canonicis de quinque marcis annuatim percipiendis de molendino de **Brekeſhert** & de alneto quod vocatur **Halfacregrave**; & de illo alneto cum eſſarto quod vocatur **Preſteſworth**; & de paſtura ad ducentas oves apud **Knoll**, cum communia de **Stanigton**, cum pertinentiis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam, donationem, & confirmationem, quas *Matilda* de *Luvetot* quondam uxor *Gerardi* de *Furnivall* fecit eiſdem Canonicis de toto illo boſco in parochia de **Wyrkeſop**, qui vocatur **Staddeburghaved**, cum pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & de una marca redditus percipienda annuatim de molendino de **Wyrkeſop**; & de totâ terrâ ſuâ quam habuit in territorio de **Wellum**, cum dominicis, homagiis, ſerviciis, hominibus & eorum ſequelis; & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis; & de molendino ſuo adventum in **Gringelaye**, cum omnimoda ſecta molendini totius villatæ de **Gryngelaye**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Robertus* nuncius de **Gringeaye** fecit eiſdem Canonicis de una perticata terræ & dimidia in territorio de **Gringeleye**, ſcilicet ad **Midelkenel**, in liberam & puram

ram elemoſinam. Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem, quas *Gerardus* filius & hæres *Thomæ* de *Furnivall* fecit eiſdem Canonicis de tertia parte molendini de **Bradefeld** cum ſectis hominum ſuorum de ſoka de **Bradefeld**; ac de ipſo molendino & ſtagno ejuſdem per eundem *Gerardum* & hæredes ſuos propriis ſumptibus & laboribus hominum ſuorum in omnibus in perpetuum ſuſtinendis & reparandis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam. Donaitonem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Willielmus* de *Furnivall* fecit eiſdem Canonicis de *Ada* fratre ſuo, & *Ada Bolamy* de **Hayton**, nativis ſuis, cum tota ſequela ſua, & omnibus catallis ſuis de omnibus terris cum pertinentiis, quas de ipſo tenuerunt in villa de *Haiton*, in liberam & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam & confirmationem, quas *Thomas* de **Phurniwell** filius *Thomæ* de *Furnivall* fecit præfatis Canonicis, de annuo redditu ſex marcarum in molendino de *Bradsfield*, in puram & perpetuam elemoſinam; & de communia paſturæ in friſcis & dominicis ſuis in **Wirkesop** ex parte boreali, in liberam puram et perpetuam elemoſinam, cum libero & pacifico exitu & ingreſſu omni tempore anni, (&c.)

Donationem etiam & confirmationem quas *Galfridus* de *Malquinci* fecit præfatis Canonicis de Eccleſia Sanctæ *Elenæ* de *Burtona*, cum pertinentiis, & de tribus partibus unius bovatæ terræ in **Burton**, cum communione ejuſdem villæ in boſco & plano, in pratis & paſturis. Et de medietate terræ quam *Willielmus Kanterell* tenuit de ipſo in eadem villa, cum communione prædicta, & de una bovata terræ & dimidia in eadem villa in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Richardus* de *Rutyngdon*, filius & hæres *Willelmi* de *Rutyngdon*, fecit præfatis Canonicis, de una bovata terræ & dimida, & tertiâ parte tertiæ partis unius bovatæ terræ in **Burtone**; cum pertinentiis, cum toſtis ad dictas terras pertinentibus, cum domibus & omnibus ædificiis, & cum hominibus dictas terras tenentibus, cum eorum ſequelis & catallis ſuis, & de uno toſto cum domibus & pertinentiis ſuis in **Burtone** ſuper *Trentam*, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, (&c.)

Confirmationem etiam quam *Robertus* filius *Willielmi* fecit eiſdem Canonicis, de dono quod *Willielmui* pater ſuus, & *Robertus* avus ſuus fecerunt ejſdem Canonicis de Eccleſia de **Osberton**, cum pertinentiis in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam & donationem quas *Robertus* filius *Ranulfi* fecit eiſdem Canonicis de Eccleſia de *Oſbertona* cum pertinentiis, in puram & liberam, & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Rogerus* de *Norton* ſciſſor, fecit præfatis Canonicis de tota terra ſua cum pertinentiis in *Oſbertona*, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, (&c.)

Conceſſionem etiam, donationem & confirmationem, quas *Radulphus* de *Wilgeſic*, & *Beatrix* uxor ejus fecerunt præfatis Canonicis, de una bovata terræ in **Witkesie**, in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam, donationem & confirmationem, quas *Rogerus* filius *Richardi* de *Wicherleſleia* fecit præfatis Canonicis de dominio Eccleſiæ de *Wicherleia*; & de toto jure quod in ea habuit, cum pertinentiis, in puram & perpetuam elemoſinam, (&c.)

Conceſſionem etiam, donationem & confirmationem quas *Robertus* de *Sovervilla* fecit præfatis Canonicis de loco ſuo de *Gives*, & de tota terra ſua, ab **Hortesikedaie**, uſque ad **Iverstalme**, & de duodecim acris terræ inter **Schastebecks** & **Iverstalme**; & de duodecim acris terræ ad **Rogemond**, & de quatuor acris terræ ad **Holberh**; & de toto boſco ſuo de **Rykelund**; & de totâ terrâ ſuâ de **Wasterall**, uſq ad **Helmelowe**, cum comunia de *Oxtona* in omnibus ſalvis parcis ſuis cum pertinentiis in puram & perpetuam elemoſinam, (&c.)

Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem quas *Robertus de Mennill* filius *Gilberti* del *Mennill* & *Robertus* filius ejus fecerunt præfatis Canonicis de Eccleſia omnium ſanctorum de *Cluna*, & de toto jure ſuo, quod in eadem Eccleſia habuerunt, in puram, liberam & perpetuam elemoſinam, (&c.) ratas habentes & gratas, (&c.) confirmamus, (&c.) Dat: per manum noſtram apud *Lincoln*, decimo quarto die *Februarii*, Anno Regni noſtri nono.

PRIORATUS

De **Felley** in agro *Notinghamienſi.*

RAdulphus de *Anneſleia*, & filius ſuus *Reinoldus* An. Domini *MCLII.* ſecundo anno imperii Regis *Henrici* ſecundi, conceſſit Eccleſiæ beati *Cutberti* de **Radeford**, Eccleſiam de **Felley**.

Ex Regiſtro de **Wyrksop**, penès v.cl. *Joh. Seldenum* an. 1654. fol. 100. Ib. fol. 114.

Alexander Papa (tertius) per Bullam ſuam datam *XI.* kal. *Febr.* Anno Domini *MCLXI.* inter alia, confirmavit Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Wyrkesop**, ex dono *Radulphi Britonis*, locum de **Felley**, cum omnibus pertinentiis ſuis.

De Appropriatione Eccleſiæ de **Adingburgh** *Prioratui prædicto, ut creſcat numerus Canonicorum in eodem.*

Ex Regiſtro Cartarum Eccl. Cath. *S. Petri Ebor.* [vulg. nuncupato the *White Book*] f. 15.

NOverint univerſi per præſentes, quod nos Capitulum Eccleſiæ beati Petri Ebor. *Decano in remotis agente, vidimus & inſpeximus literas venerabilis in Chriſto patris, ac domini* Willielmi *Dei gratia* Ebor. *Archiepiſcopi,* Angliæ *primatis, ſedis Apoſtolicæ legati, tenorem qui ſubſcribitur a verbo ad verbum, per omnia continentes. Willielmus* permiſſione divinâ *Ebor.* Archiepiſcopus, *Angliæ* primas, ſedis Apoſtolicæ Legatus, dilectis filiis Priori & Canonicis Monaſterii de **Felley**, ordinis S. *Auguſtini*, noſtræ Dioceſis, ſalutem, gratiam & benedictionem. Chriſti pauperum inopiæ & præcipuè divino cultui jugiter inſiſtentium beneficio ſubſidii cononſulatur, & numerus Deo devotè famulantium coſultiùs augmentetur, ut eo meliùs & liberiùs conditori omnium valeant famulari, cujus obſequiis ſunt aſſcripti, devotorum fidelium excitentur, ac illi amplioris gratiæ meritò attollantur, in quibus uberioris devotionis ſtudia contemplamur curam & ſollicitudinem nos exhibere, divina pietas nos amovet & inducit. Sane veſtra nuper nobis exhibita petitio continebat; quod cum poſſeſſiones, redditus, & proventus, quos devoti Chriſti fideles, pro ſuſtentatione veſtra vobis antiquitùs contulerunt, qui ſecundùm taxam decimæ nunc currentis, undecem librarum & viginti denariorum ſterlingorum valorem annuum non excedunt, adeo tenues ſunt & exiles, propter terrarum & prædiorum veſtrorum ſterilitatem manifeſtam, Tenentium veſtrorum depauperationem & inopiam, graviumq, ſumptuum circa ædificiorum veſtrorum in dicto monaſterio vetuſtate dirutorum reparationem, & conſtructionem ſumptuoſas; Quod ex his & aliis cauſis neceſſariis, & inevitabilibus depreſſi eſtis gravi ſarcina debitorum; in tantum, quod poſſeſſiones & proventus veſtri hujusmodi, ad congruam vitæ veſtræ ſuſtentationem non ſufficiant in præſenti; nec futuris temporibus veſtra attenta neceſſitate urgente, poſſibiliter ære exui poteritis alieno; nec incumbentia vobis onera quomodolibet ſupportare, niſi indigentiæ veſtræ ſuccurratur uberiùs ex adverſo.

Ex cauſis hujuſcemodi Eccleſiam parochialem de **Adinburgh**, noſtræ Dioceſis, cujus eſtis, ut aſſeritis, veri Patroni, cum ſuis juribus & pertinentibus univerſis. Vobis & dicto monaſterio veſtro in ſupportatione omnium prædictorum, divini cultus, & numeri Canonicorum augmentum, Canonicè appropriare paternæ compaſſionis ſpiritu curaremus.

Cum itaque religionis honeſtas, ſub qua dilecti filii devotum impenditis domino famulatum, promereri noſcatur, ut juſtis petitionibus veſtris benignum impertientes aſſenſum, illam vobis gratam faciamus quæ Deo & hominibus laude digna, ac domui veſtræ prædictæ & vobis fore conſpicitur opportuna. Nos demùm veſtrâ quotidianâ devicti inſtantiâ, divinæ pietati gratam & acceptam fore proviſionem noſtram, vobis & veſtris neceſſitatibus ſuccurrere attendentes ſuper cauſis pro Appropriatione hujuſmodi facienda, prætenſis & veritate earundem, licet notè & manifeſtè extiterant, inquiri fecimus diligenter, vocatis in hac parte omnibus quorum intereſt, ac plenâ cauſæ cognitione præhabitâ, decreto inſuper interpoſito, & aliis ſolemniis ſubſequentibus, quæ in conceſſionibus & in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum in hoc caſu juxta juris exigentiam & qualitatem negotii exiguntur, juriſq; ordine in omnibus obſervato.

Quia invenimus contenta in dicta petitione veſtra, vera eſſe, ac Appropriatione hujuſmodi damnum ſeu præjudicium Eccleſiæ noſtræ *Ebor.* prædictæ, nec alicujus alterius loci ſeu perſonæ tendere quoviſmodo, evidenſq; utilitas, & urgens neceſſitas id expoſcant, de conſenſu dilectorum filiorum Capituli Eccleſiæ noſtræ Cathedralis beati *Petri Ebor.* unanimi & expreſſo, cum quibus ſuper his diligentem tractatum habuimus & ſolemnem & aliorum omnium, quorum intereſt, juxta qualitatem negotii, & naturam ac ſubmiſſionem veſtram ordinationi noſtræ in hac parte factam, cujus tenor, talis eſt. *Univerſis pateat per præſentes, quod nos Prior & Canonici domus de* **Felley**, *ordinis ſancti* Auguſtini, Ebor. *Dioceſis, veri patroni Eccleſiæ parochialis de* **Adinburgh** *ejuſdem dioceſis, & in poſſeſſione juris patronatus ipſius exiſtentes; nos & jus patronatus ipſius Eccleſiæ, ac ipſam Eccleſiam, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis, quatenus ad nos attinet, purè, ſpontè & abſolutè, alta & baſſa, Ordinationi, Dicto, arbitrio, decreto, pronuncioni, & diffinitioni venerabilis in Chriſto patris, ac domini, domini* Willielmii *Dei gratia* Ebor. *Archiepiſcopi,* Angliæ *primatis, ſedis Apoſtolicæ Legati, ejuſdem juriſdictioni & coercioni in omnibus ſubmittimus per præſentes. Ratum gratum & firmum habentes, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, & perpetuis futuris temporibus habituris, totum & quicquid idem dominus Archiepiſcopus ſuper præmiſſis, & ea contingentibus ordinaverit, dixerit, decreverit vel pronunciaverit quoviſmodo. In cujus rei teſtimonium, Sigillum noſtrum commune præſentibus eſt appenſum. Datum in domo noſtra Capitulari apud* **Felley**, *tertio die* Martii *anno Domini* milleſimo tricenteſimo quadrageſimo *tertio*.

Invocatâ ad hoc ſpiritus ſancti gratiâ; Eccleſiam parochialem de **Adyngburgh** prædictam, cum ſuis juribus & pertinentiis ac dependentiis univerſis, vobis Priori & Canonicis, ac veſtro Monaſterio de **Felley** prædicto, autoritate noſtrâ Pontificali integrè concedimus, annectimus, unimus, & incorporamus, per decretum, in uſus veſtros proprios & ſucceſſorum veſtrorum poſſidendam, in ſupportationem onerum prædictorum, divini cultus, & numeri fratrum augmentum; videlicet ubi hactenus quinq; duntaxat fuiſtis, alii quatuor, recipiantur, & creentur inter vos, ut ſitis ac ſint de cætero in Monaſterio veſtro prædicto, novem ad minus Canonici regulares; quorum unus ſit Prior perpetuis temporibus ſucceſſivis, à tempore quò poſſeſſionem liberam & pacificam dictæ Eccleſiæ de **Adynburgh**, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis fueritis aſſecuti; ſicq;

creſcat devotio, vigeatq; inter vos ordo & religionis honeſtas, eoq; devotius Deo deſerviatur laudabiliter in divinis ; reſervata, ordinationi noſtræ hujuſmodi de ipſius Eccleſiæ fructibus, redditibus, & proventibus pro uno Vicario in ipſa Eccleſia perpetuo ſervituro. Ac quotiens ipſa Vicaria vacaverit, nobis & Archiepiſcopo *Ebor.* qui pro tempore fuerit, ſede plenâ; & eâ vacante, Decano & Capitulo Eccleſiæ noſtræ *Ebor.* per vos præſentando, ac per nos & ipſos, ut præmittitur, admittendo & inſtituendo portione congruâ, ex quâ commodè ſuſtentari valeat ; ac ſibi incumbentia onera ſupportare.

Annuo etiam cenſu, ſeu penſione annuâ quadraginta ſex ſolidorum & octo denariorum, ſterlingorum; quorum viginti ſex ſolidi & octo denarii nobis & Archiepiſcopo *Ebor.* qui pro tempore fuerit, ſede plenâ; & eâ vacante, Decano & Capitulo cuſtodibus ſpiritualitatis Eccleſiæ Cathedralis *Ebor.* futuris Archiepiſcopis liberandi: Et viginti ſolidorum ſterlingorum de fructibus, redditibus, & proventibus dictæ Eccleſiæ de **Adynburgh**, eiſdem Decano & Capitulo, ad opus Diaconorum Chori ejuſdem Eccleſiæ *Ebor.* ad feſta *Pentecoſtes* & ſancti *Martini*, quolibet anno, per æquales portiones perpetuò perſolvantur, expreſſè & ſpecialiter reſervatâ. Quem quidem cenſum ſeu penſionem annuam, in perpetuum, ut præmittitur, præſtandam, propter indemnitatem Eccleſiæ noſtræ *Ebor.* prædictæ; ac in ſignum ſubjectionis ipſius Eccleſiæ de **Adynburgh**, indicimus & imponimus, ac decernimus, perpetuis futuris temporibus, per vos in formâ præmiſſâ fideliter perſolvendam, (*&c.*) Dat. & act. in manerio noſtro de **Thorpe** juxta *Ebor.* undecimo die menſis *Martii* anno ab incarnatione Domini Milleſimo *CCC. quadrageſimo tertio*, & Pontificatus noſtri anno *ſecundo.*

COENOBIUM

Lanthonienſe *cujus origo primum in* Wallia, *poſtea vero juxta* Glouceſtriam *tranſlatum.*

Hiſtoria Fundationis, & poſtea tranſlationis ejuſdem.

Ex hiſtoria Abbatiæ de *Lanthony*, in bibl. *Cottoniana*, [ſub effigie *Julii* D. *xi* fol. 30. b.

BEnedictus Deus, qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad nominis ſui cultum pervenire, qui ubi vult, & quomodo vult, quæcumq; vult potenter facit, ſapienter regit, ſuaviterq; diſponit, tenerorum infantiam fovens blanditiis, robuſtorum virilitatem exercens in fortibus, qui ſicut elefantem natantem, ita etiam agnum adjuvat ambulantem; nam quis opulentas bonitatis ejus divitias ſufficienter enumerat? Et quis profundum conſiliorum ejus abiſſum perfectè inveſtiget? qui in clivo *Lanthonienſi* vineam ſuam mirabiliter plantavit, & beneficiis variis miſericorditer irrigavit, quam nichilominus ad incrementum ſalubre, gratiâ comitante, feliciter perduxit.

Stat namq; inibi in Valle profunda, Eccleſia conventualis præ omnibus ferè Britanniarum cœnobiis perfectæ religioni magis accomoda, tantò contemplativæ quieti & ſecretiore cum omnipotente confabulatione ydonea, quantò popularibus ſtrepitibus, & tumultuoſis clamoribus inacceſſa. Non denique hic querulæ oppreſſorum audiuntur calumpniæ; non protervæ litigantium ponderant inſaniæ, ſed pax certa, quies ſecura, karitas firma ita ſanctam religionem invitant, ſicut omnimodam diſſolutionem diſſuadent.

De ſitu verò loci quid referam, cum penè univerſa eo tempore, quo primùm inhabitari cœperat, modo diſſimilia eſſe ſciantur. Præruptæ namq; rupes vix feris præpetibus (quarum eſt ibi copia magna) perviæ, quibus valli oppaca, orbiculariter cingitur ſilvis aereis coronantur, longè & latè terra mariq; intuentibus, tam miranda quam eminentiora ſpectacula præbent; vallis verò media variis & denſiſſimis nihilominus arboribus hyrſuta in anguſtam opacæ abyſſi ſubſidit profunditatem, cuilibet aeris inclementiæ adeo expoſita, ut ſive die laxatur humus, ſeu fulgida lucent ſydera, ſæpe vel vento pervalido & urente, vel nebula caligante, vel ymbre ruente, vel gelu ſtringente, vel grandine rigente vel nive moleſtiæ, blandiente anguſtatur, licèt aliàs clementioris auræ grata ſpiret æqualitas.

Fontium etiam rivuli perſpicui è vicinis montibus copioſiùs defluentes, fluvium efficiunt; qui vallis medium à lapſu placido interfluendo ſeperat, diverſi generis piſcium grata fœcunditate in alveo marmoreo refertus, qui cum aquis pluvialibus (quarum ibi frequentia eſt) habundantiùs intumuerit, cujuſlibet obicis inpatiens, non ſine locorum finitimorum inundatione fertur in præceps, lapides ſubvertens, arboreſq; violenter proſternens. Paſcua verò uberrima per montes ſpacioſos & prata apprica pecoribus jumentiſq; alendis accomoda frequentem terræ ſterilitatem præponderare creduntur, ita ut in gratum annonæ defectum ſpontanea peculii ſuppleat fœcunditas. Aer ſalubris, etſi optuſus, accolas incolumes uſq; ad ſenectam & ſenium frequenter conſervare probatur. Gens vicina fera, vomere verbi Dei inculta, vaga, inconſtans, rapinâ vivere gaudens, certarum ſedium ignara quocumq; eam rapit tempeſtas, hoſpita fertur.

Fingit ſiquidem *Francorum* urbana eloquentia locum iſtum dici *Lanthonay*, quaſi ex duabus corruptis compoſitam, acſi apertiùs diceretur *la lande* de *Hodenay*, hoc eſt enim nomen fluvii illius, vel *Lanthotheni*; *Lan* enim *Kambrice* locus Eccleſiaſticus ſonat. Exquiſitiùs tamen dici poteſt, quòd propria nuncupatio loci illius *Kambrice* eſt *Nanthothem*; *Nant* etenim rivus dicitur aquæ decurrentis, unde & à Walenſibus dicitur ille locus *Landeuvi Nanthotheni*, id eſt, *Ecclesia David ſuper rivum Hotheni.* In hujus verò vallis invio, ſteterat olim beati *David* Capella, ſtructura fabrili modica, muſco & hedera ſilveſtri circumdata, denſis frutectis tecta, vix adincluſa homini, vix adeunda feræ. Fama etenim celebris eſt, & à ſenioribus indubitanter iteratum, virum prædictum, ab hominum converſatione remotum, aliquot annos inibi ſolitariè tranſegiſſe, Et quis ambigere audeat locum tanto hoſpite ſanctificationis gratia donatum? Quis tanti exemplaris ſpeculo piè ſuſpenſus vaſta ſilvarum vel devia montium impetuſve ferarum formidet? quis tanti ſatoris ſemen in ſegetis copioſæ fœnora germinare deſperet? Affuit quandoque tempus cum pii patris herba in opimam meſſem gratâ maturitate proripit, & panem qui confirmat cor hominis, eſurientibus juſtitiam largiſſimè erogavit, ut qui in labore & ærumpnâ peregrinationis ſemina miſit, in gaudio & exultatione patriæ beatæ retributionis manipulos preſentium tribulationum camino excoctos, & in area multiplicium temptationum probatos, in horreo dominico ſicut fidelis ſervus & prudens reconderet.

Cum igitur ſuperno placuit diſpenſatori, & neglecta ſcintilla lucernam clarè radiantem miſericorditer producere, miles quidam de domo & familia cujuſdam Principis *Anglorum*, nunc verò conſors & concivis *Anglorum*, dum die quadam ſolito ſolicitiùs venatorio ſcrutineo luſtra ferarum circuierat, earumq; ferocius impetu avidiſſimo luſtra per ſcopulorum devia turbaverat, non caſu; ſed divina potius aliciente diſpoſitione, ad præfatam vallem non ſine ingenti ſui ſuorum ſudore per affractus viarum, per ambiguas rupium crepidines tandem veniſſe refertur. Nomen verò præſcripti viri Principis illuſtriſſimi *Hugo de Laci.* Nomen verò militis, quem vas electionis divina ſibi prædeſtinaverat clementia, *Willelmus.* Qui dum œſtu viaq; feſſus in humo graminea ſub umbra paululum requieſceret; novo cœpit œſtuare incendio,

Dumque ſitum ſedare cupit, ſitis altera crevit.

Namque dum tacitus juga montium, prærupta rupium, devexa vallium, rivuloſq; fontium vicinumque fluvium, ſagaci animo viſuque ſollicito perluſtraret; ſecum fortè talia diſſeruit.

Heæ latebræ, dulces etiam ſi credis amœnæ,
Incolumem quemvis facient Septembribus horis.

Quinetiam ô omni felicitate beati, qui in melotis, pellibuſq; caprinis Chriſtumq; ſequentes, montes ſpeluncas terræque cavernas excelſis Principum mænibus fidei teſtimonio probati prætulerunt! ô quam præſtantius eſt abjectum degere in domo Dei, quàm tumidum in tabernaculis habitare peccatorum. Nonne Regnum cœlorum vim patitur, & qui in eo gaudent hic, neceſſe eſt ut illud per violentiam adquirant.

Dumque huiuſmodi Sancto dictante Spiritu ſecum ſilenter volveret, elevans oculos vidit haut procul Capellam, de qua ſupradictum eſt, & grandi reſumptâ fiduciâ ait. Ecce, ne quid voto piè properantis obſiſtat, oratorium ſatis vicinum aſpicio, & de cæteris quid ſollicitor? Non enim affliget Deus fame animam juſti. Anima mea jam eripi incipit de laqueo venantium; Abſit ut iterum per negligentiam viſcatis aleat alis. Dixit, & ſociis canibuſq; relictis, ipſe modico contentus famulatu Deo inſervire decrevit. Et ait, *Ecce, qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt. Non ſic mihi, non ſic, ſed veterem hominem cum actibus, deſideriis, deliciiſq; voluptatibus ſuis exuere oportebit.* Suſcepit ergò pro balteo funiculum; pro Syndone cilicium ſupra humanum uſum, pro toga militari ferri pondus non modicum; nam loricam qua corpus muniri contra inimicorum jacula ſolebat, ſibi ſtrictiſſimè circumdedit, ne anima hoſtis antiqui inſidiis molliter patefacta ſuccumberet; ex quo homo exterior majori auſteritate affligeretur, eò interior tutiori ſanctitate Divino cultui manciparetur. Nec ad modicum & quaſi ad horam ferveſcens, & ſubita temtationis procella tepeſcens, tali ſe cenſura cruciavit; ſed loricam in corpore ſuo circumtuliſſe donec macularum reciaculum rubigine & vetuſtate cunſumptum diſsiluit, indubitanter aſſeritur,

Sic igitur iſte Deo dilectus, diebus multis in fame & ſiti, in frigore & nuditate & laboribus plurimis Deo infatigabiliter militavit, omnem cogitatum ſuum in ipſum jactans, qui in ſe ſperantes deſerere non novit. Omnes verò qui converſationis ejus vias audierant, hanc invitationem dexteræ excelſi piè admirantes, Salvatoris clementiam in eo laudabant. O quàm congruè loci illius primus inhabitator miles fuit, quem de facili aliquis inhabitare non poterit, niſi relictâ formidinis ignaviâ militaris ſtrenuitatis audaciam fortiter arripuerit? Nam ſi militia eſt vita hominis ſuper terram, quantò magis religioſi ſuper faciem deſerti? Initiò verò converſationis ſuæ iſte Dei electus parvam litterarum habuit notitiam ſed qui ex ore infantium & lactentium perficit laudem; quique ora jumentorum cum voluerit in humanæ vocis expeditam modulationem mira poteſtate reſolvit; inter cætera gratiarum ei collara beneficia etiam litterarum & ſcriptuarum addidit intelligentiam, ut eſſet lex Dei ejus in corde ipſius etſi non in codice, ita ut infra annos paucos ſacerdocii dignitate, quia dignus erat, illuſtraretur. O quam frequenti anniſu molitus eſt antiquus hoſtis columpnam hanc evertere; nunc proſpera pollicendo, fraudulenter blandiens, nunc adverſa comminando terribiliter intonans; nunc deſerti ſolitudinem palatii primo choortiſq; militum præcipuo improperanter objiciens. Sed & athleta invictiſſimus, tantò ſe cautiori fortitudine accingere ſtuduit, quantò atrociori ſeveritate contra ſe inimicum debacchari haut ambiguo experimento cognovit: Nam ſicut aliquibus ipſo revelante innotuit, cum jam ſenex & plenus dierum, maturaque ætate gravidus in majoribus ſollempnitatibus Miſſarum ſollempnia, tanquam omnium pater ex more celebrare debuiſſet, ſæpius eum totius munditiæ, & continentiæ adverſarius nocturnæ illuſionis fantaſiâ impedire decertavit.

Huius athletæ Chriſti præconiis crebrâ relatione longè lateq; innoteſcentibus, multiſq; auditâ preclatâ tanti viri famâ piè atthonitis, & imitantes ſanctâ devotione beatificantibus, vir quidam vitæ venerabilis jam tunc heremi cultor famoſus nomine *Erniſius*, tantarum laudum non ſurdus auditor, tantò plus cæteris virum prædictum tacitus piâ congratulatione collaudabat, quantò certiori experimento, quæ ſit hujus viæ arduitas, quæve hujuſcemodi certaminis immanitas jam pridem ipſe didicerat. Erat itaque vir iſte *Erniſius* in curia *Henrici* Regis primi, inter primos pallatii nominatiſſimus, Capellanus videlicet venerandæ recordationis *Matildis* Reginæ, uxoris ejuſdem *Henrici*, qui poſt diutinas curialis exercitii ambages, poſt inexplicabiles errorum circuitus, tandem ad ſuave heremiticæ vitæ ſabbatum divinâ miſeratione reſpiravit; In qua quàm ſtrenuiter, quàm feliciter ſoli Deo vacaverit, quamq; perfectum ſe Dei miniſtrum in omnibus exhibuerit, non eſt meæ puſillanimitatis evolvere; nam quia legitimè certavit, glorioſiſſimè in fine triumphavit.

Degebat verò hic vir Dei eâ tempeſtate apud *Edegareſlegam*, juxta foreſtam De *Canotho*, magnarum virtutum patrator eximius, loci illius accolis hoſpes cariſſimus, mæſtorum & mærentium conſolator efficaciſſimus. Erat enim eloquio dulcis, literarum ſtudiis adprimè eruditus, parcimoniâ magnus, karitate præcipuus, multa gratiarum prærogativâ ſpectabilis, hoſtis invidi colluctator diutinus. Huic itaque præfati *Willielmi* fama accito, quia

Segniùs irritant animum dimiſſa per aures,
Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus.

Parum fuit ſolo auditu tanti viri laudibus applaudere, niſi etiam gratæ præſentiæ copiâ frueretur, optatique colloquii gratia confoveretur. Surgens igitur varios cogitationum conflictus, cœpit inire, & laborioſâ peregrinatione quærebat verum animæ virum pro quo dignum judicaret mori, ut ſemper ejus inhæreret amori, & multis viarum amfractibus peragratis *Lanthoniam* uſq; properavit. Cujus adventum cum vir Dei *Willielmus*, jam non novus incola loci, comperiſſet, ſtatim gratulabundus ei occurrit, & religioſâ eum hylaritate ſuſcipiens, pauperibus tectis inducit & admovit antris.

Humanitatis verò obſequiis pro loci poſſibilitate reverenter exhibitis, jam ſpirituales delicias eructantes, juvabat inſompnem ſermone benigno ducere noctem. Sic ſic gratiarum diſtributor & diſpenſator Deus, quæ ſtulta ſunt elegit ut ſapientes confundat. Ecce literatus illiteratum adit, vir induſtrius ab homine ſimplici in via depoſtulat roborari, & quota pars futurorum Dei beneficiorum hæc eſt.

An. 1103. Anno igitur ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo tercio; ab adventu *Normannorum* in *Angliam* anno triceſimo octavo, regnante pio & pacifico Rege *Henrico* primo qui tercius *Normannorum* in *Anglia* regnâſſe aſſeritur; *Willielmus* & *Erniſius* apud *Lanthoniam*, animâ unâ & corde uno in Deo habitare concorditer cœperunt. Nam poſtquam vir Dei *Erniſius* montes illos ſpecialis jocunditatis dulcedine ſtillare, colleſq; ſanctæ refectionis lac & mel fluere cognovit, nulla ratione exinde divelli conſenſit, quin potius Chriſti kariſſimi collegæ ſui vita & exemplis animatus, in rupibus illis aliquam ſanctæ karitatis ſcintillam ſtrenuiter ſibi excluderet. Iſti itaque viri in præſcriptæ vallis ſolitudine alternis niſibus inſudantes, & mutuo ſeſe exemplo in ſtadio certaminis choartantes, felicique ſolatio in temptationum fluctibus ſullevantes, Eccleſiam inibi conſtuxerunt, rudi ſiquidem factam ſcemate, ſed cœleſti præditam virtute, quæ officio *Urbani* Dioceſani Epiſcopi, & *Ramelini Herfordenſis* Epiſcopi, anno ab incarnatione Domini *M. C. viii.* in honore S. *Iohannis Baptiſtæ* ſollempniter dedicata eſt, cujus tam grata ibi ſentiuntur oportuna patrocinia, quam famæ peribent indebita præconia. O quam convenienter heremiticæ vitæ ſectatores non tepidi ſingularem & primum heremi cultorem ſibi præſulem præficiunt, ut tantò interventorem ſentiant propitiorem, quantò amica ſtudia ferventiùs exercere conantur. Quis enim congruentiùs ſolitarius præſularet, quàm qui ſub annis teneris inacceſſibilia deſerti antra viciorum contagia fugiendo primus ſubire non timuit? Vel quis efficaciùs pro juſtè & piè viventibus intercederet, quàm qui ex utero matris ſanctificatus, ſanctoq; ſpiritu repletus, tam excellenti præconio meruit à ſaltatore ſullimari, & eò major nullus hominum unquam ſurrexerit? Quis enim citiùs à piiſſimo exauditore petita impretret, quàm ſpecialiter electus, ſingulariter ſanctificatus, ſanctiſſimè converſatus Chriſti Baptiſta, Salvatoris præcurſor, primus gratiæ prædicator, præco Judicis, paranymphus ſponſi, hoſtis luxuriæ, virgo, præcipuus aſſertor veritatis, martyr invictiſſimus, Apoſtolis prælatus, Patriarchis præpoſitus, Angelis adhæquatus, amicus Chriſti *Iohannes*?

Horum patrocinium & temporalis ſolacii curam gerendam innato religionis amore, ſuſcepit *Hugo* de *Laci*, præfati loci tunc Advocatus. Vir quidem genere nobilis, ſed nobilior moribus; Inter primos regni Principes nominatiſſimus, pauperum & oppreſſorum miſertor benigniſſimus. Hic ne in aliquo paternæ, religonis degener argueretur, liberalitatis & devotionis inſignia, quæ traxit ex ſtipite felicibus indiciis in flores fructuſque ſalubres produxit. Pater namque ejus in civitate *Herefordiæ* monaſterium Religioſorum à fundamentis conſtruxit, & fratribus ibidem Deo ſervientibus ex propriis prædiis atque reditibus ſubſidia plena conſtituit. Frater etiam eius *Walterus* in egregio cœnobio ſancti *Petri Glouceſtriæ*, ſub patris imperio aliquandiu in monachica profeſſione militavit, ibi poſtea Abbas effectus, religionem, quæ inibi ſingularis ſanctitate, fervore ſemper florere conſuevit, ſuâ induſtriâ

Herefordenſis cœnobii fundatio.

tam verbis quam exemplis propagavit. Nepos nichilominus miles probatiſſimus poſt innumeros probitatis titulos, poſt multos certaminum & bellorum triumphos, tandem ſub habitu *Templariorum* pro ſummo rege Chriſto organizare non recuſavit.

Hic ergo *Hugo*, ne tantarum virtutum laudibus, quæ in totam generis ſui ſucceſſionem naturali quadam innatæ religionis lineâ evitabiliter defluxerunt, aliquatenus privaretur, non minus cæteris circa prænominatos fratres extitit in largiendo munificus, in colloquendo affabilis, in providendo ſollicitus; nam eis donaria multa & prædia ampla contulit, & ampliora devotiſſima optulit liberalitate, ſed ipſi melius arbitrantes minus egere quam plus habere, ex quo ſibi utcumq; ſufficere accepta credebant, plus accipere conſtantiſſimè recuſabant.

Poſtquam verò divinæ viſum eſt moderationi, hujus vineæ palmites longiùs extendere, propagineſq; latius propagare, ne lucerna ſub modio latens, quos illuminare poterat diucius caligare permitteret, prædictorum fratrum mentibus incidit voluntas & conſilium, approbante & conſulente beatæ memoriæ *Anſelmo Cantuarienſi* Archiepiſcopo, ut poſt heremiticæ vitæ fructus aliquandiu jam feliciter collectos, contubernium duorum tranſiret in cœnobium multorum. Quamquam primò *Willelmus* hæc minus gratè accepiſſet, tandem precibus, inſtantiis, conſiliis tam *Erniſii* qui ad hæc præcipuè nitebatur, quam aliorum diſcretorum adquieſcens, aſſenſit libens. Conſilio ergo inito cujus ordinis cujuſve profeſſionis inſtituta arriperent; *Nigri monachi* non eliguntur, ne labe ſuperfluitatis, quæ eos ſingulariter inficere dicitur, aliquatenus notarentur: Nec etiam *Ciſtercienſes*, ſingulariter enim incedere dicuntur, & aliis Religioſis parum communicare, & præterea rebus augendis cupidâ ſatis ſollicitudine inhiare. Tandem competenti quadam mediocritate ſubnixi, *Canonici regulares* fieri prælegerunt, tum quia illo adhuc tempore propter caritatem cariores habebantur, tum quia leviori & modeſtiori contenti impenſa, tanta rerum varietate non indigeant, tum quia habitus ſatis ſit elegans, neq; nimium nitidus, neq; plurimum abjectus, unde plerumq; ſolet ſuperbia nutriri, vel ſanctitatis ficta ſuſcitari.

Acciti ſunt igitur ex electis cœnobiis, videlicet de *Mereton* & de Sancta *Trinitate Londoniarum*, & de *Coleceſtre* viri religioſi & timentes Deum, qui fratres apud *Lanthoniam* ſecundùm regulam ſancti *Auguſtini* vivere diligenter inſtruerent. Qui accedentes & Deum ſemper præ oculis habentes, injunctum ſibi miniſterium docendo, præcipiendo, corripiendo, increpando, obſecrando efficaciter adimplere ſtuduerunt. Nam quæcumq; optima vel in alienis Monaſteriis cenſuerunt, hæc eis velut electos floſculos exponere diligenter curaverunt, tantò faciliori aviditate divini verbi calix ſitientes inebriaret, quantò plurium (ut ita dixerim) aromatum ſapore condiretur. Coartata eſt igitur eorum vitæ inſtitutio ſub cenſura cœnobiali, ſcilicet, ut unus imperans præeſſet, alii obſequentes ſubeſſent, ita duntaxat, ut quicquid ille ſecundùm Deum imponeret, illi incunctanter & voluntariè obediendo adimplere feſtinarent, (*&c.*)

Ib. fo. 39. a.

Cum fratres apud *Lanthoniam* cœnobialibus obſervantiis ſufficienter inſtruerentur, accitus eſt dyoceſanus Epiſcopus, qui electionem prælati in perſonam præfati *Erniſii* factam pontificali auctoritate communiret, qui etiam ei curam animarum, ſecundùm ſanctorum patrum traditionem cum regula religionis commiſit. Prioris itaq; dignitate *Erniſius* ſullimatus, eandem morum gravitatem, eandem quam priùs ſectebatur humilitatem, Creber in oratione, ſtrenuus in vigiliis, aſſiduus in jejuniis, in ſuſcipiendis hoſpitibus devotus, forma autem gregis per omnia factus, quod verbis docuit, operibus corroboravit: Augebatur cotidie merito & numero fratrum collegio, ita ut ex *XL.* vel eò amplius, Canonici tunc temporis inibi reſediſſe referantur. Fragrabat & longè lateq; approbatæ opinionis odor ſuaviſſimus; vigilabat namq; in omnibus & in ſingulis Religionis cenſura, ordinis diligentia, divini cultus inſtantia, frugalitatis, auſteritatis continua, & ſanctæ communionis inconcuſſa concordia. Non jam *Hugo* de *Lacy* ſolus, ſed etiam *Henricus* Rex *Anglorum* primus, & beatæ memoriæ *Matildis* Regina, & alii Barones nominatiſſimi eorum curam temporalem gerere decreverunt, illos non mediocriter beatos aſſeverantes, qui ſe tam ſanctæ congregationis orationibus aliquatenus committere prævalerent.

Hinc amplæ poſſeſſiones, apprica prædia, acceptiſſima donaria à pluribus certatim offeruntur, quæ ab eis magna ex parte reſpuuntur, quia magis elegerunt pauperes habitare in domo Dei, quod videlicet unum à Domino cum ſumma devotione petierant, quam variis refertos opulentiis litigioſis cauſis gelidiſq; ſolicitudinibus agitari: nam cum eis aliquando tota provincia de Bergelay, à Rege & Regina gratis offeretur, vix precibus optinuerunt, ut ſine illorum indignatione liceret eis oblata non recipere: Regina verò *Matildis*, ſupradicti *Willelmi* ſanctitatis ignara, quanta videlicet mentis conſtantia inſaturabilem divitiarum fugeret ingluviem, eum aliquando rogare cœpit ut modis omnibus ſineret eam manum ſuam in ſynum ejus mittere. Quod cum ille ſatis pudenda ſimplicitate tandem permiſiſſet, illa inter cilicium & ferrum non modicum auri pondus effudit, ut ſic velut quadam artificioſa benignitate deluſo, aliquod ſolacii & beneficii remedium gratuita aviditate impartiret. O prorſus ſtupendus mundi contemptus! ó omnibus imitanda ſingularis nil habendi voluntas! ſed & aliàs Eccleſiæ ornamenta licet invitis regia munificentia devotiſſimè offerre ſategit.

Da mihi ſi poſſis de tot modo millibus unum.

Quem tam excellentiſſimi datoris munera oblata non delectarent, etiamſi nullo priùs cupiditatis igniculo anelaret.

——— Nam acceptiſſima cuiq;
Munera ſunt, auctor quæ precioſa facit.

Sed viri iſti religione & ſanctitate notiſſimi ſemper ſibi ſummo opere præcavere ſtudebant, ne creſcentibus opibus creſceret in eis opum furioſa cupido, & ſic inciperent in via ardua recalcitrare, vel præſagina inerti defectu languere, quia

——— Diſſuadet honeſtum
Luxum, & humanas obcæcat copia mentes.

Et quoniam ambulaverunt coram Domino in toto corde ſuo, dedit eis Deus gratiam in conſpectu omnium Principum terræ, Inſuper & illud modicum quod habebant, plus illis habundare conſueverat, quam aliis multo amplior & numeroſior ſubſtantiæ plenitudo.

Walterus Conſtabularius, Princeps militiæ domus regiæ, vir magnus & potens & inter primos regni præcipuè honoratus, audito tam celebris ſanctitatis, tamq; religioſæ converſationis præconio, univerſis ſeculi pompis grataq; ſobolis fæcunditate & numeroſæ cognationis turbis relictis, præ cunctis Angliæ tam egregiis cœnobiis, inter pauperes Chriſti apud *Lanthoni* reſiduum vitæ ſub habitu Canonici tranſigere, tandemque inibi finiri firmiſſimo conſilio decrevit, quod etiam ſub valle laudabili celeritate, opere complere non diſtulit. Illi verò qui corde perfecto ſinceraque conſtantia ſeculum relinquere, deumque ſub habitu religionis ſine deſidioſo temporis .. ſequi ſtatuerant, ipſorum ſe collegio jungere nitebantur. Qui autem mente bipertita non niſi duabus viis terram ingredi didicerant, nullatenus ad eos accedere præſumebant, ne in arduo converſationis clivo deficientes, eorum ſimilatione ſubitò detecta, aſpicientes riſu pulſarent, & fierent noviſſima eorum pejora prioribus. Nihil enim inter eos laſcivum, nichil frivolum, undè deſidia foveri ſolet, vertebatur, ſed quicquid eis incompoſitum fortè ſurrepſerat, frequentibus vigiliis, diuturnis jejuniis, crebriſque verberibus premebatur.

Tempore aliquanto interlabente pater *Erniſius Lanthonienſis* Eccleſiæ Prior primus, debita fatis perſolvens ſublimiter in cœlis ab eo proculdubio meruit coronari, pro quo in terris legitimè certare non formidavit. Conventione igitur inter fratres de ſubſtituendo paſtore facta, *Robertum* de *Retun*, licet plurimùm renitentem, Priorem ſibi conſtituunt. Erat enim *Robertus* vir ſimplex & rectus, nobilis progenie ſed nobilior moribus, ab ipſo puerili ævo ſecutus Dominum, in artibus liberalibus magiſter emeritus, & in divina pagina ita prædicator catholicus, ſicut in fidei articulis ſufficienter eruditus, vir etiam religioſus ac timens Deum, omniumq; virtutum prærogativa ſpectabilis. De hujus viri eximia ſanctitate, excellentiſſima caritate, modeſtia, pietate, perfecta humilitate multa qualicumq; macilenti ſermonis ſtilo ſcribere mihi ex devotione eſſet voluntarium, aliiſq; pro imitatione forte perneceſſarium; ſed ejus vita venerabilis actuſq; laudabiles luculento peritoq; ſermone inſigniter digeſti ſunt.

Et quis avida intentione lectitare non gaudeat quantæ virtutis iſte Deo dilectus extiterit, quantæ videlicet circa neceſſaria comportanda ſtrenuitatis, quam piæ circa ſubditos compaſſionis, quam promptæ circa compares venerationis, quam voluntariæ erga ſuperiores obedientiæ, quantum etiam aliis largus ſibiq; parcus, inſuper qualiter prophetiæ ſpiritu & miraculorum gratia feliciter enituerit? & quis iſta legendo non proficiat? Et quis proficiens Deum in dilecto & electo ſuo non glorificet? Sed quia paucos in vita ſua ejus virtutibus paſtores ſimiles habuit, utinam vel aliqui poſt mortem ejus mox imitatores invenirentur. Sed non permiſſa eſt *Lanthonia* diu tanto rutilare theſauro; tali fulgere lucerna, tamq; imitandi patris melliflua gratulari doctrina. Invidet enim ſæpius fortuna ſucceſſibus, nam urgentibus apoſtolicis mandatis regiiſq; præceptis, & aliorum magnatum deprecatoriis renitendi commentis caſſatis, dulcibus latebris invictus abſtrahitur, optatis ſedibus mærens abducitur, dilectiſſimis fratribus piiſſimis pater violenter aufertur, & in Epiſcopum *Herefordenſem* gaudente Eccleſia, plaudente Clero, exultante Regno ſollempniter conſecratur, (*&c.*)

Ib. fo. 42. a. Tandem poſt lamenta ſpiritu conſolationis utcumque reſumpto, redeuntes in ſe poſt mentis ſtuporem fratres, quis tam incomparabili patri dignè ſuccedere poſſit diligenter tractare cæperunt. Et ecce inter cæteros invenerunt *Robertum* de *Braci* multorum kariſmatum inſigniis florere, virum videlicet venerabilem & ingenuum, in Religione ferventem, & ſecundùm ſcientiam ordinis zelum habentem. Hunc ergo ſibi paſtorem & in via Dei Doctorem præficiunt, hujus maturitatis & puritatis non ambiguam reportantes confidentiam. Et neſcio ſi fortè ad hunc eligendum ipſo nomine in aliquo allicerentur, ut frequenti ſucceſſoris nominatione, ſancti prædeceſſoris virtutes nunquam à recenti memoria exciderent, & de illis non immeritò diceretur

Ejuſdem vocis nomen ut omen amant.

Porro quoniam ea quæ ſecuntur paucis expediri non poſſunt, ut poſtea mutato labore fortiùs in area diſcurrat

Principio clivi feſſus anelat equus.

INterea *Henricus* primus, rex pacificus, & Princeps glorioſus finem vitæ ſuæ ſortitus de medio ſublatus eſt. Et ne parum fortuna miſeros vrgeret, non multis poſt evolutis diebus defungitur archipræſul *Cantuaria*, mutulatur ſuo protectore tam regnum quam ſacerdotium. Graſſantur illico feralibus inimicitiis ſeditioſiſque ſimultatibus quos priùs regalis diſtrictionis timor non amor juſtitiæ cohercuit. Inſaniunt undique filii peſtilentes, & non eſt qui prohibeat. Rapiunt, cædunt, incendunt & non eſt qui pacificos de manu hoſtis poſſit eripere. Et quoniam non eſt qui ſe murum pro domo Iſrael opponat, extenditur inundans flagellum uſque in ſanctuarium Dei; nam in ſubverſione Eccleſiarum & religionis indifferenter acteritur ſicut populus ſic ſacerdos. Deprehenditur Eccleſia *Lanthonienſis* in medio nationis pravæ & perverſæ, quæ ob innatæ feritatis improbitatem ambitioſâ rapacitate ſingulariter gaudere cognoſcitur. Adde etiam conſuetam gentis illius paupertatem, rabiem effrænatam, inſolentem circumquaque diſcurrendi audaciam, & Chriſtianæ fidei magna ex parte ignorantiam, quæ univerſa malignandi præbent incentivum.

Talium vicinorum ingrata propinquitate duriſſimè opprimuntur fratres *Lanthonienſes*, ſpoliantur ſæpius victualibus, nec permittuntur alia eſurientibus tutò convectari. Affliguntur acerrimè propriis anguſtiis, nec minus alienis, quos fervor karitatis edocuerat aliena dampna propria reputare. Nuſquam enim pax, nuſquam juſtitia, nuſquam divini nominis priſtina reverentia. Eſt præterea & aliud quod animos innocentium plus omnibus hiis in fixorio anguſtiarum acerbiùs terrebat; unus namque ex vicinis *Walenſibus* inimicorum minis & jaculis undique impeditus, cum nullus ei tutus ad latendum vel evadendum locus ſupereſſet, cum omni domo ſua ad *Lanthoniam* convolavit; hanc ſibi conſtituens domum refugii ut ſalvus fieret, quem inimici odio inexorabili perſequentes non longè ab atrio in inſidiis ſedentes vigilantiùs opportunitatem obſervabant, quando in eum caſu aliquo tandem oblatum irarum virus evomere prævalerent. Ipſe verò in interiores officinas, quo ſecurior redderetur, cum ſuis & ancillis ſe ingeſſit, ita ut ubi fratres reficere conſueverant, ibi mulieres choros ducere & cætera muliebria ignominioſè tractare non erubeſcerent. Quid facient milites Chriſti tot hoſtium cuneis tam atrociter vallati? Ecce foris pugnæ & intus timores. Non enim poſſunt de foris jejunis alimoniæ comportari, nec poſſunt ab intus fratres divinis officiis præ ingratorum hoſpitum inſolentiâ, conſuetâ veneratione intereſſe: Luget *Martha* quia paſcere non permittitur, dolet *Maria* quia ſanctæ refectionis epulis privatur, & præterea nimis timet ne in infirmioribus membris ſuis alicujus culpæ ſurreptione dehoneſtetur.

Sed cum tot cladibus involutis quid potius eligerent penitus non eluceret, mittitur *Herefordiæ* qui viri venerabilis *Roberti* Epiſcopi ſuper his conſulta ingeſtaret, ut quicquid piiſſimus pater in hoc articulo fieri decreviſſet, in cuncta connivencia univerſi agere non hæſitarent. Quæ cum vir miſericors audiſſet, ſicut erat compatiens & ſuper afflictos pia geſtans viſcera, triſtatur, anguſtiatur, incredibili mœrore affectus & præ cunctis quæ pectus ſanctiſſimum ſolicitant, fraterni enim dolores graviùs affligunt, fraterna vulnera acerbiùs cruentant. Quid multa? Conſul hortatur, jubet Conventum adeſſe, ut ſub umbra alarum ſuarum protegatur à facie impiorum qui eum afflixerunt. Nec mora, acciti venire feſtinant. Epiſcopus verò domibus cedens epiſcopalibus, tradidit eis Capellam, horrea, celaria, & cæteras opportunas officinas, ut in ſede pontificali divinis officiis conſuetâ devotione vacarent. Et ne quid eis in ſumptibus neceſſariis deeſſet, redditus epiſcopales, quantum eis ſufficere ratus eſt, eorum ſuppoſuit arbitrio. Quidam verò, quos ferventior animi conſtantia accenderat, ut potiùs gladiis vel fame inſigniter mori eligerent, quàm inimico & perſequenti enerviter terga præbere, à loco converſionis & profeſſionis divelli nulla ratione conſenſerunt. Sicq; factum eſt divinâ hoc nimirum ordinante clementia, ut nullo tempore Eccleſia *Lanthonienſis* Religioſorum orbaretur reſidentiâ.

Iſtorum ergo magnanimitas laudabiliter eſt extollenda; illorum cautela ſatis nihilominus approbanda, quia magno ſe judice quiſq; tuetur: Audiunt enim iſti, *In pace veſtra poſſidete animas veſtras*: Illi verò, *Cum perſecuti vos fuerint in civitate iſta, fugite in aliam.*

Cumque ferè biennium Conventus *Lanthonienſis* apud *Herefordiam* ſuper expenſis Epiſcopi moraretur, nec

Venerat inceptis mollior hora malis

ut ſopitâ perſecutionis rabie fratres ad propria cum pace remeare poſſent, quin potius crebreſcentibus undique malis, novis ſemper inſaniis pacis inimici debachabantur. Nam inter Regem *Stephanum* & cognatam ejus *Matildem* Imperatricem & *H.* filium ejus, non modica de regni calumpnia ſimultas exorta eſt; unde, invaleſcente inter eos odio ferali, iteratis cædibus & incendiis inſiſtitur, nec finem in alis gratior aura permittebat. Fuerunt ſiquidem inter hæc mala ſæpefato Epiſcopo lacrimæ ſuæ panes Die ac nocte, & præcipuè pro diutina fratrum deſolatione, ut prædictum eſt, vrebatur; unde priſtinam pro eis gerens ſolicitudinem, ſicut apes argumentoſa circumquaque ſedulus quæritabat, ubi eos religioſè & honeſtè collocaret.

Convenit ſuper hoc *Milonem Conſtabularium* Comitem *Herefordiæ*, exponens ei fratrum neceſſitates, ad memoriam reducens devotionem patris ſui *Walteri*, qui apud eos etiam humatus quieſcit. Dedit ergo eis præfatus *Milo* locum quendam extra urbem *Glocesteriæ*, qui *Hyda* dicebatur, in quo ipſi pecunia quam ſecum à *Lanthonia* detulerunt, & expenſis aliis quas eis præfatus Epiſcopus ad hoc contulerat: Eccleſiam inibi ſub admirabili celeritate conſtruxerunt, quæ ab Epiſcopo *Symone Wygorniæ*, & *Roberto Herefordiæ*, Anno ab incarnatione Dom. *M.C.xxxvi.* in honore beatæ Dei genitricis *Mariæ* ſolempniter conſecrata eſt. Tranſtulit igitur Epiſcopum illuc Conventum, hac procul dubio interjecta conditione, ut cum fortuna proſperior arrideret, Deo Eccleſiæ & populo ſuo pacem et tranquillitatem largiente, univerſi ad priſtinam & matricem eccleſiam ſuam abſque cunctatione redirent, treſdecim tantummodo ibidem remanentibus, qui divinis officiis regulariter & religioſè vacarent, non omnium videlicet electiſſimis, ut ſæpedictus *Milo* primò popoſcerat, ſed probis & diſcretis, unde ipſe rationabiliter ſe pacatum non ambigeret.

Conſtructio Cœnobii, poſtea **Lanthont** ſecundi, nominati. A.D. 1136

Hanc verò Eccleſiam quam recenter ædificaverant, nomine prioris Eccleſiæ ſuæ *Lanthoniam* *am* vocavere, ne aliter veniret in dubium quin hæc ex illa, tanquam ramus ex ſtipite, vel ſtipes ex radice indubitanter proceſſerit; videat qui voluerit, utrum de jure filia vel Cella ſit nominanda, quæ hoc ordine originem accepiſſe cognoſcitur; Nam etſi patronus fundi locum illum Eccleſiæ ſancti *Iohannis* in *Wall'a* non contulerit Canonicis, tamen illius Eccleſiæ & non alterius profeſſis illum ſe contuliſſe negare non poterit. Et quid eſt Eccleſia? nunquid lapides? nonne Chriſti fideles? Sed ne mihi ſuper hiis aliquis ſuccenſeat, digito compeſco labellum, verbum non amplius addens. Aſpice, quæſo, vineam Domini Sabaoth, palmites extendentem, propagines dilatantem; nec tamen à nativi ſaporis oblectamento aliquatenus degenerantem; Sed potius multarum terrarum populos fœcunda præclari calicis ſuavitate inebriantem: viri namque prænominati, etſi jam in alio regionis tractu poſiti, priſtinæ tamen ſanctitatis & religionis cenſuræ nequaquam obliti, jocundiſſimo probatæ opinionis odore longè, lateque fragrabant.

Cernens itaque vir illuſtris *Milo* Comes, Regis Conſtabularius, Eccleſiæ ilius fundator & advocatus, religioſam ipſorum converſationem, & quanti eſſent apud Deum meriti, & quam gratæ in impetrando efficaciæ per experientiam ſatis eruditus unà cum egregia ſobole ſua, militibus videlicet opinatiſſimis & matronis famoſiſſimis, Eccleſiam illam variis donariis & poſſeſſionibus non minus largè quam voluntariè ditare adjecit. Et utinam ipſi hiis quæ eis aperta fidelium devotione oblata ſunt, ita ſano conſilio uterentur, ne multiplici opulentiâ ſaturatis debitâ obedientia promiſſaque fidei reverentiâ in faſtidium vel oblivionem veniret. Nam poſtquam cœperunt inibi rebus ditari, honoribus efferri, crebris viſitantium allocutionibus confoveri, & ſolito delicatioribus cibariis potioribuſque poculis recreari, primitivæ ſolitudinis latebras, primæque profeſſionis Eccleſiam minùs quàm deceret venerantes; ſed ut veriùs fatear turpiter dehoneſtantes, viſitare vel inhabitare neglexerunt; quod in non modicum matricis Eccleſiæ deſolationis tumulum verſum eſt, ſicut ex conſequentibus lectoribus ſufficienter poterit elucere.

Igitur *Roberto* de *Braci Lanthonienſis* Eccleſiæ Priori tercio, viam univerſæ carnis ingreſſo, & in monaſterio ſuo apud *Glouceſtriam* debitâ honorificentiâ ſepulto, *VVillelmus* de *Wycumba* Canonica fraternæ conniventiæ electione, locum & officium Prioris ſortitus eſt. De hujus exhimia literatura, etſi lingua ingrata ſilere voluerit, paginæ tamen diſerto ſermone ab ipſo editæ ejus peritiam immarceſſibili præconio loquentur. Erat ſiquidem hic *VVillelmus* ſæpedicto *Roberto* Epiſcopo diutinæ dilectionis affectu familiaris, Capellanus videlicet ejus; vir quidem multarum virtutum titulis inſignis, ſed aliquantulum diſtricta ſeveritate auſterus. Cernens itaque *Robertus* Epiſcopus & mente præſaga intelligens, quò ſe res verteret, quanta videlicet deſolationis diſpendia Eccleſiæ Sancti *Johannis* jam tunc oriri inciperent, iteratâ ſupplicatione à ſede Apoſtolica impetravit, ut Eccleſia Sanctæ *Mariæ* extra *Glouceſtriam*, cum ſuis poſſeſſionibus, auctoritate duorum Romanorum Pontificum, *Eugenii* videlicet & *Lucii*, Eccleſiæ, Sancti *Johannis Baptiſtæ Lanthonienſi*, tanquam cella in perpetuum confirmaretur; ut ſi timore vel odio rei veritatem aliquandiu ſubticeri contingeret, tamen aliquando ad eam convincendam & debiti Eccleſiæ ſtatus reformationem, tantæ auctoritatis teſtimonium poſſet, non inconvenienti argumenti aſſumi.

Preterea quidem Conventus *xx.* fratrum, virorum videlicet prudentium & proborum, quos terræ ſterilitas & loci inportunitas nemeroſis aditibus expulerant, hujus viri venerabilis induſtria ſtudioſius procurante, una Die intra Collegium *Lanthonienſe* admiſſi ſunt: Et ne illorum ingreſſu, aliis oneri videretur, terris & Eccleſiis, quas prius eis contulerat, etiam alias munificentiſſimè adjecit. Conſidero hujus eximii viri tam munifica circa fratres opera, & admirari non ſufficio, quanto karitatis fervore eos dilexit, qui illos in tempore neceſſitatis, tam promta hilaritate ſuſcepit, tam largis impenſis exhibuit, tam indefeſſâ ſtrenuitate in loco paſcuæ & ſolo optimo & terra fluente lac & mel collocavit; tam deſiderabilibus opulentiis ditavit, tam grato conſilio & auxilio virorum ſapientium roboravit. Bone Ieſu, bonorum omnium benigniſſime remunerator, memento ei ſuper hiis rebus omnibus in bono, & ne deleas miſerationes ejus, quas fecit in domo tua & in ſervis tuis; ſed cum prælectis tuis mirifica Sanctum tuum & conſtitue eum in pace. Amen.

Exigit ipſe locus, ut quæ ſuperiùs de deſolatione & ſpoliatione matricis Eccleſiæ tacta ſunt, hìc apertius deſiderantur: Si quis omnia etiam quæ memoriæ occurrent ſine ſingultu & ſuſpiriis ſtilo proſequetur, Ecquis vel ſaxei pectoris ea ſine lacrimabili admiratione audire poterit? Non enim poteſt commiſerabilis Eccleſiæ querela ingemiſcere, dicendo, *Filii matris meæ pugnaverunt contra me*; Nam leniùs communia tangunt, ſed quodamodo ſpecialiori & tanto atrociori flere, clamando, *Filii uteri mei pugnaverunt contra me, quia*

Non ſua ſunt ſumma leviter perſtricta ſagitta
Pectora, diſcendit vulnus ad oſſa ſuum;

Flante namque aura gratiori, & pace Eccleſiis & terris redditâ, cum jam cuilibet deambulare tutò liceret, filii *Lanthonienſis* Eccleſiæ matris ſuæ limina terere, & Deo ibidem, prout deceret deſervire, renuerunt. Nam valde diſſimiliter ſibi reſpondere experti ſunt, urbem *Glouceſtria* & montem **Hatyre**, & fluvium *Sabrina*, & aquam **Hodanie**, *Anglos* ditiſſimos & *Walenſes* pauperimos; illic agros fertiles, hìc ſaltus ſteriles, unde illorum copia blandiente illecti, iſtorum inopia urgente pertæſi locum iſtum, nec hominum quorumlibet necdum Religioſorum inhabitatione dignum cenſuerunt. Audivi quidem dici & ex parte credo, quoſdam linguæ levitate, & utinam non odii livore deſiderâſſe, ut quilibet hujus Eccleſiæ lapis lepus foret: Alios autem, quod in pace illorum dixerim, ore ſacrilego impetiſſe, ut Eccleſia cum omnibus officinis abyſſi voragine abſorberetur. Omnes verò Eccleſiæ hujus redditus pro ſuo arbitrio expenderunt, illic excelſa & decentia officinarum ædificia fabricantes, hìc verò fabricata ſitu & vetuſtate deferentes.

Et quoniam indigniſſimum eis videbatur, ut locus tam antiquâ religione ſacer, & tam amplis poſſeſſionibus ditatus, omnino virorum religioſorum reſidentiâ deſtitueretur; deſtinare ſolebant ſenes, debiles, & abjectiores, qui nec ſibi nec aliis multùm prodeſſe valebant, qui non inmerito cum Apoſtolo dicere poterant, *Tanquam purgamenta fratrum facti ſumus omnium paripſima uſque adhuc.* Hòs verò multiplici inopia ibidem laborare permittebant, ita ut pro defectu contra uſum & conſuetudinem ordinis, ſine ſuperpelliciis, eos paſſim incedere & præ carentia femoralium conſuetam, & regularem diſciplinam ſæpiùs declinare, & bidio unius Diei pane ſuſtentari oporteret, fratribus apud *Gloceſtriam* omninm iſtorum ſufficientia gaudentibus. Unde non fratres vel Canonici ſed Præbendarii ſæpiùs dicebantur. Divinum officium neq; in Eccleſia neq; in Refectorio regulariter & ordinatè agebatur. Quod ſi quis liberiori audacia poſtulâſſet, ut majus adjutorium divinis officiis provideretur, faciliùs inde iram vel deriſum excitare quàm promotionem impetrare videretur. Aliquandò namq; & fortè ſæpius ſuper hiis conquerenti reſponſum eſt. Quibus ibi cantandum eſt nonne lupis? Nunquid catuli luporum altiſſonâ melodiâ delectabuntur? Generaliter & quaſi proverbialiter à multis de eo qui huc mittebatur dici ſolebat. Quid enim mali fecit? quâ meruit culpâ in carcerem retrudi? carcer namque & quaſi reorum exilium ipſa, quæ de jure Domina & mater erat, propter cauſas ſupradictas à multis vocabatur.

Et cum tam variis anguſtiis Eccleſia iſta non minùs turpiter quàm atrociter urgeretur, licèt plures eam filioli amore affectuoſiùs diligerent, ferè nullus inveniebatur, qui ejus libertatem atteſtaretur, ut ejus adverſarius quaſi cum *Aſſur* gloriari poſſet, dicente, *In fortitudine manus meæ feci hac*; nec erat qui moveret pennam & aperiret os & ganniret. Quod ſi quis ſuper hiis aliquatenus, licèt modicè velud conquerens mutire præſumeret, tanquam pro enormi delicto gravi proinde ſententiâ plectebatur. Igitur plurimorum connivente conventiculo, occultoq; Dei ſed nequaquam injuſto permittente judicio, ſpoliatur libris armarium, pannis ſericis, & auro vel argento textis Reliquijs, variiſq; Cartarum & privilegiorum munimentis vacuatur gazophilacium; cæterorumq; theſaurorum repoſitis nudatur ærarium; & quicquid viſu pulcrum vel precio acceptum in Eccleſia ſancti *Johannis* reperiebatur, nullo prohibente apud *Gloceſtriam* aſportabatur: Campanas eciam, licèt metalli ponderoſitas diripientium agilitatem de jure poſſet retardare, nichilominus aſportabant, (&c.)

Ib.fol. 46. b.

Reſtant adhuc non pauca De Eccleſiæ hujus afflictionibus dicenda; quæ licèt per ſingula non ſcribantur, propter ſui immanitatem, nunquam ut reor oblivione obliteranda, filii qui naſcentur et exurgent enarrabunt filiis ſuis. Videat qui voluerit an in talibus tantiſq; tribulationibus deſideranda eſſet reſpiratio. Et ne quid purgationis probationiſve afflictæ Eccleſiæ deeſſet, hujuſmodi perſecutiones uſq; ad ſeptuageſimum Annum ad inſtar illius *Babylonicæ* captivitatis protelatæ, ſpiritus & animas innocentium variis & acerbis doloribus cruciabant.

Cum autem ſupradictus *Willielmus* annis aliquot Eccleſiæ *Lanthonienſi* honeſtis moribus & religioſis exemplis præfuiſſet, contigit eum apud *Rogerum* Comitem, tunc advocatum Eccleſiæ *Gloceſtriæ*, grave ſimultate periclitari, divino hoc permittente ſeu etiam fortaſſis procurante judicio, ut ubi plus æquo & non ſine aliorum læſione in rebus comportandis extiterat ſolicitus, ibi ſe pudenda dejectione humiliari videret. Hujus itaque odii ſeminarium hujſcemodi initium ſumpſit; *Milo* Comes *Herefordiæ* pater huius *Rogeri*, tempore aliquo Eccleſiam & eccleſiaſticas perſonas acerbiſſimè inſectabatur & Eccleſiaſticâ ſententiâ ſub horribili auſteritate proinde plectebatur. Hic verò *Willielmus*, qui *Roberto* Epiſcopo Comes individuus diutius adhærebat, omnem ejus tyrannidem actuſque deteſtabiles probroſamquæ à grege dominico ſequeſtrationem, tanquam æternæ mandans memoriæ, in libello quodam (ſicut erat vir ſummæ eloquentiæ) digeſſerat. Fratres ſiquidem qui eum præ nimia vitæ auſteritate inflexibiliq; ſeveritate exoſum habebant, cupientes omnimodis ejus carere conſortio, quippe

——————*quem metuit quiſq; perire cupit.*

Hæc & fortè alia ſi qua impudenti malitiâ componere poterant, ipſi *Rogero* intimaverant, ſuggerentes ei, hujuſmodi homini inplacabilem ſe eſſe debere, nec aliquatenus paſſurum eum domui ſuæ ulteriùs præeſſe. Qui nimirum ulterius & ſuggeſtionibus eorum credulus, & præ magnifica ſui potentia plurimùm impatiens, tantam exarſit in iram, ut aſſereret, ſe nunquam domum illam, dum ipſe præeſſet, ingreſſurum, quinimmo verbis levibus & ſi dici liceat blaſphemis (quibus illud hominum genus habundantiùs intumeſcit) omnia eorum bona ſe velociùs demoliturum atrociter comminabatur. Quid quæſo conſilii supereſt Priori hujuſmodi anguſtiis inopinatè circumvento? videt hinc terribiles advocati comminationes, hinc cotidianas fratrum inportunitates. Quod potuit fecit, ceſſit, loco officio & beneficio, & reſiduum vitæ apud *Fremam* unius canonici contentus ſolacio ſub ſatis honeſtâ converſatione tranſegit.

Quo cedente, fratres unanimi aſſenſu virum clariſſimum nomine & re, *Clementem* ſupprioris tunc officio fungentem in ſortem Prioris elegerunt. Et quis ego ſum ut omnes hujus eximii viri virutes ſtilo tegere præſumam, ſed nunquid ſi omnia dignè explicare non ſufficio, ſaltem vel aliqua utcumque tangere recuſem? Abſit hoc à devotiſſimi filii congratulatoria ammiratione, ut immarceſſibilia tanti patris præconia ſilenti tranſcurſu cenſeā prætereunda. Floruit itaque permaximè in divinarum ſtudiis litterarum, in quibus quantum extiterit, in inveſtigando ſubtilis, in ſapiendo ſobrius, & in diſſerendo catholicus, inſignia ejus volumina ſano ſatis eloquio teſtantur. Præterea quantum fuerit in exhortando efficax, in prædicando alacer, & in cæteris ſpiritualis converſationis exerciciis (de quibus hîc per ſingula longum eſſet enumerando diſcurrere) aſſiduus & devotus viri probi, & ſeniores qui adhuc ſuperſunt indubitabili peribent teſtimonio.

Deinq; ea quæ in ordinis ſeu divini ſervicii conſuetudinibus ei minus decentia videbantur, virorum prudentium ſapienti uſus conſilio ita emendare & ordinare ſategit, ut Eccleſia *Lanthonienſis* nulli majorum cœnobiorum in hujuſmodi crederetur eſſe ſecunda, plura verò ut alia majori devotione & alacritate fierent, prudenter reſecavit; quædam autem ad majorem aliorum perfectionem diſcreto moderamine adjecit, nonnulla etiam ad majorem aliorum venuſtatem non animi levitate, ſed quadam decenti varietate mutavit. Deniq; matricem Eccleſiam ſuam majori quàm plures alii, qui ante vel poſt eum Prælati extiterunt, colebat obſequio, & venerabatur, ita ut per annum Conventum univerſum ſpontè vel invitè unà ſecum cogeret in ea reſidere, tredecim cum ſuo Rectore apud *Gloceſtriam* remanentibus; quod quia diutius propter nimiam quorundam inportunitatem hoc modo facere non prævaluit, magno animi torquebatur angore: Dicere enim ſæpius conſuevit, omnes propter *Sanctum Johannem* in infernum deſcendemus.

Plus tamen in hiis, quàm fecit, facere potuiſſet, ſi tantum illi ſerpentinæ prudentiæ quantum columbinæ ſimplicitatis ingenita ejus benignitas contuliſſit; verùm cum jam provectioris eſſet ætatis, propter multam parentum & cognatorum ſuorum turbam, nimiamq; eorum familiaritatem minus ſolito à fratribus moleſtè id ferentibus venerabatur: O quàm multorum famiam denigravit hujuſmodi inaccepta curioſitas! Contingere namque mirum in modum ſolet, ut cum aliquis Monaſterium petens, univerſa, quæ ſeculi ſunt, corde perfecto reliquiſſe videtur, paucis evolutis annis cum jam in ſancta religione multùm profeciſſe credi poſſet, quoſdam nepotes vel cognatos in tantum diligere, tanto mentis affectu circa eorum curam affici, tantaque ſolicitudine incipit agitari, ut non immerito omnibus fratribus ejus inquietudo gravis, ejuſq; curioſitas oneroſa habeatur. De hujus autē eximij viri opinatiſſima vitæ honeſtate breviter, quod de familiaribus ejus didici, dico, quia virgo ſenex obiit, deficienſq; ſenctute bonâ appoſitus eſt ad prædeceſſores ſuos Priores, ſepultuſq; eſt in Monaſterio ſuo apud *Gloceſtriam*.

Fundatorum Progenies.

MEmorandum, quod in tempore Regis *Henrici* filii *Willielmi* Conqueſtoris *Angliæ*, fuit quidam Conſtabularius nobilis, nomine *Walterus*; qui quidem *Walterus* habuit in ſua cuſtodia, Caſtella *Glouceſtriæ* & *Herefordiæ*: & dictus *Walterus* fieri fecit prædictum Caſtellum *Glouceſtriæ*, ſuper proprium ſolum ſuum, & poſtea moriebatur, & jacet humatus apud *Lanthoniam* in *Wallia*.

Ex Chronicis Abb. de **Lanthont**, juxta *Glouc.* per *Rob. Gloverum*, *Somerſet* Heraldum, quondam tranſcripta.

Walterus Conſtabularius prædictus, habuit unicum filium, nominé *Milonem* Conſtabularium; quem *Milonem* Rex *Henricus* prædictus fecit Comitem **Hereford**; & ultra hoc, in augmentatione ipſius Comitatus, dictus Rex *Henricus* dedit ſibi & hæredibus ſuis, totam Foreſtam de **Dene**. Qui quidem *Milo* deſponſavit *Sibillam*, hæredem de **Brekenok**, filiam domini *Bernardi* & *Agnetis* de *Nova-Marchia*. De quibus *Milone* & *Sibilla* procreati fuerunt quinq; filii & tres filiæ; viz. *Rogerus*, *Henricus*, *Walterus*, *Mathæus* & *Willielmus*; *Margeria*, *Berta*, & *Lucia*.

Et dictus Comes *Milo* fundavit Domum ſive Prioratum *Lanthoniæ*, juxta *Glouceſtriam*, 25. die *Maii* Anno Domini *MCXXXVI.* & regni regis *Stephani*, primo. Et poſtea idem Comes *Milo* moriebatur in vigilia *Natalis* domini, Anno Domini *MCXLIII.* & jacet in Capitulo dicti Prioratus *Lanthoniæ* juxta *Glouceſtriam*. Poſt cujus Comitis *Milonis* mortem, quilibet prædictorum quinq; filiorum ſuorum, poſt alium, fuit Comes *Herefordiæ*; ſed brevi temporis ſpacio migraverunt de hoc ſeculo ſine hæredibus de corporibus ſuis legitimè procreatis; per quod hæreditas dicti Comitis fuit partita inter tres filias prædictas.

Lucia prædicta, ſcil. tertia filia dicti Comitis *Milonis*, fuit deſponſata domino *Hereberto* filio *Hereberti*, cum foreſta de **Dene**, & aliis terris in *Anglia*. De quibus *Hereberto* & *Lucia* *Petrus* filius *Hereberti*. De *Petro* *Reginaldus* filius *Petri*. De *Reginaldo*, Dominus *Johannes* filius *Reginaldi*. De *Johanne*, *Herebertus* filius *Johannis*. De *Hereberto*, Dominus *Mathæus* filius *Hereberti*. Poſtea dicta *Lucia* moriebatur, & jacet in Capitulo prædicto.

Berta ſupradicta, dicti Comitis *Milonis* ſecunda filia, fuit deſponſata *Willielmo Brewes*, cum dominio de **Brekenoke**; de quibus procreati fuerunt tres filii, *viz.* *Willielmus*, *Egidius*, & *Reginaldus*. Qui quidem *Willielmus* ſenior filius & hæres, poſtea, tempore Regis *Johannis*, debellavit cum adverſario ſuo, nomine *Guenhunewyn*, & eum ſuperavit; nec non plus quam 3000 *Walenſes* uno Die in **Elvel** interfecit; *viz.* in craſtino *S. Laurentii* martyris, anno domini *MCXCVIII.* ob quam cauſam, Rex *Johannes* ſupradictus exhæredavit dictum *Willielmum*, ipſumq; exulari fecit extra regnum abſq; judicio; & ſic in utlagatione ſua moriebatur: Et *Mathildis* uxor ejus, & *Willielmus* filius eorum & hæres, per mandatum ipſius Regis *Johannis* impriſonabantur, & in priſona moriebantur.

Elvel in *Radnoria*.

Egidius de *Brews*, ſecundus filius ſupradictus, fuit Epiſcopus *Herefordiæ*; Et *Reginaldus* de *Brews* tertius filius prædictus, poſt mortem prædicti Regis *Johannis* & duorum fratrum ſuorum, *Willielmi* & *Egidii* ſupradictorum, intravit in omnia terras & tenementa, quæ fuerunt fratris ſui *Willielmi* ſupradicti, ut rectus ejus hæres, & ſtetit dominus *xiii.* annis. Qui *Reginaldus* deſponſavit . . . . . filiam domini *Willielmi* de *la Bruere*; de quibus *Willielmus* de *Brews* quartus, qui deſponſavit *Evam* filiam Domini *Willielmi Mareſchalli* ſæpedicti: De quibus quatuor filiæ, viz. *Iſabella*, *Matildis*, *Eva*, & *Alianora*. *Iſabella* fuit deſponſata *David* filio *Lewelini* Principis *Walliæ*: Qui quidem *Lewelinus*, in quodam magno convivio, per ipſum facto, cito poſt feſtum Paſchæ, anno ſc. Domini *MCCXXIX.* concipiens geloſitatem inter uxorem ſuam & dictum *Willielmum*, proditioſè ipſum *Willielmum* fecit ſuſpendi, per quod tota Marchia *Walliæ* fuit graviter turbata, Rege *Henrico* tertio adtunc in partibus *Franciæ*, cum magno exercitu, morante.

Matildis ſecunda filia ſupradicta, fuit deſponſata Domino *Rogero* de *Mortuomari*, Domino de *Wyggemore*, De quibus *Edmundus* de *Mortuomari*. De *Edmundo Rogerus* primus Comes *Marchiæ*. De quo *Rogero Edmundus*. Et de *Edmundo Rogerus*. De *Rogero Edmundus* Comes *Marchiæ* & *Ultoniæ*. De quo *Edmundo Rogerus* Comes *Marchiæ* & *Ultoniæ*, de quo *Rog. Edm.* Comes *Marchiæ*, & *Ultonie*, & *Rogerus* frater ejuſdem *Edmundi*. Et quia dicti *Edmundus* Comes & *Rogerus* frater ejus obierunt ſine hærede de ſe, tota eorum hæreditas deſcendebat duabus ſororibus ſuis; viz. *Anna* & *Alianora*. Et quia dicta *Alianora* defuncta eſt ſine hærede de ſe, tota dictorum Comitatuum hæreditas deſcendebat ſupradictæ *Annæ*, ut ſorori & unicæ hæredi ſupradicti *Edmundi* Comitis *Marchiæ* & *Ultoniæ*; & quæ quidem *Anna* deſponſata fuit Domino *Ricardo* Comiti *Cantabrigiæ*.

Eva tertia filia *Willielmi* de *Brewes* antedicti, deſponſata fuit *Willielmo* de *Cauntello*. *Elianora* quarta filia fuit deſponſata *Hunfredo* de *Bohun*, quinto, cum dominio de **Brekenok**; & per idem maritagium dominium de **Brekenok** aliquando deſcendebat Comitibus *Heref.*

Eo quod mentio facta eſt de duabus filiabus ſupradicti Comitis *Milonis*, ſc. *Berta* & *Lucia*; eſt memorandum, quod de illa nobili patrona *Lanthoniæ*, juxta *Glouceſtriam*, ſc. *Margeria* de *Bohun* antedicta, ſeniore filia Comitis *Milonis* prælibati & hæredibus ſuis.

Dominus *Hunfredus* de *Bohun*, cum barba; qui primò venit cum *Willielmo* Conqueſtore in *Angliam* de *Normannia*, cognatus dicti Conqueſtoris, genuit Dominum *Hunfredum* de *Bohun* ſecundum; qui fuit vocatus *Hunfredus* magnus, qui per voluntatem & præceptum Regis *Willielmi Rous*, filii dicti Conqueſtoris, deſponſavit *Matildem* filiam *Edwardi* de **Saleſbury**; cum qua *Matilda* pater ſuus donavit dicto *Hunfredo* in liberum maritagium, omnia terras & tenementa ſua quæ fuerunt ex perquiſitione dicti *Edwardi*; viz. **Weſton** juxta **Saleſbury**, & **Walton**, **Newenton**, **Pirpton**, **Stauntone**, **Trobrige**, & unum meſſuagium in **Saleſbury** juxta portam orientalem, & advocationem Eccleſiæ S. *Crucis*, quæ eſt fundata ſupra portam antedictam, unà cum uno prato extra **Saleſbury**. Et **Weſton** prædicta poſtea fuit data in eſcambium pro **Wynelesford** & **Panyngford**; & omnia alia terræ & tenementa, quæ fuerunt de hæreditate dicti *Edwardi*, remanebunt filio ſuo & hæredi, vocato *Waltero Salesbury*. De quibus *Humfredus* tertius de *Bohun*, & *Matildis*.

Iſte *Hunfredus* tertius, poſtea tempore Regis *Henrici* ſupradicti, fuit ſeneſcallus dicti Regis *Henrici*, & deſponſavit *Margeriam* de *Bohun*, nobilem patronam *Lanthoniæ* prædictæ, cum Comitatu **Hereford**, & aliis terris, ac Conſtabulario *Angliæ*. De quibus *Humfredo* & *Margeria*, procreatus fuit Dominus *Humfridus* quartus de *Bohun*, Comes *Herefordiæ* & Conſtabularius *Angliæ*. *Margeria* ſupradicta ſupervixit Dominum ſuum *Humfredum*, & poſtea moriebatur ſexto die *Aprilis*, anno Domini *M.CLxxxvii.* & jacet in Capitulo *Lanthoniæ*, juxta *Glouceſtriam*.

Humfredus quartus ſupradictus, deſponſavit *Margaretam* Comitiſſam *Britanniæ* de quibus Dominus *Henricus* de *Bohun* Comes **Hereford** & Conſtabularius *Angliæ*. *Humfredus* quartus poſtea moriebatur, & jacet in Capitulo *Lanthoniæ*, juxta *Glouceſtriam* prædict.

Henricus de *Bohun* antedictus, deſponſavit *Matildem* filiam & hæredem Domini *Galfridi* filii *Petri* Comitis *Eſſexiæ*; de quibus procreati fuerunt *Humfredus* quintus de *Bohun*, Comes **Hereford** & **Eſſex** & Conſtabularius *Angliæ* & Dominus *Henricus* de *Bohun*, qui moriebatur juveniis, & jacet in Capitulo *Lanthoniæ* prædictæ. *Henricus* Comes prædictus moriebatur primo die *Junii* anno Domini *MCCXX.* & jacet in Capitulo *Lanthoniæ*, juxta *Glouc:*

Henricus quintus prædictus, qui vocabatur tempore ſuo *Bonus Comes* **Hereford**, deſponſavit, primò *Matildem* filiam Comitis de *Ewe* in *Normannia*. De quibus procreati fuerunt dominus *Humfredus* ſextus de *Bohun*, dominus de **Brekenok**, & quatuor filiæ: De quibus filiabus ſenior quæ vocabatur *Matildis*, nupta fuit *Ancelmo* filio & hæredi *Willielmi* le *Mareſchall*. Alia, vocata *Alicia*, nupta fuit domino de *Thonye*, & quæ *Alicia* jacet in Capitulo prædicto. Tertia filia deſponſata fuit Domino de *Quincy*, & quarta incognitur cui donata fuit. Comitiſſa *Matildis* prædicta, filia Comitis de *Ewe*; moriebatur in vigilia *Aſſumptionis* beatæ *Mariæ*, & jacet in prædicto Capitulo *Lanthoniæ* juxta *Glouceſtriam*.

Humfredus ſextus ſupradictus, poſt mortem matris ſuæ, vivente adhuc patre ſuo, deſponſavit *Alianoram* de *Brewes*, hæredem de **Brekenoke**, prædicta: De quibus procreati fuerunt *Humfredus* ſeptimus de *Bohun*, Comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ*, Conſtabularius *Angliæ* & dominus *Breconiæ*.

Humfredus ſextus ſupradictus, avus domini *Oleveri* de *Bohun*, fuit captus in Bello de **Eve-**

Eveſham. quarto die *Aug.* anno Domini *MCCLXV.* & miſſus ad caſtellum de **Byſtone** juxta *Ceſtriam,* in quo Caſtello moriebatur in vigilia Sanctorum *Simonis* & *Judæ* proxima ſequente poſt dictum Bellum, in cuſtodia Regis, vivente patre ſuo, & jacet in Abbathia de **Cumbremere.** *Alianora* de *Brewes* ſupradicta, uxor ejus, poſtea moriebatur, & jacet in prædicto Capitulo *Lanthoniæ.*

Humfredus quintus ſupervixit filium ſuum *Humfredum* ſexdecem annis; & deſponſavit aliam mulierem, vocatam *Matildem* de *Avenebury*; de qua procreavit Dominum *Johannem* de *Bohun,* Dominum de **Haresfeld,** patrem Domini *Edmundi* de *Bohun,* & poſtea moriebatur *Humfredus* quintus, *xxiiii.* die *Septembris* anno Domini *MCCLxxv.* & corpus ſuum jacet apud **Lanthony** juxta *Glouceſtriam* coram ſummo Altari, & cor ejus apud **Workleye.**

Matildis de *Avenebury,* uxor ejus, Comitiſſa antedicta, defuncta eſt actavo die *Octobris,* in vigilia S. *Johannis,* apud **Sorgee** in *Gaſconia,* anno Domini *MCCLxxiii.* & in eadem villa fuit primò humata; & poſtea *xvii.* anno mortis ſuæ, filius ejus nomine *Johannes* de *Bohun* antedictus, miſit ad dictam villam de **Sorges,** pro oſſibus dictæ matris ſuæ, & ea reportari fecit in *Angliam,* & ſepeliri fecit cum magna ſolempnitate in Choro *Lanthoniæ* prædictæ, juxta *Humfredum* patrem ſuum, in feſto S. *Kyneburgæ* Virginis, anno Domini, *MCCXC.*

Humfredus ſeptimus de *Bohun* deſponſavit *Matildem* de *Fenes*: De quibus *Humfredus* octavus de *Bohun,* Comes *Herefordiæ,* & *Eſſex*; Conſtabularius *Angliæ* & Dominus *Breconiæ*: Et in feſto S. *Leonardi* moriebatur mater ejus *Matildis* Comitiſſa ſupradicta, & ſepelitur apud **Waldene.** *Humfredus* ſeptimus, per longum tempus ſupervixit prædictam uxorem ſuam, & ſepelitur etiam apud **Waldem,**

Humfredus octavus de *Bohun* deſponſavit *Elizabetham* filiam Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici* tertii; de quibus ſex filii & quatuor filiæ; viz. *Margereta* quæ juvenis obiit, *Humfredus* nonus, qui etiam juvenis obiit *x.* die *Septembris* anno Domini *MCCCiiii.* *Johannes* Comes **Hereford** & **Eſſex**; Conſtabularius *Angliæ* & dominus *Breconiæ.* *Humfredus* decimus, Comes **Hereford** & **Eſſex,** Conſtabularius *Angliæ* & dominus *Breconiæ.* *Edwardus* & *Willielmus* nati ad unum tempus; *Alianora,* *Margareta* ſecunda, *Eneas,* *Iſabella* quæ juvenis obiit. *Elizabetha* Comitiſſa ſupradicta, uxor prædicti *Humfridi* octavi, ſepelitur apud **Waldene.**

Humfredus octavus ſupradictus, moriebatur apud **Boroughbrigge** 16. Die *Martii* Anno Domini *MCCCXXI.* & ſepelitur apud *Ebor*: inter *fratres Prædicatores.*

Johannes de *Bohun,* Comes ſupradictus, poſt deceſſum patris ſui, primò deſponſavit *Aliciam* filiam Domini *Edmundi* Comitis *Arundeliæ,* quæ ſtatim moriebatur & jacet apud **Waldene,** Poſt mortem dictæ *Aliciæ,* dictus *Johannes* deſponſavit *Margaretam* filiam Domini *Radulphi Baſſet,* de quibus nullus exitus evenit.

Eneas ſupradictus, filius prædicti *Humfredi* octavi, poſt deceſſum ipſius patris ſui, moriebatur ſine hærede de ſe, & jacet apud **Waldene.** *Edwardus* prædictus moriebatur in *Scotia,* ſine hærede de ſe, & jacet apud **Waldene.**

Poſt prædictum *Edwardum,* Comes *Johannes* ſupradictus, moriebatur apud *Kirkeby Thore,* ſine hærede, in feſto Sanctorum *Fabiani* & *Sebaſtiani,* Anno Domini *MCCCXXXV.* & jacet in Abbatha de **Stratford,** juxta *London.* Poſt deceſſum cujus *Johannis,* tota hæreditas deſcendebat fratri ſuo *Humfredo* decimo, qui Humfredus nullam uxorem habuit.

Willielmus de *Bohun* ſupradictus, quem Rex *Edwardus* tertius, poſt mortem prædicti *Johannis fratris ſui,* fecit *Comitem Northamtoniæ,* deſponſavit *Elizabetham* filiam domini *Bartholomei* de *Badleſmere*; quæ fuit prius deſponſata domino *Edmundo* de *Mortuomari*; de quorum exitu poſtea, plenè declaratur: Tamen, de dictis *Willielmo* & *Elizabetha,* procreati fuerunt unus filius, nomine *Humfredus* undecimus, & una filia, nomine *Elizabetha.*

Elianora de *Bohun* ſupradicta, ſenior filii prædicti *Humfredi* octavi, poſt deceſſum patris ſui, fuit primo deſponſata domino J*acobo* le *Botyler Hyberniæ,* quem dominus Rex *Edwardus* tertius ſupradictus, poſtea fecit Comitem de *Urmond*: de quibus J*acobus* le *Botiler,* & alii filii & filiæ, qui moriebantur juvenes.

Margareta de *Bohun* ſupradicta, ſecunda filia prædicti *Humfredi* octavi, poſt deceſſum dicti patris ſui, deſponſata fuit domino *Hugoni* de *Cortney,* quem ſupradictus Rex *Edwardus* poſtea fecit Comitem de **Devonſchire.** De quibus *Hugo* & *Margareta* de *Courtney,* *Elizabeth,* *Thomas,* *Edwardus,* J*ohannes,* *Alianora,* *Caterina,* *Guenevera,* *Willielmus,* *Humfredus,* J*ohannes,* & Iſabella.

VVillielmus de *Bohun,* antedictus Comes *Northamtoniæ,* & Conſtabularius *Angliæ,* moriebatur *xvi.* die *Septembris,* Anno Domini *MCCCCL.* & ſepultus eſt apud **Waldene**: Poſt cujus mortem hæreditas Comitatus *Northamptoniæ,* deſcendebat *Humfredo* undecimo de *Bohun,* filio ſuo.

Humfredus, decimus de *Bohun,* Comes *Herefordiæ* & *Eſſexiæ,* ac dominus *Breconiæ,* frater dicti *Williemi,* ſupervixit dictum Comitem *Northamtoniæ,* fratrem ſuum, per unum annum, unum menſem & quinque dies; & moriebatur apud Pleyſis ſine hærede de ſe, anno Domini, *MCCCLXI.* & ſepultus eſt *Londini* apud *Fratres Auguſtinos,* coram ſummo Altari: Poſt cujus deceſſum Comitatus *Herefordiæ* & *Eſſexiæ,* cum Domino *Breconiæ,* deſcendebat *Humfrido undecimo,* filio dicti Comitis *Northamptoniæ,* & Conſtabularii *Angliæ,* Et ſic dictus *Humfridus* undecimus fuit Comes *Herefordiæ,* *Eſſexiæ* & *Northamtoniæ,* Conſtabularius *Angliæ,* & Dominus *Breconiæ.* Qui quidem *Humfredus* undecimus deſponſavit *Iohannam* filiam *Richardi* Comitis *Arundeliæ* & de *Surreia.* Et *Elizabetha* filia *VVillielmi* Comitis *Northamtoniæ,* deſponſata fuit

Richardo filio & hæredi ipſius Comitis *Arundeliæ*.

Ex Chronicis de **Lanthoni** in Wallia.

Anno Domini *MLXVI*. *Willielmus* dictus Baſtard, Dux *Normanniæ* venit in Angliam cum magno exercitu *Francorum* & *Normannorum*, & eam conquæſtus fuit; & coronatus fuit Rex *Angliæ* die *Lunæ* in feſto *Natalis* Domini. Cum quo *Willielmo*, venit quidam *Hugo* de *Lacy* primus fundator Prioratus *Lanthoniæ* in *VVallia*, qui obiit ſine hærede de ſe; unde hæreditas ipſius *Hugonis* deſcendebat duabus ſororibus ſuis, *viz*. *Ermelinæ*, quæ obiit ſine hærede de ſe, & *Emmæ* ſorori ſuæ, deſponſatæ . . . ., de qua proceſſit *Gilbertus* de *Lacy*. De quo, *Hugo*, qui obiit ſine hærede de ſe, & *VValterus* frater ejus, qui deſponſavit *Margeriam* filiam *Matildis* de *S. VValerico*, quondam uxoris *Willielmi* de *Brewes*. De quibus procreati fuerunt plures filii & filiæ, qui obierunt ſine hæredibus de ſe, excepto quodam *Gilberto* de *Lacy* qui fuit maritus *Iſabellæ Mareſchal*. De quibus *Margeria*, uxor *Johannis* de *Verdon*, & una hæredum dicti *Gilberti* de *Lacy* patris ſui; quia ipſe deceſſit ſine hærede maſculo. *Matildis* altera filia & hæres ipſius *Gilberti*, uxor *Galfridi* de *Genevile*.

De *Waltero* de *Lacy* deſcendit jus totius hæreditatis ſuæ, cuidam *Gilberto* de *Lacy*, ut filio ſuo & hæredi: Et de ipſo *Gilberto* deſcendit jus &c. quibuſdam *Margeriæ* & *Matildi*, ut filiabus & cohæredibus ipſius *Gilberti*, inter quas tota hæreditas ipſius *Gilberti*, patris eorum, partita fuit. Et dicta *Margeria* nupta fuit *Iohanni* de *Verdon*, unde tota propars hæreditatis ſuæ deſcendebat *Nicholao*, ut filio ſuo & hæredi. Et de ipſo *Nicholao*, quia obiit ſine hærede de ſe, deſendebat jus hæreditatis ſuæ, cuidam *Johanni* ut fratri ſuo & hæredi. Et de ipſo *Johanne*, quia obijt ſine hærede de ſe, deſcendebat jus hæreditatis ſuæ, cuidam *Theobaldo*, ut fratri ſuo & hæredi. Et de ipſo *Theobaldo*, deſcendit jus cuidam *Johanni* ut filio ſuo & hæredi. Et de ipſo *Johanne*, quia obiit ſine hærede de ſe, deſcendit jus cuidam *Theobaldo*, ut fratri ſuo & hæredi. Et de ipſo *Theobaldo* deſcendit jus cuidam *Johanni*, ut filio ſuo & hæredi. Et de ipſo *Johanne*, quia obiit ſine hærede de ſe, deſcendit jus cuidam *VVillielmo* ut fratri ſuo hæredi: Et de ipſo *VVillielmo*, quia obiit ſine hærede de ſe, deſcendit jus quibuſdam *Johannæ*, *Elizabethæ*, *Margeriæ*, *Iſabellæ*, & *Catherinæ*, ut filiabus *Theobaldi* de *Verdon* ſupradicti, ut filiabus & uni hæredi. Et de ipſa *Catherina*, quia obiit ſine hærede de ſe, deſcendit jus propartis ſuæ, prædictis *Johannæ*, *Elizabethæ*, *Margeriæ* & *Iſabellæ*, ut ſororibus & hæredibus: Et prædicta *Johanna* deſponſatur *Thomæ* de *Furnivall*; & predicta *Elizabetha* cuidam *Bartholomao* de *Burgherſta*; & prædicta *Margeria* cuidam *Willielmo Blaunt*: Et *Iſabella* ſupradicta deſponſatur cuidam *Henrico* de *Ferrariis*.

Propars illorum de Genyville.

DE *VValtero* de *Lacy* ſupradicto deſcendit jus hæreditatis ſuæ, &c. cuidam *Gilberto* de *Lacy*, ut filio ſuo & hæredi: Et de ipſo *Gilberto* deſcendit jus quibuſdam *Margeriæ* & *Matild*, ut filiabus & cohæredibus ipſius *Gilberti*, inter quas tota hæreditas ipſius *Gilberti* patris eorum partita fuit. Et dicta *Matildis* nupta fuit *Galfrido* de *Genevyle*: Et de ipſa *Matilde* deſcendit jus cuidam *Galfrido Genevyle*, ut filio ſuo & hæredi: Et de ipſo *Galfrido*, quia obiit ſine hærede de ſe, cuidam *Petro Genevyle* ut fratri & hæredi ſuo; & de ipſo *Petro*, quibuſdam *Johannæ*, *Matildi* & *Beatrici* ut filiabus ſuis & cohæredibus. Et de ipſa *Matilde*, quia dimiſit ſe in ordine monialium apud **Aconbury**, in quo ordine profeſſa eſt, per quam dimiſſionem, &c. deſcendit jus propartis ſuæ prædictis *Johannæ* & *Beatricæ* ut ſororibus & hæredibus: Et de ipſa *Beatrice*, quia ingreſſa eſt eundem ordinem, deſcendit jus propartis ſuæ, prædictæ *Johannæ*, ut ſorori & hæredi; quæ *Johanna* deſponſata eſt domino *Rogero* de *Mortuomari*, Comiti *Marchiæ*; de quibus *Edmundus* de *Mortuomari*, &c.

Rogerus de *Pedwardyn* habuit uxorem nomine *Royſe*; de quibus *Robertus*, & *Radulphus* de *Roberto*, *Adam* de *Pedwardyn*, & *Ricardus* frater ejuſdem *Adæ*. De *Adam* & *Matilde* uxore ſua, *VValterus* de *Pedwardyn* miles; de quo *Iohannes* de *Pedwardyn*; de quo *VValterus* de *Pedwardyn*, cujus uxor *Elizabetha*. Cui *VValtero* *VVillielmus* de *Hymes* dedit **Bertelithz**. De quibus *VValtero* & *Elizabetha* *Rogerus* de *Pedwardyn*; de quo *VVillielmus* de *Pedwardyn*; de quo *Rogerus* de *Pedwardyne*; de quo *VValterus*, qui deſponſavit *Matildem* filiam domini *Johannis Lyngayn*: Quâ defuncta deſponſavit *Thangharran* ſororem *Leotini* principis *VValliæ*.

De quibus quidem *VValtero* & . . . . uxore ſua, *Rogerus* de *Pedwardyn*, qui deſponſavit *Aliciam* filiam & hæredem *Henrici* de *Longocampo*, & *Petronillæ Croun* uxoris ſuæ, filiæ & hæredis *Guidonis Croun*, & *Claræ* uxoris ſuæ, filii & hæredis *Mauricii Croun*, filii & hæredis *Alani Croun*, Baronis & domini Baroniæ de *Croun*, & de **Burton** *Croun* in comitatu *Lincolniæ*, & de **South-warnborn** in in com: *Southamp*. Quod quidem **South-warnborn** eſt parcellum & membrum manerii de **Burton** Baroniæ de *Craun*, cum multis feodis militum eidem Baroniæ in com. *Linc.* & alibi incumbentium. Qui quidem *Alanus*, fuit tempore *Matildis* imperatricis, rectæ hæredis *Angliæ*, ac in tempore *Stephani* Regis Angliæ, quem ipſa *Matildis* devicit in bello, & ipſum habuit in priſona ſua.

Prioratus de **Freſton** fundatio.

Et poſt liberationem præfati *Stephani*, prædictus *Alanus* fundavit Prioratum S. *Jacobi* de **Freſton** in *Holandia*, Cellam S. *Guthlaci* de **Croiland**, præſente *Godefrido* Abbate de **Croiland**, qui fuit Germanus ipſius *Alani*: Et dedit eis omnes terras dominicales de **Freſtone** & ſeptem Eccleſias, & multa alia dominia.

Sed aſcendendo linealiter ab iſto *Alano* uſq; ad *Guidonem*, qui venit cum *Willielmo* Baſtardo, Conqueſtore Regni *Angliæ*, nemo ſcit graduatim & linealiter declarare: Sed declaratur plenariè, in quodam libro, tempore ipſius *Willielmi* Regis compoſito, qui **Domeſday** vocatur; quod ſupradictus *Guido* fuit Baro Baroniæ de *Croun* prædicta.

Memorandum, quod *Petronilla* ſupradicta. poſt deceſſum *Willielmi Longechampe* primi viri ſui, deſponſata fuit *Johanni* de *Vaux*; cui ipſa *Petronilla* dedit manerium de **Freſtone** in feodo talliato, eo quod *Willielmus* ſuus primus filius ſupradictus, fuit ejus hæres de tota hæreditate ſua. Et etiam memorandum, quod *Henricus Longechampe* ſupradictus, deſponſavit *Sibillam* filiam Domini *Thomæ Haringaude*, de quibus *Alicia* uxor *Rogeri Pedwardyn* ſupradicti.

De quibus *Rogerus* & *Alicia Longechampe* uxore ſua, alius *Rogerus* de *Pedwardyn* maritus *Agnetis*, filiæ Domini *Philippi Darcy*. Et quia *Normannus Darcy* frater dictæ *Agnetis* obiit ſine hærede de ſe, Baronia de **Pocton** partita fuit inter dictam *Agnetem* & *Julianam Lymbery*, ut ſorores & cohæredes dicti *Normanni*. Et de prædictis *Rogero* de *Pedwardyn* & *Agnete* uxore ſua, proceſſit *Walterus* de *Pedwardyn*, qui deſponſavit *Iſabellam* filiam Domini *Roberti Hilton* militis, ac conſanguineam & unam hæredum *Thomæ* de *Thwenge*, & de **Caſtel. Hilton** infra Com. *Ebor.* ac Domini parcellæ dominii & Baroniæ de *Bruys* de **Kirkeby** in **Kendale** in Comitatibus *Weſtmerlandiæ Ebor.* & *Lancaſtriæ*, De quibus *Waltero* & *Iſabella* uxore ſua, *Robertus* de *Pedwardyn*, qui deſponſavit *Elizabetham* filiam Domini *Roberti Purpoint*. De quibus *Walterus* de *Pedwardyn*, qui deſponſavit *Catherinam* filiam. . . . . De quibus *Rogerus* maritus *Beatricis* filiæ *Mathæi Leeke* de **Houlande**.

Carta Milonis *Conſtabularii* Glouceſtriæ.

Ex Collect. v. cl. *Henrici Spelmanni* Eq. aur.

MYlo Conſtabularius de *Glouceſtria*, *Symoni* Dei Gratia *Wigornienſi* Epiſcopo, & *Roberto* Epiſcopo *Herefordienſi*, & omnibus Baronibus de *Wireceſtreſyra*, & *Herefortſyra*, omnibuſq; fidelibus ſanctæ Eccleſiæ, ſalutem. Notum eſſe volumus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quod ego pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, per manum *Roberti Herefordenſis* Epiſcopi, dedi Deo & ſanctæ *Mariæ*, & Canonicis Eccleſiæ *Lanthonienſis*, in perpetuam elemoſinam, Eccleſiam de *Burchulla*, cum omnibus beneficiis, ad eam pertinentibus; hidam de *Gloeceſtria* liberam ab omni ſervicio, pratum quod dicitur **Caſtele-mede**; decimam feni de prato de **Pæſtenham**; decimam piſcium vivarii & molendini de **Quedeſſe**, & foſſati circa Caſtellum: Eccleſiam Sancti *Audoeni*, cum pertinentibus ad eam. Hæc autem ſunt pertinentia ipſius Eccleſiæ, quæ priùs dederunt anteceſſores mei, *Rogerus* de *Gloeceſtria* & *VValterus* Conſtabularius; Capella intra caſtellum, & terrula ſuper ripam *Sabrinæ*, ad luminare ipſius Capellæ. Tota oblatio cuſtodum turris & Caſtelli, & Baronum ibi commorantium. Medietas totius oblationis meæ, & familiæ meæ, contra Capellanum meum, ſi præſens ibi fuerit; tota autem ſi illa defuerit. Item Capella Sanctæ *Keneburge*, & tota parochia terra Conſtabularii, infra portam de *Sut*; & tota parochia, quæ eſt extra eandem portam; & tota terra quam *Rogerus* de *Tochehem*, & *Richardus* Capellanus tenent infra eandem portam, & extra.

De piſcaria juxta Caſtellum decima tota. Capella de *Heccamſtuda*, cum omnibus decimis villanorum in omnibus. Capella de **Quedeſſe**, cum decima tota dominii in omnibus; & omnibus decimis villanorum in omnibus; & terrula quadam ad colligendam Decimam. De *Caldecota* duæ partes decimæ in omnibus. De *VVadona* tota. De Curia de **Broctorp** tota in omnibus; & omnium villanorum, cum terrula quadam ad colligendum Decimam, De curia **Longford** tota; & Decima vineti *Coveſt*. De Curia *Suthan*, tota in omnibus, cum terrula ad colligendum Decimam. De Hida *Gloeceſtriæ* tota in omnibus. De *Bernintona* duæ partes de Curia in omnibus. De *Colesburna Samſonis* duæ partes: Duæ partes Decimæ *Heliæ Loholt* de *Colesburna*. Capella de *Elmoura*, cum tota Decima dominii in omnibus; & omnibus Decimis villanorum, cum terrula quadam ad colligendam Decimam. De Curia *Cerneia* duæ partes. De *Culchertona* tota. Eccleſia de **Tocheham**, cum pertinentibus. De Curia *Lotherig* tota. De Curia *Ciretone*. Medietas totius decimæ. De *Sugrava* **Reſtald** tota decima: Et hanc donationem de prædictis Decimis, feci Canonicis *Lanthoniæ* in Eccleſia *Mariæ* apud *Gloeceſtriam*, Die & hora qua ipſa Eccleſia dedicabatur, Anno ab Incarnatione Domini *Milleſſimo Centeſimo trigeſimo ſeptimo*. Teſtibus 1137. Epiſcopis *Simone Wigornienſi*, & *Roberto Herefordi*, *Roberto* Abbate *Teocheſburiæ*, *Serlone* Abbate *Cireceſtriæ*, *VVillelmo* de *Mara*, *VVillielmo* de *Bercale*, *Alano* filio . . . *Rogero filio Ricardi*, *Richardo VVicet*, *Rogero Wicet*, *Rogero* de *Tocheham*.

Poſtea dedi eis Eccleſiam, de *Bertona*, juxta *Wintoniam*, cum dimidia hida terræ ad eam pertinente, quæ utraq; pertinet ad feodum meum, antiquo jure anteceſſorum meorum, & mea tenura eatenus: Item Anno ab incarnatione domini *Milleſſimo Centeſimo quadrageſimo primo*, 1141. apud *Briſtodium* poſitus, jamq; Conſulatus honorem adeptus, dedi eis manerium de *Hechamſteda*, cum pratis, & omnibus ejus, tam in aqua, quàm in terra, liberum & quietum ab omni ſervitio & conſuetudine, ſicut pater meus, & ego ipſe, unquam meliùs, & liberius tenuimus. Hanc donationem uxor mea *Sibilla*, & filii mei *Rogerus*, & *Walterus*, atque *Henricus*, in Eccleſia Canonicorum apud *Gloceſtriam*, fecimus; ita quod *Rogerus*, jam miles, & uxoratus, juravit ſuper Altare *Mariæ*, & quatuor Evangelia, quod de illo Manerio nunquam, deinceps faceret eis injuriam, vel perquireret damnum, ſivè dimunitionem in aliquo neq; per ſe, neque per alium: idem juravit & *VValterus* filius meus.

Ego verò poſt paucos dies, de *Briſtodio* regreſſus, æſtantibus & conteſtantibus, præfatis filiis meis,& *Drogone* Dapifero. *Roberto Corbet*, *VVillielmo* de *Bercale*, *Alano* filio *Main*, *Hugone* de *Heſela*, *Turſtino* filio *Symonis*, *Wilielmo Briton*, *Rogero Parvo*, *Radulfo Avenel*, *Waltero* de *Broſela*, *Roberto* filio *Hugonis*. Primæ donationis apud *Briſtodium* teſtes fuerunt Imperatrix, *Robertus* Comes *Glouceſtr*. *Brienus filius Comitis*, *Robertus filius Martini*. Similiter dedi eis piſcariæ de **Haſepole** medietatem, quæ ad Manerium ipſum pertinet, cum locis piſcalibus, hinc & inde pertinentibus: Reliquam verò medietatem dedi eis poſt paucos inde dies, in eadem Eccleſia per annulum aureum ſuper Altare pro ſoſpitate *Rogeri* filii mei recuperata. Secundò poſt hæc Anno, cum *Walterus* filius meus ægrotaret apud eos, dedi eis pratum apud *Elmouram*, quod *Rogerus* de *Tochebam*, de grava quadam extocaverat, & in hoc dono ſtatui redditum ad luminare ante Corpus Domini, quod eis promiſeram, & Deo voveram.

Carta Regis Johannis, *Donatorum conceſſiones recitans & Confirmans.*

Cart.14. E.3.n.26. per Inſpex. Vide etiam Cart.8. E.3. n.1. Et pat.1. H.4. p.7. m.2. & m.30.

JOhannes Dei Gratia Rex *Angliæ*, (&c) Noverit univerſitas veſtra, nos pro Dei amore, (&c.) confirmâſſe in perpetuam elemoſinam Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & S. *Joh. Bapt.* & Canonicis regularibus de **Lantonay**, ſubſcriptas donationes, quæ illis rationabiliter factæ ſunt. Ex dono *H.* Regis Patris noſtri Capellam iuxta caſtellum *Glouceſtriæ*, & ſcolam unam in eadem villa, & medietatem piſcariæ de **Perſepol**, quæ eſt de dominico noſtro, & *iiii. lib.* terræ in manerio de **Berningtone** in perpetuam elemoſinam; & alias quatuor libratas terræ in eodem manerio in feodi firmam, pro quatuor libratis inde ſingulis annis reddendis. Ex dono *Hugonis* de *Laceio*, & *Pagani* filii *Johannis Ominour* **Bethreſhant**, *Redwerennam*, & veterem villam; & *Fromam* minorem, & dimidiam hidam apud *Aclam*; Et in **Herchenefeld** quaſdam terras; & in *Hamma* unam piſcariam cum quatuor acris terræ; & tenementum quod *Ord*: & anteceſſores ejuſdem tenuerunt cum piſcariis de **Tudenham**, & *Gordiis* de **Hodenac**, & totam piſcationem pertinentem ad illud, ſicut *Paganus* unquam melius & honorificentiùs tenuit. Ex dono *Walteri* de Laſceio totam terram, quæ eſt inter montes ab **Iriſebroke** uſq; in **Anſmere**; Et terram quam *Richardus Poncii* dedit eis in **Turchedene**. Ex dono *Brientii* filii Comitis duas carucatas terræ in villa S. *Michaelis*.

Ex dono *Nigelli* filii *Hordfaſt*, & conceſſione *Henrici* de *Albeny*, & *Roberti* filii ejus, quicquid prædictus *Nigellus* tenuit in ſoka de **Hanelowe** in *Aylricheſeya*, cum Eccleſia de **Hanelanne**. Ex dono *Rogeri* de *Candos*, & *Roberti* filii ejus, **Boneſhul**, *Chenereceſtriam*, & *Felileiam*, quicquid *Aldredus* tenebat, cum una virgata terræ in *Hopa*. Ex dono *Roberti* de *Candos*, Eccleſiam de **Brokwordyn**, cum dimidia hida terræ & manſione una, juxta cimiterium ex parte occidentali; Et terram quæ dicitur **Morbroc**, in **Brocwordyn** uſq; ad veterem viam juxta parcum Comitis, & duo exſarta, quæ *Ricardus* de **Brocwordyn** dedit eis. Et dimidiam virgatam terræ quæ fuit *Alredi*; & in *Felleia* terram quæ fuit *Hugon.* de *Dunnoc*, cum ſervicio ejus, cum communi paſtura animalibus ſuis cum animalibus Domini; & duo molendina de **Mardeford**; cum triginta acris terræ, & de nemore quantum ſufficit ad molendina reparanda, & iterum *xxiiii*. acras terræ, quas ſupradictis addidit, & iterum *xxx*. acras terræ, & unam acram prati & Eccleſiam de **Begendone**, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Rogeri* de *Candos* junioris in **Brocwordyn** unam virgatam terræ *xlii*. acrarum, & exſartum totum quod fuit *Garemondi*, & *x*. acras juxta idem exſartum, & quinq; quas tenuit *Johannes* Presbiter, & unam virgatam terræ quæ fuit *Ricardi*, & totum algardum, ex parte orientali, juxta Monaſterium, & terram quæ dicitur **Litteleſhull** & *Heglane* **Frudyng**, & **Pilemede**; & unam virgatam terræ quæ fuit *Lonewici* de *Strete*, & communem paſturam animalibus Canonicorum cum animalibus Domini; Et excambium quod habent Canonici in **Brocwordyn** pro *Keneceſtria*.

Ex dono *Radulfi* de *Baskervill* omnes decimas ad ejus jus & poteſtatem pertinentes, & Eccleſiam de *Herdeſleja* cum *xii*. acris terræ, & ortum cum parte muretti ſub cimiterio, & Eccleſiam de **Janeſore** & Capellam de **Strettone**; & Eccleſiam de **Chiweſhope**, Capellam de **Pulule**, Eccleſiam de **Portope**, exſartum de *Herdeſleya* cum parte nemoris ſicut diviſæ monſtrant, **Hardeſhope** totum cum **Brechull** & *Foxleia*, cum pertinentiis eorum, & terram quæ dicitur **Canendinan**. Ex dono *Milonis* Comitis Eccleſiam de **Burchull**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Bertone** cum dimidia hida terræ, & unam hidam terræ ſub caſtello de *Gloeceſtria*, & pratum quod dicitur **Caſtelmede**, & decimam feni de prato de **Preſtenham**, & manerium de **Hechampſted**, cum pertinentiis ſuis, cum medietate piſcariæ de **Perſepole**, & pratum de **Elmore**, quod *Rogerus* de *Cokeham* excociavit. Eccleſiam S. *Audoeni*, cum duabus præbendis, & omnibus ad eaſdem pertinentibus, & quatuor acras in prato militum, & duas acras prati *Willielmi* de *Mara*; & duas acras prati *Roberti* filii *Iordani* eorum conſenſu, & terram quæ fuit *Guncelini*, & terram quæ fuit *Redmeri Braciatoris*, & decimam vini de **Brocwerne**.

Et dono *Walt.* *Conſtabularii*, & confirmatione *Milonis* Comitis, dimidietatem de **Bernyngtone**, cum Eccleſia & omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Rogeri* Comitis, aliam dimidietatem **Bernyntone** ad procurationem *xiii* leproſorum. Ex dono *Hugonis* de *Laſey*, & confirmatione *Rogeri* Comitis, Eccleſiam de **Wyke**, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Walteri* de *Hereforde* villam quæ dicitur **Alvyntone**, cum pertinentiis. Ex dono *Gerardi* de *Lymeſy* terram quæ fuit *Rogeri Silvani* in **Ramurthwyke**. Ex dono *Roberti Exon*: epiſcopi Eccleſiam S. *Mariæ* in *Glocceſtria* cum Capella *omnium Sanctorum*. Ex dono *Rodlandi Malherbe* quatuor acras in **Hanelane**. Ex dono *Henrici* de *Hereford* Eccleſiam de **Herſefeld**, & Eccleſiam de **Caldicote**, & **Cortune** ſub caſtello *Glocceſtriæ*; & medietatem prati quod dicitur Preſtetiam. Ex dono *Mabel* de *Hereford* alteram medietatem prati & pomerium ſub caſtello *Glocceſtriæ*. Ex dono *Margar*: de *Bohun* duas partes de **Onedeſleye**, quæ illæ remanſerunt poſt diviſionem factam inter ipſam & *Luciam* ſororem ſuam. Item ex dono ejuſdem, & confirmatione *H.* de *Bohun* filii ſui, Eccleſiam de **Chiritone**, cum una hida terræ. Item terram quandam in **Cerney** in recompenſatione *xvl.* terræ, quas fratres ejuſdem *Margareta* eiſdem Canonicis dederunt & confirmaverunt.

Item ex dono *Margarete* de *Bohun xx Sol.* terræ in *Cudeſleya* in perpetuam elemoſinam, ut inde conſtituantur & amminiſtrentur duo cerei, qui ardeant ad maiorem Miſſam. Ex dono *Walteri* de *Hereford* quædam exſarta in **Chitteham**. Item ex dono *Radulfi Picardi* totam terram quam habuit in *Gloec*: Ex dono *Ricard. Murdac* unam hidam terræ in **Dunteſburne**, Item quandam terram in **Sutham**, quam *Margareta* de *Bohun* dedit Canonicis in excambium terræ de **Blakemere**, quam *Rogerus* de *Harſforth* dedit eis. Item omnes elemoſinas quas liberi homines præfatæ *Margaretæ*, cum conſenſu & confirmatione ipſius, præfatis canonicis dederunt. Item ex dono *Walteri* de *Lacy* Eccleſiam beatæ *Mariæ* de *Droghda* in *Hibernia*. Hæc omnia prædicta & alia quæcunq; eiſdem Canonicis data ſunt rationabiliter, vel in futurum dabuntur, tam in *Anglia* quam in *Hibernia*, illis concedimus. Quare volumus (*&c.*) Dat: per manum *H. Cantuar*: archiepiſc: cancellarii noſtri apud *Rupem-Aurivall. XXX*. Die *Julii*, Anno regni noſtri primo.

Carta Walteri *de* Lacy, *donationem* Hugonis *patris ſui, de diverſis Eccleſiis & terris, in* Hibernia, *recitans & confirmans.*

Pat. 17 E. 2. p. 2. M. 13. per Inſpex:

Univerſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Walterus* de *Lacy* filius *Hugonis* de *Lacy*, dominus *Midiæ*, eternam in domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod cum operationis ſanctæ propoſitum nulla humanæ temeritatis occaſio de jure debeat præpedire, aut infirmare; immo potius omnes teneamur pro viribus nobis à Deo collatis, ad manutenendum & protegendum viros religioſos, & eorum bona ab anteceſſoribus noſtris pro animabus ſuis & noſtris, intuitu pietatis, & ex propoſito ſancto eiſdem religioſis collata, ad imitationem pii propoſiti domini *Hugonis* de *Lacy* patris mei; pro ſalute animæ meæ, matris meæ & uxoris meæ; & pro animabus anteceſſorum meorum & ſucceſſorum, dedi & præſenti ſcripto confirmavi Deo & *Eccleſiæ* S. *Johannes Baptiſtæ Lantoniæ* primæ, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes Decimas & proventus & bona, quæ bonæ memoriæ predictus *H. de Lacy* pater meus quibuſdam Archiepiſcopis & Epiſcopis Hiberniæ aſſenſum, cum ſuis Capitulis, & conſenſum præventibus, priuſquam liberos homines ſuos in *Hibernia* infeodaſſet, pro anima ſua eiſdem Canonicis aſſignaverat, de terra ſua quam conquiſivit in *Hibernia*; ſcilicet Eccleſiam de **Calp**, cum decimis **Commgerie**, & de **Dubenacharby**, Eccleſiam de villa *Marmeri*, cum decimis piſcariæ; Eccleſiam de **Anye**: Eccleſiam de *Valle* **Clonalewy**, Eccleſiam de villa *Oggary* in *Midia*; Eccleſiam de **Stathmolin** & advocationem vicariæ de **Lillen**, Eccleſiam de **Killmeſsan**; Eccleſiam de **Kilculy**; Eccleſiam de **Delvine**; Eccleſiam de **Killimethe**; Eccleſiam villæ quæ fuit *Reginaldi* de *Turbervill*; Eccleſiam de **Kilkarvam**; Eccleſiam de **Dunboin**; Eccleſiam de **Rathbegan**; Eccleſiam de **Kilbruy**; & Eccleſiam de **Drumrath**; & terram de *Balibin*, & terram quam **Gillebertus** *Cornubienſis* tenuit in honore de **Rashouthe**, quas eis perpetuo poſſidendas confirmavi, cum omnibus earundem Eccleſiarum Capellis, & pertinentiis, & cum omnibus etiam terris & beneficiis Eccleſiaſticis eis in terra mea *Midiæ* collatis, prius, aut de cætero conferendis. Et ego & hæredes mei jura patronatuum earundem Eccleſiarum cum Capellis & pertinentiis ſuis dictis Priori & Canonicis, contra omnes homines & feminas warantizabimus, (&c.) Hiis teſtibus *Roberto* de *Turberville*, *Waltero* filio *Alured*, *Philippo* de *Colevillem*, *Simone* de *Tyleſhope*, (&c.) & multis aliis.

Carta Regis Edwardi *ſecundi, donationes & conceſſiones Walteri de* Lacy *& aliorum, recitans & confirmans.*

Cart. 28. E. 3 n. 1. vide etiam Cart. 28. E. 3. n. 2 Et cart. 1 Joh. p. 1 169. Et Cart. 17 H. 3. m. 1

Edwardus Dei Gratia Rex *Angliæ* Dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquit*. Archiepiſcopis, (&c,) Inſpeximus Scriptum quod *Walterus* de *Lacy* nuper Dominus *Midiæ* fecit Canonicis, *Lanthoniæ* primæ in hæc verba; Univerſis fidelibus, præſens ſcriptum inſpecturis vel audituris, *VValterus* de *Lacy* Domiuus *Midiæ* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me Divinæ pietatis intuitu conceſſiſſe Canonicis *Lanthoniæ* primæ, ut ſecundum præteriti temporis morem, non requiſito conſenſu meo vel hæredum vel ſucceſſorum meorum, licitum ſit eiſdem Canonicis, cum Eccleſiam ſuam Priore vacare contigerit, perſonam idoneam de gremio ejuſdem Ecccleſiæ, vel aliunde per regularem electionem ſibi præficere in paſtorem, Epiſcopo Dioceſano præſentandam, ut ab ipſo confirmationem accipiat. Ego quidem illo tempore medio quo Eccleſia ſua paſtore vacaverit, in rebus terris aut poſſeſſionibus ſuis moleſtiam aut gravamen aliquod eiſdem inferre nullatenus attemptabo, nec eciam aliquis ſucceſſorum meorum. Et ut hæc libertas eligendi eis imperpetuum perſeveret illibata, huic ſcripto ſigllum meum eſt appoſitum.

Inſpeximus eciam ſcriptum, quod *VValterus* de *Lacy*, filius *Hugonis* de *Lacy* fecit eiſdem Canonicis in hæc verba. Sciant præſentes

tes & futuri, quod ego *VValterus* de *Lacy*, filius *Hugonis* de *Lacy*, dedi & conceſſi & præſenti Cartâ meâ confirmavi, in puram & perpetuam elemoſinam, Deo & beatæ *Mariæ* & Eccleſiæ ſancti *J*ohannis Bapt. *Lanthoniæ* primæ, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & animæ Dominæ *Margeriæ* uxoris meæ, & animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, totam vallem cum omnibus pertinentiis ſuis, in qua dicta Eccleſia ſita eſt; ſcilicet ex parte de **Benentaſset**, & **Aſkareſwey**; & per la **Ruggeweye** uſque ad **Anteſin**; & ex parte **Haterel** à terra *Seiſel* filii *Gilberti*, par le **Ruggeweye**; uſque ad diviſas de **Talgargh**, liberam & quietam ab omni ſervicio, conſuetudine, & demanda.

Et concedo, quod habeant omnimodam venationem & dominationem infra metas terræ ſuæ. Nolo eciam quod aliqui ad venandum, vel paſturandum, vel boſcum ſcindendum, vel ad aliquid aliud faciendum infra metas ſuas prædictas, ſine aſſenſu & conſenſu ipſorum Canonicorum habeant introitum: Et ſi fortè aliquem vel aliquos infra metas ſuas prædictas, venando vel paſturando, vel boſcum ſcindendo, ſine ipſorum conſenſu intervenerint, liceat ipſis Canonicis & hominibus ſuis, in ipſos manus apponere, & emendationem per judicium Curiæ ſuæ propriæ ab eiſdem accipere. Nolo eciam, quod aliquis Seneſcallus, Conſtabularius, Ballivus, Keys, ſive foreſtarius, Serviens, vel venator, vel aliquis Ballivus alius per terram eorum venientes, ab ipſis nec ab hominibus ſuis paſcantur, nec aliquid cibi vel potus vel alterius rei, ab eiſdem Canonicis vel hominibus ſuis accipiant, niſi gratis dederint.

Conceſſi eiſdem Canonicis & hominibus eorum, quod habeant plenè communem paſturam in **Wrynen** & **Heybot** & **Huſbot**, & omnia aiſiamenta, quæ ipſi & ſui habere poterunt ibidem, ſine contradictione, demanda, & vexatione. Nolo eciam, quod aliquis Ballivus meus vel hæredum meorum, pro aliquo foriſfacto, infra terras eorum manus apponat. Volo eciam, quod dicti Canonici & manupaſti ſui, ad porcos ſuos habeant peſſonem in boſco meo de **Paſcoit** liberè & quietè ſine paunagio & telonio. Et volo quod dicti Canonici & homines ſui quieti ſint a telonio & demanda per totam terram meam. Volo eciam quod homines ipſorum Canonicorum quieti ſint de aratura, falcatura, meſſura, & ab omnibus conſuetudinibus & exactionibus, in omnibus locis & rebus. Concedo eiſdem Canonicis, quod habeant omnem immunitatem, poteſtatem, quietanciam, & libertatem omnem, quam habeo vel habui, vel hæredes mei habere poterant in terra de **Ewias**.

Volo & firmiter præcipio, quod Canonici *Lanthoniæ* primæ, omnia tenementa ſua in terra de **Ewias**, tam laica quàm Eccleſiaſtica quæcumq; in præſenti habent vel imposterum, emptione, donatione vel quocumq; alio titulo habituri ſunt, benè & in pace, liberè & quietè teneant in omnibus locis & rebus ubicunque fuerint in terra de **Ewias**, quieta de omnibus placitis & querelis & auxiliis & ſumagiis & cariagiis & clauſturis; & de pontium & Caſtrorum ædificatione; & de conductu theſauri; & de omni operatione & leſtagio & ſtallagio & de ſummonitionibus, & de aſſiſis & ſuperaſſiſis, & de omnibus foriſfactis quacumq; occaſione emerſerint; & de aſſartis. Nullus verò de Foreſtariis noſtris quicquam ſe intromittat de boſcis Prioris & Canonicorum *Lanthoniæ* primæ; ſet omnem poteſtatem & libertatem, quam ego & hæredes mei in boſcis noſtris habemus, vel habere poterimus, habeant prædicti Prior & Canonici in boſcis ſuis, ſint verò prædicti Canonici & homines & res ipſorum quieta de Telonio, & ex omnibus exactionibus & conſuetudinibus, in Nundinis, foris, & mercatis; & in omnibus locis & rebus per totam terram de **Ewias**.

Habeant prædicti Prior & Canonici omnem juſtitiam de aſſaultu & murdro, & ſanguinis effuſione, & pacis infractione, & theſauri inventione, & quicquid ad noſtram pertinet poteſtatem. Merciæ nullæ, quacumque occaſione evenerint, de ipſis Canonicis, vel de tenementis vel hominibus eorum exigantur; nec exacte ſolvantur; ſet omnia quæ eorum ſunt quieta ſint & libera, & ſolummodo Canonicis reſpondentia de omnibus. Concedo quod ipſi Prior & Canonici habeant de hominibus ſuis & de tota poſſeſſione ſua, quam habent vel habituri ſunt in terra de **Ewias** & de alienis in eadem foris facientibus, vel ibi cum foriſfacto, interceptis, omnia placita de furto, homicidio, raptu, & incendio; & omnia alia placita quæ placitari poſſunt in Curia de **Ewias**, cum *Tnſongenetef* & *Vtſongenetef*; & amerciamenta emergentia de placitis, quæ coram eiſdem Canonicis vel ballivis eorum deducuntur, eiſdem Canonicis remaneant. Concedo eciam, quod habeant furches ad prædictam juſtitiam tenendam & faciendam in terra ſua ubi maluerint.

Concedo quod prædicti Prior & Canonici omnes libertates prædictas & liberas conſuetudines habeant adeo liberè & quietè, pacificè & integrè, ſicut ego aut anteceſſores mei ipſas libertates unquam meliùs, pleniùs, & liberiùs habuimus. Concedo eciam, quod habeant omnes libertates, quas ego & ſucceſſores mei per Regem *Angliæ* vel alium habere poterimus, in terra de **Ewias**. Et ego & hæredes mei prædictam donationem & conceſſionem prædictis Canonicis contra omnes homines & feminas imperpetuum warrantizabimus. Et ut hæc mea donatio & conceſſio firma ſit imperpetuum & inconvulſa, eam præſenti Scripto, & ſigilli mei impreſſione corroboravi. Hiis teſtibus Domino *Simone* de *Clifford*, Domino *VValtero* de *Baſkervill*, Domino *Ricardo* de *Hampton*, Domino *VValtero Parvo*, *VValtero Condecot*.

Nos autem donationes, conceſſiones, & confirmationes prædictas; necnon donationem, (&c.) quas *Johannes* filius *Reginaldi* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem Canonicis, de pacifica paſtura per totam terram ejuſdem *Johannis* in *VVallia*, tam in foreſtis & liberis chaceis, quàm aliis locis, excepto parco ſuo tunc incluſo, ad equicium eorundem Canonicorum, ſine ullo impedimento habenda, & de libera ambulatione habenda ad dictum equicium proſequendum & reducendum pro voluntate ſua; necnon piſces de mara querendas, ac alia negotia ſua expedienda, quociens ſibi et quando viderint oportunum; ac remiſſionem & quietam clamationem, quas prædictus *Johannes* per idem Scriptum ſuum fecit eiſdem Canonicis de tributo pecuniæ numeratæ, vel pullanorum, vel alterius cujuſcumq; rei, ſi quod prædicto *Johanni* vel prædeceſſoribus ſuis per præfatos Canonicos reddi conſuevit, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Priori & Canonicis loci prædicti & ſucceſſoribus ſuis concedimus & confirmamus, ſicut ſcripta prædicta rationabliter teſtantur.

Et præterea, licet per Inquiſitionem per dilectos & fideles noſtros *Johannem* de *Beek* & *Johannem le Botiller* de **Lanlutwyt**, de mandato noſtro factam, & in Cancellaria noſtra retornatam compertum ſit, quod prædicti Prior & Canonici & eorum prædeceſſores aliquibus libertatum & quietantiarum prædictarum per aliquod tempus præteritum uſi non ſint; volentes tamen per finem quem dictus Prior fecit nobiſcum, ſibi & Canonicis prædictis gratiam in hac parte facere ſpecialem; concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eiſdem Priori & Canonicis, quod ipſi & ſucceſſores ſui, omnibus & ſingulis libertatibus & quietanciis in dictis Scriptis contentis, futuris temporibus, quocienſcumque & quandocumque ſibi expediens fuerit, plenè gaudeant & utantur, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, (&c.) Dat. per manum noſtram apud **Langeleye** viceſimo ſexto Die *Januarii*, Anno ragni noſtri, decimo octavo.

Licentia per Regem Edwardum *quartum, pro unione Prioratus de* **Lanthony** *primâ, in* Wallia, *Prioratui de* **Lanthony** *juxta Glouceſtriam.*

Pat. 21. E. 4. p. 2. m. 4.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod cum nos conſiderantes, qualiter nonnulla Prioratus, domus, ac loca religioſa infra regnum noſtrum *Angliæ* & *Walliæ* exiſtentes, per nobiles progenitores noſtros & alios regni noſtri proceres & magnates ad divina officia, ac hoſpitalitatis & elemoſinarum, aliaque pietatis & devotionis onera facienda & ſupportanda, laudabiliter fundatæ & conſtructæ exſtiterint; & præſertim Prioratus *Sancti Johannis Bapt.* de **Lanthony** *prima*, in *Wallia*, *Menevenſis* Dioc. ordinis S. *Auguſtini*; noſtræque fundationis, & patronatus ratione comitatus noſtræ *Marchiæ*. Quodq; eadem Prioratus Domus & loca religioſa; & præſertim antedictus Prioratus S. *Joh. Bapt.* de **Lanthony** *prima*, in *Wallia*; tam per ſubitas & frequentes amotiones & expulſiones Priorum & occupatorum locorum prædictorum, quàm per diverſas perſonas ſeculares & alios firmarios poſſeſſionum eorundem, ita enormiter, tam in domibus quàm in rebus & aliis poſſeſſionibus devaſtabantur, dilapidabantur, & deſtruebantur, quod divini cultus, reguláriſque obſervanciæ inibi, plus ſolito, ceſſabant; ac hoſpitalitates & elemoſinæ, ac alia inſuper caritatis & pietatis opera, ibidem ab olim ſtabilita, & fieri conſueta, ſubtrahebantur.

Ac cum *Johannes Adams*, Prior de **Lanthony** prædicta, ut plenè intelleximus, fructus, reventiones, proventus, & emolumenta ejuſdem Prioratus devaſtavit, & deſtruxit, & indies devaſtat & deſtruit; ac nullos Canonicos, præter ſeipſum & quatuor alios minùs religoſè viventes, in dicto Prioratu invenerit aut ſuſtentaverit; immo divinum cultum, hoſpitalitatis & alia pietatis & caritatis opera, quæ ibidem fieri & ſuſtentari conſueverunt, juxta primariam fundationem ejuſdem, ſubtraxit, & adhuc ſubtrahit; per quod fundatorum vota ſic multipliciter defraudebantur, ac in præſenti defraudantur, ad Dei omnipotentis offenſam & diſplicentiam non modicam; ac contra formam Fundationis prædictæ. Et quia pia fundatorum vota Prioratus prædicti, ſic fruſtrari nolumus; ſet recolentes ſanum regimen religoſorum virorum Canonicorum regularium Prioris & Conventus Prioratus ſive Monaſterii beatæ *Mariæ* de **Lanthony**, juxta *Glouceſtriam*, ordinis S. *Auguſtini*, *Wigorn:* Dioc: qualiter divinus cultus, regulares obſervantiæ, (&c.) in Prioratu ſive Monaſterio illo indies honorificè & obſequioſè conſervantur & fiunt, juxta tamen facultates poſſeſſionum Prioratus ejuſdem; Ac volentes ad honorem Dei & Sanctæ Eccleſiæ, pro divini cultus augmentatione, (&c.) ac dictorum Fundatorum pia intentione, circa præmiſſa conſervanda dicto Prioratui commodè providere.

De gratia noſtra ſpeciali, (&c) dedimus & conceſſimus, (&c.) dilectis, nobis in Chriſto *Henrico Deeno* Priori Prioratus ſive Monaſterii beatæ *Mariæ* de **Lanthony** juxta *Glouceſtriam* prædictæ, & ejuſdem loci Conventui & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, jus patronatus & patronatum, & advocationem Prioratus ſive Eccleſiæ conventualis, ſive Monaſterii S. *Johannis Bapt.* de **Lanthony** prima, in *Wallia* ſæpedict.; Necnon Prioratum illum cum omnibus membris, cellis, Eccleſiis, Capellis, Dominiis, Maneriis, terris, & tenementis, tam in *Anglia* & *Wallia*, quàm *Hibernia*, parcellis ejuſdem Prioratus, aut Prioratui de **Lanthony** prima, in *Wallia* prædicta, ſive alicui cellarum, Eccleſiarum, (&c.) prædictarum, quoquo modo pertinentibus; Necnon cum omnibus redditibus, (&c.) Habenda & tenenda, præfatis Priori & Conventui Prioratus ſive Monaſterii beatæ *Mariæ* de **Lanthony** juxta **Glouceſter**, & ſucceſſoribus ſuis, pro trecentis marcis nobis præ manibus præſolutis, in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum.

Et ulteriùs per præſentes concedimus eiſdem Priori & Conventui & eorum ſucceſſoribus de

Lanthony juxta **Glouceſter**, quod ipſe Prior & Conventus & eorum ſucceſſores Eccleſiam conventualem, ſive Monaſterium, S. *Johannis Bapt.* de **Lanthony** prima, in *VVallia* prædicta; ac Prioratum ejuſdem cum ſuis juribus, & pertinenciis univerſis, ipſis Priori & Conventui de **Lanthony** juxta **Glouceſter**, ac ſucceſſoribus eorundem, & eorum Eccleſiæ conventuali, ſive Monaſterio de **Lanthony** juxta **Glouceſter** prædict. & ſucceſſoribus ſuis conſolidari, uniri, annecti, appropriari, tranſferre & tranſferri procurare & ea ſibi & ſucceſſoribus ſuis in proprios uſus tenere & poſſidere poſſint imperpetuum, cum omnibus membris, Cellis, Eccleſiis (&c.) Ac ea omnia & ſingula, ſic ut præmittitur, conſolidata, (&c.) & tranſlata habere & tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis in proprios uſus imperpetum, ad Divina officia pro bono ſtatu noſtro & *Eliz.* cariſſimæ conſortis noſtræ, dum vixerimus; & pro animabus noſtris, cum ab hac luce migraverimus, necnon pro animabus progenitorum & hæredum noſtrorum, & pro animabus omnium fidelium defunctorum ſpecialiter celebrandum & fiendum & orandum.

Ac quod prædicti Prior Prioratus ſeu Monaſterii de **Lanthony** juxta *Glouceſter* & ejuſdem loci Conventus, & eorum ſucceſſores imperpetuum exhibebunt & ſuſtentabunt eorum ſumptibus, & expenſis in dicto Prioratu ſive Monaſterio de **Lanthony** prima, in *VVallia*, unum Priorem dativum, remotivum ad libitum & voluntatem Prioris Prioratus ſive Monaſterii de **Lanthony** juxta **Glouceſter** prædict. pro tempore exiſtentis; ac quatuor Canonicos ad Miſſas & alia divina officia in dicto Prioratu de **Lanthony** prima, in *VVallia* imperpetuum, celebraturos Sacramenta & Sacramentalia Parochianis inibi miniſtraturos, ſi à rebellibus ibidem ſive pacis noſtræ perturbatoribus, ad hoc fiendum non perturbentur, ſive impediantur; ac pro animabus Fundatorum dicti Prioratus de **Lanthony** primâ, in *VVallia*; & pro animabus ſupradictis oraturos, ad nutum dicti Prioris de **Lanthony** juxta **Glouceſter** prædict. pro tempore exiſtentis, remotivos, (&c.) Teſte Rege apud *Weſtm.* X. die *Maii*.

PRIORATUS

de **Caerleol**, *infra præcintum* Caerleolenſis *civitatis*.

Carta Regis Henrici *primi, de Eccleſiis de* Novo Caſtello *ſuper Tynam, &* **Newbourne**.

Cart. 6. E. 3. m. 19. n. 30. per Inſpex.

Hen. Rex *Angliæ* Archiepiſcopo **Ebor.** & Epiſcopo *Dunelm.* & Vicecomiti de *Northumbrelanda* & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis de *Northumbrelanda* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ* de *Cairlelio*, & Canonicis ejuſdem loci, Eccleſiam de *Novo Caſtello* deſuper *Tynam*; & Eccleſiam de *Niwéburna*; & Eccleſias quas *Ricardus* de *Aurea Valle* de me tenet poſt obitum ejus: Et *Ricardus* & Clerici qui ipſis Eccleſiis deſerviunt, recognoſcant de Canonicis ipſis, & faciant eis ſervicium quod michi facere ſolebant; & poſt obitum eorum redigantur Eccleſiæ in manus Canonicorum, ita quod Clerici, qui eis deſerviunt, habeant inde neceſſaria, & Canonici habeant reliquum, (&c.) T. *Willelmo* Epiſcopo *Wynton.* & *Bernardo* Epiſc. de S. *David* de *Sigillo* apud *Roth.*

Et Cart. 8. E. 2. n. 23.

Carta ejuſdem Regis Henrici *de Eccleſiis de* Wercheorda, **Colebruge**, **Witingeham**, *&* Rodeberia, Ricardo *de* Aurea Valle *Capellano ſuo conceſſis.*

Henr. Rex *Angliæ* R*an.* *Dunelm.* Epiſcopo & *Rogero Picoto* & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* & miniſtris de **Northumbreland**, ſalutem. Sciatis me dediſſe *Ricardo* de *Aurea Valle* Capellano meo, quatuor Eccleſias de quatuor meis maneriis; ſcilicet *Wercheorda*, & **Colebruge**, & in **Witingeham**, & in *Rodeberia*, tam in terris quàm in decimis & in hominibus quæ ad terras harum Eccleſiarum pertinent, cum *ſoca* & *ſaca*. & *tol* & *tean* & *Infangeneteph*, cum omnibus ſuis conſuetudinibus volo ut ipſe habeat & teneat: Tu verò *Regere Picot* . . . eum inde, aut *Aluricus* de **Colebruge**, aut *Hamo Baliſtarius* Præpoſitus, aut **Ernewinus** Præpoſitus. T. *Roberto* Epiſcopo *Lincoln.* & *Willielmo* de **Werlewaſt**, & *Eurardo* filio Comitis, & *Thoma* Capellano apud **Cireceſtriam**, in Natale S. *Joh. Baptiſtæ*.

Carta Regis Henrici *ſecundi*, *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Vide Pat: 22. R. 2. p. 1. m. 36.

H. dei gratia Rex *Angliæ*, & dux *Norm*: & *Aquit*: (*&c.*) Sciatis me conceſſiſſe & præſenti cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* **Karleol**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, donationem quam Rex. *H.* avus meus fecit eis de piſcaria una & molendino uno faciendo ſuper pontem **Hedene**, ubi voluerint, in competenti loco ſuper terram ſuam; ita ut Excluſa ab alia parte ſit ſuper terram meam. Concedo etiam eis & confirmo omnes donationes quæ eis rationabiliter factæ ſunt, vel fient ſecundùm teſtimonium cartarum donatorum. Ex dono Regis *Scotiæ* unam carrugatam terræ cum omnibus pertinentiis ſuis in **Hachet Wiſel**; illam ſcilicet quam pater *Ailſi* habuit & tenuit, ſicut carta ipſius regis teſtatur. Ex dono *Waldevi* filii *Goſpatrichi*, Eccleſiam de **Eſpatic**, cum carrugata terræ & omnibus pertinentiis ſuis, Et unam menſuram juxta Eccleſiam S. *Cuthberti* in **Karleol**. Ex dono ejuſdem *Waldevi*, Eccleſiam de **Croſſeby**, cum carrugata terræ & omnibus decimis, & omnibus quæ ad illam Eccleſiam pertinent, uſq; ad aquam **Alne**, & Capellam S. *Nicholai* ſupra mare, cum terra quæ circa Capellam jacet, & decimam allecuſcium.

Ex dono *Alani* filii *Waldevi* parvam **Croſſeby**, juxta **Scaddebothes** ſitam, cum terris & herbagiis, in planis & paſcuis & aquis & omnibus prædictæ **Croſſeby** jure pertinentibus, & per eaſdem diviſas & tenuras per quas *Willielmus* filius *Baldwini* tenuit. Ex dono ejuſdem *Alani* Eccleſiam de **Preby**, in terris & decimis & omnibus rebus eidem Eccleſiæ pertinentibus, & ſextam partem villæ de **Preby**; ſcilicet **Langethweit**, & **Stalethweit**, & alios **Thweiter** qui pertinent ad **Langethweit**; Et totam tenuram *Aldredi* filii *Gamel* in terra & boſco in planis & paſcuis. Ex dono *Waldevi* filii *Alani maiorem* **Croſſeby** cum omnibus pertinentiis ſuis, quam eis dimiſit. Ex dono *Randulfi* de *Lindeſeia* totam terram quam habuit prædictus *Randulfus* in **Artureth**, & totam terram ſuam de *Loretuna*, cum molendino & cum omnibus pertinentiis ejuſdem terræ. Ex dono *Goſpatrici* filii Crinani Eccleſiam de **Caldebech** cum omnibus ſibi adjacentibus, & hoſpitalem domum de **Caldebech** cum omnibus pertinentiis ſuis, ſecundùm quod cartæ ejuſdem *Goſpatrici* teſtantur. Ex dono ejuſdem *Goſpatrici* totam terram quam *Aſulfus* de eo tenuit juxta **Flemyngeby**, inter duas valles cum boſco & paſtura, & omnibus aliis rebus prædictæ villæ pertinentibus.

Ex dono *Radulfi Engainne* & hæredum eius totam **Hentſheby** cum molendino & omnibus prædictæ villæ pertinentibus, & omnibus libertatibus ſecundùm quod Carta ejus teſtatur. Et ex dono *Willielmi Engainne* quatuor ſalinas inter **Burc** & **Drumbogh**, & medietatem terræ ſuæ de **Scadebothes**, & medietatem redditus alectium, & infra civitatem **Kaerleol** manſuram unam quam *Reginaldus Faber* de eo tenuit. Ex dono *Hugonis* de *Morevilla* duas bovatas terræ in **Hebrunne**, ſcilicet *XXXII.* acras in agro ejuſdem villæ, & pratum ad capita ſuarum ſegetum, & communem paſturam animalibus hominum ſuorum, & quaſdam domos cum croftis quas habuerunt in diebus *Wallevi*, ſecundùm teſtimonium Cartæ ipſius *Hugonis*. Ex dono *Johannis* de *Morevilla* & hæredis ſui, dimidiam carrugatam terræ in **Crekeſtor**, & quatuor acras apud **Tympaurim**. Ex dono *Uchtredi* & *Adæ* hæredis ſui, *Fithvenni*; ſcilicet terram quæ fuit in calumpnia inter **Boolt** & **Colleby**; & communem paſturam & omnia aiſiamenta. Ex dono *Ranulphi* filii *Walteri*, unam carrugatam terræ in **Staintone** cum duabus manſionibus, quas *Ivo* filius *Forni* & *Agnes* uxor ejus, & *Walterus* pater ejus in perpetuam elemoſinam eis dederunt; Et totam terram illam quam tenent in **Timpaurim** de donatione **Theobaldi** de *Dacre*. Et illam terram quam *Gilbertus Aculf*, & hæredes ſui eis dederunt de ſua dominica menſa, quæ pertinet ad **Tympaurim**. Et terram quæ fuit circa burum *Arthuri* in **Kaerleol**, juxta manſionem Canonicorum.

Ex dono *Hugonis* de *Morevilla* terram illam quam *Halikle Malchael*, & *Eva* uxor ejus dederunt illis in elemoſinam apud **Crathethorpe**, juxta ripam de **Trutebethe**; ſcilicet *xv.* acras, & pratum de terra **Craketh orpe** in **Elrether** ſuper ripas de **Hevene** & de **Trutebethe**, ubi ſunt prædictæ aquæ. Ex dono *Umfridi Malchael* totam tertiam partem Eccleſiæ de **Louthere**, ſicut carta ejus teſtatur. Ex dono *Adæ Aculf* terram illam totam quam tenuerunt Canonici in **Timpauron** de donatione *Theobaldi* avi ſui; & illam terram quam pater ſuus *Gilbertus* & mater ſua *Gerild* eis dederunt de dominica menſa ſua. Ex dono *Roberti* de *Vauls* unam carrugatam terræ de dominio ſuo in **Hattone**, & communiam paſturam & alia aiſiamenta ſua communiter cum hominibus ſuis in eadem villa, quanta ad unam carrugatam terræ pertinuerint. Ex dono ejuſdem *Roberti* Eccleſiam de *Hettona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſecundùm quod Carta ejus teſtatur. Ex dono *Willelmi Decani* de **Kaerleol** terram illam extra murum quam eis dedit, ſcilicet tres acras, & manſuram unam infra murum **Kaerleol**. Ex dono *Adæ* filiæ *Utthredi* duas bovatas terræ in **Talentyr**. Quare volo (*&c.*) Nos autem (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Dat. per manum noſtram apud *VVeſtm*: 4. Die *Marcij*.

Carta Regis Edwardi *primi de advocatione Eccleſiæ de* **Soureby**.

Pat. 4. E. 2. p. 2. m. 3. per. Inſpex.

E*Dwardus* Dei gratia Rex *Angliæ* dominus *Hiberniæ* & dux *Aquitanniæ*. Omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod ob devotionem quam ergaglorioſam cognomen *Mariam*, & reliquias beati *Thomæ* Matyris, & aliorum Sanctorum in Eccleſia beatæ *Mariæ*

Mariæ Karleoli exiſtentes, gerimus & habemus; necnon in relevationem oppreſſionum & dampnorum quæ dilecti nobis in Chriſto Prior & Conventus ejuſdem loci, per invaſiones & combuſtiones *Scotorum*, inimicorum & rebellium noſtrorum, hactenus ſuſtinuerunt, dedimus eis & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, advocationem Eccleſiæ de Sourebp *Karleolen.* Dioc. in com. *Cumbriæ*, Ita quod iidem Prior & Conventus Eccleſiam illam, cum eam vacare contigerit, ſibi in proprios uſus poſſidendam appropriare, & eam appropriatam tenere poſſint ſibi & ſucceſſioribus ſuis imperpetuum (&c.) T. meipſo apud *Karleolum iv.* die *Apr.* anno Regni noſtri *xxxv.*

Carta Regis Edwardi *ſecundi, donationem* Johannis *de* Curceio, *recitans & confirmans.*

at. 12. E. .p.1.m.17

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Volentes *dilectis* nobis in Chriſto Priori & Canonicis Eccleſiæ beatæ *Mariæ Karleol*, qui per hoſtiles ingreſſus *Scotorum*, inimicorum & rebellium noſtrorum deſtruuntur & depauperantur, gratiam facere ſpecialem, donationem, conceſſionem & confirmationem, quas *Johannes* de *Curceio* fecit Deo & Canonicis regularibus Eccleſiæ prædictæ, de loco quem fundavit in honore S. *Thomæ* Martyris ad honorem ipſorum Canonicorum juxta Fontem, qui vocatur Tiberglozie in ſuburbio de Dun, inter duas vias; quorum una tendit ad Crenis; alia ad grangiam de *Saballo*, cum tribus carucatis terræ eidem loco propinquioribus, de Dominio ipſius *Johannis*, cum terris, pratis, paſcuis, molendinis, & cæteris aiſiamentis, in aquis ſalſis, & dulcibus, in nemoribus, in *Soc*, & *Sac*, *Tol*, & *Team*, & *Toc* & *infangethef* liberè, quietè & honorificè in omnibus libertatibus; & ita liberè & quietè & tam honorificè, ſicut aliqua elemoſina quietior & liberior in tota *Anglia*. Donationem etiam, (&c.) quas idem *Johannes* fecit prædictis Canonicis de uno Burgagio infra urbem de Dun, de tota decimatione domus prædicti *Johannis*, & Hoſpitii ſui, & omnium Dominicorum ſuorum, tam Caſtellorum quàm aliorum locorum, de quibuſlibet cibis & potibus, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris (&c. confirmamus (&c.) in cujus (&c.) Teſt. Rege apud Ebor. ſecundo die *Novembris.*

PRIORATUS

de Dunmow, *in agro* Eſſexiano.

Hiſtoria Fundationis, necnon Fundatorum & benefactorum ejuſdem domus.

Ex Chron. de Dunmowe, M.S. in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Cleopatra* C.3.] fol. 291.a.

Juga Baynard Domina de parva *Dunmowe*, fecit *Mauricium* Epiſcopum *Londonienſem* dedicare Eccleſiam de dicta villa, in honore beatæ Virginis *Mariæ*, unde cura animarum commiſſa fuit per Epiſcopum prædictum cuidam Presbitero, nomine *Britricus*: Cui Eccleſiæ, ipſo die dedicationis, dicta Domina dimidiam hidam terræ dedit liberam ab omni ſervitute, &c. 1104.

Igitur, *Galfridus Baynard* filius & hæres *Jugæ Baynard*, conſiderans devotionem, &c. poſuit Canonicos in Eccleſia de Dunmow, aſſenſu *Anſelmi* Archiepiſcopi *Cantuarienſis*. 1106.

Willielmus Baynard, ſub quo Domina *Juga* tenebat villam de parva Dunmawe, per infortuniam & feloniam amiſit Baroniam ſuam; et *Henricus* Rex *Angliæ* dedit totam Baroniam prædictam *Roberto* filio *Ricardi* filii *Gilberti* Comitis de Clare, & hæredibus ſuis cum Honore Caſtri *Baynard*, & ſuis pertinentiis in Civitate *London.* qui *Robertus* fuit tunc Dapifer Domini Regis *Henrici*. 1111.

Robertus filius *Ricardi* deſponſavit *Matildam* de *Sancto Licio* quæ fuit Domina de *Bradeham*; quæ Domina dedit Canonicis de Dunmawe, duas partes decimarum ejuſdem villæ. 1112.

Obiit *Britricus* primus Prior de Dunmowe, & ſucceſſit *Auguſtinus*. 1127.

Obiit *Robertus* filius *Richardi*, primus Patronus Canonicorum de Dunmawe, & intumulatur apud *Sanctum Neotum*, propè Sepulturam *Ricardi* Comitis de Clare patris ſui, & alios de ſtirpe ſua: Et ſucceſſit *Walterus* filius ejus & hæres, qui dederunt Eccleſias, decimas, & alia tenementa Eccleſiæ ſuæ de Dunmowe, pro ſalute animarum ſuarum. 1134.

Obiit *Matildis* de *Sancto Lecio* uxor *Roberti* filii *Ricardi*. 1140.

Walterus filius *Roberti* duxit uxorem *Matildem* de Bohun, & *Robertus* Comes captus eſt, & pro ſua liberatione *Stephanus* Rex *Angliæ* liberatus eſt. 1142.

Obiit *Matildis* de Bohun. 1146.

Walterius filius . . . . . duxit uxorem *Matildem* de *Lucy*, & genuit *Robertum* & alios. 1148.

Obiit *Auguſtinus* Prior Eccleſiæ de Dunmowe *Robertus* ſucceſſit. 1163.

Obiit *Robertus* Prior de Dunmawe, *Radulphus* ſucceſſit. 1179.

Hic inchoatur opus S. *Mariæ* de Tiltey *xvii* Kal. *Aprilis* à venerabili *Simone*, Abbate. 1188.

Obiit *Walterus* filius *Roberti*, Patronus Eccleſiæ de Dunmowe, qui jacet intumulatus in medio Chori Eccleſiæ ſuæ, & ſucceſſit 1198.

Robertus filius *Walteri*, militiâ ſtrenuus.

1208. Obiit *Radulphus* Prior de **Dunmowe**, & ſuccedit *Durandus*.

1216. Mota eſt diſcordia inter Regem *Johannem* & Barones ſuos in *Anglia*, occaſione *Matildis*, quæ dicebatur pulcra filia Domini *Roberti* filii *Walteri*, quia Rex concupivit eam, & pater noluit conſentire, factâ guerrâ per totam *Angliam*. Et recepti ſunt Barones in Civitate *Londoniarum* invito Rege, & dampna præmaxima fecerunt Regi & ſuis per omnia. Et Rex deſtruxit principaliter caſtrum *Baynard London*, & alia caſtra et tenementa Baronum recepit in manu ſua. Et *Robertus* filius *Walteri*, *Rogerus* filius *Roberti*, & *Richardus* de *Muntfichet* mare tranſierunt ad *Regem Franciæ*, & alii in *Walliam* & in *Scotiam*, & paraverunt & creaverunt mala Regi *Angliæ*. Et quia dicta *Matildis* perhendinavit apud **Dunmowe**, nuncius Regis venit ad eam ſub titulo amoris, & quia noluit conſentire, toxicavit omne ſorbile ad opus ejus, & ſic expiravit, & intumulatur inter duas columpnas in choro, ex parte meridionali, apud **Dunmowe**. Et Rex *Franciæ* cæpit vaſtare & currere in terras Regis *Angliæ*, ex parte ſua, & alii ex parte altera. Tunc capta eſt Dies amoris inter Regem *Franciæ* & Regem *Angliæ* in tranſmarinis partibus, ita quod bracchium maris erat inter duos exercitus. Tunc quidam miles Regis *Angliæ* clamavit verſus partem Regis *Franciæ*, ſi aliquis vellet pro amore amicæ ſuæ haſti ludere; Et ſine mora *Robertus* filius *Walteri* ſe paravit & ultra tranſivit, deſcenditque equum ſuum, poſuit pedem ſuum in ſtupa, ſine Armigero equum aſcendit, & in occurſum ſocii ſui ſe præparavit; Et ad primum curſum *Robertus* filius *VValteri* percuſſit eum lanceâ ſuâ groſſâ, ita quod Miles & equus ad terram contemptibiliter corruerunt. Lanceâ verò fractâ, & arrepto equi fræno, remeavit ad Regem *Franciæ*. Tunc dixit Rex *Angliæ*, *Per dentem Divinum Rex eſſet qui talem militem haberet in comitativa ſua*. Et amici ejus hæc audientes proſtraverunt ſe coram Rege & dixerunt, *Domine, miles veſter eſt & paratus* ad *veſtra beneplacita*, *Robertus* filius *VValteri*. Et craſtina die ipſo vocato reddidit ei Baroniam ſuam, cum ſuis pertinentiis; & ſic concordes facti ſunt ambo Reges, ipſo *Roberto* tunc mediante; & fecit revocare omnes exules, & dedit eis pacem ſuam & licentiam reædificandi Caſtra ſua & forceletta. Et eo tempore non fuerunt nominari in *Anglia* niſi Duo milites fortes & dimidius, ſcilicet *Robertus* filius *Walteri*, *Robertus* filius *Rogeri*; & *Richardus* de *Montfichet* fuit miles dimidius, Et poſt ſteterunt ſemper cum Rege *Johanne*.

1217. Obiit *Durandus* Prior de **Dunmowe**, & ſucceſſit *VVillielmus*.

1221. Obiit *VVillielmus* Prior de **Dunmowe**, & ſucceſſit *Thomas*.

1234. Obiit nobilis vir *Robertus* filius *Walteri*, patronus Eccleſiæ de **Dunmowe**, qui tumulatur ante majus altare; Et ſuccedit *Walterus* filius ejus & hæres.

Obiit *Thomas* de *Tanton* Prior de **Dunmowe**, & ſucceſſit *Johannes Pateforde*. 1238.

Obiit *Johannes* Prior de **Dunmowe**, ſuccedit *Hugo* de *Steveinheth*. 1245.

Obiit *Hugo Prior* de **Dunmowe**, ſuccedit *Edmundus*. 1246.

Obiit *Edmundus* Prior de **Dunmowe**, ſuccedit *Galfridus*. 1247.

Obiit *Galfridus* Prior de **Dunmowe**, ſuccedit *Johannes* de *Codham*. 1248.

Natus eſt *Robertus* filius *Walteri* patronus de **Dunmowe** apud **Henham**. 1249.

Obiit *Walterus* filius *Roberti* patronus Eccleſiæ de **Dunmowe** cuius Baronia *Baynardi* fuit in warda Dom. *Henrici* Regis *Angliæ*, & dedit Domino *Johanni* de *London*, quia *Robertus* filius *Walteri* fuit tunc de ætate *X*. annorum tantum, qui tunc habuit uxorem *Dereweguldem*.

Natus *Nicholaus* de *Brumfield* poſtea Canonicus de **Dunmowe**. 1259.

Johannes Prior de **Dunmowe** ſuſpenſus & Eccleſia conventualis interdicta, propter decimam non ſolutam, per *iiii*. dies, per Magiſtrum *Godefrydum de Sancto Dunſtano* & *Fulconem Lovel*; & *appellatione facta* negabant ſuſpenſionem. Eodem anno *Robertus* filius *Walteri* ætatem ſuam probavit per dominum *Hugonem* Priorem, tunc electum *Londonienſem* & per Cronicas noſtras. 1268.

Obiit *Johannes* de *Codham* Prior de **Dunmowe** & ſuccceſſit *Hugo* de *Poſtington*. 1270.

Robertus filius *Walteri* factus fuit miles. 1274.

Natus *VValterus* filius *Roberti* apud **Henham**. 1275.

Ceſſit *Hugo* Prior de **Dunmowe**, & ſucceſſit *Ricardus* de **Wicham**. 1279.

Derevergaldis uxor *Roberti* filii *Walteri* obiit. 1284.

VValterus filius *Roberti* deſponſavit *Johannam* filiam Domini *Johannis* de *Engayne*, apud **Wodeham**. 1286.

Robertus filius *Walteri*, de conſilio domini Regis, duxit *Alienoram* filiam Comitis de *Ferrariis*, ſororem Comitis de *Ferrers*, in Capella Domini Regis apud *Weſtmonaſterium*. 1289.

Natus eſt *Robertus* filius *Walteri*, de *Johanna Engayne*. 1291.

Obiit *Walterus* filius *Roberti* in Prioratu de **Dunmowe**. 1293.

Robertus filius *Walteri*, per licentiam Domini *Regis*, recepit cuſtodiam Conſtabulariæ à Comite *Herefordiæ*. Nata eſt *Dionyſia* filia *Roberti* filii *VValteri*, apud **Binham**. 1298.

Robertus filius *Walteri* factus eſt cuſtos *Eſſexiæ*; per literam Domini Regis ad cuſtodiendum.

Natus eſt *Robertus* filius *Roberti*, ex *Alienora* uxore ſua, & *Robertus* filius *Walteri* tunc de ætate *Lii*. annorum, fundator ordinis Canonicorum de **Dunmawe**, Anno Domini 1300. 1300.

Nata eſt *Maria* filia Domini *Roberti* filii *VValteri*, apud **Binham**. 1303.

1305. Dominus *Johannes* de la *Ward*, Seneſcallus Domini Regis *Angliæ*, deſponſavit *Ydam* filiam Domini *Roberti* filii *Walteri*, apud **Haliwell**, cum omni honore: Et *Robertus* filius *VValteri*, ortus ex *Johanne Engayne*, deſponſavit filiam Domini *Johannis Buttecort*: Et idem *Robertus* citò poſt obiit.

1306. Rex Angliæ Domino Roberto filio *VValteri* remiſit omnia debita ex quacumque cauſa ſibi debita tempore ſuo, & prædeceſſorum ſuorum; pro ſe & hæredibus ſuis imperpetuum.

1307. Obiit *Johanna* de *Acres* Comitiſſa de *Clare*. Et ſepulta eſt in Eccleſia frattum S. *Auguſtini* apud **Clare**; Et Dominus *Edwardus* frater ejus fuit in præſens cum omnibus magnatibus ferè *Angliæ*. . . . . deceret corpus, Et de **Barlel** uſque ad **Waltham** *Crucis*, cum omni honore, & ita factum eſt; Et quod Epiſcopi, Abbates & Priores per Baroniam tenentes, ibidem accederent, & curſum ebdomadenum in divinis officiis debitè & honeſtè complerent; Et ita factum eſt: Et hiis ordinatis, Dominus *VValterus* de *Langeton*, de **Waltham** Crucis receſſit. Tunc venit Conſtabularius turris *Londoniarum*, cum . . . . parenti novi Regis ad reſiſtendum corpus dicti Domini *VValteri* & ad ducendum ad Caſtrum de **Wallingford**, Et ſic factum eſt: ſed ignoratur cauſa, &c. Poſt Sepulturam Domini *Edwardi* regis *Petrus* de *Gaveſtone* deſponſavit Filiam minorem quondam *Gilberti* de *Clare*; Et Dominus *Rex* dedit comitatum *Coruubia*.

1308. Poſt le **Hokeday**, in dicto Parliamento, Dominus *Robertus* filius *Roberti* deſponſavit *Aliciam* relictam *VVarini* de *Inſula*, cum omni honore, petitâ licentiâ à Domino Rege *Angliæ*, & optenta per Diem Sabati *Londoniis* in craſtino *Inventionis* Sanctæ Crucis.

1309. Dominus *Robertus* filius *Walteri* fundamentum poſuit Eccleſiæ Fratrum minorum de *Coleceſtria*, opus conſummavit, & Eccleſiam ædificare cum honore procuravit.

1312. Obiit *Stephanus* de *Noble* Prior de **Dunmowe**.

Stephanus eſt gratus Prior inclitus atque beatus,
Qui rectè natus ad culmen jure vocatus;
Poſt *Stephan Robertus* Prior artus, pulchre aſpectus,
Ille gubernavit, ſocios quos ſemper amavit;

Comes *Herefordiæ* permanſit in partibus *Eſſexiæ Londoniarum*, & Cantiæ; aſſumpto ſecum Domino *Roberto* filio *Walteri* in conſilium & auxilium intraverunt terras maritimas, ne fortè per procurationem dicti Domini *Petri* ex improviſo extranei in *Angliam* venirent.

Edwardus Rex *Angliæ* tenuit Natale Domini apud *Windleſoram*, cum omnibus Comitibus ſuis, ſalvis *Lancaſtrenſi*, *Herfordenſi*, & *Warwicenſi*; & cum Baronibus ſuis venit Dictus *Robertus* filius *Walteri* ibi, & omnes literatoriè erant invitati.

1314. Dominus *Robertus* filius *VValteri*, Juſticiarius efficitur De *iiii.* Comitatibus, ſcilicet **Eſſex**, **Hertford**, *Cantebrigia*, & **Huntindon**, ad inquirendum de malefactoribus & multis aliis.

1315. Dominus *Robertus* filius *Walteri*, cum aliis, ſuper traylibaſton apud **Chelmiſford** inquirendo de malefactoribus, &c.

1316. Natus *Johannes* filius *Roberti*, filii *Roberti*, filii *Walteri*, de *Johanna*.

1317. Transfretavit Dominus *Robertus* filius *Walteri*, ut perhendinaret in partibus tranſmarinis cum Domina *Alicia* de *Inſula*, uxore ſua, & familia moderata.

1319. Dominus *Robertus* filius *Roberti*, filii *Walteri*, accinctus gladio militari apud *Novum Caſtrum* ſuper *Tynam*. Hic eſt hæres patris ſui nobilis indolis, de quo magna ſpes bonitatis & probitatis habetur, & transfretavit ad partes Franciæ.

1321. Dominus *Robertus* filius *Walteri* inter hæc omnia tenuit ſe prudentiſſimè & ſapienter ab utraque parte, neutrius partis indgnationem incurrens; Domino Regio ſervicio de Baronia ſua debito ſufficienter exhibito per milites ſtipendiarios.

1322. Captus fuit *Bartholomeus* de **Badeleſmere**, & ductus ad Regem; Cui dominus *Robertus* filius *Roberti*, advocatus hujus Eccleſiæ de **Dunmowe**, obviavit in veniendo à Domino Rege poſt prædictum conflictum; erat enim de retinentia Domini *Eymeri* de *Valencia*, qui ſe gerebat ex parte Domini Regis.

1325. Obiit Dominus *Robertus* filius *Walteri*, ſecundus advocatus hujus Eccleſiæ.

1365. Die Sanctorum *Johannis*, & *Pauli*, natus eſt *Robertus* primogenitus *Walteri* filii *Johannis*, filii *Walteri* apud **Totham**.

1370. Nonis Septembris natus eſt *VValterus* filius prædicti Domini *Walteri* apud **Henham**.

1398. Natus eſt *Humfridus* primogenitus Domini *VValteri* Domini *Fitzwalter* apud **Peneſhherſt**, in Comitatu Canciæ, inter ſecundam & terciam horam poſt mediam noctem.

1400. Natus eſt *Walterus*, filius ſecundus dicti Domini *Walteri* Domini *Fitzwalter*, apud **Wodeham**.

1430. Nata erat *Elizabetha* primogenita *Walteri* Domini *Fitzwalter*, apud **Henham**.

1501. Decimo Die menſis *Auguſti* omnes quinque Campanæ conſecratæ ſunt in Campanili Eccleſiæ beatæ de **Dunmowe**.

Prima Campana in honore Sancti *Michaelis* Archangeli.

Secunda, in honore Sancti *Johannis* Evangeliſtæ.

Tercia in honore Sancti *Johannis Baptiſtæ*.

Quarta in honore *Aſſumpſionis* beatæ *Mariæ*.

Quinta in honore Sanctæ *Trinitatis* & *omnium Sanctorum*.

Carta Saheri *de* Quinci *de* xs. *redditus in villa de* Bradenham.

OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, *Seherus* de *Quinci* ſalutem in Chriſto: Noverit Univerſitas veſtra, me dediſſe & conceſſiſſe Eccleſiæ de Dunmowe & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & *Saheri* filii mei, & omnium anteceſſorum meorum, Decem ſolidos in villa de Bradenham in perpetuam Eccleſiam, ſcilicet, de *Ricardo* clerico de Skering & hæredibus ſuis *vi.* ſol. de reditu meo Aſſiſo; & tres acras terræ meæ pro *ii.* ſol. quas *Edwardus Priſtre* tenuit, ad quatuor Anni terminos annuatim reddendos; Scilicet, ad feſtum Sancti Michaelis *ii.* ſol. *vi.* ad *Natale* totidem, ad Paſca tantum; ad feſtum beati *Johannis* totidem. Hujus Donationis & conceſſionis teſtes ſunt *Richardus*, & *Quincy*, *Alolfus* de *Curres*, *Sagardo Sancto Petro.*

Of the Bacon at *Dunmowe* Priorye.

Ex collectan. D. *Richardi S. Georg.* Eq. Aurat. Armorum Regis 1640

ROBERT Fizwalter, living long beloved of King Henry the ſon of King John, as alſo of all the Realme, betook himſelf in his latter dayes to prayer and deeds of Charity, gave great and bountifull Almes to the poor, kept great Hoſpitality, and reedified the decayed Priſon of Dunmowe, which one *Juga* a moſt devout and religious woman, being in her kinde his Anceſtor, had builded; In which priſon aroſe a cuſtome, begun and inſtituted eyther by him or ſome other of his ſucceſſours, which is verified by a common proverbe or ſaying. viz. That he which repents him not of his mariage eyther ſleeping or waking in a yeer and a day, may lawfully go to Dunmowe and fetch a Gammon of Bacon. It is moſt aſſured, that ſuch a cuſtome there was, and that this Bacon was delivered with ſuch ſolemnity and triumphs, as they of the Priory and the Townſmen could make. I have enquired of the manner of it, and can learne no more, but that it continued untill the diſſolution of that Houſe, as alſo the Abbies. And that the party or Pilgrim for Bacon was to take his oath before Prior and Covent, and the whole town, humbly kneeling in the Church-yard upon two hard pointed ſtones, which ſtones ſome ſay are there yet to be ſeen in the Priors Church-yard; His oath was miniſtred with ſuch long Proceſs, and ſuch ſolemne ſinging over him, that doubtleſs muſt make his pilgrimage (as I may terme it) painfull: After he was taken up upon mens ſhoulders, and carryed, firſt, about the Priory Church-yard, & after through the Town with all the Fryers and Brethren, and all the Towns-folke young and old following him with Shouts and with Acclamations, with his Bacon borne before him, and in ſuch manner (as I have heard) was ſent home with his Bacon; Of which I finde that ſome had a Gammon, and others a Fleeke, or a Flitch; for proof whereof I have, from the Records of the houſe, found the names of three ſeverall perſons, that at ſeverall times had it.

Memorandum, quod quidam *Stephanus Samuell* de Ayſton *parva* in Com *Eſſex*, &c. which being in Latine entred into the Book belonging to the Houſe, I have thus Engliſhed.

“*Memorandum*, That one *Steven Samuel* of Little-Ayſton, in the County of *Eſſex* Husbundman, came to the Priory of Dunmowe on our Lady day in Lent, in the ſeventh yeer of King *Edward* the fourth, and required a Gammon of Bacon, and was ſworn before *Roger Bulcott* then Prior, and the Covent of this place; as alſo before a multitude of other neighbours, and there was delivered to hm a *Gammon of Bacon.* Anno. 7. E. 4.

“*Memorandum*, That one *Richard Wright of* Badbourghe neere the City of Norwich, in the County of Norfolk, yeoman, came and required of the Bacon of Dunmowe, namely the 27. day of *Aprill* in the 23. yeer of the Reign of King *Henry* the Sixth; and according to forme of the Charter was ſworne before *John Cannon* Prior of this place and the Covent, and many other neighbours, and there was delivered to him the ſaid *Richard*, one *Flitch* of Bacon. Anno. 23. H. 6.

“*Memorandum*, That in the yeer of our Lord 1510 *Thomas le Fuller* of Cooſhal in the County of Eſſex, came to the Priory of Dunmowe, and on the eighth of *September*, being Sunday, in the ſecond yeer of King *Henry* the eight, he was, according to the Forme of the Charter ſworn, before *John Tils* then Prior of the Houſe, and the Covent; as alſo before a multitude of neighbours, and there was delivered unto him the ſaid *Thomas*, a Gammon of Bacon. Anno. 2 H. 8.

Hereby it appeareth that it was according to a Charter, or Donation given by ſome conceited benefactor to the Houſe; And it is not to be doubted but that, at ſuch a time, the bordering Townes and villages reſorted, and were partakers of their paſtimes, and laught to ſcorne the poor mans paynes.

The form of the Oath taken by thoſe at *Dunmow*, who are to have the Bacon.

You ſhall ſwear by cuſtom of confeſſion,
If ever you made Nuptial tranſgreſſion,
Be you either married man or wife,
If you have brawls or contentious ſtrife;
Or otherwiſe at bed or at board
Offended each other in deed or word:
Or ſince the Pariſh Clerk ſaid Amen,
You wiſhed your ſelves unmarried agen;
Or in a twelve-moneth and a day
Repented not in thought any way;
But continued true in thought and deſire,
As when you joyned hands in the Quire,
If to theſe conditions, without all feare,
Of your own accord you will freely ſweare,
A whole gammon of Bacon you ſhall receive,
And bear it hence with love and good leave:
For this is our cuſtome at Dunmow *well knowne,*
Though the pleaſure be ours the Bacon's your own.

De Lardo apud Prioratum Dunmuenſem *obtinendo.*

Robertus Fitzwalterus [vel, *filius Walteri*] jam grandævus, *Henrico* Regi, *Johannis* Regis filio, ſed & univerſo populo dilectus, per poſteriora vitæ ſuæ tempora orationibus & operibus Charitatis ſe dicavit; amplas enim liberali manu pauperibus erogavit eleemoſynas, hoſpitalitate præſtabat, Prioratum etiam *Dunmuenſem*, à quadam *Juga*, piiſſimæ & religioſiſſimæ converſationis fœminâ, ejus quodammodo anteceſſore, erectum, tunc autem temporis collapſum, reædificavit. Ubi, quidam, aut ab ipſo, aut à quodam ſucceſſorum ejus inceptus & inſtitutus inolevit mos, vulgari hoc proverbio confirmatus: Quod videl. *quem per annum & diem, ſive dormientem, ſive vigilantem, conjugii ſui non pœnituerit*, Dunmuam *ei ire liceat, & pernam vindicare.* Certo certius eſt, talem olim ibi extitiſſe conſuetudinem, lardumq; iſtud tantis ſolemnitatibus & exultationibus fuiſſe traditum, quantas Prioratus viri & oppidani excogitare potuerunt. In modum inquiſivi, nihil autem comperi, niſi quod uſq; in eandem domus illius cum abbatiis diſſolutionis diem duraret; eumq; qui lardi gratiâ peregrinabatur, juramento coram Priore & Conventu omnibuſq; oppidanis in cæmeterio ſuper lapidum durorum, eorumq; acutorum, pari, (adhuc, ut quidam ferunt, ibi in Prioratus cæmeterio conſpiciendo:) flexis genibus humiliter præſtando, oneratum fuiſſe. Juramentum [autem) formâ tam longâ, adeóq; ſolemni ſuper eum cantandi ritu, ei fuit miniſtratum, ut aliter vix contingere potuerit, quin peregrinationis (ſi ita nominanda) magnum tædium ſuſcipientem ſubiret. Poſtea in quorundam humeros attollebatur, & primò circa Prioratus cæmeterium, poſteaq; per oppidum, omnibus fratribus ſodalibuſq; ac univerſis oppidanis, juvenibus ſenibuſq; cum jubilationibus & acclamationibus eum ſequentibus, lardo etiam ante eum geſtato, ferebatur, ac eodem (ut audivi) modo domum ſuam cum lardo fuit remiſſus. Cujus, ut comperi, quidam pernam, alii verò quidam habuere ſuccidiam. In cujus rei fidem, inter domus regeſta, trium perſonarum nomina comperi lardo iſto donatarum.

“ *Anno* 23 Hen. 6. *Memorandum, quod*
“ *quidam* Richardus Wright *de* Badbury *juxta*
“ *urbem* Norwicen *in agro* Norfolcienſi *plebeius*,
“ Dunmuam *acceſsit, & lardum petiit*, 27 *viz.*
“ *die Aprilis, anno Regni Regis* Henrici 6. 23.
“ *& ſecundum Chartæ* [*donationis*] *formam ju-*
“ *ratus fuit coram* Johanne Cannon *loci Priore*
“ *& Conventu, aliiſq; vicinis quamplurimis, &*
“ *eidem* Ricardo *tradebatur ſuccidia.*

“ *Anno* 7 *Ed.* 4. *Memorand. quod quidam*
“ Stephanus Samuel *de* Ayſton *parva in comi-*
“ *tatu* Eſſexiæ *agricola, in die beatæ Virginis in*
“ *Quadrageſima, anno Regis* Edwardi *quarti*
“ *ſeptimo, Prioratum* Dunmuenſem *acceſsit, &*
“ *pernam requiſivit. Juratus autem fuit coram*
“ Rogero Bulcott, *tunc loci Priore, & Conven-*
“ *tu, necnon coram aliorum vicinorum multitu-*
“ *dine, cui perna tradita fuit.*

“ *Anno* 2 Hen. 8. *Memorand. quod anno*
“ *Domini*, 1510. Thomas, *fullo de* Cogſhal *in*
“ *Comitatu* Eſſexienſi, *Prioratum* Dunmuen-
“ ſem *acceſsit, &* 8 *die Septembris, die domi-*
“ *nico exiſtente, anno Regis* Hen. 8. *ſecundo,*
“ *juxta formam Chartæ præſcriptam, juratus*
“ *fuit coram* Johanne Tils, *tum domus Priore,*
“ *& Conventu, necnon coram proximorum multi-*
“ *tudine, cui quidem* Thomæ *perna tradita*
“ *fuit.*

Hinc liqueat, lardum hoc chartâ benefactoris alicujus, faceti ingenii viri, fuiſſe conſtitutum: nec dubitandum quin tunc temporis oppidani & villani contermini eò ſe contulerint, tam ſpecioſi ludicri participes futuri, & miſeri peregrinatoris ærumnas merito ludibrio excepturi.

M PRI

PRIORATUS

S. *Trinitatis* in civitate *London.*

De Fundatione ejuſdem.

E.MS. in Collegio *Corp. Chriſti Oxon.* An. 1642. E. Chron S.*Bened.* de *Hulmo* in bibl. *Cottonia.*

R*ichardus Beumeys* Normannus, Epiſcopus *Londonienſis* fundavit Eccleſiam Chriſti *Londoniis*, in qua poſuit Canonicos multos

Anno. *MCVII. Normannus* Prior fundavit Eccleſiam Chriſti *Londoniis*; & ſub ordine S. *Auguſtini* Canonicos ibidem inſtituit.

Carta Matildis Reginæ, de Eccleſia de **Brackynge.**

Ex vet Rot. MS. in bibl. *Cotton.*

M. Dei Gratia regina Angliæ, *Roberto Lond.* Epiſcopo, & univerſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ſalutem. Noveritis me, caritatis intuitu, dediſſe & conceſſiſſe, pro ſalute Regis *Stephani*, Domini mei, & pro ſalute mea, Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis Londoniarum*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Brakinge**, cum pertinentiis ſuis. Quare volo, &c. Hiis Teſtibus, *Theobaldo Cantuarienſi* Epiſcopo, &c.

Carta Hugonis Triket, de Eccleſia de **Leſſtancherche.**

Ib. EPiſcopo Lond. & omnibus Sanctæ Eccleſiæ fidelibus, *Hugo Triket* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam, Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis Lond.* & Canonicis ibidem deo ſervientibus, quicquid ego & pater meus, vel prædeceſſores mei habuimus in Eccleſia de **Leſſtanchirche**, cum tota terra mea de **Cornhee**, ita quod quicunque eandem Eccleſiam tenuerit, de prædictis Canonicis eam teneat & recognoſcat, ſicut eam tenuerunt, de me & anteceſſoribus meis. Teſtibus *Simone* de *Gerardvil*, *Hugone Pluket*, *Rogero* de *Caao*, (&c.)

Carta Ricardi *filii* Williemi, *de Capella* de *Alſwik.*

Ib. R*icardus* filius *Willelmi*, Univerſis Sanctæ filiis, ſalutem. Sciatis me dediſſe Canonicis, S. *Trinitatis Lond.* in elemoſinam perpetuam, Capellam de **Alſwike**, cum pertinentiis ſuis; & ſuper Altare S. *Trinitatis* eam obtuliſſe, in præſentia Domini *Thomæ Cantuar.* Archiepiſcopi eam illis reddidiſſe per manum ejus; & recognoviſſe coram eo, quod pertineat ad Eccleſiam ſuam de **Leſſtancherche**, ſicut quæ fundata eſt in parochia ejuſdem Eccleſiæ, cujus omnes rectitudines volo conſervare ſicut matris Eccleſiæ: Et hoc feci pro amore Dei, & pro ſalute mea, & uxoris meæ & hæredum & propinquorum meorum, & pro animabus anteceſſorum meorum: Et prædicti Canonici receperunt nos in fraternitatem Eccleſiæ ſuæ, & orationes ſuas imperpetuum. Quare precor omnes amicos & hæredes meos, quatinus hanc meam elemoſinam confirment, & ne impediantur in aliquo, manu teneant. Teſtibus Magiſtro *Johanne* de *Tileberia*, & *Willielmo* fratre ejus, *Roberto* Clerico de *Turri*, &c.

Carta Davidis *Regis* Scotorum, de Eccleſia de *Totebam.*

Ib. D*Avid* Rex *Scotorum*, *Gilberto Lond.* Epiſcopo, & omnibus fidelibus ſalutem. Sciatis me dediſſe Eccleſiam de **Totebam** Canonicis Eccleſiæ S. *Trinitatis Lond.* perpetuo jure in elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & pro anima *Matildæ* Reginæ ſororis meæ, & *Matildis* Reginæ uxoris meæ, & *Simonis* Comitis, & omnium anteceſſorum noſtrorum: & ut Canonici benefaciant ſervire Eccleſiæ. Teſtibus *Hereberto* Cancellario; *Wilkelino* Capellano (&c.) *Hugone* de *Morvilla*; *Roberto* de *Brus*; *VValtero de Eſpec*, &c.

Carta Aliciæ *de* Teonio de Eccleſia de **Welcomſtowe.**

Ib. R. Dei Gratia *Lond.* Epiſcopo, univerſiſque Sanctæ Eccleſiæ filiis, *Aliz* de *Toeni* ſalutem & obſequia. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Eccleſiæ, S. *Trinitatis Lond.* & Canonicis in ea Deo ſervientibus, in elemoſinam, pro ſalute animæ *Hugonis* de *Toeni* filii mei, qui ibidem jacet ſepultus; & pro ſalute animæ *Radulphi* de *Toeni* mariti mei, & meæ, & omnium anteceſſorum meorum; & pro incolumitate filiorum meorum, *Rogeri* de *Toeni & Simonis*, & filiæ meæ *Iſabellæ*, & aliorum parentum & amicorum meorum, Eccleſiam de **Welcomſtowe**, cum decimis & pratis & terris, & cæteris omnibus, tam in boſco quàm in plano ad eam pertinentibus, ſicut *Ordricus* Presbyter tenuit, cujus petitione id feci, quando prædictæ Eccleſiæ S. *Trinitatis* ſe in Canonicum dedit. Iuſuper dedi eidem Eccleſiæ, de cremento, dimidam virgatam terræ, & acram de prato, ſolutam & quietam ſicut elemoſinam. Hujus donationis teſtes ſunt *Simon* filius meus, *Iſabella* filia mea, & *Moyſes* Presbyter, & *Elias* Clericus, & *Ricardus* de *Portis* & *Willielmus* de *Orivals.*

Donatio Walteri *de* Mandevill, *de Eccleſia de* **Bromfeild.**

Ib. EPiſcopo *Londonienſi* & Archidiacono de **Eſſex**, & toti clero *London.* Eccleſiæ, *Walterus* de *Mandevilla* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in elemoſinam perpetuam, Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis London.* &

Canonicis ibidem Deo ſervientibus imperpetuum Eccleſiam d Bromfeild, cum terris & decimis; & omnibus ad eam pertinentibus: Et volo quod præfatæ Eccleſiæ Canonici præſentes & futuri, eandem Eccleſiam benè & in pace & honorificè teneant, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut eam unquam aliquis meliùs tenuit, &c. Teſtibus *Adam* & *Waltero* Decanis, &c.

Carta Regis Henrici *primi*, *de ſoca de* Cnihttengilda *&* *Eccleſia* S. *Botulphi*.

Ib. HEnricus Rex Angliæ, *Richardo* Epiſcopo *London.* & Vicecomiti & Præpoſito & omnibus Barniobus & fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *London.* & de *Midd.* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe Eccleſiæ & Canonicis S. *Trinitatis Lond.* ſocam de Anglica *Cnihttengilda*, & terram quæ ei pertinet; & Eccleſiam S. *Botulphi*, ſicùt homines ejuſdem Gildæ eis dederunt & conceſſerunt. Et volo & firmiter præcipio quod benè & honorificè & liberè teneant, cum ſoca & ſaca & *Tol* & *Theam* & *Infangenethef*, & omnibus conſuetudinibus ſuis, ſicut homines prædictæ Gildæ meliùs habuerunt tempore Regis *Edwardi*; Et ſicut Rex *Willielmus* pater meus, & frater meus eis conceſſerunt per brevia ſua. Teſte *A.* Regina & *Gaufrido* Cancellario; & *Gaufrido* de *Clintona*; & *Willielmo* de *Clintona*, *apud Wodeſtocam*.

Carta Huberti *Camerarii de Decima de* Benediſhe.

Ib. NOtum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris; me dediſſe & conceſſiſſe in eleemoſinam perpetuam Eccleſiæ Chriſti *London.* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus decimam de meo dominio de Benediſhe, de blado, de feno, de lino, de animalibus cujuſcunque generis; & de omnibus rebus de quibuſcunque decima dari debet; exceptis hiis quæ ſolent dari Eccleſiæ de Radewynter; ſcilicet una acra de frumento, & alia de avena; & uno agno & uno porcello, per annum; concedentibus & confirmantibus hoc. *Agnete* uxore mea, & filiis meis.

Carta Euſtachii *Comitis* Boloniæ, *filii Regis* Stephani, *de tota terra de* Cornea.

Cart. Antiq. N.n. 8. Vide Cart. 11. H. 3. p. 1. m. 34. EUſtachius Comes *Boloniæ*, filius Regis *Stephani*, Epiſcopo *Lond.* & omnibus Baronibus & hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Deo, & Eccleſiæ S. *Trinitatis Londoniæ*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, totam terram de *Cornea*, quam *Hugo Tryket* eis vendidit, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, ita plenariè, & integrè; ſicut prædictus *Hugo* eam Canonicis conceſſit, & Cartâ ſuâ confirmavit; Et inſuper ſervitium meum de prædicta terra; ſcilicet, quartam partem militis remiſi ipſis Canonicis ad duos Biſantos, ſingulis annis pro omni ſervitio; & hoc feci pro ſalute regis *Stephani* patris mei, & pro anima *Matildis* reginæ matris meæ, necnon pro aminabus *Baldwini* fratris mei, & *Matildis* ſororis meæ, qui apud præfatam Eccleſiam ſepulti ſunt. Quare volo, (&c.) Sciatis etiam, quod ego petitione ejuſdem *Hugonis*, fidei juſſor ipſius ſum erga Canonicos, quod pactionem, quæ inter ipſos eſt, tenebit; Et eis terram præfatam adverſùs omnes guarantizabit. Teſtibus *Symone* de *Girardvilla*, *Hugone Pluket*, *Rogero* de *Caio*, *Henrico de Novoforo*, (&c.)

Carta Matildis *Reginæ donationem Regis* Stephani, mariti ſui confirmans.

Ib. n. 21. MAtildis Dei gratia *Anglorum* Regina, Epiſcopo *Londonienſi*, Juſticiariis, Vicecomitibus, Baronibus, miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de Herefordſhire, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe donum Regis *Stephani*, & confirmâſſe, quod fecit *Eccleſiæ Chriſti Londoniarum*, & *Radulfo* Priori, & Canonicis in ea Deo ſervientibus, de centum ſolidatis terræ in Manerio de Bracchinge, in perpetuam Elemoſinam, pro requie aminarum, ſcilicet, *Baldewini* filii mei, & *Matildis* filiæ meæ, qui in eadem Eccleſia ſepulti requieſcunt. Præterea concedo & confirmo eidem Eccleſiæ, & prædictis Canonicis, *vi.* Libratas terræ in eodem manerio de Bracchinge pro eſcambio molendini ſui, & illius partis terræ ſuæ, quam conceſſerant mihi juxta *turrim London.* ubi feci Hoſpitale pauperum, illas videlicet, *vi.* Libratas terræ illis conceſſi, quas rex retinuerat in Dominio ſuo, poſtquam partitus fuit cæteras partes illius manerii; hoc eſt partem illam in qua fundata eſt Eccleſia; & ad quam etiam forum pertinet, Quare volo, (&c.) Teſtibus *Theobaldo* Archiepiſco *Cantuarienſi*; & *Roberto* Epiſcopo *Londonienſi*; & *Roberto Epiſcopo Herefordiæ*; & *Roberto* Epiſcopo *Exonienſi*; *Hilario* Epiſcopo *Ciceſtrenſi*; & *Willielmo* Epiſcopo *Norwicenſi*, & Comite *Euſtachio* filio Regis, *Willielmo* de *Ipra*; *Roberto* de *Veer*; *Willielmo Mareſchallo*; *&* *Henrico* de *Eſſexia*; *Richardo* de *Lucy*; *Warino* de *Luiſoriis* apud *Londonias*.

Hoſpitale fundatum juxta. *turrim London.*

Carta Regis Henrici *tertii*, *Donatorum conceſſions*, *recitans* *&* *confirmans*.

Cart. 11. H. 3. p. 1. m. 34. Vide Pat. 8. H. 6. p. 3. m 6. Et Cart 3. R. 2. n. 2. H. Dei gratia, &c. Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c. Sciatis nos intuitu Dei, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ *Sanctæ Trinitatis* in civitate *London.* Sitæ & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus; quod prædicta Eccleſia *Sanctæ Trinitatis* libera ſit & quieta ab omni ſubjectione, tam Eccleſiæ de Waltham, quàm omnium aliarum Eccleſiarum, præterquam Eccleſiæ *Sancti Pauli London.* & Epiſcopi, cum omnibus ad eam pertinentibus, ſecundum tenorem Cartarum *M.* Reginæ fundatricis ejuſdem

dem Eccleſiæ *Sanctæ Trinitatis*, & *H.* Regis primi, viri ſui, & *H.* Regis ſecundi, avi noſtri.

Concedimus etiam eis & confirmamus, de donatione prædictæ *M.* Reginæ, portam de **Algate**, cum ſoca pertinente, ſicut in præſenti eas tenent, & duas partes redditus Civitatis *Exoniæ*; ſcilicet *xxv.* libr: blanc. per annum percipiendas ad ſcaccarium noſtrum, per manus Vicecomitum *Devon.* Et conceſſionem eis factam à prædicto *H.* Rege primo, de via muro clandenda, quæ erat inter Eccleſiam & officinas eorum & murum Civitatis *London*, ex altera parte uſq; ad murum prædictæ Civitatis & de via ſimiliter, quæ ſolebat ibi eſſe, quæ nunc eſt ante Eccleſiam prædictam, ex alia parte: Et ſimiliter homines ſuos & terram ſuam de *Anglica* **Cnittenegilde**, ſimul cum libertatibus & quietanciis, quas inde habent ex conceſſione prædicti *H.* Regis primi, & *H.* Regis ſecundi: Et ſimiliter terram ſuam de **Leiton**, cum libertatibus quas inde habent per cartam prædicti *H.* Regis primi.

Concedimus etiam eis & confirmamus cuſtodiam Hoſpitalis juxta Turrim **London**, cum terris & molendinis ad prædictum Hoſpitale pertinentibus, ſicut ea habent ex conceſsione Regis *Stephani* & Reginæ *Matildis* uxoris ejus: Et ſimiliter terras ſuas cum pertinenciis, in **Barking**, cum Eccleſia de **Barking**, ſimul cum libertatibus, quas habent ex conceſsione eorundem; Et ſimiliter alias terras ſuas de Honore *Boloniæ*; ſcilicet terram de **Berkedene**, de dono *Ricardi* de *Aneſtia*: Et terram de *Corneia*: Et Eccleſiam de **Lefſtanechirche**, de dono *Hugonis Triket*: Et Capellam de **Alſwik**, de dono *Ricardi* filii *Willielmi*. Concedimus etiam eis & confirmamus terras & redditus ſuos de **Bekeham**, & de **Clahurſt**, quas habent de dono *Picoti Empaſtorat*, ſimul cum libertatibus quas ibidem habent ex conceſsione *Matildis* Imperatricis, filiæ *H.* Regis primi.

Concedimus etiam eis & confirmamus terras & tenementa, quæ habent de dono ſubſcriptorum; ſcilicet, de dono *Rogeri* filii *Briani* & *Matildis* uxoris ejus, duas carucatas terræ in **Hodenho**, & **Trockinge**. De dono *Roberti* de *Gattone* terram ſuam de **Hamſtede**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam *Gilbertus* de *Bradele* tenuit de eo ad feodi firmam. De dono *Huberti* Camerarii Reginæ, *iv.* libratas terræ in manerio de **Barkinge**. De dono *Ricardi Walenſis* quater *xx.* & unam acram & dimidiam terræ & *iv.* acras prati in **Barkinge**, cum ſerviciis *Auguſtinii* filii *Wulwardi*, & *Editha* viduæ, & *Ricardi Cruylandi*. De dono *Radulphi Harenge xxv.* acras terræ & dimidiam in campis de **Heſtone**, & pratum quantum pertinet ad tantum tenementum de eodem feodo; & ſervicium, quod *Robertus Faber* de **Heſtone** ei annuatim facere conſuevit. De dono *Willielmi Blemund* totum boſcum ſuum cum Bruera, & cum omnibus pertinenciis ſicut undique foſſatis includitur, in parochia Sancti *Pancracii* de **Kentiſſetone**, juxta parcum Domini *London.* Epiſcopi, verſus Auſtrum, & *VVillielmum Uggel* & hæredes ſuos & eorum ſervicia.

De dono *Radulphi Triket* croſtam quæ vocatur **Hograve**, & morſellum terræ juxta horreum ſuum in **Brambeleghe**, & **Northmede**; & **Sparewehani**, & **Wildam**, & **Wigehbikant**; & terram quæ fuit *Edmundi*; & terram quæ fuit *Hugonis* filii *Baldewini*, & managium ejuſdem *Hugonis*, cum campo adjacente. De dono *Ricardi* filii *Osberti*, locum quendam cum pertinentiis ſuis in quo quoddum molendinum ſitum fuit apud **Brambeleghe**; quod videlicet molendinum fuit unum ex quatuor molendinis juxta molendinum monialium de **Strafforde**, verſus Orientem.

De dono *Roberti Burel x.* ſolidatas redditus in **Brambeleghe**. De dono *VVillielmi* de *Pirho xv.* ſolidos redditus in molendino quod appellatur molendinum Monachorum apud **Brambeleghe**. De dono *Radulphi Hyerun*, & *VVillielmi Thruſſe*, & *VVillielmi* de **Berkinge** *xlii.* acras terræ, & unam acram prati cum pertinentiis, & redditum *xv.* ſolidorum, & *vi.* denariorum, & dimidiam libram piperis, per annum, in **Edelmetone**. De dono *Willielmi* Comitis *Eſſexiæ*, & Comitis *Galfridi* patris ſui, terram ſuam de **Seleghefoꝛde**, & unam hidam terræ & dimidiam in **Brambeleghe**. De dono *Ricardi* de *Luzy xx.* ſolidatas redditus in **Newetone**, & totam terram quam *Godefridus Beiſum*, ſerviens ſuus, tenuit una die & una nocte in manerio de **Leſnes**. De dono *Henrici* de *Furnellis*, & *Theobaldi* de **Barkinge** molendinum de **Barkinge**, cum pertinentiis ſuis. De dono *Henrici* de *Corneya* terram & pratum & redditum *xxxvii.* denariorum, quæ habent in *Corneya* & **Wdeſhale**.

De dono Petri de **Bendenge** *x.* ſolidos quieti redditus de terra de **Baleſherſe**. De dono *Huberti* de *Aneſtia*, & Dionyſiæ uxoris ſuæ, *ix.* ſolidatas quieti redditus de molendino de **Caldecote**. De dono *Nicholai* de **Gateſbirie**, & *Katerinæ* uxoris ſuæ *xi.* acras terræ cum pertinentiis in **Gateſbirie**. De dono *Thomæ* de **Bozdeſdene** *ix.* acras terræ cum pertinentiis in **Bozdeſdene**. De dono *Hugonis* de *Marines* ſexdecim acras & unam rodam terræ, & ſervicium *Stephani la Weste* & hæredum ſuorum in **Weſtmelne**. De dono *Ricardi* filii *Roberti*, unam virgatam terræ & quartam partem unius virgatæ, cum pertinentiis, in **Weſtmelne**, & ſervicium *Galfridi* fratris ſui, de medietate terræ patris ſui. De dono *Henrici* de *Sealaris*, & *Johannæ* filiæ ſuæ, *ix.* acras terræ & dimidiam, cum pertinentiis in **Wdeſhale**. De conceſſione & confirmatione Comitis *Willielmi* de *Maundeville xl.* carectatas buſchi, per annum, in boſco de **Enefelde**.

De dono *Walterii* de *Maundeville* Eccleſiam de **Brumfelde**, cum terris & decimis & omnibus ad eam pertinentibus. De dono ejuſdem *Walteri* Eccleſiam de **Mutelegh**, cum terris & decimis & omnibus ad eam pertinentibus. Hec autem omnia prædicta, prædictis Priori & Canonicis & ſucceſſoribus ſuis concedimus & confirmamus: Habenda & tenenda

is

imperpetuum, ſicut Cartæ & confirmationes prædictorum, quas inde habent, & quas inſpeximus rationabiliter teſtantur, & ſicut ea pacificè in præſenti habent & tenent. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud *Weſtm. viii.* die *Febr.* anno Regni noſtri *xi.*

PRIORATUS

de Taunton, *in agro* Somerſetenſi.

De prima fundatione ejuſdem.

Eſc. 19. E. 3, n. 172.

INquiſicio capta coram Eſcaetorem Domini Regis apud Taunton ſexto die *Januarii* anno Regni Regis *Edwardi* decimo, utrum viz. Prioratus de Taunton ſit de fundatione Progenitorum Domini Regis quondam Regum *Anglia*, ſeu Progenitoris ipſius Regis an aliorum; ſeu alterius, & quorum, & cujus, & de quibus terris & tenementis; et à quo tempore, per Sacramentum *Johannis Hortherd* (&c.) Qui dicunt per Sacramentum ſuum, quod Prioratus de Taunton non eſt de fundatione Progenitorum Domini Regis Regum *Anglia*, ſeu Progenitoris alicujus Regis, ſet dicunt quod prædictus Prioratus eſt de fundatione cujuſdam *VVillielmi Giffard* quondam Epiſcopi *Wynton. ante * tempus Regis* Edmundi Iryneſide, à quo tempore, quo non extat memoria; de tota terra ſua in parte Aquilonari extra portam orientalem villæ ſuæ de Tauntone ad conſtruendum ibidem Monaſterium & ſitum ſuum per bundas & diviſas in Carta ejuſdem Epiſcopi contentas & nominatas, in puram & perpetuam elemoſinam. Quas quidem fundationem & donationem *Henr.* Rex. *Anglia* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes Andeg. per Cartam ſuam confirmavit in puram & perpetuam elemoſinam ſicut in Carta prædicti Epiſcopi de fundatione & donatione prædictis plenius continetur. Et dicunt, quod dictus Prioratus nullas terras ſeu tenementa habet de fundatione ſeu donatione cujuſcumq; Progenitoris Regis *Anglia* ſeu Progenitorum quorumcumq; Regnum *Anglia*. In cujus rei Teſtimonium prædicti Jurati huic Inquiſitioni Sigilla ſua appoſuerunt.

* Error hic eſt maximus; nam iſte *Will. Gyffard* conſecratus fuit in Epiſc. *Wint.* a. 1107. 8 H. 1.

Carta Regis Edwardi *tertii Donatorum Conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 8 E. 3. n. 12. per Inſpex.

HEnricus Rex *Anglia* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & imperpetuam elemoſinam confirmâſſe Deo & Eccleſiæ *Tantonia*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes, quæ eis rationabiliter factæ ſunt. Ex dono *Willielmi* Epiſcopi, Fundatoris ejuſdem Eccleſiæ omnes Eccleſias *Tamonia* cum Capellis, & omnibus pertinentiis ſuis, & terram de *Blakedona*, & Eccleſiam de *Kingeſtona* cum Capellis & pertinentiis ſuis; Eccleſiam de *Lydyard* cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam de *Legha*, cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam de *Hilla* cum pertinentiis ſuis; Ex dono *Henrici* Epiſcopi Eccleſiam de *Pypemynſtra*, cum pertinentiis ſuis, & cum Capellis: Ex dono *Roberti Aurundelli* duas hidas terræ apud Diſgam, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum pertinentiis ſuis; Ex dono *Willielmi* filii *Odonis*, terram de *VVildelanda*, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum pertinentiis ſuis, concenſu *VVillielmi* nepotis, & hæredis ipſius, ſicut Carta ſua teſtatur. Ex dono *Willielmi* de *Moioun* terram de *Lydiard*. Ex dono *Ricardi* de *Turbervilla* conceſſu *Hugonis* fratris ſui, Eccleſiam de *Dubertono*, & terram de *Golialanda*. Ex dono *Rogeri Britonis* terram de *Uppecota*. Ex dono *Baldwini* de *Cumba* terram de *Mora*: Ex dono *Galfredi Foliot* unam virgatam terræ & dimidam in terra de *Stantona*; Ex dono *Oſberti*, & *Gaufridi* de *Hidona* terram de *Middledona*: Ex dono *Baldwini* de Cumba *xvi.* acras. Ex dono *Hugonis* de Flury, viginti acras terræ in *Heſtercumba*, Quare volo (&c.) Teſtibus *Ricardo* London, & *Nigello Elienſi* & *Roberto Lincolnienſi* Epiſcopis, *Thoma Cancellario*, *Roberto* Comite *Legrecevia Will.* Comite Glouc. (&c.)

Dimiſſio manerii de Dulverton *Canonicis de* Taunton *ad feodi firmam, per* Will. *de* Monteacuto *Comitem* Sarum.

Pat. 21 E. 3 p. 1. m. 12. per Inſpex.

PEr hoc ſcriptum indentatum cunctis appareat evidenter, quod nobilis, vir. *Willielmus* de *Monteacuto* Comes Sarum conceſſit, & ad feodi firmam dimiſit, & hoc ſcripto ſuo indentato confirmavit Religioſis viris Priori & Conventui de Taunton manerium & hundredum de Dulverton, cum pertinentiis; Habendum & tenendum eiſdem Priori & Conventui & eorum ſucceſſoribus, unà cum libertatibus regalibus ac aliis liberis conſuetudinibus, & alliis quibuſcunq; ad prædicta manerium & Hundredum cum pertinentiis ſpectantibus, ſeu pertinentibus imperpetuum. Reddendo inde eidem Comiti, hæredibus & ſuis aſſignatis decem libras ſterlingorum per annum ad duos anni terminos; viz. ad feſta *Paſche*, & S. *Michael*; ęqualis porcionibus (&c.) Dat. in Capitulo dicti Prioratus de Tanton *xviii.* die *Marcii* anno Regni Domini Regis *Edwardi* tertii à conqueſtu *xi.*

dem Eccleſiæ *Sanctæ Trinitatis*, & *H.* Regis primi, viri ſui, & *H.* Regis ſecundi, avi noſtri.

Concedimus etiam eis & confirmamus, de donatione prædictæ *M.* Reginæ, portam de **Alegate**, cum ſoca pertinente, ſicut in præſenti eas tenent, & duas partes redditus Civitatis *Exoniæ*; ſcilicet *xxv.* libr: blanc. per annum percipiendas ad ſcaccarium noſtrum, per manus Vicecomitum *Devon.* Et conceſſionem eis factam à prædicto *H.* Rege primo, de via muro claudenda, quæ erat inter Eccleſiam & officinas eorum & murum Civitatis *London*, ex altera parte uſq; ad murum prædictæ Civitatis & de via ſimiliter, quæ ſolebat ibi eſſe, quæ nunc eſt ante Eccleſiam prædictam, ex alia parte: Et ſimiliter homines ſuos & terram ſuam de *Anglica* **Cnittenegilde**, ſimul cum libertatibus & quietanciis, quas inde habent ex conceſſione prædicti *H.* Regis primi, & *H.* Regis ſecundi: Et ſimiliter terram ſuam de **Leiton**, cum libertatibus quas inde habent per cartam prædicti *H.* Regis primi.

Concedimus etiam eis & confirmamus cuſtodiam Hoſpitalis juxta Turrim **London**, cum terris & molendinis ad prædictum Hoſpitale pertinentibus, ſicut ea habent ex conceſſione Regis *Stephani* & Reginæ *Matildis* uxoris ejus: Et ſimiliter terras ſuas cum pertinenciis, in **Bracking**, cum Eccleſia de **Bracking**, ſimul cum libertatibus, quas habent ex conceſſione eorundem; Et ſimiliter alias terras ſuas de Honore *Boloniæ*; ſcilicet terram de **Berkedene**, de dono *Ricardi* de *Aneſtia*: Et terram de *Corneia*: Et Eccleſiam de **Lefſtanechirche**, de dono *Hugonis Triket*: Et Capellam de **Alſiſwik**, de dono *Ricardi* filii *Willielmi*. Concedimus etiam eis & confirmamus terras & redditus ſuos de **Bekeham**, & de **Claſhurſt**, quas habent de dono *Picoti Empaſtorat*, ſimul cum libertatibus quas ibidem habent ex conceſſione *Matildis* Imperatricis, filiæ *H.* Regis primi.

Concedimus etiam eis & confirmamus terras & tenementa, quæ habent de dono ſubſcriptorum; ſcilicet, de dono *Rogeri* filii *Briani* & *Matildis* uxoris ejus, duas carucatas terræ in **Hodenho**, & **Trockinge**. De dono *Roberti* de *Gattone* terram ſuam de **Hamſtede**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam *Gilbertus* de *Bradele* tenuit de eo ad feodi firmam. De dono *Huberti* Camerarii Reginæ, *iv.* libratas terræ in manerio de **Brackinge**. De dono *Ricardi Walenſis* quater *xx.* & unam acram & dimidiam terræ & *iv.* acras prati in **Brackinge**, cum ſerviciis *Auguſtinii* filii *Wilwardi*, & *Editha* viduæ, & *Ricardi Cruylandi*. De dono *Radulphi Harenge xxv.* acras terræ & dimidiam in campis de **Heſtone**, & pratum quantum pertinet ad tantum tenementum de eodem feodo; & ſervicium, quod *Robertus Faber* de **Heſtone** ei annuatim facere conſuevit. De dono *Willielmi Blemund* totum boſcum ſuum cum Bruera, & cum omnibus pertinenciis ſicut undique foſſatis includitur, in parochia Sancti *Pancracii* de **Kentiſſetone**, juxta parcum Domini *London.* Epiſcopi, verſus Auſtrum, & *VVillielmum Uggel* & hæredes ſuos & errum ſervicia.

De dono *Radulphi Triket* croftam quæ vocatur **Hograve**, & morſellum terræ juxta horreum ſuum in **Brambeleghe**, & **Northmede**; & **Sparewehani**, & **Wildam**, & **Wigewikam**; & terram quæ fuit *Edmundi*; & terram quæ fuit *Hugonis* filii *Baldewini*, & managium ejuſdem *Hugonis*, cum campo adjacente. De dono *Ricardi* filii *Osberti*, locum quendam cum pertinentiis ſuis in quo quoddum molendinum ſitum fuit apud **Brambeleghe**; quod videlicet molendinum fuit unum ex quatuor molendinis juxta molendinum monialium de **Strafforde**, verſus Orientem.

De dono *Roberti Furel x.* ſolidatas redditus in **Brambeleghe**. De dono *VVillielmi* de *Pirho xv.* ſolidos redditus in molendino quod appellatur molendinum Monachorum apud **Brambeleghe**. De dono *Radulphi Hyerun*, & *VVillielmi Thruſſe*, & *VVillielmi* de **Berkinge** *xlii.* acras terræ, & unam acram prati cum pertinentiis, & rdditum *xv.* ſolidorum, & *vi.* denariorum, & dimidiam libram piperis, per annum, in **Edelmetone**. De dono *Willielmi* Comitis *Eſſexiæ*, & Comitis *Galfridi* patris ſui, terram ſuam de **Forleghesforde**, & unam hidam terræ & dimidiam in **Brambeleghe**. De dono *Ricardi* de *Lucy xx.* ſolidatas redditus in **Newetone**, & totam terram quam *Godefridus Beiſum*, ſerviens ſuus, tenuit una die & una nocte in manerio de **Leſnes**. De dono *Henrici* de *Furnellis*, & *Theobaldi* de **Brackinge** molendinum de **Brackinge**, cum pertinentiis ſuis. De dono *Henrici* de *Corneya* terram & pratum & redditum *xxxvii.* denariorum, quæ habent in *Corneya* & **Wlfothale**.

De dono Petri de **Bendenge** *x.* ſolidos quieti redditus de terra de **Waleſherſe**. De dono *Huberti* de *Aneſtia*, & Dionyſiæ uxoris ſuæ, *ix.* ſolidatas quieti redditus de molendino de **Caldecote**. De dono *Nicholai* de **Gateſbirie**, & *Katerina* uxoris ſuæ *xi.* acras terræ cum pertinentiis in **Gateſbirie**. De dono *Thomæ* de **Boreſdene** *ix.* acras terræ cum pertinentiis in **Boſdeſdene**. De dono *Hugonis* de *Marines* ſexdecim acras & unam rodam terræ, & ſervicium *Stephani la Weste* & hæredum ſuorum in **Weſtmelne**. De dono *Ricardi* filii *Roberti*, unam virgatam terræ & quartam partem unius virgatæ, cum pertinentiis, in **Weſtmelne**, & ſervicium *Galfridi* fratris ſui, de medietate terræ patris ſui. De dono *Henrici* de *Scalariis*, & *Johanna* filiæ ſuæ, *ix.* acras terræ & dimidiam, cum pertinentiis in **Wlvothale**. De conceſſione & confirmatione Comitis *Willielmi* de *Maundeville xl.* careſtatas buſchi, per annum, in boſco de **Enefelde**.

De dono *Walterii* de *Maundeville* Eccleſiam de **Brumfelde**, cum terris & decimis & omnibus ad eam pertinentibus. De dono ejuſdem *Walteri* Eccleſiam de **Mutelegh**, cum terris & decimis & omnibus ad eam pertinentibus. Hæc autem omnia prædicta, prædictis Priori & Canonicis & ſucceſſoribus ſuis concedimus & confirmamus: Habenda & tenenda

in

imperpetuum, ſicut Cartæ & confirmationes prædictorum, quas inde habent, & quas inſpeximus rationabiliter teſtantur, & ſicut ea pacificè in præſenti habent & tenent. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud *Weſtm.* *viii.* die *Febr.* anno Regni noſtri *xi.*

PRIORATUS

de Taunton, in agro Somerſetenſi.

De prima fundatione ejuſdem.

Eſc. 19. E. 3. n. 172.

INquiſicio capta coram Eſcaetorem Domini Regis apud Taunton ſexto die *Januarii* anno Regni Regis *Edwardi* decimo, utrum viz. Prioratus de Taunton ſit de fundacione Progenitorum Domini Regis quondam Regum *Angliæ*, ſeu Progenitoris ipſius Regis an aliorum, ſeu alterius, & quorum, & cujus, & de quibus terris & tenementis; et à quo tempore, per Sacramentum *Johannis Hertherd* (&c.) Qui dicunt per Sacramentum ſuum, quod Prioratus de Taunton non eſt de fundatione Progenitorum Domini Regis Regum *Angliæ*, ſeu Progenitoris alicujus Regis, ſet dicunt quod prædictus Prioratus eſt de fundatione cujuſdam *VVillielmi Giſfard* quondam Epiſcopi *Wynton. ante* * *tempus Regis* Edmundi Iryneſide, à quo tempore, quo non extat memoria, de tota terra ſuâ in parte Aquilonari extra portam orientalem villæ ſuæ de Tauntone ad conſtruendum ibidem Monaſterium & ſitum ſuum per bundas & diviſas in Carta ejuſdem Epiſcopi contentas & nominatas, in puram & perpetuam elemoſinam. Quas quidem fundationem & donationem *Henr.* Rex. *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes Andeg. per Cartam ſuam confirmavit in puram & perpetuam elemoſinam ſicut in Carta prædicti Epiſcopi de fundatione & donatione prædictis plenius continetur. Et dicunt, quod dictus Prioratus nullas terras ſeu tenementa habet de fundatione ſeu donatione cujuſcumq, Progenitoris Regis *Angliæ* ſeu Progenitorum quorumcumq; Regnum *Angliæ*. In cujus rei Teſtimonium prædicti Jurati huic Inquiſitioni Sigilla ſua appoſuerunt.

* Error hic eſt maximus; nam iſte *Will. Gyffard* conſecratus fuit in Epiſc. *Wint.* 2. 1107. 8 H. 1.

Carta Regis Edwardi *tertii Donatorum Conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 8 E. 3. n. 12. per Inſpex.

HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & imperpetuam elemoſinam confirmâſſe Deo & Eccleſiæ *Tantoniæ*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes, quæ eis rationabiliter factæ ſunt. Ex dono *Willielmi* Epiſcopi, Fundatoris ejuſdem Eccleſiæ omnes Eccleſias *Tantoniæ* cum Capellis, & omnibus pertinentiis ſuis, & terram de *Blakedona*, & Eccleſiam de *Kingeſtona* cum Capellis & pertinentiis ſuis; Eccleſiam de *Lydyard* cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam de *Legha*, cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam de *Hilla* cum pertinentiis ſuis; Ex dono *Henrici* Epiſcopi Eccleſiam de *Pypemynſtra*, cum pertinentiis ſuis, & cum Capellis: Ex dono *Roberti Aurundelli* duas hidas terræ apud Diſgam, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum pertinentiis ſuis; Ex dono *Willielmi* filii *Odonis*, terram de *VVildelanda*, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum pertinentiis ſuis, concenſu *VVillielmi* nepotis, & hæredis ipſius, ſicut Carta ſua teſtatur. Ex dono *Willielmi* de *Moioun* terram de *Lydiard*. Ex dono *Ricardi* de *Turbervilla* conceſſu *Hugonis* fratris ſui, Eccleſiam de *Dubertono*, & terram de *Golialanda*. Ex dono *Rogeri Britonis* terram de *Uppecota*. Ex dono *Baldwini* de *Cumba* terram de *Mora*: Ex dono *Galfredi Foliot* unam virgatam terræ & dimidam in terra de *Stantona*; Ex dono *Oſberti*, & *Gaufridi* de *Hidona* terram de *Middledona*: Ex dono *Baldwini* de Cumba *xvi.* acras. Ex dono *Hugonis* de Flury, viginti acras terræ in *Heſtercumba*, Quare volo (&c.) Teſtibus *Ricardo* London, & *Nigello Elienſi* & *Roberto Lincolnienſi* Epiſcopis, *Thoma Cancellario*; *Roberto* Comite *Legreceviæ* *Will.* Comite Glouc. (&c.)

Dimiſſio manerii de Dulverton *Canonicis de* Taunton *ad feodi firmam, per* Will. *de* Monteacuto *Comitem* Sarum.

Pat. 11 E. 3. p. 1. m. 12. per Inſpex.

PEr hoc ſcriptum indentatum cunctis appareat evidenter, quod nobilis, vir. *Willielmus* de *Monteacuto* Comes Sarum conceſſit, & ad feodi firmam dimiſit, & hoc ſcripto ſuo indentato confirmavit Religioſis viris Priori & Conventui de Taunton manerium & hundredam de Dulverton, cum pertinentiis; Habendum & tenendum eiſdem Priori & Conventui & eorum ſucceſſoribus, unà cum libertatibus regalibus ac aliis liberis conſuetudinibus, & aliis quibuſcumq; ad prædicta manerium & Hundredum cum pertinentiis ſpectantibus, ſeu pertinentibus imperpetuum. Reddendo inde eidem Comiti, hæredibus & ſuis aſſignatis decem libras ſterlingorum per annum ad duos anni terminos; viz. ad feſta *Paſche*, & S. *Michael* æqualis porcionibus (&c.) Dat. in Capitulo dicti Prioratus de Tanton *xviii.* die *Marcii* anno Regni Domini Regis *Edwardi* tertii à conqueſtu *xi.*

PRIORATUS

De **Haſtings** *in* **Suſſexia.**

Lel. Coll. vol. 1. p. 82.

Novus Prioratus de **Haſtings.**

Walterus Bricet *miles fundator.*

Mödernus, …. **Pelham** *miles.*

Carta Henrici *Comitis de* Augo, *diverſorum donationes recitans & confirmans.*

Cart. 22. E. 1. n. 32.

REx Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam *Henricus* quondam Comes de *Augo* fecit Eccleſiæ, S. *Maria* de *Haſtingiis*, quæ eſt libera Capella noſtra, & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, in hæc verba. *Henricus* Comes de *Augo* omnibus hominbus ſuis *Françis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis quod ego concedo, & hac præſenti Cartâ meâ confirmo præbendas Eccleſiæ S. *Maria* de *Haſtingiis* ab anteceſſoribus meis in liberam & perpetuam elemoſinam conceſſas, ſicut Carta *Henrici* avi mei teſtatur; & ideo volo & firmiter præcipio, ut fructus Præbendarium ubicunque ſint, vel in cujuſcunque donatione, Canonicis ejuſdem Eccleſiæ integrè & ſine moleſtia perſolvantur; Et ne quis aliquid ſubtrahat vel diminuat: Preterea concedo & confirmo redditus ad theſaurarium ejuſdem Eccleſiæ pertinentes; ſcilicet de Vicecomitatu meo annuatim decimum denarium, de dominicis de *Burherſia x.* ſol. de *Balwarebecha*, *v.* ſol. & in eadem villa de manſura quadam quæ fuit *Wlvardi xii.* d. de **Chedinges** *ii.* ſol. de **Fleſham** *iiii.* ſol. de **Rokcland** *iiii.* ſol. de *Sandherſte xii.* d. de **Luneſford** decimam de dominio; de *Roberto Strabone vi.* ſol. de *Knella viii.* ſol. de **Orenbrigg** *iiii.* ſol. de **Leges** *iiii.* ſol, de **Wppene** *ii.* ſol. de *Morlaia xii.* d. de **Overſlag** *xii.* d. de *Crohera xviii.* d. de **Barſell** *xviii.* d. de **Hora** *ii.* ſol. de *Batello* de **Winchelſe** decimam, de *Forbeſta* decimam, de **Petreſham** *xii.* d. & *iiii.* manſuræ in *Yeſtbecha*, quas *Willielmus* filius *Roberti* dedit Eccleſiæ ſupradictæ; *viz. ii.* manſuræ quæ fuerunt *Reinberti*, & una quæ fuit *Kys*, & *iiii.* quæ eſt juxta poſternam. De **Wiggeſsel** *ii.* ſol. *Willielmus* autem, filius *Wiberti*, quia de Vicecomitatu Comitatus, quem tenuit, retinuit Decimam, dedit & conceſſit Theſaurariæ & Eccleſiæ ſupradictæ, de ſubcaſtello perpetuè remanendam. Item per eundem reatum *Engeleri* de *Scoteniis* dedit & conceſſit terram de *Betenaſſi*. Nos autem conceſſionem, confirmationem & donationem prædictas, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Eccleſiæ & Canonicis ejuſdem & ſucceſſoribus ſuis concedimus & confirmamns, &c. Data per manum Regis apud *Weſtmonaſterium* quarto Die *Decembris.*

De tranſlatione ſedis ejuſdem Prioratus, ratione maris inundationis, uſque **Warbilton.**

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod cum Eccleſia S. *Trinitatis* de **Haſtyng**, ac inhabitatio dilectorum nobis in Chriſto Prioris & Conventus Eccleſiæ prædictæ apud **Haſtyng**, per mare inundatæ & vaſtatæ exiſtunt, ita quod ipſi ibidem amplius morari non poſſunt, ſicut præfati Prior & Conventus nos informârunt; eoque prætextu dilectus & fidelis miles noſter *Johannes Pelham*, de licentia noſtra, dederit & conceſſerit eiſdem Priori & Conventui certa terras & tenementa in **Warbilton** ſuper quas terras unam novam Eccleſiam, & inhabitationem in honore Sanctæ *Trinitatis* conſtruere inceperunt, ut dicitur. Nos de gratia noſtra ſpeciali & præmiſſorum intuitu, dedimus & conceſſimus præfatis Priori & Conventui, in auxilium ſuſtentationis novæ Eccleſiæ & inhabitationis prædictarum, manerium de **Wythiam**, vocatum **Mounkencourt**, cum advocatione Eccleſiæ de **Wythiam**, ac omnibus terris, tenementis, redditibus & ſerviciis, pentionibus, portionibus, ac aliis commoditatibus ſuis quibuſcunque; quod quidem manerium de poſſeſſionibus Prioris & Conventus de *Morteyn* alienigenæ, in manibus noſtris occaſione guerræ inter nos & ad adverſarium noſtrum *Franicæ* motæ exiſtentis exiſtit, & ad *xxv.* libr. *v.* ſol. *vi.* denar. per annum extenditur, ut dicitur: Habendum & tenendum eiſdem Priori & Conventui dictæ Eccleſiæ S. *Trinitatis* & ſcceſſoribus ſuis à decimo nono die *Decembris* ultimo præterito, uſque ad finem *xx.* annorum extunc prox. ſequentium, abſque aliquo nobis vel hæredibus noſtris inde reddendo, aliqua ordinatione in contrarium facta non obſtante. In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm. xxiii.* Die *Octobris.*

PRIORATUS

S. **Mariæ Overie** *infra burgum de* **Suthwarke** *in agro* **Surregienſi.**

De fundatione ejuſdem.

Ex cart ceo Ms. i bibl. Col. Corp. Chri Oxon. [B f. 193. a

W*Illielmus Giffard* Epiſcopus *Wintonienſis* fundavit Monaſterium S. *Mariæ Overie* in **Suthwarke**, extra *Londoniam*, & Canonicos ſeculares ibi inſtituit

Carta Reginaldi *de* Warenna *de Eccleſia de* **Plumbton.**

x collect. ug. Vin- nt gen. EGo *Reginaldus* de *Warenna* dedi Canonicis de **Suthwerke** Eccleſiam de **Plumbton,** cum aſſenſu *Aliciæ* uxoris meæ, & *Willielmi* filii mei, pro ſalute mea & *Aliciæ* uxoris meæ & liberorum meorum; & pro ſalute *Iſabellæ* Comitiſſæ Dominæ meæ; & pro animabus patris & matris meæ; & pro anima *Willielmi* Comitis *VVarenna* fratris mei; & pro anima *Willelmi* de **Wormengay** patris *Aliciæ* uxoris meæ.

Carta Will. *de* Warenna *de* Lx. *acris terræ.*

Ib. EGo *Willelmus* de *Warenna* dedi Canonicis de **Suthwerke**, unà cum corpore meo *Lx.* acras terræ in *Fortiſcrea*, dictas **Wadeland**, pro animabus patris mei *Reginaldi*, & matris meæ *Aliciæ*, & Beatricis uxoris meæ, & *Reginaldi* filii noſtri; & *Beatricis* & *Iſabellæ* filiarum noſtrarum.

Carta Beatricis *uxoris ejuſdem* Willielmi.

Ib. EGo **Beatrix**, filia *Willelmi* de *Warenna*, poſt mortem viri Domini mei *Radulphi*, dum eſſem in viduitate mea, conceſſi & confirmavi donationem quam pater meus *Willielmus* de *VVarenna* fecit Canonicis de **Suthwerke**, pro ſalute avi mei *Reginaldi* de *Warenna*, & *Aliciæ* aviæ meæ, & patris mei *Willielmi*, & matris meæ *Beatricis*, & fratris mei *Reginaldi*, cujus corpus ibi requieſcit; & *Iſabellæ* ſororis meæ, & meæ, de *Lx.* acris terræ in *Fortiſcrea*, viz. in **Wadeland**, cum pertinentiis ſuis, &c.

Carta Tirelli *de* **Maniers** *de Eccleſia de* **Beneſtede.**

Ib. *TIrellus* de **Maniers** omnibus amicis ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Noveritis me dediſſe Deo & Canonicis de **Suthwerke** Eccleſiam meam de **Beneſtede**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & præcipio quod de me & de hæredibus meis æternaliter in pace teneant.

Carta Nigelli *de* **Moubray** *de eadem Eccleſia.*

NIgellus de **Moubray** omnibus amicis & hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Notum vobis facio me dediſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Canonicis de **Suthwerke** Eccleſiam de manerio meo de **Beneſtede**, quod cum uxore mea in matrimonium accepi, &c. Teſtibus *Hamelino* de *VVarenna*, & *Rogero* de **Moubray.** Ib.

Carta Mabiliæ *filiæ* Willielmi *Patrio, uxoris* Nigelli *de* **Moubray.**

NOtum ſit præſentibus & futuris, quod ego *Mabilla* uxor Domini *Nigelli* de **Moubray**, conceſſi Canonicis de **Suthwerke** unam de virgatis terræ quas *Radulfus Vinetan* tenuit de *Nigello* Domino meo & marito & de me: Reddendo indè ad Curiam de **Beneſtede**, &c. Ib.

Carta Regis Stephani *de Decima firmæ de* **Sudwerke.**

Pat.3 E.4. p.3.m. 21 per Inſpex, Vide Cart. 18 E.3.n.8

STeph. Rex *Angliæ* Epiſcopo *Wynt.* Juſtic. Vicecomitibus, Baronibus & omnibus miniſtris & fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Sudreia* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Sudwerca*, & Canonicis Regularibus in ea Deo ſervientibus pro anima Regis *Henrici* avunculi mei, & aliorum anteceſſorum meorum, decimam firmæ meæ de *Sudwerca.* Quare volo (&c.) T. *M.* Regina, & *Ricardo* de *Lucy*, & *Huberto* Camerario, apud **London.**

Carta Hamelini *Comitis de* Warenna *de Eccleſiis de* **Crechesfeld**, **Becheſwurd** & **Leghe.**

NOtum ſit omnibus S. Eccleſiæ fidelibus, tam præſentibus, quàm futuris, quod ego *Hamelinus* Comes de *Warenna* & *Hyſabella* Comitiſſa mea, pro amore & honore Dei, & beatæ *Mariæ* ſemper Virginis, & omnium ſanctorum; & pro animabus Regum *Angliæ Willielmi* primi & ſecundi, & *Henrici*, & omnium ſuorum; & pro anima Patris, &c. Comitis *Andegaviæ*; & pro animabus Comitum *Warennæ*, *Willielmi* primi, ſecundi, & tertii; & pro anima *Gundredæ* Comitiſſæ & *Hiſabellæ* Comitiſſæ; & pro ſalute *Henrici* Regis ſecundi; pro noſtra ſalute, & omnium conſanguineorum noſtrorum, & amicorum & familiarium concedimus, & præſentis Scipti pagina confirmavimus imperpetuum Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Sudewurch** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Crechesfeld**, cum Eccleſia de **Becheſwurd**, & Eccleſia de **Leghe**, Ibid.

& omnibus ad eas pertinentibus tam in decimis quam in terris & omnibus aliis redditibus & conſuetudinibus. Inſuper donamus eis *x.* acras de dominio noſtro in orientali parte Eccleſiæ, juxta cimiterium, in eſcambium pro burgagio ſuo quod habuerunt in villa mea, ſalva manſura *Ailmeri* **Pur.** quam de eis in elemoſinam tenet, & via ingreſſionis & exitus campi ſui **Ingleſwurde.** Et volo ut ita benè & liberè & pacificè teneant, quod nullus de eis ſuper me ſe intromittat; quod ſi quis infirmare vel diſturbare, vel à prædicta Eccleſia aliquo modo auſu temerario alienare voluerit, anathematis mucrone feriatur, donec ſatisfactione reſipiſcat. Hiis teſtibus *Th.* Elemoſinarius, *Philippus* Capellanus (&c.)

Carta Willielmi *Epiſcopi* Winton. *donationem Eccleſiæ* de **Stokes** *confirmans.*

Ib. *WIllielmus* dei gratiâ *Wynton.* Epiſcopus venerandus, S. *Eccleſiæ* fidelibus ſalutem. Notum ſit omnibus quod *Hugo* de **Stokes**, & uxor ejus, & *Aluredus* presbyter de **Stokes** dederunt Eccleſiam S. *Egidii* de **Stokes** Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Sudwerca* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in perpetuam elemoſinam, & optulerunt eam ſuper Altare S. *Mariæ*, per cultellum *Reginaldi* fratris *Hugonis*, in præſentia mea, cum omnibus ad eam pertinentibus; ſcilicet cum decima de **Stokes** & decima de *Dutona*, & cum omni tenemento, quo *Aluredus presbyter* eam tenuit in terris & ſilvis & manſionibus ſine calumpnia & contradictione. Et ipſe *Aluredus* presbyter ſuſcepit habitum religionis in Eccleſia S. *Mariæ* ea die. Hujus donationis ſunt teſtes qui nobiſcum fuerunt præſentes, *Stephanus* Archidiaconus de *Surreia*, *Giraldus* Capellanus, *Bernardus* Capellanus (&c.)

Carta Regis Stephani *de domo lapidea apud* **Dovegate.**

Ib. *STephanus* Rex *Angliæ* Epiſcopo *London.* & Juſtic. & Vic. & Baronibus & miniſtris & omnibus fidelibus ſuis *Londoniæ* & totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Sudwerc** in elemoſinam, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus domum lapideam, quæ fuit *Willielmi* de *Ponte-Archarum*, quæ ſita eſt contra ſeldas de *Dovegata*, pro ſalute mea & *Matildis* Reginæ uxoris meæ, & liberorum meorum, & pro animabus prædeceſſorum meorum Regum, *Angliæ.* Quare volo (&c.) T. *H.* Epiſcopo *Wynton.* & *Matilda* Regina *Angliæ*, apud *London.*

Carta Regis Johannis *donationem de terra & Eccleſia de* **Ketebrok** *confirmans.*

JOhannes Dei Gratiâ Rex *Angliæ*, (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Priori & Canonicis S. *Mariæ* de **Sudwerc** rationabilem donationem quam *Cecelia* Comitiſſa *Herefordiæ* eis fecit de tota terra ſua de **Ketebrok** cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis in redditibus & homagiis, (&c.) Præterea conceſſimus & confirmavimus eiſdem Priori & Canonicis de dono prædictæ *Ceceliæ* Comitiſſæ quatuor libratas redditus annui in **Preſton**, annuatim recipiendas per manus illorum qui terram illam de ſe & de hæredibus ſuis tenebunt in duobus terminis anni, ſcilicet *xl.* ſol. ad Paſcha, & quadraginta ſolidos ad feſtum S. *Michaelis*, ſicut Carta prædicta *Ceceliæ* Comitiſſæ, & confirmatio *Willielmi* de *Munkenſy* Nepotis & hæredis ſui, quas inde habent, rationabiliter teſtantur. Quare volumus, (&c.) T. Dominis *W. London. P. VVinton*, (&c.) Epiſcopis apud *Lameh. vii.* die *Maii* Anno regni noſtri octavo.

Pat. 19. H. 6. p. 1. m 6 per. inſpex

Briſettenſe Cœnob. in agro Suffolcienſi,

Fundatio per Radulphum filium *Briani.*

SPirituali Patri ſuo *Heroberto* Dei Gratia *Norwicenſi* Epiſcopo, omibuſque dilectis Sanctæ Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, omnibuſque hominibus *Francis* & *Anglis*, *Radulfus* filius, *Briani* & *Emma* uxor ſua in Chriſto ſalutem & devotam dilectionem. Quoniam ego *Radulfus* filius *Briani*, horrore mortis quotidie perterritus, dum auras percello temporales, finem meum expecto, dum licet mihi, dum tempus habeo, mea adaugendo elemoſynas corrigo. Vobis itaque, Domini mei & amici mei deſideratiſſimi, notifico, quod ſponte mea, inſtinctu & conſilio domini Epiſcopi *Norwicenſis*, *Hereberti*, & *Aluredi* Archidiaconi ſui, & Domini mei *Willelmi Pevereli le Mechin* ſtabilivi Eccleſiam Deo & Sanctæ *Mariæ* & ſanctiſſimo Confeſſori ſuo *Leonardo* apud **Briſete**, in qua Canonicos regulares Deo ibidem perhenniter ſervituros appoſui & inſtitui, pro ſalute & redemptione animæ meæ & *Emmæ* uxoris meæ, & filiorum meorum, & pro incolumitate Domini noſtri *Henrici* Regis, & pro animabus amicorum meorum, & pro totius ſalvatione populi Dei; cui loco meipſum & uxorem meam & hæredes meos, qui meo adquieverint conſilio, optuli & donavi: Scitote ergo, quod prædictos Canonicos pono in protectione *Norwicenſis* Epiſcopi, quatenus quicumque Prior extiterit, ipſe Prior poteſtatem habeat juſtè apponendi vel removendi quos ſibi placuerit Canonicos. Præterea conceſſi & Deo dedi & Sancto *Leonardo* & Canonicis ibidem ſervientibus totam tenaturam,

Ex Autographo penès Præpoſitum & Scolares Collegi *Regalis Cantabri* ram *Hugonis* ſacerdotis, cum ſuis pertinentiis, ſcilicet totam decimam de **Briſete**, & totam decimam de *Loſa*, cum Capella; & quamdiu fuero in *Suffolcia*, Canonici mei erunt Capellani, & tam diu habeant Decimam de pane meo, & de cerviſia ſimiliter.

Inſuper adcrevi victui Canonicorum quoddam meum magnum gardinum quod eſt ab aquilonari parte Monaſterii, cum quarta parte unius acræ, quæ conjacet pomerio, & Curiam quæ interjacet gardino & Eccleſiæ, cum alio parvo gardino, quod eſt ab orientali plaga, & terram *Pachingi* de **Waterfeld**, *vi.* acras in **Erneſdune**; & juxta tres acras de curta terra, & **Haddeſcroth**. Juxta nemus triginta tres acras. In **Hecham** ſeptem acras. In **Hanus** quinque acras, quas *Robertus* de Sancto *Martino* tenuit, & unam acram prati per majorem percam * in **Bildeſton**, ubi fons exoritur; & locum ad vivarium faciendum, quo, ſi voluerint Canonici, molendinum faciant, & habeant liberè ſine aliquâ moleſtiâ; & plateam quæ jacet ante portam Eccleſiæ, excepto quod introitum & exitum meum habeam: & communionem paſturæ cum pecoribus meis ſua pecora habeant ubique, viiſque participentur ſicut & ego Canonicorum etiam homines ab omni inquietatione & mala conſuetudine quieti & liberi teneant. Et decimam nemoris dedi eis & paſnagium quietum, & de **Pereſted** decimam; & de **Hobrege** decimam, conceſſione *Chriſtianæ* ſororis meæ, decimam de **Smedfeld** * apud *Lund.* In **Tilingam** de *Wlward* ſexaginta acras; [de *Eringe lx.* acras, de *Godeva x.* acras, **Mygeland** *lx.* acras;]meam partem Eccleſiæ de *Stepla*, cum tercia parte decimæ meæ. [Eccleſiam de **Staneſgate**, cum tertia parte decimæ meæ] dominii mei ſimul cum terris quas dabo in dedicatione Eccleſiæ. *Warinus* etiam appoſuit decimam ſuam de *Meddlimeta* & de **Claketon**. Hujus donationis ſunt teſtes *Aluredes* Archidiaconus, *Herlewinus* presbyter, *Hugo* Presbyter, *Robertus* Presbyter de *Rengeſela*, *Willielmus Treſgat*, *Willelmus* de *Inſula*, *Ricardus Madwit.* De villa de **Briſete**, *Urſel*, *Hereward*, Clericis, *Franchinne*, *Godwinus* filius *Alfled*, & cæteri plures, valete.

* lege particam.

* Intellige **Smithfeld** apud *Londinum*. [Hæc licèt autographo deſint, in vetuſto tamen exemplari reperiuntur.]

Carta Radulphi *filii* Brienni.

Ibid.

SPirituali patri ſuo *T.* Dei gratia *Cantuarien.* Archiepiſco, & *Willielmo eadem* gratia *Norwicenſi* Epiſcopo, omnibuſq; dilectis Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, omnibuſq; hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, *Radulphus* filius *Brienni* & *Agnes* uxor ſua, in Chriſto ſalutem, & devotam dilectionem. Sciatis, quod ego concedo & confirmo hâc Cartâ meâ omnem donationem, quam *Radulphus* filius *Brienni* avus meus dedit beatæ *Mariæ* de ſancto *Leonardo* de *Briſet*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, tam in rebus Eccleſiaſticis, quàm laicis, ſicut Carta prædicti *Radulphi* avi mei teſtatur & confirmat, cum cæteris confirmationibus quas habent, excepto loco vivarii, pro quo habent eſcambium; ſcilicet acram & dimidiam quæ jacet inte terram *Ulmari* & terram monachorum de *Acre*, excepta quarta parte unius acræ, pro qua habent eſcambium, ſcilicet rodam & dimidiam juxta terram, quæ eſt **Carneſdune**. Hiis teſtibus, *Huberto* Clerico de **Berting.** *W.* ſacerdote de **Pedding**, *Tho Warino* Clerico de **Navelton**, *Waltero* de **Mideltune**, *Abraham*, *Samuell*, *Radulpho* de **Naveltun**, *W. Hacon*, *Albrico* de *Dammartino*, *Ricardo* de **Wacheſſam**, *Roberto* de **Willagheſham**, *Gaufrido Tolsbuc*, *Galtero* de *Haia*, *Jordano* de *Ringeſhele*.

Carta Brienni *filii* Radulfi *de terra extra parcum ſuum jacente.*

OMnibus hominibus, & amicis ſuis, *Francis* & *Anglis*, *Briennus* filius *Radulfi* ſalutem; Notum ſit univerſitati veſtræ quod ego *Briennus*, ſucceſſor, & hæres patris mei *Radulfi*, concedo & ſcripti mei teſtimonio confirmo, terram illam; quæ jacet juxta parcum meum, inter terram *Bage*, & terram **Manſreth**, quæ fuit *Sictrich*, Deo & Eccleſiæ ſancti *Leonardi* de **Briſete**, & Canonicis ibidem Deo miniſtrantibus, in perpetuam elemoſinam, quam pater meus eis conceſſit & dedit, pro ſalute animæ ſuæ, & anteceſſorum, & ſucceſſorum ſuorum. Habeant itaque in perpetuum, & teneant, prædicti Canonici, & eorum ſucceſſores eandem terram, ſicut Carta patris mei teſtificatur, liberam, & quietam ab omni ſæculari conſuetudine, & ſervitio. Hii ſunt teſtes, *Willielmus* de *Bovilla*, *Oſbertus* filius *Hervei*; *Johannes* Manant, *Galfridus* de *Amblia*, *Robertus* de *Burnavilla*; *Stephanus* de *Montecaniſia*, *Willielmus* de *Montecaniſia*, *Willielmus* de *Glanvilla*, *Hubertus Hacun*, *Rodobertus Manant*, Magiſter *Johannes Herbertus* Sacerdos, *Thomas* Presbiter, *Alexander* Clericus.

Ibid.

Carta Almarici Peche *militis, donationem* Radulphi *filii* Briani, *anteceſſoris ſui confirmans.*

OMnibus has literas viſuris vel auditu ris *Almaricus Peche* miles, dominus de *magna* **Briſete** ſalutem in domino. Noveritis me, pro ſalute animæ & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, in puram & perpetuam elemoſinam, pro me & hæredibus meis, Deo & Eccleſiæ S. *Leonardi* de **Briſete**, Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Briſete** & decimas; Capellam de *Loſa* & decimas; & decimas de **Perſtede**; & omnia alia, quæ in Carta *Radulphi* filii *Briani* anteceſſoris mei pleniùs continentur. Et ut hæc mea conceſſio & præſentis Cartæ meæ confirmatio rata ſit & firmaimperpetuum,

Ibid.

huic præſenti Cartæ meæ Sigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, dominis *Roberto* de *Burnaville*, *Egidio* de *Wacheſham* militibus, *Anſelmo* de *Ringeſele*, *Ricardo Pigaz*, *Radulpho Eu*, *Hamelino* de *Breſeta*, *Roberto Ruſſell*, & aliis.

Carta Almarici Peche *de amerciamentis hominum Prioris & Canonicorum de* **Briſete.**

Ibid.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris, *Almarius Peche*, dominus de **Breſete** *magna*, Salutem in domino. Tenore præſentium notum vobis facio, quòd cum Manerium de **Breſete** *magna*, ex dono domini *Henrici* Regis *Angliæ* primò receperim, Eccleſiam ſancti *Leonardi* de **Breſete**, Priorem & Canonicos ejuſdem loci, ex donatione *Radulphi* filii *Brianni*, ex confirmatione Regia in plenam ſeyſinam inveni de amerciamentis ſuorum tenentium in **Breſete** provenientibus pro Aſiſa Regis non ſervata; ut de pane, & ſerviſia, & de menſuris falſis, ut de lagenis, ulnis, Buſellis, ponderibus, & cæteris hujuſmodi, & de omnibus aliis tranſgreſſionibus prædictorum tenentium qualitercunq; provenientibus, unde amerciamenta poſſint exigi & levari. Quare volo & concedo, & hoc præſenti ſcripto meo confirmo pro me & hæredibus meis, ac pro ſalute animæ meæ, patris & matris meæ & filiorum meorum, *Bartholomæi* & *Eadmundi*, & filiarum mearum, quod omnia prædicta amercimenta dictorum tenentium prædictorum Prioris & Canonicorum eorundem ſucceſſorum qualitercunq; provenientia, cum omnibus & ſingulis libertatibus præmiſſis Eccleſiæ Sancti *Leonardi* de **Breſete** prædictæ, Priori & Canonicis prædictis ibidem Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus, liberè, quietè, bene, & in pace, in pura, & perpetua eleemoſina, habeant, & poſſideant in perpetuum. Inſuper fateor me recepiſſe de dictis religioſis ſeptem acras terræ, ad incrementum culturæ dicti manerii, jacentes propè campum qui vocatur **Dawſfeld** pro omnibus Curiarum ſectis, pro terra quondam *Radulphi* de **Beylham**, & pro omnibus aliis Curiarum ſectis à dictis religioſis in perpetuum exigendis. Et ut hæc mea conceſſio, & ſcripti hujus confirmatio rata & ſtabilis imperpetuum remaneat, huic præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis Teſtibus, Domino *Galfrido* de *Bernavill* milite; Domino *Johanne* de **Cokefeld** Rectore Eccleſiæ de **Ringeſle**, *Ricardo* de **Mundeford**, *Ricardo Loveday*, *Ricardo Pygace*, *Roberto* de **Wylaltham** *Waltero Baldwino*, *Johanne De*. *Willielmo* de **Pawylton**, & multis aliis.

Carta Willielmi Norwicenſis. *Epiſcopi.*

Ibid.

OMnibus Chriſti fidelibus præſentes literas viſuris uel audituris, *Walterus* Dei gratia *Norwicenſis* Epiſcopus ſalutem in domino ſempiternam. Noveritis nos voluntate & aſſenſu Prioris, & Conventus de **Briſete** dilecto filio *Almarico Peche*, & uxori ſuæ filiæ & hæredi quondam *Radulphi Brien*, & eorum hæredibus Cintariam in Capella infra ſepta Curiæ eorum de **Briſete** conſtructa, conceſſiſſe ſub hac forma; *viz.* quod Capellanus in eadem miniſtraturus, in primo ſuo adventu, præſente Priore, vel ſuo procuratore jurabit, inſpectis ſacroſanctis Evangeliis, quod omnes oblationes, & obventiones undecunq; eidem Capellæ obvenientes, matrici Eccleſiæ, eadem die qua percipiuntur, vel proximè ſequenti, integrè, & abſq; diminutione reſtituet, & quod nullum parochianum matricis Eccleſiæ ad confeſſionem, ſive aliquod aliud Eccleſiaſticum ſacramentum admittet, niſi periculum mortis immineret. Erit ſiquidem præfata Capella matrici Eccleſiæ ſubjecta; & in ſignum ſubjectionis præfatus *Almaricus*, uxor ejus, & eorum hæredes, una cum eorum familia, ad matricem Eccleſiam diebus infraſcriptis; ſcil die *Natalis* domini; die *Paſchæ*, die *Pentecoſtes*, die *Aſſumptionis* glorioſæ Virginis, & die S. *Leonardi*, cum debitis & conſuetis oblationibus ad magnam Miſſam, ſi ibidem fuerint præfatam Eccleſiam veneraturi. Nos autem omnes illos, qui aliquid in hujuſmodi noſtræ conceſſionis præjudicium, ſive fraudem machinaverint, ſive fieri procuraverint, ſententia Excommunicationis . . . odamus. In cujus rei teſtimonium huic ſcripto ſigillum noſtrum apponi fecimus. Dat. apud *Hoxum*. *xii*. *Kal*. *Auguſti* pontificatus noſtri anno ſexto.

De quarta parte manerii de **Briſete** *data per* Ric. Hacoum.

Eſc. de ad quod dampnum 20. E. 3. n. 24. *Norff.*

IUratores dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod non eſt ad dampnum Domini Regis nec aliorum, ſi Rex licentiam dat *Ricardo Hacoum* & *Annæ* uxori ejus dare quartam partem manerii de **Briſete**, cum pertinentiis, Priori & Conventui de **Briſete**. Habendum dictis Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis in ſatiſfactionem decem libratarum terræ (&c.) & dicunt quod *xxx*. libratæ terræ in **Melton** in com. Norfolciæ remaneant prædictis *Ricardo* & *Anna* ultra donationem prædictam (&c.)

PRI-

PRIORATUS

de **Cirenceſtre** *in agro* Glouceſtrenſi.

Diploma Regis Edwardi *tertii, Cartam fundationis ejuſdem Prioratus recitans & confirmans.*

Cart. 10. E. 3. n. 28.

Vide Cart. 14. R. 2. n. 9.

R*Ex archiepiſcopis &c. Inſpeximus Cartam celebris memoriæ domini* H. *quondam Regis* Angliæ *progenitoris noſtri, in hac verba.* Hen. Rex *Angliæ* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſtic. Vic. & omnibus filiis ſanctæ Eccleſiæ per *Angliam* conſtitutæ, ſalutem. Sciatis univerſi, quoniam ego conſenſu & autoritate piæ memoriæ Papæ *Innocentii*, Conſilio eciam & communi laudatione Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, Principum & Baronum regni mei, dedi, & conceſſi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ Cireceſtriæ*, cujus ego, licèt indignus, conſtructor extiti, pro animabus patrum & anteceſſorum meorum, & remiſſione peccatorum meorum; & pro ſtatu & incolumitate regni mei, Abbati *Serloni* primo, & omnibus ſucceſſoribus ejus, & Canonicis regularibus ibidem Deo deſervientibus, in elemoſinam perpetuam, totam tenuram *Reimbaldi* Preſbiteri, in terris & Eccleſiis, & cæteris omnibus, quæ ſubſcripta ſunt; videlicet in villa *Cirenceſtria ii.* hidas terræ; & in die dominica qua mercatum villæ eſt, terciam partem de Theoloneo, & plateis meis; & duas partes decimæ de toto dominio *Cireceſtriæ*; & totam decimam tocius parrochiæ.

In **Gloceſtreſcire** in villa **Preſtetone**. *viii.* hidas terræ, & Eccleſiam. In *Norcota* hidam terræ. In **Daifeld** *vii.* hidas. In **Amenel** *iiii.* hidas & *j.* virgatam & Eccleſiam villæ. In **Walle** *ii.* hidas quæ fuerunt *Balchi Daci*. In **Chnundeſtan** *j.* hidam. In *Wica j.* virgatam terræ, & boſcum. In **Ciltcham** Eccleſiam villæ, cum terra & *j.* Molendino, & Capellis & omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus.

In *Wilteſcira*, in *Lattona* & in *Eiſi ix.* hidas, & Eccleſias earundem villarum, cum terra & Capella de *Eattona*, quæ pertinet ad Eccleſiam de *Eiſi*. In *Crichelada*, in Burgo *iii.* maiſuras, Eccleſiam quoque de *Peneſeia*, cum terra & decimis & conſuetudinibus eidem Eccleſiæ pertinentibus. In *Aneberia* Eccleſiam, cum terra & Capellis & decimis, & conſuetudinibus eidem Eccleſiæ pertinentibus.

In *Sumerſeta* Eccleſiam de *Meleborna*, cum terra & Capellis, & decimis, & omnibus rebus, eidem Eccleſiæ pertinentibus. In *Froma* Eccleſiam, cum terris & Capellis & decimis & omnibus aliis rebus, tam in plano, quàm in boſco eidem Eccleſiæ pertinentibus. In **Walton** Eccleſiam, cum terra & Capellis & decimis & omnibus conſuetudinibus, tam in plano quàm in boſco eidem Eccleſiæ pertinentibus.

In *Dorſeta, Puleam*, cum *x.* hidis terræ, & boſco & prato. In *Barcheſcira* Eccleſiam de **Scrivebam**, cum terra & Capellis & decimis & omnibus conſuetudinibus eidem Eccleſiæ pertinentibus. In **Cocheham** Eccleſiam, cum terra & Capellis, & decimis & omnibus rebus eidem Eccleſiæ pertinentibus. In **Bray** Eccleſiam, cum terra & Capellis, & decimis, & omnibus rebus eidem Eccleſiæ pertinentibus. In *Eſtona x.* hidas; *Hacheburnam* cum *xi.* hidis, & *iii.* virgatis terræ, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum Capella & decimis alterius **Hacheburne**.

In *Oxonefordſcira, Boicotam* cum *j.* hida terræ, in boſco & plano, & *j.* Molendino. In *Buchingchamſcira* Eccleſiam de **Paſſeham**, cum terra & decimis & omnibus rebus eidem Eccleſiæ pertinentibus. In *Norhampteſcira* Eccleſiam de *Rowella*, cum terra & Capellis & decimis, & omnibus conſuetudinibus eidem Eccleſiæ pertinentibus. In *Bricheſtocha* Eccleſiam, cum terra & Capellis, & decimis, & omnibus conſuetudinibus, tam in boſco, quàm in plano eidem Eccleſiæ pertinentibus. In *Wintonia iii* maiſuras terræ. Ego autem dedi & conceſſi Eccleſiæ illi, de meo proprio dominio imperpetuum j. hidam terræ in *Cireceſtra*, quæ vocatur *Scirrevehida*, ad faciendum ortos & virgulta & ſedem unius molendini. Et Abbas *Serlo* licencia mea eſcambiavit de prædicta hida *ii.* Maiſuras de Burgenſibus *Cirenceſtriæ*; ad opus Clericorum ſuorum; & curſum aquæ & boſcum qui vocatur *Acleia*, cum foreſtariis & terra eorum; & nichil michi de boſco illo retineo, præter ſolam venationem meam, & quod Abbas illum eſſartare non debebit.

De rebus autem prædictis, quæ fuerunt *Reimbaldi*, hoc ſtatuimus, quod quicquid *Rogerus* Epiſcopus *Sarum* inde tenet, in vita ſua teneat, & poſt obitum ejus ad proprios uſus & dominium Canonicorum Regularium revertatur; hoc idem ſtatuentes de his quæ *Willielmus* filius *Warini* Vicecomes tenet, & *Nicholaus* nepos Epiſcopi *Wynton.* & de hiis quæ Canonici ſeculares tenent in Præbendas. Concedimus eciam prædictæ Eccleſiæ in omnibus poſſeſſionibus ſuis, *Socam* & *Sacam* & *Toll* & *Theam* & *Infangenetheof*, & omnes alias libertates, & quietationes, & conſuetudines, & dignitates, ſicut eas liberiùs tenuit tempore Regis *Edwardi*, * & patris & fratris mei, & meo huc uſque; & ſicut aliæ elemoſinæ regni mei liberiùs tenent. Hanc itaque donatio-

(* ſc. *Edw.* Conf.

donationem & conceſſionem meam factam, laudo, & regia autoritate corroboro; & a Deo michi tradita poteſtate, illi Eccleſiæ imperpetuum obtinendam decerno; eamque in manu & protectione regia, tanquam propriam elemoſinam meam retineo, Teſtibus *Will. Cantuar.* Archiep. & *Turſt. Eborac.* Archiep. & *Rogero* Epiſc. *Sarum*; & *Henr.* Epiſc. *Wynton.* & *Alexandro* Epiſcopo *Lincoliæ*, & *Gaufrido* Epiſc. *Dunelm.* & *Nigello* Epiſc. *Elienſi*; & *Roberto* Epiſc. *Heref.* & *Johanne* Epiſc. *Roveceſtriæ* & *Rob.* de *Sigillo*, & *Rob.* de *Ver*, & *Milone Gloec*, & *Rob.* de *Oilli*, & *Hug. Bigoto*, & *Rob.* de *Curci*; & *Pag.* fil. *Johannis*; & *Euſtachio* & *Will.* fratribus ejus; & *Will.* de *Albini Britone*, apud *Burnam* in tranſfretatione mea anno Incarnationis Domini *M. C. xxxiii.* regni vero mei *xxxiii.* *Nos autem donationes* (&c.) *confirmamus* (&c.) *Dat. per manum Regis apud* Berewicum *ſuper* Twedam, *primo die* Julii.

Confirmatio Regis Johannis.

Cart. Antiq. *MM.* n. 12. & *G.* n. 9.

JOhannes Dei gratia Rex *Angliæ* (&c.) Archiepiſcopis, (&c.) Salutem. Quam honori noſtro condecens eſt & ſaluti noſtræ neceſſarium, loca Sancta & religioſa, quæ ab avo patris noſtri, Rege *Henrico*, primo, ſunt fundata, & à Rege *Henrico* ſecundo, patre noſtro confirmata, defendere, cuſtodire, & amplificare. Indè eſt, quod Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Cyrenceſtre**, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus damus, & concedimus & hac præſenti Carta confirmavimus, in liberam & perpetuam èlemoſinam, pro anima prædicti Regis *Henrici*, qui eundem locum fundavit; & pro anima prænominati patris noſtri; & pro anima Regis *Richardi* fratris noſtri; & pro ſalute noſtra, & *A.* Reginæ matris noſtræ, & fratrum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum, totum manerium noſtrum de **Cyrenceſtre**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum villa de **Minchy**, quæ eſt membrum ejuſdem Manerii; & cum ſeptem Hundredis ad prædictum Manerium, & ad firmam ejus, pertinentibus; & cum aliis pertinentiis ſuis, ad tenendum de nobis, & ſucceſſoribus noſtris imperpetuum, pro triginta libris, per annum pro omni ſervitio reddendis; ſingulis annis ad Scaccarium Sancti *Michaelis*.

Et Sciatis nos, pro ſalute noſtra, & omnium ſupradictorum, dediſſe, & condonâſſe, & quietas clamâſſe, in perpetuam elemoſinam, ad honorem Sanctæ *Mariæ*, & præfatis Canonicis noſtris de **Cirenceſtre**, qui Deo ſerviunt, quadraginta ſolidos de firma, quam ipſum manerium reddere conſueverat, ut de cætero non niſi triginta, tantùm libras de ipſo manerio, ſicut ſupradictum eſt, perſolvant. Et hæc fecimus, ut noſtri dominici Canonici, qui prænominati ſunt, liberiùs, & quietiùs & ſecuriùs in prædicto loco, Deo pro patre noſtro, & pro nobis, & noſtris ſuperiùs nominatis, ſervire poſſunt. Quare volumus (&c.) Volumus itaque, & præcipimus, quod illud manerium, ita habeant plenariè, & quietè cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, ſicut Rex *Richardus* frater noſter, illud habuit quando in manu ſua fuerat, exceptis tantumodo placitis Coronæ noſtræ, & Foreſta noſtra de **Minchy**, quæ nobis retinuimus, ſicut Carta Regis *Richardi* fratris noſtri teſtatur. Teſtibus *R.* Comite *Leiceſtriæ*, *Willielmo* Comite *Pembrokiæ*, *Willielmo* de *Albiniaco*, *Garino* de *Glapum*, *Petro Eſtokes*, & multis aliis.

HAGUSTALDENSE

Cœnobium in Comitatu Northumbriæ, *vulgariter* **Hexham** *nuncupatum*

Quomodo & à quibus & quando Haguſtaldenſis *Eccleſia ſit ædificata, & quare* Heſtoldeſham *ſit appellata.*

Hiſt. MS *Ricardi Haguſtaldenſis* in bibl. Collegii S.B *nedicti Cantabr.*

EST in *Northambymborum* provincia, haud procul a *Tyna* flumine, ad auſtrum ſita, villa quædam, nunc quidem modico & raro cultore habitata; ſed, ut antiquitatis veſtigia teſtantur, quondam ampla & magnifica. Hæc autem à rivulo ibi decurrente, & quandoq; ad modum torrentis exuberante, **Heſtild** nomine, **Heſtoldeſham** quaſi prædium **Heſtild**, vocatur. Beata verò Regina *Etheldreda*, *Annæ* Regis orientalium *Anglorum* filia, primo Auſtralium *Girviſorum* principi nomine *Tunberto*, ſed illo, poſt modicum, defuncto, deinde *Ecfrido Northanhymbrorum* Regi deſponſata fuit. Quæ tamen integritatis virginalis gloriam ſemper intactam, Deo protegente, ſervavit. Hæc itaq; ſancto *Wilfrido*, quem plurimum dilexit, illi inquam jam exiſtenti *Eboracenſi* Epiſcopo, prædictam villam, cum circumjacente regione, circa annum dominicæ incarnationis *DC. lxxiii.* in perpetuam elemoſinam dedit, ut eam epiſcopali Cathedrâ ſublimaret, quam ipſe primus, & poſt eum alii jure eccleſiaſtico ſederunt.

A.D. 6

Principium, Continuatio, & finis Epiſcopatus Haguſtaldenſis, *vulgò* **Herham**, *cum numero Epiſcoporum, & annis quos continuabant.*

Ex Chron. Dunelm. in bibl. Cottonia, autore Roberto Monachio ejuſdem Coenobii. A.D. 674.

UT in Cronica *Hauguſtaldenſis* (quæ vulgariter **Heram**, ſivè, ut antiquitùs **Hertildesham**, à quodam flumine **Hertild** ibi decurrente vocatur) ſcriptum eſt; Anno Incarnationis Dominicæ *DCLxxiiii*. & à fundatione Eccleſiæ *Lindiſſarnenſis*, quadraginta annorum curriculo tranſcurſo, beatus *Wilfridus* fundavit, in honore Sancti *Andreæ* Apoſtoli, dictam Eccleſiam *Hauguſtaldenſem*, cum ſede Epiſcopali, in quo plures floruerunt Epiſcopi, viri Sanctiſſimæ vitæ; quorum ordo eſt primus *Wlfridus* 45. annis.

Secundus, *Eata*. 7. annis.
Tertius, *Tunbertus*. 3. annis.
Quartus, *Johannes*. 7. annis.
Quintus, Sanctus *Acca*. 24. annis.
Sextus, *Fredbertus*. 34. annis.
Septimus, Sanctus *Alcmundus*. 13. annis.
Octavus *Tilbertus*. 8. annis.
Nonus *Ethelbertus*. 7. annis.
Decimus *Eadfredus*. 3.
Undecimus *Eanbertus*, vel *Oſbertus*. 13. annis.

Duodecimus *Tydferdus*, ſed tempus Epiſcopatus hujus ignoretur; itaque Epiſcopatus *Hauguſtaldenſis* Eccleſiæ incipiens circa *DClxxiiii*, Dominicæ incarnationis, annum duravit 144. annis, (excepto ultimo Epiſcopo) cujus tempus ignoratur; Scilicet uſque ad *DCCCxiiii*. annum dominicæ incarnationis; Et extunc (deficientibus Epiſcopis) ceſſavit dicta ſedes, ante devaſtationem provinciæ *Northanaimabrorum*, quæ *DCCCLxxv*. anno domino incarnationis, ab *Haldano Dano* facta eſt, & ex fundatione *Lindisfarnenſis* Eccleſiæ *CCXLI*. Ab obitu Sancti *Cuthberti* *CLxxxix*. Et ex quo *Hauguſtaldenſis* Eccleſiæ Epiſcopi defecerunt *Lii*. & tunc *Eadulphus* Epiſcopus *Lindiſſarnenſis*, & Abbas ejuſdem; *Eadredus*, de inſula *Lindiſſarnenſi* incorruptum Corpus Sancti *Cuthberti*, cum maximâ parte theſauri illius Eccleſiæ, exportaverunt; & ante faciem barbarorum, per ſeptem annos, de loco, ad locum cum illo diſcurrerunt. Tandem verò redeuntes ad villam olim **Kunchaceſtram** vocatam devenerunt; ibique cum reliquiis quieverunt; Et multo tempore deficientibus Epiſcopis *Hauguſtaldenſis* Eccleſiæ, dictus *Eardulphus* Epiſcopalia officia ibidem exercere cœpit, & ſucceſſores ejuſdem poſt apud **Konceſtre**; poſt apud **Dunelme** uſque ad tempus *Henrici* Regis primi circiter annos, Epiſcopalia officia agebant. Sed orta diſſentione inter *Henricum* Regem *Angliæ* primum, & *Ranulphum Dunelmenſem* Epiſcopum, dictus Rex dictum Epiſcopum Eccleſiâ *Hauguſtaldenſi*, cum regione pertinenti privavit; & contulit Archiepiſcopatui *Eboracenſi*; licet virtute devotionis factæ per Reges *Guthredum*, & *Aluredum* Deo, & S. *Cuthberto*, & ſibi miniſtrantibus, de tota terra inter *Teſam* & *Tynam*, Eccleſiam de **Herham**, cum regione adjacente, ex parte auſtrali *Tynæ*, ſita, inter metas terræ S. *Cuthberti*, protinus fuerat comprehenſa.

De electione ſecundi Thomæ Eboracenſis *Archiepiſcopi; & de ejus introductione Canonicorum Regul. in Eccl.* Haguſtaldenſem.

Ex Hiſt. MS. Ric. Haguſtaldenſis in bibl. Col. S. B. Cantab.

ANno igitur Dominicæ incarnationis *M. Cviii.* & regni *Henrici ix.* quo deſiderante, & unanimi conſenſu, & deſiderio Cleri & populi, in *Eboracenſem* Archiepiſcopatum electus, pontificalis officii dignitatem quantum potuit, bonis operibus adimplere, cum magna cura, & diligentia ſatagebat. Cumque Archiepiſcopatus Monaſteria frequenter viſitaret, & in eis, pro ſuis viribus, & pro locorum congruentia Dei ſervitium exaltaret, contigit quoque eum ſæpiùs, viſitandi gratiâ, ad *Hauguſtaldenſe* Monaſterium devenire, undè Deo inſpirante, cœpit crebriùs ad memoriam reducere, illud quondam poſſeſſionum, ac dignitatum magnificentiâ opulentiſſimum, & cultui religionis notiſſimum, ad quem miſerimum ſtatum deveniſſet. Igitur ob ſanctorum ibi quieſcentium merita declaranda, Deo miſerante, ſuper ejuſdem dijectione, magno compaſſionis dolore condoluit, ac de ipſius reſuſcitatione ipſe ſedulo excogitare, & cum ſuis diligenter tractare, ac retractare cœpit.

Cognita autem ipſius voluntate quamplures, & maximè quidem de ſuis Clericis, ei dilectiſſimi & familiariſſimi, omnibus modis, quibus poterant ad hoc perficiendum ipſius animum accenderunt, Anno igitur ab incarnatione domini *M. Cxiii.* (&c.) ſæpedictus *Thomas*, concilio & auxilio Capituli ſui, videlicet Eccleſiæ Sancti *Petri Eboracenſis*, (&c.) ad *Kal. Novembris* duxit illuc Canonicos Regulares; quibus cum ſuis conſuetudinibus & cum omnibus ad eam pertinentibus, quietam & liberam, ſicut ipſe eam in ſuo dominio habuerat, Eccleſiam tradidit.

Carta Regis Henrici *tertii, donationem* Johannis *de* Normanvile *&* Roberti *de* Inſula, *de manerio de* **Neſebyta**, *confirmans.*

Cart. 39. H. 3. m. 2. REx Archiepiſcopis &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Andreæ* de **Hertildeſham**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus; donationes ſubſcriptas eis factas; videlicet de dono & conceſſione *Johannis* de *Normanvile* & *Roberti* de Inſula, totum manerium de **Neſebyte**, cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus, in dominicis, homagiis, ſerviciis, cuſtodiis, releviis, & cum omnibus eſcaetis ſuis, ſine aliquo retinemento; Et de redditione & reſignatione *Walteri* filii *Walteri* de **Neſebyte**, totum jus & clamium quod idem *Walterus* vel hæredes ſui unquam habuerunt vel habere poterunt in manerio prædicto, cum pertinentiis, ſine aliquo retinemento, ſicut Cartæ prædictorum *Johannis Roberti* & *Walteri*, & confirmatio *Johannis* de *Baylol*, quas prædicti Canonici inde habent rationabiliter teſtantur. Quare volumus (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Novum Caſtrum* ſuper *Tynam xxv.* die *Septembris.*

Carta confirmationis domini Regis Edwardi *primi, Priori & Conventui de* **Hertildeſham**, *poſt incendium Domus ſuæ per* Scotas, *eis facta, de omnibus Eccleſiis, terris &c. eiſdem in fundatione, ſeu poſtea, per donatores conceſſis.*

Rot. Cart. 27. E. 1. n. Vide Cart. 35. E. 1. n. 32. REx Archepiſc: &c. Salutem. Inſpeximus quandam Inquiſitionem, quam per dilectos & fideles noſtros *Guichardum* de *Charroun*, & *Adam* de *Crokedayke* nuper fieri fecimus, in hæc verba. Inquiſitio facta apud *Novum Caſtrum ſuper Tynam* coram *Guychardo* de *Charroun* & *Adam* de *Crekedayk*, die veneris proximæ ante feſtum exaltationis S. *Crucis*, Anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici* viceſimo quinto, per *Willielmum* de *Halton*, (&c.) per Breve domini Regis, in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ* (&c.) dilectis & fidelibus ſuis *Guichardo* de *Charroun* & *Ade* de *Crokedayk*, ſalutem: Quia ex querela dilectorum nobis in Chriſto Prioris & Conventus de **Hertildeſham** accepimus, quod omnes Cartæ & munimenta ſua, per quæ ipſi, & prædeceſſores ſui, terras, redditus, & tenementa Eccleſiæ ſuæ de **Hertildeſham** tenuerunt, nuper in invaſione Prioratus illius, & diverſis incendiis per *Scotos* ibidem nequiter perpetratis combuſta fuerunt, & conſumpta; per quod eiſdem Priori & Conventui, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ exhæreditationis periculum de facili poterit innuere.

Nos ſtatus eorundem Prioris & Conventus, ac Eccleſiæ ſuæ prædictæ pio compatientes affectu, & eidem providere volentes in hac parte aſſignavimus vos ad inquirendum per Sacramentum proborum & legalium hominum de comitatibus *Northumberlandiæ*, *Cumberlandiæ*, & *Eboraci*, per quos rei veritas melius ſciri poterit, quas terras, quos redditus & quæ tenementa iidem Prior & Conventus tenuerunt tempore invaſionis prædictæ, & à quo tempore, & de quibus, & per quæ ſervitia; & quas terras, redditus & quæ tenementa iidem Prior & Conventus tempore prædicto tenuerunt, per Cartas, & munimenta, & per quas Cartas, & quæ munimenta, & quas terras, quos redditus & quæ tenementa tenuerunt, ſine Cartis & munimentis & qualiter, & quomodo; & in quibus locis terræ illæ & tenementa exiſtunt. Et ideo vobis mandamus, quod ad certos diem & locum, quos ad hoc provideritis, Inquiſitionem illam faciatis; Et eam diſtinctè & apertè factam nobis ſub ſigillis veſtris, & ſigillis eorum, per quos facta fuerit, ſine dilatione mittatis, & hoc Breve.

Mandavimus enim Vicecomitibus noſtris comitatuum prædictorum, quod ad certos diem & locum, quos eis ſcire facietis venire faciam coram vobis tot, & tales probos & legales homines de comitatibus prædictis, per quos rei veritas, in præmiſſis, melius ſciri poterit & inquiri. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud Weſtimonaſterium *vii.* die *Julii* anno regni noſtri viceſimo quinto.

Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod prædicti Prior & Conventus tenent Eccleſiam de **Hertildeſham** in proprios uſus, & Prioratum ſuum de **Hertildeſham**, cum omnibus ſuis pertinentiis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam de dono domini *Thomæ* ſecundi *Eboracenſis* Archiepiſcopi, & inde habuerunt Cartam dicti domini *Thomæ*, & confirmationem Capituli *Eboracenſis*; & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Dicunt etiam quod tenent Manerium & villam de **Aynewike**, cum omnibus ſuis pertinentiis, & villas de **Sandhou** & **Parnzigg** cum ſuis pertinentiis, in campis, ſilvis, boſcis, aquis, viis, ſemitis, & molendino de **Tyne**, cum ſtagno ejuſdem, & cum tota ſecta quæ ad illud pertinet, vel pertinere debet, & decimam omnium rerum, tam Epiſcopi, quàm aliorum, infra libertatem de **Hertildeſham** exiſtentium, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam de dono domini, *Thomæ* ſecundi *Eboracenſis* Archiepiſcopi, & indè habuerunt Cartam & confirmationem Capituli *Eboracenſis.*

Habent etiam de dono prædicti Domini *Thomæ* Archiepiſcopi *Sokam*, & *Sakam*, & alias libertates; videlicet emendas Aſſiſſæ panis, & ſerviſiæ; & ſervientes ſuos virgam portantes, ad faciendas diſtrictiones, Summonitiones & attachiamenta; & omnium tranſgreſſionum emendationes de tenentibus ſuis in Curia

ria ipſius Prioris. Tenent etiam quaſdam terras in villa de **Hertildeſham**; Scilicet, totum vicum integrum, qui vocatur **Cokeſhott**. Tenent etiam in eadem villa viginti & quatuor meſſuagia, cum pertinentiis ſuis, in vico qui vocatur, **Preſtpoſſeld**. Tenent etiam quatuordecim meſſuagia in vico, qui dicitur *vicus fori*, cum pertinentiis. Tenent etiam in eadem villa ſexdecim meſſuagia cum pertinentiis, in vico qui dicitur *Hennecotes*.

Tenent etiam totam villam de **Dottelant**, cum pertinentiis, & **Knitelheſell**, & utramq; **Grotinton** cum omnibus ſuis pertinentiis; & decimam omnium animalium infrà libertatem de **Hertildeſham**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ex dono domini *Thurſtini* quondam *Eboracenſis* Archiepiſcopi, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria, ſine aliquo ſeculari ſervitio faciendo. Tenent etiam medietatem villæ de **Byngefeld**, cum ſuis pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Germundi*, à tempore quo non extat memoria, ſine aliquo ſervitio ſeculari faciendo; & inde habuerunt Cartam. Tenent etiam ſex mercatas redditus in villa prædicta de **Byngefeld** in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam ex dono *Roberti* de *Skipton*, & eas tenuerunt per decem annos, & amplius, per feofamentum ipſius *Roberti*, & inde habuerunt confirmationem domini Regis nunc.

Tenent etiam duo molendina aquatica, cum ſuis pertinentiis in **Hamburne**, & **Neubiging**, & quater viginta acras terræ, in eiſdem villis, cum ſecta omnium terrarum novarum aſſartarum, & aſſartandarum, ad illa duo molendina prædicta, ex dono domini *Walteri* le *Gray*, quondam *Eboracenſis* Archiepiſcopi, per ſervitium duodecim marcarum per annum, & tenuerunt per Cartam, & tenuerunt tenementa prædicta, à tempore *Henrici* Regis patris domini Regis nunc. Tenent etiam unam placeam quæ continet unam rodam terræ in villa de **Akum**, & unam placiam continentem unam rodam in villa de **Walle**, & unam placeam continentem unam rodam terræ in villa de **Haliden**, & unam placiam continentem unam rodam terræ in **Bepwyke**, & unam rodam terræ in villa de **Catteden**, & unam rodam terræ in villa de **Nivebenk**, & unam rodam terræ in villa de **Rouley**, pro grangia decimali edificanda de dono Dominorum *Walteri Gray*, & *Walteri Giffard* Epiſcoporum *Eboracenſium*, unamquamq; per ſe per ſervitium quatuor denariorum per annum tantum, à tempore Regis *Henrici* patris domini Regis nunc, de quibus habuerunt Cartas.

Tenent etiam manerium integrum de **Wardone**, cum omnibus ſuis pertinentiis, & Eccleſiam ejuſdem loci, in proprios uſus, unà cum Capellis ſuis de **Stayncroft**, **Heyden** & **Langeley**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de dono domini *Adæ* de *Tyndale*, de quibus ipſi habuerunt Cartam & confirmationem domini Epiſcopi *Dunelmenſis*, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam quadraginta acras terræ, & ſex acras prati, & duo meſſuagia in **Sadelingſtanes**, de dono *Adæ* de *Sadelingſtanes* in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam in **Quyneteleye** duo meſſuagia & quadraginta acras terræ, cum pertinentiis, & decem ſolidatas redditus de dono *Adæ* de *Thorngrafton*, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam totam terram del **Byres**, per ſuas rectas diviſas, & etiam communiam paſturæ extra diviſas terræ prædictæ, cum pertinentiis de dono domini *Adæ* de *Tyndale* in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Tenent etiam molendinum de **Alreweſs** cum pertinentiis de dono *Uctredi* de *Alreweſs* in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam unam carucatam terræ in **Alrewes**, cum ſuis pertinentiis, in quodam loco, qui vocatur **Onlemers**, de dono *Ricardi* quondam Ballivi de **Hertildeſham** in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent Eccleſiam de **Chelverton**, cum ſuis Capellis, Scilicet, **Birteleye**, **Chipcheſſe**, **Gonewarton**, & **Swynburne**, *Parva*-**Heton**, & **Colewell**, cum ſuis pertinentiis in proprios uſus, & octo bovatas terræ cum pertinentiis in villa de **Chelverton**, de dote ipſius Eccleſiæ, unà cum quinq; acris terræ, quæ vocantur le **Michelcroft**, ex boreali parte illius Eccleſiæ, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de dono *Odinelli* de *Umfranvill*, & inde habuerunt Cartam, & confirmationem, & tenuerunt à tempore, quo non extat memoria. Tenent etiam totum Hamlettum de *Beumonde*, cum ſuis pertinentiis, per ſuas rectas diviſas, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam de dono *Gilberti* de *Umfranvill*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore Regis *Henrici* patris domini Regis nunc. Tenent etiam unum toftum & ſeptem acras terræ cum ſuis pertinentiis in **Birteleye**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Ricardi* de *Umfranvill*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Tenent etiam totam terram & paſturam de **Coldene**, cum ſuis pertinentiis, per ſuas rectas diviſas, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de dono *Ricardi* de *Umfranvill*, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria, & inde habuerunt Cartam. Habent etiam Communiam paſturæ, in mora de **Gonewarton**, ad quinquies viginti averia exeuntia de **Scalinga** de **Coldene**, tam tempore clauſo quàm tempore aperto, de dono *Radulfi* de **Gonewarton**,

warton, & inde habuerunt Cartam in liberam puram & perpetuam elemoſinam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam duo toſta, & triginta, acras terræ, cum ſuis pertinentiis in villa de **Bareweſſord**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam, de dono *Margeriæ* de *Vmfranv'll*, & tenuerunt, à tempore Regis nunc. Tenent etiam duo toſta & duas bovatas terræ, cum pertinentiis in villa de **Cheſtrethorp** in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de dono *Radulfi* de *Gonewarton*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam unam carucatam terræ, cum ſuis pertinentiis in **Newton in Cokedale**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de dono *Walteri* de *Inſula*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam Communiam paſturæ ad triginta & duos boves, decem vaccas, & ad ducentas, & quadraginta oves, in **Colewell**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de dono *Walteri Corbet*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore *Henrici* Regis patris, Regis nunc.

Tenent etiam Manerium de *Parva*-**Heton**, & de **Caldeſtrother**, cum pertinentiis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de dono *Aliciæ* de *Bolum*, & *Jacobi* de *Caus* & *Alciæ* uxoris ſuæ, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam & ſex acras terræ in parva **Babington**, de dono *Stephani Bataille*, & tenent in eadem villa duo toſta, & tres acras & dimidiam cum pertinentiis in communia paſturæ ad quindecim averia, ſexaginta oves, & ad duos equos, de dono *Gilberti* de *Wirceſtre*, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam tria toſta cum grangia decimali, & duas bovatas, & duodecem acras terræ, cum pertinentiis, in villa de **Gonewarton**, & **Thurkilby**, de **Caderon**, & inde habuerunt Cartam, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam Eccleſiam de **Slaveleye**, in proprios uſus, & unam carucatam terræ de dote ejuſdem Eccleſiæ, & communiam paſturæ in eadem villa ad ducentas, & ſexaginta oves, & communiam paſturæ in le **Stele**, ad ducentas & ſexaginta oves, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Gilberti* de *Slaveleye*, & inde habuerunt Cartam, & confirmationem domini Epiſcopi, & Capituli *Dunelmenſis*, & tenuerunt à tempore Regis *Henrici* patris domini Regis nunc.

Tenent etiam unam domum, & unam acram terræ, cum pertinentiis in villa de **Chipcheſe**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam de dono *Roberti* de *Inſula*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore domini Regis *Henrici* & etiam quadraginta ſolidatas & quatuor denariatas redditus exeuntes de octo meſſuagiis in villa *novi Caſtri* ſuper *Tynam*, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de dono diverſorum, & inde habuerunt Cartas, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam quadraginta & tres ſolidatas & duas denariatas redditus, exeuntes de quindecim meſſuagiis in villa de **Corbrigg**, de dono diverſorum, & inde habuerunt Cartas, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam unum meſſuagium, ſeptem acras terræ cum pertinentiis in **Hayden**, & communam paſturæ ad ducentas & ſexaginta bidentes, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de dono domini *Adæ* de *Tyndale*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam unam acram terræ in Campo de **Weſtſwyneburne**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de dono *Johannis* de *Wineceſtre*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore Regis *Henrici* patris domini Regis nunc. Tenent etiam totum Manerium de **Northmilneburne**, cum pertinentiis, & cum communa paſturæ in mora de **Crekelaghei**, ex dono Domini *Thomæ* de *Duneleſton*, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam, & licentiam domini Regis nunc ingrediendi, non obſtante ſtatuto domini Regis inde edito, & tenuerunt à tempore domini Regis nunc.

Tenent etiam totam terram de **Stelden**, per Cartas diviſas, in eſcambium, pro ſervicio viginti, & trium ſolidorum per annum, ex conceſſione Abbatis *Novi Monaſterii*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam, & habent dominium totius villæ de **Whitefeld**, & ſexdecim ſolidatas & quatuor denariatas redditus in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de dono *Willielmi* Regis *Scotiæ*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam quandam moram, quæ vocatur **Harrawarſid**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de dono prædicti *Willielmi* Regis *Scotiæ*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam quoddam hamlettum, quod vocatur **Carrawer**, cum ſuis pertinentiis, in liberam puram, & perpetuam elemoſinam de dono *Ricardi Comyn*, & habent de dono ejuſdem *Ricardi* unam carrucatam terræ cum pertinentiis in **Riſcheles**, per ſuas rectas diviſas, unà cum Communia paſturæ de **Hetheneſhalgh**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam unum toſtum & triginta acras terræ cum pertinentiis in **Stayncroft**, in liberam puram, & perpetuam elemoſinam, de dono prædicti *Ricardi Comyn*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Tenent etiam ſex toſta & unam carrucatam terræ cum pertinentiis in **Thyrlewall**, & communiam paſturæ ad quaterviginta averia, quaterviginta jumenta, cum ſecta, & ad quadraginta porcos, & ad quaterviginti capras, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de dono *Bricii* de *Thirlewall*, & *Rogeri* filii ejus, & inde habuerunt Cartas, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam quandam paſturam, quæ vocatur **Preſedal** cum ſuis pertinentiis, per ſuas rectas diviſas, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam de dono *Ivonis* de *Veteri-ponte*, & inde habuerunt Cartam, & confirmationem Domini Regis *Henrici* Patris Domini Regis nunc, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam octo meſſuagia, & unam carucatam terræ cum pertinentiis in **Aldeneſton**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam de dono *Ivonis* de *Veteri-ponte*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam octo ſolidatas redditus, cum pertinentiis in **Treket**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam de dono *Laurentii* de *Teket*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam treſdecem ſolidatas & quatuor denariatas redditus in molendino de **Elrington**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Ivonis* de *Veteri-ponte*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam octo ſolidatas redditus in **Aldechele** in liberam, puram & perpetuam elemoſinam de dono *Henrici* de *Graham*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Tenent etiam medietatem Manerii de **Ethewyke** in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Roberti* filii *Huberti Delavale*, & *Richoldæ* matris ejus, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Et tenent in eadem villa de dono *Thomæ* de *Echewyke* decem acras terræ, cum pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & ſeptem acras terræ in eadem villa, ex dono *Petri* de *Fandon*, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, à tempore Domini Regis *Henrici* Patris Domini Regis nunc, & inde habuerunt Cartam. Tenent etiam treſdecem ſolidatas & octo denariatas redditus in villa de **Stokefeld**, de dono *Willielmi* filii *Boſonis*, reddendo inde per annum ad Wardam Caſtri ſeptem ſolidos, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam & habent tres ſolidatas redditus in villa de **Stokeſfeld** in liberā, puram & perpetuam elemoſinam de dono *Johannis* filii *Heliæ* de eadem, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore Regis *Henrici*, Patris Domini Regis nunc. Tenent etiam quinq; toſta & decem bovatas terræ & tres acras prati, cum pertinentiis in **Thornton** in liberam, puram & perpetuam elemoſinam de dono *Willielmi* de *Inſula*, & inde habuerunt Cartam & confirmationem Domini *Walteri* de *Bolbek*, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam unum Manerium & tres acras terræ, cum pertinentibus per ſuas rectas Diviſas de *Hugone de la Vale* in **Benewell**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore Regis *Henrici* Patris Domini Regis nunc. Habent etiam in villa de **Throkelagh** duas acras terræ, & ſexdecim ſolidatas redditus, cum pertinentibus in eadem, de dono *Roberti* de *Sneſtanes*, & *Criſtianæ* de *Throkelagh* in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Habent etiam in **Eſt-Mathſen** unum Manerium, ſex meſſuagia, & tres carucatas terræ, cum pertinentibus in eadem, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam de dono *Thomæ* de *Fenewyke*, & inde habuerunt Cartam & confirmationem Domini *Roberti* de *Inſula*, & tenuerunt à tempore Regis *Henrici* Patris Domini Regis nunc. Habent etiam in villa de **Staington** unum toſtum & duas bovatas terræ cum ſuis pertinentibus in liberam, puram & perpetuam elemoſinam de dono *Rogeri* de *Merley* & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam in eadem villa decem & octo denariatas redditus de dono ejuſdem *Rogeri*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam in molendino de **Brinkelagh** unam marcatam redditus in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Henrici* de *Ferlington*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore Regis *Henrici* Patris Domini Regis nunc. Tenent etiam in villa de **Whalton** unum toſtum & croſtum, & quadraginta & duas acras & dimidiam terræ cum pertinentiis, & communiam paſturæ ad quadringintas oves matrices, & ad agnos earundem in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Walteri* filii *Willielmi* & *Iſabellæ* uxoris ejus, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam in villa de **Riplengton** octo ſolidatas redditus cum pertinentiis de dono eorundem *Walteri* & *Iſabellæ* uxoris ejus in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Habent etiam duas piſcarias in aqua de **Tyne**, & unam placeam ad ſiccandum retia ſua, quarum piſcaria una vocatur **Dripinttell**, altera **Foul**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ex dono *Rogeri Bertram*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam & tenent in villa de **Stanfordham** unum toſtum, & duas carrucatas terræ cum pertinentiis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Johannis* de *Normanvill*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria: Tenent etiam Manerium de **Cheſeburgh** & de **Peſebeth** cum pertinentiis, ſcilicet in dominicis, ſerviciis, bondis, & omnibus aliis ſuis pertinentiis, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Johannis* de *Normanvill*, & inde habuerunt Cartam & confirmationem

tionem *domini de Balliolo*, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam quandam porcionem in Eccleſia de **Stanforde-ham**, videlicet decimas garbarum quinq; villarum, ſcilicet **Mathſen**, **Eſt-Neſebith**, **Wlacſton**, **Hankwell**, & **Bechefeld**, ex conceſſione & ordinatione domini *Richardi Dunelmenſis* Epiſcopi, & inde habuerunt Cartam & confirmationem Capituli *Dunelmenſis*, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria; Habent etiam & tenent Manerium de **Stellings**, cum ſuis pertinentiis, & in villa de **Neubigings** ſuper mare, unum toftum, & duas acras terræ, cum ſuis libertatibus, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Bernardi* de *Balliolo*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam de dono ejuſdem *Bernardi* quadraginta ſolidatas redditus in villa de **Seton**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Tenent etiam tertiam partem villæ de **Dalton**, cum pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Radulfi* de *Gonewarton*, & tenent etiam in eadem quatuor bovatas terræ, & quinq; ſolidatos, & ſex denariatas redditus, provenientes de molendino ejuſdem villæ, de dono *Willielmi* de *Dalton*, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria; Tenent etiam in villa de **Prodehou** unum toftum & octo acras terræ, cum pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Richardi* de *Umfravill*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam homagium *Johannis* de *Swineburn* **Eſt**, & hæredum ſuorum, & ſervicium duodecim denariorum annui redditus, pro capitali Meſſuagio ſuo de **Eſt-Swyneburn**, de dono *Hugonis* de *Balliolo* in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria, & inde habuerunt Cartam. Habent etiam homagium hæredum *Nicholai* de **Weſt-Swyneburn**, & ſervicium trium ſolidorum per annum pro Cantaria Capellæ de **Weſt-Swyneburn** ex conceſſione *Johannis* de *Wirceſtre*, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore regis *Henrici* patris domini regis nunc. Habent etiam homagium *Johannis* de *Combhou*, pro terris & tenementis quæ tenet in **Parva-Heton**, & **Caldeſtrother**, de dono *Alivæ* de *Bolom*, *Jacobi* de *Cauz* & *Aleſiæ* uxoris ſuæ, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartas, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Habent etiam homagium *Richardi* de *Thirlewall*, & tres ſolidatas annui redditus, pro terra quam tenet de eis in **Thirlewall**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam de dono *Bricii* de *Thirlewall*, & *Rogeri* filii ejus; & inde habuerunt Cartas & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam homagium *Adæ* de *Whytelagh*, & ſervicium quatuor ſolidorum annui redditus de eodem, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam de dono *Adæ* de *Tyndale*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam homagium *Thomæ filii Richardi*, *filii Bricii* de *Thirlewall* pro terra quam tenet de eis in **Thirlewall**, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Adæ* de *Tyndale*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria; Habent etiam homagium *Johannis* de *Normanvill* pro terra de **Stokeſſeld** & **Apeireleg** per ſervicium treſdecim ſolidorum & octo denariorum, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam annuatim, de dono *Willielmi filii Boſonis*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam homagium *Roberti* de *Rihill* & ſervitium decem ſolidorum annui redditus & tres ſectas ad Curiam Prioris per annum, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Theophaniæ* de *la Bataille*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam homagium *Mathei* de *Whitefeld*, pro terra & tenementis in **Whitefeld**, cum pertinentiis, quæ de eis tenet in eadem, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam *Willielmi Regis Scotiæ* à tempore quo non extat memoria.

Habent etiam homagium *Roberti* de *Throkelagh*, pro terris & tenementis quæ de eis tenet in eadem, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & inde habuerunt Cartam de dono *Roberti* de *Ineſtanes*, & *Criſtianæ* de *Throkelagh*, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam quandam grangiam decimalem, cum Gardino, in villa de **Eſt-Swyneburn**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de dono *Hugonis* de *Balliolo*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Nos autem præmiſſa teſtificari, & veritati volentes teſtimonium perhibere, ne prædicti Prior & Conventus, aut ſucceſſores ſui, vel Eccleſia ſua prædicta, per defectum Cartarum & munimentorum ſuorum prædictorum, ſic combuſtorum, dampnum, aut exhæreditationis periculum futuris temporibus, incurrat, Inquiſitionem prædictam ſub Sigillo noſtro duximus exemplificandam. Hiis teſtibus, venerabili Patre *W. Coventriæ* & *Lychefeldiæ* Epiſcopo, (&c.) Datum per manum noſtram apud *Novum Caſtrum ſuper Tynum* viceſimo tertio die *Novembris* Anno Regni noſtri viceſimo ſeptimo.

Carta Richardi Cumin *facta Eccleſiæ de* **Hertildeſham**, *de terra in* **Stancroſt.**

Ex autogr. penès *Job. Fenwike* militem & Baronet.

R. *Cumin* omnibus hominibus ſuis Salutem, Notum ſit omnibus vobis, me, conſilio & aſſenſu uxoris meæ *Hextildis*, & amicorum, & hominum meorum, conceſſiſſe, & dediſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Eccleſiæ S. *Andreæ* de **Hertildeſham**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus de campis villæ meæ de **Stancroſt**, terram illam quæ jacet juxta locum qui dicitur **Charrau**, & tendit juxta murum *Romanorum* verſùs occidentem, per diviſas eis oſtenſas, in elemoſinam perpetuam, &c. Confirmo etiam eis dimidiam carucatam terræ de feudo meo in in **Hedeneſhalech**, quam *Aguilfus* miles meus dedit eis in elemoſinam. Hoc autem beneficium eis confero, quia me & uxorem meam *Hextildem*, & fratrem meum *VValterum*, & hæredes meos in plenariam fraternitatem receperunt, & in vita, & poſt mortem. Teſtes ſunt *Hugo* de *Morevilla*, *Gillebertus* de *Vmfrauvill*, *Odonellus* de *Vmfrauvill*, *VVillielmus* de *Sumervill*, *VValterus* de *Ridall*, *VVillielmus* de *Lindeſeia*, *VValterus Cumin*, *Auguilfus*, *Nicholaus* frater ejus, *VValterus* filius *Ranulphi*, & multi alii.

PRIORATUS

De **Stodely** *in agro* Warwicenſi.

Carta Regis Edwardi *tertij*, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. de an. 1. E.3.n.3.

REx Archipeſcopis, (&c.) Inſpeximus Cartam quam dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* progenitor noſter fecit Canonicis de *Stodleya* in hæc verba: *H.* Dei gratia Rex *Ang.* Dux *Normanniæ* & **Aquitanie**, & Comes *Andegaviæ* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & Eccleſiæ de *Stodleya* & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ omnes donationes, quas *Petrus* de *Stodleya* & alii donatores eis fecerunt rationabiliter. Quare volo (*&c.*) quod prædicta Eccleſia & Canonici habeant & teneant omnes donationes illas in perpetuam elemoſinam cum omnibus pertinentiis ſuis, in terris, & Eccleſiis, & Capellis, & decimis, & elemoſinis, (*&c.*) liberas & quietas de Schiris & de Hundredis, & geldis & conſuetudinibus ſecularibus; & ita benè & in pace liberè, (*&c.*) ſicut Cartæ prædicti *Petri* & aliorum donatorum teſtantur. *T. G. Elienſi*, *I. Norwicenſi*, *VVillielmo Herefordenſi* Epiſcopis, *Walerano* Comite **Warewich**, *Rondulpho* de *Glanvill*, apud **Gaitenton**. (*&c.*)

Nos autem donationes, (*&c.*) prædictas; necnon fundationem, quam *Petrus* de *Stodleya* per Cartam ſuam fecit de quadam domo religionis Canonicorum regularium in Eccleſia S. *Petri* de *Wictona*; & conceſſionem & aſſignationem, quas ipſe per eandem Cartam fecit prædictis Canonicis regularibus ad eorum uſus & ſuſtentationem de prædicta Eccleſia de *Wyctona*, de Eccleſia de *Stodleya*, de Eccleſia de *Coctona*, & de Eccleſia de *Salpertona*, cum omnibus earum pertinentiis, & etiam de omnibus aliis Eccleſiis quæ de advocatione prædicti *Petri*, fuerunt poſt mortem clericorum, quia eas per ipſius *Petri* vel per patris ſui donationem priùs habuerunt. Donationem etiam, quam idem *Petrus* per eandem Cartam fecit in liberam & perpetuam elemoſinam præfatis Canonicis de medietate villæ de *Wictona*, cum pertinentiis; & de tribus manſuris terræ in *Wygornia*, & de decem junctis ſalis in *VVickic*, cum duabus ſalinis & fuiſtallo; & de dimidia decima de dominio prædicti *Petri* in **Trikenapeltre**; & de tota de eſſarto & de prato, & de chirſet ejuſdem villæ. Et de centum acris terræ de dominio ipſius *Petri* in *Salpertona*; & de Capellaria domus ipſius *Petri*, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus & de quietancia tam pro præfatis Canonicis, quàm pro hominibus ſuis de *Tol* & de *Tak*, & de cæteris omnibus conſuetudinibus & exactionibus ad ipſum *Petrum* & hæredes ſuos pertinentibus.

Tranſlationem etiam quam idem *Petrus* per aliam Cartam ſuam fecit de prædictis Canonicis à prædicto loco de *VVictona*, uſque ad *Stodleyam*; & fundationem quam fecit de eiſdem Canonicis in feodo ſuo apud *Stodleyam*. Et Conceſſionem & aſſignationem, quas eis in puram & perpetuam elemoſinam fecit ad eorum uſum & ſuſtentationem de Eccleſia de *Stodleia*, Eccleſia de *VVyctona*, Eccleſia de *Salpertona*, Eccleſia de *Coctona*, Eccleſia de *Anedeburna*; & Capella de *Dormeſtuna* in omnibus earum pertinentiis: Et etiam de Capellaria domus ipſius *Petri* cum omnibus ad eam de jure ſpectantibus; Et de una virgata terræ in *Stodleya* ſuper ripam *Aruwe*, cum duabus curtilagiis ad eam pertinentibus, Et de tota terra reſidua ſubtus viam quæ ducit *Bordeſleyam* uſque ad metas *Ippeſleiæ*; Et de toto prato, quod vocatur **Brunham**; & toto alneto inter **Stretford & Walford**; & de molendino cum pertinentiis, quod *Edwynus Brochard* tenuit de terra *Aſchetilli* & nemore eidem terræ proximo; & de terra *Eluricii Telarii*, & de nemore inter terram *Alani*, & terram *Rogeri* de *la Haye*, & terram *Roberti Meriam*. Donationem etiam quam idem *Petrus* per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem Canonicis, in puram & perpetuam elemoſinam de centum acris terræ de dominio ſuo in campo orientali de *Salpertona*, & de aliis centum in campo occidentali, & de tribus manſuris terræ in *Wygornia*, & de dimidia decima de dominio ipſius *Petri* in **Tikenapaltre**, & de tota de eſſarto, & de prato & de chirchſet; & de tota decima totius ſalſi ipſius *Petri* in *W:chia*, cum duabus ſalinis & fuiſtallo.

Donationem etiam (*&c.*) quas *VVillielmus* de *Cant:lupo* per cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de tota terra ipſius *Willielmi* in villa de **Hochewell**, quam *Euſtacius* de *Mortein* ſibi dedit; & de terra ipſius *Willielmi* in villa prædicta quas *Johannes* filius *Wandardi* ſibi dedit, cum domo & curtilagio. Donationem etiam & confirmationem, quas *Willielmus* filius *Willelmi* de *Cantilupo* ſenioris, fecit præfatis Canonicis in puram & perpetuam elemoſinam de decem libratis terræ in manerio de **Eſton**, ad ſuſtinendum quandam domum Hoſpitalis juxta portam prædicti Prioratus de **Stodleye**. Conceſſionem etiam quam eis fecit per eandem Cartam de *xx*. ſol. redditus quas *Radulfus* de *Charnells* ſibi reddere ſolebat de terra quam de ipſo tenuit in **Southernkeſton**; & de paſtura octo boum, duarum vaccarum & unius caballi, ſimul cum bobus & vaccis ipſius *Willielmi* in dominica paſtura ſua de **Beuchine**, & de *la* **Rene**; & de Curia ipſorum Canonicorum de hominibus ſuis habenda ſicut idem *Willielmus* unquam melius vel plenius habuit vel habere debuit. Donationem (&c.) quam *Willielmus* de *Cantilupo* per Cartam ſuam fecit Priori & Conventui loci prædicti de Eccleſia de **Hemeſton**, cum pertinentiis, quantum ad patronum pertinuit, ad ſuſtentationem fratrum Hoſpitalis, quod pater prædicti *Willelmi* conſtruxit ante portam Prioratus prædicti & ad ſuſtentationem ægrorum & pauperum ad idem Hoſpitale confluentium. Donationes (*&c.*) quas *Willielmus* de *Cantilupo* filius & hæres *VVilliel.* de *Cantilupo* fecit præfatis Canonicis, (*&c.*) de toto eſſarto cum ſuis pertinentiis extra parcum de **Sceleſhull**, ſicut includebatur per viam quæ ducebat de **Sparnovere** verſus **Aſton**, cum advocatione Eccleſiæ de **Aſton** cum pertinentiis. Donationes etiam, (*&c.*) quas *VVillielmus* de *Cantilupo* per cartam ſuam, (*&c.*) fecit præfatis Canonicis de tota terra, quam ipſe tenuit in villa de **Trente**, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis.

Donationes, (*&c.*) quas *Willelmus Comin* Dominus de **Perdelev** per cartam ſuam fecit, (*&c.*) de triginta & tribus acris terræ cum pertinentiis in **Perdeley**. Donationes (*&c.*) quas *VVillielmus* de *Edricheſton*, (*&c.*) fecit, (*&c.*) de tota terra quam idem *VVillelmus* habuit, (*&c.*) de novo perquiſito in **Perdeley** & **Grete**, cum homagiis, (*&c.*) & aliis pertinentiis ſuis. Donationem, (*&c.*) quas *Thomas le Barber* (*&c.*) fecit. (*&c.*) de tota terra ipſius *Thomæ* cum pertinentiis, quæ quondam fuit *Radulfi* de *Andevill* in **Ippeſleg**. Donationes, (*&c.*) quas *Petrus* de *Aſrugge*, (*&c.*) fecit, (*&c.*) de tota terra ipſius *Petri* in **Aldeſwelle**. Donationes, (*&c.*) quas *Johannes le Roter* filius *Huberti Baliſtarii* de **Wicton**, juxta *VV:chiom*, (*&c.*) fecit, (*&c.*) de tota terra ipſius *Johannis*, (*&c.*) in villa de **Wicton** juxta *VV:chiom* & extra cum capitali manſo ſuo, homagiis, (*&c.*) Donationes, (*&c.*) quas *Petrus* de *Monteforti* Dominus de *Bellodeſerto*, (*&c.*) fecit, (*&c.*) de toto dominico ipſius *Petri* de la **Wynyarde** in villa de **Stodley**, ſicut includitur per certas metas, & diviſas, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis, & de homagio & ſervicio *Petri* de la *Merſſe* & heredum ſuorum. Donationes, (*&c.*) quas *Conſtancia* filia *Willielmi* de *Parco* quondam uxor *Simonis* de *Cotton* militis in viduitate & ligea poteſtate ſua, (*&c.*) fecit (*&c*) de omnibus terris (*&c.*) quas prædicta *Conſtancia* habuit de dono prædicti *VVillielmi* patris ſui in libero maritagio in la **Wike** in territorio de **Cotton**, ſicut includebantur per ſepes, foſſata, & certas metas & diviſas. Donationes, (*&.*) quas *Johannes* de *Stodleye*, (*&c.*) fecit, (*&c.*) de omnibus terris, (*&c.*) quæ prædictus *Johannes* habuit in villa de **Hattone**. Donationes, (*&c*,) quas *Robertus* de *Freynuſe*, (*&c.*) fecit, (*&c.*) de tota terra ipſius *Roberti* quam hauit in villa de **Hattone** cum capitali manſo, boſco, gardinis, (*&c.*) ratas habentes & gratas, (*&c.*) confirmamus. Dat, (*&c.*) apud *Notingh. vii. Jan.*

PRIORATUS

de Landa *in agro* Leiceſtrenſi.

Carta Regis Henrici *primi, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

HEnricus Rex *Angliæ*, *VVillielmo* Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, & *Alexandro* Epiſcopo *Lincoln*. Comitibus, Baronibus, & omnibus fidelibus ſuis Clericis & laicis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe omnes donationes quas *Ricardus Baſſet*, & *Matildis Ridel* uxor ejus fecerunt Deo & Canonicis Eccleſiæ *Sancti Johannis Baptiſtæ* de *Landa*, quam fundaverunt pro anima. Regis *VVillielmi* patris mei; ſcilicet, villam de **Lodinton**, cum Eccleſia, & omnibus ejuſdem villæ pertinentiis, **Friſebi**, cum Eccleſia ejuſdem villæ & omnibus pertinentiis ſuis; Eccleſias, de **Weledon**, de **Weſton**, de **Welcham**, de **Piteſle**, de **Eſsebi**, de **Warleie**, de **Ketleby**, de **Ondebi**, de **Coleſton**, de **Paderſege**, de **Stanton**, de **Thacheham**, de **Patingham**, de **Widerle**, de **VValveſhull**. Præterea concedo & Cartâ meâ præſenti præfatis Canonicis confirmo, quicquid eis, ab aliis datum fuerit, tam in terris, quàm in Eccleſiis, & in aliis redditibus quibuslibet, ſicut Cartæ donatorum teſtantur. Quare volo & firmiter præcipio, quod omnia ſupradicta benè & in pace, liberè & quietè & honorificè teneant imperpetuum in liberam elemoſinam, cum omnibus pertinentiis ſuis, abſque omni ſeculari ſervitio, & conſuetudine; in boſco, in plano,

Cart. 4. E. 3. n. 5. per Inſp. Videſis plac. coram Rege term. Mich. 14. R. 2. rot. 28. **Northampt.**

in pratis, in paſturis, in molendinis, & ſtagnis, & aquis; in viis, & ſemitis; & in omnibus locis, & ſicut *Richardus Baſſet* unquam meliùs, & liberiùs, vel aliquis anteceſſorum ſuorum tenuit, cum *Socka*, & *Saka*, & *Tol*, & *Theam*, & *Infangenetheof*, & cum omnibus libertatibus ad liberam & perpetuam elemoſinam pertinentibus. Teſtibus *Rogero* Epiſcopo *Saleſb*: *Randulpho* Cancellario, *Simone* Comite, *Gilberto* de *Aquila*; *Hugone* Vicecomite Leyceſtriæ; apud *Weſtmonaſterium*.

Alia Carta ejuſdem Regis Henrici.

Ibid. HEnricus Rex *Angliæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis, Clericis & laicis, *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & Sancto *Johanni Baptiſtæ* de *Lodintona*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes Eccleſias, & terras, & redditus, & tenaturas ſubſcriptas, quas *Richardus Baſſet*, & *Matildis* uxor ſua eis in elemoſinam dederunt, & conceſſerunt, ſicut Cartulæ prædicti *Richardi Baſſet* teſtantur; videlicet totam villam *Lodintonam*, & quinque virgatas terræ de *Nortuna*, cum hominibus, & omnibus ad eaſdem terras pertinentibus, ſicut *Richardus Baſſet*, & uxor ſua dederunt & conceſſerunt, & ſicut Cartæ ejus teſtantur. Et præterea concedo & confirmo in perpetuam elemoſinam, omnes Eccleſias, quas prædictus *Ric. Baſſet.* eis dedit & conceſſit, ſicut Cartulæ ſuæ teſtantur; videlicet Eccleſias de **Weledon**, & de **Weſton**, & de **Weleham**, & de **Holt**, & de **Pitteſleye**, & de **Eſſeby**, & de **Warlea**, & de **Chetelbi**, & de **Friſeby**, & de **Ondeby**, & de **Coleſton**, & de **Herſegia**, & de **Stantona**, & de **Tacheham**, & de **Patingeham**, & de **Wirdedelai**, & de **Brinton**, & de **Malucſhella**. Has omnes tenaturas, tam in terris quam in Eccleſiis, & aliis redditibus, & quæcunq; bona iſti vel alii domini dederunt eiſdem Canonicis, vel daturi ſunt, eis in perpetuam elemoſinam confirmo, & præſentis ſigilli mei impreſſione corroboro. Quare volo (&c.) Teſtibus *H.* epiſcopo *Wyntonienſi*, & *G.* de *Glintona* & *Alberico* de *Veer*, & *R.* de *Sigillo* apud *Windeſor*.

Carta Regis Henrici *ſecund: Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

HEnricus Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ* omnibus Archiepiſcopis (&c.) Salutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Eccleſiæ *Sancti Johannis Baptiſtæ* de *Landa*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de *Ernehala*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & inſuper confirmâſſe illis omnes donationes, quas *Richardus Baſſet* & *Matildis* uxor ipſius, & hæredes ſui rationabiliter eis fecerunt, ſcilicet totam villam de **Lodinton**, in cujus territorio Abbatia fundata eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, & **Freſby** cum Eccleſia ejuſdem villæ, & cum omnibus pertinentiis ſuis; dimidium **Crimeſtone**, cum Eccleſia & pertinentiis ſuis **Salterford**; Eccleſiam de **Coleſton**; Eccleſiam de **Warleg**, cum capella de **Belton**, Eccleſiam de **Flethen**; Eccleſiam de **Petlingis**; Eccleſiam de **Widredele**, Eccleſiam de **Ondeby**, & in eadem villa quinq; virgatas terræ. In **Dalby** undecim bovatas terræ, in **Norton** quinq; virgatas terræ: Eccleſiam de **Chetelbi** cum capellis de **Warenodbi**, & de **Holewell**, & in *Holewella*, unam carucatam terræ; Eccleſias de **Weledon**, & de **Weſton**, & de **Weleham**, & terram quæ fuit *Radulphi* de *Swyneford*, & unam carucatam in **Walecote**, & **Upetun**.

Inſuper & omnes Eccleſias domini eorum videlicet Eccleſiam de **Piteſlai**, & de **Aſſeby**, & de **Stanton**, & de **Brinton**, & de **Tacheham**, & de *Walveſella* & **Patyngham**, & de **Herſege**, & omnes alias Eccleſias, terras & poſſeſſiones, quas *Richardus Baſſet* & hæredes ſui, illis rationabiliter dederunt, ſicut Cartæ eorum teſtantur. Præterea eiſdem Canonicis concedo & confirmo, quicquid eis ab aliis rationabiliter datum eſt, tam in Eccleſiis, quàm in terris, & in aliis redditibus, & rebus quibuslibet, ſicut Cartæ donatorum teſtantur; Eccleſiam de Tiltona, cum Capellis & omnibus pertinentiis ſuis & in eadem villa unam virgatam terræ, & prata de **Hereſmore**, de dono *Everardi* & **WWalerani**, & hominum eorum, & totius parochiæ; & culturas dominii inter **Holebec**, & boſcum & **Herewardeſwde**; Et Eccleſiam de **Reidebi**, & duas virgatas in **Langeham**: Et Eccleſiam de **Glaeſton**, Molendinum de **Panton**, & **Hotivet**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & duas virgatas terræ in **Scheſtinton**. Quare volo & firmiter præcipio (&c.) Teſtibus *Thoma* Cancellario Regis; Comite *Cornubiæ*, *Richardo* de *Humet* Conſtabulario; *Gwarino* filio *Gerardi* Camerario, apud *Northamptoniam*.

PRIORATUS

De **Thurgarton** *in agro* **Notinghamenſi.**

Carta Radulfi *de* Ayncourt *de fundatione ejuſdem.*

Ex Regiſtro de *Thurgarton* penes Comitem de **Cheſterfield.** f. 57.

EGo *Radulfus* de *Ayncourt*, pro ſalute animæ meæ, filiorum, filiarumque mearum; & pro anima patris & matris meæ; & pro anima *Baſiliæ* mulieris meæ, & omnium parentum, & anteceſſorum meorum, Fundavi domum religionis apud **Thurgarton**, & in ejuſdem domus Fundatione conceſſi, & dedi Canonicis ibidem Deo, & beato *Petro* regulariter ſervientibus, conſilio & prece piæ memoriæ *Thurſtani Eborac.* Archiepiſcopi, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, totam *Thurgartonam*, & *Fiskertonam*, & parcum juxta **Thurgarton**, & omnes Eccleſias de tota terra mea; ſcilicet Eccleſiam de **Graneby**; Eccleſiam de **Cotes**; Eccleſiam de **Swaſſeld**; Eccleſiam de **Haneworth**; Eccleſiam de **Scaupewic**; Eccleſiam de **Kirkeby**; Eccleſiam de **Braunceton**; Eccleſiam de **Tymberland**, Eccleſiam de **Blaunkeny**; & Eccleſias de **Elmeton**, & **Langwath**, cum omnibus pertinentiis, conſuetudinibus, & libertatibus, ad eaſdem terras, & Eccleſias pertinentibus, in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, in aquis, in piſcariis, & in molendinis, exceptis decem Solidis, quos iidem Canonici reddent annuuatim, de dono meo, infirmis de **Stokes**; Precor Univerſos Sanctæ Eccleſiæ filios, ut hanc meam Elemoſinam, cum omnibus rebus ſuis pro Dei amore, & pro ſalute animæ ſuæ, manuteneant, & defendant. Si verò hæres meus illam cum libertatibus ſuis manutenuerit & ſuſtentaverit, Divinam gratiam, & paternam benedictionem ei in æternum relinquo: Sin autem, Dei iram, & meam maledictionem, niſi reſipuerit, incurrat. Hujus donationis ſunt teſtes Capitulum Sanctæ *Mariæ* de **Suthewell**, *Robertus* filius *Huberti*, *Willielmus* de **Hertz**. *Richardus* de *Kivell*, *Robertus* de *Sancto Audeno*, *Herveus* Clericus, & multi alii.

Carta Willielmi Sampſon *de terra ſua de* **Creſwell.**

Ib. f. 85.

EGo *Willielmus Sampſon* dedi Deo, & Eccleſiæ Sancti *Petri* de *Thurgartona* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus totam terram meam de **Creſſewell**, Conceſſu *Hugonis* filii mei, & hæredis, & aliorum filiorum meorum. Hanc donationem hujus terræ feci pro amore Dei & Sancti *Jacobi* Apoſtoli, in cujus honore prædicti Canonici fundaverunt Altare in Eccleſia ſua apud **Thurgarton**, pro voto meo ſolvendo, quod eidem Apoſtolo antea voveram, pro anima patris mei & matris meæ, & pro ſalute mea, & omnium meorum.

Carta Huberti *filii* Radulfi *Domini* de **Cruche**, *de terris in* **Scarthclive.**

SCiant tam præſentes, quàm futuri, quod ego *Hubertus* filius *Radulfi*, dedi Canonicis de **Thurgarton**, in puram Elemoſinam, cum matre mea *Matilda*, quando habitum religionis ſuſcepit, terram quam *Willielmus* filius *Georgii* tenuit de me in territorio de **Scartheclive**, (*&c.*) Ibi. f. 63.

Carta Matthæi *de* Vilers, *de terra ſua de* **Lund**, *&c.*

NOtum ſit omnibus modernis, & poſteris *Matheum* de *Vilers*, & fratres ſuos *Willielmum*, & *Alanum*, & *Thomam*, conceſſiſſe Eccleſiæ & Canonicis de **Thurgarton**, cum *Ricardo* fratre ſuo, totam terram ſuam de **Lund**, in boſco & in plano, & ſervicium *Radulphi* de *Sanchi*, & Eccleſiam ſuam de **Waringeton**, & Eccleſiam ſuam de **Tytheby**, & Capellam de **Crophill**: Et *Thomas* frater meus conceſſit Eccleſiam de **Outhorpe**; & Dominus *Mattheus* conceſſit pelles Agnorum ſuorum ſuæ domus. Ib. f, 65.

Carta Williemi Pincernæ, *de Eccleſia de* **Werington**, (*&c.*)

NOtum ſit omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, quod ego *Willielmus Pincerna*, (*&c.*) pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ *Dionyſiæ*, & omnium anteceſſorum, & hæredum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ Sancti *Petri* de *Thurgart.* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Weryngton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam de **Titheby** cum Capella de **Crophill**, & cum omnibus pertinentiis ſuis, & illam carucatam terræ in **Crophill** quam Dominus *Matheus* de *Vilers* avus meus eis dedit in Dominico ſuo in villa de **Crophill**, &c. Ib.

Carta Adæ Tyſon *de bovata terra in* **Egrum.**

ADam *Tyſon* omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis*, modernis & poſteris, ſalutem. Sciatis me dediſſe Canonicis de **Thurgarton**, illam bovatam terræ in **Egrum**, quam *Levericus Hog* tenuit, liberam, & quietam, cum omnibus commoditatibus, & aiaſi- Ib. f. 6

aiaſimentis villæ de **Egrum**, pertinentiis, (*&c.*)

Carta Henrici Hoſe *donationem prædicti* Adæ Tyſon *confirmans.*

Ib. OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ fidelibus, & maximè hominibus honoris de **Egrum**, *Henricus* de *Hoſe* ſalutem. Notum vobis fieri volo, quod Ego concedo, & hac meâ Cartâ confirmo in perpetuam elemoſinam, Deo & Eccleſiæ Sancti *Petri* de **Thurgarton**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, conſenſu uxoris meæ *Amicia*, bovatam terræ, quæ fuit *Leverici Hog*, quam *Adam Tyſon* eidem Eccleſiæ dedit, liberam & quietam ab omni ſervitio ſeculari, pro ſalute animæ Regis *Henrici* filii Imperatricis, (*&c.*)

Ibid. *HEnricus Hoſe*, filius dicti *Henrici*, confirmavit donationem patris.

Donatio Eccleſiæ de **Athelington** per *Henricum Biſet.*

Ib.f.72. HEnricus Biſeth *filius* Willielmi Carpentarii, *dedit Priori de* **Thurgarton** *Eccleſiam de* **Athelington.**

Ib. W*Illilmus* de *Beuvero*, & *Albreia* uxor ejus, confirmavit donationem, prædictam *Henrici Biſeth*, de prædicta Eccleſia.

Carta Willielmi Carpentarii *de molendino de* Cliva.

Ib. OMnibus Sanctæ *Eccleſiæ* fidelibus, Clericis, & Laicis, *Francis* & *Anglis*, *Willielmus Carpentarius* Salutem. Notum ſit vobis omnibus, me dediſſe Deo, & Eccleſiæ Sancti *Petri* de **Thurgarton**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, cum conſenſu hæredum meorum, *Henrici Biſſet* filii mei, & *Manaſeri Biſet* fratris mei, & *Ernulfi Biſet* nepotis mei, molendinum meum de *Cliva*, in perpetuam Elemoſinam pro ſalute animæ meæ, & hæredum meorum, & pro anima patris mei *Willielmi Biſet*, & matris meæ *Hawiſiæ*, & uxoris meæ *Suſannæ*, & pro anima fratris mei *Henrici Biſet*, & *Anſoldi* fratris mei, & *Henrici* nepotis mei.

Carta Hugonis *de* Chaiſneto de una bovata *terræ in* **Sarindale.**

Ib.f.73. EGo *Hugo* de *Caiſneto* dedi, &c. Canonicis de **Thurgarton**, unam bovatam terræ cum toſto, &c. quæ *VVillelmus* de *Adellington* de me tenuit, in villâ de **Sarindale**, in puram elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ *Leuciæ*, & hæredum meorum; & pro anima *Willielmi Carpentarii* Domini mei, & uxoris ejus *Suſannæ*, & pro anima Dominæ *Albreæ Biſet*, *&c.*

Carta Henrici Biſet *donationem* Hugonis *de Caiſneto* confirmans.

Ib.f.73. EGo *Henricus Biſet* confirmavi eandem conceſſionem *Hugonis* de *Cayſneto* pro ſalute animæ meæ, &c. Et pro anima *Willielmi Carpentarii* patris mei, & matris meæ *Suſannæ*, & pro anima *Albreæ Biſet* uxoris meæ, &c.

Carta Oliveri *de* Aincourt de *una Carucata terræ in* **Braunceton.**

Ib. f.90. EGo *Oliverus* de *Aincuria* dedi Canonicis de **Thurgarton** dimidiam Carucatam terræ in **Braunceton**, cum toſto, quod fuit *Lefwini* filii *Turlac*, ſicut *Walterus* de *Eyncaria* avus meus dedit *Waltero* presbytero pro anima *Oliveri* filii ſui, quem idem *Walterus*, bello apud *Lincoln*. à captivitate & morte liberavit, ſicut Carta prædicti *Walteri* avi mei teſtatur. Et ſi fortè dictam dimidiam carucatam terræ prædictis Canonicis Warantizare non potero, dabo eiſdem Canonicis quinque ſolidos redditus aſſiſi in villa de **Braunceton**, vel in villa de **Graneby**, vel in **Blounkeney**, vel in **Elmeton**.

Carta Adæ *de* **Herthill** *de terra in* **Derleſthorpe.**

Ib. 68. A*Dam* de **Harthill** dedi *Rogero* filio & hæredi *Rogeri* de *Ayncourt*, cum *Alicia* filia mea in liberum maritagium, totam terram meam in **Derleſthorp**, & **Dornthorp** cum omnibus pertinentiis, libertatibus & ayſiamentis, ut in Eſcaetis, homagiis, releviis, &c. Habendam prænominato *Rogero* filio *Rogeri Dayncourt*, & hæredibus ſuis, quos de *Alicia* filia mea habebit imperpetuum.

Confirmatio Ricardi *de* **Herthill.**

Ib. 496. EGo Dominus *Richardus* de **Herthill** conceſſi Aliciæ ſorori meæ, totam terram, cum nativis, & pertinentiis ſuis, quæ habet de dono *Adæ* patris mei in villa de **Dornthorp**, & **Colingham**, faciendo ſervicio duodecimæ partis unius feodi militis.

Prædicta Alicia *uxor* Rogeri *de* Dayncourt *dedit prædictam terram in* **Dornthorp** & **Colyngham** Priori de **Thurgarton.**

Carta Regis Edwardi *tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Rex omnibus ad quos, &c. Inpſeximus, (*&c.*)

Pat. 14. E. 3 P. 2. m. 30. per Inſpex. Vide Pat. 6 E. 3 p. m. 22.

HEnr. Dei Gratia Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ* Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Scatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beato *Petro* de **Thurgarſtone**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus rationabilem ſubſcriptam donationem ſibi factam, & Cartis donatorum confirmatam; ſcilicet ex dono *Radulfi* de *Aincurt* totam **Turgarſtone**, & **Fiſcharton** & parcum juxta **Turgarſtone**, & omnes Eccleſias de tota terra ſua; ſcilicet Eccleſiam de **Graneby**; Eccleſiam de **Elmetone**; Eccleſiam de **Cotes**, Eccleſiam de **Swafelde**; Eccleſiam de **Haneworthe**; Eccleſiam de **Scapewic**; Eccleſiam de **Kyrkeby**; Eccleſiam de **Braurtone**; Eccleſiam de **Tymberland**; Eccleſiam de **Blankenei**. Ex dono *Willelmi* filii *Ranulphi* Eccleſiam de **Blakwelle**. Ex dono *Mathei* de *Vilers*, Eccleſiam de **Waringtone**; Eccleſiam de **Tichibi**, Capellam de **Crophill**, & unam carucatam terræ in eadem villa de ſuo dominio. Ex dono *Gerardi* filii *Walteri* de *Suttone* Eccleſiam de **Suttone** & duas bovatas terræ in eadem villa. Ex dono *Willelmi Carpentarii* molendinum de *Clvva*. Ex dono *Henrici Hoſe* unam bovatam terræ in **Egrum**. Ex dono *Roberti* de *Caut* molendiunm de **Doverbert**. Ex dono *Willielmi* de *Bella aqua* duos ſolidos de molendino de **Kirlingtone**. Ex dono *Willielmi Sanſon* terram quæ vocatur **Creſwelle**. Ex dono *Roberti* de *Hoveringham* Eccleſiam de **Hoveringham**. Ex dono *Radulfi* de *Bellofago* molendinum de **Duverbert**, quod dicitur **Snellinemilne**, cum terra & prato adjacente. Ex dono *VVillielmi* de *Bereville* unam bovatam terræ in **Kirkebi**. Ex dono *Hugonis* de *Hoveringham* ſeptem bovatas terræ in **Tichebi**, quas *Emma* avia ſua, & *Robertus* pater ſuus dederunt. Ex dono *Walteri* Villani *Linc*: unam bovatam terræ in campis *Lincolniæ*. Ex dono *Ricardi Putrel* dimidiam carucatam terræ de dominio ſuo in **Turmeſtone** cum una manſura in eadem villa. Ex dono *Radulfi* de *Aincurt*, filii *Rogeri*, Eccleſiam de **Winefield**. Ex dono *Ricardi* de *Crieil* quatuor toſta in **Turgarſtone**, & duas toſtas in **Mortone**, quas filius ejus *Robertus* confirmavit Cartâ ſuâ. Ex dono *Johannis* filii *Willielmi* medietatem Eccleſiæ de **Uvetorp**, Et pro decimis *Ailwina Hecche xxvii.* ſol. ſicut Carta Canonicorum Hoſpitalis S. *Sepulchri Linc.* teſtatur. Quare volo, (&c.) Teſtibus *Hugone Dunelmenſi* Epiſcopo, *Willielmo* Comite *Arundelli*, *Ranulpho* de *Glanvill*, *Bernardo* de S. *VVallerico*, *Rogero* de *Stutevill*, *Willielmo* de *Stutevill*, *Hugone Bardulf* dapifero, *Ranulfo* de *Gudd.* apud **Clipſton**.

Nos autem conceſſiones, (&c.) necnon donationem & conceſſionem, quas *Robertus* de *Vilers* per Cartam ſuam fecit Deo & Eccleſiæ beati *Petri* de **Thurgarton** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, de toto dominico & capitali meſſuagio ſuo in **Uvethorp**. Donationem (&c.) quas idem *Robertus* per aliam Cartam ſuam fecit (&c.) de toſto quod fuit *VVolnetti*, & de toſto quod fuit *Hugonis* de *Lincolnia*; & de *v.* bovatis terræ de dominico præfati *Roberti* in eadem villa de **Uvethorp**. Donationem (&c.) quas idem *Robertus* (&c.) fecit (&c.) de duabus bovatis terræ integris in eadem villa de **Uvethorpe**. Donationem (&c.) quas idem *Robertus*, (&c.) fecit (&c.) de quatuor bovatis terræ & dimidia cum pertinentiis in eadem villa de **Uvethorpe**. Donationem (&c.) quas *VVillielmus* filius *Pagani* de *Vilers* (&c.) fecit (&c.) de quatuor bovatis terræ cum toſtis & croftis & aliis pertinentiis in eadem villa de **Uvethorpe**.

Donatiomem (&c.) quas *Radulphus* de *Bellofago* per Cartam ſuam fecit (&c.) de Eccleſia de **Loudham**, & de molendinis de **Dourebec** cum terra eidem molendino adjacente, & de terra ſua de **Wodeburg**. Donationem (&c.) quas idem *Radulfus* per aliam Cartam ſuam fecit, (&c.) de molendino de **Dourebec** quod dicitur **Snellingmilne**, cum terra & prato adjacente. Donationem etiam & conceſſionem quas *Emma* de *Bellofago* per Cartam ſuam fecit, (&c.) de molendino quod dicitur **Snelling**, cum una Bovata terræ & prato prædicto molendino adjacente, cum omnibus pertinentiis ſuis. Donationem (&c.) quas *Gerardus* de *Phanecurt* per Cartam ſuam fecit, (&c.) de Capitali meſuagio & toto dominico ſuo, homagiis & ſerviciis omnium liberè tenentium ſuorum, cum wardis, releviis, & eſcaetis, nativis & coterellis ſuis, & eorum catallis & ſequelis, terris, & tenementis, quæ quondam quidam nativi & coterelli de ipſo tenuerunt in villenagio, & de molendino ad ventum cum ſecta, & de prato & boſco vivariis, & toto dominio & tenemento quæ idem *Gerardus* quondam habuit in **Hikelyng**, & **Kynaltone**. Donationem etiam & conceſſionem quas idem *Gerardus* per aliam Cartam ſuam fecit, (&c) de homagiis & ſerviciis omnium liberè tenentium de terra ſua & de feodo ſuo de **Kyrkeby** & **Scapwyck** cum pertinentiis, & de *iiii.* ſolidatis redditus, quas idem *Gerardus* percipere conſuevit de Canonicis de **Catheleghe**, pro tribus bovatis terræ, & forinſeco ſervicio ad illas pertinente, & de unâ bovatâ terræ, quam **Emelina** tenuit, & de uno toſto quod *Ricardus Crophull* quondam tenuit, & de uno toſto quod *Siricha* quondam tenuit, & de uno toſto quod *Alicia Skelle* quondam tenuit; & de uno toſto quod *Fulco* quondam tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis.

Remiſſiones etiam, (&c.) quas idem *Gerardus*, per dictam Cartam ſuam fecit eiſdem Canonicis, de quinque ſolidatis redditus cum forinſeco ſervicio quod iidem Canonici ſibi reddere conſueverant pro duabus bovatis terræ, & toſto *Ricardi Helebold*. Donationem (&c.) quas

quas *Alicia* filia *Radulfi* de *Berevile* per Cartam ſuam fecit (&c.) de uno toſto & dimidia bovata terræ cum pertinentiis in **Scaupewyke** & **Kirkeby**. Donationem (&c.) quas *Henricus Biſet* filius *VVillielmi Carpentarii* per Cartam ſuam fecit (&c.) de paſſagio de **Briggeford** cum toſto ad paſſagium prædictum pertinente, & cum *VVillielmo* Molendinario. Donationem (&c.) quas idem *Henricus* per Cartam ſuam fecit (&c.) de Eccleſia de **Adelinctone** cum pertinentiis. Donationem (&c.) quas *Hugo* de *Chaiſneto* per Cartam ſuam fecit (&c.) de una bovata terræ & toſto & eorum pertinentiis quas *Willielmus* de **Adelingtone** de ipſo quondam tenuit in villa de **Sarendale**. Donationem (&c.) quas *Oliverus* de *Aencurt* & *Matildis Peche* uxor ejus, per Cartam ſuam fecerunt (&c.) de quatuor bovatis terræ in villa de **Bolleſtone** cum omnibus pertinentiis ſuis. Donationem (&c.) quas *Adam* de *Pedworth*, de aſſenſu & voluntate *Matildis* uxoris ejus per Cartam ſuam fecit (&c.) de ſerviciis & homagiis omnium hominum & liberè tenentium ſuorum & hæredum dictorum hominum in villa de **Hermeſtone**, & de *xii* bovatis terræ cum pertinentiis in villa de **Hermeſtone**, & de villanis dictas *xii*. bovatas terræ tenentibus, cum tota ſequela & omnibus catallis eorum. Donationem (&c.) quas *Robertus Peiſun* per Cartam ſuam fecit (&c.) de una bovata terræ in **Colingtone**. Donationem (&c.) quas *Gocelinus* de *S. Paulo* per Cartam ſuam fecit (&c.) de Eccleſia de **Konkeſworth**. Donationem (&c.) quas *Walterus filius Walteri, filii Willielmi* de **Aſlacton** per ſcriptum ſuum fecit (&c.) de *v.* bovatis terræ & dimid. cum toſto & aliis pertinentiis ſuis in villa de **Hokeſworth** & **Aſlacton**.

Donationem (&c.) quas *Philippus* de *Marton* per Cartam ſuam fecit (&c.) de terra ſua & Manerio ſuo in villa de **Martone**, cum homagiis (&c.) Donationem (&c.) quas *Alicia* de *Aincurt*, quondam uxor *Rogeri* de *Aincurt*, per Cartam ſuam fecit (&c.) de terra ſua in **Darnethorpe** & **Collingham** cum toſtis & pertinentiis ſuis (&c.) Donationem (&c.) quas *Rogerus* filius *Willelmi* de **Houtone** per Cartam ſuam fecit (&c.) de ſeptem bovatis terræ cum pertinentiis in **Houtone**. Donationem (&c.) quas *Matheus* de *Vilers* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis dudum apud **Fiſcartone** ſupra *Trentam* Deo & Sancto *Petro* ſervientibus de una carucata terræ in **Crophull**. Donationem (&c.) quas *Walterus* de *Stantone* per Cartam ſuam fecit (&c.) de uno toſto & de duabus bovatis terræ cum prato eidem terræ adjacente (&c.) in **Crophill**. Donationem (&c.) quas *Philippus* de *Marton* miles, per ſcriptum ſuum fecit (&c.) de una bovata & decem acris terræ, & una acra prati cum pertinentiis in **Haneword**. Donationem (&c.) quas idem *Philippus* per Cartam ſuam fecit (&c.) de una cultura terræ in eadem villa (&c.) de una bovata terræ in eadem villa (&c.) & de una cultura terræ quæ vocatur **Hillewong**, cum paſtura eidem terræ adjacente, & de tribus acris prati cum pertinentiis in eadem villa. (&c.) & de uno toſto cum prato & de una bovata terræ cum prato & mariſco eidem terræ adjacentibus; & toto boſco ipſius *Philippi*, qui vocatur **Northhagg**, cum pertinentiis in eadem villa. Donationem (&c.) quas *Phillippus* de *Haneword* per Cartam ſuam fecit (&c.) de toto ſervitio & annuo redditu *Ricardi Hacon* de quatuor bovatis terræ & duobus toſtis in eadem villa. Donationem (&c.) quas *Galfridus* filius *Willhelmi* de *Haneword* per Cartam ſuam fecit (&c.) de tota terra ſua quam habuit in eadem villa de **Taneworth**. Donationem (&c.) quas *Philippus* de *Marton* miles per Cartam ſuam fecit (&c.) de ſex acris terræ cum pertinentiis in eadem villa. Donationem (&c.) quas *Ricardus Hacon* de **Taneworth** per Cartam ſuam fecit (&c.) de uno toſto, tribus bovatis terræ, & novem denariatis redditus in eadem villa. Donationem (&c.) quas idem *Ricardus* per Cartam ſuam fecit (&c.) de uno toſto, uno columbari, & una bovata & duabus acris terræ & dimidia cum pertinentiis in eadem villa. Donationem (&c.) quas *Hugo* filius *Alredi* de **Carletone** per Cartam ſuam fecit (&c.) de toſto & crofto quæ fuerunt *Anki*, & una bovata terræ quam *Rogerus* Clericus tenuit in **Carletone**.

Donationem (&c.) quas *Rogerus* de *Aincurt* per Cartam ſuam fecit (&c.) de ſerviciis & homagiis *Ricardi filii Baldewini* de *Strettone*, *Henrici* filii *Ricardi* de *Pilleſleye*, *Willielmi le Weſtreys*, & *Hugonis* filii *Hugonis* de *Suttone*, & hæredum ſuorum cum tenementis quæ idem *Ricardus*, *Henricus*, *Willielmus* & *Hugo* tenuerunt de præfato *Rogero* in **Senovere** & **Pilleſleye**. Donationem (&c.) quas *Walterus* filius *Stephani* de *Radeclyve* per Cartam ſuam fecit (&c.) de duabus bovatis & uno quarterio bovatæ terræ cum toſto & prato & pertinentiis ſuis in **Flintham**. Donationem (&c.) quas *Liſiardus* de *Muſters* per Cartam ſuam fecit (&c.) de illa bovata terræ cum pertinentiis in **Leirton**, quæ fuit *Ulſkelli*. Donationem (&c.) quas *Adam Tiſun* per Cartam ſuam fecit (&c.) de illa bovata terræ cum pertinentiis in **Egrum** quam tenuit *Levericus Hogge*. Donationem (&c.) quas *Philippus filius Odonis* per ſcriptum ſuum fecit (&c.) de tota terra ſua de **Gonaldeſtone** cum pertinentiis. Donationem (&c.) quas *Radulphus* filius *Walteri* per Cartam ſuam fecit (&c.) de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Martineland**. Donationem (&c.) quas *Simon* filius *Simonis* de **Hoveringham** per Cartam ſuam fecit (&c.) de una bovata terræ cum toto prato & omnibus pertinentiis ſuis in villa de **Hoveringham**. Donationem (&c.) quas *Benedictus* de *Roldeſtone* per Cartam ſuam fecit (&c.) de tribus toſtis & una bovata terræ cum pertinentiis in **Roldeſtone**. Donationem (&c.) quas *Hubertus* filius *Radulfi* per Cartam ſuam fecit (&c.) de terra quam *Willielmus* filius *Gregorii* tenuit de præfato *Huberto* in **Scartheclyve**. Donationem (&c.) quas *Willielmus* filius *Gilberti Carpentarii* de **Schelford** & *Mariota* uxor ejus per Cartam ſuam fecerunt

(&c.) de una bovata terræ cum pertinentiis in **Timberland**. Donationem (&c.) quas *Gaufridus* de *Maugruci* per Cartam ſuam fecit (&c.) de *Hugone* filio *Aunfridi* cum una bovata terræ quam tenuit in villa de **Scandebi**. Donationem (&c.) quas *Philippus* de *Paunton* miles fecit (&c.) de *xv.* ſolidatis redditus & redditu ſex altilium de *Willielmo* filio *Reginaldi* de **Bercolſton**.

Donationem (&c.) quas *Gerardus* de *Fanecurt* per Cartam ſuam fecit (&c.) de ſervicio & annuo redditu *Thomæ filii Gilberti*, *Johannis filii Willielmi*, & *Willielmi filii Gilberti* de tenementis, quæ de ipſo *Gerardo* tenuerunt in villis de **Skrevetone** & **Bercolſtone**; & de tribus toftis in **Bercolſtone**. Donationem etiam quam frater *Wll.* Prior & Conventus de **Shelford** per ſcriptum ſuum fecerunt in excambium præfatis Priori & Conventui de **Thurgartone**, de duabus acris terræ in **Gunthorpe** pro duabus acris terræ in **Shelforde**. Donationem (&c.) quas *Emma* de *Bellofago* per Cartam ſuam fecit (&c.) de *xviii.* redditus percipiendis de *Roberto* filio *Martini* de **Gunthorpe** & de hæredibus ſuis. Donationem (&c.) quas *Ricardus filius Gervaſii* de **Wyveretone** per ſcriptum ſuum fecit (&c.) de una bovata terræ cum pertinentiis in **Berneſtone**. Donationem (&c.) quas *Ricardus* de **Wyveretone** miles per ſcriptum ſuum fecit (&c.) de uno tofto, tribus bovatis terræ, & duabus acris prati in **Berneſtone** & **Wyveretone**. Donationem (&c.) quas *Willielmus* filius *Walteri Funche* per ſcriptum ſuum fecit (&c.) de uno tofto cum edificiis in **Berneſtone**, & *xx.* acris cum pertinentiis in eadem villa. Donationem (&c.) quas *Radulfus* de *Rodes* miles per ſcriptum ſuum fecit (&c.) de *ij* ſol. percipiendis in perpetuum ſingulis annis ad *Penticoſten* de duabus bovatis terræ in **Berneſtone**, ratas habentes & gratas (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum noſtram apud *VVeſtm. viii.* die *Maii* anno Regni noſtri *xvii.*

PRIORATUS

de Drax *in agro* Eboracenſi.

Carta Willielmi Paganelli *de Fundatione ejuſdem.*

Ex Cartulario ejuſdem domus penès *Marmaducum Conſtable* de **Everingham** arm. fol. 1, a.

OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, *VVillielmus Paganellus*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, Deo & *S. Nicholao* & Canonicis, Deo & S. *Nicholao* ſervientibus in territorio de **Drax**, Inſulam quæ dicitur **Halington**, & **Middelholm**, ubi fundata eſt Eccleſia S. Nicholai Prioratus de **Drax**; & terram **Horn**, & terram **Hadde**, cum ipſis hominibus ; & à terra jam dicti **Horn**, totam terram, cum nemore, & mariſco & prato, uſq; ad ulteriorem partem novæ truncatæ, ſimul cum tractu Sagenarum, in Uſa. Et Eccleſiam parochialem de **Drax** ; & Eccleſiam de **Bingelay** ; & Eccleſiam de **Roxeby**, & Eccleſiam de *Media Raſa* ; & Eccleſiam de **Hyrnham** ; & Eccleſiam de **Swinehamſteade** ; & Eccleſiam de **Salteby** cum omnibus earum pertinentiis, & libertatibus, & duas carucatas terræ in *Suytertona*, & triginta eſceptas vivæ annonæ ſuæ de molendino de **Hungflet** ; & dimidiam carucatam terræ in *VVeſtona*; & unam bovatam terræ in **Faghadre** ; & unam bovatam terræ **Berlay**, & **Aldethcroft**, cum prato ſimul, & aqua de **Ayre** ; & unam marcam argenti de *Ayrmina* ; & Molendinum de **Drax**, cum ſequela tota ſua ; & decimam omnium molendinorum de **Ledes**, &, duodecem bovatas terræ in territorio de **Roxby** , partim de meo dominio, partim de terris ruſticorum, cum ſeptem toftis in eadem villa , & communiam in mariſco : & molendinum de **Roxby** , cum tota ſequela ejuſdem villæ ; & omnes ſedes molendinorum ejuſdem villæ & territorii.

Et duas carucatas terræ in territorio de **Salteby**, cum quinque toftis ; & omnem decimam menſæ meæ de frumento , & braſio & occiſione ovium , & porcorum meorum ubicunq; fuerint facta ; & de omnibus, quæ ad Coquinam pertinent, in puram, & perpetuam elemoſinam, ſolutam & quietam prorſus, ab omni ſeculari ſervitio, & exactione & conſuetudine. Hæc omnia dedi Deo & Eccleſiæ Sancti *Nicolai* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, monitu , & conſilio Domini *Turſtini Eborum* Archiepiſcopi, cum *Socha* & *Sacha*, & *Tol*, & *Them*, & *Infangtheſe*, cum omnibus libertatibus, & commoditatibus , & communiis ; in viis, in ſemitis, in pratis, in paſcuis, in boſco, in plano, in mariſcis , cum omnibus liberis exitibus , & introitibus, in omnibus ubiq; locis , pro ſalute mea, & pro animabus patris & matris, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, ſicut puram elemoſinam, quam ego & hæredes mei warantizabimus , & defendemus contra omnes homines, de murdro, de *Danegeldo* , de *Themantale*, de ſervitio Regum, de auxilio Vicecomitum, & clientum eorum; Hiis Teſtibus *Radulfo Paganello*, *Petro* filio *Eſſolf*, *Adam* & *Thoma* filiis ejus, *VVarino* de *Sancto Patricio*, *VVillielmo* de *Stanegref* , *VVillielmo* de *Altaripa* , *Simone* de *Stanegref* , *VVillielmo* de *Balioll* , *Hugone* del *Bois*, *Roberto* de **Roxby** , *Roberto* filio *Silveſtri*, & *Achardo* Mareſchallo.

Carta confirmationis Fulconis Paganelli

Ib.

ROgero Dei gratia Archiepiſcopo Eccleſiæ Sancti *Petri Eborum*, totius ejuſdem Eccleſiæ Capitulo, univerſiſque Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, *Fulco Paganellus* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me *Fulconem Paganellum* pietatis intuitu , aſſenſu *Lecellinæ* uxoris meæ & hæredum meorum, & hominum, pro animabus patris & matris meæ & anteceſſorum meorum, dediſſe, & in puram & perpetuam elemoſinam conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beati *Nicholai* de **Drax**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, ipſam inſulam quæ vocatur **Holinholm**, & **Midelholm**, ſicuti foſſatis eorum circumcinguntur: Et ſedem molendini cum ipſo molendino ante portam eorum: Et foſſatum quod eſt ſtagnum memorati molendini, & .... cum foſſato adjicente proximo verſùs meridiem, cum libero exitu. Et Eccleſiam de **Drax**, cum duabus bovatis terræ, & uno tofto in eadem villa, & cum Capella de **Stanhill**, cum alneto eidem Capellæ antiquitùs pertinenti. Et unum toftum in **Camelesford**, cum terra illa pertinente, quæ vocatur **Alfgerridding**, & omnibus aliis libertatibus eidem Eccleſiæ de **Drax** pertinentibus. Et unam bovatam terræ in **Birlay**, de qua percipiunt memorati Canonici duodecim denarios per annum, in feſto Sancti Nicholai. Et unam marcam argenti in *Ayrmyna* annuatim, per manum ſervientium meorum. Et de boſco meo quantum uſui eorum opus fuerit ad comburendas & ad ſepes ſuas faciendas rationabiliter, per viſum, foreſtariorum meorum; & paunagium porcorum ſuorum nutritorum in Curia ſua quietam, & communem paſturam. Hæc omnia dedi & conceſſi eis liberè & quietè & ſolutè ab omni ſeculari exactione & conſuetudine. Et warantizabimus ego & hæredes mei contra omnes homines. Hiis teſtibus, &c.

Carta Phulconei Paganelli, de Eccleſiis de **Drax** & **Garthorp**.

Ex autog. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

Sciant præſentes & futuri, quod ego *Fulconeus Paganellus* dedi, conceſſi, & hac præſenti Chartâ meâ confirmavii Deo & Eccleſiæ beati *Nicholai* de **Drax** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſias de **Drax** & de **Garthorp**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis de quibus ſeiſitæ erant præfatæ Eccleſiæ, quando hæc Carta facta fuit in puram & perpetuam elemoſinam. Facta autem fuit hæc Carta ad feſtum Sancti *Michaelis*, proximum poſtquam *Richardus* Rex *Angliæ* iter ſuum accipuit *Jereſolymam*. Hiis teſtibus, (&c.)

Carta Matildis *Comitiſſæ* Northumbriæ, *pro obitu* Gilberti *de* Vmfraville Anguſiæ *Comitis, viri ſui.*

Ibid.

Ceſte endenture fait parentre treſnoble dame, dame Malde *Counteſſe de* **Northumberlanc**, *dun parte & les Prior, & Covent de* **Drax** *d'autre part. Teſmoigne que le ditz Priour, & Covent ount grauntte, a la d.t Counteſſe, de faire chiſcun ane en lour Covent, une* Obite *pour l'alme* Gilbert *de* Ounfravile *Count de* Angos *tadys marie à dit dame Malde, en l'endemayn del* Typhane *noſtre ſeigneur; Ceſt a ſavoir pour dire* Placebo *&* Dirige *meſme le iour de* Tiphane, *& l'ndemany* comendacion, *& une* Meſſe *de* Requiem *pour l'alme dit* Gilbert, *ſicom pour une Chanone profeſſe. Et a ceſt Divine ſervice a faire, & dire cheſceuna ane, en les iours & fourme avantdit, les dits Prionr & Covent ſe obligeount, & a leur ſucceſſours à touts jours Pour que le Divine Service, & ſet over de charite, la dit Counteſſe ad done a edit Prior & Covent vint marz, en e.de de lour meſon. En teſmoignage de quele choſe, les parties avand ditz à ces En dentures entrechaunge oblement ount m.ſe leur ſeles. Done à* **Drax** *le primer jour de* May *l'an noſtre Seigneur* Ieſu Chriſt Mille CCC. Lxxxiii.

Carta Roberti *de* Gaunt *ſuper Eccleſiam de* **Swinehamſted**.

Ibid.

Reverendis Dominis ſuis Abbati de *Fontibus*, & Abbati de *Valledei*, & Univerſis ſanctæ Eccleſiæ filiis, *Robertus* de *Gant* in Domino ſalutem. Notum ſit Univerſitati veſtræ, quod *Willielmus Paganellus* dedit Eccleſiam de **Suynameſtede**, Deo & ſancto *Nicholao* de **Drax**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro Salute animæ ſuæ, & parentum ſuorum, & illam Cartâ ſuâ corroboravit, multis annis peractis antequam terram poſſedi cum filia *Willielmi Paganelli*: (Et Cum hoc ignotum mihi eſſet) rogatu *Euſtachii* filii Regis *Stephani*, conceſſi prædictam Eccleſiam *Wydoni* Clerico, quem nec illi nec alicui dare potui, undè valde pænitet me ſic temere feciſſe. Quare Sanctitati veſtro provolutis ſupplico genibus, ut conſilium, & auxilium prædictis Canonicis impendere curetis, ne Eccleſia præſcripta, pro defectu veſtro, ulterius injuſtè promatur. Valete.

Carta Aviciæ *de* Romeilli *de advocatione Eccleſiæ de* **Saltebi**.

Ex autog. in Officio Armorum.

Roberto Dei gratia *Lincolnienſi* Epiſcopo, & *Hugoni Legreceſtrenſi* Archidiacono, omnibuſq; Sanctæ Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris *Avicia* de *Romeilli* Salutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe Deo & Eccleſiæ Sancti *Nicolai* de **Drax** & Canonicis ejuſdem loci, & eorum ſucceſſoribus, Deo ibidem famulantibus, plenariam advocationem Eccleſiæ de **Saltebi**, vivente perſona *Achardo* ejuſdem Eccleſiæ: Et poſt ejus deceſſum in liberam & perpetuam elemoſinam eis concedo præfatam Eccleſiam cum omnibus ad eam pertinentibus poſſidendam. Hanc conceſſionem feci pro anima *Willielmi Paganelli* mariti mei, & pro anima mea, & pro animabus omnium prædeceſſorum meorum, aſſenſu Domini *Roberti de Gaunt*, & *Adeliciæ* filiæ meæ uxoris ejuſdem *Roberti*. Eapropter veſtræ ſupplico dominationi, quatinus pro Dei amore hanc donationem ratam habeatis, & veſtrâ auctoritate corroberetis. Huius donationis & conceſſionis teſtis eſt ipſe *Robertus* de *Gaunt*, & *Adelicia Paganella* uxor ejus, & *Adelicia* ſoror *Roberti* de *Gaunt*, & *Radulphus* de *Chaam*. *Jordanus* Capellanus, *Willielmus* Clericus, *Willielmus* de *Londoniis*, *VVillelmus* Capellanus, *Willielmus* de *Laceio*, *Adam* filius *Petri* *Adam* de *Munbugun*; *Thomas* filius *Petri*, *Ricardus* Pincerna, *Willielmus*, Danenſis. *Robertus* Aurifaber, *Stephanus* Cithariſta, *Walterus* filius *Jordani*, *Achardus* Marachallus, *Stephanus* Clericus, *Mauricius* Clericus, *Robertus* de *Juvenhi*, *Herbertus* de *Perci*.

Carta Roberti *de Gaunt, de advocatione Eccleſiæ de* Saltebi.

Ex autog. in turri beatæ *Marie Ebor.*

ROBertus de *Gaunt*, Omnibus ſanctæ Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quàm futuris, Salutem; Sciatis me conceſſiſſe, & dediſſe Deo & Eccleſiæ S. *Nicholai* de Drax, & Canonicis ibidem Deo imperpetuum famulantibus, Advocationem Eccleſiæ de Saltebi, vivente *Acardo* perſona ejuſdem Eccleſiæ; Et poſt ejus deceſſum, in liberam, & perpetuam elemoſinam, eis concedo præfatam Eccleſiam, cum omnibus ſuis pertinentiis, & totam decimam domus meæ in omni blado, & in omni braſio, & in porcorum occiſione, ubicunq; fuerit facta; Sicut *Wil. Paganellus* teſtatur eis dediſſe Per Cartam ſuam, imperpetuam elemoſinam: Præterea ſciatis me adjeciſſe præfatis Canonicis, in perpetuam elemoſinam, pro ſalute meæ, & uxoris meæ, & prædeceſſorum, meorum omnem Decimam domus meæ, in emptione ſegetis, & braſii & panis & cerviſiæ, & Caſei, & butiri; & in omnibus quæ ad coquinam pertinent. Hujus donationis teſtes ſunt, *Jordanus* Capellanus de Drax. *Willielmus* de *Baliol*, *VVillielmus* de *Ploiz*, *Acardus Mareſcallus*, *Thomas* filius *Petri*, *Willielmus* Clericus, *Rogerus* præpoſitus, *Hugo* Camerarius, *Richardus* de *ulgeres*, *Alanus* Foreſtarius, *Aluradus* Venator, *Godardus Henricus* de *Hic*.

Carta Agnetis *filiæ* Walteri *de* Scotenni, *de reditu duarum marcarum in* Roxbi.

Ib.

SCiant omnes præſentes & futuri, quod ego *Agnes*, filia *VValteri* de Scotenni, intuitu pietatis, & favore religionis dedi, & conceſſi & hac præſenti Carta mea confirmavi Deo, & Eccleſiæ beati *Nicholai* de Drax, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus reditum duarum marcarum de libero maritagio meo in Roxbi, ſingulis annis per manum meam, vel procuratoris mei ibidem percipiendum, ad duos terminos, unam, ſcilicet marcam ad *Pentecoſten*, & unam marcam ad feſtum Sancti *Martini*, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Has verò duas marcas warantizabimus ego, & hæredes mei, præſciptis Canonicis, contra omnes homines. His Teſtibus *Waltero* de *Scoteni*, *Aam Painel*, Willielmo Hanſelin Domino de Wrahebi, *Adam Painel juniore*, *Radulpho* fratre ejus, *Otone* de *Barkeſtun*, *Henrico* de *Staingrif*, *Radulpho Trinel*, *Johanne* filio ejus, *Willielmo* filio *Richardi*, *Lamberto Scrope*.

Videſis confirmationem plurimarum donationum, Pat. 4. E. 2. p. 2. m. 11.

PRIORATUS

de Marton, *in agro* Eboracenſi.

Cartæ Regis Henrici *ſecundi donationem loci de* Moleſby *cofirmantes.*

Cart. 12 E.2.n.

REx &c. *ſalutem. Inſpeximus Cartam quam* Henricus *quondam Rex* Angliæ *progenitor noſter, fecit Cononicis, & ſanctimonialibus de* Martona (*quæ quidem ſanctimoniales ab eodem loco ad quendam locum qui vocatur* Moleſbii, *poſt modum tranſlatæ fuerunt, & ibidem jam inhabitant*) *in hæc verba. Henricus*, (*&c.*) Sciatis me conceſſiſſe (*&c.*) Canonicis & ſanctimonialibus de *Martona* quadraginta ſolidatas terræ, in villa de Hebi, in puram elemoſinam. Quare volo, (*&c.*) *Inſpeximus* (*&c.*) *Henricus* Rex *Anglie* & Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ* & Comes *Andegaviæ*, *Rogero* Archiepiſcop Eboracenſi, & *Henrico* Epiſcopo *Dunelmenſi*, & omnibus Baronibus, & Juſticiariis, Vice comitibus, & miniſtris ſuis, & fidelibus de *Eboraſcire*, *Francis* & *Anglis* Salutem, Sciatis me conceſſiſſe, & dediſſe, & confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ Sancti *Johannis* de Moleſbi, & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam elemoſinam, terram & locum de Moleſby, ubi ſita eſt Eccleſia illarum; & terram de *Riſeberga*, quæ ſolebat reddere triginta ſolidas, quietam, cum ipſo reditu; Et inſuper quicquid eis rationalibiliter datum eſt à quocunque donatore, ſicut Cartæ donatorum teſtantur, & quicquid eis in futurum dabitur in elemoſinam. Quare volo (*&c.*) Teſtibus *Rogero* Archiepiſcopo *Eboraci*, *R.* Epiſcopo *Lincoln.* *H.* Epiſcopo Dunelm, *&c.*) Nos autem (*&c.*) confirmamus (*&c.*)

Carta Henrici *de Nevill donationem* Bertrami *de* Bulemer, *avi ſui, de ſitu Prioratus de* Marton confirmans.

Ex autog. in bibl. *Hatton.* an. 1640.

UNniverſus Sanctæ Eccleſiæ filiis, viſuris vel audituris literas iſtas, *Henricus* de *Nevill*, Salutem in Domino: Sciatis me dediſſe, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Martona*, & Canonicis meis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animarum Patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum donum, & elemoſinam *Bertamii* de *Bulemer* avi mei, quam ipſe prædictæ Domui antedictis Canonicis donavit, & Cartâ ſuâ confirmavit, in puram & perpetuam elemoſinam; Scilicet, locum de Marton, cum omnibus pertinentiis ſuis; videlicet, villa de Marton, cum Eccleſia ejuſdem villæ, & cum omnibus pertinentiis, in boſco, & plano, & aquis & molendinis; in pratis & paſturis; & in omnibus aliis, ſola & quieta ab omnibus ſecularibus, actionibus, & ſervitiis cuicunq; terræ pertinet, ſicut Carta *Bertrami* avi mei, Fundatoris ejuſdem loci teſtatur. Et triginta acras terræ in communi territorio de **Brinneſſale**, & de **Thorp** in *Cravena*, cum omnibus pertinentiis quæ ad terram pertinent; & paſturam ad trecentas oves & ad triginta vaccas, per communiem paſturam de prænominatis **Brinneſſale** & **Thorp**; quæ ſcilicet ſunt de feudo meo.

Tenendas, & habendas libere, & quiete, ab omnibus conſuetudinibus, & actionibus, quæ terræ pertinent, ſicut Carta *Bertrami* de *Bulmer* donatoris hujus elemoſinæ teſtatur. Et decem acras terræ in **Crakehous**, in *Craſua*, & paſturam ad ducentas oves, in eadem villa, quæ ſunt de feodo meo, quas prænominati Canonici habent ex dono *Richardi* de **Rautheclive**, in puram & perpetuam elemoſinam, ſolas & quietas ab omni ſervitio ſeculari ſicut Carta ejuſdem *Richardi* teſtatur. Et decem bovatis terræ cum toftis, & croftis, & omnibus pertinentiis ſuis in **Sutton** juxta *Tatecaſtra* in puram & perpetuam elemoſinam, quas tenent de feudo meo, ex dono *Rogeri* de *Funchardum* filii *Eudonis* de *Punchardune*, ſicut Carta ejuſdem *Rogeri* teſtatur. Ut autem præfati Canonici prædictas terras, & paſturas, cum omnibus pertinentiis earum, liberè & quietè, & pacificè ſine vexatione & perturbatione alicujus, teneant & poſſideant, imperpetuum, inſpectis & auditis, Cartis donatorum, eas duxi confirmandas. Et ut hæc avi mei elemoſina, confirmatio, & parentum, & hominum meorum donatio, firma & ſtabilis inperpetuum permaneat, præſens donationis & confirmationis meæ ſcriptum, ſigilli mei appoſitione munivi. Hiis Teſtibus *Roberto* de *Barkeſword*, *Ada* de *Mulethorp*, *Simone* de *Briddeshale*, *Willelmo Hagget*, *Roberto Stabello*, *Nicholao Burdino*, *Thoma* filio *Thomæ*, & multis aliis.

Carta Henrici *de* Nevill, *de manerio de* **Woddhuſes**.

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ* *Ebor.*

OMnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris, *Henricus* de *Nevell* ſalutem in Domino. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & Canonicis Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Marton**, pro ſalute animæ meæ, anteceſſorum & hæredum meorum, Manerium meum de **Wodhuſes**, in puram & perpetuam elemoſinam, cum dominio; & ſine aliquo ſervitio: exceptis duabus bovatis terræ in **Apeltrewic**, quas intendo dare monialibus de **Munckeţon**. Et ego & hæredes mei prænominatis Eccleſiæ & Canonicis, prædictum Manerium cum pertinentiis & dominio, contra Paganos & Chriſtianos warantizabimus in perpetuum. Hiis teſtibus *Euſtachio* de *Rilleſton*, *Ingramo* de *Cornebugh*, *Paulino* de *Lilling* militibus, *Rogero* de *Stokeſworth*, & multis aliis.

Confirmatio ſitus Prioratus de **Marton** *per Dominum* Petrum *de* Molalacu *tertium, Dominum feodi illius.*

Ex autogr: in bibl: *Hattoniana*

OMnibus hoc ſcriptum viſuris, vel audituris, *Petrus* de *Malolacu* tertius, Dominus de **Mulgref** ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ, & *Nicolaæ* uxoris meæ, & pro animabus anteceſſorum, fratrum & hæredum meorum, & omnium fidelium defunctorum, conceſſiſſe, & hoc præſenti ſcripto confirmaſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Martona* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro me, & hæredibus meis, ſucceſſoribus, vel aſſignatis, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, omnes terras tenementa & poſſeſſiones cum pertinentiis ſuis, quas habent de feodo meo; videlicet ſitum Prioratus ſui de **Martona**, & totam villam de *Martona*, cum pertinentiis ſuis, Et duas carucatas terræ cum capitali meſſuagio, & ſex toftis in villa, & territorio de **Corneburg**; & duas bovatas terræ, cum pertinentiis ſuis in **Queneby**. Et quatuor bovatas terræ cum pertinentiis ſuis in **Tiverington**; Et duas bovatas terræ, cum pertinentiis ſuis in **Thorneton**; Et unum toftum cum tribus acris terræ in villa, & territorio de **Welleburne**. Et duas acras terræ in territorio de **Bulmer**; Et unam bovatam terræ cum pertinentiis ſuis in *Flaxetona*. Et duas bovatas terræ cum pertinentiis ſuis in **Lilling**; Et octo bovatas terræ cum pertinentiis ſuis in **Shirifhoton**; & clauſuram, quæ vocatur *le Frith*, una cum duabus acris prati in mariſco ejuſdem ville; Tenendum & habendum dictis Canonicis, & ſuis ſucceſſoribus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, quietam & ſolutam ab omnibus ſectis Curiæ, conſuetudinibus, ſervitiis, demandis, & diſtrictionibus imperpetum niſi in illo caſu tantummodo quando pro ſcutagio diſtrictio fieri debet, & hoc cum nulla alia tenementa de feudo meo, in poteſtate donatorum, & hæredum eorum, ſucceſſorum vel aſſignatorum eorum, ubi diſtrictio fieri debeat, poterunt inveniri: pro hac autem conceſſione & confirmatione, dicti Canonici, & eorum ſucceſſores, die Obitus prædictæ *Nicolaæ* & mei, cum acciderit, ſingulis annis in eorum Eccleſia ſolempniter, & devotè celebrabunt. In cujus rei Teſtimonium huic ſcripto Chyrogrophato ſigilla utriuſq; partis alternatim ſunt appoſita. Hiis Teſtibus, Dominis *Roberto* de *Malolacu*, *Galfrido* de *Aguylon*, *Willielmo* de *Sancto Quintino*, *Willelmo Mal.* *Radulpho* filio *Willelmi*; *Johanne* de *Staynegref*; *Johanne* de *Bulmer*; *Johanne* de *Ferlington*; *Johanne* de *Pothou*; *Nicholao* de *Riparia*; *Waltero* de *Perceay*; *Paulino* de *Lilling* militibus & aliis.

PRIORATUS

De **Bethkelert** *in agro* ....

Carta Regis Edwardi *primi, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 14 E. 1. n. 5.

REx Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Accedentes ad nos frater *Madocus* Prior Domus *Vallis beatæ Mariæ* de **Bethkelert**, & frater *Hugo* concanonicus ſuus ejuſdem Domus, nobis humiliter ac devotè ſupplicaverunt, ut cum omnia ædificia Prioratus ipſius, & Cartæ ac alia inſtrumenta ſua de diverſis terris & tenementis eidem Prioratui facta, cum eiſdem edificiis per infortunium nuper combuſta fuerunt, ſecuritatem aliquam de terris & tenementis prædictis ſibi ac ſucceſſoribus ſuis Deo ſervientibus in eodem loco caritatis intuitu facere curaremus. Et quia venerabilis pater *Amanus Bangorenſis* Epiſcopus, miſit nobis literas ſuas Patentes, per quas teſtabatur, ſe vidiſſe Cartas diverſorum Principum Priori & Conventui loci prædicti factas; videlicet Cartam *Lewelini* magni, de tota terra **Kindeluluyt**, de **Fennant**; Cartam *Lewelini* filii *Griffini* de omnibus terris filiorum *Izthael* de *Pennard*; Cartam *Lewelini* filii *Griffini* de tota terra hominum de **Treban**, apud **Kenynbemd**, & **Letheyraur**; Cartam Domini *Oweni* de tota villa quæ vocatur **Treſynerd**, apud **Kmidmeney**; Cartam *Lewelini* filii *Griffini*, de tota terra illa & loco de **Betkelert**; Cartam Domini *David* de tota terra **Ader** apud **Epenant**: Cartam Domini *David* de tota terra **Tegwaret, Wayre, Gneyr**, de **Penaut**; & Cartam Domini *David* de tota terra quam habuerunt *Jorverd*, *Vab*, *Trefeyrat*, & *Steyraul* apud **Epennant.** Nos dampnis innumeris, quæ prædicti Prior & Conventus ſuſtinuerunt de combuſtione prædicta piè compatientes; ac laudabili teſtimonio prædicti Epiſcopi de Cartarum prædictarum inſpexione fidem plenam adhibentes, Donationes prædictas, ob ſalutem animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum per prædictos donatores terrarum prædictarum Prioratui prædicto factas, acceptamus, & eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prædictis Priori & Conventui, prout ipſi donationibus illis rationabiliter hactenus uſi ſunt, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum concedimus & confirmamus. Hiis teſtibus, venerabili patre. *R. Bathon* & *Wellenſi* Epiſcopo, Cancellario noſtro; *Edmundo* Comite *Lancaſtriæ*, fratre noſtro; *Gilberto* de *Clare* Comite *Glouceſtriæ* & *Herefordiæ*, *Edmundo* Comite *Cornubiæ* conſanguineo noſtro; *Edmundo* de *Mortuomari*, *Willielmo* de *Breus*, *Roberto* filio *Johannis*, *Willielmo* de *Leyburne*, & aliis. Data per manum noſtram apud *Cantuariam x.* die *Maii.*

PRIORATUS

De **Bolton** *in agro* Eboracenſi.

De fundatione ejuſdem.

Ex vet. membrana in turri beatæ *Mariæ Ebor.* An. 1120.

MEmorandum quod in Anno Domini milleſſimo centeſſimo vigeſimo, fundatum eſt Monaſterium Canonicorum apud **Emmeſey** *per Dominum* Willielmum Meſchines, *& Dominam* Ceciliam *uxorem ſuam, Dominam & hæredem Honoris de* **Skipton**, *in honorem beatæ* Mariæ *ſemper Virginis & Sancti* Cuthberti *Pontificis, Anno Regni Regis* Henrici *filii* Willielmi *Regis Baſtardi, viceſſimo primo & Anno Pontificatus Domini* Turſtini Eboracenſis *Archiepiſcopi ſecundo. Et dederunt Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de* **Skipton**, *cum Capella ſua de* **Carlton**, *& totam villam de* **Emmeſey**, *prout patet per Cartam ſequentem.* 21. H. 2.

Carta fundationis Prioratus de **Emmeſey.**

Vide Cart. 33. E. 1. n. 48. & 51. Et Pat. 5. E. 2. p. 2. m. 8.

T*Urſtino* Dei gratia *Eborum* Archiepiſcopo, & omnibus Sanctæ Eccleſiæ matris filiis, *Willielmus* de *Meſchines*, & *Cecilia* uxor mea, ſalutem. Sciatis quod nos damus & concedimus *Reginaldo* Priori, Eccleſiam Sanctæ *Trinitatis* de **Skipton**, cum Capella ſua de **Carletone**, cum omnibus pertinentiis & totam villam de **Emmeſey**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & rectis diviſis ſuis, ad faciendam inde Eccleſiam Canonicorum Regularium in puram elemoſinam pro ſalute animarum noſtrarum, & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum. Hiis Teſtibus *H.* Capellano, *Reginaldo Revel*, *R. Cementario*, *Everardo Cementario.*

Carta Ceciliæ *de* Rumeli, *de* Villa *de* **Kildewyke.**

SCiant omnes qui ſunt & qui venturi ſunt, quod ego *Cecilia* de *Romeli*, dedi, conceſſi, Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Cutberti* de *Embeſea*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus totam villam de **Childewic**, cum molendino & ſoca molendini, cum Haga & omnibus pertinentiis, in boſco & plano, uſque ad **Aſpſiche**, & in aquis & in paſucis, & communitate totius paſturæ, in puram & liberam elemoſinam, & abſolutam ab omni ſeculari ſer- Ib.

vitio, & conſuetudine; & totam terram quam *Reginaldus Revel* tenuit in *Strattona*, pro ſalute animæ meæ, & parentum meorum, Ita quod ego, & gener meus *Willielmus*, nepos Regis Scotiæ Dunecani, obtulimus eaſdem per unum cultellum villas ſuper Altare Sanctæ *Mariæ* & Sancti *Cutberti*. Hiis Teſtibus *Ada Suani filio*, & *Ranulfo* de *Lyndeſeia*, & *Waltera* de *Vianes*, & *Waltero Flandrenſi*, *Rogero Tempeſt*, & *Willelmo* de *Acres*, & *Richardo* filio *Eſulfi*, & *Eltone Maleverer* & *Rogero Farſinton*, & *Simone* filio *Gaſpatrie*, & *Willelmo* de *Rilliſton*, & *Aldredo* de *Farnhill*, & *Henrico* fratre ejus, & *Edwardo Camerario*, & *Oſberto Fairchild*.

Carta Willielmi *nepotis Regis* Scotiæ.

Ib. *Turſtino Eborum* Archiepiſcopo, & *Oſberto* Archidiacono, *Willielmus* filius *Dunecani*, Nepos Regis *Scotiæ*, ſalutem. Notum ſit vobis & omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ fidelibus, quod ego & *Aeliz* de *Rumeili* uxor mea, dedimus & conceſſimus, & hac præſenti Cartâ confirmavimus Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ*, & S. *Cuthberto* de *Embeſeia*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam omnium *Sanctorum* de **Broctune**, cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in terris quàm in decimis, in puram & liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animarum noſtrarum. Hiis Teſtibus *Alexandro* Abbate de **Kirkeſtal**; *Benedicto* Abbate de **Sallay**, *Ulfi* Decano, *Ranulfo* Conſtabulario, *Willielmo Flandrenſi*, *Rogero Tempeſt*, *Rogero Faiſington*.

Ib. *Memorandum quod in Anno Domini* milleſimo centeſimo quinquageſimo primo *Anno* regni *Regis* Henrici *ſecundi, primo, Tranſlati fuernnt d'cti Canonici, per aſſenſum, voluntatem, & ordinationem Dominæ* Aliciæ *de* Romalli, *tunc advocatæ, uſque* **Boulton**: *Quæ quidem* Alicia *dedit d'ctis Canonicis Capitale Manerium de* **Boulton** *in eſcambium aliarum terrarum, ut patet per Cartam quæ ſequitur*.

Notum ſit omnibus tam præſentis quam futuri temporis Sanctæ Eccleſiæ filiis, Quod ego *Adeliza* de *Rumelli*, conſenſu & aſſenſu *Willielmi* filii, & hæredis mei, & filiarum mearum, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ confirmavi Deo, & Canonicis regularibus Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Cutberti Embeſiæ*, totum Manerium de **Bolton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco & plano, aquis, pratis, & paſcuis, per iſtas diviſas; ſcilicet à *Lumgila* ſubtas Hajam que dicitur **Lobwith**, ſicut deſcendit à Mora, quæ vocatur **Lobwithſlec**, per ipſum **Lumgile**, uſque in aquam de **Wherfe**, & ſic per aſcenſionem ipſius aquæ uſque ad **Berdenbec**; & ſic per **Berdenbec** uſque ad **Croſsekelde**, & ad viam quæ vadit per **Merebec**, quæ eſt diviſa inter **Boelton** & **Halton**; & ſic ad **Hameldune** verſus occidentem, per diviſas de **Berewick**, uſque perveniatur iterum ad **Lumgilheved** in moram juxta **Lobwith**, cum omnibus libertatibus, & omnibus liberis conſuetudinibus, quas ego vel aliquis anteceſſorum meorum habuerimus, vel habere potuerimus, in eodem Manerio ſine omni retenemento, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, in eſcambium pro duobus Maneriis, quæ fuerunt Canonicorum; Scilicet **Stretone** & **Skibdune**. Quare volo & præcipio, ut præfati Canonici habeant & teneant prædictum Manerium de **Boulton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, per prænominatas diviſas, cum omnibus libertatibus & immunitatibus, quas homo dare poteſt, benè & in pace, liberè, & quietè, ſolutè ab omni ſeculari ſervitio, conſuetudine, & exactione cuilibet mortalium pertinente, ſicut liberam, puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & prædeceſſorum meorum & ſucceſſorum meorum. Hoc autem eſcambium ego & hæredes mei prænominatis Canonicis imperpetuum warrantizabimus. Hiis teſtibus, *Wil.* filio meo de **Egremont**; *Ada* filio *Suani*; *Henrico* filio *Suani*, *Oſberto* Archidiacono, *Willielmo Flandrenſi*, *Arturo*, *Heltone Maleleporario*; *Jordano* filio *Eſſalfi*: *Rogero Tempeſt*, *Rogero Faiſington*; *Simone Muhaunt*, *Petro* de *Morton*, *He..* de *Ebor.* *Willelmo* de *Rilleſton*; *Ketello* filio *Torſini*, *Roberto Macun*; *Edwardo Camerario*; *Rogero Murcin*; *Albredo* filio *Cl.berni*, *Ada* de *Fernhil*; *Hano Fauvell*, *Galfrido Mori*, & multis aliis.

Carta Regis Henrici *ſecundi*.

Ib. *Henricus* Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* & Comes *Andegaviæ*; Juſticiariis, Vicecomitibus, Baronibus & omnibus fidelibus ſuis de *Eboraſcire* ſalutem. Concedo quod Canonici Sancti *Cutberti* de **Cravan** teneant benè & in pace, liberè & quietè, honorificè & juſtè, Eſcambium ſuum, ſcilicet **Boelton**, quod dedit eis *Adelizia* de *Rumeli*, pro **Stibeton**, & **Stretton**, ſicut Carta ejuſdem *Adeliziæ* teſtatur. Teſtibus Comite *Rginaldo* apud **Notingeham**.

Carta Aeliz *de* Rumilly, *de diviſis de* **Emeſay**.

Ib. *Aeliz* de *Rumilly* omnibus Sanctæ Eccleſiæ filiis ſalutem, Noverit Univerſitas veſtra me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe pro me & hæredibus meis, Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Boelton**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes illas terras & poſſeſſiones, quas *Wil. Meſchines* & *Cecilia* de *Rumely* dederunt & conceſſerunt dictæ Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & Sancti *Cutberti* de **Embeſay**, & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ tunc apud *Embeſiam*, nunc apud **Boelton** commorantibus, de dicto loco de **Embeſay** uſque **Boelton**, de voluntate, aſſenſu & ordinatione mea, tranſlatis; ſcilicet villam de **Embeſey**, cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco & plano, aquis, moris, paſcuis & paſturis; videlicet à diviſis villarum de **Skipton** & **Skibedon**, ad uſq; diviſas villæ de **Rilleſton**, & **Berdene** in longitudinem; & à dominica *Haya* mea de **Crokeris**, uſque in le **Routandebek** in latitudine, ſine uillo retenemento: Villam de **Childewick**, cum molendino, & ſoccha molendini & haya cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, in boſco & plano, aquis, moris, paſcuis & paſturis, videlicet à diviſis de **Fern-**

hill, uſq; ad diviſas de **Sileſden**; ſcilicet uſque ad **Aſpeſike**; & ſic ſequendo **Aſpeſike**, uſque in aquam de **Ayre**, ſine omni retenemento.

Concedo etiam eiſdem Canonicis & confirmo, locum qui **Stede** dicitur, & totam terram inter **Poſeford**, & **Spectebek**, & aquam de **Werfe**, & **Walkesburn**: præterea do & concedo, & hac præſenti cartâ confirmo præfatæ Eccleſiæ de **Boelton**, locum ipſum & totam villam de **Boelton**, ad fundandum ibidem Eccleſiam Canonicorum regularium, cum omnibus pertinentiis ſuis, & ſuis rectis diviſis, ſicut patet in Carta mea, quam inde habent: Et in **Skipton** quatuor manſuras terræ, & in **Malghum** duodecim bovatas terræ, quas *Helt Malleferer* eis dedit. Præterea concedo præfatæ Eccleſiæ Canonicis de *Boelton*, liberam chaceam, in omnibus terris & boſcis ſuis in feodo meo, ad omnimodas feras ſchaciandas, & capiendas, & omnem decimam feram captam in ſchacia mea in dominicis, boſcis meis, & ſchaciis in **Craven**. Quare volo ut prænominata Eccleſia ſanctæ *Mariæ* de **Boelton**, & Canonici ejuſdem Eccleſiæ, habeant & teneant omnes ſupradictas terras, & poſſeſſiones & libertates, benè & in pace, juſtè & honorificè, liberè & quietè, in liberam puram & perpetuam elemoſinam ſine ullo retenemento in perpetuum, ita liberè, ſicut aliqua elemoſina liberiùs concedi poteſt, vel confirmari. Hiis teſtibus *Ada* filio *Swani*, *Henrico* filio *Swani*, *Oſberto* Archidiacono, *Willielmo Flamang*, *Arturio*, *Helt Malleverer*.

Carta Henrici *de* Traches *&* *uxoris ſuæ* Ceciliæ.

Ib.

SCiant omnes qui ſunt & qui venturi ſunt quod ego *Henricus* de *Traches* & uxor mea *Cecilia* concedimus & volumus Deo & beatæ *Mariæ* & Eccleſiæ de **Emſete**, & Canonicis ibidem, totam **Chyldwyke**, cum omnibus decimis, & oblationibus & commoditatibus eidem villæ pertinentibus, cum molendino & totam foſſam molendini in puram & perpetuam elemoſinam, liberam ab omni re, & ſervicio ſeculari, & exactione. Hiis Teſtibus *Thoma* Capellano. *Heltone Maleverer*, &c. *Willielmo* de *Carlton* filio, *Rogero Tempeſt* Clerico de **Skipton**, *Johanne* de *Aduggin*, cum multis aliis.

Carta Adelizæ *de* Rumelio.

Ib.

ADelza de *Rumelio*, omnibus ſanctis filiis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & confirmâſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & Canonicis de **Bolton**, totam villam de **Chyldewyke** cum decimis & oblationibus, & cum molendino ac totam ſocam molendini, atq; totam terram quam habent & tenent in villis de **Fernhill**, & *Conanlia*, cum omnibus aliis commoditatibus ad villam **Childwike** pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio & exactione; Ita verò quod aliud molendinum infra ſocam ab aliquo hominum, ſine voluntate & conſenſu Canonicorum non fiat, nec habeatur. Si quis autem de prædicta ſoca renuerit venire, ad prædictum molendinum, & repertus fuerit veniens ab alio molendino non ſolito, ſaccus & bladus & equus & foriſfactum erunt Canonicorum; quas villas anteceſſores mei dederunt eis. Hoc do pro ſalute animæ mei patris, & matris, & anteceſſorum meorum. Hanc utiq; conceſſionem teſtantur *Oſmundus* Capellarus, & filius ejus *Simon*, *Radulfus* de *Soſela*, *Hamundus* de *Bradley*, & *Hamundus* filius ejus, *Willielmus* filius, *Ricardus* d' *Altaripa*, *Johannes* Capellanus de **Skypton**, & alii.

Carta Regis Edwardi *ſecundi Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Par. 5. E. 2. p. 2. m. 8.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod nos Donationem & conceſſionem quas *Willielmus* le *Meſchyn* & *Cecilia* de *Rumelio* uxor ſua fecerunt *Reginaldo* Priori de Eccleſia ſanctæ *Trinitatis* de **Skipton**, cum capella de **Carleton**, & de tota villa de **Emmeſay** cum pertinentiis, & rectis diviſis ſuis ad fundandam inde Eccleſiam Canonicorum regularium. Donationem etiam & conceſſionem, quam præfata *Cecilia* de *Rumely*, fecit Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & ſancti *Cuthberti* de *Embeſeya*, & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ de tota villa de **Childwyke**, cum molendino & Socha molendini, cum haia, & omnibus pertinentiis ſuis. Donationem etiam & conceſſionem quas eadem *Cecilia* fecit Deo & beatæ *Mariæ* & ſancto *Cuthberto* de **Emmeſay**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus de molendino de **Sigleſden** cum omni multura ejuſdem villæ & opera molendini quod eidem *Ceciliæ* debebatur, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus quas prædicta *Cecilia* habuit in prædicto molendino. Conceſſionem etiam & confirmtionem, quas *Alicia* de *Rumely* fecit Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Boulton**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, poſtquam dicta Eccleſia de **Emmeſay**, uſq; ad locum illum de **Boulton** tranſlata fuit de villa de **Emmeſay**, cum omnibus pertinentiiis ſuis, de villa de **Chyldewyke**, cum molendno, & ſocha molendini, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Necnon conceſſionem & confirmationem: quas eadem *Alicia* fecit eis de loco qui **Stede** dicitur, & de tota terra inter **Poſeford** & **Speticsbec**, & ab aqua de **Werfe** uſq; ad **Walchesburn**.

Donationem inſuper & Conceſſionem & confirmationem, quas eadem *Alicia* fecit præfatæ Eccleſiæ de **Boulton** de loco ipſo, & tota villa de **Boulton**, cum omnibus pertinentiis ſuis & de octo ſolidatis redditus in **Halton** de terra *Haldredi* filii *Cliburnii*; & de quatuor manſuris terræ in **Skipton**. Necnon & confirmationem, quam eadem *Alicia* fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis de duodecim bovatis terræ in **Malgum**, quam *Halto Malleferer* eis dedit: ac conceſſionem quam eadem *Alicia* fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis de libera in chacea in omnibus terris & boſcis ſuis in feudo ipſius *Aliciæ,* ad omnimodas feras chaciandas & capiendas; & de omni decima fera capta in chacea ipſius *Aliciæ*, in dominicis, boſcis ſuis & chaceis in **Craven.** Donationem etiam, & conceſſionem, quas eadem *Alicia* fecit dictis Eccleſiæ & Canonicis de **Boulton,** de una placea, in ſingulis villis ſuis & hamlettis ad grangias ſuas decimarum faciendas; & de communi paſtura omnibus averiis ſuis, cum propriis averiis ipſius *Aliciæ*, tempore autumpnali, tam in boſcis, quàm in moris, & campis, quæ decimas ſuas carriaverint, & de libero tranſitu cum plauſtris, carectis & equis, ultra terras ipſius *Aliciæ*, & paſturas cariandi decimas ſuas, & alia bona ſua, ubi voluerint. Conceſſionem etiam, & confirmationem, quas *Iſabella* de *Fortibus* Comitiſſa *Albemarliæ* & *Devoniæ*, ac Domina *Inſulæ* fecit Deo & præfatis Eccleſiæ & Canonicis de **Boulton,** de villis de **Wygedone** & **Brandone** cum omnibus pertinentiis ſuis; & de uno meſſuagio, & uno toſto, & duabus carucatis terræ in **Wethetone** & **Halthault,** cum omnibus pertinentiis ſuis: Et de uno meſſagio & novem bovatis terræ cum omnibus pertinentiis in **Roudone,** & de ſex burgagiis in **Harwode,** & tribus aſſertis quæ vocantur **Bancroft, Wytlaycroft** & **Augrum,** cum omnibus ſuis pertinentiis in eadem villa; & duabus acris terræ apud **Kerebidam,** & de molendino de **Harwode,** & **Hetheryk;** cum ſectis totius Parochiæ prædictæ de **Harwode,** & cum attachiamento ſtagnorum in terris ipſius *Iſabellæ*, quotiens neceſſe fuerit; & de duodecim carectis boſci, annuatim percipiendis in boſco ipſius *Iſabellæ* de **Langwode;** & de omnibus aliis terris, tenementis, & redditibus, quæ iidem Canonici habent in **Wytheton, Helſhault, Harwode, Wynerdelay, Wygedon, Brandon,** & **Roudon,** & ubicumq; in feodo ipſius *Iſabellæ* de **Harwode,** ex dono & Conceſſione ſua, vel anteceſſorum ſuorum.

Conceſſionem etiam quam eadem *Iſabella* fecit Deo & præfatis Canonicis de **Boulton** de dictis molendinis de **Harwode,** cum tota illa placea, quæ vocatur le **Wynegrene;** ſicut includitur foſſato; & de licentia ſtagni & aquæductus dictorum molendinorum purgandi, demundandi, & etiam ampliandi de terra ipſius *Iſabellæ*, ſi neceſſe fuerit, quotiens dictis Canonicis viſum fuerit expedire, Conceſſionem etiam donationem & confirmationem quas *Jacobus* de *Eſton* fecit Deo, & beatæ *Mariæ* & Priori & Conventui dicti loci, de toto Manerio de **Apeltrewyk** de **Boulton,** cum toto dominio ejuſdem Manerii, & omnibus pertinentiis ſuis, libertatibus, & eyſiamentis, dicto Manerio qualitercunq; pertinentibus, unà cum mineriis, weyvis, Tolloniis, & ſtallagiis, ſine ullo retenemento; ratas habentes & gratas eas, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eiſdem Priori & Conventui de **Boulton,** & ſucceſſoribus ſuis, concedimus & confirmamus, ſicut Cartæ & ſcripta prædictorum donatorum, quæ inde habent, rationabiliter teſtantur. In cujus &c. T. Rege apud *Eboracum xviii.* die *Martii*. Per finem viginti marcarum factum coram Rege.

Appropriatio Eccleſiæ de **Skipton** *per* Thurſtinum **Ebor.** *Archiepiſcopum.*

Ex autog. in bibl. *Hattoniana.*

UNiverſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, *Willelmus* permiſſione divina *Eboracenſis* Archiepiſcopus, *Angliæ* Primas, Salutem in omnium Salvatore. Noveritis quod nos literas ſubſcriptas, non raſas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte earumdem vitiatas, vidimus & inſpeximus, tenores continentes ſubſcriptos. *P.* Dei gratia *Eboracenſis* Archiepiſcopus, tam futuris quam præſentibus fratribus & filiis in Chriſto ſalutem, & Dei benedictionem. Quia novellam religionis plantacionem ſub cura noſtræ ſollicitudinis pius paſtor nuper inſeruit, equidem juſtum eſt & pro officio nobis divinâ miſeratione impoſito, valdè nobis perneceſſarium, ut eandem frequenti & benigna conſolatione rigare, & ſollerti vigilantia non ſolum extollere, ſi plus magis propagare intendamus: Unde nos Eccleſiam ſanctæ *Trinitatis* de **Skipton**, cum Capella ſua de **Carleton,** & omnibus pertinentiis ſuis, quam dilectus filius noſter *W. Meſchini* & uxor ſua *Cecilia* de *Rumelio* liberam *Reginaldo* Priori, ad fundandam & conſtruendam inde Eccleſiam Canonicorum regularium contulerunt eiſdem concedimus, & eos in perpetuam perſonam ejuſdem Eccleſiæ, Epiſcopali auctoritate ſuſcepimus. Ut autem libera Epiſcopalis manſuetudo opus Dei inceptum in meliùs promoveat, omnes jam dictæ Eccleſiæ fructus, præfatis Canonicis in proprios uſus concedimus, & eandem Eccleſiam liberam & quietam a Synodalibus, & omnibus Epiſcopalibus conſuetudinibus, conſenſu & aſſenſu *Willelmi* Decani & totius *Eborum* Capituli eſſe perpetuò ſancimus. Hoc verò ſub ſigilli noſtri teſtimonio, ut ratum & firmum ſit futuris temporibus denunciamus. Valete.

Appropriatio Eccleſiæ de **Kildewyke.**

Ib.

THurſtinus Dei gratia *Eboracenſis* Archiepiſcopus omnibus Dei fidelibus ſalutem in eo qui eſt vera ſalus. Cum boni paſtoris ſit cuſtodiæ gregis ſibi commiſſæ devotione invigilare fideli; etiam inter vitæ pabula hiis qui minus abundant, opera miſericordiæ multotiens impartiri tenetur, ſed ad horum profecto indigentiam ſublevandam, manum largitatis potiſſimùm extendere debet, qui cunctis pro Chriſto ſpretis ob vitæ præmium ejus ſe pauperes ultrò fecerunt. Hinc ergò eſt quod ad præſentationem dilectæ filiæ noſtræ *Ceciliæ* de *Rumelio*, *Reginaldo* Priori, & ſancto Collegio beati *Cuthberti* de **Emmeſey**, Eccleſiam ſancti *Andreæ* de **Kildewyk** tribuimus, & eam in proprios uſus habendam eorum inopiæ commiſerantes eis Epiſcopali munificentia, ſalvis Synodalibus, & Epiſcopalibus conſuetudinibus, in perpetuum concedimus. Valete.

Appropriatio Eccleſiæ de **Preſton.**

HEnr. Dei gratia Eborac. Archiepiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens pagina pervenerit, ſalutem in Domino. Cum ex paſtorali ſollicitudine, quâ Deo auctore fungimur, ſubjectorum nobis curam paterno affectu tenemur explere; Ad eos maximè ex beneficio miſericordiæ obtutum dirigere debemus, qui ſua relinquentes, pauperes Chriſti ſe ultrò fecerunt: Hinc eſt quod ad petitionem & præſentationem dilecti filii noſtri *Walteri* de *Amundevilla*, Priorem, & Collegium Sancti *Cuthberti* de **Emmeſey**, ad **Eccleſiam** Sanctæ *Mariæ* de **Preſton** ſuſcepimus, & eam cum omnibus pertinentiis ſuis Epiſcopali autoritate dictis Canonicis perpetuò conceſſimus. **Ut** igitur hæc noſtra conceſſio integra perpetuò perſeveret, eam præſentis ſcripti munimine confirmamus. Hiis teſtibus, *Oſberto* de *Bains* Archidiacono *Eborum*; *Arkillo* Decano, *Richardo* Clerico de *Preſtona*.

Carta Prioris de **Huntendone** *ſuper ſubjectione domus de* **Boelton.**

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ* *Eboraci.*

WIllel. dictus Prior S. *Mariæ* de **Huntereſdon**, & ejuſdem loci humilis Conventus, omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in domino. Ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire nos ratam & gratam habere pacem, & concordiam inter nos, & Priorem, & Canonicos de **Boelton** factam, per *R.* Abbatem de *Nenbus*, & *S.* Decanum *Eboraci*; & *R.* Archidiaconum *Leiceſtriæ*, Judices communi partium aſſenſu, à *Celeſtino* Papa tertio delegatos, ſuper ſubjectione domus de **Boelton**, quam petebamus coram eis, ſecundùm quod continetur in literis eorum ſigillis ſignatis; Et ut hæc pax rata perpetuis temporibus perſeveret, eam præſentis ſigilli noſtri appoſitione dignum duximus roborandam. Teſtibus *Stephano* Priore, & Canonicis de **Wirkeſop**, Magiſtro *Gerardo* de *Hoilande*, Magiſtro *Gregorio*, Magiſtro *Michaele* de *Walsring*, Magiſtro *Simone* de *Bertun*, *Nicholao* Perſona de **Tichehille**; Magiſtro *A.* Clerico Magiſtri *Simonis* Decani *Eborum*; *Petro* & *Johanne* Canonicis Capellæ Archiepiſcopi *Ebor.* *Alano* de *Weſtune*, *Ada* de *Brinſale*, *Rogero* de *Acre*, *Richardo* de *Walering*, *Galfrido* de *Rie*, *Willielmo* de *Rodeberg*, *Bartholomeo Tillemer*, *Henrico* de *Rednes*.

Carta de abſolutione Prioris de **Boelton** *de ſubjectione Priori de* **Huntendone.**

Ib.

VEnerabili domino, & patri in Chriſto chariſſimo. *G.* dei gratia Archiepiſcopo *Eborum*, & *Angliæ* Primati, *R.* de **Giſeburn** & *W.* de **Marton** Priores, ſalutem & debitam in omnibus obedientiam. Ad veſtram noticiam volumus pervenire, nos, autoritate Apoſtolica, in cauſa quæ vertitur inter Priorem, & Canonicos de **Boelton** & Priorem & Canonicos de **Huntedone**, ſuper ſubjectione Domus de **Boelton**, & ſuper ſententia à Præcentore *Eborum*, & Priore de *Novoburgo*, & Archidiacono de **Cliveland**, pro jam dictis Canonicis de **Boelton**, ſolempniter & Canonicè lata, ordine judiciario proceſſiſſe, & præfatis Priori, & Canonicis de **Huntedon** ſuper vexatione Prioris & Canonicorum de **Boelton**, & ipſius Domus ſubjectione, imperpetuum ſilentium, conſilio virorum diſcretorum, & juris peritorum, per ſententiam definitivam impoſuiſſe: Hoc autem ideo veſtræ diſcretioni ſignificamus, ut luce clariùs poſſit vobis conſtare, dominum *London.* & Archidiaconem *London.* & Abbatem de **Waltham**, quos præfati Prior, & Canonici de **Huntendone** judices elegerant, in ipſa cauſa nihil de jure poſſe ſtatuere, cum literæ à domino Papa *Celeſtino* tertio, ſuper eadem cauſa, nobis directè ſint revocatoriæ, quarum autoritate cognita ipſius cauſæ pleniùs veritate, præfatum Priorem & Canonicos de **Boelton**, à prædictorum Canonicorum de **Huntendone** abſolvimus vexatione, unde vobis neceſſariò duximus intimare, ut ſi quid, occaſione dicti mandati, domino *London.* & collegis ſuis directi, per aliquos in veſtra dioceſi conſtitutos, contra Canonicos de **Boelton** excomunicati mandatum ſit; Nos illud Apoſtolica fretus autoritate, & noſtra irritetis, & denuncietis per veſtram dioceſim non tenere. Si verò aliquos illorum exequtores pertinaces inveneritis, quominus velint ab exequtione à domino *London.* ſibi injuncta deſiſtere, vobis firmiter injungimus, ut in eis graviùs animadvertetis, valete.

Carta Prioris de **Bolton** *facta domino* Johanni *de* Inſula *ſuper Cantaria ſex Capellanorum in Eccleſia de* **Harewod.**

Ex autog. in turri *Mariæ* *Ebor.*

NOtum ſit omnibus, quod licet Prior & Conventus de **Bolton** in **Craven** conceſſerint *Johanni* de *Inſula*, domino de *Rubeo monte*, quendam annuum redditum centum librarum percipiendum ſibi, & hæredibus, ſuis de omnibus terris, & tenementis dictorum Prioris & Conventus in **Roudon**, **Wigdone**, **Brandon**, **Kildewyk**, **Halton**, **Emmeſeye**, **Eſtby**, **Apeltrewik**, **Malghom**, **Penyeſthorp**, & **Holmeton**, prout in quodam ſcripto, ſibi indè confecto pleniùs continetur; dictus tamen *Johannes* vult, & concedit, pro ſe & hæredibus ſuis, quod ſi prædicti Prior, & Conventus perfecerint, & manutenuerint quandam cantariam, ſex Capellanorum in Eccleſia de **Harewode**, vel ſeptem Capellanorum in Eccleſia ſua de **Bolton**, & etiam ſervierint omnes alias conventiones juxta ordinationem, & concordiam inter eos initas, & concordatas; vel ſi prædictus *Johannes*, & hæredes ſui non ſervaverint ex parte ſua, dictas conventiones, prout in quadam alia Indenturâ inter eos inde factâ pleniùs continetur; quod dictus annuus redditus ceſſet, quouſq; prædicti Prior & Conventus in faciendo dictas conventiones, ſeu earum aliquam, defecerint; & ſi fortè defecerint, & dictus *Johannes*, & hæredes ſui ex parte ſua, eas plena ſervaverint, in ſuo robore perſeveret, in forma qua in dictâ Indenturâ pleniùs continetur. In cujus rei Teſtimonium ſigilla partium præſentibus alternatim ſunt appenſa. Dat. apud **Bolton**, ſupradicto die *Mercurii* proxima poſt feſtum ſancti *Leonardi*, Anno Regni Regis *Edwardi* tertii à Conqueſtu *Angl.* æ viceſſimo ſexto.

26. E. 3.

Irrotulatur in dorſo Clauſarum 26 E. 3. menſe *Novemb.*

PRIORATUS

De **Kirkham**, *in agro* Eboracenſi.

Carta Fundationis ejuſdem.

Ex Regiſtro de *Belvoir* penès Comitem *Rutlandiæ*. Cart. antiq. V. Vide Cart. 10 E. 2. n. 33, & Pat. 10 E. 3. p. 1, m. 8,

Thurſtino Dei gratia *Ebor.* Archiepiſc. & *Galfrido* eadem gratia *Dunelm.* Epiſcopo & ſucceſſoribus eorum, *Walterus Eſpec*, & *Adelina* uxor ejus ſalutem: Sciatis nos conceſſiſſe, & dediſſe Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis* de **Kirkham**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, conſenſu *Henrici* Regis *Anglorum*, & conſenſu noſtro, & auxilio; conſenſuq; nepotum meorum filiorum, videlicet ſororum mearum; & pro animabus patrum, & matrum noſtrarum, & omnium parentum, & benefactorum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum, in liberam & perpetuam elemoſinam; videlicet totum Manerium de **Kirkham** in boſco, & plano, in terris, & aquis; in pratis, & paſcuis, in paſturis, & molendinis, & omnibus omninò eidem loco pertinentibus. Et Eccleſiam parochialem de **Kirkham**, cum una Carucata terræ, & omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus. Et Eccleſiam de **Helmeſlac**, cum una Carucata terræ, & omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus; & nominatim tres toftas, ſcilicet toftum Canonicorum, & toftum Presbiteri, & toftum *Aldredi*; & Eccleſiam de **Kirkeby** in *Crandala*, cum una Carucata terræ, & omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus; & Eccleſiam de *Gartona*, cum una Carucata terræ, & omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus; & nominatim campum, quem vocant *Flattum* S. *Michaelis*, & totam villam de **Weſthone**, cum ſeptem Carucatis terræ, & omnibus eidem villæ pertinentibus, in boſco & plano, in terris, & paſcuis, & omnibus omnino rebus.

Et totam villam de **Whitewella**, cum novem Carucatis terræ in boſco, & plano, in pratis, & paſcuis, & omnibus eidem villæ pertinentibus: Et in *Sextendala* octo Carucatas terræ cum omnibus eidem terræ pertinentibus; & decimam denariorum de Firmis meis, & de malis Maneriorum meorum; & nominatim de villa, & molendino de **Hewſom**, & piſcationem aquæ de **Derwent**, circa **Hewſom** & meas domos de *Eborado*: Et decimam *Lyntonæ* de meo dominio: Et idem Canonici habebunt decimas cervorum, & porcorum, & capreatum, & ferarum ſilveſtrium, quæ vel ego, vel poſteri mei capiemus; & volatilium, quæ capientur per meas riveras: Et proprii porci Canonicorum, & hominum ſuorum, qui nutriti ſunt in hiis ſuis terris ſupranominatis, erunt in boſco de **Helmeſlac**, quieti de paſnagio; ſcil. Canonici habebunt inde paſnagium: Et animalia, & pecora eorundem Canonicorum ibunt ubiq; cum animalibus, & pecoribus meis, & hæredum meorum in eadem paſtura; & ubi ego, & hæredes mei accipiemus boſcum, ad noſtras neceſſitates, ibi & Canonici accipient. Et homines Canonicorum habebunt ubiq; communem paſturam cum hominibus meis.

Præterea conceſſimus, & donavimus eiſdem Canonicis in **Northumberland**, totam villam de **Carram** ſuper *Twedam* fluvium, & Eccleſiam ejuſdem villæ cum omnibus eidem villæ & eidem Eccleſiæ pertinentibus, in terris, & aquis, in pratis, & paſcius, in paſturis, & molendinis, in diviſis & conſuetudinibus: Et unam manſuram in **Werch**; & totam villam de *Tyrelimona*, cum omnibus eidem villæ pertinentibus in boſco & plano, in pratis, & paſcuis, & in diviſis, & conſuetudinibus, & Eccleſiam de **Hogerſtune**, cum omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus; & Eccleſiam de **Newton** in *Glendala*, cum omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus: Et omnes meas dominicas decimas, & nominatim decimam denariorum de cenſu terrarum mearum in **Northumberlant**: Et duas partes decimæ de dominio de **Wyndrom**, & de **Botltune**, & de molendino de **Holtune** & ſi dedero alicui homini aliquam de terris ſupranominatis, ſemper decima remanebit Eccleſiæ S. *Trinitatis* de **Kirkham**.

Hæc omnia ſupradicta conceſſimus, & donavimus prædictis Canonicis in elemoſinam ſolam, & quietam ad tenendam ita benè, & quietè, liberè, & honorificè, ſicut unquam meliùs, & liberiùs habuimus, & tenuimus, cum omnibus liberis conſuetudinibus; & ſicut alii Canonici Regulares liberiùs, meliùs, & quietiùs tenent in tota *Anglia*; Et concedimus ea quieta eſſe, de omnibus terrenis ſervitiis, quæ nobis, & ſucceſſoribus noſtris pertinebant, ſalvâ dignitate S. *Petri Eboraci*, & Eccleſiæ *Eboracenſis*, & Archiepiſcopi ejuſdem Eccleſiæ, & ſalva dignitate Eccleſiæ S. *Cuthberti Dunelmenſis*, & Epiſcopi ejuſdem Eccleſiæ. Hiis Teſtibus *Willielmo* de *Buyſſy*, & *Jordano* de *Buyſſy*, & *Rogero* de *Buyſſy*, filiis *Hawiſiæ* ſororis meæ primogenitæ; & *Galfrido* de *Trailli*, & *Willielmo* de *Trailli*, & *Nicholao* de *Traille*, & *Gilberto* de *Trailli*, filiis *Albredæ* ſororis meæ ſecundæ, & *Everardo* de *Roos*, & *Roberto* de *Roos*, filiis *Audelinæ*, ſororis meæ junioris. Et *Thedrico* Presbitero & Vicario de **Helmeſlac**; & *Waltero* Capellano, & *Huberto* Capellano, *Briano* Clerico & *Drui* de *Haram*, & *Thoma* fratre ejus, & *Roberto* de *Sproſton*, & *Roberto Lenveſiz*, *Petro* de *Surdevalle*, & *Willielmo* fratre ſuo, *Roberto* de *Barkerthorp*; *Waltero*,

tero de *Canoi*; *Willielmo* de *Barnevile*; *Willielmo* de *Staingrive*, *Willielmo Lovel*, *Alano* filio *Pagani*, *Hugone Camin*, *Johanne Inglay*, *Roberto* de *Botelleſdon*, *Hugone Bonefacia*, *Bertramo* de *Bulemere*, *Will.* filio *Serlonis*, *Beringar. Arbaliſtario*, *Osbenno Pincerna*, *Goldwino* de *Huſum*, & *Hugone Lenveſeiz*, *VVillielmo* de *Haiom*, *Luca VValter*, *Stephano Murdak*, & *Roberto* de *VVabung*.

Secunda Fundatio Prioratus de **Kirkham.**

Ex Cartulario de **Rivalx** in bibl. *Cotton*. fol. 134.b.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *VValterus Eſpec* dedi & conceſſi Canonicis de **Kirkham** Eccleſiam de **Kirkham** cum una carucata terræ, & omnibus eidem Eccleſiæ, pertinentibus. Et Eccleſiam de **Garton**, cum una carucata terræ, & cum omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus, & nominatim quem *Flattum* ſancti *Michaelis* vocant. Et Eccleſiam de **Kirkebi Crandale** cum una carucata terræ, & cum omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus. Et Eccleſiam de **Helmeſle**, cum una carucata terræ, & cum omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus: Et tres toftas; ſcilicet *Toftam Canonicorum*, & *toftam Presbiteri*, & *toftam Aleredi*: Et in **Kirkham** *xxiv.* acras terræ, quæ ſunt inter boſcum & aquam de **Derwent**, & meum novum gardinum, & manſuram, quam *Radulfus* Presbiter ibi habuit. Et proprii porci Canonicorum ibunt in boſcum meum de **Kirkham**, ſine panagio cum ſuo nutrimento, & ſegetem ſuam ad molendinum meum molent ſine multura, & decimum denarium habebunt de firma molendini.

Præterea conceſſi eis ſeptem carucatas terræ de **Wineſtowe**, cum toto inſtauramento quod fuerit in eadem villa poſt deceſſum meum, niſi in vita mea eis dare voluero. Et pro decima quinque carucarum de **Tilleſton**, & pro decima *iv*. carucarum de **Griſ**, & pro omnibus quæ Canonicis pertinebant, quæ modo habent Abbas & Monachi *Rievallis*, donavi eis meum purpriſum de **Kirkeham**, & domos meas & molendinum, & prata mea & omnia quæ habui inter boſcum & aquam, & piſcationem de aqua de **Kirkham** & de **Huſum**; & totam villam de **Witewille** cum novem carucatis terræ, in boſco & in plano, & in omnibus quæ villæ pertinent, & in **Sextendale** *iv*. carucatas terræ, & poſt deceſſum meum alias *iv*. carucatas, quas habeo in manu mea de octo quæ ſunt in eadem villa, niſi in vita mea eis dedero; & hoc cum toto inſtauramento quod ibi erit in illa die.

Et apud **Helmeſle** ibunt animalia & pecora Canonicorum, cum animalibus & pecoribus *Walteri Eſpec*, in una paſtura; & ubi *Walterus* accipiet boſcum ad ſuas neceſſitates, ibi & Canonici accipient: Et homines Canonicorum habebunt communem paſturam cum hominibus villæ, & porci Canonicorum & hominum ſuorum qui nutriti ſunt in hiis terris ſuis ſupranominatis erunt in boſco de **Helmeſle** ſine panagio; ſet Canonici habebunt panagium, & Canonici habebunt decimam cervorum & porcorum & caprearum & ferarum ſilveſtrium, quæ *Walterus* & poſteri ſui capient, & ſimiliter volatilium, quæ capientur per ſuas Riverias, & decimas denariorum de firmis ſuis, & de mala Maneriorum; & nominatim de **Huſum**, & de molendino de **Huſum**, quod factum eſt apud **Judeſton** ſuper ripam aquæ de **Derwente**: Et meas domos de *Eboraco*; & decimam *Limonis*; & in **Northumberland** totum Manerium de **Titlington**, & Eccleſiam de **Hilderton**, cum omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus. Et Eccleſiam de **Newton in Glendale**, cum omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus & totam terram *Ulfkilli* Clerici. Et Eccleſiam de **Karram** ſuper *Tweedam* fluvium, cum omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus, & totam villam de **Karram**, cum omnibus eidem villæ pertinentibus, in terris & aquis, in pratis & paſcuis, piſcariis, molendinis, & in diviſis, & in conſuetudinibus ejuſdem villæ. Et totam terram *Ulfkilli* Clerici, quam de me tenebat in eadem villa, ſicut alii liberi homines ejuſdem villæ per eaſdem deviſas.

Et omnes meas dominicas decimas, & nominatim decimam denariorum de cenſu terrarum mearum de **Northumberland**. Et ſi dedero alicui aliquam ex terris illis, ſemper decima remanebit Eccleſiæ S. *Trinitatis* de **Kirkham**. Hæc omnia ſupradicta conceſſi & donavi Priori & Canonicis S. *Trinitatis* de **Kirkham**, ita benè & quietè, liberè & honorificè, ſicut meliùs & liberiùs unquam habui, cum omnibus liberis conſuetudinibus, & ſicut Canonici ejuſdem ordinis liberiùs & quietiùs habent. Et concedo ea eſſe quieta de omnibus terrenis quæ mihi & ſucceſſoribus meis pertinent, ſalva dignitate Eccleſiæ ſancti *Petri Eboraci*, & Archiepiſcopi ejuſdem Eccleſiæ; & ſalva dignitate Eccleſiæ S. *Cuthberti Dunolmiæ*, & Epiſcopi ejuſdem Eccleſiæ. Hiis teſtibus, *&c.*

E Libello Alredi Rievallenſis *Abbatis, de bello Standardico.*

Lelandi Collectanea. vol.1 p.312.

---- ADfuit & *Walterus Eſpec* vir ſenex, & plenus dierum, acer ingenio; in conſiliis prudens, in pace modeſtus, in bello providus, amicitiam ſociis, fidem ſemper Regibus ſervans. Erat ei ſtatura ingens, membra omnia tantæ magnitudinis, ut modum excederent; & tantæ proceritati congruerent; capilli nigri; barba prolixa; frons patens & libera; oculi grandes, & perſpicaces; facies ampliſſima, tractitia tamen; vox tubæ ſimilis, facundiam quæ ei facilis erat quadam ſoni majeſtate componens. Erat præterea nobilis carne, ſed Chriſtianâ pietate nobilior; nempe cum liberis careret, hæredibus, licet ei ſtrenui nepotes non deeſſent; de optimis tamen quibuſq; poſſeiſſionibus ſuis Chriſtum fecit hæredem: Nam in loco amœniſſimo, **Kirkham** nomine, Monaſterium Regularium condidit Clericorum, multis illud donariis ornans, & ditans poſſeſſionibus.

Concordia inter Priorem de Kirkham *&* Willielmum *de* Ros *ſuper Chaciam ejuſdem Prioris in terris dominicis præfati* Willielmi *in boſcis de* Hamelak.

Ex Regiſtro Cartarum Hoſpitalis S. *Leonardi Eboraci*, in bibliotheca *Cottoniana*, fol. 30.b.

NOtum ſit omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, quod cum placitum aliquando motum eſſet per Breve Domini Regis, inter *Hugonem* Priorem de Kirkham petentem, & *W.* de *Roos* defendentem, de Chacia habenda in boſcis, & moris de Hamelak; amicabilitèr in hunc modum conquievit, die Sancti *Martini* anno gratiæ *MCCLxi*; videlicet quod dictus *Willielmus* de *Roos* conceſſit & dedit pro ſe & hæredibus ſuis, Priori & Conventui de Kirkham imperpetuum, unum toftum in Pockle, liberum ab omni ſervitio. Conceſſit etiam, quod idem Prior & Conventus liberum habeant tranſitum, tam per boſcos, quàm per moras ipſius Domini *Willielmi* de Hamelak, & hæredum ſuorum ubicunq; excepto parco: Dabunt etiam dictus Dominus *Willielmus* & hæredes ſui imperpetuum dictis Priori & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, pro decima venationis ſuæ, tres feras competentes. Dedit etiam & conceſſit idem Dominus *Willielmus* pro ſe & hæredibus ſuis, dictis Priori & Conventui, ſingulis annis C. *s.* *Sterlingorum* pro decima de mala Maneriorum ſuorum; quam quidem decimam dicti Prior, & Conventus habuerunt de dono Domini *Walteri Eſpec*, Fundatoris Domus ſuæ de Kirkham, prout in Carta feofamenti ſui, quam ex inde habent, plenius continetur, ſolvendos eiſdem vel attornato ſuo de Camera ſua ſingulis annis apud Hamelak, ad duos anni terminos, ſcilicet quinquaginta ſolidos ad feſtum Sancti *Martini* in yeme, & quinquaginta ad Pentecoſten. Hæredes autem dicti domini *Willielmi*, ſolucionem prædictorum C. *s.* ſupradictis Canonicis, vel eorum attornato, in modo ſupradicto tenebuntur facere imperpetuum.

Pro hac autem Donatione & conceſſione præfati Prior & Conventus relaxaverunt, & quietum clamaverunt, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, dicto Domino *Willielmo* de *Roos* & hæredibus ſuis inperpetuum, totam Chaciam, quam in curia Domini Regis erga dictum Dominum *Willielmum* de *Roos* aliquando petebant, in boſcis, & in moris ipſius *Willielmi* de Hamelak; ita quod nullâ ratione, de cætero aliquam Chaciam exigere vel habere poterint. Omnia autem ſupradicta, ſicut ſuperius ſpecificantur, dictus dominus *Willielmus* de *Roos*, & hæredes ſui præfatis Priori, & Conventui & eorum ſucceſſoribus, warrantizabimus, adquietabimus & defendemus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium, tam dictus Prior, quàm dictus dominus *Willielmus* de *Roos*, huic ſcripto, in modum Cirographi, confecto & partito ſigilla ſua mutuò appoſuerunt (&c.)

PRIORATUS

De Launceſton, *in agro* Cornubienſi.

Relatio Johannis Lelandi *de eodem.*

Lel. Itin. vol. 2. fol. 71.

THe Priorye of Launſton ſtondith in the weſt ſouthweſt part of the Suburb of the Toun, under the roote of the hille, by a fair wood ſide, and throwgh this wood rennith a pirle of water cumming out of an hill thereby, and ſervith al the offices of the place.

In the Church I markid two notable tumbs, one of Prior Horton, and another of Prior Stephane; one alſo told me there that one Mabilia a Counteſs was buried there in the Chapitre houſe. One William Warwiſt, Biſhop of Exceſtre, erectid this Priorie, and was aftyr buryed at Plymtoun-Priorie, that he alſo erectyd. Warwiſt for erection of Launſton Priorie ſuppreſſed a Collegiat Church of S. Stephan, having Prebendaries, and gave the beſt part of the landes of it to Launſton Priorie, and toke the reſidue himſelf. There yet ſtandith a Church of S. Stephen about half a myle from Launſton on a hille where the Collegiate Church was. Gawen Carow hath the cuſtody of the Priory.

Ideſt.

PRioratus *Launſtonenſis* ad Occidentem (Auſtro propiorem) pomærii urbis, ſub montis radice, in longum nemoris amœni, fundatur, quod rivulus quidam à colle vicino erumpens percurrit, qui ad omnes loci uſus aquam præbet neceſſariam.

In Eccleſia duas tumbas notabiles obſervavi, quarum una fuit cujuſdam Prioris, *Hortun* dicti, altera, *Stephani* Prioris. Cujuſdam etiam relatione accepi, quandam *Mabiliam* Comitiſſam ibi, in domo [ſcil.] capitulari fuiſſe ſepultam. Quidam *Willielmus Warwiſt*, Epiſcopus *Exceſtrenſis*, hunc erexit Prioratum, & poſtea apud Prioratum *Plimptonenſem*, ab eo etiam erectum, ſepeliebatur. *Warwiſtus*, *Launſtonenſis* Prioratus fundandi gratiâ, Eccleſiam S. *Stephani* Collegiatam, Præbendariis repletam, abolevit, & maximam terrarum ſuarum partem Prioratui *Launſtonenſi* contulit, reſiduum ſibi retinens. Eccleſia S. *Stephano* ſacra quingentis à *Launſtonia* paſſibus in colle [poſita] ubi Eccleſia fuit Collegiata, hodieq; manet. *Goweno Carow* Prioratus cuſtodia commiſſa eſt.

Carta Regis Henrici *tertii Donatorum Conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 13 H. 3. m. 10.

Henricus *Rex* Angliæ *(&c.) ſalutem. Inſpeximus Cartam Domini* Johannis *Regis patris noſtri in hac verba,* Johannes Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, dediſſe, & hac præſenti Chartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Stephani* de **Lanſtanton**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ noſtræ, & pro anima *Henrici* Regis patris noſtri, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, viginti ſolidatas terræ in Manerio noſtro de **Climeſton**; & præterea viginti nummatas terræ in eodem Manerio, ſcilicet dimidiam acram quam *Eggerus* de *Holrode* tenet. Hæ autem ſunt metæ terrarum illarum, ſcilicet à termino terræ *Radulphi Piltenam*, ſicut rivus deſcendit in magnam aquam de **Eny**, & uſq; ad terminum terræ prædicti *Eggeri* de *Holrode*, ex parte orientis & meridiei. Item ex parte occidentis & Septentrionis, à **Wineſlade**, ſicut rivus currit & deſcendit in magnam aquam de **Eny** in terram de **Climerſton**, & terram de **Treuris**. Et præter hoc dimidiam acram terræ in **Porton**, quam *VVarinus* tenet. Confirmamus etiam eiſdem Canonicis omnia ſubſcripta, ſicut eis rationabiliter data ſunt, ſcilicet ex dono *Richardi* de **Raddon** unam virgatam terræ, quæ vocatur *Trewenta*, quietam & liberam ab omni ſervicio, præter quindecim denarios, quos rddere debet ad **Tidlaton**, de quadam conſuetudine, quæ vocatur **Potiled**; & ex dono *Roberti* filii *Alkitilli*, conceſſu Comitis *Reginaldi* Domini ſui, terram quæ vocatur **Trenchicot**, & ex dono Comitis *Reginaldi* partem *Hamelini* Presbiteri de Capella de caſtello, cum omnibus libertatibus, & rebus parti illi pertinentibus; & quadraginta ſolidos per annum de Firma de caſtello de **Donheved**, & Eccleſiam Sancti *Andreæ* de **Stratton**, cum pertinentiis ſuis; & unam carucatam terræ de dominico Manerii de **Stratton**, juxta alteram terram ejuſdem Eccleſiæ, cum quadam area *Salmarii Elfordiæ*, ſalvâ dignitate Capellæ noſtræ de caſtello de **Lanſtaneton**, & molendinum quod eſt ſub Caſtello de **Donheved** cum eiſdem pertinentiis & conſuetudinibus, quas habebat dum erat in manu Comitis *Reginaldi*, & terram de **Barnedon**, quæ eſt membrum de **Bidlacton**. Ita quidem quod de reliqua parte ipſius Manerii de **Bidlacton** perficiatur eis tantum; quod benè & plenariè, habeant centum ſolidatas terræ, ſicut comes *Baldewinus* de **Redevers** eis conceſſit & aſſignavit, & Cartâ ſuâ confirmavit.

Et ex dono *Osberti* de *Bikeſleya* viginti ſolidatas terræ in manerio de **Treuris**, ſcilicet villam quæ vocatur **Tregof**, & terram quæ fuit **Luffe**, & terram *VVarnii*, juxta pontem; & unam acram in villa quæ vocatur **Carsbroc**, cum hominibus, & omnibus quæ ad præfatas terras pertinent, & partem nemoris apud orientem, ſicut via dividit uſq; ad aquam. Et ex dono *Bernardi* Clerici duas acras terræ, quas tres homines tenent, & reddunt Deo & Eccleſiæ Sancti *Stephani* inde, quinq; ſolidos annuatim, quæ ſunt ſubtus viam **Treburſt**. Et ex dono *VVillielmi* de **Henemerdon** totam terram de **Peth**. Hæc quidem omnia cum omnibus pertinentiis ſuis, conceſſimus eis & confirmavimus dum eſſemus Comes **Moreton**, ſicut ea rationabiliter poſſident, & ſicut Cartæ donatorum ſuorum teſtantur (&c.) Datum per manum *H. Cantuarienſis* Archiepiſcopi Cancellarii noſtri, vigeſimo octavo die *Junii* apud *Aurivallem*, anno regni noſtri primo. *Nos igitur has donationes* (&c.) *confirmamus* (&c.) *Inſuper concedimus & confirmamus, eiſdem Canonicis & eorum ſucceſſoribus, pro nobis & hæredibus noſtris donationem quam* Reginaldus *Regis filius, Conſul Cornubiæ, eis fecit in incrementum Eccleſiæ ſuæ de* **Lanſtareton**, *de Eccleſia de* **Leskeret**; *& de Eccleſia de* **Lankinhorn**, *in die tranſlationis reliquiarum & Canonicorum ipſius Eccleſiæ de villa de* **Lauſtaneton** *ad vadum, ſicut Carta ipſius* Reginaldi *Regis filii, quam inde habent, raiionabiliter teſtatur. Hiis teſtibus* H. *de* Burgo *Comite Kentii, Juſticiario* Angliæ, Philippo, *de* Albimaco, Thoma Baſſet, Willielmo Baſſet, (&c.)

PRIORATUS

S. Dionyſii *juxta* Suthamtonam.

Carta Regis Henrici *primi de dotatione ejuſdem.*

Cart. 17. E. 3. n. 15. pær Inſpex. vide Pat. 2. H. 4. p. 3. m. 28.

Henr. Rex *Angliæ W.* Epiſcopo *Wintoniæ* & *VVillielmo* de *Pontearch* Vicecomiti, & *Warino* de *Hamtona* & burgenſibus de *Hamtona* & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* & de *Hanteſcira* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, pro ſalute animæ meæ, ſimul & pro redemptione animarum patris & matris meæ, nec non & *Matildis* Reginæ conjugis meæ, & *VVillielmi* filii noſtri; & pro ſalute vivorum & requie omnium defunctorum fidelium, Deo & Eccleſiæ Sancti *Dionyſii*, nec non & Canonicis meis in eadem Eccleſia deſuper *Hamptonam* Deo ſervientibus, partem terræ meæ, quæ jacet inter *Portefroda*, & fluvium *Hytiæ*, quæ ſolebat mihi reddere per annum *xi.* ſol. & *vi.*

den. Et volo & præcipio (*&c.*) Teſte *Willielmo* Archiepiſcopo *Cantuariæ*, & *Rogero* Epiſcopo *Sareſberiæ*, (*&c.*) Conceſſi etiam Deo & S. *Dionyſio* & *Girardo* Canonico, cæteriſque fratribus in Monaſterio deſuper *Hamptonam*, in ordine Canonico Deo deſervientibus, illam partem terræ meæ de *Portefroda*, quæ jacet juxta mare, in orentali parte de *Hamptona*, quæ ſolebat reddere per annum *xli*. ſol. & *vi*. den. Et volo & firmiter præcipio (*&c.*)

Carta Regis Henrici *Secundi*.

Ib.

HEnr. Rex *Angliæ*, (*&c.*) Salutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ Sancti *Dionyſii* juxta *Hamtonam*, Canonicis meis ibidem Deo ſervientibus, in liberam & perpetuam elemoſinam, pro mea & meorum, tam anteceſſorum, quàm poſterorum ſalute; & pro anima Regis *Henrici* avi mei, Capellas meas quas habebam infra burgum de *Hamptona*, cum omnibus pertinentiis ſuis; Scilicet Capellam Sancti *Michaelis*, & Capellam Sanctæ *Crucis*, & Capellam Sancti *Laurentii* & Capellam *omnium Sanctorum*. Quare volo (*&c.*)

Carta Regis Stephani.

Ib.

STephanus Rex *Angliæ* Epiſcopo *Wintoniæ* (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe donationem illam, quam *Robertus* de *Limeſeia* fecit Deo & Eccleſiæ Sancti *Dionyſii* juxta *Hantoniam*, & Canonicis in ea Deo ſervientibus de terra *Betheſlega*, quam *VVillielmo Marc* dederam, quam idem *VVillielmus* dedit præfato *Roberto*, Quare volo (*&c.*) Teſte *VVillielmo Marc*, & *Eudone Marc*, & *Ricardo* de *Luc*. apud *VVinton*.

Carta Regis Ricardi. *Primi*.

RIcardus Dei Gratia Rex *Angliæ* Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos pro Dei amore (*&c.*) dediſſe (*&c.*) Deo & Eccleſiæ beati *Dionyſii* juxta Suthamton, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam Kingeſland & boſcum qui vocatur Porteſwarde, cum omnibus ad ea pertinentibus, infra burgum & extra. Quare volumus, (*&c.*) datum apud *Warwicum xviii*. die *Septembris*, (*&c.*)

Carta Gundredæ *de* Warenna *de Eccleſia de* parva Fageham.

x autogr. n bibl. atton.

SCiant præſentes, & futuri, quod ego, *Gundreia* de *Warrena* dedi (*&c.*) Eccleſiæ Sancti *Dionyſii* juxta Suthampton, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de *parva* Fageham, quæ eſt de Maritagio meo, ita plenariè (&c) poſſidendam, ſicut *Galfridus Hoſatus* Dominus meus eis dedit, & ad petitionem meam & inſtantiam, Domino *Johanni Norwicenſi* Epiſcopo præſentavit. Teſte Gilbto *Hoſato*, (*&c.*)

Carta Humfridi *de* Bohun *de* Eccleſia *de* Cheleworth.

Ex autog. in officio Armorum.

EPiſcopo & Archidiacono *VVintoniæ*, & Omnibus fidelibus Clericis & laicis de *Hamteſira*, *Humfridus* de *Bohun* Domini Regis *Angliæ* Conſtabularius, Salutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beati *Dinoyſii*, quæ ſita eſt juxta *Hamtonam*, Canonicis ibidem Deo ſervientibus, donationem quam *Humfridus* de *Bohun* pater meus eis fecit de Eccleſia de Cheleworth. Hoc autem feci pro mea meorumque ſalute tam poſterorum, quàm anteceſſorum. Quare volo & præcipio, quod prædicti Canonici habeant & poſſideant prædictam Eccleſiam, cum terris & decimis & cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, tam in boſco quàm in plano, eidem Eccleſiæ pertinentibus, in perpetuam Elemoſinam, liberè & quiete & honorificè & integrè. Et Canonici ſupradicti debent invenire Capellanum qui aſſiduè ſupradictæ Eccleſiæ adminiſtret. Teſtibus hiis, *Milone* Capellano; *VVillielmo* filio *Gaufridi* *Roberto* de *Vernun* tunc dapifero; *Ricardo VVac*; *VVigein* de Chereſburc; *Humfrido Pancevvt*; *Ricardo* le *Bigot*; *Reginaldo* de Sunterford; *Elya* Clerico; *Ricardo* de Aug.

Carta Willielmi Muſard, *de tribus ſolidatis redditus*.

Ex autog. in Curia Augment.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *VVillelmus Muſard* conceſſi, dedi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, Deo, & Eccleſiæ Sancti *Dionyſii* juxta Southhampton & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, & in perpetuum Deo ſervituris, pro ſalute animæ meæ, & *Iſabellæ* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, tres ſolidatas quieti redditus in villa de Elleden, quas *Joanna* ſoror meæ mihi annuatim reddere conſuevit. Tenendas & habendas dictas tres ſolidatas redditus, de me, & hæredibus meis, in puram & perpetuam elemoſinam, liberè, & quietè, benè, & pacificè, in perpetuum. Ita tamen quod inveniant unum cereum coram Altari beatæ *Mariæ* in prædicta Eccleſia Sancti *Dionyſii*, vbi corpus dictæ *Iſabellæ* defunctæ requieſcit humatum. Dicti verò Canonici recipient dictum redditum, ad quatuor anni terminos, ſcilicet ad feſtum Sancti *Michaelis* novem denarios, ad *Nathale* Domini novem denarios, ad *Paſcha* novem denarios, & ad feſtum Sancti *Johannis Baptiſtæ* novem denarios, Ego verò *VVilielmus* & hæredes mei, dictum redditum dictæ Eccleſiæ, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, contra omnes mortales in perpetuum warantizabimus. (&c.). His teſtibus Domino *Waltero* de Romeſis; Domino *Lanvall Pancevot*; *Gregorio* de Stanham; *Johanne* de Welles; *Henrico* de Welles; *Hugone* de

Chukehull; *Johanne* de **Rumeſey** perſona de **Codeford**; *Auguſtino* Clerico, *Ricardo* de **Periſut** Clerico, & multis aliis.

Carta Walteri *de* Chalke, *de duobus biſantiis annuis.*

Ib.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Walterns* de *Chalke*, & uxor mea *Beatrix*, & hæredes noſtri dedimus, & hac præſenti Cartâ confirmamus Deo & Eccleſiæ Sancti *Dionyſii* juxta **Southchampton**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & pro bonis quæ idem Canonici ſæpe nobis miſericorditer contulerunt, duos biſanzios in perpetuum habendos, & annuatim, ad feſtum Sancti *Michaelis*, de *Gaufrido Hule* & hæredibus ſuis percipiendas: quos biſantios, prædictus *Gaufridus*, & hæredes ſui, nobis tenebantur reddere de annuo redditu in **Eblinton**. Et ut hæc mea donatio ſtabilis & inconcuſſa in perpetuum perſeveret, eam & præſenti Scripto, & ſigillo confirmamus. Teſtibus his *Matheo* de *Columbario*, *Thoma*, *Richardo*, fratribus ejus; *Philippo* de *Columbario*, *Gillone Hoſato*; *Waltero* de **Pierfith**; *Johanne* de *Wallop*; *Johanne* de **Stanham**; *Richardo* de **Stanham**; *Willielmo* Anglico; *Johanne Faſtun*; *Gaufrido* Servienti; *Ivone Hereberto*, *Fitz-Ricardo* fratre ejuſdem; *Gilberto* famulo, & multis aliis.

Carta Godefridi *Epiſcopi* Wintonienſis, *donationem* Willielmi Aeliz *confirmans.*

Ib.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, *Godefridus* Dei gratia *Wintonienſis* Eccleſiæ miniſter, Salutem in Domino. Ea quæ viris religioſis, pia fidelium largitione conferuntur, Competens eſt Scriptis autenticis communire; Ea propter attendentes honeſtam converſationem dilectorum in Chriſto filiorum Canonicorum Sancti *Dionyſii* juxta **Hampton**, autoritate pontificali, confirmavimus conceſſionem, & donationem, quam *Willielmus Aliz* pro devotionis affectu, eis fecit; & Cartá ſua, quam inſpeximus, confirmavit, de decimo denario totius redditus ſui annui in *Aldintona*, & de quinque ſolidis annuis de molendino ejuſdem villæ, & de decima paunagii ſui, & de triginta porcis habendis in boſco ſuo quietis de paunagio, Sicut in Carta ipſius *Willielmi*, quam prædicti Canonici exinde habent, plenius continentur. Datum apud *Winton*; per manum *Philippi* Clerici noſtri octavo Calendas *Septembris*. Pontificatus noſtri, anno decimo quinto. Teſtibus his *Gregorio*, *Umfrido* Capellanis; *Johanne* de *Lucy*; Magiſtro *Willielmo* de *Turri*; Magiſtro *Roberto*; *Roberto* de *Lucy*; *Reginaldo*, *Michaele*, *Stephano*, *Clemente*, *Clericis*, & aliis.

PRIORATUS

de **Ledes**, in agro Cantiano.

De prima Fundatione ejuſdem.

Ex Chron. Clauſtri Roffenſis.

ANno MCXIX. Monaſterium de **Ledes** dominus *Robertus* de *Crepito-corde* (**Creutor** ſive **Cruchurt** Anglcè, *Crevecenr* Gallicè) dictus, fundavit, ope filii *Adami* de *Crepito-corde*; poſuerúntq; in eo Canonicos Regulares.

Carta Regis Edwardi *tertii*, *Donatorum conceſſiones recans & confirmans.*

Cart. 41. E. 3. m. Vide Cart. 3. E. n. 71. & Et Pat. E. 3. p. m. 25. Pat. 9. E. p. 2. m.

REx (&c.) *Inſpeximus Cartam, quam* Robertus *de* Crepito-corde *fecit Canonicis de* **Ledes**, *in hac verba.* Noſcant præſentes & poſteri quod ego *Robertus* de *Crepito-corde*, pro Dei amore, dedi Canonicis de **Ledes** Deo ibidem inperpetuum ſervituris, ſitum unum ad fundandam Eccleſiam ſuam, in honorem beatæ *Mariæ* & beati *Nicholai*, & ad alia ædificia Religioſis oportuna, ibidem facienda, cum aquis & arboribus, & aliis omnibus ſicut foſſatis includitur: Et volo quod illum habeant liberum & abſolutum ab omni terreno ſervicio & exactione ſeculari. Dediq; eis forſtallum, quod eſt ante portam ipſorum, liberum & quietum; & terram quæ jacet ex utraque parte ejuſdem forſtalli. Hiis Teſtibus, *Royſa* vxore mea, *Elia* filio meo, *Daniele* filio meo; **Hantone** filio vitalis.

Inſpeximus eitam Cartam quam prædictus Robertus *fecit eiſdem Canonicis, in hac verba*; Notum ſit omnibus *Francis* & *Anglis*, tam præſentibus, quàm futuris; quòd ego *Robertus* de *Crepito-corde*, fundator Cœnobii de **Ledes**; pro Dei amore & pro ſalute animæ meæ & omnium propinquorum meorum, dedi & conceſſi, & hac Cartâ meâ confirmavi Canonicis apud **Ledes** Deo ſervientibus, & ibidem Deo in perpetuum ſervituris; Advocationem omnium Eccleſiarum terræ meæ; videlicet advocationum Eccleſiæ de **Ledes**, cum quinquaginta acris terræ in eadem villa; Advocationem Eccleſiæ de **Gutterſte**, cum viginti acris terræ in eadem villa; advocationem Eccleſiæ de **Lamberhert**, cum duabus acris terræ in eadem villa; advocationem Eccleſiæ de **Farlegha**, cum viginti acris terræ in eadem villa: Advocationem Eccleſiæ de **Terſtane**, cum ſexdecim acris terræ in eadem villa. Advocationem Eccleſiæ de **Chelham**, cum triginta acris terræ in eadem villa. Advocationem Eccleſiæ de **Ramham**, cum octodecim acris terræ in eadem villa, Habendas & tenendas dictas advocationes

& terras, de me & hæredibus meis, & aſſignatis meis liberè, quietè, & pacificè, inperpetuum. Hiis teſtibus, *Nicholao* Capellano, *Willielmo* Seneſcallo, *Roberto* Mareſcallo, *Guydone* Pincerna & multis aliis.

Inſpeximus inſuper Cartam; quam Daniel *de* Crevequer *fecit eiſdem Canonicis in hac verba.* Sciant, tam futuri quàm præſentes, quod ego *Daniel* de *Crevequer* concedo & confirmo Eccleſiæ S. *Nicholai* de **Ledes**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, quicquid pater meus *Robertus* de *Crevequer* priùs in elemoſinam dederat; ſcilicet ſitum Domus eorum, cum advocationibus omnium Eccleſiarum Baroniæ de *Crevequer*, cum terris & omnibus pertinentiis ad dictas advocationis pertinentibus, & terris cum eiſdem advocationibus eis datis. Præterea do & concedo iiſdem terram de **Brokedene**, & advocationem medietatis Eccleſiæ de **Halghton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, unà cum duabus virgatis terræ in eadem villa, in liberam elemoſinam perpetuam & puram. Hiis teſtibus, *Henrico Dapifero*, *Normanno* Clerico, Magiſtro *Rogero*, *Ricardo* de *Heri*, *Galfrido Ridel*, & aliis.

Inſpeximus etiam Cartam, quam idem Daniel *fecit eiſdem Canonicis, in hac verba. Daniel* de *Crevequer*, omnibus hominibus & amicis ſuis, ſalutem. Sciatis quod ego dedi Eccleſiæ Sancti *Nicholai* de **Ledes**, in liberam elemoſinam perpetuam & puram, Molendinum meum de **Brandelcompe**, cum libera ſecta tenencium meorum de **Ledes**, ad eandem; & cum omnibus ejuſdem pertinentiis; ad faciendum indè Anniverſarium meum inperpetuum. Hiis teſtibus, *Gilberto* & *Radulpho* de S. *Leodogaro*, *Fulcone Peuforer* & aliis.

Inſpeximus etiam Cartam, quam Robertus *filius* Danielis *de* Crevequer *fecit eiſdem Canonicis, in hac verba.* Sciant tam præſentes quàm futuri, quod ego *Robertus* de *Crevequer*, pro Dei amore, & pro ſalute animæ meæ, & animæ patris mei *Danielis*, conceſſi & confirmavi præſenti Carta meâ dilectis Canonicis meis de **Ledes**, omnes poſſeſſiones & bona, quæcunq; ipſi habent de donis & conceſſionibus *Roberti* avi mei, & *Danielis* patris mei; videlicet advocationem Eccleſiarum de **Ledes** & **Bromfeld**, de **Chetham**, de **Renham**, de **Farlegha**, de **Terſtane**, de **Gutherſt**, de **Lambecherſt**, & medietatis Eccleſiæ de **Halghtone**, cum duabus virgatis terræ in eadem villa, cum omnibus earundem advocationum pertinentiis, unà cum Molendino de **Brandelcompe** in villa de **Ledes**, cum libera ſecta ſua; necnon & cum omnibus terris, tenementis, & redditibus, quæcunq; ipſi habent de donis & conceſſionibus prædeceſſorum meorum prædictorum: Volo inſuper & concedo, pro me & hæredibus meis, & aſſignatis quibuſcunq; quod dicti Canonici & eorum ſucceſſores in perpetuum habeant liberam Communiam in toto frighto meo de **Ledes**, ad paſcenda pecora ſua, in omnibus anni temporibus, pro voluntate ſua: Ac etiam quod vacante eorum Conventuali Eccleſiâ, liberam habeant poteſtatem cuſtodiendi, diſponendi, & adminiſtrandi omnes eorum poſſeſiones & bona inperpetuum ſine impedimento mei, vel hæredum meorum vel aſsignatorum quorumcunq;. Do inſuper eis boſcum meum qui vocatur **Eaſtpart** cum terris ſibi cohærentibus in villa de **Ledes**, in perpetuam elemoſinam, & puram: Et ego prædictus *Robertus* & hæredes mei warantizabimus, & defendemas, & acquietabimus omnes prædictas Eccleſiarum advocationes, cum terris, boſcis, Molendinis, & libertatibus, & cum omnibus præmiſſorum pertinentiis, dictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus, ſicut liberam puram & perpetuam elemoſinam contra omnes gentes, inperpetuum. In quorum omnium teſtimonium ſigillum meum appoſui Cartæ præſenti. Hiis teſtibus, *Gilberto* de *S. Leodogaro*, *Roberto* de *Walton*, *Johanne Francys*, *Johanne* de *Bloer*, *Roberto* Dapifero, *Adam Fyncerna*, *Willielmo Gyon*.

Inſpeximus etiam Cartam quam Robertus *de* Crevequer, *filius Hammonis* de *Crevequer junioris fecit Canonicis in hac verba.* Sciant tam præſentes quàm futuri, quod nos *Robertus* de *Crevequer* filius *Hamonis* de *Crevequer* junioris conceſſimus & confirmavimus Carta noſtrâ præſenti, pro nobis & hæredibus noſtris & aſſignatis quibuſcunque, dilectis fratribus noſtris Canonicis de **Ledes**, & eorum ſucceſſoribus inperpetuum, omnes donationes; libertates, emptiones, & bonas conſuetudines, quas ipſi habent de donatione vel conceſſione anteceſſorum noſtrorum quorumcunque, vel noſtrâ, vel tenentium noſtrorum infra Baroniam noſtram de **Crevequer**, in terris, boſcis, pratis, paſturis, redditibus, ſerviciis, & aliis rebus, & juribus univerſis; quod ea habent & teneant inperpetuum libera & quieta: Concedimus inſuper & confirmamus & omnino quietas clamamus pro nobis & hæredibus noſtris & aſſignatis, eidem Canonicis & eorum ſucceſſoribus inperpetuum advocationes Eccleſiarum ſubſcriptarum, cum omnibus juribus & pertinentiis earundem; videlicet Eccleſiæ parochialis de **Ledes**, & Capellæ de **Bromfeld**; Eccleſiæ de **Chetham**; Eccleſiæ de **Renham**; Eccleſiæ de **Serres**; Eccleſiæ de **Farleigh**; Eccleſiæ de **Terſtane**; Eccleſiæ de **Gutherſt**; Eccleſiæ de **Lamberherſt**; Eccleſiæ de **Halghton**; Eccleſiæ de **Wednesberghe**; Eccleſiæ de **Bergkſtede**; ita quod nos nec hæredes noſtri, nec aſſignati noſtri quicquam juris vel clamii in iiſdem advocationibus, cum ſuis pertinentiis vendicare poterimus infuturum.

Volumus inſuper & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris & aſſignatis noſtris, quod dicti Canonici & eorum ſucceſſores, cum eorum Eccleſia Conventualis vacaverit, quomodo, liberam habeant cuſtodiam Domus ſuæ, & omnium bonorum ſuorum, ubicunq; exiſtentium; & plenariam adminiſtrationem eorundem ſine impedimento noſtro vel hæredum noſtrorum, vel aſſignatorum quorumcunque, inperpetuum: Ac etiam, quod in vacationibus hujuſmodi, ipſi & eorum ſucceſſores perpetuis temporibus eligere ſibi valeant Priores ad ſuum & Eccleſiæ prædictæ regimen, noſtrâ vel hæredum noſtrorum, vel aſſignatorum licentiâ non petitâ: Salvâ nobis & hæredibus noſtris & aſſignatis, Electorum ſuorum hujuſmodi præſentatione, nobis poſt electos faciendâ, prout antiquitùs anteceſſoribus noſtris fieri conſuevit. Concedimus etiam pro nobis & hæredibus noſtris, & aſsignatis, quod dicti Canonici & ſui ſucceſſores poſsint adquirere terras, redditus, tenementa, cum ſuis pertinentiis ubique infra feodum noſtrum, abſque omni contradictione vel vexatione; adquiſita hujuſmodi intrare & pacificè poſſidere; & quod habeant plenam poteſtatem diſtringendi ubique infra feodum noſtrum pro redditibus eorum detentis, & eorum arreragiis recuperandis; & etiam diſtrictione retinendi quouſq; ita de redditibus, quàm de emendis, & pro eorum detentione competenter ſibi fuerit ſatis factum. Concedimus inſuper & confirmamus dictis Canonicis feriam de **Chetham**, cum omnibus ſuis juribus & libertatibus inperpetuum. Et nos & hæredes noſtri & aſſignati warantizabimus, defendemus, & acquietabimus omnes & ſingulas donationes, conceſſiones, & confirmationes, cum omnibus libertatibus, juribus & pertinentiis, quas ipſi habent ab anteceſſoribus noſtris, & nobis, ſicut liberam, puram & perpetuam elemoſinam inperpetuum. Et in omnium præmiſſorum robur & teſtimonium ſigillum noſtrum Cartæ præſenti eſt appenſum tertio die *Decembris* anno Regni Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici*, tertio. Hiis teſtibus, Dominis, Radulpho de **Oſtringden**, *Thoma B:god*, *Radulpho Sanvage*, *Willielmo* de *Detlygge*, *Roberto* de *Champeigne* Militibus; *Henrico* & *Osberto* de **Ledes** Clericis, *Henrico* de *Chiwene*, *Johanne* de *Benburge*, *Roberto* de la *Care*, *Johanne* de *Hamme*, Clerico, & multis aliis.

Inſpeximus, *&c.* Noſcant præſentes & poſteri, quod ego *Robertus* de *Crepito corde*, pro Dei amore, dedi Canonicis Deo apud **Ledes** inperpetuum ſervituris ſitum unum ad fundandam Eccleſiam ſuam in honorem beatæ *Mariæ* & beati *Nicholai*; & ad alia ædificia religionis oportunia ibidem facienda, cum aquis & arboribus, & aliis omnibus, ſicut foſſatis includitur. Et volo, quod illum habeant liberum & abſolutum ab omni terreno ſervicio & exactione ſeculari. Dedique eis forſtallum, quod eſt ante portam ipſorum, liberum & quietum; & terram quæ jacet ex utraque parte ejuſdem forſtalli. Hiis teſtibus, *Royſa* uxore mea, *El'a* filio meo, *Daniele* filio meo, *Hamone* filio *vitalis*.

Inſpeximus (*&c.*) Sciant tam futuri quàm præſentes, quod ego *Daniel* de *Crevecor* concedo & confirmo Eccleſiæ S. *Nicholai* de **Ledes**, & Canonicis ibidem ſervientibus quicquid pater meus & *Robertus* de *Crevecor* eis in elemoſinam dederat; ſcilicet Eccleſiam de **Chetham**; Eccleſiam de **Renham**; Eccleſiam de **Farlegha**; Eccleſiam de **Lamberherſt**; Eccleſiam de *Tearſtana*; Eccleſiam de **Gutherſte**, cum omnibus ſuis pertinentiis; & omnes decimas agrorum, nemorum, pratorum, mariſcorum, molendinorum, pomeriorum, linorum, pullorum, vitulorum, agnorum, purcellorum, caſeorum, vellerum; & omnium de quibus ratio exigit decimam dari. Præterea do & concedo Canonicis de **Ledes** decem acras terræ in liberam elemoſinam, pro anima ſororis meæ *Gunnora*, quas tenuit uxor *Wyſe*, & *Edſtanus*; quas ſi hæredes præſcriptorum adverſùs Canonicos acquietaverint, tunc hæredes illi faciant eiſdem Canonicis ſervicium quod mihi deberent, ſalvâ tamen Regiâ conſuetudine. Præterea do & concedo eiſdem Canonicis terram de *Brokdena*, & quoddam molendinum de **Eaſtwode**, & terram *Edrici Clampen*, quæ boſco adjacet.

Ex parte alia do eis Eccleſiam de **Halecton**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & duas virgatas terræ in villa eadem pro anima *Iſabellæ* uxoris meæ, in liberam elemoſinam; & uno quoquo anno viginti ambras ſalis apud **Leyam**. Hii ſunt teſtes, *Henricus* Dapifer; *Normannus* Clericus; Magiſter *Richardus* de *Kerris*; *Gaufridus Ride.*; *Willielmus* de *Heliom*, *Rogerus Nepos*, *Gaufridi Ridel*, *Rogerus* de *Croke*; *Radulphus* filius *Godefridi*; *Walterus* filius *Gudmundi*, *Gilebertus* de *Ulecumba*; *Petrus* de *Otteham*; *Gulielmus* de *Eclingham*.

Inſpeximus (*&c.*) *Daniel* de *Crevecur* omnibus hominibus & amicis ſuis ſalutem. Sciatis quod ego dedi cum corpore meo Eccleſiæ S. *Nicholai* de **Ledes**, in liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, Molendinum de **Bradeſham**; & volo ut fratres ejuſdem Eccleſiæ in die Obitus mei, honorificè inde paſcant: Et ſiquid remanſerit, pauperibus diſtribuatur. Teſtibus hiis, *Gileberto* de S. *Leodogaro*, *Radulpho* ejus filio, *Fulcone Peforer*, *&c.*

Inſpeximus (*&c.*) *Helias* de *Crevequer* fecit eiſdem Canonicis in hæc verba. *T.* Dei gratia *Cantuarienſis* Eccleſiæ Archiepiſco, *E. Norwicenſi* Eccleſiæ eadem gratia Epiſcopo; omnibuſque ſanctis Dei Eccleſiæ miniſtris, *H.* de *Crevecure* ſalutem; Notum ſit vobis me conceſſiſſe Eccleſiam meam de **Tanet** in elemoſinam, & caritativè Eccleſiæ de **Ledes**, & Canonicis ibi Deo ſervientibus; & hoc annuente perſona Eccleſiæ prædictæ; Et Eccle-

R. de *Crevequer*; & uxore ſua, & uxore mea; & *Henrico* Dapifero; & *Roberto* filio *Ricardi.*

Inſpeximus (*&c.*) Sciant præſentes & futuri, quod ego *Hamo* de *Crevequer* benignè conceſſi, & hac meâ Cartâ confirmavi dilectis fratribus meis, & Canonicis de **Ledes**, omnes donationes (&c.) donatione & confirmatione *Roberti* de *Crevequer* atavi mei, vel *Danielis* avi mei, vel *Roberti* patris mei, vel aliquorum Anteceſſorum, vel alicujus Tenentis tenementa mea in omnibus Eccleſiis, in hominibus, in terris (&c.) volo etiam & concedo quod Prior, & Conventus de **Ledes**, & eorum ſucceſſores habeant amerciamenta ſua propria, & tenencium ſuorum, cum in curiis meis inciderint; ſalvis mihi, & hæredibus meis rationabilibus emendis forisfacti; & ſiquid michi vel alicui anteceſſorum meorum ex ſua liberalitate contulerint ad libitum ſuum, ne cedat in conſuetudinem, retrahatur. Præterea etiam volo, quod habeat decem porcos tempore de peſſon in Boſco meo de **Bokingeſand**; & decimas Herbagii cum decimis molendini ibidem. Concedo etiam eis, pro me & hæredibus meis, & aſſignatis meis, terras & tenementa quæ & quas temporibus meis adquiſierint; Videlicet quinque acras & dimidiam apud **Herſt**, & duas acras & dimidiam cum meſſuagio & pertinentiis quæ fuerunt *Willielmi* de *Villa*; & tres acras, & tres virgatas terræ de dono *Simonis Fabri*; ſalvis michi & hæredibus meis redditus inde de jure pertinentibus. Hæc autem omnia præſcripta, ſicut prænominata & diſtincta ſunt, volo ut habeant, cum omnibus ſuis pertinentiis, & teneant liberè (&c.) Et ut hæc mea conceſſio & confirmacio rata & ſtabilis permaneat, huic ſcripto Sigillum meum appoſui: Hiis teſtibus, Domino *Fulcone Peyforer*, domino *Nicholao* de *Lenham*, domino *Roberto* de *Crevequer*, filio meo; *Richardo Blundell*, Seneſcallo meo; *Henrico* de *Chevene*, *Johanne* de *Grenewey*, *Dunſtano* de *Madeneſtan*, *Johanne Douberg*; *Waltero Janitore* de **Ledes**; *Andræa* Clerico; Et multis aliis.

Inſpeximus (&c.) *Acelina* de *Wodenceberga* cunctis fidelibus ſanctæ Eccleſiæ, ſalutem. Notum facio omnibus, me dediſſe Eccleſiæ S. *Nicholai* de **Ledes** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, & impoſterum ſervituris, Eccleſiam de *Wodenceburga*, cum omnibus quæ ad eam pertinent, pro me, & pro animabus anteceſſorum meorum. Teſtibus. *Roberto* de *Crepito-corde*; *Helia* filio ejus, & *Roberto Folet*, & *Willielmo* filio ejus, *Radulpho* de la *Flancha*, *Willielmo* de *Rippa*, & *Osburno*; & *Roberto Glanco*, & *Roberto* filio *Vitalis*, & multis aliis, (&c.) Nos autem donationes (&c.) prædictas ratas habentes & acceptas eis pro nobis, & hæredibus noſtris dilectis nobis in Chriſto, Priori & Canonicis dictæ Eccleſiæ de **Ledes**, quæ jam de patronatu noſtro exiſtit, & eo ſucceſſoribus; acrum dictis Eccleſiis de **Ledes** & **Chetham**, concedimus & approbamus; & tenore præſentium confirmamus (&c.) Dat. (&c)

PRIORATUS

de **Haſelberge** *in agro* Somerſetenſi.

Hiſtoria Fundationis ejuſdem.

BEatus *Wulfricus* natus in *Contona*, qui viculus diſtat à *Briſtolla* octo paſſuum millibus. *Wulfricus* ſacerdotis munere aliquanto tempore functus eſt, in villâ quæ **Diverelle** dicitur. *Lel.* Coll. vol. 1. p. 645.

Gulielmus Dominus villæ *Diverellis.*

Haſelberga, villa *Gulielmi*, diſtans verſùs orientem *XXX.* paſſibus mill. ab *Exoniâ.*

Wulfricus familiaris *Gulielmo.* *Wulfricus* migravit in cellulam, vicinam Eccleſiæ de **Haſelberge.** *Wulfricus* pro induſio lineo loricâ ferreâ uſus eſt.

Henricus primus Rex, unà cum Regina, *Wulfricum* inviſunt; quo tempore *Drogo* blaſphemator infirmus, ab *Wulfrico* curatus eſt.

Wulfricus longo tempore claruit ſpiritu Prophetiæ.

Sampſon de *Lincolnia*, vir non parvi nominis, avunculus *Aluredi* de *Lincolniâ*, qui nunc ſupereſt, frater fuit uxoris *Gulielmi* domini de **Haſelberge.** Ib. p. 646.

Gulielmus filius *Gualteri* Dominus de **Haſelberge.**

Durandus de *Mohun* miles, frater uxoris *Gulielmi* filii *Gualteri.*

Wiſle villa *Gulielmi* filii *Gualteri.*

Gulielmus filius *Gualteri* inſtituit *Canonicos Regulares* apud **Haſelberge**, & eos poſſeſſionibus ditavit.

Verba *Wulfrici* ad *Gulielmum* filium *Gualteri.*

Incipies ſed non conſummabis Collegium *Canonicorum apud* **Haſelberge**; *neque enim hi, quos introducere diſponis, proſperabuntur in loco iſto.*

Wulfricus, plenus dierum obiit apud *Haſelbergam*, Anno Domini *MCLIIII.* x. Kal. *Martii*, & primo anno *Henrici* ſecundi. Ib. p. 647.

Robertus Epiſcopus *Bathon* ſepelivit *Wulfricum* in ejus cella apud **Haſelberg.**

Oſbernus (parochus de **Haſelberge**) poſtea tranſtulit corpus S. *Wulfrici* in aquilonarem partem Altaris Eccleſiæ de **Haſelberge.**

PRIORATUS

de **Kenilworth** *in agro* Warwicenſi.

Carta Gaufridi *de* Clintona *de fundatione ejuſdem.*

Ex Regiſtro de **Kenilworth**, penès *Sim. Clarkej* Baronettum. An.1640.

G*Aufridus* de *Clintona Henrici* regis Camerarius, Univerſis Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, ſalutem in Domino. Notum ſit omnibus vobis, tam *Francis* quam *Anglis*, tam extraneis quam parentibus, quod ego *Gaufridus* pro redemptione peccatorum meorum, & pro ſalute Domini mei *Henrici* regis & uxoris & filiorum & omnium parentum meorum, ipſo rege concedente, fundavi Eccleſiam de *Chenilleuurda* in honore S. *Mariæ*; & conceſſi Canonicis ibidem regulariter Deo ſervientibus, totam planam terram ipſius *Chenilleuurdæ*, Et boſcum & reliqua omnia prædictæ villæ pertinentia, exceptâ particulâ quæ ego inde retinui ad Caſtellum & ad parcum meum faciendum. Præterea conceſſi eis manerium de **Salfort**, & Manerium de *Itelicota*, & Manerium de **Finceham**, cum omnibus ſuis pertinentiis, libera & quieta ab omni ſervicio ſeculari erga Regem & erga me & erga hæredes meos. Conceſſi quoque eis Eccleſiam de *VVottona* cum omnibus quæ ad eam pertinent, ſcilicet in ipſa *VVottona* unam hidam terræ, & duas hidas in *Lilentona*; & Eccleſiam de C*lintona*, & Eccleſiam de *Bartona*, quæ eſt in *Norhanteſcira*, quas eis adquiſivi.

Videſis Par. 13. R.2.p.3. m.9.

Concedo etiam & firmiter ſtatuo, ut habeant Curiam ſuam & omnes conſuetudines & libertates ſuas, ita liberè & quietè & integrè ſicut ego meam Curiam & meas couſuetudines, ex conceſſu regis, meliùs & firmiùs habeo. De paſturis etiam eis concedo, ut ubicunque, ſive in parco vel extra parcum, animalia mea & porci mei fuerint, ibidem ipſi ſua animalia, & ſuos dominicos porcos habeant; Porcos verò hominum ſuorum de terris ſuis in aliis boſcis meis præter Hajam & Parcum ponant, & paunagium inde accipiant, ſicut ego de meis hominibus accipio. Hæc autem omnia, & ſi quid aliud ad opus Eccleſiæ deinceps adquirere potero, liberè & quietè, & ſine omni ſervitio terreno, & abſque omni exactione ſeculari conceſſi ſervis Dei in præfata Eccleſia degentibus, tam poſteris quam præſentibus. Rogo igitur Univerſos Sanctæ Eccleſiæ fidelès, ut ſupra-memoratam Eccleſiam cum omnibus ſuis reditibus pro Dei amore, & ſalute animæ ſuæ manuteneant & defendant.

Si autem hæres meus, ex hiis quæ præfatæ Eccleſiæ contuli, aliquid auferre aut minuere temptaverit, paternam maledictionem & Dei iram, niſi reſipuerit, incurrat. Quod ſi ipſos Canonicos & has præfatas libertates, quas eis conceſſi, manutenuerit, ſuſtentaverit, Divinam gratiam & benedictionem, quam pater poteſt filio conferre, ipſi & ſucceſſoribus ſuis idipſum conſervantibus in æternum relinquo. Hujus conceſſionis & confirmationis ſunt teſtes, *Robertus* Epiſcopus *Ceſtriæ*; *Rogerus* Epiſcopus *Saresburiæ*, & *Nigellus* nepos ejus; *Rogerus* Comes de *Warwic*. *Radulfus Baſſet*, *Normannus* Prior *Lundoniæ*, & *Bernardus* frater ejus; *Gaufridus Luvet*, *Ricardus* de *Torneris*; *Auſcherus* dapiter; *Nicholaus* Clericus; & *Nicholaus* de *Rotomago*.

Alia Carta ejuſdem Gaufridi.

UNiverſis Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus *Gaufridus* de *Clintona Henrici* regis theſaurarius, in Domino ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe in elemoſinam Canonicis Sanctæ *Mariæ* de *Chenillewrda*, plenariam decimam de omnibus quæcunque & undecunque ad caſtellum meum pervenerint, ſive ad cellarium, ſive ad coquinam, ſive ad lardarium, ſive ad granarium, ſive ad halgardum, tam de empticiis & donatitiis, quàm de propriis redditibus; videlicet in blado & feno, in porcis & animalibus, multonibus, & baconibus, venatione, caſeis, piſcibus, vino & melle, in cera & ſebo, pipere & cymino, quandocunque & quomodocunque ad caſtellum de *Chenillewrda* pervenerint, quamvis ea omnia etiam alibi decimaverim. Præterea conceſſi eis ad pellicias fratrum omnes pelles agnorum de omnibus maneriis meis; ſive ſint in meo dominico, ſive ad Firmam; tam de his quæ eduntur, quam de mortitivis. Hæc etiam conceſſi eis, ut quoties porci ierint in paſtionem, ubicunque mei fuerint, ibidem & ipſi ſuos dominicos porcos ponant.

Similiter poſt feſtum S. *Martini* ſi ego meos in Parco meo, vel in Haia, vel in aliquo alio defenſo poſuero, ipſi quoque ſuos in eiſdem locis mittant. Porcos verò hominum ſuorum de omnibus terris ſuis in aliis boſcis meis ponant, & paunagium inde accipiant, ſicut ego de meis hominibus accipio. Volo enim & firmiter concedo, ut in his & in omnibus aliis conſuetudinibus, ita liberè & quietè teneant, ſicut & ego meliùs & quietiùs de ipſo Rege meas conſuetudines habeo. Hujus autem donationis & conceſſionis ſunt teſtes *Simon* Epiſcopus *Wigorniæ*, *Richardus* Archidiaconus, *Radulfus* Vicecomes; *Reginaldus* Magiſter; & *Robertus* Magiſter de *Crikelada*; *Ogerus* decanus; *Willielmus* & *Paganus* Capellani *Wigornienſis* Epiſcopi; *Siwardus* de *Ardena*; *Gaufridus* de *Petra futa*; *Engelgerus* de *Bohun*; *Willielmus* de *Boſovilla*; *Radulfus* dapifer; & *Willielmus* filius ejus; *Paganus* filius *VVillielmi*.

Carta

Carta ejuſdem Gaufridi *de Manerio de* **Hichendene**, *& Eccleſia de* **Stanes**.

UNiverſis Sanctæ Eccleſiæ fidelibus *G.* de *Clintona* ſalutem. Sciant omnes tam poſteri quam præſentes, quod ego pro redemptione peccatorum meorum, & pro ſalute animæ Domini mei *H.* Regis dedi, & in elemoſinam conceſſi Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Kenildewurda*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Manerium de **Hichenden** cum omnibus pertinentiis ſuis liberam & quietam de omni ſervicio & auxilio ſeculari, præter communia gelda Regis. Et feci hoc conceſſione Domini mei *H.* Regis, ex cujus dono & dominio idem Manerium teneo, aſſenſu etiam & petitione *Gaufridi* de *Sancto Roerio*, qui eandem terram de **Hichenden** de me tenebat. Præterea concedo eiſdem Canonicis Eccleſiam de * **Stanes**, cum omnibus pertinentiis ſuis in perpetuam & liberam elemoſinam, quam eis adquiſivi ex dono *Eniſani*, in cujus Dominio, & aſſenſu *Nicholai* de *Stafford*, in cujus feodo ipſa Eccleſia fundata eſt. Hiis teſtibus, *Hugone* de *Legreceſtri*, *Gaufrido Luvel*, *Radulfo Pincerna*, & *Willielmo* filio ejus, *Ricardo* de *Torneris*, *Gudmundus*, & *Rogero Merulam* de **Hichenden**; *Alexandro*, & *Ernaldo*, & *Roberto* filio *Pagani*, & multis aliis. Valete.

* *Stone* in com. Staff

Carta Gaufridi *de* Clintone, *donationes patris ſui recitans & confirmans, &c.*

GAufridus de *Clintona* omnibus amicis & miniſtris & hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*; & Univerſis Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, ſalutem. Noverint omnes tam extranei quàm parentes, tam poſteri quam præſentes, quod ego *Gaufridus* pro remiſſione peccatorum meorum, & pro ſalute mea & dominorum, parentum, & amicorum meorum, & præcipuè pro anima patris mei *Gaufridi Camerarii*, & animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum concedo, & in perpetuam & liberam elemoſinam confirmo Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Cheningeuurda* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & Eccleſias & alias res, cum omnibus earum pertinentiis & libertatibus, quas prædictus *G.* de *Clintona* pater meus, ipſius Eccleſiæ fundator eiſdem Canonicis dedit vel adquiſivit. Inprimis ſcilicet totam terram ipſius *Cheninguurdæ* in nemore & plano, & omnibus aliis prædictæ villæ pertinentiis, exceptâ particulâ quam iiſdem pater meus inde retinuit ad Caſtellum & ad Parcum ſuum faciendum. Manerium quoq; de **Salford**, & Manerium de *Hichendena*, & Manerium de **Wlelicote**; & Manerium de **Pivzham**, cum omnibus ſuis pertinentiis, libera, ſoluta, & quieta de omni ſervicio & auxilio ſeculari, exceptis communibus *Denegeldis*, quæ currunt per totum Comitatum.

Præterea Eccleſia de *Wttona* cum omnibus quæ ad eam pertinent, ſcilicet in ipſa *Wttona* unam hidam terræ, & duas hidas in *Lilentona*, & Eccleſiam de *Clintona*; Et Eccleſiam de *Bartona* cum omnibus earum pertinentiis. Inſuper plenariam decimam de omnibus quæcunq; ad Caſtellum de **Chenileurd** pervenerint, ſive ad cellarium, ſive ad coquinam, ſive ad lardarium, ſive ad granarium, ſive ad halgardum, tam de empticiis & donaticiis, quàm de propriis redditibus; videlicet in blado & feno, in porcis & animalibus, multonibus, baconibus, venatione, caſeis, piſcibus, vino & meſſe, in cera & ſebo, pipere & cumino, & in omnibus aliis quacunq; & quomodocunq; ad caſtellum de **Cheninguurd** pervenerint, quamvis ea omnia etiam alibi decimata ſunt.

Præterea in unacunq; ſeptimana, habeant Canonici uno die piſcandi in vivario de caſtello quocunq; ipſi eligerint. Sed & omnes pelles agnorum ad pellicias fratrum de omnibus Maneriis meis, ſive ſint in dominio, ſive ad firmam, tam de his quæ eduntur, quàm de mortitivis. Hæc quidem omnia, quæ pater meus eis dedit, concedo & confirmo; & pro anima ipſius, & pro ſalure mea & meorum prædictam Eccleſiam de **Cheninguurd**, ex parte mea accrevi, & Canonicis dedi, quæ ſubter annotantur.

Inprimis terram de *Neuutona*, quam eis dedi ad ſepulturam patris mei, liberam & quietam ab omni ſervicio ſeculari. Manerium quoq; de *Pechintona*, cum omnibus ſuis pertinentiis, & libertatibus, ſolutum & quietum de omni ſervicio ſeculari. Præterea totam terram quam *Gilbertus Nutritius* de me tenebat in *Lemintona*, cum Eccleſia & molendino ejuſdem villæ, & omnibus aliis pertinentiis, exceptâ parte illâ Manerii quam *Atforus* & nepotes ſui de eodem *Gilberto* tenebant. Molendinum etiam de *Kibbecliva*, quod idem *Gilbertus* de me tenebat, ſimiliter quietam ab omni ſervicio. Inſuper concedo & confirmo prædictis Canonicis terram de **Wiredeſen**, quæ fuit *Willielmi Palmarii*, & totam terram *Willielmi* de *Moiun*; & terram de exſartis quam pater meus eſſartaverat de boſco *Stanleja*, & unam hidam terræ circa **Wiredeſen**, & terram de *Wttona*, quam *Odo* de *Turri* dedit eis.

Ad hæc concedo & confirmo eiſdem Canonicis Eccleſiam de *Wilmelethona*, & Eccleſiam de *Clintona*, & Eccleſiam de **Herberburie**, cum omnibus earum pertinentiis. Concedo etiam & firmiter ſtatuo, ut Canonici habeant Curiam ſuam, & omnes conſuetudines ſuas & libertates, ita liberè & quietè & integrè, ſicut ego Curiam meam, & meas conſuetudines meliùs & firmiùs habeo. De paſturis etiam meis concedo, ubicunq; ſive in parco vel extra parcum animalia mea & porci mei fuerint, ibidem ipſi ſua animalia, & ſuos porcos habeant; Et ubicunq; mei homines paſturam habuerint, ibidem homines eorum ſine calumpnia vel contradictione paſturam habeant. Sed & hominibus eorum licentiam & libertatem dono de communi boſco capiendi quod neceſſarium domibus & focis & ſepibus fuerit, ſine emptione & venditione. Hujus rei teſtes ſunt Abbas *Warinus*, & *Gilbertus*, & *Ricardus Mon:* *Willielmus ſilius Odonis*, *Ernaldus* frater ejus, *Willielmus* de *Curli*, reliqui.

Carta Henrici *de* Clintona *donationes anteceſſorum necnon aliorum confirmans; & plurima de ſeipſo concedens.*

SCiant qui ſunt & qui futuri ſunt, quod ego *Henricus* de *Clintona*, pro ſalute mea & meorum concedo, & hac Cartâ meâ in puram & perpetuam elemoſinam confirmo, Eccleſiæ *S. Mariæ* de *Kenildeuurda* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & Eccleſias, & omnes alias res cum omnibus eorum pertinentiis & libertatibus, quas *G.* de *Clinton*, avus meus, domini regis Camerarius, eis pro ſalute regum *Angliæ* & ſua & ſuorum dedit, adquiſivit, & conceſſit in puram & perpetuam elemoſinam. Totam videlicet terram ipſius *Kenild:* in boſco & plano (&c.) Prætereà concedo eis imperpetuum & confirmo omnes terras, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, quas eis prius dederam, conceſſeram, & confirmaveram, tenendas de me & hæredibus meis imperpetuam elemoſinam; ſcilicet totam terram cum boſco à loco ubi domus *Ailmeri* fuit, uſq; ad foſſum **Stotfolde**, & à **Stotfold** uſq; ad angulum nemoris ipſorum Canonicorum de **Blachwelle**, cum **Colgrimus-holifaſt**, & iterum ad **Stotfolde** verſùs viam de **Wrideſen** *xvi.* acras terræ, ita ut quod deeſt in longitudine ſuperpleatur in latitudine.

Et warantizabo eis totum nemus quod *Robertus le Francois* calumpniabatur infra foſſatum Canonicorum de **Blachwell**, Et totam terram & boſcum à ſepe *Roberti Piſtoris*, uſq; ad caput veteris foſſati quod ibi extenditur, & à capite illius foſſati uſq; ad angulum novi foſſati, quod Canonici fecerunt circa nemus quod eis prius dederam; & ab angulo illo uſq; ad diviſas inter me & *Templarios*, & ſic per diviſas *Roberti le Francois* de **Langele** uſq; ad boſcum quod eis prius dederam, ſcilicet totum boſcum & totam terram, quam ibi habui inter diviſas prædictorum Canonicorum & Templariorum & *Robertum le Franceis*,

Totam quoq; terram quam *Ricardus Carbonarius* de me tenuit apud **Wrideſen**, & totam terram quam *Turgiſius* de me tenebat, juxta terram Canonicorum de **Wrideſen**; & totam terram quæ jacet inter alnetum Canonicorum, & terram *Nigelli* de *Mundavilla*, Et totam terram quæ fuit *Thomæ* filii *Henrici* Foreſtarii, quæ eſt inter prædictam alnetam & rivulum de **Wrideſen**. Et unam acram terræ quam *Johannes le Strange*, homo Canonicorum de me tenuit; & quicquid juris habuit in terra, quæ eſt ad dextram viæ quæ vadit de ponte ſupradicti rivuli juxta horrea Canonicorum, ad terram *Nigelli* de *Mundavilla* dedi ipſis Canonicis in perpetuam elemoſinam. Et totam terram illam quæ fuit *Willielmi* de *Coleſhull* apud **Wrideſen** ante curtim ipſorum Canonicorum; Et buttas juxta pontem de **Wrideſen**, quæ ſunt ex altera parte viæ contra culturam Canonicorum; & duas acras terræ ad **Bernet** quæ ſunt infra ſepem terræ, quæ fuit *Toli* piſtoris.

Et totam moram quæ eſt inter **Badeſord-Broch** & terram *Radulſi Carbonarii* juxta viam quâ itur ad **Hareſtone**. Et *x.* acras terræ, quas *Gilbertus* de **Preſteſwelle** tenuit cum tota terra illa, quam idem *Gilbertus* exſartavit, quæ **Stodgrave** dicitur; & pratum illum quod eſt contiguum prædictis decem acris. Et totam terram de **Wrideſen** quam *Rogerus* & *Ailmerus* de me tenuerunt, cum ipſis hominibus & eorum ſequela. Et unam acram terræ, quam *Ranulfus* & *Reginaldus Rufus* de me tenuerunt, & nemus quod eſt inter domum prædicti *Reginaldi*, & nemus quod ad Eccleſiam de *Kenill.* ab antiquo pertinere dinoſcitur, à fonte unde rivus defluit qui **Neuſiche** dicitur, uſq; ad crucem quam *Robertus le Francois* erexit, ad diviſam faciendam inter nemus quod idem *Robertus* de me tenuit, & illam partem nemoris quam mihi ipſi retinui, & ab illa cruce uſq; ad angulum haij prædicti *Roberti le Francois*.

Et totam terram illam quam *Ernaldus* de *Hulla* tenuit de me in *Kenildewurtha*; ſcilicet unum meſuagium juxta barram, & duas acras retro illud meſuagium; & illud meſuagium quod eſt inter meſſuagium *Ricardi Sibille*, & meſſuagium *Girardi* Porcarii, cum toſta & crofta; & *xii* acris terræ & dimid: novem ſcilicet cum cheviſcis ad ipſas pertinentibus juxta **Frenchiſeſtochinge**, & ſe extendit uſq; ad ſicheth de **Buſhale**, & duas acras & dimid: quæ jacent inter foſſatum Parci, & viam quæ vadit de *Kenill:* ad **Wrideſen**, & deſcendunt à monte de **Wrideſen** cum cheviſceis ſuis uſq; ad ſicheth de **Buſhale**. Et illam acram terræ, quæ jacet inter acram *Gerardi*, & acram *Johannis* filii *Alani*.

Et totam terram quam habent ex dono *Oſberti* filii *Willielmi* de *Tidalmuntona*; ſcilicet illud meſuagium in *Kenell.* quod eſt inter domum *Nichelai*, & domum *Wigani*, & domum *Ricardi* filii *Sewardi*, cum tota terra quam *Ricardus* filius *Anketelli* de *Stivele* tenuit aliquando ſuper **Deſcherleſhull**. Et totam moram à ponte de **Wrideſen** juxta viam, quæ tendit verſùs **Hareſton** uſq; ad exſarta *Ernaldi Harlſcherl.* de **Wrideſen**; & totam moram in circuitu, per exſarta *Roberti Piſtoris* & *Ernaldi* armigeri, & *Reginaldi* hominis Canonicorum. Et totam terram quam *Thomas* filius *Henrici* tenuit apud **Wrideſen**. Et volo ut prædicta Eccleſia & Canonici de *Kenill.* habeant & teneant omnes has prædictas terras, quas ego ipſe eis dedi liberas & quietas imperpetuum ab omni ſervicio, & exactione ſeculari, de me & de hæredibus meis, Et ego & hæredes mei omnes terras illas warantizabimus eis imperpetuum.

Pat. 1
4. part
m. 17
Inſpex

Concedo etiam eis & confirmo totam villam de **Tacheleſbroc**, cum molendino & omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, quam p ius eis dederam, cum ſerviciis & homagiis omnium hominum qui de me in eadem villa tenuerunt; & nominatim cum ſervicio & homagio *Willielmi* de *Warwich*, & *Walerand*, & *Widonis* de *Chedeleſſunz*, & *Willielmi Brun*, & *Johannis* de *Creſt* & hæredum ipſorum imperpetuum ſine ulla retentione mihi vel hæredibus meis, liberam & quietam ab omni ſervicio de me & de hæredibus meis imperpetuum ab omni exactione, ſalvo foraneo ſervicio. Et ego & hæredes mei omnes prædictas terras, quas ego ipſe eis dedi & confirmavi, warantizabimus eis imperpetuum contra omnes homines. Et ſi eas ipſas (quod abſit) warantizare non poterimus, rationabilem eis eſcambium in noſtra hæreditate faciemus.

Concedo etiam eis & confirmo imperpetuum in villa de **Stiucle**, ſervitium illius virgatæ terræ, quam *Ricardus Bever* de me tenuit; ſcilicet unam libram piperis, & aliam cumini ad natale Domini; & homagium ejuſdem *Ricardi* & hæredum ſuorum imperpetuum. Et in **Herberbury** illam virgatam terræ, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, quam *Levenath* paſtor tenuit, & *Ricardus le Engineur*, & ſequelam ſuam, cum meſſuagio quod pertinet ad prædictam terram; & cum augmento duarum acrarum; pro una ſcilicet acra illud cheveſce quod eſt al cheiſe de **Withicroſth**, & aliam acram inter la **Lawe & Puttes**. Et ego & hæredes mei omnes has prædictas terras, eis contra omnes homines warantizabimus imperpetuum. Concedo etiam eis & confirmo totam terram in **Pollinton** quam habent de dono *Julianæ* de *Sancto Remigio*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis imperpetuum, ab omni ſervicio & exactione ſeculari, ſalvo foraneo ſervicio. Et ego & hæredes mei totam terram illam warantizabimus eis imperpetuum.

Concedo etiam & confirmo eis, ex dono ejuſdem *Julianæ* Eccleſiam de **Piſtele**, & unam virgatam terræ in **Covele**, cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus; & Eccleſiam de *Etha* ex dono *Lecelinæ* & conceſſione *Bertrami* de *Verduno* filio ejus; & pratum de **Ruggenhale** apud **Eſſeſho**, & pratum de **Bereford** ex dono ejuſdem *Bertrami*. Quare volo (&c.) Hiis teſtibus, *Roberto*; *Radulpho*; Magiſtro *Willielmo Martell*; *Willielmo* clerico de *Warewiche*; Magiſtro *Ricardo* de *Gnowſhale*; *Roberto* de *Harecurth*; & *Willielmo* filio ejus, *Willelmo* de *Ardena*, *Radulfo* fratre ejus; *Walerand* de *Cumpton*; *Johanne* filio *Alani*; *Henrico* de *Camera*; *Johanne* de *Londonia*; *Ricardo Pincerna*; *Henrico Blundel*; *Johanne Blundel*; *Rogero Godicnave*; *Willielmo* de *Norfolcia*.

Carta Regis Henrici *primi Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 13. E. 4. part. 2. m. 17. per Inſpex.

HEnricus Dei gratia Rex *Anglorum* & dux *Normannorum*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus & miniſtris & omnibus fidelibus ſuis totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe *Gaufrido* de *Clintona* theſaurario meo & Camerario meo fundare Eccleſiam S. *Mariæ* in terra de *Chenildewrda*, quam ei dedi in feudum & hæreditatem de dominio meo. Et concedo Deo & beatæ *Mariæ*, & Canonicis regularibus, quos ibi ad ſerviendum Deo conſtituit, terras, Eccleſias, & decimas, & omnes res quas eis dedit & conceſſit vel adquiſivit, ſive adquiſierit; ſeu quæ deinceps eis dabuntur in elemoſinam: videlicet totam terram ipſius **Chenildewrd** in nemore & plano, quam idem *Gaufridus* liberavit *Bernardo* Priori ad opus ejuſdem Eccleſiæ, præter illam duntaxat terram in qua caſtellum ejus ſitum eſt, & quam retinuit in ſuo dominio ad burgum ſuum faciendum, & ad vivarium ſuum, & ad Parcum ſuum.

Præterea concedo eidem Eccleſiæ Manerium de **Salford**, cum omnibus ſuis pertinentiis, quod fuit *Livitha* monialis, quod ego dirationavi verſus *Rogerum* Comitem de **Warewic**. fuiſſe de elemoſina mea; quodq; ipſe *Gaufridus* de eodem Comite tenebat, ipſe verò Comes illud Manerium meo conceſſu eidem Eccleſiæ donavit, ſolutum & quietum de ſervicio unius militis, quod ei *Gaufridus* inde faciebat, & de omnibus auxiliis & ſerviciis quæcunq; ad idem Manerium pertinebant.

Ad hoc etiam concedo præfatæ Eccleſiæ, terram de *Itelicota* quam *Nicholaus* de *Stafford* meo conceſſu ei dedit, & *Robertus* filius ejus conceſſit ſolutam & quietam & liberam de ſervicio unius militis, quod *Gaufridus* inde debebat, & de omni auxilio & ſervitio ſeculari. Et inſuper duo prata in **Tieſho**, de quibus idem *Nicholaus* ipſi *Gaufrido*, mea conceſſione, unum dedit, & aliud vendidit.

Et præter hæc concedo ei Manerium de **Piweham**, quod *Gaufridus* de *Clinton* & *Hugo filius Ricardi* tenebant. Ipſe verò *Hugo* illud Manerium eidem Eccleſiæ dedit, & *Rogerus* Comes de **Warwic**, de cujus feodo erat, conceſſit ſolutum & quietum de ſervitio unius militis, quod *Gaufridus* ei inde debebat, & de omnibus auxiliis & ſerviciis ſecularibus. In *Lilentona* dimidiam hidam terræ, quæ fuit *Fulcoldi*, ex dono ipſius *Hugonis* eadem libertate concedo.

Præterea concedo prædictæ Eccleſiæ Eccleſiam de *Wottona* de meo dominio, cum terris & decimis & cherchez & omnibus conſuetudinibus eidem Eccleſiæ pertinentibus, ſcilicet in *Wottona* unam hidam terræ, & duas hidas in *Lilentona*, cum omnibus rebus quas eadem Eccleſia meliùs & plenariùs habuit tempore regis *Edwardi* & patris mei & meo, exceptâ particulâ nemoris, quam *Gaufridus* inde retinuit ad inforeſtandum.

Eccleſiam etiam de *Chintona* de meo dominio cum terris & decimis & cherchez, & omnibus rebus eidem Eccleſiæ pertinentibus. Similiter Eccleſiam de *Stanleja* de meo dominio, cum terris & decimis & cherchez & cum omnibus rebus, quæ ad eandem Eccleſiam pertinent.

Eccleſiam quoq; de **Budiford** de meo dominio quam *Bernardus* Prior dirationavit fuiſſe de parochia ſua de **Saltford**.

Concedo etiam ſupradictæ Eccleſiæ Eccleſiam de **Brailes**, & Eccleſiam de *Walsſburna* cum omnibus quæ ad eas pertinent, cum terris & decimis & omnibus aliis rebus quæ ad eas pertinent, cum terris & decimis & omnibus aliis rebus, quas *Rogerus* Comes de **Warewic** eidem Eccleſiæ dedit, & poſtea coram me conceſſit.

Eccleſiam quoq; de *Cumtona* cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ eſt de feodo *Radulfi Pincerna* de *Legreceſtria*; & Eccleſiam de *Bertona* in *Norhanteſcira* ex dono & conceſſu *Willelmi* de *Fornellis*, cum omnibus quæ ad ipſam Eccleſiam pertinent. Has verò terras & Eccleſias & omnes alias res, quæ ad Eccleſiam S. *Mariæ* de *Chenildewrda* pertinent, volo & firmiter præcipio, ut Canonici ejuſdem Eccleſiæ teneant quietas & liberas de omnibus ſerviciis ſecularibus; videlicet de omni expeditione infra vel extra *Angliam*, & de omnibus auxiliis & exactionibus ſecularibus quomodocunq; & quotieſcunq; venerint: Nec aliquis dominus vel vicecomes, ſive aliquis de miniſtris meis in ipſis terris vel Eccleſiis ſuper hoc aliquid requirat, præter mea communia gelda, quæ erunt per totum comitatum; ſed habeant omnia ſua integra, & quieta, & libera à modo & inperpetuum, cum *Soca* & *Saca*, *Tol* & *Team* & *Infanguenetheof*, & omnibus aliis conſuetudinibus & libertatibus, & adquietationibus, in boſco & plano, terris, aquis, pratis, & paſcuis, & omnibus locis, ſicut aliqua Eccleſia alia totius terræ meæ de elemoſina mea, meliùs & quietiùs & honorificentiùs tenet. Quod ego *Henricus* Dei gratia Rex pro ſalute animæ meæ & pro ſtatu regni mei, & pro animabus prædeceſſorum & ſucceſſorum meorum concedo, & ſigno Sanctæ Crucis manu mea confirmo, annuentibus etiam & ſigno Crucis annotantibus *Adeliza* Regina, & Archiepiſcopis atq; Epiſcopis, ; cæteriſq; fidelibus annotatis.

Carta Regis Henrici *ſecundi Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Henricus Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ in perpetuam elemoſinam confirmâſſe Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Kenning.* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, terras, Eccleſias, decimas, & omnes res, quas Rex *Henricus* avus meus eis in elemoſinam conceſſit, & per Cartam ſuam confirmavit. Scilicet totam terram ipſius *Kenning.* (&c.) Eccleſiam etiam de **Stanis** cum Capellis, terris, decimis, & omnibus libertatibus & pertinentiis, quas tempore *Henrici* Regis avi mei unquam meliùs & pleniùs habuit; totam etiam terram quæ fuit *Bruſardi* in **Stanis**, & medietatem totius nemoris; & terram quæ fuit *Alani* generi *Eniſani* in *Walatona*, cum exſartis quæ facta ſunt in boſco ipſius *Walatonæ*, & terram quæ fuit *Alduini*.

Et terram de *Niwentona* & **Lodbroch**, cum omnibus earum pertinentiis, & libertatibus, ſicut eas tempore *Henrici* Regis avi mei unquam meliùs & pleniùs tenuerunt. Inſuper concedo & in elemoſinam confirmo prædictis Canonicis de *Kening.* terras de exſartis; & in *Wttona* terras quas habebant per *Odonem* de *Turri*, cum prato; & molendinum de *Kibbecliva*; & Eccleſias de **Wlmelerhton**, & de **Radeford**, & de *Stiucleia*, & de **Clinton** ex feodo & dono *Gaufridi* de *Clinton*, ſicut in Cartis ejuſdem continetur, cum omnibus pertinentiis & libertatibus, quas prædictæ terræ & Eccleſiæ tempore Regis *Henrici* avi mei meliùs & pleniùs habuerunt.

Terram quoq; de **Bretford** ex dono *Seburga* & *Noemi* Sanctimonialium, conceſſione ejuſdem *Gaufridi* de *Clinton*; & unam hidam terræ & dimidiam in *Ludewella* ex dono *Manaſſeri Arſic.* Similiter ex feodo & dono *Roberti* de *Stafford*, terram quæ fuit *Curteſii* in **Tiesho**, & terram quæ fuit *Ailrici* in *Branchota*; & molendinum de *Wttona* proximum Eccleſiæ. Et apud *Staford* terram *Walteri* filii *Juthe*, & terram *Briani* filii *Cadiho* propè caſtellum. Et ex dono *Nicholai* de *Mulewic* terram de **Frodeſwelle**; & ex dono *Walteri* de *Chenreſwella* medietatem Eccleſiæ de **Stothes**; & ex dono *Willielmi Giffard* & *Rogeri* fratris ejus, terram quam habent in **Herdewic**. Eccleſiam etiam de *Maddleja*; & Eccleſiam S. *Nicholai* in Caſtello de **Stafford**; Et Eccleſiam de *Wlwarda*; & Eccleſiam de **Tiesho** cum virgulto & molendino Eccleſiæ proximo; & incrementis quæ *Matildis* de *Stafford*, aſſenſu *Roberti* de *Stafford*, adjecit; & cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis.

Concedo etiam & in elemoſinam confirmo ſupradictis Canonicis terram de **Broch** * cum boſco & exſartis, ſicut *Hugo* de *Ferrariis* eis diviſit & conceſſit aſſenſu *Walchelini* nepotis ſui, & *VVillielmi* fratris ſui, ſicut in eorum Cartis continetur. Præterea ex dono *Henrici* filii *Sewalli* & concenſu *Roberti* Comitis de *Ferrariis*, Eccleſiam de *Eatendona* cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, ſicut Cartæ eorum teſtantur. Ex dono *Rogeri* de *Moubray*, & conceſſu *Sanſonis* de *Albineio* Eccleſiam de *Smita*, ſicut in eorum Cartis continetur. Et Eccleſiam de *Ceaſtretona* ex dono *VVillielmi Croc.* Et Eccleſiam de **Witenes** ex dono *Lecelinæ*, cujus dote ipſum Manerium eſt, cum terra ad eandem Eccleſiam pertinente ex dono ipſius *Lecelinæ*: Et Eccleſiam de *Herberburia* cum duabus virgatis terræ, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Et Eccleſias de *Lewintona* & de *Cubintona*, quæ ſunt de jure & tenura Eccleſiæ de *VVttona.*

* Brooke i
Com. Ru

Et ex dona *Nicholai* de *Hychendena*, Eccleſiam ejuſdem villæ de *Hychendena*, ſicut ipſius Carta teſtatur. Terras etiam & manſuras, quas habent in **Warewich**, cum earum libertatibus, & pratum de **Bathechinton**, quod habent ex dono *Henrici* de *Ardena*, ſicut ejuſdem Carta teſtatur. Terram etiam quæ fuit *Milonis* in *Kintona*, & terram quæ fuit *Turgiſti* in eadem *Kintona*. Et Eccleſiam de *Locheſlea*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis. Manerium etiam de *Pachintona* cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis; ex dono *Gaufridi* de *Clinton*, & conceſſione *Henrici* de *Ardena*, & *Hugonis* fratris ſui per ſervicium dimidii militis. Et *Lamintonam* totam cum pertinentiis & libertatibus ſuis ex dono & conceſſu Prioris & Conventus de **Coventre** per ſervicium dimidii militis.

Et ex dono *Nicholai* filii *Nigelli*, & *Margaretæ* uxoris ſuæ, Heremitorium de **Calewich**, cum terra & nemore, & cum Eccleſia de **Adalacheſton**; & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus ſuis, ſicut eorum Carta teſtatur. Et ſex ſolidatas terræ in **Normanton** ex dono *Willielmi* de *Alneio*, & conceſſu *Roberti Banaſter*. Et terram de *Stallintona* quam Canonici habent ex dono *Nicholai Malveiſin*, & conceſſu *Stephani* de *Badls* per *v.* ſol. annuatim ſicut in donatorum Cartis & ſcriptis continetur. Et *v.* virgatas terræ in *Wlurichestona*. Quare volo (&c.) Teſt. *Thoma* Archiepiſc. *Cantuar.* Magiſtro *Gaufrido* Archidiacono *Cantuar.* *Roberto* Comite *Leiceſtriæ*, *Ricardo* de *Humet* Conſtabulario, *Manaſſero Biſſet* Dapifero, *Henrico* filio *Geroldi* Camerario, *Goſcelino* de *Balolo* apud *Weſtmonaſterium*.

Carta Nicholai *de* Greſelei, *de Eccleſia de* **Longford**.

Adhuc ex præfato Regiſtro de **Kenilworth**.

EGo *Nicholaus* de *Greſeleia*, conceſſu *Willielmi* fratris mei, & *Margaretæ* uxoris meæ, pro anima *Nigelli* patris mei, & aſſenſu *Rogeri* Epiſcopi *Ceſtrenſis*, conceſſi Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Kiningwurd** (&c.) Eccleſiam de **Longford**, cum omnibus pertinentiis, quæ ſita eſt in patrimonio uxoris meæ *Margaretæ*; quam elemoſinam uxor mea *Margareta* donavit præfatæ Eccleſiæ de **Kiningwurd**, concenſu *Gaufridi* Camerarii, fundatoris ejuſdem Eccleſiæ, ſub cujus cura fuit per tempus non modicum, & patrimonium ejus totum: Et hanc donationem, quam uxor mea fecit, ratam habui. Et quod hanc conceſſionem, & uxoris meæ donationem firmam, & ſtabilem imperpetuum manere, volo & firmiter conſtituo, ut prænominati Canonici de **Keningwurd**, & fratres de **Calwich** * habeant & teneant hanc meam elemoſinam, cum terris & decimis (&c.) liberam ab omni ſervicio & exactione ſeculari. Teſtes *Radulfus* Prior de **Stanes**, *Johannes Propheta*, *Radulfus* de S. *Quintino*.

Calwich, in com. **Stafford**, cella de **Kenilw.**

Carta Margaretæ *uxoris* Nicholai *de* **Longford**, *de Eccleſia de* **Longford**.

Ib.

UNiverſis (&c.) *Margareta* uxor *Nicholai*, filii *Nigelli* de *Longford* ſalutem. Sciant (&c.) quod ego, pro animabus prædeceſſorum meorum, dedi Canonicis de **Kiningwurd**, Eccleſiam de **Longford**, cum pertinentiis, quæ ſita eſt in patrimonio meo, & hanc meam donationem, dominus meus *Nicholaus* ratam habuit (&c.) Teſtibus *Simone* filio meo, *Reginaldo* ſerviente Canonicorum de **Calwich** (&c.)

PRIORATUS

de **Stone**, *in agro* Staffordienſi.

Hiſtoria Fundationis ejuſdem.

Paſſio Sanctorum Wlfadi *&* Ruffini *filiorum* Wlferi *Regis*.

Ex vetuſto MS. in bib. *Cottoniana* [ſub effigie *Othonis* A. 16.] fol. 1.

SI *Tullianæ* facultatis fœcunda facundia penetrans pectinaſſet pectus meum, & ad liquidum limâſſet linguæ plectrum, ſederet propoſito prædicare ac panagerico ſtilo beatorum *Wlfadi* & *Ruffini* fratrum, puerorum profectò illuſtrium illuſtrare martirium. Ipſorum namque triumphales titulos ab ipſa ſapientia patris accipimus commendatos, credimus conſecratos. Cum enim ſalvator noſter ſuos athletas ad agonum armaret ac animaret, multimoda certamina pro nomine ſuo toleranda; præmonens & præmuniens prædixit inter cætera, *Tradimini à parentibus, cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis.* Iterum alibi dicit expreſſiùs & manifeſtiùs quod iſtis congruit martiribus, *Tradet pater filium in mortem, &c.* ut tantò Sanctorum patientia probaretur propenſior, ac merces in cœlo copioſior coronaque celſior, quantò fuiſſet ſanguinis linea proximior perſecutor.

Quis enim dignè penſare poterit quos quantoſve cruciatus cordis cum corporis tormentis pertulerit proles, dum ſuum cariſſimum cruentum carnificem, & proprium patrem perpetitur ſui peremptorem? Quod quidem à domino prædictum qualiter in prænominatis pueris fuerit adimpletum, aggrediatur agreſti licèt relatu enodare noticiæ poſterorum. Et quidem ad id agendum propria me incitavit devotio. Et ut plurimorum diſcretio cenſet, paſſio præfatorum antiquitùs deſcripta, ob ſtilum incultum & falſam grammaticam, quibus tota ſcatet, potiùs contemptui quam lectioni patet. O dolorem indicibilem, ô coronam inmarceſſibilem, quando non trepidat aut tardat Martiri mortem inferre, qui jure naturæ pro illius vita tuenda tenetur mortem ſufferre.

Beatos adoleſcentulos *Wlfadum* & *Ruffinum* natura generando germanos edidit, ſet eos gratia regenerationis in fide atque ſanguinis effuſione feliciori germine germaniores reddit. Dicuntur enim fuiſſe filii *Wlferi* Regis *Merciorum*, & Sanctæ Reginæ *Ermenildis*; qui quarto anno poſt patris ſui *Penda* paganiſſimi Principis internitionem, paternum jure ſucceſſivo ſuſceperat ſceptrum. Is namque baptizatus à *Finano* Epiſcopo, votum vovit domino ſe delubra dæmonum deſtructurum, & omnia ydola de regno ſuo deleturum, & Chriſtianæ Religionis cultum pro poſſe dilaturum. Hoc eciam iteravit promiſſum quando egregiam *Ermenildam* duxit in matrimonum. Hæc enim beatiſſima erat præclara genere & ſpecie, ſet fide præclarior & ſanctitate. Ex *Exberto* Rege *Cantuariæ* genita ex atavis *Francorum* illuſtriſſimis Regibus deſcenderat, atque ex ſanctiſſima Regum orientalium *Anglorum* ſtirpe originem duxerat. Et quoniam præfatus *Penda* tum dolis tum Martij campi caſibus alludentibus ſibi, plures Reges *Angliæ* tulit de medio, qui poſtremo ab *Oſwio* fratre ſancti *Oſwaldi* cæſus cum cunctis penè Principibus, ſatrapis atque ſatellitibus ſuis, ob illorum vindictam interiit juſto Dei judicio, formidavit cor *Wlferi* filii ejus ne ob inimicitiam patris pari periret exitio. Proſpiciens proinde ſibi & ſuo regno, deſponſavit ſanctam *Ermenildam*, cunctis Regibus extinctis conſanguinitate vel affinitate connexam, deſtricto diſcretoque conſilio, ut in tempore iracundiæ gratia ipſa fieret reconciliatio. *Wlferus* igitur Regis nomen nactus & inſigne, vota ſua, quæ diſtinxerunt labia ejus, domino reddere diſtulit; Immo inſtigante quodam pravo atque perverſo, nomine *Werebod*, qui erat ei à ſecretis, penè in apoſtaſiam lapſus, à fide retrorſum abiit.

Erat iſdem *VVerbodus* idolatra, vir *Belial*, ſatelles Sathanæ, Miniſter, immo mali artifex, quod pater ejus *Pendæ* perpetraverat, quem ſibi auricularium & Conſiliarium velud alterum *Achitophel* ac Rectorem à ſe ſecundarium in toto regno ſuo, ſicut *Aſſuerus* quondam *Aman* conſtituerat. Extitit corde verſutus, ore vafer, opere verſipellis, carne lubricus, mente tumidus. Hic in tantam elationem prorupit, ut peteret à Rege dari ſibi conjugem filiam ejus ætate adhuc parvulam, *VVerburgam* vacabulo, quam ei Regina peperit. Æſtimabat enim hujuſmodi fœdere nuptiarum ſe in Regno Regi ſucceſſurum, & in præſenti non modicam partem regni poſſeſſurum. Et quidem Rex ipſius petitioni aſſenſum præbuit, ſet Regina maturiùs & conſultiùs hoc omnino fieri prohibuit. Diſpoſuit deſpondere illam uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto; quod & fecit in tempore oportuno. Venerabilis enim *VVerburga* ſpretis regii germinis procis, totius mundialis gloriæ pompaticum faſtum faſtigiumque faſtidita, velut viola viroris inviolati vernabat decore, & quaſi lilium florens ortum Domini ſuo virgineo venuſtabat candore.

Prænominati adoleſcentes germani virginis *VVerburgæ*, inſolentiam hominis pagani præſertim indignè tulerunt, & ejus præſumptuoſæ petitioni, ne videlicet auditu digna judicaretur, in faciem reſtiterunt. Ab illo ergo die verſutus ille doli artifex inſidiabatur pueris, factus illis quaſi lancea in latere, ac velut ſudes in oculis. Illi verò proficiebant ætate & gratia ſancti dilecti Deo & hominibus; & quanvis nondum regenerati per baptiſmum in Chriſto, quendam tamen ſacri lavacri candidatum præferentes, placebant bonis operibus & optimis moribus. Erant autem ſpecie clari, ſet morum elegantia clariores, geſtibus faceti, aſtuti ingenio, diſerti eloquio. Supra ſenes intelligentes, ultra ſapientes, erga omnes munifici & liberales. Hiis & aliis ſimilibus adornando actibus in benedictionibus dulcedinis ſuæ prævenit eos dominus.

Prior natu *VVlfadus* exutâ pueritiâ, jam adoleſcentiæ limen attigerat, & ut decet genus regium, aliquotiens aucupio, venatui tamen potiſſimum indulgebat. Set miro moderamine miſerantis Dei dum feras venari concupiſcit & conſueſcit ad mortem, à Domini venatoribus ſagittatur, comprehenditur ad ſalutem. Quadam namque die, dum venatum pergeret, offendit cervum miræ magnitudinis, quem fugientem diuciùs ſolus ſolum inſequebatur, ſociis diſperſis, ac nutu divino fatigatis: Cervus opaca ſilvarum irrumpens, ad habitaculum viri Dei *Cedda* infra nemoris condenſa ſupra cujuſdam fontis marginem conſtructum pervenit, ſeque in eundem fontem latitando laſcitudinem requie refrigerioque recreando projecit. Famulus Chriſti *Cedda* miſericordiæ viſceribus affluens erga creaturas Dei; frondibus & foliis arboreis cervum occultando & refrigerando contexit; quoniam ut in fine rei claruit, aliquid divinitus actitari per ejus obſequium intellexit. Nam collo ejus poſtmodum funem circumpoſuit, & requie refocillatum ad pabula carpenda in ſilvas abire præcepit.

Erat ſanctiſſimus *Cedda*, teſte *Beda*, Eccleſiæ *Lichefeldenſis* Epiſcopus, virtutibus & ſignis præclarus. Qui profectò partem meliorem *Mariæ* ſibi eligens, ſecretiùs & ſacratiùs dulcedini contemplativæ inhians, ſolitariam vitam ibidem ad tempus ducebat, radicibus herbarum & fructibus arborum ſilveſtrium ſe ſuſtentabat. Venerabilis adoleſcens *Wlfadus* è vicino terens veſtigia cervi, devenit ad Cellam hujus hominis Dei. Quem intuens & ſalutans, ſciſcitabatur ab eo, quo deveniſſet cervus, quem tota die cum tanto ſudore fuerat inſecutus. Cui reſpondit Sanctus. *Nunquid cuſtos cervi tui ſum ego? Non curo, non cuſtodio feras ſilvarum ſeu pecora campi, vel volucres cœli, ſet agnovi & ſuſcepi* *ductorem ſalutis tuæ miniſterio cervi. Voluntas enim Domini præparantis cervos revelavit tibi condenſa ſacramentorum ſuorum, ut credas in nomine ipſius, & baptizeris in remiſſionem peccatorum tuorum. Perpulcro prænoſtico, immo indicio certi præſagii portendit & præoſtendit tibi cervus demerſus in fontem ſalutaris baptiſmi lavacrum, quatinus ex ſententia diſcere poſſis illud Daviticum, Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te, Deus, ſitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Perplura eciam peroravit Sanctus, perſuadens & docens qualiter in miſterio irrationalium animalium miſteria ſua revelare dignata ſit divina ſapientia in ſalutem fidelium. Nempe *Noe* nunciavit poſt ſuum naufragium, mundi reparatricem ſiccitatem, per columbam, & ore ſubjugalis Aſinæ prophetæ cohibuit inſipientiam, & obſequio Corvi prophetam eximium pavit *Helyam.* Jure verò dominus prophetarum tendens *Jeroſolimam* aſcendere dignatus eſt Aſinam & pullum, in converſionis utriuſquê populi figuram. Narravit nichilominus ei quod de beato *Euſtachio* legitur, qualiter in ſpecie Cervi ei apparere Dominus dignabatur; & multa ſubjunxit quæ in geſtis beatorum *Martini Jeronimi* & aliorum ſanctorum patrum patrata ſigna de brutis animalibus inveniuntur.

Venerabilis *Wlfadus* vas electionis reſpondiſſe fertur ad verba ſancti ſacerdotis. *Verè venerande pater à ſanctitate tua prolata teſtimonia credibilia facta fuiſſent nimis; & mihi ad credendum quæ perſuades conducibiliora, ſi Cervus quem capere conabar, quem in fonte occultaſti, & fune collo ipſius circumligato in ſilvam abire juſſiſti, tuis precibus aut præcepto appareret continuo in noſtra præſentia.* Sanctus ſacerdos protinus ſe in orationem proſtravit; Et ecce Cervus memoratus funem in collo geſtans, è nemore prorumpens, eorum ſe conſpectui exhibuit. Tunc Sanctus ſurgens ab oratione ait adoleſcenti. *Intellige vel nunc, quia omnia poſſibilia ſunt credenti; & ſi quis petierit patrem quicquam in nomine filii, fiet ei. Audi ergo fili & vide; inclina aurem tuam ad obediendum Chriſtianæ fidei, ad percipiendam gratiam baptiſmi; qui enim crediderit & baptizatus fuerit, juxta ſalvatoris promiſſum ſalvus erit.*

Confortatus & corroboratus in fide *Wlfadus*, provolvit ſe ante pedes viri Dei; poſtulavitque ſibi tribui regenerationem ſalutaris lavacri. Videns beatus *Cedda* juvenem in fide radicatum & fundatum, exultavit in Domino, gratias agens Deo ſalutari noſtro qui inchoavit in ejus pectore habitationis ſuæ locum; impoſitaque manu catezizavit eum. Benedicens denique fontem, in eodem baptizavit illum in nomine *Sanctæ Trinitatis*, eidem effectus patrinus & pater ſpiritualis. Et quoniam adveſperaſcebat & inclinata erat jam dies, pater ſanctus ſecum filiolum pernoctare fecit, & cibo corporalis & ſpiritualis alimoniæ, prout potuit, illius utrumque hominem refecit. Perpulchrum ſimul ſpectaculum ibidem apparebat; ſicut ſanctus *Cedda* cum ſancto *Wlfado* manebat, ſic Cervus cum jumento, agreſte animal cum domito in omni manſuetudine ſtabat, accubabat, fœnum carpebat. Mane facto, ſanctus ſacerdos Miſſam celebravit, & neophitum ſuum dominici corporis & ſanguinis participatione communicans, eum Eccleſiæ corpori tanquam proprium & perutile membrum aſſociavit. Cervus nichilominus ad juſſionem patris *Ceddæ* nota nemora repetiit, & animus tironis Chriſti magis ac magis in fide ac caritate Dei proficit.

Ingreſſus *Wlfadus* viam veritatis, de fratris ſui ſalute ſolicitus, ſuppliciter ſanctum *Ceddam* deprecabatur, quatinus precibus ſuis impetrare ſatageret à Domino, ut fratri ſuo *Rufino* perveniendi ad Chriſtianæ fidei religionem, affectum & effectum largiretur. Cui Sanctus ſævior ait. *Quid poſtulas à me exiguo præſtari quod impetrare poteris à Domino in inſtanti? Fides enim tua fratrem tuum ſalvum faciet, & infra triduum ad agnitionem veritatis perducet; qui enim vos ſegregavit ex utero matris veſtræ, ambos vocabit per gratiam ſuam ad ſe, juſtificabit in ſe, glorificabit ex ſe.* Poſt hæc valefaciens *Wlfadus* viro Dei ſanctum oſculum illi libavit, benedictioneque ab eo petitâ & perceptâ, robuſtus in fide ad ſua remeavit. Cumque appropinquaret caſtro patris ſui à quo diſceſſerat, quæ nunc vocatur *Wlfere-Ceſtria*, obvium habuit fratrem ſuum *Rufinum* magno mærore afflictum ex ipſius abſentia. Suſpicabatur illum ab aliqua diſcerptum beſtia, ſive ab aliquo adverſario peremptum fuiſſe, vel illi aliquid aliud adverſi accidiſſe. Hac de cauſa perplures ſuorum adunavit; & illum per concava vallium, per condenſa nemorum, per luſtra ferarum quærere diſpoſuit. Illo verò viſo, triſtitia vertebatur in gaudium, trepidatio in trepudium, ſolicitudo in ſolacium. Sciſcitabatur ab eo quo demoraretur? vel ſi rectè omnia circa ſe agerentur? Reſpondens *Wlfadus*, proſpera cuncta erga ſe actitari aſſeruit; ſecretiuſque illum alloquens, omnia quæ geſſerat indicans illi, eadem facere attentiùs admonuit.

Rufinus verò divina præventus gratia gratias multiplices reddebat Deo, affirmans ſe diu deſideràſſe atque deliberàſſe pervenire ad fidem quæ eſt in *Jeſu Chriſto*, ex quo verbum vitæ primùm audierat à Sancto *Germano Anglorum* orientalium Epiſcopo. Is namque Pontifex cum venerabili *Ermenilda* ſuperiùs memorata, ad partes illas advenerat, & aliquanto tempore ibidem degens, verbum Dei multis evangelizabat. Magnificavit igitur anima *Wlfadi* dominum, & exultavit ſpiritus ejus in Deo cunctorum ſalutari, quia reſpexit, & lumen ſuæ viſitationis illuſtravit mentem fratris ſui. Ut igitur maturiùs manciparetur effectui, quod illorum divinitùs inſpirabatur affectu, prudenti uſi conſilio progrediuntur mane cum canibus quaſi venatum, ut dum certam & tritam viam non tenentes pervenirent ad Sancti *Ceddæ* cellam, celaretur cæteris ipſorum propoſitum. Nondum in ſilvam longiùs proceſſerant, & ecce cervus, qui prius beato *Wlfado* apparuit, fune collum circumplexum habens, illis ſe repræſentavit, & uſque ad manſionem viri Dei previum præbuit. *Rufinus* è veſtigio præcurrentem ſequebatur. Set *Wlfadus* quid bruti animalis præſentia & præcurſio prætenderit intelligens, clamando & cornu clangendo illum revocare nitebatur, ne fortè fera ferens ferculum ſalutis, ab ipſo ſagittaretur. Puer tamen non intelligens neque intendens clamorem aut cornicinium fratris ſui præcurrit citiùs illò, & venit prior ad habitaculum hominis Dei. Cervus verò, ſicut priùs, projecit ſe in fontem famuli Chriſti, ut patenter daretur intelligi, quod indicio,quo poterat,puerum perduceret ad vitalis fluenta baptiſmi. Referunt plures ſanctiſſimum *Ceddam* fontem illum de terra ſuis precibus perduxiſſe, qui uſque in hodiernum diem vocatur *Fons ſancti Cedde*, multiſq; variis incommodis laborantibus præbet ſalutiferæ hauſtum medelæ. Animadvertens homo Dei auditu & viſu quæ fiebant, exivit è cella ſub divo, infixis oculis ac manibus cœlo, pro utriuſque hominis ſalvatione devotas preces profudit Deo vivo.

Cumque orationi inſtantiſſimè antiſtes aſtaret, *Rufinus* affuit, ipſumq; beatum *Ceddam* eſſe de quo multa & magna *Germano* narrante audierat, in ipſo ictu oculi ſtatim animo perſuaſum habuit. Et cum omni reverentia ſalutans eum, ait; *Tune es Domine pater* Cedda *dilectus Deo & hominibus, amicus* Annæ, *quondam orientalium* Anglorum *Regis Chriſtianiſſimi Doctor & ductor ad ſalutem* Wlfadi *fratris mei*? Quo reſpondente, *Sum*, Procidit ad pedes ejus, obſecrans obnixè ne tardaret ſe Chriſtianæ fidei regulis initiare, impartiendo ſalutare lavacrum. Admirans & animo amplexans almus Antiſtes devotionem tantam in pectore pueri, ſet ſenſu cani fervere, graviſus eſt gaudio magno valde; ſet & *Wlfadus* interim adveniens, dum agnoſcit fraternum deſiderium de ipſius certioratus converſione, impletum eſt gaudio os ejus; & lingua exultatione Sanctus *Cedda* continuò catezizavit & baptizavit eum in ipſo fonte, *Wlfado* ipſum Eccleſiaſtico more tenente, atque de lavacro ſuſcipiente, ſic qui prima in generatione frater fuerat illius uterinus, in ſecunda effectus eſt ei patrinus. Celebravit ſacerdos altiſſimi poſtea Miſſarum ſollempina, Ipſoſq; agnos novellos effectos de grege, tonſos aſcendentes de lavacro, ſaciavit agni inmaculati libatione ſacroſancta; mente voceq; præſaga prævidit,prædixit eos aſcenſuros ad montem *Galaad*, hoc eſt martyrii faſtigia. Deniq; docebat eos obſervare mandata Dei, prædicans eis præcepta & legem vitæ, & diſciplinæ, quia ſciebat quod corrigerent adoleſcentiores vias ſuas in cuſtodiendo ſermones legis divinæ. Declaratio itaque ſermonum Dei tantum intellectum dedit parvulis ſuis in Chriſto, ut neque mors,neque vita, neque inſtantia, neque futura, neque aliqua creatura poſſet eos ſeparare à caritate Dei quæ eſt in *Chriſto Jeſu* omnium Domino.

Diſceſſuri electi Dei à præſentia præſulis ſancti, & ad ſua reverſuri, humili quidem & devota precum inſtantia virum Domini rogabant, ut propiùs caſtrum patris ſui *Wlſereceſtriam* dignaretur habitationem ſuam conſtruere, quo liberiùs ad eum convenire divinis myſteriis celebrandis, horiſq; canendis frequentiùs intereſſe; ac verbum Dei valerent crebriùs audire. Placuit petitio puerorum in oculis Pontificis; cellamq; cum oratorio competenti loco ædificans viciniorem, exibuit illic copiam ſui ſe viſitaturis. Ipſi cotidie ad virum Dei venientes divinis officiis aſſiſtebant, aliquando divinis morabantur, ſtudioq; venandi ſimulato Chriſtianam religionem, quam ſuſceperant, obumbrabant,ne in eis deprehenderentur. Verumptamen quia ſcriptum eſt,*Semper diligit qui eſt amicus*, & è contrario *in tempore ſuo non abſconditur inimicus*. *Werbodus*, vir Belial, longè ſuperiùs memoratus ſedebat in inſidiis, quaſi arcus doloſus,ut ſagittaret inmaculatos,ut interficeret innocentes pueros illos. Plerumq; pedetentim proditor ille inſtar pavonis poſt illos gradiens veſpere ac mane ad Cellam Sancti euntes, exploravit itinera & actus eorum. Omni autem niſi tempus & occaſionem aucupabatur quo Regis animum inflammaret in odium, immo perniciem eorum. Cumque indagine certiori explorando didiciſſet ipſos Chriſtianiſſimos effectos, divini cultus gratia Oratorium illud ,frequentare, hominemq; ſic viſitare; accedens ad Regem idipſum illi ſtuduit intimare, verbis dilatoriis ac malignis circumlocutionibus circumſcribens, eum in iræ furorem non ceſſavit incitare. Erat enim idem Rex *Wlferus*,ſicut & *Penda* pater ejus, naturali conſparſione iracundus, & tempore commotionis ſuæ fera ferocior ferâ furibundus. Nactus igitur tempus oportunum maliciæ ac nequitiæ ſuæ, inventor & incentor totius mali fertur ad Regem in hunc modum prorupiſſe. *Diu Domine mi Rex eſt deliberandum quod ſemel eſt ſtatuendum, quoniam ad puerilem levitatem ſpectat, immo in ignominiam Regiæ maturitatis redundat convellere plantata, ædificata deſtruere, decreta diſſipare, ſancita immutare.*

Placuit proinde prudentiæ ſullimitatis veſtræ propenſioris providenciæ,ponderare diſcreto libramine, utrum Chriſtianorum nova ſecta debeat eligi, an cultura deorum à temporibus avitis approbata retineri. Sub illa enim pater tuus diu victorioſiſſimus vixit, feliciter diis propiciantibus regnavit, ſplendide de tyrannis & regibus triumphavit; ſi vero illam abjicere,atque de Regno veſtro delere veſtra placuerit majeſtati, cum conſilio magnatum veſtrorum illud condecet fieri. Nunc autem filii tui Chriſticolæ effecti, animo irreverenti & infrunito veſtrum diſpoſitum deſpicientes, cotidiè Chriſtianæ Legis fanum frequentare non ceſſant, quod infra condenſa ſilvarum in Regiæ majeſtatis veſtræ contumeliam contumaciter ferri fecerant. Niſi ergo animadverſione diſtricta talis præſumptio punita fuerit, auctoritas veſtra quam citius deperibit, & quilibet quamlibet ſectam ſibi eliget quæ oculis ſuis plus placuerit. Hæc & hiis ſimilia Rex audiens, irâ totus incanduit, ſeque graviter in illos vindicaturum, ſi ſic ſe res haberet, juravit. Malignitatis autem miniſtrum ſecum nocte illa demorari fecit, in craſtino cum ipſo ſolo volens explorando experiri rei veritatem, quam ei detulit. Iccirco illum accuſatorem ſolum ſecum ducere conſultiùs arbitratur. Et ſi quid gravius in filios irâ dictante perpetraret, ejus ſolius notitiá perceptum inpoſterum cunctis celaretur.

Summo ſequentis diei diluculo, cum adhuc tenebræ eſſent ſuper terram, Rex cum filio tenebrarum, accinctus gladio iter arripuit verſus locum. Sciens autem ſe fore impotem impetum iræ ſuæ refrenandi, præmiſit ante faciem ſatellitem illum diaboli, qui annunciaret filiis ſuis adventùm ſui, ſi fortè, in Oratorio illo fuiſſent reperti, ut ſic ſaltem perterriti ſe abſentarent ab eo beneficio fugæ atque latibuli. Miſſus miniſter atque magiſter ſceleris, clanculo ad oratorium accedens & per feneſtrellam introſpiciens, illos ſolo tenus proſtratos orationi devotiſſimè procumbere perpendit, & nec verbulum aliquod aut ſonitum ſaltem in viſitando emittens, ſet latenter cum omni ſilencio receſſit; Et ad regem reverſus ait. *Aſſunt fili tui contumaces & rebelles mandatis veſtris, in propoſito ſuo pertinaces & obſtinati, Chriſtum colunt & adorant. Et non ſolum à facie veſtra non formidant, ſet eciam convicia & in properia ingerentes mihi multiplicia, vos non regem aut patrem, ſet blaſphemum & Apoſtotam nominant.* Hæc vir Belial omnia mentiens protulit, & regem ſupra modum motum in ſanguinem filiorum ſuorum ire compulit.

Ibat ergo Rex cum peſtifero illo, ſpirans minarum & cædis in filios ſuos jam diſcipulos Chriſti, & non verba jactando, ſet potiùs fulminando præ furore, appropinquabat ſeptis oratorii. Beatiſſimi adoleſcentes audientes tonitruum vocis ejus, ſolicitabantur pro patre ſuo ſpirituali, timentes ne nimio ſuccenſus furore mitteret manum in ipſum ſanctiſſimum *Ceddam* Chriſtum Domini. Nihil enim aliud patrem illaturum ſibi niſi verborum injurias aut plagas virgarum poterant ſuſpicari; cum tamen ipſi promptum paratumque cor haberent pro nomine Jeſu contumelias & terrores & quælibet mortis genera pati. Beatus *Cedda* ſciens quod, teſte *Salomone*, ſicut fremitus leonis, ſic ira Regis, ipſis pueris cogentibus, dans locum iræ, à facie Regis *Wlferi*, ſicut *David* à facie *Saulis* declinavit, & ad interiores ulterioreſque partes procedens ſilvarum, ſe abſcondit. Hoc quidem faciens mortem minimè formidavit, quam ſibi lucrum deputavit, ſet meliorem fructum ex vita ejus adhuc conſervata quam de inſtanti morte ſuſceptâ multis fore proventurum intellexit.

Rex *Wlferus* (ſi tamen rex rectè in hoc loco debeat nominari, qui ſeipſum regere non potuit aut noluit) irrumpens in Capellam illam, invenit filios ante Salvatoris imaginem orationi attentiùs expoſitos, Et ait ad illos. *Quid facitis degeneres & contumaces novas ſectas colentes & culturam Chriſtianæ legis in regnum meum abſque mei permiſſione palam inducentes? ſi ſectæ huic confeſtim non abrenuncietis, abjuro jura me totius paternitatis ulteriùs erga vos tenere, quoniam ipſi voſmet privaſtis mei filiatione; voſque dampnabo perpetua carceris intruſione, aut exilii relegatione, ſeu membrorum mutilatione multabo vel morte.* Ad hæc *Wlfadus* reſpondit. *Non eſt in conſcientia noſtra ſuſcipiendo ſeu cuſtodiendo cultum Chriſtianæ fide genus Regum aliqua degeneri depravaſſe infamia, ſive vobis in aliquo voluiſſe rebellare, præſertim cum & vos baptiſmum dudum ſuſcepiſtis, & per totum regnum veſtrum idolatriam penitùs delere, legemque Chriſti, prout putavimus propalare aut promulgare propoſuiſtis. Noveritis domine Rex, reverende ac pater kariſſime, quod nullius carceris ſqualor, aut exilii terror, ſeu membrorum abſciſio, ſive ſupplicii cujuſlibet vel mortis intentatio, vel illatio poterunt nos ſeparare à catholica fide quam ſuſcepimus in baptiſmate. Si verò immeriti ob fidem & dilectionem Chriſti affectu veſtro paterno privamur, illius filii ſumus & erimus effecti à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur.*

Cumque in hunc modum ſermones Sanctus proferret, *Wlferus* fera ferocior omni, & efferatior, naturam exuens, inſtigante Sathana ejuſque ſatellite ſtimulante, gladio extracto *Wlfadi* athletæ Chriſti caput amputavit, Chriſtoque martyrem, licet invitus vel inſcius, conſecravit. *Rufinus* junior hæc videns fugam iniit, quem pater furibundus inſequens, letiferum illi vulnus inflixit; quo accepto, in terram corruens, poſt modicum ſpacium temporis expiravit, fratri ſuo commartyr effectus, ad cœleſtem gloriam demigravit. Sic ſic quos in terra conterinos fecit natura, ipſis unitis in fide ac caritate cor unum & animam unam in Domino tribuit gratia; utroſque adunavit & univit in cœleſtibus gratia: Paſſi ſunt autem *ix.* kal. *Auguſti.*

Tanto piaculo perpetrato, Rex cum ſæpiùs memorato mortis miniſtro concito greſſu divertit ſe à loco paricidii conſcio. Ne verò nefarium opus in notitiam deveniret Reginæ vel populi, proviſum eſt utriuſque conſilio totum habitaculum illud nocturno tempore ab illo filio necis debere deſtrui, corporaque occiſorum in aliquo loco latebroſo ſepeliri. Set, teſte *Salomone*, non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium, contra dominum, quia quod factum eſt in tenebris, molimine cujuſlibet obſtare non prævalente, in lumine fuerit revelandum. Cum enim Rex Caſtrum cum illo peſſimo, qui ei erat à ſecretis, introiſſet, & in ſua ſe recepiſſet, ante fores domus regiæ in atrio in conſpectu multorum ſimul aſtantium, invaſit ſpiritus malignus machinatorem mortis martyrum germanorum fratrum, velut mancipium & vaſculum proprium. Manus enim ſuas & brachia propriis dentibus dilaniabat; & quicquid per ſui ipſius funeſtam inſtigationem in filios pater cruentus commiſerat, vociferans in auribus omnium vocibus inconditis divulgabat. Spiritus verò domini malus illum tamdiu non ceſſabat vexare, quoad uſque compelleret eum ſpiritum fœtidum exhalare.

Fama facti deteſtandi, licèt perplures gravi cruciatu percuſſerit, ex quo Sanctæ Reginæ aures attigerat, tum pro Regiæ conſcientiæ atq; famæ læſione, tum pro natorum ſuorum interfectione ipſius animum ineſtimabilis doloris gladius tranſverberabat. Quia verò quod factum eſt non poteſt non fieri, prudentiſſima Regina maritum, ut ad pœnitentiæ remedia recurrere deberet, ſedulo ſtuduit exhortari. Ipſa verò ad locum martyrii eorum acceſſit, & corpora colligens illorum, in uno ſaxeo ſarcophago ſimul honorificè ſepelivit. Et congruè Domino diſponente, à filia lucis in pace ſepulta ſunt corpora eorum, quorum animas introduxit Dominus in ſplendoribus Sanctorum, ut vivant nomina eorum libro vitæ inſcripta in ſecula ſeculorum.

Proceſſu verò temporis Regina venerabilis venuſtiori opere de lapidibus Eccleſiam ibidem fabricare fecit; In quo loco magnus Dominus martyrum ſuorum merita magnificans quando fides promeretur, miraculis multimodis mirificare conſueſcit. Exhinc multitudo debilium diverſiſq; languoribus laborantium & aliorum quærentium Dominum, & beneficia beatorum martyrum depoſcentium, conſuevit locum illum frequentare, & ad ædificium lapides illuc deportare. Unde & locus ille **Stanes** nuncupatur, quod nomen ex *Anglico* ſermone in Latinum verſum, *Lapides* interpretatur. Ab illo autem tempore Sancta *Ermenilda* Regina conjugis conſorcio carere cupiens, non ſolùm à maritali thoro abſtinere, ſet etiam à regali throno deſcedere propoſuit, & cum beatiſſima Virgine *Werburga* filia ſua, ſanctimonialis fieri, fixum in corde conſtituit, ſicut & poſtea fecit.

Rex *Wlferus* ob necem natorum intolerabili animi anguſtiâ confoſſus, lecto languoris decubuit, ex cujus ſalute ſuos omnes deſperatio depreſſit. Amici autem & proximi ejus ad eum appropinquaverunt & ſteterunt, doloremq; cordis, quo tactus erat intrinſecus, lenire geſtientes, ut venationi vel aucupio inſiſteret, muſicæ melodis inſtrumentis intenderet, illi ſuaderunt. Regina verò cum ſuis monuit eum ante omnia de divina miſericordia numquam diffidere, ſet potiùs ſanctos Epiſcopos *Jermanum* & *Ceddam* conſulere, corde contrito & humiliato, pœnitentiæ formam ab eis ſuſcipiendo, ſatisfacere ad arbitrium eorum; idolatriam de regno ſuo funditus ejicere, vitamq; ſuam deinceps corrigere: Rex autem hujuſmodi conſiliis animum accommodavit, & ſanctum *Ceddam* viſitare, ac quicquid injungeret illi facere, firmiter aput ſe ſtatuit. In craſtinum cum ſuis vadens venatum, veniendi ad virum Dei tali occaſione ſpem conceperat, ſicut & filios jam martyres actitaſſe ante audierat. Beatus *Cedda* Pontifex ad priorem manſio. nem ſecus fontem ſtatim poſt interfectionem Sanctorum adoleſcentium reverſus fuerat, ibiq; ſolitariè degens ſecum habitabat.

Cum autem Rex proceſſiſſet paululum longiùs infra condenſa ſilvarum, omnibus ſuis nutu Divino per diverſa diſperſis, ſolus exiſtens, perſpexit eminùs ſalientem Cervum, multociens memoratum, habentem collum fune circumligatum. Qui viſo lætus effectus illum ſequebatur præambulum, tanquam ſuæ ſalutis nuncium ac bajulum, donec perveniret ad ſervi Dei Sancti *Ceddæ*, videlicet habitaculum. Pertranſiens cervus & tranſiliens, quaſi peracta legatione ſua, Regem reliquit, ſeque ob refrigerium vel potus hauſtum fonti præſulis immerſit. Deſilivit Rex confeſtim de equo, & accedens ad feneſtram oratorii, vidit virum Dei ſacerdotalibus indutum, Miſſam celebrantem, Altaribus aſtare. Stanſq; foras obſtante rata conſcientia, antequam abſolutus à Pontifice introduceretur non audebat intrare.

Cum autem canonem inchoans ſacerdos Domini extolleret manus ſuas in ſancta, tanta lux cœlitus emiſſa emicuit per parietis foramina, ut ſacrifex & ſacrificium & circumpoſita ejus texerentur fulgore perfuſa: Hæc intuentis obtutus obtenebrantur, quoniam in hujuſmodi deifici luminis comparatione lux meridiana quodammodo nulla vel perexigua putabatur. Et quod mirabile ſatis fuit, ſplendor ille nullatenus minuebatur donec Miſſæ ſacroſanctæ celebratio conſummaretur. Expletâ verò Miſſâ lumen illud celicum diſparuit, & ſol materialis per feneſtras & foramina ingrediens, ſecus Altare radios porrexit. Adventus autem Regis hæc videntis, divino lumine interiùs & exteriùs ſe illuſtrante, Pontifici Sancto innotuit, & quid expectare & expeteret agnovit.

Celebratâ Miſſâ ſacris veſtibus cum feſtinatione ſe exuens, & eſtimans illas ſuper reclinatorium ligneum ſecus Altare ponere, ſuper radium ſolarem neſcius projecit, Regemq; foras Oratorium exiſtentem adiit. Solaris verò radius indumenta ſacerdotalia ſuper ſe poſita ne in terram caderent ſuſtentavit; manifeſto miraculo ſatis indicans, quod filius ille lucis Soli juſtitiæ fide atque dilectione firmiter adhæſerit. Egreſſus Sanctus invenit Regem ante hoſtium Eccleſiæ in terrâ proſtratum, pro peccato ſuo valdè confuſum, atq; nimio animi langore afflictum. Sanctus antiſtes elevavit eum, infundens vulneri animæ illius cum vino aſperæ increpationis, exemplo boni Samaritani, conſolationis oleum, ne in deſperationis laberetur vicium. *Multotiens*, inquit, *rogavi clementiſſimum conditorem omnium, ut transferre dignaretur peccatum tuum, quod in filios commiſiſti mortis mancipio te inſtigante, qui jam effectus eſt inquilinus infernorum: Dominus autem, ut oſtenderet in te divicias bonitatis ſuæ, dedit tibi precibus meis, locum pœnitentiæ, ſi conſiliis meis volueris acquieſcere.* Reſpondit Rex cum magna humilitate ſe per omnia velle illius conſiliis obtemperare, & quod impiè geſſit ad ejus arbitrium emendare.

Injunxit ſanctus *Cedda* Regi *Wlfero* ſub clavi pœnitentiæ; quatinus, ſub omni celeritate in toto Regno *Merciorum* faceret tota delubra demonum deſtrui radicitus; idolatriam evelli, Eccleſias exſtrui, Monaſteria fundari, Clerum ordinari, Chriſtianæ legis inſtitura juberet edicto publico firmiter obſervari; ammonuit, ut judicium & juſtitiam inter virum & virum faceret; orationibus crebris intenderet, operibus miſericordiæ ſecundùm exortationem ſanctæ Scripturæ peccata redimeret, à pravis actibus omnimodis ſe contineret, ac conjugali thoro fidem cuſtodiret.

Cum hæc & hiis ſimilia vir Domini dixiſſet, divertens parumper à Rege, ad orationem ſe contulit. Ipſi etiam Regi, ut faciem domini deprecaretur, indixit. Proſtravit ſe Rex pœnitens juxta verbum ſancti ſacerdotis in oratione. Levanſque oculos vidit veſtimenta ſacerdotalia ſuper radium ſolis dependere, non abſque ingenti ammiratione. Surgens ergo protinus acceſſit ut videret viſionem hanc magnam, ſuaſque cirothecas & baltheum poſuit ſuper radium, quæ ſtatim ceciderunt in terram. Intellexit vir altioris ingenii, ſanctum *Ceddam* conſortem conciveṁque decretum eſſe ſupernorum civium ſoliſque juſtitiæ dilectum; cui adhuc in terra degenti tale Sol ſolvit obſequium.

Paulò poſt pontifici ab oratione regreſſo, rex rem recolendam retulit, & nec dum animadvertendam inſigne ſuum indignum occultatione ad oculum oſtendit. Qui ſtatim accedens veſtimenta illa reſumpſit, & ſuper Altare deponens, veræ luci quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, devotas gratias actioneſque exhibuit. Rex ædificatus ac valde delectatus in domino, ſanctum ſacerdotum ſecum adducens, ad ſua & ſuos reverſus eſt. In brevi ſtudens opere complere, quæ Deo coram ſancto viro pollicitus eſt.

Beato *Cedda* commonente, & cooperante ſancta *Ermenilda*, rex infra temporis ſpacium totum regnum ſuum ab omni ſpurcitia idolatriæ purgavit, & quicquid ſanæ fidei adverſum agnoſcere poterat eliminare curavit. Eccleſias congruis in locis exſtruxit, aut extrui fecit; Monaſteria utriuſque ſexus plura & præclara ædificavit, ampliſque poſſeſſionibus locupletavit. Inter quæ illud nobile cœnobium in **Medeſhamſtede** prædiis & poſſeſſionibus ditavit, ob facinus in filios commiſſum expiandum ſpecialiter fundâſſe perhibetur; quod hodie **Petreſburch**, id eſt, *Civitas Sancti Petri* nominatur. Ibi enim Eccleſia, in honore Principis Apoſtolorum, dedicata multos cives Sanctorum in ſe continet, & plures ad conſorcium civium ſupernorum, beatiſſimo *Petro* conducente ac regni januam aperiente, tranſmittere ſolet. In illo autem loco, vocabulo **Stanes**, ubi ſanctorum martyrum *Wlfadi* & *Rufini* corpora in pace ſepulta ſunt, Collegium Canonicorum regularium divinis obſequiis mancipatur, ubi ſignis coruſcantibus multa beneficia ſalutem poſtulantibus, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, meritis Sanctorum præſtantur, cui eſt gloria & imperium in omnia ſecula ſeculorum Amen.

datio
ratus
Stone.

Omnipotens Deus irritatus & iratus peccatis *Anglorum* Chriſtianam legem prævaricantium, tradidit eos in manus gentium Chriſtum ignorantium. Danorum diriſſima & duriſſima barbaries multociens in multitudine gravi, & præcipuè ſub ducibus *Inguar* & *Hubbi*, qui martirizaverunt ſanctum *Edmundum*, totam inundavit Angliam, omni anniſu elaborans ut evacuaret à Chriſtianiſmo, & ab indigenis inſulam. Eccleſias namque cum miniſtris, monaſteria cum monachis, mares cum mulieribus, ſenes cum junioribus, flamma, fame deſtruxerunt, libros in divinæ legis vitas Sanctorum atque Sanctarum cum miraculis deſcriptas incendio deleverunt. Duravit hæc pernicioſa clades vario rotatu fortunæ, quandoque vincens, aliquando victa, uſque ad excellentiſſimi Regis *Edgari* tempora, quibus nulla unquam feliciora experta eſt *Anglia*. Ipſo namque principante atque pontificantibus Sanctis *Dunſtano Cantuarienſi* archipræſule, & *Ethelwaldo Wintonienſi* epiſcopo, novam faciem pacis & fertilitatis omnium rerum Anglicana induit regio. Sancta etiam eccleſia in ſuo gradu firmiter ſtetit, ſanctaque religio ſpeciali profectu pullulavit, floruit, fructificavit.

Studebant plures religioſa devotione patriæ ſuæ Sanctos exaltare, pia ſolicitudine vitas illorum inveſtigare, ſummique Pontificis autoritate ipſos canonizare, illaque de cauſa nonnulli ſatagebant apoſtolicam ſedem viſitare. Hujus rei gratia procurator tunc temporis Eccleſiæ beatorum martyrum *Wlfadi* & *Rufini*, Romam adiit, attulitque ſecum contra voluntatem omnium ferè fratrum ibidem Deo ſervientium, capud beati *Wlfadi*, cujus ſanctitate facilius impetrare poſſet quod petere propoſuit. Domini autem Papæ præſentiæ ſe præſentans, poſtulabat attentiùs ut ipſe vicarius Chriſti dignaretur Sanctos ſuos, immo paternos canonizare, ac eorum nomina juberet inſcribi martirilogio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Ne quis verò de martirum diffideret ſeu ambigeret ſanctitate, licèt miracula de illis ſcripta paganorum fuiſſent deleta rabie, ultro ſe optulit cum eodem capite rogum ignis pertranſire velle, atque ob hanc cauſam aſſeruit ſe ſecum illud illuc apportâſſe. Sanctus Papa, diſcretionis ſpiritu pollens, reſpondit, Illud fieri vetat dominicum dictum, *Non temptabis Dominum Deum tuum.* Non enim examinationem ignis vel aquæ ſive cujuſlibet generis monomachiam fieri ſacri ſanxerunt canones, set illam adinvenerunt ſuperſtitioſi homines. Compatiens tamen itinere laborioſo, ipſorum juſſis poſtulationibus annuit, & eccleſiæ ſedis apoſtolicæ martyrilogio Sanctorum illorum nomina inſeri, diemque martyrii eorum in terra & Eccleſia propria ſolempnizari ſtatuit.

Tanto negotio ad votum expleto, in magna mentis lætitia domi revertentes apud Civitatem *Biterinum* pernoctaverunt, ibique in eccleſia Sancti *Laurencii* martyris illa ſola nocte

ſanctum caput cuſtodiendum commendaverunt. Mane facto, iter maturare attemptantes, ſacrum illud reſumere ac repatriare voluerunt, ſet nullo conamine à loco illud ammovere valuerunt. Operuit ergo confuſio faciem, magnaq; mœſtitia mentem illorum amiſſo tanto theſauro repetentium natale ſolum. Liquet ergo non eſſe bene placitum Deo & Sancto *Wlfado* martiri ob probationem ſanctitatis de regno ad regnum per varia loca, quaſi ad ſpectaculum capud ipſius deferri, & etiam, quod pejus eſt, gratia lucri vel honoris ſeu favoris adipiſcendi. Capud ergo ſancti martyris in illa urbe remanſit, crebriſq; miraculis coruſcantibus illum cum Martyribus in cœlo manere cunctis innotuit.

The Copy of the Table that was hanging in the Priorie of **Stone**, at the time of the ſuppreſſion of the ſame, in the *xxix.* yeare of the Raigne of our Soveraign Lord King *Henry* the *viii.*

ALL manner of men, that luſt for to here,
How this Monaſterie was founded here.
Read out this Table, that here it is written
And all this matter ſo may ye witten.
Saint Armemild that good woman,
Saint Wolfald's mother, this place firſt began,
Who ſoe luſt to witt what wiſe, and why,
Read over this other Table that here is written by.
And all the whole matter there ſhall ye finde
In the life of Saint Wolfade and nothing left behinde;
But who that . . . . . Canons began here firſt to dwell,
In this preſent table here ſhall you here tell.

Robert, Baron of **Stafford**. In the time of the Conqueſt was the Lord of Stafford
Baron Robert, which here was chief Lord;
And in his life time befel ſuch a caſe,
That two Nunns and one Preeſt lived in this place
Eniſanus de Walletona juxta Stafford, ut patet in Regiſtro Prioratus de **Stone**. The which were ſlayne by one *Enyſan;
That came over with William Conquer. than.
This Enyſan ſlue the Nuns and prieſt alſoe,
Becauſe his ſiſter ſhould have this church thoe,
But for that offence he did to Saint Wolfade,
His ſiſter ſoon died, and himſelf great vengeance had;
And when Eniſan, this cruel deede had doon,
Then bleſſed Baron Robert bethaught himſelf ſoone
To Killingworth anon that he would goe,
And tell Geffry of Clinton, there of this woe,
Which was in the Caſtle of Killingworth then dwelling,
And was Chamberleyn to firſt Henry ẏ King,
And founder of that Caſtle, and Abby alſoe,
Prioratus de **Kenilworth**. Which counſeled this bleſſed Baron Robert tho,
To reſtore, and helpe S. Wolfad's houſe again
And make Canons there in ſteed of the Nuns that Enyſan had ſlayne.
So through Baron Robert, & Councel of Geffry yn fere
Canons were firſt thus founded here.
And for love, and devotion that Baron Robert had
He ſate here Cannons to ſerve in worſhip of Saint Wolfad,
And he ſent a Cannon after to Roome alſoe,
To Cannonice this matter of Saint Wolfade tho;
And let make this ſhrine, that now is here
In worſhip of Saint Wolfade, and his broder in fere.
And from Stafford, in Pilgrimage with great devotion,
To viſit the ſhrine, to Stone, hither he came
And loved Saint Wolfade ſo intirely,
That this Church he made all new to edify.
And when that he had builded this place,
Then he dyed as God's will was,
In the entry of the Cloyſter he was buried ſekerly,
And Avice de Clare his wife lyeth him by.

After this bleſſed Robert, came Nicholas his ſonne, *Nicholas*.
Which to this place had greate devotion;
And to this place did many benefits ſekerlie,
As by his Charters appeareth apertlie.
After this bleſſed founder died, and whent to bliſſe,
And before the Chapter houſe door buried is,
And Maude Moolte his wife lyeth him by,
One whoſe ſoules our Lord God have mercie.

After this Nicholas, then Robert his ſonn *Robert*.
Was founder there by heritane and ſucceſſion,
And mainteined this place worthily, with all his might,
As a bleſſed founder, and Gods true Knight,
And when that he died, as God's will was,
He bequethed his body into this place,
By Nicholas his Fader, in the Cloiſter to lye
Before the Chapter houſe dooze, and Avice his wife him by.

After this bleſſed Baron Robert was laid on beyre, *Harvey*.
Then was Harvey his ſonne, Lord and founder here,
Which to this place did benefits many one,
And augmented the lifelode & poſſeſſion anon.
And when it pleaſed God, he died, and went to bliſſe
And in the Chapter houſe there, buried he is,
Thidder he bequethed his body ſekerly,
And Millyſant his wife lyeh him by.

After this Harvey, cam Harvey his ſonn,
And was founder there, by herritage and ſucceſſion;
Which many bleſſed deeds here did, and made
For great love he had to Saint Wolfade:

And when time came that he ſhould dye,
He bequethed his body here to lye,
In the Sextri he was buried tho,
And Parnel his wife by him alſo.

Robert. After he was buryed in this mannere,
Then was Robert his ſon founder here,
Which for great love he had to S. Wolfade
This Church, and the Cannons from Killingworth free he made,
Electio Prioris. And granted to the Prior of Killingworth full power
To give licens of Election of Priors here.
Thus he diſcharged this place, and made it free
And bequethed his body buried here to be.
Before Saint John Baptiſt Auter ſikerlie
And his two wifes Jone and Jone lye him bye
And eyther ſide one I wis,
And himſelfe in the middeſt buried is.

Edmond ſon to *Nicholas.* After this Nicholas, Edmond his ſon alſo
And of this place was founder thoe,
And loved Saint Wolfade ſo intirely
That he ſoiurned in this place ſikerlie,
And many bleſsed benefits he did here
As it openly by his Charters doth appear:
But after, through the councel of a Frier minor,
Which was that Lorde Confeſsor,
When he ſhould be dead he bequethed his body
To Stafford in the Fryer minors, for to lye,
But Margaret his bleſsed wife, ywys
Before the Alter of Tyſſho buried is.

After this Robert came his ſon Nicholas,
And after his father here founder was,
To Saint Wolfade he did great honour,
And was to this place full gratious Governour.
He bequethed, at deathe, his body
Before the high Auter heere for to lye.

Earl *Rauf,* After this Edmond, came Raufe his ſon than,
Earl of Stafford that worthy man,
And the worthieſt, that ever was
And was here founder then of this place;
To this place great love he had,
And worſhipped much the Martyr S. Wolfade:
He appropred the Church, and made lye co to this place,
And many a bleſsed dead he did, through Gods grace,
And at Tunbridge, he is buried ſekerlie,
And Dame Margaret his wife lyeth him by,
And his brother Sir Edward Stafford ywys
In this Church, in S. Peeters Ile, buried he is;
And Sir Thomas of Stafford, his ſon alſo,
In the ſame Ile is buryed, a little his Fader fro.

Earl *Hugh.* After this Earl Raufe, that bleſsed man
Came Earl Hugh his ſonne, and was founder than;
He loved this place full well alſo,
And over Pilgrimage to Hieruſalem can goo.
In his coming homeward, at Rodes ſekerly
There it happened him to die;
He bequeathed his bones to be buried here
At Stone before the high Auter here,
John Hinklay, that was Squire with him, thoe
Brought hither his hart, and bones alſoe,
In a fayre Tombe before the high Auter he doth lye,
And Dame Philippe his wife lyeth him by,
That daughter to the Earl of Warwicke was,
And by her husband lieth in the ſame place.

After this Earle Hugh, came Thomas his ſon alſo *Thomas.*
And was founder of this place tho.
He dyed at Weſtminſter, and bequeathed his body
In the North ſide of this Quier by his fader to lye.

After this Thomas cam his brother William, *William.*
And ſo was founder of this place than;
Which, ynneage at Plaiſhe, died ywys,
And by his Grandfather Raufe buried he is.

After this William came Earl Edmond his brother ywis Earl *Edmond.*
That was full of beauty, and bleſsedneſs,
A full gratious founder he was to this place;
And mentained it worthely, through Gods grace:
He died at the Battel of Shrewsburie
On Saint Mary Maudelens even ſekerly
The year of our Lord one Thouſand four hundred and three,
And is buried at Stafford as you may ſee,
In the Fryer Auſtins, in the Quier,
In a Tomb before the high Auter.
And Dame Anne his wife I wys
In Launthonie Abby buried ſhee is,
And his Brother Sir Hugh the Lord Bouchier
Is buried in the South-ſide of this Quier,
Beſides his Father Earle Hugh as you may ſee,
In a fayre new tombe here buryed is hee.

Carta Eniſani *de* Waletona *&* Ernaldi *filii ſui facta Canonicis de* Kenilworth *de Eccleſia de* Stanes.

Ego *Eniſanus* & *Ernaldus* filius meus, donavimus & conceſſimus in elemoſinam *Bernardo* Priori & Canonicis ſuis Eccleſiam S. *Vlfadi* de Stanes, cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ eſt de feodo noſtro, liberam & quietam de omni ſervitio & conſuetudine, & exactione ſeculari, ad nos pertinente. Præterea donavimus eidem Eccleſiæ in elemoſinam, eadem libertate terram quam tenuerat *Briſardus* de nobis in *Stanis*; ſcilicet Waram & dimidiam cum cotlanda. Et in *Waletona*, manerio noſtro, conceſſimus Canonicis prædictæ Eccleſiæ ſimiliter in elemoſinam, & ea- Ex Rotulo pervetuſto in bibl. *Hattonia.*

dem libertate totam terram cum hominibus & ejus pertinentiis, quam vendiderunt eis *Alanus* gener meus & filia mea uxor ejus; ſcilicet unam Waram, & duas Cotlandas cum dominio & prato quod ei in matrimonio dederamus. Donavimus etiam mediam partem totius nemoris quod pertinet *Waletonæ*, Manerio noſtro, eiſdem Canonicis ſimili libertate.

Pro conceſſione verò hujus libertatis, habuit *Ernaldus* de *Gaufredo* de *Glintona* quinquaginta ſolidos in denariis, & unum palefridum viginti ſolidorum. Et ego *Eniſanus* unum pallium griſum, & unum palefridum. Hanc autem conceſſionem in præſentia Domini *Rogerii* Epiſcopi noſtri fecimus, & in manus ejus miſimus, & eandem hæredibus & ſucceſſoribus noſtris conſervandam ſtatuimus. Ego *Rogerus* Dei gratia *Ceſtrenſis* Epiſcopus huic donationi & conceſſioni interfui, & petitione *Eniſani* & *Ernaldi* ſigillo meo confirmavi. Hujus donationis & confirmationis ſunt teſtes *Normanus* Prior de *Lundoniis*, *Osbertus* Prior de **Brunfeld**, *Rogerus* Comes de **Warwic**, *Robertus* frater ejus, *Hugo* de *Leeceſter*, *Normannus* de *Verdune*; *Willielmus* de *Greſeleia*, *Ingelger* de **Buhun**, *Guillielmus* de *Boeſavilla*, *Ricardus* de *Torneriis*, *Radulfus* dapifer, *Willielmus* filius ejus, *Richardus* Archidiaconus, *Willelmus* de *Vilers*, *Richerius* de Sancto *Lando*, *Rogerus Turpis*, *Osbertus* de *Bailleol*, *Robertus* filius *Hugonis*, *Robertus* frater ipſius, *Guillielmus* de *Landa*, *Guillielmus* filius *Conani*.

Carta Nicholai *de* Stafford *facta Canonicis de* **Kenilworth** *de Eccleſia de* **Stanes**.

Ib. EGo *Nicholaus*, filius *Roberti* de *Statfort*, & *Robertus* primogenitus & hæres meus, pro animabus noſtris & parentum noſtrorum; pro incolumitate Regis *Henrici*, & ſtatu regni ipſius, concedimus in elemoſinam *Bernardo* Priori de *Kiningworda* & Canonicis ſuis, Eccleſiam Sancti *Vlfadi* de **Stanis**, quæ eſt in feodo noſtro cum omnibus ſuis pertinentiis, liberam & quietam in perpetuum de omni ſervitio & conſuetudine & exactione ſeculari ad nos pertinente. Præterea concedimus in elemoſinam eidem Eccleſiæ, eadem libertate totam terram quam tenuerat *Briſardus* in **Stanes**; ſcilicet waram & dimidiam cum cotlandis, & inſuper medietatem totius nemoris, quod pertinet *Waletonæ* Manerio, ſicut *Eniſanus* & *Ernaldus* filius ejus *Gaufrido* de *Glintona* ad opus prædictæ Eccleſiæ vendiderunt, ſcilicet unam waram & duas cotelandas, cum dominio & prato quæ *Eniſanus* prædictæ filiæ ſuæ in matrimonium dederat. Noverint etiam, tam poſteri quàm præſentes, quod *Eniſanus* & *Ernaldus* filius ejus, qui de nobis *Waletonam* Manerium in feodo tenuerant, præfatam Eccleſiam cum ſupranominatis terris, & medietate nemoris in elemoſinam priùs eiſdem Canonicis conceſſerant, & de omni ſervitio & conſuetudine & exactione, & omni re ad eos pertinente, ex toto liberos & quietos clamaverant: Nos quoque ipſis præſentibus, abſque omni contradictione & calumpnia, hanc ipſorum donationem confirmavimus: Præterea quicunque de noſtro feodo aliquod beneficium, ſive in terris, ſive in decimis, ſive in aliis quibuſlibet rebus præfatæ Eccleſiæ per nos conferre voluerit, concedimus, & eadem libertate confirmamus. Præcipimus itaq; ſuper foritacturam noſtram, ne aliquis ex noſtris de ſibi conceſſis, ſeu concedendis, ſive in boſco, ſive in plano, ſive in pratis, ſive in paſcuis, ſeu in aquis, ſeu in quolibet alio, quicquam detrahat vel diminuat, vel inquietet; ſed omnia ſua perpetua pace habeant, & abſolutè, liberè & quietè, & firmiter teneant. Hanc Cartam in Eccleſia de **Stanes** *xv.* Kal. *Novembris* confirmavimus, & ſuper Altare impoſuimus. Hujus conceſſionis ſunt teſtes *Robertus* Archidiaconus, *Robertus* filius *Odonis*, *Ivo Fantulf*, & multi alii.

Conceſſio de **Hortone** *&* **Grettone** *per* Rob. *de* Stafford.

Ib. ROBERTUS de *Statford* conceſſit Eccleſiæ de **Stanes** & in perpetuam elemoſinam Cartâ ſuâ confirmavit, **Hortone** cum *Grottona* & cæteris ejus pertinentiis; Ita quod ipſe *Robertus* & hæredes ejus contra omnes homines, & contra omnem calumpniam prædictam terram præfatæ Eccleſiæ warentizabunt. Pro hac donatione & conceſſione dederunt Canonici triginta marcas argenti in recognitionem, & ipſe *Robertus* & hæres ejus *Robertus* hanc ipſam elemoſinam ſupra Altare de **Stanes** obtulerunt, & ipſe *Robertus* manu ſua, fide data, abſq; omni malo ingenio ſe obſervaturum hoc ipſum confirmavit, & ſi hanc elemoſinam prædictæ Eccleſiæ non warrentizaverint, ſtatim priuſquam requiſiti fuerint, infra quadraginta dies, triginta marcas prædictis Canonicis reddent.

Carta Regis Henrici *ſecundi Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ib. HEnr. Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, (&c.) Salutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti Cartâ in perpetuam elemoſinam confirmâſſe Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Kinildeworda* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, terras, Eccleſias, decimas, & omnes res quas Rex *Henricus* avus meus eis in elemoſinam conceſſit,

ceſſit, & per Cartas ſuas confirmavit; Scilicet totam terram ipſius **Kinildeword**, in boſco & plano, præter illam terram quam *Gaufredus* de *Clintona* fundator ejuſdem Eccleſiæ retinuit in ſuo dominio, & Eccleſiam etiam de **Stanis**, cum Capellis, terris, decimis, & omnibus libertatibus, & pertinentiis, quas tempore regis *Henrici* avi mei unquam meliùs & pleniùs habuit. Totam etiam terram quæ fuit *Bruſardi* in **Stanis**, & medietatem totius nemoris, & terram quæ fuit *Alani* generi *Eniſani* in *Walatona*, in exſartis quæ facta ſunt in boſco ipſius *Walatona*; & terram quæ fuit *Alduini*, cum omnibus earum pertinentiis & libertatibus.

Similiter ex feodo & dono *Roberti* de *Stafford* terram quæ fuit *Curteſii* in **Pieſho**, & terram quæ fuit *Lurici* in *Brancota*, & Molendinum in *Wttonia* proximum Eccleſiæ; & apud **Stafford** terram *Walterii* filii *Guthe*, & terram *Briani* filii *Cadihou* propè caſtellum; Et ex dono *Nicholai* de *Mulewich* terram de **Frodeſwelle**. Et ex dono *Walteri* de **Benereſwelle** medietatem Eccleſiæ de **Stokes**. Et ex dono *Willielmi Giffard* & *Rogeri* fratris ejus, terram quam habent in **Herdewich**. Eccleſiam etiam de **Madellei**, & Eccleſiam Sancti *Nicholai* in caſtello de **Stafford**, & Eccleſiam de *Wulfharda*; & Eccleſiam de **Tieſho**, cum virgulto & molendino Eccleſiæ proximo, & incrementis quæ *Matildis* de *Stafford* aſſenſu *Roberti* de *Stafford* adjecit, & cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis; Et Eccleſiam de **Locheſlei**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis; & terram de *Stallingtona*, quam habent Canonici de dono *Nicholai Malvecin*, & conceſſu *Stephani* de *Budelers* per quinq; ſolidos annuatim, ſicut in donatorum Cartis & Scriptis continetur. (&c.) Quare volo (&c.)

Carta Willielmi Pantolf *de tertia parte Decimarum dominii de* **Cubleſdon**.

Ex Regiſtro de **Stone**. in bibl. *Hattoniana* an. 1640.

UNiverſus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis *Willielmus* filius *Yuonis Pantulf* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, & anteceſſorum meorum, & ſucceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ ſancti *Wlfadi* de **Stanes**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, totam tertiam partem decimarum totius dominii mei de **Cubleſdon**, tam in garbis, quàm in minutis decimis, eam ſcilicet, quam ab antiquis temporibus prædeceſſores mei ad Capellam ſuam de **Cubleſdon** deſerviendam penès ſe habuerunt. Concedo etiam eas duas partes decimarum totius feni mei & pomerhanei, & totius paunagii mei, tam de porcis hominum meorum, quàm aliorum, & molendinorum meorum toto manerio meo de **Cubleſdon** fideliter percipiendas. Ego ſiquidem & hæredes mei omnia jura eccleſiaſtica matrici Eccleſiæ de **Stanes** perſolvemus, & ab eadem, quæ ſaluti noſtræ ſunt debita, recipiemus. Salvâ nobis liberæ familiæ noſtræ Cantariâ in Capella noſtra de **Cubleſdon**: Reſervatis tamen eidem Eccleſiæ omnibus oneribus & eventibus quinq; feſtorum principalium per annum; videlicet diei *Pentecoſtes*, diei ſancti *Wlfadi*, diei *Omnium Sanctorum*, diei *natalis Domini*, diei *Paſchæ*, In quo ego & hæredes mei, cum familia noſtra poſſibili matricem Eccleſiam viſitabimus, quod ſi venire non poterimus, in Capella noſtra à quodam Canonico vel Capellano de **Stanes** ſervitium noſtrum audiemus. Volo etiam ut Capellanus meus Priori de **Stanes** fidelitatem faciat, ne in prejuditium matricis Eccleſiæ aliquid contra jus uſurpare præſumat. Et ut præſens ſcriptum hujus conceſſionis & confirmationis meæ, futuris temporibus robur optineat, illud Sigilli mei appoſitione communivi. Hiis *T.* &c.

Carta R. *de* Suggenhill *&* Petronillæ *uxoris ejus, de terris in* **Derlauſton**.

Ib. fol. 8; 6.

OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *R.* de *Suggenhill* & *Petronilla* uxor ſua, filia *Eugenulfi* de *Grefeleg*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, nos dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & Sancti *Wlphadi* de **Stanes**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, meſſuagium juxta montem qui dicitur **Wlferecestre** in territorio de **Derlauſton** apud auſtralem partem, & duas acras ad **Scorteſton**; unam verſùs orientalem, aliam verſùs auſtralem, & terram verſùs occidentem, quæ jacet inter viam & eundem montem; Et duas acras in **Weſtforloc** quæ conſiſtunt ſuper **Ethwelle**; Eduas acras, quæ conſiſtunt ſuper **Cwlfſelade** in puram & perpetuam elemoſinam. Habendum & tenendum de nobis & hæredibus noſtris liberè & quietè & honorificè (&c.)

Carta A. *de* Bellocampo *de terris in* parva Sandona.

Ib. f. 22. a.

A. de *Bellocampo* quondam uxor *Willielmi Maubanc*, omnibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod ego *Ada* dedi & conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, in puram & perpetuam elemoſinam Deo & Eccleſiæ Sancti *Wlfadi* de **Stanes**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, decem acras terræ de *Parva Sandona*, jacentes inter terram de **Burgeſton**, & tres carectatas boſci in nemore de **Sandon**, ſingulis ſeptimanis anni, in locis commoditati Canonicorum competentibus, ſine vaſto. Hanc autem donationem feci eis pro ſalute animæ *Willielmi Maubanc* domini mei, & meæ, & *Hugonis* hæredis mei, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum: Omnes itaq; illi qui hanc donationem meam illæſam, & inconcuſſam ſervabunt, benedictionem Dei & ſancti *Wlfadi* martyris, & noſtram habeant. Hii ſunt Teſtes, *Herveus Bagot*, *W. Pantulph*, *Robertus* filius *Pagani*, *Ivo* de *Waleton*, *Normannus Pantulphe*, *Radulfus Bret*, *Willielmus Griffyn*, *Radulfus Braal*, *Walterus* de *Salt*, *Henricus* de *Vardon*, *Thomas* de *Eccleſhale*; & multi alii.

PRIORATUS

de **Broke** in Rutlandia, *Cella de* **Kenilworth.**

De Conceſsione terræ de **Broc** *Canonicis de* **Kenilworth.**

. . . . de *Novoburgo* & *Walchelinus* de *Ferrariis*, *Hugoni* de *Ferrariis* dilecto ſuo ſalutem. Notum ſit vobis nos conceſſiſſe donum quod feciſtis Canonicis *Kiningwordæ* de terra de **Broc**: Et cum prædictus nepos veſter Sigillum habuerit, hoc donum libenter ſuo confirmabit Sigillo; & nos interim cum quibuſcunq; Sigillis vobis placuerit hoc donum firmabimus.

Sciatis autem quod omnia quæ nepos veſter habet, vellem ut eſſent in manu veſtra.

Confirmatio ejuſdem donationis per W. de Ferrariis.

Ib. EGo *W.* de *Ferrariis* meos homines atq; meos amicos ſaluto: Vobis viventibus atq; venientibus notifico, quatinus ex mea parte elemoſinam, quam *Hugo* frater meus Priori & Canonicis de **Kiningworð** dedit, libenter concedo.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donationes prædictas confirmans.*

Ib. b. 149. HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *And.* Archiep. (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti Carta in perpetuam elemoſinam confirmâſſe, Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Keningworð**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, terras, Eccleſias Decimas, & omnes res; quas rex *Henricus* avus meus eis in elemoſinam conceſſit, & per Cartas ſuas confirmavit; (ſc.) totam terram ipſius **Kiningworð** in boſco & plano (&c.) Concedo etiam & in elemoſinam confirmo ſupradictis Canonicis, terram de **Broch**, cum boſco & exſartis ſicut *Hugo* de *Ferraris* eis diviſit & conceſſit, aſſenſu *Walchelini* nepotis ſui, & *Willielmi* fratris ſui, ſicut in eorum Cartis continetur. Quare volo (&c.) Teſt. *Tho.* Archiep. *Cant.* Magiſtro *Gaufrido* Archid. *Cant.* *Rob.* Co. *Leic.* *Ric.* de *Humet* Conſtab. *Manaſſero Biſſet* dapifero *Henr.* fil. *Ger.* Cam. *Gocel.* de *Baiolo*, apud *Weſtmonaſterium*.

PRIORATUS

de **Lanercoſt** *in Comitatu* Cumbriæ.

Carta Roberti *de* Vallibus *de Fundatione ejuſdem.*

Pro Priore de **Lanercoſt**. Ex Cartulario de **Lanercoſt** nuper penes Dom. *Will. Howard* de **Naworth** caſtro.

UNiverſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, *Robertus* de *Vallibus* filius *Huberti* de *Vallibus* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, aſſignaſſe, & dediſſe, & in liberam & perpetuam elemoſinam præſenti Cartâ hac confirmâſſe Deo & ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*, & Priori de **Lanercoſt**, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus eandem laudam de **Lanrecoſt** per has diviſas; ſcilicet inter murum antiquum, & *Jorthinam*, & inter **Burch** & **Poltres**: Et præterea dedi eis villam de **Walton**, infra has diviſas ſubſcriptas; Scilicet, de muro antiquo per longum ſuam, quæ eſt contigua **Coſpatrecleve**, uſq; in **Irthin**, & ita per **Irthin** uſq; ad locum ubi **Camber** cadit in **Irthin**, & ſurſum per **Camber**, uſq; ad ſicam quæ deſcendit de nigro quercu, quæ eſt in via quæ ducit ad **Cumquencath**; & ex alia parte nigræ quercus, uſq; ad ſicam **Polterkeved**, quæ cadit in **King**; & per **King** uſq; ad murum: Et comunem paſturæ, uſq; ad . . . . Et Eccleſiam de ipſa **Walton**, cum Capella de **Treverman**. Præterea conceſſi eis Eccleſiam de **Erthinton**, & Eccleſiam de **Brampton**, & Eccleſiam de **Karlaton**, & Eccleſiam de **Farlam**, cum omnibus quæ ad eaſdem Eccleſias pertinent. Et conceſſi & dedi eis laudam de **Warthcolemon**, & laudam de **Roſwrageth**, & laudam de **Apeltrewathwayt**; & quandam terram, in mora de **Brenkiber**, per has diviſas; ſcilicet, ſicut **Sechevent** cadit in **Herchingburn**; & deindè verſùs **Tindale** per has diviſas, per quas *Gille* filius *Bueth*, illam meliùs, & pleniùs in vita ſua, tenuit, & per quas Dominus *Henricus* Rex ſecundus, illam *Huberto* de *Vallibus* patri meo, & mihi dedit, & Cartis ſuis confirmavit: Et communem paſturam totius moræ, cum liberis hominibus meis, & unam ſcalingam thyemalem, in competenti loco ultra **Hertingburn**.

Et conceſſi eis habere triginta vaccas ubiq; in foreſta mea de **Walton**, & viginti ſues cum nutrimento duorum annorum, & paſturam boum qui prædictas laudas arabiunt & liberam panagium de porcis ſuis propriis, tam de nutritis, quàm de emptis. Dedi etiam eis omnem corticem de merremio meo proprio, & de toto illo quod dedero, cuicunq; illud dedero, in boſcis meis, infra Baroniam meam, de terra, quæ fuit *Gille* filii *Bueth*: Et lignum ſiccum, & jacens ubiq; in foreſta mea, ad ſuſtinendam domum ſuam: volo etiam & concedo, ut prædicti Canonici, & ſervientes illarum, habeant vias ſuas, & ſemitas, ſine aliquo impedimento ſervientium meorum ad eundum ad domos ſuas & Eccleſias; ſcilicet, verſùs **Brampton**, & verſùs **Walton**, verſùs **Treverman**, verſùs **Warthcleman**,

man, & **Roſwrageth**; & de lauda, ad laudam, verſus **Denton**, & verſus **Brenkibech**.

Conceſſi autem eis, & dedi quandam terram in boſco meo de **Bramton**, ad horrea facienda, & colligendas decimas ſuas, juxta ſepem *Layſing*, per eaſdem diviſas, quibus ego, oſtendi eis & perambulavi coram pluribus: Et de cetero, ſi voluerint & neceſſe habuerint, Molendinium, vel piſcationes facere ſuper **Irthing**, vel **King**, **Hertingburn**, vel alibi in terra ſua propria, conceſſi eis & dedi licentiam firmare ſtagnum ſuum ſuper dominium meum, ubi locum competentem, & aptum viderint, abſq; detrimento Molendinorum meorum. Quare volo ut prædicti Canonici habeant, & teneant prædictas terras, per præfatas diviſas, & Eccleſias, & paſturas, & libertates, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam de me & hæredibus meis, liberas, & quietas ab omni ſeculari ſervitio, pro domino *Henrico* Rege ſecundo, & hæredibus ſuis, qui donator & warrantizator patri meo, & mihi, terræ illius eſt, de qua elemoſina iſta ſumpſit exordium; & pro animabus anteceſſorum, & ſucceſſorum illius, & pro anima patris mei *Huberti*, & matris meæ *Greciæ*, & anteceſſorum meorum; & pro me, & ſucceſſoribus meis, Hiis Teſtibus *Chriſtiano Candidæ Caſæ* Epiſcopo; *Waltero* Priore de **Karleolo**, *Roberto* Archidiacono, *Richardo Malaterra*, *Roberto* Clerico de *Leventon*, *Thoma* Clerico de *Walton*, *Roberto* Capellano, *Huberto* Dec. *Petro* de *Teilliol*, *Alexandro* de *Windeſofres*, *Willielmo* filio *Hudardi*, *Willielmo* de la *Kerſune*, *Radulpho* de *la Ferte*, *Bernardo* de *Flamang*, *Gilberto Engain*, *Radulpho Engain*, *Galtro Windeſofres*, *Hugone* de *Verburc*, *Roberto* de *Vallibus* Juniore, *Willelmo* Clerico, *Roberto* perſona de **Bramton**, *Iſraele* Camerario, *Johanne* Clerico de *Leventon*, *Johanne* Camerario, *Thoma Pincerna*, *Jordano* Camerario, *Euſtachio Wall*, *Galfrido Flamang*, *Roberto* filio *Aſketilli*, *Jordano* de *Kerſ*. *Petro* de *Leventon*, *Rogero* de *Vallibus*, *Stephano* filio *Richardi*, *Willielmo* de *Vallibus* filio *Roberti* de *Vallibus*, *Gilberto Senzaver*, *Jocelino Aunger*, & multis aliis.

1169. 16. H. 2. Anno ab incarnatione Domini *M. C.* Sexageſſimo nono, dedicata fuit iſta Eccleſia a Domino *Bernardo* Epiſcopo *Karl*. Anno Pontificatus ejuſdem *xii*.

Carta Regis Ricardi *primi Donatorum conceſſiones recitans & confirmans*.

Cart. 9. E. n. 58. per Inſpex. RIcardus Dei gratia Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* & Comes *Andegaviæ*; Archiepiſcopis (&c) Salutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ, confirmâſſe Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ Magdalenæ* de **Lanercoſt**; & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnia ſubſcripta, quæ eis rationabiliter data ſunt, in perpetuam elemoſinam, ſcilicet ex dono *Roberti* de *Vallibus* filii *Huberti* de *Vallibus*, laudam de **Lanercoſt**, per diviſas in Carta ipſius, *Roberti* determinatas; & villam de **Walton** per diviſas in Carta ejuſdem *Roberti* notatas, cum communi paſtura circumquaque; Et Eccleſiam de ipſa **Walton**, cum Capella de **Leverman**; Et Eccleſiam de **Hyrchinton**; Et Eccleſiam de **Brampton**, Et Eccleſiam de **Karlaton**, Et Eccleſiam de **Farlham** cum omnibus quæ ad eaſdem Eccleſias pertinent; & laudam de **Werber-coleman**, Et laudam de **Roſ-wragatt**, & laudam de **Appeltrewaitt**, & quandam terram in Mora de **Brenkybech** per diviſas in Carta ejuſdem *Roberti* diſtinctas. Et communem paſturam totius moræ, cum liberis hominibus ſuis, & unam terram inter **Sechebent** & *Neutemenii*; & unam *Stalingham* ultra *Hartlingburna*, in competenti loco, cum communi paſtura de **Timeleſide**.

Confirmo etiam eiſdem Canonicis conceſſionem quam prædictus *Robertus* eis fecit de *xxx*. vaccis habendis ubique in foreſta ſua de **Walton**, & de *xx*. ſuibus cum nutrimento duorum annorum, Et de paſtura boum, qui prædictas laudas arabunt; & de libero panagio de porcis ſuis propriis, tam de nutritis, quam de emptis, & omnem corticem de mairenuo ſuo proprio, & de toto illo quod dederit cujuſcumq; illud dederit in boſcis ſuis infra Baroniam ſuam, de terra quæ fuit *Gillæ* filii *Bueth*, & lignum ſiccum & jacens, ubicunque invenerint in foreſta ſua ad ſuſtentandum domum ſuam; Et ut prædicti Canonici & ſervientes illorum habeant vias ſuas, & ſemitas ſine aliquo impedimento ſervientum prædicti *Roberti* de *Vallibus* ad eundum ad Eccleſias & domos ſuas; ſcilicet verſus **Bramton**, & verſus **Walton**, & **Leverman** & **Werber-coleman**, & **Roſwragat**, Et de lauda ad laudam & verſus **Denton** & verſus **Brenkibech**. Confirmo etiam eis quandam terram in boſco ſuo de **Branton** ad horrea ſua facienda, & colligendas decimas ſuas juxta ſepem *Layſing*, per diviſas in Carta ipſius *Roberti* diſtinctas, cum una bercheria; Et ut faciant ubi voluerint & neceſſe habuerint molendinum, vel piſcationes ſuper *Hirchinam* vel **King** vel **Hertingburne** vel **Cambok**, vel alibi in terra ſua propria, ita ut ſtagnum ſuum firment ſuper dominium prædicti *Roberti*, ubi locum competentem & apertum viderint, abſque detrimento molendinorum ſuorum; & villam de **Conquetach** per rectas diviſas, cum libertatibus & aiſiamentis in Cartis prædictis *Roberti* determinatis & **Lauretaithin**, & quoddam vaſtum inter **Hertingburne**, & **Blathburne**, per rectas diviſas in Cartis ipſius *Roberti* de *Vallibus* determinatis.

Et duas *Aſkertonas* cum omnibus libertatibus & pertinentiis, ſicut in Carta *Roberti* de *Vallibus* diſtinctæ & determinatæ ſunt & decimam totius venacionis prædicti *Roberti* de *Vallibus* & hæredum ſuorum, tam in carnibus, quàm in coriis & pellibus vulpinis ubicumque, per totam terram ſuam in *Cumberlanda* venabuntur. Et decimam de lacis ſuis & piſcacionibus, & omnes decimaciones de vaſto ſuo in pullis ſuis, in vitulis & agnis & purcellis, in lanis, in caſeis, in butyris & ſi fortè infra vaſtum ſuum aliqua terra culta fuerit, decimas ipſius terræ. Ex dono *Adæ* filii *Willielmi Engaine* & *Euſtachiæ xxx.* acras terræ lucrabiles in mariſco de **Burth**; & duas acras in cercana terra ad domos ſuos faciendos, & duas ſalinas faciendas liberas, cum aiſiamentis quæ ad eaſdem ſalinas pertinent, & in eodem mariſco paſturam *CC.* Ovium, & paſturam boum ad eandem terram colendam, & ad eaſdem ſalinas ſuſtinendas; & quoddam rete liberum medena in poteſtate ſua, & ejuſdem retis ſiccacionem in terra ſua liberam, & duas manſuras liberas ad bothas ſuas faciendas in **Scaddebothes**. Et unam carucatam terræ in **Blenctreit**, & comunem paſturam ejuſdem villæ ad ſerviendum Deo Altari & ſanctæ *Katerinæ* in Eccleſia de **Lanrecoſt**, & ad celebrandam Miſſam quotidie pro anima *Simonis* de *Morevilla* ſponſi ſui, & pro cunctis fidelibus defunctis; & tres Marcas Argenti in Eccleſia de **Burth**.

Et Eccleſiam de **Leiſingby** & Eccleſiam de **Brenſdale** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et parvam **Hareſton** cum communi paſtura & libertatibus, & aiſiamentis in Carta ipſius *Adæ* determinatis. Ex dono *Davidis* filii *Terrici* & *Roberti* filii *Aſketilli*, Heremitorium quod **Leiſing.** tenuit cum terra quam ipſi prædictis Canonicis perambulaverunt; & communem paſturam de *Dentona* cum libertatibus quæ in ipſorum Carta continentur. Ex dono *Alexandri* de *Windeſoveres* decimam partem multuræ de molendino ſuo de **Korkeby**. Ex dono *Willielmi* filii *Udardi* unam toftam cum terra quadam quæ fuit de Hoſpitali juxta molendinum de **Korkeby**; reddente annuatim duos ſolidos. Ex dono *Petri* de *Teillol*, unum toftum & unam acram terræ in **Scales**. Ex dono *Simonis* de *Teillol*, octo acras lucrabiles & dimidiam de prato; & in eadem villa, ex dono *Henrici Noreis* duas acras terræ.

Ex dono *Euſtachii* de *Vallibus* unam carucatam terræ in Territorio de **Heitun**, cum boſco & augmento, & paſturis & aliis libertatibus, quas ipſe dedit, & prædictus *Robertus* de *Vallibus* Cartâ ſuâ confirmavit. Ex dono *Roberti* filii *Bueth*, & *Roberti* filii *Aſketini* dimidiam carucatam terræ in territorio de **Denton**, & paſturam ad unum *Milking* de ovibus, & ad *xx.* vaccas, & unum taurum, cum Nutrimento duorum annorum. Quare volo (&c.)

Progenies Fundatoris.

HÆc ſunt nomina Baronum, & Dominorum de integra Baronia *Gilleſlandiæ*, & Dominorum Parliamenti à conqueſtu *Angliæ*, ac fundatorum iſtius monaſterii.

Hubertus de *Vallibus* primus Dominus Parliamenti.

Robertus de *Vallibus* ſecundus Dominus Parliamenti, filius ejus & hæres, primus fundator iſtius Monaſterii.

Ranulphus frater ejus, Dominus tertius Parliamenti.

Robertus filius *Ranulphi*, Dominus quartus Parliamenti.

Hubertus de *Vallibus*, filius *Roberti*, quintus Dominus Parliamenti.

Matildis de *Vallibus*, filia *Huberti* de *Vallibus*: **Thomas* de *Multon* maritus dictæ *Matildis*, ſextus dominus Parliamenti. Ob. 23. E. 1. * Ob. 25. H. 3.

Thomas de *Multon*, filius dictæ *Matildis*, ſeptimus dominus Parliamenti. Ob. 23. E. 1.

Thomas de *Multon*, filius dicti *Thomæ*, octavus dominus Parliamenti. Ob. 7. E. 2.

Margareta Multon, filia dicti *Thomæ*.* *Ranulphus Dacre* maritus dictæ *Margaretæ*, dominus nonus Parliamenti. Ob. 35. E. 3. * Ob. 29. E. 3.

Ranulphus Dacre, filius dictæ *Margaretæ*, dominus decimus Parliamenti. Ob. 49. E. 3.

Hugo Dacre, filius dictæ *Margaretæ*, dominus undecimus Parliamenti. Ob. 7. R. 2.

Willielmus Dacre, filius dicti *Hugonis*, Dominus duodecimus Parliamenti. Ob. 23. R. 2.

Thomas Dacre, filius dicti *Willielmi*, dominus decimus tertius Parliamenti. Ob. 37. H. 6.

Ranulphus Dacre, filius dicti *Thomæ* decimus Dominus quartus Parliamenti. Ob. 1. E. 4.

Humfridus Dacre, frater dicti *Ranulphi*, decimus quintus dominus Parliamenti. Ob. 1. H. 7.

Thomas Dacre, filius dicti *Humfridi Dacre*, decimus ſextus dominus Parliamenti. Ob. 17. H. 8.

Willielmus Dacre, filius dicti *Thomæ Dacre*, decimus ſeptimus Parliamenti. Ob. 6. Elizabeth.

Thomas Dacre, filius dicti *Willielmi* decimus octavus Dominus Parliamenti. Ob. 8. Elizabeth.

Georgius Dacre, filius dicti *Thomæ Dacre*, decimus nonus Dominus Parliamenti.

PRIORATUS

de **Dunſtaple** *in agro* Bedfordienſi.

Hiſtoria Fundationis.

DOminus *Henricus* Rex *Angliæ*, filius *Willielmi* Regis, villas de **Houghton** & **Keneſworth** in Dominio tenuit & habuit. Locus autem ille propè **Houghton**, ubi **Watling** & **Ickneld** duæ ſtratæ regiæ conveniunt, extitit undique nemeroſus & latronibus ſic repletus, ut vix poſſit ibi legalis pertranſire, quin per eoſdem necaretur, aut membrum vel catalla perderet: Dictus autem dominus Rex ad hujuſmodi malitiam refrænandam, locum illum circumquaque juſſerat aſſartari; & in proximo conſtruxit Regium ſibi manſum, quod **Kingſbury** nominant: Et continet platea illa novem acras. Volens præterea conſtituere ibi villam, per omnes Regni ſui partes fecit proclamari, ut omnes ibi accedentes ad morandum, pro ſingulis acris darent duodecem denarios annuatim: Haberentq; omnes & ſinguli hæredes, libertates & acquietantias, per totum regnum

Ex vet. membrana in Officio Armorum.

num ſuum, quas Civitas *Londini* vel aliquis Burgus *Angliæ* habuit ab antiquo. Et ſic per talem gentem per quadrum & longum dictatum ſtratarum, ædificabatur dictus locus: Et quod Latro quidam, *Dunning* nomine, latrocinium ibi conſueverat exercere, villa illa **Dnuningſtable** eſt vocata.

Rex verò villam de **Dunſtable**, tanquam francum Burgum ſuum per ſeptemdecem annos & dimidium, in manu ſua detenebat: Burgenſes dictæ villæ liberi erant & quieti per totam *Angliam* in forma ſupradicta toto tempore dicti Regis: Numquam coram Juſticiariis itinerantibus vel aliis domini Regis miniſtris, extra villam **Dunningſtable**, & libertatem reſponderunt; ſed Juſticiarii & miniſtri Domini Regis, ad **Dunſtable** divertebant, & per Sacramentum duodecem Juratorum de Burgenſibus, ſine aſſociatione alicujus extranei, omnia Placita terminabant. Statuit autem & habuit idem Rex in dicto Burgo Mercatum bis ſingulis ſeptimanis, & nundinas ad feſtum S. *Petri ad vincula*, per tres dies durantes: Et liberas furcas habuerunt ad fures ſuſpendendos extra villam de **Dunſtable** in loco qui **Edeſcote** appellatur. Tandem dictus Rex, in limite dicti Burgi, in honorem S. *Petri*, Eccleſiam fabricavit, Monaſterium conſtruxit; & ſicut longè in animo conceperat, Priorem & Canonicos ibidem poſuit regulares. Dedit autem eis & eorum ſucceſſoribus in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, Eccleſiam antedictam; dictum Burgum cum burgenſibus, Foris, Nundinis, libertatibus & approvamentis quibuſcunq; & omnibus rebus & proventibus quos percipere conſueverat quando in manu ſua tenuit idem Burgum. Dedit etiam eis & conceſſit quantamcunq; conferre poſſit poteſtas regia libertatem tenendi in perpetuum, & habendum, ſicut ipſe de Deo dictum Burgum tenuit & habebat.

Retinuit autem prædictus Rex in manu ſua Manſum ſuum Capitale; quia infra ſepta Canonicorum adhuc receptaculum competens non habebat. Habent etiam dicti Prior & Canonici ſuper hoc confirmationem Regis *Henrici* ſecundi & Regis *Richardi*, cum additione & donatione plurimarum libertatum. Item confirmationem Regis *Johannis*; & ex dono ejuſdem Domos ſuas & locum de **Kingsburey** ſupradicto: Item ex dono ejuſdem *Johannis Feriam* in Feſto S. *Fremundi* per tres dies ſimiliter duraturam. Item habent confirmationem *Henrici* Regis tertii ſuper Chartam Regis *Richardi*; & aliam confirmationem ſuper Chartam Regis *Hen:* primi, dictæ Eccleſiæ fundatoris: Et per hujuſmodi confirmationes & collationes habuerunt dicti Canonici omnia Placita, & miſerecordiam hominum ſuorum. Et Juſticiarii, miniſtri Domini Regis infra libertatem de **Dunſtable**, omnia terminabant, Priore ſemper cum eis tanquam ſocio conſedente. Item habuit Prior Clericum ſuum cum Clericis Juſticiariorum & Rotulum cujuſliber veredicti. Et temporibus Regum omnium prædictorum, dictus Prior & Canonici & Burgenſes, uſq; in præſens, dictis libertatibus pacificè ſunt gaviſi. Nunc autem in dicto Burgo de **Dunſtable**, plurimi tenentes in Capite de Priore, & plurimi ſunt tenentes, qui pro tenementis quæ tenent, ſervitia tenementis ſuis debita, faciunt Canonicis memoratis: Et ſunt omnes liberi, ſicut fuerunt tempore prædicti Regis, ſub quo fuit conditus dictus Burgus: Et Eccleſia de **Dunſtable**, toto tempore pro *C. s.* cenſus Burgi pro *C. s.* proventus Mercati pro *C. s.* taxabantur: Et dicta Taxatio adhuc durat. Tres autem partes Burgi ſitæ ſunt ſuper feodum de **Houghton**, pro quo dictus Dominus Rex dedit tenentibus villæ de **Houghton** ..... de boſco ſuo apud **Buckwood**. Quarta verò pars villæ, ex parte Auſtrali, de feodo de *Keneſworth* reputatur.

Carta Regis Henrici *primi, de fundatione ejuſdem.*

HEnricus Dei gratia &c. Archiepiſcopis &c. Inſpeximus Cartam illuſtris Regis *Anglorum Henrci* primi, in hæc verba. *H.* Rex *Angliæ* &c. Archiepiſcopis, Epiſcopis &c. ſalutem. Sciatis me pro Deo, & pro ſalute mea & anima *Willielmi* filii mei, & *Matildis* Reginæ uxoris meæ dediſſe Eccleſiæ Sancti *Petri* de **Dunſtaple**, quam ego in honore Dei & ejuſdem Apoſtoli fundavi, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus in perpetuum, in liberam elemoſinam, totum Manerium de **Dunſtaple**, cum terris eidem villæ pertinentibus; ſcilicet quatuor culturas circa villam de **Dunſtaple**, & mercatum ejuſdem villæ, & ſcolas ejuſdem villæ, & omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus eidem villæ pertinentibus; ita benè & in pace, & liberè, & quietè, & honorificè, & integrè, ſicut eam ego meliùs in dominio meo tenui.

Cart. 11. H, 3. p. 1. m. 27 per Inſpex.

Vide Pat 2. E. 4 p. 6. m. 16.
Et Cart 4. E. 3. n. 79.
Et Cart. 14 E. 2. n. 20.
Et Pat. 2. H. 4. p. 2. m 27.
Pat. 2 H. 6. p. 4 m. 11.

Retineo autem in dominio meo meas domos villæ, & gardinum ubi hoſpitari ſoleo; & habeant *ſocam, ſacam,* & *tol* & *theam,* & *infangenethef,* & *Grithbrith,* & *Hamſocne,* & *Cledwith,* & *Forſtal,* & *Flemenesferd,* & communionem in boſco *Hoctonæ*, & communes paſturas *Hoctonæ,* & *Sadendonæ,* & *Keneſwurthæ,* & de **Tothenho**, & quadrariam ejuſdem villæ. Præcipio autem, quod homines qui venerint ad mercatum de **Dunſtaple** habeant meam firmam pacem, in eundo & redeundo, & ne quis eos diſturbet injuſtè ſuper decem librarum foriſfacturam.

Concedo etiam prædictis Canonicis quicquid rationabiliter adquirere poterunt, & quod ipſi & homines ſui ſint quieti de ſyris, & Hundredis, & murdris, & tallagiis, & placitis, & querelis, & geldis, & denegeldis, & hydagiis, & de theloneo, & paſſagio, & pontagio, & ſtallagio, & omni conſuetudine & omnibus ſecularibus exactionibus & terrenis ſerviciis, per totam terram meam; & ſicut Deo auctore prædictum Manerium liberè & quietè de Deo tenui, ita ipſum liberum & quietum Eccleſiæ Sancti *Petri* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus Regia auctoritate inperpetuum poſſidendum concedo & confirmo: Ita quidem, quod in hac & in omni poſſeſſione ſua habeant in perpetuum quantamcunq; conferre poteſt poteſtas Regia libertatem, Teſtibus *Roberto* Epiſcopo *Here-*

Herefordienſi, & *Simone* Epiſcopo *Wireceſtr.* & *G*, Cancellario, & *Roberto* de ſigillo, & *N.* nepotè Epiſcopi *Milone Gloceſtr.* & *Humfrido* de *Bohun*, & *G.* filio *Pagani*, & *P.* filio *Johannis*, & *Drogone* de *Monceio*, & *Mauricio* de *Windr.* apud **Cumbam**. Nos igitur (&c.)

Carta Morini *de* Pinu, *de terra de* **Cateby**.

Ab exemplari quodam, in officio Armorum.

MOrinus de *Pinu* cariſſimis fratribus ſuis *Willielmo* de *Pinu*, & *Gileberto* de *Bonesbor* genero ſuo, & aliis amicis ſuis, & omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ſalutem. Sciatis me dediſſe Eccleſiæ S. *Petri* Apoſtoli de **Dunſtaple**, & Canonicis regularibus ejuſdem loci, qui me in conſortium ſuum Canonicum receperunt, terram de **Catebi** in elemoſinam perpetuam: Et volo & jubeo, ut eam habeant & teneant benè & in pace & honorificè, liberè & quietè ſine omni ſervicio, jure perpetuo; & hoc conſilio Domini mei Comitis **Mellent**, feci; & Cartæ meæ teſtimonio confirmavi (&c.) Hiis teſtibus *Waleranno* Comite *Mellenti*, *Rogero* Comite de **Warewic**, *Hugone* de *Mellent*, fratre Comitis; *Philippo* Decano *Lincoliæ*; *Radulfo* de *Munt*, Magiſtro *Ricardo* de *Belmunt*, *Radulfo* Pincerna Comitis *Leiceſtriæ*, *Henrico* de *Harecurt* [& aliis.

PRIORATUS

de **Suthwike** *in* Hantonienſi.

Diploma Regis Henrici *tertii fundationis Cartam recitans & confirmans.*

Clauſ. 53 H.3.m.8.

Vide Cart. 27 E.3. m. 9.n.19. Et Cart.24 H.6.n,17. & 7. Cart.25.& 26 E.3. m. 9. Communia de ter. Hill.20 E. 1. Rot. 10.

REx Archiepiſc. &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam, quam bonæ memoriæ *H.* quondam Rex *Angliæ* illuſtris abavus noſter fecit dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui de *Suwyka*, in hæc verba. *H.* Rex *Anglorum* & Dux *Normannorum*, Archiepiſcopis, Epiſcopis Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Viceomitibus, & omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ per *Angliam* conſtitutæ, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Porceſtra*, & Canonicis regularibus ibidem ſervientibus, ipſam Eccleſiam S. *Mariæ* ibidem, à me fundatam, cum terris & decimis & omnibus rebus eidem Eccleſiæ pertinentibus. Et concedo eis ut de boſco meo de **Hyngeſdone** habeant *Heybod* & *husbot* & communam paſturam, tam in boſco, quàm in plano, & ad focum ſuum de foreſta mea, temporibus meis, & omnium ſucceſſorum meorum rationabile ſuſtentationem, ſine contradictione, & ſine vexatione percipiat. Similiter concedo eis Manerium de *Cardeura*, in quo ſunt quinq; hidæ terræ, & una virgata, quod Manerium *Will.* de *Pentearch* eis dedit in elemoſinam de dominio ſuo. Et in **Su wyk** unam hydam terræ; & in **Appelſtede** unam hidam terræ, quam ipſe *Willielmus* emit de *Ivone Pantulpho* ad opus ejuſdem Eccleſiæ, conceſſu meo. Hanc Eccleſiam, cum omnibus rebus quæ ad ipſam pertinent, pro animabus patris mei, & *Willielmi* fratris mei, & matris meæ & anteceſſorum meorum, & ſucceſſorum; & pro ſtatu & incolumitate Regni mei, ſciatis me velle manutenere & defendere, & liberam & quietam eſſe ab omni ſeculari ſervicio & exactione & gravamine, & accepiſſe in manu & defenſione & protectione mea contra omnes homines, ſicut meam propriam elemoſinam.

Quare volo & firmiter præcipio quod prædicti Canonici & eorum miniſtri & ſervientes omnes poſſeſſiones & elemoſinas ſuas habeant & teneant, cum *ſoca* & *ſaca* & *Thol* & *Theam* & *infangenetheſ*, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & quietanciis in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, in mariſcis & piſcariis, in grangiis & virgultis, infra Burgum & extra, in omnibus locis, in omnibus rebus ſolutas & liberas & quietas de Shiris & Hundredis, & de omnimodis ſectis, & de placitis & querelis & pecunia pro murdris & latrociniis de *Hamſocha*, & foreſta, de ſcutagiis, & hidagiis, geldis & danegeldis; Horngeldis, & de aſſartis, de aſſiſis; de donis & auxiliis & ſummagiis & *warpani*, & *averpani*, & *Hundredeſpeni*, & de *Meſkenninge* & *Blodewyte*: Et ſint imperpetuum quieti tam per terram quam per aquam de thelonio, & paſſagio, & pontagio, & tallagio, & de omni conſuetudine, & de omnibus occaſionibus quæ ſunt vel eſſe poſſunt, exceptâ ſolâ juſtitiâ mortis & membrorum. Prohibeo etiam ne aliquis in tota terra mea præfatis Canonicis vel eorum hominibus moleſtiam aliquam inferat; nec eos pro aliqua conſuetudine vel ſervicio aut exactione vel pro aliqua cauſa ullo modo diſturbet de rebus ſuis; nec de aliqua re ponantur in placitum, niſi in præſentia mea vel hæredum meorum T. *Henrico* Epiſcopo *VVynt.* & *Rogero* Epiſcopo *Sarum*, & *Bernardo* de S. *David*; & *Nigello* Elienſi electo; & *Gaufrido Dunelmenſi* electo: & *Brientio* filio Comitis & *Roberto* de *Veer*, & *Hugone Bygoto*, & *Humfrido* de *Bohun*; & *Albrico* de *Ver*; & *Ricardo Buſſet* apud **Burnham** in transfretatione mea. Nos autem prædictas donationes & conceſſiones ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris concedimus, quantum in nobis eſt, & confirmamus, ſicut Carta prædicta, quam iidem Canonici inde habent rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus venerabili *N. Wynton.* Epiſcopo, *Rogero* de *Mortuo Mari*, *VVillielmo* de *VVyntereſhull*, *Stephano* de *Eddewrth*, *Rogero* de *Wanton. Petro Everard*, & aliis. Dat. per manum noſtram apud *VVantham x.* die *Auguſti.*

PRIORATUS

de **Merton** *in Comitatu* Surregiæ;

Carta Regis Henrici *primi, de Fundatione ejuſdem.*

Cart antiq: U. n. 5.

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*, patris, & filii & ſpiritus Sancti. Anno ab incarnatione domini *Milleſſimo Centeſſimo vigeſſimo primo*, regni autem mei vigeſſimo ſecundo; Ego *Henricus* primus Dei gratia Rex *Anglorum* & Dux *Normannorum*, ad honorem Dei omnipotentis, & glorioſæ ſemperq; Virginis *Mariæ*, inſtinctu ſpiritus Sancti arctus, dedi in perpetuum & conceſſi villam de Corona mea, ſcilicet *Meretonam* in Comitatu *Sutheriæ* Canonicis regulariter in eodem loco viventibus & victuris, ad conſtruendam Eccleſiam in honore præfatæ Virginis *Mariæ*; & pro ſalute animæ meæ, & *Adeliciæ* uxoris meæ; & pro animabus patris & matris meæ, *Mitildiſq*; Reginæ, atq; *Willielmi* filii mei. Hanc autem villam ita liberam, & ab omni terrenæ poteſtatis exactione, vexatione, inquietudine abſolutam eſſe conſtituo, & confirmo, ſicut erat cum eam ad Coronam meam, jure fiſci tenerem, cum *ſoca* & *ſaca* & *Toll* & *Theam* & *infangenetheof*, & *foreſtal*, & *hamſocna*, & *Mundbriche*, & cum aliis conſuetudinibus quæ ad jus Coronæ meæ pertinebant.

Hanc etiam Eccleſiam & quæ ei collatæ ſunt vel deinceps conferentur in Regia manu & defenſione mea propria retineo, & ſucceſſoribus meis Regibus ita defendenda contrado, ut nulli ſeculari poteſtati liceat in eam manum manumittere, aut aliqua injuria ſeu turbatione irrogare; ſalvo Epiſcopali jure *Wintonienſis* Eccleſiæ, in cujus dioceſi ſita eſſe dinoſcitur. Ego *Henricus* Rex hanc præfatam donationem meam impreſſione hujus ✠ crucis propriâ manu meâ factâ confirmavi, & Baronibus meis, quorum nomina ſubſcribuntur confirmandam tradidi: ✠ *Adelizia* in hoc ipſũ conſentiens ſubſcripſi. ✠ Ego *Radul. Cant.* Archiep. confirmavi. ✠ Ego *Turſtanus* Archiepiſcopus *Eboraci* annui. ✠ Ego *Radulphus* Cancellarius. ✠ Ego *Willelmus Winton.* Epiſcopus idem ſanxi. ✠ Ego *VVillielmus Londinenſis* Epiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Rogerus* Sareſb. Epiſcopus corroboravi. ✠ Ego *Robertus Lincolnienſis* Epiſcopus collaudavi. ✠ Ego *Ranulphus Dunelmenſis* Epiſcopus non renui. ✠ Ego *VVillielmus Exon.* Epiſcopus adquievi. ✠ Ego *Ebrardus Norwicenſis* Epiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Theolaldus Wigornienſis* Epiſcopus conſcripſi. ✠ Ego *Arnulphus Roſenſis* Epiſcopus conſignavi. ✠ Ego *Radulphus Ciceſtr.* Epiſcopus laudavi. ✠ Ego *Robertus Ceſtr.* Epiſcopus ſubnotavi. ✠ Ego *Richardus Herefordenſis* Epiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Bernardus Menevenſis* Epiſcopus conceſſi. ✠ Ego *Herveus* de *Hely* non recuſavi. ✠ Ego *Johannes Badenſis* Epiſcopus volui. ✠ Ego *Herbertus* Abbas *Weſtm*: ✠ Ego *Hugo* Abbas Sancti *Auguſtini* collaudavi. Ego *Willielmus* de *Warrena* Comes de *Sutheria* interfui & aſſenſi. Ego *David* Comes *Laudani*. ✠ Ego *Walgranus* Comes *Mellenti*. ✠ Ego *Radulfus* Comes. ✠ Ego *Robertus* Comes de *Glouc*: ✠ Ego *Stephanus* Archidiaconus. ✠ Ego *Simon* Decanus *Leu*...... ✠ Ego *Alexander* Archidiaconus.

PRIORATUS

de **Merton**, *Canonicorum regularium Ordinis* St. Auguſtini.

G*ilbertus Norman* Vicecomes *Surregiæ*, *Cantabrigiæ* & *Huntingdoniæ* tempore *Gulielmorum*, aut *Henrici* primi.

Lelandi Coll: vol: 1. p. 67.

Eccleſia de **Kingeſton** in **Surrey**, cum quatuor Capellis annexis, impropriata.

Benefactores.

F*aramuſius* de *Bolonia* dedit Eccleſiam de **Karſalton** in *Suſſexia*.

Gulielmus de *Danmartin* dedit Eccleſiam de **Effingham** in *Surregia*.

Euſtachius Comes *Boloniæ* dedit Eccleſiam de **Sutton in Hantſhire**.

Paganus de *Bellocampo* dedit Eccleſiam de **Upton in Buckinghamſhire**.

Stephanus Comes *Moritoniæ* & *Boloniæ* dedit Eccleſiam de **Eiton in Bedfordſhire**.

Rogerus de *Warcy* dedit Eccleſiam de **Stanſted in Hertfordſhire**.

Stephanus Rex dedit Eccleſiam de **Gumiceſtre**, aliàs **Godmancheſter** in **Huntingdonſhire**.

Radulphus de *Kaines* dedit Eccleſiam de **Cumbe-Kaines** in **Dorſetſhire**. Hic *Radulphus* de *Kaines* dedit aliquot præterea Eccleſias.

Gulielmus Teſtarde dedit duas Eccleſias in **Gilforde** in *Surreja*.

Robertus filius *Brientii* dedit Eccleſiam de **Middelton-Brien in Bedfordſhire**.

ABBATIA

de Oſeney *juxta* Oxonium.

Fundationis Hiſtoria.

Lel: Itinerar. vol. 2. f. 17.

Robertus de Ollejo, that cam into England with William Conqueror, had gyven to him the Baronies of Oxford and Saint Waleries. This Robert made the Caſtelle of Oxford, and as I conject, other made the waulls of Oxford or repaired them. This Robert made the Chappelle of Saint George in the Caſtelle of Oxforde, and founded a College of Prebendaries there. This Robert dyid withoute iſſue, and wher he was buryed it is not very certeinly knowen. This Robert had one Iohn de Eiverio, that was exceeding familiar with him; and had beene in the warres as ſworen Brother unto him, and had promiſed to be partaker of Robert's fortunes, wherapon he enriched him with poſſeſſions, and as ſum think gave hym S. Waleries.

Robert Oilley had a Brother caullid Nigellus, of whom be no very famouſe things written. Nigellus had a ſunne caullid Robert, that provid a very noble man. This Robert the ſecond had a wife caul'id Edithe Forne, a woman of fame and highly eſteem'd with King Henry the Firſt, by whoſe procuration Robert weddid her.

This Robert began the Priorie of blake Chanons at Oſeney by Oxford emong the Iſles that Iſis ryver ther makyth.

Sum write that this was the occaſion of making of it. Edith uſid to walke out of Oxford Caſtelle with her gentlewoman to ſolace, and that oftentymes wher yn a certen place in a tree, as often as ſhe cam, a certen Pyes uſid to gither to it, and ther to chattre, and as it were to ſpeke on to her. Edithe much mervelyng at this mattier, and was ſumtyme ſore ferid as by a wonder, whereapon ſhe ſent for one Radulphe a Chanon of S. Frediſwides, a man of a vertuous life and her Confeſſor, aſkyng him Counſell; To whom he anſwerid, aftir that he had ſene the faſhion of the Pyes chattering only at her cummyng; that ſhe ſhulde bilde ſum Chirche or Monaſterie in that place. Then ſhe entreated her huſband to build a Priorie, and ſo he did, making Radulp the firſt Prior of it.

The cumming of Edith to Oſeney and Radulph waiting on her, and the tree with the chattering Pyes be paintid in the waulle of th'arch over Edith tumbe in Oſeney Priorie. Ther lyeth an image of Edith of Stone in th'abbite of a wowes, holding a hart in her right hand on the north ſide of the high Altare.

Robert Oilley the ſecond founder of Oſeney Priorie was buried in th'abbey of Eigneſham, a thre mile from Oxford.

Robert Oiſley the ſecond had faire iſſue by Edithe his wife, emong the which Henry was his heire. This Henry lyeth buryed yn Oſney Chirch in the very middle of the preſbyteri under a flat marble ſtone, wherapon is a flourid croſſe porturid. This Henry had Henry the ſecund, and from Henry the ſecund wer other diſcents, but in proceſſe the landes of the Oilleys wer diſparkelyd.

Id Eſt.

Robertus de *Olleio*, qui *Willielmum* Conqueſtorem in *Angliam* comitatus eſt, *Oxonienſem* & S. *Walerici* baronias dono acquiſivit. *Robertus* iſte caſtellum *Oxonienſe* fundavit, & (ut ego conjicio) *Oxonienſis* urbis mænia, ſi non erexit, ſaltem reparavit. Idem *Robertus* Capellam S. *Georgji* intra caſtellum *Oxonienſe* conſtruxit: Præbendariorum etiam collegium ibi fundavit. Hic *Robertus* improles obiit, & ubi ſepeliebatur incertum eſt. Huic *Roberto* quidam *Johannes* de *Eiverio* valde fuit familiaris, & in bello quaſi frater ejus juratus, ei promittens ſecum eſſe fortunarum ſuarum participem: unde poſſeſſionibus eum ditavit, eiq; (ut quidam putant) S. *Walerici* [baroniam] dono dedit.

Robertus Oilleius fratrem habuit, *Nigellum* nomine, de quo non admodum præclara ſcripta ſunt. Filium habuit *Nigellus*, *Robertum* dictum, qui verè nobilis evaſit. *Robertus* iſte ſecundus uxorem habuit *Editham Forne*, magnæ notæ & æſtimationis fœminam apud *Henricum* regem primum, quo ſuadente, *Robertus* eam in uxorem duxit.

Robertus iſte nigrorum Canonicorum Prioratum *Oſnea*, juxta *Oxonium*, inter inſulas ab *Iſe* fluvio interluenti factas, incepit.

Quidam ſcribunt hanc fuiſſe fundationis occaſionem: *Editha* ſolebat caſtrum *Oxonienſe*, cum ancilla, recreandi cauſâ, eò prodire, ubi ſæpenumero in quodam arbore, ipſâ adveniente, picæ quædam congregari, ibiq; garrire ſolebant, quaſi eam alloqui viderentur. *Editha* rem admirans, & quandoq; quaſi miraculo perterrita, *Radulphum* S. *Fridiſwidæ* Canonicum, piæ converſationis virum, ejuſq; Confeſſorem, ſibi accerſivit, eum conſulens. Cui, poſtquam picarum ad ejus [*Edithæ*] adventum garriendi morem obſervârat, reſpondit ille, [ſuadendo] ut Eccleſiam aliquam aut Cœnobium eo loci conſtrueret. Unde ipſa virum ſuum Prioratum conſtruere hortabatur, quod & fecit, *Radulphum* primum loci Priorem inſtituens.

Edithæ ad *Oſneiam* adventus, cum *Radulpho* ei adſtante; arbor etiam cum picis garrientibus, in pariete fornicis ſupra tumbam *Edithæ* in Prioratu *Oſneienſi*, depicta ſunt. Effigies *Edithæ* lapidea, habitu virginis Deo devotæ, cor dextrâ tenentis, jacet ad aquilonem ſummi Altaris.

Robertus Oileius ſecundus, *Oſneienſis* Prioratus fundator, in Abbatia *Eigenſhamenſi*, tertio ab *Oxonio* lapide, ſepultus fuit.

Robertus Oilleius ſecundus, ex *Editha* ejus uxore pulchram habuit progeniem, inter quos *Henricus* hæres evaſit. *Henricus* iſte ſepultus jacet in Eccleſiæ *Oſneienſis* Presbyterii medio, ſub plano lapide marmoreo, crucem floridam gerente depictam. Hic *Henricus* genuit *Henricum* ſecundum, & ab *Henrico* ſecundo deſcenderunt alii. Tandem verò *Olleriorum* terræ diſtrahebantur.

Ex cod. MS. in Col. *Corp. Chriſti Oxon.* [B.2.] f.7.a.

Anno *MLXXII*. *Robertus* de *Oili* ſtruxit Caſtellum *Oxonii*.

Anno *MLXXIV*. *Robertus* de *Oili* & *Rogerus* de *Iveri* ſtruxerunt templum S.*Georgii* in Caſtello *Oxon*.

Anno *MCXXIX*. *Robertus* de *Oili*, filius *Nigelli* de *Oili*, & *Editha* uxor ſtruxere Eccleſiam beatæ *Mariæ* in inſula **Oſeneye**.

Durante obſidione *Mathildis* (imperatricis) in Caſtello *Oxonii*, ſtructa erat Capella S.*Thomæ* in ſubſidium parochianorum S. *Georgii*, qui durante obſidione templum S.*Georgii*, nequibant frequentare.

Robertus de *Oili* primus, & *Nigellus* de *Oili* fratres erant germani, cum *Willielmo Neuſtrio Angliam* ingreſſi.

Robertus abſq; ſobole obiit. *Nigellus* Anno *MCXXIX*. genuit *Robertum* ſecundum, qui cum *Editha* uxore, beatæ *Mariæ* Eccleſiam fundavit in Inſula de **Oſeney**; *Theobaldo* Archiepiſcopo *Cantuar.* & *Alexandro* Epiſcopo *Lincolniæ* approbantibus, regnante *Henrico* primo.

Carta Roberti *de* Oilli *Fundatoris, de principal. donatione ſua.*

Ex Regiſtro de *Oſeneia* in bibl. *Cotton.* f.5.a.

NOtum ſit fidelibus ſanctæ Eccleſiæ, tam præſentibus quàm futuris, quod ego *R.* de *Oileo*, volentibus & concedentibus *Editha* uxore mea & filiis meis *Henrico* & *Gilleberto*, do & concedo in perpetuam elemoſinam Eccleſiæ Dei & Sanctæ *Mariæ* genitricis ejus, & Canonicis in ea Deo ſervientibus, quam ego, conſulente & confirmante *Alexandro* Dei gratia *Lincolnienſi* Epiſcopo, fundavi in inſula quæ dicitur *Oſeneia*, pro ſalute Regis & incolumitate totius Regni; necnon & pro mea & uxoris atque filiorum & parentum & amicorum noſtrorum ſalute, quicquid meum eſt in præfata inſula, cum omnibus manſuris quas habui ſupra Waram, quæ eſt de molendinis meis, quæ ſunt juxta Caſtellum *Oxenefordiæ*, & decimationes de ipſis molendinis, & iſtas Eccleſias de terra mea; De **Chidelinton**; de **Weſton**; de **Hochenarton**; de **Claindon**, de **Seneſtan**, de **Ceſtreton**.

Infra burgum *Oxenefordiæ* terras quas tenuerunt *Engericus*, *Reimundus*, *Ailnoth*, *Godwinus* filius *Edwacher*, *Ermenoldus*, *Godwinus Nicuma*, **Sueting** cadica, **Ravenig Segrim**, juxta murum *Hen.* Corueiſer, *Leow.* claudus, *Godwinus* monetarius, *Brichtricus* monetarius, *Godricus Willielmus*, *Radulphus* piſtor, *Leofwinus Budda*, *Gaufridus* molendinarius; & duas ſolidatas redditus quas tenebat *Fromundus* Capellanus, & decimationem *Nicholai* de *Stodeham*, quam idem *Fromundus* tenebat. Infra **Hochenarton** Manerium meum, dimidiam hidam, quæ fuit *Hugonis Franceis*, & unum virgatum quam tenuit *Mauricius* Canonicus, & poſt ipſum filius ejus *Simon*, & juxta Caſtellum *Oxenefordiæ* ſubtus murum, unam manſuram quæ fuit *Warini* Capellani.

Ethonam totam villam meam, cum omnibus quæ ad eam pertinent, præter molendinum quod alii Eccleſiæ dedi, & ſperweſeiam, & ita ut illa pars quam mater mea tenet, quandocunq; eam tenere deſtiterit, in dominium Eccleſiæ ad uſus fratrum veniat. Quare volo & precor, quatinus benè & in pace plenè & honorificè res præfatas prædicta Eccleſia teneat cum omnibus conſuetudinibus & libertatibus, ſcilicet in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in aquis, viis & ſemitis & omnibus aliis locis, ſicuti umquam aliquis alius melius ante eas tenuit, vel ego ipſe tenebam, dum erant in dominio meo. Teſtibus *Waltero* Archidiacono, *Raero* Priore, *Main:Waltero* monachis de **Abbendune**, *VVillielmo* Capellano, *Gaufrido*, *Arturo*, *Rogero* de *Amar*. *Edwardo* Presbytero de *Tiwa*, *Simeone* Clerico, *Fulcone* de *Oilli*, *Hugone* de *Tiwa*, *Roberto* filio *VVidonis*, *Rogero* de *Amar*. *Philippo* de *Hamtona*, *Radulfo* filio *Rogeri*, *Radulfo* filio *Randulfi*, *Rogero Teſtard*, *Gilleberto* de *Tiwa*, *Roberto* de *Amar*.

Tranſcriptum magnæ Cartæ Roberti *de* Olleyo *de Fundatione domus* Oſeneyæ.

NOtum ſit omnibus Chriſtianis, quod ego *Robertus* de *Olleyo* volentibus & concedentibus *Editha* uxore mea, & filiis meis *Henrico* & *Gileberto*, do & concedo in puram & perpetuam elemoſinam Eccleſiæ Dei & Sanctæ *Mariæ* genitricis ejus, & Canonicis regularibus in ea Deo ſervientibus, quam ego, conſulente & confirmante *Roberto* Dei gratia *Lincolnienſi* Epiſcopo, fundavi in inſula quæ dicitur *Oſeneya*, pro ſalute Regis & incolumitate totius Regni; necnon & pro mea & uxoris ac filiorum, parentum & amicorum noſtrorum ſalute, quicquid meum eſt in præfata inſula, cum omnibus manſuris, quas habui ſupra Waram quæ eſt de molendinis meis. Et quicquid habui in Burgo *Oxenefordiæ*, vel in ſuburbio. Et Eccleſiam Sancti *Georgii* quæ ſita eſt in caſtello *Oxenefordiæ*, cum omnibus Eccleſiis & Capellis, terris, redditibus, tenementis, decimis & poſſeſſionibus, & rebus aliis dictæ Eccleſiæ Sancti *Georgii* pertinentibus; videlicet, Eccleſiam Sanctæ *Mariæ Magdalenæ*, quæ ſita eſt in ſuburbio *Oxoniæ*, cum tribus hidis in *VValtona*. Et terra de **Twenti acre**, & decima earundem terrarum, & prato quod vocatur **Brunmannes-med**, cum decima ejuſdem prati, & cum decima de **Northam**, *VVyveleya* & *Lincha*, & omnium terrarum & pratorum, & aliarum rerum decimabilium, quæ ſunt inter Caſtellum *Oxoniæ* & *Henxteſeyam*, aut *Boteleyam*; ſcilicet in Comitatu *Oxoniæ* & cum

Ib. f.48.b.

aliis rebus & decimis ad dictam Eccleſiam ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* pertinentibus.

Et Eccleſiam de *Coveleya*, cum duabus hidis terræ & pratis de **Sidenham**, & de **Froggemor** & aliis pertinentiis. Et tres hidas terræ in **Cudeſlawe**, cum hominibus, decimis & aliis pertinentiis, & Capellam de **Fres**, cum manſo; Et terram ex oppoſito Capellæ verſùs occidentem, cum paſcuis & paſturis & aliis ſuis pertinentiis; Et duas hidas in **Ernicote** cum boſco & aliis pertinentiis. Et Eccleſiam de *Stowa*, cum tota villa & Capella de **Morton**, & duabus hydis de feodo ſancti *Georgii* in eadem villa, ſimiliter cum boſcis & aliis rebus & libertatibus ad Eccleſiam ſancti *Georgii* pertinentibus. Et terram de **Worton**, cum decima unius hydæ in eadem. Et unam hydam cum pertinentiis in **Santford**. Et terram de **Foreſthulle** & de *Burthonia*, & de utraque **Stonhale** cum Capellis in eiſdem, boſcis, villenagiis, redditibus, & decimis, & aliis rebus de feodo meo Eccleſiæ ſancti *Georgii* pertinentibus.

Et dimidiam hydam & unam virgatam terræ in **Hokenorton**, cum pertinentiis; Et duas partes decimæ de omni re quæ decimari ſolet de omnibus dominicis utriuſque * Honoris qui adjacent Caſtello *Oxenefordiæ*, videlicet de **Hokenorton**, *Swerefordia*, *Berefordia*, *VVigintona* & de una hyda & dimidia in **Edburbury**. Et de una hida & tercia parte dimidiæ hydæ in **Cornwelle**. Et de **Cudelinton**, **Thorp**, **Wythull**, **Henſinton**, & *Northleya*; Et de una hyda & dimidia in **Barton-Odonis**. Et de **Roleſham** de utraque Curia. Et de *Dunneſtywa*, **Ludewelle** & *Heyfordia*. De **Hampton**, cum **Northbrok-Gaytorum**, & **Blecheſdon**. De **Weſton**, *Berenceſtria*, cum **Wrechewych**, **Bukenhulle**, *Ardulfleya*, cum **Northbroc** juxta **Somerton**; De **Mirebury**, **Willaneſton**, **Foulewelle**, **Herdewic**, *Tynfordia*, **Weſtbury**, **Shaldeſton**, **Tureſmere**, *Stratfordia*, **Turveſton**, & **Goldewelle**.

De **Wyke**, **Thornton**, **Thornburg**, *Radecliva*, *Haſeleya*. De, *Burtona*, **Kenicote**, **Norton**, **Bampton**, **Dukelinton**; de **Eſtkote-Oylivorum**, de **Beckel**, de tota villa **Horton**; **Morcote**. Et de dimidia hyda in *Stodleya* quæ pertinet ad *Beckeleyam*. Et de *Aſſha*, de **Wode Pire** & *Pyria*, *Elſefelda*, *Ocleya* & **Horſepathe**. De **Turkeden**, *Parva* **Riſindon**, **Treton**, **Hampton** & **Tettebury**, **Cherinton** & **Haſelden**. De **Watlinton**, **Garinges**, **Weſton** juxta **Oyltre**, de feodo quod pertinet ad Caſtellum *Oxoniæ* **Evere**. Et de utraque curia de **Shireburn**. De **Herdinton**, **Betrinton**, **Harewelle**, **Ledecumbe**, & in **Elſinton** de tribus hydis & molendinum. De **Craneford**, **Leyes**, **Teneſſe**, **Pervet**, **Haurugge**, **Coleſton**, **Meſſewrth** & **Clopham**. Et totam decimam de dominico de **Wolgaricote**. Et in **Baldindon** de tribus hydis. Et in **Waverton** de dominico. De **Croftes**, & **Twycros** duas partes omnimodarum decimarum. Et in **Ybbeſtan** decimam de una hyda. Et in **Curtlinton** decimam de una hyda. Et in **Candewell** decimam de tribus virgatis.

* D'*Oili* ſcil: & de *Ibreio*, id eſt de S. *walerico*.

Quare volo & firmiter præcipio quod Canonici præfatæ Eccleſiæ & eorum ſucceſſores habeant & teneant benè & in pace omnia tenementa, terras, redditus, decimas, & poſſeſſiones, quas habent in omnibus præfatis maneriis, & quæ de me vel hæredibus meis aut hominibus meis perquirere poterunt temporibus futuris, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, quas ego unquam habui vel aliquis anteceſſorum meorum. Et quod habeant Curiam ipſorum liberam de ſuis hominibus de omnimodis tranſgreſſionibus & defaltis. Et quieti ſint tam ipſi quam eorum tenentes de omnimodis Curiæ meæ ſectis, & de ſecta molendinorum meorum, & de omnimodis demandis, excepta juſtitia mortis & membrorum. Et ſi ipſi aut eorum homines amerciati fuerint erga me vel hæredes meos ſeu ballivos meos pro quacunque cauſa, delicto vel foriſfacto, omnes merciæ & merciamenta, & omnes fines, & omnia commoda, & omnes exitus placitorum quæ provenerint de ipſis aut eorum hominibus, ipſorum Canonicorum erunt ſine ullo retinemento mihi vel hæredibus meis, ſive ſit pro defalta, ſive pro alia cauſa. Similiter volo & firmiter præcipio quod dicti Canonici & eorum ſucceſſores ac eorum tenentes liberum habeant introitum & exitum & liberam communiam ad bidentes eorum & porcos, & ad omnia eorum averia in omnibus maneriis meis & ne poſſint inparcari niſi in dampno inventi fuerint manifeſto. Quod ſi contigerit, per vadimonium averia ſua recipient, & per viſum virorum legalium dampnum quod averia fecerunt extra Curiam meam emendari facient: & ut hæc mea donatio & conceſſio & Cartæ confirmatio rata ſit & ſtabilis in perpetuum, huic ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, *Theobaldo Cantuarienſi* Archiepiſcopo &c.

Carta Henrici *de* Oilli *ſecundi, de donis ſuis & anteceſſorum ſuorum.*

Ib. fol. 6.

NOtum ſit cunctis fidelibus ſanctæ Eccleſiæ, quod ego *Henricus* de *Oilli* filius *Henrici* de *Oilli*, conſenſu & aſſenſu *Roberti* fratris mei, & conſilio liberorum hominum meorum conceſſi, & præſenti Cartâ confirmavi Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Oſeneia* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus pro animabus prædeceſſorum & parentum meorum, & pro ſalute mea ac meorum in liberam & perpetuam elemoſinam, omnes donationes quas *Robertus* avus meus, & *Editha* avia mea, & *Henricus* pater meus eidem Eccleſiæ fecerunt, ſcilicet de dono *Roberti* avi mei, qui præfatam Eccleſiam fundavit, totam præfatam inſulam *Oſeneye* cum omnibus manſuris, quæ ſunt de feodo meo ſuper Waram in eadem inſula, & decimationes de molendinis quæ ſunt juxta caſtellum *Oxenefordiæ*; & ſubtus murum unam manſuram quæ fuit *Warini* Capellani. Et iſtas Eccleſias de feodo meo, Eccleſiam de **Kedelinton**, Eccleſiam de *Weſtona*, Eccleſiam de **Hokenarton**, Eccleſiam de **Claindon**. Eccleſiam de **Seneſtan**, Eccleſiam de **Ceſtreton**.

Infra burgum *Oxenefordiæ* terras quas tenuerunt

runt *Engelri*, *Reimund*, *Ailnod*, *Godwinus* filius *Edwaker*, *Ermenold*, *Godwinus* incuma, *Sueting* cadica. *Ravenig*, *Segrun* juxta murum, *Henricus* le Corveſir, *Leofwinus* claudus, *Godwinus* monetarius, *Bricthric* monetarius. *Godric*, *VVillielmus*, *Radulphus* piſtor, *Leofwinus* Budda, *Gaufridus* molendinarius, & duas ſolidatas redditus quas tenebat *Fromundus* Capellanus, & decimationem *Nicholai* de **Stodham**, quam idem *Fromundus* tenebat, & *Ethonam* totam villam in dominio & vilenagio & libero feodo præter molendinum & **Sparweſeie**. Infra **Hokenarton** dimidiam hidam, quæ fuit *Hugonis Franceis*; & unam virgatam quam tenuit *Mauricius* Canonicus. De dono *Henrici* patris mei Eccleſiam ſancti *Georgii*, cum omnibus quæ ad eam pertinent de feodo meo, Eccleſiam de **Watlinton**. In **Hokenarton** unam hidam de vilenagio & **Preſteſ ld** & **Buterhull**, & de prato de dominio quantum pertinet ad tres hidas, ſcilicet duas acras ad unamquamque virgatam. In *Etthona*, **Sparweſeie** & *ix.* acras de *VValtona*, cum hominibus & pratis & paſcuis ad eaſdem pertinentibus. De dono aviæ meæ *Edithæ* ſimul & patris mei; in **Claindon** duas hidas & dimidiam, & de dominio ejuſdem villæ **Sueneſham** & la **Readeland**, & **Sibecroft** & **Kingeſbrugehale**, & **Stodfald**, & **Benetrebrec**, & dimidiam hidam quæ fuit *Gaufridi*, cum prato quod ad eaſdem terras pertinet, & unam croftam & volatam quam *Hemmingus* presbiter ſolebat habere, & paunagium de propriis porcis ſuis, & in boſco ejuſdem villæ, quod neceſſe eis fuerit domibus & ſepibus ſuis reficiendis & ad focum faciendum. In *Weſtona* hidam & dimidiam, tres virgatas de vilenagio; ſcilicet virgatam ubi manſio Canonicorum eſt, & virgatam quam *Robertus* tenet, & virgatam quam *Herbertus* tenet, & tres virgatas de dominio cum prato; & in omnibus maneriis meis paſturam propriis bobus & ovibus & porcis ſuis communem cum meis.

Præterea ego dedi prædictis Canonicis in augmentum pro animabus parentum meorum, & pro ſalute mea ac meorum totum pratum meum quod eſt ad occidentem Curiæ ſuæ de *Oſeneia*, in perpetuam elemoſinam, liberum & quietum ab omni ſervicio, & purpreſturam gardini ſui de **Kedelinton**. Canonici autem quietas clamaverunt mihi duas culturas in **Claindon**, ſcilicet **Medhelle** & **Preteſtorn**, quas clamaverunt adverſum me de dono aviæ meæ & patris mei. Hanc conceſſionem & donationem & confirmationem feci ego, voluntate & aſſenſu *Roberti* fratris mei & conſilio liberorum hominum meorum, & ſuper Altare beatæ *Mariæ* in præfata Eccleſia *Oſeneyæ* obtuli, & corpus meum in eadem ſepeliendum poſt obitum meum devovi. Quare volo ut ſæpedicta Eccleſia & Canonici omnia prænominata habeant & teneant in perpetuum, ita liberè & quietè ab omni ſervicio, quod ad me & ad hæredes meos pertinet, ſicut aliquis prædeceſſorum meorum ea liberiùs & quietiùs tenuit, quando erant in dominio ſuo. Hiis teſtibus *Roberto* fratre meo, *Roberto* de **Whitefeld** tunc Vicecomite *Oxenefordiæ*, *Hugone* filio *Willielmi*, *Stephano* de *Hamtona*, *Willielmo* de *Chaiſnei*, *Roberto* filio *Radulfi*, *Rogero* fratre ſuo. *Willielmo* de *Maiſnil-Hermer*, *Ricardo* Clerico, *Lamberto* de *Oxenefordia*, *Willielmo* fratre *Anketill*, *Thoma* filio *Eilrich* *Willelm* filio *Sueting*, *Gaufrido* Clerico, *Gocelino* filio *Safar*, *Leofwino Choch*, *Philippo* Clerico, *Roberto* Coco, *Willielmo* de *Sanwiz*, *Gilleberto Portier*, *Daniele Hugone* de *Piſtrino*; & multis aliis.

Carta Roberti *filii* (*nothi*) *Regis* Henrici *primi, de Manerio de* **Waneting**.

Ex ipſo autogr. in bibl: Cotton.

NOtum ſit, tam præſentibus, quàm futuris, quod ego *Robertus Henrici* Regis filius, conſilio *Henrici* de *Oleio* fratris mei, & aliorum amicorum meorum, do, & concedo, in liberam & perpetuam elemoſinam Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Oſeneia*, cui meipſum devovi, ſive in vita, ſive in morte, pro anima præfati patris mei *Henrici* Regis, & aliorum amicorum meorum, decem libratas terræ in Manerio meo de **Waneting**, ſicut meliùs, & comodiùs providere poterunt Prior & Canonici præfatæ Eccleſiæ. Teſtes ſint *Hugo* de *Camvilla*, *Paganus* de *Weſtbury*, & *Hugo* de *Weſtbury*, & *Richardus* de *Cahaines*.

Carta Henrici *de* Oleio *de* x. *libratis terræ in* **Hokenorton**.

Ibid.

NOtum ſit fidelibus Sanctæ Eccleſiæ, quod ego *Henricus* de *Oleio*, volente & concedente *Roberto* filio Regis, fratre meo & aliis amicis & hominibus meis, do & concedo in liberam & perpetuam Elemoſinam Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Oſeneia*, pro anima *Henrici* Regis, & pro anima patris mei *Roberti* de *Oleio*, qui eandem Eccleſiam fundavit; & pro anima fratris mei *Gilberti*, & pro animabus aliorum anteceſſorum meorum, & pro ſalute domini mei *Henrici* & mei, & omnium amicorum meorum, decem libratas terræ, ſcilicet, in *Hocanortona* Manerio meo, terra quæ dicitur **Preſtefeld**, quam olim ad Eccleſiam ejuſdem villæ pertinuit, ſecundùm quod probabiliter valerent per juramentum proborum hominum; Et duas hidas terræ in eodem Manerio, quas præfata Eccleſia aliquando habuit ex conceſſu patris mei, ſecundùm valentiam ſuam; Et ſiquid defuerit ad perficiendas decem libratas, ego perficiam, vel in jam dicta villa de *Hocanortona*, vel in aliis terris meis, ſecundùm quod meliùs providebimus, ego & præfatæ Eccleſiæ Prior. Teſtibus *Hugone* de *Chamvilla*, & *Pagano* de *Weſtbury*, & *Hugone* de *Weſtburi* & *Richardo* de *Cahainnes*.

Carta Philippi *Comitis* Flandriæ *de piſcatura Bentuniæ.*

Ib.

PH: *Flandriæ* & *Viromandiæ* Comes, *Ballivis* de *Bentunia* ſalutem, Elemoſinam illam, piſcaturam videlicet de *Bentunia*, quam frater meus *Matheus* Comes *Boloniæ* Canonicis de *Oſeneia* perpetuò habendam, & liberè, ac ſineomni calumpnia tenendam conceſſit, præſenti ſcripto meo eiſdem confirmo; unde vobis præcipio, ut præfata piſcatura Canonicos illos faciatis, & liberè & quietè eos illam cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut in literis fratris mei continetur, poſſidere permittatis; & quicquid inde recepiſtis eiſdem integrè reſtituatis; nec de cetero ipſos ſuper hæc vexare præſumatis.

Ex ipſo autogr. penès Decan. & Canon. Eccleſiæ *Chriſti Oxon.* 3 Aug. An. 1644.

Edwardus (*&c.*) Inſpeximus Cartam, quam dominus *Henricus* quondam Rex *Angliæ*, progenitor noſter fecit Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Oſeneia*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in hæc verba.

Vide Cart. 13 E. 2. n. 10. Et Cart. 3. E. 3. n. 24.

Henricus Rex *Angl.* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe Eccleſiæ Dei & S. *Mariæ* de *Oſeneia*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute mea ac meorum, in perpetuam elemoſinam; & pro anima Regis *Henrici* avi mei, & pro anima patris mei & aliorum parentum meorum, Eccleſiam S. *Georgii*, quæ ſita eſt in Caſtello **Oxeneford**, cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet Eccleſiam S. *Mariæ Magdalenæ*, quæ eſt in vico extra portam de **Nort**, & terram de *Waltona*, ex utraq; parte viæ, per quam itur de *Waltona* ad Caſtellum, ſicut *Walterus* Archidiaconus eam tenuit; & terram de *Cudeſlauia*, & de *Coveleia* cum Eccleſiâ; & terram de *Stowia* & de *Mortona*, cum Eccleſia & Capella; & terram de *Wrtona* & de **Stanford**, & duas hidas de *Ernicota*, cum omnibus aliis rebus ad eandem Eccleſiam pertinentibus, in decimis, in hominibus, in domibus, in terris & pratis & paſcuis, in boſco & plano, ſicut præfata Eccleſia tenuit à tempore eorum qui eam fundaverunt; & ſicut mater mea, domina Imperatrix, illam eis conceſſit, & Cartâ ſuâ confirmavit. Quare volo (&c.)

Inſpeximus (&c.) *Henricus* Rex *Ang.* (*&c.*) Sciatis me conceſſiſſe (*&c.*) Eccleſiæ Dei & S. *Mariæ* de *Oſeneia* (*&c.*) in liberam & perpetuam elemoſinam, prabendam illam de *Lx. s.* quam *Feverel* Presbyter habuit & tenuit, quæ eſt in hiis tribus Maneriis, ſcil. in **Beinſinton** *xxiv. s.* & in **Heddon** *xii. s.* & in **Beinton** *xxiv.* unde volo (&c.)

Inſpeximus (*&c.*) *Henricus* (*&c.*) *Gaufrido* de *Ivori* ſalutem. Præcipio, quod Abbas de *Oſeneia* (*&c.*) teneant terram de *Holecumba*, quæ liberata eis fuit per homines de hallimota de **Benſintune**, & per probos homines de Hundredo, pro elemoſyna mea de *Benſintona*, quam ſolebat habere in denariis de antiquis elemoſynis Regum *Angliæ*: Et prohibeo, quod nemo de elemoſinis meis quicquam capiat nec intromittat. Quare volo (*&c.*).

Inſpeximus (*&c.*) *Johannes* Dei gratia Rex *Angliæ* (*&c.*) Sciatis me conceſſiſſe (*&c.*) Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Oſeneia* (*&c.*) Manerium de **Wirburi**, quod habent de dono *Thomæ* de S. *Walerico*. Quare volumus (*&c.*) Dat. (*&c.*) *xxi. Jan. xv.* Regni.

Inſpeximus (*&c.*) *Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* (*&c.*) Noveritis nos (*&c.*) conceſſiſſe (*&c.*) Abbati & Canonicis Sanctæ *Mariæ* de **Oſenei**, donationem (*&c.*) quam *Aleia* quondam Regina *Angliæ* fecit Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ Oſeneiæ* (*&c.*) de una hida terræ, quæ jacet apud **Haneberge**, juxta pontem de **Bladene**. Reddidimus etiam & conceſſimus (*&c.*) prædictis Abbati & Canonicis (*&c.*) terram de **Holecumbe**, quam *Galfridus* de *Ivery* eis aſſignavit pro *xviii. s.* quos habere debeant annuatim in **Benſington**, ſimul cum terra de **Warbergh**, quam idem *Galfridus* eis aſſignavit pro *vi.* ſolidis. Quare volumus (*&c.*) Dat. (*&c.*) apud *Oxoniam xiv. Julii* anno Regni noſtri *xv.*

Inſpeximus etiam Cartam, quam *Aelidis* filia *Godefridi* Ducis *Lotharingiæ*, quondam uxor Regis *H. Angliæ* & Duci *Norm.* fecit Eccleſiæ prædictæ in hæc verba. *A.* Dei gratia Regina Archiepiſcopis (*&c.*) Sciatis, quod ego *Aelidis* filia *Godefridi* Ducis *Lotharingiæ*, quæ fui uxor nobiliſſimi Regis *H. Angliæ* & Ducis *Normanniæ*, conceſſi & dedi Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Oſeneio* unam hidam terræ, quæ jacet apud **Haneberge**, & pertinet ad *Stantonam* Manerium meum, pro remedio animæ nobiliſsimi Regis *Henrici Angliæ* Domini mei, & mea ſalute, & parentum ſuorum & meorum; & pro animabus omnium fidelium defunctorum. Quapropter volo (*&c.*)

Nos autem donationes (*&c.*) prædictas (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Et inſuper donationem (*&c.*) quas *Bernardus* de S. *VValerico*, per Cartam ſuam fecit Eccleſiæ & Canonicis prædictis de gurgite ſuo juxta *Thamiſiam*, cum curſu aquæ quæ currit ad molendinum eorundem Canonicorum in *Oſeneia* in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ab omni ſervicio ſeculari & demanda. Conceſſionem etiam & traditionem, quam *Galfridus Dive* per Cartam ſuam fecit prædictis Canonicis de tota terra quæ incipit ad fontem de **Prettesmede** uſq; ad alium fontem qui eſt dominicis terris *Gilleberti Angevin.* Ac etiam donationem (&c.) quas *Thomas* de S. *VValerico* per Cartam ſuam fecit Eccleſiæ & Canonicis prædictis de toto Manerio ſuo de **Wicburi**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, cum capitali Curiâ, & cum omnibus pertinentiis (&c.) Et cum homagiis & ſerviciis *Roberti Purcel* & hæredum ſuorum, de feodo quod de ipſo *Thoma* tenuit in

Pewenthon

Newinthon, viz. *xxiv.* ſolidos per annum de redditu & ſervicio dimidii militis, & omni eo quod de eodem feodo habuit vel habere potuit, cum omnibus aliis pertinentiis ad prædictum Manerium de **Mixeburi** pertinentibus.

Necnon donationem (*&c.*) quas *VVido* de *Arenis*, filius *Bernardi* de *Arenis*, per Cartam ſuam fecit Eccleſiæ & Canonicis prædictis de tota terra ſua de **Mixebyri**, cum pertinentiis (*&c.*) ſcil. ſex virgatis terræ de Villenagio, cum villanis & eorum ſectis (*&c.*) & ſervicio quatuor virgatarum terræ, cum homagiis & redditibus (*&c.*) Necnon donationem, quas *Adelelmus* de *Fulewelle* per Cartam ſuam fecit Eccleſiæ & Canonicis prædictis, de tota villa ſua de **Fulewel**, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ (*&c.*) Ac etiam remiſſionem (*&c.*) quas *Adam* de *Beleſcoth* filius & hæres *Adæ* de *Beleſcoth*, per ſcriptum ſuum fecit Eccleſiæ & Canonicis prædictis de *xx. s.* qui ipſum contingunt jure hæreditario, ratione hæreditatis *Melioris* matris ſuæ, filiæ *Alelmi* quondam Domini de **Fulewelle**. Necnon conceſſionem (*&c.*) quas *VValterus Buci* de *Devonia*, filius & hæres *Radulphi Buci* filii *Agnetis* de **Fulewel** per ſcriptum ſuum fecit Eccleſiæ & Canonicis prædictis de *xx. s.* qui ipſum contingunt jure hæreditario, ratione hæreditatis *Radulphi* patris ſui, filii *Agnetis* de *Fulewell*, filii *Alelmi* quondam Domini de **Fulewell**. Ac etiam conceſſionem (*&c.*) quas *Robertus Damari* per Cartam ſuam fecit Eccleſiæ & Canonicis prædictis, de donatione illa & conceſſione, quas *Aldelmus* de *Fulewell* illis fecit de tota villa ſua de **Fulewell**, cum omnibus pertinentiis.

Donationem (*&c.*) quas *Henricus Hoſatus* per Cartam ſuam fecit (*&c.*) de tota terra ſua de **Upton**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Necnon donationem (*&c.*) quas *Nicholaus* de *Weſton* fecit (*&c.*) de una carucata terræ cum pertinentiis in villa & in campis de **Edburburi**, cum capitali meſſuagio ſuo, & cum pratis & croftis, & cum homagio & ſervicio liberorum tenentium ſuorum, (*&c.*) Conceſſionem (*&c.*) quas *Johannes* de Sancto *Johanne*, dominus de magna *Bartona*, filius & hæres *Johannis* de S. *Johanne*, per ſcriptum ſuum (*&c.*) fecit (*&c.*) de Eccleſia de magna *Bartona*, cum Capellis de **Sandford** & **Ledwell**, quas habent de dono anteceſſorum ſuorum (*&c.*) Ac etiam de illa remiſſione (*&c.*) quas præfatus *Johannes* pater ſuus eiſdem Eccleſiæ & Canonicis fecit de uno molendino & quinq; virgatis terræ, cum omnimodis eorum pertinentiis in villa de **Weſton** extra **Burnceſtre**, quæ vocatur **Simeons land**; Et de illo molendino in **Ode Barton** & *xxv.* acris in campo auſtrali; & de illis *xv.* acris in paſtura quæ dicuntur **le Croft**; ita quod dictæ *xv.* acræ cum paſtura imperpetuum maneant clauſæ, ſicut fuerunt tempore confectionis ſcripti prædicti. Necnon de donatione illa & conceſſione, quas habent de dono *Johannis* de S. *Johanne*, avi patris prædicti *Johannis* de paſtura habenda in omnibus dominicis ſuis ad ſex boves, duas vaccas, duos affros, *Lx.* oves & *xx.* porcos ubicunq; hujuſmodi animalia ipſius *Johannis* & hæredum ſuorum depaſcunt, ſeu depaſcere conſueverunt (*&c.*) ratas habentes & gratas (*&c.*) confirmamus (*&c*) Dat. (*&c.*) *xxvi.* die *Febr.* anno Regni noſtri *xiii.*

Edwardus (*&c.*) Inſpeximus Cartam, quam dominus *H.* dudum Rex *Angliæ* progenitor noſter, fecit Eccleſiæ Dei & S. *Mariæ* de *Oſeneya* (*&c.*) in hæc verba. *H.* Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes **Andeg.** *Roberto* Epiſcopo *Lincolniæ* & Baronibus de **Oxeneford** ſcire ſalutem, Sciatis me conceſsiſſe & confirmâſſe Eccleſiæ Dei & S. *Mariæ* de *Oſeneia*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, de inſula quæ vocatur *Middeneia*, ita ut ſingulis annis reddant prædicti Canonici dimidiam marcam argenti pro hac tenatura, ubi ipſi cives juſſerunt, ſicut cirographum prædictorum civium teſtatur. Quare volo (*&c.*) Ib.

Inſpeximus etiam Cartam, quam dominus *Henricus*, quondam Rex *Angliæ* avus noſter fecit (*&c.*) *Henricus* (*&c.*) Sciatis nos (*&c.*) conceſsiſſe (*&c.*) Abbati de *Oſeneya*, & Canonicis (*&c.*) donationem, quam *Henricus* de *Oili* eis fecit (*&c.*) de capitali manſo ſuo, quod habuit in **Weſton** & de boſco & quodam molendino, & quodam prato juxta idem molendinum verſùs **Kerlinthon**; & de tribus croftis viz. **Bencroft**, **Graſcroft** & **Hegcroft**, cum pertinentiis in eadem villa; & de omnibus quæ prædictus *Henricus* retinuit ad opus ſuum, quando primò dedit & conceſsit prædictis Abbati & Canonicis totam aliam partem ejuſdem Manerii de **Weſton**; ita quod prædicti Abbas & Canonici habeant & teneant benè & in pace (*&c.*)

Nos autem conceſsiones (*&c.*) necnon donationem quas *Will.* de *Chen.* Aldermanus de *Gilda* mercatorum *Oxen.* per Cartam ſuam, de conſenſu & voluntate civium *Oxenefordiæ* de communi Civitatis & de *Gilda* prædicta, fecit Eccleſiæ & Canonicis prædictis in perpetuam elemoſinam, de Inſula quæ *Middeleya* vocatur, quam dicti cives præfato *Willielmo* in perpetuum ſe odum conceſſerunt. Necnon donationem (*&c.*) quas *Bernardus* de S. *Walerico* per Cartam ſuam fecit de medietate *xvii.* acrarum & dimid. terræ, de dominio ejuſdem *Bernardi* in *Oſeneia* (&c.) Donationem (&c.) quas *Thomas* de S. *Walerico* per Cartam ſuam fecit (&c.) de duabus felionibus terræ ad quandam viam faciendam apud **North Oxney** juxta foſſatum terræ Canonicorum prædictorum.

Donationem (*&c.*) quas *Willielmus* de *Bracy* per Cartam ſuam fecit (*&c.*) de Eccleſia de **Stone**, cum una hida terræ; & cum decimis, domibus, pratis (*&c.*) ad eandem Eccleſiam pertinentibus; tenendam & habendam in proprios uſus in puram & perpetuam elemoſinam. Ac etiam conceſsionem, quam *Galfridus* Camerarius de *Glintona* per Cartam ſuam fecit (&c.) de tota terra ſua de *Langneia* cum pratis (&c.) Necnon donationem, quam *Alanus* de *North Oſeneya* per Cartam ſuam fecit (&c.) de tota placea ſua, cum pertinentiis, quam habuit in

North Oſney, quæ incipit à ſolo aquæ *Thamiſiæ*, quæ currit ad molendinum juxta Caſtellum *Oxonii*, & ſe extendit in longitudine uſq; ad viam in curſum aquæ quæ ducit verſus Capellam S. *Thomæ* martyris.

Conceſſionem inſuper (&c.) quas *Willielmus Paganellus* per Cartam ſuam fecit (&c.) de Eccleſia de **Waſlingtune** cum terris (&c.) & aliis pertinentiis ſuis. Et præter hoc de molendino de **Sibeford**, cum libertatibus (&c.) eidem pertinentibus ; & de una virgata terræ de dominio ſuo, ſcil: *xx.* acris. Et de una manſura juxta domum *Fabri* ; & de duabus acris in quibus manſio Canonicorum eſt ; & de terra quæ jacet inter januam eorum & viam juxta aquam ; & de patnagio de nutrimento porcorum ſuorum in eadem villa ; & de paſtura ſuis bobus unius ſcilicet carucatæ communi cum bobus ipſius *Willielmi*. Ac etiam donationem (&c.) quas idem *Willielmus* per eandem Cartam ſuam fecit (&c) de dimidia acra terræ, ad augmentandum Curiam ſuam in longum ipſius Curiæ. Donationem etiam, quam *Willielmus* filius *Heliæ* per Cartam ſuam fecit de Eccleſia de **Pery** (&c.) Necnon donationem quas *Bardulphus* filius & hæres *Rogeri* filii *Bardulphi* de *Ceſtreton* in **Heneniers** per Cartam ſuam fecit Eccleſiæ prædictæ de illo tenemento cum ædificiis, vivariis, croftis, & aliis pertinentiis, quod *Margeria* avia ſua tenuit in dotem in dicta **Ceſtreton** ; & de alio tenemento cum ædificiis (&c.) quod *Will: le Noreys* aliquando tenuit in eadem villa. Donationem inſuper (&c.) quas idem *Bardulphus* (&c.) fecit (&c.) de duabus virgatis terræ arabilis in campis de dicta **Ceſtreton** (&c.)

Donationem (&c.) quas *Johannes* filius *Willielmi Hauteyn* de **Brikehull** per Cartam ſuam fecit (&c.) de tota medietate hithæ ſuæ apud **Hengeſteſeye**, ex parte auſtrali, cum libero introitu & exitu (&c.) Necnon Donationem (&c.) quas *Robertus* de *Gay* per Cartam ſuam fecit præfatis Eccleſiæ & Canonicis de toto manerio ſuo de **Hampton-Gay**, cum capitali Curia & cum omnibus pertinentiis ſuis (&c.) Donationem (&c.) quas *Ric.* de *Camvilla* per Cartam ſuam fecit (&c.) de uno meſſuagio cum ſuperædificio in villa ſua de **Erdinton** (&c.) Conceſſionem etiam, quam idem *Ricardus* per eandem Cartam ſuam fecit prædictis Canonicis, de eo quod liberè & ſine ulla vexatione poſſint congregare decimas ſuas quas habent de dominicis ſuis de **Erdinton**, & de **Berneceſtre**. Necnon donationem (&c.) quas *Gocelinus* de *Bailol* per Cartam ſuam fecit (&c.) de uno meſſuagio in **Hareiwelle** (&c.)

Conceſſionem (&c.) quas *Henricus* filius & hæres *Rogeri* de *Bottele* per Cartam ſuam fecit præfatis Eccleſiæ & Canonicis de illo fonte ſuper terram ſuam in campo de *Hengſteſeya*, qui vocatur **Rede-Moreſwelle**, cum omnibus rivulis & aquarum curſibus ad eundem fluentibus vel defluentibus, abſq; aliquo impedimento (&c.) quin prædictus fons aut rivuli ad eum fluentes, per conductum indè defluentes liberum & conſuetum habeant ad Domum **Oſenei** curſum ſuum. (&c.) Necnon conceſſionem, quam idem *Henricus* per ſcriptum ſuum fecit (&c.) de eo quod poſſint ſuper præſcriptum fontem unam domum ædificare, longitudinis *xviii.* pedum & latitudinis *xiii.* pedum ; & quod habeant aiſiamenta ſuper terram ſuam, ad dictam domum, quotiens neceſſe fuerit reparandum & emendandam.

Donationem (&c.) quas *Savaricus* de *Clovile* filius & hæres *Wellielmi* de *Clovile*, per Cartam ſuam fecit (&c.) de uno meſſuagio in villa de **Hertwell** (&c.) Donationem (&c.) quas *Willielmus* filius *Radulphi* de *Langeport* per Cartam ſuam fecit (&c.) de duobus meſſuagiis (&c.) in **Dodeford** (&c.) Donationem (&c.) quas *Matheus* de *Stratton* Archidiac: *Buckinghamiæ*, per Cartam ſuam fecit (&c.) de tota Curia ſua de **Morton**. (&c.) Donationem (&c.) quas *Paulinus* de *Theidene* per Cartam ſuam fecit (&c.) de tota terra quam *Juliana* quondam uxor *Henrici* de *Theidene* patris ſui aliquando tenuit in dotem in villa de **Turkedene** (&c.) Donationem (&c.) quas *Johannes* dudum *Wigorn.* Epiſc. per ſcriptum ſuum fecit (&c.) de Eccleſia de *Begaberia*, cum omnibus pertinentiis ſuis ; & de tota decima redditus ipſius Epiſcopi, de **Wiche**, in ſale.

Necnon conceſſionem, quam *Philippa Baſſet*, quondam Comitiſſa *Warwici*, per ſcriptum ſuum fecit (&c.) de eo quod iidem Abbas & Conventus & ſucceſſores ſui habeant ſingulis annis imperpetuum *xx.* averia intrantia cum averiis prædictæ Comitiſſæ in pratis de **Weſt-Oſeney**, quæ ſunt de feodo dictæ Comitiſſæ poſt fena falcata & adunata. Ac etiam Conceſſionem, quam dicta Comitiſſa per idem ſcriptum fecit (&c.) de eo quod omnia clauſa ſua in bonâ pace habeant & in perpetuum teneant; ſcil: clauſum de **Hamme**, de feodo d'**Oily** & de S. *Valerie*, retro molendinum fulerez de **Oſeney** (&c.)

Donationem (&c.) quas *Willielmus* de *Wigornia* per Cartam ſuam fecit (&c.) de tota terra * ſua de **Sidan** (&c.) Ac etiam de libera paſtura in paſtura ſua de **Slebevin** ad duo millia ovium, cum exitibus earum ; & ad *CC.* Vaccas cum exitibus eorum, & ad *xl.* equas portantes (&c.) Donationem (&c.) quas *Rogerus* de *Wigornia* per Cartam ſuam fecit (&c.) de Eccleſia de **Killſtevenan**, cum omnibus decimis ejuſdem villæ quæ dicitur **Sidan** ; & cum omnibus decimis villæ quæ dicitur **Balidunan** ; & cum omnibus decimis de villa quæ dicitur **Clariarlega** ; & cum rath quod eſt coram Caſtello ſuo, & cum duabus hidis terræ in villa de **Sidan** (&c.) ratas habentes & gratas (&c.) confirmamus. Dat. (&c.) *xxviii.* Die *Febr.* anno regni noſtri *xiii.*

*in Hibernia.

PRIORATUS

de Ronton *in agro* Staffordenſi.

Carta Fundationis ejuſdem.

Ex autographo penès *Walterum Harcourt* de Ellenhall in Com. *Staff.* Eq. aur.

R*Obertus* filius *Noeli* omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos hoc præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem. Sciant omnes tam clerici quàm laici, tam præſentes quàm futuri me dediſſe locum, qui dicitur *Sancta Maria des Eſſarz*, pro anima mea & uxoris meæ, & omnium parentum meorum in perpetuam elemoſinam, Deo, & Sanctæ *Mariæ* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus ſub regula & obedientia * *Hamanenſis* Eccleſiæ, cum tota terra in circuitu (&c.) Hiis teſtibus, *Thoma* filio *Roberti* ejuſdem loci fundatoris, & *Philippo* fratre ejus, *Willielmo* Clerico, *Roberto Noell* fratre, & *Ricardo* & *Johanne* ejus fratribus, *Huberto* de *Handeſacre*, & *Roberto* filio ejus, & *Willielmo* fratre ejus.

* Haghmon in com. *Salop.*

Carta Thomæ *filii* Roberti Noeli *donationem patris ſui confirmans.*

Ibid.

NOtum ſit omnibus, tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Thomas* filius *Roberti* filii *Noeli* confirmo omnia, quæ *Robertus* filius *Noeli* pater meus dedit Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Sartis* apud *Raunton*, cum omnibus pertinentiis, in puram & perpetuam elemoſinam (&c.) Hiis Teſtibus, *Galfrido Salvagio*, *Willielmo* filio *Petri*, *Hugone* fratre ejus, *Willielmo* de *Braie*, *Henrico* de *Lega*, *Roberto* filio *Nicolai*, *Philippo Noell*, *Philippo* filio Epiſcopi, *Rogero* de *Warwico*, & aliis.

Confirmatio B. Cantuarienſis Archiepiſcopi.

Ibid.

B Dei gratia *Cantuarienſis* Archiepiſcopus omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, Salutem. Noverit univerſitas veſtra nos ratam habuiſſe & gratam donationem, quam dilectus filius noſter, vir nobilis *Robertus Noell*, piæ memoriæ fecit de loco qui dicitur ad *Sanctam Mariam* de *Eſſarz* Deo & Sanctæ *Mariæ* & Canonicis ſub regula *Hagemanenſis* Eccleſiæ Deo ſervientibus. (&c.) cum omni integritate & libertate ſua, ſicut eam *Willielmus Noell*, vel aliquis prædeceſſorum ejus unquam meliùs tenuit (&c.)

PRIORATUS

de Calceto, *ſive de* Pynham, *juxta* Arundel *in* Suſſexia.

Carta Adelizæ *Regina de terra ultra pontem de* Arundel *pro ſuſtentatione duorum Capellanorum.*

Ex vet: Rotulo penès Theſaur: & Camerarios Scaccarii.

A*Deliza* Dei gratia Regina ...... Epiſcopo *Ciceſtrenſi* & omnibus Baronibus & hominibus ſuis, tam *Francis* quàm *Anglis* de Honore de Arundel, & omnibus S. Dei Eccleſiæ fidelibus ſalutem: Sciatis me dediſſe *Willielmo*, & *Reinbrono* ſocio ſuo, Capellanis, unam parcellam terræ ultra pontem de Brundell juxta viam .... jam Pynham, pro anima Domini mei *Henrici* Regis ad ſuſtentationem dictorum Capellanorum (&c.)

Ibid.

OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Ranulphus* divina providentia *Ciceſtrenſis* Eccleſiæ miniſter humilis, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra nos inſpexiſſe Chartam nobilis viri *Willielmi* Comitis *Arundelliæ* in hæc verba; *Willielmus* Comes *Arundeliæ* omnibus hominibus ſuis & amicis, *Francis* & *Anglicis*, tam præſentibus quàm futuris ſalutem. Notum ſit vobis, quod ego conceſſi & hac Chartâ meâ confirmavi Deo & S. *Bartholomæo*, *Willielmo*, *Petro* & *Waltero* viris religioſis, ordinis S. *Auguſtini*, Capellanis de *Calceto*, ſive de Pynham juxta Arundell, & eorum ſucceſſoribus, locum prænominatum, ad conſtruendum ibidem Eccleſiam in honorem Dei & S. *Bartholomæi*, cum omnibus ædificiis, quæ ad uſum pertinent regularem; & etiam unum modium frumenti de molendinis meis de Swanebourne, pro animabus illuſtris Domini mei *Henrici* Regis, & eximiæ *Adelizæ* Reginæ & hæredum ſuorum; & pro ſalute animæ meæ & animabus hæredum & ſucceſſorum meorum, quam terram & modium frumenti, quondam prædicta Domina *A.* Regina prædicto *Willielmo* & ſucceſſoribus ſuis, & pro anima *Henrici* Regis dedit cum donationibus infraſcriptis, ad Eccleſiam prædictam in ejus fundationem, ad ſuſtentationem prædictorum religioſorum & ſucceſſorum eorundem per me inſuper collatis & conceſſis; *viz.* treſdecem carucas boſci annuatim in Foreſta noſtra de Arundell, ad focale; & etiam maeremium ad reparandum ſive reſartiandum ligni pontem, qui eſt in medio pontis de Arundell, quotiens & quandocunq; neceſſe fuerit, per viſum & liberationem Foreſtarii noſtri qui pro tempore fuerit.

Inſuper do & concedo eidem *Willielmo*, & ſucceſſoribus ſuis, Piſcariam ex utraq; parte pontis de **Arundel**, ad longitudinem unius forlongæ; & etiam paſturam communem cum Burgenſibus meis in prato meo de **Arundel**, pro quatuordecim vaccis & duobus tauris; & paſnagium quietum de omnibus porcis ſuis dominicis, tam in parco, quàm in Foreſtà de **Arundell**, unà cum communi paſtura cum hominibus meis, omnibus animalibus & pecoribus ſuis in **Wepham** in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, ſolutam & quietam ab omni ſervicio & exactione ſeculari mihi & hæredibus meis pertinente, ſicut aliqua elemoſina meliùs & liberiùs dari poteſt. Quare volo & firmiter præcipio, quod dicti Religioſi & ſucceſſores ſui, habeant & teneant omnia & ſingula prædicta liberè & quietè, ita quod nulli homini inde de aliquo, ſive in aliquo, niſi ſoli Deo reſpondeat. Teſtibus, &c.

Nos igitur, de Dei omnipotentis miſericordia, beatæ & glorioſæ virginis *Mariæ* & omnium ſanctorum meritis confidentes, ſupradicto *Willielmo* Comiti, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis, quotienſcunq; dictas conceſſiones ſeu elemoſinas per ſe vel per ſuos perſolverint; necnon omnibus & ſingulis verè contritis & confeſſis, qui ad ſæpedictas collationes & confirmationes, quandocunq; manus porrexerint adjutrices, quo meliùs & efficatiùs perſolvantur, *xl.* dies de injuncta ſibi pœnitentia miſerecorditer relaxamus; & etiam præſcriptam Chartam ratam habentes & gratam, cum authoritate Epiſcopali confirmamus, & præſentis ſcripti teſtimonium Sigilli appoſitione corroboravimus. Si quis autem ſciens, hanc noſtræ confirmationis paginam infringere, aut ei aliquatinus contraire, ſeu perturbare præſumpſerit, ſit ille Anathema Maranatha. Hiis teſtibus, &c.

ABBATIA

de **Lilleſhull**, *in agro* Salopienſi.

Hiſtoria Fundationis ejuſdem.

Ex Regiſtro de **Lilleſhull** penès *Ric. Leveſon* militem de balneo p.100. Videſis Cart. antiq. EE. n. 16. Et Pat. 21. H 6. p. 1. m. 9.

EEcleſia Sancti *Alcmundi*, temporibus antiquorum *Anglorum* habebatur in veneratione; *Adelfleda* etenim Regina *Merciæ*, eam dicitur fundâſſe, & magnis Honoribus ditâſſe. Poſt multum temporis, Rex *Edgarus* pacificus, concilio beati *Dunſtani* eam ampliavit, & ditavit terris & poſſeſſionibus, & decem, Præbendas fecit, quia erat de genere beati *Alcmundi*, deſcendens de nobili proſapia Regum *Northanumbrorum*: Itaq; una de decem Præbendis erat *Wilfreſcota*, *Mora*, *Merſſe*, *Effechota*, **Wiſtaneſtowe**, ſcilicet quatuor hidæ, & Eccleſia de **Wiſtaneſtowe**. Habuerunt itaq, ex dono Regum, Præbendam iſtam Canonici, ſucceſſivè uſq; ad tempus Regis *Edwardi*: Rex verò *Edwardus* dedit eam *Godrico Wiſeſune*. Iſte verò *Godricus Wiſeſune* tenuit eam in temporibus Regis *VVillielmi Normanorum* ducis, & *Rogeri* Comitis **Salop.** Mortuo *Godrico*, ſucceſſit ei in Præbenda, per Comitis *Rogeri* donum, *Nebel* Clericus, qui fuit medicus Comitis *Salopiæ*.

Mortuo *Nigello*, *Hugo* comes, filius *Rogeri* Comitis, impetravit à Canonicis Sancti *Alcmundi*, quod dimitterent Præbendam illam *Gilberto* de *Cunesbr.* laico, per très vel quatuor annos; reddendo inde *x.* ſolidos Eccleſiæ S. *Alcmundi* per annum: Comes *Hugo*, infra hoc terminum morte præventus eſt in *Angleſia*, Cui ſucceſſit *Robertus* de *Beliſmo*, qui bellum movit contra Regem *Henericum*, &c. Vicecomes verò *Paganus*, cujus filiam *Rogerus* Comes **Hereford**, vir bellicoſus, duxit in uxorem, quam poſtea ſprevit; *Helyas* verò de *Sary* Dominus de *Clune*, quia Præbenda illa erat ei vicina & utilis, petiit eam â *Rogero Hereford.* Comite, & hoc concilio *Baldwini* de *Stepeltun*, & dedit ei Triginta marcas, qui nec potuit nec debuit eam dare nec vendere; & ſic concordati ſunt Comes *Rogerus* & *Helyas*, qui primitùs inimici erant, & guerram habebant inter ſe; & hoc fuit in tempore Regis *Stephani*. *Helyas* de *Sary* dedit eam *Baldwino* de *Stepelton* pro ſervitio unius militis, *Baldwino* ſucceſſit *Philippus* filius ejus; qui eam injuſtè occupavit, & *Iſabell* de *Sary* filia *Helyæ* recepit ſervitium unius militis ad *Clunam* de *Philippo* filio *Baldwino*.

Carta Regis Henrici *primi facta* Ricardo *de* Belmeis.

Ibid.

HEnricus Rex *Anglorum*, Epiſcopo *Ceſtrenſi*, & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* de *Salopſcire* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe *Richardo* de *Belmeis*, nepoti *Ricardi* Epiſcopi *Lundonienſis*, Eccleſias & terras & omnes res, quas *Ricardus* Epiſcopus *Lundon.* tenuit de me, quæ fuerunt *Godebaldi* & *Roberti* filii ſui. Et volo & præcipio quod ita benè & in pace & honorificè & quietè teneant, ſicut *Richardus* Epiſcopus & *Godebaldus* & *Robertus* filius ejus, unquam meliùs & honorificentius & quietiùs tenuerunt, Teſtibus *G.* Cancellario, & *N.* de *Albini*, & *VV. Gloec.* & *P.* filio *Johannis*, & *VV. Peverell* apud *Porteſmundam*.

Vide amplam donationum confirmationem in Pat. 18. R. 2. p. 1. m. 7.

Carta Philippi *de* Belmeis *de fundatione ejuſdem domus.*

Adhuc ex eodem Regiſtro.

DOmino ſuo & patri cariſſimo, venerabili *Rogero Ceſtrenſi* Epiſcopo, cæteriſq; tam Prælatis, quàm ſubditis Sanctæ Eccleſiæ filiis, *Philippus* de *Belmeis* in Domino ſalutem; Noſcat paternitas veſtra, cæterorumq; tam Prælatorum quàm ſubditorum fraterna dilectio, me dediſſe & conceſſiſſe in firmam elemoſinam & perpetuam poſſeſſionem, pro animabus patris & matris meorum, & uxoris meæ, cæterorumq; Anteceſſorum noſtrorum, necnon pro ſalute mea, & uxoris & filiorum meorum, totam terram quæ continetur infra **Wathlingeſtrete** & **Perdiche**, ad fundandam Eccleſiam in honore Sanctæ Dei genitricis *Mariæ*, Canonicis de ordine *Arroaſiæ*, de Eccleſia Sancti *Petri Dorcaceſtriæ* egreſſis, Deo ibidem & S. *Mariæ* regulariter ſervientibus, ſolutam, & quietam, & abſolutam, ab omni ſæculari ſervitio & exactione. Concedo etiam eis commoditates vicinorum nemorum, tam ad focum quàm ad materiem ædificiorum. Superaddidi quoq; Eccleſiam S. *Elenæ* de **Aeſsebi**, cum Eccleſia de **Blacfordbi**, cui ſexaginta acræ adjacent; & cum cæteris pertinentiis ſuis. Superaddidi etiam in eadem villa de **Aeſsebi** totam terram de dominio meo, quæ vocatur **Suarteclive**, & terram *Haconis* Sutoris; & decimam molendinorum meorum ejuſdem villæ; & decimam armenti mei; videlicet equarum & pullorum earum, & decimam paſnagii mei; & quietam paſnagii de porcis ſuis, & commoditatem nemoris mei, tam ad focum, quàm ad materiem ædificiorum ſuorum. Hujus ergo donationis & conceſſionis hii teſtes ſunt ſubſcripti, *Robertus* Epiſcopus *Herefordiæ*, *Philippus* filius *Philippi* de *Belmis*, qui non tantum teſtis, ſed etiam conditor & conceſſor prædictæ elemoſinæ, domina *Matilda* filia *Willielmi Meſchin*, uxor prædicti *Philippi* de *Belmis*, *Herebertus* de *Caſtello*, *Hugo* de *Cuilli*, *Hugo* de *Say*, *Philippus* filius *Odonis*, & *Rogerus* frater ejus; *Rogerus* de *Ewias*, *Robertus* Clericus, *Walterus de* **Aeſsebi**, valeat ſanctitas veſtra in Domino, Amen.

Carta Walteri Coventrenſis *Epiſcopi, præfatam donationem confirmans.*

Ib. p. 47.

WAlterus Dei gratia *Coventrenſis* Epiſcopus, omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam poſteris quàm præſentibus ſalutem. Fidelium oblationes quas pietatis intuitu religioſorum fratrum conventibus canonicè impenderint confirmare, eorumq; devotioni aſſenſum præbere, ad Epiſcopalem maximè ſpectat ſolicitudinem: Itaq, *Richardus* de *Beumeys* Decanus Eccleſiæ ſancti *Alcmundi* de *Salopia* aſſenſu Regis *Stephani*, & ſanctione Domini Papæ, eandem Eccleſiam in melius reformans, Canonicos religioſos de ordine *Arroaſiæ*, ſub obedientiæ jugo, Chriſto militantes, in ea conſtituens, Canonicis ſecularibus præfatæ Eccleſiæ, in eorum Præbendas & beneficia ſubrogavit; Dedit quoque eis Præbendam ſuam propriam, ſcilicet **Lilleſhull & Etingham**, cum omnibus earum pertinentiis. Qui egreſſi de Eccleſia Sancti *Petri* de *Dorkeceſtria*, Abbathiam ad honorem perpetuæ virginis *Mariæ* in boſco de **Lilleſhull** ædificare ceperunt.

Hanc donationem liberam & quietam, & ab omni exactione abſolutam à domino Papa *Eugenio* imperpetuum eis confirmatam, & à domino Archiepiſcopo corroboratam; & à prædeceſſore noſtro bonæ memoriæ *Rogero* Epiſcopo præmunitam; Nos quoque tantorum patrum autoritatem ſequentes, conceſſimus & confirmamus. Præterea quicquid in dioceſi noſtra, fidelium devotione eis legitime collatum eſt, vel poſtmodum conferetur, præſentis Cartæ confirmatione communimus, Hiis teſtibus *Willielmo* Abbate de *Radnora*; *Galfrido* Abbate de **Cumbremare**; *Ranulfo* Abbate de **Billdewas**, *Richardo* Abbate de **Rouceſtria**; *Radulfo* Priore de **Keningworth**; *Richardo* Priore de *Tutteſbiria*; *Rogero* Archidiacono **Salopeſberie**; & aliis.

Carta Domini Alani *la* Zuche *de Eccleſia de* **Eſſeby** *&c.*

Ib. p. 48.

UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, *Alanus* la *Zouche* filius *Galfridi* Vicecomitis, in domino ſalutem; Noverit univerſitas veſtra, me dediſſe & conceſſiſſe Canonicis de **Lilleſhull**, pro ſalute mea, & uxoris meæ *Aliciæ*, & puerorum noſtrorum; & pro animabus *Philippi* de *Beumeis* ſenioris, & *Philippi* junioris & cæterorum filiorum ejus, & omnium anteceſſorum noſtrorum, Eccleſiam de **Eſſebi** cum Capella de **Blacfordeby**, & omnibus aliis pertinentiis ſuis; Scilicet in **Blacfordby** *lx.* acras, in **Eſſebi** *iii.* virgatas terræ, & quartam extra villam; quæ fuit *Willielmi Foreſtarii*; & terram *Haconis* Sutoris; & totam terram de **Suarteclyve** quæ eſt inter viam de **Pakynton** ad *Bredonam* & diviſas per nemus; & terram de **Overton**; & decimam molendinorum meorum (&c.) & totam terram de **Luſard** quæ eſt inter **Watlyngeſtret** & **Perdich**, & Commoditates nemoris mei de **Long-Caſtle**. (&c.)

Carta Regis Stephani *facta Canonicis de* **Dunnton**, *de Præbenda in Eccleſia S.* Alcmundi Sl op æ.

Ibid.

STephanus Rex *Angliæ* Archiepiſcopis, Epiſcopis Abbatibus, Comitibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Baronibus, miniſtris & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* Salutem, Sciatis quia prece *Richardi* Archidiaconi, dedi & conceſſi pro anima regis *Henrici* avunculi mei, & aliorum prædeceſſorum meorum Regum *Angliæ*; & pro ſalute mea, & *Mathildis* Reginæ uxoris meæ, & *Euſtachii* filii mei, & aliorum puerorum meorum, Præbendam ipſius *Richardi*, quam habuit in Eccleſia Sancti *Alchmundi* de *Salopeſberia*; & totum dominium ſuum & omnes res ſuas Canonicis regularibus de *Dunintona* & omnes alias Præbendas prædictæ Eccleſiæ Sancti *Alchmundi* quando delib . . . . . cum omnibus ad illas pertinentibus. Quare volo (&c.) Teſtibus *Imaro Tuſculanenſi* Epiſcopo legato, & *R. Herefordenſi* Epiſcopo, & Rotrodo *Eboracenſi* Epiſcopo, & *R.* de *Gant* Cancellario, & Comite *W.* de **Warrenna**, & Comite *Gilberto* de *Clarea*, & Comite *Alberico*; & *W.* de *Ipra*, & *H.* de *Eſſexia* apud *Sanctum Edmundum.*

Confirmatio Theobaldi *Archiepiſcopi* Cantuarienſis.

Theobaldus Dei gratia *Cantuarienſis* Archiepiſcopus & totius *Angliæ* Primas, cunctis Sanctæ Eccleſiæ fidelibus Salutem. Devotioni fidelium, aſſenſum præbere, earumque oblationes quas pietatis intuitu religioſorum Conventibus Canonicè impenderint confirmare, ad Epiſcopalem maximè ſpectat ſolicitudinem. Quocirca donationem & elemoſinam *Richardi* de *Belmis* Decani Sancti *Alcmundi* de *Saloppeſberia*. Scilicet Prebendam ſuam **Lilleſhull** & **Hetingeham** cum omnibus earum pertinentiis, & omnes alias Prebendas prefatæ Eccleſiæ cum vacuæ fuerint quam *Richardus* pro ſalute animæ ſuæ, & omnium ſuorum juſte & canonice fecit Canonicis *Arovaſiæ* de Eccleſia Sancti *Petri* in *Dorcaceſtria* egreſſis, ad Abbathiam ædificandam in honorem Sanctæ *Mariæ* ſemper virginis, in boſco de **Lilleſhull**, ſicut venerabilis frater noſter *Rogerus Ceſtriæ* Epiſcopus ipſis juſſu Domini Papæ *Eugenii* confirmavit; & nos concedimus, atque præſentis ſcripti munimine confirmantes in perpetuum corroboramus, valete.

Carta Domini Johannis Extranei *de Eccleſia de* Hulmo, *quam ipſe dedit Domui de* **Lilleſhull.**

Ib. p. 54. Univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, *Johannes Extraneus* filius *Johannis Extranei*, Salutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ, & animæ *Amiciæ* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, dediſſe, & conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Lilleſhull**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam, Eccleſiam de *Hulmo* cum omnibus pertinentiis & libertatibus, & aiſiamentis, in omnibus locis; ut de cætero, nihil juris, vel patronatus, vel alicujus poſſeſſionis ad Eccleſiam illam pertinentis, mihi vel cuidam hæredum noſtrorum retineatur, ſed totum integerrimè divinæ pietatis intuitu in prædictos Canonicos conferatur. Ut igitur hæc mea donatio rata, ſtabilis, & inconcuſſa permaneat, eam præſentis ſcripti munimine, & ſigilli mei appoſitione corroboravi. His teſtibus Magiſtro *Willielmo Extraneo* fratre meo & multis aliis.

Carta Dominæ Hillariæ *de* Truſſebut *de terra ſua de* **Arkendene.**

Omnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Hillaria* de *Truſſebut* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod ego in ligia poteſtate meâ dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, in liberam & perpetuam elemoſinam Deo, & beatæ *Mariæ* de **Lilleſhull**, & ejuſdem loci Conventui ibidem Deo ſervientibus, pro animabus patris & matris meæ, & pro anima *Roberti* de *Budlers* quondam viri mei, & pro ſalute animæ meæ, & hæredum meorum, totam terram meam de **Arkendene**, tam in villenagio, quam in libero ſervitio, cum omnibus pertinentiis ſuis, infra villam & extra, ſine ullo retinemento habendum & tenendum imperpetuum liberè & quietè ab omnibus demandis, & conſuetudinibus, ad me vel ad hæredes meos pertinentibus: Conceſſi etiam eis ut illic ibi conſtruant molendinum, cum ſecta molturæ hominum ſuorum; Et ſi fortè molendinum ibi non fecerint de præfata moltura hominum ſuorum, faciant libitum ſuum. Conceſſi itaque eis, & confirmavi, ut habeant omnia aſiamenta ſua ad uſus proprios, veluti ad domos ſuas, & molendinum ſuum faciendum & reficiendum, & cætera neceſſaria ſua, & *Uſbotam* & *Heybotam* ad ſufficientiam in boſco meo de **Ditton** & **Indeghemanthorp**. Hanc verò elemoſinam aſſignavi caritatis intuitu ad prædicti Conventus coquinariam ſuſtentationem & ad augmentum victus ſui in refectorio, ſine cibi conſuetæ appoſitionis ſubſtractione. Et ego & hæredes mei prædictam elemoſinam meam, cum omnibus pertinentiis ſuis prædicto Conventui contra omnes homines warantizabimus. His teſtibus, *Roberto Walenſi* tunc Vicecomite *Ebor*. (&c.) Ib. p. 51.

Carta ejuſdem Hillariæ *de terra de* **Brandeſton**

Omnibus Chriſti fidelibus domina *Hillaria* de *Truſſebut* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me confirmâſſe & dediſſe Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Lilleſhull** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, ubi corpus meum devovi ſepeliendum, intuitu Dei & pro ſalute animæ meæ, & Domini *Roberti* de *Budlers* mariti mei (&c.) ad ſuſtentationem cujuſdem Canonici qui imperpetuum ſingulis diebus plenarium ſervitium faciat, poſt obitum meum, pro anima mea, & anima domini *Roberti* de *Budlers* & patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, totam terram meam de **Brandeſton** cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, infra villam & ex- Ibid.

tra in boſco, & plano, in viis, & ſemitis & paſcuis, in aquis & molendinis & omnibus aliis aiſiamentis ad prædictam terram ſpectantibus, ſalvâ advocatione tertiæ partis Eccleſiæ præfatæ villæ mihi & hæredibus meis, & ſalvo ſervitio capitalis Domini. Quare volo, (&c.)

Carta Regis Henrici *tertii conceſſiones, donatorum recitans & confirmans.*

b. p. 101. Videſis Cart. 1 *Joh.* . 1. n. 99. t Pat. 18. .2. p. 1. m. . Et Pat. . H. 6. 1. m. 9.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. Inſpeximus Cartam Domini *Johannis* Regis patris noſtri in hæc verba. *Johannes* Dei gratia, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo, & beatæ *Mariæ* de **Lilleſhull**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, ipſum locum in quo Eccleſia illorum fundata eſt, cum ſeptis, & foſſatis, quæ circa eandem Eccleſiam ſunt, & Eccleſiam Sancti *Alemundi* de *Salop.* cum omnibus pertinentiis ſuis, in terris, Eccleſiis & Capellis, & decimis, & cum terris ſubſcriptis, ad ipſam Eccleſiam pertinentibus; ſcilicet, **Lilleſhull** cum pertinentiis ſuis, **Etincham**, **Uckinton**, **Longedon**, **Preſton** *Golalt*, **Lee**, **Cobrithteleg**, **Hennecote**, **Dunthull**, **Cherleton**, **Preſton** juxta **Moneford**, **Wyſtanſtowe**, cum omnibus pertinentiis, ſuis, & libertatibus. Ex dono *Philippi* de *Beumays*, Eccleſiam de **Eſeby** (alias de **Aſheby-de la zouch**) cum Capella de **Blackfordebye**, cum terris, & omnibus pertinentiis ſuis; & terram de **Luſghart** inter **Watlingſtreete** & **Merdiche**, & duos rivulos. Ex dono *Mathæi* de *Stokes* in **Peccho** *Grenlowe*, cum pertinentiis. Ex dono *Helewiſiæ Duce* de **Bret-Lacton**, totam terram ſuam in eadem villa, cum pertinentiis ſuis. Et V. S. de *Brocton*. Ex dono *Aliciæ* de *Belmeis* molendinum de **Tonge**. Ex dono *Henrici* de *Becho* unam virgatam terræ in **Chanford**. Ex dono *Hillariæ* de *Truſſebut*, totam terram quam habuit in **Erkeneden**, &c.

Hugo de *Bolinghall* dedit Eccleſiæ de **Lilleſhull** pro ſalute animæ ſuæ & *Falciæ* uxoris ſuæ, totam terram ſuam de **Bolinghall**, cum omnibus pertinentiis ſuis, wardis, releviis, maritagiis, Herietis, &c. Teſtibus dominis *Johanne* de *Chetewinde*, *Johanne* de *Pichford*, *Johanne* filio *Hugonis*, militibus.

Willelmus de *Hugeford* miles obligavit ſe & Manerium ſuum de **Hugeford**, & homines ſuos in eodem Manerio demorantes Abbati de **Lilleſhull**, ad acquietandum terram Abbatis, de **Bolinghall** de omnibus ſervitiis forinſecis ſubſcriptis, quæ dictam terram de **Bolinghall** cum dicto Manerio de **Hugeford** facere ſolebat; videlicet hidagiis, &c. Teſtibus Dominis *Rogero Sprenchoſe*, *Hugone Burne*, *Rogero Tyrel* militibus.

Henricus de *Erdinton* Dominus de **Shanbury** quietum clamavit Abbathiæ de **Lilleſhull**, totum jus ſuum quod habuit in communi paſtura totius feodi grangiæ ipſius Abbatis de **Cherleton**. Teſtibus Dominis *Rogero Corbet*, *Rogero Tyrell*, *Johanne* filio *Aeri*, *Johanne* de *Erkelowe* militibus, *Hugone* de *Bolinghall*, &c.

PRIORATUS

de **Giſeburne**, *in agro* Eboracenſi.

Carta Fundationis.

Ex Regiſtro Cart. de *Gyſeburne* in bibl. *Cot.* [ſub effigie Cleopatræ D 2.] fol. 110 a.

Videſis Cart. 10 H. 4. n. 7. Et Pat. 2 H. 5. p. 1. m. 5.

REgi *Anglorum* & Archiepiſcopo *Eboracenſi*, omnibuſq; ſanctæ matris Eccleſiæ filiis *Robertus* de *Brus* ſalutem. Notum ſit caritati veſtræ, me conſilio & ammonitione *Calixti* Papæ ſecundi, & *Turſtini Eboracenſis* Archiepiſcopi, quoddam monaſterium Canonicæ Religionis in *Gyſeburna*, ad honorem Dei & S. *Mariæ* fundâſſe, ibiq; Canonicos regulares pro Regis *Angliæ* & mei atq; uxoris meæ liberorumq; ſalute animarum, conſtituiſſe, & eidem Eccleſiæ, atq; Deo in ea ſervituris, totam *Gyſeburnam*, cum omnibus ad eam pertinentibus dediſſe; videlicet *xx.* carucatas terræ, & duas bovatas, quas habeant in boſco & plano, pratis & paſcuis, & aquis, per eoſdem terminos & metas ex omni parte villæ, per quas eas tenueram, excepta haia, & *Aſadala*, quam retinui in manu mea ab orientali parte ſemitæ *Ernaldi*, quæ ducit ab *Holibec* uſq; in moram. Reliquam verò partem *Aſadala*, in parte occidentis, & totam terram uſq; ad introitum nemoris de **Hellawath**, & inde totum nemus ab occidente illius viæ, quæ ducit ad **Hellawath** ex utraq; parte aquæ; & totam moram à dextris uſque ad introitum de **Schelderſcoh**; & inde totum nemus & moram à parte occidentis, ſicut aqua ducit ad **Colemanergas**; & inde totum, ſicut aqua ducit uſq; in **Eſc** ad **Dephil**; & exinde totum, ſicut via ducit à vado de ſub **Dephil** in parte dextera uſque ad hayam *Ernaldi* de *Hinderſcoh*; & inde totum à parte Aquilonis; ſicut vallis & aqua ducit ad viam quæ deſcendit verſus *Kildalam*; & inde ſicut magna via ducit ad ſemitam *Ernaldi*, quæ deſcendit in *Golſtardalam*; & inde totum in parte dextera, ſicut ſemita ducit uſq; ad aquam *Golſtardalæ*; & inde ad vallem & aquam quæ dividit territorium *Gyſeburnæ*, & *Atunæ*; & inde per rivulum uſq; ad magnam viam de **Henſberg**, & inde totum ſicut via ducit ad ſemitam quæ eſt deſuper nemus *Hotuniæ* illis conceſſi.

Dedi etiam præfatæ Eccleſiæ molendina mea in *Gyſeburna* cum *ſoca* & molta ſicut ea habui; & ita, ut nullus faciat molendina in parochia ejuſdem villæ abſq; Canonicorum licentia & conceſſu. De terra autem filii *Gaufridi*, & de terra *Uctred* de *Clivelanda* liberum habeant ſervicium, quod mihi debebatur. Dedi etiam ſupradictis fratribus totam **Lyum**, ſcilicet novem carucatas terræ, cum illa parte de **Cotum**, quæ illi adjacet, & cæteris omnibus ad eam pertinentibus; & decimam dominii mei de **Lyum**; & Eccleſiam de **Merſc**, & Eccleſiam de **Burnnus**, & Eccleſiam de *Scheltona*, & Eccleſiam de **Daneby**, & Eccleſiam de **Uplyum**-

& Eccleſiam de *Staintona*, & Eccleſiam de *Levintona*, & Eccleſiam de **Herte**, & Eccleſiam de *Strantona*, cum omnibus appendiciis & terris illarum. Et volo ut decedentibus Clericis, qui quaſdam de prædictis Eccleſiis tenent, habeant eas Canonici præfati ad ſuſtentationem ſuam ita liberè & quietè, ſicut aliqua Abbatia liberiùs & meliùs tenet in toto Archiepiſcopatu *Eboracenſi*. Dedi etiam illis materiem in *Eſcadala* in perpetuum, ad ædificia ſua & cætera omnia neceſſaria domus ſuæ.

Hæc omnia ſupradicta dedimus & conceſſimus, ego videlicet *Robertus* de *Brus*, & *Agnes* uxor mea, & *Adam* filius noſter & hæres, Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Gyſeburna*, & fratribus ibidem ſervituris, in liberam & quietam & perpetuam elemoſinam, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & dignitatibus, quas in eis habuimus ex donatione & conceſſione *Henrici* Regis *Angliæ*. Quod ſi quis violaverit, vel in diripiendo poſſeſſiones Eccleſiæ vel minuendo dignitates, Deum inde, ejuſq; matrem ſentiat vindicem. Confirmamus etiam donationes hominum noſtrorum factas præfatæ Eccleſiæ, videlicet Eccleſiam de **Damesby**, cum omnibus appendiciis ſuis, & molendinum de **Caldecotes**, cum terra ſibi adjacente, ex dono *Ernaldi* de *Percy*. Et dimidiam Eccleſiæ de *Martona* cum omnibus ſibi adjacentibus, ex dono *Roberti Sturmy*. Et Eccleſiam de **Aclum** ex dono **Alueredi**, & unam carucatam terræ in **Aruſum**, ex dono *Willielmi Engelram*; Et tres bovatas in **Lofhus**, & dono *Theobaldi*: Et unam bovatam in **Eſintun** de dono *Rogeri* de *Ryſel*.

Carta Radulfi *de* Clera *facta Canonicis de* **Giſeburne**, *de loco ubi Domus eorum ſita eſt.*

Ex ipſo autograph. in Turri B. *Mariæ* *Eboraci*.

RAdulphus de *Clera* omnibus hoc ſcriptum audituris ſalutem. Notum ſit omnibus vobis, me conceſſu & concenſu uxoris meæ *Mabillæ*, pro amore Dei & S. *Mariæ*, & pro ſalute animæ meæ, & corporis uxoris meæ, & filii noſtri dediſſe, & hac meâ Cartâ confirmâſſe Deo & S. *Mariæ* de **Gyſeburne**, locum illum & terram ubi ſita eſt domus Canonicorum de **Giſeburne**, juxta Capellam S. *Michaelis*, verſùs Auſtrum, in liberam, quietam, puram, & perpetuam elemoſinam, per metas illas quas ſepta Canonicorum à nobis conceſſa demonſtrant. Hiis teſtibus, *Rogero* Capellano, *R.* ..... *Ada* Capellano, *Ada* Clerico de **Walton**; *Willielmo* Capellano de **Sivelmyt**; *VVillielmo Bainard*; *Hugone* de *Corneburch*; *Hugone Buche* de **Giſeburn**; *VVillielmo* de *Sceltun*, & multis aliis.

Fundatorum Hiſtoria.

Ex Ro
pergam
nario,
per in
Pontef
exiſte

ANno ab incarnatione Domini *MLxvi.* intravit *VVillielmus* Baſtardus & Conqueſtor inclitum regnum iſtud *Anglicanum*: Cum quo quidem *VVillielmo*, tunc veniebat Dominus *Robertus* de *Bruſe*, nobilis miles de *Normannia*. Habuitq; idem Dominus *Robertus* per Conqueſtum, & alios titulos diverſæ adquiſitionis, dominia & terras ſubſcripta, ita quod fuit Dominus Caſtri de **Skelton**, **Merkes**, **Uplythum**, **S. Weſtyby**, & **Banzone**; dominus de **Danby**, **Levyngton** & **Yarum**; dominus de **Kendall**, & dominus *Vallis Anandiæ*. Habuitq; **Hert** & **Hertnes**, **Brune** & **Tybthorp**, **Karltone** in **Balne**, & **Thorp dez Arches**.

Evoluto extunc tempore ſibi placito, dedit *Roberto* de *Bruſe* filio ſuo juniori, *Vallem Anandiæ*, tenendam de Rege *Scotiæ*. Motâ poſtea guerrâ, inter regem *Angliæ* & *Scotiæ*, captus fuit prædictus *Robertus* filius, à patre ſuo in bello hoſtili cum Rege *Scotorum*; cum quo tenebat, ratione terrarum ſuarum, ſcil. *Vallis Anandiæ* infra regnum *Scotiæ* exiſtentium, & à patre, ut præfertur, donatorum. Qui quidem *Robertus* de *Bruſe* pater, prædictum *Robertum* filium ſuum, ſic per ipſum captum Regi *Angliæ* præſentavit. Rex autem *Angliæ*, curialiter, & ut tanto Regi decuit, prædictum, *Robertum* filium, nutrici ſuæ, id eſt Matri propriæ, cuſtodiendum emandavit: moramq; faciente cum patre ſuo, intimando patri, quod in *Valle Anandiæ* panis frumenti non fuerat: undè pater precibus filii motus, dedit ei **Hert** & **Hertnes**; tenenda de ſe & hæredibus ſuis, dominis de **Skelton**.

Qui quidem *Robertus* de *Brus* pater, obiit anno domini *MCxli* quinto Idus *Maii*, & regni regis *Stephani*, poſt conqueſtum *Angliæ*, ſecundo; ſepultusq; eſt apud **Gysburghe** in **Cleveland**, in quodam monaſterio Canonicorum, quod erat ex fundatione ſua. Cui ſuceſſit *Adam* de *Bruſe*, filius & hæres dicti *Roberti* patris ſui, qui dominia paterna & hæreditatem ſibi tenuit ad terminum vitæ ſuæ, pacificè, integraliter, & honorificè, qui obiit anno Domini *MClxvii. xiii.* Kal. *Aprilis*, & anno regni regis *Henrici* ſecundi poſt conqueſtum *Angliæ* octavo, ſepultuſq; eſt apud **Gyſburghe** prædicta.

Cui ſucceſſit *Adam* de *Bruſe*, ſecundus filius, & hæres *Adæ* patris ſui, tenuitq; ſibi totam prædictam hæreditatem, qui obiit anno Domini *MCLxxx.* quinto Idus *Julii*, & regni regis *Henrici* ſecundi, poſt conqueſtum *Angliæ* *xxi.* ſepultuſq; eſt apud **Gysburghe** prædicta. Cui ſucceſſit *Petrus* de *Bruſe*, primus filius prædicti *Adæ* & hæres, tenuitq; ad terminum vitæ ſuæ totam paternam hæreditatem; qui

obiit


GISBURNENSIS
(olim) Cœnobij reliquiarum,
ſive ruderum, à circio, proſpectus modernus, Aº D. MDC.LXI.

Edw: Maſcall delin: Wenceſlaus Holla



In atavi ſui prænobilis
ROBERTI BRUCÆI,
qvondam de SKELTON-caſtro, in agro
EBORACENSI, pij hujus Cœnobij funda-
toris, memoriam, THOMAS. BRV
CÆVS Baro BRVCE de WHORLTON in
Com: EBOR: et Comes Elginiæ (in Scotia)
hoc poſuit,

laus Hollar ſculp: 1661.

Tumuli perpulchri in Eccleſia (olim Conventuali) de GISBURNE nuperrime exiſtentis, latus auſtrale.



Memoriæ Majorum prænobilis THOMAS Dominus BRUCE, Comes ELGINIÆ poſuit,



Ejuſdem Tumuli facies altera.



W. Hollar fec.

obiit anno Domini *MCCxi.* decimo ſexto Kal. *Februarii*, & regni regis *Henrici* tertii, poſt conqueſtum *Angliæ*, tertio, ſepultuſq; eſt apud **Gysburghe** prædicta. Cui ſucceſſit *Petrus* de *Bruſe* ſecundus, filius & hæres ſuus. Hic *Petrus* ſecundus, redeundo à terra ſancta, ad quam profectus fuerat, obiit apud *Marſiliam*, anno Domini *MCCLxvii.* Id. *Septembris*, & regni regis *Henrici* tertii, poſt conqueſtum *Angliæ xxxix.* reductuſque eſt à ſuis, apud **Gysburgh** prædicta ſepultus.

Cui ſucceſſit *Petrus* de *Bruſe* tertius, filius & hæres ſuus. Hic *Petrus* de *Bruſe* duxerat in uxorem, dominam *Hillariam* de *Milolacu*, ex qua non procreavit liberos, eo quod ei ſterilis permanſit; & ſic tranſactis temporibus; decurſuſque vitæ ſuæ curriculo, debitoque humanæ naturæ ſoluto, obiit idem *Petrus* Anno Domini *MCCLxxiii. xiv.* Kal. *Octob.* & Anno Regni Regis *Edwardi* primi poſt conqueſtum *Angliæ* nono; ſepultuſque eſt cum uxore ſua. Et hic ceſſit illud cognomen de *Bruſe*, propter defectum hæredis maſculi: Succeſſeruntque ei in hæreditate quatuor ſorores ſuæ; viz. *Agnes*, *Lucia*, *Margareta*, & *Laderina* ultima; diviſaque eſt illa hæreditas magna, inter illas quatuor ſorores, hoc modo. Prima ſoror, domina *Agnes* de *Bruſe*, quam duxerat in uxorem dominus *Walterus Fauconberg*, dominus de **Ryſe** in **Holdyrnes**; habuitque in partem ſuam cum uxore ſua, Caſtrum de **Skelton**, **Mersk**, **Uplythum**, **Weſtyby**, & **Eſtburne**; habuitque cum viro ſuo ſeptem filios & quatuor filias; viz. *Petrum*, qui in pueritia obiit, *VValterum*, *Frankum*, *Petrum*, *Alexandrum*; (qui duo efficiebantur Fratres Prædicatores) *Johannem* & *Patricium*. Filias verò *Aviciam*, *Lorettam*, *Helwiſiam* & *Agnetem*: obiitque domina *Agnes*, mater eorum, ante virum ſuum, Anno Domini *MCCLxxxvi.* in vigilia *Aſcenſionis* Domini, & Regni Regis *Edwardi* primi, poſt conqueſtum *Angliæ xix.* & ſepulta eſt apud **Gysburgh** præfata. Et *VValterus* maritus ſuus obiit apud **Ryſe** in **Holdyrnes**, Anno Domini *MCCCiv.* die ſcilicet *Commemorationis animarum*, & Regni Regis *Edwardi* ſecundi, poſt conqueſtum *Angliæ*, quinto, ſepultuſque eſt apud **Rylyng** in **Holdyrnes**, in Eccleſia ſanctarum monialium, quæ erat ex fundatione anteceſſorum ſuorum.

[Iſtis ergo Domino *VValtero*, & Dominæ *Agneti* uxori ejus, ſucceſſit Dominus *VValterus Faukonberg*, ſecundus filius & hæres, qui Dominam *Iſabellam* filiam Domini *Roberti* de *Roſe* de **Hamelak**, duxerat in uxorem.: Ex qua ſex filios procreavit, & quatuor filias; viz. *Petrum*, *VValterum*, *Johannem*, & *VVillielmum*, & duos parvulos qui cito obierunt. Filias verò *Agnetem*, *Laurettam*, *Ivotam* & *Jonettam*. *Petrus* autem primogenitus obiit puer. *VValterus* verò duxerat in uxorem filiam *Radulphi* de *Nevyll*, *Anaſtatiam* nomine; & quia nata fuit in nocte *Natalis Domini*, & tunc memoriam fecimus beatæ *Anaſtaſiæ*, ideo illud ſibi nomen impoſuerunt. *VValterus* verò maritus ſuus, factus adultus, ſuſcepit arma militaria, in vigilia *Pentecoſtes*, cum aliis Regni proceribus; & cum *Edwardo* filio Regis in ſervicio permanſit.

Domina *Lucia* ſecunda ſoror, quam duxerat in uxorem Dominus *Marmaducus* de *Tweng*; habuitque in partem ſuam cum uxore ſua, **Danby**, **Bretton**, **Parum**, & **Ryrkeburne**: Habuitque cum viro ſuo *ix.* filios & *v.* filias.

Domina *Margareta* de *Bruſe*, tertia ſoror, quam duxerat in uxorem Dominus *Robertus* de *Roſe*, Dominus Caſtri de **Warke**; habuitque in partem ſuam, totam **Kendale**.

Domina verò *Laderina*, quarta ſoror & ultima, quam duxerat Dominus *Johannes* de *Bellew*, id eſt de *Bella aqua*; habuitque in partem ſuam **Carleton** in **Balne**, **Ramlesforth**, **Thorpe** *des Arches*, **Tybthorpe**, & cæteras bovatas terræ in **Sethbarne**: habuitque cum viro ſuo tres filias, *Aliciam* quam duxerat dominus *VVillielmus Hunke*, quæ mortua eſt ſine hærede, *Sibillam* & *Johannam*; quæ duæ tantum, poſt mortem patris diviſerunt hæreditatem inter ſe æqualiter in cunctis locis.

Sibillam autem duxerat dominus *Milo* de *Stapylton*.

Johannam verò duxerat Dominus *Aucherus* filius *Henrici* de le **Coped-Hall**, qui erant ſuperſtites Anno Domini *MCCCvii.* & Anno Regni Regis *Edwardi* ſecundi, poſt conqueſtum *Angliæ* ſeptimo.

Carta

Nomina anteceſſorum de **Carleton** *de familia de* Brus.

Ex vet. Cod: *MS.* penès *Thomam Metham* de **Metham** in agro: *Ebor:* Eq: aur:

MEmorandum, quod primus de *Brus* de **Carleton** fuit *Robertus* de *Brus*; qui quidem *Robertus* cum *Willielmo* Conqueſtore in *Angliam* venit. Hic *Robertus* deſponſavit, *Agnetam* filiam *Fulconis Paynell*; & cum ea prædictus *Fulco* dedit prædicto *Roberto*, manerium de **Carleton**, cum pertinentiis *Roberto:* jure ſucceſſit *Adam* filius, & hæres ejus. Huic *Adæ* ſucceſſit *Adam* filius & hæres ejus. Huic *Adæ* ſecundo, ſucceſſit *Petrus* de *Brus* primus. Huic *Petro* ſucceſſit *Petrus* ſecundus. Huic *Petro* ſucceſſit *Petrus* de *Brus* tertius; Huic *Petro* tertio ſucceſſerunt quatuor ſorores, tanquam unicus hæres; videlicet *Agnes*, *Lucia*, *Margareta*, & *Laderina*; *Agnetem* deſponſavit *Walterus* de *Fawconberg*, avus *Johannis* de *Fawconberg*. *Luciam* deſponſavit *Marmaducus* de *Thevenge*, avus *Luciæ*, quam *Willielmus Latimer* deſponſavit. *Margaretam* deſponſavit *Robertus* de *Roos* de **Werke**, avus *Thomæ* de *Roos* de **Kendall.** *Laderinam* deſponſavit *Johannes* de *Bella aqua*, proavus *Milonis* de *Stapleton*, & avus *Henrici* filii *Ancheri*.

Ibid.

De prædicto *Roberto* de *Brus* primo, venit *Robertus* filius ejus junior, cui pater dedit villam *Anandiæ* de regno Scotiæ; & ſimiliter eidem filio ſuo donavit poſtea **Hert** & **Hertneſſe**, tenendum de ſe & ſucceſſoribus, hæredibus ſuis: Huic ſucceſſit *Willielmus* filius ejus, & hæres. Huic *Willielmo* ſucceſſit *Robertus Brus* ſecundus. Huic *Roberto Robertus* de *Brus* tertius, qui jacet apud **Giſburne**: Huic *Roberto* ſucceſſit *Robertus* de *Brus* quartus, qui deſponſavit filiam & hæredem Comitis **Karrigg**; & ideo Comes ejuſdem appellatus erat: Hic jacet apud **Holme-Coltram.** Huic ſucceſſit *Robertus* de *Brus* quintus; qui fuerat Rex *Scotiæ*, Et poſtea ſurrexit contra *Edwardum* filium Regis *Henrici*, avum domini Regis, quâ de cauſâ foriſfactæ ſunt terræ ſuæ de **Hert**, & **Hertneſſe.** Quas quidem terras, idem dominus Rex dedit Domino *Clifford*, ſalvo tamen jure Epiſcopali, & Eccleſiæ *Dunelmienſi*. Huic *Roberto* de *Brus* ſucceſſit *Daniel*, qui nunc eſt; Quiquidem *Daniel* deſponſavit *Joannam* de *Turre*, ſororem *Edwardi* tertii à conqueſta.

Carta Petri *filii* Petri *de* Brus, *conceſſiones Donatorum recitans & confirmans.*

Ex præſ: Regiſtro in bibl: *Cottoniana.* fol. 155. b.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Petrus* de *Brus* filius *Petri* de *Brus* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me conceſſiſſe & hac Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Gyſeburne**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes, quas homines de feodo meo & omnes de me tenentes eis fecerunt; videlicet Eccleſiam de **Ormeſby**, cum omnibus appendiciis ſuis, & molendinum de **Caldecotes**, cum terra ſibi adjacente, ex dono *Arnaldi* de *Percy*. Et Eccleſiam de **Crathorn** cum pertinentiis ſuis ex dono *Willielmi* de *Percy*. Et Eccleſiam de **Marton**, & dimidiam carucatam, terræ in **Tolleſby** ex dono *Roberti Sturmi*. Et Eccleſiam de **Acclum** ex dono *Alredi*. Et tres bovatas terræ in *Lofthus* ex dono *Theobaldi*. Et unam bovatam in **Eſington** ex dono *Rogeri Roſel*. Et Eccleſiam de **Eſington** ex dono *Rogeri Roſel*. Et ex dono *Walteri Ingelram* Eccleſiam de **Crenclive**, cum duabus bovatis terræ & manſo eis adjacente; Et Eccleſiam de **Wellebergh**, cum duabus bovatis terræ, & manſo eis adjacente; Et Eccleſiam de **Heſlerton**, cum dimidia carucata terræ, & manſo, & cum Capella alterius **Heſlerton**, in puram & perpetuam elemoſinam; excepto quod dimidia carucata terræ de **Heſlerton** forinſecum facit ſervicium.

Et ex dono *Roberti* de *Lacels* Capellam de **Harleſay**, & quinque toſta in eadem villa; & Eccleſiam de *Loftehus* ex dono *Willielmi* de *Saucey*. Et Eccleſiam de **Liverton** ex dono *Henrici* filii *Canani*. Et unam bovatam terræ in **Daneby** ex dono *Willielmi* de *Camera*. Et ex dono *Ricardi Bard* duas bovatas terræ in *Loftehus* & **Uctredecroft**, ſine omni retentione. Et ex dono patris mei quatuor bovatas terræ in **Brocton**, quæ fuit *Rogeri Diſpenſatoris*, & cum toto eſſarto quod *Aldredus* tenuit. Ex dono *Roberti* de *Thyrun* duas bovatas terræ in **Brocton**, cum toſto & croſto. Et ex dono *Willielmi* de *Thyrun*, unum toſtum in **Brocton**. Et ex dono *Roberti Brutonis* de **Skelton** totam terram quam habuit in **Broctundale**, juxta culturam Domini *Petri* de *Brus*, quæ vocatur **Salemuncroftflat.** Et ex dono *Nicholai* filii *Galfridi* Clerici de **Skelton**, totam terram in **Skelton**, quam pater ſuus emit de *Ricardo Coſtard*, per eaſdem diviſas, per quas pater ſuus eam tenuit. Et ex dono *Galfridi* filii *Willielmi* de *Morſum* duo toſta & unam bovatam terræ & quatuor acras in **Morſum.** Et ex dono *Hugonis* filii *Patricii* duas bovatas terræ cum toſto & croſto, quas *Thorald* tenuit, & quadraginta & ſeptem acras terræ in **Morſum**, Et unum toſtum & croſtum in **Skelton** ex dono ipſius *Hugonis*, quas *Ricardus* Diaconus tenuit.

Et ex dono *Umfridi* filii *Johannis* de *Tokotis*, unam bovatam terræ in **Appelithun**, & quatuor acras terræ & dimidiam in **Merſk** juxta grangiam Prioris. Et ex dono *Godefridi* de la *Hoge* decem acras terræ in campis de **Merſk**, quas habuit in eſcambium; & ex dono *Willielmi* filii *Aicardi* duas bovatas terræ in **Bernaldby.** Et ex dono *Gregorii* de **Neuton** viginti & duas acras terræ & capitale toſtum & croſtum, quod fuit *Walteri* patris ſui in **Bernaldby.** Et totam culturam de **Skugdale**, & totam moram & boſcum de **Skuggedale.** Et ex dono *Hugonis* **Lackenby** tres bovatas terræ, & quinque toſta cum prato & croſto, quod fuit ipſuis *Hugonis* in **Lackenby**, excepta dimidia acra terræ. Et ex dono *Ricardi Loft* duas bovatas terræ in **Northmanby.** Et ex dono *Ricardi* filii *Roberti* de **Northmanby**, unam bovatam terræ cum toſto & croſto in **Northmanby.** Et ex dono *Roberti* de **Bonington** unam bovatam terræ in **Tibbethorp**. Et ex dono *Adæ Panel* unum toſtum in **Tibbethorp**. Et ex dono *Ivonis* de **Seton** totum manerium cum omnibus pertinentiis de **Caſteledun**, ſicut in Carta ipſius continetur. Et ex dono *Willielmi* de *Percy* in *Ormeſby* unam bovatam terræ, quam recuperavit de *Radulfo* filio *Atæ*, & quinque toſta. Et ex dono *Walteri* de *Percy* duas dimidias bovatas terræ in **Ormeſby** ad inveniendum duos cereos ardentes ad Miſſam de beata *Maria* in Eccleſia de **Gyſeburne**. Et ex dono *Walteri* filii *Rayneri* de *Ormeſby* duas bovatas terræ & duas rodas in **Ormeſby**. Et ex dono *Rogeri* de *Bayhus* de **Ormeſby** duas bovatas terræ & duo toſta in **Ormeſby**. Et ex dono *Reginaldi* de *Bayhus* unam bovatam terræ cum pertinentiis in **Ormeſby**, excepto toſto & decem & octo acris terræ & dimidia in eadem villa. Et unum toſtum & croftum in **Caldecotis**. Et ex dono *Petri* de *Cliveland* duas bovatas terræ & quatuor acras & tres rodas in **Ormeſby**, & totam terram ſine ullo retenemento, quam habuit ad vallem de **Marton**, & totam terram ſuam quæ vocatur **Tunge**, & totam terram ſuam quæ vocatur **Halfaker**, ſine ullo retenemento, & totam terram apud **Sandwath**, ſine aliquo retenemento, & tres rodas in **Auſtultacre**, & unam rodam terræ & dimidiam ad **Sandpittes**.

Et ex dono *Roberti* filii *Stephani* de **Lackenby** unam bovatam terræ in **Ormeſby**. Et ex dono *Reginaldi* de *Tunſtale* cum corpore *Hawyſæ* uxoris ſuæ, duas bovatas terræ, cum toſtis & croftis in **Ormeſby**. Et ex dono *Roberti* de *Tunſtale* molendinum de **Uppeſale**, cum ſecta & molta, & unum toſtum & croftum in parva **Uppeſalle**. Et ex dono *Willielmi* de *Acclum* dimidiam carucatam terræ in **Tolleſby**. Et ex dono *Willielmi* filii *Fulconis* de **Manteby** duas bovatas terræ in **Malteby**. Et ex dono *Henrici Falconarii* unam bovatam terræ cum toſto & croſto in **Thormodby**. Et ex dono *Willielmi Lorengis* tres bovatas terræ & tres toſtos in **Caldengelby**. Et ex dono *Willielmi* de *Tokotis* duas bovatas terræ in **Lenington**. Et ex dono *Willielmi* de *Witton* dimidiam carucatam terræ in *Lenington*. Et ex dono *Ricardi* de **Lenington** decem acras terræ in **Kirkelenington**. Et ex dono *Swani* de **Stocton** unum toſtum in **Jarum**. Et ex dono *Aldus* uxoris quondam *Petri Gegge*, unum toſtum in **Jarum**. Et ex dono *Hugonis* Capellani filii *Danielis*, unum toſtum in **Jarum** in quo pater ſuus manſit. Et ex douo *Willielmi Engelram* dimidiam carucatam terræ in **Ingelby** juxta **Crencliff**, & quinque acras prati & decem & novem acras terræ in eadem villa. Et ex dono *Willielmi* de *Tameton* unam bovatam terræ in **Levingthorp**. Et ex dono *Gregorii* de **Levingthorp** quatuor acras terræ in **Arſum**. Et ex dono *VVillielmi* filii *Ricardi* de **Levingthorp**, duodecim acras & tres rodas terræ in **Arſum**. Et ex dono *Henrici Ruſi* de *Arſum* treſdecim acras terræ cum pertinentiis in **Areſum**. Et ex dono *Johannis Ingelram* unam carucatam terræ in **Areſum**.

Ex dono *Rogeri* filii *VVillielmi* de *Tokotis* unam carucatam terræ in **Lyn**. Et ex dono *VVillielmi* de *Tokotis* unam bovatam terræ in **Tokotis**. Et ex dono *Johannis* filii *Umfred* de *Tokotis* unam bovatam terræ in **Tokotis**. Et ex dono *Alani* de *Farco* unum toſtum in **Skelton**. Ex dono *Roberti Eſturim* unum toſtum in **Skelton**. Ex dono *Marchis* de *Uppeſdale* quatuor ſeliones in **Ormeſby**. Ex dono *VValteri* de *Morton* quoddam pratum in **Morton** quod vocatur **Engeflat**. Et ex dono *Reginaldi* de *Tunſtale* & *Hawyſæ* uxoris ſuæ unum toſtum in magna **Uppeſale**. Ex dono *Roberti* filii *VVillielmi Longi* de **Marton** duodecim acras terræ in **Marton**, & dimidiam acram in **Tolleſby**. Ex dono *Rogeri Tofti* de **Marton** quatuor acras terræ & dimidiam in **Marton**. Et ex dono *Roberti* filii *VVillielmi Longi* unam culturam in campis de **Tolleſby**, quæ jacet ſuper **Bergh**. Ex dono *Roberti Galiciæ* unam culturam ad capud auſtrale de **Tolleſby**. Ex dono *Reyneri* de **Tolleſby** unam acram terræ in **Tolleſby**. Ex dono *Emmæ* de *Hoton* duas bovatas terræ in **Hoton**. Ex dono *VVillielmi* de *Bernaldby* domum hoſpitale de **Loutres**. Omnia verò ſupradicta cum omnibus ſuis pertinentiis conceſſi & confirmavi Deo & præfatis Canonicis; Tenenda & habenda in liberam puram & perpetuam elemoſinam, prout Cartæ donatorum, quas inde habent, teſtantur. Et ut hæc mea conceſſio & confirmatio rata & inconcuſſa in æternum permaneat, præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, Domino *Johanne* de *Laſcy* Comite *Lincolniæ*; Domino *Roberto* de **Lexinton**, domino *VVillielmo* de *Eboraco*, tunc Juſticiario Domini Regis; Domino *Petro* de *Malo lacu*; Domino *VVillielmo* de *Cantilupo*; Domino *Henrico* de *B.*; Domino *VVillelmo* de *Ros*. Domino *Roberto* de *Thweng*; Domino *Ricardo* de *Hoton*; *VVillielmo* de *Leyrton*, & aliis.

Carta Roberti *filii* Willielmi *de* Brus, *ſuper omnibus quæ dederunt vel confirmaverunt* Robertus *avus ſuus, &* Willielmus *pater ſuus tam in Eccleſiis, quàm terris, in* Scotia, *vel alibi.*

OMnibus, hoc ſcriptum, viſuris vel audituris *Robertus* de *Brus* Salutem. Sciatis me, divinæ pietatis intuitu conceſſiſſe, & hac Cartâ meâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Giſeburne** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, donationem quam fecit eis *Robertus* de *Brus* avus meus; & quam eiſdem confirmavit *VVillielmus* pater meus; Scilicet, de Eccleſia de **Anant**; & de Eccleſia **Locmaban**; & de Eccleſia de **Kirke Patric**; & de Eccleſia de **Cumbertres**; & de Eccleſia de **Rain Patric**; & de Eccleſia de **Gretenhou**, cum omnibus pertinentiis ſingularum Eccleſiarum. Ad hæc etiam conceſſi, & confirmavi prædictis Canonicis, in liberam, & puram & perpetuam elemoſinam, ſex bovatas terræ, quinq; in **Stranton**, & unam in **Hert**, cum toſtis eiſdem adjacentibus, & cum omnibus aliis pertinentiis, libertatibus, & aiſiamentis ſuis, infra villam, & extra; & omnes

Ex autog. in turri S. *Mariæ Ebor.*

nes alias terras, quas eis dedit *Robertus* de *Brus*, avus meus, vel confirmavit; & quas *VVillielmus* pater meus dedit eiſdem, vel confirmavit, tam in **Hiltepole**, quam omnibus aliis locis. Quare volo & præcipio, quod prædicti Canonici habeant & teneant illas terras, liberè, & quietè, & honorificè, ſicut aliqua Eccleſia liberiùs, & quietiùs aliquam elemoſinam tenet. Hanc etiam conceſſionem, & confirmationem meam feci præfatæ Eccleſiæ de **Giſeburn**, & Canonicis prænominatis, pro amore Dei, & beatæ *Maria*; & pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & liberorum meorum; & pro animabus patris mei, & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum in liberam, & quietam, puram, & perpetuam elemoſinam. Hiis Teſtibus, *VVillielmo* de *Brus*, *Johanne* de *Brus*, *Rogero Avenel*, *Ricardo* de *Boſco*; *Richardo* de *Humez*; *Hugone* de *Corni*; *Johanne* de *Arturet*, *Umfrido* de *Gardino*, *Alano Angl.* *Radulfo* de *Tametun*, *Engeramo* de *Munceus*, *Hugone* filio *Hamelini*, *Thoma* Clerico, *Jordano* de *Beverel*. *Roberto* de *Mida*; & multis aliis.

Carta Willielmi *Regis* Scottorum *donationes de diverſis Eccleſiis infra regnum* Scotiæ *exiſtentibus, confirmans.*

Ibid.

Willielmus Dei gratia Rex *Scottorum*, omnibus probis hominibus, totius terræ ſuæ, Clericis & laicis ſalutem. Sciant præſentes, & futuri, me conceſſiſſe & hac Cartâ meâ confirmâſſe, Deo, & Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Giſeburne**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, donationem illam, quam *Robertus* de *Bruis*, & *VVillielmus* de *Brus* filius ejus fecerunt, de Eccleſia de **Anant**, & de Eccleſia de **Lochmaban**, & de Eccleſia de **Kirke Patric**, & de Eccleſia de **Cumbertres**, & de Eccleſia de **Rein Patric**, & de Eccleſia de **Gretenhou**, cum omnibus pertinentiis prædictarum Eccleſiarum. Tenendam in liberam, & quietam, & perpetuam elemoſinam, ſicut Cartæ prædicti *Roberti* de *Bruis*, & *VVillelmi* de *Bruis* filii ejus juſte teſtantur, & confirmant. Teſtibus *VValtero* Capellano meo, *Johanne* de *Huntingdun*, Officiali *Glaſguenſis*, *VVillielmo* de *Boſco*, & *Hugone*, Clericis meis; *Henrico* filio Comitis *David*; *Ada* de *Carliolo* Clerico meo, *Ada* filio *Hereberti*, *Alexandro* de *Sinton*, apud **Selceſcher**.

Carta Richardi *Epiſcopi* Dunelmenſis *Donationes & appropriationes diverſarum Eccleſiarum recitans & confirmans.*

Ibid.

Univerſis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, vel audituris, *Richardus* permiſſione divina *Dunelmenſis* Epiſcopus, ſalutem in domino ſempiternam: Noverit univerſitas veſtra, nos conceſſiſſe, & præſenti ſcripto confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ S. *Maria* de **Gyſeburn**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, & ſervituris; donationes, conceſſiones, & confirmationes, quas fecerunt eis venerabiles patres, ac predeceſſores noſtri *Dunelmenſes* Epiſcopi, accedente concenſu *Dunelmenſis* Capituli: Necnon & donationes, quas alii donatores infra ſcripti fecerunt eiſdem, prout inferiùs annotantur; videlicet Eccleſiam de **Herte**; & Eccleſiam de **Stranton**, cum omnibus appenditiis, & terris illarum, quas eis donavit *Robertus* de *Brus* Fundator ſuus; & quas bonæ memoriæ *Hugo Dunelm.* Epiſcopus prædeceſſor noſter, de concenſu Capituli ſui, dictis Canonicis, ad uſus proprios confirmavit, unà cum Capella de **Hertilpolle**, ad Eccleſiam de **Herte**, & Capella de **Seton**, ad Eccleſiam de **Stranton** pertinentibus. Et totas terras & redditus, quas eis dederunt *Willielmus* de *Brus*, & *Robertus* de *Brus* in villis de **Hert**, & **Hertilpolle**; de vico ſcilicet, qui dicitur *vicus beatæ Mariæ*; & aliis redditibus in eadem villa. Et ſex bovatas terræ quas eis dedit *Robertus* de *Brus*, in villa de **Stranton**; & totam terram ſuam in **Aſelackeby**, quam habent, ex dono Abbatis & Conventus de *Augo*; & quam eis bonæ memoriæ *Walterus Dunelm.* Epiſcopus confirmavit & totam terram ſuam in **Edmundebyres**, quam habent ex dono *Petri Bruncoſte*. Et totam terram ſuam, quam habent in **Elleton**, quatuor, ſcilicet bovatas terræ; quas habent ex dono *Matildis* cognatæ *Roberti* de *Brus*, prout confirmatio ejuſdem *Roberti* de *Brus* teſtatur.

Et annuum redditum treſdecem denariorum, quem habent de triginta acris terræ in **Biſcopeton** ex dono *Rogeri* de *Conyers*: Inſuper Manerium de **Trelndon**, quod eis donavit in liberam puram, & perpetuam elemoſinam, bonæ memoriæ *Richardus* ſecundus *Dunelm.* Epiſcopus, quondam Epiſcopus *Saryſburienſis*, accedente concenſu Capituli *Dunelm* & confirmatione Domini Regis *Henrici*. Et Capellam ejuſdem villæ, quam eis donavit bonæ memoriæ *Willielmus*, quondam *Dunelmenſis* Epiſcopus, de Conſenſu Capituli ſui *Dunelmenſis*. Et Manerium de **Caſtlerden**, quod eis donavit *Ivo* de *Seton*, & quod eis confirmavit bonæ memoriæ *Nicholaus Dunelmenſis* Epiſcopus, accedente ſui Capituli confirmatione. Et medietatem decimæ bladi Capellæ ejuſdem villæ, cum toto Alteragio ejuſdem, & Duo meſſuagia juxta cimiterium, & tribus acris terræ, quas habent ex dono Prioris & Conventus *Dunelm.* Eccleſiæ.

Nos vero prædictas donationes, conceſſiones, & confirmationes, prout in eiſdem perſpeximus pleniùs contineri, ratas habentes & gratas, ipſos ex certa ſcientia, autoritate Pontificali in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam prædictæ Eccleſiæ de **Gyſeburn**, & Canonicis prædictis confirmavimus in uſus proprios perpetuò poſſidendas. Ad cujus rei perpetuam memoriam præſenti ſcripto ſigillum noſtrum apponi fecimus in teſtimonium præmiſſorum. Datum apud **Gretcham** *xii. Kal. Novembris*, Anno Domini *Milleſſimo trecenteſſimo undecimo*, & Pontificatus noſtri primo.

Carta

Carta fundationis loci de **Scarthe** (*cellæ de* **Giſeburne**) *non procul à Caſtro de* **Wherlton** *in* **Clivelando.**

Ex autog. in Turri B. *Mariæ Eboraci*, An. 1640.

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Hugo* de *Rudby* æternam in domino ſalutem. Bonarum mentium eſt, divinum, ac religioſum ampliare cultum, Religioniſq; devotiùs ac ſtudioſiùs promoveri vota, quatinus numeroſitate Religioſorum domini multiplicentur talenta. Quocirca viri illi illuſtres, & domini, *Stephanus* videlicet, de *Manilio* ſenior, & *Robertus* filius ejus, & *Stephanus* ipſius *Roberti* filiius; intuitu ſalutis animarum ſuarum, & præcedentium parentum ſuorum, & ſuccedentium, locum de **Scarth**, cum univerſis ſuis pertinentiis, ſicut eorum prolocuntur Cartæ, domino Deo, cum omni liberalitate contulerunt devotè, & omnibus ibidem Deo ſervientibus religioſè, ut habeant quo quietiùs domino vivant, & expeditiùs ipſi deſerviant. Quibus itaq; tam devotè conceſſis, præfatus *Stephanus* junior ſuæ munificentiam, & magnificentiam liberalitatis adhibuit, quoniam eum zelus Domini comedit; & Eccleſiam de **Rudebi**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam de **Wervelthun**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & Capellaniam domus ſuæ totam, & integram, liberè, prænominato donavit loco de **Scarth**. Hujus verò donationis (ut optatum ſortiretur effectum) me Capellanum ſuum, & prædictarum Eccleſiarum perſonam fidum ſubſtituit executorem; ut ſicut unctio ſpiritus me doceret, elemoſinam illam diſpenſarem; unde multâ & diuturnâ deliberatione circumactus, in portum tandem ſalubrem, pro voto ſum appulſus; ſcilicet, domum de **Giſeburn** præ cæteris omnibus eligens, atq; illi, de toto hujus rei, diſpenſationem, & diſpoſitionem, ex parte prædictorum advocatorum plenè & perfectè, ſicut ipſi diſpoſuerunt mihi, & commiſerunt, diſpono, & committo; & quicquid juris in rebus prædictis, aliquo modo & aliquo tempore habuerunt ipſi, vel etiam ego ipſe noſcor habuiſſe, ſimul cum Cartis prænominatorum Advocatorum propoſitum, & eorum ultimam voluntatem continentibus, in Priorem & Conventum prænominatæ domus de **Giſeburn** gratanter, & gratis transfundo, & trado; quatenùs hactenus, communi conſilio, in locum de **Scarth**, viros ſub pretextu religionis inducant; ac regulæ Canonicæ diſciplinis, ſecundùm morem Domus ſuæ, inſtituant; & res omnes quas prolocuti in procurationem ſui, & ſuſtentationem, illibatè, & ſine aliqua ſui mutilatione tradantur, atq; dominio ſuo poſſidendi amodò, & in ſeculum, & utendi ſupponantur. Teſte Capellano de **Giſeburn**, & *Willielmo* Perſona de **Welleberg**, & *Roberto* ejuſdem *Hugonis* filio; & *Nicholao* de *Haſel*, *Rogero* de *Brochetun*, *Willielmo* Clerico de **Giſeburn**, *Hugone Buche*, *Waltero* Capellano de **Semere**; *Rogero* Presbitero, filio *Thomæ* de *Eſtun*, & aliis multis.

CELLA *de* SCARTHE *juxta* **Wharlton,** *in agro* Eboracenſi.

Carta Hugonis *de* Rudebi *facta Canonicis de* **Giſeburne,** *de loco de* **Scarthe,** *& Eccleſiis de* **Rudebi,** *&* **Wervelthun.**

Ex ipſo autog. in bibl. *Hattoniana*.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Hugo* de *Rudebi* æternam in domino ſalutem. Bonarum mentium eſt divinum ac religioſum ampliare cultum, religioniſque devotiùs ac ſtudioſiùs promovere vota, quatinus in numeroſitate religioſorum domini multiplicentur talenta. Quocirca viri illuſtres & domini, *Stephanus* videlicet de *Mainillo* ſenior, & *Robertus* filius ejus, & *Stephanus* ipſius *Roberti* filius, intuitu ſalutis animarum ſuarum, & præcedentium parentum ſuorum & ſuccedentium, locum de **Scarth** cum univerſis ſuis pertinentiis, ſicut eorum prolocuntur Cartæ, domino Deo cum omni libertate contulerunt devotè & omnibus ibidem Deo ſervientibus religioſè, ut habeant quo quieſciùs domino vivant & expeditiùs ipſi deſerviant. Quibus itaq; tam devotè conceſſis, præfatus *Stephanus* junior ſuæ munificentiam & magnificentiam liberalitatis adhibuit, quoniam eum zelus Domini comedit, & Eccleſiam de **Rudebi** cum omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam de **Wervelthun** cum omnibus pertinentiis ſuis, & Capellaniam domus ſuæ totam, & integram, liberè prænominato donavit loco de **Scarth**. Hujus igitur donationis ut optatum ſortiretur effectum, me Capellanum ſuum & prædictarum Eccleſiarum perſonam fidum ſubſtituit executorem; ut ſicut unctio ſpiritus me doceret, elemoſinam illam diſpenſarem. Unde multâ & diuturnâ deliberatione circumactus, in portum tandem ſalubrem pro voto ſum appulſus, ſcilicet domum de **Giſeburne**, præ cæteris omnibus eligens, atque illi de toto hujus rei, diſpenſationem & diſpoſitionem ex parte præfatorum advocatorum plenè & perfectè, ſicut ipſi diſpoſuerunt mihi & commiſerunt, diſpono & committo; & quicquid juris in rebus prædictis aliquo modo & aliquo tempore habuerunt ipſi, vel etiam ego ipſe noſcor habuiſſe, ſimul cum Cartis prænominatorum advocatorum propoſitum & eorum ultimam voluntatem continentibus in Priorem & Conventum prænominatæ domus de **Giſeburne** gratanter & gratis tranſfundo & trado, quatinus hactenus communi conſilio in locum de **Scarth** viros ſub prætextu religionis inducant, ac regulæ Canonicæ diſciplinis ſecundùm morem Domus ſuæ inſtituant, & res omnes quas prælocuti ſumus in procurationem ſui & ſuſtentationem, illibatè & ſine aliqua ſui mutilatione tradantur, atque dominio ſuo poſſidendi amodo & in ſeculum & utendi ſupponantur. Teſte Capitulo de **Giſeburne**; & *Willielmo* perſona de **Welleberg**; & *Roberto* ejuſdem *Hugonis* filio ; & *Nicholao* de **Haſel** ; *Rogero* de **Brocthun**. *Willielmo* Clerico de **Giſeburne** ; *Hugone Buche* ; *Waltero* Capellano de **Semere**; *R*. . . Preſbitero filio *Thomæ* de **Eſtun**, & aliis multis.

ABBATIA

de **Nutley** *in agro* Buckinghamienſi.

Carta Walteri Giffard *Comitis* Buckinghamiæ *de fundatione ejuſdem.*

Inter collectanea V: clariſ. *Henrici Spelmani* Eq. aur. Videſis. Pat. 22. R: 2. p. 1. m. 32. Et Cart. 9. E 3. n. 62.

IN nomine patris, & filii, & ſpiritus Sancti Amen. *VValterus Giffarde* Comes *Buchinghamiæ* & *Ermigardis* Comitiſſa uxor mea, dedimus, & conceſſimus in perpetuam elemoſinam, pro ſalute animarum noſtrarum, anteceſſorum noſtrorum, & propinquorum noſtrorum ; & pro domino noſtro, Rege *Anglorum*, *Henrico* ; & pro domina noſtra Regina *Alianora*, & omni eorum propagine, anteceſſorum & ſucceſſorum, Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Parcho*, & Abbati & Canonicis de *Parcho*, ibidem Deo ſervientibus, totum Parchum meum de **Crendon**, & quicquid infra ambitum *Parchi* continentur, & extra inter parchum & aquam de **Theame**, Pratum uni carrucatæ boum: Et ex altera parte extra unam culturam terræ, à via, quam dedi eis ad exitum & introitum illorum, inferiùs, uſq; ad pratum ; & ſic ut via vadit de **Crendon** apud **Cherteſlay**, & Molendinum de **Crendon** cum molitura tota, & omnibus pertinentiis, liberum, & abſolutum ab omni ſervitio, & exactione ; ad conſtruendam in honore Dei & beatiſſimæ Virginis *Mariæ*, quandam liberam Abbatiam Canonicorum regularium, ſecundùm ordinem. & inſtitutionem ſancti *Nicholai Arroioaſiæ Joreſſendenſis* Eccleſiæ.

Et ad ſuſtentationem Canonicorum, ibidem Deo ſervientium, deputamus & donamus terram noſtram de *Haineia* cum omnibus eidem terræ pertinentibus, exceptis feodis *Willielmi Chokerel*, & *Roberti* de *Longevill*, & viginti ſolidatis terræ Monachorum de *Longevile*; & univerſas Eccleſias, & decimas quæ noſtræ erant donationis, necdum deputatæ erant religioni ; videlicet Eccleſiam de **Kavereſham**, cum ſuis pertinentiis. Eccleſiam de **Riſenberg**, & decimam de dominio: Eccleſiam de *Hainea*, & decimam de dominio: Eccleſiam de **Chiltune**, & Capellam de **Doꝛtune** ; Eccleſiam de **Eſſevendone**; Eccleſiam de **Hildeſdon**, cum decima de dominio ; Eccleſiam de **Cheſeley** cum ſuis pertinentiis ; & decimas de Mariſco. Præter hæc in villa de **Crendon** gardinum, quod fuit *Roberti* Capellani ; & in Comuni paſtura de **Crendon** *CC*. oves, & duodecem vaccas, & duas carrucatas bovum ; & apud **Riſenbergam**, unam partem de boſco meo, qui dicitur *Lulleſtleda*. Et ne iſta quæ diximus aliquo adverſantium turbentur curſu, donationem noſtram Sigillorum noſtrorum impreſſione, & ſubſequentium teſtium atteſtatione confirmamus. Teſte *Hugone* de *Bolebec*, *Galfrido Willielmi* filio, *Widone* de *Roceſſort* (&c.)

Carta Regis Henrici *ſecundi*, *de* Heremetorio *de* **Finemere**.

Cart. 2. E. 3 m. 16. n. 55. per inſpex,

HEnricus Rex *Angliæ* & dux *Norm:* & *Aquit:* & Comes *Andeg:* Archiepiſcopis (&c.) Sciatis me conceſſiſſe ac præſenti Cartâ confirmâſſe Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Parcho* **Crandon**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus Heremitorium de **Finemere**, quod eſt de feodo *Ruelandi Maleth* de **Quentone**, totum integrè cum pratis & paſturis & omnibus aliis pertinentiis ſuis intra boſcum & extra ; Et in boſco quod opus habent prædicti Canonici ad emendationem domorum & ſepium de **Finemere**, & quod opus eſt ad fualium ſuum, & paunagium porchorum ſuorum per omnia quietum. Prohibemus etiam ne quis foreſtariorum moleſtiam faciat prædictis Canonicis ſuper præmiſſis, vel animalibus ſuis in foreſta nutritis aut nutriendis, ſeu paſcendis moleſtiam inferat aut gravamen ſeu impedimentum in Foreſtam de **Bruhull** introeundi vel exeundi, aut ab aliquo alio permittat inferri. Prohibeo autem & firmiter præcipio ne quis eis vel hominibus ſuis ſuper hiis quæ conceſſi eis, & hac Cartâ meâ confirmavi, aliquam injuriam vel contumeliam aut gravamen facere præſumat ſuper vita & membris. Hiis teſtibus, *Radulpho* de *Glanvill*, *Hugone* de *Creſſy*, *Gileberto Pipard*, *Willielmo* de *Gerpounvill*, apud **Bruhull**.

Alia Carta ejuſdem Regis Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.

Ibid.

HEnricus (&c.) Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Parcho* **Crandon**, & Abbati & Canonicis ibidem Deo & S. *Mariæ* ſervientibus ; quicquid venerabilis Comes *Walterus Giffard* & *Ermengard* Comitiſſa ſponſa ſua eis in puram & perpetuam elemoſinam dederunt, & Cartà ſuà eis confirmaverunt ; ſcilicet totum *Parcum* **Crandon**, & quicquid infra ambitum parchi continetur & extra ; Et totam **Wykam** cum hominibus & cum illorum tenùra, & omnia quæ continentur infra duos rivulos uſq; ad aquam de **Theame** & ſurſum, ſicut via vadit de **Crandone** apud *Cherdeſleam* cum terris & pratis & omnibus aliis rebus; totam villam de **Wynchedone** cum omnibus pertinentiis ſuis; molendinum de **Crandone** cum tota molitura & omnibus pertinentiis ſuis, & cætera omnia quæ præfatus Comes & Comitiſſa dederunt ad præfatam Abbaciam conſtruendam, videlicet Eccleſiam

cleſiam de **Crandone** cum decima de dominio, & cum Capella de **Wynchendone**, & cum Capella de **Cherveſle**, & aliis pertinentiis ſuis; Eccleſiam de **Cavereſham** cum Capella beatæ *Mariæ* & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis; Eccleſiam de **Riſemberge**, cum decima de dominio & aliis pertinentiis ſuis; Eccleſiam de **Chiltone** cum Capella de **Dortune** & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Eſſendone** cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Hildeſdone** cum decima de dominio, & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Stokes** cum decima de dominio, & cum Capella de **Herdewyke**, & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Bradeleg** cum Capella de **Hornyngeſham**, & cum decima de dominio & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Bodyngeſham** cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Siryngheham** cum decima de dominio & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Banham** cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Wyleby** cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Cheſeley** cum pertinentiis ſuis. Decimas de mariſco de dominiis præfati Comitis: Et præter hæc terram de **Wyttenham**, quam idem Comes dedit *Adæ* Clerico pro ſervicio ſuo, unde præfati Canonici recipiunt dimidiam marcam ſingulis annis. Et in villa de **Crandone** gardinum quod fuit *Roberti* Capellani, & ſedem Coquinæ, ubi poſtea jacebant canes Comitis. Et ſedem grangiæ unde Monachi de *Longavilla* reddebant annuatim *xii.* denarios; & quicquid infra clauſum curiæ prædicti *Roberti* continetur; Et in dominica paſtura de **Crandone** *CC.* oves & *xii.* vaccas, & duas carucatas boum. Et apud **Ryſemberge** unam partem de boſco ſæpedicti Comitis qui dicitur **Lulleſled**, ſicut Carta ejuſdem diſtinguit. Et in dominico boſco Comitis unam bigam aſſiduè euntem & redeuntem pro boſco ad coquinam ſuam. Quare volo (&c.) Teſtes *Rand*: de *Glanvill*. *Hug*: de *Creſſi*, *Gilib*: *Pipard*, *Willielmus* de *Gerpenvill*, apud **Wudeſtoke**.

Carta Regis Johannis *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

.1. Joh. n. 123. JOhannes Dei gratia &c. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Parco* **Creendon** & Abbati & Canonicis ibidem Deo & S. *Mariæ* ſervientibus, quicquid Comes *Walterus Giffard* & *Ermeinard* Comitiſſa ſponſa ſua, eis in puram & perpetuam elemoſinam dederunt & Cartâ ſuâ eis confirmaverunt; ſcilicet totum *Parcum* **Creendon** & quicquid infra arbitum parchi continetur, & extra; cum terris & pratis, & paſturis, ſicut Carta prædicti Comitis teſtatur. Et molendinum de **Creendon**, cum tota molitura & omnibus pertinentiis ſuis; & cætera omnia quæ præfatus Comes & Comitiſſa dederunt ad præfatam Abbaciam conſtruendam; ſcilicet Eccleſiam de **Creendon**, cum decima de dominio, & cum Capella de **Winchendon**; & cum Capella de **Cherdeſle** & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Bavereſham**, cum Capella beatæ *Mariæ* & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Riſenberge**, & decimam de dominio, & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Chiltone** cum Capella de **Dortone** & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Eſſendone** cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **illeſdune** cum decimis de dominio & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Stoke**, cum decimis de dominio, & cum Capella de **Herdewick**, & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Bradeleg**, cum Capella de **Hormingeſham**, & decimam de dominio & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Bodingeſham** cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Firingeham** cum decimis de dominio & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Banham** cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Wileby** cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Cheſelay** cum pertinentiis ſuis, & decimas de mariſcis, de dominiis præfati Comitis.

Et præter hæc terram de **Witteham**, quam Comes dedit *Adæ* Clerico, pro ſervicio ſuo, undè præfati Canonici recipiunt dimidiam marcam; Et in villa de **Creendon** gardinum quod fuit *Roberti* Capellani; Et ſedem Coquinæ ubi poſtea jacebant canes Comitis. Et ſedem grangiæ, unde monachi de *Longavilla* reddebant annuatìm duodecim denarios. Et quicquid infra clauſum Curiæ prædicti *Roberti* continetur. Et in dominicâ paſturâ de **Creendon** ducentas oves & duodecim vaccas & duas carucatas boum. Et apud **Riſemberge** unam partem de boſco ſæpedicti Comitis quæ dicitur **Lulleſtede**, ſicut Carta ejuſdem diſtinguit. Et in dominico boſco Comitis unam bigam aſſiduè euntem & redeuntem pro boſco ad Coquinam ſuam. Quare volumus (&c.) Et quoniam bonæ memoriæ Rex *H.* pater noſter eoſdem Canonicos & eorum res & poſſeſſiones univerſas de manu ſæpedicti Comitis in manum, protectionem & cuſtodiam ſuam ſpecialiter regendas ſuſcepit, ſicut eos dominicos Canonicos; Idcirco volumus & firmiter præcipimus, ut ipſi & terræ ſuæ, & libere tenentes eorum ſint quieti & ſoluti & liberi, de ſiris & Hundredis & de ſectis ſirarum & Huudredorum; de auxiliis, & aſſiſis, & de Geldo, & Danegeldo, de donis & ſcotis de operationibus Caſtellorum, domorum, murorum, vivariorum foſſarum, & pontium, & de omni opere & ſummagiis & caricagiis. De **Wardpeni**, & **Averdpeni**, & **Hundredeſpeni**, & **Thethigpeni**.

Volumus eciam & concedimus, ut ipſi ſint quieti in nundinis & mercatis per totam terram noſtram, & per aquam de theloneo & pontagio & paſſagio & de omnibus placitis & querelis, & occaſionibus, excepto murdro, & latrocinio probato. Conceſſimus eciam eiſdem Canonicis duas bigas ſingulis annis euntes & redeuntes in foreſta de **Brenwud** pro boſco ad focum eorum per viſum foreſtariorum a Paſcha uſque ad feſtum *Omnium Sanctorum*, exceptis *xv.* diebus ante feſtum S. *Joh. Bapt.* & quindecim poſt. Prohibemus eciam ne idem Canonici ponantur in placito de terris, vel tenementis ſuis niſi coram nobis vel capitali Juſticia noſtra. Prohibemus eciam & firmiter præcipimus ne quis eis vel hominibus ſuis ſuper hiis quæ eis conceſſimus & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus aliquam injuriam vel contumeliam vel gravamen faciat vel fieri permittat ſuper foriſſacturam decem librarum, ſicut Carta *H.* Regis patris noſtri rationabiliter teſtatur. Teſtibus *W. Lond. E. Elyen. H. Sar.* Epiſ. *R.* Com. *Le c. Will. Mareſc.* &c. *Gaufrido* filio *Petri* &c. Dat. per manum *H. Cant.* Archiep. Canc. noſtri apud *Weſtm. xix.* Die *Aprilis.* Anno Regni noſtri primo.

Carta Regis Johannis *facta* Will. Mareſcallo *Comiti* Penbrochiæ *de donatione baculi paſtoralis de Abbatia de* **Nutley.**

Cart. 2. *Jho.n.* 18. *JOhannes* Dei gratia &c. Sciatis nos propter amorem quem erga dilectum & fidelem noſtrum *Willielmum Mareſcallum* Comitem de **Penbroc** habuimus; & propter bonum & fidele ſervicium, quod ipſe nobis fecit, dediſſe & conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe ei & hæredibus ſuis donationem baculi paſtoralis Abbaciæ de *Nutelega*, quæ eſt in feodo ſuo. Habendam & tenendam in perpetuum cum omnibus rebus & libertatibus & liberis conſuetudinibus ad donationem baculi paſtoralis pertinentibus, Quare volumus (&c.) Teſtibus *R.* Com. *Mellent*, & *R.* Comite *Ceſtr. R.* Com. *Leirc.* Dat. per manum S. *Wellen* Archid. apud *Regulam xvi.* Die *Aug.* anno regni noſtri ſecundo.

Confirmatio Jocelini *Epiſcopi* Sarum *ſuper donationem Eccleſiæ de* **Bradley,** *Canonicis de Parco ſuper* Thamam.

Ex vet: Rotulo penès Decan. & Canonicos *Eccleſiæ Chriſti Oxon.* m. 10.

UNiverſis (&c.) *Jocelinus* Dei gratia *Sarum* Epiſcopus Salutem (&c.) Noverit (&c.) nos intuitu caritatis & religionis, ad præſentationem venerabilis *Walteri Giffard* Comitis de **Buckingham,** conceſſiſſe (&c.) Canonicis regularibus de *Parco* ſuper *Thamam*, Eccleſiam de **Bradelete,** cum decima de dominio & omnibus pertinentiis ſuis, tam in terris & decimis, quàm in cæteris obventionibus, ſicut Carta domini Regis & Carta prædicti Comitis teſtantur, quas manibus contractavimus & oculis inſpeximus. Statuentes, ut iidem Canonici Eccleſiam illam habeant & poſſideant ita integrè (&c.) ſicut aliquis eam tempore aliquo meliùs & pleniùs poſſedit, & ſicut perſonæ & domini habeant illius Eccleſiæ plenam & liberam & expeditam adminiſtrationem; ita quidem ut Canonicus Sacerdos de congregatione illorum, ſicut eis à ſede Apoſtolica conſtat eſſe indultum, in præfata Eccleſia miniſtret & curam habeat animarum, ſalvis in omnibus Epiſcopalibus conſuetudinibus (&c.)

Literæ Jocelini *Epiſcopi* Sarum, *declarantes, quòd dedicatio Capellæ Leproſarum de* **Bradley** *not ſit ad dampnum matricis Eccleſiæ.*

UNiverſis (&c.) *Robertus* miſeratione divina *Sarum* Eccleſiæ miniſter humilis, ſalutem (&c.) Literas bonæ memoriæ *Jocelini* quondam *Sariſburienſis* Epiſcopi, prædeceſſoris noſtri (&c.) inſpeximus, quarum tenor talis eſt. Omnibus (&c.) *Jocelinus* (&c.) Salutem in domino. Univerſitatem veſtram ſcire volumus; quod cum ad Capellam leproſarum mulierum de *Bradeleia* dedicandum deſcenderimus, ne quid in injuriam vel detrimentum matricis Eccleſiæ de *Bradleia* per nos ageretur, priuſquam Capellam illam dedicaremus; ſeu leproſas ipſas ad locum illum reciperemus; *Humfridus* de *Bradele* tunc Seneſchallus *Manſerii Biſet*, domini ejuſdem villæ, & alii liberi homines de **Bradeley,** ex parte *Manſerii Biſet*, qui villam memoratam Leproſis contulit; & etiam ex parte leproſarum, in præſentia noſtra juraverunt, quod Eccleſia *Omnium Sanctorum* de **Bradeley** in nullis quæ priùs habuerat, aut in poſterum habere deberet, ſive de aſſartis, ſive de aliis novalibus, aut obventionibus ad illam ſpectantibus, per antedictam Capellam, vel leproſas, aut illarum procuratores, dampnum aliquod, ſive diminutionem pateretur; quod ne in poſterum poſſit deduci in dubium, præſenti ſcripto ſigillo noſtro roborato teſtificamur. Quia verò ſigillum ejuſdem prædeceſſoris noſtri ipſis literis appenſum, pro nimia vetuſtate incipiebat in parte conſumi; ex parte dilectorum filiorum religioſorum virorum Abbatis & Conventus de **Nottele,** fuit nobis humiliter ſupplicatum, quod literas ipſas innovari, & ſub ſigillo noſtro exemplari faceremus; quorum precibus annuentes, has literas noſtras ſibi fieri fecimus patentes, quibus ſigillum noſtrum apponi fecimus ad memoriam futurorum. Nolumus tamen, quod per innovationem hujuſmodi aliquid juris in hiis, quæ in dictis literis continetur ipſis accreſcat, ultra quod beneficio eorundem eis adquiſitum eſt in præſenti. Datum apud **Wodeford** v. Idus *Jan:* Pontificatus noſtri anno primo. Ib. m. 11.

PRI-

PRIORATUS

de Biſſemede *in agro* Bedfordienſi.

Carta Hugonis *de* Bellocampo *d: fundation ejuſdem.*

Ex ipſo autographo penès *Edw:* dominum *Vaux* de Harwedon.

Videſis Regiſt: de **Biſſemede** penès *Arth; Trevor* Arma. inter. Templi ſocium. f. 24. b.

Omnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Hugo* de *Bellocampo*, filius *Oliveri* de *Bellocampo* ſalutem; Noverit univerſitas veſtra me pro Dei amore, & pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, Deo & Sanctæ *Mariæ* de **Biſſemede**, & *Will.* Capellano de *Colmerdia*, & fratribus ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, locum de **Biſſemede**, cum omnibus ſuis pertinentiis; & tentum boſci & terræ, quantum continetur à torrente fluente ſub **Biſſemede** de parco meo, ſcilicet *Hetuniæ*, juxta foveam *Simonis* de *Pateſhull*, in longitudine uſque ad . . . . & in latitudine à fovea *Simonis* de *Pateſhull* uſq; ad boſcum *Willielmi Danenſis*: Conceſſi, & confirmavi eidem domui de **Biſſemede**, & eam inhabitantibus, ad introitum & exitum habendum, & animalia ſua paſcenda, unam viam duarum perticarum in latitudine, & quatuor pedum per perticam decem & octo pedum menſuraturam; à porta ſcilicet ejuſdem Domus uſq; ad terram *Reginaldi* filii *Goſeberti* Decani, in qua nullus alius, niſi voluntate & conſenſu inhabitantium Domus de **Biſſemede** animalia ſua paſcet; nec itineris cauſa, niſi per capud ejuſdem viæ introitum faciet. Aliam etiam viam in puram & perpetuam elemoſinam, eidem Domui & fratribus conceſſi & confirmavi in latitudine duarum perticarum, per perticam ſcil: decem & octo pedum menſuraturam, à boſco ejuſdem domus de **Biſſemede** in longitudine, ſe extendentem, uſq; ad forenſem boſcum verſùs orientem, juxta boſcum *Willielmi Danenſis*; & quantum terræ jacet inter **Hangere** & boſcum *Ricardi* de *Bellocampo*, ad viam & paſturam habendam, cum fovea ex perte boſci *Richardi* de *Bellocampo*, uſq; ad terram *Willielmi* de *Burate*; & a terra *Willielmi* de *Burule* & illa via; aliam viam in latitudine decem & octo pedum, ſe extendentem uſq; ad terram, quam eis in puram & perpetuam elemoſinam dedi, & conceſſi; ſcilicet viginti & octo acras per perticam quindecem pedum & dimidium menſuratas; & inter Januam quæ fuit de parco *Alcolbei* & de *Bucſtall*, juxta terram *Richardi* de *Bellocampo* jacentes. Iſta autem via à boſco prædictæ domus uſq; ad terram ejuſdem domus, ſic ex pluribus viis collectis, tam eidem domui de **Biſſemede**. Et *Willielmo* Capellano & fratribus ejuſdem Domus in puram & perpetuam elemoſinam conceſſi, & confirmavi, ut per eam eant ad terram ſuam & redeant, & animalia ſua in eadem via paſcant; & ſua animalia per illam viam ad communia paſcua per omne dominium meum ducant, & reducant; ita tamen quod nullus hominum in mundo ſine permiſſu & voluntate *Willielmi* Capellani, & frattum ejuſdem Domus, ad hanc libertatem vel ad aliam quamcunq; ſibi vendicandam viam prænotatam intrare poſſit.

Conceſſi etiam eis in molendinis meis de **Hetune** primam multuram poſt illam quæ ſurſum fuit inventa. Præterea conceſſi eis & confirmavi, cum omnibus liberis meis hominibus, omnem libertatem, ſcilicet in pratis, in paſcuis, in viis, in ſemitis, in aquis, in boſco, in plano, & in omnibus comunibus & in omnibus locis. Præterea conceſſi & confirmavi memoratæ Domui & fratribus ejuſdem, totas terras in aſſarto meo *Hetuniæ* à *Willielmo* de *Bruttevile* & *Ada* de *Chautune* eis in perpetuam elemoſinam collatas & eadem libertate & integritate ſine aliqua ſubſtractione diminutionis, quæ ipſi unquam meliùs integrè tenuerunt,

Præterea conceſſi & confirmavi domui de **Biſſemede** decimationes medietatis terræ *Simonis* de *Patteſhull*, quam habet in parco *Hetuniæ*, quas *Richardus* de *Bellocampo* in puram & perpetuam Elemoſinam eidem domui dedit, & conceſſit; & ſi quas ampliores in poſterum conferre voluerit cum omnibus libertatibus memoratæ Domui collatis, & conceſſis. Omnia autem iſta, ſicut in inſtrumento iſto prænotata ſint & conſcripta, ſæpedicta Domus & fratres in puram & perpetuam elemoſinam, de me, tanquam à Patrono & omnibus hæredibus meis liberè, quietè honorificè, & pacificè ab omni ſeculari exactione teneBant. Item confirmavimus eis omnes emptiones, & adquiſitiones quæ ad præſens in aſſarto noſtro *Hetuniæ*; ſcilicet aut alibi in feodo noſtro juſtè & rationabiliter facere & adipiſci potuerunt, vel in futurum, juſtis modis Deo volente, facere & adipiſci poterint. Ut autem iſtæ donationes, conceſſiones, adquiſitiones firmiores, ſecuriores & ſtabiliores ſint, præſenti ſcripto & Sigilli mei appoſitione confirmavimus. Hiis teſtibus, *Nicholao* de *Bellocampo*, *Andrea* Capellano de *Hetune*, *Will.* Capellano de *Kaiſo*, *Richardo* Capellano de *Sancto Neoto*, *Johanne* Capello de *Pertenhale*; *Radulfo* de *Weldebuf*, *Rogero* de *Bellocampo*; *Reginaldo* de *Ba*, *Will.* de *Chantune*, *Hugone* de *Wildebuf*, *Roberto* filio *Radulfi* de . . . . . *Will.* de *Wildebuf*, *Olivero* de *Wildebu*, *Gerardo* de *Wildebuf*, *Walteró* de *Wildebuf* de **Stachedene**, *Simone* de *Chanu*, *Gilberto* de *Broi*, & multis aliis.

Confirmatio

Confirmatio Rogeri *de* Bellocampo.

Ib. 29. b.

OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Rogerus* de *Bellocampo*, filius *Holiveri* de *Bellocampo* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me, intuitu caritatis, & pro ſalute animæ meæ, & pro anima patris mei & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum ratam & gratam habere per confirmationem Sigilli mei, donationem & conceſſionem loci & domus Sanctæ *Mariæ* de **Biſsemede**, cum omnibus libertatibus & pertinentiis quam *Hugo* de *Bellocampo* filius *Holiveri* de *Bellocompo*, Priori & Canonicis & Fratribus ejuſdem loci, & ejuſdem Domus, in puram & perpetuam elemoſinam fecit, cum boſco, & cum viis omnibus, & cum paſturis omnibus per omne dominium meum; & cum terris omnibus feodi mei, eidem loco & Domui adjacentibus. Præterea memorato Priori & Canonicis de **Biſsemede**, in puram & perpetuam elemoſinam confirmo medietatem decimationum *Simonis* de *Pateſhall*, & primam multuram illud quod ſurſum inventum fuerit in binna in Molendinis meis de **Hetune**, ſicut conceſſum fuerat eis à fratre meo *Hugone* de *Bellocampo*.

Item & omnes terras in hac confirmatione inferiùs enumeratas ſæpedictæ domui de **Biſsemede** & Priori & Canonicis in puram & perpetuam elemoſinam, ab omni genere ſervitii, liberas & quietas confirmo; ſcil. totam terram cum omnibus ſuis libertatibus, & pertinentiis, quæ *Adam* de *Chantune* in parco *Etuniæ* tenuit & viginti acras terræ cum omnibus ſuis pertinentiis, & libertatibus, quas *VVill.* de *Bretovilla* in aſſarto de **Etune** tenuit; & totam terram cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus, quam habent memorati Canonici pro anima *Reginaldi* de *Stathedene*; & totam terram cum omnibus ſuis pertinentiis & libertatibus quam habent antedicti Canonici de la part del Parc, uſq; ad terram *Willielmi* de *Bretevilla*; & totam terram cum ſuis pertinentiis, & libertatibus, quam *Henricus* Pigun, de antedictis Canonicis in villa de **Etune** tenuit. Et totam terram cum ſuis libertatibus, & pertinentiis, quam ſupradicti Canonici de **Biſsemede**, de *Laurentio* de *Sifort* in parochia de *Etunia* habent, cum Meſſuagio *Ricardi* Capellani de **Etune**, eidem terræ adjacenti; & cum terra quam *Jordanus Aurifaber* de *Sancto Neoto*, & *Adam* de *Bifield* memoratæ terræ ſimiliter adjacentes in campis de **Etune** tenuerit; & tres quarterias terræ cum omnibus ſuis pertinentiis & libertatibus, quas memoratus *Ricardus* Capellanus in villa de **Etune** tenuit: Et totam terram cum meſſuagio, quam *Philippus Hutell* à præfatis Canonicis in villa de **Etune** tenuit, & ſæpedictis Domui, & Canonicis conceſſi & confirmavii cum omnibus meis liberis hominibus, omnem libertatem, ſcilicet in pratis, in paſcuis, in viis, & ſemitis, in aquis, in boſco, in plano & in omnibus communibus de **Etune** (&c.) ut autem iſtæ donationes, conceſſiones & adquiſitiones, quas ad præſens in aſſarto meo de **Etune**, aut alibi in feodo meo, juſtè & rationabiliter adepti ſunt, vel in futurum juſtis modis adipiſci poterint, firmiores, ſtabiliores, & ſecuriores ſint, præſenti ſcripto & Sigilli mei appoſitione eas in puram & perpetuam elemoſinam confirmavi. Hiis teſtibus, *Nicholao* de *Bellocampo*, *Richardo* Capellano de **Etune**, *Willielmo* Capello de **Baiſo**, *Johanne* Capello de *Partehall*, *Galfrido* de *Bretteville*; *Hugone* de *Veteriponte*, *Radulfo* de *Weldebuf*, (&c.)

Alia Carta præfati Hugonis *de* Bellocampo.

Adhuc

præfato Regiſtro **Biſſemede.**

fol. 23. b.

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Hugo* de *Bellocampo* filius *Oliveri* de *Bellocampo*, ſalutem; Noverit univerſitas veſtra me pro Dei amore & pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & domui S. *Mariæ* de **Biſsemede**, & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, locum de **Biſsemede**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & tantum boſci & terræ quantum continetur à torrente fluente ſub **Biſsemede** de parco meo de **Ettune** juxta foveam *Simonis* de *Pateſhull*, in longitudine uſq; *Lemmareſweie*, & latitudine à fovea *Simonis* de *Pateſhull* uſq; ad boſcum *Willielmi Danenſis*. Conceſſi etiam & confirmavi eidem domui & Canonicis ejuſdem, decimationes medietatis terræ *Simonis* de *Pateſhull* quam habent in parco de **Ettune**. Dedi etiam & confirmavi præfatæ domui & Canonicis ad introitum & exitum habendum, & ad animalia ſua paſcenda, unam viam in latitudine duarum perticarum & quatuor pedum per perticam *xviii.* pedum menſuratam, à porta ſcil. ejuſdem domus uſq; ad terram *Reginaldi* filii *Goſceberti* Decani; in qua via nullus alius, niſi voluntate & concenſu inhabitantium domum de **Biſsemede** animalia ſua paſcet; nec itineris cauſa, niſi per caput ejuſdem viæ introitum faciat.

Præterea aliam viam in puram & perpetuam elemoſinam eidem domui & Canonicis dedi & confirmavi, in latitudine duarum perticarum, per perticam *xviii.* pedum menſuratam, à boſco illius domus in longitudine ſe extendentem uſq; ad forenſe boſcum verſus orientem juxta boſcum *Willielmi Danenſis*; & quantum terræ jacet inter **Hanger** & boſcum *Ricardi* de *Bellocampo*, ad viam & ad paſturam habendam, cum fovea ex parte boſci *Ricardi* de *Bellocampo* uſq; ad terram *Willielmi* de *Brutteville*; & à terra *Willlielmi* de *Bruttevile* aliam viam in latitudine *xviii.* pedum, ſe extendentem uſq; ad terram, quam eis in puram & perpetuam elemoſinam dedi & conceſſi; ſcil. *xxviii.* acras per perticam *xv.* pedum & dimi. menſuratas; & inter januam quæ fuit de parco à **Colwcie** & le **Bucſtall**, juxta terram *Ricardi* de *Bellocampo* jacentes. Iſtam autem totalem viam à boſco prædictæ domus, uſq; ad terram ejuſdem domus, ſic ex pluribus viis collectam eidem domui in puram & perpetuam elemoſinam dedi & confirmavi, ut per

Ib

eam viam eant ad terram ſuam & redeant animalia, & animalia ſua paſcant in eadem via, & per illam viam animalia ſua ad communia paſcua per omne dominium meum ducant & reducant; ita tamen quod nullus hominum in mundo, ſine permiſſu & voluntate Prioris & Canonicorum ejuſdem domus ad hanc libertatem, vel aliam quamcunq; ſibi vendicandam, viam prænominatam intrare poſſit.

Item conceſſi & confirmavi domui & Canonicis **Biſsemede**, terram quam *Willielmus* de *Bruttevile* ſæpedictæ domui & Canonicis in perpetuam elemoſinam dedit & conceſſit; ſcil. *xx.* acras per perticam *xviii.* pedum menſuratas; reddendo annuatim pro omnibus conſuetudinibus, ſerviciis & exactionibus *Willielmo* de *Bruttevile* & hæredibus ſuis unam libram piperis ad Paſcha. Item conceſſi & confirmavi præfatæ domui & præfatis Canonicis, in puram & perpetuam elemoſinam, terram quam *Adam* de *Chauton* tenuit de me in aſſarto de **Ettune**; ſcil. *xxxvi.* acras terræ arabilis per perticam *xviii.* pedum menſuratas, & unam acram prati in prato de **Ettune**; tenendas & habendas liberas & quietas ab omni ſervicio & exactione ſeculari, quas præfatus *Adam* dedit prædictæ domui & Canonicis in perpetuam elemoſinam.

Conceſſi etiam memoratæ domui in molendinis de **Ettone**, primam molturam poſt illam quæ ſurſum fuerit inventa. Præterea conceſſi & confirmavi eiſdem Canonicis cum omnibus meis liberis hominibus, omnem libertatem; ſcil. in pratis, in paſcuis, in viis, in ſemitis, in aquis, in boſco, in plano & in omnibus communiis, & in omnibus locis de **Ettone**. Ut autem iſtæ donationes, conceſſiones, adquiſitiones, quæ ad præſens in aſſarto meo de **Ettone**, aut alibi in feudo meo juſtè & rationabiliter adepti ſunt, vel in futurum juſtis modis Dei voluntate adipiſci poterint, firmiores, ſecuriores, ſtabiliores ſint, præſenti ſcripto & Sigilli mei appoſitione eas confirmavi. Hiis teſtibus *Nicholao* de *Bellocampo*, *Ricardo* Capellano de S. *Neoto*, *Willielmo* Capellano de **Layſo**, *Johanne* Capellano de **Partenhale**, *Ricardo* de *Bellocampo*, *Reginaldo* de *Baa* (&c.)

Carta ejuſdem Hugonis *de decimis parci ſui de* **Ettune**.

Ibid. OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſentes literæ pervenerint, *Hugo* de *Bellocampo*, filius *Oliveri* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod ego *Hugo* de *Bellocampo*, filius *Oliveri*, dedi & conceſſi Deo & S. *Maria* & loco de **Biſsemede**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, omnes decimas parci mei de **Ettune**, quæ ad meam donationem pertinent, tam de boſco, quam de eſſartis in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & omnium prædeceſſorum meorum, liberè, quietè & pacificè poſſidendas. Et ut hæc donatio & conceſſio rata in poſterum & intacta remaneat, Sigilli mei impreſſione confirmavi. Hiis teſtibus *Ricardo* Capellano de **Ettune**, *Andrea* Capellano de **Ettune**, *Willielmo* Capellano *Thoroldi*, *Radulpho* perſona de **Colworth** (&c.)

Carta Iſabellæ Pauncefot *de Manerio de* **Blayſworth**.

Ib.f. 63.a. OMnibus Chriſti fidelibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris, *Iſabella Pauncefot* ſalutem in domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra, me in libera viduitate & ligea poteſtate mea, pro ſalute animæ meæ, anteceſſorum & ſucceſſorũ meorũ, & omnium fidelium, dediſſe, conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Biſsemede**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, totum Manerium meum de **Blayſworth**, cum omnibus pertinentiis ſuis, ut in campis, pratis, paſcuis, paſturis, boſcis, gardinis, planis, aquis, viis, ſemitis, ſepibus, vivariis, ſtanguis, toftis & croftis; warrennis, libertatibus & liberis conſuetudinibus, & homagiis liberorum & libere tenentium, & eorum ſerviciis, redditibus, wardis, releviis, eſcaetis, villenagiis, villanis cum ſequelis eorundem, catallis & tenementis; & cum omnibus & ſingulis quæ michi vel hæredibus meis aliquo modo ratione vel caſu de dicto Manerio, vel ejus pertinentiis accidere poſſent in perpetuum, ſine aliquo retenemento mihi vel hæredibus meis: Habendum & tenendum prædictis Canonicis dictum Manerium in liberam & perpetuam elemoſinam, ſolutam & quietam ab omni ſeculari ſervicio, ſectis Curiæ, conſuetudinibus & demandis, quæ à me vel hæredibus meis peti ſeu exigi poſſent imperpetuum; faciendo dominis feodi ſervicia indè debita & conſueta. Et ego prædicta *Iſabella* & hæredes mei dictum Manerium, cum homagiis &c. ut prædictum eſt, contra Chriſtianos & *Judæos* & univerſos mortales warantizabimus & acquietabimus imperpetuum (&c.)

Carta dominarum de **Stoktone** *prædictam donationem de Manerio de* **Blayſworth** *confirmans*.

Ib.f. 63.b. OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens Scriptum pervenerit, *Nicholaa*, *Margeria*, & *Beatrix*, dominæ de magna **Stoktone**, & filiæ *Matildis* de *Kuriel* ſalutem in domino ſempiternam. Noveritis, quod cum domina *Iſabella Pauncefot* dederit & Cartâ ſuâ confirmaverit Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Biſhemede**, Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & in perpetuum ſervituris, Maneriũ ſuũ de **Blayſworth**, cum hominibus & tenentibus & omnibus aliis pertinẽtiis ſuis; ſalvis dominis feodi ſerviciis & conſuetudinibus inde eis debitis & conſuetis, ſicut in Carta ipſa, quam vidimus & plenariò intelleximus plenius continetur. Nos conſiderantes benevolentiam & affectum dominæ quondam *Matildis* de *Kuriel* matris noſtræ, in dicta Eccleſia tumulatæ, quæ erga dictum locum & Canonicos habuit; ac idem manerium in ſectis Curiæ & relevio pro uno feodo militis nobis teneatur ad remotionem cujuſq; Prioris de **Biſhemede**, & in aliis ſerviciis diverſis; pro ſalute animæ ejuſdem matris noſtræ & animarum noſtrarum; & anima *Rogeri* de *Rollinges*, & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, pro nobis & hæredibus, ſeu quibuſcunq; aſſignatis & ſucceſſoribus noſtris, remiſimus & quietum clamavimus prædictis Canonicis relevia prædicta & ſectas prædictas eidem Priori & Canonicis imperpetuum (&c.) In cujus (&c.)

Bulla *Gregorii* Papæ.

Ex ipſo autographo in bibl: *Cottoniana.*

Videſis Regiſt: de **Biſſemede** f. 17. a.

GRegorius *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Priori Monaſterii de* **Biſſemede** *ejuſq; fratribus, tam præſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus, apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) Sacræ religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium de* **Biſſemede**, Lincolnienſis *dioceſis, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati* Petri, *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus, qui ſecundum Deum, & beati* Auguſtini *regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.*

Præterea quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè ac Canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant: In quibus hæc, propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, terras, redditus, & feudum quoddam, ac alia in de **Ettune**, *& de* **Wiboldeſton** *villis, à bonæ memoriæ* Hugone *de* Bellocampo *fundatore Monaſterii veſtri, &* Rogeri *fratris ejus vobis intuitu pietatis collata. Decimas etiam quas habetis in villa de* **Ettune**; *terras, redditus & molendina aquatica & ad ventum; & omnia alia quæ in de* **Craute**, **Latebrie**, *de* **Stacheſdene**, *de* **Burtune**, *de* **Granefoꝛd** *de* **Talentune**, *& de* **Ettune**, *villis ex conceſſione* Henrici *de* Braybroc *vos propoſitis obtinere. Terras prata, piſcarias, redditus & alia bona quæ habetis in territorio & villa de* **Stiltone**: *unam virgatam terræ in territorio de* **Overtone**; *terras quas habetis in* Magna **Stottone**, *terras, prata, boſcum, & alia quæ habetis in* parva **Stottone**; *pratum & alia quæ habetis in territorio villæ de* **Blanſwoꝛd**: *Terras, prata & alia quæ habetis in territorio villæ de* **Bereſoꝛd**. *Redditus quatuor ſolidorum in villa de* **Caldecote**. *Terras redditus, ac alia bona in villa de* **Trumpetone**.

Redditus duodecim denariorum, & alia quæ habetis in villa de **Huntedone**: *Terras, redditus, ac alia bona quæ habetis in territorio villæ de* **Crafteroꝛd**: *Redditus duorum ſolidorum, ac alia quæ habetis in villa de* **Magdigle**; *& redditus duorum ſolidorum, & alia bona quæ habetis in villa de* **Mogerharg**: *Terras & redditus ac alia bona quæ habetis in villa de* **Raysho**: *Terras, redditus ac alia bona quæ habetis in* parva **Paſton** *&* **Touleſhunt**: *terras, redditus ac alia bona quæ habetis in villa & territorio de* **Bolehurſt**, *cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis, in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis.*

Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis Decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoq; vobis, Clericos vel laicos, liberos & abſolutos è ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, & eos abſq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit ſine Prioris ſui licentia, niſi artioris religionis obtentu, de eodem loco diſcedere; diſcedentem verò abſq; communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis Excommunicatis interdictis; non pulſatis Campanis, ſummiſſa voce dummodo cauſam non dederitis Interdicto, divina officia celebrare. Criſma verò oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu baſilicarum; ordinationes clericorum qui fuerint promovendi ad ordines, à dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem catholicus fuerit, & gratiam & communionem ſacroſanctæ Romanæ ſedis habuit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere.

Prohibemus inſuper, ut infra fines parochiæ veſtræ, nullus ſine aſſenſu dioceſani Epiſcopi & veſtro, Capellam ſeu Oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc, novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliiſq; omnibus Eccleſiaſticis, ſecularibuſve perſonis, à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoq; ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, aut etiam publicè uſurarii, nullus obſiſtat; Salva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorundem, & ad Eccleſias ad quas pertinent revocandi, libera ſit vobis de noſtra autoritate facultas. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurrepitionis aſtutia ſeu violentia præponatur; niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum major pars conſilii ſanioris, ſecundùm Deum & beati Auguſtini *regulam providerint eligendum. Paci quoq; & tranquillitati veſtræ paterna inpoſterum ſollicitudine providere volentes, autoritate Apoſtolica prohibemus, ut infrà clauſuras locorum ſeu Eccleſiarum veſtrarum, nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere.*

Præterea omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris, Romanis Pontificibus, Ordini veſtro conceſſas; necnon & libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, autoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergò, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſet omnia integrà conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; Salva ſedis Apoſtolicæ autoritate, & dioceſani Epiſcopi canonica juſtitia, ac in prædictis decimis moderatione Concili generalis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc conſtituonis noſtræ paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſq; ſui careat dignitate, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo corpore & ſanguine Dei, & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti *aliena fiat, atq; in extremo examine, diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit Pax Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem, præmia ateinæ pacis inveniant.* Amen Amen.

Solebant hic venerari quendam Heremitam primum Fundatorem Domus.

Coll: vol. 1. p. 68. The Chapell, where ſometime the Hermitage was ſerveth in ſtede of the paroch Chirche.

PRIORATUS

de Bridlington, *in agro* Eboracenſi.

Carta Fundationis ejuſdem.

EGo *Walterus* de *Gant* notifico omnibus Sanctæ Eccleſiæ fidelibus, quod in Eccleſia Sanctæ *Mariæ* de *Bredlintona*, Canonicos regulares ſtabilivi, ex præcepto & concenſu Regis *Henrici*, pro anima ejus, & pro animabus patris, & matris ejus; & pro animabus patris, & matris meæ, & anima mea, & amicorum meorum; Concedo igitur eidem Eccleſiæ, & ſervitoribus ejus, quicquid habui in eadem villa; videlicet, tresdecem Carucatas terræ cum Molendinis, quæ eidem terræ adjacent: terras quoq; illas quas homines mei dederunt ipſi Eccleſiæ concedo; videlicet *Willielmus Conſtabularius*, unam Carucatam terræ in Beſyngebi; *Forno* in eadem villa duas bovatas, *Machernus* in Hildertrop duas bovatas; *Radulphus Buch*, & *Gocelinus* filius ejus, in *Eſtona* duas bovatas dederunt: *Radulphus* in *Grendala* dedit quatuor bovatas; *Gozo* in *Bucetona*, conceſſione, *Alani* filii ſui, dedit quatuor bovatas: *Malgerus* in *Richetona* quatuor bovatas. Et inſuper dedi eidem Eccleſiæ & ſervitoribus ſuis Canonicis, Eccleſiam de Edenham, & aliam de Witham, & dimidiam Eccleſiæ de Sutterebi, & Eccleſiam de Fivllai, cum Molendino uno; & Eccleſiam de Swaledala, Eccleſiam quoq; de Willerdebi, & aliam de *Galmetona*, quas *Adelarus* venator dedit, conceſſu *Henrici* filii ſui, concedo. Has omnes terras, & Eccleſias, cum terris quæ eis adjacent, concedo eis ſolutas & quietas ab omni *Geldo* & omnibus conſuetudinibus, præter *Geldum* Regis; videlicet *Danegeldum*. Hiis teſtibus *Turſtino* Archiepiſcopo, *Alano* de *Perci*, *Euſtachio* filio *Johannis*, *Jordano Pagnel*, *Willielmo Conſtabulario*; *Lamberto Conſtabulario*; *Willielmo* de *Mundavilla*; *Radulpho* de *Novavilla*, *Willielmo* de *Perci*, *Radulpho* de *Grendala*, & *Radulpho* filio ejus, *Gocelino Buch*; *Malgero* de *Erghom*, *Wimundo* Capellano, *Richardo Pincerna* & *Girardo* fratre ejus; *Roberto* de *Ropeſle*, *Waltero* de *Calce*: Et ſuperaddo etiam eis Eccleſiam de *Eltheſdona*, cum eadem libertate quam in ſupradictis Eccleſiis habent.

Ex Regiſtro de Bridlington penès ill. *Ingleby*. Eq. Aur.

Confirmatio Gilberti *Comitis, de terris de dono* Walteri *de* Gaunt *Fundatoris; & donum ejuſdem de* **Burton**, **Beſyngby**, **Hilderthorp**, **Willethorp**, **Barton**, & **Fordone**.

Ibid.

GIlbertus de *Gaunt* Comes *Lincolniæ* omnibus hominibus ſuis *Francis*, & *Anglis*, & omnibus Eccleſiæ filiis, ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe, & præſentis Cartæ teſtimonio confirmâſſe Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Bredlingtona*, & Canonicis meis ibidem domino ſervientibus, in liberam & perpetuam elemoſinam, omnes donationes quas pater meus, & homines ſui fecerunt eidem Eccleſiæ, in Eccleſiis & terris, & tenuris, ita liberas, & quietas ab omnibus conſuetudinibus, & Geldis, præter ſolum Danegeldum, ſicut pater meus eidem Eccleſiæ conceſſit, & per Cartam ſuam confirmavit. Præterea donavi eiſdem Canonicis meis, & præſentis Cartæ teſtimonio confirmavi, in liberam, & perpetuam elemoſinam, totam villam de **Beſtingebi**, cum omnibus eidem villæ pertinentibus in **Hilderthorpe**, **Willeſthorp**, & *Forduna*. Et in *Bartona* de una Carucata terræ quam *Lambertus* filius *Willielmi* tenet; & totam villam de *Spetona*, cum omnibus eidem villæ pertinentibus; & quicquid ego habeam in dominio meo in prato de **Ravenſcliffe**; & quicquid *Walterus* filius *Bertini*, & *Audoenus* de *Hundemanbi*, homines mei in eodem prato habebant; & *Burtonam* cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in dominiis meis, quàm in ſervitiis illorum, qui in eadem villa tenebant de me; & Eccleſiam de **Bainburgh**, & in eadem villa unam Carucatam terræ, & ſervitium *Hugonis Eſcrop*, & *Johannis Camerarii*, & *Obbonis*, & *Johelis*, & *Walteri Brand*, & omnium aliorum miniſtrorum meorum, qui liberè de me, terras ſuas, tenebant. Has omnes terras, & tenuras dedi eis, & confirmavi cùm omnibus ſuis pertinentiis, in terra arabili, & in paſcuis, in pratis, & in mariſcis, in aquis, & in Molendinis, in mari, & in piſcariis, in viis, & in ſemitis, & in omnibus locis, & in omnibus rebus, ad eas pertinentibus, ſolutas, quietas, & liberas ab omnibus conſuetudinibus, & Geldis, præter Danegeldum. Hiis teſtibus *Roberto* de *Gaunt* fratre meo, *Willielmo* filio *Walteri*; *Radulpho* de *Novavilla*, *Stephano* de *Farlintona*, *Galfrido* filio *Malgeri*, *Henrico* de *VVillerdebi*, *Thoma Arbaliſtario*, *Thoma* filio *Petri*, *Roberto* filio *Conſtabularii*, *VVillielmo Luvet*, *Simone Capellano*, *Johanne Camerario*.

Carta Gilberti *de* Gaunt, *Comitis* Linc. *de paſtura ad quinquaginta oves in Campo de* **Hundemanbi**.

Ib. fol. 55.

OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Gilbertus* de *Gaunt* Comes *Lincolniæ*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Bridlington**, & Canonicis meis ibidem Deo ſervientibus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, ſufficientem paſturam ad quinquagentas oves in Campo de **Hundemanbi**, cum ſitu unius Bercariæ, in una parte campi, duas acras continenti, cum libero introitu, & exitu per terram meam in eodem campo. Hanc donationem feci Canonicis meis, pro anima mea, & omnium parentum meorum & hominum meorum, qui ſunt mortui vel ſunt morituri. Hiis Teſtibus (&c.)

Carta Regis Henrici *primi, plurimas Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 15. R. 2. n. 26. per Inſpex. Pat. 2. H. 4. p. 1. m. 21. Pat. 1. H. 5. p. 4. m. 9.

IN nomine Patris & Filii & Spriritus Sancti Amen. *Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Principibus, Baronibus, & univerſis fidelibus totius *Angliæ* Clericis, & laicis, *Francis* & *Anglis*, tam præſentibus quàm futuris ſalutem. Quoniam ad hoc à ſuperna poteſtate regalis celſitudinem poteſtatis accepimus, ut in Eccleſia Dei potentiam noſtram juſtè pariter & miſericorditer exerceamus, viſum eſt nobis, ut non ſolum ſub noſtra tuitione & munimine ab infeſtantium malicia atq; calumpnia tueatur, verùm etiam ad ſuarum ſuſtentationem neceſſitudinum noſtri muneris liberalitate foveatur. Præcipuè verò illis hæc facere debemus, qui voluntariam ſubeuntes paupertatem ſub regulari diſciplina Domino militare decreverunt, ut ſecundùm Apoſtolum *ex noſtra opulentia eorum ſuppleatur indigentia*, & nos eorum interventu in æterna recipiamur tabernacula. Damus itaq; & ſub præſentis hujus Cartæ noſtræ privilegio atq; atteſtatione confirmamus Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Brellintona*, & Canonicis regularibus Domino ibidem ſervientibus, duas Carucatas terræ ex meo dominio, quarum una & dimidia eſt in **Eſtona**, dimidia verò in **Hildertorp**, ſolutas & quietas ab omni geldo, & omnibus conſuetudinibus. Cætera verò quæ à *VValtero* de *Gante* & a *Jordane Paganel*, vel ab aliis Baronibus & Vavaſſoribus meis data ſunt prædictæ Eccleſiæ, & in hujus Cartæ noſtræ pagina continentur, concedimus, atq; ejuſdem Cartæ auctoritate confirmamus.

VValterus de *Ganto* dedit ipſi Eccleſiæ, tredecim carucatas terræ in *Brellingtona*, *Jordanus Paganel* dedit in eadem villa unam carucatam terræ pro anima *Geretrudis* uxoris ſuæ, dono & conceſſione *Stephani* de *Mainil* privigni ſui. Homines *VValteri* de *Ganto* dederunt eidem Eccleſiæ conceſſione ipſius *VValteri* .... *VVillielmus Conſtabularius*, dedit unam carucatam in **Baſingeby**. *Forno* dedit in eadem villa duas bovatas. *Macherius* dedit duas bovatas in **Hildertorp**, *Radulphus Bught*, & *Gozelmus* filius ejus dederunt duas bovatas in *Eſtona*. *Radulphus* dedit quatuor bovatas in *Grendala*. *Goro* dedit quatuor bovatas in *Buchetona*. *Malgorus* dedit quatuor bovatas in *Richtona*. *Morcarus* dedit unam bovatam in *Beintona*, conceſſione *Roberti* de *Brus* domini ſui. Item *VValterus* de *Ganto* dedit

Eccleſiam de **Edenham**, & aliam de **Wichham**, & dimidiam Eccleſiam de **Suthfercby**, & etiam de **Fineley**, & Eccleſiam de *Sualadala*, *Adelardus* autem venator dedit, conceſſione *Henrici* filii ſui, & conceſſu *VValteri* Domini ſui, Eccleſias de **Wilardeby** & de *Galmetona*. *Stephanus* Comes de *Albamara* dedit Eccleſiam de *Bovintona*, *VVillielmus* filius *Nigelli* dedit Eccleſiam de **Flemeburhe**, & *Euſtachius* filius *Johannis* conceſſit, & in dedicatione ipſius Eccleſiæ accrevit eidem Eccleſiæ unam bovatam terræ: Eccleſiam quoq; de *Cuthima* dedit idem *Euſtachius*. *Eurardus* filius *Petri Dapiferi* de *Hilderneſſa* dedit Eccleſiam de **Attingewitt**. *Radulphus* de *Goſla* dedit Eccleſiam de *Sproteleia*. Has omnes Eccleſias & terras dederunt prædicti Domini ſolutas & quietas ab omni geldo & conſuetudinibus præter geldum meum, videlicet Danegeldum. Præterea concedo & confirmo eſcambium toftorum quod fecerunt inter ſe Canonici & *Jordanus Paganel*. Adhuc *VVillielmus* de *Moion* & uxor ejus *Agnes*, dederunt Eccleſiam de *VVicheforda*.

Carta Regis Stephani *de Portu de* Brillintona.

Ibid. STephanus Rex *Angliæ* Comiti *Eboracenſi* & miniſtris ſuis, ſalutem; Mando vobis quod permittatis Priorem de *Brillintona*, benè & in pace, tenere & habere portum ſuum de *Brillintona* ſicut *VValterus* de *Gant*, & *Giſlebertus* pater ſuus illum meliùs tenuerunt aliquo tempore, ne ſuper hoc fiat ei injuria vel contumelia. Et faciatis omnes ibidem applicantes juſtè habere pacem meam, ne aliquis eos injuſtè diſturbet, neq; infeſtet. T. *Richardo* de *Lucy* apud **Roteſwardam**.

Carta Regis Henrici *ſecundi*.

HEnricus Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Juſticiariis, Baronibus Vicecomitibus, miniſtris & omnibus fidelibus ſuis totius *Angliæ*, *Francis* & *Anglicis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Brellintona*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in liberam & perpetuam elemoſinam duas carucatas terræ de dominio meo, quarum una & dimidia eſt in *Eſtona*; dimidia verò in **Hildertorp** ſolutas & quietas ab omni geldo, & omnibus conſuetudinibus, ſicut Carta Regis *Henrici* avi mei eis teſtatur & confirmat. Præterea concedo eis, & confirmo omnes donationes quæ eis rationabiliter factæ ſunt: videlicet ex dono *VValteri* de *Gant* tredecim carucatas terræ in *Brellintona*, & Eccleſiam de **Finelai**, & Eccleſiam de **Edenham**, & Eccleſiam de **Wicham**; & dimidiam Eccleſiam de **Suthferiby**; & Eccleſiam de *Elcheſdma*, & Eccleſiam de *Sualadala*. Ex dono Comitis *Gilberti* de *Gant* totam villam de **Beſingeby**, cum omnibus eidem villæ pertinentibus. In **Hilderthorp** & **Wynclesthorp**, & *Forduna*, & cum ſervitio *Lamberti* filii *VVillielmi* de una carucata terræ in *Bartona*, & tres carucatas terræ in *Syetona*, quas *VVillielmus* filius *Lamberti* de eo tenuit, & in eadem villa ſervitium *Fecionis* de tribus carucatis terræ, & quicquid idem Comes *Gilbertus* habebat, in dominio ſuo in prato de **Raveneſclif**; & quicquid *Walterus* filius *Bertini*, & *Audoenus* de *Hundemanneby* homines ſui in eodem prato habebant; & *Burtonam* cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in dominiis Comitis *Gileberti*, quàm in ſerviciis illorum qui in eadem villa tenebant. Et Eccleſiam de *Baenburgo*, & in eadem villa unam carucatam terræ & ſervicia miniſtrorum Comitis *Gilberti*, qui terras de ipſo tenebant; Scilicet *Johannis Camerarii*, & *Hugonis Eſtrop*, & *Obbonis* & *Johel*, & *Walteri Brandi*, & omnium aliorum miniſtrorum prædicti Comitis, ſicut Carta ſua eis teſtatur & confirmat. Ex dono *Rogeri* de *Molbraio* unam carrucatam terræ in **Freiſtingetorp**, & dimidiam carrucatam terræ in *Martona*. Ex dono *Roberti* de *Withvilla* unam carrucatam terræ in *Scireborna*. Ex dono *Willielmi* de *Percy* unam carrucatam terræ in *Newetona*. Ex dono *Willielmi* filii *Nigelli* Eccleſiam de **Flaineburge**, Ex dono *Euſtachii* filii *Johannis* Eccleſiam de **Scalleby**, & Eccleſiam de *Cutona*. Ex dono *Everardi* de *Ros*, Eccleſiam de **Attingewic**. Ex dono *Gaufredi Diſpenſatoris* Eccleſiam de *Bointona*, Ex dono *Athelardis* Venatoris, Eccleſiam de **Wilardeby** & Eccleſiam de *Galmetona*. Ex dono *Radulphi* de *Goſla* Eccleſiam de **Sprotelai**. Ex dono *Roberti* de *Percy* Eccleſiam de **Kerendeby**. Ex dono *Jordani Paganelli* unam carrucatam terræ in *Brellintona*, Ex dono *Radulphi Buoc* duas bovatas terræ in *Eſtona*. Ex dono *Radulphi* de *Grandala* quatuor bovatas terræ in **Buchetone**. Ex dono *Malgerii* quatuor bovatas in *Richtona*, Ex dono *Morcari* duas bovatas in *Bentona*. Ex dono *Willielmi* de *Moion*, Eccleſiam de *Wicheforda*. Ex dono *Willielmi* de *Oteringeham* Eccleſiam de **Oteringeham**. Ex dono *Alani* de *Moncell* duas bovatas terræ in *Winchetona*. Ex dono *Ernaldi* duas bovatas terræ in *Martona*. Ex dono *Radulphi* de *Goſla* quatuor bovatas terræ in *Goſla*. Ex dono alterius *Radulphi* de *Goſla* quatuor bovatas terræ in *Biforda*. Ex dono *Angrinii* de *Triſmariſcho* unam carrucatam terræ in *Ledbrethonia*. Ex dono *Aufridi* de *Tilemeburg* quatuor bovatas terræ in *Kilmerdeby*. Ex dono *VValteri*, de *Rutha*, duas bovatas terræ in *Rutha*. Quare volo (&c.) Teſtibus *R.* *Eboracenſi* Archiepiſcopo, *Hillario* *Ciceſtrenſi* Epiſcopo, *Toma* Cancellario, *Johanne* Theſaurario *Eborum*, *Willielmo* fratre Regis, *Hugone Pigod* Comite de Norfolca, *Mangero Biſet* dapifero, *Warino* filio *Gerardi* Camerario. *Euſtachio* filio *Johannis*, *Richardo* de *Campivilla*, *Roberto* de *Duneſtamvilla* & *Simone* filio *Willielmi*, apud **Waltham**.

Carta Johannis *filii* Johannis *de* Harpham *de medietate Eccleſiæ de* Twenge.

Ibid. OMnibus has litteras viſuris vel audituris, *Johannes* filius *Johannis* de *Harpham* Salutem æternam in Domino. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe & dediſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Brellingtona*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, medietatem Eccleſiæ omnium Sanctorum de Twenge, cum omnibus ad eandem medietatem pertinentibus, intra villam & extra villam, ſine ullo retenemento, ita liberè & integrê, ſicut aliquis miles liberiùs & integriùs viris religioſis Eccleſiam concedere vel dare poreſt, nichil de eadem medietate Eccleſiæ michi vel hæredibus meis retinens, niſi orationum ſuffragia. Et ut hæc mea donatio rata ſit & ſtabilis, præſens ſcriptum ſigilli mei munimine roboravi; Hiis teſtibus *Marmaduco* de *Twenge*; *Gilberto* de *Atone*; *Roberto* de *Maynill*; *Willielmo* de *Twenge*; *Reinero* de *Beverlaco*; *Johanne* de *Oketona*; *Richardo* & *Willielmo* Capellanis; *Magiſtro Roberto* de *Brellingtona*, *Gilleberto* de *Spetona*; *Ernaldo* de *Marton*; *Ernaldo* de *Bucketona*; *Luca Silver*, & multis aliis.

Carta R. *filii* Herniſii *de Eccleſia de* Gauſla.

R. filius *Herniſii*, omnibus Eccleſiæ filiis Salutem. Notum ſit vobis me dediſſe, & præſentis Cartæ teſtimonio confirmâſſe in liberam & perpetuam elemoſinam Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Berlintona* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus Eccleſiam de *Gauſla*, cum omnibus ſuis pertinentiis, pro redemptione animæ fratris mei, qui eam dederat eidem Eccleſiæ, & pro ſalute animæ meæ & omnium conſanguineorum meorum, & amicorum. Hiis teſtibus *Roberto* Presbitero de Sproteley; *Walcalino* Presbitero; *Ernaldo* Presbitero; *Adam* Diacono; Magiſtro *Alexandro*, *Milone* equite; *Willielmo* de *Wdeford*; *Willielmo Haltain*; *Radulpho* de *Sproteley*; *Hereberto Morant Waltero Moin*; *Henrico* de *Berlintona*; *Serlone Talun*; *Reinaldo Pynchewer*; *Willielmo* Coco (&c.)

Carta Walteri *de* Ver *filii* Adæ *de* Gouſle *de Eccleſia de* Sprottele.

Ibid. OMnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris, *Walterus* de *Ver*, filius *Adæ* de *Gouſle*, Salutem in Chriſto. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de Brellington, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in liberam & puram & perpetuam, elemoſinam, Eccleſiam Sancti *Suithinii* de Sprottele cum omnibus ad eam pertinentibus intra villam & extra villam, ſine ullo retenemento. Ita liberè & inregrè ſicut aliquis miles liberiùs & integriùs viris religioſis Eccleſiam concedere vel dare poteſt, nichil de eadem Eccleſia michi vel hæredibus meis retinens, niſi orationum ſuffragia. Quare volo (&c.) Hiis teſtibus *Johanne* de *Sancta Cruce* Capellano Domini regis, *Benedicto* Capellano de Sprottele; Magiſtro *Roberto* de *Brellingtone* (&c.)

Carta Matildis *filiæ* Stephani *Conſulis* Brittaniæ, *uxoris* Walteri *de* Gaunt.

Adhuc ex Cartulario de Bridlington. fol. 188. THurſtino Dei gratia *Eborum* Archiepiſcopo, & omnibus Baronibus de Richmundſchire, & omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ *Matildis* filia Conſulis *Stephani Brittaniæ*, uxor *Walteri* de *Gaunt* Salutem. Notum ſit vobis me dediſſe in elemoſinam Canonicis S. *Mariæ* de *Bredlintona*, Eccleſiam S. *Andreæ* de Swaldale, cum Gronton, & omnibus ſibi adiacentibus; conſenſu Domini mei *Walteri*, de maritagio meo; ſolutam & quietam ab omni terreno ſervitio, ſicut rem Eccleſiæ. Hiis Teſtibus *Wimundo* Capellano, *Willielmo Geroldi* filio, *Lamberto* Conſitore, *Radulpho* de *Novavilla*, *Rachmari* filio *Gilberti*, & *Willielmo*, *Waltero* de *Grendal*, *Baldwino Gileberti* filio, *Malgero* de *Erghom*, *Odone*.

Carta Roberti *de* Gaunt *Donationes patris & fratris ſui confirmans.*

Ib, f, 156. ROBertus de *Gaunt*, filius *Walteri* de *Gaunt*, omnibus viſuris vel audituris has literas, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & meâ Cartâ confirmâſſe Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Brelintona*, & Canonicis meis ibidem Deo ſervientibus, in liberam & perpetuam elemoſinam, omnes conceſſiones, & donationes quas *VValterus* de *Gaunt* Pater meus, & *Gilbertus* de *Gaunt* Comes *Lincolniæ* frater meus, fecerunt eis in Eccleſiis, & terris, & tenuris, & omnibus pertinentiis earum, cum omnibus libertatibus, & liberis Conſuetudinibus, ſicut Cartæ eorum illis teſtantur, ſalvo ſervitio meo mihi, & hæredibus, de illis & hæredibus illorum. Hiis Teſtibus: *Erniſio* Priore de *Martona*, *Gilberto* Canonico de *Martona*, *Galfrido* Canonico de *Kirkham*, *Henrico* de *Gaunt* Dapifero meo, Magiſtro *Roberto Eſcrop*, *Roberto Conſtabulario*, *VValtero* de *Bovintona*, *VVillielmo* de *Trop*, *VVillielmo* de *Siwardebi*, & *Roberto* filio ejus, *Malgero* de *Ricthona*, *Adam* de *Bovintona*, *VVillielmo* filio *Adelardi*, *Gilberto* de *Spetona*, *VVillielmo* de *Flamburch*, & *Richardo* fratre ejus, *Henrico Silver*, & *Roberto* fratre ejus, *VVillielmo* de *Bucktona*, *Malgero* de *Rudeſtane*, *Radulpho* de *Flameburch*, *Oſberto* de *Siwardebi*.

Quod Gilbertus *de* Gaunt *nutritus in Prioratu de* Bridlinton, *locum ſepulturæ ibidem elegit.*

GIlbertus Comes *Lincolniæ* omnibus Eccleſiæ filiis ſalutem; Notum ſit vobis, quod ego pro redemptione peccatorum meorum, & pro peculiari dilectione quam ſemper habui erga Eccleſiam S. *Mariæ Brellintoniæ*, mancipari me ipſum eidem Eccleſiæ, ea videlicet ratione, ut ubicunq; vivendi finem fecero, in Monaſterio *Bredlintonenſi* locum Sepulturæ accipiam. Et ſi aliquando Deus Cor meum tetigerit, & oportunitatem dederit, ut relictâ ſeculari vanitate, in paupertate Deo ſervire decernam, in prædicto Monaſterio habitum religionis accipiam, & in illorum conſortio vitæ meæ ſpacia compleam inter quos, ab annis infantiæ, coalueram: Conveniens quippe mihi viſum eſt, ut ubi in hunc mundum ingreſſus ſum de ventre matris meæ, ibi de hoc mundo egrediar in matrem omnium; & per eorum exemplum, atq; doctrinam Chriſto merear in bonis operibus conformis fieri, per quorum miniſterium Chriſtum Baptiſmate indui: Quapropter noverit quiſquis qui hæc audierit, quia mihi propriè officioſus, aut injurioſus erit, quiſquis eidem Eccleſiæ utilis aut noxius fuerit. His Teſtibus *Gaufrido* fratre meo, *VValtero* Decano &c.

Carta Roberti *de* Gaunt.

RObertus de *Gaunt*, filius *Walteri* de *Gaunt*, omnibus Sanctæ Eccleſiæ filiis, Salutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe & dediſſe, & præſentis Cartæ teſtimonio confirmâſſe, Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Bridlintona*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in liberam & perpetuam elemoſinam, totam paſturam, & totum herbagium in Swadole, in longitudine, verſùs occidentem ab Hertay uſq; ad ulteriorem torrentem, qui vocatur Hawardeſdalebec, & proximior eſt colli, qui dicitur Blabergh; & in latitudine à flumine *Swala*, ſurſum verſùs Auſtrum, quantum terra mea durat; Salvis feris beſtiis meis, & arboribus meis. Conceſſi etiam, & præſentis Cartæ teſtimonio confirmavi, in liberam, & perpetuam elemoſinam, ut liceat eiſdem in eadem paſtura facere fenum, quantumcunque voluerint; & de Boſco meo, ſine arborum ſucciſione, ſufficientem materiam ad faciendos Domos, & faldas duarum vaccariarum, quot opus habuerit; Et virgas ſufficientes ad domos faciendas, in eiſdem vaccariis; Quarum una vaccaria eſt apud Whalleſheved, & altera apud Frithlot; & de prædicto Boſco meo habebunt ad ardendum in eiſdem vaccariis, quantum neceſſe fuerit: Habebunt etiam iidem Canonici ad prædictas vaccarias, quatuor Canes cum integris pedibus; duos ad unam, & duos ad alteram, ſolutos noctibus, & ligatos diebus; Qui, ſi inventi fuerunt ſoluti à prima hora diei uſq; ad veſperum, Cuſtodes eorum erunt in foriſfacto Domini, & Canes in miſerecordia ejus. Quod ſi forte animalia Canonicorum terminos antefatæ paſturæ tranſierint, rationabiliter capienter & rationabiliter dimittentur, &c. Teſtibus *Henrico* de *Gaunt* Dapifero meo; Magiſtro *Roberto* le *Eſcrop*, *Roberto Conſtabulario*, *Willielmo* de *Torpe*, *Waltero* de *Bovington*, *Willielmo* de *Bucton*, *Willielmo* de *Siwardby*, & *Roberto* filio ejus, & *Gilberto* de *Speton*, & *Petro* filio ejus.

Bulla Innocentii *tertii Papæ.*

Adhuc ex præfato Regiſtro de Bridlington.

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Archidiaconis, Decanis, & *Eborum* officialibus, in quorum parochiis dilecti filiis Canonici de Bridlinton Eccleſias optinent, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Gravem, nec ſilentio tranſeundam, dilectorum filiorum Prioris, & Canonicorum de Bridlinton querelam accepimus, quod cum olim Archidiaconus *Richmundiæ* parochiam ſuam, viſitationis gratiâ circumiret cum centum equis, minus tribus, viginti canibus & uno, tribus Avibus venatoriis, ad quandam Eccleſiam prædictorum Canonicorum accedens, tantum Domum iſtam, ſumptu immoderato, gravârit, quod hora brevi dicitur conſumpſiſſe quod toti familiæ, longo tempore ſuffeciſſet. Nos igitur tantæ immoderantiæ volentes, ſicut convenit, obviare; univerſitati veſtræ, per Apoſtolica Scripta, præcipiendo mandamus, diſtrictiùs inhibentes, ne quis veſtrum, de cætero, cum parochiam ſuam viſitet, in procurationum exaltatione, ſeu modis aliis, præterquam *Rateranenſis* Concilii Statuta permittunt, Eccleſias, ſeu clericos, vel ſervientes prædictorum Canonicorum gravare præſumat; Si quis verò ſententiam in Eccleſias ipſas, vel eorum Clericos, ſeu laicos propter hoc temerè promulgaverit, illam decernimus, autoritate Apoſtolica nullatenus obſervandum.

De Petraria de Fivele.

Adhuc ex Cartulario de Bridlington f. 59. b.

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Radulphus* de *Nevill*, filius *Radulphi* de *Nevill*, ſalutem. Noveritis me dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, Deo & Eccleſiæ, & Canonicis de *Bridlintona*, petram in petraria de Fivele ad fabricam Monaſterii ſui, & officinarum ſuarum omnium, ubiq; illis habendam, & ad ſumptus ſuos fodiendam, & capiendam, ubi, quantum, & quando voluerint. Et præterea conceſſi quod habeant largam, liberam, & rationabilem viam, ſuper faleſiam Petrariæ, per totam longitudinem dicti faleſii, & ubiq; ſcilicet, tam in loco, qui appellatur Le Hok, quàm alibi, ubi poſſunt Petram invenire, cum libero ingreſſu, & egreſſu ad carrectas ſuas, ad prædictam Petram cariandam. Et ego & hæredes mei prædictam Petrariam, cum rationabili via & aliis pertinentiis, prædictis Canonicis contra omnes homines warantizabimus imperpetuum, & defendemus. In cujus rei teſtimonium huicſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, &c.

Videſis Confirmationes Donationum & Cartarum Prioratui de **Bridington**;
viz. Pat. 5. E. 2. p. 6. m. 14. & 12.
Et Pat. 2. H. 4. p. 1. m. 21.
Et Cart. 26 H. 6. n. 15.

Carta Procurationis nobilis viri Johannis *de* Nevile *de* **Grymeſthorp**.

Ex ipſo autographo in Turri B. *Mariæ Eboraci*.

IN Dei nomine Amen. Coram vobis venerabilibus viris Dominis Abbate de **Thornton** ſuper *Hambriam*, ac Priore de **Elſham**, *Lincolnienſis* Dioceſis, in cauſa apellationis infraſcriptæ, Judicibus ſub certa forma à ſede Apoſtolica deputatis in jure proponit Procurator nobilis viri *Johannis* de *Neville* Domini de **Grimeſthorp** contra religioſos viros Priorem & Conventum de **Bridelingtun**, ordinis S. *Auguſtini*, *Eboracenſis* Dioceſis, Eccleſiam de **Edenham** *Lincolnienſis* Dioceſis in proprios uſus optinentes, & pro eis quemlibet legitimè intervenientem; Quod cum ipſi religioſi, ratione ſuæ Eccleſiæ de **Edenham** prædictæ, ipſum ſuper quibuſdam Decimis ad eos; ut dicebant, pertinentibus, primò coram Officiali *Lincolniæ*, autoritate ordinaria cognoſcente traxiſſent in cauſam; Tandem | cauſa hujuſmodi per appellationem ipſius *Johannis* ex certo gravamine interjectó, ad *Cantuarienſem* Curiam loci Metropolitani legitimè devoluta, Decanus Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Arcubus London*. generalis Auditor cauſarum dictæ Curiæ, finito ejuſdem appellationis articulo, ac appellatione prædictâ legitimè nunciatâ, perperam in principali cauſâ procedens, contra dictum *Johannem* diffinitivam ſententiam promulgavit iniquam; à qua dictus *Johannes* ad Officialem dictæ Curiæ ad quem ab eodem auditore de antiqua approbata & hactenus pacificè obſervata conſuetudine appellabatur & appellatur, appellationem emiſit. Verùm quia dictus Officialis ejuſdem Curiæ ſententiam contra juſticiam confirmavit, eandem ad ſedem apoſtolicam legitimè appellavit *Johannes* ſupradictus. Quare petit dictus Procurator, nomine quo ſupra, probatis in hac parte probandis, ſeu quavis via juris detectis vel declaratis, hiis vel eorum aliquo quæ vel quod ſufficiant vel ſufficiat in hac parte pro appellatione prædicta, ad ſedem eandem interjecta, & juriſdictione veſtra in hac parte pronunciari, ipſamque appellationem juſtam & legitimam fuiſſe & eſſe ſententialiter declarari, necnon detectis dictarum ſententiarum Officialis & Decani, ipſas ſententias diffinitivas prædictorum Officialis & Decani, & quicquid ex eis vel ob eas eſt ſubſecutum infirmari, revocari, tractari, ſeu annullari, viribuſque cavere diſcerni ulterius & ſtatuere in hac parte quod eſt juſtum addendi, mutandi, & in omnibus juris beneficio ſemper ſibi ſalvo.

PRIORATUS

S. Bartholomæi *in* **Smithfelde**, *in ſuburbio Civitatis* London.

Quis hanc eccleſiam ædificavit, & quanto tempore ei præfuerit.

Ex cod. MS. in Bibl. Cotoniana ſub effigie *Veſpaſiani* b. 9 fol. 1.

HAnc igitur Eccleſiam in honorem beatiſſimi *Bartholomæi* Apoſtoli piæ memoriæ *Raherus* fundavit, & ibidem Deo ſervituros ſecundùm regulam ſanctiſſimi patris *Auguſtini* viros religioſos aggregavit, eiſdemque per viginti duos annos Prioris dignitate & officio functus præfuit. Liberalium artium ſcientiam minimè aſſecutus, ſed quia omni ſcientiæ ſupereminet, conſcientiæ puritate præditus; erga Deum devotione; erga fratres humilitate, erga hoſtes ſuos quadam benevolentia certabat: Cujus animi probata ſinceritas, mores honeſtate conſpicui, ſpectata in divinis ſedulitas, prudens in terrenis adminiſtrandis ſolicitudo laudi fuere. In conviviis ſobrius, hoſpitalitatis ſectator præcipuus, tribulationes miſerorum & neceſſitates pauperum oportunè admittens, patienter ſupportans, competenter expediens. In proſperis nequaquam elatus, in adverſis patiens; ſi quid ſiniſtri occurreret, ſub umbra patroni ſui, quem venerabatur, quem intimis viſceribus amplectebatur, ſedebat, cujus auxilio in omnibus periculis tutus erat. Subdito gregi cum omni humilitate prævidens, cum ſummâ diligentiâ, quæ neceſſaria erant, providens, augebat ſibi indies apud Deum & homines gratiam, loco reverenciam, amicis læticiam, lividis pænam, poſteris gloriam. Et talis quidem ejus vita poſt converſionem extitit. Qualis verò ante fuerit, & quo ordine hujus ſacratiſſimi templi fundamenta locaverit, paucis intimemus, ſicut nobis conteſtati ſunt qui eum videre, & ejus operibus & alloquiis interfuerunt; quorum quidam dormierunt in Chriſto, quidam adhuc ſuperſunt, & horum quæ dicturi ſumus, teſtes ſunt.

Quam

Quam vitam ante converſionem ſuam egerit.

VIr iſte, humili oriundos proſapiâ, ubi adoleſcentiæ florem attigit, domos nobilium, ædes Principum frequentare, ibi pulvillos ſub omni cubito manus conſuere, ludicris & adulationibus delinitos ſibi in amicitiam aſciſcere morem gerebat. Nec hiis contentus, Regale palacium crebriùs adire, inter tumultus curiæ tumultuosè ſe ingerere & ſuavitate joculari, pluriumq; volebat corda facilè ſibi allicere. Ibi ſpectaculis, epulis, jocis, cæteriſq; curialibus nugis totâ die intendere negotium ducebat. Et nunc quidem Regiis, nunc attritâ fronte optimatum ſequelæ ſe ingerens, obſequium quod placeret eis ſedulò impendebat, & ſi quid liberet petere, faciliùs impetrabat. Eo modo Regi, Magnatibuſq; aulicis notus, familiaris & ſocius erat. Hoc vivendi genus inprimis elegerat, & in hiis juventutem ſuam exercebat. Sed inſpector & miſerator omnium Deus, qui à *Maria Magdalena* ſeptem dæmonia ejecit, qui piſcatori claves Regni cœlorum dedit, hunc etiam miſericorditer ab errore viæ ſuæ convertit, & converſo plurima virtutum munera adjecit; quoniam quæ ſtulta & infirma ſunt mundi elegit Deus, ut confundat fortia.

Quomodo converſus, Romam *adjerit.*

HIc ergo per Dei gratiam aliquando admiſſorum pœnitens, dieſq; ſuos dimidiare proponens, ut plenam atq; perfectam omnium peccatorum conſequeretur indulgentiam, ſanctam decrevit *Romanam* adire curiam; cupiens in tam laborioſo itinere dignos facere fructus pœnitentiæ. Qui habitum cœlitùs inſpirati animi nequaquam deſidioſâ mente in tempora & annos differens, ſed conceptum pio deſiderio bonum opus conſtanter exequens, iter aggreſſus eſt, & domino greſſus ejus dirigente, incolumis, eo quò propoſuerat, pervenit. Ubi ad martyria beatiſſimorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* commiſſa deplorans, & delicta juventutis ſuæ & ignorancias ad memoriam reducens, remiſſionem eorum ſibi à Domino tribui exorabat, de cætero nichil ſimile ſe acturum pollicens, ſed hiis abrenunciatis, voluntati ejus devotè patiturum. Præclara illa duo cœli luminaria, duos viros miſericordiæ, mediatores inter ſe & dominatorem univerſæ terræ conſtituit, quod videlicet à præteritis ineptiis caveret, & pollicitis operam ſedulus inpenderet.

Interea dum ibi moraretur, gravi valitudine fatigari cœpit, & doloribus ſuis paulatim augmenta capientibus, jam ad extrema duci. Qui ſe pro commiſſis Deo nondum ſatiſfeciſſe timens, & iccirco in ultionem criminum, apud exteros ultimam ſibi mortis horam imminere retractans, effudit tanquam aquam cor ſuum in conſpectu Domini, & totus in lacrimas erumpens, votum etiam vovit, quod ſi ſanitate adeptâ, ad patriam ſuam ſibi redire liceret, ad pauperum recreationem Hoſpitale conſtrueret, & pauperibus ibidem congregatis, neceſſaria, quoad poſſet, miniſtraret. Nec multò poſt, benignus & miſericors Dominus, qui *Ezechiæ* lacrimas vidit, qui *Cananeæ* importunitatem pietatis ſuæ beneficio remuneravit, hunc quoque lacrimantem clementer reſpexit, & votum ejus, optatam ſalutem largiendo approbavit. Qui ab infirmitate convaleſcens, & ſanus in brevi factus, ad propria remeare cœpit, votum quod fecerat, exacturus.

De viſione, quam in itinere vidit; & de præcepto Apoſtoli.

CUmque cœptum iter conficeret, nocte quadam viſionem vidit, terrore ſimul & dulcedine plenam. Cum enim poſt diurnos ſudores membra quiete foveret, viſum eſt ei ab animali quodam quatuor pedes & geminas alas habente in ſullime deferri, & ab eodem in loco eminentiſſimo conſtitui? Qui cum ex tanta altitudine oculorum aciem ad ima deflecteret, horribilem ſub ſe puteum eſſe deprehendit, cujus terribilis viſio timorem ſimul & horrorem cernenti incuteret, profunditas verò omnem humanum fruſtraretur intuitum. Ipſe ergo ſuorum ſibi conſcius ſcelerum, ratus ſe jam caſurum in tam immane præcipicium, ut ſibi videbatur, inhorruit, & validos ex ore clamores emittere cœpit. Cui ſic timenti & præ timore clamanti, vir quidam regiam majeſtatem vultu præferens, miræ pulchritudinis & imperialis autoritatis affuit, & fixo in eum intuitu locutus eſt verba bona, verba conſolatoria, ferens bonum nuncium, quaſi in hæc verba loqueretur.

O homo (inquit) *quid & quantum obſequii illi inpenderes, qui tibi in tanto mortis diſcrimine opem ferret?* Cumque ad hæc reſponderet, ſe quicquid cordis, quicquid virium ſibi eſſet ereptoris ſui gratiæ diligentiſſimè compenſaturum, ſubjunxit. *Ego ſum* (inquit) *Bartholomæus, Apoſtolus Jeſu Chriſti, qui tibi in anguſtiis ſuccurrere veni, & cœleſtis tibi reſerare ſecreta myſterii, Noveris enim me totius ſummæ* Trinitatis *voluntate & imperio, & communi cœleſtis curiæ favore & conſilio, in ſuburbio* Lundoniarum *apud* Smethfeld *locum delegiſſe, ubi nomine meo fundabis Eccleſiam; eritque ibi Domus Dei, tabernaculum Agni, templum Spiritus ſancti. Hanc domum ſpiritalem omnipotens Dominus inhabitabit, ſanctificabit, glorificabit, & inmaculatam in æternum conſervabit. Eruntque oculi ejus aperti & aures ejus intentæ ſuper Domum iſtam die ac nocte, ut petens accipiat, quærens inveniat, pulſans introeat. Omnis enim qui converſus & pœnitentiam agens in hoc loco oraverit, in cœlo exaudietur, quærens perfecto corde de quacumque tribulatione auxilium, proculdubio conſequetur; pulſantibus pio deſiderio ad oſtium ſponſi, aſſiſtentes Angeli aperient januam regni, ſuſcipientes & Deo offerentes preces & vota fidelis populi. Confortentur ergo manus tuæ, & fiduciam habens in domino viriliter age; Nec de hujus ædificii impenſis ſolicita mente* *quicquam dubites, tantummodo diligentiam adhibe, meum erit ad dirigendam & conſummandam hujus operis fabricam ſumptus neceſſarios providere, & ipſum locum Deo & mihi acceptum evidentiſſimis ſignorum indiciis prodere, teque indeſinenter ſub umbra alarum mearum protegere. Hujus operis te miniſtrum, me noveris eſſe Dominum. Tu diligenti utere miniſterio, ego Domini & patroni fungar officio.* In hæc verba viſio illa diſparuit.

Quid de viſione apud ſe tractaverit.

EXpergefactus ille, ea quæ viderat ſagaci mente volvere cœpit, & dubiam interdum fluctuanti animò habere ſententiam, utrum videlicet pro fantaſtica illuſione, quæ hominibus in ſompnis frequentiùs accidere ſolet, an pro cœleſti habenda eſſent oraculo, quo ſe ſatis indignum judicabat. Certabant in corde fidelis viri humilitas & timor, & incertum erat, cui magis credendum eſſet. Humilis enim latere volebat, nec ſe altiora præſumere: timidus formidabat Apoſtoli præcepta negligere, & negligendo, non humilis ſed ſuperbus diſtricto ſummi Judicis teneri examine. Dignioribus ergò ſententiis, & potiori allegatione inſtructus, timor triumphum obtinuit, & comitante ſe gratia prærogati beneficii, humilem erexit, puſillanimem confortavit, nutantem, ſtabili gradu cum felici propoſito firmavit. Eo igitur docente interiùs, ſicut credimus per ſuam unctionem, qui antea per nocturnam inſtruxerat viſionem, ſtatuit juſſa perficere; præſertim cum ſibi tantùm præceptum eſſet adhibere operam, præceptoris autem eſſet cætera, prout vellet, ordinare.

Sane per ſomnia multa divinæ voluntatis ſecreta ad hominum noticiam perveniſſe, in veteris ac novi teſtamenti ſerie non ſemel legimus, undè unum ex utroque producere teſtimonium ſufficiat. *Daniel* ſanctus, ſomnium Regis ſuo ſomnio diſcit, & interpretationem ejus, Deo revelante, cognoſcit. *Joſeph* juſtus, ne timeat accipere *Mariam* conjugem ſuam in ſomnis admonetur; & nunc inſtante perſecutionis articulo in *Ægyptum* fugere; nunc defuncto perſecutionis autore, *Judæam* redire, ab Angelo jubetur. Viſiones itaque nocturnis temporibus factas, non ſemper deceptionis cauſam prætendere; ſed aliquando cœleſtis myſterii gravidas, & fide atque admiratione dignas credere. Hiis & multis ſacræ Scripturæ autoritatibus edocemur; quarum perfectam habere diſcretionem, non humani reor ingenii, ſed muneris eſt divini; ideò ſecundùm legem relinquamus igni.

Expoſitio ejuſdem viſionis.

CEterùm ſi requiratur quid pennati animalis viſio, quid horribilis putei, quid hominis in ſuperioribus locacio portenderit, quid ſuper hiis ſentiam, paucis abſolvam. Animal, diabolum ſignificâſſe arbitror, qui in *Ezechiele* àquila grandis myſticè appellatur, tum propter dignitatem cœleſtis naturæ, tum propter magnitudinem ſpiritualis nequitiæ. Qui & ibi magnarum alarum, & hîc eciam alas habuiſſe viſus dicitur, eò quòd faſtu elationis tumidus ad ſullimiora nitens, Deo ſimilis eſſe voluerit, hominemque fallaci promiſſione contra creatorem ſuum ſuperbè erexerit, quo delicto maximo omne hominum genus attemptare, plures involvere, multos æterno igni ſecum addere, nullo tempore, nullâ horâ deſiſtit. Quatuor ejus pedes vel quatuor ventos, de quibus agitur in *Zacharia*, vel quatuor temptacionum genera, quas enumerat Pſalmiſta; vel quatuor vicia, de quibus *Johel* Propheta loquitur, dicens, *Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit brucus, & reſiduum bruci comedit rubigo*, per erucam libidinem, per locuſtam inanem gloriam, per brucum ingluviem, per rubiginem iram ſignificans & furorem.

Quatuor autem ventorum meminit *Zacharias* dicens, *Et levavi oculos meos & vidi, & ecce quatuor cornua. Et dixi ad Angelum qui loquebatur in me. Quid ſunt hæc? Et dixit ad me, Hæc ſunt cornua quæ ventilaverunt* Judam & Iſrael & Jeruſalem. Hiis quatuor ventis quatuor animæ paſſiones figurantur; ſcilicet timor & triſticia, amor & leticia, quæ quietam mentis omnino diſſipant, &

Nubila mens eſt
Vinctaque frenis
Hæc ubi regnant.

De quatuor temptacionum generibus ait *David* de juſto loquens, *Non timebis à timore nocturno; à ſagitta volante in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano.* Prima temptacio eſt levis & occulta; ſecunda levis & aperta; Tercia gravis & occulta. Quarta gravis & aperta. Hiis atque prædictis modis tanquam pedibus ſuis, ille ſingularis humani generis inimicus terræ nos comprimit, & ſibi ſubſtratos ſævis maliciæ ſuæ unguibus violenter aſtringit. Dehinc voluntariè ſibi adhærentes, de vicio in vicium, de malis ad pejora prorumpere cogit, donec completis iniquitatibus ſuis, quaſi ad ſummam totius impietatis artem evecti, Deo ulciſcente in ima putei recidant, id eſt in profundiſſimum infernum miſeri & omnium miſerorum miſerimi proruant.

Hac igitur viſione ſignificatum homini puto, ut multiplices callidi hoſtis laqueos prudenter adverteret, ſalubriter caveret, ne inmani præcipicio abſortus miſerabiliter periret. Sed quia non eſt hominis via ejus, nec viri eſt ut dirigat greſſus ſuos, addita eſt ſupernæ miſerationis conſolacio, & data eſt non modica optinendæ virtutis occaſio, ut eò propenſiùs divinum promereretur auxilium, quo ſolicitiùs Apoſtolicum compleret imperium. Hæc ſapientem virum per ea quæ ſibi oſtenſa ſunt æſtimo intellexiſſe, quæ ſe nequaquam latuiſſe, tam opere prodidit quam ſermone.

Quomodo

Quomodo accepto favore regio & votum & præceptum impleverit.

IGitur emenſo, quod reſtabat itineris, *Lundonias* venit, & à notis atque amicis ſuis cum multò gaudio ſuſceptus eſt. Cum quibus tam ergo Baronibus *Lundoniæ* familiariter de hiis, quæ in corde ſuo verſabantur, colloquens, quæ circa ſe geſta erant in via, enarravit, quidque ſuper hiis agendum foret conſuluit. A quibus reſponſum accepit, Nichil de hiis quæ volebat, Rege inconſultò, per ſe effici poſſe; præſertim quia locus divinitus ſibi oſtenſus, infra regium contineretur forum, de quo nec ipſis Principibus aut Præpoſitis propriâ autoritate aliquantulum liceret imminuere, nedum tam ſolemnibus obſequiis deputare. Quorum uſus conſilio, opportuno tempore ad Regem ſe contulit, & Epiſcopo præſente *Ricardo*, quem ſibi fautorem anticipaverat; negocium ſuum efficaciter expoſuit, & ut propoſitum ſuum effectui mancipare liceat, ſuppliciter implorat. E veſtigio, ille in cujus manu erat, ad quod voluit cor regis inclinavit; nec inefficaces potuerunt eſſe preces, quarum auctor Apoſtolus, exauditor erat Deus.

Placuit ergo ſermo iſte in oculis Regis, & optimam viri voluntatem, prudenti ut erat pectore perpendens, regium favorem petenti tribuit, & autoritatem propoſita exequendi benignè præbuit. Qui à regia majeſtate titulum optatæ poſſeſſionis nactus, lætus admodum & nichil curæ aut diligenciæ omittens, geminum pietatis opus exſtruere cœpit; unum pro voto quod fecerat; alterum ſicut ei præcepto indictum fuerat. Cum igitur res proſperè ſuccederent, & juxta verbum Apoſtoli omnia neceſſaria ad manum confluerent, Eccleſiam decenti lapideo tabulatu, hoſpitalem verò domum paulò longius ab Eccleſia ſemotam inſtanter ædificare cœpit. Fundata eſt autem Eccleſia, ſicut accepimus à ſenioribus noſtris, menſe *Marcio*, in nomine Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, in memoria beatiſſimi *Bartholomæi* Apoſtoli, anno ab incarnatione ipſius domini ſalvatoris noſtri 1123. *Milleſimo centeſimo vigeſimo tercio*, ſummi pontificatus arcem regente ſanctiſſimo Papa, *Calixto* ſecundò, Eccleſiæ verò Anglicanæ præſidente *Willielmo Cantuarienſi* archiepiſcopo, *Ricardo* quoque *Lundonienſi* Epiſcopo, qui debito jure locum ipſum orientalis partis prædicti campi ſanctificavit, & Epiſcopali autoritate dedicavit, breve tunc admodum cimiterium. Regnante juniore filio *Willielmi* nothi primi Regis *Anglorum*, ex aquilonaribus, *Henrico* primo anno *xxx*. & circiter tercium regni ejus. Ad laudem & gloriam ſummæ & individuæ *Trinitatis*, ipſi benedictio, & gratiarum actio, honor & imperium per omnia ſæcula ſeculorum Amen.

Quid de hoc loco Regi Edwardo *revelatum ſit.*

HIc ſilere nequaquam debemus, quod majorum noſtrorum relatione comperimus divinitùs oſtenſum, hunc orationis locum longè ante id temporis glorioſo regi *Edwardo Confeſſori*, filio *Etheldredi* Regis, fratris Sancti *Edwardi* martyris, de quo multa bona ferunt ſuis declaranda temporibus audiſſe. Hic enim Rex beatiſſimus, cum multiplici virtutum decore in Eccleſia Dei emineret; & ſicut liber geſtorum ejus tradit, cum religioſus & ſpiritu prophetiæ plenus clareret, remota quaſi præſentia, & futura tanquam exiſtentia, oculis ſuæ mentis, per Spiritum ſanctum illuminatas intuebatur. Qui nocte quadam, oculis ejus ſomnum capientibus, corde ad Deum vigilante, divino oraculo ad ſe facto, de hoc loco præmonitus eſt, quod eum Deus elegiſſet ut nomen ſuum ibi poneret, & celebrem ac venerandum Chriſtiano populo exhiberet. Undè idem ſanctiſſimus Rex manè conſurgens, locum, quem ſibi monſtraverat Deus, adiit, & aſtantibus viſionem ſibi nocte factam expoſuit, quòd locus iſte magnus coram Deo & omni populo eſſet futurus prædixit. Cujus præclara vaticinia quanto fuerint veritatis robore ſubnixa, rerum ſemper exitus approbavit, & hîc luce clariùs intueri quilibet fidelis poterit.

Quid tres viri de Græcia *de hoc loco prædixerunt.*

FErebatur eciam quod tres viri de *Græcia*, nobili proſapiâ oriundi, de terrâ & cognatione ſuâ egreſſi, & ſanctæ peregrinacionis laborem pro Domino aggreſſi, cum multa Sanctorum patrocinia multis terrarum locis circueundo devotis mentibus implorâſſent, emenſo mari *Angliam* intraverint, cupientes Sanctorum corpora ibi quieſcentium viſitare, & eorum ſe meritis & precibus in extremo tueri examine: Qui venientes *Lundonias* hunc locum adierunt, & ibidem terræ proſtrati Deum adoraverunt, & ante eos qui ſimul aderant, & ipſos tanquam ſimplices & idiotas intuebantur, mira quædam de hoc loco vaticinari cœperunt. *Ne miremini* (dicentes) *nos hic adorare Deum, ubi gratiſſimum ſibi templum ædificabit altiſſimus Creator omnium, & ejus fama pertinget à ſolis ortu uſque ad occaſum.*

De loci emundacione.

LOcus autem iſte ante ſui emundationem nullius boni ſpem præferens, inmundus nimis erat, & ad inſtar paludis cœno & lutulenta aqua penè omni tempore habundabat. Quod verò aquis ſupererat, latronum ſuſpendio & cæterorum cruciatui, qui judiciali autoritate dampnati erant, deputabatur. Cum autem *Raherus* ad purgationem hujus loci ſtudium

& ſacro ædificio manum apponere decreviſſet, non ignorans aſtucias *Sathanæ* factus eſt inſipiens quia coactus, & exteriùs prætendens ſpeciem idiotæ, animi ſui ſecretum cœpit aliquandiu occultare, & eo ſapientiùs agere quo occultiùs. Denique puerorum atque ſervorum conſorcia mirâ ſibi arte luſoriâ conciliabat, & eorum uſus adjutorio, lapides & alia ædificio profutura facillimè aggregabat. Ludebat & ipſe, qui & vilior de die in diem fiebat in oculis ſuis, tantùm ut Apoſtolo Chriſti placeret, cui ſe probavit. Cujus gratiâ adjutus, paratis hiis quæ neceſſaria videbantur, inmenſam fabricam erexit, & jam non inſipiens quod putabatur, verè ſapiens quod occultabatur, palam eſſe & dici cœpit.

Hinc mirum in modum Spiritu ſancto confortatus & ſcientiâ veritatis imbutus, per Eccleſias Dei fiducialiter verbum Dei loquebatur, & tam clericorum quàm laicorum multitudinem ad ſectanda ea, quæ caritatis & elemoſinarum ſunt, conſtanter exhortabatur. Ubi eo modo ſermonem ſuum circumferebat, ut nunc ingerendo læta, omnes ſibi applaudere; & incontinenti triſtitia, omnes penè in ſuſpiria & lacrimas cogeret. Ipſe autem eodem vultu & animo perſeverans, ſanam doctrinam, & eum, qui ſecundùm Deum eſt, fidelem ſermonem depromebat, & in docendo irreprehenſibilis erat, ea quidem docens quæ Spiritus ſanctus per Apoſtolos & Apoſtolicos expoſitores Eccleſiæ ſuæ immobiliter tenenda tradiderat. Præterea concordabat vita cum lingua, actio cum ſermone; & ſic in ſacrificio Dei os turturis ad aſcellas retorquebat, ne aliis prædicans, ipſe reprobus inveniretur.

Hinc vehemens ſtupor apprehendit omnes, & de novitate ſurgentis fabricæ & de novi operis fundatore. Quis enim crederet ipſum locum tam repentinâ mundatione purgandum? & ibi adorandæ Crucis erigi inſignia, ubi aliquando ſtabant horrenda latronum ſuſpendia? Quis non ſtuperet ibi unicum pietatis conſtrui ædificium, quod tutum eſſet ad ſe confugientibus aſilum, ubi quondam communis officina dampnatorum & generalis indicta erat pœna miſerorum? Quis non admiraretur ibi dominici corporis & ſacroſancti ſanguinis frequentari myſterium, ubi noxiorum ante fundebatur ſanguis hominum? Cujus cor facilè ſuſciperet hujuſmodi hominem, nec ſuperbi ſanguinis generoſitate conſpicuum, nec humanarum aut divinarum ſcientia litterarum ſatis præditum, tam egregium atque magnificum opus tam prudenter incipere, & incœptum tam fœlici progreſſu de die in diem proficere? Hæc eſt mutatio dexteræ excelſi. Tua ſunt hæc, Chriſte, opera, qui excellenti virtute & ſingulari pietate de inmundis munda facis, infirma mundi eligis ut confundas fortia, & vocas ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt, qui Golgotha locum publicæ abhominationis Sanctuarium feciſti orationis, & ſolemne ſignum devotionis.

De ſimultatibus adverſariæ partis, & privilegiis Eccleſiæ.

PRocedente itaque tempore, Clerici ſub regulari inſtitutione victuri, ibidem in brevi adunati ſunt, *Rahero* Prioratus officium & curam optinente, & neceſſaria illis non quidem ex certis redditibus, ſed ex fidelium oblationibus habundanter adminiſtrante. Nec diu ecce timor quem timebat evenit ei, & quod verebatur accidit ei, factuſque eſt aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. Quidam enim dicebant, quia ſeductor eſt. Quia ergo in ſagena magni piſcatoris mali piſces bonis admixti ſunt ante horam ultimæ diſcrecionis: domeſtici ejus facti ſunt inimici ejus, & inſurrexerunt contra eum viri iniqui, ſed mentita eſt iniquitas ſibi. Igitur ſtimulante invidiâ, plures clam multi etiam palam in virum Dei ſævire, & loco ipſique loci Prælato derogare non ceſſabant, calumnias inferre, minis terrere, bona quæ poterant eripere, urgere nequiciis, fatigare injuriis, laceſcere opprobriis, ſimulatis circumvenire amiciciis.

Horum quidam in tam audacem inſaniam & inſanam proruperunt audaciam, ut iniquæ conſpirationis fœdus ſecum inirent, quo ſtatuto die & loco virum dei dolo & aſtucia circumventum ad conſilium ſuum aſcirent, & præſentem e veſtigio vitæ ſubducerent, ſicque memoriam ejus omnino de terra delerent. Sed non eſt ſapientia, non eſt ſciencia, non eſt conſilium ante Dominum, in quo ipſe jactabat cogitatum ſuum, & ipſum cum Apoſtolo ſuo ponebat brachium ſuum. Qui ergo erat ſpes ejus, factus eſt fortitudo ejus, & pro eo expugnavit inimicos ejus. Interea cum dies innocentis exicio deputata expectatur, quidam eorum tantæ impietatis particeps & conſcius exhorreſcens inauditum facinus, ante horam inminentis periculi, ſervo Dei totius ex ordine patefecit ſummam conſilii. Ille ad hæc Deo & patrono ſuo gratias egit, quod eum nec ſecreta inimicorum ſuorum latuerint, & beneficio pietatis ſuæ mortem ſibi paratam evaſerit,

Hiis atque hujuſmodi cauſis emergentibus, iteratò regem adiit, quomodo falſis contumeliis deformatus ſit, quidque erupcio faſtidioſa temptaverit, lamentabili conqueſtione proſecutus eſt; & ut perſonam ſuam locumque regali munificencia ſibi præſtitum tueri dignaretur precatus eſt. Suggeſſit etiam illi, quod nullam à Deo mercedem expectet, qui bonum opus inchoaverit & cœptum debito fine non conſummaverit. Undè pro viſceribus miſericordiæ Chriſti de quibus confidebat, pro dignitate qua pollebat, propoteſtate qua eminebat, deſolatis ſinum pietatis aperiret, Deum in ſervis ſuis honoraret, oblatrantem perfidorum inſaniam choerceret, ſicque bonis iniciis meliores ſubjungens exitus, Domum ſibi æternam conſtrueret in cœlis, dum domum Dei veneraretur in terris. Rex itaque prudenciam viri conſtanciamque admiratus, juſtis & neceſſariis petitionibus ſe annuere reſpondit, & quod deinceps tutor ac defenſor ſui ſuorumque foret ſpopondit. Igitur Eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis eiſdem libertatibus quibus & Coronam ſuam vel aliquam Eccleſiam, quæ in tota *Anglia* magis libera eſt donavit, conſuetudineſque relaxavit; & ab omni terrena ſervitute, poteſtate, ſubjectione immunem eſſe decrevit, acerrimamque in malignantes ſententiam dictavit.

Hæc & multa alia libertatum inſignia Priori & ſub eo militantibus & præfatæ Eccleſiæ conceſſit, & Cartâ ſuâ cum ſigillo confirmavit; adjurans etiam omnes hæredes & ſucceſſores ſuos in nomine Sanctæ *Trinitatis*, ut hunc ſacrum locum regia autoritate manutenerent & defenderent, & libertates à ſe conceſſas concederent & confirmarent. Tali munitus privilegio à facie Regis lætus egreditur. Et veniens ad ſuos quid à regia majeſtate conſecutus ſit aliis inſinuat, ut ſibi congratulentur, aliis ut terreantur. Propoſuerat eciam idem vir venerabilis apud ſedem Apoſtolicam, calamitatum ſuarum querelam deponere, & divina opitulante gratia, ab eadem ſcripta ſibi & poſteris profutura referre. Sed variis hinc & inde ſuborientibus impedimentis, tandemque impendente mortis articulo, quod voluit, implere non potuit, ſicque ſolius bonæ voluntatis laudem promeruit.

Poſt cujus deceſſum tres de eadem congregacione viri, quorum memoria in benedictione ſit, ſinguli ſingulos *Romanæ* ſedis præſules adierunt, & tribus inde relatis trium pontificum, videlicet & Sanctorum *Anaſtaſii*, *Adriani*, *Alexandri* privilegiis, Eccleſiam ipſum hac triplici dote inſignem & tanquam inpenetrabili ſcuto contra omnes hoſtiles impetus munitam reddiderunt. Ecce beatiſſimi Regis & Confeſſoris *Edwardi* prophecia tanto ante tempore de hoc loco prædicta, jam nunc ex magna parte cernitur impleta. Ecce enim multiplici decore præfulget hæc ſacroſancta & Deo dilecta Eccleſia ſuperno prædicta & fundata oraculo, plurimis clariſſimorum virorum privilegiis ſullimata, atque ad cumulum laudis & gloriæ, multis Sanctorum Reliquiis dotata & frequentiſſimis celeſtium virtutum ſignis decorata.

Cart. 6. R. 2. n. 7. per Inſpex: Vide Pat. 11. *E.* 2. p. 2. *m.* 7. Et Pat. 5. *E.* 4. p. 3. *m.* 15. Et Pat. 2. *H.* 6. p. 1. *m.* 4. Et Pat. 7. *H.* 5. *m.* 19.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquittanniæ*, & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) Salutem. Sciatis nos, pro ſalute animæ noſtræ & animarum Anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe dilectis nobis in Chriſto Priori & Canonicis Eccleſiæ S. *Bartholomæi* de **Smethefelde**, in ſuburbio *Londoniarum*, omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas; videlicet ex dono *Henrici* Regis *Angliæ* primi, locum de **Smethefelde** in quo prædicta Eccleſia S. *Bartholomæi* fundata eſt, cum Hoſpitali pauperum ejuſdem Eccleſiæ. Ex dono ejuſdem *Henrici* Regis Eccleſiam Sancti *Nicholai* de *Parva* **Gernemuthe**, cum aliis Eccleſiis & Capellis in **Luddyngeland**. Ex dono *Rogeri* quondam *Sarum* Epiſcopi Eccleſiam S. *Sepulchri* de ballio *London.* cum pertinentiis ſuis, infra Burgum & extra. Ex dono *Hugonis Buſſell* medietatem Eccleſiæ de **Mentemor**. Ex dono *Willielmi* filii *Milonis* aliam medietatem ejuſdem Eccleſiæ. Ex dono *Roberti* de *Rauns* Capellam ſancti *Bartholomæi* de **Tidulveſtre**. Ex dono *Rogeri* de *Rauns* Eccleſiam Sancti *Laurencii* de **Stanmere**. Ex dono *Willielmi* de *Boſco* Eccleſiam de **Teydene**. Ex dono Comitis *Willielmi* de *Mandevill* medietatem Eccleſiæ de **Daingbere**. Ex dono *Gaufridi* filii *Ailwini* medietatem Eccleſiæ de **Wennakerton**. Ex dono *Willielmi* de *Rauns* Eccleſiam de **Bradefeld**. Ex dono *Radulphi Triket* Eccleſiam S. *Martini* de *Pomerio*. Ex dono *G.* quondam Epiſcopi *London.* Eccleſiam Sancti *Michaelis*, de **Baſingeſhagh**.

Præterea concedimus & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus eiſdem Priori & Canonicis, quod habeant & teneant omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas; videlicet omnes terras & redditus cum pertinentiis, quos habent in villa de **Iseldone** de feodo *Radulphi* de *Berniers*; & omnes terras & redditus cum pertinentiis quos habent in **Idulveſtre** de feodo *Willielmi* quondam Comitis *Sarum*, & omnes terras & redditus, cum pertinentiis quos habent in parva **Stanmere** & **Bradefeud** de feodo & dono *Willielmi* de *Rauns*; & omnes terras & redditus cum pertinentiis quos habent in villa de *Shenle*, de dono & feodo *Adæ* filii & hæredis *Elæ* de *Somery*, & *Saeri* filii *Henrici*; & omnes terras & redditus cum pertinenciis, quos habent in villa de **Mentemore** de feodo *Radulphi* le *Poer*, & *Walteri* filii *Hugonis Buſſell*, *Nicholai* le *Dun* & *Ricardi* de *Ideburi*, & omnes terras & redditus cum pertinentiis quos habent in **Langelege** de feodo *Roberti* filii *Rogeri*, & *Johannis* filii *Roberti*, in manerio de **Clavering**.

Et omnes terras & redditus, cum pertinentiis quos habent in villa de **Tywing**, de dono *Alexandri* de *Swereford* quondam Theſaurarii S. *Pauli London.* de feodo *Godefridi* de **Tywing**, filii *Ricardi* de **Tywing**, & *Johannis* filii *Johannis*, filii *Vitalis*, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ; & omnes terras & redditus, cum pertinentiis, quos habent in villa de **Hertford**, **Amewell**, & **Lockeleg** ex dono prædicti *Alexandri* de *Swerford*; & omnes terras & redditus cum pertinentiis quos habent in villa de **Shortegrave** de feodo *Henrici* de *Merk*, & *Willielmi* de *Verdun*. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti Prior & Canonici & eorum ſucceſſores imperpetuum habeant & teneant omnes terras & tenementa prædicta cum Eccleſiis, & Capellis, & advocationibus earundem; & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, benè & in pace liberè & quietè cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad omnia prædicta pertinentibus: Et quod domus *Hoſpitalis* S. *Bartholomæi* de **Smethefelde** ſupradicti, & omnia quæ ad ipſam domum pertinent ſint in diſpoſitione, ordinatione, & ſubjectione prædicti Prioris & Canonicorum S. *Bartholomæi*, ſicut Cartæ domini *Johannis* Regis patris noſtri, & *Henrici*

Regis primi; & ſicut Cartæ prædictorum donatorum & conceſſorum, quas ſuper præmiſſis donationibus & conceſſionibus habent, pleniùs & rationabiliter teſtantur, Hiis teſtibus, venerabili patre *A. Winton.* electo, *Bertramo* de *Crioll* (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Winton. xv.* die *Junii* Anno regni noſtri *xxxvii.*

WARTREIENSE

Cœnobium in agro Eboracenſi:

De prima Fundatione ejuſdem, & de ſucceſſione Priorum,

Ex Regiſtro de **Wartre** penès *Thomam Widdrington* Eq. aur. fol. 57.2.

Memorandum quod domus *Wartriæ* fundata fuit à *Galfrido Truſbut* Anno Domini *M. C. xxxii.* tempore Regis *Henrici* filii *Willielmi* Conqueſtoris, videlicet anno regni ſui *xxxii.* cui in fundatione tantummodo contulit Eccleſiam de *Wartria* cum *xi.* bovatis terræ in campo ejuſdem villæ. Quam quidem Domum confirmavit *Innocentius* Papa 2.

Hujus domus fuerunt Rectores iſti, *Joſeph* Prior 1. *Radulphus* Prior 2. *Ricardus* Abbas 1. Yvo Abbas 2. & ultimus *Nicholaus* Prior 3. *Richardus* Prior 4. *Thomas* Prior 5. rexit *vi.* annis. & ceſſit. *Ranulphus* Prior 6. rexit 6. annis. *Johannes Leſtyngham* Prior 7. rexit dimidio Anni, & *vi.* menſibus. *Johannes* de *Dunelmia* Prior 8. rexit *xiii.* annis & ceſſit. *Robertus* de *Lunde* Prior 9. rexit *xv.* annis & ceſſit. Iſte *Robertus* de *Lunde*, qui nundinas *Wartriæ* in feſto ſancti *Jacobi* impetraverat, relictâ ſuo ſucceſſori magnâ habundatiâ mobilium atque pecuniæ; poſtquam dominus *Petrus* de *Ros* boves ſuos deprædaverat, in paſtura jacente inter **Weſtbek**, & **Weſtres**, ſponte de Prioratu relaxatus eſt poſt autumpnum; & ei ſucceſſit in regimine ejuſdem domus *Johannes Qweldreke* 10. Prior, qui rexit *xvi.* annis & poeſta ceſſit. Iſte *Johannes Queldreke* Prior 10. & Conventus de *Wartria* eo tempore jus patronatus trium Eccleſiarum, videlicet Eccleſiæ de **Lunde**; Eccleſiæ de **Burnhom**, & Eccleſiæ de **Qweldreke**, quod longo tempore tranſacto optinuerant, poſuerunt ſe in ordinatione *Walteri Gyffarde* Archiepiſcopi Eboracenſis. Qui cum quæſiſſet ab eis quam Eccleſiam de illis tribus mallent habere, & illi reſpondiſſent, quod Eccleſiam de **Lunde** libentiùs acciperent, ipſe eandem Eccleſiam eis appropriavit; præcepitque eis conferre ſibi & ſucceſſoribus ſuis patronatus duarum aliarum Eccleſiarum prænominatarum; quod & fecerunt ſine aliqua mora per Cartam ſigillo ſuo communi ſignatam.

Iſte *Johannes Qweldreke* Prior *Wartriæ*, emit campum qui vocatur **Gylfeld** à *Johanne* de *Skyryn*, cum communi paſtura in tribus ſtagnis adjacentibus anno Domini *M. CC. lxxi.* Item tempore ejuſdem *Johannis Qweldreke* facta eſt annexio Hoſpitalis Sancti *Ægidii Beverlaci*, Abbaciæ de *Wartria*, nonas *Decembris* per venerabilem patrem *Walterum Giffarde Eboracenſem* Archiepiſcopum, anno Domini *M. CC. lxxviii.* Tunc idem Prior *Wartriæ Johannes Qweldreke*, & ejuſdem loci Conventus dederunt Manerium ſuum de **Langwath**, cum ſilva illius quod paulò ante emerant de Abbate *vallis regalis*, id eſt de **Dernhalle** pro quingentis marcis, eidem *Waltero Giffarde* Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis pro illa unione, ſicut priùs condictum fuerat inter eundem Archiepiſcopum & Priorem *Wartriæ*; verumptamen mentio doni in Carta tantummodo facta fuit ad Decanum & Capitulum Eccleſiæ *Eboracenſis*.

A.D. 1271.

Hoſpitale S. Ægidii Beverlaci.

Vide Cart. 14. *E.* 1. n. 39.

Anno Domini *M. CC. lxxxi.* abſolutus eſt ab officio Prioratus *Johannes Qweldreke*, & ei ſucceſſit in regimine *Johannes* de *Thorpe* Prior 11. qui emit Manerium cum campo de **Bagotby** ab *Hugone* de **Billiburgh**, in quo eſt fons cum aquæ-ductu juxta terram, quæ extenditur à **Weſtres** uſque ad **Weſtbeke**, quam dedit *Aſketellus Rider* Priori & Conventui de *Wartria*, anno Domini *M. CC. lxxxviii.* Iſte *Johannes Thorpe* Prior 11. emit capitale Meſuagium ejuſdem villæ cum *xxviii.* bovatis terræ in campo illius de Domino *Willielmi* de *Ros* filio *Roberti*; & quicquid habuit in villa ſeu in campo *Wartriæ*, excepto dominio feodi militaris & Religioſorum; Reddendo annuatim prædicto Domino & hæredibus ſuis *xx. l.* proſequente negotium perpetrationis illius in Curia Regis, *Ricardo Welweke* Cellerario ejuſdem domus.

Anno Domini *M. CCC. ix.* iſte *Johannes Thorp*, qui in Prioratu *Wartriæ* per *xxxiii.* annos præfuerat, ſponte ceſſit, Cui *Ricardus* de *Welwyk*, Canonicus ejuſdem domus in eodem officio ſucceſſit. Iſte *Ricardus Welwyk* Prior 12. in primo anno Prioratus ſui patronatus Eccleſiæ de **Bartun** in **Weſtmerland** collatus fuit Prioratui de *Wartria* per Dominum *Johannem* de *Lancaſtria*; & poſtea dominus *Johannes* de *Lancaſtria* apud *Karliolum* appropriavit Eccleſiam prædictam domui *Wartriæ*. Hiis temporibus nundinæ, quæ apud *Wartriam* extiterant à tempore *Roberti* de *Lunde*, Prioris *Wartriæ*, prohibitæ ſunt per dominum Regem *Edwardum Carnarvon* & cunctos Majores Regni in *Eboraco*, ſub pœna amiſſionis omnium bonorum ibi inventorum, propter crebras verberationes atque occiſiones hominum in eis factas. Anno Domini *M. CCC. xxviii.* Manerium de **Holthorp** emptum fuit à Domino *Johanne Bartun* per *Ricardum Wellwyk* Priorem *Wartriæ*. Iſte *Ricardus Wellwyk* ſtetit in Prioratu ſuo *xliii.* annis & ceſſit præ nimia ſenectute. Tunc electus fuit in Priorem Domus *Wartriæ Robertus Balne*; & iſte fuit Prior 13. & rexit *iiii.* annis, & ceſſit. Tunc electus fuit in Priorem *Willielmus Feryby* Prior 14. Iſte emit dominium gillæ de **Gildhouſedale** cum omnibus pertinentiis à Domino *Johanne Bemley*, Rectore Eccleſiæ de

Scheffelde in Comitatu *Cancia*, & multa alia bona fecit in Prioratu ſuo, & cum rexiſſet *xvi.* annis obiit; & electus eſt in Priorem *Henricus Holme.* Iſte fuit Prior 15. & cum rexiſſet tribus annis obiit. Et electus eſt *Johannes Hemyngburgh* in Priorem. Iſte fuit Prior 16. & rexit prima vice anno & dimidio, & ceſſit, & iterum electus fuit, & tunc rexit *ii.* annis & dimidio & obiit.

Tunc electus fuit *Willielmus Tynyngton* Prior 17. Iſte *Willielmus* fuit à Domino Archiepiſcopo *Eboracenſi* propter certas cauſas depoſitus, poſtquam rexiſſet *iv.* annis de domo expulſus, & electus fuit in Priorem *Robertus Takel.* Iſte *Robertus* fuit Prior 18. bonus & Religioſus, & multa bona fecit in tempore ſuo, & cum rexiſſet *xvii.* annis ceſſit. Et electus eſt *Thomas Rulande* in Priorem. Iſte *Thomas* fuit Prior 19. In tempore ſuo alienatum fuit croftum S. *Ægidii* in *Berverlaco* pro ſexaginta libris, Communitati villæ *Beverlaci*, & poſtquam rexit *x.* annis *vii.* menſibus & ceſſit, & electus eſt in Priorem *Willielmus Wartre.* Iſte *Willielmus* fuit Prior 20. & cum rexiſſet *xxv.* annis obiit, & electus eſt in Priorem *Robertus Hedon.* Iſte *Robertus* fuit Prior 21. & in tempore ſuo, videlicet anno *iv.* præſentavit *Willielmum Spenſer* Cellarium de *Wartria*, ad vicariam de **Barton in Weſtmorland**; & poſtquam rexiſſet *viii.* annis & *ix.* menſibus, præ nimia ſenectute ceſſit. & electus eſt in Priorem *Willielmus York.* Iſte *VVillielmus* fuit Prior 22. & poſtquam rexiſſet *iv.* annis ceſſit, & electus eſt in Priorem *VVillielmus Spenſer.*

Confirmatio G. Truſſebut *ſuper donatione* G. *fili* Pagani.

Ib.f.7. Vide Cart. 4.E.1. n. 18, Et Cart. 14 E.1.n.39.

OMnibus, &c. *Galfridus Truſſebuthe* ſalutem in Chriſto. Noſcat dilectio veſtra, quod ego *G.* filius *VVillielmi Truſſebuthe*, concedo illam donationem, quam *Galfridus* filius *Pagani* prædeceſſor meus fecit Canonicis regularibus de *VVartria*, & quantum ad me pertinet do & hac Cartâ meâ confirmo in elemoſinam perpetuam; videlicet Eccleſiam S. *Jacobi* ejuſdem villæ, cum Capellis & decimis; & *vi.* bovatis terræ, quæ antiquitus prædictæ Eccleſiæ adjacebant, & cum aliis rebus jure eidem Eccleſiæ pertinentibus. Præterea do eis totam terram quæ eſt intra clauſum Curtis eorum, cum dimidia acra ubi *Asketillus* miles manebat juxta curtim. Item do eis undecim bovatas terræ de Dominio meo, & quatuor bovatas de terra ruſticorum, duas ſcilicet quas *Asketillus* tenuit prius, & alias duas quas *Algar* & *Johannes* filius ejus tenuerunt, & toftum quod *Robertus* filius *Sigge* tenuit, & aliud quod tenuit *Aky*; & totam terram quæ eſt de feodo meo inter **Weſtbec** & **Weſtbris**. Do etiam eis unum Molendum quod ſitum eſt ſuper **Weſtbec** ad molendinum bladum eorum, & bladum hominum ſuorum manentium in terra Eccleſiæ, & decimam Molendinorum meorum. Item do eis unam Carucatam terræ in **Holvald**.

In **Seton** concedo eis **P. aceſthwarth** & prtem nemoris quæ eſt circa locum illum per diviſas quibus eis aſſignavi, & in prato *xxi.* acras & dimidiam acram. In turbaria tantum turbæ quantum convenit eis & hominibus eorum manentibus in elemoſina. Præterea do eis & concedo paſturam mille ovibus, & quater-viginti & *x.* animalibus in communi paſtura *VVartriæ* & *Setonæ.* In **Lindeſey** quoque do eis in **Ulſeby** totam illam partem Eccleſiæ, quam *Galfridus* Regis Capellanus tenuit. Hæc omnia prædicta tam terras, quàm Eccleſias do eis & concedo in perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni terreno ſervicio & ſeculari exactione de me & hæredibus meis pro ſalute animæ meæ & pro anima patris mei & matris meæ, & *Galfridi* filii *Pagani* & omnium prædeceſſorum meorum. Præterea concedo & præſenti Cartâ confirmo præfatis Canonicis omnes donationes & adquiſitiones terrarum, quas habent de meis *Franceis* tenentibus, liberas & quietas ab omni ſeculari ſervicio mihi & hæredibus meis pertinente, ſalvo Domini Regis ſervitio, prout Cartæ factæ inter eos teſtantur.

Confirmatio R. Truſſebut *de Eccleſia S.* Jacobi *de* Wartria *cum aliis rebus.*

OMnibus (&c.) *Robertus Truſſebuth* ſalutem. Noſcat univerſitas veſtra quod ego *R.* filius *VV. Truſſebuth* concedo & confirmo illam donationem quam *G.* filius *Pagani* & *G.* frater meus (&c.) ſicut prius cum additione unius clauſulæ, videlicet do etiam eis & confirmo Eccleſiam *omnium Sanctorum* de **Melton** in feodo meo fundatam.

Confirmatio H. *Regis* Angliæ.

HEnr. Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, &c. ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Canonicis regularibus de *VVartria* omnia ſubſcripta, quæ eis rationabiliter data ſunt in perpetuam elemoſinam; ſcilicet ex dono *G.* filii *Pagani* Eccleſiam S. *Jacobi* de *VVartria*, cum Capellis & decimis & *vi.* bovatis terræ, & cum omnibus aliis rebus eidem Eccleſiæ pertinentibus. Ex dono autem *G. Truſſebuth* terram quæ eſt intra clauſum curtis eorum cum dimidia acra ubi *Asketillus* miles manebat, juxta curtim. Et *xi.* bovatas terræ de dominio illius; & quatuor bovatas de terra ruſticorum; ſcilicet duas quas *Asketillus* tenuit prius, & alias duas quas *Algar* & *Johannes* filius ejus tenuerunt; & toftum quod *Robertus* filius *Sigge* tenuit; & aliud quod tenuit *Aky*; & totam terram quæ eſt de feodo ejus inter **Weſtbec** & **Weſtris**. Et unum Molendinum quod ſitum eſt ſuper **Weſtbec** ad molendum bladum eorum, &

bladum hominum ſuorum manentium in terra Eccleſiæ; & decimam molendinorum illius; & carucatam terræ in **Howald**, & in **Seton**, **Preſtweith** & partem nemoris, quæ eſt circa locum illum per diviſas, quas eis aſſignavit; & in prato *xxi.* acras & dimidiam, & in turbaria quantum convenit eis & hominibus eorum manentibus in elemoſina, & paſturam mille ovibus & quater viginti & *x.* animalibus in communi paſtura *Wartria* & *Setonæ.*

In **Lindeſey** etiam, in **Ulceby**, totam illam partem Eccleſiæ, quam *Galfridus* Regis Capellanus tenuit. Præterea concedo & confirmo eis omnes rationabiles donationes & adquiſitiones quæ eis factæ ſunt, ſicut Cartæ donatorum teſtantur. Quare volo (&c.)

Confirmatio Agathæ Truſſebut *de iiii.* bovatis *terræ in* Wartria.

Ib. f. 8. 6. OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſentes literæ pervenerint, *Agatha Truſſebuth* ſalutem æternam in domino. Noverit univerſitas veſtra, me divinæ pietatis intuitu, pro ſalute animæ meæ & omnium anteceſſorum meorum, conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe in legia poteſtate & liberâ viduitate meâ Deo & Eccleſiæ ſancti *Jacobi* de *Wartria*, & Canonicis ibidem ſervientibus in liberam puram & perpetuam elemoſinam quatuor bovatas terræ in villa de *Wartria*, cum omnibus, pertinentiis, libertatibus, & ayſiamentis ſuis intra villam & extra & cum hominibus dictas bovatas terræ tenentibus, & cum omnibus catallis & ſequelis ſuis abſque ullo retenemento; videlicet quas habent de dono *Thomæ* de *Dayvile*, prout Carta ipſius *Thomæ* pleniùs teſtatur. Quas ſcilicet ego *Agatha* eidem *Thomæ* pro ſervicio ſuo dedi. Et ego *Agatha Truſſebuth* & hæredes mei dictas *iiii.* bovatas terræ, cum pertinentiis, libertatibus, & ayſiamentis ſuis intra villam & extra, cum hominibus eaſdem bovatas terræ tenentibus, & cum catallis & ſequelis ſuis dictis Canonicis de *Wartria* contra omnes homines warantizabimus & de omnibus rebus, exactionibus, conſuetudinibus & demandis imperpetuum defendemus; ut autem hæc omnia ſupra memorata rata & inconcuſſa imperpetuum permaneant, præſentem paginam ſigillo meo ſignatam præfatis Canonicis de *Wartria* dedi in teſtimonium. Hiis teſtibus &c.

Confirmatio Domini R. Truſſebut *de terra* Jordani *de Hornigton.*

Ib. OMnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum (&c.) *Ricardus* filius & hæres quondam domini *Willielmi Truſſebuth* de *Wartria* ſalutem in Domino. Noveritis me pro ſalute animæ meæ & animarum patris mei & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, conceſſiſſe & præſenti ſcripto confirmâſſe, ac de me & hæredibus ac aſſignatis in perpetuum quietum clamâſſe Deo & Eccleſiæ Sancti *Jacobi* de *Wartria*, & Priori & Conventui ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, *v.* bovatas terræ & dimidiam &, *xxi* meſſuagia in *Wartria*, cum omnibus pertinentiis, libertatibus, & ayſiamentis ſuis infra prædictam villam & extra; & omnes liberè tenentes cum omnibus ſerviciis eorundem; & omnes nativos dictas terras tenentes, cum omnibus ſequelis & catallis ſuis ſine aliquo retenemento, cum homagiis, wardis, releviis, & excaetis, quæ de dictis terris & tenementis ac tenentibus eorundem aliquo modo per me & hæredes meos, vel aſſignatos meos exigi vel vindicari poſſunt in perpetuum. Quas quidem terras & meſſuagia cum omnibus tenentibus eorundem habent & tenent de dono *Jordani* de *Hornigton* & *Matildis* uxoris ſuæ in prædicta villa de *Wartria*. Habendum & tenendum prædictis Priori & Canonicis & eorum ſucceſſoribus ac aſſignatis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam (&c.)

Confirmatio R. *de* Ros *de terris in* Wartria **Mydelton**, & **Seton** *ultimo facta.*

OMnibus &c. *Robertus* de *Ros* Dominus de **Beuver** ſalutem &c. Noverit univerſitas veſtra, quod ego prædictus *Robertus*, advocatus Prioratus de *Wartria*, inſpectis Cartis & munimentis de terris & tenementis, quæ Prior & Canonici mei ejuſdem loci habent de feodo meo, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum concedo, & præſenti ſcripto, pro me & hæredibus meis confirmo Deo & Eccleſiæ ſancti *Jacobi* de *Wartria* & *Johanni* Priori & Canonicis ejuſdem loci, & ſucceſſoribus ſuis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris inperpetuum, prædictam Eccleſiam de *Wartria*, cum tota manſura ſua & aliis pertinentiis ſuis, & quinque carucatas terræ & tres bovatas cum toftis, croftis, paſturis & omnibus aliis pertinentiis ſuis, quæ habent de feodo meo in villa & territorio de *Wartria*. Et totam terram cum pertinentiis quam habent de dono *Aſtini* filii *Humfridi*, & *Willielmi* filii ejuſdem *Aſtini* in eadem villa. Et undecim bovatas terræ cum toftis & croftis & aliis pertinentiis ſuis, quæ habent de feodo meo in villa & territorio de **Mydelton**. Et ſex bovatas terræ cum toftis & croftis, boſcis, pratis, culturis, paſturis & omnibus aliis pertinentiis & libertatibus ſuis, quæ habent de feodo meo in villa & territorio de **Seton**. Et ſi dicti Religioſi plus habuerunt per acras de feodo meo in prædictis villis & territoriis die ſancti *Michaelis* anno gratiæ *M CC. LXXIX.* totum eis concedo & confirmo abſque aliquo retenemento inperpetuum. Tenenda & habenda ſibi & Eccleſiæ prædictæ & ſucceſſoribus ac aſſignatis ſuis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam (&c.)

Ib. f. 13 b.

1279.

Confirmatio

Confirmatio Domini W. *de* Ros *de omnibus terris de feodo ſuo.*

Ib. fol. 17. a. OMnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris, *VVillielmus* de *Ros* de **Hamelak**, & advocatus Prioratus de **Wartre** ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra, quod nos prædictus *VVillielmus*, pro ſalute animæ noſtræ & anteceſſorum noſtrorum, concedimus & præſenti ſcripto pro nobis & hæredibus noſtris confirmamus Deo & Eccleſiæ S. *Jacobi* de *VVartria* & Canonicis ejuſdem loci & ſucceſſoribus ſuis ibidem Deo ſervientibus & ſerviturus imperpetuum, prædictam Eccleſiam de **Wartre**, cum tota manſura ſua, & aliis pertinentiis ſuis, & quinq; Carucatas terræ & tres bovatas cum toftis, croftis, paſturis & omnibus aliis pertinentiis ſuis quæ habent de feodo noſtro in **Wartre**, & totam terram cum pertinentiis, quam habent de dono *Aſtini* filii *Humfridi*, & *VVillielmi* filii *Aſtini* in eadem villa. Et undecim bovatas terræ cum pertinentiis, quas habent de feodo noſtro in **Middelton**. Et ſex bovatas terræ cum toftis & croftis, boſcis, pratis, culturis, paſturis & omnibus aliis pertinentiis & libertatibus ſuis quæ habent de feodo noſtro in **Seton**. Concedimus etiam dictis Religioſis & confirmamus unam carucatam terræ cum pertinentiis in **Bagotby**. Et quatuor bovatas terræ cum toftis & croftis, boſcis & aliis pertinentiis quæ habent de feodo noſtro in **Benteley**. Et clauſum de **Lyncroft** cum pertinentiis ſuis. Et ſi prædicti Religioſi plus habuerint per acras de feodo noſtro in prædictis villis, totum eis concedimus & confirmamus abſq; aliquo retenemento in perpetuum. Tenenda & habenda omnia prædicta tenementa cum pertinentiis ſuis & libertatibus dictis Religioſis & Eccleſiæ ſuæ prædictæ & ſucceſſoribus, ac aſſignatis ſuis in liberam & perpetuam elemoſinam (&c.) Dominis *Alexandro* de *Cave*, *Galfrido* de *Hothom*, *Johanne* de *Hothom* militibus *VV. Sturmy*, *Gilberto* de *Laſcels*, *Jacobo* de *Milington*, *VVillielmo* de la *Serge* & aliis.

Ultima confirmatio omnium bonorum in ſpeciali.

Ib. fol. 22. a. INnocentius *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Priori Monaſterii S.* Jacobi *de Wartria ejuſdem fratribus tam preſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis. In primis religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam S.* Jacobi *de* Wartria Eboracenſis *Dioceſis, in qua Divino eſtis obſequio mancipati ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus qui ſecundum Deum & beati* Auguſtini *regulam, in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumq; poſſeſſiones, quæcumq; bona eadem Eccleſia juſtè ac Canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.*

Locum ipſum in quo præfata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Brunum**, *cum Capella de* **Torp**, *& omnibus pertinentiis ſuis de* **Actun** *& de* **Clifton**, *Eccleſias* Carleolenſis *dioceſis, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* Setona, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Partem decimarum, quam habetis in Eccleſia de* Bartona, Carliolenſis *dioceſis. Partem decimarum quam habetis in Eccleſia de* **Ulsebi**. *Quicquid habetis in Eccleſia de* **Melton**, Lincolnienſis *dioceſis; & in Eccleſia de* **Lund**, *& in Eccleſia de* **Queldrik**, Eboracenſis *dioceſis. Grangiam quam habetis in prædicto loco de* **Queldric**, *cum pratis, paſcuis, piſcariis cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam de* **Seton**, *cum terris, pratis, nemoribus, paſcuis, piſcariis, & omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam de* **Brunneby**, *cum terris, pratis, paſcuis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, Ex dono* Radulfi *dicti* Bardolf iv. *bovatas terræ cum toftis & croftis, pratis, paſcuis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. In villa de* **Farmanby**, *cum pratis, terris, nemoribus, uſuagiis, paſcuis, in boſco & plano, in aquis & Molendinis, in viis & ſemitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis, Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, de quibus decimas aliquis hactenus non percepit, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat.*

Liceat quoque vobis Clericos vel laycos liberos & abſolutos è ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, & eos abſq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Eccleſia veſtra profeſſionem fas ſit ſine Prioris ſui licentia, niſi artioris religionis obtentu, de eodem loco diſcedere. Diſcedentem verò abſq; communium literarum noſtrarum cautione nullus audeat retinere. Criſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi à dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit & gratiam & communionem ſacroſanctæ ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit; liceat vobis clauſis januis, excommunicatis & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, dummodo cauſam non dederitis interdicto, ſuppreſſa voce divina celebrare. Prohibemus inſuper ut infra fines Parochiæ veſtræ nullus ſine aſſenſu dioceſani Epiſcopi & veſtro Capellam ſeu oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc novas & indebitas ex-

exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliiſq; omnibus Eccleſiaſticis ſecularibuſve perſonis à vobis omnino fieri prohibemus; ſepulturam quoq; ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extrema voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publicè uſurarii, nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumantur.

Decimas praterea & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, qua à laicis detinentur redimendi & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias ad quas pertinent revocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia praponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel major pars conſilii ſanioris ſecundùm Deum & beati Auguſtini *regulam providerint eligendum, Paci quoq; & tranquillitati veſtra paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere.*

Praterea omnes libertates & immunitates à pradeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus ordini veſtro conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum à regibus & Principibus vel aliis fidelibus inviolabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & praſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prafatam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed ea omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; Salva ſedis Apoſtolica auctoritate & dioceſanorum Epiſcoporum Canonica juſtitia, & in ſupradictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſeculariſve perſona, hanc noſtra conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundò tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſq; ſui careat dignitate; reamq; ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, in extremo examine diſtricta ſubjaceat ultioni. Cunctis autem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bona actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem pramia aterna pacis inveniant Amen. Data Lugduni *per manum magiſtri* Marini *Sancta Romana Eccleſia Vicecancellarii* v. *idus* Junii *Indictione* iii. *Incarnationis Dominica anno* M. CC. quatrageiſſimo v. *Pontificatus verò Domini* Innocencii, *Papa* iv. anno ſecundo.

Donatio facta Decano & Capitulo Eboraci *de* **Langwath**.

OMnibus, &c. Decanus & Capitulum beati Petri Eboraci, *&c. Noveritis nos habere quoddam ſcriptum feofamenti ſuper haia de* **Langewath**, *ſigillo Prioris & Conventus de* Wartria *ſignatum, cujus tenor talis eſt.* Omnibus. &c. *I.* Prior & Conventus de *Wartria* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, nos dediſſe, conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beati *Petri Eboraci*, & Decano & Capitulo ejuſdem loci, & eorum ſucceſſoribus, totam hayam noſtram de **Langewath** cum ſolo ejuſdem hayæ, bruera, mariſco, & omnibus aliis pertinentiis ſuis in liberam (&c.) elemoſinam quietam ab omni ſervitio ſeculari. Habendam & tenendam eiſdem Decano & Capitulo & eorum ſucceſſoribus adeo liberam, quietam, bene & pacifice, ſicut nos unquam illam hayam melius liberiùs & quietiùs habuimus vel tenuimus; ita quidem, quod ſi animalia noſtra infra præcinctum prædictæ haye inveniantur ob defectum clauſturæ ipſius haye, ſine inparcatione, ſcapagio & omnibus aliis dampnis & exactionibus curialiter rechacientur in perpetuum (&c.) in cujus &c.

Ib. fol. 58. b.

Carta Abbatis & Conv. de **Dernhall** *de præfata haya de* **Langwath**.

OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis hanc Cartam viſuris vel audituris, frater *Johannes* dictus Abbas de **Dernhall** ordinis *Cyſterſienſis*, & ejuſdem loci Conventus *Coventrenſis* & *Lychefeldenſis* dioceſis, æternam in Domino Salutem. Noverit univerſitas veſtra, nos pro ſpeciali utilitate Eccleſiæ noſtræ de **Dernhale**, unanimi aſſenſu & communi voluntate noſtra, & ex ſpeciali licentiâ domini noſtri Domini *Edwardi* Regis *Angliæ* illuſtris fundatoris noſtri ad hoc requiſitâ & optentâ, dediſſe, conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris inperpetuum Deo & Eccleſiæ beati *Jacobi* Apoſtoli de *Wartria* *Eboracenſis* dioceſis, & Priori & Canonicis ejuſdem loci ordinis beati *Auguſtini*, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, & eorum aſſignatis totam hayam noſtram de **Langewath** in comitatu *Eboracenſi*, cum omnibus ſuis pertinentiis, quam dictus dominus noſter Rex *Edwardus*, dum fuit Comes *Ceſtriæ*, tempore fundationis Eccleſiæ noſtræ prædictæ de **Dernhale**, per Cartam ſuam, ſine ullo retinemento, nobis dedit, cum ſolo ejuſdem hayæ, brueria, & mariſco, & omnibus aliis pertinentiis ſuis in liberam puram & perpetuam elemoſinam quietam ab omni ſervicio ſeculari; & quam nobis & ſucceſſoribus noſtris per Cartam ſuam deafforeſtavit. Habendam & tenendam eiſdem Priori & Canonicis de *Wartria* & eorum ſucceſſoribus in perpetuum in liberam, puram & perpetuam elemoſinam (&c.)

Ib. fol. 58. a.

Ordinatio Walteri Giffarde *ſuper Hoſpitale S.* Egidii Beverlaci, viz. *quod ſit ſub regimine Canonicorum de* **Wartre.**

EA plerumque quæ pro cultu Chriſti & ob zelum animarum ac ad religionis augmentum, pietatis intuitu, & ſalubriter ſunt inventa, tendunt, proth dolor! contra priſtinam & primariam intentionem devotorum, flebiliter in ruinam. Sanè cum hoſpitale Sancti *Ægidii Beverlaci*, dignæ devotionis optentu, fervidæ religionis prætextu, ac ſpe virtutum & fructuum quæ vigerent fuiſſet primitùs ordinatum: Nos *Walterus* permiſſione divina *Eboracenſis* Archiepiſcopus, *Angliæ* Primas, ad præſens niſi religionis ruinam, inhabitantium irreparabilem miſeriam, habitus & morum amaram memoriam & alia quaſi innumeranda, quæ nobis horrorem incutiunt, coram Deo nichil conſpicimus nichil reperimus, nec corripientes proficimus uſquequaque: In nomine igitur *Sanctæ Trinitatis* ordinamus, diffinimus, & ſententialiter pronunciamus de conſilio & aſſenſu Capituli noſtri *Eboracenſis*, & Magiſtri ac fratrum dicti hoſpitalis, Quod memoratum Hoſpitale ſancti *Ægidii* cum omnibus & ſingulis poſſeſſionibus, rebus, juribus, & liberis conſuetudinibus ſuis, ſub debitis oneribus omnino, ſit de cetero ſub ordinatione, regimine, cura, habitu, & regula regularium Canonicorum Prioris & Conventus de *Wartria* noſtræ dioceſis, prout ſanctiùs & devotiùs diſpoſuerint inperpetuum; Ita quod presbiteri & converſi ejuſdem Hoſpitalis, qui nunc inibi ſuſtinentur ibidem, vel apud *Wartriam*, ſecundùm ordinationem Prioris & Conventus ipſius loci, ad perpetuam ſui ſuſtentationem curialiter commorentur. Hanc autem diffinitionem & ordinationem noſtram præmiſſis Priori & Conventui de *Wartria* ac Magiſtro, presbiteris & Converſis Hoſpitalis prædicti tenore præſentium nunciamus. Eis in virtute obedientiæ & ſub pœna excommunicationis obſervationem ipſius ordinationis deinceps modis omnibus injungendo. Data apud **Scroby** *iii. Kal. Octobris* anno Domini *M. CC. lxx. Septimo*, & pontificatus noſtri *undecimo*.

COENOBIUM

de **Twyneham** *in agro* Hantonienſi.

Hiſtoria Fundationis.

Ex Regiſtro de **Twinham** in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *Tiberii* D. 6.] fol. 194. a.

ANno ab incarnatione Domini *M. xlii. Edwardus* filius *Edelredi* ſuſcepit regnum *Angliæ*, manſitq; in eo annis *xxiiii.* non plenis. Quod in tempore hujus exſtiterunt Canonici ſeculares in Eccleſia Chriſti de **Twynham** declarari poteſt per le **Domeſday** *London*. Mortuo rege *Edwardo* tumulatus eſt apud *Weſtmonaſterium*; Et *Haroldus* poſt *Edwardum*, regnavit aliquot menſibus.

Anno dominicæ incarnationis *M. lxvi. VVillelmus* Comes *Normanniæ*, cognatus Regis *Edwardi* prædicti, qui tumulatus eſt apud *VVeſtmonaſterium*, venit in *Angliam*, & pugnando *Haroldum* devicit, & *Angliam* adquiſivit, & regnavit *xxi.* annis. Quo mortuo ſucceſſit ei *Willielmus* filius ejus, qui dicitur *Rufus*, qui regnavit *xiii.* annis; qui quidem anno regni ſui ſeptimo, tranſfretavit in *Normanniam*, & regnum Commiſit *Walkelino* Epiſcopo *Wintoniæ*, & *Randulpho Flammard Dunelmenſi* Epiſcopo; qui *Randulphus* antea fuerat Decanus in Eccleſia Chriſti de **Twynham**, cujus tempore & ante Eccleſiæ de **Bolre**, **Bokenhurſt**, & **Hordhull** pertinebant ad *Eccleſiam Chriſti* de **Twynham**, & Canonicos ſeculares ibidem exiſtentes. Prædictus *Willelmus* Rex *xxx.* Eccleſias proſtravit, & cimiteria redegit in paſcua in *Nova Foreſta*. Idem Rex anno regni ſui *xiii.* in eadem *Nova Foreſta* venando, interfectus eſt. Quo mortuo, *Henricus* frater ejus ſucceſſit & regnavit *xxvi* annos. Cui ſucceſſit Rex *Stephanus*, nepos ejuſdem *Henrici* ſenioris, Quo regnante introducti ſunt Canonici Regulares in hanc *Chriſti Eccleſiam*.

Ib. fol. 193. b.

Relatu antiquorum orthodoxorum patrum, avorum, attavorum, tam Clericorum quàm laicorum ſuis ſucceſſoribus, de Eccleſia ſanctæ *Trinitatis*, quæ ſita eſt in villa quæ vocatur **Twynham**, & de conventu ejuſdem Eccleſiæ, hujuſmodi verba traduntur veriſſima. Tempore enim *Willielmi Rufi* in *Anglia* regnantis, præfuit quidam Clericus nomine *Godricus* præfatæ Eccleſiæ de **Twynham**, vitâ & honeſtate præclarus, cum *xxiiii.* Canonicis more ſuo horas noctis & totius diei cotidie ſummo complentibus diluculo. Hunc etenim *Godricum* ſui tunc temporis clerici, non pro Decano quaſi nominis ignorantes, ſed pro ſeniore & patrono venerabantur. Horum verò Canonicorum talis eccleſiaſtica erat conſuetudo, quatinus ejuſdem

Godrici ſenioris oblationes Miſſæ matutinalis & magnæ Miſſæ undecunq; allatæ propriæ abſq; alicujus forent participatione; Cæteras equidem oblationes, ante Miſſas & infra, & uſq; ad veſperas illatas, equanimiter inter ſe divident. Similiter & terris Eccleſiæ adjacentibus, ſcilicet *Herna*, *Buretona*, *Preſtona*, ſub diviſione participarentur. Præterea, Canonicus Miſſam quilibet celebrans omnimodas ejuſdem Miſſæ oblationes poſt cappæ ſuæ oblationem, quouſq; eam indueret, ſine alicujus haberet communione huc accedente fortuna. *Randulphus* Epiſcopus hanc Eccleſiam, cum villa, à rege *Willielmo* impetravit. Cui quoniam ibidem Deus in multis multa operebatur miracula, gazas multimodas & Sanctorum reliquias contulit prætioſas. Tandem idem cupiens & diſponens Epiſcopus *Randulphus* præfatam ſanctæ *Trinitatis* Eccleſiam de **Twynham** funditùs eruere, & meliorem, decentioremq, cuilibet ædificare religioni, *Godricum* ejuſdem loci ſeniorem, & totum in hiis convenit verbis conventum, ut ei ad futuræ perfectionem Eccleſiæ oblationes tantummodo eccleſiaſticas peregrinorum, & totius parochiæ, tam vivorum quam mortuorum, concederent, exceptis illis quæ cibi eſſent, atq; potus, & ſuis terris forenſibus quouſq; eis Eccleſiam plenam & perfectam. & Deo dicatam cum oblationibus receptis redderet; Interim verò eis victum inveniret inſuper ſufficientem, cujus voluntati & diſpenſationi cuncti obſecundaverunt Canonici; *Godrico* tamen ſeniore obvianti protervè & tam diu contradicente quouſq; ab Eccleſia defugatum, & per *Angliam* vexatum, nec Regis, nec Epiſcopi ſui gratiam & auxilium in hoc impetrantem; Sed redeundo Pontificis *Randulphi* miſerecordiam exhorantem in priſtinum inter Canonicos de ſub ſe idem ut fuit ante Antiſtes conſtituit locum. Fregit verò epiſcopus illius loci primitivam Eccleſiam, novemq; alias quæ infra cimiterium ſteterant cum quorundam domibus Canonicorum propè locum Eccleſiæ cimiterii, & officinarum compenciorem faciendum & Canonicis in villa congruum immutationem ut Dominus adaptavit locum.

Fundavit equidem hanc Eccleſiam Epiſcopus *Randulphus*, quæ nunc eſt apud **Twynham**, & Domos & officinas cuilibet religioni. Obeunte Canonicorum aliquo, ejus beneficium in ſua retinebat poteſtate, nulli tribuens alii volens unamquamq; dare præbendam Religioni, ſi eos omnes mortis fortuna in ſuo tuliſſet tempore. Obiit ergo verò *Godricus* ſenior, non multo tempore poſt elapſo ſimul & decem ex conventu Canonici, quorum præbendas ipſis *xiiii.* remanentibus ad ſui victus ſupplementum vita illorum ſuperſtite conceſſit Epiſcopus. Deniq; migrante *Willielmo Anglorum* rege *Henricus*, frater ejus ſucceſſit in regnum, ipſumq; *Randulphum* Epiſcopum, graviter à multis ſibi accuſatum cepit; captumq; apud *Londonias* in carcerem detruſit, ejuſq; Eccleſiam S. *Trinitatis* de **Twynham**, priùs omnibus gazis intus ab Epiſcopo illatis, vi & violentia ſpoliavit, ipſamque ab inde cuidam Clerico, *Gilleberto* de *Douſgunels* nuncupato, ſolam & ſolitariam omnibuſq; Canonicis quinq; exceptis, morte irruente deliberatam, in elemoſinam dedit perpetuam. Suſcepit igitur *Gilbertus* in perfectam Eccleſiam Canonicorum ſalva libertate & omni ſuo jure, tam in victu à *Randulpho* pontifice conſtituto, quàm in elemoſinis cibi atq; potus; & terris forenſibus ceptum opus imperfecte peragebat Eccleſiæ. Tandem verò quoniam ſitum loci cum Eccleſia jam ſurgente competens viderat, & idoneum religioni faciendæ, communi illorum quinq; Canonicorum aſſenſu, *Romam* petiit, ut gratia Domini Papæ & licentia & privilegio, honoris & dignitatis Eccleſiæ accepto ibidem Canonicum poneret ordinem; ſed in redeundo migravit à ſeculo.

Interea *Ricardus* ſenior de *Redvers* dominationi Eccleſiæ & totius provinciæ à Rege adeptus *Henrico*, præfatæ Eccleſiæ de **Twynham** quendam clericum de *Oglandres* nomine *Petrum* conſtituit, qui ſalva Canonicorum conditione & jure, ſecundùm *Randulphi* Epiſcopi & *Gilleberti* conſtitutionem prædeceſſorum, ſupradictam ſuſcepit Eccleſiam regendam & perficiendam. Dedit enim illi Eccleſiæ *Ricardus* de *Redvers* ad ſui augmentum & Canonicorum, quandam terram in Inſula * quæ vocatur **Pingweda**. Dedit etiam quidam ejus baronum aliam terram, nomine **Abſam**. Dederunt & parochiani omnes ſuas decimas, prout *Gilbertus* conſtituit. Ipſe enim *Gilbertus*, diurnum, ut nunc, & nocturnum complens ſervicium, ordinavit Conventum. Præſcriptus igitur *Petrus*, ſiniſtra imbutus ambitione, proh dolor, univerſa operi Eccleſiæ, more antiquorum & Canonicis quinque inventis pro oblationibus ad Eccleſiæ perfectionem commodatis promiſſa ſubtraxit, ſibi ſuiſque clericis ſecum adductis menſam curialem vita ejus concedendo ſuperſtite in ſuos & illorum tranſferendo uſus, non Canonicè ſed poteſtativè diſtribuit. Hujus rei gratia, obeunte eodem *Petro*, menſam prælocutam idem clerici adventicii, aliis conſortio & conſilio expulſis, inter ſe occupaverunt & oblationes operi Eccleſiæ conſtitutas aſtutè ſubripientes, ſingulis alteri teſtimonium quaſi rei ratæ perhibentibus, & à Decano conceſſæ & confirmatæ.

* ſcil. Wight.

Hactenus in alterius regnum militaverunt. Hæc ita geſta ſequens *Radulphus* indiſcuſſa, & indeterminata, & ſub judicii futuri examine poſita, more tamen boni prælati, quam plures tegens officinas cum parte Eccleſiæ, cum vita reliquit. Succeſſit *Hillarius Wyntonienſis* Epiſcopi clericus, vitæ humilitatiſque honeſtate præclarus, qui etiam prælibatam in meliùs tranſferre cupiens, ſuperna providente gratia *Romam* ductus, & Domini Papæ electione apud *Ciceſtriam* pontificali decoratus inſula, in racionis diſcretionem omnia propoſuit futura.

Fundatoris

Fundatoris Progenies.

Ex alio cod. MS. in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Vitellii* F. 8. f. 104. b.]

H*Enricus* Rex, qui ſecundus regnavit in *Anglia* poſt *Willielmum* Baſtardum patrem ſuum, fecit quendam *Ricardum* de *Redvers* comitem *Devoniæ*, & dedit ei inſulam de **Wight**, & ei hæreditario jure hujus villæ totum contulit feudum, cum hac *Chriſti Eccleſia*, poſtea dictus *Ricardus* dedit eandem Chriſti Eccleſiam cuidam Clerico ſuo, *Petro* de *Oglandes*, cum omnibus libertatibus quas *Randulfus Flammard* fundator hujus Eccleſiæ, quæ nunc ſtat, & *Gilbertus Decanus* habuerunt, cum omnibus præbendis, terris, & Eccleſiis, & eorum pertinentiis, & fecit eum Decanum hujus Eccleſiæ. Idem *Ricardus* de *Radvers* comes *Devoniæ* genuit primum *Baldewinum* Comitem *Devoniæ*, *Willielmum* & *Robertum* de *Sancta Maria Eccleſia*, & *Hadwyſam* de *Rumara* Comitiſſam *Lincolniæ*, ex *Adeliza* Comitiſſa uxore ſua. *Baldwinus* de *Redvers* Comes *Devoniæ* genuit ſecundum *Ricardum* Comitem *Devoniæ*, *Willielmum* de *Redvers* dictum *Vernon*, *Henricum*, & *Hadewiſam* de *Redvers*, ex *Lucia* Comitiſſa uxore ſua. *Ricardus* de *Redvers* ſecundus comes *Devoniæ* genuit ſecundum *Baldwinum* comitem *Devoniæ*, & *Ricardum* de *Redvers* tertium Comitem *Devoniæ*, ex *Dioniſia* Comitiſſa uxore ſua.

Qui *Baldwinus* & *Ricardus* mortui ſunt ſine hærede. Quibus ſucceſſit *Willielmus* de *Redvers* avunculus eorum. Qui *Willielmus* de *Redveriis*, dictus *Vernon* Comes *Devoniæ*, genuit tertium *Baldwinum* Comitem *Devoniæ*, Dominam *Mariam* uxorem *Roberti Courteney*, & Dominam *Johannem* uxorem *Willelmi* de *Bruere*, ex *Mabilia* Comitiſſa uxore ſua. *Baldwinus* de *Redvers* tertius Comes *Devoniæ* genuit quartum *Baldewinum* Comitem *Devoniæ*, ex *Margareta*, ... Comitiſſa uxore ſua. *Baldwinus* de *Redvers* quartus Comes *Devoniæ* genuit quintum *Baldwinum* Comitem *Devoniæ*, & dominam *Iſabellam* Comitiſſam *Albemarle* . . . . de *Fortibus* ex *Amicia* Comitiſſa uxore ſua. *Baldwinus* de *Redvers* quintus genuit *Johannem* ex *Margareta* Comitiſſa uxore ſua; qui *Johannes* obiit infans. Poſt quorum deceſſum, videlicet *Baldwini* & *Johannis* filii ſui, devenit hæreditas ad dominam *Iſabellam* de *Fortibus* Comitiſſam *Devoniæ* ſororem & hæredem dicti *Baldwini*, quæ tandem deceſſit ſine hærede. *Willielmus* de *Redvers* dictus *Vernoun* proavus dominæ *Iſabellæ* de *Fortibus*, ut ſupra diximus, habuit duas filias, videlicet *Mariam* & dominam *Johannam* de *Bruere*, quæ *Johanna* obiit ſine hærede longè ante mortem venerabilis *Iſabellæ*; Sed poſt mortem ſæpedictæ *Iſabellæ* devenit tota hæreditas dominii ſui ad hæredes ſupradictæ *Mariæ* & domini *Roberti* de *Curtenay* viri ſui, qui habuerunt filium nomine *Johannem*; qui *Johannes* genuit *Hugonem* de *Curtenay* primum. *Hugo* de *Curtenay* primus genuit *Hugonem* ſecundum, qui fuit primus Comes *Devoniæ*. *Hugo* ſecundus genuit *Hugonem* tertium, Comitem ſecundum *Devoniæ*; videlicet de illo ſanguine & nomine.

Carta Ricardi *de* Redveriis *ſenioris Comitis* Devoniæ *de antiquis libertatibus.*

Ex præfato Regiſtro [ſub effigie *Tiberii* D. 6. fol. 13. a.

OMnibus fidelibus præſentibus & futuris, *Ricardus* de *Redveriis* ſalutem. Sciatis quod poſtquam placuit domino meo nobili Regi *Anglorum Henrico* dare michi Eccleſiam de *Criſteſchircheja*, dedi eam, & iſta Cartâ meâ confirmavi cuidam Clerico meo *Petro* de *Oglandes* cum omnibus libertatibus quas *Ranulfus* & *Gilbertus* decani habuerunt; & cum omnibus præbendis, terris & Eccleſiis & earum, quarum hæc ſunt nomina, pertinentiis; villam de **Hurna**, terram de **Gostel**, terram totam de **Stamputta**, terram de **Huburne**, & terram de **Strode**, & *Dudecompa*; terram de **Prestun**, & aliam *Preſtunam*.

In Inſula **Wiht** terram de *Apſa*, terram de **Hamstede** in eadem inſula; Eccleſiam de *Hordulla*, cum Capella de **Melneford**, Eccleſiam de *Bolra*, cum capella de **Brokehurst**; capellam de **Holeherst**; Capellam de **Soppele**; præbendam apud *Pideletonam*. Adjeci etiam dare & præſenti ſcripto confirmare ei *Chriſti Eccleſiæ*, & *Petro* Decano & ſucceſſoribus ſuis in liberam & perpetuam elemoſinam quandam villam in Inſula **Wiht** cum omnibus pertinentiis ſuis *Lingwedam*, cum quadam terra in *Suthhamtuna*, quæ pertinet ad eandem villam, tenendam eidem *Chriſti Eccleſiæ* de me & hæredibus meis liberè & quietè ab omni ſeculari ſervicio. Hujus meæ donationis & confirmationis teſtes ſunt *Galfridus* de *Mandevill*, *Rogerus* frater ejus, *Radulphus Teſſun*, *Rogerus* de *Leſtra*, *Turold* de *Pampillun*; *Ricardus* de *Morevill*; *Rogerus* de *Nuvant*; *Robertus Foliot*; *Bernardus* & *Oſmundus* Capellani; *Godwinus* & *Ailmerus* Canonici *Chriſti Eccleſiæ*, *Picot* de *Pideleton*.

Carta Baldewini *de* Redveriis *ſenioris, Comitis* Devoniæ *de antiquis libertatibus.*

Vide Pat. 1. H. 4. p. 8. m. 19. Et Pat. 3. H. 5. p. 2. m. 3.

B*Aldewinus* de *Redveriis* omnibus hominibus *Francis* & *Anglis* cæteriſq; Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit univerſis ſalutem. Sciatis me pro Dei amore, & pro ſalute animæ meæ, & pro animabus omnium tam anteceſſorum quam ſucceſſorum & amicorum meorum, conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe *Hyllario* Decano & cæteris omnibus in *Chriſti Eccleſia* de **Twynham** Deo ſervientibus & ſervituris, Eccleſias, decimas, Cherſez, terras, redditus, homines, cum tenementis ſuis & eorum ſequelis omnes, tam eccleſiaſticas poſſeſſiones quàm ſeculares tenuras, & omnia quæcunq; illorum ſunt & eſſe debent ſuper feudum meum de quibus ſaiſita eſt Eccleſia, vel quæcunq; clamant rationabiliter ac debere habere de feudo meo, ſicut in terris, hominibus, pratis, paſcuis, in aquis in omnibus aliis libertatibus & liberis conſuetudinibus & acquitanciis, & omnia benè in pace liberè & quietè de me & de hæredibus meis teneant

neant quæ ſua ſunt & quæ ſua eſſe debent, omnia integrè habeant in liberam, puram & perpetuam elemoſinam perpetuò plenè poſſideant, ſicut meliùs, pleniùs & liberiùs poſſunt poſſideri, ut dignitatem ſuam plenam, & omnes ſuas liberas conſuetudines in omnibus rebus honorificè habeant, ſicut antiquitùs ſemper habere ſolebant; villæ ſcilicet ipſius Scolam; ſuam liberam curiam cum *Soce* & *Sace*, *Tol* & *Tem*, & *Infangenethef*, ita plenè, liberè & quietè ſicut Rex *Henricus* patri meo *Ricardo* de *Redveriis* pleniùs & liberiùs habere conceſſit, quando ei primum hæreditario jure habendum, totum contulit feodum ipſam videlicet *Chriſtetcherchiam* de **Twynham** cum omnibus ſuis pertinentiis, in qua Deo ſerviunt; Totam terram quam habent in duobus vicis ejuſdem villæ de **Twinham**, meſuagiis, cortilagiis, cum hominibus & eorum ſequelis pertingentem uſq; in aquam de **Stures**. Terram quam habent juxta cimiterium ex dono *Alurici* de *Brochleja*; totam exinde terram uſq; in aquam de **Havene**, quæ eſt inter cimiterium & foſſatum caſtelli; Meſſuagium ſupra ipſius caſtelli foſſatum quod habent ex dono *Gamelini*. Meſſuagium cum pertinentiis quod habent adverſus *la borram*.

Eccleſiam de **Bolra**, cum capellis ſuis de **Limneton**, & de **Brokenherſt**: Eccleſia de **Hordhull**, & de **Mulneford** cum pertinentiis. Eccleſiam de **Stoppele** cum omnibus quæ ad eam ſpectant unam virgatam terræ cum appendiciis in eadem villa ex dono *Godwini* Comitis, quam *Orricus* de *Stanton* eidem *Chriſti Eccleſiæ* violenter ſurripuit. Capellam de **Holeherſt**, Eccleſiam de **Pideleton** cum omnibus ad eam ſpectantibus. Præbendam quam habent ex antiquo in ipſa villa de **Pideleton**. Totum tenementum quod tenuit **Alſy** præsbiter in **Gallocuſleia**, & quod *Alnold* in **Boſtell**. Totam terram de **Hurne**. Terram de la **Grave** cum ipſo **Boſtell**, **Bradefeld**, & **Richedon** cum ſuis pertinentiis. **Hedeneſburiam** cum omnibus quæ ſibi adiacent. Terram de **Stamputta**, & de **Huburne**, & de **Preſtetone** cum omnibus ſuis appendiciis.

In Inſula **With**, ex dono *Ricardi* de *Redveriis*, manerium de **Ningwode** cum **Hamſtede**, **Preſteton**, & cum quadam terra in **Suthampton** cum ſuis pertinentiis. Totam terram de **Apſa**, ex dono *Rogeri del Eſtre*; decimam de dominio *Aluricha* de **Brochl** in *Ernemua*. Decimam Thelonei de feria de **Criſteſcherche**; Decimam de *Wrek* quicquid illud fuerit quod ſuper feudum meum in parochia eorum evenerit præter de **Greſpets**, cujus ſiniſtram noam de jure antiquo habere debent. Primum annuatim ſalmonem, tam decimam ſalmonum & omnis capturæ piſcium, quam omnium novalium meorum per annum intra villam & extra. Duas cotidie carectas euntes propter brueriam ſuper terram meam. Centum annuatim carectas turbarum ad coquinam ſuam de feudo meo, ſi ſuper terram ſuam non habuerint ubiq; ſuper terram meam liberi eſſe à Teloneo, ſive vendant ſive emant, primam omnium emptionem in villa de **Criſtecherche**, ſi ego vel hæredes mei abſentes fuerimus, ſi verò præſentes fuerimus ſecundam habere debent. Nullum mercenarium debent baillivi mei ibidem pati emere vel vendere ad dampnum vel exhonerationem Eccleſiæ, cauſa lucri mihi vel hæredibus meis, nec de mercenario telonum in Eccleſia aliquando recipere per totum annum. Ubicumq; voluerint piſcabunt *Chriſti Eccleſiæ* ſervientes; ſed propter ſalmones meos ſubtus **Twinham**, ubi duæ aquæ conveniunt, **Havene** ſcilicet, & **Sture**; quia hæc omnia cum eorum pertinentiis ante me, teſtibus multis, habuerunt liberè & quietè de me & de hæredibus meis tenenda, & integrè habenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis, conceſſi, & præſenti Cartâ meâ, & ſigillo meo confirmavi; meis hæredumq; meorum Baillivis firmiter præcipiens, ut nullus eos exinde vexet, vel ad contrarium eis fieri permittat. Hiis teſtibus, *Huberto* de *Vaus*; *Stephano* de *Mandeivill*; *Jordano del Eſtre*; & multis aliis.

Carta Baldewini *de* Redveriis *&* Ricardi *filii ſui de introductione Canonicorum Rugularium.*

Ib. f.13.b. B*Aldewinus* de *Redveriis* Comes *Devoniæ*, & *Ricardus* filius & hæres ejus domino ſuo *Henrico* Epiſcopo *Wintoniæ*, & omnibus Baronibus & hominibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Veſtræ dilectioni notificamus, quod quando Deus inſpiravit nobis ut ordo Canonicorum Regularium ad honorem Dei & pro ſalute animarum noſtrarum, & anteceſſorum noſtrorum in Chriſti Eccleſia de **Twinham** inſtitueretur; Conceſſimus atq; dedimus eiſdem Canonicis Regularibus, & ſuis poſteris ibidem Deo ſervientibus atque ſervituris, liberè & quietè ac inconcuſſè poſſidere quicquid tenuit præfata Eccleſia in die qua Rex *Henricus* dedit eam *Ricardo* ſeniori de *Redveriis* prædeceſſori noſtro, tam in eccleſiaſticis beneficiis, quàm in terris vel in aliis quibuſlibet redditibus. Scilicet Eccleſiam de *Bolra* cum Capellis ſuis de **Brokeherſt**, & de *Limnetona*; Eccleſiam de **Hordhull**, & Eccleſiam de **Mulneford**; Eccleſiam de **Stoppole**; Eccleſiam de **Pideletone**; Capellam de **Holeherſt**. Has omnes Eccleſias & capellas confirmavimus prædictis Canonicis, cum omnibus pertinentiis ac libertatibus ſuis. In Inſula, quæ dicitur *Wecta*, villam quæ vocatur *Ningweda*, cum terris & redditibus ſuis; terram de *Apſa* cum omnibus pertinentiis ſuis; terram de **Preſteton**, quæ eſt in eadem Inſula; villam de *Hurna* cum pertinentiis ſuis omnibus; terram de **Gorſtell** & virgatam terræ juxta pontem de *Huver*; & aliam virgatam terræ, quam *Aslmerus* præsbiter tenuit; terram de **Preſteton**; terram de *Huburna*; hydam terræ & virgatam de **Suineford**; unam terram in **Hamptone**, quæ pertinet ad manerium de **Ningwede**. Hiis teſtibus *Lucia* Comitiſſa, *Henrico* de *Redveriis*, & *Willielmo* fratre ejus, & multis aliis.

Carta

Carta Ricardi *de* Redveriis *junioris Comitis* Devoniæ, *de introductione Canonicorum Regularium.*

Ibid.

NOtum ſit omnibus tam præſentibus & futuris, quod ego *Ricardus* de *Redveriis* Comes *Devoniæ* Anno ab incarnatione domini *Milleſimo centeſimo ſexageſſimo primo*, conceſſi, & hâc Cartâ meâ confirmavi Regularibus Canonicis *Chriſti Eccleſiæ* de **Twinham**, quos *Baldwinus* Comes pater meus, & ego, inſpirante Deo, per exhortationem venerabilis *Henrici Wintonienſis* Epiſcopi Deo ſervituros in eandem Chriſti Eccleſiam primò introduximus liberam electionem Prioris faciendi, ut quem Canonicè inter ſe elegerint, & Epiſcopo *Winton.* meo meorumq; hæredum aſſenſu, præſentaverint, ipſe abſq; contradictione eidem Chriſti Eccleſiæ præficiatur. Conceſſi etiam eis Eccleſias, decimas, **Chertſez**, homines, terras, tenementa, & omnia quæcunq; ſunt, & quæ una die ſecularium Canonicorum fuerunt, vel eſſe poterunt ſuper feudum meum poſt mortem ipſorum, omnia integrè in ſuos uſus convertenda, de me & de hæredibus meis ſibi & ſucceſſoribus ſuis liberè & quietè perpetuo poſſidenda.

Manerium ſcilicet de **Ringwode** cum appendiciis ſuis; **Parſton**; terram de **Hampſtede**; terram in **Hampton**; Eccleſiam de **Pidelton** cum Capellis, cæteriſq; pertinentiis. Præbendam quam habent in eadem villa ex antiquo; Eccleſia de **Toleya** cum adjacentiis. Manerium de **Apſa**; **Debburne** cum *Rogero Maskerell*; **Huburne**; **Preſton**; la **Grave**; duas *Hurnas*; dimidiam hidam de **Boſtell**; Totas duas virgatas terræ citra pontem de **Huber** circumcirca, hinc inde uſq; in **Stures**, & cætera eorum omnia quæ habent & quæ habere poterunt ſuper feudum meum. Decimam de *Theloneo* de feria de **Chriſtefchirche**. Decimam de **Wrek** quicquid illud ſit cum ſuper feudum meum in parochia eorum evenerit præter de *Greſpeiz*, cujus ſiniſtram noam habere debem. Primum annuatim Salmonem; Decimam tam Salmonum quam omnium novalium rerum mearum intra villam & extra. Conceſſi etiam prædictis regularibus Canonicis omnes libertates & omnes bonas conſuetudines de me & de hæredibus meis perpetua libertate poſſidendas, quas Decani Secularium Canonicorum unquam una die melius & liberius ante habuerunt; Scilicet ut per totam terram meam ſine redditione Thelonei emant & vendant, & ſint ipſi & homines eorum per totum feudum meum liberi & quieti ab omni exactione præter orationes, in boſco, in plano, in pratis, in paſturis, in brueria, in turberia, in viis, in ſemitis, in agris, in aquis, in molendinis, in piſcationibus, in omnibus locis & in omnibus rebus quæ ad me & ad hæredes meos pertinent.

Præterea conceſſi eis ut homines eorum ad nullum Hundredum, & ad nullum placitum veniant, niſi ad Hundredum murdredi vel homicidii. Et ſi fortè contingat homines eorum mihi vel hominibus meis in aliquo foriſfacere, juſticia inde ſit mea, & hæredum meorum emendacio; & catalla ſint Prioris & Canonicorum ex dono patris mei & meo. Si verò homines Eccleſiæ de homicidio, vel latrocinio, vel aliquo ſcelere fuerint intercepti, plenariam Curiam ſuam habeant liberam & quietam ab omnibus Schiris, placitis quærelis & cauſis, ſicut Decani Canonicorum ſecularium unquam una die melius ante habere conſueverunt, ut in curia ſua tractentur & judicentur ſecundum rectum coram meis, meorumq; ſucceſſorum baillivis. In augmentum verò ſupradictorum prædictis Canonicis dedi unum Salmonem annuatim in Anniverſario patris mei, alterum in meo poſt mortem meam ad pitanciam, ut in Anniverſariis noſtris inde recreati devocius & feſtinius divina pro nobis celebrent obſequia. Hanc autem meam meiſq; patris donationem & conceſſionem præſenti Scripto & Sigillo meo illis confirmavi, ut hæredibus meis ſtabilè & inconcuſſè permaneant. Teſtibus *Henrico* & *Willelmo* fratribus meis; *Pagano Trenchard*, & multis aliis.

PRIORATUS

de **Heryngham**, *in* Suſſexia,

De quatuor Capellanis in eodem ſuſtinendis.

Pat. 1. H. 4. p. 5 m. 12. per Inſpex.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & dux *Aquit.* omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Cum dominus *E.* nuper Rex *Angliæ* pater noſter, pro paupertate & inopia dilectorum nobis in Chriſto Prioris & Canonicorum de **Heryngham**, per literas ſuas patentes conceſſiſſe & licenciam dediſſe, pro ſe & hæredibus ſuis, quantum in ipſo fuit, *Willelmo Paynel*, quod ipſe Manerium ſuum de **Cokeham**, & triginta & duas acras terræ cum pertinentiis in **Lanncyngg**, unà cum paſſagio ultra aquam de **Nova-Shorcham** in com. *Suſſexiæ*, dare poſſet & aſſignare eiſdem Priori & Canonicis; Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis ad inveniendum quatuor Capellanos ſeculares, divina in Eccleſia prædictorum Prioris & Canonicorum de **Heryngham**, ſingulis diebus, pro ipſius patris noſtri, & progenitorum ſuorum, ac ipſius *Willielmi*, & anteceſſorum ſuorum animabus, celebraturos in perpetuum; Et eiſdem Priori & Canonicis quod ipſi prædicta Manerium (&c.) recipere poſſent & tenere (&c.) ſimiliter licentiam dediſſet ſpecialem; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendo edito, non obſtante, prout in literis prædictis plenius continetur.

Ac *Matildis* filia *Johannis Paynell*, conſanguinea & hæres prædicti *Willielmi*, pro eo quod diverſæ rixæ & diſſentiones, propter diſconvenienciam converſationis Regularium & Secularium, inter ipſos Priorem & Canonicos & Capellanos prædictos indies oriuntur, per quod cultus divinus nimis devotè ibidem Deo exhibeatur; pro hujuſmodi malis evitandis; per ſcriptum ſuum conceſſerit præfatis Priori & Canonicis, quod ipſi loco prædictorum quatuor Capellanorum ſecularium invenire poſſint quatuor Capellanos regulares, ordinis prædicti, ad divina in Eccleſia prædicta, pro animabus prædictis imperpetuum celebraturos; Et nobis per petitionem ſuam, coram nobis & conſilio noſtro in Parliamento noſtro exhibitam ſupplicaverit, ut conceſſionem ſuam prædictam acceptare velimus & ratificare, Nos ſupplicationi ſuæ in hac parte favorabiliter annuentes, conceſſionem ipſius *Matildis* prædictam acceptamus, confirmamus, ratificamus, & approbamus (&c.) In cujus (&c.) T. meipſo apud **Langeleye** *xxv.* die *Febr.* anno regni noſtri ſexto.

Licentia Regis Edwardi *tertii pro appropriatione Hoſpitalis S.* Antonii *de* **Coukham** *Prioratui antedicto.*

Ibid.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ* omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui de **Heryngham**, quod ipſi Hoſpitale S. *Antonii* de **Coukham**, quod eſt de advocatione ſua propria, ut dicitur, Prioratui ſuo appropriare, & Hoſpitale illud ſic appropriatum in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum (&c.) T. meipſo apud *Weſtm.* octavo die *Aprilis* anno regni noſtri *Angliæ xxv.* regni verò noſtri *Franciæ xli.*

PRIORATUS

S. Oſithæ de **Chich**, *in agro* Eſſexienſi,

De prima fundatione ejuſdem.

W. Malmeſb. fol. 135. n.10.

LOcus eſt in dioceſi *Londonienſi* apud orientales *Saxones Cic*, gentiſi vocabulo, dictus; ubi eſt beatæ *Oſgithæ* in miraculis famoſæ virginis requies, hunc vir ille (ſcil. *Ric.* de **Belmeis** *Lond.* Epiſc.) terris aliquantis, & regularibus implevit canonicis. Erant ibi, & ſunt clerici literaturâ inſignes; eorumq, exemplo talis habitus hominum leta, ut ita dicam, totam patriam veſtivit ſeges. Meditataburq; ipſe (ſcil. *Ricardus Lond.* Epiſc.) depoſitis olim involucris mundi eo tranſire, præſertim longè paralyſis tabe admonitus, ſi non egrum illecebris animum poteſtatis Conſuetudo retraheret. Hujus loci fuit primus Prior *Willielmus* de *Corbvill*, qui defuncto *Rad.* Archiep. *Cantuar.* in illum honorem erectus eſt.

Lel. Itiner. vol. 4. fol. 192.

St. Oſithe daughter to Fredwald was borne in *Querendon* in *Aleſbury* paroch; and brought up with an aunte of hers at *Elleſborowe* in Chilterne hills, a thre miles from Aylesburye by South. St. Oſith's body was tranſlatyd for a while for feare of Danes from Chich, (alias St. Oſithe) to Aylesbyrie. There was, as ſum ſay a Nunnery or other houſe of Religion, wher as the perſonage yes now, and Record yet remaynith that this houſe ſhould be of the Maturines, alias, Fratres ordinis ſanctæ Trinitatis, of like ſect to the Fryers of Tykchill and Hundeſlowe.

Id Eſt.

S't. *Oſitha*, *Fredwaldi* filia, *Querendoniæ* in parochia *Aleſburienſi* nata, & ab amita apud **Elleſborowe** inter montes *Chilternenſes*, tertio ab *Aleſburia* lapide, auſtrum verſùs, educata fuit. S. *Oſithæ* corpus, metu *Danorum*, à *Chicha*, alias S. *Oſitha* [dicta] *Aleſburiam* ad tempus tranſlatum fuit. Velatarum virginum, aut alia religioſorum domus, ut fertur, fuit, ubi hodie Rectoris manſio, & teſtimonium extat anthenticum, domum hanc ordinis fuiſſe *Maturinorum*, alias fratrum Ordinis S. *Trinitatis*, quemadmodum & fratres de **Tikehill** & **Hundeſlowe**.

Carta Ranulphi *de* Mandevile *de terris vocatus* **Weſtfeilds** *&* Dira.

Ex autographo penès . . . *Poley* armigerum.

GIlberto Dei gratia *Lordinenſi* Epiſcopo & univerſis ſanctæ Eccleſiæ fidelibus, *Ranulphus* de *Mandevilla* ſalutem, Notum ſit vobis quod ego & *Roheſia* uxor mea & hæredes mei, dedimus Eccleſiæ beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, & ſanctæ *Oſithæ* virginis & Martiris, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, terram illam de duabus **Weſtfields**, & terram quæ *Dira* vocatur, quæ fuit *Radulfi* filii *Leiſwardi*, quas *Thurſtanus* filius *Aſkatilli* de me tenuit, Et volo quod idem *Thurſtanus* amodo de prædictis Canonicis teneat, & ſicut mihi hactenus ſolebat, ſic eis amodo ſtatutum ſervicium faciat; Scilicet viginti tres denarios. Et hanc elemoſinam fecimus pro redemptione peccatorum noſtrorum & ſalute animarum noſtrarum, & Domini mei Comitis *Willielmi* de *Mandevilla*, & anima patris mei *Gilberti*, & pro ſalute matris meæ, & fratrum meorum (&c.) Teſtes *Will.* de *Ver*; *Ric.* filius *Mauritii* de **Chiche**; & **Albricus** filius *Albrici* Comitis de *Ver*; & *Petrus* de *Kertlinge*; & *Hamondus* de *Asketot*; *Adam* filius *Alani*, *Thurſtanus* filius *Asketilli*, *Thurſtanus* filius *Osberti*, *Willielmus* filius *Walteri*, *Mauritius* filius *Mauritii*, *Willielmus* filius *Johannis*, *Radulphus* Magiſter puerorum *Albrici*.

Carta: Bartholomæi *de* Crec *de* xiii^{d} *annui redditus*.

bid. SCiant præſentes & futuri, quod ego *Bartholomæus* de *Crec*, filius *Roberti* de *Crec*, pro ſalute animæ meæ, & pro anima *Hervei* de *Glainvill*, avi matris meæ, & aliorum prædeceſſorum, & ſucceſſorum meorum, conceſſi & dedi, & hâc Cartâ meâ confirmavi, in puram & perpetuam elemoſinam Deo, & Eccleſiæ Sanctæ *Oſithæ* de *Chich* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, quendam annuum redditum quatuordecim denariorum in villa de **Bambell** de quodam prato, quod *Angot* filius *Roberti* Mercatoris tenet. Quod pratum vocatur **Gripe**; De quo prato prædictus redditus pro anima *Hervei* de *Glainvill* dari ſolet (&c.) Teſtibus *Adam* de *Bavent*, *Ranulpho* de *Archus*, *Willelmo* de *Alneto* militibus (&c.)

Carta Alberici *de* Vere *de terris in* **Dalham** *&* **Tunſtall**.

Ibid. H. Dei gratia *Cantuar.* Archepiſcopo, Anglorum Primati, & *Norwic.* & *London.* Epiſcopis, omnibuſq; Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Albericus* filius *Alberici* de *Vere* Comes *Oxoniæ* ſalutem. Sciatis me confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Oſythæ* de *Chich*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus donationem & conceſſionem, quam avia mea *Alicia* de *Ver*, & *Albericus* de *Ver* pater meus eis in liberam & perpetuam elemoſinam dederunt; ſcilicet ſeptem libratas terræ, de maritagio prædictæ *Aliziæ* aviæ meæ, quibus centum ſolidatæ terræ ſunt in **Dalham** & **Tunſtall**, & quadraginta ſolidatæ de terra de **Denham** (&c.) Teſtibus *Willielmo* filio *Fulkonis* Seneſcallo; *Gaufrido* filio *Ricardi* (&c.)

Carta Regis Henrici *ſecundi Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 11. E. 2. n. 51. per Inſpex. Vide etiam Pat. 10. R. 2. part 1. m. 15. Et. Cart. antiq. E. n. 22. Et. Cart. de ann. 3. & 4. H 5. m. 4.

H. Dei gratia Rex *Angliæ*, dux *Normanniæ*, Comes *Andegaviæ* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me pro ſalute animæ meæ, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe in perpetuam elemoſinam, Deo & Eccleſiæ S. *Oſithæ* de **Chiche**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, totum manerium de **Chiche**, in quo ſitum eſt monaſterium Sanctæ *Oſithæ* virginis & martyris, liberum & quietum ab omni terreno ſervicio & ſeculari exactione; quod manerium habent ex dono & confirmatione *Ricardi Londonenſis* Epiſcopi cum omnibus pertinentiis & libertatibus quas Epiſcopi *Londonenſis* Eccleſiæ habuerunt in eodem manerio, dum eſſet in eorundem dominio; pro quo manerio quatuordecim libratæ terræ noſtræ in *Lodeſworda*, & ſex libratæ in *Sudminiſtra* datæ ſunt in eſcambio ab eodem Epiſcopo, ſuccedentibus Epiſcopis *Londonenſis* Eccleſiæ. Et ex dono ejuſdem Epiſcopi unam hidam terræ in manerio de **Chiche**, quam idem Epiſcopus emit de *Ernulpho Coket*, liberam & quietam ab omni terreno ſervicio. Et Eccleſias de *Claketona*; & Eccleſias de *Sudminſtra* & de *Meilanda*, cum duabus hidis terræ & mariſco; & Eccleſiam de **Aleſthorne** cum omnibus terris & pertinentiis, & libertatibus quæ ad prædictas Eccleſias pertinent.

Concedo & confirmo perpetuam in eodem loco Abbatiam, & ut Abbas electiore Capituli ſui ſemper eligatur, & conſtituatur. Ex dono *Henrici* regis avi mei Eccleſias de **Blicburc**, & de **Stoumarket**, cum Capellis & terris & omnibus aliis pertinentiis & libertatibus ſuis, cum *ſoka*, *ſaka*, & *Thol*, & *Theam*, & *Infangenethef*; Et prohibeo ne de prædictis Eccleſiis aliquis eis moleſtiam faciat, vel gravamen, quia eas retineo in dominio & in propria manu mea, ſicut meam elemoſinam propriam. Confirmo & ratam habeo tranſlationem factam inter Capitulum S. *Pauli* **London**, & Eccleſiam S. *Oſithæ* per *Gilbertum Foliot* Epiſcopum *Londinenſem* ſuper Eccleſias de *Sudminiſtra*, & de *Meilanda* & **Aleſthorne** & earundem pertinentiis, ſicut in Cartis prædicti *Gilbert.* Epiſcopi & Capituli S. *Pauli* continetur. Ex dono *Baldewini* Conſtabularii, & ex confirmatione Comitis *Stephani* & *Matildis* uxoris ſuæ, & *Willielmi* Comitis filii & hæredis eorum, tenementum de **Chiche**, quod eſt de feodo *Boloniæ* in liberam elemoſinam tenendum, & ab omni ſervicio terreno quietum. Ex confirmatione eorundem, & ex dono *Walteri Makerell* & *Ermegard* uxoris ſuæ, totam terram de **Bircho** cum omnibus pertinentiis ſuis, per ſervitium unius militis tenendum. Ex dono *Al z.* de *Veer* & Comitis *Alberici* filii ſui, centum ſolidatas terræ in **Dalham** & in **Tunſtall** & quadraginta ſolidatas in **Dalham**.

Ex dono *Radulfi Travers*, & *Petronillæ* uxoris ſuæ dimid. hidam terræ in **Boiwelle**. Ex dono *Huberti* de *Sancto Claro* decem ſolidatas terræ in *Brumleja*. Ex dono *Roberti* de *Reymes* centum acras terræ arabilis, & tres acras & unam perticatam de prato in **Meſcinge**. Ex dono *Willielmi* de *Woklndona* apud *Boſcum arſum*, terram quæ vocatur **Cocſtede**, cum omnibus pertinentiis ſuis liberas & quietas ab omni terreno ſervicio. Terram etiam de *Toleſhunta* quam habent de feodo *Roberti* filii *Hervei*, & terram de **Chiche** quam habent de feodo *Bernardi* de *Baillol*. Omnes has poſſeſſiones, terras, elemoſinas, concedo prædictis Canonicis, & confirmo ut habeant & teneant eas benè & in pace liberè & quietè de rewardo & placitis foreſtæ, & de omnibus conſuetudinibus & exactionibus. Et prohibeo ne aliquis Foreſtarius intromittat ſe de boſco eorum, ſet liceat eis liberè eo uti, & inde ad uſus domus ſuæ ſufficienter capere. Habeant etiam warennam in terris ſuis de **Chiche**, & de **Birtho**, & de **Stoumarket**, & duos leporarios & quatuor brachetos ad capiendum leporem & vulpem, & nullus in eis fuget, niſi per licentiam eorum. Sint illi & omnes homines ſui, & omnia mercata ſua libera & quieta ab omni thelonio quod ad me pertinet in omni foro, & in omnibus nundinis, & in omni tranſitu pontium, calcearum, viarum, & maris per omnes terras meas. Et habeant mercatum de **Chiche**, & teneant illud benè & in pace liberè & quietè, integrè & honorificè. Et prohibeo ne aliquis ſuper hoc vexare illos, aut aliquo modo illis moleſtiam facere preſumat. Sint ipſi & omnes homines ſui liberi & quieti de ſectis comitatus & Hundredorum, & placitis & querelis, & de pecunia danda pro foriſfactura de murdre, de geldis, & denegeldis, & de hidagiis de decem & novem hidis, de ſcutagio, ſalvo ſcutagio unius militis de **Bircho**, de aſſiſis veteribus & novis, de auxiliis Vicecomitum, & præpoſitorum Hundr. & de eorum miſerecordia de miſerecordia comitatus, de invaſione, & inquietudine omnium hominum, de operibus caſtellorum, parcorum, pontium, calcearum & clauſuris, & omni carregio, & ſummagio, & navigio, & leſtagio, & ſtallagio, & domuum regalium edificatione, & omnimoda operatione. Et nichil de ſilvis eorum ad prædicta opera, vel ad aliqua alia ullo modo capiatur. Et prohibeo ne de aliquo tenementorum ſuorum ponantur in placitum, niſi coram me, vel coram capitali Juſticia mea. Quare volo (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Ebor*. *xi*. die *Septembris* anno regni noſtri quinquageſſimo ſecundo.

Carta Regis Johannis *facta* Will. *Epiſc*. Lond. *& ſucceſſoribus ſuis de Advocatione præfata Abbathia*.

Carr. antiq. z. n. 32.

JOhannes Dei gratia Rex *Angliæ* &c. Sciatis nos, intuitu Dei, & ob reverentiam beati *Pauli*, dediſſe, conceſſiſſe & hâc Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Pauli London*. & venerabili patri noſtro, domino *Will*. *London*. Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis Advocationem Abbathiæ S. *Oſitha* de **Chiche**, & totum jus quod in ea habuimus, tam in cuſtodia ejuſdem Abbathiæ vacantis, quàm in electione ejuſdem Abbatis, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad hujuſmodi Advocationem pertinentibus. Quare volumus (&c.) Dat. per manum *Hugonis* de *Welles* Archidiaconi *Wellenſis*, apud *Eboracum xii*. die *Febr*. anno regni noſtri ſeptimo.

PRIORATUS

de **Ixworth** *in agro* Suffolcienſi

De fundatione ejuſdem, & progenie Fundatoris.

Ex Collect. S. Lo. Knivetton Arm.

G*Ilbertus Blundus*, veniens in Conqueſtu cum *Willielmo Baſtardo*, fundavit domum Conventualem beatæ *Mariæ* de **Ixworth**, in comitatu *Suffolciæ*, ordinis S. *Auguſtini*, propè Eccleſiam parochialem ejuſdem villæ, quæ proceſſu temporis deſtructa fuit per guerram. Habuit iſte *Gilbertus* in uxorem *Aliciam* de *Colchirke*, & procreavit *Gulielmum* filium ſuum.

Gulielmus filius, & ſucceſſor in hæreditate, duxit *Saram* de *Montecaniſio*, & reædificavit & reſtruxit domum prædictam, in loco ubi nunc ſita eſt **Eccleſia**.

Præfata *Sara* procreavit *Hubertum* filium ſuum. *Hubertus* ſuccedens in paternâ hæreditate, copulavit ſibi in uxorem *Agnetem* de *Inſula*, & ex eâ genuit *Gulielmum* filium ſuum. *Gulielmus*, patri ſuccedens, collocavit ſibi in uxorem *Ceciliam* de *Vere*, & procreavit *Gulielmum* filium ſuum, & duas filias; *Agnetem* & *Roiſiam*.

Gulielmus, patri ſuccedens, duxit in uxorem *Aliciam* de *Capell*, & fuit verus patronus Eccleſiæ prædictæ; & occiſus erat in prælio apud **Lewes**, ſine prole, filios ſororum ſuarum relinquens hæredes in Baroniâ ſuâ.

Agnes, prima ſororum & hæredum, nupta fuit *Gulielmo Criketot*, qui genuit ex eâ *Gulielmum* filium ſuum, & in Baroniâ prædictâ materno jure cohæredem. *Gulielmus Criktot* junior duxit in uxorem *Mariam* filiam *Gilberti Peche*, & procreavit filium ſuum *Gulielmum*. *Gulielmus Criktot* tertius duxit uxorem *Johannam* filiam *Gulielmi* de *Watevill*, & ex eâ genuit *Gulielmum Criktot*. *Gulielmus Criktot* quartus duxit in uxorem Iſabellam filiam *Johannis Bracebrigge*, & habuerunt exitum *Gulielmum Criktot*. *Gulielmus Criktot* quintus deſponſavit *Johannam* filiam *Thomæ Poyninges*, ex quâ duos filios, cum filiabus procreavit. *Gulielmus* hæres, mortuus ſine prole. *Edmundus*, natu ſecundus, Canonicus apud **Ixworth**. *Joanna* ſoror eorum Canonica apud **Campes**.

Roeſia, alia ſoror & cohæres prædicti *Gulielmi* domini *Blundi*, occiſi apud **Lewes**, ut ſuperiùs annotatur, nupta fuit *Roberto* de *Valoniis*, & *Robertus* filius eorum fuit hæres. *Robertus Valoines* junior duxit *Evam Criktot*, procreans ex eâ duas filias; viz. *Roeſiam* nuptam *Edmundo Pakenham* militi; qui procreavit *Edmundum Pakenham* militem, ſecundum; qui deſponſavit *Mariam* filiam *Johannis Comyn* de Scotiâ; &

genuit *Edmundum* & *Thomam*, qui obierunt ſine exitu. *Cecilia* deſponſata *Roberto Ufford*, ex quibus *Robertus* Comes *Suff.* Pater *Gulielmi* Comitis *Suff.* & *Margareta* & *Iſabella* uxoribus ejus nullam ſuſcepit prolem.

Gulielmus Pakenham miles, ſecundus filius *Edmundi Pakenham* militis, & *Roeſiæ* prædictæ & frater *Edmundi* poſterioris, ex *Cecilia* uxore ſuâ procreavit duos filios; ſcilicet *Ricardum* & *Thomam*. Iſte *Ricardus* habuit in uxorem dominam de *Aſſeld*, ſine exitu. Et *Thomas* frater ejus, ex *Alicia* uxore ſuâ, genuit *Theobaldum* & *Herveum*; fuit iſte *Herveus* Rector Eccleſiæ de **Bradwell**.

Theobaldus, ex *Margareta* uxore ſuâ, genuit *Johannem* & *Roeſiam*. Iſte *Johannes* copulavit ſibi in uxorem *Agnetem* filiam *Thomæ Saxhom* militis, & genuit ex eâ filiam, nomine *Margaretam*, nuptam *Gulielmo Bradwell* militi; qui ex eâ genuit filios, viz. *Johannem* & *Robertum*. Iſte *Johannes* nupſit *Iſabellam* filiam *Thomæ Barre* militis, & procreavit *Gulielmum* filium ſuum.

Iſte *Gulielmus* nupſit *Elizabetham* filiam *Thomæ Hethe*, de quâ procreavit *Margeriam* filiam ſuam, nuptam *Johanni Harleſton*, filio & hæredi *Johannis Harleſton*, qui nunc petit hæreditatem jure uxoris ſuæ.

PRIORATUS

de **Norton** in comitatu Ceſtriæ.

Carta Rogeri *Conſtabularii* Ceſtriæ, *Donationes anteceſſorum & aliorum, recitans & confirmans.*

Ex autographo in bibliotheca *Cottoniana.*

ARchiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, univerſis hæredibus & hominibus ſuis, omnibuſque ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, clericis & laicis, tam præſentibus, quàm futuris *Rogerus Conſtabularius Ceſtriæ* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, quod conceſſi & hac meâ præſenti Cartâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Nortona*, & Canonicis ibidem Deo regulariter ſervientibus, omnes donationes, conceſſiones & confirmationes, quas *Willielmus* filius *Nigelli*, Conſtabularius *Ceſtriæ*, & *Willielmus* Conſtabularius, junior filius prædicti *Willielmi*, & *Johannes* pater meus Conſtabularius *Ceſtriæ* prænominatæ Eccleſiæ & Canonicis de *Nortona* in puram, liberam & perpetuam elemoſinam fecerunt, & Cartis ſuis confirmaverunt; ſcilicet totam *Nortonam*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam de *Runcona*; & Eccleſiam de *Buddewrtha*, cum omnibus pertinentiis earum. Et Eccleſiam de *Radecliva* ſuper *Soram*, in **Notinchamſire**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & quartam partem molendinorum ejuſdem villæ, & decimas reliquarum trium partium. Et Eccleſiam de *Kneſhala*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & decimas molendinorum ejuſdem villæ; & decimam molendini de *Alretona*. Et Eccleſiam de *Dunintona* in *Leyceſtreſira*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & decimam molendini ejuſdem villæ. Et unam carrucatam terræ de dominio in eadem villa, & dimidiam carrucatam terræ juxta *Dunintonam*, quæ vocatur **Wabertoft**. Et Eccleſiam de *Burtona* in *Lyndeſeia*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam manſuram in eadem *Burtona*, quam *Rogerus* filius *Aluredi* prædictis Canonicis dedit pro anima *Lecelinæ* ſponſæ ſuæ, & aliam in *Derebi* quam idem *Rogerus* eis dedit pro anima *Maltildis* ſponſæ ſuæ.

Et Eccleſiam de *Piritona* in *Oxenfordeſira*, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum communitate exituum & paſcuorum omnium ad *Piritonam* pertinentium. Et monaſterium ſancti *Michaelis* in *Ceſtria*, cum una manſura in eadem civitate. Et totam Capellariam totius Conſtabulatus mei *Ceſtriæ*, tam ultra *Limam*, quam infra, plenariè & integrè, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et dimidiam *Suttonam* juxta *Ceſtriam*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum duabus partibus dominicarum decimarum ejuſdem dimidiæ *Suttonæ*. Et unam carrucatam terræ inter eandem *Suttonam*, & pontem de **Stanford**, quæ vocatur **Dunneſcroft**, cum prato quod vocatur **Witeker**, uſque ad prædictum pontem. Et duas bovatas terræ in *Staneia* cum duabus partibus dominicarum decimarum, & cum decima molendini ejuſdem villæ, & duas partes dominicarum decimarum in *Rabi*, & ſimiliter de *Barwa*, cum molendino ejuſdem villæ, & cum decima alterius molendini, quod pater meus *Johannes* poſtea fecit in aggere ejuſdem **Barwe**. Et molendinum de *Haltona*, quod eſt juxta Eccleſiam de *Runcona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum decimis aliorum molendinorum quæ prædictus pater meus poſtea fecit in territorio ipſius *Haltonæ*. Et duas bovatas terræ cum una manſura in eadem *Haltona*. Et dimidiam partem omnium piſcariarum quæ ad *Haltonam* pertinent. Et communitatem boſcorum & aquarum & paſcuorum ad *Haltonam* pertinentium, tam Canonicis, quàm hominibus ſuis. Et dimidiam partem totius piſcariæ meæ de *Thelwella*, cum una bovata terræ, & cum uno piſcatore in eadem villa. Et unam bovatam terræ in *Calvedona*.

Et duas partes dominicarum decimarum in **Staininghes**, ultra **Ribbel**. Et decimam partem redditus paſſagii de **Merſe** apud *Runconam*. Et dimidietatem dominicarum decimarum de **Widnes**. Et totam terram quam *Gilbertus Follis* tenuit, quæ eſt ante portam præfatorum Canonicorum, & unam culturam terræ, quæ vocatur **Rogereſcroft**, quæ eſt inter vivarium Canonicorum & nemus, quod vocatur **Eſtmor**. Concedo eciam prænominatis Canonicis ſingulis annis inperpetuum in aſſumptione beatæ *Mariæ* duos damos de parco meo de *Haltona*; & ut omnes dominici porci eorum ſint cum meis dominicis porcis in omnibus nemoribus meis & alibi ubicumque peſſonam ad meos dominicos porcos adquirere poſſum. Necnon & ea quæ prædictis Canonicis anteceſſoribus meis concedentibus & confirmantibus milites eorum dederunt, ſcilicet duas partes dominicarum decimarum de *Suttona*, ultra Merſe. Et unam bovatam terræ de dominio in Torbot, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et duas partes dominicarum decimarum de medietate villæ de *Warburtona* ſupra Merſe, quæ ad feudum meum pertinet. Et duas partes dominicarum decimarum de *Eſtona Rogeri* filii *Alwredi* & terciam partem decimæ piſcariarum, quæ ad eandem *Eſtonam* pertinent in Weure.

Et molendinum de *Mulintona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum una cultura terræ quæ vocatur Mulincroft, cum omnibus communitatibus & eiſiamentis, quæ ad eandem *Mulintonam* pertinent. Et molendinum de *Waletona*, cum omnibus pertinentiis ſuis; & unam culturam terræ inter *Weſtonam* & *Runconam*, quæ vocatur *Gorſtiacra*. Volo igitur, & ex corde concedo, ut ſæpedicti Canonici hæc omnia prædicta habeant & teneant in puram, liberam & perpetuam elemoſinam in boſco & plano, cum warenna, in pratis, in agris, in aquis, in paſcuis, in paſturis, ita liberè, ſolutè & quietè ab omni ſeculari ſervicio; & ut habeant plenariè Curiam ſuam, cum *ſoca* & *ſaca* & *infangantheſ*, & cum omnibus aliis libertatibus & liberis conſuetudinibus, ſicut ulla elemoſina concedi & dari meliùs & liberiùs debet aut poteſt. Hiis teſtibus. *Stephano* de *Muſchamps*, *Hugone* de *Duttona*, *Petro* de *Goincurt*, *Adam* de *Duttona*, *Ricardo* Capellano de *Haltona*, *Ricardo* Capellano de *Runcona*, *Hugone Diſpenſatore*, *Gaufrido Pincerna*, *Herberto* de *Waletona*, *Eitropio*, *Willielmo Venatore*, & multis aliis.

Carta Regis Edwardi *tertii Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 3 E. 3. n. 27. Vide etiam Pat. 22. H. 6. m. 25.

Rex *Archiepiſcopis &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam bonæ memoriæ domini* H. *quondam Regis* Angliæ *progenitoris noſtri, in hæc verba.* H. Dei gratia Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *And.* Archiepiſcopis (&c.) Salutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe in perpetuam elemoſinam Deo & Canonicis in *Nortona*, quicquid eis rationabiliter datum eſt; videlicet totum Manerium de *Nortona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, quod *Willielmus* Conſtabularius *Ceſtriæ* junior eis dedit in eſcambium pro ſeptem carucatis terræ, quas pater ejuſdem *Willielmi* antea dederat eis in elemoſinam. Et Eccleſiam de *Runcona*, & Eccleſiam de *Buddeſworda*, cum omnibus pertinentiis earum, & molendinum de Baron; & molendinum de *Haltona*; & duas bovatas terræ in *Haltona*, cum una manſura & dimidiam partem omnium piſcariarum, quæ ad *Haltonam* pertinent; & communitatem boſcorum & aquarum & paſcuorum ad *Haltonam* pertinentium, tam Canonicis quàm hominibus ſuis, & dimidiam partem tocius piſcariæ de *Thelewella*, cum una bovata terræ & cum uno piſcatore; & duas bovatas terræ quæ vocantur Widneſse, cum communitate boſcorum & paſcuorum ad *Appeltonam*, & ad *Kinerdeleiam* pertinentium, tam Canonicis, quàm hominibus ſuis; & duas partes dominicarum decimarum de Steininges; & duas partes dominicarum decimarum de Baron; & duas partes dominicarum decimarum de dimidia parte *Suttona*, juxta *Ceſtriam*.

Et duas partes dominicarum decimarum de *Staneia*; & duas partes dominicarum decimarum de Raby; & duas partes dominicarum decimarum de *Suttona*, ultra aquam Merſe. Et Eccleſiam de *Radecliva*, cum omnibus pertinentiis ſuis; & in eadem villa quartam partem molendinorum; & decimas reliquarum trium partium. Et Eccleſiam de *Cneſhala*, cum omnibus pertinentiis ſuis; & decimas molendinorum ejuſdem villæ; & decimam molendini de *Alretona*. Et Eccleſiam de *Dunintona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & decimam molendini ejuſdem villæ, & unam carucatam terræ de dominico in eadem villa, & dimidiam crucatam terræ juxta *Dunintonam*, quæ vocatur Wavertoft. Et Eccleſiam de *Burtona* in *Lyndeſſya*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam de *Pirintona*, cum omnibus pertinentiis ſuis; & unam manſuram in *Ceſtria*; & in eadem Civitate *Ceſtria* duas manſuras, quas ipſi emerunt; & dimidiam partem villæ quæ vocatur *Suttona*, juxta *Ceſtriam*, cum omnibus pertinentiis ſuis.

Et Monaſterium Sancti *Michaelis* in *Ceſtria*, cum una manſura in eadem Civitate, & cum duabus bovatis terræ in *Staneia*, & cum decima molendini ejuſdem villæ, & molendinum de *Waletona*; & unam culturam terræ inter *Weſtonam*, & *Runconam*, quæ vocatur *Gorſtiacra*; & de feodo *Warini* de *Vernon* duas bovatas terræ in Surnalethe. Et de feodo *Ceſtrenſis* Epiſcopi unam manſuram terræ extra portam civitatis *Ceſtriæ*; & de feodo *Roberti* de *Staffordâ* unam bovatam terræ in *Calveduna*. Quare volo (&c.) Teſtibus *T. Cantuar.* Archiepiſcopo, *Ric. Lond. Jocelino Sarum*, Epiſcopis, *R.* Comite *Cornubiæ* (&c.) apud *Warengefordam*. *Nos autem conceſſionem & confirmationem prædictas; Necnon donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas* Wronon Punterlinc *fecit per Cartam ſuam, Deo & prædictis Canonicis, de molendino de* Mulintona, *& una cultura terræ, quæ vocatur* Mulnecroft, *ante publicationem ſtatuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis editi. Ac donationem (&c.) quas* Hugo *de* Duttona, *filius* Hugonis *de* Dutton *fecit per Cartam ſuam prædictis Canonicis, de duobus ſolidis & octo denariis, de redditu de* Pulleſeia, *& quatuor ſolidis de terra* Johannis Diggor *de* Haultona; *& de maeremio de boſco de* Kekwic *ad molendinum eorum de* Kekwic *reparandum. Ac de terra de* Fredeſham *cum pertinentiis; & de terra de* Pulleſeya, *cum Capella & tota terra aſſartata; & paſtura ad ſexaginta animalia ibidem, ante publicationem ſtatuti ſupradicti, ut dicitur, ratas habentes & gratas, eas (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum noſtram apud* Glouc. xxx. *die* Auguſti.

Fundatorum progenies, & hiſtoria.

Ex Cod. MS. in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Cleopatræ* C. 3.] f. 332. b.

MEmorandum quod cum *Willielmo Baſtard*, quem ſanctus *Edwardus* Confeſſor, tanquam probiorem & propinquiorem conſanguineum ſuum, hæredem *Angliæ* aſſignaverat, venit quidam miles nomine *Hugo* in *Angliam*; cui idem *Willielmus* Rex poſtea dedit comitatum *Ceſtriæ*, adeo liberum ad Gladium ſuum, ſicut ipſe rex totam tenebat *Angliam* ad Coronam ſuam. Et cum iſto Comite *Hugone* venit quidam nobilis, nomine *Nigellus*; & cum iſto *Nigello* venerunt quinque fratres, videlicet, *Hudardus*, *Edwardus*, *Wolmerus*, *Horſwinus* & *Wolfanus*. Dictus verò *Hugo* Comes *Ceſtriæ* dedit præfato *Nigello* Baroniam de **Haulton**, ad quam pertinent *ix.* feoda militum & dimidium, & quarta pars unius feodi, & quinta pars unius, nomine Conſtabulariæ *Ceſtriæ*, & fecit eum Mareſcallum, & Conſtabularium ſuum; ita quandocumque dictus *Hugo* Comes exercitum moveret verſus *Walliam*, dictus *Nigellus* & hæredes ſui in eundo præcederent & in redeundo cum exercitu, ultimi remanerent. Et ob hanc cauſam dedit præfatus *Hugo* Comes prædicto *Nigello* duo feoda militum in **Englefeld**, circa **Rothelam**. Et illam terram tenuerunt præfatus *Nigellus* & hæredes ſui uſq; ad tempus *Rogeri Helle*.

Dedit etiam prædicto *Nigello* & hæredibus ſuis, de præda perquiſita in *Wallia*, omnia animalia diverſorum colorum, inter quatuor membra, cujuſcumque generis eſſent. Et iſta obtinuit prædictus *Nigellus*, & hæredes ſui hodie. Prænominatus *Hudardus* etiam fuit Seneſcallus dicti *Nigelli* Conſtabularii, & ei dedit *Nigellus* dominus ſuus omnes tauros venientes de *Wallia* in parte ſua, & latori vexilli ſui meliorem bovem; quæ omnia adhuc uſi ſunt cum aliqua expeditio movetur verſus *Walliam* per partes illas. Alias libertates autem dedit prædictus *Hugo* Comes *Nigello* prædicto, Conſtabulario ſuo; videlicet quod ſi aliquis hominum prædicti *Nigelli* furtum feciſſet vel aliquod aliud ſcelus perpetraſſet, utpote homicidium vel hujuſmodi, Seneſcallus dicti *Nigelli* de **Haulton**, liberè malefactorem caperet & duceret uſque ad Caſtrum de **Haulton**, ita quod ibi ſtaret judicio ſine diſturbatione prædicti Comitis vel ballivorum ejus; Etiam ita quod Seneſcallus vel ballivi de **Haulton**, ſi reum vellent dimittere, præſentarent eum ad tres Comitatus *Ceſtriæ*, & ad tercium eum liberum dimitterent, niſi eſſet aliquis vel aliqua proſequens adverſùs eum. Sed iſta libertas infirmata eſt tempore *Edwardi* Regis, filii regis *Henrici*, & *Henrici* de *Lacy* Comitis *Lincolniæ*, tunc domini de **Haulton**, & *Gunſelini* de *Badleſmere*, tunc Juſticiarii *Ceſtriæ*; ſcilicet anno gratiæ *M. CC. lxxv.*

Item hoſpitium prædicti *Nigelli* Conſtabularii, & hæredum ſuorum, erit proximum hoſpitio dicti Comitis, ita videlicet quod omnia quæ ad prædicti *Nigelli* opus erunt neceſſaria, emant miniſtri ſui ante omnes alios in civitate *Ceſtriæ*, niſi prænominati Comitis miniſtri prævenerint, ſine cujuſcumq; contradictione. Item unam libertatem dedit prædicto *Nigello* Comes antedictus, quam nulli Baronum **Ceſtreſchyre** concedere voluit; videlicet, quod ſi aliqua controverſia inter aliquos de feodo Conſtabulariæ movetur de diviſis, de ſerviciis vel de tenementis, Seneſcallus vel ballivus de **Haulton** in illo loco, ubi eſſet contentio, ſiſteret Curiam domini ſui, & per *xii.* fideles de Curia partibus conſentientibus faceret ſecundùm legem terræ tranſgreſſionem emendari, & amerciamenta indè provenientia ad opus Domini ſui perciperet. Præterea idem Comes dedit præfato *Nigello* Conſtabulario ſuo, le *Streteward* in nundinis *Ceſtriæ* & *Marketzell* in omni terra pertinente ad honorem de **Haulton**; & omnia animalia advenientia fugitiva, Gallicè *Weythe*, in toto Hundredo de **Halton**. Habebat etiam *Nigellus* idem de conceſſione dicti Comitis, attinctas de *xxiiii.* in Curia ſua juratas, & multa alia, quæ modo in Curia non permittitur de **Haulton**. Et has omnino libertates non habet aliquis Baronum **Ceſtreſhire**, niſi tantum hæres prædicti *Nigelli*. Cui etiam dedit idem Comes ſtallagium per totum Hundredum de **Halton**, & libertatem ſibi & hominibus ſuis de Hundredo de **Halton** liberè vendendi & emendi, tam in *Ceſtria*, quàm in Comitatu, & *Wycis*, ubi tunc non fuit lex ulla, omnia ſine *tol* & *ſtud*, præter ſal & equos. Et valent per annum le *Streteward*, & le *Marketzeld xviii. s.* & *ob.* Et illud *ob.* percipiet dominus de villula de **Merbury**. Stallagium autem valet per annum *xxx. s.* Tales igitur libertates pertinent ad Honorem de **Haulton**.

Iſte itaque *Nigellus* Conſtabularius, prænominato dedit *Hudardo* ſeneſcallo ſuo de **Haulton**, pro homagio & ſervicio ſuo, **Weſton**, & *magnam* **Aſton** cum pertinentiis ſuis, ſcilicet unum feodum militis. Et de iſto *Hudardo* venerunt omnes *Duttonienſes*. Dicto autem *Edwardo*, *Hudardi* prænominati germano, dedit idem *Nigellus* duas bovatas terræ in **Weſton**, quas modo tenent hæredes *Willielmi* filii *Ranulfi*. Aliis autem fratribus duobus *Hudardi*; ſcilicet *Wolmero* & *Horſwino*, dedit *Nigellus* Conſtabularius quandam terram in villa de **Runcorne**, quam nunc poſſident Prior & Conventus de **Norton**, ex dono ſcilicet *Willielmi* filii *Nigelli*. Quintus verò frater, ſcilicet *Wolfatus* fuit ſacerdos; & ipſi dedit Eccleſiam de **Runcorne** *Nigellus*, quam nunc habent in proprios uſus Canonici domus antedictæ de dono prædicti *Willielmi* filii *Nigelli*, qui domum dictorum Canonicorum fundavit primò apud **Runcorne**, ſcilicet anno gratiæ *MCxxxiii*. Et iſte *Willielmus* filius *Nigelli* fundator dictæ domus, obiit & ſepultus eſt apud *Ceſtriam*. Cui in hæreditate ſucceſſit filius ejus *Willielmus* junior, qui prædictis Canonicis dedit in excambium alias terras pro terra ſua de **Runcorne**, & aliis terris ſuis; ſcilicet ad *Northonam* villam transferendo Prioratum antedictum. Et iſte *Willielmus* obiit in *Normannia*, unde venerat avus ſuus, & non reliquit hæredem de corpore ſuo, ſed habuit duas ſorores, ſcilicet *Agnetem*

& *Matildem*, inter quas diviſa fuit hæreditatis honoris de **Haulton**. *Matildem* deſponſavit quidam miles *Euſtachius* nomine, qui fuit poſtea interfectus in *Wallia*. Et *Aubertus Grelly* duxit dictam *Agnetem* uxorem.

Euſtachius verò prædictus antequam interficeretur, cum dicta *Matilda* habuit filium, qui vocabatur *Ricardus*. Et iſte *Ricardus* duxit ſororem *Roberti* de *Lacy*, quæ vocabatur *Aubrey Lyſours*, de qua genuit duos filios, ſcilicet *Johannem* Conſtabularium, Fundatorem domus de **Stanlowe**, & fratrem *Robertum* Hoſpitalarium; & duas filias, ſcilicet *Saram* & *Abreyam*. *Sara* fuit data *Roberto* de *Aldeford*; altera vero, ſcilicet *Abreya*, data fuit *Henrico Beſet*. Et notandum quod *Aubreya* ſoror *Roberti* de *Lacy*, ex parte matris, & non ex parte patris, quia pater ejuſdem *Aubreyæ* fuit *Robertus* de *Lyſours*; ſucceſſit tamen dicto *Roberto* de *Lacy* in hæreditatem, quia ipſe nullum hæredem habuit de ſe genitum, nec alium tam propinquum undè & illa poſt mortem ipſius, utramque hæreditatem, ſcilicet de *Lacy* & de *Lyſours* occupavit. Dictus verò *Johannes* Conſtabularius, filius prædicti *Ricardi* & *Aubryæ*, duxit in uxorem *Aliciam* ſororem *Willielmi* de *Maundevyll*, de qua genuit *Rogerum* Conſtabularium, cognomento *Helle*, & alium filium nomine *Euſtachium*, & plures alios. Iſte eciam *Rogerus* habuit quendam fratrem, *Ricardum* nomine; cui dedit villam de *More*; & hic poſtmodum fuit leproſus, & ſepultus eſt in capitulo Canonicorum de **Northon**. Sed & iſte *Rogerus* Conſtabularius duxit uxorem *Matildem* de *Claro*, ſororem Theſaurarii *Eboracenſis* Eccleſiæ, de qua genuit *Johannem* Conſtabularium.

Tempore quoque illius *Rogeri* Conſtabularii, quidam Comes *Ceſtriæ*, *Ranulfus* nomine, exiit in *Walliam* cum exercitu ſuo; & contigit, quod deficiente exercitu, fugeret ad quoddam caſtellum, & ibi eſt à Wallenſibus obſeſſus. Quod audiens idem *Rogerus* Conſtabularius, qui non erat illa vice cum domino ſuo (nam remanſerat in *Ceſtria*) per nuncios idem Comes ei mandavit neceſſitate compulſus, quod quamtocius ei faceret ſuccurſum; qui accerſitis ſutoribus *Ceſtriæ* & hiſtrionibus, feſtinanter cum exercitu ſuo venit domino ſuo facere ſuccurſum. Wallenſes vero videntes multitudinem magnam venientem, relictâ obſidione fugerunt. Comes verò cum Conſtabulario ſuo, & exercitu ſuo exeuntes, pervenerunt ad *Ceſtriam*. Et propter hoc dedit Comes antedictus *Rogero* Conſtabulario dominationem & advocationem dictorum ſutorum & hiſtrionum. Conſtabularius verò retinuit ſibi & hæredibus ſuis dominationem ſutorum & hiſtrionum, dedit verò Seneſcallo ſuo, ſcilicet . . . . . ex hæredibus dicti *Hudardi*, quas libertates hæredes eorum tenuernnt uſque in præſentem diem. Iſte *Rogerus* moriebatur in feſto Sancti *Remigii*, anno gratiæ *MCCxi* & cum domina *Matilda* uxore ſua ſepultus eſt in choro Monachorum de loco benedicto de **Stanlowe**. Poſt mortem autem dicti *Rogeri*, *Johannes* Conſtabularius, filius ejus, duxit *Aleyſiam* filiam *Gilberti* de *Aquila* in uxorem. Quâ defunctâ & ſepultâ apud **Northon**, deſponſavit idem *Johannes* *Margaretam* filiam *Roberti* de Quenci Comitiſſam *Lincolniæ*, de qua genuit *Edmundum* de *Lacy* Conſtabularium *Ceſtriæ*, qui poſt mortem patris ſui *Johannis* prædicti Comitis etiam obiit ante matrem ſuam, poſtquàm genuerat *Henricum* de *Lacy* Comitem *Lincolniæ* ſecundum, ex parte matris, dè *Aleſia* filia Marchionis de *Saluces* in *Italia*; cognata Reginæ *Subaudienſium*, quam in juventute ſua duxerat uxorem. Mater verò ejuſdem *Edmundi* ſepulta eſt *Lundoniæ*, extra chorum Hoſpitalariorum de **Clerckenwell**, juxta *Robertum* patrem ſuum. Mater vero dictæ *Aleſiæ* uxoris *Edmundi*, mortuo Marchione de *Saluces* viro ſuo, deſponſata fuit *Memfredo* filio *Frederici* Imperatoris, qui genuit ex ea *Conſtanciam* uxorem *Petri* filii *Jacobi* Regis *Arragoniæ*.

Johannes eciam Conſtabularius & primus Comes *Lincolniæ* de illa progenie, & hoc per *Margaretam* uxorem ſuam, mortis exſolvit dèbitum in feſto beatæ *Magdalenæ* anno gratiæ *MCCxl*, ſepultaque eſt juxta *Rogerum Helle* patrem ſuum in Choro Monachorum in loco benedicto de **Stanlowe**. Poſt mortem autem dicti *Johannis* de *Lacy*, filius ejus *Edmundus* de *Lacy* Conſtabularius, & non Comes, vixit *xiii*. annis, & moriebatur anno gratiæ *MCCxlviii*. nonas *Junii*, & ſimiliter jacet apud locum benedictum, juxta patrem ſuum.

Prædicti *Edmundi* de *Lacy* Conſtabularii *Ceſtriæ* filius fuit & hæres, *Henricus* de *Lacy* ſecundus Comes *Lincolniæ* ex parte patris, cui Rex *Edwardus* dedit duo cantreda in *Wallia*, ſcilicet de *Roos* & de **Rotweignok**, pro ſervicio; ſcilicet anno Domini *MCClxxxii*. Et hujus *Henrici* de *Lacy* ſecundi Comitis *Lincolniæ* filius fuit *Edmundus* de *Lacy* junior, qui natus eſt de *Margareta* filia *Willielmi* de *Longeſpey*; cui rex *Edwardus* iſto anno dedit maritagium *Matildæ* puellæ quinquennis, filiæ & hæredis *Patricii* de *Chanworth*, quam genuit de filia *Willielmi* de *Bello Campo* Comitis de **Warwyk**, quam poſteá duxit uxorem *Hugo Diſpenſer*. Iſte itaque *Edmundus* dominus & filius *Henrici* dè *Lacy* ſtatim juvenis eſt defunctus, nullo poſt ſe relicto hærede dè corpore ſuo procreato. Dictus igitur *Henricus* Comes *Lincolniæ* de præfata *Margareta* uxore ſua genuit alium filium nomine *Johannem*, & filiam unam nomine *Aleſyam*; ſed *Johannes* iſte priuſquam annos nubiles attigiſſet, ſuper turrem quandam in caſtro de *Pontefracto* incautè diſcurrens, lapſus eſt ultra muros & in terram colliſus & confractus protinus expiravit, nullum poſt ſe ſui corporis relinquens hæredem.

Prædicta igitur *Aleſia*, filia & hæres dicti *Henrici* dè *Lacy*, *ix*. ætatis ſuæ anno, deſponſata fuit *Thomæ* de *Lancaſtria*, nepoti dicti *Edwardi* domini Regis, filio & hæredi *Edmundi* Comitis *Lancaſtriæ*, fratris ejuſdem domini Regis *Edwardi*; unde quia dictus Comes *Henricus* hæredem de corpore ſuo non habebat præter ipſam Aleiſiam filiam ſuam, idem Comes ad inſtantiam dicti domini Regis reddidit eidem domino Regi omnia Caſtella &

caſtra, dominia, terras, & tenementa cum pertinentiis, quæ habuit in comitatibus *Lancaſtriæ* & *Ceſtriæ*, & manerium de **Slaythurn** in **Bouland**, cum tota foreſta ejuſdem; & manerium de **Snayth** cum *ſoka* in comitatu *Eboracenſi*, manerium de **Kyngeſton** cum pertinentiis in comitatu **Dorſet**, & omnia alia terras & tenementa quæ *Aleſia* de *Lacy* mater dicti Comitis *Hen.* tenuit in dote de hæreditate ejuſdem Comitis in comitatu *Lancaſtriæ*. Quæ eciam omnia caſtra, dominia &c. idem dominus Rex ſtatim dedit & conceſſit dicto Comiti *Hen.* de *Lacy* & hæredibus de ſuo corpore procreatis. Ita tamen quod ſi idem *Henricus* ſine hæredibus vel hærede de ſuo corpore decederet, aut ſi hæredes illi ſine hæredibus de ſuis corporibus genitis morerentur, tunc omnia prædicta caſtra, dominia &c. cum pertinentiis integrè remanerent dicto *Edmundo* Comiti *Lancaſtriæ*, fratri Regis, & hæredibus imperpetuum, prout in Cartis indè factis pleniùs continetur. Et notandum quod dicta donatio ſive feoffatio fuit facta anno dicti Regis *Edwardi* regis, filii *Henrici xxii.* in feſto Apoſtolorum *Symonis* & *Judæ* apud *Weſtmonaſterium*. Poſt hæc igitur moritur dictus *Henricus* Comes *Lincolniæ* anno ætatis ſuæ *lx.* & anno regni Regis *Edwardi* tercio, & anno Domini *MCCCx.* in feſto ſanctæ *Agathæ* virginis; ſucceſſitque ei in dominio omnium terrarum ſuarum dictus *Thomas* Comes *Lancaſtriæ*, qui deſponſaverat *Aleiſiam* filiam & hæredem prædicti *Henrici*, ut dictum eſt. Et ſic idem *Thomas* hæreditatem illam unà cum hæreditate patris ſui tenuit & pacificè occupavit, donec poſtea diabolo machinante, diſcordia quædam & contentio inpacabilis inter dictum dominum Regem *Edwardum* filium regis *Edwardi*, & ipſum *Thomam* ſuſcitata, quâ diſſenſione indies excreſcente, tandem dictus dominus Rex cum exercitu magno & vexillo erecto præfatum Comitem *Thomam* manu armatâ invaſit & hoſtiliter comprehendit, ac tandem comprehenſum decollari fecit anno gratiæ *MCCCxxi*, alios eciam dominos & magnates dicto Comiti adhærentes cum eodem deprehenſos, tanquam proditoris adjudicari fecit & ſuſpendio tradi, hæreditateſque dictorum Comitis & magnatum ſeiſiri fecit tanquam proditoriè forisfactas.

Poſt mortem dicti Comitis *Thomæ* præfata *Aleſia* uxor ejus, quæ multis ante diebus ab eodem fuerat repudiata, ſtatim adhæſit cuidam *Ebuloni* le *Strange*, ſibi ut dicebatur prius familiari & dilecto; eidemque matrimonialiter eſt conjuncta; unde Dominus Rex offenſus, quia maritum acceperat abſque aſſenſu ſuo, cum per Statutum tenetur expreſſè, quod Domina quæ de domino Rege in Capite tenet, non debeat ſe ſine Regis licentia maritare, ſeiſiri fecit in manum ſuam quicquid ipſa habuit aut habere poſſit de hæreditate patris ſui aut aliàs, donec finem cum Rege juxta ſuum beneplacitum faceret pro delicto. De quo fine cum dicto domino Rege non potuit convenire; quouſque ſibi & hæredibus ſuis conceſſiſſet & reddidiſſet omnia terras & dominia cum pertinentiis, quæ fuerant de hæreditate dicti Comitis *Henrici* patris ſui in comitatibus *Lancaſtriæ*, *Ceſtriæ* & *Eboraci*, & domino le *Spenſer Hugoni* Caſtrum & dominium de **Denbegh** in *Wallia*, & caſtrum de **Bolynbrok** cum pertinentiis, & cum omnibus aliis terris ſuis in comitatu *Lincolniæ*, & in regno alibi terras multas. Unde poſt hujuſmodi donationes nimis prodigas, viz. dictæ *Aleſiæ* Comitiſſæ remanſerunt terræ & redditus ad valorem trium mille marcharum, cum tamen hæreditas prædicti patris ejus, quæ ad eam pertinuit ut hæredem, valuiſſet de bona extenta pluſquam decies mille marchas.

Interim autem dictus dominus *Edwardus* Rex filius Regis *Edwardi*, propter tirannidem quam erga præfatum *Thomam* Comitem & alios ejus complices pares Regni exercuerat, ut eſt dictum; necnon propter perſecutionem quam intulit dominæ *Iſabellæ* uxori ſuæ Reginæ & *Edwardo* filio ſuo primogenito, ab honore regali deponitur, & à Regno anno ætatis ſuæ *xlii.* & Regni ſui *xx.* & anno gratiæ *MCCCxxvi.* ac poſtmodum per commune Conſilium & decretum totius Regni carcerali cuſtodiæ eſt commiſſus. Unde ſubſequenter eodem anno apud caſtrum de **Barkeley**, ubi fuerat tunc detentus perfidioſè per ſuos æmulos eſt occiſus, & filius ejus *Edwardus* in Regem apud *Weſtmonaſterium* coronatur in die *Converſionis* ſancti *Pauli* proximo tunc ſequenti; anno ſcilicet gratiæ *MCCCxxvi.* Poſtquam quidem coronationem Parliamentum generale *Londoniis* celebrabatur, in quo Parliamento expoſita crudelitate dicti Regis depoſiti ac tirannide quam exercuit contra dictum *Thomam* Comitem *Lancaſtriæ* & alios Regni magnates, ipſos tanquam proditores abſque proceſſu juridico decernendo, mortique turpiſſimæ condempnando, & eorum hæreditates tanquam eſcaetam nequiter uſurpando, convictiſque erroribus habitis in hac parte, conſideratum fuit per Dominum Regem & totum conſilium Parliamenti ſui, quod hæredes dicti Comitis *Lancaſtriæ* & aliorum dominorum complicium ſuorum, hæreditates ſuas per dictam forisfacturam temerariam, ut præmittitur, uſurpatas, recuperarent & integrè rehaberent. Inter quos dominus *Henricus* frater & hæres dicti *Thomæ* Comitis *Lancaſtriæ* recuperavit duos comitatus, ſcilicet *Lancaſtriam* & *Leyceſtriam*, & alias terras multas, quæ fuerant patris ſui *Edmundi* Comitis *Lancaſtriæ*, & dicti *Thomæ* fratris ſui; ac eaſdem terras habuit & tenuit uſque ad diem ſuæ mortis, qui fuerat Sanctorum *Mauricii* ſociorumque ejus anno gratiæ . . . Quo defuncto, ſucceſſit ei in hæreditatem *Henricus* filius ejus & hæres; cui dominus rex prius donaverat comitatum de **Derbeye**. Iſte quidem *Henricus* Comes de **Derbeye**, de *Lancaſtria* & *Leyceſtria*, tempore quo dictus pater ejus ab hac vita deceſſit, in *Vaſconia* cum exercitu Domini Regis *Angliæ* morabatur, *Johannem*que de *Francia* & alios invaſores inimicos Regis *Angliæ* domini ſui viriliter expugnando, & jura Regni ſtrenuiſſimè proſequendo.

Poſt hæc autem dum regina *Angliæ Iſabella*, mater domini Regis *Edwardi*, tercii poſt conqueſtum *Angliæ* terras & dominium de

Blakburnſhire, & de **Bouland**, ex conceſſione Domini Regis filii ſui teneret, prout eciam perantea multis annis; quæ quidem dominium & terras dicta *Aleiſia* Comitiſſa *Lincolniæ*, filia & hæres *Henrici* de *Lacy* Comitis antedicti domino Regi & hæredibus ſuis priùs conceſſerat, ut ſuperiùs eſt expreſſum. Moritur dicta *Aleiſia* anno ætatis ſuæ 67. & anno gratiæ 1348. circa feſtum Sancti *Mathei* Apoſtoli & Evangeliſtæ; & ſepulta eſt in Eccleſia Canonicorum de **Berlyng**, juxta corpus *Ebulonis* mariti ſui; nec reliquit poſt ſe hæredem aliquem de ſuo corpore procreatum; ſed in ejus morte ſanguis & hæreditaria ſucceſſio ultima progeniei de *Lacy* (pro dolor) terminatur. Unde poſt ejuſdem *Aleiſia* deceſſum dictus *Henricus* filius *Henrici* de *Lancaſtria* in terris de **Blakburnſhire**, **Rachdale**, **Tottyngton**, **Penwortham**, in comitatu *Lancaſtriæ*, & dominio de **Halton** in comitatu *Ceſtriæ*; ac in dominiis de **Bouland**, & **Snathe**, in comitatu *Eboracenſi*, & in multis terris & locis alibi infra regnum juxta formam ſupradictam redditionis & conceſſionis factarum per dictum *Henricum* de *Lacy*, & per dominum Regem *Edwardum* filium Regis *Henrici*, ut ſuperius dictum erat, ſeiſinam accepit, videlicet *vii.* die *Novembris*. Et ſic hæreditas dominorum de *Lacy* in comitatu *Eboracenſi*, *Lincolnenſi*, *Lancaſtrenſi*, & *Ceſtrenſi*, & in pluribus aliis locis regni à nomine, poſteritate dominorum de *Lacy*, uſque ad hæredes *Edmundi* Comitis *Lancaſtriæ* prædicti, eſt finaliter jam tranſlata, tempore videlicet *Edwardi* Regis tercii poſt conqueſtum, & anno regni ſui *viceſimo ſecundo*.

ABBATIA

de Novo Burgo *in agro* Eboracenſi.

Carta Fundationis ejuſdem.

Ex autogr. penès *Thomam* dominum *Faucunbrig* 12. Aug. 1638. Videſis Pat. 18. E 3. p. 1. m. 19. Et. Pat. 13. R. 2. p. 2. m. 20. Et Pat. 18. E. 4. p. 1. m. 19.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Rogerus* de *Molbray* ſalutem. Notum ſit vobis, me dediſſe, & conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Novo-Burgo*, Canonicisq; ibidem Deo ſervientibus, ipſum locum, in quo Abbathia eorum fundata eſt, & totam terram quæ eſt ad Orientalem partem de **Cukewald**, ultra vivarium. Eccleſiam Sanctæ *Mariæ* de **Hode**, cum terra, & boſco de ſubproximis montibus, ſicut Monachi *Bellelandenſes* eam priùs habuerunt. Eccleſiam de **Cukewald**, cum novem bovatis terræ, & toſtis, & croſtis in eadem villa; & cum Capellis ad ipſam pertinentibus Eccleſiam, videlicet, de *Kilburna*, cum una carucata terræ, & quibuſdam ſartis, quæ ſartaverunt homines ipſius Eccleſiæ. Capellam de **Thurkilby**, cum tribus bovatis terræ cum quibuſdam toſtis & croſtis. Capellam in *Siltona*, cum duabus bovatis terræ. Eccleſiam de **Treſc**, cum una carucata terræ in eadem villa; & toſtis, & croſtis in eodem Burgo, cum Capella *Sancti Jacobi*, cum duabus bovatis terræ in ipſa villa, & duobus toſtis in Burgo, unam etiam Carucatam terræ in **Treſc** quam *Bartholomeus Gigator* tenuit, cum toſtis & croſtis ad eandem pertinentibus.

Item concedo eis, & hominibus illorum, qui in Burgo de *Treſc* manent, omnes libertates & quietancias, quas Burgenſes mei in ipſo Burgo habent, emendi, & vendendi, in foro, & extra forum, ut nec Tollonium, nec Stallagium reddant, unam bovatam terræ in **Treſc**, quæ fuit *Willielmi* filii *Kutelli*, quam habent in eſcambium pro una bovatâ terræ in *Coltona*. Et unum toſtum in **Treſc** juxta Barram verſùs *Killeventonam*, inter domum *Roberti Colus*, & domum *Humfridi*. Aliud etiam toſtum inter toſtum *Heliæ* filii *Elwini*, & toſtum *Willielmi* filii *Roberti*. Inſulam etiam de **Treſc**, quæ fuit *Richardi* Sacerdotis, & bovatam terræ cum toſto, & croſto, quam idem *Richardus* tenuit. Et toſtum illud quod fuit *Baſiliæ*. Eccleſiam de **Honingham**, cum una carucata terræ, & toſtis & croſtis, & manſis ad ipſam Eccleſiam pertinentibus; & unâ culturâ in valle; & cum Capella de *Fritona*. Præterea etiam unam carucatam terræ in **Honingham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, duas etiam bovatas terræ apud *Sartum*, quas habent de donatione *Radulphi* de *Belvario*. Item quinque acras terræ de territorio de **Baggeby** juxta viam, quæ vadit verſùs Sanctum *Fælicem*, Eccleſiam de **Welleburne**, cum ſex bovatis terræ; & vallem ubi ipſa Eccleſia ſedet, cum Capella de **Wimbelton**, cui duæ bovatæ terræ adjacent.

Eccleſiam de **Kirkby** in **Ridale**, cum unâ carucatâ terræ, & toſtis & croſtis in eadem villa. Eccleſiam de **Kirkby** juxta pontem de *Burgo*, cum unâ carucatâ terræ; & cum Capella de *Burtona*, Eccleſiam de *Cundala*, cum decem bovatis terræ in ipſa villa. Quæcunque etiam prædictis Canonicis meis, a liberis hominibus feudi mei collata ſunt rationabiliter, & conferenda, præſentis ſcripti teſtimonio confirmo, & immobiliter ſtatuo tenenda, & poſſidenda, à ſupradicta Eccleſia, jure perpetuo, quieta de Homagio, Secta Curiæ, forinſeco ſervitio, & omnibus aliis ſervitiis ſecularibus, & demandis, benè & quietè liberè & honorificè, ſicut juſtam & legitimam elemoſinam meam. Hiis Teſtibus *Roberto* de *Moubray*, patruo meo, *Philippo* de *Moubray* fratre meo; *Roberto* de *Moubray* fratre meo *Rogero* de *Daivilla* Seneſchallo; *Hugone Patric*, *Rogero* de Fontibus, *Willielmo* de *Buſci*, *Roberto Trihamtun*, *Hugone* filio *Willelmi*, *Samſone* Clerico de **Paſtham**; Benedictæ Clerico Decani *Ebor*.

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis *Willielmus* de *Molbrai* ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe & præſentis Cartæ teſtimonio confirmâſſe Deo, & *Sanctæ Mariæ* de

Novo Burgo, Canoniciſq; ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes *Rogeri* de *Molbray*, avi mei; & *Nigelli* de *Molbray* patris mei, ſicut Cartæ eorum teſtantur; videlicet, in Eccleſiis, & terris, cæteriſq; poſſeſſionibus; ipſum locum in quo Abbatia eorum fundata eſt, & totam terram, quæ eſt ad orientalem partem **Cukewald**, ultra vivarium, & totum montem, qui vocatur **Brinc**, cum tota circumjacente terra, ſicut à circumfluentibus includitur rivulis, & totum pratum quod contiguum eſt rivulo, qui **Holebec** dicitur; & totum **Wyteker**, quod à prædicto monte **Brinc** incipit, & per viam quæ ducit de **Amplileford** extenditur, uſq; ad **Pilethait**; & inde uſque ad **Wlnethait**; & totum **Wlnethait**, ſicut includitur per magnum ductum, uſque ad **Oredalebec**, & inde uſque ad rivulum, qui currit per medium **Turſeden**.

Totam etiam terram, ſicut magna ſtrata includit, quæ vadit per medium **Turſeden**, uſq; ad diviſas de **Huſthwait**; & ſic per tranſverſum uſq; **Sunnecliffe**; & ita per magnam viam, ſicut deſcenditur verſùs **Cukewald**. Et culturam unam quæ dicitur **Sybbecroft**. Eccleſiam Sanctæ *Mariæ* de **Hode**; cum terra, & boſco de ſub proximis montibus, ſicut Monachi *Bellelandenſes* eam prius habuerunt; videlicet, à quodam rivulo inter *Angoteby*, & **Hode**; & ſic per medium montem, uſque ad prominentem rupem **Rauſtain**, Eccleſiam de **Cukewald** cum novem bovatis terræ in eadem villa, & cum Capella ad ipſam pertinentibus Eccleſiam, viz. Capella de *Killeburna*, cum unâ carucatâ terræ, in ipſa villâ, & quibuſdam ſartis, quæ ſartaverunt homines ipſius Eccl. Capella in **Turkillebi**, cum tribus bovatis terræ: Capella in *Siltona*, cum duabus bovatis terræ: Eccl. de **Treſc**, cum una carucatâ terræ in eadem villa, & quibuſdam toſtis in eodem Burgo, cum Capella *Sancti Jacobi*, cum duabus bovatis terræ in ipſa villa, & duobus toſtis in *Burgo*. Eccleſiam de **Kirkbi** juxta pontem de *Burgo*, cum unâ carucatâ terræ & cum Capella de *Burtona*: Eccleſiam de *Cundala* cum decem bovatis terræ in ipſa villa.

Eccleſiam de **Honingham**, cum una carucata terræ in ipſa villa, & una cultura in valle; & cum Capella de **Tiritona**. Eccleſiam de **Welleburne**, cum ſex bovatis terræ, & vallem ubi ipſa Eccleſia ſedet, cum Capella de **Wimbeltun**, cui duæ bovatæ terræ adjacent. Eccleſiam de **Kirkby** in **Rydale**, cum unâ carucatâ terræ. Eccleſiam de **Maſham**. Eccleſiam de **Maleſart**. Eccleſiam de **Landeford**. Eccleſiam de **Harai**. Eccleſiam de *Anſtona*. Eccleſiam de **Eppeworth**, Eccleſiam de *Beltona*, cum terris, & decimis, & omnibus aliis rebus ad ipſas Eccleſias pertinentibus. Eccleſiam de *Braſtertona* ex donatione *Henrici* de *Riparia*, unam bovatam terræ in *Ulveſtona*, cum toſto ſuo: Dimidiam carucatam terræ in **Cane**, quam tenuit *Gregorius*, cum uno toſto prati, unam carucatam terræ in **Treſc**, quam *Bartholomeus Gigator* tenuit. Duas etiam bovatas terræ in **Maleſart**, quas *Wigot* tenuit, & toſtum unum? Has bovatas cum toſto dederunt Monachi *Bellelandenſes* Canonicis, in eſcambium de **Graſlint**. Decimas Molendinorum omnium quæcunq; adjacent Parochiis prædictarum Eccleſiarum. Decimam etiam Molendini in **Treſc**, ad Aquilonalem partem ipſius villæ. annuatim reddendam, ab ipſo qui Molendinum tenuit, Item concedo eis Decimas omnium Furnorum in *Treſc*, & de hominibus illorum qui in burgo de *Treſc* manent.

Omnes libertates & quietancias, quas Burgenſes mei in ipſo burgo habent, emendi, & vendendi in foro & extra forum, ut nec Tolnetum, nec ſtallagium reddant. Præterea etiam unam carucatam terræ in **Honingham**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Duas etiam bovatas terræ apud *Sartum*, quas habent de donatione *Radulphi* de *Balverio*; Quatuor etiam bovatas terræ in **Brandeſby**, cum paſtura, & ceteris aiſiamentis in eadem villa, ſicut Carta *Henrici* de *Riparia* teſtatur, unam etiam bovatam in *Treſc*, quæ fuit *Willielmi* filii *Ketelli*, quam habent in Eſcambium pro bovata terræ in *Coltona*; Item quinq; acras terræ de territorio de **Baggeby**, juxta viam quæ vadit verſùs *Sanctum Falicem*; Et unum toſtum in **Treſc** juxta Barram verſùs *Kilvingtonam*, inter domum *Roberti. Colus*, & domum *Hunfridi*. Aliud etiam toſtum, inter toſtum *Holiæ* filii *Elwini*, & toſtum *Willielmi Roberti* filii. Inſulam etiam de **Treſc**, quæ fuit *Richardi* ſacerdotis, & bovatam terræ cum toſto, quam idem *Richardus* tenuit, & toſtum illud, quod fuit *Baſiliæ*, cum libertate viæ, quæ de ipſa Inſula vadit ad villam, ratam etiam habeo, & præſenti ſcripto confirmo.

Donationem illam, quam eiſdem Canonicis fecit avus meus, & Pater meus Cartâ ſuâ confirmavit, totam ſcilicet; terram cum nemore; ſicut **Keldekec** cadit in **Keſebec**, contra obviando **Keteleſmore**, uſq; **Ranthemire**, cum tota **Ranthemire**; Et inde aſcendendo uſq; **Keteleſmore** & in tranſverſum uſq; **Rantheau**, qui eſt ſuper moram, & de **Rantheau** iterum in **Keſebec**, ſalvo uno exitu viginti perticatum de latitudine, quem homines de **Maleſart**, & de **Torp** habebunt ad averia ſua uſq; ad Moram: Pratum etiam illud quod Pater meus eiſdem Canonicis dedit, quod fuit *Auguſtini Athletæ* & liberum exitum hominibus, & averiis ſuis de manſionibus illorum ad villam de **Maleſart**. Tres etiam acras terræ ex auſtrali parte de **Keldebec** contra antiqua ædificia ſua.

Hæc omnia conceſſi & præſenti Cartâ confirmavi prædictis Canonicis meis in liberam & perpetuam elemoſinam, cum plenatia paſtura animalibus ſuis, in territorio de **Maleſart** commorantibus, per totam Foreſtam meam, tam in boſco quàm in mora; & ut quieti ſint de paunagio reddendo. Quæcunq; etiam de prædictis Canonicis meis, à liberis hominibus feudi mei collata ſunt rationabiliter, & conferenda, præſentis ſcripti teſtimonio confirmo. Concedo etiam eis quinq; ſolidos in alio Molendino de **Treſc**, quatuor ſcilicet pro acquietatione **Graſlint**, & duodecem denarios pro acquietatione ſarti *Willielmi* filii *Acce*, Hos quinq; ſolidos annuatim recipient ab eo qui Molendinum tenuerit, exceptâ marcâ unâ, quam annuatim ab eodem, pro decimâ ſuâ, recipient. Concedo etiam eiſdem in liberam, puram & perpetuam elemoſinam viginti ſolidos in molendino de **Maleſart**, annuatim eis reddendos. Hanc autem redditum ſæpedictis Canonicis annuatim reddet quicunq; præfatum molendinum tenuerit: Hiis Teſtibus, *Roberto* de *Mubray*, patruo meo, *Philippo* de *Mubray*, fratre meo, *Roberto* de *Mubray*, fratre meo, *Rogero* de *Daivilla* Seneſchaldo; *Hugone Patric*, *Rogero* de *Fontibus*, *Willielmo* de *Buſcy*, *Roberto* de *Trihamton*, *Hugone* filio *Willielmi*, *Samſone* Clerico de *Maſham*, *Benedicto* Clerico Decani *Eborum*.

Carta Rogeri *de* Mowbray *de Eccleſiis de* **Maſſam, Maleſart** *&c.*

Ex autog. in turri S. *Mariæ Ebor.*

UNiverſis Eccleſiæ filiis, *Rogerus* de *Mowbray* ſalutem. Notum vobis facio, me conceſſiſſe & dediſſe & præſentis Cartæ teſtimonio confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* & Canonicis de *Novo-burgo* in perpetuam elemoſinam, pro animabus patris mei & matris meæ, Eccleſiam de **Maſſam**, & Eccleſiam de **Maleſart**, & Eccleſiam de **Landeford**, & Eccleſiam de **Harci**, & Eccleſiam de *Ouſtona*, & Eccleſiam de *Appewrda*, & Eccleſiam de *Beltona*, cum terris & decimis & omnibus ad ipſas pertinentibus. Aſſentiente pariter & donante *Sampſone* de *Albeneio*, cui *Nigellus* Pater meus eas antea donaverat: Hiis teſtibus, *Rogero* Abbate de **Bellalanda**, *Samſone* de *Albeneio*, *Rogero* de *Condeio*, *Hugone* ſacerdote, *Ricardo* Clerico de **Maleſart**, *Rogero* de *Flamwill*, *Olivero* de *Buſcy*, *Roberto* de *Daivil*, *Willielmo* de *Withvill*; *Willielmo* de *Crockelaio*.

Carta Sanſonis *de* Albineio, *de diverſis Eccleſiis infra Inſulam de* **Axholme**, *& alibi.*

Ibid.

OMnibus Eccleſiæ filiis S. de *Albinneio* ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe & dediſſe in elemoſinam *Auguſtino* Priori Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Neuburgo*, & ſucceſſoribus ejus, & fratribus in eadem Eccleſia imperpetuum ſubſtituendis, *Eccleſiam* de *Haxeia*, & Eccleſiam de *Ouſtuna*, & Eccleſiam de *Apewrdi*; & Eccleſiam de *Beltona*, & Eccleſiam de **Landeford**, & Eccleſiam de **Maſſam**, & Eccleſiam de **Maleſart**, cum terris & decimis & omnibus eiſdem adjacentibus, pro anima *Nigelli* de *Albineio* & antecesſorum meorum. Hanc donationem feci in hunc modum, quod ego ipſas Eccleſias tenebo liberè & quietè dum in laicali habitu vivere voluero, & poſtquam ego habitum mutavero, aut ex hac vita deceſſero, *Rogerus* filius meus tenebit quatuor Eccleſias de Inſula, & quintam de **Landeford**, pro quinq; marcis annuatim reddendis Priori de *Neuburgo*; Eccleſiam verò de **Maſſam** tenebit de Eccleſia de *Neuburgo* liberam & quietam ex omni exactione; Eccleſiam quoq; de **Maleſart** tenebit ipſe de Priore, & *Ricardus* de ipſo ſicut de me tenuit, liberam, ſolutam & quietam. Et poſt deceſſum *Ricardi*, vel poſt mutationem vitæ ejus, frater ejus *Uchtredus* eodem modo tenebit eam. Prædictus autem *Ricardus* habebit in cuſtodia eundem *Rogerum* puerum cum Eccleſia de **Maſſam**, & de ipſa Eccleſia providebit puero neceſſaria per conſilium & conſiderationem Prioris. Alias verò quinq; Eccleſias habebit Prior ſub tutela ſua, & inde providebit puero neceſſaria per conſilium *Ricardi*, donec ad talem ætatem venerit, ut ipſe ſibi & ſuis providere noverit & prædictas Eccleſias tenere & regere. Si ante obitum meum puer obierit, poſt deceſſum meum ipſæ Eccleſiæ liberæ & quietæ remanebunt Eccleſiæ de *Neuburgo*. Hæc donatio facta eſt in præſentia Prioris *Berlentonæ*, & Capituli ejuſdem Eccleſiæ, per conſilium ejuſdem *Bernardi* Prioris *Barlentonæ*, præſente *Auguſtino* Priore *Neuburgi*, & hanc actionem concedente.

Carta Rogeri *de* Moubray *de Eccleſia S.* Andreæ *in* Eboraco.

UNiverſis Sanctæ Eccleſiæ filiis, *Rogerus* de *Moubray* ſalutem. Notum ſit, tam præſentibus, quàm futuris, me conceſſiſſe & dediſſe in perpetuam elemoſinam, pro anima patris mei *Nigelli*, & matris meæ *Gundredæ*; & pro ſalute mea, & uxoris meæ *Adeliz*, Deo & Sanctæ *Mariæ* de Inſula deſubtus **Hode**, & *Auguſtino* Priori, & Canonicis ibidem regulariter Deo ſubſtitutis, & ſubſtituendis imperpetuum, Eccleſiam S. *Andreæ* in *Eboraco*, quæ eſt ultra foſſam in *Fiſchergata*, cum omnibus ad ipſam pertinentibus, & cum manſura una quæ fuit *Turſtini* de *Munfort*, & hominem in ipſa manentem, nomine *Thorbrand*. Hiis Teſtibus, *Willielmo* Decano & Capitulo S. *Petri Eboraci*, *Samſone* de *Albaneio*, *Helia* de *Sancto Martino*, *Roberto Multalent*, *Radulfo* de *Withvilla*, & *Willielmo* fratre ſuo, *Richardo* Pincerna.

Ibid.

Progenies Moubraiorum, *hujus Abbatiæ Fundatorum.*

Ex MS. Cod. in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *Cleopatræ* C. 3.] f. 301. a. Videſis etiam Regiſt. de *Fontibus* f. 152. a.

TEmpore *Willielmi* Conqueſtoris erat quidam magnus Dominus in *Anglia*, vocatus *Robertus* de *Mowbray*, cui idem *Willielmus* Rex dedit comitatum *Northumbriæ*, cum multis variis dotibus. Poſt deceſſum *Willielmi* Conqueſtoris, regnante *Willielmo Rupho* filio ejus, anno regni ſui nono & anno Domini, 1088. conſurrexit contra Regem *Willielmum* ille *Robertus*, cum quibuſdam aliis magnatibus *Angliæ*, pro juſta querela matris noſtræ Eccleſiæ, videlicet pro alienatione & exulatione beati *Anſelmi Cantuarienſis* Archiepiſcopi, & octogeſimarum domorum Religioſorum deſtructione, ut ſuam ampliaret foreſtam; Unde *Willielmus Rufus*, cum exercitu magno, ipſum ſcilicet *Robertum* de *Mobray*, & ſuos apud **Bamburgh** cepit & duxit apud **Windſor**, ibidem ipſum cum aliis decollari mandavit, ac Comitatum *Northumbriæ* & *Notinghamiæ* ac Domini marcialis, & omnes terras & poſſeſſiones ejuſdem *Roberti* de *Mowbray* in manus ſuas ſeiſivit, ac omnem ejus progeniem exhæredavit; Et ſic pro amore Eccleſiæ Dei innocens vitam finivit. Cujus animæ propitietur Deus.

Tempore Regis *Henrici* primi, filii Conqueſtoris, erat quidam juvenis de familia Regis, *Nygellus* de *Albeneye* nomine, portans arcum Regis, cujus fratres fuerunt duo milites ſtrenui viri, de curia ipſius Regis, videlicet Comes de *Clara* & Comes de *Arundell*, qui originem duxerunt de parentibus non infimis in *Normannia*. Ex parte matris de *Mowbray* erat ille *Nigellus*. Qui cum miles factus fuiſſet ipſe *Nigellus* & armis militaribus per Regem inſignitus, dedit ei Rex villam de **Egmanton**, cum parcis variis in foreſta ſua de **Sharwode**, quam villam poſt modicum tempus idem *Nigellus* dedit cuidam amico ſuo ſpeciali *Roberto Davil* nomine. Cum autem Rex factum ſuum approbâſſet & audiſſet victorioſiſſima ejus prælia, feoffavit eum Rex *Henricus* de Wavaſaria Domini de *Camvile*, & de Wavaſaria Domini de *Wyvil*. Cum verò commiſſum fuit bellum inter Regem *Henricum* & *Robertum Curtoſſe*, qui fuit Dux *Normanniæ* frater prædicti Regis *Henrici* apud **Tenghebray** in *Normannia*, quia dictus *Robertus*. voluit in Regem *Angliæ* coronari, ſtatuit ſecum *Robertus* præliari, & dictus *Nigellus* de *Albaneyo* dextrarium ipſius *Roberti* occidit, & ipſum *Robertum Curthoſſe* Regi *Henrico* duxit. Tunc autem Rex dedit eidem *Nigello* totam terram *Roberti Baronis* de *Fronte bovis*, ſcilicet **Stutfeld** in *Anglia*, quod ſe converteret ad *Robertum Curthoſſe* contra ſuum Regem, quaſi falſus proditor. Illo autem tempore per conſilium Regis *Henrici* filii Conqueſtoris, idem *Nigellus* cepit in uxorem *Gunredam* filiam Domini *Hugonis* de *Gurnay* in *Normannia*. Dum autem obſediſſet quoddam Caſtellum in tranſmarinis partibus in *Normannia*, idem Dominus *Nigellus* de *Albaneyo* primus intrans cepit, & Regi reddidit. Tunc appoſuit Rex eum ditare amplius, & dedit ei totam terram prædicti *Roberti* de *Molbray* in *Normannia* & in *Anglia*, cum omnibus pertinentiis, qui *Robertus* fuit Comes de Northumbria, & ſtatim feoffavit eum de omnibus caſtellis & de Bajocis ac cum ſuis omnibus pertinentiis. Habuit tunc *Nigellus* milites feoffatos in *Normannia* ſexies viginti, & in *Anglia* ſexies viginti: Ipſe verò *Nigellus* genuit de prædicta *Gundreda* unum filium, *Rogerum* nomine, ſic ipſe *Nigellus* diverſis laboribus & prælius fatigatus, ac plenus dierum requievit in pace cum patribus ſuis, & ſepultus eſt apud **Bec Herlewin** in *Normannia*.

Cum *Henricus* Rex dediſſet Domino *Nigello* de *Albeneyo* prædictam terram *Roberti* de *Molbray*, præcepit ut hæres & filius ejus *Rogerus* nomine, ut dictum eſt, cognomen haberet de *Molbray*, & ita mutatum eſt cognomen de *Albeneyo* in cognomen de *Molbray*. Filius ergo *Nigelli* de *Albaneyo* & *Gundredæ* fuit *Rogerus* de *Molbray*, qui cum conſilio matris ſuæ *Gundredæ* Abbatiam *Bellalandæ* fundavit anno Domini *milleſimo centeſimo triceſimo octavo*, & *Novum Burgum* anno *MCxlv*. & plura alia loca monachorum Canonicorum, & monialium uſque ad numerum *xxxv*. Tunc ipſe *Rogerus*, cruce ſignatus ivit in Terram Sanctam, & ibi in magno prælio captus à Saracenis, redemptus eſt per militiam Templi; & diverſis præliis fatigatus reverſus eſt in *Angliam*, & in ſuo itinere invenit draconem cum leone pugnantem in valle, quæ dicitur **Saranell**, percuſſitque draconem uſque ad mortem, & ſecutus eſt eum Leo in *Angliam* uſque ad caſtellum de **Hode**; vixitque poſtea *xv*. annos, & mortuus eſt ſenectute bonâ, & ſepultus in *Bellalanda* in quadam fornace in muro Capituli ex parte Auſtrali juxta matrem ſuam *Gundredam*, & ſupra ſepulchrum ejus depictus eſt gladius lapide inſignitus, ubi nemo poſitus eſt in præſentem diem.

Bellalandæ Fundatio anno 1138. & *Novi Burgi* anno 1145.

Tunc filius *Rogeri* de *Molbray* primogenitus, fuit *Nigellus* de *Molbray*, qui ei ſucceſſit, qui habuit in matrem *Aliciam* de *Gant*. Hic *Nigellus* cepit in uxorem filiam *Edmondi* Comitis de *Clara*, nomine *Mabillam*, & genuit ex ea quatuor filios, ſcilicet *Willihelmum* de *Molbray*, *Robertum*, *Philippum*, & *Rogerum*. Poſtea autem *Nigellus*, cruce ſignatus, ivit in terram Sanctam, obiit in mare Græco, & projectus fuit in mare; in dolio continebatur ſcriptum qualis vir erat. Ille verò porro *Robertus* frater ejuſdem *Nigelli*, feoffatus fuit in *Scotia* nobiliter per quandam Baroniſſam, quam cepit in uxorem, cum tota terra patris ſui; & poſt mortem uxoris ordinem ſacerdotis intravit, & multas in manus ſuas accepit Eccleſias in *Anglia*, in *Normannia* & in *Scotia*.

Willihelmus autem primogenitus & hæres *Nigelli* de *Molbray* captus fuit apud *Lincolniam* in quodam bello, & dedit pro redemptione ſua quandam villam nomine **Beneſtede**, juxta *London*...... Comitis de *Arundel*, nomine *Agnetem*, & genuit ex ea *Nigellum* & *Robertum* (ſive *Rogerum*)

Nigellus autem primogenitus, duxit in uxorem, patre procurante, filiam *Rogeri* de *Camvill*, cum tota terra ipſius *Rogeri*. Qui quidem *Nigellus* obiit vivente patre apud *Naunts* in *Britania*, abſque hærede corporis ſui, ibidemque ſepultus. Poſtea obiit pater ejus *Willielmus* de *Molbray* in Inſula **Haxholme**, & delatum eſt corpus ejus ac ſepultum apud *Novum burgum*.

Cui ſucceſſit *Rogerus* filius ejus, qui duxit in uxorem *Matildam* filiam Domini *Willielmi* de *Bellocampo*, de qua genuit filias tres & unum filium *Rogerum* nomine. Poſtea obiit in inſula de **Haxholme**, & delatus eſt apud **Pomfret**, ibidemque ſepultus in Eccleſia prædictorum fratrum.

Cui ſucceſſit filius ejus *Rogerus*, qui duxit in uxorem *Roſeam* ſororem Domini *Gilberti* Comitis *Gloceſtriæ*; de qua genuit filium nomine *Johannem*: Qui *Rogerus* obiit in *Gant* ultra mare, & delatus eſt ad Abbatiam de *Fontibus*; ibique ſepultus anno 1299.

1295,

Cui ſucceſſit *Johannes* filius ejus, qui duxit in uxorem *Elianoram* filiam Domini *Willielmi* de de *Brews* in *Wallia*; de qua genuit filium *Johannem*, qui natus fuit apud **Heningham** anno 1321. 1321. Qui quidem *Johannes* pater decollatus fuit apud *Eboracum* turpiſſima morte cum aliis magnatibus *Angliæ* ſub perſecutione *Hugonum* le *Spenſer*, ſibi adhærentibus, pro juſta querela *Sancti Thomæ* Comitis *Lancaſtriæ*, & pro defenſione legum *Angliæ*, & matris noſtræ Eccleſiæ. Deinde omnes terræ ejus ſeiſitæ fuere in manus Regis *Edwardi* ſecundi; necnon & uxor ejus & filius ejus *Johannes* capti fuerunt & incarcerati apud Turrem, uſque ad Parliamentum celebratum apud *Weſtmonaſterium*, ubi plenariè reſtitutus fuit dictus *Johannes* filius dicti *Johannis* de *Mowbray* decollati, in hæreditatem. Qui quidem *Johannes* deſponſavit *Johannam* ſororem Domini *Henrici* primi Ducis *Lancaſtriæ*, fratris *Thomæ* naturalis, de qua genuit *Johannem*, qui natus fuit 1326. apud **Epworth**, anno 1326. Quæ quidem *Johanna* ſepulta eſt coram magno Altare in *Bellalanda*. Poſtea prædictus *Johannes* ſepultus eſt in Eccleſia *fratrum Minorum* apud **Bedford**.

Iſte *Johannes* de *Mowbray*, filius prædicti *Johannis* & *Johannæ*, natus apud **Epworth**, duxit in uxorem filiam & hæredem Domini de *Segrave*, ex parte patris, & ex parte matris hæredem quartæ partis Comitatus Mareſcalli *Angliæ*. De quâ *Elizabetha* genuit duos filios, videlicet *Johannem* & *Thomam*; qui quidem *Johannes* filius natus fuit apud **Epworth** anno 1365. 1365. Compatres autem *Thomæ* fuere *Robertus* & *Galfridus*, de *Fontibus* ac de *Sallay* Abbates & vovatus eſt *Thomas*, eo quod mater ejus puerperio vovebat ipſum, *Thomam* vocari, ob reverentiam *Sancti Thomæ Cantuarienſis* Epiſcopi & martyris. *Johannes* autem pater eorum peregrè profectus eſt ad Terram Sanctam, & occiſus eſt à Turcis juxta *Conſtantinopolim* anno 1368. 1368.

Johannes de *Mowbray*, primogenitus filius ipſius *Johannis* & *Elizabethæ Segrave*, factus eſt Comes de **Notyngham** per Regem *Richardum* ſecundum; qui obiit ſine hærede de corpore ſuo procreato apud *Londinum* 1380. anno 1380. ac ſepultus eſt apud *albos fratres* in *Londino*. Poſt cujus mortem Rex *Richardus* ſecundus dedit Comitatum **Notingham** Domino *Thomæ Mowbray*. Viceſimo anno regni ſui, fecit eum Ducem de **Norfolk**, Comitem de **Notingham**, Dominum Mareſcallum *Angliæ*, ſeigneur de **Mowbray**, Dominum *Segrave* de *Gower* & *Stutvill*, *Genevell* & Dominum de *Vyvell*; & dedit eidem *Thomæ* ad portandum in ſigillo & vexillo ſuo arma *Sancti Edwardi*. Id circo arma bipartita portavit, videlicet *Sancti Edward* & Domini Mareſcalli *Angliæ*, cum duabus pennis ſcamonis Oſt.idge erectis, & ſuper criſtam Leonem & duo parva ſcuta cum Leonibus ex utraque parte prædictorum Armorum. Qui ſcilicet *Thomas* duxit in uxorem filiam Comitis de *Arundell*, nomine *Elizabetham*; de qua genuit filium nomine *Thomam* anno 1386. 1386. Poſtea verò Rex *Richardus* interdixit ei in Regnum *Angliæ* ingreſſum pro ſuo perpetuo. Qui talis exilio tranſmiſſus, moriebatur in civitate de *Venis*, ex peſtilentia in guttere anno 1399. *Thomas* de *Mowbray* filius ejus 1399. duxit in uxorem *Annam* filiam Comitis de *War*, de qua genuit duas filias *Annam* & *Katerinam* anno 1424. Qui ſcilicet *Thomas* 1424. factus eſt miles in anno quarto regni Regis *Henrici* ſexti & dux *Norfolchiæ* xiiii. anno ipſius Regis; Et dedit *Annam* filiam ſuam majorem Domino *Thomæ Haward* in uxorem, & *Katherinam* filiam minorem Domino *Henrico* de *Barkley*. Qui quidem *Thomas* factus eſt dux de **Norfolke** anno ſecundo Regis *Edwardi* quarti. Et occiſus eſt apud **Lecestre** in bello cum Rege *Richardo* tercio. Cui ſucceſſit *Thomas* filius ejus; qui duxit in uxorem.... Sed pater hujus *Thomæ* factus eſt Dux de **Norfolk** poſtquam occidiſſet Regem *Scotorum* ſexto anno Regis *Henrici* octavi, Sicque præliis fatigatus, ac plenus dierum requievit in pace, & ſepultus apud **Thetford** in **Norfolk**. Cui Dominus *Thomas* qui nunc regnat, cui longa vita & vita bona.

Vicit leo de tribu *Judæ*, leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pavebit occurſus. Dominus cuſtodiat vas & ſemen veſtrum uſque in ſempiternum.

PRIORATUS

de **Hode** *in agro* Eboracenſi *Cella de* Novo burgo.

Carta Willielmi *de* Stuttevilla *de loco de* **Hode**.

WIllielmus de *Stuttevilla* omnibus viſuris vel audituris Ibid. literas iſtas ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe donationem quam fecit *Adam Foſſard* de loco de **Hode**, ſicut Carta prædicti *Adæ* teſtatur. Concedo etiam & hac præſenti Carta confirmo, quod Capellanus, qui reſidens erit in Capella de **Gillingemore**, habeat rationabile haiſiamentum in boſco & in plano & paſtura, cum hominibus ejuſdem villæ. Hiis teſtibus, *Willielmo* Clerico de **Cotingham**; *Ricardo* Clerico de **Bothal** *Hugone* Capellano. *Bartholomeo* de *Stutevilla*, *Roberto* de *Melſa*, *Benedicto* de *Sculecotes*, *Radulfo* filio *Paulini Eboracenſis*, *Ada* de *Staneleia*, *Roberto* filio *Guionis*, *Johanne Burgenum*, *Marrino* de *Rothomago*, *Ricardo Golle*, *Laurencio* de *Donecaſtria*.

Carta

Carta Roberti *filii* Adæ Foſſard.

Ibid. ROBERTUS *Foſſard*, filius *Adæ Foſſard*, omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe pro ſalute animæ meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum, Deo &. Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Novo Burgo*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, paſturam in toto territorio villæ de *Suttona* & pertinentiis ejus; & in omnibus paſcuis & aiſiamentis ejuſdem villæ, tam in boſco, quàm in plano ad ducentas oves loci ſui de **Hod**, & ad viginti vaccas ejuſdem loci de **Hod**, cum uno tauro, & cum ſequelis ſuis; donec ſunt ſuperannati; Et liberum ingreſſum & exitum per terram meam prædictis averiis numeratis loci ſui de **Hod**, & ad prædictam paſturam. Ego autem & hæredes mei warantizabimus prædictis Canonicis prædictam communem paſturam cum libero ingreſſu & exitu, ſicut liberam & perpetuam elemoſinam contra omnes homines imperpetuum. Hiis teſtibus, *Willielmo* Capellano; *Philippo* de *B.lingaia*, *Willielmo Wade*, *Hugone Calvo*, *Hugone* de *Sutton* .... *Hugone* de *Houbernes*, *Rogero Burdon*; *Hunfrido Coco*, & multis aliis.

Carta Rogeri *de* Mowbray *de confirmatione* &c. *Conventionum inter Abbatem de* Bellalanda *&* *Canonicos de* **Hode**.

Ibid. OMnibus (&c.) *Rogerus* de *Mowbray* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe conventiones, quæ factæ ſunt inter *Rogerum* Abbatem de *Bellalanda* & Canonicos de **Hod**, ſcilicet, quod pro pace *Roberti* de *Alneto* dimittit prædictis Canonicis locum de **Hod**; cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco & plano; ea conditione, quod in eodem loco fundabitur Abbatia eorum Canonicorum, & ibi perpetuò permanebit cum plenario Conventu, qui obſervabit ordinem Canonicorum ibi ſecundùm regulam Sancti *Auguſtini*. *Sampſon* verò de *Albineio* dedit in eſcambio loci illius prædicto Abbati viginti ſolidos annuatim de molendino de **Cokewald**, quos ipſe ideo accipere ſolebat. Hujus conventionis teſtis & fidejuſſor ego (&c.)

Carta Ricardi Malebiſſe, *de Cella de* **Hode**.

Ibid. RIcardus *Malebiſſe* omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis me quietum clamâſſe de me & de hæredibus meis in perpetuum, Religionis intuitu, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Novo Burgo*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, totum clamium quod habui, & jus quod clamavi me habere in Cella eorundem Canonicorum & pertinentiis ejus, quæ appellatur **Hode**. Et hanc quietam clamationem feci ego *Ricardus Malebiſſe* pro me & pro hæredibus meis. Ut autem hæc eadem quieta clamantia rata permaneat, eam præſenti Cartâ confirmavi. Teſtibus, domino *Guarino* Abbate *Rievallis*, Domino *Laurencio* Priore de **Giſeburne**; *Radulfo* Camerario; *Drogone* de *Harum*; *Alano Malecake*, *Rogero* de *Sturs*, *Galfrido* de *Toringui*; *Roberto Foſſard*; *Gaufrido Foſſard*; *Thoma* de *Laſceles*, *Willielmo* de *Buſci*; *Willielmo Darel*; *Willielmo Britone*; *Gilberto* de *Mainil*, *Stephano* de *Mainil*, *Rogero* Calvo; *Gaufrido* de *Ampleford*.

Carta de diviſis inter **Sutton** *&* **Hode**.

HEnricus Dei gratia *Dunelm*. Epiſcopus, omnibus literas iſtas viſuris ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra controverſiam illam, quæ vertebatur inter Canonicos de *Novo Burgo*, & *Adam Foſſard*, ſuper loco de **Hod**, & quibuſdam diviſis, quæ & nobis à domino Papâ commiſſa erat in præſentia noſtra, aſſiſtentibus, *Roberto* de *Stuttevilla*, & *Willielmo* filio ejus, aſſenſumque præbentibus, amicabili compoſitione terminatam fuiſſe, fide utriuſque datâ, ad perpetuam compoſitionis firmitatem; ita videlicet, quod *Adam Foſſard* dimittit & concedit Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Novo burgo*, in liberam & perpetuam elemoſinam, prædictum locum de **Hode**, ubi Eccleſia ſedet, cum terra, & nemore, per metas, & terminos, quos inter ſe fecerunt, ex auſtrali videlicet parte Eccleſiæ, per rivum qui vocatur **Haithwait**, ex parte occidentali ab eodem rivo verſùs Aquilonem, per diviſam quam fecerunt uſq; ad cilium collis proximi, ubi angulo facto, diviſa diſtincta ſe porrigit verſùs orientem, uſq; ad rivum quendam, qui veniens per tranſverſum novæ viæ, à Monachis factæ, deſcendit in culturam Canonicorum, & per rivum illum aſcendit diviſa in novam viam, & ſic aſcendendo, porrigit ſe per eandem viam, priùs verſùs orientem, & poſtea flectens verſùs Aquilonem uſque locum illum ubi diviſa, ab eis facta extendit ſe verſùs orientem, uſq; ad ſummitatem moræ.

Iſtæ diviſæ diſtinctæ ſunt, & perambulatæ concorditer, ab *Ada Foſſard*, & Canonicos, adjunctâ ſibi multitudine probabilium virorum. Prædicti verò Canonici recognoſcent *Adam Foſſard* Advocatum jam dicti loci, de omni jure ſuo, & de omnibus quæ ad eum ſpectant: Canonici verò nulla communia habeant in terra *A. Foſſard* ultra diviſas nominatas, abſq; conſenſu illius, vel hæredum ſuorum. Nec *A. Foſſard*, vel hæredes ſui cum Canonicis communicabunt, intra diviſas præſcriptas. Hiis teſtibus, *Willielmo* Archidiacono *Dunelm*. *Hugone* fratre ipſius; *Simone* Camerario; Magiſtro *Willielmo Bleſenſi*; Magiſtro *Richardo* de *Coldingham*; *Gaufrido* Magiſtro Monialium de *Duna*; *Willielmo Hanſard*, *Willelmo* filio *Drch*. *Waltero* de *Winetorp*; *Ada* de *Warrum*; *Johanne* de *Honingham*; *Simone* de *Kirkebi*; *Willielmo* de *Stutevilla* *Nicholao* de *Stutevilla*; *Joh*. de *Stutevill*, *Ric*. *Croera*, *Reginaldi* de *Capetot*; *Ada* de *Boltebi*, *Will*. *W*... *Michael* filio *Brien*, *Will*. filio *Irgel*, *Gil*-

bertò de *Meinil*; *Johanne* de *Herford*; *Waltero* de *Creic*; *Philippo Toma* Nepote Prioris, *Willielmo Albo* de *Ulveſtun*; *Ingelero* de **Torp**.

PRIORATUS

de **Egleſton** *in Epiſcopatu* **Dunelmenſi.**

Carta Philippi Dunelmenſis *Epiſcopi de Maneriis de* **Egleſton** *&* **Kilvington.**

Ex Regiſtro *Ric.* de *Kellawe*, quondam *Dunelm.* Epiſcopi. f. 226.

RIcardus Epiſcopus *Dunelmenſis* (&c.) Salutem. Sciatis quod *Philippus* Dei gratiâ *Dunelmenſis* Epiſcopus conceſſit de concenſu *Matillis* quondam uxoris *Gilberti* de la *Leya*, Deo & beatæ *Mariæ* & Sancto *Johanni Baptiſtæ*, & Canonicis de **Egleſton** totum manerium de **Egleſton** & totum manerium de **Kilvington**, cum pertinentiis, quod *Gilbertus* de *Leya* de nobis tenuit per ſervitium feodi unius militis, & eis dedit ſalvâ ſemper Eccleſiæ noſtræ de **Thornton** in feodali firmâ quinq; marcis per annum. Teſtibus *Radulfo* de *Multon*, *Philippo* de *Colevill*, *Willielmo* de *Horſeley*, *Roberto* de *Donevill*, *Henrico* de *Ferlington* (&c.)

Carta conventionis inter Johannem *de* Britanniâ *Comitem* Richmundiæ *& Abbatem & Conventum de* **Egleſton**, *de inventione ſex Capellanorum in Caſtro* Richmundiæ.

Ex Collect. *Ric.* S. *George* Eq: aur. *Clarenceiux* Regis Armorum.

ANno gratiæ *MCCLxxv.* ita convenit, inter nobilem virum dominum *Johannem* de *Britania* Comitem *Richmondiæ*, filium ducis *Britanniæ*, ex parte unâ, & Abbatem, & Conventum de **Egleſton**, ex alterâ; videlicet, quod idem Abbas & Conventus conceſſerunt, & ſe, & ſucceſſores ſuos obligaverunt dicto Domino *Johanni*, & hæredibus ſuis ad inveniendum ſex Canonicos Capellanos, de Eccleſiâ de **Egleſton**; divina celebrantes in Caſtro *Richmundiæ* imperpetuum; videlicet unum celebrantem de die, vel de feſto inſtanti, vel de ſpiritu Sancto, cum Nota; ſecundum de beatâ Virgine, cum Notâ ſolempni; Tertium pro animâ dominæ *Beatricis* quondam conſortis dicti Domini *Johannis* ſpecialiter; ita quod, cum ipſe dominus *Johannes* obierit, idem Capellanus pro animabus, ſcilicet dictorum domini *Johannis*, & Dominæ *Beatricis*, conjunctum officium defunctorum, ſpecialiter celebrabit; Quartus, & quintus de beatâ *Maria* Virgine, ſine Nota celebrabunt; Sextus pro animâ dictæ dominæ *Beatricis*, uſque ad obitum dicti *Johannis*; & poſt obitum ejus pro animabus utriuſque & omnium fidelium defunctorum celebrabit. Et prædicti Canonici erunt reſidentes in Caſtro *Richmundiæ*, Deo imperpetuam ſervituri. Et ſi forſan aliquociens aliquis prædictorum Capellanorum Miſſam à ſe debitam non celebraverit, juſtum ſuper hoc impedimentum ſe habere prætendens, verbo ipſius Capellani impedimento credetur, & ſuæ Conſcientiæ relinquetur, niſi frequenter omiſerit celebrare, quod contra eum veriſimile de negligentiâ poſſit haberi ſuſpitio: in quo caſu, ad requiſitionem Ballivi, Abbas defectum, & negligentiam hujuſmodi faciet emendari; Et ratione iſtorum ſex Canonicorum, non decreſcet numerus illorum tresdecem Canonicorum, qui ſolebat eſſe in Monaſterio de **Egleſton**. Et pro iſta conceſſione, & obligatione dictorum Abbatis, & Conventus prædictus nobilis dominus *Johannes*, Comes *Richmundiæ*, dedit, conceſſit, & hoc præſenti ſcripto, pro ſe & hæredibus ſuis ſeu aſſignatis confirmavit, eiſdem Abbati, & Conventui de **Egleſton** & eorum ſucceſſoribus, pro ſuſtentatione dictorum ſex Capellanorum, Capitale Meſſuagium in **Multon**, & omnes terras ſuas dominicas; & totum pratum ſuum dominicum, in campo, & territorio ejuſdem **Multon**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & octo bovatas terræ in eodem territorio, jacentes propinquiùs juxta terram *Symonis* de *Multon*, quam emit de *Thoma Ukkerly*, ex parte Aquilonali, cum prato, & omnibus aliis dictis bovatis terræ pertinentibus; & quatuor tofta, & unum cotagium in eadem **Multon**, cum omnibus pertinentiis ſuis, illa, ſcilicet, quæ jacent propinquiùs prædicto capitali Meſſuagio, ex utaque parte itineris, à portu prædicti *Symonis* uſque ad caput villæ verſùs orientem, unà cum corporibus tenentium dictas bovatas terræ, & cum omnibus ſequelis ipſorum.

Dedit inſuper dictis Abbati, & Conventui viginti quatuor carratas turbarum, & viginti carratas brueræ, percipiendas annuatim in morâ ſuâ de **Boghes**, ubi ſibi meliùs viderint expedire, cum libero introitu, & exitu in moram, & de morâ, & cum pacificâ oneratione, ſine impedimento alicujus cariandas ad Abbatiam ſuam, vel ad grangiam ſuam de **Stratford**. Dedit inſuper dictis Abbati & Conventui locum, per ſe incluſum, in dicto Caſtro ſuo de **Richmond** juxta majorem Capellam ſuam in eodem, dictis ſex Capellanis ad inhabitandum, cum familiâ ſuâ & liberum introitum, & extroitum in dictum Caſtrum & de eodem ad omnimoda carriagia ad dictum locum ſuum, in dicto Caſtro carianda & portanda; & de loco ſuo transferenda, & aiſiamenta fontium ipſius Caſtri, quotiens neceſſe fuerit, tempore tranquilitatis, & pacis. Tempore verò guerri prædicti Capellani ipſum Caſtrum non introibunt, nec in eo remanebunt, niſi de dicti domini *Johannis*, vel hæredum ſuorum aut Ballivi ſui licentiâ ſpeciali; Immo ad mandatum ipſorum domini *Johannis*, aut hæredum, vel Ballivi ſui, tempore guerræ, iidem Capellani ad Monaſterium de **Egleſton**, cum omnibus rebus ſuis revertentur, & ibi Miſſas hujuſmodi celebrabunt, donec ad dictum Caſtrum, per dictos dominos, aut Ballivum ſuum, fuerint revocati. Conceſſit etiam, & dedit, & hoc præſenti ſcripto, pro ſe & hæredibus ſuis, vel aſſignatis confirmavit, dictis Abbati & Conventui, unam acram boſci in Hwittcliffe percipiendam annuatim in loco competenti, per viſum Ballivi, vel foreſtarii, qui pro tempore fuerit, amputandam ſingulis annis in diverſis locis in Hwittcliffe, ipſorum Abbatis, & Coventus ſcindendam, ſumptibus; & cariandam ad dictum locum ſuum in Caſtro *Richmundiæ*.

Dedit etiam dictus Dominus *Johannes* dictis Abbati & Conventui Eſchaetas ſuas, quas habeat in villâ de Richmund, de *Willelmo Whelpe* in Beregate; & de *Galfrido Fullone* in Walkergrene, cum omnibus pertinentiis dictis Eſchaetis pertinentibus infra villam de Richmund, & extrà, tenenda & habenda omnia & ſingula prædicta, dictis Abbati, & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, de dictis domino *Johanne*, & hæredibus ſuis, vel aſſignatis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, ſine aliquo retenimento imperpetuum adeo liberè, & quietè, ſicut aliqua Elemoſina liberiùs, quietiùs, & meliùs dari, concedi, vel teneri poteſt in *Anglia*. Dicti verò Dominus *Johannes* de *Britannia*, Comes *Richmundiæ*, & hæredes ſui, vel aſſignati, omnia in præſenti ſcripto contenta, dictis Abbati, & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, in omnibus, ſicut præſcriptum eſt, contra omnes homines, & fæminas warantizabimus, acquietabimus & defendemus imperpetuum. In cujus rei Teſtimonium diverſæ partes, diverſis hujuſmodi ſcripti Cirographati partibus, ſigilla ſua appoſuerunt. Teſtibus, Dominis *Briano* filio *Alani*, *Hugone* filio *Hen*. *Ranulpho* de *Dacre*, tunc Vicecomite *Eborac*. *Rogero* de *La cels*, *Joh*. filio *Michaelis*, tunc Coronatore domini Regis; *Henrico Spring*, *Henrico* de *Rokby*, *Roberto* Wiclif; *Willielmo Scargill*, *Hugone* de *Aske* Militibus (&c.) *Drogone* de *Fere* tunc Seneſchallo de *Richmundia*; *Roberto* de *Apilgarth*, tunc Ballivo ejuſdem; *Narſcolpho* de *Cleſby* tunc Receptore ejuſdem *Richmundiæ*, omnibus Burgenſibus ejuſdem *Richmundiæ* & multis aliis, Data apud .... in craſtino Inventionis ſanctæ Crucis Anno gratiæ *MCCLxxviii*.

ABBATIA

de Dorcheſtre *in agro* Oxonienſi.

Johannis Lelandi *narratio de eadem.*

IN the towne of *Dorcheſtre* I markid theſe notable things: the Abbay of Chanons, wher afore the Conqueſt was a Biſhops ſeate. Remigius tranſlatid it to *Lincolne*: Alexander Biſhop of *Lincoln* erectid there an Abby of blak Chanons, yet the Chirch berith the name of the prebend Chirch. There was buryed, as it is ſayd, the bodie of S. Birine Biſhop there, and there yet remaynith the image of freeſtone that lay on the tumbe of Biſhop Aſchewine, as apperith by the Inſcription. There be buried in the Quire, beſide divers Abbates, a Knight on the ſouthe ſide with an image Croſs-leggid whoſe name is there out of remembrance. There lyith at the foote of him one Stoner, a Juge somtime, as it apperith by his habite, in the raign of K. Edward the third. Ther lyith on the North ſide of the quier, a Knight whome the late Abbate tooke to be one of the Segraves; the Image was of Alabaſtre, but after the Abbate told me that he heard of late one ſay, that ther was one Holcum a Knight buryed in the body of the Chauncelle. Afore the quier doore lay a gentilman caullid Ways.

Lel. Itin. vol. 2. f. 10.

Ther lye in the South Iſle of the quier thre of the Drayton's gentlemen, one hard by another, under playne marble ſtones. Mr. Barentine hath part of theſe Draytons lands. Ther lyith at the head of theſe Draytons one Gilbert Segrave a gentilman under a flat marble. The body of the Abbay Chirch ſervid a late for the Paroche Chirche. Syns the ſuppreſſion one ...... a grete rich man dwelling in the towne of *Dorcheſtre*, bought the Eſt part of the Chirch for Cxl. pounds, and gave it to augment the Paroche Chirche.

Id Eſt.

DOrceſtria agens hæc obſervavi notabilia: Canonicorum [ſcil.] Abbatiam, ubi ante Conqueſtum [Norman.] ſedes erat Epiſcopalis. *Remigius* eam *Lincolniam* tranſtulit. *Alexander*, *Lincolnienſis* Epiſcopus, nigrorum Canonicorum Abbatiam ibi fundavit: Eccleſia tamen præbendalis Eccleſiæ nomen gerit. Ibi, ut dicitur, S. *Birini* loci Epiſcopi, corpus ſepultum fuit: Effigies etiam cæſo lapide ſepulchro *Aſcewini* Epiſcopi impoſito, ut ex inſcriptione conſtet, hodieq; manet. In choro, præter Abbates nonnullos, quidam ſepelitur Eques ex auſtrali parte effigiem gerens pedibus decuſſatis, cujus nomen exolevit. Ad pedes ejus jacet quidam *Stoner*, quondam Judex, (ut ex ejus habitu apparet) regnante [ſcil.] *Edwardo* tertio. Ad aquilonem chori jacet Eques quidam, quem Abbas qui nuper erat, è *Segravorum* familiâ unum eſſe conjecit. Effigies erat ex alabaſtro. Poſtea verò idem Abbas mihi retulit, ſe nuper quendam narrantem audiviſſe, *Holcum* equeſtris ordinis virum, in cancelli corpore ſepultum eſſe. Ante chori oſtium vir quidum generoſus, *Ways* nomine, jacebat.

In auſtrali chori inſula viri tres generoſi *Draytonorum* familiæ ſub planis lapidibus marmoreis ſibi proximi jacent. Dominus *Barentine* quaſdam eorundem *Draytonorum* terras poſſidet. Ad iſtorum *Draytonorum* caput, ſub marmore plano, jacet vir quidam generoſus, *Gilbertus Segrave*. Cœnobialis Eccleſiæ navis nuper parochialis Eccleſiæ uſibus fuit delegata. Cœnobio ſuppreſſo, quidam . . . . prædives oppidanus *Doreeſtrenſis*, orientalem Eccleſiæ partem *Cxl.* libris emit, quam in Eccleſiæ parochialis ampliationem ordinavit.

De tranſlatione ſedis Epiſcopalis à Dorceſtriâ *ad* Lincolniam.

Vide Lincoln. *Eccl. cath.*

Carta Regis Johannis *donationem Eccleſiæ de* **Piſhull**, *per* Stephanum *de* Piſhull, *confirmans.*

Cart. 7. *Joh.* n. 113.

JOhannes Dei gratiâ (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe & hâc Cartâ noſtrâ confirmâſſe Abbati de **Dorkeſeſter**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus. Ex dono *Stephani* de *Piſhulla* Eccleſiam ejuſdem de **Piſhull**, cum terris & decimis eidem Eccleſiæ pertinentibus; & de dominio ejuſdem *Stephani* unam carucatam terræ, cum gravis & paſturis eidem terræ pertinentibus, quæ idem *Stephanus* dedit & conceſſit prædictis Canonicis in perpetuam elemoſinam ab omni ſervitio ſeculari liberam & quietam; & ab omnibus geldis & conſuetudinibus omnino ſolutam, utpote ab eo in omnibus & per omnia erga dominos ſuos ſeculares defendendam, ſicut Carta ipſius S. & confirmatio Regis *H*, patris noſtri, quas indè habent rationabiliter teſtantur. Quare volumus (&c.) Datum per manum *J.* de *Wellen* apud **Danecaſtre** *viii.* die *Marcii.*

ABBATIA

de **Thornton** *ſuper* Humbram *in agro* Lincolnienſi.

De prima Fundatione ejuſdem, & obitibus Abbatum.

ANno domini *MCxxxix.* anno ab adventu Normannorum in *Angliam lxxiii.* anno autem regni Regis *Stephani* quarto, *Willielmus Groſe* Comes *Albemarliæ* fundavit Abbatiam ſive Monaſterium, de **Thornton** ſuper *Humbram* in commitatu *Lincolniæ*, Ordinis ſancti *Auguſtini Lincoln.* dioc. Sabato die *Hilarii*. Et anno revoluto eodem die, ſcilicet S. *Hillarii*, qui erat dies dominicus, per concilium venerabilis cognati ſui *Wallevi*, Prioris de **Kyrkam** in commitatu *Eboraci*, & fratris *Simonis* Comitis *Northamptoniæ*, & *Henrici* Comitis & hæredis Regis *Scotiæ*; prædictus *Wallevus* venit **Thornton**, ducens ſecum Conventum duodecim Canonicorum de **Kyrkame** ſupradictâ; de quibus unum *Ricardum* nomine, ſtatuit in Priorem, qui poſtea factus erat Abbas, ut infra dicetur.

Ex Chronicis Abbatiæ de Thornton, pen Gervaſi Holles de Grim by in Com. Linc. Armigeru anno 1640.

Prædictus Comes Fundator exſtitit quatuor Monaſteriorum; primum monaſterium S. *Martini* de *Anyico* propè *Albemarliam*, Ordinis *Cluniacenſis*;

Secundum Monaſterium beatæ *Mariæ* de **Thornton**, Ordinis S. *Auguſtini Linc.* dioceſis. Tertium Monaſterium de *Valle-Dei* Ordinis *Ciſtercienſis*; Quartum Monaſterium beatæ *Mariæ* de *Melſa* Ordinis *Ciſtercienſis* in commitatu *Eboraci*: fundatur enim anno Domini *MC.* in die Circumciſionis Domini anno *xi.* poſt Fundationem Monaſterii beatæ *Mariæ* de **Thornton**.

Ricardus primus Abbas Monaſterii beatæ *Mariæ* de *Thorntona*, primus fuit electus in Priorem prædicti Monaſterii à venerabili *Wallevo* Priore de **Kirkame** die S. *Hillarii* anno Domini *MCxl.* Indictione tertia, *xi.* anno *Innocentii* Papæ ſecundi, & quinto regni Regis *Stephani*, datis à venerabili *Willielmo Groſe* Comite *Eboraci* & *Albemarliæ*, territoriis totius **Thornton** & **Burnham**, & **Somercroft** in **Barow**.

A. D. *MCxlii.* fundator noſter dedit nobis villam de **Gryſby**.

A. D. *MCxliii*, dedit nobis villam de **Aldelſby**.

A. D. *MCxlvii.* *Bernardus* filius *Scamni* dedit nobis cum filio ſuo *Hugone*, qui factus fuit Canonicus, *xxxiv.* acras terræ.

A. D. *MCxlix.* *Herbertus* de S. *Quintino* dedit nobis totam terram ſuam in **Staynton**, & duas bovatas terræ in **Barowe**. Eodem anno *Radulphus* de **Halton**, dedit nobis unam carucatam terræ in **Halton** cum nonnullis terris aliis, aquis, molendinis &c. Dedit nobis etiam Fundator noſter villam de **Frothyngham** in commitatu *Eboraci*, pro anima fratris ſui *Ingelranni.* Confirmavit etiam omnes terras & tenementa, quas homines ſui & Barones dederunt nobis.

A. D. *Mxlviii. Ricardus*, qui fuit antea Prior, factus eſt Abbas, ut patet per bullam *Eugenii*, Papæ tertii, tertio anno Pontificatus ſui *xii. Kal. Novembris*, Indictione *xi.*

A. D. *MClii.* obiit *Ricardus* primus Abbas Monaſterii beatæ *Mariæ* de **Thornton**, die S. *Edmundi* Archiepiſcopi.

Philippus ſecundus Abbas Monaſterii beatæ *Mariæ* de **Thornton**, fuit electus in Abbatem anno D. *MClii.* Indict. *xv.*

A. D. *MClxxv.* Obiit *Philippus* ſecundus Abbas die ſancti *Pantaleonis* martyris,

Thomas tertius Abbas fuit electus anno D. *MClxxv.* Indict. *viii.*

A. *MClxxx.* Obiit præclarus Comes & eximius Monaſteriorum Fundator *Willielmus Groſe, xiii.* Kal. *Septembris.*

A. *MClxxxiiii.* Obiit *Thomas* tertius Abbas in *Gallia*, iter arripiens verſus Romam, propter appellationem Eccleſiæ de **Barow**, in die *Exaltationis* S. *Crucis.*

Johannes Benton, quartus Abbas, electus in Abbatem A. D. *MClxxxiiii.* Indictione ſecunda.

A. D. *MCxciii.* perquiſivit privilegium ut non ſolvamus decimas de nutrimentis animalium in propriis uſibus tenentis, à *Celeſtino* Papa tertio.

A. D. *MCCiii.* Obiit *Johannes Benton* quartus Abbas *iii.* die *Novembris.*

Jordanus de *Villa* quintus Abbas, electus A. Domini *MCCiii.* Indict. *vi.*

A. Domini *MCCxvii.* perquiſivit confirmationem Eccleſiarum de **Humbleton**, **Garton** & **Frothyngham**, & patronatus Eccleſiarum de **Karlton** & **Kelſtron** ab *Honorio* Papa *iii.*

A. D. *MCCxxiii.* Obiit *Jordanus* Abbas quintus, ſeptimo die *Novembris.*

Richardus de *Villa* ſextus Abbas, electus in Abbatem anno D. *MCCxxiii.* Indict. *xi.*

A. D. *MCCxxv.* perquiſivit generale privilegium ab *Honorio* Papa *iii.*

A. D. *MCCxxviii.* perquiſivit confirmationem de Eccleſia de **Barow** a *Gregorio* Papa nono, anno Pontificatus ſui ſecundo.

A. D. *MCCxxxiii.* Obiit *Richardus* ſextus Abbas, ſexto die *Februarii.*

Galfridus Holme ſeptimus Abbas, electus anno *MCCxxxiii.* Indict. *vi.*

A. *MCCxlvi.* Obiit *Galfridus Holme* Abbas ſeptimus die S. *Chriſtinæ.*

Robertus octavus Abbas electus A. *MCCxlvi.* Indict. *xi.*

A. *MCClviii.* Obiit *Robertus* Abbas octavus *xv.* die menſis *Martii.*

Willielmus Lyncolne ix. Abbas electus anno *MCClvii.* Indict. *xv.*

A. D. *MCClxii.* perquiſivit confirmationem Eccleſiæ de *Gonxyll* ab *Urbano* Papa quarto, Pontificatus ſui anno ſecundo.

A. *MCClxiiii.* Hoc anno primum inveni mentionem in compotis de officio Magiſtri fabrici, circa fundamentum corporis noſtræ Eccleſiæ, In duodecim operariis circa fundamentum Eccleſiæ *xli*^{s}. *viii*^{d}. Item *lii.* Cimentariis *viii*^{l}: *vii*^{s}. *x*^{d}. Magnum expenſ. erat hoc tempore circa Fundamentum Eccleſiæ, Capituli, Refectorii, Clauſtri, Coquinæ, Dormitorii.

A. *MCClxix.* Emptum erat **Weſtcot** de *Ada Diſpenſatore*, pro *CCxli*^{l}.

A. *MCClxxiii.* Obiit *Willielmus Lyncolne* Abbas nonus, die S. *Ambroſii.*

Walterus Hotoft Abbas decimus, electus anno domini *MCClxxiii.* Indict. *I.* & anno regni Regis *Edwardi* primi, primo.

A. D. *MCCxc.* reſignavit domino *Thomæ* de *Ponte* poſtquam rexit officium Abbatis per annos *xvii.*

Thomas de *Ponte* Abbas *xi.* electus poſt reſignationem *Walteri* de *Hotoft* anno domini *MCCxc.* Indict. *iii.*

A. D. *MCCxcii.* emptum erat Manerium de **Halton** ab *Henrico Lacy* pro mille libris.

A. *MCCxciii.* emptum erat **Merſland** ab *Henrico Lacy*, pro mille marcis.

A. *MCCCi.* perquiſivit bullam ut Abbates noſtri poſſint benedicere calices, patenas, corporalia &c. à *Bonifacio* Papa octavo.

Carta Regis Ricardi *primi Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ricardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Norm. Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiſcopis &c. ſalutem. Sciatis quod nos concedimus & Cartâ noſtrâ præſenti confirmamus pro ſalute & ſtabilitate regni noſtri, & pro anima patris noſtri Regis *H*, omnes donationes quæ rationabiliter datæ ſunt Abbathiæ ſanctæ *Mariæ* de **Thornton** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus; tenendas in perpetuam elemoſinam; & nominatim illam donationem, quam *Willielmus* Comes *Albe Marlæ* fecit Deo & Canonicis prædictæ Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Thornton**; ſciſicet villam de **Thornton & Brunne**, & **Groſſebiam**, & Eccleſiam ejuſdem villæ & *Aldelfbiam*, & boſcum & pratum quod ad eam pertinet; & duas partes decimæ dominii ejuſdem villæ, & pratum quod vocatur **Carleſwathe**; & aliud pratum quod vocatur **Kellokeſwath** in mariſco de **Northkeleſeye**; & Eccleſiam de **Ulſeby** & villam de **Frothengham**; & Eccleſiam ejuſdem villæ & **Amotam**; & Eccleſiam de **Hercan**; & Eccleſiam de *Randa*; & Eccleſiam de *Barewa*, cum omnibus pertinentiis; & pratum quod vocatur **Somercroft**, & **Toſteng**; decimationem omnium molendinorum ſuorum in *Anglia*; & redecimationem omnium caſeorum ſuorum, ubicumque fiant in *Anglia*, Tranſitum **Humbre** apud **Paglam**, & **Dingcreyn** ſibi & hominibus ſuis, & omnibus rebus ſuis ſine naulo, & maſuram quæ fuit *Rogeri* Clerici in *Barwa*, & pratum quod vocatur **Clerceng**; *i.* toftam in **Hedon** juxta Pontem, *viz.* villam de **Helewell** cum omnibus pertinentiis ſuis.

Cart. 29. *E.* 1. n. 25. per Inſpex. Videſis Cart. antiq. x. n. 21. Et Par. 20. *R.* 2. p. 2. *m.* 8. Vide Plac. coram Rege term. Hill. 11. *E.* 2. Rot. 48. *Linc.*

In **Mapelton** unam carucatam terræ cum pertinentiis; unam carucatam terræ in **Bilneſe**; Totum feodum *Fagani Bluſſell* in **Cuningeſton**; de ſancto *Luciano*, de *Belvaco*, Eccleſiam de **Thoanton**. Ex dono *Willielmi* de *Scures* villam de **Humbelton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam ejuſdem villæ, & Eccleſiam de **Aclum**, cum omnibus pertinenciis ſuis, & treſdecim bovatas terræ, & unam particam in **Flinton**, & ſeptem ſolidatos redditus in eadem villa, de *Herberto* filio *Elwini*. Ex dono *Simonis* de *Mere* medietatem villæ de **Warham**, cum dominico maſagio. Ex dono *Hanelaci* de *Bydon* Eccleſiam de **Garton**, cum omnibus pertinenciis ſuis. Ex dono *Mauricii* in **Garton** *i.* toftam & *ii.* bovatas terræ. Ex dono *Petri* de *Falkenburga* in **Wythornwyk** unam carucatam, cum omnibus pertinentiis ſuis, & redditum quinque ſolidorum in **Hedon**, & quinque ſolidos in molendino de **Barewe**. Ex dono *Ernulphi* de *Monte Geboa* in **Dodinton** dimidiam carucatam terræ, & Eccleſiam de **Byford**. Ex dono *Adæ* de *Brus* Eccleſias de **Levinton**, & **Jarum**, & **Scelton**. Ex dono *Engell.* de *Mainers* unam bovatam terræ in **Sceftling**. Ex dono *Roberti Conſtabularii* *i.* bovatam terræ in **Halſham**, & duorum ſolidorum redditus in eadem villa, & *iii.* ſolidos redditus in *Erniburgh* **Burton**.

Ex dono *Benedicti* Camerarii tres bovatas terræ & *i.* toftam in **Pacſton**, cum omnibus pertinenciis ſuis. Ex dono *Adæ* Camerarii *iii.* maſuras in **Hodon**. Ex dono *Bernardi* de **Hellewell** unam toftam in **Hedon**. Ex dono *Willielmi Pincernæ* dimidiam tenuram ſuam in **Neweton**. Ex dono *Amandi Pincernæ* *xii.* denariorum redditum in **Anſtwic**. Ex dono *Herberti* de *Sancto Quintino* *vi.* bovatas terræ ad **Upware** in **Stainton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & duas partes decimæ dominii ejuſdem villæ & *ii.* bovatas terræ in **Barewe**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam carucatam terræ in *Linburgia*, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Rogeri* de *Calz* in eadem villa *i.* bovatam terræ, cum omnibus pertinenciis. Ex dono *Johannis* de *Alneto* ſitum molendini in **Stevinton**. Ex dono *Radulfi* de *Alt.* *ii.* bovatas terræ & dimidiam ad **Utware**, & ſextam partem molendini in *Brunna*, & *i.* maſuram in *Lincolnia*, & *i* carucatam terræ in **Killingholm**, cum omnibus pertinenciis, & molendinum de *Scittra* ſuper *Humbram*, & quicquid habuit in duobus molendinis juxta Abbathiam, & molendino de **Ulſeby**, & omnem piſcationem aquæ de *Scittra*, quæ ad prædictum *Radulfum* pertinuit, & moltam hominum ſuorum de **Halton**.

Ex dono *Gilberti* filii *Gervaſii* de **Halton** *i.* bovatam terræ in eadem villa; & præterea pratum quod vocatur **Warlotes**, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi* filii *Berardi* *i.* bovatam terræ in **Killingholm**, & *i.* toftam cum pertinenciis. Terram de **Farflete** inter foſſatum quod ipſi Canonici fecerunt, & inter rectas diviſas vicinorum ſuorum de **Farflete** ab *Uſa* uſque ad nemus, ſicut Carta *Hugonis Dunelmenſis* Epiſcopi teſtatur. Ex dono *Aſketini* de *Huk* quandam turbariam in *Inkelmora*, habentem in latitudine *xx.* perticas, & in longitudine quantum ipſa mora extenditur, & *i.* toftam in **Swyneflete**. Ex dono *Eliæ* de *Amundevill* in *Middelton* *ii.* bovatas terræ cum pertinentiis ſuis, & in *Barewa* pratum quod vocatur *Magneda*, & *Wirth* & **Cleſteng**, cum omnibus ayſiamentis ejuſdem villæ, & unam maſuram in *Barewa* & redditum de dimidia marca in molendino juxta Caſtellum de **Barewe**. Ex dono *Warneri* de *Campania* *ii.* bovatas terræ & *vi.* toftas, cum pertinenciis, in **Barewe**; præterea paſturam *CC.* ovibus in **Barewe**. Ex dono *Albrede* neptis *Warneri* de *Campania* *i.* bovatam terræ in **Barewe** cum pertinenciis.

Ex dono *Jollani* de *Amundevill* *i.* maſuram ſuper portum de **Barewe**. Ex dono *Simonis* filii *W.* in *Brocleſbia* dimidiam bovatam terræ. Ex dono *Adeliciæ* de *Calz* in *Beverlaco* *i.* maſuram. Ex dono *Willielmi* de *Haſcheltborp* *iii.* ſolidos in **Haſkelthorp**. Ex dono *Godefridi* de *Harpham* redditum *xii.* denariorum. Ex dono *Walteri* filii *Wynterliard* apud **Petringham** in molendino Defold redditum *ii.* ſolidorum. Ex dono *Radulphi* de *Hamund* in **Carleton** duas bovatas terræ, cum omnibus pertinenciis. Ex dono *Godwini* Divitis *ii.* terras in *Lincolnia*. Ex dono *Alfnoth inſtitoris* in *Lincolnia* *i.* maſuram, in Eboraco *ii.* terras *v.* ſolidorum. Ex dono *Jollani* de *Evermond* in **Upton** *i.* bovatam terræ, & *i.* maſuram cum omnibus pertinenciis. Ex dono *Simonis* filii *Simonis* *i.* maſuram & *ii.* acras terræ in *Wythena*. Ex dono *Mathæi* de *Hamby* Eccleſiam de *Welleton*, & medietatem Eccleſiæ de **Wyner**, & locum de **Lythelthwait**, cum omnibus pertinenciis. Ex dono *Adæ* de *Munbegun* in **Suthkeleſeye** dimidiam carucatam terræ cum omnibus pertinenciis. Ex dono *Hugonis* de *Bayus* in *Coburna* *i.* bovatam terræ, & communem paſturam. Ex dono *Galfridi* de *Turs* communem paſturam propriis pecoribus Canonicorum de **Thornton**, in campis *Cabornia*. Ex dono *Ceciliæ* Comitiſſæ Eccleſiam de **Goſeford**, cum omnibus pertinentiis. Ex dono *Willielmi Truſſebut* paſturam *CCC.* ovibus in **Ulesby**.

Ex dono *Engelrami* de *Moncellis* in **Cukewald** *ii.* maſuras. Ex dono *Jordani* de *Hagbebuga* *ii.* maſuras in **Stalingburch**. Ex dono *Roberti* de *Praers* Eccleſiam de **Ulſkelbia**, cum omnibus pertinentiis, & *v.* bovatas terræ in eadem villa, cum omnibus pertinenciis. Ex dono *Roberti* filii *Ernisii* in **Witton** *i.* bovatam & *j.* toftam cum omnibus pertinenciis. Ex dono *Bernardi* filii *Stanyui* terras in **Witton**, & **Thorn**, & communem paſturam in **Witton**, ſicut Cartæ ejuſdem *Bernardi* teſtantur. Ex dono *Godefridi* de **Burum** dimidiam bovatam terræ in **Wytton** cum pertinenciis. Ex dono *Gilberti* de *Gant* tranſitum **Humbræ**, apud **Barton** Canonicis & hominibus & omnibus rebus ſuis ſine naulo & *i.* maſuram in **Barton**, & communem paſturam **Barton**. Ex dono *Willielmi* de *Roumara* in *Alkebarwa* *i.* maſuram. Ex dono *Seziliæ* in **Suthburton** juxta *Beverlacum* *i.* bovatam terræ, & *i.* toftam cum omnibus pertinenciis. De Abbacia beatæ *Mariæ Eborum* in **Brunn** & **Thoan** dimidiam carucatam

tam terræ, cum pertinentiis ad **Utmare**. Ex dono *Willelmi* filii *Roberti* in **Andeneby** pratum, quod dicitur **Honedland**, juxta *Warletas*. Ex dono *Euſtachii* filii *Hugonis* in **Barton** *i.* maſuram. Ex dono *Haketti* de **Rydeford** in **Bernetteby** *i.* bovatam terræ cum pertinenciis ſuis.

Ex dono *Milonis* de *Fontenya* *i.* bovatam terræ in eadem villa. Ex dono *Mormanni Rotarii* in *Nuttele* redditum duorum ſolidorum. Ex dono *Dodonis* & *Alani* Diaconi filii ſui in campis **Thornton** *ix.* acras terræ. Ex dono *Rogeri Wambeys* locum de *Rupe* inter **Normaneby** & **Clakesby**. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædicta Abbacia ſanctæ *Mariæ* de **Thornton**, quæ eſt dominica Capella noſtra, & Canonici noſtri in ea Deo ſervientes habeant & teneant prædicta omnia, & quæ eis impoſterum rationabiliter dabuntur, cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in terris & aquis, in ſtagnis & molendinis, in viis & ſemitis, in vivariis & piſcariis & mariſcis; in Eccleſiis & Capellis, in decimis & aliis ſubventionibus & aliis rebus cum *Soca* & *ſaca* & *Thol* & *Theme* & *Infangenethef*, & cum libertate Curiæ ſuæ, & aliis libertatibus ad terras eorum pertinentibus, ſicut Carta donatorum, quas inde habent, teſtantur. Volumus eciam quod prædicti Canonici noſtri de **Thornton** & res ſuæ & homines ſui ſint quieti de ſhiris & hundredis, & placitis & querelis; & geldis & Danegeldis, & *Themanatale* & concelationibus, & ſcottis, & auxiliis, & aſſiſis, donis, & ſcutagiis, & hidagiis, & ſummagiis, & murdro & **Tenigges** & **Wapentakes**, & auxiliis Vicecomitum, & miniſtrorum ſuorum, & **Borewynge**, & operatione & fractione caſtellorum vel murorum, vel pontium, vel vivariorum, vel ſepium, de theolonio, & paſſagio, & pontagio, & pedagio, & ſtallagio, & de omni ſeculari ſervicio & exactione, tam per terram, quàm per aquam, in omni loco poteſtatis noſtræ; Ita quidem, quod nullus Vicecomes vel miniſter noſter vel alius aliquis prædictos Canonicos noſtros de **Thornton**, vel homines ſuos inde inquietet, vel diſturbet, vel vexet, vel in placitum mittat ſuper foriſfacturam noſtram. Teſtibus *Waltero Rotomagenſi* Archiepiſcopo, *G. Eboracenſi* Electo, *H. Sareſbirienſi* Epiſcopo apud *Verzeliacum*, tercia die *Julii* anno primo regni noſtri (&c.)

De advocatione ejuſdem Abbatiæ.

Pat. 6. E. 3. m. 9. Vide Cart. 5. E. 2. n. 11. Et Cart. 9. E. 1. n. 25. Et Pat. 20. R. 2. p. 2. m. 8.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali; & per finem quem dilectus nobis in Chriſto Abbas de **Thornton** ſuper **Humbre** fecit nobiſcum, de aſſenſu Prelatorum, Comitum, & Baronum regni noſtri in Parliamento noſtro apud *Weſtm.* anno regni noſtri ſexto convocato, conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris eidem Abbati & Conventui ejuſdem loci, quod advocatio Abbaciæ ſuæ prædictæ, quæ de fundatione *Willielmi* le *Gros* nuper Comitis *Albæ Marliæ* & domini de **Holdernesse** extitit, cujus terræ & tenementa unà cum dominiis, ſerviciis, feodis militum, advocationibus Abbaciarum, Prioratuum, Hoſpitalium, Eccleſiarum & Capellarum ad manus domini *E.* quondam Regis *Angliæ*, avi noſtri tanquam Eſcaeta ſua devenerunt, & ſic in manu noſtra exiſtunt, extra manum noſtram vel hæredum noſtrorum de cætero non ponatur; ſet quod dicta advocatio nobis & hæredibus noſtris tanquam Coronæ noſtræ annexa remaneat imperpetuum; Ita quod iidem Abbas & Conventus vel ſucceſſores ſui ratione cujuſcumque alienationis, ſeu doni de advocatione vel dominio prædictis per nos vel hæredes noſtros impoſterum faciendi, alicui attornare ſeu intendere non teneantur in futuro. Inſuper conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris eiſdem Abbati & Conventui, quod ipſi Abbaciam prædictam & omnia terras & tenementa ſua quæ habent de dono & feoffamento, ſeu alias, de dominio prædicti Comitis in **Holdernesse**, & alibi, in diverſis partibus regni noſtri, habeant & teneant ſibi & ſucceſſoribus ſuis de nobis & hæredibus noſtris imperpetuum, eodem modo quo ipſi & prædeceſſores ſui prædicti Abbaciam, terras & tenementa prædicta de præfato Comite tenuerunt, & ea de nobis modo tenent. In cujus &c. T. Rege apud *Weſtm.* *xv.* die *Sept.*

PRIORATUS

de **Brummore** *in agro* **Wiltonienſi.**

Carta Regis Henrici *ſecundi, donationes* Baldwini *de* Riveris *& aliorum, recitans & confirmans.*

Cart. 6. E. 3. n. 43. per Inſpex. Videſis Pat. 26. H. 6. p. 3. m. 17. Et Pat. 2. H. 4. p. 2. m. 34.

HEnr. Rex *Angliæ* & dux *Norm.* Archiepiſcopis (&c.) Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe in perpetuam elemoſinam Canonicis regularibus de *Brumora* locum ipſum in quo Deo ſerviunt & omnes poſſeſſiones ſuas, tam Eccleſiaſticas quàm mundanas, quas juſtè poſſident vel poſſeſſuri ſunt futuris temporibus. In primo ſcilicet omnes donationes quas *Baldewinus* de *Riveris* & *Hugo* avunculus ejus in villa de *Brumora* eis in elemoſinam dederunt & ſcriptis ſuis confirmaverunt; in Eccleſiis, in Capellis, in Decimis (&c.) ſicut eis datæ ſunt & conceſſæ, & terram de *Stanpetta*, ſcilicet tres hidas, quas *Wicius Falconarius* prædictis Canonicis, concedente *Baldewino*, in perpetuam elemoſinam dedit; Et Eccleſiam de *Sappeleja*, quam *Oricus* de *Stantune* eis in elemoſinam dedit, concedente ac confirmante Epiſcopo *Henrico Wynt* & *Baldwino* de *Riveris*. Et unam virgatam terræ in eadem villa, cum ſex acris prati. Et Eccleſiam de **Wicchsberi**, cum decimis totius Manerii prænominati & terra quæ adjacet, quam *Ingelramus* Apoſtolicus præſcriptis Canonicis, me concedente & confirmante, perpetuò in elemoſinam dedit. Et terram qnæ eſt in *Brumora*, quam *Willelmus* de *Hela*, concedente filio ſuo, in elemoſinam eis dedit. Et præcipio miniſtris meis de *Nova foreſta*, quatinus centum animalia eorum ſine herbagio, & centum porci abſq; paſuagio in *Nova foreſta* eant; Et de mortuo boſco habeant ad focum faciendum quantum eis neceſſe fuerit (&c.) T. *Milone* de *Glouc.* Conſtabulario; *Pagano* filio *Johannis*, *Ricardo Baſſet*, *Willielmo* de *Porth*, apud *Wintoniam*.

Carta Manaſſeri Biſet de *xxii. acris terra.*

Ex autographo in Officio Armorum.

Manaſſerus Biſet, Dapifer Regis *Angliæ*, omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe & confirmâſſe in perpetuam elemoſinam *xxii.* acras terræ & dimidiam, marlatas, Eccleſiæ ſancti *Michaelis* de *Brumora*, pro domino meo *Henrico* Rege, & pro me & uxore mea, & omnibus anteceſſoribus meis; & iſta terra eſt inter maram de *Radehella* & domum *Ricardi* de *Paſir*. Et ego pono in Eccleſia prædicta unum Canonicum, qui ſerviet pro me & anteceſſoribus meis. Hiis teſtibus, *Criſpino* ſacerdote, *Andrea* filio *Willielmi*, *Galfrido* de *Brinchewrth*, *Roberto* filio *Aſchet*, *Radulfo* de *Sancto Germano*, *Humfredo* de *Bradeleia*, *Godefrido Cambert*, *Ricardo* de *Cumbi*, *Iſenbarto* de *Wiltona* valete.

PRIORATUS

de Harewold, *in agro* Bedfordienſi.

Lel. Coll. vol. 1. p. 68.

Harwolde *Prioratus monialium S.* Auguſtini Sampſon *de* Forte *primus Fundator.*

Carta Malcolmi *Regis Scotiæ donationes Canonicis ejuſdem Domus, factas, confirmans.*

Ex vet. membrana in bibl. *Cotton.*

Malcolmus Rex *Scotiæ* Omnibus hominibus totius honoris *Huntinduniæ*, clericis & laicis ſalutem. Sciant tam poſteri quàm præſentes me conceſſiſſe, & hâc meâ Cartâ confirmâſſe Eccleſiæ beati *Petri* Apoſtoli de *Harewoldia*, & Priori & Canonicis & ſororibus ibidem Deo ſervientibus, totam illam elemoſinam quam habuerunt temporibus avi mei *Davidis* regis, & *Henrici* Comitis patris mei; & quam habuerunt antequam *Philippo* de *Colevilla* hanc præfatam terram dedi. Præterea eis concedo, & per hanc Cartam meam confirmo illas decem acras terræ, quas prædictus *Philippus* eis pro ſalute animæ ſuæ dedit infra dominium ſuum, & croftum *Gilleberti Barelli*, & croftum *Hercberti ſtulti*, ſicut Carta *Philippi* eis teſtatur. Quare volo (&c.) Teſtibus *Herberto* Epiſcopo de Glaſgu, *Ernaldo* Abbate de Kelcho, *Waltero* de *Bid.* Cancellario, *Hugone* de *Morevilla*, *Roberto* de *Bruis*, *Waltero* filio *Alani*, *Waltero* de *Sumervill*, *Roberto* de *Capella*, *Eadmundo* Camerario apud *Carlolium*.

Carta Sanſonis Fortis, conceſſiones Roberti *de* Bloſſevilla *recitans & confirmans.*

Notum ſit omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam futuris quàm præſentibus, quod ego *Sanſon Fortis* concedo & ſigilli mei impreſſione confirmo unam virgatam terræ quam *Robertus* de *Bloſſevilla* conceſſit Eccleſiæ S. *Petri* de *Harewolda*, ad ſuſtentationem fratrum & ſororum inibi comorantium, in elemoſinam perpetuo tenendum de dominio ſuo quam tenebat de me in Brawefeld; ſcilicet culturam juxta Wardeinton & *Cokeliwanga*, & quatuor acras terræ juxta viam de *Lavendena* cum pratis prædictæ virgatæ adjacentibus; & duas acras prati juxta pontem *Torvejæ*; & dimidiam acram ad hoſpitandum juxta Eccleſiam de Braefeld; & unam croftam in *Harewolda* inter duttam & foſſam Canonicorum. Hujus autem conceſſionis noſtræ teſtes ſunt iſti; *Simon* de *Wahulla*, *Huwardus* de *Lavendena*, *Walchierus* de *Timaiſuii*, *Robertus Ruſel*, *Nicholaus* de *Juvenci* & fratres ejus, *Nicholaius* do*Hulut*, *Amalricus Fortis*, *Walterus Diſel*, & *Açardus* frater ejus, *Baldewinus Mondant*, *Stephanus* de *Longo prato*, *Hugo Ruffus*, *Rogerus* de *Halemine*, *Godardus* de *Everdun*, *Bonefacius Dankine*, *Baldewinus* Scriptor.

Carta Willielmi *Regis* Scotiæ, *donationes Sanſonis Fortis &* Roberti *filii* Pagani *de* Bruſe *confirmans.*

Ibid.

Willielmus Rex *Scotiæ*, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus & omnibus aliis probis ſuis hominibus totius terræ ſuæ, tam clericis quàm laicis, tam *Francis* quàm *Anglis*, ſalutem. Sciant tam præſentes, quam futuri, me conceſſiſſe & hâc Cartâ meâ confirmâſſe, pro ſalute mea, & pro ſalute omnium parentum meorum & anteceſſorum, Deo & Eccleſiæ beati *Petri* de Harewolde, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, & fratribus eaſdem moniales ſecundùm inſtitutiones, Eccleſiæ S. *Nicholai* de *Arrowaſia* tuentibus, omnes donationes, quas *Sanſon Fortis*, & *Robertus* filius *Pagani* de *Brenſe* illis donaverunt, & Cartis ſuis confirmaverunt; in Eccleſiis, in decimis, in terris, in aquis, in pratis, in paſcuis, in piſcatione, in boſco, & in paſuagio, & in omnibus aliis rebus quas illis in elemoſinam contulerunt, ut eas habeant & poſſideant in perpetuam elemoſinam, liberas & quietas, & ab omni ſeculari ſervitio & exactione abſolutas ſicut,

ſicut Cartæ eorum teſtantur, & ſicut Carta *Malculmi* fratris mei teſtatur. Hiis teſtibus *Nicholao* Cancellario, *Ricardo* Capello; Comite *Simine Galfrido Ridello, Roberto Foliot, Roberto* de *Coſtentin, Roberto Wilibi, Helia Foliot, Simine Eſſebeje, Thoma Barton.*

Carta Regis Johannis *donationem* Baldwini *de* Arda, *de Eccleſia* **Stivington**, *confirmans.*

Ibid.

I*Ohannes* Dei gratia &c. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute noſtra & animabus anteceſſorum, & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe, & hâc Cartâ noſtrâ confirmâſſe Monialibus de **Harwode**, Eccleſiam de **Stivinton**, cum omnibus appenditiis ſuis, quam habent de donatione *Baldewini* de *Arda*, ſicut Carta ejuſdem *Baldewini*, quam inde habent, rationabiliter teſtatur, &c. Datum per manum *Hugonis* de *Welles*, Archidiaconi, apud **Rumenel** quinto die *Aprilis* &c.

Carta Regis Henrici *quarti, de Eccleſia de* **Chakirſtone.**

Pat. 7. H. 4 p. 2. m. 39.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus dilectis nobis in Chriſto Prioriſſæ & Monialibus beati *Petri* de **Harewold** in com. *Bedf.* unum meſſuagium cum pertinentiis in villa de **Chakirſtone**, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ. Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis in puram & perpetuam eleemoſinam imperpetuum; quod quidem meſſuagium valorem duorum ſolidorum per annum non excedit, ut dicitur. Et eiſdem Prioriſſæ & Monialibus quod ipſæ meſſuagium & advocationem prædicta de nobis recipere, ac Eccleſiam prædictam appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, tenore præſentium: ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem (&c.) T. Rege apud *Weſtm. xxx.* die *Martii.*

PRIORATUS

de **Brinkeburne** *in Com.* Northumbriæ.

Carta Willielmi Bertram, *primi Advocati.*

Ex Regiſtro de **Brinkeburne** penès dominum *Will. Howard* de **Naworth** caſtro 23. *Jan. a.* 1638. (fol. 1.) Videſis etiam Cart. 2. *Joh.* p. 1. *m.* 11. & Pat. 25. H. 6. p. 1. *m.* 7.

NOverit præſens ætas, Noverit creditura poſteritas; Noverint omnes, quod ego *Willielmus Bertram* ad honorem Sanctæ, & individuæ Trinitatis, patris, filii, & ſpiritus Sancti, cum uxore mea *Hawys*, & hæredibus meis, *Rogero*, & *Guydone*, *Willielmo*, *Ricardo*, & cæteris, voluntate, & concilio, prece pariter, & petitione dompni *Oſberti Colutarii*; pro anima mea, & parentum meorum; pro meorum remiſſione peccatorum; pro dominis meis vivis, & defunctis, pro uxore mea, & filiis, & pro hominibus meis fidelibus concedo locum, qui **Brinkeburne**, dicitur, quem idem *Oſbertus* edificavit, dompno *Radulpho* Presbitero Monaſterii Sanctæ *Mariæ* de *Inſula*, & Fratribus ſuis, locum hunc prætaxatum, cum terris & omnibus, quæ mei juris ſunt, quæ prædicto *Oſberto* prius dederam, concedo Fratribus ibidem Deo ſervientibus & ſervitiis; ſuperad denſetiam de deſertis meis, videlicet, **Thornhalgh**, & **Forderhalgh**, & **Papworthhalgh**, & **Heley**, & **Over-Heley**, & omnes Saltus meos circumjacentes; & de Silva mea, quæ ab oriente eſt **Heley**, à via quæ deſcendit à ſuperiori parte ejuſdem, uſq; ad **Linchebourne**, & exinde uſque ibi eadem Bourne cadit in **Coket**. Hæc inquam omnia concedo, & dono & imperpetuum poſſidenda ſuper Altare Dei & Sancti *Petri* offero & hoc mea Cruce ✠ confirmo, uſibus & ſuſtentationi Chriſti pauperum, inibi cohabitantium, cum omnimoda libertate, ſine omni inquietudine, modis omnibus profitura. Et ego *Hawys* uxor *Willielmi Bertram*, libenter in id ipſum concenſum cruce ✠ adhibeo: Et ego *Rogerus* filius *Willielmi Bertram*, hac mea cruce ✠ illud idem confirmo. Præterea omni anno dono eiſdem Canonicis viginti piſces, de mea piſcaria de *Coket*. Teſtibus *Richardo* Presbitero, & *Baldwino* filio ejus, *Bertramo* de *Pichedene*, *Carod*, & aliis.

Carta Willielmi *Comitis* Northumbriæ.

Ib. fol. 65.

W*Illielmus* de *Gwaren* Comes *Northumbria* Juſticiæ ſuæ & Baronibus, Vicecomitibus & miniſtris, & omnibus probis hominibus, tam laicis & clericis totius *Northumbria* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & ſanctæ *Mariæ*, & Eccleſiæ S. *Petri* de **Brinkburne**; & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, pro anima *Henrici* Comitis dilectiſſimi patris mei, necnon & pro anima mea, & animabus anteceſſorum meorum, eandem ſalinam quam pater meus *Henricus* Comes apud **Werkworth** in tempore vitæ ſuæ, eis in perpetuam elemoſinam dedit & conceſſit. Concedo & confirmo dictis fratribus totam donationem *Rogeri Bertram*, ſcilicet locum qui dicitur **Brinkburne** cum omnibus pertinentiis ſuis. Volo etiam quatinus prædicti Canonici de **Brinkburne** prædictam ſalinam, & omnia ſua habeant & teneant, ita liberè & quietè, ſicut ipſi aliquam elemoſinam liberiùs & quietiùs in terra mea habeant, & nullus veſtrum ſuper plenarium foriſſactum meum eis injuriam vel contumeliam inde conferat, nec fieri permittat volente. Hiis teſtibus, *Gilberto* de *Umfravill*, *Will.* de *Veſci*, *Rogero* de *Merly*, & aliis.

Carta Henrici *Comitis* Northumbriæ.

H*Enricus* Comes filius Regis *Scotiæ*, Juſtitiæ ſuæ & Baronibus, Vicecomitibus & miniſtris, omnibus probis hominibus ſuis totius *Northumbriæ* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ S. *Petri* de **Brinkburne**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro anima mea & animabus anteceſſorum meorum, ſalinam unam de ſalinis meis de **Werkworth** in perpetuam elemoſinam. Volo itaquè quatinus prædicti Canonici de **Brinkburne** illam ſalinam habeant & teneant ita liberè, quietè & honorificè, ſicut ipſi aliquam elemoſinam liberiùs & quietiùs in terra mea habeant; & nullus veſtrum ſuper plenarium foriſſactum meum eis injuriam vel contumeliam inde conferat, nec fieri permittat. Teſt. *E.*... Cancellario Comitis, *Hugone Belet*, & aliis.

Cart. 43. H. 3. *m.* 4. REx Archiepiſcopis &c. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ (&c.) confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Petri* de **Brinkeburne** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus (&c.) omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas quas *Rogerus Berteram* de **Wilford** eis fecit; *viz.* Septies viginti acras terræ in **Evenewode**, de vaſto ſuo, cum omnibus pertinentiis ſuis, per perticam *xx.* pedum, & de foreſta ſua omnia neceſſaria ſua ſine vaſto ad ædificandum, & ad aratra ſua, & herſ: & bigas & plauſtra quantum rationabiliter ſufficit ad tantam terram ſuſtinendam per viſum & liberationem ballivorum ſuorum, & commune focalis in turbaria ſua de **Glantleye** quantum ad prædictam terram rationabiliter poterit ſufficere cum libero introitu & exitu. Et tantam terram de vaſto ejuſdem *Rogeri* ſubtus villam de **Framelintone**, quanta eſt ab exitu ejuſdem villæ, & ex orientali parte viæ quæ ducit ad vadum *Willielmi*, deſcendendo per eandem viam verſùs Auſtrum uſque dum veniatur rectè contra quercum quæ dicitur **Bradhak**, ſecundùm factam ibidem diviſam; & deinde verſùs orientem rectè uſq; ad eandem quercum, & iterum ab eadem quercu verſùs orientem uſque in **Suineclowe**; & ſic aſcendendo rectè per **Suineclo** verſùs Aquilonem uſque ad ſepem campi eorundem Canonicorum. Et ſufficientem clauſuram ad eandem terram claudendam ſingulis annis, cum opus fuerit, de ſilvis ejuſdem *Rogeri* propinquioribus eidem terræ; excepto defenſo ſuo exiſtente ex orientali parte ejuſdem **Suineclo**, & unam partem ſilvæ ſuæ de **Rimeſide**, quam dictus *Rogerus* eis fecit per has diviſas; ſcilicet incipiendo in quodam ſiketto, quod venit de petario dictorum Canonicorum in ſilvam, & ſic deſcendendo linialiter in moram de **Framlington**, & poſtea tendendo verſùs **Brinkburne** extra oram dictæ ſilvæ de **Rimeſhide**, quoad uſq; perveniatur in viam quæ ducit de **Framelintone** uſq; **Raby**; Et ab illa via deſcendendo extra ſilvam uſq; in **Linchewodeburne**, cum viridi & venatione, & libero introitu & exitu, & omnibus aliis libertatibus & aiſiamentis prædictæ ſilvæ pertinentibus. Quare volumus (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm. xx.* die *Maii* anno regni noſtri *xliii*.

PRIORATUS

de **Leye** *infra Inſulam de* **Greleye**.

Carta Regis Johannis, *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 3. I, 3. n. 18. R*Ex Archiepiſcopis &c, ſalutem. Inſpeximus litteras patentes domini* E. *quondam Regis* Angliæ *avi noſtri, in hac verba.* Edwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & dux *Aquit.* Omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint ſalutem. Cum dominus *J.* quondam Rex *Angliæ* avus noſter, dudum per Cartam ſuam dederit & conceſſerit Priori & Canonicis tunc in Prioratu de **Leye**, *Exonienſis* dioceſis, commorantibus viginti ſolidatas annui redditus percipiendas in **Allinggedone** de quibuſdam tenentibus ejuſdem villæ eiſdem Canonicis & eorum ſucceſſoribus in puram & perpetuam elemoſinam. Et jam ex mutuo aſſenſu & voluntate noſtri & Dioceſani loci, loco Canonicorum prædictorum canonicè ponantur in Prioratu ſupradicto. Nos eiſdem Canonicabus gratiam facere volentes, conceſſimus eis pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod ipſæ Canonicæ redditum prædictum adeo liberè & plenariè habeant & percipiant ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut Canonici prædicti redditum illum ante tranſmutationem taliter de eis factam percipere, & habere conſueverunt (&c.) aut earum ſucceſſores occaſione tranſmutationis prædictæ per nos vel hæredes noſtros Juſtic. Eſcaetores Vic. ſeu alios miniſtros noſtros quoſcumque inde occaſionentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur. In cujus rei teſtim. Teſte meipſo apud *Exon.* ſeptimo die *Jan.* anno regni noſtri quarto decimo.

Inſpeximus etiam Cartam confirmationis quam dominus H. *quondam Rex* Angliæ *progenitor noſter, ante tranſmutationem prædictam fecit Deo & Eccleſiæ beatæ Mariæ & ſancti* Johannis Evangeliſtæ de *Lega* & Canonicis tunc ibidem Deo ſervientibus in hæc verba. *H.* Dei gratia Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) Salutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & ſancti *Johannis* Evangeliſtæ de *Lega*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes ſubſcriptas rationabiles donationes à *Waltero* de *Clavilla* eis factas, & per Cartam *Willielmi* Comitis *Glouc.* confirmatas; ſcilicet Eccleſiam de *Burewoldiſcumba*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum *viii.* acris terræ, quas idem *Walterus* dedit ad luminare ipſius Eccleſiæ, & cum dimidia virgata terræ Wihestebroch; & Eccleſiam de *Duhelanda*, cum omnibus pertinenciis ſuis, & cum dimidio ferlingo terræ, quam *Walterus* in crementum ipſi Eccleſiæ dedit; & Eccleſiam de *Mordona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum dimidia virgata terræ, quam *Walterus* ſuperaddidit. Et totam terram propè ipſum locum de *Lega*, ſitum ab Aquilonali parte aquæ-ductus veteris molendini à colle de *Wulflega* uſque ad calceiam vivarii; & ipſum vivarium, & duas acras terræ ab occidentali parte vivarii; & inde totam terram ſitam ab Aquilonali parte aquæ de Linor uſque ad aquam de Swiliende, videlicet totam terram ejus de *Lega*, & unum ferlingum terræ de Kuchenolle, & ſilvam de Kuchinolle, & molendinum, & totam molturam terræ de *Burewoldiſcumba*, & Suraple, cum omnibus pertinenciis ſuis; & conductum aquæ & locum molendini ubicumque illud facere voluerint; & communia paſcua terræ ipſius; & molendinum de *Widecumba*, & totam molturam ipſius terræ, & ſex acras terræ, propinquiores ipſi molendino; & totam terram de Pitheraton, & totam terram de *Northawnda*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam decimam reddituum ſuorum in omnibus terris ſuis; ſcilicet decimam reddituum de *Burwoldiſcumba*, & de Suraple, & decimam reddituum de duabus Kenhill; & decimam reddituum de Lunnetie, & de *Duhelanda*, & de *Widecumba*, & de *Mordona*; cum omnibus pertinentiis prædictarum terrarum, totam ſcilicet decimam reddituum ſuorum in gablis & in redditu molendinorum, & in redditu dominii de Hocchevay, & in redditu Broiheriæ de *Mordono*; & decimam *xiiii*, ſol. de terra *Roberti* filii *Gunnart* der Trever in perpetuam elemoſinam, à præfato *Waltero* & hæredibus ſuis prædictæ Eccleſiæ reddendam. Quare volo (&c.) Teſtibus Magiſtro *Waltero* de *Conſt.* *Godfr.* de *Luci*, *Rannulpho* de *Glanvil* (&c.) apud *Wintoniam*. Nos autem (&c.) confirmamus (&c.)

De Eccleſia de Dunesford *per Petrum* Exon. *Epiſc. conc. ſx.*

REx omnibus ad quos (&c.) licentiam dedimus *Petro Exon.* Epiſcopo, quod ipſe manerium ſuum de Dunesford, & advocationem Eccleſiæ ejuſdem loci, cum pertinentiis, dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto Abbatiſſæ & Canoniſſis de Legh, Habendum & tenendum eiſdem Abbatiſſæ & Canoniſſis & earum ſucceſſoribus imperpetuum (&c.) T. Rege apud *Weſtm. xiii.* die *Julii.* Pat. 18. E. 1. m. 18.

PRIORATUS

de Briweton *in agro* Somerſetenſi.

Carta Willielmi *le* Moyne *Comitis Somerſ. de fundatione ejuſdem.*

ROberto Dei gratia *Bathonienſi* Epiſcopo, & omnibus filiis Sanctæ Eccleſiæ *Willielmus* de *Moyne* Comes *Somerſetenſis* ſalutem. Notum vobis fieri volo, me prece *Willielmi* Capellani, uxoris meæ, & multorum amicorum ac hominum conſilio, hæredumque meorum conceſſu; & pro animæ meæ uxoriſq; filiorumque meorum ſalute; & pro redemptione peccatorum meorum, Deo & ſanctæ *Mariæ*, Canonicisque regularibus, Eccleſiam de Briweton conceſſiſſe, cum terris & decimis & conſuetudinibus & omnibus rebus ſicut prædictus *Willielmus* Capellanus melius tenuit; videlicet cum terra quæ fuit *Rogeri Cici*, & acquietationibus tam in boſco quam in plano; ſcilicet de paunagio & cæteris conſuetudinibus, & de boſco meo convenienter ad negotia ſua, ſive ad focum, ſive ad domus ſuas reficiendas, ſive ad alia in quibus boſco indigebunt; Et communem paſturam in omni manerio meo de Brunham. Teſte *Willielmo* filio meo, *Henrico*, *Juwanno*, *Petro*, & *Ricardo* Clericis; *Radulpho* Capellano, *Roberto* Capellano, Magiſtro *Willielmo*que, *Willielmo* de *Brintone*, *Reinaldo Rich.* de Wachesford; *Hugone* de *Punchardun*, *Willielmo Daſtard*, *Willielmo* de *Locunnis*, cum pluribus aliis. Et qui hanc meam donationem minuere tentaverit, maledictionem Dei æterni conſequatur. Amen.

Pat. 36. E. 3. p. 2. m. 22. per Inſpex.

Vide Pat. 20. E. 3. p. 2. m. 24.

Bruton *Canonici in commitatu de* Somerſet.

Lel. Itin. vol. 1. p. 80.

ALmerus Comes *Cornubiæ*, fundator, inſtituit monachos; *Gulielmus Mohun*, poſt Conqueſtum, tranſtulit monachos in Canonicos regulares.

Bruton.

Lel. Itin. vol. 2. fol. 45.

The Abbaye there was afore the Conqueſt a place of Monks, foundid by Algarus **Erle of** Cornewall. Moionſet **Chanons there ſins the Conqueſt, and divers of the** Moion's **were buryid ther. One** William Gilbert **of late time being Prior of** Bruton **went to**Rome**, and there procurid firſt that the name of the Priorie of** Bruton **might be chaungid unto an Abbay. This** Gilbert **being Abbate did grete coſt in the Abbay of** Bruton **in building, almoſt reedyfying it.**

Id Eſt.

ABbatia quæ illic, ante Conquæſtum [Normannicum Monachorum locus erat, ab *Algaro Cornubiæ* Comite fundatus. *Moinus* [quidam] poſt conquæſtum Canonicos ibi collocavit: plures etiam ex *Moinorum* familiâ ibi ſepeliebantur: Quidam *Willielmus Gilbert*, nuperus *Brutonenſis* Prior, *Romam* ivit, ubi primus omnium imperravit, ut Prioratus *Brutonenſis* nomen in Abbatiam mutaretur. *Gilbertus* iſte Abbas factus, in Abbatiæ ædificia plurimum expendit, totam ferè reædificando.

Carta Savarici Bathon. *Epiſcopi, diverſorum donationes recitans & confirmans.*

Pat. 5. *R.* 2. p. 1. *m.* 4. per Inſpex.

REx omnibus ad quos (&c.) ſalutem. Inſpeximus ſcriptum venerabilis in Criſto patris *Savarici*, quondam Epiſcopi *Bathonienſis* & *Glaſtonienſis*, factum in hæc verba. Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Savaricus* divina permiſſione *Bathonienſis* & *Glaſtonienſis* Epiſcopus, ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, nos auctoritate Epiſcopali confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* de **Briwetone**, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & poſſeſſiones, quas *Henricus* de *Caraville* ſenior, & *Antigona* filia ejus & hæres, & *Alexander* de *Cantelo* eidem Eccleſiæ & Canonicis piâ devotione conceſſerunt, & Cartis ſuis, quas diligenter inſpeximus, confirmârunt; videlicet, ex donatione *H.* de *Caraville* unam virgatam terræ, & dimidiam, cum pertinentiis, & triginta unam denariatam terræ in eadem villa; & ortum ante portam atrii, cum bordello; Et totum jus quod habuit in foreſta de **Salewood**. Et ex donatione præfatæ *Antigonæ* unam acram terræ ad edificandam curiam ſuam; Et unam perticulam terræ extra portam eorum: Et ex donatione, memorati *Alexandri* quicquid idem *Alexander* habuit in villa de **Briweton**; Scilicet, Hundredum, & Forum & terram de la *Cumba*, & ſi quid aliud in eadem villa habuit. Ut autem hæc noſtra confirmatio perpetuæ firmitatis optineat robur, eam præſenti Cartâ, & ſigilli noſtri munimine dignum duximus roborare. Si quis autem contra eam temerè ire attemptaverit, indignationem Dei omnipotentis & glorioſæ Virginis ſe noverit incurſurum, valete. Nos autem ſcriptum prædictum, & omnia & ſingula in eodem contenta, rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Canonicis & ſucceſſoribus ſuis ratificamus, approbamus, & tenore præſentium confirmamus, ſicut ſcriptum prædictum rationabiliter teſtatur, prout iidem Canonici & prædeceſſores ſui poſſeſſiones prædictas hactenus tenuerunt & habuerunt. In cujus rei &c. T. Rege apud *Weſtmonaſterium* tertio die *Decembris.*

Vide etiam Cart. 6. E. 3. n. 16.

PRIORATUS

de **Bradenſtoke** *in agro* Wiltonienſi.

Carta Patricii *Comitis* Sarum Walteri *patris ſui conceſſionem in prima fundatione ejuſdem Prioratus, recitans & confirmans.*

Ex Regiſtro de **Bradenſtoke** in bibl. *Cottoniana* [ſub effigiæ *Vitellii.* A. 11.] fol. 178. Vide etiam Rot. Cart. 9. *Joh.* n. 61.

UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ fidelibus Comes *Patricius Sarum* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe & Cartâ meâ confirmâſſe in perpetuam elemoſinam Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Bradenſtoke**, quam pater meus *Walterus* de **Sareſbiria**, ad dilatandum religionis cultum conſtruxit, ea quæ idem pater meus præfatæ Eccleſiæ & fratribus in eâ canonicè Deo ſervientibus, devotionis intuitu contulerat; ſcilicet totam villam de **Bradenſtoke**, & quicquid ad illam pertinet, tam in boſco quam in plano, cum omnibus libertatibus & conſuetudinibus ſuis cum Eccleſia ejuſdem villæ & omnibus pertinentibus ad illam: unam hidam terræ in **Pelchelhampton**, & quicquid ad eam pertinet: Capellam quoq; de *Lacha* cum omnibus eidem pertinentibus, & unam virgatam terræ in eadem villa, quam *Richardus Cotel* prædictæ Eccleſiæ dedit, liberam & quietam ab omni ſervitio & omni ſeculari exactione, præter Deneghelduni Regis. Præterea dedi & conceſſi in perpetuam elemoſinam eidem Eccleſiæ, totam **Wilecote**, & quicquid ad ipſam pertinet, tam in boſco quam in plano, cum omnibus libertatibus & conſuetudinibus ſuis. Eccleſiam quoq; ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentibus ad eam; ſcilicet duodecim libratas in excambium pro terra de **Wyveleſford**,

ford, quam pater meus prædictæ Eccleſiæ dedit. Decem libratas pro animabus patris mei & matris meæ & *Matıldis* Comitiſſæ uxoris meæ, & omnium anteceſſorum meorum. Reſiduum de Manerio de **Wilcote**, cum Eccleſia ejuſdem villæ, pro calumpnia quam Canonici de **Bradenſtoke** habebant in Eccleſia de **Caneford**, & in Capella Sancti *Andreæ* de **Cettra**.

Terram etiam quam *Will.* de *Lytlecote* ſupradictæ Eccleſiæ dedit, liberam ab omni ſervitio & omni ſeculari exactione, ubi viciniùs & competenciùs adjacet terræ de **Bradenſtok**. Et terram quam *Will. Malcunevant* præfatæ Eccleſiæ dedit liberè & quietè tenendam. Salinam etiam quandam in **Caneford**, quæ eſt apud **Waldeſletam**, cum terrâ ad eam pertinente, & omnibus pertinenciis ſuis, liberam & quietam ab omnibus quæ ad me pertinent. Apud **Eſton** Eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus ad ipſam pertinentibus, & quinquaginta acras quas *Willielmus* de *Eſtona* præfatæ Eccleſiæ de **Bradenſtok** dedit de inlandâ ſuâ, concenſu *Oſberti* filii ſui, cum tribus manſuris & unâ virgatâ terræ in eadem villâ, quam *Reginaldus* de *Sancto Paulo* prædictæ Eccleſiæ vendidit. Hujus donationis & confirmationis teſtes ſunt, *Richardus* de *Berneriis*; *Elias* filius *Radulphi*; *Rogerius* filius *Gaufridi*; *Milo* de *Danteſeia*, *Robertus* filius *Gaufridi*; *Walcherus* filius *Radulphi*; *Alexander* de *Cheverella*; *Richardus Cotella*, *Willielmus Malcuvenant*; *Willielmus* de *Lytlecote Arnaldus* de *Durleg*; *Benedictus* de *Angervill*; *Robertus* filius *Ancelmi*; *Stephanus* de *Langheſ*; *Rogerus Burell*; *Robertus Bluſu*; *Robertus Winemanni*; *Rogerus* de *Derneford*, filius *Warini*.

Carta Willielmi *Comitis* Sarum Walteri *avi &* Patricii *patris ſui donationes confirmans.*

Ib. f, 179. UNiverſis ſanctæ Matris Eccleſiæ fidelibus Comes *Willielmus Sarum*, ſalutem; Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe & Cartâ meâ confirmâſſe in perpetuam elemoſinam Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Bradenſtoke**, pro ſalute animæ meæ & *Elæ* Comitiſſæ matris meæ, & pro anima patris mei Comitis *Patricii*, & pro anima fratris mei *Patricii*, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum, omnia quæ avus meus *Walterus* de *Sariſbiria* & Comes *Patricius* pater meus præfatæ Eccleſiæ & fratribus in ea canonicè Deo ſervientibus, devotionis intuitu, contulerunt; ſcilicet totam villam de **Bradenſtoke**, & quicquid ad illam pertinet, tam in boſco quàm in plano, cum omnibus libertatibus & conſuetudinibus ſuis, cum Eccleſia ejuſdem villæ & omnibus pertinentibus ad illam. Totam etiam villam de **Wilcote**, & quicquid ad ipſam pertinet, tam in boſco quàm in plano, cum omnibus libertatibus & conſuetudinibus ſuis, cum Eccleſia ejuſdem villæ, & omnibus pertinentibus ad eam. Et unam hidam terræ in *Echeletintuna*, & quicquid ad eam pertinet. Capellam quoq; de *Lacha*, cum omnibus eidem pertinentibus. Salinam etiam quandam in **Caneford**, quæ eſt apud **Waldeſletam**, cum terra ad eam pertinente, & omnibus pertinentiis ſuis, liberam & quietam ab omnibus quæ ad me pertinent.

Præterea dedi & confirmavi præfatæ Eccleſiæ in perpetuam elemoſinam pro anima Comitis *Patricii* patris mei, & pro anima *P.* fratris mei, Eccleſiam de **Caneford**, cum omnibus ad eam pertinentibus, ſicut *Philippus Clericus* & Magiſter *Robertus Winnam*, & *Richardus* de *Candeur*, eam meliùs, liberiùs & quietiùs tenuere. Et Capellam ſancti *Andreæ* de *Cettra*, cum omnibus ad ipſam pertinentibus. Conceſſi & confirmavi prædictæ Eccleſiæ terram quam *Willielmus* de *Lytlecote* ſupradictæ Eccleſiæ dedit liberam ab omni ſervitio, & omni ſeculari exactione, ubi viciniùs & competenciùs adjacet terræ de **Bradenſtoke**. Et terram quam *Willielmus Malcuvenant* præfatæ Eccleſiæ dedit liberè & quietè tenendam; & unam virgatam terræ in villa de *Lacha*, quam *Richardus Cotell* prædictæ Eccleſiæ dedit liberam & quietam ab omni ſervicio & omni ſeculari exactione præter denegeldam regis. Apud **Eſton** Eccleſiam ejuſdem villæ cum omnibus ad ipſam pertinentibus, & quinquaginta acras quas *Willielmus* de **Eſton** præfatæ Eccleſiæ de **Bradenſtoke** dedit de inlandâ ſuâ, conceſſu *Oſberti* filii ſui; cum tribus manſuris, & una virgata terræ in eadem villa, quam *Reginaldus* de *Sancto Paulo* prædictæ Eccleſiæ vendidit. Hujus donationis & confirmationis teſtes ſunt *Willielmus* de *St. Martino*, *Philippus* & *VValterus* Fratres mei; *Oſbertus* de *Eſtona*; *Milo* de *Danteſeia*, *Humfridus Blund*; *Herberdus Waler*; *Robertus Gerbert*; *Robertus* de *Ferford*; *Petrus Blund*; *VVillielmus* de *Poarter*; *Godefridus* de *Sancto Martino*; Milo parvus; *Olivarus* de *Sancto Martino*, & multi alii.

Carta ejuſdem Willielmi *Comitis de Eccleſia de* **Kaneford**.

OMnibus Sanctæ matris Eeccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *VVillielmus* Comes *Sarum* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra me, pro Dei amore, & ſalute animæ meæ, & *Alianoræ* de *Viterio* Comitiſſæ meæ; & pro animabus *Patricii* patris mei, & *Elæ* matris meæ, & *Patricii* fratris mei, & aliorum anteceſſorum meorum dediſſe & conceſſiſſe Eccleſiam de **Kaneford**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam & liberam elemoſinam, Deo, & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Bradenſtoke**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, ad Canonicorum ſuſtentationem, & Hoſpitum ſuſceptionem. Et ut hæc donatio mea, rata, & inconcuſſa permaneat, ſigilli mei munimine corroboravi. Hæc Carta facta fuit apud **Porters** juxta *Danfront* in *Paſſeis*, die Lunæ proximâ ante feſtum Sancti *Barnabæ* Apoſtoli poſt mortem *Ricardi* de *Candeura*. Hiis teſtibus, *Radulfo* de *Sumeri*; *VVillielmo* de *Novomercato*; *Petro Blando*, *VVillielmo Boterell*, *VValtero* de *Turbervilla*, *VVillielmo* Capellano juniore, *VValtere* Ib.f. 78. *a.*

tero filio meo, *Galfrido Vitulo* Camerario meo, & *Rogero* de *Calna.*

Carta Willielmi Graſſi *de terra in villa de* Wales.

Ib. fol. 148. SCiant præſentes & futuri, quod ego *VVillielmus Graſſus*, primogenitus *VVillielmi Graſſi*, conceſſi Deo, & Canonicis de Bradenſtoke, conceſſu *VVillielmi* le *Gras* junioris, & *Hamonis Gras*, & *Anſelmi Gras*, Theſaurarii *Exonienſis*, fratrum meorum, & aliorum parentum meorum, pro ſalute *Roberti* le *Gras* fratris mei, ibidem requieſcentis, totam terram illam cum pertinentiis ſuis, in villa de Wales, quam dedi præfato *Roberto* le *Gras* fratri meo, pro homagio & ſervitio ſuo (&c.) Teſtibus domino *Willielmo Mareſcallo* Comite *Perbrokiæ*, *VVillielmo Mareſcallo* filio ſuo, *VVillielmo* le *Gras* juniore, *Homone* le *Gras*, *Anſelmo* le *Gras* Theſaurario *Exoniæ*, fratribus meis; *Everardo Teutonico*, *Franco Teutonico* fratre ejus, *Alano* filio *VVarini*, *VVillielmo Bluet*, (&c.)

Appropriatio Eccleſiarum de Linham, Wilcote, Kaneford, *&* Segree *Canonicis de* Bradenſtoke *per* Willielmum Saresbirienſem *Epiſcopum.*

Ibid. fol. 123. UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *VVillielmus*, miſeratione divina *Sarum* Eccleſiæ miniſter humilis, ſalutem in domino ſempiternam. Religionis obſervantiam, & hoſpitalitatis munifitientiam dilectorum filiorum nobis in Chriſto Prioris, & Conventus de Bradenſtoke, diligentiùs intendentes, ad ipſorum commodum, & honorem, quantum ſecundùm Deum poſſumus, & debemus, affectuoſiùs aſſuramus. Nos igitur, eorum juſtis petitionibus adquieſcentes, liberalitèr, & benignè, de aſſenſu, & voluntate dilectorum filiorum domini *Roberti* Decani, & Capituli *Sarisbirienſis*, Eccleſiam de Linham, & Eccleſiam de Wilcote, cum Capella de Draycote, & Eccleſiam de Kaneford cum Capella de *Pola*, & aliis Capellis ad dictam Eccleſiam de Kaneford ſpectantibus; & Eccleſiam de Segres, cum omnibus ad eam pertinentibus, & Capellam ſancti *Andreæ* de Cettre cum omnibus pertinentiis ſuis, divinæ caritatis obtuitu, eiſdem Canonicis in proprios uſus duximus concedendas, & confirmandas; ſalvis vicariis ordinandis, & taxandis, tam in Eccleſiis, quam in Capellis, per nos & ſucceſſores noſtros. Salvis etiam nobis & ſucceſſoribus noſtris, jure, & authoritate Pontificali, & dignitate *Sarum* Eccleſiæ. In cujus rei teſtimonium hanc Cartam noſtram Sigillo noſtro munitam, memoratis Canonicis duximus concedendam. Hiis teſtibus Domino *Roberto* de *Herefordia* Decano *Sarum*; Magiſtro *Nicholao Eboraci* Archidiacono *VVilteſ*; Domino *Nicholao* Archidiacono *Sarum*. Data *Sarum* die Dominicâ proximâ poſt feſtum S. *Michaelis* Archangeli, Anno gratiæ *M. CC.* quinquageſimo ſexto. 1256.

Carta Gilberti *de* Clare *Comitis* Glouceſtriæ *de terris in* Midletone.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Gilbertus* de *Clare* Comes *Glouc:* & *Hertfordiæ*, dedi & conceſſi Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de Bradenſtoke, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, totam terram illam de dominico meo in Midletone juxta Faireford, quam habent ex dono *Thomæ Malmains*, & quinque acras prati in prato quod vocatur Clyvemede, & illam particulam prati quæ vocatur Wekeſtade, & communiam paſturam de dominico meo in Middletone, cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet paſturam duodecim bovum & unius vaccæ, & duorum affrorum & trecentorum ovium. Præterea conceſſi & hâc Cartà meâ confirmavi dictis Canonicis illam hidam terræ in Middleton cum omnibus pertinentiis ſuis quæ eſt de feodo meo quam habent ex dono *Hugonis* de *Cadurcis*, & *Iſabellæ* Comitis *Glouceſtriæ* matris meæ. Habendum & tenendum eiſdem Canonicis imperpetuum, liberè, & quietè, integrè & plenariè, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus. Pro hac autem conceſſione & confirmacione dederunt mihi prædicti Canonici viginti & ſeptem marcas Argenti & dimid. & quietam clamaverunt paſturam quam clamaverunt in Fairford, & paſturas in Midleton quæ vocantur Cuerneford, & Hulles. Et ego & hæredes mei warantizabimus. (&c.) In cujus rei Teſtimonium ſigillum meum appoſui (&c.) Hiis Teſtibus (&c.) Ib. fol. 147. b.

Carta Regis Henrici *tertii Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ibid. fol. 175. b. Et Rot. Cart. 16 H. 3. M. 6. Videſis Cart. 9. Joh. n. 61. HEnricus Rex &c. ſalutem. Noveritis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe, & hâc Cartâ confirmâſſe, pro nobis & hæredibus noſtris, Priori & Canonicis de Bradenſtoke, omnes donationes ſubſcriptas; videlicet ex dono *Walteri* de *Sareſbiria* totam villam de Bradeneſtoke, & quicquid ad illam pertinet, cum Eccleſia ejuſdem villæ; & unam hidam terræ in Hetheſeting, & Capellam de *Lacha*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono Comitis *Patricii* totam villam de Wilcote, & Eccleſiam ejuſdem villæ; & ſalinam quandam in Caneford. Ex dono Comitis *Willielmi Sarriſberienſis* Eccleſiam de Caneford, & Capellam S. *Andreæ* de *Cettra*. Ex dono *Willelmi* de Litlecot terram illam, quæ adjacet viciniùs & competenciùs terræ de Bradeneſtoke; & terram illam quam *Willelmus Mancovenant* præfatæ Eccleſiæ rationabiliter dedit. Ex dono *Ricardi Cotele* unam virgatam terræ in villa de *Lacha*. Ex dono *Willelmi* de *Eſton L.* acras de inlandâ ſuâ conceſſu *Oſberti* filii ſui, cum tribus manſuris. Et unam virgatam terræ in eadem villa, quam Canonici ccl. de **ſtoni.**

Canonici prædicti rationabiliter emerunt de *Reginaldo* de *Sancto Paulo*. Ex dono *Willelmi Mareſcalli* Comitis *Penbrociæ* Eccleſiam de **Eſtone**. Ex dono *Hugonis* de *Cadurcis* unam hidam terræ in **Middeltone**. Ex dono *Rogeri* de *Berkelei* quandam croftam quæ vocatur *Henleya* in **Dodintone**; & unam acram terræ & dimidiam juxta **Widwelle**; & unam acram prati ad **Sleperesnorth**, & aliam acram prati in **Langedale**; & totam culturam arabilem inter **Hilebroc** & vetus **Lupiedd**.

Ex dono *VVillelmi* filii *Everardi* duas partes decimarum de toto dominico ſuo de **Dartheſtone**, tam de terra arabili quàm de paſturâ. Ex dono *Simonis* de *Tocha xxvii.* ſol. redditus in *Immenia*. Ex dono *VVillelmi Keneb.* totam terram ſuam in **Beneforde**. Ex dono *VVillelmi* filii *Hugonis* de *Hetone* duas minas frumenti annuatim ad feſtum *S. Michaelis*. Ex dono *Galfridi* Comitis *Pertici vii.* ſolidos in parochiâ de **Wamburge**. Ex dono *Mathei* de *Thormarethe*, dimidiam virgatam terræ in **Thormarethe**, quam *VVulurіcus* tenuit. Ex dono *Mauricii* filii *Mathei*, & confirmatione *VValteri* de *Thormarethe* dimidiam hidam terræ in **Thormarethe**, quam *Thurkil* tenuit, & aliam virgatam terræ quam *Scorig* tenuit. Item ex dono ejuſdem *Walt.* paſturam quingentarum ovium in communi paſtura de **Thormarethe**, & paſturam *viii.* boum & *iiii.* vaccarum, quietam ab omni exactione; & cætera animalia ſua & porcos in communi paſturâ. Ex dono *Nigelli* de *Mordon* unam virgatam terræ in **Eddone**, quam *Robertus Sprot* tenuit. Ex dono *VVillelmi* Comitis *Sarreſberienſis* paſturam centum ovium in villa de *Cettra*. Ex dono *VV. Lungeſpee* Comitis *Sarreſberienſis* unam virgatam terræ in *Ambreſbiria*, quam *VVillelmus* Comes *Sarreſberienſis*, filius Comitis *Patricii*, dedit *Simoni* infanti. Ex dono ejuſdem *VVillelmi Lungeſpee* Comitis *Sarreſberienſis* dimidiam virgatam terræ in *Cettra*, quam *Treſmundus Culling* tenuit; & aliam dimidiam virgatam terræ in eadem villa, quam *R. Algar* tenuit. Ex dono *VValteri Croc* unam quarrariam juxta tenorem Cartæ ſuæ. Ex dono *Johannis* filii *Gileberti* medietatem villæ de **Eſtone**. Ex dono *VVillelmi* filii *Everardi lx.* acras terræ deſuper *la* **Frithe**. Ex dono *Roberti* de *Ewyas* & hæredum ſuorum homagium & totum ſervicium *Roberti* filii *Ever* in **Horningeſham**, tam in redditu quàm in relevamine, & in omnibus aliis ſerviciis quæ ad eos pertinent.

Ex dono *Stephani* de *Langeford* dimidiam hidam terræ in *Cettra* & meſuagium in **Wiltone**, quod *Rogerus* de *Porta* tenuit de eo, & unam virgatam terræ apud **Langeforde**, cum uno meſuagio & duabus acris prati, & paſturam centum *xx.* ovium, & *xii.* animalium, & *xvi.* porcorum & unius jumenti. Ex dono *Willelmi Blundi* quinque ſolidos quolibet anno **Stanleg** percipiendos ab eo & hæredibus ſuis. Ex dono *VVillelmi* de *Cotes* unam virgatam terræ in villa de **Cotes**, quam *Rogerus Pinel* tenuit. Ex dono *Nicholai* de *Hiſpania* terram quam habuit in **Winterburne** ſuper montes, ſcilicet tres virgatas terræ. Ex dono *Oſberti* de *Eſton* Eccleſiam de **Eſtone**, & tenementum *Radulphi* de *Buchell*, quod pater ſuus ante dederat eidem Eccleſiæ; ſcilicet *L.* acras de inlanda, cum tribus manſuris & conſuetudinibus ſuis, & unam virgatam terræ quam *Reginaldus* de *Sancto Paulo* vendidit ſupradictæ Eccleſiæ. Ex dono *Ricardi Murdac vii.* ſolidatas terræ, ſcilicet de illa virgatâ terræ quam *Adam* filius *Edrici* tenuit in **Altrinton**, & hæredes ejus tenere debent jure hæreditario de Canonici de **Bradenſtoke**, reddendo eis annuatim *vii.* ſolidos. Ex dono *Willelmi Boterel* dimidiam virgatam terræ in villa de **Peterop**. Ex dono ejuſdem *Willelmi Boterel* unum meſuagium in villa de **Lutegareſhall**. Ex dono *Adæ* filii *Willelmi* unam hidam terræ in **Blunteſdone**, & unum meſuagium quod *Cuthel* tenuit. Ex dono ejuſdem *Adæ iiii.* hidas terræ in eadem villa. Ex dono *Berengarii* Seneſcalli *Willelmi Lungeſpee* Comitis *Sarreſberienſis* dimidiam hidam terræ in **Winterburne**, in *Dorſeta*, & *x.* boves liberos in paſtura, cum bobus ejus, & *x.* vaccas & *xx.* porcos & treſcentas oves & duos tauros & *xx.* animalia ocioſa, & *xl.* capras. Item ex dono ejuſdem *Berengarii* paſturam centum ovium in **Winterburne** in *Dorſeta*, quæ fuit *Hugonis* de *Fercles*; & quod oves prædictorum Canonicorum eant in paſturâ cum propriis ovibus ejus ubique, & quod ſint levantes & cubantes in propriâ faldâ Canonicorum prædictorum, & habeant liberum iter in exitibus & in reditibus in omnibus locis.

Ex dono *Radulphi Luvel* de *Clive* molendinum de **Criſtemeleforde**, cum filo aquæ, & cum omnibus quæ ad aquam pertinent, & cum hameletto, quod vocatur **Middelcumbe**, & cum terrâ quæ eſt inter portam & aquam, incluſâ foſſato, ad faciendum meſuagium. Ex dono ejuſdem *Radulphi* redditum dimidiæ virgatæ terræ & trium acrarum in **Petſage**, ſcilicet quinq; ſolidos, cum homagio *Rogeri* filii *Oſmundi* & hæredum ſuorum, & toto ſervicio quod ipſe vel hæredes ejus de prædictâ terrâ tenentur facere. Ex dono *Philippi* de *Ferlege* totam terram ſuam de **Petherope**. Ex dono ejuſdem totam terram ſuam de *Cerneya*. Ex dono *Alexandri* de *Segre* Eccleſiam de **Segre**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono ejuſdem *Alexandri* locum qui dicitur **Setwewell**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in quo fuit antiquitùs piſcaria, & molendinum, & ut ad placitum eorum ſit utrum velint facere ibi piſcariam, vel molendinum, vel ſimul utrumque. Ex dono *Reginaldi Bathonienſis* Epiſcopi, de aſſenſu *Alexandri* Decani, & Canonicorum *Wellenſium* Eccleſiam de **Childecumton**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Aviciæ* de *Mara*, de aſſenſu *G.* filii & hæredis ſui, totum jus quod habuerunt in Eccleſiâ de *Offeleya*. Ex dono & confirmatione *Galfridi* de *Sancto Leodegario* totum jus quod habuit in eadem Eccleſia de *Offeleya*. Ex dono *Ricardi Ruſſi* omnia tenementa ejus quæ ſunt inter terram quæ fuit *Willelmi* filii *Iſabellæ*, & terram quæ fuit *Warini Tulippe* in parochia S. *Nicholai* in civitate *London*. Ex dono *Johannis* filii *Stephani*

Eccl. de **Childecumton.**

Eccl. de **Offeley.**

ni unam virgatam terræ in **Winterburne** ſuper montes. Ex dono *Aliciæ* de *Kayneto* unam virgatam terræ in **Bereforde**. Ex dono *Hunfredi Croc iiii.* acras terræ in **Draycote**.

Ex dono *Thomæ* de *Fercles* unam virgatam terræ in **Wintirburne**, quæ fuit *Walteri Palmerii*. Ex dono *VVillelmi* de la *Warda* quatuor domos in villa de **Cyrenceſtre**. Ex dono *Alexandri Crede* terram ſuam quam emit à *Ricardo* milite de *Calna*, cum omnibus domibus quæ in ea ſunt, & cum duabus hammis quæ ſunt juxta fontem **Chanic**, & pertinent ad prædictam terram; & terram illam quam emit à *Willelmo* filio *Ediciæ* & *Waltero Vacere*, cum domibus in eâ edificatis. Ex dono *Hugonis Huſe xii.* den. annuatim de redditu ſuo de *Bathonia*. Ex dono *Adæ Turgod* terram ſuam de **Radeclive**, quam emit de *VValtero Kebbel*. Ex dono *Johannis* filii *VVillelmi* Capellani de **Radeclive**, totam terram ſuam, quæ fuit *Ricardi* de *Mera*, quæ eſt contra Clocharium Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Radeclive**. Ex dono *Thecbaldi* de *VVinterburne* totum redditum ſuum de terra quam *VVillelmus* de *Ameneſche* tenuit de eo in **Sumerforde**. Ex dono *VVillelmi Ruffi* de **North-Eſtone** duas acras terræ in **North-Eſtone**, quam *Adam* clericus tenuit. Ex dono *Roberti* de *Ewyas*, ut quæcumque Eccleſia feodi ſui prima vacaverit perſona, ad præſentationem ejus, vel hæredum ſuorum inſtituta in ea reddat annuatim Eccleſiæ de **Bradenſtoke** nomine annuæ penſionis, ſex marcas argenti in perpetuam elemoſinam. Ex dono *VVillelmi* de *Novo-Mercato* quietanciam de quadrigis ſuis propriis in villa de **Hentone** apud *Briſtollum*, & liberum tranſitum, ſine omni paſſagio, & theloneo. Ex dono *Galfridi* le *Veell xii.* den. de molendino de *Ambreſbiria*, ad Purificationem beatæ *Mariæ* in perpetuum percipiendos. Ex dono *Rogeri* filii *Everardi* unam croftam in vico qui dicitur *Reawa*, extra muros *Diviſarum*.

Ex dono *VVillelmi Carettarii* totam terram ſuam de *Chipeham*. Ex dono *Willelmi* de *Cokerel* primam acram prati de tribus acris quæ pertinent parti ſuæ in prato ſuo de **Segrey**, Ex dono *Sewalli* de *Oſevilla* unam ſummam frumenti, ad feſtum *S. Michaelis* imperpetuum, ex dono Domini I. Regis, patris noſtri, paſturam *xl.* vaccarum cum vitulis ſuis donec habeant unum annum, & duorum taurorum per totam berſam in foreſta noſtra de **Chipeham** in *Wilteſcira*; & quendam locum qui vocatur **Aldebiri**; infra terminos ejuſdem foreſtæ, ad faciendum ibi boverias ſuas, & alias domos vſibus ſuis neceſſarias. Ex, dono *Hugonis* de *Upham ii.* acras terræ in campis de **Upham**. Ex dono *Adæ Malherbe* molendinum de **Ekkeford**. Ex confirmatione *W.* Archiepiſcopi *Rothomagenſis*, quam eis fecit ad petitionem, & inſtantiam *Willelmi Lungeſpee* Comitis *Sarreſberienſis*, Eccleſiam de *Rogervilla*, cum pertinentiis ſuis. Ex confirmatione *Galfridi* filii *Petri* illam hidam terræ in villa de **Cotſtowe**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam *Matildis* mater ipſius, & *Robertus* frater ejus eis dederunt. Et præterea illud meſagium quod eadem mater ejus, & idem frater ejus eis dederunt in eadem villa de *Colſtowa*.

Ex dono ejuſdem *G.* filii *Petri ii.* acras terræ in *Crofta*, juxta idem meſagium. Ex confirmatione *Rogeri* de *Monteforti xii.* ſol. quos, *Patricius* frater ſuus, eis dedit de redditu de *Weſtambreſbiria*; ita quod ipſe *Rogerus*, & hæredes ſui prædictum redditum acquietabunt de regali ſervicio, & de ſervicio Comitis *Sarreſberienſis*. Ex confirmatione *Huberti Maucovenant xxii.* acras quas *VVillelmus* pater ejus eis dedit. Ex confirmatione *Margaretæ* Comitiſſæ *Britanniæ* unam marcatam terræ in **Winelesforde**, quam *Humfridus* de *Bohun* ſponſus ejus, illis dedit in teſtamento ſuo. Ex conceſſione *VVillelmi* Comitis *Glouceſtriæ* quietanciam de omnibus quæ ipſi Canonici vel ſervientes ipſorum vendiderint vel emerint ad dominicum opus ipſorum in *Briſtollo*. Ex conceſſione & relaxatione *Ricardi* Abbatis & Conventus *Cirenceſtriæ*, ſimul eciam ex Conceſſione *Roberti* Prioris, & Conventus ejuſdem loci; & ex confirmatione *Huberti*, quondam *Saresberienſis* Epiſcopi, & ex teſtimonio & confirmatione ejuſdem *Huberti*, poſtea *Cantuarienſis* Archiepiſcopi, quietanciam, quantum ad nos pertinet de omni ſubjectione, & obedientia, & profeſſione prædictæ Abbatiæ *Cirenceſtrenſis* à præfatis Canonicis de **Bradenſtoke** aliquo tempore exhibita. Omnia igitur hæc prædicta, cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnia alia quæ prædictis Priori & Canonicis, vel jam rationabiliter collata ſunt, vel in poſterum ſunt conferenda concedimus eis & confirmamus, ſicut Carta donatorum vel confirmatio, & confirmatio Domini *Johannis* Regis patris noſtri, quas inde habent rationabiliter teſtantur. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *Radulphi Ciceſtr.* Epiſcopi, Cancellarii noſtri *xxi.* die *Junii*.

PRI-

PRIORATUS

de **Nocton** *in agro* Lincolnienſi.

=

Stemma Fundatoris.

Ex Regiſtro de **Aluingham** in bibl. *Bodl.*

MEmorandum quod *Robertus* de *Areci* dominus de **Nocton** fundavit Prioratum de **Nocton Parke**, poſt ipſum *Robertum* fuerunt tres domini de **Nocton** gradatim deſcendendo, quibus erat nomen *Thomas*. Poſt tertium *Thomam* fuit dominus *Normanus* filius ejus. Poſt ipſum *Normanum* fuit *Philippus* filius ejus. Poſt ipſum *Philippum* fuit *Normannus* filius ejus. Et poſt ipſum *Normannum* venit *Philippus* filius ejus. Et poſt ipſum *Philippum*, venit *Normannus* filius ejus & hæres, qui modo eſt. Et ſic poſt fundationem domus de **Nocton** habuerunt tres domini vocati *Thomas*, tres Domini vocati *Normannus*, & duo domini vocati *Philippus*. Iſta fuit ſcripta A. Domini in *MCCCxxxiiii*.

Carta Thomæ *de* **Arecy** *de Eccleſia de* **Nocton.**

Ex autogr. penès Ric. *Townley* de **Townley** in Com. *Lanc.* arm.

OMnibus ſanctæ Eccleſiæ filiis tam præſentibus, quàm futuris, *Thomas* de *Areci* Salutem. Notum ſit vobis omnibus, me cum aſſenſu & conceſſu *Johannæ* uxoris meæ, & hæredum noſtrorum dediſſe & conceſſiſſe & hâc præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* & Canonicis de parcho de **Nocton** Eccleſiam de *Noctona*, in liberam & quietam elemoſinam cum omnibus pertinentiis, pro ſalute animæ meæ & omnium anteceſſorum meorum. Teſtibus Magiſtro *Ricardo* de *Ardres*, *Rogero Perſona* de **Hanewrath**, & multis aliis.

Darceiorum *Progenies*.

NOrmannus de *Arcy* miles, quondam dominus de **Nocton** habuit exitum *Philippum* de *Arcy* militem, qui habuit exitum *Normanuum*, *Julianam*, & *Agnetem*. Qui *Normannus* obiit ſine hærede de ſe. Quæ *Juliana* fuit deſponſata *Johanni* de *Lymburio* militi; & habuerunt exitum *Philippum* **Lymburg** & *Alianoram*. Qui *Philippus* habuit exitum *Elizabetham* deſponſatam primò *Thomæ Swyrburne*, poſtea *Thomæ Trevet* militi, qui obierunt ſine hærede de ſe. Et præfata *Alienora* deſponſata fuit *Nicholao Bernake*, & habuerunt filiam *Agnetem* quæ deſponſata fuit *Willielmo Wymbiſh*. Et habuerunt *Hugonem*, *Nicolaum*, & *Johannam Wymbiſh*.

Carta Regis Henrici *tertii Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 55. H. 3. *m.* 6. * Eſc. 55. H. 3. n. 40.

REx Omnibus &c. Salutem. Quia accepimus per Inquiſitionem, * quam per Vicecomitem noſtrum *Lincolnienſem*, & Eſchaetorem noſtrum ejuſdem Comitatus, fieri fecimus, quod non eſſet ad dampnum noſtrum vel exheredationem noſtram vel hæredum noſtrorum, ſi confirmaremus dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui de **Noketon** donationes & conceſſiones prædictas; videlicet de dono *Roberti* de *Arcy*, ſitum Prioratus ſui de **Noketone**, & unum meſuagium & unam carucatam terræ cum pertinenciis in **Noketon**, & Eccleſiam de **Cankewell** de dono *Thomæ* de *Arcy*, Eccleſiam de **Dunſtone**, & Eccleſiam de **Noketon**; & totam terram in plano, & boſco, & in prato, quæ eſt inter viam quæ extenditur juxta ſepem parci uſque ad Trencatum in Mariſco, & inter exterius foſſatum prati de **Heyleſcote** apud Aquilonem, & totam daylam terræ quæ eſt juxta ſitum loci de **Bergh**, ſicut aratro circumdicta eſt, & inter **Aldeflete** in Mariſco apud Orientem, & inter exterius foſſatum parci apud Occidentem; & duas ſedes molendinorum in territorio de **Dunſton**; unam ſedem ſuper aquam de le **West**, & alteram ſedem molendini juxta parcum; & quoddam ſpacium terræ juxta illud molendinum, ſicut mercatum eſt, cum omnibus quæ ad ipſa molendina pertinent, de dono *Roberti* filii *Radulphi* de *Arecy*.

Septem acras terræ & dimidiam, cum pertinentiis in **Noketon**, & molendinum in territorio de **Duneſtone**, & duas ſeliones terræ jacentes ante portam orrei prædictorum Prioris & Conventus in Bruerio; & totam daylam mariſci tam de Roſſa quam de prato, de dono *Roberti* filii *Roberti* de *Arcy*: unam acram terræ cum pertinentiis in **Noketone**, de dono *Michaelis* de *Arcy*. Totam culturam infra foſſatum juxta **Finchehon**, apud Auſtrum; & unam bovatam terræ, cum pertinentiis in **Noketone** de dono *Johannis* nepotis *Michaelis* de *Noketon*. Medietatem mariſci pertinentis ad duas bovatas terræ in **Noketon**; videlicet à mariſco uſque ad aquam de **Wythem**, de dono *Radulphi* filii *Roberti* de *Arecy*, duas ſeliones terræ, cum pertinentiis in **Noketone**, de dono *Roberti* filii *Thomæ* de *Arcy* unum toftum cum crofto, & unam bovatam terræ cum pertinentiis in **Balkewelle**, de dono *Normanni* de *Arecy*. locum ſuum in mariſco de **Dunſton**, ubi batha ſua ſita eſt, cum trencato ſuo, & aliis foſſatis ſuis, & ſitum loci ſui, & totum boſcum ſuum ita liberum & quietum, quod nec warennam, nec aliquod jus ſibi vel hæredibus ſuis inde retinet.

De dono *Philippi* de *Arecy* tria tofta & duas bovatas & undecim acras & unam perticatam terræ, cum pertinentiis in **Noketon**, & quinque bovatas & unam perticatam terræ, & unum toftum cum pertinentiis in **Dunſton**, & totum jus quod idem *Philippus* habuit vel unquam habere potuit in omnes tenentes prædictorum

Prioris & Conventus in villis de **Poketon** & **Dunſtone**; ita ſcilicet, quod nec dictus *Philippus* de *Arecy*, nec hæredes ſui, de cætero petere poſſint aliqua tallagia, nec eciam francum plegium, nec eciam aliam demandam, quæ vocatur *Nathwyte*; nec eciam illam quæ vocatur *Tolſeſter*; nec aliquas alias conſuetudines ad mariſcum vel ad campos prædictarum villarum pertinentes. De dono *Henrici Vyleyn* de **Steping** unum toſtum & unam bovatam terræ, cum pertinentiis, in **Poketon**. De dono *Normanni* filii *Philippi* de *Arcy* totam bercariam ſuam ex oppoſito grangiæ ſuæ de **Poketone**. Decem acras terræ & dimidiam cum paſtura ad ſexaginta bidentes. De dono *Andreæ Pinzun* unam bovatam & octo acras terræ & dimidiam, & unam acram prati & paſturam ad ſex vaccas, & quadraginta & octo oves. De dono *Willelmi* filii *Roberti* filii *Radulphi* de *Arecy* quatuor acras & unam perticatam terræ, & dimidiam acram prati cum pertinentiis in **Poketon**.

De dono *Henrici* de *Arecy* ſeptem bovatas & undecim acras & tres culturas terræ, & duas acras prati & dimidiam, & mariſcum pertinens ad dimidiam carucatam terræ cum pertinenciis in **Poketone**. De dono *Fulconis* filii *Mauricii* de Templo, unam carucatam terræ cum pertinentiis in **Duneſtone**. De dono *Willelmi* filii *Johannis* le *Long* de **Duneſton**, quindecim acras terræ & quatuor perticatas cum pertinentiis in **Duneſton**. De dono *Johannis* le *Long* de **Duneſton** unam ſelionem terræ cum pertinentiis in **Duneſton**. De dono *Willelmi* le *Surreys* de **Duneſton** & *Amicia* uxoris ejus unam daylam in mariſco de **Duneſton**; & duas acras terræ & duas bovatas mariſci, cum pertinentiis in **Duneſtone**. De dono *Amiciæ*, quæ fuit uxor *Willelmi* le *Surreys* pratum, quantum pertinet ad duas bovatas terræ & tres perticatas terræ, cum pertinenciis in **Duneſtone**. De dono *Thomæ* fiz la *Perſone* de **Duneſton** quinque acras terræ, cum pertinenciis in **Duneſtone**, & unam acram terræ cum pertinentiis in Bruerio.

De dono *Philippi* filii *Willelmi*, filii *Walkelini* mariſcum quantum pertinet ad duas bovatas terræ cum pertinenciis in **Duneſton**. De dono *Oſberti* filii *Roberti* le *Clerk* de *Duneſtone*, *Tacdaylam*, cum pertinenciis in mariſco de **Duneſtone** de dono *Philippi* de **Duneſtone**, & *Alex.* uxoris ejus, tres acras terræ cum pertinentiis in **Duneſtone**. De dono *Johannis* le *Foreſter* de **Haneworth** duas bovatas & decem & novem acras terræ cum pertinenciis in **Haneworth**. De dono *Roberti* filii *Johannis* le *Foreſter* ſex acras & unam perticatam terræ & dimidiam cum pertinentiis in **Haneworth**. De dono *Rogeri* filii *Osberti* de **Haneworth** & *Aliciæ* uxoris ejus tres ſeliones prati cum pertinenciis in **Haneworth**. De dono *Agnetis*, quæ fuit uxor *Roberti* de *Haneworth* & *Rogeri* filii ſui tres acras terræ cum pertinenciis in **Haneworth**. De dono *Simoni* filii *Hervei* de *Haneworth*, unam bovatam & viginti & octo acras & medietatem unius perticatæ terræ & quatuor acras prati cum pertinentiis in **Haneworth**. De dono *Aliciæ* filiæ *Oſberti* de *Haneworth*, & *Radulphi* filii ſui unam bovatam terræ cum uno toſto & uno croſto, & quatuor acras & unam perticatam terræ cum pertinentiis in **Haneworth**.

De dono *Rogeri* le *Chaumberleng* duo toſta, unam placeam & tres acras terræ cum pertinentiis in **Haneworth**. De dono *Willelmi* le *Chaumberleng* duas bovatas & treſdecim acras terræ & octo acras prati cum pertinentiis in **Haneworth**. De dono *Radulphi* de **Botewell** dimidiam acram terræ, cum pertinentiis in **Haneworth**. De dono *Rogeri* & *Ulfonis*, filiorum *Thomæ* de *Metheringham*, unum toſtum & ſex bovatas terræ, cum pertinentiis in **Metheringham**. De dono *Willelmi Baſſet* & *Matildis* uxoris ejus, unum toſtum cum pertinentiis in **Metheringham**; unum molendinum cum pertinentiis ſuper aquam de **Duneſtone**. De dono *Willelmi* filii *Willelmi Baſſet*, duo toſta & quatuor bovatas & dimidiam & duas ſeliones terræ cum pertinenciis in **Metheringham**. De dono *VValteri* filii *VValteri VVintrehard*, molendinum de **Wathinclive**, cum pertinentiis in **Metheringham**. De dono *VVillelmi* filii *Roberti* de *Metheringham* unum molendinum, cum pertinentiis ſuper aquam de **Duneſtone**. De dono *Walteri* **Wyntrehard** redditum duodedecim denariorum de molendino ſuper aquam de **Duneſtone**. De dono *Roberti* filii *Walteri* de *Metheringham* quinque acras terræ & paſturam ad ſexies viginti oves, cum pertinenciis in **Metheringham**. De dono *VVillelmi* de *Metheringham* unam acram terræ & dimidiam cum pertinenciis in **Metheringham**.

De dono *VValteri* filii *Radulphi VVintrehard* ſex bovatas terræ cum pertinentiis in **Metheringham**. De dono *Euſtachii* de **Ludham** Clerici, unam bovatam terræ cum pertinenciis in **Brameceton**. De dono *Jollani* filii *Roberti* de *Engelby* octoginta unam acram & unam perticatam, triginta & duas acras prati, duo meſuagia, unum toſtum & unum croſtum, & paſturam ad ſexcentas oves, ſexaginta animalia cam peſtria, & ad centum porcos, & ad decem equas cum pullis ſuis, & paunagium ad decem porcos in boſco de **Engelby**, & communam paſturæ, per totum, cum pertinentiis in **Engelby**, & unum toſtum cum pertinentiis in **Thorp**. De dono *VVillelmi* de *Englеby* novem ſolidatas & octo denaratas redditus, cum pertinenciis in **Engleby**. De dono *Johannis* filii *Eudonis* de *Sancto Botulfo* unam placeam terræ cum pertinentiis in villa *Sancti Botulfi*. De dono *VVynemari* de **Torkeſeye** unum toſtum & quinque acras terræ cum pertinentiis in **Herdewyk**. De dono *Oſberti Giffard*, & *Agnetis* uxoris ejus unam carucatam terræ, cum hominibus & toſtis & croſtis, & omnibus aliis ſerviciis, & pertinentiis in **Stretton**. De dono *Henrici* filii *Hamundi* de *Stretton* unam acram & tres ſeliones terræ, & quatuor perticatas prati, cum pertinentiis in *Stretton*. De dono *Pagani* filii *Edmundi* de **Stretton** unam ſelionem & unam perticatam terræ, & dimidiam cum pertinenciis in Stretton.

De dono *Ammud.* filii *Roberti* de *Stretton* unum toſtùm & duas acras, & unam ſelionem terræ cum pertinentiis in Stretton. De dono *VVillelmi* filii *Elenæ* de *Stretton* quinque ſeliones terræ cum pertinentiis in Strettone. De dono *Rogeri* filii *Julianæ* de *Stretton*, duas acras & unam perticatam & tres ſeliones terræ, cum pertinentiis in Stretton. De dono *Simonis* filii *Henrici* de *Stretton* tres ſeliones terræ cum pertinentiis in Stretton. De dono *Aſcini filii Osberti* de *Stretton*, unum ſelionem terræ cum pertinentiis in Stretton. De dono *Bartholomei filii Anketoni* de *Stow* duas acras terræ & quatuor ſolidatas & ſex denaratas redditus cum pertinentiis in Stretton. De dono *Hugonis filii Ricardi Giffard* unam marcain redditus, cum pertinentiis in Stretton. De dono *Adelæ Chapeleyn* de Paveneby medietatem unius toſti & unius bovatæ terræ cum pertinentiis in Paveneby; de dono *Baldewini* le *Mercer* unam acram terræ cum pertinentiis in Paveneby. De dono *Galfridi Paris* unum toſtum, cum pertinentiis in Paveneby. De dono *Willelmi Rikeman* unam acram & duas perticatas terræ & dimidiam cum pertinentiis in Paveneby. De dono *Walteri Ritun* & *Galfridi Coſty* unum toſtum cum pertinentiis in Paveneby. De dono *Ivettæ* dimidiam acram & dimidiam perticatam terræ cum pertinentiis in Paveneby. De dono *Reginaldi filii Reginaldi* de *Botheby* dimidiam bovatam terræ cum pertinentiis in Botheby. De dono *Reginaldi* filii *Briani* dimidiam bovatam terræ, cum pertinentiis in Botheby. De dono *Ricardi* filii *Reginaldi le Feure* de Botheby viginti & quatuor acras, & tres perticatas terræ & novem acras & dimidiam, & medietatem unius perticatæ terræ cum pertinentiis in Boteby. De dono *Hugonis* le *Faukoner* de Coleby ſex perticatas terræ & dimidiam, & unum molendinum cum pertinentiis in Coleby. De dono *Hamonis* filii *Rogeri* de *Fulebeck* duas partes unius toſti cum pertinentiis in Coleby, & de dono *Hugonis* filii *Gervaſilii Faukoner* terciam partem unius toſti cum pertinentiis in Coleby. Nos eaſdem donationes & conceſſiones ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus, ſicut Cartæ prædictæ, quas dicti Prior & Conventus inde habent rationabiliter teſtantur. In cujus &c. Teſte Rege apud *Weſtm. xxii.* die *Aprilis.*

PRIORATUS
de Wigmore *in agro* Herefordenſi.

Fundationis ejuſdem Hiſtoria.

EN *le temps del Roy* Eſtevene, *fitz al Counte de* Bloys, *qui regna en* Angleterre *per force apres le Roy* Henry *fitz a* William Baſtard, *eſtoit un treſnoble Bachiler en* Engleterre, *peuz vailant et hardy Mounſieur* Hugh de Mortimer *a nome, noble de nature, de ſanc, de beale eſtature, vaillant en Armes, renoble en parler, parfond de conſail, et treſriche de teriens faculrez, et le plus glorious chevaler renome et dote devant totez que adonq; furent en* Engleterre *vivantz, de quy ſi nais neiſſuns en eſcrit toutz les prueſtes les quels il fiſt chevaleronſement en* Engleterre, *en* Gwales *et per ailors, ſi amonterent il a un graunt volume. Et outre ceo, fut il le plu franc et liberal de divers dons de tutz ceux qui ont conuſſeyent en ſon temps mile part. Le noble Conte de* Hereford Roger, *riche et vaillant, et de graunt retenance des gentz et feers, et orgoilous tant fort demena, ſovent que a force ly covient en refut demorer en ſes Chaſtels demeyne pur doute de ly. Enſement le Roy* Henry *proſchen apres le Roi* Eſtevene *ſovent ... od tout ſon hoſt travailla come eſt pleinement deſouzeſcrit.*

Ex vet. Cod. Mſ. penès dominum *Bruſe.* f. 1. b.

Coment le treſnoble Seygnour Mounſieur *Hugh de Mortemer* fiſt *Oliver de Merlemond* ſon chief Seneſchal, et ly dona la Vile de Schobbedon pur ly lealement ſervir; et coment l'egliſe de Schobbedon fut fete.

C*Eſti treſnoble Seygnur et honorable, veillans entendre franchement a ſes delites, et a ſes dedutz ſantz ſoy carker ou entremetter d'autres choſez, eluſt un ſage home, coynte et averey, que ont nom* Olyver de Merlymond, *et ly fiſt chef Seneſchal de tote ſa terre, et meſtre de tote ſa poſſeſſion. Ceſti* Olyver *aveit la terre de* Ledecote *per deſcente de heritage, et ſon Seignur Mounſieur* Hugh de Mortimer *ly dona a ceo tote la ville de* Schobbedon, *pur ly plus lealment ſervir et plus peniblement; et a* Eode *fitz a dit* Olyver, *dona il la perſonage del egliſe de* Aylmondeſtreo. *Adonk n'eſteit en* Schobbedon *nule Egliſe, mes tant ſoulement une Chapel de ſaincte* Juliane, *et cele fut de fuſt, et ſogette al Egliſe de* Aylmondeſtreo. *Dount* Olyver *eſteit mout penſifs de fer lever une novele egliſe en* Schobbedon, *et en honour de quel Seinct voleyt que ele fut dedye quant ele fut perfete: Au derrein ſi eluſt il ſainct* John *l'Evangeliſt, le quel* Jeſu Criſt *eluſt devant tutz les autres diſciples, pur eſtre patron de l'egliſe.*

Apres *ceo fiſt il apeler* Eode *ſon fitz, perſone de*

de Aylmondeſtreo, et entre conſelerent coment ſa egliſe de Schobbedon puſt eſtre hors de ſubjection del egliſe de Aylmondeſtreo, per une empenſiun annuele rendaunt, de ii^{s}. Quant cete choſe fut affirme, ſe entremiſt le dit Olyver del overayne del eglyſe de Schobbedon. Deentre ceo ſa veyt meymes cely Olyver devociun et talent de prendre le vyage al ſeinct Jake en Pelrimage, et baila a un chevaler Bernard tote la cure del overayne, od eſpenſes neceſſaries; et empriſt le pelrimage el nom deu, et vynt a ſeinct Jakes ſeyn et heyte. Quant il ont fet ileokes ceo qe fer duſt, ſe retorna tot dis penſif del overayne de Schobbedon; et quant il aprochea a la cite de Paris un Chanoine del Abbeye de ſeinct Victor ly atteint, et molt devontement le pria de ſun hoſtel prendre en l'abbeye, et il a grant peyne ly otrea, et od ly en l'abbey entra et fut bel et corteiſement receu a graunt honour.

Tant come il fut leinz ſi regarda il et ententinement aviſa totes choſes q'il viſt en l'Oſterye, en l'Encloyſtre, en le Quear, et nomement le ſervice qe ont fiſt entour l'auter; et mut ly vynt al queot de devocion la honeſte q'il viſt parentre eus en tutz lieus. Dont il priſt conge del Abbe et des autres freres de leyns, ſi returna a ſun propre pais. Et quant ſa egliſe fut tote perfete, ſi requiſt il mut humblement, ſire Robert de Betun Eveske de Hereford, de quy done nus avouns le egliſe de Lydebury-North qu'il deignaſt ſa egliſe de * Schobbedon dedyer; et il ly graunta, et jour de la dedicaciun ly aſſigna. A cel jour aſſigne vynt l'Eveſqe, et totes les grants ſeigneur's du pais, chivalers, clers, et autres ſans nombre pur eſtre a la ſollempnete, devant queux toutz, fut lewe la compoſicion fete perentre Olyver et Eode ſun fitz, et de l'eveske fut confirme, et de tote la people teſmonye. Et quant l'eſgliſe fut dedye ſi fuſt la maugerie mut ſollempnement apparile par l'evesk, et pur autres apelez, et pur ceus que vindrent de gre.

* Ib. f.2.a.

Toſt apres ſi oyt Oliver qe la perſone del egliſe de Buyrley quont nom Wolward, per ſez deſerts fut depoſe, ſi pria l'evesk Robert, que il ly vonſit grant la doneyſon de cel egliſes; il ly granta, pur ceo que nul noſa vyer a ly choſe qu'il deſira, car il eſtoit le ſecond apres ſire Hugh de Motemer: Et quant Oliver aveit l'egliſe de Schobbedon et de Buyrley, et ſa terre de Ledecote, et de Lantone en ſa mayn, ſi ont en purpos de les doner a gents de Religion, et ſe remembra del honeſtete qu'il viſt autre feez entre les Chanoynes de ſeinct Victor de Parys, et manda per ſez lettres per un de quy il affia, q'uont a nom Roger le Blanc, al honorable Abbe et vels, qui ont nom Gilwyn de ſeinct Victor, empriaunt qu'il vonſit maunder a ly ii ou iii de ſez Chanoines: as queles quant eus veniſſent, il lor troverent tot ceo que meſtre lor ſeroit, et foyſon.

A quel meſſage ne as Lettres ne dona l'abbe foy, pur ceo que per ſa auctorite demeyne furent enſeeles, et non pas par ſeel autentik; et iſſi retorna le meſſage adonk deſeſpleite. Et quant Olyver avoit ententu per ſon meſſage ken fut fet, ſi ala a l'avantdit Evesk de Hereford, et moſtra a ly tut ſon purpos pleinement; de quele pur pos et devociun ſi fuſt l'Eveske mut rejoy, et fiſt fere ſes lettres enſeeles de ſun Sel, et del Sel Olyver joyntement; et les manda per Roger Knoth, un de ſez prives, a meymez l'abbe de ſeinct Victor, empriant la requeſt qu'el il avoyt avaunt prie. Dont l'abbe per conſeil de tot lour Chapitre eluſt ii, cetaſavoir Roger et Ernys; des queus, Roger fut fet apres Abbe de Dwense, et Ernys Abbe de ſeint Victor. Ceus ii. ſi manda l'abbe a Olyver, a quels il baila totes les choſes qu'ils aveit promis endementres pur lor ſuſtinaunce, cetaſavoir l'egliſe de Buyrle, l'egliſe de Schobbedon, ou il les fiſt habiter en un meſon aſſez honeſte pres de l'egliſe. Il lor dona enſement ſa terre de Ledecote, ovesk les granges pleines de blees et beaſs, berbiz, et porcs a grant plente, ovesk ii. carvez de terre.

En ycel temps ſourdy un contek parentre Robert, Evesk de Hereford et Myles Conte de Hereford, en tant que l'evesk exkumega l'avantdit Conte adonc preſent, oveske tote la cite de Hereford, et fiſt eſtoper les huys de l'egliſe des eſpynes, et les Croiz abatre tot a la terre, et vynt a Schobbedon per la requeſt de Olyver et veſquit entre les Chanoines a ces coſtages demeyne, jeſle a tant qe le Conte fut acorde a ly et as ſonz, et tote la Cite avant dite. Puys apres eſteyent les Chanoines mut dolentz pur departure del Eveske de lor companie, et enſement trop mournes pur ceo que eus furent mut loyns de lor Abbey, ſi manderent al Abbe Gildwyn de ſeinct Victor, empriantz qu'il vouſiſt mander autres en lor luy qui ſuſſent parler et entendre langage d' Engleterre, et qui ſuſſent la maner des Engliz, et ke eus puſſent retorner a lor Abbey; et enſemblement manderent que le lyu, q'ils avoyent, fut bon, et avenant et aſſez des benz pur trover lor neceſſaries: et l'abbe granta lour requeſt; et manda illeoques iii. freres neez et norriz en Engleterre; et quant eus vindrent a Schobbedon, ſi furent mut honeſtement receus, et ileok plantez, et les autres ſen departirent d'ileokes a lour Abbey.

Et bien toſt apres ſourdy un deſcord trop graunt et hidous parentre Mounſieur Hugh de Mortemer et lavantdit Olyver, iſſi qe Olyver ſen departi de ly, et ala a ſire Miles Conte de Hereford, qe eſteit adunkes ſun amy enter: Et quant ſire Hugh ceo aperceuſt, le fiſt apeler troiz fees en ſa Courte pur reſpondre as quereles, les queles il aveit vers ly: Et pur ceo que Olyver dota la malice et la cruelte de ſun ſeignur, noſa apparance fere en ſa Courte, mes ſe tynt en pees endementres. Et quant ſire Hugh viſt ben q'il ne voleit venir, ne autre en ſon lyu maunder priſt en ſa main totes les choſes qe furent a Olyver, ovesk les beens des Chanoines; nepurquant il ne voleit fere as Chanoines; nule dureſte ſantz jugement, ſi lor dona reſpit jesk a un an enſiwant de fere demeore; et apres l'an alaſſent dileokes la ou beal lor fut, ſicome ceus qe furent entrees en ſa terre ſantz ſun conge, et ameneez ileokes per ſun adverſarie; et la Chanoines ne voloyent, ne ne poyent eſtre en la Contre, ſe apparilerent de ſey mettre en fuyte privement, car ſocours ne aveyent ne eyde de nuly.

Cete choſe viſt ſire Gilbert de Lacy, et voleit pleſire a ſire Hugh de Mortemer, vint a Llantony, et totes les choſes qe furent as Chanoines, ſi priſt il per ſeineurie, et lor blez fiſt aporter, q: amontaa grant ſomme d'argent. Et pur ceo qe per la ou terien eide defaut, D'eus imel ſocours; avient q'il y aveit une grant congregacion aſſemble a **Leommeſtre** pur hautes buſoynes; a quel aſſemble eſte't l'Evesk de **Hereford** od les ſeons et ſire Hugh de Mortemer od les ſeons, et Robert le Priour de **Schobbedon**, et autres pluſour Chivalers, Clercs et Laycs, aſſemblez de tote partz: Et quant les boſoynes furent terminez pur quels eus vindrent, fut menciun fete ileokes de les Chanoines de * **Schobbedon**, por quels l'Evesk et les Chevalers, qe ileokes eſteient, prierent a ſire Hugh de Mortemer, q'il uſt mercy de eus. Et quant il ont conſile od les ſeons, au darrain diſt en haut voiz. Si jeo uſſe (diſt il un Abbe) tutz les biens qe Olyver lor dona, lor granteray, et plus a ceo lor dorray.

*Ib. f. 2. b.

A ceſtes paroles priſt l'Evesk le Priour per la main et diſt; veez ſire! ici vous bail un Abbe? fetes ceo que vous avez promis; le quel il recuſt meintenant et oveske l'Evesk et autres grantes ſeygneurs le menerent al Auter, Chantantz en haut voyz Te Deum laudamus, & ileoks granta il a eus totes les choſes que Oliver lor avoit done quitement, enſemblement od une provendre en l'egliſe de **Wygemore**, qe fut adonk vacante, et totes les autres provendres en meimes l'egliſe lor granta, quant eus fuſſent vacantz. Alſeignour de **Huggeley**, qe adonk fut ileokes preſent, pria il q: il ly vouſiſt doner ſa egliſe de **Huggeley**, et il ly granta; la quele egliſe meintenaunt ſi dona il, devant tote le people al elit de **Schobbedon**, et a les Chanoines, la quel egliſe fut adonk vacante. Ileokes promiſt a eus la ville de **Chelmers**, ou il aveit empenſe, de fere a eus perpetuele habitaciun tot loynz remewes de Galeys. Et quant le elit fut retorne a ſa meſun, ſi aveit bone eſperaunce de viure en pees et en quiete; mes en brief temps apres, ſire Hugh de Mortemer lor tolit la ville de **Schobbedon**, et la ville de **Chelmers**, la quel il lor promiſt, unkes ne lor dona.

Avient apres ceo qe l'avantdit Evesk de **Hereford** paſſa la mere et vint en France a un Concyl, et morut ileokes, et fut mene en un quyer de beof, jesk a **Hereford**, et ileokes enterre. Ceo vyt le elyt de **Schobbedon**, q'il fut privee del conſail l'evesk, et de ſun eyde a totes jurs, et deſpoile, et de la preſence Olyver, qui lor apela en Engleterre, et oſtes de lor terre de **Schobbedon**, et de **Lantone**; de quels terres eus aveyent lour ſuſtinaunce, et qe pluis ly greva, q'uil fut ſovent ledenge et amly per ſire Hugh de Mortemer et les ſeons, leſſa totes les choſes q'uil aveit par deſus ſes mains, ſantz gardein, come home ſimple et ſantz malice, ſi retorna a ſa Abbey.

En apres vynt une Chanoine en Engleterre, q'uot nom frere Richard de Warrewyk, qi fut apres Abbe de **Briſtoll**, pur viſiter ſes amiſez en temps de Aſt; et vynt a **Schobbedon**, et quyly les blees, et les miſt en taas et les leſſa en la garde des ſergantz et tantoſt ſen departi. Apres ly, vynt une Chanoine de ſeint Victor, q'uont nom frere Henry, home de bon conſail et de ſeyn, et vailant encoure, qu'eſtoit ben acoynte de Gilebert Folyoth adunk Evesk de **Hereford**, et parent a ſire Hugh de Mortemer, le quel fut receu de eus mut honurablement, et priſt gard des choſes qe furent a **Schobbedon** leſſeez. Ceti quant il ont entendu de ſeons, queles choſes ſire Hugh de Mortemer avoit done a Chanoines, et queles il ont promis, et que les il ont colet, approcha a ly, empriant qeil, pur l'amour de Dieu, et en remedye de ſa alme, et des treſhonourable progenitours, vouſiſt reſtorer arere lez choſes qu'il aveit ſoſtret, et la promeſſe q'il fiſt a perimpler, et il le promiſt fere; mes tutz jurs le miſt en delay per blandiſantes paroles a beales promeſſes; mes Henry ly ſiwy per pluſurs lyus, et au darrein lor granta la ville de **Schobbedon**.

Quant frere Henry ont la ville de **Schobbedon** peſiblement, aviſa qe le lyu fut mut loyns del ewe, de quele eus aveyent treſgrant defaute, ſe purpoſa de remuer dileokes jeskes a **Aylmondeſtreo**, en un place qe ont apel Eye, tot pres de la ryvere de **Lugge**, le quel ly fuſt avys covenable a eus pur demorer; et donke remuerent totes lor choſes q'uils aveyent a **Schobdon**, jeskes la per conſail et eide de ſire Hugh de Mortemer, et miſtrent le fundement de l'eſgliſe come gentz qe aveyent empenſe, de fere ileokes perpetuel habitacion pur eus, et pur lor ſucceſſours. Endementres morut Pers le Kauf, Chanoine de **Lantoney**, a quy l'evesk Robert Betun aveit done l'egliſe de **Lydebury-North**, oveſk le Ercedekne de **Salopſire**; et quant le Priour Henry oyt ceo, manda ileokes iii. de ſes Chanoines, et le deen de **Penbrugge**, le quel lor miſt en poſſeſſiun, meintenant de meimes l'egliſe de **Lyddebury**.

Apres ceo ſi receuſt le Priour Henry a ſa religiun, pluis de Chanoines, et qui dont ben de viure en grant quiete apres ſun travail, mes autrement fut: car il ſurdy en cel temps treſgrant gere perentre ſire Hugh de Mortemer et Joce de Dynant, adonk ſeygneur de **Loddelawe**, en tant qe memiez cely Joce ne poeyt franchement ne baudement entrer ne iſſer ſun Chaſtel de **Loddelawe** por donte de ſire Hugh tant fort le demena il: Et pur ceo qe Joce ren ne poet fere contre ſire Hugh, per force, ſi miſt eſpyes per les chemins, per ou il entendy, que ſire Hugh paſſereit ſengle ſi le priſt et le tint en ſun Chaſtel en priſone jeskes il uſt fet ſa ranzon de iii. mil marcs d'argent, forſpris tote ſa veſſele et ſes chevaus et ſes oyſels: Et pur plus toſt haſter cel ranzon, ſi pria il eide de tote partz de ſes amys; et al Priour Henrie ſi pria il, q'uil vouſiſt granter pur metter un agiſtement d'argent ſur ſa gent de **Schobbedon** en eyde de cel ranzon: * Et le Priour, en quant il poet, le vya, et contreeſtut; et diſt q: choſe une feez donee a * Dieu et a ſeincte egliſe franchement, ne deit pas autre fees eſtre taile, ne mis en ſervage, pur nul buſoygne ſeculer, ne la conſtume de ſun pays ne le ſoffry mie: Et quant le Priour en nule maner ne ly voleit, ſa requeſt, graunter ſi leſſa totes les choſes q'uil avoit en la garde des Chanoines, les queus il ont receu, et retorna a ſa Abbey de ſeinct Victor, dunt il vynt.

* Ib. f. 3. a.

Apres cely vynt un autre, q'ont nom

frere Robert de Cheresborh, et demora ovesk les Chanoynes, nemye Priour; mes pur ceo qu'il vynt de outremer, fut en lyu de Prior, pur ceo qn'ils voleient aver un Abbe ſur eus, et a cele choſe fere ſi fut ſire Hugh mut deſirus et durement entalente. Tant, come eus furent en tel purpus, ſi oyrent parler de meſtre Andrew qe fut adonk Prior de ſeinct Victor de Parys, Meſtre de Divinite, et de nobles vertues et pluſurs, et ſobre ſi manderent a luy, empriantz qu'il deignaſt a eus venir et prendre la cure de Abbe et eſtre governour ſur eus lor choſes ordyner come prelat: le quel Andrew vynt a eus, et fut receu a graunt reverence, et Abbe benet de l'Evesk.

Toſt apres, virent les amis ſire Hugh de Mortemer, et nomeement ſire Hugh de Lacy, a l'egliſe la quele les Chanoynes avoyent fet fere a Aylmondeſtreo, ſi vindrent a ſire Hugh de Mortemer, amoneſtantz ly et conſeylantz, qu'il ne ſeoffreſiſt pas cel overaine ileokes eſtre perfet en lentre de ſa terre que ſes enemies per cas ne veniſſent en entre de ſa terre et ileokes uſſent reſut et recet en deſpit de ly et al damage de tote la pais: car il avoit adonk de tote partz mutz des enemyes et adverſite graunt. Et il overy apres lor conſail ſi fiſt les Chanoynes remuer jeskes a la vile de Wygemore, et porter lour choſes ovesk eus, et comcer ileokes manſiuns, come duſſent a tutz jurs demorer ileokes.

Dont virent l'abbe et ſes Chanoines que la place ou eus habiter deveyent fut trop eſtreit et hidous, pur habitacion fere pur eus; et trop grant defaute, nomement de ewe et le monter ſus vers l'egliſe, mut lor greva ceo furent vileines paroles et deſhoneſtes de ceus q' habilerent pres de eus, et ſe entreplainderent ſovent et ſe purpenſerent a quel lyw ils puſſent remewer dileokes, pur ceo que ne poyent, ne ne voloyent ileokes demorrer en nule maner pur l'encheſuns ſuiſdits. Et quant ſire Hugh de Mortemer ceo apercent, mut ly vint a gre, et les comanda q'ils feyſent enquerer per tut ſun pais plus avenate place, et plus eiſe, pur eus a demerir a totz jurs, et ly feſeient aſaver.

Endementres ſourdy un deſtance parentre l'abbe Andrew et ſes Chanoines per unt l'abbe ſen departi de eus, et lor leſſa tot a lor volunte, et returna a ſa meſun de ſeinct Victor: Et pur ceo que eus ne voleyent my eſtre ſantz Abbe, eluſtrent de eus meimes un Chanoyne, qu'ont a nom Roger, qui fuſt novice en l'ordre, mes ſage a gouverner lors temperaltes; le quel eus preſenterent al evesk et fut benet de ly, et fet prelat des autres Chanoines. En ycel temps ſi manda le Roy Henry adonk novel Roy a ſire Hugh de Mortemer de venir a ly; et il per grant orgoil et hauteſte de queor, enenflee, a ly venir dedeigna, et ſes Chaſtels de totz partz contre ly garniſſa pur contreeſter le Roy a force. De quel choſe le Roy fut mout corouce et durement vers ly enmewe, et ly aſſegy en ſun Chaſtel de Brugenorth long temps, et ſes autres chaſtels fiſt il aſſegir per tut per ſes gentz. Et quant Gilebert Folioth ceo viſt, qe eſteit adonk Evesk de Hereford, qe le Roy fuſt durement enmewe, et corouce vers ſire Hugh de Mortemer; et qe ſire Hugh fut di tote partz arvione de ſez enemyes, ala al Roy emplaynaunt, qe ſire Hugh tient a force ſa vile de Lydebury, et la dedeigna rendre: le Roy auſi toſt, come il avoyt ceo oy, per grant ire et rancor comanda al Eveske qu'il ulaſt et priſt arere ſa vile od tutes les apertenances: Et quant les Chanoines ceo oyrent, enveierent ileokes ii. Chanoines, cetaſaver Symond le fitz Olyver Merlymond, et Richard de Blakemere, pur garder lour egliſe de Lydebury, enſemblement ad autres choſes qe ileokes aveyent. Et quant l'evesk ceo aperceuſt, manda a eus ces minieſtres, les queus adeprimes les amonſterent per blandiſantz paroles, et den apres per manaces, au darrain miſtrent mains ſur eus, et les ſakerent, encomandantz qu'ils veniſſent toſt parler al Evesk.

Les Chanoines ia pur lours beles paroles ne furent venkuz, ne pur lors manacez abayz en nul poynt, mes ſe tindrent fermement dedenz l'egliſe ſantz remewer hors de leyns pur nule violence qe lor fut fete come bonez gentz de Religiun, amantz le profit de lor meſun. Et auſi toſt come l'abbe Roger ceo oy de ſez freres, appela a la Courte de Roume de damages, huntages et violences qe furent fetes a ly et a ſez freres et a ſa egliſe de Lidebury, et ſigna totes ſez choſez deſuz la protectiun* l'apoſtoil, et meintenant ſe apparala prendre le chemin vers la Courte de Roume en propre perſone: Et quant ſe oyrent les amis de une part et d'autre, ſi en tremiſtrent de fere acord par entre eus, et refourmerent la pes enterement, iſſi qe l'evesk granta a eus la dite Egliſe, de aver a tut temps en pees, et la confirma per ſa lettre enſelee de ſun Seel.

Unkore eſteient les Chanoines trop malement encombrez et envyez de jur en jur pur lour demeor a Wygemore, come eſt avantdit, ſi ſen alerent per le pais en cheſcun part pur querir et avyſer place la, ou eus puſſent manſiun honeſte et large fere pur eus et pur autres a tutz jurs. Avient per un jour en Aſt, qe une des Chanoines, frere Water Agaymeth a nom, ſiſt ſur le champ de Beodune, outre les ſyours, et regarda tot le pays aviron, et aviſa ententinement, et viſt la place ou l'abbeye eſt ore aſſiſe, et nota le lyu, et retorna a meſun, et conta al Abbe et as freres ceo qu'il out veu; les quels aleyent ovesk ly et aviſerent la place de tots partz et virent ben qe le lyu fut aſſez bon et large; et avenant pur fere ileoks lor Abbeye, ſi furent mut joyous, et lez ademeſure, et aleyent a ſire Hugh de Mortimer, et firent aſave a ly ceo qu'ils aveyent trovez, et qe lor pluſt ben la place pur perpetuele manſiun fere per eide de ly. Et il lor granta auſi toſt benement, et a grant joye; et lor promiſt qe il les eidereit, et comanda auſi toſt que eus remewaſent totes choſes qe eus aveyent al Wygemore jeſke la. Et quant eus aveyent comandement de ceo fere, ne targerent geres del mettre en fet, et ſe feſeyent endementres petites habetaciuns de fuſt, per eyde et conſeil de ſire Hugh.

Endementres morut la perſone de Meoles-Bracy, la quel egliſe dona ſire Hugh as

Chanoi-

* Ib, f. 3, b.

* Ib

Chanoines, auſi toſt en perpetuele almoygne; et apres ceo toſt moruſt l'Abbe Roger, *et fuſt religiouſement enterree; et tantoſt ſe entre parlerent de une Abbe aver, et manderent pur* iii. *de lor freres qui furent les plus ſages, a Seinct* Victor, *pur prier a Meſtre* Andrew, *qui fut lor Abbe perdevant, de venir et eſtre lor ſovereyn, et lour Abbe come avant: le quele a grant peine lor granta et vint ovesk eus, et feut receu a grant joye, et demorra Abbe en la maner qe il eſtoit.*

En meimes cel temps Andrew de Staunton *ſeygneur de* **Bokenhull** *fut accuſe vers le Roy* Henry, *grevouſement, illi qe il ne poet demorer en* Engleterre *apertement, ſi vynt en le Chapitre des Chanoines, et en la preſence de* Water Folyoth ercedeakne *de* **Salopſire**, *lor dona l'egliſe de* **Bokenhull** *en pure et perpetuel aumoygne. A qy tant come il demora iſſi en* Engleterre *en tapeiſaunz, ſi troverent a ly totes ſes neceſſaries honeſtement; et quant il ne pout plus longes demorer, ſi paſſa il en* Eſcoce, *et demora ileokes ſeurement, jeskes a tant qe ſe pees fut fete al Roy; et donk returna il a ſa terre demeine. Et tant come il fut abſent, ſi troverent eus a ſa feme* Mahaud *de portz ceo que meſtre ly fuſt.*

f. 3.b. *Apres ceo vynt ſire* Hugh de Mortemer *de out remere, et demorra a* **Clepburi**. *Adonk morut* Achelard *perſone de* **Kayham**, *la quele egliſe les Chanoines receuſtrent en propres buyes del done ſire* Hugh: *Et ne mie longi temps apres, vynt ſire* Hugh *pur viſiter les Chanoines et lor lyu; et ileokes per requeſt de ſeons et nomement de* Brian de Brompton, *et de* John *ſun fitz, manda pur un moyn de* **Wyreceſtre**, *le quel quant il out ſigne la place del egliſe, fiſt fower et mettre le foundement: A quel foundement ſire* Hugh de Mortimer *cocha le primier pere, et lor promiſt dys marcz en eyde: mes en apres il la chevy a ſes coſtages demenie.* Brian de Brompton *cocha la ſecunde pere, et promiſt cent ſouz; mes ren ne dona d'argent; mes il lor granta totes eiſementz en ſa terre en boys et en champs per tot; lez queles eyſementz eiderent grauntment a lour overaine.* John *le fitz al dit* Brian *cocha le terce peer, et ren ne dona ne promiſt, mel ceo qu'il ne fiſt mye adonkes en promeſſe, il le perfourmy ben apres en eoure: kar par ly fut'egliſe de* **Kynleth** *done al Abbey.*

Ib.f.4.a. * *En apres les Chanoines ſentre miſtrent durement et vigrouſement del overayne de lur egliſe. Endementres ſi moruſt Meſtre* Andrew *lor Abbe, et fut enterre a grant honeur. Apres ceo ſi elurent ens* Symond *lor Priour fiz a* Olyver de Merlymound *pur eſtre lor Abbe, le quel moruſt avant ceo quil fut benet del Evesk. Apres la mort* Symond, *ſi elurent eus frere* Randulph *lor Segreſteyn, home humble et Deu dotant: En temps de quel Abbe ſir* Hugh *dona al Abeye le maner de* **Kayham** *ovesk totes les apportenances enſemblement, od ſun corps en pure et perpetuel aumoyne: mes une dame tynt unkore la vile de* **Snytton** *en noum dower. Apres ce eſcheerent a eus les egliſes et chapeles de ſuzdites, per doun ſire* Hugh de Mortimer *en bref temps; cetaſaver l'egliſe de* **Lyntwardyn** *l'egliſe de* **Aylmondeſtre**, *l'egliſe de* **Cheilmers**, *la Chapeles de* **Dounton**, **Borcton**, **Cleton**, *et* **Leynthale**, *et l'egliſe de* **Kynleth**, *et le molyn de* **Leyntwardin**, *et vint ſoude de terre, la quel ſire* Hugh de Mortemer *akata de* Hereberte du Chaſtel: *Et la terre deſuz* **Wigemore**, *et la terre de la* **Newton**, *et la rente del molyn de* **Boriton**, *et la rente de* **Cleton** *et de* **Brunſhop**.

Dentre ceſtes choſes ſi fut ſire Hugh de Mortimer *mut curious et penible entour l'overaine de lor egliſe, la quele il fiſt tote perfere a ces coſtages; et quant ale fut tote perfete, ſi la fiſt dedyer per la mayn ſire* Robert Folyoth, *adonk evesk de Hereford, en le honur de ſeint* Jake *l'apoſtle. Et quant l'egliſe fut dedye ſi fiſt ſire* Hugh de Mortimer *renoveler et confirmer toutz les dounz k'il avoit fet as Chanoines perdevant, a l'egliſe; et nomement le maner de* **Kaham**, *od les aportenances, le quel maner donail a les Chanoines devant tote la people que illeokes fut aſſemble, et le confirma, per ſa Chartre. Apres ceo dona il al egliſe un chaliz d'or fin, et un coupe d'or, pur mettre dedeins Eukariſte; et deux Chaundelers d'argent d'orrez; et fiſt l'evesk et l'abbe od tut le Covent, et od tutz les preſtres qe preſentes furent, excumenger tutz ceus quy nul des ceus iewens alloynaſſent de la meſun, for taunt ſoulement pur feyn et arſun: Et il dona adonks al evesk une Juſte d'argent pleine de pyement la quele il receuſt pur graunt doun. Et l'evesk dona ameines legliſe une chape de queor pourpre, aſſez honeſte et richement aourne des or freys.*

Et quant cetes choſes furent ben ordines, cheſcun a ſun avenaunt, moruſt ſire Hugh de Mortimer *a* **Clebury**, *en bone veleſte et pleine des bones eoures, et Chanoyne proſes en la preſence de l'abbe* Randulph, *le quel ly baila l'abit de Chanoine od aukuns de ſes freres devant ſa mort. Dileokes fut le corps porto jeskes a ſa Abbeie de* **Wygemore** *et honourablement enterre perdevant le haut Auter; l'alme de quey, ſy come nus crennis, repoſe od elitz de Dieu en joye perdurable Amen. Pur l'alme de quel* Hugh *ſy eſt chaunte cheſcun jour une Meſſe per Chanoine, et cheſcun ſymaigne l'office de mortz, cet a dire* Placebo et Dirige *une feez de neof leſſons en Covent, ovesk la* Meſſe matinale *l'endemain. Et cheſcun ſymaigne pain et cervoyſe ove altres vyaundes parties as poveres per la main del Aumoner eſtre autres partiſones qe ont fet per my l'an as poveres et a eſtranges. Et en le jour de ſun Anniverſarie ſi ſunt cent poveres puys ſoffyſonaunt, et cheſcun avera une Miche et deux harankes, et potage, pur ceo que ſun Anniverſarie cheet en* Quareme. *Les autres aumoynes, qe ont fet pur luy, cheſcun jour as eſtas et as eſtrange en le oſtelerye, et per ailours, et les bienfeez eſpirituels qe ſunt fet per Chanoynes pur ly, et ſerrunt fetz aremenaunt, nombrer ne poit nul home; mes a Iheſu Chriſt ſunt pleinement conews.*

Et pur ceo qe Roger ſun fiz et heir fut tenuz en la garde le Roy pur la mort de un Cadwalan a noum, le quel le ſeons tuerent, les mineſtres le Roy tyndrent le Chaſtel de Wyggemore od les appurtenances, en quel temps treſze homes Galeys furent pris en bataile, et furent tenuz en priſon en le Chaſtel de Wygemore firmement ſyrgez; les quels per une nuyt tant, come lor gardeins dormirent, eſchaperent jeskes a la dit Abbeye, et furent devoutement receuz et reheitez de manger et beiure, et lour ſirges deſcheierent d'unt eus furent lyez per miracle; les queus ſirges furent penduz overtement en l'egliſe, et les Galeys demorerent ileokes en pes jeskes a tant qe urent grace de aler a lor pais ſantz deſtourber. Pluſurs autres caſes ſemblables ſunt avenuz a meime cele Abbey, les queus ne ſunt my eſcritz en liure, mes ſunt per negligence leſſeez.

Et quant Sire Roger de Mortemer fut leſſe hors de la garde du Roy, franchement, ſi vynt al Abbey, et fut receu de l'Abbe et del Covent a graunt joye, et mene per l'abbe et le Priour en l'egliſe jeskes devant le haut Auter; et quant il ſeo avoit a ore a l'auter, ſi beiſa tote le Covent, enpromettant ſeurte et bone pees; mes auſi toſt com la Meſſe fut fynie a ſun iſſir hors de l'egliſe, ſi comenſea de lor chalenger durement pur lour Maner de Kayham, et comanda qe eus le rendiſſent a ly, et diſt, qe eus a tort le tindrent. Et l'abbe et le Covent miſtrent lour eſperance en Deu et ne ſoffrirent pas qe lor fut tolet un pleni pee del Maner. De ceo fut ſire Roger mut coronce ademeſure, et les porſiwy tant per ly et per les ſeons, qe contre le jour de Nowel covendreit al abbe et le Covent

Ib. f. 4. b.

d'aler jeskes a Schobbedon forſpris * poys de Chanoines qui demorerent pur garder l'egliſe, et illeokes demorerent jeskes apres Nowel qe per comaundement le Roy Henry retornerent a lor Abbe: car le Roy comanda a ſire Roger, q'uil ne feiſt mal ne damage as Chanoines, mes les leſſaſt en pees deſuz la protectiun de Deu, et la ſowe pur Deu ſervir en quiete.

Dunk deſirerent les Chanoines mut d'aver amour et benvoilaunce de ſire Roger et acord, le prierent devoutement per lors amiſes qu'il vouſiſt eſtre lor ami pur l'amour de Deu, et ſi aveient grant eſperance de s'amiſte aver. Mes toſt apres morut cele dame qe avoit la vile de Snitton en dower; la quele vile granta ſire Roger devant a eus de la franchement aver vers eus: mes en bref temps fut il broche per mauveys conſilers pur la prendre de eus vers ly, et enſi fut fet car eus diſeyent qe cel lyu fut mut prive et eiſe pur ſun recet aver parentre Wygemore et Cleybury: Et quant les Chanoines virent ceo, ſi tindrent en pees come gentz qe hairent mut conteker od lur avowe, et miſtrent lor droit a l'ordinaunce de Deu.

Avient en apres qe dame Iſabelle de Ferrers, la feme a ſire Roger de Mortemer, fut enceynte, et paſſa per Snytton, et illekes herbiga, et devient malade, et en ſa maladye fut deliure de un enfant madle; le quel ſi toſt come fut baptize, moruſt, et fut enterre en l'egliſe de Cleibury, Dont la dite Iſabelle per procurement des ſagez gentz, pria a ſun ſeigneur humblement et devotement en lermant qu'il vouſiſt rendre arere as Chanoines lor vile de Snitton, la quel il tynt a tort, et diſt, qe per encheſon de ceo, ſi aveit grant torment en enfantant, et aveit eſperance de aver en grant ſolaz de la vye de ſun fiz, ſi aveit ele graunt triſture de ſa mort. A la requeſt de quy, commanda toſt rendre a eus la vile franchement, ovesk le Maner de Kayham de aver aremenaunt.

Fundatio Hoſpitali de Lech lade.

Cele dame Iſabelle de Ferers fut de bon vye et de nette; la quele apres la mort de ſon ſeygneur fiſt fere une bone meſun de gents de religiun a Lechelade, pur l'alme ſun ſeygneur et la ſowe, et la feffa plentivouſement de beles terres et de rentes aremenant; et ileokes eſt ele enterre.

L'avantdit Roger de Mortemer, fiz al foundur, eſteit ſolunc la demaunde de ſun age, jolyf, juvencel, et mult volages de queor, et ankes voluntrif adeprimes, et aveit pres de ly pluſurs de leger conſail qe ly conſilerent ſovent a ſun pleiſir, et non pas a ſun profit, come le manere eſt de pluſurs loſengers qui portent oyl ſus pur plere a lor ſeygneurs qe lor chet ſovent a damage. Meimes cely Roger de Mortemer, en icel temps per mauveys conſilers, et per ſa volunte demeine, fiſt trop grantz dureſtes et grevances diverſementz al Abbe et Covent et a lor gentz contre la franchiſe de lur egliſe. Dunk les bones gentz ſi ſentirent de tutes partz dur demene, et nul eſteit qi eider lor puſt ne oſaſt, ſi miſtrent tote lor eſperaunce en Deu tot puſſant, nuyt et jour humblement et devoutement empriantz, qu'il pur ſa pite deignaſt mettre haſtif amendement al errour de lor avowe, iſſi qu'il ne demoraſt longes en peril d'alme per encheſun de eus, et qe eus aver puſſent en pees et en quiete les choſes qe a eus furent donez et a totes jurs en aumoynez.

Endementers tant come cete perſecuciun dura, avit per l'ordinance de Dieu, ke ſire Roger de Mortimer fut cheminant per un matin vers ſun deduyt, ovesk ſa megne, le jour del Anniverſarie de ſun Piere de quel ly ne ſovynt pas adonkes: et come il chevauchont parentre la meſun de malades et la vile Stanweye, ſi regarda les champs d'ambepartz, les queus ſun Pere ont done a l'Abbeye, et viſt les bleez de une part ben creuz et veriz, et aſſez eſpes ſolun la ſeſun; ſi apela aukuns de ſeons endiſant anguiſſouſement; Veez beals ſeigneurs, coment mun Pere ſe treſnoblia et moy de tut miſt en obliance, quy fu ſon fitz eygne et heir, et moylere; a qui per totes reſuns duſt aver vouche ſauf tot ſun heritage ſantz demembrer ces champs qe yci vous veez ovesk autres terres et tenementz en deſheritaunce de moy, ſi ad il done a ceus Vileyns

leyns del Abbeye, *et cele choſe regretta ſovent. Et tant com il ſi angriſſons de queor, Chevaucha, ſi ſonerent totes les cloches del Abbey en manere de glaas: Et quant il ceo oyt, ſi apela un Chanoyne de meymes l'Abbeye, qu'eſteyt adunk ſun Chapeleyn, * et ly demaunda pur que les cloches ſonerent tant fort: Et il ly reſpoundy et diſt;* Sire hieu a tantz des anz morut voſtre pere, fundour de noſtre meſun, et huy eſt ſun Obit, pur qui ont fet grant ſollempnitee pur s'alme eſpecialment, et a tutz jurs fra et a reſun.

* Ib.f.5.a.

Dunc demaunda ſire Roger *a ly, queuz furent les benfeez qe oni fiſt pur ly a la jorneye; et il ly counta, de chef en chef, totz les benfeez qe furent fetez pur s'alme en la dite Abbeye, come eſt perdevant eſcript: Et quant il avoit tot a grant leiſir paroyee, fut viſitee per le ſeincte Eſpiriſt, et diſt a tote ſa meygne;* Aluns nus en le nom de Dieu a l'Abbeye, et aviſun nun le ſerviz et la ſolempnite qe om fra ileokes pur l'alme mun pere; *Et chevauchoyent jeskes a l'Abbeye; et quant l'abbe fut apercen de ſa venue, ſi amena tot le Covent ovesk ly, et aleyent contre ly en la manere de proceſſiun; car il n'entra mye la meſun, grant pete, pardevant, en lor recuſtrent honorablement a grant joye ea eſperance de ſanure over et ſa benveilance: A tant le abbe chanta la Meſſe, et le Covent a haute voyze et a grant devocion chanterent le office qe apent: de quele office ſire* Roger *priſt tresbone gard en totez pointz, et coment les centz povers furent ſervyez ſy fut amerveyle, ben paye et mut repentant de ſun errur. Et quant la Meſſe fut tut perchante et tote le office perſet, ſi apela il l'abbe et le Covent en lor Chapitre, et les pria pardon mut de humble coer de lor grevances, queus il a eus aveyt fet; et promiſt per l'eide de Dieu amendement, et fut acorde a eus, et aſſouz de ſun treſpaz, et entrebeyſez ly et le Covant a grant leeſte d'ambipartiez.*

Apres ceo fiſt il lire tutz les minumentz qe ſun pere aveit fet a eus de terres, tenementz, rentes, bois, preez, paſtures, communes, mores, et des autres fraunchiſes, et enſement des egliſes, les quels il lor dona, et des autres les quels il procura eſtre done a eus, de ſes gentz demeyne. Et quant les chartres furent totes perlewes, ſi agrea quant ke ſon pere ad fet, et confirma per ſa Chartre, enſele de ſun Sel, tot le fet de ſun pere, ovesk pluſurs eyſementz et fraunchiſez, les queus il lor dona adonk et apres per ſes Chartres aſſeeles. Apres ceo priſt il beneyſon et conge del Abbe et du Covent, ſi retorna joyowſement a ſun Chaſtel de Wygemore.

Toſt fut la novele eſpandewe par mi le pays, coment il ouſt eſte a l'abbeye, et quel choſe il ont ileokes fet: dunt les bonez gentz enaveyent grant joye, et les mauveys treſgrant envye: entre queus envyous ſi eſteit un ſun Seneſchal trop corouce a demeſure, ſi diſt a ſun ſeygneur; Sire! avez vous eſte al Abbeye et conferme tote la fet voſtre pere a les Chanoines, et plus de voſtre terre a eus avoyte, iſſy qe ne romeint ore endreit pres de eus, terre, pree, paſture, ne mores qe eus ne unt del dun de voſtre pere, et de voſtre, forſpris le treſor de *MORTEMER*; *et diſt en moskeis,* Ore eſt bon ke vous doignez cele terre a eus, ke ren ne remeyne a vous ne a vos heires du voſtre pres de eus.

Celes paroles diſt il en ſa entente qu'il ne voleit mie qu'il donaſt cele terre a eus, mes qu'il la reteneſiſt vers ly meimes. Et quant ſire Roger *aveit eſcote ſes paroles, demanda des autres quele fut cele place qe ont apela* le treſor de *MORTIMER. Et ly fut diſt, qe ceo fut une crouſte joynant a l'Abbeye, aſſez bone terre et large, et a merveile ben fructifiante: Et quant il aveit ceo oye des autres, ſi diſt a l'avantdit Seneſchal.* Par mun chef beals amys ben maveit dit et conſile, et apres voſtre conſeil veil jeo overyr, et pur ceo ke cele place ad a noum *LE TRESOR DE MORTEMER*, jeo le baudrai a tel treſorer por garder a mun eops, qui le mettra en tele treſorie ou nul larun l'emblera, ne arteſun le mangera, ne des beſtes deſole ſerra, mes a m'alme fructifiera. *Et auſi toſt priſt il ovesk ly gentz qui conuſſeyent la place, et la demuſtrerent a ly: et quant out fet la vewe, entra en l'Abbeye, et la dona en pure et en perpetuele aumoyne a la meſun a tutz jours pur s'alme et ſes aunceſtres, et ſes ſucceſſeurs; et la conferma per ſa Chartre enſele de ſun ſeel, devant tote le people.*

Fundationis & Fundatorum Hiſtoria.

Ex præfato cod. Ms. penès ... dominum *Bruſe.* *Julii* 1. 1656. f. 48. a.

WIllielmus conqueſtor regnum *Angliæ* ſtrenuè & victorioſè optinens, in ipſius Regem glorioſè exſtirit coronatus, intereſſentibus ad hoc *CClx.* Militibus ſuæ victoriæ participibus, & à partibus *Franciæ* & *Northmanniæ* ſecum adductis; ſcilicet domino *Radulpho de Mortuomari*, milite, omnium ſtrenuiſſimo, velut altero *Sampſone* leonina feritate Regis *Haraldi* excercitum invadente.

*Ib. f. 49. a.

* Demum idem *Radulphus* tanquam ſtrenuiſſimus pugil in *Marchiam*, & præſertim contra *Edrichum Salopiæ* Comitem, & *Wygemoriæ* ac *Melenythiæ* cum pertinentiis dominum, conqueſtui adhuc non parentem, directus, poſt longam laboris obſidionem, ipſum in eodem Caſtro optentum, dictaſq; terras & plures alias in *Marchia*, vi gladii & fortuna, ſuo quam glorioſè mancipavit dominio; quem & perpetuis carceribus mancipandum, ad dominum ſuum Regem adduxit vinctum, dictamque mancipationem Caſtri de *Dyneytha* in **Melenyth**, per eum conſtructi, tuitione quam bellicoſè munivit.

Demùn *Will.* Conqueſtore, ac *Will Rufo* filio ſuo, poſt illum Rege, univerſæ carnis viam dilapſis, ac *Henrico*, tertio ejuſdem Conqueſtoris filio, in Regem erecto; *Robertus Curthoſe* frater ejuſdem *Henrici*, *Northmanniæ* tunc dux, regno *Jeroſolmitano* neglecto, *Franciam* & *Northmanniam* contra dictum *Henricum* commovendo belli aciem dirigere pro regno laborat; contra cujus commotionem ſedandam, ac *Northmanniam* pacificandam, idem *Radulfus de Mortuomari*, miles ſtrenuiſſimus, & in belli negotiis providiſſimus, per prædictum *Henricum*, grandi cum excercitu Capitaneus, in partes dirigitur *Northmanniæ*, qui & ejuſdem *Roberti* excercitum quaſſavit, ac ipſum dicto *Henrico* captivatum, ſibi regnum ſtabiliendo tranſmiſit; ac tunc poſt tot varia hujus mundi tranſitorii & militaris gloriæ blandimenta futuram & permanſuram gloriam adepturus, idem dominus *Radulphus*, de licentia dicti *Henrici* regis, ultimum condens Eulogium, in quo Abbathia de **Wyg.** fundationem, dotationem & conſtructionem, divina Revelatione ad hoc inſtigatus, ordinavit, ac filium ſuum *Hugonem*, in omnibus ſuis citramarinis, hæredem & executorem ſibi conſtituit univerſalem, *Oliveri de Merlymond* militis ſui ſagacis & providi viri tutelæ ac curæ, eundem committendo: Ac ſic locum-tenens ejuſdem Regis in *Northmannia* per eum ad vitam creatus, dies ſuo in dominio & officio, ac partibus propriis ſuæ perlaudandæ ſenectutis dies, quàm glorioſè ſuis poſteris, ſuæ probitatis exempla relinquens, in domino finivit: Dictaq; conſtructione per dictum *Oliverum de Merlymound* apud **Schobdon** incepta, ad ejuſdem loci dotationem, & demùm apud **Wyggemore**, ubi propriùs erat ſollempne ſeculurium Canonicorum Collegium, ipſiuſq; loci ad dotationem ac tertio inde propter aquæ penuriam, populiq; perverſitatem ac loci ſtrictitudinem, ad locum ubi modo ſituatur, tranſlata.

Iſte illuſtriſſimus miles dominus *Radulphus de Mortuomari* poſt diuturnas hujus mundi fatigationes, pridie *Nonas Auguſti* A. *D. MC.* ab hoc ergaſtulo migravit ad Dominum; ſed antequam ad ſidera vocatus erat, miſit conjugem filio ſuo *Hugoni* de *Normannia* ad *Angliam*, nomine *Matildem Longeſpey*, *filiam Williemi Longeſpey*, ducis *Normanniæ.* Hic etiam Dominus *Radulphus de Mortuomari*, cito poſt conqueſtum Caſtri de **Wygemore**, Anno videlicet Domini *MC.* conſtituit tres Prebendas Canonicorum ſecularium in Eccl. villæ de **Wyg.** per aſſenſum *Gerardi* Epiſcopi *Herefordiæ*; de quibus poſtea *Hugo* filius ſuus primogenitus dotavit Abbathiam de **Wygemore**, unà cum certis aliis terris in prima creatione ſive fundatione ejuſdem Abbathiæ, per ipſum *Hugonem* incepta. Hic deniq; *Radulphus*, reliquit filium juniorem, nomine *Willielmum*, per modicum tempus Dominum de **Chelmerſh** ex curialitate dicti Domini *Hugonis* fratris ſui ſenioris; & poſtea Dominum de **Netherleye**, ex ſingulari dono & ſpeciali ejuſdem Domini *Hugonis.*

Iſte quidem *Hugo* fidelis paternæ voluntatis exequtor, Monaſterium de **Wyggemore**, ubi jam ſituatur, primum etiam lapidem propriis manibus ponendo, fundavit, propriiſq; expenſis conſtruxit; & in hunc modum liberando eaſdem terras cum ſuis tenementis ab omni exactione temporali, præter ipſius Monaſterii, largifluè dotavit *An.* Domini *MClxxix.* necnon de **Kayham**, & **Schobdon** Maneriis, & de medietate nemoris de **Mottre**, unà cum cæteris plurimis terris, moris, pratis paſturis, redditibus & ſerviciis, multò pleniùs in libris dictæ Abbathiæ ſpecificatis; unà cum Eccleſiis de **Wyggemore**, **Cleobury**, **Leyntewardyn**, **Pene**, **Huggeley**, **Burley**, **Lydeburie North**, **Schobdone**, **Ailmondeſtreo**, & **Cheilmerſh**, cum omnibus Capellis earum.

Iſte *Hugo* probitatis paternæ non expers, *Southwallenſium* rebelliones militaliter, inclitè & ſæpius domavit; eorumq; dominos, ſcilicet *Reſum ap Howell*, *Howelum ap Owen*, & *Conwen* fratrem ſuum, villam de **Kardigan** vaſtantes, captivavit; caſtra **Kermerdine** & **Mapudryth**, ac **Camareon** edificavit: ac ſic, poſt varia & laudabilia probitatis ſui merita, præſentem vitam tranſitoriam, meliorem volens in frugem tranſmutare ordinem Monaſtrii de **Wyggemore** prædicti profeſſus, in ſenectute bona ab hac luce *xxvi.* die menſis *Februarii* An. D. *MClxxxv* ſubtractus, filium ſuum *Rogerum*, ex *Matilda* filia *Willielmi Longeſpeye* ſuſcitatum, univerſorum dimiſit hæredem; pro cujus anima una ſpecialis Miſſa cotidiana, cum aliis nonnullis, elemozinis, devotiſq; orationibus in dicto Monaſterio, prout in eodem de facto patet, ubi tumulatur, noſcitur eſſe celebrata; relinquens alios filios, ſcilicet *Hugonem*, *Radulphum* & *VVillielmum.*

Qui quidem *Hugo* interfectus fuit in torneamento apud *Wygorniam*; ſed antequam ab hac luce migravit, ſuſcepit dominam *Feliciam de ſancto Sydonio* in uxorem, quibus ***Hugo*** pater ejus ſupradictus dedit manerium de **Cheilmerſh**, unà cum Manerio de **Suddebury**, quæ *Williemus* avunculus iſtius ***Hugonis***, prius tenuit, ex conceſſione ***Hugonis*** (primi Fundatoris præſcripti) fratris ſui; & quod manerium de **Cheilmarſh** cum ſuis pertinentiis dicta domina *Felicia*, marito ſuo præmortuo, in ſancta viduitate perſeverans, plenariè & abſolutè, pro *xxiiii or.* marcis argenti prius ſolutis, ſurſum reddidit domino *Rogero* primogenito ſubſcripto, & pro ſe & omnibus poſteris ſuis, eidem domino *Rogero* totum ſtatum ſuum finaliter dedit, remiſitq; ac relaxavit.

Willielmus, miles in bello partibus tranſmarinis, captus; ibiq; mortuus & ſepultus, ac ſine conjuge & prole ad ſydera migratus.

*Ib.f.50.b. Iſte *Rogerus* filius & hæres ***Hugonis***, Fundatoris præcitati, rebelliones etiam *Wallenſium* ſtrenuiſſimè domavit, ac duodecem majores illorum in uno conflictu: per eum captivatos, ſuis carceribus mancipavit; ſuoſq; dominii fines viriliter dilatavit; latroneſq; & fures à partibus fortiter extirpavit, ac in Anniverſario patris ſui unâ die ad Abbathiam de **Wyggemore** condeſcendens, de tanta & devota ſolempnitate, orationumq, effuſione, pauperumq; refocillatione centum, cum aliis elemozinis in eâ parte factis, non modicè gaviſus, omnia per patrem ſuum dicto Monaſterio donata, ex certa ſcientia benignè confirmavit: & ultrà, fertiliſſimum campum, prope Monaſterium ſituatum, *Theſaurum Mortemer* nuncupatum, in puram & perpetuam elemoſinam donavit; de quo Seneſchallus ſuus indignatus, quaſi increpando dixit, *Credo quod voſmet & veſtros exheredare nitimur, ſicut & pater veſter antea fecit, & præſertim de illo veſtro aureo campo, propter ſui nobilitatem & fertilitatem* Mortymeri Theſauro *vocato, aliis agris deficientibus indeficienti fructu inſignito.* Tunc idem *Rogerus* reſpondit; *Illum campum Theſaurum meum ubi fures non furantur, neque fodunt, nec tinea demollitur theſaurizandum repoſui.*

Temporeq; Regis *Johannis*, ***Howelus*** filius *Cadwalthlon*, & *Madoc* filius *Maylgon*, prætendentes ſe in feodi firma ad **Melenyth** jus habere, cum maxima ſumma pecuniæ ab eo *xii.* militum in hac parte juratorium veredictum redimerunt; qui & iſti *Rogero* terram de **Melenyth** liberè & hæreditariè poſſidendum dederunt, ut in ſequentibus pleniùs patebit.

Radulphus de Mortuomari, abbavus *Radulphi de Mortuomari*, filii *Rogeri* de *Mortuomari*, venit ad conqueſtum *Angliæ* cum *Wll.* dicto Baſtard, tunc Rege *Angliæ*; qui Rex dedit dicto *Radulpho* plures terras in *Anglia*, & etiam in *Marchia*; inter quas dedit ei quandam terram quæ vocatur **Melenyth**, quam, quidam Comes, nomine *Edricus* (& Anglicus) tenuit ante conqueſtum, & in tempore conqueſtus, ſcilicet *Normannorum*, quo tempore idem *Edricus* cum ſuis complicibus, & toto pago adjacente, captus fuit manu forti per conqueſtum dicti *Radulphi* abbavi *Radulphi* prædicti, caſtro ſuo adtunc de **Wygemore** modo hæredum ipſius *Radulphi*, viz. *Mortuomarinorum*, Abbathiæ de **Wygemore** fundatorum. Et quia idem *Edricus* noluit conqueſtui parere, ſicut cæteri Anglici, abſtulit ei dictam terram per conſiderationem curiæ ſuæ; & ipſe Rex dedit eam dicto *Radulpho* hæreditariè poſſidendam, & ipſe firmavit in ea quoddam Caſtrum vocatum **Dynveytha**. Terram verò predictam tenuit dictus *Radulphus* tota vita ſuæ.

Mortuo eo ſucceſſit ei in hæreditate quidam filius ſuus, ***Hugo*** nomine, qui levavit quoddam Caſtrum in dicta terra de **Melenyth**, quod vocabatur **Cameran**: & ipſe *Hugo* terram illam poſſedit tota vita ſua. Iſti verò *Hugoni* ſucceſſit quidam filius ſuus, nomine *Rogerus*, qui dictam terram tenuit omnibus diebus vitæ ſuæ. Tempore verò bonæ memoriæ *Regis Johannis*, & tempore ipſius *Rogeri*, venerunt *Howelus* filius *Cathwahtlan*, & *Madoc* filius *Maylgon*, & dederunt ipſi Regi *Johanni* maximam pecc.... per ſic, quod per Sacramentum proborum & legalium militum de comitatibus *Salopiæ* & *Herefordiæ* inquiri faceret, utrum ipſi *Howelus* & *Madoc* majus jus haberent tenendi terram de **Melenyth** de dicto *Rogero*, per quandam firmam ſibi annuatim reddendam, quam ipſe *Rogerus* tenendi illam in dominico, quod ſic conceſſum fuit eis per Regem; & electi ſunt milites *xii.* de utroq; comitatu coram Juſticiariis ad hoc per Regem conſtitutis apud *Salopiam*, qui jurati dixerunt, quod dictus *Rogerus* majus jus habuit tenendi dictam terram in dominico ſuo, quam ipſi ad firmam; & ſic remanſit dictus *Rogerus* in ſeiſina dictæ terræ, ſicut de jure ſuo; ſcilicet de terra quam poſſiderat hæreditariè, & eidem adjudicata fuerat per ſacramentum, ut prædictum eſt.

Iſti *Rogero* ſucceſſit quidam filius, nomine ***Hugo***, qui prædictam terram tenuit uſq; ad guerram motam inter dominum Regem & Barones ſuos: Et quia in dicta guerra dictus ***Hugo*** ſemper ſe tenuit cum domino ſuo Rege *Johanne*, & noluit ad mandatum *Lewel'ni* principis, & domini *Egidii de Breuſe* tunc Epiſcopi ***Herefordiæ***, venire, ſcilicet contra fidem domini Regis, dicti *Levelinus* & *Egidius* cum complicibus ſuis, Caſtrum de **Kamaran** invaſerunt & funditùs proſtraverunt. Tunc temporis fuit dominus *Guoal* legatus in *Anglia*, & autoritate domini Papæ qua fungebatur, ſententiam promulgavit in omnes qui aliquid abſtulerant domino Regi vel complicibus ſuis, niſi venirent ad ſatisfactionem tempeſtivè; ita quod captum fuit quoddam colloquium apud **Wygemore**, ad quod dictus *Lewelin* venit, & de mera voluntate ſua, & ſine aliqua coactione dixit totam terram de **Melenyth** eſſe jus & hæreditatem dicti *Hugonis* & hæredum ſuorum, & illam eidem præſtito Sacramento corporaliter, coram omnibus conceſſit, & per literas ſuas patentes mandavit omnibus hominibus

nibus de **Melenyth**, quod in omnibus eſſent intendentes & reſpondentes dicto *Hugoni*, ſicut domino ſuo ligeo.

In prædicto verò colloquio notatum fuit de amiſſionibus & dampnis dicti *Hugonis*, per occupationem hominum ſuorum, & Caſtri
*Ib.f.51.a. ſui, & eſtimata & taxata fuerunt * dampna ad quingentas marcas; & per dominum *Stephanum* bonæ memoriæ tunc Archiep. *Cantuar*: & per alios *Angliæ* magnates proviſum fuit, quod dictus *Lewelinus* debuit reddere dicto *Hugoni*, tertiam partem dictæ pecuniæ, & *Mailgon* reddet eidem *Hugoni* aliam tertiam partem, & *Wenhowen* aliam tertiam partem. *Hugone* poſtea mortuo, ſucceſſit ei *Radulphus* frater ejus, qui dictam terram tenuit uſq; ad mortem ſuam, & firmavit in ea duo Caſtra, ſcilicet **Kevencles**, & **Knoclas**: Quo mortuo, quia *Rogerus* filius ejus, qui nunc eſt, non fuit plenæ ætatis, dominus Rex habuit cuſtodiam dictorum Caſtrorum, & dictæ terræ, ſicut aliarum terrarum ſuarum, quouſq; dictus *Rogerus* ſatisfecit Regi pro terris ſuis; & extunc tenuit dictus *Rogerus* dictas terras & Caſtra per *xv.* annos, donec iminente guerra prodita fuerant dicta Caſtra per homines ſuos.

Domina *Mileſaunt* filia ..... Comitis *Derbeyæ*, prima conſors antedicti domini *Rogeri*, fundatoris ſecundi Abbathiæ de **Wygemore**: Qui quidem *Rogerus viii.* Kal. *Julii* A. D. *Mccxv.* dies ſuos ſic laude plenos, poſteris ſuis, probitatis & bonitatis exemplum relinquens, cum parentibus ſuis glorioſè finivit & dominabatur; relictis duobus filiis *Hugone* & *Radulpho* ſucceſſivè hæredibus: *Hugonem* verò ex prima uxore ſua *Mileſaunt* filia Comitis *Derbeyæ*; *Radulphumq*; ex *Iſabella* ſecunda uxore, filia domini de *Ferrers* de **Lechelade**, procreavit; necnon *Robertum* & *Philippum*: Quæ quidem *Iſabella* fecit apud **Lechelade** domum Religionis, & ibi ſepelitur.

Hugo iſte juvenis elegantiſſimus, fortis
Ib.f.51.b. viribus, moribus præclarus, verax & juſtus, omnes in ſui amorem ſuarum virtutum, exigentibus meritis, aliciebat: Barones tamen regni ſui pares, poſtea fervida gwerra diu ſuum Regem *Johannem* proſequentes, in iſtum dominum *Hugonem* poſtea, quia eis non faventem, *Egidium Brewes* Epiſcopum *Herefordenſem*, necnon *Lewelinum ap Zeruorgh*, *Northwalliæ*; necnom *Wenwyn-wen Powyſiæ* principes; necnon *Maylgon* alterum potentem Wallenſem, ipſorum fautores & complices, in ipſum concitaverunt; qui concitati terras ſuas de **Melenyth** vaſtantes, infeſtârunt, Caſtrumq; ſuum de **Camaron** proſtrârunt. Ipſe tamen eos poſtea viriliter audaci ſub clipeo dictos Wallenſes in deditionem & emendam coegit, ipſorumq; rabies coercuit ac domavit, quingentas marcas in emendam ab eis recipiens: deniq; *Lewelinus* princeps ipſum eundem *Hugonem*, verum dominum de **Melenyth** etiam ſub ſigillo ſuo recognovit, ſeque de cætero ipſum in dictis terris nullatenus moleſtaturum ad ſancta Dei Evangelia & juravit. Inſuper & tenentibus eidem *Hugoni*, tanquam vero Domino, ut parerent ſuis literis & mandavit.

Iſte *Hugo* dominio de **Chelmerſh**, quo per patrem ſuum *Rogerum* prædictum infeodatus fuit, & *Radulphum* fratrem ſuum juniorem infeodavit. Demùm confractis & colliſis in quodam torniamento, quarto *Idus Novembris* An. Dom. *Mccxxvii.* ab hac luce abſq; prole, prout nec uxoratus legitur, tranſivit ad æterna, juxta patrem ſuum in Abbathia de **Wyggemore** tumulatus.

Radulphus frater ſuus junior ex *Iſabella* Ib.f.51. b
Ferrers, ſecunda uxore, Collegii ſive Hoſpi- Fundatio
talis de **Lechelade** fundatrice, & ibi tumulata, Collegii de
procreatus, ſucceſſit in dominium. Iſte *Ra-* **Lechelad**
dulphus, bellicoſus vir & ſtrenuus, militaliter fines ſuos dilatavit, & ultra omnes prædeceſſores rabies Wallenſium redomavit; & eos, ac præſertim dicti *Lewelini* Principis terras devaſtando perdomavit; ac poſſeſſiones ſuas duobus Caſtris de novo per eum conſtructis; ſcilicet **Kenthles** & **Knokelas** fortificavit; unde dictus *Lewelinus* Princeps ipſius audaciam & fortunam ſufferre nequiens, ſibi *Gwladuſam Duy*, filiam ſuam, cum omnibns terris de **Kery** & **Kedewyn**, Caſtriſq; & fortiliciis, cum omnimodis earundem diſtricta juriſdictione & honore, collocavit in uxorem. Et ſic dilatato & pacificato quam glorioſè dominio ſuo ubique, *viii.* Id: *Auguſti* A. D. *Mccxlvii.* ab hac luce ſubtractus, cum parentibus ſuis in Abbathia de **Wygemore** exſtitit ſepultus.

☞ Tempore etiam iſtius domini *Radulphi*, Anno viz. Domini *Mccxxi.* *Hugone* fratre ſuo ſuperſtite, *Johannes* Rex *Angliæ* perdidit *Normanniam*, eò quòd pluries vocatus ad faciendum homagium Regi *Franciæ* pro dicta *Normannia*, renuit omnino venire: In qua quidem *Normannia* iſte dominus *Radulphus* exiſtens ad defendendum, quantum in ſe fuit, juſticiam dicti *Johannis* Regis *Angliæ*, prout moris eſt progenitorum ſuorum, à Rege *Franciæ*, manu centupliciter fortiori, captus eſt: Quo facto Wallenſes leti & hillares, ſuas ſevitias audaciùs exercentes, prima die Dominica in *Quadrageſſima*, Monaſterium S. *Jacobi* de **Wygemore** antedictum, abſque miſerecordiæ reſpectu invaſerunt; & præter rerum mobilium ſubſtantiam, quam ſecum prædaverant, ac aliarum multitudinem tribulationum, quam eis diutiùs intulerunt, omnes domos, officinas regulares, miſerabili incendio in cineres & favillas combuſſerunt: Quæ quidem vorax flamma per filios iniquitatum, in camera ſub Dormitorio primò incenſa, exierat; Dormitorium aſcendit, & flamma invaleſcente, ventoq; contrario, omnes domos, officinas cum quamplurimis hujus mundi diviciis tranſitoriis, quas enumerare longum eſt, in favillam & cinerem redegit, excepta majore Eccleſia, quam Dominus miſerecordiſſima pietate ſua, ad ineffabile doloris ſibi in eadem famulantium ſolamen, incolumem reſervavit.

Domina *Gwladuſa* filia *Lewelini* principis *Walliæ*, & *Johannæ* filiæ *Johannis* regis *Angliæ*, ſponſa domini *Rad.* antedicti, peperit *Rogerum de Mortuomari*, primogenitum, *Petrum Johannem* Fratrem ordinis Minorum, domus ſive Conventus *Salopiæ*; et *Hugonem* dominum de **Cheilmerſh**, qui jacet in medio Capellæ beatæ *Mariæ* Virginis.

*Ib.f.53.b. * *Rog.* (ſecundus) eorundem bonæ memoriæ *Radulphi* & *Gwladuſæ* filius, ſucceſſit in dominium; ac *Matildem de Brewys*, filiam domini *Willielmi de Brewys*, domini de **Breghnoc**, in uxorem duxit. Iſte *Rogerus* tres filios ſuos, *Rogerum*, *Willielmum*, et *Gaufridum*, primò inſigniis militatribus per dominum Regem *Edwardum* primum ſublimatos, centum milites & tot Dominas ad Haſtiludiam de **Kenillworth**, expenſis ſuis ſumptuoſis, per tres dies ſolempniter ordinata & tenta, qualia in *Angliæ* tam ſolempnia prius viſa non fuerant, ſecum adduxit, & *Rotundam Tabulam* ibi incepit, & quarta die *Leonem aureum*, triumphæ ſignum ſibi adjudicatum, dictamq; comitivam, ſuiſq; expenſis ad **Warwyk** advexit; ob cujus probitatis & virtutum famam, etiam in remotis regnis divulgatam, *Navariæ* reginam in ejus velut & altera pantiſiliæ regina in *Hectoris* amorem debachata, ad dicta Haſtiludia in dictis regnis præconizata, flaſculas ligneas, deauratis barris & cera ligatos, vini ſub ſpecie, auro tamen plenos, in dicta Abbathia de **Wyggemore** adhuc habitos, eidem *Rogero* fertur tranſmiſiſſe. Ipſeq; dominus *Rogerus*, ejuſdem Reginæ ob amorem, *carbunculum* Armis ſuis, ad totam vitam ſuam addidiſſe noſcitur.

Haſtiludium de **Kenilworth.**

Inter alia iſtius *Rogeri* glorioſa facta, unum ſignanter duxi memorandum, quod Rege *Henrico* tertio tunc regnante, & *Edwardo* primo-genito ſuo poſt eum Rege, per *Symonem Mountfort* Comitem *Leyceſtriæ* in bello de **Lewis** captivatis, idem *Edwardus* primo-genitus in caſtro de **Hereford**, ſub carcerali cuſtodiâ exſtitit poſitus, quem et idem *Rogerus* in hunc modum liberavit; Unum dextrarium velociſſimum ſibi tranſmittendo & ſecretè per nuncium quod receptâ licentiâ à cuſtodibus, ipſius velocitatem in **Wydmerſh** probaret, et captatâ oportunitate, quando unum alium in equo albo ad aſcenſum montis verſùs **Tullinton** ſedentem (dominum de *Crofte* adtunc ut dicitur) & capillum ſuum moventem videret, omni cautelâ poſſibili ad eum in eodem equo fugeret, velocitati ipſius equi ſatis confiſurus; quod & concenſum eſt; et die ad hoc ſtatutâ, ac per dictum Nuntium præcaptatâ, totaq; patriâ ad cuſtodiam dicti *Edwardi*, ne fugæ ſe poneret, congregatâ, dum idem *Edwardus* eundem equum aſcenderet, bene illum Nuncium, ut ſupra, capillum ſuum moventem conſpexit, ac equum calcaribus coactum, omnibus invitis, evadendo ſe direxit: & licèt à multitudine illa, in equis & pedibus proſequutus fuerat; tamen in tantum omnes illius equi probitate præceſſit, dictum Nuncium ſequendo, quod ad parcam de **Tullinton**, ubi dictus dominus *Rogerus de Mortemer*, in ſui ſuccurſum, cum quingentis armatis dilituerat, ſalvus evaſit; quos & idem *Rogerus*, tanquam Leo rugiens invadendo & trucidando, uſq; portus *Herefordiæ* proſecutus, eundem *Edwardum* primogenitum ad caſtrum ſuum de **Wyggemore** adduxit, ipſumq; magno exercitu, & præcipuè *Wallenſium* * ſtipavit multitudine, ac cum eo in liberationem patris ſui, regis *Henrici* per dominum *Simonem Mountfort*, ubiq; etiam diſplicato vexillo, pro captivo ducti tranſivit, & bello exinde, quarto die menſis *Auguſti* An. Dom. *Mcclxv.* in valle de **Eveſham** & prope eam, inter eos inito, cecidit dictus *Simon Mountfort* cum ſuis complicibus & fauctoribus, in multitudine etiam procerum & nobilium glomerata; & ſic induſtria dicti domini *Rogeri*, dictus *Henricus* Rex liberatur à dicto *Edwardo* primo-genito, ſtabilitur regnum.

*Ib.f.54.a.

Unde & idem Rex *Henricus* dictum dominum *Rogerum de Mortemer*, dictarum terrarum de **Kery** & **Kedewyn** confirmationi, ac caſtri de **Delvoryn** per *David ap Lewelin* avunculum ſuum conſtructi, collationi, & libertatis dominii de **Wyggemore** innotata, roborationi, & aliis honoribus & munificentiis remuneravit; & in Vigilia Apoſtolorum *Simonis & Jude* apud **Kyngeſtone**, An. Dom. *Mcclxxxii.* ad ſidera tranſcendit, cum progenitoribus ſuis in Abbathia de **Wyggemore** tumulatur.

Domina *Matilda de Breuſe*, uxor domini *Rogeri* præſcripti, filia primo-genita domini *Willielmi de Breuſe*, & *Evæ*, quintæ filiæ, & quintæ hæredis *Willielmi Mareſchalli* Comitis *Pembrochiæ*, qui dicebatur *Vetus Mareſchallus*, filii *Ricardi Strongebowe*, filii & hæredis *Gilberti Strongebowe* Comitis *Pembrochiæ* & domini de **Strughull**, ac totius **Nether-Wencie**, *Waltero* fratre ſuo ſeniore præmortuo, primo fundatore Abbathiæ de *Tinterna* in *Wallia*, filii *Ricardi* Comitis de *O*, filii & hæredis domini *Willielmi* domini de **Wolaſton** & de **Tutenham**, qui primò venit cum *Wil.* Conqueſtore *Angliæ*, filli *Oſberti* Comitis de *O*, Dicta etiam *Matilda de Brewes*, ex altere parte fuit filia *Evæ*, quintæ filiæ, & quintæ hæredis ſupradicti *Willielmi Mareſcalli*, & *Iſabellæ* uxoris ejuſdem *Willielmi* filiæ unicæ & hæredis *Evæ* uxoris ſupradicti *Ricardi Strongebow*, filii & hæredis *Mecmorwy* Reguli *Lageniæ*; cui *Ricardo* prædictus *Mecmorwy* dedit in maritagium cum dicta *Eva* filia ſua unica & hærede, totam *Lageniam* in *Hibernia*, videlicet quartam partem *Hiberniæ*.

Quæ quidem domina *Matilda* præfato *Rogero de Mortuomari* viro ſuo peperit, *Radulphum* primo-genitum, militem, qui obiit ante deceſſum patris ſui; *Edmundum* qui ſucceſſit in hæreditate; *Rogerum* dominum de *Chirke*; *Galfridum* militem, qui etiam ante patris ſui deceſſum, obiit. & in dicta Abbathia jacet humatus; & *Willielmum* militem ſtrenuiſſimum, ac propugnatorem fortiſſimum.

Qui quidem *Rogerus* (tertio-genitus) fuit dominus de **Chirke**. Hic tùm, propter illud dominium, eò quòd fuit annexum dominiis Comitis *Arundeliæ*, cùm propter ſiniſtra ex adverſariis, ſibi licet minus juſtè impoſita, nequiter & injuſtè detentus erat in priſona regis

Edwardi tertii, infra Turrim *Londini* per quatuor annos & dimidium, & ibidem abſq; judicio & reſponſione obiit, *viz.* tertio die menſis *Auguſti*, Anno Dom. *MCCCxxxvi.* inde deductus fuit uſque Abbathiam de **Wygemore**, & ibidem ſepultus eſt inter progenitores ſuos, per manus domini *Adæ Hereford'æ* epiſcopi, die dominica in feſto exaltationis S. *Crucis* Anno ſupradicto. Hic habuit uxorem nomine *Luciam*, filiam domini *Roberti de Wafre*, quæ peperit ei filium nomine *Rogerum*, cui accidit tota hæreditas dicti domini *Roberti de Wafre* avi ſui. Qui quidem *Rogerus* filius *Rogeri* & *Luciæ* habuit dominam *Johannam de Turbervyle* in uxorem.

Ib. f. 54. b. *Edmundus de Mortuomari* præfati *Rogeri de Mortuomari*, & *Matildæ de Breuſe* ſecundo-genitus, fratribus ſuis ſine prole præmortuis, eidem ſucceſſit; Inſignia militaria apud *Wyntoniam*, in feſto Nativitatis glorioſæ Virginis *Mariæ*, â domino *Edwardo* primo rege *Angliæ* ſolempniter recepit; ac poſtea ipſius uxoris dominæ *Alianoræ* reginæ *Angliæ*, regis *Hiſpaniæ* filiæ, conſanguineam *Margeretam* nomine, filiam domini *Willielmi de Fendles* de *Hiſpania*, maxima cum ſolempnitate dictorum Regis & Reginæ expenſis celebrata, duxit uxorem; de qua *Rogerum* primum Comitem poſtea procreavit.

Iſte *Edmundus* Regi & Reginæ carus, moribuſq; præclarus, ipſorum in Curia nutritus, ingruente poſtea guerrâ inter eundem dominum Regem & *Lewelinum ap Griffith* Principem *Walliæ*, propter conſanguinitatem patruelem inter ipſum *Edmundum* & dictum *Lewelinum* habitam, aliqualiter ipſius gwerræ tempore in *Wallia* vibratæ, ſuſpectus, quia habebatur fortius, rabiem & rebellionem ipſius *Lewelini* ad domandum laboravit; & finaliter in congreſſu & conflictu belli inter eos, apud *Boelt*, habiti, idem *Lewelinus* cecidit, per eum ad mortem proſtratus, ac in Caſtro ſuo de **Wygemore** *vii.* die *Kal. Auguſt.* An. Dom. *Mccciiii.* ab hac luce ad ſidera migravit, & in dicta Abbathia de **Wygmore** cum ſuis progenitoribus jacet humatus.

De ipſo *Edmundo* & *Margareta* exierunt *Rogerus* primo-genitus, primus Comes *Marchiæ*; *Matilda* maritata *Teobaldo de Verdon*, domino medietatis de **Lodelowe**, filio *Johannis de Verdon* & *Margeriæ* filiæ *Gilberti de Lacy*, *Johanna* ſanctimonialis in Prioratu de **Lyngbroke**; *Johannes*; *Elizabetha* ſanctimonialis apud **Lyngbroke**; *Hugo* Rector de veteri **Radnore**; *Walterus* Rector de **Kingſlane**; & *Edmundus* Rector de **Hodnet**, Theſaurarius Eccleſiæ Cathedralis Eborum.

Qui quidem *Johannes* (filius ſecundo-genitus) tertio Nonas *Januarii* An. Dom. *Mcccxviii.* in torneamento apud *Wigorniam* interfectus, in Abbathia prædicta humatus. Ipſe enim & *Johannes de Leyburne* ſimul colludere voluerunt, qui ambo quaſi coetanei videbantur, ætatis circiter *xviii.* annorum; Qui cum ſimul convenirent dictus *Johannes de Leyburne*, cum non poſſet haſtam ſuam pro debilitate, juxta illius ludi naturam, pro voluntate rectè dirigere, percuſſit eundem dominum *Johannem de Mortimer* caſu fortuito, invitus, in ventre; qui in craſtino perceptis Sacramentis Eccleſiaſticis, mortuus eſt, & cum dolore plangendus. Ac Abbathiam antedictam adductus, ibidem inter progenitores ſuos jacet humatus.

Rogerus dictorum *Edmundi* & *Margaretæ* Ib. f. 55. a filius, ætatis *xvi.* annorum & trium menſium ſucceſſit; cujus wardam *Petrus de Gavaſton*, à rege *Edwardo* primo, anno regni ſui *xxxi.* optinuit, quam & idem *Rogerus* ab eodem, pro duabus mille, & quingintis marcis, cum poteſtate ſe liberè maritandi, redemit, & ſic omnes terras ſuas poſſedit; ac dominæ *Johannæ* filiæ domini *Petri de Genyville*, filii domini *Galfridi de Genyville*, domini de **Trym**, & de aliis multis poſſeſſionibus, de qua & *Edmundum*, cum cæteris ſubſcriptis procreavit.

Iſte *Rogerus*, primus poſtea Comes, tempore quo *Edwardus* ſecundus, filius Regis *Edwardi*, cingulum militæ à ſuo patre accepti, unà cum *Edmundo de Arundel* & aliis trecentis baccalariis, apud *Weſtmonaſterium* in feſto Pentecoſtes, Anno Domini *Mcccvi.* miles creatus exiſtit. Idem *Rogerus* in auxilium domini *Iohannis de Chorleton* militis, in jure uxoris ſuæ dominæ *Hawyſiæ* dominæ de **Powys**, cujus maritagium Rex *Edwardus* ſecundus ſibi contulerat, contra *Griffinum* ejuſdem *Hawyſiæ* patruum, in ipſam & maritum ſuum, cum omnibus pagencibus inſurgentem, ac ipſos dominio de **Powys** ſpoliare intententem, *Powyſiam* manu militari intravit; necnon eundem *Griffinum*, poſt diutinos hujuſmodi labores, quibus & patriam depredavit, ad pacem coegit; ipſoſq; *Iohannem* & *Hawyſiam* in dominium de **Powys** ſtabilivit, pacificavit, & optinuit: Necnon poſtea, *Iohanni*, filio eorum & hæredi, filiam ſuam *Matildam* maritavit, & in remuneratione præmiſſorum, terras *Powyſiæ*, cum foreſta de **Ucheldre** inter rivos de **Ryw** & **Clegy** ſituatus, dominio ſuo de **Kedewyn** adjacentes, ſibi & ſuis hæreditariè ab eiſdem *Johannes* & *Hawyſia* recepit poſſidendas.

Iſte etiam *Rogerus*, vir magnanimus & ſtrenuus, contra *Hugonem*, *Deſpenſer* juniorem, in jure uxoris ſuæ, tertiæ filiæ Comitis *Glouceſtriæ*, tertiam partem Comitatus habentem, licet quinq; mille marcarum per annum valentem, ea tamen non contentum, ſed alias duas ſorores ſuis partibus ſpoliare nitendo, contra juſtitiam & regni jura, ſibi illas duas partes, vi etiam armatâ & excercitus ducendo, commotiones & ſeditiones faciendo, pacem regni turbando ſibi uſurpare laborantem, in *Glamorganciam*, aſſociatis ſibi *Humfredo Bowne* Comite *Herefordiæ*, & domino *Rogero Mortimer*, domino de **Chirke**, avunculo ſuo, acies dirigit, & villam de **Kardyf**, cum pago adjacente, ditioni ſuæ coegit: necnon dominum *Georgium Gorges*, caſtri cuſtodem, poſt magnos inſultus labores militares captum & vulneratum, ad caſtrum ſuum de **Wygmore** ſecum captivum advexit. Deinde immediatè caſtrum de **Clone**, cum omnibus terris, foreſtis, villis, & juribus, diſtrictoq; juriſdictione & honore, ea ad ſe jure hæreditario pertinere informatus, occupavit, ac Fidelitatem & Homagium à tenentibus recepit. Quas terras, cum omnibus aliis terris Comitis *Arundelliæ*, citra *Sabrinam* in *Wallia* ſitas, per mortem *Edmundi Arundelliæ* Comitis, morti dampnati & traditi apud **Hereford**, quia foriſfactas, ſibi poſtea Rex *Edwardus* contulit tertius. f.55.b

Poſtea eodem Anno *Thomæ* Comiti *Lancaſtriæ*, & dictis *Humfredo* & *Rogero*, ac omnibus magnatibus *Marchiæ* ſociatus, in viridibus tunicis, cum manibus dextris crocei coloris, verſùs *Londinum* in magno excercitu tranſiit, qui ab omnibus quaſi prælatis & proceribus regni, tractantibus, & cordis cum tripudio, juramento etiam præſtito, quod ad emendationem Regis & regni, & præſertim ad caſtigationem dicti *Hugonis Spenſer*, ex viribus inſiſterent, extitit receptus. Verùm quia Rex *Edwardus* hujuſmodi propoſito non contentus, partem in contrariam fecit, ac comitivam ſibi indies in ipſorum quaſſationem aggregavit & multiplicavit, unde dicti congregati & præſertim dicti domini *Rogerus* & *Rogerus* gratiam inde ſperantes, regi ſe ſubdiderunt, quam & Rex ſe facere finxit, ipſos tamen ſic redditos, diverſis *Angliæ* carceribus, dictos duos *Rogeros* turri *Londonenſi* mancipavit.

Idemq; dominus *Rogerus*, dominus de **Wygmore**, certificato quod Rex incunctanter ipſum neci tradere propoſuit, poſtquam ibidem per annum & dimidium in arcta ſtetiſſet cuſtodia, domino *Rogero* avunculo ſuo ibi dimiſſo, & mortuo in Vigilia Advinculæ *S. Petri*, ejus evaſit interventu carceris cuſtodia, ad *Franciam*, ubi à Rege *Karolo*, & ab aliis regni magnatibus, conſanguineis ſuis, honorificè eſt ſuſceptus; unde & in honorem S. *Petri* Capellam in ulteriori warda Caſtri de **Lodelawe**, illam Capellam S. *Petri* vocatam, cum unius Capellani ibi perpetuo celebraturi cantaria noſcitur conſtruxiſſe, Reginam & *Edwardum* primogenitum, & *Edmundum* Comitem *Kanciæ*, fratrem ſuum, dictumq; dominum *Rogerum*, ac plurimos magnates in *Francia* tunc exiſtentes, Rex *Edwardus* ſecundus ab *Angliæ* exulavit regno, & exilium per regni Comitatus publicari & mandari fecit: Necnon poſtra Regem *Franciæ*, pecuniis corruptum, ad eoſdem captivos ſibi in *Angliam* tranſmittendos, nequiter corrupit; unde & Regina, dictiq; magnates, dicta traditione præmuniti, ad dominum *Willielmum* Comitem *Henaudiæ*, quàm cautè, quàmq; latenter receſſerunt, cujus freti auxilio. Unde & *Edwardus*, dictus primo-genitus, poſtea Rex, dominam *Philippam* ejus filiam duxit in uxorem, fratre ſuo domino *Johanne* eis in capitaneum ad hoc delegato, cum mille quingentis armatis & aliis ſuis expenſis in *Cxl.* navibus, *viii. Kal. Octobris*, An. Dom. *Mcccxxvii.* in *Angliam* direxit; quorum adventum proceres & populares laudantes, ad *xx* milia ſtatim adunati, receperunt in dextera; dictuſq; *Edwardus* hujuſmodi adventu territus, cum ſuis adulatoribus, retortiſq; conſiliariis à facie Reginæ & primo-geniti ſui, ut ſupra, inter cæteros exulatorum ad montana *Glamorganciæ* in *Wallia* fugam arripuit. De quibus, quotquot captis Regina & primogenitus, prout jura, regnique ſtatuta exigebant, juſticiam ſunt executi.

Rogerus prædictus dominus de **Wygemore** à domino *Edwardo* tertio rege, Anno regni ſui primo, apud *Sarum*, unà cum *Johanne de Eltham* regis fratre, & *Jacobo* le *Boteler de Hybernia*, in Comites *Cornubiæ* & *Ormandiæ* creatis; & *Marchiæ* creatur Comes. Exinde Rex *Edwardus* tertius ad *Marchiam* tranſiit, & in caſtris dicti domini *Rogeri* Comitis, de **Lodelowe** & de **Wygemore**, Foreſtiſq; & Parcis cum maximis expenſis in communiis Haſtiludiis, & aliis ſolatiis, munificiſq; donariis ſibi & ſuis largiter effuſis, regaliter per nonnullos dies tractatus, quem tamen idem Rex, ut vulgò prædicat, debitè non remuneravit. Poſt hæc ad fratres Minores *Salopiæ* in honore tumulatum in vigilia S. *Andreæ* Apoſtoli, An. Dom. *Mcccxxxi.*

Iſte *Rogerus* Comes & *Johanna* uxor ejus habuerunt exitum, *Edmundum* primo-genitum, *Marchiæ* Comitem; *Rogerum* militem; *Galfridum* Comitem *Jubmenſem* & dominum de **Cowyth**, *Johannem* interfectum in Haſtiludio apud *Salopiam*; *Katherinam* nuptam domino *Thomæ de Bellocampo* Comiti *Warwykie*; *Johannam* nuptam domino *Jacobo de Audeley*; *Agnetam* nuptam domino *Johanni Haſtyngs* Comiti *Pembrochiæ*; *Margaretam* nuptam *Thomæ* filio *Mauricii de Berkley*; *Matildam* nuptam *Johanni* filio & hæredi *Johannis de Chorleton* domini de **Powys**; *Blanchiam* nuptam domino *Petro de Graunſon*; & *Bedtricem* nuptam *Edwardo* filio & hæredi domini *Thomæ Brotherton* Comitis Mareſcalli, & eo defuncto, domino *Thomæ de Breuſa*.

Edmundus juvenis, probitate, ſenſu, & ſcientiâ præclarus, quo evorum ſplendor in juventutis floribus poſteris ſuis exempli gloriam relinquens; longè ante optatum finem ſuccisâ telâ, heu, apud **Staunton-Lacy** labitur in fata, & apud dictam Abbathiam cum ſuis progenitoribus humatus. Iſte *Edmundus* ſuis meritis exigentibus, cum duobus fratribus ſuis, *Rogero* & *Ganfrido*, in Coronatione Regis *Edwardi* tertii, militiæ & gloriæ cingulum ab eodem Rege recepit; uxoremq; *Elizabetham*, filiam domini *Bartholomei*, dicti domini divitis, de **Badeleſmere** & de **Ledys**, ſolempniter duxit; ex qua & infraſcriptum *Rogerum* & fratrem ſuum ſubſcriptum noſcitur procreâſſe. Ib. f.56. b.

Iſte etiam *Edmundus*, inter cætera probitatis opera, memoriæ digna, nonnullas terras ſibi & uxori ſuæ, per maritagium talliatas, per obitum patris ſui injuſtè ſibi ablatas, ſenſu & probitate recuperavit; & ut ſupradicitur, apud **Staunton-Lacy** *xvi* Kal. Januarii, An. Dom. *Mcccxxxi.* glorioſè finivit.

Quædam Cronicæ dicunt, quod iſte non fuit Comes; quibus fides non eſt adhibenda, quia Recorda Regalia in contrarium teſtificant, per ſic.

Edwardus *Dei gratia Rex* Angliæ *&* Franciæ, *dominus* Hiberniæ, *omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod commiſimus dilecto conſanguineo & fideli noſtro* Will. de Bohun *Comiti* Northamptoniæ, *&* Elizabethæ *uxori ejus, quæ fuit uxor* Edmundi de Mortuomari *nuper Comitis* Marchiæ *defuncti, qui de nobis tenuit in Capite, cuſtodiam Caſtri de* **Cnoklas** *&* **Pulithe** *cum pertinentiis in Marchia* Walliæ, *quod fuit prædicti* Edmundi, *& quod ratione minoris* ætatis Rogeri *filii & hæredis ejuſdem* Edmundi, *& in manu noſtra, & in cuſtodia dilecti nobis* Johannis Dancok *pro* C^{s} *nobis inde annuatim reddendo exiſtit; ut dicitur. Habendum & tenendum præfatis Comiti &* Elizabethæ *matri prædicti hæredis à feſto S.* Michaelis *proximo futuro, cum omnibus ad cuſtodiam illam ſpectantibus, uſq; ad legitimam ætatem ejuſdem hæredis, &c. T. meipſo apud* **Certeſeye** *vi. die* Septembris *An. regni noſtri* Angliæ *xv. regni verò noſtri* Franciæ *ſecundo.*

Iſte *Edmundus* de prædicta *Elizabetha* uxore ſua, procreavit duos filios; ſcilicet *Rogerum* primogenitum, & *Johannem* qui puer obiit.

Ib. f. 57. *Rogerus* filius ejus trium annorum ex præſcripta *Elizabetha*, ſucceſſit in hæreditate. Iſte *Rogerus* poſtea fortis viribus, gloriâ belli ſtrenuus, in conſilio providus, in omni morum honeſtate laudabilis, ſummiq; regni conſiliarius, regem *Edwardum* tertium prædictum, in ſui belli *Franciæ* gloria, ejuſq; regnum ſenſu, probitate, & induſtria, rexit; à quo & reverſionem ſententiæ in avum ſuum *Rogerum* (*Rogerum* primum *Marchiæ* Comitem) improviſè, & ſine procerum regni aſſenſu, injuſtè lato, omnium terrarum reſtitutione glorioſè optinuit. Comes tamen *Arundelliæ* prætendit quo ad Caſtrum de **Chirk**, cum pago adjacente, relaxationem in ea parte ab eo habere.

Iſte etiam *Rogerus* ex *Philippa* uxore ſua, filiæ domini *Willielmi Mountagu* Comitis *Sarum*, *Edmundum* glorioſum infraſcriptum filium procreatum hæredem dimiſit, & in *Burgundia* expeditionis ducens excercitum, cum omni militia *Angliæ* dolore non modico, militiam ſuam terreſtrem in cœleſtem commutans, dies prœmaturè apud **Roneray** *xxvi.* die menſis *Februarii.* An. Dom. *Mccclix.* finivit; cujus oſſa abindè ad dictam Abbathiam de **Wygemore**, cum ſuis progenitoribus tranſferuntur tumulanda.

Iſte *Edmundus*, ipſorum *Rogeri* & *Philippæ* filius unicus & primogenitus, natus eſt apud **Langonith** in Vigilia Purificationis beatæ *Mariæ* Virginis, Anno Domini *Mcccli.* & regni regis *Edwardi* tertii in *Anglia xxv.* ac regni ſui *Franciæ xii.* Hic, propter teneritatem ætatis, in cuſtodia regis *Edwardi* adhuc exiſtens, tamen propter ingenii perſpicacitatem, virtutumq; excellentiam; & alias morum probitates, quibus Deus ipſum inſignivit, decimo octavo ætatis ſuæ Anno, ad tractandum cum toto conſilio *Franciæ*, de & ſuper utriuſq; regni pace, & tranquilitate, ſollempnis per regem & regnum tranſmittitur Ambaciator; à quo tractatu cum laude regreſſus, & honorificè à rege & regno ſuſceptus, ad regnum *Scotiæ* conſimiliter ad tractandum tranſmmittitur; in quibus, & omnibus ſuis exigentibus meritis, gloriam & laudem reportavit; ac Regis & regni conſiliarius præficitur ſupremus, ac ſi Patricius omnibus diebus in gloria ſublimatus.

Iſte etiam *Edmundus* meritò dictus glorioſus, dominam *Philippam* filiam unicam & hæredem domini *Leonelli* ducis *Clarentiæ*, *Angliæ* regis *Edwardi* tertii ſecundo geniti, ac *Edwardo* bellicoſo primogenito, *Walliæ* principi, quia ſine hærede ex Rege *Ricardo* ſecundo, unico ſuo prole, decedentis immediati, uxorem habens, non ſolùm per eam poſteros ſuos *Angliæ* & *Franciæ* regum, jure & ſanguine illuminavit, ac decoravit, verumetiam dicti ducatus *Clarentiæ*, **Walſyngham**, **Berdefeld**, **Sudebury**, **Hyndene**, **Fynchefeld**, **Whaddon**, **Cranbourne**, **Knolle**, **Hymperne**, **Brymmesfeld**, & **Styple**, in *Anglia*; verumetiam **Uske**, **Carlyon**, & **Trillet**, regalibus dominiis in *Wallia*; Ac *Ultoniæ*, tertioque Chriſtianitatis Comitatus in dominio *Konaciæ* in *Hibernia* poſſeſſionibus & aliis ditiſſimè & quàm glorioſè ſublimavit, Iterum iſte benigniſſimus *Edmundus* cum duce *Britanniæ*, rege & regno *Angliæ* confederato Britonum rebellionem ad domandum, in expeditionem grandi cum excercitu delegatur.

Interim dictâ *Philippâ* conſorte ſuâ, cum ingenti Anglorum dolore præmortuâ, ex qua *Rogerum*, poſt eum Comitem, ſuſcepit; ipſius primò patris dicti domini *Leonelli* apud *Auguſtinos Fratres* de *Clara* prædicta; necnon ejuſdem *Philippæ* apud Abbathiam de **Wygemore** prædictam, exequias glorioſas, immo magis regales, & per orbem *Europæ* diffusè famoſas, quam ſumptuoſas fecit. Ac per extunc immediatè in *Hibernia*, propter ſuæ ſtrenuitatis & induſtriæ excellentiam, ad terram *Hiberniæ* coronæ *Angliæ* dominio ſubjectam regendam, & Pagencium rebellionem debellandam locum tenens in expeditione, ſed civilibus ut utar verbis, præſes ac proconſul deſtinatur præfectus: Et in ejus ingreſſu Deum primitùs & juſticiam coli inſtituit, volentibus ad ſui pacem venire gratiam, fidelibus remmunerationem, & rebellibus belli vindictam & ingloriam proclamari fecit. Et ſic immediatè *Ultoniam* ſibimet pacificavit, ac ſic cum ſuis ultrò progreſſus, tum belli fortuna, tum ſenſus induſtria, tum amore, tum timore, quoſq; ſuæ deditioni & præſertim ſuis dapſilitate victualium, ſcilicet ſumptuoſa adminiſtratione, omnibus venientibus communi affabilitateq; & eloquentia infra duos annos à tempore ingreſſus, laboribus immenſis coegit pariter & allexit.

* Iſte etiam glorioſus *Edmundus* à ſilva de *Pemallt* in dicto dominio ſuo de **Usk** ſita, quer- * Ib. f. 581.

cus admodum cedrorum *Libani*, quia excellentes, altas & directas, ſecum in *Hiberniam* ſumptuoſè advexit, cum quibus & pontem in amni de **Banne** juxta villam de **Roſſezoth**, rebellibus tutamen & refugio, quia minus alto & profundo, pontem ſolempnem ex utroque capite, & in medio caſtellatum, ad ſui & ſuorum receptionem & munimen, hoſtiumq; invaſionem, ac finalem ipſorum, ut præmittitur, effectualem confuſionem, & deditionem, ſumptuoſè fabricavit. Sed ante ejus egreſſum ab *Anglia*, mundi tranſitoria gaudia commutans in æterna, ad fabricam novæ Eccleſiæ in dicta Abbathia conſtruendo, quia antiqua deformis & ruinoſa erat, & ob alia caritatis opera in ſuæ & dictæ *Philippa* animarum relevamen, diſponenda, certos amicos terris de **Raddenor**, **Kyngeſtone**, & **Pembrugge**, & aliis ad valorem annuum duarum mille marcarum, Regis cum licentia; ſed perfectis hujuſmodi operibus ad ſuos hæredes reverſuris, tam ſanctè, quamq; conſultè infeodavit: ad cujus fabricam ipſemet veſtibus ſui ſtatus inſignibus indutus; primæ petræ fundator & poſitor fuit, & ipſam propriis manibus ſuis poſuit; ac murum ferè inde uſque ad tectum excluſivè, artificioſè per ſe & ſuos conſtrui optinuit: Sed heu mortis ejus præventio hujuſmodi fabricam, prout intuentibus patet, nimis tardari cauſavit.

Iſte *Edmundus* glorioſus ſuis factis, tam ſplendidus futuris dicti Monaſterii Abbatibus, in Mitra & Baculo, Dalmatica, & aliis inſignibus paſtoralibus, divina celebrare; & eis futuris, & temporibus perpetuis, jure dicti Monaſterii, uti a domino Papa ſuis expenſis ſumptuoſis optinuit, & eiſdem inſignibus, ut patet in ejuſdem Monaſterii Mitris, Baculis, & aliis inſignibus, inſignivit & ditavit: Ac ea cum ſanctorum, & præſertim ſancti Seyriolis corporis, ſanctæ Crucis magnæ partis, & aliorum reliquiis, ac veſtimentis, precioſiſque donariis diffuſè & largiter unà cum ipſius Monaſterii jurium, libertatum, & privilegiorum, plenaria confirmatione erogavit quam benignè. Cui etiam Monaſterio adeò affectionatus erat, ita quod ab *Hibernia* boves, & vaccas, ac piſces marinas, & alia donaria ad ejus neceſſaria, militari fortunâ ſibi in predam cedentia, tranſmiſiſſe dinoſcitur: propoſitum ſuum etiam dicti Monaſterii Capitulo, in receſſu ſuo inde ad *Hiberniam*, coram Abbate & Conventu lacrimando, & ſe eorum orationibus humillimè f. 58. b. * commendando expoſuit, quod in felici regreſſu ſuo idem Monaſterium Eccleſiarum de **Kyngeſtane**, de **Pembrugge**, & de **Raddenorr**, ac Prioratus de **Stoke** appropriatione, in poſſeſſionibus plus ditaret & ſublimaret: Et poſt ſudores hujus mundi militares depoſitos, ſe eorum & dicti Monaſterii profeſſioni & religioni, licentiam, à Rege & regno ad hoc obtinere ſi poſſet, quam citò ſe offerret, & cum eis ad vitam taliter religioſè converſaret: Sed proh dolor! diu ante optatum à rege & regno, & præſertim à dicto Monaſterio finem, f.184. ſed cum ingenti eorum dolore, ac totius *Europæ* vehementi clamore, die Veneris in feſto S. *Johannis* Evangeliſtæ in Natali domini, An. Dom. *MCCClxxxi.* ætatis ſuæ *xxix.* apud **Cork** in *Hibernia* vertitur in non eſſe; & abhinc ad dictum Monaſterium defertur, & cum dicta domina *Philippa* conſorte ſua, in dicta ſua nova dicti Monaſterii conſtructura, honorificè tumulatur, quorum tale eſt Epitaphium.

Vir conſtans, gratus, ſapiens, bene nuper amatus,
Nunc nece proſtratus, ſub marmore putret humatus.
Hic jacet Edmundus *moriens* **Cork** *corpore mundus;*
Siſq; pius Chriſte ſibi, quem lapis opprimit iſte.

Item de dicta nobili matrona, domina *Philippa* conſorte ſua ſupradicta, domini *Leonelli* ducis *Clarentiæ* filia, *Marchiæ* & *Ultoniæ* Comitiſſa.

Nobilis hic tumulata jacet Comitiſſa Philippa,
Actibus hac nituit, larga, benigna fuit,
Regum ſanguis erat, morum probitate vigebat,
Compaciens inopi, vivat in arce cœli.

Tibi & *Edmundo* & ego Orator quam totius penſito, cum lacrymis addo.

O dolor immenſis, ſtatus, ars, vel gloria ſenſus,
Non rediment ſenſus, quin caſus ſit tibi penſus.

Quid mora, notabilia & perhennitatis laude digna hujus *Edmundi* opera, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, nec memoria mea retexere, nec calamus ſufficiunt perarare;

Jam *Edmunde* præclare, cum dicti Monaſterii æterna benedictione, cum ſancto Rege *Edmundo*, tibi prædilecto, in præſentia æterni Regis gloriæ æternaliter conregnaturæ, vale, & valeat qui tui memoriam tanta laude dignam, in memoriam dignè recommendat, *Amen*.

* Ib. 59. a. * Domina *Philippa* conſors præſcripti illuſtriſſimi domini *Edmundi* nobilis fundatoris Abbathiæ de **Wygemore**, filia unicaq; hæres domini *Leonelli* ducis *Clarentiæ*, ſecundo-geniti regis *Edwardi* tertii à conqueſtu *Angliæ*, & *Elizabethæ* uxoris ejuſdem *Leonelli* filiæ & hæredis domini *Willielmi de Bourgh*, filii & hæredis domini *Johannis de Bourgh* Comitis *Ultoniæ et* **Hertford** & *Elizabethæ* conſortis ſuæ, tertiæ ſororis, & tertiæ hæredis *Gilberti de Clari*, dicti Comitis rubei, & ultimi *Glanceſtriæ*. Per iſtam *Elizabetham* uxorem domini *Leonelli*, tertia pars Comitatus *Glanceſtryæ*, ſcilicet de **Clare**, **Walſyngham**, **Sudbury**, **Cranbourne**, **Pymperne**, **Knolles**, & **Berdefeld** in *Anglia*; de **Uske**, **Trillet**, & **Carlyon** in *Wallya*; dominia Comitatus *Marchiæ* in *Wallia*; & per dictum dominum *Willielmum* filium domini Comitatus *Ultoniæ*, & domini de **Connagh** in *Hibernia*, & de **Whaddon** in *Anglia*, *Marchiæ* Comitatum decoravit.

Memorandum quod *Gilbertus de Clare*, Comes *Gloverniæ* deſponſavit *Iſabellam* tertiam filiam & tertiam hæredem *Willielmi Ma-*

reſchalli Comitis *Pembrochiæ*: de quibus *Ricardus de Clare* Comes *Gloverniæ*, maritus ..... ſororis ..... Comitis *Marchiæ*. De quibus *Gilbertus de Clare* maritus *Johannæ* filiæ regis *Edwardi* primi. De quibus *Gilbertus* maritus *Matildæ* filiæ .... Comitis *Ultoniæ*. Et quia iſte *Gilbertus* obiit ſine hærede de ſe, hæreditas ſua deſcendebat *Elizabethæ* tertiæ ſorori ſuæ, & tertiæ hæredi, deſponſatæ *Johanni de Burgo* Comiti *Ultoniæ* & **Hertford**. De quibus *Will. de Burgo* Comes *Ultoniæ* & **Hertford** maritus *Matildæ* filiæ tertiæ *Henrici* Comitis *Lancaſtriæ*, fratris & hæredis *Thomæ* Comitis *Lancaſtriæ*, apud *Pontemfractum*, tempore regis *Edwardi*, filii Regis *Edwardi*, decollati, mariti *Aleſiæ* filiæ & hæredis *Henrici* quondam Comitis *Lincolniæ*. Qui quidem *Thomas* & *Henricus* frater ejus Comites *Lancaſtriæ* fuerunt, filii *Edmundi* Comitis *Lancaſtriæ*; & qui quidem *Henricus* Comes *Lancaſtriæ* fuit pater *Henrici* ducis *Lancaſtriæ*.

De quibus *Will. de Burgo* & *Matilda* uxore ſua ſupradictis, unica filia & hæres nomine *Elizabetha*, deſponſata *Rogero Damory*; quo defuncto, iterum fuit deſponſata domino *Leonello de Anwerpe*, Duci *Clarenciæ*, filio regis *Edwardi* tertii. De quibus *Leonello* & *Elizabetha* conſorte ſua, unica filia & hæres, nomine *Philippa*, deſponſata domino *Edmundo de Mortuomari* Comiti *Marchiæ*, & de jure uxoris ſuæ Comiti *Ultoniæ*.

De prædictis *Edmundo* Comite *Marchiæ* & *Philippa* conſorte ſua, exierunt *Elizabetha* primo-genita, nupta domino *Henrico Percy*, filio domini *Henrici* Comitis *Northumbriæ*; *Rogerus de Mortimer*, quartus *Marchiæ* Comes, & ſecundus *Ultoniæ* in *Hibernia*, in bello interfectus; *Philippa* nupta domino *Radulpho Haſtynges* Comiti *Pembrochiæ*, poſtea *Ricardo* Comiti *Arundelliæ*, & ultimò ..... domino S. *John*; Ac *Edmundus de Mortimer* miles, qui captus fuit in bello per *Owenum Glendowre*.

Iſta *Elizabetha*, primo-genita, nata erat apud **Uske** *xii.* die *Februarii*, An. Dom. *MCcclxxi.* & regni regis *Edwardi* tertii *xlv.* Et baptizata *xvi. Febr.* ac confirmata eodem die, patrino, baptizatore ac confirmatore, domino *Will. Courtney* Epiſcopo *Herefordenſi*; è Matrinis, Comitiſſa de **Kent**, & *Philippa Sergeaux* miſſa ex parte matris ſupradicti domini *Edmundi*.

Iſte *Rogerus* ſupraſcriptus, natus eſt *iii. Idus Aprilis*, *A* litera dominicali, *viz.* die Martis in feſto S. *Guthlaci* Confeſſoris, An. Domini *MCcclxxiv.* & regni regis *Edwardi* tertii *xlviii.* cujus Baptiſmum delatum fuit uſq; diem dominicam proximam ſequentem, in quo baptizatus fuit à reverendo patre domino *Willielmo Herefordenſi* Epiſcopo apud **Usk**, ubi fuit natus; cujus Patrini fuerunt Dominus *Rogerus* Epiſcopus *Landavenſis*, & dominus *Thomas Herton* Abbas *Glanceſtriæ*, qui de ſacro fonte dictum *Regerum* levaverunt, unà cum patrina ſua, *viz.* Prioriſſa de **Usk**; ac die prænominatâ ab eodem domino Epiſcopo *Landavenſi* idem *Rogerus* confirmatur.

Iſta *Philippa*, ſecundo-genita, nata eſt apud **Loddelowe** *xxi. Novembris*, Anno Domini *MCcclxxv.* & regni regis *Edwardi* tertii *xlix.* baptizator ejus Prior *Wigorniæ*, patrinus Comes *Staffordiæ*, & patrinæ domina de *Powys* & domina de *Audley*, & tenetur per Comitiſſam *Staffordiæ* ad confirmandam de domino Epiſcopo *Landavenſi*: quæ quidem *Philippa* poſtea nupta fuit domino *Ricardo* Comiti *Arundelliæ*; quo etiam, unà cum prole inter eos habitis defunctis, nupta fuit domino *Johanni* St. *John*.

Iſte *Edmundus* natus eſt apud **Loddelowe**, quinto *Idus Novembris* die Lunæ, *D.* litera dominicali, in feſto St. *Theodori* Martyris, Anno Domini *MCcclxxvi.* & regni regis *Edwardi* tertii *Li.* Cujus baptiſmum delatum erat contra adventum domini Epiſcopi *Bangoriæ* & Abbatis de **Eveſham**, qui ejus patrini ordinabantur; & domina de *Audley* ejus patrina, uſq; ad *xiv.* Kal. *Decembris*, quo die non venit Epiſcopus prænominatus, ideo dictus Abbas de *Eveſham*, & Abbas de **Wygemore** fuerunt ejus patrini, quem baptizavit Abbas de **Wygemore**, & in craſtino venit Epiſcopus prænominatus, & eum confirmavit, & tenetur ad confirmandum per dictum Abbatem de **WWygemore**.

Hic, proditione præhabitâ inter *Owenum Glendortewyth*, prætendentem ſe Principem *Walliæ* & quoſdam de **Melenyth** in quodam bello inter dictum dominum *Edmundum* & dictum *Owenum*, pro jure regni *Angliæ* inito, ſuper montem vocatum **Brynglaſe** infra **Melenyth**, juxta **Knyghton**, captus eſt, unà cum præmaxima populi multitudine interfectis, paucis elapſis, die *viz. Jovis* in feſto St. *Albani* Martyris, Anno regni regis *Henrici* quarti, quarto.

Ib. f. 59b. *Rogerus* ipſorum *Edmundi* & *Philippæ* filius & hæres undecim annorum ætatis ei ſucceſſit, ſub warda & cuſtodia Regis *Ricardi* ſecundi educatus, cujus maritagium idem Rex *Ricardus* primò vendidit Comiti *Arundeliæ* pro filia ſua, poſtea domino de **Bergevenny**, ac terras ſub certa firma annua ſibi ſolvenda, pro minoris ætatis tempore taliter poſſidendas conceſſit, ac fidejuſſoribus hujuſmodi de **Arundel** prædictis, ſcilicet ac de **Warrewyke** & *Northumbriæ* Comitibus liberavit; gubernationem tamen earum interim, ille inclitus Leo, *Hector* ſecundus, ut Achilles ſtrenuus, eternitatis militaris laude dignus, dicti *Edmundi* glorioſi fratris ſui, militiæ princeps & capitaneus, ex nobili matris etiam proſapia, ſi illuſtriſſima & latenti Venere, ut parcam, proles magnifica habuit & recepit, commendabiliterque gubernavit; ex cujus gubernatione ad plenam ætatem idem *Rogerus* perveniens, Caſtra, manſiones, & alia habitationis ſuæ loca, benè reparata, & ornamentis & ſupellectili fulcita, Maneriaque & culturæ loca benè bobus, aratris, & aliis inſtrumentis & jumentis, aliiſq; neceſſariis reſtaurata: Nenon gazofilacia quadraginta mille marcarum ſummis repetiit præditata: poſtea tamen idem dominus Rex *Ricardus*, inſtantia matris ſuæ Principiſſæ devictus, ipſius domini *Rogeri* maritagium à dicto Comite *Arundeliæ* abſtulit, & eum neptæ ſuæ dominæ *Elianoræ*, filiæ domini *Thomæ Holland* Comitis *Kanciæ*, ejuſdem Principiſſæ ex diverſis tamen patribus filii in maritum collocavit, ex qua dominum *Edmundum* jam Comitem procreavit.

Iſte *Rogerus* juvenis, probitate illius temporis præclarus, haſtiludiis ſtrenuus, in faceſcia glorioſus, in epulis dapſilis, in muneribus largus, in communione affabilis & jocoſus, pulcritudine & forma coetaneos excellens, in ætatis ſuæ viceſſimo anno Locumtenens *Hiberniæ* præficitur: unde, de & ſuper Caſtro & villa de **Dynnchbygh**, cum **Kolſe** & **Kuſwynnok** pago adjacenti, per Comiten *Sarum*, conſilio, auxilio & favore Ducis *Lancaſtriæ* in eventum victoriæ idem ſibi dominium captantis in ultimo Parliamento dicti Regis *Ricardi*, apud *Salopiam* tento, contra eum, cauſa motæ ad defenſionem, milibus colore ſuo indutis, ſtipatus, & ab omnibus aliis pagentibus, etiam expenſis propriis, pro majori parte, in coloribus ſuis, ſcilicet rubeo & albo veſtitis, magnis cum gloria & gaudio receptus, in emulorum, & adverſariorum confuſionem non modicam advenit, & dictum dominum ſummaliter & diffinitivè evicit: Necnon à domino *Deſpenſer*, ſi quod jus ſibi in ea parte competebat, relaxationem habuit; & ſic negotiis ſuis in *Anglia* diſpoſitis ad Locumtenentiæ ſuæ in *Hibernia*, cum honore rediit.

Iſte *Rogerus*, vir licèt bellicoſus & inclitus, ac negotiis fortunatus, pulcherq; & formoſus, ut præmittitur, fuerit; nimis tamen laſcivus, & in divnis, heu, remiſſus; conſilioq; juvenum, antiquorum rejecto, abductus nimia animoſitate, immo veriùs ferocitate eonina, *Leonelli* nepoti ſatis innata, ſed (proh dolor) non regulata, irruuendo, excercitum præcedens, Hibernicali veſtitus & equitatus apparatu, nec ſuos in ſuccurſum expectans, ac hoſtes invadens apud **Kenles** in *Hibernia* per homines *Obrinq*; invaſus, belli eventu in animas ſuorum hoſtium, in feſto St. *Margaretæ* virginis, An. Dom. *MCCCxcviii*. cecidit inde, quia hoſtibus ignotus quam dolenter trucidatus, & inde ad dictam Abbathiam, juxta parentes ſuos transfertur tumulatus. f.59b

Domina *Elianora* antedicti *Rogeri* conſors, domini mei illuſtriſſima quinta filia & ſenior, hæreſq; domus & Comitatus *Kanciæ*, domini *Thomæ Holland* & dominæ *Philippæ* conſortis ſuæ, filiæ domini *Ricardi* Comitis *Arundelliæ*, patris ſecundi *Ricardi* Comitis, ſub Rege *Ricardo* ſecundo minus juſtè, ut aſſeritur, decapitati.

Iſte *Rogerus* Comes ex *Alianora* prædicta, genuit *Annam*, *Edmundum*, *Rogerum* & *Alianoram*.

Quæ quidem *Anna* nata erat in die S. *Johannis* Evangeliſtæ, in Natale domini, Anno regni regis *Ricardi* ſecundi *xii*. & deſponſata domino *Ricardo de Connesburgh* Comiti de *Cambridg* fratri *Edwardi* Ducis *Eborum*.

Iſte *Edmundus*, orum *Rogeri* & *Elianoræ* primo-genitus natus eſt apud le **New-Foreſt**, *viii. Id. Nov.* ſcil. die S. *Leonardi* Abbatis, anno regni regis *Ricardi* ſecundi *xv*. obiit ſine prole.

Rogerus, ſecundo-genitus, natus eſt apud **Nethewoode** *ix. Kal. Aprilis, viz.* in feſto S. *Georgii* martyris, anno regni regis, *Ricardi* ſecundi *xvi*. obiit etiam ſine prole, & jacet apud Prioratum de **Stoke**.

Elianora uxor ...... *Courtney*, primogeni Comitis *Devoniæ*, obiit ſine hærede de ſe.

Edmun. prædictus filius ſuus ex domina *Elianora* prædicta Comitis *Kanciæ* filia procreatus, ætatis ſuæ anno ſexto ſibi ſucceſſit in hæredem. Interim *Hen.* Dux *Lancaſtriæ* ab exilio manu forti regreſſus, regni cum favore, dominum *Ricardum* prædictum Regem *Angliæ* apud **Flynt**, in regreſſu ſuo de *Hibernia* captivat, cuſtodiæque ſuæ mancipat, Regno & Corona privat, ac etiam de concenſu Parliamenti occupat & portat; dictumq; *Edmundum*, cum *Rogero* fratre ſuo juniore, ſub warda ſua applicat, & poſtea *Henrico* primo-genito ſuo, Principi *Walliæ* ad cuſtodiam liberat. Verùm quia in ore populorum prædicabatur, quod iſte dominus *Edmundus* à Corona regni, jure dicti domini *Leonelli* ſecundo-geniti, *Angliæ*, proavi dicto Regi *Ricardo*, quia ſine prole ſublato immediati, injuſtè ſtetit excluſus, & à pluribus ad regnandum affectatus, ætate licèt juvenis exiſtat, moribus tamen gravis, actis compoſitus, fabulatione circumſpectus, ſapienſq; & cautus tempus redimendo cum dies mali ſint, refertur fore; & per omnia benè diſpoſitus, prout naturæ ejus convenit, per dominam *Deſpenſer* à cuſtodia dicti Principis, unà cum *Rogero* fratre ſuo, latenter & furtivè eripitur; ſed per exploratores proſequentes, in ſilva de **Chilteham** capitur, & ad dicti Principis cuſtodiam ſtrictiorem mancipatur. Iſte etiam *Edmundus*, præ nimia benignitate ſua, dictus eſt bonus; nam in Dei ſervicio erat devotus, in rebus mundalibus diſcretus, in dandis facetus, & profuſus. Ib. f. 60. b.

Epitaphium Rogeri de Mortuo Mari *ſepulti in Monaſterio de* **Wygmore**.

Ex Cod. *MS.* in bib. *Cotton.* [ſub. effigie *Cleopatræ.* c. 3.]

Hic eſt ſepultus, qui manſit laude refultus.
Rogerus *mundus de* Morte-marina *ſecundus:*
Cui fuerat gratus Dominus Wygmoræ *vocatus.*
Hunc dum viverat vi Wallia *tota timebat:*
Et ſibi donata permanſit Wallia *tota.*
Militiam ſcivit, ſemper tormenta ſubivit.
Edwardus *Anglorum Dominus per regem bonorum uſibus.*
Et jura tenuit ſua per loca plura.

Orate pro anima.

PRI.

PRIORATUS de Thornholme in agro Lincolnienſi.

De prima Fundatione ejuſdem.

Placita de Aſſiſis apud Linc. *in craſt. Trinit.* 4. Joh. *Rot.* 1. *in dorſo.*

UTrum Prioratus de Thurneholme eſt de fundatione domini Regis, vel *Johannis de Maleherbe*. Nomina militum Juratorum. *Henricus* de *Arci*, *Philippus* de *Altaripa*, *Andreas de Wotton*, *Petrus de Bekering*, *Willielmus* **Hanrelin**, *Rogerus Arſic*, *Herebertus* de *Nevill*, *Ricardus* de *Otteringham*. Qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod *Stephanus* Rex Prioratum prædictum fundavit, & ibidem poſuit Canonicos, &c. *Henricus* ſecundus dedit manerium de **Apelbi**, quod eſt de honore *Peverelli*, **Dovor**, in quo ſitus eſt prædictus Prioratus, *Willielmo* de *Lungeſpe* fratri ſuo; qui poſtea dedit Manerium illud *Johanni Maleherbe* pro ſervitio ſuo.

ABBATIA de Derley in agro Derbienſi.

Carta Hugonis, *dicti Presbyteri*, *Decani de* Derbeia, *de fundatione ejuſdem.*

Placita coram Rege de Term. Paſchæ 7. R 2. Rot. 28. *Derb.*

Vide Plac. in Cancellaria temp. H. 6 n. 17.

Et. Pat. 44 E. 3. p 1.

Et Pat. 2. H. 4. p. 4. M. 11.

Et Pat. 2. R. 2. p. 2. M. 15.

DOmino ſuo *Henrico* Regi Angliæ & kariſſimo patri ſuo Ricardo Epiſcopo *Ceſtriæ*, omnibuſq; ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Hugo* Presbiter dictus Decanus de *Derbeia*, ſalutem. Sciatis quod ego dedi Magiſtro *Albino* & Canonicis ſuis de *Sancta Helena*, propè *Derbeiam*, totam tenuram meam apud parvam *Derbeiam*, ad faciendum in ea Eccleſiam & habitationem, ibi & Canonicis Deo ſervientibus ibidem in perpetuum. Dedi inſuper eidem patrimonium meum de *Derbeia*, & patronatum Eccleſiæ meæ de ſancto *Petro Derbeiæ* & omnes pertinentias ſuas in liberam elemoſynam, pro ſalute mea & veſtra, & omnium fidelium Dei vivorum & defunctorum. Hanc autem donationem prædictam feci & confirmavi prædictis *Albino* & Canonicis qui Deo ſervituri ſunt apud locum antedictum de *Derbeia*, aſſenſu & voluntate *Henrici* filii mei, tam pro ſe quàm pro me imperpetuum. Et precor vos, pro ſalute animarum veſtrarum, ut confirmetis eam, & nullo modo ſuſtineatis, quod aliquis faciat eis inde moleſtiam aut nocumentum imperpetuum. Sciendum eſt autem, quod prænominatus *Albinus* & fratres ſui fecerunt michi Scriptum ſuum & fideliter conceſſerunt, quod nunquam deficient in auxilio, dicto *Henrico* filio meo. Et quia volo hanc prædictam donationem meam eſſe perpetuam elemoſinam, hanc præſentem Cartam meam ſigillatam dedi eis, coram *Frogero* Archidiacono *Derbeiæ*, *Petro* de *Sandyacre*, *Roberto* de *Duyn*, *Henrico Tuſchet*. Hiis teſtibus, *Herewardus* de *Ponte* **Evlaf**, *Agemund*, *Godewynus*, *Robertus* filius *Ulſer*, & *Lenered*, & *Ingermund* le *Palmer*, & aliis Burgenſibus, ſupra pratum juxta **Derewent**, (&c.)

Carta Regis Henrici *ſecundi.*

Vide Ca 57. H. 3 m. 26.

Et pa. R. 2. p. m. 3.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Derlega*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus omnia ſubſcripta quæ rationabiliter eis data ſunt & conceſſa, ſicut Cartæ donatorum teſtantur: Ex dono & conceſſione *Radulfi filii Stephani*, Camerarii mei, & *Huberti filii Radulfi* terram de **Pencric** & de *Rippeleia*, & de **Wechiltho**; & terram illam de *Childwella* quæ pertinet ad Manerium de **Pencric**, & partem nemoris de **Cruche**, quam præfatus *Hubertus* conceſſit eis, Habendam per metas in Carta ipſius determinatas, cum quietancia paunagii porcorum de dominio Abbatiæ per totum nemus Manerii de **Cruche**, quos adgiſtare voluerint prædicti Canonici in parte illa; & jus advocationis, quod habet idem *Hubertus* in Eccleſia de **Cruche**, ſecundùm quod Cartæ *Radulfi* & ejuſdem *Huberti* teſtantur.

Ex lario tie d ley.

Ex dono *Willielmi* de *Heriz* & *Walchellini* de *Derbeya* & *Gode* uxoris ſuæ, totam tenuram prædicti *Willielmi* de *Derbeia*, infra burgum & extra, in manſuris, in molendinis, in terra culta & inculta, in pratis, in paſcuis, & in omnibus locis; & totam tenuram quam prænominatus *Walchelinus* emit de *Willielmo* de *Heriz*, in molendinis & terris infra burgum & extra, ſicut Carta ipſius *Willielmi* teſtatur, & unam ſeldam mercatoriam, & unam bovatam terræ, quas idem *Walchelinus* emit de *Gutha*, & duas acras quas emit de *Helga*; & unam acram quam emit de *Urdrico* Presbitero; & unam acram & dimidiam quas emit de *Ricardo Cuntrel*; & unam acram quam emit de *Eadrico*, quæ eſt ſupra foveam Judicariam; & alias acras & meſſuagia in Carta ipſius *Walchelini* notata, ſecundùm quod prædictus *Willielmus* & *Walchelinus* eis conceſſerunt & Cartis ſuis confirmaverunt. Ex dono *Petri* de S*andiacre*, concenſu *Petri* hæredis ſui, & *Alivæ* uxoris ſuæ, totam terram ſuam in campis de *Derbeia* per diviſas notatas in Carta ipſius, & per ſervicium in ea determinatum: Ex dono *Willielmi filii Andreæ* & *Alberedæ* uxoris ſuæ &, *Roberti* & *Ricardi* filiorum ſuorum, totam terram ſuam in campis de *Derbeia*, per diviſas in Carta ſua notatas, & per ſervicium in ea determinatum. Ex dono *Sewalli filii Fulcheri*, & *Roberti* de *Piro* & *Willielmi* filii ejus, dimidiam terram de **Alvewerth**, ſicut Cartæ eorum teſtantur. Ex dono *Henrici* de *Braylesford*, ſicut Carta ejus teſtatur. Quare volo & firmiter præcipio quod ſupradicta Eccleſia S. *Mariæ* de *Derlega* & Canonici in eo Deo ſervientes, omnia prædicta habeant & teneant benè & in pace liberè (&c.) in Eccleſiis, in terris & redditibus (&c.) ſicut præfati donatores eis conceſſerunt, & dederunt, & Cartis ſuis confiamaverunt. Teſtibus *Gaufrido* filio meo, *Willielmo* de *Humez* Conſtab. *Reginaldo* de *Curten*, *Ricardo* de *Aufre*, *Wydone* de *Sancto Walerico*, *Willelmo* de *Curtmorlemer* apud *Wodeſtochiam*. Qui quidem *Albinus* & ſucceſſores ſui Abbates loci prædicti ſtatum ſuum continuaverunt in eadem Abbatia in liberam elemoſinam toto tempore prædicti Regis; & de prædicto *Hugone* in forma prædicta illam tenuerunt, ut de Fundatore eorum; & poſt ejus deceſſum de *Henrico* filio ſuo, ante ſacrorum ordinum receptionem in legitimo matrimonio procreato; & poſt ejus deceſſum de *Euſtachia* & *Mariota* filiabus & hæredibus prædicti *Henrici* filii *Hugonis*. Quæ quidem *Euſtachia* & *Mariota* obierunt tempore *Henrici* filii Regis *Johannis*. Poſt quarum mortem prædictus *Henricus*, filius Regis *Johannis*, ſupponendo prædictas *Euſtachiam* & *Mariotam* obiiſſe ſine hærede, clamavit patronatum Abbatiæ prædictæ, per miniſtros ſuos, tanquam Eſcaetam ſuam; Abſque hoc quod progenitores Domini Regis nunc, ante tempus prædicti *Henrici* filii Regis *Johannis* aliquid ſeu alium titulum habuerint in patronatu Abbatiæ prædictæ, (&c.)

Carta Roberti *Comitis de* Ferrariis

Ex Cartulario Abbatiæ de **Derley.**

R*Obertus* Comes de *Ferrariis*, *Waltero Coventrienſi* Epiſcopo, & omnibus filiis ſanctæ Eccleſiæ, & maximè omnibus Baronibus & omnibus hominibus ſui Honoris ſalutem, Ego fundavi domum unam religionis in **Derbey**, in fiſco regio, concenſu, & confirmatione Regis *Stephani*, & concenſ Regis *Henrici*, & poſui in eam Canonicos & Abbatem. Abbatem verò preſentavi utique Regem; Et dedi eis de terris meis, & de redditibus. Inprimis Eccleſiam de *Uttoliſhathara*, & *Cruche* cum omnibus ſuis appenditiis & decimam denariorum redditus mei de **Derbey**, & tertiam partem de prato, quæ eſt ex utraque parte de **Dodabroc**, quæ ego, & pater meus tenemus hæreditario jure, de hæredibus *Stephani* Comitis, & poſtea regis; & ſex ſolidatas terræ in **Oſemundeſton** & Oratorium cum cimiterio, & ſex acras in *Hordewica* apud **Aldwerke**; & quantum poſſint inperpetuum attrahere cum una Cartata de boſco de **Duffeld**, vel de **Chaddesden**. Hæc omnia quæ dedi eis, concedo & confirmo prædictæ Eccleſiæ Dei, & ſanctæ *Mariæ*, pro me & meis, tam vivis quam defunctis; & ſuſcipio ipſam Eccleſiam, cum omnibus tenuris ſuis in meam cuſtodiam; & Advocationem, in boſco & in plano, & in omni loco, ſalva dignitate Regis in ipſa Eccleſia. Et concedo eis omnes libertates, quas habeo in prædictis tenementis; ſclicet *Tol* & *Tem*, & *Sacca* & *Socca*, & *Infangethefe*, quæ omnia Rex conceſſit & confirmavit Cartâ ſuâ, &c.

Carta Huberti *filii* Radulphi *de Eccleſia de* Cruche.

R. Dei gratia *Coventrenſi* Epiſcopo, & omnibus *filiis* ſanctæ matris Eccleſiæ, *Hubertus* filius *Radulfi* ſalutem. Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe, & confirmâſſe hac Chartâ meâ, Deo & ſanctæ *Mariæ* de **Derbey**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus Eccleſiam de *Cruche*, cum omnibus libertatibus, & poſſeſſionibus, quas poſſiderit eadem Eccleſia die *Purificationis* ſanctæ *Mariæ* proxima poſt captionem *Willielmi* Regis *Scotiæ*. Hanc autem donationem feci in puram & perpetuam elemoſinam pro ſalute aminæ meæ, & parentum & amicorum meorum.

De Boſco de Cruche.

MEmorandum quod anno regni Regis *Henrici* filii regis *Johannis xxxvii*. Dominus de *Fretchevill* & homines ſui in boſco de **Derley**, apud **Cruche** peſſonam, ſcilicet; glandes, & nuces, virgis & contis excuſſiſſet; & querelâ indè deductâ in Comitatu; tandem idem *Radulfus* eodem anno, die Lunæ proxima ante feſtum ſancti *Vincentii*, in pleno Comitatu **Notingham**, recognovit ſe nullum jus habere ad prædicta, tali modo capiendum, niſi tantum ad communicandi de herbagio, & peſſona in dicto boſco, ſecundùm tenorem compoſitionis confectæ inter anteceſſores ſuos, & Abbatem, & Conventum, & remanet in miſericordia Vicecomitis. Anno gratiæ, *MCClxiii*. in Comitatu *Derbia* proxima poſt feſtum ſancti *Michaelis*, coram Domino *Nicolao* de *Cantilupo*, Cuſtode de **Derbiſire**, & aliis, Abbas de *Derbia* conqueſtus eſt, & *Ankerus* de *Frechevill* deforciatus, de placito cujuſdam chimini, & concordatum per licentiam. Et Abbas ponit ſe in miſericordia, & *Ankerus* conceſſit chiminum, quem petiit, ſibi & ſuis liberè ad cariandum quicquid voluerit in perpetuum.

Controverſia inter Abbatem, & Hubertum filium Radulfi, *ſupra manerio de* Cruche.

PRædictus *Hubertus filius Radulfi* conceſſit, & ſigilli ſui muninine confirmavit, in perpetuum prædictis Canonicis terram de **Pentric**, & de **Ripele** & de **Ulkerthop**; & terram illam de **Chillewall**, quæ pertinet ad manerium de Pentriz, quam pater ejus eis dedit, & *Radul. filius Stephani* eis poſtmodum conceſſit, excepto regio ſervitio, quod ipſi Canonici facient, per manum *Huberti* & hæredum ejus poſt deceſſum, &c. Facta eſt hæc Conventio anno *MClxxv.* menſis *Septemb.* decimo Kal. ejuſdem menſis apud *Wyg.*

Videſis *Eſc.* 15. E. 1. & *Eſc.* 17. E. 4. pro Extenta terrarum Abbatiæ de Derley olim ſpectantium.

PRIORATUS

S. Auguſtini de Briſtol *in agro Glouceſtrenſi.*

Carta Roberti filii Hardingi, *de fundatione ejuſdem.*

Ex ipſo autographo in armario Cartarum prænobilis Georgii *domini* Berkley, *apud* Berkley *caſtrum*

Robertus filius Hardingi, Omnibus hominibus & amicis ſuis, & univerſis Sanctæ Eccleſiæ fidelibus, ad quos hæc Carta pervenerit, ſalutem. Sciatis quod cum dominus Rex *Henricus* Manerium de **Berchalle**, & totam **Berchalterneſſe** mihi in feudum & hæreditatem dediſſet, & Cartâ ſuâ confirmâſſet, cum omnibus libertatibus & rebus ad **Berchalcierneſſe** pertinentibus, in Eccleſiis, in nemoribus, in pratis, & paſturis, & in omnibus aliis rebus, ſicut fuerunt tempore *H.* Regis avi ſui: Ego conſenſu & aſſenſu ipſius domini mei Regis, Eccleſias de **Berchalcierneſſe**; ſcilicet, Eccleſiam de **Berchale**, & Eccleſiam de **Were**, & Eccleſiam de **Beverſtan**, & Eccleſiam de **Eſſeleſwrd**; & Eccleſiam de **Almodesburi**, ſingulas cum Capellis, & terris, & libertatibus ad ipſas Eccleſias pertinentibus, pro ſalute animæ meæ, & domini mei Regis, & anteceſſorum meorum, & uxoris meæ, & liberorum, dedi & conceſſi Eccleſiæ Sancti *Auguſtini* de **Briſtoll**, & Canonicis regularibus ibidem domino ſervientibus, in perpetuam & liberam elemoſinam, nullo jure retento, mihi vel hæredibus meis, in prædictis Eccleſiis, cum eas vacare contigerit. Similiter & omnes Eccleſias de **Berchalcireneſſe**, ubicumq; fuerint, cum Capellis & omnibus eorum pertinentiis dedi, & conceſſi prædictis Canonicis in perpetuam elemoſynam, & hac meâ Cartâ confirmavi. Hiis teſtibus, *Henrico* Decano *Moretoniæ*, & *Mauritio* fratre ejus, *Gerino* perſona Eccleſiæ de **Witton**; *Gaufrido* Capellano, *Nigello* filio *Arthuri*, *Reginaldo* perſona Eccleſiæ de *Cama*, *W.* de *Saltemariſ*, & *Adamo* fratre ejus, *Helia filio Hardingi*, *Richardo* Scriptore, & *Alano* de *Bedmeniſtra*.

--A Burgeys of *Briſtow* tho Robert Hardyng
For grete treſour and richeſſe ſo well was with the King,
That he yaft him and his heires the noble Barony,
That ſo rich is of *Berkly*, with all the Seignorie:
And thulk Robert Hardyng a rered ſuth, I wys,
An Abbey of Briſtow of St. *Anſtyn* that is.

Sr. Richard le Fitz-Roy, of whom we ſpake before,
Gentleman he was inough, though he were lag I bore:
For the Erles daughter of Warren his grod moder was
And his Fader king John that begat a perchas
Sr. Morris of Barkley wedded ſuth by cas
His daughter, and gat on her the good Knight Sr. Thomas.

Pat. 11. E 2. P. 1. m 29.

Videſis Can. 11. E 2. n. 17. Et Pat. 11 E. 4. p. 2 m. 16. & 24.

Rex Omnibus ad quos, &c. Salutem. Inſpeximus Cartam quam *H.* quondam Dux *Nor.* fecit Eccleſiæ beati *Auguſtini* de **Briſtou**, de Canonicis regularibus in hæc Verba: *H.* Dei gratia dux *Norm.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Conſulibus Baronibus & omnibus fidelibus & amicis ſuis, *Francis* & *Anglicis* ſalutem & dilectionem. Notum vobis facio, tam præſentibus quàm futuris, me conceſſiſſe, & præſentis meæ Cartæ munimine confirmâſſe Eccleſiæ beati *Auguſtini* de **Briſtou** de Canonicis regularibus, quam inicio juventutis meæ beneficiis & protectione cepi juvare & fovere, cauſa & amore Dei, omnes illas terras & redditus pertinentes ad Coronam *Angliæ*, qui præfatæ Eccleſiæ Sancti *Auguſtini* & Canonicis prænominatis in elemoſinam à me vel ab alio dati ſunt vel in futurum dabuntur; & nominatim *Almodesburiam* cum omnibus libertatibus & pertinentiis & conſuetudinibus ſuis; & hidam terræ unam, liberam & quietam, apud *Wappeleiam.* Et præterea de alienis feodis *Legam* & *Fiſidam* & **Blackeneſphurd**, quæ data ſunt eis, & omnes alios redditus qui Eccleſiæ prætaxatæ in futurum dabuntur. Concedo eciam eis & Eccleſiæ confirmo *x.* libratas redditum, quas ego ipſe in præſenti ipſis Canonicis & Eccleſiæ ſuæ prædictæ dedi pro anima avi mei *Henrici* Regis, & mea propria ſalute: alias quoque *x.* libratas redditum ſuppleturus, cum hæreditatem meam, Dei gratia, adquiſitus fuero. Teſtibus hiis ſubſcriptis, *Will.* Comite *Glouc.* *Reginaldo* Comite *Cornubiæ*; *Roberto* de *Dunſtanvilla*, *Roberto filio Ardingi*, *Henrico* & *Mauricio* filiis ejus; **Ricardo** de *Humez* Conſtabulario, *Manaſero Biſet* dapifero; *Guarino filio Geroldi* Camerario; *Huberto* dapifero.

Inſpeximus eciam quandam aliam Cartam quam *Robertus filius Hardingi* fecit Canonicis S. *Auguſtini Briſtold.* in hæc verba. *Robertus filius Hardingi*, filiis ſuis & amicis & omnibus hominibus ſuis, atque univerſis ſanctæ Eccleſiæ

cleſiæ fidelibus ſalutem. Sciatis quod ego ad honorem Dei & Sanctæ religionis conceſſi, dedi, & præſenti Cartâ confirmavi Canonicis S. *Auguſtini Briſtoldi*, quorum per gratiam Dei & per auxilium Domini mei Regis Eccleſiam fundavi ***Almodesberiam***, ***Herefeldam***, *Eſſelmordam*, *Cromhalam*, cum dimidiis piſcariis de **Erlingham**, *Fiſhidam* in *Dorſeta*, & **Legham** apud *Bedminiſtram*, & ſex libratas terræ apud **Cernai**, & terram apud ſanctam *Katerinam*, de feodo *Portbiriæ*, & terram apud *Blakeneſwordam* omnes & ſingulas, cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & Domini mei Regis, necnon & uxoris meæ & omnium parentum meorum, tam viventium quàm defunctorum: Eapropter volo, mando & præcipio quatinus Canonici prædicti & eorum ſucceſſores omnia prædicta & ſingula cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, cum omnibus ſuis pertinentiis habeant & teneant in perpetuum liberè, plenè, honorabiliter, & quietè, ab omni ſervicio terreno, excepto murdro, ſi placuerit Domino meo Regi illud ab eis accipere, & ſi Hidagium aut Scutagium aut Relevium, aut Tallagium, aut quæcumque alia exactio tempore futuro de terris & tenementis in **Berkeleſhurnes** requiratur, quæ ad Regem vel ad Coronam ſuam pertineat, vel ad me vel ad hæredes meos in aliqua noſtra libertate, Hundredo, Curia Regis ſeu noſtra Curia, vel hæredum noſtrorum ſeu noſtrorum hominum de nobis tenentium; volo, mando & præicpio, quod ita res diſtribuatur & ordinetur inter hæredes meos & tenentes eorum, ut Canonici prædicti & eorum ſucceſſores, fratres, miniſtri, ac eorum homines terram tenentes, liberi & villani inſuper, & terræ iſtæ prædictæ omnes & ſingulæ quæ ſunt libera elemoſina & pura, ſint liberi & quieti ac liberæ & quietæ cum omnibus ſuis pertinentiis, de omni *Hidagio* ſcutagio, Relevio, ſummonitione, tallagio, guldagio, & de omnium vicecomitum ſeu aliorum miniſtrorum Domini Regis, ſeu noſtrorum quorumcumque rationamentis, tediis, gravaminibus, calumpniis in Curiis, Hundredis & extra, & de omnibus rebus, ſectis, miſericordiis, aſſiſis, fractis, vexationibus, leſionibus, terrenis ſerviciis quibuſcumque, & de omnibus aliis exactionibus futuris quibuſcumque, ſicut ſemper liberi & quieti ac liberæ & quietæ fuerunt in vita mea, quatinus Canonicos prædictos ac eorum ſucceſſores, fratres, miniſtros & eorum terram tenentes, tam liberos quàm villanos nulli hæredum meorum, neque alicui alteri de prædictis omnibus & ſingulis, ut prædictum eſt, oporteat reſpondere niſi de ſolis Orationibus.

Et volo ac firmiter præcipio, ut quicumque ſint hæredes mei poſt me ſuccedentes, quod prædictos Canonicos, fratres, miniſtros & eorum homines terram tenentes omnes, ac terras prædictas, cum omnibus ſuis pertinentiis, ut prædictum eſt, verſùs quaſcumq; gentes in omnibus locis warantizent, acquietent, & defendant in perpetuum: Ut iſta mea conceſſio, donatio, ſive præſentis Cartæ meæ confirmatio illæſa, libera, pura, perpetua inſuper & ſtabilis remaneat in perpetuum. Quæ quicumq; ſervaverit, & multiplicaverit, conſervet eum in ſecula qui eſt retributor omnium bonorum Deus. Teſtibus *Henr.* Archid. *Exon.* *Mauricio*, *Nicholao*, *Roberto*, fratribus ejus, *Joh. Biſſop*, *Othone* fil. *Willielmi*, *Nigello* fil. *Arturi*, *Adam* de *Saltemarſs*, *Jord. Werre*, *Davide*, *Arturo* fratribus ejus, *Johanne Cogan*, & *Waltero* fratre ejus, *Galfr.* Capellano, *Ricardo* Scriptore; *Roberto* de *Haun*, *Jacobo* filio *Fardeni*, *Adam* de *Cumtevile*, & *Alano* de **Bedminiſtre**.

Inſpeximus etiam quandam aliam Cartam quam *Johannes* quondam Comes *Moretoniæ* fecit Deo & prædictæ Eccleſiæ, & præfatis Canonicis, in hæc verba: *Johannes* Comes *Morotoniæ* Juſtic. vic. Conſtabular. Foreſtariis, & omnibus miniſtris & ballivis, & fidelibus ſuis de *Anglia*. & de *Wallia* ſalutem. Sciatis me divini amoris intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & prò anima *H.* bonæ memoriæ patris mei conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Auguſtini* de **Briſtol**, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes quæ eis rationabiliter factæ ſunt, vel poſtmodùm fient, ſicut Cartæ donatorum ſuorum teſtantur, & nominatim hec omnia ſubſcripta, ſcilicet ex dono Domini Regis patris mei totam terram de **Aiſſeleſword**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, ſicut Carta ejuſdem Domini Regis teſtatur; Et quietam eam clamo de viſu Foreſtariorum meorum, & de regnardo Foreſtæ. Et præterea concedo eis, ex dono meo *xliiii.* acras terræ in **Ciſſemore**, ad eſſartandum & ad habendum quietas de viſu Foreſtariorum, & de omni regnardo Foreſtæ, & de omnibus ſerviciis & exactionibus quæ ad me & meos pertineant. Concedo etiam & confirmo eis *Legam* quæ fuit membrum de **Bedminiſtre**, juxta **Briſtol**. Ex dono Comitis *Ranulphi* de *Ceſtria*, terram de **Fiſhide** in *Dorſeta*, & intra villam de **Briſtol** Eccleſiam S. *Leonardi*, & Eccleſiam ſancti *Nicholai*, & Eccleſiam *Omnium Sanctorum*, ſicut Carta confirmationis Domini Regis patris mei, quam inde habent, teſtatur. Concedo etiam eis & confirmo *lx.* acras terræ in mariſco de **Romne**, quas Comitiſſa *Mabillia*, mater *Willielmi* Comitis *Glouceſtriæ* eis dedit, inter Monaſterium S. *Petri* de *Mora* & nemus verſùs Aquilonem, ſicut Carta ejuſdem Comitiſſæ teſtatur.

Concedo etiam eis & confirmo *C.* acras terræ in **Riburgh** inter **Dumeleis** & **Kenelechi**, & *Runnam* & **Doneſtone**, ex tranſverſo in tranſverſum, quas habent de dono Comitis *Willielmi Glouc.* ſicut Carta ſua teſtatur. Et ex dono *Oſberti* de **Pennard** terram de **Pennard**, cum pertinentiis & libertatibus ſuis, & nominatim cum paſtura inter **Teach** & **Clay**, ſicut Comes *Willielmus* eam eis Confirmavit: Et de dono *Johannis* de *Gogan* *xx*, acras terræ, & duas acras prati juxta **Pennard**. Et ex dono *Willielmi* filii *Gregorii* *xl.* ſolidatas terræ in **Albertone**, ſicut Comes *Willielmus* eas confirmavit, Et ex dono *Gregorii* de *Turre* *viii.* ſolidatas redditus in

Novo Burgo, ſicut Comes *Willielmus* eas confirmavit. Et ex dono *Willielmi* de *Lond.* terram de **Blakeneſword**, ſicut Carta ipſius teſtatur. Et ex dono *Eudonis* de *Morevil* dimidiam virgatam terræ apud *Wrokeſhale*, & molendinum de **Radeford**, ſicut Carta ipſius teſtatur. Et ex dono *Ric.* de *Wrokeſhyle* fil. *Toni*, terram ſuam de **Radeford**. Ex dono *Willielmi* fil. *Roberti* filii *Martini*, unum maſagium in **Blakedone** cum *ii.* croftis & *x.* acris terræ & communiam paſturæ in eadem villa, ſicut Carta ſua teſtatur. Et ex dono *Willielmi* filii *Aſcii* & confirmatione *Galfridi* fratris ſui *i.* virgatam terræ apud **Weſtone**, ſicut Carta ipſius Galfridi teſtatur. Concedo etiam & confirmo eis omnia burgagia, quæ habent intra villam de **Briſtol** & extrà, tam inferia quàm alibi, ſicut Comes *Willielmus* ea eis confirmavit, & quæ poſt obitum ipſius Comitis eis data ſunt. Concedo etiam eis molendina quæ habent ſuper *Trinelam*, & terram ſimiliter, quam habent apud **Blake,ieſword**. Et de dono *Gilberti* de *Aldelane* dimidiam hidam terræ in **Ferenberge**. Ex dono *Willielmi* de *Clifdone* Eccleſiam de **Clifdone**. Ex dono *Roberti* filii *Hardingi* Eccleſias de **Porberi** & de **Were**, & de **Powelet**. Ex dono *Nicholai* fil. *Roberti* Eccleſiam de **Tikeham**. Ex dono Comitis *Willielmi* Eccleſiam de **Grantendene**, & Eccleſiam de **Halbertone**, & Eccleſiam de **Ronne**, & de *Plata-holma* cum omnibus pertinentiis earum. Et ex dono *Willielmi* fil. *Gregorii* Eccleſiam de **Finenere**. Hæc autem omnia eis concedo & confirmo cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & quietanciis ſuis, adeo libera, & quieta, & ſoluta, ſicut Cartæ donatorum ſuorum teſtantur. Concedo etiam eis quod ipſi Canonici, & fratres, & homines eorum, & naves & batelli ipſorum ſint quieti de tolneo, & paſſagio, & de geldis, & de tailliagiis, & de omnibus conſuetudinibus & exactionibus, quæ ad me & meos pertinent per totam terram meam in portubus maris & alibi, de omnibus rebus ſuis propriis quas vendiderint, & de hiis qui emerint, vel quæ eis data fuerint, vel alio modo adquiſita apportaverint, vel per terram vel per aquam ad proprios uſus ſuos vel ſuorum. Teſtibus *Stephano Rider* Cancellario meo, *Wil.* de *Vennen*, *Rogero* de *Plane*, *Hamone* de *Valoniis*, *Rogero* de *Novo Burgo*, *Theob. Walteri*, *Alardo* fil. *Willielmi*, *Simone* de *Mariſco*, *Wil.* de *Milieris*, *Ric. Flandrenſi*, *Wil.* de la *Faleyſe*, *Engelram* de *Pratellis*, *Roberto* de *Mortem*, *Wil.* de *Buktot*, *Reg.* de *Waſonvil*, *Rob.* fil. *Roberti* fil. *Hardyngi*, *Ric. Aaron* qui ſcripſit hæc, & multis aliis apud **Briſtold**. Nos autem donationes, conceſſiones (&c. confirmamus, apud *Weſtm.* *vi.* die *Marcii*

PRIORATUS

de **Cokeſford** *juxta* **Rudham** *in agro* Norfolcienſi.

Carta Johannis *de* Querceto (*ſive* Cheney) *de donatione ejuſdem.*

WIllielmo Dei gratia *Norewicenſi* Epiſcopo, & Domino ſuo *Willielmo Comiti* de *Warenna*, & omnibus ſanctæ Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quàm futuris, *Johannes* de *Querceto* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & Canonicis de **Rudham** duas Eccleſias ipſius villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam præterea terram Laicam, quam *Bruno* & *Willielmus* Presbiteri tenuerunt. Scilicet quam avus meus *Radulfus* de *Querceto* & *Willielmus* filius ejus patruus meus, & ego, liberam ab omnibus conſuetudinibus & exactionibus, & Eccleſiaſtica poſſeſſione fecimus. Sciatis me dediſſe eis hortos, *Frebe*, *Godwini*, *Lamberti*, *Wilnoti*, & *Warini*, & *Almari*, & Molendinum de **Cokeſford**, & Vivarium, & **Cadewelle-wang**, & totam terram, quæ eſt inter **Cadewelle-wang**, & aquam de **Taterſate** & **Keteleſmere-wang**, & totam **Pormere-wang**, & *Radulfum* filium *Ulmari*, & totam terram ſuam, & *Burſtanum* & terram ſuam, & hoc in eſcambio propter terram *Almari* de *Gartuna*, quam *Moyſes* tenet, & ſervitium *Sumerledi* ſacerdotis, & terram ſuam quam patruus meus *Willielmus* de *Querceto* dedit ei, & *Godwinum* ſcriptorem & totam terram ſuam, & *Tocheſwda*, & totam terram de **Marham** quæ de feodo meo eſſe dinoſcitur, & Molendinum de **Torp** de vivario & ipſum Vivarium, & opera quæ homines ipſius villæ facere ſolebant ad ſtagnum prædicti vivarii reficiendum; Et duos homines juxta prædictum Molendinum manentes, ſcilicet, *Godwinum* & *Ulvingum* fratrem ſuum, & terram illorum, & dimidium nemus de **Beſeſen**, quod eſt extra parcum.

Ex autographo in bibl. Deweſiana.

Videſis Cart. 12. E.1.n.70.

Et ut ipſi Canonici pro anima avi mei *Radulfi* de *Querceto*, & uxoris ejus, & anima patris mei & matris meæ, & *Willielmi* de *Querceto* patrui mei & *Rogeri* & ſororum eorum, & *Walerani* de *Rocesforde*, & omnium parentum meorum, & pro mea & uxoris meæ & fratrum meorum, & ſororum mearum, omnia ſupradicta inconcuſſè, & honorificè & quietè jure perpetuo teneant, ea & præſentis ſcripti atteſtatione & ſigilli mei appoſitione corroboro & confirmo, ſalvo ſervitio Comitis; Hujus autem donationis Teſtes *Reinaldus* de *Warenna*, *Radulfus* de *Wiburvilla*, *Radulfus* filius *Oſmundi*, & *Sibilla* uxor Domini *Johannis*, *Petrus* de *Caineto*, & *Mathæus* frater ejus, *Nicholaus*

Clericus, & *Godwinus* frater ejus; *Scul.....* & *Willielmus* frater ejus, *Radulfus* Sacerdos de **Saxtorpe**, & Magiſter *Willielmus Maurinus*, *Willielmus* ſacerdos, *Nicholaus* de **Stavehee**, *Wache* diaconus, *Gaufridus* de **Weſt-Rudeham**, *Radulfus Avis*, & *Nicholaus* Clericus de **Barſham** & *Walterus* Clericus, & *Albertus* & *Rigolf*, & *Warinus* & *Robertus* de *Croft*. Iſta conventio renovata fuit coram Domino *Willielmo Norwicenſi*, Epiſcopo apud *Tornodis* in Vigilia Aſcenſionis Domini die ſancti *Dunſtani*, præſente ipſo *Johanne* de *Caineto*; Hujus autem donationis & renovationis teſtes ſunt *Willielmus Norwicenſis* Archidiaconus, *Tureldus* Capellanus; *Radulfus* de *Snaringes*, *Ernaldus* Capellanus, *Adam* de *Calna*, *Radulfus* Clericus de **Saxlingham**, *Johannes* Dapifer, *Petrus* Conſtabularius, *Willielmus* de *Backetuna*, *Arthur*, *Adam* filius *Johannis* dapiferi, *Willielmus* filius *Ranulfi*.

COXFORD *Prioratus, Ord.* S. Auguſtini.

l.Col.
l.1.p.

FUndatores *Gulielmus Cheny*, *Johannes Cheny*, & *Hervicus Belet*.

Benefactores, *Anna Cheny*, *Michael Belet*, *Anna Verdun*.

Carta Hervici Belet *de Manerio de* **Rudham**.

: An-
n.18.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Herveius Beleth* dedi Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & Canonicis de **Cokesford**, manerium meum de **Rudham** cum pertinentiis, & quicquid inde mihi accidere potuit, vel debuit accidere, in villa & extra, ſcilicet in **Crytham**, **Markham**, **Sydeſterne**, **Beremere**, & **Croft**, ad ſuſtentationem cujuſdam Hoſpitalis ad **Boycodeſwade**, ex parte Occidentali à me conſtitutum, & ad ſuſtentationem cujuſdam Capellani in eadem domo in habitu ſæculari, perpetuò miniſtraturo, pro anima mea & Dominæ *Emmæ* de *Kayneto* matris meæ, &c.

ABBATIA
de **Brunne** *in agro* Lincolnienſi.

Diploma Regis Edwardi *tertii, Cartam Fundationis ejuſdem Abbatiæ, necnon diverſorum donationnm recitans & confirmans.*

Cart. 1. E. 3. n 41. per Inſpex.
Vide etiam Ib. n. 38. & 47.
Et clauſ. 17. E 2. m. 24.
Clauſ. 8. E. 2. m. 1c.
Clauſ. 4. E 3. m. 26.

INſpeximus Cartam quam *Baldevinns* filius *Giſleberti*, fecit in hæc verba. *Baldevinns* filius *Giſleberti* omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & donâſſe annuente filio meo *Rogero* & uxore mea *Adhelina*, Domino *Gervaſio* Abbati de *Arroaſia*, Eccleſiam de *Brunna*, liberam, & abſolutam ab omni exactione ſæculari, cum omnibus appendiciis ſuis, & duas carrucatas terræ in campis ejuſdem villæ; Ita videlicet, quod prædictus Abbas ſecundùm conſuetudinem & religionem ſui ordinis, Abbatem & Canonicos in eadem Eccleſia conſtituat, pro ſalute & remedio animæ Domini mei Regis *Henrici*, necnon etiam pro mea & uxoris meæ & liberorum noſtrorum ſalute. Conceſſi etiam ad ſuſtentationem fratrum in jam dicta Eccleſia de *Brunna* Deo ſervientium, Eccleſiam de **Helpryngham**, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de *Mortuna* cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de *Eſt-Depinga*, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de *Weſt-Depinga*, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de **Berham**, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de *Stona*, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de *Trapeſtona*, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de **Bitham** cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de **Stellinghon**, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de **Caſtwic** cum appendiciis ſuis, decedentibus perſonis à quibus in præſenti poſſidentur. Conceſſi quoq; & donavi eis dimidiam carucatam terræ in **Spaneby**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & piſcarias meas in mariſco de *Brunna*, & vivarium Eccleſiæ ſancti *Petri* contiguum, & *Godwinum* Piſcatorem cum terra & domo ſua. Decimam quoq; denariorum meorum, tam de molendinis, quàm de redditibus de *Brunna* & *Mortuna*, & utraq; ſocia, totam etiam lanam ovium noſtrarum de domo noſtra de *Brunna* & *Mortuna* ad veſtes fratrum, & decimam coriorum venationis noſtræ. Conceſſi etiam, ut ſi qui militum vel liberorum hominum meorum, aliquas donationes eidem Eccleſiæ contulerint, ſive in terris, ſive in mobilibus, firma & illibata permaneant, ſalvo ſervicio meo. Hæc itaq; in perpetuam conceſſi elemoſinam Canonicis ſancti *Petri* de *Brunna*, & volo ut benè & in pace, liberè & honoroficè hanc elemoſinam

moſinam teneant, ut michi & anteceſſoribus meis ad vitam proficiat ſempiternam, Amen. Hujus conceſſionis teſtes ſunt *Wluricus* Preſbyter, *Radulphus* Presbyter, *Hanno* Clericus, *Robertus* Clericus, *Robertus* filius *Gubaldi*, *Osbertus* de *Boeli*, *Richardus* de *Thaney*, *Hubertus* filius *Ernoldi* (&c.) Actum anno ab Incarnatione Domini, milleſimo, centeſimo, trigeſimo octavo. Anno 1138.

Nos autem donationes & conceſſiones prædictas, necnon conceſſionem & donationem quas *Emma Wac* filia *Balwini*, per Cartam ſuam fecit Canonicis prædictis, de Eccleſiis de **Brecham** & de **Scouna**, cum omnibus pertinentiis ſuis in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam & donationem, quas *Hugo Wac*, aſſenſu conjugis ſuæ *Emmæ*, annuente etiam filio ſuo *Baldewino* per Cartam ſuam fecit eiſdem Canonicis de Eccleſiis præfatis, cum omnibus pertinentiis ſuis in perpetuam elemoſinam. Donationem etiam & confirmationem, quas idem *Hugo*, aſſenſu prædictæ conjugis ſuæ *Emmæ*, annuente etiam filio ſuo *Baldewino*, per aliam Cartam ſuam fecit Eccleſiæ ſancti *Petri* de *Brunna*, & Canonicis in ea Deo famulantibus, de tota paſtura quæ ad Dominium ſuum pertinuit in territorio de **Alſtanſtorp**, & manſione una juxta eandem villam cum una virgata terræ & dimidia, ad ſuſtentationem fratrum illhic commorantium, in puram & perpetuam elemoſinam: Conceſſionem etiam & confirmationem quas idem *Hugo* per aliam Cartam ſuam fecit eiſdem Canonicis de omnibus donationibus illis, quas *Balwinus* filius *Gileberti*, prædeceſſor ſuus, donavit & confirmavit Eccleſiæ ſancti *Petri* de *Brunna*, & Canonicis in ea Deo ſervientibus, in perpetuam & puram elemoſinam. Donationem etiam & conceſſionem quas *Robertus* filius *Gouboldi* per Cartam ſuam fecit Eccleſiæ & Canonicis prædictis de tota terra in **Dicheges** in prato & in mariſco, quàm *Baldewinus* filius *Gileberti* ſibi dedit pro ſuo ſervitio in perpetuam elemoſinam. Donationem etiam & conceſſionem, quas *Hugo Wac* per Cartam ſuam fecit eidem Eccleſiæ de terra illa quàm *Robertus* filius *Gonbaldi* tenuit, ſcilicet *Hogas* de *Dic*.. in perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam quam idem *Hugo*, annuente uxore ſua *Emma*, & filio ſuo *Baldewino*, per aliam Cartam ſuam fecit eidem Eccleſiæ per ſingulos annos de tredecim ſextariis vini in miniſterium ſacramenti Altaris ejuſdem Eccleſiæ: Conceſſionem etiam, & in puram & perpetuam elemoſinam donationem, quas *Baldewynus Wac*, per Cartam ſuam fecit Eccleſiæ & Canonicis prædictis, de uno ..... de molendinis ſuis in *Brunna*, molendino ſcilicet in parte aquilonari ſito, cum ſtagno, & omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Baldwinus Wac*, per Cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ & Canonicis, de Capella ſua de *Brunna*, cum dote ſua, ſcilicet tofto quod eſt vicinius partæ occidentali ballii de *Brunna*, & de Capellania ſua, tam in *Anglia* quàm extra, quocunq; terrarum loco fuerint ipſe vel uxor ejus, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas idem *Baldewinus*, per aliam Cartam ſuam fecit eiſdem Canonicis de ſex ſextariis vini, ſcilicet tribus ſextariis in die ſancti *Petri*, & tribus ſextariis in craſtino, ſcilicet in anniverſario Comitis *Ceſtriæ Hugonis*. Donationem etiam, & conceſſionem, in puram & perpetuam elemoſinam, quas *Bald. Wac*, Domini Regis Conſtabularius, per Cartam ſuam fecit Eccleſiæ ſancti *Petri* de *Brunne*, & Abbati & Conventui ejuſdem loci, de decem acris prati in **Peuland**, adjacentibus juxta pratum *Joſci* de *Brunne*. Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Baldwinus Wac* per Cartam ſuam fecit Canonicis prædictis in perpetuam elemoſinam de omnibus donationibus & elemoſinis, quas *Baldwinus* filius *Gileberti* avus ſuus, & *Adelina* uxor ejus avia ſua, & *Hugo Wac* pater ſuus, conceſſerunt, & dederunt eiſdem Eccleſiæ & Canonicis. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas idem *Baldwinus* per aliam Cartam ſuam fecit eiſdem Canonicis, ſcil. de Eccleſia de *Brunna*, Eccleſia de *Mortona*, Eccleſia de **Helpringeham**, Eccleſia de **Weſt-Depinges**, Eccleſia de **Hicham**, Eccleſia de **Stelingehou**, Eccleſia de **Bercham**, & Eccleſia de **Stowe**, Eccleſia de **Trapeſtona** cum pertinentiis ſuis, (&c.) & ratas habentes & gratas, (&c.) confirmamus (&c.) Datum per manum noſtram apud Eborum primo die *Julii*.

Mandatum domini Regis Edwardi *ſecundi, factum Eſcaetori ſuo, ſuper cuſtodia Abbatiæ de* **Brunne**, *tempore vacationis.*

Clau 2. m.

REx dilecto ſibi *Matheo Broun* Eſcaetori ſuo in Com. **Linc.** **Northampt.** & **Roteland** ſalutem. Cum nuper ad proſecutionem dilecti & fidelis noſtri *Thomæ Wake*, nobis ſuggerentes, quod ipſe & anteceſſores ſui domini Manerrii de **Brunne**, patroni Abbatiæ de **Brunne**, in ſingulis vacationibus ejuſdem Abbathiæ, à tempore cujus contrarii memoria non exiſtant, certam cuſtodiam Abbatiæ illius habuerunt, & de eligendo Abbates futuros ibidem licentiam conceſſerunt; & electioni de Abbatibus ibidem factæ aſſenſum patroni præſtiterunt; & poſt electiones hujuſmodi confirmatas fidelitates Abbatum illorum receperunt: Et quod vos aſſerentes quendam Abbatem loci illius adquiſiviſſe ſibi & ſucceſſoribus ſuis in feodo quædam tenementa in **Mortone** in Com. *Linc.* & tenementa illa de nobis tenere in capite, Abbatiam illam jam vacantem occaſione tenementorum illorum cepiſtis in manum noſtram; non permittentes ipſum *Tho.* cuſtodiam inde habere ſicut anteceſſores ſui ſemper hactenus habere conſueverunt; vobis mandaverimus, quod ſuper præmiſſis diligentem faceretis Inquiſitionem.

Ac per Inquiſitionem illam factam & in Cancellaria noſtra retornatam ſit compertum; quod quidam *Baldewinus* filius *Gilberti*, unus anteceſſorum dominorum de *Wake*, centum &

quadraginta & quinq; annis elapſis, fundavit Abbatiam prædictam, à tempore cujus fundadations, ſinguli domini de *Wake*, hæredes prædicti Fundatoris, in ſingulis vacationibus Abbatiæ prædictæ, habuerunt cuſtodiam ejuſdem Abbathiæ, aſſignando unum hominem ad conſervandum ſimul cum Priore, & cæteris obedienciariis, bona & poſſeſſiones Abbatiæ prædictæ, uſq; ad inſtallationem Abbatis futuri, abſq; aliquo proficuo ad opus dictorum dominorum inde capiendo: qui quidem Domini licentiam dederunt de Abbatibus eligendis, & electionibus de Abbatibus ibidem aſſenſum dederunt, & de confirmatis fidelitatem ceperunt ut Patroni & Advocati. Et quod quidam *Everardus Cut* quondam Abbas de Brunne, Centum & ſex annis elapſis; videlicet tempore Domini *H.* regis avi noſtri perquiſivit ſex bovatas terræ, & duas partes unius meſuagii cum pertinentiis in *Mortona* juxta Brunne, per bovatas, acras, rodas & perticas, de terris tenentibus *Radulfi* de *Mortone* per diverſas Cartas; videlicet de *Agnete* filia *Willielmi* de *Mortone* & aliis in prædicta Inquiſitione nominatis, tenendum omnia tenementa prædicta de prædictis feoffatoribus & eorum hæredibus in liberam, puram & perpetuam elemoſinam; & quod iidem feoffatores obligaverunt ſe & hæredes ſuos ad warantiam & acquietantiam faciendum de tenementis prædictis, & Abbates loci prædicti ſucceſſivè de omnibus ſerviciis hucuſq; acquietaverunt; & quod prædictus *Radulphus* de *Mortone* tenuit de prædicto avo noſtro in Capite duo meſſuagia & triginta & duas bovatas terræ in dominico & ſervicio in Stanewyk & Morton per ſervicium medietatis feodi unius militis, de quibus unum meſſuagium & *xiiii.* bovatæ terræ ſunt in Mortone; Et quod de ipſo *Radulfo*, qui obiit ſine hærede de ſe, deſcendit jus hæreditatis ſuæ quibuſdam *Agneti* & *Cecelia*, ut ſororibus ſuis & hæredibus; inter quas hæreditas illa pertita fuit; Et quod proparti ipſius *Agnetis* aſſignata fuerunt ſervicia prædictæ *Agnetis* filiæ *Willielmi* & aliorum tenentium prædicti *Radulfi* in Inquiſitione prædicta nominatorum.

Et quod de ipſa *Agnete*, ſorore *Radulfi*, exivit *Jocelus Ruſſell* ut filius & hæres, qui totam propartem ſuam hæreditatis illius, tam in dominico, quàm in ſervicio, dedit *Hugoni Wake* proavo prædicti *Thomæ* & quod ipſe nunc eſt medius inter nos & feoffatores prædicti Abbatis; & quod idem *Hugo* inde obiit ſeiſitus, poſt cujus mortem intravit *Baldewinus Wake*, ut filius & hæres; cui ſucceſſit *Johannes Wake* filius & hæres ejuſdem *Baldwini*; & quod idem *Johannes* omnia terras & tenementa, quæ habuit in comitatu *Lincolniæ* in dominico & ſervicio, dedit domino *E.* quondam regi *Angliæ* patri noſtro, tenendum in feodo; Et quod idem pater noſter habitâ inde ſeiſinâ dedit & conceſſit omnia terras & tenementa illa præfato *Johanni* & *Johannæ* uxori ejus tenenda ſibi & hæredibus ſuis de corporibus ſuis exeuntibus: de quibus exivit prædictus *Thomas Wake* qui nunc eſt, ut filius & hæres; Et quod Magiſter *Johannes Walewayn*, nuper Eſcaetor citra *Trentam*; videlicet anno Regni noſtri *xii.* tempore *Wilielmi* de *Albotteſle*, nuper Abbatis loci prædicti, per cujus mortem Abbatia illa jam vacat, aſſerens prædictas ſex bovatas terræ & duas partes unius meſſuagii cum pertinentiis in Mortone adquiſitas fuiſſe de prædicto *Radulfo* de *Mortone*, qui de dicto avo noſtro tenuit in capite, tenementa illa ſeiſivit in manum noſtram, & ea ſic detinuit, quouſq; idem Abbas Cartam noſtram de tenementis illis rehabendis, & de nobis in capite tenendis, licèt nunquam aliquid de nobis tenuiſſet, perquiſivit in præjudicium prædicti *Thomæ Wake* & hæredum feoffatorum ſuorum, qui fuerunt, & ſunt medii inter nos & Abbatem loci prædicti, qui pro tempore fuerit, de tenementis antedictis; Et quod idem *Willielmus* Abbas ſe de aliquo ſervicio inde nunquam nobis attornavit. Nos conſiderantes quod propter præmiſſa non debet dicto *Thomæ* ſuper cuſtodia Adbatiæ prædictæ præjudicium generari; vobis mandamus, quod de cuſtodia Abbatiæ illius, ſeu aliquorum ad eam ſpectantium, ſi eam occaſione prædictâ, & non aliâ, cepiſtis in manum noſtram, vos ulterius non intromittatis, exitus ſi quos inde perceperitis illis quorum fuerint liberantes. T. Rege apud Trenacton *xii.* die *Februarii*.

Mandatum Domini Regis Edwardi *tertii, Eſcaetori ſuo, de diverſis decimis, &c. Canonicis de* Brunna *dudum conceſſis, liberandis.*

Clauſ. 4. E. 3. m. 26.

REx dilecto & fideli ſuo *Simoni* de *Bereford* Eſcaetori ſuo citra *Trentam*, ſalutem. Quia accepimus per Inquiſitionem per vos de mandato noſtro nuper factam, & in Cancellaria noſtra retornatam, quod *Baldewinus* filius *Gilberti*, qui fuit fundator Abbatiæ de Brunne per Cartam ſuam dedit & conceſſit tunc Abbati & Canonicis ejuſdem loci & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum decimam denariorum tam de molendinis ipſius *Baldewini*, quàm de redditibus ſuis de *Brunna* & *Mortuna* & de utraq; ſoka: Et quod *Hugo Wake* per Cartam ſuam dedit & conceſſit præfatis Abbati & Canonicis & eorum ſucceſſoribus imperpetuum treſdecem ſextarios vini in Miniſterium Sacramenti Altaris Eccleſiæ de Brunne, percipiendos ſingulis annis in Manerio de Brunne. Et quod *Baldewinus Wake* per Cartam ſuam dedit & conceſſit eiſdem Abbati & Canonicis & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſex ſextarios vini, percipiendos tres ſextarios in die *S. Petri*, & alios tres ſextarios in craſtino ejuſdem feſti ſingulis annis de Manerio ſupradicto. Et quod prædictus Abbas & prædeceſſores ſui, pro dicta Decima denariorum, quadraginta ſolidos; & pro dictis treſdecem ſextariis vini, *xiii.* ſol.; & pro dictis ſex ſextariis vini, ſex ſolidos, à tempore donationum & conceſſionum prædictarum ſingulis annis percipere conſueverant. Et quod *Hugo Wake* filius *Baldwini Wake*, per Cartam ſuam dedit & conceſſit eiſdem Abbati & Conventui in puram & perpetuam elemoſinam quatuor marcas argenti percipiendas ſingulis annis de molendino ipſius *Hugonis* in **Brunne**.

Et quod *Baldewinus Wake*, filius *Hugonis Wake* per Cartam ſuam dedit & conceſſit præfatis Abbati & Conventui & eorum ſucceſſoribus, duos faſſos dorſales ramorum groſſorum boſci ipſius *Baldewini* in **Brunne**, capiendos ſingulis diebus ſine viſu ipſius *Baldewini* vel hæredum ſuorum vel ballivorum eorundem; Et quod iidem Abbas & Canonici haberent porcos ſuos proprios ſive dominicos ſingulis annis tempore paunagii, liberos & quietos in boſco ſuo de **Brunne**; & etiam haberent viam competentem ad carrum & carectam ad boſcum ſuum & alia neceſſaria ſua, quociens neceſſe foret, carianda; Et quod nunc Abbas dicti loci & prædeceſſores ſui dictam Decimam, vinum, vel precium, quatuor marcas; & faſſos à tempore donationum & conceſſionum inde factarum perceperunt; & dictos porcos ſuos tempore paunagii in eodem boſco de **Brunne** liberos & quietos, & etiam prædictam viam, ut eſt dictum, habuerunt, tam videlicet temporibus quibus Manerium prædictum, quod unà cum molendinis & boſco prædictis in manu noſtra, quibuſdam de cauſis, jam extitit in manibus progenitorium noſtrodirum regum *Angliæ*, ex quacunq; de cauſa extitit, quam dominorum Manerii illius; Quodq; prædictum Manerium de **Brunne**, Molennum, Boſcus, & alia terræ & tenementa, de quibus idem nunc Abbas præmiſſa percipere & habere deberet, tenentur de nobis in capite, dictis terris & tenementis in *Mortuna* exceptis; quas quidem donationes & conceſſiones prædictas per Cartam noſtram jam confirmavimus. Nos volentes præfato Abbati in præmiſſis fieri quod eſt juſtum, vobis mandamus, quod eidem Abbati decimam & vinum (*&c.*) liberari faciatis (*&c.*) *T.* Rege apud **Wodeſtoke** *xvii.* die *Julii*.

PRIORATUS

de **Newenham** *in agro* Bedfordienſi.

De prima Fundatione ejuſdem.

Lelandi Collect. vol. 3. p. 9. UBi nunc eſt Eccleſia S. *Pauli* **Bedeford** olim erant Canonici ſeculares, quorum cum unus lanionem interfeciſſet, omnes neceſſitate ſunt coacti mutare ſedem: petierunt igitur locum non procul à *Bedeforda*, qui nunc **Newham** dicitur, à novitate ædificiorum, & ex Canonicis ſecularlibus, tandem regulares ſunt facti.

Lel. Itin. Vol. 1. fol. 116. **S. Paul's in Bedeford is the principal Chirch of the towu, and was afore the conqueſts a College of Prebendaries, and aftir, ontil the foundation of** Newenham **Priorie ſcant a mile beneth** Bedford **on Uſe ryver. The Prebendaries had their houſes about the circuit of the Chirch of S.** Paule, **of the which the names of two prebends remayn and houſes longing to them, though their ſtauls be in** Lincoln. Roiſia, **wife to** Paganus **de** Bellocampo **tranſlatid the College of the Chanons irregulars onto** Newenham **a College of Chanons regular.** Simon de Bellocampo **ſonne to** Paganus **and** Rohiſia, **confirmed and performid the acte of his mother. He lieth afore the highe Altare of S.** Paul's **Chirch in** Bedeford, **with this Epitaphie grauen in braſs, and ſet on a flat marble ſtone.**

Lel. Vol. 69.

De Bello-campo *jacet hic ſub marmore* Simon
Fundator de **Newehant**.

Paganus de Bello-campo **had the barony of** Bedeford **given onto him after the conqueſt of K.** William. Roiſia **wife to** Pagane **made the Priory of** Chikſand, **and there was ſhe buried in the chapiter houſe.**

Id eſt.

S. *Pauli* Eccleſia eſt oppidi *Bedefordenſis* primaria, & ante conquæſtum [Normannicum] præbendariorum erat collegium, ut & poſtea, uſq; Prioratus *Newenhamenſis*, unum vix milliare ſubtus *Bedefordiam*, ſuper *Uſa* fluvium ſiti, fundationem Præbendarii in ambitu Eccleſiæ S. *Pauli* habitabant, quorum duarum præbendarum & nomina, & ædes ad eas pertinentes adhuc manent, etiamſi eorum ſedes (quæ *Stalla* vocant) *Lincolniæ* fuerint. *Roiſia, Pagani* de *Bello-campo* uxor, Canonicorum irregularium [i. e. ſecularium] collegium in regularium Canonicorum collegium, quod *Newenhamiæ* tranſtulit. *Simon* de *Bello-campo, Pagani* & *Rohiſiæ* filius confirmavit, & factum matris ſuæ perimplevit. Jacet is ante ſummum Altare in Eccleſia S. *Pauli Bedefordiæ*, cum hoc epitaphio plano lapide marmoreo ære inſculpto.

Cart E. 2. per I

De Bello-campo, &c.

Pagano de *Bello-campo* Baronia *Bedefordenſis* poſt conquæſtum [Normannicum] à *Gulielmo* rege collata fuit. *Roiſia, Pagani* uxor, Prioratum erexit *Chickſandenſem*, ibiq; in domo capitulari ſepulta fuit.

Ibid.

NEWNHAM *Prioratus* *Ord.* S. Aug.

Lel. Coll. Vol. 1. p. 69. Fundator *Simon* de *Bello-campo*; Et tranſlati erant ex Canonicis ſecularibus, de Eccleſia S. *Pauli* de Bedeford per *Simonem* de *Bello-campo*.

D. de *Northfolc*, modernus ratione *Moubray*.

Canonici de Newnham affirmant *Roiſiam* fuiſſe matrem *Simonis* de *Bello-campo* ſui fundatoris.

One of the Lord Latymors wifes lyeth at *Newnham*.

Simon de Bello-campo ſepultus ſub plano marmore coram ſummo Altari in Eccleſia S. *Pauli Bedfordiæ*.

One Edward Clynton Eſq; that marryed a Dutcheſs of *Northfolc* lyeth at *Newenham*, not far from the Lady Latimor.

There lyeth one Haſilden and one Launſelin that had a houſe and land by Mr. Gaſcoyn; And Pigot giving in Armes the hammer, Gaſcoyn had part of Pygots lands.

Carta Regis Henrici *ſecundi*, *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 11. E. 2. n. 87. per Inſpex H. Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquit.* & Comes *Andegaviæ*, Juſticiariis, Vicecom. & omnibus miniſtris ſuis, & nominatim portuum maris *Angliæ* & *Normanniæ* ſalutem. Præcipio vobis quod Canonici regulares Eccleſiæ S. *Pauli* de Bedefort, & homines eorum, & res quas aſſecurare poterunt ſuas eſſe ſint quietæ de theoloneo, & paſſagio, & pontagio; & de omni conſuetudine. Et ideo prohibeo ne ipſi ſuper hoc diſturbentur ſuper *x.* libr. foriſfacturam. Præterea concedo eis omnes libertates quas habent Burgenſes de Bedefort, & ſuſcipio præfatos Canonicos, & locum in quo nunc manent, & omes terras & poſſeſſiones eorum in manu & cuſtodia & protectione mea, & omnia jura Eccleſiæ beati *Pauli* de Bedefort & Canonicorum ubicunq; fuerint in terra mea. Et ideo, (&c.) *T.* Comite *W.* de *Mandeville* apud *Chuelli*.

Ibid. *H.* Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, (&c. Archiepiſcopis (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Eccleſiæ S. *Pauli* de Newenham, & Canonicis regularibus ejuſdem Eccleſiæ omnia hæc ſubſcripta, quæ *Simon* de *Bello-campo* eis rationabiliter conceſſit & dedit in perpetuam elemoſinam, & Cartâ ſuâ confirmavit, ſcilicet Eccleſiam S. *Pauli* de Bedefort in omnibus præbendis & poſſeſſionibus & libertatibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus; & has Eccleſias, vedelicet de *Ravenesdena*, de *Ranehala*, de Berefort, de *Wiletona*, de *Cherdyntona*, de Goldingetone, de Dugwle, de *Hatteleja*, de *Wittuna*, de Dilewic, de Salefort, de Gravenherſt, de *Aſpeleja*, de *Turveja*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis; Et has decimas; ſcilicet duas partes decimarum in molendinis & paunagiis, & in cæteris dominicorum de Stotfalde, de Baieſho, de *Lincelada*, de Evereſholt, de *Huneſduna*, de toto feodo ſuo in Holewelle; Et præterea unam marcam argenti de molendino de *Lincelada* per annum; Et duas partes decimarum unius hidæ & dimidiæ in Chikeſand de terra quæ fuit *Ricardi* Monachi, & decimam dimidiæ hidæ in *Houtuna* de terra *Nigelli Malerbe*; & decimam quam *Jordanus* Presbiter tenuit de teritorio de Hageneſ; & duas partes decimarum dominicorum de Calworde, & de *Aſpeleja*; & totum molendinum Golde; Et decimas horum molendinorum; ſcilicet molendinum de Caſtello de Bedefort, & molendini Monachorum de Bermundeſie in Bedefort; & decimas molendinorum de Bidenham, de Ryſingho, de *Ranehala*, de *Wiletuna*, de *Kerdintuna*.

Et in *Goldintuna* dimidiam virgatam terræ de dono *Radulfi* filii *Acelini*, & *x.* acras de dono *Wigeni*; & tres acras de dono *Hugonis*; & *vi.* virgatas terræ quæ fuerunt de prebendis *Willielmi*, *Philippi*, & *Gileberti*: Et tres hidas in *Harvenduna*, quæ fuerunt de prebendis *Ricardi* & *Radulfi*, cum pertinentiis & libertatibus ſuis. Et in *Kerdintona* unam virgatam terræ de dono *Pagani* de *Bello-campo* patris ſui; & dimidiam virgatam terræ de dono *Johannis Pincernæ*; Et unam hidam in Fordes, & dimidiam hidam in *Ranehala*; & decimam dominici de Putenho. Terram quam prædicti Canonici habent in *Calwurda* de dono *Willielmi Druel*; & terram quam habent de *Thoma* filio *Hugonis*, & de *Pagano Campione*, & de *Johanne Pincerna*, & de *Roberto Mareſcallo*, & de *Herlewino* in Dilewic. Et in boſco de *Kerdintona xxx.* porcos ſingulis annis quietos de paunagio, & boſculum quod *Reginaldus* clericus eis rationabiliter vendidit. Quare volo (&c.) T. *Gaufrido* & *Nicholao* Domini regis Capellanis, & *Johanne* filio *Luce* Canonico *Rothomagenſi*; *Willielmo* filio *Audelini* dapifero; *Hugone* de *Creiſſi*; *Roberto Marmiun*; *Randulfo* de *Glanvil*; *Gerardo* de *Canvilla*; *Radulfo* filio *Schi* Camerario; & *Euſtachio* fratre ſuo apud Wodeſtoke.

Carta Regis Henrici *tertii de Eccleſia de* **Tindene.**

Pat. de anno 1.H. 3.m. 13.

REx &c. Noverint &c. quod nos &c. in recompenſationem dampni quod *Johannes* pater noſter fecit Priori & Conventui de **Newenham**, quando dirui fecit Eccleſiam S. *Pauli* de **Bedeford**, quæ fuit dicti Prioris & Conventus de **Newenham**, eo tempore quo firmare fecit Caſtrum de **Bedeford**, conceſſiſſe eidem Priori de **Newenham** Eccleſiam de **Tindene**, &c. Habendum, &c. in perpetuam elemoſinam. Teſte rege apud **Notingham** *v. Februarii.*

Carta *Thomæ* Domini *Moubray*, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.

Ex autographo penès *Thomam Ferrar.* arm.

THomas *Comes* Mareſcallus *&* *Notynghamiæ, dominus de* Moubray *& de* Segrave, *Advocatus Prioratus* de **Newenham** *juxta* **Bedford**; *omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Inſpeximus Cartam anteceſſoris noſtri, Domini* Willielmi *de* Bello-campo, *quondam Advocati dicti Prioratus, factam in hæc verba.* Univerſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Willielmus* de *Belli-campo* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod ego, pro ſalute animæ meæ, & omnium prædeceſſorum & ſucceſſorum meorum, dedi, conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, Deo & Eccleſiæ S. *Pauli* de **Newenham**, & Canonicis meis regularibus ibidem Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus, Eccleſiam S. *Pauli* de **Bedford**, cum omnibus Præbendis & poſſeſſionibus, & libertatibus eidem Eccleſiæ pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervicio, & conſuetudine, & exactione: Iſtæ autem ſunt poſſeſſiones; Eccleſia de **Kerdington**; Eccleſia de **Wyliton**, Eccleſia de **South-Gynele**, Eccleſia de *Hatteleia*; Eccleſia de **Wolton**, Eccleſia de **Stacheden**, Eccleſia de *Aſpeleya*, Eccleſia de *Goldyngton*, Eccleſia de *Raveneſtone*, Eccleſia de **Ranhale**, Eccleſia de **Bereford**, Eccleſia de *Turveya*, cum omnibus decimationibus & aliis pertinentiis prædictarum Eccleſiarum.

Item conceſſi eis duas partes decimarum in molendinis & paunagiis, & in cæteris dominiorum meorum, de **Stotfold**, de **Hannes**, de **Kaysho**, de **Lynchelade**, de **Evereſholt**, de **Huneſtone**, de **Puttenho**, de **Calworth**, de *Aſpeleya*, de toto feodo meo in **Holewell**, & unam marcam argenti per annum de molendino de **Lynchelade**; & duas partes decimarum unius hidæ & dimidiæ in **Chykeſand**, de terra quæ fuit *Ricardi* Monachi. Et decimam dimidiæ hidæ in **Houton** de terra *Nigelli Malerbæ*: Et decimam quam *Jordanus* Presbyter tenuit in territorio de *Hannes*, & decimam molendini Monachorum de **Bermundeſheye** in **Bedeforde**: Et decimam molendinorum de **Bidenham**, de **Riſingho**, de **Ranhale**, de **Wyliton**, de **Kerdyngton**. Item conceſſi eis totum molendinum **Golde** & molendinum quod dicitur de *Caſtello* **Bedeford**, cum novo molendino, quod pater meus ibidem conſtruere fecit, cum locis & ſtagnis in quibus dicta molendina conſtruuntur; & cum toto ſtagno à molendino *Caſtelli* **Bedeford**, cum ſalicibus & arboribus in eodem creſcentibus, uſq; ad ſtagnum *Joelis*, ad plantandum & aſſartandum & emendandum, quociens & quandocunq; voluerint, liberum & ſolutum ab omni ſeculari ſervicio.

Et conceſſi eis pratellum illud, quod jacet ad orientalem partem molendinorum de Caſtello, quod vocatur **Caſtelham**, & totam aquam cum piſcatione, & cum omnibus aliis libertatibus & commoditatibus eidem aquæ pertinentibus, à molendino *Caſtelli* **Bedford**, ex parte *le Sele* & campi de **Goldyngton**; & totam aquam à molendino *Joelis* de **Bedeford**, ex parte prati de **Fenlak**, uſq; ad caput orientale gardini dictorum Canonicorum & juxta campos de **Goldyngton** ex utraq; parte de **Swynholm**; & ipſum **Swynholm** cum quinq; acris terræ, quæ jacent juxta **Inland** à via de **Fenlak**, cum Inſula latitudine ejuſdem terræ, uſq; ad ſtagnum dictorum Canonicorum, cum omnibus pertinentiis ſuis liberè & quietè ab omni ſeculari ſervitio & exactione; ita ut illam aquam ad piſcandum nullus habeat ingreſſum, abſq; eorum licentia petita & optenta. Et conceſſi eis liberum ingreſſum & regreſſum in dicta aqua mea cum naviculis & batellis eorum, ad cariandum quicquid voluerint de grangiis de **Fenlak** apud **Newenham**, & de **Newenham** apud **Fenlak**, pro voluntate eorum, cum neceſſe fuerit.

Item conceſſi eis ad recreationem Canonicorum infirmorum, licentiam piſcandi bis vel ter in ebdomada, cum retibus vel cum aliis ingeniis, ſi voluerint, in tota aqua mea, à capite orientali gardini eorum, uſq; ad capud orientale villæ de **Fenlak**. Habebunt etiam præfati Canonici cignos ſuos errarios, quantos voluerint, natantes & nidificantes cum pullis & cineolis eorum depaſcentes & errantes in omnibus aquis meis communibus & ſeperatis per *Ouſam*, à dominio Baroniæ de **Eton**, uſq; ad dominium Baroniæ de **Wahull**, abſq; calumpnia & contradictione mei vel hæredum meorum. Item conceſſi eis omnes terras, tenementa & poſſeſſiones, cum omnibus ſuis pertinentiis & libertatibus, quas habent in villa & parochia de **Goldington**, de feodo meo, ex dono Domini *Simonis* de *Bello-campo*, & Comitiſſæ *Roys, viz.* ſex virgatas terræ, quæ fuerunt de Præbendis *Willielmi* & *Philippi* & *Gilberti* Canonicorum; & unam virgatam terræ ex dono *David Malerbe*: Et dimidiam virgatam terræ ex dono *Radulfi* filii *Aſcelini*, & decem acras terræ ex dono *W gaeni*, & quicquid habent ex dono *Rogeri* & *Willielmi* & *Hugonis Wygayn*, & *Hugonis* de *Goldington*; & ex dono *Willelmi* & *Nicholai* filiorum prædicti *Hugonis*, & ex dono *Michaelis* de *Goldington*, & *Willielmi* fratris ejus; & ex dono *Adæ Pippard*, & ex dono *Roberti* & *Walteri Pippard*, & ex dono *Nicholai* Vicarii de **Goldington** & ex dono *Henrici* & *Simonis*, & *Willielmi Triket*; & ex dono *Rogeri Haliday* & *Radulphi Bird*, & *Galfridi* & *Radulphi Kokere*, & ex dono *Adæ* filii *Walteri*, & *Roberti Manger*, & *Nigelli Falkenarii*, & *Walteri* de *Riſle*. Et ex dono *Adæ* filii *Roberti*, & *Gilberti Finch*, filii *Hugonis Finch*: Et ex dono *Hugonis* de *Goldington*, & *Willielmi* filii ejus, & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo in eadem villa & parochia.

Habebunt etiam præfati Canonici taurum & aprum liberi & vagi per totum dominium meum ex parte de **Goldington**, à ponte de **Bidenham** uſq; ad dominium Baroniæ de **Eton**, abſq; calumpnia & contradictione mei vel hæredum meorum imperpetuum.

Item conceſſi eis unam hidam terræ in *Forda*, quæ fuit de præbenda *Philippi* & *Gilberti* Canonicorum, & quicquid habent in terris, tenementis, redditibus & poſſeſſionibus ex dono omnium tenentium de feodo meo in villa & parochia de **Bidenham** & **Brunham**. Item conceſſi eis quicquid habent in **Calwoath** in parochia de **Schirnebroke** de dono *Willielmi Druel*, & ex dono aliorum tenentium de feodo meo in villa & parochia ſupradictis. Item conceſſi eis Eccleſiam de **Gravenhurſt**, quam habent ex dono *Willielmi* filii *Roberti*; Et Eccleſiam de **Salford**, quam habent ex dono *Nigelli* de *Salford*. Item conceſſi eis tres hidas terræ in **Harudon** & **Cotes** in parochia de **Kerdington**, quæ fuerunt de præbenda *Ricardi* & *Radulphi* Canonicorum, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis; & terram quam pater meus dedit eis in **Kerdington**, in eſcambium illius terræ, quam *Elena* de *Bello-campo* dedit in **Stotfold**, quæ jacet juxta Eccleſiam de **Kerdington**: Et unam virgatam terræ in eadem villa ex dono *Pagani* de *Bello-campo*: Et dimidiam virgatam terræ in eadem villa ex dono *Johannis Pincernæ*: Et totum boſcum quod vocatur **Brendewode**, cum frankbordo duorum pedum & dimidium, per circuitum illius boſci, cum libero introitu & exitu cum equis & carectis eorum per boſcum meum de **Kerdington**, quotiens & quandoq; voluerint & neceſſe habuerint. Habebunt etiam præfati Canonici triginta porcos ſingulis annis quietos à paunagio in toto boſco meo de **Kerdington**.

Et conceſſi eis quicquid habent ex dono *Thomæ* & *Roberti Beynoun*, & *Galfridi* filii *Gilberti* & anteceſſorum ejus; Et ex dono *Roberti* de *Cotes*, & *Ricardi* filii *Aylwini*, & *Johannis* de *Kerdinton*, & ex dono *Adæ* filii *Radulphi* de *Herford*, & *Willielmi* Capellani, & *Johannis Haring*, & *Roberti Coci* de **Cotes**; Et ex dono *Rogeri* & *Bartholomei* le *Joefne* de **Harudon**, & *Hugonis Pavell*, & *Willielmi* filii *Walteri* de *Puntes*, & quicquid habent in terris, tenementis, redditibus & poſſeſſionibus, & in omnibus aliis rebus ex dono aliorum tenentium de feodo meo, in parochia & villis prædictis. Habebunt etiam præfati Canonici taurum & aprum liberi & vagi, per totum dominium meum, ex parte de **Fenlake** à villa de **Bedeford** uſq; ad pontem de **Cotteton**, abſq; calumphnia & contradictione mei, vel hæredum meorum imperpetuum. Item conceſſi eis terram quam *Jordanus* Camerarius dedit eis in *Londoniis*, quæ vocatur *Achisbiria*. Item conceſſi eis omnes terras, tenementa & poſſeſſiones, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas habent de feodo meo in villa & parochia de **Wotton**, in puram & perpetuam elemoſinam: Et quicquid habent ex dono *Davidis* & *Ricardi* le *Loring*, & ex dono *Willielmi* & *Hugonis* de S. *Edwardo*, & *Johannis* fratris *Simonis* Capellani, & *Willielmi* Sacerdotis de **Kerdington**, & ex dono *Ceciliæ* relictæ *Hugonis Engayne* & *Clariciæ* filiæ *Hugonis Engayne*, & ex dono *Johannis* filii *Falconis* & *Willielmi* filii *Simonis*, & *Johannis Venatoris*, & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo, in terris, tenementis, redditibus, & poſſeſſionibus, & in omnibus aliis rebus in villa & parochia prædictis. Item conceſſi eis omnes terras, tenementa, & poſſeſſiones cum omnibus pertinentiis ſuis, quas habent in parochia & villa de **Wylitton**, *viz.* decem acras terræ quæ ſunt de gleba Eccleſiæ ejuſdem villæ, & quatuor virgatas terræ quas habent de dono meo per concordiam factam in Curia Domini Regis inter me & prædictos Cananicos: Et quicquid habent ex dono *Walteri* filii *Mauricii*, & *Simonis Balle* de **Wylitton**, & ex dono *Simonis Pikot* & *Roberti Merchaunt*, & *Simonis* le *Rotour* de eadem, & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo in eadem villa & parochia, liberè & quietè ab omni ſeculari ſervicio; Salvo mihi & hæredibus meis redditum trium caponum per annum, ad feſtum *Natalis* Domini, quem dicti Canonici & eorum ſucceſſores ſolvere debent, & ſalvo mihi & hæredibus meis forinſeco ſervicio, pro duabus virgatis terræ tantum in eadem villa quod ſimiliter præfati Canonici facere debent in perpetuum abſq; omni alio ſervicio ſeculari.

Item conceſſi eis quicquid habent de feodo meo in villa & parochia de **Cowpol**, ex dono *Roberti Liſmorenſis* Epiſcopi, & *Willielmi* Capellani; & ex dono *Simonis Anglici* & *Henrici* filii *Henrici* le *Heyr*, & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo in eadem villa & parochia, liberè & quietè ab omni ſervicio ſeculari. Item conceſſi eis omnes terras, tenementa & poſſeſſiones, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas habent de feodo meo in villa & parochia de **South Givele**, & quicquid habent ex dono omnium tenentium de feodo meo in eadem villa & parochia, liberè & quietè ab omni ſeculari ſervitio. Item conceſſiones omnes, terras, tenementa, & poſſeſſiones, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas habent de feodo meo in villa & parochia de **Stacheden** & **Dilewyke**, in puram & perpetuam elemoſinam, *viz.* quicquid habent ex dono *Roberti* de *Broy* & *Anſelmi* hæredis ejus, & ex dono *Adæ* filii *Dru*, & *Nicholai* & *Willielmi Golſton*, & *Roberti* filii *Nicholai* de *Stacheden*, & *Nicholai* de *Boeles*, & *Thomæ* filii *Hugonis*, & *Ricardi* hæredis ejus, & ex dono *Thomæ* de *Stacheden* & *Henrici Blundi* &

Mathei filii ejus, & *Pagani Campionis*, & *Stephani* filii ejus, & *Ricardi* filii *Roberti* de *Brunnia*, & *Stephani* le *Bel*, & ex dono *Johannis Pincernæ* & *Roberti Mareſcalli*, & *Harlewini*, in *Dilewik*; & boſculum quod *Rogerus* Clericus vendidit eis, quod vocatur *le Hoo*; & boſcum quod vocatur **Eſthey** cum tota terra ſubjacente; & boſculum quod vocatur *le Frith*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, cum ſepibus & foſſatis & cum omnibus aliis pertinentiis, tam in viis, quam in ſemitis, cum libero introitu & exitu cum equis & careċtis eorum, ſive ad aſſartandum, ſive ad creſcendum, quotiens & quandocumq; voluerint.

Et ſciendum eſt, quod ratum & gratum habeo eſcambium quod *Henricus* de *Boeles* fecit cum præfatis Canonicis, ſuper tota terra ſua in territorio de **Stacheden** de feodo meo; & totum tenementum quod fuit *Ricardi Parent* filii *Avenel*, cum meſſuagio & crofta, cum omnibus pertinentiis ſuis juxta Eccleſiam de **Stacheden.** Et ratam & gratam habeo donationem & venditionem, quam *Willielmus* filius *Ricardi* de **Stacheden** fecit prædictis Canonicis de tota cultura terræ ſuæ, cum toto prato quod vocatur **Hokeſeth** in territorio de **Stacheden**, cum toto foſſato quod vocatur **Gzenedich**, & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo in eadem villa & parochia, liberè & quietè ab omni ſeculari ſervicio; Salvo mihi & hæredibus meis tantum, redditum unius denarii & oboli per annum, quæ prædicti Canonici & eorum ſucceſſores ſolvere debent ad duos anni terminos imperpetuum. Item conceſſi eis dimidiam hidam terræ in **Ronhale**, quæ fuit de præbenda *Nicholai* Archidiaconi, cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ab omni ſervicio ſeculari & exactione; & omnes terras, tenementa & poſſeſſiones cum omnibus ſuis pertinentiis, quas habent de feodo meo in villa & parochia de **Ronhale, Raveneſden,** & **Saluho**; & quicquid habent ex dono *Nicholai* Clerici de **Raveneſden,** & *Willielmi* & *Odonis* **Engayne**; & ex dono *Willielmi* & *Ricardi Thuand*, & *Simonis* & *Roberti* de *Broc*; & ex dono *Roberti* & *Johannis Sauvage*; & *Johannis* filii *Willielmi* de *Eton* per confirmationem *Willielmi Engayne*. Et ex dono *Hugonis Cementarii* & *Nicholai* de *Boeles*, filii *Simonis* de *Boeles*; & ex dono *Galfridi* filii *Radulphi* de **Ronhale,** & *Willielmi Rufi*, de eadem; & *Simonis* filii *Galfridi*, de eadem; & ex dono *Galfridi* filii *Simonis* filii *Galfridi*, de eadem, & *Alexandri* fratris ejus. Et ex dono *Simonis* filii *Ernaldi* de *Cogepol*, & *Walteri* filii *Willielmi Carpentarii*; & ex dono *Agnetis* de *Wilden*, per confirmationem *Willielmi* de *Ronhale*, & ex dono *Willielmi* & *Simonis Rufi*, de eadem. Et quicquid habent ex dono & venditione *Galfridi Rufi* de **Cogepol** per aſſenſum & confirmationem hæredis ſui, de omnibus, terris, tenementis & poſſeſſionibus ſuis, cum manſo ſuo in **Saluho**; & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, quæ habent in villa & parochia de **Ronhal** & **Raveneſden,** & **Saluho.** Et unam acram & dimidiam prati in **Goldington** de dono ejuſdem *Galfridi*. Et totum tenementum *Simonis* Heremitæ, & quicquid habent ex dono ejuſdem *Simonis*, & boſculum de **Saluho,** & de **Maidengrove,** cum haiis, ſepibus, & foſſatis, pratis & paſturis circumjacentibus, cum libero introitu & exitu, ſive ad triſtendum ſive ad aſſartandum: Et quicquid habent ex dono *Walteri* & *Gilberti* & *Rogeri Avenel*; & ex dono *Ceciliæ*, relictæ *Abel*, per confirmationem hæredum ejus.

Et ex dono *Simonis* de *Cogepol*, & *Willielmi Wanbaken*, & *Huberti* filii *Ewayn*, & *David Mercenarii*, & *Willielmi* filii *Gervaſii*, & ex dono *Willielmi* & *Roberti* le *Fulukeleyn* de **Ronhale**; & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo, in terris, tenementis, redditibus & poſſeſſionibus, cum omnibus pertinentiis ſuis in villis & parochiis prædictis, liberè & quietè ab omni ſeculari ſervicio; ſalvo mihi & hæredibus meis tantum, redditum *xii*.d. per annum, quem prædicti Canonici & eorum ſucceſſores ſolvere debent imperpetuum.

Item conceſſi eis quicquid habent de feodo meo in villis & parochiis de **Berford,** & de **Rokeſden,** ex dono *Willielmi Longeſpeye*, & *Henrici* & *Humfridi* de *Berford*, & *Walteri* Vicarii de eadem; & ex dono *Radulphi* & *Roberti* de *Broy*, & *Willielmi* de *Bruttevile*, & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo in villis & parochiis prædictis, liberè & quietè ab omni ſeculari ſervicio.

Item conceſſi eis omnes terras, tenementa & poſſeſſiones, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas habent in villis & parochia de **Stotfold,** ex dono *Hugonis* filii *Nigelli* de *Salford*, & *Roberti Rufi* de **Stotfold,** & *Matildis* uxoris ejus, per confirmationem *Nigelli* de *Salford*. Et quatuor ſolidos & ſex denarios annni redditus de molendino ad fordam de **Stotfold** percipiendos, quos habent ex dono *Simonis* de *Litlington*; & quicquid habent ex dono ejuſdem *Simonis* & *Roberti* filii *Radulphi*, & *Ricardi* filii *Petri*, & *Amiciæ* filiæ *Petri*. Et quicquid habent ex dono *Willielmi* de *Eſtwyke*, & *Willielmi Orenge*; Et quicquid habent ex dono *Johannis Malerbe* de **Houton,** & anteceſſorum ejus. Et quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo in villis & parochiis prædictis, in terris, tenementis & poſſeſſionibus, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, liberè & quietè ab omni ſeculari ſervitio, ſalvo mihi & hæredibus meis annuo redditu quadraginta ſolidorum, quem præfati Canonici & eorum ſucceſſores ſolvere debent imperpetuum, ad quatuor anni terminos, per equales portiones, pro terris & tenementis quæ habent de dono *Johannis Malerbe*, & hoc per aſſignationem ipſius *Johannis Malerbe*, ſicut ipſe & anteceſſores ſui per annum mihi facere conſueverunt, & ſalvo mihi & hæredibus meis forinſeco ſervicio, quantum pertinet ad feodum unius militis in eadem villa, quod ſimiliter prædicti Canonici ſolvere debent imperpetuum pro omni ſeculari ſervicio.

Habebunt etiam præfati Canonici duodecem boves depiſcentes cum bobus meis quolibet anno per totum tempus, cum ad herbam fuerint, in omnibus dominicis, pratis, paſcuis, & paſturis communibus & ſeperatis ubiq; ubi boves mei depaſcuntur in eadem villa. Si autem habeant boves ultra duodecem, dabunt mihi & hæredibus meis prædicti Canonici, pro quolibet bove quem habent ultra duodecem, duodecem denarios pro paſtura, per totum tempus prædictum. Item conceſſi eis liberum introitum & exitum in omnibus dominicis meis in eadem villa, in quibus terras vel pratum habent, ac dictas terras excolendas & compoſtandas, ſive per carectam, ſive per ovile; & ad dictas terras ſeminandas, & blada ſua metenda, colligenda & carrianda: Similiter & in pratis ſuis falcandis, colligendis, & collectis carriandis, quotiens & quandocumque melius & commodius dicti Canonici & eorum ballivi viderint expedire, & abſq; calumpnia mea vel hæredum meorum imperpetuum.

Conceſſi etiam ſæpedictis Canonicis meis, omnes decimas novalium meorum & exſartorum quæcunq; pater meus fecit, vel ego, ſive hæredes mei facturi ſumus de nemoribus noſtris; quas decimas pater meus, pietatis intuitu, ad ædificationem officinarum ſuarum, imperpetuum aſſignavit. Salvis decimis, quæcunq; pertinent ad Eccleſiam de **Chikeſand**. Et ſi fortè aliquis aliquam partem alicujus nemorum meorum vel pratorum, vel emptione, vel donatione, vel permutatione, vel quocunq; alio contractu, vel à me vel à ſucceſſoribus meis adeptus fuerit, ego nihilominus, decimas partis nemorum meorum, quæ ſic alienatæ fuerint ad prædicti operis confirmationem & ſuſtentationem illibitas retineo. Item conceſſi ſæpedictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus liberam habere & facere electionem, cum Prior præfatæ domus obierit, vel ceſſerit, vel alio quoviſmodo à regimine dicti Prioratus amotus fuerit, aliumq; Priorem loci ipſius eligendi, ſine impedimento mei vel hæredum meorum imperpetuum; Salva michi & heredibus meis, tempore vacationis, cuſtodia januæ exterioris ipſius Prioratus, per aliquem de meis, vel hæredum meorum, cui prædicti Canonici & eorum ſucceſſores, pro prædicto cuſtode & equo ſuo victualia per totum tempus vacationis miniſtrabunt; & ſalvo michi & hæredibus meis, quod Conventus ejuſdem Prioratus cum vacaverit, petere debent licentiam eligendi ſibi Priorem à me vel ab hæredibus meis, ſi in comitatu *Bedefordiæ*, vel in partibus propinquis illius Comitatus, præſentes fuerimus, & perſonaliter inventi. Et cum elegerint ſibi Priorem, debent eundem electum mihi & hæredibus meis præſentare, ut electo prædicto noſtrum habeant aſſenſum. Si autem extra Comitatum *Bedefordiæ*, in partibus remotis tempore vacationis, ego vel hæredes mei fuerimus, tunc licentiam eligendi à me vel ab hæredibus meis petere, nec electum ſuum præſentare minimè teneantur, ſed liberè faciant quod incumbit.

Item conceſſi eis, quod maneria, & forinſecæ terræ, necnon & Eccleſiæ dictorum Canonicorum, tempore vacationis cuſtodiantur per miniſtros & ballivos Conventus, qui eidem Conventui & non aliis, de redditibus & exitibus dictorum maneriorum, Eccleſiarum & terrarum reſpondeant & miniſtrent tempore oportuno. Item conceſſi eis, pro me & hæredibus meis, quod ſi Eccleſia vel Vicaria pertinens ad eorum collationem, tempore vacationis vacare contigerit, liberam habere collationem, & liberè conferre cuicunq; voluerint, abſq; calumpnia & impedimento mei, vel hæredum meorum imperpetuum. Item conceſſi ſæpedictis Canonicis, ut quicquid ipſi modo habent, vel adipiſci, vel habere poterunt in futurum, dono, emptione, vel legato, in terris, tenementis & poſſeſſionibus, in boſcis & planis, in ſemitis & viis, in haiis, ſepibus & foſſatis, in pratis & paſcuis & paſturis, in paludis & mariſcis, in liberis hominibus & redditibus, in nativis & cuſtumariis, & in omnibus aliis rebus ad dictas terras, poſſeſſiones, & tenementa pertinentibus in toto feodo meo in parochiis & villis ſupradictis habeant & poſſideant, pacificè, liberè & quietè ab omni ſeculari ſervicio, conſuetudine, exactione, & demanda, ad me vel ad hæredes meos pertinente: Salvis michi & hæredibus meis annuis ſerviciis & redditibus infraſcriptis; & ſalvis michi & hæredibus meis, annuis redditibus de terris in poſterum adquirendis de feodo meo, ſi quid debeant.

Præterea remiſi & quietum clamavi, de me & hæredibus meis præfatis Canonicis & eorum ſucceſſoribus, totum jus & clamium quod habui, vel habere potui in wardis, releviis, ſcutagiis, homagiis, feoditatibus, & ſectis Curiarum mearum, & hæredum meorum imperpetuum, de omnibus terris, tenementis, & poſſeſſionibus, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ modo habent vel habituri ſunt de feodo meo in villis & parochiis ſupradictis, modo quo ſuperius prænotatur. Et ut hæc mea donatio, conceſſio, & confirmatio ratum, firmum & perpetuum robur optineat præſentem Cartam ſigilli mei patrocinio confirmavi; Hiis teſtibus, *Radulfo Morin*, *Galfrido Rufo*, *Johanne* de *Pabenham*, *Johanne Malerbe*, *Henrico Boeles*, *Ada* filio *Dru*, *Rogero Perceſvil*, Magiſtro *Roberto Medico*, *Milone* de *Bellocampo*, *Willielmo* de *Eſtwyk*, *Milone* Camerario, *Roberto Rufo de* **Stotfold**, *Ricardo* de *Aula*, *Andrea* Clerico, *Abel*, *Ricardo* Clerico, qui ſcripſit hæc & multis aliis. Nos autem Cartam prædictam (&c.) confirmamus (&c. Hiis teſtibus *Reginaldo Braybrock* milite, *Rogero Walden*, Clerico Theſaurario villæ *Caleſiæ*, *Willielmo Rys*, & multis aliis. Data *Londini*, die Martis proxima poſt feſtum conceptionis beatæ *Mariæ*, Anno regni Regis *Ricardi* ſecundi poſt Conqueſtum *Quintodecimo*.

PRIORATUS

S. Radegundis de Bradſole in Cantio.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 8. E. 2. m. 17. n. 33. per Inſpex.

Vide etiam Cart. 11. H 3. p. 1. m. 18.

Henricus Dei gratia Rex *Angliæ* dominus *Hiberniæ* (&c.) Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ (&c.) confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Radegundis* de Bradeſole, & Abbati & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, & ſervituris imperpetuum locum ipſum de Bradeſole, omneſq; terras & tenementa, eis collata, ſicut Cartæ Donatorum ſuorum rationabiliter teſtantur, Concedimus etiam & præſenti Carta noſtra confirmavimus in puram & perpetuam elemoſinam prædictis Canonicis centum acras terræ ex dono Domini *Ricardi* illuſtris regis *Angliæ* avunculi noſtri in Waſtina ſupra montem quæ terræ eorum de Bradeſole contiguatur; videlicet inter terram Prioris & Monachorum de *Dovoria*, & terram prædictorum Canonicorum de Bradeſole, & crucem in via quæ protenditur à *Dovore* uſq; Bradeſole, quantum ad nos pertinet. Conceſſimus etiam eis & præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus centum acras, tam de terra quâm de bruſcia, de manerio de *Riveria*, quæ jacent inter terram quæ vocatur Maneſſa & aquam de *Riveria*, de dono piæ memoriæ *J.* patris noſtri Regis *Angliæ*. Conceſſimus etiam eis & præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus totam terram illam de dominico noſtro in villa quæ dicitur *Riveria* juxta *Dovoriam*, quæ jacet in occidentali latere montis qui vocatur Spiltrindone, inter terram Prioris *Dovoriæ* & terram *Fulberti* de *Dovoria*, inter eaſdem terras claudens ſuam latitudinem; & quæ protenditur in longum à boſcho de Poltone uſq; ad viam quæ dicitur latinè *Alba-via* Anglicè White-weye, & ibi terminatur. Conceſſimus etiam eis & præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus Eccleſiam S. *Petri* de *Riveria*, quæ fuit de donatione anteceſſorum noſtrorum, cum omnibus pertinentiis ſuis, ut eis cedat in proprios uſus, ad ſuſtentationem ſuam & pauperum peregrinorum ibidem confluentium; Et quod præfati Canonici eandem Eccleſiam habeant & teneant in puram & perpetuam elemoſinam. (&c,) Conceſſimus etiam eis (&c.) Eccleſiam S. *Nicholai* de Porteſſade, quam habent de dono *Huberti* de *Burgo* Comitis *Kanc.* Juſticiarii *Angliæ*.

Conceſſimus etiam eis & præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus Eccleſiam S. *Clementis* de Leiſdone in *Scapeya*, cum omnibus pertinentiis ſuis, de donatione *Roberti Arſiche*, & conceſſione & confirmatione *Stephani* Archiepiſcopi *Cantuar*. Conceſſimus etiam (&c.) molendinum ſitum propè curiam Manerii de *Riveria* cum omnibus pertinentiis ſuis, & alias terras, quas habent ex venditione *Alani Corbel.* Conceſſimus etiam (&c.) terram quam habent ex donatione *Steph.* de *Polton* in villa de Polton, cum capella ejuſdem villæ; & duas acras terræ & dimid. quæ aliquando fuerunt *Brittuna* & *Malota* mulierum; & unam acram terræ juxta illos proximò jacentem; & totam terram quæ jacet ſub gardino eorum; & novem acras terræ & unam virgatam terræ jacentes in occidentali parte nemoris de Poltone, & unam acram terræ jacentem ſub eodem nemore in parte boriali; Et tenementa & homagia quæ *Walterus Parmetarius* & *Osbertus Swyſtth* tenuerunt, & campum qui dicitur Deltegæ & Sudholefeld, & Nordholefeld & Eldemede, & in Wemede, & Greneſale; & duas acras terræ jacentes in longum foſſati de Aldemede. De dono ejuſdem *Stephani* de *Poltone* tres acras quæ jacent ante portam prædictorum Canonicorum. Quare volumus (&c.)

Inſpeximus etiam Cartam, quam *Philippus* filius *Philippi* de *Columbariis* fecit præfatis Canonicis in hæc verba. Omnibus (&c.) *Philippus* de *Columbariis* filius *Philippi* de *Columbariis* æternam in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me intuitu Dei, & pro ſalute animæ meæ (&c.) conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, quantum ad me dominum fundi pertinet, Eccleſiam de Poſtlinges, cum omnibus ſuis pertinentiis Deo & Canonicis Eccclesiæ S. *Radegundis* de Bradeſole, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ad ſuſtentationem fratrum ibidem Deo famulantium, & pauperum & peregrinorum ad eos confluentium. (&c.) His teſtibus *Willelmo* de *Columbariis*, *Simone* Sacerdote de Stanford (&c.)

Inſpeximus inſuper Cartam quam *Henricus* de *Wengham* quondam Decanus S. *Martini London.* fecit Abb. & Conventui loci prædicti in hæc verba. Omnibus (&c.) *Henricus* de Wengham decanus S. *Martini London.* ſalutem in ſalutis auctore. Noverit univerſitas veſtra quod ego Eccleſiam S. *Radegundis* à meis parentibus pro parte fundatam & dotatam, & ejuſdem loci Abbatem & Conventum toto cordis affectu promovere deſiderans; nec non & eorundem reddituum & poſſeſſionum ampliationem affectans, Eccleſiam de Siberteſwald, ad meam donationem ſpectantem, divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & animarum Domini mei *Henrici* regis *Angliæ* illuſtris, & dominæ *Alianoræ* conſortis ſuæ, liberorumq; eorum; necnon parentum & benefactorum meorum dictis Abbati & Conventui ad ſuſtentationem unius Canonici de beata Virgine in dicta Abbatia ad totam vitam meam, & poſt obitum meum pro anima mea & dictorum Domini Regis, Reginæ, & liberorum ſuorum, ac parentum & benefactorum meorum imperpetuum divina celebrantis; & ad pitanciam Conventus die anniverſarii mei ſingulis annis in omnibus ibidem ſolempniter celebrandi; Ac etiam ad ſuſtentationem pauperum & hoſpitum ibidem confluentium dedi & conceſsi cum omnibus pertinentiis ſuis, quantum ad me pertinet, in proprios uſus, quietè & pacificè imperpetuum poſsidendum, (&c.) Dat. apud **Wodeſtoke** in Vigil. S. *Mildredæ* virginis, **A.** gratiæ *MCCLvii.*

Inſpeximus etiam Scriptum quitæ clamanciæ, quas *Hamo* de *Crevequer* fecit (&c.) Sciant (&c.) quod ego *Hamo* de *Crevequer* intuitu religionis, & pro ſalute animæ meæ, & animæ *Matildis* de *Aubriceis* uxoris meæ, & *Aliciæ* de *Crevequer*, & *Roberti* de *Crevequer* (&c.) quietum-clamavi pro me & hæredibus meis, **Abb.** & Conventui S. *Radegurdis* totum gardinum meum de **Alkam**, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ de **Alkam**, & Capellæ de **Maurigge** ad dictam Eccleſiam de **Alkam** ſpectantis; Tenendum (&c.) in liberam (&c.) elemoſinam (&c.) Hiis teſtibus, dominis *Nicholao* de *Lenham*, domino *Henrico* de *Everinge.* (&c.) Nos autem (&c.) confirmamus. (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* ſecundo die *Febr.*

PRIORATUS

de **Kime** *in agro* Lincolnienſis:

Kyme *Prioratus Ord. S.* Auguſtini.

Lel. Col. Vol. 1. p. 86.

P*Hilippus* de *Kyme* miles, primus Fundator, S*imon* de *Kyme* filius *Philippi*. Modernus Fundator dominus *Talcboiſe.*

Ex Rot. Hundr. de anno 3. E. 1. Linc.

—— Item Prior de *Kyma* tenet duas carucatas terræ in **Thorpe**, quæ valent per annum *iiii l.* Et tenet eas de *Philippo* de *Kyme* per ſervicium *xl.* denariorum per annum ad auxilium Vicecomitis. Et prædictus Prior venit & dicit, quod ipſe feoffatur de anteceſſoribus *Philippi* de *Kyme* in puram & perpetuam elemoſinam, per Cartam & Cyrographum, quæ oſtendit in Curia, quæ hæc teſtantur.

Item dicunt, quod Prior de *Kyma* tenet duas bovatas terræ cum pertinentiis, in **Billingeie**, quæ valent per annum *xii*s. de quibus elemoſinantur *xxx.* annis elapſis, de dono *Petri* de *Billingeye* (&c.)

PRIORATUS

de **Butley** *in* Suffolcia.

Carta Ranulphi *de* Glanvilla *de diverſis Eccleſiis & terris Canonicis de* **Butley** *facta.*

Ex cod. Ms. in bibl. Collegii *Corp. Chriſti Cantabr.* [Miſcel. G.] p. 261.

SCiant, tam præſentes quàm poſteri, quod Ego *Ranulphus* de *Glanvilla* dedi & conceſſi & præſenti Cartâ confirmavi Deo & Sanctæ *Mariæ* de *Buteleia*, & Canonicis regularibus, quos ibidem conſtitui, quiq; in perpetuum ſubſtituendi ſunt regulariter Deo ſervituri Eccleſiam de *Buteleiâ*, & Eccleſiam de *Capella*, & Eccleſiam de *Baudreſheia*; & Eccleſiam de *Benhalleia*; & Eccelſiam de **Fareham**; & Eccleſiam de *Wauteſdenia*; & quartam partem Eccleſiæ de **Glemham**, quam *Robertus* Præsbyter tenuit, cum univerſis ad eaſdem Eccleſias pertinentibus, quantum eſt meum concedere, & hæredum & ſucceſſorum meorum, Et totam terram de *Reileia*; & totam terram quæ fuit *Rogeri Fileoli* in *Buteleia*, & terram quæ fuit *Ernaldi* Presbyteri in *Buteleia*, tenendas in liberam & puram & perpetuam elemoſynam, ad ſuſtentandos eoſdem Canonicos imperpetuum, pro ſalute mea, & uxoris meæ & natorum meorum; & pro animabus patrum & matrum noſtrorum, & Dominorum & amicorum meorum, hæredum & ſucceſſorum parentum & minorum, & omnium fidelium viventium ſeu defunctorum. Hanc autem donationem feci in præſentia Domini *Willielmi Norwicenſis* Epiſcopi, & ſub ejus teſtimonio; præſente uxore mea & conſentiente & confirmante; & ſubſcriptis hiis teſtibus, *Willielmo* Archi-Diacono, Magiſtro *Stephano*, Magiſtro *Rogero*, Scriptore Epiſcopi, *Hamiddo*, Magiſtro *Stangrimo*, Magiſtro *Nicolao*, Magiſtro *Roberto* de *Wacſtuneſham*, *Oſberto* Clerico de *Baldreſeie*, *Roberto* de *Walmues*, *Radulpho* de *Valmues*, *Oſberto* de *Glanvil*, *Gilberto* de *Colevile*, *Gerardo* de *Glanvile*, *Rem.* de *Wacſt.* *Willielmo* de *Sterneſeld*, *Willielmo* de *Hereford*, *Roberto* filio *Rocelni*, *Ranulfo* filio *Nigelli*, *Ermeg.* fil. *Oſberti*, *Roberto* fil. *Willielmi*, *Willielmo* fil. *Gileberti*, *Galfrido* de *Muriols*, *Ricardo* de *Riebos*, *Ranulfo* de *Baudreſeie*, *Herveo* de *Glanvile*, *Savari* de *Valeines*, & plures multi.

Carta Ranulfi *de* Glanvil *de terris in* **Wingfeld** *& Sikebroc.*

Ex autographo in bibl. *Deuveſiana.*

H*Erveus Walterus*, omnibus amicis & hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis*, tam præſentibus quàm futuris, ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Buthele*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ & *Matildis* ſponſæ meæ, & filiorum noſtrorum; & pro ſalute animæ *Ranulfi* de *Glanvill*, & *Bertæ* ſponſæ ſuæ & filiorum ſuorum, & pro ſalute omnium Anteceſſorum & parentum & amicorum noſtrorum, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, totum feodum meum in **Wyngfeild**, in humagiis & redditibus & in omnibus aliis rebus, & totum feodum in **Sikebroc**, quod *Oudin* tenuit de me. Et totum feodum meum in **Iſtede**, quod *Godefridus* tenuit de me. Quare volo & concedo, quod prædicti Canonici habeant & teneant prænominata feoda benè & in pace integrè & quietè & abſolutè ab omni ſeculari ſervicio, ſicut puram & perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus, *Willielmo* de *Albervilla*, *Willielmo* de *Valoniis*, *Stephano* de *Glamvill*; *Teobaldo* de *Valoniis*, *Roberto* de *Valoniis*, *Willielmo* de *Chamvilla*, *Petro*, *Waltero*, *Roberto* filio *Rocelini*. *Rannulfo* de *Baldr.* *Galfrido* de *Ikeling*, *Roberto* de *Blanchevilla*, *Willielmo* de *Glamvilla* Clerico, & filiis meis *Huberto*, *Waltero*, & *Rogero* & *Hamone*.

De advocatione Eccleſiæ de Uppetona *data per Ranulphum de Glanville, Canonicis de* **Butley.**

Cart, Antiq. P. n. 32.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis me ad petitionem *Ranulfi* de *Glanvill* conceſſiſſe, & præſenti Cârta confirmâſſe *Reinero* de *Wirtoneſham*, & hæredibus ſuis, Manerium de *Uppetona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, quod ego dedi prædicto *Ranulfo*, & hæredibus ſuis, pro ſervitio ſuo, & idem *Ranulfus* dedit & Cartâ ſuâ confirmavit prædicto *Reynero*, tenendum ſibi, & hæredibus ſuis, de eodem *Ranulfo*, & hæredibus ſuis, per ſervitium feodi dimidii militis, cum omnibus pertinentiis ſuis, exceptâ Eccleſiâ ejuſdem villæ, & ejus præſentatione, quam prædictus *Ranulfus*, dedit Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Buttelia*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam elemoſinam. Quare volo, (&c.)

Teſtibus *Hugone Murdach*, *Johanne Cummin*, *Bertramo* de *Verdune*, *Michaele Belet*, *Willielmo* de *Bend.* *Hugone* de *Creſcey*, *Roberto* filio *Bernardi*, apud *Pontemfractum*.

Progenies Ranulphi *de* Glanville, *domus de* **Buttele** *fundatoris*.

Ex Collectaneis *Rob. Gloveri*, quondam *Somerſet* Heraldi.

MEmorandum quod *Ranulphus* de *Glanville*, quondam Juſticiarius *Angliæ*, & Fundator domus de **Buttele** (quæ fundata erat anno Regni Regis *Henrici*, filii Imperatricis, *xvii.* & anno Domini *MCLxxi.* quo anno *Thomas Cantuarienſis* erat occiſus) naſcebatur in villa de **Stratford**, & habuit Manerium de **Benhall**, cum toto dominio, ex dono dicti Regis *Henrici*; & duxit in uxorem quandam *Bertam* filiam Domini *Theobaldi* de *Valoniis* ſenioris, Domini de **Perham**: Qui *Theobaldus* dedit dicto *Ranulpho* & *Bertæ* uxori ſuæ, totam terram de **Brochous** cum pertinentiis, in qua domus de **Buttele** ſita eſt, cum aliis terris & tenementis, ut patet in Charta dicti *Ranulphi*, in libero maritagio.

Prædictus verò *Ranulphus* procreavit de dicta *Berta*, tres filias, *viz.* *Matildem*, *Amabillam*, & *Helwiſiam*, quibus dedit terram ſuam ante progreſſum ſuum verſùs terram ſanctam. *Matildis* prima ſoror, habuit ex dono patris ſui, totam villam de **Benhal** integraliter, unà cum advocatione Eccleſiæ ſive Monaſterii beatæ *Mariæ* de **Buttele**, & nupſit cuidam militi nomine *Gulielmo* de *Aubervil*, de quibus etiam proceſſit *Hugo* de *Aubervil*: De ipſo *Hugone Willielmus* de *Aubervil*, qui filius & hæres vendicavit advocationem domus de **Buttele**, & Conventus reſtitit ei ad portas. Prædictus verò *Willielmus*, poſtea per concordiam, quietum clamavit liberè & pacificè, ab omni ſervicio, dictam Advocationem Priori & Conventui imperpetuum; ita quod vacante Eccleſia de **Buttele**, nullus cuſtos ibidem apponeretur, ut patet per factum ſuum.

De ipſo *Willielmo*, proceſſit quædam *Johanna*, filia unica & hæres, quæ nupſit cuidam militi de *Cancia*, nomine *Nicholao Kyriel*; qui procreavit ex ea filium, nomine Dominum *Nicholaum Kyriel*, qui duxit in uxorem *Margaretam* filiam Domini *Galfridi Pecche*: Et ille *Nicholaus* vendidit Domino *Guidoni Ferr.* dictum manerium de **Benhall**. Et tamen ille *Nicholaus* de uxore ſua, genuit alium Dominum *Nicholaum*, militem in *Cancia*, qui vixit ante primam peſtilentiam. Ipſe autem *Guido* talliavit dictum Manerium, in curia Regis apud *Weſtmonaſterium*, in craſtino *Aſcenſionis* Domini, anno Regni Regis *Edwardi*, filii *Edwardi*, primo, ſibi & *Alianoræ* uxori ſuæ, & hæredibus de ſe exeuntibus, quod, ſi ſine hærede decederent, remaneret *Simoni* de la *Borde* & hæredibus de ſe exeuntibus: Et ſi ipſe *Simon*, ſine hæredibus decederet, remaneret *Willielmo* de S. *Quintino* & hæredibus ſuis: Ipſo tamen *Guidone*, ſine hæredibus mortuo, Dominus Rex conceſſit dictum Manerium Domino *Roberto* de *Ufford* Comiti *Suffolciæ*.

Amabilla, ſecunda ſoror, habuit ex dono patris ſui, medietatem villæ de **Baudeſeye** & medietatem villæ de **Finbergh**. *Amabilla* prædicta habuit virum, nomine *Radulphum* de *Ardern*, de quo proceſſit *Thomas* de *Ardern* filius & hæres. De *Thoma Radulphus* filius & hæres, qui feoffavit Priorem & Conventum de **Buttele** de medietate villæ de **Baudeſeye**. De prædicto *Radulpho* proceſſit quidam *Thomas* de *Ardern*, filius & hæres, qui feoffavit quendam *Hugonem* de *Culeſworth* de medietate villæ de **Finbergh** prædicta: Qui quidem *Hugo* dictos Priorem & Conventum de dicta medietate villæ de **Finbergh** feoffavit; quam medietatem prædictus *Thomas*, dicti *Hugonis* feoffator, prædictis Priori & Conventui quietum clamavit.

Helwiſa tertia ſororum, habuit ex dono patris ſui, aliam medietatem villæ de Baudeſeye prædicta, & aliam medietatem villæ de Finbergh prædicta. *Helwiſa* prædicta habuit virum, nomine *Robertum* filium *Roberti*; de quo proceſſit *Radulphus* filius & hæres, qui feoffavit *Warinum* de *Inſula* de medietate prædictæ villæ de Finbergh. De *Radulpho* proceſſit *Robertus* filius & hæres, qui feoffavit *Ranulphum* fratrem ſuum de medietate villæ de Bandeſey, quam nunc Comes *Suffolciæ* tenet in Baudeſeye.

PRIORATUS

de Novo-loco juxta Guildeford *in agro* Surregienſi.

Carta Regis *Edwardi* ſecundi, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.

Cart. 14. E.2.n.26.

Rex Archiepiſcopis &c. Salutem. Inſpeximus Cartam confirmationis quam celebris memoriæ Dominus Henricus *quondam Rex* Angliæ *avus noſter fecit Priori & Canonicis de* Novoloco *in hæc verba.* Henricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dominus* Hiberniæ (&c.) *Inſpeximus Cartam quam* Rualdus *de* Calva *&* Beatrix *uxor ejus fecerunt Priori & Canonicis de* Novo-loco *in hæc verba.* Sciant præſentes & futuri, quod ego *Rualdus* de *Calva* & *Beatrix* uxor mea, de aſſenſu & voluntate *Willielmi Malbanc* hæredis noſtri, pro ſalute animarum noſtrarum & omnium Anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum dedimus & conceſſimus Deo & beatæ *Mariæ* & beato Martiri *Thomæ*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, in liberam & perpetuam elemoſinam, terram quæ dicitur *Hamma* de Pappeworth, cum omnibus ad eam pertinentibus quæ in noſtro habuimus dominio, in terris *viz*, boſcis, aquis, & molendinis, piſcariis, moris ad conſtruendum ibidem Eccleſiam in honore beatæ *Mariæ* Virginis & glorioſi Martiris *Thomæ* in loco qui dicitur Aldebury; & dimidiam hidam terræ, quæ eſt extra *Hammam* quæ dicitur Forde, cum omnibus ſuis pertinentiis, & parvam croftam, quæ eſt inter terram *Hugonis Fiolatoris*, & *Hagenildæ* viduæ, & terram quæ fuit *Roberti* de *Kenom*, cum omnibus ſuis pertinentiis, Et ad incrementum tantum terræ ab auſtro collateraliter adjacentis, quantum ſufficit ad unam carucatam terræ. Has itaq; terras prænominats dedimus & conceſſimus prædictæ Eccleſiæ ab omni ſervicio ſeculari liberas & quietas.

Præterea dedimus & conceſſimus eidem Eccleſiæ & ejuſdem Eccleſiæ Canonicis Eccleſiam de Sandes, cum oratorio de *Ripelia*, cum omnibus aliis ad eandem Eccleſiam pertinentibus; & Eccleſiam de *Septona*, cum Capella de Snodinton, & cum omnibus ſuis pertinentiis. Hoc autem volumus & ſtatuimus ne prædicta Eccleſia ullo unquam tempore alicui domui ſubjaceat religioſæ; ſet propria ſemper gaudeat libertate. Et ut hæc noſtra pia donatio & conceſſio firma & ſtabilis permaneat, eam præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus & ſigillo noſtro communivimus, Hiis teſtibus, *Odone* de *Dammartyn*, *Johanne* Chap. *Matheo* de *Beyvill*, *Hereberto* de *Haldham*.

Inſpeximus etiam Cartam quam Beatrix *quæ fuit uxor* Rualdi *de* Calva *fecit eiſdem Priori & Canonicis in hæc verba.* Sciant præſentes & futuri, quod ego *Beatrix* quæ fui uxor *Rualdi* de *Calva* poſt mortem ejus in ligia poteſtate mea, de voluntate & aſſenſu *Willelmi Malbanc* hæredis noſtri, pro ſalute animarum noſtrarum & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum dedi & conceſſi Deo & beatæ *Mariæ* & beato Martiri *Thomæ* & Canonicis in loco, qui dicitur Aldeburi Deo ſervientibus & ſervituris in liberam & perpetuam elemoſinam, terram quæ dicitur *Hamma* de Pappeworth, &c. ſicut in Carta *Rualdi* de *Calva*.

Inſpeximus etiam Cartam quam Robertus *de* Tregoz *fecit eiſdem Priori & Canonicis in hæc verba.* Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Robertus* de *Treſgoz* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra me gratam & ratam habere & confirmare fundationem & conſtructionem religioſæ domus Canonicorum regularium factam in honore beatæ *Mariæ* Virginis & S. *Thomæ* Martiris in loco quæ dicitur Aldeburi in Manerio de Sandes; gratas etiam & ratas habeo & confirmo donationes & conceſſiones quas *Beatrix* de *Sandes* in ligia poteſtate ſua & in viduitate ſua dedit & conceſſit Canonicis in prædicto loco ſervientibus & imperpetuum ſervituris; *viz.* de Eccleſia de Sandes, cum oratorio de Rippelle, & cum omnibus aliis ad eandem Eccleſiam pertinentibus, & de Eccleſia de Septon cum Capella de Snodington, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis; & de terra quæ dicitur *Hamma* de Pappworth, cum pertinentiis ſuis; & de dimidia hida terræ, quæ eſt extra *Hammam*, quæ dicitur Forde, cum ſuis pertinentiis, & parvam croftam quæ eſt inter terram *Hugonis Fiolatoris* & *Hagenildæ* viduæ, & de terra quæ fuit *Roberti Kenemon* cum ſuis pertinentiis; & de incremento tanto terræ quantum ſufficit ad unam carucatam terræ, ſicut in Carta prædictæ *Beatricis*, quam prædicti Canonici inde habent, plenius continetur. Confirmo etiam prænominatis Canonicis terram quæ fuit *Ingulfi*, quam *Will. Maubank* eis dedit & conceſſit, ſicut in Carta ſua continetur. Quare volo (&c.)

Inſpeximus etiam Cartam quam Godefr. *quondam* Wynton *Epiſc. fecit eiſdem Priori & Canonicis in hæc verba. Godefr.* Dei gratia *Wynton. Epiſc.* univerſis (&c.) Ad univerſitacis veſtræ notitiam volumus pervenire, nos pio caritatis intuitu conceſſiſſe & dediſſe *Johanni* Priori de **Aldebiri** in **Sandes**, & Canonicis regularibus ibidem Deo & glorioſæ Virgini *Maria* & beato Martiri *Thoma* ſervientibus & ſervituris pro ſalute animæ noſtræ, & animarum prædeceſſorum noſtrorum Epiſcoporum *Wynton*, & pro ſalute animarum Regum *Anglia*, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, (&c.) totam terram de **Redecumbe**, quæ pertinebat ad manerium noſtrum de **Menes**, quæ reddere ſolebat centum ſolidos, cum boſco & plano, pratis & paſcuis (&c.) Hiis teſtibus, *Rogero Wint.* & Amico Sur. Archidiaconis (&c.)

Inſpeximus etiam Cartam quam Andreas Bukerel *filius* Andreæ Bukerel, *quondam Civis* London. *fecit eiſdem Priori & Canonicis in hac verba.* Sciant præſentes & futuri, quod ego *Andreas Bukerel* filius *Andrea Bukerel*, Civis *London.* pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dedi, conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Maria* & S. *Thoma* martiris de *Novo loco* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, in puram & perpetuam elemoſinam, totum Manerium meum de **Weſthedefunte**, in Com. *Mid.* cum tota nova adquiſitione mea in parochia de **Stanewell**, cum omnibus ad ea pertinentibus in homagiis & hominum ſerviciis, in domibus & redditibus, in boſco & plano(&c.)in terris & in aquis, in pratis & paſturis & viis & ſemitis & omnibus aliis libertatibus & liberis conſuetudinibus & rebus cunctis nominatis & non nominatis ad dictas terras pertinentibus, & cum dominii jure, quod ego vel hæredes mei habuimus vel habere poterimus in dictis terris de **Weſthedefunte** & de **Stanswell** & earum. Habenda & tenenda (&c.) liberè (&c.) imperpetuum (&c.) Hiis teſtibus, *Ricardo Rengeri*, *Stephano Bukerel* fratre meo (&c.)

Inſpeximus etiam Cartam, quam Thomas *de* Hertimere *fecit eiſdem Priori & Canonicis in hac verba.* Sciant (&c.) quod ego *Thomas* de *Hertmere* in ligia poteſtate mea pro ſalute animæ meæ (&c.) dedi, conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Maria* & S. *Thoma* Martiris de *Novo loco*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, in liberam & perpetuam elemoſinam, totum Manerium meum de **Hertemere**, cum toto redditu quem habui apud **Haſhhurſt**, in parochia de **Wyclye**; & etiam cum toto redditu quem habui ſub **Guldedonne** ex parte aquilonari, apud **Putlonde** in parochia de **Cumpton**, ſine aliquo retenemento mei vel hæredum meorum imperpetuum, *viz.* in terris, boſcis & planis (&c.) Vivariis in mariſcis & piſcariis, in gardinis & virgultis, in haiis, viis & ſemitis, in homagiis & ſerviciis liberorum hominum & villanorum, in releviis & herietis, in advocationibus Eccleſiarum & Capellarum cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis nominatis, & non nominatis & cum omni jure & clamio quod ad me vel hæredes aliquo modo vel aliquo tempore accidere vel evenire poterit, Habenda & tenenda dictis Canonicis & Eccleſiæ ſuæ de *Novo loco* totum prædictum Manerium de **Hertmere** (&c.) ut liberam & perpetuam elemoſinam ſolutam & quietam ab omni ſeculari ſervicio ad me vel ad hæredes meos imperpetuum pertinente; faciendo inde Domino *Willielmo* de *Windeſore*, & hæredibus ſuis ſervicium debitum & conſuetum, ſcilicet quantum pertinet ad feodum unius militis: Et faciendo inde eidem Domino *Will.* & hæredibus ſuis wardam ad Caſtrum de **Windeſore**; *viz.* ſemper per viginti quatuor ſeptimanas dimidiam marcam, pro omnibus ſerviciis (&c.) Hiis teſtibus, Domino *Hug.* de *Windeſore*, Domino *Johanne Abertum* (&c.)

Inſpeximus etiam Cartam quam Radulphus *de* Treyere, *&* Alicia *uxor ejus fecerunt eiſdem Priori & Conventui in hac verba.* Sciant præſentes & futuri quod ego *Rad.* de *Treyere* Civis *London.* & *Alicia* uxor mea dedimus (&c.) Deo & Eccleſiæ S. *Maria* & S. *Thoma* Martiris de *Novo loco* in *Surreia* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus (&c.) totam terram noſtram, (&c.) quæ habuimus in Manerio de **Burnham**, & **Kirkeſheye**, cum libero introitu & exitu integre (&c.) ut liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Reddendo inde annuatim hæredibus *Walteri* filii *Roberti* unum calcar ſiniſtrum, vel tres denarios ad Paſcha, & unum denarium per annum qui vocatur *Wardepni*, & *Will.* de *Wekingdun* & hæredibus ſuis per annum duos ſolidos; & *Galfrido* de *Boſco* & hæredibus ſuis annuatim unum clavum gariofili, & *Roberto* de *Clantilupo* & hæredibus ſuis annuatim octo denarios, & *Thoma* de *Andevill* & hæredibus ſuis annuatim duos denarios, & *Waltero* filio *Bernardi* & hæredibus ſuis annuatim quatuor denarios pro omnibus ſecularibus ſerviciis (&c.) Dat. *London.* die *Veneris* prox. poſt feſtum S. *Laur.* anno Regni Regis *Henr.* filii Regis *Joh.* quadrageſimo quarto. Nos autem prædictas donationes & conceſſiones ratas habentes & gratas eas (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* xii. *Nov.*

44. H. 3.

PRI-

PRIORATUS de **Berliz** *in agro* **Sumerſetenſi.**

Carta Regis Edwardi *tertii, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 13. E. 3. m. 3. n. 7.

REx Archiepiſc. (&c.) Salutem. Inſpeximus Cartam claræ memoriæ Domini *H.* dudum Regis *Angliæ* progenitoris noſtri, in hæc verba. *Henr.* Dei gratia Rex *Angl.* Dominus *H.berniæ*, & Dux. *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ, & animabus anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe & hâc Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sancti *Nicholai* de **Berliz**, & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas, eis rationabiliter factas; videlicet ex dono *Matildis* de *Say* molendinum ſuum molarem de **Hertford**, cum tota ſecta & cum omnibus conſuetudinibus, quas homines ſui de **Brunlond** ſolent facere prædicto molendino, & eciam in tali ſtatu in quo fuit quando eis dedit molendinum prædictum. Et totum curſum aquarum à vado, quod dicitur **Alreford**, uſque ad pontem qui eſt inter duos molendinos. Et totam terram quæ eſt inter illas aquas & extra, à via quæ vocatur **Wodeway** uſque in viam quæ dicitur **Puleway**, ad emendationem & ſuſtentacionem ſtagni. Ex dono ejuſdem *Matildis* Eccleſiam de **Bruneton**, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et decimam expenſæ ſuæ in pane & Coquina; & decimam coreorum omnium animalium ſilveſtrium; & quicquid *Will.* de *Say* pater ſuus eis rationabiliter dedit & Cartâ ſuâ confirmavit in terris & Eccleſiis, & decimis, & in omnibus aliis rebus, ſicut Carta prædicti *Willielmi* de *Say* patris ſui eis teſtatur. Ex dono ejuſdem *Maltildis* communem paſturam per totam terram ſuam de **Brunlond**, ad omnia genera pecorum; & liberum introitum, & liberum exitum in nemore ſuo de *Berlico*, & paſturam in eodem nemore prædictis Canonicis & hominibus ſuis omnibus ad omnia genera pecorum. Ex dono ejuſdem *Matildis* totam terram quam *Will. Norman* tenuit de eadem in Manerio ſuo de **Brunton** per Cartam & omnes nativos ejuſdem terræ, cum ſequela ſua; ſcilicet terram de **Durham**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono ejuſdem *Matildis* totam terram quam *Will. Scot* tenuit de ea in Manerio ſuo de **Brunton** per Cartam; & totum ſervicium quod prædictus *Willelmus Scot* & hæredes ſui debuerunt ſibi facere & hæredibus ſuis de prædicta terra; & quicquid idem *Willielmus Scot* prædictis Canonicis dedit & rationabiliter dare potuit & eis Cartâ ſuâ confirmavit, in terris & omnibus aliis rebus. Ex dono *Johannæ* de *Ferrariis* totam terram quam *Joh. Foreſtarius* eis dedit in **Wlfletecot**, & Cartâ ſuâ confirmavit, ſalvis decem ſolidis ſibi & hæredibus ſuis annuatim ſolvendis, & regali ſervicio quantum pertinet ad tantundem terræ in eadem villa. Ex dono ejuſdem *Johannæ* talem ac tantam libertatem, quod ſi contingat homines ſive tenentes memoratæ Eccleſiæ ſancti *Nicholai*, in Curia ſua ſeu hæredum ſuorum implacitari pro aſſiſa cerviſiæ, vel pro aliqua quacumq; cauſa, ita quod cadant in miſericordias, quod ſupradicti Canonici & eorum ſucceſſores imperpetuum capiant & habeant omnes fines & miſericordias omnium hominum ſuorum quos habuerint infra Manerium de **Brunlond**. Ex dono ejuſdem *Johannæ* totam montanam de **Uptone**, cum pertinentiis, quæ fuit dominicum ſuum, prout metæ diviſæ dividunt, circumdant, & proportant. Ex dono ejudem *Johannæ* totam terram de **Broford**, & ſ de **Sydeham**; videlicet duos ferlingos terræ in **Broford**, & unum ferlingum terræ in **Sydeham**, cum omnibus ſuis pertinentiis: Et unam clawam terræ, quæ jacet inter terram de la **Wycherewe** & magnam ſtratam quæ ſe extendit de la **Wlfcroſs** verſùs **Chalmebrigg**. Ex dono ejuſdem *Johannæ* totam terram montanæ de **Blakedone**, quæ jacet in occidente viæ, quæ venit de **Wlfletecote**, & extendit uſq; **Blakedoneſgate**. Ex dono ejuſdem *Johannæ* omnes terras, redditus, libertates, & poſſeſſiones, quas anteceſſores ſui dictis Canonicis in Manerio de **Brunlond** dederunt, & omnes terras, redditus, libertates, & poſſeſſiones, habitas & habendas, quas iidem Canonici habent vel habebunt in dicto manerio de dono aliorum liberorum de dicto Manerio tenentium. Ex dono ejuſdem *Johannæ* redditum novem ſolidorum, quem *Walterus Cridel* & hæredes ſui ſibi & hæredibus ſuis annuatim reddere debuerunt pro terra quam tenent in **Wlfletecote, & Blakedone**, & **[illegible]**, & redditum quinq; ſolidorum, quem *Rogerus Cridel* & hæredes ſui ſibi & hæredibus ſuis annuatim reddere debuerunt pro terris quas idem *Rogerus Cridel* tenet in **Wlfletecote** & **Blakedone**: Et quatuor ſolidatas redditus de tenementis quod *Will.* de la *Fenne* de ea tenuit in la **Fenne**. Et duas ſolidatas annui redditus de terra quæ fuit *Wil.* de *Burton* in **Uppeton**, & totum jus & clamium quod ipſa vel aliquis hæredum ſuorum habere potuerunt in dictis tenementis, & totum ſervicium hominum prædictorum, & hæredum ſuorum. Ex dono ejuſdem *Joh.* totum nemus cum tota gleba quod eſt in plano ſubtus montem alti nemoris de **Berlic** ex parte occidentis. Ex dono ejuſdem *Joh.* totum ſervicium & redditum quod *Will.* quondam Vicarius de **Brunton** ſibi debuit pro uno ferlingo terræ cum ſuis pertinentiis in **[illegible] ſhangre**, & unum pratum quod jacet inter terram de **Radeſhangre** & **Blakedone**, quod dictus *Willielmus* de ea tenuit, & unam clawam terræ cum pertinentiis, quam *Robertus* de *Radeſhangre* de ea tenuit, & totam terram quam *Robertus* de *Greneſlad* & *Henr.* de *Langeſdon* de ea tenuerunt in monte de **Uppetone**; & totam terram cum ſuis pertinentiis quam *Joh. Foreſtarius* de ea tenuit in **Pirihant** & extra. Ex dono ejuſdem *Johanna* decem ſolidatas annui redditus de tenementis quæ de ea tenuit quondam *Robertus* de *Wlſletecote* in **Wlſletecote**; & totum ſervicium cum pertinentiis, quod idem *Robertus* ſibi facere conſuevit pro memoratis tenementis, pro quibus ſolvit dictos decem ſol. per annum. Ex dono ejuſdem *Johanna* duas ferlingatas terræ cum pertinentiis in **Brunlond**, quas *Will.* de *Liddon* quondam tenuit in **Sywyll**. Ex dono ejuſdem *Johanna* totam terram ſimul cum redditu, quam *Robertus* de *Radeſhangre* tenuit de ea in **Radeſhangre**, per Cartam; & totam terram, quam *Jordanus* de *Wlſletecote* tenuit de ea, ſcilicet dimidium ferlingum in **Wlſletecote**; & alium dimidium ferlingum in **Blakedon**, & totam terram quam *Ric. K chenoch* de ea tenuit in **Wlſletecote**, ſimul cum redditu ſuo. Ex dono *Johannis* de *Averenges* totum ſervicium *Will.* de *Uppetone* & hæredum ſuorum, quod ſibi & hæredibus ſuis facere debuerunt; videlicet quinq; ſolidos annuos, & totum aliud ſervicium, tam in Wardis quàm releviis, & omnibus aliis eſcaetis, quæ ſibi vel hæredibus ſuis de ipſo *Willielmo* vel hæredum ſuorum accidere poterunt. Ex dono ejuſdem *Johanna* totam terram quam *Will.* le *Draper* & *Chriſtina* vidua, & *Robertus Bulewrot* de eo tenuerunt in le **Fenne** cum omnibus pertinentiis. Et totam terrram de *Hinddiſite*, cum omnibus pertinentiis. Ex dono ejuſdem *Johannis* totam terram de **Cubeſheford** cum omnibus ſuis pertinentiis, & totam terram cum omnibus ſuis pertinentiis, quam habuit in **Hertford**, excepto molendino Fullonico cum hominibus ibidem manentibus, tam liberis quàm villanis; & totum ſervicium *Nicholai* de *Wlſletecote* & hæredum ſuorum, quod ſibi facere debuerunt pro terra de **Hurteneſcumbe**; & unam clawam terræ cum omnibus ſuis pertinentiis, quam *Malina* aliquando tenuit, quæ videlicet jacet ſubtus gardinum Eccleſiæ de **Brunton**. Ex dono ejuſdem *Johanna* totam terram de **Shortecumbe**, cum omnibus ſuis pertinentiis, & totam terram de **Swetewyll**, cum omnibus ſuis pertinentiis; & totam terram de la **Hille**, cum omnibus ſuis pertinentiis; & totam terram quam *Petrus* de *Chymmeworth* aliquando tenuit in *Chymmeworth*, cum omnibus ſuis pertinentiis; & totam terram de *la* **Eldlond** cum ſuis pertinentiis; & totum ſervicium, quod *Johannes* de *Smalemora* ſibi debuit pro terra quam de eo tenuit in **Cumbeſhened**. Ex dono ejuſdem *Johanna* totam terram quam *Henr.* de *Stoford*, de eo tenuit in **Stoford**, cum ſuis pertinentiis; Et totam terram quam *Tho.* de *Stoford* de eo tenuit in **Stoford** cum ſuis pertinentiis. Et totam terram quam *Galfridus Cridel* & *Walterus* de *Chureworth* de eo tenuerunt in **Chumeworth**, cum ſuis pertinentiis. Et totam terram de **Fuere-Chumeworth** cum ſuis pertinentiis. Et totam terram de **Berlichford** cum ſuis pertinentiis: Et totam terram quam *Rob.* de *Hycumbe* de eo tenuit in **Hycumbe** cum ſuis pertinentiis: Et totam terram quam *Roh.* de *Bremdon* de eo tenuit in **Bremdon** cum ſuis pertinentiis. Ex dono ejuſdem *Johanna* totam terram de **Kinesburi**, & totam terram de la **Heg.** & totam terram de la **P ile**, & totam terram de **Suthgreneſlade**, & totam terram de **Blencheſlade**; & totam terram de **Northgreneſlade**. Ex dono ejuſdem *Johanna* totam terram ſuam de **Suthlangedone**, cum omnibus ſuis pertinentiis; & totam terram, quam *Adam Chapman* tenuit in *la* **Fenne**. Et totam terram quam *Johannes* de *la Fenne* tenuit in eadem villa, & totam terram quam *Henricus* tenuit in eadem villa, cum omnibus ſuis pertinentiis. Ex conceſſione ejuſdem *Johannis* omnes donationes, rationabiles conceſſiones, & libertates, quas *Johanna* de *Ferraris* mater ſua dedit & conceſſi: ſive confirmavit eiſdem, ſcilicet in terris, aquis, boſcis, pratis, & molendinis, & exitibus ac quibuſcumq; rebus aliis, & libertatibus, ſicut in inſtrumeutis ſuis pleniùs continetur. Ex dono *Galfridi* de *Buveneye* totam terram de **Cathangre**, quæ eſt in Manerio de **Stokes**, cum omnibus ſuis pertinentiis; quam ſcilicet *Alicia* de *Curcy* in ſua viduitate & legali poteſtate dedit & conceſſit, & ſuâ Cartâ confirmavit *Ricardo* fil. *Hugonis* de *Buveneye*, fratri ſuo, pro homagio & ſervicio ſuo; ſcilicet totam terram illam quam *Godefridus Præpoſitus* tenuit; & terram quam *Galfridus Duning* tenuit, & terram de **Brech.** & terram quam *Rog.*....*Rogeri* tenuit; & terram quam *Matildis* vidua tenuit; & boſcum qui appellatur **Swynhangre**, cum ſuis pertinentiis. Ex dono *Luce* de *Feskeford* totam terram ſuam de **Feskeford**, cum omnibus ſuis pertinentiis. Ex dono *Ricardi* de *Turbervill* totam planam terram quæ jacet ſubtus pedem montis de **Crecliue**, & extendit ſe in longitudinem à nemore *Roberti* de *Stockham* uſq; ad nemus quod fuit *Roberti* de *Hel.* Quare volumus (&) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* viceſimo die *Octobris* anno Regni noſtri quadrageſimo. Inſpeximus etiam quandam aliam Cartam ejuſdem progenitoris noſtri in hæc verba; *Henr.* Dei gratia Rex Angl. (&c.) Omnes donationes, conceſſiones, & confirmationes, quas *Matildis* de *Say*, *Johanna* de *Ferrariis*, *Johannes* de *Averenches*, *Reginaldus* de *Moyun*, *Lucas* de *Felkeford*, & *Galfridus* de *Boveneye* fecerunt Priori & Conventui de **Berlyz** de terris, redditibus, tenementis, & libertatibus in Com. **Somerſet**, & *Devon.* ratas habentes & gratas eas prædictis Priori & Conventui pro nobis & hæredibus noſtris imperpetuum concedimus & confirmamus, ſicut Cartæ prædictorum donatorum & patronorum, quas dicti Prior & Conventus indè habent, rationabiliter reſtantur. Hiis teſtibus *R.* de *Clare* Comite *Glouc.* & **Hertford** (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* viceſimo die *Octobris* Anno Regni noſtri quadrageſimo. Nos autem donationes, conceſſiones, & confirmationes prædictas;

necnon donationem, conceſſionem, & confirmationem quas *Iſolda* nuper Abbatiſſa de **Godeſtowe**, & ejuſdem loci Conventus, per ſcriptum ſuum fecerunt præfatis Priori & Conventui, de tota terra quam præfati Abbatiſſa & Conventus habuerunt in **Swyrigg & Grymeſhegh**, in manerio de *Morba*, cum omnibus villanis & eorum ſequelis, redditibus, ſerviciis, eſcaetis, & omnibus aliis pertinentiis quibuſcumq;. Donationem etiam conceſſionem, & confirmationem, quas *Reginaldus* de *Mohun* per ſcriptum ſuum fecit præfatis Canonicis de **Parnneleke**, cum advocatione Eccleſiæ ipſius manerii, & cum molendinis & omnibus aliis pertinentiis ſuis & acquietatione relevii de eodem manerio. Donationem inſuper, conceſſionem, & confirmationem, quas *Gilbertus* de *Wyppeleſden*, per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de tota terra, quam idem *Gilbertus* habuit in **Chogelog**, & in **Weſtecote**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & de *Johanne Albo* cum tota ſequela ſua. Donationem (&c.) quas *Adam* de *Withiwille* per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Conventui de tota terra ſua de la **Yeen**, cum pertinentiis. Donationem, (&c.) quas *Robertus Fermy* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de decem & octo denariis, de quodam tenemento quod *Rogerus* la *Ware* tenuit in *Milvertona*. Donationem, (&c.) quas *Robertus* de la *Were* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis, de quinq; ſolidatis annui redditus de terra de *Lacumba*, quam *Adam* de *Lacumba*, & de duabus ſolidatis annui redditus de quadam terra in *Weremora*, quam *Alanus* le *Franſcays*, & de octo denaratis annui redditus de quadam terra in *Weremora*, quam *Petronilla Textrix* aliquando tenuerunt. Donationem inſuper (&c.) quas *Hugo* fil. *Bernardi* per ſcriptum ſuum fecit præfatis Canonicis de tota motura hominum ſuorum de **Brunel**, & de uno ferdlingo terræ in **Fugeſhangre**, quem *Radulphus* filius *Bernardi* eis incartavit. Donationem, (&c.) quam *Wll.* la *Soythiche*, per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis, de toto mariſco de **Brunnemeirs**, cum pertinentiis. Donationem, (&c.) quas *Will.* de *Regny* Dominus de **Aſholt** per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de uno ferlingo terræ cum pertinentiis in manerio de **Portwyneſford**, quem *Walterus* de *Northecote* aliquando tenuit, unà cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ. Confirmationem etiam quam *Wil.* de *Wittenor* per ſcriptum ſuum fecit præfatis Canonicis de tota terra cum pertinentiis quam *Gilbertus* de *Wyppeleſde Marchus*, & *Ric.* de *Ouſchiwys*, *Amicia* filia *Hugonis* de *Holeford* eiſdem Canonicis vendiderunt; & de toto ſervicio, quod *Robertus Treneth* eis vendidit, necnon de ſervicio omnium hominum de **Cokeſlegh**, tam liberorum quam villanorum, cum wardis, releviis, eſcaetis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Conceſſionem inſuper quam *Radulphus* fil. *Ricardi* filii *Bernardi* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de tota terra quam iidem Canonici habuerunt in feodo prædicti *Radulphi* de *Bruneland*, videlicet de uno ferlingo terræ in **Fugeſhangre**, quem tenuerunt de dono *Radulphi* fil. *Bernardi*, & de quodam alio ferlingo terræ in eodem hamello, quem *Will. Scot* vendidit præfatis Canonicis, & de uno ferlingo terræ in **Liddune**, quem *Joh.* Clericus tenuit, & de tota motura hominum præfati *Radulphi* de *Brunneland*. Donationem etiam, (&c.) quas *Johannes Moryn* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de una acra terræ cum pertinentiis in **Hilleferun**, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ. Donationem inſuper, (&c.) quas *Radulfus Moryn* per ſcriptum ſuum fecit præfatis Canonicis de uno meſuagio & una carucata terræ cum pertinentiis in **Hilleferun**, ac advocationem Eccleſiæ ejuſdem villæ. Donationem eciam (&c.) quas *Joh. Comyn* per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de tota terra ſua in manerio de *Morba*, quæ appellatur **Tilbeham**, cum omnibus ſuis pertinentiis. Donationem inſuper (&c.) quas *Matildis Kaye* filia *Willielmi* le *Scot.* per ſcriptum ſuum fecit præfatis Priori & Canonicis de ſex ſolidatis annui redditus qui per mortem *Margeria* ſororis prædictæ *Matildis* ſibi hæreditariè deſcendebant. Donationem eciam (&c.) quas *Robertus Burnell* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de manerio de **Porbath**, cum terris, homagiis, releviis, redditibus, ſerviciis, eſcaetis, villanis & eorum ſequelis, & omnibus aliis pertinentiis ad dictum manerium ſpectantibus. Donationem etiam (&c.) quas *Robertus* de la *Were*, per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de una placea terræ in **Werham** ad faciendum unum ſtagnum ibidem; & de libero ingreſſu & egreſſu ubiq; ſuper terram ipſius *Roberti* ad dictum ſtagnum emendandum & reparandum. Donationem inſuper (&c.) quas *Will. Scot* per ſcriptum ſuum fecit præfatis Canonicis de tota terra ſua de **Fugeſhangre**, quam habuit ex donatione *Hugonis* filii *Bernardi*. Conceſſionem etiam (&c.) quas *Hugo* filius *Bernardi* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de uno ferdlingo terræ in **Fugeſhangere**, quam *Wll. Scot* priùs tenuit. Donationem inſuper (&c.) quas *Radulfus* filius *Bernardi*, & *Leticia* uxor ejus per Cartam ſuam fecerunt præfatis Canonicis de uno ferlingo terræ in **Fugeſhangere**. Donationem etiam (&c.) quas *Marchus* filius *Sibilla* de *Wetun* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de tota terra cum pertinentiis quam idem *Marchus* habuit in **Withynges**, & una libra ceræ in **Chobahangre**. Donationem inſuper & conceſſionem quas *Luticia* de *Sey* & *Hugo* filius ſuus per Cartam ſuam fecerunt præfatis Canonicis de uno ferlingo terræ cum pertinentiis in **Liddune**. Donationem eciam (&c.) quas *Ada Rufus* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de omnibus terris & dominicis quæ idem *Rufus* habuit de *Willelmo Mannery* in la **Withgges**, unà cum ſervicio *Joſeph* de la *Wytheges*, & hæredum ſuorum; necnon de tota terra quam habuit in **Bokeſlegh** de *Roberto Trevet*. Donationem etiam (&c.) quas *Avicia* filia *Hugonis* de *Holeford* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de tota terra ſua de **Weſtcote**, & de toto

Dominico ſuo de **Chokeleg**, cum pertinentiis. Donationem inſuper (&c.) quas *Warinus* de *Baſſingburn* per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de centum ſolidatis annui redditus cum pertinentiis in **Morbath**, & de advocatione Eccleſiæ ejuſdem manerii. Donationem etiam (&c.) quas *Will. Wyttenor* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de tota terra ſua de **Rokeſlege**, & de omni eo quod eidem *Willielmo* vel hæredibus ſuis accidere poſſet in **Rokeſlege**, tam in hominibus liberis & nativis, quàm eorum ſerviciis, wardis, releviis, eſcaetis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Donationem inſuper (&c.) quas *Will. Mallunry* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de ſervicio & homagio *Hugonis Coci* cum pertinentiis, quæ præfato *Will.* de uno ferlingo terræ in **Wytheges** facere tenebatur. Donationem eciam (&c.) quas *Robertus Tryvet*, per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de homagio & ſervicio quæ *Ada Ruffus* & hæredes ſui præfato *Roberto* & hæredibus ſuis de terra de **Rokeleg** facere tenebatur; necnon de toto commodo quod eidem *Roberto* & hæredibus ſuis de eadem terra cum pertinentiis accidere poſſet. Donationem inſuper (&c.) quas *Hugo Cocus* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de uno ferlingo terræ cum pertinentiis, quem *Hugo* de *Holeford* ſibi dedit pro homagio & ſervicio ſuo. Donationem etiam (&c.) quas *Robertus* de *Pyeatiſton* per ſcriptum ſuum fecit præfatis Canonicis de quodam ſtagno ad terram & ſuper terram præfati *Roberti* pro voluntate ipſorum Canonicorum firmando. Donationem inſuper (&c.) quas *Will.* de *Greynwyll* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de toto jure quod idem *Willielmus* habuit in **Havekwill**, ut in redditu unius marchæ, homagiis *Johannis* de **Havekwill**, & hæredum ſuorum, cuſtodiis, maritagiis, releviis, eſcaetis, & aliis rebus quibuſcumq;. Donationem etiam (&c,) quas *Ric.* de *Cuſehiwys* per Cartam ſuam fecit præfatis Canonicis de tota terra ſua cum pertinentiis & hominibus quos habuit in **Rokelleg**, de dono *Henrici* de *Stawill*, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt dilectis nobis in Chriſto nunc Priori & Canonicis loci prædicti, & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus, ſicut Cartæ (&c.) prædicta rationabiliter teſtantur; & prout iidem Prior & Canonici & eorum prædeceſſores terras (&c.) prædicta, cum pertinentiis hactenus tenuerunt, & libertatibus & quietanciis prædictis rationabiliter uſi ſunt & gaviſi. Hiis teſtibus (&c.) Dat. per manum *Edwardi* Ducis *Cornubiæ*, & Comitis *Ceſtriæ* filii noſtri cariſſimi, Cuſtodis *Angliæ*, apud *Weſtm. xxvi.* Die *Octobris*.

PRIORATUS de **Wombrigge** in Comitatu Salopiæ.

Carta Regis Edwardi *ſecundi, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 12. E. 2. p. 2. m. 20.

Vide Cart. 12. E. 2. n. 24.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Conceſſionem & confirmationem, quas *Willielmus* filius *Alani* fecit Canonicis de *Wambrugga* de loco illo in ſilva de *Hedlega*, qui ex uno latere rivulo illo terminatur, qui ſilvam de *Hedlega*, & ſilvam Regis diſcriminat; ſecundo verò latere alio rivulo finitur, qui dicitur *Sprungwella* **Broc**; tercioq; latere ſui terminum facit **Werlingeſtret**. Et de dimidia fordel. quod *Moiſan* quidam Iheroſolimitanus tenuit in *Hectona*; & de nona parte omnium poſſeſſionum ſuarum, quæ decimari debent; Habenda in perpetuam elemoſinam. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Hamo Extraneus* fecit Deo & ſanctæ *Mariæ* & Eccleſiæ ſancti *Leonardi* de **Wombrugge**, & dictis Canonicis in liberam puram & perpetuam elemoſinam de tota parte ſua communis nemoris de **Wombrugge**. Donationem eciam (&c.) quas *Johannes Extraneus* fecit Deo & prædictis Canonicis in liberam & perpetuam elemoſinam de omnibus aſſartis & boſcis, quæ iidem Canonici habuerunt ex conceſſione *Johannis* patris ſui. Donationem inſuper (&c.) quas *Thomas Tuſchet* fecit Deo & Canonicis prædictis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de tota parte ſua communis nemoris de **Wombrugge**. Donationem eciam (&c.) quas *Thomas Tuſchet* filius & hæres *Roberti Tuſchet* fecit (&c.) de tota parte ſua boſci, qui fuit in calengio inter ipſum & *Walterum* de *Donſtanevill*.

Conceſſionem inſuper, quam idem *Thomas* fecit Priori de **Wombrugge** & dictis Canonicis, de libero ingreſſu & egreſſu in boſcum ſuum de **Retteleg** cum carectis & carris ſuis & eorum operariis, ad petram frangendam & capiendam in quareria ſua in nemore memorato. Donationem (&c.) quas *Henricus* de *Wodehous* fecit Deo & luminari beatæ *Mariæ* & beati *Leonardi* de **Wombrugg** de ſex denariis redditus & terra quam emit de *Ricardo* de *Stapunhull*. Donationem (&c.) quas *Alex.* dominus de *Lopinton* fecit Deo & Canonicis prædictis (&c.) de Eccleſia de **Lopniton**. Conceſſionem eciam (&c.) quas *Ric.* de *Lopinton* fecit (&c.) quod ipſi habeant & percipiant omne genus boſci in ſingulis boſcis & moris ſuis ad dictam villam de **Lopinton** ſpectantibus, ad omnia ædificia ſua facienda, & ad omnia neceſſaria ſua habenda, ſine viſu & licentia ſui vel Foreſtariorum ſuorum:& liberam communam paſturam ad omnimodâ averia ſua & hominum ſuorum infra feodum de **Lopinton**, & warectis in brueriis,in boſcis, in mariſcis, in defenſis, & in omnibus terris & tenementis & pratis; & etiam in omnibus paſturis ad ipſum vel hæredes ſuos pertinentibus ubicumq; averia ſua dominica paſcunt, & omnes porcos ſuos & hominum ſuorum de feodo de **Lopinton** quietos de paunagio in omnibus boſcis & moris ad feodum prædictum pertinentibus.

Conceſſionem, (&c.) quas idem *Ricardus* fecit, (&c.) de Eccleſia de **Lopinton** & jure advocationis ejuſdem. Donationem, (&c.) quas *Walterus* de *Dunſtanvil* fecit Deo & Canonicis prædictis de *Leiis Aynulfi*, cum pertinentiis in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, (&c.) quas idem *Walterus* fecit, (&c.) de duobus molendinis quæ habuit in Manerio ſuo de **Ideſhale**, cum tota ſequela hominum ſuorum de dicto manerio, & cum libero curſu aquæ ex quacunq, parte manantis; & cum reparatione ſtagnorum, quotiens opus fuerit. Donationem, (&c.) quas *Walterus* de *Donſtanvil* tertius fecit, (&c.) de molendinis de **Ozenhull**, cum ſitu loci, & tota ſequela ejuſdem villæ de **Ozenhull**, & viis undiq; ad idem molendinum ducentibus, ad quoſcumq; homines illuc accedere volentes, cum ſtagno & curſu aquæ, & piſcaria in eadem aquâ à vado de **Kyngford** uſq; ad prædictum molendinum, tam ad excluſas, quàm quocumq; alio loco infra prædictas metas; & etiam quod poſſint terram fodere & capere ex utraq; parte aquæ ad reparationem ſtagni & molendini prædictorum, quotiens ſibi placuerit,& ſi neceſſe fuerit diſtringere homines de **Ozenhull**, ſequelam ad idem molendinum debentes, ſi de ſequela in aliquo deliquerint, quouſq; inde ſibi fuerit ſatisfactum. Donationem, (&c.) quas idem *Walterus* fecit, (&c.) de uno aſſarto cum pertinentiis quod *Gilbertus Bluet* de ipſo tenuit; & de una acra boſci juxta illud aſſartum, cum *Houſebote* & *Haibote* & acquietancia paunagii in omnibus boſcis forinſecis ad manerium de **Ideſhale** pertinentibus.

Donationem, &c. quas idem *Walterus* fecit, &c. de una placea terræ & boſci,in nemore ſuo juxta aſſartum *Johannis* de *Stivinton*. Donationem, &c. quas idem *Walterus* fecit, &c. de tota parte ſua illius nemoris, quod fuit in *Calengia* inter ipſum & *Thomam Tuſchet*. Donationem, &c. quas idem *Walterus* fecit, &c. de tota ripa ſua cujuſdam rivuli currentis inter boſcum eorundem Canonicorum & boſcum ſuum de **Snelleſhull**; & de licentia ſtagnum faciendi, & ipſius ſtagni attachiamentis, & agiſtamentis aquæ ſuper terram ſuam de **Stamford** & *Watlingeſtrete*, & terram capiendi ſuper terram ſuam ad dictum ſtagnum faciendum & reparandum, quociens opus fuerit. Donationem, &c. quas *Robertus* de *Monteforti* fecit, &c. de illa terra quam incluſerunt in boſco de **Wyk**, in loco qui vocatur **Ernulphurſte**, & de una placea terræ in eodem boſco. Donationem, &c. quas *Thomas* fil. *Rogeri Gebſt* de **Legh**, fecit, &c. de una nocha terræ in **Legh**. Donationem, &c. quas *Hugo* de *Halghton* fecit (&c.) de uno molendino in **Halghton**. Donationem (&c.) quas *Osbertus* filius *Willielmi* dominus de **Surchelege** fecit (&c.) de una placea terræ cum pertinentiis in feodo de **Surcheleg**.

Donationem (&c.) quas *Thomas* de **Brocton** fecit (&c.) de quinq; ſolidatis & ſex denariatis annui redditus, & de dimidia virgata terræ cum pertinentiis in **Legh** Prioris. Donationem (&c.) quas *Rogerus Muſſun* fecit (&c.) de Capella de *Hupitona*. Donationem (&c.) quas *Alianora* filia *Rogeri Muſſun* de **Hopitone** fecit de tota terra ſua quam habuit in **Opintone** cum omnibus ſuis pertinentiis in boſcis & planis, in praris & paſcuis, in viis & ſemitis, in aquis & molendinis, & in omnibus aliis locis infra Manerium de **Opinton** quoquo jure ſpectantibus. Donationem (&c.) quas *Dunota* antiquior filia *Alianora* de *Uppiton* fecit (&c.) de tota parte terræ ſuæ, quam *Alanus* de *Suggedon* tenuit in **Uppiton**; & de toto jure hæreditario, quod ſibi vel hæredibus ſuis accidere poterit infra eandem villam & extra. Donationem (&c.) quas *Amicia* filia *Alianora*, quondam uxor *Rogeri Moyſon* fecit (&c.) de tota parte terræ ſuæ, quam *Alanus* de *Suggeden* tenuit in *Uppiton*,& de duobus denariis reditus quos *Will. Sibern* eidem *Amicia* reddere ſolebat; & de toto jure ſuo hæreditario,quod ſibi aliquo modo pertinuit ſeu pertinere poterit in eadem villa. Donationem(&c.) quas *Dioniſia* filia *Alianora* de *Uppiton* fecit (&c.) de tota parte ſua terrarum, quas *Alanus* de *Suggedon*, *Robertus* le *Bule*, *Robertus* filius *Reineri* & *Will*, *Foreſtarius* tenuerunt in **Uppiton** cum redditibus & cæteris pertinentiis ſuis; ac toto jure ſuo, quod ſibi accidere poterit infra prædictam villam & extra.

Donationem (&c.) quas *Meydous* filius *Rogeri Moſſoun* de **Hopinton** fecit (&c.) de tota parte ſua in **Wychele**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & cum tota parte ſua boſci vaſti, & molendini de **Opinton**. Donationem(&c.) quas *Sibilla* filia *Rogeri Muſſon* quondam Domini de **Opinton**, fecit (&c.) de tota parte terræ ſuæ cum pertinentiis in **Wychele**; & de tota parte ſua boſci de **Opinton**, & molendini ejuſdem Villæ; & tota parte ſua de **Brodmedue** & **erteBlmeſmedue**. Donationem (&c.) & quas *Yſeoda Muiſſun* uxor *Willielmi Mareſcalli* fecit (&c.) de tota parte terræ ſuæ in **Wychele** cum omnibus pertinentiis (&c.) in pratis & paſcuis (&c.) quæ pertinent ad terram de **Upinton**. Donationem, &c. quas *Dioniſia* filia *Rogeri Muſſun*, uxor quondam *Willielmi* de *Longenalre* fecit, &c, de tota parte terræ ſuæ cum pertinentiis ſuis in **Wychele**. Donationem, &c. quas *Iſabel* filia *Regeri Muſſun* fecit, &c. de tota parte terræ ſuæ in **Wychele** cum omnibus pertinentiis & libertatibus, quæ pertinent ad terram de **Opinton**. Donationem, &c.quas *Alicia* filia *Rogeri Muiſun*, uxor *Ada* de *Cherleton* fecit, &c. de tota parte terræ ſuæ cum pertinentiis in **Wychele**. Donationem. &

&c. quas *Adam* de *Cherleton* fecit, &c. de tota illa parte terræ in **Wichele**, quam emit *Ameidus* fil. *Rogeri Muiſun.* Donationem, &c, quas *Petronilla* filia *Rogeri Muſſun* fecit, &c. de tota parte terræ ſuæ cum pertinentiis in **VVichele**. Donationem, &c. quam *Juliana* filia *Rogeri Muiſun* fecit, &c. de tota parte terræ ſuæ cum pertinentiis in **VVichele**. Donationem, &c. quas eadem *Juliana* fecit, &c. de tota parte ſua de **Berthelewellemedue**.

Donationem, &c. quas *Hugo* de *Buckeburi* fecit, &c. de dimidia virgata terræ cum pertinentiis in **Uppiton**. Donationem, &c. quas *Hugo* Dominus de *Beckeburi* fecit, &c. de tota parte ſua cum pertinentiis in **VVichele**. Donationem, &c. quas *Alex.* filius *Raineri* de *Novo Burgo* fecit, &c. de tota parte terræ ſuæ cum pertinentiis in **VVichele**. Donationem, &c. quas *Will. Dod* fecit Deo & dictis Canonicis, &c. de tota parte ſua vivarii & molendini de **Hopiton**, & de quinq; ſolidis annui redditus quos recipere conſuevit de *Howel* de *Hopyton*, & de duobus ſolidatis annui redditus, quos ſimiliter recipere conſuevit de *Hamundo* de *Hopiton.* Donationem, &c. quas *Cecilia* filia *Rogeri Muiſun* fecit, &c. de tota crofta quam *Wil. Mareſcallus* ſponſus ejus & ipſa tenuerunt. Donationem, &c. quas *Henricus Panton* & *Alicia* uxor ejus fecerunt, &c. de dimidia virgata & dimidia noca cum pertinentiis in **Uppinton**, & de duodecim denariis annui redditus in eadem villa. Donationem, &c. quas *Felicia* de *Opiton* fecit, &c. de tota parte ſua prati quam habuit in dominico prato de **Opinton**, videlicet in **Berthelameſmedue**, & **Holemareſmedue**, & de illo redditu duodecim denariorum, quem *Wil. Sibarn* aliquando de ſe tenuit in **Opinton**. Donationem, &c. quas *Alanus* filius *Nicholai* de *Oppinton* fecit, &c. de tota parte ſua, quam habuit in quodam prato quod vocatur le *Moſe*, & de una acra terræ & dimidia in **Oppinton**. Donationem, &c. quas *Johannes Coli*, unus de liberis tenentibus de **Opinton** fecit, &c. de tota parte quam habuit in quodam prato in **Opinton** quod vocatur la *Moſe*, & de tota parte ſua in **Holemere** & **Brademedwe**.

Donationem, &c. quas *Will. Sibern* fecit, &c. de tota terra ſua, cum pratis & pertinentiis, quam habuit infra villam de **Hopiton**, & extra, & cum tota parte ſua molendini de **Hopiton**. Donationem, &c. quas *Ric.* de *Bruges* fecit, &c. de tribus acris terræ cum pertinentiis in **Hopinton**. Donationem, &c. quas idem *Ric.* fecit, &c. de tota parte ſua, quam habuit in quodam prato, quod vocatur la *Moſe*. Donationem, &c. quas idem *Ric.* fecit, &c. de tota parte ſua de prato de **Brethewelleſmedewe**, & de tota parte ſua de prato inter vadia juxta viam quâ vadit de Capella de **Opiton**, uſq; ad grangiam de **Hiccholehe**. Donationem, &c. quas idem *Ric.* fecit, &c. de tota parte prati, quam habuit in quodam prato, quod vocatur **Holemere**, & de duabus acris terræ in **Hopiton**. Donationem, &c. quas idem *Ric.* & *Sibilla* uxor ejus fecerunt de duabus ſelionibus terræ cum pertinentiis in **Uppiton**. Donationem, &c. quas idem *Ric.* fecit, &c. de tota parte prati, quam habuit in **Brademedewe**. Donationem, &c. quas *Sibilla* filia *Rogeri Moiſſun*, quondam uxor *Ricardi* de *Bruges* fecit, &c. de tota parte ſua in **Bartholemedewe**. & de pratello ſuo, quod jacet inter duo vadia ſuper ripam inter **Uppiton** & **VVichelee**, & de uno ſelione apud **Gatehelle**. Donationem, &c. quas *Ricardus* de *Bruges* fecit, &c. de tota parte terræ ſuæ, cum pertinentiis in **VVichele**.

Donationem, &c. quas *Adam* de **Opinton** fil. quondam *Willielmi Porcionarii* in Eccleſia de **VVroccestre**, fecit, &c. de parte duorum dimidiorum frendellorum in quodam prato, quod vocatur la *Moſe*. Donationem, &c. quas *Robertus* Dominus de *Wodecota* fecit, &c. de toto nemore ſuo quod emit de Domino *Thoma* de *Conſtemin*. Relaxationem, &c. quas *Henr.* filius *Alicia* de *Bourton* fecit fratri *B.* tunc Priori de **VVombrugg** & ejuſdem loci Conventui, de toto jure ſuo & clameo, quod habuit vel habere potuit in dimidia virgata terræ, quam *emit* de *Alicia* matre ſua in **Opinton**. Donationem, &c. quas *Hamundus* de *Aldereſcote* fecit, &c. de tota terra ſua, cum omnibus ædificiis ſuis & gardino, quam quidem terram habuit infra villam de **Hopyton** & extra, & de novem acris terræ cum pertinentiis quas idem *Hamundus* emit de *Alianora Muſſun*, *Ricardo Corebrond*, *Ricardo* de *Bruges* & *VVill. Sibern.* Donationem, &c. quas *Ric. Corbront* de **Opinton** fecit, &c. de tota parte ſua de prato de la *Longemare*, & de tota parte ſua de **Holemare** in **Opintone**. Donationem, &c. quas *Howel* fil. *Griffini* de *Sutton* fecit, &c. de illa dimidia virgata terræ, quam tenuit de *VVill. Dod* in **Hupiton**. Donationem, &c. quas *Will.* fil. *Willielmi* de *Hagemon* fecit, &c. de una dimidia virgata terræ cum pertinentiis in **Hopyton**. Conceſſionem, &c. quas *Engelardus* fil. *Roberti* de *Pichford* fecit, &c. de tribus nocis terræ cum pertinentiis in *Oppitona*.

Donationem, &c. quas Philippus filius *Ricardi* de *Huntinton*, & *Iſabella* filia *Alianora* uxor ejus fecerunt, &c. de duabus acris terræ cum pertinentiis in **Uppiton**. Donationem, &c. quas *Philippus* de *Hundindon*, & *Iſabella* uxor ejus fecerunt, &c. de uno meſuagio ſuper le *Colder* in **Upinton**, cum uno ſelione. Donationem, &c. quas *Ric.* de *Cheſthul* fecit, &c. de tota parte terræ ſuæ, cum pertinentiis in **Wichele**. Conceſſionem etiam, quam *Rogerus* de la *Sale*, *Ric.* del *Bury*, & *Ric. Corbrond* de *Opinton* fecerunt, &c. de quinq; particulis boſci in **Opinton**. Donationem, &c. quas *Galfridus Griffin* fecit, &c. de tota terra ſua cum omnibus ædificiis ſuis & redditibus & hominibus, quam habuit infra villam & extra, in toto tenemento de **Cherinton**, & cum prato quod habuit de *Will.* de *Eton*, & cum prato & cultura & paſtura quæ habuit de feudo de **Erchalewe**, & cum piſcaria deſuper pontem, & cum prato & cultura in **Gorstes**, & cum prato de **Menemedewe**, & cum cultura de **Siwenhale**, & cultura de **Wetebuttes**, & cultura de **Pnenedich**, cum omnibus pertinentiis ſuis infra villam de **Cherinton** & extra. Remiſſionem (&c.) quas *Bertramus Griffin* fecit (&c.) de toto jure & clameo quod habuit in villa de **Cherinton** & de omnibus terris & tenementis quæ *Galfridus Griffin* frater ejus dedit prædictis Priori & Canonicis infra eandem villam & extra. Donationem (&c.) quas *Will.* fil. & hæres *Adæ* de *Cherinton* fecit (&c.) de duabus virgatis terræ, cum pertinentiis in **Cherinton**, cum toto jure quod habuit vel habere potuit in feodo prædictæ villæ de **Cherinton**. Donationem &c. quas *Johannes* le *Bret*, fil. *Radulphi* le *Bret* fecit &c. de una virgata terræ cum pertinentiis in **Cherinton**, unà cum incremento trium acrarum terræ in eadem villa. Donationem &c. quas *Rogerus Extraneus* fecit &c. de quatuor acris terræ de vaſto ſuo de **Erchelewe**. Donationem &c. quam *Paganus* de *Cherinton* fecit &c. de una dimidia virgata terræ cum pertinentiis in **Cherinton**.

Donationem &c. quas *Thomas* dominus de *Cherinton* fil. *Ricardi* domini ejuſdem villæ fecit &c. de tota piſcaria ſua, cum pertinentiis de **Cherinton**, quæ eſt ſuper aquam de **Mees**, cum pratello ſuo ibidem. Donationem &c. quas *Thomas* de *Cherinton* fecit &c. de una dimidia virgata terræ cum pertinentiis in **Cherinton**. Donationem &c. quas *Waiterus* de *Hupiton* fecit &c. de prato ſuo de dominio ſuo, cum pertinentiis quod vocatur *Eilmerſheia*. Conceſſionem eciam &c. quas *Radulfus Extraneus* fecit &c. de quodam prato & mora, à piſcaria *Ricardi* domini de **Cherinton** uſq; ad vadum. Dimiſſionem &c. quas *Thomas Corbet* dominus de **Adeleye** fecit &c. de homagiis, ſerviciis; & de uno obolo argenti, vel uno pari albarum cirotecarum de precio unius oboli annui redditus pro prato de **Eton**. Conceſſionem eciam &c. quas *Alanus Pantulf* fecit &c. de ſex acris terræ cum pertinentiis in **Tibriton**. Donationem &c. quas *Jacobus* filius *Willielmi* de *Morton* fecit &c. de una virgata terræ cum pertinentiis in **Tibriton**. Donationem &c. quas *Alanus* de *Hedleya* fecit &c. de una hida terræ cum pertinentiis in *Cherintonia*. Conceſſionem &c. quas *Will.* de *Hedlega* fecit &c. de tota terra de *Shurlawa*, quam tunc temporis *Turſtanus* de *Schurlawa*, & *Will.* filius ejus, & *Romerus* nepos *Odonis* de **Ercalwe** tenuerunt per diviſas in Carta ſua contentas; & de communa paſtura tocius manerii de **Ercalwe** ad propria averia eorundem Canonicorum, & hominum ſuorum, quos habent in eodem manerio. Ac eciam de peſſun in boſco de **Ercalwe** ad proprios porcos ſuos qui nutriti ſunt in eodem manerio, & ad porcos hominum ſuorum de eodem manerio; ita ſcilicet quod eorum porci proprii quieti ſint de paunagio, & de porcis hominum ſuorum recipiant prædicti Canonici paunagium; ſicut idem *Willielmus* & anteceſſores ſui recipere conſueverunt; necnon & de nona parte omnium rerum ſuarum quæ innovantur per annum, unde decima ſolet dari & debet.

Donationem (&c.) quas prædictus *Will.* fecit (&c.) de tota terra de **Podeford**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco & plano, in pratis & paſcuis, & omnibus locis infra villam & extra. Conceſſionem (&c.) quam *Will.* Dominus de **Ercalwe** filius & hæres domini *Johannis* de *Ercalwe* fecit (&c.) prædictis Priori & Conventui, ut poſſint ſe appruiare de vaſto ſuo apud **Swirlowe**, in manerio de **Ercalwe**. Donationem (&c.) quas *Johannes* dominus de **Ercalwe** fecit (&c.) de illa cultura terræ, quæ extendit ſe ab alba petra uſque ad viridem viam, quæ via extendit ſe verſus **Ercalwe**. Conceſſionem (&c.) quas idem *Johannes* fecit prædictis Canonicis, videlicet, quod ipſi percipiant nonam partem totius bladi & feni ſui omnium terrarum & tenementorum ſuorum infra dictum manerium de **Ercalwe** provenientem, præterquam de terra de la *More*, quam emit de *Hamone Pichard*. Donationem (&c.) quas *Will. Wiſcart*, fil. *Baldewini Wiſcart* fecit (&c.) de una virgata terræ, cum pertinentiis in **Wilſidelond**, cum pratis, & cum communa paſtura ad omnia averia ſua de **Shurlowe** in toto tenemento de **Wilſidelond**, & cum libera paſtura pro omnibus bobus ſuis de **Shurlowe** in omnibus defenſionibus ſuis, tam in pratis, quam in aliis paſturis quibuſcumq; per totum tenementum ſuum de **Wilſidelond**. Donationem (&c.) quas *Will. Wiſcart* fecit (&c.) de tribus acris terræ cum pertinentiis in **Wilſidelond**. Conceſſionem (&c.) quas *Will.* de *Hedleg* fecit (&c.) de tota mora ſua ſub vivario de **Wilſithelond**, ſicut foſſato includitur. Donationem (&c.) quas *Adam* de *Bere* de **Soltedon** fecit (&c.) de quodam prato quod habuit deſuper molendinum de **Longedon**, quod vocatur le **Beremedone**. Conceſſionem (&c.) quas *Thomas* de *Mere* fecit (&c.) de tota parte terræ quæ ipſum contingebat in communi paſtura ſua de **Cherington**, quam *Galfridus Griffin* occupavit; & ſimiliter de tota terra ſua quam præfatus *Galfridus* occupavit in communi paſtura ſua infra dictam villam de **Cherinton** & extra, ubicumq; fuerit occupata. Donationem (&c.) quas *Griffinus* filius *Jarefort Goh* fecit (&c.) de tota terra ſua cum pertinentiis & boſco de *Berdeleia* in manerio ſuo de *Suttona*.

Donationem (&c.) quas *Madocus* dominus de *Sutton* fecit (&c.) de una placea terræ cum pertinentiis in **Sutton**, juxta cimiterium de **Sutton**. Donationem (&c.) quas *Madocus* filius *Griffini* de **Sutton** fecit (&c.) de quatuor ſolidis percipiendis de una dimidia virgata terræ de le *Heamme*, & de ſex denariis percipiendis de prato de **Biwbemere**. Donationem (&c.) quas *Madocus* dominus de **Sutton** fecit (&c.) de duobus ſolidatis redditus cum pertinentiis in **Brocton**, quas *Elias Cocus* ſolvere conſuevit. Donationem (&c.) quas *Will. Cocus* de **Brocton** fecit (&c.) de una dimidia virgata terræ & uno meſuagio, & uno crofto cum pertinentiis in **Brocton**, cum una acra terræ, & cum ſex denariatis redditus percipiendis de hæredibus *Radulfi* de **Santfort** pro una dimidia virgata terræ in eadem villa. Donationem (&c.) quas *Madocus* de *Sutton* fecit (&c.) de duobus ſolidis redditus cum pertinentiis in **Brocton**, quos *Adam* atte *Tuneſhend* reddere conſuevit. Donationem (&c.) quas *Johannes* de *Brocton* Clericus fecit (&c.) de tota terra ſua, quam habuit vel aliquo jure habere potuit in villa de **Brocton** & extra. Donationem (&c.) quas *Rogerus Bruſebon* de monte *Gomeri* fecit (&c.) de quatuordecim acris terræ & dimidia cum pertinentiis in **Brocton**. Donationem (&c.) quas *Rogerus* filius *Nicholai Bruſebon* de *Monte Gomeri* fecit (&c.) de octo acris terræ cum pertinentiis in **Brocton**. Donationem (&c.) quas idem *Rogerus* fecit (&c.) de tota parte prati ſui & tribus nocatis terræ in la **Brodemedewe** de **Brocton**. Conceſſionem (&c.) quas idem *Rogerus* fecit (&c.) de quodam meſuagio & crofto adjacente in dicta villa de **Brocton**. Donationem (&c.) quas *Ric*. fil. *Editha* de **Brocton** fecit (&c.) de quinque acris terræ cum pertinentiis in **Brocton**. Donationem (&c.) quas *Rogerus Beg*, de **Brocton** fecit(&c.)de medietate tocius crofti ſui & de tota illa terra, quam *Ric*. fil. *Editha* de **Brocton** tenuit infra villam & extra cum ædificiis, & curtilagio, & crofto incluſo; & cum tribus acris terræ, cum pertinentiis in eadem villa.

Donationem (&c.) quas *Fulco Extraneus* fecit (&c.) de uno meſuagio, cum orto & crofto, & cum medietate crofti palmerii, cum dimidia virgata terræ, & cum dimidia noca terræ & pratis & omnibus pertinentiis ſuis infra villam de **Brocton** & extra. Donationem (&c.) quas *Will*. fil. & hæres *Rogeri Beg* de **Brocton** fecit (&c.) de duabus acris terræ, cum pertinentiis in **Habynhull**. Donationem(&c.) quas *Will. Ruſſel* fecit (&c.) de quatuor acris terræ cum pertinentiis in **Brocton**. Donationem (&c. quas *Rich*. le *Veyelare* de **Brocton** fecit (&c.) de tota parte prati ſui in **Brodemedewe**, cum una acra terræ, cum pertinentiis in **Habenhull**. Donationem (&c.) quas *Will. Beg* de **Brocton** fecit (&c.) de quinque acris terræ cum pertinentiis in **Brocton**. Donationem (&c.) quas *Elias Cocus* de **Brocton** fecit (&c.) de tribus acris terræ, cum pertinentiis in **Brocton**. Donationem (&c.) quas idem *Elias* fecit (&c.) de una acra terræ cum pertinentiis in **Brocton**. Donationem, &c. quas *Elias* filius *Roberti* de *Feckenham* fecit, &c. de tribus acris terræ cum pertinentiis in **Brocton**. Donationem, &c. quas *Nich*. fil. *Walteri* de **Grenhull**, & *Alicia* uxor ejus, fecerunt, &c. de una acra terræ cum pertinentiis in **Brocton**. Donationem, &c. quas *Johannes Idchel* fecit, &c. de una acra terræ cum pertinentiis in **Brocton**. Donationem, &c. quas *Philippus Burnel* fecit, &c. de quindecim ſolidis annui redditus cum pertinentiis in **Brocton**. Conceſſionem, &c. quas *Matildis* filia *Henrici Carpentarii*, fecit, &c. de una acra terræ cum pertinentiis in **Brocton**.

Donationem, &c. quas *Robertus* de *Hengelond* fecit, &c. de uno ſelione terræ cum pertinentiis in **Brocton**. Donationem, &c. quas *Henr. Tw* fecit, &c. de una acra terræ cum pertinentiis in **Brocton**. Conceſſionem, &c. quas *Will. Cude*, & *Iſabella* uxor ejus fecerunt, &c. de octo acris terræ & dimidia cum pertinentiis in **Brocton**, in eſcambium pro decem acris in eadem villa. Donationem, &c. quas *Nich. Pym* fecit, &c. de ſeptem acris terræ cum pertinentiis in **Brocton**, in eſcambium pro aliis terris in eadem villa. Donationem, &c. quas *Rogerus Donniger* fecit, &c. de uno meſuagio cum crofto & curtilagio, & quatuordecim acris terræ & dimidia cum pertinentiis in **Brocton**. Donationem, &c. quas *Henr*. de *Ideſhale* Capellanus fecit, &c. de tota terra cum pertinentiis, quam habuit in **Brocton** de dono *Rogeri Donnig*. Donationem, &c. quas *Galiena* ſponſa *Rogeri Muſſun* fecit, &c. de una dimidia virgata terræ cum pertinentiis in *Hedingtona*. Donationem, &c. quas *Johanna* quondam uxor *Hugonis* de *Beckebury* fecit, &c. de una dimidia virgata terræ cum pertinentiis in **Hadington**. Donationem, &c. quas *Ric*. Dominus de **Grenhull** fecit, &c. de duabus dimidiis virgatis terræ, cum pertinentiis, cum uno prato, quod appellatur pratum *Alani*, & cum una cultura terræ, cum pertinentiis quæ propinquior eſt campo de **Brocton**.

Conceſſionem, &c. quam idem *Ric*. fecit prædictis Canonicis; videlicet quod ipſi averia ſua & aſſignatorum ſuorum paſcant in pratis ſuis cum fena fuerint levata, & in omnibus culturis ſuis; unà cum averiis ſuis, cum fructus fuerint ablati, & in ceteris communibus paſturis, ubicumq; ſua propria averia paſcunt vel paſcere conſueverunt, & quod iidem Prior & Canonici capiant petram in omnibus quarreris ſuis, ubi melius fuerit ſuper tenementum ſuum ad omnia ſua agenda; & quod eant cum bigis & carris, & cæteris falleris ſuper tenementum ſuum de **Grenhull**. Et etiam quod prædicti Canonici & ſucceſſores & aſſignati ſui, liberi ſint & quieti à ſequela Curiæ ſuæ, quod ibidem non accedant, niſi eis placuerit & commodum ſuum fuerit; & quod ſi prædicti Canonici & ſucceſſores vel aſſignati ſui erga ipſum *Ricardum* vel hæredes ſuos in aliquibus delinquant, vel perſervientes ſuos vel per averia ſua injurioſè paſcentia, vel alio quocumq; modo fuerint; non libebit dicto *Ricardo* vel hæredibus ſuis namium ſumere vel vadimonium, nec averia ſua imparchiare; ſet in Curia dictorum Canonicorum, & ſucceſſorum eorundem ſuper tenementum ſuum, juſticiâ mediante, illud delictum emendabunt. Donationem, &c. quas *Will*. de *Riccon* fecit, &c. de duabus acris terræ cum pertinentiis, jacentibus inter terram prædictorum Canonicorum, quam habent de dono *Ricardi* de *Grenhull*. Donationem, &c. quas *Ric*. filius *Editha* de **Brocton** fecit, &c. de duabus acris terræ & dimidia cum pertinentiis in **Brocton**, & de tercia parte omnium pratorum ſuorum pertinentium ad unam dimidiam virgatam terræ in eadem villa. Donationem, &c. quas *Philippa Maubanch* fecit, &c. de tota terra ſua in *Wichio*, quam *Thomas Baſeet* maritus ſuus ante obitum ſuum emit de *Raginaldo* Capellano. Donationem, &c. quas *Ric*. *Knollin* clericus fecit, &c. de quatuor ſummis ſalis continentibus quadraginta bullones pro dimidia ſalina ſua. Donationem, &c. quas *Ric*. del *Bury* de **Upinton** fecit, &c. de una dimidia virgata terræ, & novem acris terræ cum pertinentiis in **Upinton**, cum prato ſuo de *la Moſe*, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, &c. confirmamus

mus, ſicut Cartæ & ſcripta donatorum prædictorum rationabiliter teſtantur, &c. In cujus, &c. T. Rege apud *Ebor.* *xv.* die *Martii.*

PRIORATUS

de **Caldewell** *in agro* Bedfordienſi.

CALDEWEL, *prope* **Bedeford**, *Prioratus Ordinis* S. Aug.

Lel. Col. Vol. 1. p. 68.

Simon Basket, Aldermannus de **Bedford**, primus fundator; Dominus *Latimer* modernus.

Litera Clauſa Regis Edwardi *tertii Eſcaetori ſuo directa, de Fundatione & Advocatione Prioratus de* **Caldwell** *mentionem facientes.*

Clauſ. 13. E.3. p.1. m.38.

REx dilecto, & fideli ſuo *Willielmo Truſſel* Eſcaetori ſuo citra *Trentam*, ſalutem. Cum nos nuper certiorari volentes ſuper cauſa captionis terrarum, & tenementorum Prioris de **Caldewell** in **Bedeford**, **Bromham**, **Middelton**, **Colleſdene**, **Rockeſdene**, **Chalveſtern**, **Saundey**, **Sutton**, **Potton**, **la Leye**, **Holwell**, **Felmerſham** & **Shelton**, per vos, ut dicebatur, in manum noſtram, vobis mandaverimus, quod nos, ſuper cauſa captionis prædictæ in Cancellaria noſtra, ſub ſigillo veſtro redderetis certiores; ac vos nobis ſignificaveritis, quod cepiſtis in manum noſtram, terras & tenementa ipſius Prioris in villis prædictis, ratione vacationis Prioratus prædicti, per ceſſionem Fratris *Rogeri* de *Wellington*; ultimi Prioris ejuſdem; pro eo quod duæ carucatæ terræ & centum ſolidatæ redditus, quæ ſunt de pertinentiis Prioratus prædicti, ſunt infra libertatem villæ de **Bedeford**, quæ de nobis tenetur ad feodi firmam, reddendo annuatim ad Scaccarium prædictum viginti & duas libras: Ad quam firmam prædictus Prior reddit per annum, triginti & novem ſolidos & ſex denarios: Ac etiam pro eo, quod tempore Domini *H.* quondam Regis *Angliæ*, proavi noſtri, coram quodam Inquiſitore, ad inquirendum de hujuſmodi aſſignato, Advocatio ejuſdem Prioratus capta fuit in manu ejuſdem proavi noſtri, & ſic remanſit, ut creditur: Et nos poſtmodum, pro eo quod, ex parte dilecti nobis in Chriſto, nunc Prioris loci prædicti accepimus, quod dictus Prioratus de fundatione anteceſſorum *Simonis Barſecote* de **Bedeford** nuper extitit; & quod prædictus *Simon* Advocationem Prioratus illius poſtmodum dedit, & conceſſit *Rogero* le *Mareſcall*, qui Advocationem illam *Willelmo* le *Latymer* defuncto, & *Elizabethæ* tum uxori ejus, & hæredibus ſuis poſtmodum conceſſit; & ſic Prioratus ille de Advocatione, & patronatu dilecti, & fidelis noſtri, *Rober.* de *Ufford* junioris, & præfatæ *Elizabethæ*, jam uxoris ejus nunc exiſtit: Et quod progenitores noſtri, ſeu nos vacationem Prioratus prædicti aliquibus temporibus retroactis, non habuimus; nec aliquos exitus indè percepimus. Volentes certiorari, ſi temporalia Prioratus prædicti, temporibus vacationum ejuſdem in manibus progenitorum noſtrorum, ſeu noſtris temporibus retroactis capta fuerunt; & ſi nobis ſeu progenitoribus noſtris prædictis, de exitibus eorundem temporalium in hujuſmodi vacationibus, reſponſum fuerit, necne: Et ſi ſic, tunc de quantis, & quibus exitibus, & de quibus temporalibus, & de quibus annis, & per quorum, vel cujus manus, & qualiter, & quo modo, mandaverimus Theſaurario & Baronibus noſtris de Scaccario, quod ſcrutatis Rotulis & Memorandis ſcaccarii prædicti, compota Eſcaetorum, & aliorum miniſtrorum noſtrorum, & progenitorum noſtrorum contingentibus; nos de eo quod inde invenirent in Cancellaria noſtra ſub ſigillo ſcaccarii noſtri, redderent certiores. Ac jam per certificationem, coram nobis in dicta Cancellaria noſtra, per prædictos, Theſaurarium & Barones, virtute mandati noſtri prædicti, inde miſſam, ſit compertum, quod ſcrutatis Rotulis, & Memorandis ſcaccarii noſtri prædicti, tam de tempore noſtro, quam progenitorum noſtrorum non eſt compertum, quod temporalia Prioratus prædicti, temporibus vacationum ejuſdem, in manibus dictorum progenitorum noſtrorum, ſeu manibus noſtris temporibus retroactis, capta fuerunt; nec quod reſpondeatur nobis, ſeu progenitoribus noſtris de exitibus eorundem temporalium in hujuſmodi vacationibus; vobis mandamus quod manum noſtram de terris & tenementis prædictis, cum pertinentiis ſine dilatione amovetis, vos de eiſdem ſeu de Prioratu prædicto, occaſione præmiſſâ in aliquo non intromittatis, exitus inde per vos, medio tempore, perceptos, eidem nunc Priori reſtituentes, ſalvo ſemper jure noſtro. Teſte Cuſtode, &c. apud **Byflet**, quarto die *Martii.*

Carta Regis Henrici *tertii donationem loci de* **Caldwell**, *per* Robertum *filium* Willielmi *de* Houton, *confirmans.*

REx Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Donationem & conceſſionem, quam *Robertus* filius *Willelmi* de *Houton* fecit Deo, & beatæ *Mariæ*, & ordini Fratrum *Sanctæ Crucis* in puram & perpetuam elemoſinam, de loco de **Caldewell**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & duodecim acras terræ, quæ ſunt ſuper eundem locum, quæ ſe extendunt in longitudine, ab eodem loco, uſq; ad viam quæ venit ad **Houton** uſq; ad **Newbrok**, ratam habentes & gratam, eam pro nobis, & hæredibus noſtris, cor-

Cart. 57. H.3.n.9.

cedimus & confirmamus, ſicut Carta prædicti *Roberti*, quam prædicti Fratres indè habent, rationabiliter teſtatur. Teſtibus *Humfrido* de *Bohun* Comiti *Eſſexiæ* & *Hertfordiæ* (&c.) datum per manum noſtram apud **Clarendon** *ſeptimo* die *Julii*.

PRIORATUS

de **Tonebrigge** *in agro* Cantiano.

De Fundatione ejuſdem.

Clauſ. 19. E.2.m.20.

REx dilecto & fideli ſuo *Henrico* de *Cobeham*, cuſtodi quorundam terrarum & tenementorum, quæ fuerunt inimicorum & rebellium noſtrorum in comitatu *Kanciı*, in manu noſtrâ exiſtentium, ſalutem. Quia accepimus per inquiſitionem per dilectos & fideles noſtros *Thomam* de *Favereſham*, & *Willielmum* de *Cotes*, de mandato noſtro factam & in Cancellariâ noſtrâ retornatam, quod *Ricardus* de *Clare*, quondam Comes *Hertfordiæ*, fundavit quoddam Prioratum in Manerio de **Tonebrigge** ante tempus memoriæ, & per Cartas ſuas dedit & conceſſit Canonicis regularibus ibidem inſtitutis & inſtituendis, decem marcas percipiendas ſingulis annis, de Manerio ipſius Comitis de **Tonebrigge**, & quinquaginta & unum ſolidos & quinq; denarios, percipiendos ſingulis annis, de omnibus aſſartis veteris & novæ terræ ipſius Comitis de **Dennemannesbrok**. Et ſimiliter, quod idem Comes conceſſit per Cartas ſuas præfatis Canonicis, quod ipſi haberent ſingulis annis *Cxx.* porcos in Foreſtâ ipſius Comitis de **Tonebrigge**, quietos de paunagio: Et ſimiliter, quod iidem Canonici haberent duos ſummarios ſingulis diebus, liberè & quietè, ad portandum ſibi ligna de nemore ipſius Comitis, Canonicis illis proximo & magis oportuno; ſcilicet de mortuo boſco: Et ſimiliter, quod haberent unum Cervum ſingulis annis, ad feſtum S. *Mariæ Magdalenæ*, per homines dicti Comitis capiendum imperpetuum. Et quod Prior de **Tonebrigge**, qui tunc fuit, & omnes ſucceſſores ſui, prædictas decem marcas de dicto Manerio de **Tonebrigge**, & prædictos *Li. s. v. d.* de aſſartis prædictis, & digna de mortuo boſco, ad duos ſummarios, ſingulis diebus in nemore prædicto; & unum Cervum, ſingulis annis, in prædicto feſto S. *Mariæ Magdalenæ*, & proficuum paunagii pro prædictis *Cxx.* porcis, in Foreſtâ prædictâ perceperunt & habuerunt, & de eiſdem pacificè toto tempore prædicto, ut de jure Eccleſiæ ſuæ de **Tonebrigge**, ſeiſiti fuerunt, abſq; aliquâ quietâ clamanciâ indè faciendâ; & abſq; eo quod ſtatúm ſuum in aliquo indè mutârunt, quouſq; prædicta Manerium, aſſarta, nemora & foreſta ad manum noſtram; per foriſfactum *Hugonis* de *Audele* junioris devenerunt (&c.) vobis mandamus, quod Priori & Conventui dicti loci de **Tonebrigge**, id quod eis à retro eſt de prædictis decem marcis (&c.) ad terminos conſuetos ſolvatis. (&c.) T. Rege apud **Cippenham** *xii* die *Novembris*.

PRIORATUS

de **Angleſeye** *in agro* Cantabrigienſi.

De jure Patronatus ejuſdem.

Ex autographo in officio Armorum.

NOs *Elizabetha* de *Burgo* Domina de *Clara*, ſoror & una heredum Domini *Gilberti* de *Clare*, nuper Comitis *Gloceſtriæ*, & *Hertfordiæ*, ad dilucidationem juris patronatus, quod habemus in Monaſterio Prioratus de **Angleſeye**, cum ipſum vacare contigerit, conceſſimus dictis Monachis licentiam eligendi Priorem (&c.) Datum die 1333. 1 E. 2. proxima poſt feſtum Sancti *Mathei* Apoſtoli, anno Domini 1333. (1. E. 2.)

1333. 1. E. 2.

De viginti libris annuis in villa de **Lakenheth** *Priori* de **Angleſey** *conceſſis ad inveniendum duos Capellanos, divina imperpetuum celebrantes in dicto Prioratu.*

Ex autographo in Curia Augmentationis.

HÆc Indentura teſtatur, quod cum excellentiſſimus Princeps & Dominus noſter, Dominus *Edwardus* Rex *Angliæ* illuſtris, à Conqueſtu tertius, per literas ſuas patentes, conceſſiſſet, & licentiam dediſſet dilectæ conſanguineæ ſuæ *Elizabethæ* de *Burgh*, quod ipſa viginti libratas redditus, exeuntes de Manerio, meſſuagio, & viginti quatuor acris terræ quæ quondam fuerunt ipſius *Elizabethæ*, in villa de **Lakingheth**, ac etiam de Manerio Prioris de **Ely**, in eadem villa, dare poſſit, & aſſignare dilectis ſibi in Chriſto Priori, & Conventui de **Angleſeye**, percipiendas per manus Prioris de **Ely**, & ſucceſſorum ſuorum imperpetuum, Habendum & tenendum ſibi, & ſucceſſoribus ſuis, de præfata *Elizabetha* & hæredibus ſuis in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam. Et eiſdem Priori & Conventui de **Angleſey**, quod ipſi viginti libratas prædictas redditus à præfata *Elizabetha* recipere poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis de præfata *Elizabetha* & hæredibus ſuis in liberam puram & perpetuam elemoſinam, prout in literis ipſius Domini Regis prædictis continetur. Nos verò dicti Prior, & Conventus de **Angleſeye**, ſeiſiti de

Vide Brevia Regis 15.E.3.p.2.

de prædicto redditu, per licentiam ipſius Domini Regis, & per donationem, & aſſignationem ipſius *Elizabethæ*, in forma prædicta, concedimus pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris teneri ad inveniendum in domo noſtra prædicta duos Capellanos ſeculares idoneos, per nos Priorem, & Conventum de **Angleſeye**, & ſucceſſores noſtros eligendos, ad divina, ſingulis diebus, celebranda, ad Altare Sanctæ *Crucis* in Eccleſia noſtra de **Angleſeye** imperpetuum, pro ſalubri ſtatu ipſius *Elizabethæ*, quoad vixerit, & pro anima ſua, cum ab hac luce migraverit, necnon pro animabus anteceſſorum ſuorum, & hæredum ſuorum, & omnium fidelium defunctorum. Ac etiam nos dicti Prior, & Conventus de **Angleſeye** concedimus pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris, invenire prædictis Capellanis competens manſum, infra clauſum Prioratus noſtri, & ad inveniendum eis ſufficientem, & competentem victum, in menſa noſtra, & faciendo cuilibet eorum de prædicto redditu viginti librarum, viginti ſolidos argenti, pro robis ſuis, & aliis neceſſariis, ad feſta Sancti *Michaelis*, & *Paſchæ*, per equales portiones annuatim, vel ſi nobis viderit meliùs expedire, concedimus, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, annuatim, reddere prædictis Capellanis, qui pro tempore fuerint, duodecem Marcas, de prædicto redditu imperpetuum recipiendas, per manus noſtras, & ſucceſſorum noſtrorum ad duos anni terminos per equales portiones, ſcilicet annuatim ad feſta ſancti *Michaelis*, & *Paſchæ* niſi de minori ſumma, cum prædictis Capellanis idoneis convenire poſſimus pro prædicta cantaria imperpetum facienda. Et ſi contingat dictos Capellanos, aut alterum eorum infirmari, quominus divina poſſint vel poſſit celebrare, obligamus nos, & ſucceſſores noſtros ad faciendum prædictas Cantarias per fratres noſtros Religioſos, de domo noſtra prædicta, donec convaluerit, vel convaluerint; Aut ſi contingat prædictos Capellanos, vel eorum alterum, in fata decedere, vel infirmari, quod abſit, quominùs poſſimus Capellanos ſeculares conducere ante feſtum ſancti *Michaelis*, tunc proximè ſequentem, obligamus nos, & ſucceſſores noſtros ad faciendum prædictas Cantarias, vel Cantariam, per fratres noſtros, in forma prædicta, uſq; feſtum Sancti *Michaelis* tunc proximè ſequentem, quo tempore obligamus nos Capellanos ſeculares, vel Capellanum ſecularem, pro eorum defectu, cum acciderit, providere. Et ſi contingat nos, ſeu ſucceſſores noſtros, in ſuſtentatione dictorum Capellanorum, ſicut prædictum eſt, deficere, vel per tres ſeptimanas, vel per menſem de prædicta Cantaria contra formam prædictam ceſſare; extunc obligamus nos, & ſucceſſores noſtros, & obligatos eſſe concedimus, præfatæ *Elizabethæ*, hæredibus, ſeu aſſignatis ſuis in viginti libris annuis annuatim percipiendis per equales porciones ad præfatos duos anni terminos ſcil. *Paſchæ*, & *Mich.* de omnibus terris, & tenementis noſtris in **Bodekiſham** quæ ſunt de feodo ipſius *Elizabethæ*; Et quod prædicta *Eliz.* & hæredes ſui, ſeu aſſignati, in omnibus terris, & tenementis noſtris prædictis pro dicto redditu a retro exiſtente, in forma prædicta, poſſint diſtringere. Et nos prædicta *Elizabetha*, volumus & concedimus, pro nobis, & hæredibus noſtris, quod reſiduum totius redditus, dictarum viginti librarum, ad officium coquinarii dicti domus, in augmentum ferculorum dictorum Prioris, & Conventus, & prædictis Priori, & Conventui, & eorum ſucceſſoribus pro aliis oneribus, & neceſſariis domus faciendum & ſupportandum per equalem portionem remaneat imperpetuum, ſecundùm diſpoſicionem Prioris & Conventus qui pro tempore fuerint. Et nos dicta *Elizabetha* de *Burgh* concedimus pro nobis, & hæredibus noſtris, quod ſi prædictum Manerium, Meſuagium, & terra, undè redditus dictarum viginti librarum pervenit, vel pars eorundem Manerii, Meſuagii, & terræ verſus Priorem & Conventum de **Ely** vel ſucceſſores ſuos, per nos, vel hæredes noſtros, ſeu alios quoſcumq; per defectum noſtrum, ſeu hæredum noſtrorum ratione prioris juris, ſeu actionis recuperentur, quominus prædictus Prior de **Angleſeye**, ſeu ſucceſſores ſui, poſſint prædictum redditum, vel partem ejuſdem redditus per manus dicti Prioris de **Ely**, ſeu ſucceſſorum ſuorum conſequi, ſeu optinere, extunc iidem Prior & Conventus de **Angleſeye**, & ſucceſſores ſui imperpetuum, pro rata portione redditus, ſic adnullati, de prædicta cantaria, & de portione prædictorum viginti librarum, in quibus dicti Prior, & Conventus de **Angleſeye** nobis, & hæredibus noſtris obligati ſunt, ut ſupradictum eſt, de tenementis, quæ de nobis tenent in **Bodekiſham** ſint quieti. In cujus rei Teſtimonium huic Indenturæ tam dicta *Elizabetha* quàm prædicti Prior & Conventus de **Angleſeye**, alternatim ſigilla ſua appoſuerunt, Hiis Teſtibus. Domino *Henrico* de *Fereis*, Domino *Johanne* de *Cantebrigia*, Domino *Alexandro* de *Waleſham*, Domino *Johanne* de *Wautone*, Domino *Thoma* de *Chedworth*, *Roberto* de *Penkeriche*, & aliis. Datum apud **Angleſeye**, die Sabbati proxima poſt feſtum Sancti *Mathie* Apoſtoli, Anno Regni Regis *Edwardi* tertii poſt Conqueſtum, Sexto.

Alia Indentura præfatam Cantariam tangens.

Ax autographo in officio Armorum.

CEſte endenture faite perentre la treſhonourable Dame, Dame Elizabethe *de* Bourg *Dame de* **Clare** *d'une part, et le Priour et Covent de la Meſon de* **Angleſeye** *d'autre part; Teſmoigne, que come les avanditz Priour & Covent ſoient chargez perpetuelment a trover deux chapeleyns divines ſervices feſantz en lour egliſe de* **Angleſeye**, *pour la dite Dame* Eliſabethe *et ces aunceſtres pour certeine rente a ce fere a Eux, por la dite Dame* Elizabethe *perpetuelment done, a prendre du Priour et Covent de* **Ely** *pour certeines terres et tenementz en* **Lakynheth** *en le Countee de* **Cantebriggs**, *queux les dits Priour et Covent de* **Ely** *tiegnent du done la dite Dame* Elizabethe *a touz jours. Et ore a la requeſte la dite Dame* Elizabeth *de novel, les avanditz*

Priour et Covent de **Angleſeie**, *per lour fait ont graunte a meſtre* Robert de Spaldyng *une annuele Penſion de centz ſoudz a prendre d'an en an, a les feſtes de ſeint* Michel *l'archangel*, *et la* Paſq; *par ouels porcions, a terme de ſa vie; la dite* Elizabeth, *voet et graunte pour lay et pour ſez heirs, que les ditz Priour et Covent de* **Angleſeie** *ſoient deſcharge du trouer de l'un Chapeleyn pour le temps qu'ils demorent chargez devers le dit Meſtre* Robert *de la dite penſion de cent ſoudz en la fourme avanditte. Et au pleyn ſatisfaction de la dit penſion de cent ſoudz fere, la dite dame* Elizabeth *voet et graunte, pour lui et pour ſez heirs, as ditz Priour et Covent de* **Angleſeye** *oyt ſoudz un denier de rente par an queux elle ſoleit prendre par les meyns* Agnois Geffrei, *ſa tenant en la ville de* **Bodekeſham**. *Et que le ditz Priour et Covent de* **Angleſeie** *eient et tegnoient lours terres diſchargez, de unze ſoudz unze deniers de rente par an, q'ils tiegnent de la dite dame* Elizabeth *en la ville de* **Bodekeſham**, *pour le temps q'ilz demorent chargez devers la dit Meſtre* Robert *de la penſion de cent ſouds ſyſnome, an la fourme ſuſdite: Sauue tote voye a la dite dame* Elizabeth *et ſes heirs, totes autres ſervices per les ditz Priour et Covent de* **Angleſeye**, *et* Agnes Geffrei *ſes tenantz, pour lez terres, et tenementz q'ils teignent de la dite dame* **Elizabeth** *en la ville de* **Bodekeſham** *dues. En teſmoignance de quele choſe, a ceſtes Endentures lez avanditz Dame* Elizabeth *d'une parte et les Priour et Covent de* **Angleſeye** *d'autre parte, entrechangeablement ont mys lour ſeals. Done a* **Berdefeld** *le vintiſme quart jour D'April L'an du Regne le Roi* Edward *tiers, puis le conqueſt, vintaſme noefiſme.*

PRIORATUS

de **Trentham** *in agro* Stafforedienſi.

Carta Fundationis ejuſdem.

Ex autogr. penès *Ric. Leveſon* militem de Balneo.

Vide Cart. 6. E. 2. n. 4.

R*Anulfus* Comes *Ceſtriæ*, Epiſcopo *Ceſtriæ*, Archidiacono, omnibuſq; Prælatis & Sanctæ Dei Eccleſiæ filiis; necnon, & omnibus Conſtabulis, Dapiferis, Juſticiariis, Baronibus, Vicecomitibus, miniſtris & ballivis & omnibus hominibus & amicis ſuis, ſalutem. Scitis me donâſſe centum ſolidatas terræ meæ **Staffordeſire** Deo, & Sanctæ *Mariæ*, & omnibus Sanctis, ad reſtaurandam quandam Abbathiam Canonicorum in Eccleſia de **Trentham** in elemoſinam, ad ſerviendum Deo ibidem perpetualiter, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum. Et eas aſſigno de **Trentebam**, & de omnibus, pertinentiis, unde Rex *Henricus* habuit centum ſolidos: Volo itaq; & firmiter præcipio, quod prænominata Eccleſia, ſupradictam villam cum omnibus libertatibus, & dignitatibus in boſco, & plano, in aquis & molendinis, & omnibus conſuetudinibus teneat, ſicut unquam ea melius tenui. Teſtibus *Willielmo* Abbate *Radmoræ*; *Roberto* Abbate ....; *Roberto* Priore de **Calc**; *Euſtachio* filio *Johannis*; *Simone* filio *Willielmi*; *Willielmo* de *Greſele*; *Roberto* filio *Hugonis*; *Simone* filio *Osberti*, *Richardo Pincerna*. Apud **Greſeleg**.

Carta Regis Henrici *ſecundi Donationem prædictam recitans & confirmans.*

Ibid. Vide etiam Pat. 5. H. 6. p. 1. m. 25.

H*Enricus* Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, (&c.) ſalutem, Sciatis me conceſſiſſe & in perpetuam elemoſinam confirmâſſe Deo & Eccleſiæ omnium Sanctorum de **Trentebam**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, donationem quam Comes *Ceſtrenſis Ranulfus* ſecundus eis in Eccleſiam fecit; videlicet, centum ſolidatas terræ de laico feodo in eadem villa de **Trentebam** & in pertinentiis ſuis; videlicet **Blorton** & **Cochenache**, ſicut fuerunt & reddiderunt tempore Regis *Henrici* avi mei. Quare volo & firmiter præcipio, quod prædicta Eccleſia & Canonici ejuſdem, centum ſolidatas terræ habeant, & teneant ad unum Conventum Canonicorum ſuſtinendum in perpetuam elemoſinam, cum *Soca*, & *Saca*, & *Tol* & *Theam* & *Infangenetheof*, & cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus & quietantiis & pertinentiis ſuis, in boſco & plano, in pratis, & paſcuis, in aquis & molendinis, in vivariis, & piſcariis, in viis & ſemitis, & in omnibus locis, & in omnibus rebus eiſdem centum ſolidatis terræ pertinentibus. Teſtibus *Philippo Bayocenſi* Epiſcopo; & *Arnulpho Lexovienſi* Epiſcopo; & *Roberto* Comite *Legreceſtriæ*, & *Raginaldo* Comite *Cornubiæ*; & *Willielmo* filio *Hammonis* & Magiſtro *Alveredo* apud *Oxenefordam*.

Carta Ranulphi *Comitis* Ceſtriæ, *Donationem* Philippi *de* Orreby, *de uno batello in aqua de* De, *confirmans.*

R*Anulphus* Comes *Ceſtriæ* omnibus tam futuris, quàm præſentibus, ad quos præſens pagina pervenerit, ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe donationem quam *Philippus* de *Orreby* fecit Deo, & Eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & *omnium Sanctorum* de **Trentham** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus; ſcilicet, unum Batellum in aqua de *De* apud *Ceſtriam*, quod ibi dedi prædicto *Philippo*, & ipſe illud dedit Deo & prædictæ Eccleſiæ, & Canonicis de **Trentham**. Et ut hæc donatio rata, & inviolabilis permaneat, præſentis ſcripti teſtimonio, & ſigilli mei munimine illam corroboravi. Hiis teſtibus, *Roberto* de *Praertis*; *Rogero* de *Goinz*; *Willielmo Bacun*; *Luca* de Sancto *Leodegario*; Magiſtro *Radulfo* . . . . Camerario, *Thoma Pincerna*; *Willielmo Locardo*; Et multis aliis apud *Marvill*.

Carta Elæ *de* Aldithlegh *donationem* Henrici *filii ſui, de boſco de* **Threpwode** *confirmans*.

Ibid.

OMnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris *Æla* de *Aldithlegh* quondam uxor domini *Jacobi* de *Aldithlegh* ſalutem in Domino. Cum dilectus filius meus *Henricus* de *Aldithlegh*, Divinæ caritatis intuitu, & pro ſalute animæ ſuæ & animarum anteceſſorum ſuorum dederit dilectis in Chriſto fratribus Priori & Conventui Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Trentham** boſcum qui vocatur **Thorpwode** juxta le *Wal*, cum ſolo & tenemento, quæ tam ego quam prædictus *Henricus* habuimus ibidem, cum pertinentiis. Ego prædictum donum ratifico, concedo & hoc præſenti ſcripto meo confirmo; & totum Jus meum quod inde nomine dotis habui vel habere potui eiſdem quietum clamavi. Tenendum in perpetuum prædictis Priori & Conventui, prout Carta feofamenti, quam habent de prædicto *Henrico* filio meo, pleniùs teſtatur. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, Domino *Roberto* de *Henneth*; *Radulfo* de *Burg*; *Rogero* de *Touk*; *Nicholao* de *Bercleſwell*; *Willielmo* de *Bagenold*; *Roberto* de *Chetilton*; *Johanne Coigne*, & aliis.

PRIORATUS

de **Wormley** *in agro* Herefordenſi.

Carta Stephani *de* Ebroicis *de molendinis de* **Lenhale**, *& de diverſis terris*.

Ex MS. quodam in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Vitellii* F. 8.]

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Stephanus* de *Ebroicis* dedi & conceſſi pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ *Iſabellæ*, & patris & matris & liberorum & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, Deo & Eccleſiæ ſancti *Leonardi* de *Pyonia* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, ad ſuſtentationem trium Capellanorum divina pro fidelibus celebraturorum imperpetuum, qui nec à me nec ab hæredibus meis, ſet tantummodo à prædictis Canonicis eligentur & conſtituentur, molendina mea quæ ſita ſunt ſuper **Hareve** in **Lenhales**, cum ſtangnis & moltis & ſequelis, & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus & liberis conſuetudinibus. Hæc ſunt pertinentia & conſuetudines ad prædicta molendina; ſcilicet quod omnes homines de manerio meo de **Lenhales**, ſcilicet in villa & extra villam, debent ſequi prædicta molendina cum omni blado & avena & fabis. Et ſi quis deprehenſus vel convictus fuerit ſequens aliud molendinum, prædicti Canonici habeant equitaturam & bladum & farinam & ſaccum, & ipſe maneat in miſericordia mei vel hæredum meorum. Prædicti verò homines de manerio de **Lenhales** debent præparare ſtangna prædictorum molendinorum ad cuſtum ſuum omni tempore, cum opus fuerit, & carriare molas ad molendinum ubicumque emptæ fuerint, in comitatu *Herefordiæ*. Et ſi fortè prædicti homines in hiis faciendis negligentes fuerint, & prædicti Canonici prædictorum defectu dampnum incurrerint, ego & hæredes mei cogemus eos ad ſtagna præparanda & ad molas ducendas & ad dampna Canonicorum reſtauranda.

Præterea conceſſi dictis Canonicis parvam inſulam, quæ eſt juxta molendinum orientale quæ circumcluditur aquâ, & ut fodiant terram & lapides, & ut capiant ad ſufficientiam in totis terris noſtris ubicunque magis aptum eis fuerit, ad prædicta ſtagna præparanda. Conceſſi eciam omnibus ſequentibus prædicta molendina notis & extraneis, quod liberum ſit per vias & ſemitas ubicumque eſſe ſolebat eundi ad molendina & redeundi à molendinis. Præterea conceſſi prædictis Canonicis quod nec ego nec aliquis hæredum meorum aliquid faciemus molendinis in toto manerio de **Lenhale** ad eorum nocumentum. Et ſi placet prædictis Canonicis, conceſſi eis ut faciant alia molendina & in terra & in aqua ubicumque eis magis aptum fuerit in manerio de **Lenhale**. Et conceſſi prædictis Canonicis competens maerenium in boſcis meis de **Lenhale**, ad prædicta molendina præparanda ad ea quæ ſunt, vel quæ prædicti Canonici facturi ſunt ſimiliter ad prædicta ſtagna præparanda omni tempore cum opus fuerit.

Præterea dedi eis tres virgatas terræ in manerio meo de **Lenhale**. In **Hope** ſcilicet unam, quam *Rogerus* de *Flinteſham* tenuit, cum omnibus pertinentiis. Et dimidiam virgatam terræ, quam *Oſbertus* filius *Simonis* tenuit, excepto meſſuagio. Et aliam dimidiam virgatam terræ quam *Oſbertus Ybernenſis* tenuit, excepto meſſuagio. Et unam dimidiam virgatam terræ quam *Walterus* de *Broca* tenuit, excepto meſſuagio; Et aliam dimidiam virgatam terræ quam *Cecilia* vidua tenuit cum meſſuagio. Et unam croftam juxta idem meſſuagium. In pratis, in paſcuis, in boſcis, in planis, in ſemitis, in viis, exceptis dictis tribus meſſuagiis. Dedi eciam eis unam acram terræ quæ dicitur **Welmesaker**, & unam culturam de dominico meo continentem quinque acras & dimidiam jacentem juxta **Hope**. Et aliam culturam juxta **Wodieslidiet** continentem novem acras. Et conceſſi eis communam paſturæ ad averia ſua in omnibus terris meis de **Lenhale**. Et conceſſi eis ligna ad ignem eorum, & huſbote

&

& heybote de boſcis meis de **Lenhale** cum neceſſe fuerit, per viſum foreſtariorum meorum. Præterea conceſſi eis quinquaginta porcos ituros cum porcis meis in boſcis meis de **Lenhale**, quietos à paunagio, & alios quinquaginta porcos ituros cum porcis hominum meorum ſimiliter quietos à paunagio. Et dedi eis decimas paunagii omnium boſcorum meorum in totis terris meis & in porcis & denariis. Dedi & eis ſex ſolidos ad cereos emendos in dicta Eccleſia *S. Leonardi*, quos *Johannes* . . . vel qui terram dicti *Johannis* tenebunt reddent eis annuatim ad duos terminos, ſcilicet ad *Annunciationem* beatæ *Mariæ* tres ſolidos, & ad feſtum Sancti *Michaelis* tres ſolidos. Dicti verò Canonici invenient unum Capellanum in perpetuum in Capella mea de **Lenhale** divina pro fidelibus celebraturum. Ego quidem & hæredes mei dicto Capellano victum ſuum in perpetuum in Caſtello meo de **Lenhale** honorificè inveniemus. Et dicti Canonici diem Anniverſarii depoſitionis meæ & uxoris meæ quolibet anno imperpetuum facient.

Præterea dedi eis unam Gravam quæ dicitur **Birhcombe**, & licentiam circumclaudendi. Et ſimiliter conceſſi eis partem quæ pertinet ad terram eorum in **Wetemor**, & partem quam excambiaverunt cum *Waltero Conſtabulario*, & partem quam dedi eis in eadem mora, ut circumcludant. Et dedi eis duas acras terræ & dimidiam in **Bruſchfurlonge**, quas dictus *Oſbertus* tenuit. Et dedi eis in excambium pro quinque acris terræ quibus aumentavi dominicum meum, quaſdam buttas terræ, quas *Hunith* tenuit. Et in **Bruſchfurlonge** unam acram terræ, quam *Adi* tenuit,, & unam acram & dimidiam quam *Henricus* tenuit; Et duas acras & dimidiam de dominico juxta gravam prædictam, & meſſuagium quod *Walterus Druwery* aliquando tenuit in **Hope**. Et præterea dedi eis in manerio meo de *Froma* unam acram, & dimidiam ſcitam inter aquas juxta molendina dictorum Canonicorum. Præterea dedi eis manerio de **Lenhale** quadraginta ſolidos percipiendos annuatim ad duos terminos, ſcilicet ad *Annunciationem* beatæ *Mariæ* viginti ſolidos, & ad feſtum ſancti *Michaelis* viginti ſolidos, ſcilicet de redditu terræ quam *Thomas* de *Hama* tenuit tres ſolidos; Et de redditu terræ quam *Willielmus Treichevaul* tenuit quatuor ſolidos; Et de redditu quem *Ricardus Haveyer* tenuit quatuor ſolidos; Et de redditu quem *Rogerus Kenoht* tenuit tres ſolidos; Et de redditu terræ, quam *Rogerus* filius *Willielmi* tenuit tres ſolidos; Et de redditu terræ quam *Johannes Galinge* tenuit quinque ſolidos; Et de redditu terræ, quam *Walterus* filius *Pedrich* tenuit, ſcilicet terræ quæ fuit *Kedye* quinque ſolidos; Et de redditu terræ quam *Howell* tenuit decem ſolidos; Et de terra quam *Willielmus* le *Venur* tenuit tres ſolidos. Et ſi prædicti homines vel eorum ſucceſſores, qui dictas terras tenebunt, prædictum redditum prædictis Canonicis ad prædictos terminos ſolvere renuerint , conceſſi prædictis Canonicis, ut diſtringant eos per averia & catalla eorum ad dictum redditum perſolvendum prædictis terminis , & ipſi detentores remaneant in miſerecordia mea vel hæredum meorum.

Præterea dedi eis in Manerio meo de **Stokes** redditus viginti ſolidorum & exitus proficua terrarum quæ *Arnaldus Frenon*, *Rogerus* de *Ludelawe*, *Emma* · · · · · · tenuerunt, & eorum homagia & ſucceſſorum eorum ſine aliquo retenemento; ſalvo regali ſervicio. Conceſſi & eis molendina mea in **Hereford** , quæ ſcita ſunt ſuper *Waya* , quæ *Willielmus* de la *Pype* & *Willielmus* filius *Stephani* tenuerunt; Præterea conceſſi eis in manerio de **Croule** ſeptem mittas ſalis quolibet anno percipiendas apud **Wiz**; ſcilicet infra feſtum ſancti *Petri* ad *Vincula* & ſancti *Andreæ* Apoſtoli, ab eis qui tenebunt ſalinam pertinentem ad **Croule**. Et decimam paunagii de omnibus porcis & denariis, quos ego vel hæredes mei ibi capiemus. Dedi eciam eis & conceſſi decimam de larderio meo apud **Lenhale**, & in omnibus aliis terris meis quas poſſideo vel perquirere potero. Et de porcis & de omnibus animalibus, ſcilicet de bobus , de vaccis , de ovibus , de capris, & de omnibus coriis animalium occiſorum infra feſtum ſancti *Michaelis* & diem Cinerum. Et ſi mihi vel hæredibus meis placuerit, poterimus prædictis Canonicis prædictos quadraginta ſolidos de **Lenhale** in terris patis & loco competenti excambire. Ego quidem & hæredes prædicta molendina de **Lenhale** cum omnibus pertinentiis cum totis terris prænominatis de **Lenhale** cum omnibus pertinentiis ſuis, & gravam & partem, quam habent in **Wetemor** circumclauſam, & redditus denariorum de **Lenhale**, & terras & redditus de **Stokes**, & molendina de **Hereford**, & ſeptem mittas ſalis apud **Wiz**, & decimam paunagii de **Croule**, & omnium boſcorum meorum, & decimam lardarii mei & coriorum, Tenendum & habendum prædictis Canonicis in puram & perpetuam elemoſinam liberè & quietè abſque omni exactione & demanda, contra omnes homines & fœminas warrantizabimus, & ab omni ſeculari ſervicio acquietabimus, quod terris prædictis pertinet, vel pertinere poſſit, excepto regali ſervicio quod pertinet ad terram de **Stokes**.

Ego verò dedi dictis Canonicis dicta molendina de **Lenhale**, & unam virgatam terræ in **Hope**, & redditus viginti ſolidorum apud **Stokes**, & ſeptem mittas ſalis ad **Wiz** in excambium pro **Croule** cum pertinentiis. Et dicti Canonici quietum clamaverunt in perpetuum mihi & hæredibus meis dictum manerium de **Croule** cum omnibus pertinentiis, exceptis ſeptem mittis ſalis. Et notum ſit omnibus quod excommunicari feci in Eccleſia ſancti *Leonardi* de *Pyonia* & in Eccleſia ſancti *Michaelis* de **Lenhale**, omnes qui dictis Canonicis de *Pyonia*, de prædictis Elemoſinis moleſtiam intulerint, vel eis aliquam vexationem facere præſumpſerint. Et quia volo quod hæc mea donatio & conceſſio firma ſit & ſtabilis in perpetuum, hoc præſens ſcriptum ſigilli mei atteſtatione confirmavi. Hiis teſtibus, *Radulfo* de *Sancto Audoeno*, *Roberto* de *Sancto Audoeno*,

Audoeno, *Ricardo* de *Hageen*, *Willielmo* de *Peytevin*, *Johanne* de *Ebroicis*, *Ricardo* de *Chandos*, *Hugone* de *Lantune*, *Gerardo* de *Huſſcemayn*, *Stephano* de *Bradeworthin*, & multis aliis.

Carta Gilberti *de* Lacy *donationes* Stephani de Ebroicis *confirmans.*

Id. OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Gilbertus* de *Laſcy* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas, nos inſpexiſſe Cartam Canonicorum Sancti *Leonardi* de *Pionay*, quam habent ex dono *Stephani* de *Ebroicis* de feodo meo in hæc verba. Sciant præſentes & futuri, quod ego *Stephanus* de *Ebroicis* dedi & conceſſi pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ *Yſabell*, & Patris & Matris & liberorum & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, Deo & Eccleſiæ Sancti *Leonardi* de *Pyonya* (&c,) ad ſuſtentationem trium Capellanorum divina pro fidelibus celebraturorum imperpetuum, qui nec à me nec hæredibus meis, ſed tantumodo à prædictis Canonicis eligentur & conſtituentur, molendina mea quæ ſcita ſunt ſuper **Areye** in **Lenhale**, cum ſtagnis & moltis & ſequelis & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus & liberis conſuetudinibus (&c. ut ſupra, in priori Carta.) Hiis teſtibus *Radulfo* de Sancto *Audoeno* (&c.) ut ſupra. Nos verò donationem & conceſſionem prædicti *Stephani* de *Ebroicis* ratas & gratas habentes, eas ſecundùm tenorem Cartæ prædicti *Stephani* confirmare curavimus, ita ut prædicti Canonici de *Pyonya* de cetero omnes terras, redditus, & poſſeſſiones, & omnes libertates quas prædictus *Stephanus* de *Ebroicis* eis dedit & conceſſit, habeant & in pace poſſideant ſine aliqua vexatione vel contradictione mei vel hæredum meorum. Pro hac autem conceſſione & confirmatione dederunt nobis prædicti Canonici centum ſolidos. Et quia volumus quod hæc noſtra conceſſio & confirmatio rata & ſtabilis imperpetuum permaneat, præſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione confirmavimus. Hiis teſtibus *Thoma* Decano *Herefordiæ*, *Willielmo* de *Purches*, *Ricardo Pancephot*, *Ricardo* de *Haunton*, *Nicholao* de ·:···, *Waltero Candechok*, & aliis.

Carta Willielmi *de* Ebroicis, Stephani *patris ſui donationes confirmans.*

Ib. NOverint (&c.) quod nos *Willielmus* de *Ebroicis* ab hac hora in antea pro nobis & hæredibus noſtris ſervabimus & tenebimus Priori & Conventui de *Wrmeleya* omnes donationes, conceſſiones & elemoſinas quas pater noſter *Stephanus* de *Ebroicis* dedit dictis Priori & Conventui, legavit vel conceſſit in Teſtamento vel extra, in terris, poſſeſſionibus, decimis, elemoſinis, paſturis, paunagiis (&c.) prout meliùs & ſaniùs ad utilitatem dictorum Prioris & Conventus poteſt intelligi, & prout pleniùs continetur in Carta vel Cartis, una vel pluribus ſigillata vel ſigillatis patris noſtri *Stephani* memorati (&c.) data apud **Wike** juxta *Wygorniam*, anno Domini *M. CC. xl.*

Carta Edmundi *filii Regis* Henrici, *de advocatione Eccleſiæ de* **Dylun.**

OMnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris. *Edmundus* illuſtris *H.* Regis *Angliæ* filius ſalutem in Domino ſempiternam. Pia Sanctorum loca, in quibus cultus augetur divinus, ac in eiſdem Deo devotus obſequentes favore benevolo, & amplioris beneficii plenitudine tota devotione proſequi cupientes, Deo & Eccleſiæ beati *Leonardi* de *Wormleya*, & religioſis viris Priori & ejuſdem loci Conventui Ordinis S. *Auguſtini*, eorumq; ſucceſſoribus imperpetuum ibidem Deo ſervientibus, unam acram terræ, quæ quondam fuit *Walteri* de *Maunton*, quæ quidem jacet in Manerio de **Dilun** in campo qui vocatur **Hemnesfeld**, cum advocatione & jure patronatus Eccleſiæ de **Dylun** *Hereforden.* dioc. cum omnibus pertinentiis ſuis in puram & perpetuam elemoſinam, tenore præſentium concedimus ac donamus perpetuò poſſidendam, abſq; aliqua reclamatione vel calumpnia noſtri ſeu hæredum noſtrorum imperpetuum. In cujus rei teſtimonium, prædictis Priori & Conventui, hanc Cartam noſtram fieri fecimus Sigilli noſtri impreſſione roboratam. Dat. *Londini xi.* die menſis ·:··· *A. MCClxxiiii.* Teſtibus & ibidem præſentibus dominis *Roberto* de *Ufford*, *Ricardo Fokeram*, *Rogero* de *Burghull*, *Waltero* de *Eylesford* (&c.

Cart. 9 E. 1. n. 60. per Inſpex.

PRIORATUS

de **Roylton** *in agro* Cantabrigienſi.

Carta Regis Ricardi *primi*, *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. antiq. R. n. 6.
Vide. Cart. 18 E. 3. m. 2. n. 7.
Et Pat. 1. H. 4. p. 5. m. 8.
Et Pat. 1. H. 5. p. 4. m. 16.
Et Pat. 6. H. 6. p. 1. m. 31.

Ricardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos, pro amore Dei, & pro ſalute noſtra, omnium Anteceſſorum, & ſucceſſorum noſtrorum, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Monaſterio Sancti *Thomæ* Martiris, apud *Crucem Rhoſiæ* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, locum ipſum in quo idem Monaſterium fundatum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ *Euſtachius* de *Merc*, fundator ipſius Monaſterii, & *Radulfus* de *Roveceſtria*, & alii fideles rationabiliter dederunt eis; Conceſſimus etiam eis, & confirmamus Eccleſias, quas idem *Euſtachius* eis dedit, cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet, Eccleſiam de **Covenham**; & Eccleſiam de *Aurisbeia*; & Eccleſiam de **Ceſtreton**, & terram quæ vocitur *Hale* in **Langeslare**; & in **Hadlingos** ex dono ipſius *Euſtachii*: Et ex dono *Wiſcohardi* de *Malſewich*, unam virgatam terræ in **Hallewold**. Et ex dono *Radulfi Wilenſis* xx. ſolidos redditus in **Werton**; Et dono *Warini* de *Baſingeburne* tres acras terræ proximas *Cruci Rhoeſiæ*; Ex dono *Rogeri Argentine* tres acras in **Medelburn**; Ex dono *Margaretæ* Comitiſſæ duas acras terræ in **Baſingeburne**; Ex dono *Julianæ* ſex acras terræ in **Wanlinton**; Ex dono *Adæ*, de *Ruyt* duas acras terræ in **Ruyt**; Ex dono *Roberti* de *Buron* duas acras terræ, & dimidiam in *Burleia*; Ex dono *Osberti* Epiſcopi, unam acram, & dimidiam in **Meldeburn**. Ex dono *Henrici* filii *Symonis* duas acras in **Meldeburn**; Ex dono *Symonis* de *Senzeliz* unum meſſuagium in *Cueſword*, cum una virgata terræ; Ex dono præfati *Euſtachii* de *Merc* ſex bovatas terræ, & dimidiam in *Auresbeia*, & in **Torenton**.

Conceſſimus etiam & confirmamus eis nundinas per totam ſeptimanam *Pentecoſtes*, & in unaquaq; hebdomada, feria quarta, forum venale apud prædictam *Crucem Roeſiæ*, ſecundùm conſuetudines, & libertates fori, & nundinarum Canonicorum de **Dunſtable**: Et prohibemus ne aliquis præſumat emere, vel vendere in villa prædicta, abſq; Canonicorum licentia; Quare volumus & firmiter præcipimus, quod præfati Canonici habeant, & teneant omnia prædicta benè, & in pace, liberè, & quietè, & integrè, & honorificè, in boſco, & plano, in viis, & ſemitis, in pratis, & paſcuis, in aquis, & molendinis, in piſcariis, & vivariis, & ſtagnis, in mariſcis, & turbariis, infrà burgum, & extra; cum *Soch*, & *Sac*, & *Thol*, & *Theam*, & **Infangethef**, & **Utlanethef**, & **Hamſach**, & **Gridbrach**, & **Clodwite**, Murdro, **Foreſtall**, **Flemaniſfit**, **Ordell**, **Orſet**, infra tempus & extra, & in omnibus locis, & omnibus cauſis quæ ſunt, vel eſſe poſſunt. Præcipimus etiam, quod ipſi, & homines ſui, & tenentes ſui, ſint liberi; & quieti, ab omni Scotto, & Geldo, & omnibus auxiliis Regum, & Vicecomitum Miniſtralium eorum, & hidagiis, & Danegeldis, & excercitu, & Scyris, & Hundredis, & placitis, & querelis, & wardis, & de **Wardpeni**, & de **Hounhalpeni**; & Laſtagio, & **Wrech**; & de operibus Caſtellorum, parcorum, pontium, & de clauſuris, & Carreio, & Sumagio, & Heſig, & Regalium Domorum ædificatione, & omnimoda operatione; & ſilvæ eorum ad prædicta opera, aut ad aliqua alia nullo modo capiantur.

Præcipimus etiam quod præfatum Monaſterium ſit quietum, liberum, & ſecurum ab omni donatione Comitum, & Baronum; Et ipſi Canonici, & homines terrarum earum, ſint quieti ab omni Telloneo in omni foro, & in omnibus nundinis, & in omni tranſitu pontium, viarum, & maris, per totum Regnum noſtrum; & per omnes terras noſtras; & omnia mercata ſua & hominum ſuorum ſint ſimiliter in prædictis locis, ab omni Tolneto quieti. & hoc ſuper foriſfacturam noſtram præcipimus. Item Catalla furum & merciæ, quæ ex murdro, & aliis foriſfacturis contingunt, & contingere poſſunt, quantum ad terras ſuas, & hominum ſuorum, ſua ſint. Confirmamus etiam eis omnia quæ de Baronibus, & hominibus noſtris, in poſterum collatæ fuerint in elemoſinam, cum prædictis libertatibus. Prohibemus etiam ne ponantur in placitum de aliqua poſſeſſione, vel tenemento ſuo quod habeant, & teneant, niſi coram nobis, vel capitali Juſticiario noſtro. Teſtibus *Hugone* Epiſcopo *Dunelmienſi*, *Johanne Norwicenſi*, *Roberto Sariſbirienſi* Epiſcopis; Comite *Albrico*; Comite *Hamelino* de *Warrenia*; Comite *Richardo* de *Clare*; *Waltero* filio *Roberti*; *Galfrido* filio *Petri*; Datum apud *Sanctum Edmundum* nono die *Novembris*, per manum *Willielmi* Electi *Elienſis* Cancellarii noſtri, Regni noſtri anno primo.

PRIORATUS

de **Erdbury** *in agro* **Warwicenſi.**

Carta Radulfi *de* Sudle *de Eccleſiis de* **Dercet** *&* **Chilverdeſcote** *&c.*

Ex ipſo autographo in Curia Augmentat.

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris *Radulphus* de *Sudle* ſalutem. Notum ſit vobis, me dediſſe & conceſſiſſe Eccleſiæ de **Ordburi**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Chilverdeſcote**, cum duabus virgatis terræ, quarum una de omni ſeculari ſervicio eſt libera, & altera de regalibus ſerviciis ſe defendit, & cum omnibus adjacentibus ſuis. Et Eccleſiam de **Dercet** cum omnibus pertinentiis ſuis, poſt deceſſum *Oſemundi* Clerici eorum, qui eam per eos poſſidet. Et prædictus *Oſemundus* præfatæ Eccleſiæ de **Ordburi** annuatim unam marcam argenti reddet; & poſt diſceſſum ipſius *Oſmundi* Clerici eorum, ipſa Eccleſia de **Dercet**, prænominatæ Eccleſiæ de **Ordburi**, quieta & ſoluta, de me & hæredibus meis perpetuum remanebit; & Eccleſiam de **Chelverdeſcote** ſimiliter, & omnem terram, quam ipſi Canonici de **Ordburi** priùs in **Chelverdeſcote** tenuerunt; ſcil. ſex virgatas terræ & dimidiam; & boſcum quod tenent pro ſervitio regali de dimidia hida. Et in brade meude *x.* acras prati, & duas de decima; Et la **Breche** apud **Witemore**, & meſſuagias, quas ipſi Canonici ibi tenent; Et dimidium boſcum unum, ſcil. le **Hudells**.

Et ſuper addidi Eccleſiæ de **Ordburi**, apud **Sulingſen** terram & pratum, quantum die illa tenuerunt quâ eis Cartam meam feci. Et apud **Dercet** *C.* acras terræ de dominio meo, in uno campo; & *C.* in altero campo; & decem acras prati ſimiliter de dominio meo; & dimidiam virgatam terræ in villa de **Dercet**, quam *Fulco* tenuit; & unum meſuagium ad orea ſua facienda. Et apud *Radeweiam* unam hidam terræ cum pertinentiis ſuis. Omnes enim has donationes prædictas dedi & conceſſi Eccleſiæ de **Ordburi**, & Canonicis ibi Deo ſervientibus in perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & patris mei, & omnium anteceſſorum meorum, & *Emmæ* uxoris meæ, & *Hotveli* filii mei, & omnium filiorum & filiarum mearum.

Hanc verò donationem & conceſſionem feci Eccleſiæ de **Ordburi**, & Canonicis ibi manentibus, pro Dei amore, & petitione *Emmæ* uxoris meæ. Quare volo, & firmiter præcipio, quatinus Eccleſia de **Ordburi**, & Canonici ibi Deo ſervientes has prædictas donationes habeant & teneant benè & in pace, liberè & quietè & honorificè ab omnibus ſecularibus ſerviciis mihi pertinentibus, ſalvo regali ſervicio. Et ut ex boſco meo facultatem, tam ad ignem, quàm ad propria ædificia ſua ſumendi ubiq; habeant, & porcis terrarum ſuarum paſnagium nequaquam reddant. Hiis teſtibus, *Emma* uxore mea, *Hotvelo* hærede meo, *Will.* de *Traci*, *Ricardo* de *Sudle*, *Oſemundo* de *Campendene*, *Roberto* filio *Haraldi*, *Ricardo* Clerico de **Chutone**, *Jordano* Clerico de **Chelverdeſcote**, *Roberto* Preſbytero de *Grava*, *Luca* de *Dicleſdunne*, *Stephano Venatore*, *Hugone Muſſun*, *Ricardo* de *Scireford*, *Helia Condel*, *Baldvino* Coco, *Galfrido Ruſſell*, *Hug.* de *Buſervill* & multis aliis.

Carta Andræi *de* Eſtley *militis de boſco de* **Herewardeſhay.**

Ex ipſo autographo penès *Ric. Neudigate*, Serv. ad Legem.

OMnibus (&c.) *Andræas* de *Eſtleya* miles ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ, anteceſſorum, ſucceſſorumq; meorum, dediſſe (&c.) Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Erdburia*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in liberam puram & perpetuam elemoſinam, totum boſcum meum, qui vocatur **Herewardeſhay**, & ſolum dicti boſci, ſicut metis & foſſato circumcingitur; qui quidem quondam fuit *Saeri* de *Stokes* (&c.) Præterea omnes venditiones, donationes, conceſſiones (&c.) dictis Canonicis, à Domino *Thoma* de *Eſtleya* patre meo factas, ratas habens &c. confirmo. Pro hac autem donatione (&c.) dederunt mihi dicti Canonici ſexaginta marcas ſterlingorum, præ manibus (&c.) Hiis teſtibus, Domino *Bartholomeo* de *Sudleya*, Domino *Will.* de *Wavere*, Domino *Roberto* de *Handeſacre* militibus; *Johanne* de *Wilmecote*, *Hugone* de *Lilleburn*, *Willelmo Mareſcallo* de *Souleya*, *Guidone* de *Eſtleia*, & aliis.

Ordinatio vicariæ de **Dercet**, *cujus Eccleſia Prioratui de* **Erdbury** *prædicta ſpectabat.*

OMnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum inſpecturis vel audituris, *Alexander* Dei gratia *Coventrenſis* & *Lickfeldenſis* Epiſcopus ſalutem in Domino, Ex injuncto nobis curæ paſtoralis officio, univerſis quos officii noſtri cura contingit, paternâ tenemur ſolicitudine providere; præcipuè tamen illos fovere tenemur caritatis amplexu, quos & paupertas premit, & religionis honeſtas Deo reddit acceptos: Hinc eſt, quod nos ad præſentationem dilectorum in Chriſto, filiorum *Hugonis* dicti Prioris de **Erdbury**, & *Radulfi* de *Suleya* militis, admiſimus dilectum filium noſtrum *Enic* ſacerdotem ad vicariam Eccleſiæ *omnium Sanctorom* de **Dercet** *Maiori*; quam vicariam communi aſſenſu prædictorum, *Hugonis* dicti Prioris de **Erdbury**, & *Radulfi* de *Suleia* militis, ſic taxavimus & ordinavimus; videlicet quod dictus *Enic*, & Vicarius qui pro tempore fuerit, habeant totum alteragium præfatæ Eccleſiæ, cum pertinentiis ſuis, inſuper & decimas garbarum octo virgatarum terræ in villa de *Radeweya*, & decimas garbarum duarum carucatarum terræ in villa de **Derced**, de Dominico

Prioris antedicti; & decimam dimidiæ virgatæ terræ, quam *Aluredus* homo dicti Prioris, tempore confectionis præſentis inſtrumenti; & Decimam octo acrarum, quas cotarii dicti Prioris eo tempore tenebant, & medietatem decimarum feni magni prati de dominio dicti *Radulfi*, & omnes alias decimas feni ſine diminutione.

Habeat etiam Vicarius domos quæ ſitæ ſunt in dominico Eccleſiæ præter horreum & bovariam, ſecundùm diviſionem muri, quem præcipimus ibidem fieri ad diviſionem arearum Prioris & Vicarii. Erit autem idem Vicarius ſacerdos, & non minoris ordinis, & præſentabitur nobis vel ſucceſſoribus noſtris de communi aſſenſu Prioris & dicti *Radulfi* vel ſucceſſorum ſuorum, qui pro tempore fuerint; Prioris, ſcilicet, tamquam Rectoris Eccleſiæ, & *Radulfi* vel hæredum ſuorum tamquam Patroni; quod ſi fortè præſentaverint alium quàm ſacerdotem idoneum, eo ipſo ſint ea vice præſentandi jure privati in poſterum, tamen ipſis priore jure ſervato, ſalvo etiam nobis & ſucceſſoribus noſtris per omnia jure Pontificali & parochiali.

Habebit autem idem Vicarius alium ſocium Capellanum honeſtum perpetuò, & Diaconum, qui cum ipſo deſerviat Eccleſiæ memoratæ: Suſtinebit etiam idem Vicarius omnia honera Eccleſiæ debita & conſueta, præterquam ſi fortè Cancellum fuerit reparandum, vel libri ex toto deſuerint, ad hæc conferant Prior, & Vicarius, pro portionibus ipſos contingentibus. Ut autem hæc noſtra taxatio & Ordinatio ſtabiles perpetuò, & inconcuſſæ perſeverint, eas ſigilli noſtri mumimine duximus roborandas. Acta anno gratiæ *Mileſimo, ducenteſimo trigeſimo ſecundo*, menſe *Maio*. Hiis Teſtibus, Magiſtro *Willelmo* de *Monemuta*, Decano *Lichfeldenſi*, Magiſtro *Richardo* de *Glonceſtria* Theſaurario *Lichfeldenſi*, *Willielmo* quondam Abbate de *Stanlega*, *Radulfo* de *Sulega* Patrono dictæ Eccleſiæ, *Johanne Baſſet* milite, *Hugone* Rectore Eccleſiæ de **Avenederced**, *Richardo* ſacerdote de *Cobintona*, *Henrico* fratre ſuo, Magiſtro *Simone Perdriz*, Magiſtro *Alexandro Blundo*, *Nigello* filio *Mabiliæ*, *Philippo Blundo*, & multis aliis.

1232.

Licentia Canonicis de **Erdbury** *perquirendi terras ad valentiam* C. *marcarum per annum.*

Pat. 23. H. 6. p. 2. m. 21.

REx, (&c.) Sciatis quod cum Monaſterium de **Erdbury** in Com. *Warwici*, quod de fundatione anteceſſorum cariſſimi & fidelis militis noſtri *Radulfi Botiller*, Baronis & Domini de **Seudeley**, & ſuo patronatu exiſtit, à ſua primæva fundatione exiliter dotatum, indies adverſantibus ſibi fortuniæ varietatibus, adeo in ædificiis & facultatibus ſic ruinoſum & depauperatum, ac ære alieno, per minus providam gubernationem nuper Priorum loci prædicti prægravatum & oneratum, quod divinus cultus ac numerus Canonicorum Deo in eodem famulantium multipliciter diminuitur, ac veriſimiliter ad extremam diſſolutionem in brevi, quod abſit, diſcontinuari formidatur, niſi aliundè à Chriſti fidelibus & Deo devotis celeriùs & uberiùs ſuccurratur eidem. Et quia nos in relevationem & conſolationem ſtatus Monaſterii prædicti, & ſpecialiter ad divini cultus augmentum oculos compaſſionis piè dirigentes, de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, (&c.) Priori & Conventui loci prædicti, quod ipſi & ſucceſſores ſui, abſq; feodo ſeu fine ad opus noſtrum vel hæredum noſtrorum ſolvendo, terras, tenementa, (&c.) ad valentiam C. marcarum per annum, (&c.) adquirere poſſint. Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, (&c.) T. Rege apud *Weſtm. xiii. Aprilis.*

PRIORATUS

de **Poghele** *in agro* Berrocenſi.

Carta Regis Henrici *tertii Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 3. E. 3. n. 26. per Inſpex.

HEnr. Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm. Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beatæ *Margaretæ* & Priori & Canonicis de **Poghele** omnes donationes ſubſcriptas; videlicet de dono *Radulphi* de **Chadelewurth** Heremitorium de **Cleuſordemere** cum pertinentiis ubi nunc ſitus eſt ejuſdem Prioratus, & de nemore ipſius *Radulphi*, quicquid eſt inter viam quæ à porta ipſorum Canonicorum dirigitur verſùs occidentem uſq; ad **Littledunewepe**. De dono ejuſdem Eccleſiam de **Chadalewurth** cum Capella de **Wulneley** & omnibus aliis pertinentiis ſuis. De dono *Thomæ* de *Mazcey* totam terram quam tenuit in **Weſthaterton** ſine ullo retenemento. De dono *Rogeri* filii *Rogeri* de *Cuſerugg*, omnes terras, homagia, redditus, & ſervicia quæ tenuit in **Cuſerugg**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & quicquid in eadem villa ei vel hæredibus ſuis aliquo modo unquam accidere poterat ſine ullo retenemento. De dono *Nicholai* de *Hedinton* omnes terras cum pertinentiis quas habuit in **Peſemere** ſine aliquo retenemento. De dono *Lamberti* filii *Bernardi* de *Ferendone*, totam terram cum pertinentiis quam tenuit in *Ferendone*. De dono *Hugonis* de *Bathonia* totam terram ſuam de **Wlerdeham**, cum pertinentiis ſine aliquo retenemento, & totum pratum ſuum de **Colethrop** & homagium & ſervicium *Ricardi* fratris *Gilberti* de **Colethrop**.

De dono *Willielmi* de *Haddele* omnes terras ſuas & meſuagium cum omnibus pertinentiis ſuis apud **Leghe**, & totam terram cum pertinentiis, quam *Godefridus* de *Gorſtone* tenuit,

&

& totam terram cum pertinentiis quam *Lucas* de *la Dene* & *Willielmus* filius *Oſmundi* tenuerunt, cum tribus acris terræ, quas *Hugo Albus* ei dederat, & cum tota terra ſua in **Inhoc**, cum omnibus pertinentiis ſuis. De dono *Nicholai* filii *Hugonis* totam terram ſuam cum pertinentiis in **Blacgrave**, quam tenuit de *Willielmo* filio *Humfridi* de **Bochamptone**, & totam partem ſuam aſſarti in **Swanecroft**; & totam terram ſuam cum pertinentiis, quam tenuit de *Radulpho* Anglico in **Haddele**. De dono *Willielmi* filii *Ricardi* de **Weſthenred** unam virgatam terræ cum pertinentiis in **Weſthenred**. De dono *Johannis* de *Bakepuz* unam virgatam terræ cum pertinentiis in **Eyſdene**, quam *Walterus Aky* tenuit. De dono ejuſdem dimidiam virgatam terræ, cum pertinentiis in eadem villa, quam *Lenredus* tenuit. De dono ejuſdem unam virgatam terræ cum pertinentiis in eadem villa, quam *Edrich Bully* tenuit. De dono *Thomæ* filii *Ricardi* de *Boclaund* meſuagia illa & omnes terras illas cum pertinentiis quæ *Thomas* le *Boltere* & *Robertus* le *Hert* aliquando tenuerunt in **Weſt-Cumpton**, ſine aliquo retenemento; & homagia redditus & ſervicia, cum pertinentiis quæ *Nicholaus* Vicarius de **Cumptone** & *Robertus* le *Mey* ei ſolebant & debebant facere de tenementis, quæ de eo tenuerunt in eadem villa, cum toto jure quod ei inde aliquando ullo modo accidere poterat ſine ullo retenemento.

De dono *Henrici* de *Bernevall* totam terram in **Fernham** quam *Reginaldus* de *Thurnemere* tenuit, & paſturam duodecim boum & duorum equorum & quindecim porcorum, & centum ovium in **Middelhull** verſùs **Cutermere**. De dono Magiſtri *Thomæ* de *Hulleburne*, totam terram ſuam de **Wiggeham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam emit à *Ricardo* filio *Henrici*. De dono *Roberti* de *Pinkeny* quatuor ſolidatas redditus cum pertinentiis, quas *Ricardus* de *Warewyck* & hæredes ſui ei reddere tenebantur, & duas acras terræ & unam moram quæ jacent infra croftam ipſorum Canonicorum, & totum pratum ſuum in **Wiggeham**, quod jacet in prato, quod dicitur **Wygemore**. De dono *Ricardi* de *Punchardonne* dimidiam marcatam redditus, cum pertinentiis in **Faccumbe**. De dono *Oliveri* de *Puntchardon* terram quam *Galfridus Artifex* de eo tenuit in **Faccumbe**. De dono *Walteri Wallenſis* dimidiam virgatam terræ cum pertinentiis in *Eſtheneya*, quam *Walterus Niger* tenuit. De dono *Galfridi* de *Turbevill* totam croftam in **Eſthenred**, quam *Ailwardus Sune* & *Walterus Sutor* tenuerunt, & treſdecim acras terræ in eadem villa, quas *Hugo* de *Fonte* tenuit, & viginti & ſeptem acras de dominico ſuo cum pertinentiis in eadem villa. Habenda & tenenda prædictis Priori & Canonicis de **Poghele** & ſucceſſoribus ſuis benè & in pace in liberam & perpetuam elemoſinam, ſicut Cartæ prædictorum donatorum, quas inde habent, rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus, *Johanne* de *Pleſſetis* Comite *Warewyki*, *Roberto Paſſelewe* Archidiacono Lewenſi (&c.) Dat. per manum noſtram apud **Clarendon** 16. die *Junii* anno Regni noſtri *xxxii*.

PRIORATUS

de **Rouceſtre** *in agro* Staffordienſi.

Carta Ricardi Bacun *de fundatione & dotatione ejuſdem.*

Ex vetuſto Rotulo MS. penès *Franc. Trentham* de *Rouc.* in Com. *Staff.* arm. an. 1615.

Will. Dei gratia *Eboracenſi* Archiepiſcopo, & *R.* eadem gratia *Ceſtriæ* Epiſcopo, & *R.* Comiti *Ceſtriæ*, & omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, tam laicis quàm Clericis, *Ric. Bacun* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ, pro ſalute etiam *Ranulphi* Comitis *Ceſtriæ* avunculi mei, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & Canonicis regularibus *Rouceſtriæ*, ordinis beati *Auguſtini*, totam villam *Rouceſtriæ*, & de **Combrigg**, cum omnibus villanis meis, & eorum ſequelis, & omnibus eorundem Catallis, cum omnibus dominicis meis in **Rouceſtre**, **Combrigg**, & **Wotton**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus in **Northulle**, **Denſtone**, **Quickeſulle**, **Roſintone**; & cum una bovata terra in **Bredley**, cum ſuis pertinentiis; & cum quatuor bovatis terræ in **Waterfale**, cum ſuis pertinentiis, unà cum advocatione Eccleſiæ S. *Michaelis* in **Rouceſtre**, & Capallarum ſuarum in **Bredley** & **Waterfal**; & cum omnibus & omnimodis pertinentiis ſuis in **Rouceſtre**, **Combrigge**, **Northulle**, **Wotton**, **Denſton**, **Quickiſull**, **Roſinton**, **Bredley**, **Waterfall**, **Calton**; ſimul etiam octo carucatas & duas bovatas terræ, & tertiam partem duorum molendinorum in **Bruggeford**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum, ſicut unquam ulla elemoſyna meliùs & liberiùs dari poſſit vel concedi.

Dono etiam & concedo dictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, ut omnes homines de *Rouceſtria*, & de **Combrigge**, & de **Northull**, & **Wottone**, & de **Quickſhulle**, & de **Denſtone**, & de **Roſgintone**, & de **Waterfall**, & de **Bredley**, & omnes qui tenent de ſecta de **Rouceſtre**, faciant apud **Rouceſtre** omnes illas conſuetudines, ſectas & operationes, quas fecerunt mihi in tempore meo, & etiam *Ranulpho* Comiti *Ceſtriæ* in tempore ſuo, qui dictas terras de **Rouceſtre** & de **Combrigg**, & de **Wotton**, cum omnibus pertinentiis ſus, ſimul cum conſuetudinibus, ſectis, & operationibus prædictarum aliarum villarum, pro ſervitio meo mihi dedit; *v.z.* quod ſequantur placita ſua, & *Halimot*, de omnibus & omnimodis querelis, & placitis & molendinis, & Rada & Lada, cum *Socca*, & *Sacca*, & *Tol*, & *Them*, & **Infangenthef**, & **Weyf**, & **Wreck**, & cum cunctis aliis libertatibus, & liberalibus conſuetudinibus. Ut autem hæc mea donatio & confirmatio meæ puræ & perpetuæ elemoſinæ perpetuitatis robur optineat, præſens Scriptum Sigilli mei impreſſione roboravi; & confirmationem hujuſmodi donationis, cùm warantizatione, à *Ranulpho* Comite *Ceſtriæ* avunculo meo, dictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus, impetravi. Hiis teſtibus, *Hugone Wac*, *Willielmo* Conſtabulario de **Donington**, *Thurſtano Banaſtre*, *Willielmo Bacoun*, *Roberto Bacoun*, *Willielmo* de *Colevile*, *Ricardo Pincerna*, *Willielmo* de *Binulle*, *Galfrido Diſpenſario*, *Willielmo* Capellano, *Johanne* Capellano; & aliis.

Carta Ranulphi *Comitis* Ceſtriæ, *donationem præfati* Ricardi Bacoun *recitans & confirmans.*

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens pagina pervenerit, *Ranulphus* Comes *Ceſtriæ* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe, & hac Cartâ meâ confirmâſſe donationem quam *Ricardus Bacoun* fecit Deo & beatæ *Mariæ*, & Canonicis S. *Mariæ* de **Rouceſtre**, de tota villa de **Rouceſtre**, & de **Combrigge**, cum omnibus dominicis ſuis in **Rouceſtre**, **Combrigge** & **Wottone**, & de omnibus villanis ſuis, & eorum ſequelis, & ſuis Catallis, & cum omnibus & omnimodis ſuis pertinentiis; & de una bovata terræ in **Bredley**, & quatuor bovatis terræ in **Waterfall**; & de omnibus libertatibus, & liberalibus conſuetudinibus in **Rouceſtre, Combrigge: Northulle, Wottone, Denſtone, Quickſhulle, Roſsintone, Waterfalle**, & **Bredley**; unà cum advocatione ejuſdem villæ de **Rouceſtre**, & Capellarum ſuarum, **Bredley** & **Waterfall**: Et de octo carucatis, & duabus bovatis terræ, & de tertia parte duorum molendinorum in **Bruggeford**, unde ego *Ranulphus* Comes *Ceſtriæ*, & hæredes mei dictam villam de **Rouceſtre**, **Combrigge**, cum omnibus dominicis ſuis in **Rouceſtre**, **Combrigge**, & **Wotton**, cum omnibus villanis ſuis, ſequelis, & catallis, cum omnibus libertatibus, & liberalibus conſuetudinibus, in **Rouceſtre, Combrigge, Wottone, Northulle, Denſtone, Quickſhulle, Waterfalle**, **Caltone** & **Bredley**; unà cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ de **Rouceſtre** & Capellarum ſuarum de **Bredley**, & **Waterfall**, cum omnibus pertinentiis ſuis in **Rouceſtre**, **Combrugge**, **Wotton**, **Northulle**, **Denſtone**, **Quickeſull**, **Roſsintone**, **Waterfall**, **Caltone**, & **Bredley**; & octo carucatas, & duas bovatas terræ & tertiam partem duorum molendinorum in **Bruggeford**, dictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, ſicut noſtram liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. Quare volo & firmiter præcipio, ut ipſi ita benè & in pace, ita liberè & quietè prædicta teneant ſicut unquam ulla elemoſina meliùs & liberiùs tenuit: & habeant omnes conſuetudines, libertates ſuas, & rectitudines, & quietancias in omnibus, in civitate & extra, in burgo & extra, in villa & extra, in foro & extra, in agris & paſturis, & pratis, in viis; & placeis, & chiminis; in boſco & plano, in aquis & molendinis, in ſtangnis & piſcaturis, in *Socca* & *Sacca*, in *Tol* & *Them*, & *Infangenethef*, & *Weyf* & *Wreck*, & aliis conſuetudinibus & libertatibus. Hiis teſtibus, *Rogero* Conſtabulario *Ceſtriæ*, *Rogero* de *Montealto* Seneſcallo *Ceſtriæ*, *Simone* de *Kyma*, *Thoma Deſpenſario*, *Simone* de *Thochet*, *Willielmo* de *Hardreſhulle*, *Hugone* de *Nevilla*, *Henrico* de *Longocampo*, *Philippo* de *Horreby*, *Sampſone* Priore de **Trentham**, *Thoma* Clerico, præſentium Scriptore, & aliis multis apud **Notingham**.

Carta Fulcheri *filii* Fulcheri, *de Eccleſia de* **Edneſhoure.**

OMnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ filiis, tam Clericis quàm laicis, tam præſentibus, quàm futuris *Fulcherus* filius *Fulcheri* ſalutem in Domino. Noſcat univerſitas veſtra, me dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe, Deo & S. *Mariæ*, & S. *Michaeli* Archangelo, & Abbati *Rouceſtriæ*, & Canonicis de **Leyes**, prædictæ Eccleſiæ *Rouceſtriæ* obedientibus, & Deo ſervientibus, pro anima *Jordani* fratris mei, & pro animabus patris mei & matris meæ; & pro anima ſponſæ meæ *Margaretæ*; & pro me & uxore mea, & filiis & fratribus meis, Eccleſiam S. *Petri* de **Edneſhoure**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in perpetuam elemoſinam: Quare volo, & quibus poſſum præcipio, quatinus prædicti Canonici, ſalvo jure Epiſcopali, iſtam Eccleſiam habeant, & teneant benè & in pace, & liberè & quietè ob omni conſuetudine ſeculari; habeantq; libertatem, in boſco, in plano, in campo, in villa, in pratis, in paſturis, in molendinis, & in omnibus locis, ſicut & ego, & meliùs, ſi fieri poteſt, propter amorem Dei noſtri Jeſu Chriſti. Et ne fortè aliquis in futurum, ſive aſtutiâ, ſive moleſtiâ, vel qualibet fraude iſtam donationem in aliquo perturbare temptaverit ſub ditione *Lichfeldenſis* Epiſcopi, & Archidiaconi *Derbiæ* curam illam committo; ſuppliciter exorans, ne ullo modo patiantur iſtam elemoſinam ab aliquo malè vexari, neq; aliquod injuſtè ab eis auferri valet. Hiis teſtibus, *Willielmo*, *Avenel*, *Gervaſio Avenel*, *Rberto* de *Cateſworth*, *Radulpho* de *Birches*, *Ada* de *Calton*, *Rogero* del *Hoſpital*, *Ranulpho* de *Edeneſovor*, *Sivardo* de *Pulleſtey*, & pluribus aliis.

Carta

Carta Willielmi Baſſet, *de Eccleſia de* **Wolleford.**

Willielmus Baſſet, omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, ſalutem. Noverint omnes, tam poſteri, quam præſentes, quod ego pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, & pro anima *Willielmi Baſſet* patris mei; & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dedi & conceſſi, & præſenti Chartâ meâ confirmavi, in puram & perpetuam elemoſinam, Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Rouceſtre**, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Wodeford**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, ſicut pater meus *W.l.Baſſet*, & *Oſmundus Baſſet*, eandem Eccleſiam de **Wodeford** prædictæ Eccleſiæ de **Rouceſtre**, dederunt & Chartis ſuis confirmaverunt. Hiis teſtibus, *Thoma* Abbate de **Crokeſdene**, *Henrico* Capellano de **Chedle**, *Roberto* de *Ses*, *Willielmo Columbe*, *Oſberto* de *Foteſbroc*, *Johanne* fratre ejus, *Waltero* fratre ejus, *Willielmo* de *Sapecote*, *Alano* filio *Johannis*, *Willielmo* de *Mongumeri*, *Philippo* de *Draicote*, *Ivone* de *Seggeſale*, *Sampſone* de *Rouceſtre*, &c.

Carta Willielmi *de* Greſeleie, *de quibuſdam terris in* **Kingeſton**, *& advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ.*

Omnibus Chriſti fidelibus *Wil.* de *Greſſelee* fil. *Galf.* de *Greſſelee* ſalutem in Domino: Noveritis me pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Charta meâ confirmaſſe, Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Rouceſtre*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, totam terram quam *Ricardus Foreſtarius* tenuit aliquando de me, in villa de **Kingeſton**, cum advocatione Eccleſiæ de **Kingeſton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, communiis & aiſiamentis prædictæ villæ pertinentibus, tenendam & habendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, liberè, quietè & ſolutè ab omni ſervicio ſeculari & exactione, vel demanda, ſicut aliqua elemoſina liberiùs & quietiùs dari poteſt, vel concedi, vel commodiùs poſſideri. Hanc autem donationem & conceſſionem, ego & hæredes mei, prædictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, contra omnes homines imperpetuum warantizabimus & defendemus. In cujus rei teſtimonium huic præſenti ſcripto Sigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, Magiſtro *Roberto* tunc *Archidiacono Staffordiæ*, Magiſtro *Radulpho* de *Lacog*, *Ricardo* Rectore Eccleſiæ de **Kingeſlae**, *Henrico* del *Lee*, *Roberto* de *Waterfall*, *Petro* de *Duranteſthorpe*, *Rogero* de *Vernay*, *Galfrido Godebert*, *Henrico* de *Lees*, *Roberto* de *Combrugg*, & aliis.

Carta Patricii *de* Modberley, *de medietate Eccleſiæ de* **Modberley**, *&c.*

Univerſis Sanctæ matris Eccleſiæ fidelibus, *Patricius* de *Modberleja*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod ego *Patricius*, pro ſalute animæ meæ, & patris mei & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dedi & conceſſi, & hac Chartâ meâ, in puram & perpetuam elemoſinam, confirmavi, Deo & S. *Mariæ* & S. *Wilfrido*, & Canonicis regularibus in *Modberleja* Eccleſia perpetuo manſuris, totam illam medietatem Eccleſiæ de *Modberleja*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & eiſiamentis, & libertatibus, & liberas conſuetudines ſuas, quæ ad donationem meam pertinent. Et præterea dedi in incremento eidem medietati prædictæ Eccleſiæ, & eiſdem Canonicis in puram & perpetuam elemoſinam, de dominio meo in eadem villa, ſex ſelliones in **Chirchecroft**, & totam culturam, quæ eſt inter parvum rivulum & pratum de *Farneleia*, & inter **Wallischae** & viam quæ vadit ad *Farneleiam*; & totam *Duningecroftam*, & totam culturam meam in **Bakeſtaneſhull**, & unam ſalinam liberam in *Norwyco*, quam tenui de *Aytrope* de *Mulinton* & uxore ejus *Chriſtiana*, ſalvâ etenim dimidiâ marcâ, quam ei annuatim reddidi.

Hæc omnia dedi, & in puram & perpetuam elemoſinam confirmavi prædictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus ſine ullo retenemento mihi vel hæredibus meis, libera & quieta ab omni ſervicio & exactione, de me & hæredibus meis, & de omnibus hominibus, ita quod Perſonæ alterius medietatis Eccleſiæ de **Modberleie**, quæ non eſt de donatione mea, nihil juris poterint exigere in prædictis tenementis. Et ſciatis, quod conceſſi & aſſignavi prædictam elemoſinam *Waltero* Canonico, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus imperpetuum, & hunc *Walterum* elegi & conſtitui primum Priorem in prænominata elemoſina aſſenſu & auctoritate Domini *G. Coventrenſis* Epiſcopi. Volo autem, & eadem Cartâ confirmo, quod Prior & Canonici prædicti loci, faciant molendinum & Vivarium ad opus ſuum proprium ubicunq; benè viderint ſuper terram ſuam in eadem elemoſina.

Quare volo quod Prior & Canonici ejuſdem loci, teneant hæc omnia prædicta benè & in pace, liberè & quietè in boſco & plano, in pratis & paſturis, in viis & ſemitis, in moris & in aquis, & in omnibus locis: Ubicunq; verò tempore paſtionis, mei dominici porci & hæredum meorum in boſcis noſtris fuerint, concedo quod prædicti Canonici & eorum homines, porcos ſuos liberè, ſine paunagio habeant, & ad omnia averia ſua libertatem cum omnibus communionibus eaſiamentis prædictæ villæ, in boſcis, & ubiq; ita quod homines Canonicorum, ex toto ſint Canonicis intendentes. Et volo ut prædicti Canonici habeant curiam ſuam, & omnes libertates ſuas tam liberè, ſicut ego meliùs unquam habui. Et concedo Canonicis ejuſdem loci, ut decedentibus Prioribus ejuſdem loci, habeant liberam poteſtatem elegendi per ſe, quemcunq; voluerint Priorem. Et ego & hæredes mei warantizabimus eiſdem Canonicis, omnia prædicta contra omnes homines.

Hiis Teſtibus, domino *G. Coventriæ* Epiſcopo, *Waltero* de *Salford* Capellano, & *Matheo* Capellano, Magiſtro *Roberto* de *Inſula*, Magiſtro *Simone* de *Derby*, Magiſtro *Elia* de *Chivele*, *Radulpho* de *Mainwaryn*, *Roberto Patric*, *Willielmo* de *Venables*, *Petro* Clerico, *Roberto* filio *Pichot*, *Liulfo* Vicecomite, *Herberto* de *Pulford*, *Willielmo* de *Tabeley*, *Roberto* fratre ſuo, *Gilberto* Decano, *Bertramo* Decano, *Clemente* de *Wiz*, Magiſtro *Hugone* & *Ranulpho* del *Frocheſhamme*, & multis aliis.

Carta Regis Henrici *tertii donationem* Ricardi Bacun *de Eccleſia* de **Rouceſtre** *& de tota terra ſua ibidem; necnon in* **Ranbaug** *&* **Baugeford**, *confirmans.*

Cart. 30. H. 3. m. 10.

REx Archiepiſcopis &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & hâc Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Rouceſtre**, & Abbati & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, donationem quam *Ricardus Bacun* eis fecit de Eccleſia & tota terra ſua cum pertinentiis in **Rouceſtre**, & de tota terra ſua cum pertinentiis in **Ranbaug**, & de tota terra ſua & tenura cum pertinentiis in **Baugeford**. Concedimus etiam eis & confirmamus omnes libertates & liberas conſuetudines quas eis dedit per Cartam ſuam *Ranulfus* quondam Comes *Ceſtriæ*. Quare volumus (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* primo Die *Aprilis*.

PRIORATUS

de **Cumbwell** *in agro* Cantiano.

Diploma Regis Henrici *tertii, Cartam Fundationis & dotationis ejuſdem domus, recitans & confirmans.*

Cart. 11. H. 3. p. 2. m. 9.

Videſis etiam Pat. 4. R. 2. p. 2. m. 30.

H*Enricus* Rex &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam *Stephani* de *Turneham* in hæc verba; *Stephanus* de *Turneham* omnibus hominibus, tam *Francis*, quàm *Anglicis*, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem. Sciatis, me conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ confirmâſſe, donationem *Roberti* de *Turneham* patris mei, quam Deo, & Eccleſiæ beatæ *Mariæ Magdalenæ* de **Cumbwell**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam Elemoſinam; Scilicet, **Henle**, quæ eſt ſedes Abbatiæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & **Cumbwell** cum pertinentiis ſuis, & Eccleſiam **S.** *Mariæ* de **Turnham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam S. *Mariæ* de **Brichel**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & in **Thurnham** quaſdam terras quæ vocantur **Hoch**, & **Caſteve** cum earum pertinentiis; & ſuper montes de **Tornham** *xx.* acras terræ. Præterea ego *Stephanus* de **Turneham**, ex donatione mea propria, dedi & conceſſi & præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo, & prædictæ Eccleſiæ de **Cumbwell**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus intuitu Dei, & pro anima *Henrici* regis, & pro anima *Ricardi* Regis, & pro animabus dominorum meorum; & pro animabus patris mei, & matris meæ, & anteceſſorum meorum, & pro ſalute animæ meæ, & *Edelinæ* uxoris meæ, & hæredum meorum, ſex acras terræ, & tres perticatas, in *Moriene*, juxta terram prædictorum Canonicorum; Et duas acras terræ ſuper montes in **Tornham**; & *xiii.* acras terræ in **Brichull**, de proprio dominio meo, cum pertinentiis ſuis; & totam terram meam de **Loſherſte**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam **Elherſte** cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam terram meam de **Herteſdune**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & totum tenementum meum, quod teneo de domino meo Rege in **Hamwolde**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & totam terram meam de **Herindere** cum omnibus pertinentiis ſuis; & totam terram meam & decimam de **Lincheſhele**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & ſitum & locum molendini apud **Turnham** ſuper montes.

Hæc omnia ſupradicta, habenda & tenenda de me, & hæredibus meis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam liberè, quietè, integrè, & plenariè, honorificè, & pacificè in terris, in boſcis, in pratis, in paſcuis, in viis, in ſemitis, in aquis, in ſtagnis, in vivariis, in piſcariis, in molendinis, in domibus, & redditibus, in homagiis, in ſerviciis, in conſuetudinibus, cum omnibus quæ ad eam pertinent, vel pertinere poſſunt imperpetuum, ſicut ego *Stephanus* de *Turnham*, vel alii anteceſſorum meorum, illa meliùs & pleniùs & liberiùs unquam tenuimus, & ita ſanè, quod ego in ſupradictis nihil juris mihi vel hæredibus meis imposterum reſervavi. Et ego *Steph.* de *Turnham* & hæredes mei warantizabimus prædictas terras, & prædictos redditus, ſicut ſupradictum eſt, prædictis Canonicis contra omnes homines, & fœminas. Et ut hæc donatio, conceſſio, & warantizatia perpetuâ gaudeant ſtabilitate, hanc paginam ſigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, *Roberto* de *Turnham* fratre meo, *Ricardo Malherbe*, *Willielmo Haunſard*, Magiſtro *Willielmo* de *Batonia*, Magiſtro *Will.* de *Briſtoll*, *Willielmo* de *Sotindon*, *Willielmo* de *Theokeſbiri*, *Jordano* de *Briſtollo*, *Ricardo* de *Cumwell*, *Willielmo Potin*, *Eilwardo* de *Herindon*, *Willielmo* de *Loſherſte*, *Orgaro* de *Parch*, & multis aliis. Nos igitur hanc conceſſionem, & confirmationem præfati *Stephani* de *Turnham* præfatæ Eccleſiæ S. *Mariæ Magdalenæ* de **Cumwell**, & fratribus ejuſdem loci factas, pro nobis & hæredibus noſtris concedimus, & confirmamus, ſicut Carta præfati *Stephani* de *Turnham* rationabiliter teſtatur, Dat. apud *Weſtm.* 6. Die *Julii* Anno &c. *xi.*

PRIORATUS

de Woſpring *in agro* Somerſetenſi.

Carta Regis Edwardi *ſecundi, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 18. E. 2. p. 2. m. 33.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Donationem (&c.) quas *Will.* de *Courteneye* fecit per ſcriptum ſuum Deo & beatæ *Mariæ* & beato *Thomæ* Martiri & Capellæ de Woſpring, & viris honeſtis ibidem Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus, de tota terra de Woſpryng, præter terram *Roberti* de *Neweton* in homagiis, ſerviciis, redditibus; in boſco & plano, & in omnibus locis & omnibus aliis rebus, & de uno ferdello terræ in Northamntes, ſine ullo retenemento; & de decimis dominici ipſius *Willielmi* de *Norton*, & de decem ſolidis de redditu ſuo de Blaneford, & de quatuor ſolidis de redditu ſuo de Chilton. Donationem (&c.) quas *Galfridus Gilbemyn* fecit per Cartam ſuam Deo & beatæ *Mariæ* & beato *Thomæ* Martyri & Canonicis regularibus de ordine Sancti *Victoris* in Dovelyng, Deo ſervientibus & eorum ſucceſſoribus de toto Manerio ſuo de Lokkyng, cum omnibus pertinentiis ſuis, exceptis quatuor liberis hominibus cum tenementis ſuis, quos prædictus *Will.* de Courteneye ſibi retinuit. Donationem (&c.) quas *Hugo* de *Nyweton* fecit per Cartam ſuam Deo & Canonicis dicti loci de Worſpryng, de duobus meſuagiis, quater viginti & novem acris terræ, & novem acris prati cum pertinentiis in Norton, & de tota communia ſua de Worſpring, in omnibus locis, inter terras & tenementa ſua ſine ullo retenemento, & de licencia habendi liberum & largum iter in longitudine terrarum ipſius *Hugonis* verſus Wampulleſſer, & alibi ubique ultra terras & prata ipſius *Hugonis* pedes & eques, cum plauſtris, caretis & animalibus ſuis in eſtate, autumpno, & hieme, & omni tempore cum voluerint, & neceſſe habuerint, nullâ ab ipſo *Hugone* ſeu à ſuis licentiâ requiſitâ, nec requirendâ imperpetuum.

Donationem (&c.) quas *Henr. Engayne* advocatus Prioratus prædicti fecit per Cartam ſuam *Johanni* Priori & Canonicis loci prædicti, & eorum ſucceſſoribus, de toto dimidio Manerio; dominio, dominico, terris, pratis, paſcuis, paſturis, villanis & villenagiis, cum tota ſequela ſua, & omnibus catallis ſuis, cum omnibus libertatibus, liberis conſuetudinibus, & omnibus aliis rebus ad capitalem Curiam ſuam de Worle pertinentibus; & de regali ſervicio dictorum Prioris & Canonicorum, & omnium ſucceſſorum ſuorum, de medietate Manerii de Locking; & de homagiis, & ſerviciis cum pertinentiis *Will.* de *Chandefeld*, & hæredum ſuorum de feodo unius militis cum pertinentiis apud Chandefeld, in Com. *Wiltes*, & *Willielmi Beyvin* & hæredum ſuorum de feodo dimidii militis cum pertinentiis apud Candel-Beyvyn, in Com. *Dorſ.* & de toto jure & clamio quæ idem *Henr.* vel hæredes ſui habuerunt vel habere potuerunt de *Adam Michel* & *Ricardo* de *Hales*, & hæredibus eorum, nomine ſeu ratione tenementorum de Clopecote, & Suynleg, cum pertinentiis, & de homagiis & ſerviciis cum pertinentiis omnium liberè tenentium, & hæredum ſuorum vel aſſignatorum de Worle, Worſpryng, Kyweſtor, Milton, Ebedon, & Lockyng, & omnium eorum, qui in dicto, vel de dicto dimidio Manerio de Worle quæcumq; feoda, terras, vel tenementa, vel quæcumque alia tempore confectionis ejuſdem Cartæ tenuerunt, vel tenere debuerunt; *viz.* in Comitatibus *Somerſ. Dorſ.* & *Wyltes*, cum omnibus ſeiſinis, homagiis, fidelitatibus, redditibus, maritagiis, releviis, eſcaetis, wardis, auxiliis, ſectis, ſerviciis, quærelis, amerciamentis, tallagiis, & omnibus aliis demandis, & rebus, quæ de omnibus prænotatis dominis capitalibus dicti dimidii Manerii de Worle quocumque modo & quocumque jure deſcendere vel accidere poterunt imperpetuum.

Conceſſionem eciam (&c.) quas præfatus *Henr.* fecit per ſcriptum ſuum prædictis Priori & Canonicis & eorum ſucceſſoribus, de novem libris argenti, de viginti libris annuis, in quibus eidem *Henr.* & hæredibus ſuis tenebantur pro dicto dimidio Manerio de Worle. Conceſſionem (&c. quas *Johannes Engayne* fecit (&c.) de decem libris argenti, de undecim libris annuis in quibus eidem *Johanni* tenebantur pro dicto dimidio Manerio de Worle. Conceſſionem (&c.) quas præfatus *Johannes Engayne* fecit (&c.) de viginti ſolidis argenti annui redditus, in quibus eidem *Johanni* tenebantur pro dimidio Manerii de Worle. Et de relevio centum ſolidorum eidem *Johanni* & hæredibus ſuis, cum Prioratus de Worſpyng, morte Priorum naturali vacaverit debito; & de omnibus aliis ſerviciis etiam regalibus antea à dictis Priore & Canonicis debitis & factis; & quæ idem *Johanni* & hæredibus ſuis de dicto Prioratu accidere poſſent vel deberent: Salvis tamen eidem *Johanni* & hæredibus ſuis, advocatis dicti Prioratus, uno pari Calcarium deauratorum annuatim ſolvendorum eidem *Johanni* & hæredibus ſuis, vel ſuo certo attornato in Prioratu prædicto in feſto ſancti *Michaelis*; & homagio dictorum Priorum in qualibet mutatione eidem *Johanni* & hæredibus ſuis infra dictum Comitatum *Somerſet* faciendo; Ita quod Prior, qui pro tempore fuerit per quindecim dies apud Worſpring præmuniatur, ubi infra dictum Comitatum *Somerſet* homagium ſuum facere debeat; & quod dicti Canonici ſuum Priorem eidem *Johanni* vel hæredibus poſt eorum electionem, & ante inſtallationem nullatenus præſentare; nec dictus Prior, qui pro tempore fuerit, poſt ſuam electionem, pro ſuo homagio faciendo dictum Comitatum *Somerſet* exire teneantur.

Donationem etiam (&c.) quas *Robertus Offre* fecit (&c.) de ſex acris terræ, & una acra prati de terra ipſius *Roberti* de *Marlſeo*. Donationem (&c.) quas *Johannes* de *Eſton* fil. *Roberti* de *Eſton* fecit (&c.) *Johanni* Priori & Canonicis dicti loci & eorum ſucceſſoribus, de homagio & toto ſervicio *Martini* de la *Cume* de **Hilton**, & hæredum ſuorum, quod eidem *Johanni* debuit, de tercia parte feodi unius militis, cum omnibus pertinentiis ſuis in **Hilton**. Donationem (&c.) quas *Alicia Ofre* filia *Roberti Ofre* fecit (&c.) de quatuor acris terræ cum pertinentiis in **Sulcſworth**, & una acra terræ cum pertinentiis quæ vocatur **Sulcſhadacra**, & tribus acris terræ, cum pertinentiis in la **Heve** & dimidia acra prati in **Eſtredolmore**; & dimidia acra prati in **Weſtredolmore** cum pertinentiis; & de uno denario annui redditus percipiendo de *Agnete* filia ejuſdem *Aliciæ* & hæredibus ſuis de ſex acris terræ cum pertinentiis, quas prædicta *Alicia* dedit præfatæ *Agneti*. Et relaxationem (&c. quas præfata *Alicia* fecit (&c.) de toto jure & clamio, quæ præfata *Alicia*, vel hæredes ſui habuerunt vel habere potuerunt, de toto tenemento quondam *Roberti Ofre* imperpetuum. Donationem (&c.) quas *Henr.* de *Fendeney* filius *Henrici* de *Pendeney* fecit (&c. de omnibus meſuagiis & curtilagiis ſuis apud **Pendeney**, & una virgata terræ & prati in villa de **Locking**; & ſex acris & dimidia prati jacentibus in **Dockyngcroft**, & de homagio & toto ſervicio *Walteri* filii *Aliciæ* de quinq; perticatis terræ & prati in **Locking**; & de tota terra ipſius *Hen.* in mora de **Locking**. Donationem (&c.) quas *Hen. Limeſheſt* fil. *Henr. Limeſheſt* fecit (&c.) de toto ſervicio *Roberti Wrech* & hæredum ſuorum de toto tenemento quod de eodem *Henrico* aliquando tenuit in villis de **Sandford**, & de **Wodebergh**, ſimul cum viginti & quinq; denariis de redditu aſſiſo annuatim percipiendo de prædicto *Roberto Wrech*, & hæredibus ſuis imperpetuum. Donationem (&c. quas *Ric.* de *Hordwell* fecit (&c.) de duodecim acris & una perticata terræ, duabus acris & dimidia, & dimidia perticata prati in villa de **Lockyng**, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, fratri *Henrico* nunc Priori & Canonicis loci prædicti & ſucceſſoribus ſuis concedimus & confirmamus, prout Cartæ & ſcripta prædicta rationabiliter teſtantur (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm. vii.* die *Febr.*

PRIORATUS

de **Marlebergh** in agro VViltonienſi.

De certis terris in **Ponton**, **Burbach** *&* **Weſt-Grafton** *perquiſitis abſq; regia licentia, & pardonatione inde.*

Rex omnibus ad quos, &c. Salutem. Sciatis quod cum, ut accepimus, dilectus, & fidelis noſter *Johannes Lovel* chivaler nuper dediſſet & conceſſiſſet dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui domus Sanctæ *Margaretæ* juxta **Marlebergh**, quæ de Fundatione progenitorum noſtrorum, & noſtro Patronatu exiſtit, tria meſſuagia, unum toftum, tres carucatas & quadraginta acras terræ, unam acram prati & dimidiam, & viginti ſolidatas redditus cum pertinentiis in **Ponton**, **Burbach** & **Weſt-Grafton**. Habendum & tenendum eiſdem Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis in augmentationem ſuſtentationis ſuæ in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum; licentiâ Regis ſuper hoc non optentâ. Nos ob reverentiam Dei & diei *Paraſceves* proximè præteriti, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, pardonavimus præfatis Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis omnimodas tranſgreſſiones (&c.) quas iidem Prior & Conventus fecerunt & perpetraverunt, tam in acceptatione terrarum (&c.) licentiâ noſtrâ ſuper hoc, ut premittitur, non obtentâ. Et ulteriùs de uberiori gratiâ noſtrâ concedimus, ratificamus, & confirmamus præfatis Priori & Conventui ſtatum & poſſeſſionem quos habent in terris (&c.) prædictis. Habendum (&c.) in puram & perpetuam elemoſinam (&c.) Ita ſemper quod iidem Prior & Conventus & ſucceſſores ſui teneantur ad exorandum pro ſalvo ſtatu noſtro, cariſſimæ conſortis noſtræ Reginæ quamdiù vixerimus, & pro anima noſtra & anima ipſius conſortis noſtræ, cum ab hac luce migraverimus imperpetuum. In cujus (&c.) Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium xxi.* die *Aprilis.*

Pat. 22 R. 2. p. 3. m. 18.

PRI-

PRIORATUS

de Ivichurch in agro VViltonienſi.

Carta Regis Henrici *tertii pro* xx. *porcis, cum ſequela unius anni quietis de pannagio in Foreſta de* **Clarendone.**

Cart. 4. E. 3. n. 102. per Inſpex. Vide etiam Cart. 1. H. 6. n. 39.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, & Comes *Andagaviæ* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe dilectis nobis in Chriſto, Priori & Canonicis de *Monaſterio Ederoſo*, quod ipſi & eorum ſucceſſores, in perpetuum habeant ſingulis annis, quibus Foreſta noſtra de **Clarendon** agiſtata fuerit, viginti porcos cum ſequela ſua unius anni ad peſſonam quietos de paunagio in eadem Foreſta, dum tamen porci illi annulati ſint, ita quod fodere non valeant. Nolumus tamen quod iidem Prior & Conventus, vel eorum ſucceſſores aliquot habeant porcos in prædicta Foreſta, annis quibus eadem Foreſta agiſtata non fuerit. Quare volumus (&c.) Datum per manum noſtram apud **Woteſfunt** decimo ſeptimo die *Decembris*; anno regni noſtri triceſimo ſeptimo.

Carta ejuſdem Regis de tota placea vocato **Filtticrofts**, *infra Foreſtam de* **Clarendon.**

HEnricus Dei gratia, Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* (&c.) Sciatis nos caritatis intuitu, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dediſſe, (&c.) Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Monaſterio Ederoſo*, & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in pepetuum ſervituris, totam placeam illam cum pertinentiis, infra Foreſtam noſtram de **Clarendon**, extra coopertum ejuſdem Foreſtæ, quæ vocatur **Filthicrofts**, quæ jacet infra has diverſas; videlicet in longitudine per foſſatum quod ſe extendit à crofto ipſorum Canonicorum, quod contiguum eſt Domui ſuæ, verſus orientem uſq; ad locum illum qui vocatur **Benekeſtaple**, ex una parte; & in latitudine a loco illo de **Benekeſtaple** verſus aquilonem uſq; ad viam quæ vocatur **Lichewaye**; & in longitudine ex alia parte, à via illa, uſq; ad viam per quam itur de **Romeſey** verſus *Sarrum*. Habendum (&c.) in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam. Concedimus etiam pro nobis & hæredibus noſtris, eiſdem Priori & Canonicis, quod totam dictam placeam cum pertinentiis infra diviſas prædictas aſſartare in culturam, redigere & includere poſſint foſſato & haga, ſecundum aſſiſam Foreſtæ; ita quod dama cum ſuo fetu eam poſſit intrare & exire; Et quod iidem Canonici & eorum ſucceſſores, placeam illam eodem modo incluſam teneant in pepetuum, ſolutam & quietam de ſectis Foreſtæ & omnibus aliis conſuetudinibus & ſerviciis terrenis. Quare volumus (&c.) Datum per manum noſtram apud **Clarendon** ſeptimo Die *Decembris*, anno Regni noſtri quadrageſimo primo.

Carta Regis Edwardi *ſecundi de* Cxii. *acris terræ, infrà precinctum ejuſdem Foreſtæ.*

E. 2.

EDwardus Dei gratia, Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitaniæ*, omnibus (&c.) Sciatis quod de vaſtis noſtris in Foreſta noſtra de **Clarindon** in Comitatu *Wltes*, juxta *Monaſterium Ederoſum*, dedimus & conceſſimus dilectis nobis in Chriſto Priori, & Conventui ejuſdem *Monaſterii Ederoſi*, *Cxxii.* acras per perticam viginti pedum; Habendas & tenendas de nobis & hæredibus noſtris eiſdem Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum. Reddendo inde nobis & hæredibus noſtris, per annum ad ſcaccarium noſtrum, ad feſtum Sancti *Michaelis*, per manus Vicecomitis *Wiltes*, qui pro tempore fuerit, quinquaginta & ſex ſolidos, ad quos prædictæ centum & duodecim acræ per *Johannem* de *Crockeſley* & ſocios ſuos dudum per dominum *Edwardum* quondam Regem *Angliæ* patrem noſtrum, ad vaſta & aſſarta ſua in diverſis Foreſtis in comitatu *Wiltes* prædicto, arentanda aſſignatos arentabantur, pro omni ſervicio, conſuetudine & demanda. Ita quod prædicti Prior & Conventus, & ſucceſſores ſui dictas centum & duodecim acras pro voluntate ſua, parvo foſſato & baſſa haya, ſecundum aſſiſam foreſtæ includere, & in culturam redigere (&c.) poſſint (&c.). Teſte meipſo apud *Ebor.* quinto decimo die *Auguſti* anno Regni noſtri octavo.

Carta præfati Regis Edwardi *de paſtura ad* xl. *boves & vaccas juxta pratum de* **Clarendone.**

EDwardus Dei gratia, Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ* (&c.) Omnibus (&c.) Salutem, Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali, conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, dilectis nobis in Chriſto Priori & Canonicis de *Monaſterio Ederoſo*, paſturam ad quadraginta boves & vaccas infra pratum noſtrum de **Clarindon**. Habendam eiſdem Priori & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, abſq; aliquo nobis ſeu hæredibus noſtris reddendo pro paſtura antedicta. In cujus (&c.) Teſte meipſo apud **Broghton**, ſexto decimo die *Marcii*, anno Regni noſtri decimo.

Carta ejuſdem Regis de C. ſolid. annui redd'tus exeuntibus de Manerio de Clarendon.

EDwardus, (&c.) Sciatis quod ob honorem Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris dilectis nobis in Chriſto Priori & Canonicis de Monaſterio *Ederoſo* centum ſolidos per annum de elemoſina noſtra percipiendos ſibi & ſucceſſoribus ſuis de Manerio noſtro de Claryndon, per manus ballivi noſtri, & hæredum noſtrorum, de prædicto Manerio qui pro tempore fuerit, in auxilium luminaris in eodem Monaſterio inveniendi in perpetuum. In cujus, &c. Teſte meipſo apud Claryndon, viceſimo die *Marcii*, anno Regni noſtri decimo.

IUICHURCH *Prioratus Canon. Ord. S.* Aug. *in Dioc.* Sarum 4. *Canonici.*

Lel. Col. vol. I. p. 65.

H*Enricus* ſecundus fundator.

Robertus Bluntesdon Canonicus Sarum, Dominus *Robertus Hungerford miles*, } Benefactores.

PRIORATUS

de Buckenham *in agro* Norfolcienſi.

Diploma Regis Edwardi *ſecundi Cartam* Wil. *Comitis* Ciceſtriæ *de fundatione ejuſdem Prioratus, aliaſq; donationes recitans & confirmans.*

Cart. II. E. 2. n. 49. m. 10. per Inſpex.

REx Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam, quam *Willielmus* dudum Comes *Ciceſtriæ*, fecit Deo & Sanctæ *Mariæ*, & Sancto *Jacobo* Apoſtolo, & omnibus Sanctis; necnon Eccleſiæ ipſius Sancti *Jacobi* de Bucheham, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in hæc verba. Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, Abbatibus, & omnibus hominibus ſuis, *Francis*, & *Anglicis*, Clericis & Laicis, & omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quàm futuris, *Willielmus* Comes *Ciceſtriæ* ſalutem: Sciatis me fundâſſe Eccleſiam quandam in Manerio meo de Bucheham, in honore Dei, & Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Jacobi* Apoſtoli, & omnium Sanctorum Dei, conſilio *Willielmi* Dei gratia *Norwycenſis* Epiſcopi, primi ſucceſſoris *Ebrardi* Epiſcopi, ad Abbaciam faciendam omnino liberam ab omni ſeculari exactione, conſuetudine, & ſervitio, ſicut Sanctam decet Eccleſiam ſecundùm ordinem beati *Auguſtini*, & inſtitutionem Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de Meretune; pro ſalute *Stephani* Regis *Angliæ*, & *Matildis* Reginæ uxoris ſuæ, & filiorum ſuorum, & pro ſalute mea, & pro anima *Athelizæ* Reginæ, uxoris meæ, & pro ſalute filiorum noſtrorum, & pro animabus patris, & matris meæ, & parentum & amicorum meorum.

Et quod conceſſerim huic Eccleſiæ & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſias de eodem Manerio, cum omnibus decimis, & pertinentiis ſuis; & etiam decimam de feno, & quando Deus dederit, de paunagio meo; Et infra parcum cum boſco, & plano, cum ſede Caſtelli, *lxxx.* acras, & Caſtellum diruendum. Et boſcum de Little-hage, & Wodecrofts, cum prato ſubjacente, & Newcroft ante Portam Caſtelli, & *Alfuredum Fabrum*; cum terra quam tenet; & terram quæ fuit *Sparhavec*; Scilicet quinq; acras: Quod ut, impoſterum ratum, & ſtabile permaneat, ſigilli noſtri impreſſione ſignamus, & ut Regiâ & Eccleſiaſticâ, auctoritate firmetur, benignè concedimus, & rogamus. Hujus conceſſionis & donationis Teſtes ſunt, Comes *Hugo Bigott*, *Hubertus* de *Monte Caneſi*, *Adam* filius *Aluredi*, *Reginald.* de *Brun*, *Radulph.* de *Bucheam*, *Richardus* filius *Hacun*, *Godefridus* filius *Alberti*, *Herveus* de *Ingeloſe*, *Willielmus* filius *Radulphi*, *Walterus* de *Maiſi*, *Robertus* de *Ramis*, *Willielmus* de *Framei*, *Warinus* de *Monte-Caneſi*, *Rogerus Gollafre*, *Henricus* de *Nofuell*, *Robertus* de *Vuedale*, *Radulphus Capellanus*, *Thurſtinus* Presbiter de *Bucheam*, & multi alii.

Carta Willielmi *Comitis* Suſſexiæ.

W*Illielmus* Comes *Suſſexiæ*, omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in Domino. Sciatis quod ego pro amore Dei, & pro animabus patris & matris meæ, & pro ſalute mea, & omnium meorum dedi, (&c.) Deo & Eccleſiæ S. *Jacobi* de *Bukeham* & Canonicis ejuſdem loci Eccleſiam de Kentinghaule, tenendam in perpetuam elemoſinam, liberam & quietam cum omnibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus. *T. Godefrido Albeneio*, fratre meo, *Willielmo* de *Millieres*, *Willielmo* filio ejus, *Rogero Rusteng* Seneſcallo noſtro, *Helya* Camerario, & multis aliis. Ib.

Nos autem donationes, (&c.) prædictas necnon conceſſionem, (&c.) quas *Ricardus* filius *Roberti* de *Scenges* fecit Eccleſiæ & Canonicis prædictis de advocatione Eccleſiæ S. *Mariæ* in Berewike, & de toto jure quod habuit, vel habere potuit ratione patronatus ejuſdem Eccleſiæ. Donationem, (&c.) quas *Petrus*

trus de Claie fecit, (&c.) de jure patronatus Eccleſiæ S. Petri de **Cleythorp.** Conceſſionem, (&c.) quas dictus *Ricardus* filius *Roberti* de *Sengles* fecit, (&c.) de toto tenemento ſuo quod tenuit in villis de **Rineſhale** & **Lincrofts.** De *Milone* filio *Alani*, & de *Milone* filio ejus; ſcilicet *lxx.* acris terræ; ſcilicet toto aſſarto cum via verſùs Orientem cum omni paſtura de eadem via; ſcilicet de **Heneddig** uſq; ad portam *Willielmi Rogis*; & tota terra quæ jacet inter croftam quæ fuit *Alf. ld.* & antrum Curiæ prædicti *Malonis* cum via verſùs Occidentem; ſcilicet tota **Allecrofts**, & toto prato quod jacet inter **Bulewelle** & pratum Canonicorum de *Langele*; & una acra quæ vocatur **Derobieſaker**; & una acra terræ quæ abuttat ſuper **Dercclueſake**, & *xviii.* acras quæ abuttant ſuper le **Ridinge** verſùs Auſtrum; & duabus acris quæ abuttant ſuper cruſtam *Elwyni Hare*, verſùs Auſtrum; & homagio & ſervicio *Walteri* de *Lincroft*, cum tenemento ſuo quod de eo tenuit in **Lincrofte** abſq; ullo retenemento. Er toto tenemento quod idem *Ricardus* tenuit in prædicta villa de **Rineſhale** de Priore & Conventu *Norwici*; Et decem acris terræ, quas tenuit de *Henrico Parcario*; ſc. *vii.* acris in **Hordmieſtofts**, & tribus acris in **Tuctereſtofts**, & una dimidia acra prati quam tenuit de *Willelmo* filio *Rogis*, quæ jacet propinquior le *Innome* verſùs Occidentem; & dimidiam acram prati quam tenuit de *Galfrido* nepote Decani, quæ jacet juxta pratum *Kulkredi* filii *Egge* verſùs Orientem, & tribus acris & dimidia acra terræ arabilis, quas tenuit de *Thoma* de *Stutteſtone* & *Amicia* uxore ejus, quæ jacent in **Sudfued**, & abuttant ſuper terram Abbatis de **Langele** verſùs Meridiem; & una acra quam tenuit de *Walhero* filio *Rogeri* de **Lincrofte**, quæ vocatur **Gillund**; Et homagio & ſervicio *Fulcredi* le *Feutrer*; Et homagio & ſervicio *Wulwane* le *Bule*, cum totis ſequelis ſuis, & cum totis tenementis ſuis, & toto perquiſito quod idem *Ricardus* fecit in prædictis villis in terra arabili & non arabili, in boſcis & planis, in dominicis, (&c.) Et una acra *turbarb* in mariſco de **Baiſtugham**, & *v.* codis prati in villa de **Semere** in **Eſtmedwe.** Et tota illa pecia terræ ſuper **Wrogelond**, quam tenuit de *Alano* filio *David* in eadem villa.

Conceſſionem, &c. quas *Robertus* filius *Roberti* de **Tateſhale** fecit, &c. ad pitanciam annuam de una dimidia acra terræ in territorio de **Gunneby**, quæ vocatur **Munkewelle**, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum advocatione Eccleſiæ de **Guneby.** Conceſſionem inſuper quam *Robertus* de *Tateſhale* tertius fecit, &c. de Faldagio habendo ad ducentos bidentes, ad plus, in villa de **Atheburgh**, cum liberis paſcuis & aiſiamentis in viis planis, &c. prout decet. Conceſſionem, &c. quas idem *Robertus* fecit, &c. de quinquaginta & tribus acris & dimidia terræ arabilis cum pertinentiis in **Bukeham.** Conceſſionem, &c. quas *Johannes* de *Verdune* fecit, &c. de tota adquiſitione, quam idem Canonici adquiſiverunt de feodo ipſius *Johannis* in villa de **Baiſingham**; videlicet in terris, redditibus, &c. Conceſſionem &c. quas *Benedictus* de *Brehull* fecit, &c. de homagio & ſervicio *Rogeri* le *Leche* & hæredum ſuorum, cum omnibus pertinentiis, ſcilicet wardis, &c. Et de *Johanne Heltune* nativo ſuo, cum toto tenemento & tota ſequela, &c. Conceſſionem, &c. quas *Thomas* de *S. Egidio*, Capellanus fecit, &c. de toto meſſuagio ſuo quod habuit in parochia S. *Benedicti* in **Weſtwic**, cum advocatione ejuſdem Eccleſiæ, & cum duabus acris terræ arabilis, & cum omnibus redditibus & libertatibus ad prædictum meſſuagium pertinentibus, &c. Conceſſionem inſuper, &c. quas *Petrus* de *Claia* filius *Radulfi* militis de *Claia* fecit, &c. de quinquaginta & una acris & dimidia terræ lucrabilis in Campis de *Claia*, & homagio *Willielmi* filii *Alani*, & homagio *Rogeri* filii ejus; & homagio *Aliciæ* filiæ ejus, & toſto & crofto prædicti *Willielmi* cum tota alia terra ſua & toto ſervicio ſuo, & cum libertate faldæ, & paſturæ & ſuarii in **Suthlingis** & in **Berch**, & in omnibus locis quæ ad prædictum *Petrum* pertinuerunt. Donationem, &c. quas *Rogerus* de *Montealto* Seneſcallus *Ceſtriæ* fecit Eccleſiæ & Canonicis prædictis de toto jure ſuo & clamio quod habuit, &c. in advocatione Eccleſiæ de **Beninghale** *Norwic.* dioceſ. & de omnimodis amerciamentis hominum dictorum religioſorum tam piſtorum, braciatorum, quam cæterorum eorundem tenentium in dicta villa de **Beninghale**, quæ eidem *Rogero* vel hæredibus ſuis qualitercunq;, quocunq; defectu in Leta ſua ejuſdem villæ de **Beninghale** de eiſdem per manus Ballivorum ſuorum competere ſeu pervenire potuerunt; Et de comunia totius paſturæ de **Suthache** dictis religioſis & eorum hominibus & tenentibus de **Beninghale**, abſq; moleſtatione & deſtrictione eiſdem facienda, dum ſit paſtura & inculta remaneat, ratas habentes & gratas, &c. confirmamus. Dat. apud *Weſtm.* *xxviii.* die *Octobris.*

PRIORATUS

de **Colde-Norton** *in agro* ......

Carta Regis Henrici *tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 13. H. 3. m. 16. Et Cart. 22. E. 3. m. 11. n. 18.

REx Archiepiſcopis Epiſcopis &c. ſalutem Noveritis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum, & hæredum noſtrorum, conceſſimus, & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus Priori, & Canonicis Sancti *Johannis* Evangeliſtæ de **Chalde-Northon**, omnes, donationes & conceſſiones ſubſcriptas; videlicet ex dono *Reginaldi* quondam Comitis *Boloniæ*, & *Idæ* uxoris ejus, quondam Comitiſſæ *Boloniæ* treſcentas & *xlviii.* acras terræ & dimidiam, &

Manerium domus ſuæ, ſicut ſedet. Et ſimiliter omnes terras, quas poſſident, ex dono *Willielmi* filii *Alani* circa domos ſuas: Et de *Hida* & de **Retcumb**. Et omnes terras, quas poſſident ex dono ejuſdem *Willielmi*, ubicunq; jacent in dominico ſuo, Domui eorum pertinentes cum prædicto Manerio. Ex dono *Galfridi* filii *Alani*, dimidiam hidam terræ, cum pertinentiis ſuis in **Dunetrope**. Ex dono *Julianæ* filiæ *Fulconis Tyrel*, quindecem acras terræ, & duas acras prati in *Rolendrict*, cum paſtura ducentarum ovium & ſex boum, & duarum vaccarum, & viginti porcorum; & quoddam meſuagium in *Rollendrict*, cum curtilagio. Ex dono *Johannis* filii *Reginaldi*, filii *Arbor*, & *Mabilia* ſororis ſuæ, unam virgatam terræ in **Lideneſton**. Ex dono *Willielmi* filii *Walteri* de *Chadelington*, duodecem acras terræ ſuper *Aldedune*; Ex dono *Roberti Belet* dimidiam virgatam terræ in villa de **Chadelington**; Ex dono *Galfridi* filii *Alani* de *Rolendrict*, unam acram terræ, juxta **Trembergh**. Ex dono *Richardi* filii *Simonis* de *Norton*, quatuor acras terræ arabilis in territorio de **Norton**; Ex dono *Willielmi* de *Duntrope* quandam partem de terra ſua de **Duntrope**,, in campo de **Redcumb**; ſcilicet illam quam recuperavit de Gomite *Boloniæ* quæ collateralis eſt ſemitæ, quæ ducit apud *Rolendrict*, ubi per partes duorum camporum facta eſt diviſio. Ex dono *Alexandri* filii *Richæ*, Domum quam habuit in **Cheping-Norton**. Quare volumus &c. Dat. apud **Wudeſtoke** per manum *R. Ciceſtrenſis* Epiſcopi. *iiii.* Die *Januarii* Anno Regni noſtri *xiii.*

PRIORATUS

de **Oſulveſton** *in agro* Leiceſtrenſi.

Carta Fundationis per Robertum Grimbold.

Ex ipſo autogr. penès *Will. Pierpoint* Arm.

NOtum ſit omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ fidelibus, clericis & laicis, tam futuris quàm præſentibus, quod ego *Robertus Grimbold*, in nomine S. *Trinitatis*, pro ſalute animæ meæ, patris mei & matris meæ, uxoris meæ & filiorum atq; parentum omnium, do & concedo & præſentis Cartæ meæ teſtimonio confirmo in puram & perpetuam elemoſinam, ad honorem domini noſtri *Jeſu Chriſti* & S. *Mariæ*, & S. *Andreæ* Apoſtoli, & omnium Sanctorum, Eccleſiam de **Oſolveſtone**, & ipſam villam totam ſine ullo retenemento, cum omnibus pertinentiis ſuis, in campis, in ſilvis, in aquis, in pratis, in paſcuis & in omnibus rebus & libertatibus prædictæ Eccleſiæ & villæ adjacentibus, Canonicis ibidem Deo & Sancto *Andreæ* ſervientibus, & ſecundùm ordinem *Haemanenſis* Eccleſiæ viventibus, ad ſubſtentationem ſuam, liberam & quietam ab omni ſervicio & redditu & exactione ſeculari. Ego verò & hæredes mei prædictam elemoſinam meam; ſcilicet villam & Eccleſiam de **Oſulveſtone** verſùs omnes homines ab omni exactione warantizabimus & adquietabimus. Nequis autem hæredum meorum prædictis Canonicis ſuper donatione mea prædicta & libertatibus karitativè conceſſis, perturbationem aliquam ſive moleſtiam injuſtè poſſit ingerere, eam ſigilli mei impreſſione & fidelium virorum teſtimonio roborare curavi. Hiis teſtibus, *Simone* Comite, *Hugone*, & *Willielmo Grimbold* fratribus meis; *Radulfo* filio *Wimundi*, *Simone* Camerario, *Willielmo Burdet*, *Simone* filio *Petri*, *Ricardo* de *Oxenden*, *Fulcone* de *Liſurs*, *Roberto* filio *Hugonis*, *Willielmo* de *Buketone*, & multis aliis.

In dorſo ejuſdem Cartæ.

Carta *Roberti Grimbald* advocati noſtri de fundatione noſtrâ optima & pura.

Carta Roberti *Epiſcopi* Linc. *donationes* Roberti Grimbald *confirmans.*

Ex vet. Rotulo in bibl. Cottoniana.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens Charta pervenerit. *R.* Dei gratia *Lincolnienſis* Epiſcopus Salutem in Domino. Ad communem omnium volumus pervenire notitiam, nos interventu bonorum virorum, conceſſiſſe Domino *R. Grimbaud* & Eccleſiæ de **Oſolveſton**, Canonicisq; ibidem ſecundùm regulam Sancti *Auguſtini* Deo ſervientibus, quod ſint liberi, quieti & abſoluti in perpetuum ſine alicujus reclamatione, à ſinodalibus & ab omni Epiſcopali conſuetudine, excepto denario beati *Petri*, ſicut venerabilis vir *R. Grimbaud* petiit à nobis & impetravit. Confirmamus etiam authoritate epiſcopali domui de **Oſolveſton** & fratribus ejuſdem loci canonicam vitam profeſſis, & ſucceſſoribus eorum regulariter victuris, ipſam Eccleſiam de **Oſolveſton** cum omnibus pertinentiis, & cum Capellis de **Mardſeud** & de **Nybothle** Eccleſiam de *Wyma* cum Capella; Eccleſiam de **Tikencote**; Eccleſiam de **Erdeburch**; Eccleſiam de **Kinges-Norton**; Eccleſiam de **Slauſton**. cum omnibus pertinentiis ſuis; & quod nulli de Eccleſiis vel penſionibus Eccleſiarum liceat perturbationem, vexationem, vel moleſtiam, dictis fratribus inferre; quod ſi quis paginam noſtram infringere vel noſtræ diſpenſationi reſiſtere voluerit, maledictionem Dei & beatæ *Mariæ*, & *omnium Sanctorum*, ſe noverit incurſurum. Ut autem iſtud apud poſteros perpetuum robur obtineat, præſens ſcriptum ſigilli noſtri fecimus atteſtatione roborari. Hiis teſtibus, Magiſtro *Radulfo* de *Richep*, *Ricardo* & *Rogero* Capellanis, *Willielmo* de *Bruch*, *Alexandro* de *Luc.* . . . & aliis.

Alia Carta ejuſdem Epiſcopi.

Ibid.

R. Dei gratia *Lincolnienſis* Epiſcopus, Univerſis Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, ſalutem. Sicut, fratres Dilectiſſimi, mater noſtra Eccleſia, quaſi vitis abundans cotidiè ſponſo ſuo filios parturire non deſinet, donec eidem conjungenda cum populo adquiſitionis in Die retributionis occurrat; ita ex injuncto nobis incumbit officio, cultum Sanctæ religionis ad honorem Dei fovendo, protegendo ſummopere ſullimare, populo nobis commiſſo curam paternæ Dilectionis impendere. Eapropter fratri dilecto & filio noſtro *Odoni* Abbati **Oſolveſton**, & fratribus ſuis Canonicam vitam profeſſis, & ſucceſſoribus eorum regulariter victuris, in perpetuum autoritate Epiſcopali confirmamus, & præſentis Cartulæ teſtimonio communimus ipſam Eccleſiam Sancti *Andreæ* de **Oſolveſton**, cum terris & pratis & decimis & omnibus aliis pertinentiis ſuis; necnon & ipſam villam **Oſolveſton** totam, in planis & in ſilvis & in aquis, & in omnibus pertinentiis cum omnibus libertatibus ſuis. Eccleſiam quoque de **Nordwichem**, cum terris & pratis & decimis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis; & octo virgatas terræ in *Cnoſſintona* ex dono *Walteri* de *Cheurecheht* & conceſſu *Roberti Grimbald*, cum pratis & ſilvis liberè & quietè. Has igitur terras & omnes alias poſſeſſiones, quæ in noſtra Diocæſi continentur, ad præfatam Eccleſiam pertinentes, ſub Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti & noſtra protectione ſuſcipimus; Epiſcopali authoritate præcipientes, ut quæcunque bona prædicti Canonici in præſentiarum juſtè poſſident, vel in futurum adipiſci poterint, rata & inconcuſſa permaneant, Valete.

Carta Matildis *filiæ* (*& hæredis*) Pagani *de* Hocton, *uxoris* Roberti Grimbald *de Eccleſia de* **Norwime** *&c.*

Ibid.

OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam futuris, quàm præſentibus; *Matilda* filia *Pagani* de *Hoctun* ſalutem. Notum ſit vobis omnibus me conceſſiſſe, & hâc meâ Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Andreæ* Apoſtoli de **Oſolveſton**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum & hæredum meorum; ſcilicet Eccleſiam de **Norwime**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & tres bovatas terræ in **Hollande**; ſcilicet in **Duntun**, & in **Wikir**, cum ſalinis quas pater meus *Paganus* habuit & tenuit. Quare volo (&c.) Hiis teſtibus, *Willielmo* de *Grendun* Preſbitero, *Philippo* de *Dive*, *Mauritio* de *Audel*, *Helia* de *Cughanhotg*, *Edwardo* de *Wieme*, *Galfrido* Clerico, *Willielmo* de *Mentemor*, *Rogero* filio *Heliæ*, & multis aliis.

Charta Roberti Grimbaldi *de Eccleſia de* Nordwiemâ.

Ibid.

R. *Grimbaldus* (&c.) ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Andreæ* de **Oſolveſton**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de *Nordwiema*, cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, & hæredum & omnium anteceſſorum noſtrorum. Hiis teſtibus (&c.)

Carta Ernaldi *de* Boſco *de eadem Eccleſia.*

ERnaldus de *Boſco* (&c.) ſalutem. Notum ſit vobis omnibus me dediſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Andreæ* de *Oſolveſton*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, petitione & aſſenſu *Emmæ* uxoris meæ, medietatem Eccleſiæ de *Nordwiema*, quæ ad jus meum pertinet, cum omnibus pertinentiis ſuis in puram & liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & hæredum & omnium anteceſſorum meorum. Hiis teſtibus (&c.)

Carta Roberti Grimbald *de quibuſdam terris & ſalinis in* **Duninton.**

Ex autogr. penès S. *Roper* de hoſp. *Linc.* Arm.

ROBertus Grimbald, omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, tam Clericis quàm laicis, præſentibus quam futuris ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe, & in perpetuam elemoſinam dediſſe Deo & Canonicis *Oſolveſtoniæ*, pro ſalute animæ meæ & uxoris, & pro animabus omnium parentum noſtrorum terram illam in *Dunintunia*, quam *Willielmus* de *Hoctune* habuit & tenuit, & ſalinas, liberam & ab omni ſervitio quietam, ſicut præfatus *Willielmus* eandem terram & ſalinas unquam quietiùs & liberiùs tenuit. Hoc concedente *Matilda* uxore ejus. Hiis teſtibus, *Will. Grimbald*, *Hug. Grimbald*, *Radulfo* filio *Wim. Petro Med. Johanne* Capell. *Rad* Cam. *Gerardo* de *Cnoſintone*.



Roberti Grimbaldi (quondam Regis *Angl. Henrici* ſecundi, unius Juſticiariorum) Sigilli exemplar accuratum; Juſticiam per Enſem diſtrictum, & Miſericordiam per Gladium deſciſſo cuſpide, repræſentans.

Carta Willielmi *de* Ros, *Domini de* **Beauver**, *donationem* Petri *de* Lincolnia *militis de quibuſdam terris in* **Hungirtone** *&* **Thorpe** *confirmans.*

Ex autogr. in officio Armorum.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Willielmus* de *Ros* dominus de **Beauver**, ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ, & *Matildis* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, pro me & hæredibus meis, Deo & Eccleſiæ S. *Andreæ* Apoſtoli de **Olvveſton**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, totas terras, tenementa & redditus, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſine aliquo retenemento, quæ dicti Canonici habent de feodo meo ex dono *Petri* de *Lincolnia* militis in **Hungirtone** & **Thorpe** juxta **Barkeby**. Habendum & tenendum dictis Eccleſiæ Canonicis & eorum ſucceſſoribus in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ſicut aliqua elemoſina puriùs, liberùs & quietiùs viris religioſis dari vel concedi poterit. Incujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, Domino *Rogero Brabazoun* Juſticiario Domini Regis, Domino *Johanne* de *Bray*, Domino *Johanne* de *Diggeby* militibus, Magiſtro *Nicholao* de *Ros*, *Roberto* de *Stokton*, *Johanne* de *Stokton* in *Erdburgo*, *Ricardo* de *Keythorp* in **Twiford**, & alliis.

PRIORATUS de **Thorkesey** *in agro* Lincolnienſi.

Carta Regis Henrici *tertii ſitum loci Prioratus ejuſdem confirmans.*

HEnr. Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute noſtra & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Priori de **Thorkesey**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, ſitum loci cum pertinentiis, in quo domus ſua ſita eſt in puram & perpetuam elemoſinam. Et præterea illas quadringentas & quaterviginti & decem & octo acras terræ & quinquaginta toſta, cum omnibus pertinentiis ſuis in **Torkesey**, de quibus prædicti Prior & Canonici nobis reddere conſueverunt per annum quatuor libras & novem ſolidos. Habenda & tenenda de nobis & hæredibus noſtris imperpetuum. Reddendo nobis & hæredibus noſtris de cætero pro prædicta terra & toſtis, decem libras per annum, per manum Cuſtodis dominicorum noſtrorum, qui pro tempore fuerit; videlicet Centum ſolidos ad Paſcha, & centum ſolidos ad feſtum Sancti *Michaelis* pro omni ſervicio, conſuetudine & demanda; ſalvo nobis tallagio hominum prædictorum, Prioris & Canonicorum de **Thorkesey**, quociens nos vel hæredes noſtri homines noſtros proprios de eodem Manerio tailliaverimus. Quare volumus (&c.) Dat. per manum Venerabilis patris *Radulphi Ciceſtrenſis* Epiſcopi Cancellarii noſtri apud **Shireburn** *xxx.* die *Sept.* anno regni noſtri *xxi.*

Cart. 21. H. 3. m. 2. Vide Pat. 7. R. 2. p. 1. m. 10. Et Rot. Aſſiſ. in Com. Not. 4. H. 4. Rot 89. Et Pat. 1. H. 4. p. 1. m. 19.

De CCCClxxxxviii. acris terræ Canonicis de **Torksey** *per Regem* Henricum *conceſſis.*

EGo *Walterus* de *Kelby* Eſcaetor Domini Regis in Com. *Linc.* virtute Brevis Domini Regis. michi directi, certifico, quod compertum eſt per Inquiſitionem, coram me ex officio meo captam, quod Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ*, dedit Priori & Conventui de **Torksey** *CCCClxxx.* & *xviii.* acras terræ & prati, & quinquaginta toſta cum pertinentiis in **Torkeseye**, pro *x. l.* annui redditus domino Regi & hæredibus ſuis ad Scaccarium ſuum ad feſta *Paſcha* & S. *Michaelis* inde annuatim per æquales portiones ſolvendum: Et Prioriſſæ & Conventui de **Foſsa**, juxta **Torkesey**, ſitum Prioratus de *Foſſa Cxx.* acras ter-

Inter Brevia & Recorda de temp. R. *Edw.* tertii (an. ſc. 32) bund. 2. n. 3.

ræ & prati & ſeptem toſta cum pertinentiis in **Torkeſeye**, pro *xlvi. s.* annui redditus Domino regi & hæredibus ſuis ad Scaccarium ſuum ad feſta *Paſcha* & S. *Michaelis* inde annuatim equales per portiones ſolvendum, &c.

PRIORATUS

de Chaucumbe *in agro* Northamptonienſi.

Carta Regis Edwardi *tertii conceſſiones donatorum recitans & confirmans.*

Pat.2.E.3. p.2.m 36.

REx omnibus ad quos, &c. Salutem. Donationem, conceſſionem, & confirmationem quas *Hugo* de *Chaucumb* per Chartam ſuam fecit Priori & Canonicis de **Chaucumb**, de tota toſta illa quæ vocatur **Benelande**, & Eccleſia parochiali ejuſdem villæ de **Chaucumbe**, & molendino ſubtus gardinum de **Chaucumbe** & communi paſtura, ad viginti & quatuor animalia; & duodecies viginti oves, & uno **Hevedlond**, quod eſt ultra **Fulewell** & **Steveneford**, & duabus acris terræ de dominico ipſius *Hugonis*, juxta **Steveneford**: & de inſula quæ vocatur *parva Hamma*, juxta **Radeclive**; & de octo parcatis prati juxta **Longare**; & de uno cotagio quod eſt ſubtus Eccleſiam de **Chaucumbe**; & de toto prato quod vocatur **Flet**, & de herbagio ad tres equos, cum dominicis equis ipſius *Hugonis*; & de illa virgata terræ quam *Robertus Pelliparius* tenuit; & de Eccleſia de **Bereford**; & de Eccleſia de magna **Dauby**; & de communi paſtura ad viginta animalia & duodecies viginti oves in eadem villa; & de illa virgata terræ quæ fuit *Roberti Verguncarii*; & de tota illa toſta, quæ jacet inter terram *Richardi* de *Lokynton*, & terram fratrum Sancti *Lazari*; & de illa virgata terræ, quæ fuit *Hugonis* Præpoſiti, & *Willielmi Frone*; & de quatuor ſalionibus terræ de **Forland**, quæ jacent juxta diviſam de **Melton**; & de tribus ſelionibus terræ, de dominico ipſius *Hugonis*, quod vocatur **Hevedlond**; & de medietate Eccleſiæ de **Retherb**: Et de uno cotagio ibidem, quod *Galfridus* tenuit: & de Eccleſia de *Peſeia*; & de libera electione cum aſſenſu ejuſdem *Hugonis* & hæredum ſuorum, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Hugo* de *Chaucumbe* per Chartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de toſta quæ dicitur **Benelande**, & de dominico ſuo forarium, quod jacet juxta viam apud **Northampton**; & octo buttis quæ ſunt ad **Stoniford**, & de duabus acris ad **Edwineſwell**; & de prato quod vocatur **Fleot**, & de una virgata terræ, quæ fuit *Roberti* filii *Brunyng*, & de molendino, quod eſt ſubtus gardinum ejuſdem villæ, & de communia paſturæ, ad viginti animalia & de *C.* ovibus, & de Eccl. de **Dalby**, & de communia paſturæ in eadem villa, ad triginti animalia & trecentas oves; & de illa virgata terræ quæ fuit *Roberti Vergunzai*, cum toſta & crofta, & de Eccleſia de *Peſeia*, & duabus hidis terræ in eadem villa, & in *Boclanda*, & de medietate Eccleſiæ de *Rederbia*, & de tota terra quam idem *Hugo* habuit in eadem villa, & de una hida terræ in *Foreſthilla*, & totius terræ ipſius *Hugonis* in **Winefen**, & de uno burgagio in *Banebiria*, & de libera electione cum aſſenſu ipſius *Hugonis* & hæredum ſuorum, in liberam & perpetuam elemoſinam.

Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem quas *Hugo* de *Chaucumbe*, per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de tota terra ſua de **Merton**, & de duabus virgatis terræ in villa de **Cubynton**, & tertia parte de **Swinefen**, & de duabus hidis terræ in *Peſeia* & **Boclande**, & de una virgata terræ in **Bereford**, quam *Robertus* de *Newehusbande* tenuit; & de una virgata terræ in **Newentun**, quam *Richardus Letloer* tenuit, & de duabus hidis terræ cum boſco in **Forſthull**, & de una virgata terræ in **Redreby**, & de duabus virgatis & decem & octo acris in **Thorp**; & de octo virgatis terræ in **Seveſby**, & de quatuor virgatis & quindecim acris terræ in **Apeltre**; & de tribus cotagiis quæ idem *Hugo* habuit in excambium pro terra ſua de **Redreby**, de *Willielmo* fratre ſuo, in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Robertus* de *Chaucumbe* per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de duabus virgatis terræ, cum pertinentiis in **Cubynton**, & duodecim denariis in **Swinefen**; & de duabus hidis terræ in *Peſeia*, & **Bocklande**; & de una virgata terræ in **Bureford**, & de una virgata terræ in **Newenton**; & de duabus hidis terræ cum boſco in **Forſthull**; & de duabus virgatis, & decem & octo acris terræ in **Thorpe**; & de octo virgatis terræ in **Seveſby**, in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem inſuper, remiſſionem, quietam clamanciam, & confirmationem, quas *Amabilia* de *Segrave* Domina de *Chaucumbe*, per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis, de omnibus redditibus & terris, quos habuerunt in **Chaucumbe**, **Rutherby**, **Dauby**, & alibi de feodo ejuſdem *Amabiliæ*, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & de libera adminiſtratione de omnibus mobilibus & immobilibus ipſorum Prioris & Canonicorum in vacatione Prioratus prædicti, per mortem vel ceſſionem cujuſlibet Prioris; ſalvo eidem *Amabilia* & hæredibus ſuis uno ſerviente in dicto Prioratu, dum vacaverit, manente, ad defenſionem dicti Prioratus, & ad bonorum ſuorum tuitionem, ſine vaſto. Conceſſionem etiam & confirmationem, quam *Robertus* de *Chaucumbe* per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de medietate unius acræ terræ in **Chaucumbe**, in campo verſus **Banbiry**; & de alia medietate unius acræ terræ in campo verſus **Trop**, quam *Hugo* de *Aneſy* dedit præfatis Priori & Canonicis. Donationem inſuper, conceſſionem

& confirmationem, quas *Amabilia* de *Segrave* Domina de **Chaucumbe** per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis, de duobus ſolidis annui redditus percipiendis annuatim de Meſſuagio, quod *Thomas* le *Maſtun* tenuit in **Chaucumbe**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Amabilia* de *Segrave* per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis, de tota terra illa murata, cum bercariis extra portam dictorum Prioris & Canonicorum; & de una placea terræ foris bercarias, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem inſuper, conceſſionem, & confirmationem quas *Johannes* de *Segrave* dominus de **Segrave**, per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis, de tribus placeis terræ in auſmentum ſitus Prioratus ejuſdem, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam & conceſſionem, quas *Robertus* de **Chaucumbe**, per ſcriptum ſuum fecit præfatis Priori & Canonicis de ſufficientibus placeis ad hajas faciendas, pro ſtagno molendini ipſorum Prioris & Canonicorum illeſo ſeruando, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem, quas *Nicholaus* de *Segrave* per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis, de una placea extra portam Prioratus prædicti, ad conſtruendam quandam domum elemoſinariam, in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Robertus Denſy* per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de duabus buttis terræ in **Chaucumbe**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam (&c.)

Donationem etiam & confirmationem, quas *Petronilla* filia *Hodierna*, dominæ de **Wilmelecton** per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis, de dimidia virgata terræ cum pertinentiis in **Wilmelecton**, quæ fuit *Hugonis* le *Filamang* in perpetuam elemoſinam. Conceſſionem inſuper & confirmationem, quas *Richardus Peche* filius & hæres *Petronillæ*, filiæ *Hodierna*, dominæ de **Wilmelecton** * per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de dimidia virgata terræ cum pertinentiis in **Wilmelecton** in perpetuam elemoſinam. Donationem etiam, conceſſionem & confirmationem quas *Johannes Paſſelewe*, per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de quatuor acris terræ cum pertinentiis in **Wermelecton**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem inſuper & confirmationem, quas *Hodierna* uxor *Richardi* le *Waleys* de **Wilmelecton** per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de una virgata terræ cum pertinentiis in **Wilmelecton**, in perpetuam elemoſinam, (&c.) Donationem inſuper, conceſſionem, & confirmationem, quas *Amabilia* de *Segrave*, quondam uxor *Gilberti* de *Segrave*, per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis, de centum ſolidatis annui redditus, percipiendis annuatim de Manerio ſuo de **Chaucumbe**, & **Dauby**, in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam (&c.) ratas habentes & gratas (&c.) Teſte Rege apud **Northampton** decimo octavo Die *Maii*.

* Vulgò **Wormleighton** in agro *Warw.*

Per ipſum Regem nunc Epiſcopo *Elien.* ob affectionem quam Rex habuit ad perſonam *Willielmi* de *Bereford*, cujus corpus jacet humatum in Eccleſia dictorum Prioris & Conventus.

PRIORATUS

de **Repindon** *in agro.* Derbienſi.

De fundatione ejuſdem.

RAnulphus dictus *Gernons*, Comes *Ceſtriæ*, obiit *xvii.* Kal. *Januarii*, Anno *MCLiii.* & regis *Stephani xviii.* Qui *Ranulphus* cepit *Mathildem* filiam *Roberti* Comitis *Glovernia*; quæ quidem *Mathildis* fundavit Prioratum de **Repindon** S. *Trinitatis* Anno *MCLxxii.* decimo octavo *Henrici* ſecundi, quæ *Matildis* obiit quarto *Kal. Auguſti* Anno *MCLxxxix.*

Ex Collect. Hen. Ferers arm.

De Meruualæ *Regis* Merciorum *ſepultura.*

COrpore pauſans (ut fertur *Reopedura*, Monaſterium olim ſatis nobile, converſationibus virorum inſignium & ſanctimonialium fæminarum; Qui locus ſecundum ejus etymologiam non tacere videtur regis excellentiam; Sonat enim *manipulus montis*.

Lel. Col. vol. 1. p. 157.

Carta Regis Henrici *tertii*, *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

REx Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Eccleſiæ S. *Trinitatis* de **Rependone** & **Eccleſiæ** S. *Egidii* de **Calc**, & Canonicis in eiſdem Eccleſiis Deo ſervientibus, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas; videlicet ex dono *Ranulfi* Comitis *Ceſtriæ* & *Lincolniæ* Eccleſiam S. *Wiſtani* de **Rependone** cum omnibus capellis ſuis, & omnibus aliis pertinentiis & libertatibus ſuis; & ſedem molendini & ſtagni ſui, cum curia eorum in **Rependone** uſq; ad aquam deſcendentem de domo *Willielmi Etebred* in **Trente**, cum attachiamento ejuſdem ſtagni, ad terram quam *Reginaldus* piſcator aliquando tenuit, cum tota aqua ibidem deſcendente. Et totam terram quæ dicitur **Flarlandes**, jacentem inter viam & aquæ-ductum armulo deſcendente de **Schepeſmore**, uſq; ad terram *Willielmi* de *W*· · · ·; Et

Cart. 53. H. 3. m

Vide pa 18. E. 1. 26.

totam culturam quarreræ de **Rependone** juxta **Trente**, & communiam bruſcæ de **Rependone** ſecundùm quantitatem omnium terrarum ſuarum in **Rependone**, & terram in qua ſedet orreum dictorum Canonicorum in **Thikenhal**; & totam terram & boſcum jacentes inter **Segewarebroce** & **Arebrock**, præter magnam *Gelbergam*, cum omnibus pertinentiis ſuis, libertatibus, & aiſiamentis; & ſedes & ····· amenta ſtagnorum ſuorum de **Calck** & **Tham**. Et alnetum inter duo inferiora molendina ſua, & inter bolhagium & aquæ-ductum. Et quatuor bovatas terræ cum omnibus pertinentiis ſuis in **Tikenhale**, quas *Willielmus* filius *Suani* aliquando tenuit. Et duas bovatas terræ cum pertinentiis ſuis in eadem villa, quas *Aliva* vidua aliquando tenuit. Et terram de **Loftſco**, ſicut .... extendit ſe inter terram cultam & **Ruchedives**, à veteri fovea uſq; ad viam deſcendentem ad fontem de **Neubehage**, & ſicut idem fons deſcendit uſq; ad metas de ...... & ex altera parte ſicut terminus **Meltone** eſt uſq; ad capud de **Loftſco**. Et ex altera parte rivuli dicti fontis culturam quæ vocatur **Hungerhull** & athachiamentum ..... ſui de **Loftſco**. Et terram & ſervicium *Nicholai* quondam armigeri, avi ſui, in **Meltone** cum pertinentiis ſuis; Et novem ſolidos annuos de molendino ſuo de **Rependone**. Et unum meſuagium in **Wadintone** cum pertinentiis ſuis. Et curiam ſuam plenariam, præterquam de furtis & de propriis hominibus ipſius Comitis, & tres carectatas de boſco ſuo de **Sudwod** .... in ſeptimana.

Et jus advocationis Eccleſiæ de **Badewetune** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et totam terram, quam habent de dono *Matildis* Comitiſſæ, aviæ ſuæ, in **Grauntendene**, cum omnibus pertinentiis ſuis in villa & extra. Et totam terram *Edwini Oſgar* in **Strengeſtone** cum omnibus pertinentiis ſuis in villa & extra. Et duas bovatas terræ in **Rependone** cum omnibus pertinentiis ſuis in villa & extra; illas ſcilicet quas *Reginaldus* filius *Edwini* aliquando tenuit. Et unum batum in piſcaria *Ceſtriæ*, in aqua quæ vocatur **De**. Et unum meſuagium in *Ceſtria*, quod fuit .... Citharistæ; Et quinq; bovatas terræ in **Berve** cum omnibus pertinentiis ſuis, in villa & extra; illas ſcilicet quas *Ricardus Poyllene* aliquando tenuit. Et unam bigam cum unico equo ſemel in die in boſco ſuo de **Tikenhal** errantem ad focale, ad uſus ſuos proprios portandum, per viſum foreſtarii ſui de **Tikenhal**. Et licentiam piſcandi in aqua de **Trente** ſubtus domum ſuam, quantum terræ ſuæ extendunt verſùs **Potlac**; ſalvâ ſibi & hæredibus ſuis piſcatione ſuâ ibidem, quando neceſſe habuerint. Et fontem qui dicitur **Pukewell**, & liberum acceſſum & redditum ad eundem fontem, ad aquam deducendam ad officinas ſuas de eodem fonte per terram ſuam ubicunq; viderint expedire; Et liceat eiſdem Canonicis liberè accedere ad canales emendendos ubicunq; & quandocunq; neceſſe fuerit, ita tamen quod nullus hominum ſuorum inde dampnum incurrat.

Ex dono *Nicholai* de *Wilintone* unum toftum in **Wilintone** cum omnibus pertinentiis ſuis; illud ſcilicet quod *Nicholaus Tod* aliquando tenuit; & quatuor culturas de terra ſua in **Wilintone**; Et unam acram terræ juxta **Lethorne**, & unam dimidiam acram quæ jacet inter terram quam habent de dono *Hugonis* de *Finderne*, & viam quæ ducit ad brueram de **Etewell**. Et unam acram terræ in **Witeflat**. Et unam acram prati in magno prato juxta pratum eorundem Canonicorum. Et unam acram ſubtus **Pehald**. Et octo acras terræ ſuæ in inſula inter **Repindone** & **Wilintone**. Et unam acram terræ in **Toneſtall**. Et unam acram in **Huverefern**. Et unam acram in **Pitherferne**; Et unam acram in **Breth**, & unam acram in *Wynnes*. Et duos ſeliones ſuper quos protendit cultura ipſorum Canonicorum: Et dimidiam acram in præfata Inſula juxta prædictas octo acras: Et unam acram ad greſt.... Et decem averia in paſtura ſua cum propriis averiis ſuis & hæredum ſuorum, quocunq; paſcant. Ex dono *Nicholai* filii *Nicholai* de *Wilinton*, molendina & ſitum molendinorum de **Wilinton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum ſecta ejuſdem villæ, & omnium aliorum hominum quicunq; voluerint ibi molere; Salvâ tamen ſibi & hæredibus ſuis multurâ propriæ domus ſuæ; Et totam terram à ſuperiori parte ſtagni præfatis molendinis pertinentis uſq; ad vadum de **Potlac** in longum & in latum ab aqua molendinorum præfatorum uſq; ad aquam currentem ſub *Sche* ...... ita quod illa aqua infra metas terrarum dictis Canonicis conceſſarum includatur, & quod ipſi Canonici faciant quicquid voluerint infra dictas metas; ita quod euntes & redeuntes ad .... molendina liberè eant & redeant ſine impedimento ipſius *Nicholai* vel hæredum ſuorum.

Et unam juncariam, inter locum qui vocatur **Suaneſneſt**, & croftum quod fuit *Roberti* ... *bra* & ſuper aquam ad reparationem ſtagni prædictorum molendinorum; Ita quod nec ipſe nec hæredes ſui in prædicta aqua piſcabuntur à ſuperiore parte ſtagni uſq; ad molendina; neq; ad excluſas ipſius ſtagni, ſine licentia dictorum Canonicorum; Salvâ tamen ſibi & hæredibus ſuis piſcariâ in eadem aqua de **Potlac** à ſuperiore & remotiore parte ſtagni præfati uſq; verſùs **Egenton**; Et quod ipſi Canonici poſſint exaltare ſtagnum præfatum competenter, prout neceſſe fuerit; ita ſcilicet, quod nec ipſe nec hæredes ſui divertent aliquatinus aquam currere debentem ad prædicta molendina; nec aliquid aliud faciant de prædicta aqua, nec fieri procurabunt aut permittent ad detrimentum prædictorum molendinorum & nocumentum memoratorum Canonicorum; Et quandam particulam terræ ad reparationem ſtagni prædictorum molendinorum ſuorum de **Wilinton**, illam ſcilicet quæ ſe extendit in longum juxta aquam quæ vocatur **Potlac** à ſuperiore parte ſtagni prædictorum molendinorum uſq; ex oppoſito aquæ currentis inter dictas inſulas cum tota minore inſula quæ propinquior eſt ſtagno ſuo, & in latum à prædicta aqua de **Potlac** uſq; ad quoddam vetus foſſatum, quod eſt inter prædictam particulam terræ & campum

pum de Wilinton verſùs partes auſtrales, & quatuor toſta juxta molendina prædicta. Et toſtum quod *Johannes* le *Cupere* tenuit in villa de Wilintone: Et toſtum quod *Willielmus Muffell* tenuit in eadem villa: Et quinq; acras terræ ſuæ cum pertinentiis in territorio de Wilintone, videlicet duas ſub le Helo; & unam acram in Badthem; & unam acram in Schertetim:ſtalleſlade; & unam acram in Pilardeſcroft, unàſcum paſtura ad unum caballum, & ad tres vaccas ad vitulos earum, donec vituli ſint de duobus annis; qui tunc amoveantur vituli inſimul cum focagio in brueria ſua de Wilintone, quantum pertinet ad duas bovatas terræ in eadem villa. Et *Hugonem* piſcatorem & ..... le *Cupere* de Wilintone cum tota ſequela ſua & catallis eorum; itaquod nec ipſe nec hæredes ſui aliquod jus vel clamium in eiſdem vel in eorum ſequela, vel in catallis eorum poſſint eis in poſterum vendicare; Et totam aquam ſuam cum tota piſcaria & aliis pertinentiis in Trente, à diviſis aquæ de Newentone uſq; ſub Wilintone. Quare volumus, (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm. xv.* die *Oct.* anno *xxxvi.*

Carta Regis Edwardi *ſecundi, alias Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 18. E. 2. p.2.m. 26.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Donationem, conceſſionem, & confirmationem quas *Haraldus* de *Leke* dudum per Cartam ſuam fecit Eccleſiæ de Kalc, & Canonicis tunc ibidem Deo ſervientibus, qui nunc apud Repyndon morantur, de una carucata terræ in Leke. Donationem, (&c.) quas idem *Heraldus* per eandem Cartam ſuam fecit dictæ Eccleſiæ & præfatis Canonicis de tribus acris prati in eadem villa. Quietam etiam clamantiam quas idem *Heraldus* per eandem Cartam ſuam fecit prædictis Canonicis, de quadam conſuetudine, ſcilicet operatione *Lx.* hominum ipſorum Canonicorum de Huntebothe, una die per annum, quam ipſi homines ſolebant eidem *Heraldo* facere pro paſtura ſua de Staunton. Donationem, &c. quas *Robertus* de *Notingham*, quondam Canonicus *Sarum*, per Cartam ſuam fecit Deo & beatæ *Mariæ* & Eccleſiæ S. *Trinit.* dicti loci de Repyndon, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, de tota terrâ ſuâ in Sutton, & Bonintone ſuper *Soram*, cum omnibus pertinentiis infra villam & extra, ſine aliquo retinemento; ſimul cum tota terra quam habuit in Sutton de dictis Canonicis, dum ſic apud Kalc moram fecerunt per eſcambium duarum virgatarum & unius bovatæ terræ cum pertinentiis in Weſterleke; quam quidem totam terram pro duabus carucatis terræ idem *Robertus* computavit. Habenda & tenenda prædictis Canonicis imperpetuum, ratas habentes & gratas confirmamus. T. Rege apud Turrim *Lond.* ſecundo die *Martii*.

PRIORATUS

de Kaermerdin, *infra burgum de* Kaermerdyn *in* VVallia.

Carta Regis Henrici *ſecundi, de veteri civitate de* Kaermerdyn, *&* Eccleſia *S.* Petri *ibidem.*

Cart. 11. E. 2. n. 45. Videſis Pat. 1. H. 6. p.6.m. 7. Et pat. 1. H. 4 p.6. m.7.

HEnr. Rex *Angliæ*, (&c.) Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem, Sciatis me pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum & hæredum meorum, conceſſiſſe, dediſſe, hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ ſancti *Joh.* Ewangeliſtæ de Kayrmerdyn, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam elemoſinam, veterem civitatem de Kayrmerdyn cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut fines & termini perambulati ſunt coram Ballivis meis de Kayrmerdyn. Dedi etiam præfatis Canonicis Eccleſiam ſancti *Petri* quæ ſita eſt in eadem civitate, cum Capella de Caſtello meo de Kayrmerdyn, & omnibus aliis Capellis ad eandem Eccleſiam pertinentibus. Præterea dedi eis & conceſſi quatuor carrucatas terræ in Egluyſnewith, quas habent ex dono *Bledrici Lacimeri*, & duas carrucatas terræ in *Comna*, quas habent ex dono *Bernardi Menevenſis* Epiſcopi. Dedi etiam & conceſſi unam carrucatam terræ in Egleniskeyn, cum Capella infra terminos ejuſdem terræ ſita, quam dedit eiſdem Canonicis *Alfredus Drines*, & unam carrucatam terræ quæ dicitur *Pentewy*. Quare volo, (&c.) Data, (&c.)

PRIORATUS

de Wikes *in Comitatu* Eſſexiæ.

Carta Regis Henrici *ſecundi, Donatorum conceſſiones confirmans.*

Cart. antiq. C.n.11

HEnricus Rex *Angliæ*, &c. Sciatis me conceſſiſſe Deo & ſanctimonialibus ſanctæ *Mariæ* de Wikes, pro ſalute mea, & meorum, Eccleſiam ipſam de Wikes ad tenendum in ea ordinem ſanctimonialium, & duas carucatas terræ in Dominio, & ſeptem villanos in eadem villa de Wikes cum gardino, & omni manſione, quæ ſunt circa ipſam Eccleſiam, quæ fuerunt *Walteri Miſcherelli*, & *Alexandri* fratris ejus, & *Editha* ſororis ſuæ, & *Walteri* Decani patris eorum; & tertiam partem villæ de **Wikes** cum omnibus pertinentiis ſuis, unde *Aelia*, uxor *Alexandri* de *Waham*, dotata fuit, ſicut Carta prædicti *Alexandri*, & Domini ſui *Willielmi* filii *R.* teſtantur; Et in villa de **Fintmores** x ſol. terræ, quas *Alwinus Wereword*, & *Godhugo* tenuerunt ſicut prædictus *Walterus Maſcherell*, & *Alexander* frater ejus penſionem *Editha* ſororis ſuæ dederunt & conceſſerunt: Et Eccleſiam de **Chateſham** cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut Carta *Ada* Clerici, & *Richardi*, & *Matilda* uxoris ejus, filiæ ejuſdem *Ada*, teſtantur, & quinq; acras de aſſartis de **Tolleſhunte**, & ut aſſartent uſq; ad centum acras in *Eſſexia*, ubi Deus eis præſtiterit, & ſi quis eis de boſco ſuo vendere, vel elemoſinam dare voluerit, nullus ex Ballivis noſtris contraire præſumat.

Præterea concedo eis duos leporarios & quatuor bracatos ad leporem capiendum in noſtra foreſta de *Eſſexia*: Et quieti ſint de waſto boſco, & de rewardo Foreſtariorum. Concedo etiam, & confirmo omnes donationes, quæ eis in tota terra noſtra collatæ ſint vel in futuro conferentur, in terris, in villis, in Eccleſiis, in redditibus, & in omnibus rebus, in burgo & extra burgum, & in omnibus locis, & omnia tenementa ſua, & villæ & homines ſui quieti ſint de omnibus quærelis, & placitis, & de Sira, de Hundredo, de Danegeldis, de **Blodwite**, & *Garwite* de *Ferdwite*, de *Leiewite*, de *Tedingpeni*, de **Flemenefwurde**, & Telonio, de hidagio, de pontagio, de leſtagio, de paſſagio, de ſtallagio, de ſoka, & ſaka, de *Toll*, & *Theam*, & *Infangenethef*, de murdro, & latrocinio, & omni alia conſuetudine, ſicut aliquæ terræ, ſive homines virorum religioſorum liberiores, & quietiores ſunt in tota terra noſtra. Et concedo eis quod habeant omnes exitus qui ex omnibus præſcriptis conceſſionibus pervenire poterunt. Præcipio etiam vobis, quod plenariam juſticiam ſupra nominatis Monialibus ſine dilatione faciatis de omnibus illis in tota terra mea, quæ eis, ſive rebus, aut hominibus ſuis injuriam faciant, & de omnibus clamoribus quos vobis oſtendit, ita quod non oporteat eas ad vos conqueri pro defectu juſtitiæ, Teſtibus *Rich.* Epiſcopo *Londonenſi* & pluribus aliis.

PRIORATUS

de **Burnceſter** (*vulgo* **Biſſeter**) *in agro* **Oxonienſi.**

Carta Regis Edwardi *ſecundi, Donationes quamplurimas Canonicis de* **Burnceſtre** *factas, recitans & confirmans.*

Pat. 9. E. 2. p. 1. m. 19.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Inſpeximus Chartam quam *Gilebertus Baſſet* fecit *Johanni* quondam Priori de *Burenceſtria* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in hæc verba: Omnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Gilebertus Baſſet* ſalutem in Domino, Notum ſit Univerſitati veſtræ, quod ego dedi & conceſſi *Johanni* Priori de *Burenceſtria* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute Domini mei Regis *Henrici*, & pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ *Egelina*, & liberorum noſtrorum, & pro animabus anteceſſorum noſtrorum, Eccleſiam de *Burenceſtria*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & de incremento totam terram, quæ eſt inter croftam *Gilleberti* Molendinarii, & Meſſuagium, quod fuit *Adæ*, & ipſum Meſſuagium uſq; ad calceiam vivarii mei, cum quinq; acris quas prædictus *Adam* tenuit, & Meſſuagium quod fuit *Oſmundi Favell*, cum crofta, & Meſſuagium *Wll. Karetarii*, & Meſſuagium *Ailwardi*, cum crofta in qua ipſa duo prædicta Meſſuagia fuerunt, & quadraginta acras de dominio meo; ſcilicet viginti in uno Campo, ex quibus quinq; acræ ſunt in furlungia, quæ deſcendit in rivolum, ultra ſpinam, & quinq; in furlungia ultra vallem quæ vertitur apud *Rugweyam*, & tres acræ in *Gopeſhlereſurlunga*, & quatuor acræ & dimidium in *Ruxfurlunga*, & duæ acræ & dimidium quæ vertuntur in **Parrot**; & in altero Campo viginti acras, ſcilicet in *Heleſurlunga* & *Buttes* apud **Pimbeblowesmeere**, ad complendum numerum viginti acrarum. Et præterea unam virgatam terræ in **Stretton** ad Luminare prædictæ Eccleſiæ; ſcilicet illam, quam *Walterus* & uxor *Gilberti* militis tenuerunt, cum omnibus pertinentiis ſuis præter unam Croftam ejuſdem virgatæ terræ, pro qua dedi ſæpedictis Canonicis alteram Croftam, quæ vocatur **Gatecroft**, in eſcambium prædictæ Croftæ.

Et præterea conceſſi convencionem factam inter prædictos Canonicos ſæpedictæ Eccleſiæ & homines meos de **Wrechewyche**; videlicet quod ſæpedicti Canonici conceſſerunt prædictis hominibus, duas acras prati, pro capitalibus ſuarum croftarum, ſecus rivulum verſus molendinum fluentem, ad faciendum ſtagnum, & viam ad Molendinum & ſi forte contigent quod in futuro molendinum non ſit prædictis Canonicis neceſſarium, prædictæ acræ prati ad ſæpedictos Canonicos redeant, ita quod Canonici viam in priſtinam planiciem repararent, & hominibus meis prædictis, terræ illorum remaneant. Et præterea conceſſi ſæpedictis Canonicis liberam Capellam Curiæ meæ, & de curiis hæredum meorum, cum oblacionibus & omnibus obventionibus ad liberam Capellam pertinentibus, & decimam Caretam ligni mei; ut ſicut venitur de Boſco, ita attrahatur in Curiam Canonicorum, ſicut in meam. Et quoddam prætuxculum quod vocatur *Hamwa*, quod extenditur de crofta de **Serich**, de **Wrechewyke** ſecùs ſtagnum molendini uſq; ubi novus rivulus deſcendit in veterem rivulum, & ipſam mulne-dam ad faciendum ibi molendinum, ubi fuit antiquitùs: vos ſi alicubi in confinio per ipſam mulne-dam meliùs fieri poterit, fiat; & paſturam infra dominium meum ad tres carrucatas animalium; ſcilicet cum propriis animalibus meis carucas meas trahentibus. Et in omnibus Maneriis meis ubicunq; ſæpedicti Canonici agriculturam habebunt, concedo eis, ut trahencia animalia ad carucas illorum cum meis animalibus trahentibus paſturam habeant; & ad quatuor centum oves paſturam ad ſæpedictam Eccleſiam pertinentem, tam in dominio meo, quàm in communi paſtura, & quitanciam de paſnagio & homines ſuos de eis tenentes liberos & quietos ab omni ſervicio quod ad me & hæredes meos pertinebit.

Et præterea ego *Gilebertus Baſſet* dedi & conceſſi prædictis Canonicis Eccleſiam de *Ardintona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam de *Comtona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam de **Pussendene**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes Capellas infra Curias meas exiſtentes, cum omnibus pertinenciis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ex omnibus conſuetudinibus, & ab omni exactione & ab omni ſeculari ſervicio, in pratis & paſturis, in mariſcis & in molendinis, in viis, in ſemitis & in omnibus locis. Et ego *Gilebertus Baſſet* & hæredes mei ſupradictas Eccleſias & poſſeſſiones prædictas, Canonicis prædictis ab omni ſeculari ſervicio warantizabimus. Et prædicti Canonici ſupradictas Eccleſias vel poſſeſſiones dictas non debent ad firmam dare, vel pro alia Eccleſia, vel pro aliis poſſeſſionibus commutare. Et ut donacio mea rata & inconcuſſa inperpetuum permaneat, hanc præſentem Cartam Sigilli mei atteſtacione confirmavi & legalium virorum teſtimonio roboravi. Hiis teſtibus, *Roberto* de *Whitefeld* tunc Vicecomite, *Thoma* de *Drunall*, uxore mea *Egelina*, *Aliz.* *Baſſet*, *Henrico* de *Curtenay*, *Roberto Damary*, *Hugone Drunald*, *Thoma Baſſet*, *Fulcone Baſſet*, *Jacobo Graſmulni*, *Walerando* de *Crykelade*, *Roberto Waleys*, *Bartholomeo* Capellano, *Roberto* filio *Radulphi*, *Willielmo* de *Covele*, *Willielmo* filio *Richardi*, *Warino Pincerna*, *Haſculfo* de *Bixa*, *Thoma Britone*, *Adam* Clerico, *Richardo* Clerico de **Calvertone**, & multis aliis.

Inſpeximus eciam Chartam, quam *Willelmus Lungeſpeye* fecit Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & ſanctæ *Edburgæ Berenceſtria*, & Canonicis prædictis, in hæc verbæ; Sciant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus Longſpeye* dedi, conceſſi & hâc Chartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & ſanctæ *Edburgæ* de *Berenceſtria*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro animabus domini patris mei, & matris meæ, & pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum, totam terram quam habui in **Wrecherowch**, cum omnibus pertinenciis, cum villanis, & eorum ſequelis & catallis & cum boſco de **Gravenhull**, cum pertinenciis, & quadam cultura quæ vocatur **Coubregge**, cum pertinenciis, & paſturam ad quinquaginta bidentes apud **Erdintone**, cum dominicis bidentibus meis ibidem paſcendis habendam & tenendam de me & hæredibus meis, dictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus in liberam puram & perpetuam elemoſinam, liberè, quietè, integrè, & pacificè, in boſco & plano, viis & ſemitis, pratis, paſcuis, & paſturis, cum omnibus dominicis terris & boſco pertinentibus, quieta de me & hæredibus meis ab omnibus ſerviciis, ſectis, conſuetudinibus, & demandis, michi & hæredibus meis pertinentibus. Et ego *Willielmus Longſpeye* & hæredes mei prædictas terras & boſcum cum villanis & eorum ſequelis, unà cum prædicta paſtura de **Erdintone**, dictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus, contra omnes homines & fœminas inperpetuum warantizabimus. Ut autem hæc mea donacio, conceſſio, & Chartæ meæ confirmacio perpetuæ firmitatis robur optineant, præſentem Chartam ſigilli mei impreſſione, & virorum fide dignorum teſtimonio, roboravi. Hiis teſtibus, Dominis *Stephano Longeſpeye*, *Jacobo* de *Aldedeleghe*, *Philippo Baſſet*, *Radulpho* de *Ceſterton*, *Willielmo* de *Meauling*, *Richardo* de *Mundevill* Militibus; *Philippo* de *Wappelle*, *Roberto* de *Hoult*, *Roberto* de Monaſterio de **Buckhull**, *Johanne Foucher*, & aliis.

Inſpeximus etiam Chartam, quam *Phil. Baſſet* miles fecit Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & Sanctæ *Edburgæ* virginis de *Bercenceſtria*, & Canonicis prædictis, in hæc verba. Sciant præſentes & futuri, quod ego *Philippus Baſſet* miles, pro ſalute animæ meæ, & animarum patris & matris meæ, & animæ *Fulconis Baſſet*, quondam *Londonenſis* Epiſcopi. Fratris mei; & animarum omnium anteceſſorum meorum, dedi conceſſi & hac præſenti Chartâ mea confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & S. *Edburgæ* virginis de *Berenceſtria*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, & in perpetuum ſervituris, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, omnes terras & tenementa cum pertinentiis, quæ habui in **Cliftone**, & **Heentone**, & **Dadyngtone** in Comitatu *Oxoniæ*, de dono domini *Rogeri* de *Stampford*; & omnes terras & tenementa, cum pertinentiis, quæ habui in **Grymesbury** in parochia de **Bannebyri**, in Comitatu *Northamptoniæ*, de dono prædicti domini *Rogeri*: habendas & tenendas de me & hæredibus meis, prædictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, omnes prædictas terras & tenementa, cum homagiis, redditibus, ſerviciis, Releviis, eſcaetis, Meſſuagiis, terris, pratis, paſturis, boſcis, Molendinis, ſtagnis, vivariis, aquis, haiis, foſſatis; liberis introitibus & exitibus; & cum omnibus aliis ad eaſdem terras & tenementa pertinentibus, vel quoquo modo pertinere valentibus, liberè, quietè, benè, in pace, & omnino integrè abſq; ullo retenemento. Et ego dictus *Philippus* & hæredes mei warantizabimus, defendemus, & acquietabimus omnes prædictas terras & tenementa, cum omnibus ſuis pertinentiis, prædictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus ibidem Deo ſervientibus, & in perpetuam ſervituris, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, contra omnes gentes. Et ut hæc mea donacio, conceſſio & præſentis Chartæ mea confirmatio & warantizatio mea firmum robur optineant imperpetuum, præſenti Scripto ſigillum meum appoſui; Hiis teſtibus, Dominis *Nicholao* de *Tatingden*, *Thoma* de *Hederne*, *Richardo* de *Rulg*, *Rogero* de *Avmari*, *Radulpho* de *Ceſtertone*, *Rogero* de *Lenne*, *Alano* de *Rumalii*, Militibus; *Simone* de *Sampford*, *Waltero Wyt*, *Henrico* de *Soyntpoll*, *Philippo Tercope*, & aliis. Nos autem donationes, & conceſſiones prædictas, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus, ſicut Chartæ prædictæ rationabiliter teſtantur. In cujus, &c. T. Rege apud Walſingham *vi.* die *Octobris*.

ABBATIA
de Hertland in Devonia.

Carta Regis Henrici *ſecundi conceſſionem Eccleſiæ* S. Nectani, Ricardo Pictavienſi *Archidiacono confirmans.*

Cart. 38. E. 3. n. 1. per Inſpex.

HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſc. (&c.) ſalutem. Sciatis quod *Gaufridus* filius *Oliveri* de *Dynam*, in præſentia mea, pro Dei amore, & mea petitione, conceſſit, & quantum ad eum ſpectabat, donavit *Ricardo Pictavenſi* Archidiacono, Eccleſiam S. *Nectani* de *Hertilanda*, cum Capellis & terris & decimis, & omnibus pertinentiis ſuis, nominatim cum *Bechetona*, ut ibi ordo Canonicorum regularium, in voluntate prædicti Archidiaconi inſtituatur. Et *lx. s.* annuos quos de Clericis ejuſdem Eccleſiæ ſolebat habere, & relevamina & omnia alia ſervicia ſecularia, Deo & Eccleſiæ & Archidiacono imperpetuum remiſit, & quietum clamavit; & nihil penitus ſibi in eadem Eccleſia retinuit præter orationes. T. *Gaufrido* Archidiacono *Cantuar.* *Gaufrido* Capellano Regis, & Magiſtro *Stephano* de *Fulgeriis*, & *Nicholao* Capellano, Magiſtro *Johanne Cumin*, & Magiſtro Preſbitero Comitis *Hugonis* de *Norf.* *Manaſſ. Biſet* dapifero, *Willielmo Malet*, *Goſcelino* de *Balolo*, *Alano* filio *Jordani*, *Ricardo Pincerna*, apud *Wintoniam*.

Carta Regis Ricardi *primi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Par. 5 E. 4. p. 3. m. 13.

Vide Cart. 38. E. 3. n. 1.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. (&c.) *Ricardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquitanniæ* & Comes *Andegaviæ* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos pro ſalute animæ Regis *Henrici* patris noſtri & noſtra, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum, & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe permutationem quam fecit *Ricardus Pictavenſis* Archidiaconus, aſſenſu & voluntate illuſtris Regis *Henrici* patris noſtri, de Canonicis ſecularibus qui fuerunt olim in Eccleſia *S. Necthani* de *Hertilanda* in Canonicos regulares, auctoritate *Barth. Exonienſis* Epiſcopi, in cujus Epiſcopatu Eccleſia ipſa ſita eſt, & aſſenſu & voluntate *Gaufridi* de *Dinam* ſenioris & *Oliveri* fratris ſui, & *Gaufridi* filii *Oliveri*; in quorum feudo & dominio eadem Eccleſia eſt fundata, ita quidem quod amotis de præfata Eccleſia *Necthani* de *Hertilanda* imperpetuum Canonicis ſecularibus, Abbas ibi & Canonici regulares ſubſtituantur, qui ſecundùm regulam *Auguſtini* & & rationabilia inſtituta fratrum *S. Nicholai* de *Arroaſia* ibi Deo ſerviant; & pro ſtatu & tranquilitate & pace noſtra, & regni noſtri; ſimul & pro ſalute animæ Regis *Henrici* patris noſtri & noſtra, & præfati *Ricardi Pictavenſis* Archidiaconi, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, ſedulè Deum interpellent.

Et concedimus & præſenti Carta confirmamus prædictis Canonicis regularibus prænominatam Eccleſiam *S. Necthani* de *Hertilanda*, cum omnibus præbendis & terris, & decimis, & omnimodis aliis pertinentiis ſuis; & quod liberam habeant poteſtatem excolendi omnes terras ſuas ad uſus proprios; aut ad cenſum locare, ſicut eis viderint magis expedire, quas præfati Canonici ſeculares tenebant antiquitùs de præbendis Eccleſiæ S. *Necthani* de *Hertilanda*. Et quod nullus de poſteris prædictorum Canonicorum ſecularium, vel qui ſe fecerint hæredes, clamare poſſit ſibi juris aliquid de terris, quæ præfatis Canonicis regularibus ſunt, à prænominatis dominis datæ vel conceſſæ; ſcilicet ex dono *Gaufridi* de *Dynam* ſenioris, Fundatoris eorum, duas hidas terræ apud Deneſtoke; & terram de *Bechatona*, cum Eccleſia de *Bechatona*.

Concedimus etiam & confirmamus prædictis Canonicis regularibus relaxationem & quietanciam ſexaginta ſolidorum, quos præfatus *Gaufridus* de *Dynam* ſolebat habere annuatim de Canonicis ſecularibus, qui prius ibi fuerunt, & de relevaminibus & omnibus ſecularibus ſerviciis, quæ idem *Gaufridus* de eiſdem habere conſuevit. Et ex dono ejuſdem *Gaufridi*, Capellam de *Welcuma*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & Capellam de *Hertitona*, cum treſdecim acris terræ ad eam pertinentibus; & Capellam ſanctæ *Wennæ* de **Chircſtowe**, cum terra quæ antiquitùs appellata eſt *Acra* ſanctæ *Wennæ*, & cum duodecim aliis acris. Et omnes Capellas infra parochiam ejuſdem Eccleſiæ S. *Nectani* conſtructas, cum omnibus pertinentiis & libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis. Ex dono ejuſdem *Gaufridi* de *Dynam* unam virgatam terræ, ſcilicet **Gallecuſham**. Ex dono *Oliveri* fratris prædicti *Gaufridi*, aſſenſu & voluntate *Gaufridi* filii ſui & hæredis, terras de **Marcadene**, & **Scepelwelle**, quas prædictus *Ricardus Pictavenſis* Archidiaconus, ad opus prædictorum Canonicorum regularium à præfato *Olivero* acquiſivit, cum hominibus & omnibus aliis rebus ad eas pertinentibus, ad ædificandum ibi prædictis Canonicis regularibus Eccleſiam & officinas ſuas.

Ex dono *Oliveri* de *Traci* Eccleſiam de *Fremintona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & communi paſtura, & octo ſolidatas terræ, quas idem *Oliverus* prædictis Canonicis in puram & perpetuam elemoſinam dedit. Ex dono *Willelmi* de *Boterell* Eccleſiam de **Cunſtane**, & Eccleſiam de *Molanda*; & Eccleſiam de **Forbiri**, cum terris & decimis, & piſcariis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Concedimus & confirmamus prædictis Canonicis domum quandam in magno Vico *Exoniæ*, quam prædictus *Ricardus Pictavienſis* Archidiaconus, à præfato *Willelmo* de *Boterell* emit, & eis dedit. Ex dono *Hugonis Peverell* Eccleſiam de **Wlfareſworde**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Ricardi Peverell*, & *Margaretæ* uxoris ſuæ, aſſenſu *Roberti* de *Spet* hæredis ejuſdem *Margaretæ*, Eccleſiam de **Briggeford**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Hawiſiæ* de *Ridvers* unum ferlingum terræ apud **Beanford**, cum quadam parte nemoris ſui, quod vocatur **Warham**. Ex dono *Henrici* de *Pareo*, terram illam quæ vocatur *Mons Gocelini*.

Concedimus etiam & confirmamus prædictis Abbati & Canonicis regularibus Eccleſiæ S. *Nectani* de *Hertilanda*, omnes terras, & decimas, & poſſeſſiones, & omnia beneficia, quæ eis data ſunt, ſicut Cartæ donatorum rationabiliter factæ teſtantur, vel in futuro ſunt rationabiliter acquiſituri. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod Abbas præfati loci de *Hertilanda*, & Canonici regulares ibidem Deo ſervientes habeant & teneant omnes prædictas Eccleſias ſive terras, (&c.) adeo libere & integrè, (&c.) ſicut aliqua Abbacia, vel domus religioſa de terra noſtra liberiùs & meliùs tenent, cum *ſoca* & *ſaca* & *tol* & *tem*, & *infangenethef*, & *utfangenethef*, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis & quietanciis, in Eccleſiis & Capellis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in ſtagnis & vivariis, in mariſcis & piſcariis, in vineis & virgultis, in viis & ſemitis, in grangiis & in portubus, in civitatibus, & villis, infra Burgum & extra, & in omnibus aliis locis, & omnibus aliis rebus, liberos & ſolutos, & quietos de ſectis ſirarum & hundredorum, & de *Lethe*, & *Wapentache*, & de placitis & querelis de murdro, & pecunia quæ ad murdrum pertinet, ſive ad latrocinium; & de ſcutagio, & hidagio, & de aſſiſis, & de *geldis*, & *danegeldis* & *horngeldis*, & *fotgeldis*, & de *blodwita*, & *fitwita* & *flitwita*, & *leirwita*, & *heingwita*, & *fremeneſenda*, & *Werdpeni*, & *Averpeni*, & *Hundredpeni*, & *Tolingpeni*. & de operationibus Caſtellorum, poncium, & parcorum, & vivariorum, & ſtagnorum, & murorum, & de clauſuris omnimodis, & fumagio, & mareimo cariando, de armis portandis, & excercitibus & ſummonitionibus; & de theſauro ducendo, & warda tenenda de auxiliis ſeu donis Vicecomitum & bailliorum ſuorum; & de omnibus aliis auxiliis, & de miſericordia Comitatus: Et quietus ab omni theoloneo, & paſſagio, & pontagio, & ſtallagio, & leſtagio, & de omni ſervicio & exactione ſeculari, & opere ſervili, & de omnibus occaſionibus aliis & conſuetudinibus ſecularibus; & quod, exceptâ juſticiâ mortis & membrorum, habeant Curiam ſuam de omnibus querelis, quæ exortæ fuerint in terris & poſſeſſionibus ſuis, & juſticiam de eis. Ita quod witas ſuas inde capere poſſint.

Prohibemus eciam ne ipſi Canonici ponantur in placitum de aliquo tenemento ſuo, niſi coram nobis ipſis, vel coram capitali Juſticia noſtra. Hæc omnia conceſſimus prædictis Canonicis noſtris de *Hertilanda* in liberam & perpetuam elemoſinam pro amore Dei & beati martiris *Nectani*, cui jugiter & intentè famulantur, pro anima Regis *Henrici* patris noſtri. Teſtibus Hiis, *H. Dunhelm. G. Wyntonienſ.* Epiſcopis Data primo anno regni noſtri per manum *W.* de *Longo Campo* Cancellarii noſtri, *Elienſis* Electi, apud *Weſtm.* octavo die *Novembris* (&c.)

PRIORATUS

de **Parco Helaghe** *in agro* Eboracenſi.

Carta Fundationis ejuſdem.

Ex Cartulario de *Parco* **Helagh**, in bibl *Cottoniana*, f. 8. a.

Videſis Cart. 4. E. 2. n. 39. 47. 50. & 51.

SCiant omnes ad quorum audientiam heæ literæ pervenerint, quod ego *Bertramus Haget*, *Gilberto* Monacho *Majoris Monaſterii*, ejuſq; ſucceſſoribus, terram *Heremi* quod eſt in nemore de **Helaghe** in elemoſina dedi & conceſſi, perpetuo poſſidendam; ſcilicet terram illam verſus Orientem, ut aqua currere ſolita eſt, & tranſmeare à ponte qui *Lairbruga* vocatur, ad tranſitum uſque qui **Sangwat** antiquitùs nominatur. Præterea dedi & conceſſi ad opus loci prædicti, terram extirpatam, & de nemore extractam, quæ eſt extra foſſam quæ **Hiordebreſt** nuncupatur, quam etiam homines mei de *Wicaela* extirpaverant; & in longitudine ejuſdem terræ extirpatæ, ad diviſionem meam uſque ad **Hagandaby**, quantum nemus meum durat; Et de terra prædicta, & prænominata à ruſticis de *Wicaela* extirpata ad triginta acras uſq; in elemoſinam dedi ei & conceſſi. Teſtes ſunt *Gladvinus* de *Colinchean*, *Leſpſtanus* de *Eboraco*, *Thomas* vicarius de *Wichaela*, & *Miliner* ejuſdem villæ. *Johannes* Capellanus de **Torp**, *Oppido* preſbiter, *Willielmus* de *Ach*, *Ilbertus* de *Morvill*, *Willielmus* de *Stangranen*, *Willielmus* de *Rufor*, *Gauter* de *Larmera*, *Rollan Haghet*, *Willielmus* filius *Wilardi*, *Alanus* de *Folif*, *Phar'ce Haghet*, *Willielmus Haghet*, & *David* frater ejus, & *Bertramus* milites.

Quieta clamatio Henrici *Prioris de* **Marton**, *& ejuſdem loci Conventus ad Heremitagium in parco de* **Helagh.**

Ib. fol. 9. a.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis *Henricus* Prior de **Marton** & Conventus ejuſdem loci ſalutem in domino. Ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire, nos nichil juris habere in Eremitagio illo, quod eſt in *Parco* de **Helagh**. Et nos locum illum cum omnibus pertinentiis ſuis quietum clamavimus coram officialibus domini . . . . . . *Eboracenſis* Archiepiſcopi die Lunæ proxima poſt *Epiphaniam* domini, Anno ab incarnatione Domini *M. CC. iii.* Et ne in poſterum aliquando nobis licitum ſit contra hanc reſignationem & quietam clamationem venire, huic ſcripto Sigilli noſtri munimen appoſuimus. Hiis teſtibus, Magiſtro *Rogero* de *Melſamby*, tunc officiali, Magiſtro *Nicholao* le *Simple*, *Jeremia*, de *Thorhill*, *Willielmo Cok*, Magiſtro *Thoma* de *Wat*, *Bertholomeo Thuret*, *Thoma* de *Wilton*, *Rogero* de *Punchardun*, *R. Haget*, *W. Haget*, *Johanne* Clerico, & aliis.

A. 1203.

Carta Galfridi Haget, *donationem patris ſui confirmans.*

Ib. fol. 7. a.

GAlfridus Haget omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam futuris quàm præſentibus ſalutem. Notum ſit vobis omnibus me conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & ſanctæ *Maria* & Eccleſiæ Sancti *Johannis* de *Parco*, & *Gilberto* monacho & ſucceſſoribus ibidem Deo famulantibus, terras & ſilvas eidem loco pertinentes, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam, & quietam ab omni ſervicio, conſuetudine, & exactione, ſicut Carta patris mei teſtatur. Hiis teſtibus, Domino meo *Clemente* Abbate, *Galfrido* Priore, *Roberto* Decano de *Sancto Petro*, *Willielmo* de *Hedlere*, *Radulfo Haget*, fratre meo, *Alano* de *Folifet*, *Benedicto Haget*, *Elia* filio *Radulfi*, *Simone Sacce pee*, *Willielmo* filio *Wielardi*, *Gerardo* de *T. . .* *Johanne* Clerico, *Willielmo* de *Mandevile*,

Stemma Fundatoris

Ib. fol. 1. a.

MEmorandum quod quatuor fuerunt ſorores *Galfridi Haget*. Et una ſcilicet *Lucia*, maritata fuit patri *Bartholomei Turet*, cum qua habuit **Wighall** & **Eſdike**, & alias pertinentias quæ contingebant ad illam partem.

Item alia maritata fuit Domino *Alano* filio *Briani*, atavo Domini *Briani* qui nunc eſt; cum qua habuit terram de **Baynton**, cum aliis pertinentiis contingentibus illam partem.

Item alia, ſcilicet *Alicia*, maritata fuit domino *Johanni* de *Friſton*, cum qua habuit **Helagh** & alias pertinentias contingentes illam partem; qui *Johannes* habuit quandam filiam *Alciam* nomine, quæ nupta fuit Domino *Jordano* de *Sancta Maria*, qui fuerunt feoffatores noſtri.

Item quarta vocabatur *Gundreda Haget*, quæ habuit quartam partem hæreditatis, ſcilicet quandam terram in **Baynton**, & in aliis locis hæreditatis *Galfridi Haget*, quæ non fuit nupta, ſet obiit ſine hærede. Et poſt mortem ſuam partita fuit pars ſua inter cæteras ſorores ſuperſtites.

Carta ſecunda Fundationis de **Helagh.**

Ib. fol. 7. a.

OMnibus Chriſti fidelibus *Jordanus* de *Sancta Maria* & *Alicia* uxor ejus, ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra nos conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & S. *Johanni Evangeliſta* de *Parco* de **Helagh**, & *Willielmo* Priori & Canonicis

nicis ibidem Deo ſervientibus, & ſucceſſoribus eorum, ipſum monaſterium ſuum & ſitum loci ſui in puram & perpetuam elemoſinam, ſolutam & liberam ab omnibus ſerviciis & ab omni re ad terram pertinente, cum toto nemore quod vocatur **Horſparck**; & cum ſaltibus & aſſartis, & cum omnibus quæ continentur infra foſſata; & certas diviſas ipſorum Canonicorum factas per nos & *Willielmum* ipſius loci Priorem ad includendum & foſſandum & faciendum inde quicquid voluerint, ſicut de libera & pura & perpetua poſſeſſione ſua, Ita quod foreſtarium nullum ibi habebimus.

Conceſſimus etiam ipſis *Willielmo* Priori, & Canonicis & eorum ſucceſſoribus in puram & perpetuam elemoſinam, totum nemus quod continetur inter foſſatum ipſorum Canonicorum verſùs **Wykale** & **Layrbriggeſit**. Et ſciendum quod prædicti Prior & Canonici, & eorum ſucceſſores capient rationabiliter, ſine viſu foreſtariorum noſtrorum, clauſuram de boſco noſtro & hæredum noſtrorum, ubi competentiùs fuerit, ad claudendum hayam ſuam inter ipſos Canonicos & boſcum noſtrum verſùs orientem. Et ſi feræ prædictorum *Jordani* & *Aliciæ* fortè tranſierint in boſcum ipſorum Canonicorum, licebit nobis & hæredibus noſtris, eas capere; & ſimiliter eſperveros ibi nidificantes; ita tamen ut intremus & exeamus per portam ipſorum Canonicorum ſine dampno foſſatorum & hayarum ipſorum Canonicorum & omnium intra contentorum.

Conceſſimus quoque prædictis Priori & Canonicis, & ſucceſſoribus eorum, liberum ingreſſum & egreſſum à domo ſua uſque ad portam de **Wykale**; Et prædicti Prior & Canonici remiſerunt & quietum clamaverunt de ſe & ſucceſſoribus ſuis nobis & hæredibus noſtris totum jus & clamium quod habuerunt in villa de **Helaghe**, & in parco ejuſdem villæ, extra clauſuram & diviſas ipſorum Canonicorum. Hiis teſtibus, Dominis *Waltero* Archiepiſcopo *Eboracenſi*, & *Ricardo* Epiſcopo *Dunelmenſi*, *Martino* de *Pateſhill*, & *Willielmo* filio *Ricardi*, & *Rogero Huſcarle* Juſticiariiis itinerantibus, *Hamone* Decano, & Capitulo *Eboraci*, *Johanne* de *Fontibus* & *Ricardo* de *Wellebec* Abbatibus; *Laurencio* de *Wilton* & *Hamone* de *Eboraco* Clericis, *Johanne* de *Birkhin*, *Simone* de *Hale* Vicecomite *Eboracenſi*, *Bartholomeo Thuret*, *Hugone* de le *Lay*, & *Roberto* fratre ejus, *Alano* de *Kaderton*, *Adam* de *Folifait*, *Thoma* de *Crigleſton* *Roberto* de *Hoton*, & aliis.

Carta Aliciæ Haget *fundationem præfatam confirmans.*

Ibid. fol. 7. b.

OMnibus has literas viſuris vel audituris *Alicia Haget*, quondam uxor *Jordani* de *Sancta Maria*, ſalutem æternam in domino. Noveritis me in ligia poteſtate & libera viduitate mea, pro ſalute animæ meæ & *Jordani* de *Sancta Maria* quondam viri mei, & anteceſſorum meorum, dediſſe, conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Sancto *Johanni* Evangeliſtæ de *parcko* de **Helaghe**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ſitum loci ſui infra parcum, cum toto nemore, quod dicitur **Horſparke**; & cum omnibus ſaltibus & aſſartis, & boſco quæ continentur infra clauſuras & cæteras diviſas factas inter parcum meum & terras dictorum Canonicorum, cum omnibus infra contentis ſine ullo retenemento mihi & hæredibus meis; & cum omnibus liberratibus ſuis & aiſiamentis, tam in longitudine quàm in latitudine.

Præterea dedi & conceſſi eiſdem Canonicis & eorum ſucceſſoribus, liberam electionem Prioris ſui ſine omni contradictione, moleſtia, appellatione, & dilatione mei, & hæredum meorum. Et conceſſi ut dicti Canonici & eorum ſucceſſores ibidem vivant ſecundùm regulam ſancti patris *Auguſtini*. Dedi etiam & conceſſi eiſdem Canonicis liberum iter à loco ſuo uſque ad villam de **Helaghe** per viam quæ ducit ad molendinum, quod vocatur **Kelleck**; Et iterum á ſitu loci ſui uſque ad portam de **Wighall**. Tenendum & habendum omnia prædicta dictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus imperpetuum adeo purè & liberè, ſicut ulla elemoſina puriùs & liberiùs poſſit teneri. Ego verò *Alicia Haget* & hæredes mei omnia prædicta dictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus warantizabimus, adquietabimus & defendemus contra omnes homines imperpetuum. Hæc omnia prædicta teſtatur præſens ſigilli mei impreſſio. Hiis teſtibus, Dominis *Brieno* filio *Alani*, *Alano* de *Cathertona*, *Alano* de *Folifait*, *Roberto* de *Schegneſſe*, *Ricardo Walens*, *Ricardo* de *Lindlay*, *Ægidio* de *Cathertona*, *Radulfo* de *Newark*, *Ricardo* de *Wombwell*, & aliis.

Catalogus Priorum hujus Domus.

MEmorandum quod die S. *Luciæ* virginis Anno ab incarnatione Domini *MCCxviii.* inſtallatus fuit *Willielmus* de *Hamelecis* primus Prior domus de *Parco*; & ſtetit in Prioratu per *xiiii.* annos & dimidium; & mortuus eſt die S. *Paxedis* virginis anno ab incarnatione Domini *MCCxxxiii.* Ibid. fol. 1. b.

Item Memorandum quod quarto Kal. *Auguſti*; ſcilicet die S. *Felicis* ſociorumq; ejus, inſtallatus fuit *Elias* ſecundus Prior de *Parco*, anno ab incarnatione Domini *MCCxxxiii.* & ſtetit in Prioratu per *xxiii.* annos & duos menſes; & petiit ceſſionem & optinuit die S. *Mathei* Apoſtoli & Evangiliſtæ, anno ab incarnatione Domini *MCClvi.*

Item Memorandum quod die S. *Dionyſii* ſociorumq; ejus, inſtallatus fuit *Johannes Nocus* tertius Prior de *Parco*, anno ab incarnatione Domini *MCClvii.* & ſtetit in Prioratu per quatuor annos & tres menſes, & fecit ceſſionem quarto Idus *Januarii*, ſcil. die S. *Pauli* primi heremitæ, anno ab incarnotiane Domini *MCClx.*

Item Memorandum quod • • • • Kalend. *Aprilis*, anno ab incarnatione Domini *MCClx.* inſtallatus fuit *Hamo* de *Eboraco*, quartus Prior de *Paroo*, & ſtetit in Prioratu per tres annos & unum menſem, & fecit ceſſionem *xiii.* Kalend. *Junii*, anno ab incarnatione Domini *MCClxiiii.*

Item Memorandum quod quarto Nonas *Julii*, Anno Domini *MCClxiiii.* electus fuit *Henricus* de *Quetelay* in Priorem; & pridie Nonas *Junii* ejuſdem anni, ab Archiepiſcopo *Godfrido* confirmatus; & octavo Idus ejuſdem menſis, ab Archidiacono *Eboracenſi Reynero* de *Scyptona* fuit inſtallatus, ſcilicet die *Veneris* proxima ante *Pentecoſten*, Anno Domini *MCClxiiii.* & fuit quintus Prior de *Parco*, & ſtetit in Prioratu ſuo *xvii.* annis, exceptis *xv.* diebus, & mortuus eſt Prior.

Item Memorandum, quod quinto Kal. *Julii*, Anno Domini *MCClxxxi.* electus fuit frater *Adam* de *Blide* in Priorem, & quinto Nonas ejuſdem menſis confirmatus fuit à Magiſtro *Thoma Aberbyrs* Canonico Eccleſiæ *Eboracenſis*, tunc Officiali Curiæ ejuſdem; cui dominus *Willielmus*, *Wykewan* tunc Archiepiſcopus *Eboracenſis* commiſerat vices ſuas ad dictam confirmationem faciendam; & pridie Nonas menſis ejuſdem inſtallatus fuit idem frater *Adam* per magiſtrum *Thomam* de *Donyngton*, tunc Officialem Magiſtri *Thomæ* de *Wythen* Archiepiſcopi *Eboracenſis*, & fuit ſextus Prior hujus domus, & ſtetit in Prioratu ſuo per *xix.* annos & *xv.* ſeptimanas; hoc eſt à die octavarum beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* in anno Domini quo ſupra, uſq; in craſtinum Sancti *Lucæ* Evangeliſtæ, Anno Domini *MCCC.* & fecit ceſſionem *xiii.* Kal. *Novembris*, id eſt in craſtino Sancti *Lucæ* Evangeliſtæ, ut proximo ſupra dicitur, in manibus venerabilis patris Domini *Thomæ* de *Corbrig* Archiepiſcopi *Eboracenſis*, Anno Domini *MCClxxx.x.*

Item Memorandum quod *xiii.* Kal. *Novembris*, electus fuit frater *Willielmus* de *Grimſtone* in Priorem per viam compromiſſi, quia totus Conventus compromiſit in venerabilem virum dominum *Thomam* de *Corbryg* Archiepiſcopum *Eboracenſem*, tunc in Capitulo præſentem; qui pronunciavit pro eodem fratre *Willielmo*, & ipſum eodem die confirmavit, & mandavit per literas ſuas fratri *Adæ* de *Blide* Canonico ejuſdem domus, & prædeceſſori ſuo, ut ipſe vice & nomine ſuo inſtallaret eundem, & inſtallatus fuit *xii.* Kal. *Novembris* Anno incarnationis dominicæ *MCCC*, & fuit *vii.* Prior hujus domus; & ſtetit in Prioratu ſuo per *xix.* annos, & *vi.* menſes, & decem dies; & fecit ceſſionem *v.* Idus *Aprilis* Anno Domini *MCCCxx.* in manibus venerabilis patris Domini *Willielmi* de *Melton Eboracenſis* Archiepiſcopi.

Item Memorandum *v.* Idus *Aprilis*, Anno Domini *MCCCxx.* electus fuit frater *Robertus* de *Spoſford* in Priorem de *Parco* de Helagh, per communem aſſenſum totius Conventus, coram venerabili patre domino *Willielmo* de *Melton Eboracenſi* Archiepiſcopo, tunc in Capitulo præſente, & votis totius Conventus concorditer fratri *Ric.* de *Bilton* conceſſis; qui pronunciavit publicè pro eodem fratre *Roberto*. Et ipſe dictus *Robertus* eodem die ab eodem domino *Willielmo* de *Melton Eboracenſi* Archiepiſcopo confirmatus fuit & inſtallatus, & fuit *viii.* Prior ejuſdem domus per *xiii.* Annos.

Item *xix.* Kal. *Auguſti*, Anno Domini *M.CCC.xxxiii.* inſtallatus eſt frater *Stephanus Levyngton* Nonus Prior hujus domus.

Item decimo nono Kal. *Sept.* Anno Domini *M.CCC.lvii.* inſtallatus eſt *Ricardus x.* Prior hujus domus.

Item *xvi* die *Marcii*, Anno Domini *M.CCC.lviii.* inſtallatus frater *Thomas* de *Tarum*, *xi.* Prior hujus domus.

Item ultimo die *Aprilis* Anno gratiæ *MCCC.lxxviii.* inſtallatus eſt frater *Stephanus Clarell* & *xii.* Prior hujus domus; Et fuit Prior per *xlv.* annos, novem menſes, & tres dies.

Item Anno Domini *M.CCCCxxlii.* inſtallatus fuit frater *Johannes Birkyn xiii.* Prior hujus loci, & ſtetit in Prioratu per ſex annos, & reſignavit.

Item Anno Domini *MCCCCxxix.* Inſtallatus fuit frater *Thomas York xiiii.* Prior hujus loci, & ſtetit in Prioratu per ſex annos; & poſteà depoſitus fuit.

Item Anno Domini *MCCCC xxxv.* inſtallatus fuit frater *Ricardus Areton xv.* Prior hujus loci, & ſtetit in Prioratu per annum & tres menſes, & tranſlatus eſt ad Giſburn.

Item Anno Domini *MCCCC. xxxvii.* Inſtallatus fuit frater *Thomas Botſon xvi.* Prior hujus loci, & ſtetit in Prioratu quaſi per duos annos, & tranſlatus eſt ad Bolton.

Item Anno Domini *MCCCCxl.* Inſtallatus fuit frater *Thomas Colyngham xvii* Prior hujus loci, & ſtetit in Prioratu per *xxi.* annos, & reſignavit.

Item viceſimo ſecundo die *Maii* Anno Domini *MCCCClx.* Inſtallatus fuit frater *Chriſtoferus Lofthous xviii* Prior hujus loci, & ſtetit in Prioratu per treſdecim annos & ultra, & furatus eſt bona hujus domus.

Viceſimo octavo die menſis *Novembris*; Anno Domini *MCCCC. LXXi.* Inſtallatus & confirmatus fuit *Willielmus Berwyck*, *xix.* Prior hujus loci, qui fuit Vicarius de Wechall, & Canonicus, de noſtra propria donor verus; cujus animæ propicietur Deus.

XXiiii. die menſis *Maii* Anno Domini *M. CCCC. lxxv.* inſtallatus & confirmatus fuit *Willielmus Brammam xx.* Prior hujus loci, qui fuit Vicarius de **Helagh** *xlv.* annis & ultra, & erat Canonicus proprius in hac domo raſus. Et hii duo *Willielmi* Priores, fecerunt totam Eccleſiam, exceptis muris, & regnavit per *v.* annos, & à feſto *Pentecoſtes* uſq; ad Nativitatem beatæ *Mariæ* virginis, & reſignavit ſpontaneè.

Item *vii.* Kal. *Septembris* Anno Domini *M. CCCC. LXXX.* confirmatus & inſtallatus fuit *Willielmus Ellyngton xxi.* Prior hujus domus, & regnavit annis *xviii.* & *iii.* menſibus, & reſignavit in manus Domini *Thirmæ* Archiepiſcopi.

Item *vi.* Kal. *Junii* electus eſt frater *Petrus Kendayll* in Priorem hujus domus, quaſi per inſpirationem ſpiritus ſancti, & confirmatus eſt eodem die à Magiſtro *Colens* Doctore & Officiali, & *iiii.* Kal. *Junii* Inſtallatus erat à Magiſtro *Brownfleete*, tunc Vicario de *Scherburn*, Officiali Magiſtri *Carvebull*, tunc *Eboracenſis* Archidiaconi, & fuit *xxii* Prior hujus domus & Canonicus in eadem raſus & profeſſus.

Carta Confirmationis Walteri Eboracenſis *Epiſcopi, ſuper conceſſionibus Donatorum.*

Ib. Fol. 44. B.

W*Alterus* Dei gratia, *Eboracenſis* Archiepiſcopus & *Angliæ* Primas, kariſſimis filiis in Chriſto *Willielmo* Priori de *Parco* de **Helagh**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, ſalutem, gratiam, & benedictionem. In *Danielis* viſione legitur, quod antiquo dierum milia milium miniſtrabant, & decies milies centena milia aſſiſtebant ei. Et quia ad inſtar illius cœleſtis *Jeruſalem*, ubi tot ſunt ſpiritus adminiſtratorii, conſtituta eſt Eccleſia in terris, licèt non poſſit à pari reſpondere: Credimus tamen altiſſimo placere, ut ſicut in Eccleſia triumphante innumera aſſiſtit multitudo miniſtrantium, ita in Eccleſia militante, de die in diem augeatur numerus & devotio Deum in terra laudantium.

Cum igitur potiſſimum ſpectet ad officium paſtorale, cui divina miſeratione, licèt inmeriti aſtricti ſumus, cultum Chriſtianæ religionis ad honorem Dei ampliare, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, dilecte fili *Willielme*, Prior de *Parco* de **Helagh**, tibi fratribuſq; tuis tecum regulariter commorantibus, conſenſum noſtrum auctoritate dioceſanâ impartimur; confirmantes vobis ſucceſſoribuſq; veſtris monaſterium de *Parco*; Eccleſiam videlicet ſancti *Johannis* Evangeliſtæ, & locum in quo ſiti eſtis cum omnibus pertinentiis ſuis. Et ſtatuimus, ut deinceps, tam vos quàm ſucceſſores veſtri, ſecundùm regulam ſancti patris *Auguſtini* ibidem Canonicè vivatis. Sub ſpeciali itaq; protectione noſtra ſuſcipientes vos & omnia veſtra, cum Monaſterio veſtro, confirmamus vobis terras, ſilvas & paſturas cum pertinentiis, in nemore de **Helagh**, quæ habitis de dono antiquorum fundatorum *Bertrami Haget*, & *Galfridi Haget* filii ejus.

Terras, prata & paſturas cum pertinentiis, quæ habetis in **Wychale** de dono *Radulfi Haget* & *Bertholomei Thuret*. Terras & paſturas cum pertinentiis, quæ habetis in **Thorp** & **Waleton** de dono *Ivetæ* de *Archez*, & *Petri* de *Brus*. Terras, prata & paſturas cum pertinentiis, quæ habetis in **Eſedike** de dono *Bartholomei Turet*. Terras, prata & boſcum & paſturas, cum pertinentiis, quæ habetis in **Hagaindeby** de dono *Roberti* de *Lelay*. Terras & paſturas cum pertinentiis, quæ habetis in **Plompton** de dono *Petri* de *Plompton*. Terras & paſturas, cum pertinentiis, quæ habetis in **Merſton** ex dono *Johannis* de *Hoton*. Terras & paſturas cum pertinentiis quæ habetis in **Aykton** de dono *Roberti* de *Plompton*. Item redditus quos habetis in denariis in *Eboraco*, in **Bilton**, in **Feſtayn**, ex dono *Petri* de *Plumpton*, *Walteri* filii *Widonis*, *Henrici Walens*, *Galfridi* filii *Gilleberti*, prout in auctenticis ipſorum patronorum veſtrorum continetur.

Omnia igitur quæ rationabiliter inpræſenciarum habetis, aut in futurum juſtis modis, præſtante domino, poteritis adipiſci, ſub Dei & beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus; & ut vobis integra & illibata permaneant, confirmamus; Auctoritate Dei omnipotentis, & ſancti *Petri* & noſtra prohibentes, nequis perſonas veſtras perturbare, poſſeſſiones ſeu bona veſtra auferre, vel minuere, aut temerariis vexationibus audeat infeſtare. Quod ſi quis auſu temerario præſumpſerit, niſi citò commonitus reſipuerit, noverit ſe iram Dei omnipotentis, & ſancti *Petri* & noſtram incurſurum.

Ad hæc, filii dilecti, liberam electionem Prioris domus veſtræ vobis & ſucceſſoribus veſtris confirmamus, ita ut ſi contigerit te, fili kariſſime, in fata concidere, liceat fratribus ibidem commorantibus, quem magis idoneum viderint, in patrem & paſtorem animarum ſuarum Canonicè eligere, & electum nobis vel ſucceſſoribus noſtris præſentare, ut idem electus auctoritate Pontificali, ſecundùm morem debitum, vobis Prior præficiatur: Et ſic deinceps à ſucceſſoribus veſtris imperpetuum obſervetur. Cunctis autem ejuſdem domus veſtræ jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum benedictionis Dei omnipotentis & beati *Petri* & noſtræ accipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen.

Carta Willielmi de *Percey*, de Capella de **Bildale**.

Adhuc. Ex Regiſtro de **Helagh** fol. 112. b.

OMnibus Chriſti fidelibus hoc ſcriptum viſuris vel auditturis, *Willielmus* de *Percey*, Dominus de **Bildale**, æternam in Domino ſalutem. Noveritis me, pro ſalute animæ meæ & uxorum, mearum filiorum, hæredum, parentum, & omnium anteceſſorum meorum, conceſſiſſe, dediſſe & hoc præſenti ſcripto meo cirograffato confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & domui ſancti *Johannis* Evangeliſtæ de *Parco* de **Helagh**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, Capellam ſanctæ *Hilda* de **Bildale**, integram & liberam cum oblationibus, & aliis obventionibus ibidem advenientibus; & ſitum loci illius ſicut terræ diviſæ ſe extendunt, circa ejuſdem ſitum foſſatis incluſæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum libera via de latitudine decem pedum ab eodem ſitu uſq; ad Regiam viam quæ vadit de **Bildale** uſq; **Crokyſlay**; & octo acras & unam rodam terræ in cultura juxta Capellam prædictam verſùs Orientem & Aquilonem: Duas acras prati juxta eandem Capellam verſùs partem Auſtralem, *vii* acras terræ in quadam cultura, quæ appellatur **Symondcroft**, foſſatis undiq; incluſas, ab exitu *Walliæ* de **Byldale** verſus orientem ſub **Symondcliff**, & annuum redditum duarum marcarum de molendino aquatico de **Bildale**, percipiendum ad duos Anni terminos, ſcilicet medietatem ad *Pentecoſten*, & aliam medietatem ad feſtum ſancti *Martini* in hieme, & communam paſturæ ubiq; in paſturis de **Bildale**, exceptis *Parco* meo **Heheninge**, & **Gollingdale** ad ducentas oves cum ſequelis duorum annorum; ad decem vaccas & unum taurum, & tria jumenta, cum ſequela trium annorum; ad decem & octo porcos & duas ſues, cum ſequela duorum annorum, quieta à paunagiis in boſcis de **Bildale**, excepto parco meo **Hehening**, & **Gollingdale**, ad decem boves & duos affros in prædictis paſturis, & bladum eorum cum braſio qui in loco prædicto S. *Hildæ* moram facient ad molendinum liberè & quietè ſine multura ad molendinum meum de **Bildale**, & *houſebote*, & *haybote*, cum focali ad ardendum & meremio ad ædificandum, de **Hindeſcogh** & **Baſedale**, per viſum foreſtarii, ſine liberatione. Decem carucatas turbariæ de Turbaria de **Hindeſchogh**, de propria turbaria mea, cum libero ingreſſu & egreſſu.

Præterea dedi conceſſi & confirmavi prædictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus, ad promotionem dictæ Capellæ & loci illius, octo bovatas terræ cum uno tofto & crofto, & omnibus pertinentiis ſuis in **Crathorn**, quas Magiſter *Michael* Rector Eccleſiæ de **Wallington** de me tenuit ad terminum vitæ, & quas *Fr. Hervi* ſimiliter tenuit nomine ejuſdem Capellæ. Habendum & tenendum omnia prædicta dictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus, cum omnibus pertinentiis ſuis, libertatibus, & aiſiamentis infra prædictas villas de **Bildale**, & **Crathorn** & extra, liberè quietè, pacificè, integrè & ſolutè ab omni ſervicio ſeculari, ſecta Curiæ, exactione, & demanda, ſicut aliqua elemoſina liberiùs & puriùs poteſt dari vel concedi. Et ego prædictus *Willielmus* & hæredes mei omnia prædicta dictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus, in omnibus, & per omnia, ſicut ſupradictum eſt, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus & defendemus imperpetuum.

Pro hac autem mea conceſſione, donatione, & præſentis ſcripti confirmatione, invenient dicti Canonici & eorum ſucceſſores, duos preſbiteros de Canonicis ſuis propriis, vel ſeculares pro voluntate ſua; in dicta Capella conſtituendos, & divina in eadem Capella ſanctæ *Hildæ* de **Bildale** imperpetuum celebrantes; Ita ſcilicet, quod ſi iidem Religioſi vel ſeculares, qui pro tempore ibidem per dictos Canonicos & eorum ſucceſſores fuerint conſtituti, à celebratione divinorum in prædicta Capella, ſub forma præſcripta, ceſſaverint, obligando ſuppoſuerunt ſe & omnes ſucceſſores ſuos cohercioni domini Archiepiſcopi *Eboracenſis*, vel Decani & Capituli ejuſdem loci, qui pro tempore fuerint, ut poſſint ipſos, per cenſuram eccleſiaſticam compellere ad prædicti officii miniſterium, prout prædictum eſt, debitè exequendum, & plenariè faciendum. Similiter obligo me & ſuppono me & hæredes meos prædictæ cohercioni, ut ſimili cenſura, me & hæredes meos poſſint compellere, ſi aliquid de prædictis terris, redditibus, libertatibus, communis, aiſiamentis, vel aliquibus aliis ſuperiùs notatis dictis Canonicis, prout ſupradictum eſt conceſſis, ſubtraximus, vel in aliquo eiſdem Canonicis injuriati fuerimus. Et in hujus rei teſtimonium uni parti iſtius ſcripti cirograffati ſigillum meum appoſui, & prædicti Canonici alteri parti ſigillum Capituli ſui apponi fecerunt. Hiis teſtibus, *Radulfo* tunc Priore de **Giſburgh**, *Marmaduco Thwyng*; *Ada* de *Stokiſlay*, & aliis.

PRIORATUS

de **Eſſeby** *Canonicorum* (*vulgariter nuncupatus* **Canons-Aſhby**) *in agro* Northamptonienſi.

Carta Henrici *de* Pinkney *de libero paunagio in boſco de* **Wappeham**.

Sciant præſentes & futuri, quod ego *Henricus* de *Pynkeney*, filius *Henrici* de *Pynkeney* dedi (&c.) Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Eſſeby** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, ut habeant in boſco meo de **Wapham** quater viginti porcos liberos & quietos à paunagio, de dono meo; Ita ſcilicet, quod cum *xl.* porcis, quos priùs habuerunt de dono & conceſſione *Henrici* de *Pynkeneye* tritavi mei, habeant impoſterum ſexies viginti porcos liberos & quietos à paunagio. Pat. 29. E. 1. m. 26. p. Inſpex. Pat. 2. E. 3. p. 1. m. 4.

Præterea conceſſi & hoc præſenti ſcripto confirmavi, ut prædicti Canonici recipiant liberationem ſuam de boſco meo, prout patet in confirmatione quam eis fecit *Henricus* de *Pynkeneye* pater meus; Et ſi prædicti Canonici impediti unâ ſeptimanâ, ſecundâ, vel tertiâ pro liberatione ſua de boſco meo mittere prætermiſerint, licebit eis, per viſum Foreſtarii vel alius Ballivi mei, in quartâ ſeptimanâ, quatuor carectatas boſci, abſq; omni impedimento Ballivorum meorum recuperare; Et ut prædictam liberationem habeant cum duobus equis omni tempore anni, & inde diſponant, prout ſibi viderit melius expedire. Præterea conceſſi eiſdem omnes libertates quas *Henricus* tritavus meus eis dedit; & quas *Henricus* pater meus illis confirmavit; ſcilicet quod habeant in boſco & paſturo de **Wapham** *C.* oves, octo boves, quinq; vaccas, quinq; equas manſuetas, cum ſequela earum, & **houſbote** & **haybote**, & comuniam, quantum rationabiliter pertinet ad duas virgatas terræ in eadem villa. Has autem donationes (&c.) warantizabimus (&c.) Hiis teſtibus, *Will.* de *Pynkeney*, in **Mortone**; *Rob.* de *Wancy*, *Willielmo* de *Sancto Johanne*, *Gilberto* de *Plumtone*, in **Weſtone**; *Johanne* de *Braddene* Clerico, & aliis.

Carta Roberti *de* Pynkeneye *donationem avi ſui & aliorum de terris in* **Weſtone** *&* **Wedone**, *confirmans.*

Ibid.

Univerſis (&c.) *Robertus* de *Pynkeneye*, filius & hæres Domini *Henrici* de *Pynkeneye*, dominus de **Wedone**, ſalutem in domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ, anteceſſorum & hæredum meorum conceſſiſſe (&c.) Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Eſſeby**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus pro me & hæredibus meis impoſterum, omnes terras & tenementa cum ſuis pertinentiis in **Weſtone** & **Wedone**, tam de feoffamentis anteceſſorum meorum, quam de feoffamentis tenentium quondam eorum ibidem; videlicet duas virgatas & duas culturas terræ cum ſuis pertinentiis in **Weſtone**; quæ quidem culturæ ſimul jacent, ex parte boriali, jungentes ſe villæ de **Weſtone**, quas habuerunt de dono domini *Henrici* avi mei; Et unam virgatam terræ cum pertinentiis in eadem villa, quam habuerunt de dono *Roberti Ruſſell*, per conceſſionem & voluntatem domini *Hugonis* de *Coleworth*; Et unam virgatam terræ cum pertinentiis, quam habuerunt de dono domini *Willielmi* de *Coleworth*. Et omnes terras, & tenementa omnia cum eorum pertinentiis, quæ habuerunt ex dono domini *Roberti* del *Hoo* in prædictis villis de **Wedone** & **Weſtone**. Et unam virgatam terræ cum pertinentiis in **Weſtone**, quam habuerunt de dono *Willielmi* de *Burcote*; & quatuor acras terræ & dimidiam cum pertinentiis in **Weſtone**, quas habuerunt de feodo *Thomæ Barefot*, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam; in quibus omnibus terris & tenementis prædictis, cum eorum pertinentiis, dicti Canonici ingreſſum habuerunt tempore dominorum *Henrici* avi mei, & tempore *Henrici* patris mei. Habenda & tenenda omnia prædicta in liberam (&c.) elemoſinam (&c.) Hiis teſtibus, domino *Thoma* de *Arderne*, domino *Roberto* de *Wancy* militibus, *Thoma Wale* domino de **Evdone**, *Willielmo* de *Sancto Johanne* in *Plumptons*, *Johanne* le *Mareſcall*, in **Eſſeby**; & aliis.

Carta Henrici *de* Pinkneye, *donationem* Roberti *de* Ho. *militis, de terra in campis de* **Wedone** *&* **Weſtone**, *confirmans &c.*

Adhuc. Pat. 29. E. 1. m. 17. per Inſpex.

Sciant (&c.) quod ego *Henricus* de *Pynkeneye* dominus de **Wedon**-*Pynkeneye* frater & hæres quondam *Roberti* de *Pynkeneye*, pro ſalute animæ meæ & prædicti *Roberti* fratris mei, & pro ſalute anteceſſorum meorum dedi (&c.) Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Eſſeby**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, totam paſturam illam quæ vocatur le **Hulles**, cum duobus holmis in campis de **Wedone** & **Weſtone**, quam prius habuerunt & domini tenuerunt de dono & antiquo feoffamento *Roberti* del *Ho* militis, & etiam de confirmatione domini *Henrici* patris mei & cæterorum prædeceſſorum meorum; quam quidem paſturam prædictus *Robertus* frater meus, cum adhuc viveret, ad magnum dampnum dictorum Canonicorum ſibi uſurpaverat. Præterea conceſſi eiſdem & præſenti ſcripto meo confirmavi omnes terras & tenementa in villis & campis de **Wedon**-*Pinkeneye*, **Weſtone**, & **Wappeham**; & in eadem, conſueti boſci diſtributionem, in quas & in quæ habuerunt ingreſſum per donationes & ſpecialia feoffamenta prædictorum anteceſſorum meorum, diu ante & poſt deceſſum prædicti *Roberti* fratris mei. Et etiam quod à feſto S. *Michaelis* uſq; ad purificationem beatæ *Mariæ* proximò ſequentem, quolibet anno in omnibus terris & pratis meis dominicis cum averiis ſuis abſq; calumpnia vel impedimento mei vel hæredum, ſeu quorumcumq; aſſignatorum meorum licitè poſſint communicare. Habendum & tenendum dictam paſturam in Hullis & Holmis in ſeperabilitate, cum competenti via, ad minus latitudinis triginta pedum, ad chaciam quorumcunq; animalium ſuorum, fugando ea per terras meas & refugando, ſine diſpendio in pratis meis faciendo; ac etiam omnes prædictas terras & tenementa & libertates & conſuetudines liberas ab omni genere ſervicii ſecularis, quietas & abſolutas, dictis Deo, Eccleſiæ, Canonicis & eorum ſucceſſoribus benè & pacificè imperpetuum (&c.) Dat. apud **Wedon**-*Pynkeneye* in feſto *Annunciationis* beatæ *Mariæ*, anno regni regis *Edwardi xxvi.*

Quieta clamatio Emelinæ *de* Lacy, *facta Canonicis de* **Eſſeby**, *de ſecta ad Hundredum de* **Sutton**.

Ex autographo in bibl. *Hattoniana.*

Sciant præſentes & futuri, quod nos *Emelina* de *Lacy* Comitiſſa *Ultoniæ*; in libera viduitate, & legitima poteſtate noſtra, pro ſalute animæ noſtræ, & pro anima Domini *Stephani Longeſpeie* Domini noſtri, & pro animabus patris, & matris noſtræ, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum; remiſſimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ caritativè pro nobis, & hæredibus noſtris confirmavimus, & quietum clamavimus, Deo & Eccleſiæ

ſiæ beatæ *Mariæ* de **Eſsebie**, & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, totam ſectam, quam aliquando facere conſueverunt ad Hundredum noſtrum de **Sutton** propè **Hannebiri**, pro terris ac tenementis ſuis, iufra prædictum Hundredum optentis, ad feſtum *Purificationis* beatæ *Mariæ* anno gratiæ mileſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto; videlicet in **Wapenham** pro duabus virgatis terræ cum pertinentiis, de feodo Domini *Henrici* de *Pinkenye*; Et pro octo acris terræ in eadem villa de feodo *Willielmi* filii *Hamondi*; Et pro una acra de feodo *Gilberti Coci*; Et pro tribus acris, & una roda de Priore de **Luffeld**, de feodo *Osberberti* filii *Martini*; Et pro molendino de **Cotes**, & dimidia virgata terræ, & cultura quæ vocatur **Sidelinge**; Et duabus acris & dimidia ſub **Sytmarcway**, & ſeptem rodis in **Blaholande**, & pertinentibus rodis in **Sydenhale**, de feodo *Roberti* de *Cotes*, in parochia de **Culeworth**: Et pro duabus virgatis terræ cum pertinentiis in *Crymmesbiria*: Et pro uno Cotagio cum crofto, de dono *Davidis* de *Halſelinton* in eadem villa; Salvo tamen nobis & hæredibus noſtris, quod Prior de **Eſsebye** veniat annuatim bis ad dictum Hundredum, pro terris & tenementis ſuis prædictis; videlicet ad proximum Hundredum poſt *Paſca*, & ad proximum Hundredum poſt feſtum Sancti *Michaelis* Archangeli; & tunc habebit ſummonitionem rationabilem, ſicut ſertatores ejuſdem Hundredi; Et ſi forte idem Prior morbo, vel placito fuerit gravatus, quod ad Hundredum prædictum venire non poterit, licitum eſt ei mittere loco ſuo aliquem de Canonicis ſuis, per literas ſuas patentes, ad eandem ſectam, pro eo faciendo, ad illud Hundredum, dum morbo vel placito ita fuerit gravatus.

1274.

Et dictus Prior, & ejuſdem loci Canonici, & eorum ſucceſſores, ac eorum tenentes, in omnibus ſervitiis, tam regalibus, quàm aliis, ut de Hutheſio levato, ſanguine fuſo, Aſſiſcis fractis, & omnibus aliis tranſgreſſionibus, quæ quocunq; modo emergere poterint, per ipſos autem eorum tenentes reſpondeant, & faciant in Hundredo noſtro prædicto, ſicut & geldabiles faciunt in eodem Hundredo; Salvâ tamen ſectâ prædictâ, quæ perpetuâ fruatur libertate, in forma prænominatâ.

Et prædictus Prior, & ejuſdem loci Canonici conceſſerunt pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, quod nomina dominorum *Hugonis* de *Lacy* & *Stephani* de *Longeſpeye* dominorum noſtrorum, ac nomen noſtrum, cum dominus de nobis ordinaverit, & Domini *Walteri* de *Rideſleſford* patris noſtri, & *Annoræ* matris noſtræ, Et *Elæ*, & E*melinæ*, filiarum noſtrarum, in ſuo ponantur Martilogio; & annuatim eorum Anniverſaria in Capitulo ſuo recitari, & in ſervitio celebrari die obituum noſtrorum; & quod faciant pro nobis, in ſingulis beneficiis, quæ fient in Eccleſia ſua prædicta in perpetuum, ſicuti pro fratribus ejus profeſſis.

Ut autem præſentis elemoſinæ noſtræ caritativa remiſſio, confirmatio, & prædictæ ſectæ quieta clamantia, & beneficiorum ſupradictorum, per prædictos Priorem & Canonicos conceſſio robur firmitatis obtineant, in perpetuum, ſicut prædictum eſt, tam nos *Emelina* prædicta, quàm *Elias* Prior Eccleſiæ prædictæ, præſenti ſcripto ad modum Cirographi confecto, Sigillum noſtrum, unà cum ſigillo Capituli Eccleſia prædictæ alternatim appoſuimus; Hiis teſtibus, *Richardo* de *Culewethe*, *Hugone* de *Meſſendene* militibus; *Roberto Wancy*, *Herevico* de *Culewarth*, *Tedbaldo* de *Evenle*, *Jacobo Ruſſel* & aliis, Dat. apud **Deneford** in craſtino Sancti *Vincentii*, anno Regni Regis *Edwardi*, tertio.

3. E 1

PRIORATUS

de Haveford *in* VVallia.

Carta Regis Edwardi *tertii conceſſiones donatorum recitans & confirmans.*

Pat. 5. E. 3. p. 2. m. 33.

Et Pat. 1. R. 2. p. 5. m. 36. per Inſpex.

Vide Pat. 2. H 5. p. 2. m. 14.

E*dwardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitan.* Omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Donationes, conceſſiones, & confirmationes, quas *Robertus* filius *Ricardi* filii *Thancardi* de *Haverfordi*, per Cartam ſuam fecit Deo & Sanctæ *Mariæ* & Sancto *Thomæ* Martiri de **Haverford** & Canonicis Deo ibidem ſervientibus, & in poſterum ſervituris, de Eccleſiis Sancti *Thomæ* de *Haverford*, Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Martini*, cum omnibus decimis & obventionibus, & cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis, & cum omni jure quod Sanctæ Eccleſiæ juſtè pertinet conferendo, ad honeſtam ſuſtentationem Canonicorum ibidem Deo ſervientium; Et de Capella ſua propria de *Gaſtello*, ut iidem Canonici in eâ, vel per Capellanum vel per Canonicum ſuum, divina celebrari faciant, & qui ibi miniſtraverit in menſa ipſius *Roberti* comedat, & etiam de decimis lanæ ſuæ, & caſeorum ſuorum & piſcariæ ſuæ; necnon libertate multuræ ſuæ in molendino ipſius *Roberti*; ſcilicet quod ſint *Stemnefreoch*, & *Cholfreoch*; & etiam de decimis omnium molendinorum ipſius *Roberti* de terris ſuis dominicis, quæ pertinent ad Baroniam ſuam de **Haverford** plenariè eis perſolvendis; & etiam de tota terra à porta occidentali cimiterii Sancti *Thomæ*; ſicut magna via ducit à foro uſq; ad terram Leproſorum; & ita uſq; ad ampnem parvæ **Haverford**; & ſic in decenſum uſq; ad **Cledy**; & à porta aquilonari cimiterii Sancti *Thomæ* indirectè uſq; ad **Cledy**, verſùs orientem: Item à porta orientali uſq; ad domum *Ricardi Cornledere*, quæ contigua eſt Domini *Walteri W.delak*; & ſic totam placeam illam in parte proximori Cimiterio uſq; ad portam occidentalem ejuſdem cimiterii, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis, & de molendinis & burgagiis tunc in dicta terra faciendis, cum omnibus libertatibus & communitatibus Burgenſium *Haverfordiæ*; & de eo quod dicti Canonici habeant & teneant omnes poſſeſſiones ſuas cum omni libertate & libera conſuetudine, quas præfatus *Robertus* eis dare potuit, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Canonicis & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus (&c.) In cujus (&c.) Teſte meipſo apud *Norwicum* octavo die *Junii* anno Regni noſtri quinto.

PRIORATUS

de **Wodham** *in agro* Eſſexiano.

Carta Regis Henrici *ſecundi de immunitate Heremitagii de* **Wodeham.**

Pat. 27. H. 6. p. 1. m. 12. Per. Inſpex. Vide Cart antq. Z. n. 71.

HEnricus Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* & *Aquit.* & comes *Andeg.* Epiſcopo *Londinenſi*, & Juſticiariis & Vicecomitibus, & foreſtariis, & omnibus miniſtris ſuis de *Eſſexa*, Salutem. Sciatis me conceſſiſſe pro Dei amore Heremitagium de **Wodeham** fratri *Jordano* Canonico & heremitæ, & omnibus ſucceſſoribus ejus, Deo & Sancto *Johanni Baptiſta* ibidem ſervientibus, liberum & quietum in perpetuam elemoſinam ab omni forisfacto, de omnibus eſſartis quæ facta fuerunt antequam *Hugo* Monachus Eccleſiæ *Weſtmonaſterii* fuit factus Abbas Eccleſiæ Sancti *Edmundi*; & ſicut tunc inde ſeiſitus fuit; & ſicut *Robertus* Comes de *Ferrariis* & *Willielmus* filius ſuus, & *Mauricius* filius *Gaufridi* ei conceſſerunt. Quare prohibeo omnibus Miniſtris meis, tam futuris quam præſentibus, ne prædictum Heremitagium cum eſſartis imbrevietur, nec inter eſſarta computetur. Teſtibus, *Thoma* Cancellario, & Comite *Hugone*, *H.* de *Eſſex* Conſtabulario, *Richardo* de *Lucy*, *Warino* filio *Ger.* Camerario, & *Humfrido* de *Barenton* apud **Writelam.**

Carta ejuſdem Regis, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.

Ibid.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Normaniæ* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, Epiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe petitione & prece *Mauricii* filii *Gaufridi* de *Tireteia*, & præſenti Cartâ confirmâſſe, terras & redditus quos idem *Mauricius* conceſſit & dedit Eccleſiæ Sancti *Johannis Baptiſta* de **Wodeham**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro pecunia quam michi debebat; ſcilicet in **Haningefeld**, & in *Ginga* quatuor hidas terræ de feodo Comitis de *Warenna*; & in **Lellinges** de feodo *Walteri* filii *Roberti* unam hidam, & unam virgatam; & de eodem feodo in *Nortona* dimidiam hidam, & in eadem villa de feodo *Hamonis Coci* dimidiam hidam; & in **Wodeham** de feodo Comitis de *Ferrariis* totum eſſertum *Anulphi* quod idem Comes *W.* dedit petitione ipſius *Mauricii* præfatæ Eccleſiæ ſancti *Johannis*, & in *Haileſlea* de feodo *Warini* quadraginta acras terræ; & in *Stodlega* de feodo *Gileberti* de *Munſichet* unam carucatam terræ, ſimul cum molendino de *Twiferda*, & quadraginta ſolidatas redditus de terra *Wlwardi Cuthert*, quam *Robertus Blundus* tenuit in **Wodeham**; & totum tenementum de *Elteneja*, quod *Fulco* de *Blender* eis dedit in perpetuam elemoſinam, quod *Mauricius* prædictus tenuit de eo, quod & ipſe *Mauricius* eis dedit; Et totum boſcum quod idem *Mauricius* habuit in *Stodlega*, & in **Fildeneſſewode**, & nominatim boſcum quod *Johannes* de *Duna* dedit præfatæ Eccleſiæ, & totum boſcum de **Fildeniſſewode**, quod pertinet ad *Stepla*. Et præter hoc tantum de boſco de **Wodeham**, quantum *Mauricius* habebat in dominico ſuo, ſicut via vadit de **Birchhache** verſùs orientem totum ultra rivulum verſùs aquilonem, qui currit ſub Abbatia, uſq; ad **Fulebroc**; & de boſco *Mauricii* de **Wodeham** quicquid eſt inter clauſum Abbatiæ & boſcum Comitis in auſtrali parte uſq; ad viam quæ ducit ad **Birchhache**; & uſq; ad corneram clauſi Abbatiæ, quæ eſt in oriende. Quare volo & firmiter præcipio (&c.) Teſtibus *G.* Epiſcopo *Lundinenſi*, *Richardo* Theſaurario, *Richardo* de *Lucy*, *Reginaldo* de *Curtenay*, *Willielmo* de *Laval*, *Thoma Baſſet*, *Willielmo* de *Humet*, *Rogero* filio *Reinfridi*, *Roberto Mantello* apud *Weſtmonaſterium*.

Alia Carta ejuſdem Regis Henrici.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* (&c.) Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis me pro amore Dei, & ſalute mea, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum; necnon & pro petitione *Mauricii* de *Tiretia* & adquietatione pecuniæ quam michi debebat, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ ſancti *Johannis Baptiſtæ* de **Wodeham**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus omnes terras & redditus, quos idem *Mauricius* eidem Eccleſiæ dedit & confirmavit. Confirmo etiam ipſum locum, in quo Eccleſia eorum fundata eſt, cum boſco toto, per diviſas & metas, quæ in Carta ipſius *Mauricii* diſtinguuntur; & in **Wodeham** Eccleſiam ſanctæ *Mariæ*, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut Carta *Roberti* Comitis de *Ferrariis* eis teſtatur: Et in eadem villa de dono *Aviciæ* & *Rogeri Britonis* hæredis ſui, omnes redditus ſuos, cum boſco ſuo, & in **Steple** dimidiam Eccleſiam ſanctæ *Mariæ*, & in eadem villa mari- Ibid.

mariſcum, quem *Edricus* tenuit. Et in **Chetham** de dono *Ranulphi* de *Mind*, tres ſolidatas terræ. Quare volo, (&c.) Teſt. *G.* Epiſcopo *Londinenſi*; *Richardo* Theſaurario, *Richardo* de *Lucy*, (&c.) apud *Weſtmonaſterium*.

PRIORATUS

de **Gipeſwich** *in* Suffolcia.

Carta Regis Johannis *Donatorum Conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 5. Joh. m. 16. n. 125.

Videſis Cart. 5. E. 3. n. 74. m. 29.

Et Pat. 5. H. 4. p. 2. m. 35.

Et Pat. 6. H. 6. p. 1. m 3.

JOhannes Dei gratia, &c. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Eccleſiæ Sanctæ *Trinitatis* de **Gypewic**, & Canonicis in eadem Eccleſia Deo ſervientibus, quicquid rationabiliter eis datum eſt, ſicut Cartæ donatorum teſtantur; *viz.* ex dono *Normanni* filii *Eadnothi* Eccleſiam ſancti *Laurencii*. Ex dono *Hervei* de *Dodeneis* Eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Benetleia*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono Comitis *Hugonis Bigot* terram quandam in Hundredo de **Colnes**, reddentem annuatim unam marcam argenti eiſdem Canonicis; Et terram quam dedit eis *R.* de *Ver* in **Paketune**; Et terram quam dedit eis *Fulco* Canonicus eorum, in **Helmingeham**, & **Hemingeſtre**; ſcilicet terram patris ſui: Et terram *Balchi*. Et terram, quam dedit eis *Ernoldus* Canonicus eorum in **Bencham**. Et terram quam dedit eis *Normannus* Canonicus eorum, fil. *Eadnothi* infra *Gypewicum* & extra. Et terram *Blachere*. Et terram *Oſberti* filii *Godevæ* in **Branford**. Et terram, quam dedit eis idem *Normannus* de feudo Regis & Comitis *Britanniæ*, de *Wika*. Et **Delf**, quod idem *Normannus* eis dedit. Et terram ex dono ejuſdem in **Cleidune-Hundred**; & terram quam dedit eis in **Brokes** de feudo *Roberti* filii *Galfridi*.

Et terram quæ fuit *Ormari* & *Cheteberti* fratrum, in **Neubrun**. Et terram quam *W. l. Lenveiſe* eis donavit in **Codeham**. Scilicet tredecim acras, & redditum annuatim duodecim nummorum. Et terram quam *Oſbertus* de *Rennes* eis donavit in *Benetleia*; ſcilicet terram *Sweni*; & terram *Roberti* de *Ponte* in **Branford**; & terram *Turquilli* de Hundred. Et duas partes decimæ cujuſdam, quas *Will.* Sacerdos, & *Adam* Clericus eis dederunt in **Tunſtall**. Et terram quam dedit eis *Alanus* de **Pendham**.

Ex dono *H.* patris noſtri, nundinas per tres dies duraturas ad feſtum ſanctæ *Crucis* in *Septembri*; Et terram quam dedit eis *Herveus* de *Dodeneis* in *Benetleia*, ſicut Carta *H.* Regis patris noſtri & Cartæ donatorum, quas inde habent rationabiliter teſtantur. Et præterea conceſſimus eis & confirmavimus ipſam Eccleſiam S. *Trinitatis*, cum omnibus pertinentiis ſuis, ex dono *Simonis* filii Oſberni. Infra *Gypewicum* etiam Eccleſiam S. *Mariæ* ad Turrim, ex dono *Normanni* filii *Ednoti*. Eccleſiam S. *Mariæ* ad *Hulmos*, ex dono *Alani* filii *Edgari Aleto*, & *Ricardi* filii *Alani*. Omnes etiam terras & redditus olim pertinentes ad Eccleſias S. *Michaelis* & S. *Salvatoris*, ex dono prædictorum *Alani* & *Ricardi*. Eccleſiam S. *Mariæ* de **Wilageſh**, ex dono *Alberti Grell'*. Eccleſiam S. *Mariæ* de **Lecham**, ex dono *Huberti* de *Murchenſi* & Matildis matris ejus. Ex dono ejuſdem *Huberti* redditum *xv.* ſol. in Eccleſia S. *Johannis* de **Wenham**, & redditum trium ſol. in **Turleſtune**, ex dono ejuſdem.

Medietatem Eccleſiæ S. *Martini* de **Tudeham**, de dono *Anketilli* de *Meſange*. Porcionem in Eccleſia *Omnium Sanctorum* de **Mendham**, de dono *Roberti* filii *Angot*. Eccleſiam de **Forhole** ex dono *Hugonis* de **Derneford**. Eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Preſtune**, de dono *Thomæ* de *Miendham*. Terras in **Paketun**, ex dono *Helyæ* filii *Bernard*. Terras in **Brakes**, ex dono *Roberti* filii *Galfridi* & *Galfridi* filii ejus. Molendinum de **Hageneford** ex dono ejuſdem *Galfridi*. Terras in **Tudeham** ex dono *Anketilli* de *Meſang.* Terras in **Caſenel** ex dono *Stephani* de *Bello Campo*, & *Rogeri Eſturmi*, & *Walteri* de *Riſbeſ*, & *Alexandri* de **Dreiton** & *Adæ* de **Derneford**, & *Hugonis* filii ejus, & *Radulfi* filii *Alexandri*, & monachorum de **Lunvilers**. Terras in **Dreford** ex dono *Will.* de **Chiſelford**, & *Radulfi* filii *Oſlaci*, & *Stephani* filii *Brithric*. Terras in *Benetleia*, & **Dodenes** ex dono *Willelmi Talemaſche* & *Oſberti* de *Reimes*, & *Hervei*, & *Thiedæ* uxoris ejus; & *Willelmi* filii eorum, & *Godwini* Mercatoris. Quinque acras terræ in **Netleſted** de dono *Galfridi* filii *Hamonis*. Terras in **Branteſham** & **Keſſemere** de dono *Godefridi* filii *Gilberti*. Totam decimam de terra *Calli* in **Preſtune**, de dono *Alani* de *Arches*.

Terras in **Preſtune** de dono *Willielmi* de *Preſtune*. Ex dono *Hugonis* de *Tunſtalle* duas partes garbarum de decima dominici ſui in **Tunſtalle**. Ex dono *Stephani* filii *Edrici* decem acras terræ in **Tudeham**. Ex dono *Johannis* de *Tudeham* duas partes garbarum de decima dominici ſui in **Tudeham**. Ex dono *Rogeri* de *Braham* totum incluſum de **Elſiſfeld**. Ex dono *Pagani Monetarii* **Duggeleſland** in *Benetleia*. Ex dono *Willielmi* de *Peſehale* quinq; acras terræ in **Coldedun**. Ex dono *Radulfi* de *Peſehale* terram quæ vocatur **Redinge**, & tres rodas in **Weſterfelde**. Ex dono *Adæ* filii *Oſberni* terras in *Gypewico*, & extra. Ex dono *Ernulfi Ruffi* redditum duodecim denariorum in eſſarto de **Dreſchage**. Quare volumus, (&c.) Dat. per manum S. Præpoſiti *Beverlaci*, & Archid. *Wellenſ.* apud **Bradeneſtoke** *xi.* die *Januarii* anno Regni noſtri quinto.

Carta Matildis *de* Munchenſi *de Eccleſia de* **Begham.**

Ex cod. Ms. in bibl. *Cotton*[ſub effigie *Neronis* C. 3]

JOhanni *Norwicenſis* Eccleſiæ Epiſcopo, omnibuſq; Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Matildis* de *Munchenſi*; ſalutem; Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Trinitatis* de *Gibeſwico*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam Sanctæ *Mariæ* de **Begham** in perpetuam elemoſinam, cum pertinentiis præfatæ Eccleſiæ; pro ſalute animæ meæ, & patris & matris meæ, & *Rogeri* Domini mei de *Muncheneſi*, & filiorum & omnium prædeceſſorum meorum. Hiis teſtibus, *Walterlino* Archidiacono, *Hugone* Decano, *Willielmo* Decano, *Nigello* Decano, *Alano* de *Belloſago*, *Hugone* filio *Garini*, *Osberto* de *Gladſen*, (&c.) Hoc factum eſt coram Capitulo de hundredo de **Sandford**

PRIORATUS

de **Finneſheved** *in agro* Northamtonienſi.

Carta Fundationis ejuſdem.

Ex ipſo autogr. in bibl. *Deuveſiana* A. 1647.

Videſis Cart. 3. E. 3. n. 21.

Et Cart. 17. E. 2. n. 12.

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ fidelibus, Clericis & laicis, tam præſentibus, quàm futuris, *Ricardus Engayne* ſalutes in Chriſto. Noverit univerſitas veſtra, me, aſſenſu hæredum meorum, pro Dei amore, & ſalute animæ meæ & uxoris meæ *Sarræ*, atq; omnium conſanguineorum meorum. tam anteceſſorum quam ſucceſſorum, dediſſe & conceſſiſſe Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Caſtro-Hymel**, & fratribus ibidem Deo, & Sanctæ *Mariæ* ſervientibus, & in perpetuum ſervituris, totum locum, qui dicitur **Caſtrum-Hymel**, cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet, in terris, & in aquis, in pratis, & in paſcuis, in viis & in ſemitis, in vivariis, & in ſevaris, in domibus, & in meſſuagiis, in virgultis, & in hortis, in molendinis, & in redditibus; & nominatim totam vallem ſubtus locum de Ferrariis, juxta **Stubbeſwelle**, plenariè uſq; indoitum de **Perewelle**, cum prato & paſturà, cum terrâ, & aquâ; ad facienda inde voluntatem illorum in emendationem Eccleſiæ prædictæ.

Et præterea totum campum, & culturam, quæ vocabatur **Menewde**, cum **Lambe-cotes**; ſcilicet, de **Hyleis** uſq; ultra *Stoni* • • • •; & ad **Aſvehegge**, & **Bernardeſſlade** unam acram, & juxta quarreram unam acram, quam *Raunaldus* tenuit; & ad **Benlarde** duas acras, & juxta diviſam de **Wakerle** duas acras, & totum ruſſleium de **Finneſheved**, de magno chemino uſq; ad eſſartum *VVillielmi* de *Lamalei*; & totum eſſartum de **Sethelle**, & juxta, apud occidentem, totum curtum boſcum, uſq; in altum boſcum de quercu: Et juxta **Lialeis** unam acam, quam *Godefridus* tenuit, & juxta **Aſwelle** tres acras & dimidiam. Et ad **Catteſpeth** unam acram & dimidiam; & totam culturam quæ vocatur **Sforte-brache**; ſcilicet, de boſco *Pagani*, & *VVillielmi Luvet*, uſq; indoitum in valle versùs Aquilonem. Et quoddam Meſſuagium in **Blarewike**, in capire pontis, versùs Aquilonem, quod vocatur ſolarium, cum tribus acris terræ juxta **Eſtmelne**; & aliis tribus acris juxta **Marewde**, eidem meſſuagio pertinentibus, ad luminaria in prædicta Eccleſia invenienda.

Et quandam partem de boſco meo de **Larton**; ſcilicet, totam illam partem apud Orientem, uſq; **Lambecotes**, de via quæ jacet de **Peitre** versùs **Wakerle**, abſq; ullo retenemento, & liberum introitum, & exitum, & communiam paſturam liberam, & quietam omnibus averiis ſuis; tam in juvencis, quàm in aliis beſtiis, in boſco & in plano, & in omnibus locis, mihi & hæredibus meis pertinentibus; Et totum Eſcambium, quod fecerunt de terris ſuis, cum hominibus meis, de **Blarewike**, & de **Larton**, ratum eſſe, atq; in plano & in boſco. In boſco meo habeant quæ neceſſaria ſunt domibus, & ædificiis, & ſepibus eorum, & ſiccum ad comburendum, abſq; ullius contradictione, ſicut • • • • • • de elemoſina mea & patris mei, & in quibus apud dominum multum confido, & ſalutem animæ meæ, patriſq; mei, per miſericordiam Dei, ſpero. Confeſſi verò, & vovi, pro me & hæredibus meis, prædictam Eccleſiam in perpetuam ſui juris eſſe, & nunquam alteri Eccleſiæ in ſubjectionem ponendam; & fratres prænominati habeant libertatem & poteſtatem, idoneum prælatum eligendum ſibi, & habendum, & fratres liberos & abſolutos ad recipiendum, & in ſuo Collegio retinendum. Quare volo, & firmiter præcipio, quod prædicta Eccleſia, & fratres, in ea, Deo & glorioſæ Virgini ſervientes, & in perpetuum ſerrituri, habeant & poſſideant, finabiliter hæc omnia præſcripta in puram & perpetuam elemoſinam, abſq; omnibus ſecularibus ſervitiis, & exactionibus, benè, & in pace, liberè & quietè, ſicut aliqua Elemoſina meliùs, & liberiùs ab aliquo poſſideri poteſt.

Hæc omnia verò prædicta, & Cartam atq; donationem *Richardi* patris mei ego *Richardus Engaine*, & hæredes mei, warantizabimus Eccleſiæ prædictæ & fratribus prænominatis, contra omnes, ſicut liberam, & puram elemoſinam noſtram. Et ut hec mea donatio, & confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineant, eas præſenti Cartâ meâ confirmavi, & Sigilli mei appoſitione corroboravi; Hiis teſtibus, *Simone* Decano de *Laxtona*, *Willielmo* perſona de **Wakerle**, *Richardo*, & *Radulfo* Capellanis de **Blarewike**, *Reginaldo* Capellano de

Larton, *Willielmo* de *Lanvaleia*, *Roberto* de *Courtenay*, *Rogero Moen*, *Phil.* Monacho, *Ivone* filio ejus; *Vitale Engaine*, ... *Engaine*, *Rob.* Clerico, *Ranulfo* Clerico, *Hugone* de ſancta *Cruce*, *Willielmo* de ····· *Galfrido Engaine*, *Roberto Engaine*, *Laurentio*, *Johanne Coco*, *Ricardo Coco*, *Roberto* de *Woburne*, *Avenell Daniel*, *Normanno Mercenario*, & multis aliis.

In dorſo iſtius Cartæ, ſic ſcribitur;

Carta Ricardi *ſecundi*, *de fundatione Eccleſiæ*, *tertia Carta*.

Fundationis & Fundatorum Hiſtoria.

Ex Rotulo quodam penès *Edwardum Vaus*, Baronem de **Harrowdon** a. 1620.

REgnante Rege *Johanne* vixit Dominus *Ricardus Engaine* ſenior, qui fuit Dominus de **Blatherwick**, & primus fundator domus beatæ *Mariæ* de **Caſtra-Hymell**, qui nunc vocatur **Fineſheved**; & habuit in uxorem *Saram*, filiam Comitis **Oxenford**; de qua genuit duos filios, *Ricardum* videlicet, & *Vitalem*. Qui prædictus Dominus *Ricardus* ſenior, obiit nono *Kalend. Maii*, A. Domini *MCCviii.* Et A. Regni Regis *Johannis* decimo.

Poſt cujus deceſſum ſucceſſit Dominus *Ricardus Engayne*, filius ejus. Hic *Ricardus* non habuit uxorem neq; filium, per modicum tempus vixit, & obiit tempore Regis *Johannis*; ſed quo anno, non invenio aliquid memorabile, quia ſepultus eſt apud **Huntington**.

Poſt cujus deceſſum devolvitur hæreditas ad Dominum *Vitalem Engayne* fratrem ejus, qui duxit in uxorem quandam *Roeſiam*, quæ fuit una trium ſororum, quæ dividebant hæreditatem feodi Honoris de **Montgomery** in *Wallia*; cujus hæreditatis cauſa mutavit ipſe Arma ſua partim de Armis Comitis *Warrenna*, qui fuit capitalis Dominus feodi illius, & partim de Armis anteceſſorum ſuorum. De qua etiam *Roeſia* prædicta genuit ipſe quatuor filios; videlicet, *Vitalem*, *Henricum*, *Willielmum* & *Johannem*; ſed *Vitalis* obiit in juventute ſua, ſuperſtite fratre ſuo, qui etiam Dominus *Vitalis* pater obiit *xi.* Kalend. *Novembris* A. Domini *MCCxliiii.* & anno Regni Regis *Henrici* filii *Johannis* viceſimo quarto.

Poſt cujus *Vitalis* deceſſum ſucceſſit Dominus *Henr. Engayne* filius ejus, qui non habuit uxorem neq; filios; qui obiit 5. Kal. *Feb.* An. Domini 1261. & An. Regni Regis *Henrici* 51. poſt cujus deceſſum, quia moritur Dominus *Willielmus Engaine* frater ejus, devolvitur hæreditas ad Dominum *Johannem Engaine* fratrem ſuum juniorem; qui habuit in uxorem quandam *Joh.* filiam & hæredem Domini *Henrici Gray*; ··· de qua genuit *Johannem Engayne*, qui temporibus Domini *Johannis* fratris ſui, moriebatur, & *Nicolaum Engaine*. Qui Dominus *Johannes Engaine* obiit nonas *Januarii* A. Domini 1297. & anno Regni Regis *Edw.* filii Regis *Henrici* 25.

Poſt cujus deceſſum ſucceſſit Dominus *Johannes Engaine* filius ejus, qui duxit in uxorem Dominam *Elenam* filiam Domino *Roberti* le *F[illegible]-Roger*, qui omnino erat ſterilis. Qui *Johannes* habuit dominium, per 24. annos & plus, & obiit tertio Kalend. *Octobris*, anno Domini 1322. anno Regni Regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi* ſexto decimo.

Poſt hunc Dominum *Johannem Engaine* juniorem, devolvitur hæreditas ad Dominum *Nicolaum* fratrem ejus, qui habuit in uxorem Dominam *Amiciam*, filiam Domini *Walteri Fawcomberg*, de qua genuit ipſe *Johannem Engaine*, & *Henricum Engaine*; Sed iſte Dominus *Nicolaus Engaine* non vixit ultra duos menſes, & duos dies poſt Dominum *Johannem Engaine* fratrem ſuum & prædeceſſorem ſuum. Idem verò obiit pridie nonas *Decembris* anno Domini 1322. Et anno Regni Regis *Edwardi* ſexto decimo.

Poſt prædictum Dominum *Nicolaum* Dominus *Johannes Engaine* filius ejus ſucceſſit; qui duxit in uxorem ſuam, Dominam *Joannam*, filiam Domini *Roberti Peverell*; de qua genuit duos filios, & tres filias, videlicet, *Johannem Engaine*, *Thomam Engaine*, *Jocoſam Engaine*, *Elizabetham* & *Mariam*. Qui *Johannes*, pater prædictorum *Johannis*, & Domini *Thomæ*, obiit Anno Domini 1357.

Poſt deceſſum Domini *Johannis Engaine* filii Domini *Nicolai Engaine* devolvitur hæreditas ad dictum *Thomam Engaine*, filium & hæredem Domini *Johannis Engaine*, qui duxit in uxorem Dominam *Katerinam* filiam Comitis *Devoniæ*: Qui Dominus *Thomas* obiit Anno Domini 1367. ſine hærede de corpore exeunte.

Et poſt ejus deceſſum devolvitur hæreditas ad tres ſorores, videlicet, *Jocoſam*, *Elizabetham* & *Mariam*, ut ſorores & hæredes præfati *Thomæ*; Quæ verò *Jocoſa*, prima filia, cepit in virum *Johannem Goldington*, qui habuerunt exitum inter eos, quandam filiam, nomine *Katerinam*, Quæ verò *Elizabetha*, ſecunda filia, cepit in virum *Laurentium Pabenham* militem, & habuerunt exitum inter eos quandam filiam, nomine *Katerinam*, quæ verò *Katerina* cepit in virum *Willielmum Cheney* militem, & habuerunt exitum inter eos *Laurentium* & *Armam*. Quæ verò *Maria* tertia filia cepit in virum *VVillielmum Bernake* militem, & habuerunt exitum inter eos *Johannem* & *Mariam*. Qui verò *Johannes* cepit in uxorem *Armam* filiam *Edmundi None*.

Hæredes *Thomæ Engaine* chivaler *Jocoſa*, *Eliz.* *Maria*, *Jocoſa*, uxor *Johannis Goldinton* militis, de cujus progenie & recta linea venit *Johannes Henxteworth*,

Elizabetha uxor *Laurencii Pabenham* militis, de cujus progenie venit *Johannes Cheney* miles.

Maria uxor *VVillielmi Bernake* militis, de cujus progenie venit *Johannes Broughton*.

Et omnia Maneria cum Advocatione Eccleſiarum, terrarum, & tenementorum, cum ſuis pertinentiis, dicti *Thomæ Engaine* Chivaler partita fuerunt inter ſorores prædictas, & pro defectu hæredum cujuſcunq; earundem ad aliam ſororem remanebit, prout patet per quendam finem factam in Curia Domini Regis apud *VVeſtmonaſterium* in *xv. Paſchæ*, Anno Regni Regis *Edwardi* Regis *Angliæ* tertii, à Conqueſtu *xlix.* & Regni ejuſdem Regis *Franciæ xxxvi.*

Carta Johannis *filii* Johannis Engayne *de Manerio de* Wode-Newton, *& aliis terris.*

Ex autographo in bibl. *Deuveſiana.*

OMnibus Chriſti fidelibs ad quos præſens Scriptum pervenerit, *Johannes* filius *Johannis Engayne*, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ & animarum omnium anteceſſorum meorum & ſucceſſorum conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Finnisheved & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, omnes terras & poſſeſſiones quas Dominus *Henricus Engayne* avunculus meus, dictis Priori & Canonicis dedit & conceſſit; videlicet totum Manerium de Wode-Newton cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis, in villa & extra villam; Exhibendo treſdecim pauperibus, die Obitus dicti Domini *Henrici*, apud Finnesheved, & ſingulis diebus ſequentibus imperpetuum cuilibet eorum, per octodecim ſeptimanas, in uno quarterio bladi, cum treſdecim tunicis & totidem paribus ſotularium die Obitus prædicti Domini *Henrici*; & ſic deinceps ſingulis annis imperpetuum eiſdem liberandis.

Et totam partem Aquilonarem nemoris de Lyndewode, in latitudine ſe extendentem uſq; ad viam quæ vocatur *Nova roda*, & in longitudine ab angulo clauſturæ Domini *Johannis* de *Breton* occidentali verſùs Auſtrum, ducentem dictam viam uſq; ad boſcum *Johannis* de *Bernak*. Et totum pratum, quod vocatur Perewellemore; & jus patronatus Eccleſiæ *omnium Sanctorum* de Laxton, cum decem acris terræ arabilis in campo de Laxton, jacentibus juxta quandam diviſam, quæ vocatur Peretregate ex parte orientali, Inveniendo & ſuſtinendo inde annuatim duos Canonicos, duas Miſſas celebrantes & imperpetuum celebraturos in quadam Capella apud Finnesheved, de voluntate dicti Domini *Henrici*, erecta & ordinata; unam ſcilicet Miſſam de beata Virgine *Maria*, & aliam pro defunctis celebrandam. Ille verò qui de beata Virgine celebrabit divina officia, bis in ſeptimana de Spiritu Sancto celebrabit.

Et illud meſſuagium in villa de Blatherwyk, quod fuit *Willielmi Coci* cum ſexaginta acris terræ arabilis in campis de Blatherwyke, & Laxton jacentibus, inveniendo & ſuſtinendo inde annuatim duos Capellanos duas Miſſas celebrantes in Capella de Blatherwyke; unam ſcilicet de beata Virgine *Maria*, & aliam pro anima *Vitalis Engayne*, & *Roeſiæ* uxoris ejus, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum: Volo & finaliter concedo quod habeant omnia dona terrarum & redditTuum & aliorum bonorum quorumlibet anteceſſorum meorum, ſicut Cartæ, quas inde habent, pleniùs teſtantur. In cujus rei teſtimonium præſenti Scripto Sigillum meum oppoſui. Hiis teſtibus, Domino *Johanne* de *Dene*, Domino *Petro* de *Wakirle*, Domino *Willielmo* de *Tyndale*, Domino *Johanne Duly* militibus. *Henrico* de *Wakirle*, *Roberto* de *Pottone*, *Johanne* le *Hont*, *Nicholao* de *Sancto Medardo*, *Willielmo* de *Lyndin*, & aliis.

PRIORATUS

de Keinsham *in agro* Glouceſtrenſi.

Carta Willielmi *Comitis* Glouceſtriæ *de fundatione ejuſdem.*

Ex Collect. v. cl. *Henrici Spelmanni* Eq. aur.

WIllielmus Comes *Gloceſtriæ* omnibus Baronibus & hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, atq; *Walenſibus*, & univerſis Chriſti fidelibus, tam præſentibus quàm futuris ſalutem. Sciatis quod *Robertus* filius & hæres meus poſitus infirmitate, qua Deo ita volente ex hac vita ſubtractus eſt, Deo ſibi inſpirante coram viris religioſis poſtulavit ut pro ſalute animæ ipſius, domum religionis conſtruerem. Quam petitionem & deſiderium filii mei, cum Domino meo Regi *H.* filio *Matildis* Imperatricis ſignificâſſem, & ipſe me de hac re ſuâ gratiâ benignè audiſſet, conſilio Domini *Rogeri Wigornenſis* Epiſcopi fratris mei, & aliorum Religioſorum & fidelium meorum, pro ſalute Domini mei Regis, & pro ſalute animæ meæ, & *Hawiſiæ* Comitiſſæ uxoris meæ & prædicti filii noſtri *Roberti*, & aliorum liberorum noſtrorum & anteceſſorum, ad honorem Dei & beatæ *Mariæ* & S. Apoſtolarum *Petri* & *Pauli*, Abbatiam Canonicorum regularium in Manerio meo de Cheinesham fundavi (&c.) Hiis teſtibus, *Rogero Wigornenſi* Epiſcopo, *Barth. Exon.* Epiſc. *Hamel.* Abbate *Gloec.* *A.* Abbate de Evesham, *Roberto* Abbate Perſorenſi, Bald. Abbate *Ford.* *C.* Abbate de Margan, *R.* Abbate de Nethe, *R.* Abbate Sancti *Auguſtini* de Briſtoll, *Andr.* Abbate de *Wigornia* *S.* Priore de Tantone; *Philippo* Priore de Brimetone; *Simone* Archidiacono *Wigorniæ*. *Matheo* Archidiacono *Gloec.* *S.* & *Silura* Clericis Domini *Wigorn.* Epiſcopi, *Hawiſia* Comitiſſa *Gloeceſtriæ*, *Ric.* de *Card.* tunc dapifero, *Ham.* de *Valoriis* Conſtab.

ſtab. *Rogero W.theng*; *Sim.* de *Sancto Lando*; *Rogero* de *Berkes*, *Helia* filio *Roberti*; *Willielmo* de *Caril*, & *Simone* fratre ejus; *Giſleberto D' Aumarie*; *Willielmo* filio *Gregorii*; *Roberto* fratre ejus, *Bartholomæo* de Sancto *Mauro*, & aliis pluribus.

Carta Regis Edwardi *ſecundi Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 3. E. 3. p. 1. m. 30. per Inſpex.

Vide etiam Pat. 11. E. 2. p. 1. m. 7.

EDwardus Dei gracia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitanniæ*, omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Inſpeximus Cartam confirmacionis quam *Gilbertus* de *Clare*, quondam Comes *Glouceſtriæ* & *Hertfordiæ* fecit Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Keyneſham**, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus in hæc verba.

Gilbertus de *Clare* Comes *Gloceſtriæ* & *Hertfordiæ* omnibus hominibus ſuis *Anglicis* & *Walenſibus* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ & *Iſabellæ* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum conceſſiſſe, & hac præſenti Chartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Keyneſham** & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus, omnes donaciones & conceſſiones, & confirmaciones factas à Domino avo meo *Willielmo* Comite *Gloceſtriæ* & *Almarico* Comite loci ejuſdem; & ab *Iſabella* Comitiſſæ, matertera mea; ita ſcilicet, quod prædicti Canonici habeant & teneant & poſſideant liberè, quietè, & pacificè, plenariè, & integre totum Manerium de **Keyneſham**, cum Eccleſia & Capellis & omnibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus, & cum ſervicio *Roberti* de *Aumari*, & omnibus aliis rebus ad prædictum Manerium pertinentibus, in boſco, in plano, in pratis, & paſturis, in aquis & ſtagnis, in vivariis, & piſcariis, in Molendinis, viis & ſemitis, & omnibus aliis locis, cum omnibus aliis rebus & libertatibus & liberis conſuetudinibus ad idem manerium pertinentibus; ſcilicet, cum in Hundredo & ut hundredo, villam de *Ch*[illegible], cum omnibus pertinentiis ſuis; villam de **Ch**[illegible], cum omnibus pertinenciis ſuis, [illegible], & **Stokton**, cum omnibus pertinenciis ſuis; & villam de **Fitton**, cum toto boſco & omnibus pertinenciis ſuis, quæ ſunt membra Manerii de **Keyneſham**. Et in **Buthestoke** ſeptem libratas terræ & decem ſolidatas.

Conceſſi eciam & confirmavi præfatis Canonicis totum Manerium de **Mareſſeld**, cum Hundredo, & omnibus pertinentiis, & libertatibus & liberis conſuetudinibus ad idem manerium pertinentibus, in boſco & plano, pratis & paſturis, aquis & ſtagnis, vivariis & piſcariis, Molendinis, viis & ſemitis, & omnibus aliis locis, cum omnibus rebus ad idem Manerium pertinentibus, præter ſervicium *Gileberti* de *Thurbervile*, & *Guarini* de *Mareſſeld*; & præter advocacionem Eccleſiæ. Præterea conceſſi & confirmavi eiſdem Canonicis ortum de *Beretona Briſtolliæ*, ſimul cum ortolano & tenemento quod tenuit; & ſeptem ſolidatas & ſex nummatas terræ in **Berehull**, extra foſſatum feriæ, inter gardinum quod fuit avi mei & aquam *Avenæ*; & totum redditum de **Pipere** & **Cimmine**, quem avus meus habuit apud *Briſtollum*, intra villam & extra; & illam partem terræ, quæ fuit de feodo meo ultra pontem *Avenæ*, ad capud ipſius pontis, ſupra viam qua deſcenditur ad *Avenam*, & ſex ſolidatas terræ in **Tornebury** ex dono *Richardi Swift*, & quatuor ſolidatas terræ ex dono *Thomæ* de *Baius* in **Bachwell**.

Præterea conceſſi & confirmavi dictis Canonicis totam terram quam avus meus habuit apud *Wyntoniam*, extra portam del *North*, inter murum & Abbathiam de *Hida*, & inter portam Civitatis, totam terram illam, quam *Galfridus Burgenſis* tenuit de Domino *W.* Comite avo meo, in magno vico, juxta domum *Thomæ Orſon*, ex parte auſtrali ipſius vici, viginti ſolidatas annuatim indè reddendas. Et apud **Petreſſeld**, novum molendinum quod *Will.* de *Aumuri* tenuit; & unum Burgagium in **Petreſſeld**, quod ſimiliter idem *W.* tenuit. Conceſſi eciam & confirmavi eiſdem Canonicis totam terram quam habuit in **Mapuldurham** ex dono *Richardi* de *Kaerdif*; & totum tenementum *Hugonis* de *Dicham*, quod habuit ex dono *Almarici* Comitis; & unum Burgagium & dimidium in **Petreſſeld**. Conceſſi eciam & confirmavi dictis Canonicis quatuor virgatas terræ, & ſex acras in **Mapuldurham**; ſcilicet de novo aſſarto de **Putſtede**; Et præterea decem & novem acras in aſſartis de **Mapuldurham**; ſcilicet ſeptem acras in aſſartis de **Putſtede** juxta terram Abbatis de **Dureford**, verſus Auſtrum; & duodecem acras in aſſartis de **Tarle**, juxta tenorem Cartarum dominæ *Iſwyſræ* Comitiſſæ aviæ meæ, quas iidem Canonici habent de prædictis quatuor virgatis terræ & ſex acris, & de prædictis decem & novem acris. Conceſſi eciam eis ut habeant in paſtura mea de **Mapeldurham** centum oves cum meis dominicis omnibus & duodecem boves cum meis, & viginti porcos quietos de paunagio in boſco meo. Præterea conceſſi & confirmavi dictis Canonicis totam terram, quam habent in **Mapledurham** ex dono Magiſtri *Samſonis*, & totum ſervicium *Theoldi*, ſicut continetur in Charta Magiſtri *Samſonis*, Canonicis confecta.

Conceſſi eciam & confirmavi eiſdem Canonicis, unam mercatam reddinis apud **Bradeſted**, ad luminare Eccleſiæ de **Keyneſham**; ſcilicet novem ſolidatas de decima fori de **Bradeſtede**, & de alio redditu ejuſdem villæ quod ſufficiat ad ipſam marcam perficiendam.

Conceſſi eciam & confirmavi eiſdem Canonicis, in puram & perpetuam & liberam eleemoſynam apud *Novum Burgum* in *Wallia*, piſcariam meam & totam piſcationem meam de *Uſcha*, & valiſonem anguillarum de vivariis meis de *Novo Burgo*, & gardinum quod eſt ſubtus Molendinum Caſtelli, ad Aquilonem, cum uno meſſuagio ibidem; & una acra ad idem meſſuagium pertinente; & terram quæ fuit *Gozelini Prepoſiti*, cum pertinenciis

ciis ſuis. Et in **Kaerdif** unum Burgagium, quod fuit *Goye*; & aliud quod fuit *Johannis* filii *Baldewini*; & totum Parcum de *Rumeya*; & totam piſcariam & piſcacionem fluminis de *Rumeya*; & utrumque vivarium de **Raz**, cum Molendino; & magnum vivarium ſubtus **Ribur**, ad occidentem; & omnes landas de **Raz**; & totam foreſtam de **Rybur**, ſicut eam liberiùs & quieciùs avus meus Dominus *W*. Comes *Gloceſtriæ* unquam tenuit, exceptis donacionibus priùs ab eo exindè factis.

Conceſſi eciam & confirmavi dictis Canonicis, ad ſuſtentacionem ſuam, quantum ad Advocatum & Dominum fundi pertinet, omnes Eccleſias, quas *W*. Comes avus meus eiſdem Canonicis conceſſit; ſcilicet in **Briſtoll** Eccleſiam S. *Mariæ* & S. *Werburgæ*; & Eccleſiam S. *Sepulcri*, & Eccleſiam S. *Johannis* Baptiſtæ in **Bureford**, cum Capella de **Fulebroch**, & omnibus aliis pertinenciis ſuis; & Eccleſiam de **Eltham**, & Eccleſiam de **Litlington**, & Capellam S. *Petri* de **Sulbury**, & Eccleſiam de **Bradeſtede**, & Eccleſiam de **Pimpre**; & Eccleſiam de **Hardington** de dono *Willielmi* filii *Henrici*, omnes & ſingulas cum pertinenciis ſuis.

Præter hæc conceſſi & confirmavi dictis Canonicis, ut ubicunque in feodo meo peſſona fuerit, in Honore ſcilicet *Gloceſtriæ* habeant ducentos porcos quietos de paunagio.

Conceſſi eciam & confirmavi ſimul cum libertatibus, quas iidem Canonici habent in **Keyneſham**, & in **Mareſfeld**, quod ubicunque terras & poſſeſſiones de feodo Honoris *Gloceſtriæ* habent vel habebunt, de omni placito & foriſfacto, quod in terris ipſorum invenerit, ſuam habeant Curiam; & ſi aliquis de tenentibus ipſorum per felonem, vitam foriſfecerit, placitum extra Curiam ipſorum fuerit, terra & Catalla ipſorum ſine contradictione Canonicis remaneant, quantum ad me & hæredes meos pertinet; & omnes emendaciones & melioraciones, quas in feodo prædicto ad me pertinente facere poſſunt, tam in terris quàm in aquis, Molendinis, piſcariis ſive vivariis, ſive in aliis rebus, conceſſi ut liberè & ſine vexacione faciant. Conceſſi eciam & confirmavi, ut Capellani & Clerici, & omnis eorum familia, quietè & ſine conſuetudine & ſine talnei exactione, emant & vendant in omnibus Burgiis, mercatis, & Nundinis, & in omnibus terris Honoris *Gloceſtriæ*, quæcunque voluerint.

Inſuper eciam conceſſi & confirmavi dictis Canonicis totam ſalinam, cum terris & redditibus & aliis rebus ad eam pertinentibus, quam habent ex donacione dicti *W*. Comitis in *Wichio*. Hæc autem omnia prædicta, in Eccleſiis, in terris, redditibus, libertatibus, & liberis conſuetudinibus, & omnibus aliis rebus prædictis conceſſi & confirmavi prædictis Canonicis, ut ea habeant & teneant, & poſſideant in puram & perpetuam, & liberam elemoſinam, ſicut unquam liberiùs & quieciùs poſſint aliqua à viris religioſis poſſideri, & liberiùs & quieciùs poteſt ab homine dici vel excogitari, vel intelligi; ita ut nulli homines de aliquo ſeculari ſervicio debeant reſpondere. Conceſſi eciam & confirmavi dictis Canonicis, omnes donaciones & confirmaciones in terris & redditibus, & in omnibus aliis rebus, factas & faciendas, tam à militibus, quàm ab aliis de feodo Honoris *Gloceſtriæ*, ita ut iidem Canonici omnia ſibi collata & conferenda, liberè teneant in puram & perpetuam elemoſinam, & quietè poſſideant.

Omnes eciam poſſeſſiones & libertates Eccleſiæ de **Keyneſham**, ſicut eas purè pro amore Dei conceſſi & confirmavi, hæredibus & ſucceſſoribus meis omnibus conſervandas & manutenendas, cauſa Dei commendo. Ut autem hæc mea conceſſio & confirmacio perpetuam firmitatem optineat, eam præſenti ſcripto, cum ſigilli mei appoſitione confirmavi. Hiis teſtibus, *Nicholai Poinz*, Seneſcallo; *Thoma Malemeyns*; *Willielmo* de *Hobrugge*; *Jacobo* de *Waladam*; *Rogero* de *Clare*; *Thoma* de *Gravenell*, *Michaele* de *Foſſa*, *Roberto* de *Petraponte*; *Rollando* de *Geneuray*; *Roberto Sorell*, *Nicholao* Capellano, de **Spinemle**; *Gudone* Camerario, *Willielmo* filio *Walteri Bureford*, & multis aliis.

Nos autem donaciones, conceſſiones (&c.) confirmamus (&c.) Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* quinto die *Januarii* anno regni noſtri undecimo.

PRIORATUS

de **Kertmele** *in agro* Lancaſtrienſi.

Diploma Regis Edwardi *ſecundi*, *Cartam fundationis recitans aliaſq; conceſſiones, & confirmans.*

Rex *&c.* *Inſpeximus Cartam &c.* Willielmi Mareſcalli *&c. in hac verba.* Omnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Gulielmus Mareſcallus*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod ego, ad dilatandum ſacræ Religionis cultum, dedi, & conceſſi totam terram meam de **Kertmel**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, Deo & ſanctiſſimæ ejus genetrici *Mariæ* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro anima Domini Regis *H*. ſecundi, & pro anima Regis *H*. junioris, domini mei, & pro anima Regis *Richardi*; & pro anima mea, & anima uxoris meæ *Iſabellæ*; & pro animabus anteceſſorum, & ſucceſſorum & hæredum meorum. Dedi etiam eis, & pari devotionis affectu conceſſi, ejuſdem terræ Eccleſiam, cum univerſis Capellis ſuis, & cum omnibus advocationibus ſuis, & in omnibus rebus, ad eas pertinentibus. Quare volo, & firmiter præcipio, quod præfati Canonici habeant,

Cart. 17. E. 2. n. 28.

Videſis Pat. 2 H. 4. p. 2. n. 44.

beant, & teneant prædictam terram totam de **Kertmel**, imperpetuum, liberam & quietam, cum omnibus pertinentiis ſuis in Eccleſiis, & Capellis, in boſco, & plano, in ſilvis & venationibus, in viis, & ſemitis, in pratis, & paſcuis, in Mari, & in omnibus aquis, & molendinis; in Herbagiis, & piſcariis, in ſalinis, & fabricis; in Minariis ferreis, & in omnibus aliis rebus & locis, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, liberè & quietè, integrè, & honorificè.

Præterea volo & conſtituo, quod prædicta domus, & Canonici ibidem Deo ſervientes, liberi ſint, & immunes ab omni ſubjectione alterius Domus, & quod nulli Domui in aliquo, nomine ſubjectionis, reſpondeant. Obeunte verò Priore prædicti loci de **Kertmel**, Canonici duos Canonicos eligant, & mihi *Willielmo Mareſcallo*, eorum patrono, vel hæredibus meis repræſentent, ut ille, quem communis aſſenſus noſter eligerit, Prior efficiatur; Ita quod quicunq; ibi Prior ſtatuatur, nomen & officium tantum Prioris habeat imperpetuum; ita quod de Prioratu illo nunquam fiat Abbatia.

Hanc autem Domum prædictam fundavi, ad ſacræ Religionis augmentum; donans ei, & concedens quicquid libertatis os loqui poteſt, & Cor hominis cogitare; Quicunq; igitur jam dictæ domui, ſive rebus ſuis decrementum aut detrimentum intulerit, Dei maledictionem, & beatiſſimæ virginis *Mariæ*, & omnium Sanctorum Dei, & meam incurrat; Ut autem hæc donatio mea à præſentibus rata, & à poſteris inconcuſſa permaneat; Sigilli mei impreſſione præſens Scriptum communivi. Hiis Teſtibus. Comite *Willielmo Sarisbirienſi*; *Johanne* Domini Regis *Mareſcallo*, fratre meo; *Galfrido* filio *Petri*, *Roberto* de *Berkelay*, *Galfrido* filio *Roberti*, *Richardo* de *Mucegros*, *Radulpho Bloet*, *Philippo* de *Prendelegaſt*, *Johanne* de *Erleg*, *Willielmo* de *Sancto Leodgario*, *Nicholao* de *Avenell*, *Richardo* de *Stutecombe*, *Willielmo Waleran*, *Philippo* de *Sarum*, *Rogero* Capellano, *Jocelino* Clerico, *Michaele* Clerico, *Pentecoſto* Clerico, & multis aliis.

Nos autem conceſſiones (&c.) necnon conceſſionem & quietam clamanciam, quas Adam *filius* Adæ *de* Winſterthwaites *per ſcriptum ſuum fecit* Willielmo *Priori & Conventui loci prædicti, de tota terra cum pertinentiis, & toto jure & clamio quod idem* Adam *habuit vel habere potuit, in eadem terra, quam tenuit de prædictis Priore & Conventu in* **Winſterthwaites**. *Remiſſionem etiam & redditionem, ac quietam clamanciam, quas* Thomas *filius* Radulphi *de* VVinderh *per ſcriptum ſuum fecit fratri* W. *Priori, & Conventui loci prædicti, de tota terra ipſius* Thomæ *de* Ketilſtal, *& toto jure & clamio quæ idem* Thomas *habuit vel habere potuit aliquo modo in tota terra de* **Ketilſtal**, *& in tota terra de* **Ramſwinderby**, *ſine ullo retenemento. Redditionem etiam & conceſſionem (&c.) quas* Elias *filius* Godithæ *de* Stavelay, *per ſcriptum ſuum fecit* Willielmo *de* Waltone, *Priori & Conventui loci prædicti, de tota terra ipſius* Eliæ, *quam habuit ex dono prædictæ* Godithæ *matris ſuæ in* **Maddonſtales**, *in villa de* **Brothone**, *in* **Kertmele**; *& de toto jure & clamio quæ idem* Elias *habuit, vel habere potuit in eadem terra ſine aliquo retenemento, ratas habentes & gratas (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum noſtram apud* **Potingham** xii. *die* Novembris.

Carta Willielmi Mareſchalli *Comitis* Pembrochiæ, *de Eccleſia de* **Ballfar** *(&c.) & villa de* **Kilros**, *&c.*

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens Carta pervenerit *Willelmus Mareſcallus* Comes *Pembrochiæ* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe, &, quantum ad patronum pertinet, dediſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, Deo & beatæ *Mariæ* de **Kartmele** & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Billfar** cum Capella de **Balunadan**, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Habendam & poſſidendam in liberam, puram & perpetuam eleemoſinam, in uſus proprios. Conceſſi etiam & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* & Canonicis prædicti loci villam de **Kilros**, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, & omnibus ad eas pertinentibus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam; in uſus proprios, ſecundùm quod Cartæ Comitis *Ricardi* & Monachorum de *Jugo dei* teſtantur. Quare volo (&c.) *Jordano* de *Saukevill*, *Waltero* de *Ely*, *Johanne* de *Erleg*, *Henrico Hoſe*, *Radulpho* filio *Pagani*, *Radulfo* & *Willielmo* de *Suineheved*, *Mich.* de *Kendale*, *Waltero* & *Nicholao* Capellanis, *Philippo* Clerico, & multis aliis. Pat. 18 E. 3. p. 1. m. 45. per Inſpex.

PRIORATUS

de **Leſnes** *in agro* Cantiano.

De fundatione ejuſdem.

ANno *MCLxxviii*. Hoc Anno *Ricardus* de *Luci* præfectus *Angliæ*, mente revolvens ſedulâ, quia quod antiquatur & ſeneſcit propè interitum eſt, in villâ ſuâ, quæ **Lieſnes** dicitur, novam ædificavit Eccleſiam, & Canonicos ibidem poſuit regulares. Ex hiſt. Anglic. ſcript. antiq. ædit. *Lond.* 1653 Col. 1445 l. 46.

Anno *MCLxxix*. Hoc eodem Anno benedixit *Walterus Rofenſis* Epiſcopus primum Abbatem *Lieſnenſis* Eccleſiæ apud *Rofam*, acceptâ ab eo profeſſione de Canonicâ ſubjectione. Ib. Col. 1456. l. 42.

Menſe

Ib.l.52. Menſe *Julio*, *Ricardus* de *Luci*, Præfectus *Angliæ*, in Eccleſia de **Lieſnes**, quam ipſe fundaverat, veſte mutatâ, vitam finivit, & in Capitulo ſepultus eſt.

R. *Hoved.* f 137. a. n. 20.

A. MClxxix.

Poſt Paſcha *Richardus* de *Luci* Juſticiarius *Angliæ*, relictâ Juſticiariâ poteſtate, factus eſt Canonicus regularis in Abbatia ſua de **Leſnes**, quam ipſe in fundo ſuo fecerat, & bonis multis ditaverat, & paulò poſt ibidem obiit.

Cart. 10. E. 2. n. 11.

Vide etiam Cart. 7. *Joh.* n. 12.

REx Archiepiſcopis, &c. ſalutem Inſpeximus quandam Cartam, quam celebris memoriæ Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ*, progenitor noſter, fecit Eccleſiæ beati *Thomæ* Martiris de *Weſtwuda* in **Lieſenes**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in hæc verba. *H.* Dei gratia Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis me, pro amore Dei, & pro anima Regis *H.* avi mei, & ſalute mea & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum; necnon & pro petitione *Ricardi* de *Luci*, fundatoris Eccleſiæ beati *Thomæ* Martiris de *Weſtwuda* in **Lieſenes**, conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe eidem Eccleſiæ & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, locum ipſum in quo eadem Eccleſia fundata eſt, cum tota terra & boſco & mariſco, quæ idem *Ricardus* ei in elemoſinam dedit, & Cartâ ſuâ confirmavit, per diviſas & metas, quæ in eadem Carta diſtinguuntur. Conceſſi etiam eidem Eccleſiæ & Canonicis, & confirmavi Eccleſiam de **Kenneham**, quam habent de dono meo; & Eccleſias de **Newenton**, & de **Merden**, de dono prædicti *Ricardi* de *Luci*. Et de dono *Roberti Luci* Eccleſiam de *Eaumendona*. Et de dono *Rogeri* filii *Reinfrei* Eccleſiam de *Rameſdena*. Et de dono *Jordani* Camerarii Eccleſiam de *Keldreia*, ſicut Cartæ eorum teſtantur. Quare volo, (&c.) Teſtibus Comite *Willielmo* de *Mannevill*, *Willielmo* de *Albini* Comite *Suthſexiæ*, *Rannulpho* de *Glanvill*, *Willielmo* de *Braoſa* juniore, *Gilberto* de *Munemua*, *Gaufrido*, *Thoma Bardulf*, *Ger.* de *Canvill*. *Ricardo* de *Canvill* fratre ſuo. *Rogero* de *Porte*, *Willielmo* filio *Stephani*, apud *Gloeceſtriam*.

Cart. 5. E. 3. n. 61. per Inſpex.

JOhannes Dei gratia Rex *Angliæ* &c. Archiepiſcopis, (&c.) Sciatis nos pro amore Dei, & pro ſalute noſtra, & pro animabus omnium anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & præſenti Chartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beati *Thomæ* Martiris de *Weſtwuda*, in **Lieſnes**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, locum ipſum in quo eadem Eccleſia fundata eſt, cum tota terra & boſco, & mariſco quæ *Richardus* de *Lucy*, qui Eccleſiam illam fundavit eis dedit in elemoſinam, & Cartâ ſuâ confirmavit, per diviſas & metas, quæ in eadem Carta diſtinguuntur. Conceſſimus etiam eidem Eccleſiæ & Canonicis, & confirmavimus Eccleſiam de **Kenham**, quam habent ex dono patris noſtri Regis *Henrici*, & Eccleſias de **Newton** & de **Mereden**, quas habent ex dono prædicti *Richardi* de *Lucy*, & ex dono *Roberti* de *Lucy* Eccleſiam de **Elmeton**; Ex dono *Rogeri* filii *Reynedfridi* Eccleſiam de **Rameſden**; Ex dono *Jordani Camerarii* Eccleſiam de *Coldreia*, ſicut Cartæ eorum teſtantur. Quare volumus, (&c.)

Præterea concedimus eiſdem Canonicis, & hac Cartâ noſtrâ confirmamus, ex dono *Nicholai Duket*, filii *Ranulphi Duket* de *Lond.* quadraginta ſolidatas quieti redditus in *Lond.* Ex dono *H. Campdaneyne* Comitis ſancti *Pauli*, totum aſſartum de *Acolto* propinquius juxta **Tarenteford**: Ex dono *Roberti* de *Dovera* totum mariſcum de *Ores* integre: Ex dono magiſtri *Hugonis* de *Lond.* totam terram de *Mukewell* in *Lond.* quæ fuit ejuſdem *Hugonis*, cum domibus ſuis, & cum totâ ſoca ad eum pertinente.

Ex dono *Radulphi* Clerici de **Lieſnes**, filii *Oliveri* totam teram quam idem *Radulphus* tenuit de feodo Abbatiæ de **Lieſnes**, & de hominibus ipſius Abbatiæ in villa de **Lieſnes**, tam in mariſco, quàm in terra *Suſana*; & etiam apud **Acholton**; Ex conceſſione & confirmatione *Hugonis Fulcon-Paynell*, illam donationem Eccleſiæ de **Kenham**, quam Rex *Henricus* pater noſter dedit prædictæ Abbatiæ de **Laeſnes**, dum terra prædicti *Fulconis* de *Renham* fuit in manu prædicti Regis; Ex dono *Roberti* de *Rokenla* totam terram de **Clopton**, quæ fuit ejuſdem *Roberti*, cum omnibus pertinentiis ſuis; Ex dono *Nicholai* le *Burſier*, totum managium, quod fuit ipſius *Nicholai* in parochia ſancti *Michaelis* de **Pater-noſter-churche**: Ex dono *Henrici* de *Norweya* meſſuagium, quod idem *Henricus* emit a *Fulcredi Drinkepin* avunculo ſuo & hæredibus ſuis: Ex dono *Willielmi Manſell* dimidiam virgatam terræ, quam *Philippus* de *Northebron* tenuit, & totam terram quam *Andreas Blanchard* tenuit; ſcilicet dimidiam virgatam terræ cum augmento duarum acrarum. Ex dono *Pariſei* filii *Radulphi* Clerici, quinq; acras terræ in **Terenteford**, de Worland, quæ fuerunt *Algari* de *Terenteford*, cum pertinentiis ſuis; ex dono *Thomæ* filii *Scotlandi*, redditum ſeptem ſolidorum in **Cumbis**. Ex dono *Reginaldi* de *Lucy*, medietatem Eccleſiæ de **Welkeſtede** plenarie, cum omnibus ad eandem medietatem pertinentibus. Ex dono *Roeſiæ* de *Dovera*, terram quæ vocatur **Churcheland** in **Lieſnes**. Ex dono *Gileberti* de **Fulcharmunt**, & *Iſabellæ* hæredis ejus, redditum viginti ſolidorum, de redditu centum ſolidorum quos *Willielmus Longeſpee* dedit prædicto *Gileberto*, & hæredibus ſuis in **Suthton**, de tenemento & ſoka de **Terenteford**, & præterea totum reſiduum prænominati redditus centum ſolidorum, quod præfati *Gilebertus* & *Iſabella* eis conceſſerunt, tenendum in perpetuam firmam. Ex dono *Willielmi Fugientis* terram & omnes redditus terræ ejus in *Weſtmariſco*, quam *Richardus* de *Lucy* ei dedit. Ex conceſſione & confirmatione *Radulfi Morel*, terram illam in *Argria*, quam pater ejuſdem *Radulphi* eiſdem Canonicis dedit. Ex dono *Galfridi* filii *Joſcelini* novem acras terræ de dominico ſuo in **Banton**; Ex dono *Thomæ* aurifabri, filii *Roberti Walenſis*, duas ſolidatas, & ſex denarios quieti redditus in *London*. Ex dono *Oliveri Merel*, duo meſſuagia apud *Angriam*, ſicut Cartæ prædictorum donatorum, quas inde habent, rationabiliter teſtantur. Teſtibus, Domino *J. Norwicenſi* Epiſcopo, & Cancellario, Electo, *P. Wintonienſi* Epiſcopo, Domino *Joſcelino Bathonienſi* Electo, *G.* filio *Petri* Comite *Eſſexiæ*, *W.* Comite *Sarum* (&c.) Datum per manus *Hugonis* de *Well.* Archidiaconi de *Well.* apud **Dovere**, quarto die *Aprilis*, anno Regni noſtri ſeptimo.

PRIORATUS

de **Burſcogh** *in agro* Lancaſtrienſi.

Carta Regis Edwardi *ſecundi*, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ex Cartulario de **Burſcogh** in officio Ducatus *Lancaſtriæ*. f.56.a.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitaniæ*, Aichiepiſcopis (&c.) Inſpeximus Cartam quam celebris memoriæ dominus *Edwardus*, quondam Rex *Angliæ*, pater noſter fecit dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui de **Burſcogh**, in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitaniæ*, Archiepiſcopis (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui de **Burſcogh**, quod ipſi & ſucceſſores ſui imperpetuum habeant unum mercatum ſingulis ſeptimanis per diem Jovis apud Manerium ſuum de **Ormeſchirche** in Comitatu *Lancaſtriæ*; & unam feriam ibidem ſingulis annis per quinq; dies duraturam, videlicet in vigilia & in die & in craſtino decollationis Sancti *Johannis Baptiſtæ*, & per duos dies ſequentes, niſi mercatum illud & feria illa ſint ad nocumentum vicinorum mercatorum, & vicinarum feriarum. Quare volumus (&c.) Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *Roberto Bathonienſi* & *Wellenſi*, *Willielmo Norwycenſi*, *Godefrido Wygornenſi* Epiſcopis; *Edmundo* fratre noſtro, *Willielmo* de *Valencia* avunculo noſtro, (&c.) Data per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* viceſimo octavo die *Aprilis*, anno Regni noſtri quarto decimo.

Inſpeximus etiam quoddam Scriptum indentatum in hæc verba, Anno Regni Regis *Edwardi* quartodecimo, in feſto Sancti *Michaelis* apud *Lancaſtriam*, ita convenit inter dominum *Edmundum* filium inclitæ recordationis *Henrici* Regis *Angliæ*, ex parte una, & Priorem & Canonicos de **Burſcogh** ex altera; videlicet quod dictus dominus *Edmundus* pro ſe & hæredibus ſuis conceſſit dictis Priori & Canonicis, quod habeant liberum mercatum in villa de **Ormeſkirk** ſingulis ſeptimanis per diem Jovis, & nundinas ſecundum quod continetur in Carta Domini Regis, quam ipſi habent de prædictis mercato & nundinis. Habendum & tenendum prædictis Priori & Canonicis & eorum ſucceſſoribus, ſine contradictione vel impedimento prædicti Domini *Edmundi*, ſeu hæredum vel ballivorum ſuorum imperpetuum: Et pro hac conceſſione prædicti Prior & Canonici reddent prædicto Domino *Edmundo* & hæredibus ſuis per manum ballivorum ſuorum de **Lyverpull** annuatim, unam marcam argenti in feſto *Nativitatis* beatæ Virginis, loco & nomine *Stallagii* & *Tolneti*, quæ in dicta villa idem dominus *Edmundus* capere ſolebat; & pro omnibus quæ ad dictum dominum *Edmundum* vel hæredes ſuos de prædictis mercato & nundinis poterunt pertinete. Et ſi caſu contigerit, quod prædictum Mercatum aliquo tempore defecerit, ita quod nullum ſit, tunc prædicti Prior & Canonici & eorum ſucceſſores à præſtatione dictæ marcæ annuæ ſint quieti. In cujus rei teſtimonium prædictus Dominus *Edmundus* uni parti iſtius ſcripti ſigillum ſuum; & dicti Prior & Canonici alteri parti ſigillum ſuum commune apponi fecerunt. Hiis teſtibus, dominis *Willielmo* le *Botiller*, *Roberto Banaſtre*, *Roberto* de *Heland*, *Johanne Byronne*, *Petro* de *Wyndehull*, *Roberto* de *Lathum*, militibus, *Johanne Wallenſi*, *Gilberto* de *Halſale*, *Alano* le *Norreys* & aliis.

Carta Fundationis Prioratus de **Burſcogh**.

Inſpeximus etiam Cartam quam *Robertus* filius *Henrici* fecit Deo & Eccleſiæ Sancti *Nicholai* de **Burſcogh** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in hæc verba. Notum ſit omnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Robertus* Dominus de **Lathom**, filius *Henrici*, conceſſu hæredis mei, dedi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beati *Nicholai* de **Burſcogh** & Canonicis ibidem Deo regulariter ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, terram illam quæ eſt in capite de **Burſcogh** per diviſum terræ *Stephani Calvi*, uſq; ad **Egeacres**; inter magnam viam de **Wirpilmoſse** & rivulum de **Egeacres**; & ſic per rivulum de **Egeakirs**, uſq; ad diviſum inter **Ormeſkirk** & **Brakenthwayt**; & ſic uſq; ad **Scarth**; & de **Scarth** uſq; ad **Weſthed**; & de **Weſthed** uſq; in rivulum de **Stakerdaleheved**; & ſic per rivulum uſq; ad radum qui radit de *Altona* uſq; *Urlitonam*; & de vado illo in tranſverſo uſq; ad diviſum inter *Gaufridum Travers* & *Stephanum Calvum*; & totum nemus de **Ortteby** cum exſartis circumjacentibus, ſcilicet terram *Roberti Carpentarii*, cum **Brakenthwaite**, & terram *Ricardi*, junioris filii *Roberti* & *Amabillæ* ſponſæ ſuæ, cum terra *Mathei* filii *Baldewyni.*

Dedi eciam eis totam villam de *Mertona* cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, cum **Therleſcogh**, & omnibus aliis aſiamentis. Et conceſſi eis, ut habeant Curiam ſuam plenariè, cum omnibus libertatibus, quas ego ipſe habeo. Et dedi eis Eccleſiam de **Ormeſkirk**, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et Eccleſiam de *Hutona*, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et Eccleſiam de **Flixton**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Conceſſi etiam ad neceſſaria prædictorum Canonicorum, molendinum de **Lathum** & omnia molendina de meo dominico, tam ea quæ facienda ſunt, quàm ea quæ jam facta ſunt. Communitatem quoque exituum paſcuorum & peſſun omnium nemorum meorum Canonicis & hominibus eorum concedo. Dedi eciam eis locum ſancti *Leonardi* in **Knouſeley**, cum pertinentiis ſuis, & materiem lignorum omnium nemorum meorum Canonicis & hominibus eorum, prærer **Burſcogh** concedo. Totam iſtam dictam elemoſinam ab omnibus conſuetudinibus, placitis & querelis & inquietudinibus ita ſolutam & quietam, & liberam eſſe concedo, ſicut ulla elemoſina liberior & ſolutior dari debet vel poteſt. Hanc itaque elemoſinam ego & hæredes mei defendemus de forinſeco ſervicio apud dominos noſtros. Hanc verò elemoſinam feci pro anima *Henrici* Regis junioris, & pro anima *Johannis* Comitis de **Mortune**, & pro anima mea, & uxoris meæ; & pro animabus patris mei & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Quicumque verò hanc elemoſinam adauxerit vel manutenuerit, per participationem illius Eccleſiæ beneficiorum, conſequatur regna cœlorum. Qui verò in aliquo violaverit vel infringere temptaverit, cum Diabolo & angelis ejus æternis ſubjaceat pœnis, niſi ad emendationem & ſatisfactionem venerit. Hiis teſtibus, *Roberto* archidiacono *Ceſtriæ*, *Henrico* Priore de **Norton**, *Petro* Capellano de **Bury**, *Willielmo* Capellano de *Sancto Leonardo*, *Patricio* de *Preſtecote*, *Ricardo* filio *Henrici*, *Ricardo Wallenſi*, *Henrico Travers*, *Rob.* filio *Ric.* & *Ric.* fratre ejus, *Hen.* de *Radeclive*, *Gilberto* filio *Walthef*, & multis aliis.

Nos autem donationes, conceſſiones, & confirmationes prædictas; necnon & donationem, conceſſionem, & confirmationem quas *Robertus* dominus de **Lathum** per Cartam ſuam fecit Deo & beato *Nicholao*, & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, de quarta parte totius villæ de **Dalton**, illa ſcilicet parte, quam *Adæ* filius *Rierici* de **Acton** eidem *Roberto* vendidit, cum omnibus pertinentiis ſuis. Tenendum & habendum in feodo & hæreditate liberè, pacificè, & honorificè, & integrè, cum omnibus libertatibus & aſiamentis villæ de **Dalton** pertinentibus. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Robertus* dominus de **Lathum**, per Cartam ſuam fecit operi Eccleſiæ prædictæ in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de tota terra *Ricardi* de *Rudyng* ſine aliquo retenemento, quam de ipſo *Roberto* & patre ſuo tenuit cum communi paſtura in boſco & plano, & cum aliis aſiamentis omnibus villæ de **Lathum** pertinentibus. Donationem etiam (&c.) quas idem *Robertus* per aliam Cartam ſuam fecit (&c.) de tota terra *Adæ* de *Byrkes* ſine aliquo retenemento, quam de ipſo *Roberto* & patre ſuo tenuit, & quam eciam *Ricardus* frater prædicti *Roberti* eiſdem cum corpore ſuo legavit, cum communi paſtura, & cum omnibus aſiamentis villæ de **Lathum** pertinentibus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam (&c.) quas *Robertus* de *Lathum* in puram & perpetuam elemoſinam per Cartam ſuam fecit (&c.) de tota terra quam *Stephanus* filius *Ricardi* de *Alton* quondam de ipſo *Roberto* tenuit in villa de **Lathum**, ſalvo exitu *Ricardi* de *Ruding*, à magno lacu juxta **Pilatecroft** uſque ad parvum lacum, quæ ſe extendit uſque ad vadum *Ricardi* de *Ruding*, cum communi paſtura & omnibus aliis aſiamentis villæ de **Lathum** pertinentibus in boſco, in plano, in aquis, in viis, exceptis parco de **Burſcogh**. Donationem etiam (&c.) quas *Henricus* filius *Swani* per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de tribus largis & bonis acris terræ ſuæ cum libertatibus & aſiamentis villæ de **Lathum** pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam (&c.) quas *Rob.* filius *Ricardi* dominus de **Lathum** per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de quadam parte terræ ſuæ in **Anleſhargh** in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, illa ſcilicet terra quæ vocatur **Swynleyhurſt**, cum omnibus libertatibus & aſiamentis villæ de **Anleſhargh** pertinentibus. Donationem etiam, quam præfatus *Robertus* fecit per eandem Cartam ſuam præfatis Priori & Canonicis, de locis in paſtura de **Anleſhargh**, ut ipſi poſſint ſibi & animalibus ſuis cunctis nutriendis domos & boſcaria ſatis competencia ædificare, cum ipſo *Roberto*, cum voluerint, ubi ipſe ædificaret per ſe cum voluerint, ubi ſibi magis elegerint expedire, ſine aliquo impedimento, moleſtia, & gravamine de peſſonio in nemoribus de **Anleſhargh** & lignis ad ignem & ad ædificia ſua. Donationem etiam (&c.) quas *Ricardus* filius *Thomæ* dominus de **Coppull**, per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ ſuæ abſque ullo retenemento; & de tota parte ſua de aqua de *Perburna*, quæ pertinet ad quatuor bovatas terræ; & de paunagio ad omnes porcos ſancti *Nicholai* in nemoribus de **Coppull**, cum communi paſtura & materie, & aſiamentis, & libertatibus omnibus villæ de **Coppull** pertinentibus.

Donationem eciam (&c.) quas idem *Ricardus* per aliam Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ ſuæ abſque ullo retenemento cum communi paſtura & materie & omnibus aſiamentis & libertatibus villæ de **Coppull** pertinentibus, & de viginti quatuor porcis quietis de paunagio in omnibus nemoribus ſuis, exceptis haiis. Donationem etiam (&c.) quas *Walterus* de **Scareſbrek** per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ ſuæ in territorio de **Scareſbrek**, & de duabus acris prati menſuratis per perticam viginti duorum pedum, inter

ter aſſartum ſuum & domum, quæ fuit *Adæ* de *Hokynhed* fratris ſui, & de quodam exitu juxta terram prædicti *Adæ*, habente in latitudine quadraginta & quatuor pedes, & in longitudine à dictis duabus acris prati, uſque ad viam quæ ducit ad **Snapꝛe**, & de tota terra quam *Rogerus* filius *Alani Prentut* de ſe & de *Rogero* de *Hurleton* tenuit ſub **Aykeſcogh**. Donationem etiam (&c.) quas *Walterus* dominus de **Scareſbꝛek** per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ abſq; ullo retenemento in villa de **Hurleton**, cum omnibus pertinentiis & cum communi paſtura & libertatibus & aſiamentis villæ de **Hurleton** pertinentibus. Donationem (&c.) quas *Rog.* dominus de **Hurleton** per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ ſuæ in villa de **Hurletone**, videlicet de tota terra propinquiùs jacente infra foſſas ex parte orientali terræ beatæ *Mariæ* de **Cokeſond**, cum communi paſtura & cum omnibus libertatibus & aſiamentis & villæ de **Hurleton** pertinentibus. Donationem (&c.) quas *Walt.* dominus de **Scareſbꝛek** fecit Deo & Eccleſiæ prædictæ & Priori & Canonicis prædictis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de quadam parte terræ ſuæ in **Haukſheved**, cum communi paſtura & cum omnibus communibus libertatibus & aſiamentis villis de **Hurleton** & **Scareſbꝛek** pertinentibus. Donationem (&c.) quas *Rogerus* de *Hurleton* filius *Roberti* de *Hurleton* per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ ſuæ in territorio de **Hurleton** cum communi paſtura, & cum omnibus communibus aſiamentis villæ de **Hurleton** pertinentibus.

Donationem (&c.) quas *Rog.* de *Hurleton* per Cartam ſuam fecit (&c.) de una acra terræ & dimidia & treſdecim perticatis terræ in longitudine & decem in latitudine in orientali parte de **Patherhall**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, cum communi paſtura & aliis aſiamentis terræ ſuæ pertinentibus. Donationem (&c.) quas *Rogerus* de *Hurleton* per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam portione terræ ſuæ de **Hurleton**, videlicet in capite de **Ayꝛeſcogh**, cum communi paſtura & cum communibus aiſiamentis villæ de **Hurleton**. Donationem (&c.) quas *Ricardus* de *Rynacri* per Cartam ſuam &c. de dimidia acra terræ in **Longſpeyfeld**, jacente verſùs occidentem juxta viam in territorio de **Bykirſtath**. Donationem (&c.) quas *Henricus* filius *Ricardi* filii *Ricardi* per Cartam ſuam fecit (&c.) de una acra terræ ſuper **Fernyhurſt**, inter **Laumlade**, & parvam **Lighthurſt**; Tenendum & habendum de præfato *Henrico* & hæredibus ſuis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (&c.) quas *Henricus* de *Perbalt* per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ ſuæ in territorio de **Perbalt**; Tenendum & habendum in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, cum communi paſtura & communibus aſiamentis villæ de **Perbalt** pertinentibus; & cum peſſona in nemore de **Perbalt** ad porcos hominis, qui terram illam tenuerit, proprios. Donationem (&c.) quas *Ricardus* filius *Thomæ*, dominus de **Coppull** per Cartam ſuam fecit (&c.) de tota terra *Johannis Capellani*, & de redditu duodecim denariorum de eadem, & homagiis & ſerviciis & relevio; & de omni quod ad ipſum *Ricardum* & hæredes ſuos de prædicta terra & de præfato *Johanne* & aſſignatis ſuis pertinuit. Donationem (&c.) quas *Willielmus* de *Mitton* per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ in **Wryghtinton** in puram & perpetuam elemoſinam, cum communi paſtura, & cum omnibus aſiamentis villæ de **Wryghtynton** pertinentibus.

Donationem eciam (&c.) quas *Ricardus* de *Wolmore* per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam placea terræ ſuæ in villa de **Lathum**, quam habuit ex emptione de *Ricardo* del *Stanyhurſt*. Donationem eciam (&c.) quas *Elyas* de *Hoton*, & *Sapiencia* uxor ejus per Cartam ſuam fecerunt (&c.) de una acra terræ in *Hotona* in puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus aſiamentis & libertatibus & liberis conſuetudinibus ad eandem villam pertinentibus. Donationem eciam (&c.) quas *Johannes* de *Mara* dominus de **Crofton** per Cartam ſuam fecit (&c.) de duabus acris terræ & una percata & uno toſto, quem *Johannes* Capellanus ſuus ædificavit. Conceſſionem &c. quas *Ricardus* de *Wolmore* filius *Roberti* de *Wolmore* per ſcriptum ſuum fecit (&c.) de toto jure & clameo quod habuit, vel habere potuit in homagiis & ſerviciis *Alexandri* de *Lathum* & hæredum ſuorum, cum ſex denariis annui redditus, quos ſibi prædictus *Alexander* ſolvere ſolebat ad feſtum ſancti *Nicholai* in yeme, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (&c.) quas *Henricus* de *Perpalt* filius *Bernardi* de *Perpalt* per ſuam Cartam fecit (&c.) de tota terra ſua de **Lyghthurſt**, cum communi paſtura & omnibus aſiamentis prædictæ villæ de **Perpalt** pertinentibus; & de eo quod porci hominum ipſorum Prioris & Canonicorum liberi ſint de paunagio.

Donationem eciam (&c.) quas *Henricus* dominus de **Perbalt** per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de quadam parte terræ ſuæ in **Perbalt** cum communi paſtura & omnibus libertatibus & aſiamentis villæ de **Perpalt** pertinentibus. Donationem etiam (&c.) quas *Robertus Buſſellus* per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ ſuæ in villa de **Longton**, ſcilicet de tribus acris terræ in campo de **Turmireacres**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam (&c.) quas *Radulfus* dominus de **Bykyrſtath**, per Cartam ſuam fecit (&c.) de tota terra in territorio de **Eykyrſtath**, cum omnibus aſiamentis & libertatibus villæ de **Bykirſtath** pertinentibus. Donationem eciam &c. quas *Henricus* dominus de **Perbalt** per Cartam ſuam fecit &c. de quadam parte terræ ſuæ in territorio de **Perbalt**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus pertinentiis ſuis, communis paſturis & aſiamentis, & cum libero paunagio ad hominem, qui terram prædictam tenuerit, ad ſuos proprios porcos. Donationem etiam &c. quas *Rogerus* filius *Henrici* per Cartam ſuam fecit &c. de una ſarta in

Perpalt. Donationem eciam &c. quas *Galfridus Buſſell* filius *Roberti Buſſell* per Cartam ſuam fecit &c. de quadam parte terræ ſuæ in villa de **Longton** ſuper **Stanfurlong.**

Donationem etiam, (&c.) quas *Galfridus Buſſchell* filius *Roberti Buſſel* de *Leylond* per Cartam ſuam fecit Deo & ſancto *Nicholao* & Canonicis prædictis de una parte terræ ſuæ in villa de **Longton**, in Campo qui vocatur **Roskelde** cum communi paſtura & cum omnibus communibus aſiamentis & libertatibus in puram & perpetuam & liberam elemoſinam. Donationem, etiam, &c. quas *Ricardus* filius *Spratlyng* de **Schevynton** per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ ſuæ in **Schevynton** cum communi paſtura & aliis aſiamentis terræ ſuæ de **Schevynton** pertinentibus; & cum acquietancia hominis ſuper dictam terram manentis de paunagio in boſco de **Schevynton.** Donationem etiam, &c. quas *Hugo* filius *Ada* de **Schevyngton** per Cartam ſuam fecit, &c. de tota terra quam *Johannes* filius *Johannis* priùs tenuit in villa de **Schevynton,** cum ſuis diviſis, & cum communi paſtura & cum acquietancia paunagii. Venditionem etiam, &c. quas *Adam Simplex* per Cartam ſuam fecit, &c. de burgagio ſuo, cum omnibus pertinentiis, &c. villæ de **Preſton** pertinentibus. Donationem etiam, &c. quas *Willielmus* filius *Beatricis* de *Mitton* per Cartam ſuam fecit, &c. de quadam parte terræ ſuæ in villa de **Wryghtynton,** cum omnibus communibus libertatibus & aſiamentis; & cum communi paſtura prædictæ villæ pertinentibus, & cum acquietancia paunagii hominum ſuorum ſine paunagio in omnibus boſcis de **Wryghtynton,** in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, etiam &c. quas *Walt.* de *Hole* per Cartam ſuam fecit, &c. de quatuor acris terræ in territorio de **Bretherton,** in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, &c. quas *Ricardus* filius *Roberti* per Cartam ſuam fecit, &c. de una cultura terræ cum communi paſtura & cum omnibus aſiamentis ad villam de **Childewall** pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, &c. quas *Willielmus* de *Mellyng* per Cartam ſuam fecit, &c. de uno meſuagio cum curtilagio in villa de **Mellyng.** Donationem, &c. quas *Ricardus* filius *Roberti* de *Allerton* per Cartam ſuam fecit, &c. de medietate unius culturæ terræ in **Allerton** cum communi paſtura & omnibus aſiamentis villæ prænominatæ. Donationem etiam, &c. quas *Radulfus* filius *Ada*, Dominus de **Bykyrſtath,** per Cartam ſuam fecit, &c. de quadam parte terræ ſuæ in territorio de **Bykyrſtath,** cum communi paſtura, & omnibus aliis aſiamentis villæ de **Bykyrſtath** pertinentibus. Donationem etiam, &c. quas *Johannes* de *Thorp* per Cartam ſuam fecit, &c. de dimidia ſalione terræ ſuæ in territorio de **Thorp,** in puram & perpetuam elemoſinam, &c. Donationem etiam, &c. quas *Ricardus* de *Chernok* per Cartam ſuam fecit, &c. de quadam parte terræ ſuæ in villa de **Chorler,** in puram & perpetuam elemoſinam, cum communi paſtura triginta averiis cum ſequela ſua unius anni, & triginta ovibus cum ſequela ſua unius anni, decem equabus cum ſequela ſua unius anni, & duodecim Capris cum ſequela ſua unius anni, & cum omnibus communibus &c. dictæ villæ de **Chorley** pertinentibus, cum acquietancia paunagii triginta porcorum in boſcis de **Chorley.**

Conceſſionem etiam, &c. quas *Robertus* de *Lathum* per ſcriptum ſuum indentatum fecit, &c. de quadam placea moræ muſſæ & vaſti in villa de **Lathum,** in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem, &c. quas *Henricus* de *Perbalt*, Clericus de **Perbalt,** per ſcriptum ſuum fecit, &c. de omnibus meſuagiis, terris & tenementis ſuis & **Ellale,** videlicet quæ habuit ex dono & feofamento *Alani* de **Chaterton,** & *Willielmi* de *Routhemell* in villa de **Ellale** prædicta, Ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prædictis Priori & Conventui, & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus, &c. Data per manum noſtram apud **Holand** decimo nono die *Octobris* anno Regni noſtri *decimo ſeptimo* per breve de privato ſigillo.

PRIORATUS

de **Staverdale** *in agro* Somerſetenſi.

Pro diverſis terris, &c. in **Preſteley** *Canonicis de* **Staverdale** *per* Ricardum Lovel *chivalier concedendis.*

INquiſitio capta apud **Bruton** in Com. **Somerſet,** coram *Thoma Cary* Eſcaetore Domini Regis in eodem Com. *xii.* die *Octob.* Anno Regni Regis *Edwardi* tertii, poſt conqueſtum *Angliæ*, viceſimo quarto. Virtute Brevis Domini Regis huic Inquiſitioni conſuti per Sacramentum *Willielmi VVelde,* (&c.) Qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod non eſt ad dampnum, vel præjuditium Domini Regis, aut aliorum, licèt idem Rex concedat *Ricardo Lovel* Chivaler; quod ipſe unum meſſuagium, unum molendinum, duas carucatas terræ, duodecim acras prati & duodecim acras paſturæ, decem acras boſci, & redditum unius libræ piperis, cum pertinentiis in **Preſteleye** dare poſſit, & aſſignare dilecto Regi in Chriſto, Priori, & Conventui de **Staverdale.** Habendum, & tenendum eiſdem Priori, & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, ad inveniendum quendam Capellanum, divina pro ſalubri ſtatu ipſius *Ricardi*, quoad vixerit, & anima ſua cum ab hac luce migraverit; Et animabus patris & matris, ac omnium anteceſſorum ſuorum; necnon omnium fidelium defunctorum, in Eccleſia Prioratus

Eſc. (de Ad quod dampn) de anno 24. E.3. n. 10.

tus prædicti, ſingulis diebus, celebraturo; in partem ſatisfactionis decem libratarum terræ, & redditus, quas Dominus *Edwardus*, nuper Rex *Angliæ*, pater Regis nunc, per literas ſuas Patentes eidem Priori conceſſit adquirendas. Et quod prædicta tenementa tenentur de *Johanne* de *Palton* milite, per ſervitium reddendi eidem *iii*.d. per annum, & idem *Johannes* tenet eadem de Rege per ſervitium faciendi Regi fidelitatem; & non ſunt plures medii inter Regem & dictum *Ricardum* de meſuagio, molendino, terra, prato, paſtura, boſco, & reddittu prædictis. Et quod prædicta tenementa valent per annum in omnibus exitibus, juxta verum valorem eorundem *xl. s.*

Quod Canonici de **Staverdale** *Vicariam de* **Winkalton** *in proprios uſus habeant.*

Pat.17.R. 2.p.2.m.5.

REx omnibus ad quos (&c.) ſalutem. Sciatis, quod cum dilecti nobis in Chriſto Prior & Conventus Prioratus de **Staverdale**, qui è patronatu *Ricardi* de *Sanctomauro* Chivaler, & de Fundatione Anteceſſorum ſuorum exiſtit, ut dicitur, diu, ante ſtatutum de terris, & tenementis ad manum mortuam non ponendis editum, Eccleſiam de **Wynkalton** in proprios uſus habuiſſent, & tenuiſſent; Ipſiq; perſonæ ejuſdem Eccleſiæ extitiſſent: In qua quidem Eccleſia Vicaria ibidem, ab antiquo haberi conſuevit; Ac poſtmodum Vicaria illa, mediante licentiâ Ordinarii loci, & ejuſdem Eccleſiæ patroni, tempore Domini *E.* nuper Regis *Angliæ* avi noſtri, eidem Eccleſiæ, ratione paupertatis ipſorum Prioris, & Conventus, unita fuiſſet, & incorporata. Habendum eiſdem Priori, & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum licentiâ ejuſdem avi noſtri, ſuper hoc non optentâ. Nos de gratia noſtra ſpeciali pardonavimus foriſfacturam nobis in hac parte incurſam. Et ulterius, ex habundanti gratiâ noſtrâ, ſtatum, & poſſeſſionem, quos idem Prior & Conventus habent in dicta Vicaria, prætextu unionis prædictæ, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, tenore præſentium acceptamus, approbamus, ratificamus & confirmamus. Conceſſimus etiam pro nobis & dictis hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eiſdem Priori & Conventui, quod ipſi habeant; & teneant Vicariam prædictam, eidem Eccleſiæ ſic unitam, in proprios uſus, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm. xviii.* die *Junii.*

Pro unione hujus Prioratus Monaſterio de **Taunton**, vide Pat. 24. H. 8. p. 2.

Carta Henrici *de* Laſcy *Comitis* Lincolniæ *Priori de* **Burſchow**, *de quibuſdam terris facta; pro uno Leproſo ſuſtentando.*

Adhuc ex eodem Cartulario, in Officio Ducatus Linc.

OMnibus Chriſti fidelibus hoc Scriptum viſuris vel audituris, *Henricus* de *Laſci*, Comes *Lincolniæ*, Conſtabularius *Ceſtriæ*, ſalutem in Domino ſempiternam: Noveritis nos conceſſiſſe & præſenti ſcripto, quatenus in nobis eſt, confirmaſſe Priori & Canonicis de **Burſchow**, & eorum ſucceſſoribus, locum qui dicitur **Rudogate**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, prout in Carta, quam *Henricus* de *Torboc*, & *Elena* uxor ejus dictis Priori, & Canonicis, inde fecit, plenariè continetur, Ita videlicet, quod unus Leproſus de feodo noſtro de **Widnis**, Vulgò **Widenes**, ſi inveniatur, in dicto loco admittatur, & prout unus Leproſorum retroactis temporibus in dicto loco exiſtentis conſuêverat ſuſtentari, ibidem rationabiliter ſuſtentetur: Et poſt deceſſum unius, alter loco ipſius ſubrogetur: Et quod una Miſſa, ſingulis annis, in feſto *Paſchæ* ibidem celebretur; & quod nomen noſtrum, & nomen *Margaretæ* uxoris noſtræ in Martirologio, & in Canone conſcribantur, in memoriam æternam. Et ut hæc noſtra conceſſio & confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineat, præſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione roboravimus. Data apud **Haltone** die Sancto *Geronomi* Confeſſoris, Anno gratiæ *M. CC. octogeſimo quinto.* 1285.

PRIORATUS

de **Dodford** *in agro* VVigornienſi.

Carta Regis Henrici *ſecundi poſſeſſiones ejuſdem confirmans.*

HEn, Dei gratia Rex (&c.) ſalutem. Inſpeximus Cartam *H.* Regis avi noſtri in hæc verba. *Henr.* Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Normaniæ* & *Aquit.* Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis me conſilio & petitione Domini *Baldewini Cantuarienſis* Archiepiſcopi, conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ*, & *Osberto* Priori de **Doddeforde**, & fratribus ibidem Deo famulantibus, locum de **Doddeforde**; & omnes donationes terrarum & hominum & elemoſinas, quæ eis factæ ſunt vel fient, tam in Eccleſiis, quàm in aliis rebus & poſſeſſionibus mundanis. Quare volo (&c.) Hæc omnia prædicto *Osberto* Priori, & fratribus ſuis conceſſi in perpetuam elemoſinam, pro amore Dei, & S. *Mariæ*, pro anima *Henrici* avi mei, & pro anima patris mei *Galfridi*, & matris meæ *Matildis* Imperatricis, pro ſalute animæ meæ & *Alienoræ* Reginæ meæ, & puerorum, hæredum noſtrorum. Hiis teſtibus, Domino *Baldewino Cantuarienſi* Archiepiſc. *Hereberto Cantuariæ* Archidiacono, *Radulpho Herefordenſi* Archidiacono, Magiſtro *Silveſtrò*, *Thoma* filio *Bernardi*, *Willielmo* Comite de *Mandevilla*, *Radulpho* filio *Stephani*, & multis aliis apud **Merleberg.**

Cart.16. H.3 m 8.

Nos igitur prædictam conceſſionem ratam & gratam habentes pro nobis & hæredibus noſtris, eam prædicto Priori & prædictis fratribus, concedimus & confirmamus. (&c.) Dat. &c. apud *Wygorn.* 5. die *Junii* anno, &c *xvi.*

Carta Regis Edwardi *quarti de unione & conſolidatione ejuſdem Domus, Abbatiæ de* **Hales-Owen.**

Pat.4.E. 4. p.1.m. 21. REx omnibus ad quos (&c.) ſalutem. Sciatis, quod cum domus ſive Prioratus de **Doddeford** in Com. *Wygorn.* Ordinis S. *Auguſtini*, fundationis inclitorum progenitorum noſtrorum, noſtriq; patronatus pleno jure exiſtens, incuria, negligentia, & remiſſione diverſorum Priorum ejuſdem, aliiſq; infortunii caſibus, in religione & cultu divino, ibidem antiquitùs habitis & obſervatis, penè ad ſui diſſolutionem devenit; in tantum, quod unus Canonicus à diu ſolus remanſit in eodem; Quodq; Monaſterii beatæ *Mariæ* de **Hales-Owen** in Com. *Salop.* fructus redditus & proventus eidem, in ipſius primæva fundatione conceſſi, & temporum ſubſecutorum detrimenta in tantum decreverunt, quod ad ſuſtentationem congruam numeri Canonicorum, ex fundatione ejuſdem limitati, hoſpitalitatemq; debitam, & alia pietatis opera ibidem uſitata, & cætera onera eis neceſſaria incumbencia, ſubeunda non ſufficiunt; neq; veriſimiliter ſufficere poterunt in futuro, niſi alio ſubventionis auxilio ſuccurratur eiſdem. Nos præmiſſa intimè ponderantes de gratia noſtra ſpeciali, ex certa noſtra ſcientia & mero motu, ad individuæ *Trinitatis*, & beatæ *Mariæ* Virginis honorem, cultuſq; divini in Eccleſia Conventuali Monaſterii de **Haleſowen** prædicti honorificè conſtructa ampliationem, dedimus & conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris, *Johanni* Abbati, & Conventui dicti Monaſterii de **Haleſowen**, & ſucceſſoribus ſuis jus patronatus & advocationem domus ſive Prioratus de **Dodeford** prædicta, in puram & perpetuam elemoſinam; ea intentione ut ipſi Abbas & Conventus dictum Prioratum cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis ipſis Abbati & Conventui & eorum Monaſterio conſolidari, uniri, annecti, appropriari & transferri procurare & facere valeant. Ac *Wigorn.* Epiſcopo, ut ipſe auctoritate ſuâ ordinariâ prædictum Prioratum, cum omnibus ſuis pertinentiis, præfatis Abbati & Conventui de **Haleſowen** conſolidare, unire, annectere, appropriare, transferre; & in ipſorum Abbatis & Conventus proprios uſus perpetuo poſſidendum concedere poterit. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm.* *xxii.* die *Martii.*

ABBATIA

de Pratis *juxta burgum* Leiceſtriæ, * *fundata Anno Domini* M. Cxliii.

* Ex Regiſtro Abbatiæ S. *Mariæ* Pratis *Leiceſtriæ*, in bibl. *Bodlejana* fol. 1.b.

Hiſtoria de terrarrum donationibus.

Ibid. fol. 2. a.

HAbemus ex dono fundatoris noſtri, in prima fundatione hujus Monaſterii, omnes præbendas & poſſeſſiones, quæ fuerunt Canonicorum ſecularium Eccleſiæ S. *Mariæ* infra Caſtellum; ſcilicet Eccleſiam Sanctæ *Mariæ*, cum tota poſſeſſione in parochia ſua, cum terris & paſcuis & pratis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, cum omnibus libertatibus, quas *Robertus* Comes *Melenti*, pater ſuus, prædictæ Eccleſiæ ante conceſſerat. Item quinq; virgatas terræ extra portam de **North**, & octo manſiones hominum: Et in alia parte civitatis tres virgatas terræ, & tres bovatas terræ; & de redditibus *Leyceſtriæ* ſex libras per annum. Eccleſias quoq; omnes *Leiceſtriæ*, tam infra muros quàm extra, quæ ſunt ſuæ dicionis, cum domibus & manſuris, cum terris & pratis & omnibus pertinentiis ſuis. Item Eccleſiam de *Lilburna*, cum terris & decimis & omnibus pertinentiis ſuis; & *lx. s.* per annum de redditibus ejuſdem villæ. Item in *Thurmodeſtona* tres carucatas terræ & unam virgatam terræ. Item unam virgatam terræ ex dono *Iſabel* matris ſuæ, in *Burtona*. Item in *Segrave* ſex carucatas & tres bovatas terræ, & Manerium de **Asfordeby** totum & integrum, cum molendinis (&c.) Hæc omnia prædicta fuerunt poſſeſſiones Canonicorum prædictorum Eccleſiæ S. *Mariæ* infra Caſtellum, ſicut patet in prima, ſecunda, & tertia Carta *Roberti* Comitis *Melenti*.

Et præter hoc dedit nobis Fundator noſter, apud pontem de **North**, carucatam terræ, quæ jacebat olim ad Cuneos monetæ, & cenſum, & domos quos *Gilbertus* Decanus tenebat de eo ad portam de **Suth**; & decimam pullorum de ſua equaria; & molendinum quod fuit Epiſcopi; & quicquid ad ipſum molendinum pertinet, & quicquid *Osbertus* Capellanus de ipſo tenebat in ſoca de **Schepiſhed**, & in ſoca de **Halſo**; omnes ſcilicet Eccleſias de utraq; ſoca cum Eccleſia de **Sygreſham**, quæ de parochia de *Brachaleia* eſſe cognoſcitur, cum terris & decimis & omnibus pertinentiis ſuis; & decimam denariorum ſuorum de utraq; ſoca & de paunagio.

Item Eccleſiam de **Indeſley**; quæ eſt in *Bercheſira*, cum terris & decimis (&c.)

Item conceſſit nobis, quod ubicunq; in foreſtis ſuis, ad proprios uſus ligna ſumpſerit, ibi & nos, cum tribus careƈtis cotidie ad ignem noſtrum liberè ligna ſumamus. Et ubicunq; tempore paſtionis ſui dominici porci fuerint, ibi & nos dominicos porcos noſtros liberè & ſine paunagio habeamus.

Hæ ſunt Eccleſiæ & poſſeſſiones omnes, quas fundator noſter dedit nobis in Carta originali fundationis illius Abbathiæ. Item in eadem Carta confirmat omnes donationes, quas homines totius terræ ſuæ nobis fecerunt. Scilicet Eccleſiam de **Thurnby** ex dono *Radulphi Pincernæ*, cum terris, decimis &c. Et ex dono *Roberti Pincernæ* filii ſui, Eccleſiam de **Thedyngworth**. Et ex dono *Ernaldi* de *Boſco* Eccleſiam de *Cleſtona*; & Eccleſiam de **Thorp** juxta **Melton**, cum terris, decimis &c. & unam marcatam redditus in *Leiceſtria*. Et ex dono *Rogeri* de *Watevill* Eccleſiam de *Bulkyntona*, cum terris, decimis & omnibus pertinentiis ſuis; & dimidiam hidam terræ in *Brankota*; & pratum quod fuit de *Weſtona* de dominio. Et ex dono *Sewardi Pitefridi* terram quam de ipſo tenebat in **Bauntingsthorp**. Has terras & Eccleſias, poſſeſſiones, & redditus voluit & firmiter conſtituit, ut nos liberè, quietè & honorificè teneamus ab omni ſervicio & exaƈtione ſeculari erga ipſum & hæredes ſuos &c. ut in eadem Carta data circa annum domini *MCxxxvii.*

Item habemus ex dono Fundatoris noſtri Eccleſiam de **Coſby**, quæ pertinet ad Eccleſiam S. *Auguſtini* de **Leyceſter**. Item Eccleſiam de **Aldeby**, & ſic Eccleſiam de **Whetſton**. Item totam *Stoƈtonam*, præter feodum *Radulphi Friday*, cum molendino de **Belgrave**. Item duas virgatas terræ apud portam de **West**. Item manerium de **Pynslad**, cum quatuor virgatis terræ ibidem. Item totum manerium de **Lnyton**, cum molendino & pertinentiis ſuis. Item tria millia anguillarum & *xxx.* ſtreyling. apud **Nun-Eyton**. Item unam virgatam terræ in **Whatton** &c. ut in Carta; In qua Carta ſic ſcribitur, Ego *Robertus* Comes *Leyc.* remiſi & quietum clamavi Abbati & Conventui *Leyceſtriæ*, omnem aƈtionem & demandam, quam habui verſus eoſdem & eorum homines, liberos & villanos, ac terras ſuas ſuper viſum franci plegii ubiq; in dominio noſtro; & quod Cartis ſuis de libertatibus per Reges *Angliæ* eiſdem conceſſis, liberè ac pacificè poſſint uti &c. ut in Carta. Item habemus *v.* s. *vi.* d. liberi redditus in **Bauntbyngthorp** de uno crofto & una bovata terræ de terris *Thomæ Walche*.

Carta Amiciæ *Comitiſſæ*.

Ib. fol. 2. b.

HAbemus ex dono *Amiciæ* Comitiſſæ, uxoris Fundatoris noſtri, quatuor libratas terræ in **Everlay** &c. ut in Carta.

Carta Roberti *filii Fundatoris noſtri*.

HAbemus confirmationem *Roberti* filii Fundatoris noſtri, per Cartam ſuam, de omnibus donationibus, quas pater ſuus & homines ſui nobis dederunt in Carta originali Fundationis; Et de omnibus donationibus, quas ipſi dederunt nobis per alias Cartas ſuas; ut ex dono fundatoris noſtri manerium de *Knytona* cum molendino & pertinentiis ſuis &c. Ex dono *Amiciæ* Comitiſſæ, quatuor libras in **Everley**. Item ex dono *Ernaldi* de *Boſco* Eccleſias de **Thorp**, *Evyntona*, & **Humberſton**. &c. Item locum de **Stokingforth**, & *xl.* s. in **Welton**, ex dono & confirmatione Fundatoris; & cenſum domorum, quas tenuit *Godewinus Bena*, ſcilicet *iv.* s. in *Leyceſtria*; & terram quam *Jocelinus Mareſcallus* dedit prædiƈtæ Eccleſiæ, ſcilicet *v.* eſſarta de *North*, nemoris ſui, & ſeptum ante Capellam. Et ex dono *Gaufridi* de *Turvilla* illam terram; quæ dicitur **Nedebetle**; Et ex dono *Willielmi* de *Alnejo* unam carucatam terræ, ſcilicet *Anaſtaneſleſa*, cum omnibus exſartis quæ in circuitu ejus ſunt; & cum parte nemoris &c. Et ex dono Fundatoris Eccleſiam de **Aldeby**, totam *Stoƈtonam*, & molendinum de **Belgrave** &c. ut in Carta.

Item habemus ex dono ejuſdem *Roberti*, filii Fundatoris noſtri, ſingulis annis unum cervum die *Aſſumptionis* beatæ *Mariæ*; & alium cervum in *Nativitate* dei genitricis *Mariæ*; & licentiam piſcandi in magno vivario ſuo de **Groby** quatuor diebus per annum; ſcilicet vigilia *Purificationis* beatæ *Mariæ*, *Annunciationis* beatæ *Mariæ*, *Aſſumptionis* beatæ *Mariæ*, & *Nativitatis* ejuſdem.

Item habemus ex dono ejuſdem *Roberti* paſturam de **Deſforth** ad decem vaccas, cum exitu earum de duobus annis; cum duabus acris terræ in *Alneta*, & deſuper inter viam & terram quam Magiſter *Radulphus* de *Wolſcroft* tenuit; ut in Carta.

Carta Roberti *filii* Petronillæ.

HAbemus confirmationem *Roberti* filii *Petronillæ*, per Cartam ſuam, de omnibus donationibus; nominatim, quas avus ſuus, & pater ſuus, & homines ſui nobis dederunt, ut in Carta ſua prima.

Item habemus ex dono ejuſdem *Roberti* filii *Petronillæ*, paſturam inter duas vias in defenſo *Leiceſtriæ*; ſcilicet inter viam de **Groby**, & inter viam de **Anſty** ad averia noſtra paſcenda, & unam careƈtam ligni cotidie in foreſta *Leiceſtriæ*, ut in Carta.

Item habemus ex dono ejuſdem *Roberti*, viginti quatuor virgatas terræ in villa de **Anſty**; & quatuor cotarios cum toftis ſuis, ut in Carta.

Item habemus ex dono ejuſdem *Roberti*, terras de *Farnigo*, & **Sygreſham**; ſcilicet **Weſtrot**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas *Robertus* Comes avus ſuus dedit Eccleſiæ *Lincolniæ*, in eſcambium pro manerio de **Lnyton** &

&c. Has autem terras dedit nobis pro terris noſtris de **Aſforby** & **Segrave**, quas aſſenſu noſtro dedit Eccleſiæ *Lincolnienſi*, pro pace reſervanda imperpetuum inter ipſam Eccleſiam *Linc.* &c. ut in Carta.

Item habemus ex dono *Simonis* de *Monteforti* quandam placeam boſci vocatam **Donelond**, in eſcambium pro quieta clamatione prædictæ paſturæ in defenſo *Leyc.* & unius culturæ in eodem defenſo vocato **Mikeldal**, & unius carectæ cotidie in foreſta de duabus carectis, &c. Item habemus ex dono ejuſdem *Simonis* quandam placeam terræ & boſci verſus **Anſty**, vocatam **Oſulveſhawe**, &c. cum omnibus angulis boſci & terræ, &c. Item ex dono ejuſdem *Simonis* unam placeam terræ quam *Willielmus* de *Belgrave* quondam tenuit, &c. ut in Carta.

Carta Petronillæ *Comitiſſæ.*

Habemus confirmationem *Petronillæ* Comitiſſæ, de omnibus donationibus, quas dedit nobis *Robertus* Comes filius ejus. Item habemus ex dono ejus totum pratum ſuum de **Thurmodeſton**, vocatum **Belloholm**; & domos ſuas in *Leyceſtria*, cum terra & gardino ultra pontem de **Weſt**, quæ fuerunt *Hugonis* Clerici, &c. ut in Carta prima.

Habemus ex dono *Saery* de *Quincy*, cum aſſenſu & conſenſu *Margaretæ* Comitiſſæ ſuæ, omnia quæ ſunt in Carta ſequente, uſq; ad conceſſionem unius cervi, ut in Carta in **Schepſhed** tertia.

Carta Margaretæ *de* Quincy.

Habemus confirmationem *Margaretæ Quincy*, de omnibus donationibus quas anteceſſores ſui, Comites *Leyceſtriæ*, nobis fecerunt; ut patet in Cartâ ſuâ; Et per illam Cartam dedit nobis unam virgatam terræ in **Schepiſhed**, cum toſto & croſto & molendino de **Schepiſhed**, cum omnibus pertinentiis ſuis, &c. & cum alneta adjacente, & cum tota multura de **Schepiſhed** & **Hathern**, &c. &, cum multura propriæ domus ſuæ de **Schepiſhed**; & cum omni commodo, &c. ita quod nec illa, nec hæredes ſui aliquod molendinum infra territorium de **Schepiſhed** ſeu **Hathern** unquam faceret in poſterum. Item per eandem Cartam conceſſit nobis *Houſebote* & *Haybote* ad domos noſtras in **Schepiſhed**, & meremium ad earum ſuſtentationem & molendini noſtri, in Foreſta ſua de **Charnwod**, & boſco ſuo de **Schepiſhed**, ubicunq;, quoties opus fuerit, &c. Iſta prædicta dedit nobis ſpecialiter in recompenſationem *lx* ſol. pro decimis *Leiceſtriæ* ad ipſam pertinentibus, & in recompenſatione denariorum decimarum, reddituum de utraq; ſoca, &c. quos antiquitùs percipere ſolebamus ad Scaccarium de *Leyceſtria*, quos remiſimus ei & hæredibus, ſub tali conditione; ſalva nobis tota decima de paunagio, & venditione nemoris utriuſq; ſochæ. Item conceſſit nobis unum cervum in die *Nativitatis* beatæ *Mariæ* in **Charnwood**. Item conceſſit nobis ut homines & tenentes noſtri de **Brakley**, **Sygreſham**, **Weſtcote**, **Hallo**, **Farnigo**, **Weſton**, **Clifton**, **Bulkinton**, **Brankot**, **Bernangul**, **Sow**, **Merſton**, **Stocton**, **Hokyngton**, **Schepiſhed**, **Hemyngton**, **Whatton**, **Anſty**, **Thurmaſton**, **Clenfeld**, & **Burton**; & in omnibus locis, terris & poſſeſſionibus in feodo ſuo conſtitutis liberi ſint & quieti ab omni ſervitio ſeculari, exactione & demanda, ſecta Curiæ, viſu Franci plegii, & forinſeco ſervitio, &c. ut in Carta.

Carta Rogeri *de* Quyncy.

Ib. fol. 3. a.

Habemus Cartam *Rogeri* de *Quincy* de quieta clamatione omnium Eccleſiarum noſtrarum & ſectæ curiarum pro nobis & hominibus noſtris in feodo ſuo conſtitutis. Habemus Cartam prædicti *Rogeri* ſuper quieta clamatione de viſu Franci plegii & ſecta curiæ pro nobis & hominibus noſtris, & tenentibus ſuis; ſcilicet de **Brakley**, **Sygreſham**, &c. ut in Carta prædictæ *Margaretæ Quincy*. Item conceſſit nobis per eandem Cartam *Houſebote* & *Haybote*, &c. ut in Carta *Margaretæ Quincy*, &c.

Rogerus de *Quency* Comes *Wintoniæ*, &c. dilecto & fideli ſuo Domino *R. Chamburleyn* Seneſcallo ſuo, ſalutem. Mandamus vobis firmiter præcipientes, quatinus ponatis Abbatem & Conventum *Leyceſtriæ* in ſeyſinam plenam de *Houſebote* & *Haybote* in **Sthepiſhed**, & de meremio ad emendationem & ſuſtentationem molendini ſui de **Shepiſhed**, & de viſu Franci plegii, &c. ut in Carta.

Habemus Cartam ejuſdem de duabus carectis, & in qualibet carecta duos equos ad tractandum ligna ad ignem in foreſta, &c. ut in Carta.

Habemus Cartam ejuſdem de quatuor carectatis boſci, à feſto *Annunciationis* uſq; ad feſtum ſancti *Michaëlis*, &c. ut in Carta.

Habemus quietam clamationem ejuſdem de ſtabila quam exigebat à nobis & tenentibus noſtris de **Anſty**, ut in Carta. Habemus confirmationem ejuſdem *Rogeri* Comitis de omnibus donationibus quæ ſunt in Carta *Margaretæ* Comitiſſæ matris ſuæ, ut in Carta.

Habemus ex dono ejuſdem, totam deciniam omnium venditionum boſcorum ſuorum de **Acle**, & de **Wyffeley**, &c. per manus venditorum & receptorum earundem venditionum, quicunq; pro tempore fuerint. percipiendum, &c. ut in Carta.

Habemus ex dono ejuſdem dexterum humerum cujuſlibet feræ captæ in parco ſuo de **Acle**, ut in Carta. Habemus ex dono ejuſdem licentiam ad edificandum & conſtruendum boveriam & bercariam in territorio noſtro de **Stanton**, & licentiam habendi liberum introitum & exitum cum averiis noſtris ad paſturam communem foreſtæ ſuæ, &c. ut in Carta. Habemus ex dono ejuſdem unam virgatam terræ in **Wheſton**, quam *Ricardus Kyrke* tenuit, & communiam liberam ad animalia noſtra propria paſcenda omnimoda, per totam foreſtam *Leyceſtriæ*, in proparte ſua ejuſdem foreſtæ in boſco, plano, &c. ut in Carta. Habemus ex dono, ejuſdem *x. s.* per annum apud **Schevisby** à Priore de **Chakombe**, & *iii. s. iiii. d.* apud **Hemyngton**, de hæredibs *Hugonis* de *Derby*, & participibus ſuis, pro quieta clamatione piſcationis in vivario de **Groby** quater per annum, &c. ut in Carta. Habemus ex dono ejuſdem homagium & ſervicium *Heliæ* de **Lynſey**, & *Aliciæ* uxoris ejus, de quatuor virgatis terræ in **Thurmaſton**, ut in Carta.

Habemus certas terras in **Thurmaſton** ex dono ejuſdem, cum ſequela eas tenentium; & aliquorum liberè tenentium, cum viſu Franciplegii quatuor hominum Prioris de **Caldwell**, &c. ut in Carta.

Carta Saery *de* Quyncy.

HAbemus ex dono *Saery* de *Quincy* ſex libratas redditus in **Brakley**, & **Halſo**, pro ſeiſina facta ſibi de octo libratis redditus in ſuburbio *Leyceſtriæ*, quas habuimus de feudo *Lincolnienſis* Epiſcopi (&c.) ut in Carta.

Carta Symonis *de* Monteforti.

HAbemus confirmationem *Symonis* de *Monteforti*, de omnibus rebus quas dederunt nobis prædeceſſores ſui, ut in Carta. Habemus ex dono ejuſdem *Symonis* in defenſo *Leyceſtriæ*, juxta Abbathiam, paſturam ſufficientem ad Centum & viginti averia in eſcambium paſturæ in prædicto defenſo, inter viam quæ vadit à *Leyceſtria* uſq; **Groby**, & viam quæ vadit à *Leyceſtria* uſq; **Anſty**, &c. Habemus Cartam ejuſdem in eſcambio de **Mukeldale**, & paſturis prædictis, & una carucata ligni pro **Donelond** & **Oſelveſhaw**, & aliis; ut ſequitur in Carta *Roberti* filii *Petronillæ*.

Habemus ex perquiſito Abbatis & Conventus, ut dicitur, & ex dono & feoffamento *Simonis* de *Monteforti*, trecentas acras terræ & boſci, ſimiliter cum pertinentiis contiguas treſcentis acris prædictis in Foreſta noſtra, quæ appellatur defenſa, juxta *Leyceſtriam*, &c. quæ videlicet acræ omnes jacent à via de **Anſty** uſq; ad **Dalſyke** in tranſverſo; & à **Dalſyke** ultra **Storkyſhull**, &c. uſq; ad **Oldfeld** in tranſverſo ſuper ſettam à **Cropſton**, &c. & ab **Oldfeild** per campum de **Belgrave**, &c. Item dedit nobis totum **Cleyheges**, cum veſtitura, &c. ut in Carta.

Carta Alani *la* Zouche.

HAbemus confirmationem *Alani* la *Zouche* de omnibus donationibus, quas anteceſſores ejus Comites *Leiceſtriæ*, & *Wintoniæ* nobis fecerunt, ſicut patet in Carta octava, & nonâ in **Schepiſhed**. Ib. fol. 3. b.

Carta Ernoldi *primi de* Boſco.

HAbemus ex dono *Ernoldi* primi de *Boſco*, Eccleſiam de **Cliftona**, cum Capellis de *Wavera*, & de **Rokeby**; Eccleſiam de **Thorpe** juxta **Melton**; Eccleſias quoq; de **Humburſtone** & de **Evyngtone**, ut in Carta. Habemus ex dono *Ernaldi* ſecundi de *Boſco*, confirmationem de prædictis Eccleſiis. Et præterea concedit & confirmat nobis Eccleſiam de *Bulkyngtona*, cum duabus virgatis terræ, & omnibus pertinentiis ſuis, &c. Item confirmationem duarum virgatarum terræ in *Branktona* & ſex virgatarum terræ in eadem, pratum de dominio de **Weſton**, molendinum de **Brankot**, cum terra & prato & vivario de **Craſwell** & omnibus pertinentiis ſuis. Item conceſſit ut homines Canonicorum habeant communem paſturam cum hominibus ſuis, ſicuti unquam meliùs habuerunt tempore **Henrici* Regis ſenioris, &c.

Carta Ernaldi *tertii de* Boſco.

HAbemus ex dono *Ernaldi* tertii de *Boſco*, confirmationem de omnibus quæ *Ernaldus* de *Boſco* avus ſuus, & *Ernaldus* de *Boſco* pater ſuus nobis dederunt.

Præterea habemus ex dono ejus unam bovatam terræ in **Thorp**-*Ernald*, cum toſto & crofto, & communem paſturam ad ſexies viginti oves, & decem acras prati in loco qui vocatur **Redinwalde**.

Carta Ernaldi *quarti de* Boſco.

HAbemus ex dono *Ernaldi* quarti de *Boſco*, confirmationem de omnibus quæ *Ernaldus* de *Boſco*, attavus ſuus & *Ernaldus* de *Boſco* avus ſuus, & *Ernaldus* de *Boſco* pater ſuus nobis contulerunt. Præterea conceſſit nobis ut habeamus, decem averia, ſcilicet octo boves & duas vaccas, cum propriis averiis ſuis ubicunq; paſcantur, in propria paſtura ſua, &c.

Carta Stephani *Regis*.

STephanus Rex *Angliæ*, &c. Sciatis me conceſſiſſe *Roberto* Comiti *Leyceſtriæ* fundare Eccleſiam Sanctæ *Mariæ*, &c. & ibi conſtituere Abbatem, &c: Et concedo Deo & beatæ *Mariæ*, & *Ricardo* Abbati & Canonicis regularibus, &c. omnes donationes quas *Robertus* Comes *Leyceſtriæ* dedit conceſſit vel adquiſivit, ſive adquiſierit, ſeu quæ deinceps eis dabuntur in elemoſinam. Inprimis concedo, &c. ut in Carta originali Fundatoris noſtri, uſq; huc; Item ex dono *Wallerani* Comitis de *Mellent xx.* miras ſalis in *Wiche* de *Wirceſtreſira.* Ex dono *Ranulſi* Comitis *Ceſtriæ* duas carucatas terræ in *Roleja*, quæ vocatur **Hanecheſtoft**, cum prato adjacente, &c. Has donationes terras &c. quæ eiſdem Canonicis pertinent, liberas & quietas concedo ab omni expeditione infra *Angliam*, &c. & omni ſervicio ſeculari, &c. Et volo & firmiter præcipio, ut præfata Eccleſia & Canonici benè & pacificè, liberè & quietè teneant, & libertatem curiæ ſuæ habeant, cum *ſaca* & *ſoca*, *tol* & *team*, & *Infangenetheof*, & omnibus aliis conſuetudinibus, &c. in nemore & plano, &c. ſicut aliqua Eccleſia totius terræ meæ de elemoſina mea meliùs, & quietùs & honorificentiùs tenet, &c. ut in Carta.

Carta Henrici *ſecundi Regis.*

HEnricus Rex *Angliæ*, &c. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Prato, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, &c. quicquid *Robertus* Comes *Leyceſtriæ* eis dedit, vel daturus eſt, &c. & quicquid alii eis rationabiliter dederunt, vel daturi ſunt. Ex dono prædicti Comitis *Leyceſtriæ* ipſum locum in quo Abbathia fundata eſt, &c. ut in Carta originali fundatoris, uſq; huc; Et Eccleſias de **Chaptoft**; & **Erdesby** & **Stanton** locum de **Stokyngforth**, cum nemore & terra adjacente, ex *xl. s.* de **Welton**, & *iiii. s.* in *Leiceſtria* de domibus *Godewyni*, &c. ut in Carta *Roberti* filii fundatoris noſtri. Eccleſiam de *Langtona* cum Capellis de **Thorp** & **Tirlington**; ex dono *W.* de *Novo-mercato* & *Reg.* de *Bordeni.* Ex dono *Ranulphi* Comimitis *Ceſtriæ* Eccleſiam de **Baro**, cum Capella de *Querndena*, cum terris, decimis, & una carucatâ terræ de ſuo dominio in **Baro**, & **Querndon.** Ex dono *Rogeri* Comitis de **Warwyke** Eccleſiam de **Norboro**, cum Capella de **Huncote.** Ex dono *Gaufridi* de *Dalby* unum pratum in **Seggiſwold.** Ex dono *Rogeri* de *Wativilla* Eccleſiam de **Bulkyngton**, cum Capellis & *vi.* virgatis terræ, & unum molendinum in **Brankote.** Ex dono *W. Avenel* villam de **Cankysbyry**, cum molendino; & *Clivam*, & *xx.* acris terræ in *Haddona*; & Eccleſiam de **Adeſtok.** Ex dono *H. Tuchet* unam virgatam terræ in **Eſsewel.** Ex dono *Hugonis* de *Diva* duas partes garbarum de dominio de **Gavam.** Ex dono *Roberti* Comitis *Leiceſtriæ* molendinum de **Belgrave**, & villam de **Stoſton.** Ex dono *Roberti* de *S. freewaſt* medietatem Eccleſiæ de **Cheſham**, & Eccleſiam de **Bilſdon**, cum Capellis de **Rolſton** & **Godeby.** Ex dono *W. Triket* Eccleſiam de **Scharnbrok.** Ex dono *Ricardi* filii *Walonis* Eccleſiam de *Evindona.* Ex dono *W. Barre* Eccleſiam de **Byllyng.** Ex dono *T. Sorell* Eccleſias de **Thornton** & **Sygreſham.** Ex dono *Roberti* Comitis *Leicſtriæ* Eccleſiam de **Alceby**, cum Capella de **Wheſton**, & locum de **Pynſlac.** Ex dono *W.* de *Lodbrok* Eccleſiam de **Claby** cum Capella de **Thorp.** Ex dono *Roberti Rabaz* Eccleſiam de **Kenelworth.** Ex dono *Roberti* de *Boſworth*, &c. Eccleſiam de **Boſworth**, & unam carucatam terræ in eadem villa; Et ex dono *Rogeri Samſon* unam virgatam terræ in eadem. Ex dono *Reginaldi* de *Muſele* duas virgatas terræ in **Muſele.** Ex dono *Radulphi* de *Martiwaſt* unam virgatam terræ in **Humberſton.** Ex dono *Roberti* de *Burtona i.* virgatam terræ in **Norton.** Ex dono *Walteri* de *Power* Eccleſias de **Barkby** & de **Hungerton**, cum Capellis. Ex dono *W.* de *Everemo* Eccleſiam de *Eytona.* Ex dono *Roberti* de *Araby* Eccleſiam de **Eſtwell** & Eccleſiam de **Kytteſwel.** Ex dono *Hugonis* de *Ardena* Eccleſiam de **Crudworth**, & Heremitagium, & nemus de **Berwood**, cum molendino. Ex dono *Gaufridi* de *Craft* unam carucatam in *Suttona.* Ex dono *Roberti* de *Crafte i.* carucatam terræ in **Stoke.** Ex dono *Radulfi* de *Turvilla* Eccleſiam de **Crafte.** Ex dono *Osberti* de *Lemintona* unam bovatam terræ in *Shucbergia.* Ex dono *Ricardi l' Abbe* Eccleſiam de **Anley**, & *vi.* virgatas terræ in eadem villa; & ex dono ejuſdem unam carucatam terræ in **Empynghs.** Ex dono *W.* de **Kylby** tres virgatas terræ in **Kylby.** Ex dono *Godefridi Patrok* quinq; virgatas terræ in **Bitſwell.** Ex dono *W.* de *Kereby* unam carucatam terræ in **Thedyngworth.** Ex dono *W.* de *Lancaſter* totum Manerium de **Cokeram**, cum Eccleſia ejuſdem villæ, cum Capella de **Elhale**, &c. Ex dono *Radulfi* de **Quenburgh** Eccleſiam ejuſdem villæ, cum terris & decimis. Ex dono *Ricardi l' Abbe* unam virgatam terræ in *Lilburna.* Ex dono *Gaufridi* de *Dalby* tres virgatas terræ in eadem villa. Ex dono *Roberti* de *Cotes* unam virgatam terræ in *Foxtona.* Quare volo & firmiter præcipio, quod præfati Canonici has terras prædictas teneant & habeant liberè, quietè, &c. cum omnibus libertatibus & conſuetudinibus, ſicut Cartæ donatorum teſtantur.

Hiſtoria Fundationis, & progenies Fundatoris.

MEmorandum quod *Robertus* Comes *Mellenti*, veniens in *Angliam* cum *Willielmo* Duce *Normanniæ*, adeptus Conſulatum *Leyceſtriæ* ex dono dicti Ducis & Conqueſtoris *Angliæ* deſtructâ prius Civitate *Leiceſtriæ* cum caſtello & Eccleſia infra caſtellum, tempore prædicti Conqueſtoris, reædificavit ipſam Eccleſiam ſanctæ *Mariæ* infra caſtellum, ſtatuens ibidem *xii.* Canonicos ſeculares, & unum Decanum, conferens eiſdem & approprians omnes Eccleſias *Leiceſtriæ* præter Eccleſiam S. *Margaretæ*, quæ non erat ſuæ ditionis, eo quod fuit & eſt præbenda Eccleſiæ *Lincolnienſis*, cum quinq; carucatis terræ, ex parte boreali civitatis, & aliis poſſeſſionibus in ipſa civitate, & cum omnibus Eccleſiis de ſoca de **Schepeſheved**, & **Halſo**, & pluribus aliis Eccleſiis, redditibus, & poſſeſſionibus. Ib. fol. 188. 2.

Ipſo quoq; *Roberto* defuncto, ſucceſſit ei *Robertus* le Goczen, filius & hæres ejuſdem; & de conſilio domini *Alexandri*, tunc Epiſcopi *Lincolniæ*, & aliorum diſcretorum, fundavit Abbathiam iſtam de *Pratis Leiceſtriæ*; tranſferens poſſeſſiones & prebendas dictæ Eccleſiæ S. *Mariæ* de Caſtro, cum omnibus aliis redditibus & poſſeſſionibus ſuis, in uſum Canonicorum iſtius Abbathiæ; largiens & approprians eiſdem, tam per ſe, quàm per ſuos, plures alias Eccleſias, redditus & poſſeſſiones, cum una carucata terræ in *Leiceſtria* jacente ad cuneos monetæ, cum prato adjacente, uſq; Parſike, & aliis pertinentiis ſuis. Qui quidem *Robertus*, de conſenſu *Amiciæ* uxoris ſuæ, ſumpſit in Abbathia iſta habitum noſtræ religionis; vivens juſtè & ſanctè quindecim annis & ampliùs. Ipſa quoq; *Amicia* uxor ſua Sanctimonialis apud Eton eſt effecta.

Iſto *Roberto* Fundatore noſtro defuncto, ſucceſſit ei in hæreditatem *Robertus* filius ejus, & vocabatur *Robertus as Blanches meyns*; qui *Robertus* accepit in uxorem *Petronillam* filiam *Hugonis* de *Grantmenyl*, cum Honore de Hynkelee, & aliis poſſeſſionibus ipſius *Hugonis*, quas habuit in *Anglia*; Et extunc primò Honor de Hynkelee eſt conjunctus comitatu *Leyceſtriæ*; Et ex dicta *Petronilla* genuit tres filios, & duas filias; ſcilicet *Robertum*, qui vocabatur *Robertus* filius *Petronillæ*, ad differentiam prædictorum; & qui ſucceſſit patri ſuo in hæreditatem; ſed nullum habuit hæredem de ſe genitum; & *Willielmum* leproſum, ſecundum filium; Et *Galfridum* Epiſcopum *Sancti Andreæ* in *Scotia*, tertium filium; Et *Amiciam* primogenitam filiam, & *Margaretam* juniorem.

Illo quoq; *Roberto at Blanche meyns* in redeundo de terra ſancta defuncto, & apud *Duraz* in partibus tranſmarinis ſepulto, ſucceſſit ei prædictus *Robertus* filius ſuus & hæres, vocatus filius *Petronillæ*, in hæreditatem. Ipſo quoq; ſine hærede defuncto, diviſa eſt hæreditas inter prædictas ſorores, *Amiciam* & *Margaretam*, eo quod dicti duo fratres ſui fuerant jam defuncti; & *Amicia* deſponſata fuit domino *Symoni* de *Monteforti*, patri illius *Symonis*, qui moriebatur apud Eveſham. Et *Margareta* deſponſata fuit *Sayero* de *Quincy*; & facti ſunt duo comitatus, ſcilicet de Leiceſter & Wynceſter, de Comitatu *Leyceſtriæ* priùs integrè exiſtente.

Adhuc de fundatione ejuſdem, & progenie Fundatoris.

ROBERTUS Comes *Mellenti* venit cum *Willielmo* (conqueſtore) in *Angliam*; cui *Roberto* datus eſt Comitatus *Leiceſtrenſis*. Iſte *Robertus* reædificavit Eccleſiam S. *Mariæ* de caſtro *Leyceſtrenſi*, & poſuit in eadem Canonicos ſeculares, & reſtituit eis terras, poſſeſſiones, & Eccleſias.

ExChron. M.S. Hen Knyghton in bibl. Cotton. Lib. 2. cap. 2.

Robertus Boſſu, filius ejuſdem *Roberti* de *Mellent*, de concenſu *Alexandri* Epiſcopi *Lincolnienſis*, Anno gratiæ *MCxliii*, fundavit Monaſterium beatæ *Mariæ* de *Pratis Leyceſtriæ*, in honorem *Aſſumptionis* ejuſdem glorioſæ Virginis; & de Eccleſiis, terris, & poſſeſſionibus antedictorum Canonicorum ſecularium, cum multis aliis ſupererogatis, tam Eccleſiis, aliiſq; poſſeſſionibus & redditibus luculenter dotavit, & eas in uſum Canonicorum regularium transformavit; qui etiam in eodem Monaſterio, de conſenſu *Amiciæ* uxoris ſuæ, Canonicus regularis factus eſt, & annis *xv.* in habitu regulari ibidem Chriſto militans, Canonicus vitam finiens, obdormivit in pace, in latere ibidem Chori dextro ſepultus, ſcilicet anno gratiæ *MCLxvii.*

Iſte *Robertus* fundavit Abbathiam de *Geroudonâ*, Monachorum; & Monaſterium Sanctimonialium de *Etonâ*, in quo *Amicia* uxor ejuſdem *Roberti*, ex mutuo aſſenſu viri ſui, facta eſt Sanctimonialis, de reſiduo vitæ ſuæ Deo ſerviens; undè ipſe factus eſt Canonicus regularis, & illa Sanctimonialis.

De fundatione & dotatione ejuſdem.

Car. antiq. CC. n. 23. 1107.

Vide etiam Cart. Antiq. CC. n. 21.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis; Notum ſit omnibus Sanctæ Dei Ecclſiæ filiis, præſentibus & futuris, quatinus ab Incarnatione Dominini, anno *M.C.vii.* regnante *Henrico* rege *Anglorum*, *Robertus* Comes *Mellenti* Conſulatum *Leiceſtriæ* adeptus, ibi in honore Sanctæ Dei genitricis *Mariæ*, & omnium Sanctorum veneratione pro anima *Willielmi* Regis *Angliæ*, expugnatoris *Anglorum*, ejuſq; uxoris *Matildis* Reginæ, & eorum filii *Willielmi* ſecundi Regis; atq; in futura memoria animæ *H.* Regis & ejus uxoris Reginæ *Matildis* ſecundæ, & pro eorum liberis; & pro anima *Rogeri* de *Bellomonte*, & ejus uxoris *Adeliæ*, & pro ſeipſo & ſua uxore *Elizabetha*, & eorum filiis; & pro anima fratris ſui *Henrici* Comitis; & pro anima *Albredæ* ſororis ſuæ, Abbatiſſæ; & pro animabus omnium, *Henrici* Regis & aliorum prædeceſſorum, & fidelium defunctorum, Eccleſiam reædificavit, in qua Canonicos, & Decanum, & eorum Capitulum, conceſſu Regis *H.* & *Roberti* Epiſcopi *Lincolnienſis* Eccleſiæ Canonicè diſpoſuit: Ad quorum victum ſtatuit omnia, quæ eadem Eccleſia antiquitùs habuerat, in terris, & decimis, & omnibus ſuis conſuetudinibus, re-conformatis eiſdem in dedicatione ipſius Eccleſiæ per *Robertum* Epiſcopum *Lincolnienſem*. Præter hæc donavit eidem Eccleſiæ ad pontem de North quinq; carucatas terræ, & octo manſiones hominum; & in alia parte Civitatis tres virgatas terræ, & tres bovatas terræ: Et idem de ſuo proprio redditu Civitatis *Legreceſtriæ* ſex libratas per annum; & extra civitatem *Legeceſtriæ* Eccleſiam *omnium Sanctorum*, & Eccleſiam beati *Petri*; & Eccleſiam Sancti *Martini*, quæ *Radulfus Pincerna* dedit prædictæ Eccleſiæ in augmentum Præbendæ; & Eccleſiam de *Lileburna*, cum terris, & decimis omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus, & ſexaginta ſolidos per annum de redditibus *Lilleburnæ*: & *Radulfus Pincerna* dedit prædictæ Eccleſiæ S. *Mariæ* triginta ſolidos per annum in Wlingeſset, & in *Tormodeſtuna*.

Robertus Comes *Mellenti* donavit ſanctæ *Mariæ* tres carucatas terræ, & unam virgatam terrræ, & molendinum de ponte **North**, ad veſtitum infirmorum in cuſtodia Canonicorum commendavit, & in **Burtona**, *Iſſabella*, Comitiſſa. [*Ab hinc Recordum laceratur.*]

Carta Regis Henrici *ſecundi, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 10. E. 3. m. 2. n. 1. per Inſpex.

Vide etiam Cart. 11. E. 2. n. 10.

H. Rex *Angliæ* Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & in perpetuam eleemoſinam confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de prato *Leirceſtriæ*, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus, quicquid *Robbertus* Comes *Leirceſtriæ* eis dedit vel daturus eſt in terris & Eccleſiis, & decimis, & omnibus aliis rebus; & quicquid alii eis rationabiliter dederunt vel daturi ſunt. Ex dono videlicet prædicti Comitis *Roberti Leirc.* ipſum locum in quo Abbatia fundata eſt; & Eccleſiam S. *Mariæ* de Caſtello *Leirc.* cum omnibus præbendis & poſſeſſionibus ejuſdem Eccleſiæ; & cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut *Robertus* Comes *Mellend* prædictæ Eccleſiæ olim conceſſerat; & cæteras omnes Eccleſias *Leirceſtriæ* & Eccleſiam de **Coſſebi**, quæ pertinet ad Eccleſiam S. *Auguſtini* de *Leirceſter*, cum omnibus rebus prædictæ Eccleſiæ pertinentibus: Et extra portam de **North de Leirceſtre**, ſex carucatas terræ & dimidiam, cum illa quæ olim jacebat ad cuneos monetæ, & octo manſiones: Extra portam de **West** ſeptem virgatas terræ & unam bovatam. De redditibus *Leirceſtriæ* ſex libras per annum, & omnes domos quas *Gubertus* Decanus tenebat ad portam de **Suth**. Et decimam pullorum de equaria Comitis, & totum molendinum juxta Abbaciam; cum ſoca & prato adjacente; Et Eccleſiam de *Lilleburnu* & quadraginta ſolidos de redditibus ejuſdem villæ; Et Eccleſiam de *Sepenheva*; & omnes Eccleſias de eadem ſoca; & decimam denariorum de redditibus; & decimam de paſnagio in eadem ſoca; & Eccleſiam de **Brackele**, cum Capellis de **Alſton** & de **Sigreſham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum decimis denariorum de redditibus de **Brackele**, & de ſoca de **Alſton**; & Eccleſiam de **Farhingehou**, cum pertinentiis ſuis; & in **Turmodeſtone** tres carucatas terræ & tres virgatas terræ.

In **Burtone** unam virgatam terræ; & totum manerium de **Aiſſordeby**, cum Eccleſia & cum molendinis, & cum omnibus pertinentiis ſuis. In **Sedgrave** ſex carucatas & tres Bovatas terræ, & Eccleſias de **Knapetoft**, & de **Croesby**, & de **Turneby**, & de **Maingworth**, & de **Stantona**, & de **Ilnieſdon**, & de **Hildeſlai** in *Berkeſira*, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et locum de **Stokkiford**, cum nemore & terra adjacente, ſicut Comes *Leyrc.* eam eſcambiavit *Willelmo* de *Novomercato* pro **Witewich**. Et de *Ricardo Mallori* & de hæredibus ſuis quadraginta ſolidos pro terra de **Weltone**, & de **Torp**, & quatuor ſolidos in *Leirceſtria* de domibus *Godwini Bena*; Et ſex exſarta de dono *Jocelini Marſcaldi*. Ex dono *Willielmi* de *Aureia* unam carucatam terræ, quæ vocatur *Aneſtaneſleya*. Ex dono *Gaufridi* de *Turvilla* terram quæ vocatur **Petlebedo**. Ex dono *Aviciæ* Comitiſſæ, quatuor libratas terræ in **Everlays**; ſcilicet nonam partem ejuſdem villæ, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Ernaldi* de *Boſco* Eccleſiam de *Cliſtona*, cum Capellis de **Roteby** & de **Walvere**; & Eccleſiam de **Torp**, cum Capella de **Brantingby**, & Eccleſias de *Evintona*, & de *Humberſtan*. Ex dono *Willielmi* de *Novomercato* & *Rogeri* de *Bordeni* Eccleſiam de **Langeton**, cum Capellis de **Torp** de **Turlintone**. Ex dono *Ranulfi* Comitis *Ceſtriæ* Eccleſiam de *Barwa*, cum Capella de **Querendone**, cum terris, decimis, & omnibus pertinentiis ſuis, & cum illa carucata terræ, quam idem Comes de ſuo dominio in *Barewa*, & in *Querendona* accrevit eidem Eccleſiæ.

Ex dono *Rogeri* Comitis de *Warewich* Eccleſiam de **Norburch**, cum Capella de **Bonnecote**, & cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Gaufridi* de *Dalby*, unum pratum in **Segeſwold**. Ex dono *Rogeri* de *Watervilla* Eccleſiam de **Bulkyntone**, cum Capellis & omnibus pertinentiis ſuis; & ſex virgatas terræ in *Brancota*. Et ex dono *Roberti* fratris ejuſdem *Rogeri*, molendinum ejuſdem villæ, cum terra & prato adjacente. Ex dono *Willielmi Avenel* villam **Caukerſberiam** totam, cum molendinis; & clivam ex altera parte aquæ, & viginti acras terræ in Campo de *Haddona*, & Eccleſiam de **Aveſtoke**, cum una carucata terræ in eadem villa. Ex dono *Henrici Tuſchet* unam virgatam terræ in *Aſſevella*. Ex dono *Hugonis* de *Diva* & *Helewiſiæ* uxoris ejus, duas partes decimæ garbarum de dominio de **Gaham**. Item ex dono *Roberti* Comitis *Leyrc.* molendinum de *Belegrava*, & villam de *Stoctona* totam, præter terram *Radulphi Fridai*. Ex dono *Roberti* de *Syfrewaſt* medietatem Eccleſiæ de **Ceſtreham**. Ex dono *Willielmi Triket* Eccleſiam de **Sharnebrok**; Ex dono *Ricardi* filii *Walonis* Eccleſiam de **Cinnona**. Ex dono *Wil. Barre* Eccl. de **Billinges**. Ex dono *Willielmi* de *Sifrewaſt* Eccleſiam de **Billeſdone**, cum Capellis de **Rolveſtone**, & de **Goutebỳ**; & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Thomæ Sorell* Eccleſias de *Thorentona*, & de **Sigreſham**. Ex dono *Roberti* Comitis *Leirc.* Eccleſiam de **Aleby** cum Capella de **Wherſtan**, & omnibus aliis pertinentiis ſuis.

Ex dono *Willielmi* de *Lodbrok* Eccleſiam de **Blaby**, cum Capella de **Torp**, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Roberti Rabbaz* Ecleſiam de **Kivelingworthe**: Ex dono *Roberti* de *Bareſwrth* & *Rogeri Cute* filii ejus Eccleſiam de **Bareſworth**, cum pertinentiis ſuis, & unam carucatam terræ in eadem villa. Ex dono *Rogeri Sumpſon* unam virgatam terræ in **Bareſworthe**. Ex dono *Reginaldi* de *Muſlei* duas virgatas terræ in **Huſſei**. Ex dono *Radulfi* de *Martivall*, filii *Ricardi* de *Martivall*, unam virgatam terræ in **Humberſtan**. Ex dono *Roberti* de *Burtona* unam virgatam terræ in *Nortona*. Ex dono *Walteri* le *Poher* Eccleſias de **Barkeby**, de *Hungertona* cum Capellis & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi* de *Evermou* Eccleſiam de *Eitona*. Ex dono *Roberti Arabi* Eccleſiam de *Eſtwella*. Ex dono *Rob.* filii *Rad.* Eccl. de **Harceſtan**, & de *Kniptona*. Ex dono *Rob.* filii *Rob.* filii *Col*, Eccleſiam de **Jolgrave**, cum Capellis, terris, decimis & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Item ex dono ipſius *Roberti* Eccleſiam de *Bitmeſwella*. Ex dono *Hugonis* de *Hardena* Eccleſiam de **Croddeworth**, & Ermitagium & nemus de **Berewode**, cum molendinis & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Gaufridi* de *Creſt* unam carucatam terræ in **Sutton**. Ex dono *Roberti* de *Creſt* unam carucatam terræ in **Stoke**. Ex dono *Radulphi* de *Turvilla* Eccleſiam de **Creſt**. Ex dono *Osberti* de *Lementona* unam bovatam terræ in *Sugkeberga*.

Ex dono *Ricardi L'Abbe* Eccleſiam de **Anlep** & ſex virgatas terræ in eadem villa. Item ex dono ejuſdem *Ricardi*, & *Ricardi* filii *Philippi* unam carucatam terræ in **Empyngham**. Ex dono *Roberti* Comitis locum de **Pineſlade**. Ex dono *Willielmi* de *Kileby* tres virgatas terræ in **Kileby**. Ex dono *Godefridi Patroc* quinq; virgatas terræ in **Bitmeſwella**. Ex dono *Willielmi* de *Kereby* unam carucatam terræ in **Theingworth**. Ex dono *Radulfi Pincerna* Eccleſiam de **Theingworth**, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi* de *Loncaſtre* totum Manerium de **Cokerham**, cum Eccleſia ejuſdem villæ cum Capella de **Elhale**, & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus ſuis, ſicut Cartæ prædicti *Willielmi* teſtantur. Ex dono *Radulfi* de *Queneburch* Eccleſiam ejuſdem villæ, cum terris, decimis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Ricardi l'Abbe* unam virgatam terræ in *Lilleburna*. Ex dono *Galfridi* de *Dalby* tres virgatas terræ in eadem villa. Ex dono *Roberti* de *Cotis* unam virgatam terræ in *Foxtona*. Quare volumus (&c.) Hiis teſtibus, *Rogero* Archiep. *Ebor.* *Roberto Lincoln.* Epiſc. Nigello *Helienſi* Epiſc. *Thoma* Cancellario, *Roberto* Comite *Leirceſtriæ*; *Regin.* Comite *Cornubiæ*. *Ricardo* de *Humez* Conſtab. *Henrico* de *Eſſex* Conſtab. *Ricardo* de *Lucy*, *Warino* filio *Geroldi* apud [*Doveram*.

Carta Regis Johannis *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 6. Joh. n. 44.

J. Dei gratia (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe in liberam, quietam & perpetuam elemoſinam Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de prato *Leirc.* & Canonicis regulariter ibidem Deo ſervientibus; ex dono *Roberti* Comitis *Leirc.* Fundatoris ejuſdem Eccleſiæ, totum Manerium de **Cnihtintone**, quod eis dedit cum molendino & aliis pertinentiis & omnibus libertatibus ſuis, exceptis burgenſibus infra muros *Leirc.* & citra ad idem feodum pertinentibus; & exceptis terris ſervientum ſuorum; ſcilicet *Roberti Bacheler*, & *Willielmi Oggeri*, & *Willielmi* filii *Godefridi*, in perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni exactione & ſervicio ſeculari; ita quod heredes ſui acquietabunt hanc elemoſinam erga dominum Epiſcopum *Linc.* de ſervitio unius militis, quod ei debent pro *x.* libratis terræ, quas tenuerunt in prædicto Manerio; ſcilicet **Weſtcote**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas *Robertus* Comes avus ejuſdem Comitis dederat Eccleſiæ *Linc.* in eſcambium pro prædicto Manerio de **Cnihtintone** & ſuburbio *Leirc.* cum pertinentiis ſuis: Quas etiam terras præfatus Comes filius *Petronillæ* aſſenſu prædicti Epiſcopi & Capituli *Linc.* dedit prædictæ Eccleſiæ & Canonicis *Leirc.* pro terris ſuis de **Es[illegible]deby** & de **Segrave** cum pertinentiis ſuis, quas aſſenſu eorundem Canonicorum dedit Eccleſiæ *Linc.* pro pace reformanda inter ipſum & Eccleſiam *Linc.* ſuper prædicto Manerio de **Cnihtinton** & ſuburbio *Leirc.* cum pertinentiis ſuis. In quo Manerio & ſuburbio conceſſit prædictæ Eccleſiæ & Canonicis *Leirc.* quicquid in eis habent. Præterea conceſſimus & confirmavimus eiſdem Canonicis *Leirc.* in liberam, quietam & perpetuam elemoſinam, ex dono prædicti Comitis filii *Petronillæ* cum corpore ſuo *xxiiii.* virgatas terræ in **Aneſty** cum hominibus & aliis pertinentiis ſuis, & quatuor cottarios cum toftis ſuis in eadem villa, & paſturam inter duas vias in defenſo *Leirc.*; ſcilicet inter viam de **Groby**, & viam de **Aneſty** ad averia ſua paſcenda & *i.* carectatam ligni cotidie in foreſta *Leirc.* in perpetuum ad focum domus Infirmariæ Canonicorum *Leirc.* cum aliis tribus carectatis ſuis, quas ex donatione avi ſui prius habuit, ſicut Cartæ prædictorum donatorum, quas inde habent, rationabiliter teſtantur. Quare volumus (&c.) Dat. per manum *J.* de *Well.* apud *Wigorn.* *xxiiii.* die *Marcii* anno (&c.) *vi.*

Carta Roberti *filii* Radulphi *de Eccleſiis de* **Cnipeton** *&* **Areſtone**.

Ex autographo in officio Armorum.

UNiverſis Sancti Dei Eccleſiæ fidelibus, *Robertus* filius *Radulfi* ſalutem. Notum ſit univerſitati veſtræ, quod ego *Robertus*, pro anima patris mei & matris meæ, & pro anima *Avelinæ* conjugis meæ, & *Willielmi* fratris mei, & pro animabus parentum & amicorum meorum in perpetuum, conceſſi, & dedi Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Legreceſtria*, & Canonicis regulariter ibidem Deo ſervientibus Eccleſiam de **Cnipeton**, & Eccleſiam de *Areſtona*, cum terris & decimis & manſuris, & omnibus pertinentiis, & hoc conceſſu *Willelmi* filii & hæredis mei, & *Roberti* filii mei, & *Gervaſii* filii mei; ita tamen quod idem *Gervaſius* teneat de prædicta Eccleſia Sanctæ *Mariæ* de *Legreceſtria* prænominatas Eccleſias liberè & quietè quamdiu vixerit. Volo autem & firmiter conſtituo, ut prædicta Eccleſia S. *Mariæ* & Canonici has prænominatas Eccleſias benè & in pace, liberè & quietè & honorificè teneant, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, quæ ad eaſdem Eccleſias pertinent, & cum omni libertate & communitate paſturæ utriuſq; villæ. Hiis teſtibus, *Roberto Lincolniæ* Epiſcopo. *Roberto* Comite *Legreceſtriæ*, *Roberto* de *Creſt*, *Ivone* de *Harcurt*, *Willielmo Baſſet*; Magiſtro *Edmundo*; Magiſtro *Bernardo*, *Willielmo* Capellano, *Hugone* de *Blabi*; *Gumfredo* Presbitero. *Gervaſio* filio *Turgis*, *Roberto* filio *Suani*, *Walcelino*, *Johanne & Willielmo* ſcriptoribus, *Hugone* de *Bedeford*, *Abei* filio ejus, *Willielmo* Diſpenſatore, *Rogero*, *Johanne*, *Petro* famulis Abbatis.

PRIORATUS

Canonicorum de Grimeſby, in agro Lincolnienſi.

Carta Regis Henrici *ſecundi donationem Regis* Henrici *avi ſui confirmans, &c.*

Cart. 8. E. 3. m. 7. n. 16. per Inſpex.

Videſis Pat. 6. R. 2. p. 1. m. 24. Et Pat. 4. H. 4. p. 1. m. 4.

Vide oblatæ 2. Joh. m. 6.

Et Pat. 4. H. 4. p. 2. m. 41.

Et Pat. 39 H. 6. p. unica m. 20.

HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & Eccleſiæ ſancti *Auguſtini* de Grymeſby & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, locum ubi ſita eſt Abbatia qui dicitur Welhove. cum omnibus pertinentiis & appendentiis ſuis, cum fontibus, & aquis, & ſtagnis, & vivariis, virgultis, & ortis, & pratis, & paſturis, & molendinis, & mariſcis adjacentibus; & Eccleſiam ſancti *Jacobi* in Grymeſby, cum omnibus pertinentiis ſuis; & totam terram quam ipſi ædificaverunt in villa de Grymeſby de waſt: Et Eccleſiam de Clee, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et concedo & confirmo prædictis Canonicis decimum denarium de tota firma Maneriorum meorum de Leiſeby, Grymeſby, & totam decimam piſcium de portu meo de Honflet, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & omnium antéceſſorum meorum, & ſtabilitate Regni mei, ſicut *Henricus* avus meus eis dedit & conceſſit, & Cartis ſuis confirmavit.

Concedo etiam & confirmo prædictis Canonicis Eccleſiam de Tetenay, cum omnibus pertinentiis ſuis; & decem libratas terræ in Tetenay, & Humberſton; & Eccleſiam de Hotoft, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ Comes *Ranulfus* eis dedit & conceſſit & Cartis ſuis confirmavit. Et Eccleſiam de *Riebi*, cum omnibus pertinentiis ſuis, ex donatione *Galfridi Truſſebutt*. Et Eccleſiam de Catebi, cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes alias donationes quæ eis factæ fuerunt tempore Regis *Henrici* avi mei & poſtea in burgo meo de Grymeſby, & extra; in Eccleſiis, & in decimis, & in terris, & in toſtis, & in pratis, & in mariſcis, & in omnibus rebus. Et volo & firmiter præcipio, quod prædicti Canonici & omnes ſucceſſores eorum habeant & teneant omnes terras & redditus & poſſeſſiones; & homines ſui omnimodas res ſuas liberè & honorificè, cum *ſaca* & *ſoca*, & *tol*, & *them*, & *infangthef*, & omnibus libertatibus, conſuetudinibus & quietanciis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in viis & ſemitis, & aquis & molendinis, in burgo & extra burgum, & in omnibus locis ſolutas, liberas & quietas de ſectis & de ſires & de murdre & wapentace, & placitis, & querelis, & ſummonitiônibus, & faciendis …….. & pecunia danda pro foriſfacto de murdro, & libero plegio & ſcutagio, & geldis & …… & tailagiis & de operationibus Caſtellorum & Parcorum & pomariorum foſſatorum & ……… de omni theolonio, pagagio, & pontagio, & ſtallagio, ….. & de omni ſeculari ſervitio & exactione, & omnibus occaſionibus & conſuetudinibus ſecularibus, excepta ſolâ Juſtitiâ mortis & membrorum. Et volo & firmiter præcipio quatenus protegatis & defendatis, & cuſtodiatis eis & omnes res ſuas tanquam meas, quæ ſunt de mea propria & ſpeciali elemoſina. Et prohibeo ne ponatis, ne poni permittatis eos vel homines eorum in novam conſuetudinem, neq; in placitum niſi coram me. Et ſi quis eis vel hominibus eorum aliquam injuriam vel moleſtationem intulerit, vos ſine dilatione eis rectum faciatis. Teſte *Thoma* Cancellario Regis & aliis, &c.

PRIORATUS

S. Thomæ Martyris juxta Stafford.

De prima Fundatione ejuſdem.

Ex pervetuſto Rotulo MS. in bibl. *Hattoniana* 1640.

HUic *W.* (ſcilicet *Waltero Durdent*) apud *Coventriam* ſepulto ſucceſſit *Ricardus Peche*, ad electionem *L.* Prioris & Monachorum *Coventriæ*, & apud *Coventriam* intronizatus, ſed non ſepultus; Sepultus eſt enim apud Stafford in Eccleſia quam ipſe ſtruxerat in honore beati *Thomæ Martiris*, ubi habitum Canonicorum regularium ſuſceperat, in quo habitu ſepultus eſt; Nam allata ſunt pontificalia ejus per *G. Peche* conſanguineum ſuum Monachum apud *Coventriam*, ſicut ipſe Epiſcopus diſpoſuerat.

Carta Gerardi *de* Stafford, *filii* Brienni, *de terra de* **Akinesford**.

Ex cod. MS. Collectaneorum *Sampſonis Erdſwike*, nuper de **Sandon** in Com. *Staff.* arm. in bibl. *Dewveſ.* p.66.

SCiant, tam præſentes, quàm futuri, quod ego *Gerardus* de *Stafford*, filius *Brieni*, dedi & conceſſi in puram & perpetuam elemoſinam Deo & St. *Mariæ* & beato *Thomæ* Martyri, & Canonicis Deo & S. *Thomæ* regulariter ſervientibus, totam terram meam, quam tenui de Epiſcopo *Ceſtrenſi*, quæ eſt ultra aquam de **Berkeſwiche**, ſcil. **Akynesforde**, uſq; ad **Wythedeneſlade** in longitudine; & in latitudine à viâ de **Tixale** uſq; aquam de **Sowe**; & de aqua quantum ſpectat ad illam terram. Hanc autem terram, pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & parentum noſtrorum, dedi & conceſſi Canonicis, quæ *Albinus* Abbas de **Derby** tradidit mihi, ad ſerviendum ibi Deo & S. *Mariæ*, & S. *Thomæ*, liberè & ſine ſubjectione alterius domus; illis nominatim, & omnibus illis, qui cum illis & poſt illos ibidem Deo ſervient Canonicè, conceſſi prænominatam terram debitam, & liberam & gratam: Ego autem ero advocatus eorum, & protector memorati loci .... ad nocentiam domus contra conſilium fratrum.

Carta Roberti *de* Ferrariis *Comitis* Derbiæ *de duobus meſſuagiis in* **Certeleye**, *& advocatione Eccleſiæ de* **Stoue**.

Pat. 12 E. 2. p. 1. m. 12. per Inſpex.

OMnibus has literas viſuris vel audituris, *Robertus* de *Ferrariis* Comes *Derbiæ* æternam in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, fratri *Nicholao* Priori S. *Thomæ* martyris juxta **Stafford**, & ejuſdem loci Conventui, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & animabus *Mariæ* & *Alianoræ* uxorum mearum; & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum omnium, unà cum corpore meo, cum de me humanitus contigerit, apud S. *Thomam* ſepeliendo, duo meſſuagia in villa de **Certeleye** in Com. *Staff.* cum *xvii.* acris terræ; & advocatione Eccleſiæ de la **Stowe** extra **Certeleye**, cum omnibus pertinentiis ſuis; videlicet unum meſſuagium quod *Nicholaus* meſſor aliquando tenuit, juxta meſſuagium quod *Rogerus* filius *Line* aliquando tenuit, & aliud quod *Willielmus Gardinarius* aliquando tenuit, ex oppoſito ulmi, cum edificiis, gardinis & & ortis ad dicta meſſuagia ſpectantibus; & *xvii.* acris terræ, quarum una ſe extendit à gardino dicti meſſuagii quod *Nicholaus Meſſor* aliquando tenuit. (&c.) Tenenda & habenda dictis Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, liberè, quietè (&c.) Hiis teſtibus, dominis *Johanne* de *Chetewind*, & *Philippo* de *Chetewind* militibus; Domino *Reginaldo* Rectore Eccleſiæ de *Leyg*. *Thoma Meverel* de **Gayton**; *Radulpho* de *Momeye*, *Rogero* de *Mercintone*, *Ricardo Parcario* de **Certele**, (&c.) & aliis.

PRIORATUS

de Novo-loco *infra Foreſtam de* **Shirewood**, *in agro* Notinghamenſi.

Carta Regis Henrici *ſecundi, de Fundatione ejuſdem domus.*

HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Normaniæ*, & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis Comitibus, Baronibus Juſticiariis, Vicecomitibus, & aliis Miniſtris, & fidelibus ſuis totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe Deo & S. *Mariæ*, locum quem fundavi in *Scirwoda*; & præſenti Cartâ confirmâſſe eundem locum Canonicis ibidem Deo ſervientibus; & **Papelwic**, cum Eccleſia ejuſdem villæ, & molendinum quod ipſi Canonici fecerunt, & cum omnibus ad eandem villam pertinentibus, in boſco & plano, cum prato de *Beſcwoda* de longo in longum aquæ. In **Scepelwic** & **Walcringham** Centum ſolidatas terræ. In **Notingham**, ex dono *Roberti Cauz* & *Johannis Coci* terras quas dederunt præfatæ elemoſinæ meæ, ſicut Chartæ eorum teſtantur, cum cæteris omnibus, tam in terris, quàm in aliis rebus, quæ rationabiliter datæ ſunt eis vel dabuntur. Quare volo & firmiter præcipio, quod præfati Canonici mei omnia tenementa ſua teneant benè & in pace, liberè & quietè, integrè & honorificè, in boſco, & plano, in pratis, & paſcuis; in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & in omnibus locis, tam in burgo, quàm extra burgum, liberam, & quietam de Geldo, & Danegeldo, & auxiliis, & Wapentachiis, & Sciris, & Murdris, & Scuagiis, ſumonicionibus, & occaſionibus, & omni terreno ſervicio & ſeculari exactione. Et volo, ut præfati Canonici ſint quieti & liberi à Theoloneo, & omni conſuetudine per totam terram meam *Angliæ*: Et prohibeo ne quis ſuper hoc eos diſturbet, aut aliquam injuriam vel contumeliam eis faciat. Hæc omnia conceſſi & dedi pro anima *H.* Regis avi mei, & pro anima patris mei, & pro meipſo, & pro omnibus fidelibus meis, tam vivis quàm defunctis. Teſte *Gaufrido* Archidiacono *Cantuarienſi*; *Henrico* Camerario filio *Gerardi*, *Manaſſero Biſet*, *Reginaldo* de *Curtney*; *Jocelino* de *Balliolo*, *Willielmo* de *Oſtill* apud *Clarendon*.

Ex cartulario de **Newſtede** penès *Joh. Biron* de balneo militem a 1640.

Vide etiam Pat. 24. E. 3. p. 3. m. 20.

De Vaſtis de **Kygell** & **Ravenſhede.**

Adhuc ex præfato Cartulario.

MEmorandum quod Rex *Henricus* ſecundus, filius Imperatricis fundavit Monaſterium *Novi-loci* in **Shirewode** Canonicorum Regularium; & dedit eis villam de **Papilwyke** & Eccleſiam ejuſdem, cum longis & largis vaſtis circa dictum Monaſterium infra Foreſtam ſuam. Quæ vaſtæ, in antiquis Cartis vocantur **Kygell** & **Ravenſhede.** Conceſſit etiam præfatis Canonicis plenum viſum Franci plegii, cum multis aliis privilegiis, ut patet per Cartas ejuſdem. Dedit etiam eiſdem pratum prout jacet inter **Backwod** & **Leene,** de longo, in longum; & illud tenere clauſum foſſis & ſepibus & haia, ſecundùm aſſiſum Foreſtæ. Dedit etiam eis unum parcum decem acrarum, ſecundùm menſuram pedis Foreſtæ juxta ſitum Monaſterii prædicti. Habendum & tenendum clauſum, prout meliùs ei placuerit extra viſum viridariorum, Regardatorum, Foreſtariorum, & omnium aliorum officiariorum dictæ Foreſtæ, prout patet per Cartas ejuſdem. Dedit etiam dictus Dominus Rex præfatis Canonicis in prima fundatione, campum terrarum arabilium vocatum **Abbay felde,** jacentem inter villam de **Papilwyke,** & Monaſterium prædictum, & illum tenere clauſum cum foſſis, ſepibus, & haia ſecundùm aſſiſam Foreſtæ. Super cujus caput juxta villam de **Papilwyke,** Canonici dicti Monaſterii fecerunt Grangiam, & illum Campum ſemper tenuerunt ſibi ſeparabilem, & in Monaſterii propriâ agriculturâ, & adhuc tenent ad voluntatem uſq; ad præſens tempus; qui eſt de propriis dominicis terris, & extra coopertum Foreſtæ.

Item bundæ dictorum vaſtorum de **Kyghell** & **Ravenſhede** iſtæ ſunt, videlicet. **Kyghell** incipit ſubtùs **Kyrkebyclyffes,** ex parte occidentali, citra grangiam Monaſterii, & aſcendit ad **Kyggate** verſùs boream, quæ tranſit ad **Uze pyltes** de **Kyrkeby;** & tunc verſùs orientem ad **Chapman Croſſe,** & ad caput de le **Swyncotedale;** dimittendo **Hegh-welles,** & **WWil. Hunthills** ex parte boreali, & ſic deſcendendo uſq; **Newſtede-croſſe,** quæ ſcituatur inter **Newſted** & **Blythworthe,** & ſic deſcendendo per **Thefe-ſtyghe,** uſq; **Papilwykegate,** quæ eſt alta via à **Paplewyke** uſq; **Blythworth;** & ſic finit **Kygell.** In quo continentur diverſa loca hiis nominibus nuncupata; videlicet, Incipiendo à **Kyrbeclyves** primò, eſt unus boſcus vocatus **Dappwendales,** uſq; **Chapman Croſſe,** deinde alius boſcus vocatus **Swincotdale.** Item alius boſcus, qui vocatur **Knightcroſſe.** Item alius boſcus vocatus **Candylſtykeoke.** Item alius boſcus vocatus **Gybvittes.** Item alius boſcus vocatus **Robynhill.** Item alius boſcus vocatus **Stonyhill** & **Brykhill.** Omnes iſti boſci, cum aliis magnis vaſtis continentur in præfata bunda, vocata **Kygell.**

Ravenſhede incipit ad viam prædictam quæ jacet à **Papilwyke** ad **Blythworthe,** per concavam viam verſùs orientem, quæ vocatur **Thefe-ſtyghe,** quæ tendit ad viam regiam, quæ vocatur **Notinghamgate;** per quam tranſiendum eſt, dimittendo **Sampſonwode** à ſiniſtris, uſq; ad clyvum montis de **Arnale,** ſic tranſiendo per **Longedale** uſq; haiam de **Beskwode;** & ſic procedendum eſt per dictam haiam uſq; **Waterfall;** & uſq; **Leene bounde** ultra viam regiam, quæ jacet inter **Papilwyke** & **Notingham,** & ſic à **Leene bounde** per foſſam uſq; **Conyngeſhedeforth,** & per aquam de **Leene** uſq; villam de **Papilwyke.**

In quo continentur hæc diverſa loca hiis nominibus nuncupata; videlicet incipiendo à via prædicta, quæ jacet à **Papilwike** ad **Blythworthe** ibidem eſt unus locus vaſti, qui vocatur **Shytermerpole.** Alius locus magni vaſti, qui vocatur **Calveclyffe.** Item alius locus magni vaſti qui vocatur **Papilwyk bromes** cum **Horſmerepole** & **Bromehagge.** Item alius locus vocatus **Lowſe grefe,** cum **Stankerhill** verſùs **Beskwode;** Item alius locus vocatus **Wellſprynges** juxta Cornettum de **Haydale,** qui jacet cum **Papilwykemore,** & quodam loco vocato **Conynggeſhede.** Omnia hæc loca continentur in præfata bunda, vocata **Ravenſhede,** & pertinent Monaſterio *Noviloci* prædicto ex donatione præfati Regis *Henrici* ſecundi, & de antiqua fundatione Monaſterii prædicti, ut ſatis patet omnibus vicinis dictæ Foreſtæ, & per Cartas dicti Regis.

Cart. 6. Joh. n. 42.

J*Ohannes* Dei gratia, &c, Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Novoloco* in **Schirewode,** quam Rex *Henricus* pater noſter, & nos fundavimus, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum in perpetuam elemoſinam, ex dono prædicti Regis *H.* patris noſtri, eundem locum quo prædictam Eccl. fundavit, cum **Papelwic** & Eccl. ejuſdem villæ, & molendino quod ipſi Canonici fecerunt, & cum omnibus ad eandem villam pertinentibus, in boſco, & plano, cum **Kigel,** & **Raveneſheved,** & prato de **Beſcwde,** de longo in longum aquæ. Et Eccleſiam de **Hokenehale,** cum pertinentiis ſuis, & centum ſolidatas terræ in **Sepelwic,** & in **Walcringeham.** Præterea ex dono noſtro, dum eſſemus Comes **Morton,** ſeptem libratas terræ & ſex denariatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis in **Walcringeham,** & in **Miſterton,** & in **Sepelwic,** & in **Walcree,** in puram & perpetuam elemoſinam, præter prædictas centum ſolidatas terræ, quas præfatus Rex pater noſter, eis antea dederat in præfatis villis, ſicut Carta ejuſdem Regis, & Carta noſtra, quam eis inde fecimus, cum eſſemus Comes **Morton,** quas habent, rationabiliter teſtantur. Quare volumus, (&c.) Datum per manum *Jocelini* de *Welles* apud **Wudeſtoke** *xxvi.* die *Martii* anno Regni noſtri ſexto.

Licentia Regis Edwardi *ſecundi pro appropriatione Eccleſiæ de* Egmanton.

Pat 9. E. 2. p. 1. m. 2.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Priori de *Novo-loco* in Shirewod, & Conventui ejuſdem loci, quod ipſi Eccleſiam de Egmanton, in dioceſi *Eboracenſi*, quæ eſt de Advocatione ſua propria, appropriare, & eam appropriatam in uſus proprios tenere poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſine occaſione vel impedimento noſtri, vel hæredum noſtrorum (&c.) T. Rege apud Clypeſton *xxxi.* die *Febr.*

PRIORATUS

de Hickling *in agro* Norfolcienſi.

Carta Regis Johannis *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 5. Joh. m. 15. n. 117.

JOhannes Dei gratia (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe rationabilem donationem, quam *Theobaldus* de *Valeines* fecit Eccleſiæ Dei & S. *Mariæ* & S. *Auguſtini*, & *omnium Sanctorum* de Hikeling, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, de terra ſua de Aclum, & de reliqua parte terræ, quam ibidem habuit. Et de Eccleſia de Hikeling, & de Eccleſia de Perham & de Eccleſia de Haketon, cum omnibus pertinentiis ſuis. Concedimus etiam eis & confirmamus rationabilem donationem quam *Will.* de *Muntchanesy* eis fecit de tota terra ſua de Crneſtund, & de *iiii.* acris communæ paſturæ in eadem villa; & de via habenda ſuper eandem paſturam. Præterea concedimus eis & confirmamus rationabilem donationem quam Magiſter *Robertus* de *Waxtuneſham* eis fecit de advocatione medietatis Eccleſiæ S. *Johannis* de *Waxtuneſham*. Concedimus etiam eiſdem & confirmamus rationabilem donationem, quam *Henricus* de *Flet* eis fecit ſuper advocatione medietatis ejuſdem Eccleſiæ de Wartuneſham. Quare volumus (&c.) Dat. per manum S. *Beverl.* (&c.) apud *Weſtm. xxvi.* die *Jan.* anno (&c.) quinto.

Carta Theobaldi *de* Valoines, *&* Aviciæ *uxoris ejus, de Eccleſia de* Dittona.

Ex cod. MS. in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Vitellii*. F. 4.]

JOhanni Dei gratia Epiſcopo *Norwicenſi*, *Theobaldus* de *Valoines* & *Avicia* uxor ejus ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & S. *Mariæ* & Eccleſiæ Sancti *Auguſtini* & *omnium Sanctorum* de Hikeling & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam *omnium Sanctorum* de *Dittona* cum pertinentiis, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute noſtra & hæredum & parentum noſtrorum; & pro animabus patrum & matrum noſtrorum (&c.) Et ut hæc noſtra donatio & conceſſio firma & ſtabilis permaneat, ego *Avicia* de *Valoines* ad quantum ſimilem donationem Domini mei *Theobaldi* de *Valoines* pertinet, iſti donationi ſigillum meum, cum ſigillo Domini mei *Theobaldi* de *Valoines*, omni occaſione poſtpoſitâ, apponi curavi. Teſt. (&c.)

STONELEY *Prioratus*

in agro Huntendonenſi.

STONELEY *Prioratus* D. Mariæ *Ord. S.* Auguſtini

Lel. Collectan. vol. 1. p. 68.

G*Ulielmus Mandevile*, Comes de Eſsex, primus Fundator. Rectoria de Kimmolton appropriata;

Lel. Itin. vol. 1. fol. 2.

THe Priorye of Chanons not farr out of Kimolton was, as I learnid, of the foundation of the Sigrame's. It was a houſe of seaven Channons.

There lay in this Priorye few men of name buryed but of the Bigrame's and the Coniers. The name of the mannour place of the Bigrame's, being the name of them, yet remainith therabouts.

Id eſt.

CAnonicorum Prioratus haud procul à *Kimoltona*, à familia *Bigramorum*, ut dicitur fundabatur. Canonicorum ſeptem numero domus erat. Ex viris eminentioribus pauci præter *Bigramenſes* & *Conierenſes* ibic ſepeliebantur. *Bigramorum* ſedis ſeu Manerii nomen, ab eis acceptum, adhuc alicubi circa illa loca remanet.

PRIORATUS

de Modberley in agro Ceſtrenſi.

Charta Fundationis ejuſdem.

Ex Vet. Rotulo penès *Franciſcum Trentham* de *Rouceſt.* in Com. *Staff.* Arm. A. 1615.

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ fidelibus, *Patricius* de *Modberleya* ſalutem: Noverit Univerſitas veſtra, quod ego *Patricius*, pro ſalute animæ meæ & patris mei & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dedi & conceſſi, & hâc Chartâ meâ, in puram & perpetuam elemoſinam confirmavi, Deo & S. *Mariæ* & S. *Wilfrido*, & Canonicis regularibus in *Modberleya* Eccleſia perpetuo manſuris, totam illam medietatem Eccleſiæ de *Modberleya*, cum omnibus pertinentiis ſuis & aiſiamentis & libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, quæ ad donationem meam pertinent. Et præterea dedi in incremento eidem medietati prædictæ Eccleſiæ & eiſdem Canonicis; in puram & perpetuam elemoſinam, de dominio meo in eadem villa, ſex ſeilluns in Chirchecroft, & totam culturam, quæ eſt inter parvum rivulum & pratum de *Farneleia*, & inter Walleſchae, & viam quæ vadit ad *Farneleiam*; & totam *Duningcroftham*; & totam culturam meam in Bakeſtaneſhull; & unam Salinam liberam in *Norwyco*, quam tenui de *Aytrope* de *Mulintone* & uxore ejus *Chriſtiana*; ſalvâ & dimidiâ marcâ, quam ei annuatim reddidi. Hæc omnia dedi, & in puram & perpetuam elemoſinam confirmavi prædictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus ſine ullo retinemento mihi vel hæredibus meis, libera & quieta ab omni ſervicio & exactione de me & hæredibus meis, & de omnibus hominibus; ita quod perſonæ alterius medietatis Eccleſiæ de Modberle, quæ non eſt de donatione mea, nihil juris poterint exigere in prædictis tenementis.

Et ſciatis, quod conceſſi & aſſignavi prædictam elemoſynam *Waltero* Canonico, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus imperpetuum, hunc *Walterum* elegi & conſtitui primum Priorem in prænominata elemoſina, aſſenſu & auctoritate Domini G. *Coventrenſis* Epiſcopi. Volo autem, & eadem Charta confirmo, quod Prior & Canonici prædicti loci faciant molendinum & vivarium ad opus ſuum proprium, ubicunq; benè viderint ſuper terram ſuam in eadem elemoſina. Quare volo, quod Prior & Canonici ejuſdem loci, teneant hæc omnia prædicta, benè & in pace, liberè & quietè, in boſco & plano; in pratis & paſturis; in viis & ſemitis; in maris & in aquis, & in omnibus locis: ubicunq; verò tempore paſtionis mei dominici porci & hæredum meorum in boſcis meis fuerint, concedo quod prædicti Canonici & eorum homines, porcos ſuos liberè ſine paunagio, habeant, & ad omnia averia ſua libertatem cum omnibus communionibus & eiſiamentis prædictæ villæ, in boſcis & ubique; ita quod homines Canonicorum ex toto ſint Canonicis intendentes. Et volo, ut prædicti Canonici habeant curiam ſuam & omnes libertates ſuas, tam liberè, ſicut ego melius unquam habui. Et concedo Canonicis ejuſdem loci, ut decedentibus Prioribus ejuſdem loci, habeant liberam poteſtatem eligendi, per ſe, quemcunq; voluerint, Priorem. Et ego & hæredes mei warantizabimus eiſdem Canonicis omnia prædicta contra omnes homines. Hiis teſtibus, Domino *G. Coventriæ* Epiſcopo, *Waltero* de *Salford* Capellano, & *Matheo* Capellano; Magiſtro *Roberto* de *Inſula*; Magiſtro *Simone* de *Derby*; Magiſtro *Elya* de *Chinele*; *Radulfo* de *Mainwaryn*, *Roberto Patric*, *Willielmo* de *Venables*; *Petro Clerico*, *Roberto* filio *Picoti*, *Liulfo* Vicecomite; *Herberto* de *Pulford*; *Will.* de *Tabeley*, *Roberto* fratre ſuo; *Gilberto* Decano, *Bertramo* Decano; *Clemente* del *Wiz*; Magiſtro *Hugone* & *Ranulpho* de *Frycheſhamme*, & multis aliis.

PRIORATUS

de Spiney in agro Cantabrigienſi.

Carta Ricardi Aithilwald *&* Matildis *uxoris ſuæ, de fundatione & dotatione ejuſdem mentionem faciens, & plurima dictum Prioratum tangentia ordinans.*

Clauſ. 7. H. 5. in dorſo. 17.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit indentatum, *Ric. Aithelwald* de *South* Creyk & Matilda uxor ejus, conſanguinea & hæres dominarum de Wykes, *Beatricis Malebiſſe*, & *Mariæ* de *Baſſyngburne*, fundatricium Prioratus de *Spineto*, ſalutem in domino ſempiternam. Cum dicta domina *Beatrix* in prima ſua fundatione dederit Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & Sanctæ *Crucis*, quendam locum in territorio de Wykys, qui vocatur Spiney, & certa terras, prata, mariſcum vocatum Frythfen, jus patronatus Eccleſiæ parochialis de Wykys antedicta, cum communis & aliis libertatibus in puram & perpetuam elemoſinam, ad ſuſtentationem trium Canonicorum regularium. Ac etiam cum prædicta domina *Maria*, poſtea per finem in Curia Domini Regis tunc levatum, dederit Priori & Canonicis ejuſdem loci certa terras, prata, gurgites aquarum, & redditus, in augmentationem prædicti numeri Canonicorum; *viz.*

ad ſuſtentationem quatuor Canonicorum divina celebrantium in Eccleſia dicti Prioratus; Ita quod poſt deceſſum vel ceſſionem alicujus prædictorum quatuor Canonicorum, Prior & ſucceſſores ſui, qui pro tempore fuerint, habeant annum integrum ad ſupplendum numerum dictorum quatuor Canonicorum. Et cum poſtea prædicti Prior & Conventus conceſſerunt dictæ Dominæ *Mariæ* per factum ſuum, quod duo de Canonicis ſuis venirent ſingulis diebus ad Eccleſiam de **Wykys** divina ibidem celebraturi.

Inſuper cum prædicta Domina *Maria*, pro ſalute animæ, & pro ſalute virorum ſuorum & parentum, anteceſſorum, hæredum & liberorum ſuorum poſtea per factum ſuum dedit eiſdem Priori & Canonicis unum meſſuagium, *Lxii.* acras terræ arabilis, viginti quatuor acras prati, & quendam mariſcum vocatum **Frythſen in Upwer**, cum pertinentiis ſuis, & redditum treſdecim ſolidorum & quatuor denariorum ad inveniendum per annum ſeptem hominibus debilibus & pauperibus in meſuagio prædicto, domicilium competens, in quo poſſunt benè morari, & cuilibet eorum per diem unum panem precii unius quadrantis, & unum allec, & unum denariatum cerviſiæ, inter ipſos ſeptem pauperes participandum, & illis omnibus, prout decet, diſtribuendum, & cuilibet eorum per annum tres ulnas lineæ telæ, precii ulnæ duorum denariorum, & unum garmamentum laneum quolibet altero anno, precii duorum ſolidorum & ſex denariorum, & quolibet Anno cuilibet eorum unum par ſotularium, precii quinq; denariorum; & ad faciendum pro prædictis animabus tres participationes per annum, trium millium pauperum imperpetuum computandas, per majus centum ſexies viginti, cuilibet eorum unum panem, precii unius quadrantis, & unum allec participationem unius milliaris in purificatione beatæ *Mariæ*, aliam in die *Paraſſevæ*, terciam in die *Anniverſarii* ejuſdem *Mariæ* fieri ordinavit.

Et quia onera prædicta & repriſæ eorundem terrarum & tenementorum temporibus modernis in multo excedunt valorem eorundem per eſtimationem, & extentam per probos & legales viros ejuſdem villæ & vicinarum illarum, ſecundum verum valorem factum, & fideliter probatum atq; declaratum eſt, nec dignum nec juſtum eſt, neq; meritorium eſſe diſcernitur, ipſos Priorem & Conventum onerari ultra verum valorem eorundem terrarum & tenementorum. Noveritis nos prædictos *Ricardum* & *Matildem*, caritatis intuitu, & in relevatione animarum prædictarum *Beatricis* & *Mariæ*, & omnium antedictorum; & etiam pro ſalute animarum noſtrarum, remiſiſſe & relaxâſſe de nobis & hæredibus noſtris imperpetuum quietum clamâſſe fratri *Thomæ* nunc Priori domus prædictæ & ejuſdem loci Conventui, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum dictum iter & adventum duorum Canonicorum ſingulis diebus, ut præfertur, ad Eccleſiam de **Wykys** prædicta euntium, Concedentes pro nobis & hæredibus noſtris, quod iidem Prior & Conventus & eorum ſucceſſores de dictis itinere & adventu duorum Canonicorum ad Eccleſiam præfatum de . . **Wykys**, de cætero omninò ſint quieti, & pro perpetuo exonerati abſq; calumpniâ ſeu inquietatione noſtri ſive hæredum noſtrorum, ac etiam omnia onera, impoſitiones & ſervicia ſupradicta per ipſas Dominas eis impoſita, ſeu per Priores & Conventum ejuſdem loci eiſdem dominabus ſeparatim & conjunctim ante diem confectionis præſentium conceſſa; Salvo ſemper nobis, & hæredibus mei dictæ *Matildis* jure patronatus ejuſdem Prioratus. Et ſalvis ſemper quinq; Canonicis regularibus pro animabus dictarum dominarum *Beatricis* & *Mariæ*, & omnium prædictorum, & pro ſtatu noſtro dum vixerimus, & pro animabus noſtris & hæredum noſtrorum, dum ab hac luce migraverimus in Eccleſia dicti Prioratus divina celebrantibus; ita quod poſt deceſſum vel ceſſionem alicujus prædictorum quinq; Canonicorum Prior & Conventus & eorum ſucceſſores habeant annum integrum ad ſupplendum numerum dictorum Canonicorum: Salvis ſemper etiam dictis ſeptem pauperibus corrodiis ſuis; videlicet cuilibet eorum qualibet ſeptimanà imperpetuum ſeptem panes precii cujuſlibet panis unius quadrantis, & unam lagenam cerviſiæ; precii unius denarii.

Et concedimus eiſdem Priori & Conventui & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, meram & liberam electionem eorundem ſeptem pauperum; ita quod poſt mortem vel ceſſionem alicujus dictorum pauperum, liceat eiſdem Priori & Conventui & eorum ſucceſſoribus alterum eligere, & ponere in locum ſuum, ſine aliquorum contradictione. Remittimus etiam & relaxamus, per præſentes, eiſdem Priori & Conventui & eorum ſucceſſoribus prædicta onera, gravia & importabilia dictarum trium participationum de pane & allece, tribus vicibus per annum faciendarum; ita quod nunquam de cætero eas erogare teneantur. Et volumus quod pro eiſdem participationibus faciant diſtributionem treſdecim ſolidorum & *iiii.* denariorum annuatim, quos percipient de Manerio de **Wykys** de auxilio bondorum; videlicet unam medietatem in die *Paraſſevæ*; alteram medietatem, feria ſexta ebdomade *Pentecoſtes*, maximè indigentibus de villis de **Wykys**, **Saham**, & **Fordham**; & quilibet, inquantum ſe extendit talis ſumma, habebit unum denarium imperpetuum, in cujus rei teſtimonium huic præſenti ſcripto indentato penès prædictos Priorem & Conventum prædicti *Ricardus* & *Matildis* ſigilla ſua appoſuerunt, alteri vero parti penès præfatos *Ricardum* & *Matildem*, dicti Prior & Conventus ſigillum ſuum commune appoſuerunt. Hiis teſtibus, *Johanne Ingeleſthorp*, *Waltero Pool* militibus, *Johanne Wodhous*, *Will. Alyngtone*, *Rad. Boteman*, *Henr. Notyngham*, *Johanne Grace*, *Johanne Borle*, *Johanne Kyrkeby*, *Johanne Benet*, *Will. Pytevyn*; *Johanne Wylkyn*, & aliis. Dat. apud *Spinetum*, viceſimo ſexto die menſis *Maii*, *viz.* in feſto S. *Auguſtini*, Anglorum Apoſtoli, anno Regni Regis *Henrici* quinti, poſt Conq. ſexto.

Licentia Priori & Conventui de **Spinney**, *dandi Prioratum ſuum, cum Eccleſiis, terris, &c. & omnibus pertinentiis, Prioratui de* **Ely**.

Pat. 27. H. 6. p. 2. m. 22.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chiſto *Roberto* Priori Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſanctæ *Crucis* de **Spynney** & ejuſdem loci Conventui, quod ipſi Eccleſiam & Prioratum ſanctæ *Mariæ* & ſanctæ *Crucis* de **Spynney**, ac Manerium de **Wyken**, & Eccleſiam parochialem villæ de **Wyken** quæ prædicti Prior & Conventus, in proprios uſus ſuos tenent; ac quatuor meſſuagia, quatuor decim tenementa, quatuor toftas, nongentas acras terræ, quadraginta acras prati, ducentas acras paſturæ, & unum mariſcum vocatum **Seggefen**, & aliud mariſcum vocatum **Jankynsfreth**, ac octo ſolidatas ac octo denariatas redditus, & redditum duorum quaternorum ſalis, cum pertinentiis in **Spynney**, **Wyken**, **Caumbrigge**, **Snelyſwell**, **Haſchele**, **Gyberne**, **Neuton** juxta **Leveryngton**, & **Elme** in Com. *Canteb.* necnon redditus quatuor modiorum ſalis in **Therynggton** in Comitatu *Norf.* unum Meſſuagium, viginti & duas acras terræ, & viginti acras paſturæ, cum pertinentiis in **Irenyng** in Comitatu *Suff.* ac medietatem unius ſeldæ vocatæ le *Unicorn* in *Lond.* cum omnibus pertinentiis ſuis quæ de nobis non tenentur, & quæ iidem Prior & Conventus de **Speynney** in proprios uſus tenent, ut in jure Eccleſiæ ſuæ ſanctæ *Mariæ* & ſanctæ *Crucis* prædictæ, dare poſſint dilectis nobis in Chriſto *Willielmo* nunc Priori & Conventui de **Ely**, Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, (&c.)

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium xxxi.* die *Martii*.

PRIORATUS

de **Moteſfont** *in agro* **Suthamptonienſi.**

De prima fundatione & dotatione ejuſdem domus.

MEmorandum, quod octavo Kalendas *Decembris*, obiit Dominus *Willielmus Briwer*, Fundator Eccleſiæ de **Motteſfount**, & præter donationem multorum Maneriorum, & aliorum bonorum mobilium, ut patet particulariter in Martilagio loci ſupradicti, dedit totam terram ſuam de **Hulle**, & vivarium ejuſdem, ad faciendum annuatim *Anniverſarium* ſuum in Eccleſia ſupradicta.

Ex cod. MS. in Scac. penès Remem. Regis.

Item ſupradictus Dominus *Willielmus* dedit totum Manerium ſuum de **Merton**, ad ſuſtentationem quatuor pauperum, in victu & veſtitu, & ad augmentationem elemoſinæ Hoſpitalitatis ſupradictæ.

Item ſupradictus Dominus *Willielmus* dedit totas terras ſuas in **Muchelmares**, & quinq; Marcas annui redditus in villa de **Burbache**, pro Anniverſario *Beatricis* uxoris ſuæ, quæ obiit nono Kalendas *Aprilis*, præter alia bona collata per eandem.

Item Dominus *Petrus* de *Rivallis*, frater Fundatoris, qui his diebus vulgariter dicitur, **The holy man in the wall**, per quem multa miracula facta ſunt, dedit magnam ſummam pecuniæ & multa Jocalia -- ad emendum annuam redditum pro Anniverſario ſuo faciendo; qui obiit nono Kalendas *Decembris*.

Item *Willielmus Brewer* filius, & hæres Fundatoris, confirmavit omnia dona patris ſui. Et inſuper dedit Advocationem Eccleſiæ de magna **Somborne**, & molendinum de **Stockbrich**, cum pertinentiis, & quadraginta acras terræ in eadem villa, & duos ſolidos annui redditus apud **Mottefonte**, & multa alia bona pro Anniverſario ſuo faciendo; qui obiit *xvi.* Kalendas *Marcii*.

Item *Alienora* Regina, uxor Regis *Edwardi*, contulit multas poſſeſſiones, & bona pro Anniverſario ſuo imperpetuum celebrando; volentes inſuper, quod pro ſalute memoratæ Dominæ *Alienoræ* ſeptem viduæ pauperes, in domo de **Motteſfonte**, ſi venerint, quotidiè reficiantur:

Et in celebratione, Anniverſarii, quinq; pauperes ad menſam illo die ſuſcipiantur; Et ſinguli ſacerdotes de domo prædicta Miſſas celebrabunt.

Item *Laurentius* de *Colſhull* dedit magnam ſummam pecuniæ, multa Jocalia, multaque bona mobilia, pro Anniverſario ſuo faciendo, & pro quotidiana celebratione unius Canonici in ſua Miſſa, cum Collecta *Dominus qui juſtificas imperpetuum*, &c. quamdiu vixerit: Et cum ab hac vita migraverit, *Fidelium Deus*, &c. pro anima *Alienora*, & pro animabus illuſtrium virorum Domini *Henrici* Comitis *Lancaſtria*, & Domini *Henrici* Ducis *Lancaſtria*, & pro animabus *Willielmi*, *Matilda*, *Iſabella*, *Johannis*, & omnium aliorum, pro quibus præfatus *Laurentius* eſt obligatus ad orandum, & quod inſcribatur nomen ſuum in Martilagio.

Item *Johannes Forſtbury*, & *Joanna* uxor ejus dederunt omnia terra, & tenementa in **Weſteterleghe** pro Anniverſario ſuo; Et habebit qualibet hebdomada, duos Canonicos celebrantes ad Altaria Sanctæ *Trinitatis*, & beatæ *Mariæ* Virginis, & ad omnia iſta facienda prædictus Prior, & Conventus obligabunt ſe, & omnia bona ſua diſtrictioni, & cohercioni cujuſcumq; judicis Eccleſiaſtici, vel ſecularis.

Item *Agnes Betunan* relicta, dedit omnia terras, & tenementa in **Osbdene**, & **Benthleghe**, pro Anniverſario faciendo, die *Mercurii* in prima ſeptimana *Quadrageſimæ*; & prædicti Prior, & Conventus obligaverunt omnia bona ſua mobilia, & immobilia, ubicunq; fuerint inventa diſtrictioni, & cohertioni reverendi patris Epiſcopi *Wintonienſis*, qui pro tempore fuerit.

Carta Willielmi Briwer, *de decimis de eſſartis ſuis de* **Cadeber.**

Ibid. SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willelmus Brewer* pro ſalute mea & meorum, & pro animabus Regis *Henrici* & Regis *Richardi*; & pro animabus anteceſſorum & amicorum meorum, dedi & conceſſi in puram & perpetuam elemoſinam Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis* de **Motesfunt**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes decimas de eſſartis meis de **Cadeber**: Et ut hæc mea donatio & conceſſio firma ſit & perpetua, præſentem Cartam ſigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus, *W.done* Priore de **Sutwike**; *Willielmo* Decano in **Berkton**, *Nicholao* Capellano de *parva* **Sumburne**, *Alano* de *Bockeland*. *Waltero* Seneſchallo de **Rumesei**, *Walkelino* filio *Rogeri*; *Radulfo* de *Sumburn*, *Ivone* de *Eſſele*, *Johanne* de **Wolhoppe**; cum multis aliis.

Carta Willielmi Briwere *de terra in Manerio ſuo de* **Muchelmare**, pro Annverſario ſuo celebrando.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus Brewer*, pro ſalute anima meæ, & *Beatricis* uxoris meæ, & *Willielmi* filii mei; necnon & pro animabus regum *Henrici*, *Richardi* & *Johannis*, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Trinitatis* de **Motesfunt**, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, totam terram meam quam habui & tenui in Manerio de **Muchelmares**, ſolutam, & quietam à ſequela Hundredi mei de **Sumburn**, & placitis Foreſtæ; quantum ad me & ad hæredes meos pertinet; & ab omni alio ſervitio, & ſeculari exactione; ſalvo ſervitio Domini Regis, cum omnibus pertinentiis ejuſdem terræ; ſcilicet, in boſco; & plano, & paſcuis, in redditibus & ſervitiis tenentium prædictæ terræ; & in omnibus aliis libertatibus, & liberis conſuetudinibus, ad prædictam terram pertinentibus, ad faciendum annuatim Anniverſarium *Beatricis* uxoris meæ, in vigilia *Annunciationis* Dominicæ. Dedi etiam & conceſſi prædictis Canonicis, & eorum hominibus de **Trimbzebari**, **Cumston**, **Clledene**, & **Hulle**; quantum ad me & ad hæredes meos pertinet, quod quieti ſint & immunes de expeditione canum ſuorum in perpetuum: Et ego quidem prænominatus *Willielmus Brewer* & hæredes mei warantizabimus prædictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus omnia prædicta contra omnes mortales in perpetuum; Et ut hæc mea donatio, & conceſſio, rata ſit, & ſtabilis & firma permaneat, præſentem Cartam ſigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus *Willielmo* de *Sconewelle* tunc Vicecomite de **Suhamptesire**; *Wymundo* de *Rale*, *Roberto* de *Blakeforde*, *Philippo* de *Furneaus*, *Galfrido Cophin*; *Waltero* Seneſchallo de **Rumesie**, *Galfrido* de *Sumburn*, Magiſtro *Rogero* de *Baggetor*, *Adamo* Clerico, *Rogero* filio *Edwardi* Clerico; Magiſtro *Simone* perſona de *Ferufit*, *Adamo* de *Bruge*, *Waltero Pois*; *Galfrido* Clerico, & multis aliis. Ib.f.1.n.2

Carta Willielmi Briwere *de tota terra ſua de* **Hulle.**

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus Brewer* pro ſalute animæ meæ, & *Beatricis* uxoris meæ, & *Willielmi Brewer* filii mei; necnon & pro animabus regum *Henrici*, *Richardi*, & *Johannis*, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis* de **Motesfunt**, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, totam terram meam de *Hulle*, quam habui & tenui de *Roberto* de *Mandeville*, ſalvo ſervitio ad eundem *Robertum*, & ad hæredes ſuos pertinente; cum omni- Ib.f.1.n.3.

omnibus pertinentiis ejuſdem terræ, in redditibus, terris, & ſerviciis tenentium prædictæ terræ; in boſcis, etiam in planis (&c.) Salvo etiam ſervitio Domini Regis, quantum pertinet ad tantum terræ. Et præterea dedi & conceſſi prædictis Canonicis vivarium, quod eſt in eodem tenemento; ſcilicet illud quod proximum eſt de **Braisfild**, ad faciendum annuatim Anniverſarium meum, & etiam ad augmentum elemoſinæ & hoſpitalitatis prædictæ Eccleſiæ de **Motesfunt**. Et præterea remiſi & quietam clamavi à me, & hæredibus meis, prædictis Canonicis & hominibus eorum de præfata terra de **Hulle** tenentibus, ſequelam Hundredi mei de **Sumburne**; & placitam Foreſtæ, quantum ad me & hæredes meos pertinent; Et ego quidem prænominatus *Willielmus Brewer*, & hæredes mei warantizabimus prædictis Canonicis præfatam terram cum pertinentiis ſuis (&c.) Hiis teſtibus, Domino *Willielmo* de *Sconwell* tunc Vicecomite de **Sudhamptonſire** (&c.)

Carta Margeriæ *de* la Ferte *donationes anteceſſorum ſuorum recitans & confirmans.*

Ib. f. 2. n. 4. SCiant præſentes & futuri, quod ego *Margeria* de *la Ferte* pro ſalute animæ meæ & animarum Domini *Willielmi Briwerre* patris mei, & *Beatricis* matris meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, conceſſi & præſenti Cartâ meâ confirmavi, in legia poteſtate & viduitate mea, Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis* de **Motesfunt**, & Canonicis ejuſdem loci, omnes donationes (&c.) quas prænominatus. *Willielmus* pater meus, & & *Willielmus Briwer* frater meus eis fecerunt de Eccleſiis, terris, pratis, & paſcuis, boſcis, aquis & molendinis, & omnibus aliis poſſeſſionibus: Inter quas iſtas duxi ſpecificandas; ſcilicet totam terram, quam *Johannes Briwerre* patruus meus tenuit in **Motesfunt**, in qua Eccleſia prædictorum Canonicorum fundata eſt. Et totam terram de **Radeburi**. Et totam decimam de eſſartis de **Sumburne**, de **Hackaleg** & de **Eſſeleg**; & decimam acram de prædictis eſſartis. Et Eccleſiam de *magna* **Sumburn**. Eccleſiam de **Eſſeleg**. Eccleſiam de **Langeſtoke**, & Eccleſiam de *parva* **Sumburne**, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis.

Item totam terram, quam dominus pater meus habuit in **Merton**, & quinq; mercatas terræ in **Burbach**; & quoddam pratum in **Rugneye**, quod fuit prædicti *Johannis Briwerr*: Et quoddam meſſuagium in **Stokebrigge**, cum quodam prato ſeptem acrarum in mariſco in **Stokebrigge**, quæ fuerunt *Radulfi* de *Bray*. Et totum Burgagium in **Stokbrigg**, quod fuit *Adæ* le *Taillur*, quieta ab omni ſervitio, ſecta Curiæ, tallagio, & omni ſeculari exactione, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Et totam terram de **Hulle** cum pertinentiis, quæ fuit *Roberti* de *Mandevill*. Item totam terram quam pater meus habuit in Manerio de **Muchelemareis**; & totam terram quam idem pater meus habuit in **Timbrebiri**, & in **Cumpton**, exceptis magno vivario & prato de **Fisflete**. Item totam terram de *Colemaneſleya*, quæ fuit Abbitiſſæ de *Rumeſia*. Item totam terram de **Fareburn**, & pratum de **Cobbemers**, quæ fuerunt *Philippi* de *Huckesford*. Item totam terram quæ fuit prædicti *Johannis Briwerr* patrui mei verſùs Aquilonem, à via quæ vadit de **Rumeſie** ad **Neubrigg**; ſcilicet à capite foſſati, quod vocatur **Cobbhey**, uſq; ad prænominatam viam. Item omnes terras cum ædificiis, quæ fuerunt patris mei apud *Wintoniam*, tam intra muros quam extra. Item viginti quinq; acras terræ cum pertinentiis per perticam de dominio de **Langeſtok**. Item totum tenementum quod prædictus pater & frater meus tenuerunt in **Langeſtoke**, de Abbatiſſa & ſanctimonialibus *Wintonienſibus*, cum duobus molendinis, quæ ſita ſunt ſub uno cumulo propè villam de **Stokbrigg**, cum ſectis ſuis & cum omnibus libertatibus & pertinentiis prædictorum tenementium & molendinorum.

Habenda & tenenda omnia ſupradicta, præfatis Eccleſiæ & Canonicis de **Mothesfunt**, cum omnibus eorum libertatibus & pertinentiis, ſine omni impedimento mei vel hæredum meorum, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Salvis tamen ſervitiis, ſi quæ debentur Capitalibus dominis prædictorum feudorum. Præterea conceſſi & præſenti Cartâ meâ confirmavi prædictis Canonicis de **Mothesfunt** quod ipſi & homines ſui de **Tymbrebiri** & **Hulle** quieti ſint in perpetuum de ſecta Hundredi de **Sumburn**, & de placitis Foreſtæ, quantum ad me & ad hæredes meos pertinet. Ego vero *Margeria* & heredes mei omnes prænominatas terras & poſſeſſiones, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & aliis pertinentiis ſuis præfatis Eccleſiæ & Canonicis de **Motesfunt** in perpetuum warantizabimus; videlicet ſecundùm quod ſpectat ad rationabilem partem hæreditatis, quæ ad me de patre & fratre meo deſcendit, & ſicut Cartæ prædictorum patris & fratris mei pleniùs & meliùs teſtantur. Et ut hæc mea conceſſio & confirmatio firmæ & ſtabiles ſint inperpetuum, huic ſcripto Sigillum meum appoſui. Hiis Teſtibus, *Richardo* de *Kardewill*; *Willielmo* de *Dammartin*, *Rogero* de *Villers*; *Thoma* de *Hocton*, *Wimundo* de *Raleg*, *Radulfo* de *Dune*, *Waltero Pois*; *Waltero Oildeboef*, *Richardo Dunebrigg*, *Richardo* de *Pereſeth*, *Galfrido Percevent*, & multis aliis.

Præfatas Donationes *Patritius* de *Chaurcis* filius dictæ *Margeriæ* de *la Ferte*, confirmavit. Ib. f. 3. n. 9.

Carta

Carta Hugonis de *Colunçis*.

f.36. n. 5.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Hugo* de *Coluncis*, conceſſi & præſenti Cartâ meâ confirmavi, pro ſalute mea & meorum, & pro animabus anteceſſorum & parentum meorum Deo & beatæ *Mariæ* Virgini, & Canonicis beatæ *Trinitati* ſervientibus, apud **Moteſſunt**, donum quod *Willielmus Briwere* eis dedit & conceſſit de terra de **Moteſſunt**. Et in augmentum terræ illius totam terram de **Cadebirt**, ſcilicet ab angulo terræ de la *Le* uſq; ad locum ubi viæ de **Radewey**, & de **Wulmwey** convenerunt. Et ab eodem loco uſq; ad angulum terræ *Mathei* de *Columburiis*, & exinde ab eodem angulo per terram *Rogeri Rubot*, & terram *Richardi* de *Denebrige*, uſq; ad *Heccam*, ſcilicet totam Landam, & Dravam ſub molendino de *Hacle* verſus **Moteſſunt**. Et quietum clamavi prædictis Canonicis octavam partem ſervitii unius militis, quod *Willielmus Brewer* mihi debuit de terra de **Moteſſunt**. Et conceſſi, quod prædicti Canonici habeant & teneant omnes prædictas terras benè & in pace, liberè & quietè & honorificè, cum omnibus ad eas pertinentibus, per ſervitium duodecim denariorum mihi & hæredibus meis annuatim reddendum; ſcilicet ad feſtum S. *Michaelis* pro omni ſervitio & ſeculari exactione. Hiis teſtibus, *Hereberto* Clerico de **Burhton**; *Roberto* de *Vandre*, *Richardo* de *Vendure*; *Roberto* filio *Nigelli*, *Roberto Cotele*; *Ada* de *Galrug*; *Richardo* de *Boſintun*; *Edwardo* de *Pancer*, *Radulfo* de *Sumburn*, & multis aliis.

Carta Pagani *de* Chavorciis, *de protectione Canonicis de* **Moteſſont**.

x autographo penès *Sam.* oper arig.

PAganus de *Chavorciis* baillivis & ſervientibus ſuis ſalutem. Noveritis quod nos in noſtram ſuſcepimus protectionem dilectos fratres noſtros Priorem & Canonicos de **Moteſſunt**, unde vobis mandamus atq; præcipimus, quatinus ipſos & res eorum manuteneatis, protegatis & defendatis, nullum eis gravamen vel moleſtiam in aliquo inferentes, vel inferri pro poſſe veſtro permittentes. Volumus enim eos manutenere & promovere in negotiis ſuis, pro animabus dilectorum noſtrorum Domini *Willielmi Briwere* Fundatoris eorum, & Domini *Willielmi* de *Feritate* patris uxoris noſtræ. Et in hujus rei teſtimonium has literas noſtras Patentes eis fieri fecimus. Valete.

De hæredibus Willielmi *de* Breuſe *Baronis de* **Brecnocke**.

d ca'cem d.MS. lg. dicti Domeſ- y book, Scacc. ndes Re- em. Re- s.

WIllielmus de *Breus*, avus *Johannis* de *Breus*, habuit tres filios. *Willielmum*, qui obiit dimiſſo *Johanne* hærede infra ætatem, *Egidium* Epiſcopum *Herefordenſem*, cuſtodem terrarum dicti hæredis: Poſt cujus mortem cuſtodia prædictarum terrarum, *Reginaldo* tertio fratri, qui habuit unum filium nomine *Willielmum*. Qui *Willielmus Gratiam* primogenitam & unam hæredum *Willielmi Briwere* duxit in uxorem; de qua procreavit quatuor filias, quarum una nupta fuit Comiti *Herefordiæ*, & datus fuit cum ea Honor *Breconiæ*, & de la **Haye**.

Secunda nupta fuit *Willielmo* de *Cantelow*, cum qua data fuit terra de **Bergevenni**.

Tertia *Petro* filio *Herberti* cum quâ data fuit terra de **Blaynthelevenv**, & de **Thalegard**.

Quarta nupta fuit *Rogero* de *Mortuomari*, cum quâ data fuit terra de **Radenore**; & de S. *Clere*, de **Amgoyt**, de **Pelyncez**, & **Perhaw**, & **Kyngeſtone**, & **Bruggewater**, & **Wykham**; pro quibus terris, videlicet, de S. *Cleer* & aliis poſtnominatis debebatur ſecta ad Comitatum de **Kermerdin**.

Et ſciendum eſt, quod cum *Johannes* de *Brens* pervenit ad ætatem, quidam finis levatus fuit in Curia Regis, inter ipſum, & Reginaldum avunculum ſuum, per quem omnes terræ hic nominatæ remanſere Domino *Reginaldo* & hæredibus, &c.

Carta Regis Johannis *donatorum conceſſiones recitans & confirmans*.

Cart. 6. *Job.* n. 85.

JOhannes Dei gratia, &c. Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Canonicis regularibus de **Moteſſunt** ibidem Deo ſervientibus, ipſum locum in quo fundati ſunt de dono *Willielmi Briwer*, & totam terram quam habuit in **Moteſſunt**; & terram de **Kadebiri**, cum duabus virgatis terræ in **Elendene**, & Eccleſiam de **Stoke**, & Eccleſiam de *Eſſelcia*. De donatione *Johannis Briwerr* Eccleſiam de parva *Sumburna*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Conceſſimus etiam eiſdem Canonicis & confirmavimus omnes alias rationabiles donationes eis factas, & quæ eis faciendæ ſunt, tam de Eccleſiis, quàm de terris, ſicut Cartæ donatorum rationabiliter teſtantur. Præterea dedimus, conceſſimus, & confirmavimus eiſdem Canonicis, ex dono noſtro Eccleſiam de **Glinges**, cum omnibus pertinentiis ſuis in puram & perpetuam elemoſinam. Quare volo, (&c.) Dat. per manum *H.* de *Well.* Archid. *Well.* apud **Wudeſtoke** *xxiii.* die *Octob.* anno, &c. *vi* o.

PRIORATUS

de **Frithelſtoke** in agro Devonienſi.

Breve Regis Edwardi *tertii Vic.* Devon. *ad inquirendum de Fundatione ejuſdem.*

Eſc. 15. E. 1.

EDwardus Dei gratia Rex *Anglia* (&c.) Vic. *Devon.* ſalutem. Cum cuſtodia Prioratus de **Frithelеſtoke** nunc vacantis, ad nos pertineat ratione cuſtodiæ terræ & heredis *Johannis* de *Bello-Campo*, quondam ejuſdem Prioratus advocati, in manu noſtra exiſtentis; Ac quibuſdam certis de cauſis velimus certiorari qualiter & quo modo Prioratus ille in aliis vacationibus per patronos ejuſdem temporibus retractis cuſtodiri conſuevit & cujuſmodi exitus inde percipere conſueverant; & ſuper tenore Cartæ de feoffamento Fundatoris ejuſdem Prioratus, per quam ipſi Fundatores & nos ratione cuſtodiæ cuſtodiam habere debeamus in in eodem; tibi præcipimus, quod in propria perſona tua ad Prioratum illum accedens, præmiſſorum omnium diligente inquiras pleniùs veritatem. Et Inquiſitionem inde diſtinctè & apertè factam, ſub ſigillo tuo & ſigillis eorum per quos facta fuerit nobis, ſine dilatione mittas & hoc Breve: Teſte *Edm.* Com. *Cornubia* conſanguineo noſtro apud *Weſtm.* *v.* die *Sept.* anno Regni noſtri *xv.*

Inquiſitio ſuper Brevi prædicto capta.

Ibid.

INquiſitio apud **Frithelеſtoke**, capta coram *Matheo* filia *Johannis* Vic. *Devon.* ſecundùm tenorem Brevis annexi, die dominica in feſto beati *Mathæi* Apoſtoli, anno regni Regis *Edwardi* quinto decimo, per Sacramentum *Petri* de *Halesbury* (&c.) Qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod *Robertus* filius *Roberti* de *Bello-Campo*, contulit ſitum Prioratus de **Frithelеſtoke**, cum toto Manerio pertinente, Deo & beatæ *Maria*, & Sancto *Gregorio*, & Canonicis Deo ibidem ſervientibus pro anima ſua, uxoris ſuæ, puerorum & anteceſſorum ſuorum, in puram & perpetuam elemoſinam, faciendo orationes & ſuffragia tantum; Ita quod tempore vacationum, mittebant ipſi Patroni prædicti, aliquem qui cuſtodiebat portam & curam capiebat, ne bona Prioratus devaſtarentur; nec aliquid capiebat ipſe ad opus patroni, niſi tantum ſuſtentationem ſuam. Et cum ipſe Prior confirmaretur, recedebat ipſe cuſtos. In cujus rei teſtimonium præſenti Inquiſitioni ſigilla ſua ſunt appenſa.

PRIORATUS

de **Wrorton** in agro Oxonienſi.

Ex Carta Fundationis per **Michaelem** *Belet.*

Communia de term. Hil. 19 E. 2. Rot. 7. in dorſo.

EGo Magiſter *Michael Belet*, pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animarum *Michaelis* patris mei, & *Emma* matris meæ, & fratrum meorum *Johannis Belet*, *Willielmi Bogeni*, *Roberti* & *Ada*, *Hervei*, *Euſtachii*; Et ſororum mearum *Emma*, *Annora* & *Royſia* & aliarum priùs defunctarum; & dominæ *Sibilla* de *Scheyne*, ac omnium aliorum prædeceſſorum meorum, & parentum: & pro animabus etiam Regis *Ricardi*, & Regis *Johannis*; & pro animabus etiam familiarium meorum; *Reginaldi*, *Roberti*, *Willielmi*, *Andrea*, *Ricardi*, *Radulphi*, *Johannis*, *Juliana*, & omnium aliorum, quorum cura temporalis vel ſpiritualis mihi commiſſa fuerit, &c. dedi & hac Chartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Maria*, & Priori & Canonicis regularibus Deo ſervientibus in Eccleſia, quam ego, approbante & confirmante *Hugone* Epiſcopo *Lincolnia*, & totius Capituli ſui aſſenſu, fundavi in Manerio meo de **Wrorton**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam Manerium meum de **Wrorton**, & quicquid meum fuit vel eſſe debet in eo, & in villa de **Balſcote**, cum omnibus pertinentiis, &c.

Dedi etiam totum Manerium de **Thorpe**, juxta **Rowell** in Com. *Northampt.* cum capitali Curia & virgulto &c. Tenendum prædicta, cum Eccleſia de **Wrorton** & Capella de **Balſcote**; & cum advocationibus Eccleſiarum de **Sytheſton** & **Duneſby** &c.

Carta Regis Henrici *tertii terras & libertates Canonicis de* **Wrortan** *conceſſas, ratificans.*

Cart. 11 E. 2. n.

Vide Communia de term. Hil. 19. E. 2. Rot. 7. dorſo.

HEnr. dei gratia Rex *Anglia* dominus *Hibernia*, Dux *Norm.* *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, Epiſcopis (&c.) ſalutem Inſpeximus Cartam quam dominus *Johannes* Rex pater noſter fecit Magiſtro *Michaeli Belet*, per quam idem Rex conceſſit & confirmavit eidem magiſtro *Michaeli* & hæredibus ſuis omnes terras cum omnibus pertinenciis ſuis, quæ fuerunt *Hervei Belet* avi ejus de cujuſcumque feodo fuerint, cum *Sok* & *Sak*, *Thol* & *Theam* & *Infangenethef*, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & quietanciis, quæ ad dictas terras pertinent; & cum quietancia de ſhiris & hundredis, wapentachiis, placitis, querelis, & occaſionibus, excepto murdro & turno Vicecomitis, apud Wroxtan. Et quia accepimus per Inquiſitionem, quam fieri fecimus, quod Prior & Canonici de Wroxtan, quorum Domum præfatus Magiſter *Michael* fundavit, & quos idem Magiſter de prædictis terris & eiſdem libertatibus feoffavit ſemper poſt ipſum magiſtrum, liberè uſi ſunt omnibus conſuetudinibus, libertatibus, & quietanciis prædictis; Nos eas ratas habentes & gratas, omnes conſuetudines, libertates & quietancias prædictas eiſdem Priori & Canonicis, pro nobis & hæredibus noſtris concedimus & confirmamus, cum omnibus terris & tenementis & advocationibus Eccleſiarum de Wroxtan, Sythiſtan, & Dnnesby, & aliis pertinentiis ſuis, quæ præfatus *Michael* eis conceſſit in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ſicut Cartæ ejuſdem Magiſtri *Michaelis*, quas iidem Prior & Canonici inde habent, rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus, *Radulfo* filio *Nicholai*, Magiſtro *Willelmo* de *Kilkenny* Archidiacono *Coventrenſi* (&c.) Dat. per manum noſtram apud Wudeſtok triceſimo die *Januarii*, anno regni noſtri triceſimo ſexto.

Quieta clamatio Baldwini Pigot *ſuper advocatione Eccleſiæ de* Dnnesby.

Ex autogr. in officio armorum.

PAteat univerſis per præſentes, quod ego *Baldewynus Pygot*, dominus de Dnnesby, conceſſi, relaxavi, & omnino pro me & hæredibus meis imperpetuum quietum clamavi Priori & Canonicis loci Sanctæ *Mariæ* de Wroxton, totum jus & clameum quod habeo, vel aliquo modo habere potero ad advocationem Eccleſiæ de Dnnesby; Ita quod nec ego prædictus *Baldewynus Pigot*, nec hæredes mei, nec aliquis pro nobis aliquid juris vel clamei, in prædicta advocatione Eccleſiæ de Dnnesby de cætero exigere ſeu clamare poterimus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, Domino *Johanne* de *Bracebrygge*, *Willielmo* filio *Alani*, Domino *Hugone* Rectore Eccleſiæ de Dodyngton, Domino *Simone* de *Lunderthorp*, *Henrico* de *Lokebourn*, *Hugone* de *Stowe* de Lunderthorp, *Thoma* Domino de Barkeſton, *Johanne Pacy* de eadem, *Waltero Eſt* de Dnnesby, *Thoma* de *Subford*; *Thoma* de *Schutteford*, *Johanne* de *Broughton*, & aliis. Data apud Dodyngton die dominica proxima poſt feſtum Sancti *Hillarii*, Anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici xxxiiii.*

ABBATIA

de Prato *inter* North-Creyke *&* Burnham *in agro* Norfolcienſi.

Fundationis Hiſtoria.

Ex Cartulario dictæ Domus penes *Hen. Derham* gen. a. 1632.

ANno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti *M.CCv.* in honore glorioſæ Virginis *Mariæ*, fundata fuit Eccleſiola in ſitu, ſeu fundo de Lingereſcroft, à re nominato; continente quadraginta acras terræ fruſcæ; paſturæ, & pratis ſeparalibus, jacentibus in Burnham juxta Creyke, ex utraq; parte viæ regalis; unde nomen ſortita eſt, Sancta *Maria* de *Pratis* juxta Creyke & Burnham, per quendam nobilem virum Dominum *Robertum* de *Nerford*, cui deſponſata fuerit nobilis mulier Domina *Alicia*, filia *Johannis Pouchard*, filius *Willielmi Pouchard* militis: ad quam quidem *Aliciam*, mortuo viro ſuo, fundatio jure hæreditario pertinebat Quas quidem quadraginta acras prædictas; *Philippus* de *Candous* de Burnham, Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & Priori & Monachis, & eorum ſucceſſoribus de Eſtacre in puram & perpetuam elemoſinam donavit, tempore Regis *Stephani*, longo tempore ante Concilium *Lataranenſem*, ſine aliquo ſeculari ſervitio. & ſine Decimis alicui Eccleſiæ ſolvendis ſeu ſubjectione, quia inanes erant, & vacuæ; & quicquid ante illud tempus conferebatur religioſis, ſive alicui Eccleſiæ, ſive de terris, redditibus, vel Decimis, ratum, & firmum haberetur imposterum. Poſtea *Rogerus* Prior, & Monachi de Eſtacre, dictum dominum *Willielmum* feofaverunt de dictis *xl.* acris in Brunham jacentibus, & hæredes, & aſſignatos ſuos imperpetuum pro decem ſolldis annuis, ut patet in Carta inde confecta.

Anno Regni illuſtris Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* primo, celebrata eſt in dicta Eccleſiola, Miſſa, per Magiſtrum *Adam* de *Walſingham*, tunc Decanum de Brunham, anno videlicet primo, quo *Pandulphus*, Apoſtolicæ ſedis legatus, factus fuerat *Norwicenſis* Epiſcopus. Deinde idem Dominus *Robertus*, principalis cuſtos Caſtri *Doveriæ*, per dominum *Hubertum* de *Burgo*, tunc temporis principalem Juſticiarium *Angliæ*, & Regni coſtodem optinuit victoriam in Mari, die ſcilicet *Bartholomæi* Apoſtoli (*Francorum* venientium *Angligenas* debellare) per voluntatem, & conſenſum devotæ mulieris, Dominæ *Aliciæ* prædictæ, uxoris ſuæ, quandam Capellam conſtrui fecit, in honore Sancti *Bartholemæi* Apoſtoli, cum quadam domo Hoſpitali treſdecem pauperum ibidem refugientium, ſuſcipiendo; omnibus & ſingulis diebus, providentes ſibi Capellanum ydoneum, Dominum *Willelmum* de *Geyſte*, qui aliis fratribus quatuor Capellanis, dicti loci præeſſet Magiſter; & Elemoſinæ dictæ Hoſpitalis, & Eccleſiæ curam impenderet. Et ipſe *Robertus* prædictus, ſtatim poſtea in pace quievit.

1221.

Poſtea, multo tempore elapſo, præfatus *Willielmus*, Eccleſiæ, & Hoſpitali dictus Magiſter, per voluntatem dictæ *Aliciæ* Fundatricis, & aſſenſum concilii ſui, ſuſcepit habitum Canonicalem, à Domino *Thoma* de *Blundevilla* tunc *Norwicenſis* Epiſcopo, quem dedit fratribus ſuis; & extunc vocatus eſt Prior Canonicorum dicti loci ſanctæ *Mariæ* de *Pratis* juxta **Creyk**, per quos primò quadraginta acras prædictæ pro parte, ex parte ſcil. orientali, occidentali & auſtrali, manibus & ſumptibus propriis; ſunt de novo cultæ. Et dicta Capella, cum toto loco prædicto circumjacente, dedicata fuit Anno Domini *M. CC. xxi.* per Dominum *Galfridum Elienſem* Epiſcopum, nepotem dictæ *Aliciæ*, & fratrem *Huberti* de *Burgo* prædicti, ſuffraganeum Epiſcopi *Randulfi* prædicti; Videns prædicta Domina *Alicia*, quod hæredes ſui minùs eſſent providi, & timens ne fortè gravamina, aut dilapidationem domui prædictæ inferrent; & hujus diſpendium præcavere volens in futurum, concilio vocato tunc magnatum & ſapientum, ab eis conſulebatur, quod ipſa redderet jus ſuum Advocationis, & Dominii, Domino Regi *Henrico* prænominato, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, Regibus, de ſe & hæredibus ſuis imperpetuum, etiam & patronatum præfatæ domus, quod factum eſt: Nam illuſtris Rex *Henricus* patronatum domus prædictæ, hoc modo ſuſcepit, quod ſi Cartam ſuam de libertatibus, & protectionibus, & hujuſmodi dictæ domus Canonicis concederet prælatus ſuus, nomen Abbatis haberet; & ſic eadem domus Elemoſynaria, cum ſitu quadraginta acrarum circumjacentium cum pertinentiis, ex dono prædictæ Fundatricis, & per confirmationem, & libertatum conceſſionem, & protectionem venerabilium Regis *Henrici* tertii, & aliorum, per literas & privilegia conceſſa, ſtabilita & confirmata in habitatoribus eiſdem loci à Domino Papa *Gregorio* novo, nominata Abbatia.

Carta Aliciæ *de* Nerford *de fundatione & ordinatione ejuſdem Domus.*

Ibid.

Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Alicia* de *Nerford* filia *Johannis Pouchard*, ſalutem in Domino ſempiternam: Noverit univerſitas veſtra, me in honorem beatæ Dei genetricis *Mariæ*, domum Hoſpitalem, ſuper terram meam de **Lingereſcroft** fundâſſe; quæ nomen ſortita eſt domus beatæ *Mariæ* de *Prato*, inter **Creke**, & **Burnham**, & in eadem domo treſdecem lectos ſufficienter ornatos, ad refugium & ſuſceptionem pauperum Chriſti, conſtituiſſe; Communicato etiam concilio virorum religioſorum, & Domino credentium, conſtitui in domo prænominata, quinq; ſacerdotes, imperpetuum, divina celebraturos, & prædictis pauperibus miniſtraturos; quorum qui præeſt, Magiſtri nomen habeat: Cæteri verò Sacerdotes & Confratres ejus nominentur. Conſtitui etiam in eadem domo fratres laycos, qui ad expedienda prædictæ domus negotia, & ad miniſterium prædictorum pauperum Chriſti poterunt ſufficere. Omnes verò tam Sacerdotes, quàm Fratres in prædicta domo admiſſi, habitu decente, & honeſto, prout decet viris Hoſpitalitatis utantur. Prænominatus verò Magiſter refectionem, & indumenta prædictis Fratribus, de bonis prædictæ domus, Deo ex pietate ſua & fidelium largitione collata ſecundùm poſſibilitatem, & facultatem ejuſdem domus providebit; ita quod nullus frater ſive laicus aliquid proprium habebit: Prædictus etiam pauperibus in treſdecem lectis prænominatis quieſcentibus, ſicut decet, & ſicut prædictum eſt, ſecundùm ejus loci poſſibilitatem, & facultatem, & ſecundùm talium Domorum conſuetudinem, idem Magiſter refectionem miniſtrabit. Si verò domus prænominata per propriam curam, & diligentiam, vel fidelium largitionem habundaverit uberiùs, ſecundùm communem prænominatorum Fratrum providentiam, & hæredum meorum, numerus lectorum, & numerus Fratrum, & Sacerdotum augeatur.

Volo autem, quod memoratæ domus Magiſter, omnium poſſeſſionem terrarum, & reddituum, & omnium rerum prædictæ domui pertinentium, liberam habeat adminiſtrationem, & poteſtatem, ita quod nullus hæredum meorum in bona prædictæ Domus, vel poſſeſſiones, manus extendat, vel de eis deprehendat, vel in ſuos uſus convertat, niſi quæ prædicti Magiſter & Fratres, de communi conſilio, . . . de rebus ſuis propria voluntate providerint idoneum & neceſſarium. Obeunte verò prædictæ domus Magiſtro, alius à Fratribus prædictæ Domus liberè eligatur, & per aſſenſum hæredum meorum, Epiſcopo Dioceſano ibidem inſtituendus, præſentetur. Quicquid enim idem Magiſter in ſuſcipiendis Fratribus, per commune conſilium Fratrum ſuorum fecerit, ego & hæredes mei ratum habebimus; ita quod nullus Clericus, vel laicus per me vel hæredes meos, ad diſpendium prædictæ domus, & contra prænominatorum Magiſtri & Fratrum voluntatem, intrudatur. Ego autem & hæredes mei imperpetuum prædictam memoratæ Domus ordinationem, perpetuis temporibus obſervandam procurabimus, & ſi memoratæ domus Magiſter aliquo tempore de bonis ejuſdem domus manifeſtam fraudem fecerit, vel eandem in conſanguineis ſuis, vel alienis, propria voluntate, manifeſte alienaverit; vel crimen manifeſtum commiſerit, & ſuper hoc convictus fuerit, ſi à Confratribus ejuſdem domus, & ab hæredibus meis, ſicut decet, monitus, incorrigibilis extiterit, & diſperſa non revocaverit, Communicato Epiſcopi dioceſani & hæredum meorum, & Fratrum memoratæ domus conſilio, juſte deponatur. Et alius, ſecundùm formam memoratam, ibidem inſtituendus, liberè eligatur. Præterea quicunq; in ſocietatem fratrum præfatæ

Domus venire voluerit • • • • inprimis promittet; ſcilicet caſtitatem, & obedientiam ; hoc eſt, quod faciat quod a Magiſtro Domus ei præcipitur ; & quod nullam habebit proprietatem: Volo etiam, quod *Lumen* die nocteq; ſit in Eccleſia. Hiis Teſtibus (&c.)

Alia Carta ejuſdem Aliciæ *de tota terra ſua in* **Creke & Brunhamthorp.**

Ibid. UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Alicia* filia *Johannis Pounzard*, quondam uxor *Roberti Nereford*, ſalutem æternam in Domino : Noveritis me ob amorem & honorem glorioſæ Virginis *Mariæ*, & pro ſalute animæ meæ, & animarum anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, in viduitate & legia poteſtate mea, dediſſe, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo, & Domui beatæ *Mariæ* de *Prato* juxta **Creke**; & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris; quam, videlicet, Domum ego *Alicia* in honorem beatæ Virginis *Mariæ* fundavi ; inter **Creke** & **Brunhamthorp**, totam terram quam habui in **Creke** & **Brunhamthorp**, in homagiis, ſervitiis, libertatibus, villenagiis, redditibus , pratis, paſcuis, paſturis, & in aquis, viis, ſemitis, & in omnibus rebus & locis ad prædictam terram pertinentibus, ſinè aliquo retinemento: habendum & tenendum Domui & Canonicis ejuſdem Domus liberè, quietè, integrè, & pacificè, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ſine aliquo ſeculari ſervitio. Hanc autem terram integrè, cum omnibus pertinentiis ſuis , ego præfata *Alicia* & hæredes mei dictis Canonicis imperpetuum, contra omnes homines & fæminas warrantizabimus, & de omnibus ſervitiis, & exactionibus finaliter adquietabimus; nec aliquid indè habere, clamare, vendicare, nec exigere poterimus. Hiis Teſtibus, *Johanne* de *Burgo*, *Reimundo* de *Burgo*, &c.

Carta Regis Henrici *tertii, per quam conſtituit Cœnobium de* Prato, *Abbatiam.*

Cart. 13. E. 1 n. 32. per Inſpex. Vide Cart. 7. E. 2. n. 25. Et Pat 20. E. 4 p. 1. m. 12.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Noveritis nos, pro ſalute animæ noſtræ, & anteceſſorum, & hæredum noſtrorum, conſtituiſſe & feciſſe Abbaciam Canonicorum regularium beatæ *Mariæ* de *Prato*, ſitam inter **Creyke & Brunham** in *Norfolcia*, quæ eſt de Advocatione noſtra. Quam advocationem *Alicia* de *Nereford* contulit nobis & hæredibus noſtris, pro ſe & hæredibus ſuis; & conſtitutionem Canonicorum regularium, in eadem Eccleſia factam, per prædictam *Aliciam* de *Nereford*; & donationes, quæ à nobis, & ab eadem *Alicia*, & à quibuſcumq; prædictis Canonicis, pro Deo factæ ſunt, & in futurum fuerint faciendæ, & prædictum locum beatæ *Mariæ* de *Prato* & omnes terras, homines, & poſſeſſiones, & libertates prædictæ Eccleſiæ collatas, vel in futurum à Regibus, vel ab aliis conferendas, Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Prato*, & Canonicis noſtris in præfata Eccleſia conſtitutis, regia poteſtate concedimus, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmamus. Et præcipuè ex noſtra liberalitate præfatæ Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Prato*, hanc libertatem, pro nobis & hæredibus noſtris perpetuò concedimus & donamus, ut cum Abbas ejuſdem Eccleſiæ deceſſerit, Canonici noſtri ejuſdem loci, liberam habeant electionem; & interim donec Abbatem habeant, ipſa Abbatia, & omnes poſſeſſiones ejus, cum omibus pertinentiis in manu & cuſtodia Canonicorum ejuſdem loci ſint; & omnes redditus, & exitus, & omnia bona præfatæ domus in uſus pauperum & profectum Eccleſiæ liberè per ipſos Canonicos expendantur. Hoc autem eis concedimus, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, quas regia poteſtas liberiores alicui Eccleſiæ dari poteſt, in boſco & plano (&c.) datum apud *Weſtmonaſterium xxvi.* die *Octobr.* anno Regni noſtri *quinto decimo.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Radulphus* de *Gatel* miles, filius *Radulphi* de *Gatel* militis, conceſſi, dedi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Pratis* de **Creke**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus patris mei & matris meæ & uxoris meæ & anteceſſorum meorum, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, duas pecias terræ meæ cum pertinentiis in campis de **Gatel**; quarum una jacet apud **Ingeland**, inter capud terræ meæ & terram *Roberti* de *Ingeland*, & alia pecia, quæ vocatur **Smytheſcrote**, jacet ſimiliter apud **Ingeland**, cum advocatione Eccleſiæ S. *Elenæ* de **Gatel**, illis & ſucceſſoribus eorum: habendum & tenendum de me & hæredibus meis, liberè & quietè & hæreditariè & in pace, in perpetuum, ſine aliquo ſervitio ſeculari mihi vel hæredibus meis retento, & ſine ſecta alicujus Curiæ. Et ego & hæredes mei warantizabimus, acquietabimus & defendemus dictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus, dictas pecias terræ, cum pertinentiis, cum Advocatione Eccleſiæ de **Gatel**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, contra omnes homines Chriſtianos & Judeos. Et in hujus rei teſtimonium huic ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, Domino *Roberto* de *Creyke*, *Galfrido* fratre ejus; Domino *Hamone* de *Burdun*, *Ricardo* de *Sancto Dionyſio*, *Gilberto* filio ejus, *Gilberto* de *Franſham*, Domino *Rogero* de *Mortuomari*, Domino *Johanne* de *Nereford*, *Ricardo* de *Snyterton*, *Hamone* de *Pateſle*, *Rogero* de *Langetut*, *Thoma* de *Glouz*, *Warino* de *Bruera*, *Willielmo Ladde*, *Reginaldo* de *Seyton*, *Jordano* de *Bynetre*, *Gerardo* de *Foleſham*, *Roberto Page*, & aliis. Ibid.

PRIORATUS

de Acornbury *in agro* Herefordenſi.

De prima fundatione ejuſdem.

Esc.49. H. 3. n.20.

NOmina Juratorum de inquiſitione facta pro monialibus de Acornebirie, per præceptum Domini Regis; *Galfridus* de *Morton*, *Henr.* de *Munemue*, *Rogerus Tirel*, *Will.* de *Bray*, *Rogerus Walenſis*, *Johannes* de *Sudelegh*, (&c.) Qui dicunt per ſacramentum ſuum, quod domina *Margeria* de *Lacy* fuit in plena ſeiſina per donum Domini Regis *Johannis*, patris Regis Domini *Henrici* de tota foreſta de Acornebury præter Adhelſtaneſwode; Et fundavit ibi unam domum monialium, quæ quidem moniales fuerunt in plena ſeiſina ejuſdem foreſtæ ex dono ejuſdem *Margeriæ*, præter prædictum boſcum *Adhelſtani*, & in tempore Domini Regis *Johannis*. Item dicunt quod à manibus dictæ *Margeriæ* & dictarum monialium, decidit tota illa pars foreſtæ de Acornebirie, quam dictæ moniales nunc tenent, ad firmam, præter dictum boſcum *Adhelſtani*, per quiſitionem Domini *Willielmi* de *Cantilupo*, & Domini *Hugonis* de *Kilpec*, qui fuit foreſtarius de feodo: Et poſtea *Hubertus* de *Burc*, tunc Juſticiarius *Angliæ*, habuit dictam partem ex voluntate Domini Regis qui nunc eſt. Et poſtquam dictus *Hubertus* amotus fuit à Domino Rege, & demiſit ejus gratiam, decidit dicta terra in manum Domini Regis; Et ex voluntate Domini Regis tenuerunt dictam terram ad firmam dictæ moniales uſq; nunc, & valet annuatim ſex marcas & quinq; ſolidos in omnibus exitibus.

Vide Communia de term. Paſc. 49 H. 3. rot. 8. in dorſo.

Hæc inquiſitio facta fuit die Mercurii in vigilia ſancti *Gregorii* apud *Ledebury*, anno Regni Regis *Henrici xl.x.* coram Domino *G.* de Leukenoure & aliis Domini Regis fidelibus ad iſtam inquiſitionem capiendam aſſignatis.

Carta Regis Henrici *tertii fundationem dicti Prioratus oſtendens & confirmans.*

Ex regiſtro Abbatiæ de Acornebirie in Curia Augmentationis apud *Weſtmonaſt.* f. 1.

HEnricus Dei gratia, Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*; Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Quia accepimus per inquiſitionem, quam per dilectos & fideles noſtros, *Willelmum* de *Englefeud*, & *Galfridum* de *Leukenore*, fieri fecimus, quod quondam Dominus *Johannes* Rex *Angliæ*, pater noſter, dudum dedit, & conceſſit, *Margeriæ* de *Lacy* totam Foreſtam de Acornebury, ad fundandam indè quandam domum Monialium, & ad ſuſtentationem earundem, ſalvo ſibi & hæredibus ſuis boſco de Aleſtanwod, & quod dictæ moniales dudum fuerunt in plena & pacifica ſeiſina totius Foreſtæ prædictæ, ratione donationis & conceſſionis prædicti Regis patris noſtri. Et quod quædam pars ejuſdem Foreſtæ, quam moniales prædictæ nunc tenent de nobis ad firmam, poſtmodum ex quibuſdam cauſis, capta fuit in manum noſtram; & quod prædicta pars quæ capta fuit in manum noſtram, valet per annum ſex marcas, & quinq; ſolidos in omnibus exitibus: Nos eiſdem monialibus, pro ſalute animæ prædicti patris noſtri, & noſtræ, gratiam facere volentes in hac parte; concedimus eis, & ſucceſſoribus ſuis, pro nobis & hæredibus noſtris, quod partem Foreſtæ prædictæ, quam nunc tenent, habeant, & teneant, in puram, & liberam, elemoſinam in perpetuum. Dedimus etiam & concedimus eiſdem monialibus, de gratia noſtra ſpeciali, prædictum boſcum de Adelſtanwod, habendum & tenendum eis, & ſucceſſoribus ſuis in puram, & perpetuam elemoſinam, quietum de viſu Foreſtariorum, Viridariorum, omniumq; miniſtrorum foreſtæ noſtræ, & vaſto, & regardo. Ita quod nullus eorum, de prædicto boſco, de cætero, ſe intromittat. Quare volumus, (&c.) Datum per manum noſtram apud Northamton 29. die *Maii* Anno Regni noſtri quinquageſimo.

Carta Walteri *de* Lacy.

Ibid. fol. 241.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Walterus* de *Lacy*, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & ſororibus domus de Acornebiry, regulam beati *Auguſtini* obſervantibus, omnes terras cum pertinentiis ſuis, quas *Margeria* uxor mea contulit dictis ſororibus; quas quidem terras Dominus *Johannes* Rex *Angliæ*, dictæ *Margeriæ* uxori meæ donavit ad faciendam domum religionis apud Acornebirie. Ut hæc autem conceſſio, & confirmatio ſtabilis, & rata permaneat, præſentem Cartam ſigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, Domino *Willielmo* de *Laſcy*; Domino *Simone* de *Clifford* Priore de Careſwall; *Egidio* de *Clifford*; *Waltero* le *Petit*; *Simone* de *Tilleſhop*; *Henrico* le *Blount*; Magiſtro *Laurentio*; *Willielmo Tregoz*; *Waltero Caudecote*, & multis aliis.

Carta Catherinæ *de* Lacy *de terris in* **Corſham.**

Ex autog. in officio Armorum.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Katerina* de *Lacy* filia *Walteri* de *Lacy*, dedi, conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Crucis* de *Acornebiria*, ac Priorisſæ & monialibus ibidem Deo ſervientibus, totum tenementum quod tenui de Domino *Waltero* de *Clifford* in Manerio de **Corſham**, tam in boſco, quàm in plano, cum omnibus aliis pertinentiis; ſcilicet, **Borlete**, & boſcum qui vocatur **Wetuhales**, & unam virgatam terræ, quam tenuit *Eytrop* de *Sibetone*; & tres nocas terræ quas tenuit *Willielmus Gloyn*, cum pertinentiis; ita videlicet, quod dictæ moniales omnia prædicta habeant & teneant in perpetuum, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ad ſuſtentandum unum Capellanum idoneum in præfata Eccleſia de *Acornebiria*, celebrantem Miſſam cotidianam beatæ Virginis *Mariæ*, pro animabus patris mei & matris meæ & fratris mei, & mea, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum; & pro ſalute dicti *Walteri* de *Clifford* & *Margaretæ* uxoris ſuæ, ac dominæ *Mathildis* de *Longeſpe* filiæ ſuæ, & *Margaretæ* filiæ ipſius, in perpetuum: Ita quod ſi præfatum ſervitium, aliquo tempore, fuerit fraudulenter ſubſtractum, volo & concedo, quod dominus *Herefordenſis* Epiſcopus, qui pro tempore fuerit, poſſit prædictam Prioriſſam & moniales compellere, per prædictam, & alio quocunq; modo, ſibi videbitur, ſecundùm Deum, ut dicta Miſſa, in dicto loco de *Acornebiria* honorificè, honeſtè & plenariè perpetuò, ut dictum eſt, celebretur. Et hæc omnia univerſæ moniales & ſingulæ de prædicta domo de *Acornebiria*, pro ſe, & pro ſibi ſucceſſuris ibidem libera ac legitima promiſſione conceſſerunt. Volo igitur & concedo ut dicta Prioriſſa & dicta moniales omnia ſupradicta teneant & poſſideant quieta, & ſoluta ab omnibus ſervitiis & exactionibus ſecularibus, conſuetudinibus, ſectis curiæ, & univerſis aliis demandis, quæ ad terram pertinent vel pertinere poterint, ſine aliquo retenemento, ſicut libera, pura & perpetua elemoſina unquam meliùs & quietiùs potuit, aut poterit optineri. Ego autem *Katerina* de *Lacy* eandem warantizationem, quam de prædictis & eorum pertinentiis & libertatibus, per Cartam dicti Domini *Walteri* de *Clifford* aliquando habui, dictis monialibus quietam clamavi; & ad majorem ſecuritatem, eandem Cartam ipſis ſurſum liberavi, ad retinendum penès ſe, ut idem dominus *Walterus*, & hæredes ſui juxta tenorem ejuſdem Cartæ, præfatæ Eccleſiæ & monialibus prædictis, ſicut meis aſſignatis, totam prædictam, & tenementa, cum univerſis ad eadem ſpectantibus, warantizent, defendant, & in omnibus adquietent. Ut igitur hæc mea donatio & conceſſio, & confirmatio, rata, & ſtabilis imperpetuum perſeveret, præſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione corroboravi. Hiis teſtibus, Domino *Willielmo* de *Evereus*, Domino *Rogero* de *Clifford*, Domino *Ricardo Tirel*, Domino *Roberto* de *Lacy*, Domino *Willielmo* de *Rachesford*, Vicario de *Temedebiria*, *Hugone* de *Chennei*, *Warino* de *Grendun*, *Willielmo* de *Wodeton*, & multis aliis.

Carta Walteri *de* Clifford *de dictis terris in* **Corſham.**

Ibid.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Walterus* de *Clifford* filius *Walteri* de *Clifford* & *Agnetis* de *Cundy*, conceſſi & confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* & Prioriſſæ & Monialibus de **Cornebury** pro ſalute animæ meæ, & *Margaretæ* uxoris meæ, & Dominæ *Matildis* filiæ meæ (ſcil. *Matildis Longeſpe*) necnon & pro ſalute omnium animarum prædeceſſorum meorum & ſucceſſorum, totam terram cum omnibus pertinentiis & libertatibus; quam videlicet terram aliquando dedi *Katherinæ* filiæ *Walteri* de *Lacy* in feoudo meo de **Corſham**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam ipſis & omnibus in dicta domo de **Cornebury** eis ſuccedentibus, in perpetuum; tenendam liberè, integrè, benè & quietè, ſecundùm tenorem Cartæ, quam indè feci prædictæ *Katherinæ* de *Lacy*, & prout pleniùs, meliùs & liberiùs in ipſo continetur ex dono meo. Et ego *Walterus* de *Clifford* & hæredes mei omnes, totam prædictam terram cum pertinentiis ſuis omnibus & libertatibus ad dictam terram ſpectantibus, dictæ Prioriſſæ & Monialibus de **Cornebury** & omnibus in dicta domo eis ſuccedentibus, vel earum aſſignatis, ſicut liberam, puram & perpetuam elemoſinam warrantizabimus, defendemus & in omnibus adquietabimus. In cujus rei teſtimonium pro me & hæredibus meis omnibus, præſenti confirmationi ſigillum meum apposui. Hiis teſtibus, Domino *Henrico* tunc Abbate de *Dora*; Domino *Willielmo* de *Brawoſo*, Domino *Rogero* de *Clifford*, Domino *Hugone* de *Clifford* fratre ipſius, Domino *Roberto* le *Bret*, Domino *Willielmo* de *Rogford* tunc Vicario de *Themedburi*, *Richardo* le *Bret*, *Griffino Wenhow*, & multis aliis.

Carta Margaretæ *quondam uxoris Domini* Walteri *de* **Clifford.**

Ibid.

NOtum ſit omnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, quod ego *Margareta* quondam uxor Domini *Walteri* de *Clifford*, in libera viduitate mea, delego Cor meum Deo, & beatæ *Mariæ* & omnibus Sanctis, ad ſepeliendum in Eccleſia Prioratus Sanctimonialium de *Acornemburie*, propè **Hereford**; & cum dicto Corde meo, in elemoſinam, quindecim marcas ſterlingorum eidem domui celeriùs perſolvendas, unà cum aliis expenſis, de bonis quæ me contingunt, honorabiliter ad exequias circa prædictum Cor meum ſepeliendum, perficiendas, ſecundùm diſcretam providentiam executorum meorum in ultima voluntate mea conſtituendorum: Ita quòd, ſi fortè per oblivionem vel quocunq; alio caſu, per Teſtamentum, vel aliquam ordinationem, contra præſentem donationem contravenerim, nullum optineat robur firmitatis. In hujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigillum meum, unà cum ſigillis Domini *Sampſonis* Abbatis **Kingeſwod**, & Domini *Henrici* Abbatis de *Dora*, ad petitionem meam hic in ſolempnius teſtimonium appoſitis, appoſui. Datum apud **Ros** Anno Domini *M. CC. Lx.* tertia die dominica proxima ante feſtum ſancti *Thomæ* Apoſtoli. Hiis teſtibus, frate *Henrico* de *Mariſco*; Domino *Bernardo* Subpriore de **Kinkeſwod**; Domino *Johanne* Succentore de *Dora*; Domino *Thoma* Rectore Eccleſiæ de **Brumeſfeld**; Domino *VVillielmo* tunc Vicario de **Temedburie**; Magiſtro *Johanne* Phiſico; *Henrico* de *Clifford*; *Paulino* Capellano de **Brentles**, & multis aliis.

Carta Dominæ Sibillæ *de* Ewias *filiæ* Roberti *de* Ewyas.

Ibid.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, Domina *Sibilla* de *Ewyas* filia *Roberti* de *Ewyas*, ſalutem. Noveritis me divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Domui beati *Johannis* de *Acornbiry* & fratribus & ſororibus ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, decimam theolonii molendini mei Blacarii de **Ethon**. Tenendas & habendas de me & hæredibus meis, liberè, quietè, integrè, & plenariè. Nec quia aliquis ſuper hac donatione & conceſſione in dubium poſſit venire, eam præſenti ſcripto & ſigilli mei impreſſione roborare curavi. Hiis teſtibus, Domino *Waltero* de *Lacy*; Domino *Rogero* de *Clifford*, *VVillielmo* de *Ewias*; *Nicolao* filio *Fulconis*; *Hugone* de *Kydeſlega*, *Roberto Tregoz*, & fratribus ſuis, & multis aliis.

Carta Willielmi *de* Breuſe *militis, de decem burgagiis in villa de* **Tettebiri**.

Ex autogr. in bibliotheca *Hattoniana.*

OMnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris, vel audituris, *VVillielmus* de *Breuſe* miles, ſalutem in Domino ſempiternam; Noveritis nos Cartam, quam Dominus *Johannes* de *Breus* pater meus fecit Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Crucis* de *Cornebiria*, & ſororibus Hoſpitalis ibidem ſervientibus, non cancelatam, non raſam, nec in aliqua ſui parte viciatam, inſpexiſſe in hæc verba. Sciant præſentes, & futuri, quod ego *Johannes* de *Breuſa*, filius *VVillielmi* de *Breuſa* dedi, & conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Crucis* de *Cornebiria*, & ſororibus Hoſpitalis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum, & ſucceſſorum, in puram & perpetuam elemoſinam, decem burgagia cum pertinentiis ſuis in villa mea de *Tettebiria*, unde ſolitus fui annuatim recipere duodecim ſolidos, & quatuor denarios & obolum. In vico illo qui jacet verſus **Horſpole**, ſcilicet de burgagio *Reginaldi Palmeri* decem & octo denarios, & obolum. De burgagio *Richardi Hiredmon* duodecim denarios, De burgagio *VVillielmi Venatoris* decem & octo denarios: De burgagio *Johannis Cooperatoris* duodecim denarios: De burgagio *Willielmi Rufi* duodecim denarios: De relicta *Johannis Godini* duodecim denarios: De burgagio *Richardi* de *Themeld* ſexdecim denarios: De burgagio *Thomæ* ſexdecim denarios: De burgagio relictæ *Rad.* ſexdecim denarios: De burgagio *Joh.* de *Machim* ſexdecim denarios: Et de duabus forlandis ſexdecim denarios; ſcilicet de furlondo *Johannis VVauker*, quod jacet ante terram Eccleſiæ, octo denarios; & furlando *Rogeri Brumiyr*, quod jacet retro burgagium ſuum, octo denarios; recipiendos de manibus prædictorum, & hæredum ſuorum in die beati *Andreæ* Apoſtoli; Ita quod omnes hi prædicti Burgenſes, & hæredes eorum, ſint omnino intendentes, & reſpondentes prædictæ domui Hoſpitali de *Cornebire*, ratione prædictorum burgagiorum, & liberi tedditus in villa mea de *Tetteberia*, à *tacco* & *tollo* & omni ſervitio ſeculari, & exactione, & demanda; & habeant libertates plenas in villa mea de *Tetteberia*, & in paſturis communibus, ſecundùm tenorem privilegiorum domus Hoſpitalis ſancti *Johannis* terræ *Hieroſolomitanæ*. Ego verò *Johannes* & hæredes mei warantizabimus predictas donationes prædictæ domui religioſæ de *Corneberia*, contra omnes mortales. Et quia volo quod hæ donationes meæ, ratæ & ſtabiles permaneant, præſenti Cartâ meâ confirmavi, & ſigilli mei impreſſione corroboravi; Hiis teſtibus, *Johanne* de *Wynfranvil* tunc temporis ſeneſcallo; Magiſtro *Richardo* de *Burleia*; *Galfrido* Capellano, tunc procuratore domus de *Corneberia*, *Stephano* Capellano ejuſdem loci; *Alano* Capellano de *Tettebiria*; *Rogero* de *Wathtiam*; *Philippo* de *Tettibiria*, *Willielmo* de *Redmerton*; *Waltero* de *Upton*; *Johanne* diacono, qui hanc Cartam ſcripſit, & multis aliis. Ego verò prædictus *Willielmus* eandem donationem, & conceſſionem ratam habeo, & firmam, & eas præſenti ſcripto meo ratifico, approbo, & confirmo, pro me & hæredibus meis in perpetuum; Et ut omnia præmiſſa robur perpetuæ firmitatis obtineant, præſentem Cartam ſigilli mei impreſſione roboravi. Data apud **London** die ſancti *Vincentii* Martiris, anno Regni Regis *Edwardi* decimo octavo.

Prio-

BILSINGTON *Prioratus* in *agro* Cantiano.

De Fundatione ejuſdem.

Math. Pariſ. p. 968. n. 4.

ANno Domini *MCCLvii.* Dominus *Johannes Manſel Beverleiæ* Præpoſitus, Domini Regis Clericus & conſiliarius ſpecialis; vir quidem prudens & circumſpectus, ac dives; prudenter conſiderans, quoniam Regis gratia non eſt hæreditaria, vel proſperitas mundi ſemper duratura, unam domum Religioſorum, ſcil. *Canonicorum regularium* fundavit, & gratanter locupletavit, juxta **Romeniam**, ad duo milliaria ſupra mare, & illam Canonicis inſtauravit; exemplo *Petri Chaceport*, qui quondam domum ejuſdem ordinis paucis retroactis diebus, piè ac fæliciter fundaverat informatas; ut ſic per bona temporalia tranſeuntes non amitterent ſempiterna.

Carta Fundationis.

Pat. 5. E. 4. p. 3. m. 23. per Inſpex.

UNniverſis Chriſti fidelibus literas præſentes viſuris vel audituris, *Johannes Mannſel* Præpoſitus *Beverlacenſis* æternam in Domino ſalutem. Inter varias mundi ſolicitudines, quibus genus humanum premitur & arctatur, quatenus permittit humana fragilitas, illud ſemper in mente gerendum eſt, quod recepturi ſumus omnes, Apoſtolo atteſtante, ſecundùm quod in corpore geſſimus, ſive bonum, ſive malum; ut qui parcè ſeminat parcè recolligat; & qui in benedictionibus ſeminat æternæ vitæ præmium aſſequatur: Summo igitur deſiderio cupientes, extremo meſſionis die, in aliquo pietatis opere pervenire, in nomine Dei patris omnipotentis, & ſalvatoris noſtri Jheſu Chriſti, Spiritus ſancti gratiâ invocatâ, kariſſimi Domini noſtri *Henrici* illuſtris regis *Angliæ* ad hæc accedente concenſu, ita duximus ordinandum, ut de bonis nobis à Deo collatis domus una religioſa fundetur, in qua Collegium Canonicorum regularium, beati *Auguſtini* regulam profitentium inſtituatur; in qua divinum officium perpetuò celebretur pro vivis & defunctis, ad laudem & gloriam Creatoris; & in qua ad honorem beatæ Dei genitricis & glorioſæ Virginis *Mariæ*, incenſum orationum jugiter incendatur, & ſacrificium Matutinum, obſequiumq; Veſpertinum Deo omnipotenti perpetuis temporibus impendatur: Venerabiſi igitur patre *Bonefacio Cantuar.* Archiepiſcopo, loci dyoceſano, ad hæc, auctoritate patrante; & quod ad ipſius ſpectat officium in hac parte plenius exequente, illam partem Manerii noſtri de **Bilſingtone**, quam habuimus de dono & conceſſione hæredum *Hugonis* Comitis *Arundelliæ*; & totam terram noſtram de **Pelre**, de **Cozehale**, & de **Eeche**, cum omnibus pertinentiis ſuis, ad prædictam domum fundandam & dotandam conceſſimus & aſſignavimus in liberam, puram & perpetuam elemoſinam; tenenda & habenda Deo & beatæ *Mariæ* Virgini, & *Willielmo* Priori ejuſdem loci, & Canonicis apud **Bylſingtone** Deo ſervientibus, ac eorum ſucceſſoribus ibidem Deo famulantibus imperpetuum, pro ſalute kariſſimi Domini noſtri *Henrici* illuſtris Regis *Angliæ*, & *Alianoræ* ejuſdem Reginæ & liberorum ſuorum, & noſtrâ æternâ & temporali, ac omnium parentum & benefactorum noſtrorum, præcedentium & ſubſequentium, liberè & quietè ab omni ſervicio & exactione ſeculari, de quorum fructibus & exitibus Canonicos ibidem Deo ſervientes, ac pro futuris temporibus deſervituros volumus ſuſtentari, ſecundùm numerum Canonicorum in eodem loco taxandis, juxta loci facultates. Quam quidem domum ita liberam eſſe volumus, quod nulli alteri domui ſit ſubjecta, nec in temporalibus, nec in ſpiritualibus; ſalvis tamen loci patronis in omnibus aliis reverentiâ debitâ & honore.

Vide Pat. 14 E. 2. p. 1. m. 13.

Volumus etiam & ordinamus, ut cum Prior de **Bylſingtone**, qui pro tempore fuerit, Prioratui ceſſerit, vel in fata deceſſerit, Supprior & Conventus cuſtodiam Domus ſuæ, & omnium rerum & poſſeſſionum ſuarum habeant. Et ſtatim, cum præfatus Prior …… officio ſuo renunciaverit; vel defunctus, ſepulturæ traditus fuerit; Supprior & Conventus, à nemine licentiâ eligendi poſtulatâ, Capitulum intrent, & quem ſibi dominus inſpiraverit ſibi in patrem & Priorem eligant, & electum patrono præſentent confirmandum.

Ut autem hæc noſtra donatio & conceſſio rata & ſtabilis imperpetuum permaneat, eandem Sigilli noſtri munimine roboravimus. Hiis teſtibus, Domino *Bonefacio Cantuarienſi* Archiepiſcopo; *Willielmo* Epiſcopo *Sarum*; Domino *Petro* Epiſcopo *Herefordenſi*; Domino *Ricardo* Comite *Gloverniæ*; Domino *Petro* de *Sabaudia*; Domino *Petro Chaceport* Archidiacono *Wellenſi*; Magiſtro *Willielmo* de *Kilkenne* Archidiacono *Coventriæ*; *Radulpho* filio *Nicholai*; *Johanne Grey*; *Bertramo* de *Cricel*; *Johanne* de *Lexintone*; *Roberto Walerand*; *Willielmo* de *Lichefeld* Canonico *Lond.* Magiſtro *Johanne Clarel*; Domino *Galfrido* de *Childwic*, Domino *Ricardo* de *Tilebery*, *Alardo Flemeng*, *Thomâ* de *Colceſtre*, & *Simone* de *Huntingdone* Capellanis, & multis aliis. Actum Anno Domini *MCCLiii.* menſe *Junio.*

Licentia

Licentia Regis Edwardi *tertii facta Canonicis de* **Bilſington**, *pro quodam mariſco, mari ſubmerſo, aſſewiando.*

Pat. 1 E. 3. p. 1. m 32.

Vide etiam Pat. 14. E. 2. p. 1. m. 13.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Quia compertum eſt per inquiſitionem per dilectum nobis *Will.* de *Weſton* nuper Eſcaetorem Domini *Edw.* tunc Regis *Angl.* patris noſtri, in commitatibus *Kanc*, *Suſſexia*, *Surria Midd.* & civitate *Lond.* de mandato ipſius patris noſtri factam, & in Cancellaria ſua retornatam; quod quidam ſalſus mariſcus in **Lyde**, juxta **Romenale**, continens in ſe ſexaginta acras terræ, qui a tempore quo *Johannes Maunſell* fundator Prioratus de **Bylſington**, dedit & conceſſit Priori loci illius & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & eorum ſucceſſoribus, in liberam & perpetuam elemoſinam Manerium de **Wyre Bilſyngton**, cum pertinentiis, huc uſq; fuit & adhuc eſt per mare ſubmerſus, pertinet & pertinuit ab antiquo ad Manerium prædictum; & quod non fuit ad dampnum ſeu præjudicium dicti patris noſtri aut aliorum, ſi ipſe conceſſiſſet Priori & Conventui de **Bilſyngton**, quod ipſi mariſcum prædictum cum pertinentiis aſſewiare, & ſecundùm legem mariſci walliis includere, & in culturam redigere, & aliàs commodum ſuum inde facere; Ac mariſcum illum ſic aſſewiatum, incluſum, & in culturam redactum tenere poſſent ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum: Et quod prædictus mariſcus tenebatur de dicto patre noſtro in liberam & perpetuam elemoſinam. Nos per finem, quem præfatus Prior fecit nobiſcum, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem Priori & Conventui ejuſdem loci, quod ipſi mariſcum prædictum cum pertinentiis, aſſewiare, & ſecundùm legem mariſci, walliis includere, & in culturam redigere, ac alias commodum ſuum inde facere; & mariſcum illum ſic aſſewiatum, incluſum, & in culturam redactum tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis de nobis & hæredibus noſtris, unà cum prædicto Manerio imperpetuum, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm.* *xxiii.* die *Febr.*

PRIORATUS

de **Bradley** *in agro* Leiceſtrenſi.

BRADLEY *Prioratus, Ordinis S.* **Auguſtini.**

DUo Canonici in domo; *Robertus Bundy* primus Fundator, Dominus *Scrope* Fundator modernus. Lel. Col. vol. 1. p. 70.

JUratores dicunt, &c. quod *Willielmus* filius *Henrici* le *Scrope* chivalier, tenuit die quo obiit, (&c.) advocationem Eccleſiæ de **Medeburne** in Comitatu *Leiceſtria*, ac patronatum Prioratus de **Bradley** in eodem Comitatu, &c. Eſc. 19. E. 3. n. 61.

PRIORATUS

de **Michelham** *in agro* Suſſexiano.

Carta Gilberti *de* Aquila, *de dotatione ejuſdem Domus.*

Cart. 14. E. 3. n. 11. per Inſpex.

Pat. 13. H. 4. p. 2. m. 5.

SCiant præſentes, & futuri, quod ego *Gilebertus*, Dominus *Aquilæ*, de aſſenſu & voluntate Domini Regis *Angliæ*, *Henrici* tertii, pro ſalute animæ meæ, & *Iſabellæ* uxoris meæ, & liberorum meorum; fratrum & ſororum mearum; anteceſſorum, & hæredum meorum, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ in honore S. *Trinitatis* apud **Michelham** conſtructæ, & Priori & Conventui Canonicorum ibidem Deo ſervientibus, totum dominicum meum de **Michelham**, & parcum meum de **Peverſe**, cum hominibus, & redditibus, & Eſcaetis, & cæteris pertinentiis ſuis, & quatuor viginti acras mariſci, cum pertinentiis in **Hayleſham**; & viginti acras prati in **Willendune**; & paſturam in *Dikera*, & broleo de **Legton** & aliis boſcis in *Suſſexia*, ad ſexaginta animalia; & paſſuagium ad centum porcos in prædictis boſcis meis, & maremium ad dictam Eccleſiam, & ædificia ibidem conſtruenda, & reparanda; & ligna ad ignen, & clauſturam ad dicta ædificia, & ſepes ſufficiens, per viſum Foreſtariorum meorum. Et Advocationes Eccleſiarum de **Hayleſham**, & **Legton**: Hæc omnia ſupradicta, prædictis Priori & Conventui dedi, & conceſſi, Habenda & poſſidenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis, de me, & hæredibus meis, in puram, & perpetuam elemoſinam. Et quoniam labilis eſt hominum memoria, ut hæc mea donatio, & conceſſio firma, & ſtabilis imperpetuum perſeveret, præſenti Cartæ Sigillum meum appoſui. Hiis Teſtibus, *Simone* de *Echingham*, *Willielmo* de *Munceux*, *Jordano* de *Saukevill*, *Roberto* de *Albervill*, *Willielmo Botevilayn*, *Helia* de *Gangi*, *Walrando Mauſe*, *Johanne Gulafre*, *Roberto* de *Horſtede*, *Roberto* de *Manekeſye*, *Thoma* de *Biſtenover*, *Richardo* de *la Gare*, *Remiaio* de *Boſeo*, *Simone Burgedſe*, & multis aliis.

Carta Regis Edwardi *ſecundi Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 14. E.2. n.18.
Vide Pat. 13. H.4.p. 2.m.5

REx *Archiepiſcopis*, &c. *ſalutem. Inſpeximus Cartam quam celebris memoriæ Domi-* H. *quondam Rex* Angliæ, *avus noſter fecit Deo & Eccleſiæ S.* Trinitatis *de* **Michelham** *& Canonicis ibidem Deo ſervientibus in hac verba. Henricus* Dei gratia, Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm. Aquit.* & Comes *And.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe, pro nobis & hæredibus noſtris Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis* de **Michelham** & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, Manerium de **Chintinges**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quod habent de donatione *Gilleberti* de *Aquila* patroni ejuſdem Eccleſiæ de **Michelham**; habendum & tenendum in liberam & perpetuam elemoſinam (&c.) Quare volumus (&c.) Dat. per manum venerabilis patris *Radulphi Ciceſtr.* Epiſcopi Cancellarii noſtri apud **Windleſore**, octavo die *Jan.* anno Regni noſtri ſexto decimo.

Carta Fundationis hujus Domus.
Videſis Pat. 13. H. 3. m. 7.

Inſpeximus Cartam Gilleberti *de* Aquila, *in hac verba.* Sciant præſentes & futuri, quod ego *Gilbertus* Dominus *Aquilæ*, de aſſenſu & voluntate Domini Regis *Angliæ Henrici* tertii, pro ſalute animæ meæ, & *Iſabellæ* uxoris meæ, & liberorum meorum, fratrum & ſororum meorum, anteceſſorum & hæredum meorum, dedi, conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ in honore S. *Trinitatis* apud **Michelcham** conſtructæ, & Priori & Conventui Canonicorum ibidem Deo ſervientibus, totum dominicum meum de **Michelham**, & parcum meum de **Pererſe**, cum hominibus & redditibus & eſcaetis, & ceteris pertinentiis ſuis, & quater viginti acras Mariſci cum pertinentiis in **Hayleſham**, & viginti acras prati in **Wilendune**, & paſturam in **Dikera**, & broleo de **Legton**, & aliis boſcis in **Suſſex**, ad ſexaginta animalia; & paſſuagium ad centum porcos in prædictis boſcis meis, & maremium ad dictam Eccleſiam & ædificia ibidem conſtruenda & reparanda; & ligna ad ignem, & clauſturam ad dicta ædificia, & ſepes ſufficientem, per viſum Foreſtariorum meorum; & Advocationes Eccleſiarum de **Hayleſham** & **Legton**, Hæc omnia ſupradicta prædicto Priori & Conventui dedi & conceſſi, habenda & poſſidenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis, de me & hæredibus meis, in puram & perpetuam elemoſinam. Et quoniam labilis eſt hominum memoria, ut hæc mea donatio & conceſſio firma & ſtabilis imperpetuum perſeveret, præſenti Cartæ Sigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, *Simone* de *Echingham*, *Will.* de *Munceux*, *Jordano* de *Saukevill*, *Roberto* de *Albervill*; *Will. Botevilayn*, *Helia* de *Gangi*, *Walrando Mauſe*, *Johanne Gulafre*, *Roberto* de *Horſtede*, *Roberto* de *Manekeſye*, *Thoma* de *Biſtenover*, *Ric.* de *la Gare*, *Remigio* de *Boſco*, *Sim. Burgenſe*, & multis aliis. Nos igitur prædictam donationem (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum venerabilis patris *Radulphi Ciceſtr.* Epiſcopi Cancellarii noſtri apud **Lameth**, viceſimo die *Jannuarii*, anno Regni noſtri *xvi*.

Inſpeximus etiam quandam aliam Cartam, quam idem avus noſter fecit prædictis Priori & Canonicis in hac verba. Henricus (&c.) Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe, pro nobis & hæredibus noſtris Priori & Canonicis S. *Trinitatis* de **Michelham**, quod ipſi & ſucceſſores ſui & homines ſui de Maneriis ſuis de **Michelham**, & de **Chiltinges**, quæ habent de dono *Gilberti* de *Aquila* ſint imperpetuum quieti de Shiris & Hundredis, & ſectis Shirarum & Hundredorum & de auxilio Vicecomitis. Quare volumus (&c.) Dat. per manum venerabilis patris *Radulphi Ciceſtren.* Epiſc. Cancellarii noſtri apud **Lambeth**, viceſimo tercio die *Jan.* anno Regni noſtri *xv*.

Nos autem donationes, conceſſiones, & confirmationes prædictas; necnon donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas *Johannes* de *Haia* miles, per Cartam ſnum fecit eiſdem Priori & Canonicis, de toto tenemento ſuo de *la* **Knocke**, unà cum terris, boſcis, pratis, paſturis, eſcaetis, & omnibus aliis ad dictum tenementum pertinentibus. Et donationem (&c.) quas *Robertus* de *Blachington* Clericus, per Cartam ſuam fecit eiſdem Priori & Conventui, de toto tenemento ſuo in **Kelle**, quod habuit de dono *Willielmi* de *Wrotham*, & *Johanne* de *Kelle* uxoris ſuæ, ut in dominicis, terris, boſcis, pratis (&c.) Et conceſſionem (&c, quas *Will.* de *Brakleſham* Decanus *Ciceſtriæ* per Cartam ſuam fecit eiſdem Priori & Conventui de tota terra ſua in **Spelterche**, quam habuit de dono conceſſione *Johannis* de *Spelterche* in parochia de **Erlington**; & de tota terra ſua, quam habuit de dono *Ric. Caperun* in eadem parochia, cum pratis & aliis pertinentiis ſuis; & de prato quod habuit in eadem parochia, de dono *Thomæ* de *Bodingto*; & de toto jure & clameo quod habuit vel habere potuit in eiſdem. Et donationem (&c.) quas *Will.* de *Monte Acuto* per Cartam ſuam fecit eiſdem Priori & Conventui de Capellaria de **Icington**, cum terris, redditibus, (&c.) ad prædictam Cantariam pertinentibus. Et donationem, (&c.) quas *Hugo Baudeſar* per Cartam ſuam fecit eiſdem Priori & Conventui de tota terra ſua cum pertinentiis, quam habuit in **Brithelmeſtun**, quam de *Johanne* de *Berners* emit. Et donationem, (&c.) quas *Will.* fil. *Galfridi* de *Ditton* per Cartam ſuam fecit eiſdem Priori & Conventui de tota terra ſua de **Ditton** in parochia de **Weſthame**, cum pertinentiis.

Et conceſſionem quietam clamantiam, (&c.) quas *Radulphus* de *Manekeſie* per Cartam ſuam fecit eiſdem Priori & Conventui de viginti acris terræ & dimidia, & medietate unius acræ prati cum pertinentiis jacentibus in auſtrali parte viæ quæ tendit de **Peveſe** verſùs **Lewes**, extendentibus uſq; ad Brocum de **Wilendon**; Et de medietate unius acræ prati, cum pertinentiis jacente juxta pratum Domini de **Willindon**. Et donationem, (&c.) quas *Thomas* de *Burton* miles & *Johanna* uxor ejus per Cartam ſuam fecerunt eiſdem Priori & Conventui de toto tenemento ſuo in **Iſenherſt** in **Maghfeld**, cum capitali meſuagio, boſcis, molendinis, (&c.) Et donationem, (&c.) quas *Robertus* de *Manekeſie* miles, per Cartam ſuam fecit eiſdem Priori & Conventui de tota terra ſua in **Windebeche** in Foreſta de **Heſeldon**, quam habuit de dono *Gilberti* de *Aquila*; & quod ipſi & eorum ſucceſſores habeant per totum annum, quotiens neceſſe fuerit, clauſturam in foreſta prædicta ad dictam terram includendam per viſum Foreſtariorum dictæ foreſtæ. Et donationem, (&c.) quas idem *Robertus* per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem, de paſtura ad animalia ſua in communi paſtura juxta foreſtam prædictam, cum aliis hominibus de **Bradherſt**. Et donationem, (&c.) quas *Agnes* de *Monte Acuto* per Cartam ſuam fecit eiſdem Priori & Conventui de toto dominico ſuo quod habuit in **Hertfeld** & **Cuden**, cum capitali meſuagio ſuo, redditibus, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Et donationem, (&c.) quas *Walterus* de *Letton* miles, & *Gunnora* uxor ejus per Cartam ſuam fecerunt eiſdem Priori & Conventui de tota terra vocata **Greggeſlond** in **Cuden**, & pratis & boſcis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis; & de tota terra illa quæ eſt de feodó ſuo in **Cuden**, cum pertinentiis quam idem Prior & Conventus habuerunt de dono *Agnetis* de *Monte Acuto*; & quod imperpetuum ſint quieti de ſecta Curiæ, quam eadem terra ad Curiam ipſorum *Walteri* & *Gunnoræ*, de **Tiches** aliquando facere conſuevit.

Et donationem, (&c.) quas *Will. Ruſſel* & *Lucia* uxor ejus per Cartam ſuam fecerunt eiſdem Priori & Conventui, de toto tenemento ſuo in **Holewyche** in **Hertfeld**, cum capitali meſuagio ſuo, terris, boſcis, redditibus, pratis, & omnibus aliis ad dictum tenementum pertinentibus. Et inſuper donationem, (&c.) quas *Thomas* de *Wikenden* per Cartam ſuam fecit eiſdem Priori & Conventui de uno campo terræ cum pertinentiis vocato **Warefeld**, in parochia de **Cuden**, ſicut ſepibus, foſſis & aqua includitur, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prædictis Priori & Conventui & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus, (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* xx. die *Nov.*

PRIORATUS

de **Ratlingcope** *in agro* Salopienſi:

Literæ Lewelini *Principis* Walliæ, *de protectione ejuſdem.*

Ex ipſo autogr. penès Owenum Wyn de Gwedir, Baronettum.

Lewelinus filius *Gervaſii* Dei gratia princeps *Norwalliæ*; dilectis ſibi, & cognatis & amicis, *Madoco* filio *Malgwn*, & fratribus ejus; & *Howelo* filio *Cadewathlan*, & *Meredith* filio *Roberti*, & *Gervaſio Goch*, & *Meuric* filio ejus, & aliis filiis ipſius; & *Gervaſio* & *Meredith*, filiis *Heinoun Clut*, & *Gervaſio* filio *Meirioun*, & omnibus aliis per *Walliam* conſtitutis, tam notis ſibi quàm extraneis, ſalutem, & in omnibus neceſſitatibus & juſtis petitionibus ſuis, pro poſſe ſuo, non minus auxilii quam conſilii ſolacium. Quia tam vobis quàm nobis expedit, omnia loca Deo conſecrata, & maximè ea quæ ſanctæ religioni ſunt deputata, pio charitatis affectu fovere, & eorum indemnitati providere, & omnes in ſacris ordinibus conſtitutos, & maximè viros religioſos piâ devotione colere & venerari, & nullâ moleſtiâ infeſtare vel inſequi, ut pacificè & quietè pro noſtrâ omniumq; ſalute Dominum, cujus ſervicio ſe penitùs mancipârunt, jugiter poſſint interpellare: Precor vos obnoxiùs & expoſtulo; & illis omnibus de vobis, quibus poſſim præcipere, firmiter præcipio, quatinus ſicut me diligitis, & honorem meum; & ſicut ad me liberum acceſſum vultis habere, & reditum; & pro loco & tempore conſilium meum & ſubſidium, fratrem *Walterum Corbet* Canonicum diligatis; & in negotiis ſuis, pro Dei amore & meo promoveatis; & terram quam ipſe ad honorem Dei & obſequium, & ſanctæ Religionis incrementum adquiſivit; ſcilicet **Ratlincope** & **Cotes**; quæ terra, ſicut mihi relatum eſt, proxima & vicina eſt terræ de **Keri**, manuteneatis & protegatis, & defendatis: Et tam homines & ſervientes præfati loci, quàm animalia & cætera omnia, quæ illic ſunt & futura ſunt, ad uſum fratrum & pauperum Chriſti neceſſaria, à furto & rapinâ, & à depredatione, & ab omnibus aliis moleſtiis & gravaminibus & damnis: Noverit enim univerſi-

136


Inſignes hujuſce Fabricæ Ruinas,
quas Antiquitatis ergò plurimùm ſuſpexit,
Adoleſcentulus jamtum Oxonienſib⁹ aſcriptus,
&(quod commodum accidit) paulò antequam
Bello Ciuili, funditus è medio tollerentur, de-
lineandas curavit, Poſteris quaſi redivivas.
L.D. C.Q.
Iohannes Albericus
de Eſton-Pierse
in agro Wilts Arm:


W. Hollar fecit

Prospectus Ruinarum Abbatiæ de OSNEY, juxta Oxon:

verſitas veſtra, quod ipſe *Walterus* cognatus noſter eſt & familiariſſimus; & pro religione ſuâ & honeſtate, mihi multum dilectus, & frater *Willielmi Corbet* avunculi mei: Qua propter iteratis precibus rogo vos omnes accuratitiùs, quatinus erga jam ſæpedictum locum & fratres ibidem Deo ſervituros, & homines illorum, & omnes terras ſuas fidem & pacem habeatis & teneatis. Si quis enim, ex vobis, poſt hanc petitionem meam, ipſis damnum aliquod vel injuriam intulerit, pro certo ſciat ſe deinceps familiaritem meam amiſſurum & amicitiam: Et præcipuè hoc vobis dico, *Madoce* filii *Mailgwn*, quem nutrivi & exaltavi, ut non reddas mihi malum pro bono, ſed intendatis honori meo, ut ego vobis amodo, ſicut priùs conſulam & ſuccurram ex animo; Valete.

PRIORATUS

de **Ravenſton** *in agro* Lincolnienſi.

Carta Fundationis ejuſdem Domus.

Cart. 39. H. 3. m. 4.

Vide Clauſ. 55. H. 3. m. 3.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis quod cum bonæ memoriæ *Petrus Chaceport* quondam Cuſtos Garderobæ noſtræ emiſſet à *Saero* de *Walville* totam terram, quam idem *Saerus* habuit vel habere potuit in **Raveneſton**, cum capitali meſuagio & advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, & omnibus aliis ſuis pertinentiis; & eadem terra cum omnibus prædictis poſt deceſſum ipſius *Petri* ad *Hugonem Chaceport* fratrem & heredem ejuſdem *Petri*, jure hæreditario devoluta eſſet: Ac idem *Hugo* prædictam terram cum omnibus prædictis ad ipſam pertinentibus de aſſenſu & voluntate *Walteri* de *Wahul* filii & hæredis prædicti *Saeri*, qui eandem terram immediatè tenuit de nobis in Capite, nobis reddidiſſet: Nos laudabilis & diutini obſequii ejuſdem *Petri* nobis inpenſi, & laboris ſui continui non inmemores; & quod in ſervicio noſtro diem clauſit extremum attendentes; pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, necnon pro ſalute animarum prædicti *Petri Chaceport* & *Hugonis* de *Vynon* avunculi ſui, qui ſimiliter diu grata nobis præſtitit obſequia; & animarum anteceſſorum & hæredum ipſorum *Petri* & *Hugonis*, dedimus, conceſſimus, & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus Priori & Canonicis regularibus ordinis Sancti *Auguſtini* apud **Raveneſton** moraturis, & ibidem Deo imperpetuum ſervituris, totam prædictam terram, cum capitali meſuagio & advocatione Eccleſiæ, & omnibus aliis ſuis pertinentiis ſine ullo retinemento. Habendum & tenendum eiſdem Priori & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus de nobis & hæredibus noſtris in liberam, puram & perpetuam elemoſinam; ita ſcilicet, quod unus ipſorum de beata Virgine *Maria* ſingulis diebus, & duo pro animabus anteceſſorum noſtrorum & prædictorum *Petri* & *Hugonis* & aliorum fidelium defunctorum divina celebrent in Prioratu prædicto.

Volumus etiam, quod cum creverint eorum poſſeſſiones, ipſorum numerus, juxta quod poſſeſſiones eorum videbuntur ſufficere, augeatur; & loci Dioceſano ſolum & non alicui religioſæ Domui in ſpiritualibus, ratione ſubjectionis intendant. Volumus etiam & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod cum per ceſſionem vel deceſſum Priorum de **Ravenſton** ipſius Prioratum vacare contigerit, nos vel hæredes noſtri, ſeu aliqui ballivi noſtri, vel hæredum noſtrorum, licèt ejuſdem Prioratus fundatores ſimus & Patroni, nullam adminiſtrationem de aliquibus bonis ejuſdem Prioratus in poſterum habeamus, nec ad cuſtodiam ejuſdem manus extendemus, ſet ſingulis vacationum temporibus ejuſdem Prioratus, habeant Canonici ejuſdem Domus curam & cuſtodiam & liberam adminiſtrationem de omnibus bonis & poſſeſſionibus ad eandem domum pertinentibus, ut de eiſdem bonis & poſſeſſionibus vacationum temporibus liberè & ſine contradictione, reclamatione, vel impedimento noſtri & hæredum noſtrorum & omnium Ballivorum noſtrorum diſponere poſſint & ordinare, prout eis & Domui ſuæ & Priori futuro magis viderint expedire: Ita quidem, quod nos, vel hæredes, vel Ballivi noſtri, vel hæredum noſtrorum nichil juris vel dominii nobis vendicare poterimus, nec debemus in dicto Prioratu, vel terris ipſius aut poſſeſſionibus ratione juris patronatus ejuſdem Prioratus; niſi ſolummodo, quod vacante dicto Prioratu, ejuſdem domus Canonici à nobis ſeu hæredibus noſtris, vel ab ipſis, quibus regni noſtri *Angliæ* cuſtodiam commiſerimus, nobis ſeu hæredibus noſtris extra idem regnum exiſtentibus, licentiam petant eligendi; & facta electione, noſter vel hæredum noſtrorum ſeu ipſorum, quibus dicti Regni cuſtodiam commiſerimus, requiratur aſſenſus: Ita quod dicti Canonici vel eorum ſucceſſores, pro licentia eligendi petenda, vel aſſenſu regio de electione ſua optinendo, non exeant regnum prædictum, ſet de ſeipſis Priorem ſibi liberè eligant, ipſamq; electionem examinandam loci dioceſano, more aliarum Eccleſiarum Conventualium, repreſentent, qui de ea ſtatuet vel etiam ordinabit prout Canonicè fuerit faciendum.

Et quia de terris, poſſeſſionibus, & bonis prædicti *Petri* ſupradictum Prioratum fundavimus, nos intuitu Dei, & propter merita prædictorum *Petri* & *Hugonis* prædicto Prioratui hanc libertatem, pro nobis & hæredibus noſtris, de gratia ſpeciali concedimus imperpetuum, quod Priores prædicti Prioratus, vel eorum ſucceſſores, qui pro tempore fuerint, ratione fundationis noſtræ vel juris patronatus noſtri, more Abbaciarum ſeu aliorum Prioratuum, à nobis ſeu prædeceſſorribus noſtris fundatorum, non teneantur providere ad inſtantiam ſeu mandatum noſtrum vel hæredum noſtrorum, alicui Clerico noſtro vel alieno in camerali ſeu quavis alia penſione vel beneficio Eccleſiaſtico; nec etiam teneantur ad ſuſtentationem vel exhibitionem alicujus Clerici, ſervientis, ballivi, nuncii, vel alicujus alterius miniſtri ſeu etiam converſi; vel alicujus equi noſtri vel aliorum, ſet ipſos Priorem & Canonicos & ſuos ſucceſſores de omnibus exhibitionibus noſtrorum & aliorum pro nobis & hæredibus noſtris quietos eſſe volumus & abſolutos imperpetuum. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus, *Waltero Wigornenſi* & *Willielmo Sarreſberienſi* Epiſcopis, *Ricardo* de *Clare* Comite *Glonceſtria* & *Herteford æ*, *Ademaro Wintonienſi* Electo, *Johanne* Comite *Warenna*; *Galfrido* de *Lezignan*, *Willielmo* de *Valencia* fratribus noſtris, *Johanne Mannſell* Præpoſito *Beverlac*, *Johanne* Priore de *Novo burgo*, *Johanne* de *Grey*, *Willielmo* de *Grey*, *Petro* de *Ryvallis*, & aliis. Data per manum noſtram apud **Clarendon** *xx*. die *Maii*.

Et mandatum eſt Vicecomiti *Buk*. quod Magiſtris *Hugoni* de *Mortuo Mari*; *Johanni* de *Chiſhull*, & *Johanni* de ſancta *Maria*, Executoribus teſtamenti prædicti *Petri*, vel uni eorum has literas Regis deferenti, de omnibus prædictis terris & poſſeſſionibus cum capitali meſuagio & advocatione prædictæ Eccleſiæ, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, plenam ſeiſinam ad opus Canonicorum ibidem moraturorum, habere faciat. Teſte, ut ſupra.

PRIORATUS

de **Glannauch** *in* VVallia.

Carta Regis Edwardi *primi*, *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans*.

Cart. 23. E. 1. n. 17. REx *Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam, quam* L. *quondam Princeps* Northwalliæ *fecit Canonicis de Inſula* **Glannauch**, *in hac verba*. Univerſis Chriſti fidelibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris, *L.* Princeps *Northwalliæ*, ſalutem in Domino. Quod pietatis confertur intuitu condigna debet firmitate ſtabiliri, ne perverſorum maliciâ vel per temporis proceſſum lapſu memoriæ poſſit permutari, quatinus firma radice ſtare poſſit imperpetuum. Hinc eſt quod veſtræ duximus notificare univerſitati, nos pietatis intuitu, & pro animæ noſtræ, & animarum parentum noſtrorum ſalute, conceſſiſſe & in puram & perpetuam elemoſinam contuliſſe totam villam de **Bagenig** liberè & quietè, ſine omni ſervicio & exactione, cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, in aquis, in rivis, in molendinis, cum omnibus aiſiamentis ad eandem villam pertinentibus, infra & extra dilectis fratribus noſtris Canonicis de Inſula **Glannauch**. Et ut hæc donatio & conceſſio rata & inconcuſſa, tam à nobis, quàm à noſtris heredibus uſq; in perpetuum permaneat, eam ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Hiis teſtibus, Patre *Abraham* de *Aberthone*, (&c.) datum apud **Carnarvon** anno gratiæ *M.CC. xxi.* Idus *Octobris*. 1221.

Inſpeximus etiam Cartam confirmationis, quam David *filius prædicti Principis fecit Priori & Canonicis de Inſula prædicta, in hac verba.* Univerſis Chriſti fidelibus has literas viſuris vel audituris, *David* filius Domini *L.* Principis ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, nos divinæ pietatis intuitu, donationem Domini *L.* patris noſtri ſuper tota villa de **Bagenig**, cum omnibus pertinentiis ſuis, dilectis nobis Priori & Canonicis de Inſula **Glannauc** conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe, prout melius & liberius Dominus *L.* pater noſter eiſdem contulit & conceſſit: In hujus rei teſtimonium has litteras noſtras patentes ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Hiis teſtibus *Mared.* filio *Richardi* (&c.) Actum apud Inſulam **Glanauc** anno gratiæ *M.CC.XXIX.* in die Cathedræ S. *Petri*, valeat univerſitas veſtra ſemper in Domino. 1229.

Inſpeximus etiam Cartam quam Lewelinus *Princeps de* **Aberfrau**, *& Dominus* **Snaudon** *fecit prædictis Priori & Canonicis in hac verba.* Omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, has literas viſuris vel audituris, *Lewelinus* Princeps de **Aberfrau**, Dominus *Snaudoniæ*, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, nos pro ſalute animæ noſtræ, & anteceſſorum noſtrorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Priori & Canonicis de Inſula **Glannauc**, Deo & beatæ *Mariæ* ibidem ſervientibus, totam **Abbadaeth** de **Penmon**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco, in plano, in paſcuis, in paſturis, in viis, in ſemitis, & in omnibus aliis aiſiamentis ſuis, & cum omnibus terminis & finibus ſuis uſq; ad villam quæ vocitur **Treferaggell**, à nobis & hæredibus noſtris eiſdem Priori & Canonicis & eorum ſucceſſoribus liberè & quietè ab omni ſervicio ſeculari perpetuo poſſidendam, ut igitur hæc noſtra donatio in poſterum robur optineat firmitatis, eam præſenti ſcripto & ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Hiis teſtibus, *Anniano* & *Ada* fratribus de ordine Prædicatorum, (&c.) Dat. apud **Roſner** quarto Idus *Aprilis* anno gratiæ *milleſimo ducenteſimo triceſimo ſeptimo*. Valeat univerſitas veſtra ſemper in Domino. 1237.

Inſpeximus etiam Cartam confirmationis, quam David *filius prædicti* Lewelini *fecit prædictis Canonicis in hac verba.* Omnibus has litteras viſuris vel audituris, *David* filius Dominimini *Lewelini*, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, nos hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Canonicis de Inſula **Glannauc**, donationem Domini *L.* patris noſtri ſuper terra de **Penmon** ſecundùm tenorem Cartæ, quam dominus *L.* fieri fecit eiſdem ſuper terra prædicta. In cujus (&c.) Dat. apud **Kemeys**, die dominica prima *Quadrageſima* anno Incarnationis dominicæ *MCCxxxviii.* 1238.

Inſpeximus etiam Cartam confirmationis, quam Lewelinus *filius* Griffini *fecit prædictis Priori & Canonicis, in hac verba.* Univerſis Chriſti fidelibus has litteras viſuris vel audituris, *Lewelinus* filius *Griffini* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, nos divinæ pietatis intuitu donationem & confirmationem dominorum *L.* Principis, & *David*, anteceſſorum noſtrorum, ſuper totam **Habadaet** de **Penmon**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & tota villa de **Cremlin** ſimiliter, prout melius & liberius Domini *L.* & *David* conceſſerunt & contulerunt Priori & Canonicis de Inſula **Glanauc**, dediſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe. Et ut hæc noſtra donatio rata & inconcuſſa inpoſterum permaneat, hanc Cartam ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Hiis teſtibus, *David* (&c.) Actum apud **Lanmaes** anno gratiæ *MCCxlvii*, die *Epiphaniæ*. 1247.

Inſpeximus etiam Cartam confirmationis, quam Owenus *filius* Griffini *fecit prædictis Priori & Canonicis in hac verba.* Univerſis Chriſti fidelibus has litteras viſuris vel audituris *Owenus* filius *Griffini* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, nos divinæ pietatis intuitu, donationem & confirmationem Domino *L.* Principis & *David* & *L.* fratris noſtri, anteceſſorum noſtrorum, ſuper totam **Habadaed** de **Penmon**, **Baghnyt**, & **Cremlyn**, cum omnibus pertinentiis ſuis, Priori & Canonicis de Inſula **Glannauc** dediſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe, prout melius & liberius Domini *L.* *David*, & *L.* frater noſter conceſſerunt & contulerunt. Et ut hæc noſtra donatio rata & inconcuſſa permaneat in poſterum, hanc Cartam ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Hiis teſtibus, *Lewelino* (&c.) Dat apud **Bagonyt** *xv.* Kal. *Octobris* anno Domini *MCCxlvii.* 1247. Nos autem donationes conceſſiones (&c.) confirmamus, ſicut Cartæ prædictæ rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus, *Edmundo* fratre noſtro (&c.) Dat. per manum noſtram apud **Lanmays** quarto die *Maii* anno Regni noſtri *xxiii.*

PRIORATUS

de **Chetwode** *in agro* Buckinghamenſi.

Licentia Roberti Groſteſte *quondam* Linc. *Epiſcopi de fundatione ejuſdem.*

OMnibus (&c.) Cupientes religionem & cultum divinum tam locis & corporibus, quàm incremento devotionis & fidei ampliari; auctoritate pontificali concedimus, quod apud **Chetwode**, in fundo Domini *Radulfi* de *Norwico*; conſtruatur & ædificetur Eccleſia Canonicorum regularium, ordinis beati *Auguſtini*, qui nobis & ſucceſſoribus noſtris pleno jure ſubjiciantur, ita quod Priores, qui pro tempore fuerint inſtituendi, per nos & ſucceſſores noſtros inſtituantur, nobis & ſucceſſoribus noſtris canonicam obedientiam facientes (&c.)

Ex Regiſtro *Roberti Groſteſt*, quondam *Lincolnienſis* Epiſcopi, apud *Linc.* exiſtente A. D. 1640.

Ann. x. Epiſc. ſui.

De Heremitagio apud **Chetwode**.

DOminus *Radulphus* de *Chetwode* miles præſentat ad Heremitorium & Capellam Sanctorum Martyrum *Stephani* & *Laurentii*. Dictum Heremitagium fundatum eſt per dominum *Robertum* militem, quondam dominum de **Chetwode**, ad celebrandum ibidem divina pro anima ejus, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum ſuorum, qui dictum locum poſtmodum optinuit dedicari. Vulgariter autem locus ille à laicis *Heremitagium* nuncupatur, propter ſolitudinem; non quod Heremita aliquis aliquo tempore ibidem ſolebat converſari. Capellanus verò ibidem deſerviens in ſeculari habitu, cum honeſta familia ſua ibidem vivere debet. Habet etiam annuatim *xxiii*. acras terræ ad ſeminandum, & duas marcas annuas, & oblationes & obventiones, quæ proveniunt ibidem die Sancti *Laurentii* quæ eſtimantur ad *x. s.*

Ibid. Ann. *xii.*

Licentia Regis Henrici *tertii Canonicis de* **Chetwode** *conceſſa, pro includendo una carucata terræ in* **Brehull**.

REX omnibus (&c.) ſalutem. Cum dudum dederimus Priori & Canonicis de **Chettewode** unam carucatam terræ cum pertinentiis in Manerio noſtro de **Brehull**, ad inveniendum unum Capellanum ſui Ordinis, ad deſerviendum Capellæ Sanctæ *Wereburgæ* apud Here-

Pat. 40 H. 3. m. 15.

Vide Pat. 36 H 3 m. 16.

mitorium de **Brehull**; & quinquaginta ſolidos annuos, ad inveniendum alium Capellanum ejuſdem ordinis, ad deſerviendum Capellæ Curiæ noſtræ de **Brehull**; & iidem Prior & Canonici plenum commodum de dicta terra reportare nequeant propter feras noſtras, per quarum ingreſſum in eandem terram gravantur & graviter dampnificantur; per quod onus dicti ſervicii commodè ſuſtinere non poſſunt, ut intelleximus; Nos paupertati eorum compatientes, & ſuſtentationi prædicti ſervicii prædictarum Capellarum providere volentes, eis caritativè duximus concedendum, quod totam terram arabilem de prædicta carucata terræ includere poſſint; ita quod feræ noſtræ non poſſint eam intrare: Et quod iidem Prior & Canonici & eorum ſucceſſores eam ſic incluſam teneant imperpetuum, ſine impedimento & contradictione noſtri & hæredum noſtrorum (&c.) Concedimus etiam eiſdem Priori & Canonicis, pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, quod ipſi & eorum ſucceſſores imperpetuum habeant ſingulis annis in Foreſta noſtra de **Brehull** per viſum Foreſtariorum noſtrorum ejuſdem Foreſtæ, in loco ſibi competenti, quinq; carectatas clauſturæ, ad prædictæ terræ clauſturam ſuſtinendam; & unum robur ad focum ſuum. In cujus (&c.) T. Rege apud *Sanctum Albanum xxvi.* die *Februarii.*

Carta Regis Henrici *tertii donationem* Thomæ Buſſyn *de terra de* **Pethercotes** *confirmans.*

Pat.41.H.3.m.3.

REx Archiepiſcopis (&c.) ſciatis quod cum *Thomas Buſſyn*, per Cartam ſuam dederit, conceſſerit, & quietam clamaverit Priori & Canonicis de **Chetwode**, & ſucceſſoribus ſuis totam terram ſuam cum pertinentiis in parochia de **Stepel Aſton**, quæ vocatur **Pethercotes**; & quam idem *Thomas* tenuit de nobis in capite; Tenendam eiſdem Priori & Canonicis & eorum ſucceſſoribus in liberam elemoſinam imperpetuum; faciendo inde nobis & hæredibus noſtris ſervicia inde debita & conſueta: Nos prædictam donationem, conceſſionem, & quietam clamationem ratam habentes & gratam eam pro nobis & hæredibus noſtris in forma prædicta concedimus & confirmamus, ſicut Carta prædicti *Thomæ*, quam inde habent, rationabiliter teſtatur (&c.) Data per manum noſtram apud *Ceſtriam xviii.* die *Auguſti.*

Confirmatio Regis Edwardi *quarti facta Canonicis de* **Notteley**, *de Prioratu de* **Chetwode.**

Pat.1.E.4. p.5.m.13

REx omnibus ad quos (&c.) ſalutem. Sciatis quod cum *Willielmus* Abbas de **Notteley**, in Com. *Bucks.* & ejuſdem loci Conventus, ſeiſiti exiſtant in dominico ſuo, ut de feodo, in jure Abbatiæ ſuæ prædictæ, de ſitu Prioratus, & de Prioratu de **Chetwode** in Comitatu prædicto; & de omnibus Maneriis, dominiis, terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, pratis, paſcuis, paſturis, boſcis, mariſcis, Parcis, warennis, Chaceis & piſcariis, tam in dicto Comitatu *Bucks.* quàm in Com. *Oxon.* nuper parcellam Prioratus prædicti, aut eidem Prioratui ſpectantibus ſive pertinentibus; cum feodis militum, advocationibus Eccleſiarum & Capellarum, Wardis, Maritagiis, Releviis, heriettis, Eſcaetis, reverſionibus, Vic. Franciplegii, Curiis, Letis, Hundredis, Wapentachiis, Decimis, Oblacionibus, Obvencionibus, annuitatibus, penſionibus, porcionibus, proficuis, emolumentis & commoditatibus, libertatibus, Francheſiis, & quibuſcumq; eidem Prioratui & cæteris præmiſſis vel alicui parcellis, eorundem ſpectantibus ſive pertinentibus. Nos de gratia noſtra ſpeciali & ad effectum, quod prædicti Abbas & Conventus & ſucceſſores ſui divinis ſerviciis in Abbatia prædicta eo quietiùs intendere valeant; & pro ſalubri ſtatu noſtro, dum vixerimus; & pro anima noſtra & animabus Progenitorum & Anteceſſorum noſtrorum, cum ab hac luce migraverimus, ſpecialiùs deprecentur, quo ipſi in poſſeſſionibus ſuis prædictis per nos firmiores & ſtabiliores efficiantur; jus, titulum, ſtatum, & poſſeſſionem eorundem Abbatis & & Conventus, de & in ſitu Prioratus, Prioratu, Maneriis, dominiis, terris, tenementis, redditibus, & ſerviciis prædictis, & cæteris præmiſſis, eiſdem Abbati & Conventui & ſucceſſoribus ſuis approbamus, & ratificamus, & confirmamus.

Et ulterius, de uberiori gratia noſtra concedimus eiſdem Abbati & Conventui ſitum Prioratus & Prioratum prædictum, ac omnia Maneria, dominia, terras, tenementa, redditus, reverſiones, & ſervicia prædicta, & cætera præmiſſa cum pertinentiis. Habenda & tenenda eiſdem Abbati & Conventui & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuuum, unà cum feodis militum, advocationibus Eccleſiarum, & Capellarum; parcis, warrennis, Chaceis, piſcariis, wardis, maritagiis, releviis, heriettis, Eſcaetis, Vic. Francipleg. Cur. Letis, Hundredis, Wapentachiis, Decimis, Oblationibus, Obventionibus, annuitatibus, penſionibus, porcionibus, proficuis, emolumentis & commoditatibus ac libertatibus, & Francheſiis quibuſcumq; , eidem Prioratui & tenementis præmiſſis, vel alicui parcellæ eorundem ſpectantibus ſive pertinentibus, vel ab antiquo pertinere ſeu ſpectare debentibus; eo quod aliqua inquiſitio de aliquo

quo titulo inde ad nos competenter capto, ſeu in Cancellaria noſtra aut in Scaccarium noſtrum retornato, exiſtit, vel non exiſtit; eo quod expreſſa mencio de certitudine & quantitate Maneriorum, dominiorum, terrarum, (&c.) nec de vero valore eorundem, aut alicujus parcelli eorum; nec de aliis donis & conceſſionibus per nos vel Progenitores noſtros præfatis Abbati & Conventui ſeu prædeceſſoribus ſuis, ante hæc tempora factis, in præſentibus minimè factis exiſtit, juxta formam ſtatutorum in hujuſmodi caſu editorum, aut alia aliqua ordinatione, re, cauſa, vel materia quacumq; in aliquo non obſtante. In cujus, (&c.) Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* decimo die *Julii*.

PRIORATUS

de **Lacock** *in agro* VViltonienſi.

De prima Fundatione ejuſdem.

Ex chronico incerti autoris quod eſt Oxonii *in biblioth.* Lindenſis *Collegii.*

Lelandi Coll. vol. 2. p. 341.

ANno *D. M. CC. xxii.* in feſto S. *Mariæ Magdalenæ*, *Willielmus Longaſpata* Comes *Sarum*, Deo & ordini *Cartuſiæ* dedit Monaſterium ſuum de **Hethorp**; Sed quia hi qui ad locum illum ordini ſuo competentem, non innuebant, *Ela* nobilis mulier, relicta prædicti Comitis, tranſtulit eos ad Manerium de *Hentona*, & in parte ejuſdem Manerii fundavit Eccleſiam eorum, Anno Domini *M.CC.xxvii.viii.* Idus *Novemb.* Quæ poſtea Monaſterium ſanctimonialium conſtruxit in Manerio ſuo de **Lacok**, & earum habitum ſumpſit A. D. *M. CC. xxxvi.* & poſtea Abbatiſſa earum facta eſt, & commiſſam ſibi Domum multis annis fœliciter rexit.

Fundatorum Hiſtoria.

Ex Regiſtro de **Lacock** in bibl. *Cotton.*

ERat quidam miles ſtrenuus Normannus, *Walterus* le *Ewrus* Comes de *Roſmar*; cui propter probitatem ſuam Rex *Guillelmus* dedit totum dominium de *Sareſburia*, & *Ambreſburia*. Antequam iſte *Walterus* le *Ewrus* in *Angliam* venit, genuit *Geroldum* Comitem de *Roſmar* le *Gros*; qui genuit *Gulielmum* de *Roſmar* le *Meſchyn* ſecundum; qui genuit *Gulielmum* tertium de *Roſmar*, qui obiit ſine liberis. Poſtquam *Walterus* le *Ewrus* genuit *Edwardum*, natione Anglicum natum, poſtea Vicecomitem *Wilteſs*, qui habuit uxorem, de qua genuit quandam fillam nomine *Matildem*, quam poſtea *Humphridus* de *Bohun* duxit in uxorem, & quendam filium nomine *Walterum* de *Sareſburia*. Iſte *Walterus* duxit uxorem nomine *Sibillam* de *Cadurcis*; de qua genuit *Patricium*, primum Comitem *Sarum*. Idem *Walterus* verò fundavit Prioratum de **Bradeneſtok**, & conſtituit in eodem, Deo perpetuo deſervientes, Canonicos regulares; qui poſt mortem uxoris induit tonſuram, & habitum Canonicorum, & ibidem corpora eorum in uno tumulo collocantur, juxta Preſbiterium, quorum animæ requieſcunt in cælo.

Patricius vero ejus filius genuit ex uxore ſua *Ela*, *Gulielmum* Comitem *Sarum*, *Gulielmus* verò duxit in uxorem *Alianoram* de *Veteri*; de qua genuit filiam unicam, nomine *Elam*, A. D. 1188. quæ data eſt Domino *Gulielmo Longeſpee* filio Regis *Henrici* ſecundi; cui Dominus Rex *Ricardus* reddidit Comitatum de *Roſmar*, ſicut hæreditatem & jus hæreditarium ſuum & ipſius *Ela*, quod ſibi acceſſit, & accidit de jure hæreditario *Edwardi* de *Sareſburia* filii *Walteri* de *Ewrons*.

Guilielmus Longeſpe, ex prædicta *Ela* liberos genuit, quorum nomina ſunt hæc; *Gulielmus Longeſpe* ſecundus, qui viriliter contra hoſtes Chriſti in terra ſancta dimicans ibidem pro nomine Jeſu contumeliam patiens, vitam temporalem finiens, in Chriſto ſine fine victurus; ut fertur, athleta Dei ad cœli palatium Anno Domini 1249. aſcendit, cujus animam Domina *Ela* mater ipſius tunc exiſtens Abbatiſſa de **Lacock**, vidit cælos penetrans in ſtallo ſuo, & horam cæteris ſororibus denuncians: Genuit etiam *Ricardum*, qui fuit Canonicus *Sarum*, cujus corpus apud **Lacock** tumulatur, *Stephanum* Comitem *Ultoniæ* cujus corpus apud **Lacock** humatum eſt; cor verò ejus apud **Bradeneſtok** optinet ſepulturam, & *Nicolaum*, qui fuit Epiſcopus *Sarum*, cujus corpus apud *Sarum* tumulatur: Cor itaq; ejus apud **Lacock**, viſcera verò apud *Ramiſberiam*; *Iſabellam* de *Veſcy*; *Elam* quam, duxit Comes **Warwyk**, & poſtea *Philippus Baſſet*, quæ remanſit ſterilis; *Idam* de *Camyle*, quam duxit in uxorem *Walterus* fil. *Roberti*, de qua genuit *Catherinam* & *Loricam*, quæ velatæ erant apud **Lacok**; *Elam* quam duxit primò *Guillelmus* de *Dodingeſeles*, de qua genuit *Robertum* qui, ... *Ela* ergo uxore *Gul. Lungeſpee* primi, nata fuit apud *Ambreſbiriam*, patre & matre *Norman.* novem . . . . . . pater itaq; ejus defectus ſenio, migravit ad Chriſtum Anno Domini *MCXCVI.* mater ejus ante per biennium obiit, quorum corpora apud **Bradeneſtok** ſunt tumulata, juxta veſtibulum ibidem ſub lapide marmorea. Interea Domina cariſſima *Ela*, patre & matre orbatâ . . . . . *Dani* per cognatos & notos adducta fuit in *Normanniam*, & ibidem ſub tuta & arcta cuſtodia nutrita.

Eodem tempore in *Anglia* fuit quidam miles, nomine *Gulielmus Talbot*, qui induit ſe habitum peregrini, in *Normanniam* tranſfretavit; & ibi moratus per duos annos; huc atq; illuc vagans, ad explorandum Dominam *Elam Sarum*, & illa inventa exuit habitum peregrini, & induit ſe quaſi Cythariſator, & Curiam, ubi morabatur, intravit; & ut erat homo jocoſus, in geſtis antiquorum valde peritus, ibidem gratanter fuit acceptus, quaſi familiaris: Et quando tempus aptum invenit, in *Angliam* reparavit, habens ſecum iſtam venerabilem dominam *Elam*, & hæredem Comitatus *Sarum*, & eam Regi *Ricardo* præſentavit: At ille lectiſſimè eam ſuſcepit, & fratri ſuo *Gulielmo Lungeſpe* maritavit, per quem liberos ſubſcriptos habuit; *v.z. Gulielmum Lungeſpe* ſecundum, *Stephanum*, *Ricardum*, *Nicholaum*, *Iſabellam Veſcy*, *Petronillam*, quæ obiit in virginitate, & apud **Bradeneſtok**, juxta latus aviæ ſuæ dextrum, ibidem ſepultum, ſub lapide marmoreo, *Elam*, & *Idam* A. D. *MCCxxvi*.

Dominus *Guillelmus Longeſpe* primus, nonas *Martii* obiit; cujus corpus apud *Sarum* eſt humatum. *Ela* verò uxor ejus ſeptem annis ſupervixit in viduitate, & propoſuit autem ſæpius ut fundaret Monaſteria Deo placentia, pro ſalute animæ ſuæ, & mariti ſui, & omnium anteceſſorum ſuorum, quæ per revelationes habuit, ut in prato teſtudinum, Anglicè *Snayles mede* propè **Lacok** Monaſterium ædificaret in honore S. *Mariæ*, ſanctiq; *Bernardi*, & uſq; ad finem complevit ſumptibus ſuis propriis, id eſt de Comitatu *Sarum*, quæ fuit hæreditas ſua.

Fundavit etiam Prioratum de **Henton**, Ordinis *Cartuſiæ*, unâ die duo Monaſteria fundavit; primò mane *xvi*. Cal. *Maii* **A.D.** *MCCxxxii*. apud **Lacok**, in quo ſanctæ degunt Canoniſſæ continuo Deo famulantes & devotiſſimè; & **Henton** poſt nonam.

A. verò ætatis ſuæ *xlv*. *Alicia Garinges* apud **Lacok** prima Canoniſſa velata, A. ſeptimo poſt fundationem domus de **Lacok**, hoc eſt A. D. *MCCxxxviii*. Domina *Ela* de *Lungeſpe* nobilis matrona, aſſumpſit habitum religionis apud **Lacok**, A. ætatis ſuæ 51. *viii*. Kal. *Januarii*, in ſuis & actibus & præpoſitis omnibus perpetratis, ſecundùm conſilium & auxilium S. *Edmundi Cantuar*. Archiepiſcopi & aliorum virorum diſcretorum ſemper ſeipſam indulgens.

Anno Domini 1240. 18. Kal. *Sept*. confecta eſt domina *Ela Lungeſpe* fundatrix, in Abbatiſſam primam de **Lacok**, A. verò ætatis ſuæ 53. ubi Monaſterium ſuum & gregem ſibi commiſſum, multis annis, ſtrenuè gubernavit, & Deo devotiſſimè ſervivit, arctam vitam ducens, in jejuniis, in vigiliis ſanctis, meditationibus & diſciplinis aſſiduè rigidis, ac aliis operibus bonis caritativis decem & octo annis; Demùm verò cernens ſe ſenio & nimia debilitate affectam, cum non potuit, ut voluit, religioni ſuæ prodeſſe, renunciavit, & recuſavit præeſſe; & dum vixit Abbatiſſam præfecit nomine *Beatricem* de *Cantia*, pridiè Kal. *Januarii* A. 1257. ac A. ætatis ſuæ *lxx*. Sicq; ferè quinq; annis poſt vixit ſine omni cura libera; A. ætatis ſuæ *lxxiiii*. *ix*. Kal. *Sept*. animam ſuam in pace optinens, requievit in domino anno 1261. & in choro dicti Monaſterii decentiſſimè tumulata.

ANno *MCCxxii*. Hoc anno velantur primò moniales de **Lakoc**.

Ex MS. *Codice* in bibl. *Cotton*. [ſub effigie *Vitellii* A. 8.]

A. *MCCxxiii*. Iſto anno primitùs fundatur cœnobium de **Lacok**.

A. *MCCxxxviii*. Hoc anno nobilis matrona, Domina *Ela* Comitiſſa *Sarum*, aſſumpſit habitum religionis.

A. *MCCxl*. Eodem anno *Ela* Comitiſſa *Sarum* eligitur in Abbatiſſam.

A. *MCClvii*. Nonas *Aprilis*, depoſuit ſe Domina *Ela* Abbatiſſa de **Lacok**.

A. *MCClxi*. decimo quarto Kal. *Maii*, obiit Domina *Ela* Comitiſſa *Sarum* fundatrix cœnobiorum de **Lacok** & *Hentona*.

Carta Fundationis.

Cart. 14. *H.* 3 m. 13.

REx, &c. inſpeximus Cartam *Elæ* Comitiſſæ *Sarum*, in hæc verba. Sciant præſentes, & futuri, quod ego *Ela* Comitiſſa *Sarum*, pro Deo & pro anima Comitis *Willielmi Lungeſpee*, & animarum anteceſſorum ſuorum, & meorum; & pro ſalute mea, & *Willielmi Lungeſpee* filii mei primogeniti, & omnium aliorum hæredum & liberorum meorum, tempore viduitatis meæ, dedi, & conceſſi, & præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, totum Manerium meum de **Lacok**, cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus, & liberis conſuetudinibus in omnibus locis, & in omnibus rebus, ſine omni retenemento, ad faciendam ibidem Abbaciam Monialium, quam volo nominari locum beatæ *Mariæ*: Quare volo, quod Abbatiſſa & Moniales liberè Deo, & imperpetuum ſervituræ, habeant & teneant totum prædictum Manerium, cum pertinentiis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, ſolutum penitùs & quietum ab omni ſeculari ſervitio pertinente ad Dominum Regem, & Ballivos ſuos, & ad me, & ad hæredes meos, & ab omnimodo ſervitio, & exactione quocunq; caſu poſſit exigi de terra illa. Et ego *Ela* & hæredes mei Warantizabimus, defendemus, & acquietabimus præfatis monialibus totum prædictum Manerium, cum pertinentiis, ita liberum, ut prædictum eſt, verſùs omnes homines & fœminas imperpetuum. Hiis teſtibus, *H.* de *Burgo*, *W.* Comite *Mareſcallo*, *W.* Comite *Warennæ*, *Petro* filio *Herberti*, *H.* de *Nevill*, *Radulpho* filio *Nicholai*, *Johanne* le *Daneis*, *Henrico* de *Abenet*, & multis aliis. Nos igitur hanc donationem, (&c.) confirmamus, (&c.)

Carta Regis Henrici *tertii de immunitate* Chiminagii *per Foreſtas ſuas; necnon diverſorum Donationes recitans & confirmans.*

Rex (*&c.*) Edwardus (*&c.*) *Inſpeximus* (*&c.*)

Pat. 22. R. 2. p. 2. m. 14. per Inſpex.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* (&c.) Sciatis nos, ad inſtantiam dilectæ conſanguineæ noſtræ *Ela* Comitiſſæ **Warwyk**, & pro ſalute animæ noſtræ (&c.) conceſſiſſe (&c.) Abbatiſſæ & monialibus de **Lacock**, quòd ipſæ & earum ſucceſſores imperpetuum ſint quietæ de Chiminagio per omnes Foreſtas noſtras in Com. *Wilteſ.* & *Glouc.* (&c.)

Nos autem conceſſionem & confirmationem prædictas; ac etiam donationem & conceſſionem, quas *Amicia* quondam Comitiſſa *Devon.* & Domina *Inſulæ* fecit præfatis Abbatiſſæ & monialibus, de toto Manerio ſuo de **Shorewelle**, cum omnibus pertinentiis ſuis (&c.) Et donationem & conceſſionem, quas *Katerina Luvel* fecit præfatis Abbatiſſæ & monialibus, de tota terra ſua in **Wycleſcote**, quam emit de *Rogero Loef*, cum omnibus ubiq; pertinentibus ſuis (&c.) Et donationem (&c.) quas *Willielmus Longeſpeye* fecit præfatis Abbatiſſæ (&c.) de tota terra cum pertinentiis, quæ quondam fuit *Nicholai* de *Hampton* in **Hupham**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Et donationem & conceſſionem, quas *Conſtancia* de *Lega* fecit præfatis Abbatiſſæ & monialibus de toto Manerio ſuo de **Wodeſmoneſcote**, cum omnibus pertinentiis ſuis, (&c.) ratas habentes (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm. i.* die *Maii* A. Regni noſtri octavo.

PRIORATUS

de **Seleburne** *in agro* Hantonienſi.

A. 1233.

Ex ipſo autogr. in archivis Collegii *Magdalanenſis Oxonii.*

Vide Cart. 10. E. 3. n. 24.

Et Pat. 12. E. 3. p. 3. m. 3.

Carta Petri *de* Rupibus Wintonienſis *Epiſcopi de Fundatione ejuſdem.*

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, *P.* divinâ miſeratione **Winton** Eccleſiæ miniſter humilis, ſalutem in Domino. Ex officio paſtorali tenemur viros religioſos, qui pauperes ſpiritu eſſe pro Chriſto, neglectis lucris temporalibus, elegerunt, ſpeciali affectu diligere, fovere pariter & creare, eorumq; quieti ſollicitè providere; ut tanto uberiores fructus de continua in lege Dei Meditatione percipiant, quanto à conturbationibus malignorum ampliùs fuerint ex patroni proviſione & Eccleſiaſtica defenſione ſecuri. Hinc eſt quòd Univerſitati veſtræ notificamus, nos divinæ caritatis inſtinctu, de aſſenſu Conventûs Eccleſiæ noſtræ *Winton.* fundâſſe Domum Religioſam Ordinis magni Patris *Auguſtini*, in honore Dei & glorioſæ ſemper Virginis ejuſdem Dei Genitricis *Mariæ*, apud **Seleburne**, ibidemq; *Canonicos Regulares* inſtituiſſe. Ad quorum ſuſtentationem, & hoſpitum & pauperum ſuſceptionem, dedimus, conceſſimus, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus eiſdem Canonicis, totam terram quam habuimus de dono *Jacobi* de *Acangre*; & totam terram, curſum aquæ, boſcum, & pratum, quæ habuimus de dono *Jacobi* de *Nortone*. Et totam terram, boſcum, & redditum quæ habuimus de dono Domini *H.* Regis *Angliæ*, cum omnibus prædictarum poſſeſſionum pertinentiis.

Dedimus etiam & conceſſimus in proprios uſus eiſdem Canonicis Eccleſiam prædictæ villæ de **Seleburne**, & Eccleſias de **Baſing**, & de **Baſingeſtock**; cum omnibus earundem Eccleſiarum Capellis, libertatibus, & aliis pertinentiis; ſalvâ honeſtâ & ſufficienti ſuſtentatione Vicariorum in prædictis Eccleſiis miniſtrantium; quorum præſentatio ad Priorem prædictæ Domûs Religioſæ de **Seleburne**, & Canonicos ejuſdem loci in perpetuum pertinebit. Præterea poſſeſſiones & redditus, Eccleſias, ſive decimas quas in Epiſcopatu noſtro adepti ſunt, vel in poſterum, Deo dante, juſtis modis poterunt adipiſci, ſub noſtra & *Winton.* Eccleſiæ protectione ſuſcepimus & Epiſcopalis auctoritate officii confirmavimus: Eadem auctoritate firmiter inhibentes ne quis locum in quo divino ſunt officio mancipati, ſeu alias, eorum poſſeſſiones invadere vi, vel fraude vel ingenio malo occupare audeat, vel etiam retinere, aut fratres converſos, ſervientes, vel homines eorum aliquâ violentiâ perturbare; ſive fugientes ad eos, cauſâ ſalutis ſuæ conſervandæ, à ſeptis Domus ſuæ violenter præſumat extraere.

Præcipimus autem ut in eadem Domo Religioſa de **Seleburne** Ordo Canonicus & Regularis Converſatio ſecundùm Regulam Magni Patris *Auguſtini*, quam primi inhabitatores profeſſi ſunt, in perpètuum obſervetur; & ipſa Domus Religioſa à cujuſlibet alterius Domus Religioſæ ſubjectione libera permaneat, & in omnibus abſoluta; Salvâ in omnibus Epiſcopali auctoritate & *Winton.* Eccleſiæ dignitate. Quod ut in poſterum ratum permaneat & inconcuſſum, præſenti ſcripto & ſigilli noſtri patrocinio duximus confirmandum. Hiis teſtibus, Domino *Waltero* Abbate de *Hyda.* Domino *Waltero* Priore de Sancto *Swithuno.* Domino *Stephano* Priore de *Motesfonte*, Magiſtro *Alano* de *Stoke*, Magiſtro *Will.* de Sanctæ *Mariæ* Eccleſia, tunc Officiali noſtro. *Lucâ* Archidiacono de *Surrey*, Magiſtro *Humfrido* de *Millers*, *Henrico* & *Hugone* Capellanis, *Roberto* de *Dinchamp*, & *Petro Roſſinol*, Clericis: &

multis aliis. Dat. apud *Wlues* per manum *P.* de *Cancellis*, in die Sanctorum Martirum *Fabiani* & *Sebaſtiani*, Anno Domini *Milleſimo ducenteſimo triceſimo tertio.*

PRIORATUS

de **Kirkeby** Beler *in agro* Leiceſtrenſi.

De prima Fundatione & dotatione ejuſdem.

Ex Regiſtro *Johannis Dalderby* Epiſc. *Linc.* fol. 346.

ROgerus Beler* de **Kirkeby** fundabat quandam domum de uno Cuſtode, & duodecim Capellanis, in Capella S. *Petri* de *Kirkby* ſupra **Wrethk**; & dedit eis quaſdam parcellas terræ in **Kirkeby** prædicta per diviſas ibidem expreſſas, per unam Cartam; in qua inſtituit niſi unum Capellanum & alium miniſtrum; Et per ſecundam Cartam addidit in incrementum Advocationem Eccleſiæ ejuſdem villæ de **Kirkby**, &c. Manerium de **Buckminſter**, ad inveniendum unum Cuſtodem, & duodecim Capellanos in Capella prædicta, ut ſupra mencionatur, divina imperpetuum celebraturos, pro anima ſua, & animabus *Aliciæ* uxoris ſuæ & *Willielmi Beler* patris ſui; & *Amiciæ Beler* matris ſuæ, & *Rogeri Beler* avi ſui, & *Amiciæ* uxoris ſuæ; *Roberti* de *Dalbi* & *Amiciæ* uxoris ejus, *Radulfi Beler* de **Keteſby**, *Thomæ Wake*, *Matildis* de *Houby*, *Johannis* de *Houby*, &c. Dat. apud **Kirkeby** ſuper wretheck, die dominica proxima poſt feſtum S. *Bartholomæi* Apoſtoli, anno Regis *Edwardi*, filii Regis *Edwardi* decimo tertio. Hiis Teſtibus, Fratre *Willielmo* de *Brakeley*, Abbate de **Croxton**; Dominis *Johanne Hamelin*, *Symone* de *Bereford*, *Willielmo Brabazoun* militibus; *Radulfo Beler*, *Roberto Turney*, *Roberto Paynel*, *Roberto Orgae* de **Melton**, *Symone Hauberk*, *Thoma* de *Arreby*, *Willielmo* le *Buttiler*, *Willielmo* de *Sniterby*, &c.

13. E. 2.

PRIORATUS

de **Aſherugge** *in agro* Buckinghamenſi.

Diploma Regis Edwardi *primi, Cartam Fundationis, per* Eadmundum *Comitem* Cornubiæ, *recitans & confirmans:*

Cart. 14 E. 1 n. 15.

Vide Pat. 2. H. 5 p. 1. m. 6.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam quam dilectus conſanguineus & fidelis noſter *Edmundus* Comes *Cornubiæ* fecit Deo & beatæ *Mariæ* ac Rectori *bonorum virorum* fratrum Eccleſiæ, in honore precioſi ſanguinis *Jheſu Chriſti* apud **Eſſerugge** fundatæ, & *bonis viris* ejuſdem loci fratribus ibidem Deo ſervientibus, in hæc verba. Sciant præſentes & futuri quod nos *Edmundus* claræ memoriæ *Ricardi* Regis *Alemanniæ* filius & Comes *Cornubiæ*, dedimus, conceſſimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus, pro nobis & hæredibus noſtris Deo & beatæ *Mariæ* ac Rectori *bonorum virorum* fratrum Eccleſiæ, in honore pratioſi ſanguinis *Jheſu Chriſti* apud **Eſſerugge** fundatæ, & bonis viris ejuſdem loci fratribus Deo ibidem ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, ad ſuſtentationem viginti fratrum clericorum, de quibus treſdecim ſint Preſbiteri ad minus, Manerium noſtrum de **Eſſerugge**, cum **Pichelesthorne**, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, quæ habuimus ex dono & conceſſione quondam *Ulinni Chayndut*, cum clauſo parci ejuſdem Manerii de **Eſſergugge**, tam infra parochiam Eccleſiæ beati *Petri* de *Berchamſted* quam infra parochiam Eccleſiæ de **Pichelesthorne**.

Dedimus etiam & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris dictis Rectori & fratribus in dicta Eccleſia Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, Manerium noſtrum de parva **Gateſdene**, cum omnibus & ſingulis pertinentiis ſuis, tam ad terras & tenementa, quæ quondam dominus *Galfridus* de *Lucy* de nobis tenuit in eodem Manerio, quàm ad terras & tenementa quæ habuimus ex dono & conceſſione quondam *Thomæ* de *Vyeneſton* in eodem Manerio ſpectantibus. Dedimus inſuper & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris dictis Rectori & fratribus in dicta Eccleſia Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, Manerium noſtrum de **Hamelhamſted**, cum omnibus & ſingulis pertinentiis ſuis, excepta advocatione Eccleſiæ ejuſdem Manerii & warenna noſtra in eadem; Habendum & tenendum omnia prædicta Maneria, videlicet de **Eſſerugge**, **Pichelesthorne**, **Hamelhamſted**, & **Gateſden**, tam ex illa parte quam quondam dictus dominus *Galfridus* de *Lucy* de nobis tenuit, quam ex parte illa quam habuimus

mus ex dono & conceſſione quondam *Thomæ* de *Vyeleſtone* ibidem, cum Returno brevium Domini Regis, Placito vetiti namii, Placitis coronæ Regis, catallis felonum & fugitivorum, cum viſu Francii plegii, & omnibus quæ ad viſum pertinent, cum emendis aſſiſæ Panis & cerviſiæ fractæ, Huteſio levato, & placito de ſanguine effuſo; & etiam cum homagio & ſervicio hæredum quondam præfati Domini *Galfridi* de *Lucy* de toto tenemento quod de nobis tenuit, vel tenere debent in villa de parva **Gateſden** & cum homagio & ſervicio hæredum quondam *Thomæ* de *Flanndene,* de toto tenemento quod de nobis tenent, vel tenere debent in villa de **Hamilhamſtede,** cum homagio & ſervitio hæredum quondam *Lucæ Lovel,* de toto tenemento quod de nobis tenent vel tenere debent in eadem villa, & cum homagio & ſervitio *Willielmi Torgis* & hæredum ſuorum, de toto tenemento quod de nobis tenent vel tenere debent in eadem villa; & cum omnibus juribus & libertatibus ac liberis conſuetudinibus, quæ nos vel anteceſſores noſtri in prædictis Maneriis in **Eſſerugge, Picheleſthorn** & **Hamilhamſted**; ac etiam in Manerio de parva **Gatiſdene,** tam ex parte illa quam quondam præfatus Dominus *Galfridus* de *Lucy* de nobis tenuit, quàm ex parte illa quam habuimus ex dono & conceſſione quondam *Thomæ* de *Vyeleſtone* ibidem, ratione libertatis honoris de **Berkhamſted** utebamur, vel uti conſueveramus; ac etiam cum omnibus rebus ad prædicta Maneria qualitercunq; ſpectantibus, ut in domibus, ædificiis, homagiis, fidelitatibus, wardis releviis, herietis, ſcutagiis, & omnibus aliis forinſecis ſerviciis, eſcaetis, redditibus & ſerviciis tam liberorum hominum quàm villanorum, villanis cum ſuis villenagiis, catallis & ſequelis eorum, ſectis curiarum, cotagiis, ortis, gardinis, boſcis, planis, pratis, paſcuis, & paſturis, viis, ſemitis, foſſatis, & haiis, aquis, vivariis, piſcariis, ſtagnis, molendinis, videlicet **Picoteſmilne, Burmulne, Tuewatrmelne, Fellingmelne,** & **Welpeſburnemilne,** cum prato eidem molendino adjacente, in omnibus locis & rebus cunctis, tam non nominatis quàm nominatis, quæ ad prædicta Maneria pertinent vel pertinere debent vel ſolent infra villam & extra adeo benè & liberè, ſicut nos vel anteceſſores noſtri eadem Maneria cum pertinentiis unquam meliùs vel liberiùs tenuimus prædictis Rectori & fratribus Eccleſiæ prædictæ & eorum ſucceſſoribus de nobis & hæredibus noſtris in liberam, puram & perpetuam elemoſinam ſine ullo retenemento; ſalvis tamen nobis & hæredibus noſtris advocatione Eccleſiæ Manerii de **Hamilhampſtede** & warenna noſtra in eodem; Ita tamen quod ſi contingat quod prædicti fratres vel eorum ſucceſſores in dicta warenna lepores vel cuniculos capiant proinde nullatenùs occaſionentur, attachientur ſeu amercientur. Quod ſi eorum ſervientes ſeu tenentes attachiati fuerint per ballivos noſtros vel hæredum noſtrorum ratione foriſſacturæ in warenna prædicta, & in miſericordia inciderint, volumus & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti Rector & fratres & eorum ſucceſſores omnimodas emendas & amerciamenta ex hujuſmodi foriſſacturis provenientia percipiant & habeant ſine calumpnia noſtra vel hæredum noſtrorum, ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcunq;.

Volumus etiam & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti Rector & fratres & eorum ſucceſſores habeant & teneant imperpetuum communiam paſturæ in boſco noſtro de **Berkhamſtede,** qui vocatur le **Frithe** ad omnia animalia ſua, & quod habeant omnes porcos ſuos in eodem boſco noſtro tempore paunagii quietos de paunagio, ſine calumpnia vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, ſeu miniſtrorum noſtrorum; Et quod habeant in eodem boſco noſtro *Huſbot,* & *Haybot,* & ad clauſturam parci ſui de **Eſſerugge** ſine calumpnia vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, & ſine viſu vel impedimento miniſtrorum noſtrorum vel hæredum noſtrorum.

Volumus inſuper & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti Rector & fratres dictæ Eccleſiæ & eorum ſucceſſores, ac homines & tenentes ſui de **Eſſerugge, Picheleſtorne, Hamilhampſtede** & **Gateſdene,** quieti ſint de nobis & hæredibus noſtris de omnimodis ſectis quarumcunq; curiarum, Hundredorum, & de viſu Franci plegii, & de omnimodis aliis exactionibus & demandis, quæ nobis & hæredibus noſtris aliquo caſu accidere poſſint in futurum; Ita tamen quod prædicti homines & tenentes de **Eſſerugge, Picheleſthorn, Hamelhampſtede,** & **Gateſdene,** tam ex parte illa quam dictus Dominus *Galfridus* de *Lucy* de nobis tenuit, quàm ex parte illa quam *Thomas* de *Vyeleſtone* aliquando tenuit in eodem, omnes ſectas quas nobis facere conſueverunt tam de viſubus Franciplegii, quàm de aliis, plenariè faciant Rectori & fratribus Eccleſiæ prædictæ & eorum ſucceſſoribus imperpetuum. Præterea volumus & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti Rector & fratres prædictæ Eccleſiæ & eorum ſucceſſores liberè poſſint emere & vendere in burgo noſtro de **Berchamſted** & alibi tam infra honorem noſtram de **Walingford,** quàm de **Berchamſtede** imperpetuum, abſq; theoloneo præſtando; & etiam quod ipſi Rector & fratres & ſucceſſores ſui, ac eorum homines & tenentes de **Eſſerugge, Pikeleſtorne, Hamelhampſtede** & **Gateſdene** ubiq; liberi ſint ab omni exactione ſeu præſtatione *theolonei, pontagii, ſtallagii, paſſagii, leirſtagii,* & ab omnibus exactionibus & conſuetudinibus, ſicut homines & tenentes noſtri de **Berchamſtede** & **Wallingeforde** ubiq; exiſtunt.

Volumus inſuper & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod præfati Rector & fratres dictæ Eccleſiæ ac eorum ſucceſſores imperpetuum ſint quieti de ſcutagio quociens acciderit. Præterea volumus & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod cedente vel decedente Rectore prædictæ Eccleſiæ, nos vel hæredes ſeu miniſtri noſtri vel hæredum noſtrorum nullatenus habeamus ingreſſum in terris, tenementis vel redditibus ipſorum fratrum, nec quicquam nos intromittemus de hiis, nec de aliis rebus quæ ad ipſos fratres pertinent, vel pertinere debent tempore vacationis, quo carebunt Rectore; ſet volumus, quod terræ & tenementa ac redditus ipſorum fratrum, necnon & alia quæ ad ipſos pertinent, in manibus ſuis ſemper remaneant, tam tempore vacationis quàm aliis temporibus; nec ſtatum ſuum in aliquo mutent. Et cum prædicti fratres aliquem in Rectorem ſuum Canonicè elegerint, liceat Epiſcopo loci illius ipſum confirmare, etiam ſi Patrono prius non fuerit præſentatus. Et nos prædictus *Edmundus* & hæredes noſtri, omnia ſupradicta in forma ſuperius expreſſa, prædictis Rectori & fratribus, ac eorum ſucceſſoribus, contra omnes homines, Chriſtianos & Judæos, ſicut noſtram liberam, puram & perpetuam elemoſinam Warantizabimus, acquietabimus, & imperpetuum defendemus. Et ut hæc noſtra donatio, conceſſio, & præſentis Cartæ noſtræ confirmatio perpetuæ firmitatis robur optineant, præſentem Cartam ſigilli noſtri impreſſione duximus roborandam. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus domino *Olivero Lincolnienſi*, & Domino *Petro Exonienſi* Epiſcopis (&c.) Nos autem donationes (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum noſtram apud Langeleye *xvii.* die *Aprilis*.

Adhuc de Fundatione ejuſdem.

Ex hiſt. Anglic. ſcript. antiq. ædit. *Lond.* 1653 col. 2544. l. 54.

ANnno *MCCCxxvi.* quarto Kal. *Febr*, occiſus eſt dominus *Rogerus Beler* in Comitatu *Leiceſtria*. Iſte *Rogerus* fundavit Cantariam ſecularium ſacerdotum apud Kyrkeby *Beler*, in Comitatu *Leyceſtria*, quam poſt multos annos uxor ejuſdem *Rog.* cum conceſſu *Rog.* filii eorum, tranſtulit in uſus Canonicorum regularium inſtituens ibidem primum Priorem loci, de Abbathiâ de Ouſtone.

KIRKEBY Belers *Prioratus* *Ord. S.* Auguſtini.

Lel. Coll. Vol. 1. p. 68.

R*Ogerus Beler* primus Fundator. Nunc, quia nullus eſt ejus ſucceſſionis, Epiſcopum *Lincolnia* accipiunt pro Fundatore.

De ſepultura præfati Fundatoris in iſto Prioratu.

Ad calcem libri MS. de vita trium Magorum in bibl. *Bodleiana*.

DOminus *Edmundus Cornubia* Comes fundavit domum Religioſam de Aſherugge, in eaq; viros Religioſos, vulgariter nuncupatos *Bonos homines* conſtituit, ubi etiam dominici ſanguinis particulam, quam maximâ curâ in *Teutonia* comparavit, poſuit. Sepultus eſt iſte *Edmundus* Comes in Eccleſia illius domus; ac ipſius Cor Fundatoris, cum cæteris ſui corporis particulis, unà cum beato corde *Thomæ* de *Cantilupo* nuper *Herfordenſis* Epiſcopi & Sanctiſſimi Confeſſoris, in quadam tumbâ, ex parte Chori, præſentis Eccleſiæ boreali, per ipſum *Edmundum*, ob ipſius confeſſoris eximii cordis venerationem, miro tabulatu fabricatâ, laudabili committitur ſepulturæ: jamq; præfati confeſſoris Cor Sanctiſſimum, à prænominata tumbâ mandatis Apoſtolicis eſt tranſlatum, & in tabernaculo quodam deaurato, ſibi competenti, honorificè collocatum, ſimul cum prænominatis reliquiis Dominici ſanguinis prætioſi, ac multis aliis reliquiis variis & devotis in hac Eccleſia per ſæpedictum Fundatorem reverentiæ perpetuæ deputatis.

PRIORATUS
de Reygate *in agro Surregienſi.*

Quieta clamatio Canonicis de Reygate, *facta per* Johannem *de* Warenna *Comitem* Surriæ, *de quodam redditu, ad Cantariam in caſtro de* Reygat *pro anima dicti Comitis faciendam.*

Pat. 10 E. 2. p. 2. m. 12.

REx omnibus ad quos, &c. Salutem. Inſpeximus Cartam quam *Johannes* de *Warenna* Comes *Surria* fecit Deo & beatæ *Maria* & Domui Sanctæ *Crucis* de Reygate; ac Priori & Canonicis ejuſdem Domus, in hæc verba. Sciant præſentes, & futuri, quod nos *Johannes* de *Warenna* Comes *Surria*, remiſimus & quietum clamavimus pro nobis & hæredibus noſtris Deo & beatæ *Maria* & domui noſtræ Sanct. *Crucis* de Reygate, Priori etiam & Canonicis ejuſdem domus ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum Deo ſervituris in perpetuam elemoſinam, totum jus & clameum quod habuimus vel habere potuimus in decem & novem ſolidis & quatuor denariis annui redditus, & in uno vomere quatuor ferris equorum cum clavis, de redditu, quem dicti Prior & Canonici & eorum prædeceſſores nobis & anteceſſoribus noſtris annuatim reddere conſueverunt pro diverſis tenementis in Reygate; ita quod nos nec hæredes noſtri, nec aliquis nomine noſtro aliquod jus vel clameum in prædictis decem & novem ſolidis, & quatuor denariis, dicto vomere, quatuor ferris equorum, cum clavis, ſeu in aliquibus ſuis pertinentiis exigere ſeu vendicare poterimus in futuro.

turo. Conceſſimus etiam (&c.) Deo & beatæ *Mariæ* & prædictæ domui noſtræ (&c.) quadraginta ſex ſolidos & undecim denarios annui redditus, cum pertinentiis in **Reygate**, annuatim ad tres terminos anni percipiendos, de tenentibus infra ſcriptis; videlicet de *N.ch.* de *Lynkefeld* viginti ſolidos; de *Will.* de *Cumbe* filio *Roberti* de *Cumbe* viginti & duos ſolidos & tres denarios, & de *Gilberto* le *Parmenter* quatuor ſolidos & octo denar. cum omnibus pertinentiis ſuis habendos & tenendos dictis Priori & Canonicis & eorum ſucceſſoribus (&c.) pro una Cantaria, quam iidem Prior & Canonici dictæ Domus & eorum ſucceſſores imperpetuum facere debent & tenentur in Caſtro noſtro de **Reygate** pro ſalute animæ noſtræ; necnon animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum; ita quod una Miſſa cotidie celebretur per eoſdem in Caſtro noſtro antedicto imperpetuum (&c.) In cujus rei teſtimonium, præſenti Cartæ apponi fecimus ſigillum noſtrum, data in Caſtro noſtro viceſimo quarto die menſis *Aprilis*, anno Regni Regis filii Regis *Edwardi* octavo. Nos autem remiſſionem (&c.) ratas habentes & gratas (&c.) concedimus & confirmamus (&c.) Teſte Rege apud *Weſt. xx.* die *Maii*.

PRIORATUS

de **Haltempriſe** *in agro* Eboracenſi.

Literæ Patentes Regis Edwardi *ſecundi pro Domo Religioſa in villa de* **Neuton** *fundanda.*

Pat. 15. E. 2. p. 2 m. 4.

REX omnibus ad quos &c. Salutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto conſanguineo & fideli noſtro *Thomæ Wake*, quod ipſe unum meſuagium cum pertinentiis in villa de **Neuton**, ad quandam domum religioſam, cujuſcumque ordinis voluerit, ibidem de novo fundandam, & conſtruendam; necnon & unum meſuagium & unam carucatam terræ, cum pertinentiis in eadem villa de **Neuton** & **Cotyngham**, & advocationem Eccleſiæ ejuſdem villæ de **Cotyngham**; quæ quidem meſuagia, terram, & advocationem, idem *Thomas* de nobis tenet in Capite, ut dicitur, dare poſſit & aſſignare Religioſis in dicta Domo conſtituendis, habenda & tenenda eiſdem Religioſis & ſucceſſoribus ſuis in puram & perpetuam elemoſinam. Ita quod iidem Religioſi dictam Eccleſiam appropriare & eam appropriatam in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum. Et præfatis Religioſis cujuſcunq; ordinis fuerint, quod ipſi prædicta meſuagia & terram cum pertinentiis, ad advocationem prædictam de præfato *Thoma* recipere & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis in puram & perpetuam elemoſinam, & Eccleſiam prædictam appropriare, & eam appropriatam in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſui prædictis imperpetum, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Eboracum xxvi.* die *Junii*.

Bulla *Johannis* Papæ *xxii.* pro tranſlatione Monaſterii de **Cotyngham** uſq; ad **Haltempriſe**.

Ex autographo in bibl. Hatton.

JOhannes *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Archiepiſcopo* Eboracenſi, *ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem, Pia deſideria devotorum benevolo libenter favore proſequimur, & eorum juſtis precibus aſſenſum favorabiliter impertimur. Peticio ſiquidem dilecti filii nobilis viri* Thomæ Wake *Domini de* **Lydel** *tua dioceſis nobis exhibita continebat; Quod eo dudum ſignificante nobis, quod in villa ſua de* **Cotingham**, *dicta dioceſis, proponebat unum Monaſterium, Ordinis* S. Auguſtini, *ædificare, & de bonis ſuis propriis illud dotare: Nos tibi per noſtras certi tenoris literas commiſimus, ut eidem nobili, faciendi prædicta autoritate noſtra, licentiam largireris; & deinde Monaſterio prædicto fundato, & ſufficienter dotato, tu in eo, juxta facultates ipſius, certum Canonicorum numerum, necnon perſonam idoneam, quem ipſe nobilis nominaret, eâ vice in Abbatem inſtitueres, vel Priorem; Et quod ex tunc, ipſo Monaſterio vacante, Abbatis vel Prioris Electio, penes Conventum dicti Monaſterii remaneret; Quodq; perochialem Eccleſiam dicta villa de* **Cotingham**, *in qua idem nobilis jus obtinet patronatus eidem Monaſterio, certo modo annecteres, & unires.*

Tuq; poſtmodum, memorato nobili, licentiam tribuiſti antedictam, prout hæc, tam in prædictis noſtris, quàm tuis literis plenius continentur. Poſtq; idem nobilis prælibatum Monaſterium, inibi ædificare cepit, Eccleſiamq;, Oratoria, & domos plures conſtruxit; & plures Canonici Monaſterii de **Brunne**, *dicti Ordinis* Lincolnienſis *dioceſis; de licentia tamen Abbatis ipſorum, ad ipſius nobilis inſtantiam, ad ipſum Monaſterium inceptum acceſſerunt; & inibi commorantes Miſſarum ſolempnia, & alia celebrarunt divina. Verùm, Comperto poſtmodum, quod, propter nonnulla ſtatuta, conſtitutiones, & conſuetudines Regni* Angliæ *hæredes, ſive ſucceſſores ipſius nobilis, in loco, ubi dictum Monaſterium eſt Fundatum, Monaſterium ipſum poſſint diruere, ac etiam demoliri; propter quod, Monaſterium ipſum veriſimiliter inſtabile fieret; idem nobilis* *nobis humiliter ſupplicavit, ut providere ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur: Nos itaq; ipſius nobilis ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, per Apoſtolica ſcripta, committimus, & mandamus, quatinus prædicto nobili tranſferendi prædictum Monaſterium, ad alium locum ſuum proprium, ydoneum, & honeſtum dictæ tuæ dioceſis, illudq; ibidem fundandi, & ædificandi in eo Eccleſiam & domos congruentes, cum aliis neceſſariis officinis, dote prius ſufficienti pro Canonicorum numero ibidem Canonicè inſtituendo, & ſervitorum aliorum, per ipſum nobilem conſtituta, & etiam aſſignata, autoritate noſtra licentiam largiaris. Et poſtquam hujuſmodi Monaſterium, ut prædicitur, fundatum fuerit, pariter & dotatum, tu ibidem certum Canonicorum numerum inſtituas; necnon, & præfatam parochialem Eccleſiam eidem Monaſterio unias, ac cætera prædicta plenæ executioni demandare procures, juxta prædictarum Prioris tibi, ut prædicitur, directarum, continentiam literarum, ipſis literis quoad alia in ſuo robore permanſuris. Datum* Avinioni *Kal. Januar. Pontificatus noſtri Anno nono.*

Carta Thomæ Wake *Domini de* Lydell, *de Fundatione Prioratus de* Alta Priſa.

Ex autog. in turri S. *Mariæ* *Ebor.*

PRæſentes & futuri noſcant univerſi, quod nos *Thomas Wake* Dominus de *Lydell*, conceſſimus & dedimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus Deo & beatæ *Mariæ*, & omnibus Sanctis, in honore Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, *Annunciationis* beatæ *Mariæ* virginis, & *Exaltationis* Sanctæ *Crucis*, pro anima noſtra, & pro animabus *Blaunchiæ* legitimæ Conſortis noſtræ, *Johannis Wake* patris noſtri, & *Johannæ* uxoris ejus, ac liberorum ſuorum, & omnium parentum, anteceſſorum, & hæredum noſtrorum, ſereniſſimi in Chriſto patris Domini *Johannis* Dei gracia Papæ viceſimi-ſecundi, illuſtris Regis *Angliæ* Domini *Edwardi* filii Regis *Henrici*; ac Domini *Edwardi* Dei gracia filii ejus, ac *Iſabellæ* Reginæ *Angliæ* conſortis ſui, ac liberorum ſuorum; Domini *Hugonis Sandell*, *Rogeri* de *Wingfeld* Clerici; Domini *Johannis* Dei gratia Abbatis de **Bronne**, ac omnium familiarium noſtrorum nobis fideliter ſervientium, viris religioſis, Canonicis, Regularibus domus de *Alta Priſa* Deo ſervientibus; villas noſtras maneriales de **Newton**, **Willerby**, & **Wolfozton**, cum redditibus, ſerviciis, & conſuetudinibus, tam liberorum quam nativorum in villis de **Catyngham**, **Newton**, **Willerby**, & **Wolfozton**, cum boſcis, terris arrabilibus, pratis, paſcuis, foſſatis, paſturis, moris, mariſcis, piſcariis, viis, ſemitis, ſepibus, & omnibus aliis commodatibus, & pertinentiis ad prædictas villas qualitercunq; ſpectantibus, in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Ac etiam omnes & ſingulas libertates, & Frangeſſias, quas mihi, parentibus, & prædeceſſoribus, illuſtres Reges *Angliæ* conceſſerunt, & à ſingulis ſucceſſoribus eorundem confirmatas, pro fideli ſervicio in his & partibus tranſmarinis eis fideliter exhibito. Quapropter ex hoc uſq; in futurum volumus prædictæ villæ de **Newton** (quæ nunc **Hawtemprice** vocatur) **Willerby**, & **Wolfozton** ſint libertates per ſe; & habeant ſuas Curias ad viſum *Franci Plegii*, & omnia illis ſpectantia; Et de futuro de dominio meo de **Cotingham** ſint diſtinctæ in omnibus penitùs & exemptæ imperpetuum, per extremitatem fundorum, finium, & limitatum ſuorum; videlicet, ab Orientali parte cujuſdam ſilvæ vocatæ **Southwood**, tendens ad Auſtrum per quandam ripam, & ipſam ripam vocatam **Carcawſe**, uſq; ad **Leeſſe**, vel **Sittingdyke**; & ſic per medium ſeueri inter **Leeſſe** & campum de **Wolfozton**, tendens ad Auſtrum uſq; ad **Daringham-Wells**, ex Occidentali parte; & a **Daringham-Wells**, per ſelionem capitalem, inter campum de **Wolfozton**, & campum de **Anlawghby**, tendens ad Occidentem uſq; ad Orientalem partem **Kirkella**, tranſiens per regiam viam uſq; ad **Wellerbydaille**, relinquens villam de **Wellerby** à dextra, & per medium **Willerbydayle** ad Occidentem, inter campum de **Elley** & **Willerby**, uſq; ad campum de **Cottingham**. Et tunc vertens ad Orientem uſq; ad ſilvam prædictam de **Southwood**; Et ſic tranſiens inter illam & ſilvam de **Willerby** uſq; ad orientalem partem ſilvæ ubi primùm incepit, erit terminum, limitatio, ac circulus omnium & ſingularum libertatum, loca prædicta circumjacentia, ex me hæredibus meis omnino excluſi, quamvis de Manerio meo de **Cottingham** tenentur in Capite; tamen habeant & habebunt tantam ac talem poteſtatem, juriſdictionem, auctoritatem, libertatem adeo plenè, integrè, liberè, & quietè; ac quæcunq; alia, quantam & qualem nunc habeo, occupo, aut exerceo, vel parentes vel prædeceſſores mei; videlicet *Robertus Eſtutevill*, *Nicholaus* ſenior, & *Nicholaus* junior *Eſtutivell*, *Hugo Wake*, qui primo duxit in uxorem *Johannam* filiam & hæredem *Nicholai* de *Eſtuttivell*, *Baldwinus Wake*, *Johannes Wake* pater meus, qui omnes fuerunt Domini de **Cottingham**, habuerunt, exercuerunt, & occupaverunt temporibus ſuis infra dictum præcinctum.

Inſuper concedo, ut prædicti Prior & Conventus, & eorum ſucceſſores prædictis gaudeant privilegiis ſine ullo composto cujuſcunq; ſolutione, occaſione, vel impedimento noſtri, hæredum aut ſucceſſorum noſtrorum, vel Juſticiariorum *Eboracenſium*. Volumus etiam, quod nullus Juſticiarius, Vicecomes, ſive Ballivi, vel ſervientes cujuſcunq; Comitatus, Monaſterii prædicti, præcinctum ingrediantur, nec ingredi præſumant ad eorum officia ibidem aliqualiter facienda vel exercenda: Similiter quæcunq; Catalla aut bona Fellonum, vel aliter quoviſmodo delinquentium capiuntur, diſtringenda ſunt per Priorem, vel ſuum Ballivum, & ſervanda ſunt apud Monaſterium prædictum, donec corpora vel membra carriantur Carceri *Eboracenſi*, ibidem juditia ſua accipienda per judices Regios, Seneſchallos Monaſterii, vel ejus deputatos, aſpicientur & eos perſequentur. Et ſi opus vel officium coronatoris exercendum ſit infra circuitum prædictum, Regius Coronator vicinorum vel propinquiorum Comitatus mittendus ſit, qui ibibem officium ſuum exerceat & occupet ſecundùm ſuum officium, propter mercedem laboris dotandum à quibus invitatur. Verum etiam volumus, ut prædicti Prior & Conventus habeant vel habebant correctionem & executionem Aſſiſſæ panis & ſerviſiæ, & aliorum victualium; ac ſcrutinium Ponderum & menſurarum; necnon Cippos, & Concluſoria in ſingulis villis, ad correctionem delinquentium. Poſſunt etiam eligere Conſtabularios, & habere nominationem Conſtabulariorum, & aliorum officiariorum & Miniſtrorum, & eos jurare, & juramentum eis præſtare in ſua Curia, ſicut eis magis expediens videtur ad ſuam propriam commoditatem, quietem, proficuum, & amicitiam inter proximos atq; tenentes fideliter obſervandum, de hiis & omnibus aliis, & ſingulis tenentibus ſuis in **Cotingham** cum ſuis Summonicionibus, Attachiamentis, & amerciamentis per ſuos Ballivos faciendum & levandum, & omnibus libertatibus, & commoditatibus ad liberam Curiam qualitercunq; ſpectantibus. Et quotiens contigerit aliquem de Tenentibus Canonicorum in Curia noſtra implacitare vel implacitari Ballivis, vel Attornatis dictorum Canonicorum Curiæ ipſorum de hujuſmodi implacitante, vel implacitato petenti, ſine dilatatione concedatur, & de Curiâ noſtrâ quietè dimittatur.

Inſuper volumus, quod ſi contigerit aliquem de Tenentibus ipſorum Canonicorum in Curiâ noſtrâ qualitercunq; de cauſâ amerciari, ipſi Canonici hiis amerciamentis habebunt & levari faciant per Ballivos ſuos ad opus ſuum, prout meliùs viderit expedire, ſine impedimento noſtri vel Ballivorum noſtrorum. Item dedimus & conceſſimus dictis Canonicis, & ſuis ſucceſſoribus medietatem Tolneti Marcati noſtri, & Nundinarum noſtrarum de **Cotyngham**, cum omnibus commoditatibus, & aiſiamentis, & pertinentiis imperpetuum. Item dedimus & conceſſimus eiſdem Canonicis advocationes iſtarum Eccleſiarum; **Cottingham**, **Ellea**, **Quarrom-Percy**, & **Belton**, cum omnibus ſuis commoditatibus, proficuis, & aiſiamentis. Etiam dedimus & conceſſimus eiſdem Canonicis in dominico meo de **Cottingham** unum meſſuagium juxta Cimiterium ex Auſtrali; duo Meſſuagia in le **Qwayt** juxta torrentem, ac diverſa alia in diverſis locis, viginti bovatas terræ, quadraginta acras prati, treſdecim acras ſcituatas in le **Sggelmyre**, & treſdecim ſcitas in le **Salt-yng**, quinq; ſcitas in **Salt-yng**, & alias diviſas bene cognitas; unam clauſuram juxta **Bekbanke**, aliam clauſuram juxta **Southwaulle**, nomine **Coltcroft**; Ac etiam unam turbariam in le **Fyrth**, quam ſibi poſſunt tenere inſeverali; & habet in longitudine, ſicut & in latitudine quinquaginta quatuor cordas ſecundùm menſuram Manerii de **Cottingham**, vel ſaltem paſturam ad viginti boves vel equos, aut alias beſtias. Aliam quoque clauſuram decem acrarum, unà cum **Coott-Garth**, dedi, & conceſſi eiſdem Canonicis in **Hulbanke-feild**, buttans ad orientem ſuper **Howll**.

Item dedi & conceſſi eiſdem Canonicis duas clauſuras in le **Sggelmyre**, quæ ambæ buttant ſuper **Nabendyke**, vel **Coott-Rawe**, ex parte Boreali; & ſuper le **Sggelmyre** ex parte Auſtrali, orientali, & occidentali; nomen unius **Tenakers**, nomen verò alterius **Crayſcroft**, ad orientalem partem **Igglſmyre**. Item dedimus & conceſſimus eiſdem Canonicis duo meſſuagia in **Newland**, & duas clauſuras in **Newland-Feilds**, unam nomime **Tilkary**; aliam viginti acrarum nomine **Pigot-Cloſe**. Item conceſſimus & dedimus eiſdem Canonicis, quod per totum dictum dominium noſtrum de **Cotyngham**, tam in pratis, ſilvis, paſturis, agris, ac aliis locis, quam extra, liberè poſſunt currere & fugare ad cervos, damas, bauceum, Cattas, lepores, & cerviculos, quodlibet genus venandum; & ipſos capere quoquo modo, quociens ſibi placuerit. Poſſunt etiam aucupare, & piſcare infra dominium meum prædictum, ad placitum, ſine occaſione vel moleſtatione noſtri vel hæredum noſtrorum imperpetuum.

Ac etiam dedi & conceſſi eiſdem Canonicis paſturam ad octoginta & octo boves, in una paſtura nomine *le* **Withes**, pertinentes ad quadraginta quatuor bovatas terræ in prædictis villis de **Newton**, **Willerby**, & **Wolferton**, unaquæq; bovata terræ habens duas vias quarumcunq; beſtiarum, ſecundùm conſuetudinem Manerii noſtri de **Cottyngham**. Habendum & tenendum prædictas villas, de **Newton**, **Willerby**, & **Wolforton**, cum omnibus ſuis pertinentiis, prædictas Advocationes Eccleſiarum, ſervicia prædicta, cum omnibus ſuis pertinentiis, ipſis Canonicis de *Alta-Priſa*, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, adeo liberiùs, puriùs, & quietiùs, ſicut aliqua elemoſina liberior & purior unquam fuerit, aut eſſe poterit, aut ſicut lingua hominis poterit fari, aut Cor præmeditari, ſolutè, & quietè imperpetuum, ab omni ſervicio mihi aut hæredibus meis, aut alio alteri faciendum.

Et nos *Thomas Wake*, & hæredes noſtri, Deo & beatæ *Maria*, & Canonicis de *Alta Priſa* prædictis, & ſuis ſucceſſoribus, imperpetuum, dictas villas de **Newton**, **Willerby**, & **Wolfarton**, cum ſuis pertinentiis; advocationes Eccleſiarum, reverſiones terrarum, & tenementorum prædictorum; terras, tenementa, redditus, & ſervicia, & vias in paſturis, cum juribus, libertatibus, piſcationibus, venationibus, decimationibus, & omnibus commoditatibus, ac aiſiamentis, & cæteris pertinentiis, ut præmittitur, contra omnes homines warantizabimus, & de quibuſcumq; ſervitiis ſecularibus, tanquam puram & perpetuam elemoſinam noſtram defendemus & quietabimus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium huic præſenti Cartæ noſtræ ſigillum noſtrum appoſuimus. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus in Chriſto, Dominis *Willielmo* Archiepiſcopo *Eboracenſi*, *Hen-*

Henrico Epiſcopo *Lincolnienſi*; & Abbate de *Melſa*; Dominis *Henrico* Comite *Lancaſtriæ*, *Edmundo* Comite *Kanciæ*, *Willielmo* de *Rooſe*, Domino de **Hamelake**, *Henrico* de *Percy*, *Henrico* de *Bellomonte*, *Johanne* de *Sutton*, *Alexandro* de *Cavez*, *Johanne* de *Heſelarton*, Baronibus & militibus; *Rob.* de *Scorbrough*, *Roberto* de *Stotevill*, & aliis. Datum apud **Newton** die dominica Proxima poſt feſtum *Converſionis* Sancti *Pauli* Apoſtoli, Anno graciæ *milleſimo tricenteſimo viceſimo quinto*, & Regni Regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi*, decimo nono.

Carta Johannis *de* Meaux *de* **Bewyke**, *de Manerio de* **Willardby**, *pro ſex Canonicis divina celebraturis in Monaſterio prædicto.*

Ex ipſo autogr. in turri B. *Mariæ Eboraci.*

UNiverſis ad quos præſens Carta indentata pervenerit, *Johannes* de *Meaux* de **Bewyke** ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra, me dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ indentatâ confirmâſſe religioſis viris Priori & Conventui de **Hautempriſe** & ſucceſſoribus ſuis Manerium meum de **Willardby**, cum pertinentiis, & ſex acras terræ cum pertinentiis in prædicta villa de **Willardby**. Habendum & tenendum prædictum Manerium & terram cum pertinentiis, præfatis Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, de capitalibus Dominis feodi illius per ſervicia inde debita & de jure conſueta. Reddendo inde annuatim mihi in tota vita mea, triginta duas libras argenti ad duos anni terminos; videlicet ad feſta ſancti *Martini* in hyeme & *Pentecoſtes*, per portiones equales; ſub tali tamen conditione, quod Prior & Conventus dictæ domus de **Haltempriſe**, qui pro tempore fuerint, mihi hæredibus vel executoribus meis talem faciant ſecuritatem ad divina quolibet die in Monaſterio ſuo de **Haltempriſe**, pro anima mea & anima *Matillis* nuper uxoris meæ, & animabus Domini *Godefridi* de *Meaux* patris mei; Dominæ *Scolaſticæ* matris meæ, & anteceſſorum, parentum, amicorum, & omnium benefactorum meorum: Necnon pro anima Dominæ *Johannæ* Comitiſſæ *Kantiæ* & animabus omnium fidelium defunctorum, per tres Canonicos Regulares ejuſdem domus ibidem in vita mea; & per ſex Canonicos Regulares ejuſdem domus poſt mortem meam in eadem domo ſimiliter celebraturos, qualiter mihi hæredibus, vel executoribus meis, conſilio meo, hæredum vel executorum meorum rationabiliter videatur inde fore faciendum; videlicet *matutinas*, cum omnibus horis diei, unà cum miſſa ſecundùm diſpoſitionem meam, hæredum vel executorum conſilii mei, hæredum vel executorum meorum; Necnon cum *Veſperis* & *Completorio*, unà cum *Placebo* & *Dirige* cum tempus poſtulaverit.

Et ſi Prior & Conventus dictæ domus de **Hautempriſe**, qui pro tempore fuerint ſecuritatem prædictam, modo & forma ſupradictis facere recuſaverint, cum per me, hæredes, vel executores meos, vel aliquem nomine meo hæredum vel executorum meorum rationabiliter ad hæc facere requiſiti fuerint; Vel ſi Prior & Conventus dictæ domus de **Haltempriſe**, qui pro tempore fuerint, prædictum redditum triginta duarum librarum mihi in tota vita mea, ad terminos prænotatos, ut prædictum eſt, vel infra quadraginta dies eoſdem terminos proximè ſequentes non perſolverint; quod extunc benè liceat mihi & hæredibus meis in prædictis Manerio & terra, ingredi & ſine contradictione aliquali, imperpetuum hæreditare. Et ego verò prædictus *Johannes* de *Meaux* & hæredes mei prædicta Manerium & terram cum pertinentiis, præfato Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis, viis & modis ſupradictis, contra omnes homines warantizabimus, adquietabimus, ac imperpetuum defendemus. In cujus rei teſtimonium uni parti præſentis Cartæ indentatæ, penès prædictos Priorem & Conventum remanenti, ego dictus *Johannes* ſigillum meum appoſui: Alteri verò parti hujus Cartæ indentatæ, penès me reſidenti ſigillum commune dictorum Prioris & Conventus eſt appenſum. Hiis teſtibus, Domino *Thoma* de *Bentele*, *Simone* de *Heſlerton*, & *Willielmo* de la *Pole*, militibus, *Johanne* de *Bentele*, *Roberto* de *Coupland* de **Wolferton**, *Ricardo* de *Santon*, *Rad.* de *Steele*, de **Willardby**, & aliis. Data apud **Willerdby** die Sabbati proxima poſt feſtum ſancti *Dioniſii* Martyris, videlicet decimo ſexto die menſis *Octobris*, anno domini *M. CCC.* ſexageſimo primo, & Regni Regis *Edwardi* tertii poſt Conqueſtum triceſimo quinto.

De Manerio de **Wharrum** *Priori & Conventui de* **Hautempriſe** *concedendo.*

Pat. 10. E. 3. p. 1. m. 3.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod cum nuper de gracia noſtra ſpeciali per literas noſtras Patentes conceſſerimus & licenciam dederimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit, *Johanni* perſonæ Eccleſiæ de **Stokes-bauere**, quod ipſe de viginti libratis terrarum, & reddituum, cum pertinentiis, in magna **Harwedon**, & parva **Harwedon**, quæ de nobis tenentur in capite, ut dicitur, feoffare poſſet dilectum conſanguineum & fidelem noſtrum *Thomam Wake* de *Lydell*; habendum & tenendum ſibi & hæredibus ſuis imperpetuum; ita quod ipſe quandam domum Religioſorum de quocunq; ordine vellet in prædicta villa de *Magna* **Harwedon**, de novo fundare, & terras & redditus prædictos cum pertinentiis eiſdem religioſis dare poſſit & aſſignare; habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam de præfato *Thoma* & hæredibus ſuis in perpetuum: Ac idem *Thomas* effectum conceſſionis noſtræ prædictæ nondum ſit aſſecutus, ut accepimus, idemq; *Thomas* literas illas in Cancellaria noſtra reſtituerit cancellandas: Nos ad requiſitionem ejuſdem *Thomæ*, volentes ei hujuſmodi graciam continuare, Conceſſimus & licentiam dedimus, de hujuſmodi

modi gracia noſtra, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto & fideli noſtro *Waltero* de *Heſelarton*, & *Euſtachia* uxori ejus; quod ipſi de Manerio ſuo de **Wharrum**, cum pertinentiis, quod de nobis tenetur in Capite, ut dicitur, feoffare poſſint præfatum *Thomam*, habendum & tenendum ſibi & hæredibus ſuis de nobis & hæredibus noſtris per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum. Et præfato *Thomæ*, quod ipſe Manerium prædictum cum pertinentiis, à præfatis *Waltero* & *Euſtachia* recipere; & habitâ indè plenâ & pacificâ ſeſein, Manerium prædictum cum pertinentiis dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui de **Hautempriſe**; habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam de prædicto *Thoma* & hæredibus ſuis in perpetuum, in cujus &c. *T.* Rege apud **Rokeſburghe** 20. *Junii.*

PRIORATUS

de **Badeleſmere** *in agro* Cantiano.

Licentia Regis Edwardi *ſecundi pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 4. E. 3. 2. m. 41. per Inſpex.

Vide Pat. 3 E. 2, m. 6.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquit.* Omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto & fideli noſtro *Barth.* de *Badeleſmere*, quod ipſe in Manerio ſuo de **Badeleſmere** in Com. *Kanc.* quod de nobis tenet in capite, ut dicitur, fundare poſſit quandam domum Canonicorum regularium, & quod de dominicis terris ſuis ejuſdem Manerii dare poſſit & concedere prædictis Canonicis viginti & quatuor acras terræ, habendas & tenendas eiſdem Canonicis & ſucceſſoribus ſuis de præfato *Bartholomeo* & hæredibus ſuis, in liberam & puram elemoſinam imperpetuum, ad inhabitandum & ad ædificandum ibidem Eccleſiam & alias domos pro eorum voluntate; Et eiſdem Canonicis, quod ipſi prædictas viginti & quatuor acras terræ à præfato *Bartholomeo* poſſint recipere, & ſibi & ſucceſſoribus ſuis de præfato *Barth.* & hæredibus ſuis in liberam & puram elemoſinam imperpetuum tenere, & Eccleſiam ac alias domos pro eorum voluntate ibidem ædificare, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter dedimus ſpecialem; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. Nolentes, quod prædictus *Barth.* vel hæredes ſui aut præfati Canonici, ſeu ſucceſſores ſui, ratione præmiſſorum, per nos vel hæredes noſtros, Juſticiarios, Eſcaetores, Vicecomites, aut alios ballivos ſeu miniſtros noſtros quoſcumq; occaſionentur, moleſtentur, in aliquo, ſeu graventur. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud **Redynges** *xviii.* die *Maii* Anno Regni noſtri tercio decimo.

PRIORATUS

de **Marſtoke** *in agro* VVarwicenſi.

Charta Fundationis ejuſdem.

Pat. 12. E. 3. p. 1. m. 22. per Inſpex.

UNiverſis (&c.) *Willielmus* de *Clinton*, Comes *Huntingdoniæ*, ſalutem, (&c.) Unigenitus Dei filius de ſinu patris ad yma deſcendens, natus de Virgine, factus homo in ſua humilitate, jacentem mundum erexit, & peccata noſtra pertulit in ſuo Corpore ſuper lignum, in quo ſervitutis noſtræ Cirographium ſuo ſanguine cancellavit; in memoriam ſuæ mortis, ſummum & magnificum inſtituens ſui Corporis & Sanguinis Sacramentum, in quo humani generis grata redemptionis memoria recenſetur; ut qui peccatis mortui fuerant, pro memoriale tam digniſſimum, & præcipuis excolendum laudibus, veniam delictorum & perennis vitæ gloriam conſequantur. Sperans igitur per inſtitutionem & proviſionem religioſorum virorum, qui placidis ſervitiis Deo, ac Miſſarum ſolennis dignè recolant & frequenter ipſum memoriale ſalvificum, & tam excellens ac mirandum Sacramentum præconiis dignis exaltent; & devotis obſequiis proſequantur; ac per elemoſinarum largitionem perpetuò faciendam, de bonis mihi à Deo collatis, qui illa & majora de ſuo proprio mihi dedit, remiſſionem miſerecorditer meorum conſequi peccatorum; & ex miſeratione ejus, cujus miſerecordiæ non eſt numerus, & cujus miſerationes ſunt ſuper omnia opera ejus ad cœleſtem gloriam pervenire.

Dedicatio Eccleſiæ.

In honore Sanctæ & individuæ *Trinitatis*, Patris, & Filii & Spiritus Sancti, ac beatæ *Maria* Virginis glorioſæ, Sancti *Michaelis* Archangeli, & omnium Sanctorum, quoddam Monaſterium, ſeu Prioratum Canonicorum regularium ordinis *Anguſtini*, in quadam placea mea in **Maxſtoke**, juxta Manerium ejuſdem villæ, *Coventrienſi* & *Litchfeildenſi* dioceſi, de concenſu & aſſenſu expreſſo ſereniſſimi principis Domini *Edwardi* Dei gratiâ Regis *Angliæ*, illuſtriſſimi, ac venerabilis patris Domini *Rogeri*, permiſſione divina *Coventrenſis* & *Litchfeld.* Epiſcopi; & fratris *Henrici* Prioris de *Coventria*, Magiſtri *Ricardi* Decani *Litchfeldiæ* & Capituli dictarum Eccleſiarum, & omnium ſingulorum aliorum, quorum conſenſus requiritur in hac parte, de novo fundavi, conſtruxi, ac dotavi de propriis bonis meis, pro ſtatu meo ſalubri, & *Julianæ* uxoris meæ, Domini noſtri Domini *Edwardi*, Dei gratia, nunc Regis *Angliæ* illuſtriſſimi, *Laurentii* de *Haſtynges*, Domini *Rogeri* Epiſcopi antedicti, fratris *Henrici* Prioris prædicti, *Richardi* Decani præfati, Monachorum de Coventria, Canonicorum *Litchfeldiæ* exiſtentium, dum viximus. Et pro animæ meæ ſalute, & *Julianæ* uxoris meæ, prædicti Domini noſtri Regis, *Laurentii*, *Rogeri*, *Henrici*, *Richardi*, Monachorum, & Canonicorum, cum ab hac luce ſubſtracti fuerimus: Necnon pro anima *Johannis* de *Clinton* patris mei, *Idæ* matris meæ, *Johannis* fratris mei germani; & pro eorum liberis, vivis & defunctis; & pro animabus regum *Angliæ*, quorumcunq; dominorum de *Haſtynges*, Epiſcoporum *Coventriæ* & *Litchfeildiæ* Eccleſiarum, dictorum Prioris & Decani, Monachorum & Canonicorum prædictorum, parentum, & aliorum benefactorum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum, volens, ſtatuens & ordinans ut inferiùs continetur.

De numero & regula Canonicorum.

Videlicet, quod in ipſo Prioratu de cætero ſit unus Prior electivus, & unus Conventus duodecim Canonicorum præter Priorem, qui ſecundùm regulam, & ordinem beati *Auguſtini* religioſam, honeſtam, regularem, & Deo ac hominibus placidam vitam ducant, & die ac nocte jugiter illum colant, illum glorificent, illum laudent, ac dignè & laudabiliter ſerviant, illi ſoli, qui me & illos fecit ex nihilo, ſicut & omnem aliam creaturam, & ſinceris affectibus, & mentibus puris, tractent illud venerabile Sacramentum pretioſi Corporis, & Sanguinis Jheſu Chriſti, humani generis redemptoris, qui ſuum Corpus in cibum, & ſanguinem in poculum ſuis reliquit fidelibus tribuendum.

De habitu.

Item volo & ordino, quod Prior & Canonici ſupradicti, & ſucceſſores eorum, pro ſuperiori indumento, tam in Yeme, quàm in Eſtate, utentur nigra Cappa & nigro capucio regulari, & ſub Cappa, indumento lineo, ac aliis veſtibus, tam de die quàm de nocte, ſicut utuntur alii Canonici regulares ordinis antedicti. Et quod de bonis ipſorum Prior diſtinctam non habeat portionem à Conventu, nec Conventus à Priore; ſed ſicut ſunt (volente Deo) unum corpus, & habere debent Cor unum, & animam unam in caritate non ficta, ita ſint eorum bona omnia in communi diſtribuenda, ſecundùm ſtatum & gradum cujuſlibet, ſervatis ordine & regulâ memoratis.

D: Electi- one Prio- ris.

Item volo, ſtatuo, & ordino; quod quoties dicto Priortau quomodolibet notoriè vacante, Prioris dicti Monoſterii fuerit electio facienda, ſtatim infra quinq; dies vel ſex poſt publicè notam vacationem hujuſmodi in ipſo Prioratu, celebratâ Miſſâ Sancto Spiritu ſolempniter in Choro, Subprior & Conventus ejuſdem, ad futuri Prioris Electionem, prout ſacris convenit inſtitutis faciendum, procedant liberè, nullâ licentiâ eligendi à me hæredibus vel ſucceſſoribus meis requiſitâ.

D: vacati- one.

Item volo, ſtatuo, & ordino, quod quandocunq; & quotieſcunq; dictum Prioratum vacare contigerit, nullus ejuſdem Prioratus vel bonorum ipſorum cuſtodiam habeat, vel adminiſtrationem ipſam, vacatione durante, niſi duntaxat Subprior & Conventus voluerint deputare, qui de adminiſtratione hujuſmodi fidele ratocinium ſeu compotum reddere teneantur futuro Priori, & ejuſdem loci Conventui, vel aliis, quos ad id duxerint adminiſtrandos, cum fuerint legitimè præmuniti.

De Canonicorum admiſſi- one.

Item, quod nullus in Canonicum admittatur in ipſo Prioratu, niſi tempore ingreſſus ſui fuerit liber, & pro libero habitus, & publicè reputatus bonæ converſationis & honeſtæ, competenter pro ſtatu regularis Canonici literatus, & ad cantandum divina, vocem habeat competentem, vel ſaltem adeo fuerit aliunde præcellens, quod pro melioratione ſtatús Monaſterii in admiſſione ipſius ad ſtatum regularem cæteris præſcriptæ conditionis hominibus meritò debeat anteferri; & decimum octavum annum ſuæ ætatis attigerit: Et ad ſuſcipiendum Sacramentum Presbyteratus ordinis cum legitimam ætatem pervenerit habilis; & idoneus veriſimiliter debeat reputari; Qui etiam in fine primi anni, cum debeat profiteri, ante profeſſionem ſuam legat vel coram ſe legi faciat palam & publicè in Communi, omnia & ſingula contenta in hujuſmodi Fundationis meæ literis; & deindè ſtatim bona fide promittat, quod ea omnia & ſingula, quatenùs eum concernunt, vel concernere poterint, & in eo fuerint obſervanda, & faciet obſervari.

De numero Canonicorum.

Item cum dictis Priori & Conventui jam ſit per me proviſum ducentarum librarum annui redditus in Eccleſiis, terris, & redditibus in villis de **Maxſtoke** & longa **Itchinton** pro numero duodecim Canonicorum & Priorem, ut præmittitur, volo & ordino, quod cum per me, vel per alium, aut ex induſtria propria, de decem marcis annui redditus ſint adaucti in terris, vel aliis redditibus, numerum ſuum ſtatim infra menſem ſequentem, per unum idoneum admittendum in fraternitatem & Canonicum, ſi infra menſis ſpacium inveniri valeat idoneus admittendus; alioquin, quamprimo potuerit idoneum invenire, augere teneantur. Et dum treſdecim Canonici fuerint cum Priore, novem ſemper, ſicut quatenus poſſibile, fuerint ſacerdotes. Et ſi contingat augeri bona Prioratus per decem marcas annuas, ſic creſcat numerus Canonicorum, & proportionaliter juxta numerum adauctum Canonicorum, adaugeatur abſq; more diſpendio numerus ſacerdotum.

De Penſionibus & Corrodiis.

Item quod dictis Priori & Conventui nullum corrodium, nullam annuam penſionem quibuſvis perſonis liceat vendere, ſive concedere, dare, aut alias ipſum Monaſterium quavis occaſione perpetuò onerare, nec aliqualiter obligare, niſi propter utilitatem evidentem, vel inevitabilem neceſſitatem aliquoties contingentem; quæ utilitas & neceſſitas, ab ejuſdem loci Epiſcopo, qui pro tempore fuerit, ſufficiente examinatione præhabitâ, primitùs approbentur.

De Compoto.

Item quod omnes & ſinguli officiarii, obedientiarii, & alii adminiſtrationem bonorum dicti Prioratus ſeu Eccleſiæ optinentes ſuper receptis ſuis & expenſis, ac adminiſtrationem bonorum dicti Prioratus quater ſingulis annis coram dictis Priore & Conventu, vel tribus perſonis idoneis & diſcretis ab ejuſdem Priore & Conventu electis, fidele ratiocinium ſeu compotum reddere teneantur; & ſuper hoc fiat Indentura evidens, quæ coram Conventu legatur, ut ſuper hoc totus Conventus ſtatum Monaſterii ſcire poſſint: Et deinde dicta indentura in theſaurario Monaſterii prædicti ponatur & fideliter obſervetur.

De Anniverſario fundatoris.

Item ordino, quod cum fuero viam univerſæ carnis ingreſſus, quolibet anno imperpetuum, die Obitus mei, dicti Prior & Conventus, ac Subprior & Conventus dicto Prioratu vacante *Placebo*, & *Dirige*, Miſſam ſolennem in Choro, & totum officium mortuorum in Conventu ſolemniter dicere teneantur pro anima mea, animabus prædictis, & omnium fidelium defunctorum. Et quod ipſo die Obitus mei, fiat diſtributio centum pauperibus, cuilibet videlicet unus panis ponderantis quinquaginta ſolidos, de parochia de **Marſtoke**: & pauperibus ab aliis locis venientibus quolibet die imperpetuum, deferatur hora prandii coram Priore vel ipſius locum in Refectorio tenente, ultra panem conſuetum, unus panis albus Conventualis, & unum ferculum de Coquina, qui aſſignentur & dentur pauperiori de **Marſtoke**, vel alia, quotidiè per diſcretionem Prioris, vel Elemoſinarii, cum una lagena ceviciæ Conventualis pro anima mea & pro animabus ſuperiùs nominatorum, & omnium fidelium defunctorum.

De Miſſis.

Item quod Miſſa beatæ *Mariæ* Virginis, Miſſa Capitularis & de die, communiter celebrentur, horis & locis debitis, ut in aliis Prioratibus ejuſdem ordinis conſuevit; ita quod in omnibus Miſſis præterquam in feſtis majoribus in Choro ſolemniter celebrandis, fiat memoria pro me & *Juliana* uxore mea, Domino noſtro Rege & aliis ſuperiùs nominatis, dum in præſenti vita fuerimus; Et cum ab hac vitâ ſubſtracti fuerimus, fiat memoria de nobis ſicuti pro Mortuis eſt conſuetum, & pro omnibus mortuis ſuperiùs nominatis.

De obſervantia fundationis ex parte Prioris.

Item volo & ordino, quod quilibet Prior confirmatus, ſeu profeſſus antequam in ſpiritualibus vel temporalibus adminiſtret coram Conventu, & illum qui ipſum inſtallabit, cum fuerit inſtallandus, omnia & ſingula contenta in his literis fundationis meæ Monaſterii antedicti, palàm & publicè faciat recitari & ſtatim poſtea, bona fide promittat, quod ea quatenùs eum contingat, & in ipſo fuerit, obſervabit, & faciet adimpleri & obſervari.

De Excommunicatione malefactorum hujus Cœnobii.

Item volo & ordino, quod nullo tempore, nec ex aliqua cauſa, ego hæredes mei vel ſucceſſores, quin aliquid aliud, quàm ut ſuperiùs ordinavi, ratione patronatus vel ſuperioriatus aut juris alterius cujuſcunq;, à prædictis Priore & Conventu, aut Subpriore & Conventu, Prioratu vacante vel pleno, petere, exigere, vel habere potero, aut poterunt ullo modo; nec in commodum aliquod per me vel hæredes meos, aut ſucceſſores meos; nec per familiam meam, vel ſuam, Monaſterium prædictum incurrat, nec meo vel ipſorum nomine de bonis dicti Monaſterii aliquid ex aliqua cauſa, ſeu aliquo colore queſto capiatur. Et quicunq; aliud vel aliter fecerit, maledictionem Dei patris omnipotentis & beatæ *Mariæ* virginis glorioſæ, beati *Michaelis* Archangeli, & omnium ſanctorum cœleſtis Curiæ ipſo facto incurrat, donec congruè ſatiſfecerit de præmiſſis, Amen.

De ſalutatione Angelica.

Item zelo piæ devotionis, ſicut cæteri Chriſti fideles erga matrem graciæ, glorioſam virginem *Mariam* accenſus, & ipſius virginis intuitu, erga beatiſſimam *Annam* ejuſdem virginis genetricem; volo, ordino & ſtatuo, ut poſt officium *Matutinarum* beatæ *Mariæ* virginis in Choro completum; & poſt Miſſam ejuſdem; & poſt ſingulas horas, dicat Sacerdos qui Miſſam celebravit, & executor officii, eadem voce quâ officium compleverit, ſalutationem Angelicam, & recommendationem genetricis ejuſdem, temporibus imperpetuum futuris, hoc modo; *Ave* Maria, *gracia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui, Jheſus, Amen. Et benedicta ſit venerabilis mater tua* Anna, *ex qua tua caro virginea & immaculata proceſſit, & reſpondeat Chorus, Amen.*

De pœna tranſgreſſoris.

Item volo, ordino, & ſtatuo, ſi Prior prædictus ea quæ, ut præmittuntur, ſtatui & ordinavi, quatenus eum contingunt, vel contingere poterunt, ex malicia vel malo ingenio non ſervaverit; vel non fecerit per malitiam ſeu notandam negligentiam adimpleri: Aut ſi per eum aliquid contra præmiſſa vel eorum aliquod fuerit damnabiliter attentatum, teneantur quilibet liber dicti Prioratus Canonicus, & confrater tam in virtute obedientiæ quàm in ſua profeſſione regulari dinoſcitur promiſiſſe, quamprimo ſibi placuerit libera facultas ad præſentiam Epiſcopi *Litchfeildenſis* perſonabiliter accedendi, exceſſum ipſius Prioris hujuſmodi, ejuſvè negligentiam, ſeu injuriam, ipſi Epiſcopo (ceſſantibus favore & odio) fideliter intimare; ſuper quorum correctionem celebrè faciendam, dicti Domini Epiſcopi (qui pro tempore fuerit) conſcientiam, quatenus eum onerare auſus ſum & poſſum, coram ſummo Judice onero & requiro. Si autem aliquis de prædictis Canonicis Monaſterii antedicti non ſervaverit per malitiam ſupradictam, quatenus eum contingere dinoſcuntur; vel ſi contra ea vel eorum aliquod per aliquem dictorum Canonicorum aliquid malicioſè fuerit attemptatum; & de hoc fuerit evidenter convictus coram ſuo Priore, ſeu aliquo Judice competenti, Canonicus delinquens realiter in præmiſſis eo ipſo per quinquennium ſit inhabilis ad ſtatum Prioris & ad omnia alia officia in ipſo Monaſterio optinenda, niſi Prior de concilio ſanioris partis Conventus, de triennio vel aliqua parte triennii, ſtante triennio propter evidentem utilitatem Monaſterii duxerit, cum eo fore mitiùs agendum, & rationabiliter diſpenſandum.

Subſcriptas autem ordinationes meas volo & præcipio futuris temporibus imperpetuum inviolabiliter obſervari: Et ad futuram præmiſſorum memoriam, eorumq; perpetuam firmitatem, præſentes literas meas per modum Indenturæ triplicari mandavimus, ut una pars remaneat penès dictos Priorem & Conventum de **Maxſtoke** imperpetuum, alia penès Decanum & Capitulum Eccleſiæ de **Litchfeild** in Theſaurario ejuſdem Eccleſiæ perpetuò conſervanda, tertia penès me *Willielmum* Fundatorem, hæredes meos & ſucceſſores, per quam voluntatis meæ in hac fundatione perpetuam habeant noticiam, Sigilli mei appenſione munivi. Et ut præſcripta omnia, & ſingula perpetuis temporibus robur obtineant firmitatis, præfatam Ordinationem meam, Sigillis venerabilis patris Domini *Rogeri* Dei gracia *Coventriæ* & *Litchfeildiæ* Epiſcopi ſupradicti; necnon Prioris, & Decani, & Capituli prædictorum procuravi munimine roborari: Datum apud **Maxſtoke** decimo die ...... Anno Domini *milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſexto*.

Nos igitur *Rogerus* Epiſcopus ſupradictus, conſiderantes quanto noſtræ devotionis affectu præfatus Dominus Comes cupiat ſuum in hac parte laudabile propoſitum adimpleri; quodq; per præmiſſa gratum & acceptum impenditur altiſſimo famulatum, prædictam Ordinationem auctoritate noſtra Pontificali ratificamus, approbamus, & etiam confirmamus. Et in Teſtimonium præmiſſorum Sigillum noſtrum ſingulis partibus Indenturæ prædictæ duximus apponendum. Datum **Heywode** quarto nonas *Aprilis*, Anno Domini *milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſeptimo*, conſecrationis noſtræ decimo quinto.

Licentia Regis Edw. *tertii de eſcambio Manerii* de **Shuſtoke** *pro Manerio de* **Maxſtoke** *faciendo.*

REx, (&c.) Sciatis quod cum nuper de gratia noſtra ſpeciali conceſſerimus & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris, dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui de **Maxſtoke**, quod ipſi dare poſſint & concedere Manerium de **Shuſtoke** cum pertinentiis in Comitatu *Warwici*, exceptis homagiis & ſerviciis *Thoma* de *Aſtley* & *Willielmi* de *Curſon* & hæredum ſuorum, ac advocationibus Eccleſiæ de **Shuſtoke**, & Capallæ ſive Cantariæ de **Bentley**, quod quidem Manerium tenetur de nobis in Capite *Johanni* filio *Johannis* de *Clinton*; Habendum & tenendum ſibi & hæredibus ſuis de nobis & hæredibus noſtris, per ſervicia inde debita & conſueta in perpetuum, in eſcambium pro viginti libratis terræ & redditus cum pertinentiis in Manerio de **Maxſtoke**, eiſdem Priori & Conventui per præfatum *Johannem* dandis & aſſignandis: Habendas & tenendas eiſdem Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis in puram & perpetuam elemoſinam, in eſcambium prædictum imperpetuum, prout in literis * noſtris Patentibus indè confectis pleniùs continetur.

Pat. 18. E. 3. p. 2. m. 10.

* Pat. 17. E. 3. p. 1. m. 24.

Ac prædictus *Johannes* capitale meſſuagium dicti Manerii de **Maxſtoke**, infra parcum ibidem, & duo alia meſſuagia & unum cotagium, unam virgatam *Lix.* acras, tres rodas & *xxxv.* perticatas terræ, *xx.* acras prati, *Cxlv.* acras & dimidiam boſci, quinquaginta & duas ſolidatas, duas denariatas & unam quadrantem redditus, cum pertinentiis, percipiendas de certis liberè tenentibus ibidem, quæ de dilecto & fideli noſtro *Johanne* de *Odingſeles* tenentur, & quæ valent per annum, ſimul cum redditu prædicto *xiiil. vi* d. & unam quadrantem, ſicut, (&c.) eſt compertum, jam dederit & aſſignaverit prædictis Priori & Conventui; Habendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis in perpetuam elemoſinam, in eſcambium prædictum imperpetuum, ut eſt dictum, in partem ſatiſfactionis *xx.* libratarum terræ & redditus prædictorum. Nos ad requiſitionem dilecti & fidelis noſtri *Willielmi* de *Clinton* Comitis *Huntingdoniæ*, Prioratus ejuſdem Fundatoris, pro majori ſecuritate & quiete dicti Prioris & Conventus & ſucceſſorum ſuorum, dictas donationem & aſſignacionem præfati *Johannis*, eiſdem Priori & Conventui ſic indè factas acceptantes, eas pro nobis & hæredibus noſtris, (&c.) ratificamus, (&c.) *T.* Rege apud *Weſtm. xxi. Oct.*

Prio-

PRIORATUS

de Buſtleſham (*vulg.*) Biſham)

in agro Berocenſi.

Diploma Regis Edwardi *tertii, Fundationem & dotationem Prioratus de* **Buſtleſham**, *recitans & confirmans.*

Pat.12.E. 3.p.2.m. 15.

Vide Rot. Aſſiſ. in Com. *Nott.* 8.*H.*4. Rot.95.

Pat.11.E. 3.p.1 m.4. Et Cart. 11.E.3.m. 15.n.35.

Pat.1.H. 4.p 6 m, 24.

REx omnibus ad quos, &c. Inſpeximus quandam Chartam chirographatam, quam dilectus & fidelis noſter Willielmus *de* Monteacuto, *Comes Sarrum, fecit dilectis nobis in Chriſto Priori & Canonicis de* **Buſtleſham** *in hæc verba*; Sciant præſentes & futuri, quod cum nos *Will.* de *Monteacuto* Comes Sarrum & Dominus de **Man** & de **Dynbeghe**, quoddam Monaſterium Canonicorum Regularium ordinis S. *Auguſtini* in honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti & S. *Mariæ* glorioſæ Virginis matris ſuæ, & in divini cultus augmentum, in Manerio noſtro de **Buſtleſham** de licencia excellentiſſimi Principis, & Domini noſtri Domini *Edwardi* Regis *Angliæ* illuſtris, & ejuſdem loci Dioceſani, fundaverimus, Domino diſponente: Nos Monaſterium illud, ad ſuſtentationem Prioris & Canonicorum ibidem Deo ſerviencium ac famulancium, poſſeſſionibus dotari competentibus affectantes ad laudem & honorem ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti & dictæ matris ſuæ, de licentia dicta Domini noſtri Regis, dedimus, conceſſimus, & hac præſenti Chartâ noſtra cirographata confirmavimus, pro nobis & hæredibus noſtris, dilectis nobis in Chriſto Priori & Canonicis loci ac Monaſterii prædicti de **Buſtleſham**, dictum Manerium noſtrum de **Buſtleſham**, cum pertinentiis in Com. **Berks.** Manerium de **Bulſtrode** cum pertinentiis in Com. *Buckinghamiæ*, Manerium de **Scapelford** cum pertinentiis in Com. **Wiltes**, & advocationem Eccleſiæ ejuſdem villæ; Maneria de **Hurdecote** & **Loterford** cum pertinentiis in Com. **Summerſet**; necnon unam acram terræ, cum pertinentiis in **Kingeſclere** in Com. *Suthamptoniæ*, & advocationem Eccleſiæ ejuſdem villæ; & decem Marcas cujuſdam annuæ firmæ decem librarum, quas religioſi Viri Prior & Conventus de **Taunton** pro ſe & ſucceſſoribus ſuis pro Manerio & Hundredo de **Dulverton** in eodem Comitatu *Summerſetenſi* eiſdem Priori & Conventui de **Taunton** ad feodi firmam, per nos dimiſſis, nobis & hæredibus noſtris reddere tenentur annuatim, unà cum meſuagiis, domibus, Gardinis, Curtilagiis, terris, arabilibus, pratis, paſcuis, paſturis, boſcis, gravis, communiis, viis, ſemitis, aquis, molendinis, ſtagnis, vivariis, ripariis, piſcariis, piſcationibus, fidelitatibus, homagiis, wardis, maritagiis, Harietis, Releviis, Eſcaetis, ſectis Curiarum, redditibus, ſerviciis, conſuetudinibus, finibus, redemptionibus, amerciamentis, tam liberorum tenencium quàm nativorum, ac advocationibus Eccleſiarum & Capellarum & omnibus aliis libertatibus & liberis conſuetudinibus, proficuis, & commoditatibus quibuſcunq; ad Maneria, terram, & annuam firmam prædicta, qualitercunq; & ubicunq; ſpectantibus ſive pertinentibus, adeo plenè, liberè, & integrè, ſicut nos ea tenuimus abſq; ullo retenemento vel clameo.

Habenda & tenenda Maneria, terram & annuam firmam prædictarum decem marcarum prædicta, cum pertinentiis, & omnibus aliis proficuis & commoditatibus quibuſcunq;, ut præmittitur, & dictas advocationes eiſdem Priori & Canonicis de **Buſtleſham**, & ſucceſſoribus ſuis Canonicis, qui pro tempore fuerint ibidem, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, abſq, omni ſervicio ſeculari, conſuetudine, exactione, & demanda ad nos & hæredes noſtros pertinentibus imperpetuum. Et nos præfatus Comes & hæredes noſtri Maneria, terram & annuam firmam prædictarum decem marcarum prædicta, cum pertinentiis, & omnibus aliis proficuis & commoditatibus quibuſcunq; ut prædictum eſt, & dictas advocationes præfatis Priori & Canonicis de **Buſtleſham** & ſucceſſoribus ſuis antedictis contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum.

Et præterea volumus & concedimus eiſdem Priori & Canonicis de **Buſtleſham**, & ſucceſſoribus ſuis, ut præmittitur, pro nobis & hæredibus noſtris, quod quocienſcunq; dictum Monaſterium, per mortem vel ceſſionem Prioris, loci prædicti vacare contigerit, nos vel hæredes aut miniſtri noſtri vel hæredum noſtrorum quicunq; de cuſtodia Monaſterii illius, Maneriorum, terræ, vel annuæ firmæ prædictorum, ſeu advocationum prædictarum, ſive de aliis terris & tenementis, advocationibus, vel poſſeſſionibus quibuſcunq; eidem Monaſterio, per nos vel hæredes noſtros, aut quoſcunq; alios jam collatos, & exnunc conferendos, dandos, & aſſignandos, aut de aliquibus pertinentiis eorundem racione dominicæ fundationis noſtræ antedictæ, ſeu prærogativæ, aut alterius clamei cujuſcunq;, nullatenus intromittemus, aut illa quoviſmodo ingredi valeamus.

In cujus rei teſtimonium huic præſenti Chartæ chirographatæ, tam Sigillum noſtrum quàm Sigillum commune prædictorum Prioris & Canonicorum alternatim ſunt appenſa. Hiis teſtibus venerabili Patre *Joh.* Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, totius *Angliæ* Primate, *Rob. Ciceſtrienſe* Epiſcopo; Dominis *Galf.* le *Scrope*, *Joh.* de *Stoner*, *Johanne Ingge*, *Thoma West*, *Nicholao* de la *Beche*, *Johanne Molyns*, *Johanne* de *Mere*, *Roberto Achard* militibus; *Michaele* de *Wath*, *Johanne* de ſancto *Paulo*, *Will.* de *Langlegh*, *Jacobo* de *Wodſtoke*, *Johanne* de *Denham*, *Joh.* de *Leddrede*, *Henrico* de *Pinkeny* & aliis. Datum apud **Buſtleſham** *xxi.* die *Junii*, Anno Domini *milleſſimo treceenteſſimo triceſſimo octavo*, 1338.

12. E. 3. *vo*, Regni verò dicti Domini noſtri Regis *Edwardi* tertii poſt coqueſtum, *duodecimo.* Nos autem donationes, &c. confirmamus. T. Rege apud **Walton** *ix.* die *Julii.*

Licentia regia pro conceſſione Manerii de **Bulſtrode** *Canonicis de* **Buſtleſham.**

Pat. 11. E. 3. p. 3. m. 5. REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod de gratia noſtra ſpeciali, necnon contemplacione perſonæ dilecti & fidelis noſtri *Willielmi* de *Monteacuto* Comitis *Sarrum*, ad quem ſinceram, ſuis meritis exigentibus, gerimus affectionem; & etiam divinorum obſequiorum optentum, quæ præfatus Comes, tam pro noſtra & progenitorum ac hæredum noſtrorum, quàm pro ſua ſuorumque anteceſſorum & hæredum animabus in Monaſterio de **Buſtleſham** in Com. *Berks.* per ipſum Comitem, charitatis devotione, ſuccenſus, jam de novo in honore Domini noſtri Jeſu Chriſti & beatæ *Mariæ* glorioſæ virginis, matris ſuæ, fundato, ſtabiliri & fieri ordinavit perpetuis temporibus duraturo; conceſſimus, & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, eidem Comiti, quòd ipſe Manerium de **Bolſtrode** in Comitatu *Buckinghamiæ*, quòd de nobis tenetur in capite, ut dicitur, dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui de **Buſtleſham**; habendum & tenendum eiſdem Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis, unà cum reverſione terrarum & tenementorum, quæ tenentur in dotem ad terminum vitæ vel annorum, ſeu alio modo ut parſella Manerii prædicti, de nobis & hæredibus noſtris in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, in cujus (&c.) T. Rege apud **Guldeford** *triceſſimo* die *Decembris.*

De tranſlatione oſſium Johannis *de* Monteacuto *Comitis* Sarum *à* **Cirenceſtre** *uſque ad* **Buſtleſham.**

Pat. 8. H. 5. m. 4. REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod conceſſimus & licentiam dedimus *Matildi*, quæ fuit uxor *Johannis* nuper Comitis *Sarum*, quod ipſa oſſa dicti nuper Comitis, infra Abbathiam de **Circeſtre** humati, ſurſum capere, & ea abinde uſq; Prioratum de **Buſtelam**-*Montagu* in Comitatu *Berks.* (cujus quidem Prioratus dictus nuper Comes extitit fundator) cariare, & eadem oſſa infra Prioratum illum ſepelire poſſit, abſq; impedimento noſtro vel hæredum noſtrorum, aut miniſtrorum quorumcunq;. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium, duodecimo* die *Novembris.*

PRIORATUS

de **Flanesford** *in agro* Herefordienſi.

Literæ patentes Regis Edwardi *tertii, licentiam fundandi eundem, concedentes.*

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod cum dilectus & fidelis noſter *Ricardus Talebot*, caritatis & devotionis fervore ſuccenſus, quendam Prioratum Canonicorum regularium, ordinis Sancti *Auguſtini*, in quadam placea vocata **Flaneſford**, infra dominium ipſius *Ricardi* de *Caſtro Goderici*, in honore Dei & Sanctæ *Mariæ* Virginis, ac præcipuè beati *Johannis Bapt.* fundare diſpoſuerit, domino ſuffragante. Nos piam intentionem ipſius *Ricardi* in hac parte plurimum commendantes, ac volentes ipſum *Ricardum*, contemplatione perſonæ ſuæ, ad quam propter ipſius probitatem & impenſa nobis fructuoſa obſequia, ſincero merito gerimus affectionem; & ut ſecum in tanto negocio participemus in præmiis, favore proſequi gratioſo, de gratia noſtra ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem *Ricardo*, quod ipſe hujuſmodi Prioratum Canonicorum regularium ordinis prædicti, in placea prædicta fundare, ac placeam illam cum gardino ejuſdem, ac novem meſuagia, tria molendina, quinque virgatas, ducentas quinquaginta & quatuor acras terræ, viginti & tres acras prati, & dimidium, & ſexaginta & tres acras boſci cum pertinentiis infra dominium Caſtri prædicti, & **Walleford**, **Hopmaloyſel**, **Payneſwyk**, & **Weſtbury**; ac advocationem Eccleſiæ ejuſdem villæ de **Weſtbury**, quæ de nobis tenentur in Capite, ut dicitur, dare poſſit & aſſignare Priori & Canonicis, Deo in Prioratu prædicto, juxta ordinationem prædicti *Ricardi* inde faciendam, ſervituris: Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et eiſdem Priori & Canonicis, quod ipſi placeam, gardinum, meſuagia, (&c.) à præfato *Ricardo* recipere poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum (&c.) In cujus, &c. Teſte Cuſtode apud **Eltham** *xviii.* die *Decemb.* Pat. 20. E. 3. p. 3. m. 6.

PRI-

PRIORATUS

de Edindon *in agro* VViltonienſi.

Carta Fundationis ejuſdem.

Ex cod. MS. in bibl. Collegii S. *Benedicti Cantabr.* [*Miſcel.* G.p.271.

UNiverſis præſentes literas inſpecturis, *Rob.* permiſſione divina *Sariſbirienſis* Epiſcopus, ſalutem in omnium Salvatore. Sacra legalis Sanctio pariter & Canonica nonnunquam ea quæ ab initio tam providè quam ſalubriter ſtatuta noſcuntur, licèt multis excogitats vigiliis & propenſo digeſta conſilio, ex cauſis hoc ſuadentibus, dignum duxit in meliùs commutanda; Olim ſiquidem reverendus in Chriſto pater dominus *Willielmus* Dei gratia *Winton.* Epiſcopus, de propria ſalute cogitans, cupienſq; terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna fælici transferre commercio; quandam Cantariam perpetuam certorum Capellanorum ſecularium, in Eccleſia parochiali villæ de Edyndon *Sar.* Dioc. de qua villa idem pater traxit originem, ad divini nominis laudem & cultus augmentum, in honorem beatiſſimæ Virginis *Mariæ*, Sanctæ *Katherinæ*, & *omnium Sanctorum*, ſub quorum vocabulo dicta parochialis Eccleſia dedicata dinoſcitur; ac pro ſuæ ſuorumq; parentum & aliorum fidelium animarum ſalute fundaverat, ipſamq; pro hujuſmodi Capellanorum ſuſtentatione & aliis ad eandem Cantariam neceſſariis ſufficienter dotârat: Poſtmodum verò ſollicitâ meditatione conſiderans, quod & ſi vitam ducentes ſecularem, debitum & Deo placitum obſequium, divinâ illis cooperante gratiâ impendere, maculas tergere & de commiſſo hiis divina diſpenſatione talento reddere valeant, cum lucro multiplici rationem; illi tamen quietiùs ac ſecuriùs hiis exequendis vacare poſſunt, qui contemptis honoribus, ſpretiſq; deliciis ac mundi ſollicitudinibus & fluctibus procelloſis, quibus homo preſſus mentis intuitum à contemplatione plerunq; divertit, pro cœleſtis patriæ vita proprium arbitrium alterius ditioni ſubjugant, & ſub ſanctæ religionis obſervantiis regularibus eligunt, virtutum Domino jugiter famulari jam diu affectaverat, ſicut adhuc & pro viribus affectat, ut hujuſmodi Cantaria & Eccleſia ſecularis, dictæ Cantariæ unita in religionem erigatur, & ponantur ibidem Fratres de ordine ſancti *Auguſtini*, *Boni homines* vulgariter nuncupati, Deo & beatiſſimæ Virgini *Mariæ* genetrici ſuæ perpetuò ſervituri, ut ſperatur, tanquam pervigiles agricolas ortus ſalutarium plantationum præciſis vepribus auxiliante Domino aſſiduè rigabitur, & germinans in domo Dei fructus producit uberes & maturos. Nos igitur intentionem dicti patris in hac parte rationabilem, & piam arbitrantes, ac conſonam Canonicis inſtitutis; de conſenſu ſuo & Capituli noſtri *Sariſbiriæ*; necnon aliorum, quorum intereſt, præfatam Cantariam & Eccleſiam ſecularem in religionem duximus erigendam: Statuentes & decernentes Fratres hujuſmodi inibi ponendos fore, qui regulam beati *Auguſtini* profitebuntur, & ſubſcriptas etiam ordinationes, quas de conſenſu, &c. ejuſdem Patris fundatoris, & dicti Capituli noſtri fecimus, obſervabunt, &c.

Videſis Cart. 2. *H.* 4 n. 18. Et Pat. 2. *H.* 6. p. 1. m. 24.

Et Pat. 3. *E.* 4. p. 3. m. 4.

Ex libro quodam Edindonenſis *Monaſterii.*

QUinto nonas *Julii* primò jactatum fuit fundamentum domus ſive Monaſterii de Edindone, Anno Dom. 1352.

Lel. Itin. vol. 6. fol. 51. A. D. 1352.

Decimo ſexto Cal. *Octobr.* fuit prima tonſura Fratrum Monaſterii prædicti Anno Dom. 1358.

Eccleſia Conventualis de Edyndon dedicata fuit à *Roberto Weyvile* Epiſcopo *Sarum*, in honore S. *Jacobi* Apoſtoli, S. *Katherinæ* & *Omnium Sanctorum*, Anno Dom. 1361.

Octavo Id: *Octobris*, *Gulielmus de Edyndon*, *Wintonienſis* Epiſcopus, Fundator Monaſterii prædicti obiit Anno Domini 1366.

PRIORATUS

de Dertford *in* Cantio.

Carta Regis Edwardi *tertii de Fundatione ejuſdem.*

EDwardus Dei gracia Rex *Angliæ* & *Franciæ*, & Dominus *Hyberniæ*, omnibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem; Sciatis quod de gracia noſtra ſpeciali dedimus, conceſſimus, & aſſignavimus, pro nobis & hæredibus noſtris dilectis nobis in Chriſto *Matild.* Prioriſſæ Monaſterii S. *Mariæ* & S. *Margaretæ* Virginum de Dertford, per nos fundati, & ejuſdem loci Conventui ſororibus ordinis S. *Auguſtini*, ſecundùm inſtituta & ſub cura Fratrum Ordinis Prædicatorum viventibus, Monaſterium prædictum; necnon manſionem & ſitum ejuſdem, cum pertinentiis, in qua manſione ipſæ Prioriſſa & Conventus jam inhabitant, Maneria de Shipbourn & Portebrugge, cum pertinentiis, in Com. *Kantiæ* unà cum feodis militum, & omiſ-

Cart. 1. *H.* 5. p. 1. m. 8, per Inſpex.

Videſis Cart. 7. *E.* 4. m. 5.

Et Pat. 4. *R.* 2. p. 2. m. 29.

Et Pat. 46. *E.* 3. p. 2. m. 28.

Pat. 1. *E.* 4. p. 7. m. 16.

omnibus aliis ad eadem Maneria ſpectantibus ſive pertinentibus; advocatione Capellæ S. *Edmundi* Regis & Martiris in **Dertford**, ac omnia terras & tenementa, cum ſuis pertinentiis, quæ dictæ Prioriſſa & Conventus nuper habuerunt ex conceſſione *Johannis Bronde* Capellani, & quæ fuerunt *Willielmi Claptes* & *Johanna* uxoris ejus in villis de **Dertford**, **Stone**, **Wilmington** & **Suthfleote**: unum meſuagium cum pertinentiis, quod fuit *Johannis* de *Chertesey*, in dicta villa de **Dertford**; tria meſuagia, cum pertinentiis in eadem villa, quæ fuerunt *Rog. Folk*; duas acras terræ cum pertinentiis in eadem villa quæ fuerunt *Simonis Kagworth*.

Unum meſuagium, unum columbare, triginta acras terræ, tres acras prati, quindecim acras paſturæ, & viginti ſolidatas redditus cum pertinentiis in eadem villa, quæ fuerunt *Rob. Mount*. Triginta & quatuor acras terræ; quinq; acras prati, & ſex ſolidatas redditus cum pertinentiis in **Dertford**, & **Wilmynton**, quæ fuerunt *Willielmi* de *Wilmynton*: ſeptem meſuagia, duo tofta, quatuor gardina, centum & viginti & octo acras terræ & dimidium, quatuor acras prati, triginta acras paſturæ, duodecem acras mariſci, & viginti ſolidatas redditus, cum pertinentiis; ac reverſionem unius meſuagii, octo acrarum terræ, & dimidia cum pertinentiis in dicta villa de **Dertford**, ad nos ſpectantem; quæ quidem meſuagium & terram *Margareta Michel* tenet ad vitam ſuam, & quæ quondam fuerunt *Willielmi* de *Newport* civis & Piſcenarii *London.* unum meſuagium & ſeptem ſolidatas redditus cum pertinentiis in eadem villa de **Dertford**, quæ fuerunt *Nicholai* de *Crofton*; duo meſuagia, & unum gardinum cum pertinentiis in eadem villa de **Dertford**, quæ fuerunt *Alexandri Folke*. Unum meſuagium cum pertinentiis in eadem villa, quod fuit *Johannis Lambyn*. Tres rodas prati & paſturam ad duos boves, cum pertinentiis in eadem villa, quæ fuerunt *Joh. Michel*; Sexdecem acras terræ in eadem villa, quæ fuerunt *Joh. Chepſtede*, & *Johannis Wallworth* Civium *Lond.* Triginta acras terræ, cum pertinentiis, in dicta villa de **Wilmynton**, quæ fuerunt *Johannis Pikeman*. Duo meſuagia ac omnia terras & tenementa, redditus, & ſervicia cum pertinentiis, quæ fuerunt *Alicia Perers* in villis de **Dertford**, **Wilmynton**, **Stone**, **Suthfleote**, & **Merſh** in Comitatu prædicto: & quondam placeam terræ, cum pertinentiis, in dicta villa de **Dertford**, vocatam le **Caſtelplace**; nec non quinq; ſolidatas & tres denaratas redditus, cum pertinentiis, in eadem villa, quæ fuerunt *Willielmi Morgaunt*. Unum meſuagium ſive tenementum, cum ſuis pertinentiis, in Civitate noſtra *London.* quod fuit *Roberti* de *Burton*, & *Johannis* de *Letton*, executorum teſtamenti *Roberti* de *Hanwoode* nuper Civis & Mercatoris *London.* & omnia tenementa, cum pertinentiis in eadem civitate, in parochia S. *Martini* extra **Ludgate**, in **Fleetſtreet**, in parochia S. *Martini* de *Orgar* juxta Eſgate; & in parochia S. *Katharina* infra Cimiterium de S. *Trinitate magna* juxta **Algate**, quæ fuerunt *Auguſtini Waleyes*.

Omnia redditus & ſervicia cum pertinentiis exeuncia de duobus meſſuagiis & tribus Shopis in **Cordwanerſtreet**, in eadem civitate, quæ *Jacobus Andrew* de ipſis Prioriſſa & Conventu tenuit ad terminum vitæ ipſius *Jacobi*, unà cum reverſione eorundem meſuagiorum & Shoparum, cum acciderit; & ſexaginta & ſex ſolidatas & octo denaratas redditus, cum pertinentiis in **Lamorsfelde**, & in *London.* in **Weſtchep**, qui quidem redditus pertinet ad Manerium de **Portbrugge**, quod quondam fuit *Roberti Biknore*. Manerium de **Belſtede** *magna* cum pertinentiis, unà cum Eccleſiis de **Waſhebrooke**, & **Velechurch** tenendas in propriis uſibus, & advocacionibus Eccleſiarum earundem; necnon advocationibus Eccleſiæ de **Alterton** & vicariarum dictarum Eccleſiarum de **Waſhebrooke** & **Velechurch**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis in Comitatu *Suffolciæ*.

Manerium de **Brandiſton**; cum redditibus & ſerviciis & omnibus aliis ad prædictum Manerium ſpectantibus in **Herkeſtede**, in eodem Comitatu; & cum redditibus & ſerviciis & omnibus aliis ad prædictum Manerium ſpectantibus in villa de **Goſfeld** in Comitatu **Eſſex**, & Manerium de **Combes**, cum ſitu cujuſdam Capellæ ibidem & omnibus redditibus, ſerviciis, ac quibuſcunq; aliis ad prædicta Manerium & ſitum Capellæ ſpectantibus in dicto Com. *Suffolciæ*, Manerium de **Pecchesham**, cum pertinentiis, in Comitatibus *Surriæ* & *Kantiæ*; ac omnia terras ac tenementa noſtra cum pertinentiis in **Putfould** in dicto Comitatu *Surriæ*, cum Eccleſia de **Witteleg** & Capella de **Thorelee**; tenendas in propriis uſibus & advocationibus earundem Eccleſiarum & Capellæ, cum omnibus libertatibus ad eaſdem Eccleſiam & Capellam pertinentibus: Manerium de **Porton** cum pertinentiis, unà cum advocacionibus Eccleſiæ ejuſdem Manerii, & cujuſdam *Cantariæ* in eadem Eccleſia, ac certis membris ad idem Manerium ſpectantibus; videlicer **Silleigh**, **Emewell**, **Lrowe**, & **Weſtwithhill**; necnon omnibus redditibus & ſerviciis cum pertinentiis omnium tenentium noſtrorum in villis de **Weremenetre**, **Rolveſton** & **Madyngton** cum pertinentiis in Com. **Wiltes**; & omnia redditus & ſervicia quæ habemus in **Burton atte Naſshe**, & **atte More**, unà cum omnibus aliis pertinentiis ejuſdem Manerii de **Porton** in Com. **Dorſet**. Manerium de **Fiſſhide** cum pertinentiis, unà cum omnibus terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, eſcaetis, reverſionibus, ac omnibus aliis ad idem Manerium de **Fiſſhide** pertinentibus, quæ nuper fuerunt ipſarum Prioriſſæ & Conventus in **Gerardeſton**, **Wilton**, **Digehampton**, **Fouleſton**, & *parva* **Derneford**, in perpetuum in dicto Comitatu **Wiltes**; & omnia terras, tenementa, prata, redditus & ſervicia, cum pertinentiis, quæ habemus in **Purbik** in Com. *Dorſet*. pertinentia ad idem Manerium de **Fiſſhide**, una cum omnibus aliis Manerjis ejuſdem Manerii ac advocationibus Eccleſiarum de **Fiſſhide** & S. *Michaelis* in **Weſtreet** in *Wilton*. necnon feodis militum,

tum, & omibus aliis ad eadem Maneria, terras, & tenementa ſpectantibus.

Et Manerium de **Colwenſton** cum pertinentiis in Comitatu **Glamorgan** in *Wallia*, necnon omnia terræ & tenementa, cum pertinentiis in **Moldeſton** in Marchia *Walliæ*, in Comitatu *Herefordiæ*, unà cum feodis militum & omnibus aliis ad idem Manerium de **Colweneton** ſpectantibus, ſive pertinentibus, habenda & tenenda omnia prædicta Maneria, terras, tenementa, redditus, & ſervicia, feoda, reverſiones, & libertates, ut prædictum eſt, cum pertinentiis; & advocationibus, dictis Prioriſſæ & Conventui & earum ſucceſſoribus in dotem & fundationem Monaſterii prædicti; ea videlicet quæ de nobis, antequam ad manus noſtras devenerunt, tenebantur de nobis & hæredibus noſtris, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, & ea quæ de aliis quàm de nobis, antequam ad manus noſtras devenerunt, tenebantur de iiſdem Dominis, de quibus per eadem ſervicia, per quæ ipſa tenta fuerunt antequam ad manus noſtras devenerunt, in perpetuum. Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes; Teſte, meipſo apud *Weſtm.* viceſſimo die *Julii* anno Regni noſtri *Angliæ quadrageſſimo ſexto*, Regni verò noſtri *Franciæ triceſſimo tertio*.

Carta præfati Regis Edwardi *de advocatione Eccleſiæ de* **Whittelye**.

Ibid. EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & Domins *Hyberniæ*, omnibus (&c.) ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali, dedimus & conceſſimus dilectis nobis in Chriſto Prioriſſæ & Sororibus domus prædicatorum de **Dertford**, per nos de novo fundatæ, advocationem Eccleſiæ de **Whittelye** in Com. *Surriæ* habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus, ſuis imperpetuum. Conceſſimus etiam & licentiam dedimus eiſdem Prioriſſæ & Sororibus quod ipſæ Eccleſiam prædictam appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus tenere poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum (&c.) In cujus (&c.) Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* ſexto decimo die *Julii*, anno Regni noſtri *Angliæ triceſſimo*, regni verò noſtri *Franciæ*, *decimo octavo*.

Ibid. *Ricardus* Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & Dominus *Hyberniæ*, omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem: Sciatis, quod nuper *Johannes Daventre* Perſona Eccleſiæ de **Brom**, *Walterus Berkly* Vicarius Eccleſiæ de **Lymberle**, *Johannes Cranhouſe*, *Edmundus Lakyngheth*, & *Richardus Nooth*, nos de Manerio de **Walſyngham**, cum pertinentiis in Com. **Norfolke**, unà cum feriis, mercatis, *Wayſg*, *Strayes*, & omnibus aliis libertatibus ad Manerium prædictum ſpectantibus feoffârunt. Habendum & Tenendum nobis & hæredibus noſtris imperpetuum: Ac etiam *Johannes Bacon*, *Henritus Boghay*, *Thomas Godelake*, & *Johannes Appulton* nobis conceſſerunt, & confirmârunt reverſionem Manerii de **Weſtwrotham** cum pertinentiis, & omnium aliarum terrarum & tenementorum cum pertinentiis in **Weſtwrotham**, & **Eaſt wrotham**, & **Elyngton** in Comitatu prædicto; quæ iidem *Johannes Daventre*, *Walterus* & *Richardus*, & *Johannes Snoreing*, & *Stephanus Langham* tenent ad terminum vitæ *Katharinæ Breouſe*, & per unum annum poſt deceſſum ipſius *Katharinæ*; habenda & tenenda poſt dictum annum completum, nobis & hæredibus noſtris: Nos de gratia noſtra ſpeciali, ad honorem Dei ob devotionem quam ad Monaſterium Sororum Prædicatiſſarum de **Derford**, per chariſſimum Dominum & avum noſtrum Regem defunctum, fundatum optinemus; dedimus, conceſſimus, & aſſignavimus, pro nobis & hæredibus noſtris, dilectis nobis in Chriſto Prioriſſæ & Conventui Monaſterii prædicti dictum Manerium de **Walſingham**, cum pertinentiis, unà cum feriis, mercatis, *Wayſs*, & *Strayes*, & omnibus aliis libertatibus ad Manerium illud ſpectantibus.

Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum. Conceſſimus etiam eiſdem Prioriſſæ & Conventui, quod idem Manerium de **Weſtwrotham**, cum pertinentiis, ac prædicta alia terra & tenementa cum pertinentiis in **Weſtwrotham**, **Eaſtwrotham**, & **Elyngton**, quæ præfati *Johannes Daventre*, *Walterus*, *Richardus* (&c.) ſic tenent ad terminum vitæ præfatæ *Katharinæ*, & per unum annum poſt deceſſum ejuſdem *Katharinæ*, quod quidem Manerium de **Weſtwrotham**, & dicta alia terræ & tenementa cum pertinentiis, poſt dictum annum completum, nobis & hæredibus noſtris remanere deberent, poſt dictum annum completum præfatis Prioriſſæ & Conventui remaneant. Habenda & tenenda, ſimul cum dicto Manerio de **Walſyngham**, cum pertinentiis, ac feriis, mercatis, *Wayſes*, *Strayes*, & omnibus aliis libertatibus, ad eadem Maneria ſpectantibus, dictis Prioriſſæ & Conventui & ſucceſſoribus ſuis, ad inveniendum quendam Capellanum divina ſingulis diebus in quadam Capella in Infirmitorio Monaſterii prædicti, de novo edificata, celebraturum; & relevationem & ſuſtentationem Sororum & Fratrum infirmorum, qui ibidem ſunt & erunt commorantes; necnon ulteriùs ad exorandum continuè pro bono ſtatu & ſalute noſtra dum vixerimus, & pro anima noſtra cum ab hac luce migraverimus, & pro animabus Fundatorum & Benefactorum Monaſterii, Prioriſſæ & Conventus prædictorum & earum ſucceſſorum, & omnium fidelium defunctorum imperpetuum (&c.) In cujus rei teſtimonium (&c.) Teſte meipſo apud *Weſtm.* 3. die *Septembris* anno Regni noſtri *octavo*.

MONASTERIUM

de Syon *in agro* Middleſexiano.

Carta Fundationis ejuſdem per Regem Henricum *quintum.*

Cart. 2. H. 5. p. 2. m. 28.

Vide Rot. Parl. 6. H. 6. n. 26. & n. 33. Et de a. 10. n. 22.

Vide Inq. 4. H 5. n. 16.

Vide amplam donationum confirmationem Pat. 22. H 6. p. 1. m. 21 & Pat. 4. E. 4. p. 4. m. 20.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Ballivis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & aliis fidelibus ſuis ſalutem. Cœlicæ jerarchiæ quam celebris ordinatio multiplicium ſpiritualium ordinum celeberrima celeumata continuè concanentium, varietate venuſta, cunctis veraciter Chriſticolis honoremq; ut convenit, zelantibus Eccleſiæ militantis luculenter exemplaritate deſignat, quam ſit ſuppremo patri placitum, ſanctiſſimæq; Dei genitrici & omnibus Sanctis gratum pariter & jocundum, ac triumphantis Eccleſiæ ordinabilitati conſonum, nunc ſanctarum baſilicarum conſtructione, nunc devotarum religionum varietate, nunc Miniſtrorum Eccleſiaſticorum multiplicatione decus extollere militantis Eccleſiæ, ad aſſiduum Dei cultum & accumulationem Deo deſervientium devotorum. Exhinc etenim & nobis ac progenitoribus noſtris, ſinguliſq; ſuccedentibus, ac toti regno noſtro, & ſubditis univerſis firmè confidimus, pro animarum ſalute ſalubriter conſuli, noſq; & regnum noſtrum fæliciter ad Dei placitum in proſperis dirigi, ac ab adverſantibus piè protegi, meritorumq; prædictorum participatione, quaſi per ſinchomata indubitata ad æternam fœlicitatem provehi finaliter & perduci. Hæc omnia ad ſedulæ conſiderationis examen, inſpirante ſupernâ gratiâ; in cujus manu ſunt Regum corda, & teſtante Scriptura, *ubi voluerit inclinabit*, illa ſolicitè reducentes, ac memorialiter recolentes, quomodo Reges & Principes, ac noſtri præclari progenitores in prædictis meritoriis inſigniis claruerunt; quorum, favente divinâ clementiâ, pronis præcordiis ſatagimus imitari veſtigia benedicta: Ad laudem igitur, gloriam, & honorem ſummæ Trinitatis, & glorioſæ Virginis *Mariæ*; necnon Apoſtolorum & Diſcipulorum Dei, ac omnium Sanctorum; & ſpecialiter in honore ſanctiſſimæ *Brigittæ*, quæ, ut ſatis evidenter agnoſcitur, inſpiratione cœlicâ, unam religionem ſub ſuo nomine divinitùs inſpiratâ fundavit, cœlitùſq; optinuit, ut in quocumq; regno Monaſterium ipſius Religionis fundatum fuerit, ibi pax & tranquillitas ipſius meditationibus continuè firma erit.

Nos, ut verus filius Dei pacis, qui pacem dedit, pacem docuit, & ſuis cariſſimis diſcipulis, ut ſummè appetibile noviſſimè reliquit, ad finalem & effectualem fructificationem omnium prædictorum, de conſenſu & auctoritate omnium quorum de jure requiritur in hac parte, quoddam Monaſterium ordinis *Sancti Auguſtini, Sancti Salvatoris* nuncupati, de ſexaginta Monialibus ſive Sororibus, quarum una in hujuſmodi ſexagenario numero computata ſit Abbatiſſa; ac deviginti & quinq; viris religioſis, quorum treſdecim ſacerdotes, quatuor diaconi, & octo laici exiſtant: De quibus quidem ſacerdotibus unus in eodem numero vigintiquinario computatus, ſit Confeſſor, qui eiſdem viris in ſpiritualibus præſit, per quos etiam Sacerdotes, Abbatiſſa, & Moniales, ſive Sorores Monaſterii prædicti, quæ pro tempore fuerint, divinorum auditionis, ac ſalutiferæ prædicationis & eruditionis pabulo refici, & in ſpiritualium neceſſitatum ſuarum caſibus & articulis adjuvari valeant in ſeparatis habitationibus; videlicet dictis Abbatiſſa & Sororibus infra unum clauſum per ſe; & dicti Confeſſor & Fratres in Curia ſeparata per ſe, infra idem Monaſterium moraturi, & mageſtati divinæ, ſub habitu regulari, prout ſecundùm ſexuum diſtinctionem ſuis ſtatibus competit, ſinceris ac puris mentibus, caſtiſq; corporibus, juxta regularia inſtituta religionis, per præfatam *Brigittam* cœlitùs inſpiratam fundatæ & inſtitutæ, ac per ſedem Apoſtolicam approbatæ ſervituri; ac divina pro ſalubri ſtatu noſtro, dum vixerimus, & anima noſtra cum ab hac luce migraverimus, & animabus cariſſimi Domini & patris noſtri *Henrici* nuper Regis *Angliæ*, & *Mariæ* nuper uxoris ejus, matris noſtræ cariſſimæ; necnon animabus *Johannis* nuper Ducis *Lancaſtriæ*, avi noſtri, & *Blancheæ* nuper uxoris ejus, aviæ noſtræ, & aliorum progenitorum noſtrorum ac omnium fidelium defunctorum; ſingulis diebus celebraturi juxta ordinationem noſtram in hac parte faciendam imperpetuum, in quadam parcella terræ de dominico noſtro Manerii noſtri de **Iſtelworth**, infra parochiam de **Twykenham**, in Com. *Middelſexiæ*; continente videlicet in longitudine juxta campum verſùs **Twykenham**, ab una petra, ex parte boriali poſita, uſq; ad aliam petram ex parte auſtrali poſitam, mille nongentos & triginta & octo pedes; & in latitudine verſùs auſtrum, ab illa petra in parte auſtrali poſita, uſq; in aquam *Thamiſiæ*, nongentos & ſexaginta pedes; & in longitudine per ripam *Thamiſiæ*, ab una petra ſimiliter juxta ripam prædictam, ex parte boriali poſita, uſq; ad aliam petram conſimilem ex parte auſtrali juxta ripam prædictam poſitam, duo milia octingentos & viginti pedes; & in latitudine, ex parte boriali, à prædicta petra ex parte boriali poſita, uſq; ad aquam *Thamiſiæ*, nongentos & quater viginti pedes, prout per metas & bundas includitur, ſub vocabulo Monaſterii *Sancti Salvatoris*, & *Sanctæ Brigittæ* de **Syon**, ordinis S. *Auguſtini*, fundamus, ordinamus, & pro perpetuo ſtabilimus; & Monaſterium S. *Salvatoris*, & *Sanctæ Brigittæ* de **Syon**, ordinis Sancti *Auguſtini* nuncupari volumus & decernimus perpetuis temporibus ſucceſſivis.

Volumus etiam, ordinamus & concedimus pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, quod Abbatiſſa & Moniales, ſive Sorores prædictæ

dictæ; ac dictus Confeſſor & cæteri viri religioſi prædicti ſint unus Conventus diſtinctus per ſe, ut præfertur; & Abbatiſſa & Conventus Monaſterii *Sancti Salvatoris*, & *Sanctæ Brigittæ* de Syon, ordinis S. *Auguſtini* vulgariter nuncupati; & quod ipſi & eorum ſucceſſores Abbatiſſæ & Conventus loci prædicti habeant unicum ſigillum pro negociis & agendis loci prædicti ſerviturum in perpetuum; & quod ſint perſonæ habiles & capaces, ſicut unum Monaſterium incorporatum de quadam Abbatiſſa & uno Conventu diſtinctè per ſe, ut prædictum eſt, ad impetrandum, recipiendum & perquirendum, nomine Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii *Sancti Salvatoris*, & *Sanctæ Brigettæ* de Syon, ordinis S. *Auguſtini*, de quibuſcumque viris & perſonis, tam Eccleſiaſticis quàm laicis, terras, tenementa, res, redditus, advocationes, & poſſeſſiones quæcumq; cujuſcumq; generis fuerint vel naturæ, ſive de nobis, ſeu de aliis in Capite, ſive in liberum burgagium, ſeu per aliud quodcumq; ſervicium, qualitercumq; teneantur, ſeu de nobis, hæredibus vel ſucceſſoribus noſtris, aut aliis quibuſcumq; ea teneri contigerit in futurum, eiſdem Abbatiſſæ & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis Abbatiſſis & Conventui loci prædicti in proprietate poſſidendas, licentiâ regiâ ſuper hoc optentâ imperpetuum.

Ac etiam, quod Abbatiſſa loci prædicti, & ſucceſſores ſuæ ſint perſonæ habiles ad proſequendum omnimodas cauſas & actiones reales, perſonales, & mixtas, cujuſcumq; generis fuerint vel naturæ, & ad reſpondendum & defendendum in eiſdem, tam in Curiis ſpiritualibus, quàm temporalibus, coram Judicibus Eccleſiaſticis & ſecularibus quibuſcumq;. Et ut hæc præſens fundatio noſtra debitum ſortiatur effectum, ſororem *Matildem Nenton*, monialem profeſſam ordinis prædicti, in Abbatiſſam Monaſterii prædicti; & fratrem *Willielmum Alnewyk*, in ordine ſacerdotali conſtitutum, ordinis prædicti ſimiliter profeſſum, in Confeſſorem loci prædicti, hac vice præficimus, creamus, & ordinamus. Volentes quod ipſe & ſucceſſores ſui, viris prædictis in ſpiritualibus, ut præmittitur, præſit; & quod eadem *Matildis* Abbatiſſa loci prædicti exiſtat, ac eadem Abtiſſa & ſucceſſores ſuæ monialibus ſive ſororibus prædictis præſint, ac regimen univerſale Monaſterii prædicti, tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus ſuper ſe aſſumant, & ea faciant & exequantur, quæ ad Abbatiſſam ejuſdem loci pertinent vel pertinere poterunt quovis modo, eo quod hujuſmodi Confeſſor prædictis viris religioſis in ſpiritualibus præſit, ut prædictum eſt dumtaxat excepto; Ita quod cedente vel decedente, eadem Abbatiſſa, Conventus loci prædicti, plenam & liberam habeat poteſtatem eligendi, loco ipſius Abbatiſſæ, aliam Abbatiſſam; & ſic de tempore in tempus, quociens Monaſterium illud vacare contigerit in futurum & quod moniales loci prædicti, pro tempore exiſtentes in ſingulis vacationibus Monaſterii prædicti, habeant cuſtodiam & adminiſtrationem omnium terrarum, tenementorum, reddituum, proficuorum, & emolumentorum ejuſdem Monaſterii quorumcumq; ad opus ejuſdem Conventus abſq; impetitione noſtri, hæredum ſeu ſucceſſorum noſtrorum, & abſq; compoto aliquo aliis ſeu nobis, hæredibus vel ſucceſſoribus noſtris inde reddendo.

Conceſſimus inſuper eiſdem Abbatiſſæ & Conventui, quod ipſi & eorum ſucceſſores, Abbatiſſæ & Conventus loci prædicti imperpetuum habeant & teneant, tam omnia terras, tenementa, & poſſeſſiones, cum pertinentiis eiſdem Abbatiſſæ & Conventui in dotatione, fundatione & ordinatione Monaſterii prædicti, per nos ſeu deputatos noſtros data, conceſſa, vel aſſignata, quam alia terras, tenementa, & poſſeſſiones eiſdem Abbatiſſæ & Conventui ſeu ſucceſſoribus ſuis Abbatiſſis & Conventui loci prædicti per nos, hæredes ſeu ſucceſſores noſtros, aut alias quoſcumq; dandas, concedendas ſeu aſſignandas in futuro, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpétuum. Volentes quod ipſi vel eorum ſcceſſores, Abbatiſſæ & Conventus loci prædicti, ratione novæ creationis Abbatiſſæ ejuſdem loci, quæ pro tempore fuerit, ſeu alia de cauſa vel occaſione quacumq;, ad aliquam penſionem, portionem, ſeu ſuſtentationem aliquibus perſonis, ſeu alicui perſonæ, ad rogatum ſeu requiſitionem noſtri, hæredum vel ſucceſſorum noſtrorum dandam, concedendam, ſeu aſſignandam, ſeu aliud onus quodcumq; nobis hæredibus ſeu ſucceſſoribus noſtris, aut alicui miniſtrorum noſtrorum, hæredum vel ſucceſſorum noſtrorum quorumcumq; ſupportandam vel ſolvendam, non onerentur in futuro; ſet quod iidem Abbatiſſæ & Conventus, & eorum ſucceſſores Abbatiſſæ & Conventus loci prædicti inde ſint quieti & exonerati imperpetuum, eo quod Monaſterium prædictum de fundatione noſtra exiſtit non obſtante.

Et ulteriùs, de uberiori gratia noſtra conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis & eſt, præfatis Abbatiſſæ & Conventui & ſucceſſoribus ſuis, mille marcas percipiendas ſingulis annis ad ſcaccarium noſtrum, & hæredum noſtrorum ad terminos *Paſchæ* & S. *Michaelis* per equales portiones, quouſq; eis de proventibus ſpiritualibus & temporalibus, uſq; ad prædictam ſummam mille marcarum per annum per nos, hæredes, vel executores noſtros fuerit ſatisfactum. Proviſo ſemper, quod quandocumq; eiſdem Abbatiſſæ & Conventui vel ſucceſſoribus ſuis, de proventibus ſpiritualibus vel temporalibus per nos, hæredes vel executores noſtros proviſum fuerit; tunc tantum de prædicta ſumma mille marcaram quantum proventus illi valeant per annum, deducatur imperpetuum. Et ne eædem Abbatiſſa & Conventus, ob defectum ſolutionis debitæ dictarum mille marcarum annuarum ad terminos prædictis dampnum impoſterum patiantur quomodolibet, ſeu gravamen; volumus & firmiter præcipimus, quod nichil omnino de cætero liberetur ſeu ſolvatur ad Receptam ſcaccarii prædicti ad opus vel ad uſum noſtrum aut hæredum ſeu ſucceſſorum noſtrorum prædictorum, aut aliorum quorumcumq;, quouſq; prædictis Abbatiſſæ & Conventui de dicta ſumma mille marcarum, modo quo præfertur, ſingulis annis plenariè fuerit perſolutum. Et nemini liceat eaſdem Abbatiſſam & Conventum, ſeu ſucceſſores ſuos, de ſolutione ſua hujuſmodi, contra formam præſentis Cartæ noſtræ, quovis quæſito colore, impedire, ſeu turbare, ſet ipſe eaſdem mille marcas exnunc annuatim habeant & percipiant in forma ſupradicta; & eis tanquam bonis ſuis ſpiritualibus & Eccleſiaſticis gaudeant & utantur, aliquo præferramento nobis perantea facto, aut aliquibus ſtatutis ſive ordinationibus in contrarium editis; ſeu aliqua aliâ cauſâ re vel materiâ quacumq; non obſtante. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *H. Wynton* Canc. noſtro, avunculo noſtro cariſſimo, *R. London.* & *R. Norwicen.* Epiſcopis præcariſſimis fratribus noſtris, *Thoma Clarencia*, *Johanne Bedfordia*, & *Humfrido Glouc.* ac *Edwardo Ebor.* conſanguineo noſtro, Ducibus; *Edmundo Marchia*, *Thoma Arundellia*, Theſaurario *Angliæ*, & *Ricardo Warwici*, conſanguineis noſtris cariſſimis, Comitibus: *Ricardo Gray*, *Gilberto Talbot*, *Henrico Fitzhugh* Camerario noſtro; & *Thoma Erpyngham* Seneſcallo hoſpicii noſtri, Militibus; & Magiſtro *Johanne Prophete* Cuſtode privati ſigilli noſtri; & aliis. Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* tertio die *Marcii.*

Suff. **Flixton** *Frioratus Monialium Ordinis S.* Auguſtini.

Lel. Col. Vol. 1. p. 34. M*Argeria* uxor *Bartholomai* de *Creke*, Fundatrix.

Norf. **Hempton,** *alias* **Fakinhindam** *Poioratus, Canon. regularium Ord. S.* Auguſtini.

Ibid. R*Ogerus* de *Sancto Martino* primus Fundator, nunc Comes *Oxonii.*

Suff. **Wodebrigge** *Prioratus Ord. S.* Aug.

Ib p. 60. • • • • • • • *Rufford:* Fundator, poſtea *Hanſerde.*

Eſſex. **Lyes** *Prioratus Ord. S.* Aug.

Ibid. R*Adulfus Gernoun* miles, Fundator; nunc *Wentforth.*

Ulveſcrofte *Prioratus Ord. S.* Aug. Leic.

R*Ogerus Quynſy*, Comes *Wintoniæ*, Fundator primus: modernus, Marchio *Dorſete.* Ib. p. 72.

Prioratus ſive Hoſpitale S. Joh. Bapt. in **Exceſtre**, *Ord. S.* Aug. Devon.

G*ilbertus* & *Joannes*, Mercatores de **Exceſtre**, & filii *Johannis Longe*, Fundatores: Modernus, Epiſcopus *Exon.* Ib. p. 76.

Quinq; Presbyteri, novem pueri, *xii.* pauperes.

Canonleghe *Abbatia Monialium Ord. S.* Auguſtini. Devon.

G*ualterus Clavelle* primùm fundavit Monaſterium Canonicorum regularium: Poſtea domina *Matildis* de *Clarâ*, Comitiſſa de *Clarâ* & **Herford**, induxit moniales: Deinde Comites de **Warwike** Fundatores. Ib. p. 77.

Shelbrede *Prioratus Canonicorum Ord. S.* Auguſtini. Suff.

R*Adulphus Ardent* miles Fundator. Ib. p. 81.

Tortington *Prioratus Ord. S.* Aug. Suff.

D*Omina Hadwiſa Corbet* prima Fundatrix. Ibid.

Merkeby *Prioratus Canon. Ord. S.* Aug. Linc.

R*Adulphus* filius *Gilberti* primus Fundator. Ib. p. 85.

ANno *MCLxviii. Ricardus* de *Luci* Juſticiarius tertio Idus *Junii* Fundamenta jecit ad conſtruendam Eccleſiam Conventualem, in honore beati *Thomæ* Martyris, in loco qui vocatur **Weſtwode**, in territorio *Roffenſi.* Cant. Annal. Math. Weſtm.

Northampton *Hoſpitale S.* Johannis Bapt. *de advocatione Epiſcopi* Lincolnienſis. Northampt.

FUndatum *CLxxxix.* annis elapſis, per *Walterum* tunc Archidiaconum *Northampt.* pro receptione & recreatione infirmorum. Eſc. 1. E. 4. n. 142.

Hoſpitalia Anglicana pro infirmis Ordinis S. Auguſtini.

Ex Decretis in Concilio *Lateranenſi* ſub *Alexandro* Papa ejus nominis tertio, A. *MCLxxix.*

Canon. xi. De Leproſis.

C*Vm dicat Apoſtolus*, habundantiorem honorem membris infirmioribus deferendum, *e contra quidem, quæ ſua ſunt, non quæ* Jeſu Chriſti *quærentes, Leproſis, qui ſanis cohabitare non poſſunt, vel ad Eccleſiam cum aliis convenire, Eccleſias vel cimiteria non permittunt habere, nec proprii juvari Miniſterio Sacerdotis; quod quia procul a Chriſtiana pietate eſſe dinoſcitur, de benignitate Apoſtolica conſtituimus, ut ubicumq; tot ſimul ſub communi vita fuerint congregati, qui Eccleſiam cum cimiterio ſibi conſtruere, & proprio valeant gaudere Presbytero, ſine contradictione aliqua permittantur habere. Caveant tamen, ut injurioſi veteribus Eccleſiis, de jure parochiali nequaquam exiſtant, quod enim eis pro pietate conceditur, ad aliorum injuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, ut de ortis, & de nutrimentis animalium ſuorum Decimas tribuere non cogantur.*

Ex hiſt. *Angl.* Script. ædit. *Lond.* A. 1652. Col. 1450. l. 4.

MONASTICON ANGLICANUM.

Hoſpitale S. Leonardi *infra Civitatem* EBORACENSEM.

Hiſtoria Fundationis ejuſdem.

Ex Regiſtro S. Leonardi Ebor. in bibliotheca Cottoniana, fol. 5. a.

MEmorandum, quod Anno Domini *DCCC.* *Egbertus* Rex totius *Britanniæ*, in Parlimento apud *Wintoniam*, mutavit nomem Regni, de conſenſu populi ſui, & juſſit illud de cætero vocari *Angliam:* Poſt quem *Egbertum*, Anno *DCCCCxxiiii.* *Ethelſtanus*, poſt *Edwardum* Seniorem patrem ſuum, in Regem apud *Kingeſton* in *Suthereya* coronatus, citò poſt coronationem ſuam ſubegit *Howelum* Regem *Cambriæ* & *Conſtantinum* Regem *Scottorum*; quem *Conſtantinum* dictus *Ethelſtanus* Regem *Scotorum* fecerat; dicens *glorioſius eſt Regem facere, quàm Regem eſſet* Ipſe tamen *Conſtantinus* more *Scottorum* perjurium non timens, citò rebellavit, ac partes *Northahumbranas* cede & incendio vaſtavit: Ad cujus rebellionem caſtigandum, Rex *Ethelſtanus*, ſe diſponens per *Humbriam* (quia via erat compendioſior) præmiſſo exercitu per *Eboracum*, verſus *Scotiam* cum omni feſtinantiâ ſe divertit, & equitando per ſtratam Regiam, citra & ultra *Lincolniam*, obviavit quampluribus peregrimis, magnam letitiam more ſuo monſtrantibus, à quibus Rex ſuſcitans, & inquirens undè venirent, & quæ eſſet cauſa tantæ lætitiæ eorundem, reſponderunt, *Honorifice Rex, de villa* Beverlaceni *venimus, ubi quidam glorioſus Confeſſor*, Johannes *nomine, requieſcit; Et quia aliqui noſtrûm, illuc cæci, aliqui claudi, & aliis infirmitatibus percuſſi, acceſſimus, & ejus meritis, & precibus, ut credimus, ſumus reſtituti ſanitati, Deo & ſibi reddentes gratias, cum gaudio, ad propria revertimur.*

Rex igitur *Ethelſtanus* peregrinorum verba cordi ſuo devotè imprimens, ad *Beverlacum*, in brevi, pervenit, & Sepulchrum Sancti *Johannis*, cum devotione maxima, viſitavit, ubi diu precibus inſiſtens, tandem poſuit Cultellum ſuum ſuper tumbam S. *Johannis*; dicens, *ſi tuis Sanctis precibus, alme Chriſti Confeſſor, Domino concedente, ſoſpes rediero, Eccleſiam tuam honorabo, & cultellum iſtum, quem pono pro pignore, honeſtè redimam.* Deinde ad *Eboracum* declinans, in Eccleſiâ beati *Petri*, ibidem diu & devotè precibus inſiſtens, ſe & viagium Deo & beatæ *Mariæ*, ac beato *Petro* & Sanctis omnibus, humiliter commendabat. Supplicans Miniſtris dictæ Eccleſiæ, adtunc dicti *Colidei*, quatinus pro eo, & expeditione ſuâ devotè precarentur; promittens, quod ſi proſperè rediret, Eccleſiam illam *Eboraci*, & Miniſtros ejus dignè honoraret. Ulteriùs verò progrediens, *Dunholmum* ibidem coram Deo ad tumbam Sancti *Cuthberti*, multis fuſis precibus, & ſe ac viagium ſuum Deo & Sancto *Cuthberto*, ac precibus Monachorum ibidem Deo ſervientium commendans, *Scotiam* ingreſſus eſt, ubi prædictum *Conſtantinum* perjurum glorioſè devicit; Quo devicto, *Ethelſtanus* rogavit Dominum, ut precibus Sanctorum prædictorum, aliquod ſignum oſtenderet, quo præſentes & futuri cognoſcere poſſent, Scottos debere de jure regibus *Angliæ* ſubjacere, ac cum gladio ſuo idem *Ethelſtanus* percuſſit ſcopulum quoddam lapideum, juxta Caſtrum de *Dunbarr*; cujus lapidis rigor adeo ceſſit ictui, quod uſq; hodie ad menſuram ulnæ ex ictu cavatur, uſq; in præſentem diem.

In redeundo verò Rex *Ethelſtanus* poſt peractam victoriam, declinavit per *Ebor.* verſùs *Beverlacum* ac nonnullas poſſeſſiones redimendo, Cultellum per eum ibi depoſitum, dedit Deo, & glorioſo Confeſſori *Johanni* prædicto, ac beato *Joh. Evangeliſtæ*, in cujus honore Eccleſia *Beverlaci* dedicata exiſtit: Dedit inſuper Deo, & Sanctis prædictis, ac ſeptem Presbiteris, ibidem Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, quaſdem avenas, vulgaliter dictas Heſtcorne, percipiendas de dominiis & Eccleſiis in illis partibus, quas Miniſtri dictæ Eccleſiæ, uſque in præſens percipiunt pacificè & quietè. Idemq; Rex *Athelſtanus* deinde redeundo de *Scotia*, ut præfertur, dum in Civitate *Eboraci* fuerat, & in Eccleſia beati *Petri* ibidem Deo & beato *Petro* gratias reddiderat, quod ſanus & incolumis victor ad propria rediſſet; videns in dicta Eccleſiâ *Eboraci* viros ſanctæ vitæ, & converſationis honeſtæ, dictos adtunc *Colideos*, qui multos ſuſtentabant pauperes, & modicum habeant undè viverent, conceſſit Deo & beato *Petro*, & *Colideis* prædictis, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, ut meliùs poſſent ſuſtinere pauperes confluentes, hoſpitalitatem tenere, & exercere alia opera pietatis; de qualibet carucâ arante in Epiſcopatu *Eboraci* unam travam bladi Anno Domini *DCCCC. xxxvi.* A.D. 936. quæ uſq; in præſentem diem, dicitur Petercorne; cujuſmodi & Travas, Reges tunc temporis potuerunt ſacris locis, ex ſua regalitate concedere & aſſignare; Et nihilominus, ex concenſu incolarum Epiſcopatus *Eboraci*, Rex habuit: Travas prædictas ſibi & ſucceſſoribus ſuis; ſic quod exterminaret lupos patriam devaſtantes; Erat ſiquidem in Dioceſi *Eboracenſi* tanta, adtunc, multitudo luporum, quod omnes fere villanorum beſtias devorârunt. Quibus lupis per prædictum *Ethelſtanum* devaſtatis, ac proceſſu temporis, dictis *Colideis* poſſeſſionatis, largitione fidelium, & maximè per *Thomam* ſeniorem, cui Rex *Willielmus* conqueſtor Epiſcopatum prædictum contulit, in feſto *Pentecoſtes* Anno Domini 1069. Qui *Thomas* Eccleſiam *Eboracenſem* conſtruxit, & Clericos ejuſdem multipliciter ditavit.

Ipſi *Colidei* erexerunt ſeu fundârunt in Civitate *Eboraci*, in quodam vaſto loco ad Regem pertinente, (& quam ad erectionem idem Rex dedit eis, unà cum ſupradictis travis) quoddam Hoſpitale ſive Manſeolum pauperibus ad ipſam Civitatem confluentibus; quibus & pauperibus ibidem accedentibus, aſſignârunt imperpetuum travas prædictas; ipſiſque pauperibus, pro ipſorum meliori gubernatione & jurium ſuorum, in dictis travis ſalvatione dicti *Colidei*, ſive Clerici, unum ex ſeipſis præfecerunt. Ipſeque *Willielmus Conqueſtor* ad preces *Thomæ* Archiepiſcopi prædicti, nedum donationem factam dictarum travarum Hoſpitali prædicto, per ipſos *Colideos*, ſive Clericos, confirmavit; ſed etiam ex prærogativâ ipſius, qui Conqueſtor fuerat, pro majori ſecuritate ipſius, dedit ex habundanti; dictas Travas prædicto Hoſpitali.

Willielmuſq; *Rufus* filius *Conqueſtoris* prædicti, Rex immediatè ſuccedens, fundavit ſeu mutavit ſitum dicti Hoſpitalis in locum Regium, ubi nunc ſituatur, ut patet per multas domos adhuc ſtantes in dicto Hoſpitali, quæ olim erant Regiis uſibus deputatæ; & dedit & confirmavit dictas Travas Hoſpitali prædicto, ſicut fecit pater ejus *Conqueſtor*. Ipſum verò Hoſpitale, à tempore primæ erectionis ſive fundationis ſuæ, uſq; ad tempus Regis *Stephani*, dicebatur Hoſpitale Sancti *Petri*; & uſq; in præſens Sigillum commune ipſius, continet in circumferentia *Sigillum Hoſpitalis Sancti Petri Eboraci.* Ipſe verò *Stephanus* conſtruxit in dicto Hoſpitali quandam Eccleſiam in honore Sancti *Leonardi*, & extunc, in anteà, dictum eſt *Hoſpitale Sancti Leonardi*; Ipſiq; *Colidei*, à dicto Anno Domini *DCCCCxxxvi*, ferè per centum annos, tenuerunt, & pacificè poſſiderunt travas prædictas, uſq; quo illas conceſſerunt dicto Hoſpitali, prout ſuperiùs narratur: Ipſumq; Hoſpitale & pauperes omni tempore, & citra, percepit, & habuit, ut fundationem ſuam primariam; & adhuc habet & percipit in præſenti travas prædictas: Quas travas multi Reges ſucceſſores Regum prædictorum non ſolum confirmârunt, ſed etiam, ex habundanti, dederunt Hoſpitali, ut patet per eorum Cartas indè factas.

Romani etiam Pontifices quamplures donationem travarum prædictarum dicto Hoſpitali, per ſuas literas Apoſtolicas, de concenſu ſuorum Cardinalium confirmârunt; graviſſimas cenſuras fulminantes in omnes dictas detinentes, ſeu ſubtrahentes, ab ipſo Hoſpitali, aut ipſas non ſolventes; necnon in omnes, & ſingulos ipſum Hoſpitale ſupradictis travis, quomodolibet moleſtantes, ut patet in literis Apoſtolicis *Adriani* quarti, qui fuit Papa Anno Domini *MCLvi*, & confirmavit dictas travas prædicto Hoſpitali, ſub hiis verbis. *Item confirmamus dicto Hoſpitali illam antiquam elemoſinam, ſuper quâ ipſum Hoſpitale fundatum exiſtit*, viz. *de qualibet caruca arante in diœceſi* Eboracenſi, *unam travam bladi*. Patet enim per dicta verba Papæ, quod tempore ſuæ confirmationis, illæ travæ fuerunt antiqua elemoſina, ſuper quâ ipſum Hoſpitale fundatur. Et ſequitur in literis Apoſtolicis ſupradictis; *Paci quoq; & tranquillitati veſtræ paterna ſolicitudine providentes; Omnibuſq; Chriſti fidelibus benè ſolventibus dictas travas ipſi Hoſpitali, & ejus jura ſervantibus, pacem Apoſtolicam concedimus.* Ac in & contra omnes dictas travas, à præfato Hoſpitali ſubtrahentes, detinentes, & non ſolventes eidem, ſeu ipſum Hoſpitale ſuper ipſis quomodolibet moleſtantes, aut ipſius jura quomodolibet impugnantes, terribiles ſententias fulminavit cuilibet Chriſtiano non immeritò, formidandas, ſub hiis verbis. *Paci quoq; & tranquillitati veſtræ, paterna ſolicitudine providentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſas locorum, vel grangiarum præfati Hoſpitalis, nullus violentiam, vel rapinam, ſeu furtum facere, vel hominem capere audeat; & ſiquis hoc temerario auſu præſumpſerit, tanquam ſacrilegus judicetur, & Excommunicationis ultione plectetur.*

Decernimus ergò, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Hoſpitale temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & diœceſani Epiſcopi Canonica juſtitia, & ſalvo jure Capituli beati Petri. *Siqua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò, tertiove commonita, niſi reatum ſuum condigna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſq; dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, ac Domini redemptoris noſtri* Jeſu Chriſti *aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjacet. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum*

diſtrictum judicem pramia aterna pacis inveniant. Amen, *Datum Anno Domini milleſimo* A.19.H.2. *centeſimo ſeptuageſimo tertio.*

Adhuc de Fundatione ejuſdem.

Ibid.Col. Vol.1.p. 43. GUlielmus junior, Rex *Angliæ*, Fundator Hoſpitalis, qui etiam Eccleſiolam ibidem conſtruxit & S. *Petro* dedicavit. Poſtea *Stephanus* Rex ampliorem ædificavit Eccleſiam, & illam S. *Leonardo* dicavit, unde Hoſpitale S. *Leonardi* nomen aſſumpſit.

Carta Regis Willielmi *de una trava bladi de qualibet caruca arante infra Epiſcopatum Ebor.*

Ibid fol. 5. a. W*Illielmus* Rex *Angliæ* omnibus hominibus, & ligiis noſtris, tam *Francis*, quàm *Anglis*, ſalutem. Sciatis me dediſſe, & confirmâſſe Hoſpitali beati *Petri Eboraci*, illam antiquam elemoſinam ſupra quâ dictum Hoſpitale fundatum exiſtit; videlicet, de qualibet caruca arante in Epiſcopio *Eboraci* travam unam bladi. Teſtibus. *T.* Archiepiſcopo, *Galfrido Baynard*, *Radulpho Paganello*, & aliis.

Carta Regis Henrici *primi*, *de diverſis terris.*

Cart.4 E. 2.m.17.n. 39. per Inſpex. NOtum ſit omnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, quod ego *Henricus* filius *Willielmi*, & hæredes mei, dedimus & conceſſimus Deo & pauperibus S. *Petri Ebor.* terras, & prata, quæ pater meus, & ego eis ante dederamus, & toftum ubi Domus Fratrum poſitæ ſunt: Et præter hæc eis damus, *xxii.* acras juxta aliam terram ſuam in Litlelund, & prædictum toftum dilatum uſq; ad quercus, per quas ivimus; & de extrema quercu uſq; in *Uſam*, cum illam partem recuperavero de Monachis de S. *Maria*, qui vim & medietatem molendini mei, & ſi alia facere voluerint michi inde faciunt, medietatem eorum habebunt: & communem paſturam, & exitum, & introitum, cum quadrigâ ad ſilvam, & ad aquam, ſibi & hominibus ſuis. Hæc autem eis conceſſimus pro ſalute animarum noſtrarum, & pro animabus patris, & matris meæ & omnium anteceſſorum noſtrorum, in puram, & perpetuam elemoſinam, libera, quieta ab omni humano ſervitio & omnibus geldis, & conſuetudinibus; & ut ſimus participes omnium bonorum quæ fiunt in illa Sanctâ domo, in vitâ & in morte. Teſtibus, *Willielmo de Normanby.*

Carta Regis Henrici *ſecundi*, *de iiſdem travis bladi.*

HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopo *Eboracenſi*, & Decano, & toto Capitulo Sancti *Petri Eboracenſi* ſalutem. Præcipio, quod faciatis pauperes Hoſpitalis Sancti *Petri* habere plenariè travas omnium terrarum de quibus eas habuerunt, tempore *Henrici* Regis avi mei, & tempore *Turſtini* Archiepiſcopi, quicunq; eaſdem terras tenuerunt, ſivè ſint Monachi, ſivè Canonici, ſivè Moniales; Nolo enim quod domus illa in aliquo injuſtè decreſcat: Teſte *Richardo* de *Camvilla* apud Danfront. Ib. fol. 2 a.

Carta Rogeri *de* Cundi, *de nona garba per dominica Domini* Rogeri *de* Moubray.

ROgerus de *Cundi*, Dapifer *Rogeri* de *Molbray*, omnibus Miniſtris domini mei Regis ſalutem: Vobis mando, atq; præcipio, quatinus habere faciatis, Fratribus Hoſpitalis de *Eboraco* nonam garbam de dominico Domini mei *Rogeri* per totam *Angliam*, ſibi hominibuſq; ſuis prædictum bladum ante hoſtium grangiæ liberare faciatis, Valete. Ib. fol. 66. b.

Carta domina Gundredæ, *uxoris* Nigelli *de* Albini, *de quatuor bovatis terra in* Baggabi.

ARchiepiſcopo *Eboracenſi*, totiq; Capitulo Sancti *Petri Eboraci*, & *Rogero* de *Molbray* filio ſuo, cunctiſq; Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam futuris, quàm præſentibus, domina *Gundreda*, uxor *Nigelli* de *Albini*, ſalutem: notum ſit vobis me Deo, & S. *Leonardo*, & pauperibus Hoſpitalis Sancti *Petri Ebor.* dediſſe quatuor bovatas terræ in Baggabi, plenariè in campo, & boſco, & prato, & paſturâ, liberas & quietas, & immunes ab omnibus geldis, & conſuetudinibus, & auxiliis, & ab omni humano ſervitio, ſicut liberam & perpetuam elemoſinam, & hoc pro animâ Domini mei; & pro filio meo *Rogero*, & pro ſalute animæ meæ; & pro animabus omnium anteceſſorum meorum. Iſti ſunt Teſtes, *Nicholaus* Capellanus, *Hugo* Capellanus, *Aliz* de *Gant*, *Radulphus* de *Bellunt*, *Arnaldus* de *Vilers*, *Paulinus* medicus de *Eboraco*, *Ezegn* Præpoſitus, *Rogerus* Clericus, *Willielmus* Camerarius, *Walterus* famulus Dominæ, *Unſpacus* de *Hoſingham*, *Hugo* filius *Æctioni*, & multi alii, & *Walterus* de la *Rivera.* Ex autog. in turri beatæ *Mariæ Eboraci.*

Carta Warnerii, *Dapiferi, Comitis* Richmundiæ, *de nona garba bladi ſui in* Elretunâ.

Ibid. NOtum ſit omnibus S. matris Eccleſiæ filiis, quod ego *Warnerius* Dapifer, filius *Guimarii*, conceſſiſſe & dedi Deo & pauperibus Hoſpitalis Sancti *Petri Eboraci*, nonam garbam bladi mei omni anno in *Elretuna*, in puram, & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum; & pro hæredibus meis, ut participi eſſemus omnium bonorum, quæ fiunt in illa Sancta domo, in vita, & in morte. Teſtes, *Robertus* Camerarius, *Rogerus* de *Aſc.* *Willielmus* de *Staingrena*, *Willielmus* de *Holtebi*, *Alanus* de *Ridala*, *Thomas* filius *Suani*, *Richardus* filius *Fulcheri*, *Laurentius* filius *Rogeri*, *Rogerus* Clericus de Cateric, *Gaufridus* filius *Romundi*, & *Gervaſius* frater ejus, *Johannes* Clericus.

Carta Wimeri *filii* Warnerii, *patris ſui donationem confirmans.*

Ibid. SCiant omnes, tam præſentes, quàm futuri, quod ego *Wimerius* filius *Warnerii*, dedi, & conceſſi, & hac Cartâ meâ confirmavi elemoſinam, quam pater meus *Warnerius* conceſſerat Fratribus & infirmis pauperibus in Infirmitorio Hoſpitalis Sancti *Leonardi Ebor.* ſcilicet, unum toftum quod propriùs in orreo meo apud occidentem, quod *Bernulfus Pedd* ante tenuit, & nonam garbam totius dominici mei de Elleretune. Concedo eis iſtam elemoſinam puram, & perpetuam, liberam, & ex omni ſeculari exactione quietam, pro precibus & beneficiis prædictæ Sanctæ domus, & pro animà patris mei *Warnerii*, & matris meæ; & pro animâ mea, & ſponſæ meæ, & pro animabus hæredum meorum, & pro animabus omnium prædeceſſorum meorum. Teſtibus hiis, *Hamone* Cantore S. *Petri Ebor.* *Geroldo* Canonico, (&c.)

Proviſiones & præcepta Domini Walteri *de* Langton, *Magiſtri Hoſpitalis S.* Leonardi Ebor. *Fratribus & Sororibus ejuſdem Hoſpitalis, tradita & liberata* x. *Kal.* Auguſti, *anno regni Regis* Edwardi xxii.

Ex vet. membrana in bibl. Hattoniana IMprimis proviſum eſt & præceptum, quod in Clauſtro habeat quilibet Frater Capellanus & literatus, certam ſedem & diſtinctam, & barelum vel deſcam. Omnes etiam Fratres, Capellani & literati ſimul ad *Matutinas* ſurgant, & eiſdem ac omnibus aliis horis Canonicis interſint: Poſt horas verò matutinales ſingulis diebus, quatuor Fratres, ad minus, præter Capellanum, Miſſam celebrantem, interſint Miſſæ Virginis glorioſæ, à principio uſq; in finem; & illa Miſſâ celebratâ, ſinguli celebrent Miſſas ſuas, prout per cuſtodem & Celerarium fuerit ordinatum: reſiduo verò temporis, & *Matutinis* finitis, uſq; ad *Primam*, celebratis Miſſis ſuis, adeant ſedes ſuas in clauſtro, & vacent contemplationi & devotioni, dicendo Pſalteria ſua, Pſalmos pœnetentiales, & alias orationes pro animabus Regum & aliorum benefactorum domus.

Pulſatâ verò *Prima*, ingrediantur omnes Chorum; & dictâ *Prima* ingrediantur Capitulum, puero turribulario cum tabula præeunte, qui ibidem legat lectionem *Martilogii*; qua lecta, legat tabulam: poſtea ebdomadarius dicat *Pretioſa eſt in Conſpectu Domini*, &c. & audita clamationibus delictorum, & correctionibus factis, poſtmodum ingrediatur Chorum, & dicant *Commendationem animarum*: & poſtea expletis horis, & Miſſa diei, & cimbalo pulſato, conveniant omnes ad oſtium Refectorii, & ibidem ſedeant, quouſq; omnes ſimul venerint, & tunc intrent in Refectorio, more ſolito.

Et legat unus Frater, tam in prandio quàm in cœna & collatione. Et caveant à longa ſeſſione poſt prandium & poſt cœnam ſeu collationem, & tam poſt prandium quàm poſt cœnam ſeu collationem, adeant Eccleſiam, graias reddendo.

Tempore eſtivali, poſt prandium, dictis gratiis, dormiant more aliorum religioſorum: Poſt dormitionem verò tempore eſtivali & poſt prandium, aliis temporibus anni, adeant loca ſua in Clauſtro, & reſpiciant libros uſq; ad primam pulſationem *Veſperarum*; & tunc durante primâ pulſatione *Veſperarum*, & ſecundâ, dicant *Placebo & Dirige:* Claſſico pulſato, incipiant *Veſperas*, quibus dictis, tam de die, quàm de Domina, ingrediantur Clauſtrum, & ibidem morentur ad libros ſuos; uſq; ad horam cœnæ; & tunc cimbalo pulſato, conveniant ad oſtium Refectorii, & intrent ad cœnam vel collationem, & legant, ut ſupra.

Poſt cœnam verò, ſeu collationem, adeant Eccleſiam, reddendo gratias, & dicant *Completorium* diei, & beatæ Virginis. Poſt *Completorium* verò decantent ſolempniter & devotè, *Salve Regina*, vel aliquam aliam *Antiphonam* Virginis glorioſæ ſolempnem, coram Altari ejuſdem Virginis. Poſtmodum verò quilibet dicat Orationes ſuas privatas; in Choro vel clauſtro, uſq; ad horam cubandi: & dormiant omnes Fratres ſimul in uno Dormitorio, ita quod nullus Frater habeat Cameram ſeperatam, nec curam alicujus Cameræ, excepto Celerario. Et omnes ſimul, mane ſurgant ad *Matutinas*, ut ſupradictum eſt, niſi aliquis legitimâ cauſâ fuerit præpeditus, ſicut docere poterit coram Cuſtode legitimè requiſitus: Nec comedant ſeu bibant poſt *Completorium*, neq; Refectorium ingrediantur.

Item Proviſum eſt, quod oſtia Eccleſiæ omnia claudantur omni hora diei, præter oſtium verſûs Portam, & oſtium porticus coram Altari beatæ Virginis: Et quod à magna Miſſa finita, uſque ad pulſationem *Veſperarum*; & à *Veſperis* dictis, uſque ad ſecundam pulſationem

nem ad *Matutinas*, tam illa duo oſtia, quam alia ſimul, claudantur: & unus Frater, per Cuſtodem aſſignatus habeat claves oſtiorum Clauſtri, & Sacriſta claves Eccleſiæ. Et Capellani ſeculares & pueri Chori ſimul conveniant ad Eccleſiam ad horas decantandas, & ingrediantur ad oſtium verſus porticum beatæ Virginis, quod ſtatim poſt ingreſſum & egreſſum eorundem claudantur. Fratres verò converſi tranſeant per Clauſtrum, & ingrediantur ad ſtalla ſua per oſtium juxta Altare Sanctæ *Crucis*.

Item proviſum eſt, quod in Clauſtro, Refectorio, & Dormitorio ſilentium teneant: Nullum jurgium, nec ſtrepitus, nec murmur in menſa ſit inter Fratres, ſet de hiis quæ apponuntur ſint contenti. Præterea, ſi quis Fratrum ægrotaverit, adeo quod officium Chori ſequi non poterit, in quadam Camera, infra Dormitorium, ad hoc ſpecialiter deputata, honeſtè juxta arbitrium Cuſtodis cuſtodiatur. Eadem etiam camera, cum minui ſeu radi debeant, eiſdem aſſignetur; ita tamen, quod poſt minutionem, in Refectorio comedant inter confratres. Et quod nullus extra domum communem, in Curia vel in villa comedat vel bibat, ſine licentia petita & optenta ab illo qui præeſt.

Item proviſum eſt, quod omnes Fratres uno tempore radantur, & ab uno Barbitonſore, & hoc de Quindena in quindenam, & ab eodem cum indiguerint minuantur.

Item ſi aliquis fuerit incontinens, vel inobediens, vel proprietarius, quod nullus poſſit eum abſolvere niſi ſolus Magiſter, niſi tantum in periculo mortis; ita tamen, quod ſi convaluerit, redeat ad Magiſtrum, abſolutionis beneficium ab eo recepturus.

Item ſi aliquis in morte inventus fuerit proprietarius, Eccleſiaſtica careat ſepultura.

Item proviſum eſt, quod cuſtodia Cartarum & Monumentorum ejuſdem Hoſpitalis, in Theſauraria ejuſdem Hoſpitalis obſervetur, & quod omnes Cartæ ejuſdem, ibidem uniantur & cuſtodiantur; & quod cuſtos Hoſpitalis & Clericus de Scaccario ejuſdem habeant, de cætero, cuſtodiam eorundem, ſub duabus vel tribus ſeruris certis, per viſum & conſenſum Decani Eccleſiæ *Ebor.* Nec habeat de cætero aliquis Frater ejuſdem Hoſpitalis notitiam ſeu ſcientiam cognoſcendi aliquid de ſtatu ejuſdem Hoſpitalis; vel poteſtatem aliquid faciendi, vel aliquem vocandi; vel aliquam perſonam extraneam vel notam recipiendi, præter ſpeciale præceptum & licentiam Cuſtodis ejuſdem, excepto tamen Celerario, cum ſuper hoc fuerit requiſitus. Et quod nulli Fratrum egrediantur Clauſtrum ad vagandum in Curia aliqua hora diei; nec ingrediantur Coquinam, Bracinam, Piſtrinam, ſeu aliquam aliam domum officii, aliqua hora diei; nec tranſeant oſtium navis Eccleſiæ, præterquam in proceſſionibus. Et quod ordinetur locus honeſtus, in inferiori parte Eccleſiæ, ab uno latere ſq; ad aliud latus ejuſdem, ubi Sorores conveniant & ſedeant; & quod ſimul egrediantur & ingrediantur, verſus Eccleſiam & Piſtrinam, ita quod tres vel quatuor ad minus, ſimul incedant, quocunq; perrexerint infra Curiam Hoſpitalis; nec alicubi vadant extra curiam Hoſpitalis ſine ſpeciali licentiâ Cuſtodis; ſicut nec Fratres.

Iſta omnia Præcepta à Fratribus & Sororibus, ut prædictum eſt, firmiter teneantur, & obediant firmiter in hiis illi qui præeſt loco Magiſtri: Et nullus mutet ſive aliquid minuat de hiis, ſine auctoritate Magiſtri: Et hoc præceptum eſt Fratribus & Sororibus in virtute obedientiæ, & Sacramenti præſtiti: Et ſi quis contra fecerit graviter puniatur: Et ſi manifeſtè fuerit rebellis, pro pœnitentia recipienda Magiſtro ſtatim mittatur.

Carta Willielmi *de* Mubray *de nona garba.*

Ex ipſo autographo in Turri B. *Mariæ Eboraci.*

NObili viro Domino *Willielmo* de *Mubray* & *R.* Clerico fratri ſuo, *Hamo* Decanus & Capitulum beati *Petri Eboracenſis* Eccleſiæ, æternam in Domino ſalutem. Noveritis nos inſpexiſſe Cartam Hoſpitalis Sancti *Petri Eboraci* in hæc verba. Notum ſit omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Rogerus* de *Mubray* & hæredes mei conceſſimus & in perpetuam elemoſinam dedimus Deo & Sancto *Leonardo* & pauperibus Hoſpitalis Sancti *Petri* nonam garbam bladi de omni dominio noſtro quod habemus in *Anglia*. Quare volumus & firmiter præcipimus, quatinus prædictorum pauperum Miniſtri à Præpoſitis noſtris prænominatam elemoſinam ſine aliqua contradictione ad ſuſtentationem dilectorum amicorum Chriſti ſuſcipiant & honorificè poſſideant, ut æternæ felicitatis participes exiſtere mereamur. Et ſi fortè contigerit, ut nos aliquibus hominibus ad tenendum de nobis dominia noſtra, ſive ad tempus, ſive in perpetuum, concedamus elemoſinam præfatam, poſſeſſores dominiorum pauperibus Hoſpitalis reddent. Hiis Teſtibus, *Nigello* & *Roberto* filiis meis, *Roberto* de *Daivill*, *Rogero* de *Cordeio* & aliis. In hujus autem rei teſtimonium ſigillum noſtrum appoſuimus huic ſcripto; Excellentiam veſtram exortantes, quatinus caritatis intuitu elemoſinam prædeceſſorum veſtrorum & veſtram, quam pauperes memorati Hoſpitalis multis retroactis temporibus ſine contradictione perceperunt, veſtris temporibus eis ſubtrahi non permittatis. Valete.

Carta Aliciæ *de* Gant *uxoris* Rogeri de *Molbrai.*

Ibid.

OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Alicia* de *Gant* ſalutem. Notum ſit omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quàm futuris, quod ego *Alicia*, uxor *Rogeri* de *Molbrai*, pro abſolutione Domini mei, & ut in fraternitatem Eccleſiæ beati *Petri*, Dei & Fratrum miſeratione ſuſcipiamur; pro ſalute animarum noſtrarum & anteceſſorum noſtrorum dedi & conceſſi Deo & Sancto *Petro* & propria manu ſuper ipſius Altare optuli decem libratas terræ in *Cava*, quas dominus meus *Rogerus* de *Molbrai* dedit & conceſſit præfatæ Eccleſiæ Sancti *Petri*, videlicet quatuor libratas terræ in pratis, id eſt, in **Northcave-croft**, & **Briggercroft**, & **Walkinton-croft**, & de aliis pratis hiis commodè adjacentibus, ſi in præfatis tribus pratis *v*. libratæ perfici non poſſunt. Ad tenendum in puram & perpetuam elemoſinam ſine omni temporali ſervicio & conſuetudine, tam liberè, tam quietè, tam honorificè, ſicut eadem Eccleſia aliquam poſſeſſionem tenet liberiùs, quietiùs & honorificentiùs. Hanc donationem feci publicè in Eccleſiâ beati *Petri*, & præſentis Cartæ atteſtatione confirmavi, anno Incarnationis Domini *MCLiiii. v.* idus *Junii*, regnante Rege *Stephano*, vacante Eccleſiâ, poſt obitum Archiepiſcopi *Willielmi*, eodem etiam nondum ſepulto. Hiis teſtibus, *Willielmo* de *Widevilla*, *Rogero* de *Flamavilla*, *Bertramo Hagèt*, *Hugone* de *Malabiſſa*, *Radulpho* de *Beauuer*, *Radulpho Rugemund*, *David Lardinario*, *Waltero* de *Karltuna*, præſente *Roberto* filio *Rogeri*.

HOSPITALE

de **Carman's Spitell** *in Com:* Ebor.

Carta Regis Henrici *ſexti primam Fundationem & dotationem ejuſdem recitans & confirmans.*

Pat.25. H. H.6 p.2. m. 17.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod cum quidam miles nobilis & devotus, nomine *Aceborne*, quondam dominus de **Flixtone**, in parochiâ de **Folketone** in **Hertforthlithe**, in Com. *Ebor.* piâ accenſus devotione, tranſacto tempore non modico, videlicet tempore Chriſtianiſſimi Regis *Athelſtani* quondam Regis *Angliæ*, progenitoris noſtri, auctoritate & licentiâ ipſius quondam Regis, quoddam Hoſpitale unius Aldermanni & quatuordecem Fratrum & Sororum, infra **Flixton** prædictam, pro conſervatione populi indè tranſeuntis, ne populus ille per lupos & alias beſtias voraces & ſilveſtres, tunc inibi exiſtentes, devoretur, feciſſet, fundâſſet & ſtabiliſſet, & eiſdem Aldermanno, Fratribus, & Sororibus quoddam toftum, unum croftum, duos ſeliones moræ & paſturæ cum pertinentiis in **Flixton** prædictâ; ac communiam paſturæ ſufficientem ad viginti & quatuor vaccas & unum taurum ibidem, per quendam locum vocatum le **Forthſide** uſque **Lingholme**, circa quendam locum vocatum **Staxton meere**, uſq; metam de **Muſton**, vocatam **Muſton meere**, & ad omnimoda alia averia ſua ibidem, quolibet anni tempore communabili, dediſſet & conceſſiſſet; habenda eis & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum.

Ac cum idem Aldermannus, Fratres & Sorores, & omnes prædeceſſores ſui, à tempore quo non extat memoria, triginta acras terræ arabilis, cum ſuis pertinentiis in **Flixton** prædictâ, ex dono & conceſſione diverſarum aliarum perſonarum, in augmentationem ſuſtentationis Hoſpitalis illius, auctoritate & licentiâ prædictis, in perpetuam elemoſinam habuiſſent & tenuiſſent: dictuſq; quondam Rex tantas libertatem & francheſiam, quantæ ad villam de **Beverley** quoviſmodo pertinent, in omnibus & ſingulis eidem Hoſpitali infra procinctum ejuſdem excercendas contuliſſet. Cumq; Vicarius Eccleſiæ de **Folketon** prædicta, & omnes prædeceſſores ſui Vicarii ibidem à tempore prædicto, ad quandam Capellam, infra Hoſpitale prædictum ſituatum, & in honore omnipotentis Dei, intemeratæ Virginis *Mariæ*, matris Chriſti, & S. *Andræi* Apoſtoli dedicatam, ſingulis annis in feſto S. *Andreæ* qualitercunq; feſtum illud evenerit accedere, & Miſſam hanc ibidem ſolempniter, cum benedictione Calicis celebrare; ac poſt Miſsam illam panem & aquam ſanctificare, & inter populum Miſſam illam audientem dividere & ſpergere hucuſq; uſitati fuiſſent: Diverſi quoq; Sancti patres, Romani Pontifices, cuilibet Miſsam prædictam audienti, & prædictos panem & aquam ſanctificatos recipienti; necnon ſingulis ejuſdem Hoſpitalis benefactoribus magnas indulgentias & peccatorum remiſſiones conceſſiſsent; quæ omnia & ſingula, ut prædicitur, iidem Aldermannus, Fratres, & Sorores, & omnes prædeceſsores ſui, à temporibus prædictis hucuſq; habuiſſent, tenuiſſent, occupaſſent, & excerciſſent: ac evidentiæ eidem Hoſpitali ſuper præmiſſis antiquitùs factæ, à diu deſtructæ fuiſsent & combuſtæ: jamq; diverſi ligei noſtri, juxta prædictum Hoſpitale tempore yemali & noctanter tranſeuntes, ſi ipſi ibidem Hoſpitalitatem non haberent, in aquis, labinis, & mariſcis ſæpiſſimè periclitarentur.

Ac nichilominus Eſcaetores, Vicecomites, Ballivi, & alii Miniſtri noſtri, eorundem Aldermanni, Fratrum & Sororum catalla, eo quod iidem Aldermannus, Fratres, & Sorores evidencias non habentes, quem jam in ſuum fundatorem & adjutorem invocare neſciunt hiis diebus fugant, & ipſos à poſſeſſione ſuâ prædictorum meſſuagii, tofti, crofti, ſelionum, moræ, & paſturæ, communiarum, trigintaq; acrarum terræ arabilis cum ſuis pertinentiis; necnon prædictorum libertatis & francheſiæ, ac quorumcunq; præmiſſorum expellere comminantur, ut accepimus manifeſtè; Super quo *Ricardus Perron*, modo Aldermannus Hoſpitalis prædicti, ac Fratres & Sorores ejuſdem nobis ſupplicarunt eis in hac parte de remedio provideri: Nos piam prædictorum quondam Regis, & *Acekorne* militis; aliarumq; perſonarum prædictarum in hac parte devotionem; necnon ſingula præmiſſa intimè contemplantes; ad laudem & honorem Dei, intemeratæq; Virginis *Mariæ*, & Sancti *Andreæ* Apoſtoli; ac ut prædicti Aldermannus, Fratres & Sorores, & ſucceſſores ſui pro ſalubri ſtatu noſtro, & præchariſſimæ conſortis noſtræ *Margaretæ* Reginæ *Angliæ*, dum vixerimus; necnon pro animabus noſtris & progenitorum noſtrorum, cum ab hac luce migraverimus, ferventius exorarent, prædictum Hoſpitale de uno Aldermanno & *xiiii.* Fratribus & Sororibus, ut prædicitur factum, fundatum & ſtabilitum, acceptamus, ratificamus & approbamus; ac per præſentes pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, acceptamus, ratificamus, approbamus & concedimus eiſdem nunc Aldermanno, Fratribus & Sororibus, & ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi unum corpus unitum, capax & corporatum ſint, & habeant ſucceſſionem perpetuam, ac per nomen Aldermanni, Fratrum & Sororum de **Carman-ſpitell**, de cætero, nuncupetur imperpetuum; & quod ipſi & ſucceſſores ſui per nomen, & ſub nomine Aldermanni, Fratrum & Sororum de **Carmans-ſpitell** placitare poſſint & implacitari in quibuſcunq; Curiis noſtris & quorumcunq; ligeorum noſtrorum imperpetuum.

Concedimus inſuper, approbamus, ratificamus & confirmamus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eiſdem Aldermanno, Fratribus & Sororibus, prædicta toftum, croftum, duos ſeliones moræ & paſturæ, *xxx.* acras terræ arabilis & communias, cum ſuis pertinentiis; necnon prædictas libertatem & francheſiam, ſingulaq; præmiſſa, & eorundem Aldermanni, Fratrum & Sororum poſſeſſiones quaſcunq; in eiſdem: Habenda & tenenda, occupanda & excercenda eiſdem Aldermanno, Fratribus & Sororibus, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum.

Et etiam, de uberiori gratiâ noſtrâ, & ut iidem Aldermannus, Fratres & Sorores & ſucceſſores ſui onus ſuum Hoſpitalitatis prædictæ tolerabilius cuſtodiant & perimpleant, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eiſdem Aldermanno, Fratribus & Sororibus & ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi terras, tenementa & redditus, ad valorem annuum *xl. ſol.* ultra omnimoda repriſas & onera, quæ de nobis per ſervicium militare immediatè non tenentur, de quibuſcunq; ligeis noſtris adquirire poſſint & recipere. Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum (&c.)

In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm.* *xxiii.* die *Junii*.

HOSPITALE

S. Gregorii *in Civitate* Cantuarienſi.

De Fundatione ejuſdem per Lanfrancum *Archiepiſcopum.*

EXtra aquilonalem denique portam urbis illius [*Cantuariæ*] lapideam domum decentem & amplam conſtruxit, & ei pro diverſis neceſſitudinibus hominum & Commoditatibus habitacula plura cum ſpatioſâ curte adjecit. Hoc palatium in duo diviſit; viros videlicet variis infirmitatum qualitatibus preſſas uni; parti verò alteri fœminas ſe malè habentes inſtituens. Ordinavit etiam eis de ſuo veſtitum, & victum quotidianum: Miniſtros quoq; atq; cuſtodes qui modis omnibus obſervarent ne aliquid eis deeſſet, neq; viris ad fœminas, vel fœminis ad viros accedendi facultas ulla adeſſet. Ex alterâ verò parte viæ Eccleſiam in honorem beati *Gregorii* Papæ compoſuit, in qua Canonicos poſuit, qui regulariter viverent, & præfatis infirmis, quæ ſaluti animarum ſuarum congruerent cum ſepultura miniſtrarent. Quibus etiam in Terris, in Decimis, & in aliis redditibus tanta largitus eſt, ut ad ſuſtentationem eorum ſufficientia eſſe viderentur.

Eadmer. Hiſtor. Novor. l. 1. p. 5.

Cartæ Lanfranci *Archiepiſcopi, de Fundatione hujus Prioratus, pars.*

PRæterea dedimus eidem Eccleſiæ [*S. Gregorii*] decimas de dominiis militum noſtrorum quos in Cantia feodavimus, ſcilicet, totas decimas dominii de **Tanington**, quam villulam *Godfrido* contulimus: & dominii de **Goſhall** & **Golſton**, quas villulas *Arnoldo* contulimus: Et dominii de **Fleet**, quod feodum dedimus *Osberno*: & dominii de **Ferham**, quam villulam *Rogero* dedimus: & dominii de **Wolton**, quod *Radulpho* dedimus: & dominii de **Whetacre**, **Wadenhall** & **Langden** & **Denſted**, quod in feodum duobus militibus

Ex ſchedis *Thomæ Denne* armig. urbi *Cantuar.* nuper à memoria.

militibus contulimus, *Nigello* & *Roberto*: & decimas totius dominii de **Lenham**, quam *Godfrido* dedimus; & dominii de **Leveland** & **Godnton**, quas *Ricardo* contulimus: & dominii de **Pluckley**, quod *Willielmo* dedimus. Has decimas totas & integras præfatæ Eccleſiæ beati *Gregorii* liberè & quietè percipiendas, & in perpetuum poſſidendas, contulimus. Hujus verò ſtatuti noſtri & confirmationis noſtræ teſtes eſſe volumus Epiſcopum *Roffenſem*, Abbatem S. *Auguſtini*, prædictos *Godfridum*, *Arnoldum*, *Rogerum*, *Nigellum*, *Robertum*, milites, cum multis aliis, &c.

Charta Huberti Cantuar. *Archiepiſcopi conſervatoria poſſeſſionum Canonicor. Prioratus S.* Gregorii Cantuar.

Ex Archivis Archiepiſcopi *Cantuar.*

Hubertus Dei gratia *Cantuar.* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, Univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſentes literæ pervenerint, æternam in Domino ſalutem. Paci & quieti religioſorum virorum, qui ſub arctioris cenſura vitæ Domino noſcuntur militare, ex injuncto nobis curæ paſtoralis officio, tenemur propenſiùs invigilare, & ne vel ipſi vel eorum poſſeſſiones aliquâ malignantium temeritate perturbentur, ſolicitè providere. Eapropter ad univerſitatis veſtræ noticiam volumus pervenire, quod Eccleſiam beati *Gregorii Cantuariæ*, quæ ad noſtrum ſpecialiter pertinet dominium, & Canonicos ibidem divino mancipatos ſervitio, cum omnibus eorum poſſeſſionibus in protectionem Dei & noſtram ſuſcepiſſe, & eiſdem Canonicis univerſas poſſeſſiones, quas in præſentiarum ex donatione prædeceſſorum noſtrorum & noſtrâ, ſeu quorumcunq; fidelium largitione juſtè poſſident, aut impoſterum juſtis modis poterint adipiſci, conceſſiſſe, & hac Chartâ noſtra imperpetuum confirmâſſe. Quarum poſſeſſionum his propriis duximus deſignare vocabulis. Duodecim * quotidianas Præbendas de Hoſpitali ante Eccleſiam: Eccleſiam S. *Mariæ* de **Northgate** cum oratorio ſubtus portam: Eccleſiam S. *Crucis* de **Weſtgate** cum oratorio ſubtus portam: Eccleſiam S. *Dunſtani* extra civitatem: Eccleſiam S. *Nicolai* de **Tanynton** cum omnibus decimis tam in terris quàm in molendinis: Eccleſiam S. *Bartholomæi* de **Waltham** cum terra quæ vocatur **Jocet** & decimis militum & ruſticorum, cum quatuor Capellis, ſcilicet **Elmeſtede**, cum decem acris, quinq; de terra, & quinq; de boſco, & Capella de **Elmereſfeld**, & Capella de **Wadenhale**, & Capella de **Dene**: Eccleſiam S. *Margaretæ* de **Beatricheſdenne** cum boſco & decimis, & cum Capella de **Hecchiſdenne**: Eccleſiam S. *Petri* de **Lyvyngsborne**: Eccleſiam S. *Mariæ* de **Patyndon**: Eccleſiam S. *Mariæ* de **Stalleſfeld**, cum Capella S. *Petri* de **Ores**, ſalvâ penſione decem ſolidorum, quæ ad Eccleſiam *Roffenſem* dicitur pertinere: **Hagheſeld** cum molendino de **Toniford**: terram de **Jecchynges**: terram de **Retherle**: terram de **Bromhamme**: terram de **Byer**: terram quæ fuit *Humphridi* de *Clopham*: terram quæ vocatur **Pynkeſteghelle**, duas acras terræ in mariſco de **Goſehale**, & duas acras terræ de **Folkenham**: octo acras ſucciſæ meſſis annuatim apud **Northflete**, quatuor de tritico & quatuor de ordeo de dominio Archiepiſcopi: Item de tribus dimidiis acris ſucciſæ meſſis de **Dene** apud **Waltham**, dimidiam acram de frumento, & dimidiam acram de ordeo, & dimidiam acram de avena: Duo molendina de **Fordwich**: molendinum quod vocatur **Crienemelne** cum aliis redditibus intra Civitatem & extra: molendinum apud *Doveriam* quod vocatur **Godmelne** cum meſagio *Euſemiæ* in illa villa: decimam vini de **Tenham**: decimam de **Lenhem** de dominio, decimam de **Plukele** de dominio: decimam de **Wadenhale** & **Denſtede** de dominio: decimam de **Watekre** de dominio: decimam de **Berhem** de dominio: decimam de **Wedetone** de dominio: decimam de **Golſtanſtone** & **Goſehale** de dominio: decimam de **Flete** de dominio: decimam de **Herteſland**: decimam de **Riſſheborne**, decimas in **Herbaldonn** de ducentis acris totidem garbas: in **Suliford** de quingentis acris totidem garbas: ſummarium ex munere Regis *Henrici* in Foreſta de **Blen** bis in die. Nolumus igitur & authoritate quâ fungimur præcipimus, ut prælibata Eccleſia S. *Gregorii* & Canonici ibidem habitum religionis profeſſi, præſcriptas poſſeſſiones, ſicut eis rationabiliter conceſſæ ſunt, habeant & imperpetuum poſſideant. Statuimus autem, & ſub interminatione anathematis inhibemus, ne quis hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus temerè contraire præſumat. Teſtibus *Gilberto Roffenſi* Epiſcopo, *Hugone* Abbate de **Reading**, *Johanne* Abbate de *la* **Hyde**, *Ailgaro* Abbate de **Fevereſham**, *Rogero* & *Alexandro* Monachis, *Richardo* Cancellario, *Simone* de *Eſchales*. *Rannulfo* theſaurario, Magiſtro *Simone* de *Sudwell*, Magiſtro *Feramino*, *Euſtachio* Decano, *Godardo* Decano, *Willielmo* de *Chyriton*, *Rogero* de *Northbourne*, & multis aliis.

*Veriſimile eſt tot fuiſſe loci Canonicos.

Taxatio ſpiritualium & temporalium Prioris Sancti Gregorii *Anno Dom.* 1384.

Hiſtor. Anglicanæ Scriptores antiqui. col. 2166.

Eccleſia de **Tamenton** in decanatu *Cantuariæ* *xi.* l. *vi.* s. *viii.* d. Eccleſia de **Northgate** in eadem decanatu *Lxvi.* s. *viii.* d. Eccleſia de **Weſtgate** in eodem decanatu *C.* s. Eccleſia S. *Dunſtani* in eodem decanatu *Liii.* s: *iiii.* d. Eccleſia de **Patingdone** in eodem decanatu *iiii.* l. Decimæ de **Ryſſheborne** in decanatu de **Weſtbere** *xx.* s. Eccleſia de **Livingesborn** in decanatu de **Bregge** *x.* l. Decimæ apud **Goldſtanſton**, **Goſehale**, & in campo de **Herteſland**, **Holdan** juxta **Wyngham** *x.* l. Decimæ in **Biſſoppesborne** in eodem decanatu *xl.* s. Eccleſia de **Waltham** in eodem decanatu *xi.* l. *vi.* s. *viii.* d. Eccleſia de **Elmeſtede** in eodem decanatu *xvi.* l. Eccleſia de **Beatricheſdenne** in decanatu de **Cherryng** *xii.* l. Decimæ eorum in **Plakele** in eodem

Decanatu *xxv*. s. *viii*. d. Portio eorum in **Northflete** in Decanatu de **Shorham** *xl*. s. Eccleſia de **Stalesfeld** in Decanatu de **Oſprenge** *xii* l. Eccleſia de **Ores** in eodem Decanatu *iv*. l. Temporalia eorundem in dioceſi *Cantuarienſi* *xxv*. l. *xv*. s. Summa taxæ *Cxxxiii*. l. *xv*. s. Inde medietas decimæ *vi*. l. *xiii*. s. *ix*. d.

Cantuar. *Prioratus* D. Gregorii *Canon.* S. Aug.

Id. Col. Vol. 1. p. 84.

Lanfrancus Archiepiſcopus, primus Fundator, inſtituit Canonicos ſeculares, *Gulielmus* Archiepiſcopus Canonicos Regulares induxit.

HOSPITALE de **Brackley**, *in agro* Northamtonienſi.

De prima Fundatione ejuſdem.

Ex Chron. MS. *Henr.* Knyghton in bibl. Cotton. lib. 2. cap. 2.

Robertus Comes *Mellenti* venit cum *Willielmo* (ſcil. Conqueſtore) in *Angliam* (&c.) Iſte *Robertus* Hoſpitale de **Brackley** fundavit & dotavit, ubi cor ejuſdem, adhuc integtum, in plumbo, ſale ſervatum habetur.

Carta Matildis *dominæ* Lovel, *pro tranſmutatione ejuſdem in domum Fratrum Prædicatorum.*

Clauſ. 8. H. 5. m. 7. in dorſo.

Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens Scriptum indentatum pervenerit, *Matilda* quæ fuit uxor *Johannis* nuper Domini *Lovell* & de *Holand*, ſalutem in omnium Salvatore. Licèt nuper per quandam Cartam meam; Sigillo meo ſignatam, & in Cancellaria Domini Regis irrotulatam, cujus data eſt primo die *Martii* anno Regni Regis *Henrici* quinti poſt conqueſtum ſexto, dederim, conceſſerim & prædictâ Cartâ meâ confirmaverim venerabili in Chriſto patri & Domino, Domino *Thomæ* permiſſioue divinâ *Dunelmenſi* Epiſcopo, *Johanni Wilcotes* armigero, *Johanni Cottuſmore*, *Johanni Juyn*, *Johanni Barton* juniori, *Johanni Catesby*, *Willielmo Palmer*, *Roberto Evington*, *Henrico Briddeſmere*, & *Edwardo Rede* Clerico, totum Manerium meum de **Bagworth** & **Thorntone** in Com. *Leic.* Necnon omnia terras, tenementa, redditus, reverſiones & ſervicia, cum pertinentiis, quæ habui in **Bagworth** & **Thorntone**; habenda ſibi & hæredibus ſuis imperpetuum. Ac poſtmodum ad inſtantiam & requiſitionem meam, præfati Epiſcopus, *Johannes Wylcotes* (&c.) per ſcripta ſua conceſſerunt Magiſtro *Thomæ Coltone* C. s. *Johannæ Denſell* C. s. *Thomæ Compworth* v. marc. *Thomæ Newton* C. s. *Johanni Guyn* x. marc. argenti, *Agneti Sutton* quatuor marcas, *Margeriæ Sutton* xl. s. *Johanni Harlebat* xl. s. *Henrico Lambkin* xl. s. *Johanni Whyte* xl. s. *Thomæ Trumpet* xl. s. *Johanni Porter* (*Boteler*,) *xxvi*. s. *viii*. d. *Ricardo Wyſe* (*Cook*) *xxvi*. s. *viii*. d. *Nicholao Boteler* *xx*. s. & *Nick. Charetter* *xiii*. s. *iiii*. d. percipiendos annuatim, ſeparatim, quilibet, *viz.* pro termino vitæ ſuæ; de Manerio, terris & tenementis prædictis, ad feſta *Paſchæ* & S. *Michaelis* per equales portiones, prout in Carta & Scriptis prædictis pleniùs continetur. Noverit tamen univerſitas veſtra. quod intentio & voluntas mea extrema exiſtit, quod Hoſpitale Sanctorum Apoſtolorum *Jacobi* & *Johannis* de **Brackele**, quod de advocatione mea exiſtit, habitâ priùs licentiâ regiâ & aliorum quorum intereſt, per me præfatam *Matildem* vel hæredes meos, infra decem annos proximò futuros, in quandam domum Ordinis *Fratrum Prædicatorum*, de treſdecim Ordinis prædicti, quorum *x*. ſint Capellani, & unus eorundem Capellanorum ſit Prior; divina pro ſalubri ſtatu meo, dum vixero, & pro anima mea, cum ab hac luce migravero, ac animabus dicti *Johannis* nuper viri mei, & anteceſſorum & hæredum noſtrorum, ac omnium fidelium defunctorum, celebraturis imperpetuum tranſmittetur, erigatur & transferatur.

Et quod domus prædicta ſic tranſmutata, erecta & tranſlata, *Domus Ordinis Fratrum Prædicatorum* de **Brackele**, nuncupetur: Et quod omnes poſſeſſiones Hoſpitalis prædicti, cum juribus & pertinentiis ſuis quibuſcunque, eiſdem Priori & Fratribus & ſucceſſoribus ſuis, ac domui ſuæ prædictæ remaneant, uniantur, incorporentur, annectentur & transferantur, perpetuis temporibus remanſuræ: Ac quod iidem Prior & Fratres, & ſucceſſores ſui prædicti, virtute licentiarum prædictarum, perſonæ capaces & habiles efficiantur, tam ad poſſeſſiones prædictas, cum juribus & pertinentiis ſuis, quàm ad omnes alias poſſeſſiones adquirendas, admittendas, habendas, recipiendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Ac prædictis tranſmutatione, erectione & tranſlatione Hoſpitalis prædicti, in forma prædicta factis; volo quod iidem Epiſcopus, *Johannes Wylcotes* (&c.) de Manerio terris & tenementis prædictis, feoffent me vel hæredes meos; Habenda & tenenda in feodo ſimplici, de capitalibus dominis per ſervicia indè debita & conſueta imperpetuum; ſolvendo annuitates prædictas, ſi tunc terminatæ non exiſtant. Et ſi Hoſpitale prædictum, cum ſuis juribus & poſſeſſionibus quibuſcunq; in forma prædicta, in domum prædictam tranſmutari, erigi & transferri non poſſet; tunc volo quod poſt dictos decem annos prædicti Epiſcopus, *Johannes Wylcotes* (&c.) invenient de annuitatibus prædictis, cum acciderint, quatuor Capellanos idoneos, ſi annuitates prædictæ ſic accedentes ad hoc ſufficere valeant, ſin autem tres vel duos Capellanos, aut unum Capellanum, ſi ampliùs ſufficere non valeant in Hoſpitali prædicto, divina pro ſalubri ſtatu meo, dum vixero, ac pro anima mea, cum ab hac luce migravero, ac animabus dicti *Johannis* nuper viri mei, & anteceſſorum & hæredum noſtrorum, ac omnium fidelium defunctorum, ſingulis diebus celebraturis, quouſq; Magiſtro Hoſpitalis prædicti de poſſeſſionibus ſpiritualibus vel temporalibus uſq; ad verum valorem *xx*. l. per annum; habenda eidem Magiſtro & ſucceſſoribus ſuis ad ſuſtentationem dictorum quatuor Capellanorum per me vel hæredes meos fuerit proviſum: Proviſo ſemper, quod poſt amortizationem dictorum poſſeſſionum eidem Hoſpitali in forma prædicta factam, iidem Epiſcopus, *Johannes Wylcotes* (&c.) hæredes vel aſſignati ſui, de Manerio terris & tenementis prædictis, feoffent me vel hæredes meos; habendis & tenendis in feodo ſimplici de capitalibus dominis feodi illius per ſervicia indè debita & conſueta imperpetuum; ſolvendo annuitates prædictas, ſi adtunc terminatæ non exiſtant, ac ſupportando omnia alia onera eiſdem Manerio, terris, & tenementis incumbentia. In cujus (&c.) Data primo die menſis *Septembris* Anno Regni Regis *Henrici* quinti, poſt conqueſtum octavo.

HOSPITALE

S. Juliani *juxta S.* Albanum, *in agro* Hertfordienſi.

De Fundatione domus Sancti Juliani, *juxta* **Eywode.**

Ex Additamentis Hiſtoriæ de S. *Albano* per *Math. Pariſ.* in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *Neronis*.D.I.] fol.200. a.

G*Aufridus* Abbas *Sancti Albani* conſilio & communi voluntate Conventus ejuſdem loci, fundata, conſtructa, & in honorem Dei & Sancti *Juliani* dedicata Eccleſia ſecùs viam **Atte-heved**, congregavit illic pauperes Chriſti, videlicet *Lazares*, providens neceſſitatibus eorum, hæc quæ ſubſcripta ſunt. Decimam redditus villæ S. *Albani*, id eſt *lx*. ſolidorum. Item *xxx*. ſolidorum, quos *Petrus* de *le Saret* reddit de **Redinges** del *Saret*. Item totam decimam bladi dominii de **Hameſted**, & totam dominii de **Kyngesberia**; Et duas partes decimarum tantumodo bladi parochianorum Sancti *Michaelis*, & Sancti *Stephani*; exceptis illis quas Capellanus eorum ſcilicet *Lazarorum* habet, ſicut Carta ejus teſtatur. Item duas partes decimæ bladi dominii de **Aſton.** Item duas partes bladi dominii Sancti *Albani* de **Bradeweya**, & ſimiliter duas partes decimæ bladi dominii *Rogeri* de *Limeſia* in **Bradewia.** Item duas partes decimæ bladi dominii *Ricardi* del *Hoo*. Item duas partes decimæ dominii *Willielmi* de *Codicote*. Item dimidium decimæ bladi dominii de **Stratle.** Item dimidium decimæ *Stephani* de *la Leger*, de ſuo dominio de **Henelawe.** Item duas partes decimæ *Rogeri* de *Candos* de ſuo dominio de **Smeleſho.** Item duas partes decimæ *Simonis Belcamp* de ſuo dominio de **Stanford.** Item duas partes decimæ bladi *Radulphi Perot* de ſuo dominio de **Lindeſele** & de **Hakewell.** Item duas partes decimæ bladi de una hida, quam *Robertus* filius de **Wineling** habuit in **Eſtwyk.** Hæc prædictus Abbas, unà cum conſilio & voluntate Capituli S. *Albani*, ſic donavit & confirmavit, ut ſupradictorum Infirmorum ſint perpetuo jure condempnas Anathematis ſententia, ſi quis deinceps aliquid horum auferret eis injuſtè. Eleemoſina illa taliter eſt data, & ſtabilita pro animabus *Offæ* Regis, *Henrici* Regis, *Pauli* Abbatis, *Ricardi* Abbatis; & auctoris hujus donationis *Gafridi* Abbatis, atq; ſuorum prædeceſſorum ejuſdem Eccleſiæ fidelium Abbatum; necnon pro ſtatu, & tutela ipſius Eccleſiæ, atq; ſervientium ibi Monachorum, & maximè pro levamine debitorum quæ ipſi debent ſuis benefactoribus, & quibus promiſerunt.

Carta Regis Henrici *ſecundi confirmatoria.*

H*Enricus* Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe leproſis Sancti *Juliani* de **Heved** quicquid *Gaufridus* Abbas Sancti *Albani* conſilio & communi aſſenſu totius Conventus ſui, & alii eis rationabiliter conceſſerunt & dederunt. Quare volo (&c.) Teſt. *Ricardo* de *Humet* Conſtabulario, *Ricardo* de *Lucy*, *Henrico* filio *Geraldi* Camerario, & *Ricardo* de *Camvilla*, apud **Wyndeſores.**

Iſti ſunt artticuli obſervandi inter Fratres profeſſos domus Sancti Juliani *juxta Sanctum* Albanum.

Ex Regiſtro Cœnobii S. Albani in bibl. Cottoniana [ſub effigie Neronis D. 1.] fol. 189. b.

Cum inter omnes infirmitates, morbus lepræ contemptibilior habeatur; hii, qui tali morbo ſunt percuſſi, ſingulis locis & temporibus, tam geſtu quam habitu cunctis hominibus contemptibiliores & magis humiles ſe debent repræſentare, dicente Domino in *Levitico*; *Quicunq; maculatus fuerit lepra, habebit veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, contaminatum ac ſordidum ſe clamabit, & omni tempore quo leproſus eſt & immundus ſolus habitabit extra caſtra.* Nec propter hoc deſperare debent, ac contra Deum murmurare; ſed potius eum laudare & glorificare, qui cum ductus fuerit ad mortem, voluit leproſis comparari, teſte *Yſaia* Propheta (qui ait) *Et nos putavimus eum leproſum percuſſum à Deo & humiliatum*, revocantes ad memoriam beati *Job*, qui cum percuſſus eſſet leprâ, ità quòd à plantâ pedis uſq; ad verticem capitis, non fuit in eo ſanitas, vel ſtultum contra Deum locutus eſt.

De ſitu Hoſpitalis Sancti Juliani.

Cum igitur Hoſpitale Sancti *Juliani*, juxta boſcum de Eywod, ab Abbate & Conventu Sancti *Albani* propter leproſos ſpecialiter ſit fundatum; & ex piâ collatione elemoſinarum eorundem eſt ſuſtentatum, cujus diſpoſitio, tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus ad eundem Abbatem, loci ejuſdem patronum, & ordinarium, pertinere dinoſcitur; nos paternâ ſollicitudine honeſtatem dicti Hoſpitalis; necnon & utilitatem, ſecundùm Deum, conſiderantes, volumus quod Fratres ibidem commorantes, habeant habitum qualemcunq; eorum infirmitati convenientem.

De habitu Fratrum.

Fratres videlicet habeant tunicam & ſupertunicam de ruſſeto, cum capucio de eadem ſectâ, ita quod manubria tunicæ clauſa uſq; ad manum, non nodulis vel filo ad modum ſecularium laqueata. Super-tunicam verò habeant clauſam uſq; ad talos, & capam clauſam de nigro panno, ſimilis longitudinis cum capucio, ſicut ab antiquo habere conſueverunt.

De calciamentis Fratrum.

Calciamenta pedum ſint caligæ, & æſtivaſia ſint ſotulares erectæ cum tribus vel quatuor nodulis circa tibias, quibus uti conſueverunt. Sotulares verò baſſos cum uno nodulo & laqueatos omnino interdicimus & dampnamus: Et ſiquis Frater de cætero utatur hujuſmodi baſſis ſotularibus, contra iſtud ſtatutum, eat nudis pedibus ſingulis diebus, donec Magiſter domus, ejus humilitatem conſiderans, dicat ei, ſufficit: Iſta ſufficiant quoad habitum.

De ingreſſu Fratrum; & de voto faciendo.

Qui de licentiâ Domini Abbatis dictum Hoſpitale ingrediuntur (ſine cujus licentiâ nullus debet ingredi) ſint ſoluti; & ſi conjugatus ingredi debeat, tam ipſe quam uxor ſua coram Domino Archidiacono, tanquam loci ordinario, & Fratribus domus faciat ſolempne votum caſtitatis. Et ſi poſt ingreſſum contra dictum votum per incontinentiam venerit, ſecundùm conſuetudinem domus expellatur, & uxori ſuæ (ſi ſuperſtes fuerit) remittatur, & ei debitum conjugale perſolvat. Similiter ſi uxor contra votum ſuum veniat, ſimili modo puniatur. Si autem uxor inflata deceſſerit, tunc vir ſicut convictus de incontinentiâ, puniatur.

De modo ingrediendi Hoſpitale.

Fratres verò qui ingrediuntur dictum Hoſpitale, ſint per aliquod tempus in probatione antequam faciant ſuam profeſſionem: Infra quod tempus, de eorum moribus & converſatione per geſtum eorum & opera poterit manifeſtiùs apparere. Nec tempore probationis, ad conſilia Fratrum in capitulis ſuis aliqualiter admittantur.

De dilectione Fratrum.

Fratres ſupra omnia diligant Deum, deindè proximum fraternæ dilectionis, mutuam inter ſe habentes charitatem, quia iſta præcepta ſunt principaliter obſervanda, in quibus tota Lex pendet & Prophetæ.

De horis temperandis.

MAnè, campanâ pulſatâ, ad horas Canonicas audiendas omnes ſurgant; & indutis capis clauſis, eant ad Eccleſiam divina obſequia audituri, quam cum ingreſſi fuerint, omnes ſedeant per ordinem ſecundùm tempus quo ingreſſi ſunt dictum Hoſpitale; ita quod nullus per ſuperbiam locum alterius ſibi vendicare præſumat, niſi fortè Magiſter aliquem propter reverentiam, vel dignitatem perſonæ vel ordinis, aliis voluerit præferre, juſticiâ exigente. Illud mane ſic temperetur, ut nulli ſit oneroſum; ſed ad aſſiamentum omnium Infirmorum, ut nullus poſſit ſe excuſare niſi graviori infirmitate fuerit detentus. Omnibus ergo pariter in Eccleſia, ut dictum eſt, congregatis, ſilentium teneant donec ſervicium compleatur.

De Stationibus.

NUllus autem Fratrum præſumat exire metas Hoſpitii ſui, ſcilicet verſùs regiam viam ſine capâ clauſâ, eundo ad Eccleſiam vel redeundo; nec faciant ſtationes vel deambulationes in dictâ ſtratâ ante ſervicium vel poſt: immo nullâ horâ diei ante prandium vel poſt; ſed expleto officio divino, cum omni maturitate ingrediantur Hoſpitia ſua, niſi fortè aliquis voluerit facere moram in Eccleſia, ut orationibus vacet & contemplationi.

Item de Stationibus.

SImiliter inhibemus ne ſtationes fiant in penticio, quod ſe extendit in longitudine ante domos Fratrum verſùs regiam viam; nec quiſquam Fratrum teneat ibi parliamentum cum alio fratre: Sed ſi quis Fratrum voluerit habere colloquium cum aliquo fratre, tranſeat ordinatè per dictum penticium unuſquiſq; alter ad alterum pro libito ſuo ſine ſtatione, niſi fortè aliquis extraneus ei obviaverit, cum quo breviter loquatur & tranſeat. Sed ſi probus homo & honeſtus venerit ibi, causâ infirmum Fratrem viſitandi, ingrediatur ad eum, & quod bonum eſt adinvicem loquantur.

De metis.

MEtas verò ab antiquo ſtatutas, quarum una ſita eſt ex parte auſtrali, altera ex parte boriali, ſicut adhuc manifeſtè patent, nullus tranſgredi præſumat præter Cuſtodem grangearum & granariorum, cui cura per Magiſtrum committitur.

De cuſtode ſub Magiſtro.

NEc quiſquam Fratrum piſtrinam vel bracinam aliquo ingredi modo præſumat, niſi Frater, cui cura committitur, qui cum ingreſſus fuerit, pani & cereviſiæ non appropinquat, tangendo vel aliquo modo tractando; cum non deceat viros talis infirmitatis ea tractare quæ ad uſum communem hominum ordinantur.

De Clauſura.

POrtæ verò verſùs gardinum benè claudantur, & cuſtodiantur propter ſcandala, & alia mala quæ ex libero ingreſſu earum poſſent oriri; nec quiſquam Fratrum egrediatur portas illas, niſi tempore minutionis, vel quando aliquis indigeat ſolatio, ratione alicujus ſpecialis infirmitatis, quod fiat de licentia ſuperioris. Portas verò verſùs campum ex una parte, & regiam ſtratam ex altera, nullus omnino egrediatur, niſi ille tantum cui agricultura commendatur: expedit enim aliquando ſupervidere carucas, & ſeminatores, ſi fideliter operentur & diligenter.

De licentia Archidiaconi euntibus extra metas.

NUllus ergo Frater omnino tranſgredi præſumat metas conſuetas & debitas, cauſâ vagandi per patriam, vel peregrinandi: quod qui aliter fecerit per ſubſtractionem liberationis ſuæ caſtigetur. Qui verò abſentaverit ſe extra domum ſuam per totum diem & noctem, ſine ſpeciali licentia Domini Abbatis vel ejus Archidiaconi, tanquam fugitivus habeatur, nec concedatur ei ingreſſus ſine gratia & licentia Domini Abbatis.

De acceſſu mulierum.

ET quia per acceſſum mulierum frequenter oriuntur ſcandala ac mala non modica, ſuper omnia prohibemus, ne aliqua mulier ingrediatur hoſpitia Fratrum, præter communem lotricem domus, quæ ſit maturæ ætatis & bonæ converſationis; de qua nulla poſſit eſſe ſiniſtra ſuſpicio. Nec illa præſumat intrare domus illorum temporibus ſuſpectis, ſed horis debitis, ut ejus ingreſſus & receſſus poſſit ab omnibus videri. Verumptamen ſi mater, vel ſoror, vel alia honeſta matrona venerit ibi cauſa viſitandi infirmos, habeat ingreſſum ad illum cum quo loqui voluerit, & hoc fiat de licentia Cuſtodis domus; aliter autem non ingrediatur, cujuſcunq; ſit condicionis. Mulieres verò levis famæ & malæ opinionis, Hoſpitia nullo modo ingrediantur.

De

De commeſtione mulierum.

NUlli ergò Fratrum liceat invitare mulieres ut ſecum comedant in domibus ſuis, propter cauſam jam dictam, præter perſonas prænotatas, & hoc de Magiſtri licentia ſpeciali fiat. Proviſo tamen, quod nulla mulier ultra horam debitam moram faciat cum eis, ſed congruo tempore recedant. Qui & aliter fecerit, tanquam convictus de incontinentia puniatur.

De diſcordia Fratrum.

FRatres ſibi invicem obediant, & reverentiam exhibeant, dicente Apoſtolo, *honore invicem prævenientes*. Si quis verò inventus fuerit contentioſus, & ſeminans diſcordias inter fratres, corripiatur ſemel & iterum: quod ſi ſic ſe non emendaverit, per ſubſtractionem liberationis ſuæ uſq; ad condignam ſatisfactionem caſtigetur.

De bonis habendis.

ET quia portio Fratrum non ſufficit eis ad omnia neceſſaria, liceat eis habere bona mobilia, & quæ honeſtè poſſunt adquirere ad ſuppletionem defectus eorum, & infirmitatis ſuæ mitigationem. Ita tamen quod ipſis decedentibus, vel diſcedentibus, non alienentur bona ſua, ſive ſint infra limites Hoſpitalis, ſive extra; ſed in uſus communes domus convertantur, & de conſilio & voluntate Magiſtri ordinentur & diſponantur.

De teſtamentis.

NUllus Fratrum de cætero faciat teſtamentum, niſi de licentia Magiſtri: Quod ſi aliter fecerit, pro nullo habeatur.

De punitione culpæ.

ISTos articulos ſuperſcriptos præcipimus inviolabiliter ſervari, & ſi quis in aliquo contravenerit, & obſervare contempſerit, per ſubſtractionem liberationis ſuæ caſtigetur, vel aliâ pœnâ, quæ magis timetur, & infligatur, ut pro qualitate & quantitate culpæ correſpondeat acerbitas pœnæ.

De capitulis faciendis.

SI Fratres aliquando propter communem utilitatem de ſtatu domus velint tractare, ingrediantur Eccleſiam, & excluſis ſecularibus & Fratribus non profeſſis, cum ipſi communi conſilio intereſſe non debeant, provideant inter ſe quod bonum eſt; ita quod nichil fiat ſine Magiſtri conſilio & voluntate. Privata verò capitula & adulterina, quæ magis dici poſſint conſpirationes, ſeu machinationes, totaliter interdicimus & annullamus.

De profeſſione Fratrum Sancti Juliani.

EGo Frater N. promitto & Sacramento corporali tactis Sacroſanctis Evangeliis præſtito, affirmo coram Deo & omnibus Sanctis in hac Eccleſia, quæ conſtructa eſt in honorem Sancti *Juliani* Confeſſoris, in præſentia Domini *N*. Archidiaconi, quod omnibus diebus vitæ meæ, præceptis Domini Abbatis de Sancto *Albano*, qui pro tempore fuerit, & ejus Archidiacono obnixiùs ero & obediens, & in nullo protervè contradicens, niſi fortè aliqua præcipiantur quæ divinæ diſpliceant voluntati. Nunquam furtum faciam, nec alicui Fratrum falſum crimen imponam; nec manus violentas in aliquem Fratrem mittam; nec votum caſtitatis infringam; nec de aliquibus rebus appropriandis, vel aliis teſtamentariè relinquendis, ſine diſpenſatione à fratribus conceſſâ, me intromittam. Omnem ſpeciem uſuræ, tanquam monſtruoſam & Deo odibilem ſtudebo pleniùs evitare. Nec ero in conſilio vel auxilio, vel opere per ſermonem aut voluntatem per me, vel per alium, quod aliquis aliquando Cuſtos ſeu Magiſter præficiatur leproſis de Sancto *Juliano*, niſi quem dominus Abbas de Sancto *Albano* præficere voluerit. Cibis & potibus & aliis rebus michi per Magiſtrum porrectis & exhibitis, ſecundùm uſum & conſuetudinem domus contentus ero ſine lite & murmuratione. Metas michi conſtitutas non egrediar, abſq; licentia ſpeciali ſuperiorum meorum, & eorum conſenſu & voluntate. Et ſi inventus fuero tranſgreſſor contra aliquem articulum ſuperiùs prænominatum, volo & concedo, quod dominus Abbas, vel ab eo ſubſtitutus, poſſit me punire ſecundùm qualitatem & quantitatem delicti: prout ſibi viderit meliùs expedire, & etiam tanquam apoſtatam à congregatione Fratrum projicere, ſine aliqua ſpe reverſionis, exceptâ Domini Abbatis gratiâ ſpeciali.

HOSPITALE

de Rippon, in agro Eboracenſi.

De prima Fundatione ejuſdem.

Placita coram Rege, term *Mich* 19 E.3. Rot.45. *Ebor.*

DOminus Rex miſit Breve ſuum quibuſdam Commiſſariis, ad inquirendum de defectu cuſtodiæ Hoſpitalis *Riponenſis*: qui per Juratores returnaverunt, quod quidam *Thurſtanus*, quondam Archiepiſcopus *Ebor.* Fundavit dictum Hoſpitale, ad ſublevamentum tam pauperum, quàm leproſorum (&c.) Et quod cuſtos ejuſdem diſpendit proficua ejuſdem, neſciunt (&c.)

Inquiſitio ſuper ſtatu ejuſdem.

Eſc.15. E. 3.n.73.

IUratores dicunt, quod quidam Archiepiſcopus *Ebor.* fundavit dictum Hoſpitale, cujus nomen ignorant; & Archiepiſcopi *Ebor.* qui pro tempore fuerunt, & dominus Rex *Angliæ*, ſede Archiepiſcopali *Ebor.* vacante, ſunt veri patroni dicti Hoſpitalis: Et dictus Archiepiſcopus prædicti Hoſpitalis fundator, dedit dicto Hoſpitali unam placeam terræ & boſcum in Rippon, qui vocatur Dunſcewith, ſicut includitur foſſatis, ſuper qua fundatur Hoſpitale prædictum, & valet per annum C. s. Item dedit dicto Hoſpitali unam carectatam vel duas carectatas boſci de Northſcogh, pro focali, qualibet ſeptimanâ op. inendâ, & paſturam in parco de Northſcogh ad octo boves, decem vaccas, unum taurum, quinq; ſues, cum ſequelâ ſuâ trium annorum; de precio tamen paſturæ nihil ſciunt dicere. Item dictum Hoſpitale dotatum fuit per eundem Archiepiſcopum, ad percipiendum de qualibet carucata terræ arabilis in Ripſchire, unam travam de quolibet genere bladorum, & valet per annum *xx.* s. quæ omnia collata fuerunt primò Sororibus in dicto Hoſpitali, quaſi religioſè viventes, ad inveniendum quendam Capellanum, divina in eodem Hoſpitali celebrantem, & ad ſuſtentandum omnes leproſos in Ripſchire procreatos & genitos, ad dictum Hoſpitale venientes, & ad miniſtrandum cuilibet Leproſorum unum indumentum, quod dicitur *Bak*, & duo paria ſotularium per annum; & quolibet die unum panem, pro ſuſtentatione unius hominis ſufficientem, dimidiam lagenam cerviſiæ, unam nocium carnis, die carnium, & tria allecia quolibet die piſcium. Et poſtea ad augmentationem dictæ elemoſinæ, datæ fuerunt per diverſos homines, dicto Hoſpitali *xxiiii.* acræ terræ in campis de Ripon, quæ valent per annum *xxxv*. s. argenti, & annuus redditus ſex marcarum in villis Ripon & Newby: Item tertia pars villæ de Ilketone, cum pertinentiis data fuit dicto Hoſpitali, ad inveniendum quendam Capellanum celebrantem ibidem pro anima *Willielmi* de *Homelyn*, quæ pars valet per annum quatuor libras.

Item Manerium de Mullewathe, cum pertinentiis ſuis, eſt adquiſitum dicto Hoſpitali, quod valet per annum *xii.* marcas. Item dicunt, quod ante Capella dicti Hoſpitalis dedicata fuerit, neſciunt; ſed ſepultura hominum decedentium in dicto Hoſpitali habetur ibidem, ex licentia tamen Capituli *Riponenſis*. Item dicunt, quod *Johannes* le *Waryner*, dedit eidem Hoſpitali, tempore Domini Regis, qui nunc eſt, Manerium de Stodley *Roger*, ad inveniendum duos Capellanos in eodem Hoſpitali celebrantes, ipſo vivente; & poſt obitum ſuum tres Capellanos perpetuo celebraturos; ſed dictum Hoſpitale oneratur eidem *Johanni* in *xii.* marcis annuis, ad totam vitam ſuam. Item dicunt, quod Magiſter dicti Hoſpitalis, qui pro tempore fuerit, non ſolvit decimas de placea, nec de boſco de Dunſcewith, neq; de duabus acris terræ prædictis, eo quod Magiſter dicti Hoſpitalis & ſervientes ſui in eodem, molunt liberè aliqua multura ad molendum, quod dicitur Northmylne Archiepiſcopi.

Dicunt inſuper, quod defunctis dictis Sororibus Hoſpitalis prædicti, Archiepiſcopus *Ebor.* qui tunc fuit, contulit dictum Hoſpitale cuidam *Roberto* de *Silkeſtone* Capellano, ad inveniendum & ſuſtentandum elemoſinam prædictam, videlicet Cantarias & Leproſos. Item dicunt, quod *Johannes* de *Brideſing* Clericus, & in ordine accolicatus conſtitutus, eſt Magiſter dicti Hoſpitalis, ex collatione Domini *Willielmi* de *Melton*, nuper *Ebor.* Archiepiſcopi; & fuit per unum annum & dimidium proximum præteritum Magiſter ibidem. Item requiſiti an elemoſina prædicta alia onera dicto Hoſpitali incumbentia ſuſtentantur & ſupportantur, ut deberent; dicunt quod quidam Capellanus eſt ſubtractus toto tempore Magiſtri, qui nunc eſt, & nullus Leproſus eſt ibidem, & per Magiſtrum non ſtat, quia nulli venerunt, nec veniunt ibidem, non fuerunt ibi Fratres nec Sorores. Item quod elemoſina datur pauperibus quolibet feſto beatæ *Mariæ Magdalenæ*. Item dicunt quod ſtaurum domus, agricultura, & divina officia ejuſdem Hoſpitalis, exceptis dicto Capellano ſubtracto, & quadam domo in qua ſolebant Leproſi manere, quæ proſtrata fuit tempore *Henrici* de *Shirehake*, quondam Magiſtri dicti Hoſpitalis; & ſic eſt adhuc, benè cuſtodiuntur. Item requiſiti an facta ſit alienatio, ſeu dilapidatio bonorum, poſſeſſionum & jurium dicti Hoſpitalis; dicunt, quod Dominus *Willielmus* de *Melton*, nuper *Eborum* Archiepiſcopus ſpoliavit dictum Hoſpitale, tempore dicti *Henrici* de *Shirehakes*, de tribus acris terræ, duabus acris prati, tota paſtura pro animalibus prædictis, & focali prædicto in dicto parco de Northſcogh; & jam ſunt iſta ſubtracta in manu Domini Regis, qui nunc eſt. Item requiſiti an Magiſter, qui nunc eſt, proſecutus fuit jura prædicta; dicunt quod non potuit, propter brevitatem temporis ſui & mortis ultimi Archiepiſcopi. Item dictum Hoſpitale non oneratur niſi in duodecim marcis, dicto *Johanni* le *Waryner* & duobus Capellanis prædictis, ſolvendis ex cauſâ prænominatâ. Dicunt etiam, quod Magiſter & Capellani ſui prædicti ſunt bonæ famæ, & converſationis honeſtæ, & ſic reputantur in villa Ripon; & quod dictum Hoſpitale fundatur de poſſeſſionibus temporalium tantum.

[*Videſis* Eſc. 26. E. 3. n. 61. *de ſtatu ſimiliter ejuſdem Hoſpitalis.*]

HOSPITALE

S. Ægidii *in ſuburbio Civitatis* London.

Id. Col. Vol. 1. p. 600. M*atildis* uxor *Henrici* primi, verſus occidentalem plagam *Londoniarum*, unam domum ad Leproſorum ſuſtentationem, cum Oratorio & officinis ædificavit, & vocatur *Hoſpitale* S. *Ægidii.*

Carta Regis Henrici *ſecundi donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 4. E. 3. n. 26. per Inſpex. Videſis Pat. 1. R. 2. p. 3. m. 17. & Pat. 2. H. 5. p. 2. m. 17. H*Enricus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me, pro amore Dei, & pro animabus Regis *H.* avi mei, & *Matildis* reginæ, aviæ meæ, & pro ſalute meâ & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Hoſpitali S. *Egidii* extra *London.* ubi *Johannes* bonæ memoriæ fuit Capellanus, & infirmis Leproſis ibidem degentibus, locum ipſum in quo fundatum eſt ibidem Hoſpitale, cum *Lx. ſol.* redditus, quos prædicta Regina eidem Hoſpitali aſſignavit ad victum infirmorum, quando fundavit idem Hoſpitale; habendos annuatim de ripa Reginæ, quæ appellatur Aldereſhethe, & cum *Lx.* ſolidis, quos ego conceſſi eidem Hoſpitali, habendos ſingulis annis ad feſtum S. *Michaelis* de Scaccario meo ad emenda veſtimenta Leproſis ejuſdem Hoſpitalis, & cum *xxx.* ſolidis & *v.* d. de redditu meo de *Surreia* in perpetuam elemoſinam, ad emenda ſibi luminaria. Præterea concedo eis & confirmo omnes ſubſcriptas donationes & emptiones, quæ rationabiliter eis factæ ſunt, & Cartæ donatorum & ſibi vendentium confirmatæ; ſcil. ex dono *Hawyſiæ* Comitiſſæ de *Rumare* Eccleſiam de Feltham, & terram quam habent in eadem villa; & omnem elemoſynam, quam habent in Hundredo de Iſtleſworþe, de donatione *Bernardi* de S. *Walerico*; & terram de la Barre, quam tenent de *Ricardo* juniore, Canonico S. *Pauli* Eccleſiæ *Lond*, ſicut Cartæ eorum teſtantur; & quatuor acras terræ quas ipſi emerunt de *Willielmo Pincerna*; & duas acras, quas emerunt de *Gaufrido* filio *Fredeſeud*: & *x.* ſol. redditus quæ habent in parochia S. *Clementis* Eccleſiæ *Dacorum*, de donatione *Petri* filii *Meileine*, ſicut in ſcriptis eorum continetur: & totam terram quam habent in *London.* de dono *Roberti* filii *Radulphi*, cum omnibus aliis tenementis ſuis rationabiliter ſibi conceſſis, quæ in prædicta civitate habent. Quare volo (&c.) T. *Ricardo* ••••• *G. Elienſi. J. Norwicenſi* Epiſcopis; Comite *Will.* de *Mandevill*, *Rann.* de *Glanvilla* (&c.) apud *Weſtm.*

HOSPITALE

S. Mariæ *de* Bethlem, *extra* Biſhopſgate, *in ſuburbio Civitatis* Lond.

De prima Fundatione & dotatione ejuſdem.

Rot. Clauſ de a. 4. H. 4. Videſis bundell. de beneficii Alienig. de anno 48. E. 3. Et Pat. 11. E. 2. p. 2. m. 24. VIſitatio facta in Capella beatæ *Mariæ* de *Bethleem*, extra Biſhopeſgate *London.* per *Johannem Chitterne*, & *Johannem Knigton* Clericos excellentiſſimi Principis, & Domini noſtri, Domini *Henrici* Dei gratia Regis *Angliæ*, & *Franciæ* & Domini *Hiberniæ* illuſtris, ad viſitandum Hoſpitale beatæ *Mariæ* de *Bethleem* antedictum Commiſſarios ſpecialiter deputatos, ſexto die menſis *Marcii*, Anno Domini *MCCCii.* & Anno Regni præfati Domini noſtri Regis *Henrici* quarti, quarto: Quo quidem die præfatis Commiſſariis in Capellâ prædicta, ad Hoſpitale prædictum viſitandum ſedentibus, &c. inquiſitum fuit per nos Commiſſarios antedictos, de finibus, bundis, & limitibus dicti Hoſpitalis, qui extendunt ſe in longitudine, & latitudine; ex donatione Fundatoris dicti Hoſpitalis, prout continetur in quadam litera Fundationis primæva dicti Hoſpitalis in ſe continente, ſigillo Fundatoris ejuſdem Hoſpitalis ut apparuit, ſigillato; cujus tenor talis eſt.

Carta Fundationis. U*Niverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens Scriptum pervenerit*, Simon *filius* Mariæ, *Civis* Lond. *ſalutem in Domino, cum inter cætera, immo præ ceteris, quæ in terris mirabiliter operata eſt, Cæleſtis altitudo conſilii, ea pro majori devotione venerari debeat mortalis infirmitas à quibus poſt lapſum prothoplauſti* *ſua reparationis ſumpſit exordium, dignum profecto videtur, ut locus ille, in quo verbum caro factum, virginali proceſſit ex utero, quodq; redemptionis humana auctor extitit & principium, pracipua debeat reverentia revereri, & beneficiis potioribus augmentari. Hinc eſt, quod ego dictus* Simon *filius* Mariæ *ſpecialem & ſingularem devotionem habens ad Eccleſiam glorioſa Virginis* Mariæ Bethlemitanæ, *ubi eadem virgo primogenitum ſuum Jeſum Chriſtum ſalvatorem noſtrum ex ſe genuit incarnatum, & jacentem in praſepio, proprio lacte pavit; ubi quoque puero nobis ibidem nato, militia cæleſtis exercitus novum decantantes Ympnum; ſcilicet;* Gloria in excelſis Deo, *idem noſtra ſalutis auctor, & Rex Regum, à Regibus, nova eos pracedente ſtella, voluit adorari.*

Ob reverenciam ipſius & ejuſdem matris piiſſima, ad honorem quoq; & exaltationem Domini mei Henrici *Regis* Anglorum *illuſtris, cujus uxorem & prolem ſub cura & protectione, pradicta Dei genitrix, & unigenitus ejus habeant, & Civitatis* London. *in qua ſumus oriundus, multiplex incrementum; Necnon pro ſalute anima mea, pradeceſſorum & ſucceſſorum, parentum & amicorum meorum; & ſpecialiter pro animabus* Guydonis *de* Merlawe, Johannis Durant, Radulphi Aſwy, Matildis, Margeriæ, *& Dionyſia mulierum; dedi & conceſſi & praſenti Cartâ mea confirmavi Deo & Eccleſia S.* Mariæ *de* Bethleem, *totam terram meam, quam habui in parochia Sancti* Botulphi *extra* **Biſhopſgate** London. *ſcilicet quicquid ibidem habui, vel habere potui, in domibus, gardins, ortis, vivariis, foſſatis, paludibus, & omnibus aliis pertinentiis, ſicut ſuis finibus concluduntur; qua ſe extendunt in longitudine, à vico regio orientali, uſq; ad foſſatum in parte occidentali, quod vocatur* **Depediche**, *& in latitudine versùs terram qua fuit* Radulphi Dunnyngs, *verſùs Aquilonem, & terram Eccleſia S.* Botulphi *verſùs Auſtrum. Habenda & tenenda pradicta Eccleſia* Bethlem, *in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam; Et ſpecialiter ad faciendum ibidem Prioratum; & inſtituendos ibidem Priorem, Canonicos, Fratres, ac etiam Sorores, cum* Jeſus Chriſtus *ſuam gratiam, ſuper hoc fuerit elargitus; qui in dicto loco regulam & ordinem dicta Eccleſia* **Bethlem** *ſolempniter profitentes ibidem, ſignum ſtella deferant publicè in Capis, & Mantellis; & ad divina ibidem celebranda, pro animabus pradictis, & omnium fidelium defunctorum; & ſpecialiter ad recipiendum ibidem Epiſcopum* Bethlemitanum, *Canonicos, Fratres, & nuncios Eccleſia* Bethlemitanæ *imperpetuum, quociens venerint ibidem: Et ut ibidem Eccleſia, ſeu Oratorium conſtruatur, quam cito Dominus ſuam gratiam fuerit elargitus, ſub tali forma; quod ordinatio, inſtitutio & deſtitutio Prioris, Canonicorum, Fratrum, & Sororum dicti loci viſitacio & correctio & reformacio, ad Epiſcopum* Bethlemitanum, *& ſucceſſores ſuos & Capitulum Eccleſia ſua, & nunciorum ſuorum, quociens venerint ibidem, ac voluerint, & viderint expedire, nullius contradictione obſtante, pertineant in aternum: Salvis ſervitiis capitalium Dominorum quantum ad dictam terram pertinent.*

Et ad majorem hujus rei ſecuritatem, de tota dicta terra foris me miſi & meos, & dominum Godefridum *de prafectis* Romanæ *urbis, tunc electum* Bethleemitanum, *à Domino Papa confirmatum tunc in* Anglia *exiſtentem, nomine ſuo, & ſucceſſorum ſuorum & Capituli Eccleſia* Bethleemitani, *in corporalem poſſeſſionem induxi, & tradidi ſibi poſſeſſionem omnium pradictorum, qui dictam poſſeſſionem recepit & intravit ſub forma pradicta. In ſignum autem ſubjectionis, & reverencia, dictus locus de* Lond. *extra* **Biſhopeſgate**, *ſolvèt annuatim in dicta Civitate, unam marcam ſterlingorum in* Paſcha *reſurrectionis dominica, Epiſcopo* Bethleemitano, *vel ejus nuncio, nomine cenſus. Et ſicut facultates dicti loci, dante Domino, plus creſcent, ita plus dictus locus, pro cenſu, exſolvet in dicto termino Ecccleſia* Bethleemitanæ, *ſua matri. Hanc autem donationem & praſentis Carta mea confirmationem, Sigilli mei appoſitione, pro me & hæredibus meis, firmiter roboravi. Anno Domini* MCCxlvii. *die* Mercurii *poſt feſtum* Sanctæ Lucæ *Evangeliſta. Hiis Teſtibus,* Petro *filio* Alwini *tunc Majore* London. Nicholaio Bat. *tunc Vicecomite Civitatis, & Aldermanno Civitatis, ſcilicet ejuſdem Warda;* Radulpho Sperlynges *Aldermanno,* Godefrido *de* Campes, Simone *le* Cunreour, Simone Loroimare, Roberto *de* Wodeford, Thoma *de* Wodeforde, Waltero Puintel, Waltero Wodeford, Jacobo *filio* Petri, Johanne Juſcior, Alexandro *de* Schoredych, Thōma *de* Berecweia, *& Stephano Mareſcallo fratre ſuo, tunc Bedello Warda,* Johannæ Durant, Gregorio *filio* Gregorii, Roberto *Piſtore,* Rogero *de* Epping, *& multis aliis.*

Compertum eſt etiam per nos Commiſſarios antedictos ultimò nominatos, quod certa tenementa, Domus, & ædificia, ac poſſeſſiones infra limites, & bundas, ad Hoſpitale prædictum, ab antiquo ſpectantes, edificatæ ſic ſunt, & ſituatæ: Quæ quidem tenementa, Domus, & ædificia, ac poſſeſſiones ad dictum Hoſpitale, ut dicebatur, ab antiquo ſpectantes, ſunt ſubtractæ, & alienatæ; de quibus Inquiſitionem per viros probos, & legales Civitatis *London.* prout nobis committitur & demandatur, feciſſemus diligentem; ſcilicet quamplures viri dictæ Civitatis coram nobis comparuerunt, & expreſsè allegârunt, libertatem eorundem & dictæ Civitatis, quod non tenentur comparere coram aliquo Judice infra Francheſiam ejuſdem Civitatis, niſi tantum coram Majore ejuſdem Civitatis, aut coram Juſticiariis Domini noſtri Regis ſedentibus infra clauſum, ſive ſepta Capellæ Sancti *Martini Magni London.* per Breve de *Niſi prius*, vel coram eiſdem Juſticiariis Domini noſtri Regis ſedentibus apud **Newgate**, pro liberatione hominum; aut coram Juſticiariis heredum: Et iſtis ſic allegatis, coram nobis comparere in Inquiſitione hujuſmodi expreſſè recuſârunt.

Et ulterius de domibus, ædificiis, & poſſeſſionibus,

onibus hujuſmodi inquirere non potuimus. Conſueverunt autem, ut accepimus, eſſe in dicto Hoſpitali unus Magiſter, Fratres, & Sorores habitum cum ſtellis gerentes; & modo non reperiuntur aliqui illorum, niſi tantum Magiſter, qui habitum hujuſmodi non gerit, ut ab antiquo fieri conſuevit; & hoc in defectu ejuſdem Magiſtri, ut dicitur. Quæ omnia & ſingula Regiæ Majeſtati in ſuam Cancellariam per præſentes literas noſtras clauſas tranſmittimus ſigillis noſtrorum *Johannis Kyngſtone*, & & *Johannis Catryke* Commiſſariorum prædictorum ſigillatas. Datum quoad conſignationem præſentium, duodecimo die menſis *Maii* Anno Domini *MCCCCiii.* & Anno Regni Regis *Henrici* Domini noſtri prædicti, quarto.

Walterus Brunus, *Civis* Londini *&* Roiſia *uxor ejus Fundatores.*

Id. Col. Vol. 1. p. 41. UBi nuper porta ipſa occidentalis novæ Eccleſiæ, in prima Fundatione, fuit orientalis pars veteris Eccleſiæ; ante aram cujus partis, *Brunus* cum uxore ſepultus eſt.

Carta Walteri Bruni *&* Roiſiæ *uxoris ejus, de Fundatione novi Hoſpitalis beatæ* Mariæ *extra* **Biſhopſgate** London. *una cum dotatione ejuſdem.*

Ex MS. quodam in bibliotheca Collegii Corp. Chriſti Cantab. UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens Scriptum pervenerit, *Walterus Brunus* Civis *London.* & *Roiſia* uxor ejus ſalutem. Ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire, nos charitatis intuitu, & ex ſpirituali devotione, quam erga Dei genetricem & perpetuam Virginem *Mariam* habemus; pro ſalute etiam animarum Patrum & Matrum noſtrarum & omnium anteceſſorum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum, in puram & perpetuam Elemoſinam Deo & Hoſpitali beatæ *Mariæ* Virginis, quæ in ſuburbio Civitatis *London.* extra portum Epiſcopi in honorem Dei & ipſius genetricis fundavimus; dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe totam terram illam, quam *Walterus* filius *Eildredi* Aldermannus, mihi *Waltero Bruno* & ſociis meis dimiſit, ad fundandum deſuper prædictum Hoſpitale: Quæ continet in fronte ſecùs vicum regium Occidentalem in latitudine *xliiii.* ulnas de ulnis ferreis Regis *Joh. Angliæ*; & in capite Orientali versùs campum qui vocatur **Lolleſworth** *Cxvii.* ulnas de eiſdem ulnis: Et quandam aliam terram quam idem *Walterus* filius *Eilredi* mihi *Waltero* & ſociis meis dimiſit extra eandem portam, ex alia parte vici versùs occidentem, quæ continet ſecùs vicum regium in latitudine *xiii.* ulnas, & in capite occidentali *xv.* ulnas, & in profunditate *lxviii.* ulnas de prædictis ulnis. Et duas acras & dimidiam terræ lucrabilis.

Item totam terram illam quam *Sywardus Carpenter* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimiſit, extra eandem portam *Epiſcopi*, quæ continet in fronte ſecùs eundem vicum Regium occidentalem *lviii.* ulnas. Et in capite orientali *lx.* ulnas. Et in profunditate *xliii.* ulnas, de prædictis ulnis. Item totum croftum quod *Galfridus* Aldermannus de **Cornehull** mihi *Waltero* & hæredibus meis dimiſit extra eandem portam, quæ continet in longitudine à Gardino, quod fuit *Willielmi* de *Salesbury*, uſq; ad prædictum campum, qui vocatur **Lolleſworth** *Cxviii.* ulnas; Et in latitudine *xxvii.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim eidem *Galfrido* & hæredibus ſuis *xii.* denarios ad quatuor terminos anni. Item totam terram illam quam *Robertus* filius *Ricoldi* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimiſit extra eandem portam, versùs Auſtrum Gardini ſui, quæ continet in fronte ſecùs eundem vicum regium occidentalem *v.* ulnas & unum quarterium ex utraq; parte *xlvi.* ulnas & in medio *vi.* ulnas & dimid. & in capite Oriental. *iiii.* ulnas, & in longitudine de prædictis ulnis. Et totam terram illam, quam idem *Robertus* mihi *Waltero* & hæredibus meis verſùs Orientem Gardini ſui prædicti, quæ continet in longitudine à prædicto Gardino uſq; ad prædictum campum, qui vocatur **Lolleſworth** *Cxvi.* ulnas. Et in latitudine *xv.* ulnas. Reddendo inde annuatim eidem *Roberto* vel hæredibus ſuis duos ſolid. ad *iiii.* terminos anni.

Item totam terram illam, quam *Jacobus Herbar* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimiſit extra eandem portam *Epiſcopi*; quæ continet in longitudine à prædicto Gardino præfati *Roberti* filii *Ricoldi* uſq; ad campum qui vocatur **Lolleſworth** *Cxiiii.* ulnas; & in latitudine *Lxxxxv.* ulnas de prædictis ulnis. Item totam terram illam, quam *Salomon* de *Stebenheth* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimiſit extra eandem portam *Epiſcopi*, quæ jacet inter terram quam *Jacobus Herbarius* tenuit de prædicto *Salomone* verſùs Aquilonem, & quam *Ailwinus Hunne* Tanner tenuit verſus Auſtrum. Quæ continet in longitudine à terrâ, quæ fuit *Henrici* Majoris *London.* uſq; ad prædictum campum qui vocatur **Lolleſworth** *Cxxii.* ulnas. Et in latitudine *xi.* ulnas de prædictis ulnis. Et *xii.* denar. reddit. quos idem *Salomon* de *Stebenheth* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimiſit, quos *Godardus* filius *Ailredi* & hæredes ſui reddere debent de Crofto quod tenent de prædicto *Salomone* inter terram quam *Eilwinus Hunne* Tanner tenuit, & terram quam idem *Godardus* tenuit de *Ada Ver.*

Et quinq; ſolidatas redditus, quos idem *Salomon* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimiſit, quos *Syward Carpenter* eidem *Salomoni* reddere ſolebat, cum toto redditu & ſervitio quod debet de dictâ terrâ quam tenet. Item totam terram illam, quam *Henricus* Major *London.* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimiſit, quæ jacet intra terram quæ fuit *Godardi* filii *Eilredi*, *di*, verſùs aquilonem, & terram quæ fuit *Reginaldi Herbarii* verſùs auſtrum. Et continet ſecùs vicum Regium in latitudine *xxv.*ulnas & 3. quart. Et in capite Orientali *xxiiii.* ulnas & unum quart. & in profunditate *xlii.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim eidem *Henrico* vel hæredibus ſuis unam libram Cinnamomi infra *viii.*dies feſti Sancti *Michaelis.* Item totam terram illam quam *Radulphus Clericus* de **Stibenheth** mihi *Waltero* & hæredibus meis dimiſit extra eandem portam*Epiſcopi*, quæ continet in fronte ſecùs vicum Regium Occidentalem *xii.* ulnas. Et in capite orientali *x.* ulnas. Et in profunditate *xlvii.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim eidem*Radulpho* vel hæredibus ſuis *iii.*d.infra *viii.* dies feſti Sancti *Michaelis.* Et reddendo annuatim pro prædictis terris, quæ ſunt de Feodo *Salomonis* de *Stebenheth* dimid. marcam argenti eidem *Salomoni* vel hæredibus ſuis ad quatuor terminos anni.

Item centum ſolidatas Redditus infra civitatem *Lond.* ſcilicet *v.* ſolid. quieti redditus de terrâ quæ jacet verſùs Orientem terræ meæ, ſecùs cimiterium Eccleſiæ S. *Helenæ*, de feodo ejuſdem Eccleſiæ; quæ continet ſecùs cimiterium *xi.* ulnas & tres quart. & in capite auſtrali *xi.* ulnas & dimidiam,& in profunditate *xvi.* ulnas & dimid. de prædictis ulnis.

Item *xxiiii.* ſolidatas Redditus de terrâ in **Blankeſapelton** Hoſpitalis lapidei de feodo de **Strodes** in parochiâ in **Stanyngcherch**, inter terram quæ fuit *Roberti* Tinctoris, verſùs Orientem, & terram quæ fuit *Ernaldi Permenter* verſùs Occidentem, quæ continet ſecùs vicum Regium Aquilonarem *xxiiii.* ulnas, & in capite Auſtrali *xx.* ulnas ; Et in profunditate *xxv.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim capitalibus Dominis ejuſdem feodi *iiii.* s. & unam libram piperis ; ſcilicet *Radulpho* de *Marcy* vel hæredibus ſuis unam libram piperis ad feſtum, *S. Mariæ Magdalenæ.* Et ad **Strodes** *iiii* s. ad quatuor terminos anni. Item *viii.* ſolidat. Redditus de terrâ quæ fuit *Willelmi Bruni* patris mei,in parochiâ de **Fancherch**, inter terram quæ fuit *Rich. Fener* verſùs orientem, & terram quæ fuit *Roſiæ* de **Fancherch** verſùs occidentem ; quæ continet ſecùs vicum Regium Aquilonalem *xvii.* ulnas , & in capite auſtrali *xiiii.* ulnas & dimidiam ; & in profunditate *xxxviii.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim capitalibus Dominis ejuſdem Feodi *vi.* s. duobus terminis anni.

Item *xvi.* ſolidat. redditus de terrâ hoſpitatâ lapid. juxta ipſam terram, quæ eſt de ſocâ de **Waremanſhaker**, inter terram quæ fuit *Will. Bruni* patris mei verſùs orientem , & terram quæ fuit prædictæ *Roiſiæ* de **Fancherch** verſùs occidentem ; quæ continet ſecùs vicum Regium aquilonalem *xiiii.* ulnas & dimid. & in capite auſtrali *xiii.* ulnas ; & in profunditate *xxxvii.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim Eccleſiæ Sancti *Petri* de *Gant* *iiii.* denarios ad feſtum S. *Mich.* Item • • • ſolidat. de terrâ, quam *Thomas Tapiner*, & *Walterus* de *Chigwell Carpenter* tenuerunt in parochia S. *Margaretæ Patynz*, inter terram quæ fuit *Rob. Weſant*, verſùs Auſtrum, & terram quæ fuit *Walteri* ſacerdotis verſùs aquilonem ; quæ continet ſecùs vicum Regium occidentalem *xi.* ulnas, & interius *xix.* ulnas, & unum quarter. & dimidium; & interius *xli.* ulnas, & in capite orientali *xlv.* ulnas; & in profunditate *lxxi.* ulnas de eiſdem ulnis. Reddendo inde annuatim capitalibus Dominis feodi ejuſdem *iiii.* s. ſcilicet Hæredi *Will.* de *Blemter* *iiii.* s. duobus terminis anni. Et hæredibus Dominæ *Agnetis* ſororis S. *Thomæ v.* denar. infra *xv.* dies S. *Michaelis.*

Item unam marcatam quieti redditus de terra quadam in parochia Sancti *Petri Parvi*, inter terram quam *Folemarius* Piſtor tenuit de me, de feodo Eccleſiæ de *Cerenceſtre* , & terram quam *Walterus Rufus Hareng* tenuit de Eccleſia S. *Bartholomei*; quæ continet ſecùs vicum Regium Auſtralem *viii.* ulnas, & dimidiam; & in capite Aquilonari *ii.* ulnas & dimid, & in profunditate *xxv.* ulnas, & dim. de prædictis ulnis. Item *xvi.* ſolidat. & *ix.* denar. quieti redditus in parochia S. *Martini* de **Ludgate**,de quadam terra,quæ jacet inter foſſatum Caſtelli *Munfichet* de feodo *Ric. Munfichet*, & terram quæ fuit *Martini Permentarii* de *Fleta*, quæ continet ſecùs vicum Regium Aquilonarem *xxvii.* ulnas & dimidiam, & in capite auſtrali *xix.* ulnas & dimidiam, & in profunditate, verſùs occidentem, *xliii.* ulnas, & verſùs orientem *xxvii.* ulnas de prædictis ulnis ; pro ſervicio rotandi unam loricam ſemel in anno pro toto Feodo, quando Dominus ipſius Feodi ſuper ipſum Feodum illam miſerit.

Item *xx.* ſolidatas redditus de terra illa , quæ jacet inter terram quæ fuit *Alani Cuner* , verſùs orientem, de feodo Hoſpitalis S. *Bartholomei*, & terram quæ fuit *Radulphi* de *Warre* ſutoris,verſùs occidentem, de feodo Hoſpitalis Sancti *Jacobi*; quæ terra eſt de feodo ejuſdem Hoſpitalis S. *Jacobi* in parochia S. *Sepulchri* verſùs **Holeburne**, & continet ſecùs vicum Regium Aquilonarem *xxxv.* ulnas ; & in capite auſtrali *xlv.* ulnas; & in profunditate , verſùs orientem, *xxxiii.* ulnas; & verſùs occidentem *xxxvii.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim capitalibus Dominis ipſius feodi *x.* s. ad quatuor terminos anni. Item duas ſolidatas quieti redditus de terra quam *Rogerus Perchaminarius* tenuit in parochia S. *Martini* de *Oteſwich* , quæ continet ſecùs vicum Regium Auſtralem *v.* ulnas, & in capite Aquilonari *iii.* ulnas; & dimidiam : Et in profunditate *x.* ulnas de prædictis ulnis.

Quare volumus & concedimus firmiter & fideliter, quod hæc omnia prædicta integrè & finaliter remaneant prædicto Hoſpitali & Fratribus & Sororibus ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, faciendo inde ſervicium annuatim Capitalibus Dominis feodorum, ſicut prædictum eſt. Ut autem hæc noſtra donatio & conceſſio & confirmatio perpetuâ firmitate conſiſtat, eam in honorem *Jeſu Chriſti* & ipſius genetricis & perpetuæ Virginis *Maria* præſenti ſcripto noſtro conſignamus, & ſigillis noſtris roboramus. Hiis teſtibus, &c.

Compoſitio inter Priorem & Conventum Hoſpitalis beata Mariæ *extra* **Biſhopſgate**, *& Rectorem Eccleſia S.* Botolphi.

Ib. OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens Scriptum pervenerit, Magiſter *Johannes Witing*, Rector Eccleſiæ S. *Botolphi* extra **Biſhopsgate** *Lond.* æternam in Domino ſalutem; Noverit univerſitas veſtra, quod hæc eſt compoſitio facta inter Eccleſiam dicti S. *Botolphi* & me ex una parte, & Domum Dei & beatæ *Maria* extra **Biſhopſgate**, & *Godefridum* Priorem & Canonicos & Fratres ejuſdem loci ex altera parte, ſuper jure parochiali quod Eccleſiæ præfatæ S. *Botolphi* debebatur, de territorio & Curia præfatæ Domus Dei & beatæ *Maria*, præſente Domino *W. Lond*: Epiſcopo & aſſenſum præbente, cum Capitulo S. *Pauli*; videlicet, quod dicti Prior & Canonici & Fratres & eorum ſucceſſores jura & libertates præfatæ Eccleſiæ S. *Botolphi*, quantum ad eos pertinet, ſervabunt illæſas; Et ſingulis annis eidem Eccleſiæ, pro Jure parochiali, & pro omnibus decimis & obventionibus territorii præfati & Curiæ præfatæ, quæ incipit de **Berewardeſlam**, verſùs auſtrum, & extendit ſe in latitudinem uſque ad parochiam Sancti *Leonardi* de **Soreditch** verſùs Aquilonem; Et in latitudine à vico regio verſus occidentem, uſque ad campum Domini *London.* qui vocatur **Lolleſword**, verſùs orientem, Decem ſolidos ſterlingorum perſolvent ad quatuor terminos anni; ſcil. ad *Paſcha* duos ſolidos, & ſex denar. Et ad Nativitatem S. *Johannis Baptiſtæ* duos ſolidos & ſex denar. Et ad feſtum S. *Michaelis* duos ſolidos & ſex denar. & ad *Natale Domini* duos ſolidos & ſex denar.

Sciendum quod de omnibus terris aliis ſuis in prædicta parochia extra prænominatas fines decimas perſolvent. Veruntatem ſervientes eorum, qui non ſunt converſi, vel qui voto Domini eorum non ſunt aſtricti, quater in anno, & in feſto S. *Botolphi*, venient ad dictam Eccleſiam, & omnia Sacramenta Eccleſiaſtica, quæ dictis diebus fient ibidem, recipient. Et omnes alii à jure parochiali erunt immunes. Præfati verò Prior & Canonici & Fratres, eorum ſucceſſores, nullum de parochianis dictæ Eccleſiæ vivis vel defunctis ad oblationem ſeu aliquod officium Eccleſiaſticum; Nec aliquid ab eiſdem parochianis eidem Eccleſiæ debitum maliciosè in ipſius Eccleſiæ vel perſonæ præjudicium, vel damnum admittent: Nec etiam ad ſepulturam, niſi prius præfatæ Eccleſiæ ſatisfecerit competenter. Ut autem omnia prædicta ſine dolo & fraude fideliter à prædictis Priore & Cononicis & Fratribus obſerventur, *Godefridus* Prior præfatæ Domus coram Domino *W. London.* Epiſcopo, cautionem præſtitit juratoriam, & omnes ſucceſſores ejus, coram Domino *Lond.* qui pro tempore fuerit, vel ejus officialibus ad hoc deſtinatis, conſimilem præſtabunt cautionem. Et ut hæc compoſitio ſicut præſenti ſcripto cirographato continetur notata, perpetuæ firmitatis robur obtineat, præſens ſcriptum ſigilli mei appoſitione corroboravi. Hiis teſtibus, *Roberto* Decano Eccleſiæ Sancti *Pauli*, & aliis.

Nomina Fundatorum nova Hoſpitalis Beata Mariæ.

ANno gratiæ *MCXCvii.* 18. Kal. *Julii*, Magiſter *Walterus* Archidiaconus *Lond.* jecit primum lapidem novi Hoſpitalis extra **Biſhopſgate** *Lond.* tempore *Willielmi* de S. *Maria* Eccleſia, *Lond.* Epiſcopi; cujus domus Fundatores ſunt *Walterus* Alderman, *Walterus Brounus*, *Willielmus* de *Elie*, *Johannes Bloundie*, & *Wymarke* de *Elbegate*. Ibid.

Carta Regis Edwardi *primi, de advocationibus Eccleſiarum de* **Shaldeford**, **Woghenerſh**, **Puttenham** *&* **Duntesfeld**, *&c.*

Cart. 33. E. 1. n. 48.

REx Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ, & animarum progenitorum noſtrorum quondam Regum *Anglia*; necnon ad augmentationem cultus divini in Hoſpitali beatæ *Maria* extra **Biſhopſgate** *Lond.* ſuſtentandi; ac etiam in ſubventionem ſuſtentationis pauperum ibidem venientium, & in eodem Hoſpitali degentium, dediſſe & conceſſiſſe, pro nobis & hæredibus noſtris, dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui ejuſdem Hoſpitalis, duo meſuagia, quinquaginta & duas acras terræ, tres acras prati & duas acras boſci cum ſerviciis liberè tenentium, & omnibus aliis pertinentiis ſuis in **Shaldeford**: Et advocationes Eccleſiarum de **Shaldeford**, **Woghenerſh**, **Puttenham**, & **Duntesfeld**, *Wyntonienſis* dioceſis, & noſtri patronatus. Habendas & tenendas eiſdem Priori & Conventui & eorum ſucceſſoribus de nobis & hæredibus noſtris, Regibus *Anglia*, cum advocatione Capellæ de **Bromlegh** dictæ Eccleſiæ de **Shaldeford** annexæ; necnon cum mercato & feriâ & omnibus aliis ad prædicta meſuagia, terram, pratum, boſcum & advocationes qualitercumque ſpectantibus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam.

Et inſuper conceſſimus eiſdem Priori & Conventui pro nobis & hæredibus noſtris, quod ipſi prædictas Eccleſias de **Shaldeford**, & **Woghenerſh**, cum prædictâ Capellâ de **Bromlegh**, dictæ Eccleſiæ de **Shaldeford** annexa, ſibi & Hoſpitali prædicto appropriare & eas ſic appropriatas tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam (&c.) Data per manum noſtram apud *Weſtm. viii.* die *Aprilis*.

HOSPITALE S. Bartholomæi *in ſuburbia Civitatis* Londoniarum.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. antiq. L.n. 14.

Henricus Dei gratiâ, Rex *Angl.* dominus *Hibern.* (&c.) Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos, pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe dilectis nobis in Chriſto Priori & Canonicis Eccleſiæ S. *Bartholomæi* de *Smethefeld*, in ſuburbio *London.* omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas; *viz.* ex dono *Henrici* Regis *Angliæ* primi, locum de Smethefeud, in quo prædicta Eccleſia S. *Bartholomæi* fundata eſt; cum Hoſpitali pauperum ejuſdem Eccleſiæ, ex dono ejuſdem *Henrici* Regis. Eccleſiam S. *Nicholai* de parva Gernemuthe, cum aliis Eccleſiis & Capellis in Luddingland. Ex dono *Rogeri* quondam *Saresbirienſis* Epiſcopi, Eccleſiam S. *Sepulchri* de Ballio, *London.* cum pertinentiis ſuis infra burgum & extra. Ex dono *Hugonis Buſſel* medietatem Eccleſiæ de Pentemore. Ex dono *Willielmi* filii *Milonis* aliam medietatem ejuſdem Eccleſiæ. Ex dono *Roberti* de *Ramis* Capellam S. *Bartholomæi* de Tydulveſtre. Ex dono *Rogeri* de *Ramis* Eccleſiam S. *Laurentii* de Stanmere. Ex dono *Willielmi* de *Boſco* Eccleſiam de Taydene. Ex dono Comitis *Willielmi* de *Mandevill* medietatem Eccleſiæ de Damgebiri. Ex dono *Gaufridi* filii *Aylwini* medietatem Eccleſiæ de Wennakeſton. Ex dono *Willielmi* de *Ramis* Eccleſiam de Fradefelde. Ex dono *Radulphi Triket* Eccleſiam S. *Martini* de *Pomerio.* Ex dono *G.* quondam Epiſcopi *London.* Eccleſiam S. *Michaelis* de Baſsingeſhage.

Præterea concedimus, & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus eiſdem Priori & Canonicis, quod habeant & teneant omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas; *viz.* omnes terras & redditus cum pertinentiis, quos habent in villa de Iſeldone, de feodo *Radulfi* de *Berneriis*; & omnes terras & redditus, cum pertinentiis, quos habent in Idulveſtre, de feodo *Willielmi* quondam Comitis *Sarum*: & omnes terras & redditus, cum pertinentiis,; quos habent in *parva* Stanmere, & Bradefeud, de feodo & dono *Willielmi* de *Ramis*: & omnes terras & redditus, cum pertinentiis, quos habent in villa de Shenle, de dono & feodo *Adæ* filii & hæredis *Elyæ* de *Sumery*, & *Saeri* filii *Henrici*: & omnes terras & redditus, cum pertinentiis, quos habent in villa de Pentemore; de feodo *Radulfi* le *Poer*, & *Walteri* filii *Hugonis Buſſel*, *Nicholai* le *Dune* & *Ricardi* de *Ideburi*: & omnes terras & redditus, cum pertinentiis, quos habent in Langelege, de feodo *Roberti* filii *Rogeri*, & *Johannis* filii *Roberti* in Manerio de Claveringe: & omnes terras & redditus cum pertinentiis, quos habent in villa de Tywinge, de dono *Alexandri* de *Swereford*, quondam Theſaurarii S. *Pauli London.* de feodo *Godefridi* de *Tywinge*, filii *Ricardi* de *Tywinge*, & *Johannis* filii *Johannis*, filii *Vitalis*, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ: Et omnes terras & redditus cum pertinentiis quos habent in villa de Hertford, Amwelle, Lockelege, ex dono prædicti *Alexandri* de *Swereford*: Et omnes terras & redditus, cum pertinentiis, quos habent in villa de Shortegrave, de feodo *Henrici* de *Merke* & *Willielmi* de *Verdune*. Quare volumus (&c.) Data per manum noſtram apud *Wintoniam xv.* die *Junii* Anno Regni noſtri *xxxvii.*

Carta Regis Henrici *primi, de diverſis libertatibus & privilegiis dicto Hoſpitali per ipſum conceſſis.*

Cart. antiq. L.n. 1.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, patris & filii & ſpiritus Sancti, ego *Henricus* Rex *Anglorum W. Cantuariæ* Archiepiſcopo, & *G. Londonienſi* Epiſcopo, & omnibus Epiſcopis & Abbatibus & Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus hominibus & fidelibus ſuis, & civibus *Londoniæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac Cartâ meâ confirmâſſe Eccleſiæ beati *Bartholomæi* de *Londoniis*, & *Raherio* Priori & Canonicis regularibus in eadem Eccleſiâ Deo ſervientibus, & pauperibus Hoſpitalis ejuſdem Eccleſiæ, quod ſint liberi ab omni terrenâ ſervitute, & terrenâ poteſtate & ſubjectione, præter Epiſcopales conſuetudines; videlicet tantùm conſecrationem Eccleſiæ, Baptiſmum, & ordinationem Clericorum; ut ſicut aliqua Eccleſia in tota *Anglia* magis eſt libera, ſic & hæc Eccleſia libera, & omnes terræ ad eam pertinentes quas nunc habet, vel quas rationabiliter adquirire poterit *Raherus* Prior vel Canonici, ſive emptione ſive dono: & habeat *ſoccam* & *ſacam*, & *thol*, & *theam* & *infogheneteof*, & omnes libertates & liberas conſuetudines & quietudines in omnibus, quæ ad eandem Eccleſiam pertinent, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, in ſtagnis & vivariis, & mariſcis & piſcariis, & grangiis & virgultis, infra burgum & extra, & in omnibus locis nunc & in perpetuum.

Hanc autem Eccleſiam, cum omnibus quæ ad eam pertinent, ſciatis me velle manutenere & defendere, & liberam eſſe ſicut Coronam meam, & accepiſſe in manu mea in defenſione contra omnes homines, quamobrem concedo *Raherio* Priori & eidem Eccleſiæ in omni jure ſuo & poſſeſſione ſua, pacis fracturam, & pugnam in domo factam, & domus vel Curiæ invaſionem, & omnes aſſultus, & omnia forefacta, in ſuo jure facta; & *foreſtal*, & *flemenefermdeth*, in via & extra, in feſto & extra, in urbe & extra. Cauſarum etiam diſcuſſiones habeat, & jura cauſarum de omni placito quod in terra ſua evenerit; & omnes conſuetudines, ſive in Eccleſiaſticis, ſive in ſecularibus, tam plenè & liberè ſicut ego haberem ſi eſſent de meo dominio & menſa. Relaxo etiam & quietos clamo *Raherum* Priorem & præfatam Eccleſiam, & omnes pertinentes ad eam, de Syra & Hundredo, de placitis & querelis & murdris, & ſcutagio, & geldis & danegeldis, & hydagiis, & ſartis, & aſſiſis; & operationibus & fractionibus Caſtellorum, vel reſtructione Caſtrorum ſeu pontium, de parcis claudendis, de lignis, vel aliis rebus tranſvehendis, de *ferdwita* & *hengwita*, de *Wardpani*, & *Averpani*; de *blodwite*, & *fictwite*, & *childwite*, & *Hundredeſpani*, & *thethinepani*, & de *muthbryche*, & *miſchennige* & *ſchewinge*, & de *fridſocne*, & *weſtgeiltheof*, & de *wardwithe*, & de *utlewe*, & *forvenge*, & *withfange*. Et ſint quieti in omni terra mea de omni theloneo, paſſagio, & pontagio, & leſtagio, & ſtallagio, & omni ſeculari ſervicio in terra & in aqua, & in portubus maris, ita ut nullis graventur oneribus expeditionum, vel occaſionibus, vel auxiliis Vicecomitum, vel præpoſitorum Hundredi, vel pontificalium Miniſtrorum.

Prohibeo etiam, regiâ authoritate, ne aliquis hominum, ſive miniſter meus, ſive alius, in tota terra mea ſit moleſtus *Rahero* Priori, aut præfatæ Eccleſiæ de aliquibus quæ illius ſint, neq; ſe intromittat abſq; conſenſu Prioris vel Fratrum. Clericorum vel laicorum nemo illius loci dominium uſurpare præſumat. Confirmo etiam omnia privilegia & donationes & Cartas vel quas habet, vel quas habitura eſt à Regibus, à Pontificibus, vel à quibuſcunq; fidelibus, & quæcunq; ſcriptis vel teſtimoniis bonorum rememorari & probari poterunt eidem Eccleſiæ juſtè conceſſa vel adquiſita, nullus ex his ſubtrahere aut diſperdere qualibet occaſione, calumpnia, judicio, aut poteſtate præſumat.

Poſt obitum verò *Raheri* Prioris, ex eadem congregatione eligatur Prior, qui dignus ſit: aliorſum autem nullus eligatur exactione, ſive Pontificum, ſive Principum, niſi manifeſtis criminibus accuſantibus, inibi aliquis qui tali officio dignus ſit fungi nequiverit inveniri: quod ſi evenerit, quod abſit, poteſtatem habeant de alio noto & familiari loco Priorem eligendi. Poſſeſſiones verò, quæ ibi à quibuſcunq; donatæ fuerint vel emptæ, ſine conſenſu Capituli ab Eccleſia ſeperatæ, vel ad parvum ſervicium redactæ, noſtro regali privilegio & auctoritate revocentur, & Regum munimine locus ille perpetuò tueatur. Ipſeq; Prior ſoli Regi ſerviens, commiſſum ſibi gregem, ſpirituali & temporali paſtu habundanter foveat. Do etiam meam firmam pacem advenientibus ad Feriam quæ ſolet ad feſtum beati *Bartholomæi* in loco illo frequentari, & indè redeuntibus; & præcipio ne aliquis regalium miniſtrorum eos in placitum mittat, vel ſine conſenſu Canonicorum, in illo triduo; ſcil. in vigilia ipſius feſti, & ipſo die & ſequenti, ab advenientibus conſuetudines exigat. Hanc autem Eccleſiam ſciat omnis populus tocius regni mei, ita me manutenere & defendere, quemadmodum Coronam meam: Quod ſi quis huic noſtro regali privilegio in aliquo contraire præſumpſerit; vel Priorem, Canonicos, Clericos, Laicosve ipſius loci offenderit, ipſe & omnes ſui, & omnia quæ habet in jus regale deveniant.

Hæc autem omnia præfatæ Eccleſiæ imperpetuum conceſſi, pro amore Dei & ſalute meâ & hæredum meorum, & pro animabus anteceſſorum meorum: adjuro igitur omnes hæredes & ſucceſſores meos, in nomine S. *Trinitatis*, ut hunc ſacrum locum Regia auctoritate manuteneant & defendant, & libertates à me ſibi conceſſas concedant & confirment. Hujus autem meæ conceſſionis teſtes ſunt *Henricus* Epiſcopus *Wintoniæ*; *Rogerius* Epiſcopus *Saleſbiriæ*, *Bernardus* Epiſcopus de S. *Davide*; *Galfridus* Cancellarius, *Stephanus* Comes *Moritoniæ*, *Willielmus* de *Albini*, Brito, *Albericus* de *Vere*, *Ricardus* de *Baſſet*, *Milo* de *Gloeceſtria*, *Paganus* filius *Johannis*, *Robertus* de *Curci*, *Hugo Bigot*, & alii plures Barones Regni mei. Hanc autem Cartam feci, & confirmari præcepi apud *Weſtmonaſterium*, anno dominicæ incarnationis *MCxxxiii*. Regni autem mei anno *xxxiii*.

Breve Regis Edwardi *tertii pro exoneratione ejuſdem de* Decimis *&* Quintiſdecimis.

Clauſ. 26. E.3.m.28.

Rex Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, ſalutem. Monſtraverunt nobis dilecti nobis in Chriſto Magiſter, Fratres & Sorores Hoſpitalis S. *Bartholomæi* in **Smythefeld** *London*. per petitionem ſuam coram nobis & conſilio noſtro in Parliamento noſtro apud *Weſtm.* ultimo tento exhibitam; ut cum Hoſpitale prædictum ad omnes pauperes infirmos ad idem Hoſpitale confluentes, quouſq; de infirmitatibus ſuis convaluerint; ac mulieres pregnantes quouſq; de puerperio ſurrexerint: necnon ad omnes pueros de eiſdem mulieribus genitos, uſq; ſeptennium, ſi dictæ mulieres infra Hoſpitale prædictum deceſſerint: Ac etiam ad diverſas Cantarias & alias elemoſinas ſuſtentandas & inveniendas fundatum exiſtat: quod quidem Hoſpitale de terris, redditibus & aliis poſſeſſionibus, ita exile dotatum exiſtit, quod bona ejuſdem ad ſuſtentationem dictorum Magiſtri, Fratrum & Sororum, & aliorum onerum prædictorum ſupportandorum retroactis temporibus minimè ſufficiebant; ſicq; dicti Magiſter, Fratres & Sorores, de *Decimis*, *Quintisdecimis*, *Nonis*, *Lanis*, *Auxiliis* & aliis oneribus Domino *E.* quondam Regi *Angliæ* avo; & Domino *E.* nuper *Angliæ* patri, Regis noſtris, ac nobis per Communitatem Regni *Angliæ* conceſſis, ad Scaccarium prædictum quieti fuerint & exonerati; ſicut per certificationem per vos de mandato noſtro factam, & in Cancellaria noſtra retornatam eſt compertum. Et licet nuper per Breve noſtrum mandaverimus taxatoribus & Collectoribus *Decimæ* & *Quintadecimæ* hujuſmodi de bonis Hoſpitalis illius in Com. prædictis faciendis, ſuperſederent omnino; vos tamen mandatum noſtrum prædictum minimè ponderantes, dictos taxatores & Collectores ſuper Compotum ſuum ad idem Scaccarium redditum, de ſumma dictum Hoſpitale de *Decima* & *Quintadecima* prædictis contingente, hucuſq; exonerare diſtuliſtis & ipſos Magiſtrum & Fratres & Sorores pro eadem ſumma, nobis ex occaſione ſolvenda, per ſummonitionem Scaccarii prædicti graviter diſtringi & inquietari feciſtis (&c.) Vobis mandamus quod exactionem eiſdem Magiſtro, Fratribus & Sororibus, pro *Decima* & *Quintadecima* prædictis, ab eis ad opus noſtrum per vos factæ, ſuperſederi, & tam ipſos quam præfatos taxatores & Collectores, indè ex cauſa prædicta exonerari & quietos eſſe faciatis. T. Rege apud *Weſt. xiiii.* die *Martii.*

HOSPITALE

S. Innocentium *juxta Civitatem* Lincoln.

De Fundatione & dotatione ejuſdem.

Inter Brevia R. & Recorda de temp. Regis *Edw.* tertii (bund. 2. n. 6.)

Juratores dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod Hoſpitale Sanctorum *Innocentium* extra *Lincolniam*, fuit fundatum per dominum *Henricum* regem quondam primum *Angliæ*, poſt conqueſtum, ut patet per Cartam dicti Domini Regis & per Cartas aliorum Regum. Et dicunt, quod dominus Rex fundavit dictum Hoſpitale ſuper decem leproſis, cum uno Cuſtode & duobus Capellanis celebrantibus pro animabus Regum & Reginarum, filiis & filiarum, & animabus omnium fidelium defunctorum. Et fundavit in dicto Hoſpitali unum Clericum ad miniſtrandum in Eccleſia ejuſdem Hoſpitalis. Et dicunt quod dicti leproſi erunt de ejectibus Civitatis *Lincolniæ*, ex donatione Domini Regis *Angliæ*, vel ex præſentatione Majoris & aliorum bonorum hominum dictæ Civitatis. Et idem dominus *H.* Rex dedit in puram & perpetuam elemoſinam ad prædictum Hoſpitale, & ad ſuſtentationem dictorum leproſorum, Cuſtodum, Capellanorum, & Clerici, treſdecem libras annui redditus exeuntes de Manerio de Nettelham, & *xx. s.* redditus exeuntes de diverſis tenementis in *Lincolnia*. Dicunt etiam, quod Comes *Ranulphus* dedit idem Hoſpitali *xxxiii. s.* & *iiii. d.* redditus, percipiendas de molendino de Bracebrig, juxta *Lincolniam.*

Dicunt etiam, quod Hoſpitale prædictum habet in villa & campis de Braunſtone, duas bovatas terræ, duas acras prati, & duas ſolidatas annui redditus, cum pertinentiis, quæ valent per annum *xx. s.* Dicunt etiam quod dictum Hoſpitale ſayſitum eſt de decem acris terræ cum pertinentiis in Canewyk, quæ valent per annum *x. s.* Et habent de Cotagiis diverſis adjacentibus circa Hoſpitale prædictum, quæ valent per annum *xx. s.* Habent etiam in Campis *Lincolniæ* quandam portionem decimarum, quam vendunt per annum pro *Lx.* ſolidis. Item habent in Askeby juxta Hornecaſtre, & in Folethby unam carucatam terræ, & *xx.* ſolidos annui redditus; quæ terra valet per annum *Lx.* ſolid.; & ſeptemdecem ſolidos redditus in Folethby: Et habent in Holme in parochia de Botenesford duas ſolidatas redditus. Item habent in diverſis partibus de Lyndeſeie octodecem ſolidos & duas denariatas annui redditus. Item habent in Neuark *xx. d.* redditus; Et conſueverunt habere in Algerkyrke, in Holand *x. s.* redditus, quæ eis injuſtè detinentur. Item percipiunt annuatim de Magiſtro de Maltebv *vi. s. viii. d.* pro ſepultura ſuſpenſorum apud Canewyke, quorum nomina ſcripta ſunt in libro fraternitatis S. *Johannis Baptiſtæ.* Item percipiunt annuatim pro Indulgentiis ſuis, & aliis diverſis oblationibus *xxx. s.*

Et dicunt dicti Juratores, quod nunc ſunt in dicto Hoſpitali novem Fratres & Sorores; quorum unus eſt leproſus, & non intuitu caritatis fuit receptus, ſed pro quadam ſumma pecuniæ *C.* ſol. quam dedit Cuſtodi pro introitu ſuo, tempore *Simonis* de *Barlinges*, contra primam fundationem dicti Domini *H.* Regis. Item ſunt ibidem ſeptem mulieres, ſe habentes tanquam Sorores, contra primam Fundationem Domini Regis *H.* prædicti, quæ non intraverunt per viam rectam, ſed per viam pecuniæ, tempore dicti *Simonis* Cuſtodis (&c.)

Carta Regis Henrici *ſecundi, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 8. H. 4. p. 1. m. 23. per Inſpex.

H. Dei gratia Rex *Angliæ* & Dux *Norm. Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Leproſis Hoſpitalis *Linc.* unam carucatam terræ in *Norcota* in ſoca de Hornecaſtre, ex dono meo; & *xiii.* libras argenti, ex dono Regis *Henrici* avi mei, de redditu Eccleſiæ *Linc.*; & omnia ſubſequentia quæ eis rationabiliter donantur; ſcilicet ex dono *Willielmi* filii *Fulconis* furnum unum, cum pertinentiis ſuis, & terram *Everardi* de *Hundegata* in Civitate *Linc.* Et ex dono Comitis *Randulphi Ceſtr.* duas marcas argenti, & dimid. de molendinis de Braſcebrig, & redditus quos habent de terra *Ricardi* filii *Outi*; & redditum quem habent ex dono *Willielmi* de *Fulnetebi*; & ex dono fratris *Alani* filii *Elſi* quinq; ſolidos per annum de manſione ſua in parochia S. *Cuthberti* in *Linc.* Et ex dono Ma-

Magiſtri *Malgeri* de *Neuarch* duas manſiones in **Neuarch**, extra portam orientalem ; & omnia alia, quæ eis rationabiliter data fuerunt, cum omnibus pertinentiis ſuis , in pratis & paſturis, in aquis & molendinis (&c.) benè & in pace (&c.) ſicut Cartæ donatorum teſtantur. T. R. Archiepiſc. *Eborac.* (&c.) apud **Notingham.**

Carta Regis Henrici *ſexti pro tribus Leproſis ex nominatione ſua & ſucceſſorum ſuorum in eodem Hoſpitali recipiendis.*

Pat.35.H 6 p.2.m 9.
Et Pat 1. E.4.p.4. m.8.

REx (&c.) Monſtraverunt nobis dilecti ſervientes, familiares Hoſpicii noſtri, qualiter plures de ſervientibus familiaribus ejuſdem Hoſpicii , ante hæc tempora multotiens leprâ percuſſi fuerint ; & jam aliqui de eodem Hoſpicio leprâ percuſſi exiſtunt, & in futurum aliquos exiſtere formidant, quod abſit, & nullum locum certum pro eorum relevamine & ſuccurſu habuerunt, nec habent de præſenti, ut accepimus, in ipſorum ſervientum familiarium plorationem & detrimentum manifeſtâ , niſi per nos in hac parte ſuccurretur eiſdem : Ac qualiter *Johannes London*, unus Clericorum Capellæ noſtræ , habeat & teneat pro termino vitæ ſuæ , ex conceſſione noſtra , per literas noſtras patentes , Hoſpitale Sanctorum *Innocentium*, vocatum **Mallardry** , extra ſuburbia Civitatis *Lincolnia* in Comitatu *Lincolniæ*, unà cum omnibus & ſingulis ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunq; , prout in eiſdem literis noſtris Patentibus, indè confectis plenius continetur. Jamq; præfati ſervientes familiares nobis ſupplicaverunt , ut dictum Hoſpitale Sanctorum *Innocentium*, dilecto nobis in Chriſto *Willielmo Sutton*, Magiſtro Ordinis de **Burton** S. *Lazari Jeruſalem* in *Anglia*, Cuſtodi Hoſpitalis S. *Egidii* Leproſorum extra *London.* & Fratribus ſuis Ordinis prædicti, & ſucceſſoribus ſuis, pro relevamine & ſuccurſu hujuſmodi ſervientium familiariorum noſtrorum, qui imposterum leprâ percuſſi contigerint in dicto Hoſpitali S. *Egidii*, ſive in dicto Hoſpitali Sanctorum *Innocentium* , habendum in forma ſubſequenti, concedere dignaremur : Nos ſupplicationi ſuæ prædictæ favorabiliter inclinati , pro relevamine & ſuccurſu hujuſmodi Leproſorum ſervientium familiarium noſtrorum, jam exiſtentium , & impoſterum contingentium in Hoſpitalibus prædictis , ſeu eorum altero habendo; ac ad exorandum pro bono ſtatu noſtro & præcariſſimæ conſortis noſtræ *Margaretæ* Reginæ *Angliæ*, dum vixerimus; & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus ; & pro animabus nobilium progenitorum noſtrorum, quondam Regum *Angl.* necnon ad internam affectionem, quam ad S. *Lazarum* gerimus & habemus, de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus præfato Magiſtro & Fratribus & ſucceſſoribus ſuis prædictis, quod dictum Hoſpitale S. *Innocentium*, cum omnibus terris, tenementis, redditibus & ſerviciis eidem Hoſpitale *Sanctorum Innocentium* aliquo modo ſpectantibus, ſimul cum omnibus & ſingulis ſuis juribus, proficuis, commoditatibus, libertatibus , Francheſiis & aliis pertinentiis quibuſcunq; , quod immediatè poſt mortem ſive deceſſum prædicti *Johannis*, vel quocunq; alio titulo ſeu modo, ad nos reverti ſeu remanere deberent , eiſdem Magiſtro & Fratribus & ſucceſſoribus ſuis integrè remaneant ; habendum & tenendum idem Hoſpitale S. *Innocentium* cum omnibus terris, tenementis, redditibus, & ſerviciis prædictis , ſimul cum ſuis juribus, proficuis (&c.) quibuſcunq; , præfatis Magiſtro & Fratribus & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum ; ad inde inveniendum & ſuſtentandum annuatim imperpetuum , tres Leproſos de ſervientibus familiaribus noſtris, hæredum & ſucceſſorum noſtrorum , per nos hæredes & ſucceſſores noſtros prædictos præfatis Magiſtro & ſucceſſoribus ſuis, per literas noſtras, hæredum & ſucceſſorum noſtrorum prædictorum patentes, ſub magno ſigillo noſtro, hæredum & ſucceſſorum noſtrorum conficiendas, ſimul vel ſeparatim , quociens opus fuerit nominandos , ſi tot vel pauciores Leproſos de hujuſmodi ſervientibus familiaribus infra hoſpicium noſtrum prædictum inveniri poſſunt.

Et ſi contingat in futurum ; quod tres vel duo Leproſi, aut unus Leproſus de ſervientibus familiaribus noſtris , hæredum & ſucceſſorum noſtrorum prædictorum , infra Hoſpicium noſtrum, ſeu de Hoſpicio noſtro inveniri non poterit; tunc nos hæredes & ſucceſſores noſtri tres Leproſos de tenentibus noſtris , hæredum & ſucceſſorum noſtrorum, aut tot Leproſos de tenentibus illis, quot de numero illorum trium Leproſotum de ſervientibus familiaribus noſtris , hæredum & ſucceſſorum noſtrorum prædictorum de Hoſpicio noſtro pro tempore defecerint , præfato Magiſtro & ſucceſſoribus ſuis, prout caſus exiget, in forma prædicta nominabimus; ita ſemper, quod prædicti Magiſter & Fratres & ſucceſſores ſui, niſi cum tribus Leproſis hujuſmodi tantum ſimul & ſemel aliquo modo onerentur, ac ſuſtentando & ſupportando omnia alia onera in dicto Hoſpitali *Sanctorum Innocentium* ab antiquo debita & conſueta : Ac etiam reddendo nobis, poſt deceſſum prædicti *Johannis Lond. xx.* s. inde annuatim ad Scaccarium noſtrum, pro omnibus ſerviciis, exactionibus & demandis, Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante (&c.) In cujus (&c:) T. Rege apud *Weſt. xxviii*, die *Januarii.*

HOS.

HOSPITALE

de Illeford *in agro* Eſſexienſi.

Ordinatio regiminis ejuſdem per Radulphum *de* Baldok Londonienſem *Epiſcopum.*

Ex ipſo autogr. in bibl. *Hattoniana.*

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſentes literas viſuris, *Radulphus* permiſſione divina Epiſcopus *Londonienſis*, ſalutem in omnium ſalvatore. Licèt ex debito noſtri officii paſtoralis, cunctis quos ordinaria poteſtas nobis facit eſſe ſubjectos, quociens ipſos noſtra proviſione conſpicimus indigere, cupiamus paternâ promtitudine, de remediis oportunis, prout nobis eſt poſſibile, providere: Ad providendum tamen illis noſtris ſubditis, qui propter ſuorum corporum imbecilliatem nequeant ſe juvare, & quos collabi in rebus cernimus & perſonis, animo aſſurgimus promptiori: Comperto igitur in viſitatione, quam in Hoſpitali de Illeford noſtræ diocesis excercuimus, ordinario noſtro jure, quod nedum numerus treſdecem Fratrum Leproſorum, duorum Capellanorum & unius Clerici, piâ largitione fidelium deputatâ, in uſus alios, abſq; auctoritate in ea parte de jure requiſita, dampnabiliter ſunt converſa, ac quædam contra dicti Hoſpitalis Fundationem, circa res & perſonas temerè immutata; ad honorem Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, & glorioſiſſimæ *Mariæ* matris ſuæ, & Sancti *Erkenewaldi*, omniumq; Sanctorum, ut dictum Hoſpitale reducatur ad ſuum ſtatum debitum & primævum; ſicq; reductum perpetuis futuris temporibus utiliùs gubernetur, hæc omnia quæ ſequuntur, de conſenſu & aſſenſu dilectorum nobis in Chriſto *Matildis* de *Monteacuto* Abbatiſſæ, & Conventus de Berkyng, dictæ noſtræ diocæſis, de quorum Fundatione dictum Hoſpitale exiſtit, ac Magiſtri & Fratrum Hoſpitalis prædicti, ad ſubſcripta primitùs, juxta juris exigentiam vocatorum, duximus ſtatuenda.

Inprimis ſtatuimus, decernimus, àc etiam ordinamus, ut dictus ſtatutus numerus treſdecem Fratrum Leproſorum, quam diu bona dicti Hoſpitalis pro tot Fratribus ſufficere poterint, inviolabiliter obſervetur; & ut hoc effectui citiùs demandetur, ſtatuimus & decernimus, ut decedente vel cedente Fratre non Leproſo, aut corrodario dicti Hoſpitalis, loco ipſius Fratris vel Corrodarii decedentis vel cedentis, quam citiùs fieri poterit, Leproſus de Berkyng prædicta, ſi talis inibi idoneus exiſtat, alioquin de loco alio dominii ſeu dominici dictorum Abbatiſſæ & Conventus, aut ibidem nullo tali exiſtente, aliundè undecunque fuerit ſubrogetur, & in forma inferiùs declaranda recipiatur in Fratrem Hoſpitalis prædicti, donec dictus numerus fuerit adimpletus: Idemq; Fratribus Leproſis dicti Hoſpitalis decedentibus vel cedentibus, volumus & præcipimus obſervari. Ad hæc ſtatuimus, ut decedente vel cedente Fratre Leproſo, aut alio Fratre ſeu Corrodario dicti Hoſpitalis, à die deceſſus vel ceſſionis hujuſmodi, quicquid hujuſmodi decedens, vel cedens, ſi viveret, ſeu Frater aut corrodarius permaneret, de dicto Hoſpitali perciperet, uſq; ad receptionem novi Fratris Leproſi, pauperibus, per Magiſtros Hoſpitalis prædicti integraliter errogetur, & in uſus alios nullatenus convertendum.

Circa receptionem verò & admiſſionem hujuſmodi Fratrum Leproſorum, modum uſitatum ab antiquo; *viz.* ut unus Leproſus per Abbatiſſam dicti Monaſterii, quæ pro tempore fuerit: alius verò per Magiſtrum & Fratres dicti Hoſpitalis, ad voluntatem tamen dictæ Abbatiſſæ, alternis vicibus ſubſtituatur in Hoſpitali prædicto quicquam nolumus innovare. Item, cum ea quæ ad certum uſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant & non ad alium, ſalvâ ſedis Apoſtolicæ auctoritate, converti; hac conſtitutione perpetuò inhibemus, ne unquam ab hac horà in antea de bonis dicti Hoſpitalis alicui penſio cenſus, aut corrodium ad vitam vel ad tempus, ob meritum, ſeu propter obſequium, aut quocunq; alio colore directè vel indirectè aliqualiter concedatur, ſeu alienetur res immobilis ad Hoſpitale pertinens memoratum, abſq; cauſa & auctoritate in hac parte requiſitis de jure; & ut hæc præmiſſa noſtra prohibitio imperpetuum firmiter obſervetur, ſtatuimus, & decernimus ut ſinguli Fratres Leproſi, in admiſſione ſua jurent ad Sancta Dei Evangelia, quod nunquam directè vel indirectè facient, procurabunt aut conſentient, quod alicui de bonis dicti Hoſpitalis ex cauſa quacunq;, ſeu colore quocunq;, cenſus, corrodium aut penſio concedatur, aut alienentur dicti Hoſpitalis res immobiles quoquo modo, abſq; cauſa & auctoritate in hac parte requiſitis de jure; ſed quotiens inter eos de hujuſmodi conceſſione vel alienatione locutum fuerit aut tractatum, conſtanter, pro totis viribus contradicent. Et nichilominus volumus & ſtatuimus, quod omnes, qui hujuſmodi conceſſioni vel alienationi conſenſum auxilium præbuerint, vel favorem, ex hoc majoris Excommunicationis ſententiæ ſubjaceant ipſo facto.

Cum vir & uxor, una caro per conjugalem copulam ſint efferti; nec una pars converti poſſit ad dominum & altera in ſeculo remanere, imitantes ſacros Canones prohibemus, ne Leproſus uxoratus, niſi uxor ſua ad religionem tranſierit, aut ejus ætatis fuerit, ut ſine ſuſpitione incontientiæ valeat in ſeculo remanere, & tunc perpetuam voverit caſtitatem, unquam in dicto Hoſpitali recipiatur in Fratrem, præſertim cum & ſi virum ſive uxorem Leproſum fieri contingat; & infirmus à ſano carnale debitum exigat, juxta generale præceptum Apoſtoli *quod exigitur eſt ſolvendum.*

Item ſtatuimus, quod dicti Leproſi ad Eccleſiam

cleſiam eorum pro divino officio inibi audiendo, niſi gravi Corporis infirmitate fuerint impediti, accedere non omittant; ſilentium ibidem teneant, *Matutinas* horas & Miſſam audiant complete, ſi poterint; & dum ibidem exiſtunt orationi & devotioni, in quantum eorum infirmitas patitur, ſint intenti. Volumus etiam & ſtatuimus, quod ſicut fuit in dicto Hoſpitali antiquitùs ordinatum, quilibet Frater Leproſus dicat ſingulis diebus, loco Matutinalis officii, treſdecem vicibus *Pater noſter* & *Ave Maria*; & pro ſingulis aliis horis diei; *viz. Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperarum* & *Completorii*, ſepties *Pater noſter* & *Ave Maria:* Et nihilominus quilibet eorum dicat ſingulis diebus, pro fundatoribus ſuis & Epiſcopo loci ac cunctis benefactoribus ſuis & omnibus aliis fidelibus, vivis & defunctis; præter præmiſſas orationes, triginta vicibus *Pater noſter* & *Ave Maria.* Dicat inſuper quilibet Frater Leproſus in die quo aliquis eorum migraverit ab hac luce, pro anima hujuſmodi defuncti, & animabus omnium fidelium defunctorum, ter quinquaginta *Pater noſter* & *Ave Maria.* Si quis verò in præmiſſis, vel eorum aliquo tranſgreſſus fuerit manifeſtus, pro hujuſmodi trangreſſione per Magiſtrum dicti Hoſpitalis, qui alias Prior nuncupatur, juxta facti qualitatem debitè puniatur. Si verò frater Leproſus occultè deliquerit in præmiſſis, in foro pœnetentiali proprium dicti Hoſpitalis conſulat ſacerdotem.

Item cum in dicto Hoſpitali debeant eſſe duo Sacerdotes & unus Clericus, qui eis deſervire debeat in divinis, quibus providebitur de bonis communibus Hoſpitalis prædicti, prout in quadam Indentura inter *Mabiliam*, dudum Abbatiſſam, & Conventum Monaſterii ſupradicti, & Fratres infirmos dicti Hoſpitalis, auctoritate bonæ memoriæ *Willielmi* noſtri prædeceſſoris confectâ, & aliis inſtrumentis vidimus pleniùs contineri, dicta Indenturam & inſtrumenta, quoad dictos Capellanos & Clericum & eorum admiſſionem & ammotionem, & cætera contenta in eiſdem Indentura & inſtrumentis, volumus per omnia in ſuo robore permanere; adjicientes, ne Fratres Leproſi habeant materiam evagandi, cum ipſorum converſatio ſanis periculoſa exiſtat, & etiam ſcandaloſa, ut Capellanus eorum confeſſiones ipſorum audiendi, & eoſdem abſolvendi etiam in caſibus nobis de jure ſpecialiter reſervatis; ac eiſdem de ſuis peccatis confeſſis & contritis, pro ſuis exceſſibus imponendi pœnitentias ſalutares; necnon miniſtrandi Sacramentum Eukariſtiæ & unctionis extremæ, ex hac noſtra conſtitutione plenam habeat poteſtatem. Habeant etiam ipſi Fratres Leproſi, de ſe ipſis duntaxat apud ſe liberam Sepulturam.

Item ordinamus, quod dicti Leproſi ſeorſim à Capellanis & Clerico ſupradictis, in quantum eorundem Leproſorum infirmitas patitur, dormiant & comedant in communi, quod in dictis Capellanis ſtatim cum ad hoc domus competens fuerit ordinata, præcipimus firmiter obſervari. Quia ex acceſſu mulierum nedum ſcandala, ſed etiam animarum pericula poſſunt probabiliter formidari, inhibemus ne dictum Hoſpitale, præter Eccleſiam ejuſdem, quævis mulier præter Abbatiſſam Monaſterii ſupradicti, & Moniales ſecum venientes, necnon matrem, amitam, conſanguineam, vel ſororum alicujus Fratrum vel Capellanorum prædictorum; vel lotricem communem Fratrum vel Capellanorum prædictorum, aut aliam mulierem, de quâ propter ſui ſtatus honeſtatem bona præſumptio habeatur, aliqualiter ingredi permittatur: nec ingreſſum habeat hujuſmodi mater, amita, conſanguinea, vel ſoror, niſi causâ viſitandi infirmum; vel ſi lotrix fuerit, ad ſuum officium exequendum: In præmiſſis verò caſibus prædictæ mulieres, de clarâ horâ diei ſic ingrediantur, morentur, & egrediantur, ut de earum acceſſu, morâ & regreſſu, nullum ſiniſtrum valeat veriſimiliter ſuſpicari.

Cum detractio pacificorum animos inquietet, Fratres Leproſi dicti Hoſpitalis, Capellanis ejuſdem, vel iidem Capellani dictis Leproſis detrahere non præſumant; linguas ſuas in ſuſurrum non relaxent; ſed ſe mutuò fraternâ dilectione in verâ caritate ſtudeant pertractare.

Item, cum hii qui lepræ maculâ ſunt reſperſi, debeant de conſuetudine à communione hominum ſegregari; inhibendo ſtatuimus, quod Fratres Leproſi clauſurum interiorem vel portas exteriores abſq; licentiâ Magiſtri dicti Hoſpitalis, qui Prior dicitur, vel alterius Magiſtri ſuperviſoris, non exeant quoquomodo; quam licentiam non concedat aliquis Magiſtrorum prædictorum, niſi cauſa talis exprimatur eidem, quæ ipſum ad hujuſmodi licentiam concedendam meritò inducere debeat & movere.

Item ordinamus & ſtatuimus, quod in ſingulis ſeptimanis fiat Capitulum per Magiſtrum Leproſum & ſuos Fratres, in quo ipſorum Capellanum, ut more ſolito, preces dicat, volumus intereſſe: qui quidem Capellanus, precibus finitis recedat, ut in ipſius abſentiâ dictus Magiſter Leproſus, Fratrum ſuorum exceſſus puniat & corrigat competenter.

Item, cum in dictâ Indenturâ, cui non intendimus derogare, inter alia caveatur, quod Abbatiſſa dicti Monaſterii, quæ pro tempore fuerit, conſtituet in prædicto Hoſpitali unum Clericum vel laicum pro negotiis ipſius Hoſpitalis utiliter ordinandis dictis Fratribus in Magiſtrum, ſtatuimus & decernimus, ut Abbatiſſa dicti Monaſterii, quæ pro tempore fuerit, Magiſtrum ſecularem dicto Hoſpitali præficere teneatur, virum utiq; providum & diſcretum, ac boni teſtimonii, qui ſciat, velit & valeat dictum Hoſpitale & ipſius jura & bona utiliter regere; quodq; velit redditus & proventus dicti Hoſpitalis in uſus debitos diſpenſare veriſimiliter præſumatur. Statuimus etiam, quod dictus Magiſter ſecularis, ac etiam Magiſter Leproſus, dicti Hoſpitalis, ſtatim poſt ſuam præfectionem, antequam ceperint bona dicti Hoſpitalis aliqualiter miniſtrare, juramentum faciant coporale, quod de cunctis bonis dicti Hoſpitalis, Inventarium fidele conficient, bona prædicta ad uſum dictorum Fratrum Leproſorum, & commodum dicti Hoſpitalis fideliter miniſtrabunt Abbatiſſæ dicti Monaſterii, quæ eſt & erit, ſeu vacante dicto Monaſterio ipſius Prioriſſæ & Conventui; aut ſi dicto Monaſterio vacante Prioriſſa non fuerit, dicto Conventui, vel alicui alii, quem ad hoc Abbatiſſa dicti Monaſterii, vel ipſo Monaſterio vacante, ejuſdem Prioriſſa & Conventus. aut tunc Prioriſſâ non exiſtente, dictus Conventus voluerit vel voluerint deputare, de adminiſtratione ſuâ plenam reddent annis ſingulis rationem: per præmiſſam tamen artationem juri noſtro ordinario nullum volumus prejudicium generari: Si quis verò de dictis Magiſtris de bonis dicti Hoſpitalis, poſtquam præfecti fuerint, ut præfertur, antedicti Juramenti preſtationem, ſe intromittere præſumpſerit quoquomodo, ipſum pro tantæ temeritatis exceſſu, majoris Excommunicationis ſententiam incurrere volumus ipſo facto.

Item ut præmiſſa omnia prompciùs obſerventur, ordinamus & ſtatuimus, ut quilibet Frater Leproſus, in limine receptionis ſuæ in Fratrem, profeſſionem faciat ſubſequentem. *Ego* N. *Frater Leproſus Hoſpitalis de* **Illeford**, *promitto Deo & beatiſſimæ* Mariæ *matri ſuæ, & omnibus Sanctis, & nichilominus juro ad hæc Sancta Evangelia, quod caſtus ero; necnon Abbatiſſæ* N. *Monaſterii de* **Berkyng**, *& ejuſdem loci Conventui obediens & fidelis, nichil proprium poſſidebo, nunquam conſentiam aut præſtabo conſilium vel favorem, ut aliquis alius quam Leproſus in Fratrem dicti Hoſpitalis de cætero admittatur, aut quod res immobilis dicti Hoſpitalis alienetur, vel quod alicui ob meritum, ſeu propter obſequium de bonis dicti Hoſpitalis cenſus corrodium vel penſio, ad tempus vel ad vitam aliqualiter concedatur, aut quod minuatur Leproſorum ſeu Capellanorum numerus antedictus, dum bona dicti Hoſpitalis ad eorum ſuſtentationem ſufficere poterunt; ſed quotiens de præmiſſis, vel eorum aliquo locutum michi fuerit, pro totis viribus reclamabo præmiſſa, & ſubſcripta Ordinationes & ſtatuta, & alias antiquas obſervantias, præmiſſis & ſubſequentibus non contrarias, quatinus in me eſt, firmiter obſervabo; & ſic faciam, prout ad me pertinet ab aliis obſervari, ſic Deus me adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.*

Si Magiſter Leproſus, vel Magiſter ſecularis dicti Hoſpitalis, aut aliquis de fratribus Leproſis prædictis, notam perjurii, aut Excommunicationis ſententiam incurrerit, occaſione non præſtiti juramenti, de inventario faciendo, ac fideli adminiſtratione & ratiocinio exindè reddendo, aut occaſione minus fidelis adminiſtrationis; ſeu pro eo quod alienationi rei immobilis, aut conceſſioni cenſus, corrodii, vel. penſionis conſenſerit, aut conſilium præſtiterit, vel favorem adminiſtrationivè bonorum dicti Hoſpitalis ante præſtationem dicti juramenti, quæ ſuperiùs prohibentur, ſe ingeſſerit quoquo modo, ipſius abſolutionem in foro pænitentiali & dicti perjurii punitionem in foro judiciali, nobis & ſucceſſoribus noſtris ſpecialiter reſervamus, poteſtate Capellano dictorum leproſorum in foro penitentiali in ſuis caſibus ſuperiùs attributâ, in ſuo robore nichilominus duraturâ.

Et ne ſe Fratres Leproſi, vel Sacerdotes dicti Hoſpitalis, ab obſervatione præmiſſorum, ſub colore ignorantiæ valeant impoſterum excuſare, ſtatuimus & etiam ordinamus, ut præmiſſa noſtra Statuta omnia & ſingula, quater annis ſingulis coram Magiſtris, Fratribus & Capellanis dicti Hoſpitalis, diſtinctè & apertè legantur, & exponantur etiam in vulgari, ut ipſorum quilibet ſcire valeat manifeſtè, quæ & qualia debeat obſervare. Et nichilominus, ad perpetuam memoriam præmiſſorum, volumus & præcipimus, quod præmiſſa omnia, in formâ ſubſcriptâ, in tribus orginalibus conſcribantur; quorum unum penès dictam Abbatiſſam & Conventum; ſecundum penès dictos Magiſtrum & Fratres in dicto Hoſpitali; & tertium in Theſaurariâ Eccleſiæ noſtræ cathedralis perpetuò maneant cuſtodita. In quorum omnium teſtimonium præſentes literas Sigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Datum in Capellâ Hoſpitalis prædicti, quarto die *Decembris*. Anno Domini *MCCCxlvi*. & conſecrationis noſtræ, ſeptimo.

HOSPITALE

S. Petri, *in Civitate* Eboraci.

Carta Regis Edwardi *primi donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

REx (&c.) Inſpeximus Cartam, quam Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ*, progenitor noſter, fecit Hoſpitali S. *Petri*, *Ebor.* in hæc verba. *H.* Rex *Angliæ*, Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum, Hoſpitali S. *Petri Ebor.* terras quas ego, & *Euſtachius* filius *Johannis*, & *Lambertus* de *Foſſagate*, & alii homines mei & Burgenſes, eidem Hoſpitali dederunt, ſive daturi ſunt, infra Burgum & extra, quicunque eas eis dederit, liberas & quietas ab omnibus geldis & conſuetudinibus, cum *ſaca*, & *ſoca*, & *thol*, & *them* & *Infanganetheof*; & eiſdem terris & omnibus hominibus & rebus ejuſdem domus Dei , do & confirmo eaſdem libertates & conſuetudines, per omnia, quas habent

Cart.11. E.1.n.20. per Inſpe

habent terræ de præbendis Eccleſiæ S. *Petri Ebor.* quæ meliores & liberiores quietancias habent, excepto meo **huſganal**, tanto videlicet, quantum eidem manſuræ dederunt, antequam Fratres ejuſdem Hoſpitalis eas habuerunt, ne propter numerum domorum vel hoſtiorum plus reddant: Et nominatim concedo & do terram in *Uſagata*, quam *Johannes Lardenarius* eis dedit, quietam & ſolutam ab omnibus conſuetudinibus & geldis; & etiam **huſganer**: Et volo & firmiter præcipio, ut ipſi benè & in pace & honorificè teneant; & prohibeo ne aliquis Miniſtrorum meorum, invaſionem in domos vel terras eorum faciat, ad *Nam* capiendam, & ad contumeliam faciendam; nec eis quis injuſtè calumpniet vel implacitet, ſuper decem librarum forisfacturâ: Frater enim & Cuſtos ejuſdem Domus Dei ſum. Teſtibus *Thurſtino* Archiepiſcopo, *Euſtachio* filio *Johannis*, & *Gaufrido* filio *Pagani* apud **Notingham**.

Inſpeximus etiam Cartam, quam dominus *Johannes*, quondam Rex *Angliæ*, avus noſter, fecit eidem Hoſpitali, in hæc verba, *Johannes* Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe Hoſpitali S. *Petri Ebor.* omnes terras, quas Rex *Henricus*, avus patris noſtri, & *Euſtachius* filius *Johannis*, & *Lambertus* de *Foſſegata*, & alii homines Regis *Henrici*, avi patris noſtri, & Burgenſes eidem Hoſpitali dederunt (&c.) Et nominatim concedimus ei terram in *Uſgata*, quam *Johannes Lardenarius* ei dedit, quietam & ſolutam ab omnibus conſuetudinibus & geldis, & etiam **Uſganel**. Et materiem ad domos ſuas, & ædificia ſua præparanda, & ligna ad ignem ſuum, & herbam & paſturam pecoribus ſuis per totam foreſtam noſtram de *Eboraſcire*; & quicquid eis neceſſe fuerit, & aiſiamenta ſua ſine vaſto. Quare volumus (&c.) Præterea concedimus ei & confirmamus quicquid ei poſt mortem Regis *Henrici* avi patris noſtri, rationabiliter datum eſt, *viz.* ex dono *Rogeri* de *Moulbray* totam terram de *Broungareſleota*, cum omnibus pertinentiis ſuis, in terris & aquis & piſcariis, & in omnibus rebus. Ex dono *Roberti Pictavienſis* tantum terræ in campis de **Sartone**, quantum eſt in **Wodehuſe**, ſicut Carta ſua teſtatur. Ex dono *Wymari* de *Eskelby* unam carucatam terræ, ſicut Cartæ donatorum teſtantur; & prohibemus ne quis forisfaciat Fratribus ejuſdem Hoſpitali, neq; rebus, vel terris, ſive hominibus ſuis; quia nos cuſtodes ejuſdem domus Dei ſumus, ſicut fuerunt *H.* Rex avus patris noſtri, & *Henricus* Rex pater noſter, ſicut Carta ejuſdem Regis patris rationabiliter teſtatur. Teſtibus, *Turſtano Eborum* Archiepiſcopo, *G.* filio *Petri* Comite *Eſſexiæ* (&c.) Data per manus Archidiaconi *Wellenſis*, & *Johannis* de *Grey* apud **Boleſoure** *xxx.* die *Martii* Anno Regni noſtri primo.

Inſpeximus etiam Cartam, quam Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* pater noſter fecit eidem Hoſpitali, in hæc verba. *Henricus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* (&c.) Sciatis, quod ſuſcepimus in ſpecialem protectionem & defenſionem noſtram Hoſpitale S. *Leonardi Ebor.* quod eſt de Fundatione anteceſſorum noſtrorum Regum *Angliæ* (&c.) Præterea conceſſimus, pro nobis & hæredibus, eiſdem Magiſtro & Fratribus, quod ipſi & ſucceſſores ſui imperpetuum habeant unam travam bladi ſingulis annis de qualibet carucâ in Comitatibus *Ebor. Cumberlandiæ* & *Lancaſtriæ*, ſine impedimento noſtri, vel aliquorum aliorum, ſicut eam habere debent, & eam meliùs, pleniùs & liberiùs optinuerunt, & habere conſueverunt in eiſdem Comitatibus temporibus anteceſſorum noſtrorum Regum *Angliæ*, & noſtro, ad ſuſtentationem pauperum in eodem Hoſpitali degentium. Et prohibemus ne quis eis aliquid indè ſubtrahat, aut eos ſuper hoc injuſtè moleſtet, aut diſturbet. In cujus (&c.) Teſte meipſo apud **Radinges** *vii.* die *Maii*, Anno Regni noſtri *xxxix.*

Nos autem, intuitu Dei (&c.) donationes, conceſſiones, & confirmationem prædictas, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem Magiſtro & Fratribus concedimus, & confirmamus (&c.) Data per manum noſtram apud **Rothelane** *xxvii.* die *Junii.*

Alia Carta ejuſdem Regis Edwardi *primi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 22. E. 1. n. 18.

REx (&c.) Inſpeximus Cartam, quam celebris memoriæ Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ*, progenitor noſter fecit Fratribus Hoſpitalis S. *Petri Ebor.* in hæc verba. *Henricus* Rex *Angliæ* Archiepiſcopo, Juſticiariis, *Vic.* Baronibus, & omnibus fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* de *Eboracſcira*, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, pro Dei amore, & pro animabus patris & matris meæ, & aliorum anteceſſorum meorum, Hoſpitali S. *Petri* de *Eboraco*, duas carucatas terræ de feodo meo in **Acum**, quietas & ſolutas ab omnibus geldis, & conſuetudinibus. Et præter hoc concedo eidem domui unum toftum in **Doncaſtre**, de dono *R. Foſſard*; Et terras quas *Heremannus Gigator* ei dedit; & duas carucatas in *Homeleſeya*, de dono *Nigelli* de *Albini*; & unam carucatam in **Hopertone** de dono *Willielmi* de *Arches*; & unam carucatam in **Uſebrunne** de dono *Ricardi Mali-Leporarii*. Præterea concedo eidem Hoſpitali, & Fratribus ibi degentibus, quicquid homines mei eis dare voluerint in elemoſinam de feodo ſuo, intra *Eboracum* & extra. Quare volo (&c.) Teſtibus, *Turſtino* Archiepiſcopo, *Alexandro* Epiſcopo *Lincolniæ*, *Rob.* de *Oili*, apud *Ebor.*

Inſpeximus etiam Cartam confirmationis, quam *Henricus* Rex, proavus noſter, fecit Fratribus Hoſpitalis prædicti, in hæc verba. *Henricus* Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Juſticiariis & Vicecomitibus & Miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Eboracſira*, ſalutem. Volo & firmiter præcipio, quod Fratres de Hoſpitali S. *Petri* de *Eboraco* habeant & teneant in pace & liberè & quietè, & honorificè & juſtè, omnes terras quas Barones Regis *Henrici* avi mei, & mei eis in elemoſinam dederunt; *viz.* ex dono meo in **Wlnetueit** quatuor bovatas terræ, & unam de **Bagaley**; & unam quæ fuit *Colſi.* Et ex dono *Endonis* Vicecomitis totam terram, quæ vocatur **Nes**, in campis de *Pichala.* Ex dono *Roberti* de *Monaſteriis* quadraginta acras in campis *Textona.* Ex dono *Roberti* de *Scalteby* dimidiam carucatam terræ in campis ejuſdem villæ. Ex dono *Rogeri* de *Moubray* dimidiam carucatam in **Baggaby**, & duas carucatas in *Heneleſeyam*; & Eccleſiæ ejuſdem villæ, & terram quam habent apud **Greſebroc**, & molendinum de **Hunnemanneby**, & molendinum de **Buleford.** & terras ſuas quas habent in **Donacaſtre**; & omnes alias terras, quæ eis rationabiliter datæ ſunt, ſive in futurum eis datæ erunt. Et præterea confirmo prædictis Fratribus omnes terras quas habent in **Karleol**, & duas bovatas terræ in *Steynwenga*; & terram quam habent in **Cambot**; & terram quam habent in **Sheltone**; & terram, quam *Alanus* de *Laſcelis* dedit eis in **Aſchaby**: Et terram quam habent in **Croſebyraveneſwart**; & terram quam habent in **Neuby**, quam *Chetellus* filius *Altredi* eis dedit: & duas carucatas terræ in **Fartunaheved**; & dimidiam carucatam terræ in **Webrun**; & in **Hof** duas bovatas terræ, & terram quam habent in *Hotuna*; & ita benè & in pace & liberè (&c.) quod nullus eis indè injuriam vel contumeliam faciat; quia ipſi Fratres & omnes terræ & res & poſſeſſiones ſuæ ſunt in meâ propriâ manu & cuſtodiâ. Teſtibus *Willielmo* filio *Johannis*; & *Henrico* filio *Geroldi* apud *Eboracum.*

Inſpeximus etiam Cartam confirmationis, quam idem *Henricus* proavus noſter fecit prædicto Hoſpitali in hæc verba. *Henricus* (&c.) Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Hoſpitali S. *Petri Ebor.* ſubſcriptas rationabiles donationes ſibi factas, & Cartis donatorum confirmatas; ex dono *Walteri Fagenulf* Eccleſiam S. *Mariæ*, & Eccleſiam S. *Margaretæ* de **Walmegate**, in *Eboraco*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi Foſſard* molendina de **Warhum.** Ex dono *Willielmi* filii *Willielmi*, filii *Gilberti* de *Lancaſtre*, grangiam de **Dochhere**, cum pertinentiis ſuis; Quare volo (&c.) Teſtibus *H. Dunelm:* *J. Norwicenſi*, *W. Wigorn.* Epiſcopis (&c.) apud *Wyntoniam.*

Inſpeximus etiam Cartam, quam *Willielmus* filius *Willielmi* de *Fortibus* Comes *Albemarliæ*, fecit Deo & pauperibus Hoſpitalis prædicti, in hæc verba. Univerſis Chriſti fidelibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris, *Willielmus* filius *Willielmi* de *Fortibus*, Comes *Albemarliæ*, ſalutem. Noveritis nos conceſſiſſe, & caritativè confirmâſſe Deo & pauperibus Hoſpitalis S. *Petri Eboraci* unum toftum unius acræ terræ in villâ de **Hedone**, quod habent ex donatione Domini *Willielmi* le *Gros*, Comitis *Albemarliæ*, anteceſſoris noſtri, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, ſicut Carta ejuſdem *Willielmi*, quam indè habent, teſtatur. Conceſſimus etiam & confirmavimus, pro nobis & hæredibus noſtris, eiſdem pauperibus & hominibus ſuis, ut quinq; tenentibus eorundem & eorum ſucceſſoribus in illâ acrâ terræ manentibus, licèt quinq; fuerunt mercatores, mercaturam, ſeu quodcunq; opus artificiale, per ſe vel per ſervientes ſuos, infra dictam acram terræ, vel extra, excercentesi, dummodo ipſa Catalla ſint propria dictorum quinq; tenentium; ut liberi ſint & quieti, ac immunes ab omnibus & omnimodis geldis, auxiliis, theoloneis (&c.) ad dictam villam de *Hedona* pertinentibus (&c.) Hiis teſtibus, Domino *Gilberto* de *Halteclo*, Domino *Willielmo* de *Thorne*, Domino *Ada* de S. *Martino* (&c.)

Inſpeximus Cartam, quam *Conanus* filius *Elyæ* fecit Deo & pauperibus Hoſpitalis prædicti, in hæc verba. *Conanus* filius *Elyæ*, omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis ſalutem. Notum ſit vobis me dediſſe (&c.) Deo & pauperibus Hoſpitalis S. *Petri Ebor.* in puram & perpetuam elemoſinam, omnem nonam garbam de toto dominio meo de **Cutune** & de **Horneby**: Dictam autem nonam garbam dabimus ego & hæredes mei in perpetuum, tam in fruſſuris, quæ de novo fiunt, & in fruſſuris, quæ de cætero fiunt, quam in aliis terris dominii mei priùs cultis, de villis dictis, ſcilicet **Cutune** & **Horneby.** Et præterea dedi unum toftum in **Cutune**, ubi elemoſina mea congregari poſſit ad opus pauperum prædictorum. Conceſſi etiam & dedi imperpetuum eiſdem pauperibus, omnem nonum caſeum de illis caſeis, quæ fient in domo meâ in **Cutune** & **Horneby**: Et ſi fortè contigerit, quod ego vel hæredes mei dominium meum ad firmam dederimus, uſq; ad certum terminum, vel imperpetuum tenendum, ejuſdem dominii poſſeſſores, omnes præfatas elemoſinas reddent præfatis pauperibus abſq; omni retenemento. (&c.) Hiis Teſtibus, *Roaldo Conſtabulario*, *Henrico* de *Nova villa*, *Rogero* de *Lacelis*, *Philippo* filio *Johannis*, *Willielmo* de *Lacelis*, *Alano* filio *Briani*, *Hamone* de *Stodhawe* (&c.)

Inſpeximus etiam Cartam, quam *Alanus* de *Perceyo* fecit pauperibus Hoſpitalis prædicti in hæc verba. *Alanus* de *Perceyo*, omnibus hominibus ſuis & amicis, & omnibus fidelibus Chriſti ſalutem. Sciatis, quod conceſſi & dedi imperpetuum pauperibus Hoſpitalis S. *Petri Ebor.* molere totum bladum ſuum ſine omni multurâ ad mea molendina, quæ ſunt ad *pontem Belli*, pro ſalute animæ meæ (&c.) Quare volo (&c.) Teſtibus *Roberto* filio *Fulconis*, & *Johanne Arundell*, & *Baynardo* dapifero, & *Gilberto* de *Arches*, & *Goſelino* filio *Odonis*, & *Galtero* de *Perceio*, & *Raven* de *Cattuna*, valete.

Inſpeximus Cartam, quam *Willielmus* de *Perceyo* (filius *Alani* de *Perceyo*) fecit pauperibus dicti Hoſpitalis in hæc verba. Omnibus filiis Sanctæ matris Eccleſiæ, videntibus & audientibus has literas, *Willielmus* de *Percy* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe (&c.) pauperibus Hoſpitalis beati *Petri Eboraci* libertatem molendini annonam ſuam abſq; multurâ ad molendina mea de *Ponte Belli*; & duas bovatas terræ de propriâ donatione meâ in **Lttune**, cum omni paſturâ ejuſdem villæ, in puram & perpetuam elemoſinam (&c.) Hiis teſtibus, *Alano* Canonico *Ebor.* (&c.) *Johanne Lardinario*, *Baldwino* filio *Radulphi*, *Marmaduco* de *Arel*, *Rogero* filio *Radulphi*, *Johanne* de *Percy*, *Galtero* de *Bentune* Seneſcallo, *Willelmo* filio *Ernaldi* (&c.)

Inſpeximus etiam Cartam, quam *Rogerus* de *Moubray* fecit Deo & S. *Petro*, & S. *Leonardo* & pauperibus prædictis, in hæc verba. *Rogerus* de *Molbray*, Archiepiſcopo *Ebor.* (&c.) Sciatis me conceſſiſſe (&c.) Deo & S. *Petro* & S. *Leonardo*, & pauperibus Hoſpitalis S. *Petri*, Eccleſiam de *Brigahala*, & unam bovatam terræ, cum duabus bovatis terræ, antiquitùs legitimè datis eidem Eccleſiæ, liberas & quietas ab omnibus geldis (&c.) & hoc pro ſalute animæ meæ & omnium anteceſſorum meorum. Quare volo (&c.) Teſtibus *Guillelmo* Capellano (&c.)

Inſpeximus (&c.) *Rogerus* de *Moubray*, univerſis (&c.) Notum ſit vobis me & hæredes meos conceſſiſſe & dediſſe, &c. Deo & pauperibus Hoſpitalis S. *Petri Ebor.* medietatem Eccleſiæ de **Aletorpe**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, &c. Hiis teſtibus, *Roberto* Capellano, *Roberto* de *Daivilla*, *Willelmo* fratre ſuo, *Ricardo* de *Anvers*, *Roberto* de *Buſci*, *Radulpho* de *Beauver*, *Petro* de *Bilingheia*, *Gilberto* de *Rompan*, *Hugone Malebiſſe*, *Alano* de *Lymeſeya*, *Willelmo* Camerario, *Hugone* fratre ſuo, & *Roberto* de *Bellocampo*.

Inſpeximus, &c. Notum ſit omnibùs, &c. quod ego *Rogerus* de *Molbray* & hæredes mei conceſſimus, &c. Deo & S. *Leonardo* & pauperibus Hoſpitalis S. *Petri*, nonam garbam bladi, de omni dominio noſtro, quod habemus in *Anglia*. Quare volumus, &c. Hiis teſtibus, *Nigello* & *Roberto* filiis meis, *Roberto* de *Daivill*, *Rogero* de *Cundeyo*, *Waltero Buhery*, *Hugone Malebiſſe*, &c.

Inſpeximus etiam Cartam, quam *Willielmus* filius *Willielmi* de *Lancaſtre* fecit Deo & pauperibus prædictis, in hæc verba. Notum ſit, &c. quod ego *Willielmus* filius *Willielmi* de *Lancaſtre* conceſſi, &c. Deo & pauperibus Hoſpitalis beati *Petri Ebor.* totam terram quæ dicitur **Docherga**, cum omnibus pertinentiis ſuis; *viz.* per rivulum qui eſt inter **Docherga** & **Gragig**, & **Docherga** & **Lambrig**, & **Docherga** & **Wynfel**, & **Docherga** & **Pactun**; & ſicut idem rivulus deſcendit per medium boſcum, qui **Blachet** deſcendit in **Warlagahevhe**; & extra hos terminos communem paſturam uſq; ad **Lon**. Hanc præfatam terram ego & hæredes mei dedimus & conceſſimus prædictis pauperibus in eſcambium, pro terrâ de **Kirkeby**, quam *Ketellus* filius *Eltredi* eis dederat in elemoſinam; & pro terrâ de **Bartonheved**, quam *Willelmus* pater meus eis dederat. Hanc præfatam *Dochergam*, cum omnibus prædictis terminis, prædictis pauperibus, ego & hæredes mei contra omnes homines guarantizabimus, &c. Teſtibus dominâ *Helewyſa* ſponſâ meâ, *Gilberto* de *Lancaſtre*, *Patricio* filio *Bernardi*, &c.

Inſpeximus, &c. Notum ſit omnibus has literas viſuris vel audituris, quod ego *Gilbertus* filius *Rogeri*, filii *Rainfridi*, caritatis & pietatis intuitu, in puram & perpetuam elemoſinam conceſſi, &c. Deo & pauperibus Hoſpitalis S. *Petri Ebor.* donationem, quam *Willielmus* de *Lancaſtre* eis dedit in **Kendale**; ſcilicet terram quæ dicitur **Docarhe**, cum omnibus pertinentiis ſuis, per has diviſas; *viz.* per rivulum, qui eſt inter **Docarhe** & **Grarig**, & **Docarhe** & **Lamberig**, & **Docarhe**, & **Quynmefel**, & **Docarhe** & **Pactone**; & ſicut idem rivulus deſcendit in **Mimed**, & inter **Docarhe** & **Falbek**, uſq; ad deſcenſum ejùſdem rivuli in **Mimed**; & à deſcenſu ejus ſicut aſcendit uſq; ſubter wardas, & à wardis uſq; ad **Knoterlmild** & à **Knoterlmild** ex tranſverſo uſq; ad **Baunehou** in aquilonari parte à **Lickegile**, ubi Crux poſita eſt: & exinde, ex tranſverſo verſùs orientem uſq; ad aliud **Baunehou**, juxta *Sailis*, ubi altera Crux poſita eſt: Et deinde directè ex tranſverſo, ultra **Lickegile**, verſùs orientem, uſq; ultra magnam Fraxinum; verſùs ſupercilium montis ubi tertia Crux poſita eſt: & deindè ex tranſverſo, verſùs orientem uſq; **Blaber**, qui deſcendit in **Warlahesthayth** & cadit in muſſam ad **Baitingstid**; & extra hos terminos communem paſturam uſq; ad **Lon**. Præterea conceſſi eiſdem, quod habeant equos & porcos ſuos infra Foreſtam meam, & habeant duas faldas in Foreſtâ meâ; unam ſcilicet in **Capelthwait**, & aliam in **Roakerdale**, ad capiendum equos & pullos ſuos ſemel in anno, & gnandum. Conceſſi etiam eiſdem Fratribus, quod habeant unum fratrem, & unum ſecularem ad equos & porcos ſuos cuſtodiendos infra Foreſtam meam, ſine arcu & ſagittis, & ſine cane. Si verò animalia eorum extra terminos prænominatos, in Foreſtâ meâ reperta fuerint, cum omni manſuetudine & ſine leſione & dampno fratrum ejicientur. Teſtibus Domino *H.* Decano & Capitulo S. *Petri Ebor.* &c.

Inſpeximus; &c. Notum ſit, &c. quod ego *Willielmus* de *Veſcy* & hæredes mei, concedimus & confirmamus Deo & pauperibus Hoſpitalis S. *Petri Ebor.* promiſſionem *Euſtachii* patris mei de Eccleſiâ de *Briggenhala*, & de omnibus pertinentiis ejus, in puram & perpetuam elemoſinam, &c. Teſtibus *Willielmo* filio *Osberti*, *Ricardo* Fratre ejus, &c.

[*Vide plura in* Cart. *de eodem anno.* n. 15.]

HOSPITALE

S. Mariæ Magdalenæ *de* Colcester *in agro* Eſſexiano.

De Fundatione ejuſdem per Eudonem *Seneſcallum Regis* Henrici *primi.*

Pat. 1. H. 4. p. 6 m. 13. per Inſppx

HEn. Dei gratia, Rex *Angliæ* & Dux *Normaniæ*, & *Aquitaniæ* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis quod infirmi S. *Mariæ Magdalenæ* de Colceſtre, qui in Hoſpitali ibidem ſerviunt Deo, & omnia ſua, quæcunq; habent, ſunt in meâ protectione, ſicut illi qui ſunt de elemoſinâ *Henrici* Regis avi mei: & *Endo* Seneſcallus ſuus prædictam domum fundaverit per præceptum *Henrici* Regis, avi mei: Quare ſciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & prædictæ Eccleſiæ, & infirmis ibidem degentibus & Deo ſervientibus, ſex libras de *Brytlingeſeya*, ſicut *Henricus* avus meus eis dedit in perpetuam elemoſinam, & liber Regis teſtatur: Quare, &c. Hiis Teſtibus, *Gileberto Lond.* Epiſcopo, &c. apud Wudeſtoke.

Carta Regis Ricardi *primi de una feria in vigilia & die S.* Mariæ Magd.

Ibi

RIcardus Dei gratia Rex *Angl.* Dux. *Norm.* & *Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, &c. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ, &c. conceſſiſſe, &c. leproſis beatæ *Mariæ Magdalenæ* de Colceſtre, quod habeant feriam duorum dierum per annum; ſcil. in vigiliâ & in die beatæ *Mariæ Magdalenæ*. Quare volumus, &c. Dat. per manum *Willielmi* de *Longocampo* Cancellarii noſtri, *Elienſis* electi, apud Doure, octavo die *Dec.* anno primo Regni noſtri.

HOSPITALE

S. Johannis *&* S. Leonardi *de* Alesburie *in agro* Buckinghamenſi.

De prima Fundatione eorundem.

Eſc. 34 E. 3. n. 56.

JUratores dicunt, quod Hoſpitalia S. *Leonardi* & S. *Johannis*, de Alesbury, unà cum omnibus & ſingulis poſſeſſionibus ſuis, dudum fundata fuerunt per *Robertum Ilhale*, *Robertum atte Hide*, *Willielmum* filium *Roberti*, & *Johannem Paltok*, per conſiderationem & confirmationem *Henrici* Regis primi, & *Henrici* Regis ſecundi, de terris & tenementis infra dominium ipſorum Regum conſtitutis, ad ſuſtentationem infirmorum Leproſorum, & aliorum depauperatorum de Ailesbury ſupradictâ: Et quod ſupradicti homines de Ailesbury & hæredes ſui, per aſſenſum & confirmationem Regum prædictorum, eligere debent & præſentare Magiſtros idoneos pro ſuâ diſpoſitione pro hoſpitalibus ſupradictis cuſtodiendis, & omnia opera caritatis ſupradicta facienda: Quæ quidem Hoſpitalia per *xi.* annos elapſos non ſuſtentantur; immo proſternuntur & devaſtantur, & ſupradicta opera Caritatis penitùs adnullantur, & poſſeſſiones eorundem in manus & uſus laicorum convertuntur. Et quod ſupradictæ terræ & tenementa, ſupradicto Hoſpitali S. *Johannis* conceſſa, valent per annum in omnibus exitibus *xxxiii.* s. *iiii.* Et ſupradicta terræ & tenementa ſupradicto Hoſpitali S. *Leonardi* conceſſa, valent per annum in omnibus exitibus *xx.* s. In cujus, &c.

Eſc. 35. E. 3. p. 2. n. 57.

Juratores dicunt, quod Hoſpitale S. *Johannis* de *Ailesburi* fundatum fuit per *Robertum Hale*, *Willielmum* filium *Ricardi*, *Willielmum* atte *Hide*, *Johannem Palkok* & alios inhabitantes de villa de Ailesburi, & hoc diu ante tempus memoriæ, de uno meſſuagio. *xx*. acris terræ, quatuor acris prati, & • • • • per annum, juxta verum valorem *xxxiiii.* s. Et non fuit fundatum per dominum Regem, nec progenitores ſuos. Et dicunt, quod idem Hoſpitale fundatum fuit ad ſuſtentandum infirmos & degentes ejuſdem villæ.

Item dicunt, quod Hoſpitale S. *Leonardi* de *Ailesburi*, fundatum fuit de uno meſſuagio *xiiii.* acris terræ & duabus acris prati in dictâ villâ & in Hertwelle per *Sampſonem* filium *Willielmi*, *Reg. Wauncy*, *Willielmum* filium *Alduy*, & alios de prædictâ villâ de Aylesbury •••• ad ſuſtentandum Leproſos & degentes de eadem villâ. Et dicunt, quod non fuit fundatum per dominum Regem vel progenitores ſuos;

&

& dictum Hoſpitale valet per annum *xx.* s. Et dicunt, quod domina *Alianora* Comitiſſa *Dormund*, domina dictæ villæ, præſentavit dicto Hoſpitali *Johannem* de *Adyngrave*, *Johannem Synckere*, & *Johannem* de ········ (&c.)

Et dicunt quod *xvi.* acræ prati in **Stoke** & **Weſtone** dicto Hoſpitali S. *Johannis*; & tres acræ terræ & duæ acræ prati in **Hertwelle** dicto Hoſpitali S. *Leonardi*, datæ fuerunt eiſdem in primâ fundatione, & non poſt publicationem Statuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis editi. In cujus, &c.

HOSPITALE

de **Burton Lazers**, *in agro* Leiceſtrenſi.

Carta Rogeri *de* Moubrai, *de terris in* **Burton.**

Ex Regiſtro de Burton Lazers, in bibl. Hattoniana A. 1640. p. 1.

IN nomine patris & filii & ſpiritus Sancti *Amen.* *Rogerus* de *Moubrei* omnibus hominibus ſuis & amicis *Francis* & *Anglis*, tam futuris quàm præſentibus ſalutem. Sciatis me dediſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & S. *Maria*, & Leproſis Sancti *Lazari Jeruſalem*, duas carugatas terræ in **Burton**; & ſuper aquam ejuſdem villæ maſagium unum, & ſedem cujuſdam molendini, pro ſalute animæ meæ, & pro animâ patris mei & matris meæ, & pro animabus anteceſſorum meorum. Tenendum de me & de hæredibus meis in perpetuam elemoſinam, liberè & quietè ab omni ſeculari actione. Præterea ſciatis me conceſſiſſe & hac Cartâ meâ, bono animo, & bonâ voluntate confirmâſſe Deo & Sanctæ *Mariæ* & Leproſis Sancti *Lazari* de *Jeruſalem*, quicquid homines mei eis dederunt vel daturi ſunt, in terris, in aquis, in pratis, in paſcuis, in nemoribus, in planis, in pecuniis, tenendum de eis in perpetuam elemoſinam liberè & quietè ab omni ſeculari ſervicio. Teſtibus *Nigello* filio meo, *Roberto* filio meo, *Rodberto* de *Auvill*, *Hugone Malbiſſa*, *Radulfo* de *Belverico*, *Thoma* de *Colevill*, *Olivero* de *Buſci*, *Roberto* fratre ſuo, *Roberto* Capellano meo.

Carta Nigelli *de* Moubray *de Decima potus & cibi Domus ſua.*

OMnibus viſuris & audituris has literas *Nigellus* de *Mubraj* Dei gratia ſalutem. Sciatis me dediſſe, & hac meâ Cartâ confirmâſſe domui Sanctæ infirmorum de Sancto *Lazaro* de *Jeruſalem*, totam Decimam potus & cibi domus meæ, quocunq; loco affuero, pro animâ patris mei & matris meæ, & pro animâ meâ & meorum hæredum in perpetuâ elemoſinâ. Et volo & præcipio, quod hæredes mei diligenter pro me teneant. Hiis teſtibus, *Willielmo* Capellano meo de **Neubad**; *Radulfo* Clerico; *Roberto* de *Otteby*, *Galfrido* de *Welle*, *Willielmo Aſtmel*, *Ricardo L'englais*, *Ricardo* de *Richemund*, *Radulfo Chimin*, *Willielmo Waver*, *Johanne* de *Hal*, *Johanne* de *Palerna*.

Carta Rogeri *filii* Rogeri *de* Moubray, *donationes anteceſſorum ſuorum confirmans.*

IN nomine patris & filii & ſpiritus Sancti *Amen.* *Rogerus* de *Moubray* filius Domini *Rogeri* de *Moubray*, Omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglicis* & amicis tam futuris quàm præſentibus ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Fratribus Leproſis Sancti *Lazari Jeroſolomitani*, & eorum Fratribus ſanis in *Anglia*, apud **Burton** commorantibus, omnes donationes & conceſſiones quas habent ex donatione & conceſſione anteceſſorum meorum, & ſuorum tenentium & meorum; videlicet in terris, pratis, paſcuis, paſturis, molendinis, ſectis, viis, ſemitis, nemoribus, aquis, & omnibus aliis locis, tam nominatis quàm non nominatis, cum omnibus pertinentiis ſuis. Tenendum & habendum de me & hæredibus meis dictis Fratribus & eorum ſucceſſoribus, liberè, quietè, benè, & in pacè, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ſicut Cartæ donatorum teſtantur & proportant; Salvo mihi & hæredibus meis forinſecum ſervicium de terris & tenementis, quas *Willielmus Burdel* eiſdem Fratribus dedit in **Neuton** juxta **Louſeby**. Ut hæc mea conceſſio, & præſentis Cartæ meæ confirmatio inviolata permaneat, Sigilli mei impreſſione eam roboravi. Hiis teſtibus, *Johanne* de *Creppings*, *Thoma* de *Colevile*, *Rogero* de *Belt* militibus, *Thoma* de *Brunham*, *Johanne* de *Blaby*, *Alexandro* de *Inſula*, *Willielmo* de *Kirky*, & multis aliis. Ib. p. 3.

Carta Regis Johannis *diverſorum donationes recitans & confirmans.*

Ib.p. 205. J. Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe, Deo & S. *Mariæ* & Eccleſiæ S. *Lazari* extra muros *Jeruſalem*, & Fratribus Leproſis ejuſdem loci, Eccleſiam de *Hal.* & Eccleſiam de **Hekinton**, & Eccleſiam de **Trikingham** cum omnibus pertinentiis ſuis, quas Comes *Simon* & *Adelicia* de *Gaunt* Comitiſſa, eis in præſentiâ Regis *Henrici* patris noſtri dederunt & Cartis ſuis confirmaverunt. Concedimus etiam eis & confirmamus Eccleſiam de **Haſelbeche**, & Eccleſiam de **Louſeby**; Et Eccleſiam de *Gaubia*, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas *Willielmus Burdet*, in præſentia patris noſtri eis dedit & Cartâ ſuâ confirmavit. Et præterea concedimus eis & confirmamus omnes rationabiles donationes & conceſſiones Eccleſiarum, quæ eis factæ ſunt; ſcilicet ex dono *Willielmi* Comitis de *Ferrariis* Eccleſiam de **Spondene**, cum omnibus pertinentiis ſuis; Ex dono *Henrici* de *Laſci* Eccleſiam de **Caſtelford**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volumus (&c.) Dat. per manum *H. Cantuar.* Archiepiſcopi Cancellarii noſtri apud *Weſtmonaſterium xviii.* die *Aprilis* Regni noſtri anno primo.

Carta Willielmi Burdet *militis, donationes anteceſſorum ſuorum recitans, & confirmans.*

Ib.p.207. OMnibus ad quos præſentes literæ pervenerint, Dominus *Willielmus Burdet* miles ſalutem. Noveritis me inſpexiſſe Cartas anteceſſorum meorum factas Magiſtro Hoſpitalis de **Burton** S. *Lazari*, & Fratribus Leproſis de **Jeruſalem**, & eorum Fratribus ſanis in *Anglia* commorantibus, in hæc verba.

Willielmus Burdet *univerſis S. Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, ſalutem. Notum ſit vobis me dediſſe & hac meâ Cartâ confirmaſſe Hoſpitale de* Tiltonâ *Fratribus infirmis S.* Lazari *de* Jeruſalem, *cum una carucata terræ in territorio de* **Neuton**, *in puram & perpetuam elemoſinam, pro anima patris mei, & pro animabus anteceſſorum meorum, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervicio; & Eccleſiam de* **Louſeby**, *& Eccleſiam de* **Gauby**, *cum omnibus earum pertinentiis; & poſt obitum* Roberti Burdet *filii mei, Eccleſiam de* **Haſelbech**, *cum omnibus Eccleſiæ pertinentiis. Ac etiam donationem cujuſdam* Willielmi Burdet *militis, in hac verba.*

Omnibus Chriſti fidelibus præſens Scriptum *viſuris vel audituris, Dominus* Willielmus Burdet *miles, filius* Hugonis Burdet, *ſalutem in Domino: Noverit univerſitas veſtra, me dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Carta mea confirmaſſe, pro ſalute animæ meæ, &* Aliciæ *uxoris meæ, anteceſſorum & ſucceſſorum meorum Deo & Eccleſiæ beatæ* Mariæ, *& Fratribus Leproſis Sanctæ Civitatis* Jeruſalem, *& eorum Fratribus ſanis in* Angliâ, *apud* **Burton** *commorantibus, totam terram quam habui, vel habere potui; vel quæ ad me, vel ad hæredes meos de jure poſſit de cætero deſcendere, in villa & in territorio de* **Neuton** *juxta* **Louſeby**, *cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet capitale manſum meum in eadem villa cum quatuor virgatis terræ de dominico meo cum pertinentiis ſuis; & totum boſcum meum quod vocatur* **Swinelond**, *&* Robertum *Præpoſitum*, Ricardum *de la* Lane, Willielmum *de* Barkeby, *& Agnetem relictam* Galfridi Hert *cuſtumarios meos, cum totis eorum ſequelis, & omnibus catallis eorum, cum quatuor virgatis terræ, quas dicti Cuſtumarii, cum toftis ſuis de me tenuerunt in villenagio; cum omnibus redditibus, homagiis, ſerviciis & ſectis Curiæ liberè tenentium meorum in dicta villa de* **Neuton**, *wardis, releviis, maritagiis, eſcaetis, pratis, paſcuis, paſturis, viis, ſemitis, aquis, ripis, & omnibus aliis libertatibus & aiſiamentis infra dictam villam, & extra, cum omnibus aliis pertinentiis mihi & hæredibus meis pertinentibus, vel alicui vel aliquo modo de cætero pertinere poterunt.* Ac etiam Sciatis me inſpexiſſe aliam Cartam confirmationis ejuſdem *Willielmi Burdet*, in hæc verba.

Sciant præſentes & futuri quod ego Willielmus Burdet, *filius* Hugonis Burdet *pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum, conceſſi & hac præſenti Carta mea confirmavi Fratribus Hoſpitalis S.* Lazari de Burton *omnes donationes quas* Willielmus Burdet *avus meus eis caritativè contulit; ſalvo mihi & hæredibus meis jure patronatus in Eccleſia de* **Haſelbech**, *S. Hoſpital.* de Tiltonâ; *Et unam carucatam terræ in territorio de* **Neuton** *cum omnibus pertinentiis; & Eccleſiam de* **Louſeby**, *& Eccleſiam de* **Galby**, *cum omnibus earum pertinentiis*, Noveritis me Cartas prædictas ratificâſſe (&c.) Dat. apud **Louſeby**, die lunæ proxima ante feſtum S. *Margaretæ* Virginis, Anno Regni Regis *Edwardi xxvi.*

Carta Thurberti *de* Rochebi *de quodam crofto in* **Kirkeby**-Beler.

Ib.p.113. UNiverſis S. matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Turbertus* de *Rocheby* ſalutem. Noverit (&c.) me aſſenſu & bonâ voluntate *Aliciæ* uxoris meæ, & hæredum meorum, dediſſe Fratribus Leproſis de **Jeruſalem** & eorum Fratribus ſanis in *Anglia* commorantibus, unum Croftum in villa de **Kirkeby** quod buttat ſuper virgultum meum (&c.) Hiis teſtibus, *Radulfo Beler, Will.* de *Piro, Hug.* filio ejus, &c.

Carta Johannis *de* Diggeby *militis de dimidia acra terra in* **Billeſdon.**

Ib.p.172. SCiant (&c.) quod ego *Johannes* de *Diggeby* miles, dedi (&c.) fratri *Roberto* de *Danby*, Magiſtro de **Burton** S. *Lazari*, & Fratribus ibidem Deo & S. *Lazaro* ſervientibus, unam dimid. acram terræ arabilis in territorio de **Billeſdon**, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum (&c.) Hiis teſtibus, *Henrico* filio *Henrici Eneker* de **Billeſdon** (&c.)

Carta Regis Henrici *ſecundi, diverſas donationes Fratribus de* **Burton**-Lazers *recitans & confirmans.*

Pat.3.H.6. p.3.m.7. per Inſpex. Vide Cart. 1.E.3.n.81. Et Pat.2. H.4.p.2. m.26. Et pat.3. H.6.p.1. m.5. Et Pat.2. R.2.p.1. m.19.

H. Dei gratiâ Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Sanctæ *Mariæ* & Eccleſiæ Sancti *Lazari* extra muros *Jeruſalem* & Fratribus Leproſis ejuſdem loci, Eccleſiam de **Hal**; & Eccleſiam de *Hekintona*, & Eccleſiam de **Thrikingham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas Comes *Simon* & *Adelizia* de *Gaunt* Comitiſſa, eis in præſentiâ meâ dederunt, & Cartis ſuis confirmaverunt. Concedo etiam eis & confirmo Eccleſiam de **Haſelbeche**, & Eccleſiam de **Loſebeia**, & Eccleſiam de **Ganbia**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas *Willielmus Burdet* in præſentiâ noſtrâ eis dedit, & Cartâ ſuâ confirmavit. Et præterea concedo eis & confirmo omnes rationabiles donationes & conceſſiones Eccleſiarum, quæ eis factæ ſunt; ſcilicet, ex dono Comitis *Willielmi* de *Ferrariis* Eccleſiam de *Spondona*, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et ex dono *Henrici* de *Lacy* Eccleſiam de **Caſtelford**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volo, &c.

Carta Regis Edwardi *tertii de exemptione decimarum, Tallagiorum, aliorumq; contributionum Fratribus Ordinis S.* Lazari *facta.*

Ib. EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ*, Dominus *Hiberniæ*, omnibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Sciatis, quod cum celebris memoriæ Dominus *Edwardus* nuper Rex *Angliæ* pater noſter de gratiâ ſua ſpeciali, & pro eo quod ordo Sancti *Lazari* de *Jeruſalem* in *Anglia* fundatus extitit ſuper Leproſis & militia ad propugnandum hoſtes Crucis; per Breve ſuum, ſub Magno Sigillo ſuo mandâſſet tunc Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, quod Magiſtrum & Fratres Ordinis prædicti, & ſucceſſores ſuos de decimis, & tallagiis, & aliis contributionibus quibuſcumq;, tam pro tempore tunc præterito, quàm futuro, erga dictum patrem noſtrum exonerari & quietos eſſe facerent: Noſq; dictam gratiam eiſdem Magiſtro, & Fratribus, per dictum patrem noſtrum ſic conceſſam, volentes continuare; per diverſa Brevia noſtra, ſub magno Sigillo noſtro mandâſſemus Theſaurario & Baronibus noſtris de Scaccario ſupradicto, quod ipſos Magiſtrum & Fratres de hujuſmodi decimis, tallagiis, & contributionibus tunc conceſſis & extunc concedendis, exonerari & quietos eſſe facerent, juxta tenorem dicti Brevis ipſius patris noſtri, ſicut per inſpexionem Rotulorum Cancellariæ noſtræ nobis conſtat. Qui quidem Magiſter & Fratres virtute mandatorum prædictorum de omnimodis hujuſmodi decimis, quintiſdecimis, tallagiis & aliis contributionibus quibuſcunq;, tam tempore dicti patris noſtri, quàm noſtro ad Scaccarium prædictum fuerint quieti & exonerati, ſicut per certificationem Theſaurarii & Baronum noſtrorum de Scaccario noſtro ſupradicto in Cancellariam noſtram de mandato noſtro eſt compertum: nihilomnius Theſaurarius ac Barones prædicti, ipſos Magiſtrum & Fratres pro Nona, Lanis, Decimis, & Quintiſdecimis nobis per Communitatem & Clerum Regni noſtri anno dicti Regni noſtri duodecimo, & poſtmodum conceſſis, de quibus prætextu gratiæ & mandatorum prædictorum quieti eſſe deberent ad opus noſtrum ſolvendum, graviter diſtringi faciunt contra formam eorundem mandatorum: ſuper quo nobis ſupplicârunt, ut eis ſubvenire curemus de remedio opportuno. Nos præmiſſis debitè conſideratis, volentes eorum ſecuritati proſpicere, gratioſè conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Magiſtro & Fratribus, quod ipſi & eorum ſucceſſores de omnimodis Decimis, Quintiſdecimis, Tallagiis, & aliis auxiliis & contributionibus quibuſcunq; nobis & hæredibus noſtris per Communitatem & Clerum dicti Regni noſtri conceſſis ſive concedendis, imperpetuum quieti ſint, & exonerati, juxta vim & effectum mandatorum & gratiæ prædictorum, & prout iidem magiſter & Fratres & prædeceſſores ſui de hujuſmodi decimis, tallagiis, & auxiliis, ante dictum annum duodecimum quieti eſſe conſueverunt. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* decimo die *Martii*, anno Regni noſtri *Angliæ* decimo octavo, Regni verò noſtri *Franciæ* quinto.

HOSPITALE

S. Egidii *extra* Londoniam.

Carta Regis Henrici *ſecundi Fundationem ejuſdem, plurimaſq; donationes recitans & confirmans.*

Ib.

HEn. Dei gratia Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis me, pro amore Dei, & pro animabus Regis *H.* avi mei, & *Matildis* Reginæ aviæ meæ, & pro ſalute mea & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe, ac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Hoſpitali Sancti *Egidii* extra *Londoniam*, ubi *Johannes* bonæ memoriæ fuit Capellanus; & infirmis Leproſis ibidem degentibus, locum ipſum in quo fundatum eſt idem Hoſpitale, cum *Lx.* ſolidatis redditus, quos prædicta Regina eidem Hoſpitali aſſignavit, ad victum infirmorum, quando fundavit idem Hoſpitale. Habendos annuatim de *Ripa Reginæ* quæ appellatur **Athereſhethe**; & cum *Lx.* ſolidis quos ego conceſſi eidem Hoſpitali. Habendos ſingulis annis ad feſtum Sancti *Michaelis* de Scaccario meo, ad emenda veſtimenta Leproſis ejuſdem Hoſpitalis; & cum *xxx.* ſolid. & *v.* denariis de redditu meo de *Surreia*, in perpetuam elemoſinam, ad emenda ſibi Luminaria. Praterea concedo eis & confirmo omnes ſubſcriptas donationes & emptiones, quæ rationabiliter eis factæ ſunt & Cartis Donatorum & ſibi vendentium confirmatæ; Scilicet, ex dono *Hawiſiæ* Comitiſſæ de …… Eccleſiam de **Feltham**, & terram quam habent in eadem villa; & omnem elemoſinam quam habent in hundredo de **Iſlewozthe**, de donatione *Bernardi* de Sancto *Valerico*; & terram de *la Barre*, quam tenent de *Ricardo* Juniore, Canonico S. *Pauli* Eccleſiæ *Londonenſis*, ſicut Cartæ eorum reſtantur: & quatuor acras terræ, quas ipſi emerunt de *Willielmo Pincerna*; & duas acras quas emerunt de *Gaufrido* filio *Fredeſendi*, & decem ſolidatos redditus, quæ habent in parochiâ Sancti *Clementis* Eccleſiæ *Dacorum* de donatione *Petri* filii *Mileme*, ſicut in ſcriptis eorum continetur. Et totam terram quam habent in **London** de dono *Roberti* filii *Radulphi*, cum omnibus aliis tenementis ſuis rationabiliter ſibi conceſſis, quæ in prædicta Civitate habent. Quare volumus, &c.

Carta Regis Edwardi *tertii de cuſtodia ejuſdem Hoſpitalis.*

EDwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitaniæ*. Omnibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Sciatis quod requiſitionem dilecti & nobis in Chriſto Magiſtri, Ordinis de **Burton** Sancti *Lazari* in *Anglia*, & pro remiſſione quadraginta marcarum annuarum, quas idem Magiſter & fratres ejuſdem Ordinis, ex conceſſione progenitorum noſtrorum, quondam regum *Angliæ* ad Scaccarium noſtrum percipere conſueverunt; necnon & pro remiſſione arreragiorum eorundem *xl.* marcarum annuarum, conceſſimus eiſdem fratribus pro nobis & hæredibus noſtris cuſtodiam Hoſpitalis Sancti *Egidii* extra **London** cum pertinentiis. Habendum eiſdem fratribus & ſucceſſoribus ſuis, fratribus ejuſdem Ordinis, imperpetuum; ſalvo jure cujuſlibet; ita quod pauperibus neceſſaria de bonis dicti Hoſpitalis inveniant, & alias elemoſinas in eodem Hoſpitali inſtitutas, & hactenus uſitatas ſuſtentent in omnibus, ut tenentur. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* quarto die *Aprilis*, anno Regni noſtri *viceſimo ſeptimo.*

HOSPITALE

de **Parum** *in agro* Eboracenſi.

Carta Alani *de* Wilton *de* xii. *bovatis terræ in* Hootonâ.

Ex Regiſtro de Parco-Helagh penes Philippum Baronem Wharton.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Alanus* de *Wilton* ſalutem in Domino. Noveritis me, pro ſalute animæ meæ & *Mariæ* uxoris meæ, & *Rad.* patris mei, & *Ceciliæ* matris meæ, & fratrum & ſororum meorum, & anteceſſorum, & ſucceſſorum, & parentum meorum; & pro ſalute animæ Domini *Walteri* de *Gray*, Dei gratiâ Archiepiſcopi *Eboracenſis*; & pro ſalute Domini *Petri* de *Brus* & *Johannæ* uxoris ejus; & pro ſalute animæ *Willielmi* filii *Petri*, & uxoris ejus; dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & beato *Nicholao* Hoſpitale de **Parum**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, duodecim bovatas terræ: Habendum in dominico in *Hootonâ*, juxta **Rudby**, cum toſtis & croftis & cum Capitali meſſuagio & dominicis, & toſtum & croftum quæ fuerunt *Petri* filii *Thomæ*, & cum omnibus libertatibus & aiſamentis eidem terræ pertinentibus, infra villam & extra, in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Reddendo indè annnuatim mihi & hæredibus meis duas marcas argenti, pro omni ſervicio & conſuetudine, præter *Danegeldum*, cum evenerit; per totam terram, quantum pertinet ad duodecim bovatas terræ; ſcilicet unam marcam ad *Pentecoſten*, & unam marcam ad feſtum Sancti *Martini*. Conceſſi etiam eiſdem unam carucatam terræ in *Huplium*, cum toftis & croftis, & cum omnibus pertinentiis, libertatibus & aiſiamentis eidem terræ pertinentibus infra villam & extra, prout illam plenariùs tenui, in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſi iterum eiſdem ſex bovatas terræ in *Mydilton* juxta **Levent**; illas ſcilicet quas de *Jordano Amundevill* & de *Waltero Surdevallo* in eadem villa tenui, cum toftis & croftis, & cum omnibus pertinentiis, infra villam & extra, in puram & perpetuam elemoſinam, ad ſuſtentandum tres Capellanos in eodem Hoſpitali miſſam celebrantes, & treſdecim pauperes in victu, & veſtitu, ad inveniendum illis lectum imperpetuum. Ego verò & hæredes mei has prædictas terras prædicto Hoſpitali & Fratribus ibidem Deo ſervientibus, contra omnes homines imperpetuum warrantizabimus. Hiis teſtibus, *Willielmo* de *Tampton*, *Roberto* de *Acclum*; *Gregorio* de *Levinthorpe*, *Ada Buch*, & multis aliis.

Carta Alani *de* Wilton, *Canonicis de* Parco **Helagh** *facta de Hoſpitale* S. Nicholai *juxta* Iarum.

OMnibus Chriſti fidelibus *Alanus* de *Wilton* ſalutem. Noveritis me dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Sanctæ *Mariæ* & Sancto *Johanni Evangeliſtæ* de *Parco* de **Helagh**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus; pro ſalute animæ meæ & *Amiciæ* ſponſæ meæ, & *Mariæ* quondam ſponſæ meæ, & patris & matris meæ, & fratrum & ſororum & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum; & animæ *Petri* de *Brus*, & *Johannæ* uxoris ejus, & animæ *Willielmi* filii *Petri*; & pro ſalute animæ Domini *Walteri* Ar-Archiepiſcopi *Eboracenſis*; & magiſtri *Mathæi*, Archidiaconi *Clevellandiæ*, & *Thomæ* fratris mei; & *Petri* de *Brus* & uxoris ejus, & *Willielmi* ~~de *Tamton* & uxoris ejus, in puram &~~ perpetuam elemoſinam, Hoſpitale *Sancti Nicholai* juxta **Jarum**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, propè & procul. Et ego & hæredes mei prædictis Canonicis prædictam elemoſinam contra omnes homines warantizabimus & defendemus. Hiis teſtibus, Domino *Waltero* Archiepiſcopo *Eboracenſi*, *Rogero* Decano, & Capitulo *Eboracenſi*; *Willielmo* de *Tamton*, & pluribus aliis.

Carta Petri *de* Brus *facta Canonicis de* Parco **Helagh** *de Hoſpitali de* **Parum**, *cum omnibus terris eidem pertinentibus.*

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Petrus* de *Brus* ſalutem æternam in Domino. Noveritis me divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & animarum patris mei & matris meæ, dediſſe conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Sancto *Johanni Evangeliſtæ* de *Parco* de **Helagh**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in liberam puram & perpetuam elemoſinam, totum ſervicium quod ad me pertinet, vel ad hæredes meos ſe pertinere poteſt, de una carucata terræ in **Parum**, cum pertinentiis ſuis, & cum homagio & toto ſervicio *Petri* de *Monceaus* & hæredum ſuorum, quæ mihi facere conſuevit idem *Petrus* pro prædicta carucata terræ; quam videlicet carucatam terræ, *Robertus* de *Monceaunce* dedit in maritagio cum filia ſua de **Lutton**. Præterea conceſſi & confirmavi eiſdem Canonicis, Hoſpitale de **Parum**, cum omnibus pertinentiis ſuis & omnes terras & tenementa quæ ipſi habent in feodo meo, tam infra **Clefeland**, quàm alibi, cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, ſcilicet ſex bovatos terræ in villa de **Pilton**, quas habent de dono *Willielmi* de *Tampton*; & unum toftum & unum croftum in *Martona*, & tres bovatas in **Toulesby**, de dono *Roberti Acclum*; & decem acras cum uno crofto & tofto in villa de **Scalyng**; & duas bovatas in **Barnardbie** de dono *Walteri* de *Hoton*: & unam bovatam in **Walton** de dono *Rogeri* de *Bruce*; & ſexdecim bovatas in **Bilton** de dono *Bartholomæi Thuret*; & ſex bovatas in **Touleſton**, quas habent de *Willielmo Catton*: & decem & octo acras terræ & unum toftum, cum pertinentiis, in **Wirkeſhall** de dono *Julianæ Franckelium*: Tenendum & habendum omnia prædicta in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ſibi & ſucceſſoribus ſuis, quieta ab omni ſervicio & exactione, ſecta Curiæ & demanda, adeo liberè quietè & purè, ſicut puriùs, liberiùs, & quietiùs dari poteſt elemoſina, aut confirmari. Et ego prædictus *Petrus* de *Brus* & hæredes mei prædictam donationem meam & confirmationem dictis Canonicis factam, contra omnes homines warantizabimus acquietabimus & defendemus imperpetuum. Si quis verò eiſdem Canonicis aliquam terram vel redditum, vel paſturam divinæ pietatis intuitu, infra feodum meum donare voluerit, concedo eiſdem illud recipere & pacificè poſſidere, abſq; impedimento mei & hæredum meorum, vel alicujus alterius ex parte noſtri. Et ut omnia prædicta rata permaneant, præſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, Domino *Nicholao* de *Stuteville*, Domino *Rogero* de *Brus*, Domino *Symone* de *Brus*, Domino *Rogero* de *Toſcotes* militibus, *Willielmo Levington*, & aliis.

Carta Petri *de* Brus, *facta eidem Hoſpitali de libera multura per omnes molendinos ſuos; & de libera paſtura*, &c.

Ex autogr. in turri S. *Mariæ* E-boraci.

UNiverſis has literas viſuris vel auditturis, *Petrus* de *Brus* ſalutem. Noveritis me conceſſiſſe & hâc Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Hoſpitali Sancti *Nicholai* de *Jarum*, & Fratribus ibidem Deo ſervientibus, Multuram ſuam liberam per omnes molendinos meos; & paſturam ad beſtias ſuas proprias in terra mea, ſicut Carta teſtatur quam habent de dono *Roberti* de *Brus*. Etiam conceſſi eiſdem dimidiam carucatam terræ in **Wirbeſhael**, & decem, & octo acras in **Stanildalrig.** ſcilicet in **Spitelſtat**, & **Bulleſtatte**, quas *Ailwinus* dedit eis; & tres acras, & tres rodas, ex dono Domini *Adæ* de *Brus* patris me. Et duas acras terræ in **Birkelewintune**, quas *Willielmus* de *Wictona* dedit eis, & unam rodam ex dono *Marmaduci* de *Theuenga* in **Jarum**; Conceſſi etiam eiſdem Fratribus octo toſtas, & dimidiam in Villa de **Jarum**; ſcilicet, tres quas *Petrus* Clericus, & unum toſtum propinquiorem toſto *Simonis Fullonis*. Verſùs Aquilonem; toſtum quem *Hugo* filius *Ranulphi* dedit eis; & duos toſtos quos *Rogerus* filius *Johannis* filius *Ailwini* dedit eis in • • • • • • vico; & unum toſtum quum *Richardus* filius *Raven* dedit eis juxta Caſtellarium; & dimidiam toſtam, quam *Reginaldus Gupille* dedit is. Etiam conceſſi eiſdem locum Hoſpitalis, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ego autem *Petrus* de *Brus* omnes has terras, & libertates prædictas & toſtos prædictos conceſſi, & confirmavi Deo, & beatæ *Mariæ* & Sancto *Nicholao*, & Fratribus prædictis; Tenendum & habendum de me & hæredibus meis, & de aliis donatoribus prædictis, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam. Præterea conceſſi eiſdem omnes alias terras, & poſſeſſiones, quas, de cætero rationabiliter adipiſci poterunt in feodo meo, ſalvo ſervitio mei, & hæredum meorum, pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ *Johannæ*, & puerorum meorum; & pro anima patris mei Domini *Adæ* de *Brus*, & omnium anteceſſorum meorum. Et ego *Petrus* de *Brus*, & hæredes mei, has libertates prædictas, & terras, contra omnes homines imperpetuum warantizabims, ut prædictum eſt. Hiis teſtibus, Domino *Willielmo* de *Tametune*, *Henrico* filio *Simonis*, *Hudone* de *Aumeſc Willielmo* de *Hamertun*, *Willielmo* de *Reddeburne* tunc ſeneſchallo; *Berardo* de *Fontibus*; Domino *Alano* de *Wiletun*; *Richardo* de *Hoton*, *Gregorio* de *Levinthorpe*, *Richardo* de *Levintone*, *Roberto* de *Ketthou*. *Galfrido* filio *Hugonis* de **Jarum**, *Thoma* filio *Johannis*, filii *Helwini*, *Waltero* de *Mortune*, *Thoma* de *Mortune*, *Waltero Gallicien*, *Hugone* de *Newham*, *Waltero* de *Hotone*, *Rogero* de *Strantune*, *Roberto* de *Roſſe*, & multis aliis.

HOSPITALE

S. Jacobi *juxta* Weſtmonaſterium.

De terris & libertatibus eidem per Regem Henricum *tertium conceſſis.*

Plac. de Juratis & Aſſiſis in Com. *Mid.* 22. E. 1. Rot. 38. in dorſo.

MAgiſter Hoſpitalis S. *Jacobi* juxta *Weſtm.* ſummonitus fuit ad reſpondendum Domino Regi, de placito quo waranto clamat habere *ſok* & *ſak*, *Thol*, & *them*, in omnibus terris ſuis, & etiam unam feriam per ſeptem dies duraturam in eodem Hoſpitali, &c.

Et Magiſter per Attornatum ſuum venit, & dicit, quod Dominus *H.* Rex pater Domini Regis nunc, conceſſit Leproſis puellis de S. *Jacobo* extra *Lond.* juxta *Weſtmonaſterium*, omnes terras & tenuras ſuas, quas habent vel habituræ ſunt, ut illas teneant cum *ſok* & *ſak*, *Thol* & *Them* per Cartam ſuam. Dicit etiam, quod Dominus Rex nunc prædictam conceſſionem conceſſit & confirmavit, & profert confirmationem Domini Regis, quæ prædictam Cartam Domini *H.* Regis, & ſimiliter prædictam confirmationem teſtatur: Ideo prædictus Magiſter, quoad hoc ſine die, &c.

Et quoad prædictam feriam dicit, quod Dominus Rex nunc, conceſſit eidem Hoſpitali uniam feriam ſingulis annis, *viz.* in vigiliâ & in die & in craſtino S. *Jacobi*; & per quatuor dies ſequentes duraturam, per Cartam quam profert, & quæ hoc idem teſtatur. Ideo prædictus Magiſter quoad hoc inde ſine die. Salvo (&c.)

HOSPITALE

de Tanregge *in agro* Surregienſi.

Carta de Odoni Dammartin *de dotatione ejuſdem.*

Ex ipſo autogr. penès *Will. Haward.* eq. aur.

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens Scriptum pervenerit, *Odo* de *Dammartin*, filius *Willielmi* de *Dammartin*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, & puerorum meorum; & pro animabus patris & matris meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum Deo & Hoſpitali S. *Jacobi* in villâ meâ de *Tanregge*, & tribus presbyteris in perpetuum ibidem Deo ſervituris & confratribus ejuſdem Hoſpitalis, totam terram meam de Wallinggeham ad ſuſcipiendum & ſuſtentandum Infirmos & pauperes & peregrinos hoſpitio indigentes in liberam & puram elemoſinam; cum molendino ad ventum, & cum omnibus pertinentiis ſuis, ſine aliquo retenemento, in croftis, in pictlakes, in boſco, in gravis, in plano, in pratis, in paſcuis, in ſemitis, in viis, in aquis, in maris, in ſepibus, in clauſturis, in communibus, paſturis, & in omnibus libertatibus: Habendam & tenendam liberè & quietè finaliter ab omni ſervicio & exactione ſeculari quod debeo hæredibus *Willielmi* de *Hammes*; ſcilicet *xx.* s. ſterlingorum & duo Calcaria deaurata de precio ſex denariorum, vel ſex denarios annuatim ad duos terminos; ſcilicet ad *Paſca* decem ſolidos & Calcaria; & ad feſtum S. *Michaelis* decem ſolidos ſine Calumpnia; & ſalvo ſervitio quantum pertinet ad quartam partem feodi unius militis pro omnibus ſervitiis & demanda. Et ego & hæredes mei debemus defendere & warantizare præfatam terram & donationem, atq; confirmationem contra omnes homines & & omnes fœminas. His Teſtibus, *Radulfo* Capellano de *Rigate*; *Henrico* Capellano, *Hamone* de *Turbevile Radulfo Pimpe*, *Luca* de *Lauuodecote*, *Petro* de *Perefricht*, *Willielmo* de *Danmartin*, *Gralando* & *Baldrico* fratribus, *Petro* de *Thalenurthe*, *Radulfo* de *Turneham*, *Radulfo Parcario*, *Johanne Bolle*, *Nicholao* de la *Dene*; & pluribus aliis.

Alia Carta ejuſdem Odonis *de omnibus Reliquiis*, &c.

b.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Odo* de *Dammartin* filius *Willielmi* de *Dammartin*, dedi pro ſalute animæ meæ, Deo & Hoſpitali S. *Jacobi* de Tanregge, omnes Reliquias meas; & duos cifos argenteos ad calicem faciendam. Et veſtimenta & omnes libros, ceteraque omnis Capellæ meæ. Inſuper dedi præfato Hoſpitali *ix.* boves, & unum taurum & ſuem cum porcellis, que ſunt ad Suwic in computatione *xii.* boum, quos diviſi eidem Hoſpitali, habendos de melioribus bovibus terræ meæ. Et ut hæc donatio mea rata ſit & ſtabilis, eam præſenti Cartâ meâ atq; Sigillo confirmavi. Hiis Teſtibus, *Rob.* Capellano, *Will.* Capellano, *Thoma* de *Wllſt.* Priore de Peretun, *Radulfo* Decano, & pluribus aliis.

HOSPITALE

S. Johannis Bapt. *de* Stanford *in agro* Lincolnienſi.

Carta Regis Ricardi *primi, Fundationem & dotationem ejuſdem confirmans.*

Cart. 33. H. 3. m. 2. per Inſpex.

RIchardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* (&c.) Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Hoſpitali Sancti *Johannis Baptiſtæ*, & beati *Thomæ* Martyris de Stanford, & Magiſtro fratribuſq; ibidem Deo ſervientibus, locum in quo ipſum Hoſpitale fundatum eſt, cum pertinentiis ſuis, & domum quam *Sywardus* fundavit cum Capellâ & pertinentiis ſuis, & omnes terras & poſſeſſiones & omnia achata, quæ *Brand* de Foſſato vel aliquis alius eidem Hoſpitali dedit; & illam partem prati, quod eſt juxta pontem verſùs Aquilonem, quam Dominus *Richardus* de *Humez* Conſtabularius, & *Bertrannus* de *Verduno* prædicto Hoſpitali dederunt, ad faciendam in eâ Eccleſiam & cimiterium. Et ideo volumus (&c.) Datum apud *Samurum* viceſimo die *Aprilis* anno regni noſtri primo.

Bulla Alexandri *Papæ Fundationem dicti Hoſpitalis confirmans.*

Ex Regiſtro quodam ad C nob. de *Heterborough* olim ſpectante, nunc penès *Chriſtoph.* dominium *Hatton.* fol. 41.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Brandoni* ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Dignum eſt & conſentaneum rationi, ut eorum juſtis deſideriis annuamus, qui relictis pompis ſecularibus, caritatis operibus intendunt, & omnipotenti Domino elegerunt jugi devotione ſervire. Intelleximus autem, ex tranſmiſſâ nobis inſinuatione tua, quod tu divina inſpiratione ductus, venundatis omnibus, quæ poſſidetis, Hoſpitale quoddam & Capellam ad Honorem Dei & beati *Johannis* & glorioſi Mtyris *Thomæ*, quondam *Cantuarienſis* Archipiſcopi, in Capite pontis de Stanford, ex Auſtrali parte, ad receptionem peregrinorum & pauperum, per locum illum frequenter tranſeuntium ædificaſti, ubi elegiſti creatori tuo perpetuum famulatum exhibere: Indè eſt, quod nos ob reverentiam Dei, & prædictorum Sanctorum, & devotione, quam erga ipſos te habere oſtendis, rationali poſtulationi tuæ libentiùs annuentes, præſcriptum Hoſpitale, Capellam, cum omnibus quæ idem Hoſpitale, impræſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum largitione Pontificum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, ſub beati *Petri* & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: Statuentes ut prædicta Capella proprium Capellanum, Cantariam, Cemiterium, & in eodem Cemiterio liberam ſepulturam, ſine contradictione qualibet optinere. Decernimus ergo ut nulli homini liceat prædictum Hoſpitale temerè perturbare, vel quibuſlibet indebitis vexationibus fatigare, ſeu hanc paginam noſtræ protectionis & conſtitutions infringere, aut ei aliquatenùs contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum Dat. *Anagniæ*, Nonas *Febr*. Anno • • • • • • •

HOSPITALE

de Sautingefelde, *juxta* Wytſande.

Carta Regis Henrici *ſecundi, de diverſis terris Fratribus ejuſdem conceſſis.*

Rot. Franc 1. H.4.m. 12. per Inſpex.

Et pat 1. H 5.p.1. m.11.

Vide Pat. 13.E.4. p. 1.

HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Norm*. & *Aquit*. & Comes *Andegaviæ*, Epiſcopo *Linc*. & Juſticiariis & Vicecomitibus, & Baronibus & Miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis de Bedefordſcire & Bukinghamſcyre ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Hoſpitali de *Sautingefelda*, juxta Wytſand, & Fratribus ibidem Deo ſervientibus, terram de *Ferleya*, juxta *Lectonam*, uſq; ad terram Eccleſiæ de *Lectona*; & uſq; ad terram *Ric*. filii *Wulwardi*; & uſq; ad terram *Gaufridi* mercatoris: Et totam terram de *Wyperleya* uſq; ad viam de *Preſteleya*, & ſicut via dividit uſq; ad *Harpendenam*. Et in Manerio de *Luttegerſahala* tres hidas terræ, & decem acras Foreſtæ, ad ædificia ſua facienda. Et volo & firmiter præcipio, quod hæc omnia prædicta habeant & teneant in pace & liberè & quietè, in boſco & in plano, in pratis & paſcuis, & in omnibus locis, cum omnibus libertatibus & conſuetudinibus ſuis. T. *Thoma* Cancellario, & *Willielmo* fratre Regis, & *Ricardo* de *Humet* Conſtabulario, & *Warino* filio *Geroldi*, Camerario; & *Manaſſero Byſet* dapifero, apud S. *Audomarum*.

HOSPITALE

de Scardeburgh *in agro* Eboracenſi.

De Fundatione ejuſdem.

Eſc. 16.E. 1.n.65.

JUratores dicunt per Sacramentum ſuum, quod tam Hoſpitale S. *Nicholai*, quàm Hoſpitale S. *Thomæ* Martyris, fundati ſunt de antiquo per Burgenſes de Scardeburgh; & quod bona & catalla Hoſpitalis *S. Nicholai*, cedunt in uſus Fratrum & ſororum ejuſdem Hoſpitalis: & quod nullus villæ de Scardeburgh, dictum Hoſpitale conſumpſit, dilapidavit, vel deſtruxit: & quod nullas terras & tenementa ſibi, ſine waranto, appropriaveruut; & quod bona & catalla, terræ & tenementa nunc exiſtunt in manibus Fratrum & Sororum ejuſdem Hoſpitalis. Dicunt tamen, quod Ballivi de Scardeburgh, qui pro tempore fuerint, cum quatuor hominibus ejuſdem villæ, audiunt Compotum dictæ domus ſingulis annis, Dicunt etiam, quod habent octo boves precii quatuor marcarum, ſeptem vaccas pretii cujuſlibet *v*. s. ſex juvencas pretii cujuſlibet duorum ſolidorum; *viii*. oves pretii cujuſlibet *xii*. d. *viii*. vellerios pretii cujuſlibet • • • •; quatuor afros pretii cujuſlibet *v*. s. Habent etiam quinq; bovatas terræ, quarum quælibet valet per annum decem • • • • Dicunt etiam, quod Hoſpitale S. *Thomæ* Martyris, fundatum per Burgenſes de Scardeburgh fuit, & quod iidem Burgenſes habuerunt cuſtodiam ejuſdem domus, & pro voluntate ſuâ Magiſtrum ibidem poſuerunt & • • • • à tempore *Hugonis* de *Bulemere*, qui primò dedit terram ſuam ad Fundationem dicti Hoſptalis, uſque ad tempus *Willielmi* le *Champeneys*, qui fuit Magiſter dictæ domus, quem *Rogerus Waſtyſe* ejecit cum Fratribus & Sororibus ejuſdem, eo quod dedit falſum intelligi Domino Regi, quod *H*. avus ſuus dedit unam carucatam terræ & dimidium dicto Hoſpitali in puram & liberam elemoſinam; per quam quidem falſam ſuggeſtionem dominus • • • • • •

Ib.

HO-

HOSPITALE

S. Ægidii *extra* Salopiam.

Carta Regis Henrici *ſecundi de* xxx. *ſol. ſingulis annis de firma ſua de* Salopeſcira.

Pat. 1. R. 2. p. 3. m. 33. per Inſpex.

Et Pat. 2. H. 5. p. 1. m. 38.

HEn. Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* *W.* Epiſcopo *Ceſtriæ* & Juſticiariis & Vicecom. & Miniſtris ſuis, & omnibus fidelibus ſuis de *Salopſcire* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam, infirmis de *Salopesberia*, de firmâ meâ de *Salopeſcira* ſingulis annis *xxx.* ſol. Et volo & præcipio quod eos habeant quietè & integrè per manum Vicecomitis mei. T. *M. Byſet* dapifero, & *Warino* filio *Geroldi* Camerario, apud *Wudeſtocam*.

Carta Regis Johannis *de palmatis bladi, & farini de quolibet ſacco.*

Ib.

JOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis nos pro amore Dei conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Leproſis S. *Egidii* de *Salopesbiria*, quod habeant palmatas bladi & farinæ de omnibus ſaccis qui cum blado & farinâ exponuntur ad vendendum in mercato *Salopesbiriæ*, tam diebus mercati quam aliis, ſicut eas habuerunt tempore *H.* Regis, patris noſtri, de dono & elemoſynâ ejuſdem Regis; ſcilicet de unoquoq; ſacco bladi palmatam duarum manuum, & de ſacco farinæ palmatam unius manus, ſicut eas habuerunt de dono & elemoſynâ prædicti Regis, diebus ſuis, & ſicut eas modo habent & habere debent. Quare volumus (&c.) Data per manum S. Præpoſiti *Beverlaci* & Archid. *Wellenſis* apud **Wudeſtoke** *xx.* die *Marcii* anno regni noſtri quinto.

Carta Regis Henrici *tertii de mortuo boſco in* **Lynewode**.

Ib.

HEnricus (&c.) Sciatis nos intuitu Dei; & pro ſalute animæ noſtræ, & pro animabus anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe, pro nobis & hæredibus noſtris imperpetuum, Leproſis Hoſpitalis S. *Egidii* extra *Salopiam*, quod habeant imperpetuum unum equum ſingulis diebus itinerantem, ſemel in die, ad mortuum boſcum & ſiccum boſcum in boſco noſtro in **Lynewode** ad focum ſuum. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *R. Ciceſtriæ* Epiſcopi Cancellarii noſtri apud **Wenloc** *xi.* die *Auguſti*, Anno Regni, *xvi.*

HOSPITALE

de **Romenale** *in agro* Cantiano.

Reſtauratio & nova ordinatio ejuſdem per Johannem Fraunceys, *anno* xxxvii. *Regis* Edwardi *tertii.*

Pat. 38. E. 3. p. 1. m. 30. per Inſpex.

OMnibus Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, viſuris etiam vel audituris, *Johannes* filius *Roberti Frauncys* de **Romenale**, *Cantuar.* dioc. ſalutem in omnium ſalvatore. Noverit univerſitas veſtra, quod olim recolendæ memoriæ *Adam* de *Cherryngs* quoddam Hoſpitale Leproſorum in honore beatorum Martyrum *Stephani* & *Thomæ*, quondam *Cantuar.* Archiepiſcopi, in dictâ villâ de **Romenale** dudum fundatum, terris, redditibus, & poſſeſſionibus variis dotavit & promovit; ac pro ſuſtentatione perpetuâ quorundam Leproſorum in eodem degentium, & unius Capellani in ipſo Hoſpitali divina imperpetuum celebrantis, pro ſalute animæ ſuæ, animarumq; anteceſſorum ſuorum, in puram & perpetuam elemoſinam, terras, redditus & poſſeſſiones hujuſmodi eidem Hoſpitali dedit & conceſſit, ac etiam aſſignavit, prout per Cartas ipſius *Adæ*, & literas Romanorum Pontificum, ac Archiepiſcoporum *Cantuariæ*, qui pro tempore fuerunt; & præcipuè per literas bonæ memoriæ Domini *Baldwini* dudum *Cantuarienſis* Archiepiſcopi indè confectas pleniùs poterit apparere. Sed temporum maliciâ ſuccedente, & eo maximè, quod nulli Leproſi reperiebantur, nec longis temporibus retroactis potuerunt reperiri, qui in dicto Hoſpitali voluerunt aliqualiter commorari, ſtetit dictum Hoſpitale penitùs derelictum, & hominibus totaliter deſolatum, ſicq; prout elemoſina antiquitùs fieri conſueta, & divinus cultus in eodem Hoſpitali diu extiterat & exiſtit, omnino diminutus & ſopitus, ædificiaq; Hoſpitalis prædicti, quæ ſumptuoſa manus conſtruxerat, funditùs ſunt collapſa. Unde ego *Johannes Fraunceys* ſupradictus, verus dicti Hoſpitalis nunc patronus, motus pietate; volens & intendens ipſum Hoſpitale, ut præmittitur, totaliter deſolatum, de bonis michi à Deo collatis, ſaltim & prout michi poſſibile fuerit, per Dei gratiam relevare, & divinum cultum ibidem diminutum & ſopitum, ut præfertur, ſuſcitare, ordino, volo & diſpono, quatinus in me eſt, & de jure poſſum in hac parte; & præcipuè propter cauſam ſupraſcriptam, quod de cætero in loco virorum Leproſorum, qui in eodem Hoſpitali morari conſueverant, ſint ibidem duo ſacerdotes idonei, divina in ipſo Hoſpitali pro animabus fundatorum, patronorum,

&

& benefactorum ejuſdem perpetuis temporibus celebrantes; quorum unus erit dicti Hoſpitalis Magiſter, ſive cuſtos: qui quidem Magiſter ſive Cuſtos ibidem ſumendus, ſive eligendus; quociens ipſum Hoſpitale vacare contigerit, ad præſentationem patroni ejuſdem Hoſpitalis cujuſcunq; qui pro tempore fuerit, per dictum Archiepiſcopum *Cantuariæ*, & ejus auctoritate, ſede Eccleſiæ *Cantuar.* plenâ, & ipſa vacante per Priorem & Capitulum dictæ Eccleſiæ inſtituetur & inducetur in eodem.

Et etiam, quod in dicto Hoſpitali reſidenciam faciat corporalem, niſi pro negotiis ipſius Hoſpitalis, vel aliàs ex cauſâ rationabili ipſum oporteat aliquociens abſentari. Qui etiam Capellanus in Magiſtrum ſive Cuſtodem prædicti Hoſpitalis admiſſus, in inſtitutione ſive admiſſione ſua hujuſmodi; ſeu ſaltim in ſua inductione, in poſſeſſionem corporalem Hoſpitalis ſupradicti, corporale ad ſancta Dei Evangelia præſtet juramentum, quod domos, terras, redditus, poſſeſſiones & jura ipſius Hoſpitalis, tam nova quàm antiqua, juxta poſſe ſuum viriliter conſervabit & defendet, & ſine vaſto ſalvo cuſtodiet, ordinationemq; præſentem in omnibus fideliter obſervabit.

Ordino inſuper & volo, quod quilibet Magiſter ſive Cuſtos hujuſmodi, qui pro tempore fuerit, unum ad ſe capiet Capellanum idoneum, quem in ſocium ſuum duxerit eligendum, ad morandum cum eo in Hoſpitali prædicto, qui ſuus erit commenſalis; cui quidem Capellano, ultra victum ſuum *xl.* ſol. ſterlingorum de bonis ipſius Hoſpitalis in moneta currenti idem Magiſter miniſtrabit annuatim. Totum verò reſiduum bonorum & emolumentorum dicti Hoſpitalis, habebit & percipiet Magiſter ſupradictus pro ſuſtentatione ſua & ſuorum, ac jurium Hoſpitalis antedicti, & aliorum onerum ſibi incumbentium occaſione Hoſpitalis antedicti; ita tamen quod ibidem non fiet vaſtum, vel deſtructio, ut præfertur.

Liceat inſuper Magiſtro dicti Hoſpitalis ſuum ſocium Capellanum, quociens opus fuerit, & cauſa rationabilis expoſcat, à dicto Hoſpitali penitùs amovere, & alium idoneum loco ſuo ibidem ſubrogare & præficere; ita tamen quod ſemper ſint ibidem duo Capellani commorantes, videlicet Magiſter & ſocius ſuus commenſalis, ut eſt dictum, qui pro animabus Fundatorum, patronorum, & omnium ipſius Hoſpitalis, ceſſante impedimento legitimo, cotidiè celebrabunt, & ſimul in Capella ipſius Hoſpitalis *Matutinas* & alias horas Canonicas, *Placebo* & *Dirige*, cum commendatione animarum dicent, niſi rationabiliter fuerint excuſati.

Præterea ordino & volo, quod quilibet Magiſter ſive Cuſtos Hoſpitalis prædicti, infra decem dies proximos poſtquam inductus fuerit in poſſeſſionem ejuſdem, tam de viſu & ſcientia patroni ipſius Hoſpitalis, vel alicujus per ipſum ad hoc deputati; quàm de viſu & ſcientia alterius Capellani ſui, *viz.* ſocii commenſalis, fidele faciat & plenum inventarium indentatum, de omnibus & ſingulis bonis, rebus, & catallis ipſius Hoſpitalis inibi exiſtentibus & repertis, ſeu ad illud pertinentibus qualitercunq;, cujus una pars penès dictum Magiſtrum & Cuſtodem, & alia pars ejuſdem penès ipſum patronum remanebit: Qui quidem Magiſter ſingulis bienniis de omnibus bonis & rebus ac catallis ſupradictis; ac etiam de adminiſtratione ſuâ ibidem factâ, loci Ordinario, *viz.* Domino Archiep. *Cantuar.* qui erit pro tempore, vel alicui ad hoc deputato per eundem juxta juris exigentiam, compotum reddet ſive rationem.

Item volo & ordino, quod cum Magiſter dicti Hoſpitalis in fata deceſſerit, vel per permutationem; ſeu aliàs ab ipſo Hoſpitali ſe tranſtulerit, aut amotus fuerit, bona & Catalla omnia Hoſpitalis, ſeu ad illud qualitercunq; pertinentia, penès ipſum Hoſpitale integrè remaneant, ad uſum & utilitatem ejuſdem, futuro Magiſtro ſive Coſtodi Hoſpitalis antedicti • • • ventu pleniùs liberanda. De aliis verò bonis & Catallis ipſius Magiſtri ſive Coſtodis, ſibi aliundè obvenientibus, ſeu per ipſum adquiſitis, diſponat idem Magiſter, tam in vitâ ſuâ, quàm in morte juxta ſuæ libitum voluntatis.

Inſuper volo & ordino, quod quilibet patronus Hoſpitalis antedicti, qui pro tempore fuerit, unum Capellanum idoneum, quotiens ipſum Hoſpitale vacare contigerit, infra duos menſes à tempore notæ vacationis ejuſdem, Domino Archiepiſcopo *Cantuarienſi* qui pro tempore fuerit, ſede *Cantuarienſis* Eccleſiæ plenâ; ipſâ vero ſede vacante, Dominis Priori & Capitulo dictæ Eccleſiæ ad dictum Hoſpitale præſentabit, per ipſum ſeu ipſos in Magiſtrum & Cuſtodem dicti Hoſpitalis admittendum; alioquin ſi patronus prædictus Capellanum hujuſmodi infra dictum tempus non præſentaverit, ut præfertur, volo & concedo ego *Johannes* filius *Roberti Frauncеys* ſæpedictus, pro me, hæredibus & aſſignatis meis, quod Jurati villæ de **Romenale** ſupradictæ; vel major pars eorum, poteſtatem præſentandi perſonam idoneam ad dictum Hoſpitale habeant ea vice; ita tamen quod infra menſem proximam tunc ſequentem Capellanum hujuſmodi præſentent modo ſupradicto. Et ſi contingat, quod Magiſter ſive Cuſtos prædictus non ceperit ſibi alium ſocium Capellanum, ut eſt dictum, tunc idem Magiſter diſtribuet inter pauperes villæ ſupradictæ pro quolibet quarterio anni, quo Capellanum ſocium hujuſmodi non habuerit, *xxiii.* s. & *iiii.* d. per viſum Juratorum villæ antedictæ.

In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium, ego *Johannes* filius *Roberti Frauncеys*, prædictus, Sigillum meum præſentibus appoſui; & nichilominus Sigillum commune Baronum villæ de **Romenale** prædictæ, hiis apponi procuravi. Data apud **Romenale**, quoad conſignationem præſentium *xx.* die *Junii*, Anno Domini *MCCCLxii.* & anno regni Regis *Edwardi* tertii poſt conqueſtum *Angliæ xxxvi*.

HOSPITALE

S. Bartholomæi *extra muros Civitatis* Oxonii.

Ordinationes pro meliori gubernatione ejuſdem.

Pa.35.E.
3.p.2.m.
5.

REx (*&c.*) *Inſpeximus quandam ordinationem de Hoſpitali S.* Bartholomæi *extra* Oxon. *factam, & in Rotulis Cancellariæ Domini* Edwardi *nuper regis* Angliæ, *patris noſtri, irrotulatam in hæc verba.* Memorandum, quod cum ex querentibus querimoniis fratrum Hoſpitalis S. *Bartholomai*, extra *Oxonium*, de advocatione *Margaretæ* Reginæ *Angliæ* ad vitam ſuam, ex conceſſione celebris memoriæ Domini *E.* Regis, patris Regis nunc exiſtentis, coram Domino Rege & ejus conſilio monſtratum fuiſſet, quod ſtatus Hoſpitalis prædicti per defectum & incuriam Magiſtrorum ejuſdem Hoſpitalis, qui pro tempore fuerunt, multipliciter depreſſus eſt, & bona ad ſuſtentationem Infirmorum fratrum ejuſdem Hoſpitalis, per progenitores dicti Domini Regis abolim aſſignata, in uſus alios, miſerabiliter fuerunt converſa, idem Dominus Rex per Inquiſitionem coram Magiſtro *Henrico* de *Harcla*, Cancellario Univerſitatis *Oxonii*, & Magiſtro Hoſpitalis S. *Johannis* extra portam orientalem *Oxonii*, per Breve ipſius Regis captam & coram ipſo retornatam; ac etiam per Cartas & munimenta eorundem fratrum coram ipſo oſtenſa, de ipſorum primariâ Fundatione, per progenitores ſuos pleniùs certioratus, ad honorem Dei & pro relevatione & honeſtate ſtatus Hoſpitalis prædicti, de conſilio ſuo in Parliamento apud *Lincolniam* anno regni ſui nono, tento; ac de aſſenſu præfatæ Reginæ, in modo qui ſequitur, ordinavit.

Inprimis; cum Hoſpitale prædictum per progenitores ſuos, quondam Reges *Angliæ*, ad ſuſtentationem Infirmorum antiquitùs fundatum fuerat; & jam de fratribus ſanis & validis, contra ipſam Fundationem occupatum exiſtat, ordinavit, quod fratres ſani in eodem Hoſpitali nunc exiſtentes, morentur ſuis temporibus, & percipiant ſicut percipere conſueverunt; & quod aliquo fratrum prædictorum decedente, ſeu ex aliquâ cauſâ rationabili amoto, loco ſuo ibidem unus frater infirmus admittatur, & ſic fiat ſubſequenter quouſque numerus ſex fratrum Infirmorum impleatur: Et poſtmodum idem numerus fratrum Infirmorum ibidem imperpetuum habeatur, quorum quilibet percipiat per ſeptimanam, de bonis Hoſpitalis prædicti, novem denarios: numero verò eorundem Infirmorum completo & habito, penultimoq; ſanorum fratrum prædictorum mortuo, vel ex cauſâ rationabili amoto, loco ipſius unus frater ſanus & potens ad laborandum, ac ſciens de waynagio admittatur, qui waynagium terræ Hoſpitalis prædicti, & ea quæ ad hæc pertinent cuſtodiat & ſequatur.

Cumq; ultimus ſanorum fratrum eorundem deceſſerit, vel ex cauſâ rationabili amotus fuerit, loco ejuſdem alius frater ſanus, & ad laborandum potens, ſciensq; facere curtilagium & cooperire domos recipiatur, qui ea & alia facere quæ cedere poterunt in proficuum Hoſpitalis prædicti; quorum quidem duorum fratrum ſanorum, quilibet per ſeptimanam ſingiliter percipiat novem denarios, & poſtmodum quandocunq; aliquis Infirmorum prædictorum deceſſerit, alius infirmus ei ſuccedat: & etiam quando aliquis duorum fratrum ſanorum prædictorum deceſſerit, alius ſanus ejuſdem conditionis eidem ſimiliter ſuccedat. Ordinavit inſuper, quod ſit ibidem Magiſter Sacerdos compatiens, & bonæ vitæ, ac converſationis honeſtæ, qui perſonaliter reſideat & Miſſam ſingulis diebus, niſi ex cauſâ legitimâ fuerit præpeditus, in Capellâ ejuſdem Hoſpitalis celebret humiliter & devotè, & fratres infirmos bis ad minus in ſeptimanâ viſitet, & quantum ſibi à Domino conceſſum fuerit, humiliter conſoletur, & eis conferat Eccleſiaſtica Sacramenta, ſicut decet; & percipiat per annum ſex marcas. Si verò ex cauſâ legitimâ, qualibet fictione ceſſante, impeditus fuerit, quo minus præmiſſa poterit ad tempus aliquod perimplere, ea per alium ſacerdotem idoneum facere perimplere, ne eadem Capella & fratres ejuſdem Hoſpitalis debitis obſequiis defraudentur.

Item ordinavit, quod ſit ibi unus Clericus, qui Capellæ prædictæ deſerviet, & Procurator Hoſpitalis prædicti, unà cum altero fratrum ſanorum prædictorum ad hoc magis idoneo, pro elemoſynis & redditibus ſuis colligendis exiſtat, qui ſimiliter percipiat per ſeptimanam novem denarios. Item ordinavit, quod ſemper in fine anni, inter prædictos Magiſtrum & fratres ac Clericum, computetur quantum & quid reſiduum fuerit de bonis Hoſpitalis prædicti, de eodem anno, ultra portiones prædictas, & illud in emendationem ſtatus ejuſdem Hoſpitalis magis neceſſariam de aviſamento ipſorum omnia ponantur.

Ordinatum eſt etiam, quod ſi quæ eidem Hoſpitali legata vel oblata, ſeu quovis alio modo ab aliquibus caritativè collata fuerint, ea per ipſos diſtribuantur, vel in aumentationem ſtatus ejuſdem Hoſpitalis, & numerum Capellanorum ſeu fratrum ibidem, juxta diſpoſitionem eorundem futuris temporibus apponantur: reſervatâ verò poteſtate dictæ dominæ Reginæ viſitandi & conferendi Hoſpitale prædictum, tempore ſuo cum viderit faciendum; & poſt tempus ſuum Domino Regi vel ejus Cancellario pro tempore exiſtenti. In cujus rei teſtimonium Sigilla prædicti Regis & præfatæ Reginæ huic ordinationi ſunt appenſa; & ipſa ordinatio in Rotulis ipſius Regis de Cancellariâ ſuâ eſt irrotulata, *viz.* apud *Lincolniam* *x.* die menſis *Februarii*, anno ſupradicto.

Nos autem irrotulamentum ordinationis prædictæ, ad requiſitionem dilectorum nobis in Chriſto Præpoſiti & ſcolarium Domus noſtræ beatæ *Mariæ Oxon.* tenore præſentium duximus exemplificandum. In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm. vii.* die *Maii.*

Carta Regis Edwardi *tertii pro receptione unius fratris in eodem Hoſpitali.*

Pat. 14. E. 2. p. 2. m. 10.

REx dilectis ſibi in Chriſto Magiſtro & fratribus Hoſpitalis S. *Bartholomæi* juxta *Oxon.* ſalutem. Licèt inter cætera, quæ pro relevatione & honeſtate ſtatus Hoſpitalis prædicti, de conſilio noſtro in Parliamento noſtro *Lincolniæ*, Anno Regni noſtri nono ordinavimus; ordinaverimus, quod cum idem Hoſpitale per progenitores noſtros quondam Reges *Angliæ*, ad ſuſtentationem infirmorum antiquitùs fundatum fuiſſet, & tunc de fratribus ſanis & validis contra ipſam Fundationem occupatum exiſtebat, quod fratres ſani in eodem Hoſpitali nunc exiſtentes ſuis temporibus morarentur, & quod aliquo fratrum eorundem decedente, ſeu ex aliquâ cauſâ rationabili amoto, loco ſuo ibidem, unus frater infirmus admitteretur, & ſic fieret ſubſequenter, quouſq; numerus ſex fratrum infirmorum impleretur; pro eo tamen quod maheremium Capellæ dicti Hoſpitalis putridum eſt & debile, ac ruinam minatur; & quod Capellam illam de bonis ejuſdem Hoſpitalis reparare non valetis quoquo modo; quodq; *Johannes* filius *Laurencii Serthe* ſanus, de bonis & catallis ſuis *xviii.* marcas ad Capellam illam reparandam conferre vult Hoſpitali prædicto, per ſic quod in eodem Hoſpitali poſt mortem proximi fratris in eodem decedentis, frater admittatur ſuo perpetuo, tanquam alius frater ibidem percepturus, ſicut pleniùs informamur: nos ad inſufficientiam veſtram in hac parte reſpectum habentes, de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus, quod poſt mortem proximi fratris in dicto Hoſpitali decedentis, præfatus *Johannes* frater, in eodem Hoſpitali in formâ prædictâ, ſine occaſione aliquâ admittatur, ſuo perpetuo tanquam alius frater ibidem percepturus ordinatione noſtrâ prædictâ, quam extunc in omnibus & ſingulis inviolabiliter obſervari volumus, non obſtante. In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm. xviii.* die *Maii.*

Maiden-**Bradley** PRIORATUS

Canonicorum regularium S. Auguſtini *Dioc.* Sarum, *in agro* Wiltonienſi.

MAnſerus Byſet, Baro, primus Fundator, inſtituit domum pro Leproſis mulieribus; & ſeculares presbiteros ibidem inſtituit, quos appellabat *Procuratores mulierum.* Lel. Col Vol. 1. p. 80.

Hubertus Epiſcopus *Sarum* tranſtulit presbiteros in Canonicos regulares. Eccleſia de **Kidermiſter** appropriata.

Carta Regis Henrici *ſecundi*, *donationem* Manaſſeri Biſet *de Manerio de* Bradleia *confirmans.*

H. Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis *Francis*, & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Leproſis de *Bradelaia*, Manerium de *Bradeleia*, cum omnibus pertinentiis ſuis, quod *Maneſſerus Biſet*, pro *Alicia* uxore ſuâ, de cujus hæreditate Manerium illud eſt, eis dederat in perpetuam elemoſinam, & conceſſerat. Quare volo (&c.) T. *Fulcone Paenello*, *Willielmo Malet* dapifero, *Reginaldo* filio *Urſi*, *Radulfo* filio *Stephani*, Camerario apud **Edwardeſtone**. Ex autog. in offic Armoru Eſc. 4. R. 2. n.

Carta Johannis *de* Ryperiis, *de terris in* **Kedeminiſtre**, *& advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ.*

OMnibus Chriſti fidelibus præſentem Cartam viſuris vel audituris, *Johannes* de *Ryperiis* Dominus de **Burgate** æternam in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, nos pro Deo, & ſalute animæ noſtræ, & etiam pro ſalute antecesſorum & ſucceſſorum & hæredum noſtrorum, karitatis intuitu, dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Fratri *Johanni* Priori de *Maydene-Bradelega*, & ſororibus Leproſis ejuſdem loci, & Fratribus ibidem Deo ſervientibus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, totam terram, tam arabilem, quàm non arabilem, cum omnibus domibus & pertinentiis ſuis, quam *Hugo* in la *Grava*, quondam tenuit in Manerio de **Kideminiſtre**, & prædictum *Hugonem* cum tota ſequelâ ſuâ, & cum omnibus Catallis ſuis mobilibus, & immobilibus; & cum omni- Ib.

bus aliis rebus ad prædictam terram, & prædictum *Hugonem* pertinentibus; unà cum advocatione Eccleſiæ de **Kydeminiſtre**, cum omnibus libertatibus, juribus, & liberis conſuetudinibus, in omnibus locis, & omnibus aliis rebus ad prædictam Eccleſiam pertinentibus. Habendum & tenendum, de nobis & hæredibus noſtris, prædictis Priori de *Maydenebradelega*, & ſororibus infirmis & ejuſdem loci Fratribus & eorum ſucceſſoribus (&c.) liberè, quietè, integrè (&c.) imperpetuum (&c.) Hiis Teſtibus, Dominis *Nicolao* de *Meules*, *Hugone* de *Pleſſetis*, *Rogero* de *Meules*, *Johanne* de *Kernet* militibus: Magiſtro *Waltero Scammel* Archidiacono *Barchſirie*, *Johanne* de *Wutton*; Magiſtro *Hugone* de *Cancia*, *Ricardo* de *Muleford*, *Hugone* de *Boſco*, *Henrico* de *Caldewelle*, *Willielmo* de *Heymore*; *Roberto* de *Vernun*, *Johanne* de *Angyens*, & aliis.

Carta Henrici Biſet, *conventionem inter Domos de* **Brummore** *&* **Mayden-Bradley**, *de Eccleſia de* **Rocheburne** *confirmans.*

Ibid. SCiant præſentes & futuri, quod ego *Henricus Biſet* conceſſi & hac præſenti Cartâ confirmavi Conventionem, quæ facta fuit inter domum de **Brumore** & Canonicos ejuſdem loci, & mulieres Leproſas, & fratres de *Bradeleya*, de Eccleſia de *Rocheburna*, quam *Manaſſerus Biſet* pater meus eis in elemoſinam dedit. Ut autem hæc mea conceſſio rata & firma inperpetuum permaneat, Sigilli mei impreſſione eam communivi. Hiis Teſtibus, *Herberto* ſacerdote, *Willielmo* ſacerdote de **Brummore**, *Radulfo* & *Willielmo* fratre ejus de *Auxevill*; *Gaufrido* & *Radulfo* de **Brinkewurth**; *Roberto* de *Brumare* (&c.)

Carta Rogeri *Epiſcopi* Wigornienſis *de appropriatione Eccleſiæ de* **Kedemeneſtre.**

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Rogerus* Dei gratiâ *Wigornienſis* Epiſcopus, æternam ſalutem in Domino. Cum ad omnes ſollicitudini noſtræ commiſſos, ex ſuſcepto officio bonum operari teneamur, ſpecialiùs quodam modo ad eorum promotionem & provectionem teneri nos credimus, qui ex occulto Dei judicio, continuis cruciatibus affliguntur, & quos arctioris vitæ propoſitum & religio immaculata, Deo efficit acceptos, & in facie omnium commendat acceptos laudabiles. Attendentes itaq; & diligenter perpendentes honeſtam converſationem mulierum Leproſarum de *Bradleia*, & Miniſtrorum ſuorum ibidem Deo ſervientium, & curam eoram; inſpectâ Cartâ *Manaſſeri Biſet* dapiferi *Henrici* Regis *Angliæ*, per quam idem *Manaſerus Biſet* prædictis mulieribus Leproſis Eccleſiam de **Kedeminiſtre**, tanquam Advocatus conceſſit, & nobilis Rex *Henricus* ſecundus eis Cartâ ſuâ confirmavit eandem Eccleſiam ad petitionem prædicti *Henrici* Regis, & *Manaſſeri Biſet* ejus Dapiferi, ſæpedictis mulieribus & earum miniſtris, pietatis intuitu concedimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, & confirmamus. Statuentes, ut ipſam Eccleſiam de **Kedemenſtre** & omnibus pertinentiis ſuis, poſt deceſſum *Roberti* perſonæ poſſidentis, in uſus ſuos proprios, ſine aliqua contradictione, ſalvis conſuetudinibus Epiſcopalibus, convertant. Hiis Teſtibus, *Simone* Archidiacono *Wigorniæ*, Magiſtris *Moyſe*, & *Silveſtro*, Magiſtro de *Leche*, *Ricardo Lumple*, *Ernaldo* Decano de *Sumerford*, *Radulfo* filio *Stephani*, *Bartholomeo Biſet*, *Ricardo Talebot*, *Radulfo* de *Sancto Germanno*, & multis aliis.

Carta Regis Henrici *tertii Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 2. H. 3. n. 24. per Inſpex. HEnricus Dei gratia, Rex *Angliæ* (&c.) Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos, pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum, & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo, & beatæ *Mariæ*, & Sororibus Leproſis de **Mayden-Bradelegh**, & Priori & fratribus ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & tenementa ſubſcripta; videlicet, Ex dono *Manaſſeri Biſet*, Manerium de **Mayden-Bradelegh**, & **Jernefeld**, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis; Et Eccleſias de **Kideminſtre**, & de **Kokeburn**; Ex dono *Roberti Maudut* unam virgatam terræ, cum pertinentiis ſuis, in **Biſsopeſtre.** Ex dono *Johannnis* de *Riperiis* totum tenementum, & totam terram, quam quondam de nobis in Capite tenuit in Manerio de **Kydeminiſtre**, cum domibus, hominibus, redditibus, ſerviciis, libertatibus, & omnibus aliis eſcaetis & pertinentiis ſuis. Ex dono *Agnetis* de *Mara*, quæ fuit uxor *Roberti Maudute*, unam virgatam terræ, cum meſuagio, & curtillagio in *Tarenta*. Ex dono *Galfridi*, & *Johannis* de *Nevill* totum tenementum & totam terram, quam quondam tenuerunt in **Honington**, cum domibus, hominibus, redditibus, ſerviciis, libertatibus, Eſcaetis, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Margaretæ Biſet* totum ſervitium, & redditum, quæ *Johannes Forreſtarius* de **Wykeford** eidem *Margaretæ* debebat, de tenemento quod de ea tenuit in **Wykeford**; & ſex ſolidos, & ſex denarios annui redditus in **Kidminiſter**, & totum ſervicium & redditum *Andreæ* le *Chaunceler*, apud **Burton**; & quandam partem terræ in villa de **Bradleghe**, quæ vocatur *Wulſyecrofta*.

Ex dono *Rogeri* & *Alani* de la *Suche* tenementum quod quondam habuerunt in **Tudeworth**, cum domibus, hominibus, redditibus, ſerviciis, Eſcaetis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis: Ex dono *Radulfi* de *Auxevill* octo virgatas terræ in **Aldington**, & quinq; virgatas & dimidiam terræ in **Cumberton**, cum hominibus

bus, & eorum redditibus, ſerviciis; Eſcaetis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Halenaldi* de *Syfrawaſte* unam virgatam terræ cum pertinentiis ſuis in **Hamſted**: Ex dono *Jordani Bolebek* totum tenementum quod quondam tenuit in **Bayleclyve**, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Petri* de *Northon*, & *Iſolda* uxoris ſuæ, totum tenementum, quod quondam tenuerunt in **Bekenton**, cum hominibus, & eorum redditibus, ſervitiis, Eſcaetis, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Ceciliæ* filiæ *Willielmi Sewale*, duas virgatas terræ cum pertinentiis ſuis in **Orcheſton**; & unam acram in **Forthcumbe**, & unam acram in **Grenefurlang**, & unam acram ſuper **Rygge**, & unam acram in **Grafton**, & paſturam ſexaginta ovium; Ex dono *Richardi* de *la Feleye* dimidiam virgatam terræ in **Chuſengburg**, cum meſuagio, & curtilagio & croftâ & prato, & paſturâ, cum omnibus pertinentiis ſuis: Et octo acras terræ, & dimidiam in eadem villâ, & paſturam ad quatuor boves, & ad viginti oves, & ad ſex porcos, & ad unum equum in paſturâ.

Ex dono *Roberti* de *Mereland* tenementum, & redditum quod habuit in **Orchardlegh**, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi* de *Ruden* totum tenementum cum pertinentiis ſuis, quod *Robertus* le *Sauſer*, & *Petrus Mowurte* quondam tenuerunt in **Grendon**. Ex dono *Willielmi* de *Stanton*, & *Willielmi* de *Corſlegh* totum tenementum, cum pertinentiis ſuis, quod quondam tenuerunt in villâ de **Witeburn**, infra Manerium de **Corſlegh**. Ex dono *Galfridi Hoyſe* totum tenementum cum pertinentiis ſuis, quod quondam tenuit in **Northmerdon** in Com. *Suſſexiæ*. Ex dono *Henrici Biſet*, & ex confirmatione *Johannis* de *Riperiis* centum ſolidos annui redditus in Manerio de **Eurghate**. Ex dono *Galfridi Tragyn*, & *Galfridi* le *Chamberleyn*, & *Margeriæ* de *Lymeſy* quatuor virgatas terræ & dimidiam in Manerio de **Fenes-Dicton**, cum pertinentiis ſuis; Et redditum quadraginta ſex Solidorum, quem habuit in villâ **Briſtoll**, & redditum novemdecem ſolidorum, quem habuit in Manerio de **Merlebeti**, cum pertinentiis ſuis; Et redditum triginta ſolidorum, cum pertinentiis ſuis, quem habuit in Manerio de **Frome**; & redditum quadraginta Solidorum, quem habuit in Manerio de **Werminſtre**; videlicet, Ex dono *Willielmi* de *Corſlegh*, & *Rogeri Pygaz*, & *Willielmi Thurſteyn*. Quare volumus (&c.) Data per manus venerabilis patris *Radulphi Ciciſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud *Weſtm.* quintodecimo die *Maii* anno Regni noſtri *undecimo*.

Conſimilis Carta ejuſdem Regis.

Cart. 54. H.3.m.2. Videſis Cart.13. E.1.n.21. Et Cart.2. E.3. n. 24. Et Pat. 3. H.4.p.1. m.31. Et Pat.11. H.6.p.1. m.18.

H*Enricus* Dei gratiâ (&c.) Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos, pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & mulieribus Leproſis de **Braddelege**. & fratribus ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & tenementa ſubſcripta; videlicet ex dono *Manaſſeri Byſſet* Manerium de **Bradeleghe**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & Eccleſias de **Kydiminſtre**, & de **Rokeburne**. Ex dono *Roberti Maudut* unam virgatam terræ in **Byſcopeſtrewe**. Ex dono *Johannis* de *Rypariis* totam terram, quam quondam tenuit in Manerio de **Kydiminſtre**, cum domibus, hominibus, redditibus, ſerviciis, libertatibus, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Ricardi* Capellani unam ydam terræ cum omnibus pertinentiis ſuis in **Cumton**. Ex dono *Agnetis* de *Mara* quæ fuit uxor *Roberti Maudut*; unam virgatam terræ cum meſagio & curtilagio in *Taranta*. Ex dono *Willielmi Cryſpini* unam virgatam terræ cum omnibus pertinentiis ſuis in **Rokeburne**. Ex dono *Galfridi* de *Nevill* totam terram quam *Eilwardus* filius *Segyvæ* tenuit apud **Gorleghe**, cum pertinentiis ſuis & ipſum *Eilwardum* cum totâ ſectâ ſuâ.

Ex dono *Margaretæ Byſſet* totum ſervicium & redditum quæ *Johannes Foreſtarius* de **Wychcford** eidem *Margaretæ* debebat de tenemento quod de ea tenuit in **Wychefort**; & ſex ſolidos & ſex denarios annui redditus in **Kedirminſtre**; & totum ſervicium & redditum *Andreæ* le *Chaunceler* apud **Burtone**; Et quandam partem terræ in villâ de **Braddelege**, quæ vocatur **Wulſiſcroft**. Ex dono *Rogeri* la *Zuche* dimidiam virgatam terræ in **Tudewurthe**, & *Hugonem* · · · *enge* cum totâ ſectâ ſuâ. Ex dono *Radulphi* de *Auxivill* quatuor virgatas terræ & dimidiam in **Aldington**, & duas virgatas terræ in **Combrington**, & quatuordecim ſolidos annuatim ſuſcipiendos de magno molendino de **Kydirminſtre**; & totum molendinum de **Mutton**, cum pertinentiis ſuis. Ex dono ejuſdem *Radulphi* duas virgatas terræ & dimidiam in **Cumbrington**, & tres virgatas terræ & dimidiam in **Aldingtone**. Ex dono *Alenaldi* de *Siffrewaſt* unam virgatam terræ cum pertinentiis ſuis in **Hamſtede**. Ex dono *Ceciliæ* filiæ *Willielmi Sewal* duas virgatas terræ cum pertinentiis ſuis in **Orcheſton**, & unam acram in **Forcumbe**, & unam acram in **Grenefurlang**; & unam acram ſuper **Rygge**; & unam acram in **Gerſton**; & paſturam ſexaginta ovium.

Ex dono *Ricardi* de *Folia* dimidiam virgatam terræ in **Chiſingbiry**, cum meſagio & curtilagio, & croftâ, & prato, & paſturâ cum omnibus pertinentiis ſuis; & octo acras terræ & dimidiam in eadem villa; & paſturam ad *iiii*. boves, & ad viginti oves, & ad ſex porcos, & ad unum equum in paſtura de **Cheſingbiry**. Quare volumus (&c.) Hiis Teſtibus, *Edmundo* filio noſtro, *Gilberto* de *Clare* Com. *Glouc.* & **Hertefoꝛd** (&c.) Dat. per manum noſtram apud **Marleberg** *iii.* die *Sept.* anno regni noſtri *Liiii.*

HOS-

HOSPITALE

S. Thomæ *Martyris de* **Acon** *in Civitate* London.

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 14. E. 3. p. 3. m. 51.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Donationem, conceſſionem & confirmationem, quas *Thomas* filius *Theobaldi* de *Helles*, per Cartam ſuam fecit Magiſtro & fratribus militiæ Hoſpitalis S. *Thomæ* Martyris *Cantuarienſis* de **Acon**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de totâ illâ terrâ, cum omnibus pertinentiis, quæ quondam fuit *Gilberti Beket*, patris beati *Thomæ* Martyris *Cantuarienſis* Archiepiſcopi, in qua beatus *Thomas* Martyr prædictus duxit originem, ad coſtruendam baſilicam in honorem Dei omnipotentis & beatæ Virginis *Mariæ*, & ejuſdem glorioſiſſimi Martyris; quæ terra eſt in parochia Sanctæ *Mariæ* de **Colechurch**. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem quas *Vincentius* filius *Milæ* per Cartam ſuam fecit Deo & Hoſpitali prædicto, ac fratribus ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam de totâ terrâ ſuâ integrè & plenariè, quæ jacet inter terram *Osberti Fuket*, ex una parte, & terram *Johannis Ouneſtchere* ex altera. Donationem inſuper, conceſſionem, quietam clamanciam, & confirmationem, quas *Philippus Marmyun* per Cartam ſuam fecit Deo & Magiſtro, & Fratribus Hoſpitalis prædicti, in *Anglia* commorantibus, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, de quinq; ſolidatis annui & quieti redditus, quas ſibi per annum reddere ſolebant de viginti ſolidis annuis, quos habuit in *London.* in tenementis, ubi beatus *Thomas* natus fuit. Conceſſionem etiam, dimiſſionem & confirmationem, quas *Philippus Marmyun* miles per Cartam ſuam fecit Deo & Magiſtro & Fratribus prædictis, de quindecim ſolidatis annui & quieti redditus quas habuit in *London.* in viginti ſolidatis redditus de tenementis cum pertinentiis, ubi beatus *Thomas* natus fuit. Donationem inſuper, conceſſionem, & confirmationem quas *Richardus* de *Ewelle* civis *London.* per Cartam ſuam fecit Deo & beatæ *Mariæ* & domui Sancti *Thomæ* Martyris de **Acon**, apud conductum *London.* Ac Magiſtro & Fratribus prædictis de toto tenemento ſuo apud **Wapping** propè civitatem *London.* Unà cum molendinis, & cæteris omnibus pertinentiis ſuis, ad dictum tenementum ſeu molendina qualitercunq; ſpectantibus (&c.)

Legatum inſuper quod *Richardus* de *Walbrock*, in Teſtamento ſuo fecit Domui & Fratribus prædictis de tota domo quam habuit in parochia Sancti *Stephani* ſuper **Wallebrok**, cum redditibus, ſhopis, & aliis pertinentiis ſuis. Donationem etiam, conceſſionem, dimiſſionem, & confirmationem, quas *Herveus* le *Ferrou* per Cartam ſuam fecit Magiſtro & Fratribus prædictis, de quadam domo quam habuit in *London.* in parochia Sanctæ *Mariæ* de **Colechurch**. Conceſſionem inſuper, dimiſſionem, & confirmationem, quas *Agnes* Prioriſſa Eccleſiæ Sancti *Johannis Baptiſtæ* de **Haliwelle**, & ejuſdem loci Conventus, communi conſilio totius Capituli ſui, per Cartam ſuam fecerunt Magiſtro & Fratribus prædictis de viginti ſolidatis quieti redditus in parochia S. *Mariæ* de **Colechurch**, percipiendis annuatim de terra cum pertinentiis quæ quondam fuit *Willelmi Colmus*, (&c.) Donationem inſuper, conceſſionem, dimiſſionem & confirmationem, quas *Johannes Richeman* per Cartam ſuam fecit Deo, & beatæ *Mariæ*. & glorioſo Martyri *Thomæ*, & Magiſtro & Fratribus prædictis, in liberam & perpetuam elemoſinam, de toto illo molendino & toto prato, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ habuit in **Weſthame**, & omnibus terris & redditibus, & ædificiis quæ habuit in **Stradford** & **Brambeleye**, & in **Stebbenhethe** (&c.)

Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Robertus* de *Scotheus*, & *Margareta* uxor ejus, per ſcriptum ſuum fecerunt Magiſtro & Fratribus prædictis, de toto Manerio integro, & tota terra cum pertinentiis de **Cudneſdon**; quod Manerium, & quam terram, prædicti Magiſtri & Fratres habuerunt, ex dono quondam anteceſſorum prædictæ *Margaretæ* (&c.) ratas habentes & gratas (&c.) confirmamus. Teſte Cuſtode apud **Kenington** viceſimo die *Julii*.

Donationem (&c.) quas *Johannes Haunſard* miles, de concenſu *Gondredæ* uxoris ſuæ, per ſcriptum ſuum fecit Deo & Fratribus prædictis, in puram, liberam & perpetuam elemoſinam, de tota terra illa, unà cum ſex ſolidis annui redditus, quos tenuerunt de feodo ſuo in parochia de **Catherham**; quæ ſcilicet terra vocatur **Porkele**, cum omnibus ſuis pertinentiis. (&c.) Rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus noſtris (&c.) confirmamus. (&c.) T. Cuſtode apud **Kenyngton** *xx. Julii.*

Carta Galfridi *filii* Petri *Comitis* Eſſexiæ *Fratribus Hoſp. S.* Thomæ *Mart. de* **Acon** *facta, de cuſtodia Hoſpitalis S.* Johannis *Evang. in* **Berchamſtede**.

Pat 18. E. 2. p. 2. m. 5. per Inſpex.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Galfridus* filius *Petri*, Comes *Eſſexiæ*, conceſſi & præſenti Cartâ meâ confirmavi fratribus S. *Thomæ* Martyris de *Aconia*, quibus commiſi cuſtodiam Hoſpitalis S. *Johannis Baptiſtæ* in **Berchamſtede**, quod ſimiliter cuſtodiant Hoſpitale S. *Johannis* Evangeliſtæ Leproſorum in eadem villa; ita quod bona & elemoſinæ quæ ad Hoſpitale S. *Johannis Evangeliſtæ* pertinent, per ipſos & per viſum eorum, in uſus pauperum & infirmorum ejuſdem Hoſpitalis

S. *Johannis Evangeliſtæ*, ſecundùm Deum & rationem in eadem domo expendantur, & alibi non aſportentur vel amoveantur: Et ut hæc conceſſio & confirmatio noſtra perpetuæ firmitatis robur optineant, præſentem Cartam Sigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus, *Galfrido* de *Bocland* Decano S. *Martini*, *Ric.* de *Stapeford*, *Johanne* de *Calc*, *Radulſo* de *Cheindedut* (&c.)

Carta Regis Edwardi *primi, per quam conceſſit Fratribus Hoſpitalis de* Acon, *advocationem Eccleſiæ de* Rotheleg *in Com.* Leic. *cum Capellis eidem ſpectantibus.*

Pat. 2. E. 3. p. 2. m. 7. per Inſpex.

Vide etiam Pat. 5. R. 2. p. 2. m. 31.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hibern.* & Dux *Aquit.* omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod cum celebris memoriæ Dominus *H.* Rex *Angliæ*, pater noſter, dudum per Cartam ſuam dediſſet & conceſſiſſet dilectis nobis in Chriſto Magiſtro & Fratribus Miliciæ Templi in *Anglia* Manerium de Rotheleg, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem Manerii & Capellarum ad eam ſpectantium: Habendum & tenendum de ipſo Rege patre noſtro & hæredibus ſuis dictis Magiſtro & fratribus & ſucceſſoribus ſuis in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut in dicta Carta pleniùs continetur: Nos licet diverſis rationibus jus habeamus in advocatione Eccleſiæ Manerii prædicti, & Capellarum prædictarum; volumus tamen & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris; quantum in nobis eſt, quod iidem Magiſter & fratres & eorum ſucceſſores eandem Eccleſiam cum Capellis de Gaddesby, Hayham, Grymeſtone, Warnoteby, Caudewell; & Wykeham ad dictam Eccleſiam ſpectantibus habeant & teneant ad pitanciam fratrum Conventus ſui de Acon, ſine reclamatione noſtri vel hæredum noſtrorum imperpetuum. In cújus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud Selebourn ſexto decimo die *Auguſti* anno regni noſtri quarto. Nos autem tenorem literarum prædictarum ad requiſitionem dilectorum nobis in Chriſto Prioris & fratrum Hoſpitalis Sancti *Johannis Jeruſalem* in *Anglia* duximus exemplificandam. In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm. xxviii.* die *Novembris.*

Actus in Parliamento anno xxiii. *H. 6. pro incorporatione iſtius Hoſpitalis*, &c.

Rot. Parl. 23. H. 6. n. 20.

ITem quædam alia Petitio exhibita fuit eidem Domino Regi in præſenti Parliamento per præfatos Communes pro Magiſtro & fratribus Domus Hoſpitalis S. *Thomæ* Martyris de Acres, in Civitate *London.* in hæc verba. To the full wiſe and diſcrete Comons of this preſent Parliament, mekely ſhewen John Neel Maiſter, and his Brethren of the Houſe or Hoſpitall of Saint Thomas the Martir of *Acres* in the Citee of *London*; that where on Thomas the ſon of Thebald of Helles, and Agnes his wife, ſiſter of the ſaid Saint Thomas, gafe and graunted to the Maiſter and Brethren at that tyme being of the Hoſpital of Saint Thomas the Martyr of *Canterbury* of *Acres*, alſe the londe with th'appurtenances, that ſome tyme was Gilbert Bekkitis, fader of the ſaid S. Thomas the Martyr, Archiebiſhop of *Canterbury*, yn the whiche londe the ſaid Martir was borne; to make there a Chirche in the worſhipp of God almighty, nd of the bliſſed Virgin Mary and of the ſeid glorius Martyr, whiche londes be yn the paryſhe of Saint Mary of Colchirche yn London; to have and to holde to thayme and thaire ſucceſſours yn free, pure, and perpetuell Almes for ever more. And afterward the noble Prince Kyng Henry the third, progenitour of our ſoveraigne lord; that now is, the fifty ſecond yere of his regne, by his Lettres Patentes graunted to the maiſter and Bretheren of the ſaid Hous or Hoſpitalle, at that tyme beyng, and to their ſucceſſours, by name of Maiſter and Brethern of the Hoſpitall of S. Thomas the Martyr of *Acres* yn the Citee of London, yn largeing of thair ſaid grounde the meſis and the place, with th' appurtenances yn the Citee aforeſaid, lieng betwene the Chirche of Saint Olave and the place where S. Thomas was borne; to have and to holde, to theyme and their ſucceſſours for evermore, in pure and perpetuell almes; and how that there hath ben yn the ſaide Hows or Hoſpital alway ſithyn a Maiſter and Brethern profeſſid yn the rule of Seint Auſtyn, after the Statutes and ordenaunce of the ſaid houſe or Hoſpitall, and preſtis end Clerkys there doyng divine ſervice yn the worſhip and pleaſir of God and of oure Lady, and of the ſeid glorius Martir: and at this tyme bien to the noumbre of xii. or mo; and howe that by infortune and myſgovernaunce the ſaid houſe or Hoſpitall hath be yn old tyme deſpoilled, and gret part of their evidences loſt and deſtroied, to the full gret hurt of the ſaid houſe or Hoſpital, and like to be diſheritaunce thereof hereafter, withoute graciouſe remedie hadde yn this behalfe.

Pleaſe hit youre full wiſe and worthi diſcrecions, at the reverence of God, to pray the Kyng oure ſoveraigne Lord, that hit pleaſe his noble grace, to the worſhip of God, his bliſſid moder our Lady Saint Marie, and of the ſaid glorius Martir Seint Thomas, yn ſupportacion and ſuſtenance of divyne ſervice yn the ſaid hous or Hoſpitalle, by th' aſſent of his Lordes ſpirituell and temporell, and by the auctorite of this preſent Parliament, to ordeigne, ſtabliſhe and approve; and that the Maiſter and Brethern thereof; the Maiſter and Brethern of the hous or Hoſpitall of Saint Thomas the Martyr of *Acres* in the Citee of London be called and repute; and by that name may enpleet and be enpleted, onſwere and be onſwered in all manner of Courtees aſwell ſpirituell as temporell, and they by that ſame name mowe be perſones able to purchaſe londez and tenementz of all manere perſones, and take hem of the yifte, aſwele of

oure ſoveraigne Lord and his heires, as of any other perſone, to have to theyme and their ſucceſsours for evermore: and that they have thaire commyn Sealle: and whenſumevere hit happen the ſaid houſe or Hoſpitalle hereafter to voide by dethe, ceſsion, reſignacione, privacione, or any otherwyſe, that the Brethern of the ſaid houſe or Hoſpitall profeſsid for the tyme beyng, without delay, and without any ſuyt of any licent of oure Lorde King, or of his heires mowe cheſe one of theyme ſelf or an other to be Maiſter of the ſaid Houſe or Hoſpitalle, and him to the ordinarie of the ſame houſe or Hoſpitalle, or to any other perſone, havyng the ordinarie *j*uriſdiction, preſent; as hit hathe ben uſed aforetyme; and he the ſaid perſone ſoe preſentid yn due forme to admitte.

And alſo to do write to the Archedecon of London, for the tyme beyng, to induct the ſeid perſone ſo choſen, yn corporell poſseſsion of the ſeid houſe or Hoſpitalle; and alſo without any charge of any penſion or corrodie at the praier of the Kyng our ſoveraigne Lord, oute of the ſaid houſe or Hoſpitalle yn any wiſe to be graunted, conſideryng that ther was never none graunted therein aforetyme; bot that the ſaid Maiſter and Brethern of the ſaid houſe or Hoſpitall, and there ſucceſsours, ayenſt the Kynge oure ſoverayn Lord and his heires and ſucceſsours of alle manere penſians and corrodyes be quyte and diſcharged for evermore by th'auctorite aboveſaid: And alſo to graunte, ratifie conferme and approve the eſtate and poſseſsion of the ſaid now Maiſter & Brethern, yn the londes, places, tenements, and poſseſsions above reherſed, and all other poſseſsions by what name ſo evere hit be afore this tyme by oure ſoveraigne Lord or his progenitours, or any other perſone yevyn, graunted, or devyſed to the ſaide nowe Maiſter and his ſucceſsours, or to any of his predeceſsours and ſucceſsours, or by the ſeid Maiſter or any of his predeceſsours yn any wyſe recovered: and alle this to graunt to the ſeid now Maiſter and Brethern, to have to theyme and theire ſucceſsours for evermore: Savyng to everych of the Kynges lieges, other then to theime and thaire heires which any londes or tenements of fee ſimple to the ſeid houſe or Hoſpitalle or the Maiſter and Brethern of the ſame, by whatſumever name the ſeid houſe or Hoſpitall, or the Maiſter and Brethern of the ſame have ben called afore this time, have yeven, devyſed, aſsigned, or graunted their title, right and intereſse, if they any have yn the londes and tenements aboveſaide: and they ſhall pray God for the proſperitee of the Kyng our ſoverayne Lord, and of alle his liege people; and this for the love of God, and in the way of Charitee.

Qua quidem petitione in Parliamento prædicto lectâ, auditâ, & pleniùs intellectâ, de aviſamento & aſſenſu prædictis reſpondebatur eidem in forma ſubſequenti. The Kyng, by th'advyſe and aſsent of the Lordes ſpirituell and temporell, and the Commens of this his noble roialme of Ingelonde, beyng in this preſent Parliament, and be auctorite of the ſame Parlement, hath graunted this Petition, and alle thyng conteyned in the ſame Petition; and wille and graunteth be the advyſe, aſsent and auctorite aboveſaid, that it be doone in alle poyntz as it is deſired by the ſame Peticion.

HOSPITALE

S. Johannis Baptiſtæ, *infra villam de* Lenne *in agro* Norfolcienſi.

F*Ait a remembrer de la Chartre* L'E*veſq;* John *le* Grey, *& de la confirmacioun de le Cha* ······ *de* Norwiz, *q'ils ſoyent conferme de Roy &c.*

Ex vetuſta membrana penès Majorem & Burgenſes de *Lenne.*

Item de la Hoſpital ſent John *en* Lenne; *coment un* Nichol *de* Bricham *Burgeys de meſme la ville, & altres, tenerent terres & tenementz a le dit Hoſpital, pur la ſuſtenance de poverez gentz en la noum de Dieu; & le Maire & les Burgiys de la dite ville preſenterent & eſtablerent Meſtre & Gardeyn de la dit Hoſpital jeks al temps* John de Ely *Eveſq; de* Norwiz; *quel* John *tolaſt la preſentement.*

Carta Ulfkebeli *filii Sanctimonialis de tota terra ſua in* Linna.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Ulfketel* filius Sanctimonialis de Sceringes, conceſſi & dedi, & hac meâ Cartâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* & Hoſpitali S. *Johannis Baptiſtæ* de *Linna*, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, totam terram meam in *Linna* ſuper calcetam ··· *Wdia*, quæ jacet inter terram, quam *Robertus* de *Jernemunt* tenuit de *Willielmo* de *Jernemunt*, & terram *Rogeri Piſtoris*, ſcilicet quadraginta pedes terræ in latitudine, & in longitudine quantum vicinæ terræ durant, pro anima mea & pro animabus patris & matris meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum & omnium fidelium defunctorum, in puram & liberam & perpetuam elemoſinam; & quietam ab omni ſeculari ſervicio mei & hæredum meorum, ſalvo ſervicio Domini *Norwicenſis* Epiſcopi, ſcilicet octo denarios annuatim, pro omnibus ſerviciis, conſuetudinibus & exactionibus. Hiis teſtibus, *Radulfo Kelloc*, *Willielmo* filio *Ricardi* (&c.)

HOSPITALE

S. Mariæ Magdalenæ *infra eandem villam de* Lenne.

Idid.

I*Sti ſunt Articuli, quibus Fratres Hoſpitalis beatæ* Mariæ Magdalenæ Lennæ *uti debent; ordinati per Archiepiſcopos* Cantuarienſes; *viz.* Thomam *de* Cant. *&* Robertum *de* Winchelſe, *in Viſitationibus ſuis, & per dominum* Petrum *Capellanum, Fundatorem noſtrum.*

Inprimis ingreſſi Fraternitatem, linteum ſuſcipientes veſtimentum, & calciamentorum formam decenter inciſſum, & colore ſecundùm morem fratrum anteceſſorum domus, in omnibus honeſtè cuſtodiant pacem; unitatem & fraternam caritatem inter ſe mutuam, diligenter obſervantes: Sobrii, caſti, modeſti, pacifici, & manſueti omnibus exiſtentes, Deo in omnibus ſervire ſtudeant; & demptâ totius arrogantiæ ſecularis ſuperbiâ, in omnibus humiles ſe exhibeant & amabiles.

Item, ſi aliquis Fratrum detractor fuerit, ſeu rixator, aut diſcordiæ ſeminator inter confratres, ſecundùm qualitatem delicti, coram Priore & Fratribus modo congrùo caſtigetur; & ſi obſtinatus fuerit, portio ſua ſubtrahatur: verò omnino incorrigibilis à Fraternitate impellatur.

Statutum eſt per dominum *Robertum* de *Winchelſe* Archiepiſcopum *Cantuarienſem*, & per dominum *Petrum* Capellanum, Fundatorem noſtrum, domum in honore beatæ *Mariæ Magdalenæ* Lenne, cum Eccleſia & ſepultura, ad ſuſtentationem duodecim Fratrum & Sororum; ſcilicet decem ſanos & infirmos, cum Capellano fratre ſano, & manere in domo iſta, in domo communi, & per occidentalem partem hujus meſuagii. Item infirmi in Cancello, cellario, Coquina, Curtilagio non veniant, niſi rationabilis cauſa ſubſit, & alia loca quàm eis ſpecialiter aſſignata; ſcilicet in Eccleſia, aula; in Curia occupare non præſumant. Contra dominum non murmurent; confratres ſuos ad iracundiam non provocent: contentiones & jurgia penitùs evitent. Infra cepta Hoſpitalis honeſtè vivant: non ſint vagabundi per patriam: negotia publica non excerceant, officiis ſanorum non ſe immiſceant: Sanis deferant & morem gerant in via cum eis obviam dent, prout juſtum fuerit & honeſtum: Non manducent nec bibant extra præcinctum Hoſpitalis per ſpacium unius leucæ, per circuitum, ne ſcandalum incurrant.

Item Sigillum commune dictæ domus, libri, calices, veſtimenta, reliquiæ, cera, & cætera omnia Eccleſiæ ornamenta, ac Ciſta cum theſauro Domus, penès infirmos fratres remaneant cuſtodienda, & pecunia communis in una pixide, ſub triplici clave cuſtodiatur; quarum una penès Priorem, & alia penès duos ſanos fratres reſideant, qui fidelem compotum confratribus reddere teneantur, cum fuerint interpellati; & elemoſinæ dicto Hoſpitali infra domum vel extra datæ, ponantur in dicta pixide ad commodum commune.

Quotiens voluerit uxorem ſuam, vel amicos viſitare, bis aut ter in anno, ſi neceſſitas urgeat, aut expoſcat utilitas, tunc clam & latenter hoc faciat, à Priore licentiatus, moram trahens non longam propter oblocutionem populi, & detractionem ac ſcandalum fraternitatis. Et ſi quis Fratrum aut Sororum dicti Hoſpitalis, infirmus aut ſanus, iſtos articulos, ſeu aliquem illorum contradicat, vel in contrarium facere præſumat, amittet commodum dicti Hoſpitalis per unum annum, & niſi velit caſtigari ſecundùm qualitatem delicti, infra unum annum à fraternitate repellatur imperpetuum, ut ſtatutum eſt.

Item præcipimus & ſtatuimus in ſtatuto noſtro, quod omnes confratres, ſorores infirmi, & · · · · hujus, ac in quolibet die primò ingrediat Eccleſiam ad audiendum ſeptem horas Canonicas, & Miſſam, & ad orandum pro omnibus benefactoribus ejuſdem loci. Item, quod omnes confratres & Sorores, ſi ſint domi, vel extra, habeant equales portiones de terris, tenementis & redditibus noſtris, ſicut Prior hujus domus. Et ſi contingat quod aliquis infirmus ſe extrahat per unum menſem, extrahatur portio dicti Hoſpitalis per unum annum; & ſi per unum annum, imperpetuum expellatur. Item quod omnes confratres & ſorores prædictæ Domus conveniant ad generale Capitulum die proxima poſt feſtum S. *Mariæ Magdalenæ*; & poſt Capitulum tentum faciant Miſſam celebrari pro ibidem jacentibus, & omnibus benefactoribus ejuſdem loci. Et quod unuſquiſq; noſtrûm, ſcilicet infirmus & ſanus offerat obolum argenti ad Miſſam pro ornamentis noſtri Altaris ſuſtentandis: & quod eadem die omnia ornamenta Eccleſiæ & theſauri Domus noſtræ coram confratribus & & Sororibus ponantur ad aſpiciendum. Et ſi contingat quod aliquis adveniat confrater vel ſoror hujus Domus, recipiatur, & Sigillum apponatur à ſeptem melioribus & ſapientioribus vel ad minus hujus Domus, ſub pœna portionis aliter agentis unius anni.

Pat.1.
p.1.m

Et ſi contingat, quod aliquis noſtrum confratrum, vel ſororum, infra vel extra obierit, quod prædicta domus habeat de illo mortuo optimum pannum cum capucio, quod habet, & lectum in quo moritur, atq; ciſtam ſi aliquam habeat, ſi non habeat octo denarios, & ſex denarios ad lumen ceræ, & ſex denarios ad potum inter Fratres & Sorores in dicta domo exiſtentes: Et domus faciat celebrare *Trigintale* pro anima ejus, & pro animabus omnium benefactorum iſtius domus in Eccleſia propria.

Et prædictus *Petrus* ordinavit & præcepit, quod tres ſolidi diſtribuerentur Fratribus ad eorundem collationem, cauſa orandi pro anima ejuſdem *Petri*, & animabus omnium fidelium defunctorum, ad ſex anni terminos; ad feſtum *Omnium Sanctorum* ſex denarios, ad feſtum *Natalis Domini* ſex denarios, ad *Epiphaniam* Domini ſex denarios, ad *Paſca* ſex denarios; ad *Pentecoſten* ſex denarios, & ad feſtum S. *Mariæ Magdalenæ* ſex denarios. Item præcepit, ſub pœna Excommunicationis, ut dies ejus *Anniverſarius* annuatim teneatur in Eccleſiâ prædictâ, & eodem die Capellanus ſit accepturus de domo *vi.* d. Fratres & Sorores aliorum *vi.* d. ad potandum. Item in die cœnæ præcepit diſtribuere cuilibet Fratri & Sorori prædictæ domus & cæteris Leproſis mendicantibus libellum & allec; & quod Leproſi extranei illa nocte in domo hoſpitarentur. Et ſi quis confratrum vel ſororum iſtos articulos contradicat præſcriptos, volumus & ordinamus quod portio ejus imperpetuum ſubtrahatur.

Et nos *Willielmus* de *Turbus* permiſſione divina *Norwicenſis* Epiſcopus, prædictam domum & cætera ſubſcripta ratificamus & confirmamus. In cujus rei teſtimonium præſentibus literis Sigillum domus eſt appenſum: Et quia Sigillum noſtrum eſt incognitum, Sigillum Decani *Lennæ* præſentibus apponi procuravimus, Anno Domini *MCLxxiiii*.

HOSPITALE

de Kynewaldgraves *in agro* Eboracenſi.

Carta Regis Edwardi *tertii Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 1. E. 3. p. 1. m. 9.

REx (&c.) Inſpeximus quaſdam literas Patentes, quas bonæ memoriæ *Thomas* quondam Archiep. *Ebor.* fecit ſororibus Hoſpitalis S. *Mariæ Magdalenæ* de Kynewaldgraves, & quas Decanus & Capitulum Eccleſiæ *Ebor.* confirmaverunt eiſdem ſororibus in hæc verba. Noverint (&c.) quod nos *Thomas* Dei gratia *Ebor.* Archiep. (&c.) Cartas Hoſpitale noſtrum de Kynewaldgraves, in quo nulla perſona debet aut conſuevit niſi per *Ebor.* Archiepiſcopos, ſeu per ſuos recipi, contingentes, inſpeximus in hæc verba. *R. Dei gratia* Ebor. *Archiep. Apoſtolicæ ſedis legatus, omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis ſalutem. Ad univerſitatis veſtræ notitiam pervenire volumus; quod nos, Conſiderata pauperum ſororum de* Kynewaldgrave *calamitate & miſeria; earum inopia, pietatis intuitu, & caritatis affectu, ex parte ſubvenire cupientes, pro ſalute animæ noſtræ & prædeceſſorum noſtrorum, conceſſimus & donavimus eiſdem ſororibus in perpetuam & puram & quietam elemoſinam, omnes decimas totius eſſarti noſtri de* Wimanneſtonge: *& ne hac noſtra conceſſio & donatio in poſterum alicujus malicia perturbari, nec prædictas ſuper eiſdem decimationibus ſorores in aliquo vexare poſſit, eaſdam eiſdem præſentis Scripti munimine, & Sigilli noſtri teſtimonio confirmamus (&c.) Hiis teſtibus,* Gaufrido *Præpoſito* Beverlacenſi (*&c.*) *Data* Beverlaci *per manum* Walteri *Clerici Domini Archiepiſcopi in Natale beatorum Apoſtolorum* Petri *&* Pauli, *anno ab incarnatione Domini* MCLxix. *regni verò* Henrici *regis ſecundi* xv. *Archiepiſcopatus autem* Rogeri Ebor. *Archiepiſcopi* xv.

Gaufridus *Dei gratia* Ebor. *Archiep. &* Angliæ *primas, omnibus has literas viſuris vel audituris, ſalutem in domino: Noverit univerſitas veſtra, nos divinæ pietatis intuitu, conceſſiſſe & dediſſe ſororibus Hoſpitalis* S. Mariæ Magdalenæ *de* Kynewaldegraves, *ad earum veſtitum,* xxx. *ſol. annuatim de redditu noſtro de* Beverlaco, *recipiendos ad* Pentecoſten (*&c.*) *Hiis teſtibus,* Jordano *Capellano,* (*&c.*)

Walterus *Dei gratia* Ebor. *Archiep.* (*&c.*) *Noverit nos* (*&c.*) *conceſſiſſe pauperibus ſororibus Hoſpitalis* S. Mariæ Magdalenæ *de* Kenewoldgraves, *ad ſuæ ſuſtentationis incrementum, omnes decimas garbarum culturæ noſtræ, quæ vocatur* Gibetesflat *imperpetuum poſſidendas. Et ne ſuper eiſdem decimis ab aliquo futuris temporibus moleſtiam ſuſtineant, vel calumpniam paciantur, eaſdem dicti Hoſpitalis ſororibus, una cum* xxx. *ſolidis de redditu noſtro* Beverlaci *annuatim recipiendis in termino* Pentecoſtes, *quos ad earum veſtitum falicis memoriæ* Galfridus Ebor. *Archiep. prædeceſſor noſter eis miſerecorditer contulit, tenore præſentium confirmamus; donationes prædictas Sigilli noſtri munimine roborantes. Decimas etiam totius aſſarti noſtri de* Wimaneſtong, *quam eædem ſorores ex dono venerabilis prædeceſſoris noſtri* Rogeri *quondam* Ebor. *Archiepiſcopi ſunt adeptæ; eiſdem auctoritate pontificali ſimiliter confirmamus. Hiis teſtibus, dominis* Alano *de* Watſand *Juſticiario Domini Regis,* Willielmo *de* Wychendune *&* Ricardo *de* Bevill *Seneſchallis* noſtris (&c.)

Quas quidem Cartas (&c.) confirmamus (&c.) In cujus (&c.) Data per nos *Thomam* Archiep. apud Cawood *ix.* Kal. *Maii* A. gratiæ *MCCCi.* & Pontificatus noſtri, ſecundo.

Nos autem præmiſſa omnia & ſingula contenta in literis prædictis: necnon donationem & conceſſionem, quas *Rogerus* de *Moleſcroft*, filius *Hervei* de *Moleſcroft* per Cartam ſuam fecit Deo & Fratribus & Sororibus ejuſdem Hoſpitalis de Kynewaldgraves; de una cultura terræ, cum pertinentiis in territorio de *Suburtona*, quæ vocatur Balkendale, in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam (&c.) quas *Willielmus* filius *Yvonis* per Cartam ſuam fecit (&c.) de duobus ſelionibus terræ, cum pertinentiis in prædicto territorio de Sudburton, apud Lundenpit, & de duabus ſelionibus terræ, cum pertinentiis in eodem territorio, ſuper Hoddeſipe; & de unâ acrâ terræ cum pertinentiis apud Macwra, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, &c. quas

Thomas de *Kirketon* per Cartam ſuam fecit, &c. de quadam portione cujuſdam ſelionis in campo dictæ villæ de **Suthburton**, in puram & perpetuam elemoſynam. Donationem, &c. quas *Walterus Furmage* de **Suthburton**, per Cartam ſuam fecit, &c. de toto jure & clamio quod habuit, &c. in duabus culturis terræ ipſorum Fratrum & Sororum, jacentibus ex orientali parte prædictæ domus de **Kynewaldgraves**.

Donationem, &c. quas *Walterus* filius *Hervei* de *Moleſcroft*, per Cartam ſuam fecit, &c. de quodam toſto cum pertinentiis in **Moleſcroft**, quod fuit *Turkilli* ad collem. Donationem, &c. quas *Thomas* filius *Thomæ* filii *Lete* per Cartam ſuam fecit, &c. de totâ terrâ, cum pertinentiis, quæ fuit prædicti *Thomæ* filii *Thomæ* in **Ginardecrofts**, in puram & perpetuam elemoſinam., Donationem, &c. quas *Thomas* filius] *Thomæ* de *Moleſcroft* per Cartam ſuam fecit, &c. de totâ terrâ cum pertinentiis, quam habuit in **Ghinardcroft** in territorio de **Moleſcroft**, in liberam & perpetuam elemoſynam. Donationem etiam, &c. quas idem *Thomas*, &c. fecit, &c. de totâ terrâ ſuâ, cum pertinentiis in dicto territorio de **Moleſcroft** in liberam & perpetuam elemoſinam. Donationem, &c. quas idem *Thomas* per Cartam ſuam fecit, &c. de totâ terrâ ſuâ, cum pertinentiis in **Moleſcroft**, quæ vocatur *le* **Park** in puram & perpetuam elemoſinam.

Confirmationem etiam, quam *Petrus* nepos Magiſtri *Albini*, per ſcriptum ſuum fecit Hoſpitali prædicto de ſeptem acris terræ in *Ridingia* de **Moleſcroft** in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem, &c. quas *Willielmus* filius *Gileberti* de *Ragniltorpe* per Cartam ſuam fecit, &c. de unâ culturâ ſex acrarum & ampliùs, cum pertinentiis in campo de **Ragniltorpe**, quæ vocatur **Albrithe flat**, in puram & perpetuam elemoſinam; & de communi paſtura in territorio de **Ranaltorp**. Donationem, &c. quas *Elenardus* filius *Ricardi Godchepe* per Cartam ſuam fecit, &c. de quadam terrâ ſuâ cum pertinentiis in territorio de **Walkynton**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem, &c. quas *Thomas Benderer* de **Walkynton** per Scriptum ſuum fecit, &c. de toto jure, &c. in quatuor ſelionibus in dicto territorio de **Walkyngton**. Conceſſionem, &c. quas *Johannes* de *Hundesle* per Cartam ſuam fecit, &c. de unâ acrâ terræ in **Oſmundwra** in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, &c. quas *Will. Hardy* de **Walkenton** per ſcriptum ſuum fecit, &c. de tribus perticatis terræ arabilis in ſolo de **Walkenton**, apud **Shortwood**, in **Oſmundwra**, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, &c. quas *Emma* filia *Ricardi* Clerici de **Walkenton**, per ſcriptum ſuum fecit, &c. de tribus perticatis terræ arabilis in territorio de **Walkenton** apud **Shortwood** in **Oſmundwra**, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, &c. quas *Johannes* de *Irnham* per Cartam ſuam fecit, & de tribus acris & una roda terræ in campo de **Frydavthorpe**. Donationem, &c. quas *Agnes* filia *Galfrius Tonſoris Beverlaci*, in **Walkergate** per Cartam ſuam fecit, &c. de quodam annuo redditu *xx. s.* & *vi.* d. in *Beverlaco*; ſcil. unam medietatem ad **Pentecoſten**; & aliam medietatem ad feſtum S. *Martini* in hyeme; percipiendo, *viz.* de tenemento cum pertinentiis quod quondam fuit *Johannis* de *Wyſebeche* in alto vico, propè forum Piſcis, verſùs Monaſterium S. *Johannis*, octo ſolidos, de tenemento quod quandoq; fuit *Johannis* de *Bilton*, priori tenemento collaterali, octo ſolidos: de tenemento *Willielmi* dicti de *Brackele* Tonſoris, in **Lathegate**, &c. *xxviii.* denarios: Et de tenemento quod aliquando fuit *Willielmi Murdak* in **Oſwaldgate** *xxvi.* d. in liberam, &c. elemoſinam.

Donationem, &c. quas *Agnes* filia *Gode*, quondam uxoris *Galfridi Tonſoris Beverlaci* in **Walkergate** per Cartam ſuam fecit, &c. de quadam terrâ in *Beverlaco*, cum ædificiis ſuprapoſitis, & aliis pertinentiis, in alto vico verſùs Monaſterium S. *Johannis*, quæ quondam fuit *Johannis* de *Wyſebeche* in puram & perpetuam elemoſinam; & quædam pars terræ prædictæ jacet ſuper feodum Domini Archiepiſcopi, & quædam pars jacet ſuper feodum Præpoſiti *Beverlaci*, in longitudine ab alto vico uſq; ad commune foſſatum. Donationem, &c. quas *Margareta* filia *Ricardi* de *Angulo*, per ſcriptum ſuum fecit, &c. de quatuor ſolidis annui redditus in *Beverlaco*, quem præfatus *Ric.* pater ſuus dedit præfatæ *Margaretæ* in vitâ, & poſt obitum ſuum eundem redditum contulit fratribus & ſororibus prædictis in liberam, &c. elemoſinam, de quadam terra juxta pontem animalium, quam *Will. Guthredi* de eo tenuit. Donationem, &c. quas *Avicia Sken*; quæ fuit uxor *Johannis Barach*, per Cartam ſuam fecit, &c. de annuo redditu *ii.* ſol. *vi.* d. de quadam terra cum pertinentiis in *Beverlaco*, quam *Robertus Speciarius* tenuit, &c. Donationem, &c. quas *Will.* filius *Alani Lambe* per ſcriptum ſuum fecit, &c. de annuo redditu *xvi.* d. de domo ubi *Andreas Saper* manere ſolet in majori vico *Beverlaci*. Conceſſionem, &c. quas *Johannes Pelliparius* de *Beverlaco*, per ſcriptum ſuum fecit, &c. de toto jure & clamio, quod habuit vel habere poterit in illâ terrâ cum ædificiis ſuprapoſitis, & pertinentiis in *Beverlaco*, jacente in **Aldeford**, &c. Donationem, &c. quas *Robertus Carpentarius* de *Beverlaco*, per ſcriptum ſuum fecit, &c. de totâ illâ terrâ, cum ædificiis ſuprapoſitis & pertinentiis ſuis in *Beverlaco*, &c. Donationem, &c. quas *Will.* filius *Willielmi* de *Lund*, miles, per Cartam ſuam fecit, &c. de annuo redditu *xviii.* d. in puram & perpetuam elemoſinam, recipiendo de terrâ illâ cum pertinentiis in *Beverlaco*, quam *Jacobus* filius *Stephani Clerici* de *Ebor.* de eo tenuit. Donationem, &c. quas *Henr. Fegge* Burgenſis de *Beverlaco* per ſcriptum ſuum fecit, &c. de redditu *ii.* ſol. per annum ad *Pentecoſten* & ad feſtum S. *Martini* in yeme de uno meſſuagio in *Beverlaco* in le **Dedelane**, &c. Donationem, &c. quas *Petrus* filius *Johannis* de *Craſſy* de *Beverlaco* per Cartam ſuam fecit, &c. de redditu *vi.* d. per annum in *Beverlaco*, percipiendorum de terra *Roberti* de *Ebor.* in liberam, &c. elemoſinam. Conceſſionem, &c. quas *Johannes Brun*, Burgenſis *Beverlaci*, per ſcriptum ſuum fecit, &c. de toto jure, &c. in illa terra in *Beverlaco*, in venella quondam *Thoma Hereward*, &c. & in redditu *xii*. d. quem conſuetus fuit recipere in **Hengate**, de terra quæ fuit *Bartholomai Mercer*, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, &c. quas *Reginaldus* filius *Ada* filii *Galfrid'*, filii *Strich* per Cartam ſuam fecit, &c. de redditu *ii*. s. per annum de quadam terra in *Beverlaco*, ſcil. in viculo qui fuit *Ada* patris ſui, &c. Donationem, &c. quas *Thomas* de *Bella aqua* per Cartam ſuam fecit, &c. de redditu *xii*. d. in villa *Beverlaci*, &c. Donationem, &c. quas *Will. Wodehalle*, filius & heres *Rogeri* del *Wodehalle*, juxta *Boverlacum*, per Cartam ſuam fecit, &c. de annuo redditu *ii*. s. cum pertinentiis, percipiendo annuatim ad feſta *Pentecoſtii* & *S. Martini* in yeme per equales portiones exeunte de duabus acris terræ cum pertinentiis, jacentibus in auſtrali parte cujuſdam crofti, quod vocatur **Caſtelcroft**, juxta *Beverlacum*, &c. Remiſſionem, &c. quas *Johannes* de *Graas* miles per ſcriptum ſuum fecit, &c. de toto jure, &c. in quodam annuo redditu *ii*. ſol. cum pertinentiis, quem percipere ſolebat de meſuagio dictarum ſororum in *Beverlaco* in alto vico; & etiam de toto jure, &c. in meſuagio prædicto; rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus noſtris, &c. confirmamus, &c. In cujus, &c. T. meipſo apud *Ebor.* *xx*. die *Junii*.

HOSPITALE

S. Margaretæ *infra burgum* Huntendoniæ.

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 13. E 3. p. 1. m. 4.

REx (&c.) Donationem & confirmationem, quas *M.* Rex *Scotia* fecit per Cartam ſuam in elemoſinam perpetuam, infirmis Hoſpitalis S. *Margareta* de **Huntendune** de octo libris de *Cuntona*, & *xii*. ſol. de terra *Audoeni* in eadem villa; & *xvi*. s & *ii*. d. de firma Burgi *Huntendunia*, ad terminum *Natalis Domini*: & *xl*. s. de ſochna de *Baldewyneſhowa*, & *ix*. ſol. de ſochna ad Scaccarium ad terminum S. *Mich*. de *xxviii*. s. *viz*. Capellano & Miniſtris eorum; & de una virgata terræ in *Styvecleya* ad lignum trahendum ad opus eorum de boſco ejuſdem villæ: & de paſtura quatuor vaccarum; & de quatuor quadrigatis feni de dominio in eadem villa. Et de uno raſario frumenti in uno quoq; menſe ortolano; & ad *Natale* Domini de uno raſario braſii de **Paſchemalt**, de ordeo & avenis: & dimidium raſarii de **Grath-malt**; & de uno carcaſio bono arietis.

Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Iſabella* de *Brus*, filia Comitis *David*, per Cartam ſuam fecit Deo & beatæ *Maria* & S. *Margareta* Hoſpitalis prædicti, & Leproſis ibidem Deo ſervientibus, de octo libratis ſterlingorum in villa de **Buntone**; habendas & percipiendas annuatim, ſicut elemoſynam conſtitutam, quam anteceſſor ſuus Rex *David* eis contulit; ſcil. de ſex virgatis terræ ad hoc conſtitutis in eadem villa, cum conſuetudinariis ſuis prædictas terras tenentibus, & cum tota ſequela eorum; & cum omnibus terris ſuis, ad ſolvendum annuatim prædictis Leproſis prædictas octo libras; ſcil. *Goſeelinum* præpoſitum, *Alexandrum* filium *Edred*, *Henricum* filium *Johannis*, *Johannem* filium *Henrici*, *Walterum* filium *Willielmi*, *Walterum Palmarium*, *Willelmum* filium *Jocelini*, *Henricum Abbatem*, *Alex. Fabrum*, *Samme*, *Walterum Paumere*, *Mabiliam* viduam; & omnes illorum prædictorum hæredes, in liberam puram & perpetuam elemoſinam.

Conceſſionem inſuper & confirmationem, quas *Robertus* de *Bruys*, dominus de *Valle Anandia*, per Cartam ſuam fecit (&c.) de omnibus tenementis ſuis in dicta villa de **Conyngtone**, cum pertinentiis, & cum omnibus eorum tenentibus in eadem villa, in tam puram & perpetuam elemoſinam, ſicuti domina *Iſabella* de *Brus*, mater ejuſdem *Roberti*, eis & eorum ſucceſſoribus ea dedit; ita quod liberi ſint & quieti de omnibus ſerviciis Curiæ, ſectis, & omnibus aliis ſecularibus demandis, eidem *Roberto* & hæredibus vel aſſignatis ſuis ſpectantibus; & de viſu Franci plegii de dictis tenentibus ſuis in eadem villa de **Cunyngtone** bis per annum; ſcil. ſemel poſt *Paſcha* & ſemel poſt feſtum S. *Mich*. nichil indè eidem *Roberto*, hæredibus vel aſſignatis ſuis reſpondendo, & de parvis Curiis ſuis tenendo in dicta villa, de eorum tenentibus, pro voluntate ſua, prout melius viderint expedire, non veniendo ad viſum Franc. plegii ipſius *Roberti*, & hæredum vel aſſignatorum ſuorum, per ſummonitiones vel diſtrictiones; ſet quod ipſi de hiis omnibus & aliis demandis liberi eſſent & quieti imperpetuum.

Donationem (&c.) quas *Bernardus* de *Bruys* miles & dominus de **Conyngtone** per ſcriptum ſuum fecit (&c.) de viſu Franci plegii, habendo & tenendo bis per annum in dicta villa de **Conyngtone**, ſingulis annis; *viz*. ſemel poſt feſtum S. *Mich*. & ſemel poſt *Paſcha*, de omnibus tenentibus dictorum Magiſtri & fratrum in eadem villa de **Conyngtone**, & eorum ſequelis, tam natis quàm naſcituris in feodo eorundem Magiſtri & fratrum reſidentibus ſeu commorantibus, cum omnimodis conſuetudinibus & libertatibus ad dictos viſus quoquomodo pertinentibus imperpetuum, ſine aliqua reclamatione, ſeu contradictione ipſius *Bernardi*, vel hæredum ſuorum, ſeu aliorum quorumcunq;; ita quod nec tenentes memorati Hoſpitalis, nec eorum ſequela, in dictorum Magiſtri & fratrum feodo reſidentes, venire ad viſum Franci plegii ipſius *Bernardi* minimè teneantur.

Donationem inſuper, &c. quas *Nich. Capernun* de **Huntendon** per Cartam ſuam fecit, &c. de duabus ſelionibus terræ arabilis, prout jacent in **Baudewenho**, inter terram *Katerinæ Fyn*, ex una parte, & terram quondam *Galfridi Meſſoris* ex altera, &c. Donationem, &c. quas *Will.* filius *Bartholomæi* de *Baudewenho*, per Cartam ſuam fecit, &c. de toto tenemento ſuo in parochia S. *Edmundi* ejuſdem villæ de **Huntendon**, jacentem inter terram *Willelmi Bonevill* ex una parte, & terram *Willielmi* de *Styvecle* ex altera. Donationem, &c. quas *Will.* filius *Willielmi Gregorii* de *Baldewyneſhou*, per Cartam ſuam fecit, &c. de toto prato ſuo in **Baldewyneſhou**, &c. habendum & tenendum prædictis Magiſtro & fratribus in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, &c. confirmamus, &c. In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm. xvii. Aprilis.*

HOSPITALE

de **Hornechirche** *in agro* Eſſexiano.

De ſtatu ejuſdem.

Placita coram Domino Rege apud *Weſtm.* term. Mich. 50. E 3. Rot. 18. *Eſſex.*

MAgiſter & confratres domus ſive Hoſpitalis de **Hornchirche**, dicunt, quod dicta Domus de **Hornchirche** eſt quædam Cella & parcella Hoſpitalis S. *Bernardi* de *Monte*, in *Sabaudia*, ultra mare; in quo quidem Hoſpitali S. *Bernardi* eſt quidam Præpoſitus, Magiſter & gubernator dicti Hoſpitalis S. *Bernardi* & omnium membrorum dicti Hoſpitalis; Et dicunt, quod quilibet Magiſter de **Hornechirche** & fratres ſui ſunt remotibiles ad voluntatem dicti Præpoſiti, nec habent Collegium nec commune Sigillum; nec poſſunt aliquem placitare, nec aliquis eos placitare poteſt, &c. Et dicunt, quod ſi placeret conſilio Domini Regis, iidem Magiſter & confratres ejus volunt oſtendere, nomine dicti Præpoſiti S. *Bernardi*, quod omnia quæ idem Præpoſitus habet in dicta domo de **Hornechirche**, ex dono progenitorum Domini Regis, illa habet in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, per Cartas progenitorum Domini Regis nunc, prout plenius oſtendere volunt, &c.

HOSPITALE

de **Herbaldoune** *in agro* Cantiano.

Carta Regis Henrici *ſecundi de* xx. *marcatis annui redditus eidem Hoſpital conceſſis.*

Pat. 12 H. 6. p. 2. m. 30. per Inſpex.

HEn. Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) Sciatis me dediſſe in perpetuam elemoſinam & præſenti Cartâ confirmâſſe Leproſis de *Herbaldona* xx. marcatas redditus ſingulis annis; habendas de redditu meo *Cantuariæ*, donec eas aſſignem alibi ſubſcipiendas, vel in Eccleſiis, vel in aliis redditibus. T. *G.* Epiſcopo *Lund.* *R.* Epiſcopo *Wigorn.* *R.* electo *Winton.* *R.* electo *Hereford.* Magiſtro *Willielmo* de *Inſula*, Comite *Willelmo* de *Mandevile*, *Willielmo* filio *Andr.* *Hug.* de *Creſſi* apud *Weſtm.*

HOSPITALE

S. Sepulchri *de* **Hedon**, *in agro* Eboracenſi.

Carta Regis Edwardi *ſecundi donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 19. E. 2. p. 2. m. 7.

REx (&c.) conceſſionem & confirmationem, quas *Ricardus* filius *Alani* filii *Ouberni* fecit Deo & Leproſis S. *Sepulchri* de *Hedona* ibidem Deo ſervientibus, de ſeptem acris terræ, quas præfatus *Alanus* pater ſuus illis dedit; in qua quidem terra domus illa fundata eſt. Donationem, &c. quas idem *Ricardus* fecit prædictis Leproſis de illa parte de **Twier**, quæ jacet inter Hoſpitale & illud foſſatum quod extenditur à [illegible] uſq; ad **Flet** de *Hedona*. Donationem, &c. quas *Adam* de *Preſtona* fecit, &c. de unâ bovatâ terræ in *Preſtona*, & de *Petro Curcy*, cum tota ſequela ſua, & cum omnibus Catallis ſuis; & cum tofto & ædificio in quo prædictus *Petrus* tunc manſit. Donationem, &c. quas *Thomas Dellund* fecit præfatis fratribus de ſelione terræ **Eſtevere**, quam habuit propinquiori cimiterio S. *Mariæ Magdalenæ* in occidentali parte culturæ *Adæ* de *Preſtona*. Donationem, &c. quas *Robertus* filius *Simonis* de *Preſton* fecit, &c. de quatuor acris terræ cum pertinentiis in **Preſtone**. Donationem, &c. quas *Galfridus* filius *Willielmi* ſervientis de *Preſton* fecit, &c. de una dimidia acra terræ cum pertinentiis

nentiis in **Preſtone.** Donationem, &c. quas *Iſabella* de *Rolleſton* fecit, &c. de una bovata terræ, cum pertinentiis, in **Preſtone.** Donationem, &c. quas *Johannes* de *Stotewille* de **Rolleſtone**, filius *Henrici* de *Stotewille* fecit, &c. de uno ſelione terræ, cum pertinentiis, in campo auſtrali de **Preſtone**, in eſcambium pro quodam annuo redditu *xxvi.* d. in **Hedone.** Donationem, &c. quas *Petrus* filius & hæres *Johannis* de *Nuttiles* fecit, &c. de duabus acris & quinq; perticatis terræ, cum pertinentiis in **Preſtone**; in eſcambium pro duabus acris terræ in **Nuttell**, quas dicti Magiſter & confratres tenuerunt de feodo ipſius *Petri.*

Donationem, &c. quas *Turſtanus* Clericus, filius *Petri* de *Preſtona*, fecit, &c. de uno ſelione terræ cum pertinentiis in *Preſtona*; continente tres partes unius acræ. Donationem, &c. quas *Petrus Hog*, Burgenſis *Hedona* fecit, &c. de ſeptem acris & tribus ſtagnis prati, in illâ culturâ ſuâ qui vocatur **Mikelland.** Donationem, &c. quas idem *Petrus* fecit, &c. de totâ illâ placeâ prati, cum pertinentiis, quæ jacet inter placeam prati, quam iidem Magiſter, Fratres & Sorores habent de dono ipſius *Petri*, & clauſum quod vocatur **Langecroſt** verſus orientem. Donationem, &c. quas *Johannes* de *Melſa* miles, filius & hæres *Godefridi* de *Melſa* fecit, &c. de illo clauſo juxta villam de **Hedone**, quod vocatur **Milncroſt**, cum omnibus foſſatis & pertinentiis ſuis. Remiſſionem etiam, &c. quas idem *Johannes* fecit eiſdem de annuo redditu duodecim denariorum, quos iidem Magiſter & fratres præfato *Johanni* reddere ſolebant de illo Clauſo quod vocatur **Poltercroſt**, in eſcambium terrarum & redditunum, quas & quos idem *Johannes* de præfatis Magiſtro & fratribus tenuit in **Aldeburgh**, **Bewyke** & **Eſt-Halſham.** Donationem, &c. quas *Radulfus Haukyn* de *Preſtona* fecit, &c. de duobus ſelionibus terræ cum pertinentiis in *Preſtona.* Confirmationem, &c. quas *Nich.* filius *Andræi Haukyn* de **Preſton** fecit, &c. de toto jure & clamio, &c. in quatuor acris terræ arabilis cum pertinentiis in **Preſtone.** Donationem, &c. quas *Rogerus* filius *Petri* de *Lundo* Clericus fecit, &c. de illâ placeâ terræ, cum bercariâ ſuperpoſitâ, quæ eſt in auſtrali campo de **Preſtone.** Donationem, &c. quas *Johannes Palmer* de **Hedon** miles fecit, &c. de uno ſelione terræ in **Preſtone**, in una placea terræ, quæ vocatur **Lidars.** Donationem, &c. quas *Henricus* filius *Simonis* de **Preſton** fecit, &c. de uno ſelione terræ cum pertinentiis in **Preſtone.**

Donationem, &c. quas *Mathæus* filius *Alexandri* de **Thuneſtall** fecit, &c. de quinq; bovatis terræ cum pertinentiis in **Thuneſtalle**, & de tota terra arabili, prato, turbario & mariſco, quæ idem *Mathæus* nuper habuit ad pontem de **Thirkil**, **Thormodegrene**, & **Ingolſpole**; & de *x.* acris & uno ſtagno & *xx.* perticatis prati; & de quodam foſſato in latitudine octo pedum; & de clauſo quod *Hugo* filius *Hunæ*, & de clauſo quod *Rocelinus* quandoq; tenuerunt; & de redditu *xviii.* d. in clauſo ubi *Johannes Talon* quondam manſit. Conceſſionem, &c. quas *Wil.* de *Laſelles* de **Dryngham** fecit, &c. de uno meſuagio & de illis quatuor bovatis terræ, cum pertinentiis, in **Conyngſton**, quas idem Magiſter & confratres habuerunt de dono *Radulfi Haghen.* Donationem, &c. quas *Galfridus* filius *Walteri* de **Redneſſe** fecit, &c. de ſex percatis in latitudine de mora ſua in mora de **Redneſſe**; & in longitudine quantum mora illa ſe extendit verſus **Crulle.** Donationem, &c. quas *Amans* de *Sutton* fecit, &c. de *v.* ſol. redditus in una bovata terræ in **Caneſter**, quam *Emma* uxor *Simonis* tenuit in eadem villa totâ vitâ ſuâ, & poſt deceſſum prædictæ *Emmæ* de prædicta bovata terræ, cum toto clauſo & ædificio, quod fuit prædicti *Simonis*; & cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis infra villam & extra. Conceſſionem, &c. quas *Seierus* de *Sottona*, filius *Amandi* de *Suttona* fecit, &c. de una bovata terræ in **Cagheniſtede**, cum toto toſto quod fuit *Simonis*, & cum omnibus pertinentiis ſuis infra villam & extra.

Donationem etiam, &c. quas *Philippus* de *Langeberge* fecit, &c. de una bovata terræ cum pertinentiis in **Cameryngtone**, cum toſto & ædificio & omnibus pertinentiis ſuis, &c. Donationem, &c. quas *Stephanus* de *Cameryngton* fecit, &c. de una bovata terræ & dimidia, cum pertinentiis in **Cameryngtone**, cum quodam toſto & ædificio, quod fuit quondam *Henerardi*, cum omnibus pertinentiis ſuis, &c. Donationem, &c. quas *Robertus* filius *Stephani* filii *Mathæi* fecit, &c. de una dimidia bovata terræ in **Cameryngtone**, cum omnibus pertinentiis, &c. Conceſſionem, &c. quas *Jana* filia *Gilb.* de *Beleſted* fecit, &c. de illa bovata terræ, quam iidem fratres habuerunt de dono *Willielmi* de *Beleſted*, patri ſui, in campo de **Rihil**, integra, exceptâ dimidiâ acrâ terræ ad **Burc**; pro qua dictus dedit eiſdem fratribus in eſcambium dimidiam acram terræ arabilis ſuper **Langholme**, quæ vocatur **Redidale**; & unum ſelionem juxta ſuum ſelionem in **Cormereys**, habentem in latitudine duas perticatas in eſcambium de **Feucroſt**, quod dictus *Will.* dedit *Ada* de *Carnca*; & excepta dimidia acra prati ad **Littilholme**, pro qua dictus *Will.* dedit eiſdem fratribus in eſcambium dimidiam acram prati in eadem cultura. Donationem, &c. quas *Mathæus Pechi* de **Cameryngtone** fecit, &c. de tota illa parte terræ ſuæ, quæ vocatur **Salthage**, cum bercaria infra ſita, &c. Donationem etiam quam *Thomas Pincerna* de **Etherdawyke** fecit, &c. de uno toſto & una bovata terræ, cum pertinentiis, in **Etherdawyke.** Donationem, &c. quas *Amandus* de *Ruda*, filius & hæres *Willielmi* de *Ruda*, fecit, &c. de uno toſto & uno meſuagio cum pertinentiis in **Etherdewyke**, in quo *Arthurus* quondam manſit; & medietatem unius toſti jacentis juxta domum *Ricardi* filii *Radulphi* verſus occidentem in eadem villa; & de alia medietate ejuſdem toſti, quam *Knut* tenuit aliquando in eadem villa: Et de illa bovata terræ, cum pertinentiis ſuis in territorio ejuſdem villæ, quam *Arthurus* aliquando tenuit: necnon de una bovata terræ in eadem villa, quam iidem fratres habuerunt de dono *Willielmi* Capellani, filii *Knut*. Conceſſionem, &c. quas *Johannes Surdewale*, filius *Alani* de *Sourdewale* fecit, &c. de illa bovata terræ cum toſto & aliis pertinentiis ſuis in **Etherdwyke**, quam iidem confratres & ſorores habuerunt de dono *Thoma Pincerna* de **Etherdwyke**; & de illa bovata terræ, cum pertinentiis, quam iidem confratres & ſorores habent de dono *Willielmi* filii *Willielmi* Clerici de **Eſtmentone** in villa de **Etherdwyke**; & de illa placea terræ cum herbagio & omnibus arboribus in eadem creſcentibus, & aliis pertinentiis ſuis in **Etherdwyke**, quam iidem Fratres & Sorores habent de dono *Roberti* filii *Silveſtri* de *Etherdwyke*; & de duabus acris terræ ex utraq; parte villæ de **Etherdwyke** cum omnibus pertinentiis, &c. Conceſſionem, &c. quas *Will.* de *Ruda* fecit, &c. de una bovata terræ , cum toſto & ædificio in **Etherdwyke**, in quo *Arthurus* quondam manſit; & cum medietate toſti juxta domum *Ricardi* filii *Radulfi*; & cum alia dimidietate ejuſdem toſti, quam *Knut* quondam tenuit, cum pertinentiis ſuis, &c. necnon de redditu annuo trium ſolidorum in illa bovata terræ, quam dictus *Knut* quondam tenuit. Donationem, &c. quas *Hawiſia* quondam Comitiſſa *Albemarliæ* fecit, &c. de *Alano* **Coche**, cum tota ſequela ſua, & omnibus catallis ſuis; & de uno toſto & una bovata terræ in **Bannewyke**, cum omnibus pertinentiis, &c. Conceſſionem, &c. quas *Rogerus* de *Rymeſwell* fecit, &c. de una bovata terræ cum pertinentiis in **Rymeſwelle**, illa ſcil. quæ vocatur **Dudeholm & Gayre**, cum toto toſto quod vocatur **Holme**, & cum omnibus foſſatis dictum toſtum circuentibus & aliis pertinentiis & aiſiamentis ſuis, infra villam & extra; ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, &c. confirmamus, &c. In cujus, &c. T. Rege apud *Glouc. xii.* die *Maii.*

HOSPITALE

de **Havering** in Eſſexia.

Carta Regis Henrici *ſecundi, de Eccleſia de* **Havering**.

Cart. 13. E. 1. n. 56. per Inſpex

HEN. Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſc. (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe, Eccleſiæ S. *Bernardi* de *Monte-Jovis*, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Havering**, cum omnibus pertinentiis ſuis, ad faciendum ſibi ignem pro pauperibus. Et ideo volo (&c.) T. Comite *Ganfrido* de *Maudevill*, *Ricardo* de *Lucy*, *Reginaldo* de S. *Walerico*, *Gocelino* de *Baliol*, & *Willielmo Cadè*, apud **Berchamſtede**.

Carta Regis Ricardi *primi, donationem patris ſui confirmans.*

Cart. Antiq. R. n. 36. Videſis Cart. 13. E. 1. n. 54.

RIcardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe pauperibus *Montis Jovis* in Eccleſia S. *Nicholai* & S. *Bernardi*, degentibus apud **Havering**, Donationem, quam pater noſter eis dedit; ſcil. *xxv.* libratas terræ in ſterlingo; Et apud *Cheſelidam viii.* libratas, & quæcunq; rationabiliter eis datæ ſunt, vel dabuntur in tota terra noſtra. Habenda & tenenda in liberam & perpetuam elemoſinam, benè & in pace, & honorificè, & quietè, & liberè de omnibus conſuetudinibus. Quare volumus (&c.) Teſtibus, *H. Dunelm.* Epiſcopo, *Willielmo Mareſcallo*, *Johanne Mareſcallo*, (&c.)

Carta Regis Henrici *tertii, conceſſiones donatorum recitans & confirmans.*

Cart. 13. E. 1. n. 56. per Inſpex

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* (&c.) Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis quod conceſſimus, & hac Cartâ noſtra confirmavimus Magiſtro & fratribus de *Monaſterio Cornuto*, totam terram ſuam, cum pertinentiis, quam tenent de nobis in Capite, infra Manerium noſtrum de **Havering**; videlicet dimid. virgatam, & tres partes quartæ partis unius virgatæ teræ, cum pertinentiis, apud quendam locum qui vocatur **Reyns**, & quartam partem unius virgatæ, & octavam partem unius virgatæ terræ, cum pertinentiis, apud quendam locum qui vocatur **Riſebregg**; & octavam partem unius virgatæ terræ, cum pertinentiis de terra quæ fuit *Rog. Poni.* Et ſexaginta & ſex acras & duas **Dayweries** terræ, & unam rodam prati cum pertinentiis, juxta pontem *Haroldi*, & prope **Riſebregg**. Tenenda & habenda de nobis & hæredibus noſtris, eiſdem Magiſtro & fratribus & ſucceſſoribus ſuis, benè & in pace, liberè & quietè imperpetuum. Reddendo indè nobis & hæredibus noſtris, ipſi Magiſter & fratres & ſucceſſores ſui ſingulis annis *xliii.* ſol. & tres quadrantes, quos priùs ſolverunt annuatim Ballivo noſtro de **Havering**; & tres ſolidos de incremento annuos pro ſectâ Curiæ noſtræ de **Havering**; videlicet unam medietatem ad Scaccarium S. *Michaelis*, & aliam medietatem ad Scaccarium *Paſchæ*, pro omni ſervicio, ſectâ Curiæ, conſuetudine, exactione & demandâ, præterquam quod claudere debent de maeremio noſtro ſeptem perticatas de palicio parci noſtri de **Havering**.

Conceſſimus etiam & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus eiſdem Magiſtro & fratribus omnes terras, quas habent infra idem Manerium de **Havering** de hominibus ejuſdem Manerii; videlicet *lxxxiiii.* acras & dimid. duo meſſuagia cum curtilagiis, unam acram prati, & duas acras gravæ & dimid. cum pertinentiis. Tenenda & habenda eiſdem Magiſtro & fratribus & ſucceſſoribus ſuis, & faciendo inde ſervicia

vicia ſecundùm tenorem Cartarum eis inde confectarum imperpetuum. Salvis nobis & hæredibus noſtris ſerviciis de præfatis hominibus noſtris inde debitis & conſuetis. Noſumus autem quod prædicti Magiſter & fratres; vel ſucceſſores ſui, de cætero, aliquid adquirant in eodem Manerio ſine licentia noſtra ſpeciali. Quare volumus (&c.) Dat. per manum noſtram apud **Porteſmuth** ſeptimo die *Julii* anno regni noſtri *xxxvii*.

HOSPITALE

de Elleſham *in agro* Lincolnienſi.

Carta Goſlani *filii* Eliæ *de* Amundevill *de Fundatione ejuſdem.*

Ex ipſo autogr. in bibl. *Denveſiana.*

OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Goſlanus* de *Amundevilla*, *Eliæ* filius, ſalutem. Univerſitati veſtræ innoteſco, me in Capitulo *Lincolnienſi*, multis aſtantibus, Cartas *Walteri* de *Amundevilla*, & *Eliæ* patris mei, recitatas audiviſſe & intellexiſſe, quæ pertinent ad Hoſpitale de **Elleſham**; eaſque ibidem confirmâſſe; & ibidem me obligavi, ne unquam meo ſtudio vel alterius machinatione, vice meâ, vel voluntate, vel conſenſu, vel affectu, alii religioni idem Hoſpitale ſubponatur, vel ſubjiciatur, & præſertim fratribus *Hoſpitalis Jeroſolimitani*; ſed perpetuo ſubjicietur ſollicitudini Canonicorum ibidem Deo & pauperibus ſervientium. Et ut præfata donatio firmiùs & ſtabiliùs in poſterum robur habeat, dignum duxi prædictam, tam *Walteri*, quàm *Eliæ* patris mei donationem, Cartâ propriâ corroborare.

Ego quoq; *Goſlanus* filius *Eliæ* de *Amundevilla* eidem Hoſpitali concedo & confirmo, pro anima patris mei & matris meæ & aviæ meæ *Beatricis*, ejuſdem Hoſpitalis Fundatricis, & *Walteri* avunculi mei, & omnium parentum meorum, quicquid *Beatrix* avia mea & *Walterus* avunculus meus dederunt & pater meus Cartâ ſuâ confirmavit; ſcilicet totum feudum eorum de **Elleſham**; videlicet, Eccleſiam ejuſdem villæ cum omnibus pertinentiis ſuis; & totum dominium & villenagium, cum omnibus pertinentiis ſuis, infra villam & extra, in terra arabili & paſtura, in boſco & plano, in prato & mariſco, in terris & in aquis, in vivariis & piſcariis, in viis & ſemitis, in molendinis & in omnibus aliis hæreditariis rebus, excepto ſervicio *Ingelrami* de *Moncellis*: & duas toftas in eadem villa de feodo *Willielmi Britonis*, de ſub Hoſpitali à parte occidentali; propter quas datum eſt eſchangium in eadem villa. Et Eccleſiam de *Kinnerbi*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam de **Birkebi**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam de **Partesford**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam de **Wynethorp**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et in eadem villa de **Wynethorp** unum molendinum quod *Turſtanus Carpentarius* & ſui hæredes debent tenere de prædicto Hoſpitali per duodecim denarios annuatim donandos; Et unam toftam, cum una bovata terræ & dimidia, quam *Ranulfus Parvus* tenuit in eadem villa; & extra villam tria molendina ſuper *Trentam* ſita; & totam terram quam prædictus *Walterus* de *Amundevilla* avunculus meus habuit in *Rowellia*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et unum hominem in *Ouresbi*, *Willielmum* Prepoſitum, & uxorem ſuam & filios & filias eorum, cum omnibus catallis ſuis; & cum duabus toftis & tribus bovatis terræ in eadem villa de **Ouresbi**, cum omnibus pertinentiis ſuis, Deo & Sanctæ *Mariæ* matri Domini noſtri Jeſu Chriſti & Sancto *Ædmundo*, & prædicto Hoſpitali de **Elleſham**, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus, ad Hoſpitalitatem per Canonicorum amminiſtrationem, pauperibus manutenendam, concedo & præſenti ſcripto confirmo, & ſigilli mei atteſtatione munio, in perpetuam elemoſinam ab omni ſeculari ſervicio liberam & quietam, Salvâ meâ & hæredum meorum advocationis dignitate.

Hiis Teſtibus, *Radulfo* Subdecano, Magiſtro *Petro* de *Melide*, Magiſtro *Alexandro Illeberto*, *Pagano*, *Rogero* de *Derbia*, Magiſtro *Simone*, *Alexandro Malebiſſa*, *Willielmo Fulchon*, *Radulfo* de *Virenn.* *Philippo*, Canonicis *Lincolnienſis* Eccleſiæ, *Willielmo* de *Amundevilla*, *Rogero* Capellano *de* **Kinnerbi**, *Philippo* Apoſtolorum *Wiardo Abilredo*, *Philippo Ruffo*, *Godefrido* Diacono, *Roberto* nepote *Adæ*, *Adam* de *Eboraco*, *Galfrido*, *Roberto Code*, *Willielmo* filio *Fulcheri* juniore, *Ricardo* de *Eſtgate*, Magiſtro *Roberto*, *Petro* de *Tilenn.* *Goſlano* de *Evermon*, *Rogero* de *Latton*, *Thoma* de *Arennes*, *Waltero* de *Evermou*, *Reneiro* nepote *Goſlani* de *Evermou*, *Willelmo* de *Sabrihteſworth*, *Benedicto* filio *Unfridi*, *Gilleberto* de *Lundoniis*; *Roberto* de *Warewic*; *Matheo Arundell*, *Ricardo* Clerico, *Alano* de *Kinnerbi*, & aliis multis.

Carta Walteri *de* Amundevill.

Ibid.

OMnibus Dei fidelibus *J.* de *Thornton*, & *R.* de *Grimeſbi*, & *A.* de *Barlinges* Abbates, & *W.* de *Thornham* Prior, ſalutem: Sciatis nos inſpexiſſe, legiſſe, & manibus attrectâſſe Cartas Domini *W.* Prioris de **Elleſham** in hæc verba. Notum ſit omnibus Sanctæ Eccleſiæ fidelibus, Clericis & laicis, præſentibus & futuris, quod ego *Walterus* de *Amundevill*, Hoſpitale de **Elleſham**, quod domina & mater mea *Beatrix* incepit & conſtituit, conceſſi & confirmavi, ac inſuper, in mea legitima poteſtate & corporis mei hilaritate, pro ſalute corporis & animæ meæ & hæredum meorum, fratrum, & ſororum, & parentum meorum; & pro animabus patris & matris & uxoris meæ, & parentum meorum dedi & conceſſi Deo & Sanctæ *Mariæ* matri Domini noſtri Jeſu Chriſti,

Christi & Sancto *Edmundo*, & prædicto Hospitali & Canonicis regularibus ibidem Deo famulantibus, quicquid feudi in prædicta villa de **Ellesham** habui.

Inprimis Ecclesiam ejusdem villæ, quæ in feudo meo sita est, cum omnibus pertinentiis suis. Et totum dominium meum ejusdem villæ, & villenagium, cum omnibus pertinentiis suis infra villam & extra, in bosco & plano & terra arabili & pastura, in prato & marisco, in venationibus & piscationibus, in terris & in aquis, in molendinis & omnibus mihi jure hereditario debitis, excepto servicio de terra *Ingelrani* de *Moncellis*. Et præterea duas toftas in eadem villa de sub Hospitali à parte occidentali, in quibus *Normannus Carpentarius* & *Godefridus* filius *Lente* manent, seu manserunt, quæ toftæ fuerunt de feodo *Willielmi Britonis*, propter quas dedit eis eschangium in eadem villa & Cartam meam in testimonium & munimen.

Et præterea Ecclesiam de **Chirchebi**, cum suis pertinentiis; Ecclesiam de **Kinerbi**, cum suis pertinentiis; Ecclesiam de **Parteford**, cum suis pertinentiis; Ecclesiam de **Winetorp**, cum suis pertinentiis, & *Willielmum* Præpositum meum, filium *Lefwini* de *Ouresbi*, & uxorem suam, & filios & filias, cum catellis suis, & cum duabus toftis & tribus bovatis terræ. Toftam scil. cum bovata terræ; quam *Lefwinus* pater prædicti *Willielmi* tenuit in *Ouresbi*, & toftam cum duabus bovatis terræ, quam *Orm*, avunculus ejusdem *Willielmi* tenuit in eadem villa, cum omnibus pertinentiis suis, in pascuis & pratis & Mariscis. Et totam terram meam de *Rowella*, cum omnibus pertinentiis suis; & tria molendina apud **Winetorp**, super Trentam sita; & quartum in villâ de **Winetorp**, quod *Turstinus Carpentarius* & sui hæredes, ex meo dono tenebant de prædicto Hospitali, per duodecim denarios solvendos annuatim. Et in eadem villa de **Winetorp** unam toftam cum bovata terræ & dimidia, quas *Ranulfus* tenuit, cum omnibus pertinentiis suis.

Hæc omnia ad hospitalitatem per Canonicorum administrationem pauperibus manutenendum, dedi & concessi, & præsenti scripto confirmavi, & sigilli mei attestatione corroboravi in perpetuam elemosinam, ab omni seculari servicio liberam & quietam; Salva meæ & hæredum meorum advocationis dignitate. Testibus, *Willielmo*, *Elia*, *Radulfo*, *Adam* de *Amundevilla*, fratribus meis, *Philippo* Abbate de *Thorenton*, *Ada* filio *Tesaurarii*, *Willielmo* filio *Tesaurarii*, *Willielmo* filio *Roberti*, *Rogerio* Capellano, *Hugone* Clerico, *Willielmo* de *Beingham*, *Toma Selvein*, *Rogerio* de *Esticheswald*, *Willielmo* de *Amundevilla*. *De Halewerefolc*, *Odone* filio *Estanford*, *Hugone Ruff*. *Galfrida* de *Crokeston*, *Willielmo* de *Sabrichesworthe*, *Rogerio Clement*, *Ricardo Pinel*, *Toraldo* Præposito de **Ellesham**, *Otherio* de *Ellesham*.

Carta Willielmi *de* Amundevilla *donationem* Walteri *fratris sui confirmans.*

NOtum sit præsentibus & futuris, Clericis & laicis, quod ego *Willielmus* de *Amundevilla*, pro salute corporis & animæ meæ & uxoris meæ *Agnetis* (&c.) Hospitale de **Ellesham**, quod domina & mater mea carnalis *Beatrix*, incepit & instituit, & quicquid Dominus & frater meus *Walterus* de *Amundevilla* ipsi Hospitali per Cartam confirmatam dedit; scilicet quicquid feudum in præfata **Ellesham** habuit. Inprimis Ecclesiam ejusdem villæ, cum suis pertinentiis, & totum dominium & villenagium, cum omnibus pertinentiis suis, infra villam & extra, in terra arabili & pastura (&c.) confirmo (&c.) Testibus, *Roberto* Episcopo *Lincolniæ*, *Adelelmo* Decano *Lincolniæ*, *Martino* Tesaurario *Lincolniæ*, Magistro *Petro* de *Melide*, *Petro* de *Gousla* Vicecomite. *Hugone Selvein*, *Elia* de *Ringedon*, *Alano* de *Crokesbi*, *Willielmo* de *Sabricheswrthe*. Ibid.

Carta Elyæ *de* Amundevill *donationem* Walteri *fratris sui confirmans.*

NOtum sit omnibus præsentibus & futuris, Clericis & laicis, quod ego *Elias* de *Amundevilla*, pro salute animæ & corporis meæ (&c.) Hospitale de **Ellesham**, quod domina & mater mea carnalis *Beatrix* incepit & constituit; & quod dominus & frater meus *Walterus* de *Amundevilla* ipsi Hospitali per Cartam confirmatum dedit; scilicet quicquid feudi in prædicta **Ellesham** habuit. Inprimis Ecclesiam ejusdem villæ (&c. ut in Cartâ præcedenti.) Testibus, *Radulfo* de *Amundevilla*, & *Ada* de *Amundevilla* fratribus meis, *Jorsleno* & fratre suo *Willielmo* de *Evermo* nepotibus meis; *Radulfo* de *Amundevilla* filio *Radulfi* fratris mei; *Willielmo* filio *Roberti*, *Willielmo* de *Feuterer*, *Willielmo* de *Beingham*. Ibid.

Carta Johannis *fili* VVillielmi *de* Dyve, *concessiones donatorum recitans & confirmans.*

OMnibus Christi fidelibus, præsentibus & futuris, præsens scriptum visuris vel audituris, *Johannes* de *Dive*, filius *Willielmi* de *Dive*, æternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra, me intuitu caritatis & pro salute animæ meæ, & prædicti Domini *Willielmi* patris mei, & *Ermetrida* matris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, concessisse, & hoc præsenti scripto confirmâsse Deo & Ecclesiæ Conventuali beatæ *Mariæ* de **Ellesham**, & Canonicis & fratribus ibidem Deo servientibus & in perpetuum servituris, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, solutam & quietam ab omni seculari servicio, consuetudine & demanda imperpetuum, quicquid feodi prædicti Canonici habent de dono *Walteri* de *Amundevilla* in villa de **Ellesham**; Ibid.

videlicet quicquid idem *Walterus* habuit in Elleſham in terris & tenementis, excepto ſervicio *Ingelrami* de *Moncellis*, cum pertinentiis, & advocationes Eccleſiarum de Elleſham, Byrkeby, Bynerby, Narthford, & Winthorp; cum omnibus ſuis pertinentiis; & tria molendina apud Winthorpe ſuper Trentham ſita; & quartum molendinum in villa de Winthorpe, & unam bovatam terræ & dimidiam in eadem villa, quam *Ranulphus* tenuit.

Præterea duo toſta in villâ de Duresby, & tres bovatas terræ, quas *Will.* frater *Lewin* tenuit in eadem. Præterea totam terram, quam idem *Walterus* de *Amundevilla* tenuit in villâ de Rouwell, cum omnibus pertinentiis: Salvâ mihi & hæredibus meis advocationis dignitate: Ad hæc ſciatis me, pro me & hæredibus meis memoratis Canonicis & Fratribus & Eccleſiæ ſuæ prædictæ in formâ præſcriptâ conceſſiſſe & confirmâſſe unam bovatam terræ in Wulrikby, quam habent ex conceſſione *Simonis* de *Rople* (&c.) & duas bovatas terræ in Bynerby & Duresby de dono dominæ *Ermitrida* de *Amundevilla* (&c.) Hiis teſtibus, *Nicolao* de *Rye*, tunc Vicecomite *Lincolnia*, *Henrico* de *Scibthorp*, *Matheo* de *Dyve*, *Johanne* de *Horkeſtuna* (&c.) Data apud Bynerby ſecundo nonas *Martii* anno Domini *MCCLxxviii.* 1277.

Litera Jollani *de* Amundevill *miſſa Domino Papa.*

Ibid. REverendiſſimo & Dilectiſſimo patri in Chriſto, Domino Papæ, *Jolanus* de *Hamundevill*, ſalutem & debitam obedientiam. Sanctæ paternitati veſtræ notum ſit, quod fratres Hoſpitalis *Iberoſolimitani* jamdudum per fallaciam à me impetraverant ut Hoſpitale quoddam in *Lincolnienſi* Diocœſi conſtitutum, quod Domina mea & avia *Beatrix* incepit & conſtituit, cujus ego Advocatus ſum, eis tradere. Quod utiq; Hoſpitale ab aviâ meâ inſtitutum, *Walterus* de *Hamundevill*, filius prædictæ *Beatricis* per conſenſum & autoritatem Epiſcopi Dioceſani *Roberti* de *Kayneto*, Canonicis Regularibus dederat, & Cartâ ſuâ confirmaverat ad pauperum & hoſpitalitatem ſervandum & manutenendum.

Ipſe quoq; *Walterus* de *Hamundevill*, avunculus meus, in ipſo Hoſpitali Canonicus affectus vitam finivit, conſummavit, ibiq; requieſcit. Succeſſores verò ejuſdem *Walteri Will.* & *Helias* de *Hamundevill* pater meus, idem Hoſpitale memoratis Canonicis conceſſerunt, & Cartâ ſuâ confirmaverunt. Contra quorum conſtitutionem dum per fallaciam prædictor. fratrum *Hoſpitalis Iberoſolimitani* venire temptarem, per literas à Domino Papa *Alexandro* impetratas, ſicut juſtum fuit, ipſi Hoſpitalarii quieti ceſſerunt. Ego verò nihilominùs injuriam meam recognoſcens, in Capitulo *Lincolnienſi* me obligavi nunquam ampliùs conſtitutioni & elemoſinæ anteceſſorum meorum nociturum, vel impedimentum facturum ullâ arte, vel propriâ, vel alienâ. Memoratis inſuper Canonicis Cartam dedi, qualis eis erat neceſſaria.

Quoniam autem ſæpefati Fratres *Hoſpitalis Iberoſolimitani* jam nuper literas, ut dicitur, Domino Papæ impetratas, contra Priorem prædictæ domus de Elleſham attulerunt; ipſum Priorem & Canonicos ſocios ſuos & elemoſinam meam injuſtè & inſipienter vexare volentes, ſanctiſſimæ paternitati veſtræ ſupplico, quatenus præfatis Canonicis & domui ſuæ, pacem faciatis; & prædictis Fratribus *Hoſpitalis Hieroſolimitani* ſuper præfata domo de Elleſham ſilentium perpetuum imponi jubeatis. Valere ſemper in Chriſto.

HOSPITALE

S. Mariæ *de* Dovor *in agro* Cantiano.

Carta Regis Henrici *tertii de Decimis paſſagii portus* Doverenſis.

REX (&c.) ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dediſſe (&c.) Hoſpitali S. *Maria* de Doure, quod dilectus & fidelis noſter *Hubertus* de *Burgo* Comes *Kancii*, Juſticiarius noſter, ibidem fundavit, & Fratribus & Sororibus ibidem Deo ſervientibus decimam omnium provenientium paſſagii portus de Doure, quæ nos contingunt: Habendam & tenendam prædictis Fratribus & Sororibus, & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam; percipiendam ſingulis annis per manus Ballivorum ejuſdem portus de Doure. Quare volo (&c.) Dat. &c. apud *Weſtm.* ſexto die *Julii.* Cart. 11. H. 3. p. 2. m. 9.

Carta ejuſdem Regis de decem libratis annuis.

H*Enricus* (&c.) Noveritis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ meæ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum dediſſe (&c.) Magiſtro & fratribus Hoſpitalis domus de Doure, ad ſuſtentationem eorum, & pauperum ejuſdem Hoſpitalis decem libras percipiendas ſingulis annis ad feſtum S. *Michaelis* de exitibus portus noſtri Doure, ſalvâ eis Decimâ, quam ipſi percipiunt de eiſdem exitibus de dono noſtro per Cartam noſtram, quam eis indè fieri fecimus. Quare volo (&c.) Data apud *London. xx.* die *Septembris.* Cart. 13. H. 3. m. 3.

HOSPITALE

de **Conyngeſheved** *in agro* Lancaſtrienſi.

Carta Regis Edwardi *ſecundi, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 12. E. 2. p. 1. m. 22.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas *VVillielmus* de *Loncaſtre* fecit Deo & Sanctæ *Mariæ* & domui de **Conyngeſheved**, & fratribus ibidem habitantibus, de toto **Conyngſheved**, & tota terra dictæ domui pertinente; ſcilicet terra ex utraq; parte viæ quæ vadit de **Berdeſeya**, & tendit verſùs **Ulverſton**; & de magna via Regis uſque ad * **Pindekeld**; & deinde uſque ad ripam maris, & Eccleſia de **Ulverſton** cum Capellis & omnibus pertinentiis ſuis; & quadraginta acris terræ in campo de **Ulverſton** juxta terram prædictorum Fratrum; & una ſalina inter domum de **Conyngeſheved** & **Ulverſtone-pule**; & turvis de turbario prædicti *VVillielmi* quantum opus fuerit ad domum de **Conyngeſheved**, & ad ſalinam prædictam ſuſtinendam; & paſtura & mortuo boſco ultra landam de **Plumbton**; & materia, & omnibus neceſſariis quæ dictæ domui ſufficere poſſunt de boſco ejuſdem *VVill.* de *Fornays*; & communia paſturæ, & toto communi aiſiamento quæ pertinet ad terram de **Ulverſton**: Et ut prædicti fratres ſint quieti de paunagio porcorum ſuorum per totum boſcum ipſius *VVillielmi* de *Fornays*. Donationem etiam & conceſſionem, quas *Alexander* fil. *Geroldi*, & *Aelis* de *Rumli* uxor ejus, fecerunt fratribus ejuſdem loci, de una bovata terræ in **Stretton**. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *B.* de *Penigton* fecit Hoſpitali, & Fratribus ejuſdem loci, de Eccleſia de **Molcaſtre**, & Capella dicta **Aldeburge**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Conceſſionem etiam (&c.) quas *Johannes* filius *Ponzon* fecit Hoſpitali ejuſdem loci de Eccleſia de **Ponſonby**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Donationem etiam (&c.) quas *Meldredus* filius *Gamell* de *Penigton* fecit Hoſpitali ejuſdem loci, de duabus bovatis terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis in **Burg**, & tribus acris terræ; cum una manſura in **Langliferga** cum omnibus aiſiamentis ejuſdem villæ.

* Vulgo **Trenkeld.**

Conceſſionem etiam, &c. quas *Robertus* de *Boivilla* fecit fratribus ejuſdem domus, de tota terra, quàm *VVill.* de *Boivilla* pater ipſius *Roberti* eis priùs contulerat; ſcilicet, **Ranlotesholm**, cum decem propinquioribus acris terræ verſùs **Haverting**, duobus acris prati, paſtura ad ducentas oves, & ad viginti animalia, medietate piſcariæ prout **Dudul** cadit in mari, & una ſalina cum neceſſariis ad prædictam ſalinam pertinentibus, & terra quam *VValterus Textor* tenuit in **Kirkeſantan**. Donationem, &c. quas *Alanus* filius *Ketelli*, & *Aliciæ* uxoris ejus fecerunt fratribus ejuſdem loci, de ſeptem acris terræ in **Botle**: cum omnibus aiſiamentis ejuſdem villæ. Donationem etiam quam *Arturus* filius *Godardi*, & *Henricus* hæres ejuſdem *Arthuri*, fecerunt fratribus ejuſdem loci, de unâ bovatâ terræ in **Botle**, cum communi paſtura, in boſco, & plano, & cum cæteris appendiciis ſuis. Donationem, &c. quas *Gamellus* filius *Bevin* fecit Hoſpitali, Canonicis, & fratribus ejuſdem loci, de una acra terræ cum pertinentiis in **Aſemunderlaue**. Redditionem etiam quam *Pet.* de *Louwic* Carpentarius fecit Priori & Conventui ejuſdem loci de omnibus terris, & tenementis cum pertinentiis ſuis, quæ idem *Petrus* de eis tenuit in **Louwic**. Conceſſionem, &c. quas *Ric.* de *Hodeleſton*, filius & hæres *Johannis* de *Hodeleſton*, fecit Priori & Conventui ejuſdem loci, de terra de **Applaytheved**, quam habuerunt ex dono & conceſſione *Henrici* de *Millum*. Conceſſionem etiam, &c. quas *Margareta* de *Ros* fecit Priori & Conventui ejuſdem loci, de totis terris, feodis, & tenementis ipſorum Prioris & Conventus, tam in **Patton**, quàm in **Haverbrec**, cum pertinentiis ſuis, liberè & quietè à ſecta Curiæ ipſius *Margaretæ*, & paſtura ſervientum foreſtariorum, & à *VVitneſman*, & omnium ballivorum ejuſdem *Margaretæ*, & hæredum ſuorum; & burgagiis quæ idem Prior & Conventus habuerunt in villa de **Kirkeby**; ſcilicet, in pro parte ejuſdem *Margaretæ*. Conceſſionem; &c. quas *Will.* de *Skelmeriſherge* fecit Priori & Conventui ejuſdem loci, de quadam parte terræ ipſius *Willielmi* in **Twaitkendenan**, infra has diviſas; ſcilicet, incipiendo apud **Keiſthuathec**, in occidentali angulo ſepis, ſequendo ſepem verſùs orientem, uſq; in Siket, quæ deſcendit de ſilva de **Steynerliche**. Conceſſionem, &c quas *Rogerus* de *Skelmereſherge* fecit Priori & Conventui ejuſdem loci, de quadam parte terræ ipſius *Rogeri* in *Twitkendenan*, cum pertinentiis; incipiendo ad ſummitatem rupis quæ jacet in ſepe ſuperiori quercu, jacente, deſcendendo ab illa rupe uſq; ad ſummitatem rupis; quæ eſt inferior illâ quercu.

Donationem, &c. quas *Will.* de *Lancaſtre* fecit Priori, & Conventui ejuſdem loci, de viginti acris terræ in villa de **Ulverſton**; & viginti ſolidis annuatim percipiendis de molendino fullere ejuſdem *Will.* de *Ulverſton* & quatuor criblis farinæ avenarum de molendino bladonico ejuſdem *Will.* de *Ulverſton* annuatim percipiendis. Donationem, &c. quas *Will.* de *Lancaſtria* fecit Priori & Canonicis ejuſdem loci, de tota terra, cum pertinentiis, quam idem *Will.* habuit infra has diviſas; ſcilicet incipiendo ad ripam maris, ubi regalis via exit de ſabulo de **Levene**; & ſic ſequendo viam illam uſque ad magnam viam quæ tendit de **Swinebec** verſùs **Ulverſton**; & ſic ſequendo viam illam uſque ad capud de **Garthſtohlat**; & ſic deſcendendo per **Garthſtohlat** uſque ad magnam viam quæ ſe tendit de **Conyngſheved** apud **Ulverſton**; & ſic ſequendo eandem viam, uſque ad capud terræ arrabilis verſùs **Ulverſton**;

ſton; & ſic ſequendo circa **Garthſcoh** inter duram terram, & humidiam uſque ad Muſſam; & ſic deſcendendo per Muſſam illam, uſque ad rivum qui deſcendit de **Garthſtoh**; & ſic ſequendo rivulum uſque in **Ulverſton**; & ſic deſcendendo per **Ulverſton-pul** uſque ad prædictam ripam maris; & ſic ex tranſverſa per ripam illam uſque ad prædictam viam ubi exit de ſabulo; & de ſabulo ad ſalinas ſuas; & ad omnia alia neceſſaria ſua unâ acrâ terræ juxta rivulum qui currit juxta domum *Ricardi* le *Turnour* ad unam forgeam, cum uno atrio, & ad alias domos ad hoc neceſſarias ibidem ædificandas: Mina in **Plumton**, ubi meliùs & leviùs poſſent perquirere: mortuo boſco in **Blawith** ad carbones ardendos ubicumq; invenire poſſint, & libero introitu, & exitu ad duos equos cum hominibus minam cariandam, ſine aliqua moleſtia; & cum paſtu herbæ ad dictos equos, tam infra **Plumton**, quàm extra: Et totâ aquâ de **Craike**, cum piſcaria, & piſcatione, & cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet, de **Levenene** aſcendendo uſque in **Thurſtanwater**, ſine aliquo retenemento, tam in **Lagleiterne**, quàm in **Craik**, & ſuſtentatione ſua in boſco ſuo in **Furneys**, exceptâ haiâ ſuâ de **Plumton**, & piſcatione cum quadraginta retibus, & uno batello in aqua de **Thurſtaneſwater**, ubicunq; voluerint, ſine aliquo gravamine eis inferendo in aqua vel extra: Et tota terra de **Baſebrun**, cum pertinentiis ſuis, & prato quod dictus Prior, & *Hugo* de *Borwardal* de eo priùs tenuerunt ad firmum, infra has diviſas; ſcilicet incipiendo ad **Elteſwater**; & per **Elteſwater** uſque **Eſkeſlakbec**; & ſic aſcendendo per **Eſkeſlakbec**, uſque **Hogebat**; & ſic per altum de **Lingemouthe** uſq; **Croſsedak**; & deinde ſequendo viam quæ ſe tendit de parvâ **Langeden**, uſque ad ſepem quæ claudit bladum de magna **Langeden**; & ſic ſequendo ſepem uſque ad alnetum; & deinde in tranſverſo uſque ad pratum, quod dicti Prior, & *Hugo* tenuerunt ad firmam; & deinde ſequendo ſepem, quam dicti Prior & *Hugo* fecerunt, uſq; ad ripam aquæ de **Langeden**; & ſic ſequendo ripam illam uſque ad prædictum **Elteſwater**. Et ſi averia prædictorum Canonicorum, vel hominum ſuorum extra prædictas diviſas tranſierint, ſine gravamine, & occaſione refugentur.

Donationem, &c. quas *Will.* de *Lancaſtria* fecit Canonicis ejuſdem loci de advocatione domus Leproſorum Sancti *Leonardi* de *Kirkeby* in **Kendale**. Donationem etiam & collationem, quas *Will.* de *Lancaſtria* fecit Canonicis ejuſdem loci, de tota piſcatione ejuſdem *Willielmi*, de **Levene**, cum ſaina, & batello, & omnibus pertinentiis, à loco ubi **Craike** deſcendit in **Levene**, ſicut idem *Willielmus* ibidem piſcàre conſuevit: Hoc retento, quod idem *Will.* ibi poſſit piſcare, & piſcem habere quando perſonaliter ibidem intererit; & ſalvo viſu hominum ejuſdem *Willielmi* quem in eadem piſcatione habere conſueverunt. Conceſſionem etiam, &c. quas *Will.* filius *Rogeri* de *Berdeſeye* fecit Canonicis ejuſdem loci, de una bovata terræ in **Berdeſay** cum pertinentiis, cum crofto, in quo ædificata eſt domus Hoſpitalis de *Jeroſolima*; & octo acris terræ alibi in campo de **Berdeſaye**. Conceſſionem, &c. quas *Emma* filia *Ranulphi* fecit Canonicis ejuſdem loci, de una bovata terræ in *Berdeſeia*, cum tofto, & crofto eidem bovatæ terræ pertinentibus. Donationem, &c. quas *Ric.* filius *Alani* de *Coupland* fecit Canonicis ejuſdem loci, de ſex acris terræ cum pertinentiis in *Berdeſeia*. Conceſſionem, &c. quas *Adam* fil. *Gamelli* fecit præfatis Canonicis, de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in *Berdeſcia*, & tribus acris terræ propinquioribus campo de **Urſewyk**. Conceſſionem, &c. quas *Will.* fil. *Willielmi* de **Aſemunderlawe** fecit Canonicis ejuſdem loci, de octo acris terræ cum pertinentiis in **Hulveſton**. Conceſſionem, &c. quas *Will.* de *Turribus* fecit Canonicis ejuſdem loci, de quadam parte terræ ipſius *Willielmi* cum pertinentiis in **Louwic**; ſcilicet, incipiendo ubi **Staintonesbech** cadit in **Craik**; & ſic aſcendendo per filum aquæ de **Staitonesbeche**, uſque in viam; & ſequendo viam uſque in **Rutandbech**. Donationem, &c. quas *Rogerus* de *Brakanbergh* fecit Canonicis ejuſdem loci de quadam parte terræ ipſius *Rogeri* in **Torſerghe**, upud *Rodam*, cum rationabili introitu & exitu præfatis Canonicis, & averiis ſuis, à **Lidthate** de **Brakanbergh** uſq; ad eandem terram. Donationem, &c. quas idem *Rogerus* de *Brakanbergh* fecit Canonicis ejuſdem loci, de toto **Holthuait**, cum pertinentiis in villâ de **Thorſerghe**. Donationem, &c. quas *Will.* de *Haverbre* fecit Canonicis ejuſdem loci, de uno meſuagio in **Haverbrec**, cum gardinis, prædicto meſſuagio pertinentibus, cum duabus acris terræ propinquioribus meſuagio, & gardinis. Donationem, &c. quas idem *Will.* fecit Canonicis ejuſdem loci de terrâ quæ vocatur **Blaketcroſt**, cum meſuagiis quæ ibi ſunt; quæ ſcilicet, **Blaketcroſt** jacet inter aquam de *Betha*, & dominicum ipſius *Willielmi*, cum dimdiâ acrâ turbarii, quæ jacet foris foſſam, & unâ perticâ terræ, quæ jacet inter portam de *Betha*, & terram Eccleſiæ; & ſeptem acris terræ cum meſſuagio ſubtùs **Bethegate**: & conceſſionem, quam idem *Will.* fecit eiſdem Canonicis, *viz.* quod molent blada ſua ad molendinum ipſius *Willielmi*, ſine multurâ, & habeant de ſabulo quantum opus fuerit; & de uno meſſuagio ad unam ſalinam faciendam inter duas vias infra nemus.

Donationem, &c. quas *Will.* fil. *Willielmi* de *Benetham* fecit Canonicis ejuſdem loci de viginti acris terræ cum pertinentiis in villa de **Haverbrec**. Conceſſionem, &c. quas *Rogerus* de *Cayrus* fecit Canonicis ejuſdem loci, de duabus acris, & tribus rodis terræ, & triginta fallis, cum pertinentiis in **Larthwait**, & tota terra, quam idem *Rogerus* habuit, & quæ ſibi poterit accidere in **Warleriding**; & tofto & meſuagio quæ *Gerbot* aliquando tènuit in **Haverbrec**. Et conceſſionem, &c. quas idem *Rogerus* fecit Canonicis ejuſdem loci de viginti acris terræ, cum pertinentiis in **Haverbrec**, quas habent de dono *Willielmi* filii *Willielmi* de *Benetham*. Donationem, &c. quas *Elias* de

Gila fecit Canonicis ejuſdem loci, de tota terra ipſius *Elia* de *Haverbrec*, quam *Will.* de *Knyp* & *Will. VVageſpere* de eodem *Elia* tenuerunt; & quartâ parte molendini de **Haverbrec**, cum totâ ſequelâ pertinente prædictæ quartæ parti; & medietate gardini quod fuit *VVillielmi* de *Hawerbrec*. Conceſſionem, &c. quas *Thomas* filius *Elia* del *Gyle* fecit Canonicis ejuſdem loci, de totâ terrâ ipſius *Thoma* cum pertinentiis in **Haverbrec**. Donationem, &c, quas *Johannes* filius *Ricardi* de *Coupland* fecit Canonicis ejuſdem loci, de tota terra ipſius *Johannis* cum pertinentiis; in **Pacton**, ſcilicet, medietate ejuſdem villæ, exceptâ unâ acrâ terræ, quam *Bertlot* de *Bichesleye* dedit *Ada* de *Pacton*. Conceſſionem, &c. quas *Jordanus* filius *Hugonis* filii *Grimbaldi* de *Elhale* fecit Canonicis ejuſdem loci, de quadam parte terræ ipſius *Jordani* in loco qui vocatur **Thratherig**, & ita quod illi qui prænominatam terram tenent, liberi ſint & quieti de paunagio porcorum ſuorum infra totas diviſas de **Elhale**; & quod moleant blada de prænominatâ terrâ ubi meliùs convenire valeant. Donationem, &c. quas *Jordanus* de *Halleſtide* filius *Hugonis*, filius *Grimbaldi* de *Ellehale*, fecit Canonicis ejuſdem loci, de quadam parte terræ ipſius *Jordani* in ultima parte de **Tratherig**, cum pertinentiis. Donationem, &c. quas *Adam* filius *Alani* de *Milneburne* fecit Canonicis ejuſdem loci de tribus acris terræ, & una rodâ, cum pertinentiis in *Midelton*. Donationem, &c. quas *Gilebertus* filius *Arkil* de *Midelton* fecit Canonicis ejuſdem loci, de ſeptem acris terræ cum pertinentiis in *Midelton*, cum exitu de **Brunnelſcroft**, & una bericheria in paſtura, & tanta paſtura & tanto prato, quantum pertinet ad dimidiam bovatam terræ in eadem villa. Donationem, &c. quas *Thomas* de *Muſegrave* fecit Canonicis ejuſdem loci, de duabus acris terræ & dimidia, & triginta & tribus perticatis in **Overton**. Conceſſionem, &c. quas *Alanus* filius *Alani* de *Penigton* fecit Canonicis ejuſdem loci, de una acra terræ in **Overton**, quæ **Frerebigging** appellatur. Donationonem, &c. quas *Johannes* de *Mortyng* fecit Canonicis ejuſdem loci, de tota terra de **Stangerhont**-cum mariſco eidem terræ pertinente. Donationem, &c. quas *Will.* fil. *Johannis* de *Mortyng* fecit Canonicis ejuſdem loci, de tota terra & tenemento qua habuit ex dono *Rob.* del *Mire* in **Wytebec** cum illa medietate novæ muſtæ, quæ eſt verſùs aquilonem.

Conceſſionem, &c. quas *Joh.* fil. & hæres *Willielmi* de *Mortyng* fecit ejuſdem loci Canonicis, de tota terra ſua in **Stangerhond**, & de terra ſua de mariſco quæ fuit quondam *Roberti* de *Mariſco*; & quod liceat terras prædictas tenentibus bladum ſuum molere ad molendinum de **Wytebec** ſine multura, vel alibi ubicumq; voluerint: & quatuor bovatis terræ cum pertinentiis in **Wytebec**, & viginti & tribus acris terræ & dimidia cum domibus & ædificiis in eiſdem bovatis & acris, & ædificatis & ædificandis cum omnibus pertinentiis ſuis, & medietate molendinorum de **Wytebec**, cum ſecta ſua, tam bladi, quàm fulloni. Donationem, &c. quas *Gamellus* de *Penigton* fecit Canonicis ejuſdem loci, de Eccleſia de **Penigton**, cum pertinentiis, & Eccleſia de **Molcaſtre**, cum Capellis & omnibus aliis pertinentiis; & Eccleſia de **Wytebec** cum pertinentiis, & Eccleſia de **Skeroverton** cum omnibus pertinentiis; & **Pulltone** cum rectis diviſis. Donationem, &c. quas *Adam* de *Wattebuthayt* fecit Canonicis ejuſdem loci de tota terra, quam idem *Adam* habuit in **Alboten**. Conceſſionem, &c. quas *Alanus* filius *Ketelli* fecit Canonicis ejuſdem loci, de dimidia de **Kinemund**, cum pertinentiis. Redditionem, &c. quas *Johannes* filius *Ivonis* fecit Canonicis ejuſdem loci, de tota terra illa, &c. quæ idem *Johannes* & *Ivo* pater ſuus tenuerunt de prædictis Canonicis, quæ vocantur **Farkebucholm**. Conceſſionem etiam, &c. quas *Anſelmus* filius *Michaelis* de *Founeys* fecit Canonicis ejuſdem loci, de Capella de **Drog**, cum omnibus pertinentiis. Donationem, &c. quas *Benedictus* filius *Alani* fecit Canonicis ejuſdem loci de una acra terræ de **Forſe**, jacente inter terram Domini *Ricardi* de *Coupeland* & terram ipſius *Benedicti* ſuper **Colterflat**. Conceſſionem, &c. quas *Benedictus* de *Rotington* fecit Canonicis ejuſdem loci de una bovata terræ, quam *Alanus* filius *Willielmi* filii *Sewardi*, de ipſo *Benedicto* tenuit, exceptis duabus acris & una bovata terræ cum pertinentiis, quam *Benedictus* filius *Willielmi* de ipſo *Benedicto* de *Rotyngton* tenuit in villa de **Ravenesfoſe**, & *iiii.* acris terræ, cum pertinentiis de dominico ipſius *Benedicti* de *Rotington* in eadem villa; & una acra terræ de dominico ejuſdem *Benedicti* in **Bigriddyg** Conceſſionem, &c. quas *Rogerus* de *Ranglas* fecit Canonicis ejuſdem loci de duabus acris terræ in villa de **Ranglas**, jacentibus ſuper campis, qui vocantur **Craſtamflet**, & **Watelandes**, inter terram *Ricardi* le *Batewrit*, & terram *Huberti* de *Neueton*. Donationem, &c. quas idem *Rogerus* fecit Canonicis ejuſdem loci de novem acris terræ & dimidia in prædicta villa de **Ranglas**. Donationem, &c. quas idem *Rogerus* fecit Canonicis ejuſdem loci de tota terra cum pertinentiis ſuper **Critheknot** in eadem villa. Conceſſionem, &c. quas *Ric.* filius *Rob.* de *Ranglas* fecit Canonicis ejuſdem loci, de quadam parte terræ, cum pertinentiis in eadem villa, infra has diviſas; incipiendo ubi **Hulotbec** cadit in ſabulonem; & ſic aſcendendo per **Hulotbec**, uſq; ad **Aylicroſt**, & de **Alſicroſt** uſque ad **Kirkſti**, & ſic ſequendo **Kirkſti**, uſque ad ſtratam regiam, & ſequendo eandem ſtratam verſùs Auſtrum uſque in prædictum **Hulotebec**. Conceſſionem, &c. quas *Robertus* filius *Gerardi* **Swalewehirſt** fecit Canonicis ejuſdem loci, de tota terra infra has diviſas, in territorio de **Langliferte**; ſcilicet in longitudine inter duos ſikettos, quorum unus cadit inter **Northwayt** & **Waytwra**, & alius cadit inter antiquum **Langliferi**, & prædictum **Waytwra**; & in latitudine ſicut meta tendit in tranſverſum inter dominicam culturam ipſius *Roberti* & prædictos ſikettos, uſq; ad **Plucarlwaylet**.

Conceſſionem, &c. quas *Joh.* de *Hodeleſton* miles, filius & hæres *Johannis Millum*, fecit Canonicis ejuſdem loci de omnibus terris & tenementis quæ habent inter **Esk** & **Dudene**. Conceſſionem etiam, quam idem *Johannes* fecit Canonicis ejuſdem loci quod poſſint imperpetuum, quoquo modo voluerint, claudere ſuam ſeperalem paſturam de **Bokkeberghes**, ſine aliqua contradictione vel impedimento ipſius *Johannis* vel hæredum ſuorum. Conceſſionem, &c. quas *Robertus* le *Baſtenthwait* fecit Canonicis ejuſdem loci, de viginti & quatuor acris terræ cum pertinentiis in villa de **Punzunby**, & unâ carucatâ terræ cum pertinentiis in eadem villâ. Conceſſionem, &c. quas *Ricardus* filius *Johannis* filii *Punzun*, fecit Canonicis ejuſdem loci de Eccleſiâ de **Punzunby** cum omnibus pertinentiis in eadem villa, & totâ terrâ, ſicut rivulus de **Saithegile** deſcendit in **Kalder**; & ſicut idem rivulus aſcendit uſque **Stainbrigg**; & ſicut ſemita deſcendit de **Staynbrigg** verſùs Eccleſiam & partem quæ fuit *Willielmi Surays*; & ſicut profundus ſulcus deſcendit in magnam viam verſùs occidentem; & ſicut eadem magna via deſcendit per terram *Roberti* filii *Ricardi*; & ſic ultra pratum uſque ad diviſam quæ aſcendit ad foſſam Cimiterii verſùs meridiem; & deinde, uſque ad terram Eccleſiæ verſùs occidentem; & à terrâ illa per medium **Crocland**, ſicut ſulcus carucæ tendit per lapides in eodem ſulco poſitos, prout tranſit per medium **Mosouflath** in turbarium; & à turbario uſque ad metas terræ monachorum, quam pater ejus dedit prædictis monachis; & ſicut meta eorum deſcendit in **Kalder**, & ſicut **Kalder** ſurſus tendit uſque ad prædictum **Saithegile**; & totam terram iſtam prænominatam uſque in filum aquæ de **Kalder**, & toto prato ipſius *Ricardi* de *Patrikkeldſik*; & toſto quod fuit *Ricardi Damoiſele*, cum toto prato quod ipſe tenuit juxta **Stanbrigg**: Et quod liceat illis claudere brucem de **Haukesker**, ſine impedimento, ad proficuum & utilitatem eorundem Canonicorum. Et Donationem, &c. quas *Alex.* de *Hyton* fecit prædictis Canonicis, de duabus acris terræ arrabilis in territorio de *Hyton*, jacentibus juxta terram *Ada* de *Hyton*, ſuper **Labote**, & quadam parte prati in prædicta villa de **Hyton**; ſcilicet infra has diviſas, incipiendo ad quendam lapidem verſùs Aquilonem, juxta pratum Abbatis de *Caldra*, ſub **Copſiholm**; & ſic deſcendendo verſùs Auſtrum, juxta terram arrabilem, uſque ad quendam alium lapidem jacentem ex oppoſito diviſæ *Henrici* fil. *Johannis* ſupra viam, qua venitur de **Bofyl**, uſque ad **Hyton**, ratas habentes & gratas, &c. confirmamus, &c. In cujus, &c. T. Rege apud *Eboracum xxviii.* die *Sept.*

Carta Regis Manniæ *pro immunitate Tolneti.*

Ex autog. in bibl. Hattoniana.

MAgnus Dei gratiâ Rex *Manniæ* & Inſularum; omnibus ballivis ſuis & fidelibus ſuis per *Manniam* & Inſulas conſtitutis, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, nos pro ſalute animarum omnium parentum meorum, quietas clamâſſe omnes naves, & res dilectorum fratrum & ſpecialium amicorum noſtrorum Prioris & Conventus de **Cuningeſheved**, de *thol* & de omnibus aliis demandis, & conſuetudinibus per omnes terras noſtras. Quare vobis mandamus quatinus homines ſuos, & omnes res ſuas protegatis, & ubiq; defendatis, & amodo *Thol* à nave ſuâ, vel bonis ſuis non exigatis, neque capiatis imperpetuum; nec damnum aliquod aut gravamen ſit ullis hominibus ſuis ab aliquibus per terras meas fieri permittatis: Et quia iſtam Elemoſinam volumus interminabiliter perdurare, pro nobis, & hæredibus noſtris, Sigillum noſtrum præſenti ſcripto appoſuimus in teſtimonium. Data apud Abbatiam de *Furneſio* die *Inventionis* Sanctæ *Crucis*, anno gratiæ *Mileſimo ducenteſſimo quinquageſimo ſexto*.

A. 1256. (40. H 3.)

HOSPITALE

S. Johannis Baptiſtæ *infra Civitatem* Coventriæ.

De Fundatione ejuſdem.

Ex vetuſto exemplari penès *Joh. Hales* de **Coventre** arm. anno 1653.

A*Nno incarnationis* . . . . *viri, Domini* Edmundi *Archidiaconi* Conventriæ, *Fund* . . . . Joh. Baptiſtæ Coventriæ, *per* Laurencium *Priorem, & Conventum* . . . . *terris & feodo eorum: Quo ſic fundato, & per dictum Archidiaconum ædificiis congruis conſtructo, iidem Prior & Conventus conceſſerunt & confirmaverunt ſitum ejuſdem Hoſpitalis, per Cartam quæ ſequitur, in hac verba.*

Laurentius Prior *Coventrenſis* Eccleſiæ, & ejuſdem loci Conventus, omnibus filiis Sanctæ Dei Eccleſiæ, ſalutem & orationes in Chriſto. Noverit univerſitas veſtra; quod nos, pro Dei amore & caritatis intuitu, conceſſimus domui Hoſpitali, quæ in noſtro feodo ſita eſt apud *Coventream*, ſitum illius Domus, cum ſuis pertinentiis, in perpetuam elemoſynam, ad ſuſceptionem pauperum & infirmorum: Et ut conceſſio iſta firma & imperpetuum valitura permaneat, eam præſentis ſcripti auctoritate corroboramus. Teſte *Edmundo* Archidiacono, & aliis.

Confirmatio dicti Domini Edmundi, *ſuper fundationem, poſſeſſiones & dona prædicta.*

OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Edmundus Coventrenſis* Archidiaconus ſalutem in domino. Sciant tam præſentes, quàm futuri, quod *Laurentius* Prior *Coventriæ* & ejuſdem loci Conventus, conceſſerunt, ad petitionem noſtram Deo & S. *Johanni*, in perpetuam elemoſynam, terram in qua domus Hoſpitalis *Coventriæ* ſita eſt, ad ſuſceptionem pauperum; cum terris & domibus & omnibus aliis rebus ad eundem pertinentibus: Et ut conceſſio iſta perpetuam habeat firmitatem, eam Scripto noſtro, & Sigilli noſtri impreſſione confirmamus. Hiis Teſtibus, Magiſtro *Roberto* de *Wulveya*, *Ricardo* Capellano, Magiſtro *Ricardo* Medice, Magiſtro *Ricardo* de *Gnoweſhale*, *Elya* de *Etone*, *Willielmo* de *Eſſex*, & multis aliis.

Confirmatio etiam, Ricardi Cantuarienſis *Archiepiſcopi*.

RIcardus Dei gratia, *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas, & Apoſtolicæ ſedis legatus; omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem in Chriſto. Ea quæ in pias cauſas collata eſſe noſcuntur, paſtorali decet protectione communiri, ne ab eiſdem quibus ritè deputata ſunt uſibus, quorumlibet valeant temeritate convelli: Ea propter terram, in qua Domus Hoſpitalis *Coventriæ* ad ſuſceptionem pauperum fundata eſt, cum terris & domibus, & omnibus aliis rebus ad eundem locum pertinentibus, ſub protectione Dei & Eccleſiæ *Cantuarienſis*, ac noſtra, ſuſcipientes, ipſam prænotatis uſibus pauperum ibidem ſuſcipiendorum, auctoritate, quâ fungimur, confirmamus, & Scripto atq; Sigillo noſtro roboramus, ſicut à *Laurentio* Priore quondam *Coventriæ*, & Conventu ejuſdem loci, ad petitionem piæ memoriæ *Edmundi Coventrenſis* Archidiaconi, ad prædictos uſus conceſſa eſt, & confirmata. Teſtibus, Magiſtro *Gerardo*, *Willielmo* Archidiacono *Glouceſtriæ*, & aliis.

Bulla *Honorii* tertii Rom. Pontificis.

Ex ipſo autogr. penès præfatum *Joh. Hales* arm.

HOnorius *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Rectori & fratribus Hoſpitalis S.* Johannis Coventren. *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum: Quapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis, præſtante Domino, poteritis adipiſci, ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcepimus; ſpecialiter autem terram de* **Smercote**, *cum aſſartis & domibus & aliis pertinentiis ſuis, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & eidem domui veſtræ, per vos auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere (&c.) Data* Laterani xv. *Kal.* Jan. *Pontificatus noſtri anno ſexto & anno Domini* MCCxxi.

Carta Regis Henrici *tertii de protectione Nunciorum præfati Hoſpitalis, Elemoſynas, in ejuſdem ſubventionem, petentium.*

Ibid.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, &c. Omnibus, &c. ſalutem. Sciatis quod ſuſcepimus in protectionem & defenſionem noſtram Magiſtrum Hoſpitalis S. *Johannis* de **Coventre**, & Fratres & Sorores ejuſdem Hoſpitalis, & homines, terras & redditus, & omnes poſſeſſiones ſuas: Et ideo vobis mandamus, quod ipſum Magiſtrum, Fratres, & Sorores, &c. & nuncios ſuos, quos idem Magiſter & fratres per diverſas partes mittent, ad petendum, colligendum, & recipiendum elemoſynas, in ſubventionem ejuſdem Hoſpitalis, manuteneatis, protegatis, & defendatis; non inferentes, &c. eis, &c. gravamen &c. Et ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis ſine dilatione faciatis emendari. Rogamus etiam vos, ut cum iidem fratres, vel nuncii ſui ad vos venerint, elemoſinas petitas, eis, amore noſtri, de bonis veſtris, elemoſynas liberaliter impartiri velitis, ita quod apud altiſſimum mereamini, & à nobis grates reportare debeatis ſpeciales. In cujus (&c.) has literas (&c.) fieri fecimus patentes, duraturos per ſeptennium à feſto S. *Jacobi* proximo futuro. Teſte (&c.) apud **Coventre** *xxiiii.* die *Junii*, anno regni noſtri quadrageſimo quinto.

De Fundatione, & aliis ordinationibus pro gubernatione ejuſdem.

Ex ipſo autog. penès Majorem & Communitatem Civitatis *Coventriæ.*

IN Dei nomine *Amen*, Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis, &c. appareat evidenter, quod Anno ab Incarnatione Domini, ſecundùm curſum & computationem Eccleſiæ Anglicanæ *MCCCCxxv.* Indictione tertiâ, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Martini* divinâ providentiâ Papæ quinti, anno octavo, menſis *Martii* die *xxix.* in domo Capitulari Eccleſiæ Cathedralis & regularis beatæ *Mariæ Coventrenſis*, horâ Capitulari ejuſdem, in mei *Willielmi Heyne*, auctoritate apoſtolicâ Notarii publici ac Notarii, & teſtium infraſcriptorum præſentiâ perſonaliter conſtitutus, præhonorandis & religioſis viris, Domino *Ricardo Croſby*, Dei patientiâ, Prioris Eccleſiæ prædictæ, ac univerſis ſive majori parte Conventus ejuſdem Eccleſiæ; necnon & Magiſtro *Thoma Everdon*, Magiſtro ſive cuſtode Hoſpitalis S. *Johannis Baptiſtæ Coventriæ*; ac majori parte Fratrum & Sororum ejuſdem Hoſpitalis; atque atq; reverendis & diſcretis viris Magiſtro *Willielmo Silke* Decretorum doctore, Fratribus *Patricio White* in Decretis baccalario, &c. in arbitros ſive arbitratores & amicabiles compoſitores, de quibuſdam cauſis, litibus, &c. inter præfatum Priorem & Conventum ex unâ parte; & prædictum Magiſtrum, Fratres & Sorores ex altera ortis, &c. per ipſos, ſub certa forma electis, &c. tandem poſt aliqualem verborum tractatum, ipſis Magiſtro *Willielmo*, &c. ad ferendum arbitrium ſuum hujuſmodi, in memorato negotio, &c.

Inprimis igitur nos *Willielmus Silke* ordinamus (&c.) atque declaramus, quod Prior & Conventus antedicti fuerunt, ſunt & erunt Fundatores dicti Hoſpitalis S. *Johannis Baptiſtæ Coventriæ*, & ſic impoſterum habeantur & nominentur: Et quod *Edmundus* quondam Archidiaconus *Coventriæ*, propter ſua multiplicia beneficia atque commoda in dicti Hoſpitalis conſtructione, per ipſum ut dicebatur impenſa, inter Hoſpitalis prædicti benefactores, poſt Priorem & Conventum principaliter in Orationibus & ſuffragiis imperpetuum habeatur & commemoretur: Et quod Elemoſina pro animabus *Leſfrici* Comitis, & *Godivæ* Comitiſſæ, Fundatorum dictæ Eccleſiæ Cathedralis, Chriſti pauperibus, in dicto Hoſpitali degentibus, per eoſdem Priorem & Conventum, ex quadam gratiâ ſpeciali exhibitâ, & à tempore *Laurentii* Prioris continuata; videlicet liberatâ duorum Monachorum Prioratus *Coventriæ*, prout in Refectorio reficiuntur, eiſdem pauperibus, more ſolito, per inſpectionem præſidentis, abſque diminutione imperpetuum miniſtretur & continuetur: qui quidem *Leofricus* & *Godiva*, eorum Orationibus & ſuffragiis ſpecialiter & nominatim commendentur.

Inſuper, cum ſub præſidio ſani capitis membra corporis quieſcunt lætiora, dum per moderationem debitam & diſcretam, ſub ſalutis robore fœliciùs dilatantur in proſperis, & eiſdem minùs arridentibus fortiùs roborentur in adverſis, ſtatuimus (&c.) quod ſupradictus Magiſter ſive Cuſtos Hoſpitalis prædicti obedientiam & fidelitatem in tempore Creationis, profeſſionis, & inſtitutionis ſuæ, Domino *Ricardo* Priori & ſucceſſoribus ſuis, legitimè præſtitas debitè adimpleat & diligenter cuſtodiat. Sorores etiam Hoſpitalis pronunc profeſſæ, vivant ſecundùm formam profeſſionum ſuarum ſpontaneè emiſſarum: Et quod Dominus Prior antedictus & ſucceſſores ſui, Magiſtrorum, Fratrum & Sororum dicti Hoſpitalis futurorum, qui pro tempore fuerint, creationem, receptionem, tonſurationem, profeſſionem ad ordines, præſentationem habeant imperpetuum. Et ſinguli Magiſtri, de cætero in dicto Hoſpitali præficiendi, antequam inveſtiantur, obedientiam manualem & fidelitatis juramentum præſtabunt Domino Priori *Coventriæ*, pro tempore exiſtenti, ſub formâ quâ ſequitur; *Ego Frater* A. *de* B. *Presbyter. in Cuſtodem ſive Magiſtrum Hoſpitalis S.* Johannis Baptiſtæ Coventriæ, *per vos Domine Prior Eccleſiæ Cath. beatæ* Mariæ *ejuſdem, de unanimi aſſenſu præſentis Conventus veſtri ritè præfectus, promitto & juro, per me, tactis ſacroſanctis Dei Evangeliis, quod ero vobis, domine Prior, & ſucceſſoribus veſtris & Eccleſiæ veſtræ, in omnibus & ſingulis fidelis, prout prædeceſſores mei, Cuſtodes dicti Hoſpitalis à tempore Fundationis ejuſdem hactenus fuerunt; & tàm ex jure compoſitione, quàm conſuetudine eſſe debuerunt; ita ſaltem, ut nunquam ero in conſilio vel auxilio, per quod aliquid juris vel honoris veſtri, vel alicujus veſtrum, aut Eccleſiæ veſtræ decreſcat, ſed potius augmentetur; ero quoq; fidelis & utilis dicto Hoſpitali, commodumq; illius diligenter procurabo & faciam; ita ut vobis vel Eccleſiæ veſtræ indè prejudicium vel dampnum minimè generetur; poſſeſſiones, redditusq; & bona ejuſdem Hoſpitalis collocata vel conferenda, adquiſita vel adquirenda, pro poſſe meo manutenebo & multiplicabo, eaq; in uſus ipſorum Fratrum & Sororum ac Miniſtrorum ejuſdem, & ſaltem Infirmorum & debilium inibi langueſcentium, neceſſarios, auctoritate & permiſſione veſtra, fideliter expendam & miniſtrabo; diligentemq; curam circa dictos Infirmos & debiles, ut recreentur & debitè cuſtodiantur, de bonis ipſius Hoſpitalis impendam; ad quorum ſuſceptionem & ſuſtentationem, illud primo extitit fundatum, juribuſq; & privilegiis dicti Hoſpitalis ſemper ſalvis: quodq; dictorum Magiſtrorum creatio, inſtitutio & inveſtitura, obedientiæ & fidelitatis receptio, ad dictum dominum Priorem & ſucceſſores ſuos pertinebunt.*

Et prædictus Prior qui nunc eſt, & pro tempore exiſtens, ſingulis annis, ſi voluerit, ipſum Hoſpitale, ac Magiſtrum, Fratres & Sorores ibidem viſitabit, cum numero octo perſonarum, unica procuratione, annuatim cum viſitaverit tamen contentus; in quâ viſitatione excercendâ in dicto Hoſpitali qui ſunt in præſenti vel erunt futuris temporibus, ſint perpetui per proviſionem, creationem, præfectionem & inſtitutionem Prioris *Coventriæ*, qui pro tempore fuerit, ac eidem Domino Priori immediatè ſubditi & ſubjecti; Prior tamen qui pro tempore eſt vel fuerit, nullum ipſius Hoſpitalis Magiſtrum, Fratrem, aut Sororem ejuſdem, ſine cauſâ legitimâ & .... cognitione præcedente, juxta juris exigentiam in hac parte requiſitam & ſufficienter probatam, ammovebit, ammoverive faciat in futurum. Et quamvis præfatus dominus Prior, pro tempore exiſtens, ſubjectionem & juriſdictionem habeat, ut præmittitur, in præfatos Magiſtrum, Fratres & Sorores; nichil tamen de bonis Hoſpitalis prædicti, in uſus ſuos, aut Eccleſiæ Cathedralis prædictæ, convertat, prout Canonicè in hac parte dictaverint ſanctiones; ſed ut in uſus Magiſtri, Fratrum & Sororum, pauperum & Infirmorum dicti Hoſpitalis debitè adminiſtrentur, diligentiſſimè ſuperintendant, quemadmodum Fundatio dicti Hoſpitalis debitè & piè exigit & requirit.

*S*anè, cum ea quæ ad certum uſum largitione fidelium ſunt deſtinata, ad illum debeant uſum & non alium converti, arbitramur &

ordinamus, quod Magiſter Hoſpitalis antedicti & ſucceſſores ſui, omnium bonorum ad idem Hoſpitale ſpectantium, plenariam habeant adminiſtrationem & diſpoſitionem, ſic quod ipſa bona, terras, poſſeſſiones, jura, redditus, & tenementa, ad dictum Hoſpitale ſpectantia, temerè non conſument, devaſtabunt aut alienabunt, juri ſolempnitate in hac parte minimè requiſitâ; nec corrodia aut firmas, aut alia dicto Hoſpitali gravia, ſeu multum præjudicativa, ad longum tempus vel imperpetuum, abſq; Superioris, *viz.* Prioris tempore exiſtentis, licentia, vendere aut concedere præſumant.

Inſuper ſtatuimus, (&c.) quod quilibet Frater ſeu ſoror, in dicto Hoſpitali præficiendus, profeſſionem ſuam in manus reverendi patris Domini Prioris *Coventriæ* pro tempore exiſtentis, in ſcriptis redactis faciat, ſub hac verborum formâ, quæ ſequitur; *In Dei nomine Amen, Ego frater, Preſbyter, vel laicus, vel ſoror* N. *Promitto ſtabilitatem meam, converſionem morum meorum, corporiſq; mei caſtitatem, abdicationem proprietatis, ac obedientiam in licitis & Canonicis mandatis, coram Deo & Sanctis ejus, ac præſenti cœtu monachorum, horâ Capitulari ad hoc congregatorum, tibi Pater reverende* N. *Prior Eccleſiæ Cath.* Coventrenſis, *& ſucceſſoribus tuis Canonicè intrantibus, ſecundùm modum, formam, ordinem, ſtatumq; ac regularis obſervantiæ in Hoſpitali S.* Johannis Coventriæ *hactenus uſitatam; petens hanc præſentem cedulam, quam manu propriâ ſcripſi (vel quam manibus teneo) cum cæteris profeſſionum, fratrum & ſororum cedulis, in Theſauraria veſtra reponi, cuſtodiendam: Et in hujuſmodi profeſſionis teſtimonium hoc ſignum ✠ appoſui, die tali, anno tali, menſe, &c.*

Si qui verò Fratres aut ſorores impoſterum creandi & profitendi, linguam Latinam minimè intelligentes fuerint, in eorum linguâ vulgari, ut clariùs & apertiùs eorum ſponſionem atq; votum percipiant, ſuam profeſſionem, modo quo ſupra, expreſſè promittant; & tempore receptionum, antiquam conſuetudinem obſervent.

Item ſtatuimus & ordinamus, ut ſupra, quod nullus in dicto Hoſpitali S. *Johannis* de cætero præficiatur Magiſter, niſi vir probatæ vitæ, converſationis honeſtæ, & in ſacerdotali ordine conſtitutus; ac dictam profeſſionem ſecundùm formam ſupraſcriptam expreſſè profeſſus: Et quod Magiſter, Fratres, & ſorores Hoſpitalis prædicti, habitu decenti, more præceſſorum & prædeceſſorum ſuorum, de cætero utantur; Veſtis verò ſuperior ſit de nigro ſeu burneto; ac ipſa ſuperior veſtis, ſuper tunica vel toga, ampla ſit & rotunda, undiq; clauſa, cum Cruce, de nigro, ſignata, ſine biſſis & decenter longitudine, nimiâ longitudine aut brevitate minimè notandâ; non etiam ſit botonatus; mantellis etiam Cruce de nigro ſignatis, utantur; ſine quibus extra domum cum civibus & popularibus Civitatis *Coventriæ*, infra Civitatem eandem nullicubi converſentur. Veſtis verò interior Fratrum ſit ſcapularis; & ſit ſimilis coloris, cruce etiam de nigro ſignatum.

Sorores etiam velo albo utantur, cum togis, ut præmittitur & mantellis talaribus, ſeu capis vel clochis clauſis, cum proficiſcantur; quibus etiam, ubicunq; fuerint extra domum, religioſè utantur. Necnon Fratres, Magiſtri & ſorores ejuſdem Hoſpitalis induentur capuciis, ac veſtibus lineis antiquitus conſuetis utantur, niſi quis ab hujuſmodi lineis cauſâ devotionis voluerit abſtinere; attendentes itaq; quod ubi gubernaculum diſciplinæ contemnitur, reſtat ut religio naufragetur; idcirco providemus & ordinamus, quod Magiſter quilibet pro tempore exiſtens Capitulum teneat omni feriâ ſextâ, ſeu alias ad minus ſemel in ebdomada, ſicut neceſſitas vel utilitas depoſcat, in quo Fratrum & ſororum exceſſus minores Canonicè puniat, & diſciplinam regularem delinquentibus imponat: Majora verò crimina, & præcipuè notoria ſeu famoſa, correctioni dicti Domini Prioris, pro tempore exiſtentis, arbitramur reſervari.

Inſuper, ut uberiores pro beneficiis, & debitæ gratiarum actiones Deo perſolvant, ac major intuentium devotio, ex divino obſequio devotè celebrato reſultet, ſtatuimus & ordinamus, quod in dicto Hoſpitali divinum officium ſecundùm uſum *Sarum*, per Magiſtrum & Fratres ac Capellanos Cantariarum ejuſdem Hoſpitalis, cum debitâ reverentiâ, horis & temporibus congruis atq; conſuetis, devotè celebretur: Converſi verò layci, fratres & ſorores dicti Hoſpitalis, ſi qui ſint omnino illiterati, loco *Matutinarum* triceſies *Orationem Dominicam*, cum totidem ſalutationibus beatæ *Mariæ* Virginis, ac uno ſymbolo Apoſtolorum, intencius quo valeant cotidie Deo effundant; & pro ſingulis aliis horis, ſepties ab unoquoq; ipſorum, dicatur prædicta *Oratio dominica*, cum ſalutatione Angelica & *Credo*, ut ſupra: Literati nempè Fratres & ſorores ad hoc ſufficienter inſtructi, dicant horas beatæ Virginis, cum Pſalterio ejuſdem: Præfatus verò Magiſter, qui diligens eſſe tenetur, circa adminiſtrationem & officium ſibi commiſſum, ſe nullatenus abſentet, ſine dicti Domini Prioris, pro tempore exiſtentis licentiâ petitâ primitùs & obtentâ, niſi evidens utilitas & urgens neceſſitas præfati Hoſpitalis, ejus abſentiam merito depoſcat, & de hoc quam-citius commodè poterit dicto Domino Priori innoteſcat.

Nec ipſe Magiſter, Fratres aut ſorores ſuos in dicto Hoſpitali abſentari permittat, abſq; juſtâ cauſâ, honeſtâ ſeu neceſſariâ. Sorores autem dicti Hoſpitalis ſint ſolicitæ & intentæ circa officium & miniſtrationem, & viſitationem ac curam infirmorum, die noctuq;, quotiens opus fuerit; & etiam circa rem familiarem Hoſpitalis antedicti.

Ut autem debitus honor cuilibet præſidenti, prout convenit, illibatus conſervetur, providemus & ordinamus, quod ipſe Magiſter, qui nunc eſt, & qui pro tempore fuerit infra dictum Hoſpitale in Choro, Proceſſione, ac Honoribus aliis ſit meritò præferendus, niſi cum dictus Dominus Prior, pro tempore exiſtens in dicto Hoſpitali perſonaliter interſit: In proceſſionibus nempe generalibus in dictâ Civitate *Coventriæ* qualitercunq; fiendis, dictus Magiſter &

Fratres ſui, ſi qui ſint, in habitu ſuo more ſolito devotè incedant. In ſacrâ verò ſolempnitate cœnæ Domini, & in Anniverſario fundatorum, necnon exequiis Prioris & Monachorum quorumcunq;, dicti Prioratus, Magiſter, Fratres & Sorores ad Eccleſiam Cath. antedictam accedant, & antiquam conſuetudinem ibidem diligenter obſervent.

Item propter ſiniſtram ſuſpitionem & quorumcunq; iniquè judicantium obloquia impoſterum evitanda, de ſpontaneâ voluntate & libero conſenſu dictorum Prioris & Conventus ſtatuimus & ordinamus; quod Sigillum commune dicti Hoſpitalis S. *Johannis*, ſub ſalvâ cuſtodiâ trium clavium, infra idem Hoſpitale, loco ſecuriori fideliter cuſtodiatur; quarum una habeat Magiſter ejuſdem Hoſpitalis; ſecundam verò & tertiam ſenior Frater & Soror diſcretior ejuſdem Hoſpitalis cuſtodiant; antiquum Sigillum penitùs rumpatur; ac omnia facta, ſcripta, cartæ, munimenta, à tempore mortis *Henrici Aſton*, olim Magiſtri dicti Hoſpitalis, cum dicto antiquo ſigillo ſigillata, nullius ſint momenti, & viribus omnino carere decernimus; *viz.* ab anno Domini *MCCCLxi.* Cartæ verò, munimenta de juribus Hoſpitalis tantum mentionem facientia, in dicto Hoſpitali ſub ſalvâ ponantur cuſtodiâ, ubi cuſtoditur Sigillum commune prædictum; Cartæ nempe communes, tam dominorum Prioris & Conventus, quàm Magiſtri, Fratrum & ſororum Hoſpitalis prædicti jura concernentes, in theſauraria Eccleſiæ Cath. prædictæ, quarum verum tranſumptum, hinc inde indentatum fiat utriq; parti liberatum, & tam ſigillis communibus dictæ Eccleſiæ Cath. quàm Hoſpitalis prædicti citra feſtum *Michaelis* proximum futurum ſub pœnis infraſcriptis ponant.

Item ordinavimus, quod pratum illud ſive paſtura de **Combewelle**, de quo nuper fuerat altercatio, pro bono pacis, propter dubium, de expreſſo conceſſu partium prædictarum dividatur, prout Frater *Willielmus Halughton* & Dominus *Johannes Bonetable*, collegæ noſtri, ſuper hoc adinvicem concordant & diviſiones indè fecerunt. Item ordinamus, quod Magiſter decimas prædiales conſuetas Domino Priori & Conventui perſolvat, ſicut huc uſq; conſuetum fuerat, tum de ortis & nutrimentis animalium decimas ſolvere non teneantur, cum omnes religioſi de jure communi in hoc ſint privilegiati.

Item de gratia ſpeciali dictorum Prioris & Conventus, per modum compenſationis ordinamus, quod Prior & Conventus decimas boſcorum & ſuboſcorum, à Magiſtro S. *Johannis* de cætero non exigant; & quod Magiſter & ſucceſſores ſui unam carectatam boſci, præfato Hoſpitali, quam ſingulis ſeptimanis petebant perſolvendam, ulterius non exigant. Item ordinamus, quod Magiſter, fratres, & ſorores Hoſpitalis prædicti, & eorum ſucceſſores habeant liberam ſepulturam, quorumcunq; eligere volentium ſepeliri in dicto Hoſpitali; & quod corpora ſepulturam eligentium portentur ad matricem Eccleſiam *Coventriæ* prædictæ; quodq; omnem apparatum ceræ & cereorum, ratione funerum quoquomodo provenientium, integrè perſolvant Eccleſiæ Cath. prædictæ, Magiſtro, Fratribus, ſororibus, pauperibus, infirmis in Infirmariâ dicti Hoſpitalis ac familiaribus actu commenſalibus ad infra dictum Hoſpitale ab hac luce decedentibus, duntaxat exceptis qui ad præfatos ceræ & cereorum præſtationem funeriſq; portationem, dictæ Eccleſiæ Cath. minimè teneantur.

Pro indempnitate verò, ratione ſepulturæ, eiſdem Magiſtro, Fratribus & ſororibus, noviter per venerabilem Dominum Priorem, Dominum *Ricardum Croſby*, conceſſæ, præfati Magiſtri & ſucceſſores ſui præſtabunt annuatim unam libram ceræ, ſeu cereum ejuſdem ponderis in feſto Paſchæ, dictæ Eccleſiæ Cath. beatæ *Mariæ* imperpetuum.

Item ordinamus & arbitramur, quod Bullæ, Literæ & Inſtrumenta omnia & ſingula dictum Hoſpitale, ſeu jus ipſius qualitercunq; concernentia, jam penès dominos Priorem & Conventum exiſtentia plenariè exhibeantur, juxta quæ decerni & ſtatui valeat utriq; parti juſtitiæ complementum: Et ſi quæ ſint munimenta, quorum Magiſter oſtendit veſtras copias, vel ſe originali vidiſſe ſuo ſacramento affirmat, quæ fortaſſis non exhibentur aut ſubtrahuntur, ſeu in rerum naturâ, ſive Prioris & Conventus fraude, dolo, vel latâ culpâ conſiſtere denegantur, jurent Dominus Prior, ſup-Prior ac Fratres *Nich. Caldecot* & *Will. Halughton*, per fidem ſuam, munimenta ſupradicta, quæ aſſeruntur ſubtracta, ſe non habere, nec vidiſſe, deſtruxiſſe, diſtraxiſſe, alienâſſe ſcienter, per ſe aut per aliquam ſubmiſſam perſonam: Et ſi hujuſmodi juramentum in formâ prædictâ præſtiterint, ab ulteriori exhibitione ſeu oſtenſione dictorum munimentorum clameo & inquietatione occaſione earundem in poſterum fienda, dictus Prior & Conventus imperpetuum reddantur liberi & immunes. Alioquin dictus Magiſter conſimile juramentum præſtabit dicta originalia, quæ aſſeruntur ſubtracta, ſe vidiſſe, quorum veras copias, ut aſſerit, oſtendat, quod ſi fecerit, ſufficiens ſibi præſtabitur emenda, ſecundùm diſcretionem noſtrorum quatuor: Quibus quidem munimentis prædictum Hoſpitale qualitercunq; concernentibus, coram nobis in præſenti productis, exhibitis & oſtenſis, ac eidem Magiſtro Hoſpitalis S. *Johannis* manualiter liberatis, dictum Dominum Priorem in formâ præmiſſâ juratum, ab ulteriori exhibitione Cartarum, privilegiorum, & munimentorum, dictum Hoſpitale concernentium, plenariè decernimus pro perpetuo abſolutum.

Item ordinamus, (&c.) ut nec prædictus Magiſter Hoſpitalis, Fratres, & ſorores ejuſdem, nec ſucceſſores ſui, de cætero exigant, vendicent, vel clament aliquas parcellas terræ infra pomeria dictorum Prioris & Conventus, in futurum, ratione Cartarum *Nicholai Cerothecari*, *Johannis* filii *Nicholai*, *Johannis Prende*, *Johannis Gauter*, *Willielmi Coci*, nec aliorum quorumcunq; ſed ut prædictus Prior & Conventus & ſucceſſores ſui habeant & teneant liberè & quietè & pacificè imperpetuum, terras infra clausas pomerii sui, quas poſſident, à die confectionis præſentium, ſine aliquâ impetitione ac inquietatione ſeu reclamatione prædictorum Magiſtri, Fratrum, ſeu eorum ſucceſſorum in futurum: Et quod nec dictus Magiſter, Fratres & Sorores dicti Hoſpitalis, nec ſucceſſores ſui de cætero, clamabunt nec vendicabunt de prædictis Priore & Conventu, nec de ſucceſſoribus ſuis, tenementa *Willielmi Scot*, nec terras *Ric. Carpentarii*, nec aliquod aliud tenementum, terram vel redditum, quæ prædicti Prior & Conventus poſſident die confectionis præſentium infra *Coventream*, vel extra.

Si verò contigerit prædictos Priorem & Conventum, vel ſucceſſores ſuos, aliquod tenementum vel terram perquirere in futurum, quæ fortè tenentur de prædicto Hoſpitali, tunc ipſi Prior & Conventus redditus inde debitos & conſuetos annuatim præfato Hoſpitali reddant & perſolvant.

Item ordinamus (&c.) ut Magiſter Hoſpitalis & ſucceſſores ſui perſolvant & reddant annuatim Priori & Conventui ſupradictis, ac ſucceſſoribus ſuis, & præcipuè officiis Cameræ Prioris, Theſaurarii, Celerarii, pro omnibus terris & tenementis quæ habent & tenent die confectionis præſentium, in **Coventre**, **Harnale**, **Eccleſhale**, **Stoke** & **Beruſley**, de prædictis Priore & Conventu & ſucceſſoribus ſuis *xx*. s. *iiii*. d. ſicque quod ſurſum reddetur croftum vocatum le **Merhey**, cum peciâ terræ jacente in campo de **Beruſley** dicto crofto pertinenti, unâ cum redditu debito & conſueto, annuatim officio Pitanciarii, *viz.* pro diverſis tenementis in **Coventre** *xxviii*. s. *vi*. d. ut clariùs patebit per Indenturam inde confectam, ac Capellæ beatæ *Mariæ* Eccleſiæ Cath. prædictæ *iii*. s. cum clauſula diſtringendi. Et ſi contingat prædictum Magiſtrum, Fratres & Sorores dicti Hoſpitalis, vel ſucceſſores ſuos, aliqua tenementa vel terram perquirere, vel ex dono habere in futurum; quæ de prædictis Priore & Conventu vel ſucceſſoribus ſuis tenentur, tunc eiſdem Priori & Conventui, ac ſucceſſoribus ſuis, pro terris & tenementis ſic habitis & perquiſitis, redditus indè debitos & conſuetos annuatim reddant & fideliter perſolvant.

Inſuper ordinamus, ut ſupra, quod ſtagna facta in foſſatis ſub pomerio Domini Prioris, ut patet per tripertitum, inter murum lapideum ad caput de **Swaneſpole** & le **Deruzate**, de conſenſu partium, in futurum permaneant modo quo extant in præſenti: tempore tamen purgationis ejiciantur purgamenta de cætero, ex parte Prioris, & non ex parte Hoſpitalis, propter deſtructionem herbagii dicti Hoſpitalis.

Item decernimus & declaramus Bullam *Alexandri* Papæ tertii, Hoſpitali S. *Johannis* prædicto, ut dicitur conceſſam, propter non uſum ejuſdem, & actum contrarium, penitùs ſublatam & viribus non ſubſiſtere, propter diverſas diſſentionum materias inter partes prædictas, occaſione ejuſdem ſæpiùs ſubortas, & quæ ratione ejuſdem veriſimiliter oriri poterint in futurum. Omnia inſuper partium prædictarum privilegia, munimenta & ſcripta quæcunque, huic noſtræ ordinationi ſeu compromiſſo quovismodo repugnantia, & præſertim ſubmiſſionem Fratris *Alexandri*, olim Magiſtri dicti Hoſpitalis, & confirmationem bonæ memoriæ *Roberti Covent.* & *Lich.* Epiſcopi ſuper eadem, quatinus præmiſſa obviant eatenus caſſamus & reprobamus; in aliis autem ea volumus in ſuo robore permanere. Quantum verò ad reſtagnationem aquæ vivarii de **Swaneswelpole**, & ejuſdem cratenæ moderationem, ac diviſionem prati de **Combewell**, limitationemq; metarum, bundarum & terminorum, tenementorum, redditus aſſignationem nondum plenè diſcuſſas, fratri *Willielmo Halughton* & Domino *Johanni Bonetable* noſtris in hac parte collegis, vices noſtras totaliter committimus, ut præmiſſa rectè finiant & juſtè determinent, ſicut coram Deo reddituri ſunt rationem in diſtricto examine, & hoc citra feſtum *Pentecoſtes* proximum futurum. Qui quidem Collegæ noſtri, onus hujuſmodi in ſe gratanter aſſumentes, ita in præmiſſis concorditer ordinârunt, *viz.* quod Magiſter, Fratres & Sorores S. *Johannis* antedicti, pro tempore exiſtentes, per modum compenſationis, pro fluxu & refluxu aquæ vivarii de **Swaneſpole**, de & ſuper terras S. *Johannis*, habeant imperpetuum omnes decimas feni pratorum ſuorum in **Coventre** & **Hernale**: de aliis nempe terris, tenementis, redditibus; ac metis & bundis ſupradictis, per eoſdem collegas clarè ordinatum eſt, prout in Indenturis inde confectis & Sigillis communibus partium prædictarum ſigillatis, patentius apparebit (&c.)

HOSPITALE de **Brugwalter** *in agro* Somerſetenſi.

Hoſpitale S. Johannis *de* **Brugwalter**.

G*uil. Briewerr* Fundator. Lel. Coll. Vol. 1. p. 48.

Pro animabus *Henrici* ſecundi *Richardi* & *Johannis* Regum *Angliæ*. Teſtes *Thomas* de *Sandeforde*, *Guil.* de *Pecby*, *Guil. Cervigton*, *Robertus* de *Chilton*. *Richardus* de *Roncestre*, *Thomas* **M***andit*, *Galf. Percevent*.

Treſdecem pauperes alit, præter religioſos & peregrinos. Ib. p. 74.

Appropriatio Eccleſiæ S. Georgii *de* **Wembdon** *eidem Hoſpitali, per* Robertum *Bathon* & Wellen. *Epiſcopum.*

Pat. 8. E. 2. p. 2. m. 28. per Inſpex.

ROBERTUS permiſſione divinâ *Bathon* & *Wellen.* Epiſc. ſalutem, (&c.) Cum inter cætera opera caritatis multa divinæ pietatis bona magis redoleant majeſtati in cœlis, quam ea quæ Chriſti pauperibus conſtruuntur in terris, veritate dicente, *quod uni ex minimis meis feciſtis*,

feciſtis, mihi feciſtis: Hinc eſt, quod cum Domus Hoſpitalis Dei & S. *Johannis Baptiſtæ* de **Briggewater**, noſtræ dioceſis, ad ſuſtentationem pauperum Chriſti egenorum & infirmorum fundata extiterit; ac propter elemoſinarum largitiones, & pauperum, egenorum, & infirmorum ſuſtentationes; necnon hoſpitum ibidem undique confluentium frequentes acceſſus, bona Hoſpitalis prædicti ad tanta pietatis opera excercenda non ſufficiunt, Nos ad gratiam Hoſpitalis & caritatis prædictæ applicandam & ſuſtentandam, præhabitâ deliberatione frequenti, diutinâ & ſolempni; ac diligenti tractatu cum Capitulis noſtris *Bathon.* & *Wellen.* Eccleſiam S. *Georgii* de **Wemedon**, quæ quidem Eccleſia de advocatione Magiſtri & fratrum prædicti Hoſpitalis exiſtit, præfatis Magiſtro & fratribus & eorum ſucceſſoribus, ad pauperum, egenorum & infirmorum ſuſtentationem Capitulorum noſtrorum antedictorum, unanimi accedente conſenſu, damus & confirmamus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris intuitu caritatis, & eam cum juribus & omnibus pertinentiis ſuis appropriamus imperpetuum. (&c.) Dat. *Well. vii.* Id. *Febr.* A. Domini *MCCLxxxiiii.* pontificatus noſtri decimo.

Appropriatio Eccleſiæ de **Lanteglos** *dicto Hoſpitali.*

Ibid. OMnibus (&c.) *Petrus* miſeratione divinâ *Exon.* Epiſc. ſalutem (&c.) Eccleſiam de **Lanteglos**, juxta **Fawy** cum Capella S. *Salvatoris* juribus & pertinentiis omnibus; quæ quidem Eccleſia cum prædictâ Capella de advocatione Magiſtri & fratrum prædicti Hoſpitalis exiſtit, præfatis Magiſtro & fratribus, ac eorum ſucceſſoribus, ad pauperum & infirmorum ſuſtentationem, Capituli noſtri prædicti unanimi accedente conſenſu (&c.) appropriamus (&c.) Dat. *Exon.* in craſtino S. *Marcæ Evangeliſtæ*, anno gratiæ *MCCLxxxiiii.* & conſecrationis noſtræ anno quarto.

Conſimilis Appropriatio Eccleſiæ de **Morweneſtowe.**

Ibid. OMnibus (&c.) *Petrus* miſeratione divinâ *Exon.* Epiſc. ſalutem (&c.) Eccleſiam de **Morweneſtowe**, in *Cornubia*; quæ quidem Eccleſia de advocatione Magiſtri & fratrum prædicti Hoſpitalis exiſtit, præfatis Magiſtro & fratribus & eorum ſucceſſoribus ad pauperum (&c.) ſuſtentationem (&c.) appropriamus (&c.) Dat. *Exon* in Capitulo noſtro *xviii.* Kal. *Nov.* A. Domini *MCCXC.* & conſecrationis noſtræ anno *xi.*

Licentia regia de electione Magiſtri.

Pat. 1. H. 6. p. 1. m. 12.

REX dilectis ſibi in Chriſto fratri *Waltero Eſtone* Præſidenti Hoſpitalis Sancti *Johannis Baptiſtæ* de **Briggewater**, Ordinis Sancti *Auguſtini*, *Bathonen.* & *Wellen.* Dioc. ac fratribus ejuſdem Hoſpitalis ſalutem. Ex parte veſtra nobis eſt humiliter ſupplicatum, ut cum Hoſpitale prædictum, quod eſt de Fundatione Comitis *Marchiæ* & Domini de *la Zouche*, cujus quidem Domini de *la Zouche* filius & hæres in cuſtodia noſtra ratione minoris ætatis ſuæ exiſtit, per mortem bonæ memoriæ fratris *Johannis Wemedon* nuper Magiſtri Hoſpitalis prædicti, Magiſtri ſit ſolacio deſtituta; alium vobis eligendi in Magiſtrum, licenciam vobis concedere dignaremur: Nos precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinati, licenciam illam tenore præſencium; vobis duximus concedendam, mandantes, quod talem vobis eligatis in Magiſtrum, qui Deo devotus, Hoſpitali veſtro neceſſarius, nobiſque & regno noſtro utilis & fidelis exiſtit. In cujus (&c.) *T. R.* apud *Weſtm*, *xx.* die *Januarii.*

HOSPITALE

de **Brugenorth** *in agro* Salopienſi.

De Fundatione ejuſdem.

Eſc 14. E. 4. n. .....

INquiſitio capta apud **Bridgnorth**, in Comitatu *Salop.* ..... die ..... anno regni Regis *Edwardi* quarti, poſt conqueſtum decimo quarto. Coram *I. B.* Eſchaetore dicti Domini noſtri Regis in Comitatu prædicto, virtute officii ſui, per Sacramentum (&c.) qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod quidam *Radulfus* le *Strange*, ante tempus memoriæ, in honore *Sanctæ Trinitatis*, beatæ Virginis, & Sancti *Johannis Baptiſtæ*, fundavit quoddam Hoſpitale in **Brugenorth**, de uno Magiſtro, & cuſtode, & de diverſis fratribus ſæcularibus, divina ibidem exercenda, & exequenda, ac pauperes infirmos, & debiles hoſpitando, conſtruxit, & ſtabilivit: Ac diverſas terras, & tenementa eiſdem Hoſpitali, Magiſtro, cuſtodi, & fratribus ejuſdem, & ſucceſſoribus ſuis, habendas in perpetuum, in puram & perpetuam elemoſinam, dedit & conceſſit: Cujus quidem *Radulfi*, prædicti Hoſpitalis fundatoris, linealis conſanguineus & hæres *Johannes* nuper Comes *Salop.* qui in *Francia* jam tardè guerravit, & in Comitem *Salopiæ* primitùs creatus fuit, ac ab hac luce nuper migratus extitit; videlicet avunculi filii *Ancharitæ* filiæ *Gilberti*, filii *Richardi Talbot*,

& *Elizabetha* uxoris ejus; filiæ *Johannis*, filii *Johannis*, filii *Fulconis*, filii prædicti *Radulfi* le *Strange* primi Fundatoris prædicti Hoſpitalis: Et dicunt prædicti juratores, quod ſemper, & continuè à fundatione prædicti Hoſpitalis, hæredes prædicti *Radulfi*, fundatores ejuſdem Hoſpitalis extiterunt, & pro fundatoribus indè reputati fuerunt: Et dicunt ulteriùs iidem juratores, quod nomen Cuſtodis dicti Hoſpitalis, per magnum tempus mutatum fuit, & jam nuncupatum eſt Prior. Et dicunt etiam quod prædictus nuper Comes qui guerravit in *Francia*, habuit exitum *Johannem* nuper Comitem *Salop.* qui habuit exitum *Johannem* infra ætatem (&c.)

HOSPITALE

S. Johannis *in Civitate* VVellenſi.

De Fundatione ejuſdem.

Lel. Coll. Vol. I. p. 74.

Hugo Lincoln. Epiſcopus, primus Fundator: Deinde *Jocelinus* Epiſcopus *Bathon.* *Edmundus Lyons* miles, benefactor.

Redditus multùm decreverunt; nam primò habebant ducentas marcas annuas.

Fuerat hic *Hugo* ante Archidiaconus *Wellenſis*, & *Hugonem Cartuſianum* ſecutus eſt.

HOSPITALE

de **Strode** *in agro* Cantiano.

Diploma Regis Edwardi *tertii, ipſam Fundationis Cartam dicti Hoſpitalis; necnon diverſas alias Donationes eidem factas, recitans & confirmans.*

Pat. 6. E. 3. p. 1. m. 19.

Videſis Clauſ. 20. E. 3. p. 1. m. 19.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Inſpeximus quoddam ſcriptum, quod *Gilbertus* quondam Epiſcopus *Roffenſis* fecit in hæc verba. Omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *G.* divina miſeratione *Roſenſis* Eccleſiæ miniſter, ſalutem in Domino. Attendentes illud dominicum, *Eſurivi & dediſtis michi manducare; ſitivi & dediſtis michi bibere; hoſpes eram & collegiſtis me; nudus & cooperuiſtis me; infirmus & in carcere, & viſitaſtis me.* Et ex hoc advertentes miſericordiam, cum neceſſitatem patientibus habitam Deo plurimùm acceptam, pro ſalute noſtrâ, prædeceſſorum ſucceſſorum noſtrorum & benefactorum; Necnon & pro reformatione Chriſtianitatis terræ Jeroſolimitanæ, & liberatione *Richardi* illuſtris Regis *Angliæ*; Domum hoſpitalem in honore Dei & glorioſæ Virginis *Mariæ* apud **Strode** conſtruximus, ad recipiendos & conſovendos pauperes, debiles, infirmos, & ſibi minimè ſufficientes, tam notos commorantes, quàm à remotis tranſeuntes, ut in lecto, cibo, & potu eis congruè provideatur, donec vel decedant, vel cum incolumitate recedant; illiſque decedentibus vel recedentibus alii pereque pauperes & debiles, imperpetuum ſubſtituentur. Iconomum autem eidem Domui præfecimus, & ſucceſſores noſtri præficient, qui de conſilio Epiſcopi curam domus & omnium ad eam pertinentium habebit; Qui regularem vitam gerens, tot regulares ſecum habebit Clericos, ut honeſtè ibidem Deo poſſit miniſtrari; & ad minus à duobus presbyteris duæ Miſſæ ſingulis diebus celebrari; una pro vivis loci benefactoribus, altera pro ſalute animæ meæ nominatim, & pro animabus cæterorum benefactorum in evum, ad ſuſtentationem jam dictæ Domus.

Itaque de communi aſſenſu Prioris & Conventus *Roſenſis*; necnon & Archidiaconi noſtri, conceſſimus & donavimus in perpetuam & puram elemoſinam in uſus proprios poſſidendam Eccleſiam de **Ailesford**, cum omnibus ad eam pertinentibus, ſalvâ penſione duarum marcarum per annum Iconomi Monachis *Roſenſibus* annis ſingulis perſolvenda; Et Eccleſiam Sanctæ *Margaretæ* pereque in uſus proprios, cum omnibus pertinentiis ſuis optinendam, ſalvâ dimidiâ marcâ per annum Iconomi, prædictis Monachis annuatim reddendâ, nomine oblationum, diei feſti beatæ *Margaretæ*, quas idem Monachi percipere conſueverunt. Et Eccleſiam de **Hallyng**, cum omni integritate ſua; & prebendulam de decimis militum noſtrorum in **Halling**, & **Holeberge**, & **Bukelſtan** provenientem: Et Eccleſiam Sancti *Nicholai* de **Strode**, cum omnibus ad Altare pertinentibus, tam de vivis, quàm de defunctis, & omnibus aliis, excepta decimatione bladi, uàm de aſſenſu & voluntate Archidiaconi & ersonæ de **Frendesberi**, matricem conſtitu- mus Eccleſiam, proprium eidem cimiterium aſſignantes. Providebit autem Iconomus ad miniſtrandos in memoratis Eccleſiis presbyteros idoneos, quos maluerit proprios converſos vel alienos, quos Epiſcopo præſentabit, qui cum Eccleſiis ipſis communi gaudebunt libertate, ut nullâ videlicet exactione pecuniariâ graventur, ab Epiſcopo vel Archidiacono, vel Decano, vel aliquo alio; ſive in talliâ, ſive in emendâ, ſive aliquo alio modo, exceptis dumtaxat ſinodalibus ab antiquo debitis; quoniam ſi deliquerint Epiſcopo conſulto Iconomi cohercioni Canonicè ſubjacebunt.

Sane locum ipſum Hoſpitalem cum ambitu ſuo & omnibus ibidem commorantibus, tam clericis, quàm laicis, & cunctis converſis ubicumq; morentur, de aſſenſu & voluntate Archidiaconi exemimus ab omnimodâ poteſtate Archidiaconali & Decanali; ut ſint ſolummodo domino Papæ & *Cantuarienſi* Archiepiſcopo ſubjecti, & Epiſcopo *Roſenſi*. Conceſſimus inſuper jam dictæ Domui, decimam novalium cujuſdam terræ, quam de novo excoluerunt Canonici de **Leſnes**, & eorum tenentes, in confinio parochiarum de **Derenteford**, & de **Wylminton**, de aſſenſu & voluntate utriuſq; Eccleſiæ perſonæ. Porro conſtitutum eſt de auctoritate noſtrâ, & Conventus noſtri *Roſenſis*, quod in vigiliâ *Natalis* Domini annuatim, octo coopertoriis novis ſupervenientibus, prout ad hoc redditus eis in Eccleſia de **Alleſford** & **Borle** providimus, octo vetera in uſus pauperum Iconomo domus reſtituentur. Providimus etiam jam dictæ domui redditum ſex denariorum de quadam terrulâ in **Stanes** à *Radulpho* filio *Pauli* & hæredibus ejus, annis ſingulis perſolvendis; ſet & ex largitione bonæ memoriæ *Henrici* de *Cornhell*, pro ſalute animæ ſuæ, & illuſtris Regis *Henrici* percipit eadem domus annuatim quatuor libras in **London** & **Sutwerc** aſſignatas. Et ex dono *Galfridi* de *Sundererſſe* duas ſummas bladi de molendino de **Bukelſtan**.

Hæc autem omnia, & ſiquid amplius per gratiam Dei aliquis conferre voluerit, expendet Iconomus cum conſilio Epiſcopi providè, fideliter, & honeſtè, in uſus ipſius domus; Ita ut præhabitâ ſua & Clericorum & ſervientum neceſſariorum procuratione congruâ, totum reſiduum in ſuſtentationem pauperum debilium, ut diximus, erogetur; & pro quantitate excreſcentium facultatum augeatur numerus Infirmorum. Nos igitur de bonitate Domini confidentes, ut miſericorditer agat cum miſericordiam facientibus, omnes huic ordinationi dominicæ conſencientes & aliquid de ſuo largientes, in perpetuæ felicitatis dominicæ conſortium admittimus, & fratrem & cooperatorem participem domus Hoſpitalis conſtituimus. Qui autem malignè reſiſtere, obviare, vel infringere conatus fuerit, indignationem & offenſam omnipotentis Dei incurrat, & ultionem corporalem ſævientis ſenciat, donec recipiſcentis in meliùs reformetur: Rogamus autem, & quantis poſſumus precibus & exhortationibus ſupplicamus ſucceſſori noſtro, quatinus hanc orationem non noſtram ſet Crucifixi, gratam habeat & acceptam, & ſuæ in omnibus ſaluti conſultum, proviſum videat & honori, ut Dominus Deus ei retribuat, & non ut cooperatorem ſet fundatorem reſpiciat, remuneret, & coronet in gloria ſempiterna.

Inſpeximus etiam quoddam ſcriptum, quod Radulphus *quondam Prior* Roffenſis, *& ejuſdem loci Conventus fecerunt in hac verba.* Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Radulphus* Prior *Roſenſis*, & ejuſdem loci Conventus ſalutem & orationes in Domino. Noverit univerſitas veſtra, nos intuitu Dei & ob reverentiam glorioſæ Dei genetricis *Mariæ*, in cujus honore domus Hoſpitalis conſtructa eſt apud **Strode**, de aſſenſu & voluntate Domini *Gilberti Roſenſis* Epiſcopi noſtri donâſſe & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe eidem domui Hoſpitali partem de prato noſtro juxta **Strode**, ſicut certa foſſata eam concludunt; & quicquam habuerimus in totâ terrâ, quæ eſt intra prædictam domum Hoſpitalem & domum *Auguſtini* juxta ſtratam quæ tendit verſùs *Frendeſberiam*; & ab eadem domo prædicti *Auguſtini*, ſicut muro concluditur uſq; ad foſſatum prædicti prati verſùs aquilonem. Habendum & tenendum in puram & perpetuam elemoſinam, liberè & quietè ab omni exactione & omni ſervicio & omnibus rebus, nullo jure in eis ullo unquam tempore nobis retento. Nos etiam warantizabimus, & acquietabimus prædicto Hoſpitali quicquid in prædicto ambitu habuimus verſùs omnes homines. Et pro hac donatione & conceſſione, & confirmatione noſtrâ, prædictus venerabilis Dominus & Pater noſter *G. Roſenſis* Epiſcopus, qui de conſilio & aſſenſu noſtro memoratam domum Hoſpitalem in honore Dei & beatæ Virginis extruxit, in retributionem liberavit nos erga Judeos, de triginta libris, & uſuris, quæ in immenſum excreverant; & fecit clauſtrum noſtrum perfici lapideum, & organa nobis fieri fecit, & multa alia nobis contulit beneficia: Teſtibus hiis, Domino *Gilberto Roſenſi* Epiſcopo noſtro, *Will. Roſenſi* Archid. Magiſtro *Elia* ſeneſchallo, Magiſtro *Egidio*, Magiſtro *Rogero*, *Thoma*, Clericis prædicti Epiſcopi: *Ricardo* de *Bereſſe*, *Henrico* de *Cobeham*, *Henrico* de *Scorne*, *Luca* de *Ores*, *Ricardo* Scriptore, *Philippo* de *Wurmedell*, *Oſberto* fratre ſuo, & multis aliis.

Inſpeximus etiam quoddam ſcriptum quod Hubertus *quondam Archiepiſcopus* Cantuar. *fecit in hac verba.* Omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Hubertus* Dei gratiâ *Cantuar.* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas, ſalutem in vero ſalutari. Cum ex injuncto nobis officio in promovendis caritatis operibus teneamur diligenter adeſſe, præſertim nos condecet ea quæ in ſuſtentationem pauperum karitativè deputata ſunt & erogata, favore pio proſequi & & promovere. Attendentes igitur favorabile propoſitum & pietatis affectum venerabilis & dilecti fratris noſtri *Gileberti Roſenſis* Epiſcopi, circa conſtruendum domum Hoſpitalem apud **Strodes**, ad ſuſtentandos & confovendos in eâ pauperes & debiles ſibi minimè ſufficientes; Ne cujuſquam machinatione in poſterum poſſit infringi, vel in aliquo diminui, eam cum omnibus quæ prædictus *G. Roſenſis* Epiſcopus, vel quivis alius ei hactenus contulit, vel in poſterum per gratiam Dei collaturus eſt, præſenti paginâ confirmamus: Inprimis videlicet locum ipſum Hoſpitalem, cum ambitu ſuo & omnibus ibidem commorantibus, tam Clericis, quàm laicis, & cunctis converſis ubicumq; morentur, ut ſint exempti ab omni poteſtate Archidiaconali, & Diaconali, & ſint ſolummodo Domino Papæ & *Cantuar.* Archiepiſcopo ſubjecti, & Epiſcopo *Roſenſi*. Eccleſiam etiam de **Alleſford**, cum omnibus ad eam pertinentibus, ſalvâ penſione duarum marcarum per manum Iconomi memoratæ domus, monachis *Roſenſibus* annuatim perſolvendâ: Et Eccleſiam Sanctæ *Margaretæ* cum omnibus pertinentiis ſuis; ſalvâ dimidiâ marcâ per manum prælibati Iconomi

nomi prædictis monachis annuatim reddendâ, nomine oblationum diei feſti S. *Margaretæ*, quas idem monachi percipere conſueveverunt.

Et Eccleſiam de **Hallyng**, cum omni integritate ſuâ; & præbendam de decimis militum prælibati Epiſcopi in **Hallyngs**, & **Holeberge**, & **Cuckeleſtan** provenientem; Et Eccleſiam S. *Nicholai* de *Strode* cum omnibus ad Altare pertinentibus, tam de vivis, quàm de defunctis, & omnibus aliis, exceptâ decimatione bladi, & decimâ novalium cujuſdam terræ, quam de novo excoluerunt Canonici de **Leſnes**, & eorum tenentes in confinio parochiarum de **Derenteford**, & de **Wilminton**. Octo etiam coopertoria vetera quæ Iconomus memoratæ domus à Monachis *Roſenſibus* recipiet in vigiliâ *Natalis* Domini, octo novis ſupervenientibus, ſicut prædictus Epiſcopus fieri diſpoſuit, & Cartâ ſuâ confirmavit: Et redditum ſex denariorum de quadam terrula in **Stanes** à *Rad.* filio *Pauli*, & hæredibus ejus annis ſingulis perſolvendum: Et ex largitione *Henrici* de *Cornhell*, quatuor libras annuas in *London*, & **Sudwerc** aſſignatas. Et ex dono *Galfridi* de *Sunderherſe*, duas ſummas bladi annuatim de molendino de **Cuckeleſtan**: Ita quidem, quod ſæpe nominatus Iconomus omnes obventiones prædictarum Eccleſiarum, decimarum & redituum, integrè, plenariè & pacificè poſſideat, & in uſus ſuos & pauperum convertat, ſicut Carta memorati Epiſcopi teſtatur. Providebit etiam idem Iconomus ad miniſtrandum in memoratis Eccleſiis, presbiteros idoneos, quos maluerit proprios, converſos, vel alienos, quos Epiſcopo præſentabit; Qui cum Eccleſiis ipſis communi gaudebunt libertate; videl. ut nulla exactione pecuniaria graventur ab Epiſcopo vel Archidiacono, vel Decano, vel aliquo alio, ſive in tallia, ſive in emenda, ſive aliquo alio modo, exceptis dumtaxat ſinodalibus ab antiquo debitis; Quoniam ſi deliquerint, Epiſcopo conſulto, Iconomi Canonicè coercioni ſubjacebunt: ut igitur ordinatio prædicti Epiſcopi, tam in Iconomo inſtituendo, quàm in cæteris omnibus quæ ad prædictam domum pertinent, ſicut in ejus Cartâ, quam vidimus, continetur, perpetuæ firmitatatis robur obtineat, eam præſenti paginâ confirmamus, & ſigilli noſtri teſtimonio communimus. Hiis Teſtibus, *Jon. Archid. Derebei*; Magiſtro *Ricardo* Cancellario noſtro; Magiſtro *Simone* de *Scales*, Magiſtro *Godefrido* de *Inſula*, Magiſtro *Will.* de *Noketon*, Magiſtro *Heiya* medico; Magiſtro *Reinero*, Magiſtro *Will.* de *Caſna* Clericis noſtris: Magiſtro *Helya* ſeneſcallo prædicti Epiſcopi, Magiſtro *Egidio*, *Thoma* de *Rikingehale*, Magiſtro *Will.* medico, *Philippo* de *Wormedale*, *Waltero* de *Brom*, & multis aliis.

Inſpeximus etiam quandam Cartam, quam bonæ memoriæ Dominus Ricardus *quondam Rex* Angliæ *progenitor noſter, fecit in hac verba.* *Ric.* Dei gratia Rex *Angl.* Dux *Norm. Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, nos ordinationem dilecti noſtri *G. Roſenſis* Epiſcopi ſuper Hoſpitali Sanctæ *Mariæ* de **Strodes**, & donationes eidem Hoſpitali rationabiliter collatas, ratas habere, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe; ſcilicet locum ipſius Hoſpitalis, cum ambitu ſuo; & Eccleſiam de **Aileſford**, & Eccleſiam Sanctæ *Margaretæ* de *Roffeceſtre*; & Eccleſiam S. *Nicholai* de **Strodes**; & Eccleſiam de **Hallynges**, cum omnibus earum pertinentiis: Præbendam etiam provenientem ex decimis militum jam dicti Epiſcopi in **Halling**, & **Cuckeleſtan**. Et ex donatione *Henrici* de *Cornhull* quatuor libras per annum in *Lond.* & **Suthwerk**. Et de dono Monachorum *Roff.* ſingulis annis octo coopertoria vetera. Et ex dono *Ganfridi* de *Sundereſſe* duas ſummas bladi per annum de molendino ſuo de **Bucheleſtan**. Præterea decimam quorundam novalium in parochiis de **Derenteford**, & **Wilminton** à Canonicis de **Leſnes**, & eorum tenentibus excultorum & excolendorum. Et redditum ſex denariorum de quadam terrulâ in **Stanes** percipiendorum ſingulis annis de *Radulfo* filio *Pauli* & hæredibus ejus, ſicut Carta prædicti Epiſcopi teſtatur. Teſtibus Magiſtro *Philippo* Clerico noſtro, & *Warino* filio *Geroldi*, & *Guafrido* de *Ponz.* Dat. per manum *W. Elienſis* Epiſcopi Canc. noſtri apud *Wormaciam* xiiii. die *Aug.* anno quarto regni noſtri.

Inſpeximus etiam quandam aliam Cartam, quam idem progenitor noſter fecit in hac verba: *Ric*, Dei gratia Rex *Angl.* Dux *Norm. Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos dediſſe & conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe domui Hoſpitali S. *Mariæ* de **Strodes**, duas partes boſci juxta **Mallinges**, qui pertinebat ad Manerium de **Aileſford**, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam; ita quod tercia pars ipſius boſci per ſe diviſa, & conſuetudo de carragio extraneorum tranſeuntium, ſicuti conſuetum eſt, remanebit prædicto Manerio. Quare volumus (&c.) Dat. per manum *W. Elienſis* Epiſcopi Canc. noſtri *xx.* die *Aprilis* apud *Winton.* anno quinto Regni noſtri (&c.) Nos autem conſtructionem, donationes (&c.) ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto, nunc Magiſtro & fratribus dicti Hoſpitalis beatæ *Mariæ* de **Strode** & eorum ſucceſſoribus, concedimus & confirmamus, ſicut literæ, Cartæ, & ſcripta prædicta rationabiliter teſtantur, & prout iidem Magiſter & fratres & prædeceſſores ſui Eccleſias, præbendam, terras, & tenementa prædicta hactenus tenuerunt, & iidem Magiſter & fratres ea modo tenent. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* *xvi.* die *Marcii*.

Licentia Regis Edwardi *tertii conceſſa* Mariæ *de. S.* Paulo *Comitiſſa* Pembrochiæ *pro domo Religionis in Manerio ſuo de* **Strode** *conſtruendo.*

Pat.16. E. 3.p.2.m. 5. REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectæ conſanguineæ noſtræ *Mariæ* de ſancto *Paulo* Comitiſſæ *Penbrochiæ*, quod ipſa Manerium ſuum de **Strode**, cum libertatibus, liberis conſuetudinibus, & aliis pertinentiis ſuis, dare poſſit & aſſignare certis viris aut mulieribus religioſis, ubi eidem Comitiſſæ placuerit; Habendum & tenendum eiſdem Religioſis & ſucceſſoribus ſuis; vel quod eadem Comitiſſa, ſi ſibi viderit expedire, infra dictum Manerium Eccleſiam & domos pro inhabitatione hujuſmodi virorum aut mulierum religioſorum inibi commoraturorum, juxta ordinationem & voluntatem ipſius Comitiſſæ, de novo fundare, & dictum Manerium eiſdem religioſis ibidem habitaturis dare poſſit & aſſignare. Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Et eiſdem religioſis quibus dicta Comitiſſa Manerium prædictum, cum libertatibus & liberis conſuetudinibus, & aliis pertinentiis ſuis, ſic dare voluerit, idem Manerium, cum libertatibus & liberis conſuetudinibus, & aliis pertinentiis ſuis, à præfatâ Comitiſſâ recipere poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis, ſicut prædictum eſt imperpetuum, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem. Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante, (&c.) In cujus, &c. *T.* Cuſtode apud **Eaſtry** *vii.* die *Octobris.*

HOSPITALE

de **Shireburne** *in Epiſcopatu* Dunelmenſi.

De Hugone de Puteaco Dunelm. *Epiſcopo.*

Ex Eccl. Dunelm. hiſt. MS. in bibl. Bodl. [Cantuar.] L. 33.f.86.a. HOſpitale de **Schirburne** conſtruxit, & elefantuoſos in Epiſcopatu ſuo circumquaq; collectos ibidem inſtituit, aptiſq; eorum uſibus habitaculis ampliavit: Et ne quid ſollicitudine caritatis eſſet, ad eorum perpetuam ſuſtentationem, & nonnullorum ſuſceptionem, terras & Eccleſias conceſſit & confirmavit.

HOSPITALE

de **Sutton** *in agro* Eboracenſi.

Carta Galfridi *filii* Petri *Comitis* Eſſexiæ *de fundatione ejuſdem.*

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Galfridus* filius *Petri*, Comes *Eſſexiæ*, ſalutem. Cart. antiq. M.n. 8. Sciatis nos conceſſiſſe & confirmâſſe in liberam, puram & perpetuam elemoſinam dilecto & fideli noſtro *Willielmo* de *Wrotham*, Archidiacono *Tantonæ*, totam terram ſuam, quam ei dedimus ad faciendum indè unum Hoſpitale in honore ſanctæ & individuæ *Trinitatis*, & beatæ *Mariæ* Virginis & omnium cœleſtium virtutum, & omnium Sanctorum Dei, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & omnium fidelium Dei vivorum & defunctorum; ad ſuſtinendum ibi treſdecem pauperes & tres Capellanos in perpetuum, ſicut Carta ipſius *Willielmi* teſtatur. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædictum Hoſpitale & prædicti Fratres & Capellani habeant & teneant totam prædictam terram de **Suttone**, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberam & quietam ab omni ſeculari exactione imperpetuum: Et ut hæc noſtra conceſſio & confirmatio perpetuæ firmitatis robur optineant, præſentem Cartam Sigilli noſtri munimine duximus roborare. Hiis teſtibus, Domino *Simone* Abbate *Tilteiæ*, *Galfrido* de *Boclind*, *Galfrido* de *Maundevil*, *Johanne* de *Maundevil*.......:.. *Johanne* de *Colet*, (&c.)

HOSPITALE

de **Merleberge** *in agro* VViltonienſi.

Carta Regis Johannis, *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

JOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ*, &c. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, confirmâſſe Hoſpitali S. *Johannis Baptiſtæ* de **Merleberg**, & fratribus & ſororibus ibidem Deo ſervientibus, unam virgatam terræ cum pertinentiis in **Kenet**, quam *Henricus* de **Kenet** eis dedit, & Cartâ ſuâ confirmavit. Et terram illam in **Merleberge**, quam Cart. 16. Joh.n.16.

Johannes filius *Alurichi* eis dedit & Cartâ ſuâ confirmavit: Et terram illam in mariſco de **Werleberge**, in qua fundatum eſt prædictum Hoſpitale; Quam ſcilicet terram *Levenoth* filius *Levenothi* eis dedit & Cartâ ſuâ confirmavit: Et terras illas in **Werleberge**, quas *Walterus Pinnok* eis dedit, cum corpore ſuo & Cartâ ſuâ confirmavit: Ita tamen, quod qui terras illas tenuerint de prædictis Fratribus & Sororibus, in burgo de **Werleberg** facient nobis & hæredibus noſtris conſuetudines & ſervicia, ut in talibus & aliis, ſecundùm quod burgenſes noſtri de **Werleberg** facient. Has autem terras prædictas confirmavimus prædicto Hoſpitali, habendas & tenendas in perpetuum (&c.) Data per manum Magiſtri *Ricardi* de *Mariſcis* Cancellarii noſtri, apud **Werleberge**, *ix.* die *Febr.* anno regni noſtri *xvi.*

HOSPITALE

S. Laurentii *juxta* **Briſtoll** *in agro* Somerſetenſi.

Carta Regis Johannis, *de terra ſuper quam ſitum eſt.*

Cart. 10. E. 2 n 14. per Inſpex.

Johannes Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos pro amore Dei, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Leproſis juxta **Briſtoll**, croftam extra portam **Lacford**, in viâ verſùs *Bathoniam*, quæ clauditur circumquaq; Chimino, ad habitandum ibi, ſicut Carta noſtra, quam eis fecimus, dum eſſemus Comes *Moretonii*, rationabiliter teſtatur. Sciatis etiam nos recepiſſe eoſdem Leproſos in protectionem noſtram: ideoq; volumus & præcipimus, quod eos manuteneatis & protegatis, & non impediatis eos in aliquo ubi queſierint elemoſinas in terrâ noſtrâ, ſicut literæ Patentes, quas eis fecimus dum eſſemus Comes *Moretonii*, rationabiliter teſtantur. Concedimus etiam & hac Cartâ noſtrâ confirmamus eiſdem Leproſis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam unam virgatam terræ cum pertinentiis extra *Briſtolliam*, quam *Willielmus Balle* tenuit, & quam tenent de dono noſtro; habendam & tenendam benè & in pacè, liberè, quietè, integrè & honorificè imperpetuum (&c.) Dat. per manum *Hugonis* de *Willes*, Archidiaconi *Wellenſis* apud **Lutegarſhill** *xii.* die *Martii* anno regni noſtri nono.

Carta Regis Henrici *tertii de quadam ſelda in ſuburbio* Briſtolliæ.

Ibid.

Henricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm. Aquit.* & Comes *Andeg.* omnibus (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti ſcripto confirmâſſe, pro nobis & hæredibus noſtris, Magiſtro & fratribus Hoſpitalis Leproſorum S. *Laurentii* in ſuburbio *Briſtolli*, quandam ſeldam cum pertinentiis in eodem ſuburbio, quam *Walterus* de *Kaerdif* tenuit; habendam & tenendam eiſdem Magiſtro & fratribus & ſucceſſoribus ſuis in liberam & perpetuam elemoſinam (&c.) T. meipſo apud **Clarendon** *xxi.* die *Junii* anno regni noſtri *xxxii.*

HOSPITALE

de **Bocland** *in agro* Somerſetenſi.

Carta Lorettæ *Comitiſſæ* Leiceſtriæ *de diverſis terris dicto Hoſpitali conceſſis.*

Cart. 11. H. 3. p. 2. m. 6. per Inſpex.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris, hoc ſcriptum viſuris vel audituris, quod ego *Loretta* Comitiſſa *Leyceſtriæ*, dedi & conceſſi Deo & beatæ *Mariæ* & Sancto *Johanni Baptiſtæ*, & beatis pauperibus domus Hoſpitalis *Jeroſolimitani*, ad ſuſtentationem ſororum de **Boclaund** Deo ſervientium, & ad inveniendum quendam Capellanum, fratrem, in eadem domo, qui cotidie & perpetuò Miſſam in honore beatæ Virginis *Mariæ* in majori Eccleſiâ apud **Bokland** ad Altare beatæ Virginis celebret pro ſalute animæ meæ, & Domini *Roberti* viri mei, Comitis quondam *Leiceſtriæ*; & pro ſalute animarum patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, totam terram meam de **Poteſton**, & totam terram meam de **Pneſford**, citra aquam & ultra aquam, & *Lxiiii.* acras de dominico meo ſuper **Ruwedone**; & totam terram meam de **Rudeſtoke**, & de **Hele**, & de **Chorlecote**, & de **Tunecote**, & de **Boteburne**; & totam terram, quam tenet *Philippus* ad *viam*, cum hominibus prædictas terras tenentibus. Et præterea centum acras de dominico meo in **Bremmeſmore**, & boſcum meum qui vocatur **Ancrewde**, & unum ferlingum ad **Rotcheye**, cum omnibus pertinentiis ejus in Manerio de **Touſtoke**, cum paſturis & omnibus aliis ad prædictas terras pertinentibus. Et præterea omnimodam communam inter gentem meam ubiq; liberè & quietè; Habendum & poſſidendum in perpetuam & puram elemoſinam, ſicut ulla elemoſina liberiùs & quietiùs dari poteſt. Et ut hæc mea donatio futuris temporibus perpetuæ firmitatis robur optineat, eam præſentis ſcripti munimine cum ſigilli mei appoſitione dignum duxi roborare. Hiis teſtibus, Magiſtro *Lamberto* ſubdecano *Walenſi*, Domino *Philippo* de *Albeni*, Domino *Rogero* de *la Zuche*, *Ada* filio *Hondobrandi*; Magiſtro *Umfrido* Canonico *Cyceſtriæ*, Magiſtro *Reginaldo* de *Mereſtone*, *Willielmo* Capellano de **Bukingeham**, *Waltero* Clerico de **Langeham**, *Thomæ* Clerico *Glouceſtriæ*, *Nicholao* de *Wileya*, & aliis.

HOSPITALE

S. Thomæ *in burgo de* **Suthwerke**.

Id. Coll. vol. 1. p. 85.

Petrus *de* Rupibus *Epiſcopus* Winton. *fundator Redditus* CCCxliii. *libræ*.

De advocatione Eccleſiæ de **Blecchyngelegh** *data in eſcambium fratribus Hoſpitalis prædicti, pro terris in* **Bedyntone**, *& alibi.*

Pat. 8. E. 2. p. 2. m. 13.

REx, (&c.) Inſpeximus quoddam ſcriptum, quod bonæ memoriæ *Gilbertus* de *Clare*, quondam Comes *Glouceſtriæ* & *Hertfordiæ*, fecit Magiſtro & fratribus Hoſpitalis S. *Thomæ* Martyris de **Suthwerk**, in hæc verba. *Viceſimo die* Novembris *anno Regni Regis* Edwardi *ſeptimo, convenit inter nobilem virum Dominum* Gilbertum *de* Clare *Comitem* Glouc. *&* Hertfordiæ, *ex unâ parte, & Magiſtrum & fratres Hoſpitalis S.* Thomæ *Martyris de* **Suthwerk** *ex alterâ;* viz. *quod dictus Comes conceſſit, pro ſe & hæredibus ſuis, prædictis Magiſtro & fratribus & ſucceſſoribus ſuis, advocationem Eccleſiæ de* **Blecchyngelegh**, *in eſcambium pro omnibus terris & tenementis, quæ iidem Magiſter & fratres Hoſpitalis prædicti habent in villis de* **Bedyntone**, **Baudone**, **Mycham** & **Croydon**; *cum omnibus terris & tenementis, quæ iidem Magiſter & fratres habent in villis de* **Bedyntone**, & de **Baudone**, *ex dimiſſione* Walteri *de* Huntyngfeld, *& quæ fuerunt* Willielmi *de* Wykyngeſtone, *cum pertinentiis in Comitatu* Surreiæ, *& etiam pro molendinis eorundem Magiſtri & fratrum, quæ habent in Parochia de* **Merlawe** *in Com'* Buck. *Habenda & tenenda eidem Comiti, hæredibus & aſſignatis ſuis (&c.) de Capitalibus Dominis feodi, per ſervicia inde debita & conſueta, (&c.) Data* Lond. *die & anno ſupradictis.* Nos autem conceſſionem prædictam ratam habentes, (&c.) confirmamus, (&c.) Præterea volentes eiſdem Magiſtro & fratribus gratiam in hac parte facere uberiorem, conceſſimus eis & licentiam dedimus, (&c.) quod ipſi Eccleſiam prædictam appropriare, & eam ſic appropriatam tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, (&c.) In cujus, &c. *T.* Rege apud *Weſtm.* ſexto die *Maii*.

HOSPITALE

Vocatum domus Dei, *infra villam* Suthamptoniæ.

Carta Regis Edwardi *tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 6 E. 3. p. 2. m 7.

REx, &c. Conceſſionem & confirmationem, quas Magiſter *Rogerus* de *Hamptone*, filius *Gervaſii* de *Hamptone* fecit, per Cartam ſuam Deo & Hoſpitali de **Hamtone**; quod dicitur *Domus Dei*, in puram & perpetuam elemoſinam, de omnibus terris, redditibus & ædificiis, infra villam de **Hamptone** & extra, quæ idem *Gervaſius* dictæ domui Dei dedit & conceſſit. Conceſſionem inſuper, donationem & confirmationem, quas idem *Rogerus* fecit per aliam Cartam ſuam eidem Hoſpitali, in puram & perpetuam elemoſinam, de omnibus terris, redditibus & ædificiis quæcunq; poſſedit vel habuit, infra villam *Hamptoniæ* vel extra. Donationem, (&c.) quas *Margeria* de *Redvariis* fecit per Cartam ſuam eidem Hoſpitali, in liberam & perpetuam elemoſinam, de toto jure quod habuit vel habere potuit in totâ terrâ illâ, quæ fuit de feodo ſuo apud la **Hoꝛe**, **Apeldoꝛe**, & in toto illo angulo bruetiæ, quæ jacet inter moram quæ fuit *Rogeri* de *Gardino*, & viam venientem de terrâ le **Pꝛees** verſùs **Heckele**. Donationem, (&c.) quas *Robertus Bonhayt* Burgenſis *Suthamptoniæ* fecit, (&c.) de *ix* s. annui & quieti redditus **Suthampton**. Donationem, (&c.) quas *Johannes* filius *Hugonis* de *Hantone* fecit, (&c.) de *iiii* s. quieti redditus, quas de dictâ *Domo Dei* annuatim percipere ſolebat. Donationem, (&c.) quas *Jacobus Iſembard* burgenſis *Suthampt.* fecit, (&c.) de quadam placeâ, quam habuit in ſuburbio *Suthampt.*

Donationem, (&c.) quas *Adam* filius *Iſabellæ Kampeline* fecit, (&c.) de toto jure ſuo & clamio quod habuit vel habere potuit in *xii* d. redditus, de domo quam *Ricardus* le *Toulier* tenuit. Donationem, (&c.) quas *Johannes* filius *Azonis* de *Hantona* fecit, (&c.) de redditu ſuo duorum ſolidorum de terrâ quæ fuit *Hardingſlothe*. Donationem, (&c.) quas *Willielmus* filius *Mathæi* de *Inſula* & *Nicholaus* frater ejus, fecerunt, (&c.) de *xii* d. ſterlingorum quieti redditus in *Suthampt.* Conceſſionem, (&c.) quas *Will. Patrich* de *Suthampt.* fecit, (&c.) de toto meſſuagio ſuo cum gardino, & omnibus aliis pertinentiis ſuis in **Newetune**, & de totâ particulâ terræ ſuæ juxta **Newelond**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Donationem, (&c.) quas *Walterus* filius *Thomæ Milde* fecit, (&c.) de *xii* d. quieti redditus, quos percipere ſolebat ſingulis annis ad feſtum S. *Michaelis* de terrâ in quâ ædificavit *Herbertus* de *Creford*. Donationem itaq; (&c.) quas *Will.* de *Rokeſdune* fecit, (&c.)

de totâ particulâ terræ ſuæ in **Ryngeſcroft**. Donationem, (&c.) quas *Erniſius* filius *Radulfi Pincernæ* fecit, (&c.) de redditu *xvi*s. & *iii*d. in *Suthampt*. Donationem, (&c.) quas *Golditha* filia *Vitalis* fecit, (&c.) de cellario quod habuit in Parochiâ S. *Michaelis*, & de duabus acris terræ in **Nywetune**. Donationem, (&c.) quas *Radulfus* le *Futur* & *Juliana* uxor ſua fecerunt, (&c.) de duabus libris & dimidiâ piperis in *Suthampt*. Donationem, (&c.) quas *Robertus* le *Flameng* & *Cecilia* uxor ſua fecerunt, (&c.) de quadam terrâ in *Suthampt*. continente in longitudine *Lxxv*. pedes, & in latitudine *xlv*. pedes. Donationem, (&c.) quas *Eva*, quæ fuit uxor *Willielmi Wlward*, fecit, (&c.) de illâ vacuâ particulâ terræ ſuæ, quæ ſe extendit à curtilagio *Agnetis* filiæ ſuæ in longitudine, uſq; ad quandam domum *Ricardi* le *Grant* in **Newetone**. Donationem, (&c.) quas *Robertus* le *Flemenge*, & *Cecilia* uxor ejus fecerunt, (&c.) de totâ terrâ ſuâ cum pertinentiis, quam habuerunt ex orientali parte dictæ domus, in longitudine & latitudine, ſicut jacet juxta dictam domum, inter terram *Mathæi Geyſe*, cum omnibus commoditatibus & pertinentiis ſuis. Donationem, (&c.) quas *Johannes* filius & hæres *Dionyſii Fortin* fecit, (&c.) de dimidiâ libri cimini annui, & quieti redditus in **Nywentune**. Donationem quoq; (&c.) quas *Alditha* filia *Ric. Ruffi* fecit, (&c.) de ſex denariis de redditu, quos *Nich. Beſant* & hæredes ſui ſibi reddere ſolebant. Donationem quas eadem *Alditha* fecit, (&c.) de *vi*. denariis, de redditu, quos *Walt. Fortin* & hæredes ſui reddere ſolebant.

Donationem, (&c.) quas *Radulfus* filius *Azonis* fecit, (&c.) de totâ terrâ ſuâ de *Hekeleia* cum pertinentiis. Conceſſionem verò quam *Will.* de *Shelegrava* fecit, (&c.) de totâ terrâ de *Heckelia*, cum pertinentiis. Conceſſionem itaq; quam *Henr. Biſet* fecit, (&c.) de totâ terrâ de *Heckelia*, cum pertinentiis. Donationem, (&c.) quas *Margeria* de *Redvariis* fecit, (&c.) de totâ terrâ & tenemento, cum meſſuagiis, (&c.) quæ *Rogerus* de *Gardino* aliquando tenuit, (&c.) in **Shamelherſt**; & de totâ illâ terrâ, cum pertinentiis, (&c.) quæ vocatur **Bernardeſland**. Conceſſionem, (&c.) quas *Rogerus* de *Saunford* fecit, (&c.) de totâ terrâ de **Hechel**, quæ fuit *Radulphi* filii *Azonis*; & de crofto quod vocatur **Loſle**, cum morâ quæ vocatur **Loſle-more**; & de morâ quod vocatur mora *Petri*; & de tenemento quod vocatur **Herberdeſlond**, & de duabus acris prati in **Manebrig**; & de communiâ in paſturis & turbariis, & de tota terra & tenemento, cum meſuagiis, (&c.) quæ *Rogerus* de *Gardino* aliquando tenuit plenius & integrius de prædeceſſoribus ſuis, Dominis de **Manebrig** in **Samelhirſt**: Et de tota illa terra cum pertinentiis & commoditatibus, quæ vocatur **Bernardeſlond**, cum poſſeſſionibus, (&c.) quas prædeceſſores ſui, Domini dicti Manerii de **Manebrig**, præfato Hoſpitali fecerunt, (&c.) Conceſſionem, (&c.) quas *Johannes Biſet* fecit, (&c.) de tota terra, cum pertinentiis de **Heckelie**, quæ fuit *Radulfi* filii *Azonis*. Conceſſionem inſuper, (&c.) quas *Rogerus Alis* fecit, (&c.) de unâ virgatâ terræ in **Alditone**, cum moris, (&c.) & de una crofta vocata **Blakedune**; & de tota terra illa, quæ jacet juxta terram *Johannis* de *Stanham* verſùs orientem, & verſùs auſtrum & de tota terra illa, quæ jacet inter terram *Johannis* de *Stanham*, & terram de **Sandhurſt**: Et de tota terra, quam *Will.* filius *Edulphi* tenuit, quæ jacet verſùs auſtrum de **Sandhurſt**, inter duas vias; & de una acra in eſſarto de boſco ſuo ad bellam ſpinam; & de chimino ante Curiam ſuam, ad eundem & ad veniendum cum equis & bobus & carectis & carris & hominibus, liberè, (&c.) per medium culturæ inter boſcum ſuum & Curiam ſuam; & per medium boſci uſq; ad jam dictam acram de eſſarto ſuo ad **Pahnana**; & de chimino per terram *Pharewy* juxta ſepem Fabri, uſq; ad **Pharewyſeford**.

Donationem verò, (&c.) quas *Nicholaus* de le *Pentiz* fecit, (&c.) de illa virgata terræ in **Gerſie**, quam *Turſtinus* tenuit, cum ipſo *Turſtino* & tota ſequela ſua; ratas habentes & gratas, (&c.) Confirmamus, (&c.) In cujus, &c. *T*. Rege apud *Weſtm*. *xx*. die *Sept*.

Clauſ. R. 2. m. in dorſ

Carta Regis Edwardi *tertii, facta Præpoſito & Scholaribus Aulæ Reginæ* Oxon. *de Cuſtodia Hoſpitalis prædicti.*

Ex ipſo autogr. penès Præpoſitum & Scolares Colleg. *Reginalis Oxon.*

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. Sciatis, quod cum *Philippa* Regina *Angliæ* conſors noſtra chariſſima, caritatis favore ſuccenſa, quandam Aulam Scholarium, Capellanorum & aliorum, apud *Oxonium*, de licentia noſtra jam de novo fundaverat, & certas Cantarias pro noſtro & ipſius conſortis noſtræ, ac liberorum noſtrorum ſalubri ſtatu, cum vitam duxerimus in humanis, & pro animabus noſtris, cum ſubtracti fuerimus ab hoc Mundo, ac animabus progenitorum noſtrorum inibi ordinaverit & ſtabilierit, perpetuis temporibus duraturam. Eademq; conſors noſtra, Aulam prædictam quibuſdam poſſeſſionibus, pro ſuſtentatione Præpoſiti & Scholarium dictæ Aulæ, & onerum eidem incumbentium ſupportatione, dotaverit; eidemq; Aulæ & prædictis Præpoſito & ſcholaribus & ſucceſſoribus ſuis, poſſeſſiones dare & aſſignare diſpoſuerit ampliores, Deo inſpirante: Nos pium & ſalubre ipſius conſortis noſtræ in hac parte propoſitum commendantes; cupienteſq; eidem conſorti noſtræ in tam pio negotio inprimis participari, de gratia noſtra ſpeciali, & ad magis ſupplimentum intentionis dictæ conſortis noſtræ in hac parte, conceſſimus præfato Præpoſito & ſcholaribus, cuſtodiam Hoſpitalis noſtri S. *Juliani* de **Suthampton**, *Domus Dei* nuncupati; quod quidem Hoſpitale de noſtro patronatu exiſtit: Habendum, regendum, & tenendum eiſdem Præpoſito & ſcholaribus & ſucceſſoribus ſuis, &c. cum omnibus juribus, &c. imperpetuum: Ita tamen, quod iidem Præpoſiti & ſcholares & ſucceſſores ſui prædicti, omnia onera, &c. juxta fundationem, &c. & de ſurpluſagio de exituum eorundem, ſi quod fuerit, quoddam receptaculum & habitaculum in eodem Hoſpitali ſive domo, pro mora Scholarium Aulæ prædictæ, ſi quos languore perpetuo, vel morbo incurabili incuti contigerit, invenire; & etiam numerum Scolarum in dictâ Aulâ jam ordinatum, ſi ſurpluſagium hujuſmodi ad hoc ſufficere poterit, augere teneantur imperpetuum. Et eiſdem Præpoſito, &c. quod ipſi, &c. cedente vel decedente jam Cuſtode prædicti Hoſpitalis, &c. Hoſpitale illud, &c. authoritate ſuâ propriâ, &c. ingredi; & cuſtodiam, &c. tenere, &c. ſine occaſione vel impedimento noſtri, vel hæredum noſtrorum, &c. Teſte Rege apud *Turrim Lond.* • • • • • • anno regni, &c. *Angliæ xvii.* & *Franciæ v.*

Carta Regis Ricardi *ſecundi de immunitate Decimarum & Quintarum decimarum.*

Clauſ. 8. R. 2. m. 9. in dorſo.

REx Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario ſalutem. Cum Dominus *Edwardus* nuper Rex *Angliæ*, avus noſter, *xviii.* die *Nov.* anno regni ſui *Angliæ xxi.* ad requiſitionem *Philippæ* tunc Reginæ *Angliæ*, pro ſalute animæ ipſius avi noſtri & progenitorum ſuorum, ac ipſius Reginæ & liberorum ſuorum, ac in relevationem ſtatus Hoſpitalis S. *Juliani Suthamptoniæ*, *Domus Dei* nuncupati, cujus cuſtodiam idem avus noſter dedit & conceſſit dilectis nobis in Chriſto, Præpoſito Scolarium Aulæ Reginæ de *Oxon.* per ipſam Reginam fundatæ, ac ipſis ſcolaribus; habendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, per Cartam ſuam, quam confirmavimus, conceſſerit pro ſe & hæredibus ſuis præfatis Cuſtodi, ſcolaribus ac Fratribus & Sororibus ejuſdem Hoſpitalis, quod ipſi & ſucceſſores ſui Præpoſiti, Cuſtodes, ſcolares, ac Fratres & Sorores habeant & teneant Hoſpitale prædictum, cum omnibus terris, tenementis, redditibus, poſſeſſionibus, juribus & pertinentiis ſuis quibuſcunq; ad Hoſpitale prædictum ſpectantibus, de ipſo avo noſtro & hæredibus ſuis in liberam, puram & perpetuam elemoſynam imperpetuum; & quod inter cæteras libertates & quietancias, quieti ſint de taxationibus, tallagiis, lanis, cuſtodiis terræ maritimæ, ſcutagiis, auxiliis, conceſſionibus, contributionibus, & aliis oneribus quibuſcunq;, ipſum avum noſtrum vel hæredes ſuos qualitercunq; contingentibus, ratione terrarum (&c.) ad Hoſpitale prædictum ſpectantium, imperpetuum, prout in Cartâ & confirmatione prædictis pleniùs continetur: Vobis mandamus, quod demandæ quam Collectores *Decimarum* & *Quintarum decimarum* nobis in Parliamentis noſtris per Communitatem regni noſtri ante hæc tempora qualitercunque conceſſarum in Com. *Suthampt.* faciunt, prædictis Præpoſito (&c.) ſuperſederi, & tam ipſos Præpoſitum, Cuſtodem, Scolares, ac Fratres & Sorores, quàm prædictos Collectores indè ad dictum Scaccarium exonerari & quietos eſſe faciatis, iſta vice, de gratiâ noſtrâ ſpeciali. (&c.) T. Rege apud *Weſtm.* primo die *Maii.*

Carta Regis Edwardi *quarti de Prioratu alienigena de* Shireburne, *prædicto Hoſpitali conceſſo.*

Pat. 1. E. 4. p. 4. m. 13.

REx (&c.) *Sciatis*, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & in augmentationem divini cultus infra Hoſpitale noſtrum S. *Juliani*, vocatum *Domus Dei*, in villâ noſtrâ *Suthamptoniæ*: necnon ut dilecti nobis in Chriſto Magiſter *Johannes Pereſone* nunc Cuſtos Hoſpitalis prædicti, ac nunc Capellani & fratres ejuſdem Hoſpitalis, ac ſucceſſores ſui, pro ſalubri ſtatu noſtro, ac hæredum & ſucceſſorum noſtrorum, dum agimus in humanis; necnon pro animabus noſtris cum univerſæ Carnis viam ingreſſi fuerimus: necnon pro animabus recolendæ memoriæ principis, *Ricardi* nuper, Ducis *Eboraci* patris noſtri, ac *Ricardi* nuper Comitis *Cantebrigiæ* avi noſtri, in eodem Hoſpitali humati, & omnium aliorum progenitorum noſtrorum imperpetuum, ſpecialiùs exorare teneantur; dedimus & conceſſimus, ac per præſentes damus & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis nunc Cuſtodi, Capellanis & fratribus Hoſpitalis prædicti, & ſucceſſoribus ſuis, Prioratum alienigenam de Shirburne in Com. *Suthampt.* cum omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis & appendiciis; necnon terris, tenementis, redditibus, ſerviciis, feodis militum, & advocationibus Eccleſiarum, Viſſ. Franc. pleg. Curiis letis, libertatibus, (&c.) quoviſmodo ſpectantibus ſive pertinentibus; Habendum & tenendum Prioratum prædictum, cum omnibus aliis & ſingulis ſuis pertinentiis (&c.) præfatis nunc Cuſtodi, Capellanis (&c.) in puram & perpetuam elemoſynam imperpetuum, abſq; aliquo nobis vel hæredibus noſtris indè pro premiſſis ſeu eorum aliquo reddendo, &c. In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm. xvi.* die *Februarii.*

HOSPITALE

de Sandone *in agro* Surregienſi.

Carta Willielmi *de* Perci *de certis terris & redditibus, pro ſuſtentatione ſex Capellanorum, in præfato Hoſpitali.*

Ex Vet. Cod. MS. nuper penès *Henricum* Comitem *Cumbriæ*. f. 152.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Williel.* de *Perci*, filius & hæres *Henrici* de *Perci*, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, intuitu Dei, & pro ſalute animæ meæ, dominorum meorum, uxoris meæ, Anteceſſorum & hæredum meorum, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam Deo & Eccleſiæ Sancti Spiritus Hoſpitalis de *Sandon*, & Magiſtro &

fratribus ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, ad ſuſtentationem ſex Capellanorum, qui divina celebrabunt ibidem imperpetuum, totam terram meam cum omnibus pertinentiis ſuis, quam habeo in Manerio de **Foſſetone**, ex dono, *Willielmi Briewer*; ſcil. quater viginti acras terræ arabilis de dominico meo in **Foſſeton**, *viz.* viginti ſeptem acras in cultura quæ vocatur **Langwaugh**, & viginti ſeptem acras in campo ex auſtrali parte villæ de **Foſſeton**, & viginti ſex acras in campo ex orientali parte ejuſdem villæ verſùs **Keleby**: Et præterea decem acras prati de dominico meo in eadem villâ, quod vocatur **Holegatemede**: Et præterea tres virgatas terræ & dimidiam de villenagio meo in eadem villâ, quas *Willielmus Painet*, *Willielmus Palmer*, *Willielmus* de *Grene*, *Galfridus Molt*, *Ricardus* filius *Johannis*, & *Matilda* relicta *Ricardi*, tenuerunt, cum eiſdem tenentibus, & cum totâ ſequelâ & catallis ſuis. Et præterea unum toftum in eadem villâ, quod *Matilda Oterwys* tenuit, & unum toftum, quod vocatur **Hatgoſecrot**, cum eiſdem tenentibus & cum omni ſequelâ & catallis illorum.

Et præterea dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam memoratæ Eccleſiæ, & ſupradictis Magiſtro & fratribus ad ſuſtentationem ſex Capellanorum, viginti marcas redditus, quas Abbas de **Sallay** & Conventus mihi reddere conſueverunt annuatim pro Manerio meo & foreſtâ meâ de **Giſeborne**, apud **Sandone**, in octabis ſancti *Johannis* percipiendas à dictis Abbate & Conventu annuatim apud **Sandone**, ad eundem terminum, donec ego vel hæredes mei fecerimus dictis Magiſtro & fratribus rationabile eſcambium in redditibus vel in terris de viginti tribus libratis & dimidiâ marcatâ; quod eſcambium dicti Magiſter & fratres recipient incontinenti, cum mihi vel hæredibus meis dictum eſcambium facere placuerint. Quando verò ego vel hæredes mei ſæpedictis Magiſtro & fratribus dictas viginti tres libratas & dimidiam marcatam, in redditibus vel terris, per Cartam noſtram dederimus, tunc revertentur omnes prædictæ terræ & redditus, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum Cartâ, quam indè de me habent, ad me vel ad hæredes meos, ſine contradictione alicujus; Habendum & tenendum hæc omnia prædicta, cum omnibus pertinentiis ſuis, plenè & integrè, ſine omni retenemento, de me & hæredibus meis ſibi & ſucceſſoribus ſuis, quieta & ſoluta ab omni ſeculari ſervicio, & demandâ. Et ego *Willielmus* & hæredes mei omnes prædictas terras & redditus, & omnia alia prædicta, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut prædictum eſt, contra omnes homines & fœminas, ſicut liberam, puram & perpetuam elemoſinam noſtram, warantizabimus imperpetuum: Et ad hujus rei ſecuritatem, præſentem Cartam cyrographatam, penès prædictos fratres remanentem, ſigillo meo roboravi; & alteram partem hujus Cartæ, penès me remanentem, dicti Magiſter & fratres ſigillo ſuo roboraverunt. Hiis teſtibus, *Savarico* de *Bohon*, *Willielmo* de *Alta Ripa*, *Hugone Sineamore*, *Nicholao* de *Warcy*, *Wymundo* de *Ralgate*, *Roberto* de *Brus*, *Johanne* tunc Priore de **Wlenchemere**, *Willielmo* de *Rakinton*, Canonico ejuſdem loci, *Radulpho* de *Aldham*, *Roberto Toignard* de *Ginedale*, *Henrico Coco*, *Henrico* de *Arondel*, *Nicholao* de *Semere*, *Willielmo Fyte*, *Henrico* de *Camera*, *Roberto Diacono*, & multis aliis.

Pro Lampade & cereo, coram Altare beatæ Mariæ *Virginis imperpetuum ardentibus, pro animabus* Will. *de* Perci, *& Joh. uxoris ejus.*

Ib. f. 154. OMnibus, &c. *Willielmus* Dei gratiâ Epiſcopus *Wyntoniæ* ſalutem in Domino: Noverit univerſitas veſtra, nos inſpexiſſe quandam Conventionem factam, inter fratrem *Egidium* Priorem domus de **Saundon**, & fratres ejuſdem domus; & Dominum *Wymundum* de *Ralegh* militem in hæc verba. Sciant univerſi, quod ego frater *Egidius*, Prior domus de *Saundon*, & ejuſdem loci fratres, tenemur invenire Domino *Wymundo* de *Ralegh* & hæredibus ſuis unam lampadem & unum Cereum duarum librarum ceræ; unum poſt alium ejuſdem quantitatis, ardentes coram Altari beatæ Virginis in Eccleſia de **Saundon**, ubi cor bonæ memoriæ Domini *Willielmi* de *Perci*, & corpus Dominæ *Johannæ* de *Perci* uxoris ſuæ requieſcunt, ita quod prædicta duo luminaria ardeant imperpetuum pro animabus dictorum *Willielmi* & *Johannæ*, & omnium fidelium, ad omnes Miſſas, quæ in præfata Eccleſiâ perpetuò celebrabuntur, ad quodcumq; Altare illius celebrare contigerit: Undè volumus, & concedimus, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, quod ſi aliquo tempore ceſſaverimus, quod abſit, invenire præfata luminaria, ſicut prædictum eſt, quod Epiſcopus loci, qui pro tempore fuerit, ad hoc nos compellet & hæredes ſupradicti *Willielmi* de *Perci*, pro tenementis ab ipſo *Willielmo* de *Perci* nobis datis, nos ad obſervationem dictorum luminariorum diſtringant. Ad omnem igitur hujus rei ſecuritatem, ſcriptum iſtud in modum Cyrographi, inter nos confectum, hinc indè ſigillis noſtris roborari fecimus. Hiis teſtibus, &c.

Licentia Regis Henrici *ſexti pro unione ejuſdem Hoſpitalis* S. Tho. *Martyris in* **Suthwerke**.

Pat. 14 H. 6. p. 1. m. 4. REx, &c. Sciatis, quod ad ſupplicationem reverendiſſimi in Chriſto patris cariſſimi conſanguinei noſtri Cardinalis *Angliæ*, Epiſcopi *Wyntonienſis*, de aviſamento & conſenſu conſilii noſtri, conceſſimus dicto conſanguineo noſtro licentiam, quod ipſe Hoſpitale, vulgariter nuncupatum Hoſpitale S. *Spiritus* de **Sandone** in Com. *Surr.* *Wynton.* dioc. de fundatione prædeceſſorum ſuorum, & de ſuo patronatu, quod in ſuis redditibus, revencionibus, & poſſeſſionibus adnichilatum & depauperatum exiſtit, & ad tantam devenit exilitatem, quod antiqua onera & deveria in primâ fundatione ejuſdem ordinata, ſuſtinere & ſupportare non valet, cum omnibus ſuis terris, tenementis &

poſſeſſionibus cum ſuis pertinentiis quibuſcunque, tam ſpiritualibus quàm temporalibus unire poſſit, & pro perpetuo annectere Hoſpitali S. *Thomæ* Martyris in **Suthwerke**, quod quidem Hoſpitale de prædicto Dioceſi, & de Fundatione progenitorum ſuorum, & de ſuo patronatu ſimiliter exiſtit, in augmentationem divini ſervicii ibidem, & ad ſupportandum alia onera, qualia præfato conſanguineo noſtro, prædicto Hoſpitali S. *Thomæ* videbitur rationabiliter imponenda. In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm. xx. Febr.*

HOSPITALE

de **Rouncevall**, *juxta* **Charing**, *in ſuburbio Civitatis* Londini.

De Fundatione ejuſdem.

Plac. coram Rege apud *Weſtm.* de term. *Mich.* 7. R. 2. Rot. 21. *Midd.*

Dominus Rex mandavit Breve ſuum Vic. *Midd.* in hæc verba, *Ricardus*, &c. Vic. *Midd.* ſalutem. Cum nuper per Inquiſitionem per *Johannem* de *Newenton*, nuper Eſcaetorem noſtrum, in Com. prædicto, de mandato noſtro captam & in Cancellariam noſtram retornatam; compertum fuiſſet, quod ſolum ſuper quod Hoſpitale de **Ronſivall**, juxta **Charyngcroſse** in Dioc. *London.* ſituatur, eſt ſolum noſtrum; & quod Cuſtodia dicti Hoſpitalis ſuper dictum ſolum ædificati, pertinet nobis & nulli alii, ita quod bene liceat nobis prædictam cuſtodiam dicti Hoſpitalis dare vel aſſignare cuicunq; nobis placuerit: Ac poſtmodum per literas noſtras patentes conceſſerimus dilecto Clerico noſtro *Nicholaa Slake* cuſtodiam Hoſpitalis prædicti, per nomen Capellæ de **Rounſyvall**, nuper vacantis, ut dicebatur, & ad noſtram donationem ſpectantis; Habendum & tenendum ad totam vitam ipſius *Nicholai*, cum ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunq; prout in eiſdem literis plenius continetur: Jamq; ex parte Prioris Hoſpitalis beatæ *Mariæ* de **Rounſyvall** nobis ſit ſupplicatum, ut cum *Willielmus Mareſchallus* nuper Comes *Pembrochiæ*, per Cartam ſuam, quam Dominus *Henricus* quondam Rex *Angliæ*, progenitor noſter, per Cartam ſuam confirmavit unum meſſuagium & certa tenementa in **Cherryng**, ubi prædicta Capella jam ſituata exiſtit; & Centum ſolidatas redditus apud **Southampton**, ac treſdecem libratas terræ apud **Netherwynter**; ac unam carucatam terræ cum pertinentiis in parochiâ de **Aſhenden**, quæ ſunt membra pertinentia dicto Hoſpitali, Priori Hoſpitalis prædicti ac ſucceſſoribus ſuis dediſſet & conceſſiſſet; Quarum donationis & conceſſionis prætextu, idem Prior & prædeceſſores ſui, indè fuerunt ſeiſiti, & poſſeſſionem ſuam continuaverunt, quouſque indè prætextu Inquiſitionis prædictæ, ac literarum noſtrarum eidem *Nicholao* in hac parte factarum, ammoti fuerunt minus juſtè; volumus dictas literas noſtras, &c. revocari; & reſtitutionem Capellæ prædictæ, &c. præfato Priori fieri jubere. Nos, &c. tibi præcipimus, quod ſcire facias præfato *Nicholao*, quod ſit coram nobis in Cancellariâ noſtrâ in *xv.* S. *Trin.* proximo futuro, &c. ad oſtendendum, ſi quid pro nobis aut pro ſeipſo habeat vel dicere ſciat, quare dictas literas noſtras, &c. revocare; & reſtitutionem Capellæ prædictæ, &c. præfato Priori facere, minimè habeamus, &c. T. meipſo apud *Weſtm. xxiii.* die *Apr.* anno regni noſtri ſexto.

Ac idem Vic. prætextu Brevis prædicti retornavit, quod ſcire fecerit præfato *Nicholao*, &c.

Et *Thomas* de *Shadlowe*, qui ſequitur pro Domino Rege, dicit; quod ipſe paratus eſt manutenere pro Domino Rege exitum placiti &c.

Ideo inter Dominum Regem & præfatum Priorem capiatur inde Inquiſitio, &c.

Juratores dicunt, ſuper Sacramentum ſuum, quod *Willielmus Mareſcallus* nuper Comes *Pembrochiæ* per Cartam ſuam, quam Dominus *H.* nuper Rex *Angliæ*, progenitor Domini Regis nunc, per Cartam ſuam confirmavit; dedit & conceſſit Priori & Conventui Hoſpitalis beatæ *Mariæ* de **Rounſyvalle** & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, unum meſſuagium & certas terras & tenementa in **Charryng**, ubi Capella & Hoſpitale prædicta ſituantur; & quæ ſunt eadem terræ quæ capta ſunt in manum Domini Regis, virtute Inquiſitionis prædictæ, &c. abſq; hoc, quod dictum ſolum, ubi Capella vel Hoſpitale prædictum ſituatum eſt, eſt ſolum Domini Regis, aut quod Cuſtodia pertinet Domino Regi, &c.

HOSPITALE

S. Johannis, *extra portam orientalem* Oxonii.

De prima Fundatione ejuſdem per Regem Henricum *tertium.*

Lel. Coll. Vol. 1. p. 613.

Eodem anno (ſcil. anno regni Regis *Henrici* tertii *xvi.*) Rex *Henricus* quoddam nobile Hoſpicium *Oxonii* conſtituit, non procul à ponte orientali, ut ibidem infirmi & peregrini ſuæ remedium reciperent ſanitatis & neceſſitatis.

Rex *Henricus* ſtatuit Hoſpitale S. *Johannis*, extra portam *Oxoniæ*, ponens primum lapidem.

Ex hiſt. Anglic. ſcript. antiq. ædit. *Lond.* 1653. Coll 2431. l. 34.

Carta Regis Henrici *tertii de molendino de* **Edendon**, *& de nova ejuſdem Hoſpitalis conſtructione.*

Pat. 1. R. 2. p. 3. m. 12. per Inſpex.

Vide Pat. 18. H. 3. m. 17. Et Pat. 2. H 4. p. 2. m. 43.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiſc. ſalutem, Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Magiſtro & Fratribus Hoſp. S. *Joh.* extra portam orientalem *Oxon.* molendinum noſtrum in **Edendon**, quod vocatur **Kyngeſmelne**, cum ſectâ, & terris, & pratis ad molendinum illud pertinentibus, & omnibus aliis pertinentiis ſuis: Habendum & tenendum de nobis & hæredibus noſtris ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, in liberam & perpetuam elemoſynam, ad ſuſtentationem pauperum & infirmorum ejuſdem Hoſpitalis. Conceſſimus etiam pro nobis & hæredibus noſtris, eiſdem Magiſtro & fratribus, gardinum cum pertinentiis, quod fuit gardinum Judeorum in ſuburbio *Oxonii*, extra prædictam portam Orientalem, ad Hoſpitale prædictum de novo ibidem conſtruendum; ſalvâ Judæis *Oxonii* placiâ quadam competenti juxta idem gardinum ad Judeorum decedentium ſepulturam. Conceſſimus inſuper eiſdem Magiſtro & fratribus, quod quociens venerimus *Oxonii*, primo die adventus noſtri habeant de elemoſynâ noſtrâ Centum tales liberationes ad C. pauperes in die ſuſtentandos, quales aliis pauperibus dari facimus, qui in Hoſpicio noſtro paſcuntur. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *Radulphi Ciceſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud *Oxon.* *xii.* die *Julii* anno regni noſtri *xv.*

Alia Carta ejuſdem Regis Henrici *tertii, de quadam portione boſci in* **Shottoure**, *per metas.*

Ibid.

HEnricus (&c.) Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ (&c.) dediſſe, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & S. *Johanni Bapt.* & Hoſpitali noſtro ejuſdem Sancti, extra portam orient. *Oxon.* & fratribus infirmis ejuſdem Hoſpitalis, quandam portionem boſci in **Shottoure**, ubi priùs habere ſolebant per Cartam noſtram, unum equum ſummarium ſingulis diebus bis itinerantem ad ſiccum boſcum & ſubboſcum in eadem Foreſtâ capiendum, contentam; ſcilicet infra metas & diviſas ſubſcriptas: quarum prima meta eſt ad quercum verſùs le **Heke** de **Couele**: ſecunda meta eſt ab ultimâ quercu del **Hek** uſq; quercum quæ eſt juxta **Seggilake**, juxta dominicum boſcum noſtrum; cujus quercus major pars ſtat in boſco domus de **Littlemore**. Tertia meta eſt ab illâ quercu, quæ eſt juxta la **Seggilake**, uſque ad quercum juxta **Norteſlade**. Quarta meta eſt de dictâ quercu de **Northſlade** uſq; ad quercum de **Lunelegeruding**. Quinta meta eſt apud **Sondiwaie**, ſubtus **Whittleſtone**, & ſic deſcendendo de **Whittleſtone** uſq; paſturam de **Hedendone**; & de dictâ paſturâ circumeundo extra coopertum uſq; ex oppoſito del **Hek**, per paſturam inter dictum coopertum & campos de **Couele** & de **Hedendone**; & de campo de **Hedendone** uſq; ad **Heke** de **Couele**, prout foſſatum ſe extendit. Habenda & tenenda prædictis fratribus, & infirmis prædicti Hoſpitalis noſtri S. *Johannis* extra portam orientalem *Oxon.* ſimul cum territorio & paſturâ adjacentibus, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, quieta de vaſto & regardo, & de viſu Foreſtariorum & Regardatorum & omnium aliorum Miniſtrorum ſuorum; & de omnibus quæ ad Foreſtam, Foreſtarios, & Viridarios pertinent, in liberam, puram & perpetuam elemoſynam. Quare volumus, &c. Data per manum noſtram apud **Radinges** *viii.* die *Nov.* anno regni noſtri *xxxi.*

HOSPITALE

de Novo-loco *juxta* **Stanforde** *in Comitatu* Lincolniæ.

Carta Willielmi *de* Albiniaco *tertii, de dotatione ejuſdem Domus.*

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Willielmus* de *Albiniaco* tertius ſalutem in Domino: Noverit univerſitas veſtra me, divinæ pietatis intuitu, dediſse, conceſſiſse, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſse, in puram & perpetuam elemoſinam, de aſsenſu *Willielmi* de *Albiniaco* primogeniti mei & hæredis & aliorum etiam hæredum meorum, pro ſalute animæ meæ, & *Agathæ Truſſebut* uxoris meæ, & pro anima *Margaretæ* quondam uxoris meæ; & pro animabus omnium anteceſsorum & ſucceſsorum meorum, Deo & Hoſpitali, quod fundatum eſt in honore beatæ *Mariæ* ſemper Virginis ad pontem de **Waſs**; inter **Stamford** & **Offington**, & fratribus ibidem Deo ſervituris, & *Adæ* ejuſdem Hoſpitalis Magiſtro & ſucceſsoribus ſuis, ad præſentationem meam & hæredum meorum, quotiens præfato Hoſpitali vacare contigerit, per dioceſanum loci, qui pro tempore fuerit Canonicè inſtituendis, ſcilicet locum in quo Capella beatæ *Mariæ* ſita eſt, cum tota curia adjacente, & totum molendinum meum de **Offington**, cum ſecta, tam dominici mei, quàm ſervientium curiæ meæ & tenentium meorum, & cum omnibus aliis ad dictum molendinum pertinentibus, ita integrè ſicut ego vel aliquis anteceſsorum meorum unquam meliùs & liberiùs dictum molendinum tenuimus,

Ex vetuſto exemplari penès *Johannem Vincent* generoſum. a. 16[illegible].

cum tota etiam terra ſubſcripta.

Scilicet unam acram terræ contra montem de **Mykelthwait** verſùs orientem; & dimidiam acram ſuper eundem montem, & tres rodas verſùs **Raudell**; & duas acras apud . . . . . . & tres acras & dimidiam in **Eſthawe**; & dimidiam acram ad **Bilnebec**, & duas acras in **Weſthawe**, & quinq; acras in **Welſiwode**; & unam acram extra villam de **Offington** verſùs occidentem, & octo acras in **Erleſhage** & unam ad crucem de **Tallington**, & unam acram in **Senholingford**, & unam rodam ſuper **Clemmont**, & tres rodas in **Wecelonde**, & tres acras ad **Stocwell**, & tres rodas ad **Thurmodeſwell**, & ſeptem acras in **Mikelhawe**, & unam acram in angulo de **Erleſhage**, & dimidiam acram ad meram, & dimidiam ad **Northcrofte**, & dimidiam acram apud **Litlebec**, & dimidiam acram juxta **Kenteloſs**, & tres rodas ad **Flichegge**, & unam rodam ad **Berewes**, verſùs auſtrum, & duas acras ultra **Stordes**, & unam acram in **Wolſuwoode**, & unam acram ſuper **Edricwonge**, & unam acram ultra **Stongate**, & dimidiam acram in **Weſtmedwe**, & dimidiam acram apud **Edricrofte**, & unam acram in **Ateſchueit**, & unam acram in **Witegate**, & dimidiam acram ſuper **Bentwoode**, & tres rodas juxta **Berwes** verſùs orientem, & tres rodas ſuper **Berwes**, & unam rodam juxta **Berwes** verſùs auſtrum; & dimidiam acram apud **Hulbergate**, & dimidiam acram juxta villam de **Offington**, verſùs auſtrum; & unam rodam ſuper **Peſelond**, & unam acram, & unam rodam quam *Belym* dedit, & unam acram & unam rodam ad *Stocwelly*, & dimidiam acram **atte-Bec**, & tres rodas apud **Wetelond**, & unam rodam apud **Preſtewonge**, & unam acram apud **Milneſtede**, & tres rodas **Underclif**, & dimidiam acram ad crucem de **Talington**, & dimidiam acram **atte-Holegate**, & dimidiam acram ad **Gozelycrofte**, & unam rodam **atte-Bec**, & dimidiam acram apud **little-Bec**, & unam rodam juxta **Berwes** verſùs orientem, & tres rodas verſùs **Bec**, & tres rodas juxta **Preſtewange**, & dimidiam acram apud **Bauttingeſdic**, & dimidiam acram apud **Holgate**, & unam rodam apud **Thirlpolhill**, & tres rodas **atte-Lunde**, & unam rodam *five acres*, & dimidiam acram apud **Gercheſwod**, & unam rodam in **Heſoafewod**, & dimidiam acram in eodem loco, & duas rodas in **Edricheſwange**, & dimidiam acram in **Cuſteſhawe**, & totam terram infra **Berwes**, quam *Petrus* le *Chivalier* de me tenuit, & unam acram prati & dimidiam in **Lithetholm**, & duas acras retro **Querenholm**, & unam rodam in **Mers**, & unam acram in **Senholm**, & tres rodas in **Wangedaites**, & dimidiam acram in **Weſtmers** de **Talington**, & unam rodam in **Mikelholm** de **Talington**, & tres rodas in **Hoxholm** de **Talington**, & unam rodam in **Eſtmers** de **Talington**, & unam rodam in **Oſwardeholm**; & tres rodas in **Derlinge**, & dimidiam acram in **Senholm** juxta **Sithaker**, & dimidiam de prato *Bald. Maunſell* apud **Wrounge-Date**, & unam rodam in **Mers**, & unam acram in **Mikilholm** de **Talington**, quæ fuit *Rogeri* le *Cunte* juxta pratum Domini, & pratum juxta molendinum quod vocatur **Forwrpenholm**. Et unum toftum quod *Gunwara-Gogel* aliquando tenuit.

Conceſſi etiam & confirmavi eidem Hoſpitali, & fratribus & ſucceſſoribus ſuis, de aſſenſu eorundem hæredum meorum, decimam totius panis, qui expenditur in curiâ meâ, vel hæredum meorum, ubicunq; fuerit familia mea, vel ipſorum hæredum meorum, poſt deceſſum meum; ſive decimum quartarium bladi quod expendetur in pane in dictâ Curiâ meâ, vel ipſorum hæredum meorum poſt deceſſum meum, & totam decimam de carnibus & piſcibus provenientem de primo ferculo quod ſimiliter expendetur ſingulis diebus in Curiâ meâ vel hæredum meorum poſt deceſſum meum; Similiter & decimam totius ceræ, quæ præfato modo expendetur. Præterea conceſſi dicto Hoſpitali, & præmiſſis fratribus, de aſſenſu eorundem hæredum meorum, paſturam ad centum oves in dicta villa, & ad ſex boves, & ad ſex vaccas, & ad duos tauros cum dominicis bobus meis, vaccis, & tauris meis; Quare volo, (&c.) Et hæc omnia prædicta, Ego *Willielmus* & prædicti hæredes mei, contra omnes præfato Hoſpitali & præfatis fratribus & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum warantizabimus.

Ad hoc proviſum, de aſſenſu meo & *Willielmi* hæredis mei, tunc præſente, & Magiſtro memorato, pro ſe & pro fratribus ſuis tunc aſſenſum præbente, accedente nihilominus de ſpeciali mandato venerabilis patris *Hugonis* ſecundi *Lincolnenſis* Epiſcopi, *Roberto* Archidiacono *Lincoln.* tunc ejuſdem Domini *Lincoln.* officiali, & quantum in ipſo approbante, quod Magiſter qui præfato Hoſpitali pro tempore prædicto modo præficietur, ſacerdos ſit & Canonicus regularis alicujus domus, quæ honeſtæ & approbatæ ſit religionis, & quod ſimiliter Canonicum habeat ſecum reſidentem, & continuò in præfata Capella pro vivis & defunctis divina celebrantem; & ut ad id exequendum miniſtros habeant neceſſarios, & idoneos; Qui quidem Canonici vivent ſecundum regulam Sancti *Auguſtini*; & le Hoſpitales, in quantum prædicti Hoſpitalis ſuppeditare poſſunt, facultates hilariter exhibebunt & libenter.

Proviſum etiam ſpecialiter, quod inter alia Hoſpitalis officia, ſeptem pauperes debiles & infirmi, qui ſunt bonæ opinionis & honeſtæ vitæ ſuſtenrentur de bonis ejuſdem Hoſpitalis; ſcil. in victualibus & veſtimentis neceſſariis, ad quorum uſus ſeptem lectuli, in quibus decubere valeant, cum pannis & ſupellectilibus ad hoc neceſſariis in domo ad hujuſmodi ibidem deputati perpetuò remanebunt. Et ſi fortè devotione ſeu largitione fidelium præfati Hoſpitalis in poſterum excreverint facultates, de aſſenſu meo & hæredum meorum, auctoritate & ordinatione Dioceſani intervenientium, augeatur ibi opera pietatis & creſcat numerus prædictorum pauperum & lectulorum. Et ut hæc mea donatio & conceſſio, & taliter facta proviſio, futuris temporibus ſtabilis perſeveret, eam præſenti Cartâ meâ ſigilli mei munimine roboravi, pro me & hæredibus meis, quantum ad patronum duxi confirmandum. Hiis teſtibus,

bus Domino *Roberto* de *Heiles* Archidiacono *Lincoln.* Magiſtro *Willielmo* de *Watepoll* Officiali ejuſdem; *Alexandro* & *Philippo* de *Stanford*, & *Denes* tunc decanis; *Helya*, *Alano*, *Willielmo* Capellanis; *Odonello* de *Albiniaco*; *Philippo* de *Waſtney*; *Ricardo* de *Cotes*; *Rogero Burun*; *Bartholomeo* de Sancto *Hylario*; *Willielmo* de *Aldedeleia*, militibus; *Hugone* de *Nevilla*; *Hugone* de *Bobi*, *Willielmo* filio *Willielmi*, filii *Rogeri*, & aliis.

Alia Carta ejuſdem Willielmi.

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis hoc ſcriptum viſuris vel auditturis, *Willielmus* de *Albiniaco* tertius, ſalutem etiam in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me divinæ charitatis intuitu, & pro ſalute meâ, antecesſorum, & ſuccesſorum meorum, dediſse, conceſſiſse, & hac præſenti Chartâ meâ confirmâſse Hoſpitali ad pontem inter **Stanford** & *Offingtonam*, quod ego fundavi in honore beatæ *Mariæ* Virginis, & fratribus ibidem Deo & beatæ *Mariæ* ſervientibus, & Infirmis ibidem moram facturis, in puram & perpetuam elemoſinam, tres bovatas terræ in territorio de **Offington**, cum prato & paſtura & cum omnibus pertinentiis & libertatibus ad prædictas bovatas terræ pertinentes, & unum toftum in eadem villa, ſcil. illud quod *Conewara Gognel* aliquando tenuit, & redditum trium ſolidorum & trium denariorum, cum novem gallinis, & tribus gallis ſingulis annis percipiendis; ſcil. de terrâ *Richardi* de *Middelton* novem denarii, de *Willielmo Cok* duodecim denarii, & tres gallinas & unum gallum, de *Willielmo* filio *Thurſtani* duodecim denarii & tres gallinas, & unum gallum; & de *Willielmo Snell* ſex denarii, & tres gallinas & unum gallum, & molendinum de **Offington** cum ſectâ totius villæ de **Offington**, ſicut ego unquam meliùs habui, & redditum quadraginta ſolidorum in villâ **Chaufunt**, de terra quam *Will.* filius *Hamonis* mihi dedit pro . . . & ſervicio . . . . & redditum quinq; ſolidorum in villa de **Wocceford** de terra illa, quam dedi *Waltero* filio *Dagun* de **Pouwerc**.

Ad hoc eis conceſſi totam decimam domus meæ de pane & cerâ, & de primo ferculo tam de carne quam de juſce ſingulis diebus; & paſturam ad centum oves, & ad ſex boves, & ad ſex vaccas, & ad duo averia, cum propriis averiis meis de **Offington**. Sciendum igitur, quod numerus fratrum talis eſſe debet, duo ſacerdotes divina celebrantes, quorum unus ſingulis diebus pro fidelibus defunctis celebrabat; & alius ſecundùm quod tempus expoſtulat; & unus Diaconus, & unus Clericus dictis ſacerdotibus miniſtrantes; Erunt etiam ibidem parata treſdecim lecta ad opus Infirmorum de terrâ meâ vel aliundè ſecundùm quod mihi & Fratribus ibidem Deo, & beatæ *Mariæ* Virgini miniſtrantibus videbitur expediri. Hæc omnia verò prædicta, cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus, ego *Willielmus* de *Albiniaco* & hæredes mei, ſæpedicto Hoſpitali & fratribus ibidem Deo & beatæ *Mariæ* Virgini ſervientibus, contra omnes homines imperpetuum warantizabimus. Hiis teſtibus, *Willielmo* de *Albiniaco* juniore, *Odinello* de *Albini*, *Nicholao* de *Albini*, *Roberto* de *Albini* fratribus, *Rogero Born*, *Willielmo* de *Kaſskington*, Magiſtro *Simone* de *Dalington* perſona, Magiſtro *Radulpho* de *Kotingham*, *Richardo Mocot*, *Thoma* de *Wineb.* *Waltero* de *Monti-aureo*, *Ric.* Clerico, *Martino* de *Talington*, *Willielmo* de *Barkeſton*, & multis aliis.

Confirmatio ſuper fundatione præfati Hoſpitalis.

Ex Regiſtro de Belv. penès prænob. Comitem Rutl.

UNiverſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Willielmus* de *Albiniaco* quartus, ſalutem, Noveritis me, pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animæ nobilis viri, Domini *Willielmi* de *Albiniaco* patris mei, & animabus *Margeriæ d'Umfranvile*, matris meæ, & *Albredæ* uxoris meæ, & *Iſabellæ* uxoris meæ, & antecesſorum & ſucceſſorum meorum conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Novo-loco*, ad pontem de **Uffintun**, & Canonicis meis, ibidem Deo ſervientibus, qui ſunt de fundatione dicti nobilis viri, *Willielmi* patris mei, totum illum *Novum-locum* ad pontem de **Uffintun**, ſicut muro & foſſato clauditur, cum pertinentiis, necnon & omnem donationem, terras, homines, poſeſſiones, redditus, & libertates, cum omnibus pertinentiis & eſiamentis, infra villam & extra, à dicto Domino *Willielmo* patre meo, & à quocunq; vel quibuſcunque donatoribus prædictis Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis collatas, & impoſterum de feodo meo conferendas. Tenendum & habendum prædictis Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis liberè, ſolutè, & pacificè, integrè, & quietè imperpetuum, ſicut Cartæ donatorum ſuorum teſtantur; & cum omni utilitate quæ indè, aliquo tempore, poterit evenire; Præterea divinæ pietatis intuitu, do & concedo de mea gratia & libertate pro me, & *Albreda* uxore mea, & *Iſabella* uxore mea, & pro antecesſoribus, & ſucceſſoribus noſtris, hanc libertatem præfatæ Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Novo-loco*, ut cum Prior præfatæ Eccleſiæ defecerit, Canonici ejuſdem loci liberam habeant electionem, & cum eligerint, patrono domus præſentetur electus: Et interim, donec Priorem habeant, ipſa domus, & omnes redditus, & poſſeſſiones ejuſdem domus, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus in manu & cuſtodia Canonicorum ejuſdem loci ſint, & omnes redditus, & exitus, & omnia bona præfatæ domus, in uſus pauperum & profectum Eccleſiæ prædictæ, liberè, pacificè, & honoroficè per ipſos Canonicos expendantur. Ego verò *Willielmus* & hæredes mei prædictam conceſſionem & præſentis Cartæ meæ confirmationem, cum omnibus ſupradictis, & pertinentiis, prædictis Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis, ſicut liberam, puram & perpetuam elemoſinam meam, contra omnes mortales warantizabimus, manutenebimus, & defendemus imperpetuum. In cujus rei ſecuritatem huic ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis Teſtibus, &c.

Carta Regis Edwardi *tertii*, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 11. E. 3. p. 3. m. 10. REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Donationem, conceſſionem & confirmationem, quas *Willielmus* de *Albiniaco* tercius per ſcriptum ſuum fecit Deo & Hoſpitali beatæ *Mariæ* ad Pontem de **Waſſe** inter **Stanford** & **Offinton**, & tunc fratribus ejuſdem Hoſpitalis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de loco in quo Capella beatæ *Mariæ* ibidem ſita eſt, cum tota curia adjacente; & de toto molendino de **Offinton**, cum ſecta tam dominici ipſius *Willielmi*, quam ſervientium Curiæ ſuæ & tenentium ſuorum, & cum omnibus aliis ad dictum molendinum pertinentibus, & de ſexaginta & quinque acris terræ & dimidiâ & decem acris prati & dimidiâ, jacentibus in diverſis locis & culturis in **Offington** & **Calington**; & de tota terra infra **Berwes**, quam *Petrus* le *Chevaler* tenuit, & de prato juxta molendinum, quod vocatur **Forworpenholm**, & de uno tofto quod *Gunwara Gogel* aliquando tenuit in **Offington**; & de paſtura ad centum oves in dicta villa, & ad ſex boves, & ad ſex vaccas, & ad duos tauros cum dominicis bobus, vaccis, & tauris ipſius *Willielmi*. Donationem (&c.) quas idem *Willielmus* per ſcriptum ſuum fecit præfatis fratribus in puram & perpetuam elemoſinam de tribus bovatis terræ in **Offington**, cum prato & paſtura & omnibus pertinentiis ſuis; & de redditu trium ſolidorum & trium denariorum cum novem gallinis & tribus gallis, ſingulis annis percipiendis in **Offington**; & de redditu quadraginta ſolidorum in villa de **Chaufunt**, & de redditu quinq; ſolidorum in villa de **Bottleford** (&c.) Conceſſionem inſuper & confirmationem quas *Willielmus* de *Albiniaco* quartus, per Cartam ſuam fecit Canonicis dicti loci in liberam, puram & perpetuam elemoſinam de toto illo *Novo-loco* ad pontem de **Offington**, ſicut muro & foſſato clauditur, cum pertinentiis, & de omnibus donationibus, terris, hominibus, poſſeſſionibus, redditibus, & libertatibus, cum omnibus pertinentiis & aſiamentis infra villam & extra, à *Willielmo* patre ſuo, & à quocumq;, & à quibuſcumq; donatoribus prædictis Canonicis & ſucceſſoribus ſuis collatis; & de libera electione Prioris Eccleſiæ prædictæ, & de dicta domo & omnibus redditibus & poſſeſſionibus ejuſdem, cum omnibus pertinentiis & libertatibus in manu & cuſtodia Canonicorum ejuſdem, interim, donec Priorem habeant remanſuris; & de omnibus redditibus, exitibus & bonis præfatæ domus per ipſos in uſus pauperum & profectum Eccleſiæ prædictæ expendendis (&c.) ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt (&c.) confirmamus (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud **Staunford** *xxv.* die *Junii*.

HOSPITALE

S. Johannis Bapt. *de* Notingham.

Regula Fratrum & Sororum ejuſdem Hoſpitalis, per Walteram *de* Grey Eborac. *Archiepiſcopum, ſtatuta.*

Ex ſecunda parte Regiſtri vocati *Greneſell* penès Archiep. *Ebor.* f. 171.

HÆc eſt ordo & Regula Fratrum & Sororum Hoſpitalis S. *Johannis Baptiſtæ*, de **Notingham**, ſtatuta & ordinata per dominum *Walterum* de *Grey*, Archiepiſcopum *Eborum*, Anno Domini *MCCxli.*

Walterus Dei gratia, *Eborum* Archiepiſcopus, *Angliæ* primas, dilecto in **Chriſto** *Roberto Alwino* Magiſtro Hoſpitalis beati *Johannis Baptiſtæ* de **Notingham**, & patribus ibidem Deo & S. *Johanni Bapt.* ſervientibus, ſalutem & benedictionem. Cum ſit ſtatutum inter viros religioſos, ut ordo obſervetur, cum ſine ordine nulla ſit religio; ſtatuimus, firmiter præcipientes, ut quicunq; ſit Cuſtos vel Magiſter Domus S. *Johannis Baptiſtæ* de **Notingham**, ſic provideat, quod ibi ſint duo Capellani, vel plures; ibidem divina celebrantes imperpetuum. Inſuper ſtatuimus, ut omnes Fratres ſimul ſurgant ad *Matutinas*, & ita tempeſtivè, ut poſſint *Matutinæ* percantari ante auroram, vel ex ortu auroræ, de feſto S. *Michaelis* uſq; ad *Paſcha*: Cantatiſq; conſequenter *Prima*, & *Tertia*, celebretur Miſſa, & poſt Miſſam cantatis *Sexta* & *Nona*, fratres intendant negotiis Domus, unuſquiſq; prout competit effecto ſibi deputato: & cum non præpediuntur rationabili aut neceſſario impedimento, audiant *Veſperas* & *Completorium*.

Statuimus etiam, ut omnes regulariter ſint obedientes ſuo Cuſtodi, vel Magiſtro, ſine contradictione; & nullus quoq; ſit proprietarius; ſet ſi quis aliquid habuerit proprium Reſing, nec illud Cuſtodi, vel Magiſtro, ante ſeptem dies poſt hujus præcepti promulgacionem, alioquin ab eodem die ſeptimo, ipſo facto retencionis proprii, ſit excommunicatus. Cuſtos verò, vel Magiſter, proprium ſi habeat, convertat in domus utilitatem: ſi autem invenerit aliquem cum proprietate obiſſe, corpus ejus projiciatur extra ſepulturam Chriſtianitatis, & ſepeliatur alibi, projecto ſuper eum ejus proprio à fratribus dicentibus, *Pecunia tua ſit tecum in perdicionem*. Nullus habeat ſeratam Archam, niſi ſit arca deputata ad ſuum Officium. Omnes veſtiantur, cibantur, & potantur de communi, & non comedant carnes in ebdomada, niſi tribus diebus, ſcilicet die *Dominica*, & die *Martis*, & die *Jovis*, niſi per licenciam Cuſtodis. Comedant ſimul in uno Refectorio ſervantes in refectione ſilencium, aut voce ſubmiſſa proferatur, ſi quid loqui compellat neceſſitas.

Omnes ſimul jaceant in uno Dormitorio veſtiti femoralibus & Camiſiis, vel in indumento quo utuntur in loco Camiſiæ. Et ad horam qua intrant Dormitorium, eant cubitum, uſq; poſt *primam* cantatam, obſervent ſilencium, & de nocte non accedant fratres niſi ſint ſorores, nec è converſo niſi ægritudine adveniente. Caſti ſint omnes ac ſobrii, nec potantes alicubi in municipio vel in ſuburbio. Moderati ſint in victu; bona domus & elemoſinas collatas in pauperum & infirmorum neceſſitates fideliter convertentes. Regularem gerant habitum, ſcilicet de Ruſſeto, & de nigro panno ſingulis ebdomadis, ſaltem ſemel conveniant in Capitulo, & ibidem proclamentur & exceſſus regulariter à Cuſtode vel à Magiſtro. Teneaturq; Capitulum abſq; garrulitate & clamore. Et qui exceſſerunt humiliter & obedienter ſubeant diſciplinam Canonicam. Non admittantur autem plures fratres vel ſorores quàm neceſſarii ſunt, ad ſerviendum infirmis & cuſtodiendum bona domus; Familia, ſi quam habent, ſit moderata, ſobria, & caſta; ſi quis verò de Familia inventus fuerit ebrioſus aut luxurioſus, niſi ab hujuſmodi viciis ſe temperaverit, expellatur à ſervicio domus. Nullus frater evagetur per villam aut alibi, niſi à ſuo Cuſtode, vel Magiſtro regulariter licenciatus. Compotus reddatur ſecundùm Conſilium provinciale. Iſtud ſcriptum ſingulis menſibus ſemel recitetur Capitulo, in linguâ Gallicâ, vel Anglicanâ. Sorores converſæ, ſecundùm quod competet ſuo ſexui, obſervent ea quæ ſupra ſtatuimus à fratribus obſervanda. In principio *Matutinarum*, dicant laici fratres & ſorores *Credo in Deum*, & *Pater noſter*. Deinde pro *Matutinis* vinginti quinq; *Pater noſter*. Ad *primam* ſeptem *Pater noſter*. Ad *nonam* ſeptem *Parter noſter*. Ad *veſperas* quindecim *Pater noſter*. Ad *Completorium* ſeptem *Pater noſter*. Poſt *Completorium* dicant ſemel *Pater noſter* & *Credo in Deum*. In loco autem ubi frater vel ſoror moritur, & cæteri dicant infra triginta dies quinquies centum *Pater noſter*. Tenentur etiam ſinguli dicere ſingulis ſeptimanis, pro fratribus & ſororibus vivis & depoſitis, & pro benefactoribus dictæ Domus Hoſpitalis ſancti *Johannis Baptiſtæ*, centum *Pater noſter*.

Aliud Hoſpitale infra villam Notinghamiæ.

Licentia Regis Ricardi *ſecundi, facta* Johanni Plumtre *de* **Notingham**, *pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 16 R. 2. p. 1 m. 28.

REx, (&c.) licet, (&c.) licentiam dedimus, (&c.) *Johanni Plumtre* de Noting. quod ipſe quoddam Hoſpitale, ſive domum Dei, de duobus Capellanis; quorum unus ſit Magiſter ſive Cuſtos Hoſpitalis, ſive domus Dei prædicti, ac de treſdecem viduis, ſenio confractis & paupertate depreſſis, in quodam meſuagio ipſius *Johannis* cum pertinentiis in **Notyngham**, de novo facere & fundare; & idem meſſuagium, necnon decem alia meſuagia & duo tofta cum pertinentiis in eadem villa, quæ de nobis tenentur in burgagio, dare poſſit & aſſignare præfato Magiſtro ſive Cuſtodi; Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis Cuſtodibus Hoſpitalis ſive domus prædictæ; *viz.* prædictum unum meſuagium pro inhabitatione ſua & ſucceſſorum ſuorum, ac prædicti alterius Capellani & dictarum treſdecem viduarum: Necnon prædicta decem meſuagia & tofta pro ſuſtentatione ſua & prædicti alterius Capellani, divina infra Hoſpitale ſive domum prædictam, pro ſalubri ſtatu ipſius *Johannis*; & *Emmæ* uxoris ſuæ, dum vixerint, & animabus ſuis cum ab hac luce migraverint; necnon animabus patrum & matrum ac aliorum anteceſſorum ſuorum & omnium fidelium defunctorum ſingulis diebus celebraturi, ac pro ſuſtentatione viduarum prædictarum Deo ibidem ſerviturarum; & pro ſtatu & animabus prædictis oraturarum, juxta ordinationem ipſius *Johannis* in hac parte faciendam, imperpetuum, (&c.) In cujus, &c. *T.* Rege apud **Notyngham** *viii.* die *Julii*.

Ordinatio Cantariæ *in dicto Hoſpitali per præfatum* Johannem *de* Plumptre.

Ex Regiſtro vocato *Scrope*, penès Archiepiſc. Ebor. f. 75.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Johannes* de *Plumptre* de **Notingham** ſalutem. Cum Deus me quoddam Hoſpitale ad finem pontis de **Notingham**, pro ſuſtentatione treſdecim pauperum mulierum in Honorem Dei & *Annunciationis* matris ſuæ Virginis beatiſſimæ, dignatus eſt conſtruere, (&c.) Hinc eſt, quod quandam Cantariam infra dictum Hoſpitale ordinare propono. Et volo quod exnunc ſit in Capella, infra dictum Hoſpitale conſtructa ad Altare *Annunciationis* beatæ *Mariæ* Virginis, quædam Cantaria perpetua duorum Capellanorum, qui pro ſtatu Domini Regis, & ſtatu mei & *Emmæ* uxoris meæ; & ſtatu totius Communitatis *Notinghamiæ*, (&c.) divina celebrabunt. Quorum quidem duorum Capellanorum unum primum & principalem ſacerdotem, qui alterum in reverenciâ & honore præcellat eſſe volo Magiſtrum, & Cuſtodem appellari; alterum verò ſecundarium Capellanum eſſe volo & vocari. Communitas villæ de **Notingham**, & Prior de **Lenton** præſentabunt ad eandem Cantariam, poſt obitum meum. Item pro ipſorum ſtipendiis aſſigno cuiq; eorum *C* s. per annum in pecunia numerata, percipiendos de decem tenementis, duobus toftis in **Notingham** inferiùs ſubſcriptis, quæ ſunt iſta; unum tenementum de ſex meſſuagiis, ſub quodam tecto ſimul jacentes, in parvo mariſco villæ prædictæ *Notinghamiæ* in finem Pontis, ex orientale, & tenementis *Agnetis Remay*, ex parte occidentali, unum meſſuagium jacens in vico, qui ducit ab Eccleſia beati *Petri*, uſq; ad *Fratres Minores*, vocatum **Incloſe**, (&c.) Teſtibus *Johanne* de *Tanneſley*, tunc Majore *Notinghamiæ*, *Johanne Simon*, (&c.) data *Notinghamiæ xii. Julii*, Anno Dominicæ incarn. *MCCCC*.

HOSPITALE

S. Johannis Baptiſtæ *de* Ludlow, *in agro* Salopienſi.

Carta Petri Undergod, *de Fundatione ejuſdem.*

Inter Collectanea V. Cl. *Henrici Spelmanni* Eq. aur.

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quorum notitiam pervenerit hæc ſcriptura, *Petrus Undergod* ſalutem in Domino. Cum ad honorem ſummæ *Trinitatis*, beatæ *Maria*, & Sancti *Johannis Baptiſtæ*; quoddam Hoſpitale conſtruxerim, & ſumptibus meis propriis fundaverim in villâ de Ludlowe, juxta pontem aquæ de Temede; & in eodem fratres religioſos ſub habitu regulari, reguliſq; certis religioſis deputatis, conjunctim viventes, ac ibidem divina celebrantes conſtituerim. Noveritis me *Petrum* prædictum, dediſſe, conceſſiſſe, & confirmâſſe Deo, beatæ *Maria* & Sancto *Johanni Baptiſtæ*, & fratribus in dicto Hoſpitale conſtitutis, & recipiendis, & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam ad ſuſtentationem eorundem, & pauperum, & infirmorum ſuorum, totam illam placeam terræ, in quâ dictum Hoſpitale ſcitum eſt, quam emi de *Waltero* filio *Nicholai*; & totam terram meam de Akes, cum omnibus hominibus, ſuper ipſam terram exiſtentibus, & ſingulis amerciamentis de dictis hominibus, & omnibus eorum ſucceſſoribus, qualitercunque provenientibus in Curia de Stanton-Lacy, imperpetuum, quam emi de *Auckero* • • • • *Plinatore*, & de *Nicholao* filio *Petri* de *London*: Et totum molendinum meum Fullarium, cum toto curſu aquæ, & cum omnibus ſectis omnium hominum villæ de Ludlowe, qui pannos ad fullandum habuerunt, quod *Richardus Tinctor* de *Salopia*, quondam de me tenuit, cum omnibus rebus, libertatibus, & aiſiamentis, dicto molendino aliquo modo adjacentibus in viis, ſemitis, aquis, ſtagnis, & in omnibus locis intra villam de Ludlowe, & extra, ſine aliqua retentione juris; ſeu clamei, quod emi de *Gilberto* filio *Walteri* de *Lacy*.

Et totam terram quam emi, habui, & tenui in villa & campis de Ludford cum omnibus redditibus meis, tam in villâ de Ludlow, quàm alibi ubicunq; exiſtentibus: Habendum & tenendum omnia præſcripta, cum homagiis, herrietis, redditibus, releviis, wardis, maritagiis, curiarum ſectis; Tallagiis, Bondagiis, auxiliis, Eſcaetis, & cum omnibus aliis ſervitiis, & pertinentiis, libertatibus, aiſiamentis, nominatis & non nominatis, quæ ab omnibus rebus prædictis exeunt, ſeu aliquo modo exire poterint, ſeu diminutione, ſeu retentione rei, ſeu juris cujuſcunq; imperpetuum, adeo liberè, quietè, & pacificè, ſicut aliqua elemoſina meliùs, pleniùs, & liberiùs domibus religioſis collata eſt, vel poterit conferri: Et poſtquam de me humanitùs contingat, volo, concedo & conſtituo, quod univerſi Fratres, in dicto Hoſpitale commorantes, inſimul conveniant, & completis orationibus Deo devotis, unum de ſeipſis, unanimi concenſu, & aſſenſu eorundem perſonarum, acceptione poſtpoſitâ, in eorundem Cuſtodem eligant, & ſuper ſe Magiſtrum conſtituant, & ſic de Cuſtode in Cuſtodem, & Magiſtro in Magiſtrum eorundem faciant Fratres, & omnes eorum ſucceſſores de ſeipſis electionem liberam in perpetuum, abſque contradictione, moleſtatione, inquietatione, ſeu impedimeuto hæredum meorum, ſeu aliquorum aliorum.

Et idem Magiſter, & Fratres, & omnes eorum ſucceſſores, communi aſſenſu eorundem, Fratres & alios in eorum Religionem, Collegium & Fraternitatem admittant, & • • • pauperes & infirmos recipiant, & omnia alia faciant & diſponant, prout aliqui alii viri religioſi, liberiùs faciant, aut legitimè facere potuerint, quotieſcunque, & quandocunque ſibi & eorum Hoſpitali viderint expedire, contradictione & impedimento aliorum non obſtantibus. Et quia volo quod hæc omnia rata permaneant, & ſtabilita in perpetuum, Sigillum meum ſigno Hoſpitalis ejuſdem impreſſum præſentibus apponere duxi. Hiis teſtibus, Domino *Waltero* de *Lacy*, Domino *Johanne* de *Monemua*, *Pagano* de *Ludford*, *Pagano Curbuell*, *Philippo* de *Colevile*, *Edmundo* de *Ludlowe*, & multis aliis.

Carta Regis *Henrici* tertii Donationem *Walteri* de *Lacy*, recitans & confirmans.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dominus* Hiberniæ *&* *Dux* Aquitaniæ, *omnibus* (*&c.*) *ſalutem. Inſpeximus quoddam ſcriptum conceſſionis, & confirmationis, quod* Walterus *de* Lacy *fecit* Petro Undergod, *& Hoſpitali ſuo; quod ad ſuſtentationem pauperum, & Infirmorum juxta pontem de* Temede, *in* Ludlowe, *fundavit & conſtruxit, in hac verba:* Sciant præſentes, & futuri, quod ego *Walterus* de *Lacy*, ratum habeo & gratum, pro me & hærediuus meis, omnem donationem, venditionem, & conceſſionem, quam • • • • • • *Malore* fecerit *Petro Undergod*, & hæredibus ſuis, ſive aſſignatis ſuis de totâ terrâ ſuâ, quam de me tenuit in villa de Akes, cum omnibus hominibus ſuper ipſam terram exiſtentibus, & totis ſuis pertinentiis; quas quidem donationes, venditiones, & conceſſiones, pro me & hæredibus meis eidem *Petro*, & Hoſpitali ſuo, ad ſuſtentationem pauperum, & Infirmorum juxta pontem de Temede in Ludlowe, fundato & conſtructo, pro animâ meâ, & *Margeriæ* uxoris meæ; & pro anima *Gilberti* de *Lacy* filii mei; necnon & pro ſalute animarum anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam præſentis ſcripti & Sigilli mei impreſſione concedere duxi, & confirmare eidem *Petro*, & Hoſpitali prædicto, & pauperibus, ac Infirmis degentibus, omnes redditus, & omnia ſervitia, quæ ad me, vel hæredes meos pertinebant, vel aliquo tempore pertinere poterunt omnino remittendo.

Concedo etiam pro me & hæredibus meis, & præſenti ſcripto meo munito ſub forma prædicta, & beatæ *Mariæ*, & omnibus ſuis, & eidem *Petro* & Infirmis in ipſo Hoſpitali, ægrotantibuſq; totam illam placeam, in qua dictum Hoſpitale ſitum eſt, quam *Walterus* filius *Michaelis* dicto *Petro* conceſſit & incartavit, cum quodam Molendino fullanico, quod *Gilbertus* de *Lacy*, filius meus eidem *Petro* dedit & incartavit, & cum omnibus terris & rebus prædictis. Tenendum & habendum adeo liberè, quietè, & pacificè, ſicut aliqua elemoſina meliùs & liberiùs domibus religioſis collata eſt, vel poterit conferri: concedo ſimiliter pro me, & hæredibus meis, quantum in me eſt, quod divina in ipſo Hoſpitali celebrentur officia; Et quia volo quod hæc mea conceſſio, & confirmatio perpetuæ firmitatis fidem & robur obtineantur, præfato ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, Domino *Johanne* de *Monemuta*, ... de . . . . . . *Waltero* de *Pegerton*, *Richardo* de *Midlehope*, Magiſtro *Richardo* de *Cranefeud*; Magiſtro *Johanne Eaton*, *Philippo* de *Thaigland* . . . . . de Greete, *Willielmo* de *Ponte clivo*, *Richardo* de *Pipa*, hujus Cartæ notario, & multis aliis. Hanc autem conceſſionem & confirmationem, ratam habentes, (&c.) confirmamus, (&c.) Teſtib *Philippo Baſſet*, *Roberto Walerond*, *Bartholomeo Bigot*, &c. datum apud Kenilworth decimo octavo die *Julii* anno Regni noſtri quinto.

DOMUS CONVERSORUM *in ſuburbio Civitatis* Lond.

Carta Regis Henrici *tertii, de prima Fundatione ejuſdem.*

Cart. 16. H.3.m.18. HEn. Rex, &c. ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ, & pro animabus anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe, pro nobis & hæredibus noſtris, imperpetuum, Deo & glorioſæ Virgini *Mariæ*, & Eccleſiæ *Converſorum*, quam fundavimus in ſuburbio *London.* in vico ſcilicet qui vocatur Neuſtrate, in honore ejuſdem Virginis & Converſis ibidem commorantibus in poſterum, & commoraturis, ſeptingentas marcas ad eoſdem Converſos ſuſtentandos, & ad conſtructionem Eccleſiæ ſuæ & ædificiorum ſuorum faciendam; percipiendas ſingulis annis ad ſcaccarium noſtrum; videlicet unam medietatem ad ſcaccarium *Paſchæ*, & aliam medietatem ad ſcaccarium Sancti *Michaelis*, donec nos vel hæredes noſtri eiſdem Converſis uberiùs providerimus in terris ſive redditibus certo loco eis aſſignaturis, unde ſeipſos & familiam ſuam ad honorem Dei & prædictæ glorioſæ Virginis poſſint competenter ſuſtentare.

Volumus etiam, quod quicumque pro tempore fuerit Juſticiarius vel Cancellarius *Angliæ*, quotiens prædicti Converſi neceſſe habeant negotia aliqua nobis vel hæredibus noſtris exponere, alter eorum, ſi ambo præſentes non fuerint, oſtendat nobis vel hæredibus noſtris negotia prædictorum Converſorum, ſi ipſi ad nos vel hæredes noſtros perſonaliter venire & ea oſtendere non poſſint. Quare volo (&c.) pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti Converſi in prædictâ Eccleſiâ converſantes & inperpetuum converſaturi, percipiant prædictas ſeptingentas marcas ad ſcaccarium noſtrum ad terminos prædictos, ad ſe ſuſtentandos, & ad conſtructionem Eccleſiæ ſuæ, & ædificiorum ſuorum faciendam, benè & in pace, integrè, & pacificè, donec nos vel hæredes noſtri eis providerimus uberiùs in terris vel redditibus certo loco eis aſſignaturis, undè ſeipſos & familiam ſuam ad honorem Dei & prædictæ glorioſæ Virginis *Mariæ* poſſint competenter ſuſtentare: Et quod quicumq; pro tempore fuerit Juſticiarius, vel Cancellarius *Angliæ*, quociens prædicti Converſi neceſſe habeant negotia aliqua nobis vel hæredibus noſtris exponere, alter illorum, ſi ambo præſentes non fuerint, oſtendat nobis vel hæredibus noſtris negocia prædictorum Converſorum, ſi ipſi ad nos vel hæredes noſtros perſonaliter venire & ea oſtendere non poſſint, ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *P. Wintonienſi*, & *W. Carleolenſi* Epiſcopis, *H.* de *Burgo*, &c. *Ph.* de *Albiniaco*, *W.* de *Evermu. R.* filio *Nicholai*, *R. Tyræl*, *Johanne* filio *Philippi*, *G.* de *Cauz*, *G. Deſpenſer*, *Henrico* de *Capella*, *Ricardo* filio *Hugonis*, & aliis. Data per manum venerabilis patris *R. Cyceſtrenſis* Epiſcopi, &c. apud *Lambeiam xvi.* die *Januarii*.

Alia Carta ejuſdem Regis.

REx, &c. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ, meæ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dediſſe & conceſſiſſe Domum, quam fundari fecimus in vico qui vocatur le Newſtrete inter vetus Templum & Novum *London.* ad ſuſtentationem Fratrum converſorum & convertendorum de Judaiſmo ad fidem Catholicam, in auxilium ſuſtentationis eorundem Fratrum, domos, redditus, & omnes terras & tenementa, quæ fuerunt *Conſtantini* filii *Aluſi* in *London.* & quæ fuerunt Eſchaeta noſtra, propter feloniam quam idem *Conſtantinus* commiſerat, & propter quam ſuſpenſus fuit. Habenda & tenenda Magiſtro ejuſdem Domus, & prædictis fratribus converſis & convertendis de Judaiſmo ad fidem Catholicam, in liberam & perpetuam elemoſinam. Teſte, &c. 8. *Nov.* Cart.33. H.3.m.7.

HO-

HOSPITALE

de Lechelade *in agro* Glouceſtrenſi.

Carta Regis Henrici *tertii Fundationem ejuſdem confirmans.*

Cart.39. H.3.m.8. REx Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos ad inſtantiam dilecti fratris & fidelis noſtri *R.* Comitis *Cornubiæ*, pro ſalute animæ noſtræ, anteceſſorum noſtrorum, & hæredum noſtrorum dediſſe, conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beato *Johanni Baptiſtæ*, & Magiſtro & fratribus Hoſpitalis de Lecchelade, locum in quo prædictum Hoſpitale ſitum eſt, cum pertinentiis; ita quod quociens Magiſtros prædicti Hoſpitalis cedere vel decedere, aut alio quocunq; modo amoveri contingat, fratres prædicti Hoſpitalis licentiam alium Magiſtrum ſibi eligendi à prædicto Comite & *Senchia* uxore ſuâ, & hæredibus ex ipſis procreatis, tanquam patronis dictæ domus, petent imperpetuum. Dedimus etiam & conceſſimus, ad inſtantiam ejuſdem Comitis, pro nobis & hæredibus noſtris, Deo & beato *Johanni Baptiſtæ*, & Magiſtro & fratribus prædictis, advocationem Eccleſiæ de Lecchelade, cum toto ſanctuario ad Eccleſiam illam pertinente, & duo burgagia, & unum furnum cum pertinentiis in prædictâ villâ de Lecchelade, quæ nos in Curiâ noſtrâ clamavimus verſùs prædictos Magiſtrum & fratres, tanquam Eſcaetam noſtram de terris *Normannorum*; & quæ ipſi Magiſter & Fratres nobis reddiderunt in Curiâ prædictâ: Habenda & tenenda eidem Magiſtro & ſucceſſoribus ſuis & fratribus prædicti Hoſpitalis in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus ad dictam advocationem, Sanctuarium, burgagia & furnum ſpectantibus; ſalvâ tamen dictis Comiti & Comitiſſæ, & hæredibus ex ipſis procreatis, præſentatione ad vicariam Eccleſiæ prædictæ, quotiens eam vacare contigerit, imperpetuum. Quare volumus (&c.) Dat. per manum Regis apud *Weſt. xi.* die *Febr.*

Carta ejuſdem Regis Henrici, *de Heremitagio de* Lovebyri.

Cart.54. H.3.m.9. REx Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beato *Johanni Bapt.* & fratribus Hoſpitalis ejuſdem Sancti de Lechelade, Heremitagium de Lovebyri, cum pertinentiis, quod eſt infra Foreſtam noſtram de Whichewode, & quod *Robertus* quidam Heremita ejuſdem loci aliquando tenuit; habendum & tenendum eiſdem fratribus & ſucceſſoribus ſuis, ad ſuſtentationem unius Capellani idonei, de fratribus ſuis, ſingulis diebus, divina celebraturis in eodem Heremitagio, pro anima noſtra, & animabus anteceſſorum & hæredum noſtrorum; ita quod ſi Capellanus ille minus idoneus, infirmus, ſeu mortuus fuerit, iidem fratres alium idoneum loco ſuo ſubſtituent, quotiens opus fuerit, ad divinum obſequium celebrandum in Heremitagio ſupradicto: ita tamen, quod ſi celebratio ſupradicta in præfato Heremitagio, per fratres prædictos vel ſucceſſores ſuos minus plenè facta fuerit; nos & hæredes noſtri Heremitagium illud in manum noſtram capiemus, & Capellanum idoneum ibidem ſubſtituemus, prout magis viderimus expedire. Quare volumus (&c.) Data per manum noſtram apud *Weſtm.* quarto die *Maii.*

Licentia Regis Edwardi *quart*, Ceciliæ *Duciſſæ* Eboraci *conceſſa, pro mutatione ejuſdem Hoſpitalis in Cantariam trium Capellanorum.*

Pat.12. E. 4 p.2.m.28. REx (&c.) Sciatis quod nos de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certa ſcientia & mero motu noſtris, dedimus & coceſſimus præcariſſimæ matri noſtræ *Ceciliæ* Duciſſæ *Ebor.* advocationem ſive patronatum Domus ſive Hoſpitalis S. *Johannis Bapt.* juxta pontem de Lecchelade in Com. *Glouc.* Habendam & tenendam eidem matri noſtræ & hæredibus ſuis imperpetuum. Et ulterius ad inſtanciam præfatæ matris noſtræ, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, eidem matri noſtræ, quod ipſa per ſe, vel per alios, per ipſam ad hoc ſpecialiter nominandos, ſive aſſignandos, ad laudem, gloriam, & honorem omnipotentis Dei, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, ac intemeratæ & beatiſſimæ Virginis *Mariæ*, matris Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, prædictum Domum ſive Hoſpitale, auctoritate Apoſtolicâ, ſeu aliâ quavis ſufficienti, & de jure in hac parte permiſſivâ, in unam Cantariam perpetuam de tribus Capellanis perpetuis, divina ſingulis diebus ad Altare in Capella beatæ *Mariæ* Virginis, in Eccleſiâ de Lecchelade, pro bono ſtatu noſtro, ac præchariſſimæ conſortis noſtræ *Elizabethæ* Reginæ *Angliæ*, ac præfatæ matris noſtræ, dum vixerimus, & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; necnon pro animâ egregii & prænobilis principis recolendæ memoriæ, Domini *Ricardi* nuper Ducis *Ebor.* patris noſtri cariſſimi, nuper Domini villæ prædictæ, ac animabus omnium fidelium defunctorum juxta ordinationem præfatæ matris noſtræ, vel aliorum prædictorum in hac parte faciendam, imperpetuum celebraturis, mutare, transferre, erigere, facere, ordinare, & ſtabilire poſſit & poſſint perpetuis futuris temporibus duraturam: Et quod Cantaria illa, cum ſic erecta, fundata & ſtabilita fuerit, Cantaria vocata S. *Marie Chaunt.* in Eccleſiâ de Lecchelade imperpetuum nuncupetur. Et quod Capellani ejuſdem Cantariæ, cum Cantaria illa ſic erecta (&c.) fuerit, Capellani Cantariæ vocatæ *Seint Marie Chaunterie* in Eccleſiâ de Lecchelade, imperpetuum appellentur, & ſint unum corpus incorporatum in re & nomine, habeantq; ſucceſſionem perpetuam in eadem, ac ſint perſonæ habiles & capaces in lege per nomen illud ad perquirendum & recipiendum terras, tenementa (&c.) de quibuſcunq; perſonis; habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum: Et quod ipſi & ſucceſſores ſui, Capellani Cantariæ prædictæ, per nomen illud placitare poſſint & implacitari in quibuſcunq; Curiis & placeis, coram quibuſcunq; Juſticiariis (&c.) & omnia alia facere & recipere, prout & eodem modo, quo cæteri ligei noſtri perſonæ habiles & capaces infra idem regnum noſtrum placitant & implacitantur, reſpondent & reſpondere tenentur, ac faciunt & facere poſſunt & poterint. Et quod ipſi Capellani & ſucceſſores ſui habeant Sigillum commune, pro materiis, cauſis, negotiis & rebus, Cantariam illam concernentibus ſerviturum.

Et ulteriùs, quia Domus ſive Hoſpitale prædictum ad hujuſmodi decaſum jam devenit, quod exitus, proficua & reventiones poſſeſſionum ejuſdem Domus ſive Hoſpitalis, aut eidem Domui ſive Hoſpitali pertinentes, ad reparationem earundem poſſeſſionum, & ad divina ſervicia & alia pietatis opera in domo ſive Hoſpitali prædicto, juxta Fundationem ejuſdem faciendam, ſufficere non valent; de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus, & licentiam damus per præſentes, pro nobis & hæredibus noſtris, dilecto nobis in Chriſto *Willielmo Novel*, nunc Priori Domus ſive Hoſpitalis prædicti, quod ipſe & ſucceſſores ſui dictum Domum ſive Hoſpitale, ac totum ſitum ejuſdem, cum omnibus ſuis pertinentiis; necnon omnia & ſingula dominia, maneria, terras, tenementa, redditus, ſervicia, penſiones, omnimodaſq; poſſeſſiones ſpirituales, temporales, & mixtas; ac etiam quaſcunq; poſſeſſiones ſpirituales poſſeſſionibus temporalibus annexas, tam in dominico quam in reverſione; ac omnimodas libertates, & francheſias, advocationes Eccleſiarum, Vicariarum, Cantariarum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunq; ad ipſum, ſeu ad domum ſive Hoſpitale illud qualitercunq; infra dictum regnum noſtrum *Angliæ* pertinentes ſive incumbentes, dare poſſit & poſſint & concedere præfatis Capellanis Cantariæ prædictæ, cum Cantaria illâ in formâ prædictâ, erecta, facta, ordinata, & ſtabilita fuerit; habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in dotationem & ſuſtentationem ſuam imperpetuum (&c.)

Et inſuper de abundanti gratiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam damus (&c.) *Johanni Twynyho* de **Cirenceſtre**, hæredibus & aſsignatis ſuis, quod ipſe, hæredes & aſsignati ſui, quandam aliam Cantariam perpetuam de uno Capellano perpetuo, divina ſingulis diebus ad Altare in Capellâ S. *Blaſii* in Eccleſiâ de **Lecchelade** prædictâ, pro ſtatu & animabus prædictis; ac pro bono ſtatu præfati *Johannis* dum vixerit, & pro animâ ſuâ, cum ab hac luce migraverit; & pro animabus illis pro quibus ipſe exorare tenetur, ac pro animabus omnium fidelium defunctorum juxta ordinationem ejuſdem *Johannis*, hæredum & aſsignatorum ſuorum prædictorum in hac parte faciendam, imperpetuum celebraturo, facere, fundare, creare, & ſtabilire poſſit & poſſint, perpetuis futuris temporibus duraturam: Et quod Cantaria illa, cum ſic erecta (&c.) fuerit, Cantaria vocata *Seint Blaſe Chaunterie* in Eccleſia de **Lecchelade** imperpetuum nuncupetur (&c.)

Et ulteriùs (&c.) licenciam damus (&c.) tam præfatæ matri noſtræ, hæredibus & aſſignatis ſuis, quàm præfatis Capellanis Cantariæ prædictæ, vocatæ S. *Marie Chaunterie*, in Eccleſia de **Lecchelade** prædictâ, & ſucceſſoribus ſuis, & eorum quibuſlibet, quod cum Cantaria illa, ut prædictum eſt, erecta (&c.) fuerit, ipſi ac ſucceſſores eorum, Capellani dictæ Cantariæ (&c.) habitâ plenâ & pacificâ ſeiſinâ & poſſeſſione dictæ domus, ſive Hoſpitalis, ſitus, dominiorum, maneriorum, terrarum (&c.) omnimodumq; poſſeſſionum prædictorum, ac cæterorum præmiſſorum cum pertinentiis per eoſdem Capellanos, dare poſſint & concedere, in debitâ legis formâ, præfato Capellano Cantariæ prædictæ S. *Blaſe Chaunterie*, in dictâ Eccleſiâ de **Lecchelade** & ſucceſſoribus ſuis (&c.) quendam annualem redditum decem marcarum; habendum & percipiendum ſingulis annis eidem Capellano Cantariæ illius, vocatæ *Seint Blaſe Chaunterie*, & ſucceſſoribus ſuis prædictis, de aut in domo Hoſpitali, ſitu, dominiis, maneriis, terris (&c.) ad quatuor anni terminos; *viz.* ad Feſta *Paſchæ*; *Nativitatis* S. *Joh. Bapt.* S. *Michaelis* Archangeli; & *Natalis Domini*, per equales portiones, cum ſufficienti & legitimâ clauſulâ diſtrictionis in eiſdem contentâ, pro non ſolutione annui redditus prædicti (&c.) In cujus (&c.) T Rege apud *Weſtm. viii.* die *Nov.*

HOSPITALE

de **Ledbury** *in agro* Herefordenſi.

Diploma Regis Edwardi *tertii*, *Cartam Fundationis ejuſdem*, *aliaſque conceſſiones recitans & confirmans*,

Rex omnibus ad quos, &c. ſalutem. Inſpeximus ſcriptum quod* Tho. *quondam* Herefordenſis *Eccleſiæ Decanus*, & *ejuſdem loci Capitulum fecerunt in hac verba*. Univerſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Thomas Herefordenſis* Eccleſiæ Decanus, & ejuſdem loci Capitulum, ſalutem in Domino æternam. Noverit univerſitas veſtra, nos Cartam venerabilis patris noſtri *Hugonis Foliot Herefordenſis* Epiſcopi inſpexiſſe, in hæc verba. Par. 1. E. 3. p. 1. m. 21.

Univerſis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum inſpecturis, *Hugo Foliot*, divina miſeratione *Herefordenſis* Eccleſiæ miniſter humilis, ſalutem in Domino. Ex commiſ. nobis officii ſollicitudine tenemur, ea quæ divinis locis, collatione fidelium mancipantur; ut firmam ſtabilitatem ſortiantur, Epiſcopalis auctoritatis diligentiâ roborare. Et quia juxta eſt dies perditionis & adeſſe feſtinant tempora deſiderantibus bona Domini in terrâ viventium; neceſſe eſt intelligere ſuper egenum & pauperem, ut propter peccata noſtra, quibus iram meruimus, poſiti quaſi ſignum ad ſagittam, fugere valeamus à facie arcus, ſcelera peregrinationis noſtræ elemoſinarum largitione redimentes. Dum enim per vitæ præſentis lubrica periculoſè tranſimus in terris ſub ſecuritate per manus egentium piè largita, collocamus in cœlis; præter elemoſinam enim ſolam, nichil ex hac vita portabimus, ſet illam per manus pauperum fœliciter in cœlum præmittimus.

Attendentes igitur, inter hæc & cætera opera miſericordiæ, hoſpitalitati ferè nichil eſſe præferendum, & tantum ejus gratiam, quod *Loth* & *Abraham*, qui homines conſueverunt, etiam Angelos hoſpitari meruerunt, ipſos etiam tanta mercede remuneratos, quod alter ſubverſionem *Sodomæ* evaſit; & alter ex conjuge ſterili filium habere promeruit, Hoſpitale quoddam ad peregrinos & pauperes ſuſcipiendos, apud **Ledebury**, ſub *Malvernia* conſtruximus, ad honorem Dei & S. *Katerinæ* Virginis; & omnia piâ devotione fidelium eidem Hoſpitali & aliis ibidem Deo ſervientibus collata, vel futuris temporibus conferenda, Epiſcopali auctoritate duximus confirmare: Et præcipuè ex conceſſione nobilis & præclari viri Domini *Walteri* de *Lacy* Eccleſiam de **Weſtune** in uſus proprios, poſt deceſſum *Thomæ Decani* de **Weſtune**, Rectoris ejuſdem Eccleſiæ, convertendam; de quâ idem *Thomas* unam libram incenſi eidem Hoſpitali annuatim, interveniente auctoritate Epiſcopali, nomine penſionis, perſolvit. Et Eccleſiam de **Kenepelevh**, ex conceſſione nobilis viri Domini *Galfridi* de *Longe-Campo*, poſt deceſſum *Rob. Decani*, Rectoris ejuſdem Eccleſiæ, qui unam libram incenſi, nomine penſionis, annuatim ſimiliter exſolvit. Et Eccleſiam de **Parhull**, ex conceſſione prædicti Domini *Walteri* de *Lacy*, poſt deceſſum *Moyſi* Rectoris ejuſdem Eccleſiæ, qui etiam unam libram incenſi, nomine penſionis, eidem Hoſpitali exſolvit: Salvis in prædictis Eccleſiis debitis conſuetudinibus, tam Epiſcopalibus quam Archiepiſcopalibus.

Præterea dedimus & conceſſimus, ad fundandum idem Hoſpitale, duo burgagia in villa de **Ledebury**; ſcil. unum burgagium & dimidium, quod emimus de *Johanne* filio *Gerſante*; Reddendo per annum Epiſcopo, decem & octo denarios: Et dimidium burgagium, quod emimus de *Margareta* filia *Gileberti Franceis*; Reddendo per annum ſex denarios: Et unum burgagium in Novo vico quod emimus de *Roberto* de *Staninges*; Reddendo per annum duodecim denarios; nec eadem burgagia unquam magis reddiderunt Epiſcopo. Et quicumq; idem Hoſpitale beneficiis & gratiâ fovere curaverint, gratiam divinam & æternæ retributionis præmia conſequantur: Et qui contra hoc aliquid attemptare præſumpſerint, indignatione Dei omnipotentis involvantur, niſi celeriter reſipiſcant. Et ut hæc omnia majori & perpetuâ gaudeant firmitate, invocatâ gratiâ & præſentiâ altiſſimi, & præcelſæ genetricis ejuſdem, & omnium cœleſtium virtutum; præſenti ſcripto ſigillum noſtrum appoſuimus. Hiis teſtibus, *Thoma* Decano *Hereford.* & ejuſdem loci Capitulo. Nos igitur dictas donationes, (&c.) eas unanimi aſſenſu, præſenti ſcripto & ſigilli noſtri munimine confirmare curavimus.

Nos autem donationes, conceſſiones, & confirmationes prædictas; necnon donationem, conceſſionem & confirmationem, quas *Johannes de Stanford* per Cartam ſuam fecit Deo & domui Hoſpitalis prædicti, & ejuſdem domus Rectoribus, & ibidem Deo ſervientibus de triginta & duabus ſolidatis & ſex denariatis redditus aſſiſi, cum pertinentiis in *Hyda*. Donationem, (&c.) quas *Rogerus* de la *Berehe*, per Cartam ſuam fecit Deo & domui Hoſpitalis prædicti, de viginti & ſex ſolidatis redditus, decem denaratis & tribus obolatis & tribus gallinis in villa de **Berche**. Remiſſionem, (&c.) quas *Simon* de *Weſton*, per ſcriptum ſuum fecit Decano & Capitulo Eccleſiæ Sancti *Ethelberti Herefordiæ* & Magiſtro Hoſpitalis Eccleſiæ ſanctæ *Katerinæ* de **Ledebury**, & fratribus & ſororibus, ibidem Deo ſervientibus & eorum ſucceſſoribus, de toto jure & clamio, quæ idem *Simon* habuit vel habere potuit in unâ virgatâ terræ & dimidia, ſex acris prati, tribus acris moræ, & ſeptem ſolidatis redditus, cum pertinentiis in **Weſtone**, juxta **Parkhull**.

Donationem, (&c.) quas *Petrus* de *Doninton* per ſcriptum ſuum fecit Deo & Hoſpitali prædicto & fratribus & ſororibus ibidem commorantibus, de uno molendino apud **Malmeſpol**, cum ſectis, moris, paſturis, & omnibus aliis pertinentiis, ſine aliquo retenemento. Donationem, (&c.) quas *Matildis Puche*, in ligia poteſtate & liberâ viduitate ſuâ per ſcriptum ſuum fecit Deo & domui Hoſpitalis prædicti, de quadam terra in villa *Herefordiæ*, cum domibus ſuper ædificatis, & omnibus pertinentiis ſuis. Donationem etiam, (&c.) quas *Willielmus* de *Ankerug* per Cartam ſuam fecit Deo & domui Hoſpitalis prædicti, & ejuſdem domus Rectoribus, & aliis ibidem Deo ſervientibus, de toto aſſarto, cum quadam morâ, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, infra foſſatum & clauſuram ejuſdem aſſarti; & de uno meſuagio in **Ankerugg**, & tribus acris terræ cum pertinentiis. Donationem etiam, (&c.) quas *Johannes Gerſant* per ſcriptum ſuum fecit Deo & Hoſpitali prædicto, & fratribus & ſororibus ibidem Deo ſervientibus, de homagio & ſervicio, & redditu treſdecim denariorum, quæ *Willielmus Roch.* eidem *Simoni* annuatim debuit pro terra de **Eſtenore**, & de quaterviginti & quatuordecim ſelionibus & duodecim buttis terræ, & de granâ unius acræ & dimidia, cum pertinentiis in **Eſtenore**, ratas habentes & gratas, (&c.) confirmamus, (&c.) In cujus

jus, &c. *T.* Rege apud *Eboracum xxx.* die *Febr.*

HOSPITALE

S. Leonardi, *infra Burgum* Leiceſtriæ.

De prima fundatione ejuſdem.

Ex Chron. MS. *Henr. Knyghton* in bibl. *Bodl.* lib. 2. cap. 2.

R*Obertus gves les bl inc meins,* Comes *Leiceſtrenſis* tertius, poſt Conqueſtum, deſponſavit *Petronillam* filiam *Hugonis Grantmenyl,* cum qua accepit totum honorem de **Hincley**, unà cum Seneſcatu *Angliæ,* ex dono ejuſdem *Hugonis,* (&c,) Hic genuit de dictâ *Petronilla, Robertum* dictum filium *Petronillæ* hæredem; *Rogerum,* S. *Andreæ* in Scotiâ Epiſcopum, & *Willielmum* Leproſum, fundatorem Hoſpitalis S. *Leonardi Leiceſtriæ*; *Amiciam* deſponſatam *Simoni* de *Monteforti,* & *Margaretam* deſponſatam *Saiero* de *Quinci,* (&c.)

HOSPITALE

Subtus **Langrigh**, *in agro*....

Carta Alani *filii* Ricardi *de* Singelton, *de quatuor acris terræ in* **Dilewrthe**.

SCciant præſentes & futuri, tam Clerici quàm laici, quod ego *Alanus* de *Singeltun,* filius *Ricardi,* conceſſu & aſſenſu hæredis mei, conceſſi & hac Cartâ meâ confirmavi Deo & ſancto Salvatori de ſub **Langrigh**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, quatuor acras terræ in **Dilewrhe**, ſcilicet inter **Cronekeſchahebrok** & **Withacrebroch**; ſcilicet totam terram quam pater meus *Ricardus* dederat & Cartâ ſuâ confirmaverat prædicto loco in puram & perpetuam elemoſinam, pro animabus patris & matris meæ, & anteceſſorum meorum, cum aiſiamentis quæ ad tantam terram pertinent. Hiis teſtibus, *Sicano* de *Hundereſham, Rogero* de *Halſtun, Jordano* de *Claiton, Jordano* de *Weteleya, Ada* de *Hohton,* & multis aliis.

Carta Willielmi *filii* Walteri Mutun, *de* **Ribelceſter**.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willelmus Mutun,* de **Ribelceſter**, conceſſi & præſenti ſcripto confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* Virgini, & Hoſpitali ſancti Salvatoris ſubtus **Longrig**, & Magiſtro, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, totam terram, quam *Walterus* pater meus dedit prædicto Hoſpitali, & prædictis fratribus, per Cartam ſuam, in puram & perpetuam elemoſinam in villa de **Ribelceſter**, ſuper **Shipenley** infra has diviſas; Incipiendo ad **Scipenley, Clogheſheved**, quod currit inter **Schipenlye** & **Turneleye**, deſcendendo **Scipenleyclogh**; uſq; ad proprium ſiketum, qui venit ab occidente & currit verſùs orientem, & deſcendit in **Scipenleyclogh**; & aſcendendo illum ſiketum uſq; ad capud, & à capite prædicti ſiketi in tranſverſo uſq; ad **Croſſedyum ak**, ſuper ripam cujuſdam **Clogh**; & de **Puinak** rectè procedendo verſùs Aquilonem uſq; ad **Blakeclogh**; ſalvo rationabili exitu & introitu inter prædictam terram & foſſatum *Ricardi* de *Kerden*; & aſcendendo **Blakeclogh** uſq; ad turnum de **Clogh**; & indè procedendo linealiter uſq; ad **Caoſſedak** ſuper **Lightnes**; & à **Croſſedak** uſq; ad foſſatum; & ſequendo foſſatum quouſq; reſpondeat æqualiter diviſis de **Turneley**; & indè procedendo verſùs auſtrum uſq; ad **Sthipenley Clogeſheved**. Et ſciendum eſt, quod terra inter **Croſſedak** & diviſas de **Turneley** & ſepem, & **Scipenley** & prædictum foſſatum in Aquilonali parte de **Scipenleye**, dedi prædicto Hoſpitali in eſcambium pro prædicto exitu, & introitu, ſibi & ſucceſſoribus ſuis. Tenendum & habendum in omnibus libertatibus & in eadem elemoſina, ſicut continetur in originali Cartâ, quam habent de *Waltero* patre meo. Et ego prædictus *Willielmus,* & hæredes mei hoc prædictum eſcambium prædicto Hoſpitali & fratribus ejuſdem loci & eorum ſucceſſoribus contra omnes homines & fœminas warantizabimus: In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto impreſſionem ſigilli mei appoſui. Hiis teſtibus, *Ada* de *Blakeburn,* Domino *Johanne* filio ejus, *Willielmo* de *Samleſbury, Ricardo* de *Alveſton,* Ada de *Hochton, Thoma* de *Huderſale, Roberto* filio *Stephani, Thoma* filio *War. Roberto* filio *Aelyæ* de **Ribelceſter**, *Johanne* de *Hullileye, Ricardo* de *Kerden, Roberto* de *Huntingdene,* & multis aliis.

HOSPITALE

de Gaunt (ſive Billeſwike) juxta Briſtolliam, *in agro* Glouceſtrenſi.

Carta Fundationis ejuſdem.

Cart.61. H.3.m.15. Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Robertus* de *Gurnay* ſalutem in Domino; Noveritis me divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute animæ bonæ memoriæ, *Mauritii* de *Gaunt* avunculi mei, & pro ſalute meâ, & omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, cum in plenâ per Dominum Regem eſſem ſeiſinâ; & poteſtate de omnibus terris, & tenementis me à dicto *Mauritio* hæreditariè contingentibus dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, Deo & beatæ *Mariæ*, & beato *Marco*, & noſtro elemoſinario de Billeſwyke, ad ſuſtentationem dicti Magiſtri, & trium Capellanorum ibidem perpetuò pro fidelibus celebrantium; & ad refectionem centum pauperum, ſingulis diebus imperpetuum, Manerium de Poulet, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſine ullo retinemento; in dominiis, in Villenagiis, in liberorum homagiis, & ſervitiis, in molendinis, & omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad prædictum Manerium pertinentibus; & molendinum de Were, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum totâ dicti Manerii ſequelâ; in ſtagnis, & aquis, & aquarum curſibus; in piſcariis, & omnibus emendationibus, quæ in eiſdem molendinis apponi poſſunt; & molendinum de Radewike cum omnibus pertinentiis ſuis, cum totâ dicti Manerii ſequelâ, in ſtagnis, & aquis, & aquarum curſibus, in piſcariis, & omnibus emendationibus quæ in eiſdem molendinis apponi poſſunt; & quatuor marcas redditus in Briſtoll, cum omnibus pertinentiis ſuis, (videlicet) de domo quæ fuit *Roberti* filii *Harding*, quam tenuit *David Laware*, duas Marcas: de Domo quæ fuit *Richardi Cordnariarii*, juxta *Piſam*, unam marcam; & de Domo *Petri Laware* in Bradſtreet, unam marcam; & Domos meas de Billeſwike cum omnibus pertinentiis ſuis, ſine ullo retinemento; ſalvo tamen mihi, & hæredibus meis tantùm, ad cuſtum noſtrum proprium, hoſpitio noſtro, cum illuc venerimus, abſque gravamine, vel impedimento dictorum Magiſtri, & Capellanorum, & pauperum ibidem reficiendorum.

Conceſſi etiam pro me & hæredibus meis, quod ſi qua inter dictum *Mauritium*, & Canonicos Sancti *Auguſtini* de *Briſtoll*, compactio, firmæ bladi aliquando extiterit, nulla, de cætero habeatur; & quod decedendo dicto Elimoſinario noſtro, adminiſtratio elimoſinæ terræ, Molendinorum, redditLuum, rerum, & poſſeſſionum, donec Magiſtrum habuerint, in manibus conſiſtat dictorum Capellanorum, qui pro tempore fuerint; qui ex ſe, vel aliis, virum idoneum eligant, in Magiſtrum, ipſum mihi & hæredibus meis præſentantes, qui ad præſentationem meam, & hæredum meorum, per loci Dioceſſanum admittatur, & per eundem in dictarum elemoſinarum Magiſter inſtituatur; Cui electo, ſi ego, vel hæredes mei aliquo tempore, cauſâ irrationabili, contraria velint; Dominus *Wigornienſis* Epiſcopus ipſum nihilominùs, ad dictorum præſentationem admittat Capellanorum, ipſiuſq;, ſi in ordine, vel terris, rebus & poſſeſſionibus minus benè tractandis inhoneſtè ſe geſſerit, cauſâ rationabili ſuper hoc convictum amoveat; Aliumq; ſicut prædictum eſt, admittat.

Volo etiam, quod unuſquiſq; dictorum centum pauperum, ad pondus quadraginta, & quinq; ſolidorum, panem accipiat, cum ſufficienti potagio, cum farina avenæ parato; ad quem panem faciendum æqualiter ponatur de frumento fabarum, & ordeo vel Siligine. Ego verò & hæredes mei, dicta Manerium, Molendina & redditus, & domos prædictas, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut prædictum eſt, dicto Magiſtro, & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, contra omnes Mortales Warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum: Et ne ego, vel hæredes mei, aliquo tempore contra prædicta venire poſſimus, præſens ſcriptum ſigilli mei munimine roboravi. Hiis Teſtibus, venerabilibus patribus *Radulpho Ciceſtrenſi* Epiſcopo, Domini Regis Cancellario, *Huberto* de *Burgo* Comite *Kentiæ* & *Angliæ* Juſticiario, *Joſelino Bathonienſi* Epiſcopo, *Wilielmo Wigorn.* Epiſcopo, *Gilberto* de *Gaunt*, *Johanne Mareſcallo*, *Jordano* de la *Warre* (&c.) *Gilberto* de *Shipton*, *Elia* de *Samford*, *Terrico*, Clerico.

HOSPITALE

de Glanford brigge *in agro* Eboracenſi.

De Cuſtode ejuſdem Hoſpitalis per Adam Paynell *& hæredes ſuos præſentando.*

Omnibus has literas viſuris vel audituris, Epiſcopus, Decanus, & Cancellarius *Lincolniæ* ſalutem. Mandatum Domini Papæ, in hæc verba, ſuſcepimus. *Gregorius* Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo, & dilectis filiis Decano & Cancellario *Lincolniæ* ſalutem, & Ex Regiſt. Epiſc *Linc.* (ſcil.) Rot. *Rob. Groſtede* anno ſecundo, in dorſo. 21.H.3.

Apoſtolicam benedictionem. Nobilis vir *Radulphus Paynel* miles, patronus Hoſpitalis de *Ponte* **Glanford**, nobis conquerendo monſtravit, quod Abbas & Conventus de **Selby**, *Eboracenſis* dioceſis, dictum Hoſpitale, quod de bonis progenitorum ſuorum, ad opus pauperum fundatum extitit & dotatum, in uſus proprios converterunt in ejus præjudicium & gravamen: Itaque diſcretioni veſtræ, per ſcripta Apoſtolica mandamus, quatinus partibus vocatis (&c.) Dat. Id. *Maii* Pontificatus noſtri nono.

Hujus auctoritate mandati, partibus vocatis, & in præſentiâ noſtrâ conſtitutis; pars actrix, ſcilicet dominus *Radulfus Paynel* miles inſtanter petiit juſtitiam ſibi exhiberi, ſecundùm formam mandati Apoſtolici, & ſecundùm tenorem Cartæ, quam idem *Radulfus Paynel* habet ab Abbate & Conventu de **Selby**, cujus Cartæ tenor talis eſt.

Omnibus has literas viſuris, vel audituris, *Alexander* Dei gratiâ Abbas de **Selby**, & ejuſdem loci Conventus, æternam in Domino ſalutem: Noverit univerſitas veſtra, nos conceſſiſſe, & hac noſtrâ Cartâ confirmâſſe *Adæ Paynell*, & hæredibus ejus, quod quemcunque per concilium noſtrum de fratribus noſtris, ad cuſtodiam Hoſpitalis ad pontem de **Glanford** admiſerit, ipſum ibidem omnibus diebus vitæ ſine impedimento, vel contradictione noſtri moram ibidem facere concedimus; ita quod, de bonis prædicti Hoſpitalis collatis, & à fidelibus caritate, prece, vel precio conferendis, nihil aliud faciet, niſi pauperes & egenos ſuſtentare. Pars verò Abbatis & Conventus de **Selby** audito tenore memoratæ Cartæ confeſſa eſt in jure Cartam eſſe veram, & ſe velle ſecundùm vires poſſeſſionum & rerum, tam mobilium, quam immobilium ad Hoſpitale de Ponte de **Glanford** ſpectantium, tenorem memoratæ Cartæ, cum effectu & fideliter obſervare (&c.)

HOSPITALE

S. Bartholomæi *in villa* Glouceſtriæ.

De prima Fundatione ejuſdem.

Eſc. 30 E. 3. n. 65.

Juratores dicunt per Sacramentum ſuum: quod tempore Domini *Henrici* quondam Regis *Angliæ*, filii Imperatricis, quidam *Nicholaus Walred* Capellanus incepit conſtruere pontem vocatum **Weſtbrugge**. Ad quem quidem *Nicholaum* plures operarii confluxerunt; quibus, quidam *Willielmus Myparty*, quondam burgenſis villæ *Glouc.* adhæſit, & quandam particulam terræ ſuæ, quæ de Domino Rege tenetur in Capite, ædificavit pro prædictis *Nicholao*, *Willielmo* & aliis operariis ibidem commorantibus, ubi Hoſpitale S. *Bartholomæi Glouc.* nunc ædificatur. Qui quidem *Willielmus* cum cæteris operariis & aliis infirmis utriuſq; ſexus, toto tempore vitæ ſuæ ibidem commoravit: Et ſic ad opus operarii & infirmorum, domum prædictam promiſit, & per longum tempus ante tempus memoriæ vixerunt in prædicta domo dicti *Nicholaus*, *Willielmus*, & alii eiſdem adhærentes, tam operarii quam infirmi, ſemper uno presbytero in habitu Heremetico dictæ domus gubernatore, de elemoſynâ fidelium viventes modo prædicto ſucceſſivè continuerunt, uſque ad tempus quo Dominus *Henricus* Rex, filius *Johannis* Regis, dedit per Cartam ſuam, ad petitionem & ſupplicationem dominæ *Alianoræ* tunc Reginæ *Angliæ*, conſortis ſuæ, fratribus & ſororibus Hoſpitalis S. *Bartholomæi* villæ *Glouc.* per ipſum Dominum *H.* Regem filium *Johannis* Regis in dictâ domo tunc primò conſtitutis, Eccleſiam S. *Nicholai Glouc.* prædictæ ad ſuſtentationem infirmorum & pauperum Hoſpitalis prædicti, anno regni ſui tertio decimo • • • • • domus prædicta vocabatur Hoſpitale.

Item dicunt, quod idem Dominus *H.* Rex, filius *Johannis* Regis, dedit dictis Fratribus & Sororibus Hoſpitalis prædicti, quandam particulam terræ de regiâ viâ villæ *Glouc.* prædictæ domui annexam, ſuper quam conſtructus eſt eorum Cancella, anno regni ſui *xlix.* Item dicunt, quod Dominus *H.* quondam Rex, filius *Johannis* regis, eſt primus Fundator & patronus dicti Hoſpitalis; & ſtatim poſt donationem Eccleſiæ Sancti *Nicholai* prædicti, dicti Fratres & Sorores Hoſpitalis prædicti, petierunt à dicto Domino *H.* Rege filio *Johannis Regis*, licentiam eligendi Priorem dicti Hoſpitalis, licentiâ eiſdem à Domino Rege conceſſâ, elegerunt quendam *Adam Garon* Priorem dicti Hoſpitalis, qui à dicto Domino Rege receptus fuit & confirmatus. Item dicunt, quod Epiſc. *Wigornienſis* • • • • tempore donationis Eccleſiæ S. *Nicholai* prædicti, & prædeceſſores ſui, dictum Hoſpitale hucuſq; viſitare conſueverunt, quo jure ſeu titulo penitùs ignorant. In cujus (&c.) Dat. apud *Glouc.* die Martis proximâ poſt feſtum S. *Barnabæ* Apoſtoli, anno Regni regis *Edwardi* tertii à conqueſtu *xxx.*

Magiſter & tres fratres, præter pauperes.

Lel. Coll. Vol. 1. p. 79.

Ho-

HOSPITALE

de **Gretham** *in Epiſcopatu* Dunelmenſi.

Carta Roberti Dunelmenſis *Epiſcopi de fundatione ejuſdem.*

Cart.23. H.6.n. 30. per. Inſpex.

R*obertus* Dei gratiâ, *Dunelmenſis* Epiſcopus; omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in Domino ſempiternam. Noveritis nos pro ſalute animæ noſtræ, & animarum Regum *Angliæ*; Archiepiſcoporum *Ebor*. Eccleſiæ; ac etiam omnium Epiſcoporum & monachorum *Dunelmenſium*, necnon, & parochianorum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum, de conſenſu Capituli noſtri *Dunelmiæ*, dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & S. *Cuthberto*, in quorum nomine & honore Hoſpitale de **Gretham** fundari fecimus, ac Magiſtro & fratribus dicti Hoſpitalis de **Gretham** Deo ibidem ſervientibus & ſervituris imperpetuum, ad ſuſtentationem eorundem pauperum & egenorum, ad eundem locum confluentium, in puram, liberam & perpetuam elemoſinam, totum Manerium noſtrum de **Gretham**, cum ſuis pertinentiis, unà cum advocatione Eccleſiæ dicti Manerii; quam Eccleſiam poſt ceſſionem vel deceſſum *Mauricii* Clerici, qui præfatam Eccleſiam nunc tenet ad Hoſpitalitatem ibidem ſuſtinendam, auctoritate pontificali in proprios uſus eiſdem Magiſtro & fratribus concedimus convertendam: Quod quidem Manerium habuimus de dono ſpecialis amici noſtri, Domini *Petri* de *Monteforti* ad divini nominis cultum augmentandum, & ad infirmorum & pauperum inopiis providendum, tam in meſuagiis, gardinis, terris arabilibus, pratis, paſcuis & paſturis, quàm in redditibus, homagiis, fidelitatibus & conſuetudinibus, molendinis, ſectis, wardis, releviis & eſcaetis, villenagiis, unà cum villanis, catallis, & eorum ſequelis, & cum omnibus aliis pertinentiis, tam nominatis, quàm innominatis, ad dictum Manerium ſpectantibus. Habenda & tenenda dictis Deo & beatæ *Mariæ* & S. *Cuthberto*, & dictis Magiſtro & fratribus Hoſpitalis prædicti de **Gretham**, benè & in pace, liberè & quietè imperpetuum, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ut prædictum eſt, ſicut aliqua elemoſina liberiùs, meliùs, & quietiùs dari vel concedi poterit.

Volumus etiam, quod dictum Hoſpitale & Manerium prædictum, unà cum advocatione Eccleſiæ prædictæ, & Magiſtri & fratres dicti Hoſpitalis, & omnes homines ſui de **Gretham**, quieti ſint per totum Epiſcopatum noſtrum, & totam poteſtatem noſtram, ab omni *ſcotto*, *theoloneo* & geldo in omnibus mercatis & nundinis noſtris & paſſagiis, & omnibus auxiliis, tallagiis, pontium, murorum & caſtrorum, vicecomitum, coronatorum, & omnium miniſtrorum ſuorum, & omnibus ſectis wapentakorum, comitatuum, marchiarum, curiarum, & omnimodis ſummonitionibus; ita quod nullus ballivus noſter, vel ſucceſſorum noſtrorum de dicto Manerio de **Gretham**; nec de dicto Hoſpitali, nec de Magiſtris dicti Hoſpitalis ſe aliquo modo intromittant, niſi Magiſtri dicti Hoſpitalis vel Ballivi ſui. Volumus etiam, quod Magiſter dicti Hoſpitalis & Fratres ejuſdem, & omnes homines ſui de **Gretham** quieti ſint ab omnibus amerciamentis & finibus, & aliis forisfacturis coram Juſticiariis noſtris, vel aliis Ballivis noſtris & ſucceſſorum noſtrorum; ſalvâ tamen nobis & ſucceſſoribus noſtris juſticiâ mortis & membrorum. Prohibemus etiam ne Magiſtri prædicti Hoſpitalis ponantur in Placitum de aliquo tenemento ſuo, vel aliqua poſſeſſione ſuâ, niſi coram nobiſmet ipſis vel Juſticiariis noſtris itinerantibus, ſed habeant omnes libertates & liberas conſuetudines, quas regalis poteſtas noſtra alicui domui dare vel concedere poterit. Qui verò hanc elemoſinam noſtram prædictam in aliquibus bonis augere, vel promovere voluerit, concedimus illis participationem omnium beneficiorum, quæ in prædicto Hoſpitali & Eccleſiâ noſtrâ *Dunelmiæ* fiant imperpetuum: Univerſis verò contritis & confeſſis, qui de bonis ſibi à Deo collatis, dicto Hoſpitali aliquis caritativè contulerint, vel Hoſpitali prædicto, Magiſtro & fratribus ibidem commorantibus in ſuis neceſſitatibus piè ſubvenerint, quadraginta dies de pœnitentiâ ſibi injunctâ miſericorditer relaxamus. Si qui verò præmiſſa vel aliquod præmiſſorum auſu temerario infringere, minuere, vel perturbare præſumpſerint, indignationem omnipotentis Dei & beatæ *Mariæ* & S. *Cuthberti*, ac omnium Sanctorum noverint ſe incurſuros. Et ut hæc omnia præmiſſa robur firmitatis optineant imperpetuum, Sigillum noſtrum præſenti ſcripto duximus apponendum. Nos autem *Hugo* Prior *Dunelmiæ* & ejuſdem loci Conventus, omnia & ſingula ſupradicta ratificantes, approbantes, ac de communi conſenſu & unanimi voluntate noſtra confirmantes ad majorem ſecuritatem & impoſterum firmitatem, Sigillum capituli noſtri, unà cum Sigillo venerabilis patris noſtri Epiſcopi ſupradicti, præſentibus literis patentibus fecimus apponi. Datâ apud *Dunelmum* die ſabati in craſtino *Epiphaniæ* Domini, anno ab incarnatione Domini *MCCLxii*. pontificatus noſtri anno *xi*.

HOSPITALE

S. Nicholai, S. Katherinæ, & S. Thomæ *Martyris de* Eſtbrigge *in Civitate* Cantuarienſi.

Carta Regis Edwardi *ſecundi donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat.7.F.2. p.3.m.31. REx omnibus ad quos (&c.) ſalutem. Conſtitutionem & aſſignationem, quas *Willielmus Cokyn*, quondam civis *Cantuar.* fecit per ſcriptum ſuum, conſtituendo & aſſignando pauperes & infirmos Fratres Hoſpitalium S. *Nich.* S. *Kath.* & S. *Thomæ* Martyris de Eſtbrig in *Cantuaria*, quæ ſimul ſunt unita, hæredes ſuos imperpetuum, omnium terrarum & poſſeſſionum ac catallorum ipſius *Willielmi*. Et donationem, conceſſionem & confirmationem, quas *Hamo* de *Blen*, filius *Ocardi* de *Crevecuer*, fecit per Cartam ſuam Rectori & fratribus prædicti Hoſpitalis S. *Thomæ* Martyris *Cantuar.* de terrâ illâ, quæ vocatur Nigrethe, cum pertinentiis; & de terrâ illâ quæ vocatur Williames mede; & de terrâ illâ proximâ, quæ vocatur Beneteme; & de unâ acrâ quæ jacet juxtà aquam verſùs North, ex oppoſito de Preſtecote; & de domo illâ, quæ fuit *Willielmi* & *Johannis*, fratrum prædicti *Hamonis.* Et de *xx.* s. *iii.* d. & tribus quadrantibus liberi redditus; & de *xvii.* gallinis, ſolvendis ſingulis annis præfatis Rectori & fratribus, per manus diverſorum hominum, de terris quas iidem homines tenent in villâ de Blen, ſicut præfato *Hamoni* reddi ſolebant, cum omni jure de prædictis terris; & de prædicto redditu & prædictis gallinis, in releviis, caſibus, eſcaetis, in ſectis Curiarum, & omnibus rebus ad præfatum *Hamonem* & hæredes ſuos modis omnibus pertinente: ita quod licitum foret prædictis Rectori & fratribus tenere Curiam ſuam de prædictis hominibus in villâ de Blen, ubicunque vellent in tenemento ſuo.

Et etiam conceſſionem, quam prædictus *Hamo* fecit per eandem Cartam ſuam eiſdem Rectori & fratribus de libero exitu & communiâ in paſcuis forinſecis & cheminis, ſemitis & aquis in villâ de Blen, ad omnia negotia ſua facienda. Et ſimiliter donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas prædictus *Hamo* de *Blen* fecit per quandam aliam Cartam ſuam, Rectori & fratribus prædictis, de terrâ illâ, cum omnibus pertinentiis, quæ jacet in tenurâ de Blen, inter Nigrethe & Middeldiche. Et inſuper remiſſionem & quietam clamantiam, quas *Ricardus* de *Becco*, filius *Willielmi* de *Becco* militis, per Cartam ſuam fecit Magiſtro & fratribus Hoſpitalis prædicti, de ſex denariatis redditus, quos eidem *Ricardo* de *xxvi.* acris terræ, cum pertinentiis, quas habuerunt de dono *Willielmi* de *Burnes* annuatim reddere conſueverunt: Necnon donationem & conceſſionem, quas prædictus *Ricardus* fecit eiſdem fratribus, per eandem Cartam ſuam, de decem acris terræ, cum pertinentiis, in campo qui vocatur Wopping. Et ſimiliter donationem, conceſſionem & confirmationem, quas *Radulphus* filius *Arnoldi Tinctoris* fecit per Cartam ſuam, Fratribus & Sororibus Hoſpitalis prædicti, de terrâ quæ fuit ipſius *Radulphi* in parochiâ *omnium Sanctorum*, inter terram quæ fuit *Hamonis*, fratris ipſius *Radulphi*, & aquam de Sture; ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, Magiſtro & fratribus Hoſpitalis prædicti, & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus, ſicut Scriptum & Cartæ prædictæ rationabiliter teſtantur. In cujus (&c.) T. Rege apud *Cantuar. xxii. Febr.*

HOSPITALE

de Bolton *in agro* Northumbrenſi.

Carta Roberti *de* Roos *de fundatione ejuſdem.*

Ex Cod. MS. apud caſtellum de Belv. in armario Comitis Rutlandiæ a. 1641.

Vide Clauſ.11. H.3.m.13.

OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, hanc Cartam viſuris vel audituris, *Robertus* de *Roos* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Hoſpitali Sancti *Thomæ* Martyris de Bovelton in Northumberland, & tribus fratribus & Capellanis, & treſdecim Leproſis maſculis tantùm, & cæteris fratribus laicis in eodem Hoſpitali imperpetuum Deo ſervientibus, totam villam dictæ Bovelton, cum molendino & cum omnibus pertinentiis ſuis, infra villam & extra, ſine aliquo retenemento; Et molendinum de Windrom, cum totâ ſectâ ſuâ, & omnibus pertinentiis; & dimidiam carrucatam terræ in Palexton, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam *Will.* de *Palexton* vendidit mihi, ſicut Carta ipſius *Willielmi* teſtatur. Et duas bovatas terræ cum omnibus pertinentiis ſuis in villa de Billum, quas prædictus *Willielmus* mihi vendidit, & quas *Robertus Niger* tenuit; & ſervicium duarum bovatarum terræ in Palexton, quas *Rogerus* de *Coppegrave* tenet in feodo & hæreditate. Et in *Lincolnienſi* dioceſi totam villam de Stroxton juxta Graham, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis earum, ſine aliquo retenemento. Et omnes terras cum pertinentiis ſuis, quas habui in duabus Pauntons, juxta Stroxton, quæ terræ pertinent ad dominium ejuſdem villæ de Stroxton, &

molendina mea de **Strotton** & de prænominatis *Pantonis*. Et in *Eboraſyre* totam terram meam cum pertinentiis ſuis, quam *Brianus Grandys* mihi vendidit in **Cluel** & in **Swaneſland**, cum paſtura ſufficiente trecentis ovibus juxta *Humbriam*, ſicut Carta ipſius *Briani* teſtatur. Et in **Midelton** juxta **Dalton** unum molendinum ventriticum, cum pertinentiis ſuis. Et in **Garton** unum toftum & unum croftum, quod *Reinerus* de **Garton** mihi vendidit.

Hæc omnia ſupraſcripta dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi prædictis fratribus in liberam, puram & perpetuam elemoſinam ita liberè & quietè, ſicut aliqua elemoſina liberiùs & quietiùs dari poteſt. Præterea noveritis me, pro tranquillitate & indempnitate prædictorum fratrum conſervandis, dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe præfatum Hoſpitale liberum, ſolutum, & quietum de me & hæredibus meis imperpetuum; Ita quod nec ego, nec hæredes mei, nec homines mei dominatione vel poteſtate aliquâ, vel aliquo alio modo, aliquod jus vendicabimus nobis in prædicto Hoſpitali, hoſpitandi, vel perendinandi, vel aliquo diſponendi; Et prædictos fratres liberos ſervabimus à perendinatione hominum, equorum, canum, avium noſtri vel hæredum noſtrorum. Et ſciendum eſt quod Magiſter prædicti Hoſpitalis ſibi & Capellanis & prædictis fratribus ordinatè, liberè & licitè in victu & veſtitu, de elemoſinis collatis & conferendis, neceſſaria miniſtrabit, & omnia quæ ſuperfuerunt de ipſis elemoſinis, in ſuſceptionem pauperum & peregrinorum miniſtrabit.

Ad hæc ſciatis me conſtituiſſe Abbatem *Ryvallis* & Priorem de **Kyrkham** præcipuos Cuſtodes prædictæ domus, ex conſenſu Conventuum ſuorum, tam in Magiſtro ibidem eligendo, ordinando, quàm in cæteris rebus corrigendis in eadem domo, tam in capite quàm in membris, per ſeipſos vel per vices eorum gerentes; nec alter eorum ſine altero in eadem domo aliquid diſponere præſumat. Cum autem Magiſter prædicti loci obierit, vel Magiſtratum fortè reſignaverit, vel ad aliquam aliam placeam vocatus fuerit, prædicti Abbas & Prior Magiſtrum, ſcilicet Capellanum, loco ejus ſubrogabunt, quemcumq; ad hæc ydoneum invenerint, infra domum illam vel extra, dum tamen habitum ejuſdem domus habeat. Si vero aliquis Magiſtrorum enormiter deliquerit, & poſt primam, ſecundam, & tertiam ammonitionem contumax, rebellis, & incorrigibilis repertus fuerit, per prædictos Abbatem & Priorem ab officio ſuo amoveatur, vel à domo illa penitùs eliminetur, ſi tamen ipſam demeruerit, & alius qui dignus fuerit loco ejus ſubrogetur. Ego autem & hæredes mei manutenebimus, warantizabimus, defendemus & acquietabimus prædictum Hoſpitale & omnes ſupraſcriptos libera, quietâ & abſoluta ab omnibus ſerviciis & exactionibus & conſuetudinibus, tam Regiis quàm aliis, verſus Reges & omnes dominationes, & omnes homines, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam; & prædictum Hoſpitale in omnibus ſervabimus indempne. Hiis teſtibus, Magiſtro *Stephano*, *Cantuarienſi* Archiepiſcopo, Domino *Waltero* de *Grey*, *Eboracenſi* Archiepiſcopo, Domino *Ricardo* de *Mariſco*, *Dunelmenſi* Epiſcopo, Domino *Hugone* de *Welles*, *Lincolnienſi* Epiſcopo. Magiſtro *Rogero* de *Inſula*, Decano *Eboracenſi*; Magiſtro *Willielmo* de *Thorney*, Decano *Lincolnienſi*; *Willielmo* Abbate *Rievallis*; *Adam* Abbate de **Melros**, *Willielmo* Abbate *de Valle Dei*, ... Abbate de **Alnawyke**, cum multis aliis.

HOSPITALE

de **Baſingſtoke** *in agro* Suthamptonienſi.

De fundatione ejuſdem.

REx Magiſtro N. de *Rotlond* Officiali *Winton.* ſalutem. Cum ex privilegio regibus *Angliæ*, prædeceſſoribus noſtris & nobis in ipſis, à primâ inſtitutione Chriſtianæ religionis conceſſo, liberæ ſemper Cantariæ in ſingulis domibus & noſtræ fundationis, & maximè in propriis dominicis noſtris hactenùs habitæ ſunt & optentæ: Ac nos in Hoſpitali noſtro de **Baſingeſtoke**, quod in proprio dominico noſtro ad ſuſtentationem miniſtrorum Altaris Chriſti ad imbecilitatem vergentium fundavimus; auctoritate nichilominus venerabilis patris *O.S.* *Adriani* Diaconi Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis legati, interveniente; divina, prout convenit, fecerimus & mandaverimus celebrari, dilectionem veſtram rogamus, ne cuſtodibus vel fratribus Hoſpitalis prædicti, ſuper eorum Cantariâ prædictâ, moleſtiam aut impedimentum inferatis, vel procuretis inferri. Vobis inſuper prohibemus, ne ſicut honorem noſtrum & Coronæ noſtræ, & ...... noſtræ conſervare tenemini, ipſos contra privilegium noſtrum prædictum in placitum inde trahere præſumatis, T. Rege apud **Wodeſtoke** *viii.* die *Julii.*

Clauſ. 52. H. 3. m. 5. in dorſo.

HOSPITALE

S. Katherinæ *juxta turrim* Lond.

Carta Alianoræ Angliæ *Reginæ de Fundatione ejuſdem.*

Cart. 10. E. 2. n. 8.

Videſis Pat. 4. R. 2. p. 1. m. 6. Et Pat. 6. E. 3. p. 2. m. 25.

Alianora Dei gratiâ *Angliæ* Regina, Domina *Hyberniæ*, & Duciſſa *Acquitaniæ*, omnibus ad quos præſens Charta pervenerit, ſalutem in Domino ſempiternam. Noveritis nos, in ligia viduitate noſtrâ, pro nobis & hæredibus noſtris imperpetuum, pro ſalute animæ celebris memoriæ Domini *Henrici* Regis *Angliæ*, Domini noſtri, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum Regum, & Reginarum nobis antecedentium, & ſuccedentium, Anteceſſorum, & amicorum noſtrorum, in puram, & perpetuam elemoſinam dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Hoſpitali ſanctæ *Katherinæ* apud *Lond.* extra *Turrim Lond.*, ac fratri *Tho.* de *Lechelade*, quem in eodem Hoſpitali Magiſtrum ac Cuſtodem, de concenſu venerabilis patris *Hen. Lond.* Epiſcopi; præfecimus, ac fratribus Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, ibidem Deo ſervituris, omnes terras, redditus, & tenementa cum ſuis juribus, eſimentis, libertatibus, & liberis conſuetudinibus, quæ aliquo tempore habuimus in villis de **Renham**, & **Herclope** in Comitatu *Canciæ*; & in villâ de **Hoed** in Com. *Hertfordiæ*, ſicut nos eos meliùs, & liberiùs tenuimus, vel tenere potuimus. Et quandam partem terræ, jacentem in **Est-Smithfield**, quæ aliquando fuit *Hamundi* filii hæredis *Johannis Tegulatoris*, quæ continet in latitudine, verſùs, Aquilonem, *xiiii.* ulnas, & tria quarteria unius ulnæ ferreæ Domini Regis; ac in latitudine verſùs Auſtrum decem & octo ulnas & dimidium quarterium unius ulnæ; & ~~in longi~~tudine ab Aquilone verſùs Auſtrum, *Lxiiii.* ulnas & quarterium unius ulnæ.

Habendum, & tenendum omnia & ſingula prædicta, cum omnibus pertinentiis ſuis, libertatibus, & liberis conſuetudinibus, ad prædicta tenementa pertinentibus, præfatis Magiſtro, & fratribus, & eorum ſucceſſoribus, unà cum omnibus tenentibus de feodo prædictarum terrarum, de nobis, & hæredibus noſtris, tanquam puram & perpetuam elemoſinam noſtram imperpetuum, quietam de omnimodo ſeculari ſervitio; ita tamen, quod non liceat prædicto Magiſtro, nec fratribus, nec eorum ſucceſſoribus, præfata tenementa alienare, nec alicui aſſignare, ad deteriorationem, ſeu diminutionem elemoſinæ noſtræ prædictæ. Reſervantes nobis, & Reginis *Angliæ*, nobis ſuccedentibus, plenam & liberam poteſtatem ordinandi, ſive providendi Magiſtrum, ſeu Cuſtodem idoneum, in Hoſpitali prædicto, de fratribus Hoſpitalis prædicti, vel ejus poſt mortem, ſive ceſſionem cujuſcunq; Cuſtodis imperpetuum, ac etiam mutandi articulos quoſcunq; in præſenti Chartâ contentos, ad meliorationem Hoſpitalis prædicti, ſecundùm quod nobis, & Reginis *Angliæ* nobis ſuccedentibus, præviâ ratione videbitur expedire.

Nos vero, & hæredes noſtri omnia prædicta tenementa, cum ſuis pertinentiis, præfato fratri *Thomæ*, & fratribus ejuſdem Hoſpitalis, & eorum ſucceſſoribus, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, ad prædicta tenementa pertinentibus, contra quoſcunq; mortales imperpetuum warrantizabimus, defendemus & acquietabimus: Volentes, & ordinantes, ex nunc imperpetuum, de exitibus prædictarum terrarum, reddituum, & tenementorum præſcriptorum, ſuſtententur tres Fratres ſacerdotes, unà cum Magiſtro dicto Hoſpitalis, quorum unus ſingulis diebus *Miſſam* de glorioſâ Virgine *Mariâ*; alius pro animabus prædictis ſervicium de die ſolemniter, & devotè divina celebrabit in Hoſpitali prædicto: Et quod ſingulis diebus per annum, uſq; ad *xvi.* diem menſis *Novembris*; videlicet, uſq; ad diem beati *Edmundi* Archiepiſcopi & Confeſſoris dentur viginti quatuor pauperibus, pro animabus prædictis duodecem denarii, ſecundùm ordinationem Magiſtri, ſive Cuſtodis prædicti Hoſpitalis, & ſucceſſorum ſuorum; & dicto diè Sancti *Edmundi* Confeſſoris; videlicet, die Obitus præfati Domini *Henrici* Regis, Domini noſtri, mille pauperibus, ſingulis unus obolus erogetur in formâ ſupradictâ: De quibus viginti quatuor pauperibus prædictis, ſex ſint pauperes ſcolares, qui & in Eccleſiâ Capellanis aſſiſtent in adjutorio divini obſequii cum hiis pro ſuo ſtudio, commodè poterint vacare, & eorùm meritis, & auditori cum diligentiâ uberiùs reſpici mereantur de Eccleſiâ Hoſpitalis prædicti, ſalvis Fratribus & Sororibus in Hoſpitali prædicto, priùs extentibus exhibitione ſuâ, ſecundùm quod hactenùs rationabiliter habere conſueverunt; Ita tamen, quod ſi aliquis prædictorum Fratrum, vel Sororum in fata deceſſerit, loco ipſius decedentis, frater Clericus, vel Laicus, vel fœmina ſubſtituatur ad ordinationem noſtram, & Reginarum *Angliæ* nobis ſuccedentium, ſecundùm vires Hoſpitalis prædicti.

Vide Clauſ. 7. E. 3. p. 2. m. 2.

Volumus etiam, & ordinamus, quod omnes Reginæ, poſt obitum noſtrum, nobis ſuccedentes, jus advocationis, ſive patronatus dicti Hoſpitalis habeant, pro ipſius conſervatione, tuitione, & elemoſinæ noſtræ prædictæ augmentatione, ſive defenſione, imperpetuum; Et cum futuris temporibus accreverint poſſeſſiones Hoſpitalis prædicti, numerus Capellanorum, pauperum, Clericorum, & fœminarum augeatur in formâ prædictâ, ſecundùm vires augmentationis bonorum in Hoſpitali prædicto. In cujus rei teſtimonium præſenti Chartæ ſigillum fecimus apponi, Dat. apud **Lactone** quinto die *Julii*, Anno Domini *MCCLxxiii.* 1273. Hiis Teſtibus, Domino *Willielmo* tunc Priore de **Michelham**, Dominis *Thoma* de *Audeham*, *Benedicto* de *Blakenham*, tunc ſeneſchallo domus noſtræ, *Willielmo Manſ:*, *Guidone Ferre*

Conventualis Eccleſiæ Hoſpitalis S CATHARI




ARINÆ Iuxta Turrim LONDON: a Meridie proſpectus
In filialem erga Eccleſiam
Anglicanam honorem
GULIELMUS PETIT
Eboracenſis,
e Familia PETITORUM in COR-
NUBIA oriundus, ac Hoſpicij
Medij Templi LONDON ſocius
hoc poſuit

militibus; *Symone* de *Stanbregg*, *Alexandro* de *Pradeham* Capellanis noſtris, *Hugone* de *Penna*, & *Richardo* de *Stoteford*, Clericis noſtris; *Guidone* de *Tantone*, *Richardo* de *Pevenesey*, *Henrico* de *Bruc*.

HOSPITALE

S. Johannis Baptiſtæ *in Civitate* Exonienſi.

Id. Coll. Vol. 1. p. 76.

Gilbertus & *Joannes*, mercatores de Excestre, & filii *Johannis Longe*, fundatores. Modernus Epiſcopus *Exon.*

Quinque Presbyteri, novem pueri, *xii.* pauperes.

HOSPITALE

S. Pauli *de* Norwich.

Id. Col. Vol. 1. p. 59.

Ewardus ſecundus Epiſcopus *Norwicenſis*, Fundator.

HOSPITALE

S. Ægidii *in* Norwich.

Ibid.

Walterus Suffeld, alias *Calthorpe*, Epiſcopus *Norwicenſis*, fundadator. Magiſter, tres Presbyteri & *xii.* pauperes mulieres, ſorores.

HOSPITALE

de Welle *in agro* .....

Licentia Regis Edwardi *tertii, conceſſa* Radulpho *de* Neville, *pro fundatione ejuſdem.*

n.36.E. p.1.m.8

REx (&c.) Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto & fideli noſtro *Radulpho* de *Neville*, quod ipſe unum Hoſpitale pro certis Hoſpitalitatibus pauperum, & infirmorum, & aliis caritatis operibus in eodem Hoſpitali inveniendis & ſuſtentandis, apud villam de Welle, de novo fundare; & *xii.* meſuagia, *xii.* cotagia, *CCC.* acras terræ, *xxx.* acras prati, cum pertinentiis in eadem villâ de Welle & Snape; & advocationem Eccleſiæ dictæ villæ de Welle, quæ de nobis ut de Honore *Richemundiæ* in manu noſtrâ per mortem *Johannis* nuper Ducis *Britanniæ* & Comitis *Richemundiæ*, exiſtente tenetur; & quæ quidem meſuagia, cotagia, terra & pratum cum pertinentiis valent per annum *xx.* libr. ſicut per Inquiſitionem indè (&c.) eſt compertum; dare poſſit & aſſignare tribus Capellanis in dicto Hoſpitali per ipſum *Radulphum* ſtatuendis, divina ſingulis diebus in dicto Hoſpitali, cum ſic fundatum fuerit, pro ſalubri ſtatu ipſius *Radulphi*, dum vitam duxerit in humanis, & pro anima ſuâ, cum ab hac luce migraverit & pro animabus anteceſſorum ſuorum, & omnium fidelium defunctorum, celebraturis: Habenda & tenenda eiſdem Capellanis & ſucceſſoribus ſuis, divina, ut præmittitur celebraturis, pro ſuſtentatione eorundem, & pro dictis Hoſpitalitatibus & aliis caritatis operibus, juxta ordinationem prædicti *Radulphi* ibidem inveniendis & ſuſtentandis imperpetuum. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm.* quinto die *Maii.*

HOSPITALE

de Pontfract *in agro* Eboracenſi.

Licentia regia de Fundatione ejuſdem.

REx omnibus ad quos (&c.) ſalutem. Conſtat nobis per inſpectionem Rotulorum Cancellariæ noſtræ, quod nos nuper literas noſtras patentes, ſub ſigillo, quo tunc utebamur, fieri fecimus in hæc verba, *Edwardus* Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis quod per finem quem *Willielmus* le *Tabourere* fecit nobiſcum, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem *Willielmo*, quod ipſe in uno meſſuagio ſuo, cum pertinentiis, in villâ de *Pontefracto*, quoddam Hoſpitale de novo fundare, & unum oratorium in honore Dei & glorioſæ Virginis *Mariæ*, matris ſuæ, infra Hoſpitale illud, ac alias domos pro inhabitatione cujuſdam Capellani, & octo pauperum in eadem recipiendorum, ibidem facere & conſtruere; ac meſuagium prædictum cum pertinentiis eidem Capellano divina ſingulis diebus in oratorio prædicto celebraturo, & dictis pauperibus in Hoſpitali illo, ſic recipiendis, dare & aſſignare poſſit. Conceſſimus etiam & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, *Roberto* de *la More*, quod ipſe decem ſolidatas redditus cum pertinen-

Pat. 15. E. 3. p 3. m. 2.

tinentiis in eadem villâ de *Pontefracto*, *Willielmo* le *Coupere*, quod ipſe decem ſolidatas redditus, cum pertinentiis in eadem villâ, *Thomæ* de la *Sale* quod ipſe *xviii* d. redditus cum pertinentiis, in eadem villâ, & *Adæ Ernys*, quod ipſe *xii.* acras terræ, cum pertinentiis in **Darthugtone** ſimiliter dare poſſint & aſſignare præfatis Capellano & pauperibus; habendas & tenendas, unà cum prædicto meſuagio per dictum *Willielmum* le *Tabourere* ſic dando & aſſignando, eidem Capellano & ſucceſſoribus ſuis, divina in oratorio prædicto ſingulis diebus celebraturo, ac præfatis pauperibus & eis ſuccedentibus in eodem Hoſpitali recipiendis, juxta ordinationem præfati *Willielmi Tabourere* indè faciendam, in ſubſidium ſuſtentationis ipſorum Capellani & pauperum imperpetuum; quæ quidem meſuagium & redditus, cum pertinentiis, de *Philippa* Regina *Angliæ*, conſorte noſtra chariſſimâ, ut de Honore de *Pontefracto*, quem tenet ad terminum vitæ ſuæ, ex conceſſione noſtrâ, & prædicta terra, cum pertinentiis de *Johanne* de *Whitelay* tenentur, (&c.) Teſte meipſo apud **Rokesburghe** primo die *Decembris*, anno Regni noſtri octavo. Nos autem tenorem literarum noſtrarum prædictarum, (&c.) duximus exemplificandum. In cujus, (&c.) T. Rege apud **Notingham** *xxiiii.* die *Januarii*.

HOSPITALE

de **Elſing-ſpittel** *in Civitate* Lond.

Carta Fundationis ejuſdem.

Ex ipſo autogr. in bibl. *Hatton.*

Videſis Pat 4. E. 3. p. 2. m. 6.

& Pat. 16. E. 3. p. 1. m. 14.

Sciant præſentes & futuri, quod ego* *Willielmus* de *Elſyng*, civis *Lond.* Fundator domus, Collegii unius Cuſtodis & quatuor preſbyterorum ſecularium; ac Hoſpitalis miſerabilium perſonarum; quam, in honorem beatæ *Mariæ* Virginis, in tenementis & domibus meis, quæ habui in parochiis Eccleſiarum S. *Alphegi* & beatæ *Mariæ* de **Aldermannebury**, *Lond.* de conſenſu tam illuſtris principis, Domini *Edwardi* Dei gratiâ, Regis *Angliæ*, poſt conqueſtum tertii, quàm venerabilis patris, Domini *Stephani*, Dei gratiâ, *Lond.* Epiſcopi, ac dominorum Decani & Capituli S. *Pauli Lond.* fundavi: Ad cujus domus, Collegii & Hoſpitalis fundationem, duxi conferenda omnia tenementa, domus & redditus, quæ habui in parochiis Eccleſiarum S. *Laurentii* in Judaiſmo, beatæ *Mariæ* de **Aldermanbury**, S. *Alphegi*, & S. *Martini Pomer. Lond.* exiſtentia, limitata, adhærentia & deſignata, prout in Cartis & munimentis, ſuper hiis confectis, pleniùs continetur; dedi conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi dictam domum Collegii & Hoſpitalis, cum omnibus tenementis, domibus & redditibus ſupradictis, Deo, beatæ *Mariæ* Virgini, beato *Paulo*, & omnibus Sanctis, ac Decano & Capitulo Eccleſiæ S. *Pauli Lond.* qui dictam Eccleſiam beatæ *Mariæ* de **Aldermannebury**, eorum patronatus, de voluntate, auctoritate & conſenſu venerabilis patris, Domini *Stephani* Dei gratiâ *Lond.* Epiſcopi, dicto Hoſpitali appropriârunt & conſolidârunt; ita quod dicti Decanus & Capitulum jus patronatus habeant ſimul in utriſq;, tanquam in beneficiis unitis & conſolidatis imperpetuum.

Et dicti Decanus & Capitulum, de communi conſenſu & aſſenſu unitum, utriuſq; beneficii tanquam unius & ut veri patroni utriuſq; ſic unitorum, Cuſtodem & Rectorem, ſuo jure liberè præficiant; & ſimiliter duos preſbyteros; *viz.* primum & ſecundum de numero quatuor preſbyterorum in dicto Hoſpitali præficiendorum perpetuo celebratorum divina, in Hoſpitali prædicto, ad nominationem Canonicorum Stagiariorum dictæ Eccleſiæ *Londonenſis*, ſecundùm morem Eccleſiæ memoratæ; ſalvo michi *Willielmo* prædicto; nominatione de tertio & quarto preſbyteris, in dicto Hoſpitali præficiendis, ad nominationem meam; aliorum verò alterius, quos vel quem ad hæc duxero aſſignandos, per dictos Decanum & Capitulum, juxta nominationem hujuſmodi admittendos ad perpetuas Cantarias prædictas. Dictus verò Cuſtos Hoſpitalis prædicti, & Rector Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Aldermanbury**, ipſa beneficia ſic ſimul tenens unita, in admiſſione & inſtitutione ſuâ, curam animarum parochiæ dictæ Eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & perſonarum in dicto Hoſpitali degentium, & in fraternitatem dictæ domus admiſſarum, à prædictis Decano & Capitulo recipiat; & juret ad ſancta Dei Evangelia fidelitatem dictis Decano & Capitulo Eccleſiæ S. *Pauli*, & quod penſionem antiquam, unius marcæ, ipſis Decano & Capitulo à dictâ Eccleſiâ debitam; & inſuper de dicto Hoſpitali dimidiam marcam, per me Fundatorem dicti Hoſpitalis, in hac ejus fundatione impoſitam & conceſſam, in ſignum ſubjectionis Eccleſiæ S. *Pauli*, in quatuor terminis compotorum Capituli conſuetis, Camerario dicti Capituli, in Eccleſiâ *S. Pauli*, ſupradicta, fideliter perſolvet annuatim imperpetuum: Quodq; negotiis & utilitati dictorum Eccleſiæ & Hoſpitalis duntaxat intendet, dum officium geſſerit Rectoris Eccleſiæ, & cuſtodis Hoſpitalis prædictorum.

Teneatur inſuper idem Rector & cuſtos, ultra numerum quatuor preſbyterorum dicti Collegii, invenire in dictâ Eccleſiâ de **Aldermannebury**, unum idoneum preſbyterum parochialem, per dictos Decanum & Capitulum approbandum, qui dictæ Eccleſiæ debitè deſerviat; & parochianis ſacramenta & ſacramentalia miniſtret, ſecundùm antiquum morem Eccleſiæ ſupradictæ. Et provideat idem Rector & cuſtos per omnia, ne dicta Eccleſia vel ejus parochiani, debito regimine & obſequiis aliqualiter defraudentur.

Nullus inſuper in Cuſtodem præficiatur, vel presbyterum dicti Hoſpitalis admittatur, niſi ſit in ordine ſacerdotali conſtitutus; nec qui beneficium Eccleſiaſticum, vel officium quodcunq; alibi optinet, niſi illud beneficium & officium actualiter dimiſerit ante ſui admiſſionem, & per reſignationem expreſſam. Et ſi talis admiſſus in dicto Hoſpitali, alibi, beneficium aliquod vel officium aſſequitur, in futurum; tunc jus ſuum, quod habet in Hoſpitali prædicto, amittat ipſo facto, & abſq; aliquo proceſſu judiciario amoveatur penitùs per dictos Decanum & Capitulum à dicto Hoſpitali, tam ex officio, quam ad proſecutionem vel inſinuationem reliquorum de Collegio, qui majorem partem dicti Collegii faciunt.

Et juxta modum & formam conceſſionis meæ prædictæ præfectionis Cuſtodis & duorum presbyterorum, *viz.* primi & ſecundi; dicti Decanus & Capitulum conjunctim die confectionis præſentium, Dominum *Johannem* de *Cateloigne* Capellanum, nullum aliud beneficium habentem, in dicti Hoſpitalis Cuſtodem præfecerunt, & juramento, in modum ordinationis iſtius, ab eodem primitùs recepto, ipſum in corporalem poſſeſſionem dictæ cuſtodiæ mittendum fore, demandârunt ſtatim ibidem: Et Magiſter *Willielmus* de *Reynham* Canonicus ſtadiarius dictæ Eccleſiæ S. *Pauli*, Dominum *Adam* de *Turri* Capellanum, loco primi Capellani: Et Magiſter *Thomas* de *Segrave* Canonicus ſtadiarius dictæ Eccleſiæ S. *Pauli*, Dominum *Willielmum* de S. *Albano* Capellanum, loco ſecundi Capellani, dictis Decano & Capitulo nominârunt, tunc ibidem ſecundùm curſum ſuum & modum ſuperiùs nominatum.

Et ego *Willielmus* de *Elſyngge* prædictus, juxta modum reſervationis nominationum duorum presbyterorum, *viz.* tertii & quarti pro me factæ dicti Decano & Capitulo, nomino Dominum *Nicholaum* de *Croddeworth*, pro tertio, & Dominum *Johannem* de *Redynggs* pro quarto Capellano, in perpetuos presbyteros celebraturos & miniſtraturos in Hoſpitali ſupradicto. Quos quidem presbyteros omnes, tam per dictos Canonicos ſtadiarios, quam per me nominatos, præfati, Decanus & Capitulum ſtatim admiſerunt; recepto ab eis juramento, juxta formam ordinationis iſtius, ipſos & eorum quemlibet, in poſſeſſionem corporalem ſuæ Cantariæ induci demandaverunt. Et ad warantizandum & defendendum dicta Collegium & Hoſpitale, & ejus tenementa Decano & Capitulo, Cuſtodi & Presbyteris ſupradictis, & eorum ſucceſſoribus quibuſcunq; contra omnes, me & hæredes meos obligo per præſentes. Regula autem, ſecundùm quam dicti Cuſtos, Presbyteri ac miſerabiles perſonæ dicti Hoſpitalis debent converſari in Hoſpitali prædicto de conſenſu venerabilis patris, Domini *Lond.* Epiſcopi; ac dominorum Decani & Capituli ſupradictorum, Canonicè juxta votum meum ordinata præſentibus eſt expreſſa, ſub hac formâ.

Præfectus quidem ad officium Cuſtodis dicti Hoſp. in admiſſione ſuâ ad officium hujuſmodi, & inſtitutione, corporale, coram admittente & inſtituente, præſtet juramentum, quod bona Hoſpitalis beatæ *Mariæ* antedicta, ad ipſum ſpectantia & provenientia, benè & fideliter adminiſtrabit, & eadem ad utilitatem ejuſdem Hoſpitalis & miniſtrorum ejuſdem, totaliter convertet; & quod ſingulis annis de hujuſmodi bonis, coram duobus dicti Hoſpitalis Presbyteris, ad hoc deputatis, rationem & compotum fideliter reddet, & quatenus, ſi poſſibile erit, die redditionis hujuſmodi compoti, reliquum in medium conferret; & has Ordinationes, quoad ſe obſervabit, & ab aliis Presbyteris faciet obſervari.

Præterea volo & diſpono, quod infra triduum, poſtquam hujuſmodi nominatus, eſt ad officium Cuſtodis dicti Hoſpitalis admiſſus, & in eodem inſtitutus, ac in corporalem poſſeſſionem ejuſdem Hoſpitalis, tanquam ejus Cuſtos, inductus, omnes Presbyteri dicti Hoſpitalis, cum novo Cuſtode conveniant, & infra ſcriptam Archam communem appareant, & contenta in eadem videant & notent, & tunc ibidem clavis dictæ Archæ, quam prior Cuſtos geſſit, novo Cuſtodi tradatur.

Præfectus quidem & admiſſus ad Cantariam & locum Presbyteri in Hoſpitali prædicto, literas admiſſionis ſuæ hujuſmodi Cuſtodi dicti Hoſpitalis teneatur oſtendere; & antequam aliquod emolumentum in dicto Hoſpitali recipiat, corporale præſtet juramentum, quod has Ordinationes obſervabit, & quatenus, ſi poſſibile fuerit, faciet obſervari. Utilitatem Hoſpitalis beatæ *Mariæ* prædicti, & miniſtrorum ejuſdem, quatenus ſi poſſibile erit, procurabit. Cum interrogatus fuerit ſuper negotiis dicti Hoſpitalis, melius conſilium, quod noverit, dabit. Secreta conſilia dictum Hoſpitale & ejus miniſtros tangentia, non revelabit, & quod Cuſtodi dicti Hoſpitalis, qui pro tempore fuerit, in licitis & honeſtis obediens erit. Ad hæc, tam dicti Cuſtos, quàm Presbyteri jurabunt, tactis ſacroſanctis, quod cum quum primum alibi beneficium vel officium aliquod fuerit aſſecutus, extunc à dicto Hoſpitali pacificè recedet, ac jus & poſſeſſionem quæ habuit in dicto Hoſpitali vel ejus Cuſtodiâ, aut Cantariis, infra triduum omnino dimittet, abſq; quolibet proceſſu & ſine lite. Et volo, quod in abſentiâ Cuſtodis dicti Hoſpitalis, hujuſmodi admiſſus ad Cantariam & locum in Hoſpitali prædicto, coram ſeniori Presbytero, qui in dicto Hoſpitali inventus fuerit, literas, ſic ut præmittitur, oſtendat, & juret vel offerat ſe paratum ad jurandum, ne hujuſmodi admiſſus, per dolum & fraudem deſiderio ſuo fruſtretur.

Item ſuper modo dicendi & celebrandi divina in Hoſpitali prædicto, ſuſtentatione, vitâ & converſatione dictorum Cuſtodum & Preſbyterorum, & ſucceſſorum eorundem quorumcunq; omnibus futuris temporibus obſervandis & tenendis, ac hoſpitalitate in dicto Hoſpitali tenenda & habenda; volo, & quatenus ad me pertinet in præſenti meâ donatione & conceſſione diſpono, ordino & conſtituo, quod dicti Cuſtos & Presbyteri & eorum ſuuceſſores quicunq;, omni tempore futuro, ſingulis diebus feriatis, in aurorâ diei, pulſatis primitùs Campanis in Capellâ dicti Hoſpitalis, conveniant; & ſuperpelliciis & aumuciis induti, *Matutinas* ac horas Canonicas, juxta inſtitutionem Eccleſiaſticam de die tractatim punctando, & apertâ pronuntiatione dicant, & diebus dominicis & feſtivis, prout diei ſollempnitas requirit, decantent; ſinguliq; ſucceſſivè Chorum regant ſuis ſeptimanis, ſolo Cuſtode excepto, quem propter labores quos paſſurus eſt exteriùs, quoad hoc ſpecialiter exonero.

Quibus quidem *Matutinis* & horis, ſic ut præmittitur, decantatis, Cuſtos & Presbyteri dicti Hoſpitalis, qui non ſunt ad alium ſervicium vel officium divinum diei ordinati, *Miſſas* ſuas ſucceſſivè, in Capellâ dicti Hoſpitalis, vel alibi, prout per Cuſtodem fuerit ordinatum, celebrent: & poſtea tam Cuſtos, quàm cæteri omnes Presbyteri dicti Hoſpitalis, Infirmos ejuſdem Hoſpitalis in eodem jacentes & languentes, ante horam tertiam cujuſlibet diei, viſitent, & eorum indigentiam & dolores, quatenus ſciunt & commodè poterint, relevent & mitigent, & procurent relevari & mitigari. Et ſubſequenter, circa horam tertiam cujuſlibet diei, pulſatis primitùs Campanis, conveniant Cuſtos & omnes alii Presbyteri dicti Hoſpitalis, in Capellâ ejuſdem Hoſpitalis, & ſuperpelliciis & aumuciis induti, *Miſſam* de die, prout diei ſollempnitas requirit, decantent; ita quod hujuſmodi *Miſſa* ſingulis diebus, circiter horam nonam, finiatur: & eâ finitâ, Cuſtos & omnes Presbyteri dicti Hoſpitalis, domum unam ad refectionem eorundem in dicto Hoſpitali ordinatam, ingrediantur, & juxta facultates & ordinationem Cuſtodis dicti Hoſpitalis, uniformiter inibi ſimul reficiantur.

Conveniant etiam Cuſtos & Presbyteri omnes dicti Hoſpitalis, ſingulis diebus ante horam *Veſperarum*, in Capellâ ſupradictâ, & ſervicium mortuorum pro omnibus fidelibus defunctis, devotè & apertâ pronuntiatione, dicant, ebdomodario inchoante & Chorum regente. Quo dicto, ſimul omnes, ſuperpelliciis & ammuciis induti, *Veſperas* & *Completorium*, de die, prout diei ſollempnitas requirit, decantent. Et poſtea, ſimul omnes dictam domum refectionis, vel ſaltim illi qui voluerint, ad cenandum ingrediantur, & ibidem ſic ut præmittitur, reficiantur; & extunc intra clauſuram dicti Hoſpitalis incedant, deambulent, & Infirmos ejuſdem Hoſpitalis, ſic ut præmittitur, viſitent.

Cuſtos etiam dicti Hoſpitalis omni die provideat, quod unus de ipſius Hoſpitalis Presbyteris, in aurora cujuſlibet diei ſequentis, in Capellâ dicti Hoſpitalis, Miſſam celebret; & ſic, expleto divino officio, ſimul omnes, tam Cuſtos, quàm cæteri Presbyteri dicti Hoſpitalis, in unâ domo indiviſâ, & abſq; parietis mediæ interjectione, intra ipſum Hoſpitale, noctis tempore decumbent. Supradictum autem modum dicendi & celebrandi divina, illis diebus & temporibus duntaxat volo obſervari, quibus inſtitutiones & conſuetudo Eccleſiæ, aliud tempus, ſeu alium modum, ad divinum officium celebrandum non diſponunt.

Volo etiam, & præſenti meæ donationi adjiciendo diſpono, ordino, & conſtituo, quod Dominus *Johannes* de *Cateloigne*, deputatus Cuſtos Hoſpitalis beatæ *Mariæ* prædicti, & ejus ſucceſſores ejuſdem Hoſpitalis Cuſtodes, qui pro tempore erunt, omnes redditus & proventus ad ipſum Hoſpitale, qualitercunq; ſpectantes, & provenientes, ſuis ſucceſſivis temporibus petant, exigant & recipiant; & pro omnibus oneribus dicto Hoſpitali incumbentibus ſingulis reſpondeant: Et ſe, & quatuor compresbyteros ſuos dicti Hoſpitalis, duos Clericos familiares neceſſarios pro ſe & compresbyteris ſuis prædictis, prout in præſenti meâ Cartâ & ordinatione continetur, alant & ſuſtentent.

Et ſpecialiter provideat quilibet Cuſtos dicti Hoſpitalis, quod ſingulis annis, quatuor compresbyteri ſui dicti Hoſpitalis, infra tres dies poſt feſtum *Nativitatis* beatæ *Mariæ* Virginis, de panno ejuſdem coloris veſtiantur; ita *viz.* quod quilibet de quatuor Presbyteris dicti Hoſpitalis habeat unam robam integram, *viz.* tunicam, ſupertunicam, longum tabardum & Capucium cum furrurâ ad ſupertunicam & Capuciam; ita quod pretium robæ cum furruris ad ſupertunicam & Capuciam, non excedat *xxx.* ſol. Et quia oportebit Cuſtodem dicti Hoſpitalis plus cæteris compresbyteris ejuſdem Hoſpitalis laborare, & eorum ordinariis ſuis, & aliis, tam pro ſe, quàm pro negotiis dicti Hoſpitalis ſe frequenter repreſentare; volo quod quilibet Cuſtos dicti Hoſpitalis, de panno ſimilis Coloris, cum panno compresbyterorum ejuſdem Hoſpitalis, tempore ſupradicto, tunicam, ſupertunicam, longum tabardum, & Capucium cum furruris ad ſupertunicam & Capuciam habeat; ita quod pretium hujuſmodi indumentorum, pro Cuſtode, non excedat *xl.* ſol.

Et quia Miniſtri dicti Hoſpitalis ſunt, & eorum ſucceſſores erunt ſeculares; & hujuſmodi perſonæ, non ſolum prætendunt ſe indigere veſtibus laneis, ſed & lineis & aliis neceſſariis; volo, ordino & conſtituo, quod Cuſtos Hoſpitalis prædicti, ſingulis annis in Octabis *Paſchæ*, cuilibet de quatuor compresbyteris ſuis ejuſdem Hoſpitalis, pro lineis, calciaturâ & aliis neceſſariis ſibi emendis, ſolvat *xx.* ſol. Et ipſe Cuſtos, pro conſimilibus cauſis *xl.* ſol. ſibi retineat & applicet.

Et ut omnis ſuſpitio ſiniſtra à Cuſtode dicti Hoſpitalis abſit, & ipſe hillari famâ jocundetur, volo, ordino & conſtituo, quod Cuſtos dicti Hoſpitalis ſingulis annis, die proximâ poſt feſtum S. *Martini* in yeme, in Hoſpitali prædicto, coram duobus ſenioribus, *viz.* qui indiuturnius in ipſo Hoſpitali ſteterint, ipſius Hoſpitalis compresbyteris, de omnibus redditibus & proventibus, pro anno pro quo compotum reddidit, ſpectantibus & provenientibus, & de Denariis dicto Hoſpitali collatis, rationem & compotum reddat; & aliqua, quatenus poterit,

&

& præcipuè donaria, in medium conferat & exhibeat. Quæ quidem collata & exhibita, ab omnibus Presbyteris dicti Hoſpitalis videantur & notentur: Et ſi qua pecunia & pretioſa donaria tunc in medium conferantur & exhibeantur, vel eorum aliquod exhibeatur; ipſum & ipſa in archâ communi dictorum Cuſtodis & Presbyterorum, in ipſo Hoſpitali fideliter reponantur ſeu reponuntur. Quæ quidem archa Communis, duabus ſeruris, diverſæ fabricæ claudatur; & unius ſeruræ clavem, Cuſtos, & alterius ſenior presbyter dicti Hoſpitalis cuſtodiat.

Huic autem donationi meæ adjicio, & adjiciendo ordino & diſpono; quod ſi Dominus *Johannes* de *Cateloigne*, prædictus Cuſtos dicti Hoſpitalis, vel ejus in eodem officio ſucceſſor quiſcunq;, ſeu etiam aliquis de dicti Hoſpitalis Presbyteris ſupradictis, vel eorum ſucceſſoribus deceſſerit, vel officium Cuſtodis, & ſtatum & titulum quos in dicto Hoſpitali habuit dimiſerit; tunc *viz.* cum dictus Cuſtos officium dimiſerit, ſenior Presbyter dicti Hoſpitalis, qui priùs clavem dictæ archæ communis non habuit, clavem Cuſtodis, officium Cuſtodis qualitercunq; ſic, ut præmittitur, dimittentis, recipiat, & uſq; ad adventum novi Cuſtodis dicti Hoſpitalis, ad ipſum Hoſpitale cuſtodiat.

Circa hoſpitalitatem autem in prædicto Hoſpitali, omnibus futuris temporibus habendam & tenendam, quatenus poſſum; & pro eo præcipuè, quod in Civitate *Londonenſi*, & extra eandem, à multis retro temporibus, vidi multos cecos, pauperes & miſerabiles perſonas, per vicos & plateas, abſq; omni receptaculo devagantes; qui frequenter, ex erogatione elemoſynarum fidelium ſufficienter alimenta receperunt; qui tamen locum in quo capita ſua, de die vel de nocte reclinarent, non habuerunt; volo, ordino & diſpono, & etiam huic donationi meæ adjicio; quod *Johannes Gurneys*, & *Robertus* de *Teukesbury* ceci pauperes, & cæteri triginta pauperes & miſerabiles perſonæ utriuſq; ſexus, quos ad dictum Hoſpitale fundandum aſſumpſi, & quibus in Hoſpitali prædicto Cameras diſtinctas, ſtraturam & apparatum lectorum aſſignavi eiſdem Cameris, ſtraturâ, & apparatû lectorum die & nocte, prout indiguerint, in Hoſpitali prædicto perpetuo utantur, & eadem perpetuo occupent. Et idem volo & diſpono obſervari de ſexaginta & octo miſerabilibus perſonis utriuſq; ſexus, ultra triginta duos in dicto Hoſpitali, juxta modum infraſcriptum in futurum aſſumendis. Et cum aliquis de dictis miſerabilibus perſonis, ad dictum Hoſpitale, ſic ut præmittitur, aſſumptis, vel futuris temporibus aſſumendis, fuerit mortuus & ſepultus, Cuſtos dicti Hoſpitalis, qui pro tempore fuerit, alium cecum pauperem, vel aliam miſerabilem perſonam infra quindecem dies eligat, & aſſumat; & Cameram, ſtraturam, & apparatum lecti, quibus pauper defunctus utebatur, pauperi, de novo aſſumpto, perpetuò utenda & occupanda aſſignet.

Et quia compaſſio, ſuper penuriâ, tam Presbyterorum cecorum, & pauperum; quam etiam Presbyterorum paraliticorum, pauperum videntium, præ cæteris compaſſionibus, quas ſuper penuriâ & indigentiâ miſerabilium perſonarum gero, viſcera mea graviùs torquentur; volo & diſpono, & quatenus poſſum Conſcientias omnium Cuſtodum dicti Hoſpitalis, qui pro tempore erunt, ſub obteſtatione divini judicii, onerô; quod in electione & aſſumptione pauperum & miſerabilium perſonarum; ad Cameras & eiſiamenta prædicta, in Hoſpitali prædicto conſtructa & parata; & futuris temporibus in eodem Hoſpitali conſtruenda & paranda, cecos Presbyteros pauperes, & Presbyteros pauperes paraliticos videntes, ſi qui ſe offerant, ad Cameras & cætera eiſiamenta dicti Hoſpitalis pro pauperibus, in eodem Hoſpitali depoſitis, cum vacaverint, quibuſcunq; cæteris miſerabilibus perſonis præferant & aſſumant: Et quod, poſt hujuſmodi Presbyteros, honeſtæ perſonæ priùs habundantes, & ſenio debilitatæ, vel caſu fortuito depaupertatæ, cæteris præferantur in præmiſſis.

Cum autem veſtes ad ſtraturam & apparatum lectorum miſerabilium perſonarum dicti Hoſpitalis fuerint laceratæ, vel conſumptæ, Cuſtos ipſius Hoſpitalis eas refici faciat, ſeu novas adinveniat; & pro hujuſmodi onere futuris temporibus ſupportando, teneatur quilibet pauper in dicto Hoſpitali decedens, omnia bona quæ habet in dicto Hoſpitali, vel extrà, dicto Hoſpitali dimittere.

Eligat etiam & aſſumat Cuſtos dicti Hoſpitalis, qui pro tempore fuerit, de conſilio Presbyterorum & aſſenſu, duos Clericos, qui ſciant & poſſint, ſaltim competenter legere & cantare; & eos, ſic ut præmittitur, alat; qui quidem Clerici ſingulis diebus in Capellâ dicti Hoſpitalis, *Matutinis*, & quibuſcunq; divinis Officiis, interſint, & ad juſſum Cuſtodis & Presbyteri ebdomodarii dicti Hoſpitalis, legant & cantent; & ipſis Cuſtodi & Presbyteris in Capellâ & extra eandem, in dicto Hoſpitali miniſtrent: Et ſuper mercede hujuſmodi duobus Clericis, pro ſervicio ſuo, ſolvendâ, Cuſtos dicti Hoſpitalis cum eiſdem ita conveniat, quod eiſdem Clericis, pro mercede unius anni, ultra quadraginta ſolidos non ſolvat, & eoſdem ab Hoſpitali prædicto amoveat, & alios aſſumat, quotiens & quando ſibi & aliis Presbyteris videbitur expepire.

Nulluſq; Presbyter vel Clericus dicti Hoſpitalis, ad miniſtrandum Capellæ ipſius Hoſpitalis deputatus, extra Civitatem non recedant, moraturi, abſq; licentiâ Cuſtodis dicti Hoſpitalis, vel ipſius locum tenentis, petitâ & obtentâ, diſtanter ſe abſenter, vel exeat. Diſponant etiam Presbyteri dicti Hoſpitalis, quod aliquis eorundem præſens ſit, in admiſſione & inſtitutione cujuſcunq; Cuſtodis ejuſdem Hoſpitalis, procuret & audiat Juramentum Cuſtodis ejuſdem Hoſpitalis ſuperiùs aſcriptum præſtari; & quod quilibet Presbyter dicti Hoſpitalis, hujuſmodi meæ ordinationis habeat Copiam, ut nullus eorum ab hac ordinatione recedat, ſicuti eorum quilibet periculum perjurii velit evitare.

In quorum omnium teſtimonium; & ut ea quæ præmittuntur, de noſtrâ plenâ voluntate &

certâ ſcientiâ omnibus appareat evidenter proceſſiſſe, huic ſcripto Sigillo dicti *Willielmi* ſignato; nos Officialis *Londonenſ.* ad rogatum & ſupplicationem dicti *Willielmi*, Sigillum officii noſtri duximus apponendum. Hiis teſtibus, *Johanne* de *Polteney* tunc Majore Civitatis *Londoniæ*; *Roberto* de *Ely*, & *Thoma Horwald*, tunc vicecomitibus ejuſdem Civitatis, *Nicholao* de *Farndone*, *Ricardo* de *Betoigne*, *Johanne* de *Grantham*, *Symone* de *Swanlond*, *Henrico Darcy*, *Reginaldo* de *Conductu*, Aldermannis, &c. Dat. *Lond.* primo die menſis *Junii* A. Domini *MCCCxxxi.* & anno Regni Regis *Edwardi* tertii, poſt Conqueſtum, quinto.

Commutatio Sacerdotum ſecularium hujuſmodi Collegii, in Canonicos ſeculares.

Ib.

Radulphus permiſſione divinâ, Epiſcopus *Londonenſis*, Univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam. Nobis nuper devotus filius *Willielmus* de *Elſinge*, Civis *Lond.* Fundator Hoſpitalis beatæ *Mariæ*, infra **Crepulgate** *Lond.* ſuâ petitione monſtravit, quod licèt ipſe *Willielmus* dictum Hoſpitale, in honorem Dei & beatæ *Mariæ* Virginis, de licentiâ ſpeciali bonæ memoriæ Domini *Stephani*, dudum *Londonienſis* Epiſcopi; concurrente aſſenſu venerabilium virorum dominorum Decani & Capituli Eccleſiæ S. *Pauli Lond.* ex piâ devotione fundâſſet; & ipſum Hoſpitale redditibus & poſſeſſionibus competenter dotâſſet, pro ſuſtentatione unius Magiſtri & quatuor ſecularium ſacerdotum, per quos ſtatuit & ordinavit dictus Fundator, debere Deo in dicto Hoſpitali futuris temporibus deſerviri; experientiâ tamen edoctus, metuens multis de cauſis, quod, propter laxiorem vitam ſacerdotum hujuſmodi ſecularem, cui quamplures inſtant indies occaſiones mundanæ, ut veriſimiliter dicti Hoſpitalis cultus divinus in ſuâ ordinatâ ſollicitudine diminui, redditus etiam & poſſeſſiones poterunt depravari, occaſionibus hujuſmodi, ac faciliùs diſſipari, & in uſus prophanos converti, propter ſucceſſionem diverſorum patronorum, dicto *Willielmo* ſuccedentium, qui dicti Hoſpitalis exactam curam, forſitan, non haberent.

Quod ſint Canonici Regulares.

Piè igitur proponens dicto Hoſpitali de majori ſecuritate conſulere, diligenterq; pluribus protractatis, præpendens quod, ſi ſub habitu regulari in dicto Hoſpitali conſtituerentur perpetui ſervitores, ſtatus ipſius Hoſpitalis ſecurior, & Deo acceptior perpetuò haberetur; quodq; Canonici Regulares, ſub habitu & regulâ Sancti *Auguſtini* degentes, vitam communem tenent, nec laxis vel artis nimis obſervationibus aſtringuntur, nobis humiliter ſupplicare curavit, ut conſideratione habitâ præmiſſorum; ac favore religionis debitæ ponderato, dictum Collegium ſacerdotum ſecularium, in ordinem Canonicorum Regularium commutare, juxta juris exigentiam dignaremur; ita *viz.* quod hujuſmodi Canonici, per Priorem electivum, ſecundùm Regulam S. *Auguſtini* perpetuò gubernentur; quodq; ad minus numerus quinq; Canonicorum inibi ſtatuatur. Et quotiens ipſum Hoſpitale vacare contigerit, Decanus & Capitulum Eccleſiæ noſtræ *Lond.* qui pro tempore fuerint, tanquam Patroni dicti Hoſpitalis, cuſtodiam habeant, ipſius vacatione durante: Et quod Canonici dicti Hoſpitalis, ipſo vacante, à dictis Decano & Capitulo petant, ut à patronis licentiam eligendi, & poſt celebratam electionem, electum eiſdem Decano & Capitulo, in domo eorum Capitulari præſentent, ut ad eorum petitionem ſuum aſſenſum electioni præbeant & electo; ipſumq; electum nobis & ſucceſſoribus noſtris, ſine more diſpendio, præfati Decanus & Capitulum, per literas ſuas præſentent, per nos & ſucceſſores noſtros Canonicè confirmandum.

Nos igitur attendentes, quod ſecundùm facultates Eccleſiæ in eadem ſtatui debeat numerus Clericorum de fructibus & proventibus dicti Hoſpitalis, ac aliis in dictâ petitione contentis, Inquiſitionem fieri fecimus diligentem; per quam invenimus dictum Hoſpitale pro ſuſtentatione quinq; Canonicorum, ac etiam hoſpitalitatis onere, per dictum Fundatorem inibi ordinatæ, congruè ſupportando ſufficienter eſſe dotatum. Invenimus etiam ad præfatos Decanum & Capitulum, tam per dicti Fundatoris conceſſionem & donationem, quam per bonæ memoriæ Domini *Stephani* ſupradicti confirmationem, exindè ſecutam, quas inſpici fecimus, jus patronatus dicti Hoſpitalis pertinuiſſe, pertinereq; debere.

Undè nos dictæ petitioni, quam piam & devotam fore proſpicimus, cum religionem inducat, pio annuentes affectu; tractatu cum noſtro Capitulo ſuper præmiſſis præhabito diligenti; ad petitionem dicti Fundatoris, ac præfatorum Decani & Capituli, & ſecularium ſacerdotum Hoſpitalis prædicti, expreſſo conſenſu & aſſenſu vocatis in eâ parte vocandis, & juris ordine in hac parte requiſito, in omnibus obſervato; ad honorem Dei, & ſuæ matris Virginis glorioſæ, ac religionis augmentum, præfatum Collegium ſecularium ſacerdotum, in ordinem Canonicorum Regularium omnino, ex certâ ſcientiâ, immutamus; & pro utilitate & firmitate majori dicti Hoſpitalis, penitùs innovamus; dictumq; Collegium ſecularium ſacerdotum omnino ſubducimus per præſentes; ac ipſos Canonicos, de cætero, per Priorem electivum, ſub ordine, regulâ & obſervantiâ ſancti *Auguſtini*, ac habitu Canonicorum Regularium ejuſdem ordinis ſtatuimus & ordinamus, debere imperpetuum gubernari. Sintq; in dicto Hoſpitali quinq; Canonici, ad minus; quem numerum in eodem haberi volumus pro ſtatuto: Ita tamen, quod cum bona temporalia præfati Hoſpitalis, largitione fidelium, vel alio quoviſmodo receperint incrementa; pro modo facultatum in eodem Hoſpitali, Canonicorum numerus augeatur.

Volumus etiam, quod quotiens ipſum Hoſpitale vacare contigerit in futurum, præfati Decanus & Capitulum, qui pro tempore fuerint, tanquam patroni dicti Hoſpitalis cuſtodiam ejuſdem habeant, ipſius vacatione durante:

Quodq;


W. Hollar fecit, 1661

Canonicus Hoſpitalis S.ti IOHANNIS BAPTISTÆ
Coventriæ. 367

Quodq; Canonici dicti Hoſpitalis, ipſo vacante, à dictis Decano & Capitulo petant, ut à patronis licentiam eligendi, & poſt celebratam electionem, electum eiſdem Decano & Capitulo, in domo eorum Capitulari præſentent, ut ad eorum petitionem ſuum aſſenſum electioni præbeant, & electo; ipſumq; electum nobis & ſucceſſoribus noſtris, ſine more diſpendio, præfati Decanus & Capitulum per literas ſuas præſentent, per nos & ſucceſſores noſtros Canonicè confirmandum, ſubjectione dicti Hoſpitalis ac noſtris; jure & dignitate Epiſcopalibus, nobis & ſucceſſoribus noſtris, in omnibus aliis ſemper ſalvis: Juri verò Archidiaconali Domini Archidiaconi *Londonenſis*, eidem & ſuo Archidiaconatui, in perſonis, locis & rebus, dictum Hoſpitale contingentibus, tam de jure, quàm de conſuetudine debitis ac etiam conſuetis, per præmiſſas mutationem, innovationem, ſubductionem & ordinationem, non intendimus in aliquo derogare.

Cætera inſuper omnia & ſingula in fundatione dicti Hoſpitalis, per præfatum ipſius Fundatorem; necnon per bonæ memoriæ Dominum *Stephanum* noſtrum prædeceſſorem prædictum, ordinata, diſpoſita & ſtatuta; tam quoad hoſpitalitatem pauperum, & ipſorum numerum, quàm quoad alia; dum tamen præſentibus contraria non exiſtant, volumus in ſuo robore permanere; ac has noſtras immutationem, ſubductionem & ordinationes, præcipimus futuris temporibus inviolabiliter obſervari. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum fecimus hiis apponi. Data apud Hadham, quarto Nonas *Novembris* Anno Domini *MCCCxl.* & conſecrationis noſtræ, primo.

HOSPITALE

in Parochia de Berking-Chirche *juxta Turrim Lond.*

De fundatione ejuſdem ibidem deſignata.

Pat.44. E. 3.p.2.m. 11.

Rex omnibus ad quos &c. ſalutem: Licet, &c. de gratiâ tamen noſtrâ ſpeciali, & pro *xl* s. quos dilectus nobis *Robertus* de *Denton* Capellanus nobis ſolvit, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem *Roberto*, quod ipſe quoddam Hoſpitale ſive domum, infra meſuagium ſuum in Parochia de Berkyng-Chirche in Civitate *Lond.* pro inhabitatione pauperum ſacerdotum, & aliorum virorum ac mulierum in eadem Civitate, qui in freneſim ſubito ceciderint & memoriam amiſerint, quouſq; de infirmitate convaluerint & ſanam memoriam recuperaverint, moraturorum, fundare; & unum oratorium in eodem Hoſpitali ſive domo in honore glorioſæ Virginis *Mariæ*, pro divinis ibidem celebrandis facere, & meſuagium illud, ac unum aliud meſſuagium cum pertinentiis in Parochia S. *Laurentii* de *Pounteneye* in eadem Civitate; quæ quidem meſſuagia de nobis tenentur in Burgagium, ſicut & tota Civitas *Lond.* certis Capellanis, pro divinis ibidem celebrandis, vel aliis perſonis ſecularibus, regularibus vel converſis quibuſcunq; voluerint, pro aliis operibus pietatis ibidem juxta ordinationem & diſpoſitionem ipſius *Roberti*, prout meliùs ſibi placuerit faciendis, dare & aſſignare poſſit; Habenda & tenenda eiſdem Capellanis (&c.) juxta ordinationem & diſpoſitionem ipſius *Roberti*, prout eidem *Roberto* meliùs placuerit faciendum; *viz.* dictum meſſuagium in parochiâ de Berkyng-Chirche, pro inhabitatione ſuâ & dictorum infirmorum; & dictum meſſuagium in parochiâ S. *Laurencii*, in auxilium ſuſtentationis ſuæ & ipſorum infirmorum imperpetuum (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm.* 8. die *Julii.*

Carta Regis Ricardi *ſecundi, per quam meſſuagia præfato Hoſpitali deſignata, Hoſpitali S.* Katherinæ, *juxta eundem Turrim, aſſignantur.*

Pat.2. R.2.p.1. m.38.

Rex (&c.) Sciatis, quod cum Dominus *E.* nuper Rex *Angliæ*, avus noſter, per literas ſuas patentes (&c.) conceſſiſſet & licentiam dediſſet (&c.) *Roberto* de *Dentone* Capellano, quod ipſe quoddam Hoſpitale ſive Domum, infra meſſuagium ſuum in parochiâ de Berkyng-chirche in Civitate noſtrâ *Lond.* pro inhabitatione pauperum ſacerdotum & aliorum virorum ac mulierum in eadem Civitate (&c.) & meſſuagium illud, ac unum aliud meſuagium cum pertinentiis in parochiâ S. *Laurencii* de *Pounteneye* in eadem Civitate (&c.) certis Capellanis, pro divinis ibidem celebrandis (&c.) aſſignare poſſet. Habenda (&c.) eiſdem Capellanis (&c.) imperpetuum. (&c.) Jamq; præfatus *Robertus* nobis ſupplicaverit, ut cum literæ prædictæ nondum ſortitæ ſunt effectum, ipſeq; propoſitum ſuum in hac parte commutare intendat; Velimus concedere, quod ipſe prædictum meſuagium cum pertinentiis in parochiâ de Berkyng-Chirche, ac quoddam aliud meſuagium eidem meſuagio contiguum, quod quondam fuit *Richardi Turke*, cum pertinentiis in eadem parochiâ, quod ſimiliter tenetur in burgagium, loco prædicti meſuagii in parochiâ S. *Laurencii* prædictâ, dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto Magiſtro, Fratribus & Sororibus Hoſpitalis S. *Katerinæ* juxta turrim *Lond.* habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis in auxilium ſuſtentationis cujuſdam fratris Capellani, habitum ibidem portantis, divina ſingulis diebus in Eccleſiâ Hoſpitalis prædicti, pro ſalubri ſtatu ipſius *Roberti*, quamdiu vixerit, & pro animâ ſuâ, & animabus omnium fidelium defunctorum, per ipſum Magiſtrum, Fratres & Sorores in dicto Hoſpitali, ultra numerum ibidem primitùs ordinatum, inveniendum, celebraturum imperpetuum. Nos pro *xx.s.* quos præfatus *Robertus* nobis ſolvit in hanaperio noſtro, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem *Roberto*, quod ipſe dicta duo meſuagia cum pertinentiis (&c.) dare poſſit (&c.) præfato Magiſtro, Fratribus & Sororibus; Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis in auxilium ſuſtentationis dicti fratris Capellani, divina ſingulis diebus in dictâ Eccleſiâ Hoſpitalis prædicti celebraturi, in formâ prædictâ imperpetuum (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm. xx.* die *Julii.*

HOSPITALE

beatæ Mariæ *Virginis*, *in Burgo* Leiceſtriæ.

Licentia Regis Edwardi *tertii conceſſa* Henrico *Comiti* Lancaſtriæ, *pro fundatione ejuſdem.*

Par.4.E.3. p.1.m.36.

REx (&c.) Sciatis quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto conſanguineo & fideli noſtro *Henrico* Comiti *Lancaſtriæ*, quod ipſe in quadam placeâ ſuâ in *Leyceſtria*, continente in ſe quatuor acras terræ, quoddam Hoſpitale in honore Dei & beatæ *Mariæ* Virginis de novo fundare; & quoddam oratorium ac domos pro morâ & inhabitatione unius Magiſtri & quorundam Capellanorum, per ipſum Comitem vel hæredes ſuos in Hoſpitali prædicto conſtituendorum, conſtruere; ac quatuor carucatas terræ cum pertinentiis in eadem villâ; necnon advocationem Eccleſiæ de Irceſtre in Com. Northampt. quæ quidem placea, terra & advocatio de nobis tenentur in Capite, ut dicitur, dare poſſit & aſſignare præfatis Magiſtro & Capellanis; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis pro ſuſtentatione ſuâ & pauperum in eodem Hoſpitali, ſecundùm diſpoſitionem ipſius Comitis vel hæredum ſuorum, recipiendorum in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et eiſdem Magiſtro & Capellanis, quod ipſi terram prædictam cum pertinentiis, & advocationem illam à præfato Comite recipere, & Eccleſiam illam appropriare, & eam appropriatam in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, pro ſuſtentatione ſuâ & pauperum prædictorum imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud Wodeſtoke ſecundo die *Aprilis.*

Ex Chron. Tho. Otterburne MS. in bibl. Bodl.

Anno *MCCCxxxiii.* Erat in terrâ *Angliæ* vir quidam vitâ venerabilis, & gratiâ benedictus, nomine *Henricus*, Dux *Lancaſtriæ* primus. Hic ex regali proſapiâ progenitus, fuit filius *Henrici*, qui fuit filius *Edmundi*, filii *Henrici* Regis tertii, ſepultus eſt *Leiceſtriæ* in Monaſterio novo curioſo, & plurimum ſumptuoſo, quod ipſemet integraliter conſtruxit, immenſiſq; poſſeſſionibus donavit, ac Canonicis ſecularibus & pretioſis relliquiis adornavit; ubi Hoſpitale benè diſpoſitum & diſtinctum pro infirmis & mulieribus, juxta Monaſterium, ædificavit; & ſic ad plenum omnia eis neceſſaria providit, ut nullum Hoſpitale in *Anglia* eo commodiùs reperiatur.

Ex Chron. MS. Henr. Knyghton in bibl. Bodl. lib.3. cap. xvi.

Anno *MCCCxxx.* Eodem annno *Henricus* Comes *Lancaſtriæ* cœpit conſtruere novum Hoſpitale juxta Caſtrum *Leiceſtriæ*, ſcil. anno gratiæ *MCCCxxx.* & Comes cepit occulis caligare in cœcitatem & ſeneſcere.

Ib. lib.4.

Anno Domini *MCCCLxi.* Nobilis Dux *Lancaſtriæ Henricus* tumulatus eſt in Eccleſiâ Collegiali & Hoſpitali extra portam auſtralem *Leyceſtriæ*, quam ipſe conſtruxerat, & quam præfecerat uno Decano & *xii.* Canonicis Præbendariis, & totidem Vicariis, ac aliis Miniſtris ſufficienter requiſitis; & Centum pauperibus debilibus, & decem fortibus mulieribus, quæ debilibus deſervirent, & procurarent in eſculentis & poculentis, & aliis corporis neceſſariis, jugiter die ac nocte; dictamq; Hoſpitalitatem pauperum, cum Collegio Canonicorum ſufficienter dotavit, ubi jacet ſepultus.

HOSPITALE

de Hethe *in agro* Cantiano.

Licentia Regis Edwardi *tertii* Hamoni *Epiſcopo* Roffenſi, *pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 16.E.3.p.1.m.1.

REx (&c.) Sciatis quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, venerabili in Chriſto patri *Hamoni* Epiſcopo *Roffenſi*, quod ipſe in ſolo ſuo proprio, quod nunc habet in villâ de Hethe, vel quod impoſterum habere poterit, facere poſſit & fundare quoddam Hoſpitale, juxta ordinationem ipſius Epiſcopi, pro morâ & ſuſtentatione *xiii.* pauperum, pro benefactoribus ſuis; ac pro nobis & *Philippa* reginâ *Angliæ*, conſorte noſtrâ cariſſimâ; necnon pro liberis & hæredibus noſtris ſpecialiter oraturis; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obſtante. In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſt. x.* die *Maii.*

Ho-

HOSPITALE

de Holbeche *in agro* Lincolnienſi.

Licentia Regis Edwardi *tertii facta* Johanni *de* Kirketone *pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 26. E. 3. p. 3. m. 15. REx (&c.) Licet (&c.) tamen pro unâ marcâ, quam dilectus & fidelis noſter *Johannes* de *Kirketone* nobis ſolvet, conceſſimus & licentiam dedimus (&c.) eidem *Johanni*, quod ipſe quoddam Hoſpitale in honore *omnium Sanctorum*, in quodam meſuagio ſuo in Holbeche, de uno Cuſtode Capellano, & quindecim pauperibus, de novo fundare; & meſuagium illud pro ſitu ejuſdem Hoſpitalis, & pro domibus neceſſariis, & pro inhabitatione & aiſiamentis ipſorum Cuſtodis & pauperum ibidem conſtruendis; ac quatuor acras terræ, cum pertinentiis, in eadem villâ, in auxilium ſuſtentationis eorundem Cuſtodis & pauperum, & ſucceſſorum ſuorum, dare poſſit & aſſignare præfato Cuſtodi; habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, Cuſtodibus Hoſpitalis prædicti, pro ſitu, inhabitatione & aiſiamentis prædictis, & in auxilium ſuſtentationis ipſorum Cuſtodis & pauperum, juxta ordinationem ipſius *Johannis* faciendam imperpetuum. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud Wyndſore *xvi.* die *Novembris*.

De diverſis terris (&c.) in dicta villa de Holbeche *eodem Hoſpitali conceſſis.*

Pat. 32. E. 3. p. 2. m. 30. REx (&c.) Licèt (&c.) volentes tamen dilecto & fideli noſtro *Johanni* de *Kirketon* militi, gratiam facere ſpecialem, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato *Johanni*, quod ipſe quendam annuum redditum viginti ſolidorum exeuntem de uno meſſuagio & *xxiii.* acris terræ ipſius *Johannis* in villâ de Holbeche, quæ de Abbate & Conventu de Croyland tenentur, dare poſſit & concedere eiſdem Abbati & Conventui; Habendum & percipiendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, pro licentiâ per ipſos Abbatem & Conventum de tribus meſſuagiis, duabus ſalinis, ſexaginta & ſexdecem acris terræ, *xxi.* acris prati, *Cxx.* acris mariſci & *xxxiii. s.* redditus cum pertinentiis in eadem villâ de Holbeche, de feodo ipſorum Abbatis & Conventus, cuidam Capellano Cuſtodi Hoſpitalis, per præfatum *Johannem*, in honore omnium Sanctorum, in eadem villâ de Holbeche, juxta Eccleſiam parochialem ejuſdem villæ, pro refectione pauperum, de novo fundati, de licentiâ noſtrâ dandis & aſſignandis imperpetuum: pro quâ quidem licentiâ, à nobis ſic optentâ, idem *Johannes xx.* libras nobis ſolvit. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm.* primo die *Auguſti*.

HOSPITALE

S. Nicholai *juxta Civitatem* Eboracenſem.

Ordinatio ejuſdem per Willielmum *de* Grenefeud Angliæ *Cancellarium.*

Pat. 21. R. 2. p. 3. m. 26. per Inſpex. OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quorum notitiam pervenerit hæc ſcriptura, *Willelmus* de *Grenefeud*, *Angliæ* Cancellarius, ſalutem in omnium Salvatore. Fragilitatis humanæ conditio ejus prævaricatione peſtiferâ per quem, atteſtante Apoſtolo, mors intravit in mundum, in præſentis valle miſeriæ conſtituta, donis innocentiæ, proh dolor, deſtituitur, verſuti hoſtis variis temptamentis exponitur, multiſq; viciorum generibus implicatur. Sanè, inter cætera miſerationis divinæ remedia, ad inſtar *Samaritani*, alligantis miſericorditer illius vulnera ſeminini, qui incidit in latrones, Dei & hominum mediator, tam nephando lapſui, ſuæ nobilis creaturæ compaciens, eam cenſuit erigendam & reparandam fore potiſſimè per opera pietatis. Quod utiq; nonnulli Catholici principes & alii Chriſti fideles, ſanctâ devotione penſantes, in pleriſq; mundi partibus pia loca pauperum alimoniis perpetua deputata, de ſuis bonis & poſſeſſionibus temporalibus conſtruere decreverunt, quorum diſpoſitiones ſalubres, ipſis re verâ divinitùs inſpiratas, pio convenit amplecti deſiderio, ſummæque ſollicitudinis ſtudio confovere: & ſi proceſſu temporis, hominum ſucceſcente maliciâ perperàm fuerint immunitæ, aut occaſione qualibet in deteriùs commutatæ, congruit eas ad primevæ Fundationis ſtatum debitum reducere, & quatinus poſſibile fuerit in meliùs reformare.

Quia igitur Hoſpitale S. *Nicholai*, juxta *Eborum*, de advocatione ſive patronatu ſereniſſimi principis Domini *Edwardi* Regis *Angliæ* illuſtris, & à progenitoribus ſuis *Angliæ* Regibus in præfatos uſus fundatum eſſe dinoſcitur, intuitu pietatis, nos *Willelmus* Cancellarius prædictus, ſicut noſtro incumbebat officio, *xi.* Kal. *Julii* anno Domini *MCCCiii.* ad Hoſpitale prædictum, viſitationis cauſâ perſonaliter declinantes, quia quædam ibidem invenimus immutata, contra ordinationem primariam Fundatoris, & contra Regulam antiquitùs inſtitutam; quædam etiam indecentia & dampnoſa ipſi Domui per Cuſtodum negligentiam & incuriam, contra juſticiam minùs rationabiliter uſurpata; ad laudem omnipotentis Dei, & reformationem ſalubrem ſtatus & conditionum Hoſpitalis prædicti, aliqua jura convenientia, ipſiq; domui utilia & honeſta, ad perpetuam memoriam in formâ, quæ ſequitur duximus, ordinanda.

Inprimis, quod omnes fratres & ſorores admiſſi & admittendi, de cetero, Magiſtro ſeu cuſtodi, qui pro tempore fuerit, obedientiam debitam, quam tenentur in admiſſione ſuâ, juxtà antiquam ipſius Domus regulam profiteri, firmiter obſervent, & exhibeant in licitis & honeſtis. Item quod conſuetum habitum & tonſuram, in admiſſione ſuâ recipiant, & eos deferant continuè dum vixerint in humanis. Item quod inviolabiliter obſervent ſuo perpetuo continentiæ puritatem. Item quod omnes, tam fratres, quàm ſorores, *Matutinis & Miſſa*, & cæteris horis Canonicis, adverſâ corporis valitudine, & alio quolibet impedimento legitimo ceſſante, intereſſe ſtudeant omni die, exceptis duntaxat illis, qui ad opera ruralia aut alia extrinſeca ipſius domus negotia fuerint deputati. Singuli verò fratres laici & ſorores Orationem dominicam, cum ſalutatione Angelicâ, durante divino obſequio, cum devotione debitâ, totiens iterent & multiplicent, quociens eis Dominus inſpiraverit, & hoc facere poterint bono modo, pro ſtatu incolumi univerſalis Eccleſiæ, Domini Regis & Regni, Deum omnipotentem ſedulis precibus exorantes.

Item, quod fratres cum ſororibus, ſub eiſdem recto & clauſurâ non cohabitent, nec ſimul conveniant horis indebitis, aut in locis ſecretis, undè valeat, non immeritò, ſiniſtra ſuſpicio exoriri. Item quod nullus fratrum vel ſororum, poſt admiſſionem ſuam, negotiationem, ſive mercimonium excercere præſumat, ne contra doctrinam Apoſtoli divinæ militiæ deputati, negotiis ſecularibus implicentur.

Item quod omnes & ſinguli fratres & ſorores, poſt præſentem ordinationem admittendi, bona omnia ſuis uſibus, dum adhuc viverent, qualitercunq; retenta, ipſi domui in morte, modis omnibus approprient & dimittant. Item quod Sigillum commune dictæ domus, ſub Sigillis Magiſtri cujuſdam, alterius Capellani, & unius fratris laici, quem ad hoc cæteri fratres & ſorores elegerint, & ſub tribus clavibus in dictorum trium cuſtodia remanentibus, in loco tuto & ſecreto, de cætero conſervetur. Nec tres cuſtodes prædicti Sigillum ipſum aperiant, niſi primò vocatis ad hoc omnibus fratribus & ſororibus, qui voluerint & potuerint commodè intereſſe. Prædictis etiam tribus committitur cuſtodia pixidis, in quâ Oblationes quæcunq; venientes ad ipſam Eccleſiam reponuntur; de quâ ſimiliter tres Claves habeant, & ipſam, quociens oportunum eſſe viderint, in præſentiâ fratrum & ſororum aperiant; & de oblationibus inventis diſtributionem debitam faciant, prout antea fieri conſuevit; aut ſi opus fuerit unanimi fratrum & ſororum conſenſu, eas aliter in utilitatem domus convertere non omittant. Item, quod Magiſter ſive cuſtos, aut ejus locum tenens, qui pro tempore fuerit, etiam omnium fratrum & ſororum interveniente conſenſu, nullum de cætero in domo ipſâ fratrem aut ſororem recipiat de ipſius domus elemoſynis ſuſtentandum, ex conventione vel ex pacto, pro certâ pecuniæ quantitate, ſeu aliâ re temporali quacunq;, propter metum ſimoniacæ pravitatis; & ne diminuatur, aut in uſus illicitos convertatur elemoſina pauperum, debilium & infirmorum alimoniis inſtituta, contra diſpoſitionem piiſſimam Fundatoris. Si qui tamen purè, ſpontè & abſolutè, ſine pactione vel conventione qualibet inducente, periculum Simoniæ, de bonis ſuis mobilibus vel immobilibus, quicquam ipſi domui conferre voluerint in ingreſſu, Magiſtro, fratribus & ſororibus, ſine omni conſcientiæ ſcrupulo, liceat recipere ſic oblata.

Item quod nullæ fiant de cætero alienationes perpetuæ, aut etiam diutinæ dimiſſiones ad firmam rerum immobilium Hoſpitalis prædicti; ſeu quæcunq; oneroſæ obligationes, vel dampnoſæ ipſi domui, nobis & ſucceſſoribus noſtris *Angliæ* Cancellariis inconſultis. Item quod de cætero nullus in dictâ domo Magiſter ſive Cuſtos perpetuus præficiatur, niſi qui gubernationi & cuſtodiæ ſibi commiſſæ, per ſeipſum jugiter intendere valeat & intendat, cum ad hujuſmodi officium ſive regimen ejus induſtriâ ſpecialiter ſit electâ. Et ſacro eloquio atteſtante, ſuper cuſtodiam ſuam ſtare debeat, quiſquis fuerit hujuſmodi cuſtodiæ deputatus. Quod ſi ex cauſâ aliquâ neceſſariâ vel probabili, Magiſtrum ipſum, ſeu Cuſtodem abeſſe contigerit aliquandiu, illum quem de fratribus dictæ domus magis ad hoc ſufficientem & idoneum eſſe noverit, quamdiu abſens fuerit, loco ſuo ſubſtituere non omittat. Nec quemquam ad præfatam cuſtodiam, ſive abſens ſive præſens fuerit, ſub ſe ſubſtituere præſumat, qui alterius profeſſionis & habitus extiterit, cum in uno & eodem officio diſpar non debeat eſſe profeſſio, juxta Canonica inſtituta, nec ſecundùm ſummi legis-latoris ſententiam, in bove & aſino ſit arandum. Item quod tres fratres magis in temporalibus circumſpecti, ad gerenda ſub Magiſtro vel ejus locum tenente, tam intrinſeca quàm extrinſeca ipſius domus negotia, Magiſtri, fratrum & ſororum conſenſu unanimi eligantur, in quorum præſentiâ præſtent ad ſancta Dei Evangelia juramentum, unus *viz.* terræ blada omnia, quæ receperit in grangiis, Cuſtodi granarii, per talliam fideliter & integrè liberabit; & alius quod omnia blada quæ ſibi ad granarium fuerint liberata, redditus, penſiones, & alios quoſcunq; exitus & proventus, quos vel quæ ipſum recipere contigerit, benè & fideliter, juxta datam ſibi à Domino circumſpectionem & induſtriam diſpenſabit; & certiùs quod circa opera ruralia, culturas terrarum, Collectionem fructuum, & cuſtodiam animalium efficacem & diligentem operam

Ibid.

operam adhibebit; præmiſſis ſiquidem adminiſtratoribus, ſeu negotiorum geſtoribus decedentibus, vel adverſâ corporis valitudine impeditis, aut etiam in culpâ ſive negligentiâ notabili, vel aliàs minus idoneis deprehenſis, alii, qui inter ipſos fratres magis invenientur idonei, in locum eorum ſubſtituantur, in formâ ſuperiùs annotatâ.

Item quod prædicti duo fratres ad cuſtodiam grangiarum, granarii, redditūum, penſionum, & aliorum quorumcunq; exituum prædictorum taliter deputati ſingulis annis infra octab. S. *Michaelis*, de ſuis adminiſtrationibus, ac etiam de receptis & impenſis quibuſcunq; coram Magiſtro ſeu Cuſtode, vel ejus locum tenente & cæteris fratribus fidele compotum ſive ratiocinium reddere teneantur; ad quod ante ingreſſum redditionis compoti, ſacramento corporaliter præſtito aſtringantur; quod ſi facere noluerint, omne commodum, quod ab ipſâ domo habituri forent, extunc eis ſine ſpe reſtitutionis cujuſlibet ſubtrahatur. In corrigendis autem & puniendis exceſſibus fratrum & ſororum dictæ domus, modum infraſcriptum decrevimus obſervandum, ut ſi quenquam ipſorum, ſuper obedientiæ debitæ tranſgreſſione, incontinenciæ vitio, ſive aliis exceſſibus quibuſcunq; in antiquâ ipſius Domus regulâ contentis, primâ vice contigerit deprehendi, per Magiſtrum ſeu cuſtodem, aut ipſius vices gerentem, juxtâ præfatam regulam, per dies aliquos, prout delicti qualitas exegerit, per ſubtractionem victualium caſtigetur, ſecundâ verò vice pœna hujuſmodi duplicetur: Quod ſi tertiò, vel ampliùs, infrunito animo ſimile delictum committere præſumpſerit, tanquam incorrigibilis & rebellis ab ipſâ domo penitùs expellatur, ſicut propter contagionis periculum ovis morbida præciditur ab ovili: Ipſius tamen Magiſtri ſeu cuſtodis, qui pro tempore fuerit, ſi, quod abſit, eum deprehendi contigerit in delicto, nobis & ſucceſſoribus noſtris *Angliæ* Cancellariis, correctionem omnimodam reſervamus.

Ut autem præſens ordinatio in omnibus & ſingulis articulis ſupraſcriptis perpetuæ firmitatis robur optineat in futurum, huic ſcripturæ duplicatæ, & ad modum cirograffi indentatæ, cujus unam partem penes Magiſtrum ſeu cuſtodem, qui pro tempore fuerit; alteram verò in cuſtodiâ fratrum & ſororum volumus remanere, Sigillum noſtrum, ſub nomine Decanatus *Cyceſtriæ*, duximus apponendum. Dat. *Ebor.* *xxiiii.* die *Sept.* anno Domini ſupradicto; regniq; Regis prædicti *xxxi.*

Ibid. *Sequitur in hoc Rotulo confirmatio Regis* Ricardi *ſecundi, ſuper quampluribus donationibus, huic Hoſpitali, per diverſos homines antehac factis.*

HOSPITALE
de **Bowes** *infra Inſulam de* **Gerneſeye.**

Licentia Regia pro fundatione ejuſdem.

Pat.35.E.3.p.2.m.18. REx, (&c.) Quia accepimus, per Inquiſitionem, per dilectum & fidelem noſtrum *Johannem Mautravers*, Cuſtodem Inſularum noſtrarum de **Jereſeye**, **Gerneſey**, **Seerk**, & **Aureneye**, de mandato noſtro factam, & in Cancellariam noſtram *Angliæ* retornatam, quod non eſt ad dampnum nec præjudicium noſtrum, nec aliorum, ſi concedamus *Petro* de S. *Petro* de **Gerneſeye**, quod ipſe quoddam Hoſpitale, in quadam placeâ apud **Bowez**, in Parochiâ de **Seintpierport**, in dictâ Inſulâ de **Gerneſeye**, de novo fundare; & Magiſtro ſive Cuſtodi ejuſdem Hoſpitalis, ac fratribus & ſororibus in eodem Hoſpitali ſtatuendis, *xx.* virgatas terræ, cum pertinentiis, in villâ de **Seintpierport**, in eadem Inſulâ de **Gerneſeye**, ac quaterviginti quarteria frumenti, per annum, exeuntia de certis terris & tenementis in eadem villâ, dare poſſit & aſſignare; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum; & quod dicta placea tenetur de nobis in Capite per ſervicium reddendi nobis annuatim duas gallinas, precii duorum ſterlingorum, quatuor Pariſienſes, pro quodam redditu, vocato *ferme*; ac decem garbas de communibus bladis, vocatis **Chaumpert** quæ tres ſterling. & ſextam partem unius buſſelli frumenti, quæ unum ſterlingum valent per annum: Et quod tam prædictæ *xx.* virgatæ terræ, quam terræ, undè dicta quaterviginti quarteria frumenti annua proveniunt, de nobis in Capite, per ſervicium, vocatum **Chaumpert**, videlicet undecimæ garbæ, nobis per manus tenentium terrarum earundem, annuatim ſolvendæ tenentur; quodq; prædictæ *xx.* virgatæ terræ, *xl s.* & quodlibet quarterium frumenti prædicti, duos ſolidos valent annuatim: Et quod nos, ſecundùm leges & conſuetudines Inſularum prædictarum, cuſtodias, ſeu maritagia, prætextu alicujus terræ, quæ de nobis tenetur, ibidem non habemus, nec aliquid exigere poterimus, niſi tantummodò redditus & ſervicia nobis debita & conſueta: Nos de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſimus, & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato *Petro*, quod ipſe quoddam Hoſpitale, in placeâ prædictâ, de novo fundare; & Magiſtro ſive Cuſtodi, ac fratribus & ſororibus in eodem Hoſpitali ſtatuendis, prædictas *xx.* virgatas terræ, cum pertinentiis; necnon quaterviginti quarteria frumenti, exeuncia de dictis terris in prædictâ villâ de

Seintpierport, percipienda annuatim, per manus tenentium earundem terrarum, qui pro tempore fuerint, dare poſſit & aſſignare, habenda & tenenda eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi, Fratribus & Sororibus, & ſucceſſoribus ſuis, in auxilium ſuſtentationis ſuæ prædictæ imperpetuum (&c.) T. Rege apud *Turrim London. xxviii. Junii.*

HOSPITALE

de **Wolverhampton** *in agro* Staffordienſi.

Licentia Regis Ricardi *facta* Clementi Luſone & Willielmo Waterfall, *pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 16. R. 2 p. 1. m. 14.

REx (&c.) Licet (&c.) de gratiâ tamen noſtrâ ſpeciali, & pro quinq; marcis, quas *Clemens Luſone* Capellanus, & *Will. Waterfall* de **Wolvernhamptone** nobis ſolverunt, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eiſdem *Clementi* & *Willielmo*, quod ipſi quoddam Hoſpitale de uno Capellano & ſex pauperibus, apud **Wolvernhamptone**, ad honorem Dei & beatæ Virginis *Mariæ*, de novo fundare; ac unum meſuagium & tres acras terræ, cum pertinentiis, in eadem villâ, quæ de nobis non tenentur, eiſdem Capellano & pauperibus ad quoddam manſum pro inhabitatione ipſorum Capellani & pauperum & ſucceſſorum ſuorum ibidem ſimiliter de novo faciendum, dare & aſſignare poſſint; Habendum, *viz.* prædicto Capellano & ſucceſſoribus ſuis Capellanis, divina ſingulis diebus infra Hoſpitale prædictum celebratura, & præfatis pauperibus & ſucceſſoribus ſuis infra idem Hoſpitale continuè oraturo pro ſalubri ſtatu prædictorum *Clementis* & *Willielmi*, & *Johannæ* uxoris ejuſdem *Willielmi*, dum vixerint, & animabus eorum, cum ab hac luce migraverint, ac animabus omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem ipſorum *Clementis* & *Willielmi* in hac parte faciendam imperpetuum (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud **Notingham** quarto die *Auguſti.*

HOSPITALE

S. Trinitatis *in* Nova Sarum.

Licentia Regis Ricardi *ſecundi, pro fundatione ejuſdem.*

REx (&c.) Licet (&c.) de gratiâ tamen noſtrâ ſpeciali, & pro Centum ſolidis quos *Johannes Chaundeler* ſenior nobis ſolvit, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem *Joh.* quod ipſe de duobus meſſuagiis cum pertinentiis in vico vocato **Newestrete** *Nova Sarum*, quæ de nobis non tenentur, fundare & facere poſſit quoddam Hoſpitale in honore S. *Trinitatis* pro pauperibus debilibus & infirmis ibidem habitaturis; & quod Major Civitatis prædictæ, qui pro tempore fuerit, ſit Magiſter dicti Hoſpitalis, & quod idem Magiſter de tempore in tempus dictum Hoſpitale regere & gubernare, & de omnibus ad dictum Hoſpitale ſpectantibus, ordinare & diſponere poſſit juxta ordinationem ejuſdem *Johannis* in hac parte faciendam, imperpetuum. Conceſſimus etiam & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem *Johanni*, quod ipſe *xiii. s. iiii.* d. redditus percipiendos ſingulis annis de uno meſuagio in vico vocato **Caſtelſtrete**, in Civitate prædicta, quod ſimiliter de nobis non tenetur, dare poſſit & aſſignare eidem Magiſtro; habendos & tenendos eidem Magiſtro & ſucceſſoribus ſuis Magiſtris dicti Hoſpitalis, in auxilium reparationis & gubernationis ejuſdem Hoſpitalis & ſuſtentationis pauperum ibidem inhabitaturorum imperpetuum. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm. xviii. Febr.*

Pat. 17. R. 2. p. 2. m. 29.

Carta Regis Henrici *quarti, facta* Johanni Chaundeler, *pro dotatione ejuſdem.*

REx (&c.) Sciatis, quod cum nuper per literas noſtras Patentes, de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit, *Adæ Teffent* Majori Civitatis *Nova Sarum*, Magiſtro Hoſpitalis S. *Trinitatis* in Civitate prædictâ, quod ipſe tam in auxilium ſupportationis onerum dicti Hoſpitalis, quam in ſuſtentationem pauperum debilium & infirmorum ibidem inhabitancium, adquirere poſſet terras & tenementa ad valorem *xx.* libr. per annum, quæ de nobis non tenentur in Capite; habendas & tenendas eidem Majori, Magiſtro dicti Hoſpitalis, & ſucceſſoribus ſuis Majoribus & Magiſtris ibidem imperpetuum; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante, prout in literis noſtris prædictis pleniùs continetur: Nos volentes

Pat. 1. H. 4. p. 8. m. 38.

volentes conceſſionem noſtram prædictam effectui debito mancipari, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris (&c.) *Johanni Chaundeler* de *Nova Sarum*, ſeniori, quod ipſe duo meſſuagia, *xv.* cotagia, & quatuor ſolidatas redditus cum pertinentiis in *Nova Sarum*, quæ de nobis non tenentur in Capite, & quæ valent per annum *Lxvii.* s. *iiii.* d. in omnibus exitibus (&c.) dare poſſe & aſſignare præfato Majori, Magiſtro Hoſpitalis prædicti; Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus, tam in auxilium ſupportationis onerum dicti Hoſpitalis, quam in ſuſtentationem pauperum debilium & infirmorum ibidem inhabitantium ad valorem *C.* s. in partem ſatisfactionis *xx.* libratarum terrarum & tenementorum prædictorum imperpetuum (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm.* ſecundo die *Julii.*

HOSPITALE

vocatum **Knolls-Almeſhouſe**; *apud* **Pontfract** *in agro* **Eboracenſi.**

Dotatio ejuſdem.

Ex Regiſtro *Alex.* Nevile Archiep. Ebor. fol. 97.

CUnctis Chriſti fidelibus tenore præſentium innoteſcat; Quod nos *Robertus Knolls* miles, Civis *Londinenſis*, & *Cuſtancia* ejus uxor, in honorem Sanctæ & individuæ *Trinitatis*, ac beatiſſimæ Virginis *Mariæ*, matris Domini, pro noſtri ſtatus, & animarum noſtrarum, & omnium quibus tenemur proſperitate & ſalute, & in divini cultus augmentum, de bonis noſtris propriis à Deo collatis, de licentiâ excellentiſſimi Principis Domini noſtri, Domini *Richardi* Dei gratiâ Regis *Angliæ* & *Franciæ* & Domini *Hiberniæ*; ac magnifici Principis Domini *Johannis* Regis *Caſtellæ* & *Legionis*, Ducis *Lancaſtriæ* Domini ſoli & meſſuagii, quod cum pertinentiis nos perquiſivimus de *Thoma Schirwynd* in parochiâ de *Pontefracto*, *Eborum* Dioc. in quo Domus Collegiata infra-ſcripta conſtructa exiſtit; dominiq; immediatæ juriſdictionis, libertatis ſeu francheſiæ ibidem exiſtentis: ac de conſenſu & aſſenſu expreſſo omnium aliorum quorum intereſt, ſive intereſſe poterit in hac parte, ordinamus, fundamus, & perpetuò volumus ſtabiliri, & quatenus ad nos attinet, inibi ſtabilimus Collegium ſive Cantariam certorum Presbyterorum Deo famulantium, & perpetuò famulari debentium, in quadam Capellâ, ſpecialiter in honorem Sanctæ *Trinitatis*, dedicandâ & conſecrandâ, in domo elemoſinariæ pauperum, in dictis, loco & parochiâ, per nos erectâ, & ut ſubſcribitur, dotatâ, quam domum **Knolles-Almeſhouſe** volumus perpetuò vulgariter nuncupari. In quâ quidem domo, volumus & ordinamus, quod ſint perpetuò Capellani, quorum unus erit Magiſter ſive Cuſtos dictæ domus vulgariter nuncupatus; duo Clerici, & tres decim pauperes debiles; præcipuè tales, quos per infortunium, ad inopiam devenire contigerit, & duo ſervientes pauperibus antedictis, &c. Et Magiſter habebit viginti marcas pro ſuâ ſuſtentatione: duo Clerici quilibet decem marcas; treſdecim pauperes triginta quatuor libras, quatuor ſolidos, tres denarios & obolum per annum inter ſe ad ſuſtentationem in eſculentis & poculentis, &c. Scilicet quilibet unum denarium cum obolo per diem, exeuntes de Cofris noſtris, &c. Datum apud *Lond.* quarto *Octobris* Anno *MCCCLxxxv.*

HOSPITALE

de **Okeham** *in Comitatu* Rutlandiæ.

Licentia Regis Ricardi *ſecundi facta* Willielmo Dalby *de* **Ertone**, *pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 22. R. 2. p. 3 m. 4.

Vide Pat. 6. H. 4. p. 1. m. 19.

REx omnibus ad quos, (&c.) ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, *Willielmo Dalby* de **Ertone**, quod ipſe de novo facere, fundare, & ſtabilire poſſit apud **Okeham** quoddam Hoſpitale de duobus Capellanis, unde unus ſit Cuſtos & perpetuus, & alius remotivus; & de duodecim pauperibus hominibus, ad exorandum ſpecialiter pro ſalubri ſtatu noſtro, & cariſſimæ conſortis noſtræ *Iſabellæ* Reginæ *Angliæ*, dum vixerimus; & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; ac pro animabus chariſſimæ conſortis noſtræ *Annæ*, nuper Reginæ *Angliæ*, defunctæ, & cariſſimi Domini & patris, ac cariſſimæ Dominæ & matris, noſtrorum defunctorum: necnon pro ſalubri ſtatu prædicti *Willielmi*, & *Agnetis* uxoris ejus, dum vixerint, & pro animabus ſuis cum ab hac luce migraverint, & pro animabus omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem prædicti *Willielmi* in hac parte faciendam imperpetuum. Et ulteriùs, quod idem *Willielmus* dare & aſſignare poſſit Cuſtodi dicti Hoſpitalis, poſtquam ſic fundatum fuerit, unum meſſuagium & duas acras terræ, cum pertinentiis in prædictâ villâ de **Okeham**; Habendum & tenendum eidem Cuſtodi & ſucceſſoribus ſuis Cuſtodibus dicti Hoſpitalis, pro manſione & inhabitatione dicti Cuſtodis & dicti ſocii ſui, ac dictorum *xii.* pauperum hominum, & ſucceſſorum ſuorum imperpetuum. (&c.)

Et præterea de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, (&c.) præfato *Willielmo*, quod ipſe poſt fundationem dicti Hoſpitalis, & ordinationem ſuam prædictam, plenariè factam, dare & aſſignare poſſit advocationem, patronatum & Collationem dicti Hoſpitalis, dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui domus S. *Annæ*, ordinis *Cartuſienſis*, juxta **Coventre**, de fundatione noſtrâ exiſtente: Habendam & tenendam eiſdem Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, (&c.) Conceſſimus inſuper & licentiam dedimus, (&c.) eiſdem Priori & Conventui, quod ipſi *xl.* libratas annui & quieti redditus, percipiendas de poſſeſſionibus ſuis, ubi eis placuerit ordinandas, dare & concedere poſſint Cuſtodi prædicti Hoſpitalis; habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis pro ſuſtentatione ſuâ, & dicti ſocii ſui, ac *xii.* pauperum hominum prædictorum, & ſucceſſorum ſuorum imperpetuum, (&c.) T. Rege apud **Hareford** *xx. Maii.*

HOSPITALE

de **Donyngton** *in agro* **Berrocenſi.**

Licentia Regis Ricardi *ſecundi pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 16. R. 2. p. 3. m. 13. REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod cum dilectus & fidelis noſter *Ricardus Abberbury* Chivalier, noviſſima dierum ſuorum recolens, & ad alta proſpiciens, quoddam Hoſpitale, ſive quandam perpetuam domum certorum pauperum, apud Manerium ſuum de **Donyngton**, quod de nobis, ut de Honore *Walingfordiæ* tenetur, Deo ibidem perpetuò famulaturorum; & ſpecialiter pro ſalubri ſtatu noſtro, & ipſius *Ricardi*, dum vixerimus, & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; ac pro animabus progenitorum & hæredum noſtrorum, ac anteceſſorum & hæredum ipſius *Ricardi* imperpetuum oraturorum, juxta ordinationem ipſius *Ricardi* in hac parte faciendam, de novo fundare, facere, & ſtabilire; ac eiſdem pauperibus & ſucceſſoribus ſuis, duas acras terræ, quæ ſunt parcella dicti Manerii de **Donyngtone**, pro eorum inhabitatione; & Manerium de **Piſteley**, cum pertinentiis, pro ſuſtentatione ſuâ, in puram & perpetuam elemoſinam dare, concedere & aſſignare, mediante licentiâ ſuâ, proponat: Nos ad pium propoſitum & ſalubrem intentionem prædicti *Ricardi*, noſtræ conſiderationis intuitum propenſiùs dirigentes; & ut tanti, tamq; perfecti operis pietatis & meriti in præmiis participes effici valeamus, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ad ſupplicationem ipſius *Ricardi*, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris prædictis, quantum in nobis eſt, eidem *Ricardo*, quod ipſe quoddam Hoſpitale, ſive quandam perpetuam domum certorum pauperum, quorum unus omnibus aliis præſit, & *Miniſter Dei pauperis Domus de* **Donyngton**, nuncupetur, apud dictum Manerium de **Donyngton**, fundare & ſtabilire; ac præfatis miniſtro & pauperibus, dictas duas acras terræ pro eorum inhabitatione, & prædictum Manerium de **Piſteley** pro ſuſtentatione ſuâ, dare poſſit, concedere, & aſſignare: Habendum & tenendum eiſdem miniſtro & pauperibus & ſucceſſoribus ſuis miniſtris & pauperibus Hoſpitalis ſive domus prædictæ, Deo ibidem pro perpetuo famulaturis, & ſpecialiter pro ſalubri ſtatu noſtro, & ipſius *Ricardi*, dum vixerimus, & pro animabus noſtris, cum ab hac luce migraverimus; ac pro animabus progenitorum & hæredum noſtrorum, ac anteceſſorum & hæredum ipſius *Ricardi* ſingulis diebus oraturis, juxta & ſecundùm limitationem, diſpoſitionem, ordinationem, ſtatuta & voluntatem, per ipſum *Ricardum* in hac parte faciendam, de prædicto *Ricardo* & hæredibus ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm. xxvi. Aprilis.*

HOSPITALE

Novi Caſtri *ſuper* Tinam *in Comitatu* Northumbriæ, *Vocatum* **Thornton's Hoſpitall.**

Licentia Regis Henrici *quarti*, Rogero *de* Thornton *conceſſa, pro fundatione ejuſdem.*

REX, (&c.) Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & conſideratione cujuſdam ſummæ pecuniæ nobis in Camerâ noſtrâ per dilectum nobis *Rogerum* de *Thornton* nuper ſolutæ, conceſſimus & licentiam dedimus, (&c.) præfato *Rogero*, quod ipſe quoddam Hoſpitale in honore S. *Katherinæ*, in quodam meſſuagio ſuo per ipſum *Rogerum* in parte nuper ædificato, in quodam loco vocato le **Sandhill**, in villâ noſtrâ *Novi Caſtri* ſuper *Tinam*, continente *C.* pedes in longitudine, & *xl.* pedes in latitudine, de uno Capellano divina infra Hoſpitale prædictum, pro ſalubri ſtatu ipſius *Rogeri*, dum vixerit, & pro animâ ſuâ cum ab hac luce migraverit; ac animabus Pat. 13. H. 4. p. 2. m. 14.

mabus patris & matris ipſius *Rog.* & *Agnetis* nuper uxoris ejus; necnon antecesſorum & liberorum ſuorum, ac omnium fidelium defunctorum, ſingulis diebus celebraturo; ac de novem viris & quatuor fœminis pauperibus in eodem Hoſpitali continuè reſidentibus, juxta ordinationem ipſius *Rogeri* vel executorum ſuorum in hac parte faciendam, de novo facere, creare, fundare & ſtabiliri poſſit imperpetuum: Et quod Hoſpitale illud, Hoſpitale per ſe privatum & incorporatum exiſtat imperpetuum. Ac etiam, quod Capellanus Hoſpitalis prædicti, qui pro tempore fuerit, ſit Cuſtos ejuſdem Hoſpitalis. Ac quod idem Capellanus Cuſtos, & prædicti viri & fœminæ, Fratres & Sor'ores Hoſpitalis *S. Katherinæ*, vocati **Thorton s Hoſpitall**, in *Novo Caſtro ſuper Tinam* nuncupentur: Quodq; prædicti Cuſtos, fratres, & ſorores & eorum ſucceſſores, per nomen Cuſtodis Fratrum & Sororum Hoſpitalis S. *Katherinæ*, vocati **Thornton's Hoſpitall**, in *Novo Caſtro ſuper Tynam*, ſint perſonæ Capaces & habiles, ad omnimoda terras, tenementa, redditus & ſervicia, ac alias poſſeſſiones quaſcunq; de quibuſdam perſonis adquirendas, capiendas, & recipiendas; tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis Cuſtodibus, fratribus, & ſororibus Hoſpitalis prædicti imperpetuum, licentiâ regiâ indè primitùs optentâ: Necnon, quod iidem Cuſtos (&c.) ſint perſonæ habiles ad alios implacitandos, & ab aliis implacitari, & ad defendendum in quibuſcunq; Placitis & querelis, per nomen Cuſtodis, Fratrum & Sororum Hoſpitalis S. *Katherinæ*, vocati **Thornton's Hoſpitall**, in *Novo Caſtro ſuper Tinam*: Et quod habeant unum Commune Sigillum pro negotiis & agendis ejuſdem Hoſpitalis deſerviturum imperpetuum.

Et ulterius (&c.) licentiam dedimus (&c.) præfato *Rogero*, quod ipſe quandam Cantariam de uno Capellano divina ad Altare *beati Petri*, in Capellâ *omnium Sanctorum* in villâ prædictâ, pro ſtatu & animabus prædictis, ſingulis diebus celebraturo, juxta ordinationem ipſius *Rogeri*, vel Executorum ſuorum in hac parte faciendam, ſimiliter facere, fundare & ſtabilire poſſit imperpetuum. Conceſſimus etiam (&c.) præfato *Rogero*, quod ipſe meſſuagium ſuum prædictum, cum pertinentiis, quod de nobis tenetur in burgagio, poſtquam Hoſpitale prædictum ſic factum, fundatum & ſtabilitum fuerit, dare poſſit & aſſignare præfatis Cuſtodi, Fratribus & Sororibus Hoſpitalis prædicti; habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, tam pro inhabitatione ſuâ, quàm in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum. Conceſſimus inſuper (&c.) eidem *Rogero*, quod ipſe, hæredes, aſſignati vel Executores ſui, terras, tenementa, & redditus, cum pertinentiis, ad valorem *x.* lib. per annum, tam ea quæ de nobis tenentur in burgagio, quàm ea quæ de nobis non tenentur, adquirire, & præfatis Cuſtodi, Fratribus & Sororibus Hoſpitalis prædicti, ac Capellano Cantariæ prædictæ, cum ſic facta, fundata & ſtabilita fuerint, juxta diſcretionem & limitationem ſuam, diviſim & proportionaliter, dare, aſſignare & concedere poſſint; habenda (&c.) imperpetuum (&c.) T. Rege apud *Weſtm. xx. Junii.*

13.H.

HOSPITALE

de **Ewelme** *in agro* Oxonienſi.

Licentia Regis Henrici *ſexti* Willielmo *de* la Pole *Comiti* Suffolciæ, *&* Aliciæ *uxori ejus, de Fundatione ejuſdem.*

REx omnibus ad quos (&c.) ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali; & pro ducentis & quinquaginta marcis, nobis ſolutis in hanaperio noſtro, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, cariſſimo & fideli conſanguineo noſtro *Willielmo* de *la Pole* Comiti *Suffolciæ*, & *Aliciæ* uxori ejus; quod ipſi & uterq; eorum, qui ſupervixerit, quandam domum Elemoſinariam duorum Capellanorum, treſdecem pauperum virorum, per eoſdem Comitem & *Aliciam*, ſeu eorum alterum, hæredes & aſſignatos ſuos in eadem inſtituendorum, ponendorum & deputandorum; eoſdem *viz.* Capellanos divina celebraturos, ac ipſos Capellanos & pauperes viros prædictos, ad exorandum pro bono ſtatu noſtro, & ipſorum Comitis & *Aliciæ* dum vixerimus; & pro animâ noſtrâ, ac animabus ipſorum Comitis & *Aliciæ* poſtquam ab hac luce migraverimus; necnon animabus progenitorum noſtrorum, ac parentum, amicorum, & benefactorum ipſorum Comitis & *Aliciæ*; necnon omnium fidelium defunctorum: & ad quædam ſuffragia, ac pietatis, caritatis & devotionis opera perimplenda & excercenda, juxta ordinationem ipſorum Comitis & *Aliciæ*, ſeu alterius eorum in hac parte facienda & ſtatuenda, apud **Ewelme** in Com. *Oxon.* erigere, facere, fundare, & ſtabilire poſſint, ſeu poſſit ad ipſos Capellanos, & pauperes viros in eadem domo imperpetuum inhabitandum & commorandum; & quod eadem domus, poſtquam ſic erecta, facta, fundata, & ſtabilita fuerit per præfatos Comitem & *Aliciam*, ſeu eorum alterum, ſit unum Corpus Corporatum in re & nomine, habeantq; ſucceſſionem perpetuam, ac domum prædictam pro eorum inhabitatione inſimul habendum: necnon habeant Commune Sigillum pro negotiis domus prædictæ imperpetuum deſerviturum: Et quod ſint perſonæ habiles, & Capaces ad quæcunq; terras, tenementa, redditus, & advocationes adquirendum, & recipiendum; ac ad omnimodas actiones & querelas in quibuſcunq; Curiis & locis proſequendum, & defendendum, & ad placitandum in eiſdem.

Pat. 15. H. 6. m. 3.

Conceſſimus inſuper & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris prædictis, quantum in nobis eſt, tam præfatis Comiti & *Aliciæ*, quod ipſi ſeu alter eorum, vel eorum hæredes, quam aliis perſonis quibuſcunq;, quod ipſi terras, tenementa, redditus, & poſſeſſiones, ac advocationes & patronatus Eccleſiarum, tam de illis quæ de nobis in Capite, ſeu aliàs de nobis tenentur, quàm de illis, quæ de aliis perſonis, quàm de nobis tenentur uſq; ad valorem Centum marcarum per annum, dare poſſint ſeu poſſit & aſſignare eiſdem Capellanis & pauperibus viris domus prædictæ, cum domus illa ſic fundata fuerit & ſtabilita. Habendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, tam pro manſo & habitatione ſuis, quàm in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum, (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud Manerium ſuum de Kenyngton *iii.* die *Julii.*

Licentia dicti Regis Henrici, *pro conceſſione Maneriorum de* Perſhe, Cannok & Ramtrugge *Hoſpitali prædicto.*

Pat. 20. H. 6. p. 2. m. 19.

REx, &c. de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, cariſſimo & fideli conſanguineo noſtro, *Willielmo* de la *Pole* Comiti *Suffolciæ* & *Aliciæ* uxori ejus, quod ipſi Manerium de Perſhe cum pertinentiis in Com. *Buck.* exceptâ advocatione ejuſdem Manerii; ac Manerium de Connok cum pertinentiis in Com. *Wilteſ.* necnon Manerium de Ramtrugge cum pertinentiis in Com. *Suth.* exceptâ advocatione Eccleſiæ ejuſdem Manerii de Ramtrugg, quæ de nobis tenentur in Capite; & quæ quidem Maneria cum pertinentiis, exceptis præexceptis, valent per annum in omnibus exitibus, juxta verum valorem eorundem *Lix l.* ſicut per diverſas Inquiſitiones coram Eſcaetoribus noſtris in Com. prædictis, (&c.) eſt compertum, dare poſſint & concedere præfatis Capellanis & pauperibus viris: Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm. xxiiii.* die *Febr.*

Ex Cartaceo MS. in bibl. Collegii *Corp. Chriſti*, *Oxon*. f. 18. a.

Anno *MCCCCxlviii.* Hoſpitale de Ewelme, vocatum Gods houſe per *Willielmum* de la *Pole* Comitem *Suffolciæ*, & *Aliciam* uxorem, pro duobus ſacerdotibus; uno ad pauperes inſtruendos; alio Ludimagiſtro, ad pauperes docendos; uterq; *x l.* Miniſter *xvi d.* per ſeptimanam. Reliqui duodecim pauperes *xiii* d. per ſeptimanam. Tria Maneria, Ramtruge in *Hamptonia*, Conock in *Wiltonia*, Marche in *Buckinghamia.*

HOSPITALE *de* Shireburne *in agro* Dorſetenſi.

Licentia Regis Henrici *ſexti pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 15. H. 6. m. 5.

REx, (&c.) Sciatis quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, (&c.) *Roberto Nevyle* Epiſcopo *Sarum*, *Humfrido Stafford* militi, *Margaretæ Goghe*, *Johanne Fauntleroy* & *Johanni Baret*; quod ipſi quatuor, tres, vel duo eorum, ad honorem Dei ac Sanctorum *Johannis Bapt.* & *Johannis Evang.* quandam domum Elemoſinarum perpetuam, de *xx.* fratribus, ac de *xii.* pauperibus debilibus & impotentibus viris; necnon de quatuor mulieribus pauperibus debilibus & impotentibus; qui quidem pauperes viri & mulieres pro ſalubri ſtatu noſtro, dum vixerimus, ac fratrum Domus prodictæ & benefactorum ſuorum, dum vixerint; necnon pro animâ noſtrâ, & pro animabus progenitorum noſtrorum & fratrum prædictorum & benefactorum ſuorum poſtquam ab hac luce migraverimus, ſeu migraverint, & pro animabus omnium fidelium defunctorum imperpetuum orare teneantur: Necnon de quodam Capellano perpetuo, divina pro ſtatu & animabus prædictis imperpetuum celebraturo apud Shirbourne in Com. Dorſet, juxta ordinationem eorundem Epiſcopi, *Humfridi*, *Margaretæ*, *Johannis*, & *Johannis*, quatuor trium vel duorum eorum in hac parte faciendam, inchoare, facere, fundare, unire & ſtabilire poſſint. Et quod eadem domus de dictis fratribus domus prædictæ, ac de dictis viris & mulieribus, pauperibus, debilibus & impotentibus; necnon de dicto Capellano, ut Capellano domus prædictæ, imperpetuum exiſtant.

Quodq; fratres ejuſdem domus, & eorum ſucceſſores, quendam Magiſtrum de ſeipſis, de anno in annum, & quotiens pro commodo & honore ejuſdem domus fuerit expediendum, eligere & facere: Ac ſi contingat aliquem ſive aliquos fratrum prædictorum obire, quod ipſi qui ſupervixerint, & ſucceſſores ſui, alios fratres de aliis perſonis in domum illam uſq; ad numerum prædictorum *xx.* fratrum imperpetuum eligere & facere; necnon dictum Magiſtrum ab officio ſuo prædicto, & dictos pauperes viros & mulieres de domo prædicta amovere & expellere, & alium Magiſtrum de ſeipſis in officium prædictum, ac alios pauperes viros & mulieres in domum illam, uſq; ad numerum prædictorum ſexdecim pauperum virorum & mulierum imperpetuum eligere & facere valeant, juxta ordinationem eorundem Epiſcopi, *Humfridi*, (&c.) quatuor, trium vel duorum in hac parte faciendam. Necnon, quod cum prædicta domus ſic inchoata, facta, fundata unita & ſtabilita fuerit, Magiſter & fratres domus prædictæ & ſucceſſores ſui, Magiſter ac fratres Domus Elemoſinarum Sanctorum *Johannis Baptiſtæ*, & *Johannis* Evangeliſtæ de **Shirburne** nuncupentur (&c.) Ac per ſe ſint habiles & Capaces ad perquirendum & recipiendum terras, tenementa, redditus, & alias poſſeſſiones quæcunque, tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm. xi.* die *Julii*.

HOSPITALE *de* **Bocking** *in* Eſſexia.

Licentia Regis Henrici *ſexti, pro Fundatione & dotatione ejuſdem.*

REx (&c.) Supplicavit nobis dilectus ligeus noſter *Johannes Doreward* armiger, quod cum nobilis princeps *Henricus* quartus, avus noſter defunctus nuper per literas ſuas Patentes conceſſiſſet & licentiam dediſſet *Johanni Doreward* defuncto, patri prædicti *Johannis Doreward* armigeri; eo quod idem *Johannes* pater, ſummam ducentarum marcarum, ſibi adtunc per eundem avum noſtrum debitam, eidem avo noſtro relaxâſſet; quod ipſe unam Cantariam perpetuam de uno Capellano divina ſervicia in Eccleſiâ parochiali de **Stanewey** in Com. *Eſſexiæ*, pro bono ſtatu dicti *Johannis* patris, dum vixiſſet, & pro animâ ejus cum ab hac luce migrâſſet; & pro animabus parentum & benefactorum ſuorum, & omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem ejuſdem *Johannis* patris in eâ parte faciendam, celebraturo; facere, fundare & ſtabilire poſſet imperpetuum. Ac idem avus noſter, de habundanciori gratiâ ſuâ conceſſiſſet, pro ſe & hæredibus ſuis, & licentiam dediſſet præfato *Johanni* patri, quod ipſe quandam manſionem ſive placeam ſuper unam parcellam glebæ Eccleſiæ prædictæ, unam acram terræ continentem, jacentem ſubtus cimiterium ejuſdem Eccleſiæ; ac etiam ſeptem libratas redditus, exeuntes de Manerio de **Stanewey**, ac omnibus aliis terris & tenementis, quæ fuerunt ejuſdem *Johannis* patris, quæ de præfato avo noſtro non tenebantur in Capite, dare poſſet præfato Capellano Cantariæ prædictæ, cum ſic fundata foret; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in formâ prædictâ imperpetuum.

Pat. 18. H. 6. p. 3. m. 2.

Videſis Pat. 31. H. 6. p. 1. m. 13.

Ulteriùs quoq; præfatus avus noſter, per alias literas ſuas Patentes, & pro aliis *CC.* marcis, ſibi per dictum *Johannem* patrem ſimiliter relaxatis, conceſſiſſet & licentiam dediſſet præfato *Johanni* patri, quod ipſe Manerium de **Tendryng**, cum pertinentiis, quod de dicto avo noſtro non tenebatur in Capite, exceptâ advocatione ejuſdem Manerii, dare poſſet & aſſignare Abbati & Conventui S. *Johannis Colceſtriæ*, in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum, aliquo Statuto in contrarium facto, non obſtante, prout in literis prædictis pleniùs continetur: quas quidem literas Patentes, præfatus *Johannes* pater, in vitâ ſuâ nunquam executus fuit; ſicq; literæ illæ, quoad executionem eorundem, minus validæ & inſufficientes exiſtunt, ut accepimus: Nos ad præmiſſa conſiderationem habentes, & præfato *Johanni* filio literas noſtras in recompenſatione conceſſionum prædictarum concedere volentes, ut idem *Johannes* filius piam intentionem ejuſdem patris ſui, ſive conſimilem, citiùs exequi valeat, cum effectu, de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato *Johanni* filio, quod ipſe quandam Domum ſive manſionem, *Meaſon Dieu* villæ de **Bokkyng** nominandam, ſuper ſolum ſive terram ipſius *Johannis* filii, duas acras terræ continentem, infra eandem villam, pro ſeptem pauperibus in eadem domo, ſive manſione habitaturis, undè unus eorundem *Præpoſitus villæ* de **Bokkyng** vocetur: qui quidem Præpoſitus, ſic pro tempore exiſtens, gubernationem eorundem Domus ſive manſionis, ac pauperum hominum, qui ſic ibidem habitabunt, habeat imperpetuum, facere, ædificare, fundare & ſtabilire poſſit. Et quod ipſe dictum Manerium de **Tendryng**, & *x.* l. redditus, exeuntes de omnibus terris & tenementis præfati *Johannis* filii, in Com. *Eſſexiæ*, cum pertinentiis, quæ de nobis non tenentur, dare poſſit & aſſignare præfatis Præpoſito & pauperibus hominibus dictæ Domus, ſive manſionis de *Meaſon Dieu*, cum ſic facta, ædificata & ſtabilita fuerit; habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis, Præpoſitis, & pauperibus hominibus ejuſdem Domus ſive manſionis, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſuſtentatione ſua imperpetuum, ad devotè exorandum pro ſalubri ſtatu noſtro & ipſius *Johannis* filii, ac pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; necnon animabus cariſſimæ matris noſtræ *Katerinæ*, nuper Reginæ *Ang.* & præfati *Joh.* patris, & omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem ejuſdem *Johannis* filii, in hac parte faciendam. Et eiſdem Præpoſito & pauperibus hominibus, quod ipſi dictam Domum ſive manſionem; necnon eadem Manerium de **Tendryng**, & *x.* l. redditus cum pertinentiis, à præfato *Johanne* filio recipere poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis, in formâ prædictâ imperpetuum, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem.

Et ulteriùs de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris prædictis, quantum in nobis eſt, præfato *Johanni* filio, quod ipſe *Lx. s.* redditus, exeuntibus de omnibus terris & tenementis ſuis, cum pertinentiis in Com. prædicto, quæ de nobis non tenentur, dare poſſit & aſſignare Capellano Cantariæ beatæ *Mariæ* in Eccleſiâ parochiali de **Bokkyng** prædictâ, in augmentationem ſuſtentationis ſuæ ad ſpecialiùs exorandum pro ſtatu & animabus prædictis, juxta ordinationem ipſius *Johannis* filii, in hac parte faciendam; habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis Capellanis Cantariæ prædictæ imperpetuum. (&c.)

Ulteriùſq; de ampliori gratiâ noſtrâ, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato *Johanni* filio, cum ipſe duas acras terræ, cum pertinentiis in **Chygwell**, in Com. prædicto, unà cum advocatione Eccleſiæ de **Chygwell** eiſdem duabus acris terræ pertinente, quæ de nobis non tenentur, dare poſſit & aſſignare Priori & Conventui *S. Botulphi Colceſtriæ*; habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, in puram & perpetuam elemoſinam, in augmentationem ſuſtentationis ſuæ; & ad unum Canonicum Capellanum in eadem domo inveniendum, divina ſervicia in Eccleſiâ Prioratus prædicti, pro ſtatu & animabus prædictis, juxta ordinationem ejuſdem *Johannis* filii, in hac parte faciendam, celebraturum imperpetuum, (&c.) Et ulteriùs conceſſimus & licentiam dedimus, (&c.) præfatis Priori & Conventui, quod ipſi dictam Eccleſiam de **Chigwell** appropriare, & eam ſic appropriatam tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, (&c.) Et præterea de habundanciori gratiâ noſtrâ; ac pro eo quod dictæ *x l.* redditus, ultra Manerium prædictum, præfatis Præpoſito & pauperibus hominibus ad ſpecialiùs exorandum pro ſalubri ſtatu noſtro prædicto, ut præfertur, dandæ ſunt & aſſignandæ; dedimus & conceſſimus præfato *Johanni* filio, unam vacuam placeam terræ, jacentem in parochiis beatæ *Mariæ* **Stanynglane** & S. *Olavi Lond.* ſuper quam placeam unum tenementum, & quinq; alia meſſuagia nuper ædificata fuerunt & conſtructa; quæ quidem placea per forisfacturam *Thomæ Shelley* ad manus avi noſtri devenit, & in manibus noſtris adhuc exiſtit; & quæ valorem *x s.* per annum, ut dicitur, non excedit; habendam & tenendam eidem *Johanni* filio, hæredibus & aſſignatis ſuis imperpetuum, abſq; aliquo nobis vel hæredibus noſtris indè reddendo. In cujus, &c. T. Rege apud Caſtrum ſuum de **Wyndſore** *xiiii.* die *Maii.*

HOSPITALE

de **Todyngtone,** *in agro* Bedfordienſi.

Licentia Regis Henrici *ſexti, facta* Johanni Broughton *pro fundatione ejuſdem.*

Par.21.H. 6.p.1.m. 10.

REx, &c. Sciatis quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto & fideli noſtro *Johanni Broughton*, quod ipſe vel feoffati ſui quoddam Hoſpitale in honore S. *Johannis Bapt.* in quodam meſuagio & gardino adjacente, continente duas acras terræ in **Todyngdone** in Com. *Bedf.* de uno Capellano, divina pro ſalubri ſtatu noſtro, dum vixerimus; ac animabus *Thomæ Peyvre* & *Margaretæ* uxoris ejus, anteceſſorum & hæredum ſuorum & omnium fidelium defunctorum, ſingulis diebus celebraturo: Necnon de tribus viris pauperibus in eodem Hoſpitali commune reſidentibus, pro ſtatu & animabus prædictis ſingulis diebus, juxta ordinationem ipſius *Johannis*, ſeu feoffatorum ſuorum prædictorum, in hac parte faciendam, deprecaturo, erigere, facere, fundare, creare, & ſtabilire poſſit vel poſſint imperpetuum. Et quod Hoſpitale S. *Johannis Bapt.* de **Todyngdone** nuncupetur. Quodq; Capellanus prædictus ſit Cuſtos & habeat regimen ejuſdem Hoſpitalis: Et quod iidem Capellanus & pauperes per nomina Cuſtodis & pauperum Hoſpitalis S. *Johannis Bapt.* de **Todyngton** nuncupentur: Et quod Hoſpitale illud de Cuſtode & pauperibus prædictis ſit corporatum. Ac etiam quod iidem Cuſtos & pauperes & ſucceſſores ſui ſint una communitas perpetua in re & nomine, per nomina Cuſtodis & pauperum Hoſpitalis S. *Johannis Bapt.* de **Todyngdone**; illiſq; decedentibus alii loco eorum ſucceſſivè conſtituantur, juxta ordinationem ipſius *Johannis*, ſeu feoffatorum ſuorum prædictorum; habeantq; ſucceſſionem perpetuam. Et quod iidem Cuſtos & pauperes & eorum ſucceſſores, per nomina Cuſtodis & pauperum Hoſpitalis S. *Johannis Bapt.* de **Todyngdone**, ſint perſonæ habiles in lege ad omnimoda placita, ſectas, querelas, & demandas; necnon actiones reales, perſonales & mixtas movendas in quibuſcunq; Curiis noſtris vel hæredum noſtrorum aut aliorum quorumcunq;, tam coram nobis & hæredibus noſtris, quàm coram quibuſcunq; Juſticiariis & Judicibus ſpiritualibus & ſecularibus, proſequendas & defendendas: Et quod in eiſdem placitare poſſint & ab aliis implacitari, reſpondere & reſponderi.

Et ulteriùs de gratiâ noſtrâ conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris, eiſdem Cuſtodi & pauperibus Hoſpitalis prædicti, ſic corporati, & ſucceſſoribus ſuis prædictis, quod ipſi ſimiliter ſint perſonæ habiles & capaces, ad omnimoda terras, tenementa, redditus & ſervicia, & alias poſſeſſiones quaſcunq; de quibuſdam perſonis adquirenda, capienda & recipienda; habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis Cuſtodibus & pauperibus Hoſpitalis prædicti imperpetuum.

Et ulteriùs conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, præfato *Johanni Broughton*, quod ipſe dare poſſit & aſſignare; vel feoffati ſui prædicti dare & aſſignare poſſint Prioriſſæ domus & Eccleſiæ S. *Margaretæ* de **Dertford**, & ejuſdem loci Conventui & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, quendam annualem redditum octo librarum, percipiendum annuatim de omnibus illis terris & tenementis, quæ nuper fuerunt *Rogeri Loryng* in Parochiâ de **Chalgrave** in Com. *Bedf.* & *Nigelli Loryng* militis, in **Grove**, **Broketone** & **Mentemore**, in Com. *Buck.* ſub certis formâ & conditionibus per eorum arbitrium aſſignandum ſeu ſpecificandum; quæ terræ ſeu tenementa de nobis non tenentur in Capite, ut dicitur. Et eiſdem Prioriſſæ & Conventui, quod ipſæ prædictum annualem redditum à præfato *Johanne* vel feoffatis ſuis prædictis percipere poſſint; habendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum. Et quod ipſæ ſic habitâ poſſeſſione redditus prædicti, poſtquam Hoſpitale prædictum, ut præmittitur, erectum, creatum, fundatum & ſtabilitum exiſtit, eundem annualem redditum octo librarum, & ſimiliter quendam annualem redditum Centum ſolidorum, percipiendum annuatim de omnibus terris & tenementis ipſarum Prioriſſæ & Conventus in Pakmatton, dare poſſint & aſſignare Cuſtodi & pauperibus prædictis, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, ſub certis etiam formâ & conditionibus per eorum arbitrium aſſignandis, ſeu ſpecificandis, eo quod Domus illa de Dertford de fundatione progenitorum noſtrorum Regum *Angliæ* ac noſtro patronatu; ac terræ & tenementa prædicta in Pakmatton de collatione progenitorum noſtrorum prædictorum exiſtunt. non obſtantibus. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm.* vi. die *Febr.*

HOSPITALE

prope Richmund *in agro* Ebor.

De Cantaria in eadem fundanda.

Pat. 26. H. 6. p. 2. m. 18.

REx (&c.) Sciatis, quod cum nos ſeiſiti ſumus ut de feodo, & jure, de advocatione, & patronatu Hoſpitalis Sancti *Nicholai* propè Richmond in Comitatu *Ebor.* ut parcella Honoris noſtri de *Richmondia*, in quo quidem Hoſpitali eſt, & adiu fuit niſi unus Capellanus divina celebrans; quem valor Hoſpitalis prædicti cum pertinentiis, ultra onera, & repriſas ejuſdem, vix ſufficit ſuſtentare; & cujus Hoſpitalis ædificia, tam pro paupertate, quàm pro minus ſanâ gubernatione nuper Magiſtrorum ejuſdem, adeò in parte diruta, & in parte confracta, & ruinoſa devenerunt, quod abſq; magno ſuffragio, & opere petlatis per aliquem vel aliquos ad hoc caritativè motos, reædificari nequierunt ullo modo; ſicq; Hoſpitale illud quaſi in punctum deſolationis, & deſtructionis devenit. Ac dilectus ſerviens noſter *Willielmus Ayſcogh*, unus Juſticiariorum noſtrorum de Banco, pietate indè motus, ob ſinceram devotionem, & internam affectionem, quas ad glorioſum Confeſſorem Sanctum *Nicholaum*, in cujus honorem Capella ejuſdem Hoſpitalis dedicata exiſtit, gerit, & hæc prædicta ædificia diruta, de novo ſufficienter conſtrui, & erigi, ac prædicta alia ædificia ruinoſa, & confracta ſufficienter reparari, & emendari fecit, ſuis non modicis ſumptibus, & expenſis, ut accepimus; per quod quaſi ſecundus Fundator ejuſdem Hoſpitalis debet reputari. Et ulterius in firmo propoſito exiſtit in augmentationem divini Cultus ibidem, gratiâ noſtrâ mediante, fundare & ſtabilire quandam Cantariam de uno alio Capellano perpetuo, divina in prædictâ Capellâ, ſingulis diebus, &c. celebraturum imperpetuum. Nos, &c. per præſentes eidem *Willielmo* dedimus advocationem & Patronatum prædictos. Habenda (&c.) imperpetuum.

HOSPITALE

de Dertford *in agro* Cantiano.

Licentia Regis Henrici *ſexti pro Fundatione ejuſdem.*

Pat. 31. H. 6. p. 2. m. 4.

REx (&c.) Sciatis, quod ad laudem, gloriam & honorem Sanctæ & individuæ *Trinitatis*, in cujus honore Eccleſia parochialis de Dertford in Com. *Kanc.* dedicata exiſtit, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ex certâ ſcientiâ noſtrâ conceſſimus, & pro nobis & hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, quantum in nobis eſt, licentiam dedimus *Johanni Bamburgh, Willielmo Rothele, Rogero Jonet & Thomæ Booſt*, quod ipſe ſeu ille, vel illi eorum qui ſupervixerit vel ſupervixerint, in honore præfatæ S. *Trinitatis*, quandam domum Elemoſynariam diverſorum manſorum, de perpetuo Vicario Eccleſiæ prædictæ, & cuſtodibus bonorum, catallorum & ornamentorum Eccleſiæ illius, ac quinq; pauperibus debilibus in eadem domo, de tempore in tempus per eoſdem Vicarium & Cuſtodes & ſucceſſores ſuos imperpetuum ſuſtentandis & inveniendis, in prædictâ villâ de Dertford, pro ſalubri ſtatu noſtro & chariſſimæ conſortis noſtræ Reginæ, quoad vixerimus, ac pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus, & animabus progenitorum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum, ſingulis diebus oraturis: necnon ad alia miſerecordiæ & pietatis opera faciendis, ſupportandis & ſuſtentandis, juxta ordinationem prædictorum *Johannis Bamburgh, Willielmi Rothele* (&c.) ſeu eorum illius, vel illorum qui ſupervixerit inde faciendam; vocandam ſive nuncupandam *the Trinitees Almeſhouſe*, in Dertford, de novo fundare, erigere, unire & ſtabilire poſſint & poſſit.

Et quod iidem Vicarius & Cuſtodes & ſucceſſores ſui, perpetuis futuris temporibus, ſint Magiſter domus prædictæ, ac unum corpus in futurum incorporatum in re & nomine; ac perſonas habiles & in lege capaces ad perquirendum terras, tenementa & alias poſſeſſiones quaſcunq; , & de dono aliorum recipiendas & habendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis in feodo & perpetuitate imperpetuum: Et quod per nomen Magiſtrorum Domus Elemoſinariæ S. *Trinitatis* de **Dertford** implacitare valeant alios, & ab aliis implacitari; necnon proſequi & defendere in quibuſcunq; Curiis, coram quibuſcunq; Judicibus, tam ſpiritualibus quàm temporalibus, omnimodas actiones reales, perſonales & mixtas, ſectas, querelas & demandas, motas ſeu movendas, pro ipſis vel contra ipſos, in Curiis ſupradictis: Et quod habeant commune Sigillum pro negotiis Domus prædictæ deſerviturum.

Conceſſimus etiam, ac præfatis *Johanni Bamburgh*, *Willielmo Rothele* (&c.) & illi vel illis eorum qui ſupervixerit vel ſupervixerint, licentiam dedimus, quod ipſi vel ipſe terras, tenementa, redditus, reverſiones, & alias poſſeſſiones quaſcunq; , ad valorem *xx.* l. per annum, ultra repriſas, quæ de nobis non tenentur in Capite per ſervicium militare, dare poſſint & aſſignare hujuſmodi Magiſtris Domus prædictæ, cum ſic fundata, erecta, unita & ſtabilita fuerit; habendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis, ad ſuſtentandum & ſupportandum tam hujuſmodi quinq; pauperes, quam prædicta alia miſerecordiæ & pietatis opera in formâ prædictâ imperpetuum; ac eiſdem Magiſtris, quod ipſi eadem terras, tenementa, redditus & alias poſſeſſiones à præfatis *Johanne Bamburgh*, &c. aut illo vel illis eorum qui ſupervixerit vel ſupervixerint, tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ut prædictum eſt, recipere & habere poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis, in formâ prædictâ, tenore præſentium, licentiam ſimiliter dedimus ſpecialem (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm. xx.* die *Junii.*

DOMUS *Elemoſynaria infra procinctum Hoſpitalis* S. Crucis, *juxta* Wintoniam, *in agro* Suthamptonienſi, *per* Henricum *Cardinalem* Winton. *Epiſcopum fundata.*

Licentia Regis Henrici *ſexti pro incorporatione ejuſdem.*

Pat. 33. H. 6. p. 2. m. 18.

REx (&c.) Sciatis, quod cum ſuper quadam concordiâ, inter nos & cariſſimum avunculum noſtrum *Henricum* nuper Cardinalem & Epiſc. *Wynton.* defunctum, facta (&c.) pro ſummâ treſdecim milium treſcentarum & quinquaginta marcarum, nobis per eundem avunculum noſtrum in manibus noſtris ſolutâ, nos *v.* die *Martii* anno regni noſtri *xvii.* per literas noſtras patentes dederimus (&c.) præfato avunculo noſtro, ac *Johanni* nuper Archiepiſcopo *Ebor.* (&c.) Manerium de **Henrtrigge**, quinq; meſſuagia & quatuor virgatas terræ & dimidiam, cum pertinentiis, parcella Manerii de **Charleton**-*Camvile*, in Com. *Somerſet.*; & duas partes Manerii de **Ambresbury** cum pertinentiis in Com. *Wilteſ.* Habenda & tenenda ſibi, hæredibus & aſſignatis ſuis, ad uſum ipſius nuper Cardinalis, unà cum feodis militum, advocationibus Eccleſiarum (&c.) commoditatibus & emolumentis quibuſcunq; ad ea ſeu aliquam parcellam eorundem qualitercunq: (&c.) pertinentibus. Et ſimiliter conceſſerimus (&c.) quod tertia pars Manerii de **Wynterborne**, aliàs dicta **Wynterbourne** *Erlys*, & dicti Manerii de **Ambresbury**, cum pertinentiis (&c.) quam (&c.) præfatus nuper Dux & *Alicia* uxor ejus, quæ fuit uxor *Thomæ* nuper Comitis *Sarum*, tunc tenuerunt in dotem ipſius *Aliciæ* (&c.) poſt mortem ejuſdem *Aliciæ* præfatis avunculo noſtro (&c.) remanerent. Et ſimiliter conceſſerimus (&c.) quod dictum Manerium de **Charleton** (&c.) exceptis dictis quinq; meſſuagiis (&c.) ac etiam duæ partes dicti Manerii de **Wynterbourne** (&c.) necnon villa ſive burgus de **Wilton** cum pertinentiis in dicto Comitatu *Wilteſ.* quod quidem Manerium de **Charleton** *Camvile*, duas partes & villam, exceptis præexceptis, *Ric. Wydevile* miles & *Jaquetta* uxor ejus, quæ fuit uxor cariſſimi avunculi noſtri *Johannis* nuper Ducis *Bedfordiæ*, tunc tenuerunt in dotem ipſius *Jaquettæ* poſt mortem ejuſdem Ducis *Bedfordiæ*, quondam viri ſui, de hæreditate noſtrâ (&c.) præfato avunculo noſtro nuper Cardinali (&c.) remanerent; habenda & tenenda eis, hæredibus & aſſignatis ſuis (&c.) de nobis & hæredibus noſtris imperpetuum (&c.)

Et ſimiliter *xxiii.* die *Julii* anno regni noſtri *xviii.* per alias literas patentes dederimus & conceſſerimus præfatis avunculo noſtro Cardinali (&c.) *x.* l. *xiiii.* s. *vi.* d. ſterlingorum per annum; habendas & percipiendas eis hæredibus & aſſignatis ſuis, ad opus prædicti avunculi noſtri Cardinalis imperpetuum, de feodi firmâ villæ *Suthampton* (&c.) quouſque eiſdem avunculo noſtro Cardinali (&c.) de terris & tenementis, infra regnum noſtrum *Angliæ*, uſq; ad valorem annuum ſummæ prædictæ, per nos, hæredes ſeu ſucceſſores noſtros benè & ſufficienter ſatisfactum foret & contentatum; habendas (&c.) præfatis avunculo noſtro nuper Cardinali (&c.) hæredibus & aſſignatis ſuis (&c.)

Et ulteriùs *xxii.* die *Dec.* anno regni noſtri *xix.* per alias literas noſtras patentes, dederimus (&c.) præfatis avunculo noſtro, nuper Cardinali (&c.) Manerium de *Tarent*-**Lonſton**, cum pertinentiis in Com. *Dorſ.* quod eſt parcella poſſeſſionum Abbatiſſæ de *Cadamo* alienigenæ; habendum (&c.) eiſdem avunculo noſtro (&c.) hæredibus & aſſignatis ſuis imperpetuum (&c.)

Ac poſtmodum, *viz.* ſecundo die *Martii* anno Regni noſtri *xxi.* per alias literas patentes, conceſſerimus, (&c.) præfato avunculo noſtro, quod ipſe vel Executores ſui, (&c.) dare, concedere, & aſſignare poſſet vel poſſent, Magiſtro ſive Cuſtodi & fratribus Hoſpitalis S. *Crucis* juxta *Wynton.* in Com. *Sutht.* qui pro tempore forent, Maneria, dominia, terras, (&c.) redditus, &c. eiſdem Magiſtro ſive Cuſtodi, & fratribus Hoſpitalis prædicti, ut præfertur, & ſucceſſoribus ſuis, in auxilium ſuſtentationis ſuæ, & ad quædam onera & pietatis opera ibidem, juxta ordinationes, regulas & ſtatuta ipſius magni avunculi noſtri, nuper Cardinalis, vel executorum ſuorum, &c. in hac parte facienda, &c. imperpetuum, &c. quæ quidem Maneria, &c. ad valorem quingentarum librarum per annum ſe extenderent, &c.

Virtute quarum quidem literarum, &c. præfatus *Henricus* Cardinalis, &c. piè & devotè intendens cultum divinum, aliaq; pietatis, caritatis & miſericordiæ opera, ſpecialiùs quo potuit, pro ſalute animæ ſuæ augmentare, primò die *Februarii* anno Regni noſtri *xxiiii.* per quandam Cartam ſuam dedit, &c. *Thomæ Foreſt* Clerico, Magiſtro ſive Cuſtodi prædicti Hoſpitalis S. *Crucis* juxta *Wynton.* in dicto Com. *Sutht.* & fratribus ejuſdem Hoſpitalis, prædictum Manerium de **Henrſtrigge**, &c. & dictum Manerium de **Charleton**-*Camvile*, &c. & Manerium de *Tarent*-**Lonſton**, &c. Ac etiam prædicta Maneria de **Ambreſbury** & **Winterbourne**, &c. ac dictum burgum de **Wilton**, &c. necnon prædictas decem libras *xiv s. v* d. ſterlingorum per annum de prædictâ feodi firmâ dictæ villæ *Suthampt.* percipiendas, &c. Habenda & tenenda omnia & ſingula Maneria & burgum prædicta, cum pertinentiis, præfatis Magiſtro, &c. de nobis & hæredibus noſtris per fidelitatem tantum, pro omnibus ſerviciis, &c. imperpetuum, prout in dictâ Cartâ prædicti *Henrici* Cardinalis ſuperinde confectâ pleniùs continetur, &c.

Prætextu etiam quarum literarum noſtrarum prædictarum, præfatus *Henricus* nuper Cardinalis, per quandam aliam Cartam ſuam, datam *xii.* die *Februarii*, dicto anno *xxiiii.* dedit, (&c.) præfatis Magiſtro ſive Cuſtodi & fratribus, advocationem Eccleſiæ de **Crondale** in dicto Com. *Sutht.* & eandem Eccleſiam eiſdem Magiſtro, (&c.) appropriavit, Habendam, (&c.) in ſuos proprios uſus imperpetuum, (&c.) Et ſimiliter prædictus *Henricus* nuper Cardinalis, prætextu & auctoritate earundem literarum noſtrarum, per quandam aliam Cartam ſuam, cujus data eſt ſexto die *Martii*, eodem anno *xxiiii.* dedit, (&c.) eiſdem Magiſtro, ſive Cuſtodi ac fratribus, advocationem Eccleſiæ S. *Fidis* juxta *Wynton.* advocationem Hoſpitalis S. *Johannis* de **Fordingbrigge**; advocationem liberæ Capellæ de **Echeneſwell**; advocationem liberæ Capellæ S. *Jacobi Wintoniæ*; necnon advocationem liberæ Capellæ de *Colde*-**Henley**; & eandem Eccleſiam, dictum Hoſpitale, (&c.) & Capellas illas eiſdem Magiſtro, ſive Cuſtodi & fratribus appropriavit; Habendas, (&c.) eiſdem Magiſtro, (&c.) in ſuos proprios uſus in perpetuum, (&c.)

Et licèt præfatus Magiſter ſive Cuſtos, & fratres, virtute donationum, (&c) ipſius *Henrici* avunculi noſtri Cardinalis, eiſdem Magiſtro, (&c.) de omnibus & ſingulis Maneriis & burgo prædictis, (&c.) necnon de dictis advocationibus, (&c.) indè plenariè ſeiſiti, (&c.) extiterunt, (&c.) Nos tamen conſiderantes, qualiter præfatus avunculus noſter nuper Cardinalis, per ſe & per Executores ſuos, quandam domum Elemoſinariam, infra ſitum & procinctum Hoſpitalis prædicti, de duobus Capellanis, *xxxv.* pauperibus & tribus mulieribus, regendum & gubernandum per Magiſtrum ejuſdem Hoſpitalis, qui pro tempore foret, juxta ordinationes, (&c.) ipſius nuper Cardinalis, vel executorum, (&c.) in eâ parte faciendas, erigere & fundare proponebat & intendebat; dictaſq; poſſeſſiones ſpirituales & temporales, eâ occaſione, noſtrâ mediante licentiâ, Magiſtro *Thomæ Foreſt*, nunc Magiſtro ſive Cuſtodi, ac fratribus ejuſdem Hoſpitalis, pro hujuſmodi intentione ſuâ in eâ parte perficienda, dederit, (&c.) Jamq; ſic compertum exiſtat, quod domus Elemoſynaria prædicta non eſt fundata nec ſtabilita pro perpetuo duratura, uti prædictus nuper Cardinalis piè & devotè eſtimabat; ſet quod veriſimiliter in futurum, quod abſit, ad deſolationem deducetur, niſi caucior & commodior proviſio pro conſervatione poſſeſſionum ejuſdem adhibeatur, ex eo præſertim quod Capellani & pauperes prædicti, ex ſeipſis non ſunt unum corpus & communitas perpetua per ſe, ſed ſunt ſub regimine & gubernatione Magiſtri Hoſpitalis S. *Crucis* prædictæ; ac poſſeſſiones utriuſq; eorundem Hoſpitalis S. *Crucis* prædictæ antiquitùs fundati, & dictæ novæ domus Elemoſinariæ inſimul ita confuſè & communiter poſſidentur, quod ipſarum communio inter confratres utriuſq; eorundem Hoſpitalis & domus Elemoſynariæ parit diſcordiam, & cotidiè novas generat lites & contentiones: Ne igitur fundatio unius ſit grave onus aut occaſio ruinæ alterius, quod timetur verſimiliter evenire in futurum, contra piam & devotam prædicti nuper Cardinalis intentionem; de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ad humilem ſupplicationem tam prædictorum Magiſtri ſive Cuſtodis & fratrum dicti Hoſpitalis S. *Crucis*, quàm dictorum Executorum; ad laudem, gloriam, & honorem omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimæ & intemeratæ Virginis *Mariæ*, matris Chriſti, & omnium Sanctorum Dei; necnon ad dictam piam & devotam intentionem præfati Cardinalis in hac parte ſpecialiùs perficiendam & perimplendam; conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis cariſſimo conſanguineo noſtro *Edmundo* duci *Somerſetiæ*, *Stephano Wilton*, (&c.) quod ipſi, (&c.) vel duo eorum, juxta ordinationes ſuas fiendas, quandam domum Elemoſinariam perpetuam de uno Rectore ſive cuſtode & duobus Capellanis, ac *xxxv.* viris pauperibus, & tribus mulieribus ſororibus, in quodam loco ſive fundo, infra ſitum & procinctum dicti Hoſpitalis S. *Crucis* juxta *Wynton.* jacentem ad occidentalem partem Eccleſiæ ejuſdem Hoſpitalis, per præfatum avunculum noſtrum Cardinalem ad hoc nuper ædificato; vulgariter nuncupato *novo domo Elemoſinario nobilis paupertatis*, erigere, creare, facere, fundare, & ſtabilire poſſint; & quod prædicti Magiſter ſive Cuſtos, & fratres dicti Hoſpitalis S. *Crucis*, locum ſive fundum prædictum, & ædificia ſuperinde per dictum avunculum noſtrum Cardinalem ædificata, cum pertinentiis, poſtquam domus elemoſinaria prædicta ſic erecta, facta, fundata & ſtabilita fuerit, prædicto Magiſtro ſive Cuſtodi, Capellanis ac fratribus & ſororibus ejuſdem novæ domus, pro inhabitatione eorundem & ſucceſſorum ſuorum ibidem, dare poſſint & concedere: Habenda & tenenda eiſdem Rectori ſive Cuſtodi, Capellanis, fratribus, ſororibus, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ad exorandum pro ſalubri ſtatu noſtro, dum vixerimus, & pro animâ noſtrâ, cum ab hac luce migraverimus, & animâ præfati avunculi noſtri Cardinalis, & animabus omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationes, regulas, & ſtatuta dictorum Executorum in hac parte fiendas, (&c.)

Et quod prædicta domus Elemoſynaria, cum ſic erecta, (&c.) fuerit, *nova domus Elemoſynaria nobilis paupertatis*, per *Henricum* Cardinalem *Anglia* & Epiſcopum *Wynton.* filium nobilis memoriæ *Johannis* nuper Ducis *Lancaſtria* ordinata, juxta *Wynton.* imperpetuum nuncupetur. Et quod Rector ſive Cuſtos, Capellani, fratres, & ſorores, & ſucceſſores ſui, poſtquam domus Elemoſynaria prædicta ſic facta, fundata, ſtabilita, creata & erecta fuerit, ſint in re & in nomine unum corpus perpetuum, & una communitas perpetua; & quod ipſi & ſucceſſores ſui, Rector ſive Cuſtos, Capellani, fratres & ſorores novæ domus Elemoſinariæ nobilis paupertatis, per *Henricum* Cardinalem *Anglia* & Epiſcopum *Wynton.* filium nobilis memoriæ *Johannis* nuper Ducis *Lancaſtria* ordinatæ juxta **Wynton** imperpetuam nuncupentur: Quodq; iidem Rector ſive Cuſtos, Capellani, (&c.) habeant perpetuam ſucceſſionem & commune Sigillum, pro negotiis ſuis deſervituris. Et quod ipſi & ſucceſſores ſui imperpetuum ſint perſonæ habiles & Capaces in lege & perpetuitate ad perquirendum & recipiendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis in feodo & perpetuitate, dominia, Maneria, terras, (&c.) & alias poſſeſſiones quaſcunq;, tam de nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, quàm de aliis perſonis quibuſcunq;, licèt ea immediatè de nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris in Capite teneantur, (&c.) In cujus, (&c.) T. Rege apud *Weſtm. viii.* die *Aprilis*.

HOSPITALE

de **Stokfaſton**, *in agro* Leiceſtrenſi.

Licentia Johanni *de* Boyvile *armigero, facta per Regem* Edwardum *quartum, pro fundatione ejuſdem.*

Pat. 5. E. 4. p. 2. m. 3.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod nos, ex mero motu & certâ ſcientiâ noſtris, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ad laudem & honorem Dei & glorioſiſſimæ Virginis *Maria*, omniumq; Sanctorum, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto & fideli noſtro *Johanni de Boyvile* armigero, quod idem *Johannes* ad beatiſſimam & glorioſiſſimam Virginem *Mariam* habet & gerit, quandam domum Elemoſinariam perpetuam, de uno Capellano & tribus pauperibus perpetuis, apud **Stokfaſton** in Com. *Leyc.* juxta Eccleſiam ejuſdem villæ, divina & orationes ſingulis annis in eadem Eccleſiâ, pro bono ſtatu ejuſdem *Johannis* durante vitâ ſuâ, & animâ ejus cum ab hac luce migraverit, & animabus parentum, anteceſſorum, & benefactorum ſuorum; necnon animabus omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem dicti *Johannis* in hac parte faciendam & ordinandam, celebraturis & oraturis imperpetuum, facere, fundare, erigere, ſtabilire, & creare poſſit. Et quod domus illa, cum ſic facta, fundata, erecta, ſtabilita & creata fuerit, *Domus Elemoſinaria beatiſſima* Mariæ *Virginis, de* **Stokfaſton** imperpetuum nuncupetur. Et quod Capellanus & pauperes prædicti, & ſucceſſores ſui, poſtquam domus illa facta, fundata, erecta, ſtabilita & creata fuerit, ſint unum corpus incorporatum, in re & nomine; habeantq; ſucceſſionem perpetuam & commune Sigillum pro negotiis domus prædictæ deſerviturum: Quodq; Capellanus & pauperes prædicti & ſucceſſores ſui imperpetuum, per nomen Capellani & pauperum domus Elemoſinariæ beatiſſimæ *Maria* Virginis de **Stokfaſton**, proſequi & implacitare; necnon implacitari poſſint in quibuſcunq; Curiis ſpiritualibus & temporalibus, tam coram nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, quàm coram quibuſcunq; Juſticiariis & Judicibus ſpiritualibus & temporalibus, in omnibus & ſingulis actionibus realibus, perſonalibus & mixtis, ſectis, querelis & demandis.

Et inſuper conceſſimus, & licentiam dedimus, concedimus & licentiam damus eidem *Johanni*, quod ipſe dare & concedere poſſit Capellano & pauperibus prædictis, poſtquam domus illa ſic facta, fundata, erecta, ſtabilita

&

& creata fuerit & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, terras, tenementa & redditus ad valorem *x.* librarum per annum, ultra omnia onera & repriſas, quæ de nobis non tenentur in Capite (&c.) Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis (&c.) non obſtante. In cujus (&c.) T. Rege apud **Staunford** *xxii.* die *Jan.*

HOSPITALE

de **Heichtesbury** *in agro* Wiltonienſi.

Licentia Regis Ewardi *quarti, pro Fundatione & dotatione ejuſdem.*

Pa.11. E. 4p.2.m. 35. REx omnibus ad quos (&c.) ſalutem. Sciatis, quod ad perpetuam rei memoriam, piis deſideriis devotorum, illis præſertim qui ſalutem reſpiciunt fidelium animarum, gratum nos decet præbere conſenſum. Et quia ſanctum & ſalubre eſt pro defunctis exorare, nos ad humilem ſupplicationem *Margaretæ*, quæ fuit uxor *Roberti* nuper Domini *Hungerford* militis, de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus, ac per præſentes concedimus & licentiam damus, pro nobis & hæredibus noſtris; eidem *Margaretæ* & *Johanni Cheyne* de **Pynne** armigero, & *Johanni Mervyn* armigero & eorum cuilibet; quod ipſi, ſeu eorum aliqui vel aliquis, quandam domum Elemoſinæ, de uno Capellano, *xii.* viris pauperibus & unâ muliere perpetuis; quorum idem Capellanus Cuſtos ejuſdem Domus ſit omnino, apud **Heightesbury** in Com. *Wilteſſ.* divina ſervicia & alias orationes, ſingulis diebus in Eccleſiâ parochiali de **Heightesbury** prædictâ, pro ſalubri ſtatu noſtro, ac prædilectiſſimæ conſortis noſtræ *Elizabethæ* reginæ *Angl.* ac reverendi in Chriſto patris *Richardi Beuchamp*, *Sarum* Epiſcopi, dum vixerimus; & pro animabus noſtris, cum ab hac luce migraverimus: necnon pro bono ſtatu prædictorum *Margaretæ*, *Johannis*, & *Johannis*; ac Magiſtri *Jacobi Goldwell* prothonotorii Apoſtolici, Decani Eccleſiæ Cath. beatæ *Mariæ Sarum*, dum vixerint; & pro animâ dicti *Roberti Hungerford*, & pro animâ præfatæ *Margaretæ*, cum ab hac luce migraverimus: Necnon pro animabus *Walteri Hungerford*, nuper Domini *Hungerford* & *Katherinæ* nuper uxoris ejus, parentum ejuſdem *Roberti*, & animabus *Willielmi* Domini de *Botreaux*, & *Elizabethæ* nuper uxoris ejus, parentum ejuſdem *Margaretæ*; ac pro animâ *Georgii Weſtby* armigeri; necnon pro animabus præfatorum *Johannis Cheney*, *Johannis Mervyn*, & *Jacobi Goldewell*, cum ab hac luce migraverimus, ac animabus omnium fidelium defunctorum, ac ad quædam alia facienda juxta ordinationem prædictorum *Margaretæ*, *Johannis*, & *Johannis*, ſeu aliorum aliquorum vel alicujus in hac parte fienda, imperpetuum factura & deprecatura; facere, fundare, creare, erigere & ſtabilire poſſint & poſſit futuris temporibus duratura.

Et quod Cuſtos, pauperes & mulier dictæ Domus Elemoſynæ, & eorum ſucceſſores; Cuſtodes, pauperes & mulieres Domus Elemoſinæ præfati *Walteri*, & *Roberti* filii ſui, nuper dominorum **Hungerford** & de **Heightesbury** in Com. prædicto, nuncupentur imperpetuum: Ac præfati Cuſtos, pauperes & mulier dictæ domus Elemoſinæ & eorum ſucceſſores, Cuſtodes, pauperes & mulieres ejuſdem domus, ſint unum Corpus, habeantq; ſucceſſionem perpetuam, ac ſint perſonæ habiles & Capaces in lege: Et quod iidem Cuſtos, pauperes & mulier dictæ domus Elemoſinæ & ſucceſſores ſui, Cuſtodes, pauperes & mulieres ejuſdem domus, per nomen & ſub nomine Cuſtodis, pauperum & mulieris domus Elemoſinæ prædictorum *Walteri* & *Roberti*, nuper dominorum de **Hungerford** & de **Heightesbury** in Com. prædicto, terras, tenementa, redditus, ſervicia & annuitates, cum pertinentiis, de quibuſcunq; perſonis perquirere poſſint, optinere, & recipere; Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus prædictis imperpetuum. Ac præfati Cuſtodes, pauperes & mulieres ejuſdem domus, per nomen Cuſtodes pauperum & mulieres domus Elemoſinæ præfatorum *Walteri* & *Roberti*, nuper dominorum de **Hungerford** & de **Heightesbury** in Com. *Wilteſſ.* placitare poſſint & implacitari; necnon omnimodas actiones, ſectas, querelas, & cauſas reales, perſonales & mixtas, cujuſcunq; generis fuerint vel naturæ, coram quibuſcunq; Juſticiariis, Judicibus ſecularibus vel ſpiritualibus, ſeu aliis perſonis quibuſcunq; proſequi, ac in eiſdem reſpondere & reſponderi, eiſdemq; defendere poſſint; & omnia facere & recipere poſſint, prout & eodem modo, quo cæteri ligei noſtri perſonæ habiles & capaces infra idem regnum placitant & implacitantur, reſpondeant & reſpondere tenentur, ac faciunt & facere poterint. Et quod iidem Cuſtos, pauperes, & mulier domus Elemoſinæ ſupradictæ, & eorum ſucceſſores, Cuſtodes, pauperes, & mulieres ejuſdem domus, habeant unum commune Sigillum pro negotiis & agendis dictæ domus Elemoſinæ deſerviturum imperpetuum.

Et inſuper, de uberiori gratiâ noſtrâ, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris prædictis, præfatis *Margaretæ*, *Johanni*, & *Johanni*, & eorum cuilibet; quod ipſi ſeu eorum aliqui, vel aliquis, cùm dicta domus Elemoſinæ, ſic facta, fundata, creata, erecta, & ſtabilita fuerit, dare poſſint & poſſit, & concedere præfatis Cuſtodi, pauperibus & mulieri, Maneria de **Cheverell**-*Burnell*, & **Cheverell**-*Hales* (aliàs dicta **Cheverell** *magna*) cum pertinentiis in Com. prædicto, pro ſuſtentatione eorundem Cuſtodis, pauperum & mulieris, & ſucceſſorum ſuorum: ac duo meſſuagia, cum pertinentiis in **Heightesbury** prædictâ, quæ *Walterus Hungerford*, nuper dominus **Hungerford**, nuper perquiſivit de *Johanne at Borgh* armigero, licèt de nobis aut de aliis teneantur;

ita tamen quod non teneantur de nobis in Capite, pro inhabitatione eorundem Cuſtodis pauperum, & mulieris, & ſucceſſorum ſuorum; ac *xx.* carectatas boſci pro focali ſuo in boſco de **Southleghe** in Com. *Wilteſ.* advocatione tamen Eccleſiæ de **Cheverell** magnâ tantummodo exceptâ. Habendum & tenendum Maneria & meſſuagia prædicta, cum pertinentiis, exceptis præexceptis, præfatis Cuſtodi, pauperibus & mulieri, & ſucceſſoribus ſuis: Ac habendum & percipiendum annuatim dictas *xx.* carectatas boſci, in boſco prædicto, per ſuperviſum Cuſtodis ejuſdem boſci, pro tempore exiſtentis, vel ſine ejus ſuperviſu, ſi ipſe ad hoc requiſitus intendere non poterit vel noluerit, abſq; impedimento ejuſdem Cuſtodis, aut aliorum quorumcunq;, eiſdem Cuſtodi, pauperibus & mulieri & ſucceſſoribus ſuis prædictis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum, (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm. xx.* die *Febr.*

HOSPITALE

de **Savoy** *in ſuburbio Civitatis* Londini.

Carta Regis Henr. *octavi, de fundatione ejuſdem.*

Pat. 4. H 8. p. 1.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Cum nuper per literas noſtras patentes Sigillo noſtro Ducatus noſtri *Lancaſtriæ* ſigillatas, quarum data eſt apud **London** tertio die *Aprilis* annò Regni noſtri ſecundo, dederimus, conceſſerimus & eadem Cartâ noſtrâ confirmaverimus *Ricardo* Epiſcopo *Wyntoniæ*, Cuſtodi privati Sigilli noſtri, *Ricardo* Epiſcopo *Londoniæ*, *Thomæ* Epiſcopo *Dunelm.* *Edmundo* Epiſcopo *Sarum*, *Willelmo* Epiſcopo *Linc.* *Johanni* Epiſcopo *Roffenſi*; *Thomæ* Comiti *Arundeliæ*, *Thomæ* Comiti *Surriæ*, Theſaurario noſtro *Angliæ*; *Carolo Somerſet* militi Domino de *Herbart*, Camerario noſtro; *Johanni Fyneux* militi Capitali Juſticiario Banci noſtri; *Roberto Rede* militi, Capitali Juſticiario Communis Banci noſtri; Magiſtro *Johanni Young* Cuſtodi Rotulorum Cancellariæ noſtræ; *Tho. Lovell* militi, Theſaurario Hoſpicii noſtri, & *Johanni Cutte* ſub-Theſaurario noſtro *Angliæ*, executoribus Teſtamenti *Henrici* nuper Regis *Angliæ* ſeptimi, patris noſtri illuſtriſſimi, ſitum Manerii de **Savoye**, ſive quandam placeam ſeu peciam terræ vocatam le **Savoye**, nuper parcellam Ducatus noſtri prædicti, jacentem in parochiis S. *Clementis Dacorum*, extra barras *novi Templi* **London**, & beatæ *Mariæ* de **Stronde** in Com. *Midd.* inter terram & manſionem Epiſcopi *Wygornienſis*, ex parte orientali, & terram Epiſcopi *Carleolenſis* ex parte occidentali; & abuttantem ſuper aquam *Thamiſiæ* verſùs Auſtrum; & ſuper viam noſtram per quam itur de **Stronde Croſſe** verſùs **Charyng Croſſe** verſùs Boream: Habendum & tenendum prædictum ſitum, vocatum le **Savoy**, ſive prædictam placeam ſeu peciam terræ vocatam le **Savoy**, cum pertinentiis, præfatis Executoribus, hæredibus, & aſſignatis ſuis imperpetuum de dono noſtro, quietè, de nobis & hæredibus noſtris, abſq; compoto, ſeu aliquo alio nobis, hæredibus vel ſucceſſoribus noſtris pro eiſdem reddendo, ſolvendo vel faciendo; ad intentionem, quod iidem Executores, ſeu eorum aliqui, ſive aliquis, quoddam Hoſpitale, in & ſuper prædicto ſitu, ſive prædictâ placeâ, ſive peciâ terræ vocatâ le **Savoy**, licentiâ noſtrâ, aut hæredum ſeu ſucceſſorum noſtrorum, indè per ipſos, ſeu eorum aliquos ad hoc optinendâ, juxta ordinationem & Statuta per ipſos ſeu eorum aliquos ſive aliquem limitandâ & ordinandâ, erigere, fundare, creare & ſtabilire poſſent ſeu poſſit, aut erigi, creari, fundari & ſtabiliri facerent ſeu faceret, prout in eiſdem literis noſtris patentibus, inter alia, pleniùs apparet: Sciatis, quod nos de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ, & mero motu noſtris, prædictas literas noſtras patentes, ac donum & conceſſionem prædicta; necnon omnia & ſingula in eiſdem literis noſtris patentibus contenta & ſpecificata, rata habentes & grata, ea per præſentes ratificamus, approbamus & confirmamus.

Et inſuper, de uberiori gratiâ noſtrâ, ac ex certa ſcientiâ & mero motu noſtris prædictis, conceſſimus & licentiam dedimus, ac per præſentes licentiam damus & concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Executoribus, quod ipſi, ſeu eorum aliqui ſuperviventes, ſeu eorum aliquis ſuperviveus, quoddam Hoſpitale perpetuum de quinq; Capellanis perpetuis ſecularibus; *viz.* de uno Magiſtro & quatuor aliis Capellanis, infra & ſuper ſitum prædictum, ſive prædictam placeam ſeu peciam terræ, vocatam le **Savoy**, ad laudem & honorem Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, beatiſſimæq; ſemper Virginis *Mariæ*, matris ejus, ac S. *Johannis* Baptiſtæ, ad exorandum pro bono ſtatu noſtro, & *Katerinæ* conſortis noſtræ, dum vixerimus, & pro animabus noſtris, cum ab hac luce migraverimus; & ſpecialiſſimè pro ſalute animarum prædicti nuper Regis patris noſtri, & *Elizabethæ* nuper conſortis ſuæ matris noſtræ præcariſſimæ, necnon *Arthuri* primogeniti eorum, nuper Principis *Walliæ*, Ducis *Cornubiæ* & Comitis *Ceſtriæ*, fratris noſtri, juxta ordinationes & ſtatuta eorundem Executorum, ſive eorum aliquorum, ſeu eorum alicujùs fundatoris, ſive fundatorum ejuſdem Hoſpitalis fiendas & limitandas; fundare, erigere, creare, facere & ſtabilire poſſint & poſſit: Et quod Hoſpitale prædictum, cum ſic fundatum, erectum & ſtabilitum exiſtat, Hoſpitale *Henrici* nuper Regis *Angliæ* ſeptimi, de **Savoy** nominetur, vocetur & appellatur; quodq; Magiſter Hoſpitalis illius & ſucceſſores ſui, Magiſtri ejuſdem Hoſpitalis, ac Capellani Hoſpitalis illius, Magiſter & Capellani Hoſpitalis *Henrici* nuper Regis *Angliæ* ſeptimi, de Savoy, ſimiliter nominentur, vocentur & appellantur: Et quod iidem Magiſter & Capellani ſint incorporati, ac uniti; & ſint unum corpus re & in nomine: habeantq; ſucceſsionem perpetuam. Et quod iidem Magiſter & Capellani & eorum ſucceſſores per idem nomen, & ſub eodem nomine, ſint perſonæ habiles & capaces in lege, ad perquirendum & recipiendum terras, tenementa, annuitates, redditus, ſervicia, advocationes Eccleſiarum, Prioratuum emolumenta, poſſeſsiones & hæreditamenta quæcunq; ; necnon bona & catalla, tam de dono noſtro, quàm de quibuſcunq; perſonis, ea eis dare, legare, ſeu aſsignare volentibus, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Et quod iidem Magiſter & Capellani, & eorum ſucceſſores habeant unum Sigillum commune pro negotiis Hoſpitalis prædicti agendis. Et quod iidem Magiſter & Capellani, & eorum ſucceſſores Magiſtri & Capellani Hoſpitalis prædicti, per nomen Magiſtri & Capellanorum Hoſpitalis *Henrici* nuper Regis *Angliæ* ſeptimi, de Savoy, implacitare & implacitari, proſequi & defendi poſsint in omnibus & ſingulis cauſis, querelis, actionibus realibus, perſonalibus & mixtis, cujuſcunq; fuerint generis, ſive naturæ, ac reſpondere & reſponderi, defendere & defendi valeant ſub nomine prædicto in eiſdem, in quibuſcunque Curiis & locis, coram quibuſcunq; Juſticiariis & judicibus, tam ſpiritualibus quàm temporalibus.

Et ulterius, de uberiori gratiâ noſtrâ concedimus, & licentiam damus, pro nobis & hæredibus noſtris, per præſentes, quod poſtquam Hoſpitale prædictum, ut prædicitur, fundatum, erectum, creatum & ſtabilitum fuerit, prædicti Executores, & eorum quilibet, ac aliæ quæcunq; perſonæ, & quæcunq; alia perſona terras, tenementa, redditus, ſervicia, reverſiones, advocationes Eccleſiarum, Prioratuum, Hoſpitaliorum, liberas Capellas, ac alia beneficia Eccleſiaſtica quæcunq; ; necnon omnia & omnimoda alia hæreditamenta & poſſeſſiones quaſcunque, ad valorem quingentarum marcarum per per annum, ultra omnia onera & repriſas, tam de feodo ſuo proprio quàm alieno, licet de nobis in Capite, vel aliter, vel aliquo alio modo ſeu de aliquibus aliis perſonis, ſive de aliquâ aliâ perſonâ quacunq; teneantur, Magiſtro & Capellanis Hoſpitalis prædicti pro tempore exiſtentis, & ſucceſſoribus ſuis, dare, concedere, appropriare, conſolidare, annectere, unire & aſſignare poſſint & poſsit. Et eiſdem Magiſtro & Capellanis & ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi terras, & tenementa, redditus, reverſiones, ſervicia, advocationes Eccleſiarum, Prioratuum, Hoſpitaliorum, liberas Capellas, ac alia beneficia Eccleſiaſtica quæcunq; ; necnon omnia & omnimoda alia hæreditamenta & poſſeſsiones quaſcunq;, ad annuum valorem prædictum, ultra omnia onera & repriſas à præfatis Executoribus, ſeu eorum aliquibus, ſive aliquo, aut quibuſcunq; aliis perſonis, ſeu quacunq; aliâ perſonâ, ea eis dare, legare, appropriare, concedere, conſolidare, annectere, unire, & aſsignare volentibus, ſive volenti, recipere poſsint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, tenore præſentium ſimiliter licentiam damus ſpecialem, ad ſuſtentationem ſuam, & ad quædam alia miſericordiæ & pietatis opera & onera, in fundatione & ordinatione Hoſpitalis prædicti, per prædictos Executores, ſeu eorum aliquos vel aliquem, limitanda & aſsignanda, facienda, & perimplenda, Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, edito, non obſtante; & abſq; impetitione, impedimento, ſeu perturbatione noſtri, aut hæredum ſive ſucceſſorum noſtrorum, ſeu aliorum quorumcunque, & abſq; aliquâ Inquiſitione, ſive aliquibus Inquiſitionibus, virtute alicujus Brevis ſive mandati noſtri, ſeu aliquorum Brevium, mandatorum noſtrorum, hæredum & ſucceſſorum noſtrorum de *Ad quod Dampnum*, ſeu alicujus alterius Brevis ſive mandati noſtri in eâ parte capiendi ſeu proſequendi; & abſq; aliquâ aliâ licentiâ noſtrâ, ſeu aliis literis patentibus eis in hac parte concedendis vel fiendis; dicto Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, aut aliquo alio Satuto, actu, ordinatione, ſeu reſtrictione in contrarium facto, edito ſive ordinato, aut aliquâ aliâ re, cauſâ, vel materiâ quacunq; in aliquo non obſtante: Eo quod expreſſa mentio (&c.) Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* quinto die *Julii*, anno regni Regis *Henrici* octavi, *Angliæ*, &c. quarto.

Cœnobia Anglicana
HOSPITALARIORUM
MILITUM,
S. *JOHANNIS* JEROSOLOMITANI;
ORDINIS
S. AUGUSTINI.



489

Eq Hoſpitaliarius.

De primordiis & inventione ſacræ Religionis IHEROSOLIMORUM.

Ex veteri MS. penès *Gilbertum North* armigerum an. 1652.

MAxima inter pleroſq; hactenus dubitatio fuit, undè & à quibus *Hoſp. Ieroſolimorum* primordium ſumpſerit. Quidam vana ſompnia ingerentes deliramenta pociùs quàm veritatem confinxiſſe videntur; veteres enim hiſtorias longiſſimè abinvicem ſeparatas, compoſito quodam glutineo conjunxerunt. Quorum vanas fabulas hoc loco mihi referre cura non eſt; ſed ad rei veritatem, id quod de ſacris annalibus decerpere potui, & quæ conjectura & ratione aſſequi, non præpoſitæ rei ſeriem in medium adducam.

Sacram *Jeroſolimorum* Religionem ita principium habuiſſe reputo: Cum exactis, mortuo *Alexandrio Philippo Macedonum* Rege, de urbe *Jeruſalem* prophanis gentibus *Machabeorum* opera ad a. p. & libertatem, populus proclamaſſet, ingentia bella à finitimis Regibus cum *Iheroſolimis* geſta ſunt. Tandem, volente Domino, cum *Machabeus* urbem, arcem, & Templum de prophanatis gentium manibus vendicaſſet, & ad bellum iterum gerendum exeundum eſſet, priùs compoſitis in urbe *Jeroſolima* rebus, magna manu in hoſtes *Machabeus* profectus eſt. Cumq; multi de populo Dei, ferro cecidiſſent, multiq; vulneribus debiles facti eſſent, *Machabeus* in urbe *Iheroſillimitana*, xenodũna, hoc eſt pium locum & debilium conſtituiſſe dicitur; cui loco ingentes argenti & auri dragmas, ad expiandas defunctorum animas, tranſmiſit; Ibique, ut miſerabilibus receptaculum, & defunctis piaculum conſtitueretur, impoſterum decrevit. Volventibus deinde annis, cum religioſa clariſſimi *Machabei* inſtitutio levaretur, uſque ad ſalutaris noſtri tempora proceſſum eſt; ipſeq; *Jheſus Chriſtus* humile non dedignatus hoſpicium, multum pietatis opera monſtravit. In eodem profectò, cum nullius rei poſſeſſor exiſteret, dicente illo, *Volutres cæli nidos, & vulpes habent foveas, filius autem hominis non habet quo reclinet caput ſuum*, non inmeritò hunc locum ipſum incoluiſſe exiſtimare poſſimus: ſi enim diſcipulos monebat omnia in communi habere, nec de craſtino eſſe ſollicitos, ſi abſq; calceis & perâ diſcipulos eſſe volebat, quis dubitet Magiſtrum talia monentem, omnia habuiſſe communia, humilemque locum inhabitaſſe:

Hiis igitur rationibus confirmati, confidenter dicere poſſumus, hunc locum communem & humilem cœleſtis Imperatoris habitaculum fuiſſe. Hic diſcipulorum pedes Magiſter lavit, eoſdemq; Presbyteros fecit, ſuiq; corporis precioſiſſimi memoriam reliquit. Hic *Petro* Eccleſiæ poteſtatem & claves tradidit. Hîc veteris teſtementi finis, & novi inicium fuit. De hoc loco acenti, ad glorioſiſſimam paſſionem, ut noſtræ carnis fieret redemptio, Chriſtus profectus eſt. Hîc poſt ejus paſſionem diſcipuli cum *Maria* matre ejus, confugientes, admirandæ Reſurrectionis revelationem habere meruerunt, & poſt quadraginta dies promiſſum Spiritum Sanctum acceperunt. Hîc, poſt glorioſam aſcenſionem, ſanctum primum Concilium habitum eſt, fideiq; ſimbolum ad duodecim factum. Cumq; glorioſi Principes Chriſtianæ fidei, inter ſe ad prædicandum, provincias ſortiti eſſent, ſeptem viros elegerunt, qui pauperum & Hoſpitalis curam habituri eſſent; quibus *Stephanum* primum Martyrem præpoſitum conſtituerunt. Et quia glorioſus novæ legis præcurſor *Joh. Baptiſta*, Chriſti baptiſmum prædicans, ab *Herode* nuper decollatus erat, cujus vitæ teſtimonium cuncti admirabantur: Et quia hiis locis natus & uſq; ad infantiæ annos educatus erat, ob venerandam ejus memoriam Hoſpitalis patronum appellaverat; ſubſedentibus poſtmodum temporibus, cum magna inter homines de fide opinio eſſet, plurimi in ſocietate pauperum diſcipulorum Domini conferrebant; & ut participes orationum fierent, venditis rebus ſuis, ante pedes Apoſtolorum precia ponebant, communem cum illis vitam ducentes.

Verùm, cum Chriſtianæ fidei devotione creſcente, hujus ſacræ domus facultates longè multiplicatæ eſſent, qui eas tuerentur, conducti milites conſtitui ſunt, ut &

facultates Hoſpitalis domus, ſub fratre *Raymundo*, à quo Regula poſtea conſtituta eſt, tuerentur, atq; paganos repellerent: Ipſi namq; ſacerdotes ſacris myſteriis & prædicationibus occupati, ea quæ milites factitabant excercere non poterant; Verùm cum in tantam veſaniam, impellente avaricià, milites elati eſſent, ut ſe facultatum Hoſpitalis profeſſores conſtituerunt, ſacerdoteſq; negligerent; proinde decretum eſt, ut & ipſi milites Hoſpitalis participes fierent, & Chriſtianam religionem defenderent; unde & ipſi, pro nomine Chriſti pugnantes, ante pectus Crucem geſtare inſtituerunt. Creſcente deinde apud Orientem perfidiâ, fide deficiente, factum eſt, ut Hoſpitale à Saraſenis occupato, Chriſti milites undiq; diſpergerentur. Cumq; in *Acra* & *Surrya* nullum ampliùs refugii locum haberent, in altum aſcendere coacti ſunt: Prima eis navigatio in *Cyprum* fuit, inſulam *Iheroſolimis* propinquam. Ibi à Chriſtianis Principibus recepti, contra prophanas gentes, pro Chriſti nomine, pugnare non deſtiterunt. Multis deinde annis *Rhodiorum* inſula *Conſtantinopolitanis* rebellis facta eſt; non valentibus ipſis, ob ingentes *Rhodiorum* copias, in ditionem vendicare inſulam, ipſam *Jheroſolimitanis* militibus occupandam conceſſerunt. Milites verò, paratis manibus, inſtructis copiis, *Rhodum* navigantes, brevi dierum ſpacio in ſuam poteſtatem redegerunt; duplicique præſidio muniti, ex *Cypro* & *Rhodo* adverſùs noſtræ fidei inimicos, bella geſſerunt & gerunt.

Qualiter domus Hoſpitalis *S.* Johannis Jeruſalem, *fuit primo inventa, voluntate Domini noſtri* Jeſu Chriſti.

Ib. fol 47 a. OMnibus præſentibus & futuris notum facimus, quod domus *Hoſpitalis* S. *Johannis Baptiſtæ & pauperum Jeroſolimitanorum* fuit incepta à principio, tempore primi *Julii Cæſaris*, Imperatoris Romani, & tempore *Antiochi* Principis *Antiochiæ*; Ille qui fecit omnia, & ſuus filius benedictus nobis mittat Spiritum Sanctum, qui omnes tres unum ſunt in adjutorium ſit, quod nos poſſimus dicere & retrahere de Latino in grammaticam, ita & taliter, quod ſit laus prædicto Sancto *Johanni* Baptiſtæ.

Supradicto enim tempore fuit quidam Presbyter, & Dominus aliorum Presbyterorum in *Jeruſalem*, qui vocabatur *Melchiar*; qui fregit ſepulchrum *David*, & ex eo extraxit magnum theſaurum, videlicet aurum & veſtimenta precioſa, quæ ibidem fuerant poſita ab aliis Regibus poſt *Davidem* Regem, de quo quidem facto, dictus *Melchiar* fuit accuſatus, coram Principe *Antiochiæ*, qui tunc temporis erat Dominus & Dux in *Jeruſalem*, ex præcepto *Julii Cæſaris*: *Antiochus* verò de hoc fuit valdè turbatus, & cogitabat intra ſe, qualiter poſſet honeſtiùs juſticiam miniſtrare de furto ſupradicto. Et ſecundâ nocte ſequenti, jacendo in lecto, cogitabat multum quid faceret de tali re: Et poſtquam ſatis cogitavit, obreptus fuit à ſompno, & tunc angelus cepit ejus Spiritum, & eundem portavit ſuper montem *Calvarii*. Cui Rex Regum apparuit, & dixit. *Antioche, Non ponas manum ſuper iſtum ſanctum Presbyterum, & non effundas ejus ſanguinem; quoniam in iſto loco, quem tibi monſtravero, tu & ipſe debetis facere unam domum pietatis & miſericordiæ, communem omnibus pauperibus ibidem advenientibus. Et ego præcipio tibi*, Melchiar, *quod totum illum theſaurum, qui fuit extractus de ſepulchro* Davidis, *ponatur in ædificio manſionis pauperum; quoniam Spiritus ſanctus ubi vult ſpirat*. Eadem nocte, ipſe manifeſtavit ſe ſancto Presbytero *Melchiar*, & dixit eidem, *Vadas ante montem* Calvarium, *& ubi tu invenies fundamentum ædificatum, ibidem facite mihi unam domum fortem & firmam, quoniam in eadem recipi multæ manſiones gentium, quia qui pauperes recipit, me recipit*. Et quando de mane in aurorâ diei ille Presbyter deſcendit de monte *Calvario*, obviat Principi, & incœperunt adinvicem loqui, quomodo Dominus noſter *Jeſus Chriſtus* unicuiq; oſtenderat bonam viam, & illud quod Dominus noſter oſtenderat ambobus multum placuit & eorum toto Concilio; Et quod ille ſanctus Presbyter donabat ſe & totum illud quod invenerat de theſauro in ſepulchro *David* ad conſtructionem dictæ ſacræ domus cauſâ ſerviendi pauperibus toto tempore, ſicut ſcriptum reperitur in libro de *Machabæis*.

Quando *Judas Machabæus* vidit & cognovit benè, quod bona res erat orare pro mortuis, miſit in *Jheruſalem xii.* dragmas argenti, & quod offerantur Hoſp. pauperum quod ipſi rogarent pro mortuis, & placeret *Melchiar* ſtabilire fratres ad ſerviendum pauperibus manſionis. In illâ ſacrâ domo, quam diximus, venerunt de omnibus partibus Mundi multi pauperes & infirmi, qui fuerint recepti & benigniter pertractati propter miſericordiam Domini noſtri *Jeſu Chriſti*. Princeps Antiochenus prædictus, quando obiit, donavit ſacræ domui prædictæ *Jeroſolimitanæ* magnam partem bonorum ſuorum.

Nos facimus vobis notum unum magnum miraculum, quod auſcultare debent omnes in Deum credentes. Dominus noſter *Jheſus Chriſtus* apparuit *Zachariæ* Prophetæ unâ die, quando faciebat ſacrificium Deo, & in illâ horâ filius Dei apparuit ſibi, & dixit; *Melchiar, frater tuus tranſivit de hoc ſeculo, & anima ejus eſt in Paradiſo, ex quo ego præcipio tibi, & filio tuo & uxori tuæ quod vos veniatis in* Jeruſalem, *& ſerviatis mihi & pauperibus meis donec* Julianus *de* Româ *veniat in* Jeruſalem. Quando *Zacharias* complevit ſacrificium, quod ipſe faciebat Deo, in parte fuit multùm lætus, & in parte fuit multùm ſtupefactus. Et quando venit in domum ſuam, dixit uxori ſuæ & filio plorando; illud quod Dominus illis præceperat. Et omnes tres Deo gratias egerunt, & quantò citius potuerunt, iverunt *Jeruſalem*, & reddiderunt ſe & ſua Deo & Hoſpitali pauperum, & ſervierunt multùm benignè & longo tempore Hoſpitali prædicto.

Adhuc evenit aliud grande miraculum, videlicet, quod *Accamanus* Imperator Romanus, cum quibuſdam aliis honeſtis viris, cauſâ recipiendi omagium à *Judæis*; Accidit quando fuerunt in mare propè unam inſulam *Crethii*, quæ vocatur *Rhochas*, puppis eorum navis fracta eſt, & omnes qui ſupererant fuerunt perditi, excepto *Juliano* Romano, qui per filium Dei ad terram fuit exportatus benigniter. Et quando *Julianus* vidit infortunium quod evenerat, interrogavit Dominum, *Quis eſtis vos qui extraxiſtis me de iſto periculo?* Et Dominus noſter reſpondit & dixit. *Ego ſum filius Dei, qui ordinavi te Hoſpitelarium domus pauperum* Jeruſalem, *& in futurum veniam corporaliter in illâ domo*; & benedixit ei. Ille *Julianus* recepit ad gaudium benedictionem Domini noſtri; & venit in *Jeruſalem* ad ſanctum *Zachariam*, ubi ipſe *Zacharias* & alii fratres receperunt eum pro patre. Subſequenter, quando Dominus noſter venit in terram, pro ſalute humani generis, & voluit manifeſtare gloriam ſuam populo, vocavit Apoſtolos ſuos & Diſcipulos; & venit in *Jeruſalem*, ſicut prædixerat per ſanctum Spiritum proviſoribus manſionis Hoſpitalis. Et exiſtens homo corporalis de præſenti, fecit miraculum præſentibus ſuis Diſcipulis, & Apoſtolis faciebat ſalutem animarum. Deus qui fecit magna bona huic domui, quod ipſemet voluit ſe oſtendere eis, extendit manus ſuas ſupra ſuos Apoſtolos & pauperes manſionis prædictæ; & tunc dixit, *Qui vos honorabit, me honorabit, & qui vos recipiet, me recipiet. Maledicatur homo qui ſpernet unum de illis.* Notum facimus quod iſta eſt manſio in quâ Dominus noſter dixit illi ſapienti homini, *Tu amabis Deum ex toto tuo corde, & ex toto tuo cogitamine*, & alia multa ſecundùm quod in Evangelio reperitur. Item iſta eſt domus in quâ abſconderunt ſe Apoſtoli, & clauſerunt portas; timore *Judæorum*, quando Dominus noſter *Jeſus Chriſtus* fuit crucifixus. In iſtâ ſanctâ domo, venit virgo *Maria* & ſanctus *Johannes* Evangeliſta ad Dominum noſtrum, quando ipſe erat in Cruce pro nobis peccatoribus, & dixit ſancto *Johanni*, *Vide hic matrem tuam*. Et poſtea dixit matri ſuæ, *Vide hic filium tuum*.

Adhuc, eſt iſta domus Hoſpitalis, in quâ venit *Jheſus* in octavo die ſuæ Reſurrectionis, portis clauſis, & intravit in medio ſuorum Diſcipulorum, & dixit eis; *Pax vobis*. Et oſtendit eis manus & pectus, ſed *Thomas* non erat cum illis, quando *Jeſus* venit. Et Diſcipuli venerunt ad ſanctum *Thomam*, & dixerunt ei. *Nos vidimus Dominum noſtrum*. Et *Thomas* reſpondit & dixit, *Ego non credo, ego non tango, & video foramen clavorum manuum ſuarum & pedum, & miſero manum meam in pectore ſuo*. Propè iſtos octo dies, ſicut ſanctus *Johannes* Evangeliſta teſtatur, quando diſcipuli erant in iſtâ ſanctâ domo, & ſanctus *Thomas* cum eis, venit *Jheſus*, clauſis januis, & dixit, *Pax vobis*. Et dixit *Thomæ*, *Mitte huc digitum tuum in foramen manuum mearum & mei coſtatus, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis*. Et in illâ ſanctâ domo recognovit ſanctus *Thomas* ſuum creatorem. Cui Dominus noſter dixit, *Quia tu me vidiſti, credidiſti. Beati ſunt, qui non viderunt & crediderunt*.

Eodem tempore *Ananias* & *Saphira* dimiſerunt ſeculum, & donaverunt ſe ſocietati Chriſti, & Diſcipulorum: Et quia non reddiderunt Deo & ſacræ domui Hoſpitalis & pauperibus, & non portaverunt ad pedes diſcipulorum illud quod habebant, mortui ſunt ſubitaneâ morte; & Sanctus *Petrus* non permiſit poni eorum corpora in cimiterio, ymmo fecit eos ſepiliri extra, tanquam excommunicatos. Et tempore quo Deus miſit nobis Apoſtolos & diſcipulos ſuos ad prædicandum; & illi erant antiqui, ſicut Sanctus *Stephanus*, qui fuit primus Martyr, & *Philippus* prothomartyr, *Nichauome*, *Thymocenn Permanan*, *Nycholaus Antiochenus*. Iſti cuſtodiebant domus Hoſpitalis & ſerviebant pauperibus ex præcepto Domini noſtri *Jeſu Chriſti*. In iſto tempore erant in eodem loco multæ & diverſæ generationes hominum; Aliquando *Graci*, aliquando *Caryſeni*, qui tenebant Civitatem *Jeruſalem* & terram promiſſionis; & hoc, non obſtante quod dicta domus eſſet in magnâ paupertate, tamem recipiebant pauperes & infirmos. Et quando venit finaliter quod *Saraceni* habuerunt domum *Jeruſalem*, & *Graci* perdiderunt; unus ſervulus *Jeſu Chriſti*, qui vocabatur *Conradus* cuſtodiebat ſanctam domum Hoſpitalis, & elemoſinas, quæ dabantur ſibi à Saracenis, ipſe donabat pauperibus, & ſerviebat eis benigniter.

Eodem tempore, quando Deo placuit, quod Chriſtiani haberent terram promiſſionis, *Godfridus* de *Boylon*, & magna multitudo Barenorum & peregrinorum, qui fuerint inſtructi per divinam gratiam & prædicationem, venerunt per longas terras, per montes & valles, & per terram Romaniæ, in *Antiochiam*; & obſederunt eam, & virtute Dei ceperunt eam: In illâ, perfidorum Saracenorum magnam multitudinem perimerunt. De qua iverunt ultrâ, ad Civitatem de *Trypoly*, & ceperunt eam. Et exinde ceperunt *Acrys*: Et inde iverunt ad terram *Jeruſalem*. Et in eorum exercitu habebant tam magnam famem, quod quaſi non habebant panem ad comedendum. Tunc ille *Conradus*, qui ſerviebat pauperibus Hoſpitalis *Jeroſolimitani*, quolibet die ter vel quater, ponebat de pane in ſuo gremio, & deſuper muros terræ projiciebat panem Chriſtianis, loco lapidum: Et iſte *Conradus*, qui cuſtodiebat pauperes Hoſpitalis fuit accuſatus coram *Soldano*, per *Saracenos* qui cuſtodiebant muros. Et *Soldanus* præcepit *Saracenis*, qui accuſaverunt eum, quod quando projiceret panem Chriſtianis, ipſum caperent & ducerent eum ſibi, cum toto pane, & aliter eum non credebat. Deinde venit una dies *Conradus*, vel *Gerardus* faciebat uti ſolebat, projiciendo panem Chriſtianis; & *Saraceni*, cum pane quem habebat in gremio, ipſum ceperunt, & duxerunt eum coram *Soldano*: & quando *Saraſeni* monſtrabant panem *Soldano*, tunc ille panis, virtu Dei, efficiebatur lapis. Et quando *Soldanus* vidit maliciam *Saraſenorum*, dimiſit ſtare *Conradum*, & præcepit ſibi, ut ſine timore Chriſtianos, ut coſueverat, debellaret. Et quando *Conradus*, vel *Gerardus*, audivit iſtud, quolibet die projiciebat panem Chriſtianis Dei.

Et *Godfridus* de *Boylen* ſtetit tantùm, cum excercitu ſuo, ante *Jeruſalem*, quod ipſe cepit Civitatem & interfecit multos *Saracenos*, & habebat magnum gaudium de victoriâ habitâ, quam Deus dederat eis; & venerunt ad Sanctum Sepulchrum Domini noſtri, cantando, & gratias Deo reddendo. Deinde iverunt ad omnia alia loca. Et deinde Barones diviſerunt poſſeſſiones *Jeruſalem*, & donaverunt dicto *Conrado*, vel *Gerardo*, Magiſtro dicti Hoſpitalis *Jeruſalem*, magnam partem poſſeſſionum, ad honorem Sancti *Johannis Baptiſta*, patroni ejuſdem Hoſpitalis. Deinde, tempore dicti Magiſtri *Conradi*, vel *Gerardi*, Deus multiplicavit multùm dictam manſionem Hoſpitalis de redditibus, poſſeſſionibus & dominationibus per Regnum *Jeroſolimitanum*. Et quando *Conradus* fuit mortuus, anima ejus ivit in paradiſum. Et frater *Raymundus* de *Puy* fuit ſubrogatus ejuſdem, loco ejus; & ad laudem Dei ædificavit caſalia, manſiones, & caſtra; & melioravit multùm manſionem de magnis poſſeſſionibus.

Ille frater *Raymundus* fecit ſtabilimenta manſionis Hoſpitalis, quæ in eadem domo ſervantur adhuc; & regulam; Et à Papa Innocencio ſecundo fecit ipſam confirmari, &c.

Deus Creator omnium liberet fratres Hoſpitalis ab omnibus malis & eorum peccatis, & eis concedat gratiam veniendi ad cœleſtem gloriam cum omnibus eorum Benefactoribus, *Amen*.

Confirmatio ſuper Regula *Raymundi* de *Puy*, per Papam *Bonifacium.*

BOnifacius *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Magiſtro & fratribus Hoſpitalis Sancti* Johannis Jeruſalem *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Culminis Apoſtolici ſolio ſuperna clementia præſidentes, dum ſolerter attendimus quod vos mundanis contemptis illecebris, quæ cum blandiuntur illudunt, divinis obſequiis ſalubriter adhæſiſtis, vos & veſtra totaliter pro illis exponere non verentes: dum etiam conſideramus attentiùs, quod vos ſummæ dilectionis affectum, magnaq; reverentiæ zelum erga nos & Romanam Eccleſiam, matrem veſtram, geſsiſtis hactenus, & gerere non ceſſatis, dignum duximus, & rationi congruum arbitramur, ut vos & Hoſpitale veſtrum favoribus proſequentes uberiùs petitiones veſtras, quantum cum Deo poſſumus, ad exanditionis gratiam admittamus. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod olim, in captione civitatis* Anconenſis, *Apoſtolicas literas, Regulæ veſtræ ſeriem continentes, cum aliis rebus non modicis amiſiſtis, · · · · ſuppliciter petebatis à nobis, ut, cum vos nonnullas literas cujuſdam fratris* Raymundi, *tunc dicti Hoſpitalis Cuſtodis (qui prædictam Regulam condidit) ejus plumbeo ſigillo ſignatas, in quibus Regula ipſa continetur expreſſè, prout aſſeritis, habeatis; vobis præfatam Regulam, ad majoris cautelæ præſidium, ſub Bullâ noſtrâ concedere dignaremur: Nos igitur ad veſtrum, & prædicti Hoſpitalis ſtatum proſperum & tranquillum, paternis ſtudiis intendentes, veſtris devotis ſupplicationibus inclinati, prædictam Regulam, prout in prædictis literis fratris* Raymundi *contineri conſpicitur, quibuſdam verbis de mandato noſtro amotis & correctis, in ea præſentibus fecimus annotari, eamq; nichilominus, ex certâ ſcientiâ confirmamus, & innovamus de gratia ſpeciali, &c.* [Tenor autem ipſarum literarum confirmatarum ſubſequitur de verbo in verbum, &c.] *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ammonitionis, innovationis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum* Petri *&* Pauli *Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Data* Laterani vii. *ydus* Aprilis; *Pontificatus noſtri anno* vi.

1. *De illo, quod intrantes in Religionem* Jeroſolimorum *debent promittere & obſervare.*

EGo *Raymundus*, Dei gratia, ſervus pauperum *Jeſu Chriſti*, & Cuſtos Hoſpitalis *Jeroſolimitani*, conſilio totius Capituli, & Clericorum & laicorum fratrum; ſtatui hæc præcepta & ſtatuta in domo Hoſpitalis *Jeroſolimitani.*

Inprimis jubeo, quod omnes fratres ad ſervicium venientes pauperum tria, quæ promittunt Deo teneant, cum Dei auxilio; Scilicet *caſtitatem*, & *obedientiam*, hoc eſt, quod quodcunq; præcipitur eis à Magiſtris ſuis, *Et ſine proprio vivere*, quia hoc Deus ab eis in ultimo examine requiret.

2. *Quod debent petere & habere fratres.*

ET volumus quod fratres non quærant amplius, ex debito, niſi panem & aquam atq; veſtitum, quæ eis promittuntur. Et veſtitus ſit humilis, quia Domini noſtri pauperes, quorum ſervos nos eſſe fatemur, nudi & ſordidi incedunt, & non convenit ſervo, ut ſit ſuperbus, & dominus ejus humilis.

3. *Quomodo Clerici ſerviant Altari.*

COnſtitutum eſt etiam in Eccleſia, honeſtus ſit eorum inceſſus, & converſatio ydonea, ſcilicet, ut Clerici ad Altare cum albis veſtibus deſerviant; Preſbytero dyaconus vel ſubdiaconus, & ſi neceſſitas fuerit, alius Clericus hoc idem exerceat officium, & lumen in Eccleſia die nocteq; ſit.

4. *De viſitatione Infirmorum & communione.*

AD Infirmorum viſitationem Preſbyter cum albis veſtibus incedat, religioſè portans corpus Domini; Et dyaconus præcedat vel ſubdiaconus, vel alius Clericus ferens lanternam cum candelâ accenſâ; & ſpongiam, cum aquâ benedictâ.

5. *Qualiter fratres debent ire extra.*

ITerum, cum irent fratres per Civitates & caſtella, non eant ſoli, ſed duo vel tres: Nec cum quibus voluerint, ſed cum quibus Magiſter juſſerit ire debebunt; Sed cum venerint quo voluerint, ſimul ſtent in inceſſu, in habitu. In omnibus motibus eorum, nichil fiat quod cujuſquam offendat aſpectum; ſed quod ſuam deceat ſanctitatem. Quando etiam fuerint in domo, vel in Eccleſiâ, aut ubicumq; fuerint, fœminæ invicem ſuam pudicitiam cuſtodiant.

6. *Quod fœminæ non ſerviant fratribus*

NEc fœminæ capita eorum lavent, aut pedes; aut lectum eorum faciant. Deus qui habitat in cœlis iſto modo cuſtodiat eos, &c. *Finis primæ partis.*

7. *Qualiter ſe habeant fratres, in petendo elemoſinas.*

ET in Sanctorum pauperum quærendo elemoſinas, Religioſæ perſonæ fratrum de Clericis & de laicis incedant. Et cum hoſpicium quæſierint, ad Eccleſiam vel aliquam honeſtam perſonam veniant, ex caritate ab eâ victum petant, & nihil aliud emant. Si vero non inveniant qui tribuat eis menſuratè, niſi unum ſolum cibum, benè unde vivere poſſint, emant.

8. *De elemoſinis acquiſitis: Et quod frater non recipiat de queſtu, neque terram neque pignora.*

EX inquiſitione elemoſinarum, nec terram nec pignus accipiant, ſed ſuo Magiſtro per ſcriptum reddant: ac etiam Magiſter, cum ſuo ſcripto, pauperibus ad Hoſpitale tranſmittat.

9. *De illo quod debet retinere Magiſter de omnibus obedientiis.*

ET de omnibus obedientiis, terciam partem de pane & de vino, & de omni nutrimento etiam, Magiſter ſuſcipiat, & ſi ſupererit, hoc quod amplius fuerit, ad elemoſinas convertat, & *Jeroſolimitanis*, cum ſcripto ſuo pauperibus mittat.

10. *De collecta recipienda, & lumine nocturno.*

ET non eant ad prædicationem aliqui fratrum, de ullis obedienciis, ad collectas, niſi ſolum illi, quos Capitulum & Magiſter Eccleſiæ miſerit.

11. *De ferculo quod debent habere fratres.*

ET ipſi fratres, qui exierint ad collectas colligendas, in quacunque obedientia venerint, recipiantur; & accipiant talem victum, qualem fratres inter ſe diſpenſaverint; & aliam vexationem ibi non faciant. Lumen ſecum portent. Et in quacumq; domo Hoſpitali fuerint, ante ſe lumen ardere faciant.

12. *De veſtitu fratrum.*

DEinde pannos, Religioni noſtræ non congruos, nec pelles ſilveſtres omnino portent; ſed eos prohibemus, ne amodo induant fratres.

13. *De comeſtione fratrum.*

ET non comedant fratres niſi bis in die, & quarta feria, & die ſabati; & à ſeptuageſima uſque in *Paſcha* Carnes non comedant, præter eos qui ſunt infirmi & imbecilles.

14. *Quomodo dormiant fratres,*

ET nunquam nudi jaceant fratres, ſed veſtiti camileis, laneis vel lineis, aut aliis quibuſlibet veſtimentis.

15. *De fratre, qui cadit in fornicatione.*

ET ſi aliquis fratrum (quod utinam nunquam eveniat) peccatis exigentibus, ceciderit in lapſus carnis, ſi occulte peccaverit, occulte pœniteat; & injungatur ſibi pœnitentia congrua. Si vero publicatus, & apprehenſus per certos fuerit, in eadem villa, in qua facinus perpetraverit, dominica die poſt Miſſas, quando populus ab Eccleſia egreſſus fuerit, videntibus cunctis, nudetur, & à Magiſtro ſuo vel aliis fratribus, quibus Magiſter præceperit, corrigiis vel virgis duriſſime flagelletur & verberetur; ac de omni ſocietate noſtra expelletur. Poſtea ſi Deus cor ejus illuſtraverit, & ad domum pauperum reverſus fuerit, atque ſe reum & peccatorem, atque legis Dei tranſgreſſorum profeſſus fuerit, & emendationem promiſerit, recipiatur.

Frater expulſus ſic recipitur.

Primo pœnitentia digna ſibi imponatur, & per annum integrum in loco extraneo teneatur. Si in hoc ſpacio viderint fratres ſatisfactionem ſuam, poſtea faciant quod melius ſibi videbitur.

16. *De fratre qui habet queſtionem cum alio fratre.*

SI frater altercatus fuerit cum aliquo fratre, & clamorem procurator domus habuerit, talis ſit pœnitentia; ſeptem diebus comedet in terra, jejunet, quarta & ſexta feria ſit in pane & aqua; comedat in terra, ſine menſa & manutergio.

17. *De fratre qui verberat alium fratrem.*

SI aliquis fratrum alium percuſſerit, ſit in xl.

18. *De fratre, qui recedet de Magiſtro cui commiſſus fuerit in Juſtitia vel domo ſua.*

ET ſi aliquis fratrum receſſerit à domo, vel à Magiſtro cui commiſſus fuerit *xl.* diebus manducet in terris, jejunet quarta & ſexta feria in pane & aqua, & per totum tempus permaneat in loco extraneo, quantum foris exſtitit, niſi tam prolixum fuerit tempus, ut Capitulo conveniat moderari.

19. *De ſilencio; & de non bibere poſt Completorium*

AD menſam, ſicut dicit Apoſtolus, unuſquiſq; panem ſuum cum ſilencio manducet, quod in fratribus noſtris volumus obſervari ſub pœna *xl.* & quod fratres ſub pœna antedicta, non bibant poſt *Completorium*, & ſilentium teneant in lectis.

20. *De fratre qui non bene ſe gerit.*

SI aliquis fratrum non benè ſe agens, à Magiſtro ſuo, vel aliis fratribus, bis atq; ter correptus & ammonitus fuerit; & Diabolo inſtigante, ſe emendare & obedire noluerit, nobis mittatur pedeſter, cum Carta continente ſuum delictum, tamen procuratio rara ei detur, ut ad nos pervenire poſſit eumq; corrigere.

21. *Quod nullus percutiat famulos,*

NUllus ſuper ſervientes ſibi commiſſos, pro aliquo facinore percuciat, ſed Magiſter domus, & factam coram omnibus vindictam accipiat; tamen juſticia domus omnino teneatur.

22. *De illo qui revelat proprium.*

SI aliquis fratrum de proprio dimiſſus, in morte ſuâ proprietatem habuerit, & Magiſtro ſuo celaverit; ac poſtea ſuper eum inventa fuerit, ipſa pecunia ad collum ejus ligetur, & ab aliquo fratre duriſſimè, aliis fratribus domus præſentibus, verberetur, & *xl.* diebus pœniteat, jejunans quarta, & ſexta feriâ in pane & aqua.

23. *De fratribus defunctis & eorum trentenario.*

QUoniam etiam valdè neceſſarium eſt omnibus nobis fieri ſtatutum, præcipimus & præcipiendo mandamus, ut de omnibus fratribus viam univerſæ carnis ingredientibus, in omnibus obedienciis quibuſcumq; obierint, triginta diebus Miſſæ pro ejus animâ cantentur. In primâ Miſſâ unuſquiſq; fratrum, qui aderit, Candelam, cum nummo offerat, qui videlicet nummi, quanticunq; fuerint, pauperibus erogentur. Et Presbyter qui Miſſas cantaverit, ſi non eſt de domo, procurationem in obedienciâ, hiis diebus habeat; & peracto officio Magiſter ſibi caritatem faciat, & omnia indumenta fratris defuncti pauperibus dentur. Fratres verò ſacerdotes, qui Miſſas cantaverint, pro ejus animâ Orationes fundant ad Dominum *Jeſum Chriſtum*, & Clericorum unuſquiſq; cantet Pſalterium, laicorum verò centum quinquaginta *Pater noſter*, *&c.*

24. *De judicio fratrum de rebus, injuriis, & peccatis.*

DE omnibus peccatis, rebus, & clamoribus, in Capitulo judicent, & diſcernant rectum judicium. Et hæc omnia, ut ſupradiximus, ex parte Dei omnipotentis, beatæ Virginis *Mariæ*, & ſancti *Johannis Baptiſtæ*, & pauperum, præcipimus; & ex imperio imponimus, ut cum ſummo ſtudio ita per omnia teneantur.

Hic incipit 3. pars.

25. *De receptione Infirmorum.*

ET in eâ obedienciâ, ubi Magiſter & Capitulum Hoſpitalis conceſſerint, cum venerit ibi infirmus, itaq; recipiatur; primò peccata ſua Presbytero confeſſus, religioſè communicetur; & poſtea ad lectum deportetur; & ibi, tanquam Dominus, ſecundum poſſe domus, omni die antequam fratres eant pranſum, caritativè reficiatur.

26. *De fratre, qui dat bona Hoſpitalitatis, cauſa regnandi, ſeculari perſona; Et de proceſſione.*

OMnibus dominicis diebus Epiſtola & Evangelium in eadem domo cantetur, &, cum proceſſione, aqua benedicta aſpergatur. Item ſi quis fratrum, qui obedientias & diverſas terras tenent, ad aliquam ſæcularem perſonam venientes rebellando, pecuniam pauperum dederint, ut eos per ſuam vim contra Magiſtrum ſuum regnare faciant, ab univerſitate fratrum projiciantur.

27. *De duobus vel tribus fratribus ſimul commorantibus; & de ſalubri reprehenſione unius ad alium.*

ET ſi duo vel amplius fratres inſimul fuerint, & unus eorum nequiter ſe malè vivendo habuerit, alter fratrum non eum diffamare debet, neq; populo neq; Priori; ſet primò per ſeipſum caſtiget eum, & reprehendat gratioſè: Et ſi ſe noluerit caſtigare, adhibeat ſecum duos fratres vel tres, ad eum caſtigandum. Et ſi emendaverit indè, gaudere debet: Si autem emendare noluerit, tunc culpam ſuam ſcribens mittat Magiſtro; &, ſecundum quod Magiſter & Capitulum juſſerit, de eo fiat.

28. *Quod unus frater non accuſet alium.*

ITem quod nullus frater alium fratrem ſuum accuſet, niſi benè poſſit probare: Si autem fecerit, ipſe frater non eſt.

29. *De impoſitione Crucis ante pectus, vel ſuper habitum.*

ITem omnes fratres omnium obedientiarum, qui nunc & inantea offerunt ſe Deo & ſancto Hoſpitali *Jeroſolimitano*, Crucem ad honorem Dei & ejuſdem ſanctæ Crucis, in cappis & mantellis ſecum differant ante pectus, ut Deus per ipſum vexillum, fidem, & operationem, & obedientiam, nos cuſtodiat à Diaboli poteſtate, ſimul cum omnibus benefactoribus noſtris Chriſtianis, *Amen.*

Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. ſicut antea per confirmationem per Papam Bonifacium, *in principio iſtius ſtatuti, Pontificatus ſui anno ſexto,* vii. *Idus* Aprilis, &c.

De prima inſtitutione Hoſpitalariorum.

Ex cod. MS. in bibl. *Cotton.* ſub effigie *Othonis*, B. 3. f. 189. a.

COntigit tempore *Eraclii* imperatoris, circa annum Domini *DCxii.* quod Turchii *Arabiæ* venerunt in terras *Suriæ & Egipti*, cum magnâ potentiâ; multi boni Criſtiani de ultra mare venerunt in *Jeruſalem*, peregrinando ad viſitandum ſancta loca, quæ infideles extorſerant, & tenebant minus honorificè quàm debebant. Venerant autem, inter alios Chriſtianos, quidam mercatores Chriſtiani *Ytaliæ*, de Civitate *Puliæ*, quæ appellatur *Malfe*; & portabant primò in terram *Suriæ* mercimonia, qualia Turchii nunquam prius viderant: Quapropter Ballivi terræ ſciverant eis grates, & faciebant eis bonum multum, & ſolacia in multis; ſalvo quod conducebant in ſuo dominio. Illi autem mercatores habebant plenariè gratiam & familiaritatem principis *Egipti* & omnium Baronum ſuorum, ita quod poſſent ſecurè per patriam ire ad vendendum merces ſuas, & emendum alias: Erant autem boni Chriſtiani, & omni vice, quâ venerunt in *Jeruſalem*, ibant ad ſancta loca Civitatis. Non habebant aliquam domum in Civitate, quod grave erat eis, eo quod oportuit eos aliquando, per magnum tempus moram ibi facere, & ſocios ſuos dimittere ad liberandum ſe de hiis quæ efferebant. Petierunt igitur à præſidente unam aream in *Jeruſalem*, ad conſtruendum unam domum, in quâ poſſent ſe recipere quando venirent ad Civitatem: ponebantq; petitionem ſuam in ſcriptis, & porrigebant *Califæ*, magno principi *Egypti*; cui petitioni ſtatim annuebat.

Deinde Ballivo, de *Jeruſalem*, pervenerunt literæ, ex parte principis & præſidentis *Egypti*, quod civibus de *Malfe*, qui erant amici ſui, & magnum commodum faciebant terræ ſuæ, eo quod deferrebant illuc res neceſſarias, tradi faceret & liberari unam magnam aream in illâ parte Civitatis *Jeruſalem*, ubi habitabant Criſtiani, ad conſtruendum ſibi habitationem qualem volebant. Illa autem Civitas tunc fuit diviſa in quatuor partes, ſatis equales. Unam partem tantum de quatuor partibus tenebant Chriſtiani, in quâ fundatur Eccleſia S. *Sepulchri*; & totum reſiduum Civitatis & Templum Domini habitabatur ab infidelibus. Ballivus autem tradidit eis quandam aream, ſatis largam, coram Eccleſiâ S. *Sepulchri*; in qua conſtruxerunt unam Eccleſiam in honore Virginis glorioſæ, & officinas cum ædificiis religioni Monachorum neceſſarias.

Deinde faciebant ibi hoſpicia pro hoſpitibus ſuæ provinciæ recipiendis; quibus completis, faciebant illuc venire unum Abbatem & monachos de terris ſuis, ita quod in illo loco fiebat una Abbatia, ad ſerviendum Deo. Poſtea frequenter accidit, quod multæ bonæ mulieres veniebant, cauſa peregrinationis & devotionis, in *Jeruſalem*, tam de *Malfe* quam de aliis terris, dictis mercatoribus ſpecialius adherentes: Illi tamen de Abbathia nolebant recipere mulieres hoſpicio, timore peccati, & pro ſuſpitione ſcandali vitanda. Quod videntes illi boni mercatores, qui illam Abbatiam fundaverunt, fecerunt ibi juxta Abbathiam unam Eccleſiam parvam in honore S. *Mariæ Magdalenæ*, & ædificia pro peregrinis ſuſcipiendis; ſtatuentes ibi ſorores ad recipiendum & ſerviendum peregrinis ſupervenientibus. Et quia tempus tunc erat periculoſum Chriſtianis, multi peregrinorum nobilium illuc venientium libenter hoſpitabant in illo loco, pro eo quod pauperes erant & egentes, quando venerant illuc: Nam tranſeuntes per terras Turchorum multotiens ab eis ſpoliabantur, & quando pervenerunt ad portam *Jeruſalem*, non valebant intrare, niſi unuſquiſq; daret prius unum talentum; & tunc poſtquam intraverant Civitatem, non habebant unde ſe ſuſtentare poſſent, niſi quantum illa domus eis conferebat, quoniam omnes aliæ gentes illius Civitatis, vel erant de alia lege, vel de alia lingua; & Chriſtiani in Civitate manentes ſic gravabantur, quod propter ſuam paupertatem, non poterant extraneis prodeſſe, undè multimodas miſerias paciebantur in Civitate: Quod videntes illi, qui iſta loca tenebant, infra limites ſuos conſtruxerunt unam domum Dei, ad hoſpitandum pauperes peregrinos, ſanos, & infirmos; ita quod de elemoſinis & reliquiis iſtarum duarum Abbatiarum; Monachorum ſcilicet & illarum mulierum, aliquam habebant ſuſtentationem.

Ibi etiam ædificaverunt quandam Eccleſiam in honore S. *Johannis Elemon*.

Iſte *Johannes* oriundus erat in *Cipro*, vir ſanctus & religioſus & Patriarcha *Alexandriæ*, ubi fecit multa bona opera, in Elemoſinis extitit multum largus; ideo ſancti Patres, qui illic erant, vocabant eum *Elemon*, id eſt plenum miſericordia. *Elemon* enim Græcè Latinè dicitur *Miſericors*; & Elemoſina Græcè, Latinè *Miſericordia*, ſecundum *Papiam*.

Iſte tres Eccleſiæ prædictæ nullos habebant redditus nec poſſeſſiones, extra procinctum ſuum, ſed illi de *Malfe* mercatores, faciebant omni anno quandam collectam pecuniæ, ex qua, per manus Abbatis, ſuſtentabantur fratres & ſorores illarum Abbaciarum; & de reſiduo fiebat diſtributio pauperibus illius Domus Dei: Et tali modo fuit ille locus per magnum tempus ſuſtentatus, antequam Civitas *Jeruſalem* fuit capta per Chriſtianos: Sed quando Saraceni erant à ſacro loco ejecti, & civitas ab infidelitate purgata; valentes terram conquirentes, divino auxilio invenerunt infra Abbathiam fœminarum, unam valdè validam Abbatiſſam, mulierem ſanctam, religioſam, ac generoſam, *Romæ* oriundam: Et infra Abbatiam hominum invenerunt unum fratrem bonæ vitæ, inter alios, *Girardum* nomine, qui ex præcepto Abbatis & Monachorum, diu ſervierant in domo Dei, quando Saraceni tenebant Civitatem, pauperes & peregrinos recipiens, & faciens eis bonum quod potuit, ſecundum facultatem ſuæ paupertatis.

De tam parvo principio venerunt *Hoſpitalarii* ad magnam potentiam, quam habent: Dabantur enim eis magnæ Elemoſinæ ad pauperum ſuſtentationem. Et quando videbant ſe poſſe ſibi ſufficere de Beneficiis Abbaciarum prædictarum, qui eos manutenuerant,

erant, ſtatim procuraverunt ſibi privilegium, quod nichil facerent pro Abbate. Poſtea incipiebant poſſeſſiones eorum creſcere, in tantum, quod habebant villas & Caſtella. Deinde laborarunt & ſumptus magnos apponere non ceſſabant erga Romanam Eccleſiam, quoſq; totaliter eos abſolverunt à poteſtate & obedientia Patriarchæ. Cumq; haberent hoc privilegium, extunc non curaverunt niſi parum de prælatis ſuis, omnes decimas terrarum, quas adquiſierant, tollebant à vicinis Eccleſiis. Et ab illis qui eos aliquando paraverunt & adquiſierant, tollebant à vicinis Eccleſiis. Et ab illis qui eos aliquando paraverant & ſuſtinuerant in eorum paupertate, ſua nocumenta primitus inchoabant, unde Eccleſia S. *Sepulchri* poterat dicere ad propheticum; *Filios enutrivi & exaltavi, ibi autem ſpreverunt me.*

Quod cum Patriarcha & cæteri Epiſcopi viderent ſe non poſſe rationem habere cum Hoſpitalariis, eo quod non invenirent qui faceret eis Juſticiam; & Eccleſiæ ſuæ erant per eos graviter dampnificatæ; adierunt *Romam*, ad oſtendendum Papæ & Cardinalibus, injurias quas ſuſtinuerunt per fratres Hoſpitalis; ſed Hoſpitalarii prævenientes, per dona maxima, totam Curiam corruperunt, ſic quod Patriarcha, ipſo infecto negotio, ad patriam ſuam redierunt. Deinde fratres Hoſpitalarii magnas injurias fecerunt Patriarchæ, & omnibus aliis Eccleſiarum prælatis, de juſticia Parochiarum & Decimarum: Nam quando prælati excommunicaverunt vel interdixerunt aliquos de Parochianis ſuis, pro defectibus eorum, Hoſpitalarii receperunt eos in Eccleſiis, ad Miſſas, & ad omnia alia ſacra; ſepeliebantq; eos poſt mortem infra cimiteria ſua. Et ſi contigiſſet aliquotiens, propter tranſgreſſiones principum, Epiſcopum interdicere Civitatem; aut aliquem locum in quibus Hoſpitalarii habebant ædificia, ipſi Hoſpitalarii faciebant pulſare campanas fortiſſime, & in Capellis ſuis altius Cantare quam ſolebant: Nec erat Interdictum ibi receptum. Et quia clauſæ fuerunt aliæ Eccleſiæ, plures oblationes recipiebant.

In parochiis, quas ſibi dederant prælati, ponebant Presbyteros pro voluntate ſuâ, ſine aliquâ mentione facta Epiſcopis à quibus curam debebant accipere: Et quando Presbyteri eis diſplicebant, Parochias ab eis auferebant abſq; alicujus alterius mandato. De omnibus tenementis & terris ſuis adquiſitis, decimas ab Eccleſiis auferebant. Iſta gravamina currebant per omnes terras, in quibus Hoſpitalarii habebant poſſeſſiones & Maneria: Sed ſupra omnes alios dampnificabatur Patriarcha *Jeruſalem* apud Eccleſiam S. *Sepulchri*. Unum aliud fecerunt ipſi Hoſpitalarii; nam coram loco ubi Chriſtus crucifixus eſt, & coram Eccleſiâ S. *Sepulchri*, incipiebant conſtruere magnis ſumptibus ædificia altiora, quàm erat Eccleſia S. *Sepulchri*.

Frequenter contigit, quod quando Patriarcha prædicavit populo, & docuit quæ facienda erant, & quæ vitanda; Hoſpitalarii, ad impediendum eum & turbandum, fecerunt, tali tempore, omnes campanas ſuas ſimul pulſare, ne populus eum audiret. Patriarcha autem frequenter conquirebatur Majoribus Civitatis *Jeruſalem*, qui inculpabant Magiſtrum & fratres Hoſpitalis, & rogabant eos quatinus iſta corrigerent; at illi promiſerunt eis deterius ſe facturos; quod quidem promiſſum ſatis fideliter eis perſolvebant: Quadam enim die contigit eos ſic turbari, & per Diabolum ad tantam dementiam concitari, quod armis aſſumptis ſanctiſſimo loco Mundi, hoc eſt Eccleſiæ S. *Sepulchri*, non deferebant in aliquo, quin volentes eam intrare, ſicuti fuiſſet domus latronis, per violentiam traxerunt maximam copiam Sagittarum; verſus Eccleſiam, quas inhabitantes collegerunt, & poſtea colligatas coram monte *Calvariæ* ſuſpenderunt; quod multi videntes admirati ſunt.

Radix iſtius, & hujus mali, fuit Curia Romana, eo quod ipſa non curavit de iſto negotio, ſed curaſſe debuit, ſed ſubtraxit domum Hoſpitalariorum à poteſtate & obedientia Patriarchæ, ſub quo fuerat à magno tempore; dabatq; eis Papa tam magna privilegia, quod nec de Clericis, nec de laicis curaverunt: Nec ab hoc debet veritas reticeri. Ille ordo multotiens poſtea pauperibus Chriſtianis victum & veſtitum, pariter & hoſpitium exhibuit; mortuous quoq; honorifice ſepelivit; multaq; alia caritatis opera exercuit. Fratres etiam Hoſpitalis, hoſtes fidei Chriſtianæ victorioſiſſime debellaverunt, & multa gravamina eis intulerunt. Multi etiam valentes viri poſtea in ordine illo fuerunt, qui animas ſuas, Deo annuente, ſalvaverunt; nec exceſſibus & ſuperbiæ prædictorum conſenſerunt. Sed ut ſciatur unde illa religio Hoſpitalariorum orta eſt in principio, & quam iujuſte debuiſſent contra præfatos Eccleſiæ inſurrexiſſe, ſuperiùs pleniter eſt declaratum. Hæc in Hiſtoriâ *Antiochenâ*, lib, *xviii.* Cap. 3, & 4.

Adhuc de eorum inſtitutione.

Sethi Calviſii Chron. ſub ann. 1092.

HOſpitalariorum ordo inſtitutus, circa hæc tempora, in terra Sanctâ, antequam à *Bilionio Hieroſolyma* recuperaretur. Originem ordo hic traxit à mercatoribus *Italis*, qui à *Saracenis* locum ſibi pretio compararunt, ubi religio Chriſtiana excerceretur ſeorſim Huic templo additæ ædes ubi peregrini hoſpitio exciperentur, largitione poſt principum, & elemoſinis piorum, magnoperè ditati ſunt, itá ut urbes & regna ſibi compararent.

Modus recipiendi Fratres ad ordinem.

Ex cod. MS. in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Galbæ* A. 17. fol. 131 b.

CUm aliquis Hoſpitalitatis effici voluit, ipſe venire debet dominicô ante Capitulum, & requirere à Magiſtro, aut ab alio qui tenebit Capitulum, ſocietatem domus. Poſtea verò Magiſter, aut ille qui tenebit Capitulum, quærere debet à fratribus ſi recipietur ille. Et ſi major pars in concordiâ fuerit, recipiatur. Et quando recipietur, ille, qui eum in fratrem recipiet, ſibi dicere debet. *Bone amice, vos quæritis ſocietatem domus, & cauſam habetis; nam multi nobiles homines agunt preces magnas, & grandi gaudio exultant, quando ipſi aliquem ex eorum infantibus, aut ex eorum amicis poſſint ponere in hac religione; & ſi vos voluntatis exiſtitis ſtandi in tam decora tamq; honorabili ſocietate, & in tam ſancta religione, ut eſt hujuſmodi Hoſpitalis, cauſam habetis. Verumptamen, quamquam vos videatis vos benè indutos, & cum magnis equitaturis, & vos cunctis deliciis frui, eſtis deceptus: Nam quando vos dormire volueritis, oportebit vos vigilare; & quando volueritis vigilare, dormire vos oportebit; & quando vos comedere volueritis, oportebit vos jejunare, & quando volueritis jejunare, vos comedere oportebit. Mandabimini etiam huc & illuc ad placeam, quæ non placebit vobis, & illic vos ire oportebit: oportebit denique omnimodam veſtram voluntatem pro alio relinquere, & plura dura alia tolerare. Vultis vos hujuſmodi omnes res facere atq; pati?* Et tunc ipſe debet dicere, *ita ſi Deo placet.*

Poſtea etiam ſibi debet dicere, *Plura nos vellemus à vobis ſcire, ſi vos unquam voviſtis ſeu promiſiſtis aliam intrare religionem: Et etiam ſcire à vobis volumus, ſi vos habetis fœminam aliquam in ſponſam, ſeu promiſiſtis vel juraſtis alicui fœminæ ipſam ſuſcipere in uxorem: Scire enim debetis quod ſi vos haberetis fœminam, & cras vel die alia, ipſa requirere vos venit; & habitus auferri deberet à vobis & redire fœminæ veſtræ. Per conſimilem modum à vobis volumus ſcire, ſi vos eſtis obnoxius debitis aliquibus, propter quæ poſſit Religio aggravari. Nam ſi manè venirent aliqui, qui vos grandia debita poſtularent, & probarent vos ſibi fore in aliquo debitorem, privaremini habitu & rediremini pariter illis. Similiter quoq; à vobis volumus ſcire, ſi vos eſtis ſervus Domini alicujus.* Unicuiq; rerum hujuſmodi ipſe debet reſpondere, quod *non.* Poſt hæc autem debet portari Miſſale, & ſupra ipſum ille debet ponere manus ſuas, & ſibi debet dici. *Vos promittitis, & vovetis Deo & Dominæ noſtræ, ac meo Domino ſancto* Johanni Baptiſtæ *ſub obedientia cujuſcumq; ſuperioris, quem vobis Deus dabit vivere atq; mori. Vovetis inſuper & promittitis caſtè vivere uſq; ad mortem, & vivere etiam ſine proprio. Nos etiam facimus aliam promiſſionem, quam nulli alii faciunt religioſi. Nos namq; promittimus eſſe ſervi ſclavi dominorum Infirmorum.* Et pro unaquaq; rerum hujuſmodi ipſe debet reſpondere, *ita, ſi Deo placeat.* Poſtea verò ſibi debet dicere ille qui eum recipiet. *Et nos promittimus vobis panem & aquam, & humiles veſtes; vos enim non poteſtis rem aliam poſtulare; & vos facimus participes, animaſq; parentum veſtrorum in omnibus bonis factis in religione noſtra à primævâ ſui inſtitutione, & quæ fiunt ac fient, uſq; ad diem judicii in eadem, in quibus Dominus noſter vobis dignetur concedere partem talem, qualem nos ſperamus habere.* Poſt hæc verò ille, qui debet effici frater, accipere debet librum, & illum ferre ad Monaſterium, ac eum imponere ſuper Altare. Deinde libro ipſo accepto, eum reportare, & venire debet coram illo, qui eum debet facere fratrem; & ille debet ipſum librum ab eo recipere, & ſibi dare mantellum, & pariter ei dicere. *Ecce ſignum Crucis, quod vos portabitis in hoc mantello, in commemorationem*

rationem illius, qui pro ſalvatione noſtrâ ſubiit in patibulo Crucis mortem, ut Deus propter Crucem & propter obedientiam, quam vos feciſtis, vos protegat & defendat nunc & ſemper à diabolica poteſtate, Amen.

Modus recipiendi confratres.

CUm autem aliquis vir probus requirit eſſe confrater Hoſpitalis, Magiſter aut Præceptor, ſeu ille qui eum debet recipere in confratrem, debet fratres facere congregari. Quibus accerſitis in unum, ille qui confrater eſſe cupit, debet venire ad præſentiam eorundem; & ille qui debet recipere in confratrem, debet pro miſſali mandare; & ille, poſitis manibus ſupra librum, ſibi promittere debet, quod inantea pro poſſe domum Hoſpitalis & fratres in omnibus diliget, & à cunctis malefactoribus illos toto poſſe defendet, & bona domus ejuſdem ſervabit; & ſi nequibit illa defendere & ſervare, id fratribus domus pandet; ac quod ſi aliquam religionem ingredi voluerit, intrabit religionem Hoſpitalis. Et ſi nullam religionem in vitâ voluerit intrare, ſolebat promittere, quod in fine relinquet, ut ſepeliatur in cimiterio Hoſpitalis: Verùm quia decretale hoc prohibet, ſub pœnâ excommunicationis igitur ſuæ diſcretioni relinquatur. Niſi fortè portare vellet habitum cum ſigno *tau*, ut in *Cicilia* aſſueſcunt; necnon quod in ſuæ confraternitatis recognitione, in feſto S. *Johannis Baptiſta*, rem aliquam dabit domui annuatim. Cum autem hæc promiſerit, confrater ille, qui eum recipere debet, dicet ſibi. *Ob promiſſionem, quam vos feciſtis Deo & Dominæ noſtræ, ac Domino meo S.* Johanni Baptiſtæ *& Dominis noſtris infirmis, nos recipimus vos & animas parentum veſtrorum participes in* Miſſis, Matutinis, Veſperis, *& in omnibus aliis piis bonis, quæ facta ſunt in noſtra domo à die qua fuit primitus inſtituta, & cotidie fiunt ac fient in eadem per univerſum orbem uſq; ad diem judicii. Et dominus noſter dignetur vobis partem talem conferre, qualem unuſquiſq; noſtrum ſperat habere.* Quibus dictis, fine facto, ipſe debet ſibi pacem præbere, & conſimiliter omnes fratres, qui erunt ibi præſentes. Deinde verò nomen ejus in libro confratrum redigatur in ſcriptis, & id quod dare promiſerit annuatim in recognitionem ſuæ fraternitatis. Ib. fol. 131. b.

Cronica Magiſtrorum defunctorum.

I. PRimus Magiſter fuit *Girardus*, qui fuit Gardianus Hoſpitalis pauperum in *Jeruſalem*. Hic fuit repertus ibidem quando *Godefridus* de *Boilonia* & peregrini Chriſtiani ceperunt eandem. Ib. fol. 143. b.

II. Poſtea fuit *Raymundus* de *Podio*, qui primus frater extitit Hoſpitalis. Hic ordinavit & condidit Regulam & ſtatuta, & illa confirmari fecit per Dominum Papam *Eugenium*; quæ perdita fuerunt in *Jeruſalem*.

III. Poſtea fuit Magiſter *Augier* de *Ballen*. Hic multa religioſitate fluxit & pariter probitate.

IV. Poſtea fuit Magiſter *Arnaudus* de *Comps*. Hic utiq; fuit magnanimus vir, & ampliavit religionem tam fratribus quàm poſſeſſionibus, & fecit bona pertamenta, &c.

V. Poſtea fuit Magiſter *Gilbertus Aſſailli*. Hic fuit antiquus valdè, & brevi tempore quo vixit, multa bona religioni procuravit, & Dominis infirmis ſervivit multum benignè

VI. Poſtea fuit Magiſter *Caſtus*. Hic multæ humilitatis & magnæ benignitatis ac miſericordiæ virtutibus fluxit: & propter ejus probitatem & bonam famam, grandia bona fuerunt per univerſum orbem collata noſtræ Religioni.

VII. Poſtea fuit Magiſter *Jobertus*. Hic bona ſtatuta condidit ad ſervicium Dei & Eccleſiæ, & ad commodum infirmorum Dominorum.

VIII. Poſtea fuit Magiſter *Gaufridus* de *Dinſono*, qui *Cracum* & *Margatum* cepit. Hic fuit vir multæ diſcretionis, & ſtrenuus in armis; bonus, religioſus, & valdè magnanimus, dilexitq; plurimùm fratres ſuos & Dominos infirmos.

IX. Poſtea fuit Magiſter *Hermengandus Daps*. Hic per hoſtes fidei multum extitit perſecutus, ſuo etiam tempore Chriſtiani perdiderunt *Jeruſalem*, ſed ipſe poſtea parum vixit.

x. Poſtea fuit Magiſter *Rogerius* de *Molins*, qui per Papam *Lucium* Regulam confirmari procuravit, & bona Statuta edidit.

xi. Poſt ea fuit Magiſter *Garnerius* de *Neapoli*. Hic multam animoſitatem exercuit in factis Armorum, contra fidei inimicos; elemoſinas domus viriliter defenſavit, & gubernavit etiam ſuos fratres honoranter.

xii. Poſtea fuit Magiſter *Alfonſus* de *Portugalia*, cujus tempore confirmatæ fuerunt bonæ conſuetudines per Magiſtrum *Rogerium*, editæ in *Margato*. Hic fecit bona Statuta, & accidit quod aliquid Conventui ſuo præcepit; & quia Conventus non paruit ſibi, magiſterium reſignavit & Bullam projecit; quâ per proceres captâ, ipſi in Magiſtrum alium aſſumpſerunt. Deinde ipſe in *Portugaliam* pergens, per gentem ſuam in itinere pocionatus, ſpiritum exalavit (&c.)

xiii. Poſtea fuit Magiſter *Gaufridus Rat*. Hic fuit valdè probus, & reſignatio Magiſtri *Alfonſi* multùm diſplicibilis fuit ei; ipſum enim habebat multum carum propter ejus magnam probitatem. Tempore cujus multa bona in Regno *Franciæ* collata noſtræ domui extiterunt.

xiv. Poſtea fuit Magiſter *Garinus* de *Monteacuto*. Hic fuit vir fortis & ſtrenuus in perſonâ; & protector optimus bonorum Religionis, qui brevi tempore vixit.

xv. Poſtea fuit Magiſter *Bertrandus* de *Gexi*. Hic invenit multa probitatis & bonæ religionis & virtutis, & adauxit. In *Suria* domum multis bonis ditavit, & dominis infirmis vehementer obſequia debita præſtabat.

xvi. Poſtea fuit Magiſter *Gerinus*. Hic fuit valdè parcus, & omnem vanæ gloriæ pompam à ſe abjecit, & magnum theſaurum coacervavit, quia habebat cum hoſtibus ſuis pacem.

xvii. Poſtea fuit Magiſter *Bertrandus* de *Cons*. Hic ſuâ probitate & providentiâ plurimas *Saracenorum* terras redegit ad Religionis ditionem, & per ejus magnum theſaurum Hoſpitale ſuſcepit plurima incrementa privilegiorum libertatis, conceſſum fratribus militibus; ipſoſq; in Religione multis honoribus ſublimavit, & eis pluſquam alius Magiſter dominium ſupra cæteros fratres dedit.

xviii. Poſtea fuit Magiſter *Petrus* de *Villa Brida*. Hic multa probitate, & ſimplicitate polluit virtuosâ; ſervavitq; optimè Regulam. Tres domos & plura alia bona extitit operatus.

xix. Poſtea fuit Magiſter de *Caſtello novo Guillielmus*. Hic multa probitate fluxit, & potiebatur pariter magnanimitate virili. Tempore cujus Templum ſuſcepit reſiduum Hoſpitale, quod poſtea ipſe emit à Magiſtro Templi, qui ſuus frater erat, precio unius equi (&c.)

xx. Poſtea fuit Magiſter *Hugo Ryvell*. Hic fuit illuminatus multâ diſcretivâ virtute, reduxitque domum ad ſtatum bonum. Alii enim Magiſtri ſui prædeceſſores nichil reformaverunt, niſi quod manutenuerant Uſagia bona domus. Ipſe verò nedum ordinavit de novo, ymmo aliorum ſtatuta extitit recordatus. Ediditq; inſuper bona & utilia ſtatuta.

xxi. Poſtea fuit Magiſter *Nicholaus* de *Lorgne*. Tempore cujus fuerunt cum *alba Cruce Arma rubea* ordinata, ac quod fratres nigros *Mantellos* portarent: Fuitq; etiam ordinata Bulla Conventus, & inſuper plurima bona ſtatuta domus.

xxii. Poſtea fuit Magiſter *Odde*: Tempore cujus, noſtræ Religionis ſtatus propter ejus inconveniens portamentum, plurimùm fuit depreſſus; undè contigit, quod Papa ſe intromiſit de noſtrâ Religione, quod nunquam fuerat viſum; Papa enim nullius alterius Magiſtri temporibus ſe intromiſerat de eadem, & dicto Magiſtro comminatorias literas deſtinavit, quibus ipſe parere irreverenter ſprevit. Quamobrem ipſe repellatus ſuum repellum proſequendo in itinere expiravit. Nichilominus tamen plurima bona edidit ſtatuta.

xxiii. Poſtea fuit Magiſter *Guillelmus* de *Villareto*. Hic reſidebat in ultramarinis partibus Prior *Sancti Ægidii*; unde accidit, quod Conventus ſibi ſcripſit nonnullos defectus prædeceſſorum ejus; & quod propterea in principio in regimine ſuo & Religionis, providentiæ ſtudium adhiberet: Quod & ipſe facere non omiſit; nam ipſe multâ probitate fulcitus Religionem ſuam bonis ſtatutis, & conſuetudinibus laude dignis reparavit & illuſtravit.

xxiv. Poſtea fuit Magiſter *Fulco* de *Vilareto*. Hic fuit multâ ſtrenuitate potitus, & cum propter magnanimitatem ſuam fratres ſui Conventus ipſum odio habentes, tandem apud *Rodanum* quadam nocte in ſuo lecto ipſum interfeciſſent, niſi quidam ejus Camerarius eum evaſiſſet, & ipſe ad *Budicum* caſtrum inſulæ *Rodi* perrexiſſet. Sed in eodem caſtro per Conventum obſeſſus, alius aſſumptus extitit in Magiſtrum. Deinde verò poſt breve temporis ſpacium Papa *Johannes xxii.* comparituris coram ſe in *Avinone*, mandavit pro ambobus Magiſtris. Auditis itaque precibus, & intellectis juribus utriuſque, depoſito Magiſtro per Conventum electo, reſtituit fratrem *Fulconem* faſtigio Magiſtratus. Poſt hæc autem eodem anno per Papam, cum Cardinalibus, de conſilio procerum Religionis; fratre *Fulcone* iterato depoſito; electus extitit alius in Magiſtrum. Hic frater *Fulco* plurima bona egit; ipſe enim traxit Conventum de *Cipro* & cepit inſulas *Rodi*, *Lingoni*, & alias plures circumjacentes; tenuitque multa caſtra in *Turkia*, quæ ſua ſtrenuitate acquiſierat ab inimicis fidei. Reduxit inſuper, tempore ſuo, bona *Templi* ad *Hoſpitale*; & multa pariter bona & utilia edidit Statuta. Obiit frater ſimplex & egenus in caſtro terræ motus, & fuit ſepultus apud *Montem Peſſolanum* in Eccleſiâ Templi.

xxv. Poſtea fuit Magiſter *Mauricius* de *Paygnaco*. Hic fuit ille quem Conventus elegit, quando depoſitus extitit frater *Fulco*; qui pauca in ſuo tempore exercuit Magiſtratus.

xxvi. Poſtea fuit Magiſter *Elionus* de *Villa Nova*. Hic fuit per Papam creatus, cum conſilio procerum domus. Fuit etiam multâ probitate & magnâ virtute dotatus, & plurima bona in Religione ſuâ, tempore ſuo fecit. Exoneravit enim illam, ſuâ diſcretionis induſtriâ à multis ſarcinis debitorum; proſperavit etiam nimiùm ſtatum ſuum ampliùs quam fuerat unquam viſum. Non recolit memoria hominum, nec reperitur in ſcriptis, quod tam quieta tamq; omnibus bonis plena eſſet Religio, prout ipſe illam reliquit tempore mortis ſuæ. Suo quoq; tempore fuit iterum capta inſula *Lingoni* & Civitas *Smirniarum*; ediditq; bona utilia ſtatuta, & diu vixit.

xxvii. Poſtea fuit Magiſter *Deodatus* de *Goſono*. Hic fuit in Conventu magnus præceptor, & reperit domum in ſtatu felici, Solvitq; Religionem, tam in capitibus, quàm in membris, per univerſum orbem à cunctis nexibus debitorum. Suo tempore fuit *Molle* conſtratum & clauſum versùs marinam burgus *Rodi*.

xxviii. Poſtea fuit Magiſter *Petrus Cornelian*.



HOSPITALARIORUM Militum S. IOH. HIEROSOL.
Domus olim excelsa in suburbio civitatis LONDIN:
portæ Australis à Circio prospectus,



W. Hollar delin: et sculp: 1661.

Præfatæ Domus a retro



In gratiam poſteritatis
prænobilis THOMAS
Baro BRVCE de WHORL^{tyn}
in agro EBOR: et Comes
ELGINIÆ in SCOTIA,
hoc pie poſuit.


Ejuſdem Domus (*quanti nunc ſupereſt*) cum occidentali Capellæ facie, ab Affrico, proſpectus,


aquilone, proſpectus,

MONASTICON ANGLICANUM.

Hoſpitale S. Johannis Hieroſolom. *in ſuburbio Civitatis* LONDON.

De Fundatione ejuſdem, cum ſtemmate Fundatoris.

Ex Regiſtro Hoſpitalis S. Joh. Jeruſalem in bibl. Cotton. fol. 1.

Jordanus Briſet, Baro, filius (*Radulfi*, filii) *Briani Briſet*, fundavit domum, ſive Hoſpitale Sancti *Johannis Jeruſalem* in *Anglia*, circa annum Domini mileſimum centeſimum, & tempore regis *Henrici* primi. Hic prius fundavit Domum Sancti-monialium de **Clerkenwell**, & ab eis emit decem acras terræ, ſuper quam terram dictum fundavit Hoſpitale; pro quâ quidem terrâ dedit eiſdem Sancti-monialibus alias decem acras terræ in dominio ſuo de **Welynghall** in Comitatu *Cancia*. Obiit verò xv. Kalendas *Decembris*, & in domo Capitulari dictorum Monialum eſt ſepultus. Et *Muriel* uxor ejus obiit primo Kalendas *Maii*.

Anno dominicæ Incarnationis *MCLxxxv*. ſexto Idus *Martii*, literâ dominicali *F*. dedicata eſt Eccleſia dicti Hoſpitalis, in honore beati *Johannis Baptiſtæ*, à venerabili patre *Eraclio* dominicæ Reſurrectionis Patriarchâ. Eodem die dedicatum eſt majus Altare ipſius Eccleſiæ, in honore Sancti *Johannis*, & Altare S. *Mariæ*; & Altare S. *Johannis* Evangeliſtæ ab eodem Patriarchâ.

Ibid. fol. 1.

Arma *Briani Briſet* militis, *une Gryſſon volant*


Radulphus
Brianus Briſet miles
Radulphus
Jordanus Briſet miles dominus de Clerkenwel.
Muriela uxor ejus, obiit 1. Kal. Maii anno 1112. & ſepulta apud Hoſpitale S. Johannis.
Henricus Foliot miles primus vir.
Lecia filia primogenita & una hæredum antedicti Jordani
Willielmus de Mountenay miles de Com. Eſſex. ſecundus vir.
Emma Briſet obiit ſine prole.
Matildis Briſet obiit ſine prole.
Willielmus Foliot miles
Ricardus Foliot
Robertus de Mounteney
Euſtachius de Mounteney.

Iſte *Jordanus* fuit primus fundator, tam Hoſpitalis & Eccleſiæ S. *Johannis Jeruſalem* in *Anglia*, quam Prioratus Monialium de **Clerkenwel**, & obiit *xv*. Kal. *Decembris* A. D. *M C x*. tempore *H*. 1. & ſepultus eſt in domo Capitulari dicti Prioratus.

Memorandum quod hæredes de nomine *Foliot* ſunt fundatores iſtius domus, & ſunt commorantes in Com. *Wigorniæ*.

Iſti Mounteneyi ſunt commorantes in Com. **Eſſexiæ**.

Carta

Carta Jordani filii Radulfi, filii Brieni de xiiii. acris terræ in campo juxta Fontem Clericorum, ad Domum Orationis ibidem fundandum.

Ex Regiſtro de *Clerkenwel* in bibl. *Cottoniana* fol.16.a.

Notum ſit omnibus Sanctæ Eccleſiæ fidelibus, tam præſentibus, quàm futuris, quod ego *Jordanus* filius *Radulfi*, filii *Brieni*, dedi Deo & Sanctæ *Mariæ* & omnibus *Sanctis* & *Rob.* Capellano in elemoſinâ, pro me & uxore meâ & pro animâ patris mei & matris meæ & fratris mei omniumq; parentum meorum, & amicorum, vivorum & defunctorum *xiiii.* acras de terrâ in Campo, qui juxta fontem Clericorum ſitus eſt, liberas & de omnibus rebus quietas; ita videlicet, ut hii qui de Hoſpitali ſunt, nihil in eis Clamare poſſint, nec Calengium imponere, ſed omnino ſeparatas ab acra quod eiſdem Hoſpitaliariis in eodem Campo, dedi pro *xii.* denariis quos Hoſpitali de *Jeruſalem* per ſingulos annos in elemoſinâ me daturum promiſeram. Dedi etiam eidem *Roberto* locum & ſedem ad molendinum faciendum, ſalvâ & retentâ propriâ multurâ meâ, & primo loco molendini. Hæc *Rodberto* conceſſi, quatinus ſuper eaſdem acras domum orationis edificare, & religionem, quam placuerit, ad ſerviendum Deo atq; ſupplicandum imponat. Hii ſunt teſtes, *Alanus*, *Bernardus*, *Hugo* Canonici.

Carta Roberti le Fun de Heremitorio de Pevelie.

Ex Coll. viri cl. *Henr. Spelmanni* eq. aur.

Univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quàm futuris, *Radulphus le Fun* ſalutem; Noverit univerſitas veſtra, me dediſſe, & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Sanctæ *Mariæ* & Sancto *Johanni Baptiſtæ*, & beatis pauperibus Sancti Hoſpitalis *Jeruſalem*, & fratribus ibidem Deo ſervientibus; & nominatim fratri *Roberto* filio *Richardi* Heremitorium de *Pevelia*, cum omnibus pertinentiis ſuis, in terris cultis, & non cultis; in boſco & plano, in pratis & paſturis, in moris & Mariſcis, in aquis & Molendinis, in viis & ſemitis, in Stagnis & vivariis, & cum omni vasturâ, & cum omnibus pertinentiis ſuis: Ita tamen, quod prædictus frater *Robertus*, totâ vitâ ſuâ, prædictum Heremitorium poſſidebit, & ibidem erit procurator; Hoc verò prædictum Heremitorium, dedi & conceſſi ſanctæ domui Hoſpitali *Jeruſalem*, & nominatim fratri *Roberto* filio *Richardi*, pro ſalute animæ domini mei *Willielmi* Comitis de *Ferrariis*, & pro animâ *Roberti* Comitis de *Ferrariis*, patris ſui; & pro animabus patris mei, & Matris meæ; & pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam; tenendum & habendum imperpetuum, liberum, & quietum ab omni terreno ſervitio, & exactione, & conſuetudine ſeculari, ita quod ego & hæredes mei, ſæpedictam elemoſinam fratribus Hoſpitalis *Jeruſalem*, contra omnes viros religioſos, warantizabimus. Si verò, ego nec hæredes mei, hanc donationem, jam dictis fratribus warantizare non poterimus, dabimus illis eſcambium ad valentiam de noſtro dominio: volo etiam, quod prædicti fratres hanc elemoſinam habeant, & teneant imperpetuum, adeo liberè & quietè, ſicut aliquam elemoſinam meliùs & liberiùs tenent, vel tenere poterunt, ita quod ego nec hæredes mei in prædictam elemoſinam nihil recupecare poſſimus, præter orationes & elemoſinas: & ita quod ſupradicti fratres Corpus meum recipient, ad habitum Religionis eorum, quando voluero, ſive in ſanitate, ſive in ægritudine; Teſtibus *Roberto* de *Ferrariis* avunculo Comitis; *Roberto* filio *Walkelini*; *Henrico* filio *Walkelini*, *Petro* fratre ejus; *Willielmo* de *Ridware*, tunc Seneſcallo Comitis; *Henrico* de *Acunvill*, Capellano Comitis; *Thoma* fratre ejus; *Willielmo Tingtore* de *Tuttisberi*, *Helia* Mercatore, *Willielmo* de *Creſt*, *Johanne* Clerico, qui Cartam compoſuit, *Willielmo* filio *Walkelini*, *Roberto* de *Ferrariis* de *Loskesle*, *Henrico* de *Ferrariis*, & pluribus aliis.

Carta Petri filii Serlonis de Ardintonâ de duabus bovatis terræ in Ardintona.

Ex autog. penes Henricum Ardinton de Ardinton in Com. Ebor. Arm.

Univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quàm futuris, *Petrus* filius *Serlonis* de *Ardintona* ſalutem in Chriſto: Noverit univerſitas veſtra, me, aſſenſu *Hawiſiæ* uxoris meæ, & hæredum meorum, & communi conſilio, & aſſenſu amicorum meorum, dediſſe, & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Sancto *Johanni*, & Sanctæ domui Hoſpitalis *Jeroſolimæ*, duas bovatas terræ in *Ardintona*, in puram, & perpetuam & liberam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & animarum anteceſſorum meorum; ſcilicet, unam quam *Herbertus* filius *Petri Ruffi* tenuit; & aliam bovatam juxta illam proximam versùs orientem, quam *Arturus* frater prædicti *Hereberti* tenuit, cum toftis, & croftis, & omnibus pertinentiis ſuis, in boſco, in plano; in pratis, in paſturis; in aquis, & in omnibus aiſiamentis ejuſdem villæ pertinentibus, ſolas, & quietas, & liberas ab omni ſervitio, & ab omni exactione mundanâ; & ego *Petrus* prædictus, & hæredes mei warantizabimus prædictam terram, ſicut prædictum eſt, Deo & S. *Johanni*, & Sanctæ domui Hoſpitalis *Jeroſolimæ*. Magiſter verò *Gwarnerus*, & fratres prædicti Hoſpitalis, mihi, karitatis intuitu, dederunt per manum *Galteri* de *Perci*, tunc Procuratoris eorum, octo marcas, & dimidiam. Hii ſunt Teſtes, *Galfridus* Abbas de *Salleia*, *Walterus* Prior de *Boltona*; *Adam* Decanus de *Crava*, *Willielmus* Perſona de *Martona*, *Alanus* Perſona de *Weſtuna*. *Petrus* de *Martona*, & *Willielmus* filius ſuus; *Willielmus* de *Wottona*. & *Hugo* filius, *Ranulphus* de *Eſtona*, *Willielmus* de *Graindorg*, *Rogerus* filius *Petri*, *Willielmus* filius *Johannis*, *Serlo* de *Popl*, *Willielmus Talebote*, *Arnaldus* filius *Torphini*, *Bartholomeus* de *Gairgrave*, & multi alii. Hæc autem Carta facta eſt, & data Anno ab Incarnatione Domini *MCLxxxvi.*

A.1186. 32. H.2.

De duobus feodis militum per Robertum *de* Vere *Comitem* Oxon. *conceſſis.*

Inq. de ad quod Dampn. de a.13. E.1.n.83.

IUratores dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod non eſt ad dampnum Domini Regis, nec aliorum, ſi *Robertus* de *Vere*, Comes *Oxoniæ*, concedat Priori & fratribus Hoſpitalis Sancti *Johannis Jeruſalem* in *Anglia*, duo feoda militum cum pertinentiis in Aſele, & Silverle, &c. niſi quod dominus Rex poſſit amittere Cuſtodiam terræ & hæredis *Galfridi Arſyke*, qui feoda illa immediatè tenet de dicto Comite *&c.* quorum feodorum unum tenetur per ſervitium faciendi ſectam ad Comitatum *Cantabrigiæ* de menſe in menſem, & aliud tenetur per ſervitium Curiæ de Chenlo: de tribus ſeptimanis in tres ſeptimanas.

Carta Roberti *filii* Bernardi *de manſione S.* Joh. Bapt. *ſuper* Howath (*&c.*)

Ex ipſo autogr. penès Henricum Butler de Rawcliff in Com. Lanc. Ar. A.1639.

OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, *Robertus* filius *Bernardi*, ſalutem. Noveritis me *Robertum* filium *Bernardi*, conceſſiſſe Hoſpitali *Hieroſolimitano*, manſionem Sancti *Johannis Baptiſtæ* ſuper Howath, cum Capellâ Sancti *Johannis Baptiſtæ*, & cum domibus (&c.) ſcilicet à ponte de Hamapd, ſequendo Wyre, uſque ad pontem qui eſt ſuper Wyre ſecùs ſanctam *Helenam*; & ita de prædicto ponte, ſequendo foſſatum, quod eſt juxta meſſuagium meum in Caterhall; & ſic de meſſuagio meo, ſequendo foſſatum, uſque ad viam venientem de Preſtone, & ſic ex tranſverſo viæ, ſequendo viam verſùs Slinethagh, uſque ad terram quæ fuit *Spareling*; & de terrâ *Spareling* uſque in Wyre: Et omnes terras quæ comprehenduntur inter prædictas diviſas; & ſex acras in eadem villâ de Caterall, ſuper Keldir, quæ fuerunt *Alani* filii *Radulfi*: & molendinum meum de Caterale; Præterea duas acras terræ in Halecat, juxta domum quæ fuit *Willielmi* de *Recibale* in Wetre, ad [illegible]catum faciendum: & quatuor acras terræ in Heigham ad Scalinges, cum communi paſturâ de Blaſtone: Et unam bovatam terræ in Hotone ſuper Ribill, cum communi paſturâ ejuſdem villæ, & cum piſcariis, & cum ſervitiis liberorum hominum; & quandam partem terræ meæ in Goſenhargh; ſcilicet Prrmleſell, cum domibus (&c.) per has diviſas, ſicut Crenkeſhagh extendit in Lud, (&c.) Et unam acram terræ in Gſlaneſhgos, quam habent de dono *Adæ* filii *Radulfi* (&c.) Et hanc donationem feci nominatim pro ſalute animæ *Henrici* quondam Regis *Angliæ*, & animæ ſponſæ ſuæ, & animæ filii ſui, quondam Regis *Angliæ*; & pro ſalute regis *Johannis Angliæ*, & ſponſæ ſuæ, & pro ſalute *Willielmi* de *Lancaſtria* ſenioris, & junioris, & ſponſarum ſuarum; & pro ſalute *Gilberti* filii *Rogeri*, & ſponſæ ſuæ, & puerorum ſuorum; & pro ſalute *Hugonis* de *Morvilla*, & *Helewiſiæ* ſponſæ ſuæ, & puerorum ſuorum; & pro ſalute *Bernardi* filii *Ailſi*, & ſponſæ ſuæ, & puerorum ſuorum; & pro ſalute animæ meæ, & *Hawiſiæ* uxoris meæ, & *Bernardi* filii mei, & aliorum puerorum meorum: Et pro ſalute *Hugonis* de *Milton*, & *Olivæ*, & *Richardi*, & ſponſarum ſuarum, & puerorum ſuorum. Teſtibus his Magiſtro *Honorio* tunc Archidiacono de *Richmundia*, *Benedicto* de *Tatham*, *Richardo* de *Borvi*, *Gilberto* filio *Rogeri*, filio *Rainfridi*, *Roberto Waleis*, *Waltero* filio *Osbeni*, *Willielmo* filio *Swani*, *Waltero* fratre ejus, *Roberto* de *Stopford*, *Henrico Sones*, *Rogero* de *Kirkbyirlum*, *Paulino* de *Gairſtange*, *Radulfo* de *Kellet*, *Roberto* de *Lancaſter* (&c.)

Carta Beatricis de Bollers, *de Eccleſia de* Hereſelde.

Ex Regiſt. Hoſp. S. *Joh. Jeruſalem* in *Anglia* in bibl. Cotton. f. 82.a.

NOtum ſit omnibus, tam præſentibus, quàm futuris Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, quod ego *Beatrix* de *Bollers*, quondam uxor *Baldwini* filii *Galfridi*, aſſenſu & conſenſu *Galfridi* filii mei, dono & Cartâ meâ confirmo Deo & fratribus Hoſpitalis *Jeruſalem*, advocationem Eccleſiæ de Hereſelde, cum omnibus pertinentiis ſuis; in boſco ſcilicet in agro, in pratis, in paſcuis in liberam & perpetuam elemoſinam (&c.) Hiis teſtibus *Ricardo* Capellano (&c.)

Confirmatio Eccleſiarum de Staundone, Melcheburne, Riſeley, Dene, Suldrope, Charrethe, Hadlow, Berebroke, *&* Baddeley, *per* Ricardum *de* Clare, *Comitem* Hertfordiæ.

Ib. f.117. a.

RIcardus de *Clare* Comes *Hertfordiæ*, omnibus hominibus & amicis ſuis, Francis & Anglicis ſalutem. Sciatis me, divinæ pietatis intuitu; & pro ſalute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, & præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & S. *Johanni Baptiſtæ*, & beatis pruperibus & fratribus ſanctæ Domus Hoſpitalis *Jeruſalem*, omnes poſſeſſiones, tam Eccleſiarum, quam terrarum, & omnium aliorum reddituum, quas ipſi tenent de feodo meo, in *Anglia*, & poſſident ab anteceſſoribus vel tenentibus eorum, vel à me vel tenentibus meis, rationabiliter ſibi collatis; Inprimis, *viz.* ex dono *Gilberti* Comitis Eccleſiam de *Staundone*, cum omnibus rebus & libertatibus ad eam pertinentibus; & totam terram, quam ipſi habent in eadem villâ, cum pertinentiis, ſive ex dono meo, vel anteceſſorum meorum, vel etiam tenentium eorum vel meorum. Et ex dono *Rogeri* Comitis patris mei, molendinum illud, quod eſt extrà portam de Staundone, verſùs aquilonem, cum pertinentiis, & cum ſectâ tali, qualem idem pater meus illi molendino conceſſit, & confirmavit. Et ex dono *Aliciæ* de *Cleremunt* Manerium de Melcheburne, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, cum Eccleſiâ quoq; ejuſdem villæ. Et Eccleſiam de Ryſeley, & Eccleſiam de Dene, & Eccleſiam de Suthrop, & earundem Eccleſiarum pertinentia. Et ex dono *Aluredi* de *Bendeville*, & *Sibilla* uxoris ſuæ Eccleſiam de Chaureth, cum omnibus ad eam pertinentiis. Et ex dono *Rogeri* Comitis patris mei, Eccleſiam de Hatlo, cum pertinentiis, & molendinum de Touceceſtre, cum pertinentiis; Et terram illam cum pertinentiis in Blechinglege quæ fuit *Richardi* Præpoſiti. Et ex dono *Matildis* Comitiſſæ matris meæ Eccleſiam de Carebrok, cum pertinentiis, & medietatem ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis: Et Eccleſiam de parvâ Carebroc, cum pertinentiis; & duas virgatas terræ, cum pertinentiis, in Durtete. Et ex dono *Roberti* filii *Gaufridi*, & *Beatricis* uxoris ſuæ, Eccleſiam de Badele, cum pertinentiis, & unam virgatam terræ cum pertinentiis in eadem villâ. Et præterea omnes alias Eccleſias, terras (&c.) quaſcunq; anteceſſores mei, vel tenentes eorum, vel tenentes mei rationabiliter de feodo meo eis contulerunt; ita integrè & plenariè (&c.) ſicut Cartæ donatorum teſtantur. Hiis Teſtibus, *Ricardo* de *Clare* & *Jacobo* de *Clare* fratribus meis, *Hugone* filio *Ada* (&c.)

Carta Willielmi *Comitis de* Ferrariis *de Eccleſia de* Turrok *Grey*.

Ib.f.117. b.& 204.a. NOtum ſit omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ fidelibus, tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Willielmus* Comes de *Ferrariis*, aſſenſu hæredum meorum, dono & hac Cartâ confirmo Deo & S. *Johanni Bapt.* & beatis pauperibus ſancti Hoſpitalis *Jeruſalem*, Eccleſiam de Turrok, cum omnibus pertinentiis ſuis; & quicquid in eâ juris habui. Hanc donationem feci ego pro ſalute animæ meæ, & ſponſæ meæ, & anteceſſorum & hæredum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam, (&c.) Hiis teſtibus *Rogero* filio *Renfreri*, *Willielmo* de *Braus*, *Nicholao* filio *Pagani*, *Henrico* de *Toc*, *Will. Malveiſin*, *Haitropo Haſteng*, & multis aliis.

Carta Walteri *filii* Roberti *de advocatione Eccleſiæ de* Wodham.

Ib. UNiverſis, (&c.) *Walterus* filius *Roberti*, ſalutem. Univerſitati veſtræ notum facio, me dediſſe & conceſſiſſe fratribus Hoſpitalis *Jeruſalem*, pro ſalute mei & hæredum meorum, (&c.) in liberam & perpetuam elemoſinam, advocationem Eccleſiæ de Wudeham, & dominium quod in eâ habui, cum pertinentiis ſuis omnibus, & libertatibus, (&c.) In augmentum etiam eorum, & in honorem Dei & S. *Maria* (&c.) dono eis ſaltas, quas tenuit *Philippus* in eadem villâ. Et ut donatio & conceſſio hujus elemoſinæ ſtabilis permaneat & perpetua, Sigilli mei impreſſione, & præſentis Cartæ munimine, id confirmo prædictis fratribus, & ratum facio. Data eſt hæc elemoſina in manu *Ricardi Turri*, Prioris Hoſpitalis in *Anglia*, *Rotomagi*. Hiis teſtibus, fratribus *Richerio*, *Will.* de Ferreres, (&c.

Carta Hugonis *de Bellocampo de diverſis terris & tenementis in* Grafforde.

Ib.f.114. b. OMnibus, (&c.) *Hugo* de *Bellocampo* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me divinæ caritatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ, (&c.) dediſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmaſſe Deo & beatæ *Maria* & S. *Johanni Baptiſtæ*, & beatis pauperibus Hoſpitalis *Jeruſalem*, totam villam de Graffeforde, cum omnibus pertinentiis, (&c.) Hiis teſtibus, *Radulpho* de *Turvill*, *Hugone* de *Karun*, *Galfrido* de *Bruttivill*, *Hugone* de *Veteri fonte*, (&c.)

Carta Aluredi *de* Bendavilla *de Eccleſia de* Chaureth.

Ib.f.205.a. ALuredus de *Bendavilla*, & uxor ſua *Sibilla*, omnibus amicis & hominibus ſuis; univerſiſq; ſanctæ matris Eccleſiæ filiis ſalutem. Notum ſit vobis nos dediſſe & conceſſiſſe Hoſpitali de *Jeruſalem*, in liberam & perpetuam elemoſinam, Eccleſiam de *Chaura*, & terram quæ fuit *Rogeri Picoti*, cum omnibus prædictæ Eccleſiæ & eidem terræ pertinentibus, pro animâ *Gilberti* filii *Ricardi*, & pro animâ *Ricardi* filii *Gilleberti*; & pro animâ Comitis *Gilleberti*; & pro animabus patrum & matrum, & parentum & amicorum, & filiorum noſtrorum, *Willielmi* & *Rog.* & *Gill.* & pro ſalute Domini noſtri Comitis *Gilleberti* de *Clara*, & pro ſalute animarum noſtrarum, quatinus nobis & illos participes faciat Chriſtus Dominus noſter de omnibus bonis, quæ facta ſunt in *Jeruſalem* à diebus Apoſtolorum, vel facienda ſunt uſq; in finem ſeculi. Hujus donationis ſunt teſtes *Baldewinus* filius *Gilleberti*, *Mauricius* Vicecomes, *Ranulphus* de *Chauria*, *Godefridus* de *Chauria*, *Willielmus* ſuus filius, *Robertus* Presbyter (&c.) Hæc donatio facta fuit anno ab incarnatione Domini, *MCLi*.

Carta Gilberti *de* Monteſichet *de donatione medietatis Manerii de* Ginges.

Ibid. f. 215.a. NOtum ſit omnibus, tam præſentibus quàm futuris, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, quod ego *Gilbertus* de *Monteſichet*, pro animâ patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum, & pro ſalute animæ meæ & hæredum & omnium ſucceſſorum meorum, dedi & conceſſi Deo & beatæ *Mariæ*, & S. *Johanni Baptiſtæ*; & beatis pauperibus Sanctæ Domus Hoſpitalis *Jeruſalem*, & fratribus in eadem domo Deo ſervientibus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, medietatem Manerii de Ginghes, cum omnibus ad eandem medietatem pertinentibus; in boſco & plano; & pratis & paſturis; & homagiis & virgultis; & vivariis & viis, & ſemitis; & terris cultis & non cultis, & in omnibus aliis aiſiamentis & libertatibus, excepto forinſeco boſco, quod dicitur [illegible], quod michi & hæredibus meis retinui. Quare volo (&c.) Hiis Teſtibus, *Rogero Criſpino*, *Helya*

Helya de *Cateſbiry*, Magiſtro *Willielmo* de *Tonebrigg* (&c.)

Confirmatio Roberti *filii* Willielmi *Comitis de* Ferrariis, *de Eccleſia de* **Stebbynge**.

Ibid.f.218 a. UNiverſis Chriſti fidelibus, &c. *Robertus* de *Ferrariis*, filius *Willielmi* Comitis de *Ferrariis*, ſalutem in Domino. Noverit, &c. me conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & ſancto *Johanni Baptiſtæ*, & beatis pauperibus ſanctæ domus Hoſpitalis *Jeruſalem*, & fratribus ejuſdem domus; pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, donationem Eccleſiæ de **Stebbynge**, quam pater meus *Willielmus* Comes de *Ferrariis* eiſdem fratribus fecit. Et ut hæc mea conceſſio & confirmatio rata & inconcuſſa permaneat, præſentem Cartam Sigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus, *Willielmo* de *Ferrariis*, filio *Willielmi* Comitis de *Ferrariis*, *Henrico* de *Aldithle*, *Will.* de *Harecurt*, *Roberto* de *Campania*, &c.

Carta Rogeri *le* Peytivin, *de Eccleſia de* **Normantone**.

Ib.f.277. a. SCiant præſentes & futuri, quod ego *Rogerus* le *Peytivin*, Dominus de **Altoftes**, filius & hæres *Thomæ* le *Peytivin*, conceſſi, dedi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, & in bonâ proſperitate meâ legavi Deo & beatæ *Mariæ*, & S. *Johanni Baptiſtæ*, & beatis pauperibus Hoſpitalis *Jeruſalem*, & Priori & fratribus dicti Hoſpitalis in *Angliâ*, apud *Novam terram* commorantibus, in Com. *Ebor.* cum corpore meo ſepeliendo in Eccleſiâ dictorum fratrum, in eorum Eccleſiâ ſeu cimiterio, cum humanitus de me evenire contigerit; pro ſalute animæ meæ, *Thomæ* patris mei, & matris meæ *Iſabellæ*, uxoris meæ, anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, totam & integram advocationem Eccleſiæ de **Normantone**; quam advocationem *Matilda*, *Emma* & *Iſabella*, filiæ & hæredes *Walteri* le *Morker* jus meum, coram *Johanne* Abbate de *Burgo*, *Rogero* de *Turkelby*, *Petro* de *Percy*, tunc Juſticiariis Domini Regis Itinerantibus, & aliis Domini Regis fidelibus ibidem præſentibus, eſſe recognoverunt; & michi *Rogero* ſurſum reddiderunt imperpetuum, cum *xl.* acris terræ meæ, de boſco meo de **Altoftes**, ſicut contiguæ jacent ex parte boreali Curiæ prædictorum fratrum, juxtà Manerium eorundem, quod vocatur *Nova terra*; *viz.* à rivulo extra portam prædictæ Curiæ, verſùs boream, per viam, quâ itur juxtà ſepem parſonæ de **Normantone**, uſque ad magnam viam quâ itur ad **Sudhrwyng**; & ſic extra illam viam, & infra **Scakellewelle**, deſcendendo verſùs occidentem, uſq; ad unam hayam de **Sudrwyng**; & ſic per illam hayam verſùs Auſtrum uſq; ad prædictam Curiam prædictorum fratrum, in prædicto Manerio *Nova terra*; cum communia paſturæ ad averia eorum de *Nova terra*, ſcilicet ad *xxviii.* boves & ſexdecem vaccas; cum uno tauro, & cum eorum ſectâ de duobus annis: Et ad *xxx.* porcos, cum eorum ſectâ de uno anno, per totum Manerium meum de **Altoftes**, excepto parco meo de **Altoftes** ſubtus Aulam meam. Tenendam & habendam dictam advocationem Eccleſiæ de **Normantone**, integram, & *xl.* acras terræ prædictas ſeverales, de me & hæredibus meis, & omnibus villanis meis, cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus ad villam de **Altoftes** pertinentibus; & cum liberâ piſcatione de **Caldre**, & omnibus aliis rivulis, quantum feodum meum ſe extendit per totum Manerium meum; exceptâ mortuâ ripâ ſubtus **Forolles**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam (&c.) Et ut hæc mea donatio (&c.) ratæ ſint & ſtabiles imperpetuum; & præſens teſtamentum, quod Sacramento meo corporali, vallam firmitatis perpetuæ robur optineant, præſens Scriptum Sigilli mei munimine duxi roborandum, anno regni Regis *Henrici*, filii *Johannis xl.* in anno Domini *MCCLvi.* Hiis teſtibus, dominis *Godefrido* de *Meus*, *Johanne* de *Reygate*, *Henrico* le *Waleys* (&c.)

Carta Willielmi *filii* Audelini *de Eccleſia de parva* **Mapeltreſtede**.

UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, *Willielmus* filius *Audelini*, Domini Regis Dapifer, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod ego conceſſi, dedi, & præſenti Cartâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*. & S. *Johanni Baptiſtæ*, & beatis pauperibus S. Domus Hoſpitalis *Jeruſalem*, & fratribus in eadem domo Deo ſervientibus, Eccleſiam villæ meæ de parvâ **Mapeltreſtede**, cum terris & decimis & obventionibus, & omnibus ad eam pertinentibus; & jus patronatus quod in eâ habui: Habendam & perpetuo pacificè poſſidendam, cum omnibus communiis, aiſiamentis, in boſco & plano, (&c.) Hanc donationem feci ego eis, in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut aliqua elemoſina meliùs & liberiùs viris religioſis dari poteſt, pro ſalute *Hen.* Regis *Angliæ*, Domini mei, & meâ, & hæredum meorum; & pro animâ *Julianæ* uxoris meæ; & pro animâ patris & matris meæ, & omnium parentum & amicorum, & anteceſſorum meorum, ut omnium elemoſinarum, & beneficiorum, quæ in ſanctâ domo illâ fuerint, participes exiſtamus imperpetuum. Et ut firmum & ſtabile perſeveret, præſenti ſcripto & ſigilli mei atteſtatione curavi confirmare. Hiis teſtibus, *Valeriano* Priore, & *Auguſtino* Canonico S. *Mariæ* de **Sudwerc**; *Waltero* & *Serlone* Capellanis Hoſpitalis, anno incarnationis dominicæ *MCLxxxvi.* *xvi.* Kal. *Aprilis*, apud *Londonias*. Ibid.f. 305.a.

Confir-

Confirmatio Willielmi *filii* Aldelini *de villa de parva* **Mapeltreſtede.**

Ibid. WIllielmus filius *Aldelini*, Domini Regis Dapifer, omnibus hominibus & amicis ſuis, Francis & Anglicis, præſentibus & futuris ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & S. *Martæ* & S. *Johanni Baptiſtæ*, & beatis pauperibus S. Domus Hoſpitalis *Jeruſalem*, & fratribus in eadem domo Deo ſervientibus, donationem quam *Juliana* filia *Roberti Doiſnelli*, uxor mea, eis fecit de villâ *parva* **Mapeltreſtede**, & de Eccleſiâ ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut Carta præfatæ *Julianæ* teſtatur. Hiis teſtibus, *Radulpho* filio *Aldelini*, *Galfrido* de *Gorram*, *Will.* filio *Hingani*, *Stephano* de *Lurry*, *Radulpho* filio meo, *Radulpho* de Pontefracto, & aliis.

Carta Regis Johannis *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart.1. Job.p.1.n.114.m.17. JOhannes Dei gratia, &c. Sciatis nos conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & fratribus ſancti Hoſpitalis *Jeruſalem*, omnes terras & Eccleſias & poſſeſſiones, & omnes donationes, quæ eis rationabiliter & juſtè donatæ ſunt, ſicut Cartæ donatorum teſtantur; videlicet ex dono *Rob. Arundel* & *Rogeri* filii ſui, **Halſham**, cum pertinentiis ſuis, & unam hidam terræ apud **Wernham**. Ex dono *Matildis* de *Aquilia* & *Richbrii*, *Toltam* cum pertinentiis ſuis, & **Colford**, & terras de nemore in **Winfrod**. Ex dono autem *Agnetis* de *Laſceo* & Sibillæ filiæ ſuæ, Manerium de **Queninton**, cum pertinentiis ſuis: Et ex dono *Roberti Comitis* de *Ferrariis* **Willavinton** cum pertinentiis ſuis. Et ex dono *Sibillæ* de *Rannes* & Comitis *Glouceſtriæ Senegeiam*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et ex dono *Aliciæ* de *Cleremunt* & *Rogeri* Comitis de *Clara*, Manerium de **Melcheburn**, cum tota ſochâ & omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam ejuſdem villæ; & Eccleſiam de **Riſelee**, & Eccleſiam de **Sultrope**; & Eccleſiam de **Dene**, cum pertinentiis earum. Ex dono Comitis *Ranulfi*, *Biſoldam*, & *Matelbeiam*. Ex dono *Henrici Hoſſati* & *Rogeri* de *Moubray*, Eccleſiam de **Winkeburne**, & Eccleſiam de **Egrom**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono Comitis *Gilberti* Eccleſiam de **Standone** cum omnibus pertinentiis ſuis & *Cxl.* acras; & vineam ſuam. Ex dono Comitis *R.* de *Clara*, Eccleſiam de **Tunnebruge**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Aluredi* & *Sibillæ* de *Bendevill*, Eccleſiam de *Chaurea*, & terram *Rogeri Picot*. Ex dono *Henr. Winton.* Epiſcopi Hoſpitale domus S. *Crucis* extra muros *Winton.* cum omnibus pertinentiis ſuis, & terram de **Godefeld**. Ex dono *Sewalli* de *Oſeville*, Eccleſiam de *Eſthildeſrea*, cum pertinentiis ſuis; & ex dono *Pagani* & *Baldwini*, & *Julianæ*, & *Aliciæ* de *Parnes*, Eccleſiam de **Puneſworth**, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Rogeri* de *Burun* villam de **Oſcinton**, quæ ſe defendit in forinſeco ſervicio pro *vi.* bovatis terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis.

Ex dono noſtro, **Winebruge**, & *Calew* cum pertinentiis. Ex dono fratris *Th.* & fratrum ſuorum, locum de **Dunemor** cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Ernaudi Cade*, filii *Willielmi Cade*, **Stanefeld**, & **Ores**, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Adæ Coci*, totum tenementum cum pertinentiis, quod ipſe *Adam* dedit eis cum corpore ſuo. Ex dono *Gilleberti* de *Ver* villam de **Reinham** cum pertinentiis ſuis, quas idem *G.* dedit eis cum corpore ſuo. Ex dono *Julianæ* filiæ *Roberti Porſnelli*, & conceſſione *Willelmi* filii *Alel*, viri ſui parvam **Mapelcloreſted**, cum Eccleſia & pertinentiis ejuſdem villæ. Ex dono *Ricardi* de *Montfichet* villam de **Gimiges**, cum Eccleſiâ & omnibus pertinennentiis ſuis. Ex dono *Matildis* Comitiſſæ de *Clara* medietatem villæ de **Carebroc**, cum Eccleſiâ ejuſdem villæ, & omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Gervaſii Paganelli*, villam de **Grenham** cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Bernardi* & *Euſtachii* de *Baillolio*, duo molendina apud **Wdeſhorne**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et ex dono *G.* Comitis *Britanniæ*, fratris noſtri, & *C.* Comitiſſæ uxoris ejus, *C.* ſol. ſterlingorum, habendos annuatim & in perpetuum poſſidendos in villâ de **Ceſtrehunte**. Ex dono *Ricardi* & *Gilleberti* Epiſcoporum *Lond.* & Capituli beati *Pauli*, terram de **Barnet**, quam *Picotus Lumbardus* tenuit, cum Eccleſiâ, & boſco, & omnibus pertinentiiis ſuis. Ex dono Domini Regis *H.* patris noſtri, & *Willielmi* de *Herleia*, & *Johannis* filii ejus ad collocandas & ſuſtentandas ibidem ſorores Ordinis ſui, locum de **Bocland**, in quo Eccleſia beatæ *Mariæ* & S. *Nicholai* ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, ita quod Prior Hoſpitalis in nulla alia domo ſua retinebit ſorores ordinis ſui, niſi in prædicta domo de **Bochland.**

Ex dono *Rogeri* de *Powis* quaſdam terras de feodo ſuo de **Witinton**, de dominio propriæ menſæ ſuæ; ſcilicet **Kineſhull**, **Ewenithir**, **Biket**, & **Burlee**; videlicet **Kineſhull** à vado molendini de **Witintone** uſque ad vadum de **Rus**, **Ewenithir** à **Kineſhull** uſque ad foſſam de **Berkelai**; **Biket** & **Burlee** à foſſâ prati de **Witintone**, uſque ad ſilvam de **Fabinges**; & ad opus porcorum prædictorum fratrum libertatem nemoris prædicti *Rogeri*, ſicut dominicis porcis ſuis. Et ex dono Comitis *Willielmi* Pat.4. m.32. dorſo. de *Mandevill* villam de **Chipeham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſalvâ Eccleſiâ ejuſdem villæ, quæ eſt Monachorum de **Waledene**; & ſalvâ terrâ Sanctimonialium de **Chikeſand**; quam habent in eadem villâ. Ex dono ejuſdem Comitis *C.* ſolidos in redditu annuatim apud *Sepereiam*. Et ex dono Domini Regis *H.* patris noſtri, Eccleſiam de **Redmerſham**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et ex dono *Alani* de *Faleis*, medietatem de **Berſtaneſton**, cum parco & boſco, & omnibus pertinentiis illius medietatis. Et ex dono *Roberti* Comitis *Leiceſtriæ* & *Petronillæ* Comitiſſæ uxoris ſuæ, conceſſione *Willielmi* & *Roberti* filiorum ſuorum, villam de Brokeſburne, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Radulphi* de *Griſeleia*, conceſſione *Roberti* fratris ſui, & *Nigelli* & *Henrici* & *Willielmi* fratris eorum, & *Willielmi* Comitis de *Perrariis*, Domini eorum, totum feodum & tenementum eorum in *Hedreia*, * & in Raveneſtone, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono Comitis *Willielmi* de *Ferariis* ſervicium prædicti *Roberti* & hæredum ſuorum, unius militis; & quicquid juris in illo tenemento habebat. Ex dono *Leticiæ* de *Ferariis* & *Roberti* filii *Nigelli* villam de Waletone, cum omnibus pertinentiis ſuis.

* Hether.

Ex dono *Radulphi* filii *Savarici*, & *Gergagan* de *Palinges*, & *Radulfi* filii ejus, terram de Palinges, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Roberti Revel*, & conceſſione *Gaufridi Ridel* tenementum ipſius *Roberti*, quod habebat in Swineſford, & in Waletone, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Gaufridi* de *Waver*, & conceſſione *Willielmi* de *Waver*, unam carrucatam terræ in Swineſford. Ex dono *Gwidonis* de *Ver*, terram de Clavenges, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi Coterel*, & conceſſione, noſtram terram de *Rochello*, & domum ſuam de *Lond.* & omnes alias terras & redditus ſicut Cartæ ejus teſtantur. Ex dono *Willelmi Peverell*, villam de Cotungewiche, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et inſuper omnia tenementa prædictorum fratrum. Et præterea villam de Hoggeſcheſtone, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volo, & firmiter præcipio, quod prædicti fratres Sancti Hoſpitalis *Jeruſalem* omnia, quæ eis prædicto modo collata ſunt, benè, & in pace, quietè & liberè, & honorificè habeant & teneant in liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ noſtræ, & animâ Regis *H.* patris noſtri, & *A.* Reginæ matris noſtræ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, ad poſſeſſiones illas pertinentibus, ſicut rationabiliter Cartæ donatorum teſtantur. Teſtibus (&c.) Datum per manum *H.* Cant. Archiepiſcopi Cancellarii noſtri, apud *Rothomagum xxx.* die *Aug.* (&c.)

De Hoſpitalariorum *privilegiis, pro corporibus defunctorum ſepeliendis, qui in vita ſua fraternitati ipſius Hoſpitalis, ſuas elemoſynas contulerint.*

Par. 4. E. 1. m. 32. in dorſo.

REx dilectis & fidelibus ſuis *Salomoni* de *Roffeceſtria*, & *Thomæ* de *Trivet* ſalutem. Ex querela Prioris S. *Johannis Jeruſalem* in *Anglia*, accepimus, quod cum per privilegia à ſede Apoſtolicâ ſibi & Hoſpitali prædicto conceſſa, quibus ipſe & ſui prædeceſſores, in regno noſtro, hactenus uſi ſunt, Corpora defunctorum illorum, qui in vitâ ſuâ Fraternitati ipſius hoſpitalis ſuas elemoſinas contulerunt, per ſuos homines ſepulturæ Chriſtianæ, quotiens opus fuerit, deputare debeant, quocunq; caſu mortis deceſſiſſent; ac quidam latrones, nuper, coram Juſticiariis noſtris, ad gaolam noſtram de Ivelceſtre deliberandam aſſignatis, pro feloniâ quam fecerant, judicium ſuum, ſecundùm legem & conſuetudinem regni noſtri, habuiſſent, & poſtmodum ſuſpenſi fuiſſent; per quod Decennarii locorum illorum attachiati, & quibus deputati fuerant, ad furcas illas expectâſſe debuerant, donec ultimum ſpiritum exalâſſent: Ac demùm antequam *Willielmus Cukeman*, *Nicholaus* le *Meſſager* & *Steph.* de *Pecham*, homines ipſius Prioris, ad hujuſmodi corpora, ſic ſepelienda deputatis, ad Furcas illas veniſſent, pro ipſorum corporibus, ſic ad ſepulturam hujuſmodi deputandis, præfatos latrones, nemine præfatorum Decennariorum aut aliorum ibidem invento, ſive per rupturas cordarum, ſive per aliquorum prædicti Prioris emulorum excogitatam malitiam, aut alio modo inde proſtratos, humo inveniſſent, ac eos mortuos fuiſſe credidiſſent, & eorum corpora ad Eccleſiam S. *Olavi* de Ivelceſtre, in ipſius Eccleſiæ Cimiterio ſepelienda portâſſent; *Adam* le *Meſſer*, unus prædictorum latronum ſic ſuſpenſorum, cum in ſepulturæ ſuæ foſſâ poneretur, vitali reſumpto vigore, pedem ſuum movit; & poſtmodum uberiori potitus qualeſcentiâ, limina petiit Eccleſiæ prædictæ, & ibi ſe tenuit, donec regnum noſtrum abjuravit; per quod Vicecomes noſter *Somerſet*, præfatos homines ipſius Prioris, in priſonâ noſtrâ de Ivelceſter detinet, ac ſi ipſi culpabiles eſſent de feloniâ, eſchapio, vel maliciâ prædictis. Et quia ſuper iſto negotio plenius certiorati, & plenam juſticiam in hac parte fieri volumus; nos de veſtrâ circumſpectione & induſtriâ plenè confidentes, aſſignavimus vos ad inquirendum per Sacramentum, &c. de Com. prædicto, per quos, &c. Et ideo, &c. *T.* Rege apud *Winton. xix. Jun.*

Pro aliis libertatibus & privilegiis ampliſſimis, fratribus Hoſpitalis S. Johannis Jeruſalem, *in Anglia, conceſſis*, Videſis Cart. 8. E. 1. m. 8. n. 45. Et Cart. 2. E. 2. n. 45.

De terris quondam Templariorum Hoſpitalariis *liberandis.*

Clauſ. 7. E. 2. m. 15. in cedula.

REx cuſtodi quarundam terrarum & tenementorum, quæ quondam fuerunt *Templariorum* in Civitate noſtra *Londinenſi*, & ſuburbio ejuſdem Civitatis, ſalutem. Cum dominus *Clemens* divinâ providenciâ Papa quintus, nuper in generali Concilio *Viennæ* congregatio, Ordinem quondam domus militiæ Templi, propter varias cauſas ſuſtulerit, & perpetuo ſuppoſuerit interdicto; & eandem domum, cæteraſq; domos, Eccleſias, Capellas, Oratoria, Civitates, caſtra, villas, grangias, loca, poſſeſſiones, juriſdictiones, redditus, atq; jura, omniaq; alia bona immobilia & mobilia ac ſemoventia, cum omnibus juribus, membris & pertinentiis ſuis, in univerſis & quibuſlibet mundi partibus conſiſtentia, quæ olim fuerunt Magiſtri & fratrum Ordinis illius cujuſmodi bonis in regnis & terris Regum *Caſtellæ*, *Aragoniæ*, *Portugaliæ*, & *Majoricarum* exiſtentibus, ex certis cauſis exceptis, & prædicti Domini Papæ, ac Apoſtolicæ ſedis ordinatione reſervatis, ordini Hoſpitalis S. *Johannis Jeruſalem* duxerit concedenda, applicanda, & unienda, memoratoq; ordini Hoſpitalis prædicti; vel ipſius procuratoribus ejus nomine, infra certum tempus, reſtituenda, contra detentores dictorum bonorum, & reſtitutionem eorundem impedientes, graves cenſuras eccleſiaſticas ſtatuendo; Et per litteras ſuas bullatas, nobis inde directas, nos rogaverit, exortando, quod bona hujuſmodi, infra Regnum & dominium noſtrum, præfato ordini Hoſpitalis prædicti, vel ipſius procuratoribus, ejus nomine, reſtitui facere curaremus. Nos conſiderantes diverſa dampna & pericula, per detentionem bonorum prædictorum, in Regno & dominio noſtris, ſi fieret, nobis & eidem Regno, ac ſubditis noſtris poſſe multipliciter evenire; quæ propter brevitatem temporis, infra quod hujuſmodi reſtauratio fieri petebatur, non poſſent eâ vice aliàs præcaveri, volenteſq; dampna & pericula hujuſmodi evitare, domos, Eccleſias, villas, Maneria, terras, redditus, loca, & alias poſſeſſiones quaſcunq; cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis, quæ olim fuerunt dictorum Magiſtri & fratrum prædictæ militiæ *Templi*, in prædictis regno & dominio noſtris, factâ priùs per nos quadam proteſtatione, pro conſervatione juris noſtri, & ſubditorum noſtrorum, in hac parte, fratribus *Alberto* de *Nigro caſtro*, magno Præceptori domus Hoſpitalis S. *Johannis Jeruſalem* prædictæ, & locum tenenti citra mare mediterraneum, magni Magiſtri Hoſpitalis ejuſdem, & *Leonardo* de *Tibertis*, Priori *Venetiarum*, procuratori generali Hoſpitalis prædicti, nomine Hoſpitalis ejuſdem, duximus liberanda; ſalvo jure noſtro, & ſubditorum noſtrorum quorumcunq;, juxta vim & effectum proteſtationis noſtræ ſupradictæ. Et idcirco vobis mandamus, quod præfatis *Alberto* & *Leonardo*, vel illi aut illis, quem vel quos ipſi ad hoc, per ſuas patentes literas, deputaverint loco ſui, domos, Eccleſias, Maneria, terras, redditus, loca, & alias poſſeſſiones quaſcunq;, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis, quæ fuerunt dictorum Magiſtri fratrum militiæ prædictæ, in Civitate & ſuburbio prædictis, & quæ in cuſtodiâ veſtrâ ex commiſſione noſtrâ exiſtunt, unà cum bladis in terris ſeminatis, & ornamentis Eccleſiarum illarum, ſine dilatione aliqua liberetis, ſalvo noſtro jure, & ſubditorum noſtrorum quorumcunq;, juxta vim & effectum proteſtationis noſtræ prædictæ, ſicut prædictum eſt. Volumus enim vos inde ex nunc erga nos exonerari. Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, vigeſimo octavo die *Novembris*.

Conſimiles litteræ diriguntur cuſtodibus terrarum & tenementorum, quondam Templariorum, per totam *Angliam*.

Carta Regis Edwardi *tertii, de protectione, Fratribus Hoſp. S.* Joh. Jeroſolom. *in* Angliâ, *facta, pro terris* Templariorum *eis antehac conceſſis.*

Pat. 6. E. 3. p. 3. m. 7.

REx Vicecomitibus & omnibus Ballivis miniſtris & fidelibus, tam infra libertates, quàm extra, ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod cum celebris memoriæ Dominus *E.* nuper Rex *Angliæ* pater noſter, in Parliamento ſuo apud *Weſtm.* à die *Purificationis* beatæ *Mariæ* anno Regni ſui decimo ſeptimo, in tres ſeptimanas, convocato, de aſſenſu Comitum, Baronum, & aliorum procerum Regni ſui, omnia terras, tenementa, dominia, feoda Eccleſias, advocationes & libertates, quæ fuerunt Magiſtri & fratrum *militiæ Templi* in *Anglia*, tempore ceſſationis & adnullationis ordinis illius, Priori & fratribus Hoſpitalis S. *Johannis Jeruſalem* in *Anglia* aſſignaverit, & ea eis decreverit liberari, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum remanſura, prout in quodam ſtatuto inde in eodem Parliamento edito; quod, per literas noſtras acceptavimus, approbavimus, & confirmavimus, pleniùs continetur. Ac jam intellexerimus, quod quidam dicto Statuto non obedientes, ſet illud pocius contempnentes, prætendentes ſe jus habere in aliquibus terrarum, tenementorum, dominiorum, feodorum, Eccleſiarum, advocationum & libertatum prædictorum occaſione ceſſationis & adnullationis prædictarum prædictos Priorem & fratres Hoſpitalis in eiſdem terris, tenementis, dominiis, feodis, Eccleſiis, advocationibus, & libertatibus, eis virtute Statuti illius liberatis, armatâ potentiâ gravare intendunt. Nos ſtatutum illud manutenere, illorumq; conatus, qui illud enervare nituntur, refrenare volentes, prout decet, ſuſcepimus ipſos Priorem & fratres Hoſpitalis, terras, tenementa, dominia, feoda, Eccleſias, advocationes & libertates prædicta, in protectionem & defenſionem noſtram ſpeciales. Et ideo vobis mandamus, quod ipſos Priorem & fratres Hoſpitalis, in poſſeſſione ſuâ terrarum, (&c.) & libertatum prædictorum, manuteneatis, protegatis & defendatis, non permittentes ipſos, quantum ad vos pertinet, ſuper poſſeſſione ſuâ terrarum, (&c.) & libertatum prædictorum, indebitè moleſtari, In cujus, &c. per unum annum duraturum. T. Rege apud *Ebor. xiv.* die *Decembris*.

Similiter de terris Templariorum *Hoſpitalariis liberandis.*

Claus. 7. E. 3. p. 2. m. 12.

REx Vicecom. *Devoniæ* ſalutem. Cum dudum, ceſſante & adnullato ordine militiæ *Templi*, terræ & tenementa in manus fratrum Ordinis illius, in dominicis, feodis, & ſerviciis, ut de jure eorundem fratrum, tempore ceſſationis & adnullationis ordinis illius exiſtentia, quæ de Domino *Edwardo* nuper Rege *Angliæ*, patre noſtro, & aliis diverſis Dominis de eodem regno tenebantur, in manibus ipſius patris noſtri, &

aliorum diverſorum dominorum feodorum illorum, qui terras illas & tenementa, tanquam Eſcaetas ſuas vendicabant, ſeiſita fuiſſent; & in Parliamento ejuſdem patris noſtri, à die *Purificationis* beatæ *Mariæ* in tres ſeptimanas, anno Regni ſui *xvii.* convocato, concordatum fuiſſet, quod nec idem Pater noſter, nec aliquis alius Dominus feodorum prædictorum, ſeu alia quæcunq; perſona, titulum nec jus haberent, prædicta terras & tenementa, cum pertinentiis, ſeu aliquam partem eorundem, nomine Eſcaetæ, ſeu alio modo retinendi, ſeu eadem tenementa in poſterum vendicandi, occaſione ceſſationis & adnullationis prædicti Ordinis *militiæ Templi*, de quibus fratres ejuſdem ordinis ſeiſiti fuerunt in dominico ſuo, ut de feodo, tempore ceſſationis & adnullationis prædictarum: Et pro eo quod Ordo fratrum Hoſpitalis S. *Johannis Jeruſalem*, conſimiliter ob defenſionem Chriſtianorum, & Sanctæ Eccleſiæ proviſus fuerat, inſtitutus, & canonizatus; concordatum fuiſſet & ſtatutum in dicto Parliamento, per dictum Patrem noſtrum, Prælatos, Comites, Barones, & alios proceres dicti Regni, quod omnia & terræ & tenementa, dominia, feoda, Eccleſiæ, advocationes Eccleſiarum & libertates, cum omnibus ad ea qualitercunq; ſpectantibus, quæ fuerunt dictorum Templariorum, tempore ceſſationis & adnullationis prædictarum, prædicto ordini Hoſpitalis & Priori, & fratribus ejuſdem ordinis aſſignarentur & liberarentur, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum remanſuris: Per quod prædictus Pater noſter, de unanimi aſſenſu Comitum, Baronum, & procerum prædictorum, de plenitudine ſuæ regiæ poteſtatis, omnia prædicta terras, & tenementa, dominia, feoda, (&c.) prædicto Ordini Hoſpitalis prædicti, & fratribus ejuſdem ordinis, in eodem Parliamento aſſignaverit, & ea eis decreverit; liberanda, habenda, & tenenda eiſdem Priori & fratribus & ſucceſſoribus ſuis, de ipſo patre noſtro & aliis Dominis feodorum illorum, per illa eadem ſervicia, per quæ Fratres ordinis *Milciæ Templi* ea tenuerunt, tempore ceſſationis & adnullationis ejuſdem ordinis *militiæ Templi*; ut in refectione pauperum, Hoſpitalitatibus, divinorum celebrationibus, defenſione terræ ſanctæ, & omnibus aliis oneribus & ſerviciis, priùs debitis, quocunq; nomine cenſeantur imperpetuum; non obſtante quod prædicta terræ & tenementa, (&c.) poſt dictas ceſſationem & adnullationem, ad manus diverſorum, per ſucceſſionem hæreditariam, donationem, ſeu perquiſitum, vel alio modo devenerunt; ac etiam quacunq; lege, ſeu conſuetudine regni noſtri, per quam ſeu per quas prædicta concordia, ſeu prædictæ aſſignatio & traditio de prædictis terris & tenementis, ut prædicitur, impediri quoviſmodo debeant impugnari, ſeu contra placitari.

Ac nos poſtmodum in Parliamento noſtro Statutum & concordiam prædicta, de conſilio Prælatorum, Comitum, & procerum regni noſtri, approbaverimus, acceptaverimus, & ratificaverimus, eaq; præceperimus firmiter & inviolabiliter obſervari. Ac nos, nuper, ad proſecutionem dilectorum nobis in Chriſto Prioris & fratrum Hoſpitalis prædicti, nobis ſuggerentium, quod diverſi homines Comitatus tui, ad ſtatutum & concordiam prædicta, conſiderationem non habentes, diverſa terras & tenementa, quæ fuerunt prædictorum *Templariorum*, tempore ceſſationis & adnullationis prædictarum, occupârunt; prætendentes ea ad ſe, nomine Eſcaetæ, ratione ceſſationis & adnullationis earundem pertinere debere, In noſtri contemptum, & eluſionem Statuti & concordiæ prædictorum & ipſorum Prioris & fratrum dampnum & præjudicium manifeſtum: Tibi præcipimus quod omnia terras, tenementa, dominia, (&c.) quæ fuerunt prædictorum Fratrum *militiæ Templi*, tempore ceſſationis & adnullationis prædictarum, in **Clevhangre**, & alibi in ballivâ tuâ, & quæ in præjudicium prædictorum Prioris & fratrum, contra formam Statuti & concordiæ prædictorum, per quoſcunq; invenires occupata & detenta, ſine dilatione caperes in manum noſtram, & ea ſalvo cuſtodiri faceres, donec aliud indè à nobis haberes in mandatis: Et quæ terras & tenementa taliter occupata invenires, & per quos & qualiter, & quomodo, & quantum terræ illæ & tenementa valerent, per annum; necnon de nominibus occupatorum nos ſub Sigillo tuo diſtinctè & apertè redderes certiores.

Ac tu nobis ſignificaveris, quod cepiſti in manum noſtram Manerium de **Clevhangre**, cum pertinentiis in comitatu prædicto, quod unà cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, fuit dictorum *Templariorum*, tempore ceſſationis & adnullationis earundem: Et quod *Will. Martin*, poſt dictas ceſſationem & adnullationem, in Manerium prædictum intravit, & illud tenuit, quouſq; *Johannes* de *Mohun* ipſum *Willielmum* indè ejecit; & quod idem *Johannes* Manerium prædictum, cum pertinentiis, *Roberto* de *Mohun* fratri ſuo, & idem *Robertus* illud *Pagano* de *Mohun* fratri ſuo, poſtmodum dederunt: Nos volentes Statutum & concordiam prædicta inviolabiliter obſervari, tibi præcipimus, quod Manerium prædictum, cum pertinentiis, (&c.) præfatis Priori & fratribus dicti Hoſpitalis, (&c.) liberes, (&c.) T. Rege apud **Waltham** *xiii.* die *Oct.*

De Manerio Novi Templi Lond. *Hoſpitalariis conceſſo.*

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod cum nuper ad proſecutionem dilecti nobis in Chriſto Prioris Hoſpitalis S. *Johannis* **Iheruſalem** in *Anglia*, per petitionem coram nobis & conſilio noſtro in Parliamento exhibitam, ſuggerentis *Hugonem* le *Deſpencer* juniorem, quondam, per vim & duriciam, poſſeſſionem Manerii ipſius Prioris *Novi Templi Lond.* adeptum fuiſſe, quod in manu noſtrâ per forisfactum ipſius *Hugonis* exiſtens, nuper commiſimus dilecto nobis *Willielmo* de *Langeford*, ſub certâ formâ, pro *xxiiii. l.* nobis ad Scaccarium noſtrum annuatim reddendis; ipſumq; *Hugonem* cimiterium, clauſtrum, & alia

Pat. 12. E. 3. p. 2. m. 22.

alia loca infra Manerium illud ſanctificata, & Deo dedicata occupâſſe, contra libertatem eccleſiaſticam & Canonicas ſanctiones, eadem loca ſic ſanctificata, & Deo dedicata, unà cum domibus ſuper loca illa ædificatis, quæ valorem *xii l. xv s. i d.* de dictâ firmâ viginti & quatuor librarum, juxta legitimam informationem, ſuper hoc habitam, attingunt, Eccleſiæ Templi prædicti rejungi, & præfato Priori & fratribus Hoſpitalis illius, habendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, poſtmodum fecerimus liberari, ſicut per inſpectionem Rotulorum Cancellariæ noſtræ & certificationem Theſaurarii & Baronum Scaccarii prædicti, in eadem Cancellariâ reſidentem, plenè liquet; Ac *lx s.* & *x d.* per annum, pro vadiis unius hominis, portam ejuſdem Templi cuſtodientis, & capientis per diem duos denarios: Necnon *xxx s.* quos Epiſcopi *Ciceſtriæ* pro domibus ſuis in ſuburbio *Londini*, eidem Templo annuatim ſolvere conſueverunt; & quos venerabili patri *Roberto*, nunc Epiſcopo ejuſdem loci, per literas noſtras Patentes, pro nobis & hæredibus noſtris, remiſimus imperpetuum, præfato *Willielmo* in dictâ firmâ ſuâ mandaverimus allocari. Nos pro *C l.* quas præfatus Prior in ſubſidium expenſarum, & ſumptuum, quos nos circa præſens paſſagium noſtrum verſùs partes tranſmarinas, de aſſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum, & Communitatis regni noſtri aſſumptum, facere cogimur, ſolvere jam aſſumpſit; dedimus, conceſſimus, & vendidimus, pro nobis & hæredibus noſtris præfato Priori totum reſiduum Manerii illius, in manu noſtrâ jam exiſtens, cum pertinentiis, quod ad *vii l. v s.* & *ii d.* reſiduos de dictâ annuâ firmâ *xxiv l.* attingit. Habendum & tenendum, unà cum Cimiterio, clauſtro, & aliis locis, ut præmittitur, ſanctificatis, & Deo dedicatis, præfatis Priori & fratribus, & eorum ſucceſſoribus, de nobis & hæredibus noſtris, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum, (&c.) T. Rege apud *Gippewicum* xviii. die *Junii*.

◆

Cœno-

Cœnobia Anglicana

TEMPLARIORUM MILITUM
ORDINIS
S. AUGUSTINI.



517

Templarius.

De prima Ordinis Templariorum *inſtitutione.*

ANno Domini *MCxviii.* —— Circa dies iſtos, viri quidam nobiles, de equeſtri Ordine, religioſi ac Deum timentes, in manus Patriarchæ *Hieroſolymitani*, Chriſti ſe ſervicio mancipantes, more *Canonicorum regularium*, in caſtitate & obedientia propriæq; voluntati renuntiantes, perpetuò vivere ſunt profeſſi; quorum primi fuerunt viri venerabiles *Hugo* de *Paganis*, & *Godefridus* de S. *Audomaro*, qui cum certè non haberent domicilium, Rex *Baldwinus* in palacio ſuo, quod, ſecùs *Templum* Domini, ad auſtralem habebat plagam, eis habitaculum conceſſit. Canonici verò *Templi* Domini, platæam, quam circa prædictam habebant palatium, ad officinas conſtruendas conceſſerunt. Patriarcha quoq; & Rex, cum ſuis proceribus, & aliis Eccleſiarum prælatis, de propriis dominicis ſuis, pro victu & veſtitu, certa eis beneficia contulerunt. Prima eorum profeſſio erat, ut in remiſſionem peccatorum ſuorum, vias & itinera ad ſalutem peregrinorum, contra latronum inſidias pro viribus conſervarent. Tandem poſt novem annos, in Concilio *Trecis* celebrato, inſtituta eſt eis Regula; & habitus albus, à Papâ *Honorio* aſſignatus; & decurſis ferè novem annis (qui prius novem fuerunt tantummodò) cæpit eorum numerus augeri & poſſeſſiones invaleſcere. Poſtmodum verò, tempore *Eugenii* Papæ, Cruces de panno rubeo ſuis aſſuerunt mantellis, ut à cæteris poſſent hoc ſigno diſcerni: Numerus autem eorum in brevi ita multiplicatus eſt, ut in Conventu, plus quàm trecentos habeant Equites, exceptis fratribus aliis, quorum ferè numerus cernitur infinitus. Poſſeſſiones verò, tam citra, quàm ultra mare, adeo immenſas habere dicuntur, ut jam non ſit in orbe Chriſtiano provincia, quæ eis bonorum ſuorum portionem non contulerit, & regiis hodie divitiis præſtantiores exiſtant: Qui quoniam juxta Templum Domini manſionem habent, *fratres militiæ Templi* dicuntur; & cum diu in honeſto ſtarent propoſito, nunc adeo profeſſionis ſuæ humilitate neglectâ, Domino Patriarchæ, à quo Ordinis inſtitutionem & prima beneficia ſuſceperant, ſe ſubtraxerunt, obedientiam, & Eccleſiis Dei decimas ſubtrahentes, facti ſunt cunctis valdè moleſti.

Ex *Matth.* *Pariſ.* hiſt. *Angliæ*, ædit. *Lond.* 1640.

—— Oritur Ordo *Templariorum*, quorum primi fuerunt *Hugo* de *Paganis* & *Godefridus* de S. *Audomaro*, equites nobiles & religioſi; adeo pauperes, ut unum tantum equum haberent communem, unde eorum Sigillo inſculpuntur duo equites, uni equo inſidentes.

Ibid ad calcem *Adverſariarum.*

Adhuc, de prima eorundem inſtitutione.

EX Hiſtoria *Antiochena* lib. 12. *cap.* 7. circa annum Domini *MCxx.* quidam milites probi homines, habentes voluntatem & propoſitum, pro toto tempore vitæ ſuæ, remanendi in ſervicio Dei, & ducendi vitam communem, ad modum *Regularium Canonicorum*, in manu Patriarchæ, caſtitatem & obedientiam veraciter voverunt, & omni proprietati renunciaverunt. Illi autem qui iſtud plus tenuerunt, & ad hoc idem faciendum alios excitaverunt, fuerunt duo milites, quorum unus dicebatur *Hugo* de *Paiens* de le *Troies*; alius vocabatur *Gaufridus* de S. *Omero*: Et quia non habebant Eccleſiam, nec certam domum ubi poterant vivere per ſe, Rex *Jeruſalem* conceſſit eis quantum volebant; ſcil. unum habitaculum in domibus Palacii, quod habebant juxta Templum Domini: Canonici verò Templi tradiderunt eis unam aream, quam habebant juxta Palacium ad emendationem Hoſpitalis ſui, & ad conſtruendum officinas gentibus religioſis neceſſarias. Rex autem & Barones, Patriarcha ac cæteri Prælati Eccleſiæ dederunt eis, de ſuis dominicalibus, redditus pro victu eorum & veſtitu, aliqua pro tempore, aliqua pro ſemper.

Ex cod. MS. in bibl. *Cotton.* ſub effigie *Othonis*, B 31. f. 188. b.

Primum onus quod eis erat injunctum, in remiſſionem peccatorum ſuorum, per Patriarcham, fuit, quod vias, per quas venirent peregrini, cuſtodirent à latronibus & prædonibus, qui mutla mala facere conſueverunt. Per novem annos morabantur ſic in habitu ſeculari; & habebant tales robas, quales milites & alii boni homines dabant eis ob amorem Dei. Deindè nono anno factum eſt Concilium in *Francia*, infra Civitatem de *Trecas*, ibi convenerunt Epiſcopus de *Rayns*, Archiepiſcopus de *Sanz*, cum omnibus ſuis Epiſcopis; Epiſcopus *Albanenſis*, qui erat legatus Papæ; Abbas *Ciſtercienſis*, Abbas *Clare-vallenſis*, & multi alii religioſi; & ibi fuit Ordo ſtabilitus, & regula dabatur eis ad vivendum ſicut homines religioſi; & fuit ordinatum & præceptum, auctoritate Domini *Honorii* ſecundi & per Patriarcham *Jeruſalem*, quod habitus eorum foret albus.

Ille ordo duraverat jam per novem annos, ut jam dixi; nec erat adhuc præterquam novem fratres, qui vivebant cotidie de elemoſinis aliorum. Ab illo tempore cepit augeri eorum numerus, & dabantur eis tenementa & redditus. Tempore verò *Eugenii* tertii Papæ, præceptum erat, quod ſuerentur Cruces in capis & mantellis eorum, de panno rubeo, ut eſſent noti inter alios: Sic fecerunt milites & minores fratres, qui vocabantur *Clientes*, id eſt *Serjeans*. Ab illo tempore ſic creverunt eorum poſſeſſiones, quod vix poterat inveniri provincia citra mare, vel ultra terram Chriſtianorum, ubi Ordo ille non haberet poſſeſſiones & manſiones; & fratres in magno numero. Primò fuerunt Hoſpitati juxta *Templum*, & ideo vocati ſunt *Milites de milicia Templi*.

In principio gerebant ſe ſapienter & humiliter valde, ſecundùm profeſſionem ſuam, qui propter Deum ſeculum dimiſerant: Sed poſtea quando diviciæ eorum creverunt, videbantur propoſitum ſuum obliviſci, & in magnâ ſuperbiâ ſunt erecti, ita quod primò à Patriarchâ *Jeruſalem* ſe ſubtraxerunt; & quia nullam poteſtatem haberet ſuper eos, procuraverunt à ſummo Pontifice, cnm tum ipſe Patriarcha in principio ſtabilierat & fundaverat eos de ipſis bonis Eccleſiæ ſuæ. Ab aliis inſuper religioſis atq; Eccleſiis, à quibus multas & pulcras receperunt elemoſinas, inceperunt Decimas atq; Primicias & cæteros redditus, quos habebant, auferre: Alios etiam vicinos ſuos turbabant, & multipliciter gravabant.

Ex hiſt. *Anglic.* ſcript. antiq. edit. *Lond* 1653 col. 1008. l. 51.

Anno Domini *MCxviii.* ------ Hoc etiam tempore Ordo *Templariorum*, ex militibus congregatus, in *Jeruſalem* incæpit; & dicti ſunt *Milites Templi*, quia in porticu Templi ſedem ſui Ordinis ſtatuerunt. Hii nempè, ſecundùm quoſdam, ex infimis Hoſpitaliorum congregati, & ex reliquiis eorum in cibis & armis ſuſtentati, ad tantam rerum opulentiam devenerunt, ut filia ditata, matrem ſuffocare & ſupergredi videretur. Quorum Ordo poſtea, tempore Regis *Edwardi* ſecundi, poſt Conqueſtum, in Concilio generali, ſub Papâ *Clemente* quinto, apud *Viennam*, anno Domini *MCCCxii.* celebrato, dampnatus eſt.

Ib col. 2382. l. 20.

Anno Domini *MCxix.* Circa hos dies Ordo *Templariorum* incæpit. Hii nempe congregati ex reliquiis *Hoſpitaliorum*, ſedem ſibi ſtatuerunt in porticu Templi *Jeroſolymitani*, quâ de re vocati ſunt *Milites Templi*: Qui ex reliquiis Hoſpitalariorum, in cibis & armis ſuſtentati, ad tantam rerum opulentiam devenerunt, ut filiæ ditatæ matrem ſupergredi viderentur & ſuffocare: Qui tandem ob ignominioſam apoſtaſiam, & in Chriſtum blaſphemiam, circa annum gratiæ *MCCCxii.* ſub Papâ *Clemente* quinto, deleti ſunt.

Ex hiſt. *Angl. Mat. Pariſ.* edit. *Lond.* 1640. p. 526. l. 35.

Anno Domini *MCCxl.* ----- Tempore quoq; ſub eodem dedicata eſt nobilis Eccleſia, ſtructuræ aſpectabilis *novi Templi Londinenſis*, præſente Rege, & multis Regni magnatibus, qui eodem die, ſcil. die *Aſcenſionis*, completis Dedicationis ſolenniis, Convivium in menſa nimis lautè celebrârunt, ſumptibus *Hoſpitalariorum*.

Ex hiſt. *Anglic.* ſcript. antiq edit. *Lond.* 1653 col. 1364. l. 64.

Anno Domini *MCxlvii.* Hoc anno *Conradus* imperator *Alemanniæ*, & *Ludovicus* Rex *Franciæ*, unà cum Regina ſua *Alianora*, & *Theodoricus* Comes *Flandriæ*, multiq; nobiles, & ignobiles *Franci* & *Angl. Norm.* & *Britones*, ſed & multarum regionum viri, peregrè profecti ſunt *Hieruſalem* ad debellandum Paganos, qui non modicam Sanctæ terræ illius occupaverant quantitatem; ſed Chriſtiani multis laboribus vexati, expenſis perditis, nullum vel modicum, hac vice, reportaverunt triumphum: Nam propriâ temeritate, & Saracenæ gentis induſtriâ ferè, ad nichilum deducti ſunt. Rex autem *Franciæ Ludovicus*, cum non modico excercitu, qui per terram venerant, obſedit *Damaſcum*, & ferè ad deditionem coegit, interfectis de gente paganâ, qui egreſſi fuerant ad pugnandum contra Chriſtianos, ferè decem millibus. Cum autem Civitas Chriſtianis reddenda eſſet, acceſſerunt *Templarii*, dicentes ſe primam habituros pugnam, ut omnes deinde in communi victoriam obtinerent: Statuerunt itaq; tentoria ſua, inter Civitatem & excercitum Chriſtianorum, & cum hiis, qui erant in Civitate, Paganis proditionis pactum inhierunt: Cives igitur eorum agnoſcentes cupiditatem, promiſerunt eis tres cados plenos biſantiis aureis, ſi eos ab obſidione liberarent: Deluſi itaq; Chriſtiani per *milites Templi*, à *Damaſco* receſſerunt: Poſt modicum verò, cum *Templarii* promiſſos à civibus recepiſſent cados; in eiſdem non nummos aureos, ſed cupreos invenerunt, miraculoq; aſcripſerunt.

A. Domini *MCCCvii.* anno Regni Regis *Edwardis* ſecundi primo, literâ Dominicali *A.* Lunâ currente per *xvi.* die *Mercurii* proximâ poſt feſtum *Epiphaniæ*, quarto ſcil. anno Papæ *Johannis*, capti ſunt omnes fratres de *Milicia Templi*, per mandatum Regis, per Bullam Papæ; & incarcerati univerſaliter in *Anglia* & *Francia*, & in totâ Chriſtianitate, propter enormitatem profeſſionis ſuæ, & alia ſuperſtitioſa, quæ profana gerebant inter eos in religione, ſuper quibus Convicti fuerunt in Concilio *Londoniis* ſuper hoc celebrato; & fuerunt omnia bona eorum, terræ & tenementa ſeiſita in manu Regis, in *Anglia*. Ibid. col. 2531. l. 52.

[illegible] quatuor annos sed Christiani man[illegible] [illegible] nullis [illegible] modo [illegible] vere, [illegible] N[illegible] [illegible] & [illegible] alterâ [illegible] *Laudabiles*, cum non quod eo excepto [illegible] per terram [illegible] *Templarii* [illegible] ad [illegible] eum [illegible] de [illegible] Ravenna [illegible] Christianos, [illegible] dicentem [illegible] Cum [illegible] Christiano [illegible] accesserunt *Templarii* [illegible] pugnam [illegible] in communi [illegible] ob [illegible] Christianorum, & [illegible] in [illegible] Pagan[illegible] salutem [illegible] Christ[illegible] palatium, proinde [illegible] plenos [illegible] Deinde [illegible] Christiani per milites *Templi* [illegible] Post [illegible] vero [illegible] *Templarii* promissos [illegible] acceptis [illegible] non [illegible] præcepto [illegible]

Anno Domini MCCCvii. a[illegible] Regni Regis [illegible] die Mercurii [illegible] omnes fratres de *Militia Templi*, per [illegible] Regis per [illegible] incarcerati [illegible] in [illegible] tota Christianitate [illegible] eorum professio[illegible] [illegible] Conventus [illegible] Londonii [illegible] celebravit; & fuerunt omnia bona eorum [illegible] tradita in manu Regis Angliæ.

MONASTICON ANGLICANUM

De ſepultura Domini Regis Henrici apud Novum Templum, Londoniarum.

Ex Regiſt. Hoſp. S. Joh. Jeruſalem in Anglia, in bibl. Cotton. f. 35. a.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſentem Cartam inſpecturis, *Henricus* Dei gratia, Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* ſalutem. Ad omnium volumus notitiam pervenire; quod cum pio cupiamus deſiderio ſani & incolumes, & liberum habentes arbitrium de loco Sepulturæ noſtræ diſponere, & ante diem nobis inde proſpicere: Nos ob dilectionis prærogativam, quam erga Ordinem & Fratres militiæ Templi gerimus, cum contigerit nos, expleto vitæ præſentis curriculo, univerſæ carnis viam ingredi; conceſſiſſe & dediſſe corpus noſtrum Deo & beatæ *Mariæ*, & domui militiæ Templi *Lond.* ibidem debitæ commendandum Sepulturæ: Attendentes & ſperantes in Domino, id ſaluti animæ noſtræ plurimùm convenire: Ita quod licèt fortè impoſterum domum aliquam fundaverimus religioſam, ſine impedimento & contradictione quorumlibet Religioſorum, volumus quod poſtquam diem clauſerimus extremum, Corpus noſtrum in prædictâ domo militiæ Templi, debitæ, ſicut prædictum eſt, tradatur ſepulturæ. Volumus enim, quod id quod in plenâ conſtitui proſperitate, de corporis noſtri Sepulturâ, ante tempus duximus ordinandum, alicujus voluntate aut machinatione impediatur, aut contra ordinationem noſtram aliquatenus immutetur. Hiis teſtibus, Venerabili patre *R. Herefordenſi* Epiſcopo, &c. data per manum Venerabilis patris *Edmundi Ciceſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud *Glouceſtriam xxvii.* die Julii, anno Regni noſtri *xix.*

De Sepultura Alianoræ *Reginæ apud* Novum Templum.

UNiverſis, (&c.) *Alianora* Dei gratia Regina *Angliæ*, (&c.) ad omnium volumus noticiam pervenire;, quod, cum pio cupiamus deſiderio, ſanæ & incolumes & liberum habentes arbitrium, de loco ſepulturæ noſtræ diſponere, & ante diem nobis proſpicere: Nos ob dilectionis prærogativam, quam erga Ordinem & Fratres militiæ Templi gerimus, cum contigerit nos, expleto vitæ præſentis curriculo, univerſæ carnis viam ingredi, conceſſiſſe & dediſſe proprio motu, & de aſſenſu, & de voluntate Domini noſtri *Henrici* Dei gratiâ illuſtris Regis *Angliæ*, ad preces noſtras obtenta, Corpus noſtrum Deo & beatæ *Mariæ*, & domui militiæ Templi, debitæ ibidem commendandum Sepulturæ: Attendentes & ſperantes in Domino, id ſaluti animæ noſtræ plurimum convenire: Ita quod licet forte in poſterum aliquam Domum fundaverimus religioſam, ſine impedimento & contradictione quorumlibet virorum religioſorum, vel mulierum religioſarum, volumus quod, poſtquàm diem clauſerimus extremum, corpus noſtrum in prædictâ domo militiæ Templi, debitæ, ſicut prædictum eſt, tradatur Sepulturæ.

De tribus Capellanis inveniendis ibidem, pro anima Regis Henrici *tertii.*

HEnricus Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, (&c.) Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ meæ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſttorum, conceſſiſſe, pro nobis & hæredibus noſtris Magiſtro & fratribus militiæ Templi *Salomionis Jeruſalem*, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, octo libras ſterlingorum, percipiendas ſingulis annis ad Scaccarium noſtrum, ad ſuſtentandum tres Capellanos in novo Templo *Lond.* qui ſingulis diebus imperpetuum ibidem divina celebrent; quorum unus, ſingulis diebus celebrabit pro nobis; alter pro cuncto populo Chriſtiano, & tertius pro fidelibus defunctis. Quare volumus (&c.) data per manum venerabilis *R. Ciciſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud Wyndeſore, ſexto die *Maii*, anno Regni noſtri *xxi.*

De ſepultura Domini Regis Henrici *apud* Novum Templum, Londoniarum.

Ex Regiſt. Hoſp. S. *Joh. Jeruſalem* in *Anglia*, in bibl. *Cotton.* f. 25. a.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſentem Cartam inſpecturis, *Henricus* Dei gratia, Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* ſalutem. Ad omnium volumus notitiam pervenire, quod cum pio cupiamus deſiderio ſani & incolumes, & liberum habentes arbitrium de loco Sepulturæ noſtræ diſponere, & ante diem nobis inde proſpicere: Nos ob dilectionis prærogativam, quam erga Ordinem & Fratres militiæ Templi gerimus, cum contigerit nos, expleto vitæ præſentis curriculo, univerſæ carnis viam ingredi; conceſſiſſe & dediſſe corpus noſtrum Deo & beatæ *Mariæ*, & domui militiæ Templi *Lond.* ibidem debitæ commendandum Sepulturæ: Attendentes & ſperantes in Domino, id ſaluti animæ noſtræ plurimùm convenire: Ita quod licèt fortè impoſterum domum aliquam fundaverimus religioſam, ſine impedimento & contradictione quorumlibet Religioſorum, volumus quod poſtquam diem clauſerimus extremum, Corpus noſtrum in prædictâ domo militiæ Templi, debitæ, ſicut prædictum eſt, tradatur ſepulturæ. Volumus enim, quod id quod in plenâ conſtitui proſperitate, de corporis noſtri Sepulturâ, ante tempus duximus ordinandum, alicujus voluntate aut machinatione impediatur, aut contra ordinationem noſtram aliquatenus immutetur. Hiis teſtibus, Venerabili patre *R. Herefordenſi* Epiſcopo, &c. data per manum Venerabilis patris *Edmundi Ciceſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud *Glouceſtriam xxvii.* die Julii, anno Regni noſtri *xix.*

De Sepultura Alianoræ *Reginæ apud* Novum Templum.

UNiverſis, (&c.) *Alianora* Dei gratia Regina *Angliæ*, (&c.) ad omnium volumus noticiam pervenire, quod, cum pio cupiamus deſiderio, ſanæ & incolumes & liberum habentes arbitrium, de loco ſepulturæ noſtræ diſponere, & ante diem nobis proſpicere: Nos ob dilectionis prærogativam, quam erga Ordinem & Fratres militiæ Templi gerimus, cum contigerit nos, expleto vitæ præſentis curriculo, univerſæ carnis viam ingredi, conceſſiſſe & dediſſe proprio motu, & de aſſenſu, & de voluntate Domini noſtri *Henrici* Dei gratiâ illuſtris Regis *Angliæ*, ad preces noſtras obtenta, Corpus noſtrum Deo & beatæ *Mariæ*, & domui militiæ Templi, debitæ ibidem commendandum Sepulturæ: Attendentes & ſperantes in Domino, id ſaluti animæ noſtræ plurimum convenire: Ita quod licet forte in poſterum aliquam Domum fundaverimus religioſam, ſine impedimento & contradictione quorumlibet virorum religioſorum, vel mulierum religioſarum, volumus quod, poſtquam diem clauſerimus extremum, corpus noſtrum in prædictâ domo militiæ Templi, debitæ, ſicut prædictum eſt, tradatur Sepulturæ.

De tribus Capellanis inveniendis ibidem, pro anima Regis Henrici *tertii.*

HEnricus Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, (&c.) Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ meæ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe, pro nobis & hæredibus noſtris Magiſtro & fratribus militiæ Templi *Salomonis Jeruſalem*, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, octo libras ſterlingorum, percipiendas ſingulis annis ad Scaccarium noſtrum, ad ſuſtentandum tres Capellanos in novo Templo *Lond.* qui ſingulis diebus imperpetuum ibidem divina celebrent; quorum unus, ſingulis diebus celebrabit pro nobis; alter pro cuncto populo Chriſtiano, & tertius pro fidelibus defunctis. Quare volumus (&c.) data per manum venerabilis *R. Ciciſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud Wyndeſore, ſexto die *Maii*, anno Regni noſtri *xxi.*

De uno Capellano inveniendo apud Novum Templum Lond. *pro anima* Roberti *de Veteri* ponte, *&* Idoniæ *uxoris ſuæ.*

Ib.f.30.b. OMnibus, (&c.) *Idonia* de *Veteri ponte* ſalutem in domino: Noveritis me, in liberâ viduitate, & propriâ poteſtate meâ, intuitu caritatis, & pro ſalute animæ Domini *Roberti* de *Veteri ponte*, quondam mariti mei, & pro ſalute animæ meæ, & omnium antecesſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & fratribus militiæ Templi, treſdecem bovatas terræ & dimidium, de hæreditate meâ, in *Oſtrefeld*, cum omnibus pertinentiis ſuis, (&c.) Habendas & tenendas eiſdem fratribus militiæ Templi in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, (&c.) Hanc autem donationem, ſicut prædictum eſt, feci prædictis fratribus, ad ſuſtentationem unius Capellani, qui divina celebrabit imperpetuum in domo ipſorum fratrum *Lond.* pro anima dicti Domini *Roberti* de *Veteri ponte*, quondam mei mariti, & pro anima meâ, & animabus omnium antecesſorum & ſucceſſorum meorum, (&c.) His teſtibus, Domino *Ricardo* de *Turry*, *Thoma* filio *Johannis*, &c.

Carta Regis Henrici *ſecundi de loco apud Flete, pro molendino faciendo.*

Ib.f. 51. a. b. HEnricus, (&c.) omnibus, (&c.) Sciatis, quod ego dedi & conceſſi militibus Templi *Jeruſalem*, locum ſuper *Fletam*, juxta Caſtellum *Bainard*; & totum curſum aquæ de Flete, ad faciendum ibidem molendinum: Et unum maſagium ſuper *Fletam*, juxta pontem de Flete, pro ſalute animæ meæ, & pro ſtabilitate Regni mei, & pro animâ Regis *Henrici* avi mei, & omnium anteceſſorum meorum. Quare volo, (&c.) Teſt. *Thoma* Cancellario, *Ricardo* de *Luci*, *Ricardo* de *Camvilla*, (&c.)

Carta ejuſdem Regis Henrici *ſecundi, de donatione Eccleſiæ* S. Clementis.

Ib. HEnricus, (&c.) Sciatis me donâſſe in perpetuam elemoſinam, & hac meâ Cartâ confirmâſſe fratribus Templi, Eccleſiam S. *Clementis*, quæ dicitur Dacorum, extra Civitatem *Lond.* cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volo, (&c.) Teſtibus, Comite *Will.* de *Mandevil*, *Will.* de *Curci*, dapifero, *Fulcone Paenello*, (&c.) apud S. *Macharium* in *Gaſconia*, ſuper *Gerundam*.

Ne quis injiciat manus violentas in confugientes ad domos Templariorum, *ſub pœna excommunicationis.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Pervenit ad nos ex queſtione religioſorum virorum, fratrum militiæ Templi; quod cum aliqui ad domos eorum, pro ſalute ſuâ ſe transferunt; hoſtes eorum, infra ambitum domorum ipſarum, eos & res ſuas, Dei reverentiâ & timore poſtpoſito, capiunt; & captos incarcerant, & ad redemptionem [illegible]. Cum igitur id indignum eſt penitus & abſurdum, & fidelium ſaluti prorſus contrarium: Univerſitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus; quatinus univerſis generaliter, ſub excommunicationis interminatione prohibere curetis, ne qui in illos qui ad domos prædictorum fratrum, pro ſalute ſua confugiunt, vel in res eorum, infra ambitum domorum ipſarum manus injiciant violentas. Si quis autem noſtræ prohibitionis fuerint tranſgreſſores, ipſos contradictione & appellatione ceſſante, vinculo anathematis aſtringatis, & faciatis uſq; ad dignam ſatiſfactionem, ſicut excommunicatos arctius evitari. Data *Laterani viii.* Id. *Martii*, Pontificatus noſtri anno tertio. Ibid.f. 56. a.

Hæc ſunt ſtatuta & Ordinationes concernentia locum privilegiatum, vocatum Pariſh-garthyn, *aliàs dictum* Wiltesley, *ſive* Willes, *cum pertinentiis, facta per* Johannem *nuper Ducem* Bedfordiæ, *firmarium ibidem, anno Domini* MCCCCxx.

INprimis à qualibet perſona, pro ſalute ſuâ, ad dictum locum fugiente, inquiri debet quâ de cauſâ illuc fugerit ad habendum tuitionem, per privilegia loci prædicti; an fuerit pro debito alieno, ſeu feloniâ, aut tranſgreſſione qualibet. Et tunc fideliter cognitâ ejus cauſâ, nomen ejus, eademq; cauſa regiſtrabuntur; & pro hoc ſolvet Domino *iiii* d. Ulterius quoq; jurabit ſuper librum, quod ab illo die non faciet quicquam infra locum memoratum, quamdiu ibidem manebit, quod eidem loco privilegiato læſionem, ſcandalum, ſive dampnum inferre poterit quoquo modo; ſed ipſum locum, pro poſſe ſuo, honorificabit, ſuſtentabit & defendet. Item jurabit quod omnia ſtatuta & ordinationes, pro bono dicti loci, ac ejus gubernamine pacifico, ante illud tempus, quo venerit edita, bene & fideliter cuſtodiet & perimplebit. Item, quod ſine licentiâ, ab eodem loco penitus non recedet. Item quod ſe ab eodem loco privilegiato nullatenus abſentabit, per diem neq; per noctem; & ſi fecerit, in ſuum periculum redundabit. In hiis prædictis juramentum præſtabit corporale. Præterea, ſi ſuus adventus, ſeu fuga, propter feloniam fuerit, talis ſub ſalvâ cuſtodiâ Ib.f. 5

ſex hominum de ſocietate ibidem, totâ nocte, uſq; mane teneatur, niſi pro eo manucapiatur, aut de ejus bono gubernamine, reporto & famâ nuncietur. Item ſi perſonam aliquam ibidem verberaverit, in cuſtodiâ tenebitur, quouſq; ſolverit Domino pro fine *vi* s. *viii* d. Et ſi ſanguinem extraxerit contra pacem Domini Regis, ibidem ſub ſalvâ cuſtodiâ remanebit, donec Domino pro fine ſolvet *xiii* s, *iiii* d. Item ſi querela aliqua, adverſus perſonam aliquam ibidem affirmetur, erit feodum, *viz.* Seneſcallo *iv* d. Ballivo *iv* d. & Domino *iv* d. Item ſi perſona aliqua feloniam aliquam fecerit, ſive infra ſive extra locum antedictum, & hoc poſt ſuam primam receptionem, beneficium loci illius amittet & ad priſonam Banci Domini Regis committetur. Item ſi quis fugiens, ſeu adventus ad locum ſæpefatum, quamvis abſq; caſu feloniæ commiſſæ, quocunq; modo, ſi poſtea recedat cum licentia, & illuc iterum revertatur, recipiatur ſub formâ antedictâ, ſolvetq; Domino totiens quotiens redierit, pro ſuo introitu *iv* d. Item ſi quis tenentium ſeu perſona quævis alia, meretricem aliquam, causâ libidinis excercendæ, per diem aut per noctem receptaverit; aut fornicationem, adulteriumve commiſerit, ſeu aliâs ſuſtentaverit infra locum memoratum, & per præſentamentum tenentium, aut recordum Conſtabularii ibidem inde poſtea ſit convictus, ſolvet Domino *vi* s. *viii* d. & perdet privilegium, ſeu beneficium loci illius.

Carta Regis Henrici *tertii, de Manerio de* Lilleſtone.

Ib.f.76.a.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, (&c.) Archiepiſcopis, Epiſcopis, (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & fratribus militiæ Templi *Salomonis*, donationem & conceſſionem, quam *Otho* filius *Willielmi* fecit de toto Manerio de Lilleſtone, cum omnibus pertinentiis ſuis; excepto officio pertinente ad dictum Manerium, de cuneo noſtro cuſtodiendo; & excepto redditu ſuo aſſiſo infra Civitatem *Londoniarum*: Habendum & tenendum eiſdem fratribus imperpetuum, in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Quare volumus, (&c.) Data per manus Venerabilis *Radulphi Ciciſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, ſecundo die *Februarii*, anno regni noſtri *xxii*.

Carta Regis Stephani, *de Manerio de* Biſſleſham.

Ibid.f. 88. a.

STephanus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Archiepiſcopis, (&c.) Sciatis me dediſſe, conceſſiſſe & confirmâſſe donationem illam, quam fecit Comes *Robertus* de *Ferrariis* Deo & beatæ *Mariæ*, & pauperibus fratribus Templi *Salamonis Jeruſalem*, de Manerio de Biſſleſham, in perpetuam elemoſinam. Quare volo, (&c.) Teſtes ſunt *Walterus* Epiſcopus *Ceſtrenſis*, *Ricardus* de *Laci*, *Rogerus* Comes de *Clare*, *Ricardus* de *Camvill*, *Willielmus* de *Ferrariis*, & *Baldwinus* de Sigillo, apud Wodeſtoke.

Carta Bernardi *de* Ballolio, *de terris in* Dynneſley *&* Hichen, *in agro* Hertfordienſi.

Ib.f.118. a.ſub.titulo *Dynneſly*.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, omnibus Dominis & amicis ſuis, & ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis, *Bernardus* de *Ballolio* ſalutem in Domino. Volo notum fieri omnibus tam futuris, quàm præſentibus, quod pro dilectione Dei, & pro ſalute animæ meæ, anteceſſorumq; meorum, fratribus militibus de Templo *Salomonis xv* libratas terræ meæ, quam in *Anglia* poſſideo, perpetuo in elemoſinam libere, & abſq; ullâ conſuetudine, dedi & conceſſi, Wedelee nominatim, quæ eſt membrum de *Hichen*, arva aſpera & plana, cum nemore *Fluvios*. Quod ſi prædicta terra ſufficienter *xv.* libras non valuerit, juxta conſuetudinem temporis Regis *Henrici*, de meâ proximiore illi prædictæ, numerum quindecim librarum complebo, filio meo *Ingelramo* concedente & aſſentiente. Hoc donum in Capitulo, quod in octavis Paſchæ *Pariſiis* fuit, feci, Domino Apoſtolico *Eugenio* præſente, & ipſo Rege *Franciæ* & Archiepiſcopo *Senver*, & *Burdell*, & *Rothomagi*, & *Draſcumme*; & fratribus militibus Templi alba clamide indutis *Cxxx.* præſentibus. *Eurardo* de *Breteul*, *Theodorio Waleran*, & *Baldwino Calderun* teſtibus. Præter iſtos, teſtes ſunt *Wido* Comes *Pontini*, & *Johannes* frater ejus, *Geroldus* de *Stalon* Maiſnil, *Andræus* de *Mammot* uzleu, *Hugo* de *Arenis*, *Robertus* de *Hannercurt*, & *Willielmus D'arecurt*.

Conventio inter Templarios *&* Abbatiſſam *de* Elneſtowe, *de uno Capellano inveniendo apud* Preſtone, *per tres dies in ſeptimana*.

Ib.f.122. b.

SCiant tam præſentes, quam futuri, hanc conventionem inter Capitulum Templi, & moniales de Elneſtowe, utriuſq; Capituli aſſenſu & voluntate interfuiſſe; ſcil. quod moniales de Elneſtowe, fratribus Templi, qui apud *Preſtonam* pertinent, ad Dynneſley manent tres dies in ebdomada; ſcil. die *dominica*, die *Mercurii*, & die *Veneris* Capellanum invenient, qui Matutinas horas, Miſſam, & Veſperas celebrabit, niſi fortè dies feſtivus in ſeptimanâ contigerit; & tunc trium dierum computabitur. Et de Hiis obſequiis faciendis, fidelitatem prædictis fratribus præſtabit Capellanus de Hichen, quicunq; fuerit. Fratres verò Templi omnes decimas bladi de omnibus terris, quas colunt in parochiâ de Hichene, de quibus Eccleſia de Hichene vel Eccleſia ad eam pertinens decimas percipere conſuevit. Et prætereà de omnibus novalibus hominibus aſſiſis, cum omni integritate monialibus perſolvent. Et ſi novalia ruſtica prius tradita, in dominium ſuum revocaverint de illis, ſi ea in dominio tenueerint, decimas non ſolvent. Si vero nova in dominico tenuerint, hominibus excolenda tradiderint, de eis plenariè novales percipient. Hiis teſtibus, Magiſtro *Roberto* de *Bedeford*, *Gregorio* de *Whathamſtudia*, *Will.* de *Kymeſeld*, *Will.* de *Hichene*, *Ricardo* **Dynneſley** Capellanis; Magiſtro *Johanne* de *Bedeford*, Magiſtro *Alexandro*, *Ricardo Cannell*, & aliis.

De duobns Capellanis inveniendis apud **Dynneſley.**

Ib.f.126.a. INquiſitio capta apud **Coticote**, die Veneris in feſto Apoſtolorum *Petri & Pauli*, anno regni Regis *Edwardi* tertii, à Conqueſtu *xxi.* coram *Will.* de *Lodwyk* chivalier, & ſociis ſuis Collectoribus rationabilis auxilii, ad primogenitum filium Regis militem faciendum, virtute Brevis Domini Regis, (&c.)

Juratores dicunt, quod Prior Hoſpitalis S. *Johannis Jeruſalem* in *Anglia* tenet Manerium de **Dynneſley** Templi, cum pertinentiis, quod quondam fuit Templariorum, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de hæredibus quondam dominorum de **Hichene**, **Dynneſley**, **Furnival**, & **Walden** Regis; inveniendo annuatim duos Capellanos divina celebrantes in Capellâ dicti Manerii imperpetuum, pro animabus feoffatorum dictorum Templariorum, pro omnibus ſerviciis ſecularibus. In cujus (&c.)

Confirmatio Stephani *Regis de* xv. *libratis terræ, quam* Bernardus *de* Bailoll *dedit in* **Hichene.**

Ib.f.126.b. STephanus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Baronibus, miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis quod concedo & confirmo illam donationem, quam *Bernardus Bailoll* fecit Deo & fratribus militiæ Templi *Jeruſalem* de *xv.* libratis terræ in Manerio ſuo de **Hichene.** Quare volo, (&c.) Teſte Magiſtro *Reginaldo*, & *G.* Abbate *Weſtmonaſterii*, filio meo; & Comite *E.* filio meo; & *W.* de *Mart.* & *Ricardo* de *Luci* apud *Londonias*.

Carta Gulielmi Mareſcalli, *de Eccleſia de* **Weſtone,** *& de burgo de* **Baldok.**

Ib.f.128.b. GUlielmus Mareſcallus, Comes *Pembrochiæ*, omnibus amicis & hominibus ſuis, *Francis & Anglis*, ſalutem. Noveritis me conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & fratribus militiæ Templi Salomonis, in puram & perpetuam elemoſinam, Eccleſiam de **Weſtone**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco & plano, ita quietam & liberam, ſicut Comes *Gilbertus* eam eis donavit, & Cartâ ſuâ confirmavit. Confirmavi etiam eis, illas decem libratas terræ, quas ipſe Comes eis donavit in eodem Manerio; in quâ terrâ ipſi conſtruxerunt quendam burgum qui dicitur **Baudac**, undè ipſi prædictam terram multùm emendaverunt per ſua purchacia, & per magnas libertates quas Dominus Rex eis dedit. Conceſſi etiam & confirmavi eiſdem fratribus burgum de **Baudac**, cum omni emendatione, quam ipſi poſuerunt, vel ponent in communi burgo, abſq; aliquo retenemento ſeculari indè facto, vel faciendo michi, vel hæredibus meis: Et cum judicio Ignis & Aquæ, Duelli, & Furcarum. Confirmavi etiam eis terram illam, ubi ædificia ſua conſtruunt, cum pertinentiis ſuis, & cum boſco qui dicitur **Langenache**. Conceſſi etiam & confirmavi eis molendinum & molendinarium de **Radewelleſheved**, & duos ruſticos in eadem villa, *Remundum* ſcilicet & *Willielmum Palmarium*; ſimiliter cum ſervitio *Willielmi* filii *Baldewini* de *Weſtone*, & hæredum ſuorum. Hæc omnia ſupradicta conceſſi eis, & præſenti Cartâ meâ confirmavi, habenda & tenenda, cum univerſis pertinentiis ſuis & libertatibus, & liberis conſuetudinibus, in puram & perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus, *Petro Wintonienſi* Epiſcopo, *Will. Lond.* Epiſcopo, *Will.* Comite *Arundeliæ*, *Roberto* filio *Walteri*, & aliis.

Confirmatio Stephani *Regis* Angliæ, *de Eccleſia de* **Langeforde.**

STephanus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Epiſcopo *Lincolniæ*, Juſticiariis, Vicecomitibus, &c. de **Bedefordſhire** ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe in perpetuam elemoſinam Deo & Templo de *Jeruſalem*, & militibus Deo ſervientibus, donationem illam, quam *Simon* de *Wahull*, & *Sibilla* uxor ſua, & *Walterus* filius eorum fecerunt eis de Eccleſiâ de **Langeforde**. Quare volo, (&c.) Teſtibus *Roberto* Cancellario, & comite *Gilberto*, & Comite *Simone*, & *Gilberto* de *Gant*, apud *Oxonium*. Ib.f.130.b.

Carta Philippi *de* Harecourt *de villa de* **Shepley,** *cum Eccleſia.*

PHilippus de *Harecourt* Decanus *Lincolniæ*, univerſis fidelibus S. Eccleſiæ ſalutem. Omnibus filiis ſanctæ Eccleſiæ hac præſenti vitâ fruentibus, & omnibus noſtris ſequentibus notum atq; certum conſtet, quatenus ego *Philippus* de *Harecourt* Decanus *Lincolniæ* ewangelicis verbis, quibus dicitur, *Reddite quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei Deo*: Et ſancti ſpiritus gratiâ excitatus, Deo & beatæ *Mariæ* & militibus Templi *Salomonici* perpetualiter in elemoſinâ dono & concedo quandam partem terrenorum bonorum, quæ Deus in hoc ſeculo michi poſſidere conceſſit, *viz.* terram de *Heſehapeleia*, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, & Eccleſiam ejuſdem villæ. Et volo & jubeo, quatinus prædicti milites, prædictam terram ita totam habeant, ſicuti *Ricardus* frater meus illam totam michi dedit, & ſimiliter Ib.f.137.a.

Eccleſiam. Quæ omnia prænominata, ſcil. terram & Eccleſiam, & omnia ad ea pertinentia, volo & jubeo, ut ita quietè & liberè & abſolutè habeant & teneant, ſicut in tempore *Henrici Anglici* Regis hæc omnia *R.* frater meus à *Philippo* de *Braoſia*, ſuo & meo patruo habuit & tenuit. Hoc donum facio pro ſalute meæ animæ, & animarum meorum anteceſſorum. Hiis teſtibus, *Hugone* de *Cumbe*, *Normanno* de *Cumbe*, *Simone* Comite, *Will. Bernehus*, *Roberto* de *Boceio*, *Nichola Bernehus*, *Tuſtino* fratre de Templo.

Donatio Eccleſiæ de Sumptinge, *per* Philippum Bajocenſem *Epiſcopum*, Willielmum *de* Braioſà, *&* Willielmum *de* Harecourt.

Ib.f.143.a. NOſcant omnes ſanctæ Eccleſiæ filii, tam futuri, quàm præſentes, quod *Philippus Bajocenſis* Epiſcopus, & ego *Willielmus* de *Braioſa*, & *Willielmus* de *Harecourt* dedimus & conceſſimus Deo & beatæ *Mariæ* & fratribus Templi *Salomonis* Eccleſiam de Sumtinges, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberam & ab omni ſeculari conſuetudine abſolutam in perpetuam elemoſinam. Teſtibus, *Hilario Ciceſtrenſi* Epiſcopo, in cujus manu hoc donum eis dedimus, qui petitione & aſſenſu noſtro præfatam Eccleſiam eiſdem fratribus dedit, atq; .... elemoſinæ imperpetuum habere conceſſit: Et teſte *Henrico* Duce *Normanniæ*, cujus rogatu hanc donationem eis fecimus; & *Gilberto* Epiſcopo *Herefordiæ*, & *Simone* de *Tornabu*, & fratre *Radulpho* de *Valtort*, & fratre *Henrico Malbane*, & fratre *Henrico Anglico*, apud *Rothomagum*.

Carta Simonis *Comitis, de Eccleſia de* Suthwike, *pertinente ad* Sadeleſcombe.

Ib.f.265.b. S*Imon* Comes, omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, futuris & præſentibus ſalutem, univerſis vobis manifeſtum facio, me divinâ commonente gratiâ dediſſe & hac præſenti paginâ confirmâſſe Deo & fratribus Templi, in puram & perpetuam elemoſinam, Eccleſiam de Soutwike, cum omnibus pertinentiis ſuis, & obventionibus ſibi jure pertinentibus: Habendam & poſſidendam poſt deceſſum *Willielmi* fratris mei, liberam & quietam ab omni ſeculari exactione, ſicut puram elemoſinam. Hoc autem feci pro ſalute tam animæ meæ, quam anteceſſorum meorum, quàm & ſucceſſorum. Hujus meæ donationis teſtes hii ſunt, *Galfridus* Epiſcopus *Elienſis*, *Jacobus* Capellanus, *Ebrardus* Capellanus (&c.)

Carta ejuſdem Simonis *Comitis, de Eccleſia de* Wodemancote.

S*Imon* Comes, omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam futuris, quam præſentibus ſalutem in Chriſto. Univerſitati veſtræ notum facio, me divinâ inſpirante gratiâ dediſſe, & hac meâ præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & fratribus Templi, in puram & perpetuam elemoſinam, Eccleſiam de Wodenmancote, cum omnibus pertinentiis & obventionibus ſuis, ad eam juſtè pertinentibus: Habendam & poſſidendam liberam & quietam ab omni ſeculari conſuetudine, (&c.) Hujus meæ donationis teſtes ſunt *Galfridus* Epiſcopus *Elienſis*, *Willielmus* Capellanus, (&c.) Ib.f.268.a.

Carta Stephani *Regis* Angliæ, *de Manerio de* Creſſynge.

STephanus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus & miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglicis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & fratribus militiæ Templi *Salomonis Jeruſalem*, pro ſalute animæ meæ, & *Matildis* Reginæ uxoris meæ; & pro animabus Regis *Henrici* avi mei, & *Euſtachii* filii mei, & aliorum puerorum meorum, totum Manerium de Creſſynge, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem Manerii, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam. Quare volo, (&c.) Hujus conceſſionis & confirmationis teſtes ſunt *Walterus* Epiſcopus *Ceſtrenſis*, & *Ricardus* de *Luci*, & *Rogerus* Comes de *Clare*, & *Ricardus* de *Camvill*, & *Willielmus* de *Cainſ.* & *Willielmus* de *Ferrariis* & *Will. Pantolf*, & *Badricus* de Sigillo, apud Wodeſtache. Ib.f.289.a.

Carta Stephani *Regis* Angliæ *de Manerio de* Witham, *cum dimidio Hundredi ibidem.*

STephanus Rex *Angliæ* Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c. Sciatis quia dedi & conceſſi in perpetuam elemoſinam, militibus fratribus de Templo *Jeruſalem*, Manerium meum de Witham, pro animâ Regis *Henrici* avunculi mei; & pro ſalute animæ meæ & *Matildis* Reginæ uxoris meæ, & puerorum meorum, cum omnibus pertinentiis, exceptâ Eccleſiâ, & Eccleſiæ pertinentibus, quæ dedi Eccleſiæ S. *Martini Lond.* & Canonicis. Quare volo, (&c.) Et hanc donationem illis feci, conceſſione *Matildis* Reginæ uxoris meæ, de cujus patrimonio & hæreditate Manerium illud conſtat fore. Teſtibus, *Matilda* Reginâ, & Comite *Gilberto*, & *Willielmo* de *Ipra*, (&c.) apud *Londinias*. Ib.f.289.b.

Carta Johannis *Regis, de terra de* **Ferecholt.**

Ib.f.290.a. J*Ohannes* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm. Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, (&c.) Sciatis nos dediſſe & conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe, pro ſalute animæ noſtræ, & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, Deo & fratribus militiæ Templi *Jeroſolomitani*, terram de **Berecholt**, cum pertinentiis ſuis, quam *Petrus Lyeſchamps*, qui eam habuerat de patre noſtro, Rege *Henrico*, eis conceſſit & dedit, & Cartâ ſuâ confirmavit. Quare volumus, (&c.) Data per manum *H. Cantuar.* Archiepiſcopi Cancellarii noſtri, apud Sagium, *xv* die *Julii* Regni noſtri anno primo.

Ex cod. MS. in Scaccario, penès Rememoratorem Regis f. 1.a.

A*Nno ab incarnatione Domini* MCLxxxv. *facta eſt iſta Inquiſitio de terrarum donationibus, & earum poſſeſſoribus, Eccleſiarum ſcil. & molendinorum, & terrarum aſſiſarum, & in dominico habitarum; & de redditibus aſſiſis per* Angliam, *per fratrem* Galfridum *filium* Stephani, *quando ipſe ſuſcepit balliam de* Anglia, *qui ſummo ſtudio prædicta inquirendi, curam ſollicitam exhibuit, ut Majoris notitiæ poſteris expreſſionem generaret, & pervicacibus omnimodam nocendi reſcinderet facultatem.*

IN **Witham** & in **Kirſing**, ex dono Regis *Stephani*, habuerunt *v.* hidas, quarum una pars eſt in dominio, & altera aſſiſa ab hiis hominibus, *Adam* de *Kirſing ii.* virgatus pro *xxv* s. (&c.)

* Ib.f.3.a. * In **Rivenhale**, ex dono *Gilberti* filii *Mabiliæ*, *Rogerus Fortis iii.* acras pro *xii* d. & ad unam precariam unum hominem, (&c.)

De dono *Farami* de *Bolonia*, *Levegarus* filius *Suanonis x.* acras pro *iv* s. & *viii* d. ad natale *iv.* gallinas, & manducabit pro omni ſervicio, (&c.)

* Ib.f.3 b. * Hæc ſunt pertinentiæ de **Witham**. In **Bradewelle**, ex dono *Oſberti* filii *Hervei*, *Godricus Bedellus v.* acras pro *iii* s. In **Terlinges**, ex dono *Willielmi Faucilun*, *Barth. Faucilun v.* acras pro *xii* d. In eadem **Terlinges**, *Ric.* filius *Roberti*, ex dono *Edrici* de *Eſe ii.* acras pro *xii* d. In **Petfeld**, ex dono *Willielmi* filii *Ricardi*, *ii.* acras, quas *Herveus Danaus* tenet [illegible] In [illegible], ex dono *Walteri* de *Carun*, *Galfridus* filius *Godwini*, *iii.* acras pro *xii* d. In eadem villâ *Will.* Capellanus, ex dono *Stephani* de *Bellocampo ii.* acras * pro *xii* d. In **Terlinghes**, ex dono *Will*, filii *Lucæ*, *Johannes Fulco iv.* acras pro *viii* d. In *Leia*, ex dono *Otvel* de *Boville*, *Walt. Teſtard v.* acras pro *ii* s. in **Hailingherſt**, ex dono *Criſtianæ* de *Withermundeford*, *Oſbertus Com. iv.* acras pro *xv* d. In **Munedene**, ex dono *Henrici* de *Munedene*, *Fulco iii.* acras pro *xvi* d. In **Sudburi**, ex dono *Will.* de *Dineſle i.* manſuram, quam *Gilb. Flandrenſis* tenet pro *xv* d. In **Weldune**, ex dono *Oſwardi* præpoſiti. *Steph.* de *Fulebrige i.* manſuram pro *xii* d. In **Goldingeham**, ex dono *Will.* de *Goldingeham i.* acram, quam una Domina tenet pro *vi* d. In **Leiren**, ex dono *Julianæ* de *Haia*, *Edwinus* de *Kingesford iii.* acras pro *xviii* d. * Ib.f.4.a.

* In **Finchingfeld** ex dono *Henrici* Regis ſecundi, ſecundùm juramentum *Folcheri*, *Ricardi*, *Gileberti*, unam carucatam terræ, (&c.) * Ib. b.

* Tota villa de **Finchingfeld** eſt ad firmam, in manu *Oſberti* Clerici, pro *xi* l. * Ib.f.5.a.

† *Redditus bailliæ de* **London.** † Ib.b.

J*Ohannes* ſacerdos de Eccleſiâ S. *Clementis Lxx.* s Ex dono *Henrici* Regis ſecundi, *Will.* frater *Stephani* Clerici, pro uno domo & gardino *vii* s. (&c.) *Jacobus* Sacerdos de *Holeburne*, de Eccleſiâ de **Redenhache** *i.* marc.

Ex dono *Roberti* de *Watenvill*, *Amicius i.* croft. pro *v* s. (&c.)

Apud **Chringham**, ex dono *Gileberti Baſſet*, ex feodo Abbatis *Weſtm.* *Will. Parmentarius i.* tofi pro *xl* d. (&c.)

* De feodo Comitis *Leiceſtriæ*, *Will.* de *Haverhuvill*, pro terrâ inter terram *Jordani* Clerici, (&c.) *iv* s. *ii* d. (&c.) * Ib.f.6.a.

Ex dono fratris *Salemeri*, *Willielmus Brunus i.* meſagium pro *xviii* s. (&c.)

Apud **Flete**, ex dono *Gervaſii* de *Cornhill*, *Teintarius i.* meſagium pro *v* s. (&c.)

Ex dono *Will. Martell*, *Laur. Hoſarius i.* meſagium pro *v* s. (&c.)

* In **Dertford**, ex dono *H.* Regis ſecundi, *Gilebertus* pro carrucata terræ *xii.* marc. (&c.) * Ib.f.6.b.

Hæ ſunt conſuetudines hominum fratrum Templi, de *Humbra*. De elemoſinâ Domini *Will.* de *Haſtings*, *Almarus Blache v.* acras pro *xviii* d. & ad pratum falcandum *i.* Falcatorem, & *i.* hominem ad levandum, (&c.)

* *De redditibus bailliæ de* **Kent.** * Ib.f.

H*Æc* eſt tenura ſingulorum hominum apud *Strodam*, & cenſus & ſervicium, (&c.) *Gaufridus* & *Will.* de *Ros* tenent *Lxxx.* acras pro *xx s.* annuatim reddendo, (&c.)

* De elemoſina *Danielis* de *Crevequer* *v* s. (&c.) * Ib.f.

Summa Firmi de **Strode** xi l. xviii s. ob.

De elemoſina *Willielmi* fratris Regis, & *Willielmus Peverelle* in Ewelle; *Will.* filius *Welſted* tenet *iii.* acras (&c.)

* Ib.f.49.b * De elemoſina *Roberti* de *Vez*, filii *Oſmundi*; de moſendino *xx. s.* (&c.)

De elemoſina *Henrici* de *Eſſex*, nova molendina Ewelle (&c.)

Ib.f.10.a. De elemoſina *Saheri* de *Arceles*, *Rad. Sacer* tenet *xl.* acras (&c.)

De elemoſina fratris *Euſtachii Picot*, reddit *Will.* de *Popeſhale iiii. s.*

De elemoſina *Hugonis* de *Dovora*, *Elfwinus* & *Ric.* de *Tuetune* reddunt *ii. s.*

De elemoſina *Radulfi Trune*, reddit uxor *Patwini xii. d.*

De elemoſina *Petri* de *Chelesfeld*, *Randulfus* de *Maxeſtune ii. s.* (&c.)

* Ib.b. * De elemoſinâ *Theodbaldi* Archiepiſcopi eſt quod de *Hamo* de *Chilham* tenet. Tenura de Waltham ſingulorum hominum & ſervicium.

Hamo de *Chilleham* tenet *Lviii.* acras de terrâ arabili & *iiii.* acras prati, & *xiii.* acras de boſco pro *Lviii. s.* & *viii. d.* pro omnibus ſervitiis. *Radulfus* filius *Reginuldi* tenet *xv.* acras & dim. pro *vi. s.* (&c.)

* Ib.f.12.a * *De redditibus balliæ de* Warewic.

DE Eccleſiâ de Sireburne *i.* marcam, de feudo Comitis de Warewic.

De Eccleſiâ de *Cardintona iii.* marcas de elemoſinâ *Willielmi* filii *Alani*.

De molendino de *Tmeneia ii.* marcas de feudo *Osberti* filii *Hugonis*.

De molendino de *Edriſcheſtona v. s.* de feudo *Henrici* de *Monteforti*.

De molendino de Boſewrth *v. s.* de feudo *Roberti* de *Harnecurt*.

De molendino de Alſtanesford *xxvi. s.* de feudo Comitis de Warewic.

* Ib.b. * De molendino de *Bereſtaneſtona vi. s.* & *viii. d.* de feudo *Roberti Marmionis*.

De molendino de Sireburne *vii. s.* de feodo Comitis de Warewic.

De molendino de *Carditona v. s.* de elemoſinâ *Willielmi* filii *Alani*.

De molendino de Mighamſtede *iii. s.* de elemoſinâ Domini Regis.

De molendino de *Stodlega vi. s.* de feodo *Petri Carbecun*.

* Ib.f.13.a * De Sireburne, *Warinus* reddit pro dim. virgatâ terræ *xliv. d.* *Yſaac* pro quartâ parte unius virgatæ terræ & dimidio toſto *ii. s. vi. d.* (&c.)

* Ib.f.13.b * De Neubald *Reginaldus* filius Presbyteri, pro *i.* virgatâ terræ *xxx. d.* *Ric.* filius *Utardi* pro *i.* virgata *xxx. d.* (&c.)

De *Mortona*, de dono Comitis de Warewic, *Suanus* pro *i.* virgatâ *iv. s.* *Godefridus* pro *i.* virgata *iv. s.*

In Herdewich, de feudo *Radulfi* de *Sutlega*, *Ricardus* pro quarta parte unius virgatæ *xxx. d.* *Thurgoth* pro dim. virgatâ *v. s.* (&c.)

* Ib.f.14.a * De Tysho, de feudo *Roberti* de *Stafford*, *Walt.* de *Mortona* pro dimidiâ hydâ *viii. s.* *Walt.* Cementarius pro *i.* virgatâ *iv. s.* (&c.)

De Hereburebiri, de feudo *Henrici* de *Clintona*, *Saffredus* Decanus pro *v.* virgatis & Curiâ, quas tenet ad terminum, *ii.* marcas. *Turkil* pro *i.* virgatâ *v. s.* * *Gunnildus* pro *i.* mannagio *xii. d.* (&c.) * Ib.b.

De *Ceſtretona*, de elemoſyna *Willielmi Croc*, *Ricardus* Monachus pro *i.* virgata *vi. s.* *Wluricus* pro *i.* virgata *vi. s.* (&c.)

De elemoſinâ *Petri Corbezun*, *Randulfus* de *Stodlega xxx. d.* De elemoſinâ *Ricardi* filii *Pagani*, *Galfr.* de *Culurecroft xiii. d.* De elemoſinâ *Petri Corbezun Ric.* de *Stodlei vi. d.* De elemoſina *Willielmi Giffard* in * Aſne Dereſeth *ii. s.* * Ib.f.15.a. De elemoſinâ *Adæ* de *Naptona*, in eadem villa *xii. d.* De elemoſina *Margareta* de *Campania* in Huningham *xii. d.* De feudo *Willielmi* filii *Alani* in *Weſtona*, *Willielmus Stoc* pro *ii.* virgatis *viii. s.* De elemoſinâ *Walteri* de *Sumerville* in Strigthelſcote *iii. s.* De elemoſinâ *Radulfi* de *Seile* in Seile *ii. s.* De *Snarkeſtona Ailbret* pro maſuagio & *iv.* acris *xviii. d.* De elemoſinâ *Harald* de *Leec* in *Stantona*, *Robertus* pro *i.* acra *xii. d.* In *Waletona*, *Warinus* pro dim. virgata *ii. s.* De elemoſina *Willielmi* de *Foleville*, in Aſebi, *Godwinus* pro quodam orto *xii. d.* De elemoſina *Herberti* de *Kunesburg* in eadem villa, *Willielmus* de *i.* virgata *v. s.* De Leirceſtre *vi. s.*

De elemoſina Comitis de *Ferreres* in Tuteſburi *iii. s.* De elemoſina *Radulfi* filii *Radulfi* in Herteſhorn, de quatuor virgatis *xii. s.* De elemoſina *Ricardi* de *Wville* in Welneſford, *Ricardus* pro *i.* virgata *iii. s.* De feudo *Saheri* de *Quinci* in Buckebi, *Alexander* & *Willielmus* pro *ii.* virgatis terræ *x. s.*

De elemoſina *Alardi* de S. *Illario*, in Horepol, uxor *Hoſſe* pro maſuagio *ii. s.* In Cugenho *xii. d.* In Bradende *x. s. viii. d.* De elemoſina Comitis de *Fereres*; de *Galfrido* de *Perie xxvi s. viii d.* * Filii *Baldwini Rufheved* pro *i.* virgata *v. s.* * Ib.b. De elemoſina *Roberti* filii *Galfridi* in Pintes, de *Pugnant xii. d.*

De elemoſina *Galfridi Marmion*, in *Mideltona*, de *Ricardo* filio viduæ, pro *ii.* virgatis *iv s.*

In Eſtafford, de feudo ipſius *G. Marmiun* & *Thomæ* filii *Noel ii. s.* De elemoſina Domini Regis *Henrici* ſecundi, in Bell *viii.* marcas. De *Oneleia ii. s.*

De elemoſina *Randulphi* Comitis *Ceſtriæ*, *Nicolaus Kent* de *i.* burgagio *iv s.* De elemoſina Comitis *Hugonis* de *Ceſtria*, *Nicholaus* de *Kent* pro navicula piſcarii *vii. s.*

De elemoſina *Hugonis* le *Poher* in Wirceſtre, *Osbertus* pro crofto extra villam *ii. s.*

De feudo *Rogeri* de *Porthis*, in Wiche, *ii. s.* Et de feudo *Tnardi Parlarii v. d.* In Sarmeſford de *Ricardo Amias xii. d.*

De feodo *Radulfi* de *Suthlega* Chelverdeſcote, quam ipſe *Radulphus* tenet ad firmam pro *vi.* marcis & dimidia.

De feodo Comitis *Roberti Leirceſtriæ*, in Wethelesberne *vii.* marcas & *iii. s.* de *Hugone* & *Wlwino* de firma. De *Roberto Francigena* pro *xxiii.* acris *ii. s.*

De feudo Comitis de *Warewic*, in

Warewic, *Rogerus Faber xlii d.* pro marenagio ſuo. *Edwardus xl d. Aldewinus iii s. Rogerus Baiard ii s. Oſbertus Hakun xxx d. Robertus Pinel ii s.* (&c.)

Ib.f.16 a. De elemoſinâ Domini Regis *Henrici* ſecundi, in **Flighameſtede**, *Galfridus ii s. iv d.* Vidua *xiv d. Ric. Stronge xviii d. Adwinus Pelliparius xii d.* (&c.)

De elemoſinâ *Will. Pludi* in **Radeford**, *Will.* de *Warmintone*, pro tribus dimidiis virgatis terræ *iii s. Simon* pro *i.* virgatâ *xxvii d. Walterus Britus* pro *ii.* virgatis & dim. & cum *xl.* acris, cum prato pertinenti *iv s.* & detinet *xi d.* de hoc quod dare debet.

* Ib. De elemoſinâ *Rogeri* de *Munbrai*. In **Beleſale**, & in pertinentiis *Hugo* * *Præpoſitus*, & *Johannes* filius *Ailwardi* pro *i.* virgatâ terræ *v. s. iv d.* (&c.)

Ib.f.17.a. De feodo *Roberti Marmionis* in *Bereſtaneſtona*, *Adam* de *Eriſcota* pro virgata *xxxvii d. Gilbertus* filius *Edmini*, pro virgata *xxxvii d.*

*Ib.f.18.a. * Hæc debentur de **Sutburne** per conſuetudinem, opus *iv.* dierum ad metendum, & *iii.* ad falcandum ad conredum domus; & pratum Domini de **Sireburne** falcare & levare, ad cuſtamentum hominum. Debent etiam vigilia Domini de unaquaq; virgatâ terræ *ii d.* vel *iii.* gallinas, ad electionem illorum.

Hæc debentur de **Tyſho** & de **Penbalo**, & de **Preſwic** & de *Martona*, per *iii.* dies metere, & per *ii.* falcare ad domus conredum.

Hæc debentur de **Flighameſtede**, *iii.* dies metere ad cuſtum domus.

Hæc debentur per conſuetudinem de **Beleſhale**, per tres dies metere *i.* ad cuſtamentum domus, & per tres dies arare, *i.* die ad cuſtum domus, per *i.* diem falcare, & habere de domo *i.* arietem vel *vi i d.* & *xxiv.* panes, & *i.* Caſeum de melioribus domus, & plenum poliam ſalis. Maſculum pullum, ſi natus ſit ſuper terram domus, vendere non poſſunt ſine licentiâ fratrum, Si filiam habent dare non poſſunt ſine licentia fratrum.

* Ib. b. * Hæc debentur de *Berſtaneſtona*, per tres dies metere, *i.* die ad conredum domus; per tres dies arare *i.* die ad conredum domus. Per dies *ii.* falcare, *i.* die ad cuſtamentum ſuum, & alterâ die habebunt dim. arietem vel *iv* d. & dimidium caſeum, & *xii.* panes, & dim. pellum ſalis. Filias ſuas non poſſunt dare ſine licentiâ fratrum; nec equos maſculos, ſi ſuper terram fratrum nati ſunt, ſine licentiâ fratrum, vendere poſſunt; & ſi per licentiam vendiderint *i* d. de tounu dare debent.

Ib.f 19.b. Apud **Lidlegee** habent unam carucatam terræ, ex dono Domini *Herberti* de *Caſtello Hologoti*, & confirmatione Domini Regis, quæ eſt in dominio fratrum, præter *xvi.* acras & dim. *Ric.* de *Lidlegee* dat annuatim pro *xiii.* acris *xxvi d.* (&c.)

Apud **Botelegee**, ex dono prædicti *Herberti*, (&c.) *Johannes* pro dim. virgatâ *v s.* (&c.)

Apud *Carditonam*, ex dono *Will.* filii *Alani*, tota villa de *Carditona*, & **Huchemerſt**, & dimidia villa de **Chatteſwelle**, & confirmatione Domini Regis. *Adam Albus* pro dimidiâ virgatâ *xl d.* (&c.)

* Apud **Cotetone**, ex dono *Walteri* filii *Alani*, *Robertus* & *Hamo* filius ejus pro *i.* virgata *v s.* Ib.f.20 b.

Apud *Kinlet*, ex dono *Briani* de *Brantone* & *Rogeri* fratris ejus, *Abraham* pro *i.* virgata terræ *iv s.* Ib.f.21 b.

Apud *Salopeſburiam*, ex dono *Willielmi* filii *Alani*; *Robertus Pelliparius* pro *ii.* meſſuagiis *xvi d.*

Apud *Brugiam* quædam dimidia manſia cecidit in manu fratrum, quæ ſolita fuit reddere annuatim *ii s.* (&c.)

* Apud **Couele**, de dono *Matildis* Reginæ, habent et quatuor hidas, quarum duæ ſunt in dominio, & *ii.* aſſiſæ ab hominibus. *Ailwinus Præpoſitus* dim. virgatem pro *iii s.* (&c.) *Ib.f.22.a.

* Hæ ſunt pertinentiæ de **Couele** apud **Hideltune**, ex dono *Rogeri* de *Gundi i.* virgata terræ quam Archidiaconus de **Pauwiz** tenet pro *v s.* * Ib.b.

Apud **Hewelme**, ex dono *VValt. Druet iii s.* terræ, quam *Ricardus* & *Sewale* tenent pro *iii s.*

Apud *Oxoniam*, de dono *Roberti D'oilli*, infra bailliam, unam terræ, quæ reddit *xviii d.* quos *Will. Aurifaber*, & *Leveva* vidua reddunt. Item ex dono ipſius *Roberti* extra bailliam, quam iſti tenent pro ſubſcripto ſervicio; *Ailmerus* Pelliparius *xx d.* (&c.)

* Apud *Oxoniam*, ex dono prædictæ *Matildæ* Reginæ, duo molendina, quæ *Will. Roſarius* tenet pro *iii.* marcis. *Ib.f.23.a

Apud **Couele** duo molendina, quæ *Will.* Molendinarius tenet pro *i.* marc.

Apud **Hewelme**, ex dono *Walteri Druet i.* molendinum, quod *Will.* tenet pro dimidiâ marcâ. Ex dono *Roberti Arſic*, quod dicitur aureum molendinum, quod *Will.* tenet pro dim. marcâ.

Hac ſumma ſummarum, tam de terris aſſiſis, quam de molendinis domui Templ de **Couele** *pertinentibus* xii. *marc.* xiii s. x d.

* APud **Meritune**, ex dono Simonis Comitis ſunt *vii.* hidæ terræ, quarum duæ ſunt in dominio, & *v.* aſſiſæ de hominibus *Walt.* filius *Reg.* tenet *i.* virgatam terræ pro *vs.* (&c.) *Ib.f.23.b

Hæ ſunt pertinentiæ de **Meritune** apud **Hamtune**; Ex dono *VVill. Belchi.* virgatâ terræ, quam tenet *Robertus hæres* ejus pro *iii s.* Ib.f.24.a

Apud **Blegedun**, ex dono *Mandegor ii.* virgatas terræ, quam *Rob.* filius *Oſberti* tenet pro *viii s.* Ib.b.

Apud **Wencote**, ex dono *Otve* de *Inſula i.* virgata terræ, quam *Rad.* tenet pro *iv s.* *Ib.b.

Apud **Erle**, ex dono *VValteri* filii *Fulquini i.* virgata terræ, quam *VValt. Clemens* tenet pro *x s.*

Apud **Hamme**, ex dono *Girardi de Greinevile*, *ii.* virgatas terræ, quam *VVill.* de la *Rokele* tenet pro dimidiâ marcâ.

Apud **Calvertune**, ex dono *Walteri* de *Bolebeche xl s.* terræ, quos iſti ſubſcripti *Simon Paniſer vi s.* (&c.) Apud **Streford**; ex dono *Hamonis Merſelini xii d.* quos *Simon* filius *Leueriti* reddunt.

Hæc eſt ſumma pertinentiarum de **Meritune** *iii l. xvi s. viii d.*

*Ib.f.25.a * APud **Hensentune**, ex dono *Olonis* de *Talentune*, *ii.* hidas terræ & dim. quas iſti ſubſcripti tenent; *Herwius Præpoſitus i.* virgata terræ pro *iii s.* (&c.)

*Ib.b. * Apud **Guttingres**, ex dono *Gileberti* de *Laci xii.* hidas terræ & *i.* virgata, præter dominium. Prædictæ verò hidæ univerſæ ſunt aſſiſæ, (&c.) Apud *Bantoniam. Hugo* filius Clerici pro *iii.* virgatis *xiii s.* (&c.) Apud **Beretune**, *Quenild* vidua pro *i.* hida *v s.* (&c.)

Ib.f.26.a Apud **Holeford**, ex dono *G.* de *Laci*, *i.* virgata & dim. *Adam* miles pro illâ virgatâ *vi s. vi d. Edith* vidua, pro dim. virgata *ii s.* Hæ pertinentiæ ad **Guttingres**; Ex dono *Rogeri* de *Watevi e* apud inferiorem **Guttingres** dim. hidam; *Rad.* ad *Fontem* pro *i.* virgatâ terræ *iii s. VVill.* pro *i.* virgata *iii s.*

Apud **Niwetune**, ex dono *Rogeri* de *Oilli* dim. hida terræ, *Thuret* pro unâ virgatâ terræ illius *iiii s.* (&c.)

Apud **Pultune**, ex dono *Stephani* de *Buillers i.* virgata, quam tenet *Jordanus* pro *vi s.*

Apud **Hamtune**, ex dono *Roberti* de *Meiſi i.* virgata, quam tenet *VVill.* pro *vi s.*

Apud **Aldeburhe**, ex dono *Heliæ Gifard i.* hida terræ, quam tenet *Hugo* pro *xx s.*

Apud **Salpertune**, ex dono *Petri* de *Stodeleia i.* virgata & dim. quam virgatam tenet *Ric. Winge* pro *v s.*

Apud **Lugge**, ex dono *Reginaldi* de S. *Valerio*, quædam terra, quam tenet *Robertus* de *Flede* pro *iii l. x s.*

Apud **Gloucestre**, ex dono *Rogeri* Comitis *Herefordiæ*, una terra ad capud pontis quam tenet *Liveva* pro *v s.*

Apud **Buttintune**, ex dono *Reginaldi* de *Bekeford*, dimidia virgata terræ; quam tenet *Petrus* pro *ii s vi d.* Apud **Stiptune**, ex dono *Rogeri* de *Champflure i.* virgata & tres acræ. *Henricus* tenet *i.* virgatam pro *v s: Will*, *iii.* acras pro *xii d.*

Apud **Aneford**, ex dono *Will.* de *Dodeſwelle*, *Jordanus* tenet dominium & *ii.* virgatas & dim. pro *xviii d. Alanus* pro *i.* virgata *vii s.* (&c.)

*Ib.b. * Apud **Winchelcumbe**, ex dono *G.* de *Laci* quinq; burgagia, *xii* d. *Gervaſius* pro uno burgagio *iv s.* (&c.)

Apud **Grettune**, ex dono *Johannis* de *Suthleia*, dimidia hida terræ. Et ſimiliter ex ejuſdem dono apud **Grete** *i.* virgata. *Hugo* pro *i.* virgata *iv s.* (&c.)

Apud **Wrmitune**, ex dono *Rogeri* de *VVrmitune ii.* marcatas terrarum, quam tenet *Rob.* de *Haſtin* pro *iii* marcis. Apud **Aldrintune**, ex dono *Ricardi* de *Aldrintune*, una virgata, quam idem *Ric.* tenet pro *iii s.*

Apud **Condicote**, ex dono *Hugonis* de *Condicote*, dimidia hida terræ, quam *VValterus* tenet pro *viii s.* Apud **Cotesdene**, ex dono *Johannis* de *Evereus*, *i.* virgata; hanc virgatam tenent duæ viduæ pro *v s.*

Hæc eſt ſumma redditus pertinentiarum ad **Gutinge** xi l. x s. vi d. ob.

APud **Grete**, ex dono *Johannis* de *Suthleia i.* molendinum, quod tenet *Rad. Deſtin* pro *i.* marcà. Apud **Guttinge**, ex dono *G.* de *Laſci i.* molendinum quod tenet *Martinus* pro *xx s.* Fratres fecerunt *i.* molendinum fulerez apud **Beretone**, quod tenet *Wireht* pro *xxxii s.* Item ipſi fratres fecerunt aliud molendinum apud **Beretone**, quod tenet idem *VVireth* pro *xii s.*

Apud **Ingeslode**, ex dono *Rogeri* filii *Hunfridi*, tres hidæ terræ, quarum una eſt aſſiſa & duo in dominio, (&c.) Ib.f.28.a.

Hæ ſunt pertinentiæ de **Ingeslod**. Apud *VVintoniam viii s. iv d.* quod *Radulfus* reddit. Apud **Derneford**, ex dono *Aliz.* de *Toni* dim. hida terræ, quam *Th.* tenet pro *xv s.* Apud **Fernlee**, ex dono *Hawiſiæ* de *Parc iii.* virgatas terræ, (&c.) Apud **Warneford**, ex dono *Johannis* de *Port i.* molendinum quod *Eadmundus* ſacerdos tenet pro *xx s.* Apud **Soherabene**, ex dono *Roberti* Comitis de *Leiceſtre*, in uno molendino, quam *Steph.* Clericus reddit dim. marcam.

* Apud *Rocleiam*. ex dono *Joh. Mareſcalli i.* hida terræ, (&c.) *Ib.b.

Hæ ſunt pertinentiæ de *Rocleia*, apud **Berugge**, ex dono *VVill.* de *Bellocampo ii.* hidas terræ, &c. Item in eadem villâ de *Rocleia*, ex dono *Roberti* de *Ewias i.* hida terræ, quam *Walkelinus* tenet pro *xvi s.* Item ex dono *Adæ* de *Port*, apud **Berewic** *i.* virgata terræ, quam *VVill.* Clericus tenet pro dim. marcâ.

Apud **Westcote**, ex dono *Henrici Huſe*, *i.* hida terræ & dimidia, quas *Rob. Finch* tenet pro *xl s.* Ex dono *VVillielmi Achard* apud **Spersholt**, dimidia hida terræ, de quâ, &c. Ex dono *VValteri* captivi apud **Westcote**, unam culturam, quam *VVill.* tenet pro *xiv d.*

Apud **Bradewelle**, ex dono *Alani* de *Limeſi*, Eccleſia de **Bradewelle**, quam tenet Magiſter *VVillielmus* pro quatuor *Marcis*, &c. In villâ de **Bradewelle**, ex dono ipſius *Alani* de *Limeſi*, quinq; hidas terræ, quas iſti ſubſcripti tenent; *Edwardus* pro dimidiâ hida *xiv s.* & *ii d.* &c. Ib.29.a.

Apud **Cotesmore**, de dono *Alani* de *Limeſi*, *xix.* denariatas in pratis, quas tenet *Johannes*. Item apud **Cotesmore** ex dono ejuſdem *Alani xx d.* in pratis, quos tenet Magiſter *VVillielmus*. Ib.b.

Ex emptione ipſorum fratrum à *Radulpho* de *Wig.* unum molendinum apud **Cotesmore**, quod tenet *Johannes* filius *Lamberti* pro *x.* s. Apud **Filtwich**, ex dono *Alani* de *Limeſi* unum molendinum, quod tenet *Radulphus Longus* pro *v. s.*

Apud **Sibeſore**, ex dono *Willielmi* filii *Rogeri*, idem *Willielmus* tres hidas tenet ex prædictis, ad dominium (&c.)

Ib.30.a. Ex dono *Roberti* fratris *Willielmi*, tres virgatas, quas tenent ſubſcripti; *Godwinus* pro una virgata *iiii s.* (&c.)

Ib.31.a. Apud **Briſtol**, ex dono Comitis *Roberti*, quædam terra cujus pars ædificata eſt ab ipſis fratribus, & alia pars per hos homines, *Radulphus* de *Kent* pro uno maſuagio *xx. d.* (&c.)

Hæ ſunt pertinentiæ de **Briſtoll**; Apud **Crukes**, ex dono *Baldwini* Comitis, una marca, quam *Hugo* de *Tulecumbe* reddit. Apud **Merieth**, ex dono *Henrici* de *Merieth*, una virgata quam *Walterus* de *Merieth* tenet pro *iii. s.* Apud **Clothangre**, ex dono *Huberti* de *Peripunt*, quam tenet *Galfridus* de *Sancto Mauro* pro *Lxv. s.* Apud *Pulesdune*, ex dono *Savari* de *Pulesdune* una virgata quæ reddit *iii. s.* Apud *Pinitonam*, ex dono *Philippi* de *Columbariis*, dimidia virgata, quam una domina tenet pro *iv. s.*

Ib.b. Apud *Chiresbire*, ex dono *Roberti* filii *Reginaldi*, villa de **Chiresbire**, quam *Reginaldus Fricum*, & frater ejus tenent pro *xxx. s.* Apud **Hullam**, ex dono *Warini* de *Aula*, una virgata, quam tenet *Galfridus S. Mauro* pro *viii. s.* Apud **Walle**, ex dono *Samſonis Bloet*, una virgata, quam *Ricardus Probus* tenet pro *iii. s.*

In *Cornubia*, apud **Fawimore**, una terra quæ reddit dimidiam marcam. Apud **Cinertune**, ex dono *Ricardi Pincerna*, una virgata quam *Robertus Niger* tenet pro *v. s.* Apud **Lanſtaveltune**, ex dono *Ricardi* filii *Willielmi*, unum maſuagium, quam tenet *Walterus* pro *xii. d.* Apud **Loc**, ex dono *Walteri Blohet*, una virgata terræ quam *Walterus* de *Loc* tenet pro dimidia marca.

Ex dono fratris *Ferami* de *Bolonia* apud **Erelade** *C. s.* quas *Weilandus* reddit per annum, quando fratribus placuerit. Item ex dono ipſius fratris *Ferami* de *Bolonia*, apud *Artecubam*, quædam terra, quam iſti tenent & hos redditus reddant; *Swenl'g iii. s.* (&c.)

Apud **Menedep**, ex dono *Roberti* filii *Martini*, una terra, quæ reddit dimidiam marcam. Apud **Draitune** *xii. d.* Apud **Culertune**, ex dono *Willielmi* de *Mineres*, una virgata, quam tenet *Reinerus* pro *v. s.* Apud **Framtonam**, ex dono *Ricardi* filii *Puinz*, duas virgatas quas tenet *Rogerus* de *Cautelo* pro *xx. s.* Apud **Portesheved**, ex dono *Petri* de *Sancto Mauro*, una virgata quam tenet *Matelive* pro *iv. s.* Ex fraternitate *Giliberti Malet* annuatim una marca apud **Lamiete**. Ex dono *Baldewini* de *Columbariis* unum maſagium quod tenet *Eadwardus* pro *xviii. d.* Apud **Holewele**, ex dono *Ricardi* de *Monteacuto*, quam tenet *Robertus* pro • • • •s. Apud

Ib. 32.a. **Cumbam**, ex dono fratris *Serlonis* filii *Odonis*, tota villa de *Cumba*, quæ liberata eſt *Willielmo* de *Cumba*, filio ſacerdoti, & *W.* filio *Hugonis*, per *x.* annos, pro *xiii.* Marcis per annum. Apud **Ecforde**, ex dono *Aluredi* de *Nicol* una virgata, quam tenet *Robertus* dapifer, pro *iv.* s. Apud **Biſſopeſwrthe**, ex dono *Willielmi* filii *Johannis Lx.* acras, quas tenent *Edricus* & *Orgarus*, pro *v.* s. Apud **Tarent**, ex dono Comitis de *Moklent*, quam tenet *Hugo* de *Curce* pro *x.* s. Apud **Willetune**, ex dono *Reginaldi* filii *Urſi*, tota villa de **Willetone**, quam tenet ad firmam *Galfridus* de *S. Mauro*, per decem annos, pro *xvi.* marcis. Apud **Cliftone**, ex dono *Rogeri* de *Novant* *xii. s.* in molendino de **Cliftone**. Apud **Lanchevitone**, ex dono *Ricardi* filii *Willielmi*, *iii. s.* In molendino de **Lanchevitone**, quos reddunt Canonici de eadem villâ. Apud **Lachecoche**, ex dono Comitis *Patricii*, unum molendinum, quod quædam vidua & ejus filius tenent pro *xiiii. s.* (&c.)

De redditibus de baillia de **Weſtune.**

IN villâ de **Weſtone** ſunt duæ Carucatæ terræ de Mul. in dominio, ex dono Comitis *Giliberti*, & alia terra eſt aſſiſa ab iſtis hominibus ſequentibus; *Alricus Longus* tenet duas acras (&c.) Ib 32.b.

Ib 33.b. *Johannes* Clericus tenet tres virgatas terræ liberè, quietè, ab omnibus ſerviciis pro *iiii.* s. Ex dono de *Matildis* de *Londonia*, *Sexi* de *Willie* dimidiam virgatam terræ pro *iiii.* s. & inveniet duos homines ad preces cerviciæ, de feodo *Radulphi Pungarde* in villâ de **Bocland**. *Hervicus* Capellanus tenet tres acras, ex dono *Thomæ* de *Bocland*, & *Hervicus* filius ejus pro *xii.* d. pro omnibus ſerviciis. *Helias* de *Gladeſhe* duas acras pro *vi.* d. ex eodem dono. In **Ruth** *Radulphus* reddit dimidiam marcam, ex elemoſina patris ſui, & ſui ipſius.

Ib.34.a. Hic eſt annuus redditus in villâ de **Baldache**; Ex dono Comitis *Giliberti*; *Ricardus* de *Hereford* tenet tres acras de Burgagio in villâ de **Baldache**, pro *xviii.* d. pro omnibus ſerviciis (&c.)

Ib.35.b. In villâ de **Harteſch**. *Radulphus* & *Renerus* tenent dimidiam virgatam, ex dono *Adæ* de *Port*, pro *v.* s. pro omnibus ſerviciis.

Ib.36.a. In villâ de **Cadwerthe**, *Aſchetinus* Decanus, tenet tres virgatas pro *xx. s. iiii.* d. minus. Ex dono *Rogeri Barnard* in **Landeth**, *Ricardus* tenet unam virgatam terræ, ex dono *Hugonis* de *Bellocampo* pro *iiii. s.* pro omnibus ſerviciis.

In villâ de **Rullidene**, *Adam* & *Johannes* frater ejus tenent unam virgatam terræ pro *viii. s. ii. d.* Ex dono, *Reginaldi Chokes*, *Hamundus* dimidiam virgatam pro *iii. s.* (&c.) *Hugo* de *Nabadune* quinq; acras pro *xxviiii. d.* ex dono *Ricardi Templarii*.

In villa de **Buntingeford**, *Petrus Molendinarius* tenet *xiii.* acras, *v.* ex dono *Henrici* de *Chelers*, & *v.* ex dono *Ricardi* de *Halſiche* filii *Willielmi*; & tres ex dono *Reginaldi* filii *Petri* pro *xviii. d.* pro omnibus ſerviciis. *Reginaldus* de *Buntingford* *v.* acras, ex dono *Ricardi*

cardi de Halſache, & pratum de Buntingford Ib. b. pro xv. d. Spurun xl. acras in villâ de Corneia pro x. s. ex dono Radulfi Trichet, pro omnibus ſerviciis. In villâ de Codauch, Roinerus de Wivellelme dimidiam virgatam pro iiii. s. ex dono Matildis reginæ uxoris Regis Stephani. Alicia duas acras pro iiii. d. ex dono Radulfi Albi, Henricus de Hibentune tres acras pro vi. d. ex eodem dono. Brian de Abſodene i. acram pro vi. d. ex dono Lucæ de Abſeden. In Suttune, Johannes de Suttune, de dono Henrici Flandrenſis ii. s.

In villâ de Preſtune, ſunt quatuor carucatæ in dominio, ex dono Bernardi de Baillol; & partim ex dono Oliveri de Malvoier (&c.) Willielmus Gulafre tenet quoddam clauſum, quod vocatur Tunecroft, & v. acras, ex dono Albani de Hairun & meſuagium ſuum (&c.) *Ib. f. 37. a. * Nicholaus filius Giffardi vii. acras & meſuagium & gravam ſuam pro ii. s. ii. d. & quinque præcarias, ex dono Albani de Hairon; & tamen xii. d. ſunt ex dono Bernardi de Baillol, ſicut alii (&c.) Radulfus de Hairon tenet duas virgatas per unam marcam; ſed tenet xl. nummatas de dominio fratrum, ex conceſſione fratris Osberti de Gloeceſtria (&c.) * Ib. b. Ricardus Bercarius * vii. acras pro xxvii. d. & omnibus præcariis, ex dono Oliveri de Malvoier (&c.) Simon de Goſemer tres acras & dimidiam ex dono Oliveri de Malvoier; & tres acras & dimidiam ex dono Bernardi de Baillol, *Ib. f. 38. a. ut alii (&c.) * Willielmus Gernun unam virgatam pro dimidiâ marcâ, ex dono Oliveri de Malvoier.

In villâ de Melebro, Adam tenet tres virgatas pro iiii. s. ex dono Roberti de Albeni; & facit duas præcarias in autumpno (&c.) * Ib. b. * Petronel de [illegible] reddit duos ſolidos in elemoſinam, ex dono Willelmi Martel.

In villâ de [illegible], Willielmus filius Aſchetili tenet [illegible] virgatas, ex dono Willielmi Burdeth, pro [illegible] s. pro omnibus ſerviciis. Osbertus filius [illegible] i. virgatam pro iiii. s. ex dono domini Adami de [illegible]; & facit duas præcarias (&c.) Petrus filius Nicholai dimidiam hidam pro vii. s. viii. d. ex eadem donatione (&c.) Robertus de Raſſelden vii. acras, pro xviii. d. ex dono Roberti de Broi, pro omnibus ſerviciis. Robertus filius Turkilli ix. acras pro xl. d. ex dono Simonis de Waulle *Ib. f. 39. a. (&c.) * Hugo de Eddeworthe xvi. acras, pro iii. s. ex dono Roberti Broi & Simonis de Waulle (&c.) Hardingus iii. acras pro xii. d. ex dono Aſchetil & Nicholai (&c.) Aelvi tres acras pro xii. d. ex eadem donatione (&c.) Reginaldus Hun tres acras pro xii. d. ex eadem donatione (&c.) Reginaldus Mercator tres acras, pro xii. d. ex dono Simonis de Waulle (&c.) Aſchetil de Menhein vi. acras & meſuagium ſuum pro iii. s. iiii. d. ex dono Galfridi de Tralli (&c.) Will. Pauper xx. acras de dominio pro iiii. s. ex dono Willielmi Trichet (&c.) Warinus Faber x. acras pro xviii. d. ex eadem donatione (&c.) Rob. de Radewell xxviii. acras de terrâ arabili, & xlvi. acras de boſco, pro iiii. d. ex eadem donatione (&c.)

In villâ de Langford Lumicus Butte tenet xxxviii. acras ex dono Simonis de Waulle pro xviii. s. (&c.) Baldwinus xix. acras ex eadem donatione, pro viii. s. (&c.)

* De Eccleſiâ de Weſtune, de Altari redduntur annuatim tres marcæ & dimidia ex dono Comitis Gilberti. De Eccleſia de Baldach, ex eadem donatione x. marcæ. De Eccleſia de Langford, de Altari iii. marcæ, ex dono Simonis de Waulle; & de Curiâ fratrum iii. s. præter fructum gardini. * Ib. b.

Martinus molendinarius tenet molendinum de Radewell, ex dono Comitis Gilberti pro iii. marcis. Johannes Molendinarius tenet molendinum de Melebroche pro x. s. ex dono Roberti de Aubeni. Willielmus Molendinarius tenet molendinum de Duntune, pro xxvii. s. ex dono Randulfi de Sile. Alanus de Eaſtwiche reddit in elemoſinam xii. d. de ſuo molendino. De molendino de Langford redduntur vi. s. per annum ad decimationem, ex dono Simonis de Waulle.

Hic ſubſcribuntur redditus omnium Eccleſiarum, & molendinorum & terrarum de baillia de Lincolnſcire.

GAlfridus Presbyter de Aſthorp, de Eccleſiâ de Aſthorp, in vitâ ſuâ, nomine Eccleſiæ iiii. s. quæ eſt de dono Rogeri de Mumbray. Ib. f. 46. a. Robertus de Ver de Capellâ Burnham, quæ pertinet ad Eccleſiam de Aſthorp, in vitâ ſuâ iv. s., & poſt ejus deceſſum redibit in dominium. De Altari Eccleſiæ de Cambesburch iv. marcæ in hoc anno, & decimæ garbarum in dominio, quæ eſt ex dono Rogeri de Tolebu. Medietas Eccleſiæ de Wilketone, in dominio, quæ eſt de dono Simonis de Canci. Eccleſia de Trop in dominio, quæ eſt de dono Jollani de Engesb & Walteri Camerarii, quæ reddit iiii. marcas. Alanus Capellanus de Eccleſia de Hareby, in vita ſua ii. s. quæ eſt de dono Comitis Willielmi. Leonardus Presbyter de Eccleſia de Holckesby, in vita ſua xxv. s. quæ eſt de dono Comitis Ranulphi. Magiſter Petrus de Tilli de Eccleſia de Hanneſton, in vita ſua iii. marcas, quæ eſt de dono Roberti de Cale. Robertus de Novill de Eccleſia de Aſcheby, in vita ſua, nomine Eccleſiæ, dimidia marca, quæ eſt de dono Simonis Tuſchet & Jordani de Askeby. Johannes Clericus, de medietate Eccleſiæ de Traneiwell, in vita ſua dimidia marca nomine Eccleſiæ, quæ eſt de dono Roberti de Armenteres. Willielmus Clericus de medietate Eccleſiæ de Wime, in vita ſua tres marcæ & unum biſantium, & alia medietas in dominio, quæ eſt de dono Galfridi de Cleipol & Ogeri de Praxtone. Eccleſia de Strattone in dominio, quæ eſt de dono Roberti de Bruis. Alexander Clericus de Eccleſia de Caitorp, in vita ſua vi. marcæ, quæ eſt de dono Willielmi de Veſci. Germanus Clericus de Eccleſia de Roxhantun, in vita ſua iiii. s. quæ eſt de dono Willielmi de Veſci. Thomas Clericus de Eccleſia de Sibetorp

betorp, in vita ſua *i.* marca, quæ eſt de dono *Roberti* filii *Radulphi* & *Roberti Malebiſſe.* *Nicholaus* de *Marenham* de Eccleſiâ de **Marenham** * Ib.b. in vita ſua *ii s.* * quæ eſt de dono *Johannis* Conſtabularii *Ceſtria.* De altari Eccleſiæ de **Atles** *iv.* marcæ & decimæ garbarum in Dominio, quæ eſt de dono *Henr.* Regis ſecundi. De Eccleſiâ de **Sumerdbi** nichil, quæ eſt de dono *H.* Regis ſecundi. Et de Eccleſia de **Starle** nichil, quæ eſt de dono ejuſdem. De Eccleſia de **Aſlachebi** nichil, quæ eſt de dono *Huberti* de *Ria.* De Eccleſia de **Bilingburch** nichil, quæ eſt de dono *Rogeri Burnell.* De Eccleſia de **Botulfbrige** nichil, quæ eſt de dono *Roberti Gemeges.* De Eccleſia de **Godinges** nichil, quæ eſt de dono *Matildis Engane.* De Eccleſia de **Friſebi** nichil, quæ eſt de dono *Jordani Foliot.*

De filio *Ricardi* de *Halton*, de tertia parte molendini de **Haltone** *x s.* quod eſt de dono *Roberti* de *Bolonia.* *Ranulfus* Clericus de **Hagwardhinham** de molendino de **Diſcebi** *viii s.* quod eſt de dono *Seer* de *Arceles.* De dimidio molendini de **Golckeſbi** *v s.* quod eſt de dono *Roberti Baſſet.* De molendino de **Colingham** dimidia marca, quod eſt * de dono *VValteri* de *Colingham.* De molendino de **Scallebi**, quod eſt de dono *Simonis* de *Tuſchet*, dimidia marca. De molendino de **Bechingham**, quod eſt de dono *Heliæ Foliot* *ii.* marcæ. De tribus molendinis de **Torp** *lx s.* Molendina de **Bracebrig**, in dominio fratrum, quæ ſunt de dono Comitis *Ranulfi.* De molendino de **Walcketune** *x s.* quod eſt de dominio fratrum. Molendina de **Eccles** & de **Stapelhou**, in dominio, de dono *Rogeri* Fratres infirmi *Newerchiæ* percipiunt *v.* marcas de molendiris de **Gretune**, & reſiduum in dominio, quæ ſunt de feodo Epiſcopi *Lincolniæ.*

Ib.f 41.a. De molendino de **Stokes**, quod eſt de donatione *Miliſent* * de *Muncehaus*, *x s.* De molendino de **Stigand**, quod eſt de donatione *Matildis* de *Bajocis*, *xx s.* De molendino de **Wime**, in dominio, quod eſt de dominio. De molendino de **Grettaham** *xi s.* quod eſt de donatione *Rogeri* Comitis *VVarwici.* *Adam* filius *Roberti* magni, de molendino, quod vocatur *Phalefrei* *xx s.* quod eſt de donatione *VVill.* de *Herierbi*, filii *Roberti.* Idem *Adam* de dimidio molendino de **Mannetorp**, quod eſt de donatione *Rob. Race*, *xii s.* In *VVelleburna* quintum molendinum, & ſeptimum molendinum, de donatione *Ranulfi* de *Bajocis*, & Ailmerii de *VVelleburnia.* *Hugo Janitor* de iſto quinto molendino *xv s.* Septimum tenet *Nigellus* filius *Alexandri* in excambium pro medietate molendini de **Herierbi.** *VValterus* de *Graham*, de molendino juxta **Phalefrei**, quod eſt de donatione *Herberdi* de *Herierbi*, nichil, De molendino de **Mere**, quod eſt de dominio fratrum *i.* marca. *Hulf*, pro molendino de **Merigham** *viii s.* Ex donatione *Rob.* de *Gant* molendinum de **Sautebi**, quod *Rog.* de *Santebi* tenet pro *xiv s.* *Alanns* perſona de **Herloveſtone** *i.* molendinum in **Dentone**, ex donatione *Beatricis*, ex ſuâ propriâ emptione, pro *iv s.* In **Morintone** molendinum quod homines tenent pro *xii s.* *Johannes Burdun* pro molendino de **Aretone** *vi s. viii d.*

In *Lincolniâ VValterus* & *Radulfus* de *Newport*, pro *ii.* bovatis *x s*, *VVill.* de *Vinea* dimidia marca, (&c.)

* In **Bracebrig**, *Baldwinus ii s.* pro uno toſto. * Ib.b. *Haco* pro *i.* toſto *ii s.* (&c.)

Ogis de *VVadingtone*, pro *ii.* bovatis & tribus partibus unius bovatæ, quæ ſunt de donatione *VVill.* de *Colevill* *x s.* cum aliis conſuetudinibus. *Thomas* filius *Suave* pro unâ bovatâ, quæ eſt de donatione Comitis *Ranulfi* * *v s.* & * Ib.f.42.a preſent. *Hugo* pro dimidiâ carucata terræ, quæ fuit *Spileman*, quæ eſt de donatione Comitis *Ranulfi*, *viii s.* & preſent. & pro dominio *iv.* marcæ, in vitâ ſuâ. Filius *Eudonis* de *Eccles*, pro dimidiâ carucatâ terræ, quæ eſt de donatione Comitis *Ranulfi* *viii s.* & le preſent. Filius *VVinemerii*, pro quadam manſione, quæ eſt de donatione Comitis *Ranulfi*, quamdiu fratres voluerint, *ii s.* pro omnibus ſerviciis. In **Harmedeſtone**, *Galf.* de unâ bovata, quæ eſt de donatione *Hugonis* de *Mortimer*, *v s.* pro omnibus ſerviciis. In **Mere**, *Johannes* Clericus pro *i.* manſuagio & pro *i.* acra & dimidia, quæ ſunt de donatione *Roberti* de *Ropeſle* *ii s.* & le preſent, & *iv*, dies operis &c.

In **Brancetone**, *Will.* de la *Forde* pro dimidiâ carucatâ, * Ib. b. quam Fratres de **Kirkeſtede** warantizabunt fratribus Templi, pro excambio medietatis carucatæ terræ de **Cotes**, *vi s.* & quatuor gallinas & quatuor dies operis. In **Hanewrth**, *Hacun* pro dimidiâ carucatâ, de donatione *Walteri* de *Aencurt*, dimidiâ marcâ & quatuor dies, & le preſent. In **Methricham**, *Hulfus* pro dimidiâ carucatâ, de donatione *Philippi* de *Kime* *i.* marca, & idem *iii s.* &c. *Hugo VVinterhard* pro *ii.* bovatis, de donatione *VValteri VVinterhard* *xviii d.* &c.

De **Blankenei**, *Suanus Boggelam*, pro *vi.* bovatis *ix s.* de donatione *VValteri* de *Aencurt.* *Toke* de eadem villâ, pro *i.* toſto *iii s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, de donatione *VValteri* de *Aencurt.* *Johannes* filius *Alwardi* pro *i.* bovatâ de dono *Euſtachii* de *Bergates* *iii s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis. *Ranulfus* filius *Yvonis* pro *xii.* bovatis, de donatione *VValteri* de *Aencurt* & pro uno toſto de donatione *VVill.* de *Berville*, in **Kirkebi** *xxv s.* In **Stapiwic**, *Samanus Hogolant* pro *ii.* bovatis de donatione *VValteri* de *Aencurt* *v s.* *Adam* pro *i.* bovata & *ii.* toſtis & dimidio de feodo *Helpe Harbalaſtarii*, *iii s. vi d.* & opus & le preſent. *Gocelinus* Clericus pro *i.* bovata de eodem feodo *ii s.* & quatuor gallinas, & *iv.* dies operis. *Herwardus* pro *i.* toſto de eodem feodo *ii s.* & quatuor gallinas, & *iv.* dies operis. *Aliz* vidua, & *Galfridus Hazard*, pro *ii.* bovatis de eodem feodo * *v s.* & *iv.* dies * Ib.f.43.a operis & le preſent. *Oſbertus Hogolam* de eodem feodo, pro *i.* bovata *xviii d.* & *iv.* dies, & le preſent. In **Kirkebi**, *Oſmundus* pro *i.* toſto de feodo *VValteri* de *Aencurt*, *iii s.* & *iv.* dies, & le preſent. *Thomas* pro *i.* toſto de eodem feodo, & opus, & preſent. *Rogerus* de *Blankenei*, in **Kirkebi**, pro *i.* toſto de feodo

Helpe, ii s. & *iv.* dies operis & le preſent. Et prædictos duos ſolidos accipiet *Randulfus* de *Blankenei*, & opus & le preſent. remanet nobis. In **Martone**, *Rogerus*, de feodo *Walteri* de *Aencurt*, pro *i.* bovatâ *v s.* & *iv.* gallinas & *iv.* dies operis.

In **Timberland** *Radulfus* & *Turſtanus* frater ejus, pro dimidiâ bovatâ de feodo Comitis *Ceſtriæ v s.* & *iv.* dies & le preſent. *Will.* filius *Waldingi xii d.* pro homagio ſuo, (&c.) In *Bilingheia*, *Clemens* Decanus pro *i.* toſto de donatione *Petri* de *Bilingheia xii d.* In **Willinghoze**, filius *Coupman* pro *i.* toſto *ii s.* de donatione *Radulfi* de *Furneis*, & *iv.* dies operis, & le preſent. uxor *Rad. Francigena* pro *i.* bovatâ & *i.* toſto, de donatione *Willielmi*. De dono *Willielmi* de *Yſeni i.* libram piperis ad feſtum beati *Botulfi*. De uno toſto quod uxor *Willielmi* de *Yſeni* tenuit *vi d.* ad lumen Eccleſiæ Templi. In **Navenbi** *Ric.* Decanus pro *i.* toſto & *i.* bovatâ terræ, de ſuo proprio dono *ii s.* *Galfridus xi s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, pro uno toſto, & pro tertiâ parte quatuor bovatarum. *Oſbertus* perſona pro *i.* toſto, & pro *xii.* acris, de dono *Alexandri*, *ii s.* * Ib.b. *(&c.) *Ledbertus* filius *Willielmi* de *Schuiade*, pro *i.* bovata & *i.* toſto, & *vi.* acris, de dono *Alexandri ii s. vi d.* & *iv.* dies operis, & le preſent. *Alexander* pro *i.* toſto de ſuo proprio dono *vi d.* In **Colebi**, uxor Preſbyteri pro *i.* bovatâ & *i.* toſto, de dono *Ogeri* de *Sproxtun v s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis. In **Himodeſtun**, *Galf.* pro *i.* toſto, & *i.* bovatâ *v s.* pro omnibus ſerviciis. In **Schinand**, *Nigellus* filius *Alexandri*, pro *iv.* carucatis, de dono *Roberti* de *Staford*, dimidiam marcam.

In **Welcburne**, *Beatrix* pro dimidiâ bovatâ, & *i.* toſto, de donatione . . . . de *Bajocis*, *ii s.* *iv.* dies operis, & *iv.* gallinas. *Will.* filius *Ailmeri*, pro dimidia bovata, & *i.* toſto *xii d.* *Robertus* de *Maldun* pro *i.* toſto de dono *Hugonis* de *Bajocis*, *ii s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis. *Hugo Janitor* pro *ii.* bovatis & *i* toſto, de dono *Hugonis* de *Bajocis*, *ii s.* quos *Hugo* de *Bajocis* habebat in vita ſua per manum fratrum, & poſt ejus deceſſum ipſi prædicti *ii s.* remanebunt ipſis fratribus quieti.

In **Diringhton** *Rad.* Decanus de *ii.* bovatis de donatione *Walteri* de *Dirinton iv s.* *Rob. Winterhard* pro *i.* bovata *xvi d.* *Rob.* Capellanus de *i.* toſto * de dono *Roberti* de *Calz* * Ib.f.44. *xii d.* & opus, & le preſent. *Lund.* pro *i.* toſto *xii d.* & *iv.* gallinas & *iv.* dies operis. *Will.* de *Boville* pro *i.* toſto, & particula terræ, de dono *Rulf* de *Ledenham xii d.* & opus, & le preſent. In **Brancewelle**, *Clemens* Decanus pro *i.* bovata & tertia parte *i.* bovatæ, quæ ſunt de dono *Wigoti ii s. viii d.* *Walterus Winterhard* & *Walt.* de *Bovill* pro *ix.* bovatis, de dono *Roberti* de *Calz*, *iv s.* *Ainfridus* pro *ii.* partibus unius bovatæ, quæ ſunt de dono *Wigoti* de *Brancewelle xvi d.* *Rogerus* pro *i.* toſto de dono *Alexandri* de *Creſſi ii s.* & le preſent. & quatuor dies operis. *Wlbernus* pro *i.* toſto *xii d.* de dono *Roberti* de *Anſewic*, & le preſent. In **Dunesbi** *Will.* pro *i.* toſto, de dono *Alexandri* de *Creſſi* & opus, & le preſent. & *ii s.* *Thomas* Preſbyter de dono ejuſdem pro *i.* toſto *xii d.* & le preſent.

In **Cranewelle** ſunt ſex carucatæ terræ, de dono *Davidis* de *Armenters*; de quibus *Thomas* de *Fulebec*, tenet *v.* carucatas in cuſtodia, & dim pro *xii s.* & *iv d.* *Will.* de *Armenters* pro dim. carucata de terra *vii s.* & opus, & le preſent. *Will.* de *Cranewell* pro *i.* carucata terræ de dono *Roberti Selvan vi s.* *Fulco* filius *Mauricii* de dim. carucata, quæ eſt de dono *Henrici Selvain iii s. iv d.* In **Leſlingeham** *Anti* & *Oſmundus*, pro *i.* bovata, de donatione *Radulfi Anſelm viii s.* & opus, & le preſent. In **Evedune**, *Will.* de *Beunbroch* pro *i.* bovata, de donatione *Will.* filii *Ranulfi*, *ii s.* *Poidas* pro *i.* toſto *ii s.* & opus & le preſent.

* In **Pwazeti** *Nicholaus* pro *vi.* bovatis & * Ib. b. dim. quæ ſunt de feodo *Nigelli* filii *Alexandri*, *xx d.* *Walterus* frater ejus pro *i.* carucata de feudo ejuſdem dimidia marca. *Fulco* frater Magiſtri *Girardi* pro *i.* bovata & dim. de eodem feudo *iv s.* Magiſter *Robertus* & *Will.* filius ejus, pro *ii.* toſtis de eodem feudo *ii s.* In **Barketone**, *Walt.* le *Neucunen*, pro *i.* toſto *ii s.* & le preſent. & *iv.* dies operationis. In **Uncle**, *Will.* pro *v.* bovatis, de dono *Gilberti* de *Gant xx s.* & le preſent. & *iv.* dies operationis. In **Leiltorp** *Gerardus* pro *i.* bovata, de dono *Alani* filii *Nigelli*, *v s.* & le preſent. & *iv.* dies operis. *Azer* pro *i.* bovata de ejuſdem donatione *v s.* & le preſent. & *iv.* dies operis. *Herwardus* pro *i.* toſto *vi d.* *Will. Pariſienſis* pro dim. bovata, de dono *Will. Grim.* de *Aſgarbi*, *xviii d.*

In **Burtune**, **Siford**, & **Lamberd**, pro *ii.* bovatis, de donatione *Mauricii* de *Crun*, *i.* marca, & *viii.* gallinas, & *viii.* dies operis. In **Spanebi** de *i.* bovata de dono *Pagani Foliot ii s.* & opus, & le preſent. In **Hozbeling**, *David* pro *i.* toſto, de dono *Roberti Goſelin*, *ii s.* & *iv.* gallinas: Et *i.* toſtus, qui fuit *Hugonis*, reddit *ii s.* & *iv.* gallinas. In **Bilingburc**, uxor *Rogeri Burnel* pro unâ bovatâ in vita ſua, de dono ejuſdem *Rogeri*, *xii d.* cum toſto ſuo. In **Trikingham**, *Thoma*, pro uno toſto de dono *Alani pedis canis*, *ii s.* & opus, & le preſent. *Rogerus* pro *i.* toſto de dono *Reginaldi Falconard*, *xii d.* & opus & le preſent. *Robertus* filius *Grimkil*, pro quadam particula terræ de dono *Roberti Raz*, *iii d.* In **Neutune**, *Will. Puntandein ii.* bovatas de donatione *Roberti Raz*, pro *iv s.* & opus & le preſent. *Haldam* pro *i.* toſto, de dono *Reginaldi Pincernæ*, & opus, & le preſent.

In **Picwardhe** * *Rob. Colm*, & *Adam* filius * Ib.f.45 a *Roberti Granti*, pro *ii.* bovatis, de dono *Eliæ* de *Mundevill*, *v s.* *Erkſbi* filius *Morici*, pro *i.* bovata, de dono *Clariz xviii d.* In **Lavintone**, *Walt.* pro *iv.* acris, & *i.* toſto, de dono *Gerard* de *Cailli ii s.* In **Mannetorp**, *Willielmus*, pro *i.* bovata, & plus, de dono *Roberti* filii *Hugonis*, *x s.* & *iv.* dies, & le preſent. *Manne*, pro una bovata, de dono ejuſdem *viii s.* & *iv.* dies, & le preſent. *Reginaldus*, pro *vi.* acris terræ, & pro *i.* acra prati, *iv s.* In **Bocbi** *Will.* pro *i.* toſto, & dim. acra, de dono *Alexandri* de *Sumerbi*, & pro *iiii.* acris, de dono *Hugonis* de *Boebi*. Item in **Boebi** *Galfr.* perſona, pro *i.* toſto *vi d.* In **Graham** *Robertus* le *Mercer v* s. pro *i.* bovata, & *i.* toſto, de feodo de *Crun*, & de dono *Alfredi* de *Pontni*, *Will. Brun v* s. pro *i.* bovata & *i.* toſto de ejuſdem. *Henricus* Clericus *ii* s. *Nich. Piſtor iii s. Walterus* nepos *Reſti xxxii d.* In **Gunfordebi** *Vitalis* Clericus, pro *i.* bovata, de dono *Roberti Radulf ii* s. *Walterus* frater ejus, pro uno toſto *ii* s. de dono *Rogeri*. Idem *Vitalis*, & *Walt.* frater ejus, pro dim. carucata, de dono *Galfridi* de *Cauz*. *iv* s.

In **Hannetorp**, juxta **Gunnefordbi**, *Simeon* Decanus pro *i.* toſto & *v.* ſelionibus, de feodo *Roberti* filii *Swale*, *ii s.* *Adam* filius *Roberti* magni, ex emptione patris ſui, pro *i.* carucâ & dim. *v.ii* s. pro omnibus ſerviciis. In **Waletune** *Galfridus* & *Golgrim* pro *ii.* toſtis, de feudo *Nigelli ii* s. In **Berebi** *Ivo* de *i.* bovatâ, & *i.* toſto, de feudo *Radulfi Peiſun iv* s. In **Alintune** Magiſter *Oſbertus*, pro *i.* toſto, de dono *Radulfi* de *Warewic xii* d. Ex dono *Rad.* de *Warewic ii.* bovatas, quæ reddunt *ii s.* In **Dentune** *Jwein*, pro *ii.* bovatis & *i.* toſto, de dono fratris *Roberti iv* s. *Criſtien* pro *ii* bovatis & *i.* toſto, de dono ejuſdem *iv* s. * *Robertus* filius *Edwini*, pro *i.* toſto, & *i.* bovatâ de dono *Beatricis iv* s. *iv* d. In **Belton**, *Azur* pro *i.* toſto, de dono *Willielmi Triketoſ xvi* d. *Alanus* perſona de **Herlaveſtune** *i.* toſtum. In **Barkeſtune** *Nich.* Clericus pro *i.* bovatâ de dono *Hugonis* de *Ovilla*, & *i.* toſtum; & pro *vii.* acris, & de *i.* toſto de dono *Hamundi*, *iv* s. In **Hetterbi**, *Simon*, pro *i.* toſto & *i.* bovatâ, de dono *Herberti* filii *Hugonis*, *ii* s.

* Ib. b.

In **Ledenham** *Alanus Cappe*, pro dim. carucatâ, de feodo *Nigelli*, *v* s. Et idem pro *i.* bovatâ in **Kingſtancor**, de feudo ejuſdem *iv. s.* *Jordanus* perſona de **Ledenham**, pro prato, de dono Comitis de *Britannia* dim. marcam. In **Cleipol**, *Johannes* pro *i.* toſto de feudo *Alfredi* de *Huwelle*, *xviii* d. In **Aubetune**, *Nicholaus*, pro *i.* bovatâ, & *i.* toſto, & pro quartâ parte unius bovatæ, de dono *Roberti* de *Cauz*, *iii* s. *iv* d. & *iv.* gallinas. In **Suttun**, *Edric* pro *ii.* bovatis, & *ii.* toſtis, de dono *Margareta*, *ii* s. In **Torp**, fœmina *Will. Burefort*, pro *i.* toſto, de dono *Roberti* filii *Will. ii* s. & *iv.* gallinas. In **Bructune**, *Hugo* de *Jort*, pro *i.* toſto, & *i.* bovata, de dono *Elia* de *Aubeni*, *iv* s. In **Cathtorp**, *Radulfus* & *Robertus*, & *Ricardus*, pro *v.* bovatis, & pro tribus toſtis, de feudo Eccleſiæ, *xx* s. pro omnibus ſerviciis. In **Carletune**, *Helewis* vidua, pro *i.* bovatâ, & *i.* toſto de dono *Radulfi* de *Amundevill*, *v* s. & opus, & le preſent. *Holdewinus* auceps, pro *i.* toſto, & *ii.* acris, de dono *Radulfi* de *Amundevill xii* d. & opus & le preſent. In **Baſigham**, *Alexander* pro *i.* bovata, & *i.* toſto de dono *Roberti Olifarat*, dim. marca, & opus, & le preſent. In **Binigtune**, *Galfr.* Clericus, pro *i.* toſto *xii* d. In *Haburnia*, *Robertus*, pro *ii.* bovatis, de dono *Radulfi* de *Aubeni*, *iv* s. & opus, & le preſent. In **Wilhebi**, *Ric. Cementarius*, pro *i.* bovata, & *i.* toſto *iv* s. & *iv.* gallinas, & hoc eſt de dono *Alfredi*. In **Anecaſtre**, *Ailmerus*, pro *i.* toſto, quod fratres habent in excambium. * de *Johanne Burdun*, pro quodam molendino, *xvi* d. In **Wiſleford**, *Martinus*, pro *i.* bovatâ, & *i.* toſto *ii s.* & *iv.* gallinas, & *ii.* dies operis, & hoc eſt de dono *Oſmundi Ferling*. *Hervi Coleman* pro *i.* bovatâ & *i.* toſto, de dono, *Philippi*, *ii s.*

* Ib. f. 462.

In **Silkebi**, *Raenildus*, pro *i.* toſto, de dono *Roberti* de *Wilhebi*, *ii* s. & le preſent. In **Roucebi**, *Galfridus Perrun*, de tenemento ſuo *Roberti* de *Staford*, *xxxiii s. iv d.* *Wlbern*, pro *ii.* bovatis, & toſto *x s.* & quatuor gallinas & *iv.* dies operis, de dono *Galfridi Perrun*. *Jordanus*, pro *i.* bovata, & *i.* toſto *v s.* & *iv.* gallinas & *iv.* dies operis ex dono ejuſdem. *Ricardus* pro *i.* bovata & *i.* toſto *iv s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, de dono *Reginaldi* de *Normanvill*. *Wido* pro dim. bovata & *i.* toſto *ii s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, de dono ejuſdem. *Hernebern*, pro dim. bovatâ & *i.* toſto *ii* s. & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, de dono ejuſdem. *Petrus*, pro dim. bovatâ, & *i.* toſto *ii s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, de donatione ejuſdem. *Colſudin Opilio*, pro dim. bovatâ & *i.* toſto *ii s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, de dono ejuſdem. *Tho. Kafot*, de *i.* bovatâ, & dim. & *i.* toſto, de dono *Roberti* de *Cauz*, *iii s.* *Anneis* mater ejus, pro dim. bovatâ, de dono ejuſdem, *xii d.* *Johannes Pelliparius*, pro *i.* bovata & *i.* toſto, de dono ejuſdem, *v* s. & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis. *Walt. Holdecum* pro *iii.* bovatis, & *i.* toſto *v* s. de dono *R.* de *Cauz*. *Tho. Prapoſitus*, pro *i.* bovata & *i.* toſto, de dono ejuſdem *v* s. & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis. *Rob. Hals* pro *i.* toſto *xii* d. & *ii.* gallinas, & *ii.* dies operis. *Alfredus* pro *v.* acris, & *i.* toſto *xx d.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, de dono *Roberti* de *Cauz*. *Randulfus Triturator*, pro *i.* bovata, & *i.* toſto de dono *Walteri* filii *Holdewin* * *iii s* * *v d.* & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. *Picot* pro *i.* toſto, de dono *Henrici*, de feudo *Galfridi* de *Perrun*, *xii* d. & quatuor gallinas, & *ii.* dies operis. *Walterus* le *Neuecum*, pro uno toſto, de dono *Walteri* filii *Holdewin*, *xii d.* & quatuor gallinas, & *ii.* dies operis. *Radulfus* filius *Johannis*, pro uno toſto *xii* d. de dono *Willielmi* filii *Hervei*. *Rogerus* filius *Haldani*, pro una bovata, & uno toſto, de dono *Gileberti* de *Hervermu ii* s. *Walt. Peri*, pro uno toſto *xii* d. de dono *Galfr.* In **Riſkintone** *Reginaldus*, pro una bovata, & uno toſto *iii* s. & quatuor gallinas & quatuor dies operis, de dono *Radulfi* de *Halſelin*. *Johannes* perſona, pro uno toſto, de dono ejuſdem, *xii* d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operationis. *Adam Belle*, pro dim. toſto de donatione ejuſdem, *xx* d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. *Robertus* filius *Ren.* pro dim. toſto, de dono ejuſdem, *xvi* d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. *Rocelinus* Faber, pro uno toſto, *xii* d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis.

* Ib. b.

In Templo *Bruerie*, *Hugo Belle* pro *vi.* acris, & uno toſto, *xviii* d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis, (&c.)

In

*Ib.f.47.b. * In **Aſchebi**, de dono *Simonis Tuſchet xxxviii.* bovatas, & tertiam partem unius bovatæ; ſcil. pro unaquaq; bovatâ, *iv* s. & de tertia parte unius bovatæ, *xvi* d. cum debitis conſuetudinibus & operationibus. In eadem villa, de feudo *Jordani vi.* bovatas, (&c.) In eadem villâ *ii.* toſta, de dono *Simonis Tuſchet*, quorum quodlibet reddit *iv* d. & quatuor gallinas. In **Digbi**, *Will.* pro *ii.* toſtis, de dono *Radulſi Halſelin*, *ii* s. In **Blocſcham**, *Reginaldus*, pro uno toſto, de dono *Wigoti*, *xii* d.

*Ib.f.48.a. * In villa S. *Botulſi* de dominico toſto fratrum, *ii* s. de dono *Rahmeri*. In eadem villa *Johannes* pro uno toſto de dono Comitis *Britanniæ* *v* s. & preſent. In **Flet**, *Augerus* pro *L.* acris, de dono *Ricardi* de *Flet*, dim. marca. In **Dunetune** *Walterus* pro uno toſto, de dono *Willielmi* filii *God*, *xvi* d.

In **Aſlachebi**, de dono *Huberti* de *Ria*, *x.* carucatas, *Margareta* de *Perci* *xx* s. In **Riſebi**, ex dono *Mattricis Radelli*, uxoris *Mauricii*, pro una bovata *xviii* d. *Andreas* de *Auetorp*, pro uno toſto & *iii.* acris *ii* s. de dono *Walteri* de *Rancebi*. In **Hamnebi**, *Adam* pro dimidiâ bovatâ & uno toſto, de dono *Rogeri Groſſi*, *ii* s. In **Crinetorp**, *Edmundus*, pro uno toſto, de dono *Walteri* filii *Aluri*, *xii* d. & le preſent. In **Duſebi**, *Randulfus* unum toſtum, de dono *Rogeri Malebranche*, pro *xii* d. & le preſent. In **Ringkeſdune** *Turſtanus* pro uno toſto, *xii* d. & le preſent.

*Ib.b. * Ex feudo *Roberti Britonis*, & de feudo *Ingelrami* de *Bratun*, *Rogerus* filius *Ricardi*, pro *iv.* bovatis, & ſarcii & aliis peciis, *xv s.* *Ric. Petit* *xii* d. de eodem feudo. Et *Rob.* filius *Will.* *xvi* d. *Reginaldus* *ii* s. & *vi* d. *Randulfus* *ii* s. *iii* d. *Oſbertus*, pro una bovata *ii* s. & dim. *Robertus*, pro duabus bovatis, de eodem feudo. *Rogerus* pro duabus bovatis *v s.* de eodem feudo. *Rogerus Faber*, pro quadam peciâ terræ *xviii* d. uxor *Arnaldi* pro **Morcroſ**, *xx* d. & pro alia quadam pecia terræ, *xii* d. *Suanus*, pro duabus bovatis *v* s. de feodo *Aſcul Muſard*. *Oſbertus* pro una bovata *iii* s. & *Ric.* de eodem feudo, *iii* s. *Ric.* de *Faeſoloz*, de dono *Col.* *iii* s. *ii* d. *Carpenter* pro una bovata *iii* s. *ii* d. de dono *Col.* *Lambertus*, pro duabus bovatis, *vii* s. de feodo *Roberti Britonis*. *Rob.* de *Boetorp*, pro una acra terræ de eodem feodo *iii* d. *Johannes*, pro alia, de eodem feodo, *iv* d. *Ric.* de *Brantune*, pro duabus bovatis terræ, de eodem feudo, *iii* s. *Aſcer*, pro una bovatâ terræ, *xviii* d. de dono *Roberti* de *Hertill*.

De **Derebi**, *Radulfus*, *iii* s. *Philippus*, *xii* d. In **Derebi**, de dono *Patriæ Roſer*, pro quodam clauſo, *xxxii.* d.

Notingham, *Radulfus Tel*, *ii* s. *Hugo Tel*, *xii* d. De **Ducmantune**, *Hugo*, *xii* d. de feodo *Haſcul Muſard*. De **Normanton**, Hoſpes noſter, de feodo *Reginaldi*, *v* s. *Gilbertus* *xx* d. *Adam* *x* d. *Hucceman* *xl.* (&c.)

*Ib.f.49.a. * In **Ceſtrefeld**, de feodo Regis, *Will. Piſtor* *xiv* d. Fœmina *Ric.* le *Tanur* *xii* d. De **Scelford**, de feodo *Rad. Hanſelini*, *Hugo* filius *Galfr.* *v s.* pro quatuor bovatis terræ. *Hugo Medicus*, de feudo *Roberti* de *Cauz*, pro uno toſto & una acra *ii* s. *Rob.* de *Aburna* *xii* d. pro uno toſto in elemoſinam. Fœmina *Terri* de *Sibetorp*, *xvi* d. de feodo *Roberti* de *Averes*, & *Rad.* de S. *Paulo*. *Godwinus*, de eodem feudo, pro uno toſto, *xii* d. De **Newerch** de feodo Epiſcopi, *Rad.* *xii* d. *Rob.* de *Wirmington*, *xii* d. in eadem villâ; *Walt.* *xii* d. De **Botington**, *Nich.* & *Reginaldus*, de feudo *Will. Peſun*, *iii* s. pro una bovata.

* De Eccleſiis; de Molendinis; de terris aſſiſis, de tota **Lindeſeie**.

*Ib.b.

G*Alfridus* Presbyter de **Aletorp**, de Eccleſia de **Aletorp**, in vitâ ſuâ, nomine Eccleſiæ *iv.* s. quæ eſt de dono *Rog.* de *Munbray*. *Rob.* de *Ver*, de capellâ de **Burnham**, quæ pertinet ad Eccleſiam de **Aletorp**, in vitâ ſuâ *iv* s. (&c.)

*Ib.f.50.a. * De bailliâ de *Lindeſeia*. Apud **Wilketone** ſunt *xi.* bovatæ, & *v.* toſta, de dono *Rogeri* de *Buſlei*. In **Wilketune** *Ric.* de *Kinierbi* duas bovatas, & unum toſtum, pro *x* s. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. *Ric.* de *Helmet* una bovata, (&c.)

*Ib.b. * Tota iſta terra prædicta eſt de dono *Simonis* de *Canci*, & de dono *Rog.* de *Buſlei*; ſed villata neſcit ſeparare feudum *Simonis* de *Canci* à feudo *Rogeri* de *Buſlei*, exceptis quinq; toſtis.

De pertinentiis de **Wilketune**, *Eudo* de *Hemeſwelle*, pro una bovata, & uno toſto, de donatione *Will.* filii *Rannulſi*, *v s.* & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. In **Peltorp**, *Rad.* pro una bovata, & uno toſto, de dono *Rogeri* de S. *Martino*, *x s.* & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. Et ipſe pro uno toſto in **Dunſtal**, de dono *Hugonis* de *Cauz*, *ii s.* & quatuor gallinas & quatuor dies operis. In **Dunſtal** *Will.* de *Lactone* pro uno toſto, & una bovata, de dono *Oſberti* de *Cauz* *iii s.* In **Bliburch**, *Brand*, pro una bovata, & uno toſto, de dono *Oſberti* de *Cauz* *v s.* & quatuor gallinas & quatuor dies operis. *Walterus* unum toſtum pro *xii* d. de dono ejuſdem, & quatuor gallinas & quatuor dies operis. *Galfridus*, pro uno toſto, de dono ejuſdem *xii d.* & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. *Arnaldus*, pro dimidiâ bovatâ, de donatione ejuſdem, & pro uno toſto, de dono *Hugonis* de *Cauz*, *ii s.* & *vi d.* & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. *Walterus Ruſticus*, pro uno toſto, de dono *Rogeri* de S. *Martino*, *xii d.* & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. In **Winfrington**, *Rad. Travel*, quatuor bovatas, & unum toſtum, de dono *Willielmi* de *Areſci*, *iv s.* *Herbertus*, pro uno toſto de eodem dono *xii d.* In **Appelbi**, *Ric.* filius *Mordan*, quatuor bovatas & unum toſtum, de dono *Johannis* * *Malherbe*, pro *iv s.* *Ib.f.51.a.

In **Berchtone** moniales de **Gaukewel**, pro quatuor bovatis, *iv s.* de dono *Godwini* divitis *Lincolniæ*. In **Wadingham**, *Ric.* Presbyter, pro dimidio toſto, de feudo *Will.* filii *Mile*

Criſpini, vi d. Et uxor Criſpini, pro aliâ medietate, vi d. In **Staunton**, Oſbertus Cantebet, pro uno toſto, de dono Hugonis filii Oliveri, xii d. In eadem villâ Rollant, pro uno toſto, de dono Oliveri fratris ejus, xii d. In **Anzedebi**, Willielmus de Toſt pro uno toſto, de dono Willielmi filii Hugonis de Staunton, xii d. In **Glentcham**, Yvo quatuor bovatas, & unum toſtum, & vi. acras prati, de dono Gileberti de Glentcham, pro v s. In Ounesbi, Johannes, pro uno toſto & quatuor acris, de dono Rehaiſe, & aliud toſtum & quatuor acras, pro iv s. Et idem unam bovatam, de dono Odonis de S. Cruce. In **Sarebi**, uxor Ricardi Caſenhat dimidia carucata, & duo toſta, de dono Willielmi Foliot, pro dim. marcâ: Sed Canonici Hoſpitalis Lincolniæ tenent medietatem iſtius terræ, & reddunt medietatem ſervicii. In **Dunham**, Thomas dimidiam carucatam & unum toſtum, de dono Thoroldi de Nevill, v s. In **Keresbi**, Andreas ii. bovatas & unum toſtum, de dono Stephani Camerarii, iii s. In **Scamtun**, Emma, ix. bovatas cum toſtis de dono Gilberti de Gant, iii s. In **Torp**, Hugo Camerarius, pro ſuo tenemento, de dono Gilberti de Gant, xiii s. Thomas frater ejus ii. bovatas, de eodem feudo, pro iii s. Rodulfus unam bovatam, de eodem feodo, pro iv s.

In Stowa, Ric. Presbyter, pro uno toſto, de dono Gaslani de Engelbi, ii s. In **Marton**, Willielmus, ii. bovatas, & unum toſtum, de dono Walteri de Amundevill. ii s. In **Lee**, Abraham, unam bovatam, & unum toſtum, de dono Rogeri de Trahamton, * xviii d. In **Gainesburch**, de ii. bovatis, & uno toſto, quæ ſunt de feudo Eccleſiæ, viii s. In **Upton** Hubertus, quatuor bovatas, & dim. & unum toſtum & xx. acras de boſco, & x. acras prati, de dono Roberti de Trehamton, pro una marca: Et idem Hubertus ii. bovatas, de dono Odonis de S. Cruce, pro xx d. Robertus Wacelin xiv. bovatas cum pertinentiis de dono Roberti de Trehamton, iii s. In **Coningham**, Falco Presbyter, pro una bovata & uno toſto, de dono Gileberti de Baa, ii s. In **Lacton**, Willielmus unum toſtum, de dono Simonis filii Walteri, xii d. In **Blitone**, Idonea de Murceaus, tres magnas bovatas & quatuor toſta, & unum toſtum in **Lacton**, de dono Simonis filii Walteri, iii s. In **Hingham**, Philippus de Kime, vii. acras, & unum toſtum, de dono Willielmi filii Oſberti, vi d. ad feſtum S. Michaelis.

* Ib. b.

In baillia de Caburna, in **Barton**, uxor Gune i. toſtum, de feudo Gilberti de Gant. xii. d. In **Wolrikebi**, Will. de Dovera iv. bovatas, & i. toſtum, de dono Radulphi Scrope, dimidiam marcam. In eadem villâ Ricardus i. toſtum, quod pertinet ad prædictas iv. bovatas. In **Wotton**, Hugo de Pratis ii. bovatas, & i. toſtum, de dono Bernardi filii, vii. s. In **Lingeberch**, Maugerus xxviii. bovatas, de dono Lamberti de Scoteni, ii. marcas. Falco i. bovatam & i. toſtum * de dono ejuſdem iii s. iv d. Falco junior, i. bovata & i. toſtum de dono Ricardi de Colevill, iii s. & iv d. In **Stalingburch**, Johannes i. toſtum de dono Thomæ de Areſci, xii d. In **Alesbi**, Dionyſius i. toſtum, de dono Pigoti de Laſceles, xii d. In **Prebi**, Dreu, dimidiam bovatam & ii. toſta, de dono Henrici de la Hagagh, iii. s. In **Cainnesbi**, Stephanus Faber & Hamo Carpentarius i. toſtum, de dono Willielmi filii Radulfi iii s. Willielmus Wither i. toſtum, de dono Radulfi filii Deu, iii s. In **Heutone** Emma i. bovatam, & i. toſtum, de dono Jacobi de Mundegumer, xii d. In Ravendala Hermerus i. bovatam, & i. toſtum, de dono Yvonis de Belesbi, iv s. In **Turgrimbi** Walterus i. carucatam, cum pertinentiis, de dono Rogeri de Tholebu, i. marcam.

* Ib. f.52.a

In **Fulestou**, Ricardus i. toſtum, de dono Roberti Waberti, xii d. Robertus i. toſtum de eodem dono, xii d. Robertus i. toſtum & i. bovatam & i. ſatinam de dono Walteri Boec, pro excambio terræ Stephani de Ereſbi, dim. marcam. Hugo Halleia i. bovatam de dono Radulfi de Belebet, iii s. Radulfus filius Sigge i. toſtum, de eodem feodo, xii d. In Caburnia, Rogerus filius Herveri, iii. bovatas & i. toſtum, pro dimidiâ marcâ. Gillibertus de Turribus, vii. bovatas, pro iv s. de **Warnoth**, Sibid vidua, dimid. bovatam & i. toſtum pro ii s. vi d. & iv. gallinas, & v. dies operis. Havila vidua, i. toſtum & dim. bovatam pro ii s. & quatuor gallinas & quatuor dies operis. Eadem pro toſto Winemerii, xii d. & iv. gallinas, & iv. dies operis. Maugerus i. toſtum pro xii d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. Hugo filius Willielmi i. bovatam & i. toſtum pro iv s. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. Will. filius Gameli i. toſtum pro dim. librâ piperis. Hæc terra de Caburna eſt de dono Hugonis de Bajocis.

* In bailliâ de **Taſleſbi**, Alanus de Philingham, pro unâ carucatâ terræ, cum pertinentiis in **Taſleſbi**; & pro i. aliâ carucatâ & ii. bovatis in **Normannebi**, de dono Reginaldi de Crevequor, quæ ſunt de feodo Mathæi de Taſleſbi, tres marcas. In **Riſebi**, Will. de Albamarle i. bovatam & i. toſtum, de dono Berardi de Crolli xii d. In villa de **Taſleſbi**, Willielmus filius Lamberti, i. bovata, & i. toſtum de dono Maſci de Curci, iii s. Robertus de Rulli, iii. bovatas, cum pertinentiis, pro iii s. de dono ejuſdem. Ric. Clericus i. toſtum de dono Roberti de Bajocis, xii d. In **Oſgotebi** Jollanus i. toſtum, de dono Berardi de Crolli, ix d. In **Keleſterne** i. bovatam, & i. toſtum, de dono Hugonis de Bajocis, iii s. In **Blendesfunn**, Radulfus Dregkes, ii. bovatas, cum pertinentiis, pro dim. marcâ. Helias i. bovatam & i. toſtum, pro ii s.

* Ib. b.

De bailliâ de **Golekesbi**. In **Saltfletebi**, Rog. de Eſtbi i. toſtum & i. croſtum de xxi. acris, de dono Thoraldi de Eſterby ii s. de feudo Comitis Britanniæ. In **Withale**, VVillielmus i. bovatam & i. toſtum, de dono Ranulfi filii Coſti, vi s. Alanus Clericus ii. bovatas & ii. toſta pro vii s. ii d. quarum una eſt de dono Lamberti de Scoteni, & altera de dono Ranulfi militis. In **Gaiton**, Walterus i. bovatam

tam & *i.* toſtum de dono *Ranulfi* de *Welletone* *iiii s. iv d.* In **Barch**, *Radulfus* & *Yvo* filius ejus unum toſtum pro *iv s.* de dono *Matildis* *Ib.f.33.a de *Bajoc s.* * In **Barkeworth** *Hamo* unam bovatam & unum toſtum de dono *Radulfi Tuſchet, iv. s.* In **Staningho** *Herbertus* unam bovatam & unum toſtum, de dono Comitis *Ranulfi, iv s.* In **Calewelle**, *Simon ii.* toſta & una bovata & dim. pro *ix s. vi d.* de dono *Roberti Baſſet. Herbertus* filius *Thomæ* una bovata & unum toſtum pro *vi s.* (&c.) Tota iſta terra prædicta de **Calewelle** & de **Golekebi**, eſt de dono *Roberti Baſſet.*

In villâ de **Golkesbi**, *Muriel* vidua, *iii.* bovatas, cum pertinentiis, de dono Comitis *Ranulfi*, pro *v s. iv d.* * In **Stranlesbi**, *Simon* unam Ib. b. bovatam & unum toſtum, de dono *Rogeri* de *Maletoth, iii s.* Et ipſe *Simon*, in **Golekesbi**, *iii.* acras, & dim. de dono *Odonis* pro *xii d.*

In bailliâ ſoccâ de **Bulingbroc**; *Thori* & *Johannes* de *Sibeceia*, *ii.* bovatas & *ii.* toſta, de dono Comitis *Willielmi*, unam marcam & volatilia. In **Stikeford**. *Regg tus* de *Stikeford*, unum toſtum, de dono *Gileberti* de *Bolonia, xii d.* uxor *Willielmi Anſi*, unum toſtum pro *ii s.* de dono ejuſdem, & le preſent. In **Westkales**, *Levos* fœmina *Rob.* Decani unam bovatam & unum toſtum, de dono *Rogeri* de *Beningworth*, pro *v s.* & quatuor gallinis. In eadem villâ *Hugo* & *Siric i.* bovatam & *i.* toſtum de dono ejuſdem, pro *v s.* & *v.* gallinis. *Gillibertus* Presbyter pro uno toſto, de dono *Willielmi* de *Rumara xxii d.* In **Totingtone**, *Robertus*, *ii.* bovatas, & unum toſtum, de dono *Rob.* de *Canceis*, pro *x s.* & quatuor gallinis. In **Halton**, *Johannes* quatuor bovatas, cum pertinentiis, & ſextam partem molendini pro *xxii s vi d.* pro omnibus ſerviciis. *Willielmus* filius *Askel*, *ii.* bovatas & dimidiam, cum pertinentiis, *xii s. vi d.* & quatuor gallinas. *Alanus Clericus* unam bovatam & unum toſtum pro *v s.* & quatuor gallinis. *Rob. Kille* dim. bovatam & unum toſtum pro *iii s.* & quatuor gallinis. *Radulfus Vilanus* pro *ii.* *Ib.f.34.a bovatis *x s.* & quatuor gallinis. * *VVill.* de *Halton*, filius *Ricardi* pro una bovata & dim. *vii s. vi d.* & quatuor gallinas. *Hugo* filius *Emmæ*, & *Odo*, pro una bovata *v s.* & *viii.* gallinas. *Ric. Rut*, pro uno toſto *xvi d.* & quatuor gallinas. *Rob. Carbunel* unum toſtum de ſuo dono, pro *vi d.* & le preſent. Iſta terra de **Halton** eſt de dono *Roberti* de *Balonia* & *Giliberti* fratris ejus.

In **Stepinges** *Rad. Vilanus* unam bovatam & unum toſtum dominicum ſuum pro *iv s. iv d.* de ſuo dono. In **Hundesbi** unum toſtum, de dono *Rogeri* de *Tilliol*, pro *xii d.* In **Bulinbroc**, *Alanus* dimid. bovatam & unum toſtum pro *ii s. vi. d.* In **Harebi**, *Alanus* Capellanus *vii.* bovatas & dim. pro *xv s. ii d.* pro omnibus ſerviciis, & pro quodam prato *viii d.* ſcil. pro quatuor bovatis, quas emit de *VVillielmo* de *Roumara*, *iv s.* pro *ii.* bovatis, quæ fuerunt *Agnetis* materteræ ſuæ, *vi s.* & pro bovatâ *Thorverdi*, *iii s.* Et pro dim. bovatâ, quam *Nicholaus* ſororius ejus tenet de illo, *xxvi d.* *Acardus* tres bovatas pro dim. marcâ & quatuor gallinis. *Walt. Hundeſcot* pro dim. bovatâ *ii s.* & quatuor gallinis. *Brictiva* vidua, pro dim. bovatâ *ii s.* & quatuor gallinas. *Alanus* de *Bulingbroc* una bovata, pro *iv s.* & quatuor gallinis. *Aeki* dim. bovata, pro *ii s.* & quatuor gallinis. *Godardus* & *Reingedus*, pro una bovatâ *iv s.* & quatuor gallinas. *Will.* filius *Gudde*, una bovata pro *iv s.* & quatuor gallinis. *Alanus* dim. bovata pro *ii s.* & quatuor gallinis * *VVill. Hundeſet* dim. bovata pro * Ib. a. *iv s.* & quatuor gallinis. *Johannes* de *Holme* pro tribus partibus unius bovatæ *iii s.* & quatuor gallinas.

Iſta terra de **Harebi** eſt de dono *VVillielmi* de *Roumara*.

In **Pitingesbi**, *Simon Hundeſot*, pro una bovata, ſine toſto, de dono *Simonis Piſtoris*, *iv s.* Et in eadem villâ, pro quodam toſto, de eodem dono, *xii d.* In **Kirkebi**, *Nicholaus* de *la Mare*, pro *ii.* bovatis *v s.* de dono *VVillielmi* de *Roumara*, *Johannes Criſteſcoe*, pro quadam terrâ, quæ eſt de *ii.* bovatis ejuſdem *Nicholai*, *ii s.* & le preſent. *Adam*, pro quadam terrâ, *vi d.* *Ric. Medicus* pro uno toſto *xii d.* & le preſent, de dono *VVillielmi* de *Roumara*. *Alanus Buche* pro uno toſto, de dono ejuſdem, *xii d.*

In **Cuninghesbi**, *Rob.* de *Kipkelſt*, pro una bovatâ & uno toſto *iii s.* & una piſcaria, & dim. *iii s. iv d.* In **Wintebi** *Ric. Hundaſo*, pro uno toſto, de dono *Eudonis* de *Batvent*, *xii d.* In **Fordington**, *Alvredus* Decanus, pro uno toſto, de dono *VValteri* de *Lindeſei*, *xii d.* ad Paſcham. In **Welletone**, *VValterus* & frater ejus, pro uno toſto *xx d.* In **Roebi**, *Haldanus* pro uno toſto *xii d.* In **Gunnebi**; *Reinerus* pro uno toſto *xviii d.*

* In Inſulâ, ex dono *Rogeri* de *Molbrai*, *Ib.f.55.a. quædam terra, quæ fuit in habitata; cujus, quædam pars eſt in dominio ad duas carrucas, quædam pars aſſiſa. Ab his hominibus apud **Ketebi**, *Regin.* una bovata pro *v s.* pro omni ſervicio. *Galfridus* una bovata pro *v s.* pro omni ſervicio. *Galfridus vii.* acras pro *iii s.* & *iii d.* pro omni ſervicio. *VVarinus vii.* acras, pro *iii s. iii d.* pro omni ſervicio. *Deram* & *Tomas* frater ejus, pro una bovata & dim. *vii s. vi d.* *Rob.* fil. *Goldæ* una bovata, pro *v s.* *Thomas* filius *Inghe*, dim. bovata pro *xxx.* d.

Apud **Aletorp**, *Thomas*, *vii.* acras pro *iii s. vi d.* *Galfr.* Presbyter duas bovatas pro *x s.* *Hugo* de *Kinerdeſere* unum toſtum pro *ii s.* *Johannes* & *Rob.* frater ejus, duas bovatas pro *x s.* *Galfr. Palmer* unum toſtum pro *ii s.* *Henr.* de *Herdewic viii*, acras pro *v. s. vi.* d. *Rob. Ruſticus* unum toſtum pro *ii s.* *Galfr.* filius *VVibaldi vi.* bovatas pro *viii s.* *Hugo Sutor* unam acram pro *xii* d. *Galfr.* Presbyter pro Eccleſiâ de **Aletorp**, *iv. s.* * De molendino de * Ib. b. **Mareshert**, *xiv s. viii* d. Piſcaria eſt in dominio.

In baillia de Witune.

APud Thithencote, ex dono *Radulfi Grumbaldi*, *Aſcelinus* ſacerdos una bovata, pro *iv s.* & preſent, & precariam. In Hempingham, ex dono *Aliz* de *Condi*, *xii.* bovatas. *Wlwiet* duæ bovatæ pro *v s.* & quatuor gallinis & quatuor dies in autumpno. *Odo* Diaconus una bovata pro *iii s.* & prædicta ſervicia (&c.)

In Grætham, ex dono Comitis *Rogeri* de *Warewic*, quatuor bovatas, quas iſti tenent, *Godwinus*, & *Willielmus*, & *Walterus*, pro una marca, & prædicto, ſervicio.

*Ib.f.56.a. * In villâ de Berc, ex dono *Roberti* de la *Keneille*, una bovata, quam *Martinus* tenet pro *iii s.* & prædicto ſervicio. In Wimundeſham, ex dono *Acardi* Monachi, duo toſta & duas acras terræ, quæ *Thomas*, & quædam vidua tenent pro *xxx d.* & prædicta ſervicia. In Stapelford, ex dono *Willielmi* de *Fereres*, *ii s.* quos ipſe *Will.* reddit. In Seveſterne ex dono *Ric.* de *Sevorſterne* dim. carrucatam, quam *Simon* & *Hugo* tenent pro dim. marcâ & prædicto ſervicio. Et alius frater eorum unum toſtum & *v.* acras pro *xii d.* & prædicto ſervicio. In eadem villâ, ex dono *Willielmi* de *Raimes*, *Mauricius* dim. bovatam pro *ii s.* & prædicto ſervicio. In Woleſtorp, *Goſcelinus*, ex feudo *Pagani* de *Lalande* unum toſtum pro *xii d.* & prædicto ſervicio. In eadem villâ *Mauricius*, ex dono *Reg.* de *Bordels*, *vi.* bovatas pro *xl d.* In Stoches, ex dono *Radulfi* de *Buclon*, *Gamel* una bovata pro *iv s.* & prædictum ſervicium. In eadem villâ *Walt. Rote* unum toſtum pro *xii* d. & prædictum ſervicium. In Burton, *Willielmus*, ex dono *Walteri* filii *Hugonis* una bovata pro *iv s.* & prædictum ſervicium. In Suſthamſtede, ex dono *Walteri* de *Scoteni*, *Lambertus ii.* bovatas & dim. pro *viii* s. & *ix* d. & prædictum ſervicium.

In Manetorpe, ex dono *Roberti* filii *Hugonis*, una bovata, pro *iv* s. & le preſent. In eadem villâ filius *Manna* una bovata pro *viii* s. *Mathæus* quartam partem bovatæ, pro *iv* s. In Bitham, ex dono *Willielmi* de *Colevill*, quatuor bovatas & dim. quas iſti tenent, *Rogerus*, *Will.* & *Hugo*, pro *xv* s. & prædicto ſervicio. In Stottone, ex terrâ Eccleſiæ, *Gole*, *ii.* bovatas & dim. pro *x* s. & prædicto ſervicio. *Mich.* & *Berengerius* tres bovatas pro *xii* s. & terra Eccleſiæ. Et ex dono Comitis *Rogeri* de *Warewic*, *Turſtanus* dim. bovata pro *ii s.* & prædicto ſervicio. *Will. Fulo* tres acras & unum toſtum pro *ii s.* * & prædicto ſervicio. *Ib. b. *Rob.* Sacerdos dim. bovata pro *ii s.* & prædicto ſervicio. In Lelpintorp, ex dono *Reg.* de *Bordelſ*, & *Acardi* Monachi, *Will.* fil. *Avelina* unam carrucatam pro *iii s.* Item dim. carucata, quas iſti tenent: ex dono *Achardi* Monachi, *Achur* tres bovatas pro *xi s.* & prædicto ſervicio; *Hugo Ep.* unam bovatam pro *iv s.* *Hugo* de *Crebi* una bovata pro *iv. s.* & prædicto ſervicio. *Will. Gacebi* dim. bovata pro *ii s.* & prædicto ſervicio. *Rad. Pewen* duas acras & unum toſtum pro *xvi d.* & prædictum ſervicium. Uxor *Walteri Fox* unum toſtum pro *xii d.* & prædictum ſervicium. De hoc debent reddi *xxv s.* *Willielmo* monacho, & hæredibus ſuis.

In Witune, ex dono *Ogeri* de *Sproxtune*, *Galfr.* de *Cleipol*, *Rad.* de *Freinel*, *Rob.* filii *Acardi*, *Willi Foreſtarii* unam bovatam, pro *iv s.* & prædictis ſerviciis. *Ranulfus* dim. bovatam pro *ii s.* & prædicto ſervicio. *Rob.* quatuor acras & unum toſtum pro *ii s.* *Rob.* frater *Ric.* una bovata pro *iv s.* & prædicto ſervicio. *Gillibertus* una bovata pro *iv s.* & prædicto ſervicio. *Rog. Pater noſter* unam bovatam pro *iv s.* & prædicto ſervicio. *Galfr. Coleman* una bovata pro *iv s.* *Will.* filius *Gilberti* pro dim. bovata, *ii s.* *Ambroſius* parvus dim. bovata, pro *ii s.* *Mora* una bovata pro *iv s.* *Lefwinus* dim. bovata pro *ii s.* *Gilbertus* de *Lindeſeia* una bovata pro *iv s.* *Atropus* una bovata pro *iv s.* *Humfridus* dim. bovata pro *ii s.* *Rob.* dim. bovata pro *ii s.* *Reg. Rule* dim. bovata pro *ii s.* *Rob.* filius *Reginaldi* dim. bovata pro *ii s.* *Hugo Leilimus*, ex ſuâ emptione, quatuor bovatas, pro *viii s.* pro omnibus ſerviciis.

* In baillia de *Ogereſton*, apud Sotlade, ex dono Regis *Scotiæ*, *Willielmus* unam virgatam & quatuor acras prati, pro *x s.* & prædicto ſervicio. In Gedinges, ex dono *Warneri* d'*Enguggnes*, *Willielmus* unum toſtum & tres acras. pro *xii d.* In Witnenic, ex dono *Willielmi Cardun*, *Lefwinus Claudus* unum toſtum & tres acras, pro *xviii d.* Sacerdos de eadem villa, ex dono *Suanonis*, *Galfridi* filii, unam acram pro *xii d.* & prædicto ſervicio. In *Clottone*, ex dono *Willielmi* de *Clottona*, *Rob.* & *Ric.* una bovata pro *vi s.* & prædictum ſervicium. In Trapeſtune, ex dono *Roberti*, *Arnaldus v.* acras & unum toſtum, pro *iii s.* & prædictum ſervicium. In Andewicke, ex dono *Willielmi* de *Muſca*, *Rad.* una virgata pro *v s.* In Bengfeld, ex dono *Fulconis* de *Liſuris*, *Faber* tres acras, pro *iii s.* In Pechbaic, ex dono *Rob.* militis, *Rob.* de *Grendun* unum toſtum & tres acras pro *xii d.* In Gunedale, ex dono Regis *Scotiæ*, *Rog.* de *Angsie*, duas virgatas, pro *xviii d.* Idem, ex dono ipſius *Rogeri*, in Stupentune una virgata pro *xii d.* In Havertune, ex dono *Radulfi* de *Amundevill*, *Bartholomæus* tres virgatas, pro *vi s.* In aliâ Havertune, ex dono *Henr.* de *Longaville*, *Ric.* & *Rad.* Sacerdotes, pro *xiv d.* *ii.* toſta. In Folkeſworthe, ex dono *Fulconis*, *Stephanus* una virgata pro *vi s.* *Rad.* Clericus pro *ii.* acris & uno toſto *ii s.* *Rob.* de *Santorp* una virgata pro *xx d.* In Glantune, ex dono *Heliæ* de *Daduvill*, *Caperun* una virgata pro *ii s.* In Ogereſtane ex dono *Bertrami* de *Wallingle*, * & *Rogeri Walarteis*, *ix.* acras, quas homines de Oregeſton tenent pro *xx s.* & preſent, & operationem in autumpno. *Ib.

De redditibus totius balliæ de Eboraciſire.

APud **Mehus** habentur *xvi.* carucatæ terræ, ex emptione fratrum à *Willielmo* de *Viliers*, & confirmatione *Henrici* de *Laſci*, quarum ſex carrucatæ & tres bovatæ ſunt in dominio. Et apud **Neu-bigging** *xiii.* bovatæ aſſiſæ de hiis hominibus; *Baldwinus* una bovata, pro *ii s.* & dim. & *ii.* gallinas & *xx.* ova, & quatuor præcarias in autumpno, cum *i.* homine; bis arare, bis herciare, ſemel falcare, ſemel fenum levare, & cum opus fuerit ſtangnum reparare, & molas attrahere, & oves uno die lavare & alterâ tondere. *Bertramus* & *Oſbertus*, pro una bovatâ *xxx d.* & prædictum ſervicium, (&c.)

Ib.f.58.a. * Et ſciendum, quod Cotarii omnes debent fenum ſpargere & levare ſemel, & oves lavare & tondere, & ſtagnum reparare, ſicut illi qui tenent unam bovatam.

Apud **Skeltune** ſunt quatuor carucatæ aſſiſæ; *Will.* de *Grantevile* tres bovatas pro nullo ſervicio. *Humfrai* pro duabus bovatis *iv s.* & quatuor gallinas & *xl.* ova, & *viii.* præcarias, cum *i.* homine in autumpno; ſemel falcare & fenum levare; bis arare, & bis herciare; ſemel oves lavare & tondere, & opus molendini facere. *Ric.* filius *Gamelli*, pro duabus bovatis *iv s.* & prædictum ſervicium, (&c.)

Ib.b. * Apud **Pernel** habentur *ii.* carucatæ terræ, ex dono *Will.* filii *Hervei*, quæ habentur in dominio. Apud **Caſum** habentur ſex carucatæ, ex dono *Roberti Cambord*, quarum *iv.* ſunt in dominio, & *ii.* aſſiſæ ab hiis hominibus; *Rad.* Ib.f.59.a. *Tait* * una bovata pro *v s.* & *ii.* gallinas & *xx.* ova & *iv.* præcarias. *Galfr.* filius ejus una bovata pro *v s.* & prædictum ſervicium, (&c.) Item duæ bovatæ ex donis prædictorum quæ ſunt in dominio. Ex emptione fratrum à *Rad.* filio *Guda*, *iii.* acras quæ ſunt in dominio.

Apud **Stainhou**, duæ carrucatæ, ex dono *Ric. Rollous*, quæ eſt in dominio. In **Langetune** unum toftum, ex dono *Alexandri* filii *Jordani*, quod *Rad.* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio.

Apud **Levingethorp**, ex dono *Johannis Hingelram*, unum toftum & unam bovatam, quæ *Ric.* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. Item ex Ib.b. dono *Will.* de * *Hocclum* unum toftum, quod ipſe *Ric.* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. Ex dono *Adæ* de *Brus* unum toftum in **Hangelbi**, quod prædictus *Ric.* tenet pro *viii d.* pro omni ſervicio. Apud **Jarum**, ex dono *Adæ* de *Brus*, tria tofta, quæ *Aelin* de *Waram* tenet pro *iii s.* pro omni ſervicio. In **Bartune**, ex dono *Wigani* filii *Cade*, ſex acras pro *iii s.* pro omni ſervicio, quas *Haldan* tenet. Apud **Leibrunne**, ex dono *Michaelis*, unum toftum, & unam acram quam *Tho.* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. Item ex dono *Michaelis* unum toftum pro *xii d.* quod tenet *Rogerus*. Apud **Birdintune**, ex dono *Roberti* de *Muſtres*, ſex bovatas, quas hi tenent; *Turſtanus* tres bovatas pro *x s. vi d.* pro omni ſervicio. *Eudo* unam bovatam pro *iii s. vi d.* pro omni ſervicio. *Will.* duas bovatas, pro *vii s.* pro omni ſervicio.

Apud **Jernemue**, ex dono *Will.* Vicecomitis una carucata, quam *Tho.* filius ſuus tenet pro una marca *Colonienſi*, pro omni ſervicio. Apud **Lundhuſe**, ex dono prædicti *Will.* unum toftum, quod *Kauterel* tenet, pro *iv d.* pro omni ſervicio. Apud **Torp**, ex dono *Rogeri* de *Moubrai*, duas bovatas, quas iſti tenent; *Ailwardus* duas acras pro *ii s.* pro omni ſervicio, (&c.) In **Watlous**, duas acras ex dono *Hervei*, quas *Ailwardus* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. In **Burnebem**, ex dono *Ric.* filii *Harehle* dim. carucatam, quam monachi de Fontibus tenent pro *x s.* uſq; ad *xx.* annos. In **Aldefeld**, ex dono *Rad.* filii *Aldridi*, duas acras, quas *Baldwinus* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. In **Lindebi**, ex dono *Rob.* de *Muſters* dim. carucatam, quam *Alanus* tenet pro *ix s.* pro omni ſervicio. In **Scurbintune**, ex dono *Figot* de *Laſceles* duas bovatas & unum toftum, quas iſti * tenent; *Thoraldus* una bovata pro *xii d.* pro omni ſervicio. *Tho.* unam bovatam pro *xii d.* pro omni ſervicio. *Henr.* unum toftum pro *xii d.* pro omni ſervicio. In **Gernbie**, ex dono *Will.* unum toftum, quod tenent iſti, *Haldan* & *Emma*, pro *xvi d.* pro omni ſervicio. In **Lemingbrige**, ex dono *Henrici* filii *Hervei* una bovata, quam *Gamol* tenet, Fulco pro *iii s.* pro omni ſervicio. Apud **Fletam**, ex dono *Georgii* una bovata, quam *Will.* tenet pro *iv s.* pro omni ſervicio. Apud **Apeltune** tres acras, ex dono *Accroſii* de *Dunſtal*, quas *Warinus* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. Apud **Burel**, ex dono *Will.* filii *Jordani* duo tofta, quæ *Robertus* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. Apud **Trachale**, ex dono *Roberti* filii *Rogeri* dim. acram, quam *Hatun* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. Apud **Brantune**, ex dono *Rogeri* de *Lingor*, dim. acram, quam *Adam* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. Apud **Huntune**, ex dono *Rogeri Gulewaſt*, duo tofta, quæ *Godwinus* tenet pro *xiii d.* pro omni ſervicio. Apud **Brantune** jacet toftum quoddam vaſtum. Item in **Brantune** unum toftum, ex dono *Rad.* de *Fecherbi*, quod *Godwinus* tenet pro *xiii d.* pro omni ſervicio.

*Ib.f.60.a.

Apud **Alawarthorp**, ex dono *Ric.* de *Morevill*, ſex carucatæ, *i.* in dominio, & *v.* ſunt aſſiſæ ab hiis hominibus; *Will.* de *Hiſpania* duas carucatas pro dim. marcâ pro omni ſervicio. *Siwardus* duas bovatas pro *v s.* & duas gallinas & quatuor præcarias, bis falcare, *ii.* homines, quamdiu fenum fuerit levandum, invenire, & domui ducendum; & *i.* die bladum * cariare, & ter averare in anno, quælibet bovata ad *xii.* leucas, ad *Eboracum* vel ad **Farflet**, vel ad *Withelciam*; ad paunagium ſcil. *i d.* duas præcarias carucatæ per annum. *Walt. Belami* unam bovatam pro *xxx d.* & prædictum ſervicium, (&c.) * Ib. b.

* In **Haitune**, ex dono *Ric.* de *Galhecoſt*, unum toftum, quod *Ric.* filius *Rad.* tenet pro *xviii* d. pro omni ſervicio. Ex dono *Ricardi* *Ib.f.61.a.

de *Morevill* unum toſtum, quod *Ric.* filius *Radulfi* tenet pro *ii s.* pro omni ſervicio. In **Wlhetoft**, ex dono *Hunfridi* de *Gunnebi*, unum toſtum, quod *Wlmerus* tenet pro *xxxii d.* pro omni ſervicio. In **Cattune**, ex dono *Pagani* dim. carucatam terræ, quam *Walt.* filius ejus tenet pro *iv s.* pro omni ſervicio. Ad *pontem belli*, ex dono *Petri Baſſet* unum toſtum, quod *Rad. Carpentarius* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. Apud **Wichele**, ex dono Domini *Rogeri* de *Munbrai*, tres carucatas terræ, quæ ſunt in dominio. Item ex dono ipſius *Rogeri* unam carucatam in **Cave**, quam iſti tenent; *Helias* dim. carucatam pro *xi s.* pro omni ſervicio, (&c.) Apud **Clif**, quatuor carucatas, ex dono Epiſcopi *Dunelmiæ*; quarum *Turſtanus Lavard*, duas carucatas tenet pro *xx s.* & *Johannes* de *Beverlaco* duas carucatas, pro *xxx s.* In eadem villâ *Will. Nuttebrun* dim. carucatam, ex dono *Hugonis Scarlit*, quam tenet pro *v s.* ſine omni ſervicio. *Tho.* filius *Tocca* unum toſtum pro *xvi d.* ex dono *Turſtani Lavard*, & tres præcarias in autumpno *Amfrai* unum toſtum pro *ix d.* pro omni ſervicio.

*Ib. b. * Apud **Honetune**, ex dono *Herberti*, ſex bovatas, quarum *Cecilia* vidua quædam duas bovatas tenet pro *v s. iv d.* & duas gallinas, & tres præcarias. *Ric.* duas bovatas pro *iv s.* & *ii.* gallinas & quatuor præcarias. *Thoraldus* duas bovatas pro *iv s.* & *ii.* gallinas. Apud **Coletune**, ex dono *Cecelia* de *Campeus*, & confirmatione *Thomæ* filii ſui, *Ric.* filius *Arnaldi*, pro una bovata, & *ii.* acris *iii s.* & idem ſervicium quod homines de **Pechus** faciunt. *Arnaldus* pro una bovata *ii s.* & prædictum ſervicium. *Fulco* pro *ii.* bovatis *xxx d.* & prædictum ſervicium. *Waldingus* pro *ii.* bovatis & dim. meſuagio ſuo, erga ſolem *iii s.* pro omnibus ſerviciis. *Tho.* de *Inſula* tres carucatas pro forinſeco ſervicio.

Hæ pertinentiæ ſunt de **Pehue**. Ex dono *Petri* de *Oſmundeſtorp*, *Will.* de *Oſmundeſtorp*, pro *xxx.* acris *ii s.* pro omni ſervicio. Ex dono *Tho.* de *Hoveringham*, *Durandus* de *Mideltune* pro manſurâ quadam in **Hertellu**, *iii s.* pro omni ſervicio. Ex dono *Rainerii Flamang*, *Cole* pro una bovata in **Daltune**, *ii s.* pro omni ſervicio. Ex dono ejuſdem *Reinerii*, *Will.* de *Skiptun* pro manſurâ quadam, *ii s.* pro omni ſervicio. Item ex dono *Henrici Flandrenſis* apud **Skripton**, *Hugo* pro *xx.* acris *iii s.* pro omnibus ſerviciis. Ex dono *Oſberti* Archidiaconi *Aliz* de * *Gingeeia*, pro ſarta quadam *ii s.* pro omni ſervicio. Ex dono *Radulfi* de *Normanvill*, apud **Brunford**, *Petrus* pro una bovata *xxx d.* pro omni ſervicio. *Ib. 62. a.

Eccleſia de **Withekirke** eſt in dominio, præter Altare, quod *Paulinus* Sacerdos tenet pro tres marcis. Apud **Pehus** duo molendina ſunt in dominio; molendinum ſcil. de blado & aliud Fulerez. Item aliud molendinum eſt apud **Pehus**, quod homines de **Skeltune** tenent pro *xx s.* pro omni ſervicio.

Apud **Houkeſwell**, ex dono *Rob.* filii *Thoraldi* dim. acram, quam *Ailſi* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. *Ric.* unum toſtum & dim. acram pro *xii d.* pro omni ſervicio. Apud **Burgum**, ex dono *Thorferi* una bovata, quam *Rog.* de *Cateric* tenet pro omni ſervicio, pro *ii s.* Apud **Richemund**, ex dono Comitis *Conani* duo toſta, quæ *Alanus* & *Suanus* tenent, pro *ii s.* pro omni ſervicio. Apud **Barletune**, ex dono *Roberti Traci*, unam bovatam, quam *Ric. Nent* tenet pro *iii s.* pro omni ſervicio. Ex dono *Beatricis* apud **Stretford**, unum toſtum *Ib. b. * quod *Robertus* de *Traci* tenet pro *viii d.* pro omni ſervicio. Apud **Brortune**, ex dono *Hugonis Malebiſſe*, duas carucatas, quas homines villæ tenent pro *xl* s. & *iii* d. undè debent *xx s.* reddi ipſi *Hugoni* in vitâ ſuâ. Apud **Gildale**, ex dono *Willielmi* de *Perci*, unam bovatam quam *Robertus* tenet pro *ii s.* pro omni ſervicio. Apud *Hengelbi*, ex dono *Adæ* de *Brus*, duas bovatas, quas *Galfridus* tenet pro *vi s.* pro omni ſervicio. Apud **Wiltune**, ex dono *Radulfi* unum toſtum, quod *Rad.* filius *Sture* tenet pro *xvi d.* pro omni ſervicio. Apud **Thimelbi** duas bovatas, ex dono *Jordani Hairun*, quas *Gamellus* tenet pro *vi s.* pro omni ſervicio. Apud **Baggabi** unam carucatam, ex dono *Rogeri* de *Munbrai*, quam *Rogerius* filius *Gikelli* tenet, pro dimidiâ marcâ, pro omni ſervicio. Apud **Seurebi**, ex dono *Hugonis* de *Moreville*, totam villam, unde homines villæ reddunt *xl.* pro omni ſervicio.

Apud **Treſk**, ex dono *Rogeri* de *Munbrai*, *Bartholomæus* unum toſtum & *iii.* acras de prato pro *iii s.* pro omni ſervicio. *Radulfus* unum toſtum & tres acras, pro *iv s.* & *iv d.* pro omni ſervicio. *Will. Wildſubel* unum toſtum pro *xx d.* pro omni ſervicio. *Rob.* de *Gilington* unum toſtum pro *ii s.* pro omnio ſervicio. *Will.* unum toſtum pro *ii* s. pro omni ſervicio. *Rad. Wimplene* unum toſtum pro *ii* s. pro omni ſervicio. *Durandus* unum toſtum pro *xii d.* pro omni ſervicio. Quædam vidua unum toſtum pro *xii d.* pro omni ſervicio. Apud **Oſegotebi**, ex dono *Giliberti* de *Menil* unam bovatam, quam *Haccaman* tenet, pro *ii* s. pro omni ſervicio. Apud **Cukewald**, ex dono *Thomæ* de *Coleville* unam bovatam, quam *Amfridus* tenet, pro *iii* s. pro omni ſervicio.

Apud **Kerebi**, ex dono *Ricardi Croer*, ſex carucatas. *Theodoricus x.* bovatas * pro *xvi* s. *Ib. f. 63. a *viii* d. pro omni ſervicio, & duo ſarta pro nullo ſervicio. *Will.* filius *Everardi* unam bovatam pro *xx d.* pro omni ſervicio, (&c.) * Homines de **Kerebi** dicunt ſuper veredictum *Ib. b. ſuum, quod de omnibus placitis ſuis, quæ non poſſunt finiri per illos, niſi per fratres debent habere dimidium forisfactum, & fratres dimidium aliud; & quod per ipſoſmet totum habebunt forisfactum, & dabunt ad obitum ſuum tertiam partem.

Apud **Ampelford**, ex dono *Willielmi* de *Surdeval*, tres acras, quas *Everardus* Presbyter tenet pro *iii s.* pro omni ſervicio. Apud **Calvertune**, ex dono *Ricardi Grover* unam acram, quam *Aumundus* filius ſuus tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. Apud **Nubintune** tres bovatas, ex dono *Willielmi* de *Stainegrive*, quas *Will.* de *Nunigton* tenet pro *xl d.* pro omni ſervicio. Apud **Wimbeltune** unam acram, ex dono *Gervaſii* quam *Leuericus* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. Apud Heal**meſley**, ex dono *Walteri* de *Spec*, *Eda xxx.* acras pro *iii s.* pro omni ſervicio. Apud **Stalletune**, ex dono *Hugonis Malebiſſe*, tres bovatâs, quas *Rogerus* & *Mater* ſua tenet pro *iii s.* pro omni ſervicio. In eadem villâ duas bovatas, ex dono ipſius *Hugonis*, quæ vaſtæ jacent, quæ ſolebant reddere *ii s.*

*Ib.f.64.a. * In *Norht Cava*, ex dono *Willielmi* de *Stutevill*, unum toftum, quod *Rogerus* filius *Petri* tenet pro *xii d.* pro omni ſervicio. In **Preitune**, *Gamel* tenet molendinum ex dono *Alexandri* de *Hibaldeſton*, pro *ii.* marcis & dim. pro omni ſervicio; & nos reddemus eidem *Alexandro* pro eodem molendino *xx s.* annuatim imperpetuum. Apud **Withele**, *Nicholaus* filius prædicti . . . . tenet molendinum venti, pro *viii s.* pro omni ſervicio. Apud **Baggaflet**, *Ricardus* tenet molendinum venti, pro *ii.* marcis. In **Ripplingham**, ex dono *Stephani*, unum toftum, quod reddit *xii* d. In *VValdbi* dim. carucatam, ex dono *Thomæ* filii *Arkil*, quam *Radulfus* de *Beverlaco* tenet pro *v s.* pro omni ſervicio.

In **Farflet** molendinum tenet *Serlo*, pro *xv s.* *Gille ii.* acras pro *ii s.* & unaquaque die Lunæ in autumpno *i.* faciet præcariam, & præterea tres præcarias & unam gallinam & *x.* ova. *Serlo* duas acras pro *xx d.* & prædictum ſervicium. (&c.)

Apud *Eboracum*, ex dono *Rogeri* de *Munbrai*, molendinum ſub Caſtello Domini Regis, quod *Henricus* de *Fiskergate* tenet pro *xx.* marcis & dim. pro omni ſervicio. Ex emptione fratrum tres tofta, quæ *Silveſter* tenet pro *iv s.* pro omni ſervicio. Ex dono *Thomæ* ultra *Uſam* unum toftum, quod *Walterus* faber tenet pro *ii s.* pro omni ſervicio. (&c.)

*Ib.f.65.a. * Apud **Kelintune**, ex dono *Adæ Suani*, *viii.* bovatas; *Raimundus*, unam bovatam pro *iv s.* & quatuor gallinas & *xl.* ova. Si paſtus fuerit & porcos habuerit, de *v.* porcis unum porcum (&c.)

Eccleſia de **Kelintune** eſt ex donatione *Henrici* de *Laſci*, quam *Johannes* de *Kelintune* tenet, nichil indè reddens. Duo molendina apud Hirſt ſunt in dominio. Apud **Fenwic**, ex dono *Jordani Foliot xl.* acras, quas iſti tenent; *Alexander* Piſtor *v.* acras pro *xv d.* (&c.)

*Ib. b. * Ex dono *Otonis* de *Tilli*, *viii* acras; quas *Walterus* tenet pro *xxx d.* Item, ex dono *Otonis* de *Tilli*, *viii.* acras, quas *Radulfus* filius *Lefrici* tenet pro *ii s.* Item ex dono ipſius, *Sudbreit*, quatuor acras pro *xii d.* Ex dono *Otonis*, *Bondus xx.* acras pro *v s.* *Ceſar Clericus xii.* acras pro *iii s.* Apud **Portune**, ex dono *Jordani Foliot*, *Rogerus Plumer* unam acram pro *xiv d.* *VVillielmus Man vi.* acras pro *ii s.* Apud **Fareburne**, ex dono *Adæ* filii *Petri* de *Birkine* quatuor acras. Et ex dono *Adæ* filii *Petri* de *Preſtune*, *x.* acras, quas *Simon* de *Fareburne* tenet pro dimidiâ marcâ.

Apud *Burgum* unum molendinum, quod *Robertus VValenſis* tenet pro *xx s.*

Ex Cod. MS. in officio Armorum [L. 17.] f. 141. a.

A*Nno dominicæ Incarnationis* MCCCCxxxiiii. *hunc librum taliter compilavit Frater* Johannes Stillingflete, *de nominibus Fundatorum* Hoſpitalis *S.* Johannis Jeruſalem *in* Anglia, *ac datarum Eceleſiarum, Capellarum, Præceptoriarum, Maneriorum, domorum, terrarum, reddituum, locorum; & aliorum bonorum ſpecialium, tam* Hoſpitali *præfato, & ejuſdem Præceptoriis & membris, quam* Domui *olim* Militiæ Templi, *infra regnum* Angliæ *collatorum; & quæ & quanta in eorum animarum remedium ſalutare contulerunt, necnon appoſuit certa nomina Magiſtrorum dicti* O*rdinis* Militiæ Templi *& Hoſpitalis: ac etiam tam nomina Priorum Prioratus dicti* Hoſpi*talis in* Anglia, *quam etiam Priorum & Suppriorum Eccleſiæ ejuſdem* Hoſpitalis, *& aliorum præceptorum & Presbyterorum ejuſdem Ordinis defunctorum, cum nominibus cæterorum ſuorum benefactorum, & qualia, ob ſuorum perpetuum memoriale, Eccleſiæ dicti* Hoſpitalis *contulerunt, prout cum ſummo ſtudio & labore potuit invenire, ea de cauſa, ut animæ omnium, quorum nomina in hoc libro continentur, in orationibus omnium Fratrum dicti* Hoſpitalis *ſpecialius haberentur: ut non tantum horum, verum etiam ut in generali omnium aliorum ſuorum benefactorum, & fratrum defunctorum, ipſi Fratres memores exiſterent, ut tenentur.*

Jordanus Briſet, Baro, tempore Regis

Henrici primi, circa Ann. Domini *MC.* fundavit domum ac Hoſpitale S. *Johannis* de **Clerkenwell**; Hic etiam erat Fundator, priùs, Domus Monialium de **Clerkenwell**; ac ab eis emit decem acras terræ, ſuper quam terram dictum Hoſpitale ac domum fundavit; pro quibus decem acris terræ, dedit eiſdem monialibus *xx.* acras terræ in dominio ſuo de **Welingale**, in comitatu *Cant.* Hic *Jordanus* obiit *xvii. Septembris*; & *Muriel* uxor ejus obiit primo die *Maii.*

Willielmus de *Maundevilla* Comes *Eſſexiæ*, dedit pro animâ ſuâ, & anteceſſorum & ſucceſſorum ſuorum, Fratribus Hoſpitalis S. *Johannis* de **Clerkenwell**, quinq; damos, percipiendos inter feſtum *Nativitatis* S. *Johannis Baptiſtæ*, & feſtum S. *Michaelis*; & quinque damas, percipiendas inter dictum feſtum S. *Michaelis* & *Quadrageſimam* ſingulis annis in perpetuum in parco ſuo de **Enfelde**, ſumptibus Prioris dicti Hoſpitalis. Et idem dedit etiam eiſdem Manerium & dominium de **Chiphenham**, ut clariùs patet infra.

Frater *Terricus* de *Nuſſa*, quondam Prior hujus Hoſpitalis, & ſui confratres . . . . ., in ſuo Capitulo celebrato apud **Mechelburne** Anno *MCCxlii.* ordinaverunt & ſtatuerunt, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, unum Capellanum ad celebrandum beatæ & glorioſæ Virgini *Mariæ* ſolemniter in Eccleſiâ de **Clerkenwell**, pro animâ *Andreæ Bockerel*, quondam Majoris Civitatis: & ſuper hoc lata fuit ſententia Excommunicationis plurium ſacerdotum in illum, vel in illos, ad quem vel ad quos pertinet, ut prædictum ſervicium non perimpleatur. Et idem Frater *Terricus*, Anno Domini, quo ſupra, aſſenſu totius Capituli & confratrum, ſtatuit & ordinavit duos Capellanos ſeculares accreſcendo numerum Capellanorum apud **Clerkenwell**, ubi antea non fuerunt niſi quinq;, ad celebrandum, *viz.* ibidem imperpetuum, pro animâ *Petri* de *Elylond*, quondam Civis *Lond.* & hoc ſub pœnâ excommunicationis, ut ſupra: propter quod Executores dicti *Petri* dederunt dicto Priori *CLx.* marcas ſterlingorum. Et nota, quod deputati ſunt *xv.* Capellani, ad minus, cum certo numero aliorum Clericorum, ad divina celebrandum in Eccleſiâ prædictâ. *viz.* per Fratrem *Reimundum Berengarium*, quondam ſummum Magiſtrum *Rodæ* Conventus, ut patet per Bullam plumbeam dictorum Magiſtri & Conventus, directam fratri *Johanni Dalton* quondam Priori dictæ Eccleſiæ, & hoc ſub virtute ſanctæ obedientiæ, *viz.* anno Domini *MCCCLxi.*

Frater *Philippus Thame*, quondam Prior Hoſpitalis, cum aſſenſu fratrum ſuorum conceſſit fratri *Hugoni Lichefeld*, tunc Cuſtodi novi Templi, & ſucceſſoribus ſuis, in augmentationem luminaris, & divini cultus ibidem, totam terram quæ vocatur **Fiketzfeld**, & gardinum vocatum **Cotterell gardin**: Conceſſit etiam eidem fratri *Hugoni* & ſucceſſoribus ſuis, Cuſtodibus ibidem, mille fagettos pro focali, quolibet anno; percipiendos in boſco de **Lillesbiri**, inter feſta *Nativitatis* S. *Joh. Bapt.* & S. *Michaelis*, ſumptibus tunc dicti Fratris *Hugonis* & ſucceſſorum ſuorum; amputandos, faciendos & cariandos, uſq; dictum novum Templum, *viz.* anno *MCCCxl.*

Willielmus Langeford miles, dedit Hoſpitali plura tenementa in parochiâ S. *Sepulchri* extra **Newgate** *London.* & in parochiâ S. *Dunſtani*-**Weſt**; pro cujus animâ *Hoſpitale* prædictum tenetur invenire unum Capellanum, ad celebrandum ad Altare S. *Johannis* Evangeliſtæ ibidem imperpetuum; percipiendum ſingulis annis, victum ſuum, unam robam & Cameram ſuam in Dormitorio ibidem, ac duas marcas argenti. Facta eſt hæc Cantaria Anno Domini *MCCCxxxvi.*

Willielmus Coterell dedit aulam vocatam **Gyſours Hall** in Civitate *London*: in parochiâ S. *Mildredæ*, cum aliis diverſis tenementis & redditibus in **Fleteſtrete**, & paſturam vocatam **Fiketzfeld.**

Robertus Watevyle & *Gilbertus Baſſet* dederunt Templariis diverſos redditus & terras apud **Charing.**

Alanus Gyll, Civis & Bladarius *Lond.* plura bona dedit Hoſpitali.

Walterus filius *Roberti* dedit Hoſpitalariis advocationem Eccleſiæ de **Wodeham**, in diocœſi *Londonenſi.*

Willielmus de *Halez* dedit Hoſpitaliariis de **Clerkenwell** *xviii d.* quieti redditus in parochiâ S. *Andreæ* propè Caſtrum *Baynardi*; & S. *Martini* de **Ludgate.**

Gerardus Beynin dedit eidem *xii s.* annui redditus .... libras cumini in parochiâ S. *Brigidæ.*

Humfridus Spendelone dedit *ii s. vi.* in parochiâ S. *Sepulchri.*

Johannes Franceis, Capellanus, dedit *ii s. vi d.* in eadem parochiâ.

VVillielmus de *Farendon* dedit *xiv s.* in parochiâ beatæ *Mariæ Magdalenæ* in **Milkſtrete.**

Nicholaus Tannator dedit *ii s. vi d.* in parochiâ S. *Sepulchri.*

Henricus de *VValdgrave* dedit *x s.* in parochiâ S. *Nicholai Olaf.*

Johanna filia *VVillielmi* de *VValtam* dedit *vi s.* in parochiâ S. *Brigidæ.*

Johannes Mareſcelle dedit *ii s.* in parochiâ prædictâ.

Johannes Hamelyne dedit *xl s.* de quodam tenemento, juxta **Holburne-brigge.**

Willielmus de *Halliwelle* dedit *x* s, in **Walbroke.**

Johannes de *Hackney* dedit *v* s. in parochiâ S. *Sepulchri.*

Matildis de *Rothinge* dedit *vii s.* apud **Quene-hive.**

Peirus atte Gate dedit *xii d.* in **Clerkenwelſtrete.**

VValterus de *Lewys* dedit *xii* d. ibidem.

Adam de *Marcheneſe* dedit *xxx* s. in **Secolane.**

VVillelmus Slyke dedit *xvi d.* in **Weſt-Smithfeld.**

Jordanus filius *VVillielmi* de *Maweye*, dedit ad luminare Eccleſiæ de **Clerkenwell** *viii* s. *iv* d.

Rad. Camerraius dedit ad luminare ibidem *ii s.* in **Smythfelde.**

Willielmus Cauſton dedit plures quietos redditus in dicta Civitate.

Molendina de **Wideflete**, cum gardino, vocato **Pariſh-gardin** cum pluribus terris, tenementis, pratis & paſturis, in **Suthwark**, **Bemyngton**, **Lambethe**, & **Newington**, tenentur de Abbate de **Barmondeſey**, pro *x.* marcis *iv s.* annualis redditus.

Tho. Foliat, aliàs dictus *Gilbertus Foliat*, dedit Hoſpitalariis le **Commaundoſmantels**, quæ tempore fratris *Johannis Radington* non erant diviſa, ſed integra & ſeminabantur.

Domina *Alicia* de *Barowe* dedit dominium totum de **Highbury** & **Newton**, cum pertinentiis.

Robertus Quincy Comes *Leyceſtria*, & *Margareta Lacy* dederunt, ut fertur, Hoſpitalariis, parcariam de **Woodſtoke**; pro quá quidem Rex *Anglia* dedit eis in eſcambium boſcum de **Killeſton.**

Otho quidam, filius *Will.* de *Killeſton* dedit Templariis Manerium ſuum de **Killeſton**, anno Regni Regis *Henrici* tertii, *xxii.*

Willielmus Haſtings dedit Templariis, pratum juxta **Hackney**; vocatum **Haſtingmede.**

Edmundus Comes *Cornubia* dedit communiam cujuſdam magnæ & ſpacioſæ paſturæ in Hundredo de **Iſtleworth**, pro Priore Hoſpitali, & tenentibus ſuis ibidem.

Johannes de *Craunford* dedit dominium & villam de **Craunford**, cum pertinentiis.

Domina *Johanna Gray*, uxor quondam *Roberti* de *Gray* militis, dedit Manerium de **Hampton**, juxta **Kingſton**, cum omnibus pertinentiis, & obiit ſecundo die *Octobris MCCxii.*

Gilbertus de *Hampton* dedit *iv s. vi d.* annui redditus Manerio de **Hampton**, recipiendos annuatim de Vicario de **Kingſtone.**

Chriſtiana Haiwode dedit *Lx.* acras terræ cum pertinentiis in **Hampton** & **Wike**. Dicta Domina *Johanna Gray* dedit Manerium de **Shobington**, cum pertinentiis in Comitatu *Buck.* ſed modo extra manus religionis.

Aluredus de *Bendevilla*, & *Sibilla* uxor ejus, dederunt Eccleſiam de **Chanreth**, cum pluribus terris & redditibus anno Domini *MCLi.*

Willielmus filius *Godefridi* dedit *viii.* acras terræ, & unam rodam, cum quodam prato ibidem.

Willielmus Comes de *Ferrariis* dedit Hoſpitalariis Eccleſias de **Thurrok** & **Stebbing**, in Comitatu *Eſſexiæ.*

Bernardus de *Bailiolo* dedit Templariis *xv.* libratas terræ in **Hychin** & **Præſtone**, tunc præſentibus Domino *Eugenio* Papâ, & Rege *Franciæ*, & Archiepiſcopo de *Sever.* & *Rotomagi*, præſentibus etiam *Cxxx.* Fratribus militibus Templi, albis clamidibus indutis, cum aliis pluribus: Et nota quod habet ſic de verbo in verbum, in Cartâ ejuſdem *Barnardi.*

Matildis de *Levecote* dedit plurima terras & tenementa, cum pratis & paſturis ibidem.

Johannes de *Bailol* dedit eiſdem duas marcas annuas reddendas, in **Welles** pertinentes eidem.

Oliverus de *Malvoier* dedit eiſdem, ibidem, plures terras.

Gilbertus Comes *Penbrochiæ* dedit Templariis Eccleſiam de **Weſtone**, cum pertinentiis, ac cum *x.* libratis terræ pertinentibus Manerio ibidem.

Idem *Gilbertus* dedit eiſdem boſcum de **Langnoke**, cum molendino & diverſis villanis ibidem, & in **Weſtone** prædicta.

Idem *Gilbertus* dedit eiſdem, burgum de **Baldoke**, cum Eccleſiâ ibidem.

Dominus *Robertus* filius *Walteri* dedit Templariis plura terras & tenementa in **Roydone**: Etiam dedit plura tenementa ad Eccleſiam ibidem.

Vincentius filius *Oſberti* dedit Templariis in Parochiâ de *Bengeo*, plura terras & tenementa, cum redditibus & aliis.

Rogerus de *Crafte* dedit Templariis Manerium de **Merewe**, cum pertinentiis. Et *Lucia* de *Say* dedit eis *xvii s.* annui redditus in **Knavenhurſt**, pertinentes eidem Manerio.

Item *Mathæus Bovyle* dedit eis molendinum aquaticum ibidem.

Item *Johannes Vautort* & anteceſſores ſui dederunt *x s.* annui redditus, & ſeptem acras terræ arabilis in **Shene**, pertinentes eidem Manerio.

Johannes de *Elſande* dedit Manerium ibidem (ſcil. in **Elſande**) cum pluribus terris, redditibus, pratis & paſturis.

Hugo de *Nevill* & ejus anteceſſores dederunt Manerium de **Lokeſwood**, cum boſco & redditu, & aliis pertinentiis ibidem.

Rex *Steph.* dedit Templariis Maneria de **Creſſing** & **Witham**, in Comitatu *Eſſexiæ.*

Præceptoria de **Creſſing Temple.**

Rob. Stales dedit eiſdem *CLxvi.* acras terræ, tres acras prati, & quinq; acras paſturæ, cum unâ acrâ & dimidiâ boſci, in **Rowenhalle**, pertinentes ad **Witham** prædictam.

Item Rex *Steph.* prædictus, dedit eis dimidium Hundredi de **Witham**, & valet per annum *C s.*

Item Comes *Bononiæ* dedit eiſdem *DLxx.* acras terræ, novem acras prati, *xliv.* acras paſturæ, *Lxix.* acras boſci, & duo molendina pertinentia ad prædictum Manerium.

Johannes de *Staundone* & anteceſſores ſui dederunt eis *Lxxvii.* acras terræ & *xii d.* redditus.

Item *Petrus* de *Toppeſſeild* dedit eis tres libratas redditus ibidem.

Item *Petrus* Clericus & anteceſſores ſui, dederunt *CC.* acras terræ & *XXX.* acras boſci.

Rex *Henricus* ſecundus dedit eis **Finchingfeld**, pertinens eidem Manerio de **Creſſing.**

Gilbertus de *Montefichet* dedit medietatem

Manerii de Hnge at Stone cum omnibus eiſdem pertinentiis. *Rog.* de *Synch* dedit quinq; acras terræ ibidem. Dictus *Gilbertus.* dedit eiſdem Eccleſiam ibidem, cum pluribus terris.

Willielmus Loveday dedit Templariis duo meſſuagia, & *Cxxi.* acras terræ, & quartam partem molendini aquatici, cum paſturâ in Wilburgham magnâ.

Prior & Conventus *Elienſis* dederunt Eccleſiam ibidem.

Petrus de *Malo alneto* dedit Templariis plures terras & redditus ibidem.

Willielmus de *Maundevilla,* Comes *Eſſexiæ*, dedit Hoſpitalariis Manerium cum villâ de Cheppinham, cum omnibus pertinentiis, exceptis Eccleſiâ ejuſdem villæ, & terrâ de Chikſand, *viz.* anno Domini *MCLxxxiv.* in præſentiâ Regis *Henrici* ſecundi, anno regni ſui *xxx.* in Capellâ ſuâ apud *Weſtmonaſterium.*

Matildis de *Maundevilla* dedit tertiam portionem de Manerio . . . . . ad lumen Capellæ ibidem inveniendum.

Ricardus de *Camera* dedit *viii.* acras terræ ad dictum lumen ibidem inveniendum.

Henricus de *Kemeſeke* dedit unam magnam paſturam in Fordham.

VVillielmus filius *Ranulphi* de *Silverley*, dedit Hoſpitalariis ibidem, quinquaginta acras terræ, cum quadam paſturâ, continente *xv.* acras, in Aſheley, & Silverley, pro uno Capellano celebrante pro ejus animâ apud Aſheley; & plurima alia bona dedit eiſdem.

Item *Willielmus Randolf* dedit eiſdem *CLiv.* acras terræ arabilis in Aſheley & Silverley.

Comes quidam *Glouceſtriæ*, dedit plurima bona apud Togrynde, pertinentia eidem.

Henricus Rex *Angliæ* tertius, dedit boſcum de Carleton, vocatum Lyngſwood, pertinens eidem.

Willielmus filius *Audelini*, Domini Regis Dapifer, dedit Eccleſiam de *parva* Mapletreſtede, cum omnibus pertinentiis, ac ejus patronatus ejuſdem, tempore Regis *Henrici*, anno Domini *MCLxxxvi. xvi.* Kal. *Aprilis*, apud *Lond.*

Juliana filia *Roberti Doiſnelli* dedit Hoſpitalariis totam villam de *parva* Mapletreſtede, cum omnibus pertinentiis.

Simon de *Odewell* miles, dedit eiſdem quamplurima terras & tenementa, redditus, paſturas, & alia in Odewell, pertinentes eidem, & in Geſtingthorp.

Willielmus Joy dedit plurimas terras & redditus; ſimiliter & alia bona in dictis villis.

Alexander filius *Ricardi* de *London.* dedit in Buſtede, pertinente eidem, triginta octo acras terræ & dimidium, & tres rodas prati & tres rodas boſci, cum pertinentiis.

Matildis de *Watevyle* dedit *xvi.* acras terræ arabilis, cum pertinentiis ibidem. *Oliverus Grueys*, *Willielmus Philips* & *Martinus* de la *Bruer* dederunt quamplurimas terras, tenementa, paſturas, prata & boſcos in Hatfeild *Peverell*, pertinentes eidem.

Petrus de *Valoniis* & *Willielmus* de *Boſco* dederunt terram de Aſſeburge. *Rogerius* filius *Ricardi* de *Lambmne* dedit plures terras & redditus ibidem.

Robertus Baſinge dedit Hoſpitalariis Maneria de Sutton at Hone, & de Dertford; & de Halgell in Comitatu *Kanciæ.*

Elena de *Saukevile*, filia *Radulfi* de *Dene*, dedit totam terram ſuam de Lageham eidem Manerio de Sutton. *Radulfus* de *Penhurſte*, plures terras & redditus eidem Manerio. *Nicholaus* filius *Nicholai* de *Twycham* dedit *vii* s. *viii* d. redditus, cum pertinentiis in villâ de Sutton, & *xv* s. *ix* d. in villâ de Dertford.

Gilbertus filius *Willielmi Hulles*, dedit eidem Manerio plures terras & redditus.

Johannes de *Monteacuto* dedit Hoſpitalariis Manerium de Hechington, cum pertinentiis, ac etiam advocationem Eccleſiæ ibidem.

Thomas de *Saunford* miles, dedit Templariis Manerium de Saunford, cum pertinentiis in Comitatu *Oxonii*, ac etiam advocationem Eccleſiæ de Wilbury, in dioceſi *Sarum.*

Matildis regina *Angliæ*, dicta bona Regina, quondam uxor Regis *Stephani*, dedit eiſdem Manerium de Couley, cum pertinentiis, cum duobus molendinis in *Oxonio.*

Simon Comes *Northamptoniæ*, dedit eis Manerium de Peritone, cum pertinentiis eidem.

Comes quidam *Cornubiæ*, dedit eis Manerium de Horſepath, cum pertinentiis eidem. *Barnardus Mulett* dedit plures terras & redditus in utriſq; villis de Horſpath. *Willielmus* de *Senkewche*, & ſui anteceſſores, & *Willielmus* filius *Johannis Appleford* dederunt eiſdem plures terras & redditus in Enſington, pertinentes eidem.

Ricardus Foliot dedit quamplurimas terras & tenementa in Werpeſgrove pertinentes eidem.

Hem. Hoſe dedit eis villam de Spurſholt, cum villanis ibidem.

Robertus Archard dedit eis plurima terras & tenementa in dictâ villâ.

Willielmus Burell dedit eis unum meſuagium, cum curtilagio, in Weſtcote, pertinente eidem.

Dominus *Alanus* de la *Zouche*, dedit quamplurima terras & tenementa in Sibford cum pertinentiis eidem.

Thomas de *Sibford* dedit eis *xlviii.* acras terræ, & unum molendinum, cum redditu ibidem.

Margareta Quincy, quondam Comitiſſa *Wintoniæ*, ac uxor *Saery Quincy* Comitis *Winton.* dedit ac confirmavit plurimas terras in Sibford & in Litleford, pertinentes eidem.

Alanus de *Lymeſy* & *Gerardus* filius ejus, dedit eiſdem Manerium de **Bradwell**, ac etiam Eccleſiam de **Bradwell**, cum *x l.* terræ in eadem villa.

Johannes D'odingſels, filius Domini *Hugonis D'odingſels*, dedit eis unum meſuagium cum curtilagio & gardino; & *xiv.* acras terræ arabilis, & advocationem Capellarum de **Belmeſcote** & **Haliwelle**, cum pluribus aliis bonis in eadem villâ de **Bradwell**.

Rad. de *Cuntone* dedit eis *xxxvi.* acras & *iii.* perticatas terræ in *Magna* **Chevetell**.

Drugo Barentyne dedit Templariis apud **Saundforde** *xx s.* annui redditus, & unum lectum, percipiendum de dono Hoſpitalis S. *Johannis* extra portam orientalem *Oxon.* pro infirmo ibidem, ſive paupere ibidem inveniendo.

Will. Mareſcallus Comes *Penbrochiæ* dedit Templariis advocationem Eccleſiæ de **Spene**, quæ modò eſt in manibus Epiſcopi *Sarum*, pro annuâ penſione quinq; marcarum, ſolvendâ Præceptori de **Saunford**.

Philippus de *Hampton*, *Rog. Foliot*, & *Rob.* filius *Thurſtani*, dederunt plurima terras & tenementa ibidem, pertinentia eidem.

Sibilla quondam uxor *Ricardi Medici*, & *Will.* filius *Petri* de *Kerſyngdon* dederunt eiſdem plura terras & tenementa ibidem.

Rob. de *Oilli*, & *Henr.* filius ejus, dederunt quamplurima terras & tenementa, cum pratis & paſturis in **Oxinford**, & **Goſeford**.

Agnes de *Sibforde* dedit Templariis Capellam de **Sibforde**, cum omnibus pertinentiis: Dedit etiam eis plura terras & tenementa, & plenariam communionem in pratis, paſcuis, & paſturis & aliis ibidem.

Will. de *Boſco*, dedit eis plures terras & paſturas in **Meritone**.

Ric. Sifrewaſte & *Will. Sifrewaſte* dederunt Hoſpitalariis unum molendinum, & plurima terras & tenementa in **Clichiware**, pertinentes ad **Saunforde**; *viz.* anno Domini *MCxxxvi.* & anno primo Regis *Steph.*

Johannes Berewyk dedit Templariis diverſa terras & tenementa in **Lokerige** pertinentes eidem. *Milo* Comes *Herefordiæ* dedit duas hidas terræ ibidem.

Anteceſſores Domini Regis dederunt Templariis Manerium Templi **Rocle**, cum pertinentiis in Comitatu *Wiltes.* pertinens ad **Saunford** prædictum.

Rob. de *Veteri ponte* dedit Templariis & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, totam terram ſuam in villâ prædictâ, cum homagiis, ſerviciis & omnibus aliis libertatibus & pertinentiis, anno Domini *MCCxxvii.*

Johannes Rex *Angliæ* conceſſit Templariis totam terram ſuam de **Radenache**, in Comitatu *Buckinghamiæ*, ad valorem *x l.* annuatim.

Hugo Vere dedit eiſdem Eccleſiam ibidem.

Rob. de *Harcourt* dedit Templariis terras, tenementa, paſturas & redditus in **Sumpſinge**, & dedit eis advocationem Eccleſiæ ibidem, cum jure patronatus Vicariæ, ac cum Capellâ de **Cokeham** annexâ, quæ valebat per annum in omnibus exitibus & proficuis *xl.* marcas.

Theobaldus Englechevill dedit eiſdem plurima terras & tenementa in **Compton** in Com. *Suſſexiæ*: Et *Walt.* filius *Galfr.* dedit eis *xlvi s. xid.* annui redditus in **Berewyke** in dicto Comitatu.

Rob. de *Harecourte* prædictus, dedit Templariis Manerium de **Shipley**, in dicto Comitatu, ac etiam advocationem Eccleſiæ ejuſdem.

Will. le *Counte* dedit eis advocationes Eccleſiarum de **Wodmancote**, & **Suſchwyke** in Com. prædicto, pertinentes eidem Manerio.

Simon de *Waulle* dedit Templariis Eccleſiam de **Langeforde**, cum pluribus terris & pratis ibidem.

Galfridus de *Say* dedit eis Manerium de **Sauleſcombe**, cum pertinentiis, in Com. *Suſſexiæ*.

Theobaldus de *Engleſcheville* dedit plures terras & redditus in Parochiâ de **Ferles** in Com. *Suſſexiæ*, pertinentes eidem.

Rob. de *Luci* dedit Hoſpitalariis *Lxxx.* acras terræ in **Criſteſhale**, in Com. *Eſſexiæ*, cum aliis diverſis paſturis, pratis & boſcis.

Item *Beatrix Lucy* dedit eiſdem *xx.* acras terræ ibidem.

Rog. de *Moubray* dedit Templariis Manerium de **Keteby**, cum pertinentiis, & in **Althorpe**; ac Vacariam Vocatam **Belewode**, cum terris, pratis, paſturis, & moris, & aliis pertinentiis in **Beltone**. Et Memorandum, quod frater *Johannes Dalton*, quondam Prior Eccleſiæ de **Clerkenwell**, primò poſt tempus adnullationis Templariorum, adquiſivit dictum Manerium de **Keteby**, cum pertinentiis, de manibus laicorum, ſuis ſumptibus propriis: Et frater *Johannes Hichington*, poſt Prior ejuſdem Eccleſiæ, dictum Manerium, cum pertinentiis per Bullam Domini Magiſtri & Conventus, adnecti fecit imperpetuum, Eccleſiæ de **Clerkenwelle** prædictæ, & Priori ejuſdem, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum.

Will. de *Diva* dedit Eccleſiam de **Eldeſburgh**, cum pertinentiis.

Hugo de *Diva*, Manerium de **Nortofte**, pertinens ad **Eldeſburge**.

Rob. de *Cales* dedit Templariis Eccleſiam de **Raveneſthorpe**, cum pertinentiis.

Rog. de *Moubray* dedit Templariis Præceptoriam de **Balſalle**, cum pertinentiis. Anteceſſores Comitis *Warwici* dederunt Manerium de **Shirburne**, & plurima terras, tenementa, & redditus, cum molendino ibidem & in **Mortone**, pertinentes eidem.

Præceptoria de **Balſall.**

Rad. de *Sudleye* dedit eis plurima terras & tenementa in **Herdwyke**, pertinentes eidem.

Rob. de *Stafforde*, & *Henr.* de *Clintona* dederunt quamplurima terras & tenementa in **Tisho**, pertinentes eidem.

Gaufr. Marmion, & *Petrus Corbizun* dederunt quamplurima bona in diverſis membris

& locis, pertinentia eidem Præceptoriæ.

Will. filius *Alani* dedit eis totam villam de **Cardington**, & dimidiam villæ de **Chatewelle**.

Hubertus de *Caſtello* dedit eis plures terras in **Livele** & **Boteley**, pertinentes eidem.

Henricus Rex *Angliæ* ſecundus, dedit eis Heremitorium de **Flikhamſtede** pertinens eidem.

Rex *Henr.* ſecundus dedit Templariis villam de **Bele** in Comitatu *Staffordiæ*.

Arnulfus Kade dedit Hoſpitalariis Maneria de **Stalleſfelde** & **Dre**, cum pertinentiis, pertinentes ad **Swynfelde**.

Varaſius de *Valoniis* miles, & Dominus de **Swerdelinge**, dedit plurima terras & tenementa & redditus Manerio de **Swynfilde**. *Johannes* de *Valoniis* dedit *xx.* acras terræ, ad ſuſtentationem unius Capellani, celebrantis apud Capellam de **Swerdelinge**, in Parochiâ de **Pecham**.

Will. frater Regis, & *Will. Peverell* dederunt Templariis......

Item *Rob.* de *Vere* & *Henr.* de *Eſſex* dederunt eis plurima terras, tenementa & prata in **Waltham**, pertinentes ad **Swynfelde** prædictum.

Dominus *Rob.* de *Clotingham* miles, dedit Templariis Manerium de **Broſthall**, cum pertinentiis in **Swynfelde**.

Matildis Comitiſſa de *Clare*, uxor *Willielmi* Comitis de *Clare*, ac mater *Ricardi* Comitis de *Clare*, dedit fratribus Hoſpitalis advocationem Eccleſiæ S. *Petri* de **Berebroke**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Dedit etiam eiſdem Præceptoriam ejuſdem, cum toto dominio eidem pertinente. Dedit etiam ſororibus Domus de **Bukland** *xiii s. iv d.* ſolvendas annuatim per manus Præceptoris ibidem pro tempore exiſtentis; & alia plura bona. Hæc donatio facta fuit apud *Weſtmonaſterium*, anno quinto regni Regis *Ricardi* primi, & anno Domini *MCLxxxxii.* & tempore fratris *Alani* Prioris Hoſpitalis in *Anglia*, & Epiſcopi de **Bangor**.

Shengay Præceptoria.

Sibilla de *Raynes*, filia *Rogeri* Comitis de *Montegomerico*, dedit Hoſpitalariis Præceptoriam de **Shenegey**, cum pertinentiis, anno Domino *MCxl.*

Robertus Engayne miles dedit Manerium de **Wendey**, cum pertinentiis.

Herdwike.

Et dominus *Petrus* de *Sabaudia* dedit & confirmavit plures tenementa & terras in diverſis villis eidem Præceptoriæ annexis.

Matildis regina & uxor Regis *Stephani*, dedit Templariis Eccleſiam de **Strattone**, pertinentem ad **Dingeley**.

Willielmus de *Clopton* & *Emma* uxor ejus, dederunt Hoſpitalariis in **Cloptone**, pertinens ad **Dingley**, unum meſſuagium, cum diverſis redditibus ibidem, ac *CLxix.* acras terræ, & alia plura bona contulerunt eiſdem.

Leticia de *Ferrariis*, & *Willielmus* Comes de *Ferrariis*, dederunt plures terras in **Paſſenham**, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Rogerus Comes *Herefordiæ* dedit eiſdem molendinum in **Touceter**, pertinens eidem Præceptoriæ.

Robertus Rivell dedit Hoſpitalariis Eccleſiam de **Swinforde**.

Gaufridus de *Sancto Mauro* dedit Eccleſiam de **Herdewyke**.

Præceptoria **Melcheburne.**

Domina *Alicia* de *Claremonte*, Comitiſſa *Penbrochiæ*, dedit Hoſpitalariis Præceptoriam de **Melcheburne**, cum pertinentiis, ac Eccleſias ibidem; Eccleſiam de **Dene**; Eccleſiam de **Hargrave**; & Eccleſiam de **Riſley**, cum omnibus ſuis pertinentiis. Ipſa etiam, & *Simon Wauley*, dederunt plures terras, cum paſturis & boſcis in **Sharnebroke**, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Walterus Ryſeley miles dedit eis *xxiii s.* per annum redditus in **Ryſeley**, cum *xx.* acris boſci ibidem.

Johannes de *Suldrope* dedit eis plures terras & tenementa; ac redditus *xviii s. vi. d.* annuatim in **Suldrope**, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Stefanus Lancelyn dedit eis quamplurimas terras in Com. *Huntendoniæ*, pertinentes eidem. *Walterus Harle* dedit advocationem Eccleſiæ de **Suldrope** prædictæ.

Willielmus de *Plumton* dedit eiſdem in **Wod-Blacolvesleye**, unum meſſuagium, unum molendinum, unam virgatam terræ & dimidiam, unum boſcum, & **Hulmos**. Item *Petrus Woddam* dedit unum meſſuagium & duas virgatas terræ in eadem. *Petrus* de *Stokis* dedit eis in eſcambium, in *parva* **Blacolveſley**, duas carucatas terræ in dominico, *vii.* virgatas terræ in Villenagio, & unum parcum, quæ valent per annum *xix.* marcas.

Matildis Golofre dedit eis, in magnâ **Blacolveſley**, *v.* virgatas terræ, infra villam eandem, quæ valent per annum *xxx.* marcas, & quælibet virgata terræ valet *x s.*

Hugo de *Bellocampo* dedit Hoſpitalariis Eccleſiam de **Etone**, cum pertinentiis.

Hugo Golofre dedit Eccleſiam in magnâ **Blacolveſley**, cum Capellâ in minori **Blacolveſley**.

Willielmus Ebor. Archiepiſcopus, dedit Eccleſiam de **Oſington**, cum pertinentiis.

Henricus Hoſatus dedit Eccleſiam de **Wynkeburne**, & Eccleſiam de **Egrom** in Com. *Nottinghamiæ*. *Adam Tyſun* dedit villam de **WWynkeburne**.

Newland Præceptoria.

Rogerus Peytevin, dominus de **Altoftes** dedit Hoſpitalariis Eccleſiam de **Normantone**, cum *xl.* acris terræ in **Altoftes** cum pertinentiis, & communiam paſturæ ibidem pro pluribus animalibus anno Domini *MCCLvi.* & regni Regis *Henrici* tertii, *xl.*

Henricus de *Lacie* dedit Eccleſiam de **Kellingtone**, pertinentem dictæ Præceptoriæ.

Peveleye Præceptoria

Dominus *Willielmus Meynille*, dominus de **Peveleye**, dedit Hoſpitalariis plures terras & tenementa ibidem, anno Domini *MCCLxviii.*

Willielmus Montgomerie & *Oliverus* le *Foune*, dederunt Hoſpitalariis de **Peveleye**, quamplures terras.

Albertus Ruſſell dedit eidem dominium de **Werdone**, in Com. *Ceſtriæ*.

Ranulfus Comes *Ceſtriæ* dedit eidem unum meſuagium, & unam acram terræ & communem paſturæ in villâ de **Frodeſham**, pertinentes eidem: Et plura alia bona dedit, fecit, & confirmavit Religioni.

Aſculfus Muſard dedit medietatem Eccleſiæ de **Stavele** in Com. *Derbiæ*.

Walterus Abetot dedit eidem Eccleſiæ *xxii*. acras apud **Barle**, cum communiâ ejuſdem villæ.

Marjeria de *Carun* dedit plurima tenementa & terras in **Clifton**, **Herdewyke**, **Stanforde**, & **Langforde** pertinentes eidem Præceptoriæ.

Ricardus de *Fitton* dedit dominium de **Fulſhawe**, cum pertinentiis in dicto Com. *Ceſtriæ*.

Robertus de *Bachepuz* dedit Hoſpitalariis Eccleſiam de **Barowe** in Com *Ceſtriæ*.

Galfridus de *Boſcherv'lla* dedit eis Eccleſiam de **Sutton**, in Com. *Notingh. Rogerus* de *Biron* dedit eiſdem Eccleſiam de **Kington**.

Emma de *Caundell* dedit plurima bona in *Staffordia*, pertinentia eidem Præceptoriæ.

Walt. de S. *Quintino* dedit Eccleſiam de **Stynteforde**, cum pluribus poſſeſſionibus & bonis, ad eandem pertinentibus.

Walt. Turbervile dedit Hoſpitalariis Manerium de **Anſty**, cum pertinentiis in Comitatu *Wilteſ.* anno Regni Regis *Johannis xii*.

Comes *Herefordiæ* dedit eiſdem Manerium de **Chirchetone** in Comitatu prædicto.

Matildis Comitiſſa de *Clare* dedit Hoſpitalariis Manerium de **Grenehem**, cum pertinentiis. *Gervaſius Paynell* dedit eiſdem villam de **Grenehem**.

Rob. Comes de *Ferrariis* dedit Eccleſiam de **Wollavintone**, *Ric. Malet* dedit plures terras & tenementa in **Quentone**, pertinentes ad **Hoggeſhawe**. *Chriſtina* filia *Auguſtini*, dedit terras & tenementa in **Doyndone** & **Quentone**, pertinentes eidem.

Hamo filius *Mainfelini* & *Will. Peverell*, dedit terram de **Chaldewerdbury**, pertinentem eidem.

Dominus *Rob. Burgate* miles dedit plures terras in **Giſſelingham**, pertinentes eidem.

Henr. Rex *Angliæ* tertius, dedit totam terram ſuam de **Mantone**, cum pertinentiis, anno Regni ſui *xxviii*.

Albericus Comes *Oxonii*, & *Agnes* uxor ejus, dederunt Hoſpitalariis, *vi s. viii d.* de quodam molendino, in **Stoke** in Com. *Suffolciæ*.

Henr. Rex *Angliæ* ſecundus, dedit totam terram ſuam de **Bergholte** pertinentem eidem.

Wy-tham Præceptoria.

Margareta de *Perci*, & *Hubertus* de *Ria* dederunt Templariis Manerium de **Askelby**, cum omnibus pertinentiis, anno Regni Regis *Henrici* ſecundi *xxxiii*.

Ipſa etiam *Margareta* dedit eis boſcum ibidem, cum quodam crofto, & *Lxvii*. acris terræ ibidem, cum diverſis tenementis in dictâ villâ, & cum pluribus aliis bonis. Et *Hubertus* de *Ria* prædictus, dedit Eccleſiam ibidem, ac Capellam, anno ipſo quo *Thomas Cantuariæ* Archiepiſcopus iracundiâ & malâ voluntate diſceſſit à domino Rege *Northamptoniæ*. Nota quod verba, ſic continentur in Cartâ ejudem *Huberti*.

Rex quidam *Scotiæ*, dedit Templariis villam de **Oggerſtone**, cum pertinentiis.

Quidam Comes *Ranulphus* dedit **Maltehy**, cum pertinentiis.

Willielmus filius *Osberti* de *Tathewell* miles, dedit Hoſpitalariis boſcum de **Maltehy**, cum *CCx*. acris boſci in **Tathewell**, ac molendino, & diverſis terris & tenementis ibidem.

Thomas Multon miles, filius *Thomæ Multone*, dedit religioni Domum Hoſpitalis *S. Leonardi* de **Skirbeke**, in Com. *Lincolniæ*, ac totum Manerium ſuum de **Skirbeke**, cum ſuis pertinentiis. Dedit etiam Capellam de **Wyneſtowe**, cum omnibus pertinentiis, unà cum advocatione Eccleſiæ de **Kirketone**, anno Domini *MCCxxx*.

Temple *Bruere* Præceptoria.

Matilda de *Cauz* dedit Templariis villam de **Ronſtone**, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem, cum pertinentiis, pertinentes dictæ Præceptoriæ.

Robertus de *Everyngham*, dedit Manerium ejuſdem villæ, cum pertinentiis, dictæ Præceptoriæ.

Gilbertus de *Greſſy* dedit eiſdem ibidem duas quarentenas brueræ, & paſturam ad *D*. oves in eadem.

Johannes D'Eincourt dedit unam bercariam, & duas carucatas terræ, Præceptoriæ prædictæ, quæ valent per annum *xlviii s*.

Anteceſſores Domini Regis, dederunt eidem Præceptoriæ quinq; carucatas terræ in **Pavenby** & *xiv s*. annui redditus.

Willielmus de *Veſci* dedit eidem, Eccleſias de **Catthorpe** & **Normanton**, pertinentes eiſdem.

Robertus de *Gimiges* dedit Eccleſiam de **Bottilbrigge**, pertinentem eidem.

Robertus de *Armantiers* dedit medietatem Eccleſiæ de **Cranwell**.

Simon de *Tuſhet* & *Jordanus* de *Aſheby* dederunt Eccleſiam de **Aſheby**.

Galfridus de *Cleypole* dedit medietatem de **Wyn**,

Robertus filius *Radulphi* & *Robertus Malebiſſe*, dederunt Eccleſiam de **Sybthorpe**, in dioceſi *Lincoln*.

Gilbertus de *Driſtroke* dedit advocationem Eccleſiæ de *Dri-Stoke*, in eadem Dioceſi.

Matildis Engaine dedit Eccleſiam de **Gedyngs**, in eadem dioceſi.

Jordanus Foliot dedit Eccleſiam de **Faſeby** in eadem dioceſi.

Simon de *Cancy* dedit medietatem Eccleſiæ de **Wyllughton**.

Willughton Præceptoria.

Simon de *Cancy* & *Rogerus Buſſe* quampluſimas terras, eidem Præceptoriæ de **Wyllughton**.

Rogerus de *Bulles*, & *Hugo* de *Baiour*, dederunt quamplurimas terras eidem.

Robertus Baſſet dedit quamplurimas terras in **Galkewell**, & **Golkeſby**, pertinentes eidem.

Rob. de *Bolonia* & *Gilbertus* frater ejus dederunt plures terras in **Haltone** pertinentes eidem.

Will. de *Roumere* dedit plures terras in **Hareby** & **Kirkeby**, & in aliis locis, pertinentes eidem.

Walt. Semer & *Johannes Semer* dederunt plurima bona in **Horkeſtowe**, pertinentia eidem.

Rog. de *Tolebu* dedit Eccleſiam de **Geyneſburgh**, pertinentem eidem.

Rannulphus Comes *Ceſtriæ* dedit Eccleſiam de **Colkeſby**, pertinentem eidem.

Willielmus Roumere prædictus, dedit Eccleſiam de **Hareby**, pertinentem eidem.

Hugo Camerarius dedit Eccleſiam de **Thorpe**, pertinentem eidem.

Simon de *Vere* dedit Hoſpitalariis Manerium de **Boteneſſord**, cum Eccleſiâ ibidem, pertinente eidem.

Robertus Dominus de *Ros* dedit Templariis villam de **Braunceby**, pertinentem eidem.

Henricus Muden dedit eiſdem, in **Willughton** *Lx.* acras terræ, tam arabilis, quam boſci.

Alanus le *Avener* dedit quoddam tenementum in **Grymesby**, & liberam Curiam ibidem, valentes, *iv l. xvi.*

Robertus de *Coches* dedit *Lx.* acras terræ, cum pratis diverſis & paſturis, & homagiis ibidem.

Steph. Rex *Angliæ* dedit Templariis Manerium de **Ecle**, cum pertinentiis.

Henr. Rex *Angliæ* ſecundus, dedit Eccleſias de **Ere**, & **Swynderby**, & **Skarle**, pertinentes eidem.

Simon Ropley dedit eiſdem totam terram ſuam de **Mere**, pertinentem eidem.

Swanus le *Riche* dedit Templo de **Mere**, duas carucatas terræ, valentes *vii l.*

Johannes Conſtabularius *Ceſtriæ* dedit Hoſpitalariis villam de **Kneſale**, cum Eccleſia de **Flaſſex**. Ipſe etiam dedit Eccleſiam de **Marnham**, pertinentem eidem Præceptoriæ.

Domina *Sybilla* de *Valoniis* dedit fratribus Hoſpitalis, Manerium S. *Trin. Beverlaci*, cum diverſis tenementis in eadem villâ, dedit etiam Manerium de **North-Burton**, cum diverſis terris & tenementis in eadem villa, & in **North-Dalton** anno Domini *MCCi.* anno verò Regis *Johannis iii.*

Dominus *Rog. Moubray* dedit Templariis Manerium de **Wetheley**, cum ſilvâ eidem adjacente.

Dominus *Ric.* de *Morener* dedit eiſdem villam de **Allerthorpe**.

Henr. de *Puteaco* dedit Hoſpitalariis totam inſulam de **Whaleſey**, cum pertinentiis pertinentem eidem.

Rad. filius *Will.* de *Grymthorpe*, & ſui anteceſſores dederunt in **Faukefoſſe** *x.* bovatas terræ, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Guido de *Bonamcourte* dedit totam villam de **Weſterdale**, cum Manerio, pertinente eidem.

Dominus *Henr.* de *Eſſexia* dedit Templariis parvam **Fraynham**; pro quâ Dominus *Hugo* Comes *Norfolchiæ* dedit eis Manerium de **Faukebrigge**, in eſcambium, aſſenſu *Henr.* Regis ſecundi.

Dominus *Nicholaus* de *Haſtings* dedit eiſdem ſex bovatas terræ, cum capitali meſuagio, & cum toftis, & croftis in villâ de **Allerſtone**, ad ſuſtentandum unum Capellanum imperpetuum Apud **Fowbrigge**.

Dominus *Aluardus* de *Monte begonis* dedit eis advocationem Eccleſiæ de **Beworth**, cum *xii.* bovatis terræ, & capitale meſuagium in eadem villâ.

Rad. Maſtwell miles dedit quamplurima terras & tenementa, & alia bona Templariis, in villa de **Mulleford**, **Uggetone**, & **Careſbroke**, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Baddeſley Præceptoria.

Robertus Ruſſell dedit Templariis diverſas terras & redditus in **Querne**, pertinentes eidem.

Jordanus de *Clinton* miles dedit eis Manerium de **Sodington**, cum pertinentiis, pertinens eidem.

Comes quidam *Herefordiæ* dedit eis Manerium de **Warneford**.

Will. de Sancto *Joh.* & Dominus *Adam* de *Port*, dederunt *xxvi s. vii d.* annui redditus in eadem villâ.

Joh. Waleis miles dedit Hoſpitalariis Manerium de **Dalby**, in eſcambium pro Manerio de **Thurmentone**, cum pertinentiis, anno Regni Regis *Edwardi* tertii *xxvi.*

Rog. Burnelby dedit Eccleſiam de **Byllingburghe**.

Ric. Curſon dedit Templariis in **Queneburge**, diverſas virgatas terræ, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Galfr. Abbe dedit unum meſſuagium, & octo acras terræ in **Grymſtone**.

Will. Dayloſe viii. virgatas terræ in **Oſgothorpe**.

Simon de *Monteforti* dedit in *Beaumonds viii.* acras terræ.

Balamus dedit unam carucatam & .... acras terræ in **Meltone**.

Reginaldus Marke dedit *xii.* bovatas terræ in **Thurmantone**.

Henr. Rex *Angliæ* tertius, dedit Templariis Manerium de **Rotheley**, cum pertinentiis, ac cum advocatione Eccleſiæ ibidem, & aliis ſuis pertinentiis; & dedit eis *iv l. viii s.* redditus terrarum in **Northmardefeud**, & **Southmardefeud**. Et dedit eis in diverſis villulis eidem Manerio pertinentes, *xxxvi l. v d.* annui redditus.

Rotheley Præceptoria.

Joh. Barectur dedit eiſdem terram ſuam ad valorem *x l.* annuatim.

Simon de *Monteforti* Comes *Leiceſtriæ*, quandam magnam quantitatem terræ ibidem, & quoddam nemus, vocatum **Rotheley-woods**, juxta *Leiceſtriam*; & dedit quoddam pratum, vocatum **Beleholme**.

Agnes Lacy, *Will. Pictavenſis*, atq; *Cecilia* Comitiſſa, dederunt Præceptoriam de **Quenyngton**,

Quenyngton Præcept.

nyngton, cum omnibus pertinentiis.

Gilbertus Lacy dedit quamplurima tenementa & terras in Com. *Glouceſtriæ*, pertinentes eidem.

Rog. Muſhet dedit plures terras in **Benney**, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Rog. de *Watevyle* dedit Templariis, Templum **Guttinge**, pertinens eidem.

Galfr. de la *More* dedit eis totum dominicum ſuum, cum Curiâ ſuâ, & pluribus aliis terris, tenementis, pratis, paſcuis, paſturis & ſervicis in villa de **Welde**, pertinentes eidem.

Petrus Bukerell dedit eis plures terras & tenementa, cum aliis in **Clanefeld**.

Nicholaus Wiſterman dedit eis quamplurima terras & tenementa in **Clanefeld**.

Will. Porter dedit eis plurima terras & tenementa in **Graſtone**, pertinentes ad **Clanefeld**, & alibi.

Will. de *Lega* dedit quamplurima terras & tenementa Hoſpitalariis, in Comitatu *Glouceſtriæ*, pertinentes ad **Quenyngton**.

Mabilia de *Mara*, uxor ejuſdem *Will.* & *Rob.* de *Mara*, dederunt dominium de **Calmeſdene**, cum pertinentiis, pertinens ad **Quenyngton**.

Ricardus filius *Rogeri* de *Calmeſdene*, dedit plures terras & etiam tenementa ibidem.

Aſculfus Muſard dedit **Rylangre**, pertinens eidem.

Edwardus Rex *Angliæ* primus, dedit Hoſpitalariis advocationem Eccleſiæ de **Down Amney**.

Ric. Rex *Angliæ* primus, dedit Hoſpitalariis apud **Dynmore**, Hoſpitale *Wigorniæ*, cum omnibus pertinentiis. Dedit etiam Heremitorium de **Dodford**, cum pertinentiis; & Hoſpitale Civitatis *Herefordiæ*, cum terra de **Boneſhull**, & **Hordefeld**, juxta *Briſtollam*; ac locum, qui dicitur **Wommeburgge**, cum Manerio de **Calowe**, cum pertinentiis; & plures alias terras, & boſcum ibidem ac alibi.

othelep
ræcep.
oria.

Johannes de *Evereus* dedit eis Eccleſiam de **Drenhall**, in Comitatu *Herefordiæ*; cum terris, decimis, & obventionibus, & aliis quibuſcunq;, ac jus patronatus ejuſdem Eccleſiæ, anno Domini *MCLxxxvi*. Kal. *Aprilis*, & tempore Regis *Henrici* ſecundi, & fratris *Garneri* de *Neapoli*, tunc Prioris Hoſpitalis S. *Joh.* in *Anglia*.

Walinton.

Leticia quædam, dedit parvam **Waletone**, pertinens eidem Præceptoriæ.

Wizo & *Walt.* filius ejus, ac *Walt.* filius ejuſdem *Walteri*, dederunt Hoſpitalariis totam villam de **Siebeche**, cum molendino, piſcaturâ & terris, ac omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, in pluribus aliis terris in **Dungleydy**, pertinentes eidem.

Quenyngton
Præcept.

Dederunt etiam Eccleſiam S. *Mariæ* de **Wyſton**, & terram de **Parvburgh**; Eccleſiam de villa *Clarenbaldi*; Eccleſiam de **Waleton**; Eccleſiam de **Anataſtone**; Capellam de villa *Runeri*, & de **Woodſtoke**; Eccleſiam de **Rudparton**; Eccleſiam de **Prendegeſte**; Eccleſiam de villa *Oſmundi*; Eccleſiam de **Boleſtone**; Capellam de **Piketone**; & plurima alia bona dederunt eidem Præceptoriæ, in **Dungledy**, & alibi.

Robertus filius *Humfridi* dedit Eccleſiam de **Landegoſe**, & duas carucatas terræ. *Yvo* filius *Letardi* dedit Eccleſiam de **Letarſtone**.

Philippus le *Poer* dedit Eccleſiam de **Patrikeſworth**, cum ſuis pertinentiis.

Will. filius *Haimonis*, *Rob.* filius *Godberti*, & *Ric.* filius *Tancardi*, Barones, dederunt totam villam de **Roſmarthe**, cum Eccleſiâ, molendino, terris, & univerſis pertinentiis ſuis, cum pluribus etiam terris in **Haverford**, & **Coſerum**.

Will. filius *Geraldi*, & *Odo* filius ejus, dederunt totam villam de **Rubarde**, cum omnibus pertinentiis.

Will. le *Poer.* dedit *viii.* bovatas terræ in **Blakedone**.

Will. Haryſon dedit Eccleſiam de **Amerath**, cum *L.* acris terræ.

Galfr. Marmyon dedit Eccleſiam de **Lanſtephan**, cum *L.* acris terræ, ac piſcaturam in **Taff**, & paſſagium liberum in **Tiwy**, omnibus tranſeuntibus.

Will. de *London* dedit duo burgagia, & *xii.* acras terræ in **Kidwelly**.

Henricus de *Novoburgo* dedit Eccleſiam de **Lochur**, cum pertinentiis, ac unum burgagium.

Rob. filius *Walteri* dedit tertiam partem unius feodi, unam acram prati, & *xxx.* acras terræ, ad conſtruendam Capellam S. *Johannis Baptiſtæ*.

Rad. de *Marra* dedit Eccleſiam de **Porthegnon**, unam manſuram extra Eccleſiam & *xvi.* acras terræ.

Will. Turbervile dedit Eccleſiam **Lantridean**, cum Capellâ ſuâ de villâ *Walteri*; Eccleſiam de **Landenmare**, & Eccleſiam de **Roſſelly**, cum ſuis pertinentiis.

Rob. filius *Steph.* dedit Eccleſiam de **Blentafe**, & *C.* acras terræ.

Rog. Comes de *Clare* dedit Eccleſiam de **Stradmurik**, & Eccleſiam de **Treſtrahio**, & *C.* acras terræ, & tria burgagia, cum villa de *Cardigan*.

Reſus filius *Griffini* dedit terram de **Stradmurik**, & totam terram de **Ruſtind**, cum villa.

Simon de *Hay* dedit Eccleſiam de **Killmaynloke**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis.

Kaduganus filius *Griffini* de *Betnuen*, Eccleſiam, ac molendinum, cum ſuis pertinentiis ibidem.

Ric. filius *Tancardi* dedit Eccleſiam de **Gardelandſton**, cum *Cxx.* acris terræ.

Will. de *Bruſia*, & *Meuriche* filius *Adæ*, dederunt Eccleſiam de **Nantemelan**.

Dominus de **Penkethly** dedit Eccleſiam S. *Margani*.

Will. Mareſcallus Comes *Penbrochiæ* dedit Eccleſiam de **Caſtelan-Emlyn**, cum *Lxxx.* acris terræ ibidem, & in **Eſchirmanhir**.

Joh. de *Brewoſa* dedit Eccleſiam ſancti

Ylturty

Titurty Vaink, & totam terram quæ vocatur **Pylmore**, & **Bozlakesland**, cum omnibus pertinentiis.

Robertus de *Penrys* dedit Eccleſiam de **Penrys**.

Joh. Blankaigel dedit Eccleſiam de **Penmayn**.

Raymundus filius *Martini* dedit Eccleſiam de **Martherling**, & duas carucatas terræ.

Refus filius *Griffini* dedit Eccleſiam de **Lanſefret**, & totam terram quæ pertinet villæ ejuſdem.

Joh. Lecard dedit advocationem Eccleſiæ *S. Egidii* de **Letardeſton**, cum Capella de **Lanheyz** anno Domini *MCCCxxx*.

Wll. de *Erlegh*, pro ſalute animæ Regis *Henrici*, & *Alianoræ* Reginæ, & filii ſui Regis *Henr.* & aliorum filiorum & filiarum ſuarum; pro remedio animæ ipſius *Willielmi* & uxoris ſuæ, dedit totam terram de **Buklande**, & Eccleſiam de **Perretone**, cum aliis Eccleſiis & terris ſuis in diverſis locis, ut patet per Cartam indè confectam, ad plantandum & ordinandum, per manum *Thomæ* Archidiaconi, avunculi ipſius *Willielmi* de *Erlegh*, Religionem apud **Bukland**. Et quod iidem Canonici ſic plantati & ordinati in eodem loco, prædictas terras & Eccleſias in uſus ſuos proprios, in puram & perpetuam elemoſinam poſſiderent. Quos quidem Canonicos, poſtea per plures annos, per eorum culpam & foriſfacturam; eo videlicet, quod quendam Seneſcallum ſuum, conſanguineum *Willielmi* de *Erlegh* interfecerunt, Dominus *Henricus* ſecundus, pro tunc exiſtens, fecit amoveri; & fratri *Garnerio* de *Neapoli*, tunc Priori Hoſpitalis S. *Johannis Jeruſalem* in *Anglia*, apud *Lond.* conſenſu *Rad. Cantuarienſis* Archiepiſcopi, & *Reginaldi Bathon.* Epiſcopi, & multorum procerum *Angliæ*, tam Clericorum, quàm laicorum, eaſdem terras & Eccleſias, pro collocandis ibidem ſororibus, donavit ac confirmavit, circa annum Domini *MCLxxx.* ſub conventione, *viz.* quod idem Prior, ſeu ſui ſucceſſores in nullâ aliâ domo ſuâ in *Anglia* retineret ſorores ſui ordinis niſi in prædictâ domo de **Buckland**: Quæ quidem ſorores olim ſuper ſuum morabantur, *viz.* apud **Hamptone** juxta **Bynteſtone**, apud **Kerebroke**, & **Swynfelde**, & aliis locis.

Deindè frater *Garnerius*, prædictus Prior, de conſenſu regio, eoſdem Canonicos, tres *viz.* in domum Hoſpitalis prædicti, ad petitionem eorum ſuſcepit, & habitum ejuſdem Hoſpitalis habuit; & duos in Prioratu de **Tanton**, ac unum in Prioratu de **Berlitz**; & unum in Monaſterio S. *Bartholomæi* de **Smithfeld**, apud *Lond. Reg.* Epiſcopus *Bathon.* prædictus, ipſis hoc petentibus & obtinentibus, in religione Canonicorum recipi fecit. Poſtmodum verò, hiis peractis, præfatus frater *Garnerius* Prior, Sorores in diverſis Præceptoriis ordinis ſui, in *Angliæ*, ut prædicitur, exiſtentes, congregari, & apud **Bukland**, de conſenſu ac voluntate regio; necnon conſenſu omnium, quorum interfuit, collocari fecit; *viz.* Sororem *Miliſentem*, apud **Standone**; Sororem *Johannam*, apud **Hamtone**; Sororem *Baſiliam*, apud **Kerebroke**; Sororem *Amabiliam*, & Sororem *Amiciam* de *Malketon*, apud **Shenegeye**; Sororem *Chriſtianam*, de *Hoggeſhawe*, apud **Hoggeſhawe**; Sororem *Petronillam*, apud **Gosforde**; & Sororem *Agnetem* apud **Clanefelde**, ut in eodem loco de **Bukland** eædem ſorores, & ſuæ ſucceſſores, Deo imperpetuum deſervirent. Deindè frater *Terricus* de *Muſſa*, Prior Hoſpitalis prædicti, de concilio Fratrum generalis Capituli, dedit dictis ſororibus de **Bukland**, & ſucceſſoribus ſuis *xxxviii.* marcas *xi s. viii d.* ſterlingorum, annuatim recipiendos imperpetuum, ad duos anni terminos, *viz.* ad feſtum Paſchæ *xix.* marcas *vi s. iiii d.* de Præceptore de **Bukland**, qui pro tempore fuerit; ita quod Præceptor, de prædictis *xxxvii.* marcis *xii s. viii d.* à dicto *Terrico* & ſucceſſoribus ſuis, habebit allocationem ſuper reſponſione ſuâ ſolvendâ.

Deindè frater *Hugo* de *Alneto*, Prior Hoſpitalis prædicti, de communi conſenſu & voluntate Fratrum Capituli, conceſſit dominæ *Loretæ* Comitiſſæ *Leiceſtriæ*, ad inveniendum unum fratrem Capellanum, cotidiè celebraturum Miſſamglorioſæ Virginis *Mariæ* in Eccleſiâ Sororum prædictarum: Pro certis terris, redditibus, aliiſq; prædicta Comitiſſa contulit Domui Hoſpitalis S. *Johannis* in proprios uſus ſororum prædictarum de **Bukland** convertendis; ita quod prædictus frater Capellanus, nulli alio ſervicio deputabitur, niſi proprio glorioſæ Virginis Miniſterio in Eccleſiâ prædictâ. Conſequenter verò frater *Rogerus* de *Vere*, Prior Hoſpitalis prædicti, in adventu ſuo ad **Bukland**, pro ſtatu Domus videndo, invenit diſtanciam & diſcordiam, inter Priorem Præceptorem, & Prioriſſam ac Conventum domus de **Bukland**, pro diverſis rebus, dictas Prioriſſam & Sorores tangentibus; & aſſenſu Capituli ſui de **Melcheburne**, ad perpetuam pacem inter ipſos ſervandam, ordinavit, inter cætera, quod prædictæ Prioriſſa & Conventus habebunt Seneſcallum ſuum, ad menſam Præceptoris, & unum garcionem ſedentem cum garcionibus Præceptoris; & erit ibi cotidiè in menſâ, niſi duxerit habere ſummonitionem dicti Seneſcalli: Et ad feſtum S. *Michaelis*, cum tenere voluerit Seneſcallus Curiam de *la* **Hele**, habebit de Celerario, quinq; albos panes, & coſtrellos ſuos plenos cerviſiæ; & ad idem feſtum, pro Curiâ de **Kinnerſdone** de privilegiis tenendis, habebit totidem, & ad le **Hoke-day**, totidem, Equitaturam verò & omnia alia neceſſaria habebit de liberatione & ordinatione Prioriſſæ & Conventus: Et ſi in aliquo deliquerit, licebit Prioriſſæ ea defendere, ne de bonis earum intromittat, ſed non eum removere abſq; Priore. Item habebunt Sacerdotem ſecularem, ad celebrandum pro animâ *F.* . . . . quondam Prioriſſæ ibidem, & animabus Fundatorum & benefactorum dictæ Domus, qui erit in menſâ cum fratribus, & lectum in thalamo inter ſacerdotes & Clericos, & per reliquum tempus

pus ſecundùm diſpoſitionem Prioriſſæ; ita quod Præceptor habeat allocationem de quinque marcis, pro menſâ dicti Sacerdotis; & etiam unius Fratris celebrantis Miſſam beatæ *Mariæ*; & etiam tres ſolidos ad feſtum S. *Michaelis* pro Clerico de Capellâ.

Willielmus de *Erlegh* prædictus, dominus de **Draytone**, dedit ad ædificandum domum de **Bukland**, cum Eccleſiâ **Peretone**, cum omnibus membris, Capellis, & pertinentiis ſuis; ſcilicet Eccleſiam de **Cheſey**, quod eſt membrum ejus; & cum omni jure quod Fratres Hoſpitalis habent, vel habere debebant in Eccleſiâ de **Poulet**, nomine Eccleſiæ de **Pereton**, cum Capellâ de **Huntworth**, & Capellâ de **Newetun** *Comitis*, & Capellâ de **Thurlakeſtone**, & Capellâ de **Sirdeſtone**, & Capellâ de **Newton** Regis: & dedit Eccleſiam de **Bekynton**, cum omnibus pertinentiis, & Eccleſiam de **Bynmeſdone**, ac Eccleſiam de **Sirſton**, cum aliis pluribus terris & bonis.

Radulfus filius *Willielmi* de *Bruere* dedit ſororibus ibidem, Eccleſiam de **Toland**, cum pertinentiis.

Alanus filius ..... *Ruſſell* dedit Eccleſiam de **Donington**, in dioceſi *Lincoln.* pertinentem eiſdem.

Warinus de *Aula* dedit **Bodeſcombe**, pertinens eiſdem ſororibus.

Aſcuil Muſard dedit **Chilſcombe**, **Wylangre**, & **Bochelcote**.

Robertus Arundale dedit **Halſe**, cum pertinentiis.

Præceptoria de **Temple-Combe.** *Milo* de *Franca-quercu* dedit Templariis diverſas terras & tenementa in villâ de **Lopen**, pertinentes dictæ Præceptoriæ.

Savarus de *Pileſdon* dedit Manerium de **Pyleſdon**, pertinens eidem.

Comes quidam, nomine *Robertus*, dedit plures redditus in *Briſtollia*.

Hubertus de *Perepont* dedit totam villam de **Clevangre**, pertinentem eidem.

Reginaldus filius *Urſi* dedit totam villam de **Wyltone**, pertinentem eidem.

Trebigh Præceptoria. *Henricus* de *Pomeria* dedit Hoſpitalariis Eccleſiam S. *Maderi*, cum pertinentiis, in Com. *Cornubiæ*, pertinentem eidem Præceptoriæ.

Reginaldus de *Mariſco* miles dedit eiſdem advocationem Eccleſiæ S. *Clari* in eodem Comitatu.

Ribſtane Præceptoria. *Robertus* dominus de **Ros**, dedit Templariis Præceptoriam de **Ribſtane**, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, ac villulam de **Walleſford**, cum molendinis ejuſdem. Ipſe etiam dedit villam de **Hulſyngore**, cum boſco & molendino; & totam terram ſuam, quam babuit in **Cattall**, cum diverſis tenementis in *Eboraco*, in **Conyngſtreate**.

Alanus Carpentarius dedit diverſas terras in villâ de **Calthorpe**, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Willielmus filius *Roberti* de *Denb.* dedit villam de **Wetherby**, cum pertinentiis.

Mont. S. Johannis Præceptoria. *Robertus* Dominus de *Ros* dedit Manerium *Montis* S. *Johannis.*

Rogerus Mubray dedit plures terras, & alia bona eidem.

Adam Foſſard, *Willlielmus Cantlow* miles, & *Alicia Gaunt* dederunt plurimas terras.

Odo de *Boltebj* dedit plurimas terras ibidem.

Baldewynus Wake dedit Templariis Manerium de **Kereby**, cum ſokâ de **Oſingwald.**

Temple-Newſum Præceptoria. Templum prædictum modo eſt in manibus Domini Regis, cum **Farlete** & **Cave** & molendinis *Ebor.*

Robertus de *Stapleton* dedit Templariis ibidem, villam de **Oſmundethorpe.**

Temple-Hurſte. *Radulphus* de *Haſtings*, & *Willielmus* de *Haſtings* dederunt Templariis *Temple*-**Hyrſte** & **Wyrham**, cum pertinentiis, anno Domini *MCLii*: quæ modo occupantur per Dominum de **Darcy.**

Normannus quidam nomine, dedit terram de **Chyburne.**

David Rex *Scotorum* dedit terram de **Torphigan.**

Feregus Rex *Galwitenſium* dedit terram de **Galwyte.**

Memorandum, quod inter omnes Fundatores, ac Benefactores Hoſpitalis ..... maximè tenentur Hoſpitalarii *Rogero* domino de *Moubray*, & hæredibus ſuis; ac etiam ſpecialiter tenebantur Templarii. Quare Templarii, ad tantam devotionem ergà religionem ſuam præmonſtratam, conſiderationem habentes, ut tenentur, uno aſſenſu conceſſerunt, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, eidem *Rogero* & hæredibus ſuis, quod quotienſcunq; idem *Rogerus* contingeret invenire aliquem fratrem Religionis prædictæ, pro aliquo delicto erga religionem ſuam, ad pœnitentiam publicam, prout moris eſt religionis ſuæ, poni, adtunc benè liceat eidem *Rogero* & hæredibus ſuis ipſum fratrem, ſic publicè pœnitentem, à pœnitentiâ relevare, ſine contradictione alicujus fratrum Miliciæ Templi, ſeu ſucceſſorum ſuorum imperpetuum. Et hoc idem Prior & fratres Hoſpitalis in *Anglia* conceſſerunt Domino *Johanni* de *Moubray*, Domino Inſulæ de **Axiholme** & de **Gower**, & hæredibus ſuis imperpetuum; quod cum ipſe & hæredes ſui, ob aliquam devotinem in Conventu fratrum ſuorum, in partibus transmarinis venire contigerit, quod honorificè recipientur; & eiſdem deſerviretur, ut illis, quibus, poſt dominum ſuum Regem, magis tenentur in beneficiis. Hæc præfata conceſſio facta fuit per prædictos Fratres Hoſpitalis apud *Londonias xx.* die menſis *Martii*, Anno Domini *MCCCxxx.* & anno regni Regis *Edwardi* tertii, poſt conqueſtum, decimo.

Stephanus Rex *Angliæ* dedit Templariis Maneria de **Creſſynge**, **Witham**, & **Egle.** *Matildis* regina, uxor ejus, dedit Manerium de **Couley**, pertinens ad **Saunford**, cum duobus molendinis in *Oxonio*, ac communem paſturam in Foreſtâ de **Shottovere**, & Eccleſiam de **Stractone** in Com. *Rutlandiæ*.

Henricus Rex *Angliæ* ſecundus, dedit Eccleſias de **Elle**, **Swynderby**. & **Skarle**, cum pertinentiis, in dioceſi *Lincolnienſi*. Item

Kyngeſwode in **Kent**, juxta **Waltam**. Manerium de **Strode** in Hundredo de **Skamele**; Eccleſiam S. *Clementis* quoq; *Dacorum*, extra Civitatem *London*. Villam de **Kele**, cum pertinentiis in Comitatu *Staffordiæ*. Heremitorium de **Flikamſtede**, pertinens ad **Walſall**, & totam terram ſuam de **Lange Careſwey**. Item dedit quandam domum in *Briſtollio* cum mercato de **Witham**. Terram de **Bergholte**, pertinens ad **Batisforde**, unum molendinum, ad pontem Caſtelli de **Penbroke**, cum villâ de **Finchingfelde** pertinente ad *Temple* **Creſsing**. Item conceſſit ſingulis annis tres cervos in pinguedine cervorum, ſive in **Eſsex**, ſive in Foreſtâ de **Wyndeſore** capiendos.

Ipſe etiam confirmavit Domum de **Bukland**, ut ſorores ibidem & non alibi remanerent. Item conceſſit Templariis, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, ut habeant apud Manerium ſuum de **Melchebourne**, **Temple**-*Bruere* ſingulis ſeptimanis per diem *Jovis*, unum Mercatum; & quod habeant unam feriam ibidem ſingulis annis, per tres dies duraturam, *viz.* in vigilia, die & craſtino S. *Jacobi* Apoſtoli.

Item dedit in *Hibernia* molendina de **Waterforde**, & **Weſeforde**; villam de **Clumpthorpe**, cum ſuis pertinentiis; villam juxta **Waterforde**, quæ dicitur S. *Barri*; *parvum* **Mareſtune**, juxta **Waterforde**; & Eccleſiam S. **Walachrii**, cum pluribus aliis bonis.

Johannes Rex *Angliæ* dedit Templariis totam terram de **Radenache**, ad valorem *x. l.*

Item dedit totam terram ſuam de **Harewode** in Com. *Herefordiæ*.

Rex *Henricus* tertius dedit Manerium de **Blacolveſley**, cum parco de **Hateſhall**: & conceſſit dictis Templariis & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, ut habeant Nundinas annuatim in villâ de **Baldok**, in feſto S. *Mathai* Apoſtoli, & quatuor diebus ſequentibus, *viz.* anno regni ſui primo: Et conceſſit eis unum Mercatum in *Novo Burgo*, ſingulis ſeptimanis per diem *Mercurii*; & unum Mercatum apud villam de **Walnesford**, in parochiâ de **Wyham**, in Comitatu *Eſſexiæ*, ſingulis ſeptimanis per diem *Jovis*; & unam feriam ibidem ſingulis annis, per tres dies duraturam, *viz.* in vigiliâ decollationis S. *Johannis Baptiſtæ*, in ipſo die, & in craſtino.

Henricus Rex *Angliæ* tertius, dedit Templariis boſcum de **Carletone**, vocatum **Kyngeſwode**, juxta **Chyppenham**, cum uno meſſuagio & ſex bovatis terræ, cum pertinentiis, in magnâ **Lymbergh**. Item conceſſit Hoſpitalariis & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, ut habeant unum mercatum apud Manerium ſuum de **Chipenham**, ſingulis ſeptimanis per diem *Lunæ*; & quod habeant ibidem unam feriam annis ſingulis, per duos dies duraturam; *viz.* in vigiliâ, & in die S. *Michaelis*. Item conceſſit eiſdem, ut habeant liberam warennam, in omnibus dominicis terris ſuis Maneriorum de **Oſyngtone**, **Melchebурne**, **Riſley**, **Dene**, **Souldrope**, **Hamtone**, **Bocheme-Combe**, & **Mapeldreſtede**, ſuper forisfacturam *x.* libr.

Item conceſſit eis liberam warennam, in omnibus dominicis terris ſuis, de **Dynneſley**, **Stanho**, **Preſton**, **Charleton**, **Walden**, **Hiche**, **Chelles**, **Senecamp**, & **Benigho**, in Com. *Hertfordiæ*. Item de *parva* **Stokton**, **Sharnebroke**, **Swanton**, **Harewold**, **Sharpenho**, & **Flitwike**, in Com. *Bedfordiæ*.

Item conceſſit eis liberam warennam, in omnibus terris ſuis dominicis de **Hetherington**, in Com. *Northampt*.

Item conceſſit Templariis (&c.) ut habeant unum mercatum ſingulis ſeptimanis, per diem *Jovis*, apud Manerium ſuum de **Balſall**, in Com. *Warwic*; & quod habeant ibi duas ferias ſingulis annis; unam videlicet in vigilia in die & in craſtino S. *Georgii* Martyris; & aliam in vigilia, in die & craſtino S. *Mathai* Apoſtoli.

Item conceſſit eiſdem unum mercatum apud villam ſuam de **Wetherby**, in Com *Ebor.* ſingulis ſeptimanis per diem *Jovis*; & unam feriam ſingulis annis per tres dies; ſcilicet in vigiliâ, in die, & in craſtino S. *Jacobi* Apoſtoli: Ac liberam warennam in omnibus dominicis terris ſuis Maneriorum ſuorum de **Balſall**, **Chelverſcote**, & de **Shirburne**, in Comitatu *Warwici*; & de **Neuſome**, **Wetherby**, **Ribſtaine**, **Hurſt**, **Whiteley**, & de **Weſterdale** in Com. *Ebor*.

Item conceſſit Hoſpitalariis (&c.) liberam warennam in omnibus dominicis terris ſuis de **Malteby**, **Horkeſtowe**, & **Thalewell** in Com. *Lincoln*. Et conceſſit Templariis unum mercatum ad Manerium ſuum de **Kirkeby**, in dicto Comitatu ſingulis ſeptimanis per diem Martis; & unam feriam ſingulis annis per tres dies duraturam; *viz.* in vigilia, & in die, & in craſtino S. *Jacobi* Apoſtoli. Ac liberam warennam in omnibus dominicis terris ſuis de **Eſseby**, **Chaldecote**, **Wyn . . . Roniſton**, **Askelby**, **Brauncewell**, & **Mere**, in dicto Comitatu.

Ipſe etiam dedit eiſdem totam terram ſuam de **Meauton**, cum pertinentiis, anno regni ſui *xxviii*.

Item conceſſit eis & ſucceſſoribus ſuis, apud Novum Templum *London. viii l.* ſterlingorum, percipiendas ſingulis annis ad Scaccarium ipſius, ad ſuſtentandum tres Capellanos, qui diebus ſingulis divina celebrarent; quorum unus ſingulis diebus celebraret pro ipſo Rege & Reginâ; alter pro cuncto populo Chriſtiano; tertius pro cunctis fidelibus defunctis, anno *viz.* regni ſui *xx*. Et ipſe etiam, & *Alianora* Regina uxor ejus, dederunt corpora ſua, poſt mortem, ſepelienda in dicto novo Templo, ut patet per Cartam ipſius Regis cujus data eſt apud *Glouceſtriam vii.* die *Julii*, anno regni ſui *xix*.

Ipſe etiam dedit Manerium de **Rotheley**, cum advocatione Eccleſiæ ibidem, & aliis pertinentiis ſuis, cum *x.* l. *xvi. s.* annui redditus in diverſis villulis pertinentes eidem.

Ricardus Rex *Angliæ* primus, dedit Hoſpitalariis, apud **Dymmore**, Hoſpitale *Wgorn.* cum omnibus pertinentiis; ac *Heremitorium* de **Dodford**, cum pertinentiis; Hoſpitale *Herefordiæ*, cum terra de **Boneſhull** & **Herdefeld**, juxta *Briſtolliam*; ac locum qui dicitur **Wormebrigge**, cum Manerio de **Calowe**; & plures alias terras, & boſcum ibidem. Hic religionem Hoſpitalariorum, & fratres ejuſdem in amorem habuit ſpecialem; pro eo, quod Magiſter Hoſpitalis & fratres, cum ad terram ſanctam ipſe Rex tranſmearet, plurima beneficia ac commoda ſibi & ſuis contulerunt, ut patet in Chartâ ipſius de confirmationibus libertatum Hoſpitalariis facta.

Edwardus Rex *Angliæ*, à Conqueſtu primus, conceſſit Templariis, &c. unum mercatum ſingulis ſeptimanis per diem Lunæ, apud Manerium ſuum de **Rotheley**, in Comitatu *Leiceſtriæ*, & unam feriam ſingulis annis per tres dies duraturam, *viz.* in vigiliâ, in die, & in craſtino S. *Barnabæ* Apoſtoli. Et unum mercatum ſingulis ſeptimanis per diem Lunæ, apud Manerium ſuum de **Suth-Cave**, in Com. *Ebor.* & unam feriam ibidem ſingulis annis per quatuor dies duraturam; *viz.* in vigiliâ & in die, & in craſtino S. *Trinitatis*, & per unum diem ſequentem: Ac liberam warennam in omnibus dominicis terris ſuis in Manerio ſuo de **Lidale**, in Com. *Salopiæ*.

Item conceſſit Hoſpitalariis liberam warennam, in omnibus dominicis terris ſuis de **Newtone** in Com. *Midd.* ac unum mercatum ſingulis ſeptimanis, per diem Sabati, apud Manerium ſuum de **Inge** at **Stone**, in Com. *Eſſexiæ*; & unam feriam ibidem ſingulis annis, per tres dies duraturam; *viz.* in vigiliâ, & in die decollationis S. *Joh. Bapt.* & in craſtino ejuſdem: Et unum mercatum ſingulis ſeptimanis, per diem Lunæ, apud Manerium ſuum de **Halſe** in Com. *Somerſ.* ac liberam warennam in omnibus dominicis terris ſuis in Com. *Dorſet*.

Edwardus Rex *Angliæ* ſecundus, anno Regni ſui *xviii.* in quodam Parliamento tento apud *Weſtm.* de aſſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum, & communitatis ſui Regni, ibidem exiſtentium, ſtatuit & ordinavit, quod omnia terræ, tenementa, dominia, feoda, advocationes Eccleſiarum, & cætera bona quæcunq;, quæ fuerunt Templariorum, tempore adnullationis ordinis eorum, de quibuſcunq; tenerentur, Ordini Hoſpitalis S. *Johannis Jeruſalem* & Priori & Fratribus ejuſdem ordinis imperpetuum remanerent. Et notandum, quod Ordo Templariorum incœpit anno Domini *MCxxiii.* & tempore Regis *Henrici* primi. Et Magiſter dicti ordinis, & quamplures ejuſdem confratres capti fuerunt in Regno *Franciæ* anno Domini *MCCCviii.* Et anno dicti Domini *MCCCxii.* totus ille Ordo deletus eſt per *Clementem* Papam quintum, & tempore Regis prædicti.

Ric. Rex *Angliæ* ſecundus religionem Hoſpitalariorum habuit in amorem ſpecialem: Nam ipſe ad ſupplicationem fratris *Robert. Halez*, quondam Prioris Hoſpitalis, Cartam libertatum Hoſpitalariorum, in diverſis libertatibus ampliavit. Hic etiam reſtitutionem omnium jocalium, ornamentorum Eccleſiaſticorum, & aliorum bonorum quorumcunq;, quæ per inſurrectionem Comitatus *Kanciæ*, à domo de **Clerkenwell**, & alibi, felonicè furata fuerant; & per hoc, ipſi Regi forisfacta, conceſſit.

Ipſe etiam, unâ vice diſtrictiùs inhibuit Fratrem *Robertum Halez* prædictum, ac Fratres *Ricardum* de *Overton* & *Johannem Danyell*, Receptores Reſponſium in Prioratu, quod non tranſmitterent Reſponſiones uſq; *Rodum*, nec aliquos alios cenſus, quocunq; nomine cenſerentur, ſub forisfacturam vitæ & membrorum, & aliorum omnium, quæ forisfacere potuerunt; & hoc anno Regni ſui primo: ſed poſtea, ut hujuſmodi Reſponſiones fratri *Hildebrando Inge*, Receptori Reſponſionum, anno Regni ſui *xviii*.

Edwardus Rex *Angliæ* tertius, licentiam dedit Priori Hoſpitalis, quandam villam ſive hamelettum conſtruere, ac Capellam de novo ædificare in honore S. *Trinitatis*, in **Swinderby-more**, pertinente Præceptoriæ de **Egle**, & circa eandem villam domum ædificare, & placeas includere, &c.

Henricus Rex *Angliæ* quartus, ampliavit & pleniùs declaravit Cartam, quam *Henricus* Rex *Angliæ* progenitor ſuus conceſſit Prioriſſæ & ſororibus domus de **Bukland**; *viz.* quod ipſe qualibet ſeptimanâ imperpetuum caperent in Parco ſuo de **Pederton**, tres carectatas buſcæ, pro focali ſuo. Et poſtea inveniebatur quod prædictæ Prioriſſa & ſorores non erant capaces dictæ conceſſionis, eo quod ſunt obedientiariæ Priori Hoſpitalis S. *Joh. Jeruſalem* in *Anglia*: Ideo cuſtodes Domini Regis ibidem, dictam conceſſionem ipſas habere non permiſit: Quare Rex *Henricus* quartus prædictus, de gratiâ ſpeciali, anno ſui *x.* conceſſit pro ſalute animæ, ac *Johannæ* conſortis ſuæ, necnon & *Mariæ* conſortis ſuæ defunctæ; quod Prior Hoſpitalis & ſucceſſores ſui imperpetuum, per ſe & ſervientes ſuos de **Buckland**, percipiant qualibet ſeptimanâ, tres carectatas ſubboſci, infra parcum ſuum de **Pederton**; *viz.* **Thorne, Alley, Mapel** & **Haſel**, ad uſum & proficuum dictarum Prioriſſæ & ſororum, & ſucceſſarum ſuarum imperpetuum: Et quod quælibet carectata ſubboſci prædicti, exiſtat de tractu ſex equorum; & quod ipſi proſternent, ſuccident, & carient, ad voluntatem ſuam, ſubboſcum prædictum, quolibet anno, à feſto *Annunciationis* beatæ *Mariæ*, uſq; feſtum omnium Sanctorum, quod antea erat conceſſum eis à *Paſca* uſq; feſtum S. *Petri* ad vincula, abſq; impedimento, ſeu perturbatione aliquali Officiariorum Domini Regis.

Henricus Rex *Angliæ* quintus, fratri *Willielmo Hulles* Priori Hoſpitalis, dedit in mandatis, ut conventum fratrum Ordinis ſui conſtituerit in Eccleſia de **Clerkenwell**, qui Conventus antea erat perſonarum ſecularium, exceptis duobus, aut tribus fratribus, quaſi ferè ab annis *Edwardi* tertii.

Carta Henrici *de* Laci, *donationem* Willielmi *de* Vilers, *de* **Nieuhus**, **Scheltune**, **Choletune**, & **Witechirche**, *confirmans.*

Ex autogr. n Officio Armorum.

VEnerabili patri ſuo *Rogero Eboracenſi* Archiepiſcopo, cæteriſq; omnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, *Henricus* de *Laci* ſalutem. Notum ſit vobis omnibus, me conceſſiſſe, & hac Cartâ meâ confirmâſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & fratribus Templi *Salomonis*, terram quam *Willielmus* de *Vilers* eis in perpetuam elemoſinam dedit; ſcilicet **Nieuhus** & **Scheltunam**, & **Choletunam**, & **Witechirche** cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, in aquis, in molendinis, in piſchaturis, in ſemitis, in viam & extra viam. Et ſciatis quod ego dedi eis hanc terram in eſcambium de terrâ de **Nieuhoud**, quam priùs eis dedi; & ipſi fratres reddiderunt mihi terram illam de **Nieuhoud**, quam modo dedi *Wadoni* de la *Vale*. Hanc autem terram dedi prædictis fratribus in perpetuam elemoſinam liberam & ſolutam & quietam ab omni ſeculari exactione & ſervicio, tam liberam, & tam quietam, ſicut tenent aliquam terram liberiorem & quietiorem, & ſicut unquam meliùs fuit in tempore *Henrici* Regis. Et ſciatis, quod ego & hæredes mei hanc terram prædictis fratribus, contra omnes homines warantizabimus. Hoc autem feci pro ſalute animæ meæ & pro animabus patris mei & matris meæ, & omnium amicorum meorum, tam vivorum quàm mortuorum, ut perhennis vita nobis omnibus donetur. Hæc autem conventio coram Domino Rege facta eſt. Hii ſunt teſtes, *Willielmus* de *Veſci*; *Jordanus Foliot*; *Robertus Pictavenſis*; *Radulfus* de *Tielli*; *Willielmus* de *Reinevilla*; *Oto* de *Tielli*; *Henricus Foliot*, *Ricardus Bacod*; *Henricus Walenſis*; *Robertus Barbo*; *Henr.* de *Clai*; *Willielmus* de *Rie*; *Willielmus* de *Badli*; *Tomas* filius *Petri*.

Carta Rogeri *de* Moubray, *de tota terra ſua* in **Ketelby**, *infra inſulam de* Axholme.

Ex Regiſt. .oſpit. S. ob. Jheſalem in bibl. Cot. n.f. 273. a.

OMnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Rogerus* de *Moubray* ſalutem: Noverit univerſitas veſtra, me per conceſſum hæredum meorum, *Nigelli* ſcilicet & *Roberti*, conceſſiſſe & dediſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & omnibus ſanctis, & fratribus Templi, *Salomonis Jeruſalem*, totam terram meam in **Ketelby**; ſcilicet decem bovatas, quæ ſunt inter **Noſdyke**; diviſa ſcilicet inter **Aletorpe**, & **Ketelby**, & inter fluvium verſùs pratum de **Algerdenges**; & omnes homines manentes in **Ketelby**; & ultra fluvium de ipſo duas bovatas terræ, & duas acras propinquiores fluvio: Et totam terram, & pratum & moram à capite de **Noſdyke**, ubi cadit in **Trentam**, uſq; ad mediam moram, quæ eſt inter **Ketelby** & **Crul**, rectâ lineâ, uſq; ad moram de **Amecotes**, apud Aquilonem: Et totam moram, quæ eſt ex occidentali parte pratorum de **Algerdenges**, uſq; ad mediam moram, quæ eſt inter ipſum pratum de **Algerdenges** & **Crul**, & à morâ de **Amecotes** uſq; in **Trentam**; ſcilicet per diviſas pratorum de **Algerdenges** uſq; **Amecotes**, per eaſdem diviſas unam trencatam uſq; ad *Trentam*, & piſcarias ſuas faciendas & habendas in *Trenta*, à prædictis diviſis de **Amecotes** uſq; ad **Noſdyke**; ſcilicet quicquid ego in *Trenta* habui; & quicquid ego habui infra dictas diviſas memoratis fratribus dedi, in pratis, in paſcuis; & planis, & viis, & ſemitis, ſtagnis, & moris, & in omnibus rebus, excepto prato de **Algerdenges**, quod in manu meâ retinui; ſalvâ tamen fratribus illâ parte ipſius prati, quam dedi eis.

Præterea dedi & conceſſi partem de boſco meo de **Moſewode**, & de meo mariſco, ſcilicet à ponte qui ſedet ſuper trencatam ad caput de **Moſewod**, undè molendina de **Althorp** molunt, ſicut via ducit verſùs **Hirſt**, uſq; ad foſſatam meam, quam parare feci in **Moſewode**, ſcilicet quæ foſſata vadit ad Crucem, quam jam dicti fratres fecerunt ex meâ primâ donatione, excepto prato *Hamonis Bele*, & excepto crofto Abbatis de **Seleby**, quod infra præſcriptas diviſas continetur: Illa verò pars nemoris & mariſci, quas prædictis fratribus dedi . . . . quinq; quarentenas latitudinis habebit apud occidentem; & indè ubi Domus eorundem fratrum fundata fuerit, juxta trencatam, per quam eorum navicula poſſit ire uſq; in **Don**, ex Aquilonari parte de **Ros**, quæ deſcendit ad foſſatam meam, undè molendina de **Althorp** molunt.

Dedi etiam eis caput de **Moſewode**, ſcilicet quicquid habetur inter crofta prædicti Abbatis, & foſſatum apud Aquilonem; in eodem boſco paſnagium porcorum ſuorum quietum, & communem paſturam ad pecora ſua, ultra novem trencatas, undè ſæpedicta molendina molunt apud Aquilonem, in totâ terrâ quæ mea eſt.

Dedi etiam eiſdem fratribus illam terram, quæ vocatur Vacheria de **Belwode**, & totam meam terram, quæ eſt inter eandem Vacheriam & terram Abbatis de **Seleby**, uſq; ad terram arabilem hominum de *Beautunia*, & uſq; ad meam foſſatam, & terram in quâ frutectum ſedet apud Auſtralem Orientis, ad capud illius terræ, quæ extenditur inter terram prædictorum hominum de *Beautunia*. Dedi etiam eis boſcum de **Belwode** & terram in quâ idem boſcus ſedet; & praticulum, quod eſt inter domum *Wibaldi*, & Vacariam, & foſſata mea. Summa verò harum particularum terræ, ex meridionali parte foſſatæ, continet quater viginti & octo acras, cum viâ, quæ deſcendit à ponte uſq; ad ipſam Vacariam, ſufficienter aptâ ad quadrigas, cum communi & libertate quæ ſpectat ad eandem terram. Et ſciendum eſt, me donationem in **Moſewode** & **Belwode**, & Vacaria, ipſis fratribus feciſſe in excambium pro nemoribus meis de **Eſſyward** & de *Aſſia*, quæ michi clamaverunt; & pro nemore meo in mariſco, quæ eis dederam apud **Riſebrige** uſq; in **Don**, in mediam moram de **Althorpe**,

&

& uſque in primas legas de Moſewode; ita quod ego & hæredes mei, hoc excambium, & cætera omnia, quæ in tenore hujus Cartæ continentur, adverſus omnes homines warantizabimus, exceptâ foſſatâ prædictâ de Don, niſi aſſenſum Domini Regis habuerint. Totam autem hanc donationem feci prædictis fratribus in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſervicio & ſeculari exactione, pro animâ patris mei & matris meæ, & pro ſalute animæ meæ & hæredum meorum, & omnium anteceſſorum meorum. Hiis teſtibus, *Alano* Capellano de Templo, *Petro* Clerico, *Roberto* de *Dayville*, *Hugone Malebiſſa*, *Radulpho* de *Beaver*, *Hamone Beler* (&c.)

Carta Galfridi *de* Say, *de Manerio de* **Weſt-Grenewich.**

Ib. f. 265. a. UNiverſis Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Galfridus* de *Say*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute meâ, & omnium anteceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & fratribus militiæ *Templi Salomonis*, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, totum Manerium meum de **Weſt-Grenewiche**, cum advocatione Eccleſiæ ejuſddem villæ, & cum omnibus pertinentiis ſuis. Habendum (&c.) Teſte *Rogero* filio *Alani* Majore *London.* (&c.)

Carta Galfridi *de* Say, *de Manerio de* **Sadleſcumbe.**

Ibid. UNiverſis Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Galfridus* de *Say*, filius *Galfridi* de *Say* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute meâ, & omnium anteceſſorum meorum, dediſſe, & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & fratribus militiæ Templi *Salomonis*, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, totum Manerium meum de **Sadleſcumbe**, cum ſervicio *Mathæi* de *Cumba*, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, ſine aliquo retenemento michi & hæredibus meis, in eſcambium Manerii de **Grenewiche**, quod prædictus *Galfr.* pater meus prius eis dedit: Habendum & tenendum liberè, quietè & integrè (&c.) abſq; omni ſervicio & conſuetudine & exactione ſeculari (&c.) Hiis teſtibus, *Petro* Epiſcopo *Wintoniæ*, *Willielmo* Comite *Saresboriæ*, *Willielmo* Comite *Arundelli* (&c.)

Carta Roberti Foſſard, *de tota terra de* **Batwin.**

Plac. in … temp. Regis Joh. … 12. EBor. Omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, has literas viſuris vel audituris, *Robertus Foſſard*, filius *Adæ Foſſard*, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me divinæ caritatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ & prædeceſſorum & ſucceſſorum meorum dediſſe, & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & S. *Mariæ* & S. *Johanni Bapt.* & pauperibus S. Domus Hoſpitalis *Jeruſalem*, & fratribus ejuſdem Domus, totum **Batwin**, tam in boſco, quàm in plano, tam in longum quàm in latum, quantum ad me & hæredes meos pertinuit, exceptâ culturâ *Simonis Blundi*; & totam terram in longum & latum à **Kaldekeld**, per cilium montis, ſicut vetus foſſatum ſe extendit uſque ad eandem viam, quæ venit à monte verſùs Eccleſiam S. *Falicis*, uſq; ad curtilagium *Gaufridi Codi*, & ita per Curtilagium *Willielmi de Monte*, uſque ad Curtilagium *Roberti Heremitæ*; & ita per Curtilagium *Roberti* Presbyteri, ſicut foſſatum ſuum extendit, deſcendendo uſque ad Cheminum; & ita per eundem Cheminum, ſicut Cheminus ſe extendit ſubtus **Rugemunt** uſque ad **Kaldekald** ſic, & ita aſcendendo uſque ad **Kaldechelde.** Totas prænominatas terras dedi Deo & S. *Mariæ* & S. *Johanni Bapt.* & beatis pauperibus ſanctæ Domus præfati Hoſpitalis *Jeruſalem*, & fratribus ejuſdem Domus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ſine aliquo retinemento (&c.) Et ego verò & hæredes mei, warantizabimus (&c.) Teſtibus (&c.)

Carta Willielmi *de* Breous, *conceſſionem* Margaretæ *Comitiſſæ* Warwici, *de villa de* **Lammadoc**, *recitans & confirmans.*

Ex Cod. MS. in bibl. *Cotton* ſub effigie *Vitellii* F. 1. OMnibus (&c.) *Willielmus* de *Breous*, dominus Honoris de **Brembre** & **Gouher**, ſalutem in domino; Cartas dominæ *Margaretæ* quondam Comitiſſæ *Warewici*, inſpeximus, in hæc verba. *Margareta* Comitiſſa *Warewici*, *Willielmo* Comiti *Warewici*, & omnibus Baronibus illius Honoris, & omnibus Baronibus *Goheriæ* ſalutem. Notum ſit me dediſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* militum Templi *Jeroſolomitani*, quod dicitur Templum *Solomonis* de *Jeruſalem*, villam de **Lammadoc**, cum omnibus pertinentiis, in boſco & in plano, & in aquis; & in viâ & extra viam, per aſſenſum *Henrici* filii mei, qui hujus terræ hæres eſt; ſolutam & quietam & liberam de omni conſuetudine & omni ſeculari ſervicio. Teſtibus *Rotrodo* Epiſcopo, *Philippo Bajocenſi* Epiſcopo, *Gualleranno* Comite de *Mellent*, *Roberto* de *Novo Burgo*, filio meo, *Gaufrido* filio meo, *Rogero* Capellano. Datum *M. C. Lvi.* anno ab Incarnatione Domini, apud capit. S. *Stephani* in *Normannia*, juxta *Novum Burgum*.

Carta Margaretæ *Comitiſſæ* Warwici, *de terra de* **Lammadoc.**

Ib. NOtum ſit omnibus (&c.) quod ego *Margareta* Comitiſſa *Warewici*, aſſenſu *Henrici* filii mei de *Novo Burgo*, dedi (&c.) Deo & S. *Mariæ*, & fratribus militiæ Templi *Solomonis*, pro ſalute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ; & pro animabus anteceſſorum

& ſucceſſorum meorum, terram meam de Lammadoc; habendam & tenendam liberè & quietè (&c) in perpetuam elemoſynam (&c.) Hiis teſtibus, *Roberto* de *Novo Burgo* filio meo, *Radulpho* filio *Ricardi*, & aliis. Nos verò prædictus *Willielmus* de *Breaus* prædictas conceſſiones, pro nobis & hæredibus noſtris, Magiſtro & fratribus miliciæ Templi *Solomonis*, pro ſalute animæ noſtræ, & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum (&c.) confirmamus. Datum apud Gweyneſse *vi.* die *Maii*, anno ab Incarnatione Domini *MCCC*. Hiis teſtibus, domino *Simone* de *Balioll* Vicecomite de Glamorgan, *Ricardo* filio *Johannis* de *Hodeleſton*, milite (&c.)

Carta Hauwyſæ *de* Grantevill, *de una bovata terræ in* Scheltone; *& de quodam toſto in* Wynhill.

Ex autogr. in turri beatæ *Mariæ* Ebor.

Templ-Newſum.

NOverint univerſi hoc ſcriptum inſpecturi, quod ego *Hauwiſia* de *Grantevill* de Scheltone, in legitimâ viduitate meâ, dedi, cum corpore meo, conceſſi & quietam clamavi, & hoc ſcripto meo confirmavi, Deo & beatæ *Mariæ*, & fratribus *miliciæ Salomonis Templi* apud Newſum,* commorantibus, & ad ſuſtentationem luminariæ beatæ *Mariæ* in Capellâ ejuſdem loci, pro ſalute animæ meæ & animabus omnium anteceſſorum, meorumque ſucceſſorum, in liberam, puram & perpetuam elemoſiam, unam bovatam terræ, cum toſto, & cum omnibus pertinentiis ſuis, in villâ & territorio de Scheltone; ſalvis eiſdem fratribus quatuor denariis de annuo redditu. Dedi etiam eiſdem fratribus, conceſſi, & de me & hæredibus meis, quietum clamavi imperpetuum, totum jus, & clamium, quod unquam habui in Wynhill, ita quod nec ego, nec aliquis nomine mei, aliquid juris vel clamii, in prædictis bovatâ terræ, cum toſto & Wynhill, in poſterum exigere poſſimus. In cujus rei teſtimonium huic præſenti ſcripto Sigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, Domino *Roberto* de *Stapletone*, *Jordano* de *Inſula*, *Alexandro* de *Ledes*; *Richardo* fratre ejus, *Thoma Hethe*. *W.* de *Alvertone*, *Thoma* de *Secrofte*, *Willielmo Scot* de *Newton*, & aliis.

Confirmatio Henrici *de* Laci *de terra ſua de* Hurſt.

Ex autogr. in turri S. *Mariæ* Ebor.

Temple-Hyrſt in Com. *Ebor.*

ARchiepiſcopis & Epiſcopis & omnibus filiis ſanctæ Eccleſiæ, tam præſentibus quàm futuris, *Henricus* de *Laci* ſalutem, & fideles orationes in Chriſto. Notum ſit quod ego fratribus Templi *Salomonis*, pro ſalute animæ meæ & pro ſalute animæ patris, & matris meæ, & parentum meorum, & anteceſſorum meorum, conceſſi donationem illam, quam *Radulfus* de *Haſtinges* illis fecit de terrâ meâ de *Hurſta*,* Quare volo, quod illam terram, tam liberè, & quietè, cum omnibus pertinentiis, teneant, ſicut aliqua elemoſina in *Anglia* melius & liberius tenent. Et ſicut illorum Carta, quam de *Radulpho* tenent, teſtatur. Et hæc Carta fuit facta in præſentiâ fratris *Richardi* de *Haſtinges*, apud Bruge: Teſtibus, *Radulpho* filio *Nicholai*, ſuo Dapifero, *Rogero* de *Tilli*, *Ada* filio *Petri*, *Rogero* filio *Turſtani*, ... de *Mauvir*, *Roberto Camerario*, *Roberto Piſtore*, *W.* de *Vilers*, *Hugone Abbate*, *W. Coco*, *Alano Camerario*.

Carta Johannis *de* Curteney *de terris in* Eſt-Hyrſt.

Ex autogr. in turri S. *Mariæ* Ebor.

Præceptoria de Temple-Hyrſt in Com. Ebor.

OMnibus has literas viſuris vel audituris, *Johannes* de *Curtenay* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ & *Emmæ* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo, & beatæ *Mariæ*, & fratribus militiæ Templi, totam terram in territorio de Eſt-Hyrſt, ſicut foſſatum prædictorum fratrum continet, & extendit, de diviſis de Carleton uſque ad terram arabilem de Hyrſt; Et (ut multa comprehendam brevi ſermone, & diſtincto) totam terram in longitudine & latitudine, in omnibus modis, & in omnibus ſenſibus, ſicut foſſatum prædictorum fratrum extendit, & includit: Habendam & tenendam prædictis fratribus Militiæ Templi, totam prædictam terram, cum omnibus libertatibus, & ayſiamentis, quas eis indè facere poterunt liberè, quietè, integrè, & pacificè; reddendo mihi, & hæredibus meis annuatim, decem ſolidos ſterlingorum ad duos terminos; videlicet ad *Pentecoſten* quinq; ſolidos, & ad feſtum S. *Martini* in hyeme quinq; ſolidos, pro omni ſervitio, & exactione ſeculari. Præterea dedi, conceſſi, & quietam clamavi eiſdem fratribus militiæ Templi, omnem communam, quam ego vel hæredes mei, vel homines mei de Hyrſt habuimus, vel habere poterimus, in boſco prædictorum fratrum, ita ut prædicti fratres Militiæ Templi, boſcum ſuum includere, vel aſſartare poterunt ad libitum, & voluntatem eorum; & ad majorem eorum profectus abſque ullo clamio, vel calumpniâ, de me, & hæredibus meis, vel hominibus meis. Pro hac autem conceſſione mea, & donatione, & quietâ clamantiâ, conceſſerunt mihi prædicti fratres Militiæ Templi, & hæredibus meis, & hominibus meis, & quietam clamaverunt totam communam quam habuerunt, vel habere poterunt, vel homines ſui in boſco meo; ita ſcilicet, quod boſcum meum includere, vel aſſarrare potero ad libitum meum; & ad majorem meum profectum, abſq; ullo clamio de prædictis fratribus Militiæ Templi, vel hominibus ſuis. Ego autem, & hæredes mei, totam prædictam terram, ſicut prædictum eſt, prædictis fratribus Militiæ Templi warantizabimus, acquietabimus, & defendemus, contra omnes homines imperpetuum, pro prædicto ſervitio. Ut autem hæc mea donatio, conceſſio, confirmatio & quieta clamantia ratæ perſeverent in perpetuum, & illeſæ, præſens ſcriptum ſigilli mei im-

impreſſione corroborari. Hiis teſtibus, Domino *Ada* de *Bella-aqua*, *Henrico* de *Berlaye*, *Jordano* de *Inſula*, *Simone* de *Rupe*, *Alano* de *Smitheton*. *Johanne* filio *Heliæ*, *Radulpho* de *Rohale*, & multis aliis.

Finis levatus per Johannem *de* Curtenay *&* Emmam *uxorem ſuam, ſuper eiſdem terris in* Eſt-Hyrſt.

19. H. 3. HÆc eſt finalis concordia, facta in Curiâ Domini Regis apud *Eborum*, die Martis proximâ poſt feſtum S. *Hillarii* anno Regni Regis *Henrici*, filii Regis *Johannis*, decimo nono, coram *Rogero Bertram*, & *Roberto* de *Ros*, *Ada* de *Novo mercato*, *Willielmo* de *Eboraco*, & *Jollano* de *Nevill*, Juſticiariis itinerantibus, & aliis Domini Regis fidelibus, tunc ibi præſentibus, inter fratrem *Robertum* de *Stanford* Magiſtrum Militiæ Templi in *Anglia*, quærentem, per *Robertum* de *Alewarethorp* poſitum loco ſuo, ad lucrandum, vel perdendum; & *Johannem* de *Curtenay*, & *Emmam* uxorem ejus impedientes, de ſexaginta acris terræ, cum pertinentiis, in Eſt-Hyrſt, unde placitum warantiæ Cartæ Summonitum fuit inter eos, in eadem Curiâ, ſcilicet, quod prædicti *Johannes*, & *Emma* recognoverint totam prædictam terram, cum pertinentiis eſſe jus ipſius Magiſtri, & fratrum prædictæ Militiæ Templi, ut illam, quam idem Magiſter, & prædicti fratres habent de dono prædictorum *Johannis*, & *Emmæ*; Habendum & tenendum eidem Magiſtro, & ſucceſſoribus ſuis, & prædictis fratribus, de prædictis *Johanne* & *Emma*, & hæredibus ipſius *Emmæ*, in perpetuum. Reddendo indè annuatim decem Solidos Sterlingorum ad duos terminos anni, medietatem ad *Pentecoſten*, & alteram medietatem ad feſtum S. *Martini*, pro omni ſervicio, & exactione. Et prædicti *Johannes* & *Emma*, & hæredes ipſius *Emmæ*, warantizabunt, defendent, & acquietabunt eidem Magiſtro & ſucceſſoribus ſuis, & prædictis fratribus, totam prædictam terram, cum pertinentiis, per prædictum ſervicium, contra omnes gentes imperpetuum: Et præterea prædicti *Johannes* & *Emma* remiſerunt, & quietum clamaverunt de ſe, & hæredibus ipſius *Emmæ*, eidem Magiſtro, & ſucceſſoribus ſuis, & prædictis fratribus, totum jus, & clamium, quod habuerunt in Communâ boſci ipſius Magiſtri, & prædictorum fratrum de Weſt-Hyrſt imperpetuum, ut in herbagiis, & in aliis, ita quod idem Magiſter, & ſucceſſores ſui, & prædicti fratres claudere poſſint, & exaſſartare, de eodem boſco, quantum voluerint, ad commodum ipſorum, ſine impedimento prædictorum *Johannis*, & *Emmæ* & hæredum ipſius *Emmæ*, in perpetuum. Et pro hac recognitione, warantiâ, remiſſione, quieta Clamantia, fine, & concordia, idem Magiſter remiſit, & quietum clamavit, de ſe, & ſucceſſoribus ſuis, & prædictis fratribus, ipſis *Johanni*, & *Emmæ*, & hæredibus ipſius *Emmæ*, totum jus & clamium, quod habuerunt in communâ boſci ipſorum *Johannis*, & *Emmæ* de Eſt-Hyrſt imperpetuum, ut in herbagiis, & in aliis; ita quod ipſi *Johannes*, & *Emma*, & hæredes ipſius *Emmæ*, claudere poſſint, & aſſartare, de eodem boſco, quantum voluerint ad commodum ipſorum ſine impedimento ipſius Magiſtri & ſucceſſorum ſuorum, & prædictorum fratrum imperpetuum.

Carta Regis Johannis, *de Inſula* Lundeiæ.

Cart. 1. *Joh* p. 1. n. 22. m. 32.

JOhannes Dei gratiâ, &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe in liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute noſtrâ & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, Deo & fratribus miliciæ Templi *Jeruſalem*, Inſulam de *Lundeia*, quæ ſita eſt in mari, in ore *Sabrini* fluminis, inter Tinbeth & Bardeſtapulam. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod præfati fratres Templi eandem Inſulam habeant & teneant, totam, in liberam & perpetuam elemoſinam, benè & in pacè, liberè & quietè, integrè, & plenariè & honorificè, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, ſicut Carta *H.* Regis patris noſtri, quam indè habent, teſtatur. Teſte *Waltero Rothomagenſi* Archiepiſcopo, &c. Dat. per manum *H. Cant.* Archiepiſcopi Cancellarii noſtri apud Sagium anno Regni noſtri primo.

Carta Roberti *de* Ros *de Manerio de* Ribſtane *cum advocatione Eccleſiæ, Villulæ de* Waleford.

Ex autogr. in turri S. *Mariæ Eboraci*.

OMnibus *Chriſti* fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Robertus* de *Ros* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra me divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, dediſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, Deo & beatæ *Mariæ*, & fratribus militiæ Templi *Salomonis*, Manerium meum de Ribſtane,* cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, & villulam de Waleford cum Molendinis ejuſdem villulæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus & omnibus liberis conſuetudinibus, aiſiamentis in omnibus rebus, & locis, infra villam, & extra, ad prædictum Manerium pertinentibus, ſine ullo retenemento; & adeò integrè, ſicut, ego illud unquam integriùs cum ejus omnibus pertinentiis tenui, Habendum, & tenendum in perpetuum, eiſdem fratribus militiæ Templi in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam, tam liberè, quietè, & ſolutè prout aliqua elemoſina poteſt liberiùs, meliùs, & quietiùs confirmari alicui domui religioſæ. Hoc autem donum feci Deo, & S. *Mariæ*, & præfatis fratribus militiæ Templi, cum corpore meo, & ad ſuſtentationem ſanctæ terræ Orientalis. Et ego & hæredes mei prædictum donum, cum ejus pertinentiis, prædictis fratribus miliciæ Templi, contra omnes gentes warantizabimus, adquietabimus, & defendemus imperpetuum. Ut igitur hæc mea donatio, conceſſio, & præſentis Cartæ meæ confirmatio, perpetuæ firmitatis robur optineat,

* Præceptoria de Ribſtane, in Com. *Ebor*.

neat, præſentem Cartam Sigilli mei impreſſione corroboravi. Hiis teſtibus, *Roberto* de *Veteriponte*, *Martino* de *Pateſhull*; *Johanne* filio *Roberti*, *Briano* de *Inſula*, *Willielmo* de *Inſula*, *Richardo Duket*, *Roberto* de *Cokefeld*, *Willielmo* de *Tametone*, *Willielmo* de *Barton*, *Waltero* de *Saureby*, *Waltero* de *Wyldeker*, *Ada* de *Lyntone*, *Roberto* de *Garton*, & multis aliis.

Carta Regis Henrici *tertii, de diverſis libertatibus & privilegiis, Fratribus Militiæ Templi in* Angliâ, *per ipſum conceſſis.*

Cart. 11. H. 3. m. 33.

Vide etiam Cart. 9. E. 1. n. 104.

REx (&c.) Archiepiſcopis (&c.) Noveritis nos conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & fratribus *Militiæ Templi Salomonis*, omnes rationabiles donationes terrarum, hominum, & elemoſynarum, eis à prædeceſſoribus noſtris, vel ab aliis in præterito, vel à nobis in præſenti, collatas, vel in futuro à Regibus, vel ex aliorum liberalitate conferendas; vel alio modo adquiſitas, vel adquirendas; tam in Eccleſiis, quàm in rebus & poſſeſſionibus mundanis: Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti fratres & eorum homines omnes poſſeſſiones & elemoſynas ſuas habeant & teneant cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, & quietanciis ſuis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, in ſtagnis & vivariis, in mariſcis & piſcariis, in grangiis & virgultis, infra Burgum & extra, cum *ſocca* & *ſacca*, & **tol**, & **theam**, & **Infangenethef**, & **Unfangenethef**, & *Hamſocca*, & **Grithbrich**, & **Blodwite**, & **Fictwite**, & **Flictwite**, & **Ferdwite**, & **Hengewite**, & **Leirwite**, & **Flemenefrith**, murdro, latrocinio, **forſtall**, **ordel**, **oreſte**, infra tempus & extra tempus, & in omnibus locis, & cum omnibus cauſis, quæ ſunt vel eſſe poſſunt.

Concedimus etiam imperpetuum, quod prædicti fratres quieti ſint de auxiliis Regum, Vicecomitum, & omnium miniſterialium eorum, & *Hidagio* & *Carucagio*, & **Danegeld**, & **Horngeld**, & excercitibus & *wapentachiis*, & *ſcutagiis*, & *tallagiis*, *leſtagiis*, *ſtallagiis*, *Siris* & *Hundredis*, placitis, & querelis, *Warda* & **Wardpeni**, & **Averpeni**, & **Hundredeſpeni**, & **Borthalpeni**, & **Thethingepeni**; & de operibus Caſtellorum, Parcorum, Pontium, Clauſuris, & omni careio, & ſummagio, & navigio; & domuum regalium ædificatione; & omnimoda operatione. Et prohibemus ne boſci eorum ad prædicta opera, vel ad aliqua alia ullo modo capiantur; & ſimiliter bladum eorum vel hominum ſuorum, vel aliquid de rebus ſuis, vel hominum ſuorum ad Caſtella munienda non capiantur. Volumus etiam, quod liberè & ſufficienter, ſine qualibet occaſione, de omnibus boſcis ſuis, ad uſus Domus ſuæ, quando voluerint; nec propter hoc in foriſfacto de waſto vel miſerecordiâ ponantur. Omnes quoq; terras ſuas & eſſarta ſua & hominum ſuorum, jam facta, & quæ in poſterum fient, aſſenſu Regis, eis imperpetuum quieta clamamus de waſto & Reguardo, & de viſu Foreſtariorum, & de omnibus aliis conſuetudinibus. Concedimus etiam eiſdem fratribus, quod de omnibus boſcis, quos habent in præſenti, infra metas Foreſtæ, poſſint exſartare & excolere; ſine licentiâ noſtrâ vel ballivorum noſtrorum, ita quod indè in nullo à nobis vel hæredibus noſtris, vel Ballivis noſtris imperpetuum occaſionentur.

Præcipimus etiam, quod ipſi Fratres & homines ſui, liberi ſint & quieti ab omni Theloneo, in omni foro & in omnibus Nundinis, & in omni tranſitu poncium, viarum, & maris, per totum regnum noſtrum, & per omnes terras noſtras, in quibus libertates eis dare poſſumus, & omnia mercata ſua & hominum ſuorum ſint ſimiliter in prædictis locis ab omni Theloneo quieti.

Concedimus etiam eis & confirmamus, quod ſi aliquis hominum ſuorum, pro delicto ſuo, vitam vel membrum debeat amittere, vel fugerit, & judicio ſtare noluerit, vel aliud delictum fecerit, pro quo debeat catalla ſua perdere, ubicunq; juſticia fieri debeat, ſive in Curiâ noſtrâ, ſive in aliâ Curia, ipſa Catalla ſint prædictorum fratrum; & liceat ipſis fratribus ſine diſturbatione Vicecomitum, & omnium Ballivorum noſtrorum & aliorum, ponere ſe in ſeiſinam de prædictis Catallis in prædictis caſibus & aliis, quando Ballivi noſtri, ſi ad nos pertinerent Catalla illa, in manu noſtrâ ea ſeiſire poſſent, & deberent.

Inſuper concedimus quod animalia, qui dicuntur **Waif**, inventa in feodo Templariorum, ſint ipſorum Fratrum, niſi aliquis ea ſecutus fuerit, qui velit & poſſit probare quod ſua ſint, & niſi fuerint infra terminos competentes ſecundùm conſuetudinem patriæ, petita & ſecuta. Et ſi aliquis tenentium prædictorum fratrum feodum ſuum foriſfecerit, liceat ipſis fratribus ponere ſe in ſeiſinam de ipſo feodo, & ipſum feodum cum pertinentiis ſuis poſſidere, non obſtante eo, quod nos conſuevimus feodi fugitivorum & dampnatorum, per unum annum & unum diem, poſſidere. Similiter, ſi aliquis hominum ſuorum ſit ammerciatus erga nos vel Ballivos noſtros, pro quacunq; cauſâ vel delicto, vel ſatisfacto merciæ, & merciamenta pecuniæ ſint collecta, & in unâ burſâ ad Scaccarium noſtrum portata, & prædictis fratribus ſint ibidem liberata, ſervatâ Regiæ poteſtati juſticiâ mortis & membrorum.

Concedimus inſuper eis, quod habeant aliqua libertatum contentarum in hac Cartâ, per temporis diuturnitatem, quocunq; caſu contingente uſi non fuerint: nihilominus tamen libertate eadem de cætero utantur, ſine aliquâ contradictione, non obſtante eo, quod per temporis diuturnitatem ea uſi non fuerint, ſicut prædictum eſt. Hæc omnia prædicta, & omnia alia ſervicia ſecularia & conſuetudines, quæ in hoc ſcripto non comprehenduntur, eis concedimus & confirmamus in perpetuam elemoſynam, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, quas regia poteſtas liberiores alicui domui Religionis conferre poteſt, pro Dei amore, & pro animâ Domini *Johannis* Regis, patris noſtri; & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum: Et prohibemus ſuper forisfacturam noſtram, quod nullus eis vel hominibus ſuis contra hanc Cartam noſtram, in aliquo foriſfaciat, quia ipſos & omnes res & poſſeſſiones ſuas & hominum ſuorum, in cuſtodiam & ſpecialem protectionem noſtram ſuſcepimus. Teſte (&c.) apud *Weſtm. ix. Febr.*

Proceſſus contra Templarios *in regno* Angliæ, *Anno Domini* MCCCix.

Ex cod. MS. in bibl Bodl. [T. 8.8. Th.] f. 41.

R*Obertus*, permiſſione divinâ C*antuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas, venerabilibus fratribus *R.* Dei gratiâ *London. H. Winton. S. Sarum, I. Lincoln. I. Ciceſtren. R. Hereforden. W. Wigorn. W. Conventren.* & *Lichefelden. I. Landaven. W. Exonien. R. Elien. I. Norwicen. T. Roffen. D. Meneven. L. Aſſaven.* Epiſcopis; ac venerabilibus viris Dominis *I. Bathon.* & *Wellen.* & *Amario Bangoren.* electis, confirmatis, noſtræ *Cantuarien.* Eccleſiæ, & noſtris ſuffraganeis, ſalutem, & fraternam in Domino caritatem. Noverit veſtra fraternitas, nos literas Apoſtolicas non cancellatas, non abolitas, nec in aliquâ ſui parte; ut primâ parte apparuit, viciatas, verâ Bullâ plumbeâ pendente, bullatas recepiſſe, tenorem qui ſequitur continentes.

Clemens *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo* Cantuar. *& ejus ſuffraganeis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Faciens miſericordiam cum ſervo ſuo, Dei filius dominus* Jeſus Chriſtus, *ad hoc nos voluit in ſpeculo eminenti Apoſtolatus aſſumi; ut gerentes, licet immeriti, vices ejus in terris, in cunctis noſtris actibus & proceſſibus, ipſius veſtigia, quantum patitur humana fragilitas, imitemur. Sane dudum, circa noſtræ promotionis ad apicem ſummi Pontificatus initium, antequam* Lugduni, *ubi recepimus noſtræ Coronationis inſignia, veniremus; & poſt etiam, tam ibi quàm alibi, ſecreta quorundam nobis inſinuatio intimavit, quod Magiſter, Præceptores, & alii fratres ordinis* Militiæ Templi Jeroſolomitani; *& etiam ipſe ordo, qui ad defenſionem Patrimonii ejuſdem Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *fuerant in tranſmarinis partibus deputati, contra ipſum dominum in ſcelus Apoſtaſiæ nephandum, deteſtabile ydolatriæ vicium, execrabile facinus Sodomorum, & hæreſes varias erant lapſi: Quia vero non erat veriſimile, nec credibile videbatur, quod viri tam religioſi, qui præcipue, pro Chriſti nomine, ſuum ſæpe ſanguinem effudere, ac perſonas ſuas mortis periculis frequenter exponere credebantur: quiq; multa & magna, tam in divinis officiis, quàm in jejuniis, & aliis obſervantiis, devotionis ſigna frequentius prætendebant, ſuæ ſic eſſent ſalutis immemores, quod talia perpetrarent, huiuſmodi inſinuationi, & delationi ipſorum, ejuſdem Domini noſtri exemplis, & Canonicæ Doctrinæ Scripturis, edocti, aurem nolumus inclinare.*

Deinde vero cariſſimus in Chriſto filius Philippus *Rex* Francorum *illuſtris, cui eadem fuerunt facinora intimata; non typo avaricia, cum de bonis* Templariorum *nichil ſibi vendicare vel appropriare intendat; immo ea per deputandos à nobis generaliter, & per Prælatos regni* Franciæ, *ſpecialiter in ſuis diocœſis adminiſtranda, in regno ſuo, dimiſit manum ſuam, & indè totaliter amovendo; ſed fidei orthodoxæ fervore, ſuorum progenitorum veſtigia clara ſequens, accenſus, de præmiſſis, quantum licitè potuit, ſe informans, ad inſtruendum & informandum nos ſuper hiis, multas & magnas nobis informationes, per ſuos Nuncios & literas, deſtinavit. Infamia vero contra* Templarios *ipſos increbeſcente validius, ſuper ſceleribus antedictis: & quia etiam quidam miles ejuſdem ordinis, magnæ nobilitatis, & qui non levis opinionis in dicto ordine habebatur, coram nobis ſecreto juratus, depoſuit; quod in receptione Fratrum præfati Ordinis, hac conſuetudo, vel verius corruptela ſervatur, quod ad recipientis, vel ab eo deputati ſuggeſtionem, qui recipitur,* Chriſtum *negat, & ſuper Crucem ſibi oſtenſam ſpuit, in vituperium Crucifixi; & quædam alia faciunt recipiens & receptus, quæ licita non ſunt, nec humanæ conveniunt honeſtati, prout ipſe tunc confeſſus extitit, coram nobis; vitare nequimus, urgente nos ad id officii noſtri debito, quin tot & tantis clamoribus accomodaremus auditum. Sed cum demum fama publica deferente, ac clamoſa inſinuatione dicti Regis; necnon & Ducum, Comitum & Baronum, ac aliorum nobilium, Cleri quoq;, ac populi dicti regni* Franciæ, *ad noſtram propter hoc, tam per ſe, quàm per procuratores & ſindicos præſentiam venientium, quod dolentes referimus, ad noſtram audientiam perveniſſet; quod Magiſter, Præceptores, & alii fratres dicti Ordinis, & ipſe Ordo, præfatis, & pluribus aliis, erant criminibus irretiti; & præmiſſa per multas confeſſiones, atteſtationes & depoſitiones præfati Magiſtri & plurium Præceptorum & fratrum Ordinis prælibati, coram multis Prælatis, & hæreticæ pravitatis inquiſitore in regno* Franciæ *factas, habitas & receptas, etiam in publicam ſcripturam redactas, nobiſq; ac fratribus noſtris oſtenſas, probari quodammodo viderentur: ac nicholominus fama & Clamores prædicti in tantum invaluiſſent, & etiam aſcendiſſent, tam contra ipſum ordinem, quàm contra perſonas ſingulares ejuſdem, quod, ſine gravi ſcandalo, præteriri non poterant, nec abſq; imminenti periculo tolerari. Nos illius, cujus vices, licet immeriti, in terris gerimus veſtigiis inhærentes, ad inquirendum de prædictis, ratione prævia duximus procedendum; multoſq; de Præceptoribus, Preſbyteris, Militibus, & aliis fratribus dicti Ordinis, reputationis non modicæ, in noſtra præſentia conſtitutos, præſtito ab eis juramento, quod ſuper præmiſſis meram & plenam dicerent nobis veritatem, ſuper prædictis, interrogavimus & examinavimus uſq; ad numerum ſeptuaginta duorum; multiſq; ex fratribus noſtris nobis aſſiſtentibus, diligenterque eorum confeſſiones, per publicas manus, in autenticam ſcripturam redactas illico in noſtra, & dictorum fratrum noſtrorum præſentia; ac deinde interpoſito* aliquorum dierum ſpacio, in conſiſtorio legi fecimus, coram ipſis; & illas in ſuo vulgari cuilibet eorum exponi, qui perſeverantes in illis, eas expreſſe & ſponte, prout recitatæ fuerant, approbarunt.

Poſtq; cum Magiſtro & Præceptoribus præcipuis præfati Ordinis, intendentes ſuper præmiſſis inquirere, per nos ipſos, Magiſtrum, & fratres terræ ultramarinæ, Normanniæ, Aquitanniæ & Pictaviæ, Præceptores majores nobis Pictavis exiſtentibus mandavimus præſentari: ſed quoniam quidam ex eis ſic infirmabantur tunc temporis, quod equitare non poterant, nec ad noſtram præſentiam quoquomodo adduci; nos cum eis ſcire volentes de præmiſſis omnibus veritatem; & an vera eſſent, quæ continebantur in eorum confeſſionibus & depoſitionibus, quas coram Inquiſitore hæreticæ pravitatis in Regno Franciæ, præſentibus quibuſdam Notariis puplicis, & multis aliis bonis viris, dicebantur feciſſe nobis & fratribus noſtris, per ipſum Inquiſitorem, ſub manibus puplicis, exhibitis & oſtenſis dilectis filiis noſtris Berengario, titulo Sanctorum Nerei & Achillei; & Stephano, titulo S. Ciriaci in termis Presbyteris, ac Pandulpho S. Angeli Diacono Cardinali; de quorum providentia, experientia & fidelitate indubitatam fiduciam obtinemus, commiſimus & mandavimus, ut ipſi cum præfatis Magiſtro & Præceptoribus inquirerent, tam contra ipſas & alias ſingulares perſonas dicti Ordinis generaliter, quam contra Ordinem ipſum, ſuper præmiſſis, cum diligentia Veritatem; & quicquid ſuper hiis invenirent, nobis referre; ac eorum confeſſiones & depoſitiones, per manum puplicam in ſcriptis redactas, noſtro Apoſtolatui referre ac præſentare jurarent, eiſdem Magiſtro & fratribus abſolutionis beneficium à ſententia Excommunicationis, quam pro præmiſſis, ſi vera eſſent, incurrerant, ſi abſolutionem humiliter & devote peterent, ut debebant, juxta formam Eccleſiæ impenſuri: Qui Cardinales ad ipſos Magiſtrum & Præceptores perſonaliter accedentes, & ſui adventus cauſam expoſuerunt.

Et quoniam perſonæ ipſorum, & aliorum Templariorum in Regno Franciæ conſiſtentium, nobis traditæ fuerant, quod libere abſq; metu cujuſquam, plene & pure ſuper præmiſſis omnibus, ipſis Cardinalibus dicerent veritatem, eis auctoritate Apoſtolica injunxerunt. Qui Magiſter & Præceptores Franciæ, terræ ultramarinæ, Normanniæ, Aquitanniæ & Pictaviæ, coram ipſis tribus Cardinalibus, præſentibus quatuor Tabellionibus publicis, & multis aliis bonis viris, ad ſancta Dei Evangelia, ab eis corporaliter tacta, præſtito juramento, quod ſuper præmiſſis omnibus meram & plenam dicerent veritatem, coram ipſis ſingulariter libere ac ſponte, abſq; coactione qualibet & terrore depoſuerunt, & confeſſi fuerunt, inter cætera, Chriſti abnegationem, & ſpuitionem ſuper Crucem, cum in Ordine Templi recepti fuerunt. Et quidam ex eis, ſub eadem forma; ſcil. cum abnegatione Chriſti & ſpuitione ſuper Crucem, fratres multos recepiſſe. Sunt etiam quidam ex eis, quædam alia horribilia & inhoneſta confeſſi, quæ ut eorum ad præſens parcamus, verecundiæ ſubticemus.

Dixerunt præterea, & confeſſi fuerunt eſſe vera, quæ in eorum confeſſionibus & depoſitionibus continentur, quas dudum fecerant coram Inquiſitore hæreticæ pravitatis; quæ confeſſiones & depoſitiones dictorum Magiſtri & præceptorum, in ſcripturam publicam per quatuor Tabelliones publicos redactæ, in ipſorum Magiſtri & Præceptorum, & quorundam aliorum bonorum virorum præſentia; ac deinde interpoſito aliquorum dierum ſpacio, coram ipſis eiſdem lectæ fuerant, de mandato & in præſentia Cardinalium prædictorum, & ſuo vulgari expoſitæ cuilibet eorum. Qui perſeverantes in illis eas expreſſe & ſponte, prout recitatæ fuerant, approbarunt. Et poſt confeſſiones & depoſitiones hujuſmodi, ab ipſis Cardinalibus ab examinatione, quam pro præmiſſis incurrerant, abſolutionem, flexis genibus, manibuſq; complexis, humiliter & devote, ac cum lacrimarum effuſione non modica petierunt. Ipſi vero Cardinales, quia Eccleſia non claudit gremium redeunti, ab eiſdem Magiſtro & Præceptoribus, hæreſi abjurata, expreſſe ipſis ſecundum formam Eccleſiæ, auctoritate noſtra abſolutionis beneficium impenderunt; ac deinde ad noſtram præſentiam redeuntes, Confeſſiones & depoſitiones prælibatorum Magiſtri & Præceptorum, in ſcripturam puplicam, per manus publicas, ut dictum eſt, redactas, nobis præſentaverunt; & quæ cum dictis Magiſtro & Præceptoribus fecerant, retulerunt.

Ex quibus confeſſionibus & depoſitionibus, ac relatione, invenimus ſæpefatos Magiſtrum & fratres, in præmiſſis, & circa præmiſſa, licet quoſdam ex eis in pluribus, & alios in paucioribus graviter deliquiſſe. Verum, quia in univerſis Mundi partibus, per quas idem Ordo diffunditur, ac fratres degunt ipſius, ſuper hiis non poſſumus inquirire per nos ipſos, Fraternitati veſtræ, de fratrum noſtrorum conſilio, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos & quilibet veſtrum; viz. in ſuis Civitate & Diœceſi, una cum Venerabilibus fratribus noſtris Patriarcha Jeroſolymitana, ac Archiepiſcopo Ebor. Lincolnienſ. Ciceſtrienſ. & Aurelianenſ. Epiſcopis; & dilectis filiis de Latigniaco, Pariſien. Diœc. & S. Germani de Pratis, juxta Pariſias, Monaſteriorum Abbatibus, ac Magiſtro Sicardo de Vauro, Canonico Nerbonenſi, Capellano noſtro, noſtriq; Palacii auditore cauſarum, & Guidoni de Wychio, Rectori Eccleſiæ de Heſe Lond. Diœc. vel octo, ſeptem, ſex, quinq; quatuor, tribus, duobus aut uno ex ipſis, quos vobis in hac parte, propter negotii magnitudinem, duximus adjungendos, vocatis per publicum citationis edictum, per vos & ipſos adjunctos, vel eorum aliquos, ſeu aliquem, in locis de quibus nobis & eis videbitur faciendum, qui fuerint evocandi, contra ſingulares perſonas & fratres dicti Ordinis, in Civitatibus & diœceſibus veſtris degentes, etiamſi aliunde venerint, vel illuc adducti forſan extiterint, ſuper articulis, quos vobis ſub Bulla noſtra incluſos tranſmittimus, & ſuper aliis, de quibus prudentia *dentiæ veſtræ videbitur expedire, veritatem, cum diligentia, inquiratis.*

Volumus inſuper, quod Inquiſitione, ſeu inquiſitionibus hujuſmodi factis, per Provinciale Conſilium, contra ipſas ſingulares perſonas & fratres, qui in eadem provincia, ſeu pro eis ſuper hiis de quibus contra eos inquiſitum extiterit, abſolutoria ſeu condempnatoria ſententia, juxta juris exigentiam proferatur; Inquiſitore nichilominus, ſeu Inquiſitoribus ejuſdem pravitatis hæreticæ in ipſa Provincia, per ſedem Apoſtolicam deputatis, ad dictas Inquiſitiones, quæ ad hujuſmodi prolationem ſententiæ admiſſi, ſi ad eas vobiſcum voluerint intereſſe: Proviſo, quod de inquirendo, vel ſententiando contra prædictum Ordinem, & contra magnum Præceptorem dicti Ordinis, in regno Angliæ *conſtitutum, contra quos per certas perſonas inquiri mandavimus, vos intromittere nullatenus preſumatis. Data* Pictavis *ſecundo* Id. Auguſti, *Pontificatus noſtri anno tertio.*

Nos igitur præſcriptas Apoſtolicas literas, ad veſtræ fraternitatis noticiam perducimus, ut vos obtentâ copiâ earundem, juxta formam mandati Apoſtolici, id quod ad veſtram ſollicitudinem, in hac parte, pertinet, impleatis: articulos autem quos clauſos, ſub verâ Bullâ, recepimus, & fraternitati veſtræ, ſub Sigillo noſtro recluſos, per vos aperiendos tranſmittimus, poſtquam Copiam receperitis & habueritis eorundem, ſub Sigillo veſtro recluſos, bajulo præſentium retradatis; & ſic cautè ipſorum articulorum Copiam aſſumere, & aſſumptum Cuſtodire curetis, quod iidem Articuli antea minimè revelentur, quoniam ſuper ipſis vos oporteat inquirere veritatem. In ſignum autem receptionis præmiſſorum, vos venerabiles fratres, ad quos præſentes literæ pervanerint, veſtra Sigilla præſentibus appendatis. Data apud Wyngham x. Kal. *Octobris* Anno Domini *MCCCix.* conſecrationis noſtræ *xvi.*

Item loco, die, & hora prædictis, in præſentia prædictorum dominorum, & coram nobis Notariis memoratis, exhibiti fuerunt Articuli, ſub Apoſtolica Bulla incluſi, & coram nobis aperti, continentiæ infraſcriptæ.

Iſti ſunt Articuli, ſuper quibus inquiretur contra Fratres Ordinis *Militiæ Templi*, tanquam contra ſingulares multiplicer infirmatos, & vehementer ſuſpectos, ſuper contentis in eiſdem Articulis, & maximò, contra eos, ſcandalo ſuper hiis exiſtente.

Articuli contra ſingulares perſonas.

1. PRimò, quod in receptione ſuâ, quandoque poſt, & quam citò ad hoc commoditatem habere poterant, abnegabant *Chriſtum*, vel *Jeſum*, vel *Crucifixum*, vel quandoq; Deum, & quandoq; beatam Virginem, & aliquando omnes ſanctos Dei, inducti ſeu moniti per eos, qui ipſos recipiebant.

2. Item quod communiter Fratres hoc faciebant.

3. Item quod Major pars eorum.

4. Item quod etiam poſt ipſam receptionem aliquando.

5. Item quod receptores dicebant, & dogmatizabant illis, qui recipiebantur, *Chriſtum* non eſſe verum Deum; vel quandoq; *Jeſum*, vel quandoq; *Crucifixum*.

6. Item quod dicebant illis, quos recipiebant, ipſum eſſe falſum Prophetam.

7. Item, quod dicebant ipſum non fuiſſe paſſum pro redemptione humani generis; nec crucifixum, ſed pro ſceleribus ſuis.

8. Item, quod nec receptores, nec recepti habebant ſpem ſalvationis habendæ per ipſum; & hoc dicebant illis quos recipiebant; vel equipollens, vel ſimile.

9. Item, quod faciebant illos, quos recipiebant, ſpuere ſuper Crucem, ſive ſuper ſignum vel ſculpturam Crucis, & imaginem *Chriſti*, licèt qui recipiebantur interdum ſpuerent juxta.

10. Item, quod ipſam Crucem pedibus conculcari faciebant.

11. Item, quod eandem Crucem ipſi Fratres aliquando conculcabant.

12. Item quod mingebant interdum, & alios mingere faciebant ſuper ipſam Crucem, & hoc fecerunt aliquotiens in die *Veneris* ſanctâ.

13. Item, quod nonnulli eorum, ipſâ die, vel aliâ ſeptimanæ ſanctæ, pro conculcatione & minctione prædictis, conſueverunt convenire.

14. Item, quod adorabant quendam Catum, ſibi in ipſâ Congregatione apparentem.

15. Item, quod hæc faciebant in vituperium *Chriſti*, & fidei orthodoxæ.

16. Item, quod non credebant Sacramentum Altaris.

17. Item, quod aliqui ex eis.

18. Item, quod major pars.

19. Item, quod nec alia Sacramenta Eccleſiæ.

20. Item, quod Sacerdotes Ordinis, verba per quæ conficitur Corpus *Chriſti*, non dicebant in Canone Miſſæ.

21. Item, quod aliqui ex eis.

22. Item, quod major pars.

23. Item, quod recipientes ipſos, hoc injungebant eiſdem.

24. Item, quod credebant, & ſic dicebatur eis, quod magnus Magiſter Ordinis poterat eos abſolvere à peccatis ſuis.

25. Item, quod Viſitator.

26. Item, quod Præceptores, quorum multi erant laici.

27. Item, quod hoc faciebant de facto.

28. Item, quod aliqui eorum.

29. Item, quod magnus Magiſter hæc fuit de ſe confeſſus, etiam antequam eſſet captus, in præſentiâ magnarum perſonarum.

30. Item, quod in receptione fratrum dicti Ordinis, vel circa reipiens, interdum & receptus aliquando deoſculabantur ſe in ore, in umbilico, ſeu ventre nudo, & in ano, ſeu ſpinâ dorſi.

31. Item, quod aliquando in umbilico.

32. Item, quod aliquando in ſpinâ dorſi.

33. Item, quod aliquando in virga virili.

34. Item, quod in ipſa receptione, faciebant illos, quos recipiebant jurare, quod ordinem non exirent.

35. Item, quod habebant eos ſtatim pro profeſſis.

36. Item, quod receptiones fratrum ſuorum clandeſtinæ fiebant.

37. Item, quod nullis præſentibus, niſi fratribus dicti Ordinis.

38. Item, quod propter hoc, contra fratres dicti Ordinis, vehemens ſuſpicio à longis temporibus laboravit.

39. Item, quod communiter habebatur.

40. Item, quod fratribus, quos recipiebant, dicebant, quod adinvicem poterant unus cum alio carnaliter commiſceri.

41. Item, quod hoc erat eis licitum facere.

42. Item, quod hoc debebant facere adinvicem, & pati.

43. Item, quod hoc facere non erat eis peccatum.

44. Item, quod hoc faciebant ipſi vel plures eorum.

45. Item, quod aliqui eorum.

46. Item, quod ipſi fratres, per ſingulas provincias habebant ydola, *viz.* Capita, quorum aliqua habebant, tres faciebant, & aliqua unam, & aliqua habebant craneum humanum.

47. Item quod illa Idola, vel illud ydolum adorabant, & ſpecialiter in eorum magnis Capitulis, & congregationibus.

48. Item, quod venerabantur.

49. Item, quod ut Deum.

50. Item, quod ut Salvatorem ſuum.

51. Item, quod aliqui eorum.

52. Item, quod major pars.

53. Item, quod dicebant quod illud caput poterat eos ſalvare.

54. Item, quod Divites facere.

55. Item, quod omnes divitias Ordinis dabat eis.

56. Item, quod terram germinare faciebat.

57. Item, quod faciebat arbores florere.

58. Item, quod aliquod caput dictorum ydolorum cingebant, ſeu tangebant cordulis quibus ſeipſos cingebant circa camiſiam vel carnem.

59. Item, quod in ſui receptione ſingulis confratribus prædictæ cordulæ tradebantur, vel aliæ longitudinis earum.

60. Item, quod veneratione ydoli hoc faciebant.

61. Item, quod injungebatur eis, ut dictis cordulis, ut præmittitur, ſe cingerent, & quod continuè portarent.

62. Item, quod communiter fratres prædicti Ordinis modis prædictis recipiebantur.

63. Item, quod hæc faciebant & devotè.

64. Item, quod ubiq;.

65. Item, quod pro majori parte.

66. Item, quod qui nolebant prædicta, in ſui receptione, vel poſt facere, interficiebantur, vel carceri mancipebantur.

67. Item, quod aliqui.

68. Item, quod major pars.

69. Item, quod injungebatur eis per Sacramentum, ne prædicta revelarent.

70. Item, quod ſub pœnâ mortis vel carceris.

71. Item, quod neq; modum receptionis eorum revelarent.

72. Item, quod nec de prædictis inter ſe loqui audebant.

73. Item, quod ſi qui reperiebantur revelare, morte vel carcere affligebantur.

74. Item, quod injungebatur eis, quod non confiterentur aliquibus, niſi fratribus dicti Ordinis.

75. Item, quod fratres dicti Ordinis, ſcientes dictos errores corrigere, neglexerunt.

76. Item, quod non receſſerunt ab obſervantiâ prædictorum errorum, & communione dictorum fratrum, licèt facultatem habuiſſent recedendi, & prædicta faciendi.

77. Item, quod fratres jurabant augmentum & utilitatem Ordinis, quibus modis poſſent per fas & nephas procurare.

78. Item, quod non reputabant hoc peccatum.

79. Item, quod prædicta omnia & ſingula ſunt nota & manifeſta inter fratres dicti Ordinis.

80. Item, quod de hiis eſt vox publica, opinio communis, & fama, tam inter fratres dicti Ordinis, quàm extra.

81. Item, quod dicti fratres in magnâ multitudine prædicta, confeſſi fuerunt, tam in judicio, quàm extra, & coram ſolemnibus perſonis, & in pluribus locis etiam pupplicis.

82. Item, quod multi fratres dicti Ordinis, tam milites quam ſacerdotes, quam alii etiam, in præſentiâ Domini noſtri Papæ, & Dominorum Cardinalium, fuerunt prædicta, vel majorem partem dictorum errorum confeſſi.

83. Item, quod per juramenta ſua præſtita ab eiſdem.

84. Item, quod etiam in pleno conſiſtorio.

85. Inquiratur autem à ſingulis fratribus, de receptoribus eorum; de locis in quibus fuerant recepti; de temporibus receptionum ſuarum; & de aſtantibus in receptionibus ſuis; & de modis receptionum ſuarum.

86. Item ſi ſciunt vel audiverunt, quando & à quibus dicti errores ceperunt, & à quo habuerunt ortum, & quà de cauſâ; & de circumſtantiis & prædicta contingentibus omnibus de quibus videbitur expedire.

87. Item inquiratur à ſingulis fratribus, ſi ſciunt ubi ſunt dicta Capita, vel ydola, vel aliquod eorum, & qualiter deportabantur & cuſtodiebantur, & per quos.

Item die, loco & hora prædictis, in præſentia prædictorum dominorum, coram nobis Notariis memoratis, exhibita fuit quædam litera citatoria, Sigillis prædictorum dominorum; viz. *reverendi Patris Domini* Radulphi *Dei gratia* Lond. *Epiſcopi*, (&c.) *cujus tenor inferius annotatur.*

RAdulphus permiſſione divinâ Epiſcopus *Lond.* ac *Deodatus*, (&c.) Archidiacono *Londonenſi*, vel vices ejus gerenti ſalutem in Domino. Cum ſuper nephando apoſtaſiæ ſcelere, ydolatriæq;, (&c.) quibus fratres ac ſingulares perſonæ Ordinis miliciæ Templi, (&c.) infecti eſſe dicuntur; nos juxta mandatum Apoſtolicum, & paſtoralis Officii noſtri debitum, contra fratres & ſingulares perſonas prædicti Ordinis, Civitatis & diocæſis *Lond.* ac alios ibidem exiſtentes, vel illuc forſan adductos, ſive habitum prædicti Ordinis geſtantes, ſive rejecto habitu incedentes, ratione præviâ, prout decet, inquirere & procedere intendamus; vobis, in virtute ſanctæ obedientiæ, diſtrictè præcipimus, & mandamus, quatinus in proximâ inſtanti Dominicâ, tam in Eccleſiâ S. *Pauli*, quam in aliis Civitatis prædictæ, quando major Miſſa celebrabitur, & populus ibidem convenerit ad divina, per publicum citationis edictum, vocetis & citetis, vel citari faciatis ſolempniter & publicè omnes prædictos Tenaplarios, qui ad hoc vocandi fuerint, ut *xiii.* Kal. *Novembris*; quem diem, quia negotium celeritatem deſiderat, & periculoſum eſt toti fidei orthodoxæ, pro termino peremptorio aſſignamus, perſonaliter compareant *Londoniis*, in aulâ Epiſcopali, coram nobis proceſſuri & facturi in præmiſſis, quid ordo dictaverit rationis; intimantes eiſdem, quod ſive venerint ſive non, in præmiſſis & circa præmiſſa procedemus, prout fuerit rationis. De hiis autem, quæ per vos facta fuerint in præmiſſis, nos dictis die & loco certificare curetis, per veſtras patentes literas, ſeu autentica vel puplica munimenta, continentia ſeriem præſentium literarum. Data apud Wykham *viii.* Idus *Octobris*, (&c.) A° gratiæ *MCCCix.*

Primus Examinatus ad cautelam, ſine juramento, cum duobus ſequentibus.

IN nomine Domini Amen, anno incarnationis dominicæ *MCCCix.* indictione octavâ, *x.* Kal. *Novembris*, coram Dominis Inquiſitoribus ſupraſcriptis, frater *Willielmus Raven*, de ordine *Templariorum*, requiſitus per quantum tempus ſtetit in ordine Templariorum; dicit, quod receptus fuit in ordine Templariorum quinquennio elapſo, apud Combe, in diocæſi *Bathonienſi*, per fratrem *Willielmum* de la *More* in dominicâ proximâ poſt feſtum Omnium Sanctorum; & præſentes fuerunt tunc, fratres *Johannes* de *Walpole*, & *Willielmus* de *Erynge*, præſentibuſq; circiter Centum perſonis ſecularium, circa horam *Primæ* in Capellâ loci ejuſdem: & erat receptus cum eo fratre *Galfridus* de *Trewe* miles, qui mortuus eſt. Dixit etiam, quod rogavit ipſos fratres de *Templo*, ut vellent admittere eum in dicto Ordine, ad ſerviendum Deo, & beatæ *Mariæ* Virgini, & terminare vitam ſuam in ſervicio eorum.

Dicit etiam, quod quærebatur ab eo, ſi habebat fixam voluntatem ad hoc faciendum; & dixit quod ſic. Et poſteà dicebatur per duos fratres, qui exponebant ei rigores Ordinis; *viz.* quod non ageretur voluntate ſuâ propriâ in agendis, ſed voluntate Præceptoris; & ſi vellet unum facere, præciperetur ſibi aliud facere; Et ſi vellet eſſe in uno loco, mitteretur ad alium locum: Quibus promiſſis, juravit ad ſancta Dei Evangelia, obedire ſuperiori, non habere proprium, conſervare Caſtitatem; non conſentire quod aliquis injuſtè exhæreditaretur; nec quod injiceret manus violentas in quenquam, niſi ſe defendendo, vel in Saracenos.

Dixit etiam, quod illud Juramentum factum fuit in Capellâ prædictâ, præſentibus duntaxat fratribus de Ordine, & uno Presbytero dicti Ordinis, cujus nomen ignorat, ut dicit; & legebatur ſibi Regula Ordinis, per unum de fratribus, qualiter ſe haberet in omnibus ſpectantibus ad Ordinem; & ſic fuit doctus per menſem, per unum fratrem ſervientem literatum, vocatum *Johannem* de *Walepole* prædictum. Requiſitus, ſi poſteà fecit aliquam aliam profeſſionem clam vel palam; dicit quod non.

Dicti verò auditores & Inquiſitores injunxerunt *Edmundo* de *Verney*, & *Willielmo* de *Herdeby* Cuſtodibus dictorum fratrum, quod nullo modo permittent illum fratrem *Willielmum* ſtare cum aliis confratribus ſuis, nec loqui cum eis, nec aliquo ipſorum, nec quod aliquis interveniat ad explorandum quid actum ſit vel fieri debet in hac parte, & hoc ſub pœnis majoris Excommunicationis, exnunc, prout extunc.

Actum *Londoniis* in Capitulo Monaſterii S. *Trinitatis*, præſentibus fratribus *Radulpho* de *Cantuaria*, Priore domus S. *Trinitatis* (&c.)

Frater *Hugo* de *Tadecaſtre*, de Ordine *Templi*, requiſitus per quantum tempus ſtetit in Ordine (&c.) dicit, quod fuit receptus apud Faxflete, *Ebor.* dioc. per fratrem *Willielmum* de *la More*, in Oratorio loci ejuſdem, aliquantulum poſt ortum ſolis, & quod nullus ſecularis erat præſens, quando fuit receptus; nec eſt conſuetudinis quod aliquis ſecularis ſit præſens in receptione fratrum.

Requiſitus de modo receptionis; dicit, quod erat Claviger in *Templo*, dum erat ſecularis; & requiſivit Magiſtrum, ut eum reciperet in fratrem: & expoſitis ſibi hiis quæ rigoris ſunt in Ordine *Templi*, & ſubſtantialibus Ordinis, quod ad obedientiam, caſtitatem, & abdicationem proprietatis; fuit ductus in Capellam, fratribus Ordinis duntaxat, Capellanis, militibus & ſervientibus præſentibus, ſecularibus omnibus excluſis; præſtito ab eo, ad ſancta Dei Evangelia, juramento, quod prædicta tria ſubſtantialia dicti Ordinis, & conſuetudines bonas & laudabiles Ordinis *Templi* ſervaret; & negotium terræ ſanctæ ultramarinæ, pro poſſe ſuo, juvaret, contra inimicos fidei Chriſtianæ.

Dicit etiam, quod juravit, quod neminem injuſtè exhæreditaret; & tunc ſibi tradebatur Mantellum, cum Cruce; & pilleum in Capite.

Dicit etiam, quod erat apud Dyneſle in Capitulo, ubi *Philippus* de *Mewes* miles receptus fuit in fratrem dicti Ordinis, eodem modo quo ipſe fuit receptus; & alio modo non recipiuntur fratres dicti Ordinis.

De Templariorum Ordinis deſtructione; & W. *de* Grenefeld *Archiepiſcopi* Ebor. *adverſus eos clementia.*

Ex hiſt. Anglic. ſcript. antiq. ædit. *Lond.* 1653. Col. 1729. l. 67.

—— HUjus Pontificatus anno ſecundo, fratres *Militiæ Templi Jeroſolimitani*, per totam *Angliam* conſtituti ſunt, uno eodemque die, hoc eſt quarto Idus *Januarii*, de mandato Domini Papæ *Clementis*, ad inſtantiam Domini regis *Francorum*: prout, dicebatur, generaliter comprehenſi, arctæ Cuſtodiæ *Londoniæ* & *Eboraci*, ſunt deputati. Factâ interim tam *Eboraci* quàm *Londoniæ*, ſolempni examinatione articulorum per æmulos ſuos eis objectorum, coram venerabilibus patribus *Williel- Eboracenſi* Archiepiſcopo, & *Radulpho* de *Baldok Londonienſi* Epiſcopo, ad hoc per dominum Papam ſpecialiter deputatis, præſentibus ipſis *Templariis*, & ad omnia eis objecta convenienter reſpondentibus; quamvis in multis eſſent accuſati, nichil tamen inventum eſt, quod de jure videretur ſtatum illorum anullare: Poſtmodum verò idem dominus Papa, collecto *Viennæ* Concilio generali, anno Pontificatus ſui ſeptimo, & anno Domini *MCCCxii.*, qui eſt annus Pontificatus præfati patris *Willielmi* ſeptimo, die Lunæ tertio die *Aprilis* commiſſâ viâ proceſſus judiciarii, de fratrum quorundam Conſilio, & aliorum aſſidentium, Ordinem illius *Militiæ Templi* celeberrimum, auctoritate Apoſtolicâ dampnavit, caſſavit, & perpetuò anullavit. Inſuper inhibuit, ne quis de cætero dictum Ordinem ingrederetur, nec profeſſionem in eo faceret, nec habitum illius Ordinis deferret, vel reciperet, ſub pœnâ Excommunicationis majoris, quam, ſi quis in aliquo contraveniret, ipſo facto incurrer.

Deleto itaq; præfato Ordine, Fratres *Hoſpit.* S, *Johannis*, poſſeſſiones eorum pro majori parte adepti, uſque in præſentem diem occupant. Archiepiſcopus *Willielmus* pietate motus ſuper ſtatu *Templariorum* ſuæ diocæſis, omni auxilio deſtitutorum, eos in diverſa ſuæ Diocæſis inſtituit Monaſteria, eiſque ſuo perpetuo vitæ neceſſaria miniſtrari præcepit.

Ordinationes & Decreta pro Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini *in* Anglia *exiſtentium gubernatione meliori; compoſitæ & ſtatutæ per* Thomam Wolſæum *S.* Ciciliæ *Rom. Eccleſiæ Presbyterum Cardinalem*, Ebor. *Archiepiſc. Virtute Commiſſionis Domini* Leonis *Papæ, ejus nominis Decimi, ſibi directæ, Anno ab Incarn. Domini* MDxix.

Ex vetuſto exemplari in bibl. *Cottoniana.*

IN Dei nomine *Amen.* Nos *Thomas*, miſeratione divinâ, tituli S. *Ceciliæ* ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, *Eborac.* Archiepiſcopus, *Angliæ* primas, & Apoſtolicæ ſedis legatus, ipſius quoq; regni *Angliæ* Cancellarius; necnon ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri, Domini *Leonis* divinâ providentiâ, illius nominis Papæ decimi; dictæq; ſedis ad ſereniſſimum & potentiſſimum principem & dominum noſtrum *Henricum*, Dei gratiâ *Angliæ* & *Franciæ* regem, ac dominum *Hiberniæ*, univerſumque ejus *Angliæ* regnum, ac omnes & ſingulas ipſius regni provincias, Civitates, terras, atque loca illi ſubjecta, & alia illi adjacentia, etiam de Latere legatus, non modo ex jure communi vigore hujuſmodi legationis noſtræ de Latere, verùm etiam ex præfati ſanctiſſimi Domini noſtri, ſub plumbo commiſſione, & indulto ſpeciali, cujus data eſt *Romæ* apud S. *Petrum* Anno Incarn. dominicæ *M.D.xix.* quarto Idus *Junii*, Pontificatus ejuſdem ſanctiſſimi Domini noſtri anno ſeptimo, omnia & ſingula hujus regni *Angliæ* & locorum prædictorum Monaſteria & loca religioſa, exempta & non exempta, eorumq; Prælatos, Reſidentes & Miniſtros, viſitandi, corrigendi, & reformandi, poteſtatem habentes; & ad honeſtiores vivendi mores, tam in capitibus quàm in membris reducendi; proq; hujuſmodi reformatione faciendâ facultatibus ampliſſimis, in hujuſmodi indulto apoſtolico pleniùs ſpecificatis utendi; pœnas quoq; & cenſuras imponendi, & alias contra ipſos Prælatos, Præſidentes & Miniſtros procedendi, corrigendi, caſtigandi & puniendi, ac ad laudabiles mores reducendi: necnon omnia & ſingula, quæ juſta inſtituta ſuorum ordinum & conſtitutiones ſummorum Pontificum, & decreta ſanctorum Patrum, ad honorem Dei ac religioſarum perſonarum prædictarum decorem, honeſtumq; vivendi modum neceſſaria, ſeu quomodolibet opportunia videbuntur, gerendi, ſtatuendi, faciendi, diſponendi & exequendi; contradictores & rebelles cujuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, præeminenciæ, nobilitatis, vel conditionis fuerint, per Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliaſq; formidabiliores, de quibus nobis videbitur ſententias cenſuras & pœnas, cum earum aggravatione & reaggravatione, quavis appellatione poſtpoſitâ compeſcendi, & ſi opus fuerit brachium ſeculare invocandi, cum derogationibus Privilegiorum indultorum, & literarum Apoſtolicarum dictis religioſis perſonis, ſub quibuſvis verborum formis & clauſulis etiam derogatoriarum, derogatoriis, forcioreſq; & inſolitas ac iritantibus, & aliis decretis per ſedem Apoſtolicam conceſſorum, confirmatorum, & innovatorum; non obſtantibus etiam quibuſvis exceptionibus & appellationibus à præmiſſis, ad ipſum ſanctiſſimum dominum noſtrum & dictam ſedem per quoſvis forſan, pro tempore, interponendis, quas extunc, prout exnunc, & è converſo idem ſanctiſſimus dominus noſter frivolas & inanes, ac ex nullo gravamine interſectas fore & eſſe decrevit, ad honorem Dei, decus & ornamentum Ordinis regularis S. *Auguſtini*, Prælatorumq; & Canonicorum ejuſdem Ordinis, hujus regni noſtri *Angliæ*, & locorum prædictorum reformationem, ac condecentem vivendi & incedendi modum; quædam, ex commiſſi nobis officii poteſtate duximus ordinanda & ſtatuenda, prout per capita diſtincta inferiùs continetur.

De unione; & Capitulo generali omnium Canonicorum regularium, per Angliam.

CUm ad manifeſtandam Eccleſiæ unitatem, uni *Petro* commiſit Chriſtus Eccleſiam ſuam, propter quam, & in unum dicit beatiſſimus pater veſter *Auguſtinus* congregati eſtis, ejuſdem membra corporis diviſa eſſe nolumus dicere Evangeliſtam, *Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur*; turpiſq; pars eſt, quæ non convenit ſuo toti majori igitur parti, ubi tota vis minorem in bono adherere debere; decernentes tamen ſecundùm conſtitutionem provincialem *cap.* 1. de religioſis domibus; quam ex veſtris unanimi aſſenſu & concenſu, noſtrâ auctoritate ſtatuimus, quod Canonici regulares, vocati *Aruſienſes* & *Victorini*, quos audivimus à cæteris ſegregatos, & omnes Canonici regulares Ordinis S. *Auguſtini*, quocunque nomine apellentur, per totum regnum *Angliæ* in eodem Capitulo generali, de triennio in triennium omnino celebrando, ſuper eiſdem ſtatutis & privilegiis & eiſdem præſidentibus imperpetuum uniantur atque conveniant, juxta Statutum generale & Decretalem *Honorii* tertii, conſtitutiones *Benedictinas*, ſufficienter & ad plenum in hac parte diſponentes, ſub pœnis ibidem contentis.

De admittendis ad religionem, & forma profitendi eoſdem

QUum nichil ſit ſanctæ religioni tam peſtiferum, quàm quod indocti, virtutibus parùm dediti, rudes, ad religionem penitùs inepti, ad habitum regularem inconſideratè aſſumuntur, undè regularis obſervanciæ contemptus, & alia mala quamplurima nonnunquam inſequuntur; ſtatuimus igitur & ordinamus, quod omni amore indiſcreto carnis neceſſitudine, & favore ſepoſitis, nullus poſthac in habitum Canonicorum regularium ad annum probationis admittatur, niſi, ſecundùm ſtatuta *Benedictina*, perſona idonea, vel de cujus idoneitate ſpes veriſimilis habeatur quod . . . . in divinis & aliis Deo poſſit & velit inſervire, quodq; talis antequam expreſſè & publicè religionem profiteatur ætate ſit legitimâ, juxta *Cap. i. &c.* ad noſtram . . . de regularibus, &c. & quod regulam S. *Auguſtini* penè memoriter recitare ſciat, ac etiam in ſignis & cæteris religionis ceremoniis competenter ſit inſtructus, hæcq; verba ſubſequentia, ſola & non alia in ſuâ profeſſione proferat. *Ego frater* N. *offerens trado meipſum, divina pietate, in hac Eccleſia* N. *perpetuo me ſerviturum ſecundum regulam S.* Auguſtini; *& promitto obedientiam Domino* N. *hujus Eccleſiæ Abbati, vel Priori, & ſucceſſoribus ſuis Canonice intrantibus*: Sup quibus omnibus & ſingulis, conſcientias Prælatorum ſuorum, ſub pœnâ indignationis Dei omnipotentis diſtrictiùs oneramus: Et ut præmiſſa citiùs fiant & faciliùs perficiantur, habeant ſinguli prælati, infra ſua Monaſteria, ubi novicii admitti & profiteri debeant, Præceptorem Grammatices ſecularem, vel regularem, necnon regulæ & ceremoniarum informatores, juxta Statutorum ſuorum exigentiam.

De obedientia.

QUoniam, præ cæteris, eximium eſt obedientiæ bonum, quo non propriam voluntatem religioſi ſed ſuperioris pociùs agere ſint parati; cui tanquam patri obediendum eſſet, jubet in regulâ divus *Auguſtinus* filialem obediéntiam, inſinuans quæ promptè atq; hillariter opus injunctum exequatur; & non triſtiter ac pigritiâ, quod obedientiæ ſimilis indicium eſt: Statuimus idcirco, quod fratres in cunctis, quæ ſecundùm Deum, & pro religionis utilitate præcipiuntur, promptè ſuis ſuperioribus obtemperent, abſq; murmure & contradictione aliquâ; certi quia non homini obediunt ſoli, ſed Deo, à quo & retributionem accipient; idq; facientes, non modò animarum ſuarum miſerebuntur, ſed præpoſitorum ſuorum item, quemadmodum in regulâ traditur, nam ita & ſuas animas obediendo à peccato liberabunt inobedientiæ, & præpoſitos facient, ut cum gaudio ſuis fungantur officiis; propter quod & *Paulus*, ad *Habreos*, ait, *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete illis; ipſi enim vigilant, tanquam pro animabus veſtris rationem reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes*: Quia ſi Chriſtianis omnibus hoc jubet *Paulus*, multò magis id religioſis eſt faciendum, qui ſe, voto labiorum ſuorum, ad obedientiam arctiùs aſtrinxerint.

Contra vicium proprietatis.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod nullus Canonicus regularis habeat aliquid proprium, ſub pœnâ in regula S. *Auguſtini*, & in Cleme . . . dudum de ſepulturâ proprietariis impoſitâ; ac ut hujuſmodi proprietatis vicium à ſancta religione eo facilius tollatur, quo ſeſe quiſq; nullâ re indigere conſpexerit; decernimus quod omnibus & ſingulis Canonicis in victu & veſtitu ſalubribus & decentibus, ac aliis vitæ neceſſariis competentibus, de communi, ſecundùm eorum indigentiam atq; facultates domus, permiſerint, quociens opus fuerit, per Prælatum ſive Præpoſitum aut officiarium alium, ad hoc per eum deputatum; eis & eorum cuilibet juxta Regulam prædictam plenè & liberè adminiſtretur. Et quoniam in conſtitutione *Benedictina* contineatur, ut illud quod dandum erit ſingulis Canonicis pro veſtiario, ordinetur & taxetur; nos igitur taxando ſtatuimus, quod ultra *Lx.* ſolidos annuos, nulli Canonico Presbytero, non officiario, vel ultra *xxx.* ſolidos pro Canonico non Presbytero, Magiſtro Noviciorum porcio annua, pro veſtitu & aliis neceſſariis, tradatur ſeu perſolvatur; de quibus quidem *Lx.* ſeu *xxx.* ſolidis annuis, cæteriſq; rebus queiſcunq;, ſuâ ſub cuſtodiâ exiſtentibus, ſeu exiſtere debentibus, ſinguli Canonici, *viz.* Presbyteri pro ſeipſis, & Mag. Noviciorum, pro non Presbyteris, ſingulis annis ſuis Prioribus ſeu Præpoſitis, quocienſcunq; id requirentibus, per billas ſuas plenum & verum faciant compotum; poſt quem, ſi Priores ſeu Præpoſiti prædicti, quicquam ſcienter celatum ſeu occultatum repererint, taliter celantem ſeu celantes occultantem, ſeu occultantes, proprietatis vicio convictum, ſeu convictos, debitis ſubjiceant proprietariorum pœnis prædictis; pecunias verò, aut alia quæcunq;, nomine & expreſſo permiſſu Prælati ſui, Canonicus quicunq; retinens, & ad ejus requiſitionem revelare, & cum effectu tradere paratus, abſq; aliâ fraudulentâ excuſatione quacunq; proprietarius, auctoritate præſentium cenſendus non erit; Donatorum igitur pecuniam, aut aliter quæſita quæcunq;, juxta Regulam, in poteſtate ſit Præpoſiti donatorio, vel cui velit conferre, quæ quantacunq; ſic recipiens & retinens, ut prædiximus, proprietarius non erit. Curent verò Præpoſiti, ſeu Priores, omnia & ſingula præmiſſa diligentius atq; diſtrictius obſervari, ſemper cogitantes ſe Deo pro hiis rationem reddituros, conſuetudini tamen ſeu ſtatuto cuicunq;, minorem penſionem annuam, quàm prædictorum ſexaginta vel triginta ſolidorum, pro veſtibus diſponenti, dum tamen ſufficienter provideatur pro eiſdem; non intendimus, per iſtam conſtitutionem, in aliquo derogare.

De fœminis infra Monaſterium non admittendis.

Item ſtatuimus, quod nulli fœminæ, cujuſcunq; ætatis, propinquitatis aut conditionis extiterit, permittatur acceſſus in *Dormitorium*, *Infirmarium*, *Clauſtrum*, aut *Canonicorum Cellas* ſeu cameras, vel alium locum privatum quemcunq;, ſed duntaxat ad loca pro hoſpitibus deputata, vel ad hoſpitia Prælatorum, aut in magnis Monaſteriis ad cameras Priorum: Non intendentes per præſens ſtatutum, quin licebit mulieribus Eccleſias, infra Monaſteria, cauſâ devotionis, ingredi, & per clauſtrum, dummodo ſtando vel colloquendo moram ibidem non traxerint, pertranſire; ſed nec ullo modo intra interiora ſepta Monaſteriorum, ex quibus religioſi ſine Prælati ſui veniâ, egredi non debent, pernoctent.

De veſtibus converſo, aut ali; ad abluendum aptiori, tradendis.

Et quoniam præcipua occaſio colorandi fœminarum acceſſus eſt, prætextu veſtium abluendarum; idcirco quando Regula inſtituit, ut veſtes Canonicorum, per aliquem ex ipſis, aut per fullonem aliquem expurgentur, provideatur idcirco per Prælatos, quod fieri poteſt, ut uni ex laicis converſis officium illud abluendarum veſtium imponatur, aut cuipiam alii ad hoc opus aptiori, ne fœminis occaſio præſtetur ingrediendi locum aliquem prædictorum.

De non ingrediendo ſepta Monaſterii.

Item ſtatuimus, ordinamus, & volumus, quod nemo Regulam S. *Auguſtini* profeſſus, aut Novicius, ad annum probationis admiſſus, non priùs expoſitâ Abbati vel Priori ſuo cauſâ rationabili & legitimâ, ac per eundem approbatâ, & termino quo omnino rediturus ſit pro loci ad quem tendit diſtancia & negotii qualitate per dictos ſuperiores priùs ei aſſignato, fores aut ſepta Monaſterii uſquam egrediatur, prout in conſtitutione *Benedictina*, *Cap. xx.* cavetur; ſed neq; cum juſta ſit cauſa & per ſuperiorem approbata, id faciat, niſi honeſtè comitatus, cum uno vel duobus, atq; in habitu decenti, quemadmodum in *Cap. xiii.* Conſtitutionum *Benedictinorum* continetur: nec aliquos, venandi gratiâ, canes habeat ſequaces, vel aucupandi gratiâ cujuſvis generis aves habeat, aut deferat; ſeu ab aliquo ſecum deferri faciat vel permittat, quemadmodum in patrum cavetur inſtitutis. Quum verò ſic exierit, nunquam in opido, juxta quod, vel in quo ſitum eſt ejus Monaſterium, aut in vicinâ aliquâ domo edat aut bibat, niſi inopinatâ ægrotatione ſuperveniente, dum in opido fuerit, vel niſi ex mandato vel licentiâ ſpeciali, petitâ priùs & obtentâ, in quo caſu præcipimus & mandamus, ut ſi commodè poterit, potius ad Monaſterium ſuum revertatur, quam illic refectionem accipiat. In cæteris verò locis remotioribus, tanquam peſtem fugiat undè ei diſtamen aliquod ſuæ caſtitati imminere poſſit; ſed & in itinere, juxta Regulæ ordinationem, ſimul incedant, neque diſcedant abinvicem, neq; comites quos voluerit, ſed quos Præpoſitus aſſignaverit, habeat quiſq; ſecum, quibus hoc caſu, ut præmittitur, pecunia de communi ſumminiſtretur.

De habitu & tonſura Canonicorum.

ITem quia congruum eſt, ut qui unam & eandem profitentur Regulam, omnes de eodem Monaſterio, habitu unius coloris, & ejuſdem formæ utantur, & tonſuram gerant uniformem, ſtatuimus quod omnes Canonici Regulares veſtibus utantur honeſtis, ſecundùm Statuta *Benedicti*, albi, bruni, nigri, ſeu quaſi nigri coloris duntaxat, ſic quod in Monaſteriis Abbates, Præpoſiti, & Priores, formam veſtium & calciamentorum ita ordinent & diſponant, quod ſit omnibus Canonicis ejuſdem Monaſterii tam extrinſecùs quam intrinſecùs uniformis, niſi fortè intrinſecùs cum aliquibus ex cauſâ duxerit diſpenſandus: Rochetis quoq; lineis, pretii mediocris, non nimis curioſè plicatis, utantur; & calceis, non laicorum more, præſtiſſimis, aut laqueis cericis colligatis utantur. In manicis verò, ſub nullo modo, furruris utantur, aut pellibus, niſi prout eis permiſſum eſt in Statutis *Benedictinis*, & in hiis omnibus vitentur quicquid ſit precioſum, nimis curioſum, aut glorioſum nimis; ſeu quod eſſet eorum Ordini contrarium aut ſcandoloſinum; Salvâ ſemper Prælatorum dignitate pro decenti habitus eorundem competentiâ. In tonſurâ verò omnes cum Coronis, quàm ſecularium Clericorum, amplioribus de crinibus, ad medietatem aurium præciſſis, ſeu amputatis, humiliter incedant, ſub pœnâ Regularis diſciplinæ, ad diſcretionem Prælatorum delinquentibus imponendâ.

De horis Canonicis uniformiter & devote ab omnibus ſimul Canonicis canendis & audiendis.

ITem ſtatuimus, quod omnes & ſinguli Canonici Regulares, juxta morem ſingulorum locorum, Pſalmos, & alia ad divinum cultum pertinentia, abſq; magnâ acceleratione, aut nimiâ moroſitate, cum perfectâ verborum expreſſione, ac mediocri pauſâ poſt punctum medium, diſtinctè, planè & devotè cantent. Horis verò Canonicis omnibus, *Matutinis* maximè & Miſſæ majori, legitimo impedimento ceſſante, omnes & ſinguli Canonici regulares, & præter Prælatum, Officiarii devotè interſint, vel regulari ſubjiciantur diſciplinæ, ſi aliàs ex cauſâ per ſuos ſecum ſuperiores non diſpenſetur. Et cum inter omnes Eccleſiaſticos, maximè religioſos, ille canendi modus meritò ſit approbandus, in quo non laſcivâ melodiâ aſtancium auribus blanditur, nec favor humanæ laudis in diviſione notarum appetitur, ſed planus Cantus & modeſta pſallentium gravitas, dulci & quietâ modulatione audientium animos, ad ſpiritualem delectationem, & cœleſtis melodiæ deſiderium incitat & invitat: Nos igitur diſtrictiùs inhibemus, ne Cantus fractus vel diviſus, Pric-ſongs vulgariter & Anglicè dictus, in Choris Canonicorum amodo decantetur, aut decantari permittatur.

Prohibemus inſuper, quod laici, ſive etiam Clerici ſeculares Cantores, tam viri quàm pueri, tempore divinorum, in Choro, cum Canonicis ad pſallendum quoviſmodo admittantur: Permittimus tamen, quod Miſſas de beatâ Virgine, de nomine *Jheſu*, & conſimiles, quæ extra Chorum Conventualem, quaſi in omnibus hujus regni Monaſteriis, ſolemniter cani ſolent per viros ſeculares, etiam laicos ac pueros, cum Cantu fracto ſeu diviſo, & Organis decantari facere valeant, dummodo nemo ex Canonicis, eo excepto qui hujuſmodi Miſſam in Altari celebrabit, interſit. Permittimus etiam quod ipſi Canonici inter ſe, laicis & ſecularibus Cantoribus excluſis, aliquam melodiam ſupra ſimplicem & ferialem Cantum diebus dominicis & Sanctorum nataliciis, feſtivis, aliiſq; magnis ſolemnitatibus, in *Miſſis* & *Veſperis*, aliiſq; divinis Officiis facere valeant; ita tamen, quod Cantus integritas, & verborum expreſſio non omittantur. Verùm quia continuus & immoderatus canendi labor, non ſolum voces pſallencium lædit, ſed & ipſorum animos ad Deo ſerviendum imbecilliores efficit, præſertim cùm in nonnullis hujus regni Cœnobiis, pauci ſunt Canonici, & nonnunquam tres, pluresve *Miſſæ*, præter & ultra horas Canonicas, ſunt cum *Nota* quotidiè celebrandæ: idcirco nos, eorum laboribus in hac parte compacientes, quia in omnibus illorum Cœnobiis Organorum melodia, in Choris ſuis & alibi ad ſuum relevamen uti, & ad ea pulſanda virum aliquem honeſtè converſationis, laicum vel Clericum ſecularem, dummodo Canonicis nimiâ familiaritate ſe non immiſceat, in ſuo famulicio retinere valeant, non denegamus.

De modo dicendi divina in minoribus domibus, ſive Monaſteriis.

ITem ordinamus & diſcernimus, quod in omnibus minoribus Monaſteriis, ſive domibus, ubi ad horas cantandas numerus Canonicorum non ſuppetit, *Matutinas* & alias horas Canonicas, Statutis temporibus, in Choro ſimul, omnes Canonici diſtinctè, & ſonorâ voce, alternatim omnino dicere teneantur: *Miſſam* verò, ſi numerus quoquo modo ſufficiat, omnino cantent; ſin ad minus poſſint, uno celebrante; cæteri omnes in Choro, ceſſante cauſâ legitimâ, interſint orationibus, aut contemplationibus, ut religioſos decet intendentes.

De Dormitorio.

ITem decernimus, quod omnes Canonici, qui, ut præfertur, omnibus horis Canonicis intereſſe tenentur, poſt *Completorium* dictum à Conventu, acceptâ aquâ benedictâ, ab eo qui dare ſolet, immediatè ad Dormitorium ſimul regulariter tranſeant, ubi ſilencium teneant; nec ullus indè exeat, niſi per eum, qui tunc & ibi præeſt, licenciatus; quia ſi quis ſecùs fecerit, graviter juxta arbitrium Præpoſiti puniatur. In eodem verò Dormitorio in cellulis diſtinctis ſinguli in ſingulis & ſeparatis lectis cubent & jaceant; & quælibet cellula, dum in ea aliquis Canonicorum fuerit, toto tempore quo inibi manſerit, tam de die, quàm de noctè, ab anteriori parte ſit aperta, ut introſpicere volentes videre poſſint quid intùs agatur, & contra facientes debitè, juxta arbitrium Præpoſiti, puniatur.

De Refectorio.

ITem ſtatuimus & ordinamus, quod omnes Canonici regulares, ſingulis diebus per annum, ceſſante cauſâ per Prælatum approbandâ, ſimul in Refectorio comedant, præter officiarios, & quos Prælatus ad menſam ſuam, vel alibi, ex gratiâ aſſignare dignabitur, quod ei licebit, tam infra quàm extra ſcepta Monaſterii; in quo Refectorio ſecundùm regulam S. *Auguſtini*, de conſuetis lectionem habeant, cui attentas aures accomodent, ac ſilentium teneant: Nec tempore refectionis aliquem laicum ad eis in menſâ inſerviendum, niſi ex cauſâ ibidem admittatur; ſed per eorundem Canonicorum aliquem, ubi numerus ſuppetit, id fieri ſtudeant. Statuimus inſuper, & diſtinctiùs inhibemus, ne quis Canonicorum aliquod genus cibi aut potus, pauperibus deputatum, ſeu competens, extra Refectorium ſecum deferat, ſeu deferri faciat, abſq; ſpeciali ſuperioris ad hoc licentiâ, ſub pœna debitâ à Præpoſitis delinquentibus infligenda.

Ut prædicta per Abbates & Priores diligentius obſervari curentur, cum diligentia & vigilantia, ſuper gregibus ſibi commiſſis.

CÆterùm, ut quæ in Regulâ traduntur, cuncta fideliùs & diligentiùs adimpleantur, hunc modum divus Pater *Auguſtinus* excogitavit; nempè, ut ſi quid minus in regulâ obſervatum fuerit, id non necligenter prætereatur, ſed emendandum corrigendumq; curetur: Statuimus igitur quod Abbates & Priores locorum provideant ut ſinguli Fratres Regulam intelligant, eandemq; diligentiùs, in quantum humana fragilitas hoc permittit, obſervent: Et quum primum intellexerint ullam regulæ factam tranſgreſſionem, per aliquem fratrum, eam cum omni maturitate ſtudeant emendare: Modicus enim error, ſi non protinùs emendetur, facilè per necligentiam major evadit: Capitulis igitur cotidianis, quibus omnes, cauſâ urgente ibidem tractandâ, adeſſe volumus; ipſi etiam Abbates & Priores, cum commodè poſſint, maximè ſi opus fuerit, interſint, debitas quaſcunq; pœnas, juxta delicti quantitatem moderentur; ſed & carcerem ſinguli in ſuis domibus provideant, ubi, ſi neceſſe fuerit, notabiliùs delinquentes graviùs puniantur. Verùm quoniam id nequeant Priores Monaſteriorum diligenter exequi, ſi non affuerint gregi, cujus ipſi curam ſuſceperint; ſtatuimus igitur, ut nullus Abbatum vel Priorum, niſi juſtâ vel honeſtâ cauſâ, ſe abſentet diutius à Monaſterio ſuo, ſed unà cum fratribus, quam frequenciùs poſſit, converſetur, & præſertim in Eccleſiâ, dum divina officia celebrantur; ut juxta Regulam, circa omnes, ſeipſum bonorum operum exemplum præbeat; ſemper cogitans, ſe pro fratribus redditurum eſſe rationem; & ſi, ex juſtâ ſeu honeſtâ aliquâ cauſâ, aliquandiu abſuerit, feſtinet quantum commodè poſſit ad Monaſterium ſuum reverti, neq; unquam ultra unum menſem continuum abſentet ſe, rationabili cauſâ ceſſante, quamdiu infra ſeptem miliaria præſtiterit; alioquin Regulæ violatores eâ celeritate, quâ neceſſe foret, neq; corrigere poteſt, neq; bonæ vitæ exemplar eſſe fratribus, nec demum Deo pro eis rationem reddere meritò comprobandum.

Moderatio, ſeu modus recreationum.

ET quanquam antiquorum patrum prudentiæ & circumſpectioni oportunum viſum fuerat, quod clauſtrales Canonici, opus Pſallendi die nocteq; ſuſtinentes, defeſſos animos honeſtis interdum ſolaciis recrearent: Nos advertentes id quod in remedium proviſum fuerat, nunc per indebitum utendi modum ad noxiam tendere, dum dicti Canonici, in ſuis hujuſmodi ſolaciis, exiſtentes, nonnunquam ad integras ebdomadas à Choro ſe abſentant, & neglectis quodammodo regularibus obſervanciis, ludis plerumq; inhoneſtis, & ſuſpectarum perſonarum conſorciis ſe immiſcuiſſent, in ſuarum periculum animarum, religionis obprobrium, & divinæ majeſtati offenſam; & huic malo occurrere ſatagentes, ſtatuimus, & ordinamus, quod hujuſmodi Canonici, ad recreationes admiſſi, non ut antea luſores aut mimici, de cætero, nominentur, cum denominatio nonnichil inſolentiæ & lenitatis præ ſe ferre videatur.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod ipſi Canonici non ſinguli & ſeparatim, ſed ſimul, in convenienti numero, ſuperioris arbitrio moderandæ, ac non ſine uno, duobuſve fratribus ſenioribus, & illis quidem gravibus viris, illos comitantibus, ad ſeſe recreandum exeant, non in villas, vicos, & tabernas, ſed in loca apprica & ſpacioſa ac amœna, à ſuis Cœnobiis non multum diſtancia; quodq; in ſuis hujuſmodi recreationibus, honeſtis ſolaciis contenti, religioſo & modeſto corporum excercitio utantur, atq; à cetibus ſecularium perſonarum, quoad poterint abſtinentes, domos laicorum; ubi frequenter delinquendi datur occaſio, etiam ſub colore edendi, bibendi, vel prandendi; niſi ex Superioris, tunc in Monaſterio actualiter præſentis, licenciâ ſpeciali, non ingrediantur; quin potiùs, ut omnis hujuſmodi tollatur occaſio, commeatum, quo illis opus eſſe videbitur, à Monaſtario ſecum deferri faciant. Ac demùm, quia ſingulis recreationum diebus, horâ debitâ à ſolaciis ad Monaſterium redeant; ita quod extra Cœnobium non pernoctent, niſi fortaſſis cum ſuis Prælatis in ſuis Maneriis tunc degentibus, de ipſorum Prælatorum veniâ, ipſos eſſe contingat.

De calculo per Abbates & Priores non exemptos, & per eorum officiarios præſtando.

Quoniam in Conſtitutione quadam *Oxonii* editâ, Capitulo ſcilicet primo de ſtatu Regularium cavetur, ne cum ſuis Monaſterii ſtatus ignoretur à fratribus, ut Prælati non habentes poſſeſſiones à Conventu ſeparatas, & alii Officiarii Monaſteriorum, quater, aut ſaltem bis quoquo anno, coram fratribus à Prælato & Conventu ad hoc deputatis, de receptis & expenſis computum reddant; in quâ re, ſi quis repertus fuerit negligens, ipſo facto per legatinam quandam *Ottobonis*, Capitulo de ratione adminiſtrationis reddenda, ab adminiſtratione ſuâ ſuſpenſus efficitur, quouſq; compotum prædictum reddiderit: renovetur igitur hæc ſalutaris ordinatio, & modis omnibus curetur, ut ſinguli Abbates & Priores, ad minus ſemel, ac cæteri officiarii quater aut bis ad minus, annis ſingulis, toto præſente Conventu, vel quibuſdam ex ſenioribus, qui periciores fuerint, à Prælato & Conventu deputandis, plenariam de ſtatu & de expenſis & receptis exponant rationem, ac integrum & perfectum reddant calculum, ſive compotum; cujus anni Computus pedem, ſeu verum Domus ſtatum, ſub dictorum ſeniorum teſtimonio, loci Ordinario, vel Vicario ſuo generali, in ſuâ viſitatione exhibeant & oſtendant, ad hoc requiſiti: Quod ſi quiſpiam Abbatum, Priorum, aut officiariorum, præmiſſa, coram Conventu, ut præfertur, facere requiſitus prætermiſerit, ab adminiſtratione ſuâ ſit ſuſpenſus, donec id ipſum perfecerit: Conſuetudini tamen locorum, per quam frequentiùs, puta menſibus vel ebdomadis ſingulis, Computus fieri debeat, per præſentes derogare non intendimus.

De negotiis forinſecis.

Item ſtatuimus & volumus, quod pro forinſecis redditibus colligendis, aut neceſſariis coemendis, laicus quiſpiam, aut ſecularis Sacerdos, vel converſus honeſtus à Prælato deputetur, talis qui commodiùs & fideliùs hæc efficere ſperatur; cum quo, ſi Prælato expediens videatur, ad eundem fraudem ipſius deputati evitandam, Canonicus ſuus, ad hoc aptus ſeu neceſſarius, dimittatur: Et quod Canonicus cum Seneſcallo, in Curiis tenendis aſſidens, tam graviter utilitatem Domus ſuæ attendat, totoq; tempore tam religioſè ſe gerat, ut eandem magis quàm ſuam recreationem curare videatur.

De Sermone Latino, & fratribus ad Univerſitatem mittendis.

Rurſum in regulâ conſtitutum eſt, ut codices certâ horâ ſingulis diebus petantur; nempè ut ex hiis victus & veſtitus animarum quærantur; quia parùm proderit librorum lectio ſi modo defuerit intellectus, ſermove Latinus ignoretur: vel ſi nemo interim adſit eruditus, qui doceat non intellecta; ſtatuimus igitur, quod ſi in locis ſilencio deputatis, aliquando fuerit loquendum, in domo Capitulari, pro tempore Capituli, fratres Latinè, vel Gallicè loqui ſcientes, ceſſante cauſâ legitimâ, Latinè vel Gallicè inter ſe omnimodo loquantur, niſi vel excennis quiſpiam affuerit, vel feſti celebrioris gratiâ; in quo qui deliquerit, & monitus ſtatim non obedierit, ſecundùm Prælati arbitrium, regulari ſubjiceat diſciplinæ; quodq; juxta Statutum *Benedictinum*, Prælatus cum Conventu, ad hoc in redditibus abilis, aliquem ex ſuis magis idoneum, ad Univerſitatem *Oxoniæ*, vel aliam, congruâ cum ſtudentium penſione, mittat; in ſacris maximè literis erudiendis; ut tandem ipſe doctus poſſit doctrinæ ſuæ lumen aliis communicare. Qui verò Prælatus, cum Conventu, ut præfertur, moniti, non miſerint qui mittere deberent, pœnam decem marcarum, auctoritate præſentium pro unoquoq; anno ſic prætermiſſo, ſinguli incurrant, quæ pœna protinus ad commune totius Capituli uſum, per Præſidentem vel Præſidentes convertatur.

De numero Canonicorum.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod in omnibus & ſingulis Monaſteriis, ſive locis Canonicorum regularium, tot ſint Canonici & Novicii, quot primæva fundatio exigit, ſeu ſaltem tot quot, unà cum Miniſtris & ſervitoribus, neceſſariò requiſitis, modernus fructus reddituum & proventuum verus valor, annuis deductis oneribus neceſſariis, commodè ſuſtentare poterit: curent igitur locorum Prælati, infra annum poſt datam præſentium de tanto Canonicorum & novitiorum numero providere, quanto, ut præfertur, unà cum Miniſtris & ſervitoribus, de neceſſitate requiſitis, fructuum, proventuum & reddituum, verus valor annuus modernus, deductis ut præfertur oneribus neceſſariis, ſecundùm verum animi ſui judicium, commodè ſuſtentare poterit: Et extunc poſtea, ſtante eodem prædictorum reddituum valore, quantum erit poſſibile, minorem nullo modo habeat numerum; ſed eundem Canonicorum morte, aut aliquo quoviſmodo numerum diminutum, quam citiùs commodè poterit, reficere ſtudeant, ſub pœnâ, per Præſidentes ejuſdem religionis, in proximo Capitulo generali, aſſignandâ.

Xxi, *die* Marcii *Anno Domini* MDxix.

NOs *Thomas*, miſeratione divinâ titulo S. *Cicilia* (&c.) Cardinalis *Ebor.* & legatus de latere antedictus, auctoritate quâ ſuprâ, decernimus præ inſerta Statuta & Ordinationes, per ſingula Monaſteria, & domos ſive Prioratus Canonicorum regularium Ordinis S. *Auguſtini*, utriuſq; Provinciæ hujus regni *Angl.* exemptis & non exemptis, per ſingulos locorum Abbates, Priores ſive Præſidentes in eiſdem locis, citra diem octavum poſt feſtum *Corporis Chriſti*, proximum futurum, publicari; & deinde, prout res exigerit, per eoſdem bonâ fide, realiter & cum effectu practicari; & & debitæ executioni demandari: Verùm pro ſingulari & paternâ affectione, quam erga dicti Ordinis profeſſores gerimus & habemus, non intendentes aliquod onus importabile illis imponere, præfata Statuta & Ordinationes ſolummodo uſq; ad feſtum S. *Trinitatis*, quod erit Anno Domini *milleſimo quingenteſimo viceſimo primo*, vim ſuam & effectum habere volumus: quo quidem tempore, tam Prælatos, quàm Clerum utriuſq; Provinciæ prædictæ, & etiam religioſos prædictos, domino annuente, convocare intendimus, ut quid fructus ex hujuſmodi ſtatutis interim acceſſerit, deprehendi poterit; Et ſi quid religioſis hujuſmodi oneroſum nimis & importabile, ſive aliquid addendum vel minuendum in eiſdem Statutis compertum fuerit, id tunc moderare & reformare, ac eiſdem addere vel diminuere, ſecundum quod res expoſtulare videbitur, curabimus.

Cœnobia Anglicana
CANONICORUM
ORD. S.
SEPULCHRI.



573

Canonicus Regularis St. Sepulchri.

MONASTICON ANGLICANUM.

PRIORATUS S. Sepulchri in Suburbio Warwici.

De prima fundatione ejuſdem.

Ex hiſt. MS. de Regibus, per Joh. Roſſum Warwicenſem, in bibl. Cotton. p. 167.

ANno Domini *MCix.*----- Ordo etiam nigrorum Canonicorum nunc primò in *Angliam* inductus eſt; primò *Colceſtriæ*; deindè *Londoniis*; & tunc in aliis locis; undè *Warwici* Comes *Henr.* ad preces *Jeroſolomitanorum*, Prioratum S. *Sepulchri* apud **Warwik**, Canonicorum regularium fundavit. Tunc temporis Chriſtiani ceperunt terram Sanctam, & in Eccleſia S. *Sepulchri* dominici Canonicos inſtituerunt; qui in habitu ab aliis Canonicis regularibus non differebant, niſi per Crucem duplatam rubeam in pectore capæ; quo ſigno, uſq; nunc, utuntur Canonici regulares Sancti *Sepulchri Warwici*, quæ erat prima domus & aliis ſuperior per *Angliam*, *Walliam*, *Scotiam*, & *Hiberniam*, uſq; ad iteratam deſtructionem *Hieroſolomitanam*; & tunc omnes ferè illius Ordinis domus evanuerunt. Priore *Warwici*, hiis diebus, amicto griſeo penulato, cum baculo paſtorali; & habebat tunc collectionem pro auxilio *terræ Sanctæ*, cum maximis indulgentiis; ſed hiis evaneſcentibus ſequebatur illius, ubiq; Ordinis paupertas. Erant antiquitùs iſtius Ordinis domus apud **Tetford**, **Winchester** & **Wentbryg**; & multis aliis locis in diverſis provinciis. Horum modò proficuum transfertur, cum privilegiis, ad ordinem fratrum S. *Trinitatis*, cujus ſunt fratres S. *Roberti* de *Knarriſburgh*, **Hounſlow**, & **Teleſford**, & multi alii.

Litera Simonis *Epiſcopi* Wigorniæ, *de conſecratione Altaris in Eccleſia S.* Sepulchri, *& cimiterii ibidem; ad ſepulturam tantummodo Canonicorum, in Canonico habitu ibidem Deo ſervientium; Et de* xxx d. *annuæ penſionis in recognitione matris Eccleſiæ.*

x Regiſt. ollegii Warw. Scac- io, ex ne cem. gis A. po. fol. 2.

EGo *Simon* Dei gratiâ *Wigorn.* Epiſcopus, conſecravi apud **Warewic** Altare in Eccleſiâ S. *Sepulchri*, & cimiterium ad ſepulturam tantummodò fratrum ibidem Deo, in Canonico habitu, ſervientium, juſſu Regis *Henr.* & voluntario aſſenſu *Rogeri* Comitis, & Canonicorum Eccleſiæ *Omnium Sanctorum*, in cujus Parochiâ prædicta Eccleſia fundata eſt; Ita quod mater Eccleſia *Omnium Sanctorum*, & etiam Eccleſia S. *Mariæ*, neq; in decimis, neq; in Sepulturis, neq; in oblationibus, neq; in confeſſionibus neq; in viſitationibus infirmorum, neq; in aliquibus conſuetudinariis beneficiis, ad prædictas matres Eccleſias pertinentibus, detrimentum aliquod ſentiant vel diminutionem. In recognitione autem matris Eccleſiæ, in cujus Parochia prædicta Eccleſia S. *Sepulchri* fundata eſt, debet dare ſingulis annis eidem matri Eccleſiæ *xxx.* denarios ad feſtum *Omnium Sanctorum*, & eidem feſtivitati *Omnium Sanctorum*, Prælatus prædictæ Eccleſiæ S. *Sepulchri*, vel aliquis ex ſua parte intereſſe. Quicunq; hujus conventionis violator extiterit, *Anathema* ſit.

Carta Hugonis filii Ricardi, *de Eccleſia* de **Snitfeld.**

Ex ipſo autogr. penès *Sim. Archer.* Eq. aur.

HUgo filius *Ricardi* & *Margareta* ejus uxor, & eorum filii, omnibus amicis ſuis, tam Clericis, quàm laicis, & hominibus, tam futuris, quàm præſentibus ſalutem. Noverint tam poſteri, quàm præſentes, nos pro ſalute animarum noſtrarum, & prædeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, Canonicè in elemoſinam dediſſe Eccleſiæ S. *Sepulchri* de **Warwik**, & Canonicis regularibus inibi Deo ſervientibus imperpetuum, Eccleſiam de **Snithenefeld**, cum omnibus ejus adjacentiis; & conceſſiſſe quicquid noſtri juris in eâ erat, ad tenendum de nobis & noſtris hæredibus, ut liberam & quietam elemoſinam. Quare volumus & firmiter præcipimus, quatinus ipſi eam liberè & quietè, abſq; omni ſervicio & exactione ſeculari teneant. Hanc igitur donationem, & donationis libertatem, præſentis Scripti noſtri Sigillati confirmationem corroborantes; inibemus, ne quis hoc temerario auſu, diabolico inſtinctu violare vel perturbare præſumat. Hujus rei ſunt teſtes, *Robertus* Capellanus de **Hathtun**; *Galfridus* & *Henricus* filii Comitis *Ricardi* de *Cornubia*, *Reginaldus* frater *Hugonis*, *Gilbertus* de *Tuteſberia*, *Will.* de *Aldeburia*, *Wibertus* filius *Willielmi*, *Gilbertus Nutricius*.

Vide Cart. 2. B. 3. n. 44.

Priora-

PRIORATUS

de Thetford *in agro* Norfolcienſi.

Carta Johannis *Comitis* Warennæ, *anteceſſorum ſuorum donationes recitans & confirmans.*

Ex autogr. in bibl. *Deuveſiana* a. 1640.

Johannes *Comes* Warrennæ, *omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam. Noveritis nos inſpexiſſe Cartas nobilium virorum, Dominorum* Willielmi, Hamelini, *&* Willielmi, *quondam Comitum* Warrenniæ, *anteceſſorum noſtrorum, quas fecerunt Priori & Canonicis Eccleſiæ S.* Sepulchri *de* Theford, *& eorum ſucceſſoribus, in hac verba. Willielmus* Comes *Warrenniæ* omnibus Baronibus ſuis & omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglicis*, & amicis ſuis, Clericis, & Laicis, tam præſentibus, quàm futuris ſalutem. Omnibus vobis notum facio me conceſſiſſe & dediſſe Deo & ſanctiſſimo *Sepulchro*, locum & ſedem Eccleſiæ S. *Sepulchri* de Theford, cum quadrugatâ terræ infra campos ipſius villæ, liberè, & quietè in perpetuam elemoſinam, pro amore Domini noſtri *Jheſu Chriſti*, ac ſui ſanctiſſimi *Sepulchri*, pro remiſſione peccatorum meorum, & pro ſalute animæ *Willielmi* Comitis patris mei; & pro remiſſione peccatorum matris meæ *Iſabellæ*, & fratrum meorum *Radulphi Warenniæ*, & *Reginaldi Warenniæ*; parentumq; meorum vivorum, ac defunctorum, & omnium fidelium. Et volo & præcipio, ut iſti Canonici mei prædictæ Eccleſiæ, habeant *Sacam*, & *Socam*, *tol*, & *team*, & *Infangethef*; Etiamq; Eccleſias, & decimas meas de Theford, & homines & terras, & faldas, & paſcua, & omnia ſua, infra Burgum, & extra, benè & in pace, & honorificè, cum omni Eccleſiaſticâ libertate teneant, ſicut unquam Rex *Stephanus* meliùs & liberiùs tenuit, & mihi dedit. Concedo etiam eis feriam duorum dierum; ſcil. in Inventione S. *Crucis* in *Maio*, & aliam in Exaltatione, ſolam & quietam de omni conſuetudine, cunctis venientibus, & ibi manentibus & redeuntibus illis meà firmâ pace conceſſâ. Siquis autem ſuper hoc aliquid eis foriſfecerit, aut contumeliam ingererit, citò emendetur ſuper decem librarum foriſfacturâ: Necnon & palmiferis fratribus meis, & Burgenſibus, & omnibus fidelibus amicis meis precor, & præcipio ac volo, ut iſtam meam elemoſinam & ſuam, pro poſſe ſuo fideliter manuteneant & exaltent. Hujus donationis & confirmationis, hii Teſtes ſunt, *Radulfus* de *Warennia*, *Reginaldus* de *Warennia*, *Radulfus* de *Ballol*, (&c.)

Hamelinus Comes *Warenniæ* omnibus Baronibus ſuis, & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglicis*, & amicis ſuis, Clericis, & laicis, tam præſentibus quàm futuris, ſalutem. Omnibus vobis notum facio, quod ego aſſenſu & voluntate *Iſabellæ* Comitiſſæ *Warenniæ*, uxoris meæ, & *Willielmi* de *Warennia* filii & hæredis mei, dedi & conceſſi & præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & S. *Sepulchro*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, locum & ſedem Eccleſiæ S. *Sepulchri* de Theford, cum quadrugatâ terræ infra campos ipſius villæ, liberè & quietè, ſicut Carta *Willielmi* Comitis *Warenniæ* anteceſſoris mei teſtatur, in puram & perpetuam elemoſinam, pro amore Domini noſtri *Jheſu Chriſti*, & ſui ſanctiſſimi *Sepulchri*, pro remiſſione peccatorum meorum, & *Iſabellæ* Comitiſſæ uxoris meæ, & *Willielmi* filii mei, pro ſalute animæ *Henrici* Regis fratris mei, & *Gaufridi* Comitis *Andegaviæ* patris mei, & pro animabus omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum, & parentum meorum vivorum & defunctorum, & omnium fidelium: Ideoq; volo & præcipio, quod iſti Canonici mei, prædictæ Eccl. habeant *ſacam*, & *ſocam*, *Tol* & *Them*, & *Infangethef*, & Eccleſias, & decimas totius dominii mei, & omnium terrarum mearum, quas tradidi hominibus meis de Theford de dominio, quicunq; de me in villâ de Theford terram tenuerit & ſolverit, homines etiam & terras, & faldas, & paſcua, & omnia ſua infra Burgum & extra Burgum benè & in pace, & honorificè, cum omni Eccleſiaſticâ libertate, teneant, ſicut unquam Rex *Richardus Angliæ* meliùs & liberiùs tenuit, & mihi dedit. Concedo etiam prædictis Canonicis ferias trium dierum; unam ſcilicet in Inventione S. *Crucis* in *Maio*, & aliam in feſtivitate S. *Sepulchri*, & tertiam in Exaltatione ſanctæ *Crucis*, ſolas & quietas de omni conſuetudine cunctis venientibus, & redeuntibus, & ibi manentibus, illis meâ firmâ pace conceſſâ. Siquis autem ſuper hoc aliquid eis foriſfecerit, aut contumeliam ingererit, citò emendetur ſuper decem librarum foriſfacturâ. Hujus donationis & confirmationis, hii ſunt teſtes, *Willielmus* de *Warennia*, filius *Reginaldi* de *Warennia*, *Radulphus* de *Plaiz*, *Rogerus* de *Kailli*, (&c.)

Notum ſit omnibus præſentibus & futuris, quod ego *Willielmus* Comes de *Warennia*, dedi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & S. *Sepulchro* de Theford & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, decem ſolidos ſterlingorum de molendino meo de Brendmilne pro ſalute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & animabus anteceſſorum meorum, in puram, & perpetuam elemoſinam; quos decem ſolidos ſterlingorum recipient dicti Canonici mei de dicto molendino per manum Ballivi mei de Theford ad duos terminos per annum; videlicet ad feſtum ſancti *Andreæ* Apoſtoli quinq; ſolidos, & ad feſtum beatæ *Mariæ* in *Marcio* quinq; ſolidos. Et quoniam volo, quod hæc mea conceſſio & donatio firma & ſtabilis in perpetuum perſeveret, præſentem Cartam Sigilli mei appoſitione confirmavi. Hiis Teſtibus, *Radulpho* de *Pleiz*, (&c.)

Hamelinus Comes de *Warennia* dilectis & fidelibus ſuis *Richero* de *Reſham*, & ballivis ſuis de Theford ſalutem: Noveritis me, intuitu caritatis, & pro ſalute animæ meæ, & pro animâ *G.* Comitis *Andegaviæ* patris mei, & pro anima Domini mei *H.* Regis *Angliæ*, & pro animabus, anteceſſorum meorum, & pro animabus Comitum & Comitiſſarum de honore de *Warenia*, qui deceſſerunt, aſſenſu & voluntate *I. Comitiſſæ Warenniæ* uxoris meæ, & *Willielmi* de *Warenna* filii & hæredis noſtri, dediſſe & conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ* & Canonicis Deo in Eccleſia de S. *Sepulchro* ſervientibus, in villâ meâ de **Thefoꝛd**, viginti ſolidatos redditus; quos viginti ſolidatos attornavi dictis Canonicis, annuatim percipiendos de molendinis meis de **Thefoꝛd**, ad tres terminos, videlicet ad feſtum ſancti *Michaelis* dimidiam marcam, & ad feſtum *Candelarum* dimidiam marcam, & ad *Pentecoſten* dimidiam marcam. Et ita annuatim percipiendi ſunt viginti ſolidi ad tres terminos, quouſq; aliàs dictum redditum dictis Canonicis atturnavero, & Cartam meam ſuper hac donatione fecero, Valete: Notum ſit omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, quod ego *Willielmus* Comes de *Warennia*, pro ſalute animarum patris & matris meæ, & pro ſalute animæ meæ & *Matildis* Comitiſſæ uxoris meæ, & anteceſſorum meorum, dedi & conceſſi Deo & Eccleſiæ S. *Sepulchri* de **Thefoꝛd**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in puram, & liberam, & perpetuam elemoſinam, decimam molendinorum meorum de **Thefoꝛd**, ſcilicet de **Picmilne**, & **Hindolfneſmilne**: Et ut hæc mea donatio & conceſſio rata & ſtabilita imperpetuum perſeveret, præſens ſcriptum Sigilli mei appoſitione roboravi: Hiis teſtibus, *Nicholao* de *Kenet*, *Petro* filio ſuo, (&c.)

Willielmus Comes *Warenniæ Reginaldo* de *Warennia* fratri ſuo, & omnibus miniſtris ſuis de **Thefoꝛd**, & Burgenſibus, ſalutem: Mando vobis atq; præcipio, quatenus Canonici mei de S. *Sepulchro*, & cariſſimi fratres mei teneant & habeant liberam, & quietam, abſq; omni ſervicio, terram illam de **Fanerconefeld**, quam *Turſtinus* filius *Algari* dedit prædictæ Eccleſiæ in elemoſinam: Quapropter prohibeo, ne iidem Canonici, ulli hominum aut fœminæ inde reſpondeant, vel in placitum intrent: Has verò prædictas donationes, conceſſiones, & confirmationes acceptamus, ratificamus, & confirmamus in omnibus, quantum in nobis, & hæredibus noſtris eſt, imperpetuum prædictis Priori & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, adeo purè, & liberè, & integrè ſicut pleniùs & liberiùs in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, poſſint acceptari, ratificari, & quoquo modo confirmari, pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum, & hæredum noſtrorum; ac etiam pro ſalute animæ *Matildis* de *Nereford* & anteceſſorum ſuorum, & puerorum noſtrorum: In cujus rei teſtimonium huic confirmationi Sigillum noſtrum appoſuimus, datum apud **Methelwolde** quarto die *Aprilis*, Anno Domini *milleſimo trecenteſimo quinto decimo*, & anno Regni Regis *Edwardi*, filii Regis *Edwardi*, Octavo.

Cœnobia Anglicana
ORDINIS
PREMONSTRATENSIS

De Canonicorum Ordinis *Præmonſtratenſis* origine & inſtitutione, ex ejuſdem Ordinis Bibliotheca, *Pariſ.* impreſſa anno 1633. libro primo, cap. 1. & 2. collecta.

Caput. 1.

De natali ſolo, & admirabili converſione, ſanctitate, doctrina, & elogiis S. Norberti; *de ſui* Præmonſtratenſis *Ordinis exordio & præconio.*

HOc divinæ providentiæ (quæ ſuaviter omnia diſponens, multò minùs quàm natura in neceſſariis deeſt) proprium eſt, ut cùm Orthodoxæ Eccleſiæ Navis hæreſeon, procellis, ac ſchiſmatum tempeſtatibus agitatur, oppugnaturq;, fortiſſimos tunc ac peritiſſimos Naucleros, qui periclitanti ſuccurrant, excitet & immittat. Quippè, ut in ipſo naſcentis Chriſti Eccleſiæ exordio, *Simoni Mago*, *Simonem Petrum* Apoſtolorum Principem; *Ebioni* & *Serintho*, *Joannem* Apoſtolum & Evangeliſtam; *Arrio*, S. *Athanaſium*; *Neſtorio*, S. *Cyrillum*; *Joviniano*, *Vigilantio* & *Helvidio*, S. *Hieronymum*, *Pelagio* & *Manichæo* S. *Auguſtinum*, &c. Ita quoque, paulò ſuperioribus temporibus, *Tanchelino* hæreſiarchæ, & *Petro Leoni*, pſeudopapæ ac ſchiſmatico S. *NORBERTUM*, *Præmonſtratenſis* noſtri Ordinis Inſtitutorem, inſtar muri ac propugnaculi, pro domo Dei objecit, oppoſuitque, ut ex infra dicendis patebit.

Unde & ubi natus S. Norberti.

Hic ſiquidem S. *Patriarcha*, *Zanctis* ſeu *Sanctis*, *Oliviæ* oppido, quod antiquitùs *Francorum Troia*, & *Trojana Colonia* nuncupabatur, *Colonienſis* Diœceſis, ex illuſtri *Francorum* & *Germanorum Salicorum* proſapiâ natus, *Sanctenſis* Eccleſiæ Canonicus factus, & Subdiaconus ordinatus, cùm annos pubertatis in oculis *Friderici Colonienſis* Archiepiſcopi, & *Henrici* V. Imperatoris, magnâ ſæculi vanitate, & pompâ, traduxiſſet, anno ætatis ſuæ circiter trigeſſimo tertio, tamquam alter *Paulus* & *Auguſtinus*, de cœnoſo mundi gurgite, ad puritatem Evangelicæ perfections divinâ miſerante clementiâ, tranſlatus, repentè inediâ & pervigiliis, Carnem ſuam macerans, & ad votum ſuum, Diaconus & Presbyter ſimul ordinatus, ſe Sacerdotiis, quæ poſſidebat, abdicavit, & luculento patrimonio, aliiſque rebus ſuis in pauperes diſtractis, paupertatis Chriſti tunicam induit; & bajulans ſibi Crucem, nudus nudum Chriſtum ſequutus, prædicationiſq; verbo ferventiſſimè inſiſtens, multos ad dominum convertit; atq; quorundam Religioſorum moribus exploratis, arctioris viæ propoſitum, & tunc temporis inauditam diſtrictionem, arripuit. Tùm à *Bartholomæo Laudunenſi* Antiſtite, diverſis ejuſdem Dœceſis locis Religioni congruentibus, ſibi oſtenſis, tandem divinitùs, in loco *Præmonſtrati* reſedit, ibique cum tredecim ſociis, quos prædicationis verbo genuerat ſecundùm Canonicæ inſtitutionis normam, ad tenorem Regulæ Beati *Auguſtini*, Deo militans, *Præmonſtratenſem* Ordinem Anno Domini 1120. inſtituit, mirificaque ſanctitate illuſtravit, atque mirum in modum propagavit, ut teſtantur Annales *Laudunenſis* Eccleſiæ; *lib.* 3. *cap.* 1. ad annum 1121. *Poſt paucos, inquiunt, annos, ille novi luminis, novæq; Converſionis, non ſolum interioris candoris, novus inventor & inceptor, Dominus* Norbertus, *de* Germaniâ *in* Franciam *adveni-*

S. Norbert. ex ſæculi ſervo, fit Chriſti ſervus.

S. Norberti elogia.

adveniens, divinâ præcedente & comitante gratiâ, in Epiſcopatu Laudunenſi, *primam illam* Præmonſtratenſem, *ſcilicet Vineam plantavit, quæ in charitate radicata, & fundata*, quaſi vitis fructifera, propagines ſuas, à mari uſq; ad mare, & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum extendit, *& vino fortitudinis ſuæ*, quod lætificat Cor hominis, *jam ubertim inebriavit plures* Principes, & Judices terræ, Juvenes & Virgines, Senes cum Junioribus: *Ita ut fortiter inebriati, nihil aliud quærant niſi laudare nomen Domini, & cantare ei Canticum novum, quoniam* Veterem hominem cum actibus ſuis exuentes, & novum, qui ſecundum Deum creatus eſt, *induentes, carnales illecebras funditùs abjiciunt, & quaſi de aqua in nuptiis à Domino in vinum converſi*, quæ retro ſunt obliviſcuntur, *& ad ea, quæ ante ſunt, extenduntur. Sicque licet in terris corporaliter conſiſtant, tamem* quæ ſurſum ſunt ſapiunt, non quæ ſuper terram, *dicentes cum Apoſtolo:* Noſtra autem converſatio in Cœlis eſt, ubi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens; *cæleſtibuſq; Seraphim mente conjuncti, ſolo Chriſti jugiter ardent amore; cui etiam* Corpora ſua exhibent hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, *candorem virtutum, quo intrinſecùs nitent, etiam in exteriori veſte præferentes.* Hæc *Laudunenſes* Eccleſiæ Annales.

Chronicon *Cappenbergenſe* hoc ipſum roborat, his verbis: *Apparuit in* Weſtphaliâ, *circa hæc tempora, anno ſcilicet Domini* 1123. *eximium quoddam jubar Eccleſiæ, memorabilis ille Dei præco* NORBERTUS, *vir nimirum admirabilis gratiæ perdulcis eloquentiæ, reformator ac propagator religionis Canonicæ; Cœnobiorum non paucorum fundator, tam habitu quàm voce chariſſimus ſtrenuiſſimuſq;, verè pœnitentiæ prædicator, ac per omnia illius propheticæ juſſionis executor, quæ dicitur.* Parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Domini noſtri.

His ſuffragatur Sanctus *Bernardus, Clarævallenſis* Abbas, epiſt. 8 ad *Brunonem Colonienſem* Archiepiſcopum; *Habetis* (inquit) Norbertum. *quem melius præſentem, præſens de talibus interrogare poteſtis: Nam tanto vir ille in divinis aperiendis myſteriis nobis promptior, quanto & Deo propior eſſe cognoſcitur.* Et epiſt. 56. ad *Gaufridum Carnotenſem* Epiſcopum, idem S. *Barnardus*, beatum *Norbertum* fiſtulam cœleſtem appellat: *Cum*, inquit, *ante hos paucos dies, ejus* (videlicet *Norberti*) *faciem videre, & de cœleſti fiſtula, ore ſcilicet ipſius, plurima haurire meruerim, hoc tamen ab ipſo non audivi.*

Antuerpiam ab hæreſi *Tancheliana* liberat.

Virtutum ergo ac meritorum gloria coruſcans S. *Norbertus Antuerpiam*, ad *Tanchelini* hæreſiarchæ Sacramentariam impiamque hæreſim profligandam à *Burcardo Cameracenſi* Epiſcopo vocatus, Anno Domini 1124. ſe contulit, ubi pietate & doctrinâ, verbòq; prædicationis tantùm profecit; ut, brevì, peſtem illlam, quæ prius nullatenus cohiberi poterat, facilè reſtrinxerit oppreſſeritque, & plurimos utriuſque ſexus homines *Tanchelina* illâ hæreſi faſcinatos, ad fidei Catholicæ Communionem reduxerit. Poſtea vir Sanctus, *Magdeburgenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus invitus factus, Chriſti religionem in *Saxonia*, & *Slavonia* tepeſcentem, excitavit, Quam etiam ipſe apud *Pomeranos, Livones, Moravos*, alioſque Septentrionales populos, & ſuorum Miniſterio Alumnorum, latiſſimè propagavit, ut teſtatur *Albertus Grantzius* in ſuâ Metropoli, *lib. 6. Cap.* 28. & in *Vuandalia lib.* 5. *Cap.* 42. & *Helmodus, lib.* 1. hiſtoriæ *Slavorum, Cap.* 84. ubi vitam *Vicllini* deſcribit. Deinde vir ſanctus, ut inconſutilem Chriſti tunicam, quæ ſchiſmate *Petri Leonis* Antipapæ dilacerabatur, reſarciret reficeretq;, *Herbipolim* primò in *Germaniam*, deinde *Rhemos* in *Galliam*, poſtremò *Romam*, unà cum *Lothario* Imperatore II. aliiſq; ſacri ac politici Ordinis proceribus ſe contulit, & *Innocentium* Papam II. in ſede Apoſtolicâ, pulſo *Petro Leone* pſeudopapâ, collocavit, ut habet S. *Bernardus Clarævallenſis* epiſt. 126. Quis, inquit, revocabit? Dei eſſe judicium ſenſerunt & conſenſerunt *Galterus Ravennas, Hildegarius Tarrraconenſis, Norbertus Magdeburgenſis, Conradus Salsburgenſis*, Archiepiſcopi, Dei eſſe judicium cognoverunt & acquieverunt Epiſcopi *Equlpertus Monaſterienſis, Hildebrandus Piſtorienſis, Bernardus Papienſis, Landulphus Aſtenſis, Hugo Grationopolitanus, Bernardus Parmenſis.* Horum gloria ſpecialis & præcipua ſanctitas & authoritas, etiam hoſtibus reverenda, facilè nobis, qui minorem & meriti & officii tenemus locum, aut errare ſecum aut ſapere perſuaſit. Hæc D. *Bernard.* Cui adſtipulantur *Robert.* de *Monte Navali*, in appendice ad *Sigebertum*, & *Robertus Altiſſiodorenſis* ad annum Domini 1134. his verbis. *Norbertus* (inquiunt) *Archiepiſcopus,*

Fidem Catholicam excitat & plantat apud Septentrionales.

Innocentium Papam 2. contra *Petrum* Leonis Anti Papam egregiè adjuvat.

ſcopus, vir potens opere & ſermone, multorum Monaſteriorum fundator, & ſanctæ religionis eximius propagator; Innocentii *Papæ Catholici æquiſſimus fautor*, Petri *vero ſchiſmatici juſtiſſimus execrator extitit*, &c.

Quot denique homines utriuſque ſexus ad Dominum converterit S. *Norbertus*, quotque in ſuo *Præmonſtrato*, & alibi ad frugem melioris vitæ divinitùs inſpiratos revocârit, manifeſtè liquet ex venerabilis *Philippi Bonæſpei* Abbatis libro de *Continentia Clericorum*, *Cap*. 126. dicentis: *Poſtquam Chriſtus Dominus Monachos, bonitate gratuita, viſitavit, ad Clericos quoque fontem ejuſdem ſuæ gratiæ derivavit, & in loco, cui* Præmonſtrato *vocabulum eſt, quoſdam ferventes ſpiritu congregavit, per quos ad religionem debitam longè lateque cæteros excitavit. Illic quippè tanta Clericorum efferbuit ſanctitudo, tanta adverſus temporales illecebras fortitudo, ut vere in eis vita reformari Apoſtolica videatur, quæ uſq; ad defectum diutini languoris moleſtia premebatur. Illic (inquam) abjecto ſacculo pecuniariæ facultatis, execrantes mortifera lenocinia propriæ voluntatis, relinquentes eas, quas vel habebant, vel ambiebant Eccleſiæ præfecturas, ducentes pro nihilo dignitates velocius tranſituras, tantum ſtudium labori, ſilentio, paupertati; tantam deniq; impenderunt diligentiam ſanctitati, ut apud eos inveniri poſſet & laborioſa afflictio Monachorum, & ſancta & devota religio Clericorum. Quod profecto ſignanter Deus in valle voluit arctitari, ut ipſa loci concors forma eſſet negotio ſalutari, & patenter oſtenderet, quia Clericis, quibus ruinæ occaſio erat excelſa dignitas & libertas præſidendi, opportuna erat voluntaria depreſſio & humilitas pænitendi.* Hactenus venerabilis *Philippus Bonæſpei* Abbas. De his vide plura *cap*. 2. & 3. proximè ſequentibus.

Caput. II.

De Adventu S. Norberti *ad* Præmonſtratum *locum; deque* Præmonſtrati *ethimologia & deſcriptione, &* Præmonſtratenſis *Eccleſiæ divina deſignatione & fundatione.*

W*Alderico Laudunenſi* Epiſcopo à ſuæ urbis Civibus nefariè perempto, ſeptimo Calend. *Maii*, Anno Domini 1112. (ut teſtantur *Sigeberti* Continuator, & *Robertus Altiſſiodorenſis*, in ſuis Chronicis, ad annum 1112. & Chronichon *Laudunenſis* Eccleſiæ.) *Hugo Aurelianenſis* Eccleſiæ Decanus ſubſtituitur; quo poſt menſes ſeptem mortuo, vir illuſtris ac beatus *Bartholomæus Falconis*, in *Burgundia* principis potentiſſimi filius, ex *Adelade* conjuge, *Hilduini Rocienſis* Comitis filiâ, natus *Rhemenſis* Eccleſiæ primò Canonicus, deindè theſaurarius, poſtmodum cùm *Laudunenſis* quoque Eccleſiæ eſſet Canonicus, unanimi totius Cleri, populique *Laudunenſis* Conſenſu, & acclamatione ad Epiſcopatum *Laudunenſem*, præter voluntátem, fuit anno Domini 1113. evectus. Quo ſuſcepto, charactareque epiſcopali inſignitus, ſtatim miſit manus ad fortia: nam Cathedralem ſuam beatæ *Mariæ* Eccleſiam, quæ cum domo Epiſcopali, & aliis novem templis, & Monaſterio S. *Joannis* in urbe *Laudunenſi*, tumultuantibus Civibus, anno Dom. 1112. conflagraverat, celeritate ſummâ reparavit, & *Radulpho Rhemorum* Archiepiſcopo, *Willielmo Cathalaunenſi*, *Liſiardo Sueſſionenſi*, *Godefrido Ambianenſi*, *Huberto Sylvanectenſi*, Epiſcopis præſentibus octavo Idus *Septembris*, anni Domini 1114. conſecravit. Undè Civitate, & univerſâ Provinciâ, ab hujuſmodi Calamitate vendicatâ, dùm ille venerabilis *Bartholomæus* antiſtes, in perquirendis undique viris, pietate, & doctrinâ claris, iiſque in ſuâ *Laudunenſi* diœceſi collocandis, totus verſatur, *Calixtus* Papa nomine ſecundus, Conſilium *Rhemos*, quod prius à *Gelaſio* Papâ ſecundo prædeceſſore ſuo proximo indictum fuerat, menſe *Octobris* anni 1119. convocat & celebrat: cui præfuit ipſe Papa; adfuit & *Ludovicus Craſſus Galliarum* rex *vi*. cùm omnibus penè Præſulibus Occidentis. Ad quod S. *Norbertus*, nudis, pro more ſuo, pedibus, cum omnibus penè Præſulibus, *B. Hugone* primo ejus diſcipulo, & comite ſuo præfectus, tum ab eodem *Caliſto* ſummo præſule, cùm ab omnibus Concilii patribus, & proceribus ſingulari cum humanitate fuit exceptus, nec multò poſt ferventiſſimis etiam concionibus & ſermonis ubertate, cunctos in tantam rapuit admirationem, ut literas ſibi, à *Gelaſio* ſummo Ponti-

B. *Bartholomæi* genus & promotio ad *Laudunenſem* Epiſcopatum.

S. *Norbert*. *Caliſtum* 2. *Rhemenſe* Concilium agentem adit.

Pontifice, ad prædicationem Evangelii prius conceſſas, ab eodem *Calixto* Papâ ſecundo auctas confirmataſq; facile, nullis refragantibus, impetrârit.

Quod advertens *Bartholomæus Laudunenſis* antiſtes, qui prædicto quoq; aderat concilio, & certior factus *Norbertum*, virum apoſtolicum, Apoſtolicæ Clericorum regulæ reſtituendæ incumbere; metuens ipſe, ne tam excellens viri virtus, ſibi ab aliis Eccleſiaſticis eriperetur, clàm egit apud ſummum Præſulem, ut ipſe Eccleſiæ ſancti *Martini*, quæ in Suburbio *Laudunenſi* tum ſita erat, cum poteſtate præeſſet. Quod obedientiæ munus cum ſubterfugere non poſſet vir ſanctus, magnâ animi humilitate ſuſcepit. Sed cum degentes illic Clericos regulares; vita & moribus diſſolutos, ad ſeveriorem diſciplinam revocare non valeret, noluit diutius oleum & operam perdere. Neq; tamen loco ceſſit, ſed privatis pietatis operibus aſſiduus, ſummi Pontificis voluntatem quotidie præſtolabatur. Interim *Bartholomæus* antiſtes ſanctum *Norbertum* quibuſcumq; modis hortari & urgere non deſtitit, ut in ſuâ diœceſi remaneret, donec victus ipſe, & Epiſcopi authoritate & multorum tam religioſorum virorum, quam nobilium precibus, illic ſedem ponere conſtituit. Cumq; incredibili deſiderio ſolitudinis accenſus ab eodem *Bartholomæo*, per univerſam ſuam Diœceſim quotide duceretur, ut ſi quod templum, ſacellumq; foret illi gratum, ſi quæ terra culta, vel inculta, Monaſterio extruendo arrideret, eam pro arbitrio ſuo deligeret. Venerat tandem (ut referunt Annales *Laudunenſis* Eccleſiæ, *libri* 3. *cap.* 4.) ad locum quendam *Fuſniacum* nuncupatum, ut videbatur ſatis idoneum, quem Epiſcopus libenter ei obtulit; Sed fuſâ ibi ad Deum oratione; *Revera*, inquit Norbertus, *locus iſte religioni opportunus eſt, verum non eſt mihi à Deo deſtinatus.* Indè ad alium locum *Thenolias* nomine deductus, oratione ſimiliter factâ, retulit huc pariter non eſſe ſibi reſervatum. Quod temporis ſucceſſu experientia comprobavit. Nam *D. Bernardus Claravallenſis* Abbas, *Fuſniaci* Monaſterium, *Ciſtercienſis* Ordinis, anno Domini 1121. conſtruxit, & *Bartholomæus* Epiſcopus, conſtructâ *Thenoliis* inſigni Eccleſiâ, anno Domini, 1131. religioſos Canonicos de Eccleſia S. *Martini Laudunenſis* (poſtquam ad *Præmonſtratenſem* venit Ordinem) ibidem collocavit. Poſtremò acceſſerunt ad locum valdè incultum, & ſolitarium, PRÆMONSTRATUM nomine, in quo erat ædicula in honorem Dei, & memoriam Sancti *Johannis Baptiſtæ* conſtructa, quæ propter loci aſperitatem, pauciſſimos incolas habebat. In ea fuſis ad Deum orationibus, ab Epiſcopo *Bartholomæo* obtinuit ſanctus *Norbertus*, ut illic, cum *Hugone* ſocio, pernoctare liceret. Interim Antiſtes *Aniſiacum* oppidum ſuum, leuca à *Præmonſtrato* diſtans, petiit. Cumq; vir ſanctus, unà cum ſolo *Hugone*, in eadem ædicula orationibus inſtaret ſolitò ferventius, ut Deus animi ſui propoſitum regere dignaretur, non defuit optatum in tempore auxilium; Ecce enim repentè ei apparuit Deipara Virgo glorioſiſſima, Angelorum choris undequaq; ſtipata, luminéque coruſcans, quæ exauditas ejus orationes denunciat, & locum, ubi caput ſui Ordinis fundare deberet, ei præmonſtrat. Habitum quoq;, quo ſe, ſuoſq; indui deceat oſtendens, ſic affatur, *Fili* Norberte, *accipe candidam veſtem.* Quibus dictis unà cum Angelorum comitatu & luce, ab illius conſpectu ſe ſubduxit. Mane facto ad eum revertitur *Bartholomæus* antiſtes, & quid agere vellet interrogat, cum *Norbertus* novo gaudio geſtiens, ait: *Nunc ſcio, Reverende admodum Pater, locum iſtum nobis à Deo deſignatum; Hæc requies & ſedes noſtra; Hic, per Dei gratiam, multi ſalvabuntur. Nec tamen ſacellum iſtud nobis præcipua ſedes erit, ſed ex altera parte montis iſtius ædificabimus manſionem, in qua habitabimus; Id enim in viſu mihi hac nocte oſtenſum fuit.* Quibus auditis, Pontifex ſine morâ *Adalberonem*, ſancti *Vincentii Laudunenſis* Abbatem (cujus locus erat) accerſivit, cui utiliorem, ac pro tempore convenientiorem commutationem obtulit & tradidit. Quam permutationem *Seifridus* Abbas, *Adalberonis* ſucceſſor proximus, & totus ejuſdem Monaſterii S. *Vincentii* Conventus, ratam, gratamq; poſtmodum habuerint. Sicq; *Bartholomæus* antiſtes, ædiculam S. *Joannis Baptiſtæ*, & locum *Præmonſtratum*, cum adjacentibus vallibus, viro ſancto liberum & immunem, *Ludovico* Craſſo *Francorum* Rege ſexto comprobante, ut ex eorundem diplomatibus, in vitâ ejuſdem S. *Norberti cap.* 13. infra poſitis liquet, donavit, tradiditq;. Hæc paucis verbis exprimit continuator Chronici *Sigeberti*, ſub anno 1120. *Vir Dei* Norbertus (inquit) *à Papa* Caliſto,

In æde S. *Martini Laudunenſis* præficitur.

Ad diverſa Diœceſ. loca & ſolitudines ducitur S. *Norbert.*

Præmonſtratum venit.

Præmonſtrati à B. Virgine de ſui Inſtituti ratione edocetur.

Bartholomæo, Laudunenſi *Epiſcopo ſpecialiter commendatus, cum ei Eccleſia B.* Martini *à prædicto Epiſcopo offerretur, tum propter urbis viciniam, tum quia ejuſdem Eccleſiæ Clerici, propoſiti & vitæ ejus auſteritatem horrebant, eam reliquit, & ab Epiſcopo, diverſis ejuſdem provinciæ locis religioni congruentibus ſibi oſtenſis, tandem divinitus in loco* Præmonſtrati *reſedit, ibiq; ſolitarius religioſam vitam agere cœpit, & tempore* Quadrageſſimæ, *ad colligendos ſocios ſolus egreſſus, ante* Paſcha, *cum tredecim ſociis rediit, & cum iis in* Præmonſtrato *loco, ſecundum Canonicæ inſtitutionis normam, ad tenorem Regulæ beati* Auguſtini, *Deo militare cœpit.* Præmonſtratenſe igitur Monaſterium, eſt in *Galliæ Laudunenſi* Diœceſi, duobus fere milliaribus ab urbe *Couciaca*, in ſuperiori ejus regionis ſilva, *Voſago* (vulgo *Vois*) dicta, ſitum: Eſt, & totius Ordinis eo nomine inſigniti caput, à ſancto *Norberto* ſub Apoſtolica S. Patris *Auguſtini* regula, *Caliſto* Papa hujus nominis ſecundo ſedente, & *Ludovico* Craſſo *Galliarum* Rege regnante, inſtitutum ac fundatum, ut teſtantur vulgati iſti verſus.

Ubi & quandò cœpit *Præmonſtratenſ.* Ordo.

Anno milleno centeno bis quoq; deno
Sub patre Norberto *fundatur candidus Ordo*;
Vel,
In Præmonſtrato *fundatur candidus Ordo.*

Hujus autem appellationis origo etſi anceps fortè & ſubobſcura videri poſſit, tamen quæ à nonnullis ſuper illa proferuntur, propiùs ad fabulam, & confictum gratis commentum, quàm ad rei geſtæ veritatem accedere ſunt putanda.

Quidam enim illuſtriſſimæ ac generoſiſſimæ *Couciacorum* familiæ hiſtoriam contexentes, *Præmonſtrato* id nominis inditum ferè ab inſigni audaciſſimoq; illo facinore *Ingelrani* magni, qui primus è *Couciacorum* familiâ, hoc nomine fuit inſignitus. Quippe cum accepiſſet in ſylvâ, caſtro proxima, ferociſſimum Leonem obvios quoſq; dilanientem, deliteſcere; voluit à pio quodam Eremitâ, ad latibulum feræ deduci, atq; citius quàm ſperaſſet, occurrente belluâ, inopinato caſu perterritus, in hæc vernacula verba prorupit: *Sainct Jean, tu me l'as de prés monſtré*: Quibus è loco proximo ſibi oſtenſum, ac præter expectationem deprehenſum Leonem ſignificavit. Nihilominus tamen, excuſſo pavore, diſtrictoq; gladio quantumvis furentem ac reluctantem jugulavit, & membratim extemplò diſcerpſit. Ad perennem verò tam præclaræ victoriæ memoriam, *Ingelranum* ibidem cœnobium extruxiſſe referunt, ac *Præmonſtratum* nominari voluiſſe, quaſi *propè monſtratum*, ob verba illa repentino animi impetu ante conflictum, prolata. Præterea etiam ingentem turrim *Cauciacæ* arcis ædificâſſe, atq; in ejuſdem atrio, memoriâ digniſſimum cum leone certamen, eminentiori ſculpturâ, æternitati commendandum curâſſe, & gladium, quo immanem belluam confoderat, in eadem turri, ubi etiamnum conſpicitur, ſervandum repoſuiſſe. Congruat, licèt veritati hujuſmodi conflictus à *Franciſco Aluteo* libri ſecundi *Couciacenſis* familiæ, capite 9. ſcriptus; nequaquam tamen appellatio *Præmonſtratenſis* Abbatiæ inde nobis eſt repetenda; quoniam, imprimis, *Ingelranus* iſte leonem non in ſublimiori *Couciaci* ſylvâ, ubi ſitum eſt *Præmonſtratenſe* Monaſterium, interfecit, ſed in inferiori dicti *Couciaci* nemore, ubi *Ingelranus* in memoriam tam memorandi certaminis, fertur exædificâſſe & fundâſſe *Benedictinorum* Monaſterium beatæ Virginis de *Nongento* apud *Couciacum*, religioſoſq;, Abbatem & Conventum dicti Monaſterii adſtrinxiſſe, ut ſingulis in perpetuum annis in feſtis *Nativitatis*, ac *Reſurrectionis* Dominicæ, & *Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ* Equitem cataphractum in *Couciacenſe* caſtellum mitterent, eâ ratione inſtructum, equo ita eximiè phalerato inſidentem, ut neutri aliquid deeſſet, ſub pœna maximæ emendationis & mulctæ. Qui quidem Eques, factis ad ingreſſum urbis, & caſtelli requiſitis; ſolitiſq; ceremoniis, Officiariis dicti *Couciaci* præſentibus, ex equo deſilit, genu flectit, & facta clientefari fide coram idolo ingentis Leonis ſaxei, in areâ Caſtelli ad dictam turrim conſtituto, vinum & Ruſſolas (quas vocant) in modum Lunæ creſcentis efformatas, ad quendam numerum offert, donoq; dat, quas officiarii prædicti recipiunt, datâ pro conſuetudine apochâ.

Varia & anceps *Præmonſtratenſis* loci ethimologia.

Refellitur hæc *Præmonſtratenſis* loci ethimologia.

Secundò *Ingelranus* ille Abbatiam *Præmonſtratenſem* non extruxit, reditibuſq; dotavit, ſed venerabilis *Bartholomæus Laudunenſis* antiſtes, longo temporis poſt mortem illius *Ingelrani* intervallo, ut ex ſupradictis & infra dicendis patebit. Tertiò, in vita ſancti Patriarchæ noſtri *Norberti* à beato *Hugone* primo ejus diſcipulo, & ſucceſſore exarata, hæc diſertis verbis, *cap.* 10. leguntur; *Victus tandem* Norbertus, *ipſius ſcilicet* Bartholomæi, Lauduni *clavati Pontificis, & multorum aliorum, tam religioſorum quam nobilium virorum precibus, elegit locum valde deſertum & ſolitarium, qui ab incolis antiquitus* Præmonſtratum, *à* prato monſtrato *vocabatur.*

Alia loci *Præmonſtratenſis* ethimolodogia.

Alii *Præmonſtratum*, à *prato monſtrato* deducunt, prato, ſcilicet, aliàs per Monachos *Benedictinos* Abbatiæ S. *Vincentii Laudunenſis* detecto & patefacto. His enim, cum *Elenandus* quadrageſimus primus *Laudunenſis* Epiſcopus, dono & eleemoſyna horrendum quoddam deſertum, *Voſagum* nomine, in ſublimiori *Couciaci* ejuſdem tituli, ſylvâ, dumis frequentioribus luxurians, paludibus, & vallibus hinc inde refertum, maximis altiſq; compreſſum montibus, nulli deniq; pervium, erogâſſet, Monachi illi pleraſq; deſerti valles rudes & incultas novârunt & excoluerunt. Hanc nominatim à majore cloacâ, tunc temporis in eo loco, ubi hodierna die Eccleſia, & Clauſtraria loca.

Præmonſtratenſis Monaſterii constructa videntur extentem, ad rivum uſque è ſtagno *Humberti pontis* promanentem, ibique pratum parârunt, quod *Præmonſtatum*, à *prato monſtrato,* ſeu à loco expurgato, nuncupârunt. Et ut hocce deſertum manſioni & incolatui aptum redderent, quaſdam caſas & tuguriola ruſtica, cum exili ſacello ſub invocatione Sancti *Johannis Baptiſtæ*, quod vocaverunt Capellam Divi *Johannis* ad deſertum *Præmonſtratenſe*, exædificârunt. In quo Monachus quiſpiam, è ſupradicto Sancti *Vincentii* Cœnobio, omnibus feſtis, & Dominicis diebus, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebraret coram fratribus Converſis, & oblatis ſeu Donatis, & aliis mercenariis, deſerto expurgando, & ad agriculturam diſponendo, in utilitatem dictorum Monachorum occupatis. Succeſſu verò temporis, Monachi illi aliis locis terriſque, tùm fertilioribus, tùm Monaſterio vicinioribus aucti, inde ſeceſſerunt, & incultum ut antea, deſertum & pratum, reliquerunt, quemadmodum teſtatur venerabilis *Bartholomæus Laudunenſis* antiſtes in Cartularibus documentis, ac literis commutationis & repetitionis dicti deſerti, & *Prati Monſtrati* è manibus *Adalberonis* Abbatis; & *Seifridi* ejus ſucceſſoris Abbatis, necnon Monachorum præfati Monaſterii Sancti *Vincentii Laudunenſis*, ut illud Sancto *Norberto* conferret, quorum exemplar habetur infra in vitâ S. *Norberti*, *cap.* 13. Adeoque quando deſertum hoc, & ſacellum Sancti *Johannis* ad deſertum *Prati Monſtrati* Sancto *Norberto* conceſſum & donatum eſt, locus ille in priſtinam ſolitudinem tùm redierat, ut fidem facit ejuſdem venerabilis *Bartholomæi* collatio facta ſancto *Norberto* hiſce verbis. *Modo vero, quia penitus in ſolitudinem univerſa erant ibi redacta, Abbas* Seifridus *& Conventus Sancti* Vincentii, *utile duxerunt eſſe conſilium, in noſtram manum reddere, & ad noſtram diſpoſitionem pendere, quod & factum eſt. Unde nihil melius eſſe conſiderantes in hoc negotio, eandem Eccleſiam, cum omnibus quæ Monachi prædicti ibidem poſſidebant, eidem* Norberto *venerabili viro, & ſucceſſoribus ejus, in ſancto propoſito viventibus, ſimiliter ab omni exactione liberè condonavimus, perpetuo poſſidenda,* &c.

Quæ omnia, etſi vera ſint, certum tamen eſt, *Præmonſtratenſe* Monaſterium, non eſſe constructum in eo loco, quondam exculto, & prato monſtrato; ſed altiùs, Septentrionem verſùs, in loco, quem ſancto Patriarchæ noſtro *Norberto*, beatiſſima Dei genitrix virgo deſignavit, ut dictum eſt ſuperiùs. Unde convenientior, atque etiam verior, *Præmonſtratenſis* Monaſterii appellationis ratio deſumenda videtur; non ex loco illo vicino expurgato, ſed ex eo quod locus Monaſterii conſtruendi fuerit per Virginem beatiſſimam præmonſtratus. Quæ quidem loci deſignatio fuit inſigni poſtmodum miraculo, Epiphania ſcil. crucifixi, qui ſe ibidem videndum, adorandumq; præbuit confirmata. *Cumq;* (inquit *cap.* 18. vitæ ſancti *Norberti*) *de ædificanda* Præmonſtratenſi *Eccleſia, in altera montis parte, per viſionem, ſeu revelationem præmonſtrata, meditaretur ſanctus* Norbertus, *locus ille adeo paluſtris, cæteriſq; incommodis ſupra modum obnoxius inventus eſt, (horrenda quippe extabat cloaca inter quatuor ingentes montes media, quatuorq; valles in modum tamen Crucis,*

Vera *Præmonſtratenſis* loci ethimoſogia & appellatio.

Præmonſtratenſis loci aſperitas.

cujus pes in auſtrum protenditur, arbitrio cæleſti compoſitus) ut multis terrorem incuteret, ſuaq; aſperitate Dei famulos à ſancto propoſito deterreret. Quare intenta ſupplicatione vir ſanctus Deum orare & conſulere cœpit; moxq; viſibiliter eodem in loco, Chriſtus in Cruce pendens apparuit; ſuper quem ſeptem ſolis radii miræ claritatis effulgebant. Viſa quoq; fuit ex quatuor mundi partibus, innumerabilis candidatorum peregrinorum multitudo, ad ipſum confluere; qui flexis genibus, adorato ſuo redemptore, & pedibus illius oſculo dato, quaſi acceptâ licentiâ, ad diverſas mundi regiones dimicaturi, revertebantur.

Viſione Chriſti crucifixi locus Ædis Pramonſtratenſis cognoſcitur.

Itaq; ſecundùm rei veritatem, majorum noſtrorum doctrinâ, traditione, documentis, codicibus, & monimentis confirmatam; privilegiis etiam plurimis Ordini (prout tempus & ratio poſtulavit) à Pontificibus Romanis, *Franciaq;* regibus, ultrò conceſſis, comprobatam: *Præmonſtratum* (quod ad Monaſterii & Ordinis nomen eſt) *à loco prius, & divinitus monſtrato nuncupatum eſſe aſſerimus,* ut ex proximè dicendi patebit. *A.D.* (inquit vetuſtiſſimum Ordinis noſtri documentum) *milleſimo, centeſimo, decimo nono, ſub Romano Pontifice* Caliſto *ſecundo*, *Ordo* Præmonſtratenſis *florere cœpit in* Laudunenſi Diœceſi, à venerabili Patre Domino Norberto, Magdeburgenſis *Eccleſiæ Archiepiſcopo, qui à Deipara Virgine edoctus, ut ipſum Ordinem à ſupradicto viro Apoſtolico peteret, & poſt hoc, locum ubi caput, & mater Eccleſiarum Ordinis eſſet conſtruendum, eadem glorioſa Virgo illi præmonſtravit. Undè ipſe Ordo* Præmonſtratenſis *nuncupatus eſt.* Hoc idem innuere videtur *Innocentius* Papa ſecundus, in ſuo diplomate ad beatum *Hugonem Præmonſtratenſem* Abbatem, & ad ejus co-Abbates, Præpoſitos, Priores & Canonicos *Præmonſtratenſis* Ordinis, dato *Piſis*, quinto Nonas *Maii* anno Domini 1135. Pontificatus ſui, anno quinto, His verbis, Sacer Ordo veſter in agro dominico divinâ diſpenſatione plantatus, Apoſtolicis gratiis dignè meretur attolli, cujus poſſeſſores, mundanis à ſe relegatis illecebris cœleſtium contemplationi vacantes, inſiſtant jugiter profectibus animarum, &c.

Præmonſtratum unde.

His adſtipulantur privilegia ejuſdem Ordinis, à *Ludovico* undecimo, & *Carolo* octavo ejus filio, *Francorum* Regibus, hoc tenore confirmata.

LUDOVICUS *Dei gratia* Francorum *Rex ad perpetuam rei memoriam. Dum penès mentis noſtræ arcana propenſius revolvimus ſynceritatem, integritatem, longævámq; durationem, ac divinam, imo miraculoſam inſtitutionem* Præmonſtratenſis *Ordinis, qui magnis jam defluxis temporum curriculis, myſtico ſpiramine, ac beatiſſima, & glorioſiſſima Virgine* Mariâ, *Chriſti Redemptoris noſtri matre revelante, per pium illius Ordinis patrem, primúmq; inſtitutorem beatum* Norbertum, *virum quidem vitæ ſanctimonia, multiſq; coruſcantem, clarentémq; miraculis, noſcitur inſtitutus, atq; illi candidus dicti Ordinis habitus, pariter atq; locus, in pago* Laudunenſi, *per eandem beatiſſimam & glorioſiſſimam Virginem* Mariam, *ubi* Præmonſtratenſe *Monaſterium præfati Ordinis caput & fundamentum, conſtrui deberet, præmonſtratus; Undè* Præmonſtratenſem *Ordinem ſibi nomen aſſumpſiſſe, multis authenticis documentis hiſtoriiſq; probatiſſimis, compertum eſt; nos tanto magis, ferventioréq; deſiderio ad ipſum* Præmonſtratenſem *Ordinem afficimur. Sanè porrectâ nobis, pro parte dilecti & fidelis Conſilarii & elemoſynarii noſtri ordinarii, ac etiam familiaris & continui commenſalis noſtri* Huberti *de* Monte Hermerii, *Abbatis dicti* Præmonſtratenſis *Monaſterii, necnon dilectorum noſtrorum Abbatum, Prælatorum, Priorum, Præpoſitorum, Decanorum, Canonicorum, Converſorum, Donatorum, ac dilectarum noſtrarum Abbatiſſarum, Prioriſſarum, Monialium, Conventuum, & Perſonarum in humilitatis ſpiritu, in Monaſteriis, ſive locis ejuſdem Ordinis Domino famulantium, humilis petitio ſive ſupplicatio continebat. Quod olim Ordo* Præmonſtratenſis *antedictus, poſt illius divinam inſtitutionem, de quâ mentio præhabita eſt, primum ſub fælicis recordationis Caliſto Papâ ſecundo, anno, ſcil. incarnationis Dominicæ* 1119. *florere cœpit, ac per* Honorium *ſecundum approbatus & confirmatus, atq; deinceps per dignæ memoriæ* Innocentium *ſecundum,* Cœleſtinum *ſecundum,* Eugenium *tertium,* Adrianum *quartum,* Alexandrum *tertium, & quartum,* Lucium *tertium,* Urbanum *tertium & quartum,* Clementem *tertium,* Innocentium *tertium, & quartum,* Honorium *tertium,* Gregorium *nonum & decimum, & nonnullos alios Romanos Pontifices conſequenter & ſucceſſive, franchiſiæ libertates, immunitates,*

Miraculoſa inſtitutio Præmonſtr. Ordinis.

Habitum Ordinis B. Virgo præmonſtravit.

tates, ac privilegia multa præfatis ſupplicantibus, ac eorum ſucceſſoribus, totiq; Præmonſtratenſi *Ordini conceſſa extitere. Intérq; multis in bullis ac literis authenticis, nobis exhibitis, inſpicere, & viſitare fecimus ſequentia contineri, &c. Datum apud Monaſterium de* Victoriâ *propè* Silvanectum *in menſe* Octobris, *Anno Domini milleſimo, quadringenteſſimo, ſeptuageſſimo primo.*

CAROLUS Dei gratiâ *Francorum* Rex, notum facimus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, nos ad ſupplicationem dilectorum noſtrorum in Chriſto Religioſorum Abbatis & Conventus Monaſterii beatæ *Mariæ* Virginis *Præmonſtratenſis*, necnon dilectorum noſtrorum Abbatum, Prælatorum, Priorum, Præpoſitorum, Decanorum, Canonicorum, Converſorum, Donatorum, & Dilectarum noſtrarum Abbatiſſarum, Monialium, Conventuum & Perſonarum, in Monaſteriis, ſive locis ejuſdem Ordinis exiſtentium inclytæ recordationis chariſſimi Progenitoris noſtri (cujus anima pace fruatur) vidiſſe, & probâſſe formam literarum, quæ ſequitur continentem; *Ludovicus* Francorum *Rex, ad perpetuam rei memoriam, Dum penès mentis noſtræ arcana propenſius revolvimus ſynceritatem, integritatem, longævámq; durationem, ac divinam, imò miraculoſam inſtitutionem* Præmonſtratenſis *Ordinis, qui magnis jam defluxis temporum curriculis, myſtico ſpiramine, ac beatiſſima & glorioſiſſima Virgine* Mariâ, *Chriſti Redemptoris noſtri matre revelante, per pium illius Ordinis Patrem, primumq; inſtitutorem beatum* Norbertum, *virum quidem vitæ ſanctimonia, multiſq; coruſcantem, clarentémq; miraculis, noſcitur inſtitutus, atq; illi candidus dicti Ordinis habitus, pariter atq; locus in pago* Laudunenſi, *per eandem beatiſſimam, & glorioſiſſimam Virginem* Mariam, *ubi* Præmonſtratenſe *Monaſterium, præfati Ordinis caput, & fundamentum, conſtrui deberet, præmonſtratus; Unde* Præmonſtratenſem *Ordinem, ſibi nomen aſſumpſiſſe, multis authenticis documentis, hiſtoriiſq; probatiſsimis, compertum eſt, &c. Datum in noſtro Palatio* Pariſienſi, *menſe* Februario, *anno Domini milleſimo, quadringenteſſimo, nonageſſimo primo.*

Jam ſupereſt *Præmonſtratenſis* loci & Vallis deſcriptionem, atq; encomium, ex venerabili *Philippo Bonæſpei* Abbate *lib.* de *Continentia Clericorum* 126. audire: *Ipſa,* (inquit,) *vallis, non incongruè* Præmonſtrata *nominatur, dans intelligi, quia humilitas Clericorum ibidem Deo famulantium, non temere, non fortuitis eſt adinventionibus inchoata; ſed eam divinâ miſericordiâ in exemplum cæteris præmonſtravit, quibus per hanc revertendi ad ſe aditum demonſtravit. Nec vacat quod hanc vallem divina providentia ſic formavit, ut ipſa loci facies videatur quiddam grave & aſperum præmonere, eiq; præmonenti humilis Clericorum obedientia reſpondere. Ad modum enim Crucis eadem vallis in quatuor cornua dilatatur, ejus planities in quatuor angulis terminatur, à quorum Orientali in Occidentalem tenditur latitudo; ab Aquilonari verò ad Auſtralem ejuſdem longitudo. Quæ loci facies cui tanta Crucis ſimilitudo eſt infixa? Quæ vallis non humano molimine, ſed naturali opere quodammodo crucifixa, quid monet vel præmonet, niſi ut ad eam confluentes mundo vivere jam non curent, ſed ſe illi, imo Chriſti crucifixione congrua configurent? Præterea in eam vallem, per quatuor illa cornua devenitur, & in eis medium quoddam quadrivio, id eſt, via quadrupla convenitur, ut ei* ſcil. *à quatuor mundi partibus convenarum grata multiplicitas infundatur, & in quatuor mundi partes religionis opinio diffundatur. Hoc eſt illud prædium* Getſemane; *in quod, cum diſcipulis ſuis veniens, Chriſtus erat; in quo triſtitia & ſudore, articulo paſſionis imminente laborat; in quo Diſcipulos ſuos, qui timoris & incredulitatis gravi ſomno præmebantur, excitat ad orandum, ne in tentationis irrevocabile præcipitium inducantur. Et veniunt, inquit, in prædium, cui nomen* Getſemani, *vallis pinguedinis, quæ à monte* Oliveti *deſuper obumbratur; quia Chriſtus qui veraciter mons dicitur olivarum, obumbrat & protegit convallem lacrimarum, & impinguat eam; non tamen oleo peccatoris, ſed amore devotiſſimo Creatoris. In hac valle Clericorum ſomnolentia & torpor noxius increpatur; in hac eorum ſolicitudo ad vigilandum & orandum inſtantius excitatur: In hac Chriſtus cum eis, & pro eis ſuſtinet tædere & pavere, ut & ipſi non renuant pænitentiæ moleſtias pro eo ſuſtinere. Huic valli Chriſtus benedictionis ſuæ munera ſuperinfundit; per hanc, largo impetu, oleum ſuæ Charitatis diffundit; hanc implet ſalubriter, ſicut certo* Joannis *inſtruimur*

Vallis & loci Præmonſtratenſ. deſcriptio.

mur documento. Undè autem impleat David *determinans*, valles, *inquit*, abundabunt frumento. *Hoc autem frumentum fortè idem ipſe Chriſtus eſt, qui cadens in terram feracius pullulavit, qui paſſionis mola tritus, pane vitæ humiles ſuos pavit, qui Clericis humilibus largitur refectionis ſalutaris nutrimentum, & eiſdem jam adultis confert glorioſi decoris ornamentum. Propter quod in Canticis Lillium ſ convallium voluit nominare, oſtendens, quia eos qui propter ipſum non gravantur abjectionis moleſtias tolerare, ipſe honore & gloria feſtinat coronare, & eos qui no recuſant, ſicut monet Apoſtolus, ad pœnitentiam contriſtari, luctu verſo in gaudium facit ſine termino gratulari. Candor quippe Lilii ſignat ſolemnitatem gaudii qu humilem Clericorum juſtitiam munerabit, cum ſe illis facie ad faciem demonſtrabit.* Hæc venerabilis *Philippus Bonæſpei* Abbas, quæ omnia eleganter expreſſi frater *Antonius Trutius*, in S. *Michaele Antuerpiæ* Canonicus, & ſacræ *Theolog* Baccal. formatus, his verſibus;

Aurelius dat auream Legem, Ordinis
Spondetur author cœlitùs, dat candidam
Maria veſtem, Crux locum ædis prænotat,
Et eſſe Præmonſtratus Ordo niſi hic poteſt.

A. MCxx. —— Circa hoc tempus in *Laudunenſi* diocæſi incœpit Ordo *Pramonſtratenſis*, ſub Patre *Norberto* qui fuit *Colonienſis*.

Ex hiſt. *Angl.* Script. antiq. ædit. *Lond.* 1653. col. 1014. l. 29.

—— Tempore etiam iſtius Regis *Stephani*, anno Regni ſui nono, circa annum Domini *MCxlvi.* erat exordium Ordinis *Pramonſtratenſis* in *Anglia*, apud Newhows; qui nuper tempore Regis *Henrici* primi, in *Laudunenſi* diocæſi incœperat ſub Patre *Norberto*, qui fuit *Colonienſis*, undè verſus,

Ibid. col. 143. l. 25.

Sub Patre Norberto Præmonſtrati *viget Ordo.*


W. Hollar delin: et sculp:

CANONICVS REGVLARIS ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS.

589.

MONASTICON ANGLICANUM.

ABBATIA *de* **Newhus** *in agro* Lincolnienſi.

Carta Fundationis ejuſdem, per Petrum *de* Goſſâ.

Ex ipſo autogr. in bibl. Deweſiana.

Vide Cart. 11. E. 2. n. 2.

Et Pat. 11. E. 2. p. 2. m. 3.

ROberto Dei gratiâ *Lincolnia* Epiſcopo, totique Capitulo, & omnibus ſanctæ Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Petrus* de *Golſa* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & Sanctæ *Maria* & Eccleſiæ Sancti *Martialis* de **Neuhus**, & Abbati *Gerloni* & fratribus ibi, ſecundùm Ordinem *Præmonſtratenſium*, viventibus liberè & perpetualiter in elemoſinam, totam terram quàm habui in *Neuhuſa*, cum hominibus, & ruſticis, molendinis, & pratis, ſtagnis, & mareſcis, paſturis & turbariis, terris cultis, & terris de **Warnoth**, & omnibus rebus ejuſdem villæ, donationi meæ pertinentibus; Scilicet ſextâ parte Eccleſiæ de **Broclesbi**, & una bovatâ ad *Utwar*, cum manſuris ad illam pertinentibus, & aliis appertinentiis: Eccleſiam quoque de **Haburch**, cum bovatâ terræ ad *Utwar*, cum manſuris ad illam pertinentibus, & aliis appertinentiis: & in **Killingholm** *liiii.* acras, & decimam acram pratorum meorum cum piſcatoriâ in *Humbra*, & decimam partis meæ molendini de *Golſa*, & unam manſuram in mareſco ejuſdem villæ, juxta Domum *Scule*; & decimam pratorum meorum in eadem villâ, cum piſcatorio in *Humbra*, & decimam lignorum, quæ mihi debent homines mei operarii illius villæ, ex conſuetudine. Et in *Barva* unam navatam lignorum, quam mihi debent homines mei, operarii illius villæ, ex conſuetudine; & duas acras prati in eadem villâ. Iſta omnia dedi & conceſſi apud *Welleburnam* prædictis fratribus; id concedentibus Dominis meis *Randulfo* de *Bajocis*, & uxore ejus *Margareta*, & filiis eorum *Hugone* & *Alano*, qui huic facto præſentes fuerunt. Teſtibus, *Acardo* de *Lincolnia*, *Golegrino* Presbitero; *Willielmo* Capellano; *Rogero* Decano, *Berewoldo* Presbitero; *Simone* de *Inſula*; *Gileberto* de *Sanlo*; *Rogero* filio *Gocelini*, *Alano* filio *Glay*; *Suſpir* de *Bajocis*; *Wigot* de *Brancewelle*; *Hereberto* nepote meo; *Roberto Scures*; *Roberto* de *Fribois*. Ipſâ etiam Die, quâ idem *Randulfus* de *Bajocis* diviſus eſt ab uxore ſuâ cauſâ religionis, vovente ipſâ caſtitatem in Capitulo *Lincolnia*, coram omnibus, ibidem, renovata eſt hæc donatio, & confirmata Carta ipſius *Randulfi* Domini mei. Teſtibus *Halnath* de *Bidon*, *Radulfo Buteler*, *Gileberto* de *Hermebi*; *Hereberto* Nepote meo; *Alano* filio *Nigelli* de **Broclesbi**; *Humfrido* de **Neuhus**, nepote ejus; *Willielmo* de *Kirn*; *Willielmo* filio *Gaufridi* de **Neuhus**, & *Waltero* fratre ejus; *Ivone* de *Golſa*, & fratre ejus *Radulfo*; *Willielmo* filio *H*.... *Godrico* fratre ejus; *Hamundo* filio *Sueni*; *Haldan* filio *Acce*; *Ivone* filio *Godwini*; *Ketel* filio *Acce*; & *Radulfo* ejus filio. *Adrico*. *Pati Gr*.... filio *Leviva*; & *Adric* filio *Grim*; *Gocelino* filio *Mabiliæ*; *Roberto Surreis*.

Quod Petrus *de* Gouſlâ *ſit particeps omnium beneficiorum Conventus* S. Martialis.

FRater *Amblardus* Sancti *Martialis* ſervus indignus, omniſq; loci ipſius Conventus, Chriſtianiſſimo fratri noſtro Domino *Petro* de *Gouſla* ſalutem; & fideles orationes: Suſceptâ legatione veſtrâ & perlectâ; deſcriptione lætificati, omnipotenti Deo gratias agimus, qui dilectum ſuum beatiſſimum *Martialem*, per miracula apud nos clarificare, fidemque noſtram & vicinorum per eadem confirmare dignatur. Dominum quoque *R*...... fratrem noſtrum, qui beati *Martialis* Eccleſiam primus conſtruxit, in Conventu, ſicut fratrem noſtrum abſolvimus; & pro ejus animâ debitas Deo orationes, Pſalmos; & Miſſas obtulimus. Vos quoque, quem olim in Eccleſiæ noſtræ beneficio ſuſceperamus, amodò non beneficii tantùm participem, ſed ſicut unum ex nobis, tam in vitâ; quàm in morte fatemur. Omnes etiam, qui Eccleſiæ noſtræ vel ſervierint vel benefecerint; totius Eccleſiæ noſtræ beneficii ſocios eſſe concedimus. Prætereà de eo quod ad beati *Martialis*, & Eccleſiæ ipſius claritudinem poſtulâſtis, pro certo ad præſens ſatis feciſſemus, niſi noſter nuntius longiùs eſſet profecturus. Quod enim directuri eramus, vel cum locus fuerit dirigemus, nec tractari indecenter, nec portari uti per provintias oportebat. Ibid.

Carta Willielmi *Comitis* Lincolniæ, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

ALexandro Dei gratiâ *Lincolnia* Epiſcopo, & omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, *Willielmus* Comes *Lincolnia* ſalutem in Chriſto. Sciatis me benignè conceſſiſſe, ex meâ Ibid.

parte, Donationem quam *Petrus* de *Gouſla* donavit Eccleſiæ Dei & Sancti *Martialis* de **Neuhus**, & ſervientibus Deo ibidem; ſcilicet Capitalem Curiam ubi caſtellum ſuum fuit, & homines, & terram totam, cum pertinentiis ſuis, quam habuit in eadem villâ, & hoc liberaliter in elemoſinam, & de feudo quod de me tenet; ſcilicet in **Kilvingholm** quinquaginta quatuor acras terræ, & Eccleſiam Dei & Sancti *Petri*, cum omnibus pertinentiis ſuis in *Haltona*, quam eis dedit *Radulfus* de *Haltona*, & totum hoc quod dedit eis *Willielmus* filius *Galfridi*, in **Neuhus**; & ſeptem bovatas terræ in campis de **Raburn**; & paſturam ſeptingentis ovibus, & totidem agnis uſque ſuperannuati fuerunt, ex donatione *Galfridi* de *Turs*. Et locum, qui vocatur **Akerholes**, qui eſt de meo feudo, cum omnibus pertinentiis ſuis: Et hæc omnia concedo prædictis ſervientibus Deo in **Nehus**, & præſenti Cartâ meâ confirmo, quod ipſi tenent liberaliter in puram & perpetuam elemoſinam; & firmiter, pro animabus patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, & ſucceſſorum, ſicut Cartæ donatorum teſtantur; & ipſi donatores facient mihi & hæredibus meis, pro donationibus iſtis, ſervitia de aliis terris ſuis coram hiis teſtibus, *Had*.... Comitiſſâ, & *Stephano* Capellano, *Roberto* Clerico, *Gregorio* Capellano, *Widone* de *Potevilla*, *Olivero* de *Wendover*, *Richardo Paſturel*, *Roberto Carbunello*, *Palmario* Camerario.

Carta Heliæ *de* Albeniaco, *&* Hawiſiæ *ſponſa ſua, de toto jure ſuo in tertia parte Eccleſia de* **Sarelbi**.

Ibid

Capitulo *Lincolniæ* & omnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, *Francis* & *Anglicis*, futuris & præſentibus, *Helias* de *Albeniaco*, & *Hawis* ſponſa ſua, & *Oliverus* & *Radulfus* filii ſui, Salutem. Notum ſit vobis univerſis, nos dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ*, & S. *Martialis* Apoſtoli de **Nehus**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, jus noſtrum, quod habemus in Eccleſiâ *Sancti Botulfi* de **Sarolebi**; ſcilicet tertiam partem ejuſdem Eccleſiæ, quæ pertinet ad feudum noſtrum, cum omnibus appenditiis ſuis in terris, pratis, paſcuis, & mareſcis, & omnibus eccleſiaſticis beneficiis; necnon & viginti acras prati, de noſtro demenio, in **Driholm**, quæ eſt ex auſtrali parte de **Foſſedic**, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam, & quietam, & ſolutam ab omni ſervitio & exactione ſæculari, pro animâ *Willielmi* de *Albeniaco*, qui nobis feudum iſtud dedit; & pro animabus patrum & matrum noſtrarum, & omnium anteceſſorum noſtrorum, & pro ſalute noſtrâ, & animarum noſtrarum, & filiorum & filiarum noſtrarum. Sed & hanc donationem præſcriptam *Hawiſia* ſponſa mea fideliter firmavit tenendam, & hoc ſponte ſuâ: Teſtibus, Magiſtro *Hamone* Cancellario de *Nichol*. .... *Roberto* Decano de **Staintun**; Magiſtro *Malgero*; *Herbrando* Decano de **Lincolne**; & *Bricio*, & *Roberto* Preſbiteris de **Lincolne**; *Clemente* Preſbitero; *Hugone* de *Bajocis*; *Laurentio* Preſbitero de **Wauton**; *Gilleberto* Clerico de **Lincolne**; *Gocelino*; *Rogero* & *Adam* Monachis de **Cruiland**; *Willielmo Burnet* Canonico de **Sempingham**; *Alurredo* de *Pointun*; *Jacobo* de *Murbegum*; *Gaufrido* de *Shaveni* & *Johanne* & *Alano* filiis ſuis; *Nigello* de *Sapentun*; *Ace* de *Senlice*; *Willielmo Alſelin*; *Rogero* fratre *Alvaredi* de **Pointun**, *Willielmo Berner*; *Waleranno*, *Willielmo* .....; *Alvaredo* de *Hedington*; *Audoeno* fratre meo, *Erniſio* de *Novilla*; *Willielmo* de *Mortun*; *Oſberto* filio *Mauritii* de *Schilingetun*.

Carta Hugonis *de* Bajocis *donationes Abbatiæ de* **Neuhus**, *infra feodum ſuum, per* Petrum *de* Gouſla, *ejuſdem domus fundatorem, factas, confirmans.*

Ex ipſo autogr. in bibl. Deuveſiana.

Roberto Dei gratiâ *Lincoln*: Epiſcopo, totiq; Capitulo Eccleſiæ *S. Mariæ* de *Linc*: & univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quàm futuris, *Hugo* de *Bajocis*, filius *Randulphi* de *Bajocis* ſalutem: Noveritis, quod *Petrus* de *Gauſla*, & anteceſſores ſui tenuerunt de anteceſſoribus meis feudum quinq; militum; & in eodem feudo, apud **Nehus**, idem *Petrus* fundavit Abbatiam Canonicorum Ordinis *Præmonſtratenſis* Eccleſiæ, conſenſu & conceſſu *Randulphi* patris mei, & matris meæ *Margaretæ*, & meo. Quicquid verò pertinet ad feudum quinti militis, ſupradictus *Petrus* dedit & conceſſit fratribus, & huic prædictæ Abbathiæ, in perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſervicio; ſcilicet terram de **Nehus**, & Eccleſiam de **Haburch**, cum unâ bovatâ terræ, ad *Utware*, in eadem **Haburch**; & ſextam partem Eccleſiæ de **Broclosbi**, cum unâ bovatâ terræ, ad *Utware*, in eadem **Broclesbi**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & decimam acram pratorum meorum in mareſcis de **Barue**, & de **Gausle**; & unum piſcarium in **Humbre**, cum toſto adjacenti, quæ fuit *Godrici*, in mareſco de *Gauſli*. Sciatis quoq; *Randulphum* patrem meum, & *Margaretam* matrem meam, & meipſum & hæredes noſtros, ipſum *Petrum* & hæredes ſuos, quietos clamâſſe de ſervicio quinti militis prædicti, perpetualiter; & ipſum ſervicium prædictis Canonicis & Abbathiæ de **Nehus**, nos dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſynam; & illud idem ſervicium nos & hæredes noſtri de aliâ terrâ noſtrâ faciemus: Et hoc totum ego *Hugo* de *Bajocis* conceſſi, & præſentis cartulæ meæ teſtimonio confirmavi; necnon & unam bovatam terræ de demenio noſtro, cum unâ manſurâ in *Kaburnia*, in perpetuam elemoſynam, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervicio, quam *Randulphus* pater meus, ipſis dedit & conceſſit; & hoc pro ſalute meâ, & omnium parentum meorum, & pro animâ *Alani* de *Lincolnia* avi mei, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Facta eſt hæc donatio eorum hiis teſtibus, *Alano* de *Bajocis*, fratre meo; *Wigot* de *Brantwel*; *Adam* de *Rodwel*; *Gervaſio* de *Haltune*; *Clemente* Capellano; *Alano* de *Rippinghale*.

Carta Hugonis *de* Bajocis.

Ex codice rubeo in Scacc. penès Rem. Regis.

HIi ſunt milites *Hugonis* de *Bajocis*, *Petrus* de *Gaolſa* (tenet) feoda quinq; militum; Sed *Petrus* in feodo illo fundavit quandam Abbathiam in feodo unius militis; in quâ elemoſinâ pater meus, volens partiri, illam franchiavit de ſervitio feodi illius militis, ubi fundata erat; & ſervitium unius militis cepit ſuper dominicum ſuum; & quietos inde clamavit *Petrum* & hæredes ſuos.

Ex Rot. Hundr. de 2.3. E. 1. Linc.

Neuhus eſt de Baroniâ de *Bajocis*. &c.

Hugo de *Bajocis* tenet de Domino Rege in Capite, de Conqueſtu, unum feodum militis in eadem, per prædictum ſervitium. *Petrus* de *Gouſel* tenet illud de prædicto *Hugone* per prædictum ſervitium. Et dictus *Petrus* fundavit indè Abbatiam de **Neuhus** in elemoſinam, tempore Regis *Henrici* attavi.

Adhuc ex Rot. Hund. Linc.

Willielmus filius *Galfridi*, dedit unum feudum militis in **Neuhus**, quod tenuit de *Galfr.* de *Thours*, per ſervitium militare, Abbati & Conventui de **Neuhus** in elemoſinâ, in primâ fundatione domus.

Item idem Abbas tenet *xiii.* partem unius feodi militis in **Haburc**, ex dono *Alani* de *Cotes*, *viii.* annis elapſis.

Item tenet in eadem villâ de dono *Willelmi Berner*, centum annis elapſis.

Ibid.

Robertus de *Novavilla* tenet feodum unius militis in **Kelebi**, de Epiſcopo *Lincolniæ*. Et Abbas de **Neuhus** & *Willielmus Burdon* tenet illud de dicto *Roberto*; videlicet, dictus Abbas tenet medietatem dicti feodi in elemoſinâ *xxx.* annis elapſis; Et *Willelmus Burdon* tenet aliam medietatem per forinſecum ſervitium.

PRIORATUS

de **Alnewike** *in agro* Northumbrenſi.

ITem, ſecundùm Canonicas, autenticas, A. D. *MCxlv.* Ordo *Præmonſtratenſis* habuit initium. Et A. D. *MCxlviii.* idem Ordo primò venit in *Angliam*, videlicet, ad **Alnwyke** in **Northumberland**, anno regni regis *Stephani* *iiii.* & ſic poſſumus præſcribere per quinq; annos.

Diploma Henrici *de* Percy Comitis *Northumbriæ, Cartam Fundationis Abbatiæ de* **Alnewike**, *recitans & confirmans.*

Ex ipſo autogr. penès *Franciſcum* Brandling equitem auratum a. 1629.

HEnricus Percy *Comes* Northumbriæ, *Dominus Honorum de* **Cokirmouth**, *&* **Petworth**; *Dominus de* **Percy**, **Lucy**, **Ponyngs**, **Fitz-Payne**, *&* **Bryanem**; *ac Guardianus generalis Orientalium, & mediarum Marchiarum* Angliæ, *verſus partes* Scotiam, *ac inclitiſſimi Ordinis Garterii miles; omnibus & ſingulis, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem: Noveritis nos præfatum Comitem inſpexiſſe quandam Cartam confirmationis Domini* Henrici Percy *quinti, Domini de* **Alnewicke**, *factam Abbati, & Conventui de* **Alnewike** *& eorum ſucceſſoribus in hac verba. Univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam futuris, quàm præſentibus præſentes Literas inſpecturis*, Henricus *Dominus de* **Percy**, *quintus dominus de* **Alnewic**, *ſalutem in Domino: Noveritis nos inſpexiſſe Cartam* Euſtachii *filii* Johannis, *Fundatoris Abbatiæ beatæ* Mariæ *de* **Alnewic**, *quam fecit Abbati & Conventui ejuſdem loci, in hac verba.*

Carta Fundationis Abbatiæ de **Alnewik**.

E*uſtachius* filius *Johannis*, *Willielmo* Epiſcopo *Dunelmenſi* & Capitulo, & Archidiaconi, & omni Clericatui Epiſcopatus *Dunelmi*, & omnibus ſuis Clericis & Laicis, Francis, & Anglicis totius terræ ſuæ de **Northumberland**, omnibuſq; filiis ſanctæ Dei Eccleſiæ ſalutem. Scitote me dediſſe, conceſſiſſe, & hac meâ Cartâ confirmâſſe, Deo & Canonicis de **Alnewic**, qui ſunt de Ordine *Præmonſtratenſis* Eccleſiæ, pro ſalute animæ meæ, & remiſſione peccatorum meorum; necnon pro ſalute animæ patris & matris meæ, & pro animâ *Ivonis* de **Veſcy**, & omnium anteceſſorum meorum, & pro ſalute *Willielmi* de *Veſcy* filii mei, & omnium puerorum meorum, Eccleſiam de **Leſbury**, cum omnibus appendiciis ſuis, & nominatim cum Capella de **Houghton**, & cum Capella de *Sancto Walerico*, & omnibus decimis ad illud pertinentibus; & nominatim cum omnibus decimis de dominiis meis de **Leſſeburg** & **Hoghton**, Scilicet, de bladis, & Salinis, & de Molendinis meis; Et Capellam de **Alnewic**, cum omnibus appendiciis ſuis, ad Abbathiam fundandam, cum omnibus decimis dominiorum meorum & Molendinorum meorum de **Alnewic**; & totam villam de **Hutclif**, cum medietate hominum ejuſdem villæ, in mora, & in plano, ſicut via vadit de **Alnewic** verſus **Roke**, in manu ſiniſtra, uſq; ad diviſas de **Rok**, cum boſco pertinenti ad eandem villam; Scilicet, ab **Hindone** uſq; in *Alnam*; Et cum his, duas partes de decimis totius dominii mei de *Tughala*, in blado, & in Molendino, & cunctis aliis rebus ejuſdem dominii. Et ſimiliter duas partes de decimis de dominio meo, & Moſendino de **Newham**, & de omnibus aliis rebus ejuſdem dominii. Et duas partes de decimis, de dominio & Molendino, & de cunctis aliis rebus de **Chettone**. Et de **Alneham** duas partes de decimis de dominio, & Molendino, & cunctis aliis rebus ejuſdem dominii; Et omnes decimas de piſcariis meis, & de cervis, biſſis, & porcis, quos canes mei capient de motu meo: Et duas partes de decimâ equarum mearum, dum extra Parochiam de **Alnewic** fuerint. Et unam menſuram in burgo de *Sancto-Walerico*, Et de **Heyſend** de decimis *Arnulfi* duas partes.

Quare volumus & concedimus & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici hæc omnia prædicta habeant, teneant, & poſſideant benè, in pace, & honorificè, liberè, & quietè, in propriam elemoſinam. Et præterea concedimus, & Cartâ noſtrâ confirmavimus Eccleſiam Sancti *Wilfridi* de **Gyſnes**, quam *Richardus Tyſone* eiſdem Canonicis dedit in perpetuam elemoſinam, cum menſurâ unâ, & duabus bovatis terræ in eadem villâ; & cum **Halghe**, ubi eſt Eccleſia, cum *Ridleia*, & cum **Morwickhalghe**, ſicut *Richardus* eis conceſſit: Et de boſco ſuo quantum potuerint, & voluerint exartare, & molere ad molendinum ſuum, ſicut multura; & facere molendinum in feodo ſuo ſuper **Cochet**, ſi potuerint: Et unam ſalinam in *Werkwordia*. Teſtibus, *Hugone* ſacerdote de *Tughala*; & *Patric. Willielmo* Capellano, & *Archill* Sacerdote, *Bernardo* Clerico, *Stephano* de *Dunelm*; *Richardo Tyſone*; *Papady*, *Rogero Malcall*, *Richardo* de *Rok*; *Ada Murdack*, *Ada* Vicecomite, *Radulfo* de *Tung*, *Willielmo Tyſone*; *Waltero* filio *Mayn*, *Ivone* de *Veſcy*, *Arnulpho* de *Morwic*, *Rodberto Puero*, *Arnulpho* de *Heyſende*.

Item inſpeximus quandam Cartam Willielmi *de* Veſey, *filii* Euſtachii, *filii* Johannis, *factam eiſdem Abbati & Conventui in hac verba. H.* Dei gratiâ, *Dunelmi* Epiſcopo, & Archidiaconis ejuſdem Eccleſiæ, & omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam futuris quàm præſentibus, *Willielmus* de *Veſcy* ſalutem; Sciatis me dediſſe, conceſſiſſe, & hac meâ Cartâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ Sanctæ *Maria* de **Alnewic**, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Chetton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & patris mei *Euſtachii*, & matris meæ *Beatricis*, & anteceſſorum meorum. Quare volumus (&c.) Hiis Teſtibus, *Galfrido* Capellano de **Alnewic**, *Matheo* & *Galfrido* Capellanis Caſtelli de **Alnewic**; *Johanne* Vicecomite, *Hugone* de *Morwic*; *Willielmo Tyſone*; *Waltero Batail*; *Richardo Mauvelande*; *Germano Tyſone*; *Symone Lucres*; *Radulfo Brunne*; *Helia Brunne*; *Waltero* de *Maners*; *Rogero* de *Eſlington*, *Willielmo* de *Muſchampes*; *Radulfo* de *Roecs*, *Reginaldo*.

Inſpeximus etiam aliam Cartam ejuſdem Willielmi *factam eiſdem Abbati & Conventui in hac verba. H.* Dei gratiâ Dunelmenſi *Epiſcopo*, & Archidiacono ejuſdem Eccleſiæ, & omnibus Clericis *Northumbriæ*, & laicis, cunctiq; Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Willielmus* de *Veſcy* ſalutem; Notum vobis omnibus fiat, nos dediſſe & conceſſiſſe Abbatiæ de **Alnewic**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Chaulingham**, in perpetuam elemoſinam. Teſtibus hiis; Scilicet, *Alano* Clerico de **Heſebrugia**, *Thoma* de *Maners*; *Hugone* Sacerdote de **Chetton**; *Galfrido* de *Valoines*; & *Arnulpho* Dapifero.

Inſpeximus etiam aliam Cartam ejuſdem Willielmi *de* Veſcy *factam prænominatis religioſis viris in hac verba. Henrico*, Dei gratiâ *Dunelm:* Epiſcopo, & Archidiacono ejuſdem Eccleſiæ, & omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Willielmus* de *Veſcy* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ Sanctæ *Maria* de **Alnewic**, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Alneham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ noſtræ, & patris noſtri *Euſtachii*, & matris noſtræ *Beatricis*; necnon & omnium anteceſſorum noſtrorum, Quare volumus (&c.) Hiis Teſtibus, *Petro* de *Roos*; *Waltero* de *Bolbec*; *Thoma* de *Muſcampes*, *Willielmo* de *Veſcy*, *Ada* de *Carl*, *Radulfo* filio *Mayne*, *Randulfo Brunne*, *Thoma* de *Boleſdone*, *Simone* de *Hanſell*, *Rogero* de *Rembell*.

Stemma Euſtachii *filii* Johannis, *Fundatoris Abbatiæ de* **Alnewike**.

ANno Domini *MLxvi. Willielmus* dictus *Baſtardus*, conquiſivit regnum *Anglia*, auxilio *Normannorum*; inter quos fuit quidam miles ſatis ſtrenuus, nomine *Yvo* de *Veſcy*, cui Rex *Willielmus* Conqueſtor tradidit filiam cujuſdam *Willielmi Tyſon* Domini Baroniarum de **Alnewyk** & de **Maltone**. Iſte *Willielmus Tyſon* fuit filius & hæres cujuſdam *Gisbrit Tyſon*, qui fuit occiſus in bello cum *Haraldo* Rege; & reliquit unicam filiam & hæredem, traditam prædicto *Yvoni* per Regem, ut ſuprà. Iſte *Yvo* de *Veſcy* genuit de præfatâ puellâ, quæ fuit filia & hæres *Willielmi Tyſon*, quandam filiam, quæ fuit vocata *Beatrix*. Iſta *Beatrix* data fuit cuidam militi dicto *Euſtachio* filio *Johannis*, cum Baroniis de **Alnewyke** & de **Maltone**; qui fundavit Abbathiam de **Alnewyk** tempore regis *Stephani*. ☞ Iſte *Euſtachius* filius *Johannis* genuit de præfatâ *Beatrice*, *Willielmum* de *Veſcy* ſeniorem. Iſte *Willielmus* de *Veſcy* ſenior duxit ſororem domini *Roberti* de *Stutevill*, domini de **Cnaresburg**, nomine *Burgam*; & genuit ex eâ *Euſtachium* de *Veſcy*, *Matildam*, & *Ceceliam*. Iſte *Euſtachius* de *Veſcy* duxit filiam regis *Scotia*, *Margeriam* nomine; & genuit ex eâ *Willielmum* de *Veſcy*, patrem *Johannis* & *Willielmi* de *Veſcy*, qui ſine hæredibus obierunt.

Eſc 8 E. 3. n 63 in cedula.

Matilda ſoror *Euſtachii* de *Veſcy* ſupradicti, data fuit *Thomæ* de *Muſcampo*, qui genuit ex eâ *Robertum* de *Muſcampo*; de quo venit alius *Robertus* de *Muſcampo*; de quo *Iſabella*, quæ data fuit *Willielmo* de *Huntercumbe*;

cumbe; de quo *Euſtachius* de *Huntercumbe. Cecelia*, quæ fuit ſecunda ſoror *Euſtachii*, data fuit *Hugoni* de *Bolbek* ſeniori, qui genuit *Walterum* de *Bolbek*; qui *Hugonem* juniorem; qui *Feliciam* matrem domini *Johannis* de *Lancaſtria*.

PRIORATUS
de **Bliburg** *in agro* Suffolcienſi.

Carta Regis Ricardi *primi Donatorum conceſſiones, recitans & confirmans.*

Cart. 19. E. 2. n. 12. per Inſpex.

Ricardus, Dei gratiâ, Rex *Angliæ* dux *Normanniæ* & *Aquit.* Comes. *Andeg*: Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me pro ſalute animæ noſtræ, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe, in perpetuam elemoſinam Deo & Eccleſiæ *S. Mariæ* de **Bliburc**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, omnes terras quas habuerunt in *Donewyco*, tempore regis *Henrici* patris noſtri; ſcilicet ex dono *Brictich* & *Auguſtini* filii ejus; & *Godewyni Oxefot*, & *Botild* filiæ ejus, & *Hunteman*, & *Rogeri* filii ejus; & *Malet*, & *Stephani* filii ejus; & *Roberti* fratris ejuſdem *Malet*; & *Arnaldi* presbiteri; & *Safuli* filii *Huthredi*, & *Ulf* le *Riche*; & *Walteri Leadenepem*; & *Ulf Camm*; & *Ricardi* Diaconi; & *Seild* & *Snotyng* le *Riche*; & *Alwini Bunt*; & *Radulfi Cake*; & *Adwyni Kenewald*; & *Godeſeald*, & *Dice*, & le *Waiſtere*, & *Henrici* filii *Terri*, & *Levene Tod*, & *Godenord*, & *Walteri Beſant*; & *Bernardi*, qui habuit ſororem *Malet*; & *Thiedredi*, & *Ricardi* filii *Brichtine*, *Brithmari* filii *Gotha* & uxoris *Walteri* filii *Malgeri*; & terram quam tenuit *Gerardus* de la *Mare*, liberas & quietas ab omni terreno ſervicio; & ſeculari exactione, per *xii.* denarios ſingulis annis reddendos ad feſtum S. *Michaelis*, ſicut reddi ſolebant ante extenſionem factam in *Donewyco*. Et prohibemus ne aliquis, ſuper hoc, prædictis Canonicis moleſtiam faciat, vel gravamen; vel pro prædictis terris, quicquam ab eis plus exigat. Concedimus etiam & confirmamus præfatis Canonicis, redditus ſuos quos nunc habent, & quos impoſterum rationabiliter adquirire poterint, & omnes terras, quas habent ex dono *Willielmi* del *Chednei*, in **Bliburc**; Terram ſcilicet quæ vocatur **Kingeſcroft**, & meſuagium *Blacſtani*, & brueram del *Huſſei*, quam *Burchardus* de **Wenhaeſton** tenuit; & *xx.* acras in **Weſtfeld**, & totam decimam piſcationis in **Walberdeſwyke**; Et omnia quæ habent in **Brigge**, ex feodo *Willielmi* de *Monay* & hæredum ſuorum, ſive ex dono, ſive ex emptione, tam in terris & turbariis quàm in pratis & paſturis.

Et ex dono *Reginaldi* Clerici, brueram quæ jacet juxta nemus in **Walberdeſwyke**: Et ex dono *Roberti* filii *Reginaldi* duas ſolidatas redditus in **Elech**, quas *Hermerus Buſſell* tenuit. Et ex dono *Mainardi* Presbiteri, quatuor ſolidatas terræ in **Barneuy**. Et ex dono *Hildeburt* de *Baudemunt*, duas ſolidatas in **Mutforð**. Et ex dono *Willielmi Lagunte* quandam terram in **Gernemue**, quam tenuit *Avandus Simekyn* in illâ parte quæ eſt in **Luderingland**. Ex dono *Wimari* Capellani, quandam terram in **Becles**, juxta aquam. Et ex dono *Roberti* le *Botiller*, & *Roberti* de *Curcoun*, & ex feodo *Rogeri* del *Chednei*, terras quas habent in *Cove* & in **Norhalles**. Et ex feodo *Willielmi Faleſham*, terram quam ipſi tenuerunt de *Hemeſent*, uxore *Willielmi Kempe*. Et ex feodo *Willielmi* filii *Walteri*, terram de **Weſthale**, cum boſco; & aliam terram ejuſdem. *W.* in **Holecume**. Et ex dono *Rogeri* de *Colevile* duas ſolidatas redditus in **Bromtune**; Et omnes terras & redditus, quos habent ex feodo *Osberti* filii *Willielmi*; & ex feodo *Gaufridi* de *Marci*, ſive hæredum ſuorum. Omnes iſtas terras (&c.) confirmamus Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Bliburc**. (&c.) Dat. per manum *E.* Epiſcopi *Elienſis*, Cancellarii noſtri, apud **Caagnes** *xxiii.* die *Januarii* anno regni noſtri *x*.

Nos autem donationes (&c.) necnon Conceſſionem (&c.) quas *Walterus* filius *Simonis* de **Wenhaweſtune**, per Cartam ſuam fecit Deo, Eccleſiæ, & Canonicis prædictis, de toto illo tenemento, quod dominus *Willielmus* de *Redham*, & dominus *Rogerus* de *Wymples*, *Walterus* de *Cretyng*, *Willielmus Fareman*, *Robertus Hulkoil*, & *Ricardus* le *Do*, de *Donwyco*, tenuerunt de ipſo *Waltero* filio *Simonis*, in villâ de **Wenhaweſtone**, & **Thuringtune**, cum homagiis, ſerviciis, & omnibus aliis pertinentiis, ad ipſum *Walterum* filium *Simonis* & hæredes ſuos ſpectantibus. Conceſſionem etiam, quam idem *Walterus* filius *Simonis*, per eandem Cartam ſuam fecit Canonicis prædictis, de redditu trium denariorum annuatim, quas *Reginaldus* de *Monte* ſibi reddidit annuatim, pro quadam peciâ terræ, quam tenuit de eo in villâ de **Wenhaweſton**. Donationem (&c.) quas *Rogerus* de *Chednei* per Cartam ſuam fecit (&c.) de terrâ illâ, quam *Baſilia* vidua tenuit de ipſo in **Derſham**. Conceſſionem (&c.) quas *Willielmus* de *Criketot*, filius *Willelmi* de *Criketot*; per Cartam ſuam fecit Deo & Eccleſiæ & Canonicis prædictis, de octo acris terræ in **Weſtletune**, & de unâ ſummâ frumenti, ſecundùm menſuram, quæ habetur in villâ S. *Edmundi*. Donationem (&c.) quas *Galterus* per Cartam ſuam fecit (&c.) de ſex acris in **Dereſham**. Conceſſionem (&c.) quas dominus *Nicholaus* de *Falſham* miles, per Cartam ſuam fecit (&c.) de ſex acris terræ cum pertinentiis, in **Derſham**. Donationem (&c.) quas *Hugo* de *Creſſy* per Cartam ſuam fecit (&c.) de unâ marcatâ redditus in **Walbertewic**.

Donationem (&c.) quas *Thomas* de *Hopitune*, per Cartam ſuam fecit (&c.) de totâ terrâ, quam *Domelin* tenuit de ipſo *Thoma* in **Jokeſforð**, & de ſerviciis, ejuſdem terræ; ſcilicet de *x.* denariis & duabus gallinis; & quadam operatione unius diei ad cibum ejuſdem *Domelini*, cum omnibus aliis pertinentiis ſuis; necnon bus aliis rebus ejuſdem dominii. Et duas partes de decimis, de dominio & Molendino, & de cunctis aliis rebus de **Chettone**. Et de **Alneham** duas partes de decimis de dominio, & Molendino, & cunctis aliis rebus ejuſdem dominii; Et omnes decimas de piſcariis meis, & de cervis, biſſis, & porcis, quos canes mei capient de motu meo: Et duas partes de decimâ equarum mearum, dum extra Parochiam de **Alnewic** fuerint. Et unam menſuram in burgo de *Sancto-Walerico*, Et de **Heyſend** de decimis *Arnulfi* duas partes.

Quare volumus & concedimus & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici hæc omnia prædicta habeant, teneant, & poſſideant benè, in pace, & honorificè, liberè, & quietè, in propriam elemoſinam. Et præterea concedimus, & Cartâ noſtrâ confirmavimus Eccleſiam Sancti *Wilfridi* de **Gyſnes**, quam *Richardus Tyſone* eiſdem Canonicis dedit in perpetuam elemoſinam, cum menſurâ unâ, & duabus bovatis terræ in eadem villâ; & cum **Halghe**, ubi eſt Eccleſia, cum *Ridleia*, & cum **Northhalghe**, ſicut *Richardus* eis conceſſit: Et de boſco ſuo quantum potuerint, & voluerint exartare, & molere ad molendinum ſuum, ſicut multura; & facere molendinum in feodo ſuo ſuper **Cochet**, ſi potuerint: Et unam ſalinam in *Werkwordia*. Teſtibus, *Hugone* ſacerdote de *Tughala*; & *Patric*. *Willielmo* Capellano, & *Archill* Sacerdote, *Bernardo* Clerico, *Stephano* de *Dunelm*; *Richardo Tyſone*; *Papady*, *Rogero Malcall*, *Richardo* de *Rok*; *Ada Murdack*, *Ada* Vicecomite, *Radulfo* de *Tung*, *Willielmo Tyſone*; *Waltero* filio *Mayn*, *Jvone* de *Veſcy*, *Arnulpho* de *Morwic*, *Rodberto Puero*, *Arnulpho* de *Heyſende*.

Item inſpeximus quandam Cartam Willielmi *de* Veſey, *filii* Euſtachii, *filii* Johannis, *factam eiſdem Abbati & Conventui in hac verba. H.* Dei gratiâ, *Dunelmi* Epiſcopo, & Archidiaconis ejuſdem Eccleſiæ, & omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam futuris quàm præſentibus, *Willielmus* de *Veſcy* ſalutem; Sciatis me dediſſe, conceſſiſſe, & hac meâ Cartâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ Sanctæ *Maria* de **Alnewic**, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Chetton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & patris mei *Euſtachii*, & matris meæ *Beatricis*, & anteceſſorum meorum. Quare volumus (&c.) Hiis Teſtibus, *Galfrido* Capellano de **Alnewic**, *Matheo* & *Galfrido* Capellanis Caſtelli de **Alnewic**; *Johanne* Vicecomite, *Hugone* de *Morwic*; *Willielmo Tyſone*; *Waltero Batall*; *Richardo Mauvelande*; *Germano Tyſone*; *Symone Lucres*; *Radulfo Brunne*; *Helia Brunne*; *Waltero* de *Maners*; *Rogero* de *Eſſington*, *Willielmo* de *Muſchampes*; *Radulfo* de *Roecs*, *Reginaldo*.

Inſpeximus etiam aliam Cartam ejuſdem Willielmi *factam eiſdem Abbati & Conventui in hac verba. H.* Dei gratiâ, Dunelmenſi *Epiſcopo*, & Archidiacono ejuſdem Eccleſiæ, & omnibus Clericis *Northumbriæ*, & laicis, cunctiſq; Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Willielmus* de *Veſcy* ſalutem; Notum vobis omnibus fiat, nos dediſſe & conceſſiſſe Abbatiæ de **Alnewic**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Chaulingham**, in perpetuam elemoſinam. Teſtibus hiis; Scilicet, *Alano* Clerico de **Heſebrugia**, *Thoma* de *Maners*; *Hugone* Sacerdote de **Chetton**; *Galfrido* de *Valoines*; & *Arnulpho* Dapifero.

Inſpeximus etiam aliam Cartam ejuſdem Willielmi *de* Veſcy *factam prænominatis religioſis viris in hac verba. Henrico*, Dei gratiâ *Dunelm*: Epiſcopo, & Archidiacono ejuſdem Eccleſiæ, & omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Willielmus* de *Veſcy* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ Sanctæ *Maria* de **Alnewic**, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Alneham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ noſtræ, & patris noſtri *Euſtachii*, & matris noſtræ *Beatricis*; necnon & omnium anteceſſorum noſtrorum, Quare volumus (&c.) Hiis Teſtibus, *Petro* de *Roos*; *Waltero* de *Bolbec*; *Thoma* de *Muſcampes*, *Willielmo* de *Veſcy*, *Ada* de *Carl*, *Radulfo* filio *Mayne*, *Randulfo Brunne*, *Thoma* de *Boleſdone*, *Simone* de *Hanſell*, *Rogero* de *Rembell*.

Stemma Euſtachii *filii* Johannis, *Fundatoris Abbatiæ de* Alnewike.

Eſc 8 E.3. n 63 in cedula.

ANno Domini *MLxvi*, *Willielmus* dictus *Baſtardus*, conquiſivit regnum *Angliæ*, auxilio *Normannorum*; inter quos fuit quidam miles ſatis ſtrenuus, nomine *Yvo* de *Veſcy*, cui Rex *Willielmus* Conqueſtor tradidit filiam cujuſdam *Willielmi Tyſon* Domini Baroniarum de **Alnewyk** & de **Maltone**. Iſte *Willielmus Tyſon* fuit filius & hæres cujuſdam *Gisbrit Tyſon*, qui fuit occiſus in bello cum *Haraldo* Rege; & reliquit unicam filiam & hæredem, traditam prædicto *Yvoni* per Regem, ut ſuprà. Iſte *Yvo* de *Veſcy* genuit de præfatâ puellâ, quæ fuit filia & hæres *Willielmi Tyſon*, quandam filiam, quæ fuit vocata *Beatrix*. Iſta *Beatrix* data fuit cuidam militi dicto *Euſtachio* filio *Johannis*, cum Baroniis de **Alnewyke** & de **Maltone**; qui fundavit Abbathiam de **Alnewyk** tempore regis *Stephani*. Iſte *Euſtachius* filius *Johannis* genuit de præfatâ *Beatrice*, *Willielmum* de *Veſcy* ſeniorem. Iſte *Willielmus* de *Veſcy* ſenior duxit ſororem domini *Roberti* de *Stutevill*, domini de **Cnaresburg**, nomine *Burgam*; & genuit ex eâ *Euſtachium* de *Veſcy*, *Matildam*, & *Ceceliam*. Iſte *Euſtachius* de *Veſcy* duxit filiam regis *Scotiæ*, *Margeriam* nomine; & genuit ex eâ *Willielmum* de *Veſcy*, patrem *Johannis* & *Willielmi* de *Veſcy*, qui ſine hæredibus obierunt.

Matilda ſoror *Euſtachii* de *Veſcy* ſupradicti, data fuit *Thomæ* de *Muſcampo*, qui genuit ex eâ *Robertum* de *Muſcampo*; de quo venit alius *Robertus* de *Muſcampo*; de quo *Iſabella*, quæ data fuit *Willielmo* de *Huntercumbe*;

cumbe; de quo *Euſtachius* de *Huntercumbe*. *Cecelia*, quæ fuit ſecunda ſoror *Euſtachii*, data fuit *Hugoni* de *Bolbek* ſeniori, qui genuit *Walterum* de *Bolbek*; qui *Hugonem* juniorem; qui *Feliciam* matrem domini *Johannis* de *Lancaſtria*.

PRIORATUS
de **Bliburg** *in agro* Suffolcienſi.

Carta Regis Ricardi *primi Donatorum conceſſiones, recitans & confirmans.*

Cart. 19. E.1. n.12. per Inſpex.

Ricardus, Dei gratiâ, Rex *Angliæ* dux *Normanniæ* & *Aquit.* Comes. *Andeg*: Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me pro ſalute animæ noſtræ, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe, in perpetuam elemoſinam Deo & Eccleſiæ *S. Mariæ* de **Bliburc**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, omnes terras quas habuerunt in *Donewyco*, tempore regis *Henrici* patris noſtri; ſcilicet ex dono *Brictich* & *Auguſtini* filii ejus; & *Godewyni Oxefot*, & *Botild* filiæ ejus, & *Hunteman*, & *Rogeri* filii ejus; & *Malet*, & *Stephani* filii ejus; & *Roberti* fratris ejuſdem *Malet*; & *Arnaldi* presbiteri; & *Safuli* filii *Huthredi*, & *Ulf* le *Riche*; & *Walteri Leadenepem*; & *Ulf Camm*; & *Ricardi* Diaconi; & *Seild* & *Snotyng* le *Riche*; & *Alwini Bunt*; & *Radulfi Cake*; & *Adwyni Kenewald*; & *Godeſeald*, & *Dice*, & le *Waiſtere*, & *Henrici* filii *Terri*, & *Levene Tod*, & *Godenord*, & *Walteri Beſant*; & *Bernardi*, qui babuit ſororem *Malet*; & *Thiedredi*, & *Ricardi* filii *Brichtine*, *Brithmari* filii *Gotha* & uxoris *Walteri* filii *Malgeri*; & terram quam tenuit *Gerardus* de la *Mare*, liberas & quietas ab omni terreno ſervicio; & ſeculari exactione, per *xii*. denarios ſingulis annis reddendos ad feſtum S. *Michaelis*, ſicut reddi ſolebant ante extenſionem factam in *Donewyco*. Et prohibemus ne aliquis, ſuper hoc, prædictis Canonicis moleſtiam faciat, vel gravamen; vel pro prædictis terris, quicquam ab eis plus exigat. Concedimus etiam & confirmamus præfatis Canonicis, redditus ſuos quos nunc habent, & quos imposterum rationabiliter adquirire poterint, & omnes terras, quas habent ex dono *Willielmi* del *Chednei*, in **Bliburc**; Terram ſcilicet quæ vocatur **Kingeſcroft**, & meſuagium *Blacſtani*, & brueram del *Huſſei*, quam *Burchardus* de **Wenhaeſton** tenuit; & *xx*. acras in **Weſtfeld**, & totam decimam piſcationis in **Walberdeſwyke**; Et omnia quæ habent in **Bregge**, ex feodo *Willielmi* de *Monay* & hæredum ſuorum, ſive ex dono, ſive ex emptione, tam in terris & turbariis quàm in pratis & paſturis.

Et ex dono *Reginaldi* Clerici, brueram quæ jacet juxta nemus in **Walberdeſwyke**: Et ex dono *Roberti* filii *Reginaldi* duas ſolidatas redditus in **Elech**, quas *Hermerus Buſſell* tenuit. Et ex dono *Mainardi* Presbiteri, quatuor ſolidatas terræ in **Barnewy**. Et ex dono *Hildeburt* de *Baudemunt*, duas ſolidatas in **Mutford**. Et ex dono *Willielmi Lagunte* quandam terram in **Gernemue**, quam tenuit *Avandus Simekyn* in illâ parte quæ eſt in **Luderingland**. Ex dono *Wimari* Capellani, quandam terram in **Becles**, juxta aquam. Et ex dono *Roberti* le *Botiller*, & *Roberti* de *Curcoun*, & ex feodo *Rogeri* del *Chednei*, terras quas habent in *Cove* & in **Norhalles**. Et ex feodo *Willielmi Faleſham*, terram quam ipſi tenuerunt de *Hemeſent*, uxore *Willielmi Kempe*. Et ex feodo *Willielmi* filii *Walteri*, terram de **Weſthale**, cum boſco; & aliam terram ejuſdem. *W.* in **Holecume**. Et ex dono *Rogeri* de *Colevile* duas ſolidatas redditus in **Bromtune**; Et omnes terras & redditus, quos habent ex feodo *Osberti* filii *Willielmi*; & ex feodo *Gaufridi* de *Marci*, ſive hæredum ſuorum. Omnes iſtas terras (&c.) confirmamus Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Bliburc**. (&c.) Dat. per manum *E*. Epiſcopi *Elienſis*, Cancellarii noſtri, apud **Caagnes** *xxiii*. die *Januarii* anno regni noſtri *x*.

Nos autem donationes (&c.) necnon Conceſſionem (&c.) quas *Walterus* filius *Simonis* de **Wenhaweſtune**, per Cartam ſuam fecit Deo, Eccleſiæ, & Canonicis prædictis, de toto illo tenemento, quod dominus *Willielmus* de *Redham*, & dominus *Rogerus* de *Wymples*, *Walterus* de *Cretyng*, *Willielmus Fareman*, *Robertus Hulkoil*, & *Ricardus* le *Do*, de *Donwyco*, tenuerunt de ipſo *Waltero* filio *Simonis*, in villâ de **Wenhaweſtone**, & **Thuringtune**, cum homagiis, ſerviciis, & omnibus aliis pertinentiis, ad ipſum *Walterum* filium *Simonis* & hæredes ſuos ſpectantibus. Conceſſionem etiam, quam idem *Walterus* filius *Simonis*, per eandem Cartam ſuam fecit Canonicis prædictis, de redditu trium denariorum annuatim, quas *Reginaldus* de *Monte* ſibi reddidit annuatim, pro quadam peciâ terræ, quam tenuit de eo in villâ de **Wenhaweſton**. Donationem (&c.) quas *Rogerus* de *Chednei* per Cartam ſuam fecit (&c.) de terrâ illâ, quam *Baſilia* vidua tenuit de ipſo in **Derſham**. Conceſſionem (&c.) quas *Willielmus* de *Criketot*, filius *Willelmi* de *Criketot*; per Cartam ſuam fecit Deo & Eccleſiæ & Canonicis prædictis, de octo acris terræ in **Weſtletune**, & de unâ ſummâ frumenti, ſecundùm menſuram, quæ habetur in villâ S. *Edmundi*. Donationem (&c.) quas *Galterus* per Cartam ſuam fecit (&c.) de ſex acris in **Dereſham**. Conceſſionem (&c.) quas dominus *Nicholaus* de *Falſham* miles, per Cartam ſuam fecit (&c.) de ſex acris terræ cum pertinentiis, in **Derſham**. Donationem (&c.) quas *Hugo* de *Creſſy* per Cartam ſuam fecit (&c.) de unâ marcatâ redditus in **Walbertewic**.

Donationem (&c.) quas *Thomas* de *Hopitune*, per Cartam ſuam fecit (&c.) de totâ terrâ, quam *Domelin* tenuit de ipſo *Thoma* in **Jokeſford**, & de ſerviciis, ejuſdem terræ; ſcilicet de *x*. denariis & duabus gallinis; & quadam operatione unius diei ad cibum ejuſdem *Domelini*, cum omnibus aliis pertinentiis ſuis; necnon quietam clamanciam, quam idem *Thomas*, per eandem Cartam ſuam fecit (&c.) de eadem *Domelin* & omnibus hæredibus ſuis, & homagio prædicti *Thoma* de *Hopitune*, & omnium hæredum ſuorum, cum omnibus catallis ſuis imperpetuum. Conceſſionem (&c.) quas *Rogerus* filius *Thoma* de **Hopetune**, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de omnibus donationibus & conceſſionibus, quas prædictus *Thomas* pater ſuus fecit eiſdem Canonicis, de totâ terrâ, quam *Alanus* filius *Rogeri* de **Jokeford** tenuit de ipſo *Thoma* patre ſuo; ſcilicet de quatuor acris de terra arabili, & dimidia acra de prato, & dimidia acra de mariſco, cum meſuagio; & de ipſo *Alano* & *Mabilla* uxore ejus, cum tota ſequela ſua, quietis ab homagio prædicti *Rogeri* vel hæredum ſuorum, ſine omni retenemento ſibi vel hæredibus ſuis. Conceſſionem (&c.) quas idem *Rogerus* (&c.) fecit (&c.) de tota terra, quam *Domelin* tenuit de patre ſuo in **Jokesford**, & homagio ipſius *Domelini*, cum omni ſequela ſua, abſq; omni retenemento, ſibi vel hæredibus ſuis.

Donationem (&c.) quas *Michael* de *Bavent*, per Cartam ſuam fecit (&c.) de unâ acra terræ in eadem villâ. Conceſſionem (&c.) quas *Galfridus Capra* de **Bulcamp**, per Cartam ſuam fecit (&c.) de meſuagio & toto tenemento, quod *Thomas* le *Hoppere*, tenuit de ipſo in **Bulcampe** (&c.) Remiſſionem etiam, quam idem *Galfridus* (&c.) fecit (&c.) de duobus denariis, quos iidem Canonici ſolebant ſibi annuatim reddere de meſuagio *Huberti Coci*, & de illis particulis mariſci & prati in **Bulcampe**, quas *Aluredus* de *Bulcampe* tenuit de ipſo *Galfrido*; & de illâ particulâ mariſci, quam *Petrus Permentarius* tenuit de eodem, & de illâ particulâ mariſci, quam *Rogerus Cocus* tenuit de eodem; & de unâ acrâ terræ arabilis, juxta domum *Thomæ* le *Hoppere*, quam *Petrus Permentarius* tenuit de eodem; & de duabus acris terræ inter domum *Benedicti* filii *Alani* Carpentarii, & Crucem, quas idem *Benedictus* tenuit de eodem; Et de unâ acra terræ in villâ de **Bulcampe**, propinquiori foſſato *Ranulfi* de *Bulcampe*; & de dimidiâ acrâ mariſci in **Siremore**; & de totâ parte, quam idem *Galfr.* habuit in mariſco quæ appellatur **Porheſſer**; ſcilicet à diviſâ de **Bregge** uſq; ad diviſam de **Henham**, & à diviſa de **Henham** uſq; ad **Galthefordeſlade**. Conceſſionem (&c.) quas *Ric.* de *Blumvile*, per Cartam ſuam fecit (&c.) de omnibus terris & redditibus, quas *Galfridus Capra*, & prædeceſſores ſui contulerunt eiſdem Canonicis, de feodo ipſius *Ricardi*, in villâ de **Bulcampe**. Conceſſionem (&c.) quas *Willelmus* filius *Walteri* de **Sadenefeld**, per Cartam ſuam fecit (&c.) de unâ acrâ terræ arabilis, cum pertinentiis, quæ jacet juxta cimiterium Eccleſiæ de **Thuritone**, ex parte occidentis, unâ cum advocatione ejuſdem Eccleſiæ de **Thuritone**, & de omnibus terris & poſſeſſionibus; quas habent de feodo ipſius *Willelmi* in prædictâ villâ de **Thuritone**.

Conceſſionem (&c.) quas idem *Willelmus* per aliam Cartam ſuam fecit (&c.) de omnibus terris & poſſeſſionibus (&c.) quas habent de feodo ipſius *Willelmi* in villâ de **Thuritone**. Conceſſionem (&c.) quas *Walterus* filius *Willelmi* de **Sadonefeld**, per Cartam ſuam fecit (&c.) de unâ acrâ terræ cum pertinentiis, in villâ de **Thuritone**, jacente juxta Eccleſiam ejuſdem villæ, ex parte occidentali, unâ cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ. Donationem (&c.) quas *Radulfus* de *Criketot*, per Cartam ſuam fecit (&c.) de Eccleſiâ de *Blifordia*, cum omnibus pertinentiis & obventionibus ſuis, & de particulâ ſilvæ in eadem villâ, quæ vocatur **Pilcherſhegh**, cum omnibus rebus ad prædictam Eccleſiam pertinentibus. (&c.) Donationem (&c.) quas *Willelmus* filius *Gilberti* per Cartam ſuam fecit (&c.) de *v s.* de marcatâ redditus, quem *Nicholaus* nepos ſuus tenuit de eo in **Riſſemere**. Conceſſionem (&c.) quas *Alicia* de **Froſtendene**, filia *Willielmi* de *London*, per Cartam ſuam fecit (&c.) de redditu quatuor ſolidorum in villâ de **Froſtendene**, ratas habentes & gratas (&c.) confirmamus. (&c.) Dat. per manum noſtram apud **Bernewell** *xviii.* die *Februarij*.

BLYBOROUGH *Prioratus.*

ABbas S. *Oſithæ* Fundator primus, & modernus.

Lell: Coll: vol: 1. p. 59.

PRIORATUS

de Heppe *in agro* Weſtmerlandenſi.

Carta Fundationis ejuſdem, primò apud **Preſton**.

Ex vet: exemplari penès *Jac:* Bellingham Eq. aur.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, qui has literas viſuri ſunt, vel audituri, *Thomas* filius *Goſpatricii* ſalutem. Sciatis, quod ego dedi & conceſſi, & hac præſenti Carta mea confirmavi Deo & ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* & Canonicis de **Preſton**, qui ſunt de ordine *Præmonſtratenſi*, in liberam, puram & perpetuam elemoſynam, pro ſalute animæ meæ, & ſponſæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, unam portionem terræ meæ in **Preſton**, in **Kendale**, ad faciendum quandam manſionem Canonicorum; videlicet totum dominicum parcum meum, ſubtus **Lackſloſt**, & in **Lackſloſt** uſq; viam quæ venit de **Preſtonuthreed**; & indè ſequendo viam, uſq; ad viam quæ venit de **Holme**; & ita ſequendo viam de **Holme** uſq; ad ſicum, quæ venit de **Haſaldmire**; & per ipſum ſicum uſq; aquam, quæ eſt diviſa inter duas *Preſtonas*, & ita aſcendendo uſq; ad prænominatam viam de **Lackſlot**.

Præterea dedi eis totam terram ſubtus viam de **Wathſudden**, uſq; **Stainbrigge**, & totam terram de **Stainbrigge** uſq; ad **Brackenthwait**, ſicut ſilva dividit & planum, & ita uſq; ad terram *Ricardi* filii *Sigith*, & ſic ad viam quæ venit de **Stainbrigg**, uſq; ad diviſam de **Farleton**; id eſt totam terram quæ fuit *Michaelis* filii *Helenæ*, & ita ſequendo diviſam de **Farletone**, uſq; in diviſam inter duas *Preſtonas*, & ita aſcendendo uſq; ad prædictam viam de **Wathſudden**, excepto dimidio prato de **Mireſbrigge**, & decem acras apud **Siggethwait**, ad ſalum eorum. Et totam terram de ſurſum **Wathſudden**, ſcilicet ubi Capella fuit infirmorum, Habebunt etiam de boſco meo, quantum capere voluerint, & nunc habuerint, ſine viſu Foreſtariorum meorum, & cortices lignorum quæ præciduerint, ipſorum erunt. Concedo etiam eis liberam communiam infra metas de **Preſton**, cum omnibus aliis aiſiamentis & libertatibus, quæ pertinent ad prædictam villam de **Preſton**, in boſco & in plano, in viis & in ſemitis, & in aquis & in molendinis, & paſturam porcorum ſuorum, ſive plenagiorum, & decimam panagii mei. Et molent ad molendinum meum ſine multurâ, quando venerint, & tam mezca fuerit evacuata: Et equum proprium habuerint molendinarium, ad meum molendinum ceſſabunt hominum prænominatum, volo quod prædicti Canonici habeant & teneant eam in pace & plenariè & honorificè, in liberam, puram & perpetuam elemoſynam, ſine omni ſeculari ſervicio, conſuetudine, & exactione. Et ego & hæredes mei warantizabimus eis hanc donationem, contra omnes homines, imperpetuum. Hiis teſtibus (&c.)

Carta Thomæ *filii* Coſpatricii, *de terra ubi Prioratus de* **Hepp** *ſituatur*.

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſentibus, & futuris, Cartam iſtam viſuris vel auditurīs, *Thomas* filius *Coſpatricii* ſempiternam in Domino ſalutem: Noverit univerſitas veſtra, me dediſſe, conceſſiſſe, & hac meâ præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ Magdalenæ* de valle *Magdalenæ*, & Canonicis *Præmonſtratenſis* Ordinis, ibidem Deo ſervientibus, totam terram quæ fuit **Karl**, ſcilicet per has diviſas, de vado de **Karlwath**, aſcendendo per **Lowther** apud Auſtrum, uſque ad **Langeſhaber**, & ſic aſcendendo per **Langeſhabeck**, uſque ad ſemitam quæ venit de **Kendale**, & ſic ſequendo ſemitam illam verſus Aquilonem, uſq; dum veniat ad **Stancraſe**, juxta **Raſland**: Et ita per ſemitam illam uſq; ad **Raſate**, & ſic deſcendendo extra montem, uſq; ad magnum lapidem, ubi homines ſolebant facere *Leſtablie*, & ita deſcendendo uſq; in **Lowther**, & ſic aſcendendo per **Lowther**, & ultra, uſq; ad diviſas de **Roſgill** penès orientem, de longo in longum apud Auſtrum per ſupercillium montis de **Creſkeld**, & ſic uſq; ad **Alinbalike**. Præterea dedi eis vallem, cum Bruſulâ in orientali parte contra ſuam, tendens in longum per ſupercilium montis uſq; ad Domum, quæ fuit quondam *Willielmi King*, & ita uſq; ad terram, quæ fuit *Mathæi* de *Hepp*, & ſic deſcendendo verſus Occidentem, uſq; ad prædictum vadum de **Karlwath**.

Dedi etiam eis communem paſturam, cum hominibus meis, qui manent in **Raſat**, & paſturam in **Thamwoord**, & in **Swindale** ex utraq; parte, uſq; ad ſupercilium montis, deſuper **Binbarth**, & ex alterâ parte de **Swindale**, ultra **Thengeheved**, ex utraque parte, ubi voluerint, & opus fuerit, poſſint die, ac nocte, infra dictam paſturam moram facere, & ad Abbaciam, & ad vaccariam ſuam, cum neceſſe fuerit, ire, & redire, cum libero introitu, & exitu. Hanc prædictam paſturam dedi eis, & conceſſi, ſcilicet, vaccis ſexaginta, & equabus ſilveſtribus viginti, & quinq; centum ovibus, cum ſequelâ trium annorum, & quinq; carucatis boum. Præterea dedi eis Turbariam, & Petrariam, & Quareriam ubicunq; invenire poterint in territorio villæ de **Hepp**, & viam liberam, eundo & redeundo ad Turbariam, & Petrariam, & Quareriam prædictam, & ad Abbathiam ſuam. Dedi etiam eis licentiam capere nemora, ad Abbathiam ſuam, in boſco meo, ad ædificandum, & comburendum, & claudendum, ubi meliùs voluerint, & invenire poterint, & cætera neceſſaria ſine viſu Foreſtariorum, cum omnibus communibus, eaſiamentis, & libertatibus, prædictæ villæ de **Hepp** pertinentibus. Hæc omnia ſupradicta dedi Deo, & prædictis Canonicis, habenda, & tenenda, in puram, liberam & perpetuam elemoſinam pro ſalute animæ meæ, & ſponſæ meæ *Greciæ*, & hæredum meorum, & omnium Anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Et ego & hæredes mei warantizabimus omnia ſupradicta, prædictis Canonicis, contra omnes gentes imperpetuum. Hiis Teſtibus (&c.)

Carta Roberti *de* Veteriponte, *de ſede & loco vallis* Magdalenæ.

Ex Regiſtro Abb. de **Hepp**, nuper penès dominum *Will: Howard* de **Naworth**.

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Robertus* de *Veteriponte* ſalutem: Noverit univerſitas veſtra me dediſſe, & confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ Magdalenæ*, de valle *Magdalenæ* (&c.) ſedem & locum prædictæ vallis *Magdalenæ*, in territorio villæ de **Hepp**, cum omnibus pertinentiis, & rebus ſuis, quæ continentur in Cartis *Thomæ* filii *Coſpatricii* & in Cartis *Thomæ* filii *Thomæ*, filii ſui, quas de prædictis omnibus habent: Et totam villam de **Kenegill**, cum omnibus pertinentiis ſuis (&c.) ſicut etiam Carta *Matildis* matris meæ, & confirmatio *Yvonis* fratris mei, quas inde habent, meliùs reſtantur. Dedi etiam dictis Eccleſiæ, & Canonicis, villam totam grangiæ de **Milleburne**, ſicut Monachi de *Holmo*, meliùs eandem villam, aliquando tenuerunt, cum Grangia vocata fuit, cum omnibus pertinentiis & rebus (&c.) Quam villam *Nicholaus* de *Stutevill* mihi dedit, & Cartâ ſuâ confirmavit, quam Cartam habeo, & prædictis Canonicis dedi (&c.) Dedi etiam dictis Canonicis omnes decimas mihi pertinentes omnium Molendinorum meorum, de tota *Weſtmeria*, & omnes decimas novationis beſtiarum, quæ captæ erunt, de cætero, in omnibus Foreſtis meis in *Weſtmeria*, per me, vel per homines meos, de domo, vel de Maneriis meis, ſivè per Arcus, ſive per Canes (&c.) Teſtibus *Gilberto* filio *Rogeri*, filii *Reintredi*; *Wydone* de *Hellebec*; *Willielmo* filio *Ranulphi*; *Eudone* de *Bellocampo*, tunc Vicecomite *Weſtmariæ*; *Henrico* de *Redeman*, Seneſchallo de **Kendall**; *Radulpho Daincurt*; *Anſelmo* de *Furneſio*; *Henrico* de *Cundall*; *Willielmo* de *Morvilla*; *Willielmo Anglico*; *Willielmo* de *Thirneby*; *Johanne* de *Hardela*; *Alano Pincerna*; *Waltero* de *Meburn*. Data apud **Cliburne**, Anno xiii. Regis *Johannis*, viii. Kal. *Maii*. die Sabati.

PRIORATUS

de **Tupholme**, *in agro* Lincolnienſi.

Carta Regis Henrici *tertii, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 20 H.3. m. 9 REx Archiepiſcopis &c. ſalutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & pro animabus anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Tupholm**, & Abbati & Canonicis de ordine *Præmonſtratenſi* ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, omnes donationes, & conceſſiones ſubſcriptas; videlicet de dono *Gilberti* de *Nevill*, & *Alani* de *Nevill* fratris ſui, ipſum locum de **Tupholm**, cum nemore, & Mariſco adjacentibus: Ex dono prædicti *Gilberti* culturam de **Wra**, & duas culturas prati in campis de **Bukehall**; & totam terram ſuam de de **Surreye**. Et in **Houton** dimidiam carucatam terræ, & Eccleſiam Sancti *Petri* de **Burrath**; & Eccleſiam Sancti *Petri* de **Raſum**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & quatuor culturas in campis de **Raſne**; & duodecem denaratas piſcium de ſanctimonialibus de **Stikeſwald** pro piſcariâ de **Chakegard**, & unam perticatam terræ juxta Molendinum de **Allyndune**. Ex dono prædicti *Alani* de *Nevill*, dimidiam carucatam terræ in **Fulnethorp**, cum unâ manſurâ in **Luthe**, & unum Molendinum quod dicitur **Allymilne**; & Eccleſiam Sancti *Michaelis* de **Stevnton**, cum omnibus appendiciis ſuis; & tres bovatas terræ in **Brocleſby**: Ex dono *Henrici* Regis, avi noſtri, unum foſſatum tam largum, quod Naves poſſint ire, & redire à flumine de *Withoma*, uſq; ad **Tupholm**: Ex dono *Galfredi* de *Nevill*, Eccleſiam Sancti *Germani* de **Randeby**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & in **Thineſto**, unam bovatam terræ, & in campo de **Burrath**, quatuor culturas terræ. Et Molendinum de **Shill**, & Mariſcum à ſilvâ ipſorum Canonicorum, uſq; ad pratum de **Burrath**. Ex dono *Galfridi* filii *Alani* de *Nevill*, Eccleſiam omnium *Sanctorum* de **Stratton**, & Molendinum ejuſdem villæ cum multurâ totius terræ ſuæ de **Stratton**, cum crofto prati, ad illud Molendinum pertinente, & decem, & octo acras terræ, & dimidiam perticatam, & dimidiam bovatam terræ, & duo thofta, cum pertinentiis, in **Stratton**, & præterea paſturam ad ducentas oves in eadem villâ, & totam terram, quam habuit ſuper **Holme**. Ex dono *Henrici* de *Nevill*, quinq; acras terræ in **Burrath**, & unum calcetum viginti quatuor pedum latitudinis, & ex utraq; parte, foſſam octo pedum latitudinis. Ex dono *Aliciæ* filiæ *Simonis* de *Kyma*, totam terram quam habuit in **Kenermund**. Ex dono *Thomæ* de *Nevill*, totam terram & redditum, quas *Henricus* de *Haburgen* de eo tenuit in **Haburge**. Ex dono *Ricardi* de *Hegeling*, quatuor bovatas terræ, & dimidiam, cum dominicâ manſione in **Keleby**. Ex dono *Illarii* de *Hegeling*, octo acras terræ in **Hegelinge**, & totum pratum, quod habuit in **Newecroft**. Ex dono *Erniſii* de *Nevill*, duas bovatas terræ, cum pertinentiis, in **Neuton**. Ex dono *Galfridi* de *Sanzuſemare*, totam terram quam habuit juxta terminos de **Wadingworthe**. Ex dono *Hugonis* de *Nevill* decem acras terræ, & unam prati, & unum Molendinum cum thofto in **Netleton**: Ex dono *Roheſiæ* de *Onneby* tres bovatas terræ & unum thoftum, cum unâ perticatâ terræ in **Onneby**: Ex dono *Gilberti* filii ſui, dimidiam partem dominici thofti ſui in **Onneby**, & parvum thoftum ei adjacens: Ex dono *Willielmi* de *Hedune* unum thoftum in **Onneby**.

Ex dono *Nicholai* de *Scotton* homagium, & ſervicium *Johannis Beket*, & hæredum ſuorum de duabus bovatis terræ in **Onneby**, & quietam clamationem trium ſolidatarum, & ſex denaratarum redditus in **Onneby**: Ex dono *Johannis Beket* duas bovatas terræ cum tofto, & crofto, & quatuor acras terræ, & dimidiam in **Onneby**: Ex dono *Radulphi Pelliparii*, tres acras terræ, & dimidiam in **Onneby**: Ex dono *Richardi* Clerici, quindecem acras terræ, & tres perticatas prati, & tertiam partem thofti ſui in **Onneby**: Ex dono *Thomæ* de *Scoteney* totum tenementum, quod *Walterus* filius *Edvardi* de mediâ **Raſum**, de eo tenuit, ſci. novem bovatas terræ, cum thoftis & croftis, & homagium & ſervicium ejuſdem *Walteri* & hæredum ſuorum, totum pratum quod habuit in **Eſthymare**. Ex dono *Thomæ* de *Burgo*, quinq; bovatas terræ, cum thoftis & croftis; & præterea Medietatem thofti, quod fuit *Walteri Belle* in **Raſum**, & decem perticatas prati in **Liſſingle**. Ex dono *Walteri* filii *Everardi*, ſeptem bovatas terræ cum capitali manſione, & præterea unum thoftum in **Raſum**. Ex dono *Germani* filii *Walteri*, unam bovatam terræ & unum thoftum, & tres ſelliones in **Raſum**.

Ex dono *Germani* filii *Walteri*, unam bovatam terræ, & unum thoſtum, & tres ſelliones in **Raſum**. Ex dono *Walteri* filii ſui, unum thoſtum in **Raſum**: Ex dono *Galfr.* filii *Roberti*, unam bovatam terræ, cum thoſto, & crofto in **Barrath**; & unum thoſtum in **Raſum**; & totum jus & clamium, quod habuit, vel habere potuit in illâ parte mariſci, undè magna Aſſiſa fuit inter ipſos & Abbatem de **Bardenay**. Ex dono *Gilberti Blund* quinq; acras, & tres perticatas terræ, & dimidiam acram prati in **Raſum**, & ſeptem perticatas prati in latitudine, cum totâ longitudine in **Liſſingele**. Ex dono *Roberti* filii *Walteri*, culturam ſuam in prato de **Petringham**, quæ cultura dicitur **Garredyke**. Ex dono *Matildis* filiæ ſuæ, tertiam partem mariſci, qui dicitur **Middleſen**, & ſex culturas in Mariſco de **Petringham**. Ex dono *Normanni* de *Areſey* unam culturam Mariſci, undecem perticatarum latitudinis, in Mariſco de **Dunſton**: Ex dono *Willielmi* filii *Berengarii*, duas bovatas terræ, cum pratis in **Gouteby**. Ex dono *Nicholai Roe*, unum toſtum, & unam bovatam terræ in **Wadingwurth**. Ex dono *Roberti* filii *Richardi*, unam bovatam terræ, & unum thoſtum in eadem villa. Ex dono *Ricardi* de *Heynton*, totam illam terram quæ dicitur **Warmwude**, cum duobus ſellionibus in **Hurrey**. Ex dono *Radulphi* filii ſui, quietam clamationem trium Solidatarum redditus. Ex dono *Richardi* filii *Albrici*, totam terram ſuam in *Lincolnia*, in **Wicforde**. Ex dono *Roberti* filii *Martini*, totam terram, quam *Aluredus* avus ſuus, ei dedit, in vico *Parmentariorum*. Ex dono *Willielmi* filii *Elrici*, totam terram quam habuit in *Lincolnia*. Ex dono Magiſtri *Tho.* de *Lincolnia*, redditum viginti & ſex denariorum in *Lincolnia*, quem *Andreas* filius *Mabiliæ*, & hæredes ſui, ei reddere ſolebant; habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, in liberam elemoſinam, ſicut Cartæ prædictorum donatorum; in quibus prædictæ donationes, & conceſſiones plenius continentur, & quas prædicti Abbas & Canonici indè habent, rationabiliter teſtantur; Quare volumus, (&c.) Data per manum venerabilis Patris *R. Ciceſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud *Reynes xxiv.* die *Novembris*.

De diverſis terris, Canonicis de **Tupholme** (*in comitatu* Lincolniæ) *ſpectantibus.*

x Rot. Hundr. n arce Lond. de nno 3. E. 1. Linc.

ROBertus de *Nova-villa* tenet in **Brocleſby** dimidium feudum militis, de Domino Rege in Capite, de Conqueſtu.

Abbas de **Thoupholm** tenet illud in elemoſinam, de dicto *Roberto*, tam in dominico, quam in ſervitio à primâ fundatione domus.

Abbas de **Thoupholme** tenet *vi.* bovatas terræ in **Haburc**, in elemoſinam, de dono *Roberti de Nova-villa*, à prima fundatione domus.

Ibid.

Dicunt etiam, quod *Henricus* Rex, avus dicti *Henrici*, Patris Regis *Edwardi* nunc, feoffavit *Galfridum* de *Nevill* de *Burreth*, de *xv.* libratis terræ in **Askeby** & **Tynton**, infra ſocam de **Hornecaſtre**, ad tenendum de eo, & ſucceſſoribus ſuis, per ſervitium unius feodi militis. Et poſt deceſſum *Galfridi*, dictæ *xv.* libratæ terræ deſcenderunt *Henrico* filio ſuo, tanquam hæredi; & idem *Henricus* de *Nevill* feoffavit *Radulfum* de *Hoyland*, *Radulfum* de *Barkworth*, & *Rogerum* de *Halleſtede* milites, de dictis *xv.* libratis terræ; & poſt deceſſum dicti *Radulfi* de *Hoylande*, tertia pars illarum *xv.* libr. terræ, quæ pars ſua fuit, deſcendit *Johanni* filio ſuo & hæredi: Et idem *Johannes* feoffavit Abbatem & Conventum de **Tupholm**, in puram & perpetuam elemoſinam; ſcilicet tempore *Henrici* Regis, Patris Regis, *Edwardi* nunc, *viii.* annis elapſis.

De *Rogero* de *Halleſtede*, tertia pars illarum *xv.* libr. terræ deſcendit *Theobaldo* fratri ſuo, & hæredi: Et idem *Theobaldus* feoffavit dictos Abbatem & Conventum, ut ſuprà.

De *Radulfo* de *Baukewrth* deſcendit tertia pars illarum *xv.* libr. terræ, *Roberto* de *Baukeworth*, filio, tanquam hæredi, qui modo illas tenet, & Dominus *Robertus* de *Nevill* medius eſt inter Dominum Regem & ipſos prædictos tenentes, & debet facere ſervitium unius feodi militis, pro dictis *xv.* libratis terræ.

PRIORATUS

de **Welbec**, *in agro* Notinghamenſi.

Stemma Fundatoris ejuſdem.

Ex Regiſtro de **Welbec** penès *Rob.* Comitem *Kingſtoniæ* a. 1630.

JOceus le *Flemangh* venit ad Conqueſtum *Angliæ*, tempore *Willielmi* Ducis *Normanniæ*, & quæſivit in **Cukeney** tertiam partem feodi unius militis, & prædictus *Joceus* genuit quendam filium nomine *Richardum*. Iſte *Richardus* cepit uxorem in **Notingham**, nomine *N.* & genuit ex eadem quendam filium, nomine *Richardum*, iſte *Richardus* feoffavit domum de **Welbec** de totâ tertiâ parte feodi unius militis prædictâ, videlicet de terrâ de **Langthwait**, cum hayâ noſtrâ de **Cukeney**, & molendino de **Weſt** in **Cukeney**; reſervando ſibi capitale meſſuagium in **Cukeney**, & novem bovatas terræ, & fecit ſervitium Capitalibus Dominis feodi de **Tikhill**, pro eodem Abbate & ſucceſſoribus ſuis. Iſte *Richardus* genuit quendam filium nomine *Richardum*, qui nobis confirmavit donum Patris ſui. Iſte *Richardus* genuit quendam filium nomine *Thomam*. Iſte *Tho.* implacitavit Abbatem de **Wellebec** de prædictâ tertiâ parte feodi unius militis; & tandem inter eos facta fuit finalis concordia coram Juſticiariis itinerantibus, apud **Briſtoll**, ita quod Abbas daret decem ſolidos, quolibet anno, pro ſectâ illâ facienda, ad curiam de **Tikhill**, pro eodem Abbate & ſucceſſoribus ſuis. Iſte *Tho.* genuit quendam filium nomine *Willielmum Gaſthith*. Iſte *Willielmus* genuit quandam filiam nomine *Joanam*, & feofavit domum de **Wellebec** de ſex bovatis terræ; reſervando ſibi duas bovatas terræ & capitale meſſuagium: Poſtea vendidit totum jus ſuum *Johanni* fratri ſuo; qui pro latrocinio ſuſpenſus erat apud **Notingham**, & fuit terra ſua eſchaeta in manibus dominorum de **Tikhill**. Poſtea venit *Joanna* filia prædicti *Willielmi*, & implacitavit Dominos de **Tikhill** de prædicta terra, & quæſivit eam coram Juſticiariis apud **Notingham**, & feofavit *Robertum* le *Porter* apud **Wellebec**, qui poſtea deſponſavit eam. Iſte *Robertus* poſtea feofavit *Henricum* de *Scrueton* de prædicta terra. Iſte *Henricus* feofavit *Petronillam* de **Sulkholm**, & poſtea deſponſavit eam. *Henricus* obiit ſine liberis, & prædicta *Petronilla* feofavit *Benedictum* de *Thornebiry*, qui poſtea deſponſavit eam. Iſte *Benedictus*, poſt mortem *Petronillæ*, vendidit totum jus ſuum Abbati & Conventui de **Wellebec** per licentiam Domini Regis, & Abbas facit ſectam ad curiam de **Tikill** de tribus ſeptimanis in tres ſeptimanas, pro prædicta terra.

Hiſtoria Fundationis, & Fundatoris progenies.

Ibid.

JOceus le *Flemmangh* venit ad Conqueſtum *Angliæ*, tempore *Willielmi* Ducis *Normanniæ*, & quæſivit in **Cukeney**, tertiam partem feodi unius militis: Et prædictus *Joce* genuit quendam filium nomine *Richardum*. In eadem villâ manebat quidam homo, qui vocabatur *Gamelbere*, & fuit vetus *Dreyinghe*, ante Conqueſtum; tenuit duas carucatas terræ, de Domino Rege in Capite, pro tali ſervitio; deferendo Palefridum Domini Regis ſuper quatuor pedes de Cluario Domini Regis, quotienſcunq; ad Manerium ſuum de **Maunſfeld** jacuerit; & ſi inclaudet palefridum Domini Regis, dabit ei palefridum quatuor marcarum. Et ſi exercitus fuerit in *Wallia*, faciet ſervitium ſecundùm quantitatem duarum carucatarum, & ſimiliter pro homagio. Prædictus *Gamelbere* obiit ſine hærede de ſe, & terra ſua fuit eſchaeta in manum Regis *Henrici* primi; Et ipſe Rex dedit illam terram *Richardo* filio *Jocei* prædicti, & hæredibus ſuis, tenendam de eo, per prædictum ſervitium. Et idem *Richardus* cepit in uxorem, in **Notingham**, nomine *N.* & ex eâ genuit filium nomine *Richardum*. Illa obiit, & ipſe *Richardus* cepit aliam uxorem, conſanguineam Comitis de *Ferrars*, & ipſe Comes de *Ferrars* noluit dare ei conſanguineam ſuam niſi daret hæredibus conſanguineæ ſuæ, & hæredibus ſuis de eâ procreandis, aliquam terram.

Et prædictus *Richardus*, ante deſponſationem *Hawiſiæ*, conſanguineæ Comitis, dedit ei, & hæredibus, ex eâ procreandis; ſcilicet, duas carucatas terræ in *Cukeneya*, quas prædictus Rex dedit ei per prædictum ſervitium: Et idem *Richardus* ex eadem genuit quendam filium, nomine *Thomam*. Et prædictus *Tho.* nutritus fuit in curiâ Domini Regis, & poſt mortem patris ſui *Richardi*, tenuit illam terram per prædictum ſervitium, de prædicto Rege, benè & in pacè uſq; ad veterem guerram, & tunc fecit ſibi **Caſtellum**, in prædicta terra de **Cukeney**. Ipſe verò *Tho.* fuit vir bellicoſus in tota guerra. Et poſt prædictam guerram (Regno *Angliæ* pacificato) regnante *Henrico* ſecundo, fundavit Abbathiam de **Wellebec**. Prædictus autem *Tho.* accepit uxorem, *Emmam* nomine, & genuit ex eâ filiam, nomine *Iſabellam*; Et poſt mortem prædicti *Tho.* *Iſabella* fuit in cuſtodia Domini Regis; Et prædictus Rex dedit eandem *Iſabellam*, *Simoni* filio *Simonis*: Et iſte *Sim.* genuit ex eadem *Iſabella*, tres filias, videlicet, *Agnetam*, *Iſabellam*, & *Petronillam*, & illæ tres filiæ fuerunt in cuſtodia Domini Regis, & Dominus Rex dedit cuſtodiam illarum, & maritagium Domino *Waltero* de *Fawcumberge*.

Abbatia fundata.

Et idem *Walterus* deſponſavit *Agnetam* primogenitam: Et idem *Walterus* dedit *Iſabellam* ſecundam filiam *Rob. Ribof* in uxorem. Et idem *Walterus* dedit *Petronillam* tertiam filiam, *Steph.* fratri ſuo de *Fawcumberge*, in uxorem, cum prædictis carucatis terræ in *Cukeneya*, quas tenuit de Domino Rege. Et idem *Steph.* genuit ex prædicta *Petronilla*, filium nomine *Will.* Et idem *Will.* fuit in cuſtodia Domini Regis *Johannis*. Et idem Rex dedit cuſtodiam, & maritagium *Adæ* de Sancto *Martina*. Et dictus *Adam* dedit eidem *Will.* *Ydam* filiam ſuam in uxorem. Et idem *Will.* genuit ex eadem *Yda* filium, nomine *Henricum*. Et idem *Henricus* relevavit illam prædictam terram, & dedit pro relevio ſuo Domino Regi . . . . Argenti, & fecit eidem Regi homagium. Prædictus *Henricus* genuit filium nomine *Willielmum*, qui cepit in uxorem filiam Dominæ *Matildis* de *Goya*, & genuit ex ea tres filios, *Joh.* *Henricum*, & *Will.* *Joh.* fuit ſtultus, nec potuit tenere terram patris ſui; ſed *Henricus* fecit finem cum Rege, pro prædicta terra, tali condicione, ut ſuſteneret *Joh.* fratrem ſuum primogenitum, ſed citò poſtea moriebatur, & ſic tenuit *Henricus* prædictam terram. Et poſtea deſponſavit filiam Domini *Roberti* de *Herteford*, *Helenam* nomine.

Charta Fundationis ejuſdem Abbathiæ.

Ibid. p. 69.

ROgerio, Dei gratiâ, Archiepiſcopo *Eboraci*, & omnibus ſanctæ Dei filiis Eccleſiæ, præſentibus, & futuris, *Tho.* filius *Richar-*

di ſalutem. Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe Domino *Berengario* Abbati de **Wellebec**, & omnibus ſucceſſoribus ejus, & fratribus ejuſdem loci, ibidem, ſecundùm Ordinem *Premonſtratenſem*, regulariter Deo ſervientibus, per conſilium Domini *Serlonis* Abbatis de **Neuhus**, in liberam, & quietam, & perpetuam elemoſinam, locum Abbathiæ ſuæ de **Wellebec**, ubi Eccleſia ſancti *Jacobi* fundata eſt; & totam terram, quæ eſt à loco Abbathiæ, uſq; ad locum qui dicitur **Belgh**, inter rivulum & viam quadrigarum, quæ ducit ab ipſâ Abbathiâ uſq; **Belgh**: Et **Belgh**, & quicquid infra metas ipſius loci eſt; in pratis, in paſcuis, in nemoribus; in terris cultis; & totum ſartum meum juxta **Belgh**; ſcilicet, ubi *Galfridus* & *Hugo* & *Dreingus* degebant: Et totam reliquam partem ſarti quam ibi habui. Præterea, quantum ad me pertinet, Eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Cukeney**, in cujus Parochiâ, eſt locus prædictæ Abbathiæ, & Eccleſiam ſanctæ *Helenæ* de **Ettewelle**, & Eccleſiam de **Whitene**, quæ in feodo meo fundatæ ſunt, cum omnibus, quæ ad eaſdem pertinent; molendinum quoque de **Languat**; & totam terram de **Hirst**; & communem paſturam terræ meæ.

Hæc omnia dedi & conceſſi Deo, & Eccleſiæ Sancti *Jacobi* de *Wellebec*, & prædicto Abbati *Berengario*, & ſucceſſoribus ejus, & fratribus ſecundùm ordinem *Præmonſtratenſis* Eccleſiæ, ibidem Deo vacantibus, in perpetuum, ut prædixi, pro animâ meâ, & animabus patris, & matris meæ, & anteceſſorum meorum, & eorum omnium, quibus ego ſua injuſtè diripui. Hæc omnia dedi conceſſu *Emmæ* uxoris meæ, & *Radulfi*, *Silvani*, & *Richardi*, fratrum meorum. Teſtibus *Willielmo* Priore de **Radford**; *Auſtino* ſubpriore; *Fulcone*, Canonico ejuſdem loci; *Hugone* Canonico, filio *Sewale*, *Osberto Silvain*, Canonico, *Willielmo* Presbytero, *Galfrido* de *Tivereſhat*, *Petro* de *Scardclyve*, *Willielmo* de *Boleſovere*, *Willielmo* de *Calum*, *Hugone* filio meo, *Rodb. Avenell*, *Rodberto* filio *Gaufridi*, *Gilberto* filio *Rodberti*, *Rodberto* filio Vicecomitis, *Radulf. Barre*, *Willielmo* filio *Glai*, *Rogero* de Sancto *Audeono*, *Roberto* de *Willeby*, *Henrico* de *Auring*, *Waltero* de *Sidenham*, *Radulfo* de Sanctâ *Maria*, *Waltero* de *Bakeputz*, *Rogero* de *Wunton*, *Radulfo* Clerico de **Warſope**, *Rich.* de *Flyntham*, *Willielmo* fratre ſuo, *Hugone* Pictore, *Swano* Præpoſito *Normanniæ*, *Willielmo* filio *Gilberti*, *Radulpho* de *Mainill*.

Carta Thomæ *filii* Richardi *de* **Kukenei**, *de* Lx. *acris terræ in campis de* **Kukeney**.

Ibid. OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Thomas* filius *Richardi* de **Kukenei** ſalutem: Sciatis me dediſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ Sancti *Jacobi* de **Wellebeck**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, in liberam, & perpetuam elemoſinam, ſexaginta acras terræ apud **Wellsdale**, in campis de **Kukeney**, ad unam Bercariam faciendam, & liberum exitum eundi, & redeundi de prædictâ Bercariâ, ad communem paſturam cum averiis ſuis. Teſtibus *Richardo* filio *Richardi* (&c.)

Carta Richardi *filii* Richardi, *de haya de* **Languat**, *& molendino.*

OMnibus, qui hoc ſcriptum viderint, vel audierint, *Thomas* filius *Richardi*, filii *Richardi*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me, cauſa Dei, & pietatis intuitu, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo; & Eccleſiæ Sancti *Jacobi* de **Wellebeck** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes, quas *Richardus* pater meus fecit eis in liberam elemoſinam, ſcilicet totam hayam de **Languat**; videlicet, duas magnas bovatas, cum omnibus pertinentiis ſuis; & molendinum ejuſdem villæ, cum crofto, & prato quæ jacent inter ipſum molendinum & toftum **Hukeman** (&c.) Hayam de **Cukenei** cum pertinentiis, & totam terram de **Gledthorp**, quam ipſi habent de feodo patris mei. Conceſſi etiam eiſdem Canonicis & confirmavi culturam de **Baſtegate**, quam habent ex dono avi mei *Richardi* filii *Richardi*, filii *Jocei*; & quicquid avus idem meus, & *Thomas* de *Cukeney* & *Richardus* pater meus eis dederunt, Teſtibus *Henrico* de *Ferlinge* Conſtabulario **Tickhil**, &c. Ib. p 75.

Carta Simonis *filii* Simonis, *de molendino de* **Cukney**.

OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Simon* filius *Symonis*, & uxor ejus *Iſabella*, filia *Thomæ*, filii *Richardi* fundatoris, ſalutem. Sciatis nos dediſſe & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sancti *Jacobi* de **Wellebeck**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, molendinum noſtrum de **Kukenei**, cum omni multurâ ſuâ, &c. Ita quod non faciemus, nec permittemus aliquod aliud molendinum fieri, ſive per nos, vel hæredes noſtros, ſive per aliquem hominum noſtrorum in toto feodo noſtro de **Kukenei**, &c. Ibid.

Carta Walteri *de* Faucumberge *&* Agnetis *uxoris ejus*, Walt. *de* Riboef *&* Iſabellæ *uxoris ejus*, Steph. *de* Faucumberge, *&* Petronillæ *uxoris ejus, donationes anteceſſorum ſuorum confirmans.*

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Walterus* de *Fawcumberge*, & *Agnes* uxor ejus, *Walterus* de *Riboef*, & *Iſabella* uxor ejus; & *Stephanus* de *Fawcumberge* & *Petronilla* uxor ejus, ſalutem; Sciatis nos conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sancti *Jacobi* de **Wellebec**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes rationabiles donationes, quas anteceſſores noſtri *Thomas* de *Cukenei*, *Symon* filius *Simonis*, & *Iſabella* uxor ejus, & *Gerardus* de *Glanvill* &

Emma uxor ejus, præfatæ Eccleſiæ fecerunt, ſicut rationabiliter Cartæ, quas indè habent, teſtantur; Ita tamen, quod ſi nos, vel hæredes noſtri, poſt viginti tres annos Coronationis Domini *Richardi* Regis *Angliæ*, filii Regis *Henrici*, placitum præfatis Canonicis movere volumus, ſuper donationem alicujus Cartæ, eis ab anteceſſoribus noſtris, factæ, ipſi ſtabunt judicio, in Curiâ Domini *Johannis* Comitis *Morton*, vel illius, qui tunc temporis erit dominus de **Notinghamſchire**, & **Derbiſhire.** Hiis teſtibus, &c.

Carta H. *de* Fawcomberg, *facta* Johanni *de* Hothom *Epiſcopo* Elienſi, *de Manerio de* **Cukenai.**

Ib.p.269. SCiant præſentes & futuri, quod ego *Henricus* de *Fawconberge* miles, dedi, conceſſi, & hac præſenti Carta meâ confirmavi venerabili patri, Domino *Johanni* de *Hotham*, Epiſcopo *Elienſi*, totum Manerium meum de **Cukeney**, cum pertinentiis, in Comitatu *Nottingamiæ*, unà cum feodis militum, & advocationibus, tam Abbathiæ de **Wellebecke**, quàm cæteris advocationibus quibuſcunque, cum omnibus terris & tenementis meis, cum pertinentiis, in **Holbeck** juxta **Cukenay**; tam illis, videlicet, quæ nuper de *Thoma* de *Furneux* in feodo adquiſivi, quàm cæteris terris, redditibus, & tenementis univerſis, tam in dominicis & reverſionibus, quàm in ſervitiis, quæ me, vel jus meum quoquo modo concernunt, in villis, ſeu hamlettis, de **Cukeney**, **Langwath**, **Bondbusk**, **Holbek-Wodehous**, **Milnthorp**, **Cloume**, & **Norton**, vel alibi in eodem Comitatu ubicunque ſine foreepriſâ aliquâ, aut ullo retenemento; ac etiam cum homagiis & ſervitiis, tam liberorum tenentium, quàm nativorum, unà cum terris, corporibus, catallis, ſectis, & ſequelis dictorum nativorum; habendum & tenendum eidem Domino *Johanni* Epiſcopo, hæredibus & aſſignatis ſuis, ut in meſſuagiis, toftis, gardinis, molendinis, (&c.) & commoditatibus quibuſcunque Maneriis, feodis, advocationibus, terris, ſeu tenementis prædictis, quoquomodo pertinentiis, vel ſpectantibus, de facto vel de jure, de Capitalibus Dominis feodi illius per ſervitia indè debita & de jure conſueta in perpetuum. Conceſſi etiam, quod illæ duæ marcatæ redditus, cum pertinentiis, quas nuper Domino *Willielmo Fawconberge* fratri meo conceſſi in eodem Manerio, ad totam vitam ſuam, tenendas; & quæ poſt mortem ejuſdem Domini *Willielmi*, ad me & hæredes meos reverti deberent, poſt mortem ejuſdem Domini *Willielmi*, præfato Domino *Johanni* Epiſcopo, & hæredibus ſuis remaneant; Habendas & tenendas, ſimiliter, de capitalibus dominis feodi per ſervitia indè debita, & conſueta imperpetuum. Et ego prædictus *Henricus*, & hæredes mei, totum Manerium prædictum, cum pertinentiis, (&c.) præfato Domino *Johanni* Epiſcopo, hæredibus, & aſſignatibus ſuis, warantizabimus, & in perpetuum defendemus. In cujus (&c.) Datum apud *Ebor.* ultimo die menſis *Septembris*, Anno Domini *MCCCxxix.* regni verò Domini regis *Edwardi* tertii, poſt conqueſtum, ſecundo. 2 Ed.3.

Carta præfati Epiſcopi Elyenſis, *de Manerio de* **Cukeney**, *Abbati & Conventui de* **Wellebec.**

Ib.p.273. SCiant præſentes & futuri, quod nos *Johannes* de *Hotham*, permiſſione divina, Epiſcopus *Elienſis*, dedimus (&c.) religioſis viris, & nobis in Chriſto dilectis, dominis Abbati & Conventui Monaſterii Sancti *Jacobi* de **Wellebeck** Manerium noſtrum de **Cukeney**, cum pertinentiis in Comitatu *Notingamiæ*, unà cum cæteris omnibus terris, redditibus, & tenementis quibuſcunque, tam in dominicis, quàm in ſervitiis, quæ nos ſeu jus noſtrum quoquomodo concernunt, in villis ſeu hamlettis de **Cukeney**, **Langwath**, **Bondbusk**, **Holbec**, **Wodehous**, **Milnthorp**, **Cloune**, & **Norton**, ſine foreſpriſa aliqua, ſeu ullo retenemento, & ſimul cum feodis militum (&c.) Ac etiam quicquid, de domino *Henrico* de *Fawconberge*, nuper adquiſivimus in eodem Comitatu, Advocatione Abbathiæ de **Wellebec** tantummodo exceptâ, ac nobis & hæredibus noſtris reſervatâ; Habendum & tenendum prædictum Manerium (&c.) eiſdem dominis Abbati, & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, ac Eccleſiæ ſuæ Sancti *Jacobi* de **Wellebeck** prædictæ, de domino Rege & hæredibus ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, per ſervitia indè debita, & de jure conſueta in perpetuum, pro certis Cantariis ſub certâ formâ, inibi inveniendis, & perpetuò faciendis. Conceſſimus etiam, quod omnes terræ, redditus, & tenementa, cum pertinentiis, quæ poſt mortem aliquorum tenentium ibidem, ad terminum vitæ eorundem, de dicto Manerio ad nos & hæredes noſtros, juxta formam conceſſionis dicti Domini *Henrici* indè factæ, reverti deberent, poſt mortem omnium, & ſingulorum hujuſmodi tenentium ad terminum vitæ ſuæ, tam Domini *Willielmi* de *Fawconberge*, & *Willielmi* de *Langwath*, quàm cæterorum quorumcunque, de eodem Manerio, prædictis dominis Abbati, & Conventui & ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſiæ ſuæ Sancti *Jacobi* prædictæ remaneant, in formâ ſuperiùs expreſſatâ in perpetuum. In cujus (&c.) Data apud **Nottingham**, tempore itineris Juſticiariorum itinerantium, in eodem Comitatu; videlicet quarto die menſis *Decembris*, Anno Domini *MCCCxxix.* regni verò Domini regis *Edwardi* tertii, poſt conqueſtum, tertio. 3. Ed. 3.

Compoſitio inter Abbatem, & Epiſcopum Elienſem *de octo Cantariis.*

Ib.p. 267. UNiverſis *S*anctæ matris Eccleſiæ filiis, præſentem paginam inſpecturis, ***J.*** de *Nottingham*, Abbas Monaſterii de **Wellebeck**, & ejuſdem loci Conventus ſalutem in domino ſempiternam. Majeſtatis divinæ inſcrutabilis altitudo, illorum merita condigno premio recompenſat, qui Domus dominicæ ſic amplificant facultates, ut terrena in cœleſtia, tranſitoria in æterna, fælici commertio transferant, & commutent. Vigor quidem exigit veritatis, ac equitatis, quod bonorum largitio piis uſibus perpetuo titulo applicata, quatenus proceſſerit ex zelo fervidæ caritatis, eatenus firmitatis perpetuæ robore muniatur, ac jugi, & continuæ memoriæ commendentur. Hinc eſt quod veſtræ univerſitati patefaciamus, per præſentes; quod cum reverendus in Chriſto pater dominus *Johannes* de *Hothum*, Dei gratiâ Epiſcopus *Elienſis*, ad Cœleſtia deſideria erigens mentem ſuam, affectanſque divini cultus officium ampliare, (optentâ licentiâ à domino noſtro Rege) nobis dediſſet & conceſſiſſet Manerium ſuum de **Cukeney**, cum pertinentiis, & duo meſſuagia, centum & viginti acras terræ, octo acras prati, & ſex acras boſci, cum pertinentiis in **Holbeck** juxta **Cukeney**, in Comitatu *Nottinghamiæ*, in puram & perpetuam elemoſinam, & ob devotum divini obſequii incrementum: Nos præfati Abbas & Conventus, non aſtricti, nec in aliquo compulſi; ſed ex mera, libera, & ſpontanea voluntate noſtra, ac ex pura & ſana conſcientia excitati, ut benefactoribus noſtris, de beneficiis tutiorem reddamus rationem, coram æterni judicis tribunali, ex unanimi aſſenſu, & conſenſu ordinamus; & nos & ſucceſſores noſtros efficaciter obligamus, invenire octo Canonicos in Abbathia noſtra, ſub regulari obſervantia altiſſimo famulantes, ſingulis diebus divina officia celebrantes, & celebrationem ipſam, die confectionis præſentium, ſolemniter incepturos, pro anima Domini *Edwardi* Regis *Angliæ*, avi domini noſtri Regis *Angliæ* nunc; & pro animâ Domini *Edwardi* nuper Regis *Angliæ*, patris ejuſdem Regis *Angliæ* nunc; pro ſalubri ſtatu Dominæ *Iſabellæ* Reginæ *Angliæ*, matris ejuſdem Domini Regis nunc, & liberorum ſuorum; & præcipuè pro ſtatu ipſius Regis nunc, & Dominæ *Philippæ* conſortis ſuæ, Reginæ *Angliæ*, dum vixerint; & pro animabus eorundem, cum migraverint ab hac luce: Necnon pro animabus *Alani* & *Matildis*, patris & matris præfati Domini *Johannis* de *Hothum*, Epiſcopi *Elienſis*; ac pro animabus liberorum ipſorum *Alani* & *Matildis*, defunctorum, & vivorum, cum deceſſerint; & pro anima fratris *Willielmi* de *Hothum*, quondam Epiſcopi *Dubliniæ*, pro ſtatu Dominæ *Mariæ* de *Sancto Paulo* Comitiſſæ *Pembrochiæ*, & animâ ſuâ, cum à corpore fuerit ſeperatâ; ac etiam pro anima Domini *Petri* de *Gaveſton*, dudum Comitis *Cornubiæ*; & pro animabus domini ***J.*** de *Wogan*, & *Iſabellæ* uxoris ſuæ; & pro domino *Radulfo Camoys*, & *Elizabetha* uxore ſuâ; & pro animabus ſuis poſt mortem eorundem, pro domino ***J.*** de *Fawconberge*; & pro animâ ſuâ poſt deceſſum ejuſdem, & ſpecialiter pro ſtatu ſalubri præfati domini Epiſcopi, dum extiterit in humanis; & pro animâ ſuâ, cum à medio ſit ſublatus; & pro omnibus illis qui eidem Epiſcopo fideliter ſervierunt, & ſibi in terris beneficia impenderunt; ac etiam pro animabus omnium fidelium defunctorum.

Et præter hoc Anniverſarium præfati domini Epiſcopi in Abbathiâ noſtrâ; nos, & omnes noſtri ſucceſſores, quamdiu mundus duraverit, celebrabimus, cum tantâ ſolemnitate, ſicut Anniverſarium primi, & præcipui Fundatoris noſtri, tam in elemoſinis pauperibus erogandis, quàm in divinis obſequiis conſuevit, tranſactis temporibus, celebrari; & omni die quâ perlecta fuerit in Capitulo noſtro commemoratio mortuorum, ejus anima abſol[illegible]tur inibi nominatim; & quotieſcunque ali[illegible]is octo Canonicorum prædictorum, ob infirmitatem, vel aliam cauſam legitimam celebrare fuerit impeditus; tunc alius Canonicus de domo noſtrâ ſupplebit fideliter vicem ſuam. Et cum aliquis ipſorum octo Canonicorum viam univerſæ carnis fuerit ingreſſus, ſtatim & ſine moræ diſpendio, loco ſui unus alius Canonicus ſubrogeretur.

Nos etiam frater ***J.*** de *Nottingham*, Abbas Monaſterii de **Wellebeck**, & omnes, & ſinguli Canonici de Conventu, admitti, & in præſentia *Richardi* de *Barthon*, publici, autoritate Apoſtlicâ, Notarii conſtituti, tactis & inſpectis ſacroſanctis Evangeliis, juramentum corporale, quod numerum prædictorum octo Canonicorum, in celebratione hujuſmodi minimè minuemus, ſed ipſam fieri faciemus; eamq; manutenebimus imperpetuum debitè, & decenter, quodq; nihil impetrabimus à Domino noſtro ſummo Pontificè, nec à Domino Rege *Angliæ*, aut à ſuperioribus Ordinis *Præmonſtratenſis*, aut ab aliquo alio, cujuſcunq; fuerit dignitatis, præheminenciæ, ſtatus, Ordinis, conditionis, aut etiam poteſtatis, quò minùs celebratio prædicta, in aliqua ſubtrahatur. Et quilibet Abbas in noſtro Monaſterio de novo creatus, priuſquam ſibi Conventus obedientiam fecerit, & ipſe in noſtro Monaſterio inſtalletur, & ſinguli Novitii, antequam in eodem Monaſterio ad probationem admittantur, ejuſdem juramenti vinculo aſtringantur, *viz.* quod ordinationem prædictam, in ſingulis ſuis articulis, fideliter conſervabunt, & pro poſſe ſuo perpetuò manutenebunt.

Porro ſi Ordo noſter (quod abſit) aliquo caſu emergente, prohibitioni perpetuæ ſupponatur, vel in alium Ordinem transferatur, tum volumus & concedimus præſentium per tenorem, quod præfatus Epiſcopus, vel hæredes ſui, præfatum Manerium de **Kukeneye**, & duo meſſuagia, centum & viginti acras terræ, octo acras prati, & ſex acras boſci, cum pertinentiis, in **Holbeck**, juxta **Kukeneye**, abſq; omni obſtaculo ingredi valeant, & gaudere pacificè de eiſdem: Cæterùm, ut præſens Ordinatio, ſine diminutione, ſeu aliquali in pejus commutatione perpetuis temporibus perſeveret & inviolabiliter obſervetur ; Nos præfati Abbas & Conventus, omnes & ſinguli in ſacerdotio conſtituti, candelis accenſis, & ſtolis collo appoſitis, Excommunicarionis vinculo, innodavimus omnes illos & ſingulos, qui præfatam Ordinationem, vel aliquam partem ejuſdem infirmaverit, infringerit, minuerit, aut violaverit, infirmari, infringi, minui, aut violari procuraverit quoviſmodo, vel odinationi eidem in aliquo præſumpſerint contraire : Subjicientes nos, ſucceſſoréſve noſtros, in hac parte juriſdictioni , & cohercioni venerabilis viri Abbatis de **Neuhus**, patris Abbatis noſtri, & annuorum viſitatorum, ut annuatim in viſitationibus ſuis poſſint nos de reatu perjurii arguere, & animadvertione condignâ punire, & contra nos & nobis in eodem Monaſterio ſucceſſuros, tanquam contra excommunicatos, Canonicè procedere, juxta regularis exigentiam diſciplin[illegible]i ordinationem prædictam invenerint violatam, vel in aliquà diminutam. Et ne oblivio aboleat, quod caritativè inſtituit, gratitudo; omni anno, die *Animarum*, præſens ordinatio in noſtro Monaſterio, in omnium fratrum præſentia, perlegetur.

In quorum omnium teſtimonium atq; fidem, ſigillum noſtrum commune, tam parti hujus Indenturæ tripartitæ, penès prædictum Dominum Epiſcopum reſidentem, quàm parti Indenturæ ejuſdem, penès prædictum patrem noſtrum Abbatem remanentem, duximus apponendum : Tertia verò pars ſupradictæ Indenturæ, penès nos remanens, eſt ſigillo ejuſdem Domini Epiſcopi conſignata. Data apud **Wellebeck** in domo noſtra Capitulari, viceſimo nono die *Decembris*, Anno Domini
3. E. 3. *MCCCxxix*. & Regni Regis *Edwardi* tertii, à Conqueſtu tertio.

Progenies Willielmi Bruere.

Ibid.p.99. POſt deceſſum *Willielmi* de *Bruere* junioris ; deſcendit hæreditas prædicta duabus ſororibus ipſius *Willielmi Bruere* junioris; videlicet, *Iſabella* de *Dover* & *Joanna* de *Percy* ; unde *Baldwinus Wake*, pater *Hugonis VVake* habuit cum *Iſabella* de *Dover* antedictâ uxore ſuâ, ad partem ſuam, Manerium de **Cheſtrefeld**, cum redditibus, & ſervitiis duorum tenementorum ſuorum de **Newbold**, **Barley**, **Whittington**, magna **Topton**, **Boythorp**, & **Ecchington**, & totum wapentachum prædictum: Et habuit *Radulfus* filius *Ranulfi* de *Midleham*, cum dictâ *Johanna* de *Percy*, uxore ſua, ad partem ſuam , **Droneſfeld**, **Haſeland** , parva **Tapton**, **Grayhirſt**, & **Padington**, &c. quæ tunc valebant ſexdecem libras, &c. Et ſciendum eſt , quod quidam *Hugo* filius dicti *Baldwini* de *Wake*, exiſtens ſeiſitus, & in poſſeſſione ſupradicti redditus ſexdecem librarum, vel unius archus de aubur, per manus Abbatis de **Welbec**, pro prædictis tenementis in **Newbold**, & **Barley**, relaxavit prædictum redditum ſexdecem librarum &c.

Confirmatio Leoniæ *de* Raynes, *de villa de* **Dukmanton**.

OMnibus qui hoc ſcriptum viderint , vel Ib.p.118. audierint , *Leonia* de *Rennes* , ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me inſpexiſſe Cartam *Richardi Baſſet* militis mei, quam fecit Abbati de **Welbec**, de villâ de **Dukmanton**, quam terram tenet de Baronià meâ; & quod ipſe *Richardus* impetravit à me, ut confirmarem eiſdem Canonicis eandem villam de **Dukemanton**, undè ego ad petitionem ejuſdem *Richardi* confirmo, &c.

Confirmatio Henrici *de* Stutevill, *de dicta villa de* **Duckmanton**.

EGo *Henricus* de *Stutevill* confirmavi Mo- Ibid. naſterio de **Welbec**, totam villam de **Dukmanton**, quam *Rich. Baſſet* tenuit de Baroniâ meâ; Tenendam in perpetuum, ſicut Cartæ Dominæ *Leoniæ* de *Reynes* matris meæ, & Cartæ *Richardi Baſſet*, & *Richardi* de *Wiverton*, quas ipſe Abbas habet, teſtantur, ſalvo forinſeco ſervitio unius militis, quod cæteri milites ejuſdem feodi, rationabiliter faciunt, & ſalvo Relevio, cum *Richardus Baſſet* obire contigerit.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

H. Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* Cart. 2. E. 3. n. 87. m. 27. per Inſpex. & *Aquit.* & comes *Andeg.* Archiepiſtopis, (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Eccleſiæ S. *Jacobi* de *Welbecco*, & Canonicis meis regularibus ibidem Deo ſervientibus, ſedem Abbaciæ ſuæ, & totam terram quæ eſt à loco ejuſdem Abbaciæ, uſq; ad locum qui dicitur **Belgh**; & ipſum **Belgh**, inter rivulum & viam quadrigariam ; & Eccleſiam ſanctæ .... de **Cukenei**, & Eccleſiam ſanctæ *Elenæ* de *Ettewella*; & Eccleſiam ſancti *Johannis Baptiſtæ* de **Whitene**, & molendinum de **Langwath**, & totam terram de **Hirſt**, & communem paſturam terræ *Thomæ* filii *Ricardi*, qui omnia hæc prænominata, cum ſarto ſuo juxta **Belgh**, ad Conſtruendam prædictam Abbatiam, eis rationabiliter dedit in liberam & perpetuam elemoſinam: Et totam terram & nemus, quod eſt inter rivulum & viam quadrigariam, quæ ducit à loco Abbaciæ uſq; ad **Belgh**; & unam bovatam terræ, quæ fuit *Lewr.* in **Hirſt**, & unam bovatam terræ, & unam manſuram in *Nortuna*, quæ adjacet eidem bovatæ terræ, quam *Lewricus* de *Hirſte* tenuit; & communem paſturam terræ *Radulfi Silvani* de *Nortuna*, & de **Woodehus** : Et omnia alia, quæ idem *Radulfus* eis rationabiliter dedit.

Concedo etiam eis & confirmo omnia ſubſequentia , quæ eis rationabiliter data ſunt; ſcilicet, ex dono *Ric.* filii *Ric.* filii *Joce*, culturam ſuam de *Baſtegata*. Ex dono *Ricardi* filii ſui, totam terram ſuam de **Langwath**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam bovatam terræ cum toſtâ ſuâ in *Cukeneia*, quæ fuit *Edwini*, & culturam ſuam de **Wulfscroft**, & culturam ſuam deſuper **Oggeker**, & culturam ſuam de **Butheon**, & unam toſtam in **Eſtiard**, & molendinum ſuum in *Cukeneia*, cum toſta ſua, & pertinentiis ſuis, & paſturam quingentarum ovium, & totam partem terræ *Tho.* de *Gladethorp*, quam habent in feodi firmâ de eodem *Thoma* & hæredibus ſuis pro *viii.* ſolidis per annum, & totam partem terræ *Verberti* de *Arches*, quam habent in feodi firma de ipſo & hæredibus ſuis, pro *v.* ſolidis, pro omni ſervitio, cum omnibus pertinentiis ejuſdem villæ. Et terram de **Cotes**, quam tenent in feodi firma de *Willielmo* filio *Reneri* & hæredibus ſuis, cum omnibus pertinentiis ſuis pro duabus marcis per annum, ſicut Carta ipſius, & Carta *Herberti* filii *Alardi* teſtantur.

Ex dono *Petri* de *Cotes*, Eccleſiam de **Cotes**, & terras, & prata, ſicut Carta ejuſdem *Petri* teſtantur, & terram de *Creſſewella*, quæ fuit *Radulfi Cordi*, quam tenent in feodi firmâ de *Johanne* de *Aiencurt*, & de hæredibus ſuis, pro *v s.* per annum, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Simonis* filii *Simonis* & *Iſabellæ* uxoris ſuæ, duas bovatas terræ de dominio ſuo in *Hertewella*; & Eccleſiam ejuſdem villæ, quam eis confirmaverunt; & ſpatium nemoris, inter rivulum, qui dicitur **Wellebec**, & viam quadrigariam, quæ ducit uſq; **Belgh**, ex longitudine uſq; **Deiſtoch**, & quicquid in illo ſpatio habuerunt. Quare volo, (&c.) Teſt. *R.* Archiepiſcopo *Eboracenſi*. *H.* *Dunelmenſi* Epiſcopo. *G. Lincoln.* electo; *Willielmo* filio *Audelini*, dapifero, *Reginaldo* de *Curtenai*; *Henrico* de *Laci*, *Willielmo* de *Lanvalei*; *Tho. Baſſet*, *Hugone* de *Creſſi*, *Randulfo* de *Glanvill*; *Waltero* de *Dunſtanvilla*, *Willielmo Baſſet*, *Willielmo* filio *Radulfi* apud **Notingham**.

PRIORATUS

de **Crorton** *in agro* Leiceſtrenſi.

De fundatione & dotatione ejuſdem.

Ex Regiſtro de Crorton penes Comitem Rutl. apud Caſtrum de Belvoir.

HAbemus in **Crorton**, de dono *W. Parc.* filii *Inger. Parc.* de **Linus**, duas partes de parco de **Crorton**, & quicquid in eodem ſui juris fuit, & libertatis, in boſco & plano, prato, & paſturâ, & omnibus ayſiamentis infra ambitum muri, & duas partes carucatæ terræ *Rogeri Parcarii*, cum omnibus pertinentiis ſuis, infra villam & extra; & totum redditum ſuum de ſale in **Hoyland**, ſcilicet de **Dunington**, in puram & perpetuam elemoſinam.

Item *Hugo Parcarius*, frater prædicti *Willielmi*, confirmavit nobis dictam donationem, ſecundùm tenorem Cartæ ejuſdem *Willielmi*. Item habemus de dono ejuſdem *Hugonis* duas bovatas terræ, cum toſto & croſto, & omnibus pertinentiis, quas *Reginaldus* filius *Eſtmudi* tenuit, & ipſum *Reginaldum*, & tota ſequelâ ejus, ad fabricam Eccleſiæ noſtræ. Item de dono ejuſdem *Hugonis* tres bovatas terræ, quas *Herveyus Clericus* tenuit, cum toſto & croſto & aliis pertinentiis; & totam terram ſuam ab occidentali parte, & capite de **Kilmundiſtrepedig** uſq; ad deviſum de **Hungerton**, exceptis ſex acris terræ, juxta **Sallegate**; & totum pratum ſuum in **Crawell**, cum libero tranſitu ſuper **Stot** & **Redeng**, in puram elemoſinam. Item idem *Hugo* dedit nobis totum demenium ſuum de **Crorton** ad feudam firmam, cum libertatibus & ayſiamentis & præcariis omnibus eidem demenio pertinentibus, cum pratis & paſturis, cum ſtagnis & molendinis, excepta manſione ſua, & exceptis hominibus ſuis, cum tenementis ſuis, tam liberè, & integrè, ſicut *Ingeram* pater ſuus, ſive *Willielmus* frater ſuus illud unquam liberiùs & plenariùs poſſederunt, nobis imperpetuum poſſidendum; reddendo ſibi & hæredibus ſuis, annuatim, quatuor marcas argenti, ad quatuor terminos, pro omnibus ſervitiis eiſdem pertinentibus; ſcilicet ad feſtum S. *Mich.* unam marcam argenti, ad *Natale* unam marcam, ad *Paſcham* unam marcam, ad feſtum S. *Joh. Bapt.* unam marcam, dedit etiam nobis unam manſionem, cum toſto & croſto in puram elemoſinam, ad lampadem unum inveniendum coram majori Altari, illud ſcilicet quod *Godwynus* de *Poecyn* tenuit. Item dedit nobis per aliam Cartam, quicquid juris & libertatis habuit in Parco in puram elemoſinam. Et remiſit nobis callengiam, quam habuit in vaſta terra poſt parcum; & in tota vaſta terra circa fontem, qui dicitur **Haliwelle**; & in tota brueria.

Item habemus de dono *Marjeriæ* de Sancto *Albino*, & *Wymerii* filii ejus, tertiam partem de parco, & quicquid juris & libertatis habuerit in eodem, in boſco & plano, prato, & paſtura & omnibus ayſiamentis, infra ambitum muri, & tertiam partem carucatæ terræ, quæ fuit *Rogeri Parcarii*, cum omnibus pertinentiis, & totum redditum ſuum de ſale in **Hoyland**, ſcilicet **Dunington**, in puram elemoſinam: Item *Matilda* de *Perer*, mater prædicti *Hugonis Parcarii*, dedit nobis in puram elemoſinam quicquid juris, & libertatis habuit in prædicto Parco, & remiſit nobis callangiam, quam habuit in vaſta terra poſt Parcum, & in vaſta terra circa fontem, qui dicitur **Haliwell**, & in tota brueria. Item Dominus *Richardus* Rex, & Dominus *Henricus* Rex, filius Regis *Johannis*, confirmaverunt nobis donationem, quam prædictus *Willielmus Parcarius* fecit nobis, & donationem fecit nobis de dominico ſuo, in qua ſcilicet confirmatione, comprehenditur pratum de **Crokeholm**, apud **Seghbroc**.

Item habemus de dono *Richardi* filii *Heliæ* de **Sauteby**, unam bovatam terræ, cum pertinentiis (&c.) Item habemus de dono *Willielmi* Comitis *Boloniæ* & *Moritoniæ* & *Warrenæ*, vaſtam terram poſt parcum de **Croxton**, & circa fontem, qui dicitur **Halewell**, ex utraque parte vallis; cum ayſiamentis introitus, & exitus aquarum, ſtagnarum, molendinorum, paſturæ, atque fualiæ, & omnimodarum libertatum ad conſtruendam Abbathiam, & quadraginta acrarum terræ apud **Sauteby**; & totam vaſtam terram ad tres foſſas, quas homines ſui nobis conceſſerunt; & etiam Eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum meſſuagio, & viridario, cum toftis & croftis; cum terris cultis, & incultis; cum pratis, paſcuis & paſturis; & unam carucatam terræ de demenio, de terris adjacentibus eidem villæ; cum pratis, paſcuis, & paſturis & omnibus utilitatibus, & pertinentiis ſuis; & communem paſturam, cum hominibus ejuſdem villæ, Habendum & tenendum nobis benè & in pacè, liberè & integrè, cum omnibus libertatibus, & ayſiamentis nobis, & hominibus noſtris; & pecuniis, & animalibus, & bobus carucarum noſtrarum, ubique infra Hayam & extra, cum bobus de demenio ſuo; cum omni quietudine abſq; aliquâ vexatione in puram & perpetuam elemoſinam.

Item confirmavit nobis, per aliam Cartam, donationes & elemoſinas, quas homines ſui fecerunt nobis, quando fundata fuit Eccleſia noſtra; ſcilicet unam carucatam terræ in **Broxton**, ex dono *Richardi Buſſell*, cum tofto; & medietatem landæ versùs **Dalby**; Eccleſiam de **Hokenhale** cum pertinentiis, Eccleſiam de **Lund** cum pertinentiis, & duas bovatas terræ, apud **Hertiſtoft**; & quandam culturam de demenio ad manſionem noſtram faciendam; & fabricam ſuam, quæ fuit tempore *Henrici* Regis, in puram elemoſinam.

Item *Johannes* Comes *Moriton* confirmavit nobis donationem prædicti *Willielmi* Comitis *Boloniæ*, & donationem *Willielmi Parcarii*; ſcilicet duas partes de parco, & quicquid juris ipſius fuit; & totum redditum ſuum de ſale in **Hoyland**; Et donationem *Margeriæ* de Sancto *Albino*, & *Wyneri* filii ejus; ſcilicet tertiam partem de parco, & quicquid juris in eiſdem habuerunt; & tertiam partem carucatæ terræ, quæ fuit *Rogeri Parcarii*, &c. Item habemus ſimiliter concordiam Domini *Nicholai* de *Cryoll*, ſuper conſuetudinibus & ſervitiis, de libero tenemento noſtro in **Croxton**; ſcilicet quod idem *Nicholaus* conceſſit pro ſe & hæredibus ſuis, quod tota vaſta terra retro parcum, & tota vaſta terra circa fontem, qui dicitur **Haliwell**, & tota brueria à magnâ ſtratâ, tenente à **Croxton** versùs **Waltham**, uſq; ad diviſas de **Brankiſton** versùs occidentem & de **Berſcalby**, versùs Auſtrum, remaneat inſeperabili dicto Abbati & ſucceſſoribus ſuis; &c. Et præterea idem *Nicholaus* relaxavit & quietum clamavit totum jus ſuum, quod habuit in viginti bovatis terræ, & quadraginta acris boſci, cum pertinentiis, in eadem villâ, quas dominus Rex *Henricus* ab eodem Abbate exigebat, tanquam Eſcaetam ſuam de terris *Normannorum*. Item habemus de dono *Marjeriæ* de *Cryoll*. de quatuordecim acris terræ, cum pertinentiis in **Croxton**, & confirmatione filii ejuſdem *Marjariæ*. Item habemus de dono *Nicholai* filii Domini *Nicholai* de *Cryoll*, unam placeam terræ in **Croxton**, &c.

Croxton.

Ingeram le *Porter* venit ad Conqueſtum, & habuit duas partes de **Corſham** & de **Culington**; & habuit duos filios, *Willielmum* & *Hugonem*. Et dominus *Henricus* Rex pater Regis *Richardi*, & *Johannis*, fecit excambium, cum *Ingeram* le *Porter*, de **Corſham** & de **Culington**, pro duabus partibus de **Croxton**, & de **Segbroks**: Et *Maſilia* de *Apegard* habuit tertiam partem de **Corſham** & de **Culington**; & fecit ſimiliter excambium cum prædicto *Henrico*, pro tertiâ parte de **Croxton** & de **Segebroks**.

Status villæ de **Croxton** *& de* **Segbroke**, *quæ eſt de honore de* Eyâ.

Cum iſtæ villæ eſſent in manu Regis *Henrici*, patris Regis *Johannis*, & *Richardi*, placuit Domino *Henrico* Regi eſcambium facere cum *Willielmo Parcario* de terrâ ſuâ de **Corſham**, dans eidem *VVillielmo* prædictas villas de **Croxton** & **Segbroke** pro villâ de **Corſham**; & ſic prædictus *Willielmus* prædictas villas totâ vitâ ſuâ tenuit. Et mortuo autem prædicto *Willielmo*, ſucceſſit ei *Hugo Parcarius*, frater ejus, & ſeiſinam de villâ de **Croxton** ſuſcepit; & etiam de **Segbroke**. Sed Dux *Lovenniæ*, qui tunc habuit honorem de **Eye**, impedivit ſeiſinam ejus de **Segbroks**. Poſtmodum, capto Rege *Richardo* in *Almania*, & *Johanne* tunc Comite fratre ſuo movente guerram in *Anglia*, & maximè apud **Notingham**, dedit dictam villam de **Croxton** *Huberto* de *Burgo* Camerario ſuo. Prædicto *Hugone* exiſtente in *Normannia*, ſcilicet infra dimidium annum, Rege *Ricardo* redeunte in *Anglia*, & prædicto *Hugone Parcario* cum ipſo, diſperſis omnibus qui eidem *Johanni* Comiti fuerant, præfatus *Hugo Parcarius* longo tempore prædictæ villæ de **Croxton** dominium optinuit in pace: *Normannis* verò de *Anglia* recedentibus, remanſit prædicta villa in manu Regis de Eſcaetâ. Et dedit eam dominus Rex tunc *Galfrido Luterell*, qui longo tempore eam tenuit: Et poſt eum *Andreas* filius ejus, ſubvicecomite *Notinghamiæ*, *Philippo Marco*, cujus filiam duxit in uxorem. Tandem *Huberto* facto Juſticiario in *Anglia*, per præceptum Domini Regis, ipſe talem ſeſinam prædictæ villæ optinuit, qualem ante habuit, ut prædictum eſt; & inſuper ſeiſinam villæ de **Segbroke**, expulſo inde *Reginaldo* de *Vallibus* firmario Domini Ducis de *Glovernia*. Poſtmodum ipſe *Hubertus* de *Burgo* dedit villam de **Croxton**, per Dominum Regem ſuum.

Magottæ filiæ ſuæ. Poſt intervallum verò perturbatione dicti Comitis *Huberti*, facta in *Anglia*, data eſt villa de **Crorton** per Dominum *Wiranum* le *Tyheis*, quo a noto, tenuit iterum dicta *Magota* dictam villam; Quâ mortuâ cepit dictus *Hubertus* Comes Dominium dictæ villæ, & dedit eam *Philippo Baſſet*, qui eam per modicum tempus tenuit; eoq; præfatus *Hubertus* de *Burgo* eam warrantizare non potuit, quoniam in manu Regis, judicio mediante, rediit. Et poſtquam Abbas de **Crorton** eam tenuit ad firmam de Domino rege *Henrico*. Idem autem Dominus Rex dedit eam in feodo, Domino *Bertramo* de *Cryoll*; Dictus verò *Bertramus* dedit dictam villam *Nicholao* filio ſuo pro homagio.

Quædam domina *Maſilia* tenuit tertiam partem de **Crorton**; & ſimiliter *Sorozina* filia ſua, poſt eam: ſed dicunt, quod dicta *Maſilia* proſequebatur vexillum *Parcariorum*, nomine ſervitii, quocunq; pergebant in ſervitio Domini Regis.

Carta Regis Edwardi *primi donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart.9. E. 1.n.68.

Videſis Cart.11. H.3.p.1. m.17.

REx Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam, quam Dominus *Richardus*, quondam Rex *Angliæ*, conſanguineus noſter, fecit Deo & Eccleſiæ Sancti *Johannis* de *Valle*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in hæc verba: *Richardus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Juſticiariis, & aliis Miniſtris & fidelibus ſuis ſalutem, Sciatis nos conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sancti *Johannis* de *Valle*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, donationem, quam *Willielmus Parcarius* de **Linus** fecit eiſdem Canonicis; videlicet duas partes de Parco de **Croxtone**, & quicquid in eodem juris ipſius fuit, & libertatis; in boſco, & plano; in prato & paſturâ, & omnibus cæteris ayſiamentis infra ambitum muri. Duas etiam partes carucatæ terræ *Rogeri Parcarii*: Præterea totum redditum ſuum de ſale in *Hoilandia*, ſcilicet in **Dunningtone**, ex donatione *Marzariæ*, & *Wimeri* de Sancto *Albino*, filii ejus: tertiam partem de prædicto parco de **Crorton**, & quicquid juris & libertatis in eodem habuerunt in boſco & plano, & prato & paſturâ, & omnibus ayſiamentis infra ambitum muri, & tertiam partem carrucatæ terræ, quæ fuit *Rogeri Parcarii*, cum omnibus pertinentiis & ayſiamentis infra villam & extra: Totum etiam redditum ipſorum de ſale in *Hoilandia*, ſcilicet in **Duningetone**. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici noſtri hæc noſtra prædicta, & omnes terras & tenuras, & poſſeſſiones, quæ eis datæ ſunt, & imposterum rationabiliter dabuntur, habeant, & teneant benè, & in pace, liberè & quietè, integrè & honorificè, & plenariè, cum omnibus libertatibus, quas Cartæ donatorum ſuorum teſtantur; & cum *Socha*, & *Sacha*, & *Toll*, & *Theam*, & *infangenethefe*, ſolutas & quietas de Siris, & Hundredis, & placitis, & de omnibus aliis querelis; & de geldis, & murdro & danegeldo, & Scottis & auxiliis, & donis, & aſſiſis, & ſcutagiis, & auxiliis Vicecomitum & Miniſtrorum ſuorum; de operibus Caſtellorum, murorum, pontium, vivariorum, & de omni ſervitio ſeculari, & exactione. Volumus etiam ut habeant libertatem Curiæ ſuæ in omni tenemento ſuo. Prohibemus etiam ut nullus prædictos Canonicos noſtros, aut res ipſorum, aut homines ſuos in aliquo diſturbat, aut vexet, aut gravare præſumat, neque per aquam, neque per terram, ſuper decem libras foriſſacturâ: Hæc omnia præſcripta concedimus eis & confirmamus imperpetuum, pro animâ *Henrici* patris noſtri, & pro animabus anteceſſorum noſtrorum; & pro ſalute noſtrâ, & pro ſalute *Alianoræ* Reginæ & matris noſtræ. Teſtibus, *Baldwino* Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, *Hugone Lincolnienſi*, & *Hugone Ceſtrenſi* Epiſcopis, *Willielmo* Comite *de Mandevill*, *Willielmo* Mareſcallo; *Baldwino Wake*. Datum per manum *Willielmi* de *Longocampo* Cancellarii noſtri, decimo ſeptimo die *Septembris* apud *Geitentonam*.

Inſpeximus etiam Cartam *Roberti* filii *Galfridi Luterell*, in hæc verba: Omnibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Robertus* filius *Galfridi Luterell* ſalutem in Domino: Noveritis me, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sancti *Johannis* Apoſtoli & Evangeliſtæ de **Crortone**, & Abbati & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, omnes terras & tenementa, quæ habent de feodo meo in villâ & territorio de **Berſtandeby**, de dono & confirmatione *Philippi* de *Gaunt* militis, & ex dono & confirmatione *Roberti* de *Gaunt* fratris ejuſdem; & de dono & confirmatione *Philippi* filii ejuſdem *Roberti* de *Gaunt*, & omnium anteceſſorum ſuorum; ſive de dono aliorum quorumcunque feofatorum ſuorum, per Cartas eorundem, tam in dominico, quàm in ſervitio (&c.) Præterea conceſſi, & præſenti Cartâ confirmavi prædictis Eccleſiæ, Abbati, & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, liberam chaciam de Baroniâ de **Crorton**, in Baroniam meam; & liberum introitum & exitum omni tempore infra villam & extra cum omnibus animalibus & pecoribus ſuis quibuſcunque per vias & ſemitas, & omnia alia loca debita & conſueta prædictis villæ & territorio (&c.) Hiis teſtibus, Domino *Thoma* de *Berkele*, Domino *Richardo Grey*, Domino *Willielmo Hamelyn*, tunc Vicecomite *Leyc*. Domino *Benedicto* de *Rolleſton*, militibus, *Hugone* de *Boby*, *Johanne* filio *Richardi* de *Vilers* (&c.)

ABBATIA

de **Leyſtone** *in agro* Suffolcienſi.

Carta Regis Ricardi *ſecundi, donationem Manerii de* **Leyſtone**, *per* Radulfum *de* Glanvilla *in fundatione ejuſdem confirmans, &c.*

Pat. 12. R. 2. p. 1. m. 19.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Supplicârunt nobis dilecti nobis in Chriſto Abbas & Conventus de **Leyſtone**, ut cum tempore præclaræ memoriæ Domini *Henrici* ſecundi, quondam Regis *Angliæ*, progenitoris noſtri defuncti, *Radulfus Glanvylla*, fundator Abbatiæ prædictæ, dediſſet eidem Abbatiæ, in fundationem ejuſdem, Manerium de **Leyſtone** in Comitatu *Suffolciæ*, cum pertinentiis, unà cum certis Eccleſiis, & aliis poſſeſſionibus: Habendum & tenendum quondam Abbati & Conventui loci prædicti, & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum: ac poſtmodum dictus progenitor noſter, donationem ipſius *Radulphi*, in hac parte factam, per diverſas Cartas ſuas conceſſiſſet & confirmâſſet præfatis nuper Abbati & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et jam ita ſit, quod advocatio dictæ Abbatiæ, per forisfacturam *Michaelis* de la *Pole*, nuper Comitis **Suffolk**, qui advocationem prædictam optinuit de dono noſtro, in manum noſtram devenit; velimus, ex benignâ, & habundanti gratia noſtrâ dono dicti fundatoris, & confirmatione præfati progenitoris noſtri conſideratis, concedere & confirmare eiſdem nunc Abbati & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, Manerium prædictum, & omnes alias poſſeſſiones dictæ fundationis ſuæ: Habendum & tenendum in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum; & ulteriùs concedere præfatis nunc Abbati & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum; quod exnunc in qualibet vacatione dictæ Abbatiæ Conventus loci illius, pro tempore exiſtens, ad electionem ſuam convenire, & unum novum Abbatem liberè eligere, & ipſum ſic debitè electum in Abbatem, & paſtorem loci prædicti, habere & tenere poſſint: abſq; licentiâ & regio aſſenſu noſtro, vel hæredum noſtrorum, aut alterius patroni dicti loci pro tempore exiſtentis: Et inſuper concedere, quod temporalia Abbatiæ prædictæ, de cætero in aliquâ vacatione ejuſdem in manum noſtram, vel hæredum noſtrorum minimè capiantur, aut ſeiſiantur; nec quod aliquis Vicecomes, Eſcaetor, aut alius Officiarius, Ballivus, ſeu Miniſter noſter vel hæredum noſtrorum, in aliquo ſe intromittat de Abbathiâ prædictâ in aliquâ vacatione ejuſdem, nec de temporalibus bonis & poſſeſſionibus Abbatiæ antedictæ; immo, quod dictus Conventus & ſucceſſores ſui imperpetuum omnia temporalia dictæ Abbatiæ, in qualibet vacatione ejuſdem in manibus ſuis propriis liberè & pacificè habere & tenere, & inde ad voluntatem ſuam, pro commodo domus prædictæ liberè diſponere & ordinare poſſint, abſq; impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum, ſeu Miniſtrorum noſtrorum, vel hæredum noſtrorum quorumcunq;, aut alicujus alterius patroni ejuſdem Abbatiæ pro tempore exiſtentis imperpetuum. Et quod dicti nunc Abbas & Conventus, vel ſucceſſores ſui, non teneantur dare aut concedere aliquod corrodium ſive penſionem, aut aliud hujuſmodi onus quodcunq; in futurum, alicui perſonæ, ad mandatum, præceptum, vel rogatum noſtrum, vel hæredum noſtrorum, aut alicujus alterius Patroni ejuſdem loci, pro tempore exiſtentis; ſet quod ipſi & ſucceſſores ſui, de omnibus hujuſmodi penſionibus, corrodiis, & aliis hujuſmodi oneribus, quieti ſint & exonerati imperpetuum.

Nos precibus ipſorum nunc Abbatis & Conventus favorabiliter inclinati, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & de aſſenſu conſilii noſtri, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus præfatis nunc Abbati & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, Manerium prædictum, & omnes poſſeſſiones dictæ fundationis ſuæ. Habendum in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum: Volentes quod exnunc, in qualibet vacatione dictæ Abbatiæ Conventus loci illius, pro tempore exiſtens, ad electionem ſuam licitè convenire, & unum novum Abbatem liberè eligere, & ipſum ſic debitè electum in Abbatem & paſtorem loci prædicti habere, & tenere poſſint, abſq; licentiâ, & aſſenſu noſtro Regio, vel hæredum noſtrorum, aut alteriùs Patroni dicti loci, pro tempore exiſtentis; & quod temporalia Abbatiæ prædictæ de cæterò in aliquâ vacatione ejuſdem in manum noſtram, vel hæredum noſtrorum non capiantur, aut ſeiſiantur, nec quod aliquis Vicecomes, Eſcaetor, aut alius Officiarius, Ballivus, ſeu Miniſter noſter, vel hæredum noſtrorum in aliqua ſe intromittat de Abbatia prædicta, in aliqua vacatione ejuſdem, nec de temporalibus bonis & poſſeſſionibus Abbatiæ antedictæ; immò, quod dictus Conventus & ſucceſſores ſui imperpetuum omnia temporalia dictæ Abbatiæ in qualibet vacatione ejuſdem in manibus ſuis propriis licitè & pacificè habere, & tenere, & indè pro commodo domus prædictæ, ad voluntatem ſuam, liberè diſponere & ordinare poſſint, abſq; impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum, ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcunq; aut alicujus alterius Patroni ejuſdem loci, pro tempore exiſtentis, imperpetuum: Et quod nunc Abbas & Conventus & ſucceſſores ſui non teneantur dare aut concedere aliquod corrodium ſive penſionem, aut aliud hujuſmodi onus quodcunq;, in futurum, alicui perſonæ ad mandatum, præceptum, vel rogatum noſtrum vel hæredum noſtrorum, aut cujuſcunq; alterius Patroni ejuſdem loci, pro tempore exiſtentis; ſet quod ipſi & ſucceſſores ſui, de omnibus hujuſmodi penſionibus, corrodiis, & aliis oneribus quieti ſint & exonerati imperpetuum. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtm. xxvi.* die *Auguſti*.

Carta Regis Edwardi *ſecundi, confirmationem* Gilberti Peche *militis de omnibus terris, de feodo ſuo, ratificans.*

Pat.6.E.2. p.1.m.10.

REx omnibus ad quos, &c. Sciatis, quod nos conceſſionem & confirmationem, quas *Gilbertus Peche* miles, nuper per ſcriptum ſuum fecit *Roberto* tunc Abbati & Conventui de **Leiſtone**, de omnibus terris & tenementis, quæ de feodo ipſius *Gilberti* tunc tenuerunt in **Hathetune**, **Oleringe**, **Eſtone**, **Wicham**, **Pechaye**, **Frameſdene**, & in quibuſcunq; aliis villis aut locis, de eodem feodo, cum omnibus pertinentiis ſuis, ut in edificiis, meſuagiis, terris, &c. ratas habentes & gratas, (&c.) confirmamus, (&c.) T. Rege apud *Weſtm. xvi.* die *Maii*.

PRIORATUS

de **Beauchief** *in agro* Derbienſi.

De ſundatioue ejuſdem.

Ex Collect. S. Low Knivetton Arm.

ROBERTUS filius *Rannulfi*, Dominus de *Alfretona*, *Nortona*, & **Marnham**, fuit unus de quatuor militibus, qui beatum *Thomam*, *Cantuarienſem* Archiepiſcopum martirizavit; & poſtea Monaſterium de *Bello-capite* fundabat, in expiatione hujuſcemodi facinoris, tempore Regis *Henrici* ſecundi.

Iſtius *Roberti* filius, fuit *Willielmus*, Dominus, & baro de **Alfreton**, **Norton**, & **Marnham** tempore Regis *Ricardi* primi; qui genuit *Robertum* de *Alfreton*, Baronem de **Alfreton**, qui per *Agnetem* uxorem ejus habuit exitum *Thomam* filium & hæredem, Baronem de **Alfreton**; qui ſine prole defunctus, reliquit hæreditatem ſuam tribus ſororibus; videlicet, *Alicie*, uxori *Gulielmi* de *Cadurcis* militis, filii *Gulielmi* de *Cadurcis*, (vulgò *Chaworthe*) *Amicia* nuptæ *Roberto* filii *Ricardi Lathom*, Domino de **Lathom** in Comitatu *Lancaſtria*, anteceſſori Comitum *Derbia*, & *Leticia*, quæ obiit ſine prole

Carta Thomæ *de* Chaworth *militis, de toto hameletto de* **Grenehull**.

Ex Authographo penes S. *Roper* de hoſpicio *Lincolnienſi*, Arm. a.1657.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Thomas* de *Chaworth* miles, Dominus de **Norton**, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Monaſterio beati *Thomæ* Martyris de *Bello capite*, & religioſis viris Abbati & Conventui ejuſdem loci, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & patris mei & matris meæ, uxorum mearum, liberorumq; meorum; & pro ſuſtentatione unius Canonici ejuſdem Monaſterii, divina perpetuò celebrantis ad Altare *ſanctæ Crucis* in Eccleſia de *Bello capite* prædicta, pro animâ meâ, & animabus prædictorum, & omnium fidelium defunctorum, & pro ſolempni ſervicio annuatim habendo in perpetuum, ſicut pro uno Abbate defuncto, totum illud hameletum meum in ſochâ de **Norton**, quod vocatur **Grenehull**, ſine ullo retenemento, cum omnibus homagiis, wardis, Releviis, Redditibus, Eſcaetis, ſectis, ſerviciis, tam forinſecis quàm aliis quibuſcumq;, omnium liberè tenentium meorum in hameleto de **Grenehull** prædicto, tam præſentium quàm futurorum, cum omnibus approwamentis & aliis pertinentiis ſuis, & cum omnibus nativis meis in ipſo hameleto, & cum terris & tenementis, quæ de me tenuerint in bondagio in eodem hameleto & extra, cum ſectis, ſequelis, Redditibus, & ſerviciis, conſuetudinibus, & catallis & omnimodis aliis approwamentis & pertinentiis ſuis, infra hameletum de **Grenehull** prædictum & extra, ſine aliquo retenemento: Et totum redditum & ſervicium *Hugonis* de *parva Nortona*, & ipſum *Hugonem* cum totâ ſequelâ ſuâ, & cum omnibus catallis ſuis, & cum toto tenemento ſuo, quod de me tenuit in Bondagio. Dedi etiam & conceſſi Deo & Monaſterio de *Bello capite* prædicto, & religioſis viris Abbati & Conventui ejuſdem loci, duodecim ſolidos & octo denarios annui redditus, quos prædicti Abbas & Conventus mihi reddere ſolebant pro diverſis tenementis, quæ de me tenuerunt in **Alferton** & **Norton**; Habendum & tenendum Deo & Monaſterio prædicto, ac religioſis viris Abbati & Conventui prædictis, & eorum ſucceſſoribus in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, cum pratis, boſcis, paſcuis, paſturis, moris, Turbariis, Quarariis, mineris, marſariis, & omnimodis libertatibus, communis, aiſiamentis, & aliis approwamentis & pertinentiis ſuis quibuſcumq;, infra hameletum de **Grenehull** prædictum & extra, tam infra terram quàm ſupra, quæ mihi & hæredibus meis & aſſignatis meis vel hæredibus hæredum & aſſignatorum meorum inde poterunt accidere. Et ego prædictus *Tho.* & hæredes mei, & aſſignati mei, & eorum hæredes omnia prædicta homagia, wardas, relevia, redditus, eſchaetas, ſectas, & ſervicia, tam forinſeca quàm alia quæcumq;, omnium liberè tenentium meorum prædictorum, cum omnimodis approwamentis & pertinentiis ſuis; ac etiam omnes Nativos meos prædictos, cum omnibus terris & tenementis prædictis, & omnimodis eorum ſectis, ſequelis, Redditibus, & ſerviciis, conſuetudinibus, & catallis & omnimodis aliis approwamentis & pertinentiis ſuis quibuſcumq; , tam nominatis, quàm non nominatis, ſine aliquo retenemento, Deo & Monaſterio prædicto ac Religioſis viris Abbati & Conventui prædictis & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus & imperpetuum defendemus. In cujus rei teſtimonium præſenti Cartæ ſigillum meum appoſui. Hiis Teſtibus, Dominis *Thoma* de *Furnivall*, *Adam* de *Everingham*, *Waltero* de *Gouſhull*, *Ricardo* de *Furneus*, *Roberto* de *Eccleſſale*, militibus; Domino *Rogero* de *Brayleſſorth*, Rectore Eccleſiæ de Draunfeld; *Willielmo* le *Bret*, *Johanne* de *Bincourte*, *Rogero* le *Breton*, *Simone* de *Reriſby*, *Johanne* de *Brinnington*, *Hugone* de *Linacre*, & multis aliis.

Carta Thomæ de Chaworth *militis, donationes anteceſſorum ſuorum confirmans.*

Ex ipſo autogr. penès præfatum *Sam. Roper.*

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis hoc præſens ſcriptum viſuris vel audituris, *Tho.* de *Chaworth* miles ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra me, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe, confirmâſſe, & omnino quietum clamâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Eccleſiæ beati *Thomæ* Martyris de *Bello-capite*; & Abbati & Conventui illius loci eorumq; ſucceſſoribus in liberam, puram, & elemoſinam perpetuam, omnes terras, redditus, & molendina, cum ſitibus ſuis, curſibus aquarum, ſtagnis, viis, & ſemitis ad ipſa ducentibus; ſectas, ſequelas, ſervicia, poſſeſſiones, jura & libertates, tam layci feodi, quàm beneficiorum Eccleſiaſticorum; ac omnia tenementa, cum pratis, boſcis, clauſis, & non clauſis, paſturis, piſcariis, & omnibus eorum proventibus, pertinentiis, communis, & ayſiamentis. Quibus terris, redditibus, Eccleſiis, molendinis, & tenementis, cum aliis rebus & pertinentiis prætactis Abbas & Canonici Monaſterii prædicti de *Bello-capite*, veſtiti ſunt & ſeyſiti infra feoda mea de *Nortona*, & de *Alfritona*, & de Wymondwold. Concedo etiam & confirmo ac quietum clamo pro me & hæredibus meis, ſeu aſſignatis, dictis Abbati & Conventui & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, omnes Cartas, feofamenta, donationes; quietas clamationes, conceſſiones, & omnia munimenta, quæ dicti Abbas & Conventus habent de anteceſſoribus meis vel de meipſo, ut hoc ſcriptum ſolum, cum neceſſe fuerit, pro aliis munimentis ſuis omnibus ſufficiat dictis Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus in perpetuum, ad eorum tranquillum ſtatum in omnibus rebus prætitulatis, cum ſuis pertinentiis, conſervandum. Et ego prædictus *Tho.* & hæredes mei, ac aſſignati, & hæredes aſſignatorum, meorum, omnes terras, redditus, beneficia eccleſiaſtica, & eorum jura, molendina, ſectas, ſequelas, ... ſervicia, poſſeſſiones, Conſuetudines, & libertates, ac omnia tenementa, cum pratis, boſcis, clauſis & non clauſis, ſtagnis, piſcariis, paſturis; & cum omnimodis ayſiamentis ſuis, proventibus ac pertinentiis ſuis, ut dictum eſt, quibus ſæpedicti Abbas & Conventus veſtiti ſunt vel ſeyſiti, infra feoda mea de *Nortona*, & de *Alfretona*, & de Wymonwold, eiſdem Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, ſicut per me vel meos liberius poteſt vel poterit fieri, contra omnes homines & fœminas, & omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, & ubiq; imperpetuum defendemus. In cujus rei teſtimonium huic præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, Domino *Nicholao Wake*, Domino *Johanne* le *Heriz*, Domino *Willielmo* de *Stayniſby*; Dominis *Willielmo* & *Egidio* de *Meynile*, *Roberto Sautcheverel*, *Johanne* de *Aniſlay* militibus; *Roberto* le *Grant*, *Johanne* de *Brunnigtona*, *Hugone* de Canonicis, *Hugone* de *Lynakir*, & aliis.

Carta Regis Edwardi *ſecundi, conceſſiones donatorum recitans & confirmans.*

Pat 9 E. 2. p. 1. m. 5.

R~~Ex omnibus ad quos, &c. ſalutem. Dona~~tionem quam *Robertus* filius *Ranulphi* fecit Deo & ſanctæ *Mariæ*, & ſancto *Thomæ* Martyri, & fratribus in Ordine *Præmonſtratenſi* profeſſis, de loco, qui dicitur Beauchef, cum pertinentiis, qui in Dorhefele ſitus eſt, ad Abbaciam conſtruendam; & de Eccleſiis de Norton, Alferton, Wymandeſwald, & Edwaldeſton; & de molendinis de Norton, cum omni multurâ & operibus ſuis; & de ſarto *Hugonis*, juxta Mereſbrok; & uno toſto in Leys; & uno toſto juxta domum *Alani*; & de tota decima paunagii totius terræ ſuæ; & de duabus bovatis terræ in Wymundwald de dominio ſuo; & de uno toſto continente tres acras terræ cum pertinentiis. Donationem etiam & confirmationem, quas dictus *Robertus* fecit præfatis fratribus de unâ bovatâ terræ in Wymundwold, quæ fuit *Alexandri*, cum toſto ſuo, & de unâ bovatâ terræ, quæ fuit Lunechild viduæ, cum pertinentiis.

Donationem etiam, & confirmationem, quas idem *Robertus fecit* eiſdem fratribus, de loco qui dicitur Brokhirſt, cum pertinentiis. Donationem etiam & confirmationem, quas *Willielmus* filius *Roberti* fecit eiſdem fratribus de molendino de Aſton, cum omni multurâ.

Donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas *Robertus* filius *Willielmi* de *Alfertona* fecit eiſdem fratribus de illâ terrâ cum pertinentiis, quam *Helias* de *Trouey* de eo tenuit. Donationem etiam, Conceſſionem, & confirmationem, quas idem *Robertus* fecit Canonicis loci prædicti, de ſexaginta acris terræ, per perticam viginti quatuor pedum, in Alferton, cum boſco ſupercreſcente. Donationem

nem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas idem *Robertus* fecit eiſdem Canonicis de tribus acris terræ, per perticam viginti quatuor pedum, juxta rivulum qui deſcendit ab Abbacia ad majorem rivum de **Shewe**, ex parte Aquilonis; & de una librâ Cimini de terra de **Streokkes.** Donationem (&c.) quas idem *Robertus* fecit eiſdem Canonicis, de *xxiv.* acris terræ, per perticam *xxiiii.* pedum, in **Nortone**, cum boſco ſupercreſcente. Donationem (&c.) quas *Thomas* filius *Willielmi* de **Chaworth** fecit dictis Canonicis de una bovata terræ cum pertinentiis, quam *Adam* filius *Johannis* del *Cliff* aliquando tenuit de ipſo in *Nortona*, & de quinq; acris aſſarti cum uno parcello in boſco de **Nortone**, quas idem *Adam* de ipſo tenuit; & de ipſo *Adam* cum tota ſequela ſua, & eorum catallis; & de una bovata terræ in **Bradewaye**; & de octo acris aſſarti in eodem boſco de *Nortona* cum pertinentiis, quas *Thomas* filius *Hugonis* de *Boſco* de ipſo tenuit; & de ipſo *Thoma* cum tota ſequela ſua, & eorum catallis; & dimidia bovata terræ, cum pertinentiis in **Cokſhet**, quam *Winora* de ipſo tenuit, & de ipſa *Wynora*, cum tota ſequela ſua, & eorum catallis; & de uno aſſarto cum uno toſto, cum pertinentiis, in eadem villa, quæ *Henricus* le *Bercher* de ipſo tenuit; Et de *vi.* acris terræ, cum pertinentiis, jacentibus juxta aquam de **Sewe**, quas *Ricardus* de *Mora* de ipſo tenuit; Et de quater viginti acris terræ cum pertinentiis in boſco de **Nortone**, jacentibus ex parte Aquilonari parci Abbatis & Conventus de **Beauchef.**

Donationem etiam (&c.) quas prædictus *Thomas* fecit Abbati & Conventui loci prædicti, de *xviii. s.* redditus, quas *Robertus* le *Redſmith* ſibi reddere conſuevit, pro tenemento, quod de ipſo tenuit in **Swanwyk**, juxta **Affertone**, cum pertinentiis; & de toto illo aſſarto cum toſto & croſto & pertinentiis, quod *Rogerus Faber* de ipſo tenuit in **Birchewode**, in ſocâ de **Alfertone**; & de unâ bovatâ terræ, cum pertinentiis, quam *Adam* de *Birchewode* de ipſo tenuit in eadem villâ; Et de totâ illâ terrâ, cum pertinentiis, quam *Rogerus* le *Bercher* de ipſo tenuit in prædictâ ſocâ de **Alfertone**; & de toto illo aſſarto, quod vocatur *Robert*-- **Rideings**, cum pertinentiis; & de duabus ſolidatis redditus de tenemento, quod *Rogerus Mous* tenuit in **Alfarton**; Et de duodecim denariatis redditus de tenemento, quod *Nicholaus Thorald* de ipſo tenuit in **Alfertone**; Et de illâ bovatâ terræ, cum pertinentiis, quam *Ricardus Horeghe* de ipſo tenuit in **Bradeweye**; & de *Roberto* del *Grene* nativo ſuo, cum totâ ſequelâ ſuâ, & omnibus catallis ſuis; & de toto tenemento quod de ipſo tenuit in bondagio in ſocâ de **Nortone** cum pertinentiis. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de totâ illâ terrâ, cum pertinentiis, quam *Ricardus* de *Mora* de ipſo tenuit in **Cokſhet.** Conceſſionem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de toto illo aſſarto integrè cum pertinentiis in boſco de **Norton**, jacente ex parte Aquilonari parci dictorum Abbatis & Conventus, cum totâ longitudine & latitudine uſq; ad filum aquæ de **Sheue.** Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) dictis Canonicis, de uno toſto & croſto, cum edificiis & pertinentiis ſuis in **Cokſhete**, quod *Johannes Faber* de ipſo tenuit, & de uno cartilagio in **Aufertone**, juxta orreum prædictorum Canonicorum. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit prædictis Abbati, de totâ illâ placeâ terræ, quæ vocatur **Eyclif**, cum boſco ſuper creſcente. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de totâ illâ terrâ, quæ vocatur le **Whitek** & de *xii.* acris terræ in loco qui vocatur **Barsfeld**; Et de illâ placeâ terræ, quam *Petrus Textor* de ipſo tenuit in **Alferton.** Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de quodam aſſarto, quod *Robertus Foreſtarius* de ipſo tenuit juxta Bercariam dictorum Canonicorum; Et de tribus acris terræ, quas *Robertus* del *Childre* de ipſo tenuit infra clauſum dictorum Canonicorum; Et de octo acris terræ & dimidiâ, quas *Ranulphus* de *Storches* de ipſo tenuit; Et de quinq; acris terræ & dimidiâ, quas *Ricardus Everard* de ipſo tenuit in **Alferton**, cum pertinentiis. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de tota illa terra, cum pertinentiis, quam *Thomas* de *Boſco* & *Willielmus Tynet* de ipſo tenuerunt in le **Wodeſetes.** Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de tota illa bovata terræ, cum toſtis, croſtis, edificiis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, quam *Richardus Hore* de ipſo tenuit in le **Bradeway.** Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de illo annuo redditu quinq; ſolidorum, quem ſibi ſolvere conſueverunt pro illa terra, quam dicti Abbas & Conventus de eo tenuerunt in ſoca de **Nortone.** Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de libero & quieto paſſagio habendo ad feriam ſuam de **Marnham**, tam terris quàm familiæ ſuæ, de Abbacia prædicta; & de omnibus aliis locis ſuis, cum omnibus animalibus, rebus, ac cariagiis ſuis quibuſcunq; & quandocunq; opus habuerint in meliori navigio feriæ ſuæ prædictæ. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de una placea terræ, jacente ex parte occidentali aulæ ſuæ, in **Alferton.**

Donationem (&c.) quas *Thomas* de *Chaworth* miles, dominus de **Norton**, fecit dictis Abbati & Conventui, de toto illo hameleto in ſoca de **Nortone** quod vocatur **Grenehill**, ſimul cum mora de **Grenehil**, & cum homagiis, wardis, releviis (&c.) Et de omnibus terris & tenementis, quæ *Hugo* de *parva* **Norton** de ipſo tenuit in villenagio, in *parva* **Norton**, & **Wodeſetes**; & de ipſo *Hugone* cum tota ſequela ſua, & omnibus catallis ſuis. Remiſſionem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de *xii s.* & *viii d.* redditus, quas præfati Abbas & Conventus ſibi reddere ſolebant pro diverſis tenementis, quæ de ipſo tenuerunt in **Alfertone** & **Nortone.** Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de omnibus terris (&c.) quæ de ipſo tenentur in villenagio in **Wodeſetes**, juxta **Norton**; & de omnibus villanis ſuis ibidem cum totis ſequelis ſuis, &

omnibus catallis ſuis. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de *Rogero* de *Bradewaye*, *Gileberto* de *Bradewaye*, & *Emma* ad novum Molendinum, , nativis ſuis, cum omnibus catallis, ſequelis, ſectis, & ſerviciis ſuis, & cum omnibus terris, toftis, croftis, & edificiis, quæ de ipſo tenuerunt in **Portone**. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit dictis Abbati & Conventui, de toto waſto, quod jacet inter terras & tenementa ſua, quæ habent inter ſocas de **Alfertone** & **Portone**, cum pertinentiis; & de terra ubicumq; eiſdem neceſſe fuerit, per totum waſtum ſuum, ad foſſas ſuas ampliandas, & levandas, capiendum. Et de terra & turbis ad domos ſuas emendandas, & cooperiendas. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de licentia & libera poteſtate ad carbones fodendos, levandos, aſportandos, & cariandos, ad utilitatem & profectum ſuum, & eorum tenentium, tam liberorum quàm nativorum, quocienſcunque ſibi neceſſe fuerit, tam in terris tenentium, dictorum Abbatis & Conventus, quàm in terris ſuis propriis, & waſtis inter terras ſuas, infra ſocas de **Alfertone** & **Portone**. Conceſſionem etiam, quam idem *Thomas* fecit (&c.) de terris ſuis & terris tenentium ſuorum, tam liberorum quàm nativorum à goldis mundandis per ſe & ſuos, ſecundùm conſuetudinem in ſocis de **Alferton** & **Porton** uſitatam.

Donationem (&c.) quas *Lucas* filius *Warneri* de **Beygle** fecit dictis Canonicis, de tota terra, quæ vocatur **Harewode**, cum pertinentiis; & de paſturâ ad *xl.* vaccas, & duos tauros; cum exitu duorum annorum, & ad decem equas cum exitu trium annorum: & ad boves carucarum ſuarum; & ad octingentas oves & *xxx.* porcos, & ad *xl.* capras per omnem communiam de **Beygle**, undiq; & ubiq; & de conceſſione liberi eſchap, de omnibus animalibus prædictis. * Donationem (&c,) quas *Radulfus Muſard* fecit dictis Canonicis de villulâ de **Hauley** cum hominibus, abſq; ullo retenemento. Donationem (&c.) quas idem *Radulfus* fecit (&c.) de totâ terrâ, quam habuit in villa de **Wadeſelf**, cum pertinentiis; & cum hominibus & eorum ſerviciis. Donationem (&c.) quas idem *Radulfus* fecit dictis Canonicis de totâ terrâ, cum boſco ſuper exiſtente, in **Hauley** cum multuræ libertate. Donationem (&c.) quas *Radulfus Muſard* filius *Radulfi Muſard* fecit (&c.) de totâ terrâ, & toto prato in **Hinkerſhull**, de feodo ſuo de **Staveleye**. Donationem (&c.) quas *Walterus* de *Furneus* filius *Roberti* de *Furneus* fecit (&c.) de tribus bovatis, & unâ acrâ terræ, & duobus toftis in **Birlay**; & de unâ placeâ prati in *Bettona*, quæ vocatur **Ormeſmedwe**; & de duabus acris terræ & dimidiâ, quæ vocantur **Ormeſland**.

* Vide Clauſ. 14 H.3.m.5.

Donationem (&c.) quas *Willielmus* filius *Andreæ* de **Hetone**, fecit dictis Canonicis de *xx. s.* redditus, percipiendis de tenentibus ſuis in **Colthorp**. Donationem (&c.) quas *Johannes* filius *Ricardi Daniel*, fecit dictis Canocis, de *xi. s.* redditus cum pertinentiis, in **Swyntone** & **Billingley**. Donationem (&c.) quas *Gerardus* de *Furnival* fecit dictis Canonicis de paſturâ herbagii in foreſtâ ſuâ de **Felwode**, ſufficiente ad *xxx.* vaccas, & ad earum exitum trium annorum; & de unâ acrâ terræ in eadem Foreſtâ, ad logias faciendas ad prædictas vaccas. Donationem (&c.) quas idem *Gerardus* fecit dictis Canonicis de *xx. s.* redditus, percipiendis de molendino ſuo de **Sheffeld**. Donationem etiam (&c.) quas *Matildis* de *Lovetot* fecit dictis Canonicis, de una marcata redditus, percipiendà de molendino ſuo de **Sheffeild**. Conceſſionem etiam (&c.) quas eadem *Matildis* fecit dictis Canonicis de tota elemoſina, quam *Gerardus* de *Furnival*, vir ſuus, eis dedit. Conceſſionem etiam & confirmationem, quam *Thomas* de *Furnival*, dominus de **Halumſhire**, fecit dictis Abbati & Conventui, de grangia ſua de **Folewode**, & de tota terra ad prædictam grangiam pertinente, cum pertinentiis, & de communia paſturæ ſufficiente, in liberis chaceis & paſturis ſuis de **Folewode**, & **Rynelingdene**, ubiq; ad omnia animalia ſua, exceptis capris; & de omnimodo aiſiamento bruerii, quarrerii, turbarii, junctii, & feugerii ad domos ſuos cooperiendos; & alia neceſſaria ſua facienda; & de terra de waſto ſuo ſufficienter capienda, ad foſſas ſuas emendendas & relevandas. Donationem (&c.) quas *Thomas* de *Furnival*, filius & hæres *Thomæ* de *Furnival*, filii *Gerardi* de *Furnival*, fecit dictis Abbati & Conventui, de quatuor acris prati cum pertinentiis in **Sheffelde**, in le **Brodenge**, ex parte occidentali de **Halleker**. Donationem (&c.) quas *Willielmus Barre* de **Tiverſholte** fecit dictis Canonicis, de una bovata terræ, cum duobus toftis & croftis cum pertinentiis, in *Staneleia*; & de paſtura treſcentis ovibus, *xx.* vaccis, uni tauro, & octo equabus, cum toto exitu ſuo, tam vaccarum, quàm equarum, donec ſit trium amorum, & *xvi.* bobus; & de communia ad neceſſaria ſua facienda in boſco & plano. Donationem (&c.) quas *Willielmus* filius *Galfridi* de *Stanleia* fecit (&c.) de octo placeis terræ, diviſim jacentibus, cum pertinentiis, in **Stanley**. Donationem (&c.) quas *Willielmus* filius *Radulfi Barry*, de **Tiverſand**, fecit (&c.) de dimidia marcata redditus, cum pertinentiis, quam *Willielmus* filius *Galfridi* de *Stanley* ei reddere ſolebat. Donationem(&c.) quas *Gervaſius* de *Bernak* fecit (&c.) de toto redditu, cum pertinentiis, in **Brom**, quem emit de *Jordano Heryng* de **Heringthorp**. Donationem (&c.) quas *Robertus* filius *Radulfi* de *Reresby* fecit (&c.) de quatuor ſolidatis & quatuor denariatis redditus, percipiendis de terra, quam *Rogerus* de *Markham* quondam tenuit de eo in ſoca de **Eſſover**. Donationem (&c.) quas *Ricardus* del *Bernes* fecit (&c.) de duobus meſſuagiis & duobus toftis, cum pertinentiis, in **Aſhover**. Donationem (&c.) quas *Lucas* de *Beygle* fecit (&c.) de redditu dimidiæ marcæ in molendino ſuo de **Beygle**. Donationem (&c.) quas *Sarlo* filius *Waneri* de *Begley*, fecit dictis Canonicis de dimidia marca in molendino ſuo de **Begley** annuatim percipiendi. Relaxationem, (&c.) quas *Tho.* de *Chaworth* fecit, (&c.) de toto illo ſervicio Calcarium deauratorum, quæ ſibi annuatim ſolvere tenebantur ad *Paſcha*, pro tota illa terra & tenemento, cum pertinentiis, quæ de ipſo tenuerunt in **Wymondwold**, & quæ habuerunt de dono *Rogeri* de *Allirtone*. Conceſſionem, (&c.) quas *Tho.* de *Chaworth* filius *Willielmi* de *Chaworth*, fecit, (&c.) de omnibus terris, (&c.) quas iidem Abbas & Conventus habent de dono & conceſſione *Tho.* de *Chaworth*, avi ſui, cæterorumq; anteceſſorum ſuorum in **Wymundwold** & **Marnham**, & in ſocis de **Norton** & **Alferton**. Remiſſionem, (&c.) quas *Willielmus* filius *Ricardi* filii *Alani* de la *Bradwaye*, fecit, (&c.) de toto jure & clamio quod habuit in tota illa terra, cum pertinentiis, quam *Petrus* de *Birchehev ed* dedit prædicto *Ricardo* patri ſuo in liberum maritagium, cum *Margeria* filia ſua. Remiſſionem, (&c.) quas *Tho.* filius *Rogeri*, filii *Adæ* del *Clyf*, fecit, (&c.) de toto jure ſuo & clamio quod habuit in tota illa placea prati, quod vocatur **Moſeker**, & de duabus acris terræ in le **Wodeſetes**. Remiſſionem, (&c.) quas *Rogerus* filius *Willielmi* de *Holyns* fecit, (&c.) de toto jure & clamio, quod habuit in toto illo tenemento, cum pertinentiis, quod habent de dono & conceſſione *Willielmi* del *Holyns*, patris ſui, in le **Holyns**; habendas & tenendas in puram & perpetuam elemoſinam præfatis Abbati fratribus, & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, (&c.) confirmamus, (&c.) T. Rege apud *Lincoln. xx.* die *Februarii.*

PRIORATUS

de Blancalanda, *in* Northumbria.

Carta fundationis ejuſdem per Walterum *de* Bolebec.

Cart. 54. H.3. m.13. per Inſpex. Vide Cart. 9. E.2. n. 56.

OMnibus, (&c.) *Walterus* de *Bolebek* ſalutem. Notum vobis facio me conceſſiſſe & dediſſe, & hac meâ Cartâ confirmâſſe Deo & S. *Mariæ* Virgini & Conventui *xii.* Canonicorum Ordinis *Præmonſtratenſis*, niſi conſilio Domini Epiſcopi & Advocati ejuſdem loci, ultra prædictum numerum aliquis ibidem recipiatur, totam terram inter has diviſas; ſcilicet à *Derwenta* per burnam de **Akedene**, contra montem, uſq; ad parvam **Akedene**; & inde per parvam **Akedene**, contra montem, uſq; ad capud **Widenes**; & inde uſq; ad **Carres**; & de **Carres**, per capud **Bradeſhagh**, uſq; in **Silvedene-Burneham**; & ex alterâ parte, per **Silvedene-Burneham**, contrà montem, uſq; ad vadum viæ **Corbrig**; & ſic contra vallem, per viam *Corbrigiæ*, uſq; in *Derwentam*; & inde per *Derwentam*, uſq; ad prædictam **Akedene**, in ſilvis, in planis, in pratis, in paſcuis, in ſtagnis, in aquis, in molendinis ad faciendam Abbaciam.

Præterea dedi eis duas Eccleſias; ſcilicet de *Herla* & de **Bywell**, cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet Capellâ de **Stiford**, Capellâ de *Shotleya*, & Capellâ *Appeltreleya*. Interim verò trado eis molendinum de *Shotleya*, eâ conventione, ut cum reciperent Eccleſiam de **Bywell**, reddant mihi molendinum. Conceſſi quoq; eis decimas de villâ **Wlwarthope**, & decimos piſces de ſtagno meo de **Stiforde**, ſolutâ decimâ ad Eccleſiam pertinente. Omnia hæc prænominata dedi eis & conceſſi, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum in perpetuam elemoſinam, ita liberam & quietam, ſicut aliquâ elemoſina liberiùs & quietiùs dari vel teneri poteſt. T. Domino *Hugone Dunelmenſi* Epiſcopo, *G.* Priore & Conventu *Dunelm. Willielmo* Archidiacono, *Simone* Camberlano, *Adam* de S. *Egidio*, *Walkelino* Decano, *Ricardo* de *Colinham*, *Willielmo* de *Hovedene*.

Carta ejuſdem Walteri, *de advocatione Eccleſiæ de* **Hedone**.

UNiverſis, (&c.) *Walterus* de *Bolebek* ſalutem. Noverit, (&c.) me dediſſe, (&c.) Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Blancalanda*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, quicquid juris & patronatus ego & anteceſſores mei habuimus in Eccleſiâ S. *Andreæ* de **Hedone**, cum ſuis pertinentiis, in puram & perpetuam elemoſinam, (&c.) pro animâ patris mei *Walteri*, & pro animabus aliorum anteceſſorum meorum. Hiis teſtibus Dominâ meâ & matre, *Sibilla*; *Hugone* de *Bolbek*, fratre meo; *Wielardo* perſonâ, de **Stiford**; *Hugone* de *Crawedene*, *Reginaldo* de *Kenebel*; *Thurſtano* filio *Ricardi*; *Ranulpho* de *Grey*; *Rogero* de *Cogners*; *Euſtachio* Clerico; *Gilberto* de la *Vale*, (&c.) Ibid.

Carta Hugonis *de* Bolebec *de terris diverſis, per metas conceſſis.*

OMnibus, (&c.) *Hugo* de *Bolebek* ſalutem. Ibid. Notum habeat univerſitas veſtra, me dediſſe, (&c.) Deo & S. *Mariæ* & Abbatiæ meæ de *Blancalanda*, & Canonicis & fratribus ibidem Deo ſervientibus, in puram, perpetuam, & liberam elemoſinam, totam terram in uſus proprios ad libitum ſuum excolendam, & ad omnia aiſiamenta ſua quæ in eam habere poterunt infra iſtas diviſas; ſcilicet à *Derwenta* ſicut **Wlwardeſhope** cadit in *Derwentam*, & ſic ſurſum ad rivulum uſq; ad capud de **Wulwardhope**; & de capite de **Wulwardhope** uſq; ad **Heſſinghopelowe**, & de **Heſſinghopelowe**, uſq; ad capud de **Silvingdene**; & inde deſcendendo uſq; ad viam de

Corebrigge, in augmentum terræ prædictæ Abbaciæ in proprios uſus antiquitùs optentæ, ſicut aliqua elemoſina liberiùs poteſt dari & quietiùs poſſideri. Et præterea conceſſi, & præſenti Cartâ meâ confirmavi prædictis Canonicis & fratribus communem paſturam ad uſum pecuniæ ſuæ, à *Derewenta* uſq; ad diviſas de **Slaueleye**, in quantum terra mea extenditur in latum; & verſùs Orientem, uſq; ad terram Domini *Hugonis* de *Bayllol*; & verſùs Occidentem, in quantum terra mea extenditur; ſcilicet in **Harewode** & in **Redeleme**, & in **Tunge**, cum pertinentiis in boſco & in plano & in morâ & ubiq;, excepto **Heſſinghope**; ſcilicet per has diviſas, à capite de **Langhevede** uſq; ad **Standandeſtane**; & de **Standandeſtane**, per viam quæ ducit verſùs Occidentem uſq; in **Beldene**. Et ſciendum eſt quod ego *H.* & hæredes mei, villas & ædificia, & wannagia, ad libitum noſtrum in illis terris prænominatis, ſcilicet in **Harewode**, & in **Redeleme**, & in **Tunge**, cum pertinentiis, faciemus. Et ſciendum eſt quod ego *H.* & hæredes mei, faciemus in **Heſelwode** unam vaciariam ad uſus noſtros proprios, & claudemus *xl.* acras terræ, ad excolendum, vel ad tenſandum ad libitum noſtrum, ita tamen quod prædicti Canonici & fratres habebunt liberum inter . . . . . ad uſum pecuniæ ſuæ, mecum & cum hominibus meis, in ſuâ communi paſturâ prænominatæ terræ, excepto **Heſſinghope**, per prænominatas diviſas. Et ſciendum eſt, quod prædicti Canonici & fratres de . . . . . villis & ædificiis & wannagiis, quæ ego *H.* & hæredes mei in illis prænominatis terris fecerimus, decimas & omnia iura eccleſiaſtica percipiant, ſalvo jure Capellæ meæ & hæredum meorum. Hiis teſtibus, *Roberto* filio *Rogeri*, *Euſtachio* de *Veſcy*, *Ricardo* de *Umfrevill*, *Rogero* de *Merley*, *Rogero Bertram*, *Gilberto* de la *Val*, *Otewero* de *Inſula*, *Rob.* de la *Vale*, *Johanne* de *Tirtelingtone*, *Willielmo* filio *Reginaldi*, *Rogero* de *Slaueleye*, *Willielmo* de *Kinebele*, & multis aliis.

ABBATHIA

de **Newbo** *in agro* Lincolnienſi.

Carta Regis Henrici *tertii*, *donationes in fundatione ejuſdem*, *per* Ricardum Malebiſſe, *recitans & confirmans.*

Cart. 19. *H.* 3. m. 17. Vide Cart. 57. *H.* 3. n. 22.

REx Archiepiſcopis, &c. Sciatis nos conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe, pro nobis & hæredibus noſtris, Deo & ſanctæ *Mariæ* & Canonicis de **Neubo**, Ordinis *Præmonſtratenſis*, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, totam villam de **Neubo**, cum pertinentiis, cum redditu ſalis --- & duodecim denariorum in **Hoyland**; & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, & libertatibus infra villam & extra, ſine ullo retenemento, ad Abbathiam ibidem Præmonſtratenſis Ordinis conſtruendam; Et Eccleſiam de **Staſter**, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et tertiam partem Eccleſiæ de **Knyvetone**, cum omnibus pertinentiis ſuis: Et dimidiam carrucatam terra in **Extwiſel**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ prædicti Canonici habent de dono *Richardi Malebiſſe*: Habenda & tenenda eiſdem Canonicis & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut Carta prædicti *Richardi*, in quâ donationes prædictæ pleniùs continentur, rationabiliter, teſtatur. Quare volumus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti Canonici de **Neubo**, & ſucceſſores eorum, imperpetuum habeant & teneant omnes prædictas donationes benè, & in pace, liberè & quietè, & integrè, cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam & perpetuam elemoſinam, ſicut prædictum eſt. Teſtibus venerabili patre *H. Roffenſi* Epiſcopo. *G. Mareſcallo* Comite *Pembrokiæ*, (&c.) Datum per manus *R. Cyceſtriæ* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud **Dovor** nono die *Februarii*.

Vide *Teſta de Nevill*, ſub feodis in wapent. de **Walybesburg**.

Carta quieta clamationis Johannis *de* Laſcy, *Comitis* Lincolniæ, *facta Canonicis de* **Neubo**, *de omnibus ſerviciis ſibi debitis*, *pro terris eorundem Canonicorum in villa de* Extwiſell.

Ex Regiſtro de **Kirkſtall** in Officio Ducatus *Lancaſtriæ* fol. 55.

UNiverſis, præſentibus & futuris, præſens ſcriptum viſuris vel audituris, *Johannes* de *Laſcy* Comes *Lincolniæ*, Conſtabularius *Ceſtriæ*, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me divinæ caritatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & pro ſalute animarum patris, & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe, & conceſſiſſe, remiſiſſe, & quietum clamâſſe, ac præſentis ſcripti patrocinio confirmâſſe, de me, & hæredibus meis imperpetuum Deo, & beatæ *Mariæ*, & Abbati, & Conventui de **Neubo**, Ordinis *Præmonſtratenſis*, in puram, & perpetuam elemoſinam, wardas, relevias, ſectas, ſcutagia, & omnia alia forinſeca ſervitia, ad me vel hæredes meos ſpectantia, de terris in villa de **Extwiſell**, quas *Ricardus Malebys* eis contulit. Et Dominus *Robertus* de *Lacy* eiſdem confirmavit; ſalvâ mihi, & hæredibus meis, Foreſtâ meâ. Teſtibus, Domino *Karolo* Abbate de **Stanlawe**, Dominis *Henrico* de *Longo-campo*; *Roberto* de *Ceſtria*; & *Waltero* de *Ludham* militibus, Domino *Roberto* perſona de *Radecliffe*; Domino *Oſberto* perſona de **Dunnington**, Domino *Ada* de **Nottingham**, Capellano Domini Comitis; *Symone* de *Heriz*, *Ricardo Foſſato*, *Ricardo* de *Cantelawe*, & aliis.

PRIORATUS

de Lavindene, in agro Buckinghamenſi.

Carta Regis Henrici *tertii, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 11. H. 3. p. 1. m. 4. HEn, Rex *Angliæ*, &c. ſalutem: ſciatis nos pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Abbati & Canonicis Eccleſiæ Sancti *Johannis Baptiſtæ* de Lavindene, Ordinis *Præmonſtratenſis*, Eccleſias, terras, poſſeſſiones, & tenementa ſub-ſubſcriptas; *viz.* de dono *Johannis* de *Bidun*, Fundatoris, locum Abbatiæ Sancti *Johannis Baptiſtæ*, qui ſitus eſt juxta Wardinton, in campis de Lavindene, cum culturis adjacentibus; ſartum ſcilicet de *Hiltebeya*, & *xx.* acras terræ juxta pontem *Walteri*, & novem acras terræ, & parcum nemoris juxta Tymmokeſwade; & quicquid idem *Johannes* habuit in molendino, quod vocatur *Hinſtapeſmelne*, cum pertinentiis ſuis; & duas partes decimæ dominii ſui de Lavindene; & decimam dominii ſui de Kirkebi, & de Stowe; & omnes Eccleſias de terris ſuis, cum omnibus pertinentiis ſuis; Eccleſiam ſcilicet de Latebiri, & Eccleſiam de Wuttone; & Eccleſiam de Seltone; & Eccleſiam de Stowe; & Eccleſiam de Kirkebi, & Eccleſiam de Thomeſtone. De confirmatione Sancti *Hugonis Linc.* Epiſcopi Eccleſiam de Lavindene. De dono *Sibillæ* de *Aungervill*, locum de Snelleſhal, & Capellam de Tattenho, cum pertinentiis. De dono & conceſſione *Rannulfi* Comitis *Ceſtriæ*, terram de *la* Lunde, cum croftis & toftis, & meſuagiis, & omnibus pertinentiis ſuis. De dono & conceſſione *Radulphi* de *Bray* totum boſcum de Hathereſey, cum pertinentiis, ad faciendum indè terram arabilem, ſi voluerint, & cum pratis, & paſturis adjacentibus. De dono ejuſdem *Radulfi* domum unam in Renga Mercatorum *Norhamp.* & novem ſolidos redditus de domo, quæ fuit *Johannis Leneric*, cum pertinentiis in *Norhamt.* De dono *Ricardi* de *Wyleford*, unam bovatam terræ in Wiggele, & totam partem ſuam de *la* Porhay, cum pertinentiis. De dono prædicti *Radulphi* de *Bray* totam terram de Hathereſhey, cum boſco & omnibus pertinentiis, quæ fuit *Johannis Fannel.*

De dono *Egel* . i . . . . uxoris *Bertrami Mallore*, totam partem, quam habuit in molendino de Hinſtape, cum pertinentiis. De dono *Simonis* filii *Guidonis*, *xix.* ſelliones, & quinque acras terræ in campis de Lavindene, cum pertinentiis; & unum meſuagium, cum crofto in Lavindene, quod fuit . . . . De dono *Nicholai* de *Havereſham* & *Roberti* de *Belamy*, totum boſcum de Erneſdene, & terram ſuper quâ boſcus ſedet cum pertinentiis. De conceſſione *Ricardi* de *Bello-campo*, culturam de Honeſwode cum pertinentiis, in campo de Lattebiri. De dono *G.* . . . . de *Holneye*, *xiv.* acras terræ in Lavindene, cum pertinentiis. De dono *Simonis* de *Holneye*, ſex acras terræ in Lavindene, cum pertinentiis. De dono *Willielmi* le *Franceis* *x.* acras terræ, & alibi *xiii.* acras terræ in Lavindene, cum pertinentiis. De dono *Gervaſii* de *S.* . . . . . & conceſſione *Willelmi* filii *Rollandi*, *xi.* rodas prati in Fylegrave, cum pertinentiis. De dono *Simonis* filii *Hamonis*, quinq; acras terræ in Bradele, cum pertinentiis. De dono ejuſdem *Simonis*, *xvii.* ſelliones terræ, & tres rodas prati & dimidiam cum pertinentiis, & totum aſſartum . . . . in Lavindene, cum pertinentiis. De conceſſione *Ermingardæ* filiæ *Joh.* de *Bidun*, totam terram de Bunneſwode, cum pertinentiis in campo de Lattebiri. De conceſſione *Joh.* filii *Rog.* de Lavindene, ſeptem acras & dimidiam boſci, cum pertinentiis, in Lavindene. De dono *Gunnodi* filii *Roberti* de *Braos*, unam culturam terræ in campis de Hare wold, cum pertinentiis. Quare volo (&c.) quod prædicti Abbas & Canonici de Lavindene imperpetuum habeant & teneant prædictas Eccleſias, terras, poſſeſſiones, & tenementa prædicta, benè, & in pace, liberè & quietè, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad prædictas Eccleſias, terras, poſſeſſiones, & tenementa prædicta pertinentibus, ſicut Cartæ prædictorum donatorum, quas indè habent, rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus, *H. Linc. J. Bathon. Th. Norwic.* & *W. Carleol.* Epiſcopis; *H.* de *Burgo* (&c.) Comite *W. Mareſcallo*, *Petro* filio *Hereberti*, *Radulpho* filio *Nicholai*, & *Godefrido* de *Crawecumbe*, *Henrico* de Capellâ & aliis. Data (&c.) apud *Weſtm. xxvi.* die *Maii* anno, &c. *xi.*

ABBATIA

de Wendlyng, in agro Norfolcienſi.

Carta Regis Edwardi *tertii, donationes* Willielmi *de* Wendlyng, *iſtius loci Fundatoris, necnon aliorum benefactorum, recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos (&c.) ſalutem. Conceſſionem, donationem & confirmationem, quas *Willielmus* filius *Willielmi* de *Wendlyng*, dudum per Cartam ſuam fecit Deo & beatæ *Mariæ*, & Canonicis ordinis *Præmonſtratenſis*, & eorum ſucceſſoribus, ad Abbatiam apud Wendlyng Pat. 6. E 3. p. 1. m. 25.

lyng fundandam, de toto meſuagio ipſius *Willielmi*, in **Wendlyng**, cum tribus carucatis terræ in villis de **Wendlyng**, **Skernyng**, magnâ **Franſam**, & **Franſam** parvâ, cum omnibus ſuis pertinentiis integrè, & plenariè, cum boſcis, pratis, paſcuis, terris, cultis, & non cultis, homagiis, & ſerviciis liberorum hominum, villenagiis, & eorum ſequelis; cum omnibus ſerviciis & eorum conſuetudinibus; ſtagnis & molendinis quibuſcumq;, piſcariis, turbariis, Juncariis, & communibus paſturis, viis, ſemitis, liberis introitibus & exitibus, actionibus, libertatibus, conſuetudinibus, & aiſiamentis, ad meſuagium, terram, homagia & omnia prædicta pertinentibus. Et etiam de toto meſuagio illo, quod habuit in villâ de **Flentwell**, cum omnibus domibus, & ædificiis, quod ſitum eſt inter regalem viam, & ripam aquæ verſùs aquilonem; & de omnibus aliis meſuagiis ipſius *Willielmi*, cum domibus & ædificiis, quæ tunc ſita fuerunt in eadem villâ; & de omnibus homagiis & ſerviciis liberorum hominum, ac de omnibus villanis ſuis, cum terris & tenementis & eorum ſequelis; necnon de omnibus terris & tenementis ipſius *Willielmi*, cum pratis, paſcuis, molendinis, bercariis, & faldis, turbariis, mariſcis, cum omnibus paſturis, liberis introitibus & exitibus, & cum omnibus aliis libertatibus, & pertinentiis, ſine aliquo retenemento, ad luminare, & ornamenta dictæ Eccleſiæ reparanda & ſuſtinenda, & ad veſtimenta & calciamenta dictorum Canonicorum & Converſorum, in liberam & perpetuam elemoſinam.

Conceſſionem etiam, donationem, & confirmationem, quas idem *Willielmus* fecit, per aliam Cartam ſuam prædictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, de toto Manerio ipſius *Willielmi* de *Geyton*, cum meſuagio & ædificiis, & cum omnibus ſuis pertinentiis, ſine aliquo retenemento, ad luminare & ad ornamenta dictæ Eccleſiæ de **Wendlyng** reparanda & ſuſtinenda; & ad veſtimenta & calciamenta dictorum Canonicorum & Converſorum, in liberam & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem inſuper, donationem, & confirmationem, quas idem *Willielmus* per aliam Cartam ſuam fecit Canonicis prædictis & ſucceſſoribus ſuis, de toto meſuagio ipſius *Willielmi*, cum domibus in villa de **Langeham**; & de tota terra, & de toto annuo redditu, ac toto tenemento quæ idem *Willielmus* habuit ex dono *Tho.* filii *Bartholomæi* de *Langeham*, cum pratis, paſcuis, paſturis, viis, ſemitis, communiis, liberis introitibus, & exitibus, aiſiamentis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis in liberam & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam, (&c.) quas idem *Willielmus* per aliam Cartam ſuam fecit prædictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus, de tribus acris terræ cum pertinentiis in villa de **Jakeſham**, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, quas idem *Willielmus* habuit ex dono *Roberti* de *Cureun* militis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem, (&c.) quas idem *Willielmus*, per aliam Cartam ſuam fecit prædictis Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis, de omnibus homagiis ipſius *Willielmi*, & de toto redditu ſuo aſſiſo in **Reymerſton**, cum omnibus ſuis pertinentiis. Conceſſionem etiam, (&c.) quas idem *Willielmus*, per aliam Cartam ſuam fecit prædictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, de unâ peciâ terræ in **Canewrth**, vocatâ **Letenteſtoft**, cum homagio & toto ſervicio *Martini* del *Bek*, & *Agnetis* uxoris ejus; & de duabus acris terræ, cum pertinentiis in eadem villâ, quæ fuerunt *Alani Knygth* de **Cranewrthe**; & de ſeptem acris terræ & dimidia, cum pertinentiis in **Letton**; & de ſeptem acris terræ, & duabus acris paſturæ & dimidia, cum pertinentiis in **Shipedeham**; & de tribus acris terræ, & unâ acrâ paſturæ, cum pertinentiis in **Ryſing**, in liberam & perpetuam elemoſinam.

Conceſſionem inſuper, (&c.) quas idem *Will.* per aliam Cartam ſuam fecit prædictis Canonicis & ſucceſſoribus ſuis, de toto meſuagio ipſius *Willielmi* de *Willake*, cum terra, prato paſtura, mariſco, & cum omnibus aliis ſuis pertinentiis; ac etiam de totâ piſcariâ de **Crethemere**, cum mariſco, & cum omnibus ſuis pertinentiis, ſine ullo retenemento, in liberam & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem, (&c.) quas idem *Willielmus* per aliam Cartam ſuam fecit prædictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, de toto annuo redditu ipſius *Willielmi*, in villis de **Tilneye**, **Wygehal**, **Sadelbowe**, **Clenchewarton**, circa ripam & ultra; & **Northlenn**, qui aliquando fuit *Egidii* de *Vernoun*, & *Johannæ* uxoris ejus, cum homagiis, releviis, wardis, eſcaetis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis; & de unâ peciâ terræ in villa de **Walpole**, & homagiis & ſerviciis *Henrici* de *Thornemere* in eadem villâ; & de uno meſuagio in **Elme**, cum totâ terrâ, pratis, paſcuis, aquis, piſcariis, redditibus, & omnibus ſuis pertinentiis, & de meſuagiis ſuis in villa de **Drneburgh**, cum terris, redditibus & omnibus ſuis pertinentiis, & de toto annuo redditu ipſius *Willielmi* in villis de **Shipedeham**, & **Letton**, cum omnibus homagiis, wardis, releviis, eſcaetis, liberorum hominum, conſuetudinibus, & ſerviciis villanorum; & de uno molendino ventricio in eadem villâ de **Letton**, cum homagiis & ſerviciis *Johannis Aleyn*, *Willielmi* le *Punnir*, & aliorum liberorum hominum ipſius *Willielmi* in **Flentwell**, cum releviis, & eſcaetis; & etiam de homagiis & ſerviciis, quæ idem *Willielmus* habuit in villis de **Brandon**, & **Theford**; & de homagiis, ſerviciis, & redditibus, quæ habuit in villis de **Salle** & **Hoo**, cum releviis, wardis, eſcaetis, & omnibus aliis quæ eidem *Willielmo* inde aliquo modo poſſent accedere, in liberam & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem inſuper, (&c.) quas idem *Willielmus* fecit per aliam Cartam ſuam dictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, de omnibus meſuagiis, & omnibus tenementis ipſius *Willielmi*, in **Wendlyng**, **Skernyng**, parvâ **Franſham**, magnâ **Franſham**, **Dunham**, & **Remeſton**, cum redditibus liberorum hominum, villanis & villenagiis, eſcaetis, wardis, releviis; uno molendino aquatico in **Wendlyng**; uno molendino ventricio, in **Skernyng**; pratis, paſcuis, paſturis, turbariis, boſcis, planis, &

omnibus pertinentiis ſuis, ac omnibus quæ ipſius *Willielmi* fuerunt, vel aliquo modo eſſe potuerunt in villis prædictis, ſine aliquo retenemento, in liberam & perpetuam elemoſinam.

Conceſſionem etiam (&c.) quas *Reinerus* de *Gymmyngham* fecit *Nicholao* dudum Abbati de **Wendlyng**, & ſucceſſoribus ſuis, ac Eccleſiæ ſuæ beatæ *Mariæ* de **Wendling**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de duabus acris terræ, & dimidiâ, cum pertinentiis in parochiâ *Omnium Sanctorum* de **Burnham Hulp**, unà cum advocatione medietatis ejuſdem Eccleſiæ *Omnium Sanctorum*, cum omnibus ſuis pertinentiis. Conceſſionem inſuper (&c.) quas *Reinerus* filius *Willielmi* de **Gymmyngham**, per Cartam ſuam fecit prædicto Abbati & Conventui ſuo de **Wendlyng** & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de tribus acris terræ, & dimidiâ cum pertinentiis in **Burnham**, & de advocatione medietatis Eccleſiæ Sanctæ *Margaretæ* de **Burnham**, cum omnibus ſuis pertinentiis. Conceſſionem etiam (&c.) quas *Robertus* de *Stotevill* per Cartam ſuam fecit prædictæ Eccleſiæ de **Wendlyng**, ac Abbati & Conventui ejuſdem loci, & eorum ſucceſſoribus, in liberam & perpetuam elemoſinam, de toto dominio ipſius *Roberti* in villâ de **Wendlyng**; ſcilicet in viis, ſemitis, pratis, paſcuis, paſturis, turbariis, aquis, ſtagnis, & cum omnibus aliis libertatibus ſuis; & etiam de omnibus homagiis ejuſdem *Roberti* de eadem villà de **Wendling**; ſcilicet liberorum hominum & villanorum ſuorum, cum omnibus ſequelis ſuis, & catallis ſuis, & cum omnibus aliis adventuris imperpetuum. Conceſſionem (&c.) quas idem *Robertus* fecit per aliam Cartam ſuam prædictis Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de unâ placeâ terræ, quæ tunc vocabatur le **Merledelond**, cum quadraginta acris terræ, quas idem *Robertus* Canonicos prædictos aliquando per adquiſitionem prædicti *Willielmi* de *Wendlyng* feoffaverat, cum advocatione Eccleſiæ *omnium Sanctorum* de **Weſenham**, cum Capellis ſuis, ſcilicet beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*. Conceſſionem etiam (&c.) quas *Jordanus Folyot* miles, per Cartam ſuam fecit prædictis Abbati & Canonicis & eorum ſucceſſoribus in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de tribus acris, & tribus rodis terræ jacentibus in **Weſenham**, ſimul cum advocatione Eccleſiæ *omnium Sanctorum* ejuſdem villæ, cum Capellis Sanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* eidem Eccleſiæ *Omnium Sanctorum* annexis; & cum omnibus libertatibus, & pertinentiis ad prædictam terram ſpectantibus, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto nunc Abbati & Conventui loci prædicti & eorum ſucceſſoribus, imperpetuum, concedimus & confirmamus, ſicut Cartæ prædictæ rationabiliter teſtantur; & prout iidem Abbas & Conventus terras & tenementa prædicta, cum pertinentiis, ac advocationes prædictas modò tenent, ipſiq; & eorum prædeceſſores eadem terras & tenementa, cum pertinentiis, ac advocationes prædictas hactenus rationabiliter tenuerunt. In cujus (&c.) Teſte Rege apud *Weſtm.* *xxix.* die *Jan.*

Carta Roberti *de* Stutevill, *omnes terras de feodo ſuo, Canonicis de* **Wendling** *conceſſas, ratificans & confirmans.*

SCiant præſentes & futuri, quod *Robertus* filius *Willielmi* de *Stutevill* de **Greſſenhall**, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Wendling**, & Abbati & Canonicis, ordinis *Præmonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, pro ſalute animæ meæ, & *Johannæ* uxoris meæ, patris mei, matris meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum; & pro animâ Domini *Rogeri Norwicenſis* Epiſcopi, totum ſitum novi operis Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ*, & Abbatiæ de **Wendling**, cum ædificiis ibidem ædificatis, & ædificandis, omnes terras, & tenementa, quæ prædictus Abbas, & Conventus tenent de me, & villanis meis, & tenuerunt die confectionis iſtius Cartæ in villis de **Wendling**, **Skerning**, **Greſſenhall**, de *parva* **Franſham**, & *magna* **Franſham**, cum homagiis, ſervitiis liberorum & villanorum; wardis, releviis, eſcaetis, boſcis, pratis, alnetis, paſturis, paſcuis, ſemitis, viis, ſtagnis, aquis, molendinis, turbariis, ſpinetis, cum libertate unius faldæ; liberis introitibus & exitibus; & omnibus aliis, tam dominicis, quàm ſerviciis, cum omnibus pertinentiis ſuis, & aſeamentis ad prædictum tenementum pertinentiis. Habenda, & tenenda eiſdem Abbati, & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ, in liberam, puram, & perpetuam elemoſynam, quietè, & ſolutè, ab omni ſervitio ſæculari, & exactione, de me, & hæredibus meis imperpetuum; ſalvis mihi, & hæredibus meis, vel meis aſſignatis prædictæ Abbatiæ Patronatus & warennâ noſtrâ; & communis noſtris, & hominum noſtrorum in villis prædictis: Et ego prædictus *Robertus*, & hæredes mei warantizabimus, acquietabimus, & defendemus prædictum ſitum, terras, & tenementa prædicta, cum ædificiis, redditibus, & omnibus aliis pertinentiis ſuis ſupradictis, prout prædictum eſt, prædictis Abbati, & Coventui, & eorum ſucceſſoribus, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ, ut liberam, puram, & perpetuam elemoſinam noſtram, in perpetuum contra omnes: Et in hujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, dominis *Oſberto* de *Cali*, *Richardo* de *Belhus*, *Roberto* de *Hulmo*, *Sayero* de *Trivilla*, *Hamone* de *Pateſle*, *Roberto* de *Cateſtun*, & *Roberto* de *Saham*, militibus: *Willielmo* de *Franſham*, *Johanne* de *Dunham*, *Rogero* de *Harſic*, *Thomaſo Burton*, *Galfrido* de *Bitering*, *Richardo* de *Bavens*, *Alexandro* de *Skerning*, & *Alexandro* de *Greſſenhall*, & aliis. Dat. apud **Wendling** ſexto Idus *Juli*, Anno Domini *MCCLxxiii*. 1.Ed. 1.

PRIORATUS

de **Hagneby** in agro Lincolnienſi.

Ex Cron. de *Hagneby* in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie *Veſpaſiani*.B.11.]

De fundatoribus & præcipuis ejuſdem Cœnobii benefactoribus.

ECcleſia fundata eſt apud **Hagneby** in honore beati *Tho.* Martyris, & Archiepiſcopi *Cantuarienſis*, à dominâ *Agnete* de *Orreby*, tempore *Henrici* Regis ſecundi, anno Regni ſui *xxii.*

A.6.R.1. Bitus *Herberti* filii *Alardi* de *Orreby*, fundatoris Eccleſiæ S. *Thomæ* Martyris de **Hagneby**

A.16.Joh. Obitus *Agnetis* de *Orreby* fundatricis Eccleſiæ de **Hagneby**, *xvii.* Kal. *Dec.*, & jacet tumulata apud **Hagneby**, in Capitulo, juxta *Herbertum* virum ſuum.

A.3.H.3. *Johannes* filius *Herberti* de *Orreby*, dedit quinq; bovatas terræ; ſcilicet totam terram quam habuit in **Hagneby**, & **Fugletorp**, cum omnibus hominibus quos ibidem habuit, Eccleſiæ beati *Thomæ* Martyris de **Hagneby**, & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ; Et confirmavit eiſdem, donationes patris & matris ſuæ.

A.23.H.3. *Johannes* de *Orreby* dedit Eccleſiæ de **Hagneby** redditum quatuor ſolidorum.

A.41.H.3. Obiit *Johannes* de *Orreby*, Advocatus domus de **Hagneby**, tempore Domini *Rogeri* de *Retford* Abbatis ejuſdem domus.

A.52.H.3. Conceſſit Dominus *Ricardus* Epiſcopus *Lincolniæ* Eccleſiam de **Hancy**, Abbati & Conventui Eccleſiæ beati *Thomæ* Martyris de *Pratis*, in proprios uſus.

Ratificata eſt donatio Domini *Ricardi* Epiſcopi *Lincolniæ* ſuper Eccleſiam de **Hancy**. Abbati & Conventui de **Hagneby**, à Decano & Capitulo matricis Eccleſiæ *Lincoln*.

A.57.H 3. Emit Abbas de **Hagneby**, ſcilicet *Johannes* de *Barwe*, boſcum de **Thoresby** à Domino *Philippo* de *Caletoft*; & confirmata eſt per Cartam Domini *Henrici* de *Lacy* Comitis *Lincolniæ*; pro cujus emptione vendidit dictus Abbas, ex conſenſu Conventus, domos quos habebat in S. *Botulfo*.

A.4 E.1. *Johannes* Abbas de **Hagneby** acquiſivit Cartam libertatis à Domino *Philippo* de *Kyme*, omnium terrarum quas habuerunt de feodo ſuo, die S. *Margaretæ* Virginis, ſcilicet *xiiii.* Kal. *Auguſt*, die Lunæ.

A.9.E.1. Facta fuit finalis concordia, in Curiâ Regis apud *Lincolniam*, inter *Hugonem* de *Fenneby*, & *Aviciam* filiam *Wigoti* de **Wald-Neuton**, & Abbatem de **Hagneby**, hoc modo: Hæc eſt finalis concordia facta anno *ix.* E. 1. inter *Johannem* Abbatem quærentem, & *Aviciam* filiam *Wigoti* de **Wald-Neuton** deforciantem, de tribus carucatis terræ cum pertinentiis in **Hagneby**, & **Fuglestorpe**, eſſe jus Abbatis & Eccleſiæ ſuæ.

Item terminata eſt lis, inter dominam *Johannam* de *Steping*, & *Radulphum* de *Trihamton*, de Manerio de **Stepinge**, quod tenet de dono dominæ *Agnetis* de *Percy* ſororis ſuæ.

A.20.E.1. Obiit *Johannes* de *Barwe* Abbas de **Hagneby**, *xiii.* Kal. *Martii*.

ABBATIA

de parco **Stanley** (*vulgariter nuncupata* **Dale** *in agro* Derbeyenſi.

Fundationis Hiſtoria.

Ex vetuſto exemplari penès *Joh. Vincent.* generoſ.

TUæ petitioni, frater cariſſime, cum honeſta ſit admodum & utilis, ſatisfacere volens, ut & mens mea piis ſtudiis occupata, doloris, qui mihi nuper accidit, initium, erat faſtidium, qualiter divina pietas locum iſtum miſericorditer reſpexerit, illumq; pro ſuis habitatoribus clementer elegerit; quia non gentem propter locum, ſed locum propter gentem elegit, & à quibus ante adventum noſtrorum *Præmonſtratenſium*, inhabitatus fuit, & per quos vel quo modo, Ordo noſter hic primò dexterâ Dei plantatus fuerat, prout à prædeceſſoribus noſtris & aliis, qui ea bene noverunt, quæ dicturus ſum veraci relatione, cognovi, fideli ſtilo breviter commendare curabo, ut narrent poſteri laudes Domini, & virtutes ejus, & mirabilia ejus, quæ fecit in iſto loco. Sed precor te, quicumque hæc legeris, ne me reprehendas, quod iſtud opuſculum intemptatum à tam præclaris viris, qui nos præceſſerunt in viâ hac, quâ ambulamus, attemptare præſumo; ſed quâ mente id facio agnoſcas; Non enim alicujus levitatis aut temeritatis auſu illud aggredior, ſed verâ humilitate & merâ caritate, ut habeant minores noſtri, & alii qui voluerint, notitiam de præteritis factis in loco iſto, diebus patrum noſtrorum prædictorum; quæ, ſi per negligentiæ vicium non forent ſcripto commendata, poſteris eſſent incognita. Legê igitur patienter; & cum perlegeris, ſi in ipſo opuſculo aliqua certa repereris emendatione condigna, eſto quæſo caritativus correctoɾ, & non præſumptuoſus depravator; quia nullo modo bonus eſſe poterit emendator, qui ſemper eſt ſiniſtræ partis interpretator. Sed quia ſunt pleriq; qui ipſorum ſcriptis, ſine cauſâ derogare congaudent, ego invocatâ Spiritus Sancti gratiâ, talium oblatratus, non verens ſyrenarum voces, *Ulyſſis* exemplo, aure ſurdâ pertranſibo. Nomen meum meritis legentium conſcribi faciat altiſſimus in libro viventium. Volenti tamen illud ſcire, de facili conſtare poterit per literas capitulares.

Honorificum reor eſſe in exordio primi Capituli, breviter aliquid in laude virorum fortium texere, qui me, vocante Deo, ad habitum regularem receperunt inter ſe; cur enim hoc eos non lauder in terris, quos vita ſanctiſſima venerabilem duxit ad mortem, & *Chriſtus* jam fæliciter in cœlis coronavit. Ego igitur inter pueritiæ juventutiſq; flores, à patre meo datus ad ſerviendum Deo, & piæ genitrici ejus Virgini *Mariæ* in loco hoc habitum ſuſcepi, ab Abbate *Johanne Grauncorth* patre venerabili, Deo & hominibus amabili, qui ſocius erat ſpecialiſſimus beati *Auguſtini* de **Lavenden**. Hii duo in diebus ſuis ſplendiderunt in Ordine, ut *Lucifer* & *Heſperus* in cœli cardine. Fuerunt eo tempore iſtius ſancti cœnobii viri ſine querelâ, ante Deum degentes; ſplendidas virtutum veſtes gerentes; vultum Angelicum habentes; caritate mutuâ ferventes, Domino *Jeſu Chriſto* devotè ſervientes. Quis fratris *Galfridi* de *Gawell*, fratris *Rogeri* de *Derby*, cæterorumq; virtutes enumerare ſufficiet. Talem patrem, tales decebat habere filios. In illorum magnitudine virtutum exprimenda, ſi mihi *Homeri* ſeu *Maronis* facunda adeſſet loquacitas, puto ſuccumberet. Quatuor ante annos & ampliùs, inter eos, jam veteranâ in Congregatione, cum nobilis matrona Domina *Matilda* de *Salicoſamora*, Eccleſiæ noſtræ Fundatrix, cujus memoria in benedictione eſt, veniret ad nos de partibus **Lindeſey**, ſenex & plena dierum; quia ſciens tempus vocationis ſuæ ex hoc mundo celeriùs appropinquare, exitum ſuum orationibus tam ſanctorum virorum Deo diſpoſuerat commendare. Acceſſitoq; coram eâ, quadam die, ſacro Conventu, ſpaciandi gratiâ, factâ mentione de primis hujus loci habitatoribus, ſequentem coram omnibus intulit narrationem.

Oris, inquit, *mei verba audite, filii mei cariſſimi, & narrabo vobis fabulam; non fabulam, ſed rem certiſſimè geſtam. Fuit quidam piſtor in* **Derby**, *in vico qui dicitur ſancta* Mariæ; *Habebat tunc temporis Eccleſia beata* Mariæ de **Derby** *magnam parochiam, & Eccleſia de* **Canone** *fuit ei ſubjecta & Capella. Eratq; dictus piſtor altero modo* Cornelius, *vir religioſus & timens Deum, ita bonis operibus ſuis intentus, ut quicquid præter ſuum ſuorumq; victum & veſtitum, & domus neceſſaria per ſeptimanam quærere poſſet, Sabato ad Eccleſiam beatæ* Mariæ *deferret, & pauperibus pro amore Dei & beatæ* Mariæ *Virginis erogaret. Cumq; talibus piis exercitiis vitam duceret per plures annos, eſſetq; Deo charus & acceptus, placuit Deo ipſum perfectius probare, & probatum glorioſius coronare. Accidit quoque, ut quadam die in autumpno, cum meridiano ſompno ſe dediſſet; apparuit ei in ſompnis beata Virgo* Maria, *dicens,* Elemoſinæ tuæ acceptæ ſunt coram filio meo & me; Sed modò ſi vis perfectus eſſe, relinque omnia quæ habes, & vade apud **Depedale**, & ibi ſervies filio meo & mihi vitâ ſolitaria; & cum curſum tuum feliciter conſummaveris, habebis regnum claritatis, jocunditatis, & fælicitatis æternæ, quod paravit Deus diligentibus ſe. *Evigilans vir, & divinam erga ſe factam ſentiens bonitatem, Deo & beatæ Virgini conſolatrici ſuæ gratias agens, nemini hominum quicquid locutus eſt; relictis omnibus quæ poſſidebat, receſſit continuò ſcienter neſcius, ut legitur de beato* Benedicto; *ſcienter, quia nomen loci didiſcerat; neſcius, quia ubi locus eſſet penitus ignorabat. Vertens igitur iter ſuum verſus Orientem, cum tranſiret per medians villam de* **Stanley**, *audivit mulierem puellæ cuidam dicentem,* Tolle tecum vitulos noſtros, & mina eos uſq; **Depedale**, & feſtina revertere. *Quo audito, vir admirans gratiam Dei, & quaſi propter ſe hanc vocem factam eſſe reputans, obſtupuit; & accedens propius dixit,* Dic mihi, bona mulier, ubi eſt **Depedale**. *Quæ reſpondit,* vade cum puellâ, & ipſa, ſi vis, oſtendet tibi locum. *Quo cum perveniſſet, invenit locum paluſtrem valde, terram ibidem longéq; ab omni habitatione hominum ſeperatam, divertenſq; ſe ad eurocluſtum loci, ſub montis latere excidit ſibi in petra manſiunculam & Altare verſum ad Auſtrum, quod uſq; hodie perſeverat; Ibiq; Deo die noctuq; ſerviebat in fame, ſiti, frigore, & inedia.*

Magna autem poteſtatis homo quidam nomine Radulfus *filius* Geremundi, *eo tempore Dominus erat medietatis villæ de* **Okebruck**, *& de* **Alwaſton**, *cum ſoka. Hic, cum vice quadam* à Normanniâ *reverſus eſſet in* Angliam, *placuit ſibi viſitare terras & nemora ſua. Cumq; die quadam, ludum quærens, veniſſet cum canibus ſuis, venandi gratia in boſcis ſuis de* **Okebruck**, *ſtipatus caterva multa, appropinquavit loco ubi degebat vir Dei, & videns fumum ignis de ſpelunca hominis Dei, aſcendentem, indignanter præmirabatur, vehementius qua temeritatis fronte auderet aliquis in boſco ſuo manſionem ſibi facere, ſine ipſius licentia. Accedens igitur ad locum reperit hominem veteribus panniculis & pellibus indutum. Cum ſciſcitatus eſſet ab eo, quomodo, unde, & ob quod ibi veniſſet; & ille ſibi cauſam diligenter expoſuiſſet, compunctus corde idem* Radulphus *filius* Geremundi, *videns ipſius hominis Dei calamitatem, conceſſit ſibi locum; deditq; ei decimam molendini ſui de* Burgo *ad ipſius ſuſtentationem. Et ab illo tempore, uſq; ad hunc diem, remanſit ipſa decima fratribus apud* **Depedale** *Deo ſervientibus.* Uſq; hæc verba, prædicta Domina *Matildis*, alia quidem perſecuta, quæ ſuis in locis competenter ordinabuntur.

Antiquus autem generis humani inimicus, mali artifex, videns *Chriſti* tironem diverſis virtutum floribus vernare, cœpit ei, ſicut & ceteris Sanctis, invidere, cogitationibus ſuis crebriùs immittens ſæculi vanitatem, vitæ ſuæ aſperitatem, quaſi intolerabilem, loci ſolitudinem, deſertiq; varias importunitates; ſicut *Humfridus*, quem multi, qui adhuc ſuperſunt, noverunt, non ſolum mihi, ſed & multis aliis narrare conſueverat. Hic *Humfridus* aſſerere conſuevit vicinus fuerat *Gome* de la *Dale*, de qua in ſubſequentibus fiet mentio. Vir autem Domini prædicti ſerpentis tortuoſi virus agnoſcens, orationibus aſſiduis, crebris jejuniis, ſanctis meditationibus omnia ejus temptamenta, per Dei gratiam, evacuabat, unde factum eſt, quod non ſolum clam, ſed & palam totus graſſaretur in eum, viſibilem cum eo gerens conflictum. Et quia graves fuerunt ei indies aſſultus inimici ad tolerandum, immenſam ſuſtineret aquæ inopiam, loca propinqua circuiens, non longè à ſuo loco, verſùs occidentem, in valle reperit fontem, juxta quem ſibi fecit tugurium, & oratorium in honore Dei, & beatæ *Mariæ* conſtruxit, ibiq; vitæ ſuæ agonem in Dei ſervicio laudabiliter conſumens, de corporis ergaſtulo fæliciter tranſivit ad Dominum.

Sed & illud memorabile patribus noſtris notiſſimum, quod circa illa tempora, in loco hoc monſtrare dignatus eſt Dominus, ipſo opitulante, monſtrabimus. Fuit quidam *Uthlagus* famoſiſſimus, partes iſtas frequentans, propter iter commeantium inter Nottingham & Derby per foreſtam: Erat enim tota patria inter pontem Derby & aquam de *Irrewyſha*, foreſta eo tempore. *Uthlagus* igitur ille, cum, in unâ dierum æſtivi temporis, ſuper Lyndzike (qui mons eſt extra portam Monaſterii noſtri, ad Occidentem) ſederet, ſociis ſuis circa ſe ludentibus, ſopor gravis irruit in eum; Et cum obdormiret, videt in ſompno Crucem auream ſtantem in loco, ubi nunc fundata eſt Eccleſia noſtra, cujus cacumen cœlos tangebat; extremitates verò brachiorum, uſq; ad fines Orbis terrarum, ex utraq; parte ſe extendebant, de cujus claritatis magnitudine, totus mundus reſplenduit, vidit autem, & ex diverſis gentium nationibus, homines venientes, & Crucem illam devotiſſimè adorantes. Expergefactus homo, & à ſompno evigilans, convocatis ſociis ſuis narravit eis viſionem à Domino ſibi revelatam, adjecitq; & ait, *Vere ſocii mei dilectiſſimi, vallis iſta, quam ſubter nos cernitis, & monti huic contigue adjacet, locus ſanctus eſt; vere,* inquit, *Dominus eſt in loco illo, & ego neſciebam; filii qui naſcentur & exurgent enarrabunt filiis ſuis magnalia, quæ operabitur Dominus in valle iſta. Vallis,* inquit, *iſta virtutum floribus erit dealbata, plena deliciis, & amœnitate: Venient enim, prout mihi eſt revelatum de diverſis nationibus, Dominum in valle iſta adoraturi, & ipſi uſq; in finem ſeculi, pro temporum ſucceſſione ſervituri; & quia Dominus noſter* Jeſus Chriſtus *tantum de ſecretis ſuis mihi peccatori oſtendere dignatus eſt, ideo ſciatis, quod me de cætero, nec ſocium, nec magiſtrum habere poteritis; ſed, ipſius gratia adjutus, vitam meam ad ipſius voluntatem emendabo.* Et oſculatis omnibus deceſſit ab eis, ſed quo devenit illis, eo tempore, fuit incognitum. Fuerant quidam, qui dixerunt ipſum apud Depedale iviſſe, ibiq; Domino in ſecretâ converſatione ſuo perpetuo ſerviſſe, & fælici fine in Domino ibidem quieviſſe.

Dominus de Badeley, *Serlo* de *Grendon* nomine, miles armis ſtrenuus, divitiis potens, generis eminentiâ conſpicuus, accepit in uxorem *Margeriam* filiam prædicti *Radulphi* filii *Geremundi*; & cum ipſa medietatem villæ de Okebrucke, in liberum maritagium; de quâ genuit tres filias, ſcilicet *Johannam*, *Iſoldam* & *Agatham*; ad quas, demum (proh dolor) deſcendit hæreditas. Genuit quoq; quinq; filios, *Bertramum*, poſtea Canonicum noſtrum; *Willielmum* Clericum recolendæ memoriæ, Advocatum noſtrum; *Fulcherum*, *Jervaſium* & *Serlonem*. Poſtea accepit in uxorem *Matildem* nobilem progenie, ſed moribus multò nobiliorem, dominam de Celston; de quâ genuit *Andream* de *Grendon*, & *Radulphum* Dominum de Boteston, cæteris fratribus militibus. Genuit autem & *Robertum*, ex concubinâ; qui fuit armis potentior cæteris. Erant eo tempore *Grendonenſes* famoſiſſimi in terrâ hac, magnæq; potentiæ viri; & habebat prædictus *Serlo* amitam unam, quæ & mater ejus erat ſpiritualis; eò quòd eum de ſacro fonte ſuſceperat. Huic dedit dictus *Serlo*, quoad viveret, locum de Depedale, cum pertinentiis; & totam terram cultam & incultam, quæ eſt inter ſemitam, quæ extendit à boriali portâ de Bonhag, verſùs occidentem, uſq; ad le Entheyſiche, & Hameſhoke. Et quia tales matres ſpirituales *Anglice* vocantur Comes, ipſam, communi vocabulo, vocabant the Come of the Dale. Hæc habebat filium nomine *Richardum*, bonæ indolis adoleſcentem, quem ſatis literis eruditum, poſt ſacros Ordines ritè ſuſceptos, ordinari fecit Presbyterum, ut in Capellâ ſuâ de *Depedala* miniſtraret in divinis; quod & fecit. Manſio autem ejuſdem matronæ fuit in ſuperiori parte orti noſtri, verſùs Auſtrum, in loco ubi nunc eſt ſtagnum, quod vocatur fratris *Rogeri* de *Aliſby*, ubi cum patres noſtri fecerunt illud ſtagnum, invenerunt in fundo ipſius lapides plures ſectos, qui olim fuerant de manſione ſupradictâ.

Eo tempore cum eſſet domus de Calke mater Eccleſiæ de Rependon, volente Deo, qui omnia diſpoſuit, ſuaviter locum de Depedale gratioſus exaltare, prædictâ matronâ venerabile conſentiente, quin potius procurante, dictus *Serlo* de *Grendon* convocavit Canonicos de Calke, & illis dedit locum de Depedale. Suſcepit autem inter eos habitum regularem prædictus *Ricardus* Capellanus, & ſicut narravit mihi *Humfridus* (de quo ſuperiùs memoriam feci) Prior ipſorum Canonicorum vocabatur *Humfridus*; fueruntq; ſibi ſocii *Nicholaus*, & *Symon*, qui fuerat paulo ante conſcholaris & ſodalis *Willielmi* de *Grendon*, apud *Pariſios*; & *Ricardus* Capellanus prædictus, & duo alii, quorum nomina à meâ receſſerunt memoriâ. Radicati igitur in eodem loco prædicti Canonici & à Deo confortati, ædificaverunt ſibi Eccleſiam opere ſumptuoſo, & alias officinas. *Humfridus* verò Prior eorum Curiam adivit *Romanam*, & optimum privilegium, quod adhuc habemus penès nos, ſuper loci confirmatione, ſepultura, Cantaria etiam tum interdicto ſuppoſita, & aliis libertatibus plurimis, impetravit. Tunc cœperunt non ſolum de progenie *Grendonenſium*, ſed & alii plures nobiles & vulgares, locum de *Depedala* frequentare, de bonis ſuis largiter donare, & decedentes corpora ſua ibidem requieſcunt ſepulta, militum ampliùs quam quadraginta, exceptis aliis nobilibus & ingenuis, ſexus promiſcui, & vulgari populo innumerabili. Requieſcit autem ibidem *Petrus Cocus* de **Bathley**, Anacorita loci illius, ſanctæ recordationis, de cujus converſatione ſanctâ, quam pro parte novi, & de ejus geſtis ab eo & aliis mihi plenâ fide revelatis, in ſubſequentibus, opitulante Deo, ſolemnis fiet mentio; & ideo loco illi, ob ipſius ſanctitatem, & tantorum Chriſti fidelium ibidem quieſcentia corpora, devotus debetur honor & reverentia.

Multis igitur annorum curriculis, in loco prædicto commorantibus Canonicis ſupradictis, cum eſſent longè ſegregati à ſociali converſatione hominum, & illis privatim arrideret loci amœnitas, cœperunt remiſſiùs ſe habere in Dei ſervicio, & divinis obſervantiis; plus enim frequentabant Foreſtam, quàm Eccleſiam; plus ſcurrilitati, quàm animarum utilitati; plus venationi, quàm orationi vel meditationi intendentes: & cum eſſet tota patria Foreſta, ut ſupradictum eſt, Rex audiens eorum inſolentiam, eos propter venationem amoveri fecit de loco, illis ante, omnia quæ habebant in manus patroni reſignantibus, & ad locum undè exierant regreſſis, licèt eſſent neceſſitate compulſi. [illegible] Prior eorum apud le **Magdalen** ſeceſſit, ibiq; vitam heremiticam, multis diebus exercuit. Ego verò credere non poſſum hoc caſualiter factum; ſed ipſius conſilio, ſine quo nec folium arboris ad terram defluit, nec unus paſſer ad terram cadit. O altitudo ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus & inveſtigabiles viæ ejus! quis enim cognovit ſenſum Domini, aut quis Conſiliarius ejus fuit? Dominus autem locum, quem elegerat, non ſic dereliquit deſolatum; quia *Ludit in adverſis divina potentia rebus*; paulatim enim cœpit ipſius clementiâ manum miſericordiæ ſuæ, ad majora & mirabiliora extendere, evulſis ſicamoris cedros immutaret, pro nigris recedentibus, albos huc adducens, & collocans *Præmonſtratenſes*, ut ſequens Capitulum declarabit.

Venerunt autem de **Tupholme**, quæ domus eſt Ordinis noſtri, ſex Canonici apud **Depedale** moraturi, per loci advocatum vocati; Datus fuit verò eis Parcus de **Stanley** in augmentum ſuæ poſſeſſionis; ſed quomodo aut per quem, pro parte ſcio, ſed omnino certus non ſum; & incerta pro certis ſcribere, ubi cujuſq; rei veritas tractatur, abſurdum eſſe cenſeo. Hoc tamen certiſſimè ſcio, quod quidam frater converſus, qui venit cum eis de **Tupholme**; primus conſtruxit molendinum aquaticum in Parco, & ſtagnum attrichiavit; cum ingenti labore & anguſtiâ. Prior eorum vocabatur *Henricus*; & eſſe eos oportuit, ſicut & fuerunt magni laboris, quia multum onerati erant ex frequenti adventu foreſtariorum & aliorum; Nec terram habebant cultam, præter illam quæ olim fuerat ſupradictæ **Gome** *de la* **Dale**, & **Chacheinoz**, unam parvam carucatam. Dominus enim de **Okbrok** retinuit ſibi in dominico ruſticos & villulam de **Boyahag**, quæ ſita fuit loco, qui nunc dicitur **Boyhag Meadow**. Cum igitur moram ſeptem annis in magnâ paupertate ibidem feciſſent, ſummitates quercuum de Parco, à medio ſuccidentes, vendiderunt, & acceptâ pecuniâ apud **Tupholme**, regreſſi ſunt, Abbate ſuo ipſos revocante; ſed prædictus *Henricus* Prior eorum, qui ſubtilis erat valdè in fabricatione falſæ Monetæ, ſeceſſit apud **Coſtwrth**, ibique cohabitabat cum quadam mulierculâ de **Morley**, quam antea fœtentis libidinis amore cognoverat. Quod audiens ejus Abbas, ſed & indignè ferens, cum fratribus ad ejus mandatum domum redire contempſit, miſit, & per vim eum adduci fecit uſq; **Tupholme**; qui dolore cordis ſuſcepto, adeo diabolico inſtigabatur conſilio, quod in balneo callido, de utroq; brachio ſanguinem minuens, ſpontaneâ quin potius ſtultâ morte vitam finivit. Sedit igitur ſola decoloratè fuſca *Sion* filia, Eccleſia de *Depedala* priſtinis ſuis habitatoribus ad tempus orbata; Sed pater miſericordiæ, & Deus totius conſolationis, qui locum illum miſericorditer elegerat, oculo clementiæ ſuæ reſpexit eum, & conſolatus eſt. Ne igitur locus ille, Deo amabilis, & hominibus venerabilis, diutius divinis defraudaretur obſequiis, Dominus *Willielmus* de *Grendhon* (cujus nomen propter ſuorum prærogativas meritorum, tanquam mel in ore dulcoratum) miſit, & accerſiri fecit huc Canonicos quinq;, de **Welbeck** Ordinis *Præmonſtratenſium*: Prior illorum vocabatur *Willielmus Benſyt* ſub Abbate *Ricardo* de *Suwell*, viro utiq; in temporalibus & ſpiritualibus admodum experto, quem ſatis vidit poſtea apud **Welbec** domus illius Priorem, frater *Willielmus* de *Haynby* tunc illius Eccleſiæ Canonicus, poſt verò Prior ſanctæ hujus congregationis, quando habitum ſuſcepit Religionis, qui multa de ipſo, ædificandi gratiâ, nobis narrare conſueverat. Manſerunt autem hii prædicti quinq; viri, ob Ordinis aſperitatem, in maximâ paupertate, multas interim & diverſas perpeſſi adverſitates. Cumq; die quadam unus eorum Lampadem ante Altare dependentem dehorſum attrahere vellet, mirum in modum omnes in terram cadentes minutatim confractæ ſunt; vocatoq; Priore in auditorio, & acceptâ licentiâ loquendi, dicebat, inter cetera. *Eamus hinc, quia nihil nobis evenit proſperum, omnia vergunt in contrarium; Et vera dico, quia dominus nos loco iſto indignos judicavit, aut aliis nobis melioribus forte reſervavit*; Cujus verba vera facta ſunt præſagia futurorum, prout poſtea rei probavit eventus, & ſequens capitulum declarabit.

Poſt non multum temporis venit apud **Depedale**, ſicut & ante fecerat, Abbas memoratus,

ratus, gratiâ viſitandi fratres ſuos, volens omnia recta eſſe, & invenit eos pauperrimam vitam agentes, paucâ in granario habentes ad piſtrinum, pauciora ad Camberariam. Quorum neceſſitatibus vir ſanctus condolens, dicebat, Moleſtum eſſe & injuſtum videri fratres ſuos fame & inediâ confundi in deſerto, quibus ſatis ſufficienter victus & veſtitus neceſſaria domi providere poterat, ſecundùm regulæ & Ordinis exigentiam. Dum igitur remeâſſet ad Monaſterium, habito cum fratribus diligenti tractatu, uſuſq; conſilio ſaniorum, prædictos fratres, apud **Depedale** commanentes, domi revocavit. Cum hæc agerentur, contigit quod *Willielmus* filius *Radulphi* (cujus ſuperiùs memoriam feci) emeret villulam de **Stanley**, de *Nicholao* fratre *Willielmi Child* de **Trowell**, faciendo ſibi ſervivicium quartæ partis feodi unius militis, currente ſcutagio. Idem *Nicholaus* tenebat **Trowell, Bocolſcoute, Lamcotte, Lynſayam,** de domino de **Cayn**, pro ſcuto integro, qualibet illarum villarum pro *Homniis*, **Leſton & Stanford**, de quibus ad præſens melius ſubticere, quia ad propoſitum non pertinet, quam aliquid indè tractare diſpoſui. Dictus verò *Willielmus* filius *Radulfi*, prædictam villam de **Stanley** dare cogitaverat *Galfr. Sawcemere*, cum *Matildam* filiam ſuam deſponſaverit. Sed ipſe *Galfrdus*, & uxor ejus, ut Deo devoti, eundem Dominum ſuum adierunt, dicentes *Bene noſti, domine, quod ſimul ſtetimus in conjugio per ſeptem annos, & amplius; & privavit nos Deus fructu uteri noſtri, carentes ſolatio liberorum; & ideo ſummo opere precamur, quatinus villam de* **Stanley**, *quam nobis dare proponitis, Deo offerre & conferre velitis, domum Religionis Abbati Ordinis* Præmonſtratenſium *in parco veſtro ejuſdem villæ fundare, ut ipſe altiſſimus bonorum retributor, Deus, piam humilitatis noſtræ devotionem reſpiciens, nobis optatæ prolis jocunditatem; & vobis ob tale commercium nobiſq; æterna vita donet fælicitatem.* Ut autem vir nobilis eorum corda & cordium ſuorum conſilia à Deo integra & inſpirata, eorum juſtis & honeſtis petitionibus libenter acquieſcens decenter, *Willielmum* de *Grendon* Clericum, & ſororis ſuæ filium, dominum de **Okebrucke**, vocari fecit ad ſe, & dixit ei. *Domum quandam Ordinis* Præmonſtratenſis *per conſilium amicorum meorum fundare propono in parco meo de* **Stanley**; *cui contigue adjacet antiquus ille locus de* Depedalâ, *cujus es patronus, ubi etiam ſucceſſive floruit diverſorum virorum religioſorum congregatio, qui omnes ingruente quinpotius compellente eos intolerabile paupertate, locum reliquerunt deſolatum; & certiſſime ſcio quod locum illum novellæ plantationi meæ donare volueris, ita inter me & te de terris & aliis poſſeſſionibus & bonis à Deo nobis conceſſis providebimus, ſi mihi Deus conceſſerit vitam prolixiorem, quod Rligioſos ibidem evocandos neque mendicare, vel locum mutare deinceps aliqua compellet egeſtas.* Cui Willielmus de Grendon *reſpondit, Benedictus Deus qui tam pium nobis inſpiravit propoſitum; & benedicti ſint à Deo, qui tale nobis dedere conſilium; Et ideo quod propoſuiſtis in nomine Domini feliciter, & ſi placet velociter, cum homines fragiles ſimus & mortales, inchoetis. Et ego domum de* **Depedale**, *cum omnibus pertinentibus, quæ ad me dare pertinet, & quæ unquam aliquo tempore fuerunt Nigrorum Canonicorum vel Alborum olim ibidem commorantium, loci habitatoribus, ſub certa ſpe uberioris gratiæ veſtræ novellæ, donabo; Ita tamen, quod per unum ſacerdotem illius* Congregationis, *ſingulis diebus imperpetuum, in Capella de* Dapedalâ, *quam ſuſtinebunt, divina celebrentur obſequia pro anima mea, & animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, & pro animabus omnium ibidem in Chriſto quieſcentium; & in Refectorio ſuper menſam majorem, ponatur quotidie una prabenda Conventualis, panis & cervisiæ, & companagii pauperibus diſtribuenda.* Cui vir nobilis avunculus ſuus gratias agens pro conceſſis; dixit; *Et ego iſta omnia inviolabiliter ſupplebo, & procurabo fieri imperpetuum, & tam hujus rei, quam de domus fundatione, quia in ciſmarinis, quàm in tranſmarinis, circa regia negotia occupatus, talibus vacare non poſſum,* Galfridum *de* Salicoſamara, *&* Matildam *filiam meam, uxorem ſuam, hac in re facio executores, ſcilicet de loci fundatione & Canonicorum revocatione.*

Ad mandatum igitur, acceptis Cartis, & aliis inſtrumentis ad domus fundationem neceſſariis, à prædicto nobili viro *Willielmo*, abierunt, ad ejus mandatum, dicti *Galfridus* & *Matilda*, apud **Newhouſe**, ut indè educerent Conventum; Erant enim octo illius Monaſterii virtutum floribus fragrantes, utpote roſa, ſummæ patientiæ lilio, caſtitatis præcipuæ viola, celeſtis vitæ contemplatione, quos ſic vitæ ſinceritas & morum honorat honeſtas, ut à mari uſq; ad mare per omnes fines regionis *Anglicanæ*, illorum ſanctitas redoleret.

Dum igitur *Galfridus* & *Matilda*, venientes apud **Newhouſe**, invenerunt ibi Abbatem, *Lambertum* nomine, virum totius prudentiæ, in ſermone veracem, in judicio juſtum, in conſilio providum, in commiſſo fidelem, in interventu ſtrenuum; in ſobrietate conſpicuum, in univerſâ morum honeſtate præclarum; qui ſic ſuos ſubditos vitæ cœleſtis dulcedine informaverat; ut veraciter dicere poſſent cum Apoſtolo, *Noſtra converſatio eſt in cœlis.* Suſceptis igitur honeſtè, dictis *Galfrido* & *Matilda* à prædicto venerabili patre, expoſitoq; negotio, & adventus ſui cauſa, idem Abbas, habito cum fratribus diligenti tractatu, conceſſit eis novem Canonicos apud **Depedale** deducendos; & in hunc ordinem ibi inſtituendos. Fuerunt autem inter eos *Walterus* de *Senteney*, vir ſummæ religionis, qui antea duo loca, *Sanctam Agatham*, cum conventu de **Newhouſe** exiens, ibidem Ordinem fundaverat; & *Johannes* de *Byford*, filius *Baldwini* de *Byford*, qui fuit ſocius *Petri de Gauſela* fundatoris domus de **Newhouſe**; & *Hugo* de . . . . *deſunt Reliqua in MS.*

Carta

Carta Willielmi *filii* Radulphi *facta* Galfrido *de* Salicoſamara *de terra ſua de* **Stanley.**

WIllielmus filius *Radulfi*, omnibus amicis ſuis ſalutem, quam ſibi. Sciatis me conceſſiſſe & donâſſe *Galfrido* de *Salicoſamara* & *Matildæ* filiæ meæ uxori ejus, & hæredibus, qui de eis duobus naſcentur, terram meam de **Stanley**, in boſco & plano, cum omnibus pertinentiis ejuſdem terræ; tenendum jure hæreditario, faciendo ſervicia forinſeca, quæ ad Dominum pertinent, tanquam illam, quam bene dare poſſum, quæ fuit de accato meo & conqueſtu, pro *C l.* ſterlingorum, quas idem *Galfr.* & uxor ejus mihi dederunt; Faciendo inde Dominis illius terræ, de quibus tenebam, ſervicium quod inde debebam, ſicut prius dictum eſt. Hiis teſtibus, &c.

Carta Willielmi *filii* Radulphi, *facta* Serloni de Grendon, *de boſco de* **Okebrok.**

WIllielmus filius *Radulfi*, omnibus hominibus & amicis ſuis, tam præſentibus, quàm futuris, ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe *Serloni* de *Grendon*, & hæredibus ſuis, boſcum meum de **Okebrok**, nominatim parva haya, quæ eſt juxta parcum *Thomæ Bardolf*, ad faciendum inde parcum ſibi, eadem libertate, quâ Dominus Rex in ſuâ Cartâ confirmavit illum boſcum, & ad parcum claudendum, conceſſ[illegible] Tenendum ſibi & hæredibus ſuis liberè, quietè & honorificè de me & hæredibus meis. Hiis teſtibus, &c.

Carta Galfridi *de* Salicoſamarâ, *facta Canonicis Ord.* Præmonſtratenſis, *de parco de* **Stanley.**

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Galfridus* de *Salicoſamara*, ſalutem æternam in Domino. Noveritis, quod ego amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Parco **Stanley** & Canonicis Ordinis *Pramonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus, totam donationem, quam Dominus *Serlo* de *Grendon* fecit prædictis Canonicis de totâ terrâ ſuâ de **Okebroke**, ſicut Carta, quam prædicti Canonici habent de prædicto *Serlone*, teſtatur; ſalvo forinſeco ſervicio. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, &c.

Carta Willielmi *de* Grendon, *de terra de* **Okebroke.**

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Willielmus* de *Grendona* ſalutem æternam in Domino: Noveritis quod ego, amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & pro animabus *Serlonis* patris mei, & *Margaretæ* matris meæ, & *Jordani*, & *Fulcheri* fratrum meorum; & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dedi, ſimul cum corpore meo, & cum *Bertramo* fratre meo conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Parco **Stanley**, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſ.* ibidem Deo ſervientibus, totam terram meam de **Okebroke**, cum omni integritate, & cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, ſalvo forinſeco ſervicio. Et ut hæc mea donatio firma ſit & ſtabilis imperpetuum, eam ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus, &c.

Carta Galfridi *de* Salicoſamarâ *&* Matildis *uxoris ejus, donationem* Willielmi *de* Grendon, *de dominio de* **Depedale**, *confirmans.*

OMnibus Chriſti fidelibus præſentibus & futuris ſalutem: Sciatis quod nos *Galfridus* de *Salicoſamara*, & *Matilda* ſponſa mea, filia *Willielmi* filii *Radulphi*, quondam Seneſchalli de *Normannia*, conceſſimus & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Parco **Stanley**, & Abbati & Canonicis Ordinis *Pramonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus, totam donationem, quam *Willielmus* de *Grendon* fecit eidem Eccleſiæ per Cartam ſuam in liberam & perpetuam elemoſinam; videlicet dominium de **Depedale**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis; & ſex ſolidos annui redditus, quos idem *Willielmus* ſolebat percipere jure hæreditario, de ſex bovatis terræ in **Okebroke**, quæ fuerunt *F.* de *Wybervile*, ſicut Carta ejuſdem *Willielmi* teſtatur. Hanc autem conceſſionem & confirmationem fecimus prædictis Abbati & Canonicis in puram & perpetuam elemoſinam, pro amore Dei & pro ſalute noſtrâ, & omnium anteceſſorum & hæredum noſtrorum, Hiis teſtibus, &c.

Carta Regis Henrici *tertii*, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 19. H.3 m.2.

REx Archiepiſc. &c. ſalutem Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Parco **Stanlegh**, & Abbati & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Ordinis *Pramonſtratenſis*, omnes donationes ſubſcriptas; videlicet ex dono *Willielmi* filii *Radulfi*, totam villam de **Stanlegh**, cum parco & pertinentiis ſuis. Ex dono Serlo-

nis de *Grendon*, totam terram de **Bayhag**, cum culturâ illâ, quæ jacet inter **Bayhage** & **Tachemore**; Ex dono *Willielmi* filii ejuſdem *Serlonis*, domum de **Depedale**, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi* de *Grendon*, totam terram, quam habuit in **Okebroc**, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Galfridi* de *Sauzuchemare*, totam terram, quam habuit in **Sandiacre** & ſex bovatas terræ in **Okebroc**. Ex dono *Philippi* de *Tuke* quatuor bovatas terræ in **Sandiacre**. Ex dono *Ricardi* de *Stapelford* tres bovatas terræ, cum pertinentiis, in **Sandiacre**. Ex dono *Henrici* de *Baletone* duas bovatas terræ, cum pertinentiis in **Alwaldeſtone** & **Baletone**. Ex dono *Jordani* de **Tuke**, totum dominicum quod habuit in **Hyltone**, exceptis tribus acris terræ. Ex dono *Roberti* de *Tuke* unam bovatam terræ cum pertinentiis in **Hyltone**. Ex dono *Roberti* de *Lexintone*, homagia & ſervicia hominum ſuorum, manentium in **Eſſoure**; & octo acras in alneto, & morâ ſub **Payſtanhirſt**; & communiam paſturæ, quam habuit in ſocâ de **Eſſoure**. Ex dono *Willielmi* de *Saumur*, quatuor bovatas terræ cum pertinentiis in **Knyvetone**. Ex dono *Roberti* de *Aldewerc*, duas bovatas terræ cum meſagio & pertinentiis ſuis in **Knyvetone**. Ex dono *Willielmi* le *Burguylun*, quadraginta acras terræ, cum pertinentiis, in **Bracintone**. Ex dono *Nicholai* de *Chavincurt*, totam, terram, quam habuit in **Halum**, cum villanis ſuis, & cum ſequelis eorum, & aliis pertinentiis eorum. Ex dono *Hug.* filii *Rad.* unam bovatam terræ, cum pertinentiis in **Seleſtone**, & **Wandeſleye**; & unam bovatam terræ in **Seleſtone**, & *xxiv.* ſolidatas & octo denariatas redditus, cum pertinentiis, in **Seleſtone** & **Wandeſleye**. Ex dono ejuſdem *Hugonis*, decem bovatas terræ, cum pertinentiis, in **Windeſley**. Ex dono *Roberti* de *Grendon*, totam terram, cum pertinentiis ſuis, quam habuit in **Broydeſtone**. Ex dono *Willielmi* filii *Radulfi* de *Balya*, omnes terras, quas habuit in **Muſchampe** & **Holme**, & *Baleya*. Ex dono *Gileberti* filii *Henrici* de *Baleya*, duos ſeliones in *Baleya*. Ex dono *Roberti* filii ..... de *Muſchampe*, medietatem molendini de **Backer**, cum ſitu & ſequelâ & aquâ, & piſcatione totius aquæ, & operatione hominum *Thomæ* filii *Thomæ* patris ſui, & hæredum ſuorum, & tribus ſelionibus extendentibus ſe à prædicto molendino uſq; ad regiam ſtratam. Ex dono ejuſdem *Roberti* totam medietatem piſcariæ in **Trent**, & Inſulam quæ vocatur ..... **Ophil**. Ex dono *Johannis*, filii *Roberti*, filii *Ricardi* de *Croxton*, totam terram, quam habuit in **Michelbergh**. Ex dono *Ricardi* de *Croxton* triginta & octo acras terræ & tres perticatas, cum pertinentiis, in **Croxton**. Ex dono *Galfridi* de *Sauzuceſmare*, unum meſuagium & unam bovatam terræ cum pertinentiis, in **Steyntone**. Ex dono *Rogeri* de *Sauzuceſmare*, duas bovatas terræ, cum pertinentiis, in **Steyntone**. Ex dono *Roberti Wurm*, quinq; meſuagia & novem acras terræ & dimidium in **Dereby**. Ex dono *Galfridi* de *Sauzuceſmare*, & *Matildis* uxoris ejus totam terram quam habuerunt in **Notingham**.

Quare volo. (&c.) Dat per manum venerabilis patris *R. Ciceſtr.* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud **Buttone**, *xi.* die *Sept.*

PRIORATUS

de **Langdone**, *in agro* Cantiano, *Cella de* **Leyſtone**.

Carta Willielmi de Aubervilla, *de fundatione ejuſdem.*

Ex Regiſt. de **Langdone**, in Scac. penès Rem. Regis f. a.

Vide Pat. 3. E. 3. p. 1. m. 12.

UNiverſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, præſentibus, & futuris; *Willielmus* de *Aubervilla* ſalutem: Noverit univerſitas veſtra me dediſſe, & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo, & beatæ *Mariæ*, & beato *Thomæ* Martyri, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis*, conſenſu & aſſenſu *Matildis* uxoris meæ, & hæredum meorum, totam villam meam de **Langedone** ad faciendum in eâ Abbatiam Ordinis *Præmonſtratenſis*, per manum *Roberti* Abbatis de *Leyſtone*: Hanc meam villam dedi & conceſſi eis totam, cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco, & plano, & paſturâ, & in omnibus aliis ayſiamentis ſuis, ad eandem villam pertinentibus; & cum omnibus ſerviciis omnium hominum proborum in eadem villâ manentium. Præterea eis dedi, & conceſſi Eccleſiam beat[illegible]*riæ* de eadem villa, & Eccleſiam bea[illegible]*riæ* de **Walemere**; & Eccleſiam ſancti [illegible]*holai* de **Oreney**; & Eccleſiam beatæ *Mariæ* de **Redene**. Hæc autem omnia eis conceſſi, pro animâ cari Domini mei Regis *Angliæ Henrici* ſecundi, & pro animâ *Will.* filii mei; & *Emmæ* filiæ meæ; & pro anima *Hugonis* patris mei, & *Wynanc*, matris meæ, & *Ranulphi* de *Glanvilla* & *Bertæ* uxoris ſuæ; & pro ſalute animæ meæ, & ..... uxoris meæ, & hæredum noſtrorum; & pro animabus prædeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum. Quare volo, & firmiter præcipio, quod prædicti Canonici habeant & teneant omnia prænominata, quæ eis dedi & conceſſi, liberè, & quietè, integrè, & plenariè, & honorificè, in puram, & perpetuam eleemoſinam, libera & quieta ab omni ſeculari ſervicio, & exactione; ita quod ſi aliquod erga eos Servicium, de prædictâ villâ exigatur, ego & hæredes mei dominium concedo, quod meum fuit in omnibus, erga omnes homines & fæminas acquietabimus, warantizabimus, & defendemus imperpetuum. Hiis Teſtibus, *Johanne Norwicenſi* Epiſcopo; *Huberto Sarum* Clerico, *H.* Abbate de ... *G.* Priore de **Buttele**; *R.* de *Glanvilla*; *Willielmo* de *Glanvilla*, Clerico; *Ranulpho* Capellano; *Alano* de *Waleines*; *Joſepho* Clerico; *Philippo* Capellano.

Confirmatio Domini Simonis *de* Abrinciis *ſuper Carta fundationis, præcitata.*

Ib. fol. 2. a. OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, ad quos præſens Carta pervenerit, *Simon* de *Abrinciis* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me inſpexiſſe, & propriis manibus contrectâſſe Cartam venerabilis militis mei *Willielmi* de *Aubervilla,* ſub hac formâ. *Univerſis* (&c.) Ego igitur *Simon,* petitione *Hugonis* .... *Willielmi* interveniente, ſupradictæ Eccleſiæ, & Canonicorum in eadem Deo miniſtrantium, ſecuritati & tranquillitati in poſterum, providere miſericorditer deſiderans, omnia quæ jam dicta & præſcripta ſunt .... *S*igilli mei appoſitione ratificavi & etiam confirmavi. Hanc autem confirmationem jam dictis Canonicis feci, ut ſpecialem memoriam mei & uxoris meæ, & prædeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, in Miſſis, & orationibus ſuis habeant imperpetuum.

Confirmatio dictæ Fundationis, facta per dominum Nicholaum *de* Cryoll.

Ib. fol. 11. b. UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſens ſcriptum viſuris vel audituris, *Nicholaus* de *Cryoll* miles, ſalutem in domino ſempiternam. Cum per inſpectionem Cartæ Domini *Willielmi* de *Aubervilla* ſenioris, quondam abavi mei, intellexerim, quod idem Dominus *Willielmus* dedit & conceſſit Deo, & beatæ *Mariæ* & beato *Thomæ* Martyri, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis,* in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, totam villam ſuam de **Langedone**, cum omnibus ſuis pertinentiis, ut in terris, boſcis, planis, & paſturis, & omnibus aliis eaſiamentis ad eandem villam ſpectantibus; & etiam omnibus ſerviciis omnium hominum in eadem villâ exiſtentium, ad faciendum in eâ Abbatiam Ordinis *Præmonſtratenſis*; Tenendum, & habendum dictam villam, cum terris, boſcis, planis & paſturis, & cum omnibus ſerviciis omnium hominum in eadem exiſtentium, dictis Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis integrè, pacificè, plenariè, honorificè, liberam, & quietam ab omni ſeculari ſervicio, exactione; & demandâ: Volens igitur, ſuper dictæ Abbatiæ fundatione, pro ſalute animæ meæ, anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum tranquillitati, & oportunitati dictorum Canonicorum, in eadem Abbatiâ Deo ſervientium, ſpecialis devotionis affectu, quantum poſſum, providere, ut per me utilitatis, & pacis ſuſcipere poſſint augmentum; donationem dicti Domini *Willielmi* de *Aubervilla*, abavi mei, & conceſſionem dictis Canonicis de præfatâ villâ de **Langedon**, cum ſuis pertinentiis, ut in terris, boſcis, planis, & paſturis, & cum omnibus ſerviciis omnium hominum in eadem villâ exiſtentium factam, ratifico, appprobo, & confirmo, per præſentes: Tenendum & habendum dictam villam cum ſuis pertinentiis, ut in terris, boſcis, planis, & paſturis, & ſerviciis omnium hominum in eadem villâ exiſtentium integrè, pacificè, liberè & quietè, abſq; omni ſeculari ſervicio, exactione, & demandâ; Ita quod ego dictus *Nicholaus*, ſeu hæredes mei in dictâ Abbatiâ de **Langedon**, aut in villâ prædictâ, vel ſerviciis aliquorum hominum in eadem villâ exiſtentium, ſeu terris, planis, boſcis, & paſturis eidem Abbatiæ, per dictum dominum *Willielmum* abavum meum datis, conceſſis, & appropriatis; & per me ratificatis, approbatis, & confirmatis, eadem Abbatiâ paſtore vacante, vel plenâ exiſtente, cauſâ cujuſcunq; donationis, poſſeſſionis, vel advocationis, quicquam juris, clamii, proprietatis, actionis, ſive dominii, de cætero exigere vel vendicare non poterimus, nec debemus in perpetuum. Proteſtans & recognoſcens me & hæredes meos teneri & debere dictam villam, cum omnibus ſuis pertinentiis, ut in terris, boſcis, planis & paſturis, & omnibus aliis aiſiamentis ad eandem villam ſpectantibus; Et etiam omnibus ſerviciis omnium hominum in eadem villâ exiſtentium, contra Dominum Regem & ſuos ballivos, ac omnes alios homines, tanquam liberam, puram & perpetuam elemoſinam, warantizare, defendere, & acquietare imperpetuum. In cujus rei teſtimonium (&c.) Data apud **Weſternhangre**, die Sancti *Laurencii*, anno regni Regis *Edwardi*, tricèſimo.

Confirmatio Domini Nicholai *de* Cryoll, *de advocationibus Eccleſiarum de* **Walmere**, **Dreney**, **Langedone**, & **Ledenne**.

Ib. fol. 12. a. UNiverſis (&c.) *Nicholaus* de *Cryoll* miles, ſalutem (&c.) Cum per inſpectionem Cartæ *W.* de *Aubervilla* ſenioris, quondam abavi mei, intellexerim, quod idem dominus *W.* dedit & conceſſit Deo & beatæ *Mariæ* & beato *Thomæ* Martyri, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis,* in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, advocationes Eccleſiarum beatæ *Mariæ* de **Walmere**, beati *Nicholai* de **Dreney**, beatæ *Mariæ* de **Langedone**, & beatæ *Mariæ* de **Ledenne**, cum glebis & aliis pertinentiis ſuis, ad eaſdem Eccleſias aſſignatis, ad fundationem Abbatiæ Ordinis *Præmonſtratenſis* apud **Langedone** faciendæ (&c.) volens igitur ſuper hujuſmodi donatione, advocationum dictarum Eccleſiarum pro ſalute animæ meæ, & *Margeriæ* uxoris meæ, anteceſſorumq; & ſucceſſorum meorum tranquillitati, & oportunitati dictorum Canonicorum ſpecialis devotionis affectu, in quantum poſſum providere (&c.) ratifico, approbo (&c.) Data apud **Weſtringhangre** die Sancti *Laurencii*, anno regni Regis *Edwardi* triceſimo.

Carta Gunnoræ *de* Soveldone *&* Dionyſiæ *de* **Neweſole**, *de Capella de* **Neweſole**.

Ib. fol. 19. a.

UNiverſis (&c.) *Gunnora* de *Soveldone*, & *Dionisia* de *Newſole* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, nos divinæ pietatis intuitu, & ſpe remunerationis æternæ, dediſſe & conceſſiſſe, pro ſalute animarum noſtrarum, & pro animabus anteceſſorum noſtrorum, Abbatiæ Sanctæ *Mariæ* & beati *Thomæ* Martyris de **Langedone**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam, & puram elemoſinam, Capellam de **Neweſole**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quantum ſpectat de jure patronatus ad portionum noſtrarum donationes. Ut autem hæc conceſſio, & donatio ab omnibus rata & inconcuſſa habeatur, præſens ſcriptum, ſigillorum noſtrorum impreſſionibus, munire ſtuduimus (&c.) Hiis teſtibus (&c.)

ABBATIA

de **West Derham** *in agro* Norfolcienſi.

Carta Fundationis ejuſdem, per Hubertum Eboracenſis *Eccleſiæ Decanum*.

Inter Collectanea *Ric.* S. *George* Eq. aur. Armorum Regis.

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris; *Hubertus* Dei gratiâ, *Eboracenſis* Eccleſiæ Decanus, æternam in Domino ſalutem. Sapientis eſt, hiis quæ ſalute animæ proficiunt, dum poteſt intendere; & tranſitoriis æterna commutare. Quod quidem intelligentes, in honore Dei, & glorioſæ Virginis *Mariæ*, Matris ejus, quoddam Cœnobium *Præmonſtratenſis* Ordinis, in feudo noſtro, apud **Derham**, fundavimus, pro ſalute animæ meæ, & patris, & matris meæ, & Domini *Rannlphi* de *Glanvilla*, & dominæ *Bertræ* uxoris ejus, qui nos nutrierunt; & pro ſalute fratrum, Sororum, conſanguiniorum, famularum, & omnium amicorum meorum; & præfatæ Domui & Canonicis dedimus & conceſſimus, & hac præſenti Cartâ confirmavimus, totum tenementum quod in eadem villâ, cum pertinentiis de *Gal.* filio *Gal.* emeramus (&c.) Teſtibus, Domino *Johanne Norwicenſi* Epiſcopo, *Ranulpho* de *Glanvill*, *Waltero* filio *Roberti*, *Willielmo* de *Warenna*, *Galfrido* filio *Petri*; *Radulpho* Archidecano *Colceſtriæ*, *Baldwino* . . . . Cancellario, Magiſtro *Barthol. Rich.* de *Derham* perſonâ, *Osberto* de *Glanvilla*, *Thecbaldo* de *Waloines*, *Theob. Waltero*, *Warino* de *Baſſingburn*, *Osberto* filio *Harvei*, *Roberto* de *Scalis*, *Galfrido* de . . . . *Nicholao* de *Derham*, & multis aliis.

Carta Regis Johannis, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans*.

Cart. 1. *Joh.* p. 1. n. 156. Vide Pat. 19. E. 2 p. 2. m. 16. & m. 20.

J*Ohannes* Dei gratiâ, &c. Sciatis nos ad petitionem venerabilis patris noſtri *H. Cant.* Archiepiſcopi conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Eccleſiæ Dei & ſanctæ *Mariæ* de **Derham**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in Ordine *Præmonſtratenſis* Eccleſiæ, ſubſcriptam donationem, quam idem *H. Cant.* Archiep. eis fecit in liberam, & perpetuam elemoſinam; ſcilicet integrè; & quicquid *Gaufridus* filius *Galfridi* habuit in villâ de **Derham** & pertinentiis ejuſdem villæ, ut in advocationibus Eccleſiarum, & in terris, & in tenementis, & redditibus, & in omnibus aliis rebus in villà de **Derham**, & pertinentiis ejuſdem villæ. Quæ omnia prædicta præfatus *Gaufridus* filii *Gaufridi* dedit & conceſſit jam dicto *H. Cantuar.* Archiepiſcopo, pro ſervicio ſuo & pecuniâ ſuâ. Præterea conceſſimus & confirmavimus eiſdem Canonicis quietanciam ſervicii, quam *Walterus* filius *Roberti* fecit prædicto *H. Cantuar.* Archiepiſcopo, & ſupranominato *Gaufrido* filio *Gaufridi*; & quam idem *H. Cantuar.* Archiep. eiſdem Canonicis fecit; quod ſervicium debebatur prænominato *Waltero* filio *Robert*, de terrâ de feodo ſuo de **Derham**: Conceſſimus etiam & confirmavimus eiſdem Canonicis donationem, quam *Adam* filius *Adæ* eis fecit de Eccleſia de **Barkebi** *Malghedale*; ſcilicet Eccleſiam prænominatam, cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad eam pertinentibus, ad habendum eam in liberam & perpetuam elemoſinam. Conceſſimus etiam & confirmavimus, quantum ad regalem pertinet dignitatem, quod præfati Canonici præfatam Eccleſiam cum pertinentiis ſuis in uſus convertant proprios; ſalvâ tamen decenti & honorificatâ adminiſtratione ejuſdem Eccleſiæ. Præterea conceſſimus eis & confirmavimus, de dono *Hugonis* de *Diva*, Eccleſiam de **Batham**, cum omnibus ad eam pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam poſſidendam; necnon quicquid ad ipſum *Hugonem* pertinet in eadem Eccleſiâ, tam in jure advocationis, quàm in aliis quibuſcumq; Et ex dono *Margaretæ* filiæ *Alexandri* le *Moine*, & *Rogeri Buche*, feudum unius militis, cum pertinentiis in **Walcton**, quietum ab omni ſervicio ſeculari; ſalvo ſervicio dominorum illius fundi; & ſalvo forinſeco ſervicio. De quo feudo unius militis placitum fuit inter eoſdem *Margaretam* & *Rogerum*, in Curiâ noſtrâ, & quod feudum per concordiam & finem factum in eadem Curiâ, de communi aſſenſu dederunt eiſdem Canonicis in perpetuam elemoſinam, ſicut Cirographum factum inter eos in Curia noſtra teſtatur. Et ex dono memorati *H. Cant.* Archiep. & *T. Walteri*, fratris ſui, terram de **Jclinton**, quam *Hamo Walteri* tenuit in eadem villâ integrè, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſolutam & quietam ab omni ſeculari ſervicio, Exceptis *xxx.* ſolidis, quos moniales de **Idinton** debent & ſolent indè annuatim percipere, & amodò percipient per manus prædictorum Canonicorum.

Et ex dono ejuſdem *H. Cantuar.* Archiepiſcopi totam terram & domos, quas tenuit in *Oxonio*, de feodo Prioris de ſanctâ **Fredeſuith**; ſcilicet illam terram & domos, quæ fuerunt *Hugonis* de ſancto *Germano*, integrè, cum omnibus ad ipſam terram & domos pertinentibus; ſalvâ tamen Priori & Conventui de S. **Fredeſuith** dimidiâ marcatâ, quam annuatim percipere conſueverunt de prædictâ terrâ. Et ex dono *Hamelini* Comitis de *Warenna*, & *Yſabella* uxoris ſuæ, & *Willielmi* filii eorum, redditum *xl.* ſolidorum, quem *Willielmus* le *Curteis* præfato Comiti *H.* & *Iſabella* uxori ſuæ, & *Willielmo* filio eorum, reddere conſuevit, de medietate piſcariæ de **Perehenſen**, ſingulis annis, ad tres terminos percipiendum; *viz.* ad *Pentecoſten* unam marcam, ad feſtum ſancti *Mich.* unam marcam, & ad Purificationem beatæ *Maria* unam marcam, ſicut idem redditus reddi conſuevit. Et ex dono *Henrici* de *Pomerai*, & *Walteri* de *Marmin*, quicquid ipſi habuerunt in villâ de **Smalgreg** integrè, cum omnibus pertinentiis ſine ullo retenemento; reddendo annuatim præfato *Waltero*, & hæredibus ſuis, de ſuâ parte prædictæ villæ *xx.* ſol. infra Octabas *Paſcha*, pro omni ſervicio & exactione. Et ex dono *Simonis Briton*, *ix.* acras in *Greva* maris de **Wrangle**, menſuratas perticâ *xx.* pedum, ad ſalinas faciendas; & unam placeam ad domum faciendam, longitudine quinq; perticarum, & latitudine trium perticarum, in toſto *Gilberti* filii ſacerdotis, ſuper ripam portus de **Richflet**, verſùs Boream. Et præterea paſturam in communi paſturâ de **Wrangle** *xxxv.* bobus, ex dono ipſius *Simonis*. Et ex dono *Rogeri* de *Paueilli* *xl.* acras terræ in **Pillinton**, de dominio ſuo; illas ſcilicet, quas *Rogerus* de *Etton* tenuit, cum libertate habendi faldam ſuam; ſalvâ ipſi *Rogero* faldâ, quam habet in eadem villa de **Pillinton**, liberas & quietas ab omnibus ſerviciis & exactionibus, præter duos ſolidos, reddendos eidem *R.* & hæredibus ſuis ad tres terminos; ſcilicet ad Purificationem beatæ *Maria* *viii.* denarios, & ad *Pentecoſten* *viii.* denarios, & ad feſtum ſancti *Mich.* *viii.* denarios. Et ex dono *Hervei* filii *Petri* redditum dimidiæ marcæ in villa de **Pleiford**, ſcilicet homagium *Willielmi* de *Roſchemer*, quantum ad ipſum *H.* pertinet; & homagium *Alanii* filii *Thurſtani*, & uxoris ſuæ, & filiorum & filiarum ſuarum omnium, cum toto tenemento ſuo quod de præfato *H.* tenuerunt in **Pleiford**, ita quod præfatus *Willielmus* perſolvet præfatis Canonicis, pro tenemento ſuo quod in præfata villa tenet, *xxxii.* denarios annuos, pro omni ſervicio: Et prædictus *Alanus* quatuor ſolidos pro tenemento ſuo, quod in eadem villa tenet annuatim, eiſdem Canonicis ſimiliter, pro omni ſervicio perſolvet. Et hunc redditum præfati *Willielmus* & *Alanus* reddent ad duos terminos, ad feſtum ſancti *Edmundi* medietatem, & ad *Paſcham* medietatem, uterq; eorum quantum ad ipſum pertinet.

Ex dono autem *Walteri* filii *Petri* de *Wirham* totam medietatem molendini de **Aketon**, integrè cum omnibus pertinentiis ſuis, ſolutam & quietam ab omni ſeculari ſervicio & exactione; ita quod prædicti Canonici reſpondebunt prædicto *Waltero*, & hæredibus ſuis de *xvi.* denariis ad ſcutagium, quociens ſcutagium dabitur per præceptum Domini Regis, ſive plus, ſive minus exigatur. Et ex dono *Juliani* de **Elmingeham** redditum *xv.* ſolidorum in molendino ſuo de **Ringeland**, ſcilicet *v.* ſolidos ad feſtum ſancti *Andrea*, & *v.* ſolidos ad Annunciationem beatæ *Maria*, & *v.* ſolidos ad feſtum ſancti *Michaelis*. Et ex dono *Willielmi Luvel* de *Iveri*, dimidiam marcam de molendino ſuo de **Tichewell**, percipiendam ſingulis annis ad *Paſcham*. Et ex dono *Petri Walteri* redditum dimidiæ marcæ in molendino ſuo de **Iffed** percipiendum, ad emendum ſibi vinum ad celebrationem Miſſarum in Eccleſia ſua. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod præfati Canonici habeant & teneant omnia prædicta, cum omnibus pertinentiis ſuis benè, & in pacè, liberè & quietè, integrè & plenariè, & honorificè in advocationibus Eccleſiarum, & in terris, & tenementis, & redditibus; in boſco & plano; in pratis & paſcuis; in aquis & molendinis; in vivariis & ſtagnis; in piſcariis & turbariis; mariſcis, & Roſariis; in viis & ſemitis; & in omnibus aliis locis, rebus, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus, quieta ab omni ſervicio ſeculari & exactione, ſicut Carta Domini *H.* Regis *Anglia*, patris noſtri, & Cartæ ſæpedicti *H. Cant.* Archiepiſcopi & aliorum donatorum rationabiliter teſtantur.

Præterea conceſſimus eis, ut habeant, per omnes terras ſuas, & tenementa ſua, *ſoch*, & *ſacb*, *Tol*, & *Them*, & *infengenthef*, & teneant terras ſuas quietas & liberas de ſectis Schirarum & Hundredorum, & de placitis Foreſtariorum, & querelis; & de pecunia danda pro foriſfacto de murdro, & de wapetac, & de ſcutagiis, & geldis, & danegeldis, & hidagiis, & aſſiſis, & operationibus Caſtellorum, & Parcorum, & pontium, & calcearum; & de *ferdwita*, & de *leirwitha*, & de *Hundreſpeni*, & de *thenigpeni*, & de *Hengewitha*, & de *Flemenesfrethe*; & de *hamſok*, & de *wardpeni*, & de *blodwitha*, & de *fithwita*. Et ſint ipſi & homines ſui quieti, per totam terram noſtram, de omni tolneto, & de omnibus rebus, quas ipſi Canonici vel homines ſui, poterunt aſſecurare, quod emant vel vendant ad proprios uſus Canonicorum ipſorum, vel hominum ſuorum: Et de pontagiis, & paſſagiis, & de laſtagiis, & ſtallagiis; & de omni ſeculari ſervicio, & opere ſervili, & exactione; & in omnibus aliis occaſionibus, & conſuetudinibus ſecularibus, exceptâ ſolâ Juſticiâ mortis & membrorum. Et prohibemus ne ponantur in placitum, niſi coram nobiſmet ipſis, vel capitali Juſticia noſtra. Item concedimus eis & confirmamus, quod ſi aliquis hominum ſuorum pro delicto ſuo vitam vel membrum debeat amittere, vel fugerit, & judicio noluerit ſtare, vel aliud delictum fecerit, pro quo debeat catalla ſua perdere; ipſa catalla prædictorum Canonicorum ſint, quantum ad nos pertinet, vel ad Curiam noſtram. Teſtibus *Waltero Roth. G. Ebor.* Archiepiſcopis; *H. Sarum*, S. *Bathon.* Epiſcopis. S. *Wellen.* Archid. *Wellenſi*, (&c.) Datum per manum *H. Cant.* Archiepiſcopi, Cancellarii noſtri apud *Rothomagum*, *vii.* die *Septembris*, anno Regni noſtri primo.

PRIORATUS

de Bilegh (*alias* Maldone) *in* Eſſexia.

Lel. Col. vol. 2. p. 373.

A. D. *MCLxxx.* Canonici de Perendune migraverunt *Maldoniam*, habitatiunculum ſibi conſtituentes in feudo *R. Mantel.*

Carta Regis Ricardi *primi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 16. R. 2. p. 1 m. 30. per Inſpex. Et Pat. 12 E 4. p. 2. m. 24.

R*icardus*, Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beati *Nicholai* de Maudone, & Canonicis Ordinis *Pramonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus; in primis locum ipſum in quo deſerviunt Deo, cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes donationes, quas eis fecit *Robertus Mantell*, præfatæ Eccleſiæ Fundator; ſcilicet in ipſa villa de Maudone duas virgatas terræ, unam quæ fuit *Sirich*, aliam quæ fuit Brandolf, cum omnibus pertinentiis ſuis, & duas parvas Inſulas, quæ dicuntur Rucholm & Hardholm; & tertiam partem nemoris, quod dicitur Strode, & campum illum qui vocatur Alicedune; & totam terram, quam eis dedit apud Totham, & apud Goldhangre, cum omnibus ad terram illam pertinentibus; & Eccleſiam beati *Petri* de *Maudone*; & in eadem villa Eccleſiam *Omnium Sanctorum*, & Eccleſiam beati *Laurencii* in *Daneſeia*; & dimidiam Eccleſiam ſanctæ *Margaretæ* de *Bures*, cum omnibus ad ipſas Eccleſias pertinentibus; & unum maſagium in villa de Maudone, quod fuit *Saverini* ſacerdotis; & ex dono *Roeis* uxoris ejus, unum maſagium apud *Lundonias*, in Mangelane, ſicut Cartæ eorum teſtantur. Concedimus etiam eis & confirmamus totam terram, quæ fuit *Picoti* de *Perundune*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & ſervicium, & humagium heredum *Roberti* filii *Rogeri* de *Perendune*, imperpetuum; & quietanciam ſervicii feodi unius militis, quod ipſi & homines ſui tenent in eadem villa, ſicut Cartæ donatorum ſuorum teſtantur. Ex dono *Rob.* filii *Rogeri* de *Perendune*, nemora illa quæ vocata fuerunt Weſtwde, & Elvinewde, & Middelewde, & Eſtwde; & decem acras terræ in Aldinelande; & totam terram quæ fuit *Suani*; & totam terram, quam de eis tenuit *Tho.* ſacerdos, cum omnibus pertinentiis ſuis; & totum ſtagnum molendini, ſicut firmatum fuit tempore *Harverii* de *Monte Morencin*; & redditum duodecim denariorum, quos ei reddebat annuatim *Oſbertus* de *Madle* pro quodam prato; & redditum octo denariorum, quos ei reddebat annuatim *Leſſtanus*, pro quadam paſtura & quadam mora, & unam acram terræ in campo qui vocatur Stropeſberge; & totum campum, qui dicitur *maior* Weſtfeld, ſicut Cartæ ipſius *Roberti* teſtantur. Concedimus etiam eis ſepcies *xx.* acras eſſartarum in foreſta noſtra de Eſſexe, partim ex feodo *Robert* filii *Rogeri* de *Perendune*, partim ex feodo *Clementis* filii *Reginaldi*, partim ex dominico ſuo; Habendas & tenendas, ſicut Carta patris noſtri, quam de eis habent, teſtatur.

Ex dono *Radulphi* de *Marci* in Lagefare, totam terram, quæ fuit Felleden, cum omnibus pertinentiis ſuis, & quindecim porcos quietos de padnagio annuatim in boſco ejuſdem villæ, ſicut Carta illius teſtatur. Ex dono *Beulcelinæ* uxoris *Rogeri* de *Langeford* apud Blacheham, totam terram, quam *Walterus Cocus* ex eâ tenuit, ſicut Carta illius teſtatur. Hæc omnia eis concedimus & confirmamus in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus terris & tenementis aliis, quæ eis, pia fidelium devotione, donatæ ſunt, vel donandæ per gratiam Dei. Præterea concedimus eis & confirmamus totam terram, quam *Rad.* de *Marci* dimiſit eis in Perendune, tenendam cum omnibus pertinentiis ſuis imperpetuum pro *vii* s. annuatim, reddendis illi, vel hæredibus ſuis, ſicut Carta ipſius teſtatur. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici teneant omnia tenementa ſua bene, & in pace, liberè, & quietè, plenariè, & integrè, cum *ſoca* & *ſaca*, & *tol* & *them*, & *Infangenthef*, & cum omnibus aliis libertatibus, (&c.) ad prædictam Eccleſiam beati *Nicholai* pertinentibus, (&c.) Data apud *Doveram*, per manum *Will.* de *Longocampo* Cancellarii noſtri, *Elienſis* electi, ſeptimo die *Decembris*, Regni noſtri anno primo.

ABBATIA

de **Sulby** *in agro* Northamptonienſi.

De fundatione ejuſdem.

Id. Coll. vol. 1. p. 34.

FUndatum eſt hoc Monaſterium per *Gulielmum* de *Widev:lle*, aliàs *Withvilla.*

Robertus Pav:ley miles dedit eis, poſtea, totum Manerium de **Sulby.**

Carta Regis Ricardi *primi donationes eidem Abbathiæ confirmans.*

Cart. 9 E. 3. n. 5. per Inſpex.

RIcardus, Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & Canonicis ſanctæ *Mariæ* de **Welleford**, ipſam Eccleſiam de **Welleford**, & novem carucatas terræ in **Sulby**, & quæcumq; in villa de **Welleford**, vel in aliis locis eis juſtè collata ſunt, in terris, & tenuris, & poſſeſſionibus, in puram elemoſinam, imperpetuum. Præcipimus ergò, ut de hiis atq; omnibus aliis terris, vel poſſeſſionibus, quæ eiſdem Canonicis in elemoſinam datæ ſunt, ſint quieti ipſi & homines de ſhirys, & de Hundredis, & de ſcutagiis, & de relef, & de auxiliis Vicecomitum & miniſtrorum ſuorum; & de operatione Caſtellorum & Parcorum, & murorum; & ſepium. Volumus etiam, & firmiter præcipimus, quod iidem Canonici & omnes res & homines eorum ſint quieti de thelonio, & ſtalagio, & paſſagio, & pontagio, & pedagio, & omni alia conſuetudine & ſeculari exactione, de omnibus rebus quas emerint, vel vendiderint, vel deportari fecerint per terram & per aquam, in omni loco poteſtatis noſtræ. Prohibemus etiam ne de ullo tenemento ſuo ponantur in placitum, niſi coram nobis vel coram capitali Juſticiario noſtro, ſuper foriſfacturam noſtram decem librarum. Teſte, *Willelmo* de *Mandevilla*.

Carta Roberti *de* Paviley *militis, de Manerio de* **Sulby**, *& advocatione Eccleſiæ.*

Ex autog. in bibl. Hatton.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Robertus* de *Pavily* miles, filius *Roberti* de *Pavily*, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & Abbati & Conventui de **Sulby**, pro ſalute animæ meæ & *Saræ* uxoris meæ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, in liberam & perpetuam elemoſinam, totum Manerium meum de **Sulby**, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, & cum omnibus pertinentiis ſuis, ſine ullo retenemento. Habendum & tenendum dictis Abbati, & Conventui & eorum ſucceſſoribus, liberè, quietè, ſicut ego melius, plenius vel liberius unquam tenui vel tenere potui. Reddendo indè annuatim Abbati & Conventui *Weſtmonaſterii*, Dominis feodi, centum & duos ſolidos eſterlingorum, ad quatuor terminos anni. Videlicet ad *Paſcha* Domini, vel infra quindenam ejuſdem, viginti quinq; ſolidos, & ſex denarios, & ad feſtum ſancti *Joh. Baptiſtæ*, vel infra quindenam ejuſdem, viginti quinq; ſolidos, & ſex denarios; & ad feſtum ſancti *Michaelis*, vel infra quindenam ejuſdem, viginti quinq; ſolidos & ſex denarios; & ad *Natale Domini*, vel infra quindenam ejuſdem, viginti quinq; ſolidos & ſex denarios; & mihi vel hæredibus meis unam libram cimini, vel duos denarios ad *Paſcha* Domini annuatim, apud **Sulby** percipiendum, pro omnibus ſervitiis, conſuetudinibus, & demandis; ſalvo forinſeco ſervitio. Et pro hac donatione & conceſſione dederunt mihi prædicti Abbas & Conventus de **Sulby** ducentas & quadraginta marcas eſterlingorum præ manibus. Et ego prædictus *Robertus* de *Paviley*, & hæredes mei, totum prædictum Manerium de **Sulby**, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, & cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut prædictum eſt, contra omnes gentes warantizabimus in perpetuum. Hiis Teſtibus, Dominis *Simone* de *Trap*, & *Henrico* de *Oſeville*, militibus; *Alano* de *Swineford*; *Johanne* de *Lodbroc*, de **Bariſword**; *Johanne Luvet* de **Welleford**; *Ada* de *Turneby*; *Willielmo* filio *Oſberti* de eadem; *Roberto Motun*; *Will.* de *Muns*; *Roberto* le *Fucuner* de **Sulby**, & multis aliis.

Confirmatio donationis Eccleſiæ de **Herſwell.**

Ex Regiſtro *Joh. Romani* Archiep. Eborac. 44.

G. Archiepiſcopus *Eboraci* confirmat donationem *Willielmi Selveyn* ſuper Eccleſia de **Herſwell**, Abbati & Conventui de **Welleford**. Teſtibus, *Johanne* Epiſcopo de *Candida caſa*, *Hamone* Præcentore; S. de *Apulia* Cancellario Eccleſiæ *Eboracenſis*.

Carta Regis Edwardi *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 9 E. 2. p. 2. m. 2.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Conceſſionem, donationem, & confirmationem, quas *Rogerus* de *Monbray* fecit quondam Abbati de *Wellefordia*, nunc Abbati de **Sulby** nuncupato, & fratribus cum eo Deo ſervientibus, de Eccleſia de **Welleford**, & tota terra de **Sulby**, cum pertinentiis ſuis; in pratis, & paſcuis, turbariis, ſtagnis & aquis, molendinis, ſemitis & viis, in **Axiholm**, & **Tirneholm**; & de terra *Gamelli*, & *Gaufridi*; & manſura una in **Torkeſeye**; ac etiam de terris, quas *Radulphus* filius *Jacobi* eis dedit in **Welleford**; & de terra à domo *Petri* filii *Gaufridi*, uſq; ad locum qui vocatur **Gideſeard**, in Inſula de **Axiholme**, juxta **Trentam**, ſicut *Trenta* continet; & inde uſq; ad **Tirneholm**, cum pratis, & mariſcis & piſcariis; & duabus acris ultra **Trentam**, cum unâ manſurâ; & de uno molendino in prædicta terra juxta **Trentam**.

Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Rogerus* de *Moubray* filius .... *Will.* de *Moubray* fecit Canonicis prædicti loci de **Suleby**, de omnibus terris, & tenementis, & poſſeſſionibus, & rebus, quæ habuerunt ex donis Anteceſſorum ſuorum, & ex donis aliorum liberorum hominum ſuorum, de feodo ſuo in Inſula de **Hartholm**. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Ric.* de *Widvilla* fecit eiſdem Canonicis, de prædicta Eccleſia de **Welleford**, & novem carucatis terræ, cum pertinentiis in **Suleby**, ubi Abbacia fundata eſt; & de omni eo quod pater ſuus eidem Abbaciæ dedit. Confirmationem etiam, quam *Will.* de *Wyvill* miles, fecit eiſdem Canonicis, de omnibus donationibus, & collationibus terrarum, ſeu poſſeſſionum, & reddituum, de feodo ſuo eis factis. Conceſſionem etiam, & confirmationem, quas *Joh. Luveit* de **Welleford**, fecit Abbati & Conventui ejuſdem loci de **Suleby**, de omnibus terris & tenementis, redditibus, poſſeſſionibus & rebus, cum pertinentiis ſuis, quæ iidem Abbas & Conventus habent de donis Anteceſſorum ipſius *Johannis*, & liberorum hominum, de feodo ſuo. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Hugo* de *Kingeſdon* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de omnibus terris & tenementis, cum libertatibus & pertinentiis ſuis, quæ habent de feodo ipſius *Hugonis* in **Welleford**, ex dono ſeu confirmatione *Roberti Lovett*, & *Ricardi* filii ejus, & *Roberti* filii ejuſdem *Ricardi*. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Walterus* filius *Ricardi* de *Norton*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de omnibus terris & tenementis, rebus, redditibus, & poſſeſſionibus, cum pertinentiis, quæ prædicti Abbas & Conventus habent de donis anteceſſorum ipſius *Walteri*, & liberorum hominum de feodo ſuo in **Welleford**.

Donationem etiam, conceſſionem & confirmationem, quas *Willielmus* de *Paueli* filius *Johannis* de *Pauely*, fecit eiſdem Canonicis, de una acra terræ, & de terra ipſius *Willielmi*, ſuper **Hegdole**, cum pertinentiis. Relaxationem inſuper & quietam clamanciam, quas idem *VVill.* fecit eiſdem Canonicis de toto jure quod habuit in omnibus terris & poſſeſſionibus, quas habent de feodo illo, quod idem *VVillielmus* & pater ſuus diſracionaverunt in Curiâ Regis contra *Reginaldum* de *Nortun*. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Rob. Pauely* miles, filius *Roberti* de *Pauely*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de Manerio de **Suleby**, cum pertinentiis, & advocationem Eccleſiæ ejuſdem villæ. Conceſſionem inſuper & confirmationem, quas idem *Robertus* de *Pauely* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de tota terra, quæ vocatur **Mundevilles**-acre, cum pertinentiis in **Suleby**. Conceſſionem etiam, & confirmationem, quas *Robertus* filius *Roberti* de *Pauely* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de toto dominio & redditu duodecim denariorum, de terrâ, quam *Will.* de *Eltindon*, & hæredes ſui tenuerunt de ipſo *Roberto* & anteceſſoribus ſuis, de feodo *Weſtmonaſterii* in **Suleby** & **Eltindon**. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Robertus* filius *Elia Rage*, de **Suleby**, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de redditu duodecim denariorum, cum pertinentiis, in **Suleby**. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Robertus Rage* filius *Elia Rage*, de **Suleby**, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de tota terra ſua arabili; & toto prato ſuo, cum pertinentiis, quæ habuit in **Childecote**, ex auſtrali parte rivuli; & toto prato ſuo quod habuit in **Perededle**, cum pertinentiis. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Robertus Rage*, de **Suleby**, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de toto redditu & ſervicio *Adæ* filii *Roberti* de *Swynford*, in **Welleford**, quæ eidem *Roberto* facere debuit pro una dimidia acra terræ in **Welleford**. Reddicionem etiam, reſignationem, & quietam clamanciam, quas *Robertus Rage*, filius *Elia Rage*, de **Suleby**, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de una roda terræ, cum pertinentiis in **Suleby**. Redditionem inſuper, reſignationem, & quietam clamanciam, quas idem *Robertus* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de una roda terræ, cum pertinentiis in eadem villa. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas idem *Robertus* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de duabus buttis terræ arrabilis, ſimul jacentibus, cum pertinentiis in **Suleby**, ad le **Blakepoll**; & toto prato ſuo apud **Childecote**, ex utraq; parte rivuli, cum pertinentiis; & uno ſelione, cum prato & pertinentiis ſuis ad **Longedole**.

Reddicionem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas idem *Robertus* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de una roda terræ, cum pertinentiis in **Suleby**. Redditionem etiam, reſignationem, & quietam clamanciam, quas idem *Robertus* fecit eiſdem Abbati & Conventui de tota terra, cum pertinentiis, quam habuit & tenuit de eis in **Suleby**. Remiſſionem etiam, relaxationem, conceſſionem, confirmationem, & quietam clamanciam, quas *Adam Rage*, filius *Roberti Rage*, de **Suleby**, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de toto jure & clamio, quod habuit, vel aliquo modo habere potuit, in omnibus terris, & tenementis, redditibus, & poſſeſſionibus terrarum, ſeu tenementorum ſeperalitatibus, unà cum licentia dictas terras ſeu tenementa includendi, & omnibus aliis rebus cum pertinentiis ſuis, quæ vel quas iidem Abbas & Conventus habent de donis ſeu conceſſionibus quibuſcumq; dicti *Roberti* patris ſui, ſeu alterius cujuſcumq;, anteceſſorum ſuorum, in villa de **Suleby**, & extra. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Willielmus* le *Mues* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de duabus rodis terræ, cum pertinentiis in **Childecote**, & toto prato ſuo ex occidentali parte rivuli, cum pertinentiis, & unâ acrâ prati in **Rededole**, cum pertinentiis, & unâ rodâ prati, & dimidia in **Sidenhale**, cum pertinentiis; & unâ rodâ terræ, cum prato adjacente, & pertinentiis ſuis in **Longedole**, juxta **Mundevilles**-acre. Donationem, (&c.) quas *Will.* le *Mues* de **Suleby**, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de unâ rodâ prati, cum pertinentiis in **Herteſlate**. Donationem etiam, (&c.) quas *Johannes* filius *Willielmi* le *Mues* de **Suleby**, & *Agnes* uxor ejus fecerunt eiſdem Abbati & Conventui de totâ terrâ ſuâ, & prato ſuo cum pertinentiis in **Suleby**; & unâ rodâ prati, cum pertinentiis in **Rededolte**. Reddicionem etiam, conceſſionem, & confirmationem quas idem *Johannes* fecit eiſdem Abbati & Conventui de uno ſelione, cum pertinentiis in **Suleby**. Reddicionem etiam, reſignationem, & quietam clamantiam, quas *Ricardus* filius *Willielmi Wybern*, de **Suleby**, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de omnibus terris & tenementis, cum pertinentiis, quæ de eis tenuit in **Suleby**, & quæ ſibi ſeu hæredibus ſuis accidere poterunt quoquo modo. Donationem etiam, (&c.) quas *Hugo* de *Bereford* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de totâ terrâ ſuâ arabili, cum cheveſciis, & toto prato ſuo, cum pertinentiis, quæ habuit in **Childecote**, **Rededole**, & in **Sidenhale**.

Conceſſionem, etiam & confirmationem, quas *Johannes* de *Lacy* Conſtabularius *Ceſtria*, fecit eiſdem Canonicis, de omnibus terris, quas habent in **Navesby** cum pertinentiis, ex dono Domini *Rogeri* de *Lacy*, patris ſui; & ex dono *Roberti* & *Radulphi* de *Navesby*, & eorum hæredum, ſive aliorum liberorum hominum ipſius *Johannis*, in **Navesby**. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Ricardus* de *Clara* fecit eiſdem Canonicis, de omnibus terris, quas habent in **Navesby**, cum pertinentiis, tam ex dono *Rogeri* de *Laſcy*, & confirmatione *Johannis* de *Laſcy* filii ejus, quam ex dono *Roberti* & *Radulphi* de *Navisby*, & eorum hæredum ſive aliorum liberorum hominum ipſius *Ricardi* de *Naviſby*. Relaxationem etiam, & quietam clamanciam, quas *Willielmus* de *Brampton*, filius *Symonis* de *Brampton*, fecit prædictis Abbati & Conventui, de toto jure, & clamio, quod habuit, vel aliquo modo habere potuit, in omnibus terris, & tenementis, cum ſuis pertinentiis, quæ prædicti Abbas & Conventus habuerunt & tenuerunt de donis anteceſſorum ipſius *Willielmi*, de feodo ſuo, in **Navisby**. Conceſſionem etiam, & confirmationem, quas *Phillippus* de *Daventre* fecit eiſdem Canonicis de unâ virgatâ terræ, cum pertinentiis in **Thurneby**. Ratificationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Adam* filius *Walteri* de *Eſſeby*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de annuo redditu duorum ſolidorum, cum pertinentiis in **Thurneby**. Donationem, (&c.) quas *Robertus Motun* de **Sibertoft**, filius *Thoma Motun*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de totâ terrâ, cum pertinentiis, quam habuit in **Turneby**. Conceſſionem, (&c.) quas *Petrus* de *Goldyngton*, fecit eiſdem Abbati, & Conventui, de omnibus terris & tenementis, cum pertinentiis, quæ habent de feodo ipſius *Petri* in **Turneby**. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Petrus* de *Goldyngton*, filius *Petri* de *Goldington*, fecit eiſdem Abbati & Canonicis, de medietate unius virgatæ terræ, cum pertinentiis in **Cotes**; Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Nic.* le *Archer* fil. *Rob.* le *Archer* de **Sibertoft**, fecit eiſdem Abbati & Conventui de terris, tenementis, & poſſeſſionibus, quas anteceſſores ipſius *Nic.* dederunt eiſdem Abbati & Conventui. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Henricus* filius *Henrici* de *Haddon*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de tribus virgatis terræ, cum pertinentiis in **West-Haddon**, & **Portoft**. Conceſſionem etiam, & confirmationem, quas frater *R.* Theſaurarius, Prior fratrum Hoſpitalis *Jeruſalem* in *Anglia*, fecit Abbaciæ & Canonicis prædictis, de annuo redditu quatuor marcarum, & uno toſto in **Portoft**.

Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Willielmus Buttevillanus*, de **Cotesbrok**, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de loco qui vocatur **Raylend**, quæ eſt Cella Abbaciæ prædictæ, de quinquaginta, & duabus acris, & unâ rodâ terræ, cum pertinentiis in **Cotesbroke**. Donationem etiam, & confirmationem, quas *Arnulphus* de *Putti*, fecit Deo & ſancto *Johanni Kalendæ*, de quatuor virgatis terræ in **Turneby**, & tribus toftis, & duobus croftis, cum pertinentiis in eadem villa. Conceſſionem, (&c.) quas *Petrus* de *Goldintona* fecit ſancto *Johanni Kalendæ*, de quatuor virgatis terræ, cum pertinentiis in **Turneby**. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Euſtachius* de *Arderne* fecit prædictis Canonicis, de tota terra, cum pertinentiis in **Welleford**, quam *Robertus Luveth* eis dedit & conceſſit. Conceſſionem etiam, & confirmationem, quas *Euſtachius* filius *Euſtachii* de *Wathford*, fecit eiſdem Abbati, & Canonicis, & fratribus de *Kalenda* prædicta, de unâ virgatâ terræ cum pertinentiis in **Wathford**. Conceſſionem inſuper, & confirmationem, quas idem *Euſtachius* filius *Euſtachii* fecit eiſdem Abbati & Canonicis, de prato de dominico de **Wathford**, quod vocatur **Calumede**, de una *cothlanda* terræ in **Wathford**, & unâ dimidiâ acrâ terræ in **Chald-Asseby**, & de *Radulpho* fabro filio *Ailmeri* de *Smeleſworth*; & de omnibus quæ de eo naſcituri forent, cum omnibus catallis ſuis. Dimiſſionem etiam, & quietam clamanciam, quas *Rogerus* de *Inſula*, filius *Will.* de *Inſula*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de omni exactione & demanda, quam habuit, vel habere potuit in tribus virgatis terræ, & dimidia, cum pertinentiis, quas habent de feodo ipſius *Rogeri* in **Barton**-*Hanred*. Donationem etiam, & confirmationem, quas *Halnaldus Papilam* fecit prædicto Abbati & fratribus ſuis, de magnâ virgatâ terræ & alia virgata terræ, quæ vocatur **Selid** in *Adintunia*, cum toftis, & omnibus pertinentiis ſuis, cum Eccleſia de *Adintunia*, & de molendino ipſius *Alnoldi* de *Adintuna*, cum omnibus pertinentiis ſuis; & de toſto, & tota terra, cum domibus, quam *Normannus* tenuit. Conceſſionem etiam, remiſſionem, & quietam clamanciam, quas *Rogerus* le *Brabanhouw*, de **Moulley**, miles, fecit Abbati & Conventui, de omni eo quod habuit vel aliquo jure habere potuit in villâ de parva **Adyntone**. Conceſſionem etiam, remiſſionem, & quietam clamanciam, quas *Johannes* de *Hotot*, de

Bampton, fecit eiſdem Abbati & Conventui de omnibus terris & tenementis, cum pertinentiis, quæ habuit, vel quocumq; modo habere potuit in parva **Adynton.**

Remiſſionem etiam, & quietam clamanciam, quas *Ricardus* filius *Gervaſii* de *Bernak*, miles, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de toto jure & clamio, quod habuit vel aliquo modo habere potuit in Manerio de parva **Adinton**, cum pertinentiis; & in feodis militum, homagiis, & ſerviciis tenentium dicti Manerii, & omnibus aliis ad dictum Manerium ſpectantibus. Conceſſionem etiam, remiſſionem, & quietam clamanciam, quas *Willielmus* filius *Ricardi* de *Bernak*, de **Berkeston**, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de omnibus terris & tenementis, cum pertinentiis, quæ idem *Willielmus* habuit vel quocumq; modo habere potuit, in parva **Adinton.** Donationem etiam, (&c.) quas *Maria* de *Muſchamp*, fecit prædictis Canonicis, de Eccleſia de **Harheudon**, cum pertinentiis, & de quodam toſto, cum croſto, quod fuit *Hugonis* le *Preeſt*, & tribus acris terræ. Donationem etiam, & confirmationem, quas *Mabilia* de *Loggis*, fecit eiſdem Abbari & Canonicis, de Capella de parva **Harwod**, cum pertinentiis. Donationem etiam, (&c.) quas *Willielmus* de *Dyva* filius *Hugonis* de *Dyva*, fecit eiſdem Canonicis de Eccleſia de *Hadduna*, cum pertinentiis: Donationem etiam, (&c.) quas *Robertus* Comes *Legreceſtriæ*, fecit eiſdem Canonicis de mortuo boſco, & de branchiis ad ignem ſuum, in boſco de *Igheia*, cum unâ caricatâ bis in die, ſingulis diebus, à die *Paſchæ* uſq; ad feſtum ſancti *Michaelis* cariandis. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Robertus* filius *Willelmi* de *Aiſſeby*, fecit eiſdem Canonicis, de unâ virgatâ terræ in **Theingworth**; & de unâ acrâ prati & dimidiâ in **Langdale**; & de duabus virgatis terræ in **Theingworth**; & de tota terra illa, quam *Wiganus* de *Mara* eis dedit, de feodo ſuo, ad **Wolfawell**; & de uno toſto in **Theingworth**; & uno ſelione in eadem villa; & de duobus ſelionibus in eadem villa, & **Hutthorpe.** Relaxationem etiam, & quietam clamanciam, quas idem *Robertus* fecit eiſdem Canonicis, de toto jure & clamio, quod ipſe & hæredes ſui habuerunt vel habere potuerunt in molendino & ſtagno eorundem Canonicorum & **Hutthorpe.** Conceſſionem etiam, (&c.) quas *Willielmus* de *Lodbrok* filius *Johannis* de *Lodbrok* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de quinq; virgatis terræ & dimidia, & quinquaginta & quinq; acris terræ & dimidia, cum pertinentiis in **Bareſworth.** Dimiſſionem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Sara* filia *Rogeri Sanſon* de **Barſworth**, fecit eidem Abbati de quatuor virgatis terræ in **Barſworth** de dominico ſuo, cum meſuagio, toſto, croſto, & virgulto, cum pertinentiis; exceptis ſeptem acris terræ, quas prædicti Abbas & Conventus habent de dono ipſius *Saræ*, & *Roberti Sampſon* fratris ſui. Conceſſionem, (&c.) quas *Reginaldus* filius *Willielmi Ferthyng* de **Boreſworth** fecit eiſdem Abbati & Conventui, de annuo redditu trium ſolidorum, cum pertinentiis in **Boreſworth.** Relaxationem etiam, & quietam clamanciam, quas *Rogerus* de *Kuillingworth*, & *Batilda* uxor ejus, fecerunt eiſdem Canonicis, de toto jure & clamio, quod habuerunt vel habere potuerunt in tota terra, quam tenent in **Barſworth**, de feodo *Radulphi Baſſet*:

Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Radulphus Baſſet* filius *Ricardi Baſſet*, fecit eiſdem Canonicis de ſex ſolidatis redditus, cum pertinentiis in **Barſworth.** Donationem, (&c.) quas *Arnulphus* de *Nortoft*, fecit eiſdem Canonicis, de duabus virgatis terræ in **Bareſworth.** Conceſſionem, (&c.) quas *Will. Truſſell*, filius *Oſberti Truſſell*, fecit eiſdem Canonicis de unâ virgatâ terræ in eadem villa, cum toſto & croſto, quæ *Gaufridus* ſuper *Montem* tenuit; & unâ culturâ terræ in eadem villa. Donationem, (&c.) quas *Amicia Truſſel*, quondam uxor *Roberti* de *Colingham*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de dimidiâ virgatâ terræ in **Bareworthe**, cum toſto & pertinentiis ſuis. Donationem etiam, (&c.) quas *Robertus* de *Clopton* fecit eiſdem Abbati & Conventui de duabus virgatis terræ in eadem villa, cum toſtis, croſtis, & pertinentiis ſuis. Relaxationem & quietam clamanciam, quas *Philippus* le *Breton* de **Boreſworth**, filius *Will.* le *Breton*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de toto jure & clamio, quod habuit, vel aliquo modo habere potuit in omnibus terris, tenementis, redditibus, poſſeſſionibus, & rebus, cum pertinentiis, quæ prædicti Abbas & Conventus habent de terris, tenementis, redditibus, poſſeſſionibus, & rebus, quæ fuerunt prædicti *Willielmi* patris ſui, vel aliorum anteceſſorum ſuorum in **Boreſworth.** Remiſſionem etiam, (&c.) quas *Robertus* filius *Helæ* le *Noble*, de **Boreſworth**, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de toto jure & clamio, quod habuit vel habere potuit in uno meſuagio, cum pertinentiis in eadem villa. Donationem, (&c.) quas *Willielmus Tilly*, filius *Rogeri Cordewaner* de **Northampton**, fecit prædictis Canonicis, de duabus virgatis terræ in **Bareſworth**, cum toſtis, & croſtis, & pertinentiis ſuis. Conceſſionem, (&c.) quas *Robertus* filius *Ricardi* de *Thingden*, fecit prædictis Canonicis, de uno meſuagio, undecim acris terræ, & quinq; rodis prati, & dimidia, cum pertinentiis in **Thingden.** Conceſſionem etiam & confirmationem, quas idem *Robertus* fecit eiſdem Canonicis de omnibus terris, (&c.) quæ iidem Canonici habent, de feodo ipſius *Roberti* in **Thingden**, & **Burton.** Conceſſionem inſuper, & confirmationem, quas *Willielmus* de *Harecourt*, miles, fecit eiſdem Canonicis, de omnibus terris, tenementis, redditibus, & poſſeſſionibus, cum pertinentiis, quæ iidem Canonici habent de donis anteceſſorum ſuorum, & liberorum hominum de feodo ſuo. Conceſſionem inſuper, & confirmationem, quas *Stephanus* filius *Roberti Rabaz*, de **Northkynilligworth**, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de omnibus terris, tenementis, redditibus, & poſſeſſionibus, cum pertinentiis ſuis, quæ iidem Abbas & Conventus habent de donis

nis anteceſſorum ipſius *Stephani*, de feodo ſuo in **Northkynillworth**.

Donationem etiam, (&c.) quas *Rogerus* de *Southkynilligwrth* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de duabus rodis terræ, cum pertinentiis in **Kyneligworth**. Remiſſionem, (&c.) quas *Ricardus* filius *Rogeri* de *Southkinelingworth*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de toto jure & clamio, quod habuit, vel aliquo modo habere potuit, in omnibus terris, tenementis, advocatione Eccleſiæ, molendinis, redditibus, & poſſeſſionibus, cum pertinentiis, quæ dicti Abbas & Conventus habent de donis anteceſſorum ipſius *Ricardi* & liberorum hominum ſuorum in **Suthkynelingworth**. Donationem, (&c.) quas *Will.* filius *Roberti* de *Champayne*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de libero introitu & exitu, tranſitu, & redditu, cum carectis, & equis ſuis, per viam, quæ eſt inter terram poteſtatis ſuæ de **Craft**, & foreſtam Domini Comitis *Leiceſtriæ*. Conceſſionem etiam, (&c.) quas *Nicholaus* filius *Roberti* de *Campane*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de unâ placeâ, cum vivario & gardino, cum pertinentiis; & de omnibus terris, tenementis, redditibus, & poſſeſſionibus, cum pertinentiis, quæ iidem Abbas & Conventus habent de donis anteceſſorum ipſius *Nicholai* in **Craft** & **Merſton**. Donationem etiam, (&c.) quas *Hugo* de *Merſton* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de libero introitu, & exitu, & tranſitu, cum carectis & equis, & aliis neceſſariis ſuis, per viam, quæ eſt inter **Crafte** & **Thurleſford**; & per omnes alias vias, quæ ſint juxta terras ipſius *Hugonis*, ſine aliquo impedimento. Donationem etiam, (&c.) quas *Tho.* de *Eſtle* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de libero introitu, & exitu, & tranſitu, cum carectis & equis ſuis, per viam, quæ eſt in terra poteſtatis ipſius *Thomæ* inter **Craft** & **Dunton**; ſcilicet de **Sutton**, & de **Brouton**; & ſuper capud ſtagni in **Brouton**, inter ipſum ſtagnum & gardinum ſine aliquo impedimento ſui vel hæredum ſuorum. Quietanciam etiam Theoloneii, quam *Robertus* Comes *Leiceſtriæ* fecit fratribus loci prædicti, de omnibus rebus, quas emerint vel vendiderint in *Leiceſtria*; vel per eam duxerint, quæ pertinent ad proprios uſus ſuos. Quietanciam etiam theoloneii, quam *Rogerus* Comes de *Clara*, fecit præfatis Canonicis, de hiis quæ in proprios uſus emunt & vendunt, in foro ipſius Comitis de **Rowell**, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt; præfatis Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus, ſicut Cartæ & ſcripta donatorum ſuorum prædictorum, quæ indè habent, rationabiliter teſtantur, In cujus rei, &c. Teſte Rege apud **Suleby**, *xiiii.* die *Martii.*

ABBATIA

de **Cokerſand** *in agro* Lancaſtrenſi.

Carta, Theobaldi Walteri, *de fundatione ejuſdem.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego *T. Walterus*, pro divino intuitu, & amore beatæ *Mariæ*, & pro ſalute animæ Regis *Henrici*, & animæ Regis *Richardi* filii ſui, & animæ *Johannis* Comitis de **Moreton**, & animæ *Ranulphi* de *Glanvill*, chari noſtri; & pro ſalute animæ *H. Cantuarienſis* Archiepiſcopi, fratris noſtri, & animæ *Hervei Walteri* patris mei, & *Matildis Walteri*, matris meæ; & pro ſalute animæ meæ, & omnium amicorum & benefactorum, & anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, dedi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, totam Hayam meam de **Pyling**, Deo & beatæ *Mariæ*, & Abbati, & Canonicis *Præmonſtratenſis* Ordinis, ibidem Deo ſervientibus, in puram, & perpetuam elemoſinam, ad unam Habathiam ædificandam, de Ordine *Præmonſtratenſi*. Quare volo, & præcipio, quod prædictus Abbas & Canonici ibidem Deo ſervientes habeant, & teneant prædictam Hayam liberè, cum omnibus pertinentiis, & diviſis, prædictæ Hayæ pertinentibus, liberam, & quietam, & ſolutam ab omni exactione ſeculari, & ſervitio; & de rewardo Foreſtarii, & de omni aliâ cauſâ, ſicut elemoſyna, in liberâ Hayâ ſitâ, liberiùs poteſt dari, in boſco, in plano; in pratis, & paſchuis; in aquis, in ſtagnis, in vivariis, in molendinis, in piſcariis, in ſilvis, in mariſcis, in madido & ſicco; & in omnibus libertatibus, & ayſiamentis prædictæ Hayæ, tàm illis, quæ modo ſunt, quàm illis quæ indè pervenire poterunt; Hiis Teſtibus, *Will*, *Poer*, *Benedicto Gernet*, *Radulpho* de *Bethun*, *Rogero* fratre ſuo, *Gilberto* de *Kentewelle*, *Huberto Baſtard*, *Rogero* de *Leiceſtre*, *Roberto* de *Burun*, *Warino Banaſtre*, *T.* fratre ſuo, *Willielmo* filio *Martini*, *Helya* filio *Rog.* *Ada* de *Kellet*, *Ada* filio *Heſet*, *Willielmo* de *Winequic*, *Galfrido* de *Barton*, *VVillielmo* de *Heſton*, *Richardo* fratre ſuo, *VValtero* de *Slopisbiri*.

Ex ipſo autogr. penès *Rob. Dalton* de **Thornham** in Com. *Lanc.* Arm.

Carta Regis Ricardi *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. de ann 7. & 8. R 2. n. 1.

R*Ex, &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam, quam celebris memoriæ, Dominus* Johannes, *quondam Rex* Angliæ, *progenitor noſter, fecit dilecto nobis in Chriſto Abbati & Conventui beatæ* Mariæ *de* **Cokerſand**, *in hac verba. Johannes* Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm. Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Juſticiariis, vicecomitibus, foreſtariis, & omnibus ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis me pro amore Dei, conceſſiſſe Canonicis de **Cokerſand**, totam paſturam de **Pilin**, habendam & tenendam in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus aiſiamentis ſuis. Confirmavimus etiam eis locum de **Cokerſand**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in quo fundati ſunt, & omnes alias rationabiles donationes eis factas, undè Cartas habent, ſicut Cartæ donatorum rationabiliter teſtantur. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici habeant & teneant prædictam paſturam de **Pilin**, cum pertinentiis, & omnia ſicut prædictum eſt, liberè & quietè, integrè, plenariè & honorificè in perpetuam elemoſinam, ab omni ſeculari ſervitio & exactione, ſicut Cartæ donatorum, quas habent, rationabiliter teſtantur. Teſtibus *I. Norwicenſi*, *M. Wygornenſi*, Epiſcopis; *R.* Comite *Leiceſtriæ*, *R.* Comite *Mellenti*, *Petro* de *Pratellis*, *Simone* de *Pateſhulle*. Data per manum *H. Cant.* Archiep. Cancellarii noſtri, apud **Gaytinton** *xiv. Mart.* an. Regni noſtri *ii.*

Inſpeximus etiam quandam aliam Cartam, quam idem progenitor fecit eiſdem Abbati & Conventui, in hæc verba. *Johannes* Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, (&c.) Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, dediſſe, & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* de **Cokerſand** & Abbati & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, duas carucatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis, de dominico noſtro de **Newbigging**, juxta **Singleton**, de quibus percipere ſolebamus per annum ſexdecim ſolidos, per manum vicecomitis *Lancaſtriæ*. Habendas & tenendas eiſdem Abbati & Canonicis, de nobis & hæredibus noſtris imperpetuum ad feodi firmam; Reddendo indè nobis & hæredibus noſtris, ſingulis annis viginti ſolidos, pro omnibus ſervitiis, & exactionibus, ad duos terminos anni; ſcilicet ad feſtum ſancti *Michaelis* decem ſolidos, & ad *Paſcha* decem ſolidos, per manum vicecomitis *Lancaſtriæ* apud *Lancaſtriam*. Quare volumus, (&c.) Data per manum Magiſtri *Ricardi* de *Mariſcis* Cancellarii noſtri, apud **Fecham**, viceſimo octavo die *Julii*, anno Regni noſtri decimo ſeptimo, &c.

Nos autem donationes, conceſſiones, libertates, francheſias, & quietas clamancias prædictas, & etiam donationem, conceſſionem, & confirmationem, quam *Henricus* de *Mellinc*, & hæredes ſui fecerunt Deo & ſanctæ *Mariæ* & hoſpitali de **Cokerſant**, de totâ ſuâ parte de plano, ab **Henggeitha**-laka, uſq; ad diviſam de **Bikerſtet**; & iterum de tertia ſua parte de totius **Kunneſcogs**, uſq; ad diviſam de **Mahgele**, uſq; ad **Henggeitha**-laka, in puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus pertinentiis, cum communione ſuæ dimidietatis prædictæ villæ, liberè & quietè ab omni ſeculari ſervitio. Ac etiam donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas *Johannes* de **Hakuneſhou** fecit Deo & beatæ *Mariæ* de **Cokerſand**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, de tota tertia parte totius terræ ſuæ in **Hakuneſhou**, & in **Preſhauethe**, quam pater ſuus habuit, & ipſe poſt ipſum, cum communione, & omnibus eiſiamentis, & libertatibus, quæ continentur in Carta Domini Regis, quam habuit, in puram & perpetuam elemoſinam, liberè & quietè ab ſeculari ſervicio omni, & exactione imperpetuum. Ac etiam donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas *Tho.* filius *Siwardi* de *Mellings*, & hæredes ſui fecerunt Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & dicto Hoſpitali de **Cokerſond**, de totâ terrâ, quæ eſt inter magnam ſtratam; & diviſam à **Symondeſwode**, quæ ſtrata tranſit.... ad vadum quod eſt **Melling**, & **Thorp** tendens uſq; in **Hengarthes**-laka. Et de totâ ſuâ parte de plano, ab ipſâ lakâ, uſq; ad diviſam de **Bikerſtet**; & iterum de tota parte ſua totius **Kunneſcogs**, uſq; ad diviſam de **Actun**, & diviſam de **Mahgele**; & de diviſa de **Mahgele**, per moſſam de **Henggeithes**-laka, cum omnibus pertinentiis, in puram & perpetuam elemoſinam, cum communione ſuæ dimidietatis prædictæ villæ, liberè, & quietè ab omni ſeculari ſervicio.

Ac etiam donationem, conceſſionem, & confirmationem quam *Willielmus* de *Lancaſtre* fecit Deo, & beatæ *Mariæ* de **Cokerſond**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, de toto boſco ſuo de **Foxton**, & toto dominico ſuo, cum ſervicio *Henrici* filii *Will.* & omnibus aiſiamentis & libertatibus, quæ infra prædictam terram fuerunt, & fieri poſſent, in puram & perpetuam elemoſinam, liberè, & quietè ab omni exactione, & ſeculari ſervicio, & ſicut aliqua elemoſina liberiùs & quietiùs dari, vel concedi poſſet. Ac etiam conceſſionem, & confirmationem, quas *Johannes Malherbe* fecit Deo, & beatæ *Mariæ* de **Cokerſand**, & Canonicis, Ordinis *Premonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, de totis Holmis juxta Maram de **Torletun** in * **Lailondeſire**, cum omnibus pertinentiis in puram & perpetuam elemoſinam, liberè, & quietè ab omni exactione ſeculari, & ſervitio, per aſſenſum & conſenſum Prioris, & Conventus Ordinis *Cluniacenſis*, de *Teſordia*. Ac etiam donationem, & conceſſionem, & quietam clamanciam, & confirmationem, quas *Helias*, filius *Rog.* de *Hotun*, in **Lailondſchire**, fecit Deo, & beatæ *Mariæ* de **Cokerſand**, & Canonicis *Premonſ.* ibidem Deo ſevientibus, de tribus carucatis terræ in **Hottun**, in **Leylondeſchire**; ſcilicet, de tota villa de **Hotun**, ſine aliquo retenemento, tam in ſervitiis, quàm in hominibus liberis, & nativis, cum omnibus aiſi-

*Nome wapen chii.

aiſiamentis, libertatibus, & communionibus, quæ in eiſdem terris fuerunt, vel eſſe poſſent; videlicet, in boſco, & plano, in pratis, & paſcuis, in moris, & mariſcis, in piſcariis, & piſcationibus, in vivariis, & ſtagnis, in viis, & ſemitis, & in omnibus eidem terræ adjacentibus, eiſdem Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis. Habenda & tenenda imperpetuum quietis & ſolutis de ſe & hæredibus ſuis; ita quod nec ipſi, nec hæredes ſui, aliquod jus, de eiſdem terris, exigere poſſent, præter elemoſinas & orationes: prædicti verò Canonici facient forinſecum ſervitium domino Regi, & dominis prædicti feodi, quantum pertinet ad . . . . . carrucatas terræ, undè decem carucatæ terræ faciunt feodum unius militis; pro quâ verò donatione, & quietâ clamanciâ, prædicti Canonici de **Cokerſand**, dederunt ſibi Centum marcas eſterlingorum; quam quidem donationem, & quietam clamantiam prædictus *Helias*, & hæredes ſui warantizabunt prædictis Canonicis, contra omnes homines imperpetuum.

Ac etiam donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas *Willielmus* de *Lancaſtre*, conſenſu hæredum ſuorum, fecit Eccleſiæ Sanctæ *Helenæ* de **Gareſtang**; Et Abbati & Canonicis de **Cokerſand**, de quatuor bovatis terræ in villâ de **Gairſtang**, à vado de **Belameſpot**, uſq; ad rivulum de **Kinerſic**, & ſic ſequendo **Kinerſic** linialiter, ultra muſſam, uſq; ad vadum de **Tillerdale-holme**; & ſic ſequendo **Wire**, ex parte auſtrali, uſq; in **Belameſpot**; & de terrâ illâ, quæ eſt juxta Eccleſiam, cum mortuo boſco de **Kirkeland**; & ſimiliter conceſſionem, quam idem *Will.* de *Lancaſtre* fecit eiſdem, & eorum tenentibus villæ de **Gairſtang**, tam qui eſſent, quàm qui fuerunt de *Houſabold* & *Hoybold*, cum omnibus aliis libertatibus eidem villæ pertinentibus, in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, in muſſis, & Scalingis, in puram & perpetuam elemoſinam liberis & quietis ab omni ſervicio ſeculari. Ac etiam conceſſionem, & confirmationem, quas *Henricus* de *Laſcy*, Comes *Lincolniæ* & Conſtabularius *Ceſtriæ*, fecit Deo & Sanctæ *Mariæ* de **Cokerſand**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, de quadam Cartâ *Johannis* de *Laſcy* Comitis *Lincolniæ*, & Conſtabularii *Ceſtriæ*; per quam idem *Johannes* de *Laci* conceſſit & confirmavit Deo & Sanctæ *Mariæ* de **Cokerſand** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, totam villam de **Hoton**, in **Laylondſchire**, quam habent ex dono *Heliæ* filii *Rogeri*; ſcilicet, tres carucatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in molendinis, & ſtagnis, in piſcariis, & piſcationibus; & in omnibus aiſiamentis, & libertatibus, quæ infra diviſas ejuſdem villæ de **Hoton** fuerunt, vel eſſe poſſent, prout Cartæ teſtantur, quas prædicti Canonici habent de eodem *Heliâ*: Habendum & tenendum de ipſo *Johanne* de *Laſcy*, & hæredibus ſuis imperpetuum, liberè & quietè, de ſectâ Curiæ ſuæ, & paſtu ſervientium ſuorum; ſalvo ſervicio domino Regi, & cæteris ſervitiis ſuis. Ac etiam remiſſionem, & quietam clamantiam, quas idem *Henricus* de *Laſcy*, de ſe & hæredibus ſuis, Deo & beatæ *Mariæ* de **Cokerſand** & Canonicis prædictis, de ſervicio Domini Regis, & cæteris ſervitiis omnibus, quæ prædictus *Johannes* de *Laſcy* avus ſuus, per confirmationem ſuam, ſibi & hæredibus ſuis reſervavit, ita quod prædicti Canonici totam villam de **Hoton** prædictam, cum ſuis pertinentiis, ut pleniùs ſupradictum eſt, habeant & poſſideant ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, quietam & ſolutam ab omni terreno ſervitio, ſeculari exactione & demandâ imperpetuum.

Ac etiam donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas *Henricus* de *Seſton*, Clericus, fecit Deo & beatæ *Mariæ*, de **Cokerſand**, & Abbati & Canonicis *Premonſtratenſis* Ordinis ibidem Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus, de dominico totius villæ de **Weſt-Halton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſine aliquo retenemento, tam in eſcaetis, quàm wardis, releviis, homagiis, ſervitiis, redditibus, & in omnibus aliis rebus, quæ extunc quocunq; modo, caſu, vel ratione prædictæ villæ poſſent evenire, & pertinere, liberè & quietè à ſe & hæredibus ſuis, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Ac donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas idem *Henricus* de *Seſton* fecit eiſdem Abbati, & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, de totâ tertiâ parte totius prædictæ villæ de **Halton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, tàm in boſcis, quàm in planis, in moris, & mariſcis, in paſcuis, & paſturis, in vaſtis & pratis, in parcis, & aſſartis; in aquis & vivariis, in ſtagnis & molendinis, in melle & ſpervariis, in fecis, & ferinis, in peſſonâ, & herbagiis, & in omnibus aliis pertinentiis ſuis, aiſiamentis, libertatibus, & appruviamentis, quæ fuerunt, vel fiebant, vel extunc fieri poſſent infra villam de **Halton**, & extra, infra diviſas & metas ejuſdem villæ, ſine aliquo retenemento; tenendum & habendum dictis Abbati, & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, plenariè, integrè, liberè, quietè, benè & in pace, ſoluta ab omni ſeculari ſervitio, exactione, conſuetudine, & demandâ. Ac etiam donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas *Galfridus* filius Domini *Johannis* de *Hacunſhoo* fecit Deo & beatæ *Mariæ* de *Cokerſand* & Abbati, & Canonicis Ordinis *Premonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus, de quadam parte terræ ſuæ in territorio de **Preſhout**, videlicet totâ terrâ infra has diviſas, ſine aliquo retenemento; ſcilicet de **Loſtockmepul**, ubi Crux ſita fuit, rectâ lineâ extenſâ in Auſtro, uſq; ad Crucem ſuper le **Tunge**; & ſic de illâ Cruce, per quandam foveam, inter **Karram** & le **Tunge**, apud orientem, uſq; ad aliam Crucem ſuper le **Blakelakebanke**, ſequendo le **Blakelake**, ex tranſverſo le **Tunge**, apud Auſtrum, uſq; in profundam Muſſam; & ex parte Aquilonis de **Loſtockmepul**, rectâ lineâ in ſabulones; Et ſic per ſabulones, verſùs orientem, uſq; ad diviſas dictorum Abbatis & Conventus: Tenendas & habendas imperpetuum, dictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, liberè, quietè, integrè, bene, & in pacè; ita quod ad eorum libitum prædictam terram poſſent circumcludere, foſſare, aſſartare, arare & omnimoda eorum commoda indè facere, quæ ſibi viderint expedire, ſine contradictione ſui, vel hæredum ſuorum.

Ac etiam concesſionem, quam præfatus *Galfridus*, filius Domini *Johannis*, ſimiliter fecit eiſdem religioſis, quod averia eorum tempore eſtivo, vel quandocunq; neceſſe haberent, ſeu vellent, poſſent ſuper ſabulones uſq; ad **Bokit** tranſire & requieſcere, ſine contradictione aliquâ ſui & hæredum ſuorum. Ac etiam donationem, concesſionem, & confirmationem, quas dominus *Edmundus* de *Nevill* chivaler, fecit Deo & beatæ *Mariæ* de **Cokerſand**, & Abbati, & Conventui ejuſdem loci, ibidem Deo ſervientibus, de tertiâ parte Manerii de **Middleton**, in **Loneſdale**, cum pertinentiis; Habendum & tenendum in puram, & perpetuam elemoſinam, præfatis Abbati, & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Ac etiam ratificationem, concesſionem, & confirmationem, quas *Willielmus* filius *Johannis Haconeſhowe*, dominus villæ de **Haconeſhowe**, & **Preſhowe**, fecit præfatis Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, de quadam Cartâ *Galfridi* filii Domini *Johannis* de *Haconeshowe*, anteceſſoris ejuſdem *Willielmi* filii *Johannis*, per quam idem *Galfridus* concesſit & confirmavit Eccleſiæ de **Cokerſand**, & Abbati, & Conventui ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & libertates, quas pater ſuus *Johannes* de *Haconeshowe*, eis dedit in villâ de **Preſhowe**, & **Haconeſhowe**, ſicut Cartæ ipſius teſtantur. Ac etiam concesſionem, quam idem *Galfridus* fecit eiſdem Abbati & Canonicis de totâ tertiâ parte dominii ſui in villâ de **Preſhowe**, & **Haconeſhowe**, & extra, & per omnia, prout in Cartâ Domini Regis, quam idem *Galfridus* habuit, continetur, in puram, & perpetuam elemoſinam; libere, quiete ab omni ſeculari ſervitio & exactione, ratas habentes & gratas eaſdem omnes & ſingulas donationes, concesſiones, libertates, francheſias, & quietas clamantias, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto nunc Abbati & Conventui loci prædicti, & eorum ſucceſſoribus approbamus, ratificamus, & confirmamus, imperpetuum, ſicut tam Cartæ dictorum progenitorum noſtrorum, quàm dictæ Cartæ perſonarum prædictarum, rationobiliter teſtantur.

Præterea volentes eiſdem Abbati & Conventui gratiam in hac parte facere uberiorem, concesſimus eis & eorum ſucceſſoribus, & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod licet ipſi, vel prædeceſſores, aliqua vel aliquibus libertatum, francheſiarum, vel quietantiarum in ſingulis Cartis prædictis contentarum, aliquo caſu emergente, hactenùs plene uſi non fuerint; ipſi tamem Abbas & Conventus, & eorum ſucceſſores, libertatibus, francheſiis, & quietanciis illis, & earum qualibet, de cætero, plenè gaudeant & utantur, ſine occaſione, vel impedimento noſtri, vel hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum ballivorum, ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcunq;. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *W.* Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, totius *Angliæ* primate, *R. London. W. Winton.* Epiſcopis (&c.) Data per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium v ii.* die *Aprilis.*

Compoſitio de Decimis parochiarum de **Lancaſtre, Pulton,** *&* **Biſcopheym.**

Ex ipſo autogr. in bibl. Hatton.

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, Subdecanus *Lincolniæ*, Prior & ſubprior Sanctæ *Katerinæ Lincolniæ* ſalutem. Ad omnium veſtrum notitiam volumus pervenire, nos mandatum Domini Papæ *Innocentii* tercii, in hæc verba, ſuſcepiſſe. Innocencius *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis ſubdecano, Priori & ſubpriori* Lincolniæ *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte Abbatis & Conventus* Sancti Martini Sagii, *recepimus quæſtionem, quod Abbas & Canonici de* **Kokerſand**, Præmonſtratenſis *Ordinis*, Eboracenſis *Dioceſis, ſuper decimis & rebus aliis injuriantur eiſdem: Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione poſtpoſita, diſcernatis; facientes, quod decreveritis, per cenſuram Eccleſiaſticam, firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem, appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nichilominus exequantur. Datu* Laterani xiii. *Kal.* Junii, *Pontificatus noſtri anno tercio decimo.* Hujus igitur auctoritate mandati partibus in præſentià noſtrâ conſtitutis, & quibuſdam ad utriuſq; intentionis aſtructionem propoſitis, poſt etiam quaſdam altercationes, lis inter eos, amicabili compoſitione conquievit, in hunc modum; videlicet, quod duas partes decimarum bladi in parochia de *Lancaſtria*, & de **Pulton**, & **Biſcopheym**, ſuper quibus controverſia inter eos, auctoritate apoſtolica, coram nobis vertebatur, Abbas & Conventus *Sagii* percipient; Tercia parte penès Abbatem & Conventum de **Kokerſand** remanente; nec ipſi Abbas & Conventus de **Kokerſand**, vel aliquis ex parte ipſorum, prædictas parochias Abbatis & Conventus *Sagii*, ad ſpiritualia conferenda, vel temporalia percipienda, ſine licentia & conſenſu Abbatis & Conventus *Sagii*, indebite ingredientur. Si autem dicti Abbas & Conventus de **Kokerſand** poſt Compoſitionem iſtam inter ipſos & Abbatem & Conventum *Sagii* factam, ex donatione aliquorum, vel alio juſto titulo, terras aliquas vel posſesſiones infra limites prædictorum Abbatis & Conventus *Sagii* adquiſierint, decimas dictis Abbati & Conventui *Sagii* jure parochiali perſolvent, de jure communi perſolvendas. Ad hæc ſciatis, quod ex utriuſq; partis conſenſu, juriſdictionem partes ad iſtius Compoſitionis obſervantiam cohercendi, ſi qua illorum contra illam venire voluerit, nobis reſervavimus.

Facta fuit hæc Compoſitio anno ab Incarnatione Domini *MCCxvi*. In hujus verò rei teſtimonium, præſentis ſcripti paginam ſigillorum noſtrorum appoſitione roboravimus. Ad hoc ſciendum quod Abbas & Conventus de **Kokerſand**, ſuper eadem cauſâ, coram nobis impetratis & impetrandis renunciaverunt.

Compoſitio inter Priorem & Conventum Lancaſtriæ *& Abb. & Conv. de* **Cokerſand**.

Ibid. NOverit univerſitas fidelium; quod, cum inter Priorem *Lancaſtriæ* agentem, nomine ſui Abbatis, & Conventum *Sagienſem*, ex una parte; & Abbatem & Conventum de **Kokerſaund**, ex alterâ, coram Judicibus delegatis apud *Lincolniam*, quæſtio verteretur; Priore proponente, quod idem Abbas & Conventus, contra Compoſitionem aliquando inter eos initam, quoſdam parochianos dictorum Abbatis & Conventus *Sagii* ad ſepulturam in eorum Monaſterio, & nonnullos qui ipſis Abbati & Conventui de **Kokerſaund** ſervierunt, ad ſacramenta eccleſiaſtica admiſerunt, & ab eis oblationes & perſonales decimas receperunt, parte ipſius Abbatis & Conventus de **Kokerſaund** ſe in hiis per privilegia apoſtolica excuſante. Demùm partes in præmiſſis ſe voluntati Domini Archidiaconi *Richemundiæ*, commiſerunt, ut ipſe ſuper motis quæſtionibus inter eos, amicabiliter ordinet & componat. Qui inſpectâ compoſitione inter eos factâ, & privilegiis antedictis, ſtatuit, ut compoſitione, cui per privilegia nullatenus derogatur, in ſuo robore duratura, pœnæ commiſſæ ab Abbate & Conventu de **Kokerſaund**, pro eo quod contra ipſam compoſitionem venerant, hac vice penitùs relaxentur. Et, quod ipſi Abbas & Conventus parochianos Prioris *Lancaſtriæ*, ſine ipſius licentiâ, ad ſepulturam vel ſacramenta eccleſiaſtica ſcienter, de cætero, non admittant. Si verò aliquis parochianus dicti Prioris, apud Monaſterium de **Kokerſaund** ſibi elegerit ſepulturam, ſolutis Eccleſiæ, cujus eſt parochianus, juribus, quæ debentur; Prior requiſitus, tumulandi eundem, licentiam non negabit, ſed ab ejus parochianis eorum ſervientibus per eos oblationes aut perſonales decimas capi de cætero non permittet. Si verò ipſos Abbatem & Conventum de **Kokerſaund** contingat dictam Compoſitionem ſcienter iterum violare, non ſolum ad pœnas ex ipſâ violatione commiſſas, tenebuntur; ſed etiam ad eas, quæ nunc ſunt de gratiâ relaxatæ; nec credatur de parochianis Prioris *Lancaſtriæ* in Abbatia de **Kokerſaund** continuè ſervientibus, quod emitti debeant pro ſpiritualibus capiendis; ſed de illis duntaxat, qui in grangiis, videlicet de **Karlton**, & de **Treſeld**, de **Staynhale**, & de **Preſhed**, & de *Eſtona* infra parochias dicti Prioris conſtitutas ſervientes, die *Paſchæ* & aliis diebus quibus offerri conſuevit, non ad ſuas parochiales Eccleſias, ut deceret, ſed ad Monaſterium de **Kokerſaund** ſe transferunt, & ibidem contra juſtitiam offerentes, & decimas dantes, defraudent proprias Eccleſias, ſuo jure. Si verò contigerit dictos Abbatem & Conventum de **Kokerſaund**, de cætero habere aliquas grangias ſive manſiones infra dictas parochias de *Lancaſtria* & **Pulton**, ſervientes in eiſdem, facient pro ſe plenariè in decimis perſonalibus & oblationibus, ſicut & faciunt ſervientes in grangiis prænominatis commorantes. Et ſciendum quod ad omnis litigii amputationem dictus Prior conceſſit Abbati & Conventui memoratis, quod ad ſolvendum decimas de oleribus, aut porrectis, creſcentibus in clauſo ſuo apud **Carlton**, decimas non exiget, ſi vero granum vel legumen aliud quodcunq; ſeverint in eodem, de ipſis ſolvent decimas fideliter, ut tenentur. Et acceptata eſt prædicta ordinatio à partibus; ſalvis eiſdem Abbati & Conventui ſuis privilegiis, quoad omnia quæ in Compoſitione prædicta non tanguntur. In cujus acceptationis teſtimonium, partes huic ſcripto cirographato ſigna ſua, cum ſigno Archidiaconi appenderunt. Actum apud **Burton in Kendal**, *v.* Kal. *Decembris* anno Domini *MCC. quinquageſimo ſexto*.

Alia compoſitio inter eoſdem.

NOverit univerſitas fidelium, quod cum Dominus *Radulfus* de *Truno*, Prior *Lancaſtriæ*, tam titulo Domini Abbatis *Sagienſis* ſibi ſpecialiter commiſſo, quàm auctoritate Eccleſiæ ſuæ de *Pultona*, ad diſperſa, ſi qua fuerint colligenda, & ſuper hiis modis quibus dictis Abbatiæ *Sagienſi*, & Eccleſiæ de **Pulton** utilius eſſe decreverit paciſcendum conſtitutus, decimam parochialem de quadam paſturâ in parochiâ memoratæ Eccleſiæ de **Pulton**, inter **Coltcros** & exteriorem foveam occidentalem, verſùs **Prethou**, quæ vocatur **Storpul**; quam quidem paſturam Abbas & Conventus de **Cokerſand**, ex collatione Domini *Johannis* de *Hacunſhou*, & *Galfridi* filii ejus, obtinuerunt, ab ipſis Abbate & Conventu poſtularet, die *Jovis* in vigilia *Circumciſionis* Domini, anno gratiæ *MCC. ſeptuageſimo primo*, inter prædictos Dominum Priorem & Abbatem & Conventum, ita convenit, quod remiſſis ex parte dicti Domini Prioris diſpendiis indè retro habitis, dicti Abbas & Conventus de **Cokerſand** octodecim denarios ad feſtum ſancti *Michaelis*, nomine decimæ, prædictæ Eccleſiæ de **Pulton**, pro prædicta paſtura annuatim perſolvent imperpetuum: Ita inſuper, quod ſi dicti Abbas & Conventus, dictam paſturam futuris temporibus colere voluerint, dicta Eccleſia de **Pulton** decimam garbarum totius culturæ, quam in ipſa paſturâ fecerint, plenariè percipiet, unà cum *xviii.* denariis annuis ſupradictis. Et ut hæc Compoſitio imperpetuum irrefragabiliter à partibus teneatur, utraq; pars huic ſcripto hinc inde ſigillum ſuum appoſuit. Teſtantibus *Galfrido* de *Hacunſhou*, *Amauricio* de *Lechampton*, *Nich.* de *Prioratu*, *Will.* de *Beneſty*, *Gilberto* Clerico, *Rog.* de *Cokerſand* Clerico, & aliis. Ibid.

Stemma Fundatoris.

Ex præfato Regiſt. de **Cokerſand**, f. 72. b.

IVo *Tailbot* genuit *Elthredum*; *Elthredus Ketellum*; *Ketellus Gilbertum Gilbertus Will.* qui quidem *Willielmus* fecit ſe vocari *Willielmum* de *Lancaſter*, & fecit ſe vocari coram Rege in Parliamento, *Willielmum* de *Lancaſter*, Baronem de **Kendale**. Qui quidem *Willielmus* cepit in uxorem *Gundredam* priùs Comitiſſam de **Warwyke**; de quibus *Willielmus* de *Lancaſter* ſecundus: Et cepit in uxorem *Helewiſiam*, de quibus *Helewiſia*, filia & hæres eorum; quæ quidem *Helewiſia* cepit in maritum *Gilbertum* filium *Raynfridi*; de quibus *Willielmus* de *Lancaſter* tertius; & obiit ſine hærede.

Poſt *Helewiſia* cepit in maritum *Petrum* de *Brus* ſeniorem; & eorum filiæ *Alicia* & *Sarrota*; & poſtea *Alicia* cepit in maritum *Willielmum* de *Lyndeſay*; & *Sarrota*, *Alanum* de *Multun*; de quâ *Sarrota* nihil ultra, quia ſine hærede. De *Alicia* & *Willielmo* de *Lyndeſay*, *Walterus*, de *Waltero* de *Lyndeſay*, *Wil.* de *Willielmo*, *Willielmus*, de ſecundo *Willielmo*, *Chriſtiana* de *Lyndeſay*; & dicta *Chriſtiana* cepit in maritum *Ingelranum* de *Gynes*.

Willielmus (qui ſe vocari fecit *Will.* de *Lancaſter*) filius *Gilberti* primus, dedit duas bovatas terræ in **Cokerham**, Canonicis de *Leiceſt.* unde hæredes ſui minus tenent in Capite.

Ib. f. 126. Idem *Willielmus* filius *Gilberti*, dedit unum piſcatorium in aquâ de **Lon**, quod vocatur **Child**.

Carta Willielmi *filii* Mich. *de* Furneſia, *de una portione terræ ſuæ de* **Thurnum**.

OMnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, præſens ſcriptum viſuris vel audituris, *Will.* filius, *Mich*: de *Furneſia*, ſalutem: Sciatis, quod ego *Will.* filius *Michaelis* de *Furneſia*, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & ſanctæ *Mariæ* & Hoſpitali de **Cokerſand**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, unam portionem terræ meæ de **Thurnum**, cum ſuis pertinentiis; ſcilicet illam totam terram per eundem pullum, quod deſcendit de Moſſa, in magnum pullum, extra antiquam viam.

De fundatione Abbathiæ de **Cokerſand**.

AD univerſorum notitiam perveniat inter *P.* Abbatem & Conventum de *Leiceſtria*, in pratis, & Canonicis de **Cokerſand**, ita convenisse, quod jam dictus *P.* & Conventus de *Leiceſtria* intuitu pietatis & religionis, dederunt præfatis Canonicis de **Cokerſand** locum in quo domus Hoſpitalis de **Cokerſand** ſita eſt, in puram & perpetuam elemoſinam; ita ut liceat eis Abbathiam conſtruere & Abbatem habere, ſcilicet de tribus rubris uſq; ad diviſum de **Thurnham**, per mediam moſſam, &c.

Clemens Papa, tertio pontificatus ſui, anno Domini 1190, confirmavit *H.* Priori Monaſterii Hoſpitalis de **Cokerſand**, ut domus ſua vocata erit *Monaſterium beatæ* Mariæ *Ordinis* Præmonſtratenſis *de* **Cokerſand**.

Carta Willielmi *de* Lancaſtre *de loco de* **Aſkelcros**, *&c. ad Hoſpitale manutenendum.*

Ib. f. 112.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Will.* de *Lancaſter*, dedi, & in puram & perpetuam elemoſinam conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi *Hugoni* Heremitæ, locum de **Aſkelcros** & **Croc**, uſq; ad pullum, cum omnibus pertinentiis & libertatibus omnibus, ut meam piſcariam ſuper **Loyn**, & plura ſi poſſunt facere, & omnia eaſimenta in boſco meo ad Hoſpitale manutenendum. Hoc autem feci, conceſſu, & petitione Dominæ *Helewiſiæ* ſponſæ meæ, de cujus dote hoc eſt, liberè, & ſolutè & quietè, & honorificè ab omni ſeculari ſervitio, pro ſalute animæ meæ, & *Helewiſiæ* ſponſæ meæ, & hæredum meorum, & anteceſſorum meorum. Hiis teſtibus, Domina *Helewiſia* ſponſâ meâ; *Norm.* Dapifero, (&c.)

ABBATIA

de **Begeham** *in agro* Suſſexiano.

Carta fundationis ejuſdem, per Radulfum *de Dena.*

Ex cod. MS. in bibl. Cot. [ſub. effigie Othonis A 2.] f. 15.

NOtum ſit omnibus, tam futuris quàm præſentibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, quod ego *Radulfus* de *Dena* dedi & conceſſi Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Laurentio* de **Hotteham**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Ordinis *Præmonſtratenſis*, ad Abbatiam conſtruendam, totum Dominium meum de **Hotteham**, cum Capella ejuſdem loci, & cum omnibus ad dominium ipſum pertinentibus, & homines meos de **Dudintune**, ſcilicet *Gladuwine* fratrem *Speg*, cum *v.* ſolidatis terræ, & *Johannem Cnokedume*, *Gilebertum Carpentarium*; *Willielmum Cnokedune*, *Hugonem*, *Tho.* de *Farnſtrete*, cum terrâ ſuâ, & *Robertum Bunt*, & *Wlſi Wiuer* & hæredes ſuos, & hæredes fratris ſui *Grig*; & *Sewalum*, & *Wlwardum*, & *Walterum*; & terram quam *Fulkeri* tenet de me in **Seford**, de quâ reddit annuatim *i.* libram piperis, & *viii.* libras ceræ. Et præter hæc mariſcum de **Megham**, ſicut *Radulfus* avunculus meus eum tenuit; & totum mariſcum quod fuit *Wlrici*, & novum mariſcum quantum ad me pertinet, in liberam & perpetuam elemoſinam. Quare volo & præcipio, ut prædicti Canonici hanc donationem habeant & teneant liberè & quietè in boſco & plano, paſcuis & pratis, aquis & mariſcis, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, quibus aliquo tempore liberiùs & quietius illa poſſedi. Hoc autem feci, conceſſu & aſſenſu *Roberti* filii & hæredis mei, pro ſalute corporis & animæ meæ, & pro ſalute corporis & animæ dicti *Roberti* & hæredum meorum; & pro ſalute corporis & animæ Domini mei Regis *Henrici* & liberorum ejus; & pro animabus patris & matris meæ & omnium anteceſſorum meorum; necnon & ſucceſſorum meorum, in liberam elemoſinam. Hiis teſtibus, *Rogero* filio *Reimfrei*, *Ricardo* filio *Willielmi*, *Willielmo* de *Warenne*, *Adam* de *Puninges*, *Jocelino* filio *Reimfrei*, *Michaele* de *Turneham*, *Galfrido* de *Saccavile*, *Roberto* de *Hicclesham*, *Radulfo* Clerico, *Henrico* Clerico, *Heuſtachio* de *Monte*, *Will.* de ſancto *Albano*.

Alia Carta præfati Radulfi *de* Dena.

Ib. NOtum ſit omnibus, tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Radulfus* de *Dena* dedi & conceſſi Deo & Eccleſiæ ſancti *Laurentii* de **Otteham**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in puram & liberam & perpetuam elemoſinam, totum dominium meum de **Otteham**, cum Capellâ ejuſdem loci, & cum omnibus ad ipſum dominium pertinentibus, & homines meos de **Dudintone**, cum tenementis ſuis; & terram quam *Fukeri* tenet de me in **Seford** & in **Aluricheſtune**, unde reddit mihi annuatim unam libram piperis, & *viii.* libras ceræ: Et præter hoc dedi eis mariſcum de **Pegeham**, & hidam de **Ambefeld**, quam teneo de *Ricardo* de *Horſenden*. Quare volo, quod prædicti Canonici hæc tenementa habeant & teneant benè & in pace, liberè & quietè, ſicut eas meliùs & liberiùs tenui. Hiis teſtibus, *Ricardo* filio *Willielmi*; *Rogero* filio *Reimfredi*, *Willielmo* de *Warenne*, *Jocelino* filio *Reimfredi*, *Michaele* de *Thurne*, *Radulfo* Clerico, *Euſtachio* de *Monte*, & aliis.

Carta Roberti *de* Dena, *de terris* in **Telletone**.

Ibid. NOtum ſit, tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Robertus* de *Dene* do & concedo Deo & Canonicis de **Otteham**, in liberam & perpetuam elemoſinam, totam terram quam habui in **Telletone**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & inſuper piſcariam meam in mariſco, cum pertinentiis ſuis. Hoc autem ita concedo, ut prædicti Canonici tale ſervicium inde faciant, ſicut ego inde faciebam. Sub hiis teſtibus, *Rob.* de *Gattun* meo avunculo; *Rogero Anglico*; *Manaſſe Aguillun*; *Gaufr.* de *Saukeville*, *Rolando* de *Aſquitade*, *Ric. Buiſſun*, *Will. Inſteur*, *Alexandro Tripe*, *Reinaldo* de ſancto *Albano*, *Rad. Eſquines*, & multis aliis. Hoc donum ut ratum habeatur, ſigilli mei munimine roboravi.

Confirmatio Galfridi *de* Saukeville.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Galf.* de *Saukeville*, conceſſi & præſenti Cartâ confirmavi Deo & Canonicis de **Begeham** donationes quas *Rad.* avus meus, & *Robertus* avunculus meus, & *Ela* mater mea eis fecerunt, videlicet ex dono *Rad.* avi mei, totum dominium de **Otteham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum Capella ejuſdem loci, & terram quam *Fukeri* tenuit de eo in **Sefford**. Ex dono *Roberti* avunculi mei, totam terram de **Telletune**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Ela* matris meæ totam terram, quam habuit apud **Thorn**, & terram de **Twiſel**, & terram de **Fareſtrete**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volo quod prædicti Canonici habeant & teneant omnes prædictas terras libere & quiete ab omni ſervicio & conſuetudine, quantum ad me vel ad hæredes meos pertinet, ſicut Cartæ donatorum, quas inde habent, teſtantur, ſalvo forinſeco ſervicio. Hiis teſtibus, *Will. Mauſe*, *Ric.* de *Cumba*, *Galfr.* de ſancto *Leodegario*, Magiſtro *Egidio Burna*, *Ric. Branche*, *Rad.* de ſancta *Brigida*, *Martino* filio *Henr.* *Adam* de *Strodes*, & multis aliis. Ib.

Carta Elæ de Saukevile, *de tranſlatione ſedis Abbathiæ de* **Otteham**, *uſq; ad* **Begeham**.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Ela* de *Saukeville*, filia *Radulfi* de *Dene*, in viduitate & ligiâ poteſtate meâ, divinæ pietatis intuitu, conceſſi Abbati & Canonicis de **Otteham**, propter magnas & intolerabiles inedias loci de **Otteham**, quod transferant ſedem Abbatiæ de **Otteham** uſq; ad **Begeham**, qui dicitur *Benliu*; ſalvâ reverentiâ & dignitate advocationis, quam mihi & hæredibus meis, tam in vitâ quàm in morte, tenentur exhibere. Præterea confirmavi eiſdem Canonicis omnes donationes, quas pater meus eis dedit; videlicet totum dominium de **Otteham**, cum Capellâ; & terram de **Dudintone**, & de **Thorne**. Quare volo, quod prædicti Canonici habeant & teneant omnes prædictas terras, cum omnibus pertinentiis ſuis libere & quiete ab omni ſervicio & ſeculari exactione. Item confirmavi eiſdem Canonicis totam terram de *Telletona*, cum hominibus & aliis pertinentiis ſuis, quam *Rob.* de *Dene* frater meus eis dedit; habendam & tenendam libere & quiete ab omni ſervicio & ſeculari exactione, quæ ad me vel ad hæredes meos pertinent; ſalvo ſervicio Domini Regis. Hanc autem conceſſionem feci eis pro ſalute meâ, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, ut honeſtiùs & liberiùs ibi Deo valeant perpetuo miniſtrare. Hiis teſtibus, *Roberto* de *Boxley*, *Will.* de *Ponte*, *Rob.* *Willielmo* de *Cumbwelle*, Abbatibus; *Wandr.* de *Curtellis*, *Waltero* de *Hanley*, *Reginaldo* de *Cliſton*, *Hugone* & *Reginaldo* de *Fokintun*, *Randulfo* de *Haia*, *Galfrido* de ſancto *Leodegario*,

Stemma Fundatoris.

Ex præfato Regiſt. de **Cokerſand**, f.72. b. IVo *Tailbot* genuit *Elthredum*; *Elthredus Ketellum*; *Ketellus Gilbertum Gilbertus Will.* qui quidem *Willielmus* fecit ſe vocari *Willielmum* de *Lancaſter*, & fecit ſe vocari coram Rege in Parliamento, *Willielmum* de *Lancaſter*, Baronem de **Kendale**. Qui quidem *Willielmus* cepit in uxorem *Gundredam* prius Comitiſſam de **Warwyke**; de quibus *Willielmus* de *Lancaſter* ſecundus: Et cepit in uxorem *Helewiſiam*, de quibus *Helewiſia*, filia & hæres eorum; quæ quidem *Helewiſia* cepit in maritum *Gilbertum* filium *Raynfridi*; de quibus *Willielmus* de *Lancaſter* tertius; & obiit ſine hærede.

Poſt *Helewiſia* cepit in maritum *Petrum* de *Brus* ſeniorem; & eorum filiæ *Alicia* & *Sarrota*; & poſtea *Alicia* cepit in maritum *Willielmum* de *Lyndeſay*; & *Sarrota*, *Alanum* de *Multun*; de quâ *Sarrota* nihil ultra, quia ſine hærede. De *Alicia* & *Willielmo* de *Lyndeſay*, *Walterus*, de *Waltero* de *Lyndeſay*, *Wil.* de *Willielmo*, *Willielmus*, de ſecundo *Willielmo*, *Chriſtiana* de *Lyndeſay*; & dicta *Chriſtiana* cepit in maritum *Ingelranum* de *Gynes*.

Willielmus (qui ſe vocari fecit *Will.* de *Lancaſter*) filius *Gilberti* primus, dedit duas bovatas terræ in **Cokerham**, Canonicis de *Leiceſt.* unde hæredes ſui minus tenent in Capite.

Ib.f.126. Idem *Willielmus* filius *Gilberti*, dedit unum piſcatorium in aquâ de **Lon**, quod vocatur **Child**.

Carta Willielmi *filii* Mich. *de* Furneſia, *de una portione terræ ſuæ de* **Thurnum**.

OMnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, præſens ſcriptum viſuris vel auditaris, *Will.* filius, *Mich.* de *Furneſia*, ſalutem: Sciatis, quod ego *Will.* filius *Michaelis* de *Furneſia*, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & ſanctæ *Mariæ* & Hoſpitali de **Cokerſand**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, unam portionem terræ meæ de **Thurnum**, cum ſuis pertinentiis; ſcilicet illam totam terram per eundem pullum, quod deſcendit de Moſſa, in magnum pullum, extra antiquam viam.

De fundatione Abbathiæ de **Cokerſand**.

AD univerſorum notitiam perveniat inter *P.* Abbatem & Conventum de *Leiceſtria*, in pratis, & Canonicis de **Cokerſand**, ita conveniſſe, quod jam dictus *P.* & Conventus de *Leiceſtria* intuitu pietatis & religionis, dederunt præfatis Canonicis de **Cokerſand** locum in quo domus Hoſpitalis de **Cokerſand** ſita eſt, in puram & perpetuam elemoſinam; ita ut liceat eis Abbathiam conſtruere & Abbatem habere, ſcilicet de tribus rubris uſq; ad diviſum de **Thurnham**, per mediam moſſam, &c.

Clemens Papa, tertio pontificatus ſui, anno Domini 1190. confirmavit *H.* Priori Monaſterii Hoſpitalis de **Cokerſand**, ut domus ſua vocata erit *Monaſterium beatæ* Mariæ *Ordinis* Præmonſtratenſis *de* **Cokerſand**.

Carta Willielmi *de* Lancaſtre *de loco de* **Aſkelcros**, *&c. ad Hoſpitale manutenendum.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Will.* de *Lancaſter*, dedi, & in puram & perpetuam elemoſinam conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi *Hugoni* Heremitæ, locum de **Aſkelcros & Croc**, uſq; ad pullum, cum omnibus pertinentiis & libertatibus omnibus, ut meam piſcariam ſuper **Loyn**, & plura ſi poſſunt facere, & omnia eaſimenta in boſco meo ad Hoſpitale manutenendum. Hoc autem feci conceſſu, & petitione Dominæ *Helewiſiæ* ſponſæ meæ, de cujus dote hoc eſt, liberè, & ſolutè & quietè, & honorificè ab omni ſeculari ſervitio, pro ſalute animæ meæ, & *Helewiſiæ* ſponſæ meæ, & hæredum meorum, & anteceſſorum meorum. Hiis teſtibus, Domina *Helewiſia* ſponſâ meâ; *Norm.* Dapifero, (&c.) Ib.f.112.

A B B A T I A

de **Begeham** *in agro* **Suſſexiano**.

Carta fundationis ejuſdem, per Radulfum *de Dena.*

NOtum ſit omnibus, tam futuris quàm præſentibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, quod ego *Radulfus* de *Dena* dedi & conceſſi Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Laurentio* de **Hotteham**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Ordinis *Præmonſtratenſis*, ad Abbatiam conſtruendam, totum Dominium meum de **Hotteham**, cum Capella ejuſdem loci, & cum omnibus ad dominium ipſum pertinentibus, & homines meos de **Dudintune**, ſcilicet *Gladuwine* fratrem *Speg*, cum *v.* ſolidatis terræ, & *Johannem Cnokedume*, *Gilebertum Carpentarium*, *Willielmum Cnokedune*, *Hugonem*, *Tho.* de *Farnſtrete*, cum terrâ ſuâ, & *Robertum Bunt*, & *Wlſi Wiuer* & hæredes ſuos, & hæredes fratris ſui *Grig*; & *Sewalum*, & *Wlwardum*, & *Walterum*; & terram quam *Fulkeri* tenet de me in **Seford**, de quâ reddit annuatim *i.* libram piperis, & *viii.* libras ceræ. Et præter hæc mariſcum de **Megham**, ſicut *Radulfus* avunculus meus eum tenuit; & totum mariſcum

Ex cod. MS. in bibl. Cot. [ſub. effigie Othonis A 2.] f.11.

Ibid.

quod fuit *Wlrici*, & novum mariſcum quantum ad me pertinet, in liberam & perpetuam elemoſinam. Quare volo & præcipio, ut prædicti Canonici hanc donationem habeant & teneant liberè & quietè in boſco & plano, paſcuis & pratis, aquis & mariſcis, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, quibus aliquo tempore liberiùs & quietius illa poſſedi. Hoc autem feci, conceſſu & aſſenſu *Roberti* filii & hæredis mei, pro ſalute corporis & animæ meæ, & pro ſalute corporis & animæ dicti *Roberti* & hæredum meorum; & pro ſalute corporis & animæ Domini mei Regis *Henrici* & liberorum ejus; & pro animabus patris & matris meæ & omnium anteceſſorum meorum; necnon & ſucceſſorum meorum, in liberam elemoſinam. Hiis teſtibus, *Rogero* filio *Reimfrei*, *Ricardo* filio *Willielmi*, *Willielmo* de *Warenne*, *Adam* de *Puninges*, *Jocelino* filio *Reimfrei*, *Michaele* de *Turneham*, *Galfrido* de *Saccavile*, *Roberto* de *Hiccleſham*, *Radulfo* Clerico, *Henrico* Clerico, *Heuſtachio* de *Monte*, *Will.* de ſancto *Albano*.

Alia Carta præfati Radulfi *de* Dena.

Ib. NOtum ſit omnibus, tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Radulfus* de *Dena* dedi & conceſſi Deo & Eccleſiæ ſancti *Laurentii* de **Ottheham**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in puram & liberam & perpetuam elemoſinam, totum dominium meum de **Ottheham**, cum Capellà ejuſdem loci, & cum omnibus ad ipſum dominium pertinentibus, & homines meos de **Dudintone**, cum tenementis ſuis; & terram quam *Fukeri* tenet de me in **Seford** & in **Aluricheſtune**, unde reddit mihi annuatim unam libram piperis, & *viii.* libras ceræ: Et præter hoc dedi eis mariſcum de **Megeham**, & hidam de **Ambefeld**, quam teneo de *Ricardo* de *Horſenden*. Quare volo, quod prædicti Canonici hæc tenementa habeant & teneant benè & in pace, liberè & quietè, ſicut eas meliùs & liberiùs tenui. Hiis teſtibus, *Ricardo* filio *Willielmi*; *Rogero* filio *Reimfredi*, *Willielmo* de *Warenne*, *Jocelino* filio *Reimfredi*, *Michaele* de *Thurne*, *Radulfo* Clerico, *Euſtachio* de *Monte*, & aliis.

Carta Roberti *de* Dena, *de terris* in **Telletone**.

Ibid. NOtum ſit, tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Robertus* de *Dene* do & concedo Deo & Canonicis de **Ottheham**, in liberam & perpetuam elemoſinam, totam terram quam habui in **Telletone**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & inſuper piſcariam meam in mariſco, cum pertinentiis ſuis. Hoc autem ita concedo, ut prædicti Canonici tale ſervicium inde faciant, ſicut ego inde faciebam. Sub hiis teſtibus, *Rob.* de *Gattun* meo avunculo; *Rogero Anglico*; *Manaſſe Aguillun*; *Gaufr.* de *Saukeville*, *Rolando* de *Aſquitade*, *Ric. Buiſſun*, *Will. Inſteur*, *Alexandro Tripe*, *Reinaldo* de ſancto *Albano*, *Rad. Eſquines*, & multis aliis. Hoc donum ut ratum habeatur, ſigilli mei munimine roboravi.

Confirmatio Galfridi *de* Saukeville.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Galf.* de *Saukeville*, conceſſi & præſenti Cartâ confirmavi Deo & Canonicis de **Begeham** donationes quas *Rad.* avus meus, & *Robertus* avunculus meus, & *Ela* mater mea eis fecerunt, videlicet ex dono *Rad.* avi mei, totum dominium de **Otteham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum Capella ejuſdem loci, & terram quam *Fukeri* tenuit de eo in **Sefford**. Ex dono *Roberti* avunculi mei, totam terram de **Teletune**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Ela* matris meæ totam terram, quam habuit apud **Thorn**, & terram de **Twiſel**, & terram de **Fareſtrete**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volo quod prædicti Canonici habeant & teneant omnes prædictas terras libere & quiete ab omni ſervicio & conſuetudine, quantum ad me vel ad hæredes meos pertinet, ſicut Cartæ donatorum, quas inde habent, teſtantur, ſalvo forinſeco ſervicio. Hiis teſtibus, *Will. Mauſe*, *Ric.* de *Cumba*, *Galfr.* de ſancto *Leodegario*, Magiſtro *Egidio Burna*, *Ric. Branche*, *Rad.* de ſancta *Brigida*, *Martino* filio *Henr.* *Adam* de *Strodes*, & multis aliis. Ib.

Carta Elæ *de* Saukevile, *de tranſlatione ſedis Abbathiæ de* **Otteham**, *uſq; ad* **Begeham**.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Ela* de *Saukeville*, filia *Radulfi* de *Dene*, in viduitate & ligiâ poteſtate meâ, divinæ pietatis intuitu, conceſſi Abbati & Canonicis de **Otteham**, propter magnas & intolerabiles inedias loci de **Otteham**, quod tranſferant ſedem Abbatiæ de **Otteham** uſq; ad **Begeham**, qui dicitur *Benlin*; ſalvâ reverentiâ & dignitate advocationis, quam mihi & hæredibus meis, tam in vitâ quàm in morte, tenentur exhibere. Præterea confirmavi eiſdem Canonicis omnes donationes, quas pater meus eis dedit; videlicet totum dominium de **Otteham**, cum Capellâ; & terram de **Dudintone**, & de **Thorne**. Quare volo, quod prædicti Canonici habeant & teneant omnes prædictas terras, cum omnibus pertinentiis ſuis libere & quiete ab omni ſervicio & ſeculari exactione. Item confirmavi eiſdem Canonicis totam terram de *Telletona*, cum hominibus & aliis pertinentiis ſuis, quam *Rob.* de *Dene* frater meus eis dedit; habendam & tenendam libere & quiete ab omni ſervicio & ſeculari exactione, quæ ad me vel ad hæredes meos pertinent; ſalvo ſervicio Domini Regis. Hanc autem conceſſionem feci eis pro ſalute meâ, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, ut honeſtiùs & liberiùs ibi Deo valeant perpetuo miniſtrare. Hiis teſtibus, *Roberto* de *Boxley*, *Will.* de *Ponte*, *Rob.* *Willielmo* de *Cumbwelle*, Abbatibus; *Wandr.* de *Curtellis*, *Waltero* de *Hanley*, *Reginaldo* de *Cliſton*, *Hugone* & *Reginaldo* de *Fokintun*, *Randulfo* de *Haia*, *Galfrido* de ſancto *Leodegario*,

gario, *Radulfo* de *Sancta Brigida*, *Martino* filio *Henrici*, *Simone* de *Truſſeville*, & multis aliis.

Alia Carta ejuſdem Elæ, *ſuper tranſlatione ſedis Abbathiæ prædictæ.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Ela* de *Saukeville*, filia *Radulfi* de *Dene*, in viduitate & ligiâ poteſtate meâ, divinæ pietatis intuitu, conceſſi Abbati & Canonicis de **Otteham**, propter magnas & intolerabiles inedias loci de **Otteham**, quod transferant ſedem Abbatiæ de **Otteham** uſq; ad **Begeham**; ſalvâ reverentiâ & dignitate, quam mihi & hæredibus meis, tam in vita quàm in morte tenentur exhibere. Præterea conceſſi & præſenti Carta confirmavi eiſdem Canonicis, omnes donationes, quas pater meus eis dedit; videlicet totum dominium de **Otteham**, cum Capellâ ejuſdem loci, & terram de **Dudintun**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & terram quam *Fukeri* tenuit de patre meo in **Sefford**, & mariſcum de **Wegham**, ſicut *Radulphus* de *Dene*, avunculus patris mei, eum tenuit. Et totum mariſcum, quod fuit *Wlurici*; & novum mariſcum, quantum ad prædictum *Radulfum* de *Dene* pertinebat. Quare volo, quod prædicti Canonici habeant & teneant totas prædictas terras, cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam & perpetuam elemoſinam, ſicut Carta patris mei, quam inde habent, teſtatur. Item conceſſi eiſdem Canonicis totam terram quam habent ex dono *Roberti* fratris mei in **Teletone**, cum omnibus pertinentiis ſuis; tenendam liberè & quietè, quantum ad me vel ad hæredes meos pertinet, faciendo inde regale ſervicium, ſicut *Robertus* frater meus inde faciebat. Præterea dedi & conceſſi eiſdem Canonicis in liberam & perpetuam elemoſinam, totam terram quam habui apud **Thorn** & apud **Twiſſeley**, cum omnibus pertinentiis ſuis, ad unam lampadem tenendam ſemper ardentem ante Altare Sancti *Laurentii* de **Otteham**; & terram de **Farſtrete** cum pertinentiis; tenendas liberè & quietè, ſalvo forinſeco ſervicio. Item dedi & conceſſi eiſdem Canonicis in liberam & perpetuam elemoſinam, totam terram quam *Alirinus Crop* tenuit de patre meo, in mariſco. Et ego & hæredes mei warantizabimus prædictis Canonicis omnes prædictas terras, contra omnes homines & omnes feminas. Hiis teſtibus, *Roberto* de *Boxley*, *Willielmo* de *Ponte Roberti*, *Willielmo* de *Cumbwell* Abbatibus; *Galfrido* de *Saukeville*, *Wandr.* de *Curtellis*, *Randulfo* de *Haia*, *Galfrido* de Sancto *Leodegario*, *Henrico* de *Cobeham*, *Radulfo* de Sancta *Brigida*, *Ricardo* filio *Walteri*, & multis aliis.

Carta Gilleberti *de* Aquilâ.

Ib.f.20. SCiant præſentes & futuri, quod ego *Gillebertus* Dominus de *Aquila*, conceſſi & præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ Sancti *Laurencii* de **Otteham** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in puram, liberam & perpetuam elemoſinam, omnes donationes, quas *Radulfus* de *Dena* & *Robertus* de *Dena* filius & hæres ſuus, eis rationabiliter dederunt, ſicut Cartæ eorum teſtantur; ſcilicet totum dominium ſuum de **Oteham**, cum hominibus & redditibus & cum omnibus ad ipſum dominium pertinentibus, & Capellam ejuſdem loci, cum omnibus pertinentiis ſuis; & mariſcum de **Wegeham**; & totum mariſcum quod *Wluricus* tenuit, & novum mariſcum, & terram de **Teletone**, cum hominibus & aliis pertinentiis ſuis. Præterea conceſſi & firmavi eiſdem Canonicis donationes quas *Rikewardus Brade* & *Randulfus Brade* eis dederunt; ſcilicet Eccleſiam de **Hellinges** cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut Cartæ eorum, quas Canonici inde habent, teſtantur. Quare volo & firmiter concedo quod prædicti Canonici habeant & teneant hæc & alia tenementa ſua & elemoſinas de feodo meo, quæ eis datæ ſunt, rationabiliter & impoſterum dabuntur, bene & in pace libere & quiete, ſicut Cartæ & cyrographa donatorum ſuorum teſtantur; ſalvo ſervicio quod ad me & hæredes meos pertinet. Hanc conceſſionem & confirmationem feci eis pro ſalute animæ & corporis Domini Regis mei *Johannis*, & pro ſalute animæ & corporis mei & uxoris meæ, & liberorum noſtrorum, & pro animâ *Richerii* patris mei, & pro ſalute Dominæ *Edelinæ* matris meæ & *Richerii* fratris mei; & pro animabus omnium anteceſſorum meorum & ſucceſſorum meorum. Hiis teſtibus, Domina *Edelina* matre meâ, *Richerio* fratre meo, *Engenulfo* Clerico, fratre meo; *Willielmo* de *Caines*, *Hugone* de *Haſſaham*, *Willielmo Manſe*, *Johanne* de *Aunricheſtune*, & aliis.

Carta Roberti *de* Turnham.

Ib.f.34.b. SCiant præſentes & futuri, quod ego *Robertus* de *Turnham*, aſſenſu & voluntate Domini mei *Ricardi* Comitis de *Clare*, dedi & conceſſi & præſenti Cartâ confirmavi Deo & Sanctæ *Mariæ* & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis*, qui manſerunt apud **Brokeley** & ſucceſſoribus ſuis, totam terram meam de **Begeham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſervicio & ſeculari exactione, ad Abbatiam ibidem conſtruendam in honore Dei & beatæ *Mariæ*. Item dedi eiſdem Canonicis in puram, liberam & perpetuam elemoſinam; totam terram de **Brokeley**, cum omnibus pertinentiis ſuis; Habendam & tenendam de *Galfrido* de *Say* & hæredibus ſuis, liberè & quietè: Reddendo inde eis annuatim apud *Grenewicum xii* d. pro omni ſervicio & ſeculari exactione, & terram de **Kingeſwude** in **Sandrig**, quam emi de *Willielmo* de *Kaio*. Has prædictas terras cum omnibus pertinentiis ſuis, dedi eiſdem Canonicis, aſſenſu & voluntate Dominorum meorum; habendas & tenendas, ſicut prædictum eſt, libere & quiete ab omni ſervicio & ſeculari exactione, ſectâ, conſuetudine, & demandâ, quæ ſuper terram eveniunt vel evenire poſſunt, ſicut aliqua elemoſina meliùs & liberiùs dari poteſt. Præterea dedi eiſdem Canonicis, in liberam & perpetuam elemoſinam, terram quam habui apud **Rokeland** de Monachis Sancti *Martini* de *Boſco*; reddendo inde annuatim eiſdem Monachis *v.* ſolidos pro omni ſervicio & ſeculari exactione ad feſtum *Sancti Michaelis*. Item dedi eiſdem terram de **Grimbroc**, quam tenui de Monachis Sancti *Pancracii* de **Lewes**; reddendo eiſdem Monachis *ii.* ſolidos ad feſtum Sancti *Michaelis* pro omni ſervicio: Item dedi eis terram, quam emi de *Gunnora* & de filiis ſuis in **Sandrig**, juxta Abbaciam, verſùs aquilonem; reddendo eiſdem annuatim duos ſolidos pro omni ſervicio. Præter has prædictas donationes conceſſi & præſenti Cartâ confirmavi prædictis Canonicis, omnes donationes, quas *Michael* de *Turneham* avunculus meus eis dedit; videlicet terras de **Blechinden**, & de **Winbrig**, & de **Eſtelrige**, & de **Matefeld**, & de **Faukerige**, & **Wichilinden**, & terram quæ vocatur terra *Nicholai*; Et totum Manerium de **Rokeley**, & **Grimbroc**, & **Childherſt**, cum hominibus & redditibus; & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis; habenda & tenenda in perpetuum libere & quiete, integre, & plenarie, ſine aliquo retenemento, ſicut prædictus *Michael* vel ego illâ unquam meliùs & liberiùs aliquo tempore tenuimus. Has prædictas donationes & confirmationes feci eiſdem Canonicis pro animâ Domini mei Regis *Ricardi*, & pro ſalute Domini mei Regis *Johannis*, & liberorum ſuorum; & pro ſalute meâ, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum; Et ego & hæredes mei warantizabimus eiſdem Canonicis omnes prædictas donationes & confirmationes contra omnes homines & omnes feminas.

Alia Carta præfati Roberti *de* Turneham.

.f.55. a. UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens Carta pervenerit, *Robertus* de *Turneham* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra me, intuitu divinæ pietatis, conceſſiſſe & præſenti Carta confirmâſſe Abbati & Canonicis de **Otteham** propter magnas & intolerabiles inedias loci de **Otteham**, quod transferant ſedem Abbatiæ de **Otheham** uſq; ad Abbatiam de **Begeham**, quæ dicitur **Beulin**. Quare volo, ut prædicti Abbas & Canonici de **Otcham** & de **Beulin** & ſucceſſores eorum habeant & poſſideant omnes res & poſſeſſiones & tenementa, quæ eidem Eccleſiæ de **Begeham** à me vel ab aliis collata ſunt, benè & in pace, liberè & quietè ſine aliquo impedimento vel moleſtia. Et ut hæc mea conceſſio in omnibus, ſicut ſupradictum eſt, firma & ſtabilis perſeveret imperpetuum, præſenti Cartâ, cum ſigilli mei impreſſione, eam confirmavi. Hiis teſtibus, (&c.)

Carta Stephani *de* Turneham.

UNiverſis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Stephanus* de *Turneham* ſalutem æternam in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me divino intuitu, &c. pro ſalute Domini mei Regis *Ricardi*, & pro ſalute Domini mei Regis *Johannis*, & pro ſalute anteceſſorum meorum conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Abbatiæ de **Begeham** & Canonicis *Præmonſtratenſis* Ordinis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes quas habent ex dono *Michaelis* de *Turneham* avunculi mei, & *Roberti* de *Turneham* fratris mei; ſcilicet terram de **Begeham** ubi Abbatia ſita eſt, cum hominibus & redditibus & cæteris omnibus ad eandem terram pertinentibus; & terram de **Brokele**, cum ſuis pertinentiis; & **Flodham**, & **Wigodeſmerſe**; & terras videlicet de **Wichilinden**, & de **Blechelinden**, & de **Wimbrigge**, & de **Faukerigge**, & de **Eſtelrigge**, & de **Matefeld**, cum pertinentiis, & terram quæ vocatur terra *Nicholai*, & totam terram quam idem *Robertus* habuit in villâ de **Lamberhurſt**, cum pertinentiis; & pratum de **Waeſtede**; & totam villam de **Rokeley**, quæ fuit ejuſdem *Roberti*, cum pertinentiis ſuis; & **Childherſt**, & **Grimbroc**, & totam terram quam idem *Robertus* tenuit de monachis de **Lewes**, juxta **Grimbroc**, cum pertinentiis ſuis. Conceſſimus etiam & confirmavimus eiſdem Canonicis terram de **Waldelinetune** cum pertinentiis, quam habent ex dono *Will.* de *Detling*, & terram **Nodingeford**, quam *Simon* de *Nodingeford* tenuit de eiſdem Canonicis, quam habuit ex dono *Roberti* de **Glotingeham**, & unam virgatam terræ in *Oxeneia*, quam habent ex dono *Michaelis* de *Codham*. Quare volo, quod prænominati Canonici de **Begeham** habeant & teneant omnia prædicta tenementa & omnia alia quæ habent de feudo meo, benè & in pace, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberè & quietè finabiliter, ſicut Cartæ donatorum, quas Canonici indè habent, teſtantur. Hiis teſtibus, (&c.)

Carta Walkelini Maminot *de terra de* Brocele, *quam dedit* Michaeli *de* Turneham.

WAlkelinus Maminot omnibus hominibus & amicis ſuis, *Francis* & *Anglicis*, ſalutem: Notificetur tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Walkelinus Maminot* recognovi & dedi & conceſſi *Michaeli* de *Turneham*, terram de **Brocele**, cum omnibus pertinentiis, pro ſervicio ſuo, liberam & quietam & hæreditariè tenendam de me & hæredibus meis, reddendo mihi annuatim *xii.* denarios infra octabas ſancti *Michaelis*, pro omni ſervicio. Pro hac autem terrâ prædictâ, & pro hac conceſſione, devenit *Michael* prædictus homo meus, & dedit mihi *xl.* ſolidos. Quapropter præcipio hæredibus meis, & amicos meos precor, ut prædictus *Michael* teneat terram prædictam, cum pertinentiis, libere &

quiete, & integre, in boſcis & in planis, in paſcuis & mariſcis; & omnibus aliis locis; Et prohibeo ne aliquis de terrâ prænominatâ eum vexet vel diſturbet; nec aliquis aliquod aliud ſervicium petat ab eo præter illos *xii.* denarios prænominatos. Hiis teſtibus, (&c.)

Carta Roberti *de* Turneham.

Ibid. **R***Obertus* de *Turneham* omnibus hominibus ſuis & amicis ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe terram de **Rocelland** *Michaeli* fratri meo, hæreditariè tenendam ei & hæredibus ſuis, de me & hæredibus meis; & hanc terram reddo ei pro ſervicio ſuo, & ipſe homo meus eſt pro hac terrâ prædicta. Servicium hujus terræ tale eſt, quod *Michael* faciet mihi ſextam partem unius militis: Quapropter volo, quod ipſe teneat firmiter, & libere, pro ſervicio prædicto. Hiis teſtibus, &c.

Carta Galfridi *de* Say.

NOtificetur tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Galfridus* de *Say* dedi & conceſſi, & hac Cartâ meâ confirmavi, ſicut Dominus fundi & advocatus, Deo & ſanctæ *Mariæ* de **Brocele** & fratribus *Præmonſtratenſis* Ordinis ibidem Deo ſervientibus, totam terram de **Brocele** de Baroniâ meâ, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut Carta Domini *Walkelini Maminot*, anteceſſoris mei, teſtatur, *Michaeli* de *Turneham*; tenendam hereditarie, libere, quiete & honorifice & pacifice per *xii.* denarios; Reddendos mihi annuatim & hæredibus meis, infra Octabas ſancti *Michaelis*, pro omni ſervicio. Etiam ego *G.* de *Say* confirmo donationem & confirmationem *Julianæ* Comitiſſæ, ad eundem locum, & ad ſæpe-dictos fratres ibidem Deo ſervientes, ſicut Carta prædictæ *Julianæ* Comitiſſæ teſtatur, de emptione factâ de eodem feudo inter Comitiſſam *Julianam* & *Michaelem* de *Turneham*. Hiis teſtibus, &c.

Carta Julianæ *Comitiſſæ de* Brocele.

Ibid. fol. 36. a. **S**Ciant omnes ſanctæ matris Eccleſiæ filii, tam præſentes quàm futuri, quòd ego *Juliana* Comitiſſa dedi & conceſſi, & hac mea præſenti Cartâ confirmavi, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & dominorum meorum, *Hugonis Bigoth*, & *Walkelini Maminot*, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum, in perpetuam elemoſinam, Deo & ſanctæ *Mariæ* de **Brocele**, & fratribus *Præmonſtratenſis* Ordinis ibidem Deo ſervientibus, totam terram de **Brocele**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco & plano, terris & paſcuis, pratis & mariſcis, viis & ſemitis; quam videlicet terram vendidit mihi *Michael* de *Turneham*, ſicut ſuum liberum **Gavilkinde**, & **Stockkinde**, ad fundandum ibi domum Religionis, concedente *Stephano* de *Turneham* nepote ejus; & in tenemento de **Detlinges** terram de **Waldeminton**, quam vendidit mihi *Johannes* de *Stanham* cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco & plano, & paſturâ; & terram *Walteri* de *Grenewich*, & **Flodham**, & redditus *Stephani* de *Kinarditune*, ſcilicet duos ſolidos. Quare volo & firmiter præcipio, ut Eccleſia præfata & præſcripti fratres habeant & teneant & poſſideant bene & in pace & honorifice, libere, & quiete, & abſolute ab omni ſervicio & conſuetudine & exactione ad me vel hæredes meos pertinente, ſicut aliqua elemoſina quietiùs & liberiùs poſſideri poteſt. Hiis teſtibus (&c.)

Item confirmatio Galfridi *de* Say, *de Eccleſia de* Grenewich.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Galfridus* de *Say* conceſſi, & præſenti Cartâ confirmavi Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Begeham**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in puram, liberam & perpetuam elemoſinam, donationem quam pater meus *Galfridus* de *Say*, & *Aliz* mater mea, aſſenſu *Gilberti Roffenſis* Epiſcopi, eis dederunt quando manſerunt apud **Brocele**; ſcilicet Eccleſiam Sancti *Nicholai* de **Grenewich**, cum omnibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus. Quare volo, quod prædicti Canonici & ſucceſſores ſui habeant & teneant prædictam Eccleſiam de **Grenewich**, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberè, integrè & quietè, ſicut Carta prædicti Epiſcopi, quam jam dicti Canonici inde habent, teſtatur. Hiis teſtibus (&c.) Ib. f. 36 b.

Carta Ricardi *Comitis de* Clare *de paunagio.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Ricardus* de *Clare* Comes *Herefordiæ*, conceſſi, & præſenti Cartâ confirmavi Deo & Canonicis Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Begeham**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, viginti quinq; porcos annuatim in Foreſtâ meâ de **Tonebrug**, ex parte auſtrali, quietos ab omni paunagio: Et ut hæc conceſſio firma & inconcuſſa permaneat, præſens ſcriptum ſigilli mei munimine roboravi. Ib. f. 39 b.

Confirmatio Johannis *Regis* Angliæ.

J*Ohannes* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, & omnibus ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Abbatiæ de Be- Ib. f. 58 a. Vide Pat. 6 E 3. p. 2. m. 30. per Inſpex.

Begeham & Canonicis *Premonſtratenſis* Ordinis ibidem Deo ſervientibus, totas ſubſcriptas terras, quas habent de dono *Roberti* de *Turneham*; ſcilicet terram de **Begeham**, ubi Abbatia ſita eſt, cum hominibus & redditibus, & cæteris omnibus ad eandem terram pertinentibus; & terram de **Gingeſwode in Sandrigge**, quam idem *Robertus* emit de *Willielmo* de *Kaou*; & terram quam idem *Robertus* emit de *Gunnora* de *Sandrigge*, & filiis ſuis, juxta Abbatiam verſùs Aquilonem; Et totam terram de **Brokele**, cum ſuis pertinentiis; & **Flodham**, & **Wigodeſmerſe**; & terras videlicet de **Wichelinden**, & de **Blechinden**, & **Wimberrigge**, & **Faukerigge**, & de **Eſtelrigge**, & de **Matefeld**, cum pertinentiis; & terram quæ vocatur terra *Nicholai*; & totam terram quam idem *Robertus* habuit in villâ de **Lamberhurſt**, cum pertinentiis; & pratum de **Watſtede**; & totam villam de **Rokeland**, quæ fuit ejuſdem *Roberti*, & **Gildherſt**, & **Grimbroc**; & totam terram quam idem *R.* tenuit de Monachis de **Lewes**, juxta **Grimbroc**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Conceſſimus etiam & confirmavimus eiſdem Canonicis, terram de **Waldelincton**, cum pertinentiis, quam habent de dono *Willielmi* de *Declinge*, & terram de **Nodingeford**, quam *Simon* de *Nodingeford* tenuit de eiſdem Canonicis, quam habent de dono *Roberti* de *Glotingeham*; & duas acras terræ juxta Abbatiam ſuam, quas habent de dono *Emmæ* de *Creuquer*; Habenda & tenenda in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, bene & in pace, libere, quiete & integre, ſicut Cartæ prædictorum donatorum, quas inde habent, rationabiliter teſtantur. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici habeant & teneant omnia prædicta tenementa, cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, in omnibus locis & rebus ad ea pertinentibus, ſicut ſupradictum eſt (&c.) Dat. per manum *Hug.* de *Welles* Archid. *Wellenſis* apud **Merleberg** *xvii.* die *Martii*, anno regni noſtri nono.

Alia Carta præfati Johannis *Regis* Angliæ, *conceſſiones plurimorum donatorum confirmans*

Vide Pat. 6.E3.p.2. m.30. per Inſpex.

JOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Omnibus fidelibus ad quos præſens Carta pervenerit, ſalutem. Sciatis nos, intuitu Dei conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Abbatiæ de **Begeham**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnia tenementa ſubſcripta, & ſubſcriptas conceſſiones; ſcilicet de conceſſione *Elæ* de *Saukevi lle* tranſlationem ſedis Abbatiæ de **Oteham**, factam, uſq; ad **Begeham**, quæ dicitur *Benliu*; & omnes res & poſſeſſiones & tenementa, quæ præfati Canonici tenent de feodo ipſius *Elæ*. Item de dono ejuſdem *Elæ*, totam terram quam *Alwinus Crop* tenuit de *Radulfo* de *Dene* patre ſuo, in mariſco de **Pluenham**. De dono *Willielmi* de *Kaieu*; totam terram, quam idem *Willielmus* habuit in **Sandrigge** de feodo de **Alleſford**. De dono *Michaelis* filii *Johannis* de *Tonge x.* acrás terræ, cum pertinentiis in **Tonge**, ſcilicet medietatem totius terræ de **Tonge**. De dono *Radulfi* de *Dene* totum dominicum ſuum de **Otehami**, cum Capellà ejuſdem loci, & cum omnibus ad dominicum illud pertinentibus; & homines ſuos de **Dodintone**, ſcilicet *Gladewinum* fratrem *Sprig*, cum *v.* ſolidatis terræ; & *Johannem Cnokedon*, & *Gilebertum Carpentarium*, & *Willielmum Cnokedon*, *Hugonem* & *Thomam* de *Farnſtret*, cum terrâ ſuâ; & *Robertum Bunt*, & *Wulſy Winer*, & hæredes ſuos, & hæredes fratris ſui *Gric*, & *Sewalum* & *Wulwardum* & *Walterum*; & terrâm quam *Fulkerus* tenuit de prædicto *Radulfo* in **Feſford**; Et præter hæc mariſcum de **Megeham**, ſicut *Radulfus* avunculus ipſius *Radulfi* eum tenuit; & totum mariſcum *Wulurici*, & novum mariſcum quantum ad prædictum *Radulfum* pertinet.

De dono *Roberti* de *Dene* terram de **Teletone**, & inſuper piſcariam ſuam de mariſco. De dono *Gileberti* Domini *Aquilæ* centum & *xx.* acras terræ ſuper **Dikere**, juxta **Wiske**, de ſupra **Peveham**; & duas arbores, ſcilicet unam quercum & unam fagum, recipiendas annuatim infra octabas Sancti *Johannis Baptiſtæ* in foreſtâ ſuâ, per viſum foreſtariorum ſuorum; & *lx.* carecatas turbæ in morâ ſuâ de **Pevenham**, annuatim habendas, quamdiu mora ſua durabit; & quando mora defecerit, duos ſolidos redditus in villâ de **Pevenham** & ſex denarios quietè accipiendos, & *xx.* porcos quietos de padnagio in foreſtâ ſuâ. De dono *Ricewardi Brade* de **Hellinge**, medietatem Eccleſiæ de **Hellinge**, cum omnibus ipſi medietati pertinentibus. De dono *Randulfi Brade* medietatem ejuſdem Eccleſiæ, cum omnibus ad ipſam medietatem pertinentibus. De dono ejuſdem *Randulfi*, totam partem ſuam quam habuit in molendino de **Hellinge**; ſcilicet medietatem, & medietatem *Juncheri*, & medietatem inſulæ quæ vocatur **Melinhe**. De dono Magiſtri *Nicholai* de *Brade* dimidiam virgatam terræ de feodo *Ricardi* de *Kaines*, cum omnibus pertinentiis ſuis. De dono *Randulfi Brade*, totam terram quam idem *R.* habuit ſupra **Rede** in dominico juxta terras Eccleſiæ; & **Melgrave**, & **Cnolgrave**, & medietatem moræ quæ dicitur **Langene**. De dono *Thurſtani* filii *Gileberti* de **Hoding**, dimidiam hidam terræ in **Langport**. De dono *Willielmi* de *Seſingeham* totam terram quam *Godwinus Cnoke* de eo tenuit in **Michelham**. De dono *Rob.* de *Seſſingeham* totam terram quam *Godwinus Cnoke* tenuit de *Loreta*, & de eis in **Michelham**. De dono *Roberti* de *Horſenden* totam terram quam *Wuluricus* tenuit de *Loreta*, & de eo in **Michelham**, cum eodem *Wulurico* & hæredibus ſuis. De dono *Rikewardi Brade* totam terram, quam *Ricardus* de *Ponte* tenuit; & totam partem ipſius *Rikewardi* moræ quæ vocatur **Langene**; & totam partem ſuam campi qui vocatur **Melne**. De dono ejuſdem *Rikewardi* terram ſuam in mariſco, quam *Wuluricus* tenuit, & totam partem ſuam quæ dicitur **Croke**. De dono *Ricardi* de *Aluricheſtune* totam terram ſuam de *Peteleya*. De dono *Willielmi* de *Seſingeham* medietatem totius terræ, quam

Sigarus de eo tenuit in **Wichelham**. De dono *Roberti Folconer* de **Wudetone**, ſex acras terræ in campo qui vocatur **Peldelond**, proximas terræ quam *Radulfus* de *Farnſtret* tenuit.

De dono *Johannis* de *Horſenden* unam hidam terræ in Manerio de **Burne**, cum omnibus pertinentiis ſuis. De dono *Willielmi Mauſe* totam terram ſuam de **Kenerede**, cum omnibus pertinentiis ſuis. De dono *Henrici* de *Palerna* totam terram quam *Galfridus* de *Dittone* tenuit de eo apud **Dittone**, cum eodem *Gaufrido* & liberis ſuis. De dono *Radulphi* de *le Val* tertiam partem ſalinæ quæ dicitur aurea, quæ ſita eſt in mariſco, inter **Peuenham**, & **Hepleſham**, cum omnibus pertinentiis & proventibus indè venturis. De dono *Hugonis* de *Diva*, totam terram quam prædicti Canonici tenent de feodo ſuo de **Oteham**. De dono *Radulfi* de *Icleſham*, duas acras *Flandrenſes* in novo mariſco de **Icleſham**, & unam beſcatam terræ incluſam cum expenſis prædictorum Canonicorum in eodem mariſco. De dono *Rikewardi* de *Hellinge*, unam croftam juxta Eccleſiam ejuſdem villæ, quam croftam idem *Rikewardus* dedit ipſi Eccleſiæ, quam dicti Canonici habent in proprios uſus; illam videlicet croftam quam *Willielmus Scarlet* tenuit ſub annuali cenſu quatuor denariorum; & ſex perticatas in longitudine & latitudine de morâ ſuâ juxta domos Eccleſiæ ad curiam prædictæ Eccleſiæ ampliandam. De dono *Roberti* de *Turneham* totum mariſcum, quem habuit in **Rokelond** de Priore & Monachis Sancti *Martini* de *Boſco*. Hæc autem tenementa prædicta conceſſimus & confirmavimus prædictis Canonicis de **Begeham**, ſicut Cartæ Donatorum, quas inde habent, rationabiliter teſtantur. Quare volumus (&c.) Data per manum *R.* de *Mariſco* apud **Cnapp**, ſexto die *Aprilis*, anno regni noſtri *xii*.

Carta Regis Edwardi *ſecundi, diverſas conceſſiones Abbati & Canonicis de* **Begeham** *factas, confirmans.*

Pat. 6. E. 3. p. 2. m. 30. EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis quod cum celebris memoriæ dominus *Henricus*, quondam Rex *Angliæ* avus noſter, ſexto die *Marcii*, anno regni ſui tricesimo quinto, conceſſerit & Cartâ ſuâ confirmaverit dilectis nobis in Chriſto Abbati & Canonicis de **Beggeham**, Ordinis *Pramonſtratenſis*, quod ipſi & ſucceſſores ſui imperpetuum haberent unum mercatum ſingulis ſeptimanis per diem *Jovis* apud Manerium ſuum de **Rokelaunde**, in Com. *Suſſexiæ*; Et quod haberent ibidem unam feriam ſingulis annis duraturam per tres dies, *viz.* in vigiliâ, & in die, & in craſtino Sancti *Joh. Bapt.*; niſi mercatum illud & feria illa eſſent ad nocumentum vicinorum mercatorum & vicinarum feriarum, prout in Cartâ prædictâ pleniùs continetur: Ac præfati Abbas & Canonici dictis Mercato & Feria, juxta tenorem Cartæ illius, jam per aliquod tempus uſi non fuerint, ſicut dicunt; & nobis ſupplicaverint, ut eo non obſtante, velimus eis concedere, quod ipſi & eorum ſucceſſores prædicta Mercatum & feriam habere poſſint in formâ ſupradictâ. Nos præfatis Abbati & Canonicis volentes in præmiſſis gratiam facere ſpecialem, conceſſimus & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus eiſdem Abbati & Canonicis, quod ipſi & ſucceſſores ſui imperpetuum habeant prædictum mercatum ſingulis ſeptimanis per diem *Jovis*, apud prædictum Manerium ſuum de **Rokelaunde**, & prædictam feriam ibidem ſingulis annis per prædictos tres dies duraturam, videlicet in prædictis vigiliâ, die & in craſtino Sancti *Johannis*, niſi Mercatum illud & Feria illa ſint ad nocumentum vicinorum mercatorum & vicinarum feriarum, eo non obſtante quod prædictis Mercato & Feriâ uſi non fuerint, ſicut prædictum eſt. Quare volumus (&c.) Data per manum noſtram apud **Merſefeld** viceſimo tercio die *Sept.* anno regni noſtri decimo nono. Nos autem conceſſiones & confirmationes prædictas; necnon Ordinationem, quam *Johannes* de *Wanton* miles, per ſcriptum ſuum fecit eiſdem Abbati & Conventui, ſuper poſſeſſione & uſu communiæ & bueræ de **Ferenthe**. Ratificationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Will.* fil. & hæres *Gunnuldæ* filiæ *Will. Scarlet*, per ſcriptum ſuum fecit præfatis Abbati & Canonicis de molendino de **Helynglegh**, cum pertinentiis. Conceſſionem etiam, quam *Johanna* quondam uxor *Philippi* de *Herſt* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem Abbati & Conventui, de quadam warâ cujuſdam aquæ in **Hellynglegh**. Conceſſionem etiam quam *Philippus* de *Herſt* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem Abbati & Conventui, de quadam warâ in eadem villâ. Conceſſionem (&c.) quas *Petrus* de *Maule* miles per ſcriptum ſuum fecit eiſdem Abbati & Conventui, de toto jure & clamio, quæ habuit in omnibus advocationibus, fundationibus, patronatibus, dominiis (&c.) & demandis quibuſcumq;, ad ipſum & hæredes ſuos de Monaſterio de **Begeham** prædicto quoquo modo pertinentibus, provenientibus, ſeu ſpectantibus; ſeu etiam in quibuſcumq; terris & tenementis ſuis quoquo modo in diverſis locis quorumcumq; comitatuum *Angliæ*, dicto Monaſterio de **Begeham** datis, conceſſis & adquiſitis. Donationem (&c.) quas *Johannes* & *Thomas* le *Grout* filius & hæres *Willielmi* le *Grout* per ſcriptum ſuum fecerunt eiſdem Abbati & Conventui, de unâ acrâ & dimidiâ acrâ terræ & prati, cum pertinentiis, jacentibus inter viam regiam quæ ducit de la **Hoke** verſùs molendinum de **Begeham**. Donationem (&c.) quas *Egidius* de *Syrynton* filius *Simonis* de *Syrynton*, dicti de *Dovorria*, per Cartam ſuam fecit eiſdem Abbati & Conventui de ſexdecim acris & una rodâ terræ in **Charlokeſton**, in parochiâ de **Ferles** cum viis, ſemitis (&c.) ad dictam terram ſpectantibus; & cum totâ paſturâ & communiâ ad eandem terram pertinentibus. Conceſſionem etiam, remiſſionem, & quietam clamationem, quas *Alianora* filia *Ricardi* le *Brode* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem Abbati & Conventui de viginti ſolidatis redditus; & molturâ, quam eadem *Alianora* & anteceſſores ſuis ſolebant habere, quietam de tollonio de' molendino prædictorum Abbatis & Conventus de **Hellyngelegh**, & de terris vocatis **Melnye**, & *Juncheria*, & omnibus aliis conſuetudinibus & ſerviciis, quæ de prædictis molendino & terris exigere vel clamare poterit in futurum. Donationem etiam, (&c.) quas *Johannes Gront* fil. *Will.* le *Gront*, de la **Hoke**, per ſcriptum ſuum fecit, eiſdem Abbati & Conventui de ſeptem deiwercis terræ, cum pertinentiis, in quâ terrâ continetur quoddam foſſatum, & ducit propè molendinum ipſorum Abbatis & Conventus verſus la **Hoke**. Remiſſionem, (&c.) quas *Ricardus* de *Dunghate*, per ſcriptum ſuum fecit eiſdem Abbati & Conventui de unâ denariatâ redditus, quam *Joh.* de *Dunghate* fil. ejuſdem *Ricardi* ſibi annuatim reddere conſuevit, pro unâ acrâ terræ, jacente ſubtus **Hokehull**: Donationem, (&c.) quas *Joh.* de *Dunghate*, filius *Ric.* de *Dunghate*, per ſcriptum ſuum fecit eiſdem & Abbati & Conventui, de unâ acrâ terræ, cum pertinentiis ſubtus **Hokehul**. Conceſſionem, (&c.) quas *Rad.* de la *Water* junior, fil. *Williel.* de la *Water* de *Wurtlinges*, per ſcriptum ſuum fecit eiſdem Abbati & Conventui de totâ terrâ cum ſuis pertinentiis, quam *Will.* de la *Water* pater ſuus tenuit de prædictis Canonicis in vilnagio, & etiam de toto jure & clamio, quæ habuit vel habere potuit. Donationem, (&c.) quas *Will.* de *Northia* miles, per Cartam ſuam fecit eiſdem Abbati & Conventui, de *Will.* de la *Water* cum omni ſequelâ ſuâ & catallis ſuis, & totâ terrâ cum pertinentiis, quam idem *Will.* dictus de la *Water*, *Petrus* le *Large*, & *Will.* filius *Simonis* de la **Heche**, nativi ſui, habuerunt & tenuerunt de ſe in nativitate, apud **Rokeland** & in villa de **Werkingges**, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto, nunc Abbati & Conventui dicti loci de **Begeham**, & eorum ſucceſſoribus, concedimus & confirmamus, prout Cartæ, & ſcripta prædicta rationabiliter teſtantur, & prout iidem Abbas & Conventus terras & tenementa prædicta modo tenent, & ipſi & eorum prædeceſſores, à tempore confectionis Cartarum, & ſcriptorum prædictorum ea tenuerunt, ac libertatibus prædictis hactenus rationabiliter uſi ſunt, & gaviſi. In cujus, &c. T. Rege apud **Wodeſtok** *vi.* die *Junii*.

ABBATIA de **Barlings**, *in agra* Lincolnienſi.

Carta Regis Henrici *ſecundi donationes quamplurimas Canonicis de* **Barlinges** *factas, recitans & confirmans.*

Cart. 19. E. 1. n. 40. per Inſpex. Vide Cart. 1. E. 3. n. 77. Et Cart. antiq. H. n. 20.

HEnr. Dei gratia, Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Barlinges**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, rationabilem ſubſcriptam donationem ſibi factam, & Cartis donatorum confirmatam; Scilicet ex dono *Rad.* de *Haya* ſenioris, & ex conceſſione *Ric.* de *Haya*, fratris ſui, locum qui dicitur **Oxeneye**, ad conſtruendam Abbatiam; & totam villam de **Barlinges**, cum omnibus pertinentiis, excepto parco, & pratis, quæ ad illud pertinent. Ex conceſſione Conventus ſanctæ *Trinitatis Exaquii*, Eccleſiam ſancti *Edwardi* de *Barlinges*, reddendo annuatim ipſi Conventui unam marcam argenti: Ex dono *Hugonis Bardulfi* ſenioris, & ex conceſſione *H.* filii ſui, unam carucatam terræ in Campis de **Riſum**, & paſturam quingentarum ovium in eiſdem Campis, & quicquid juris habebant in molendino apud **Langwath**. Ex dono *Galfr.* de *Haya*, duo molendina, cum omnibus pertinentiis, & quatuor bovatas terræ in villâ de **Walmeſgare**, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et duas bovatas terræ in villâ de **Thorp**, juxta **Kirkby** *Malleſard*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Will. Foliot* & *Petronillæ* uxoris ſuæ, unum molendinum apud **Sareby**, cum prato & decurſu, & refluxu aquæ, cum ſtagno, & uno tofto, & duabus bovatis terræ, quæ fuerunt *Balderici* & cum uno tofto quod fuit **Toky**. Et in Ballivo *Lincolniæ* totam terram eorum, quam tenuit *Alanus* filius *Dunſtani*. Ex dono *Joſlani* de *Evermue* in ballivo *Linc.* terram illam quam *Alanus* filius *Dunſtani* tenuit de eo, reddendo ei annuatim quatuor ſolidos. Ex dono *Adæ Paynel* dimidiam bovatam terræ, cum pertinentiis in **Ryſum**, Ex dono Abbatis de **Trunchete** & Conventus ejuſdem loci, & ex conceſſione *Roberti* de ſancto *Johanne*, & *Olivæ* uxoris ſuæ, Eccleſiam ſanctæ *Elenæ* de **Bruth**, & Capellam de **Stapelford**, cum pertinentiis, & Eccleſiam ſancti *Nicolai* de **Tukesford**, cum omnibus pertinentiis, ſalvâ compoſitione, quæ facta eſt inter ipſam & Eccleſiam de **Weſt-markham**. Ex dono ipſius *Roberti* de ſancto *Johanne*, & *Olivæ* ſponſæ ſuæ, decimam molendini de **Stapelford**, & unam bovatam terræ de dominio ſuo in eadem villâ, & paſturam centum ovium in

Bruth, & decimam molendini de **Tukesford**. Ex dono *Walteri* de *Briſelingthorp*, & ex conceſſione *Bertranni* filii ſui, unam bovatam terræ cum pertinentiis, in **Buſeſingthorp**. Ex dono *Thoraldi* de *Nevill*, redditum duorum ſolidorum de tenemento *Reginaldi Pedekeygne*, in **Duneham**. Ex dono *Willielmi* filii *Thomæ*, quatuor bovatas terræ & dimidiam in villâ de **Duneham**, cum omnibus pertinentiis, & redditum ſeptem ſolidorum, de ſeptem bovatis terræ in **Scoſtorn**. Ex dono *Walteri Flori*, & ex conceſſione *Gilberti* hæredis ſui, & *Willielmi* filii *Thomæ* Domini ſui, ſeptem bovatas terræ, cum pertinentiis in villâ de **Scoſtorn**, reddendo annuatim ei viginti tres ſolidos pro omni ſervitio. Ex dono *Hamelini Bardulfi*, & ex conceſſione *Hugonis Bardulfi* hæredis ſui, Eccleſiam Sanctæ *Trinitatis* de **Bungeye**, cum omnibus pertinentiis. Quare volumus (&c.) Hiis teſtibus, *Ranulpho Dunelmenſi* Epiſcopo. *Willielmo* Comite *Arundelliæ*, *Ranulpho* de ......, *Bernardo* de Sancto *Valerico*, *Rogero* de *Stutevill*, *Willielmo* de *Stutevill*, *Hugone Bardulfo* Dapifero, *Ranulpho* de *Gudd*, apud **Clipeſton**.

Ib. *Johannes* Dei gratia Rex *Angliæ* (&c.) ſalutem. Sciatis nos, intuitu Dei, conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Berlinges**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & poſſeſſiones & libertates, quæ *H*. Rex pater noſter eis conceſſit & confirmavit. Præterea confirmavimus eiſdem omnes terras & tenementa & poſſeſſiones ſubſcriptas; ſcilicet, ex dono *Roberti Bardolf* totam terram ſuam de **Scoſtorn**, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, & omnibus pertinentiis ſuis, & ſexdecim bovatas terræ & dimidiam, in **Carleton** juxta *Lincolniam*. Item ex dono ejuſdem *Roberti*, unam bovatam terræ cum pertinentiis in **Wraggeby**, & duo meſſuagia, cum pertinentiis, in **Carleton**. Item ex dono ejuſdem *Roberti*, unam bovatam terre cum pertinentiis in **Carleton**, juxta Mare, & paſturam ad ducentas & quinquaginta oves, quæ vocatur **Weſtwyke in Hereſing** (&c.) Datum per manum Magiſtri *R*. de *Mariſco* Cancellarii noſtri apud **Notingham** *xxxi*. die *Martii* anno regni noſtri ſextodecimo.

Ib. Omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis hanc Cartam viſuris, vel audituris, domina *Matildis* de *Longeſpe*, quondam uxor Domini *Willielmi* de *Longeſpe*, ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, me pro Deo & pro ſalute animæ piæ memoriæ Domini *Willielmi Longeſpe* viri mei, & pro ſalute animæ meæ, & animarum patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Barlinges**, & Abbati & Canonicis ibidem Deo famulantibus, ad augmentationem, & ſuſtentationem quatuor Canonicorum in eadem Eccleſia, divina officia exequentium imperpetuum, totum Manerium meum de **Cavenby**, cum capitali meſſuagio, & omnibus dominicis ſuis, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, cum homagiis, redditibus, & ſervitiis, tam liberorum hominum, quàm villanorum, wardis, releviis, eſcaetis, terris, pratis, paſtura, & molendino; cum aqua, & cum omnibus aliis pertinentiis, & aiſiamentis infra villam & extra, dicto Manerio pertinentibus, ſine aliquo retenemento. Habendum, & tenendum dictis Abbati, & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, de me & hæredibus meis integrè & pacificè in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, ſolutam & quietam ab omni ſeculari ſervitio, conſuetudine, exactione, & demanda, ſecta Curiæ meæ, & omnium aliorum. Et ego prædicta *Matildis*, & hæredes mei, totum prædictum Manerium de **Cavenby**, cum omnibus pertinentiis ſuis, libertatibus, & aiſiamentis, dictis Abbati, & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, contra omnes homines warantizabimus, & de omnibus & in omnibus acquietabimus, & defendemus, ſicut liberam & puram elemoſinam imperpetuum. In cujus rei teſtimonium præſenti Cartæ ſigillum meum appoſui: Hiis teſtibus, Dominis *Johanne* de *Beke*, *Willielmo* de *Engelby*, *Ada Paynel*, *Petro* de *Dune* militibus; *Johanne* de *Cokerington* tunc Vicecomite *Lincolniæ*, *Alex*. de *Montii Porti*, *Thoma* de *Muleton*, *Radulfo* de *Neuton*, *Willielmo* de *Wendovere* & aliis.

Carta Aleſiæ *de* Laſcy, *Comitiſſæ* Linc. & Sarum, *de Manerio de* **Swaton**.

Ex Cartulario Abbatiæ de Berlinges, in bibl. Cotton. fol. 171.b.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quorum notitiam præſentes literæ pervenerint, *Aleſia* de *Laſcy* Comitiſſa *Lincolniæ* & *Sarisberiæ* ſalutem. Noveritis nos, in purâ viduitate noſtrâ, dediſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Barlinges**, & Abbati & Conventui ejuſdem loci, & Canonicis noſtris ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, Manerium noſtrum de **Swaton**, cum pertinentiis, in Comitatu *Lincolniæ*; & advocationem Eccleſiæ ejuſdem Manerii, ſine ullo retenemento (&c.) Habendum & tenendum cum feodis militum homagiis (&c.) Teſtibus, domino *Hugone* le *Deſpencer* Comite *Wyntoniæ*, dominis *Hugone* filio ejus, *Radulfo Baſſet* de **Dratton**, *Philippo Darcy* & *Johanne* fratre ejus, *Johanne* de *Barton* de **Friton**, militibus (&c.) Data apud *Eboracum xvi*. die *Julii*, anno regni Regis *Edwardi*, filii Regis *Edwardi*, *xvi*

Carta Roberti Bardolf, *de tota terra ſua de* **Scothorne**, *&c.*

Adhuc ex præfato Regiſtro.

UNiverſis Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Robertus Bardolf*, filius *Hugonis Bardolf*, ſalutem in Domino; Noverit univerſitas veſtra, me dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de **Dreney**; & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, totam terram meam de **Scothorne**, tam de dominico, quàm de villenagio, & libero ſervitio, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, & cum omnibus pertinentiis ſuis, aiſiamentis, & libertatibus, ad prædictam terram, in liberam, & perpetuam elemoſinam, ſine aliquo retenemento; ſalvo ſervitio heredum *Richardi* de *Haya*; ſcilicet, ſervitium pertinens ad feodum unius militis. Et præterea *xvi.* bovatas terræ, & dimidiam, in magna **Carlton**, juxta *Lincolniam*, cum omnibus pertinentiis ſuis, libertatibus, & aiſiamentis, infra villam, & extra ad prædictam terram pertinentibus, ſcilicet, quindecim bovatas terræ, & dimidiam, quæ fuerunt de maritagio *Iſabellæ* matris meæ; & unam bovatam terræ de feodo *Rogeri* de *Cundy* quam *Robertus Faber* tenuit, cum hominibus ad prædictam terram pertinentibus: Habendam, & tenendam prædictis Canonicis in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, ſolutam, & quietam ab omni ſervitio, & exactione ſeculari; Præterea dedi eiſdem Canonicis in Manerio meo de **Hoo**, quandam paſturam, quæ vocatur **Weſtwint** in **Herſings**, cum toſto, & terrà, quam *Eliot Bercarius* tenuit, ad ſuſtentandum unum Conventum tredecim Canonicorum, in prædicta domo de **Oxenei**, in perpetuum, pro animâ *Hugonis Bardulfi* patris mei, & pro ſalute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, & omnium anteceſſorum & hæredum meorum; Hanc autem elemoſinam, ego *Robertus* & hæredes mei prædictis Canonicis warantizabimus in perpetuum contra omnes homines; His teſtibus *Will.* de *Albiniaco*, *Roberto* de *Roppeſle*, *Rob.* de *Aguillon*, Vicecomite tunc temporis *Linc.* *Ada Paganel*, *Will.* de *Blaſton*, *Will.* de *Wendoure*, *Philippo* de *Altaripa*, *Hugone* filio *Rad.* *Radulfo Paganel*, *Symone* & *Hugone* de *Ropeſle*, *Normanno*, *Richardo*, *Turberto* Capellanis, *Galfrido* Clerico & aliis. In quo quidem loco de *Oxeneia* modò ſcituata eſt Abbathia de **Barlinges**, & locus ubi prius fundata fuit, modò vocatur **Barlingſgrange**.

x Cartu-
rio Ab-
tiæ de
rlinges,
bibl.
tton. fol.
71. b.

Stemma Fundatorum.

Ex Regiſt.
de Bar-
lings [ſub
effigie Fau-
ſtinæ B. 1.]
fol. 169. b.
in bibl.
Cotton.

Angot *de la* Haye *fu jadis ſeigniour de* **Bozewelle**, *de* graunt **Carleton**, *& de* Chaſtel **Carleton**. Angot *dona la voyſon del Egliſe de* graunt **Carleton**, *e partie de ſes teres, al Abbe de* **Selue** *de outre mer; de quel porcion ceans de* Bardolf *ne naveyent unkes a fere. Meme ceſt* Angot dona *remenant des teres a* Hug. Bardolf, *e a ces aiers, e a ces aſſignes, Memes ceſti* Hug. *morust ſans air de ſon cors, deſcenderent les tenemenz a* Robert *ſon frere, ke fu perſone de trent Egliſes, e que morut ſaunz air de ſon cors. Memes ceſti* Rob. Bardolf *dona taunt de tere al Abbeye de* **Barlings**, *quay a* **Scotton**, *quay a* **Carleton** *en pres* Nichole, *quay a* graunt **Carleton**, *dunt il deivent a remanant ſuſtenir* xiii. *Chapeleyns Chanoynes pur ſa alme, e les ſes aunceſtres, e pur checun chanoyne cent ſouzthe de tere e de rent en pure & perdurable aumone, e les fiſt confirmer du Rey. Apres le deceſſe* Rob. *qui morut ſanz air de ſon cors, decenda ſa tere a ces cynke ſeours, que partirent la tere entre eus.* Odoyne *fu la eyneſte, ki fuſt eſpoſe a ſire* Henry *de* Grey, *ky engendra ſur ly ſire* Richard *le* Grey, *ky avoit moite le maner de* **Hoo** *ſa porcion, e ſire* John *de* Grey, *e ſire* Willm *de* Grey, *ki fuſt purchacour e veſcount de* Nichole. *La ſecunde ſoer fuſt eſpoſe a ſire* Huwe *de* Poynz *ki avoit l'autre moyte del maner de* **Hoo**. *La terce ſoer fuſt eſpoſe a ſire* Richard Foliot, *ky avoy* **Riſum** *a ſa porcion; La quarte ſoer fuſt eſpoſe a ſire* Rauſe Paynel, *ki avoit* **Carleton** Paynel, *a ſa porcion, of troys boves de tere e denis en* graunt **Carleton**, *pur ceo ke il nen avoit ſon pleyn ailons. La quinte ſoere ont anom* Mold Bardolf, *ki fuſt eſpoſe a ſire* Robert *le* fiz Payn, *le quel ſire* Robert *engendera ſur ly un fiz* Robert *le* Lou, *e un file* Iſabele. Maud Bardolf *avoyt* **Carleton** *à ſa partie, mes ne mie tot; kar* Odoyne *la eyne ſoere avoy partie en* **Carleton** *a perfere ſa porcion de la Baronie; la quele partie ele dona a ſire* John *de* Grey *ſon fiz. Les aunceſtres ſir* Rauf Paynel *avoyent partye a perfere lur porcion des queles teres* Maud Bardolf *ne ſes ayrs ne naveyent unkes a fere, ſors que ſoul de ſe porcion ke a ly fuſt livere. E la portion que le Abbie de* **Barlings** *tent en* graunt **Carleton** *fu del doun* Robert Bardolf. *E partie du doun ſire* Adam Peynel *de ſa porcion. D'unt* Maud Bardolf, *ke fu dame du chaſtel, e de* graunt **Carleton**, *ne naveyent unkes a fere, ne nul de ſes heyrs. De* Robert *le* Lou, *ke fuſt iſſi apele pur ceo ke il miſt en la ſale entre les* Lous, *tant ke il fuſt juven, vint* Johane, *ke fuſt eſpoſe a ſire* Joh. *le* Spenſer; *le quel ſire* Johan *engendra ſur ly un fiz, ou une file que moruſt, iſſi ke apres la mort* Johane, *ſire* Johan *le* Deſpenſer *tint le maner du Chaſtel per la curtayſie de Engleterre.* Iſabelle *fuſt eſpoſe a ſire* Huwe *de* .. Meryet, *le quel engendra ſur ly,* Nichol Meryet. *De* Nichol *vint* Johan *de* Meryet; de Johan *vint* Johan; *de* Johan *vint le tierz* Johan *ke eſt en la garde ſire* Adam *de* Welle.

dhuc ex
ræfato
Regiſtro.

Stemma Willielmi Longſpe *Comitis* Linc. *& Sarum, ab* Oſberto *de* Caſneto *Domino de* **Cavenby** *&* **Glentham** *deductum; & de terris, &c. in eiſdem Maneriis, Cœnobio de* **Barlings** *conceſſis.*

Ex Cod.
MS. ad
Abb. de
Barlings
quondam
ſpectante;
nunc vero
penès Re-
mem Regis
in Scac. in
baga nota-
ta *Tenures
& Inquiſi-
tions.*

Dominus *Oſbertus* de *Caſneto*, diu ante adventum *Willielmi* Conqueſtoris, Dominus de **Cavenby** & de **Glentham**, fundavit Eccleſiam S. *Nicholai*, infra Manerium ſuum principale de **Cavenby**; cui contulit in ipſâ primævâ fundatione, omnes decimas provenientes de prædicto Manerio, ubicunq; fuerint, infra parochiam vel extra; *viz.* bladi, granorum, feni, animalium, ovium ſive jumentorum, lanæ, agnorum, vitulorum, & pullorum, cum omnibus aliis decimis, tam perſonalibus quàm predialibus, provenientibus de dicto Manerio, atq; omnibus ejuſdem tenentibus, infra dictam villam de **Cavenby**. Tunc, tempore *W.* Conqueſtoris, Dominus *Willielmus* de *Caſneto*, Dominus de **Cavenby** & **Glentham**, qui genuit de *Conſtancia* uxore ſua unicam filiam, *Adelidem* nomine, quam tradidit nuptui Domino *Oſberto* de *Cundi*, de quibus *Roberto* & *Adelide*, *Rogerus* filius & hæres, qui dedit fratribus Ordinis *Pramonſtratenſis* de **Lykes**, toftum ſuum quinq; acrarum, cum duabus bovatis terræ, & paſturam ſeptingentarum ovium in **Glentham** & **Cavenby**, cum chaceâ & rechaceâ de unâ ad aliam, quandocunq; eis placuit, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, &c.

Poſtea prædictus *Rogerus* genuit de uxore ſuâ unicam filiam, *Agnetem* nomine, quam tradidit nuptui Domino *Waltero* filio Domini de **Clifford**. Iſte *Walterus Clifford*, de aſſenſu & conſenſu *Agnetis* uxoris ſuæ, confirmavit Abbati & Conventui de *Oxiniaco*, ſive **Barlyngs**, toftum cum terris & paſturâ ſupradictis, in **Glentham** & **Cavenby**, medio tempore per Abbatem & Conventum perquiſitâ, de Abbatibus de **Lykes** & **Neuhus**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, pacificè, honorificè, abſq; omni exactione & ſeculari ſervicio, poſſidenda; prout prædicta confirmatio teſtatur. Qui etiam contulit, in quandam recompenſationem, pro decimis & paſturâ ſupradictis, infra parochiam de **Glentham**, certas decimas infra parochiam de **Cavenby**, per Rectorem de **Glentham** percipiendas, & perpetuò poſſidendas, de conſenſu & aſſenſu Rectoris tunc de **Cavenby**; prout Evidentiæ inter dictos Rectores factæ, magis lucidè teſtantur.

De quibus *Waltero* & *Agnete* ſupradictis, *Walterus Clifford* filius & hæres, ac miles, vocatus junior; de quo *Matildis* filia unica, in verò matrimonio procreata, quam accepit in uxorem Dominus *Willielmus Longſpe*, Comes *Lincoln.* & *Sarum*, & Dominus de **Cavenby** & **Glentham** jure *Matildis* uxoris ſuæ, filiæ Domini *Walteri Clifford* junioris. Iſte Dominus *Willielmus Longeſpe*, miles ſtrenuiſſimus, de conſenſu *Matildis* uxoris ſuæ, contulit Domino *Galfrido Buſſy* de **Thornton**, militi ſuo ſpeciali, meſſuagium ſuum, &c. in **Cavenby**, cum certis terris & redditibus in **Cavenby**, &c. de quibus decima conceſſa prius fuit Eccleſiæ de **Glentham** per Dominum *Walterum Clifford* ſeniorem, & *Agnetem* uxorem ſuam, in recompenſationem decimarum ſuarum de Manerio ſuo, infra parochiam de **Glentham**, pertinentium à primævâ fundatione Eccleſiæ S. *Nicholai* de **Cavenby**, prout prima donatio manifeſtè teſtatur, &c. reſervando ſibi & *Matildæ* uxori ſuæ principale dominium utriuſque, ſcilicet **Cavenby** & **Glentham**, quia Manerium integrum in ſe, poſtea *VVill. Longſpe* & *Matildis* contulerunt Abbati & Conventui de **Barlings**, dominium principale de **Cavenby** & de **Glentham**, cum omnibus ſuis pertinentiis, infra villas & extra, cum wardis, releviis, eſcaetis, homagiis, redditibus, ſervitiis, warenna, cum *VVayf*, & *Stray*, & omnibus aliis libertatibus regalibus, ſicut prædicti Dominus *VVill. Longſpe* & *Matildis* uxor ſua habuerunt & tenuerunt integrè, liberè, & pacificè, in liberam puram & perpetuam elemoſynam, &c.

Præterea prædicta *Matildis Longſpe* contulit Abbati & Conventui de **Barlyngs** in liberam, puram, & perpetuam elemoſynam, advocationem Eccleſiæ S. *Nicholai* de **Cavenby**, infra Manerium ſuum, principale ſituatum, &c. Et quoad advocationem Eccleſiæ de **Glentham**, cum juribus ſuis, ante iſtam donationem factam per *Matildem Longſpe*, Monaſterio de **Barlyngs**, data erat per Dominum *VValterum Clifford* ſeniorem, patrem *VValteri Clifford* junioris, & patris *Matildis Longſpe*, *Philippo Aungevyn*; poſtea per maritagium deſcendit *Ricardo Aliton*; & ſic ſucceſſivè venit *Thomæ Snartford* & *Joh.* uxori ſuæ; & per ipſos ad Eccleſiam Cathedralem *Lincolnia* devenit, cum temporalibus eorundem, prout omnes evidentiæ antiquæ teſtantur.

PRIORATUS

de **Brodholme** *in agro* Notinghamenſi.

Carta Regis Edwardi *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 12. E. 2. p. 1. m. 9. Vide Pat. 4. E. 3. m. 42.

REx omnibus ad quos, (&c.) ſalutem. Donationem & conceſſionem, quas *Radulfus* de *Albaniaco*, per Cartam ſuam fecit Deo & *S. Maria*, & fratribus & ſororibus de **Brodholme**, de toto eo quod fuit de feodo ſuo in pomerio juxta cimiterium Eccleſiæ S. *Botulphi* de **Sarelby**; & de quadam planicie terræ, jacente inter Curiam earundem ſororum, & nemus ſuum, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, (&c.) quas *Sarra* filia *Petri* de *Gouſla* per Cartam ſuam fecit prædictis ſororibus de **Staynhil**, **Barnewode**, & **Southwode**; & de omnibus terris, & omnibus pratis & tota paſtura, & omnibus tenementis, quæ habuerunt ex meridiana parte **Foſſedik**. Et de tribus bovatis terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis in **Sarelby**; Et de omnibus terris & omnibus pratis, & de omnibus donationibus, quas *Petrus* de *Gouſla* pater ſuus, & *Agnes* de *Camvilla* mater ſua, & *Henricus* frater ſuus, præfatis ſororibus dederunt & conceſſerunt in liberam & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Petrus* de *Chaumpaigne* miles, per Cartam ſuam fecit Deo & S. *Maria*, & monialibus loci prædicti, de **Steynhille**, **Barnewode**, & **Southwode**; & de omnibus terris, & omnibus pratis, & totâ paſturâ, & omnibus tenementis, quæ habuerunt ex meridionali parte de **Foſſedik**; & de tribus bovatis terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis in **Sarelby**: Et de omnibus terris & omnibus pratis, & omnibus donationibus, quæ *Petrus* de *Gouſel* & *Agnes* uxor ejus, & *Sarra* filia ejuſdem *Petri*, & *Henricus* frater ejuſdem *Sarra*, præfatis monialibus dederant & conceſſerunt in liberam & perpetuam elemoſinam. Donationem, (&c.) quas *Richilda* filia *Margeria*, quæ fuit uxor *Radulfi Ferrarii* de *Lincolnia*, per Cartam ſuam fecit præfatis fratribus & ſororibus, de quatuor ſolidatis redditus, & redditu unius libræ cumini, cum pertinentiis, recipiendis de uno toſto in **Sarelby**, ſuper **Foſſedike**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (&c.) quas *Petrus* filius *Petri* de *Campania*, per Cartam ſuam fecit præfatæ Prioriſſæ, & Conventui loci prædicti, de uno toſto cum pertinentiis in **Sarelby**, in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (&c.) quas *A.* Abbas de **Neuhus**, & Conventus ejuſdem loci, (&c.) fecerunt præfatis ſororibus, de omnibus donationibus, quas habuerunt vel haberent per Cartas donatorum ſuorum, (&c.) Donationem, (&c.) quas *Johanna* filia *Will.* de *Ver*, per Cartam fecit præfatis fratribus & ſororibus, de unâ bovatâ terræ, cum pertinentiis in **Sarelby**, & de dimidiâ acrâ & tribus perticatis prati, cum pertinentiis in eadem villa; & de toſto & croſto, in quibus *Henricus Gagler* aliquando manſit, & de una bovata terræ, cum pertinentiis, & quatuor acris prati eidem bovatæ terræ pertinentibus in **Engelby**, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, (&c.) quas *Galfridus* de *Croſſeby*, per Cartam ſuam fecit prædictis Prioriſſæ & ſororibus, de dimidia unius toſti cum ædificiis ſuperedificatis; & de duobus ſelionibus ad dictam medietatem pertinentibus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, (&c.) quas *Petrus* de *Campania* per Cartam ſuam fecit prædictis ſororibus, de quatuor ſolidatis redditus, percipiendis de uno toſto in **Sarelby**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, (&c.) quas *Baldewinus Waac*, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de quinq; ſol. redditus percipiendis de redditu moræ ſuæ in **Schellinghope**, in liberam (&c.) elemoſinam.

Donationem (&c.) quas *Walterus* de *Clifford* & *Agnes* uxor ejus, per Cartam ſuam fecerunt prædictis Fratribus & Sororibus de Eccleſia S. *Helena* de **Hornhag**, & de ſitu molendini in morâ, quæ jacet inter **Hornha**, & **Drengeſha**, cum pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (&c.) quas *Walterus* filius *Walteri* de *Clifford* per Cartam ſuam fecit eiſdem ſororibus de Eccleſia S. *Helena* de **Turnehag**: & de *xxx.* acris terræ, cum pertinentiis dictæ Eccleſiæ pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem (&c.) quas *Hugo* filius *Lamberti* de *Buſſeto*, per Cartam ſuam fecit (&c.) de *xvi.* ſol. redditus, cum pertinentiis in **Newerke**, quas dominus *Hugo* quondam avus ſuus eis dedit, percipiendis de *Johanne* filio *Henrici* de *Cutiler*, in liberam & perpetuam elemoſinam. Donationem inſuper (&c.) quas idem *Hugo* (&c.) fecit (&c.) de duobus quarteriis bladi; ſcilicet uno quarterio frumenti, & uno quarterio ſiliginis, recipiendis de ſe & hæredibus ſuis apud Manerium ſuum de **Wygeſley**, in puram & perpetuam elemoſinam.

Conceſſionem (&c.) quas *Hugo* de *Buſſeto*, filius *Lamberti* de *Buſſeto*, per Cartam ſuam fecit (&c.) de duobus quarteriis bladi; ſcilicet uno quarterio tritici, & uno quarterio ſiliginis, recipiendis de ſe & hæredibus ſuis in Manerio ſuo de **Wigheſlete**, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem (&c.) quas *Willielmus Wynok* de **Fillingham**, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de toſto ſuo cum foſſato & pertinentiis ſuis in **Fillingham**, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, (&c.) quas *VVillielmus Newebrid*, de **Herdewik**, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de octo ſol. redditus, percipiendis per manus ipſius *VVill.* & hæredum ſuorum, infra clauſum de **Brodholme**. Donationem, (&c.) quas *Galfridus* filius *Murielda* de **Thornhaugh**, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de uno toſto & uno croſto, cum pertinentiis in **Herdeby** juxta **Eykel**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, (&c.) quas *Helias* filius *Rogeri*, filii *Rocelini*, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de medietate unius acræ terræ, cum pertinentiis, jacente ſuper **Stamlandes** in liberam (&c.) elemoſinam.

Donationem, (&c.) quas *Marſilius Flandrenſis* de *Lincolnia*, & *Hadewis* ux. ejus, & *Tho.* hæres ſuus, per Cartam ſuam fecerunt, (&c.) de quadam terra in *Lincolnia*; videlicet quæ fuit *VValteri* filii *Johannis* in **Neuland**, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, (&c.) quas *Aubraja* filia *Radulfi*, filii *Lambarti* de *Lincolnia*, per Cartam ſuam fecit, (&c) de totâ terrâ ſuâ, quæ jacet in parochia S. *Edwardi* de *VVickeford* in *Lincolnia*, & de redditu duarum marcarum percipiendarum de eadem terra, in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem, (&c.) quas *Ivo* filius *Radulfi*, filii *Lamberti*, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de tota illa terra, quam *Aubrea* ſoror ſua eis dedit, & de toto redditu de dictâ terrâ proveniente, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, (&c.) quas *Radulfus* de *Muſcampe* per Cartam ſuam fecit, (&c.) de dimidiâ marcatâ redditus, cum pertinentiis in **Colingham**, quam *Radulfus* de *Hag*, & *Nicholaus* frater ejus, dictis fratribus & monialibus proporcionaliter conceſſerunt. Donationem, (&c.) quas *Iſabella* filia *Alvredi* de *Colingham* per Cartam ſuam fecit præfatis monialibus, de quatuor ſolidatis, & duabus denariatis redditus, percipiendis de *Henrico* filio *Ada* de *Muſcampe* & hæredibus ſuis: Donationem, (&c.) quas *Ricardus* de *Claipol* per Cartam ſuam fecit, (&c.) de uno toſto, & *x.* ſelionibus terræ, & una roda prati, & dimidiâ, cum pertinentiis in *North*-**Colingham** in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, (&c.) quas *Walterus Faber* de **Sarelby**, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de quatuor ſelionibus terræ, cum pertinentiis in **Torkeſei**. Donationem, (&c.) quas *Petrus* de *Campania*, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de octo ſol. redditus, cum pertinentiis in **Stowe**. Donationem, (&c.) quas *A.* filius *Mariota* de **Torkeſeie**, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de quatuor ſol. redditus percipiendis per manum ſuam, & hæredum ſuorum, infra clauſum de **Brodholme.**

Donationem (&c.) quas *Simon* de *Hal* Camerarius, per Cartam ſuam fecit (&c.) de *Thoma* de *Hinche*, cum homagio & ſervicio ſuo & hæredum ſuorum; & de uno toſto, & ſex acris & medietate unius bovatæ terræ, cum omnibus aliis terris, pratis & paſcuis, cum pertinentiis, in parvâ **Hal**, ac de unâ denariatâ, & duabus marcatis redditus, & dimidiâ, quas dictus *Thomas* ſibi reddere ſolebat, & de *Ricardo* le *Ken*, cum homagio & ſervicio ſuo, & cum terrâ, quam de eo tenuit in eadem villâ, & de dimidiâ marcatâ redditus percipiendâ de dicto *Ricardo* in liberam (&c.) elemoſinam; ratas habentes & gratas (&c.) confirmamus (&c.) T. Rege apud *Ebor.* 1. die *Decembris*..

PRIORATUS

de **Coverham** *in agro* **Eboracnſi.**

Hiſtoria fundationis ejuſdem.

Ex vet. Rotulo in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

HElewiſia filia & hæres *Ranulphi* de *Glanvilla*, Baronis & Juſticiarii Capitalis *Angliæ*, temporibus Regum *Henrici* ſecundi, & *Ricardi* primi, aſſenſu *Walranni* filii & hæredis ſui, tunc viventis, fundavit Monaſterium Canonicorum, Ordinis *Præmonſtratenſis* apud **Swayneby**; & obiit *xi.* die *Martii* anno gratiæ *MCXCV.* (6. R. 1.) Et à **Swainbye** poſtea tranſlata fuerunt ejus oſſa, & ſepulta in domo Capitulari apud **Coverham.** Sed fundatio prima apud **Swainbie** fuit anno gratiæ *MCXC.* Ut patet per Bullam *Clementis* Papæ tertii, eidem *Walranno* conceſſam.

Radulphus filius *Roberti*, domini de **Midelham,** & frater ejus & hæres *Walranni*, multis habitis altercationibus, inter ipſum, & Canonicos de **Swaynbye,** amovit eos, & fundavit apud **Coverham,** juxta **Midelham,** & contulit eis Eccleſiam de **Coverham** & plura alia terras & tenementa, per finem in Curiâ Regis *Johannis* anno regni ſui *xiiii.* Et obiit anno gratiæ *MCCLi.* Et apud **Coverham** ſepelitur.

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 22. E. 3. n. 39.
Vide Pat. 10. E. 2. p. 2. m. 30.

REx (&c.) Inſpeximus Cartam domini *Henrici* quondam Regis *Angliæ*, progenitoris noſtri, in hæc verba. *Henricus*, Dei gratiâ, Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me, ad petitionem *Walleranni* filii *Roberti*, conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Swineſby**, & Canonicis regularibus, Præmonſtratenſis Ordinis, ibidem Deo ſervientibus, ſubſcriptas donationes, quas ipſe *Walleranus* eis fecit; ſcil. Eccleſiam de **Courcham** cum pertinentiis, & terram de **Swineſby**, cum pertinentiis; & *xvi.* acras terræ in **Letelewelle**; & paſturam ibidem mille ovibus, *xl.* animalibus; & duas garbas decimæ de dominico ſuo in *Hederſeta* & in **Pikeham**; & tres carucatas terræ de acato matris ſuæ, in *Textona*, cum pertinentiis ſuis, & duas bovatas terræ ſimiliter de acato matris ſuæ, in **Pleswebighinge**, cum pertinentiis ſuis; quæ eis dedit & Cartâ ſuâ confirmavit. Præterea concedo eis & confirmo omnes rationabiles donationes, quæ eis fiant ſecundùm quod in Cartis donatorum continebitur. Quare volo (&c.) Teſtibus, *Will.* Decano *Moretoniæ*, *Radulpho* Archidiac. *Colceſtriæ*, *Will.* Comite *Arondelliæ*, *Ranulpho* de *Glanvilla*, *Gilleberto* filio *Remfridi* Dapifero; *Radulfo* filio *Stephani*, *Theod. Walteri*, *Stephano* de *Turneham*, *Gilleberto* de *Aumari*, *Henrico* de *Cornhulle*, apud *Chinonem*.

Inſpeximus etiam literas patentes domini *Edwardi* nuper Regis *Angliæ*, patris noſtri, in hæc verba. *Edwardus* (&c.) Licèt de communi conſilio regni noſtri ſtatutum ſit, quod non liceat viris religioſis, ſeu aliis ingredi feodum alicujus, ita quod ad manum mortuam deveniat, ſine licentiâ noſtra, & Capitalis domini, de quo res illa immediatè tenetur: per finem tamen, quem dilectus nobis in Chriſto Abbas de **Coverham** fecit nobiſcum, conceſſimus & licentiam dedimus (&c.) *Mariæ* de *Neville*, quod ipſa quatuor meſſuagia, quatuor bovatas, & *xl.* acras terræ, & octo acras prati, cum pertinentiis in magnâ **Crakhale** & **Thoraldeby**, dare poſſit & aſſignare præfato Abbati & Conventui ejuſdem loci; habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum (&c.) T. meipſo apud *Weſtm. xx.* die *Nov.* anno regni noſtri ſeptimo (&c.)

Inſpeximus (&c.) *Edwardus* (&c.) licentiam dedimus (&c.) *Godrico* de *Neuſum* & *Johanni* de *Wendeſlay* Capellano, quod ipſi undecim meſuagia, unum molendinum & *xxx.* bovatas terræ, cum pertinentiis in **Menyngthorpe**, quæ de nobis non tenentur in capite (&c.) dare poſſint (&c.) præfatis Abbati & Conventui; habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum (&c.)

Inſpeximus (&c.) *Edwardus* (&c.) Sciatis, quod cum propter paupertatem Abbatiæ de **Coverham,** & deſtructionem ejuſdem per Scotos, de gratiâ noſtra ſpeciali, conceſſerimus (&c.) dilectis nobis in Chriſto Abbati & Conventui loci prædicti, quod ipſi terras, tenementa (&c.) ad valorem *x.* marcarum per annum (&c.) adquirere poſſint (&c.) Nos (&c.) conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, *Edrico* de *Neuſum* & *Johanni* de *Wendeſley* Capellano, quod ipſi quatuor meſuagia, ſex toſta, quatuor bovatas, *Lxxv.* acras terræ, *xxvi.* acras prati, & quinq; acras paſturæ cum pertinentiis, in **Crakhalle**, quæ de nobis non tenentur in Capite (&c.) dare poſſint & aſſignare præfatis Abbati & Conventui; habendas & tenendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. (&c.) In cujus &c. T. meipſo apud *Weſtm.*

Weſt m. primo die *Martii* anno regni noſtri *xiiii.*

Nos autem donationes (&c.) prædictas; necnon donationem (&c.) quas *Rannulphus* filius *Roberti*, per Cartam ſuam fecit Canonicis prædictis, de Eccleſiâ de **Coverham**; & de totâ terrâ ſuâ, ab **Hanetre** uſq; ad **Tediche**, ex tranſverſo vallis, ex utraq; parte aquæ à **Querneſſide** uſq; ad **Waledene**; & de paſturâ ad *Lx.* vaccas cum exitibus duorum annorum in paſturâ ab **Hanetre** uſq; **Roſletchgyle**, ex utraq; parte aquæ, à feſto *omnium Sanctorum* uſq; ad feſtum *S. Crucis* in *Maio*; & de loco & placeâ & maeremio de boſco ſuo in **Coverdale**, ad faciendum ibi domos & receptacula ſibi & averiis ſuis. Et de tribus carucatis terræ in **Textone**; & de *xvi.* acris terræ in **Betelwelle**, & paſturâ ad mille oves & quadraginta animalia, & duabus garbis Decimarum de dominico ſuo de **Hederſete**, & de **Pikenham**; & de duabus bovatis terræ in **Coverham**, quas *Theobaldus* de *Valaines*; & duabus bovatis terræ in eadem villâ, quas *Robertus* filius *Willielmi* nobilis; & ſex acris terræ in eadem villâ, quas *Odardus Carpentarius*; & medietate unius carucatæ terræ, cum pertinentiis, in **Landeberch**, quas *Adam* filius *Wykeman*; & duabus bovatis terræ, cum pertinentiis, in **Coverham**, quas *Gillebertus* de *Scraſtone*; & duabus bovatis terræ, cum pertinentiis, in **Melmorby**, quas *Rogerus* filius *Ricardi* eis dederunt: & de omnibus terris & conceſſionibus quas *Robertus Hervei* de **Suttone** eis fecit; & de omnibus aliis donationibus, quæ eis de feodo ipſius *Ranulphi* rationabiliter factæ ſunt in puram & perpetuam elemoſynam.

Donationem (&c.) quas *Iſoda*, quondam uxor *Johannis* de *Fayerwald*, per Cartam ſuam fecit Canonicis prædictis, de duabus bovatis terræ, cum pertinentiis in **Textone**, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Conceſſionem (&c.) quas *Willielmus* filius *Willielmi* de *Laceles* de *Arlagebthorp*, per Cartam ſuam fecit Canonicis prædictis, de toſto & crofto, & duabus bovatis terræ, cum pertinentiis in *Textona* in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Donationem (&c.) quas *Thomas* de la *Wdehalle* in **Wandeſleydale**, per Cartam ſuam fecit Canonicis prædictis, de unâ acrâ prati, cum pertinentiis, in **Thornetone-Ruſt**; & de toto prato ſuo in **Creſkelde**, in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Donationem (&c.) quas *Elias* filius *Willielmi*, filii *Ulf* de *Eſt*-**Boulton**, per Cartam ſuam fecit prædictis Canonicis, de medietate unius acræ terræ, cum pertinentiis, in **Thornetone-Ruſt** in puram & perpetuam elemoſynam. (&c.) Data per manum noſtram apud *Weſtm. xii. Febr.*

Stemma dominorum de **Midleham** *fundatorum Prioratus de* **Coverham**.

Ex præfito Rot. in turri beatæ *Mariæ Eboraci.*

SCiendum eſt, quod non habemus, niſi tantum iſtas duas carucatas, in nullo loco, ex anteceſſoribus Dominæ de **Taterſhall**, quæ eſt Domina de **Welle**, & de **Snape**, & uxor *Roberti* de *Taterſhall*; cujus ſoror *Maria* primogenita, eſt domina de **Midelham**, quondam uxor *Roberti* de *Novavilla* junioris; quarum pater vocabatur *Radulfus* filius *Ranulfi*, Pater *Ranulfi*, fuit iſte *Robertus* filius *Radulfi*. cujus eſt ultima hæc Charta præcedens. Hic *Robertus* fundavit domum de **Midleham**. Pater hujus *Roberti* vocabatur *Radulfus* filius *Ribaldi*, cujus eſt Carta penultima præcedens. Quis fuit pater *Ribaldi* ignoratur. Dicitur, quod ille natus fuit in partibus tranſmarinis. Et ſic patet breviter, de anteceſſoribus *Radulfi* filii *Ranulfi*, cujus hæreditas dividebatur inter duas filias ſuas, (ſcilicet) *Mariam* primogenitam, dominam de **Midleham**, quæ ex viro ſuo præfato, habet tres filios, *Ranulphum* ſcilicet de *Nevile* primogenitum, ad quem, præter hæreditatem matris, ſpectat hæreditas *Roberti* de *Nevile* adhuc ſuperſtitis. Soror *Mariæ* junior, uxor *Roberti* de *Taterſhall* vocatur *Joanna*.

ABBATHIA

S. Agathæ, *juxta* Richmundiam, *in agro* Eboracenſi.

De fundatore ejuſdem.

Ex vet. Rot. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

ITem Canonici de *Sancta Agatha* tenent in medietate, de *Roaldo* Conſtabulario, fundatore ſuo; & ipſe *Roaldus* de rege (&c.)

Conventiones inter Abb. & Conv. S. Agathæ, *& dominum* Henricum *filium* Ranulphi, *per quas dicti Abbas & Conv. conceſſerunt præfato* Henrico, *quicquid habent in* **Kerperby** *(exceptis duabus bovatis terræ) in feodi firmam.*

Cartæ 20. E. I. m. 4. per Inſpex.

ANno gratiæ *M.CC.* quinquageſimo tertio, ad feſtum ſancti *Nicolai*, ita convenit inter Abbatem & Conventum de *Sancta Agatha* ex unâ parte, & dominum *Henricum* filium *Ranulphi*, ex altera; videlicet, quod iidem Abbas & Conventus dederunt & conceſſerunt, & hac Cartâ cyrographata confirmaverunt, dicto *Henrico* & hæredibus ſuis, vel ſuis aſſignatis, quicquid habuerunt, vel habere potuerunt in **Kerperby**, tam in dominico, quàm in ſervitio, cum homagiis, releviis, eſcaetis, exceptis duabus bovatis terræ, cum toftis, & croftis, & omnibus pertinentiis ſuis, quas *Walterus* filius *Viel* tenuit, ſalvâ etiam eiſdem Canonicis medietate communis paſturæ extra clauſum ſuum, quam priùs habebant in eadem villâ. Habendum & tenendum in puram, & perpetuam elemoſinam dicto *Henrico* & hæredibus ſuis, vel ſuis aſſignatis, ita liberè, pacificè, & quietè, ab omni ſervitio conſuetudine vel exactione ſeculari, ſicut dicti Abbas & Canonici liberiùs & quietiùs illud tenementum cum pertinentiis ſuis tenuerunt. Reddendo inde annuatim dictis Abbati & Conventui & ſuis ſucceſſoribus, unam libram cimini ad feſtum *Sanctæ Agathæ*, pro omni ſervitio, conſuetudine, & demandâ, & exactione ſeculari ſicut prædictum eſt imperpetuum. (&c.) Hiis teſtibus. *Johanne* filio *Henrici*, *Waltero* de *Egleſclive*, tunc Ballivo de **Richmund**; Magiſtro *Galfrido* perſonâ de **Braundeſpath**; *Ada* de *Neirford*, *Thoma* de *Otrington*, *Willielmo* de *Holteby*, *Alano* de *Cabergh*, militibus; *Willielmo* de *Uſeburn*, tunc perſonâ de **Bentham**, *Ada* filio *Ranulphi*, *Johanne* de *Boyvill*, *Rogero* de *Ask*, & multis aliis. (&c.)

Carta Rogeri *de* Moubray, *quicquid Canonici* S. Agathæ *habent in* **Garcedale** *&* **Gricedale**, *confirmans.*

OMnibus Chriſti fidelibus præſentibus & futuris, *Rogerus* de *Moubray* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, me divinæ pietatis intuitu, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Canonicis de *Sancta Agatha*, juxta **Richemund**, quicquid habent in **Garcedale** & **Griſedale**, tam ex donis *Ade* de *Stauelay*, & *Henrici* filii *Ranulphi*, militis mei; & *Adæ* de *Mameby*, quàm ex donis *Radulfi* filii *Alani*, & *Elyæ* filii *Radulphi*, & *Jordani* de *Bebaldethaytes*, cum omnibus pertinentiis ſuis, libertatibus & ayſiamentis, tam in longitudine quàm in latitudine, ſine aliquo retenemento: Habendum & tenendum eiſdem Canonicis & ſuis ſucceſſoribus, liberè, pacificè, & quietè, in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, ſicut Cartæ prædictorum donatorum ſuorum, quas indè habent, rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus, dominis *Ada* de *Nayrford*, *Johanne* de *Cauncefeld*, *T.* de *Otrington*, *Will.* de *Holteby*; *Joh.* le *Breton* de **Coleburn**, militibus; *Willielmo Uſeburn*, tunc perſonâ de **Benetham**; *Adam* filio *Ranulphi*; *Nigello* filio *Gregorii* de **Burton**, *Thoma* de *Boyvill*, & multis aliis.

Carta Regis Edwardi *tertii*, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 3. E. 3. p. 1. m. 6.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas *Alanus Bygot* de **Bartone**, per Cartam ſuam, pro ſe & hæredibus ſuis, fecit Canonicis *S. Agathæ* juxta **Richemund**, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, de medietate unius acræ terræ, cum pertinentiis, apud **Wulfaracres** in campis de **Bartone**; & de totâ terrâ, quæ fuit ipſius *Alani* juxta viam de **Melſamb**, propinquiorem terræ Baronis de **Kendale**; & de terra quæ fuit ejuſdem *Alani*, jacente inter terram Baronis de **Kendale**, & terram *Willielmi Perkok* de **Bartone atthewode-gate**, cum pertinentiis. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas idem *Alanus* per eandem Cartam ſuam, pro ſe & hæredibus ſuis, fecit præfatis Canonicis & eorum ſucceſſoribus, imperpetuum, de totâ terrâ, cum pertinentiis, quam iidem Canonici habuerunt in **Bartone** ex dono *Amabilis Bigot*, matris ipſius *Alani*; ſcilicet de totâ terrâ, quæ fuit ipſius *Amabilis* apud **Luſhou**, & **Wulfacres**. Donationem (&c.) quas *Willielmus* de *Bartone* ſerviens, per Cartam ſuam, pro ſe & hæredibus ſuis fecit (&c.) de quatuor acris terræ, & medietate unius acræ mariſci, cum pertinentiis, in **Bartone**. Donationem (&c.) quas idem *Willielmus* (&c.) fecit (&c.) de homagio & ſervicio *Hugonis Korth* & hæredum ſuorum, de medietate unius bovatæ terræ, cum annuo redditu unius denarii, cum pertinentiis, de eodem *Hugone* & hæredibus ſuis, die *Natalis* domini percipiendo; Et de homagio & ſervicio *Willielmi Pylle* & hæredum ſuorum, de quinq; acris terræ, cum annuo redditu unius denarii, cum pertinentiis, de eodem *Willielmo* & hæredibus ſuis, pro eadem terrâ die *Paſchæ* percipiendo. Et de homagio & ſervicio *Rogeri Ranke* & hæredum ſuorum, de duabus acris terræ, cum annuo redditu unius denarii cum pertinentiis de eodem *Rogero* & hæredibus ſuis, pro eadem terrâ die *Paſchæ* percipiendo. Et de homagio & ſervicio *Alani Lulley*, & hæredum ſuorum, de unâ acrâ terræ & dimidia, cum annuo redditu unius denarii cum pertinentiis, de eodem *Alano* & hæredibus ſuis, pro eadem terrâ die *Natalis* domini percipiendo.

Donationem (&c.) quas idem *Willielmus* de *Bartone* (&c.) fecit (&c.) de toto jure (&c.) in totâ terrâ, quæ fuit quondam *Lewys*, cum pertinentiis, in **Bartone**. Donationem (&c.) quas *Alanus Bulur* de **Barton**, filius *Hugonis* Clerici (&c.) fecit (&c.) de uno tofto, cum exitu verſùs moram, & de novem acris terræ cum pertinentiis, in **Bertone**. Donationem (&c.) quas idem *Alanus* (&c.) fecit (&c.) de homagio & ſervicio *Hugonis Tonay*, & hæredum ſuorum, de uno tofto, quod idem *Hugo* de præfato *Alano* tenuit in **Bartone**; ſcilicet de annuo redditu unius denarii cum pertinentiis infra nundinas **Richemund** ſolvendo. Donationem, (&c.)

quas *Alexander* de *Mora* de *Bartona*, (&c.) fecit, (&c.) de ſex acris terræ, cum pertinentiis in **Bartone**. Donationem, (&c.) quas *Johannes Carpentarius* de **Bartone**,(&c.) fecit, (&c.) de totâ terrâ, quam idem *Joh.* tenuit de eiſdem Canonicis, & de fabricâ Eccleſiæ eorum cum pertinentiis in **Bartone**; & de toſto cum pertinentiis, quod idem *Joh.* habuit in **Bartone**, & de totâ terrâ, cum pertinentiis, quam idem *Joh.* habuit ſuper **Mickilmirelandes**; & de totâ terrâ cum pertinentiis quam habuit apud **Bladepe**; & de totâ terrâ, cum pertinentiis, quam habuit apud le **Gares**, & de totâ terrâ, cum pertinentiis, quam habuit apud **Littelhohulandes**: Et de tota terra cum pertinentiis, quam habuit apud **Scotkelande**, ſubtus **Neutone**. Et de tota terra, cum pertinentiis, quam habuit juxta molendinum de **Bartone**: Et de tota terra, cum pertinentiis, quam habuit apud **Henhou**; Et de tota terra, cum pertinentiis,quam habuit juxta viam de **Melſamby**, propinquiorem terræ *Johannis Corthe*. Et de tota terra, cum pertinentiis, quam habuit apud **Melſambymire**, & inter les **Ranes** & apud le **Rodeckoll**, juxta terram prædictorum Canonicorum in utroq; loco. Donationem, (&c.) quas *Galfridus Pille* de **Bartone**,(&c.) fecit, (&c.) de tribus acris terræ, cum pertinentiis in **Bartone**. Donationem, (&c.) quas *Alanus* filius *Rogeri Rant* de **Bartone** fecit, (&c.) de uno meſſuagio, cum pertinentiis in **Bartone**. Donationem, (&c.) quas idem *Alanus* fecit, (&c.) de quinq; acris terræ & dimidia, & medietate unius rodæ, & tertia parte unius rodæ terræ, cum pertinentiis in dictâ villâ de **Bartone**. Donationem, (&c.) quas *Joh.* filius *Michaelis* miles, (&c.) fecit, (&c.) de duabus bovatis terræ, cum prato & omnibus aliis pertinentiis ſuis in **Neuton-Morell**. Donationem, (&c.) quas *Ricardus* le *Barbur*, (&c.) fecit, (&c.) de duabus placeis, ſimul jacentibus in **Eſeby**, juxta **Richemund**, cum pertinentiis. Donationem, (&c.) quas *Ric.* le *Barbur*, (&c.) fecit, (&c.) de uno ſelione terræ, cum pertinentiis in **Eſeby**, jacente in quodam loco vocato **Eſelond**. Donationem, (&c.) quas *Henricus* filius & hæres *Willielmi Drimale*, de **Eſeby** juxta **Richemund**, (&c.) fecit,(&c.) de toto meſuagio, quod fuit ipſius *Henrici* cum crofto adjacente, & octo acris terræ, & una roda terræ & dimidiâ cum pertinentiis in **Eſeby**. Donationem, (&c.) quas *Ricardus* le *Barbur* (&c.) fecit, (&c.) de uuo ſelione terræ, cum pertinentiis in **Eſeby** jacente in quodam loco vocato **Natirdale**, ratas habentes, (&c.) confirmamus, (&c.) T. Rege apud **Wyndeſore** *xxiv.* die *Julii*.

Licentia Regis Ricardo *le* Scrope *de* **Bolton**, *pro* CL *l. redditus Abbati & Conv. S.* Agathæ *concedendo, ad ſuſtentationem decem Canonicorum Capellanorum in Abbatia prædicta.*

Pat. 16 R. 2. p. 3. m. 10.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali conceſſimus, & licentiam dedimus, (&c.) *Ricardo* le *Scrope* de **Bolton**, quod ipſe dare poſſit & concedere Abbati & Conventui S. *Agathæ* in Com. *Ebor.* quendam annuum redditum centum & quinquaginta librarum, percipiendum de Maneriis de **Brignale**; **Caldewelll Clyf** ſuper **Teſe**; **Thornton-Stiward**; **Brakene**; **Sleame**; **Diſford**, & **Middelton-Quernhowe**, cum pertinentiis in Com. prædicto; quæ quidem Maneria de aliis, quàm de nobis in capite immediatè tenentur, ut dicitur, ad terminos *Paſchæ* & S. *Michaelis* per equales portiones, cum ſufficienti clauſulâ diſtrictionis in Maneriis prædictis. Habendum & tenendum eiſdem Abbati & Conventui & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, pro ſuſtentatione decem Canonicorum Capellanorum ultra numerum Canonicorum jam in eadem Abbatiâ communiter exiſtentium; ac duorum Capellanorum ſecularium, divina pro ſalubri ſtatu noſtro & hæredum noſtrorum, ac ipſius *Ricardi* & hæredum ſuorum, dum vixerimus; & pro animabus noſtris, cum ab hac luce migraverimus, ac animabus progenitorum noſtrorum, & anteceſſorum dicti *Ricardi* & omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem ipſius *Ricardi* celebraturorum; necnon pro ſuſtentatione viginti & duorum pauperum in Abbatiâ prædictâ inveniendorum & ſuſtinendorum, pro ſtatu & animabus prædictis, juxta ordinationem prædictam, ut prædictum eſt, oraturorum imperpetuum, (&c.) T. Rege apud *Weſtm. xx.* die *Maii*.

Conſimilis licentia præfato Ricardo *le* Scrope, *quod Manerium* de **Brompton** *ſuper* **Swale**, *eiſdem Canonicis concedere poſſit.*

Pat. 3 R. 2. p. 3. m. 17.

REx, (&c.) Sciatis quod, (&c.) licentiam dedimus, (&c.) *Ricardo* le *Scrope* nuper Cancellario noſtro, quod ipſe Manerium ſuum de **Brompton** ſuper **Swale**, cum pertinentiis, quod de nobis non tenetur in Capite, & valet per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem ejuſdem decem libras tres ſolidos & quatuor denarios, ſicut (&c.) eſt compertum; dare poſſit & aſſignare Abbati & Conventui S. *Agathæ* juxta **Richmund**. Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, (&c.) T. Rege apud *Weſtm. viii.* die *Maii*.

ABBATIA

de Torre, in agro Devonienſi.

Carta Fundationis ejuſdem, per Willielmum Briwere.

Ex Regiſt. Abb. de Torre in Scac. penes Remem. Regis f. 4. a.

Vide *Cart. Antiq.* G n. 16.

Pat. 32. E. 3. p. 1. m 3.

Et Pat *6.* E. 4. p. 3. m. 10.

Et. Pat. 9. E. 2. p. 2. m. 17.

OMnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens Carta pervenerit, *Willielmus Briwer* ſalutem in Domino ſempiternam: Univerſitati veſtræ notum facio, me caritatis intuitu, & pro ſalute Domini *Ric.* Regis *Angliæ*, & pro ſalute *Henr.* Regis patris ſui, necnon pro ſalute meâ, & animarum omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, dediſſe, & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, pro me & hæredibus meis imperpetuum, Deo & Eccleſiæ ſancti *Salvatoris* de Torre, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, ordinem *Præmonſtratenſem* profeſſis, ipſum locum ad Abbatiam conſtruendam, ubi Eccleſia ſancti *Salvatoris* fundata eſt; ſcilicet, culturam quæ dicitur Rowedon in villa de Torre per metas & terminos ſubſcriptas; ſcilicet per viam quæ venit de Kokington uſq; in villam de Torre, ſic ante portam quæ fuit *Richardi*, tunc perſonæ de Torre, per viam quæ deſcendit uſq; in mare, & ſic à mari uſq; ad calcetum; & à calceto uſq; ad viam præfatam, quæ venit de Kokington per certam terram cum fonte qui vocatur Efrideſwelle; & quicquid infra præfatas metas continetur; Et talem libertatem piſcandi, & ſagenam trahendi in mari de Torre, qualem ego habeo, vel habere potero, vel hæredes mei. Dedi etiam & conceſſi eis, Eccleſiam de Torre integrè, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis; Et ſimiliter paſturam centum ovibus in eadem villa, ut prædicta perſona eam habuit, & habere debuit. Dedi etiam, & eis conceſſi totam villam meam de Woleburgh, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, & cum omnibus pertinentiis, & libertatibus ſuis, ſicut *Willielmus* de *Brywere* eam mihi dedit, pro homagio & ſervitio meo, & pro quadraginta Marcis argenti, quas ei dedi. Conceſſi etiam eis, & confirmavi totam terram meam de Grendel, quæ eſt de Manerio de Wodebery, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, quam *Reginaldus* de *Albamara* mihi dedit: Dedi etiam eis, & conceſſi unum ferlingum terræ in Uggeburgh, cum paſturâ, & Communâ moræ de Dertemore, ad præfatum Manerium pertinentem; & cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis; Et unum ferlingum terræ in Braworthi cum omnibus libertatibus, & pertinentiis ſuis; & Eccleſiam ejuſdem villæ de Bradeworthi, cum Capellâ de Prankardeſwike, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus ſuis. Dedi etiam, & conceſſi prædictis Canonicis, molendinum præfatæ villæ de Bradeworthi, cum totâ ſequelâ molræ hominum meorum ejuſdem villæ, & omnium aliorum, qui prædictum molendinum ſequi ſolebant, dum fuit in manu meâ, & cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad prædictum molendinum pertinentibus. Conceſſi verò, quod dicti Canonici ſtagnum ſuum prædicti molendini poſſint emendare de terrâ meâ, liberè, & ſinè impedimento mei, vel hæredum meorum, ex illa parte aquæ, quâ mea terra jacet.

Præterea dedi, & conceſſi memoratis Canonicis, totam terram de Northſchillinford, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis, quam emi de *Will.* de *Traci*, pro quatuor viginti marcis argenti. Item dedi eis, & conceſſi quandam partem terræ in villâ meâ de Coleton, quæ jacet infra hos terminos; ſcilicet, per viam quæ venit de Torre, per la Wyngate, verſùs villam de Coleton uſq; ad aliam viam, quæ venit de eadem villa de Torre; & ſic aſcendendo per eandem viam, uſq; ad terram de Karſwille, cum monte qui vocatur Kyngeſdon, & inde redeundo per boſcum de Kokington, & per terminum, qui dividit terram de Kokington, & terram de Coleton, uſq; ad præfatam villam, quæ venit per la Windgate de prædicta villa de Torre. Præterea dedi, & conceſſi prænominatis Canonicis, quod faciant ſtagnum, & unum vivarium ex parte de Northwille de Torre, ad Aquæ-ductum faciendum, ad officinas, & alia aiſiamenta ſua, ſicut ſibi meliùs & utiliùs viderint expedire, & liceat eis facere Conductus, & ductus aquarum, per omnes terras meas uſq; ad officinas ſuas, ab omnibus fontibus, quos ad aquam ducendam aptos invenerint, ſivè in terris noſtris; ſivè aliorum, à quibus licentiam aquæ ducendi poterunt impetrare. Quare volo & firmiter præcipio, quod ſæpedicti Canonici habeant, & teneant omnes prædictas terras, & tenementa præſcripta, cum omnibus libertatibus, & pertinentiis ſuis, necnon & omnia ſuprà memorata benè & in pace, liberè & quietè, honorificè, integrè, & plenariè; in boſco & plano; in viis & ſemitis, & exitibus; in pratis, paſchuis, & paſturis, & communis; in Eccleſiis & Eccleſiarum advocationibus, in turbariis, juncariis, & piſcariis; in aquis, & aquarum ductibus, & curſibus, in ſtagnis, & vivariis; in molendinis, & ſitu molendinorum; & in omnibus ayſiamentis ſuis, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, ad prædictas terras, & tenementa pertinentibus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ſolutè & quietè ab omni ſeculari opere, & conſuetudine, & ſeculari exactione, ſectis, & demandis imperpetuum: Et ſi aliqua libertatum, per me eis conceſſarum, proceſſu temporis, quocunq; caſu contingente uſi non fuerint; nihilominùs tamen poſtea utantur libertate eadem ſine contradictione aliqua mea, vel hæredum meorum, non obſtante eo, quod aliquo caſu ea uſi non fuerint: Ego autem & hæredes mei prædictas terras, & tenementa, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, prout prædictum eſt, warantizare tenemur,


TORRENS IS
in Com. Devon:
pro
Vt prisca Majorum pieta
memoretur posuit
IOHANNES STOWEL
de Bovytracy in Com:
Devon: Armiger.
O
M
L
N
Torre Bay
A


ANSIS olim ABBATIÆ
Devon: nunc in Ruinis,
prospectus.
A. The hill where this was drawen,
B. The Tower which remaines of yᵉ old Church
C. The Ruines of the Old Church.
D The Old Buildings belonging to yᵉ Abby,
E The New buildings,
F The Gatehouse on yᵉ west side of yᵉ Abby,
G. The Orchard,
H The old Gatehouse,
I The old Barne
K Old Ruines
L. Painton key,
M. Painton Towne,
N. Leuermead key,
Q. The hill aboue Blayto,
P. Chilsen,
Q Torr Church,
R. Sᵗᵉ Maries Chapell.
C
G
R

acquietare, & defendere prædictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, contra omnes mortales imperpetuum. Hiis Teſtibus, *Henrico Exonienſi* Epiſcopo; *Willielmo* Abbate de *Bukfeſtria*, *Oſmundo* Abbate de *Rupe*; *Richardo* Abbate de **Welbek**; *Willielmo* Abbate de **Rufford**; *Stephano* Priore de **Wirkſop**; *Johanne* de *Toritone*; *H.* filio Comitis; *Richardo Flandrenſi*; *Willielmo* de *Briwera*; *Willielmo* de *Punchardon*; *Richardo* filio *Walteri*; *Roberto Champeaus*; *Henrico* de *Campo-Ernulpho*; *Radulpho* de *Siccavilla*, *Johanne* de *Briegwere*; *Reginaldo* de *Albamara*, *Galfrido* de *Albamara*; *Hugone* de *Stoddon*; *Luca* de *Tetteburn*; *Waltero Colum*; *Willielmo Saunzaver*; *Radulfo* filio *Richardi*; *Galfrido* de *Eſtre*, *Willielmo* de *Kelly*; *Baldwino* de *Bellaſton*; *H.* de *Toriton*, *T.* de *Rocheford*; *Willielmo* Clerico de *Eyſſelegh*; *Willielmo Briegwere* filio meo; *Fulberto* de *Dovera*; *Willielmo* de *Rotomago*; *Alano* de *Boklonde*; *Roberto Germyn*; *Rogero Burnel*; *Waltero* filio *Yvonis*, & pluribus aliis.

Carta Domini Regis Johannis, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Adhuc ex præfato Regiſtro de **Torre**. fol. 7. b.

JOhannes, Dei gratiâ, Rex *Angliæ* &c. ſciatis nos, ad petitionem dilecti & fidelis noſtri, *Willielmi Briwere*, conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Eccleſiæ *Sancti Salvatoris* de **Torre**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, de ordine *Præmonſtratenſis* Eccleſiæ, ſubſcriptam donationem, quam idem *Willielmus* eis fecit in puram, & liberam, & perpetuam elemoſinam; ſcilicet locum in quo ſitum eſt Monaſterium de **Torre**, & Eccleſiam ejuſdem villæ, integrè, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et ex dono ejuſdem *Willielmi*, villam de *Woleborga*, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et ex dono ejuſdem *Willielmi*, terram de **Coleton**, & villam de **Ozendil**, & unum ferlingum terræ in **Uggeburgh**, cum communiâ paſturæ de **Dertemore**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono ejuſdem *Willielmi*, unum ferlingum terræ; cum pertinentiis, in **Bramworthy**, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum pertinentiis. Et ex dono ſæpedicti *Willielmi*, & *Willielmi* de *Traſci*, & *Drogonis* de *Mungironn*, villam de **Northſchillyngforde**, cum omnibus ad eam pertinentibus, ut in terris, & tenementis, & in advocationibus Eccleſiarum, redditibus, & in omnibus aliis rebus. Et ex dono *Johannis* de *Toriton*, villam de **Paggeleghe**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et ex dono *Walteri* filii *Ivonis*, unam virgatam terræ & dimidiam, cum pertinentiis; ſcilicet in **Nywenham**. Et ex dono *Walteri* de *Vaſcy* terram de **Kyngeſwere**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod præfati Canonici habeant & teneant omnia prædicta, & omnia, quæ impoſterum perquirere poterunt, rationabiliter, cum omnibus pertinentiis ſuis, benè, & integrè, & in pace, liberè, & quietè, & plenariè, & honorificè, in advocationibus Eccleſiarum, in terris & tenementis, & redditibus, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in vivariis, & ſtagnis, in aquis & molendinis; in mariſcis & turbariis; in viis, & ſemitis, & in omnibus aliis locis, rebus, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus, quieta ab omni ſervicio, & ſeculari exactione, ſicut Cartæ donatorum, vel venditorum rationabiliter teſtantur.

Vide Pat. 31. H. 6. p. 1. m. 20.

Præterea conceſſimus eis, ut habeant, per omnes terras & tenementa ſua, *ſokam*, & *ſakam*; & *tol*, & *theam*; *Infanginthef*, & *Utfangenthef*, & teneant omnes terras ſuas liberas, & quietas de ſectis Schirarum & Hundredorum, & de placitis foreſtæ; & de querelis, & de pecuniâ dandâ pro foriſfacto de murdro, & **Wapintake**; de ſcutagio, Geldis, Denegeldis, hidagio; aſſiſis; Operationibus Caſtellorum, Parcorum, Pontium, Calcearum, *Ferdwite*, *Leyrwite*, *Hundredpeni*; *Tethingpeny*; *Hengwite*; *Flemeſſret*, *Hamſokyn*, *Warpeny*; *Blodwite*, *Richtwite*. Et ſint ipſi & homines ſui quieti, per totam terram noſtram, de omni theloneo, de omnibus rebus, quas ipſi Canonici vel homines ſui poterunt aſſecurare, quod emant vel vendant ad proprios uſus ipſorum Canonicorum, vel hominum ſuorum; de pontagio, paſſagio, laſtagio, ſtallagio, & de omnibus rebus, & aliis occaſionibus; exceptâ ſolâ juſticiâ mortis & membrorum. Et prohibemus ne ponantur in placitum de aliquo, niſi coram nobiſmetipſis, vel Capitali Juſticiario noſtro. Item conceſſimus eis & confirmavimus, quod ſi aliquis hominum ſuorum vitam & membra debeat amittere, vel fugerit, & judicio ſtare noluerit; vel aliud delictum fecerit, pro quo debeat catalla ſua perdere, ipſa Catalla ipſorum Canonicorum ſint, quantum ad nos vel ad Curiam noſtram pertinet. Hiis teſtibus, (&c.)

Carta Beatricis *de* Valle, *uxoris* Willielmi Briwere.

Ib. fol. 12. a.

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Beatrix* de *Valle* ſalutem. Univerſitati veſtræ notum facio, me divinæ caritatis intuitu, pro ſalute domini *R.* Regis *Angliæ*, & *H.* Regis patris ſui; necnon & pro ſalute Domini & ſponſi mei *Willielmi Briwere*, & meâ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe donationem & conceſſionem, quam *Willielmus Brywere*, dominus & ſponſus meus, fecit & conceſſit Deo & Eccleſiæ ſancti *Salvatoris* de **Torre**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Ordinem *Præmonſtratenſem* profeſſis. Inprimis locum ipſum qui vocatur **Notwrdone** ubi Eccleſia *ſancti Salvatoris* fundata eſt, per metas & terminos ſubſcriptos; ſcilicet per viam quæ venit de **Cokyngton**, uſque ad villam de **Torre**; & ſic ante portam *Ricardi Briwere*, tunc perſonæ Eccleſiæ præfatæ villæ, per viam, quæ deſcendit uſque in mare; & ſic à mari uſque ad Calcetum; & à Calceto aſcendendo uſque ad viam præfatam, quæ venit de **Cokyngton**;

Cokyngton, per certam terram cum fonte quæ dicitur **Eſidewelle**; & quicquid infra præfatas metas continetur; & talem libertatem piſcandi, & ſagenam trahendi, in mari, qualem præfatus dominus meus eis conceſſit & Cartâ ſua confirmavit. Concedo etiam eis Eccleſiam de **Torre**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, perpetuo poſſidendam; & paſturam in villa de **Torre**; & unum ferlingum terræ in manerio de **Uggeburgh**, cum paſturâ, & comunâ ejuſdem manerii, & moræ de **Dertemere**, ad præfatum manerium pertinente. Et ſitum ſtagni & vivarii, ex parte de *North* præfatæ villæ de **Torre**, ad Aquæductum faciendum ad officinas ſuas; & alia aiſiamenta ſua, ſicut eis meliùs, & utiliùs viderint expedire. Hæc autem omnia Deo & Eccleſiæ ſancti *Salvatoris* de **Torre**, & prænominatis Canonicis concedo & confirmo, ſicut dominus meus *Willielmus Briwere* illis ea conceſſit, & Cartâ ſuâ confirmavit. Hiis teſtibus, &c.

Carta W. Briwere *junioris, de terra de* **Colecton** & **Ylſham.**

Ib. f. 12. b. OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Willielmus Briwere* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me, divinæ caritatis intuitu, dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis* de **Torre**, & Canonicis *Præmonſtratenſis* Ordinis, ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & *Johannæ* uxoris meæ, & pro animabus domini *W. Briwere*, patris mei, *Beatricis* matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, cum corpore meo, totam terram meam de **Ylſham**, & de **Coleton**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et totum pratum meum, quod jacet in occidentali parte calcetæ, quæ deſcendit de Abbathia de **Torre**, uſque ad mare, inter prædictam calcetam & pratum de **Cokyngton**. Habendum & tenendum prædictæ domui de **Torre**, & Canonicis prænominatis, totam prædictam terram, in liberam elemoſinam, liberè, quietè, integrè, pacificè, benè, & in pace; cum omnibus pertinentiis ſuis, libertatibus, & liberis conſuetudinibus, ad dictam terram pertinentibus; in boſco, in plano; in pratis, in paſchuis; in viis, in ſemitis; in aquis, in molendinis; in ſtagnis, in moris, & turbariis; in liberis introitibus & exitibus, & in omnibus aliis locis & rebus ad prædictas terras pertinentibus, quietam imperpetuum ab omni ſeculari ſervicio, & exactione. Ego verò & hæredes mei totam prædictam terram cum omnibus pertinentiis ſuis prædictæ domui de **Torre**, & Canonicis prænominatis contra omnes mortales imperpetuum warantizare debemus. Et ut hæc donatio, & præſentis Cartæ meæ confirmatio, perpetuæ firmitatis imperpetuum robur optineant, huic præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui (&c.)

Confirmatio Reginaldi *de* Mohun, *de bonis per fundatores conceſſis.*

Ib. f. 14. a. OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, hoc ſcriptum viſuris vel audituris, *Reginaldus* de *Mohun* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me, caritatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & animarum anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, confirmâſſe, pro me & hæredibus meis, imperpetuum, donationes omnium terrarum & tenementorum, poſſeſſionum, reddituum, & Eccleſiarum, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, quas *Willielmus Briwere* avus meus, & *Willielmus Briwere* filius ejus, avunculus meus fecerunt Deo & Eccleſiæ *Sanctæ Trinitatis* de **Torre**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in Ordine *Præmonſtratenſi*, Habendas & tenendas eiſdem Canonicis & ſucceſſoribus ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam ſolutè & quietè ab omni ſervili opere, & conſuetudine, & ſeculari exactione, ſectis, & demandis imperpetuum; ſicut meliùs & quietiùs eiſdem donationibus, cum omnibus aliis prædictis, prædicti Canonici, tempore prædicti avunculi mei & tempore meo hactenus uſi fuerunt. Ut autem iſta confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineat, eam præſenti ſcripto, & ſigilli mei impreſſione, roboravi. Hiis teſtibus. &c.

Conventio facta inter Abbatem & Conventum de **Torre**, *&* Reginaldum *de* Mohun, *ſuper Capella per ipſum* Reginaldum *pro ſe & familia ſua, apud* **Torre**, *erigenda.*

Ib. f. 14. b. COnvenit Die *Martis* proximâ ante *Paſcha floridum*, anno regni Regis *H.* filii Regis *Johannis xxxvi.* inter *Simonem* Abbatem & Conventum de **Torre**, ex unâ parte, & dominum *Reginaldum* de *Moun*, ex altera; videlicet quod dictus Abbas & Conventus conceſſerunt dicto *Reginaldo* & hæredibus ſuis, erigere Capellam in Curiâ ſuâ de **Thorre**, in quâ ſibi & liberæ familiæ ſuæ, per Capellanos ſuos divina faciant miniſtrari; Ita quod in dictâ Capellâ nullum ſit Baptiſterium, nec aliquod jus parochiale excerceatur; nec etiam parochiani in eadem Capellâ ad aliquod Eccleſiaſticum admittantur. Servientes verò Curiæ, qui non fuerint de liberâ familiâ Domini, parochialem Eccleſiam excerceant. Dictus verò *Reginaldus* conceſſit, pro ſe & hæredibus ſuis, imperpetuum, quod dictus Abbas & Conventus de **Thorre**, percipiant medietatem omnium oblationum & obventuum prædictæ Capellæ, undecunque & quibuſcunque modis advenerit. Capellani verò dicti *Reginaldi* & hæredum ſuorum poterunt celebrare in parochiali Eccleſiâ, & percipere medietatem omnium Oblationum & obventuum dicti *Reginaldi* & hæredum ſuorum, & hoſpitum, & liberæ familiæ ſuæ, quouſque Capella in dictâ Curiâ erigatur. Et ſi contingat, quod aliqui de liberâ familiâ dicti *Reginaldi*, vel hæredum ſuorum vel hoſpitum, Capellanis dictorum Abbatis & Conventus, in matrici Eccleſiâ, aliquid obtulerint, medietas ejuſdem oblationis liberabitur Capellanis eorundem *Reginaldi*, & hæredum ſuorum. Iidem autem Capellani, ſacramentum dicto Abbati præſtabunt, de indempnitate matricis Eccleſiæ, in prædictis conſervandâ; & quod fideliter medietatem omnium dictarum oblationum, ſibi vel certo ſuo aſſignato, liberabunt, ſive in Capellâ, ſive in Eccleſiâ celebraverint. Si verò Capellani dicti *Reginaldi* vel hæredum ſuorum, contra formam prætaxatam aliquo caſu venerint, & convicti fuerint, vel deprehenſi, licebit dicto Abbati ipſos ſuſpendere ne celebrent in parochiâ de **Thorre**, quouſque de offenſâ rationabiliter fuerit ſatiſfactum. Hanc autem conventionem fideliter, & ſine dolo, tenendam, utraque pars, ſub ſuæ fidei religione promiſit; Et ad majorem ſecuritatem huic ſcripto, in modum Cirographi, confecto, alternatim Sigilla ſua appoſuerunt. Hiis teſtibus, &c.

ABBATHIA

de **Hales-Owein** *in agro* Salopienſi.

Breve Regis Johannis, *de Manerio de* **Hales**, Petro *de* Rupibus Wintonienſi *Epiſcopo, conceſſo.*

Clauſ. 16. Joh. m. 18.

R &c. Vic. *Staff.* ſalutem. Scias quod dedimus venerabili patri noſtro, domino *P. Winton.* Epiſcopo, manerium de *Hales*, cum advocatione Eccleſiæ, & cum omnibus eidem manerio pertinentibus, ad faciendum ibi domum Religionis. Et ideo tibi præcipimus, quod eidem Epiſcopo, vel nuncio ſuo, ſine dilatione, cum omnibus pertinentiis ſuis, plenariam ſeiſinam habere facias. T. meipſo apud **Windleſore** viceſimo ſeptimo *Octobris.*

Carta Regis Henrici *tertii, donationem patris ſui, de prædicto Manerio, confirmans.*

Pat. 11. R. 1. p. 2. m. 18.

H*Enr.* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquit.* & Comes *Andegaviæ* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Foreſtariis, Vice-Comitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis, & fidelibus ſuis, ſalutem: Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & ſanctæ *Mariæ*, & Abbati & Canonicis *Præmonſtratenſis* Ordinis apud **Hales**, Deo ſervientibus, de ordinatione venerabilis patris Domini *Petri Wintonienſis* Epiſcopi, Manerium de **Hales**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quod Dominus *Johannes* Rex pater noſter per Cartam ſuam priùs conceſſerat eidem Epiſcopo ad ædificandum Domum de ordine *Præmonſtratenſi.* Habendum & tenendum eiſdem Abbati & Canonicis in liberam, puram & perpetuam elemoſinam: Et quod prædicti Abbas & Canonici præfato Epiſcopo *Wintonienſi* & ſucceſſoribus ſuis tanquam patronis ſuis reſpondeant & intendant. Quare volumus & firmiter præcipimus. (&c.)

Vide Cart. 2. E. 3. n. 40.

Carta Willielmi Ruffi (*militis*) *de Eccleſia de* **Waleſhale.**

Ex ipſo autogr. penès *Edw.* Baronem *Dudley* a. 1640.

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Willielmus Ruffus* de **Waleſhale** ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me causâ Dei, & intuitu pietatis, dediſſe, conceſſiſſe, & hac meâ præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ *S. Mariæ* de **Hales**, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Waleſhale**, cum Capellis & pertinentiis, & omnibus aliis libertatibus ſuis; habendam & poſſidendam in liberam, puram & perpetuam elemoſynam, ad hoſpitalitatem ejuſdem Domus ſuſtentandam, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Hiis teſtibus, domino *P. Wintonienſi* Epiſcopo; domino *Willielmo Coventriæ* Epiſcopo; domino *R.* Abbate de **Wellebec**, *Henrico* de *Aldetheleg*, *Roberto Marmiun*, *Willielmo Marmiun* fratre ejus; *Ricardo* filio *Willielmi* de *Bramewice*; *Willielmo Hoſato*; *Ada* de *Sancta Maria*; *Thoma* Capellano de **Hales**.

Appropriatio ejuſdem Eccleſiæ, & Ordinatio Vicariæ per Rogerum Cov. *&* Lich. *Epiſcopum.*

Ibid.

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Rogerus* Dei gratiâ *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* Epiſcopus, & *Ricardus* Theſaurarius *Lich.* ſalutem in domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra, quod cum *Henricus*, Dei gratiâ, Rex *Anglorum* illuſtris, Abbati & Conventui de **Hales**, *Præmonſtratenſis* Ordinis, quorum Eccleſiam pater ejus fundaverat, patronatum Eccleſiæ de **Waleſhale** contuliſſet; optans quod Eccleſiæ fructus in uſus cederent eorundem; iidem Abbas & Conventus Ordinationi noſtræ ſe ſuppoſuerunt, quoad Eccleſiam antedictam & pertinentias ejus, ſecundùm quod in eorum literis patentibus, ſuper hoc confectis pleniùs continentur. Nos igitur domini Regis affectum pium in domino commendantes, deſiderantes etiam profectum dictorum religioſorum, quibus propter confluentiam hoſpitum, ut dicitur, propriæ non ſuppetunt facultates, divinæ caritatis intuitu, & ob ejuſdem dicti

Domini Regis reverentiam, & ad ejus inſtantiam, de conſenſu Capituli *Lichfeldenſis*, ordinando decrevimus, quod cum Magiſter *Vincentius* Rector Eccleſiæ de **Waleſhale**, ipſi ceſſerit, vel deceſſerit, dicti Abbas & Conventus, dictam Eccleſiam de **Waleſhale** habeant, cum pertinentiis, & fructibus ejus, in uſus proprios convertendis; Salvâ tamen Vicariâ treſdecem marcarum aſſignandarum Vicario, per viros fideles & diſcretos, ad hoc per Epiſcopum deputatos, in certis obventionibus Eccleſiæ; qui etiam aream & ædificia Eccleſiæ divident inter prædictos religioſos, & Vicarium, ſecundùm quod, ratione præviâ, viderint expedire.

Vicarius autem, qui pro tempore fuerit, onera Epiſcopalia, & Archïdiaconalia conſueta & debita ſuſtinebit. Ad onera verò Capellarum Eccleſiæ de **Waleſhale** conſueta; ſcilicet de **Wodneſburi** & de **Ruſhale**, & ſervicia ſibi debita ſuſtinenda, habeat idem Vicarius, præter treſdecem marcas ſibi, ſecundùm quod dictum eſt, ſuperius aſſignandas, omnes Obventiones Capellarum earundem, præter garbas. Quæ quidem Obventiones, ſi ad ſervicia & onera in prædictis Capellis, in formâ præmiſſâ ſuſtinenda non ſufficiant, in aliis ejuſdem Eccleſiæ proventibus, unà cum eiſdem obventionibus, per viros ſupraſcriptos dicto Vicario provideatur; undè in præpominatis Capellis eadem ſervicia & onera honeſtè valeat ſuſtinere, Alia verò onera Abbas & Vicarius, ſimul, pro ſuis portionibus ſuſtinebunt: Salvo etiam, quod Abbas & Conventus ſæpedicti, ſingulis annis ſolvant Eccleſiæ *Lichfeldenſi* ſex marcas, quod ad petitionem dictorum Abbatis & Conventus duximus ordinandum, ad eorum perpetuam pacem, ſuper Eccleſiâ ſæpedictâ, in quâ ſe dicebat aliquando *Lichfeldenſis* Eccleſia jus habere. De dictis autem ſex marcis, ſexaginta ſolidos deputavimus ad ſuſtentationem operis Eccleſiæ *Lichfeldenſis*: Reſiduos verò *xxs.* Vicariis, qui ad Miſſam beatæ Virginis, viciſſim, per annum, ſecundùm quod moris eſt, fuerint deputati, per Capellanum beatæ Virginis ipſis dicta pecunia tribuenda; cui dum viginti ſolidi ſolvi debent; Sexaginta verò ſolidi, ipſi qui ad cuſtodiam fabricæ fuerit deputatus terminis infraſcriptis; ita ſcil. quod tres marcæ ſolvantur apud *Lich.* in feſto ſancti *Michaelis*; tres verò reſiduæ in feſto reſurrectionis dominicæ perſolvantur. Jurabit etiam dictus Abbas de **Hales**, qui pro tempore fuerit, ſe dictas ſex marcas, dictis terminis fideliter ſoluturum. Non licebit autem Decano & Capitulo *Lich.* in alios uſus, quàm ſupradictos, convertere pecuniam memoratam. In præmiſſorum autem teſtimonium & munimen, præſentem paginam Sigillis noſtris, & Sigillis Decani & Capituli *Lichfeldenſis*, & Abbatis & Conventus de **Hales**, in conſenſus ſui teſtimonium, fecimus roborari; ſalvo *Conventrenſis* & *Lichfeldenſis* Eccleſiæ jure Pontificali & parochiali, Actum apud *Lich.* in craſtino beati *Thomæ* martyris, anno Domini milleſſimo, ducenteſſimo quadrageſſimo octavo.

Ordinatio Vicariæ de **Hales** *per* Godefridum Wigornienſem *Epiſcopum.*

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad Ibid. quos præſentes literæ pervenerint, *Godefr.* permiſſione divinâ, *Wygornenſis* Eccleſiæ miniſter humilis, ſalutem in Domino ſempiternam. Sacrorum Canonum ſtatuta, per quæ genus humanum regitur in terris, vias prælatorum ad diſponendum in Eccleſiâ Dei, tam de regimine quàm regentium vitâ ſuo periodo ordinant & diſponunt; quæ, dum inter cætera ipſorum ſtatuta Vicariis in Eccleſiis parochialibus reſidere conſtringunt, nos eis de victus neceſſariis, de bonis Eccleſiæ, cui vice regentis præſunt, competenter providere compellunt. Hinc eſt, quod nos, conſiderata animarum cura Eccleſiæ parochialis de **Hales**, *Wygorn.* dioceſis, quam religioſi viri Abbas & Conventus Monaſterii de **Hales**, Ordinis *Præmonſtratenſis*, in proprios uſus optinent, & onera curæ ejuſdem, tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus, ſtatuimus & diffinivimus, quod in dictâ Eccleſiâ perpetuus ſit Vicarius nobis & ſucceſſoribus noſtris per dictos religioſos præſentandus, qui de animarum cura nobis reſpondeat & obediat, ut ſubditus, & noſtris ſucceſſoribus in futurum; cui de dictorum religioſorum conſenſu expreſſo, nomine Vicariæ, decem marcas ſterlingorum ſingulis annis de Camera dicti Abbatis, per duos terminos anni, pro poſitione dimidiâ & equali; ſcilicet quinq; marcas in feſto S. *Michaelis*, & reſiduas quinq; marcas in Paſcate dominicæ reſurrectionis fideliter perſolvi præcipimus & ordinamus. Inſuper aſſignamus eidem Vicariæ manſum cum ædificiis, orto, & gardino, quæ Vicarius habere conſuevit, ad inhabitandum, cum herbagio cymiterii. Et iidem religioſi de ſuis ſtipendiis presbyterum alium ſecundarium invenient, in eadem Eccleſiâ miniſtrantem, & omnia onera ordinaria & extraordinaria, qualitercunq; fuerint impoſita, ſuſtinebunt. In cujus rei teſtimonium, has literas noſtras Patentes ſub Sigillo noſtro fieri fecimus communiri. Data apud **Hemburi** in *ſalſo mariſco xi.* Kal. *Octobris*, anno gratiæ milleſſimo, ducenteſſimo, ſeptuageſſimo, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Aſſignatio unius Capellani Canonici, ad celebrandum pro animabus Joh. *de* Hamptone, *&* Alianoræ *uxoris ejus.*

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad Ibid. quos hoc præſens ſcriptum pervenerit, frater *Thomas*, permiſſione divinâ, Abbas de **Hales**, & ejuſdem loci Conventus ſalutem in Domino: Noveritis nos conceſſiſſe dilecto nobis in Chriſto *Johanni* de *Hamptone*, pro beneficio nobis & ſucceſſoribus noſtris in adquiſitione Manerii de **Rowley** impenſo, quod unus Capellanus Canonicus aſſignetur ad celebrandum divina pro anima prædicti *Johannis* & *Alianora* uxoris ejus, & puerorum ſuorum, patrum, matrum prædictorum *Johannis*, *Alianora*, fratrum ſuorum, anteceſſorum ſuorum; & pro anima *Ricardi* de *Hamptone* fratris prædicti *Johannis*, & pro animabus omnium fidelium defunctorum, cum pleno ſervicio mortuorum. Et quod dictus *Johannes* & hæredes ſui imperpetuum præſentent ydoneum & aptum Canonicum ad ſtallum ſuum deſſendendum, & ad officium prædictum exequendum, qui ad præſentationem ipſorum ſucceſſivè, ſine contradictione admittetur, dummodo tamen dictum Manerium de **Rouley** in manibus noſtris & ſucceſſorum noſtrorum pacificè exſtiterit abſq; perturbatione regia, vel ſecta cujuſcunq; alterius, aliquid juris in prædicto Manerio vendicantis. Conceſſimus etiam eiſdem, poſt deceſſum eorum, quod nomina eorum in martilogio noſtro ſcribantur; & quod in Anniverſariis ſuis plenum pro eis ſervicium fiet. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum commune præſentibus eſt appenſum. Datum apud **Hales** die Martis in ebdomada *Paſcha*, anno Domini *MCCCxxxi*.

Carta Johannæ Botetourt, *Domina de* **Weleye**, *de Manerio de* **Werveleye**.

Ibid. OMnibus Chriſti fidelibus ad quos hoc ſcriptum pervenerit, *Johanna Botetourt* Domina de **Weleye**, ſalutem in Domina. Cum nuper optentâ licentiâ à Domino noſtro *Edwardo*, illuſtri Rege *Angliæ*, tertio, poſt Conqueſtum, per quandam Indenturam, dediſſe & conceſſiſſe dilectis michi in Chriſto Abbati & Conventui de **Hales-oweyn**, Manerium de **Werveleye** cum pertinentiis in Comitatu *Wigorniæ*; habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ *Mariæ* de **Hales-oweyn**, de Domino Rege & hæredibus ſuis in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, ad certas Cantarias, elemoſinas, & alia, in formâ, quâ in prædictâ Indenturâ pleniùs continetur, facienda. Ac etiam per eandem Indenturam obligâſſem me & hæredes meos, ad warantizandum præfatis Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus prædictum Manerium, cum pertinentiis ſuis, contra omnes gentes imperpetuum. Noveritis me, nunc inſpectâ Indenturâ prædictâ, prædictas donationem, conceſſionem, & warantiam de prædicto Manerio, in omnibus ejus membris & parcellis, meſſuagiis, terris, pratis, boſcis, moris, paſcuis, & paſturis, vivariis, ſtagnis, ſerviciis, redditibus, reventionibus terrarum & redditu∪m, & tam in ſervitiis & redditu *Ricardi* de *Wyrleye*, quæ perquiſivi de *Adam* de *Whatecroft*, quàm cæteris parcellis Manerii prædicti univerſis, prædictis Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, pro me & hæredibus meis confirmâſſe imperpetuum, ad prædictas Cantarias, elemoſinas, & alia, ut præmittitur, faciendas. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigillum meum appoſui. Datum apud **Weleye**, die dominicâ proximâ poſt feſtum Circumciſionis Domini, anno Regni Regis *Edwardi* tertii, poſt Conqueſtum, undecimo.

Carta Johannis Botetourt, *Domini de* **Weleye**, *de advocatione Eccleſia de* **Clent**.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Joh. Botetourt*, Dominus de **Weleye**, intuitu Dei, & pro ſalute animæ meæ, & animarum anteceſſorum & hæredum meorum, dedi, conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Hales-oweyn**, Abbati & Conventui ejuſdem loci, Ordinis *Præmonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, duas acras terræ, cum pertinentiis in **Clent**, & advocationem Eccleſiæ de **Clent** & **Rouleye**, cum Capellis ſuis; habendas & tenendas prædictis Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, imperpetuum. Conceſſi etiam pro me & hæredibus meis, eiſdem Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, quod ipſi prædictam Eccleſiam de **Clent** & **Rouleye**, cum ſuis Capellis, cedente vel decedente perſona ejuſdem, in proprios uſus habeant & teneant ſimiliter in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et ego verò prædictus *Joh.* & hæredes mei, prædictas duas acras terræ, & advocationem prædictam, cum ſuis Capellis, cum omnibus ſuis pertinentiis, præfatis Abbati & Conventui & eorum ſucceſſoribus, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium hanc præſentem Cartam Sigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus *Joh.* de *Sutton*, Domino de **Dudeleye**; Domino *Rogero Hillary*; Domino *Johanne* de *Stafford*; Domino *Henrico* de *Burmyngham*; Domino *Henrico* de *Biſſheburi*, militibus, *Ricardo Frebodi*; *Henrico atte Hurſt*, & aliis. Data apud **Weleye**, die Martis in feſto S. *Ambroſii* Epiſcopi, anno Regni Regis *Edwardi*, poſt Conqueſtum, tertii, quartodecimo. Ibid.

Relaxatio *Johannis* de *Botetourt*, Domini de **Welegh**, de quadam Cantaria unius Canonici, in hujuſmodi Abbathia; Cantariis per Dominam *Johannam* matrem ſuam perquiſitis, ſpecialiter reſervatis.

AS tous ceux, queux ceſtes lettres verrount ou orrount, John Boutetourt *ſeignour de* **Welegh**, *ſalutz en Dieu. Conu ſoit a vous ceux, qe Come le Abbe de* **Hales-oweyn**, *et le covent de meſme le leu, nous eyent graunte, per lour feat enſealle de lour comen Seal, de preſenter un covenable perſon Clerk, quele ſerra per eaux receu un Chanon de meſme la meſon, et chauntra pur nous et pur nous heirs, et fra divine ſervice en le dite meſoun, ſi come en le dite feat plus pleynement eſt contenuz; et iſſynt a toux jours un altre apres ly, par cauſe que* Ibid.

nous le grauntauns, pur nous et pur nous heirs, licenſe d'approprier l'egliſe de **Clent** *as eaux & lours ſucceſſeurs, à toux jours: nous voillauntz la deſcharge les ditz Abbe & Covent, & de lour ſucceſſours; & per promes per nous avaunt ſes hours promys, avouns graunte, pur nous & pur nous heirs, as ditz Abbe & Covent, e lour ſucceſſours, qi'ls ſoient deſore deſcharge, del ditz preſente de nous & de nous heirs receyver, per cauſe de lour feat, a nous graunte, per la cauſe ſuiſdite; reſervants toutz jours, as nos & as nos heirs, les Chaunteries de eaux purchaſeetz per noſtre treſchier miere, dame* Johanne Boutetourt, *per cauſe de la mortiſement del manoir de* **Werveleye**, *fette al Abbe & Covent tanſoulement. En teſmoniaunce de queux choſes, as ceſtes preſentz nous avouns mys; noſtre Seal; per ceaux teſmoignez, ſire* Roger Hillari *chivaler;* William Coleſone; Johan Huweth; Ric. Frebody; Ric. *de* Everdone, *& altres. Donee as* **Welech** *le Venerſdy procheyn apres la feſte de ſeynt* Jame *Appoſtle, l'an de regne Roi* Edward *le tierce, apres le Conqueſte, vintiſme neovi ſme.*

Ordinatio Vicariæ de **Clent** *per* Wolſtanum *Wigornienſem Epiſcopum.*

Ibid. UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſentes literas inſpecturis, frater *Wolſtanus*, permiſſione divinâ *Wygorn.* Epiſcopus, ſempiternæ ſalutis fælicitatem in Chriſto. Ad perpetuam futurorum memoriam, quæ ad Dei laudem ſalubriter proceſſerunt, volumus ſcripturarum evidenciis roborari, ne decurſu temporis labilis priventur memoriâ, & ſub dubio caſualiter revocentur. Cum itaq; parochialem Eccleſiam de **Clent**, cum Capellâ de **Rouleye**, eidem annexa, ſeu dependente ab eadem, noſtræ dioceſis, aſſenſu Capituli noſtri *Wygorniæ*, concurrentibus omnibus, qui de jure requiruntur in hac parte, Religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii de **Hales-Oweyn**, Ordinis *Præmonſtratenſis*, noſtræ dioceſis, ipſorumq; Monaſterio, certis & legitimis de cauſis appropriaverimus; ac ipſam, appropriationis titulo, eiſdem in uſus proprios perpetuis temporibus conceſſerimus poſſidendam, congruâ portione perpetuo Vicario earundem Eccleſiæ & Capellæ, qui inibi curam habeat animarum, per nos vel ſucceſſores noſtros, in certis fructibus proventibus, & obventionibus ipſarum Eccleſiæ & Capellæ, eiſdem aſſignandis, quam ad decem libras ſterlingorum eſtimavimus & taxavimus plenariè reſervatâ. Nos in ſollicitudine paſtorali cupientes inceptum negotium tam ſalubre effectum proſperè mancipare, ac Eccleſiæ & Capellæ prædictarum indempnitati, animarumq; parochianorum eorundem ſalubriter proſpicere, ut tenemur; hujuſmodi procurationem, pro Vicario perpetuo in ipſis Eccleſiâ & Capellâ miniſtrante, qui curam habeat animarum earundem, ejuſq; ſucceſſorum, in vicariâ dictarum Eccleſiæ & Capellæ, qui pro tempore fuerint, imperpetuum, de conſenſu ac voluntate expreſſis dictorum religioſorum, ac domini *Johannis Audre*, dictarum Eccleſiæ & Capellæ de **Clent**, & de **Rouleye**, perpetui Vicarii, ordinamus, aſſignamus & ſtabilimus, ac conſiſtere volumus in fructibus, proventibus, & obventionibus dictarum Eccleſiæ & Capellæ infraſcripta, ac ipſos fructus, proventus & obventiones, juxta Inquiſitionem legitimè factam in hac parte, ad decem libras ſterlingorum eſtimamus, & eos tantum annuatim valere decrevimus & declaramus per decretum.

Inprimis quidem ſtatuimus, & ordinavimus, quod Vicarius qui pro tempore fuerit in dictis Eccleſiâ & Capellâ, curam animarum parochianorum eorundem ſuſtineat; & quod eiſdem Eccleſiæ & Capellæ, ac parochianis earundem, in divinis obſequiis & officiis miniſtret, ſeu faciet ſuis ſumptibus congruè & ſtoneſtè miniſtrari.

Item volumus & ſtatuimus, quod idem Vicarius, qui nunc eſt, & ſucceſſores ſui, qui pro tempore fuerint, habeant illud manſum ſive meſſuagium, juxta cimiterium dictæ Eccleſiæ de **Clent**, ex parte auſtrali, cum curtilagio adjacente; quod quidem manſum ſive meſſuagium, de dote dictæ Eccleſiæ eſſe dinoſcitur; in quo manſo ſive meſſuagio, præfati Religioſi, pro ſtatu dictæ Vicariæ ædificia competenter conſtrui faciant iſtâ vice, ad quorum conſtructionem ſeu reparationem, poſtquam ſemel ſic conſtructa, ſive ædificata fuerint, prædictus Vicarius, qui pro tempore fuerit, tenebitur & nullatenus ipſos religioſos, volumus onerari.

Item ordinamus & ſtatuimus, quod idem Vicarius & ſui ſucceſſores habeant & percipiant Decimam vitulorum, porcellorum, agnorum, aucarum, ovorum, pullanorum, lanæ, lactis, caſei, ceræ, mellis, apium, gardinorum, curtilagiorum, piſcariarum, piſcium, columbarum, molendinorum, lini, canabi; ſilvæ, tam ceduæ, quàm non ceduæ; arborum, fructuum, paſcuarum, & feni, & cæteras minutas decimas, infra dictam parochiam provenientes, exceptis decimis bladi cunctiq; generis: & extra decimis provenientibus de manſis, terris, pratis & paſcuis ad dictos Religioſos & eorum Monaſterio, nomine dotis dictæ Eccleſiæ ſeu Capellæ pertinentibus, & nutrimentis animalium eorundem ibidem: quas quidem decimas de dictis locis, ut præmittitur, provenientes, ſive minutæ fuerint ſive majores, unà cum redditibus & ſerviciis temporalibus quibuſcunq; tenentium dictæ Eccleſiæ, licèt ea dictos tenentes, per viam oblationis, præfatæ Eccleſiæ ſolvere contingat, unà cum oblationibus de majori Capellâ de **Belmeſtowe** obvenientibus, penès ipſos Religioſos & eorum Monaſterio; volumus integraliter permanere. Habeant inſuper iidem Vicarii omnia Mortuaria, tàm viva, quàm mortua, necnon principalia legata, & omnes oblationes ſuperiùs non exceptas. **Annualia** tricennalia, denaria *S. Petri*

& Caritatis. Erbagia, & arbores cimiteriorum, ac totum Altaragium, quatinus dictis Religioſis de hujuſmodi Altaragio ſuperiùs reſervatur, tam Eccleſiæ de **Clent**, quam Capellæ de **Rouleye** prædictarum.

Item volumus & ſtatuimus, quod idem Vicarius, qui pro tempore fuerit ad ſolutionem Procurationis .... hactenus ex conſuetudine deberet, pro dictis Eccleſiâ & Capellâ, ac etiam denaria *S. Petri* ..... oboſum quadrâ ...... *Martii* & *Pentecoſta* ... teneatur. Cætera verò & ordinaria & extraordinaria, ſuperiùs non expreſſa, eiſdem Eccleſiæ & Capellæ qualitercunq; incumbentia, præfati Abbas & Conventus, dictæ Eccleſiæ & Capellæ Rectores, debent .... & agnoſcant ...... quod intentionis exiſtit, quod nolumus quibuſcunq; rebus, ſeu jure eiſdem .... dictæ appropriationis competentibus, præterquam in jure ſeu rebu; prædictis, Vicarios dictarum Eccleſiæ de **Clent** & Capellæ de **Rouleye**, ſuperiùs per nos expreſſè reſervatis.

ABBATIA

de **Langley**, *in agro* **Norfolcienſi.**

Carta Regis Johannis, *fundationem ejuſdem Domus, per* Robertum *filium* Rogeri, *recitans & confirmans.*

Cart. 13. H. 3. p. 2. n. 11. per Inſpex.

Vide etiam Cart. 6. 7. H. 4. n. 8.

Et. Cart. 19. E. 2. n. 19.

Et. Cart. 1. Joh. p. 1. n. 175.

JOhannes, Dei gratiâ (&c.) Sciatis nos ad peticionem fidelis noſtri *Roberti* filii *Rogeri*, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe donationem, quam idem *Robertus* fecit Deo, & Eccleſiæ, in honore beatæ *Mariæ* apud **Langele** conſtructæ, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, ad Abbatiam conſtruendam, ad miniſtrandum ibidem imperpetuum, de toto Manerio de **Langele** poſſidendo, in liberâ, & purâ, & perpetuâ elemoſinâ, cum Eccleſiâ ejuſdem villæ, & cum Mariſco de **Raveneſneſſe**, & cum omnibus pertinentiis ejuſdem Manerii.

Præterea conceſſimus, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus Deo, & ſanctæ *Mariæ* de **Langele**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes terrarum, hominum, & elemoſinarum, quæ eis rationabiliter factæ ſunt, in Eccleſiis, & in omnibus aliis rebus, & poſſeſſionibus. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici, & eorum homines, omnes terras, & poſſeſſiones, & elemoſinas ſuas habeant, & teneant cum *Soca*, & *Saca*, *Thol*, & *Theam*, & *Infangenetheof*, & cum omnibus aliis libertatibus, & liberis conſuetudinibus, & quietanciis ſuis; in boſco & plano; in pratis, & paſcuis; in aquis, & Molendinis; in viis, & ſemitis; in ſtagnis, & vivariis; in Mariſcis, & piſcariis; & grangiis, & virgultis, infra Burgum & extra; & in omnibus rebus, & in omnibus locis, ſolutas, liberas, & quietas, de Scotis Scyrarum, & Hundredorum; & placitis, & querelis; & de pecuniâ dandâ, & foriſfacto; & de Murdro, & Wapentaciis, & de Scutagio, & de Geldo, & de Danegeldo; & Hidagio & Aſſiſis; & de operationibus Caſtellorum & parcorum, & Pontium, & Calcetarum; & de *Fredwite*, & *Engoneſwita*, & de *Flemeneſſefreuth*; & de *Hamſoka*, & *Wardpeni*, & de *Averpeni*, & de *Blodwita*, & *Frietwita*; & de *Leirwita*, & de *Hundredeſpeni*, & de *Tringpeni*, ...; & ſint quieti ipſi & homines ſui per totam terram noſtram, de omni Theloneo, & de omnibus terris, quas ipſi, & homines ſui poterunt aſſecurare, quod emant, vel vendant eas ad proprios uſus Canonicorum ſuorum, vel hominum ſuorum, abſq; venditione ulteriùs faciendâ; & de Pontagio, & paſſagio, & Laſtagio, & Stallagio; & de omni ſeculari ſervitio & opere ſervili, & exactione; & omnibus aliis occaſionibus & conſuetudinibus ſecularibus, exceptis ſolâ juſtitiâ mortis, & membrorum. Hæc omnia eis conceſſimus in perpetuam elemoſinam, pro Dei amore, & ſalute animæ noſtræ, & Domini Regis *Henrici* patris noſtri, & anteceſſorum noſtrorum, & ſucceſſorum noſtrorum; Hiis Teſtibus, *E. Elienſi* & S. *Bathon.* Epiſcopis; *Willielmo* Comite de **Arundell**; *Ranulpho* Comite *Ceſtriæ*; *Willielmo Mareſcallo*, Comite *Penbrokiæ*; *Roberto* filio *Walteri*; *Ada* de *Portu*; *Saiero* de *Quency*; *Alano Baſſet*: Datum per manum *H. Cantuarienſ.* Archiepiſcopi, Cancellarii noſtri, apud *Cadomum* ſeptimo die *Julii* Anno regni noſtri primo.

ABBATIA

de Tichfeild *in agro* Suthamptonienſi.

Carta Regis Henrici *tertii facta* Petro de Rupibus Winton. *Epiſcopo, de Manerio de* Tichfeld, *ad fundandam ibidem Abbatiam prædictam; necnon de diverſis privilegiis Canonicis ejuſdem loci, per eandem, conceſſis.*

Ex magno Rotulo Pipæ, de anno Regis *Edw.* ſecundi nono, poſt *Nova oblata.*

Suthamptonſcire.

Vide Par. 6.E.3.p.1. m.10.

ABbas de Tychefeud dat dimidiam marcam, ut ſcribatur Carta ſua in Magno Rotulo; cujus tenor talis eſt; *Henricus* Dei gratia, Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Foreſtariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus ballivis, & fidelibus ſuis, ſalutem; Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum noſtrorum, & hæredum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe, pro nobis & hæredibus noſtris, in perpetuum, venerabili Patri *Petro* Epiſcopo *Wintonienſi* Manerium noſtrum de Tichefeud, cum omnibus pertinentiis ſuis, ad fundandam, in eodem Manerio, quandam Abbatiam ſanctæ *Mariæ*, de ordine Canonicorum *Præmonſtratenſium*: Conceſſimus etiam, & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod Abbas, & Canonici, ibidem Deo ſervientes, habeant, per omnes terras, & tenementa ſua in eodem Manerio de Tychefeud, cum pertinentiis, & in terris ſuis de Swanewyk, & de Porceſtre, quas habent de dono ejuſdem Epiſcopi *Winton.* & confirmatione, Epiſcopi *Abricencis*, & in terris ſuis de Waleſworth, & de Coſham, quas habent de dono prædicti Epiſcopi *Wintonienſis*, *Thol*, & *Theam*, *Infangenethef*, & *Unfangenethef*; & quod ipſi, & ſucceſſores eorum, & omnes homines eorum, de eodem Manerio, & de terris prædictis, ſint quieti imperpetuum erga nos & hæredes noſtros, & erga vicecomites, Conſtabularios, Præpoſitos, & omnes Ballivos noſtros, per totam terram noſtram, de *Thelon'o*, *Paſſagio*, *Pontagio*, *Leſtagio*, *Talliagio*, *Stallagio*, & conductu Theſauri, & de operationibus Caſtellorum, Domorum, Murorum, Foſſatorum, Pontium, & Calcerorum, vivariorum, ſtagnorum & clauſuum Parcorum; & de omnibus aliis operationibus, & de ſectis Schirerorum, Hundredorum, de auxiliis vicecomitum, & Ballivorum ſuorum; & de Murdro, & Francoplegio, & de viſu Franciplegii, & de miſericordiâ, & de finibus, pro tranſgreſſionibus & miſericordiis; & pro licentia Concordandi, de Eſcapiis Latronum, & de Robberiis; de ſeiſina, & de placitis, & querelis, & exactionibus omnibus, ad nos & hæredes noſtros, & vicecomites, Conſtabularios, vel aliquos alios Ballivos noſtros pertinentibus.

Conceſſimus etiam eiſdem Abbati, & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, quod nullus vicecomes, Conſtabularius, aut aliquis alius Ballivus noſter, ingreſſum, vel poſſe habeat in prædicto Manerio, cum pertinentiis; ſet totum ad eoſdem Abbatem & Canonicos, & ſucceſſores ſuos, & eorum Ballivos pertineat; præter atachiamenta de Placitis Coronæ; ad quæ quidem, cum Coronatores venerint, facienda, ea ita facient, quod, in nullo lædatur libertas prædictorum Abbatis & Canonicorum, & ſucceſſorum ſuorum. Omnes autem prædictas libertates conceſſimus; ita quod omnes homines ſui, de eis tenentes, in eodem Manerio, & in terris prædictis, ſubſint, & reſpondeant, & ſatisfaciant prædictis Abbati, & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus; & nulli alii, niſi de voluntate eorundem Abbatis & Canonicorum, & ſucceſſorum ſuorum, de omnibus prædictis, præter attachiamenta de placitis Coronæ, ſicut nobis, aut hæredibus noſtris, aut vicecomitibus, aut Conſtabulariis, aut aliis Ballivis noſtris, ſuberint, & reſponderent, & ſatisfacerent de eiſdem, ſi ad nos dictum Manerium, & terræ prædictæ, cum pertinentiis, pertinerent. Conceſſimus autem eiſdem Abbati, & Canonicis, quod ipſi, & eorum ſucceſſores diſtringere poſſint omnes homines ſuos de prædicto Manerio, & de terris prædictis, ad omnia prædicta, præter attachiamenta de placitis Coronæ, ſicut nos ad eadem eos diſtringere poſſemus, aut hæredes noſtri, aut vicecomites, aut Conſtabularii, aut aliqui alii ballivi noſtri, ſi prædictæ libertates, aut quietanciæ conceſſæ non fuiſſent. Conceſſimus etiam eiſdem Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, quod omnes homines eorum de prædicto Manerio, & de terris prædictis, ſint liberi & quieti in perpetuum, de omnibus Juratis, & Aſſiſis, & Recognitionibus faciendis, præterquam in attingendis propriis dominicis noſtris, ſi opus fuerit, infra Comitatum ubi manentes ſunt, ſi fortè contentio inter nos ipſos, & alios oriatur; ita quod occaſione alia jurare ſi fortè evenerit, per vicecomites, vel alios Ballivos noſtros, non occaſionentur, nec libertas eorundem Abbatis & Canonicorum, vel ſucceſſorum ſuorum in aliquo lædatur.

Conceſſimus inſuper eiſdem Abbati, & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, quod ſi aliquis hominum ſuorum de Manerio illo, vel de terris prædictis, pro delicto ſuo, vitam aut membrum debeat amittere, vel fugerit, & Judicio ſtare noluerit, vel aliud delictum fecerit, pro quâ Catalla ſua debet perdere, ubicunq; Juſticia fieri debeat, ſivè in Curiâ noſtrâ, ſivè in aliâ Curiâ, omnia Catalla illa ſint prædictorum Abbatis, & Canonicorum & ſucceſſorum ſuorum; & liceat eis ſine diſturbatione vicecomitum, & quorumcunq; Ballivorum meorum, & aliorum, ponere ſe in ſeiſinam de prædictis Catallis, in prædictis caſibus, & aliis, quantum Ballivi noſtri, ſi ad nos pertinerent catalla illa, in manum noſtram ea ſeiſire poſſent, & deberent.

Conceſſimus præterea eiſdem Abbati, & Canonicis, quod quotieſcunq; aliqui Malefactores capti fuerint in prædicto Manerio, vel in terris prædictis, cum pertinentiis, per Ballivos eorundem Abbatis, & Canonicorum, vel ſucceſſorum ſuorum, de quibus non poſſit, vel non debeat fieri Judicium in Curia eorum, Vicecomites & Ballivi noſtri recipiant prædictos Malefactores, ſine difficultate, & dilatione, ſuper forisfacturam noſtram, quandocunq; Ballivi prædictorum Abbatis, & Canonicorum, vel ſucceſſorum ſuorum, dictos Malefactores, prædictis Ballivis noſtris liberare voluerint. Conceſſimus etiam prædictis Abbati & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis, quod habeant in perpetuum omnia amerciamenta, de omnibus hominibus ſuis ejuſdem Manerii, & prædictarum terrarum, cum pertinentiis; quæ quidem amerciamenta, ad nos vel hæredes noſtros, vel ad Vicecomites, aut Conſtabularios, aut ad aliquos alios Ballivos noſtros poſſent pertinere, ſi ipſa amerciamenta eis conceſſa non fuiſſent. Et quod ipſi Abbas, & Canonici, & eorum ſucceſſores, habeant poteſtatem ad diſtringendum omnes prædictos, ad amerciamenta eis reddenda. Prohibemus inſuper, ſuper forisfacturam noſtram decem librarum, ne quis de prædictis amerciamentis colligendis, vel recipiendis, ſine diſtrictione indè facienda, niſi pro voluntate eorundem Abbatis, & Canonicorum, & ſucceſſorum ſuorum, ſe intromittat. Conceſſimus eiſdem etiam, quod habeant in prædicto Manerio, & in terris prædictis, cum pertinentiis, omnia averia, quæ vocantur *Wayf*.

Conceſſimus inſuper, pro nobis & hæredibus noſtris, eiſdem Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, quod licèt aliqua libertatum, per nos eis conceſſarum, proceſſu temporis, quocunq; caſu contingente, uſi non fuerint; Nihilominus tamen poſtea utantur libertate eadem, ſine contradictione aliquâ, non obſtante eo, quod aliquo caſu ea uſi non fuerint: Conceſſimus etiam eiſdem Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, quod prædictæ terræ ſuæ de **Porceſtre**, **Waleſworth**, & de **Coſham**, quæ ſunt infra Foreſtam noſtram, ſint in perpetuum quietæ, de vaſto, regardo, & de viſu Foreſtariorum, viridariorum, Regardatorum, & omnium Miniſtrorum ſuorum: Et quod ipſi, & omnes homines ſui, in prædictis terris manentes, ſint in perpetuum quieti de ſectis Swanemotarum, & omnium aliorum Placitorum Forreſtæ: Et de Eſpeditamentis Canum, & de omnibus Summonitionibus, Placitis, querelis, & exactionibus, & occaſionibus ad Foreſtam & Foreſtarios, viridarios, & eorum miniſtros pertinentibus. Quare volumus & firmiter præcipimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti Abbas & Canonici, & eorum ſucceſſores, & omnes homines ſui de prædicto Manerio de **Tychefeld**, & de prædictis terris ſuis de **Swanewyke**, **Porceſtre**, **Waleſworth**, & **Coſham**, cum pertinentiis, habeant & teneant in perpetuum prædictas libertates, & quietancias, & amerciamenta, benè, & in pace, integrè, & plenariè, in omnibus rebus, & locis, ſicut prædictum eſt: Hiis teſtibus, venerabilibus patribus, *J. Bathon. W. Carleol. Roberto London*, & *Rob. Sarum* Epiſcopis; *Ranulpho* Comite *Ceſtriæ*, & *Lincolniæ*; *Ricardo* Comite *Cornubiæ*; & *Pictavienſi*, fratre noſtro; *R. Mareſcallo*, Comite *Pembrokiæ*; *Willielmo* Comite de *Warenna*, *W.* Comite de *Ferrariis*, ... Conſtabulario *Ceſtriæ*, *Roberto* de *Curtenay*, *Warino* de *Muncheneſi*; *Radulpho* filio *Nicholai*; *Philippo* de *Albiniaco*, & aliis. Datum per manum venerabilis Patris *RadulfiIceſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri apud *Lam*..... viceſſimo die *Septembris*, anno Regni noſtri *ſexto decimo*.

Carta Regis Edwardi *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 11. E. 2 p. 1. m. 4.

Vide Ib. m. 7.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam, quam *Eva* de *Clinton*, filia & hæres *Rogeri* de *Eſcuers*, fecit Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Tichefeld*, & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus, in hæc verba.

Sciant præſentes & futuri, quod ego *Eva* de *Clinthon*, filia & hæres *Rogeri* de *Eſcures*, in legitima poteſtate viduitatis meæ, dedi, conceſſi, & præſenti Cartâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Tichefeld**, & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, & eorum ſucceſſoribus, totam terram meam de **Cadelawe**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et totam terram meam de **Huthe**, & totam terram meam de **Stanewode**, & totam terram meam de **Wudecote**, & de **Felde**; & totam curiam meam de **Cadelande**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Habendum, & tenendum prædictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus in liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum imperpetuum, liberè, ſolutè, & quietè, ab omni ſervicio, conſuetudine, exactione, & omni ſeculari demanda, ad me vel ad hæredes meos pertinente, ſalvo forinſeco ſervicio. Ego autem *Eva* & hæredes mei prædictæ Eccleſiæ & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, omnes terras prædictas, cum prædictâ Curiâ, & omnibus pertinentiis ſuis, ſine aliquo retenemento, & reclamatione mei, vel hæredum meorum, ſicut prædictum eſt, contra omnes gentes warantizare, acquietare, & defendere debemus imperpetuum. Et ſi contingat, quod ego *Eva* & hæredes mei, omnes prædictas, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut prænominatum eſt, prædictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, warentizare non poterimus, faciemus eiſdem, ſine aliquâ contradictione rationabile eſcambium ad valentiam omnium prædictarum terrarum in manerio meo de **Wycham.** Ut autem hæc mea donatio, conceſſio, & præſentis Cartæ confirmatio perpetuæ ſtabilitatis robur optineat, præſentem Cartam ſigilli mei impreſſione communivi. Hiis teſtibus, domino *Emerico* de *Sacy*; domino *Will.* de *Sancto Claro*; domino *Thoma* de *Gunynges*, domino *Henrico* de *Ferlee*; domino *Johanne Lancelenee*; domino *Hugone* de *Hoyvile*; domino *Galfrido* de *Rupibus*; *Rogero* de *Merlay*; domino *Thoma* de *Venuz*, *Ricardo Fuillet*; *Rogero* de *Hardel*, *Johanne* de *Brunnewiz*, *Rogero Markes*, *Johanne* le *Brut*; *Iſaac Lancelevee*, & aliis.

Inſpeximus eciam quandam Cartam, quam *Reginaldus* de *Albamara* fecit Deo & Eccleſiæ prædictæ, & præfatis Abbati & Canonicis, in hæc verba. Omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, hanc Cartam inſpecturis vel audituris, *Reginaldus* de *Albamara*, ſalutem æternam in domino. Noverit univerſitas veſtra, me intuitu Dei, & pro ſalute animæ meæ, & animarum omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, pro me & hæredibus meis in perpetuum, Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Tichefeld**, & Abbati & Canonicis *Pramonſtratenſis* Ordinis ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, & eorum ſucceſſoribus, ſubſcriptam donationem, quam *Eva* filia & hæres *Rogeri* de *Eſcures*, in legitimâ poteſtate viduitatis ſuæ, eis fecit; totum viz. Manerium de **Cadelande**, cum molendinis, & omnibus pertinentiis ſuis, & totam terram, quam habent de *Thoma* de *Eſcures* in eodem Manerio, ex dono prædictæ *Eva* de *Eſcures*. Et inſuper totam terram de **Huthe**; & totam terram de **Staneſwode**, & totam terram de **Wodeton**, & de **Felde.** Ex dono ejuſdem *Eva*, totam Curiam de **Cadelande**, cum omnibus pertinentiis ſuis, Habend. & tenend. omnia prædicta prædictis Eccleſiæ; Abbati, & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, abſque omni retenemento, reclamatione, vel vendicatione mei vel hæredum meorum, in liberam & perpetuam elemoſinam, liberè, ſolutè, & quietè, ab omni ſervicio, conſuetudine, exactione, & omni ſeculari demandâ ad me vel hæredes meos pertinente, ſalvo forinſeco: Ego autem *Reginaldus*, & hæredes mei tenemur warantizare prædictæ Eccleſiæ, Abbati, & Canonicis memoratis, & eorum ſucceſſoribus, hanc meam conceſſionem, & confirmationem, per omnia, prout ſuperiùs eſt expreſſum, contra omne hominum genus imperpetuum. Et ut hæc mea conceſſio, & confirmatio, perpetuæ ſtabilitatis robur optineat, præſentem Cartam ſigilli mei impreſſione communivi. Hiis teſtibus, domino *Galfrido* de *Lucy*; domino *Will.* de *Gardinis* militibus; *Rogero Markes*, *Roberto* de *Sutton*, *Ricardo* de *Heybirde*, *Ricardo* de *Swanem*; *Rogero* de *Hardeleye*; *Willielmo Cornays*; *Mathao Oyſel*; & aliis.

Inſpeximus eciam quandam Cartam, quam *Thomas*, de *Eſcures* fecit Deo & Eccleſiæ prædictæ, & præfatis Abbati & Canonicis, in hæc verba. Noverint univerſi, præſentes, & futuri, quod ego *Thomas* de *Eſcures* dedi, conceſſi, remiſi, quietum clamavi, & præſenti Cartâ meâ confirmavi, pro me & hæredibus meis, Deo & Eccleſiæ beatæ *Maria* de **Tichefeld**, & Abbati & Canonicis Ordinis *Pramonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus; totam Curiam meam, & domos cum omnibus ædificiis ibidem conſtructis, & redditus & omnes terras meas & ſalinas, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas habui in **Cadelande**, & in parochiâ de **Faleleye.** Habenda & tenenda de me & hæredibus meis, prædictæ Eccleſiæ & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus liberè, quietè, ſolutè, & in omnibus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, abſque aliquo retenemento, & reclamatione mei, vel hæredum meorum imperpetuum; Ita ſcilicet, quod dicti Abbas & Canonici & eorum ſucceſſores debent invenire unum Canonicum, qui ſingulis diebus imperpetuum celebrabit divina, pro animâ meâ, & pro animâ *Johannis* fratris mei; & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum in Eccleſiâ Conventuali de **Tythefeld**, ad Altare ſanctarum Virginum, verſùs Auſtrum, ubi corpus meum debet ſepeliri. Et ego *Thomas* de *Eſcures* & hæredes mei, prædictam Curiam & domos, cum omnibus ædificiis ibidem conſtructis, & redditus, & terras, & ſalinas, cum omnibus pertinentiis ſuis, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. Ut autem hæc mea donatio, conceſſio, remiſſio, quieta clamantia, & præſentis Cartæ confirmatio, perpetuæ ſtabilitatis robur optineat, præſentem Cartam ſigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, *Johanne* de *Wyta*, tunc Seneſchallo novæ foreſtæ; *Ricardo Fullet*; *Roberto* de *Faleleye*; *Rogero* de *Hardeleye*; *Reginaldo Buthe*; *Ricardo* de *tribus aulis*; *Will. Cornays*, & aliis.

Inſpeximus inſuper quandam Cartam, quam *Baldewinus* de *Ripariis* dominus de *Inſula*, fecit Deo & dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Cononicis, in hæc verba; Sciant præſentes & futuri, quod ego *Baldewinus* de *Ripariis*, dominus de *Inſula*, conceſſi, remiſi, quietum clamavi, & præſenti Cartâ, pro me & hæredibus meis confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Maria* de **Tichefeld**, & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, omnes terras & poſſeſſiones, cum molendinis, ſalinis, & omnibus pertinentiis ſuis, quas habent & tenent de dono dominæ *Eva* de *Clynton* filiæ & hæredis *Rogeri* de *Eſcures*, de feodo meo de **Cadelande**; Et omnes terras cum omnibus pertinentiis ſuis, quas habent in **Huthe**, **Staneſwode**, **Wodynton**, & de **Felde**, de dono ejuſdem dominæ *Eva* de *Clynton*, de eodem feodo. Et totam terram cum Curiâ, ſalinis, & omnibus pertinentiis ſuis, quam habent de dono *Thoma* de *Eſcures*, in prædictâ villâ de **Cadeland**; de quibus memoratis terris, poſſeſſionibus,

ſeſſionibus, molendinis, ſalinis, Curiâ, & omnibus pertinentiis ſuis, habent confirmationem domini *Reginaldi* de *Albamara*, domini quondam prædictarum terrarum: Tenenda & habenda omnes prædictas terras, cum Curiâ, molendinis, ſalinis, & omnibus pertinentiis ſuis, dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati, & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus liberè, & quietè, benè, ſolutè, & integrè, in liberam, & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & animabus anteceſſorum & hæredum meorum imperpetuum; faciendo indè michi, & hæredibus meis, dicti Abbas & Canonici & eorum ſucceſſores, in ſcutagio & rationabili auxilio, ad filium meum primogenitum militem faciendum, & filiam meam primogenitam maritandam, quantum pertinet ad tertiam partem feodi unius militis, pro omnibus ſerviciis, & ſecularibus demandis; Ita quod ego *Baldewinus*, & hæredes mei, nichil ampliùs, de cætero, de prædictis terris, Curiâ, molendinis, ſalinis, & omnibus pertinentiis ſuis, ac præfato Abbate & Canonicis & eorum ſucceſſoribus, præter prædictum ſcutagium, & rationabile auxilium, ſicut prædictum eſt, quando acciderit, poterimus exigere, vel habere, ut homagiis, releviis, cuſtodiis, auxiliis, eſcaetis, ſectis Curiæ, viſu franci plegii, fidelitatibus, ac omnibus aliis caſibus ſupervenientibus imperpetuum. Et ſi contingat quod prædicti Abbas & Canonici, & eorum ſucceſſores, per hæredes prædictæ *Eva* de *Clynton*, vel hæredes præfati *Reginaldi* de *Albamara*, ſeu per aliquos alios ad ſolvendum prædictum ſcutagium, ſeu aliquod auxilium, prout ſuperiùs diſtinctum eſt faciendum, diſtringantur; ego *Baldewinus* & hæredes mei, prædictos Abbatem & Canonicos, & eorum ſucceſſores, contra omnes gentes acquietabimus & defendemus; & de omnibus ſupradictis imperpetuum. Ut autem hæc mea conceſſio, remiſſio, quietaclamancia, & præſentis Cartæ confirmatio perpetuæ ſtabilitatis robur optineat, præſentem Cartam ſigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, dominis *Will.* de *Inſula*; *Will.* de *Gloumorgan*; *Will.* de *Pageham*, *Will.* de *Stratton*, militibus, Domino *Martino Chamflur*; *Ricardo* de *Aſston*; *Henrico Trenchard*; *Johanne* de *Bronewiz*; *Willielmo Markes* & aliis.

Inſpeximus etiam quandam Cartam, quam *Gilbertus* le *Manſel* fecit Deo & Eccleſiæ prædictæ, & præfatis Abbati & Canonicis, in hæc verba. Sciant præſentes & futuri, quod ego *Galfridus* le *Manſel* dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ, pro me & hæredibus meis confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Tichefeld, & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, & in perpetuum ſervituris, totam terram meam cum omnibus pertinentiis ſuis, quam habui & tenui de feodo Domini *Rogeri* de *Someri*, in villâ de *Ingepenne*, per ſervicium feodi unius militis. Habendum & tenendum dictæ Eccleſiæ & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus; totam præfatam terram, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberè, & quietè, ſolutè, & integrè, benè & in pace, jure hæreditario, in omnibus; ut in homagiis, fidelitatibus, releviis, wardis, & eſcaetis, dominicis, redditibus, boſcis, pratis, paſcuis, paſturis, viis, ſemitis, & omnibus aliis aiſiamentis, & libertatibus, infra villam & extra, ad eandem terram pertinentibus, abſq; ullo retenemento, vel reclamatione mei vel hæredum meorum imperpetuum; faciendo indè memorato Domino feodi, ſervicium, quod ad prædictam terram pertinet.

Dedi inſuper, & conceſſi dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus totum jus & clamium, quod habui, vel habere potui in totâ terrâ, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam Domina *Hawiſia*, quondam uxor Domini *Walteri* le *Manſel* fratris mei, de me tenuit, nomine dotis, in eadem villâ; ita quod poſt deceſſum dictæ Dominæ *Hawiſiæ*, tota prædicta terra, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſine aliquâ diminutione, vel impedimento, & contradictione mei, vel hæredum meorum imperpetuum, ad prædictam Eccleſiam, & prædictum Abbatem, & Canonicos, & eorum ſucceſſores, debet reverti. Et ego prædictus *Galfridus* le *Manſel*, & hæredes mei totam prædictam terram, cum prædictâ dote, cum omnibus pertinentiis ſuis, dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, contra omnes gentes warentizabimus, acquietabimus, & defendemus in perpetuum. Pro hac autem donatione, conceſſione, & præſentis Cartæ confirmatione, acquietaverunt me prædicti Abbas & Canonici verſùs *Albraham* de *Brechamſtede* Judeum, de nonies viginti libris ſterlingorum; & michi dederunt centum libras ſterlingorum; & ſingulis annis, quoad vixero, viginti libras ſterlingorum, ad duos terminos anni. Ut autem hæc mea donatio, conceſſio, & præſentis Cartæ confirmatio, pro me & hæredibus meis, futuris temporibus firma & ſtabilis permaneat, præſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione communivi. Hiis teſtibus, domino *Nicholao* de *Henreth*, tunc Vicecomite *Berkſiræ*, domino *Rob.* de *Herpenham*; *Nic.* filio *Gervaſii* de *Ingkepenn*; *Alano* de *Englefeld*; *Ric.* de *Waleton*; *Galfrido Pozard*; *Hugone* de *Inglefeld*; *Petro* Clerico; *Johanne* le *Povere* & aliis.

Inſpeximus inſuper quandam Cartam, quam *Petrus* de *Sukemund* de Ingepenne, fecit Deo & dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, in hæc verba; Sciant præſentes, & futuri, quod ego *Petrus Sukemund* de Ingepenne, dedi, conceſſi, & præſenti Cartâ confirmavi, Deo & dictæ Eccleſiæ de Tichefeld, & Abbati & Canonicis *Præmonſtratenſibus* ibidem Deo ſervientibus, in liberam, & perpetuam elemoſinam, totam terram meam, cum omnibus pertinentiis ſuis in Ingepenne. Tenendam & habendam dictæ Eccleſiæ & dictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus liberè, quietè, & integrè, benè, & in pace, jure hæreditario, & in omnibus libertatibus, in boſco & in plano, in pratis, paſcuis, & paſturis, in aquis, ſtagnis, & vivariis, in viis & ſemitis, in redditibus, releviis, & homagiis; wardis, & eſcaetis; ſerviciis, heriectis; & omnibus aliis exitibus, & conſuetudinibus, ad eandem terram pertinentibus; faciendo inde pro me & hæredibus meis domino feodi illius, ſervicium dimidii militis; & michi & hæredibus meis unum par Calcarinni, vel tres denarios ſterlingorum, ad feſtum ſancti *Michaelis*, pro omnibus ſerviciis, conſuetudinibus, exactionibus, & ſeculari demandâ, ad me vel hæredes meos pertinentibus. Et ego *Petrus Sukemund*, & hæredes mei debémus warantizare, acquietare, & defendere totam prædictam terram, cum omnibus pertinentiis ſuis prænominatis, dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus contra omnes gentes imperpetuum. Ut autem hæc mea donatio, conceſſio, & præſentis Cartæ confirmacio perpetuæ ſtabilitatis robur optineat, præſentem Cartam Sigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, domino *Walt. Manſel*, milite; *Sewale* de *Eſvile*; *Nich.* filio *Gervaſii* de **Ingepenne**; *Ric.* de *Haveringe*; *Rob.* de *Herpenham*; *Joh. Belet*; *Will.* de *Hame*; *Galfr. Pochard*, *Will. Buggi*; *Nich.* Clerico *Philippo* Clerico de **Hungerford**; *Petro Farman*; *Will.* le *Chapeleyn*, & aliis.

Inſpeximus eciam quandam Cartam, quam *Rogerus* de *Someri* fecit Eccleſiæ prædictæ, & præfatis Abbati & Canonicis, in hæc verba; Sciant præſentes, & futuri, quod ego *Rogerus* de *Someri* conceſſi & hac præſenti Cartâ confirmavi, pro me & hæredibus meis, Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Tychefeld**, & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus, omnes terras & poſſeſſiones, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas habent de feodo meo, de villâ de **Ingepenne**: Habendas & tenendas dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus in perpetuum, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam (&c.) Hiis teſtibus, domino *Johanne* filio *Galfridi*; domino *Will.* de *Eboraco*; domino *Jeremia* de *Claxton*; domino *Rogero* de *Turkildeby*; domino *Galfrido* de *Lucy*; *Roberto Paſſelewe*; *Ricardo* de *Lucy*; *Roberto* de *Bello Alneto*; *Petro* de *Itingeden*; & aliis.

Inſpeximus eciam quandam Cartam, quam *Petrus Wynton.* Eccleſiæ miniſter, fecit Deo & Eccleſiæ prædictæ, & præfatis Abbati & Canonicis, in hæc verba. Univerſis Chriſti fidelibus, ad quorum noticiam præſens Carta pervenerit, *Petrus*, divinâ miſeratione, *Wyntonienſis* Eccleſiæ miniſter humilis, æternam in domino ſalutem: Noveritis nos, divinæ caritatis intuitu, dediſſe, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Tychefeld**, & Abbati & Canonicis *Præmonſtratenſis* Ordinis, ibidem Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus, totam terram noſtram, quam habuimus in **Cornhampton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſine aliquo retinemento, in puram & perpetuam elemoſinam; quam quidem terram emimus de *Ada* de *Cornhampton*. Dedimus eciam prædictæ Eccleſiæ, Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, totum boſcum noſtrum cum omnibus ſuis pertinentiis, qui vocatur **Cherlewode**, in puram & perpetuam elemoſinam, quem emimus de *Jordano* de *Wakervile*. Et ut hæc noſtra donatio, conceſſio, & Cartæ hujus confirmatio, impoſterum perſeveret, præſenti ſcripto ſigillum noſtrum apponere dignum duximus. Hiis teſtibus, magiſtro *Alano* de *Sancta Cruce*; *Will.* atte *Hene*; *Ada* de la *Berre*; *Emerico* de *Sace*; *Regin.* de *Cunde*; *Galf.* de *Rupibus*; *Jac.* de *Northampton*; *Henr.* de *Wodecote*; *Ric.* de *Cardevile*; *Thoma* de *Gumminges*; *Joh.* de *Clifford*; *Thoma Thable*, & multis aliis.

Inſpeximus inſuper quoddam ſcriptum, quod *Will.* de *Clare* fecit Deo & prædictæ Eccleſiæ, & dictis Abbati & Canonicis, in hæc verba. Noverint univerſi præſentes pariter & futuri, quod ego *Will.* de *Clare* conceſſi, & præſenti ſcripto, pro me & hæredibus meis confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Tychefeld**, & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus, totam terciam partem manerii de **Cornhampton**, cum ſuis pertinentiis, quam habent de dono domini *Petri* quondam *Wynton.* Epiſcopi, ſicut in Cartâ, quam habent de dicto Epiſcopo, continetur: quam quidem terram idem Epiſcopus emebat de *Ada* de *Cornhampton*: Habendum & tenendum, de me & hæredibus meis dictæ Eccleſiæ, & præfatis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, terciam partem prædicti Manerii de **Cornhampton**, cum ſuis pertinentiis, liberè, quietè, integrè, in homagiis, redditibus, dominicis, villenagiis, ſerviciis, inboſcis, paſturis (&c.) Pro hac conceſſione, & præſentis ſcripti confirmatione, dederunt michi prædicti Canonici decem libras ſterlingorum, præ manibus, & terciam partem prædicti molendini de **Cornhampton**. Et ut hæc mea conceſſio, & præſentis ſcripti confirmatio, pro me & hæredibus meis firma & ſtabilis in perpetuum perſeveret, præſentem Cartam ſigilli mei impreſſione feci roborare. Hiis teſtibus, domino *Petro* de *Nereford*; domino *Henrico* de *Sullye*, militibus (&c.)

Inſpeximus eciam quandam Cartam, quam *Will.* de *Rayni*, filius & hæres domini *Willielmi* de *Rayni*, fecit Deo & Eccleſiæ prædictæ, & præfatis Abbati & Canonicis in hæc verba: Sciant præſentes, & futuri, quod ego *Will.* de *Rayni* miles, filius & hæres Domini *Willielmi* de *Rayni* dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ, pro me & hæredibus meis, vel meis aſſignatis confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Tychefeld**, & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, & in perpetuum ſervituris, totam terram meam de **Stubynton**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam habui, & tenui de feodo domini *Johannis* de *Mohun*, filii & hæredis domini *Johannis* de *Mohun*; Habendum & tenendum dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, totam præfatam terram, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberè, & quietè, ſolutè, & integrè, benè, & in pace jure hæreditario in omnibus; ut in homagiis,

giis, fidelitatibus, wardis, eſcaetis (&c.) Ut autem hæc mea donatio, conceſſio, & præſentis ſcripti confirmatio, & omnia prædicta, prout ſuperiùs, pleniùs ſunt diſtincta, perpetuæ ſtabilitatis robur optineant, præſentem Cartam ſigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, Dominis *Hugone* de *Hoyvile*, & *Philippo* filio ſuo, *Will.* de *Stratton* & *Will.* le *Fauconer*, militibus, (&c.) Inſpeximus etiam quandam Cartam, quam *Matildis Bret*, filia *Johannis Bret*, fecit Deo & prædictæ Eccleſiæ, & præfatis Abbati & Canonicis, in hæc verba. Sciant præſentes, & futuri, quod ego *Mat. Bret*, filia *J. Bret*, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Tichefeld**; & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis* ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, totam terram meam, quam emi & habui de *Roberto Bret* fratre meo in **Chark**, *viz.* totam illam croftam, cum ſuis pertinentiis, quæ vocatur **Sudkyngeſlond**, cum domibus ſuper eandem ædificatis: Et totam illam croftam, cum ſuis pertinentiis, quæ vocatur **Northkyngeſlond**: Et totam illam croftam, cum ſuis pertinentiis, quæ vocatur **Sudwyggeſtighele**: Et totam illam croftam, cum ſuis pertinentiis, quæ vocatur **Northwyggeſtihele**: Et totam illam croftam, quæ vocatur **Popeſcroft**: Et octo acras & dimidium, cum ſuis pertinentiis, quæ jacent in Aquilonari parte prati de **Chark**. Et totam illam croftam, cum ſuis pertinentiis, quæ vocatur **Weſtrode**. Et unam acram terræ, quæ jacet in auſtrali parte, proxima juxta viam quæ ducit de villâ de **Chark**, verſus Curiam de **Lye**. Et duodecim denarios de annuo redditu, quos *Johannes Bret*, filius *Roberti Bret*, fratris mei pro quadam terrâ, quæ vocatur la *Strode*, reddere michi debuit annuatim. Habendum, & tenendum omnes prædictas terras cum omnibus ſuis pertinentiis, dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus liberè, quietè, benè, ſolutè, integrè, & pacificè, in omnibus (&c.) & omni jure & dominio, quod habui, vel habere potui in magnâ viâ, quæ ducit de **Lye** verſùs domum *Willielmi Markes*; & omnimodis aiſiamentis, & proficuis aliis, quæ michi aliquo caſu accidiſſe poſſent imperpetuum in terris vel in redditu ſupradictis. Reddendo inde annuatim *Willielmo Breton*, & hæredibus ſuis duos ſolidos ad duos anni terminos; videlicet ad *Paſcha* duodecim denarios, & in feſto ſancti *Michaelis* duodecim denarios: Et eidem ad eundem terminum ſancti *Michaelis*, pro quadam dimidiâ acrâ, jacente in **Popeſcroft**, ſuperiùs nominato, juxta foſſatum de la **Blakelonde**, unum denarium; Et *Roberto Bret*, fratri meo prædicto, unum denarium, pro omnibus ſerviciis, ſectis Curiæ (&c.) Pro hac autem donatione (&c.) dederunt michi dicti Abbas & Canonici ſex marcas ſterlingorum ad acquietandum terram prædictam de Judaiſmo, in quo fuit impignorata per *Robertum* fratrem meum ſupradictum. Conceſſerunt etiam dicti Abbas & Canonici, per Cartam ſuam, quaſdam portiones michi & *Willielmo* filio meo, & *Alicia*, & *Sibillæ* filiabus meis, quoad vixerimùs, inveniendas, ſicut in ſcriptis inde confectis pleniùs continebitur. Quare ego prædicta *Matildis* & hæredes mei, volumus & debemus omnes prædictas terras, cum ædificiis in prædictis terris exiſtentibus, redditibus, & omnibus aliis pertinentiis & rebus ſuperiùs diſtinctis, dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, contra omnes homines, tam Chriſtianos, quàm Judeos, warantizare, acquietare, & defendere imperpetuum. Ut autem hæc mea donatio, conceſſio, & præſentis ſcripti confirmatio, perpetuæ ſtabilitatis robur optineant, præſentem Cartam Sigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, Domino *Will.* de *Straton*, & *Philippo* de *Hoyvile* militibus, (&c.)

Inſpeximus etiam quoddam ſcriptum, quod *Johannes* de ſancto *Johanne*, Dominus de **Baſynge**, fecit præfato Abbati & Conventui Monaſterii de **Lychefeld**, in hæc verba. Omnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris, *Johannes* de ſancto *Johanne* Dominus de **Baſynge**, ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra, quod ego remiſi, & omnino quietè clamavi, pro me & hæredibus meis, Abbati & Conventui Monaſterii de **Tichefeld**, Ordinis *Præmonſtratenſis*, & eorum ſucceſſoribus, omnes ſectas, & ſervicia, & diſtrictiones, quas ego & anteceſſores mei aliquo tempore ab eiſdem Abbate & Conventu exigere conſuevi, ſeu exigi conſueverunt, de terrâ, quam prædicti Abbas & Conventus tenent in puram & perpetuam elemoſinam, per feoffamentum quandam *Willielmi* de *Regni* in villâ de **Stobynton**; quam quidem terram Dominus *Johannes* de *Moun* de me tenet; ita quod, nec ego *Johannes*, nec hæredes mei, de cætero aliquam diſtrictionem facere poſſumus, nec debemus ſuper prædictos Abbatem & Conventum, aut eorum ſucceſſores in villâ de **Stobynton**, pro aliquibus ſectis, vel ſerviciis, quod dictus *Johannes* de *Moun* michi facere tenetur de feodo, quod de me tenet in villa de **Stobynton** prædicta. Et ut hæc mea quieta clamantia ſtabilis permaneat imperpetuum, huic ſcripto Sigillum meum appoſui. Datum apud **Baſynge** viceſimo primo die menſis *Octobris*, anno Regni Regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi* tertio.

Nos autem donationes, conceſſiones, remiſſiones, quietas clamancias, & confirmationes prædictas, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Abbati & Conventui loci prædicti, & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus, ſicut Cartæ & ſcripta prædicta rationabiliter teſtantur. In cujus, &c. T. Rege apud *Weſtm. x.* die *Jan.*

Inventorium bonorum in hujuſmodi Prioratu exiſtentium anno Domini MCCCCxx.

OMnibus quorum intereſt, ſeu poterit intereſſe, Frater *Joh. Powle*, Dei patientiâ, Abbas Monaſterii de **Haleſowayn**, Ordi- *Præmonſtratenſis*, *Wigorn.* dioceſis, ſalutem in

Ex ipſo autogr. penès *Edw.* Baronem *Dudley* an. 1640.

omnium ſalvatore. Veſtra noſcat diſcretio, quod nos, aſſedentibus nobis Abbate de **Dureford**, Ordinis prædicti, domum noſtram filialem paſtoris ſolacio deſtitutam, Monaſterium *viz.* de **Tytchefeld**, ejuſdem Ordinis, *Wynton. dioc.* actualiter viſitantes; ac fratrem *Ricardum Aubrei* ejuſdem Monaſterii Priorem, per confratres ſuos dicti Monaſterii Canonicos, ritè & Canonicè electum, in Abbatem & paſtorem Monaſterii memorati, juxta privilegia per ſedem Apoſtolicam nobis & Ordini noſtro indulta legitimè confirmantes; Statum Monaſterii prædicti invenimus continere, quod die datæ præſentium, nihil fuit de pecuniis in Theſaurariâ; debetur autem Domui *xliii. l. iiii. s.* & Domus tenebatur in *Lxii. l. vi. d.* Immo in Officio *Sacriſtæ* invenimus unam cupam argenteam & deauratam, pro Corpore Chriſti imponenda; duas magnas Calices deauratas, & *xii.* alias Calices, unde ſex deauratas; unum textum magnum, cum diverſis Reliquiis, unum vas argenteum pedatum & deauratum, & plenum Reliquiis; unam magnam Crucem argenteam & deauratam, cum imaginibus beatæ *Mariæ* & *S. Johannis*, & cum magno & amplo pede; unum baculum proceſſionale, cum uno bolle argenteo, pro magna Cruce imponendo: unam parvam Crucem argenteam deauratam, & lapidibus ornatam, cum unâ parvâ bolle argenteâ. Unum textum argenteum & deauratum cum uno bulello magno, & tabulâ mortuorum in eodem infixâ. Duas ampullas argenteas & deauratas. Unum vas argenteum deauratum, pro incenſo, cum cocliari argenteo. Tria turribula argentea deaurata. Duo Candelabra argentea deaurata; duas pelves argenteas; unum baculum paſtoralem argenteum deauratum. Unam Capſulam, cum diverſis jocalibus. Unam capſulam pro calice, coclearibus & aliis de argento fracto, cum antiquo pede parvæ Crucis. Unum Pix pro corpore Chriſti imponendo.

Item in theſaurariâ dictæ Eccleſiæ, invenimus tres Cupas argenteas deauratas & pedatas, undè duo cum Cooperculis; tres pecias deauratas, cum Cooperculis, unde una pedata. Uam peciam, cum Cooperculo interiùs deaurato. Duo Coclearia deaurata. Unum ſalarium deauratum, cum Cooperculo. Quatuor alia ſalſaria argentea, undè duo cum Cooperculis. Quatuor Cupas argenteas pedatas, cum Cooperculis. Uuam magnam peciam argenti, cum Cooperculo; duas pecias argenti pedatas, cum Cooperculis. Duas pecias pedatas, undè una cum Cooperculo. Unum pirum argenteum pro pulvere, quatuor bellas argenti pedatas, cum Cooperculis. Duas ollas argenteas; duas pelves argenteas; tria lavatoria argentea; duas Ewers argenteas: Unum plate argenteum pro ſpeciebus pedatum; quinq; nuces pedatas cum Cooperculis: Unam peciam cum curto pede. Triginta octo pecias argenti, undè una cum Cooperculo: quater viginti quatuor Coclearia argentea.

Item in diverſis dictæ Eccleſiæ Maneriis, inventi ſunt; de Equis *xxxiiii*; de Jumentis *x.* & de pullanis quatuor. Item de bobus *CLiiii.* de tauris *vii.* De vaccis *Lxix.* de bovettis *xvii.* de boviculis *x.* De annalibus *xxviii.* & de Vitulis *xxix.* Item de multonibus *CCCLxxxi.* de hurtis & maricis *CCvii.* de Hogris *Cxxi.* & de agnis *C.*

Item de Apris *xvii.* De ſuibus *xxiiii.* De porcis *xxxiii.* De Hogettis *Cxxvi.* & de porcellis *Lxxxix.*

Item inventum eſt, per eſtimationem rationabilem, fenum pro hoſpicio uſq; feſtum *Aſſumptionis* beatæ *Mariæ*, ſed non pro liberationibus famulorum. In granario, neq; in bracinâ nichil.

In quorum omnium teſtimonium, uni parti præſentis Inventorii, penès nos remanentis, Sigillum commune præfati Monaſterii de **Ticchefeld**; & alteri parti, penès idem Monaſterium remanenti, Sigillum noſtrum ſunt appenſa. Datum in eodem Monaſterio *xii.* die menſis *Junii*, anno domini *MCCCCxx.*

Cœnobia Anglicana,
ORDINIS
S. GILBERTI
DE
SEMPRINGHAM.

Vita S. Gileberti *Confeſſoris.*

Ex cod. MS. in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Cleopatræ* B. 1.] f. 37. b.

ORiens ſplendor juſticiæ, qui illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum, & ad agnitionem ſui nominis vult venire; orbis occidui partes occiduas, novis lucis ſuæ radiis tempore occiduo illuſtravit: cujus jubare cælitùs immiſſo, velut infuſum ſydus ethereum fulſit, ſub noctis noſtræ tenebris, vir vitæ admirabilis, nomine *Gileb.* qui electus Dei famulus in *Angliæ* partibus, loco, qui dicitur Sempingham, ſpectabili, quod ſolet & debet eſſe incitamentum virtutum, proſapiâ genitus, prærogativa morum genus vicit & ſeculum: Pater ejus *Jocelinus* nomine, miles ſtrenuus, & vir bonus & opulentus, *Neuſtrigena* natione, plures habens poſſeſſiones in partibus provinciæ *Lincolniæ*: mater verò ortu Anglica, à parentibus fidelibus, non inferioris tamen conditionis originem trahens. In medio populi ſui habitantes, totam ſuam progeniem tanti filii illuſtrârunt generatione, cujus futuræ magnitudinis gloria, tali, ut fertur, revelata eſt matri, vel præſagio vel inditio. Nam priuſquam infans naſceretur, viſum eſt ei in ſomnis, quod quaſi deſcendentem à ſupernis Lunam ſuſcepiſſet in ſynum; hoc nimirum præſignante, ut poſt claruit viſione, prolem illam, tanquam lucernam mundi à Deo paratam, aſſiduis in poſterum profecturam incrementis. Scintilula etenim priùs latens in cinere, ſuper Candelabrum poſita, magnum luminare emicuit, ad lucendum omnibus, qui in domo Dei ſunt.

Nec immeritò Lunæ comparavit eum ſpiritus Domini, quia membrum Eccleſiæ, quæ eſt Luna perfecta in æternum, in principio ſui quaſi modicæ formæ apparuit; ſed inter mundanas varietates mutuato à ſole Chriſto lumine, poſt alterna detrimenta, fælicibus proficiens augmentis, tandem decidit in ſynum matris divinæ pietatis; ac deindè ſuſceptus eſt in ſecretâ requie *Jeruſalem* ſupernæ matris: Nempè in primævo ſui tempore, ſicut ætate, ita noticia & virtute modicus, adeo erat abjectus in domo patris, ut nobis narrare conſueverat, quod nec famuli domus dignarentur cum eo cybum ſumere: porro corporali ſcemate incompoſitus & incultus, nulla quæ adhuc emineret redemit vitium exterioris deformitatis animi virtute: erat tamen intrinſecùs latens, in bono ſcilicet eximiæ naturæ: quicquid poſt modum, adveniente gratia eſſe poterat vel fuit, in majori ætate tanquam lampas contempta apud cogitationem divitum, parata in tempus ſtatutum. Sic dominus ſupernæ gratiæ, non humanæ efficatiæ, ſuarum volens attribui dona virtutum, pauperem facit, & ditat, humiliat & ſublevat; ſuſcitans de pulvere egenum, & de ſtercore erigens pauperem, ut ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Sic educit nubes ab extremo terræ, qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, infirma mundi eligens, ut fortia quæq; confundat.

De adoleſcentia ejus.

IGitur non ſine diſpoſitione divina, cujus melior eſt miſericordia ſuper vitas, in ætate parvula traditus eſt literis; eò quòd, ut credi fas eſt, in hoc vivendi genere ampliora bona, ex hoc vaſe electionis & armario ſpiritus S. fuerant proferenda. Inprimis tamen ſegniter uſus, & exiliter inſtitutus eſt rudimentis pueriliſ doctrinæ, quam cum deterreret teneros annos labor diſcendi, qui graviùs ſolet affligere pueros, modicum adhibuit ei cura parentum juvamenti ad diſciplinam, donec vehementer correptus à ſuis ſuper inertia ſua, pudore neſcio an timore, patriam ſuam deſerens, in *Galliarum* ſe tranſpoſuit regiones, ubi dum eſſet in ſe reverſus, cæpit evacuare, quæ erant parvuli, & priſtinam exuens ſocordiam, inſtitit ſollicitè arti litteratoriæ, non tamen multa ſuffultus amicorum ſtipe.

Adoleſcens autem bonæ ſpei, in ſcola virtutum didicit maturiùs morum diſciplinam, & cujus poſtea erat Magiſter, cæpit mox totius honeſtatis fieri diſcipulus. Inſtitutus eſt itaq; tam diu liberalibus & ſpiritualibus ſtudiis, donec Magiſtri nomen mereretur,

mereretur & gradum. Sanè, quoniam mores ornant ſcientiam, & ſine virtute vidua eſt omnis ſapientia, ſtuduit liberali ſcientiæ maritare diſciplinam probeatiſſimæ vitæ; immunis ſiquidem ab his quas miniſtrat mundus viciorum illecebris; jam tunc quendam religionis, ad quam aſpiravit, reſpiravit odorem; illâ nèmpè ætate quâ juxta corpus corruptibile aggravat animam, eſtus ferventior libidinum graviùs depaſcit corda mortalium; in quâ etiam pugnâ plerumq; ſuccumbunt ſeniores & docti, ille vas ſuum ita Domino ſanctificabat, ut magiſterio ſpiritus intùs cohibente, nec ingenitæ cederet carnalitati, nec exteriores expleret voluptates; nam nec illum tetigiſſe mulierem, ab ineunte ætate uſq; ad finem vitæ quiſquam unquam audivit; jam tunc martyr effectus, holocauſtum ſe Domino exhibebat; undè factum eſt, ut quia ſe mundum ſervavit, ferre vaſa Domini uſq; ad centeſimum vitæ annum mereretur; & quia graviùs adoleſcentiæ certamen ſuperaverat, ad forcius infirmioris ſexus regimen, haut inmeritò poſtmodum aſſumptus eſt.

Qualiter rexit Scolas.

REverſus deniq; à *Galliis*, ad natale ſolum; de talento ſcientiæ, quod copioſiùs acceperat, negotiari cœpit, & tradidit illud pueris & puellis provincialibus, ex quibus reportavit poſtea maximum lucrum ad menſam domini ſui. Hii ſunt enim primitivi illi, in quibus fundatus eſt ordo de Sempingham, quos adhuc ſecularis, & ipſe habitu ſecularis, non modo ſcolaribus rudimentis, ſed & moralibus & monaſticis inſtituit diſciplinis, ita quod pueros à jocandi & vagandi libertate cohercitos, cogeret ſecundùm ſtatuta Monaſteriorum ſilere in Eccleſiâ, cubitare ſimul, quaſi in Dormitorio; non niſi locis ſtatutis loqui & legere, & alia honeſtæ vitæ experiri inſignia. Hoc enim erat ei à puerilibus annis ſummum ſtudium; hic labor continuus; hæc indefeſſa ſollicitudo, quod in virtutibus eſtimatur optimum, animas ſcilicet lucrifacere Deo; & quibuſcunq; poterat verbo & opere proficere & exemplo. Ipſe verò immaculatum ſe cuſtodiens ab hoc ſeculo, ſemper honeſtis & ſpiritualibus negotiis ſe tenuit occupatum.

Habitu tantum & fronte populo conveniens, intus habuit omnia diſſimilia; prætioſis & nitidis, ſecundùm natalium ſuorum dignitatem, utens indumentis; ducens cultum incontemptum uſum pociùs & formam eorum, quantum potuit, ad humilitatis modum convertit. Juſticiæ & veritatis amator, caſtitatis & ſobrietatis, cæterarumq; virtutum ſedulus cultor enituit; propter quæ venerabilis & laudabilis omnibus factus, omnium ſibi favorem comparavit & gratiam: ſed & pater ipſius ſuper probitate filii admodum gaviſus, paterno cæpit juvenem confovere affectu, & de propriis diviciis miniſtravit ei neceſſariorum ſufficentiam. Demùm ad vacantes Eccleſias parochiales de Sempingham; & de *Tiringtona*, in ſuo dominio fundatas, ex more patriæ, perſonam illam Epiſcopo loci præſentavit; licèt, ut aiunt, renitentem, ſed ut tueretur jura patris in eiſdem Eccleſiis, vix conſentientem, ad quas legitimè admiſſus eſt, & Canonicè inſtitutus: Poſt multos autem & moleſtos cauſarum conflictus, quas ei intenderant adverſarii, nitentes tollere patri patronatum, & ſibi perſonatum; tandem pacificè poſſidens eccleſiaſticum beneficium, ſatis ſuum exſolvit pro officio debitum, tàm miſticè quàm materiali, congruum exhibens Eccleſiæ miniſterium.

Qualiter rexit Eccleſias.

MAnſionem habens in atrio Eccleſiæ beati *Andrea* de Sempingham, ſolus cum Capellano, vitæ probatæ, *Galfrido* nomine, & ipſe vitam ſatis duxit laudabilem: priùs enim apud quendam patrem-familias ſimul hoſpitati ſunt in villâ; ſed cum ſuper formâ filiæ hoſpitis, quæ eis ſedulò miniſtravit, occulta utriq; ſurreperet contagio, viſum eſt *Gilberto* in ſomnis, quod manum ſuam in ſynum prædictæ puellæ injeciſſet, nec indè eam extrahere poſſet: quod ſomnium vehementer expaveſcens vir caſtiſſimus; ne fortè, ut eſt humana fragilitas, futurum fornicationis crimen portenderet, confeſtim ſuam ſacerdoti expoſuit, cum ſomnio, temptationem; cui ille itidem eadem ſe fatigari moleſtiâ confeſſus eſt; undè conſilium Apoſtoli ſequentes, velociùs ſe ab illo hoſpicio removerunt, & in cymiterio Eccleſiæ domum ſibi ædificaverunt, in quâ poſtpoſitâ frequentiâ vici, ſemper circa Eccleſiam pariter commorati ſunt. Veruntamen hæc ſomnii viſio, non futuri peccati, ſed glorioſi meriti fuit præfiguratio: Hæc enim virgo poſtmodum una erat de ſeptem illis primitivis, in quibus idem pater inchoavit totius Ordinis ſui congregationes; in cujus ſynum, quaſi in ſecretum & requiem Eccleſiæ, cujus fuit fundamentum, manum immiſit paſtor & amicus diligentiſſimus, nec avelli poterat; quia ad ædificandum ei bonæ conſcientiæ & perpetuæ pacis archanum, totam operationem ſuam & virtutem miniſtravit; nec ab ejus ſollicitudine vivus erui poterat, nec à protectione defunctus: igitur in Eccleſiâ, ſacris meditationibus aſſiduus, familiæ dominicæ tritici menſuram, tanquam fidelis diſpenſator, & prudens, inſtanter erogavit; & auditores ſuos ita inſtructos reddidit, ut magnâ ex parte regulam Monaſticæ vitæ ſervarent etiam ſeculares; enimverò à commeſſationibus & impudicitiis, à ſpectaculis & potationibus publicis abſtracti, opera miſericordiæ excercere, & Eccleſiaſticos cenſus ritè perſolvere didicerunt: nam quocunq; baſilicam intrâſſent, diſcerni poterant à cæteris parochiani de **Sempingham** per orationum devotionem, & inclinationum humiliationem, quas eos docuerat prælatus eorum *Gilebertus*.

Quoniam autem vulneribus ſaucii, nunc vinum, nunc oleum infundere debet *Samaritanus*, qui interpretatur Cuſtos, ſtuduit pro loco & tempore medicus iſte animarum, utroq; uti genere medicamenti. Quam ſeverus enim extiterit in corripiendo rebelles, ſicut juſtis nutibus, & ſubditis manſuetum ſe exhibuit irrexhortando, docet unum ex factis ejus, quod non pro miraculo, ſed pro recti operis ponimus exemplo: Quidam ex parochianis ſuis fraudem fecerat de Decimis frugum ſuarum, in collectione earum, & quas in partes Eccleſiæ debuerat ſequeſtrâſſe, cum reliquo blado domum allatas, repoſuit in horreo ſuo, propriis uſibus profuturas: quod ut novit Rector Eccleſiæ concitò compulit ruſticum illum, totum bladum ſuum ex grangiâ ejicere, & per ſingulos manipulos coram ſe numerare; quorum totam decimam partem, quæ ſibi & Eccleſiæ videbatur competere, in unum acervum congeſtum, in mediâ plateâ vici, accenſo rogo, fecit conſumi; deteſtationem utiq; tanti criminis, & ad terrorem aliorum; arbitrans indignum cedere in uſus hominum quod Deo & ſanctæ Eccleſiæ furtivè fuerat ſublatum: Erat enim vir magnanimus, & rerum diſpendia parvi pendens, dummodo æquitatis ordo & jura eccleſiaſtica ſervarentur.

Qualiter converſatus eſt in Curia Alexandri *Epiſcopi.*

INterim acceſſit ad obſequium dioceſani ſui pontificis, *Roberti* videlicet cognomento *Bloet*, *Lincolnienſis* Epiſcopi, in cujus domo primò Clericus miniſtravit: deindè poſt deceſſum ipſius, in Curiâ *Alexandri* ſucceſſoris ejus, ſine querelâ converſatus eſt: bonum enim judicavit ſub Epiſcopali regimine degere, & Epiſcopum ſe intendentem intendere quam more acephalorum huc illucq; diſſolutâ libertate diſcurrere: ſed licèt Curiæ implicaretur inquietudine, nunquam tamen prætermiſit officium paſtoralis Curæ, quin pocius ſui primò & præcipuè agens ſollicitudinem, quicquid de debitis redditibus, vel annuis penſis, aliiſve juſtis acqueſtibus habere poterat; totum, præter ſtipendia vitæ, quæ tamen ex Eccleſiâ de **Sempingham** conſecutus eſt; nam de illâ de *Tiringtona* nichil in ſuos uſus convertit; in ſumptus pauperum ſervavit & dedit. Cumq; proprio abeſſet hoſpicio, circa Epiſcopum commoratus, Deum in eo ſuſcepit & retinuit hoſpitem, in orphanis & viduis, ſenibus ægris & debilibus, quos propriis agriculturis & Eccleſiarum obventionibus aluit & veſtivit.

Quanta autem ferveret in eo erga Deum dilectio, qui præcepta caritatis ita ſervavit ad proximos, teſtatur crebra orationum inſtancia, & frequens in precibus mentis devotio: nam quamvis vitâ & moribus oraret omni horâ, quandocunq; potuit ſecretò furabatur orandi horas; hoc autem fecit, non motis tantum, ut pleriq; labiis, nec corde in diverſa diſperſo; ſed mente, cum manibus & oculis in ſuperna erecta, tunſione pectoris, & genu-flexione interioris hominis deſiderium indicavit; ad quod probandum, aliqua ponantur exempli gratiâ; Invitavit, aliquotiens unum de condecurionibus ſuis Clericum ad orationem; qui cum ſtarent pariter ante gradus Altaris, decantantes Pſalmos *Davidis*, ubicunq; occurrit nomen Domini vel Dei, vel ſi quid tale in Pſalmo, ad prolationem dictionis, humi ſtratus genu-flexit *Gilebertus*: ad cujus exemplum, cum idem faceret Clericus, id tam diu egit, donec adeo feſſus factus eſt, ut juraret ſe nunquam amplius cum eo oraturum. Alio tempore, cum quidam Epiſcopus, à domino ſuo ſuſceptus hoſpitio, in Camerâ Epiſcopi, ubi *Gilebertus* de more dormiebat, jaceret vigilans, vidit idem Epiſcopus in pariete, oppoſito ad lumen lucernæ, effigiem hominis, per totam noctem; nunc aſcendentem, nunc deſcendentem, in umbrâ; & ignorans quid hoc eſſet, putans autem fantaſma eſſe, in magnum incidit mentis ſtuporem: inveſtigans tamen diligentius quid hoc eſſet, invenit virum Dei ante ſuum grabatum ſtantem & orantem, & manus ſurſùm, genua deorſum crebrò ponentem deprehendit; quod manè facto, referens Epiſcopus, arguit jocoſè hoſpitem ſuum, quia ſaltatorem haberet in thalamo, qui eum nocte præteritâ ita terruerat: Hæc ideo ponimus in exemplum; quia ſicut quandoq; ſuis proteſtatus eſt magis dum eſſet in Curiâ quam poſtea jejuniis, vigiliis, & orationibus, cæteriſq; ſpiritualibus excercitiis corpus ſuum edomabat: Ut enim ſui referunt domeſtici, arguit quandoq; ſeipſum, quia magis ante converſionem, quàm poſt converſionem corpus ſuum afflixerat; cum tamen poſt ſuſceptum ſanctæ religionis habitum ſatis ſuæ videtur carni adverſari. Si quid tamen talium minus peregiſſet, quando poſitus cuſtos in vineis, vineam ſuam non ita cuſtodivit; hoc non torpori & negligentiæ, ſed neceſſariè & caritativè rei familiaris occupationi eſt imputandum, cum & beato *Martino* minorem poſt Epiſcopatum, quam ante Epiſcopatum fuiſſe virtutem legatur.

Quod primò Clericus Ordinatus eſt,

QUum igitur in ſortem Domini vocatus eſt, & diſpenſator domus Dei conſtitutus, conſenſit Eccleſiaſticorum Ordinum inſignibus ſignari, ubi ſingulis officiis, quantum humana permittit fragilitas, ſe coequavit, & creſcente dignitate graduum crevit & ſanctitas vitæ; dignum ſibi invenit, immo præparavit ſpiritus Sanctus in eo habitaculum, ut manifeſtum eſſet ipſum cum caractere rem percepiſſe ſacramenti: illi enim, ut teſtatur auctoritas, in quorum mentibus diffuſa eſt ſeptiformis gratia ſpiritus Sancti, cum ad eccleſiaſticos Ordines accedunt, in ipſâ ſpiritualis gradus promotione ampliorem gratiam percipere creduntur: hunc itaq; Dei Miniſtrum, ex digno digniorem, & ex Sancto efficit ſacrum collatum ſanctiorem. Veſtis illi non laſciva, ſed moderata & Clericalis, cibus ſobrius & potus parcus, Corona patens & tonſura conveniens, modeſtia in verbis, gravitas in inceſſu, ut jam tunc non Clericus ſecularis, ſed Canonicus regularis putari potuiſſet.

Quod Preſbyter invitus factus eſt.

TAlem ergo, tantumq; virum, cum fama admirata adverteret, quod cognoverat de eo circumquaq; diffudit, & apud aures omnium ſanctum & ſapientem prædicavi: Ipſi quoq; preſuli, cujus venerat vitam imitari, factus eſt norma & exemplar juſticiæ; & ex diſcipulo factus eſt Magiſter, in viâ morum pontem fecit pontifici. Quocirca, attendens pontifex ejus prudentiam, ſimul & juſticiam, dignum duxit & neceſſarium Claves ei committere ligandi & ſolvendi, eo quod per ſanctitatem poſſet, & per diſcretionem noſſet judicium Eccleſiæ rationabiliter excercere: voluitq; illum, tam ſuorum quam totius populi delictorum judicem ac conſcium conſtituere: Quod factum eſt. Cui tamen rei vehementer obnitebatur vir ſanctus, tanto ſacramento ſe reputans indignum, & in accepto gradu ſtare, nimis arduum arbitrans fore: Conſideravit enim miniſterii magnitudinem, miniſterii dignitatem, humanæ actionis imperfectionem, percepti muneris reddendam rationem, & quam periculoſum ſit conſtitui mediatorem, qui opus habet interceſſore: Conſideravit Sacramentorum altitudinem, quam qui naſciſcitur, vel utitur indignè, ſe facit inferiorem. Ab altiori ſemper nocivior eſt ruina, & quod delictum videtur in gradu infimo, crimen judicatur in ſummo: aggravat enim culpam gradus eminentior, & prærogativa Ordinis præſumptorem dejicit elevatum; copioſioriq; debito obligatur copioſiùs mutuans; & cum fœnore exigit quod commodat Dominus.

Actam videns præſes Eccleſiæ utilitatem, & perſonæ gratiam, piè nolenti, piam intulit violentiam, & juxta exemplum beatorum *Valerii* & *Epiphanii*, licèt invitum, Presbyterum ordinavit. Honus autem impoſitum, quia ſic oportuit, piè tulit; quia reverentia, quæ honorem fugiendum dictavit, eadem perſuaſit eſſe amplectendum pro obedientiâ: Sic ſuam agnovit infirmitatem; ſed præpoſiti præpoſuit voluntatem, qui ſubditorum ſæpè ſolet meliùs nôſſe qualitatem. Sic, & in hoc quod voluit, & in hoc quod noluit utrobq; meruit; quia nolle ejus prætendit reverentiam, velle autem prætulit obedientiam. Sic centurio Domini præſentiâ ſe eſtimans indignum, laudatur, & *Zachæus*, eundem hoſpicio ſuſcipiens, benedicitur: *Petrus* autem, dum ſe peccatorem fatetur, miraculum expaveſcens piſcium, Chriſtum repellit, & vituperatur: *Judas* verò, quia irreverenter ſumere non timuit, condemnatur.

Quantum ſprevit divitias ſeculi.

FActus ergo Presbyter, priſtinis ſpiritualibus exercitiis adjecit inſtantiam; maturior in moribus, crebrior in doctrinâ, efficacior in exemplis, ut tam nominis quàm officii ſui, non voce ſed vitâ loqueretur interpretationem; ut qui non nôſſet auditu, poſſet viſu verum Domini cognoſcere ſacerdotem: ita tranſcenſis ſeptem gradibus Altaris, ſeptem donis divini doni donatum, demonſtravit caritas nunquam otioſa: Quoniam igitur inchoatio bonorum, eſt contemptus malorum, & Vitiorum abjectio virtutum ſolet eſſe excercitatio, priùs ſtuduit ſe immaculatum ab hoc ſeculo cuſtodire, ut quicquid poſt ageret, religionem mundam & immaculatam Deo deferret. Sprevit ſe, ſuaque, cum mundo, ut abjectis impedimentis expeditus, poſſet ſequi Crucifixum. Sprevit dico, quoniam etſi mundialibus uſus eſt propter vitæ neceſſitatem, poſtpoſuit omnem ſuperfluitatem, & hærentem habendi cupiditatem. Accepit viaticum, tanquam peregrinus in viâ; nec ſubſidium viæ computavit præmium patriæ. Quantum ſatis eſſe judicavit, ſatisfecit naturæ, ut quod ipſe reliquerat, alteri poſſet eſſe ſupplementum indigentiæ: Hinc eſt, ut quod quidam Archidiaconatus Eccleſiæ *Lincolnienſis*, operibus & honoribus præpollens ei fuiſſet oblatus, noluit recipere; dicens, non ſe nôſſe aliam promtiorem & paratiorem viam eſſe ad interitum. Viam dixit non cauſam, ſed occaſionem, quoniam non cogit adminiſtratio peccare; ſed difficile eſt abſq; peccato hujuſmodi adminiſtrare. Bonum eſt miniſterium Eccleſiæ, & utile benè miniſtranti; ſed pauci ſunt qui cauſas agunt cauſâ animarum; multi verò cauſâ pecuniarum: timuit ergo ne augmentum culparum foret incrementum divitiarum; & ſi plus ſumeret de fonte pecuniæ, non poſſet quandoq; ſaciari ex ſitulâ avaritiæ. Maluitq; paucas animas, quibus præerat benè procurare, quam multis commiſſis non poſſe, quod debuit, impendere.

Sanè quia Juſticiæ pars eſt mala vitare, profectus autem bona perpetrare & non ſufficit aliena non rapere vel appetere, niſi ſtudeamus noſtra largiri, ſtuduit ſollicitè verus Sacerdos ligna cotidiè ſubjicere ſacro igni, qui ardebat in tabernaculo pectoris ſui; in quo & ſeipſum cremavit Domino holocauſtum, ad hoc autem non cæcâ præſumptione, nec inconſideratis motibus utebatur; ſed quia meritorum ſummam voluit apprehendere, quis modus melior, quæ via verior eſſet ad perfectionem diligenter inveſtigavit, & eam arripuit. Primum ergò operationis fundamentum hujus jecit in alto humilitatis, quæ eſt propriæ excellentiæ contemptus, cujus locus in ſummo cœlorum eſt: omnium itaq; terrenorum, quæ falſò excellentes & verè dejectos faciunt, amputavit materiam, cum interiorum bonorum extollentiâ; vocem Domini audiens, *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me*: Diſperſit ergò, dedit pauperibus, non reſpectu vanitatis, ſed intentione caritatis, undè & juſticia ejus manet in ſeculum ſeculi. Cumq; propria decreviſſet communicare pauperibus, tales elegit pauperes, quorum paupertas, timore Dei pariter & amore, eſſet honeſta; ut ſeminans in benedictionibus, de benedictionibus & meteret.

De exordio Ordinis de Sempingham, *& incluſione Monialium.*

ERant tempore illo, regnante in *Angliâ Henrico* primo, ut idem ait in libro, quem de conſtructione ſcripſit Monaſteriorum, puellæ quædam ſeculares in villâ de Sempingham, quarum mentes ſemen verbi Dei, quod ipſe ſæpiùs miniſtraverat, ſuſceperant, & jam albæ ad meſſem, & rore & calore germinabant. Hæ ſexum cum ſeculo vincere cupientes, cœleſti ſponſo ſine impedimento optabant adhærere: Quod videns Sanctus *Gilbertus*, Dei caritate plenus, cum prætaxatas Eccleſias de Sempingham, & de *Tiringtonâ*, divino cultui mancipare, & ſua egenis largiri diſpoſuiſſet, cum non inveniret viros, qui tam diſtrictè vellent pro Deo vivere, in uſus talium ſua omnia conferre dignum duxit, quæ verè pauperes ſpiritu, & ſibi & cæteris poſſent cœlorum regnum vendicare: Fecit ergò amicos de mammonâ iniquitatis, qui eum in æterna reciperent tabernacula: Non tamen mares primò ſibi fecit amicos, ſed mulieres, ad congaudendum de dragmâ inventâ convocavit amicas, quæ multos & poſtea in ſuâ caſtitate genuerunt amicos. Infirmioribus autem libentiùs benefaciendum, & compatientis naturæ ratio dictat & conſilium admonet divinum, & merces uberior indè ſperatur.

Virginum verò fructus eſt centeſimus; ideo propter earum ſtatum conſervandum, ſua relinquens, centuplum recepit, & vitam æternam poſſidet. Præterea recto Ordine dandi, ſua juſtis contulit, ſecundùm illud, *Da bonis & ne receperis peccatores.* Septem itaq; ex hiis virgines, ad cœleſte deſiderium accenſas, ſeptiformi ſpiritui templa dicavit, ut fieret virginitas earum meritoria, ſi fuiſſet virtutibus adornata. Quid enim prodeſt lampas ab oleo vacua; quid caro integra mente corruptâ, corpus mundum & cor maculatum: ſic eſſent virtuoſi infideles, quorum tota vita peccatum eſt. Ut autem fierent ſanctæ mente, & corpore inſtrumenta ſanctitatis, eis præparavit & propoſuit, quibus ſuam ipſarum operarentur ſalutem: & quia nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, ut ei placeat cui ſe probavit, &, virginitas tenera facilè ſolet temptari ab aſtutiâ ſerpentis, ſi paſſim pateat omnibus; quod patet in *Dina*, ſecluſit eas à ſtrepitu mundi, & ab aſpectu hominum, ut Regis ingreſſæ cubiculum, ſolius ſponſæ ſolitariè vacarent amplexibus. Cumq; non ſufficiat ad ſalutem abſtinere à malis, niſi bonorum operum ſequatur effectus, legem ſanctimoniæ eis dictavit, & docuit, quâ cœleſti ſponſo placerent, & factæ dilecti caſtis ejus amplexibus ſemper inhærerent. Dedit ergo eis præcepta vitæ & diſciplinæ, & caſtitatem, & humilitatem, obedientiam & caritatem; cæteraſq; vitæ vias ſervare ſuaſit & juſſit: quæ omnia gratanter ſuſceperunt, & devotè impleverunt.

Fulſit enim in earum mente ſpecies precioſæ margaritæ, pro quâ & ſe & ſua dederunt & eam comparaverunt. Ad hæc, licêt in carne eſſent, ſed præter carnem viverent: tamen, quia in carne erant, & extra carnem vivere non poterant, omnia quæ carnalis indigentiæ conditio exigit, in victu & veſtitu & ædificiis, cæteriſq; vitæ neceſſariis, ſecundùm modum & menſuram diſcretæ diſpoſitionis eis miniſtravit ad uſum. Hoc modo conſtructis ritè domibus religioni competentibus, & clauſtro circumquaq; clauſo, incluſit ancillas Chriſti ſolitariè victuras, ſub pariete Eccleſiæ beati *Andreæ* Apoſtoli in vico de Sempingham, ad aquilonalem partem; habito auxilio & conſilio venerabilis *Alexandri* antiſtitis; feneſtrâ tamen patente, per quam neceſſaria intromitterentur. Voluit inmundoſitas extra mundum ponere, & à terra ſuâ & cognatione, & paternâ domo relegare, & quatinus ad modum Eccleſiæ, immo Eccleſia factæ populi ſui & paternæ domus oblitæ, id eſt ab omni curioſitate & concupiſcentiâ & ambitione egreſſæ, ſummo Regi facerent ſuæ ſpeciei concupiſcentiam. Voluit inquam, per hanc corporum incarcerationem animarum ad Dominum oſtendere, immo facere relegationem, eo quod frequentia mundi multùm ſoleat plerumq; ſeparare à familiarite Dei. Et quia quoquam eis egredi non licebit, etiam pro adminiſtrandis vel adquirendis ſibi neceſſariis, deputavit obſequio earum, puellas aliquas pauperculas, in habitu ſeculari ſervientes, quæ per feneſtram illam, quæ danda erant vel accipienda, prout oporteret, trahi curent: illud enim tantum foramen reliquerat apertum, tempore tantum congruo aperiendum, quod etiam perpetuò obſeraſſet, ſi homines ſine rebus humanis vivere potuiſſent : Nam oſtium erat, ſed nunquam niſi ad ejus nutum reſeratum ; non per quod illæ egrederentur, ſed quo ille ad eas, cum opus eſſet ingrederetur ; cujus oſtii ipſe claviger & hoſtiarius : quocunq; enim pergeret, vel ubicunq; maneret, clavem illius oſtii, ceu ſignaculum fortis zelotis ſecum ferebat.

Vocatio Sororum laicarum.

POrrò paci & quieti earum providens, ne quid extrinſecùs perturbationis accederet, didicit à viris religioſis & prudentibus, non eſſe tutum juvenculas ſeculares, circumquaq; vagantes, miniſtrare religioſis ; ne quia corrumpunt mores bonos colloquia mala, aliquid nuntiarent vel agerent rerum ſecularium, quod animos offenderet monialium : Undè factum eſt, perſuaſu & conſilio ipſorum, ut habitum, cum vitâ religionis peterent prædictæ famulæ ſibi dari, quo poſſent in paupere vitâ ſed honeſtâ Chriſti famulabus famulari. Ecce granum frumenti cadens in terram, in aliam ſpicam pullulavit : quod videns beatus *Gilbertus*, corde lætatus eſt ob fidei devotionem ; ſed inexpertis, & præſertim ſimplicibus & ydeotis, quæ plerumq; promittunt quæ non intelligunt, & plura quam poſſunt, noluit eis citò, vel leviter grave jugum voti imponere, ne fortè poſtmodum pœnitudine ductæ abjicerent illud, ad majorem ſui ruinam, & ſanctæ religionis ſubverſionem : Probandi ſunt enim ſpiritus neophitorum, ne ſe tranſiguret Sathanas in Angelum lucis, ne pellem ovinam lupus, pennas Accipitris Strucio, membraq; Leonis induat Aſellus agreſtis. Ut ergo intelligerent quod agerent, & ætatem habentes pro ſe reſponderent, prædixit eis, & præſtruxit omnem Monaſticæ diſciplinæ aſperitatem, vivendiq; modum, quam noverunt unquam vel viderant uſpiam arctiorem : prædicavit eis mundi contemptum, & omnis proprietatis abjectionem, ſuæ voluntatis reſtrictionem, & carnis mortificationem ; laborem continuum, & quietem raram ; vigilias multas, & ſomnum tenuem, jejunia prolixa & cibaria vilia ; veſtem aſperam & cultum nullum, clauſtri carcerem, ne mala vel prava agerent, & ſilentii vicem ne eadem dicerent ; orationis & meditationis frequentiam, ne illicita cogitarent : quæ omnia ſibi placere pro Deo aſſerebant, & duritiam pro mollitie, laborem pro quiete, moleſtias pro dulcedine computabant, dummodò poſſunt conſequi quod optârunt. Compulit eas tamen paupertatis neceſſitas, & labor mendicitatis, ardua velle ſubire, dummodo de perpetuo vitæ ſtipendio fierent ſecuræ.

Illexit interim Dei amor & animarum ſalus, quo poſſent per temporalem laborem æternam mæreri quietem : ſicq; ex neceſſitate facta eſt virtus ; & licet finis cæptæ intentionis minus fortè in quibuſdem eſſet à perfecto ; non impedivit tamen, ſed adquiſivit conſummationem operationis bonæ : Set nec ſic voluit vir providus eas adhuc aſtringere voto, propter ritum probationis : verùm anni tranſeuntis indixit illis expectationem, ut etiam ex dilatione creſceret deſiderium.

Converſio laicorum fratrum.

SAnè quoniam ſine ſolacio virili parum proficit ſollicitudo fœminea, aſſumpſit mares, & eos exterioribus & gravioribus illarum præfecit operibus, quos habuit domus ſuæ & agriculturæ famulos : quoſdam autem ab infantiâ ſuis ſumptibus nutritos, & quoſdam à dominis ſuis tranſfugas, quos nomen religionis emancipavit ; quoſdam verò pauperrimos & mendicantes. Erat enim ſervus evangelicus, qui ad præceptum Domini, exiit in vicos & plateas Civitatis, & quoſcunq; invenit pauperes & debiles, cæcos & claudos, compulit intrare, ut impleretur Domus Domini : qui & ipſi, tum ex inopiâ humanæ, tum ex ardore cœleſtis vitæ, idem quod converſæ laicæ appetierunt & petierunt, circa quos eodem modo quo circa illas operatus eſt ; & tandem tam hiis quàm illis quendam ſignativum humilitatis & renunciationis mundi tradidit habitum : Indixitq; illis gravia multa, & pauca levia, quæ ſupra memoravimus, præter ea quæ ſunt animæ propria ; ut eſt humilitas, obedientia & patientia, & hujuſmodi, quorum eſt actus difficilis, ſed merces multa, quæ omnia libentiſſimè conceſſerunt, & ſervare, ſub voto ſpoſponderunt. Ecce talentum duplicatum, quod quaſi ſimplum accepit in fœminis, & quaſi duplum ex fœminis ſimul & maſibus adquiſivit. Ecce junctura fœminum ſponſæ quaſi monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis.

Propagatio Monaſteriorum.

JAm tempus advenit, ut egrederetur dilectus cum dilectâ in agrum mundi, ut commorarentur in villis & civitatibus populorum. Jam dies inſtabat, quo vinea, cujus plantavit Dominus radices, impleret terram, expanderet palmites ſuos uſq; ad mare, & uſq; ad flumen propagines ejus: proceſſu ergo temporis, volente domino dilatare ſemen, quod ipſe ſeminaverat in illis primis hujus vitæ parentibus; multi divites & nobiles *Angliæ*, Comites & Barones, videntes & approbantes opus quod inchoavit Dominus, & quæ ſequerentur bona prævidentes, fundos & prædia, poſſeſſioneſq; plurimas ſancto patri optulerunt, & Monaſteria multa per multas provincias, ſub ejus regimine ædificare cæperunt; inchoante ipſo Epiſcopo *Lincolnienſi Alexandro*, & conſummante illuſtri rege Anglorum *Henrico* ſecundo; quæ omnia vir Domini, cum timore & tremore, & quadam coactione accepit; plurima autem refutans, & omnino contemnens, eò quòd honeſtam paupertatem ſemper diligeret, & numeroſitatem ſubditorum nævum timeret elationis, ſecundùm illud; *In multitudine populi, gloria Regis*: Nam primitùs primis illis ſeptem incluſis: plures, illis viventibus, ſuper apponere non arbitrabatur; ſed cum videret opus Dei in multiplicitate Monaſteriorum multiplicari, noluit Dei voluntati obviare, devotionem largitorum præpedire, ſuſtentationem ſervorum Dei negligere; ſciens hanc eſſe Dei virtutem, non ſuam; profunditati conſiliorum Dei omnia committens, qui bonorum & malorum benè ſemper ad ſuum libitum utitur miniſterio.

Quod adiit Dominum Papam Eugenium.

VIdens ergò filios Dei cotidie ſuccreſcentes, & de die in diem proficientes, donec magni fierent valdè; putavit ſe, ut eſt bonarum mentium, ad tantam ſullimitatem indignum; quia ſenſit infirmum, cogitavitq; hoc onus ſimul & honorem à propriis humeris exuere, & alicujus vel aliquorum, quos adhuc inveniret aptiores & validiores, committere poteſtati, tanquam alter *Moyſes* diceret Domino, *Obſecro Domine, mitte quem miſſurus es, & quem dabis domine, ut præſit huic multitudini maximè, quam incæpiſti facere in gentem magnam. Tu noſti, quod ex quo locutus es ad ſervum tuum, ut præceſſem populo huic, factus ſum inferioris vitæ, utpote homo ſecularis horum reſpectu, quos deberem meritis ſicut & gradu præcedere: Scio enim grave judicium hiis qui præſunt; & timeo ne ſi non fuero grege melior, fiam ante te ex Priore poſterior.* Tunc adiit Capitulum *Ciſtercienſe*, ubi fortè tunc aderat, bonæ memoriæ Papa *Eugenius*, ut curam domorum ſuarum manciparet cuſtodiæ Monachorum *Ciſtertiæ*: hos enim cæteris habuit, ex frequenti hoſpicii ſuſceptione, familiariores, quos & judicavit aliis religioſiores, quia erant recenſiores & regulæ arctioris; undè & tutius credidit illos ſuo operi præficere, eò quòd rigor Ordinis & novitas eorum converſionis converſationem illam, quam ille excogitaverat diſtrictiùs, faceret cuſtodiri: Dominus autem Papa & Abbates *Ciſterciæ*, dixerunt ſui Ordinis Monachos aliorum religioni, & præſertim monialium, non licere præeſſe; & ſic quod optavit, non optinuit, ſed ad imperium Apoſtolici, & conſilium Sanctorum juſſus eſt, quod inchoaverat proſequi in gratiâ Chriſti. Noluit dominus congregationem de **Sempingham** proprio privare paſtore, qui melior erat ei futurus, quam decem alii: cujus etiam meritum diſpoſuit perducere ad centeſimum fructum in collectione, quod adhuc reſtabat alterius conditionis hominum: Soror nempè noſtra, congregatio ſcilicet adhuc parvula eſt, & ubera non habet præpoſitorum & prædicatorum, qui eam lacte nutriant, ſolido cibo ſuſtentent, interiùs diſponant, exteriùs protegant, undiq; & ubiq; confirment.

Quod commiſſum eſt ei à domino Papâ regimen Ordinis ſui.

DAta eſt igitur & injuncta beato *Gileberto* à Sancto Papâ *Eugenio* collecti gregis cuſtodia, quia non inveniebatur, nec inveniri poterat melior conſervator, quàm is qui fuerat conquiſitor, nec fortior eſſe poterat boni ſtatus zelator; quàm qui primus & ſummus fuerat ad ſtatuendum laborator: Verumtamen vir ſanctus, ad tanti pondus regiminis virgentis ætatis cauſabatur importunitatem, ad honorem; indignitatem, ad Magiſterium; imperitiam ad prælationem ſuam prætendit humilitatem. Timuit namq; ſuam, quibus præferendus erat imparitatem: timuit placidè mentis ſuæ ſoliditatem diſſipandam: timuit dilecti ſui ſecreti & aſſiduæ contemplationis dulcedinem debellaturam occupationem: quæ omnia devotæ humilitatis apologetica intellexit, ut erat vir prudens dominus Apoſtolicus, & eò proclivius & ſecurius paſtoris ei deputavit officium, quo nullum vidit illi ineſſe prælationis appetitum: propoſitum enim ejus erat ſemper humilibus adhærere (vel humilia appetere) & Domini fuit voluntas, illum ſe ſemper humiliantem amplius exaltare.

Cognoſcens autem beatus *Gilebertus* divinum circa ſe exactum judicium, non eſt auſus diu ſupernæ reniti diſpoſitioni, quæ illud ad hoc opus aſciverat; Sed ne cæteris, quibus pollebat, ſe privaret virtutibus, ſi pertinaciter obſiſteret, amplexatus eſt devotè obedientiam Dei, ejuſq; Vicarii Papæ, ampliorem indè ſperans mercedem, quia nullam ex hoc habuit delectationem; ſuiq; ſolius poſtpoſuit utilitatem, ut multorum adipiſceretur ſalutem. Contemplationis ſtudiis jamdudum eruditus, piæ actionis nunc conſenſit inſervire operibus, ut utriuſq; vitæ meteret fructus: Porro licitè poterat earum rerum fieri diſpenſator, quarum priſtinus fuerat poſſeſſor, quoniam pauperibus ea conferens, & ipſe pauper effectus, ut miniſter ſibi credita, non ut Dominus propria gubernavit. Propter hæc & hujuſmodi ſanctitatis ſigna, & multorum conſona teſtimonia, doluiſſe fertur Papa *Eugenius*, quoniam virum antea non noviſſet, eo quod voluiſſet, ut dixit, illum ſullimâſſe in Archiepiſcopum *Eboracenſem*, cujus ſedes tunc vacabat, ſi fama meritorum ejus illi priùs innotuiſſet. Beati quoq; *Malachiæ*, *Hybernienſi* Archiepiſcopo, & *Bernardo Clarevallenſi* Abbati, in illo itinere adeo factus eſt familiaris, ut illis ſolis præſentibus, ipſe quoq; præſens adeſſet, ubi per orationem eorum fertur ſanitas collata cuidam ægroto. Inſignia etiam amoris, baculum ſcilicet tam præſulis, quàm Abbatis, accepit ab utroq;; in quibus quædam factæ ſunt virtutes; & Orarium cum manipulo ei dedit Abbas in monimentum ſui.

Ordinatio Canonicorum.

REverſus deniq; ad ſua pater *Gilbertus*, quoniam ſuo propoſito defraudatus eſt, quo per humilitatis intentionem paſtoralis curæ, pondera refugiens congregatarum Eccleſiarum, Magiſterium gubernationi Monachorum *Ciſtercia* ſubdere decreverat, nec impetraverat: hac itaq; divinâ ordinatione, ut credi fas eſt, commonitus, hac neceſſitate compulſus, vocavit in partem ſollicitudinis, & omnium quos adunaverat regimini præfecit viros, ut literatos, & Eccleſiaſticis Ordinibus inſignitos: viros, ut poſſent, literatos, ut poſſent regere cæteros: Ordinatos, ut Eccleſiæ jure valerent præeſſe: viros, qui tuerentur mulieres; & literatos, qui tam viris quàm mulieribus viam panderent ſalutis; Clericos, qui omnibus paſtorale officium exiberent. Hoc autem nutu Dei, & conſilio fecit virorum Sanctorum & ſapientum; quoniam ſicuti patrum decreta diffiniunt, neceſſe eſt ut Monaſteria puellarum, præſidio & adminiſtratione Monachorum vel Clericorum regantur, eò quòd ſalubre ſit Chriſto dicatis virginibus, ſi patres eis ſpirituales eligantur, quorum non ſolum gubernaculis tueri, ſed etiam doctrinis poſſint ædificari.

Separatio conjunctorum.

Verùm quoniam ſacri inhibent Canones, ne Monachi vel Clerici habitent cum mulieribus, ſed remoti ab earum familiaritate; nec uſq; ad veſtibulum habeant accedendi familiare permiſſum, eandem ſecutus eſt dominus *Gilebertus* ſententiam, quo nemo unquam fortiùs zelatus eſt caſtitatem; & habitacula Clericorum procul ſiſti ſtatuit à domibus monialium, tanquam in uno vico vel in unâ civitate diverſas manſiones religioſorum, ita quod Canonici longiùs ab illis remoti, nullum ad eás haberent acceſſum, niſi pro adminiſtrando aliquo divino ſacramento, ſub multorum teſtimonio: Baſilica tantum, quâ divina celebrantur, communis eſt omnibus, ſed non niſi tantum in Miſſarum ſolemniis, ſemel ſcilicet vel bis in die, pariete undiq; intercluſo, non viſis maribus, nec auditis mulieribus: Nam eſt ſuum Canonicis oratorium, in quo divina complent officia. Quociens autem ad eas ingredi urgentior cauſa compulerit, nemini licet nec omnium Preſbytero viſitandi gratiâ intrare, niſi ſub plurium comitantium teſtimonio: ſed & tunc audiri poſſunt quæ loquuntur; videri autem à quoquam maſculo detectâ facie, omnino non poſſunt: Si quid verò à foris, intro vel deintus foras oportet ſignificari, quatuor ſpecialiter ad hoc deputantur, duo ſenes, ſcilicet probati extrinſecus, & duæ ſorores maturæ interiùs, per quos tantum ſe audientes, & non mutuo videntes, quicquid neceſſe eſt nuntiatur.

De Regulis omnium.

His ita diſpoſitis, quoniam omnes, tam mares quam ſœminas in unitatem ſocietatis & vinculum pacis vocaverat, ut per unum in uno omnes perduceret ad unum, multitudinis fecit cor unum & animam unam in Deo, ſingulis pro ſexu, ætate & gradu certum vitæ modum præſignans, & metam, ultra quam citraq; nequit procedere rectum: Ut autem ſuperiori niteretur auctoritate, ne arrogans aut præſumptuoſus judicaretur, ſi abjectis alienis ſua impudenter ingereret; cum tamen magiſterium haberet Spiritus ſancti: cæterùm ut ſubditi præoſtenſam ſibi viam ſollicitiùs ſervarent, duplicem monaſticæ vitæ impoſuit ſuis diſciplinam; Monialibus regulam beati *Benedicti*, Clericis verò regulam S. *Auguſtini* tenendam proponens; omnibus autem Chriſti & Sanctorum exempla, & Evangelicam, Apoſtolicamq; doctrinam annuntians, quatinus dum in ſubditis, tam monachalem quàm Clericalem juſticiam haberet, ipſe in ſe à nullâ Monaſterii perfectione diſcreparet.

De Scriptis.

Et quia pro locis & temporibus, perſoniſq;, ex cauſis incidentibus variantur, & mutari oportet jura conſtitutionum, ea quæ minùs in illis regulis invenit, ad ſic datam normam ſufficientia, à multarum Eccleſiarum & Monaſteriorum ſtatutis & conſuetudinibus, quaſi flores quoſdam pulcherrimos excerpſit, collegit & prælegit, quæ magis neceſſaria & competentiora ſic infirmatis hominibus judicavit; in quibus eruendis & explanandis, tanta in eo viguit ſollicitudo, ut non ſolum magna & maximè neceſſaria, verùm etiam minima quædam & abjecta, quaſi verus Angelus ſuper ſcalam *Jacob* aſcendens & deſcendens non omiſit, ne ipſe imperfectæ doctrinæ, vel ſubditi ignorantiæ legis, rei arguerentur. Hæc omnia, ut pro lege habentur, & magis vitaretur tranſgreſſio, quoniam Lex eſt conſtitutio ſcripta: Hæc inquàm omnia ad memoriam in poſterum literis mandavit, & appropriato vocabulo *Scripta* vocavit; ut nomine ſicut & ſenſu, quantum reverentiæ & obeditionis eis debetur, indicaret. Horum omnium tenorem, & omnem de omnibus factam inſtitutionem, Scripto innotuit Papæ *Eugenio,* ut ſi quid fuerat emendandum corrigeret, quicquid verò rectum & rationabile, ratum faceret, quatinus omnis vox calumniæ auferretur, & ſecuritas ea ſervantibus condonaretur, ſi ſummi Pontificis fuerint communita conſenſu; qui diligenter ſingula perlegens, & nichil reprehenſibile inveniens, perpetuâ commendavit ea firmitate, & miſſo privilegio ſuo, quicquid ſancitum fuerat à patre *Gileberto*, vel foret ſanctiendum, de hiis quæ ad cultum religionis pertinent, decrevit æterna debere ſubſiſtere ſtabilitate. Hoc idem à ſucceſſoribus ejus *Adriano* & *Alexandro*, cæteriſq; Romanis pontificibus robuſtiùs confirmatum eſt, cum illuſtrium Cardinalium ſubſcriptione.

Commendatio Ordinis.

His rationibus fretus, his anctoritatibus ſuffultus, pater *Gilebertus* filios Dei à quatuor ventis collegit, & in unam fabricam Domus Dei in quatuor parietibus compegit, quadris lapidibus ſuper humile fundamentum compoſitis, ipſo ſummo angulari lapide *Chriſto Iheſu*. Hic eſt diſcus *Petri* quatuor lineis de cælo ſummiſſus, omnigenis animalibus plenus, quæ mactavit à viciis ſeculi, & in corpus Eccleſiæ tranſjecit. Hic *Petri* Vicarius & imitator. Hic eſt currus Dei decem milibus multiplex juſtis, humilibus & quietis, quòd ſe vehementem in ſe locum interminalem provehit; dominus milia habet diverſarum conditionum, ſexuum, ætatum & linguarum, ſpe futurâ & caritate gratuitâ letantium, quia in eis eſt Dominus in *Synai* ſancto, id eſt in mandato ſuo impleto & implendo. Hæc eſt quadriga *Aminadab*, id eſt ſpontanei populi; Voluntariorum ſcilicet pauperum Chriſti, quæ duo habet latera; unum Videlicet Virorum, alterum Mulierum; rotas quatuor, duas maſculorum, Clericorum & laicorum; & duas fœminarum litteratarum, & literas neſcientium: Jumenta duo quadrigam trahentia, Clericalem & monachicham diſciplinam. Clericatui beatus præſidet *Auguſtinus*, Monachatum præcurrit ſanctus *Benedictus*: quadrigam ducit per aſpera & plana, alta & profunda pater *Gilebertus*. Via per quam incedunt, anguſta eſt ſemita; bravium autem vita æterna.

Videntem huuc currum talibus miniſtris & miniſteriis procurrentem, exclamare libet etiam malevolum quemq; & invidum cum *Balaam*, *Quam pulchra tabernacula tua* Jacob, *& tentoria tua* Iſrael; & qui fauſta optat cum *Jacob* & *Helyâ*, *Caſtra Dei ſunt hac*: quid enim videbis in *Sunamitæ*, hac nuper converſâ niſi Choros caſtrorum: Caſtra propter hoſtium repulſionem, Choros propter Dei glorificationem; Caſtra propter acerrimum congreſſum, Choros propter fælicem de triumpho exultationem. Quid enim majorem, vel tantam faciat hoſti invidiam; quid tantum vel talem adquirit de hoſte trophæum, quam ut diſcordantium tot differentiis hominum, una ſit concordia morum. Ibi habitat lupus, quondam in ſeculo raptor, cum agno miti quovis & manſueto; & pardus pecorum, maculis varius, cum hedo accubat, qui ſe deſpicte & peccatorem fatetur. Ibi vitulus, corde contritus, & Leo olim ſeverus; & ovis innocentiâ ſimplex ſimul morantur; & puer parvulus, Chriſtus videlicet, ſive Sanctus iſte humilis minat eos per ardua diſciplinæ ad gaudia vitæ. Ibi Rinoceros docet ovem manſuetudinem, & juvencus indomitus ſponte ſubjicit jugo cervicem: Ibi damula Canem, & Alauda venatur Accipitrem, & teſtitudo aquilam comitatur ad aſtra. Ibi vulpis neſcit aſtucias, & corvus contemnit cadaver ablatum. Ibi juvenes & virgines, ſenes cum junioribus laudent nomen Domini; quia omnis ætas, omnis conditio & uterq; ſexus exaltunt ibi; non ſuum, ſed nomen Domini ſolius. Quinni ſpiritus ejus congregat diſperſos, qui quamlibet morigeratos diverſè inhabitare facit unius moris in Domo: adeo Caritas tollit invidiam, & jocunditas ſocialis facit habitare fratres in unum. Quid tam unum quàm unumquemq; magis rem communem curare quàm propriam, omnis ab uno, & ex uno vitæ ſumere neceſſaria; omnia ſub pondere, numero, & menſurâ pro ſingulorum gradibus ſine murmure diſtribui. Quid tam unum, quàm omnes Eccleſias, ubiq; terrarum diſtantes, in victu & veſtitu perſonarum, cæteriſq; vitæ contingentibus à ſe non diſtare. Quælibet perſona totius Ordinis, quamlibet domorum æquè habet ſibi debitam, nec aliquid in aliqua vendicare licet alicui, niſi quod a Prælato omnium cujuſq; fuerit indultum proteſtati; ita uni Capiti omnia compaginantur, & ſubjacent membra, ut ejus magiſterio ſingula ſingulis compatiantur & congratulentur, & ſive in vitâ ſive in morte: unumquodq; extat alterum alterius, omnia autem inſimul Domini.

Mirabilis hæc unitas, tam perſonarum, quàm Eccleſiarum, & inaudita rerum omnium communio, quæ ſic unum omnia, & omnia unum efficit, in tot cordium & tantorum Monaſteriorum diverſitatibus: præter illam enim, quam caritas texit cordium unitatem, quæcunq; inſtituta virorum, apta ſunt vitæ mulierum, vel quæ à mulieribus ad viros tranſferri poſſunt, ſalvâ honeſtate & regularum, quas profeſſi ſunt tenore, propter pacem & concordiam, juſſit altrinſecus obſervari: Undè patet quantæ fuerit vir iſte ſcientiæ & diſcretionis, qui ſic cuiq; ſua diſtribuit, ut omnibus idem adaptaret; ſed & proindè, quantæ fuerit conſtat ſanctitatis, quia niſi eſſet hic homo à Deo, non poſſet facere quicquam, nec potuit aliter docere, quàm vixit, cum doctrina ejus opus operata ſit in hiis, quos docuit: doctrina enim illius ſuam expreſſit ſanctitatem, & ſanctitas adquiſivit doctrinæ effectum: Cui enim niſi ſupernæ pietati, & magnis meritorum titulis eſt aſcribendum, quod vir humilis, de plebe electus, infra paucos annos tanta opera tam ſtrenuè conſummavit: nam præter pauperum & infirmorum, languidorum & leproſorum, viduarum & orphanorum Xenodochia, quæ ſtabilivit & gubernavit, treſdecem Eccleſias conventuales, cum pertinentiis, quatuor ſcilicet Canonicorum ſeorſum commanentium, & novem monialium, cum ſuis rectoribus & fratribus degentium, in vitâ ſuâ, non ſine magno labore & induſtriâ conſtituit; in quibus, ut æſtimamus, duorum milium & ducentorum virorum, & religioſarum mulierum Collegia, in obitu ſuo reliquit, præter innumeros antea defunctos, undè liquidò conſtat, quod fuit Dominus cum eo, per quem erat vir in cunctis proſperè agens: Liquet etiam hunc Dei docibilem eo per magiſterium unius magiſtri Chriſti, & unctionem ſpiritus Sancti fuiſſe edoctum, quod tot Deo famulantibus, utriuſq; ſexus, hominibus vitæ formam & vivendi exempla præſtiterit, quæ ab homine non didicit: nullus enim Ordinis illius inventor, ſed nec Ordo ipſe ante illum fuit inventus.

Ratio contra detrahentes.

Quocirca obſtruitur os cuilibet ingrato & invido, qui cum vitam non poſſit, ejus doctrinam reprehendere conatur; cum ex vitâ laudabili non poſſit doctrina vituperabilis oriri: Sanè, nec bonis moribus vita, nec fidei catholicæ obviat ejus doctrina, cum fides per dilectionem tanta in eo operata ſit bona; Undè & nec aliqua ab eo conſtituta conſuetudo eſt retractanda: ſed nec univerſali Eccleſiæ officit, immo plurimùm præfuit hæc novellæ religionis adinventio, cum non omnis novitas, ſed tam profana debeat vitari, & doctrinæ religionis, ut ait beatus *Auguſtinus*, congruentes ſint verborum novitates: Porro nec legibus humanis, nec divinis abrogat hæc recens conſtitutio, nec ſacros Canones offendit, ſed ſtatuit; quandoquidem à principibus ſeculi veneratur, à pontificibus provinciarum acceptatur, à Romanis præſulibus imperpetuum corroboratur; per totum orbem, quo ejus fama pertingit, maximâ laude celebratur; & quod hic eſt ampliùs, ſignis & miraculis Deo placita comprobatur: quæ, cum ita ſint, ut facta clamant, & orbis perhibet teſtimonium, qualiter ſe geſſerit in paſtorali officio pater *Gilebertus*, ad Dei laudem & illius gloriam, & auditorum utilitatem deinceps declarabimus.

Qualiter ſe habuit in Pralatione.

Poſtquam beatus *Gilebertus* iterum parturiens filios, in Evangelio, *bonum illud & jocundum quod eſt habitare fratres in unum*, opitulante Deo, peregerat, factus eſt barba veri Sacerdotis *Aaron* decore, fortitudine & alacritate virtutum, & tanquam hora indiviſibilis tunicæ Chriſti, quæ eſt Eccleſia, per os ſuum, extremo hoc tempore introduxit Chriſtum in domum ſuam, per fraternam, quam ipſe ſarcivit, concordiam: Et quia ſuſcepit unguentum gratiæ ſpiritualis, quod deſcendit à Capite Chriſti, omni floruit virtutum experientiâ, ut dignus eſſet cæteris præponi in exemplum vivendi: Nam ut arbor bona fructus bonos faceret, & à radice firmâ, ſolida pullularent germina, ſtuduit omni cuſtodiâ ſervare cor ſuum, ne unquam illud cogitatio immunda macularet; nec delectatio prava ad conſenſum peccati pertraheret: eandem nempè quam ab utero matris contraxerat, illibatam cuſtodiens Carnis integritatem; muliebris ſpurcitiæ incitamenta, aliquotiens acriter à muliere pulſatus contempſit, ut eſſet mundus qui ferret vaſa Domini, & manus impolita quæ alienas ſordes habuit detergere. Et ut boni paſtoris impleret officium, præter ea, quæ ſunt virtutum opera, utpotè pietas & humilitas, miſericordia & veritas, quæ puræ mentis exhibent efficatiam, extitit in corporali excercitatione laborator ſtrenuiſſimus; nam pro adquirendis vel tuendis ſubditorum neceſſariis, Regum, & Pontificum palatia, & procerum Curias, ultra citraq; mare frequentiùs adibat, ubi multa incommoda, pro commiſſâ ſibi Eccleſiâ, multotiens ſuſtinuit, ita ut inviſibilis hoſtis inſtinctu, qui ejus actus ſemper viſus eſt impedire, à viſibilibus inimicis, non modo verborum, ſed etiam verberum aliquotiens contumelias ſubiret.

Omnes Eccleſias æqualiter dilexit; & ideo circa omnium negotia æquè ſolicitus fuit: omnium verò graviores eſſe, & ſingulorum majores culpæ ſemper reſervabantur ejus examini, undè & plus omnibus laboravit. Cum autem intermiſſo itineris labore, ad aliquod Monaſterium, viſitandi gratiâ, deveniſſet, panem ocioſus non comedit, ſed præter viatorum negotiorum conſilia & auxilia manibus ſuis aliquid, quod conferret, laboravit. Scripſit quandoq; libros, & multa alia opera in ſuppellectilibus variis, & ædificiis conſtruendis ipſe confecit: Inter hæc agendum cum hominibus quidem erat ſilentium, cum Deo verò clamor cordis immenſus, & motus labiorum in Pſalmodiâ & oratione continuus. Hinc factum eſt, ut cum loqui neceſſe eſſet, ex habundantiâ cordis & concordiâ operis loquebatur; quia ſicut inſpiratus eſt edidit, & ut docuit ſic fecit; verba ejus nichil aliud quam ſermonem ſapientiæ & ſcientiæ ſonuerunt: ſapienciæ quidem, in docendis vel diſcendis ſupernis & cœleſtibus, ſcientiæ in diſponendis & diſpenſandis temporalibus; ſapientiæ in exortatione virtutum & abdicatione viciorum; ſcientiæ in correptione perverſorum & laude bonorum. Hæc omnia, adeo cautè, adeo diſcretè gerebat, ut ſive taceret, ſive loqueretur, & ſermo ejus utilitatem, & ſilentium haberet diſcretionem: nam ſecundùm ſapientiam à Deo ſibi conceſſam, contra ſingula vitia, congruam oppoſuit correptionis menſuram.

Monialium quandam impatientis igne libidinis, per maligni hoſtis machinamenta ſuccenſam, aſperâ caſtigatione ſanavit; & fratrem quendam iræ ſtimulis adeo agitatum, ut à Monaſterio vellet recedere, levi ictu baculi ſui, in maximam manſuetudinem ſtatim convertit. Hoc enim ſemper tenuit in caſtigando moderamen, ut & culpas ad plenum purgaret; & caritatem, tam ſui in illos quos arguit, quam illorum in ſe illæſam conſervaret. Viderunt qui affuerunt in ſui ſauguinis proximos atrociùs eum deſevire, cum peccarent, ita ut rebelles quoſdam & perverſos, ut omnimodam exhiberent, cum ſummâ humilitate, ſatiſfactionem, à ſuâ vellet præcidere ſocietate: Prætulit autem illis extraneos quoſlibet benè agentes, quos recto Ordine ſanctior copula caritatis ei fecerat propinquiores, & quos tenebatur diligere ex paternâ conditione, duplâ amplexatus eſt propter juſticiam affectione. Vidimus, quod precibus & præmiis multimodis divitum & magnatum denegabat; hoc ſimplici fratrum vel unius alicujus, quem vita commendaverat annuere petitioni: erat enim homo hylaris & urbanæ eloquentiæ; nec habens quicquam in eloquio reprehenſibilitatis admixtum, undè & miro affectu, tam à ſuis quàm ab alienis diligebatur.

De aſperitate vita ejus.

EXteriori quoq; ſcemate conformis, immo forma factus gregis ens in illis, quaſi unus ex illis, omnia quæ minoribus imperavit, in ſe priùs, quantum decuit, excepit: non veſtis nitidior, non cibus accuratior, non ſequeſter in illo tempore dormiendi locus, nec menſa, niſi propter hoſpites, & hoc rariſſimè, & quaſi neceſſariò diverſa. Equitatura ſimplex, & comitatus honeſtus, non in multitudine equorum & famulorum, ſed uno de laicis converſis, duobus verò de Clericis honeſtioribus ſemper actus ejus intuentibus. Viam equitando, non fabuloſis ſermonibus, ſed pſalmodiis & orationibus ſeminavit; ſemper aliqua deferrens, quæ occurrentibus pauperibus erogaret. Hoſpicium ſatis frugi, & habundans, & expenſæ nec pares prodigis, nec hærædem avaris. Cum comedebat, non quod ſibi ſumeret, ſed potiùs quod cæteris tribueret voluit apponi. Hylaris conviva, quod eſcis non poterat, vultu ſatiabat. Interim aliis largus, ſatis ſibi parcus apparuit. Conqueſtus eſt multotiens, ſurgens, à menſâ, quod deliquiſſet in crapulâ, cum mirarentur ſodales tam parvò cibario vitam poſſe tranſigi humanam: ſi quid enim ſapidè ſuavitatis ſenſiſſet in dapibus, quod guſtatum appetitum provocaret, vel quaſi ſanum & benè paratum laudaretur à circumſedentibus, volentibus ſic perſuadere ut comederet; mox ipſi laudatori, vel alicui alii tranſmiſſum à ſe amovit, ne videretur offendere, ſi vel modicam haberet indè voluptatem.

A carnibus & carnium nutrimentis, omni tempore, niſi in maximo langore abſtinens: ab eſu etiam piſcium per totum *Quadrageſimæ*, & dominici tempus adventus temperavit. Olea & legumina, & hujuſmodi vilia, frequentiùs & libentiùs ſumens. Piſcium & hujuſmodi, quo ne nimiâ debilitate deficeret, aliquantulum lautiùs, neſcienti & nolenti parabantur; primam partem Deo, reliquam ferè totam commenſalibus communicavit. Erat omni cœna præ oculis menſæ ſuppoſitum vas quoddam, quod diſcum domini *Iheſu* appellavit; in quo non modo ciborum reliquiæ, ſed & primitiæ & partes præcipuæ ad opus pauperum imponebantur. Vidimus, cum ad menſam accederet, vel ſederet, lacrimas eum fudiſſe inter epulas, quod pro humanâ conditione urgeretur ſatiſfacere cotidianæ neceſſitati. Vaſis ligneis & teſteis & coclearibus tantum corneis utens, omnem excluſit mundi vanitatem, & metallorum illecebroſam ſuperfluitatem. Poſt refectionem magis mentis, ex verbo divino, quam ventris ex corporali cibario, quod modicum temporis labori ſurripere potuit; Lectioni & orationi, ſacræq; meditationi indulſit. Toto anni circulo æqualibus utens indumentis, nec plura in yeme, nec pauciora æſtate quæſivit: Unâ tantùm tunicâ contentus, uſum pelliceæ penitùs refutavit. Mirari poſſes & miſereri, ſi videres ſenilis corporis membra vix oſſibus cohærentia, concuſſis humeris, & colliſis dentibus, ſubtracto tam naturali, quàm accidentali calore, multotiens contractâ. Inter linum & cilicium, mediam lanam propter ſubditorum conformitatem, & popularis auræ fugam, pociùs utendam cenſuit. Cum nocturna quies ad ſtratum membra vocaret, dictis priùs quibuſdam Pſalmis familiaribus, pro ſe, ſuiſq;, pro Regibus & Pontificibus, pro fidelibus vivis & defunctis, poſt completam ſeptimam horam, ſuper lectum totâ nocte, non jacuit, ſed ſedit; non depoſitis diurnis veſtimentis, nec adjecto capiti plumari ſuſtentaculo; ſed quia à tergo non erat quod occiput ſullevaret, ſopor irruens pendulum caput nonnunquam in anteriora depreſſit, ut ſic ſomnium fugaret, & orationi pernoctans vacaret.

Lectiſternio laneo mediante ſic ſuper ſtramenta reſidebat, nichil cuiquam uſq; manè locuturus. Poſt nocturnas laudes, recitatis Sanctorum paſſionibus, & abſolutis defunctis, tam pro ſe, quàm pro cuncto ſibi grege commiſſo, humilem & prolixam edidit confeſſionem; petiitq; à fratribus, & ſuam dedit tam abſentibus quàm præſentibus culparum omnium abſolutionem; conferens poſtea benedictionem, quaſi more beati *Job*, ſingulis diebus offerens holocauſtum per ſingulos filiorum. Diei autem nichil paſſus eſt præterire ocioſum; ſed orationi, lectioni, contemplationi, juſtæq; actioni viciſſim incumbens, temporum vices temperanter diſtribuit. Singulis viciſſitudinibus, non ſingulatim ſed ſimul ſe totum impendit; nec tamen aliquid debitæ curæ ſuccedentis operis derogavit: nec propriam ſalutem propter aliorum ſollicitudinem omiſit; nec divina propter humana prætermiſit; nec internorum curam, propter externorum occupationem diminuit. Cunctis compaſſione proximus, præ cunctis conemplatione ſuſpenſus. Flebat multotiens in ymnis & Canticis, ſuavè ſonantis Eccleſiæ vocibus vehementer illectus, verborum tamen ſententiis magis delectatus; nam ne quis forinſecus eventus, vel internus cogitationis occurſus mentem ſuam à ſapore & intelligentiâ divini verbi averteret, cum illud protulit vel audivit. Compoſuit ſibi ſigna quædam in digitis, & ſingulis articulis ſingula verba vel orationes deputans, tali artificio infixit, animo tenaciùs dictorum memoriam.

Defecatæ mentis hoc docuit devotio, quæ ſoli ſponſo ſpeculando ſuaſit vacare, & ipſum in membris ejus amplectens omnia effudit viſcera caritatis: ſicut enim ex devotione, præ amore Dei, gaudendo plorabat, ita ex compaſſione proximi lacrimando miſeris condolebat. Vidimus cum quis graviùs uſq; ad ſeparationem deliquiſſet, cum rediret ad veniam, durus primitùs & penè inexoriabilis obſtitit, ut contritionem pœnitentis probaret, & culpam ad plenum excoqueret, timoremq; cæteris incuteret; ſed cum veram & plenam intellexit emendationem, lacrimas fudit coram cunctis, & pro ove vel dragmâ perditâ, ſed inventa, convocans fratres & amicos, ipſe ubertus gaudebat, & omnes congaudere fecit. Sic ſe affligendo, afflictiſq; compatiendo, cum Cruce *Jeſum* ſequebatur: ſic ſe benè regens cæterorum fuit rectiſſimus rector, & quæ ſunt boni paſtoris per omnia agens, ſummi Regis meruit membris honorabilioribus adnumerari: ſic Dominum diligens, dilectus eſt à Deo & hominibus, adeo ut illi, quibus quaſi neceſſario præerat, utpote primus pater & omnium fundator, ſuſceptor & inſtitutor, ardenti deſiderio perpetuum ſibi, ſi fore poſſet prælatum illum adoptârunt; unde dux conſtitutus, licèt ipſum non conſtituiſſent ducem, ſed ipſe omnes ſuo ducatu inſtituerat, cum per omnia eſſet in illis quaſi unus ex illis, exteriùs quoq; habitus ſignaculum non refugit ſuſcipere, ut omnimodam gregis haberet conformitatem.

Uſq; ad id enim temporis, habitu Canonico, quem tradiderat, non erat uſus, nec ſpeciale votum fecerat alicui regulæ, ſed griſiis, quas dicunt, veſtibus utens, fucatos fugit pannorum colores: quam profitendi dilationem, ut credimus, ideo ſubintulit, quoaduſq; novella ſua plantatio caperet incrementum & ſolidamentum; timuit tamen ne arrogantiæ notaretur, ſi ipſe ſuis adinventionibus, licèt à Deo eſſent, ſollemne votum deferret: ſed præcaventes diſcipuli perniciosum eſſe, ſi alterius habitus homini profiterentur, ne fortè poſt obitum illius, extraneus aliquis poſſet loco ejus, vi, vel poteſtate principum, ut ſolet, ſubſtitui, ſi ille, cui prima facta eſt profeſſio, de ſuo numero non eſſet; petierunt, & probabilibus rationibus perſuaſerunt, ut habitum illius Ordinis, quem præeſſe cæteris ſtatuerat, ipſe ſuſciperet; quatinus viam, quam præmonſtraverat ingrediens, ſuo exemplo alacriores duceret & ſecuriores; quorum precibus & monitis permotus; maximè quia divino conſilio viderat opus ſuum & inchoari, & eatenus perduci, cum non tantum ſua, ſed & Romana acceſſiſſet auctoritas, devotè aſſenſit facere quod poſtulaverunt.

Quod ſuſcepit habitum Canonici.

ERat quidam ex primoribus Canonicis, nomine *Rogerus*, Origine *Sempinghamenſis*, præpoſitus Eccleſiæ *Maltona*, vir prudens & probatæ per omnia religionis, quem ferè omnium Monaſteriorum congregationes ſucceſſorum beati *Gilberti* deſiderabant habere. Hunc etiam ipſe, præ notâ probitate, talem eſſe arbitrans, ſicut & erat, qui merito vices ejus, ſi ſic contingeret, agere poſſet, ex filio patrem, & ex diſcipulo magiſtratum ſibi præfecit, & obedientiam illi, profeſſionem verò loco & Ordini de Sempingham ritè devovit; & ſic de manu ejus habitum Canonicum apud *Bulingtonam* ſuſcepit. Huic poſtmodum tantum detulit, quoad vixit, inſignæ humilitatis honorem; ut cum ipſe omnibus, ille verò ſibi præeſſet, nichil ferè de agendis ſuorum, ſine ejus conſilio & aſſenſu diſponeret; nichil quod ille ageret non haberet: Credidit namq; ejus fidelitati, & præſumpſit de illius prudentiâ, undè fidelem ſervum & prudentem primò ſuper ſe, deinde ſuper familiam ſuam conſtituere propoſuit.

Confirmans igitur & corroborans omnibus, quæ ad tantam Dei ædificationem videbantur neceſſaria, cum quatuor prætaxatos parietes in quadratis lapidibus videret hoſtis antiquus contra ſe erigi, & tam ſolido bitumine caritatis compingi; & ne quando ſolverentur tam ſtrenuo ſervatore muniri; ſed & magis dolens, alterum ejus ſupparem & coadjutorem, ad perpetuum illius domus firmamentum provideri, curâ itaq; proſpiceret omnia impedimenta ſua, quæ contra hanc domum ab initio objecerat, caſſari; quia principia ejus deſtituere non poterat jam erectam & perfectam fabricam dejicere, vel ſaltem in aliquo lædere machinatus eſt. Veruntamen hæc ejus perverſa cogitatio, qui ſemper vult nocere in aliquo, Dei fuit recta diſpoſitio; & qui novit benè uti malis, & quod ille paraverat ad perniciem, hoc Dei clementià vertit ad utilitatem. Erat enim Eccleſia jam facta & oculis ejus beneplacita; & ideo decrevit eam eccleſiaſtico more excercere. Quam frequens eſt & familiare fluctibus tundi, & flatibus adverſitatum jactari, ſed tandem illæſam portum ſubire ſalutis. Voluitq; Dominus, ſicut antea, multis eam probaverat, dum conſtrueretur aſſultibus, & ſemper inexpugnabilem invenerat, undè & debitam meruit accipere perfectionem : Voluit inquam, Dominus jam conſummatum examinare, ut firmaret ſi immobilem videret ; quatinus, ſicut per primam conſtantiam ſuam adquiſierat ſtaturam, ita per jugem perſeverantiam æternam ſortiretur ſtabilitatem.

De Conſtantiâ ejus.

EFferbuit illo in tempore, diebus ſcilicet Anglorum *Henrici* ſecundi, notiſſima illa perſecutio, quæ in beatum *Thomam*, *Cantuarienſem* Archiepiſcopum, pro divinis legibus & libertate univerſalis Eccleſiæ ſtantem graſſabatur. Hujus glorioſæ victoriæ, noluit divina providentia beatum *Gilbertum*, ejuſq; Eccleſiam eſſe exſortem ; ſed ut inter filias naturalis Eccleſiæ digna eſſet computari, fecit eandem, ſimul cum matre legitimè certare & beatè triumphare. Igitur, cum in excidium Eccleſiæ & beati *Thoma*, tota ferè *Anglia* conjurâſſet, nec inveniret ubi requieſceret pes ejus ; obſtantibus, junctis & inſidiantibus ut eum comprehenderent, & Regis traderent voluntati ; ſuſceptus eſt pacificè in Monaſteriis & manſionibus patris *Gileberti*, & acceptis ex fratribus ejus Comitibus & miniſtris, itinera ejus & latibula ſatis circumſpecte ſunt directa : ſed ingraveſcente malitiâ, cum idem beatus antiſtes ad Regem *Francorum Lodowicum*, exul ab *Angliâ* confugiſſet, notatus eſt dominus *Gilebertus* & ſui, quod poſt relegationem illius, multam & trans mare pecuniam miſiſſent, & quibus indiguerat contra Regis præceptum miniſtraſſent : Quod, licèt falſum eſſet, quia tamen ita creditum eſt à fidelibus Regis & miniſtris, coacti ſunt, tam ipſe, quàm omnes omnium cœnobiorum ſuorum præpoſiti & procuratores Judicibus Regis coram aſſiſtere, ut ſi rem ita ſe habere convinceretur, omnes pariter ſubirent exilium : miſerentibus ergo Judicibus, quia ejus ſanctitas nota erat omnibus, oblatum eſt ei, ut, præſtito Sacramento, fidem faceret falſum eſſe quod ſuggeſtum eſt, & ita cum ſuis indemnis ad propria remearet.

Quod vir ſanctiſſimus & ſapientiſſimus, quamvis integrâ fide & conſonâ veritate facere potuiſſet, quia id tamen in injuriam Eccleſiæ redundaret, renuit, dicens malle ſe ſubire exilium quàm tale præſtare juramentum : Conſideravit enim, quod quamvis rei veritas aliter ſe haberet quàm putabant ; & verum jurare non noceat juranti, ſi compellitur, licèt à malo ſit exigentis potius quam præſtantis, contra fidei tamen & pietatis juſticiam agere videretur, ſi juraret, & pravum poſteris, præſentibuſq; relinqueret exemplum, quaſi impium eſſet & ſacrilegum paſtori & Eccleſiæ, ſub tali caſu ſuccurrere, cum magis prophanum ſit in hoc articulo Eccleſiam pro viribus non defendere. Simili modo, ſub *Machabais*, ſenex *Eleazarus*, nec propter timorem mortis carnem ſuillam comedere, nec propter amorem vitæ, & veterem virorum amicitiam voluit ſimulare ſe comediſſe, ne triſte viventibus ſenex daret exemplum, quod pro metu mortis patrias leges violâſſet. Ita & ſenex noſter, nec indefenſam Eccleſiam, dum potuit relinquere, nec ſe quaſi reliquiſſe voluit fingere ; ne apud homines factus enervis cæteros enervaret ; & apud Dominum, tanquam pro facto, incurreret offenſam : itaq; ſuſpenſâ Domini ſententiâ, cum nec ipſo ſe hoc modo purgare adquieſceret, & Judices illum condemnare timerent, apud urbem *Londoniarum* cum ſuis moratus eſt, præſtolando quid ei mandaretur à tribunalibus, paratus ſemper ad omnia pro veritatis conſtantiâ : In quâ expectatione, cum nimio timore deſolarentur omnes ſui, utpote jam jamq; & genus & patriam relicturi ; ita, ut quidam eorum ſane ſe jurâſſe poſſe arbitrantes & impium eſſe ducentes, loca ſuæ profeſſionis pro tali cauſâ deſerere, juramentum illud præſtare eſſent parati, ille ita terrenum oblitus eſt timorem, quod in Curiâ, cum ſuis cunctis merentibus reſidens, ludicra quædam fuſilia deferente, puero emiſſet, ad nullam aliam utilitatem vel uſum, niſi ut jocum faceret ſociis, & quantum cauſam triſticiæ eorum parvi penderet, oſtendit.

In hoſpicio quoq; ſuo majori, jocundabatur, in illâ morâ, letitiâ ; & inter divina ſollemnia mirationem fecit omni populo, ſuper dulciſſono ſpiritualis Chori illius concentu : omne enim gaudium eſtimabat, cum in tribulationes varias incidiſſet. Die igitur ultimo, cum ab auditione mala cuncti timerent, ut ſine dilatione & obſtaculo intentatum præciperentur ſubire exilium, advenerunt de tranſmarinis Regii ad Judices nuncii, qui eis ex parte Regis mandaverunt, ut queſtionem Magiſtri

Gilleberti & ſuorum differrent, quouſq; Rex ipſe pleniùs cognoviſſet de cauſâ: Illico dimiſſus eſt in pace, & cum ſuis omnibus ad ſua redire permiſſus. Tunc cum ab omni exactione & coactione ſolutus eſſet, nec opus haberet quicquam inficiari, vel confiteri, dixit manifeſtè Judicibus, ſed nec tactis vel inſpectis ſacris, nec ſub conditione litis, verbis tamen quibus benè crederent, quod objectæ falſitatis penitùs eſſet immunis: Undè mirati ſunt univerſi conſtantiam viri, quod nec in tantâ minarum aſperitate, & ſui ſuorumq; periculo id agere vellet coactus; quod tamen tam tutè agere poſſet quod poſtegit ſpontaneus.

Vexatio falſorum fratrum.

VIdens igitur hoſtis inquietus, ſe in præmiſſo temtandi genere defeciſſe, & virum cum ſuo populo glorioſiorem reddidiſſe, acriori ſævit invidiâ; & ſi quo modo alio, aliave cauſâ vel aliis inſtrumentis opus divinum ſubvertere poſſet, exquiſivit: quia enim prædicta juvare non poterant, ad alterius modi ſe contulit negotii ſui expedimenta: in prædictâ enim temptatione cauſam habuit illum criminandi pietatis defenſionem, modum, potentiam magis quàm juſticiam, inſtrumenta extera & affectata; quæ omnia quæ magis prodeſſe poterant quàm obeſſe illi, contra quem parabantur, ſine magnâ difficultate poterant adnichilari. In hac autem temptatione ſe convertit ad contrarium, & cauſam temptandi adinvenit religionis inpugnationem; & modo quo hoc proſequeretur, juſticiam, inſtrumenta, ex proprio domo illius ſibi aſſumpſit: Dixit enim per os mendacium quorundam, ipſum eſſe ſacri Ordinis, & eccleſiaſticarum inſtitutionum ſubverſorem, quæ cauſa facile poſſet movere contra eum univerſos; & ut cautiùs hoc probaret, juris Ordinem & juſticiæ proceſſum ſervavit in lite, & quo veraciùs credi faceret quod intendit, de ſuis domeſticis actores conſtituit & teſtes. Quis non contra eum in hac cauſâ ſe erigeret? Quis ſanctæ religionis ſubverſionem pateretur multam? Quis non juſtam cauſam crederet illum habere? qui in ſuâ cauſâ tam juſtè vellet procedere; Inpetraverat enim per ſuos ſatellites, laicos ſcilicet converſos, à principibus tam ſecularibus quàm eccleſiaſticis, quos adverſùs eum commoverat, monita & præcepta multiformia, ad Judices ſatis conſtantes, quorum examini, ſecundùm tenorem legum & Canonum, commiſit ſuæ cauſæ cognitionem.

Quis autem non crederet dictis proximorum, & ſibi indiviſibiliter cohærentium zelum Dei, quantum videri poterat, & formam pietatis habentium? Hæc erant quæ temptationem graviùs urgebant; quia rationem major comitatur virtus quàm violentiam. Accedit ad pondus gravaminis, quod homines pacis ſuæ, in quibus ſperavit, qui edebant panes ſuos, & quos maximè dilexerat, ampliaverunt adverſùs eum ſupplantationem, undè magis doluit. Rurſum, præter ſenectutis incommoda, debilitate corporis vexabatur: Cum tamen procul, & in ultimis finibus *Angliæ*, in cauſarum ventilationibus cogeretur, multotiens in propriâ perſonâ apparere: Item quod ſuper omnia gravat ſervi Dominum, deſpicabiles conſpicuum, ignoti nobilem impetere præſumpſerunt; *& quorum patres*, ut ait Scriptura, *non dignabatur ponere cum canibus gregis ſui*, nunc in eorum canticum verſus eſt, & factus eſt in proverbium. Quippe forma erat hæc primæ perſecutionis primitivæ Eccleſiæ, in quam ſurrexerunt quidam de Synagogâ libertinorum, id eſt manumiſſorum, qui primò fidei Chriſti reſtiterunt; quæ omnia, qui pleniùs cupit cognoſcere, ex beati viri dictis pleniùs addiſcet in ſcripto illo, quod de fundatione Monaſteriorum reliquerat, ubi ſic ait; *Hujus diſſidii & diſcordiæ exſtiterunt Caput, duo fratres laici, quibus commiſerum, præ cæteris, curam omnium domorum noſtrarum: Eis verò aſſociati ſunt alii duo, quorum unum ferè mendicantem ſuſcepi, victum queritantem, arte textrinâ; & alterum* Oggerum, Fabrum *nomine, quem puerum ſuſcepi non fabrum, cum tribus fratribus ſuis, arte imperitis, & patrem ejus pauperimum, & ferè decrepitum; & matrem ejus vetulam, cum duabus filiabus ſuis mendicantibus, & diutinâ infirmitate languentibus:* Oggerum *verò, & alium de fratribus ſuis, arte fabrili, à noſtris permiſi inſtrui, & alios duos arte Carpentariâ: Hii verò prædicti, aſſociatis ſibi aliis fratribus, inſurrexerunt adverſùm me & Canonicos noſtros, Deus ſcit, mentientes, & diffamaverunt nos per multas regiones.*

Ipſum etiam dominum Papam, Alexandrum, *magnæ ſanctitatis virum, & Curiam Romanam adverſum nos concitaverunt. Ipſe verò dominus Papa, credulus verbis prædicti* Oggeri, *nimis ſeverum mandatum & ſententiam crudelem adverſum nos dedit, & poſt pauca, veritatem, teſte Deo, dicam, & non mentiar. Hæc fuit cauſa inſaniâ* Oggeri & Gerardi, *qui aggregaverunt ſibi proprietates furto, ſequentes proprias voluntates, à profeſſione & religione ſuâ devii, proprios habentes palefridos, curſitabant huc & illuc, minus parcentes caſtitati & honeſtati, in ſubſannationem & deriſum facti ſunt Clero & populo. Quod cum audirem, & eos ab errore ad viam veritatis revocare vellem, ab infamiâ ad bonam famam, ab incontinentiâ ad caſtitatem, contemptâ correptione noſtrâ & noſtrorum; diffamaverunt me & Canonicos noſtros, & facti ſumus in admiratione & fabulâ per diverſa locorum ſpacia.*

Hiis verbis ſuam deplorat vir patientiſſimus moleſtiam, quam niſi naturali ſentiret affectu, non ex hoc . . . . . reretur; ſed quia omnia conſtanti tolerantiâ ſuperavit, magis eorum plangit perditionem, ut aſſeveravit, quia magis doluit, quàm ſuum laborem: nam cum perverſi illi ſciſmatici, furtim aſportantes poſſeſſiones domorum, auribus ſummi Pontificis multa falſa inſtillâſſent, & literas ſuæ voluntatis efficaces, tacitâ veritate impetrâſſent, omnem exhibuit Apoſtolicis mandatis, licèt ſibi pernicioſis obedientiam; & nunciis, quamvis adverſariis ſuis reverentiam. Igitur in illarum cauſarum conflictibus, ſæpè in jus vocatus, & coram pontificibus & prælatis pulſatus, cum multa in eum intenderentur, ille immobilis animi conſtantiam ſervans, nec timore pœnarum, nec ſuaſu Judicum à recto propoſito deviare conſenſit, ita ut priùs ſecandum guttur aſſereret, quàm primam eorum profeſſionem & Ordinis inſtitutionem immutaret, quæ multorum privilegiis Apoſtolicorum fuerat ſancita, & per longum tempus eatenus ſervata. Cumq; in probationibus eorum, quæ objecerant, omnino deficerent, nec vi vel arte obtinere poſſent quod optabant, contulerunt ſe ad preces, veniam poſtulantes, & ſuppliciter duntaxat deprecantes, quatinus pauca de propoſito rigore temperaret: Quos omnes in filios, ſicut vir manſuetus, in oſculo pacis benignè ſuſcipiens, in temperandis nimis aſperis, & emendandis Ordinis inſtitutis, auctoritate Domini Papæ, & virorum religioſorum conſilio promiſit, prono animo ſe in omnibus pariturum. Solus tamen *Oggerus*, viri ſancti, ut ita dicam, malleus, in ſuâ perſtitit malitiâ, nec fratrum ſuorum precibus, nec Judicorum vel aſſeſſorum commonitionibus motus, redire voluit ad Ordinis unitatem, niſi ſæpedictus Magiſter ad arbitrium ejus novas in Ordine conderet Inſtitutiones: quod quia noluit, non enim expedivit, ille in ſuâ pertinacia abſceſſit, & ferè uſq; ad diem obitus, tam ſui, quàm beati *Gileberti* illum impugnare non deſtitit: parùm tamen vel nichil profecit; nam ſemper juxta nominis ſui interpretationem interclusus receſſit.

Cujus perverſitas, quantum Deo diſpliceret, non ſine evidenti inditio prætermiſit; namq; in poſteritate carnali, quâ caruit, puniri, ut pleriq; non potuit, in ſuâ radice damnatâ reprobus oſtenſus eſt. Pater ſiquidem ejus, carnalis viciis filii non renitens, ſed fortè conſenſciens, & condelectans, quotiens Sacramentum dominici corporis percepiſſet, dictu mirum, & terribile aſpectu, dedignatus Dominus indigni hoſpicii habitaculum, quandoq; per os, quandoq; per nares, aut aures ſive oculos illud ejecit, oſtendens manifeſtè non eſſe participem communionis Eccleſiaſticæ, quam, quantum in ipſo erat, deciderat, qui Sacramenta unitatis Eccleſiæ retinere non poterat; qui & ipſe, morte improviſâ defunctus eſt. Complicum etiam ſuorum, qui principalis illius ſciſmatis extiterant conditores vel factores, vix aliquis decenti obitu diem clauſit extremum: Revelatâ tandem ſuâ & complicum ejus nequitiâ, cum in hoc omnino ſanctus ſatis eſſet probatus, & pacem reddere Eccleſiæ decreviſſet pietas ſuperna; penè omnes Epiſcopi *Angliæ* cæteriq; Prælati, qui vel ex propinquitate, & confrequentiâ, vel ex famæ præconio, eum noverant, ſcripta ſua, cum Sigillis & nuntiis omnem rei veritatem continentia, ad Dominum Papam *Alexandrum* direxerunt, quibus Deo dignam Magiſtri *Gileberti* perſonam, ejuſq; opera mirifica, & laudabilem ſubditorum gregem ſatis magnificè commendaverunt, & illorum rebellium inſolentiam dilucidè & veraciter innotuerunt; ſupplicantes unanimiter, ut memoratum virum in ſuo propoſito, quod à Deo erat, ſtabiliret, & inviolabiliter roboraret; necnon & ſciſmaticorum inſidias eluderet. Ipſe quoq; illuſtris

Rex *Henricus* ſecundus, ſuum ſcriptum idem teſtificans, idemq; obteſtans, cum regiis nunciis tranſmiſit, & in fine firmiſſimè conteſtans, quod ſi ruſticorum illorum, & qui erant, ut ait, aſcripticii glæbæ machinationibus, ordo ille mutaretur, dominia & poſſeſſiones, quæ ob religioſam ibidem converſantium devotionem, cum ſuis proceribus contulerat, omnino retraheret: quod ſi præfatum Ordinem, & primam inſtitutionem debito rigore faceret Papa obſervari, ipſe, quantum ad ſecularem juſticiam pertinet, cum pro poſſe ſuo manuteneret, & in maximo honore & reverentiâ, ſicut conſueverat, haberet.

Indulgentia domini Papæ.

QUibus beatus Papa commonitus teſtimoniis, precibuſq; commotus, Apoſtolicam Scripto remiſit auctoritatem, indulgens beato *Gileberto*, & ſucceſſoribus ejus, ut nulli liceat religionem eorum, & jura, vel rationabiles inſtitutiones, ſine majoris & ſanioris partis conſilio & conſenſu corrigere, vel mutare, vel aliquam ſuperaddere, quod prædictæ religioni eorum, & ſalubribus inſtitutionibus videatur obviare: ſed quæcunq; in ordine illo, de cætero emerſerint, corrigenda, ille vel ſucceſſor ejus, ea cum conſilio Priorum ejuſdem Ordinis, ſecundùm ſtatuta ſua corrigere & emendare, ſecundùm quod magis viderint expedire, reforment: Aliàs etiam plurimas immunitates & dignitates, ad perpetuum firmamentum Dominus Papa *Alexander* ſancto patri *Gileberto*, ſucceſſoribuſq; ejus, & Sancto Conventui de Sempingham dedit & conceſſit; quæ & à ſucceſſoribus ſuis Romanis pontificibus pleniùs & robuſtiùs confirmatæ ſunt, quatinus inpoſterum tollatur omnis malignandi occaſio, ſuoq; robore gaudeat hic Ordo, & illæſus conſiſtat.

Item alia temptatio.

IN hac igitur pugna glorioſus victor, pater *Gilebertus*, ſemper ſeipſo robuſtior apparuit; & quantò arctiùs impetebatur ab hoſte, tantò fortiùs, viriliuſq; reſtitit, & fœliciùs vicit: nam inſtar beati *Job*, tot hactenus, extra accidentibus periculis, nichil detrimenti paſſus, eo graviori, quo propinquiori & diuturniori fuerat certamine interrogandus; ut tanquam aurum, quod per ignem tertiò probatur, & quaſi argentum purgatum ſeptuplum, Chriſti diademati infigeretur: Devictus enim bellis multis, tam extraneis, quàm civilibus, ſibi ipſi ipſemet objicitur ſuperandus, ut nullo genere victoriæ privaretur: nam præter naturalem corporis imbecillitatem, quantum morborum moleſtia, tum ſenectus importuna, tum labor citiùs ſenectam importans inflixerat: Corporalis viſus incurrit caliginem. Quam temptationem virum naturæ deficienti, an caſui ſive inimico proſequenti attribuam, ignoro: talis etenim erat complexio corporis naturalis, quæ viſus aciem maximè in tantâ ætate diutius non poterat conſervare; ſed ſi caſu vel violentiâ hoc contigit illi, neſcimus, cum crebris lacrimarum inundationibus, dum mitteret ſemina ſua, eoſdem oculos novimus eum debiliâſſe, & multas ventorum, pulverum, & vigiliarum, aliorumq; incommodorum pertuliſſe injurias: Si autem ſpiritualis hæc fuerat percuſſio incertum eſt; quocunq; tamen modo, vel Dei judicio hoc ei evenerit, non indè erubeſcemus, cum idem *Yſaac* & *Jacob*, multiſq; aliis acciderit ſanctis: ſi ex hoc ampliùs gratulamur; quia non hoc iram & indignationem, ſed Dei ſcimus fuiſſe clementiam.

Qualis erat in ſenio.

ACcrevit enim illi virtus ex defectione, & pro lumine corporis amiſſo, majore & meliore meruit gratia ſpiritus illuſtrari; nam vigorem animi, licèt decrepitus, licèt ægrotus, licèt viſu privatus, in nullo relaxavit, immo quantum zelum & fervorem habuit curæ paſtoralis in minori ætate, tantum quoad vixit indefeſſè ſervavit. Quam vigil ſenſus, diſcreta ratio, docile ingenium hærens memoriâ ei fuerit, mirati ſunt quotquot viderint: auditus penetrabilis, lingua diſerta, manus intremula, pes ſolidus, ſuum officium alteri caleph non denegabant. O quantus fervor divinæ dilectionis? quantum ſtudium fraterni amoris in illâ mente reſedit, cum ejus cordi & ori Chriſtus nunquam defuit: ejus linguæ & manibus ſemper inerat quod proximis profuit: Jugis oratio, juge ſuſpirium, & lachrymarum crebra inundatio; quid mens ſenſerit interiùs non potuerunt celare: & quia ſpeculator conſtitutus à Domino domus *Iſrael*, ſuper ſpeculam ſuam per ſe ſtare, prout oportuit, non potuit, oculos, manus, & pedes, id eſt miniſtros qui horum gererent officium, loco ſuo præparavit. Sollicitudinem omnium cœnobiorum, prætaxato domino *Rogero*, Priori *Maltonæ*, commiſit, ut conſilio ſuo majora tractaret: ſub eo verò ſingulis gradibus marium & fœminarum, unum vel duos, quos circatores, vel ſummos ſcrutatores appellant, qui omnium Domorum ſtatum diligenter inſpicerent, & ut oporteret corrigerent; graviora autem ſemper ad ipſum referrent: ipſe verò caput omnium, utpote ſenſu & ſanctitate præminens omnibus, omnium ad ſe cauſas detulit, & manuſcriptas omnium profeſſiones, quoad vixit, ſuſcepit: Quocirca, ut nichil de partibus officii ſui amitteret, quia equo non poterat, geſtatorio ſe fecit ſemper per ſingulas domos circumferri.

In itinere, hoſpicio, menſâ, & lecto, & cæteris omnibus locis regularibus & horis, eandem quam priùs, immo rigidiorem tenuit diſciplinæ cenſuram: nam rebus ſecularibus, pro carentiâ viſus, exemptus & abſens, totus in cœleſtibus habitavit; & poſt juſtos ſanctæ actionis labores, dulcis contemplationis meruit deliciis indeſinenter confoveri. Toto ſpacio diurno, præter corporalium indigentiarum ſupplementa, aut lectioni aurem inclinavit; aut mentem, manuſq; & os precibus accommodavit; aut ſpirituali fratrum confabulationi indulſit: Nichil autem inter loquendum ei placuit, vel patienter audire potuit, niſi quod de Deo & verâ vitâ ſonuiſſet: pauca tamen & brevia, licèt eſſent ſancta & utilia, edidit verba; memorans illud Pſalmiſtæ, *Obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis:* Nam mox mentem ad cœleſte deſiderium & votum, in preces convertit, dicens hæc & hujuſmodi, *Uſquequo Domine oblivi∫ceris me in finem?* &c. *& Heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt.* Cumq; quieſcentem dormitare putaremus, manus ſub pallio, cum oculis ad cœlum erectas vidimus, & divina verba ſecum in murmurantem, porrectis auribus deprehendimus: In mediis autem ſermonibus, cum ſe fortè vel circumſedentes exceſſiſſe in verbis arbitraretur, mox confeſſionem Eccleſiaſticam magnâ cum devotione protulit, ſe petens humiliter abſolvi, & ſuam ſubdens abſolutionem: Nocte nichilominus priſtinas ſervavit in Orationibus Vigiliarum excubias, latenter, ut potuit, ſe deponens de grabato, ut ante lectum quas poſſet facere genuflexiones: Cumq; à comitibus ſic jacens repertus fuiſſet, quaſi culpavit eos, quod ſtratum ejus veſperâ malè paraviſſent: ſolum enim Dominum & Sanctos ejus, cum quibus nocte confabulatus eſt, hujus rei deſideravit habere conſcios & teſtes.

De abſtinentiâ ejus.

QUid de ciborum loquar parſimoniâ, cum etiam in maximo morbi languore, qui ſenium ſolet comitari, nec fratrum precibus coactus in ſuo adquievit comedere Dormitorio: nunquam enim, quantum in ipſo erat, à fratrum menſâ voluit ſeparari, licèt cubiculum ejus à publico Refectorio procul diſtaret, & gradus plurimi difficultatem facerent aſcendendi in cœnaculum: Rogatus enim à fratribus, ut ſuæ parceret aliquantulum infirmitati, reſpondit ſubſtomachando; dicens, *Non erit* Gilebertus *exemplum ſucceſſoribus ſuis comedendi delicias in Camerâ*: & ſic utroq; latere manibus fratrum portatus, magno cum labore acceſſit ad menſam, ubi corpuſculum magis inediâ affecit, quàm refecit; nunquam vaſis Dominici & fratrum memoriam prætermittens: Surgens à menſâ & reportatus ad cubiculum, quod reliquum erat Diei in ſimiles uſus expendit.

De magnificentiâ ejus.

HIc eſt beati patris *Gileberti* vitæ excurſus, vivendi modus: hæc virtutum experimenta, & morum inſignia, quibus & potentiſſiorum principum factis magnificis ſupergreſſus eſt magnitudinem, & ſanctiſſimorum hominum, non ſolum imitatus eſt, ſed etiam imitandum in ſe exibuit exemplum: Quis enim optimatum ſeculi, Regum dico vel pontificum, tantam tantorum operum potuit in noſtris temporibus ſummam adæquare; cum ille pauper, ut dicitur Clericus, primò totum patrimonium ſuum, omnia ſcilicet quæ habuit, largitus, ex diminutione incrementum, & ex paupertate tantas congregavit divitias: Sed, quod magis arbitror mirandum, homo ſecularis & in Curiâ miniſtrans, monaſticæ diſciplinæ normam, ab homine non didicit, quam tamen tenuit; nec ſolum ipſe ſervavit, ſed multis cuſtodiendam contradidit: Undè præ ſanctitate Deo amabilis, & ex magnificentiâ hominibus factus eſt admirabilis; ex utroq; autem omnibus venerabilis. Reges & principes illum honorabant; Pontifices & prælati devotè ſuſcipiebant; propinqui & extranei valdè diligebant; omnis plebs ut ſanctum Dei colebat. Vidimus Epiſcopos, genibus ejus provolutos, benedictionem ſuam petere, & de extraneis regionibus, in quibus fama ſanctitatis ejus perſonuerat, quoſdam Epiſcopos adventantes aliquid de veſtimentis ejus poſtulare, quod in terris ſuis locis celebribus ſuſpenderent pro Reliquiis.

De eo quoq; quidam præſules, in ſuis ſcriptis & ſermonibus popularibus, illud propheticum interpretati ſunt, *Erubeſce* Sydon *aiit mare*; *ſc Sydonem*, illum verò mare appellantes, eo quod homo ſecularis, & nullius eccleſiaſticæ dignitatis, ſummos Eccleſiæ paſtores, non modo æquiparare, verùm etiam ſuperare in promotione Eccleſiæ videretur. Rex etiam inclitus *Henricus* ſecundus, tantum ei detulit munus honoris, ut illum ad Curiam pro negotiis Eccleſiæ venientem, non ſit paſſus ad ſe venire; ſed ipſe magis ad illum in hoſpicio ſuo audiendum, cum proceribus ſuis ire non erubuit, & benedictioni ejus ſe humiliter ſummittere, & monita ſalutis ab eo audire non recuſavit. Regina quoq; *Alianora*, filios ſuos, Reges futuros, ab eo gaudebat benedici: ſtatum enim Regni ſui, & rerum ſucceſſum vitæ illius præſentiæ & precum ejus obtentui deputabant; undè, cum poſtea nuntium obitus illius idem Rex *Henricus* audiret, cum impugnaretur à filiis, graviter ingemeſcens ait, *Verè cognovi illum migraſſe à ſeculo, nam ideo invenerunt me mala iſta, quia non ſupereſt ipſe.* Loquebatur ex magnitudine doloris & amoris; quam ſi rationem vis doloris admitteret; ſcire poterat, quod efficaciùs in cœleſtibus, quàm in terrâ pro eo intercederet: quod ut ei ab aſſedentibus proceribus ſuggeſtum eſt, tandem conſolationem recepit.

De miraculis in vitâ ſuâ factis.

TAliter novit Dominus glorificare Sanctos ſuos, apud homines; qui quos juſtificat, hos & magnificat; & qui lucernam accendit, & in abſcondito non ponit, ſed ſuper Candelabrum, ut qui ingrediantur lumen videant: Quales quoq; apud ſe illos habeat, etiam in conſpectu hominum manifeſtat, qui futuræ in eis dignitatis gratiam præire facit miraculis, quatinus quam teneant homines viam agnoſcant, & de ſpei veritate ſecuri fiant, ut ad vitam perveniant. Simili pietate, & circa hunc Sanctum ſuum, uſa eſt bonitas divina, gratiam primitùs infundendo quâ meritis eniteret, & miſericordiam poſtmodum augendo, quâ eadem merita virtutibus illuſtrarent. Hæc ſunt igitur, quæ per beatum patrem noſtrum *Gilebertum*, adhuc in carne poſitum, operatus eſt Deus mundo miracula.

Licet enim non ſunt hæc tempora ſignorum, juxta illud, *Signa noſtra non vidimus, jam non eſt prophetia*; & ipſe magis moribus ſtuduerit quam miraculis, in atteſtationem tamen piorum operum, & confirmationem ſermonum, præter multarum quæ fecit lucra animarum, quæ præjudicant miraculis, quædam per eum divinitùs facta ſunt ſigna, quibus & ſanctitas vitæ ejus, & ſinceritas doctrinæ commendatur: Sic enim revelatum eſt cuidam viro nobili & fideli, totam ſcilicet terram per eum lætificandum; *Adam* de *Amundavillâ* hic erat, miles opulentus & fide dignus. Vidit hic per ſomnium, quaſi in medio populorum multorum, in quadam planitie conſiſtentium, deſcendere Pontificem quendam, pontificalibus ornatum: quem cum interrogâſſet quis eſſet; *nonne,* inquit, *me noſti, qui jam in meo ſervicio bis fuiſti?* Fatenti ſe neſcire, reſpondit præſul, *Ego ſum* Thomas Cantuarienſis *Archiepiſcopus, quem Sanctum* Thomam *appellant.* Gaviſus ille & admiratus; gratias, inquit, Deo, qui tanta pro te Domine operari dignatus eſt: nam nunquam fuit, nec erat aliquis, ut putamus, in terrâ noſtrâ, de quo tanta oriatur leticia. Ad quem ille; *Erit, inquam, quærenti nomen ejus, Sanctus,* uno verbo reſpondit, *Gilebertus,* quem non alium niſi hunc noſtrum præſumimus eſſe *Gilebertum*: Quod enim nondum talis fuerit, certi ſumus: quod autem nec futurus eſt, per hæc colligimus: nam præterea, quæ fututa ſperamus gaudia, quæ de quo major poterit eſſe lætitia, quàm de viro, qui tot hominibus, & animarum & corporum providit ſtipendia: Quæ major leticia in terrâ noſtrâ, quam quod eam tantorum operum magnificentiâ, & tantâ ſignorum honorat frequentia? Quæ major letitia, quàm quod non ſolum ſuam regionem, verùm totum orbem Romanum ſuâ illuſtrat gloriâ? Quæ major letitia, quàm quæ hominibus ſimul, & Angelis collata eſt? Videmus eam jam & tenemus, & præ gaudio, quæ novimus ſilere non poſſumus, ſicut nec debemus.

De infirmitate quâ obiit.

PErfectis igitur, tam ſuæ perfectionis meritis, quam ſuarum congregationum neceſſariis inſtrumentis, cum diſponeret dominus labores illius æternâ requie munerare: appropinquante tempore vocationis ſuæ cæpit plus ſolito laceſſere; pronuntiavitq; ſe in hac vitâ diutiùs non poſſe ſubſiſtere, quia totius naturæ corporalis amminiculis deſtituebatur: morbo nempè & ſenio confectus: hinc compellitur migrare, & morbus quidem ex proprietate inhæſit naturæ, nam ſolet ſemper ſenium comitari; ſed ſenectus ex dono duravit gratiæ, quam mirabile fuit, hominem tot pœnis attritum, hiis diebus, cum tanto corporis vigore poſſe pervenire ad centennium, & cum ipſe centenariam exceſſerit ætatem, membris omnibus ſui corporis, præter viſum oculorum incolumis: Sed voluit Dominus multis eum excercere laboribus, & complere labores illius, quatinus merces ejus multa eſſet in cœlis: Non eſt ergo de quo queratur natura; non eſt in quo derogetur gratiæ, quam utriq; ſatiſfacere paratus eſt ipſe: naturæ quidem, ut deſinat vivere; gratiæ verò, ut ſi expedierit, vitam velit protelare: Mox igitur inſinuavit per literas omnibus Eccleſiis ſui reſolutionem imminere; orans, ut orationibus ſuis, exitum ejus munirent; & relinquens poſt ſe benedictionem, omnes, qui poſt ejus deceſſum futuri eſſent Ordinis amatores, & unitatis congregationum defenſores, abſolvit ab omnibus contra regulam & inſtituta præſumptis exceſſibus: machinantibus autem diſſidium & diſcordiam conteſtatus eſt, ſuam non poſſe prodeſſe abſolutionem, cum in conſpectu Dei non pænituerint, conſtet eos penitùs eſſe reprobatos: Inſtante itaq; tempore, quo ſancta illa anima, carnis erat relictura hoſpicium; nocte quâ natus eſt Dominus, apud Monaſterium quod eſt inſula de *Kadeneiâ*, extremæ unctionis, dominiciq; corporis munitus eſt Sacramentis; & ſic horam exitus, quâ decuit & oportuit, expectavit devotione: ſed cum necdum carnis vinculis ſolveretur, accepto tempore oportuno, quam citius potuerunt Comites & Capellani ejus, illum indè removerunt; & timentes ne fortè à potentibus ſeculi, per quos erat tranſiturus, raperetur, aut vi retineretur, in ſuis Eccleſiis aut monaſteriis ſepeliendus; divertentes à recto itinere, quàm occultè, quàm velociter potuerunt, ad **Sempingham** detulerunt, ut ibi ſepulturam acciperet, ubi Caput conſtituerat Monaſteriorum: in quo ſpatio ſibi divinitùs indulto, accedentes ad eum, omnes Eccleſiarum ejus prælati (vel præpoſiti) & plures alii ejus diſcipuli, benedictione ejus & colloquiis ſunt armati; & de pace, & de unitate, Ordiniſq; rigore, poſt dies ſuos ſervando ſolliciciùs admoniti & inſtructi. Ultimo autem die vitæ ipſius temporalis, cum omnibus abſceſſiſſent à Domo, quâ jacebat, agens in extremis, ſolus ante grabatum ipſius reſedit, qui ei ſucceſſit in officio.

Cumq; diu antea ſiluiſſet, utpote in extremo alitu conſtitutus; nec quiſquam aliquid ei fuiſſet locutus, neminem videns, neminem audiens; in ſpiritu tamen, ut intelligimus, aſſidentis intelligens præſentiam, moroſè, diſtinctè & apertè hunc verſiculum Pſalmi inmurmuravit, dicens; *Diſperſit, dedit pauperibus, & repetivit*, quaſi exponens, Diſperſit multis, dedit non vendidit; pauperibus non divitibus; & ſubnectens, *Tibi*, inquit, *amodo incumbit*; quædam alia, quæ non novimus ſubjungens. Quorum ſententiam verborum abſq; ſanioris interpretationis præjudicio eidem ipſi maximè arbitror convenire, qui ſua omnia multis, quos ad Dei ſervitium adunaverat, diſperſit, & reſpectu caritatis dedit, non pro terrenâ aliquâ recompenſatione vendidit pauperibus, ſcilicet qui eum recipiant in æterna tabernacula; non divitibus, quibus dare ſuperfluum eſt, & non meritorium, cum & ipſi difficile intravit in reguum Cœlorum; undè pro hiis in fine mercedem recepturus exultat, & ei, quem ſibi ſucceſſurum prædicit, ſimilitudinem agendi indicit. Sic gloriatur *Paulus* in his, undè magis confidit, cum tempus reſolutionis ſuæ inſtat; dicens, *Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi; de reliquo repoſita eſt mihi Corona Juſticiæ, quam reddet mihi Dominus in illâ die juſtus judex.* Et *David*, *Scottorum* Rex ſanctus, cum mors eſſet ei in januis, ſepties hunc verſum Pſalmi, ubi ſpem ſuam poſuerat, repetivit, dicens; *Feci judicium & juſticiam, non tradas me calumniantibus me.*

De obitu ejus.

POſterâ die, quâ præteriri non poterat, illuxit Sabbatum; tempus ſcilicet, quo requieſceret à laboribus ſuis: nox præceſſit; dies autem appropinquavit, quia dicere potuit, *non me tenebræ comprehendent, nec conculcabunt* me; Hora erat *Matutinarum Laudum*, & hora exitus matutini; nec deerant qui dominum laudabant aſtra matutina, dicat quod ſequitur: Vix aliquid dicere poterant, qui interfuerant: ſingultus enim & lachrimæ adhærere fecerunt linguas ſuas faucibus ſuis; lachrimoſa enim illa dies, quæ tulit nobis patrem & paſtorem noſtrum, germanum & amicum; nec qualem patrem habent vel amittunt cæteri in Monaſteriis ſubditi; ſed qui omnes nos, quotquot fuimus, quotquot fueramus genuit in verbo Evangelii, & fovit, ut nutricius, quemadmodum Gallina congregare pullos ſuos ſub alas. Cæterum, quid faciemus, te facto de medio, Domine? Ad quem ibimus? Quem ſequemur? Timemus enim te percuſſo diſpergi, ſicut oves errantes abſq; paſtore; nam non oportet flere ſuper te, ſed ſuper noſmetipſos & ſuper poſteros noſtros: Sed non eſt, quod queramus de tempore, nec quod doleamus de caſu; quia extunc cœpit conſolatio noſtra, & tibi provenit gloria ſempiterna: non eſt ergo, quod pro te, non eſt quod pro nobis lugeamus, ſed potiùs tibi congaudeamus, & omnes nobis. Hoc enim ſeculum eſt: Sabbato ergo illo, pridie ſcilicet nonas *Februarii*, anno ab incarnationis dominicæ *MCLxxxix*. Cum nox immutaretur in diem, dum celebrarentur *Laudes* à Conventu, à tenebris hujus ſeculi & laboribus mundi, ad veram lucem requiemq; æternam migravit, pluſquam centennis ſenex & plenus dierum, habitaturus in domo Domini, & Deum in ſecula laudaturus; ubi in Ordine ſuo, ut dignus erat, ſicut cuidam poſtea revelatum eſt: Credimus enim inter agmina virginum beatam ſedem percepiſſe à Domino: non enim defuerant manifeſtæ viſiones & revelationes, perſonis fide dignis factæ, quibus certiſſimè colligatur, ipſum Sanctorum conſortio conjunctum eſſe in cœlis.

Viſio cujuſdam Præpoſitæ.

NAm nocte eadem, quâ migravit à ſeculo pater *Gilebertus*, viſio talis apparuit uni ex non ſuis, ſed ex alterius Ordinis monialibus, *Agnets* nomine Præpoſitæ de *Apeltonâ*, quod eſt Monaſterium virginum in provinicâ *Eboraci*. Vidit illa, quaſi in loco amœniſſimo Eccleſiam magnam, & ab occidente ipſius, domum ſpacioſam, in quâ parabantur exequiæ velut alicujus magnatis; feretrum ſcilicet pannis ſericis ornatiſſimum, cum crucibus & Candelabris, & cæteris miniſteriis ſolemnibus. Admirata tantum apparatum, quantum non viderat uſpiam circa defunctum, queſivit à quodam è turbâ, quæ ibi erat copioſa, quiſnam eſſet defunctus, cui tanta obſequia deferebantur. Tunc reſponſum eſt, Magiſtrum *Gilebertum* de Sempingham migrâſſe de mundo, & eum cum tantâ veneratione debere ſepeliri: Nec mora, erexit ſe in loculo, qui intùs jacebat, & ſumptâ in manu virgâ paſtorali, inchoavit voce altiori & dulciori, quod unquam illa audierat, hunc verſum ſequentiæ ita modulando, *Puræ mentis gaudia oſtendamus, eja in vocis melodiâ.* Omnes etiam, qui aderant, elatis in cœlum vocibus, concinebant cum eo, & cantantes proceſſerunt verſùs baſilicam. Videns illa viventem, qui dicebatur mortuus, indignata reſpondit ei, qui rem ſibi indicaverat, *Putas me non nôſſe Magiſtrum* Gilebertum; *novi enim optimè; & jam non eſt mortuus iſte. Quem dicis ipſum eſſe?* Ad quem ille, *An ignoras quid contigit beato* Johanni *Evangeliſtæ: Sicut enim ille matrem Domini accepit in ſuâ; ita iſte eam imitantes ſumpſit in cuſtodiam.* Tunc illa, *Novi*, ait, *quia Dominus meus eſt, & advocatus hujus loci; & vitam ipſius ferè totam memoriter teneo.* Mox ille. *Sicut*, inquit, *actum eſt ei, ita ſiet & iſti.* Procedentibus igitur cunctis, interrogavit illa, *quonam erant proceſſuri* & reſponſum eſt, *omnes mundi proceſſiones, illi proceſſioni obviaturas.* Ingredientibus autem illis in Eccleſiam, & ante magnam Crucem conſiſtentibus,; ecce, ex omibus mundi partibus innumeri populi confluentes, præcedentibus Choris & altiſſonis concinnentibus plures confecere, quarum quaſdam noverat proceſſiones. Videns illa tantas turbarum multitudines, timens ne ab eis comprimeretur, exivit; & ſtatim excuſſo ſomno, tantam ſenſit in naribus odoris ſuavitatem, quod toto die, & multo tempore ſequenti, retinens fragrantiam miro modo reficiebatur. Tunc pulſatum eſt ad *Matutinas*, & veniens in baſilicam, innuit circumſtantibus ſororibus Magiſtrum *Gilebertum* de Sempingham certiſſimè obiſſe, ut cognoverat in ſomnis: accepto quoq; poſt modicum, mortis ipſius nuncio, collegit ipſam fuiſſe tranſitus ejus noctem & horam, quâ hæc viſa ei paruerunt.

Alia viſio.

Similia, & ſi non eadem, vidit mulier ingenua, & optimis moribus inſtituta, uxor viri boni *Radulfi* de *Hauvillâ*. Videbatur ſibi videre & audire in ſomnis multitudinem Angelorum, cum immenſis laudibus, & concentibus dulciſſonis, aſcendentem in cœlum. Poſtquam aſcenderunt aliæ duæ turmæ ſpirituum beatorum oppoſitis vultibus; ferentes intra ſe tres pueros in lintheamine. Medius à cingulo ſurſum apparebat, calvus capite, puer tamen facie; duo circa reſidentes, ab humeris ſurſum eminebant multùm eo inferiores. Querenti qui eſſent, reſponſum eſt, medium illorum eſſe Magiſtrum *Gilebertum* de Sempingham, qui mortuus mundo, iturus erat ad Deum. Putanti, & percunctanti, ſi alii duo eſſent Ordinis illius Canonici; Dictum eſt, non eos eſſe Canonicos, bonos tamen & Sanctos ad Dominum ſuum tranferendos. Hæc vidit mulier fidelis illâ nocte obitus ejus, & experrecta retulit viſionem marito: annotanſq; diem, invenit ipſam eſſe, quâ Sanctus migravit è ſeculo. Quo autem portaretur, vel ubi reponeretur, revelatum eſt poſtea cuidam ex ſuis Canonico: nam non multo tempore poſt deceſſum Sancti elapſo, vidit in ſomnis quidam Canonicus Ordinis de Sempingham, unum ex fratribus ſuis, nuper antea defunctum: quem, cum de pluribus interrogâſſet, & ille ſuis interrogationibus ſatiſfeciſſet, de ſtatu etiam Magiſtri, ubi eſſet, vel quid ageret, aut pateretur ſciſcitatus eſt. Ad quem ille; *Non eſt*, inquit, *nobiſcum, altior enim locus tenet eum: nam ex quo migravit è ſeculo, ſtatim inter Choros virginum collocatus eſt.* Non abhorret à vero iſta viſio, quam ſi, ut credimus, redditus unicuiq; ſecundùm opera ejus, & teſte veritate, amici de mammonâ iniquitatis facti, factores recipiunt in æterna tabernacula. Juſtè virginibus eſt adunatus, qui & virgo corpore & mente, carnis ſcilicet & fidei integritate Sanctus permanſit in ævum; & omnia ſua virginibus largiens, pro multarum ſervandâ virginitate totâ vitâ ſuâ laboravit; undè ſicut qui recipit juſtum in nomine juſti, mercedem juſti accipit, ita qui recipit non unam, ſed quamplures virgines, in nomine virginum, mercedem virginum meritò accepit: ſed & prælatus multarum Eccleſiarum, hominum præcipuè continentiam voventium, dignè fructum centeſimum percepit, qui debetur virginibus, & martyribus, & prælatis.

De Sepulturâ ejus.

HÆc circa ſanctam animam illam geſta fuiſſe credimus officia cœleſtia; circa corpus verò exanime, ritè per quatriduum celebratæ ſunt exequiæ, donec mandati omnes Ordinis Priores & Præpoſitæ, ad tanti patris funus conveniſſent, qui eo die, cum reliquis omnibus ejuſdem profeſſionis ſecum annumeratis, pluſquam duo millia ducenti inventi ſunt. Quartâ die, hæc eſt feria tertia, aſtantibus quibuſdam Abbatibus, & tam de ſuis quam de aliis cœnobiis & Eccleſiis præpoſitis multiſq; utriuſq; ſexus religionis perſonis; necnon & nobilibus & divitibus ſeculi, cum innumero populo, qui audito tranſitu Sancti, undiq; confluxerant, completis Miſſarum ſollemniis, venerabile illud corpus, priùs aquâ perlotum, quæ multis ægrotis poſtea data in potum, profuit ad ſalutem; ſacris & ſacerdotalibus veſtimentis involutum, in loco Sepulchri, inter majora Altaria, ſcilicet beatæ *Mariæ*, & beati *Andreæ* Apoſtoli, Cœnobii de Sempingham, quaſi in ſpeluncâ duplici, ubi ex utraq; parte parietis intercluſi, hinc à viris, illinc à mulieribus poſſit cum veneratione adorari, honorificè collocatur: nec tamen lapis foveæ ſupponitur, donec omnes, qui affuerant, tanquam ultimum vale dicentes, Sanctum & dilectum corpus, quâ quiſq; poterat parte contingere, amplexati certatim oſcula infigerent: Nec erat alicui etiam pueris & puellulis horror inextincti cadaveris deoſculatione; quia fides tangendi præbuit auſum, & devotio indidit amoris indicium. O quantus luctus omnium! quanta præcipuę lamenta Clericorum & virginum Chori, cum primum & præcipuum amitterent paſtorem, nec ſimilem poſt eum ſe habiturum ſperarent: ſed qui in electo famulo ſuo opera ſua omnia operatus eſt Deus, per quem erat vir in cunctis proſperè agens; nec operarium mercede, nec opera debita defraudavit conſummatione, quod è vicino ſequentia ſigna manifeſtè declarârunt.

Subſtitutio primi ſucceſſoris ejus.

MAximum enim & mirandum contigit ipſo die humationis ejus miraculum, quod ſcilicet tradito ſepulturæ corpuſculo, mox contra ſpem omnium, conſenſu & petitione omnium, abſq; omni obſtaculo & contradictione omnium, ab utroq; ſexu, & ab omnibus perſonis, pater & Paſtor, qui nunc præeſt, eligitur, & in caput, quod membra regat, diſponat & contineat, ſullimatur: à nonnullis enim, & ferè ab omnibus comprovincialibus, quaſi certum præſumebatur, quod ex quo tam ſtrenuum decideret Caput, ilicò contingeret à domo de Sempingham membrorum ſuorum diſceſſio: Undè ſtupentibus cunctis, & quid egiſſent mirando, ſecum conferentibus, non erat aliud reſpondere, niſi quod, qui ſemper paci ſtuduerat, dum viveret, pacem quoq; perpetuam, mox ut in conſpectu Dei venerat, ſuis impetravit. Secuta ſunt & alia innumera, cum hiis quæ ſubjecta ſunt, & miraculorum inſignia; quibus non modo humanorum corporum, verùm & cordium curantur diſpendia, dum per eorum exhibitionem & operum ejus emuli confunduntur, & de gloriâ dubii abſolvuntur, & factorum expreſſioni derogantibus ora clauduntur: Ipſe nobis meritorum ſuorum interventu, & precum obtentu, vitia compeſcat, adverſitates depellat, virtutem ſubminiſtret, profectum & augmentum veræ religionis ſuæ & univerſali Eccleſiæ conferat, & fines noſtros pacem æternam diſponat, preſtante domino noſtro *Jheſu Chriſto*; cui, cum patre & Spiritu Sancto, honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Incipit Canonizatio beati Gilberti.

QUantum apud ſe magnificaverit beatum *Gilebertum* gratia ſuperni conditoris, qui viventi, in omnibus cooperatus eſt, etiam defuncti gloriam confirmare dignatus eſt ſequentibus ſignis; quorum veritas manifeſta, qualiter in lucem venerit, ne quis præſentium vel futurorum de eâ poſſit ambigere, breviter rei Ordinem, prout geſta eſt, retexemus. Cum igitur vir Domini *Gilebertus* migrâſſet è ſeculo, ad declarandum Deo accepta fuiſſe ipſius merita, cœperunt primo depoſitionis ſuæ anno, & deinceps ad tumbam ejus crebro fieri virtutum inſignia: ſed Fratres *Sempinghamenſis* Cœnobii, ut religioſorum mos eſt, ſecreta querere, & mundi gloriam fugere, ea palam facere neglexerunt, ne ſuas viderentur velle philacterias dilatare, ſi ea quæ per ſuum inſtitutorem patrata ſunt, divulgarent. Evolutis deniq; ab obitu ipſius pluſquam *xi.* annis; cum multa multis in locis per eum facta fuiſſent miracula; adverterunt quidam ex fratribus per illam factorum occultationem Dei & Sanctis ejus; necnon & Eccleſiæ ſanctæ honorem non revelari, & ſapientum freti conſilio, ad virum ſapientiſſimum *Hubertum Cantuarienſem* Archiepiſcopum rem detulerunt: qui tot & tantis auditis mirabilibus, abortis præ gaudio lacrimis, gratias Deo exſolvit multiplices, qui talia illis temporibus pro viro indigenâ operari dignatus eſt: Et licet de ejus ſanctitate, quem benè noverat, & cujus honeſtas & opera tam latè claruerant, non dubitaverit, ad ingerendam tamen aliorum mentibus pleniorem certitudinem, celebri decrevit inveſtigatione audita perquirere: mittenſq; ad quoſdam provinciæ illius Abbates, mandavit per literas ſuas, ut diligentem, ſuper hiis, facerent inquiſitionem; & inquiſitâ, ſuis ſcriptis ei notificarent, quatinus de hiis omnibus pleniùs inſtructus, ad celebrandum illius Sancti Canonizationem Apoſtolicæ ſedis, ſecuriùs poſſet petere auctoritatem.

Abbates autem, quæ juſſa fuerant exequentes, adjunctis ſecum plurimis, tam ſecularibus quàm religioſis, eccleſiaſticis perſonis, pariter acceſſerunt ad Domum de **Sempingham** *ix.* die *Januarii*, anni incarnationis Domini *MCCi.* quo die inclitus Rex *Anglorum Johannes*, cum ſuis proceribus, domum illam viſitavit; & omnia, quæ ibi invenerant, de miraculorum eventu, ſub diſtrictâ examinatione diſcuſſerunt; ſuiſq; ſcriptis, tam illi, qnàm Domino Papæ ſignificaverunt. Dominus autem *Cantuarienſis*, ea quæ acceperat ad Romanam Curiam nunciavit; directiſq; Epiſtolis perſonam Sancti, & magnifica opera, digna laude, commendavit; ejuſq; revelationem, prout juſtum fuerat, poſtulavit. Ejus etiam hortatu, plures ex Epiſcopis & ſullimioribus Abbatibus *Angliæ*; plurimiq; Priores & prælati Eccleſiarum, literas commendativas, & idem petentes tranſmiſerunt: ſed & illuſtris Rex *Anglorum Johannes*, cum quibuſdam ſuis proceribus, eadem nichilominus proſecutus eſt: Proficiſcentes igitur duo ex literatis fratribus, cum omnibus hiis teſtificationibus, necnon & ſcripto, ſeriem vitæ & operum ejus continente, Romanam Curiam adierunt; in quibus illud, non ſine miraculo contigit, quod in maximo æſtivi temporis caumate, quando peſtis plurimos peremerat, redierunt incolumes, inter medios hoſtes, qui eis inſidias tetenderant, quaſi acroiſiâ percuſſos, ad inſtar *Helyſei*, tranſierunt illæſi.

Redeuntes autem à Curiâ, mandatum Apoſtolicum ad memoratum Archiepiſcopum *Cantuarienſem*, & ad Epiſcopum *Elienſem*, & de *Burgo*, & de *Wardoniâ* Abbates reportaverunt; quo injunctum eſt eis, quatinus ad locum ſepulturæ ejus pariter accedentes, triduanum jejunium toti Collegio ipſius Ordinis ſollemniter indicerent; ut univerſi fratres orantes & rogantes ab eo, qui eſt via, veritas & vita, poſtularent & implorarent aperiri viam inveniendi ſuper hæc veritatem ad vitam: ac deindè, non ſolùm per teſtimonia, ſed per teſtes, per famam quoq; vulgatam, & ſcripturam autenticam, de virtute morum, & de virtute ſignorum, operibus videlicet & miraculis, certitudinem inquirerent; cunctaq; fideliter conſcribentes, ſub teſtimonio Sigillorum ſuorum, per viros ydoneos, qui etiam ſub hiis fidem facerent, in præſentiâ Domini Papæ jurati, ad ſedem Apoſtolicam deſtinarent. Quæ omnia, juxta formam mandati Apoſtolici ritè peracta ſunt: Nam *vi.* Kal. *Octobris* ſæpedictus Archiepiſcopus, cum *Elienſi*, *Batonienſi*, & *Bangorienſi* Epiſcopis; Abbates quoq; de *Burgo* & de *Brunnâ*, quia ille de *Wardunâ* ad Capitulum *Ciſtercienſe* fuerat profectus: Priores etiam plurimi, & quidam Archidiaconi; necnon & Canonici & officiales *Lincolnienſis* Eccleſiæ; famoſiq; magiſtri multi, cum multâ turbarum frequentiâ, domum de **Sempingham** advenientes, poſt celebratum triduanum jejunium, invocatâ primitùs Spiritus Saneti gratiâ, teſtes juratos; tam religioſos, quàm ſeculares; tam Clericos, quàm laicos; tam viros, quam mulieres, ſuper virtute ſignorum quæ facta ſunt, preſtito priùs Sacramento diligentiſſimè examinaverunt: quorum atteſtationes fideliter in ſcripturam redactas, ſub Sigillis ſuis, clauſas, Domino Papæ tranſmiſerunt; adjicientes inſuper de vitâ & converſatione ejus, & famâ vulgatâ, audita teſtimonia: ubi, dum per quatriduum morarentur aperta, & divinitus veritas, quam quærebant per quoddam inſigne miraculum, ad Sepulchrum Sancti tunc factum, de curato juvene quodam, jugem Capitis rotationem, & vicariam mentis alienationem, per anguſtia morbi patiente: qui non multò poſt, ad hoc teſtificandum *Romam* miſſus, ſanus perrexit, ſanuſq; repedavit: Nam miſſi ſunt illicò *Romam* quinq; Canonici ſacerdotes, & ſex laici ſeculares, quorum quidam, per merita Sancti à ſuis incommodis fuerant liberati: quidam illorum & aliorum interfuerant curationibus, ut quod antea fuerat per literas Domino Papæ ſuggeſtum, modò per vivam præſentium vocem fieret indubitatum.

Pergunt igitur dicti nuncii, alacres, itinera ſua de Dei & Sancti, propter quem ierant confiſi ſuffragiis; maximè cum læta quædam ſomnia, & ante profectionem ſuam, & in profectione, viſa, & itineris proſperitatem, & negotiorum perfectionem ſibi promiſiſſent: & non cum magnâ difficultate venientes quo tetenderant; licèt *Sathanas*, vel ad modicum iter eorum impedire conaretur, ſecundo *Kal. Januarii* venerunt *Romam*, & quarto *Nonas* ejuſdem, *Agnaniam*, ubi tunc fortè Dominus Papa morabatur. Tantam autem dedit eis dominus gratiam in oculis ſummi Pontificis & Cardinalium, quod decimo die adventus ſui, impetratis gauderent poſtulationibus: habito namq; coram Apoſtolico inter Cardinales ſuper hiis deliberativo tractatu; inſpectiſq; teſtimoniis quæ attulerant, & juratis teſtibus qui venerant, & diligenter examinatis, cum maxima in omnibus inveniretur concordia, & pro humanâ ratione rem debere perfici potuiſſet judicari: placuit tamen divinæ diſpoſitioni ſuam enodare cenſuram, & ipſi Domino Papæ divinum conſilium ſuper hiis flagitanti, quæſitæ rei taliter innotuit veritatem. Nocte quadam, infra decem dies illos, poſt adventum eorum ad Curiam, jacuit plus ſolito dominus Papa pervigil in lecto, & cœpit ſecum cogitare de S. *Gileberti*, quam petebatur, canonizatione; rogavitq; Deum, ut ei aliquo indicio revelare dignaretur, quid eſſet indè acturus, & ſi id foret agendum, ſuum largiretur auxilium: Intercepit ilicò ſomnus cogitationem; & in ſomnis talis viſio apparuit; Vidit præ oculis turrim ingentem & eminentem; in quam volens ingredi, manibus conſtipantium, ex more, introductus eſt; invenitq; in eâ lectum, ſtratum, & ornatum pulcherimum; & circa lectum cortinam ſericam & precioſam appenſam, Sanctorumq; iconiis inſignitam.

Admiratus decorem & ſplendorem cortinæ, quia talem circa lectum ſuum, cum eſſet ſerica, non haberet; nitebatur ad ſe eam trahere, & cœpit quaſi ſuere, ut illam ſuper ſuum grabatum adaptaret: interim divertentes in aliam Cameram, quæ propè videbatur, & reverſus quæſivit ſecum attentiùs, quidnam eſſet acturus de negotio Canonicorum de Sempingham, & de Canonizatione Sancti illius, quam petebant: Vox ergo de ſurſum lapſa eſt, dicens ad eum, *Michael Archangelus* erit adjutor tuus in illo negotio. Expergefactus ſummus Pontifex, de tantâ & tam manifeſtâ revelatione exhileratus, intellexit apud divinum arbitrium illud perfectum eſſe negotium, & à ſe apud homines eſſe perficiendum; ſtatimq; ſpecialem Orationem de eo compoſuit, quam & ſecretam & poſtcommunionem, quas poſtea edidit, decrevit in commemorationem ipſius eſſe dicendas. Oratio autem hæc eſt, *Plenam in nobis &c.* Secreta, *Accepta ſit tibi &c.* Poſtcommunio, *Quod ad te Domine &c.* Porro vir cautiſſimus omni certitudine fieri volens ſuffultus, interpretationem ſomnii queſivit à viro quodam ſanctiſſimo & eruditiſſimo, Abbate *Reinero*, qui ſolitariam in montibus agens vitam, prænotâ ſanctitate & ſcientiâ, tam Papæ quàm toti Eccleſiæ habebatur venerandus; Hunc ergo aſcitum juſſit dominus Apoſtolicus de ſomnio cogitare, & ſignificationem illius enodare: Cui ille, ſpiritu *Joſeph*, ſive *Daniel* repletus: *Non eſt*, inquit, *diu ſuper hoc cogitandum, quoniam ſomnium & interpretatio ejus manifeſta ſunt: Turris enim alta & eminens, quam vidiſti, Papalis eſt excellentia; in quam, ut volebas, ab aliis eſſe delatus; quoniam non tu eam arripuiſti, ſed alii te ad illam elegerunt: lectus ornatus, conſcientia eſt munda, in quâ velut in lecto pauſandum, juxta illud Pſalmiſtæ*, Lectum meum lacrymis meis rigabo: *Cortina circa lectum, ymagines habens Sanctorum, commemoratio eſt Sanctorum, qua ornat conſcientiam; dum corde & opere eorum retinetur memoria: Suere cœpiſti in eo, dum de hoc Sancto, de quo agitur, tractâſti; qui & meo judicio inter Sanctos deinceps eſt commemorandus. Quod petiſti vigilans, dormiens poſtulâſti, & annuit Deus voto tuo, dum*

Michael Archangelus *promittitur tibi adjutor, nec immeritò*; Michael, *enim præpoſitus eſt Paradyſi, & princeps conſtitutus à Deo ſuper omnes animas ſuſcipiendas*; *qui & hanc ſanctam animam inter Sanctorum animas ſuſcepit*; *& in illâ ſupernâ Curiâ ſpirituum beatorum, cui præſidet* Michael, *decretum eſt; & iſtum nomine Sancti, & honore debere amodo cenſeri: Inſue ergo illum, ut dignus eſt, Cortina illi*; *id eſt Sanctorum commemorationi adjunge.*

Placuit Pontifici ſententia Abbatis; nec morâ, convocatâ omni Curiâ Romanâ, quæ tunc erat ibi benè generalis, præſente Archiepiſcopo *Remenſi*, qui magnum ſanctitati beati *Gileberti*, quem noverat, dum juvenis eſſet in *Angliâ*, tulit teſtimonium, coram omni Clero & populo, circumſedentibus omnibus, ſolis nunciis illis ſtantibus, Papa ipſe grandem & prolixum texuit ſermonem, ſuper meritis & miraculis *S. Gil.* & teſtimoniis acceptis, teſtibuſq; admiſſis, multiſq; propoſitis rationibus & allegatis, quæ neceſſariæ erant quampluribus cauſis, canonizavit eum de communi aſſenſu totius Eccleſiæ; memoriamq; ejus inter Sanctos celebrandum eſſe decrevit.

Facta eſt autem hæc Canonizatio beati *Gileberti*, exigentibus propriis meritis, atteſtantibus miraculis multis, ſuadentibus revelationibus plurimis, Sanctorum Cathalogo aſcripti, anno ab incarnatione Domini *MCCii.* tertio Idus *Januarii*; ſextâ videlicet ætate ſeculi; ſextâ die apparitionis Domini, & feria ſextâ, horâ ſextâ diei, anno ſexto decem novenalis cicli, ſextâ literâ Alfabeti dominicali, apud *Anagniam*, à domino *Innocentio* Papâ tertio, per generalem Curiam Romanam; Regnante in *Angliâ Johanne*, *Henrici* Regis ſecundi, filio; pontificante ſedem *Cantuariæ Huberto*; imperante ubiq; domino *Jeſu Chriſto*, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

De tranſlatione S. Gileberti *Confeſſoris.*

REvelatâ igitur beati *Gileberti* gloriâ, & Canonizatione ejus in principali ſede, ut prædictum eſt, ſollemniter celebratâ, ſummus Pontifex ſua direxit ſcripta ad Archiepiſcopos *Angliæ*, & ad Capitulum Ordinis de Sempingham, omnia in eis retexens, quæ à principio primæ inquiſitionis ſignorum & ſanctitatis ejus facta ſunt; quamq; maturè & diſcretè eatenus proceſſum eſſet oſtendens; demandans in fine, quatinus ipſe ſollemniter & cautè ſtatuerat illi humiliter & devotè conſervarent; facientes feſtivitatem ipſius per ſuas provincias ſollemniter celebrari: Archiepiſcopo autem *Cantuarienſi* dedit in mandatis, ut cum à fratribus illius Ordinis fuiſſet requiſitus, quia in ſuâ provinciâ tumulatus eſt Sanctus, corpus Confeſſoris ejuſdem, cum honore debito & reverentiâ elevaret. Quod mandatum, tanquam de cœlo miſſum, tam prædictus Archiepiſcopus, quàm fratres Ordinis prædicti implere cupientes, præparatis quæ neceſſaria erant, elevando corpori quam totiùs inſtiterunt. Licèt enim, ſicut in antiquis, & quondam ignotis ſanctis, quod ipſa vetuſtas, vel hominum incuriâ, ſeu inſcitiâ, diu occultaverat, nulla viſio præmonuerit hanc facere tranſlationem; ſufficere ſibi tamen credebant, ad hoc opus aggrediendum, primò per Deum, poſtea per homines ita manifeſtè factam ejus revelationem; præſertim cum mandatum ſuper hoc Apoſtolicum ſuſcepiſſent, cui tanquam divino præcepto obedire cenſuerunt. Et quoniam à ſummo Pontifice adhuc ſuperſtite, & ipſi viventes ad hoc incitabantur, timentes moram fore periculo, quæ juſſi fuerant, abſq; tarditate executi ſunt.

Anno igitur Domini *MCCii.* memorati fratres, in vigilia S. *Crucis*, tam dictum Archiepiſcopum, per Magiſtrum ſuum, & majores Ordinis convenerunt; inſtantes, ut die dominicâ proximâ poſt feſtum S. *Dionyſii*, tranſlationem beati *Gileberti* Confeſſoris perageret: Quod devotus annuit & libens, & pro ſollemnitate, quam tanti proceſſus negotii deſiderabat. Hoc, omnibus coepiſcopis ſuis, per *Angliam* conſtitutis, denunciare curavit, mandans & exhortans, ut omnes qui poſſent, unà cum ipſo, ad diem prædictum intereſſent; & per dioceſes ſuas id publicari facerent, quatinùs diem tantæ ſollemnitatis notum haberent, qui vellent ejuſdem Sancti limina viſitare: Die igitur præfixo; hoc eſt *iii.* Idus *Octobris*, negotium iſtud executioni demandatum eſt; nec defuit gloria ſupernarum revelationum, cum atteſtationibus divinis manifeſtata: tempore enim illo, dum de hiis tractaretur, apparuit cuidam conſorori ſuæ dormienti, altera quædam illius Ordinis monialis, eodem anno defuncta;

functa; quæ inter cætera, quæ cum eâ habuit colloquia, hoc etiam aſſeruit; quod in cœleſtibus facta eſt generalis citatio Sanctis, ut die ſtatuto, quem prædiximus, ad tranſlationem beati *Gileberti* convenirent. Adjecit etiam, quod omnes Ordinis illius defuncti, qui in Purgatoriis ſuæ ſalvationis tempus expectabant, ab horâ citationis illius, eis factæ, uſq; ad diem illius celebritatis, nullam pœnam ſuſtinerent: Nec enim debet eſſe ambiguum beatos ſpiritus ibi tunc fuiſſe præſentes, ſicut manifeſta quædam ſigna declarârunt: nocte enim hujus elevationis, quæ dominica habebatur, cum ſæpedictus Archipræſul, cæteriq; Epiſcopi & miniſtri, Mauſoleum, quo ſacra pignora condebantur aperuiſſent, & ea honorificè elevaſſent, ut ſic lota, ſuis locis collocata, abſq; morâ poſſent, in craſtino, in ſacratâ capſâ decenter componi, dum hoc miniſterium ageretur, cum ymnis & canticis ſpiritualibus; viderunt quidam religioſi, & cum eis ſeculares plurimi, globum igneum immenſum, quaſi candelas multas, ut dicebant, ſimul accenſas, ſeu velut ſtellam magnam vibrantem, ſemel & ſecundò & tertiò de cœlo deſcendere, & rurſum aſcendere ſuper tectum baſilicæ contra ſepulchrum: Tertiò autem impetu facto, quaſi penetrare culmen Eccleſiæ & intrò cadere videbatur; Quod videntes aliqui, invitabant alios exire ad videndum, ut dixerunt, luminare Chriſti ſupra Eccleſiam.

Similia viderunt quidam excubantes in Orationibus ante Sepulchrum Sancti, quadam nocte ante tranſlationem; lumen ſcilicet immenſum per vitrinam, propè tumulum tertiò intrare, & tertiâ immiſſione in foſſam, ut Sanctus jacuerat, deſcendere: Mira etiam odoris fragrantia implevit nares omnium, qui aderant, cum removerent artifices aliquantulum mauſoleum à ſpeluncâ, ubi priùs ſteterat, ut pararetur locus feretro ibidem componendo: Nec ſolum iſta, ſed & alia apparuerunt divinæ illuſtrationis teſtimonia; amoto enim lapide à monumento, inventus eſt rubicundus pulvis carnis liquefactæ, qualis eſſe dicitur virginum defunctorum.

De Caſulâ

CAſula quoq; ſerica, in quâ corpus humatum erat involutum, incorrupta reperta eſt: extractis igitur ſacris Reliquiis, & ablutis, venerabilis antiſtes, cum lecto paululum pauſaſſet, arripuit eum gravis infirmitas, & ita vehementer afflixit, quod ſacrum officium, quod incæperat, propter quod tot reverendas perſonas & tantam plebem convocaverat, explere deſperaret. Super quo, magis quam de ſuo incommodo contriſtatus, cum nil proficeret, adhibitis humanis amminiculis, quæ profutura credidit ad ſalutem, preces ſupplices fundit ad Deum, & ad *S. Gilebertum*, quatinus virtus ei donaretur per merita Sancti, exequendi, quod incœperat, eorum obſequium. Vix preces complevit, & tota illa incommoditas concitò evanuit, majuſq; robur ei accrevit, quam habuerat ante tempus doloris. Tunc ſtatim pulſatum eſt ad nocturnale officium, & ille gratias agens & acturus cum ſuis Clericis, præſentavit ſe officiis Canonicorum in Conventu, quæ pro honore & amore Sancti, de quo agebantur, cum magnâ devotione ſollemniter celebravit. Manè facto, convocatis majoribus Eccleſiæ, ſanus & hilaris, quod ſibi acciderat expoſuit, laudans Dei & ſancti ejus virtutem, quam in ſeipſo tam manifeſtè probaverat affuiſſe: horâ igitur competenti diei, ſacris inſiſtens obſequiis, benedictâ aquâ Epiſcopali, & dedicatâ thecâ Reliquiarum, impoſitâq; humeris quorundam principum & majorum *Angliæ*, qui affuerant, ſollemnis proceſſio ordinatur; præcedente Clero, & ſubſequentibus ante Pontifices, cum innumero populo, nobilibus multis tam ſacras Reliquias, quam ſacratam capſam deferentibus; ubi quidam ægroti propiùs accedentes, & ſancta illa contingentes, à ſuis periculis, ut pro certo cognovimus, eadem horâ ſalvati ſunt. Facto itaq; ab Archipræſule eo ſermone de ſanctitate & ſignis beati *Gileberti*, & de totius hujus proceſſu negotii, Miſſa de ipſo Sancto altiſonè celebratur: Circa cujus finem, ſumptâ ſcilicet Euchariſta, ante cantatam communionem, venerandæ reliquiæ in byſſo mundo, infra pannum ſericum precioſum, quæ dominus Archiepiſcopus ad hæc dederat, involutæ in vaſe dedicato, reconduntur; ubi Carta, ſeriem vitæ & miraculorum ejus; necnon & Canonizationis & hujus tranſlationis ſummatim continens, ſignis Pontificum & Abbatum ſibi aſſiſtentium, munita, ſimul cum laminâ plumbeâ ad perpetuam memoriam, eadem præſtruente repoſita eſt.

Clauſâ autem techâ & ſupra marmoreum parietem, in loco ubi priùs Sanctus jacuerat erectâ; Miſſâq; completâ, & omnibus ritè peractis, ad ſua ſinguli cum gaudio ſunt reverſi.

Laminæ autem plumbeæ Scriptura, hæc eſt.

HIc jacet Sanctus *Gilebertus*, primus pater & inſtitutor Ordinis de Sempingham, tranſlatus in hunc loculum, domino *Huberto*, *Cantuarienſi* Archiepiſcopo, per mandatum *Innocentii* Papæ tertii, *iii.* Idus *Octobris*, anno ab incarnatione Domini *MCCii.*

Reſcriptum Cartæ, in feretro poſita, hoc eſt.

IN hac capſâ continentur Reliquiæ beati *Gileberti* Presbyteri & Confeſſoris, primi patris & inſtitutoris Ordinis de Sempingham; cujus vitam, licèt multa præclaram reddiderint & commendabilem; hoc tamen præcipuè eum inſignivit, quod ſpontaneam eligens paupertatem, omnia temporalia, ſibi à Deo præſtita, fratrum & ſororum, quos ſub regulari diſciplinâ prudenter inſtituit & ſollicitè cuſtodivit, neceſſitatibus deputavit: Cui proceſſu temporis tantam Deus adauxit gratiam & virtutem, quod quatuor Canonicas regulares, & *ix.* Monaſteria Sanctimonialium conſtruit: in quibus eo tempore, quo migravit ad Dominum, præter innumeros antea defunctos, circiter ſeptingentos viros religioſos, mille & quingentas ſorores jugiter Deo famulantes reliquit. Obiit autem in ſenectute pluſquam centenariâ; anno incarnationis Domini *MCLxxxix.* pridiè nonas *Februarii*, tempore incliti Regis *Anglorum Henrici* ſecundi: Exigentibus verò propriis meritis, atteſtantibus miraculis multis, & ſuadentibus revelationibus divinis Canonizatus, Cathologo Sanctorum eſt aſcriptus à Domino Papâ *Innocentio* tertio, per generalem Curiam Romanam, apud *Anagniam*, coram Clero & populo, anno verbi incarnati *MCCii.* tertio Idus *Januarii*, anno regni illuſtris Regis *Johannis* tertio, præſedente ſedi *Cantuariæ*, venerabili Archiepiſcopo *Huberta*; qui de mandato memorati ſummi Pontificis *Innocentii* tertii, cum collegis ſuis *Helienſi* Epiſcopo *Euſtachio*, & Abbate de *Burgo*, *Achario*, diligentem ſuper miraculis per eum divinitùs patratis fecerat inquiſitionem, & ipſi eorum atteſtationes fideliter in ſcripturam redactas, ſub Sigillis ſuis, clauſas, ad ſedem Apoſtolicam tranſmiſerunt: Undè certioratus dominus Papa de ſanctitate ejus, & ſignis, ipſum Sanctis Domini decrevit annumerandum, anno Pontificatus ſui quarto. Et eodem anno, per mandatum præfati Papæ, à prædicto Archiepiſcopo *Huberto* tranſlatus eſt in hunc loculum tertio Idus *Octobris*, aſſiſtentibus viris ſibi venerabilibus *Norwicenſi*, *Herefordenſi*, & *Landavenſi* Epiſcopis; & Abbatibus, aliiſq; Eccleſiarum prælatis plurimis, cum majoribus & nobilioribus *Angliæ*, magno ibi præſente cœtu Cleri & populi, ad cujus rei perpetuandam memoriam, jam dictus Archiepiſcopus & coepiſcopi ſui, & Abbates, ſua ſigna huic Scripto appenderunt, & in hoc loculo repoſuerunt.

Incipiunt Inſtitutiones beati Gileberti, *& ſucceſſorum ejus, per capitula generalia inſtitutæ, & de exordio & Ordinatione inſtitutione Ordinis Canonicorum, Sanctimonialium, fratrum, & ſororum laicarum Ordinis de* Sempingham, *& de electione Magiſtri & ejus auctoritate.*

Ex vet. Cod. MS. penès *Rog. Twyſden* de Eaſt-Peckham, in com. *Cantii* Baronettum.

De inicio Monialium, & ſororum & fratrum, & victu & labore eorum. I.

AD honorem Dei omnipotentis, patris & filii & ſpiritus ſancti, cupiens ego Gilebertus *de* Sempingham, *quod nos docet divina pagina, & ortodoxorum patrum hortantur monita alios inſtruere, ut declinarent à malo & ea facerent, quæ Deo fuerint placita; caventes tortuoſi ſerpentis inſidias, qui bonorum operibus inſidiatur, ut diſſipentur & pereant; habui in poſſeſſione liberâ duas Eccleſias & quamplurima de jure patrimonii mei, quæ divino mancipare cultui ſummo deſiderio curavi, & paupertatem, pro Deo eligentium ſuſtentationi: Set, cum non invenirem viros, qui pro voto meo diſtrictæ vitæ vellent pro Dei amore colla ſubmittere, inveni virgines, quæ ſæpiùs inſtructæ à nobis, poſtpoſitis ſecularibus curis divino famulatui, ſine impedimento, optarent intendere. Quia igitur virginitas grata eſt Deo, quas habebam divinò amore ſuccenſas, ædificatis domibus & clauſtro earum, per dompnum* Alexandrum Lincolnienſem *Epiſcopum ſeptem incluſimus, nuſquam poſtea, juxta propoſitum quod tunc habebam, egreſſuras; Nam plures illis viventibus ſuperaddere non arbitrabar. Quia verò periculoſum erat ſeculares mulierculas huc illucque curſitantes, quæ poſſent internunciæ fieri, potiùs mali quam boni, religioſis miniſtrare; conſilio Abbatis primi* Rievallis, *per me tranſeuntis, & propoſitum meum laudantis, mercennarias meas multa devotione flagitantes livere ſibi in habitu regulari, in paupere victu, & veſtitu, miniſtrare incluſis Chriſti: Miniſterio illarum velatas deputavi; proponens eis legem quâ viverent, dicens.* Oportet vos Deo vovere caſtitatem, humilitatem, caritatem, obedientiam in bono, & perſeverantiam: abrenunciare mundo, & omni proprietati, propriæ etiam voluntati: & cætera quæ conveniunt religioni. *Ad cybum verò & potum libram panis, & duo pulmenta & potum aquæ, & nichil ampliùs ipſis conſtitui. Panem etiam dixi eis vilem & ruſticanum. Veſtimenta abjecta, & lectiſternia ſimiliter. Vigilias & labores multos, & quietem rariſſimam. Similiter, cum non haberem niſi ſeculares qui præeſſent ſubſtanciæ domus meæ & agriculturæ: ſimili modo & Ordine per omnia in labore multo, & victu pauperimo, ut prædixi, de laicis ſororibus; aſſumpſi mihi mercennarios, dans eis habitum religionis, qualem habent fratres* Ciſtercienſes.

De exordio Canonicorum, & proviſione quatuor Procuratorum.

PRocedente verò tempore multis præclaris divitibus approbantibus vitam & converſationem Sanctimonialium, quas Deo incluſeram; dederunt mihi loca ad ædificandum eis manſiones, quiſque in ſuo proprio. Cum ergo multiplicatæ in ſancto propoſito proficerent, nec eſſent mihi Religioſi literati, ad earum cuſtodiam & laicarum regimini neceſſarii, Capitulumque Ciſtercienſe *præſente Papâ* Eugenio, *viro magni conſilii & ſanctitatis, adiſſem, ut domos noſtras & ancillas Chriſti fratreſque noſtros eorum regimini manciparem: omnino repulſam ſuſtinui: quâ neceſſitate cogente aſſociavi mihi Clericos ad regimen & cuſtodiam earum & eorum, qui laboribus exterioribus ſe dederant, ut in vigiliis & jejuniis vitam ſecundùm Regulam* Sancti Auguſtini *tenerent, & remoti à Sanctimonia-* 2.

libus nullum acceſſum ad eas haberent, niſi ad illas, quæ morti proximæ, unctione & viatico indigerent. Set & hoc fieri non permittitur: niſi in locis ad hoc opus cautiùs proviſis, pluribus ex utraque parte præſentibus. Nam Miſſarum ſollempnia celebrantur, pariete interpoſito, ne videant vel videantur mares a fœminis. Oratorium verò Canonicorum & Domus & clauſtrum eorum longiùs à curte, & clauſurâ Sanctimonialium disjunguntur, & excluduntur, quemadmodum & Converſorum.

Victus eciam omnium & veſtitus cuſtodiæ Sanctimonialium, quemadmodum argentum, ſi eis fortè datum, vel de propriâ ſubſtantiâ adquiſitum fuerit, & cætera hujuſmodi quæ licitè poſſunt earum ſollerciæ committi, decrevimus in perpetuum obſervari. Ad cuſtodiam verò univerſæ ſubſtanciæ, quæ virorum cuſtodiæ jure debetur, & eorum quæ vendenda vel emenda ſunt, quatuor viris diſcretis committi decrevimus; videlicet Priori & Cellerario & duobus illiteratis, quibus omnibus aſſenſus Præpoſitarum & aliarum, quæ eis aſſociatæ fuerint, diſcretè convenit adhiberi. Nec illis contradicentibus ſuper præmiſſis, quiſquam ſibi poteſtatem uſurpet. Hiis ità diſpoſitis, diffinitum eſt in communi Capitulo, ſi quis, quod abſit, inter fratres laicos & Canonicos & moniales, vel inter Canonicos & moniales, vel inter moniales & fratres laicos diſcordias malicioſè ſeminaverit, ut diſſidium fiat, annuatim in communi Capitulo corpus ejus Sathanæ in interitu carnis tradatur, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini, niſi per miſericordiam Dei reſipiſcat & congrua ſatisfactione pœniteat.

De nuncio miſſo Domino Papæ.

De victu vero & veſtitu Canonicorum, Monialium, Fratrum & Sororum, & ſingulis Juſtitutionibus noſtris, ſcripto innotuimus bonæ memoriæ Papæ, Eugenio. *Qui omnibus diligenter perlectis remiſit nobis Scriptum, ſine reprehenſionis nota, privilegio & auctoritate ſuâ corroborans, quicquid de hiis, quæ ad cultum Religionis pertinent, fuerat à nobis inſtitutum, vel de cætero à nobis & ſucceſſoribus noſtris rationabiliter inſtituendum. Idem poſtmodum factum eſt à ſummis Pontificibus* Adriano, Alexandro.

3 *In quocunq; loco contigerit Magiſtrum Ordinis de* **Sempingham** *migrare de ſæculo, deferatur corpus ejus apud* **Sempingham**, *& nuncietur obitus ejus feſtinanter omnibus Ordinis per Priorem domus, in quâ moritur; Convocenturq; apud* **Sempingham**, *per mandatum Prioris domus ejuſdem, omnes Priores Ordinis, quolibet Priore domus Conventualis ſecum ducente tantùm unum Canonicum maturiorem domus ſuæ, vel duos, & circator Ordinis, & pater Confeſſionis, & duæ Prioriſſæ de qualibet domo, cum maturâ moniale, & ſorore layca ad ipſarum Miniſterium deputanda, & ſcrutatrices de caretâ. Quibus ibidem congregatis, Prior de* **Sempingham** *corpus Magiſtri defuncti, cum debitâ ſollempnitate tradat ſepulturæ: Quo facto, ſtatim procedatur ad electionem alterius Magiſtri præficiendi, ſub formâ ſubſcripta: In cujus electione, non tantum quæratur profunditas ſcienciæ litterarum, vel generis nobilitas, quantum cultus Religionis & morum diſciplina, diſcretioniſq; ſubtilitas: Quia ſi non ſit affabilis & inſtitutionum Ordinis diligens executor & virtutum amator, non eſt admittendus, ſet omnino reprobandus. Similiter quicumque prece vel precio, arte vel ſtudio Magiſterii prælationem arripere contenderit, reprobetur.*

Forma verò eligendi Magiſtrum, talis eſt; Primò per Univerſitatem eligendi ſunt quatuor viri Deum timentes & Ordinem zelantes, qui inſpectis ſacroſanctis jurabunt, quod aſſument ad ſe ix. *viros; ſcilicet quinque Priores & quatuor Clauſtrales, ſcilicet alios Canonicos, quos vita commendat honeſta & fama integra; videlicet de maturioribus & ſecundùm ſuam conſcientiam de melioribus ad Capitulum conſiſtentibus: & cum iſtos* ix. *elegerint & eorum nomina ſcripto commendaverint, recitabunt quatuor electores nomina novem virorum quos elegerint coram Univerſitate, ut ſi major pars & ſanior Univerſitatis quenquam velit recuſare, cauſam aſſignando recuſationis, à numero Electorum excipiatur, & alius loco refutati per prædictos quatuor eligatur, & iterum nomina* ix. *electorum coram Univerſitate publicentur; & tociens, donec in eos à parte ſaniore conſenciatur. Et cum in eos ſic fuerit conſenſum, intrabunt omnes Priores & clauſtrales in Capitulum Monialium, & exponetur illis forma talis eligendi Magiſtrum, ut præbeant aſſenſum. Et poſtea jurabunt omnes iſti treſdecim, quod quem magis æſtimaverint ydoneum ad regimen Ordinis ſuſcipiendum; ſive de ipſis treſdecim, ſive de aliis ad idem capitulum conſtitutis, poſtpoſitis amiciciâ, & odio, & familiaritate, & omni gratiâ & reſpectu, & quodcumque humanum* judicium pervertere poſſit, in patrem eligent & rectorem. Præſtito ergo ſacramento, poſtea recedent hii xiii. per ſe ſeorſum, ſuper tam arduo negocio tractaturi; & reliquus Conventus Canonicorum Miſſam de ſancto Spiritu cum magna ſollempnitate & devotione, dum alii tractant de Magiſtro ſubſtituendo, celebrabit; fratribus Monialibus & ſororibus interim in oratione perſiſtentibus. Poſt Miſſam decantatam & negotium expeditum, omnes in Capitulum Monialium redibunt, & iterum compromittent omnes ſe ratam habituros electionem; & ſic manifeſtetur ab aliquo treſdecim Electorum, qui fuerit in Magiſtrum electus; qui dicet. Ecce hunc in timore Domini vobis elegimus Magiſtrum Tunc iniciato altiſſimâ voce Te Deum laudamus, ducatur ad Altare, & inde in Capitulum Monialium, coram quo ſtatim legantur in audienciâ omnium diſtinctè & apertè ad intelligendum ſtatuta Ordinis perſonam Magiſtri contigencia, modum vitæ ejus, & formam regiminis Ordinis continentia. Quibus perlectis & ab ipſo intellectis juret inſpectis ſacroſanctis, quod libertates Ordinis & Inſtituta, jam lecta; necnon & alias rationabiles Inſtitutiones uſitatas & approbatas, pro poſſe ſuo diligenter ſervabit; & ſibi ſubditos ad earundem obſervationem, ſecundùm ritum religionis, monitis, & exemplis, & per cenſuram diſciplinæ regularis, cum neceſſe fuerit, efficaciter informabit. Quibus per Ordinem ritè conſummatis, ſtatim fiat ei ab omnibus more ſolito obedientia.

De equitaturâ & ſociis Magiſtri, & ejus & aliorum Prælatorum Ordinis ſubſtitutione & depoſitione. 4.

Summus Prior Ordinis de **Sempingham**, qui curam omnium gerit, non cum pluribus quam ſex equis, qui bigam ſi voluerit habere, licebit, ita tamen quod numerus prædictus equorum non eccedatur, ſibi deputatis aſſiduè proficiſcatur. Qui non bigam propriè ſibi aſſignatam, vel famulum aſſiduè equitantem, ſet duos ſumarios & duos honeſtos Canonicos, comites ſui itineris habeat, uſque ad annuum Capitulum, ibique mutentur, ſi magis neceſſarii reperiuntur communi conſilio majorum Ordinis, & fratrem laicum ſibi utilem & neceſſarium ad ſerviendum promptum, non famulum aſſiduè equitantem. Perutile etiam fore conſtat, ut duos fideliſſimos Prior omnium collaterales habeat, ne pro graviori pondere quaſi Moyſi ipſius brachia deficiant; & quaſi Amalech malignus prævaleat injuſtorum certamine. Unus quorum, cum viderit neceſſarium, poterit mitti in ſcrutinium. Quem ſi fortè aliquando miſerit ſummus Prior de unâ domorum noſtrarum tranſiturus ad aliam, fideliſſimum Canonicum de illâ domo ſecum ducat, quem Prior domus noverit caſtitatis & Ordinis amatorem. Ingreſſurus verò Clauſuram vel domos Sanctimonialium, ipſum ſecum ducat cum illo quem continuum ſocium itineris duxerit, ad Religionis cuſtodiam & ad bona Ordinis melioranda. Qui juſſu ipſius ad propriam domum revertatur peracto negocio quod itineris ſui fuit cauſa. Dum autem fuerit in via, aures habeat ad audiendum, oculos ad videndum, os ad loquendum, archam cordis quæ fideliter cuſtodiat ſecreta quæ cognoverit uſque ad tempus congruum. Quod ſi fortè inter ſorores aliquid emerſerit quod ſoli Briori notum fieri oporteat, mares longiùs diſcedant, ne audiant, ſet videant & à Conventu videantur ad ſedes proprias celeriùs reverſuri, completo Sermone ſecreto. Si fortè in aliquâ domo non invenerit itineri ſuo congruum, illum ſecum ducat comitem, quouſque alium ydoneum inveniat; vel illum, quem in ſcrutinium miſerit, reſumat. Dum verò duos ſibi deputatos ſecum habuerit, aliquem alium ſumere non oportebit.

Hoc quoque magnopere conſiderandum eſt, ut ipſe Prior omnium, quicquid agendum eſt conſilio ſapientum, fratrum, literatorum, qui ei aſſignati fuerint, diſpenſet & ordinet; & illis neſcientibus nichil quod eis celari velit vel ſtudeat, de rebus Monaſterii quavis occaſione eroget vel facere præſumat, ne extirpator Eccleſiarum non pater judicetur. Quod ſi huic Inſtitutioni obviare attemptaverit, vel, quod Deus avertat, ſuper incontinentiâ aut alio criminis eventu ſuſpicione manifeſtâ denotatus fuerit, vel bonorum Ordinis dilapidator extiterit, aut in perpetuam corporis invalitudinem deciderit; ſeu ſenio impotens corpore vel ſenſu effectus fuerit, ita quod officium ſuum per Ordinem equitando, ut decet, complere non poſſit, trina ammontione præmiſſâ, infra annum, per quatuor Priores Ordinis vel alios diſcretos Canonicos Ordinis diſciplinam & rigorem, ſecundùm Deum zelantes, ad proximum generale Capitulum apud **Sempingham**, ſi gratis cedere renuerit; ab officio miniſterii ſui per univerſitatem Ordinis ibidem præſentem deponatur, & alius ydoneus loco ipſius incontinenti, per eandem univerſitatem electione canonica ſubſtituatur; proviſâ illi ſic depoſito competenti & honeſtâ ſuſtentatione in aliqua domorum Ordinis, cum debita unius Canonici vel duorum, & unius pueri miniſterio, ſecundùm amminiſtrationis ſuæ merita. Juſtum eſt enim & neceſſarium, ut ſi hic, cui cura totius Ordinis, ſimul & religionis principaliter committitur, formam humilitatis in poteſtatem dominationis verterit, & Ordinis obſervantiæ contemptor effectus, parentibus ſuis indiſcretè munificus extiterit, voti ſui & profeſſionis oblitus, poteſtate ſuâ careat, & alius ſubſtituatur, qui ad ea quæ Dei ſunt & cultui religionis neceſſaria fructuosè pro viribus & diligenter intendat. Hoc idem ſervetur de Circatoribus & domorum Procuratoribus, in utroque ſexu. Ipſi namque Priori omnium incumbit neceſſitas omnium ſaluti & Ordinis rigori diligentiam impendere, errata corrigere, bonos ad meliora incitare: Priores domorum deponendos vel ſubſtituendos ad generalia Capitula cum conſilio deponere, vel ſubſtituere, alios univerſos ſicut diffinitum eſt in Scriptis Canonicorum, capitulo ix. cum viderit neceſſarium & utile, de loco ad locum tranſmittere & mutare, prout viderit expedire, ad profectum domorum in exterioribus ſeu ad bonum pacis vel diſcordiæ finem, & prout delictum exigit correctione dignâ caſtigare. Nec quis audeat adverſùs eum ſuperbiâ vel invidiâ inflatus inſurgere, vel qualibet malignâ machinatione eum fatigare. Incorrigibiles & inobedientes correctionem ejus in contemptu habentes, bonorum conſilio traditos Sathanæ, quouſque pœniteant, deputare.

Nec aliquis Prior vel alicujus Conventus, ſeu domus noſtræ profeſſionis Procúrator, rem aliquam ad domum aliquam noſtri Ordinis ſpectantem, ſine ſpeciali ipſius auctoritate, vel juſſione, coram quibuſcumque Judicibus, agendo, vel defendendo deducat. Verumptamen ſi fortè acciderit aliquid, quod ad profectum Ordinis & religionis, vel domorum, vel quod abſit in contrarium, domibus vel Ordini eſſe creditur, in hiis non exequendis, & quibus cauſa rei committitur terminanda undè neceſſarium habeant providendum eſt. Hoc enim univerſis domibus profeſſionis de Sempingham incumbit & non aliunde. Ita tamen, ut & domus, quæ paupertate gravantur, & quibus minor eſt poſſeſſio non opprimantur graviori pondere, ſet ſicut decet Sanctos in caritate teneant, quod ſcriptum eſt, Alter alterius onera portate; & ſic caritas fulgeat & religio proficiat & omnia moderentur pio moderamine. Quibuſcumque verò diſcretis Prior omnium hujus expenſæ moderationem injunxerit, in vi obedientiæ omnes aſſenſum præbeant. Si verò, quod abſit, aliquis eorum, qui ſubſtantiæ domorum præſunt, in prædictis expenſis reddendis non obedierint, poteſtate ſuâ priventur, & in alterâ domo, prout juſtum fuerit, dignâ caſtigatione corripiantur.

5. De poteſtate Magiſtri in ſuſcipiendis ad Ordinem, & libris mittendis, & Confeſſionibus audiendis.

Suſceptionem Canonicorum & omnium, ad Magiſtrum pertinere decernimus: Ita quidem quod Canonicos & fratres laicos, conſultis Prioribus & Conventibus Canonicorum; Moniales verò & ſorores, conſultis Prioribus & Cellerariis, Præpoſitis & Conventibus Monialium ſuſcipiet: ſet & Inſtitutionem noſtram, de numero ſuſcipiendarum, in ſingulis domibus Ordinis, ubique per omnia firmiter obſervet. Nec aliquis recipiatur ab aliquo, ut veſtiatur à Domo, niſi per Priorem omnium: Receptus nullus habeat proprietatem.

Nec mittantur libri, qui de jure Sanctimonialium ſunt, de unâ locorum noſtrorum ad alium, niſi per Priorem omnium vel per Circatores, vel per Priorem Canonicorum, ſi Prior omnium vel Curatores viderint expedire, & hoc, aſſenſu Monialium. Majores etiam culpæ & minores omnium nuper à ſæculo ad converſionem venientium, magiſtro in primâ Converſione ſunt denudandę, vel cui ipſe hoc opus injunxerit. Et quicumque poſtpoſuerit, ex negligentiâ vel contemptu illi confiteri uſque ad egreſſum vitæ, ſervitium quod debetur fratribus vel ſororibus, non fiet pro eo ſicut pro fratre vel ſorore; nec in martyrologio ſcribatur. Racionabili tamen impedimento excuſari poterit non confitentis tranſgreſſio. Alioquin ſicut extraneo fiat ei ſepultura & ſervitium. Priores Ordinis noſtri, de licenciâ Magiſtri, generalem habeant auctoritatem omnium Canonicorum & fratrum domorum ſuarum, quorumcumque delictorum confeſſiones audiendi, & pœnitentias eiſdem injungendi. Summus verò Scrutator eandem, & eodem modo auctoritatem habeat Priorum & omnium Canonicorum & fratrum totius Ordinis confeſſiones audiendi & pœniteutias injungendi. Sacerdos autem Confeſſionis omnium generaliter, tam virorum quàm mulierum, Confeſſiones *audiat & pœnitentias injungat; primæ confeſſiones omnium excipiuntur, & alia manifeſta, quæ ob ſui gravitatem vel enormitatem, vires aliorum excedunt, & à Magiſtro ſunt examinanda & terminanda. Pro mortis verò periculo ſingulis ſubveniatur.*

De rebus non emendis ſine Magiſtro & Cartis ſigillandis, & ſine ejus præſentia non ſigillandis, & ſigillis habendis. 6.

Terræ vel nemora, vel aliquid aliud quod trium marcarum excedat precium, ſine aſſenſu Prioris omnium non emantur, niſi fortè eo abſente circatores & cæteri perutile fore viderint & neceſſarium, & non facere culpa ſit. Nichil ponderis vel virtutis decernimus habere, aliquod Scriptum vel Cyrographum, ſignatum quolibet ſigillo domorum noſtrarum, niſi fuerit ſignatum ſigillo Prioris omnium. Qui verò contra hoc ire præſumpſerit, neſciente Priore omnium, niſi fortè manifeſta neceſſitas coëgerit, & communi conſilio utriuſque ſexus ad tempus hoc factum fuerit, videlicet uſque ad præſentiam Prioris omnium, furti judicio puniatur, & in ultimo gradu pœniteat, nunquam ad ſuperiorem aſcenſurus. Similiter qui ſe fecerit tributarium vel firmarium cuilibet legi noſtræ, vel religioni adverſario. Nullæ Cartæ ſigillentur in domibus noſtris ſigillo Capituli, niſi in Capitulo præſente Conventu. Inſuper de conſilio generalis Capituli firmiter inhibetur, ne unquam Carta aliqua robur vel virtutem perpetuitatis habitura, ſigillo Capituli alicujus domus, in abſentiâ Magiſtri, ſignetur. Attamen ſi ipſe in remotis partibus fuerit, & dampnum alicui domui propter ejus tunc abſentiam in hujuſmodi imminuerit, negotium illi ſub celeritate ſignificetur, & ſic de aſſenſu ipſius fiat quod faciendum eſt. Omnes autem Cartæ, quæ dantur de domibus noſtris, ſcribantur dupplices in modum Cyrographorum, & altera pars remaneat penès domum ſigillata ſigillo accipientis. Præter ſigilla Capitulorum, Magiſtri Ordinis, Priores, ſummi Scrutatores, Sacerdos Confeſſionis, Subpriores, Cellerarii ſigilla habeant, & nulli alii.

De reverentia Magiſtri & mandatis ejus, & ſummorum Scrutatorum & Scrutatricum faciendis; & obedientiâ & reverentiâ Prioribus debita. 7.

Tranſeunte Priore omnium inclinetur ei, ut ordo exigit. Qui verò ſcriptis vel mandatis Prioris omnium inobedientes fuerint, & cauſam ei feſtinè indicare tardaverint, quaſi excommunicati habeantur, quouſque ab eo abſolvantur. Hoc idem ſtatuimus de his, qui in contemptu ſummos ſcrutatores, vel ſcrutatrices, habuerint; vel rationabilibus mandatis eorum non obtemperaverint, vel neceſſitatibus eorum ſubvenire contempſerint. Hæc eadem obedientia debetur ſingulis Prioribus domorum, ſicut Prior omnium viderit expedire. Et eo abſente ſeparetur inobediens à menſâ, vel etiam ab oratorio, ſi major fuerit culpa. Incorrigibilis autem de Ordine dejiciatur. Caveant etiam fratres ne graviori vindictæ ſubjaceant, ſi in agendis cellerario obtemperare contempſerint.

De Procuratoribus domorum magnis & parvis, intus & extra per Magiſtrum conſtituendis. 8.

Prior, Subprior, Cellerarius, Procurator, Grangiarius Abbatiæ; major Bercarius, Cuſtodes operum & ovium Monialium, per Priorem omnium in ſingulis domibus ponentur, & cum oportuerit, deponentur. Subcellerarius fratrum Lincolniæ, *& Cuſtos Infirmariæ ſimiliter. Cæteri verò obedientiarii omnes, inter Canonicos & fratres per Priores domorum conſtituentur, & cum oportuerit, deponentur. Item in ſingulis domibus Monialium tres Præpoſitæ, & Subpræpoſita, & Celleraria, & Scrutatrices Clauſtri, & Cuſtos laboris ſororum, per Magiſtrum ſtatuentur, & cum oportuerit, deponentur. Ceteræ verò obedientiariæ per Præpoſitas Domorum ſtatuentur, & cum ratio dictaverit, deponentur. Auctoritas tamen & poteſtas Prioris omnium ſuper omnem poteſtatem Priorum & Præpoſitarum eſt, ut omnes obedientiarios magnos & parvos, prout viderit, expedire diſcretè diſponat, ſi oportuerit.*

9. De pecunia Symoniacè non exigendâ, pro ſuſceptione alicujus.

SAcrarum Canonum ſtatutis obtemperantes, deteſtabilem execramus Symoniæ hæreſim, ſub anathemate prohibentes, ne ab aliquo viro, ſeu muliere inter nos ſuſcipiendo, pro ingreſſu monaſterii aliquid exigatur; ſet ſi quid fuerit ſponte oblatum, ſuſcipere licebit, omni illicitâ pactione, ſive exactione excluſâ. In aliis quoque rebus & negociis ſpiritualibus, idem Symoniæ vicium inhibemus, & eum, quicumque fuerit aggreſſus, parti Symonis primi, hujus ſceleris auctoris, cum ſuâ pecuniâ in perditione deputatum denuntiamus.

Incipiunt

Incipiunt Capitula de ſummis Scrutatoribus.

De ſummis Scrutatoribus conſtituendis & eorum auctoritate. I.

SI his, qui Prior eſt omnium, aliquâ occupatione, vel neceſſitate detinetur, ne poſſit viſitationi ſingularum domorum, tam frequenter, prout oportet, intendere, licet ei duos probatæ religionis & diſcretionis Canonicos & fratrem unum laicum diſcretum eligere, conſilio majorum Ordinis, qui vices ejus ſuppleant in his tantum, quæ ipſe dictaverit. Non licet eis aliquem vel aliquam in novicium ſuſcipere, vel benedicere, aut deponere, nec domos vel curtem Sanctimonialium ingredi, niſi cum fidelibus teſtibus, neceſſitate cogente, nec domorum pecuniam, in auro & argento ad deferendum, quoquam vel dividendum ſibi aſſumere: Unus quoque, cui Prior omnium injuxerit & ratio dictaverit, principaliter poteſtatem loquendi habebit de hiis, quæ ad cultum Religionis & Ordinis cauſarumque & rerum diſponendarum pertinere videntur; & in hiis omnibus fratrum conviatorum utatur conſilio & auxilio: Poterit tamen, qui voluerit, alteri Canonico confiteri. Eandem licenciam & poteſtatem alter habebit, ſi fortè ſolus licenter ierit, cum fratre laico vel alio literato. Si Prior domus aliquâ cauſâ defuerit, in Capitulo & ubique vices Prioris tenebit. Præſente Priore domus in Eccleſiâ, & in omnibus locis Converſionis ſuæ, locum tenebunt, niſi dignitas ſacerdotii eos ad ſuperiorem gradum promoverit. In unaquaque domo ad minus per unam ebdomadam moram faciant, vel ampliùs, niſi cauſa neceſſaria impedierit; & ſciant tam de grangiis, quàm de Abbatiâ quomodo religio proficiat & ſubſtantiâ domus creſcat.

De eiſdem, & Scrutatricibus & eorum & earum mutatione. 2.

CUpientes igitur unitati domorum noſtrarum, & ſtabilitati religionis Ordinis noſtri ſalubriter providere, ſtatuentes præcipimus, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus unus vel duo Canonici Deum timentes, & Ordinis & Inſtitutionum noſtrarum amatores, & frater läicus ad obſequium prædictorum Canonicorum & ſolatium, eligatur per Priorem omnium & majorum Ordinis, ac diſcretorum conſilio, qui circueant omnes Domos noſtri Ordinis, & corrigenda corrigant, neſcientes inſtruant, ad ſanctiora & utiliora aſpirantibus vires amminiſtrent: Et quod vires eorum exceſſerit vel corrigere non poterint, ad generale referant Capitulum, ut ibidem inſolertia delinquentium dignâ caſtigatione emendetur. Similiter in femineo ſexu tres fideliſſimæ, duæ literatæ & tercia illiterata, ad famulatum duarum illarum & ſolatium. Viri ſæpiùs per annum ſingulas domos viſitabunt. Sorores verò ſemel per annum, quia vehiculo trahendæ ſunt, vel bis eundo, ſcilicet & redeundo, & non ampliùs, niſi manifeſta neceſſitas & ratio hoc fieri faciat. Quod ſi neceſſitas, vel utilitas, vel profectus religionis & pacis poſtulaverit, poteſt tranſmutatio fieri ſuper hiis circatoribus, & ad alios, prout Prioris omnium & ejus Conſilii ratio dictaverit, & honus laboris & ſollicitudinis eorum, aliis Deum timentibus, imponi poterit. Similiter & de Circatricibus. Singulæ duarum Circatricum ſingulis ebdomadibus, ad invicem præponantur. Ipſi verò Scrutatores utriuſque ſexus ab omni munere manus excutiant, ut liberè, quæ corrigenda ſunt, corrigere queant.

De veſtibus Circatorum & Circatricum, & Capellanorum Magiſtri certis locis recipiendis. 3.

ASſignentur ſingulis Circatoribus & ſingulis Circatricibus noſtris & Capellanis magiſtri & Sacerdoti Confeſſionis ſingulæ domus religionis noſtræ, undè veſtes & calciamenta, cum opus habuerint, accipiant ibidem, relinquentes vetera, quæ deponunt pro novis. Nec quiſquam pro ſe loquatur, ſet alter alterius neceſſitatem indicet ſubveniendi poteſtatem *habentibus. Quod ſi numerus domorum numerum præfatorum veſtiendorum præceſſerit, digno moderamine in caritate ratio dictet, ne una domus plus altera gravetur.*

4. De pitantiâ Circatorum, & aliorum Ordinis ſupervenientium.

Cum Circatores ad aliquam domorum noſtrarum venerint, ſi Conventus domus pitantiam non habuerit, tamen dabitur Circatoribus; ſi verò habuerit; ſufficiat eis quod ſatis eſt Conventui. Hoc idem teneatur de omnibus ſupervenientibus noſtri Ordinis, exceptis Prioribus & Præpoſitis aliarum domorum, ſi caſu ſupervenerint. Summis etiam Scrutatricibus, quæ ſemel vel bis ſingulis annis ſingulas domos viſitaverint, ſi quid ſuperadditur, quod Religioni conveniat, ſuſtinemus.

5. De itinere ſummi Circatoris, & Sacerdotis confeſſionis.

Summus ſcrutator Canonicorum, & Sacerdos confeſſionis, ſimul eant per domos, ſi convenienter fieri poſſit; & dum Confeſſor moratur in cœnobio, ſcrutator per grangias eat cum Canonico vel fratre, quem Prior domus ei aſſignaverit, & interim expectabit eum Confeſſor; & in receſſu ſuo de una domo ad alteram, habebit equum ad pannos ſuos portandos, uſque ad primam domum; & ſtatim remittetur.

6. De ſummis Circatricibus, & qui & quot cum illis in itinere ire, & quomodo ſe ad invicem habere; & unde neceſſaria itineri accipere debent.

Cum omnium domorum Circatrices, de una domo ad alteram fuerint profecturæ, Priores & Cellerarii, Procuratores & Grangiarii, vel quicumque præſunt domibus noſtris diligenter provideant, ut ad minus duo viri; videlicet Canonicus & frater honeſti & fideliſſimi de noſtro conſortio eant cum monialibus, quæ ſcrutinium faciunt in anno per ſingulas domos noſtras, uſque ad locum determinatum celeriùs reverſuri. Qui fideliter in itinere eis ſerviant, in hiis quæ regulariter oportet & decet. Qui autem neglexerit & aliter quam oportet, & ſtatutum eſt, fecerit, & earum mandatis juſtis in neceſſariis inobediens extiterit, tanquam tranſgreſſor Ordinis & profeſſionis ſuæ, in ultimo gradu pœnitebit quadruginta diebus, bis unaquaque ebdomada in pane & aquâ. Hoc autem dicimus ad profectum Ordinis & pacis. Dum verò ipſæ in procinctu itineris fuerint prædictis Canonico & fratri, cum ipſis loqui interdicimus, præcipuè in occulto, niſi manifeſta neceſſitas poſtulaverit; videlicet propter imminens mortis periculum, vel dampnum incendii vel furti, vel aliam juſtam neceſſitatem & hujuſmodi quæ caſu contingere poſſunt. Cum autem neceſſario oportuerit, una earum poteſt loqui de neceſſariis, quaſi ad terciam perſonam, aliis audientibus, dum fuerint in via. Similiter unus de fratribus, cum conviatore, de neceſſariis loquatur paucis verbis, ſet raro. Cum vero tempus venerit tranſeundi de una domo ad aliam, ſine murmure & dilatione, quæ neceſſaria fuerint ſummis ſpeculatricibus, in itinere ordinentur à Prioribus domus vel Cellerariis, grangiariis, vel Procuratoribus. Similiter & cæteris, ſi fortè de uno locorum ad alterum ordinata conſideratione tranſitum habere contigerit, Virorum religioſorum hoſpitium omnino caveatur à noſtris Monialibus, propter linguas malignantium, niſi ibi fuerit habitatio fœminarum, noſtris grangiis exceptis, ad quas declinare licet, cum juſta cauſa poſtulaverit. Omnino inter fratres & ſorores vel moniales in viâ confabulationes interdicimus; nec ullus ſermo fiat ad moniales qui non audiatur ſimul à Canonico & fratre. Aliter facientibus communicatio corporis Chriſti interdicatur, quouſque Priori omnium manifeſtetur.

7. De Scrutatricibus Clauſtri & veniis Clauſtralium ſumendis.

Prior omnium & ſummæ ſpeculatrices, in ſingulis domibus monialium, tres vel quot ſufficere poſſint ſorores eligant probatæ religionis & diſcretionis, ut earum conſilio & ſollicitudine errata domus corrigi valeant, & quæ bona ſunt meliorari, Prioris omnium præſidio & ſpeculatricum amminiculo. Ipſæ verò, cui Prior omnium juſſerit, confiteantur & venias ſumant, vel cui ſpeculatrices præviderint, ne, quod abſit, Præpoſitæ poteſtas libertatem

tem earum in rebus corrigendis opprimat. Silentium tamen tenebunt, & Ordinis rigorem per omnia, ut vita earum exemplum bene vivendi ſit cæteris. Præpoſitæ etiam in omnibus debitam reverentiam & obedientiam exibeant. Bis vel ter in anno Priori omnium, ſi fortè aſſuerit, vel quibus ipſe juſſerit, ad ſermonis feneſtram errata domus manifeſtabunt ; & teporem Ordinis & Præpoſitæ, vel aliarum negligentiam. Quod ſi earum correptio parvipenditur, tranſgreſſio graviùs emendetur.

De libris per Scrutatores & ſpeculatrices intromittendis, & extra recipiendis. 8.

Per ſpeculatrices mittantur libri neceſſarii foras, cum quæſierint Canonici domus. Similiter per ſpeculatores mittentur ſororibus cum opus habuerint, & hoc per fratrem feneſtræ ; ſet & hoc raro, videlicet cum manifeſta neceſſitas poſtulaverit, præſente tamen ſummo Speculatore ; Eo abſente, per ſcrutatorem anni illius qui de domo illâ non fuerit.

De annuis Scrutatoribus & Scrutatricibus providendis, & de itinere Scrutatorum ad Capitulum. 9.

Singulis annis mittantur ſcrutatores utriuſque ſexus, literati & illiterati, ad ſingulas domos noſtras, quorum vita & mores teſtimonium bonum perhibeant religioni domus ſuæ ; ne ſit confuſio hiis, de quibus exierunt, tam prælatis quàm ſubditis. Qui aliter fecerit in area Refectori comedat ſine mapulâ & menſâ ; vi. *feriâ in pane & aquâ : de alia verò domo non de eâ ad quam veniunt, erunt ſcrutinium facientes in domo ſuâ de quâ exeunt. In virtute etiam ſanctæ obedientiæ ſub voto & profeſſione Deo facta præcipimus, ut Canonici ſingulis annis ad ſcrutinium mittendi, & à ſcrutinio reverſuri pannos ſuos in præſentia Priorum ſuorum vel alicujus diſcreti per eos ad hoc aſſignati, involvant & conſuant. Quod ſi in abſentiâ Priorum vel eorum aſſignatorum factum fuerit, panni turpiter coram eiſdem Prioribus diſſuantur ; & ſi quid ibidem inordinatè involutum fuerit repertum, Scrutatores eo careant, & culpam inobedientiæ verbere gravi & jejunio luant ; ut cæteri timorem habeant, & ſibi caveant. Eadem, & eodem modo fratres Scrutatores in præſentiâ grangiariorum Abbaciæ faciant. Quod ſi contempſerint, graviùs puniantur. Similiter fiat de Canonicis, & fratribus de loco ad locum mittendis: Moniales verò & ſorores ad ſcrutinium annuum mittendæ, vel à ſcrutinio reverſuræ, in præſentiâ duarum Præpoſitarum, & unius ſpeculatricis Clauſtri, pannos ſuos involvant & conſuant, nichil omnino inter eos involventes vel conſuentes, præter illa ſolummodo, quæ ad ordinatum habitum monialium & ſororum regulariter pertinere dinoſcuntur. Quod ſtatutum quæcumque literata vel illiterata contempſerit, & pannos ſuos in abſentiâ prædictarum involverit, vel conſuevit, & res quantulaſcumque ad habitum ſuum regulariter non ſpectantes incluſerit comperta, recellis illis turpiter ſpolietur, in ultimo gradu pœnitens à corpore Chriſti, per ſeptem annos privata, niſi pro mortis periculo ad aliam domum mittatur, diſciplinâ regulari & jejunio caſtiganda ad domum undè exiit nunquam reverſurâ. Caveant verò Præpoſitæ, ne ſi contra prohibitionem promiſſam alicui literatæ vel illiteratæ, licenciam dederint rem aliquam vel librum ſuſtollendi à poteſtate ſuâ indecenter depoſitæ, ultioni graviori ſubjaceant. Si autem Magiſter Ordinis ſarcinulas ſcrutatorum & ſcrutatricum ſuper præmiſſis ſuſpectas habuerit, carretas herneſiorum ad aliquem locum ydoneum, extra curtem Monialium diverti, & ſingulas ſarcinulas per ſummum Scrutatorem & Sacerdotem Confeſſionis vel ſuos Capellanos diligenter faciat perſcrutari ; Ut ſi quid contempta prohibitione fuerit attemptatum, dignâ caſtigatione valeat emendari. Canonici & fratres annuum ſcrutinium facturi & à ſcrutinio reddituri, cum Prioribus vel Cellerariis domorum eant & redeant, non cum Monialibus, neque cum ductoribus Monialium. Idem inter moniales & ſorores ſuo modo firmiter obſervetur.*

10. De eiſdem.

Cum mittuntur ſcrutinium facientes de ſuâ domo ad aliam, pannos & cetèra neceſſaria de propriâ domo ſumant & ſecum ferant. De illa tamen domo, ad quam tranſeunt, ſument victui neceſſaria, & acus & fila, & undè emendentur ſciſſuræ pannorum & calciamentorum, & ſufficiant eis in alienâ domo, quæ ſufficerent in ſuâ. Quicumque mittuntur de una domo ad aliam, ut ibi maneant, ſimiliter fiat.

11. De eiſdem & eis neceſſariis providendis & per quos debent provideri. Et itinere eorum per annum prohibito.

Si Prior & Cellerarius Procurator & grangiarius non providerint Scrutatoribus ſuis quæ ſufficiant eis per annum in veſtitu & calciamentis, cum venerint ad Capitulum de ſuo veſtitu & calciamentis eis ibidem aſſignetur ad plenum, ne pro inopiâ occaſionem habeant remeandi vel vagandi ante annuum Capitulum. Quod ſi ſecum non adduxerint ſcrutatores de ſuâ domo, ſingulis diebus, ſumptâ veniâ in Capitulo, potu careant, quo inebriari poſſint, contenti uno pulmento, niſi ratione dictante, occaſio conveniens in aliquo mitigaverit tranſgreſſionis pœnam. Hoc idem ſervetur in fæmineo ſexu. Caveant qui præſunt domibus noſtris, ne occaſione aliquâ diſtortâ, aliquem vel aliquam mittant ad ſcrutinium, contra quod de ſcrutatoribus ſcriptum eſt. Qui verò regulariter eligitur ad ſcrutinium, ſi refutaverit, ab Ordine & communione, & pitantiâ privetur, uſque ad condignam ſatisfactionem. In omnibus hiis poteſtas & juſticia ſummis attribuitur Circatoribus, abſente Priore omnium. Licet etiam litteratis ſcrutinium facientibus per omnes officinas fratrum, ſicut ipſi Priori domus occulta & manifeſta ſagaci inquiſitione ſcrutari, ſi ipſos ſcrutatores diſcretos & moribus maturos fore conſtiterit: laicis verò per omnia in ſuo Ordine. Similiter & ſcrutatricibus per officinas monialium & ſororum in unâ conclavi ordinatè morantium. Prohibemus autem ne ſcrutatores annui quoquam eant equo vel navi niſi per licenciam Magiſtri, vel ſummorum Scrutatorum, niſi fortè Priores domorum eos ſecum duxerint.

12. De maliciosè ſcrutantibus, & delicta celantibus, & crimen aliis imponentibus.

Fratres & Sorores, qui ſcrutinium faciunt, caveant ſibi, ne aliquid maliciosè componant adverſùs aliquem vel aliquam mentientes. Quicùmque hoc fecerint, convicti, ſceleris nefandiſſimi vindictæ ſubjaceant. Set potiùs ſorores ex parte ſuâ patefaciant Priori omnium delictum & delicti probationem in præſentiâ diſcretarum ſororum. Similiter fratres, coram diſcretis viris, quorum conſilio tractetur culpa & culpæ pœna. Quicumque verò ſcrutinium faciens celaverit delictum, vel Ordinis tranſgreſſionem aut teporem, & hoc revelatum fuerit & probatum, convictus gravi pœnâ puniatur, videlicet quaſi excommunicatus xl. *diebus ſedebit in areâ Refectorii ad reficiendùm vel potandum. Et in òmni loco per totum Annum gradum tenebit ultimum. Si verò litteratus fuerit, nullum in Eccleſiâ complebit officium. Similiter nec laicus in ordine ſuo, niſi manifeſta ratio vel neceſſitas culpam utriuſque aliter puniri poſtulaverit. Si quis autem aliquid quod regulariter emendatum fuerit ex malivolentiâ publicaverit vel clamaverit, vel falsò Priori vel Conventui crimen adinvenerit, graviſſimæ vindictæ anathematis ſubjaceat.*

13. De ſcrutatoribus ad domum ſuam reverſuris.

Omnes ſcrutinium facientes, finito generali Capitulo, ad domum unde exierunt redeant, niſi manifeſta infirmitas ad tempus impedierit, vel Prior omnium aliud magis expedire viderit. Qui verò contra hoc murmuraverit, & alibi aliqua arte remanere temptaverit, in ultimo loco hujuſmodi pœnitere convenit, donec contrito corde & humiliato de tantâ tranſgreſſione ſe pœnitere indicaverit. Si verò alterius inſtinctu, tantam tranſgreſſionem incurrerit, ſimili vel graviori pœnâ culpam luere convenit, cujus inſtinctu hoc factum fuiſſe conſtiterit.

De punitione perſequentium Ordinis amatores.

14.

Caveant omnes noſtri, ne ullo modo odio perſequi præſumant, vel calumniis, aut querelis, aut accuſationibus injuſtis perturbare fratrem fidelem, qui reprehenderit vel reſtiterit hiis qui operantur contraria Religioni & Inſtitutionibus noſtris; vel quia Priori omnium fratribuſve ſcrutinium facientibus tranſgreſſiones indicaverit, ut corrigantur. Hoc autem facientes contra ſe teſtimonium perhibent Religioni ſe adverſari, & ad ſiniſtram declinare. Quod ſi hujuſmodi culpa Priores domorum maculaverit, in inferiori gradu eos pœnitere decernimus, ubi & prout Prior omnium diſcretorum conſilio viderit expedire. Si verò in ſubditos culpa rèdundat, in ultimo gradu ſub gravi pœnâ pœniteant, ut cæteri caveant ſibi.

De punitione persequentium Ordinis amatores.

14 CAveant omnes nostri, ne ullo modo odio persequi praesumant, vel calumniis, aut quovelis, aut accusationibus injustis perturbare fratrem publicè, qui reprehenderit vel restiterit his qui operantur contraria Religioni & Institutionibus nostris; vel quia Priori omnium fratribusve ferventium facientibus transgressiones indicaverit, ut corrigantur. Hoc autem facientes contra se testimonium perhibent Religioni se adversari, & ad sinistram declinare. Quod si hujusmodi culpa Priores domorum maculaverit, in inferiori gradu eos permanere decrevimus, ubi & prout Prior omnium diffinitorum consilio viderit expedire. Si verò in subditos culpa redundat, in ultimo gradu sub gravi poenâ permaneant, ut caeteri caveant sibi.

Incipiunt

Incipiunt Capitula de quatuor Procuratoribus domorum.

De quatuor Procuratoribus in ſingulis domibus conſtituendis, & concordia inter eos ſervanda. I.

IN ſingulis domibus noſtris iiii. *viri, Deum timentes, Ordinis & Religionis noſtræ amatores, diſcreti & pacifici; videlicet Prior & Cellerarius, Procurator, & Grangiarius, vel alius diſcretior, ad quorum curam & diſpenſationem, univerſa ſubſtantia, quæ ad viros pertinet, eis ordinanda, & diſtribuenda præcipuè committitur. Nec quiſquam aliquid de ſubſtantiâ domus eroget, ſine eorum aſſenſu, vel contra eorum aſſenſum, vel mandatum; nec poteſtatem ſibi aſſumat. Ipſi verò quæq; neceſſaria ſunt Monialibus, ſine murmure vel dilatione providere, & amminiſtrare ſatagant. Quod ſi fortè neceſſitate cogente communi conſilio fratrum, Cellerarius vel Procurator profecturus ſit ad aliquid magni precii vendendum vel emendum, vel aliquid hujuſmodi, aſſignetur cuilibet eorum per Priorem domus fideliſſimus frater, qui ad feneſtram ſororum, ipſo præſente, pecuniam recipiat, receptam ferat ad ejus imperium, cum quo ierit, ubi juſtum fuerit, diſtribuat. Redeuntibus illis quod reponendum eſt ad feneſtram ſororum, per Priorem domus reponat. Nec inde diſcedat quouſque depoſitum in earum cuſtodiam veniat, in quarum cuſtodiâ pecunia ſervatur. Quod ſi fortè Cellerarius & Procurator, ratione dictante ſimul ierint, frater laicus pecuniam, ſi expedit, ferre poterit. Et quicquid de pecuniâ domus emptum vel emendum fuerit, Præpoſitæ & cæteris majoribus domus manifeſtum fiat. In omnibus quæ agenda vel diſponenda ſunt, prædicti quatuor concordes eſſe laborent, prout Ordo & ratio & religio dictaverit. Et ſi tres eorum in aliquo conſentiunt, quartus eis adquieſcat, vel reſervetur actio præſentiæ Circatorum aut Prioris omnium, ſi aliorum conſilio fratrum utiliter non poterit fieri; ſi quis verò eorum omnem poteſtatem eis creditam ſibi arripuerit, confratrum contempto conſilio, aut caſtigatus deſiſtat, aut removeatur, & alius loco ejus ſubſtituatur Prioris omnium conſilio.*

De Priore & ejus itinere & equitaturâ & officio & dignitate. 2.

NVllius domus Prior in negociis ſuæ domus, quoquam longiùs iturus, ſine Canonico vel fratre laico vel ſeculari fideli proficiſcatur; niſi inmoderata paupertas aliter eum facere compellat. Cauſam verò ſui itineris, Subpriori domus & cæteris Procuratoribus manifeſtet. Nec aliquis Prior binariam equitaturam, niſi evidenti cauſâ cogente, excedat: Set Priores longiùs ituri vel Cellerarii juſſu eorum equum habeant, ad pannos ſuos & alia neceſſaria in itinere ferenda, excluſo omni pompoſo apparatu. Omnibus autem noſtri Ordinis profeſſis famuli equitantes generaliter interdicantur, & etiam Magiſtro. Quæ verò agenda vel diſponenda, tractanda, vendenda, vel emenda ſunt, Prioris ſanioris conſilio fiant; & omnes ei debitum honorem & reverentiam exhibeant, & in bonis obedientiam. Nec ipſe ſine conſilio Prioris omnium & fratrum aliquid agat, quod eis velit vel ſtudeat celari, & præcipuè tribus ſibi aſſociatis: Similiter nec quiſquam ſubſtantiam domus, aliquâ arte erogare ſtudeat, ut eum lateat, vel alicujus operis vel itineris poteſtatem ſibi arripiat, ſine ejus aſſenſu utili & diſcreto. Ipſe Prior principalium feſtorum Miſſas & præſentium defunctorum exequias compleat. Quod ſi defuerit, Præcentor provideat, qui abſentis vices ſuppleat, niſi Prior omnium præſens extiterit, ad cujus dignitatem iſta pertinere dinoſcuntur. Præſentè Magiſtro, nulli Priori liceat dare licenciam alicui Canonico, vel fratri quoquam eundi, niſi in negociis domus, nec alicui mulieri ſeculari intrandi ad moniales. Prior verò, vel vices ejus agens det habitum noviciis venientibus ad Ordinem, tam Canonicis, quàm fratribus, cum ſecularem habitum exuerint. Et cum ſcriptum ſit, qui bene miniſtrat gradum ſibi bonum adquirit, Priores noſtri, qui aliquamdiu in officio ſui Prioratus fructuosè pro viribus & or-

dinatè miniſtraverint, ſi ſenio confecti vel corporis impotentia coacti beneficium remiſſionis à ſuo Prioratu obtinuerint, ab illâ, cui bene præfuerunt, domo, dum poterant; effecti debiles non amoveantur; Set potius majori munere miſericordiæ & honoratiore ſuſtentationis ſubſidio debitè venerentur; providentes ne contemptus vel inquietudo, inobedientia & irreverentia erga ſibi ſubſtitutos tantam gratiam demereatur. Una miſſa ſpecialiter dicatur pro Priore in Conventu ſingulis annis in Anniverſario Prioris in Prioratu ſuo defuncti, in domo cujus fuerit Prior. Quacumque verò hora Prior obierit poſt ſignum ad Matutinas, habeat plenariè vigiliam ſuam totâ nocte ſequenti.

3. De loquela Prioris & Cellerarii, & de ſubpriore & ſubcellerario.

Duobus principaliter loquendi poteſtas conceditur inter noſtros; videlicet Priori & Cellerario, in exterioribus domorum negociis. De interioribus verò quemadmodum alibi diſtinctum eſt in diverſis Capitulis, teneatur. Quod ſi Prior quoquam abierit, ſubprior vel alius, quem ipſe aſſignaverit, ſi ſubprior abeſt, vices ejus ſuppleat, in hiis quæ ipſe dictaverit, & ratio permiſerit. Subprior verò, Priore abſente, vel in Infirmitorio exiſtente, nullum noſtrorum Canonicum aut fratrem, in ſeculum eundi, vel alicubi equitandi, niſi pro domus negocio licentiabit, Capitulum tamen tenebit. Infirmos Canonicos & fratres viſitabit, Canonicis & fratribus, infra Abbatiam licentias ordinatas loquendi dabit & minuendi. Venias ſumet, & de venialibus Confeſſiones audiet. Delicta cotidiana, ſine quibus in religione non vivitur, emendabit; & cætera religioni decentia, prout ordo permiſerit & ratio poſtulaverit habito diſcretorum conſilio diſponet. Priore abſente, pro negocio domus pedes vel eques, ubi neceſſe fuerit, ire poterit. Priore infirmante, mulieribus ad Moniales intrandi, maſculis cum Monialibus alicubi loquendi, Canonicis aut fratribus extra portam quoquam egrediendi, ſine aſſenſu Prioris, licentiam dare non præſumat. Priore in Conventu exiſtente, nullius confeſſionem audiat, periculo mortis excepto, niſi ab eo juſſus vel permiſſus. Quod ſi hujuſmodi Inſtitutionis contemptor inventus fuerit, corripiatur ſemel & ſecundò; & niſi ordinatè emendaverit, ab officio deponatur. Caveant etiam Priores, ne ſi poteſtatem ſubpriorum ſuorum inordinatè arctaverint, vel ſi Canonicis ſuis aut fratribus eundi ad grangias ſolummodo commedendi aut bibendi cauſa licentiam dederint, ſimilem inobedientiæ pœnam incurrant. Secum verò ad grangias ordinatè ducere Canonicos & fratres pro loco & tempore Prioribus non prohibemus. Subcellerarius verò & grangiarius, & qui variis ſunt officiis deputati, locis & temporibus, de quibus & cum quibus ordo permiſerit, Prioris aſſenſu loqui poterunt; videlicet de pertinentiis ad officia ſibi credita.

4. De ingreſſu Prioris & Cellerarii in Capitulum Monialium.

Priores vel ſubpriores Prioribus abſentibus, vel vices eorum agentes, abſentibus utriſque aſſociatis ſibi duobus Canonicis, ætate moribuſque maturis, & uno fratre laico maturo & honeſto, perſonas autenticas & alios ex bonis ſibi collatis aliquid incluſis Chriſti & ſponſis caritativè daturos; necnon & eos, qui ex devotione pecierint participes orationum & beneficiorum noſtræ religionis fieri, ſive religioſos ſive ſeculares in Capitulum Monialium reverenter introducant, & ordinatè reducant. Completo etiam ſermone qui ad introductos pertinet cum egredientibus egrediantur, noſtri nichil loquentes vel ſignificantes cum Sanctimonialibus. Nec de noſtris aliqua eo tempore ſtando loquatur cum aliquo in Capitulo, ſi rationabiliter vitari poterit.

5. De parentibus Prælatorum in domibus, quibus præſunt, non ſuſcipiendis.

Si fortè aliquos de conſanguineis Priorum vel Majorum aliorum utriuſque ſexus noſtri Ordinis, in Congregatione noſtrâ ſuſcipi contigerit, in illâ domo, cui præſunt, non ſuſcipiantur, nec remaneant niſi ratione dictante neceſſitas poſtulaverit. Nec tamen ſine conſilio Circatorum, & juſſu Prioris omnium hoc fieri permittatur. Verumptamen, pro inſtanti neceſſitate, morti proximos parentes, ad horam ſuſcipi ſuſtinemus, & permanere quouſque de infirmitate convaleſcant.

De poteſtate Procuratorum, & etiam Monialium ſcrutinium faciendi in grangiis noſtris, ubi venerint. Et de virgulto & melle. *6.*

Prior vel Cellerarius, Procurator vel grangiarius veniens ad quamlibet grangiarum ſuarum, poteſtatem habet, & debitum eſt illi per ſingulas domos, cum omni diligentiâ perſcrutari, & videre omnia quæ ibi habentur victui neceſſaria, in manifeſto poſita, vel in abditis locis abſcondita, & quæ juſtè debentur & quæ injuſtè habentur ad Monaſterium Sanctimonialium tranſmittere. Hoc idem debetur noſtris Sanctimonialibus, caſu vel rationabiliter illuc venientibus. Hoc enim eis debetur & firmiter teneatur. Univerſa etiam ſubſtantia domus, Præpoſitis & cæteris majoribus, quæ ſub ea fuerint, curam domus gerentibus, manifeſta fiat ab hiis, qui exteriorum curam habuerint. Nec quiſquam audeat contra earum aſſenſum aliquid erogare. Quod ſi aliquis contra hoc murmuraverit, tanquam infidelis, ab eodem loco removeatur & dignâ caſtigatione culpam luat, ut de cætero caveat. Virgultum verò, ſi fecerit fructum, prout prædicti Procuratores providerint, aliqua pars fructuum fratribus ibidem manentibus remaneat, & reliqua mittatur Sanctimonialibus. Similiter fiat de melle, ſi fortè ibi apes habentur. Nec fructus de virgulto colligere, vel de alveolis favos mellis extrahere, niſi aliquis Procuratorum affuerit, vel aliquis ab eis ad hoc opus tranſmiſſus.

De computatione ſingulis menſibus faciendâ, & coram ſummo Scrutatore; Et qui intereſſe habent Computationibus. Et de expenſis grangiarum ſciendis. 7.

Prædicti Procuratores, vel qui vices eorum illis abſentibus tenuerint, anno ſcrutatore literato præſente, ad minus ſingulis menſibus conferant de ſumptibus domus, & Scriptoſororibus notificent, & uſque ad annuum Capitulum propriæ domus, intus & extra, reſerventur Scripta. Similiter & ſummis Scrutatoribus ſupervenientibus bis vel ter in anno manifeſtentur. Contempnentes per menſem unaquaque ebdomada duobus diebus in pane & aquâ pœniteant. Infortunium tamen grave reos poterit excuſare. Cuſtodes etiam Eccleſiarum & firmam recipientes & Magiſter bercariorum & ſutorum, & fratres molendinarii intereſſe debent Computationi, & computationem reddere coram ſummis Scrutatoribus. Priores verò & Cellerarii omnem diligentiam adhibeant ſcire expenſas, quas grangiis per annum impendunt; & quantum commodi inde percipiunt, ut anno finito conferri queant, quia in annuis Capitulis ſingularum domorum, computari debet in publico, quid ſingulæ grangiæ in expenſis perceperint in anno præterito, & quid commodi Abbatiæ fecerint.

De curâ Procuratorum, ut ſciant numerum ovium, & animalium; & de lanâ ſine communi conſilio non vendendâ. 8.

Prior & Cellerarius, Procurator, & Grangiarius curam ovium & animalium habeant, & numerum eorum ſciant; & ſine aſſenſu Prioris domus, nullus inde vendere aliquid præſumat niſi manifeſta neceſſitas compellat, plurimorum & majorum conſilio. Quod ſi cuſtos pecudum aliquid amiſerit, in præſentiâ eorum pœniteat. Quod ſi celaverit vel in contemptum duxerit eis certum numerum, vel quod amiſſum eſt, confiteri, ſuſpectus habeatur & furti pœnâ puniatur. Grangiarii etiam, quemadmodum & opiliones curam habeant & diligentiam adhibeant, per omnia, in hiis quæ ad ſuſtentationem ovium pertinere noſcuntur; & conſcii ſint per dicam de hiis, quus vendi contigerit, vel in alios uſus expendi. Prohibemus inſuper omnibus modis ne aliquis præſumat, per ſe vendere lanam domorum noſtrarum, ſine communi conſilio quatuor Procuratorum domus.

De proviſione cerviſiæ, per Procuratores; & eorum negligentiæ punitione. *9.*

Ad vitanda ſcandala & malorum obprobria perutile eſt cor apponere. Ea propter ſi fortè moniales cerviſiam non habentes neceſſitate ad potum aquæ declinaverint; juſtum eſt, ut majores domus, qui copiæ communicant, communicent & inopiæ; ut vera fraternitas fulgeat in domo domini, & eorum obturentur labia, qui parati ſunt maledicere, & bonorum operibus obviare. Indè eſt, quod in vi obedientiæ ſtatuentes præcipimus, quod quoci-

enſcumque Moniales, ex negligentiâ vel incuriâ Procuratorum, aquam potaverint, Prior & Cellerarius, Procurator, & Grangiarius ſocientur eis in potu ubicunque fuerint, niſi fortè mare tranſfretaverint, vel Ordinis majoris ſcandali occaſio impedierit. Cum potatur, ſobriè & cautè fiat, videlicet quando neceſſitas poſtulat, ne quid amplius. Communis ſterilitas terræ ſuam excuſationem habet, & culpam Procuratorum delet.

10. De Itinere Cellerarii & Subcellerarii & de denariis recipiendis, & in Itinere ferendis.

CEllerarius profecturus alicubi, cauſam ſui itineris notificet Priori. Subcellerarius nuſquam eat abſente Cellerario; nec Cellerarius, eo abſente, ſine juſſu Prioris, Priore abſente, qui præeſt majorum domus utatur conſilio. Abſente verò Cellerario, & Procuratore, & Subcellerario, niſi Priore jubente, non dentur denarii foras, ab aliquâ; nec cuiquam eorum ſoli. Quod ſi neceſſitate cogente ſine dampno non poſſit omitti, quin oporteat dari, aliorum trium fratrum ſeu literatorum ſeu illiteratorum, qui ad hoc aſſignati fuerint, teſtimonio dentur, & abſentibus, cum redierint, ratio dati notificetur. Et ipſi redeuntes ſimiliter notificent ipſis & Priori, quicquid emerint vel vendiderint, vel quolibet modo ab eis vel per eos expenſum fuerit: Nec cuiquam eorum liceat longiùs vel equo vel navi vel etiam pedes ſine aſſenſu Prioris & majorum domus ire. Contra hoc agentes ab officio ſibi credito removeantur, ſi ſine dampno majori fieri poſſit. Cellerarios tamen noſtros latores denariorum eſſe prohibemus, niſi fortè ratione vel neceſſitate cogente aliquis hoc faciat, Prioris ſui mandato, vel Conventus ſui communi conſilio Canonico, vel fratre comite. Tamen ſi quoquam ierit expenſas ad neceſſarios uſus in viâ licitè ferre poterit.

11. De mercennariis conducendis & parentibus non retinendis, & de pectentibus.

NOmina mercennariorum & mercedum quantitas diligenter annotetur à Cellerario, infra primum menſem, quo fuerint conducti; tam domi, quàm per ſingulas grangias. Quod ſi ſteterit per Cellerarium viii. *diebus comedat in area refectorii. Si per grangiarium* xv. *diebus eodem modo pœniteat. Mercedes non diſtribuantur niſi in præſentiâ Prioris per manum Cellerarii; nec aliis quàm ipſis clientibus & in cœnobio. Poterunt tamen clientes in grangiis valdè remotis ibidem accipere per Cellerarium. Caveat quoque Cellerarius, & omnes Ordinis noſtri, ne aliquis conducatur mercennarius in domo, ubi de noſtris propinquos habuerit, niſi per Priorem omnium vel per ſummos Scrutatores, neceſſitate aut utilitate cogente, vel ratione dictante. Si fortè neceſſitate cogente conducantur mercennarii ad pectendum lanas, quæ gravioris laboris eſſe noſcuntur, & vires ſororum ad hoc opus defecerint, apponatur fidelis frater ad cuſtodiam laboris mercennariorum, ne qua fraus prævaleat, ut omnino ſeculares mulieres excludantur ab ingreſſu ad moniales vel ſorores laborandi cauſâ.*

12. De ſubcellerario, & fratre feneſtræ, & hoſpicii ei ſubjectis; & ejuſdem officio. Et de blado per dicam recipiendo.

CEllerarius ſolatium habeat alium Canonicum manſuetum & providum, qui vices ejus ſuppleat in cibis & potibus ſuſcipiendis, & diſtribuendis; & ceteris rebus quæ ad familiarem curam domus pertinere noſcuntur. Qui nuſquam longiùs iturus eſt, niſi ad grangias caſu pro veniis fratrum accipiendis, ſi Prior ad manum alium diſcretum non habuerit. Qui ſollicitos faciat fratres de caſeis & ovis, & cæteris, quæ neceſſaria ſunt Sanctimonialibus & fratribus hoſpitibus. Habebit etiam duos fratres, moribus maturos, diſcretos, pacificos, ſermone blandos, caſtos, de quibus nulla ſit mali opinio. Unus quorum ſubcellerario ſubjectus feneſtræ ſororum præponatur, qui fideliſſimus & diſcretus in omnibus, quæ mandantur ſororibus, vel ab eis mandata fuerint inveniatur. Ipſe etiam in hiis, quæ ad officium ſibi creditum pertinent, prout ordo permiſerit, & ratio dictaverit, hoſpitali fratri ſolatium præſtabit, cum opus habuerit, & licenter poterit. Alter verò hoſpicio præerit, qui ſermone tacito à ſubcellerario, vel à fratre feneſtræ quærere poterit, quod ſigno neſcierit, in loco terminato, & à feneſtrâ ſemoto. Negligentes in pane & aquâ pœniteant, ut corrigantur. Quicquid autem ferri vel calibis adquiritur ſub cuſtodiâ Cellerarii & ſubcellera-

rii in cellario eorum, vel in alio loco apto ſervetur, ut per Priorem, vel per Cellerarium, vel ejus ſolatium, cum ipſe defuerit, ad quæque neceſſaria diſcretè dividatur. Subcellerarius autem portet claves cellarii in minutione, ſi oportunè & ſine gravamine poterit: Si autem propter infirmitatem non poterit, alius aſſignetur per Priorem domus, qui ipſo dictante ſuppleat vices ejus. Si ipſe vel alius Canonicus per Priorem, vices ejus ſupplens, panem mercennariorum debitâ horâ de piſtrino non dederit, ad grangias, vel ad hoſpicia, vel ad portam, vel quibuſcunq; dari oportet, jejunet eo die in pane & aqua vel ſequenti. Panis verò regularis dabitur per manus Sanctimonialium. Eandem pœnitentiam faciat frater, ſi panem alicui de piſtrino, ſubcellerario abſente, tribuerit. Subcellerarius verò ſolus clavem habeat de pane. Ipſe quoque vel alius Canonicus, à Priore aſſignatus, cum fratre fideli recipiat annonam, quæ venit de grangiis; & ipſe ſcripto & frater in dica memoriter teneat quantitatem, ut ſciant inde rationem reddere.

De cuſtodiâ hoſpicii, & de commeſtione noſtrorum in eo. Et de carne non dandâ hoſpitibus. 13.

AD majorem hoſpitum venerationem conſtituantur duo ad cuſtodiam hoſpitii; Unus Canonicus, videlicet ſubcellerarius, ſi ſine detrimento fieri poſſit, vel alius diſcretus & providus, ſi ipſe convenienter non potuerit: & unus frater laicus, qui ſciant quomodo tractandi ſunt hoſpites. Neuter eorum præſumat ſibi aliquid retinere de hiis, quæ ad hoſpites pertinent; nec ſtudeant occultare aliquid neſciente Priore & Cellerario, undè graventur moniales & alienentur ab hiis, quæ eis jure debentur. In hoſpitio domorum noſtrarum omnibus noſtris cibum & potum ſumere prohibemus, exceptis hiis quibus poteſtas regulariter attribuitur, cum hoſpitibus magnæ auctoritatis commedere vel bibere; videlicet Archiepiſcopis & Epiſcopis. Hiis verò licet obedire, & ſemel vel bis, ſi juſſerint, potum guſtare. Nec ſit noſtris conſuetudo carnes hoſpitibus dare, exceptis Archidiaconis & Epiſcopis & ægrotantibus. Et ſi hujuſmodi poteſtas advenerit cui carnes oporteat dari, à ſuis non à noſtris præparari debent. Intra monaſteria namque noſtra nullus veſcatur carne, aut ſanguine, niſi præpotens & omnino infirmi, & artifices conducti. Similiter nec intra curtes grangiarum, niſi propter eaſdem cauſas & propter mercennarios.

De pellibus Conventui providendis, & de punitione negligentium. 14

CEllerarius & Procurator, cum multâ ſollicitudine curent & provideant, ut fratres pelliparii, congruo tempore, circa Nativitatem Sancti Johannis Baptiſtæ *vel citiùs habeant unde pelliceæ & pennæ Sanctimonialibus & ſororibus Canonicis & fratribus fiant de optimis agninis pellibus. Negligentes verò pellibus vel pelliceis careant yemali tempore; vel per ſingulas ebdomadas à feſto omnium Sanctorum uſque ad cathedram Sancti* Petri, *binæ diſciplinæ ſubjaceant, & uno pulmento binis diebus careant.*

De rebus Monaſterii, ſine conſilio Procuratorum non erogandis; & de expenſis in grangiis faciendis. 15.

OMnino ſub anathemate omnibus interdicimus, ne quiſlibet vendat, vel eroget, vel diſtribuat ſeu acomodet pecuniam domorum Sanctimonialium, ſeu quadrupedia vel annonam, & hujuſmodi, ſine voluntate & aſſenſu Prioris & Cellerarii; nec quis illorum, inconſultis aliis Procuratoribus domus. Verumptamen quia caſu ſæpiùs multa intercurrunt infortunia in domibus & in grangiis noſtris majora & minora correctione digna, ſi grangiarium aliquid facere vel dare oportuerit pro emendatione domorum vel ſepium, murorum vel foſſarum, vel pro aliquo profectu domus, conſilio fratrum ſecum morantium, vel fidelium mercennariorum ſi ſolus fuerit hoc faciat, Priori & Cellerario factum & cauſam facti quàm citiùs oſtenſurus. Quodſi fecerit, ab anathemate ſe liberabit. Caveat etiam ſuper omnia, ut nunquam aliquam partem bladi vendat, vel det ſine ſpeciali præcepto Prioris vel Cellerarii, ne pœnam furti incurrat.

16. De pueris Procuratorum, & aliis pueris propriis, vel rebus non habendis. Et de pecuniâ ad feneſtram recipiendâ, & intromittendâ, & in itinere ferendâ; & de expenſis intus & extra notificandis.

Nullus noſtrorum, præter Procuratores domorum, habeat proprios pueros, viatores, vel equos, vel ſellas, vel hujuſmodi; ſet quos Priores ſui eis ad tempus aſſignaverint, alicubi profecturis: Nec etiam Bercarii, vel ſutores, vel Magiſtri operum, nec ſtabularii, niſi per Priores. Et cum omnes proprietarii in generali Capitulo ſint excommunicati, prohibemus omni modo, ne aliquis clauſtralis habeat phaleras, ſcilicet Sellas, frenos, & calcaria, & cappas, & hujuſmodi alia ad equitandum. Hujus mandati tranſgreſſores pœniteant in jejunio multiplicato & verbere; vel de poteſtate deponantur, ſi obedientiarii fuerint. Quod ſi aliquis Procuratorum, communi conſilio, profecturus ſit, ad aliquid magni precii comparandum vel vendendum, unus de fratribus ad hoc electus, pecuniam ad feneſtram ſuſcipiat præſente Priore vel Cellerario, vel ejus ſolacio. Suſceptamq; ferat, & ad juſſum illius, cum quo ierit, diſtribuat. Nam Prælatos domus, latores denariorum non eſſe decernimus, niſi ratio vel neceſſitas poſtulaverit; ſet de tribus, qui ad hoc electi fuerint alternatim unum, ſive literatum ſive illiteratum, vel alium diſcretum. Cum verò pecunia ad ſorores intromittitur, vel ab eis emittitur, aliquis frater à Priore electus diſcretus, niſi alia cauſa magis neceſſaria impedierit, intereſſe debet, ut ſciat omnem pecuniæ expenſam. Tres verò fratres, quibus injunctum eſt intromittere ad ſorores quicquid auri vel argenti earum cuſtodiæ decretum eſt committi, inde dicam habeant; & medietas ejus cuſtodiæ ſororum deputabitur, quas Præpoſita & Celleraria viderint cautiores & magis fideles. Cum verò fratres aliquid intromiſerint, vel ſorores emiſerint, in dicis eorum, & eorum memoriæ commendetur; Similiter & in rotulo Cellerarii, vel illius qui ad hoc aſſignatus fuerit, ſi fortè ipſe defuerit, & prædictarum ſororum memoriæ ſcripto commendetur; ut cum de pecuniâ diſcuſſio facta fuerit in præſentiâ Curatorum & diſcretorum fratrum uniuſcujuſq; domus, rotuli & dicæ utcunq; conſonent, & concordent vel non manifeſtum fiat.

Incipiunt

Incipiunt Capitula de Canonicis & noviciis, & eorum ætate; & laicis Canonicis.

De Inſtitutione Canonicorum, & numero eorum in domibus Monialium; & de officio Eccleſiaſtico, cantu, ſilentio, labore eorundem. I.

IN unaquaq; domo Sanctimonialium ſeptem Canonici ad minus, ſi poſſeſſio domus permiſerit, vel plures; videlicet ſecundùm loci illius facultates; ita tamen, ut in nulla domo eorum numerus tridenarius excedatur, niſi habundatiores facultates ſuperaddantur, quæ ſufficiant ad opus Canonicorum, ne ſanctimoniales graventur. In Monaſterio, officium Clericorum, in Miſſis & horis teneant. Organum tamen & decentum, fauſetum & pipeth, omnino in divino officio omnibus noſtris utriuſq; ſexus prohibemus. Excedentes, in craſtino ſtatim in Capitulo vapulent: Et qui audierit, & indè non clamaverit, ſimiliter puniatur. Secundùm arbitrium Prioris domus & Cantoris æqualiter ordinentur fratres in utroq; choro, ſine murmure; ita videlicet, ut de Canonicis à Priore æquâ diviſione factâ, Præcentor partem, quam ſibi elegerit, retineat. Qui verò murmuraverit, in ultimo gradu pœniteat in pane & aquâ bis in ebdomadâ, uſq; ad adventum Prioris omnium, niſi Circatores, ratione dictante, maculam culpæ aliter ſalubrius delendam decreverint. In clauſtro, in choro, in Capitulo, in Auditorio, in Refectorio, in Dormitorio, in .... ſilentium, & eaſdem Ordinum leges, quas ſanctimoniales ſervabunt in hiis, quæ Ordo Canonicorum ſecundùm Regulam ſancti Auguſtini *permiſerit. Operentur, quæ neceſſaria ſunt in clauſtro, in orto, in virgulto & intra curtem, ubi non videantur à monialibus; nec audiantur, nec à ſecularibus, ſi congruè vitari poteſt, inquietentur. Super omnia cavendum eſt ne videantur vel audiantur à monialibus niſi in Miſſis & in cæteris, quæ non oportet omitti; Et ne ſponte eas videant vel audiant, niſi oportuna occaſio vel neceſſitas hoc fieri faciat. Nullus verò puerorum doceatur literas intra Monaſterium, vel in locis Monaſterii, niſi ſit novitius, vel receptus in probatione novitii; quibus tempore lectionis diſcretè licet. Et notandum, quia nullum niſi poſt quintum decimum ætatis ſuæ annum, in probatione nobis ponere licet: Nec infra viceſimum annorum ſpacium in Canonicum ſuſcipere. Novicius ſuſceptus in Capitulo, ante feſtum ſancti* Michaelis, *compleat numerum Pſalteriorum, ſicut & cæteri. In unaquaq; domorum noſtrarum licèt duos laicos magnæ auctoritatis, inter Canonicos ſuſcipi, vel plures. Suſcepti, in Eccleſiâ ultimum locum tenebunt, niſi aliquem pro culpâ ſua in ultimo loco ſatisfacere ad tempus contingat. Si verò quis illorum laicorum cautus, providus & diſcretus in religione profecerit, hic tales vices Cellerarii, ſi abſens fuerit, vel horis Canonicis interfuerit, ſupplere poterit in hiis quæ Cellerarius ipſe dictaverit. Poterit etiam, ſi Prior omnium perutile judicaverit, tonſurâ clericatus ſuſceptâ, Cellerarius fieri.*

De rebus ſecularium venientium ad converſionem erogandis, ante habitus ſuſceptionem. Et de ſuſceptorum cuſtodiâ & termino profeſſionis, & profeſſione. Et noviciorum & aliorum Canonicorum communione. 2.

CUm aliquis veniens ad converſionem noſtri Ordinis, recipiendus eſt in Capitulo; antequam recipiatur, donationem faciat de rebus ſuis nichil recepturus de omnibus quæ Deo vel religioni dederit, aut ſecularibus reliquerit, ſi quod abſit, temptatus receſſerit. Receptus verò ſub voto de ſe ad Altare oblationem faciat, ut ſibimet abeundi omnem occaſionem auferat. Nec quiſquam recipiatur, niſi priùs ei hoc fuerit apertè demonſtratum. Hoc idem in ſuſceptione laicorum fratrum ſervetur ſuſceptis Canonicis, ſtatim aſſignetur aliquis vir ordinatus, & Ordinem zelans, qui ipſos diligenter inſtruat officium eccleſiaſticum;

cum, & Ordinis Inſtituta doceat. De Dei timore & dilectione ſollicitos reddat, errantes corripiat & corrigat. Majores ætate verbis, minores verò verbis & verberibus, cum oportuerit, juſti moderaminis hinc indè tenens temperiem. Canonici verò, ante habitus ſuſceptionem, coram monialibus non ſuſcipiantur; ſet poſtmodum ad petitionem Prioris & Conventus Canonicorum, cum aliquandiu inter eos fuerint converſati. Qui priùs habitum ſuſceperit Prior ſit. Novicii ad nullum officium Eccleſiaſticum ſcribantur; nec menſæ lectores ſint, nec ſervitores. Lectiones in Eccleſiâ non legant; Reſponſoria non incipiant, nec verſum cantent; ſet reſponſoriola & verſiculos dicant. Lectiones Matutinales de beatâ Mariâ *legant, & lectiones pro defunctis in directo & non ſollempniter. Legant etiam aliquando ad Collationem & in Capitulo; Set non aſſiduè. Ad Miſſas Conventuales, ut privatas, ut ſervitores miniſtrent, Similiter ad menſas ſurgentes, cum neceſſe fuerit. Ad laborem continuè, donec ſervitium ſuum reddiderint, & ſcierint, non exeant. Sacerdotes, dum novicii fuerint, Miſſam non celebrent. Pſalterium cum Canticis & ymnarium ſufficienter ſcientes, cum antiphonarium & gradale cordetenus reddiderint. Si citra triginta annos ad converſionem venerint, more debito profiteantur. Si triginta annos ætatis vel ampliùs habentes ad converſionem venerint, ad omnia præmiſſa non cogantur, niſi habilioris & ſubtilioris ingenii fuerint, ita ut præmiſſa ſine magnâ difficultate complere poſſint, ſet de Conſilio Magiſtri cum eis diſpenſetur. Regula beati* Auguſtini *& Inſtitutiones Ordinis, Noviciis ante profeſſionem inſpiciendæ, & bis, vel ter, vel ſæpiùs perlegendæ committantur. Et ſi qua ſibi in illis obſcura fuerint, vel minus intellecta, ab aliquo ſciente ipſis pleniùs exponantur, ut ſciant & intelligant ad quæ obſervanda ex voto profeſſionis ſuæ teneantur. Conventus Canonicorum tempore profeſſionis Canonici Capis utatur lineis. Canonicus tunc profeſſus, ad eandem menſam communicet. Magiſtri Noviciorum, pro exceſſibus diſcipulorum, in Capitulo corripientur; non novicii, niſi fortè inobedientes fuerint aut rebelles. Poſt profeſſionem ſub cuſtodiâ ſuorum erunt magiſtrorum* xl. *diebus vel paulò plus. Interim in Capitulo non clament nec clamentur, ſet Cuſtos eorum, niſi in Capitulo deliquerint vel culpas ſuas audientes veniam ſumere neglexerint. Venias tamen gratis ſumere poſſunt culpas ſuas confitentes, vel miſericordiam petentes. Profeſſi, qui ad ſacros Ordines fuerint promovendi, per magiſtrum promoveantur. Promoti in ſacerdotium, ad juſſum Priorum ſuorum celebrent. Nec fiat in novarum Miſſarum celebratione oneroſum convivium, vel inutilis convocatio ſecularium; ſet in hujuſmodi voluntate pareant Priorum ſuorum. Omnes Canonici, qui ſacerdotes non fuerint, omni die dominicâ habent communicari, vel alio die in ebdomadâ. Similiter quociens ſacris veſtibus induti, dupplicibus feſtis vel principalibus Altari miniſtraverint, exceptis Miſſis mortuorum. Canonici verò valetudinarii profeſſi, tam ſacerdotes, quàm inferioris Ordinis, ſemel in ſeptimana habent communicari; & omnes generaliter quotiens infirmitatis gravitas compulerit. Novicii quoq; Canonicorum poſt confeſſionem Magiſtro factam octies in anno, quando ſcilicet fratres communicant, & inſuper quociens infirmitate cogente opus fuerit, communicabunt. Qui ſe propriâ voluntate ſubtraxerit de corpore Chriſti, nullus ei communicet, niſi hoc emendaverit. Illis diebus quibus communicandi ſunt, poſſunt ad privatas Miſſas communicari miniſtri.*

3. De veſtibus Canonicorum & earum ſimplicitate & ſuperfluitate vitanda, & diſtributione.

C*anonici hoc modo veſtiantur. Tunicas tres habeant & unam pelliceam, de adultis agnis, & pallium album ante, ad latitudinem quatuor digitorum conſutum, & pelles viloſas ad cooperiendum vel induendum, ſi palliâ foratâ non fuerint, & caputium agninis pellibus foratum, & duo paria caligarum, & pedulum, & ſotulares diurnos & nocturnales. Habeant & capam lineam, in hiis tantum quæ ad divinum officium ſpectant. Nec recipiatur quis in Canonicum, niſi cum cæteris pannis ſuis capam habeat lineam propriâ proviſione, vel alicujus caritativâ collatione. Capis enim lineis omnes Canonici profeſſi in divinis utuntur officiis. Canonici, videlicet per ſe manentes, omnibus feſtivis diebus ad primas* Veſperas *& ad* Matutinas *ad* Primam *& Miſſam matutinalem ad* Tertiam *& altam Miſſam, & ad ſecundas* Veſperas *prædictis capis utuntur. Set in domibus Monialium ad primas* Veſperas *& ad* Matutinas, *ad altam Miſſam & ad ſecundas* Veſperas *tantum eiſdem feſtis ipſis capis utuntur. Nam & in Clauſtro, & in Refectorio, & omni tempore lectionis utentur palliis prædictis. In tempore laboris ſcapularia habeant alba, quemadmodum*

quemadmodum pallium eorum. Lectiſternia, ſicut monachi Ciſtercienſis *Ordinis. Cum ſcriptum ſit,* qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt, *Monaſterium iſta non decent. Ponamus igitur veſtes delicatas, ita ut nullus noſtrorum pannis ſubtilioris fili aut coloris precioſi, vel hujuſmodi, neq; novis neq; veteribus ullo modo utantur. Set veſtitus ſimplex ſit, & penitùs qualis Regula beati* Auguſtini *deſcribit. Caveant etiam tam Priores quam Cellerarii, & cæteri qui præſunt domibus noſtris, ne ſuperfluitate vel varietate veſtium, vel calciamentorum, aut etiam ciborum ſuorum conturbent fratres ſuos infirmos; ne murmur inde vel diſcordia excitetur, quia piorum bonitas abjectiore habitu & victu dinoſcitur & poteſtas roboratur. Similiter & omnium Prælatorum: Statutis quidem temporibus diſtribuantur panni Canonicis & fratribus, videlicet fratribus laicis ſuo tempore & Canonicis determinato ſibi tempore: & de eodem panno & non ſubtiliori fiant veſtimenta omnium, niſi aliqua manifeſta neceſſitas infirmitatis vel ratio impedierit, Nullus verò veſtimentum novum à monialibus ad feneſtram vel alibi recipiat, niſi priùs vetus reddiderit vetuſtate conſumptum & inutile factum. Et aliquis aſſignetur per Priorem domus, qui vetera recipiat, & nova liberet fratribus, præſente Priore & Cellerario & Grangiario & Procuratore, vel duobus ex illis, ſi fortè alii defuerint, & veteres ſororibus tradantur. Canonicis, præſente Priore vel ejus ſolatio. Quod ſi aliquid vetuſtum juſſu Prioris vel Præpoſitæ datum fuerit, vel intus retentum, intus & extra memoriæ commendentur.*

De lanâ ad opus noſtrorum non ſtudioſè miſcendâ, & tonſis pannis prohibitis, & coopertoriis conceſſis. 4.

CAveant in domibus noſtris; ne lanæ diverſi coloris ad opus noſtrum ſtudioſè miſceantur. Ad opus verò magnorum virorum, qui ſunt potentes in ſeculo, ſi Prior omnium juſſerit, ſtudioſè miſceantur. Qui aliter fecerint, in communi Capitulo degradentur, vel terciò vapulent ibidem. Tonſi panni in domibus noſtris ad noſtrorum opus non fiant. Si verò noſtris fuerint dati, vel communi domus ſubſtantia empti, ipſis utantur; non tamen ſine aſſenſu Prioris omnium vel Scrutatorum vel Scrutatricum. Similiter coopertoria licet honeſto panno, non nimis precioſo cooperiri. Si verò dantur coopertoria, Canonici & moniales eis utantur, niſi, quod abſit, ſuperbia indè inoleſcat. Pannis tamen datis vel precio comparatis nemo de noſtris utatur, niſi Prior omnium & major domus, ordinatâ conſideratione viderint licere. Ad lectiſternia tamen licet fratribus noſtris viles tonſos pannos emere, vel ad eorum opus parare.

De veſtibus non refutandis, nec excambiendis; & pellibus & pelliceis. 5.

SI quis verò de noſtris veſtem refutaverit, vel pro deformitate coloris, vel quia nimis curta vel minùs ampla fuerit, per totum annum ipſum èa carere decernimus; nec detur ei priuſquam ad audientiam Prioris omnium vel communis Capituli veniat, nec tunc ſine correptione gravioris culpæ. Nec aliquis excambire præſumat pannos vel ſotulares, vel hujuſmodi. Licet tamen Priori cum aliquo, qui de domo ſua fuerit, commutare, & deteriorem ſibi reſervare. Pelles & pelliceæ omnium, antequam dividantur, in cuſtodiâ ſororum veniant, ne privilegium contempnentes furti judicio puniantur, & gladio anathematis à domino Papâ feriantur, & quæ magis eis neceſſariæ fuerint, ſibi retineant. Pelles quidem & pelliceæ ad minus ſeptem annis vel octo habeantur, ſi de adultis agnis fuerint & convenienter fieri poſſit. Et ſi diutius durare poterint, nemo eas mutare præſumat, cum non dentur ad cultum, ſet ad neceſſitatem.

De amiſſione veſtium. 6.

SI quis noſtrorum indumentum quodlibet vel veſtem, ſuâ incuriâ vel negligentiâ perdiderit, eodem panno per totum annum carebit; excepto quod Canonicus pro pallio vel capâ lineâ, tunicâ vel pelliceâ carebit; frater pro caputio pedulibus, & terciò in Capitulo vapulabit ſi cultellum, per unum menſem carebit. Quicunq; verò pannos ſuos ex negligentiâ in curtem nocte reliquerint, trinæ, diſciplinæ ſubjaceant. Monialis pro cucullâ vel ſcapulari perditâ; ſoror pro pallio vel caputio, tunicâ vel pelliceâ careat.

7. De uniformitate ſotularium, ab omnibus habenda; & de punitione negligentium.

PRiores & Cellerarii ad equitandum ſingulos ſotulares habeant ultra genua paululum pertingentes, non altiores, ad modum crepitarum ante conſutos; ſet non dupplici margine. Sint etiam duo paria vel tria ejuſdem modi in dormitorio à dortorario equitaturis tradenda, & à redeuntibus eidem reddenda. Omnium autem Canonicorum regulares ſotulares, tam diurni, quàm nocturni, rubei corei ſint, & moderatæ altitudinis. Quiſquis ſotularibus nocturnalibus, vel ad equitandum factis, in alia formâ, quàm quæ per Capitulum ſtatuta eſt, formatis fuerit uſus, vel culcitra, aut pannos pictos, qui vocantur Chaluns, loco lectiſternii habuerit, quam cicius ea deponat. Poſt auditum verò ſtatutum Capituli, qualibet vi. feriâ jejunet in pane & aquâ, donec ea depoſuerit. Summus verò Prior in hiis & hujuſmodi, prout ratio dictaverit, poterit diſpenſare. Hoc quidem ſcriptum de ſotularibus, non obſervantes, ultimi ſint in Ordine uſq; adventum Magiſtri.

8. De pannis abluendis.

NEmo de noſtris arripiat ſibi poteſtatem abluendi pannos ſuos, vel licentiam quærere, ſet eorum providentiæ hæc cura dimittatur, quibus hæc obedientia à Prælatis attribuitur, & à ſororibus caritativè abluantur, & emendentur, ut in xviii Capitulo ablationis pannorum monialium continetur. Pedules tamen, & capitum ligamenta; & cætera minuta excipiuntur, in tempore lectionis; in tempore laboris non.

9. De Canonicis ad nova loca mittendis; & aliis de locis ad loca removendis, & Itinere eorum.

DUodecim Canonici, cum Priore terciodecimo, ad cœnobia nova tranſmittantur, nec tamen illic deſtinentur, donec locus ille libris domibus & neceſſariis aptetur. Libris duntaxat Miſſali, Regula, libro uſuum, Pſalterio, Ymnario, Collectaneo, Antiphonario, Gradali. Domibus quoq;, Oratorio, Refectorio, Dormitorio, cella hoſpitum, & portarii neceſſariis & temporalibus; ut honeſte vivere & Regulam ibidem ſtatim valeant obſervare. Si verò aliquis mittendus eſt Canonicus ad alium locum ibidem manſuras, quæq; neceſſaria in veſtitu & calciamentis ei provideantur à Priore & Cellerario domus unde exiit, prout convenit. Cum etiam quis Canonicorum de unâ domo ad aliam eſt removendus, diſcretè & cum conſilio diſcretorum Ordinis, diſciplinam zelantium removeatur, ut ſic ſaltem de ſuis exceſſibus corrigatur; vel meritis ſuis exigentibus alicujus dignitatis officio præficiatur. Gravamini quoq; ſingulorum, & tedio Magiſter per remotionem, cum neceſſe fuerit, vel alio modo ut expedire viderit, remedium conſolationis & quietis affectu paterno, ſtudioſè providere procuret, uniuſcujuſq; contradictione remotâ. Caveant etiam Priores & Cellerarii, & cæteri, ne eorum incuriâ, fama Ordinis alicubi maculetur, vel ſcandalum incurrat; quia Væ ſoli ſcriptum eſt; unde ex generalis proviſione Capituli ſtatutum eſt, ut cum removendo mittatur alius diſcretus Canonicus, qui oſtendat Priori domus, ad quam venerit, quod ordinatè ſit veſtitus. Pelles ejus & pellicea tales ſint, ut per biennium ei poſſint ſufficere. Supervenientes Canonici ad domos noſtras, ſi poſt primum diem Capitulo & horis regularibus non interfuerint, non indè recedant, niſi ſumptâ veniâ pro tali exceſſu in Capitulo. Cyrotecarum & mitannuarum omnis ſuperfluitas & ocioſa vanitas ab omnibus noſtris communiter caveatur. Licet tamen iſtis uti in itinere & labore noſtris concedatur; in Clauſtro & Capitulo & dormitorio & infirmitorio ocioſis penitus prohibentur. Cætera de itinere Canonicorum & termino redeundi quærantur infra in Scriptis de fratribus.

De raſurâ Canonicorum. 10.

Canonici radentur vigiliâ Natalis domini, & ad feſtum Sancti Hylarii, *& ad purificationem beatæ* Mariæ, *& kalendas* Marcii, *& kalendas* Aprilis; *vel medio tempore inter kalendas* Marcii, *& kalendas* Aprilis; *vel medio tempore inter kalendas* Marcii *&* Paſcha, *ſi prolixitas temporis illius quinque ſeptimanas compleverit. Et ad* Paſcha. *Item medio tempore inter* Paſcha, *&* Pentecoſten, *& ad* Pentecoſten, *& kalendis* Junii, *vel medio tempore inter* Pentecoſten *& feſtum Apoſtolorum, ſi prolixitas temporis quinq; ſeptimanas compleverit; & vigiliâ Apoſtolorum, & ad feſtum Sancti* Jacobi, *& vigilia* Aſſumptionis *Sanctæ* Mariæ, *& ad* Nativitatem *ejuſdem, & ad feſtum ſancti* Michaelis; *& ad tranſlationem beati* Gileberti; *& vigilia* Omnium Sanctorum, *& vigilia ſancti* Andreæ.

Canonici radantur vigilia *Natalis* Domini, & ad fectum Sancti *Hylarii*, & vigilia *Purificationis* beatæ *Mariæ*, & poſt in tres ſeptimanas, vel paulo minus ſecundum ſpacium temporis qualiter diviſum, uſq; ad *Paſcha*, & vigilia *Paſchæ* & poſt feriam terciam poſt Dominicam, qua cantatur *Miſericordia Domini*, & feria *v.* poſt Dominicam, qua cantatur *Cantate*, & in vigilia *Pentecoſtes*, & poſt de quindena in quindenam, uſq; ad feſtum ſancti *Michaelis*. Et ſi ſex vel ſeptem dies ſuperfuerint, infra duas vel tres ultimas raſturas æquè dividantur; & ſi duo vel tres dies defuerint de ultima quindena, non ideo omittitur raſura: & poſt vigiliam Sancti *Gileberti*, & vigiliam *Omnium Sanctorum*, & die Sancti *Edmundi* & vigilia Sancti *Nicholai*.

De Canonicis in ſingulis officinis, fratribus aſſociandis; & de fratribus factorum Canonicorum conſciis. 11.

In omnibus officinis tam Sutorum quam Pelliparioram & aliorum artificum, aliquis diſcretus Canonicus fideliter aſſignetur hiis qui præſunt artificiis, ut diſcretè diſtribuantur quæ diſtribuenda ſunt, & ſcripto memoriæ commendentur, ut Priori & Cellerario nota fiant in ſingulis domibus noſtri Ordinis. Qui contra hoc egerit, pro fure habeatur, & furti pœnâ puniatur. Literatos enim conſcios factorum laicorum eſſe ſtatuimus, in omnibus officinis & operibus eorum, tam in grangiis, quàm in Abbatiâ. Similiter aliquem de laicis conſcium eſſe volumus in hiis, quæ aguntur à Clericis, & expenduntur ex ſubſtantiâ domus.

De officio Eccleſiaſtico Canonicorum, & eorum Capitulo & Regulâ legendâ, & expoſitione ejuſdem. Et de revelantibus ſecreta Capituli, & de confeſſione privatâ. 12.

A Kalendis Novembris *uſq; ad* Paſcha, *privatis diebus ad vigilias, & ad cæteras horas diei proſternat ſe Conventus ad orationem &* Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, *ſcilicet ſuper formas, & ad* Kyrieliſon; *& preces poſt horas, exceptis feſtis Sanctorum & feſtivis octavis, & diebus* ix. *lectionum, & trium lectionum. In iſtis enim diebus incurvabunt ſe inclinando ad prædictas orationes ſine proſtratione. Dictis verò matutinis, ſtatim Conventus de Choro exeat, & ordinatè in dormitorium eat. Ibiq; qui voluerit, ad intervalla quietiùs oret, vel accenſo lumine à ſacriſtâ legat in loco congruo à Priore proviſo; ſcilicet à feſto* Omnium Sanctorum *uſq; ad* cathedram ſancti Petri, *feriis tantum. Nec ſedeant in angulis legentes, ſei in uno loco ſimul. Qui taliter habeant caputia in capitibus, ut poſſint agnoſci ſi dormiant an non. Et ſic exeant de choro, ut primus exeuntium dicat ultimum* Amen *in choro. Apparente autem die, pulſet ſignum ſacriſta ad* Primam, *nec illud dimittat quouſq; Prior faciat ſonitum ad orationem faciendam. Hoc eodem modo pulſatur ad* Tertiam, *ab Idibus* Septembris *uſq; ad* Paſcha, *quando laboramus & jejunamus. Modus iſte in domibus Canonicorum per ſe manentium ſervetur. In domibus verò monialium, ſignum earum ſequantur Canonici horas diei & noctis, locis debitis & horis perſolventes. Factâ oratione ſuper formas, aut miſericordias, ſi tale tempus fuerit, ſignantes ſe inclinent, & ſimiliter faciant ad omnes horas poſt factam orationem. Dum autem ſacerdos finierit* Deus in adjutorium, *ad* Gloria patri, *incumbant ſuper formas, aut incurventur, ſi tempus dictaverit; & ſimiliter ad omnes horas diei faciant.*

Dicta itaq; Primâ, *cantetur Miſſa, & poſt Miſſam dicant ſacerdotes Miſſas privatas ante* Terciam, *vel poſt, ſi tempus ante non ſuffecerit, petitâ licentiâ. Poſt, ut tempus dictaverit, pulſato ſigno ad* Terciam *Canonici intrantes Eccleſiam aſpergant ſe aquâ benedictâ,*

dictâ, & dimiſſo ſigno fiat oratio ſicut ad vigilias. Cantatâ tertiâ eant in Capitulum. Hoc eodem modo fiat diebus feſtis quibus laboramus toto ſpacio temporis præſcripti. A Paſchâ, *verò uſq; ad Idus* Septembris *privatis diebus tenetur Capitulum poſt* Primam; *& celebratur Miſſa Conventualis poſt* Terciam; *& inter Primam &* Terciam *vadit Conventus in laborem. Feſtivis autem diebus, tam in yeme, quàm æſtate, poſt Miſſam matutinalem, pulſetur ſignum ad convocandum conventum in Capitulum; nec dimittat illud donec data ſit benedictio. Diebus quas Canonici & Moniales tantum feriant, pulſetur campana, more feriali. Omnes verò audito ſigno conveniant in Capitulum, inclinantes ante ſedes ſuas; & cum ſederint, humilient ſe mutuò. Veniente autem Priore, vel quolibet alio, qui Capitulum tenere debet, aſſurgant ei omnes inclinantes tantùm Priori tranſeunti; eodem reſidente reſideant. Set ille, qui juxta Priorem ſeſſurus eſt, humiliet ſe profundo de loco ſuo verſùs illum; nec tamen ſuper genua vel articulos, & ſic reſideat; & ita faciat in omnibus locis, qui juxta eum ſedere voluerit, excepto in Eccleſia; non enim ibi ſibi ſupplicant, neq; ad menſas, ſet nec nocturno tempore.*

Lector verò veniens ante analogium, aperiat librum & inclinet ſe ad benedictionem. Poſt primam lectionem non dicat, Tu autem Domine. *Set poſtquam perdixerit, & aliorum plurimorum ſurgant, & vertant ſe ad orientem dicentes verſum, qui in collectaneo habetur, id eſt,* Præcioſa in conſpectu Domini, *ſacerdote ebdomodario incipiente. Qui cum dixerint* Gloria patri, *proſternantur ſuper ſedes ſuperiores; aut incurventur ſuper genua ſecundùm tempus, dicentes* Kyrieliſon. *Illi autem qui ſedent juxta ingreſſum, hinc & indè proſternant ſe verſùs orientem ad terram. Incurvi verò ſint, ſicut illi qui in ſede ſunt. Cæteri autem incurventur ex adverſo. Et quando ſacerdos dixerit,* Et ne nos inducas, *erigantur donec ſacerdos dicat* Dirigere & ſanctificare, *tunc incurventur. Quæ incurvatio æqualiter fiat omni tempore. Lector quoq; ita ſe incurvet, vel proſternat ante analogium, ſicut illi qui ſunt juxta ingreſſum Capituli. Dicto autem,* qui fecit cœlum, &c. *reſideant; ita tamen ut priùs aſſideat, qui tenet Capitulum. Qui cum reſiderint, non humilient ſe ad invicem, ſicut priùs. Poſtquam autem omnes reſederint, incipiat lector lectionem de Regulâ. Feriâ ſecanda legatur in Capitulo,* Ante omnia, *Feria tercia,* Qui aliud, *feria quarta, Rurſus; etiam feria quinta, in Oraterio: Feria ſexta,* Qui infirmi ſunt. *Sabbato,* Sane, *uſq;* Non ſit notabilis. *Quod reſtat legatur ſabbato ad prandium. Quæ finita dicat,* tu autem Domine, *& accipiens tabulam legat breve, ſi ipſo die legendum fuerit.*

Quod ſi Subprior Capitulum tenet, & qui legit Prior ipſius fuerit, ſi eum pronuntiaverit, fratrem eum nominet; & ſic etiam ſeipſum nominet. Et dum breve recitatur, qui nomen ſuum intellexerit inclinet. Cui ebdomada aliqua aſcripta fuerit, ſi intelliget ſe illam propter quamlibet incomoditatem non poſſe complere, poteſt miſericordiam indè in preſenti Capitulo quærere; nam extra non debet. Quod tamen ſi pro gravi neceſſitate fieri contigerit, in ſequenti Capitulo veniam petat, & neceſſitatem intimet: Lecta itaq; tabula, pronuntietur commemoratio defunctorum noſtri Ordinis, deindè dicat qui tenet Capitulum, Requieſcant in pace. *Et dicto* Amen, *inclinet lector & offerat librum Priori, ſi feſtum fuerit, qui illum accipiat & exponat vel alii deferendum innuat, cui lector oſtendat, ſententiam, quam exponere debet; & ſic eat in locum ſuum; Ubi cum advenerit non inclinet ante ſedem; ſet poſtquam reſederit, humiliet ſe ſicut alii fecerunt quando primò conſederunt. Quod ſi à ſiniſtrâ parte ad dextram; vel à dextra ad ſiniſtram tranſiturus eſt, cum venerit ante analogium, humiliet ſe ad orientem; & tunc tranſeat ad locum ſuum. Et dicto* Benedicte *ab illo qui Capitulum tenet, exponatur ſententia. Cotidiè enim poteſt exponi aliqua pars Regulæ. Quod ſi aliquis advenerit, antequam* Benedicte *dicatur, humiliet ſe ante ſedem ſuam; & cum reſederit inclinet ſicut faceret ſi primæ confeſſioni intereſſet. Si autem poſt occurrerit, dum aſſidens inclinaverit, dicat* Benedicite *ſubmiſſâ voce, ita ut illi poſſint reſpondere* Dominus, *qui circa eum ſedent. Expoſitâ verò ſententia, nemo loqui præſumat neq; veniam petat, donec ille qui Capitulum tenet dicat,* Loquamur *de* Ordine noſtro.

Deniq; ſi aliquid breve pro defuncto legendum fuerit, legatur à cantore, ſi ante non fuerit lectum. Quo pronunciato, dicat Prior, Requieſcant in pace, *& dicto ab omnibus* Amen, *inſtituat quod ei viſum fuerit pro animâ ejus. Poſtea verò petat veniam, qui ſe reum in aliquo noverit. Deindè fiant clamationes, ſi faciendæ ſunt. Qui autem clamaverit, non quærat circuitiones in clamatione ſuâ, ſet apertè dicat* ille fecit hoc. *Set qui* clamatus fuerit, mox ut audierit nomen ſuum, non reſpondens in ſede ſuâ petat veniam. Tenenti Capitulum eumq; interroganti quid dicis, reſpondeat proſtratus meâ culpâ: Et ad juſſum illius erectus, ſi reus fuerit humiliter culpam ſuam confiteatur, & de reliquo emendationem promittat. Si autem culpabilem ſe non intelligit, qui eum clamaverit ipſam clamationem non repetat, niſi interrogatus; alius tamen, ſi noverit, quod culpabilis ſit, poteſt illud dicere. Et ſciendum eſt quod qui clamatus fuerit, non faciet clamorem ipſa die ſuper eum, qui eum clamaverit; Quando autem aliquis ſurgit in judicium clamatus ab alio quociens clamabitur in ipſo judicio, tociens ſatisfaciat veniam repetendo. Qui dum in terra jacuerit, nemo loquatur, & poſtquam erectus fuerit dicatur de eo in ipſo judicio, quod dicendum eſt, ne compellatur ſurgere poſtquam reſederit, niſi rationabilis cauſa in ipſo Capitulo contra eum poſtea ſuccreverit. Si quis ſponte ſua in judicio venerit, ſub una venia confiteatur omnes negligentias, quas confeſſurus eſt. Quòd ſi alius eum clamando ſurgere compulerit, illo clamore pertractato, ſi clamatus aliud de ſeipſo dicere voluerit, iterum petat veniam. Porro ſi plures inſimul fuerint in judicio, qui prior fuerit ſtet in medio, & priùs loquatur; & cum locutus fuerit ſtatim judicetur, & de judicio dimittatur, niſi fortè Prior eum ibi manere fecerit, vel quemlibet ex ipſis cæteris dimiſſis, ut majus judicium ſuſtineat, ſi majorem quàm cæteri culpam habeat. Similiter cæteri judicentur ſingulariter, & ſingulariter dimittantur, niſi eandem culpam omnes habuerint, ut ſimul dimittantur. Dimiſſi verò de judicio per poſtantes redeant ad ſedes ſuas.

Nemo etiam ampliùs quàm à tribus clametur, niſi fortè ab eo qui Capitulum tenet; & niſi etiam in ipſo Capitulo poſtea aliquid deliquerit, vel inordinatè locutus fuerit. Nec pro uno clamante quis pluſquam unam veniam petat, licet plures culpas ſuper eum loquatur, niſi rurſus, ſicut exceptum eſt in eodem Capitulo, aliquid exceſſerit. Cum aliquis clamatur in Capitulo, hoc ſolum reſpondeat mea culpa, emendare volo, vel hujuſmodi. Si verò ſe neſcierit reum, dicat non recordor, nichil amplius locuturus niſi à Priore rogatus. Qui verò clamatus vel non clamatus in Capitulo injurioſè vel malicioſè locutus fuerit, bis in ebdomada in pane & aqua pœniteat; vel bis in Capitulo vapulet. Similiter puniatur, qui egreſſus de Capitulo, vel auditorio murmuraverit, vel ſignificaverit de aliquo. Cum aliquis murmuraverit, quando alius in Capitulo clamatus fuerit, judicetur quaſi conſcius alicujus privati ſceleris. Nemo præſumat loqui in ipſo Capitulo, niſi clamando alium, aut clamatus ab alio, vel quando quis aliquid perdiderit, præter tenentem Capitulum, & quoſdam de ſenioribus quibus conſenſerit, niſi fortè juſſus vel interrogatus, aut aliquis aliquid de Ordine quæſiturus, Quod ſi fortè aliquis juſſus ſalutationem Domini Papæ Capitulo præſentaverit, aſſurgendo Conventus inclinet profundè. Ad ſalutationem Regis, Epiſcopi Abbatis & aliarum quarumlibet ſublimium perſonarum, ſedendo profundè inclinentur. Similiter inclinent quando Prior indicit eis facere aliquam communem orationem. Similiter inclinent quos voluerit promovere vel degradare; vel in gradum ſuum reſtituere, ſeu quos decreverit ligare per pœnitentiam vel abſolvere. Et ſimiliter omnes quibus aliquid juſſerit facere.

Nullus faciat clamationem ſuper aliquem ex ſolâ ſuſpitione, niſi de hoc quod audierit vel viderit. Quando clamatio facta fuerit de aliquo, ſi in ipſo juditio verberandus fuerit, caveat ille, qui Capitulum tenet, ne ab eo verberetur qui eum clamavit. Qui verberandus eſt, poſtquam exui juſſus fuerit, mox aſſideat in ipſo loco in quo ſtat; & exuens veſtimentum, evertat pallium ultra caput ſuum, ſi Canonicus, vel capam, ſi frater laicus fuerit. Per caputium verò tunicæ exeant brachia & totum corpus denudans uſque ad cingulum; & ſic conſiſtens, inclinato capite, nichil dicat, niſi tantùm meâ culpâ, ego emendabo, quod crebriùs repetat. Set neq; alius interim loquatur, niſi fortè aliquis de Prioribus pro eo humiliter intercedat. Qui autem eum verberat, non ceſſet à verbere uſq; ad juſſionem Prioris. Qui dum quieverit, adjuvet illum frater alius ad induendum. Qui indutus eſt & erectus, non ſe moveat donec Prior dicat vade feſſum; & tunc inclinans eat in locum ſuum. Hoc quoq; ſciendum eſt, quod ille qui inferioris gradus eſt, non debet verberare ſuperiorem; id eſt diaconus ſacerdotem; ſet æqualis æqualem, vel ſuperior inferiorem. Hoc etiam caveatur ne aliquis extra Capitulum loquatur alicui vel ſignificet de culpis ſeu de ſecretis cauſis quæ in Capitulo pertractantur. Quicunq; revelaverit ſecreta Capituli noſtri, undè ſcandalum oriatur, excommunicetur; & ſi deprehenſus fuerit extra Capitulum ſit, & ubiq; in ultimo gradu ſedeat, & ab officio eccleſiaſtico ſuſpendatur, uſque ad adventum Magiſtri.

Quod ſi Epiſcopus vel Abbas Canonicorum regularium, ſeu Monachorum, vel etiam Rex *aliquando intraverit Capitulum; aſſurgentes ei omnes inclinent, cum ante eos tranſierit. Quod ſi ſocietatem quæſierit, aſſurgentibus omnibus dicatur Pſalmus* Ecce quàm bonum; Kyrieliſon. Pater noſter. Et ne nos. Salvum fac ſervum. Mitte ei. Eſto ei Deus. Nichil proficiat. Domine exaudi. Deus vobiſcum. Oremus. Deus qui per diverſitatem gentium. &c. *& ſic concedatur ei fraternitas, manibus libro appoſitis. Et reſponſo* Amen, *Similiter ab eo quærat Prior partem beneficii ſui. Qui poſtquam demoratus fuerit, quantum tenenti Capitulum placuerit, deducat eum ad hoſpitium Prior, vel cui juſſerit ipſe, antequam Conventus egrediatur, niſi uſq; in finem Capituli eum retinere voluerit. Quod ſi clericus vel Monachus vel etiam laicus fuerit, ſedendo, conceſſa ei ſocietate ab aliquo fratre deducatur. Si quis enim ex quo ingreſſi ſunt Capitulum, indè exierit, niſi juſſus vel permiſſus; aut ſanguinem de naribus fluens, vel etiam vomens, ſive pro tabula ad legendum afferenda, ſatisfacere debet. Set nec licentiam exeundi quis quærat, niſi obediencialis fuerit aut neceſſitas naturæ compulerit, vel cui Prior ante indixerit, aut qui in viâ dirigendus fuerit. Iſti namq; cum neceſſe habuerint, ſolent pro officio ſuo ſigno exeundi licentiam quærere.*

Tractatis igitur quæ tractanda ſunt, ſurgentes omnes vertant ſe ad orientem, & ſic qui tenet Capitulum dicat Adjutorium noſtrum in nomine Dei. *Et reſponſo ab omnibus,* Qui fecit cœlum *&c. inclinent ad orientem; & exeant omnes niſi aliquis remoretur cauſâ confeſſionis vel infirmitatis. Quandiu tamen aliquis confitetur, nullus ibi remaneat, niſi qui ſimili occupatur opere. Nam tempore lectionis non niſi tantùm ante prandium & etiam in intervallo poſt* Primam *poſſunt ibi confiteri. Poſtquam verò reſederint, dicat Prior* Benedicite, *& reſponſo* Dominus, *ſubſequatur Prior* Deus ſit nobiſcum *Et reſponſo* Amen, *confiteatur breviter culpas pro quibus veniam petiit. Quibus dictis, ſtatim ſubſequatur* de hiis & de omnibus aliis meis peccatis me reum eſſe confiteor & veniam deprecor. *Tunc Prior, factâ ſuper eum abſolutione, dicens;* indulgeat tibi Deus, *injungat ei pœnitentiam. Deinde poteſt eum confortare, vel monere, vel increpare, prout viderit expedire, ſi voluerit, breviter tamen. Si quis cauſa confeſſionis aliquem, poſt ſignum Miſſæ detinuerit, vel de Miſſâ evocaverit, in Capitulo eum ducat, & ſtando breviter confiteatur.*

13. De ſilentio in domo Capituli ſervando, & ſuffragiis mortuorum ibidem agendis.

IN domo Capituli; teneatur ſilentium, ſicut in Dormitorio, exceptâ horâ quâ tenetur Capitulum. In cotidianis Capitulis lectis anniverſariis dicatur Pſalmus, ſcilicet, De profundis, *cum* Kyrieliſon. Pater noſter, *Collecta.* Abſolve Domine, *&* fidelium Deus, *pro hiis quorum anniverſarium legitur. Si verò præſens obitus ibi fuerit recitatus, dicatur Reſponſorium* Subvenite. Kyrieliſon. Pater noſter. De profundis. *Collecta,* Tibi Domine commendamus. Abſolve. Fidelium Deus.

14. De Clauſtro Canonicorum, & geſtu eorundem in Clauſtro habendo, Et de petente librum; & vultu iracundo, & ſignis iracundis prohibitis.

EGreſſi verò de Capitulo ſedeant ad lectionem in Clauſtro, exceptis procurantibus officia, quibus legere non vacat. Qui tamen poſtquam expleverint, redeant ad lectionem. Tempus verò lectionis non amittat Conventus, niſi meſſionis tempore, vel manifeſta neceſſitas hoc fieri compellat. Ad Orationem verò poſſunt profeſſi ire ad Eccleſiam Canonicorum; non ſolum tunc, ſet omni tempore lectionis, præter intervalla nocturna. Et cum opus Dei in Eccleſiâ celebratur, ita caputia habeant in capitibus, ſi neceſſitas compulerit, ut cujuſlibet facies apertè pateat intuenti: nec ibi legant præter illos, qui Pſalterium neſciunt; & qui ad præſens opus prævidere, legere, aut cantare aliquid neceſſe habuerint. Qui verò in clauſtro ſederint, religioſè ſe habeant, ſinguli in ſingulis libris legentes, exceptis illis qui in Antiphonariis, Ymnariis, Gradalibus cantaverint; & illis qui lectiones ſuas præviderint, quos aſcultet cantor, vel quilibet frater, ad hoc ydoneus; ab ipſo præmonitus. In quocumq; latere Clauſtri ſederint, collaterales ſedeant, nec fronte oppoſita, ſet tergo unius alterius vultui verſo; niſi fortè in eodem libro lecturi ſint, vel inſpecturi. Neq; inquietent ſe ad invicem in quæſtionibus faciendis, niſi de productis & correptis accentibus, & de dictione quam *legere ignorant, & de principiis lectionum ad menſam, & ad Collationem, & ad vigilias, cum neceſſe fuerit, quæ breviſſimæ fiant. Si quis caputium habuerit in capite, dum legerit, taliter habeat ut poſſit perpendi ſi dormiat. Quod ſi aliquis neceſſe habuerit divertere alicubi; librum ſuum in armdriolo ponat : aut ſi in ſede ſuâ eum dimittere voluerit, faciat ſignum fratri juxta ſe ſedenti, ut illum cuſtodiat ; quod ſignum etiam poſt* Veſperas *licet facere. Porrò ſi aliquis ab aliquo librum, in quo legit, vel cantat, accipere voluerit, neceſſe habens in eo videre, tradat ei alium, & ille cui alium tradiderit, in pace ei dimittat : quem ſi ei accomodare noluerit, ille qui petit in pace ferat, donec ſuper eo in Capitulo indè proclamationem faciat. Caveatur etiam ab omnibus, ne quis iracundo vultu, vel torvo aſpectu, in Clauſtro vel extra, alteri ſignificet.*

Quicunq; verò in hoc vicioſus repertus fuerit, corripiatur ſemel & ſecundò, & niſi ſufficienter emendaverit, ter in Capitulò vapulet, & tribus diebus in areâ Refectorii comedat, ut confundatur, & pœniteat. Ita ſe habeant dum ſedent. Dum verò ambulant, humiliter incedant & diſcooperto capite ſupplicantes invicem obviando. Quod ſi Priori obviaverint; divertant ſe in partem ſupplicantes ei. Quod ſupplicatio ubiq; fiat extra Dormitorium, quoties illi vel ſibi obviaverint. In labore tamen, cum ſibi invicem obviant, nec mutuò ſibi ſupplicant, nec Benedicite *dicant. Et notandum, quod nulli ſupervenientium in Clauſtro inclinatur, niſi ſicuti ad invicem ; niſi illi tantùm, qui ſedem Prioris tenet, & proprio Priori. Caveant omnes ſignificare in Clauſtro, ſicut in Dormitorio, niſi neceſſitas aliqua hoc poſtulet fieri. Quod ſi aliquis vicioſus inſignis ocioſis & hujuſmodi deprehenditur, in Capitulo culpa puniatur, ut deleatur. Nemo per caputium alium capiat, nec quis vocet aliquem a longe per vocem vel per ſonum. Et notandum, quod omni tempore lectionis poſſunt eſſe in nocturnalibus. Si quis aliquo modo alium ſcandalizaverit, dicatur Priori, & tunc ſi Prior juſſerit, vocato illo, tamdiu ante pedes ejus proſtratus jaceat, quouſq; ille placatus erigat eum.*

De conſtructione Eccleſiarum, & regulis & libris conformiter habendis, & ſculpturis & picturis ſuperfluis evitandis. 15.

Q*uia anteceſſores noſtri & patres de Eccleſia de* Sempingham *exier, unde quæ in honore Dei & beatæ* Mariæ *& Sancti* Andreæ *Apoſtoli & aliorum Sanctorum eſt dedicata; unde & nos exorti ſumus, iccirco decernimus ut omnes Eccleſiæ noſtræ ac ſucceſſorum noſtrorum, in memoriâ ejuſdem cœli & terræ Reginæ, Sanctæ* Mariæ, *& aliorum Sanctorum fundentur atq; dedicentur, niſi aliqua neceſſitas aliter fieri compellat. Et ut in omnibus Abbaciis Ordinis noſtri, unitas indiſſolubilis perpetuò perſeveret; ſtabilitum eſt, ut in omnibus Regula Sancti* Auguſtini *& beati* Benedicti *uno modo intelligantur, uno modo teneantur : Dehinc ut idem libri, quantum dumtaxat ad divinum officium pertinet, idem victus, idem veſtitus, idem deniq; per omnia mores inveniantur. Miſſale, Epiſtolare, Textus, Collectarium, Gradale, Antiphonarium, Regula, Ymnarium, Pſalterium, Lectionarium, Kalendarium ubiq; uniformiter habeatur.*

De ſculpturis ſuperfluis in Eccleſiis non faciendis.

S*culpturæ, vel picturæ ſuperfluæ in Eccleſiis noſtris, ſeu in officinis aliquibus Monaſterii ne fiant interdicimus, quia, dum talibus intenditur, utilitas bonæ meditationis, vel diſciplina religioſæ gravitatis ſæpe negligitur. Cruces tamen pictas, quæ ſunt ligneæ, habemus.*

De ſuperpelliceis, & ſtolis, & calice. Et faciente fallaciam in officio divino. 16.

M*iniſtris Altaris fiant ſuperpellicea cum caputiis, quæ caput & colli nuda protegant, cum ſacerdotalibus veſtimentis induendi fuerint. Et propter inoportunitates, etiam caputia vel ſcapularia habeant circa collum ſub ſuperpelliceis. Sacerdotes verò in Miſſis ſtolam habeant, in modum Crucis in pectore. Et nullus noſtrorum præſumat privatas Miſſas cantare ad Altare, quod in cuſtodia ſororum fuerit. Quod ſi fortè neceſſitas compulerit, præcipiente Priore, duobus aliis præſentibus cantet. Completo officio, ſimul omnes diſcedant. Si verò calix aureus, vel argenteus fuerit in Eccleſiâ, completo officio in præſentiâ*

Sacerdotis Miſſam celebrantis, vel communicantis, ponatur in vaſculo & in ſororum cuſtodiâ relinquatur. Calix verò Canonicorum in Oratorio eorum à Priore fideli ſacriſtæ eorum committatur. Qui autem fallatiam faciunt in divino officio, tuſſi vel ſigno vel verbo moneantur, ut repetito verſu corrigant verbum, in quo erraverunt. Qui verò ex indignatione, vel contumaciâ, vel negligentiâ repetere noluerint, in Capitulo vapulabunt.

17. De ſermone verbi Dei monialibus faciendo.

IN feſtis celebribus fiat ſermo verbi Dei ad Conventum in Eccleſia Monialium, panno appenſo inter mares & fæminas. In Capitulo quoq; Monialium nullus ſermonem faciat, niſi veneranda & autentica perſona, cui obedire oporteat; videlicet Legatus, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Archidiaconus, Cancellarius, Abbas, vel Prior magnæ auctoritatis; & nullus alius alterius religionis, in Capitulo Monialium vel extra, niſi de ſpeciali licentiâ Magiſtri.

18. De ſacerdote infirmante ad Miſſam, & aliis infirmantibus in Choro & Clauſtro.

SI ſacerdoti ad Miſſam de naribus ſanguis fluxerit; afferatur ei aqua in Presbiterium à ſervitoribus, ad ſanguinem recipiendum & ad ſe lavandum. Quod ſi miniſtris contigerit, extra Chorum ſimiliter eis ſerviatur. Aliàs autem, quociens hæc vel etiam vomitus contigerit, frater, cui hoc opus injunctum eſt, ſequatur eum euntem in Clauſtrum, & ſi nox fuerit, aſſiſtat ei cum lumine, & ſerviat donec ablutus in Eccleſiâ revertatur. Quod ſi venite-exultemus, vel primus Pſalmus alterius horæ tunc in Eccleſia canitur, ad Gloriam revertatur, miniſtrans in Chorum: Quâ dictâ, citius ad eum redeat. Ille verò ad Gloriam ſi non fuerit, & in Conventu hoc ei contigerit, non quidem ad gradum ſatiſfaciat, ſet veniens per medium Chorum ante Priorem, facto ſigno neceſſitatis ſuæ, in ſtallum ſuum redeat.

19. De Scriptoribus, & pœna occultè ſcribentium & libris propriis non ſcribendis, nec habendis, & ſigillis prohibitis.

COntinuè ſcribentibus miſericordia aliqua dormiendi præſtetur, cum opus fuerit; ſimiliter & minuendi, ſi manifeſta neceſſitas poſtulaverit. Si quis ſcripſerit & alteri occultè demonſtraverit, quod Priori & cæteris majoribus celari voluerit; in Capitulo culpam luat, & diebus ſeptem in areâ Refectorii comedat, uno contentus pulmento, & vi. feriâ in pane & aquâ, & de ordine ſuo degradetur dimidii anni ſpacio, vel regulari diſciplinæ ſubjaceat. Qui verò ſcripturus eſt literas, ſimpliciter ſcribat, & omnino caveat vanitatem profundi vel pompoſi dictaminis. Quod ſi quis contra agere inventus fuerit, graviùs corripiatur. Nullus de noſtris præſumat libros aliquos, vel etiam orationes, vel meditationes ſcribere, vel ſcribi facere, ſine aſſenſu Prioris domus, vel ſcriptores conducere & retinere in Eccleſiis monialium. Quod ſi aliquis contra hoc facere præſumpſerit, Ordinis vel poteſtatis ſuæ, ſi officialis fuerit, periculo ſubjaceat; & flagello gravioris culpæ reatum luat, & quod ſcriptum eſt ad voluntatem Prioris domus, in communes uſus domus cedat; & ipſe qui ſcripſit vel ſcribere fecit, illo ſcripto in æternum careat. Nemo noſtrorum librum ſibi aſſumere præſumat, quem alter habuerit. Si verò valde ei neceſſarius fuerit, à Priore, vel à Subpriore, vel Præcentore cautè petatur, ne frater offendatur. Libros tamen ad divinum officium ebdomadariis ſibi aſſumere licet. Nullus ex noſtris proprium librum habeat; nec de aliqua domo librum amoveat, ſine licentiâ Magiſtri. Collectaria, Kalendaria, & Breviaria omnia, magna & parva, ſint in cuſtodia Præcentoris, & omnes libri. Nec aliquis librum vel ſigillum vel Kalendarium ad Zonam deferat, cum domi fuerit. Qui hoc ſervare contempſerit, ſeperatur à communione Altaris uſq; ad adventum magiſtri.

De refectoriis Canonicorum, Et eorum feneſtris ; & Refectorariis & menſis : & cultellis ; & cocliaribus. 20.

Volumus at Refectorium Canonitorum & fratrum, eâ ratione conſtruantur, ut victualia utriſq; à monialibus & ſororibus miniſtrentur per feneſtras verſatiles : Quarum altitudo vix unius pedis & dimidii fiat, per quas reliquiæ fideliter ad ſorores remittantur ; nec alibi dividantur. Hiis feneſtris numquam ſingulariter miniſtrabunt aliquæ, ſet ſepius alternatim plures. Tempore verò congruo, ab hiis quæ intus ſunt fideliter reſerentur & firmentur. Horum refectaria in tantum dividantur ; ut ſi convenienter fieri poſſit ſpacium ſufficiat fabricæ magnæ feneſtræ verſalitis ; per quam ea, quæ intus mittenda ſunt, emittantur. Quæ cum facta fuerit, Sanctimonialis aliqua, vel ſoror fidelis, poterit miniſtrare Canonicis & fratribus, ad tempus, quamdiu viſum fuerit expedire, vel etiam plures. Hoc etiam firmiter teneatur, ut in Refectoriis Canonicorum & fratrum, in eâ parte feneſtræ verſatilis, quæ viris committitur in cuſtodiâ, feneſtræ parvulæ fiant ; & ſeris firmiter muniantur. Et quemcumq; Prior viderit fidelem & diſcretum & pacificum, tutelam Refectorii illi aſſignet, & claves prædictarum feneſtrarum illius cuſtodiæ committat. Hoc autem dicimus de Refectoriis, in quibus cybaria miniſtrantur maribus à fæminis noſtri Ordinis pro ſilentii cuſtodiâ. In domibus Monialium duo maturi Canonici Refectorio præponantur, quorum alter ſine altero, vel alius ſolus nunquam ibidem eſſe præſumat. Et ſi uterq; ſimul intereſſe non poterit, aliquis alius alteri eorum aſſignetur.

Refectorium nullus ingrediatur præter horas conſtitutas, exceptis Refectorariis, & menſæ ſervitoribus pro officio miniſterii ſui; & illis quos ad ſe adjuvandum Refectorarii caſu vocaverint; & cæteris omnibus petitâ ordinatè licentiâ, cum bibere indiguerint; & ſervitore Eccleſiæ pro ſalicio, vel cum Prior vel ejus ſolatium aliquos auctenticos viros ad potandum duxerit. Menſæ ſic exaltentur, ut deſubtus pateat acceſſus & receſſus, cum opus fuerit. Nullus etiam Canonicus in domo ſuâ ſedeat ad menſam Prioris ; nec ſuperveniens Canonicus accedat, niſi vocatus à Priore. Propter nimietatem frigoris in yeme, licet ignem accendi in Refectorio. Duæ etiam vaginæ vel tres ſerventur ad opus Canonicorum in Refectorio, ſi quoquam fortè ierint, quas revertentes ponant in locum ſuum cum cultellis. Et non ſint vaginæ delicatè compoſitæ neq; cultelli. Coclearia Refectorii & cultellos & cyphos Refectorarius per menſas diſcretè diſtribuat. Nec aliquis aliquid de ſuppellectili Refectorii, ipſo inconſulto, efferre præſumat.

De mixto Canonicorum, & mixtum ſumpturis & menſurâ mixti. 21.

Debilitati plurimùm noſtrorum gratiâ miſericordiæ condeſcendentes, Canonicos permittimus mixtare quouſq; xxx. *annos ætatis compleverint. In majori verò ætate id fieri omnino prohibemus, niſi ordinatè in Capitulo, petitâ miſericordiâ alicujus infirmitati à Priore ad tempus condeſcendatur. Nec ſumat mixtum aliquis Sacerdos, niſi priùs petitâ miſericordiâ in Capitulo, niſi ſervitor menſæ fuerit vel lector. Mixtum ſumentibus panis & cerviſia detur, & nichil melius, niſi fortè, neceſſitate cogente, alicui miſericordia impendatur ad tempus præcepto Prioris. Adoleſcentiores, quibus diebus jejuniorum mixtum ſumere conceditur, ſemper ante* Tertiam *in æſtate, ante* Sextam *in yeme illud ſumant. In æſtate ſimiliter ante prandium eâ horâ, quâ viderit Prior. Illi quidem, quibus ob minorem ætatem vel miſericordiam mixtum ſumere conceditur, ſtatim Poſt Capitulum in tempore yemali mixtum ſumant, ſet menſæ lector vel ſervitor quando ad mixtum pulſatur, qui audito ſigno veniant in Refectorium. Quod ſi alter defuerit, qui præſens eſt, non eum expectet. Si ambo affuerint, qui inferioris gradus eſt dicat* Benedicite; *qui majoris,* Benedicat. *Menſura mixti ſit quarta pars libræ panis, & tercia pars eminæ potus. Sumpto itaq; mixto, ſi quid reſiduum fuerit, referant panem, in archâ, & potum in vas. Et ſciendum quòd à capite jejunii, uſq; ad* Paſcha, *exceptis dominicis diebus, & tribus diebus Rogationum, & quatuor temporum, & vigiliâ Domini, & Sanctorum, mixtum non ſumitur, nec pulſatur.*

22. De refectione Canonicorum, & modo ſe habendi ad menſam, & de modo miniſtrandi, & de pitanciâ, & exitu à prandio, & de officio mortuorum poſt prandium dicendo.

ACcedente autem horâ refectionis, Prior pulſet ſignum, vel cui injunxerit ille. Quod ſi per negligentiam, cybus nondum paratus fuerit, non pulſetur donec paratus ſit, nec abluant manus, ſet interim ſedeant in lectione dum ſignum pulſetur. Quod & ad omnes refectiones ſimiliter teneatur. Ablutis igitur manibus & deterſis, intrent in Refectorium, & venientes ante ſedes ſuas inclinent ſe verſùs principalem menſam. Deinde erigantur, & ſic ſtent, donec Prior venit. Si autem Prior diu demoratus fuerit, quod omnino cavere debet, ſedeat interim qui voluerit. Cum ergo Prior advenerit, eſſurgant ei. Qui Prior inclinet ſe ante ſedem ſuam, antequam pulſet campanam. Quæ tam diu pulſetur ad utramq; refectionem ut miſerere mei Deus totus pſalmus poſſit dici. Campanâ dimiſſâ dicat Conventus Benedicite, & dicto verſu cum dixerit Gloria patri, incurvetur Chorus contra Chorum, dicens Gloria patri, Kyrieleiſon, & ſub ſilentio Pater noſter. Cum autem ſacerdos dixerit, Et ne nos, erigat ſe & ſtans verſùs principalem menſam, dicat Oremus. Benedic, Domine, dona, &c. faciens unam Crucem, & ſic compleat totam benedictionem. Quâ completâ, erigant ſe & Prior vel Subprior, vel cui injunxerit, vel Prior ordine converſionis, cæteris abſentibus, det benedictionem lectori, & ſic omnes ingrediantur menſas, & inceptâ lectione, & uno verſu finito diſcooperiant panes, Priore tamen priùs hoc faciente. Deinde pulmentum à ſervitoribus per menſas deferatur, hoc ordine primò Magiſtro, ſi præſens fuerit, vel Priori ipſo abſente, vel Subpriori Priore abſente, vel vices eorum ſupplenti, ipſis abſentibus. Deinde duæ ſcutellæ ponantur in dextrâ parte primò; & duæ in ſiniſtrâ, niſi magiſter præſens fuerit, tunc enim primò ponentur ſcutellæ ex parte ejus, & ſic duæ hinc & duæ inde uſq; ad ultimum. Appoſito itaq; communi cibo, ſi aliquid alicui de miſericordiâ ſuperaddendum fuerit, à ſervitore deferatur. Hoc idem fiat & minutis.

Exhinc nullus exeat de Refectorio, niſi neceſſitate compulſus, nullus incedat comedendo; Nullus cultellum mapulâ tergat, niſi priùs cum pane terſerit. Si aliquis de uno pulmento non poteſt comedere, de alio comedat; quod ſi de neutro, detur ei aliquid, quod non ſit delicacius. In domibus verò monialium ſingulis diebus cum fuerint dandæ pitanciæ, ſive Canonicis ſive fratribus, & quæcumq; ſunt victui neceſſaria, à ſororibus quæ miniſtrant feneſtræ, dentur per prædictam feneſtram, ad hoc opus præparatam, juſto pondere & menſura, & ſi quid fortè loquendum fuerit, cum fratre communis feneſtræ, ſervitores loquenda breviter loquantur, quæ ſignis indicare neſcierint. Si aliquis autem ex aliâ provinciâ, vel de itinere, vel ſemel vel bis in anno; vel de alia domo, vel de aliquo remoto loco venerit, poteſt ei dari pitancia, ſi Conventus pitantiam non habuerit, ſet non exigat. Contra hoc facientes, tribus diebus in pane & aquâ pœniteant. Licet ei dare proximo ſedenti ſibi ad dextram & ad ſiniſtram partem ad primam refectionem tantùm. Quocienſcunq; pitantia Conventui datur, ſufficiat eis unum pulmentum.

De pitanciis Priorum & Circatorum qui ſuperveniunt, ſicut ſuperiùs in communi Capitulo ſtatutum eſt, teneatur. Si verò facultas domus permiſerit, & paupertas non impedierit, licet Conventui aliquam pitanciam dari cotidiè. Canonicis quidem propter reverentiam Ordinis, licet quandoq; aliquam exhibere miſericordiam, ſi quid in domo habetur, unde miſericordia exhibeatur. Et ſi omnes communiter habere non poſſint, auctoritas etiam perſonæ magni nominis vel religionis, ſi ſupervenerit, honore digna eſt & veneratione obſequii, prout tempus poſtulaverit, & ordo religionis permiſerit. Die verò quâ Canonicis pitantia non datur, licet infirmioribus, vel ſenio aut languoris debilitate laborantibus, aliquid apponi, ipſis ſolummodo non aliis ad ſolatium vel ad remedium. Qui voluerit ſal accipere, cum cultello accipiat. Qui bibit duabus manibus teneat cyphum. Si quis viderit aliquid deeſſe alicui, quod habere debeat, requirat à ſervitore, vel à Cellerario. Qui aliquid apponit, & cui apponitur, invicem ſibi inclinent. Cui autem aliquid Prior miſerit priùs inclinet deferenti; deinde aſſurgens humliet ſe verſùs Priorem. De cybo communi nemo dividet, quod ſi aliquid quod alicui ſuperadditum fuerit, niſi pro minutione vel pro infirmitate ei datum fuerit, à Cellerario tantum poteſt dari, juxta ſe ſedenti ad dextram & ad ſiniſtram. Illi verò nulli dare debent. Si autem uni tantùm dederit, ille poteſt dare juxta ſe poſito, ſet ultra non procedat. Si quis de comedenti-

bus vel de ſervitoribus offenderit aliquo modo, petat veniam ante gradum. Et facto ſonitu à Priore cum cultello, ſurgat & inclinet & redeat ad locum ſuum.

Remotis ſcultellis colligat ſervitor coclearia; priùs à dextra parte incipiens à Priore, dehinc à ſiniſtra, incipiens juxta Priorem. Cum Prior voluerit finiri lectionem, lectori dicat, Tu autem. *Et reſponſo* Deo gratias, *cooperiant quod ſupereſt de pane. Inclinato lectore repulſet Prior campanam, & mox ſurgentes ſtent ante menſas eo ordine quo ante refectionem ſteterint, dicentes verſum, quem cantor incipiat, campanâ dimiſſâ. Quo dicto, inclinent, & exeant cantantes,* miſerere mei Deus, *quem incipiat cantor, illis cum eo cantantibus qui ſtant in dextro Choro. Secundum verſum dicat ſiniſter Chorus. Et ſic cantent cæteros alternatim, bini & bini euntes, minoribus ſcilicet præeuntibus; & ita tamen ut Prior vel quilibet Conventum tenens ſolus eos ſequatur in medio utriuſq; chori: ſet ſi Prior aliquis ſuperveniens affuerit, ſimul eant, ſin autem, ſolus, ſi duo fuerint, eant ſimul. Itaq; intrantibus eis Eccleſiam, qui priùs chorum intraverit, ſi hoc convenienter implere poſſit, pulſet ſignum. Hoc fiat in domibus ubi Canonici per ſe converſantur. Ingredientes verò chorum ordinentur ſicut ad Miſſas, verſis vultibus ad Altare uſq; ad* Gloria patri, *& tunc proſternantur ſuper formas; vel ſi tale tempus fuerit, inclinent, & poſt reſideant ſuper miſericordias. Finitis gratiis, ſurgentes inclinent, & ſic dicto officio mortuorum in yeme, recedant tamen cum reverentiâ ſic quoq; refecti ut in Clauſtro lectioni vacent, vel in dormitorio, ſi tale tempus fuerit, ſompnum meridianum ſumant. Prohibemus modis omnibus ne ſeculares aliqui in Refectoriis noſtris comedant, niſi de licentia Prioris vel Subprioris, ſi Prior defuerit. Nec etiam licentia Priori datur id faciendi, niſi de honeſtis perſonis tantùm, quarum ſervientes alibi commedant.*

De infirmantibus ad prandium. 23.

SI fortè in Refectorio alicui ex infirmitate vomitus contigerit, vel ſanguis de naribus alicujus effluxerit, vel alia quælibet infirmitas acciderit, ſervitor menſæ inde non exeat, ſet Cellerario vel alicui alii, ut eum adjuvet, ſignificet. Ille verò, ſi antequam Conventus exeat ad menſas redierit, quod commeſſurus erat comedat; quem nec Conventus expectet, nec ipſe, ſi ſurrexerint, propter hoc comedere deſinat. Quod ſi poſtquam Conventus exierit, revertitur, non ſervitores expectet, ſet ſtatim comedat, & dicto verſu, ſub ſilentio diſcedat. Si contigerit ut aliquem vomentem aut ſanguine fluentem ſervitor eorum non viderit, ſignificet ei, quicumq; viderit.

De pœna amittentium benedictionem, & menſæ lectoribus & ſervitoribus; & ebdomodario defunctorum & refectione ſervitorum. 24.

SI quis ad initium benedictionis menſæ non occurrerit, orationem faciat ante gradum; & ſequenti die veniâ ſumptâ in Capitulo cauſam confiteatur. Quod ſi ex negligentiâ ſuo contigerit ipſâ die, antequam accedat ad menſam, proſtratus in areâ Refectorii jaceat, quouſq; Prior, ſecundùm quod pœnitentis culpa popoſcerit, aliquo ſigno eum ſatisfeciſſe judicet; ſi tertiò perdiderit, ſecundùm regulam Sancti Benedicti *pœniteat, videlicet ultimus reſidens reficiat, ablato ei potu vini vel cerviſiæ, uſq; ad dignam ſatisfactionem vel emendationem. Cellerario occupato in aliquo, & aliis ſimili de cauſâ occupatis parcatur. Negligentes verò in pane & aquâ & verbere pœniteant. Egreſſo Conventu poſt prandium, vel cœnam ad gratias, conveniant ſervitores menſæ in Refectorio. Qui congregati, dicant verſum mediocri voce. Abſente Priore & Subpriore, qui prior eſt ordine converſionis, niſi ibi ſit aliquis ſuperioris gradus, det benedictionem menſæ, lectori dicenti* Jube Deus, &c. *Idem lector dicat lectionem, ante & poſt refectionem. Quod ſi ipſe lector ſuperioris gradus fuerit, aliquis alius ab eo petat benedictionem, & dicat utramq; lectionem. Si verò nullus Canonicus literatus ibi fuerit, laicus petat benedictionem, & ipſe lector dicat benedictionem, & lectionem. De pitanciis ſicut ſuprà ordinavimus fiat, excepto eo quod ſi in illâ parte Refectorii nullus præter eum fuerit, licebit ei tranſire in aliam partem, & dare cui voluerit.*

Poſt refectionem dicta lectione, verſum dicant ibidem, voce mediocri, adjungentes miſerere mei Deus, *verſis vultibus adinvicem, nullo tempore ſe ibidem proſternentes. Sicq; finitis graciis, cum cæteris, lectioni vacent, nec pulſentur* Veſperæ *donec & ad neceſſa-*

ria ire, & lectiones providere, ſi hora permiſerit, poſſint. In quacumq; verò domo octonarius numerus Canonicorum defuerit, unus poterit legere & menſæ miniſtrare, niſi fortè junior Canonicus profeſſus, mixtum ſumens aſſit, qui miniſtret vel legat, vel utrumq; faciat, quocienſcumq; neceſſitas hoc poſtulaverit. Cum autem bis in die commeditur æſtivo tempore, lector & menſæ ſervitores ante prandium Miſſâ finitâ reficiant, ne meridianus eis ſompnus minuatur, & vagandi oportunitas tribuatur, & pitancia Canonicis illâ die danda eis non ſubtrahatur. Moniales & ſorores & fratres ſub eodem mandato tenentur: Cavendum *ſumopere eſt, ne ebdomodarius Miſſæ diei, vel defunctorum menſæ, lector fiat æſtivo tempore. Ebdomadarius tamen defunctorum ſummo mane, ſi tempus permiſerit, debitum Miſſæ perſolvere poterit, & ſic miniſtret, ſi neceſſe fuerit.*

25. De emptione vini, & modo vinum potandi.

VIni potum, ad noſtrorum opus, niſi ad Miſſas, vel pro defectu cerviſiæ, à noſtris vel de noſtro emi omnino prohibemus. Quod ſi fortè neceſſitate cogente vini potus non poſſit omitti, non potetur niſi aquâ bene miſceatur, ſi poterit haberi. Sufficiatq; in die emina vini. Cui ſuperapponatur & intermiſceatur de aquâ quarta pars eminæ, ne ſitienti minùs ſufficiat, vel potantem apoſtatare faciat. Si verò perſona, cui obedire convenit, vini potum porrexerit, ſemel vel bis guſtare modicè ſuſtinemus, ſi declinare convenienter non poteſt frater fidelis. Quia in areâ comedent, ſine mapulâ & menſâ comedant; & ſemel in die, niſi aliter injungatur.

26. De diebus in cibo quadrageſimali jejunandis.

IN toto Adventu, exceptâ prima Dominica. In vigilia Pentecoſtes. *In jejuniis* Quatuor temporum, *in* Septembris. *In vigiliis Sanctorum*, Johannis Baptiſtæ, Petri *&* Pauli, Laurentii, Aſſumptionis *Sanctæ* Mariæ, Mathæi *Apoſtoli*, Symonis *&* Judæ, Omnium Sanctorum, Andreæ *Apoſtoli*, Quadrageſimali *tantum veſcimur cybo; exceptis infirmis, qui ſi voluerint, album commedere poterunt, in* Adventu, *& feria ſecunda, & feria tercia ante cyneres; ſet non carnes, niſi gravis infirmitatis aut debilitatis neceſſitas compulerit. Neceſſitas enim legem non habet.*

27. De Reliquiis Canonicorum, & aliis victualibus à Refectoriis non efferendis: & de licito ingreſſu Subcellerarii in Refectorium fratrum.

REliquiæ Canonicorum & fratrum fideliter remittantur cuſtodiæ monialium, per eaſdem feneſtras, per quas victualia miniſtrantur Canonicis & fratribus in eorum Refectoriis, & nunquam per hoſtia. A Subcellerario, vel ab ipſo qui vices ejus tenuerit, cum ipſe non poterit, numerus commedentium in Refectorio Canonicorum, & à Feneſtrario vel ab aliquo alio fratre fideli in Refectorio fratrum commedentium, numerus nuncietur cotidie Monialibus quæ miniſtrant victualia Canonicis, & fratribus, & reliquias recipiunt, nec dent foris cybum vel potum, niſi numerum commedentium præſcierint. Subcellerarius & frater prædictus, liberum ingreſſum habeant in Refectorio prædicto, ſine aliquo murmure. Refectorarii verò nichil ſumant de reliquiis Canonicorum, vel fratrum, nec quicquam portent, vel diſtribuant, ſet reliquiæ omnium remittantur ad ſorores. Præcipimus omnibus modis, ne ullus quicquam eorum, quæ mandi vel potari poſſunt, de Refectoriis noſtris efferat, vel efferri faciat: ſet omnia victualia, per feneſtras verſatiles, ad ſorores remittantur: & ſic ab illis aliàs afferenda recipiantur. Nec manducetur aliquid, vel bibatur, præter aquam, nec coquatur, quod non monialibus tradentibus per feneſtram earum tribuatur: Nec aliquis præſumat in Refectoriis noſtris cybos ſumere ſaginatos, videlicet de ſubſtantiâ carnis minutæ deciſâ vel detritâ. In domibus verò Canonicorum per ſe manentium, reſiduum omnium victualium ad cellerarium reportetur, exceptis reliquiis pulmentorum. Hujus præcepti tranſgreſſores tribus diebus in pane & aquâ, in areâ Refectorii pœniteant.

De

De prohibitione commedendi extra Refectorium; & pœna ebriorum. De eſu carnis prohibito, & de metis commedendi. 28.

Non licet alicui noſtrorum extra Refectorium ſuum commedere; nec etiam Priori omnium, niſi honeſtiores hoſpites ſupervenerint, quibus honor & reverentia debeatur impendi, vel alia cauſa oportuna compulerit, vel fortè cum aliquis majorum tardiùs de viâ redierit, vel ante prandium iturus ſit. Nullus tamen ſine juſſu Prioris omnium, vel Prioris domus, vel Subprioris, ſi Prior defuerit, occaſione peccandi remotâ. Quilibet verò de noſtris quoquam egredientes eodem die reverſuri, nuſquam ſine licenciâ commedant vel bibant, niſi ad grangias noſtras, niſi de cauſa rationabili, ut ſi calor vel labor longioris viæ poſtulaverit, vel Prior juſſerit vel permiſerit. Set & hoc in vi obedientiæ prohibemus, ne uſquam extra domos noſtras ſcienter menſuram & dimidiam potus domorum noſtrarum per diem excedat, ſi potaverit, quo inebriari poterit; quia ad ebrietatem potare omnibus noſtris, ſub pœna graviori, prohibemus. Nephandum enim & execrandum æſtimamus opinionem bonæ Religionis, propter gulæ intemperantiam infamare. Ea propter hoc facienti per xl. *dies aquæ potus ſufficiat. Aquæ verò potum, vel de quo non inebriari quiſlibet poteſt, tempore & loco congruo nulli prohibemus. Nullus verò carnes commedere præſumat, nec etiam in Refectorio Religioſorum vel alibi, niſi Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, vel Legato, vel Rege præcipiente. In noſtris tamen Infirmitoriis, infirmi ordinatè carnes comedant. Nec ullus de noſtris commedat infra duas leucas à domibus noſtris; nec in villa ubi grangiam habuerimus, niſi fratres ei denegaverint hoſpitium. Qui autem denegaverit, mittendus eſt pedes veniam petiturus ad domum illam, ubi moratur, qui repulſam ſuſtinuerat.*

De Auditorio, & furtivis colloquiis prohibitis; Et de infringentibus ſilentium. 29.

Alicui de viâ redeunti, de omnibus quæ audierit, vel viderit, religioni noſtræ contraria, loqui interdicimus. Priori verò & Cellerario, de hiis quæ prodeſſe poterunt, loqui non prohibemus. Quod ſi aliquis rumigerulus, quod abſit, inter fratres fuerit, de hiis quæ audierit vel viderit, per xv. *dies in ultimo gradu pœnitebit, bis in ebdomada in pane & aquâ, & vapulabit tercio in Capitulo. Et cum hoſtis antiquus dampna ſibi in Capitulo illata in auditorio proponat reſtitut, rarum ingreſſum ſet neceſſarium noſtris concedimus in Auditorium; videlicet pro veniis ſumendis, cum ratio permiſerit. Et ſi qua loquenda ſunt quæ ſignis indicari nequeunt, vel ſi quid fortè emerſerit, quod conſilio tractari opus ſit. Si qui aliquo opus habuerint, quærant ſigno ad hoſtium; & tunc, ſi conceſſum fuerit ingrediantur, ubi non loquantur plures quàm duo ſimul cum Priore, tempore lectionis, niſi fortè Prior vel Subprior eo abſente, pro aliquâ neceſſitate vel ſolatio, plures ibi convocandos judicaverit. Completo pro quo ingreſſi ſunt, cito exeant, niſi detineantur. Cum ſummis etiam ſcrutatoribus vel aliis maturis, vel ſi quis nobilis fortè ſupervenerit ſecularis vel Religioſus, noſtræ vel non noſtræ profeſſionis domeſticus, ut loquatur ſuſtinemus. Furtiva colloquia duorum ſine regulari teſte, & ea frequentare curantes, in omni conventu bonorum viles habeantur, & à conſortio fidelium projiciantur. Qui infringit ſilentium manifeſtè jejunet in pane & aquâ, vel vapulet in Capitulo. Qui autem fuerit incorrigibilis, interdicatur ei acceſſus ad Corpus Chriſti. Quod ſi quis vicioſus deprehenſus fuerit, de infractione ſilentii, poſt trinam correptionem, ei in Capitulo factam, ſi ſe non correxerit, jejunet omni* vi. *feriâ, in pane & aquâ, uſque ad adventum Magiſtri, & tunc ei manifeſtetur, ut culpa dignè puniatur.*

De Calefactorio, & collatione, & ſilentio poſt Completorium. 30.

Calefactorium nullus ingrediatur, niſi præcipiente vel permittente Priore, vel ejus ſolatio, cum ipſe defuerit; excepto præcentore ad planandam tabulam, quam non ſcribat tempore laboris; & ad calefaciendum in cauſtum, & Scriptoribus ad ſiccandum percamenum; & ſacriſta vel quolibet alio pro accedendo lumine in Eccleſiâ, vel prunis in thuribulo, vel patellâ imponendis; & exceptis illis qui minuendi ſunt. Pulſante ſigno ad Collationem omnes Canonici, qui infra curtem Abbaciæ ſunt, in clauſtro conveniant, niſi fortè aliqui

aliqui de itinere venientes tunc temporis reficiant. Quibus congregantibus, Præcentor præparet librum collationi. Finitâ verò lectione collationis, quam legere debet menſæ lector ebdomadæ præcedentis, vel cui ipſe ſignaverit, non mutet locum ſuum qui legerit, quouſq; Prior dicat; Adjutorium noſtrum. *Si aliqui Canonici, ullâ occupatione impediente benedictionem ſua incuriâ perdiderint, eodem modo ſatisfaciant, quo & Cellerarius, ſi omnino collationi defuerit; videlicet inchoante ymno Completorii ad gradum ibunt: eodem modo ſe habentes quo illi de choro ſe habent, quouſq; hora terminetur, & oratio quæ ſequitur, niſi hora de Sancta* Maria *ad ſtalla reos vocet. Collationi enim & Capitulo omnes omni tempore intereſſe debent, exceptis infirmis in Infirmitorio jacentibus. Qui autem aliquâ occaſione defuerit, in ſequenti Capitulo ſatisfaciat. Dicto Completorio nullus ante* Primam *loquatur, niſi pro imminenti periculo mortis, vel incendii, vel furti, vel alicujus ſimilis periculi.*

31. De Dormitorio.

D*Ormitorium ingrediantur Canonici, quociens opus habuerint. In quod intrantes ponant caputia ſua in capitibus ſuis. Intrantes autem domum neceſſariam, quantum poſſunt, abſcondant vultus ſuos in caputiis ſuis. Si quando verò ſederint in ſcapularibus, nichilominus quantum poterint ſe ab anteriori parte cooperiant. In Dormitorio non ſedeant, exceptis intervallis, in tempore yemali ut ſupradictum eſt; & quando ſe calciant & diſcalciant; vel quando mutant tunicas; & tunc in lectis ſuis vel in ſubpetaneis exuentes, & induentes ſe honeſtè & cautè faciant, ne nudi appareant. Quod non extra Dormitorium, ſet ad lectum ſuum facere ſolent; & qui extra jacent ſimiliter ad lectos ſuos. Hoc etiam provideant, ut ad minus, quàm poterunt, ſine ſcapulari ſint; Nam ſine illo cingere ſe cuiquam non licet. Nullus in lecto aſcendat rectus, ſet de ſpondâ divertat pedes ſuos in lectum ſuum. Nec jaceant ſuper cotos, præter minutos & infirmos, qui extra chorum ſunt, quos poſſunt omnes in æſtate in perticis ponere, ſi voluerint. Nullus ibi excutiat indumenta, vel faciat ſigna, niſi fortè cum Priore; ſeu quando quis vocat alium ex parte Prioris.*

32. De ſcrutinio lectorum, & pulvinaribus, & perticis, & ſeris circa clauſtrum habendis.

L*Ecti ſingulorum à fidelibus, quos Prior ad hoc aſſignaverit, ſcrutentur; & ſi quid occultatum fuerit repertum, patrator tanti criminis pœnam furti facientis, in verbere & jejunio exſolvat, Nam res ſingulorum & quibuſcumq; veſtimur vel induimur, in manifeſto & in loco munito poni debent, & non occultari. Cum ergo abluuntur pulvinaria, diſtribuantur communiter à Canonico, ad cujus officium, ex præcepto Prioris, hoc pertinere dinoſcitur; nullius conſideratâ perſonâ, exceptis manifeſtâ infirmitate opreſſis, & ſanie vel ſanguine fluentibus. Omnes qui pulvinaria ſibi credita perdiderint, vel aſportaverint, vel negligenter & inordinatè tractaverint, furti judicio puniantur, vel verbere & jejunio caſtigentur, & per annum careant. Si vero novicii pulvinaria non ſecum portaverint, vel ſibi à ſuis data non fuerint, ex gratiâ ſubveniatur non habenti. Hoc idem inter fratres & ſorores diligenter ſervetur. Non fiant perticæ vel aliquid aliud circa lectos Canonicorum, vel fratrum, vel Monialium, vel ſororum in Dormitorio, quò minùs pateat viſus intuentium per omnes lectos Dormitorii. Firmiter obſerentur hoſtia Dormitorij, & omnia hoſtia ambitus clauſtri nocturnis temporibus ab aliquo cui Prior injunxerit, & ponantur claves omnium exituum, quaq; nocte, in cuſtodia Prioris vel ſubprioris, Priore abſente.*

33. De Infirmantibus & Infirmitorio: Et cibo infirmorum in Itinere.

Q*Uociens aliquis exierit de Choro, pro infirmitate, in ſequenti Capitulo veniam petat inde, etiam ſi juſſus fuerit remanere: & dicat cauſam exitus ſui. Ad horas diei, privatis diebus, ſicut cæteri proſternantur in Chorum redeat ad quamlibet horam noctis, vel diei, quâ voluerit, ſive etiam ad Miſſam. Cætera verò per omnia, ſicut minutus, dum extra Chorum eſt, agat, excepto quod mixtum non ſumat, & in Capitulo ſponte veniam petat. Quod ſi aliquis talem ac tam apertam infirmitatem habuerit, ut videri vel intelligi evidenter poſſit, quod nec Conventum tenere, nec in Infirmitorio proficere valeat, ejus infirmitas in*

Capitulo manifeſtetur; & exhinc ſit in Eccleſiâ ubi & quomodo Prior viderit, cantet, legat, & operetur, prout infirmitas ejus permiſerit. Cæterum, qui certam non habet infirmitatem, ſi poſt unum aut duos dies non convaluerit, ingrediatur Infirmitorium.

Infirmarius infirmorum miniſterio diligenter intendat, neceſſitates eorum procuratoribus domorum efficaciter oſtendat; qui ipſis, prout facultas domus permiſerit, neceſſaria caritate fraternâ devotè procurent, aliis providentes ut ſibi provideri affectant. Priori namq; & Subpriori, Cellerario & ſubcellerario ſpetialiter incumbit Infirmos viſitare, & conſolari ex parte virorum, illud Evangelicum attendentibus Infirmus fui & viſitaſtis me. *Infirmarius converſum aliquem vel famulum ſecularem in ſolacium habeat, ſi neceſſe fuerit, vel gravitas infirmitatis aliquorum hoc exegerit. Corporis Chriſti & ſanguinis communio nulli noſtrorum, viro vel mulieri, pro gravitate morbi alicujus, veluti lepræ, vel epilenſis denegetur. Verumptamen vomitus frequens caveatur; & epilentici, die quo morbo ſuo laboraverint, à communione abſtineant. Et his infirmitatibus laborantibus provideatur calamus argenteus, & calix ſtagneus ad communicandum. Idem inter Moniales & ſorores teneatur. Suſtinemus etiam, ut agentes longius itinera à domibus noſtris infirmitatis neceſſitate cogente, reficiant, eodem modo ſicut facerent in propriis Infirmitoriis noſtris, ſi infirmarentur. Quod ſi fiat, Magiſtro notificetur, & aliter fieri ſub anathemate prohibemus.*

De minuendis & quomodo ſe debent habere in minutione. 34.

C*Anonici & Sanctimoniales in tempore miſſionis, & in adventu & in* Quadrageſima *& per tres primos dies* Natalis *Domini,* Paſchæ *&* Pentecoſtes, *& quando ſecunda vel tercia die præcipuum jejunium evenerit, minui non debent. Similiter qui extra Chorum pro infirmitate eſt, donec Chorum intraverit. Ebdomadarius verò Miſſæ aut lectionis menſæ non ſe minuant, niſi pro gravi infirmitate miſericordiam in Capitulo petentibus confeſſum fuerit. Reverſus verò de viâ, eodem die, non ſe minuat, niſi conſilio Prioris. Et ſi fieri convenienter poteſt, his minuatur menſibus,* Februario, Aprili, Septembri. *Quarta verò minutio circa feſtivitatem Sancti* Johannis Baptiſtæ *fiat. Cum autem pars Conventus minui debuerit, dicat Prior in Capitulo, illi qui ſedent ad illam, & ad illam menſam minuantur. Caveatur ne ſecundâ vel tertia ſeu etiam quartâ die duodecim lectionum veniat dies. Erit tamen in Prioris arbitrio propter hoc non dimittere, quin illi de quibus judicaverit minuantur. Obſervet tamen ut hii minuantur ſine quibus poſſint vigiliæ competenter celebrari. Si tempus fuerit prandii, inter* Tertiam *&* Sextam; *ſcilicet poſt Evangelium vel ante, ſi neceſſe fuerit. Si dies jejunii, inter* Sextam *&* Nonam. *In utroq; enim tempore poſt* Nonam, *ſi neceſſitas exigerit, accenſo igne in Calefactorio, ab eo cui Prior juſſerit, præparent ſe ad minuendum. Interim veniat minutor, juſſu Prioris. Qui minuti fuerint pergant in Refectorium, ſi voluerint, & ſpacium habuerint.*

Ex hinc omni tempore lectionis vel laboris poteſt minutus, aut jacere in lecto ſuo, aut ſedere in Capitulo, & in Clauſtro, donec ingrediatur Chorum. Similiter dum extra Chorum fuerit, non legat vel cantet; Clauſtrum non ingrediatur, nec aliud quid faciat aliquis de obedientiâ ſuâ, niſi Prior aut ſacriſta vel Cellerarius, vel Magiſter Noviciorum. Si obedientiam habuerit, ſolatium ejus, vices ejus ſuppleat. Quod ſi cantare aut in Eccleſiâ, aut extra Eccleſiam legere, vel mandatum pauperum, vel aliud quid facere debet, ſignificet de eo alicui, & ille faciat quamdiu extra Chorum fuerit. Ebdomodarium tamen Invitatorii de officio ſuo, nullum ſignum facere oportebit; neq; ebdomodarium Miſſæ de ſuo, niſi de Miſſâ tantum. De cætero minuti, quamdiu extra Chorum fuerint, & quando lectioni vacant, die tertio, tempore laboris non ſignificent, niſi de confeſſione, de Miſſâ aſcultandâ, vel etiam de bibere. Ad horas ingrediatur minutus Capitulum; ſtatim aſſidens cum venerit in primo ingreſſu; & poſt orationem ſignificet ſe ſedens. Deinde non proſternat ſe, nec inclinet ad Gloriam, *nec ſtet niſi ad* Magnificat *& ad* Te Deum *& ad* Evangelium *& ad* Benedictus. *Ad privatas tamen miſſas, ſi neceſſe fuerit, poteſt rogatus adjuvare, & ad hoc in aliam partem per ante chorum tranſire.*

Ad miſſas autem communes, quando Conventus deerit, poteſt adjuvare. Poſt horam verò ante alios egrediatur. In Refectorio verò, ſicut cæteri ſe habeant; de cibo ſuo nichil diſtribuat. Nam in yeme prima die dabitur ei dimidia libra albi panis præter communem, *cum unâ pitanciâ, In ſecundâ & terciâ die ad mixtum poſt terciam dabitur ei, cum unâ pitanciâ integra libra albi panis, cum pane communi. Ad ſecundam verò refectionem dabuntur ei pulmenta communia. In quartâ autem die, tam yeme, quam æſtate, una cum pulmentis detur ei pitancia. In æſtate verò per tres dies dabuntur ei ad prandium pulmenta communia, & libra albi panis, præter communem panem cum una pitanciâ. Ad cœnam verò, per tres dies qualiſcumq; dabitur ei pitancia. Cui panem inſcidere & alia miniſtrare ſervitor, vel qui juxta eum ſedet, poteſt, ſi neceſſe fuerit, & hoc tantùm die primâ. Ad horas diei divertat in Capitulum. Si æſtas fuerit; poſt* Nonam *præcedat euntes in Refectorium ad bibere; & intrante Priore, ſtet donec ille reſideat. Poſt collationem intrante Conventu in Chorum, in loco ſolito divertens ſedeat, & ſignans ſe poſt orationem, egrediatur, ſi voluerit, in Capitulum vel alium locum ad hoc aſſignatum cantare* Completorium. *Quo cantato, & oratione finitâ ſignans ſe & aſpergens aquâ benedicta, revertatur ad lectum, vel ad oratorium, ſi voluerit. Ante alios tamen ingrediatur Dormitorium.*

Pulſato ſigno ad vigilias, ingrediens in Infirmitorium, ſive in Capitulum, vel in ipſo Dormitorio cantet vigilias, prout ordinatum fuerit. In hiis vigiliis poſſunt breviores quàm in Conventu lectiones fieri, & ſub una benedictione tres lectiones legere. Qui prior ſacerdotum ordine converſionis ibi fuerit, totum officium, ſi complere poteſt, compleat; excepto quod ad miniſterium Prioris attinet, ſi affuerit. Lectiones tamen alii, ſi affuerit, qui legere poſſit injungat. Totum etiam officium, ſi complere non poterit, compleat cui ipſe innuerit. Abſentibus ſacerdotibus, aliorum graduum Clerici idem inter ſe obſervent. Et ſciendum quod officium defunctorum vel aliud quid cantari hic non permittitur, niſi ſint præcipua defunctorum officia. Si verò ſolus ſivè in Infirmitorio, ſive in Capitulo fuerit, ſi fieri, poteſt ſolatium, quod eum adjuvare ad officium complendum poſſit, provideatur. Quo completo, eat dormitum; nam cæteras horas diei non extra cantare, ſet intus ex integro aſcultare debent. Ad Primam *minuti revertantur in Eccleſiam. Diebus verò feſtis, dum ſignum Capituli pulſatur ingrediantur Capitulum ſicut & cæteri, aliis verò diebus ſimiliter, ubi non petant veniam nec clamentur. Si dies jejunii fuerit, ſecundo & tercio die accipiant poſt terciam mixtum in Refectorio. Terciâ die ingrediuntur in Chorum omnibus diebus ad* Primam, *tam in æſtate quam in yeme. Tertiâ nocte interſint vigiliis, ſive feria, ſive feſtum fuerit. Quarto die, ſicut cæteri ad laborem ſe præparent. Quibus tamen Prior, pro minutione ſuâ, aliquem minorem laborem debet injungere, vel laborem omnino remittere. Idem prout decet & fieri poterit, firmiter inter fratres, moniales, & ſorores teneatur.*

35. De minutione, & loco, & tempore minutionis

Nullus Canonicus vel Converſus minuat, niſi ad Abbacias noſtri Ordinis; nec ad grangias, niſi gravis neceſſitas incubuerit. Omnes etiam noſtri Ordinis, qui voluerint, minuantur. Canonici laici & fratres omnes, præter officiales, die ſancti Stephani, *& in craſtino* Paſchæ *minuant. Moniales verò laicæ, quæ in Eccleſiâ officium non complent, & ſorores omnes, præter officiales, die Sancti* Johannis *Evangeliſtæ minuant; & feria tercia poſt diem* Paſchæ, *& aliis temporibus, nunquam niſi feſtus dies, in quo non laboratur, intervenerit, in minutione earum; nec fratres niſi pro infirmitate. Canonici & Moniales quater in anno minuantur, ſi volunt fratres & ſorores ter, nec pluries niſi ex miſericordiâ, & gratiâ, vel infirmitate: Infirmi enim ſub hac lege non tenentur. Quot Præpoſita voluerit ſimul minuantur; ſive ſorores, ſive moniales. Hoc idem teneatur à Prioribus inter Canonicos, & Grangiariis inter fratres; Nec quis proprio arbitrio minuatur. Quæ minuit, & quæ minuitur, in ſcapulari ſint; & poſtea ſumant cucullas monachæ; mares & ſorores pallium. Minuti caveant ne mutuò inordinatè ſignificent, vel loquantur. Minutis enim, quandocumq; minuti fuerint, colloquia interdicimus, niſi de licenciâ Prioris, vel Subprioris, vel vices eorum agentis. Qui minuti fuerint, omnes ſtabunt ad* Deus in adjutorium, *& ad Evangelium, niſi minima debilitas ſit impedimento. Quæ verò horam dixerit ad* Collectam *ſtabit. Minuti vel minutæ, in loco eis ſtatuto perſolvant debitam orationem. Qui verò vel quæ minuit, cuſtodiat ligamenta brachiorum. In æſtate ſi minuti vel minutæ mixtum ſumere neceſſe habuerint, de pane regulari detur eis & cerviſiâ. Minutis per miſericordiam ab exaltatione* Sanctæ Crucis *uſq; ad* Paſcha, *cœnam interdicimus, volentes ut mane mixtum ſumant, & poſtea cum Conventu reficiant, vel cum ſer-*

vitoribus, niſi compellente alicujus manifeſtâ inbecillitate, Prior aliter fieri diſcernat. Fratres laici & ſorores converſæ, ſuo modo & ſuis temporibus minuantur; & in Abbaciâ ſemper & non extra. Officiales ſorores, ſi minutæ fuerint, poſt tertiam diem minucionis ad officium ſuum redeant, & fratres ſimiliter. Minuti verò vel minutæ, omnes die terciâ poſſunt clamare, vel clamari in Capitulo. Ubi minutæ Completorium *dixerint, ibi orationem faciant poſt* Completorium, *& ad* Matutinas *niſi Altare privatum habuerint. Et propter juvenculas, tres ad minus interſint horis dicendis. Quæ verò minuta fuerit, in Infirmitorio horas dicat, cum opus fuerit, & ipſa poterit.*

De proceſſione contra Dominum Papam, Regem, Legatum, Archiepiſcopum, Epiſcopum, Et proprium Magiſtrum. 36.

AD ſuſcipiendum Epiſcopum, Convocentur omnes in chorum Campanâ. Tunc ſumat aliquis aquam benedictam nutu Cantoris; quo præcedente, ſequatur Prior; deinde Conventus & Novicii bini & bini, ſacerdotibus præeuntibus, eo ordine quo in choro ſtant. Cunctiſq; egreſſis & ſtantibus ordinatim ante fores Monaſterii; portarius vel alius quiſlibet ad hoc ydoneus, à Priore juſſus interim obviam eis adducat Epiſcopum. Quo appropinquante, flectant omnes genua ante eum. Quibus erectis, porrigat Prior Epiſcopo ſperſorium oſculans ei manum; Deinde textum ad oſculandum. Quo thurificato, incipiat Cantor vel alius Reſponſorium, Honor virtus, *vel* Summæ Trinitati, *vel* Sint lumbi, *vel* Cives Apoſtolorum. *Et incipiente Cantore Reſponſorium revertatur Conventus ad Eccleſiam, quam introeant primùm Novicii; deinde cæteri, laicis Canonicis præeuntibus, ita ut Prior eat poſterior manutenens Epiſcopum. Cum autem venerint in Chorum Epiſcopo incumbente orationi, Prior ſtans juxta eum, cæteris poſt eum ſicut ad Miſſam Ordinatis; Percantato verò reſponſorio dicat Prior verſum,* Salvum fac ſervum tuum domine. Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus, miſerere huic famulo tuo *N.* Epiſcopo noſtro, & dirige eum &c. *Poſtea Prior erigens Epiſcopum, & datâ benedictione oſculetur eum: Poſt quem omnes alii, ſi oſculum eis obtulerit. Deinde ducatur in Capitulum, ſermonem facturus ſi voluerit, vel ad ſuum hoſpitium, ſi Capitulum intrare noluerit. Sciendum autem, quod ad nullum recipiendum vadit Conventus, niſi ad proprium Epiſcopum & Archiepiſcopum, & ſedis Apoſtolicæ Legatos, & Regem & dominum Papam & magiſtrum de novo creatum. Nulli horum omnium niſi domino Papæ, pluſquam ſemel hæc fit proceſſio niſi proprio Epiſcopo, à tranſmarinis reverſo.*

De Scriptis, ut generaliter ſerventur ab omnibus Canonicis, fratribus, monialibus, & ſororibus. 37.

QUæcunq; ſcripta ſunt fratribus vel Canonicis quæ vitæ & religioni Sanctimonialium vel ſororum prodeſſe cognoſcuntur, fideliter ab eis ſerventur, & è converſo.

[illegible] tres [illegible] & proceres [illegible] Officiales [illegible]

De processione contra [illegible]

A[illegible] Episcopus, [illegible]

De [illegible]

[illegible]

Incipiunt Scripta de fratribus.

De inſtitutione & ordinatione fratrum; & eorum veſtibus. 1.

Eo tempore quo inchoata eſt Monacharum de **Sempingham** *religio, venerunt Monachi de ordine* Ciſterciæ *in equitatu & apparatu humillimo, & abjecto cultu, contenti victu paupere. Cum quibus venerunt laici ad laborem promptiſſimi, in veſtitu paupere, contenti victu pauperum; olera & legumina computabant divitias, & aquæ potus erat ſatis placidus, Grangiis morantibus; & nichil amplius ex Ordine. Quod audientes plurimi de communi laborioſorum genere nobis ſervientes in victu paupere, obtabant Deo vivere apud nos in eorum Ordine. Nos verò eorum deſideriis diſponentes ſatisfacere, ad ſalutem animæ conceſſimus, & indè eſt quod ſcripſimus. Fratres noſtri laici in modo victus & veſtitus ſequantur formam fratrum Ordinis* Cyſterciæ, *qui morantur in Grangiis, niſi aliqua nova primò rigori Ordinis eorum obviantia ſuccreverint. Si verò contemptâ profeſſione & voto quod ſponte voverunt, declinaverint ad ea quæ voto & profeſſioni eorum ſunt contraria, à communione Corporis & ſanguinis Chriſti priventur, quouſq; pœnitentes de tantâ tranſgreſſione ſatisfacere curaverint. Præter hæc laicis fratribus noſtris hujuſmodi gratiam ſuperaddere curavimus. Fratribus noſtris cujuſquam ætatis, magnâ & manifeſtâ infirmitate laborantibus, concedimus pro unâ tunicâ pelliceam unam de pellibus arietinis. Pellicea verò illa non fiat ad formam aliarum pellicearum, ſet aperta erit in anteriori parte, & corrigiis conſtringetur circa mediam partem ventris, ſicut ſolet fieri in veſte lactentis pueri, quæ veſtis Anglicè ſolet vocari* **Flage**. *Et firmiter prohibemus, ne plures, quàm quatuor pelles in illâ pelliceâ ponantur, ſi ex tot aliquo modo convenienter fieri poſſit. Singuli verò fratres noſtri Ordinis tres tunicas albas habeant; & pallium de griſo panno, uſq; ad medias tybias pertingens foratum de groſſibus pellibus & ſimplicibus, & capam de griſo panno non omnino ad calcem pedis pertingentem; & Caputium, ſcapulas, & pectus tantummodo cooperiens. Bubulcis, tamen & quadrigariis, & paſtoribus ampliorem menſuram providere poterit Prior. Nec curetur vel cauſetur de cujuſmodi colore, dummodo veræ religioni conveniant, capæ vel caputia fratrum fiant. Habeant etiam duo paria caligarum & pedules. Solis verò fabris conceditur habere camiſias, ſcilicet rochet; nec tamen niſi nigras & rotundas. Quicquid ſuperiùs dictum eſt in ſcriptis de veſtibus Canonicorum, quod inter fratres poſſit obſervari, firmiter inter eos teneatur.*

De ſotularibus fratrum. 2.

De optimâ parte corii fiant ſotulares fratrum fortes; quos habeant per annum integrum, ſi fieri poteſt. Quod ſi fortè ſciſſi & vetuſtate conſumpti induruerint, licet ſutori ſolas novas imponendo renovare; ſicut melius viderit expedire. Quod ſi reparari non poterint, conſilio Prioris aliquo modo ſubveniatur non habenti. Sutor & cæteri fratres diligenter ſtudeant explorare, ſi quis negligenter ſotulares vel veſtes ſuas tractaverit; & negligentem graviter arguant; & pœnâ multetur, ſi clamatus non emendaverit.

De ablutione pannorum fratrum. 3.

Si deſunt fullones, abluant fratres pannos ſuos, cum juſtum fuerit; vel janitor ab aliquo pauperum faciat ablui. Panni lavandi non niſi pede laventur. Quicquid ſuperiùs ſtatutum eſt, in Scriptis de veſtibus Canonicorum, eodem modo per omnia inter fratres teneatur.

4. De ſuſceptione fratrum, & eorum Capitulo, & profeſſione, & libris ab eis non habendis, & Noviciis quoquam non mittendis.

FRatres ad converſionem venientes, à Magiſtro in Capitulo Monialium recipiantur, ante ſecularis habitus ſuſceptionem; ſet non minùs quam viginti quatuor annos ætatis habentes admittantur; nec priùs Conventui fratrum jungantur, quàm recipiantur in Capitulo Monialium, quod hac de cauſâ qualibet die poteſt congregari, ubi demonſtretur eis quid facere, quid omittere, quomodo vivere debeant, ſicut in ſuſceptione Canonicorum ſcriptum eſt: Fratres de conſenſu & voluntate Prioris & Conventu Canonicorum ſuſcipiantur; ſuſcepti ſtatim laboribus certis aſſignentur; carucis videlicet, & hujuſmodi laborioſis. Deputetur autem Noviciis Magiſter, qui ydoneus ſit ad mores inſtruendos, & docendum ordinem. Omnibus feſtivis diebus & dominicis, pulſante ſacriſtâ campanam ad Capitulum, conveniant fratres in Capitulum Canonicorum, & lectionibus aſſuetis interſint, & Sermoni quem Prior vel alius, qui Capitulum tenuerit; vel cui ipſe ſignaverit ad ædificionem animarum illis faciet, Quo finito & ſubjuncto ab omnibus Amen, *dicat is qui Capitulum tenet,* loquamur de ordine noſtro. *Ad quod verbum diſcedant Novicii. Quo dicto, ſi recipiendus eſt aliquis Novicius, quod non ſit, niſi in præſentiâ ſummi Prioris; & poſt annum inter fratres noſtros completum, dicat frater cui hoc pertinet;* Recipiendus eſt Novicius. *Tunc ſummus Prior diligenter inquirat de ejus vitâ & de moralitate: Et ſic ſi fuerit recipiendus juſſu ſummi Prioris adducat eum frater aliquis. Cui petitâ veniâ, aſtanti ante eum, exponat breviter aſperitatem & rigorem Ordinis. Deinde oret pro perſeverancià ejus; & dicto ab omnibus* Amen, *diſcedat Novicius in Capitulum Monialium, profeſſionem facturus. Ipſo amoto, cæteri fratres petant venias, clament, diſciplinas ſumant, ſi quæ ſumendæ fuerint: In omnibus quantum decet laicos, eundem modum & eandem formam obſervantes, quam ſuperiùs Canonicis in Capitulo exiſtentibus ſcripto commendavimus. Quibus pertractatis, ſubjungat is, qui Capitulum tenet, Indulgentiam & remiſſionem, &c. Et ſic recedentes, quieti & orationi vacent; exceptis his quibus officium aliquod à Priore injunctum, neceſſitate cogente, quietem negaverit.*

Finito deniq; Capitulo, ad juſſum Magiſtri veniat Novicius in Capitulum Monialium, coram illo, ubi faciat profeſſionem hoc modo. In primis proſtratus petat miſericordiam Dei, & Sanctæ Mariæ *& Magiſtri & tocius Congregationis, faciendi profeſſionem, & perſeverandi in Ordine uſq; ad finem vitæ ſuæ, ubi doceatur ut in prima ſuſceptione; deinde inprecetur ei gratiam Dei & perſeverantiam in bono. Et ſic reſponſo ab omnibus* Amen. *flexis genibus coram Magiſtro, ponat manus ſuas junctas inter manus Magiſtri in libro, & ore proprio renunciet diabolo & omnibus operibus & pompis ejus, ſeculo & actibus ejus, propriæ voluntati & omnimodæ proprietati; & promittat humilitatem & caſtitatem, obedientiam, fidelitatem & perſeverantiam & ordinem fratrum ſe ſervaturum, pro poſſe, uſq; ad finem vitæ ſuæ, ſecundùm ſtatuta beati* Gileberti *& ſucceſſorum ejus. Deinde orari faciat Magiſter pro ejus perſeverentiâ, dicens.* Det tibi Deus meritis & precibus beatæ *Mariæ* & beati *Gileberti* & omnium Sanctorum perſeverantiam in bono. *Et reſponſo ab omnibus* Amen, *promittat ei obedientiam in bono. Dehinc, ſecundùm morem Ordinis, votum de ſe faciat ſuper Altare. Iſte modus ſemper ſervetur in ſuſceptione omnium Canonicorum, monialium, fratrum & ſororum. Exhinc in ordine noſtro non fiet frater Canonicus. Quod ſi ſuadente diabolo, de ordine exiens monachi vel Canonici, regularis habitum à quolibet acceperit, depoſito habitu in Converſum accipiatur, niſi fortè Ordines acceperit, Quos ſi acceperit, deinceps non recipiatur. Nullus enim Converſorum noſtrorum habeat librum; nec diſcat aliquid, niſi tantùm* Pater noſter & Credo in Deum, & miſerere mei Deus; *& cætera quæ debere dici ab eis ſtatutum eſt, & hoc non literâ ſet corde tenus. Novicius nunquam ad aliquid vendendum vel emendum ſolus mittatur, nec fiat grangiarius vel alicujus negocii Præpoſitus. In hoſpicio tamen Hoſpitali fratri ſolatium eſſe poterit per Priorem, ſi neceſſitas expoſcit.*

De

De vigiliis, & horis fratru[illegible] diei & noctis. 5.

T*Am ad vigilias, quàm ad horas diei, faciant orationes ſuas ſicut mos eſt, Poſt erectionem autem & ſignaculum, ſi duo aut plures fuerint, dicat Prior illorum,* Deus in adjutorium meum intende. *Et reſpondentibus omnibus,* Domine ad adjuvandum me feſtina; *ad vigilias ſubjungat Prior illorum,* Domine, labia mea aperies, *Cæteris eundem verſum reſpondentibus, quod uſq; terciò dicat. Deinde dicant ſub ſilentio,* Pater noſter *erecti. Quo dicto, dicat Prior illorum, audientibus omnibus,* Gloria patri & filio & ſpiritui Sancto. *Qui cum dixerit, tam ipſe quam cæteri curventur. Eoq; dicto, erigantur omnes dicentes;* ſicut erat *totum, & hoc uſq; vigies faciant. Poſt viceſimum autem* Sicut erat, *ſubjungant omnes, Priore eorum incipiente* Kyrieliſon *ſemel,* Chriſtieliſon, *ſemel,* Kyrieliſon *ſemel. Tunc Prior eorum dicat in audientiâ totum* Pater noſter; *tam ad vigilias, quàm ad omnes horas adjungens,* per Dominum noſtrum Jheſum Chriſtum, &c. *cæterique reſpondeant* Amen. *Deinde adjungat* Benedicamus Deo, *aliiſq; reſpondentibus,* Deo gratias. *Ad horas diei poſt* Deus in adjutorium, *incurvis omnibus, dicat Prior eorum,* Gloria patri & filio & ſpiritui Sancto. *Cæteriſq; reſpondentibús,* ſicut erat, *&c. fiant, ſicut ſupra diximus, excepto quod in* Laudibus *& ad* Veſperas, *decies dicent* Pater noſter, *cum* Gloria patri. *Ad cæteras verò horas, quinquies. Hic ordo pſallendi omni tempore teneatur, niſi quod in feſtivitatibus* xii. *lectionum dupplicabuntur ad nocturnos tantùm* Pater noſter, *cum* Gloira patri, *ut ſint* xl.

Quando ſoli, vel in Eccleſia fuerint, hoc totum ſinguli dicent ſub ſilentio. Notandum etiam, quia cum interſint horis Monacharum, ad eas glorias tantùm inclinent, ad quas & Monachæ. Ab idibus Septembris *uſq; ad cœnam Domini, privatis diebus & feſtis, quibus laborant, pulſetur campana ſpecialiter ad excitandum fratres: Quâ pulſatâ ſurgant, nec ante, niſi permittente Priore vel neceſſitate cogente. Factis orationibus* Vigiliarum *&* Laudum *& etiam* Primæ, *ſi tempus permiſerit, exeant ad labores ſibi injunctos, ſilentium ſervaturi uſq; ad ſignum* Primæ, *niſi pro inevitabilibus cauſis vel manifeſtis dampnis. Alias horas diei ſolvant ubicumq; laboraverint, tam yeme, quam æſtate. A* Paſcha, *uſq; ad idus* Septembris *privatis diebus, & feſtis quibus laborant, dormiant uſq; ad* Laudes; *quia meridianas non habent ex inſtitutione, ſet ex gratiâ, videlicet qui in Abbacia ſunt, â* Paſcha *uſq; ad tempus fœni. Qui verò in grangiis à feſto* Sanctæ Crucis, *uſq; ad eundem terminum. Omnibus feſtivis diebus quibus non laborant tam yeme quàm æſtate, ſurgant ad* Vigilias *quando & Monachæ. Idem firmiter inter ſorores obſervetur. Ab idibus autem* Septembris *uſq; ad* Paſcha, *Converſi, de Abbacia eant ſicut reliquo tempore tantùm dominicis diebus & feſtis, quibus non laborant, ad utrumq;* Completorium. *Privatis autem diebus & feſtis, quibus laboramus, operibus ſuis intendant, quamdiu lumine diei operari poſſint. Et tunc aliquis frater converſus, cui injunctum fuerit, ad finienda opera eorum tabulam pulſet; quâ pulſatâ, ab operibus eorum ſe disjungant, &* Completorium *cantent. Et fratres qui in grangiis fuerint, à kalendis* Novembris *uſq; ad* Cathedram Sancti Petri *vigilent circa quartam partem noctis; & à* Cathedra *uſq; ad* Paſcha, *& ab idibus* Septembris *uſq; ad kalendas* Novembris, *ſic ſurgant, ut ante lucem perficiant orationes* Vigiliarum *&* Laudum. *Quibus tranſactis, laborent quod neceſſe fuerit. A* Paſcha *uſq; ad ſupradictas idus, incipiente luce ſurgant ad laborem. Et ſciendum eſt quod non eſt noſtræ conſuetudinis converſum proſtratum toto corpore jacere in oratione; ſet ſuper genua vel ſtando. Et ab octavis* Pentecoſtes *uſq; ad* Natale Domini, *& ab octavis* Theophaniæ *uſq; ad* Paſcha, *omni ſextâ feriâ accipiant diſciplinas; niſi aliqua fuerit feſtivitas qua non laborant. Quod ſi aliqua impediatur negligentia, die qua prius expedierit, reſtauretur.*

De feſtis feriandis, & non feriandis. 6.

I*N hiis ſollempnitatibus non laborant Converſi. In die* Nativitatis Domini, *& quatuor diebus ſequentibus. In circumciſione Domini. In* Epiphania Domini. *In* Purificatione *beatæ* Mariæ. *In die ſancti* Gileberti. Mathiæ *Apoſtoli. In* Paraſceve. *In die* Paſchæ, *& ſecundâ feriâ. In* Aſcenſione. *In die* Pentecoſtes *& ſecunda feria. In ſollempnitatibus ſanctæ* Mariæ, Philippi *&* Jacobi. *In* Nativitate *Sancti* Johannis

Baptiſtæ, *Apoſtolorum* Petri *&* Pauli. *Tranſlatione Sancti* Thomæ *martyris*; *Sanctæ* Mariæ Magdalenæ; Jacobi *Apoſtoli*. Advincula Sancti Petri. *Sancti* Laurentii. Bartholomei. Decollatio Sancti Johannis Baptiſte. Mathæi. *In* inventione *&* exaltatione Sanctæ Crucis. Michaelis, Tranſlatione Sancti Gilberti, Symonis *&* Judæ, Omnium Sanctorum. Martini *Epiſcopi*, Hugonis *Epiſcopi*, Andreæ *Apoſtoli*, Thomæ *Apoſtoli*. *In* dedicatione Eccleſiæ, *qui in monaſterio morantur. Et in hiis tamen ipſi, ſi quid neceſſarium fuerit, faciant quod fuerit imperatum. In quibus autem ſollempnitatibus converſi laborant, & Monachæ feriant; converſi qui in Abbaciâ ſunt priorem tantùm Miſſam audire poterunt; & ſic exire ad opera ſua. Dies feſti duodecim lectionum, in quibus fratres laici laborant hii ſunt. Sancti* Silveſtri. *Octovarum* Epiphaniæ; *feſtum Sanctorum* Fabiani *&* Sebaſtiani. Agnetis *virginis*. Vincentii. *Sanctæ* Agathæ. Cathedræ *Sancti* Petri; Gregorii *Papæ*. Ambroſii *Epiſcopi*. *Octavis* Aſcenſionis: Commemoratio *Sancti* Pauli: *Octavis Sancti* Johannis *& Apoſtolorum. Invencio Sancti* Stephani. *Octavis Sanctæ* Mariæ *&* Auguſtini *Epiſcopi*. Mauricii *cum ſociis ſuis*. Dionyſii *cum ſociis ſuis*. Cecicliæ *virginis*. Clementis *Papæ*, Nicholai *Papæ*. Luciæ *virginis. Cum inter ſæculares morantur fratres, feſtos dies, quos univerſaliter venerantur laici, propter ſcandalum venerentur in publico, & ipſi fratres noſtri, qui in Abbatiâ morantur omnibus feſtivis diebus, & cotidie per* Quadrageſimam, *& quociens præſentis defuncti corpus fuerit in Eccleſia, Miſſarum interſint celebrationibus, in capis. Set in feriis & feſtis quibus laborant in* Quadrageſima *& etiam in* cœna domini, *unam tantùm Miſſam audiant, niſi obedientia aliquibus credita aliud exigat, vel Prior aliter præcipiat; quia iſta præmiſſa non præcipiuntur, ſet permittuntur. In Eccleſiâ verò, & in itinere, & ubicumq; cum Canonicis fuerint, in inclinationibus & erectionibus & cæteris Ordinatis obſervantiis, habeant ſe ſicut Canonici ſe habent. Ad aquam verò benedictam, ſicut permiſerit poſitio uniuſcujuſq; Oratorii, ita accedant.*

4. De Communione fratrum, & Noviciorum; & pœnâ non venientium ad Communionem termino debito.

Fratres qui infra octo dies, poſt diem ſuæ Communionis non venerint, trinæ diſciplinæ in Capitulo ſubjaceant, niſi gravis infirmitas, aut excuſabilis neceſſitas eos impedierit. Valde remoti, à domibus propriis ad propinquiores domos noſtri Ordinis accedentes hoc ſacramentum percipiant & non ad alias. Similiter & cineres pro quorum negligentiâ ejuſdem temporis ſimiliter punientur. Dies Paſchæ *excipiatur, ſi volunt. Octies tantùm in anno communicabunt fratres laici, niſi Magiſtro crebriùs vel rariùs de certâ cauſâ accedere judicaverit. In* Nativitate Domini. *In* Purificatione. *In* Aſſumptione. *In* Nativitate *Sanctæ* Mariæ. *In* Cœna Domini. *In die Sancto* Paſchæ. *In die* Pentecoſtes. *In ſollempnitate* Omnium Sanctorum. *Novicii vero fratrum & ſororum ter in anno; ſcilicet Die* Natalis Domini, *die* Abſolutionis, *& die* Paſchæ; *& quociens pro infirmitate opus habuerint. Licet etiam Novicios converſos, prout Prior viderit expedire, dividere per Altaria ad communicandum. Qui verò ſupradictis feſtis, occupatione vel obedientiâ impediente communicare non poterit, die quâ competenter occurrere poterit communicabit. Communicent verò fratres, qui intra ambitum cœnobii fuerint, ad Miſſam matitunalem, niſi neceſſaria cauſâ ab eâ abeſſe cogantur; & tunc ad majorem Miſſam hoc faciant. Similiter & qui per negligentiam ſe abſentaverint ad majorem Miſſam communicent, ita tamen ut pro negligentiâ uſq; ad* Nonam *jejunent vel cencies* Miſere mei deus *dicant.*

5, De ſilentio fratrum generaliter ſervando, & Capitulo veſpertino, & colloquio prohibito, Et officinis non intrandis; Et de vehiculis carri.

In quibuſcumq; officinis teneant ſilentium fratres; nec aliquam officinam ingrediantur, ſine licenciâ. Inſuper in ſuo Dormitorio & Refectorio omnino ſilentium teneant, & præter hæc in omnibus aliis locis, niſi fortè juſſu Prioris de neceſſariis loquantur, vel etiam ipſius Cellerarii, ſi tamen hæc poteſtas Cellerario data fuerit. Sutores ubiq; ſilentium teneant, in invicem ad omnes, niſi Prior fortè eis aliquem locum extra operatorium determinaverit, ubi inter ſe tantùm loquantur de neceſſariis artis ſuæ breviter; Nec aliter quam ſtando.

Similiter faciant omnes artifices Monaſterii, Piſtores videlicet, Textores, Pelliſices, & cæteri. Solis tamen fabris intra officinam ſuam, poteſt locus determinari, ubi de neceſſariis modo prædicto loquantur; quia vix ſine detrimento operis ſui poſſunt in labore ſilentium tenere. Capitulum veſpertinum fratrum laicorum, qualibet ſeptimanâ, per annum, celebri feſto carente, teneatur feriâ quartâ poſt Veſperas in yeme, poſt cœnam in æſtate, à Priore vel à ſubpriore, vel ab alio vices eorum gerente, adjunctis ſibi duobus vel uno ad minus Canonico. Ad hoc Capitulum tenendum per aliquem fratrem à Priore domus ad hoc aſſignatum, prænominantur. Qui negligens aut oblivioſus in hoc repertus fuerit, in craſtino in pane & aqua jejunet, vel in proximo Capitulo ſequente vapulet. Tempus fœni colligendi & Auguſti excipitur. Poſt Capitulum veſpertinum laicorum fratrum omnino prohibemus fabulationes, vel ſigna fieri inter fratres, niſi pro inevitabili cauſâ, videlicet incendii, furti, vel hujuſmodi; ſet mox poſt Capitulum dicto Completorio, eant dormitum. Similiter faciant eâ die quâ Capitulum non tenetur.

Hoſpitales tamen fratres, & grangiarii, & bubulci, & ſtabularii ſub hac lege non tenentur, cum neceſſitas eas excuſaverit. Diebus verò quibus feriatur, ad Completorium Sanctimonialium, fratres laici intereſſe licentiam habebunt. Similiter qui in grangiis ſunt ſilentium teneant in Dormitorio, in Refectorio, in Calefactorio, intra metas ad hoc deputatas. Alibi poſſunt loqui cum grangiario ſuo de neceſſariis ſuis, & hoc ſtando, & duo tantùm ſimul. Et ſciendum quia ſine caputiis eis loqui non licet. Paſtores tamen & bubulci, cum junioribus ſuis; & juniores cum ipſis loqui poſſunt, in labore ſuo, de neceſſariis. Salutantem reſalutent, & viatorem, ſi viam interrogaverint, verbis breviter doceant. Quod ſi de alia re eum alloquatur, reſpondeat ſibi amplius non licere loqui. Hæc etiam cuilibet inquietanti ſe & inſtiganti, ad loquendum reſpondeant. Frater, qui in itinere eſt, teneat ſilentium in omnibus Eccleſiis, & in refectione ſuâ, & poſt Completorium, & habeat ſe in omnibus ſicut mos eſt. In viam directus non cogitur jejunare, niſi eo modo quo fratres jejunant in grangiis. Qui veniens ad Monaſterium vel ad grangiam noſtri Ordinis, teneat per omnia ordinem ſicut fratres illius loci. Poterit tamen loqui cum fratre ſtabulario, de neceſſariis; ut eſt de ferrandis equis, & quando tribuit eis præbendam & fœnum; & hoc ſtando.

Conceditur enim haberi ſtabularium & ipſum loqui cum fratribus noſtri Ordinis, ſicut cum cæteris hoſpitibus, ubi multitudo hoſpitum exigit. Quod ſi cum Canonico proficiſcitur, habeat ſe ſecundùm quod ei præceperit. In vi obedientiæ prohibemus, & ſub anathematis interminatione interdicimus, ne fratres conveniant ad colloquium, vel in domo vel extra, niſi per Priorem de neceſſariis, eo præſente, vel per eum Cellerario vel grangiario, ſeu procuratore. Quicumq; verò deprehenſus fuerit hanc inſtitutionem noſtram præterire, toto anno pœniteat, bis in ebdomadâ in pane & aquâ, & ultimum locum teneat in Eccleſiâ & in refectorio; Similiter internuncius alicujus ſcandali inter domos, qui deprehendi poterit. Caveat ipſe Prior, ne incidat in eandem culpæ pœnam, ſi fuerit negligens in obſervanciâ hujus juſticiæ & ordinis. Nullus fratrum præſumat, ſine licentiâ Prioris, vel grangiarii. vel Cellerarii, vel Procuratoris ingredi domos Sutorum, Fabrorum, vel Fullonum, vel hujuſmodi, exceptis prænominatis, & ſubcellerario & ſcrutatore, & qui ad hæc opera deſignantur.

Ingreſſi prædictas officinas, niſi permiſſione Prioris nichil loquantur, ſet ſigno, quæ neceſſaria ſibi fuerint, quærant. Quod ſi quis aliter fecerit, graviter clametur & puniatur verbere & jejunio. Si fratres alicubi ierint, unus diſcretus provideatur, qui reſpondeat alloquentibus. Nec aliquis loquatur cum aliquo, niſi qui aſſociatus ei fuerit, vel ad quadrigam vel hujuſmodi. Aſſociato ſibi loqui poterit, ſi neceſſitas laboris poſtulaverit. Si quis fratrum noſtrorum quoquam iturus vehiculum carri, vel quadrigæ refutaverit, ut honeſtiùs caballo inſideat, & equitet, pro culpâ inſolentiæ, per annum integrum equum vel equam non aſcendat, ſet quoquam iturus ambulet pedes.

De Refectorio, & refectione; & mixto fratrum, & de jejunio eorum in grangiis, & de reliquiis & pitantiâ eorum. 9.

REfectorium fratrum, & feneſtra eo modo conſtruatur, & cuſtodiatur, ſicut ſcriptum eſt in ſcripto de Refectorio Canonicorum. Convocatis itaq; aliquo ſigno fratribus ad refectionem, dicant omnes ſimul Benedicite, Kyrieliſon, Chriſteeliſon, Kyrieliſon. Pater noſter. *Deinde erectus grangiarius vel Prior illorum dicat* Et ne nos, *Aliiq; reſpondeant,* Set libera nos. *Tunc Prior illorum faciens ſignum manu dicat,* In nomine patris & filii, & Spiritus Sancti, *aliis reſpondentibus* Amen. *Sicq; reſideant ad menſas ſecundùm ordinem ſuum, comedant & bibant communiter eis appoſita, niſi alicui extraneo ſupervenienti vel gravi labori inſiſtenti, vel domeſtico à remotis revertenti, vel debili vel infirmanti, aliquando in aliquo ex miſericordiâ ſubveniatur. Et notandum quod non licet eis ſine capâ vel pallio, vel caputiis, nec in ſuis Refectoriis, nec alibi commedere. Si fortè aliquis verſum amiſerit in areâ Refectorii coram grangiario, proſtratus ſatisfaciat; & ad ſignum grangiarii ſurgat. Si verò ter verſum amiſerit, ablatâ ei potione cerviſiæ ultimus manducet. Et ſi aliquis potum vel pulmentum effuderit, prædicto modo coram ſede grangiarii ſatisfaciat. Si verò manum ſecuerit, in communi Capitulo veniam petat, & ſimiliter ſi alicubi infortunio quoquo modo ſe læſerit.*

Peractâ itaq; refectione ſurgens grangiarius, vel Prior illorum, incipiat miſerere mei Deus, *dicatque totum verſum, & omnes alii alium: Sicq; alternatim dicant alios verſus ſubjungentes* Gloria patri; ſicut erat, Kyrieliſon; Chriſteeliſon; Kyrieliſon; Pater noſter. *Deinde dicat Prior illorum,* Et ne nos, *alii reſpondeant,* Sed libera nos, *ſubjungente illo* Benedicamus Domino, *cæteri reſpondeant* Deo gratias. *Et ſignantes ſe diſcedant. Servitores verò in Refectorio finient verſum ſuum, &* Pater noſter *dicent. In grangiis verò poſt cibum incipientes* miſerere mei Deus, *intrabunt Oratorium. Converſi nolas non habeant in Refectoriis, nec infra Abbaciam. Poſt refectionem eant in Oratorium. Nec ad grangias campanas habeant, ſet lignea balla ad convocandos fratres, ad horas diei & noctis; & ad refectionem. Si quos fratres laicos aliqua certâ & notâ occaſione Prior judicaverit oportere ſumere mixtum, ſumant. Mixti verò quantitas hæc ſit. Medietas libræ ſui panis, vel major quantitas groſſioris panis, & aqua. Qui verò in grangiis ſunt, non jejunabunt, niſi in præcipuis jejuniis, & in adventu & ſextâ feriâ ab idibus* Septembris *uſq; ad* Quadrageſimam, *& habebunt ſinguli libram panis, & inſuper de groſſo pane quantum neceſſe fuerit.*

De miſericordiâ pitantiæ erga debiles & valitudinarios & ſupervenientes & de itinere redeuntes, & minutos. ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt, in ſcriptis Canonicorum eodem modo teneantur inter fratres, prout poteſt & debet fieri inter laicos; & omnia eadem præcepta, prohibitiones de cibis & potibus & reliquiis eorum inter eos teneantur. Si fortè fratrum multitudine, ſuperveniente curâ miniſtrandi, vires Refectorarii exceſſerint, ſubveniant ei aliqui fratrum in miniſterio cum ſilentio. Si quid verò loquendum eſt cum fratre communis feneſtræ, ſervitores breviter & ſubmiſſâ voce, quæ ſignis neſciunt indicare, loquenda loquantur. In feſtivitatibus Sanctæ Mariæ *& Sancti* Benedicti, *& Sancti* Johannis Baptiſtæ, Circumciſionis; Epiphaniæ; *& in feſtivitate* Petri *&* Pauli, Andreæ *Apoſtoli &* Omnium Sauctorum; Symonis *&* Judæ, Mathæi *Apoſtoli, & aliorum Apoſtolorum quibus feriatur; & beati* Laurentii, *& in feſtivitatibus beati* Gileberti, *& in feſtivitate* Dedicationis Eccleſiæ, *& dominicis diebus, licet pitantiam dari fratribus & ſororibus, & tribus diebus minutionis eorum & quocienſcumq; communicantur, ſi facultas domus permiſerit. Fratribus verò falcatoribus, aliqua pitantia detur per ſingulos dies laboris eorum, prout majores domus viderint neceſſarium.*

10. De Grangiario & ejus officio, & licentiâ loquendi; & poteſtate eundi. Et ejus ſolatio. Et annonâ cerviſiæ; & fratre ei inobediente.

STatuentes in vi obedientiæ præcipimus, ut unaquæq; terra eo ſeminetur ſemine quod meliùs eis conveniat. Grangiarius verò, ſi ſcienter aliter fecerit, Unaquaq; ebdomada, quouſq; ſegetes metantur, ſolo pane clientium uno die reficiatur. In cibis & potibus & in aliis, quæ ad cibum pertinent & potum, in domibus noſtris eadem conſuetudo teneatur. Grangiarius antem, cum omni ſollicitudine obedientiæ ſibi creditæ cor apponat. Summis Scrutatricibus, ſine murmure & dilatione, neceſſaria, ad iter earum inveniat, ne gravi pœnâ, ſi neglexerit, puniatur. Caveat etiam curtem Monialium ingredi, & omnes alii niſi manifeſtâ cauſâ compellat mandato Prioris, non tamen ſine Comite boni teſtimonii. Periculum verò incendii, & latronum crudelitas & hujuſmodi excipiuntur. Omnibus eſt licitum, ut præbeant auxilium contra ignis incendium, furtum & latrocinium & hujuſmodi periculum.

Grangiarius poteſt loqui cum omnibus fratribus de labore & ambulando, ſi opus eſt. Non licet ei copiam colloquii fratribus dare, niſi de labore, neceſſitate cogente, vel etiam quoquam eundi extra curtem niſi ad laborem. Quod ſi fecerit, ab officio deponatur. Non licet ei aliquid dare fratribus, vel alicui ſine licenciâ Prioris domus. Poteſt etiam loqui cum ſervientibus in labore, ſi opus fuerit. Fratres verò non loquantur cum eo niſi ſtando; ſet non plures quàm duo vel tres, & hoc de neceſſariis ſermone brevi. Negligentes, in pane & aquâ pœniteant. Grangiarius grangiæ habeat ſolatium, ſi neceſſe fuerit, qui videlicet provideat domui poſt eum, cui licet loqui cum familiâ & hoſpitibus de neceſſariis. Abſente tamen Grangiario cum omnibus ubiq; licet loqui. Præter hos nullus fratrum, nec intra curtem nec extra poteſt loqui ſine licenciâ Prioris, nec inter ſe, nec cum illis. Omnino interdicimus ne grangiarius quoquam ire præſumat, niſi juſſus à Priore, magnâ & manifeſtâ neceſſitate cogente; ſet obedientiæ ſibi creditæ, cum omni diligentiâ intendat: De hiis quæ venduntur & emuntur nichil ſibi aſſumere licet vendendo vel emendo aliquid, ſet aliquis alius aſſignetur à Priore ad hoc opus, redditurus rationem grangiario ſuper hiis, quæ vendiderit vel emerit; & conſcius ſit factorum grangiarii. Licet etiam grangiario ad feneſtram accedere ſub ſilentio, cum ſorores opus habuerint de hiis quæ ad ejus curam pertinent & poteſtatem, non tamen niſi mandatur ab ipſis, vel manifeſta neceſſitas hoc expectat.

Unicuiq; grangiariorum noſtrorum aſſocietur frater fidelis, qui conſcius ſit factorum ejus, cum præſentem non habuerint Priorem vel Cellerarium, propter ſuſpicioſos. Qui hoc neglexerit; ſeipſum fratribus de infidelitate reddit ſuſpectum, quamvis ipſe ſit fidelis. Si frater inobediens fuerit grangiario, oſtendatur Priori & Cellerario; Et ſi perſtiterit in inobedientiâ, ab Ordine ſuo deponatur, & uno pulmento & pitantiâ careat, quouſq; ad audientiam Prioris omnium culpa perveniat, niſi dignâ ſatisfactione pœnitere voluerit. Grangiarius verò graviùs judicetur, ſi Priori non obediat in bono. Converſus etiam, qui cuilibet Magiſtro ſibi deputato inobediens fuerit, pro ſatisfactione in tribus diebus humi reſidens comedat coram fratribus in Refectorio ſine mantili. Fratres, ad quorum curam pertinet annonam cerviſiæ & pulmentorum farinam præparare, ſi neglexerint, & in irritum duxerint, dimidio anno cerviſiâ careant, niſi ratione dictante Prior in aliquo viderit parcendum.

De Canonicis aſſignandis fratribus in emendis & vendendis. Et de emptore, & ejus officio. 11.

Sub profeſſione & voto quod Deo voverunt Prælati & ſubditi noſtri Ordinis, interdicimus ne Procurator vel Grangiarius vel quilibet alius emere vel vendere uſurpet, niſi habeat comitem literatum à Priore ſibi aſſociatum vel ab ejus ſolatio, ſi Prior defuerit, qui videat & ſciat quid emerit vel vendiderit, & aſſenſum præbuerit mercimonio. Similiter ſi Cellerarius vel alius de conſortio literatorum ad hujuſmodi opus mittitur, aſſignetur ei a Priore vel ab ejus ſolatio, ſi ipſe defuerit, de noſtris illiteratis fratribus cautus & providus ad ejus famulatum, qui conſcius ſit & aſſentaneus in hiis quæ ipſe vendiderit vel emerit, vel expenderit ad profectum domus, vel aliter quod abſit. Verumptamen licet Priori, vel Cellerario, per Priorem, quem viderit cautum, literatum vel illiteratum, ad minora mercimonia mittere comparanda, non tamen ſine aliquo fideli. Quicumq; de noſtro Conſortio contra hæc agere præſumpſerit, ab obedientiâ ſibi creditâ removeatur; ſimplex Canonicus vel frater in ultimo gradu ſatisfaciat verbere & jejunio caſtigatus ad plenum pro hujuſmodi culpâ. Licet emptori, quicumq; ipſe ſit, præſente Priore vel Cellerario vel alio Canonico per Priorem aſſignato cum fratre feneſtræ de pondere & numero eorum, quæ intromittit & recipit, pauca neceſſaria loqui, nec à feneſtra diſcedat, donec in cuſtodiâ ſororum veniat, quicquid ipſe attulerit & intromiſerit. Ipſe enim aurum & argentum & quæq; venalia recepturus eſt, vel intromiſſurus ad feneſtram, ſet præſente Priore vel Cellerario, vel ejus ſolatio, vel aliquo alio per Priorem aſſignato intromittat & recipiat, & non aliter. Illis abſentibus, vicariis eorum præſentibus, ſi neceſſitas incumbat, hoc idem faciat, & non niſi iſto modo & pro tali occaſione ad feneſtram accedat.

Si cuiquam fratrum noſtrorum attribuitur poteſtas emendi vel vendendi; vel hujuſmodi, aſſocietur ei frater fidelis, non unus ſingulariter, ſet de tribus ad hoc opus electis, alternatim unus, qui conſcius ſit & communicator factorum ejus, ſi Prior domus literatum diſcretum ad manum non habuerit. Si refutaverit, ab ipſâ poteſtate privetur. Emptores verò ſi in *emendis, vendendis, diſtribuendis, retinendis & cæteris hujuſmodi peccaverint, & graviorem reatum incurrerint, tranſgreſſiones gravioris culpæ & dampni commiſſi Priori omnium reſerventur, & ejus abſolutione purgentur, niſi mortis periculum ab alio reatum culpa abſolvi compellat. Fratres emptores & cæteri, cum venerint ad aliquam domorum noſtrarum, ſilentium teneant, & ſicut fratres illius domus ſe ordinatè habeant in omni loco, quamdiu ibidem fuerint. Quod ſi neceſſitas aliqua obedientiæ ſibi creditæ poſtulaverit ut loquantur, cum Priore domus vel Cellerario quod loquendum eſt loquantur, vel quibus regulariter aſſignaverint ut loquantur. Cum puero ſuo etiam pedite licet eis neceſſaria loqui.*

Nulli noſtrorum quoquam eant vel ad vendendum, vel ad emendum, vel aliquid mutuent, vel accomodent, inconſulto Priore, & Cellerario, & Grangiario, & Procuratore, ne furti reatum vel pœnam incurrant. Quod ſi fortè licenter egreſſi ratione dictante aliter fecerint, quàm diſpoſitum fuerat, domi revertentes Prioribus indicent facti rationem. Quod ſi non fecerint, eadem pœnâ multentur. Si quis etiam vendiderit vel emerit aliquid, & Priori & Cellerario & cæteris majoribus celaverit, pro furto judicetur & puniatur, ſicut Ordinis & Inſtitutionum noſtrarum contemptor. Similiter quicumq; de noſtris mutatum aliquid ab aliquâ domorum noſtrarum vel accomodatum fideliter reddere vel ſatisfacere retardaverit, acriori ultione puniatur in alia domorum noſtrarum in ultimo gradu, ut cæteri caveant, & debitum reſtituatur, ut fraternitas non ficta perſeveret in domibus noſtris, & cauſa diſſidii eliminetur. De mutuato ab extraneis & de eorum depoſito hoc idem teneatur, ut omnis fraus excludatur. Quociens fratrum quilibet vendere vel emere mittendus eſt, per Priorem, vel Cellerarium, vel Grangiarium vel Procuratorem mittatur, ne quis poteſtatem vendendi vel emendi ſibi aſſumat, niſi miſſus ab eis ad hoc opus, vel Prior omnium hoc injunxerit. Quod ſi fortè aliquis eorum abſens fuerit, & neceſſitas ingruerit, aliorum conſilio, quod faciendum eſt, fiat. Cui aſſocietur frater literatus vel alter fidelis.

12. De euntibus ad Nundinas, & quomodo ibi ſe habere debent, Et de emptione Priori & Procuratoribus oſtendenda, & proviſione hoſpicii in urbibus.

Quæcumq; domibus noſtris neceſſaria fuerint ſcripto notificentur fratribus, qui ad Nundinas mittuntur, quibus cura emendi aſſignata eſt. Ad quod opus de unaquaq; domo unum laicum diſpoſuimus & ſufficere credimus, & duos literatos tantùm diſcretos, & quot ſuperaddiderit Prior domus. Quicquid emptum fuerit ad Nundinas oſtendatur Priori & Cellerario, & Procuratori & Grangiario antequam tradatur monialibus; nec aliquid foras inde retineatur contra ſcriptum Ordinis. Quicumq; ergo Converſus noſtri Ordinis ad Nundinas venerit, quamdiu in Nundinis fuerit, de nullâ domo Religioſa victum ſibi vel equis ſuis accipiat; ſed de ſuo magis vivat, & eâ menſurâ quâ decet virum Ordinis ſui. Non enim debet pro ſe ſuperfluè piſces emere aut delicias quærere, ſet nec vinum bibere, niſi bene aquatum, & duobus pulmentis ſit contentus. Ad opus ſecularium nec emat nec vendat aliquid; nec per Converſum nec per aliquem hominem licet nobis vendere vinum ad tabernam, ſive ut vulgò dicitur ad broccam; ſeu ut linguâ Tautonicâ dicitur, ad tappam, in noſtris ſive in domibus alienis, nec alicubi omnino. Si quis ad Nundinas ierit, exceptis hiis quibus attributa eſt poteſtas Prioris omnium conſilio, reverſus, pœnâ fugitivi puniatur, niſi forte conſilio Prioris domus & aliorum manifeſta neceſſitate compellente, & non propria voluntate rogatus hoc fecerit. Omnino etiam prohibemus ne fratres noſtri in urbibus vel Nundinis comedant, niſi ubi Prior domus ſuæ vel Cellerarius eis providerint & neceſſitas compulerit. Nec præſumant fratres noſtri Ordinis ſeperatim hoſpitari vel cibare, vel potare, niſi communi conſilio eorum fiat, neceſſitate cogente, quod & manifeſtum fiat in communi Capitulo. Si verò aliter fecerint, graviorem pœnam inobedientiæ incurrant. Simili pœnâ puniatur, qui fratrem circumvenit in negocio, vel contumeliis affecerit. Hoc etiam cavendum eſt, ne quis noſtrorum quoquam iturus cibos noſtros non bene conditos guſtare declinet, ut non longiùs illicitè liceat cibis conditis operam dare.

13. De ſerico non emendo.

Nichil de ſerico ematur à noſtris, vel de noſtro ad noſtrorum opus, vel ad aliquid religioni contrarium & ſeculi vanitatibus amminiculum; nec etiam ad quodlibet ſacerdotale indumentum, niſi conſtet eſſe neceſſarium. Si verò datur, ſecundùm arbitrium Prioris *omnium communi utilitati; & uſui mancipetur. Hoc idem de yconiis vel aliis ſculptilibus dicimus, quæ ad beatæ* Mariæ *virginis, vel aliorum Sanctorum ſunt fabricata memoriam. Quæ tamen gratis data, prout de ſerico prædiximus, ad ſororum Altare vel hoſpitum, vel alio apto loco honeſtè ponenda decernimus.*

De cuſtodiâ noſtræ lanæ, & vitatione alienæ noſtræ lanæ miſcendæ. 14.

IN vi obedientiæ, & ſub anathemate mandamus & præcipimus, ut in unaquaq; domorum noſtrarum Canonicus fratri ad cuſtodiam lanæ aſſocietur, ne aliqua diviſio vel ſeperatio lanæ, vel ſingulorum vellerum vel pellium fiat, antequam ad Abbatiam veniat, niſi aliquis Canonicus conſcius fuerit in remotiſſimis grangiis, ſi ratio vel, neceſſitas poſtulaverit ſeperari. Prohibemus etiam, ne alicujus lana noſtræ lanæ aſſocietur, vel vendatur ſub noſtro nomine.

De Artificibus & officinis eorum, & eorum ſeris, & cuſtodiâ, & fratre Hoſpitalis. 15.

NOn licet alicui fratrum cum aliquo loqui de alio præſente & audiente, undè ſcandalizetur; ut vitetur peccatum iræ vel odii vel ſcurrilitatis vel hujuſmodi. Caveant Artifices & omnes noſtri Ordinis, ne quis ex malivolentiâ in audientiâ fratris ad quamlibet perſonam loquatur, unde frater offendatur. Deprehenſus in hujuſmodi culpâ, in pane & aquâ tribus diebus pœniteat & trinæ diſciplinæ in communi fratrum Capitulo ſubjaceat. Fratres, Artifices & quicumq; de noſtris cyſtas, vel archas, vel alia Servatoria licitè habent ad utenſilia ſua & recellas ſuas fideliter ſervandas, ſeras habeant, unicuiq; ſeræ duæ claves fiant; una quarum erit in manu & poteſtate Prioris domus, ut ei liceat quando & per quoſcumq; voluerit fideles noſtri Ordinis ſcrutari & videre quæcumq; continentur ſub ſeris. Caveat tamen ne quis ſumat, ipſe, vel aliquis alius de omnibus quæ licite ſub illis habentur & continentur ſeris, ſine aſſenſu Artificis & aliorum fratrum ad quos pertinent quæ ibidem habentur, ſive præſentes ſive abſentes ſint. Caveatur ubiq; ne quis artifex hoſpitalis frater fiat, artem ſuam excercens, niſi cauſa manifeſta exigat ſummi Prioris aſſenſu. Non eſt congruum ut extra portas monaſteriorum noſtrorum aliqua domus ad habitandum conſtruatur, niſi animalium, quia periculum animarum inde poteſt naſci. Quod ſi quis contra ſtatuta Capituli accipere, aliquid emere vel aliqua, edificia ſine conſilio & licenciâ ædificare præſumpſerit, remotâ omni diſpenſatione ædificia cadant, expenſæ & opera pereant. Cementariis, Carpentariis, cum ſublime laboraverint, & hiis qui aſſiduè equitaverint, & Canonicis noſtris femoralia concedimus uſq; ad medias tybias, prout viſum fuerit expedire; non tamen de panno ſubtiliori, ſet quali ratio vel religio poſtulaverit.

De Cerviſiâ mittendâ ad grangias, & ibi non faciendâ. 16.

I*N* Natali Domini, *uſq; ad Octavas, & in* Paſcha *& in* Pentecoſten *ſimiliter poteſt cerviſia mitti fratribus ad grangias manentibus, & pitancia ſecundùm numerum eorum, qui ibidem fuerint, ut æqualitas omnibus in utroq; ſervetur. Licet etiam ſuperapponi eis duas menſuras vel tres, & tantumdem de pitanciis propter hoſpites, ſi ſupervenerint. In multùm remotis grangiis, cum de Abbatia non poteſt haberi cerviſia, ematur, prout Prior & cæteri viderint Religioni expedire. Dolia grangiarum, in quibus cerviſia fratrum defertur, majoribus ſollempnitatibus moderatæ capacitatis fiant, juxta numerum fratrum, ne menſura excedatur quæ in ſcriptis continetur. In Grangiis noſtris cerviſiam fieri ſine licenciâ Magiſtri prohibemus, niſi aliqua magna poteſtas, cui nullo modo licet contradici, hoc à ſuis non à noſtris vel per noſtros faciat fieri, ad ſuorum non ad noſtrorum opus, & neceſſitas facti communi Capitulo notificetur & examinetur. Qui aliter fecerit, ab Euchariſtâ ſeperetur, & in ultimo gradu pœniteat, uſq; ad adventum Magiſtri.*

17. De excuſſione bladi, & numero ovium fratribus aſſignando. Et de fratre hoſpitali; & de fratribus hoſpitibus, & menſurâ præbendæ, & ſellis grangiæ, & dicis; & fidelibus mercennariis; & de decimatione bladi & menſuris æqualibus, & de decimis Eccleſiarum & blado aliorum.

Statim finito autumpno; provideatur frater fidelis & excuſſores, qui eant per grangias ad excutiendum de unoquoq; blado, quantum toto anno Conventui competit; in cæteris grangiis interim excuſſione ceſſante, niſi quantum ad ſeminalia pertinet. Hujus mandati tranſgreſſores in ultimo gradu uſq; ad adventum Magiſtri pœniteant. Grangiarius verò Abbatiæ ſub hac lege non tenetur. Singulis annis mittendus eſt aliquis frater fidelis per grangias ſingulas, qui curam gerat de caſeis & butiro, quæ ibidem fuerint, unà cum fratribus, qui ea faciunt. In remotioribus grangiis aſſignetur fratribus ibidem commorantibus certus numerus ovium ad opus eorum, qui ibidem fuerint mercennarii, ſecundùm quod meſga ibi habundaverit & ſecundùm numerum ibidem commanentium; omni ſuperfluitate remotâ, ne ordo Religionis vacillet, vel pereat, & Abbacia Monialium gravetur. Hoſpitalis frater grangiæ, cum omni diligentiâ curam habeat de anſeribus & gallinis & de apibus, melle, & ovis, & de cæteris minutis & majoribus, & diligenter curet, ut & fideliter reſerventur & mittantur Sanctimonialibus, ſicut decet diſpenſatorem Dei. Similiter Canonicis de ſuis grangiis. Quod ſi fortè, quod abſit, aliter indefecerit inconſultis majoribus domus, ſicut fraudator fratrum & ſororum ſuarum deponatur, & reatum luat. Quod ſi bene in hiis miniſtraverit, & Ordinem ſuum ſervaverit, locum ſibi optimum adquirit à Domino Chriſto. Hoc idem dicimus de Grangiariis, ut faciant de omnibus ad curam ſuam pertinentibus & cæteris fratribus cuicumq; addicti miniſterio fuerint, & ſororibus ſimiliter.

Converſi ad proprias grangias, venientes ſicut fratres grangiarum, ita veſcantur; nec loquantur cum fratribus niſi cum Grangiario & Hoſpitali. Quicumq; de fratribus veniens ad aliquam domorum, vel Grangiarum noſtrarum, caveat ne ultra ſtatutam menſuram præbendam quærat equis ſuis. Et ſi quæſierit, non detur ei, niſi primâ nocte; ſi de longinquo venerit: Venienti enim de longinquo licet aliquid apponi. Qui aliter fecerit; vel quæſierit, in pane & aquâ pœniteat, & ſemel diſciplinæ ſubjaceat, ſi convictus vel confeſſus fuerit. Similiter ſtatuta menſura hoſpitum equis detur, nec ſuper addatur cuiquam ſine conſilio Procuratorum domus, niſi præpotens vir, vel autentica perſona, vel multùm familiaris, cui oportet dari, ſi ſupervenerit. In unaquaq; grangiarum noſtrarum duæ tantùm habeantur ſellæ cum humili apparatu. Si verò multùm remota fuerit, terciam viliorem ibi ſuſtinemus haberi. Provideant etiam Cellerarii & Procuratores & cæteri, ad quorum curam ſpectat de ſubſelliis, ut talia fiant, quæ ſufficiant tueri leſuram equorum, ne pœnam lædentium equos incurrant.

Decernimus ut per Priorem domus Sanctimonialium vel Canonicorum ſtatuantur tres vel quatuor fratres vel mercennarii fideles, in ſingulis grangiis videlicet; videlicet grangiarius, hoſpitalis frater & bubulcus prudentior. Hii quoq; quæcumq; utiliora viderint mittere ſtudeant ad opus Canonicorum, Sanctimonialium & fratrum Abbatiæ; & quicquid annonæ miſerint vel ſeminaverint, vel ibidem expenderint certo numero & menſurâ fideli. Dica illa dividatur in duo, & una pars deputabitur cuſtodiæ hoſpitalis fratris, vel alterius ad hoc aſſignati, & altera Grangiario. Et quia hoſpitalis frater continuè habet eſſe domi, ſi convenienter & ſane fieri poſſit, in ſuâ cuſtodiâ claves grangiæ fideliter ſerventur, vel in cuſtodiâ alterius fidelis fratris, qui ad hoc propriè aſſignatus fuerit, & quæ diſtribuenda ſunt, alterius iſtorum diſtribuantur teſtimonio. Opilio etiam, ſi propè eſt, poteſt admitti & admittatur, ſi fidelis probatur. Quod ſi fortè eorum aliquis abſens fuerit, alii tres faciant quod faciendum eſt, & redeunti factum indicetur. Hoc idem ſervetur à Priore & ſibi aſſociatis, in omnibus hiis quæ ad eos pertinent. Hæc diligenter ſerventur ab omnibus. Fratres verò qui hæc refutaverint, contemptibiles habeantur & Ordinis conſortio, niſi pœnituerint, ſine miſericordiâ priventur. Si verò fideles fratres non habundaverint, fideles mercennarii vices eorum ſuppleant. Quod ſi fuerint neceſſarii & fideles reperti, majori munere remunerentur & gratia. Quæcumq; pertinentia ad Abbaciam de ſubſtantia grangiæ facta fuerint, à Grangiario, vel aliis fratribus, mercennariis fidelibus abſentibus, ipſis notificentur. Similiter ipſis notificetur certus numerus ovium & ter vel quater in anno nu-

merentur à pluribus eorum, ne quis eorum maliloquio poſſit depravari vel infamari ab aliquo.

Quicumq; prædictos ſeculares in contemptu habuerit, vel eos teſtes habere refutaverit, vel eis injuriam irrogaverit in contemptu noſtræ inſtitutionis, factum Priori indicetur, & ſeverius puniatur ad terrorem aliorum. Inſtitutio quoq; noſtri generalis Capituli eſt, quòd in Collectione omnium frugum præponantur fratres fideles, Clerici vel laici, qui diligenter & fideliter deciment, tam blados quàm legumina, per Grangias, & decimas ponant ſeperatim, & cum de communi conſilio fuerint excutienda, primo per aliquem fratrem fidelem Clericum vel laicum ad hoc aſſignatum excutiantur decimæ; & ſumma inde proveniens annotetur dica inter fratrem prædictum & Grangiarium. Deinde cum reliquæ fruges fuerint excutiendæ, quod ſemper & ubiq; de communi conſilio fiat, provideatur fidelis unus & diſcretus, qui omnes circueat Grangias & excuſſioni intendat, & ſingulas quarterias annotet fideliter per dicam, contra fratrem granarii Abbatiæ. Et ſtatim poſt autumpnum circueant procuratores omnes Grangias & videant omnes maias, & faciant implere uſq; ad ſummum quas potuerint: Nec ſumat inde aliquis niſi de communi conſilio, & per viſum fratris excuſſioni aſſignati, qui nunquam aliquam maiam relinquat ſemi excuſſam, ſet ſi ipſum oportuerit, ab unâ ad aliam tranſire grangiam, maiam undè excuſſit impleat uſq; ad ſummum de aliquo, donec redeat ad excutiendum.

Provideatur etiam per commune conſilium, quot equi neceſſarii ſint ad grangias ſingulas ad habendum, & quæ menſura danda ſit in præbendâ, & quot menſuræ faciunt quarteriam. Similiter provideatur de bobus, quot ſint, & quot dabitur una garba; & quot garbæ faciunt unam quarteriam, & quo die inceperint dare; & quanto tempore dabunt. De hoſpitibus ſupervenientibus grangiis provideatur, quæ menſura dabitur eis; & diligenter notetur quot & qui fuerint; ut indè, ſicut de omnibus ſupradictis, ratio in annuo Capitulo domus reddatur. Inſtitutum eſt etiam, ut diligenter, per dicam, notetur quantum ex omni genere bladi vel leguminis expendetur in ſemine. Quoniam ſcriptum legimus, Pondus & pondus, menſura & menſura, utrumq; eſt abhominatio apud Deum. *In vi obedientiæ ſtatuimus, ut modii & menſuræ, quibus annonæ & legumina menſurantur in Abbaciâ, & in grangiis non diſcrepent; ſet omnino unitatem teneant, ut omnis fraus excludatur. Contra quod qui fecerit, deprehenſus furti crimine judicetur. & ab Ordine ſine remiſſione removeatur, prout culpa & vita ejus exigit, niſi aliqua cauſa rationabilis culpam excuſaverit: Cavendum ſummopere eſt ne decimæ Eccleſiarum noſtrarum cum alio blado noſtro ponantur; ne ignoremus quid de labore noſtro percipimus. Nullus ſuſcipiat bladum alicujus ſecularis in caſtodiam alicubi, infra clauſuras noſtras, niſi per licentiam Prioris & conſilio majorum domus:*

De mulieribus mulgentibus, & metentibus non ingreſſuris curtem Grangiarum; & de percuſſoribus. 18

F*Æmina non ingrediatur curtem grangiarum noſtrarum, niſi præcepto Prioris, nec loquatur aliquis ſolus cum muliere. Mulieres autem in campis non in domibus parietem habentibus mulgeant oves noſtras, & quantum poteſt vitentur juvenculæ & formoſæ. Nec ullo modo appropinquent eis fratres noſtri, ſet habeant pueros fideles, qui videant & corrigant malè mulgentes. Illæ verò, quæ conductæ ſunt ad metendum, nullo modo introire clauſuras noſtras permittantur, ſet habeant domum hoſtium deforis habentem. Frater verò, qui præeſt cibis earum, habeat aliquem fidelem mercennarium, qui miniſtret eis quæ miniſtranda ſunt; & habeat foramen intra clauſuram noſtram breve & arctum, per quod introſpicere tantum poſſit & videre, qualiter miniſtraverit eis, & nichil ibi loquatur. Ille verò qui præeſt labori earum in campis, habeat aliquem maturum laicum, qui diligenter attendat labori earum, & corrigat, quæ corrigendæ ſunt, ſive de verbo inordinato, ſive de negligentiâ operis. Hoc autem caveant fratres ne jungantur eis in aliquo labore, nec nimis in vicinia earum laborent. Licet tamen fratri laboris, ſi viderit eis malè agentes, vel ocioſe ſe habentes, cum laico qui præeſt illis, de culpâ earum loqui, & arguere malè agentes verbo non verbere.*

Decretalem Epiſtolam bonæ memoriæ Alexandri *Papæ, necnon & Domini* Innocentii *Papæ ſequentis, ſtatuentes præcipimus, quod ſi quis ex profeſſis noſtris literatis vel illiteratis violentam manum in Canonicum vel fratrem injecerit, & ſuper hoc convictus, vel* *confeſſus fuerit, excommunicatus denuntietur, & pro excommunicato habeatur, donec à ſummo Priore abſolvatur, cui ſoli competit hujuſmodi abſolutio. Pedes etiam mittatur ad eum abſolvendus. Si verò in virum alterius Religionis violentas manus injecerit; per Prælatos utriuſq; domus abſolvendus abſolvatur. Si in clericum ſecularem, ſicut excommunicatus habeatur, uſq; ad adventum domini Papæ vel legati in partes iſtas, prout magiſter ex conſilio Ordinis providerit, expectet. Nullus enim hujuſmodi ſacrilegos poteſt abſolvere, niſi dompnus Papa vel ejus legati, vel Abbates, vel Priores profeſſionum à ſummo Pontifice privilegiati. Noſtros percuſſores eſſe omnino prohibemus, vel in aliquem verbere deſævire, pueros tamen flagello corripere in caritate, cui licet, non prohibemus. Quod ſi aliquis noſtrorum negligens vel contemptor hujuſmodi mandati fuerit; & aliquem læſerit verbere, vel graviore vulnere vulneraverit, & nos vel noſtros in cauſam aliquis induxerit, pro hujuſmodi crimine, omnino prohibemus, ne quis de noſtris pro eo loquatur, quaſi pro fratre; nec à noſtris frater habeatur, vel ejus culpa tueatur. Et ſi quis eum vexare voluerit de culpâ quam commiſit, ſuâ dementiâ, à ſecularibus non à noſtris quaſi laicus tractetur & judicetur.*

19. De curtatione equorum.

OMnes equi noſtri curtentur, qui deſtinantur ad quadrigas vel ad carucas. Curtentur etiam & circumtondeantur caudæ & colli comæ, ut deſpecti & deformes videantur. Qui verò neglexerit, inobedientiæ pœna puniatur, & pœniteat in pane & aquâ quarta & ſexta feria. Similiter qui non tontendos totonderint.

20. De læſione animalium.

QUicumq; de noſtris, malivolentiâ, vel incuria, vel præſumptione, bovem vel aſinum vel equum, vel pullos equorum nimio pondere vel indiſcretè equitando læſerit, vel quolibet alio modo in quadrigis vel aratris, aut hujuſmodi afflixerit, ut moriantur, vel inutiles ad laborem reddiderit; quaſi diſſipator domus ſuæ in jejunio & verbere graviter pœniteat. Vera pœnitentis compunctio & humilitas & obedientia pœnitentiæ gravitatem poterit mitigare.

21. De lædentibus ſeipſos.

OMnes qui nimio pondere, vel labore indiſcreto vel immoderato ſe læſerint, in pane & aquâ pœniteant; & in Capitulo vapulent.

22. De furno.

QUi non occurrerint audito ſigno ad furnum, ſua negligentia, uno pulmento careant, ſi non cauſa rationabilis iter impedierit. Nocturnum verò iter ad furnum interdicimus Canonicis & alibi extra ambitum domorum noſtrarum, niſi manifeſta neceſſitas compellat. Nec minus piſtor caveat tempore Miſſarum pulſare tabulam ad furnum ubi multitudo fratrum affuerit.

23. De ſecularibus rendutis.

SÆculares qui ſe reddiderint in domibus noſtris & omnem proprietatem reliquerint, propter Deum eligentes noviſſimum locum in domo domini, in victu & veſtitu ſibi conſtituto, æqualem portionem habeant, quemadmodum & alii noſtri Ordinis converſi. Super eos fratribus nulla poteſtas attribuitur, ſet in labore æqualitas. Priori & Cellerario & ſubcellerario eorum obedientia aſſignetur. Et cum dormierint in domino, omnino eis officium exibeatur per omnia, ſicut pro Canonico pro abjectiore vita, quam ſibi eligerunt pro Chriſto. Quicumq; noſtrorum hæc vel alia noſtri Ordinis Inſtituta in irritum duxerit, pro culpâ inobedientiæ gravius judicetur.

De

De prohibitione Cauſarum ſecularium & negociorum, & fidejuſſione non faciendâ. Et parentibus non viſitandis, & familiaritate mulierum & incluſarum vitandâ, & ortu infamiæ cavendo. 24.

CAveatur ab omnibus noſtri Ordinis, ne quis ſecularium Cauſarum ventilationibus vel judiciis interſit, aliquem juvans vel gravans. Prece verò non precio apud Judicem vel adverſarium quemlibet ſubvenire ſuſtinemus. Verum etiam teſtimonium veritati perhibere, ubi ratio & religio permiſerit, minimè contradicimus vel prohibemus, niſi juſta occaſio impediat. Mandatum domini Papæ, & legati & Epiſcopi Dioceſani excipimus; Non enim licet cuiquam de noſtris parentum vel aliorum ſecularium negociis intendere; nec voluptatibus nec vanitatibus ſæculi operam dantibus curam impendere, nec cujuſlibet ſæcularis fidejuſſor fieri, quin potiùs à cauſis & à negociis eorum, qui mundo non Deo militare gaudent, decet ſe alienos facere, quicumq; Deo non mundo devotè ſtudent placere. Quicumq; ergò hujuſmodi vinculo fidejuſſorio ſe aſtringere, vel mutuare, vel accomodare, ſine communi conſilio domus ſuæ præſumpſerit, alienatum ſe à tramite ſanctæ religionis noverit. Prioribus enim verò & Præpoſitis cæteriſque omnibus noſtri Ordinis omnino interdicimus, ne quis eorum, pro cujuſcumq; debito accomodato, vel mutuato, fidejuſſoriâ ſponſione intricare, vel illaqueare ſe præſumat. Nam ipſi Priori omnium hoc minimè eſt licitum, ne domini Papæ ſententiæ obviare convincatur & graviorem ipſius ſententiam incurrat.

Caveant omnes noſtræ profeſſionis & Ordinis, exutâ veſte ſæculari, & habitu Religionis induto, viſitandi gratiâ parentes, ac notos ſæculares adire, niſi fortè ad aliquod opus neceſſarium mittantur, & via qua gradiuntur tranſitum præbeat noſtris, per eos qui familiaritate eis juncti ſunt. Nec apud eos pernoctare licet, niſi nox proxima hoc fieri poſtulet, vel infirmitas aut alia manifeſta occaſio compellat; ſeu data vel accepta regulariter licentia à Prælato ſuo, culpam excuſet. Illam verò domum, in quâ mulieres fuerint, cum quibus aliqua fuerit copula voluptatis vel juſta vel injuſta, dum ſæculo fruerentur; omnem ingreſſam interdicimus & Sermonem cum eis. Caveant etiam omnes noſtri Ordinis, ſi fortè venerint ad aliquam domorum, ubi fæminæ ſant, ne unquam ſolus cum ſolâ aliquâ horâ ſcienter permaneat, vel cum ea ſermonem habeat. Qui verò aliter ſcienter fecerit, timeat ne pro tantâ tranſgreſſione anathema ſit. Hoc idem dicimus tam de incluſis quam cæteris mulieribus, ſi quis noſtrum arte vel ſtadio peccandi fecerit vel deliberatione.

Penitus prohibemus ne aliquis Ordinis noſtri ad domos incluſarum, vel Monialium alterius Ordinis viſitandi gratiâ ire præſumat; nec etiam pro domus ſuæ negocio abſq; convenienti teſtimonio, & tunc præcipiente Priore. Et ſi, quod abſit, alicujus noſtrum de inhoneſtâ quarumlibet mulierum frequentatione, fama laboraverit, in communi Capitulo à Priore ei ad domum illam omnis interdicatur acceſſus, ubi tam deteſtabilis inhoneſtas fieri perhibetur. Si verò huic interdicto obviare præſumpſerit, indè convictus, tanquam de facto judicetur. Si quis verò auſu temerario inportunus extiterit, & parentes ſuos ſæculares vel quoſlibet alios viſitare contenderit, nullus ei adquieſcat, nec caballus nec quælibet viatoribus neceſſaria concedantur, nec quoquam longiùs ire permittatur ſine fideli comite, ne quod ei non eſt licitum, licitum ſibi faciat. Si vero Prior domus vel quilibet alius aſſenſum præbuerit ei, ut illicitum iter arripiat, in alia domo ſatisfaciat in ultimo gradu, ſecundùm quod in communi Capitulo à majoribus diffinitum fuerit. Omnino etiam prohibemus, ne aliquis noſtrorum petat per ſe vel per alium à Prioribus vel ab aliis donari ſæcularibus parentibus ſuis, aliquid de domibus noſtris vel aliqua privata munuſcula cuiquam tranſmittere. Hæc contra facientes, ſicut Ordinis tranſgreſſores, graviùs judicentur & puniantur verbere & jejunio, in loco inferiori. Priori tamen & Cellerario manifeſta paupertate coactis, ſubvenire in aliquo non interdicimus.

De infirmis familiaribus noſtris viſitandis. 25.

NOſtrarum domorum procuratores ſæculares viros & mulieres, bone vitæ, & honeſtæ famæ, corporis ægritudine detentos, nobis & noſtris vinculo familiaritatis aſtrictos, in infirmitate viſitare non omittant; verba conſolationis & animarum ſalutis eiſdem devotè ſeminantes. Neceſſitatibus verò eorum, & juſtis peticionibus honeſtis ac devotis benignum ſtudeant & conentur inpendere favorem, prout ordo religionis permiſerit & ratio poſtulaverit,

laverit, omni cupiditatis & avariciæ notâ poſtpoſitâ. Omnibus inſuper tam pauperibus, quàm potentibus, apud nos ſibi ſepulturam eligentibus & petentibus, honorem ſepulturæ volumus exiberi, & concedimus unicuiq; modo debito & honeſto, ſalvo jure quarumcumq; matricum Eccleſiarum.

26. De Itinere, & reditu, & hoſpiciis Canonicorum & fratrum in burgis, & de Itinere ad feſta prohibito.

Quoquam ituris Canonicis & fratribus aſſignetur terminus rationabilis redeundi. Quod ſi aliquis longiùs vel alibi ierit, vel diuturniorem moram fecerit, quàm licentiam accepit, in ultimo gradu uſq; ad adventum Magiſtri pœniteat, niſi rationabilis cauſa eum valeat excuſare. Quicumq; verò ſine licentia vel prohibitus per ſe extra Abbatiam eundi quoquam iter arripuerit, pro fugitivo habeatur & ad Magiſtrum pedes mittatur. In itinere, quandocumq; neceſſe fuerit, poſſunt preces ad horas breviari & ſolummodo Salvos fac ſervos & ancillas *dici, &* animæ fidelium *pro defunctis. Nullus hoſpitetur in vicinis burgis, niſi ad proprium hoſpicium domus ſuæ. Si tamen ſolus fuerit, poterit hoſpitari hoſpicio alterius domus, ſi ibi Canonicum vel fratrem invenerit. Cavendum eſt ſummopere, ne aliquis noſtræ profeſſionis, niſi pro neceſſariâ cauſâ, vel per mandatum Magiſtri, vel licentiâ Prioris ſui, ad feſta dedicationum Eccleſiarum Ordinis noſtri, vel alia minùs honeſta ire præſumat; nec ibi commedere vel inordinate bibere attemptet.*

27. De furtum vel aliud flagitium facientibus.

Quicumq; fratrum noſtrorum manifeſtè deprehenſi fuerint in furto, vel in conſpiratione, vel in incendio, graviori culpæ ſubdantur vel ejiciantur. Quod ſi qui noſtrorum cum aliquo ſic ejecto exierint, vel pro talium defenſione favore vel conſenſu projecti fuerint, nullatenus niſi ſub eadem ſententiâ recipiantur. Ipſa quidem ſententia in unumquemq; culpabilem, ſecundùm modum culpæ extendatur, vel aggravetur, ponderatis ubiq; diſcretè culparum modis & corporum valitudinibus. Vaſa quibus excommunicatus uſus fuerit frangantur, aut pauperibus erogentur; Set & antequam talis ſuſcipiatur in Capitulo, ante fores Oratorii jaceat in terrâ diſcooperto capite per quantum tempus ei à Magiſtro fuerit injunctum. Et ſic ſimiliter vapulet in Capitulo: Horâ prandii talium ſit tardior, menſura cibi minor, hora quietis brevior, labor gravior, & ubiq; locus inferior, & ſtatus dejectior. Qui verò in leviori culpâ ſunt intra Refectorium, loco, quo viſum fuerit, commedere poſſunt, tenuiore cybo & parciore potu contenti.

28. De inceſtuoſis, & muliere includenda.

Deliberamus, ut ſi quando contigerit, quod Deus avertat, quod ab aliquibus noſtræ profeſſionis, viro & muliere, mutuo fuerit perpetratum carnalis commercii flagitium, vir tanti criminis reus, mox ut fuerit deprehenſus, omni occaſione & dilatione poſtpoſitâ, etiam abſente Magiſtro regulari habitu exutus incarceretur, vel ab ordine ejiciatur, nunquam poſtea aliquatenus inter noſtros recipiatur. Mulier autem propter vitandum Ordinis ſcandalum, ne detur ei licentia vagandi in ſæculo decernimus, ut in domuncula infra curtem Monialium longè à cæteris habitaculis parata maneat incluſa, nunquam inde ante mortem exitura, ſet & ibi jejuniis & orationibus & cæteris gravis pœnitentiæ remediis tanti reatus maculis diluitura, ſecundùm proviſionem Prioris omnium per feneſtram tantùm ſuæ vitæ accipiat miniſtrationem.

29. De contumacibus & poſt-pœnitentibus, & de Corruptoribus Ordinis.

Si quis frater vel ſoror contumax fuerit, nec ullo modo regulari diſciplinæ ſubjacere voluerit, & ita incorrigibilis permanſerit, generali Capitulo domus repreſentetur, ibiq; frater regulari habitu exuatur, & à conſorcio noſtro ejiciatur. Quod ſi fortè à conſortio noſtro, pro ſpe converſionis ſuæ non ejicitur, & ille incorrigibilis in malitiâ ſua perſeveraverit, & morte præoccupatus fuerit, non ſiat officium defunctorum pro eo, ſicut pro fratre, vel ſorore, niſi in infirmitate poſitus dicat devotè ſe pœnitere. Nec in martyrologio nomen ejus ſcribatur, quicumq; ipſe ſit. Fiet tamen pro eo officium ſicut pro hoſpite defuncto. Si quis autem noſtrorum, Ordinem vel Inſtitutiones noſtras corrumpere præſumpſerit, vel in deterius mutare, terciò ammonitus & correptus, ſi non reſipuerit, exutâ veſte regulari à conſortio noſtro ejiciatur. Quod ſi pœnitentiâ ductus ad januam perſeveraverit, ſi recipiendus eſt, extra chorum primo anno pœnitebit, ſi Clericus eſt. Secundò, in ultimo gradu, quouſq; Prior domus eum ſuperiori gradu judicaverit dignum. Noviciis verò poſt reverſionem ſuam ſecundo anno prior erit. Si verò Novicius fugitivus redierit & recipiendus ſit, per totum annum iterum Novicius permanebit. Clerico tamen, qui futurus eſt Canonicus, poterit Sententiâ moderari, ſi Prior domus viderit expedire, & de culpâ fugæ ſatiſfaciat. Si verò laicus, pro hujuſmodi culpâ ejectus, pœnitens redierit; ſi recipiendus eſt, in ultimo gradu per annum ſatisfaciat, & abſtinentiâ eſcæ, & verbere caſtigetur, caritate dictante.

De ſeminantibus diſcordiam excommunicandis. 30.

Quicumq; ſeminaverint diſcordiam inter fratres & ſorores malicioſe, vel inter Canonicos & fratres, ut diſcidium fiat, vel ad quamlibet majorem audientiam apellaverint, vel iter arripuerint, ad Ordinis oppreſſionem vel infamiam, neglectâ formâ vitæ & profeſſionis cui ſe dederant, vel confœderationem fecerint ad diminutionem vel detrimentum Ordinis, ut deſideria carnis compleant, contempto voto & profeſſione, ſingulis annis in annuo Capitulo excommunicentur ab omnibus; & ſi reperti fuerint, à conſorcio noſtro tanquam ſacrilegi ejiciantur.

De revelantibus ſecreta Capituli, & imponentibus falſò fratribus crimen. 31.

Quicumq; Capituli noſtri vel Ordinis ſecreta, vel alicujus perſonæ, de noſtris, occulta ſive vera ſive falſa fuerint, ſecularibus revelaverint, vel falſo crimen Priori ſuo, vel conſocio, ſeu omnibus vel pluribus palàm impoſuerit; vel apud ſæculares diffamaverit, undè ſcandalum Ordini oriatur, excommunicetur, & ex quo id verum eſſe conſtiterit, tanquam excommunicatus extra Capitulum ſit; & ubiq; in ultimo gradu ſedeat, & ab omni officio eccleſiaſtico ſuſpenſus, nec ante adventum ſummi Prioris abſolvendus. In adventu cujus eadem pœnâ puniatur, quâ ille quem accuſavit vel diffamavit puniendus eſſet, ſi de illo crimine convictus fuiſſet.

De facientibus furtum, & fundentibus ſanguinem; & committentibus inmundiciam. 32.

Quicumq; Canonicus, vel frater deprehenſus fuerit in furto, vel de eo ſufficienter convictus ejiciatur, in gradum priſtinum numquam recipiendus. Quicumq; verò in incontinentiâ captus fuerit, vel ſuper ea ſufficienter convictus; vel qui ſanguinem à Canonico vel fratre violenter extraxerit, ad Magiſtrum pedes mittatur, Quicumq; autem frater inmundiciâ convictus, vel publicè confeſſus fuerit, à conſorcio noſtro, numquam ſuſcipiendus, expellatur.

De fugitivis & eorum pœnis. 33.

Fugitivi noſtri Ordinis, & furtum facientes, & infra xl. dies non revertentes, vinculo anathematis aſtricti habeantur. Si verò infra primam ebdomadam fugitivus pœnitens redierit, uno anno in ultimo gradu pœnitebit, ſecundâ & quartâ feriâ uno pulmento contentus, vi. feriâ in pane & aquâ, niſi fortè feſtivitas celebris occurrerit, vel infirmitas, vel debilitas poſtulaverit. Et quot diebus fugitivus extitit, in communi Capitulo domus tot diſciplinis ſubjacebit. Completo anno, ſi Prior domus viderit expedire, in gradu primæ Converſionis ſuæ poterit reſtitui. Si ſecundâ vel terciâ vel quartâ vel quintâ ebdomadâ, vel etiam infra, pœnitens redierit, ſecundùm formam preſcriptam pœnitentis, unius anni & moram reverſionis ſuæ pœnitebit, excepto quod pro tanta tranſgreſſione quindecim diſciplinis ſubjacebit, & communione privabitur, quouſq; in primum gradum reſtituatur, niſi pro imminenti *morte ei ſubveniatur. Verumptamen, peracto primo anno, ſi de tranſgreſſione ſuâ gravius affligitur, & Ordinis ac ſuæ profeſſionis devotus executor extiterit, ſemel vel bis ad perceptionem corporis & ſanguinis Domini per ſingulos annos poterit admitti, quouſq; in primum gradum reſtituatur. Quod ſi fortè completis xl. diebus pœnitens redierit, in ultimo gradu, ſecundùm formam prædictam, pœnitentium pœnitebit per omnia, excepto quod in ultimo gradu, quo pœnitens recipitur, perſeverabit, prò ſententia anathematis quam incurrere non formidavit; licet tamen verè pœnitentibus & de tranſgreſſione ſuâ graviter dolentibus, miſericorditer ſubvenire in omnibus & parcere; conſilio tamen Prioris omnium, vel eo abſente, conſilio diſcretorum Ordinis noſtri rigorem zelantium.*

Hujuſmodi etiam ad communionem poteſt admitti ſemel vel bis in anno ſecundo, pœnitentiæ anno peracto. Poſt ſecundum verò annum, ſicut cæteri fratres, ad eukariſtiam accedere licet; furtum verò vel rapinam, aut incendium, aut hujuſmodi abbominabile quid facientes, in omnibus graviori vindictæ ſubjaceant; videlicet jejuniis, & veſtitu & in cæteris, & alieni fiant à perceptione Corporis & Sanguinis Domini, niſi morti proximo miſericorditer ſubveniatur, vel poſt plures annos certa pœnitentis religio communi conſilio aliquam miſericordiam mereatur. Hæc omnia fiant diſcreto moderamine, ne religio vacillet, vel pereat. Fugitivus etiam, quando recipitur, ubiq; erit ultimus omnium. Poſtea verò, ſi Clericus eſt, poterit Prior omnium licentiam cantandi & legendi ei dare, & in choro ultimum ponere in Ordine Clericorum vel ſacerdotum, ſi ſacerdos fuerit: Si autem humiliato ei locum altiorem aliquando indulgere voluerit, computet tempus, quo foris moratus eſt, & tantum temporis ſemper amittat de ipſo Ordine, nunquam recepturus. Publicè pœnitentes de domo ſua remoti, non ponantur in aliquâ obedientiâ.


W. Hollar fecit.

Canonicus Regularis Ordinis S^{ti}. GILBERTI.

Incipiunt Inſtitutiones ad Moniales Ordinis pertinentes. I.

De ſollicitudine omnium circa negocia Monialium.

Fratres noſtri primi & noviſſimi, qui vota Deo voverunt, & vinculo profeſſionis noſtræ religionis ſe aſtrinxerunt, cum omni ſollicitudine, ancillarum Chriſti ſimul & ſponſarum neceſſitatibus ſubveniant; ab ipſo Chriſto, ſi fideliter eis miniſtraverint, miſericordiam & gratiam recepturi. Negligentes verò & noſtra inſtituta parvipendentes, à conſorcio earum excludantur, & divinæ ultioni ſubjaceant, ſi non dignâ ſatisfactione pœniteant. Sollicicius curetur, ut omnia, quæ neceſſaria fuerint Sanctimonialibus, celeriùs & fideliùs eis adminiſtrentur, & oratorium & cæteræ domus earum ornatiùs, acuraciùs & honeſtiùs quàm viris præparentur & fiant, & quicumq; hoc neglexerit, niſi cicius reſipuerit, poteſtatis ſuæ dignitate careat, & per annum in ultimo gradu pœniteat, & ſingulis diebus Deus miſereatur *dicat, laicus verò,* Pater noſter.

De decimatione agnorum, & tota ſubſtantia domus ſub cuſtodia Monialium ſervanda; & pannis Noviciorum, & de lana ipſarum, & cuſtodibus operum illarum, & de firmis intromittendis. 2.

Statuentes præcipimus, ut ſingulis annis per ſingulas domos noſtras agni noſtri fideliter decimentur. Hæc decimatio aſſignetur fideliſſimo fratri in cuſtodiâ, qui ſtudeat multiplicare fœtus. Et provideatur ei locus paſcualis optimus, qui ſufficiat illis ovibus. Si verò minus eis paſcualia habundaverint, diſtrictè & diſcretè cum aliis ovibus domus communicent in paſturis, & in cæteris neceſſariis. Lanæ quarum & lanæ precium non erit in poteſtate quatuor Procuratorum domorum noſtrarum, ſet in propriâ cuſtodiâ Sanctimonialium ad ædificia Eccleſiæ & domorum ſuarum, cum multiplicata fuerit pecunia, & ad reparationem earum, & ad utenſilia labori earum neceſſaria, & ad cæteras minutas neceſſitudines, quibus religio earum rationabiliter carere non poteſt. Quod verò ſuperhabundaverit neceſſitatibus earum de pecuniâ illa, aſſenſu Præpoſitarum & aliarum, curam domus gerentium, in neceſſarios uſus pauperum Chriſti, qui hoſpicio ſuſcipiuntur ad nocturnam requiem, ut habeant molliora ſtrata, & unde cooperiantur, expendetur. Reliquum verò quod ſuperhabundaverit de prædictâ pecuniâ, in neceſſarios uſus domus aſſenſu Præpoſitarum & aliarum expendi debebit. Ad comparanda verò quæ neceſſaria fuerint Sanctimonialibus, cum prædictâ pecuniâ, vel ædificanda, provideantur fratres duo fideliſſimi per Magiſtrum, literatus & illiteratus, & cauti in vendendis & emendis, & faciendis & diſtribuendis, qui quæcumq; fecerint de illâ pecuniâ, notum facient Procuratoribus domus & ſcrutatoribus, & utantur eorum conſiliis in agendis, ſi ipſi, quod abſit, non fuerint ſororum rationabilibus deſideriis inpedimento. Et unus eorum, qui denariis earum ſervandis præponitur, denarios per feneſtram illis tradat, præſente Priore, vel vices ejus gerente. De prædicta verò pecuniâ caulæ ovium præparabuntur, & victus earum, cum hyemalis aſperitas ingruerit, comparabitur, ſi prata ſui juris non habuerint. Quod ſi fortè clade vel alio infortunio prædictis ovibus detrimentam contigerit, pelles & carnes earum reſerventur ad dampni remedium, & ad nichil aliud. Hoc idem de cæteris ovibus domum fideliùs ſervetur.

Similiter ſtatuimus notum fieri Præpoſitis & cæteris de univerſa ſubſtantia domus per feneſtrarios, & eos qui pecuniam prædictam earum diſtribuunt, & procurant à quatuor procuratoribus domus; quia univerſa pecunia domus in auro & argento, & in cæteris, quæ ad ſollicitudinem earum pertinent, ſub earum curâ & cuſtodiâ ſuis uſibus & Canonicorum & fratrum reſervabuntur, ſicut alibi decretum eſt; Ita quidem quod nichil auri vel argenti, panno-

pannorum vel victualium foris retineatur; nec aliquid de firmis vel redditibus expendatur, priuſquam Domi portentur & ponantur in cuſtodiâ Sanctimonialium: Set omnes firmæ & redditus, qui debentur domui, memoriæ commendentur ſcripto, intus & extra; & aſſignetur in ſingulis domibus Canonicus fidelis, qui omnes firmas & redditus recipiat, & eos in præſentia Prioris reportet, & coram eo & cæteris procuratoribus domus, vel vices eorum agentibus Monialibus tradat. Suſtinemus tamen ut ſingularum domorum Monialium procuratores, triginta vel quadraginta ſolidos ad amplius à Monialibus acceptos, ad minutas neceſſitates explendas, ſub ſuâ deforis cuſtodiâ de conſenſu illarum viciſſim reſervari faciant & expendant, propter frequentes acceſſus ad feneſtram evitandos. Caveant etiam ſibi ſinguli & univerſi; quia privilegium meretur amittere, qui ſibi conceſſâ abutitur poteſtate.

Pannos quoq; Noviciorum, tam Clericorum, quàm Laicorum, & aurum, & argentum, & libros, & quaſlibet reculas eorum, nullus præſumat extra clauſuram earum retinere; ſet ſub earum cuſtodiâ ſerventur, exceptis femoralibus, & camiſiis, & calciamentis, quæ ſecundùm diſpoſitionem Prioris & Cellerarii diſtribuantur: Nec panes triticei ad furnum diſtribuantur, antequam Moniales eos receperint. Quicumq; de noſtris contra hoc uſurpaverit, & aliquid eorum, quæ ſub cuſtodia Sanctimonialium eſſe decrevimus, ad commedendum vel potandum, vel aliter pro voluntate expendendum in earum detrimentum extra clauſuram earum retinere præſumpſerit, ſicut privilegii Domini Papæ contemptor, & noſtræ Inſtitutionis tranſgreſſor reatum luat, & furti pœnâ puniatur, & ita ut infidelis habeatur & judicetur, & qualibet vi. feria, in pane & aquâ extra Ordinem ſuum uſq; ad adventum Magiſtri pœniteat; nam univerſa ſubſtancia domus de jure eis debetur. Hoc idem ſervetur in domibus Canonicorum per ſe manentium, ut omnia ſcilicet ſub certâ ſerventur cuſtodia.

3. De Cuſtodibus pecuniæ, & receptis, & expenſis Monialibus notificandis.

PRovideantur ex parte Sanctimonialium tres religioſæ, & diſcretæ perſonæ; quarum cuſtodiæ ſigillum commune & pecunia domus committatur, in auro & argento, & in cæteris, quæ ſub manu Sanctimonialium eſſe decrevimus, quæ habeant diverſas claves diverſis ſeris, ne poſſit archa pecuniæ aperiri, vel pecunia diſtribui, aliqua earum abſente vel ignorante. Una earum pannos inſcidere poteſt, & ad juſſum Præpoſitæ ordinatè diſtribuere. Ad quarum etiam curam ſpectat de pannis abluendis, & reſarciendis vel mutandis. Quod ſi aliquid de auro vel argento, neceſſitate cogente, expenſum fuerit à fratribus, antequam ad ſorores intromittatur, Præpoſitæ demonſtrabitur in quibus vel quâ neceſſitate expenſum fuerit ſcripto vel mandato, & ſororibus notificetur curam domus gerentibus. Similiter etiam in communi Capitulo Prioribus, Priore omnium præſente, niſi priùs Circatoribus fuerit demonſtratum. Quibus quæcumq; venduntur vel diſtribuuntur demonſtrari oportet, & nichil ex induſtriâ celari. Hoc idem inter Canonicos ſeperatim habentes ſervetur. Quicquid auri vel argenti, vel pannorum, vel hujuſmodi datum fuerit, vel à noſtris adquiſitum cuſtodiæ ſororum & dominio deputabitur, ſicut & Canonicis in domibus eorum. Univerſa etiam ſubſtantia domus Præpoſitæ & cæteris majoribus, quæ ſub ea fuerint, curam domus gerentibus, manifeſta fiat ab hiis qui exteriorum curam habuerint. Nec quiſquam audeat contra earum rationabilem aſſenſum aliquid erogare ſuper hiis omnibus, quæ cuſtodiæ & dominatui earum debentur.

4. De clauſurâ Monialium, & ingreſſu prohibito; & munuſculis vel mandatis non mittendis nec recipiendis.

DE denariis Monialium ad includendum eas, foſſâ, & muro, vel ſæpi annuatim tres marcæ excipiantur donec incluſionis ſecuritas fiat. Hoc namq; ſummopere curetur vel per foſſata & ſæpes vel per murata, vel quomodo meliùs fieri poterit, ne aliquis illicitus acceſſus pateat intrandi ad Sanctimoniales vel exeundi. Nec parcatur ſumptibus domus, quin excludantur viſus & acceſſus omnium ab eis. Curtem earum nullus ingrediatur, niſi manifeſta cauſa compellat, majorum ipſius domus præcepto. Qui verò proprio arbitrio domos vel curtem earum ingreditur, illis veſcientibus, culpam luat in alia domo noſtri Ordinis in areâ Refectorii; xl. *diebus, ſine mapulâ comedat, ſecundâ,*

quartâ,

quarta, ſexta feriâ in pane & aquâ; cæteris diebus uno contentus pulmento ſine omni pitancia. Ter in Capitulo unaquaq; ebdomadâ graviori puniatur verbere. Quod ſi ferre noluerit, habitu noſtro expoliatus, à conſorcio noſtro ejiciatur. Quod ſi aliquis majori dementiâ arreptus, mandata aut munuſcula, vel ſcripta cuiquam ſororum noſtrarum, per aliquem vel per aliquam hoſpitum, occultè direxerit vel impertiri præſumpſerit, vel ab aliquâ noſtrarum hæc vel hujuſmodi aliquâ arte ſuſceperit; ſi quis reus ſuper hoc deprehenſus fuerit, in omnibus graviori vindictæ ſubjaceat, in alia domo in ultimo gradu pœniteat, prout Prior omnium viderit expedire, ita ut alii timorem habeant & caveant. Quod ſi pœnitere renuerit, à conſortio noſtro cum omni dedecore pœnali, & notâ infamiæ, & improperii, quaſi ſacrilegus ejiciatur. Hoc idem fiat de ſororibus, ſi ad aliquem vel aliquam, ſive de noſtris, ſive alienis inconſulto Priore omnium mandata inordinata direxerit. Excepto quod pro tali delicto, vel alio nulla de noſtris propter ſcandalum ejicitur, ſet incarceratur, vel ſatis graviter alio modo punitur.

De prohibitione loquelæ noſtrorum cum Monialibus. 5.

SI quis noſtrorum, ſive Clericus ſive laicus, matrem vel aliquam conſanguineam in noſtrâ congregatione habuerit, numquam cum eo loquatur, ne fiat nuncia malefida alicujus. Sub anathemate quoq; prohibemus ne aliquis de noſtris, cum aliqua noſtrarum ſermonem habeat, excepto Priore omnium & feneſtrario & Sacerdote, dum ei curâ confeſſionis vel inunctionis injungitur, niſi præſente Magiſtro vel viris venerabilibus in Capitulo, vel pro negocio domus ad magnam feneſtram, vel prædicando verbum Dei in Eccleſiâ, pariete interpoſito inter viros & mulieres. Et ſi quis Canonicus vel frater acceſſerit ad feneſtram domus ſuæ ſine aſſenſu Prioris domus, vel vices ejus ſupplentis, & ibi loquatur cum Monialibus vel ſororibus, tribus diebus in pane & aquâ jejunet, & ter in Capitulo vapulet. Eadem pœnitentiâ infligatur inordinatè dantibus licentiam. Quicumq; ſermonem habuerit cum aliquâ Sanctimonialium, vel ſororum in curte earum, ab Ordine ſuo in ultimo gradu pœniteat, caſtigatus cibo & verbere ſecundùm modum culpæ. Hoc idem teneatur tam de Monialibus quam de ſororibus, vel ad aliam domum transferatur monacha vel ſoror culpam luitura. Quæ loquenda ſunt neceſſaria in utroq; ſexu ad feneſtram verſatilem, ubi victualia ſecularium miniſtrantur, loquantur fidelibus, prout convenit, teſtibus aſſiſtentibus. Furtiva verò colloquia duorum, ſine regulari teſte, & ea frequentare curantes, in omni conventu bonorum viles habeantur, & à conſortio fidelium projiciantur.

De conſtructione feneſtrarum verſatilium, Portarum, & parvarum feneſtrarum; Et loquelâ ibidem; Et ingreſſu domus feneſtræ probibito. Et de igne non petendo nocte à ſororibus. 6.

FEneſtræ, per quas danda & recipienda dantur, & recipiuntur, eâ arte fiant; ne viri à ſororibus, vel ſorores à viris videantur; fiat etiam janua quæ quadrigis & cæteris grandioribus pateat, & ſeris & fideliſſimis Cuſtodibus intus & extra muniatur. Feneſtra verò ubi Sanctimoniales cum parentibus loquuntur, longitudinem unius digiti habeat & latitudinem, non tantum pollicis, & in circuitu ferri laminâ muniatur. Similiter & feneſtra confeſſionis fiat. Ibiq; noſtræ cum parentibus loquantur, & cum propinquis ſecularibus vel aletrius religionis, aliquâ teſte præſente ſemel vel bis in anno, ſi ratio dictet. Omnes enim ſui Ordinis amatrices loqui poſſunt cum patribus & matribus; fratribus & ſororibus ſecularibus, filiis & filiabus privatim ad feneſtram; & etiam cum propinquis conſanguineis ſuis maturæ ætatis, duabus teſtibus præſentibus & audientibus, ſemel vel bis in anno. Et ſi qua auctentica perſona cum Sanctimonialibus loqui voluerit, in communi Capitulo loquatur, multis audientibus, cum nulla privatim Priore omnium abſente, niſi ad feneſtram, & hoc tantùm cum parentibus ſuis, ſi fortè aliquam cum noſtris habuerint. Cum extraneis noſtras loqui non permittimus, qui mares fuerint, niſi fortè in communi Capitulo, cunctis audientibus, ſi neceſſitas compulerit, pro reverentiâ perſonæ magnæ auctoritatis vel poteſtatis. Fratres verò quibus cuſtodia hoſpicii committitur, vel aſſiſtant feneſtræ verſatili, ſi aſſiſtere præſumpſerint feneſtræ parvulæ, quæ fabricatur ad loquendum cum ſororibus, ut eas audiant vel loquantur cum ipſis, gladio excommunicationis feriantur, & gravi ultione pœnitentes culpam luant, ſi in Ordine permanſerint. Eadem pœna infligatur inſidiantibus licitè loquen-

tibus ad magnam feneſtram de negociis domus. Similiter quicumq; noſtrorum auſu temerario contra hoc ire præſumpſerint. Hoc idem teneatur in ſexu fœmineo. Hoſtiis quidem & feneſtris, magnis & parvis, per quas ingreſſus & acceſſus, vel viſus patere poteſt ad ſorores, apponantur ſeræ fideliſſimæ intus & foris, quarum claves habeat ſoror cauta & fideliſſima; cui aſſocietur alia non minus cauta, nec minus fida, & è regione fidelis frater.

Horum ſollicitudine feneſtræ & portæ firmentur & reſerentur, tempore congruo, propter illicitos ingreſſus & egreſſus nocte vel die. Feneſtræ autem verſatiles, per quas cybaria communiter emittuntur, vix duorum pedum fiant in altitudine vel in latitudine, videlicet trium digitorum latitudine ablatâ hinc & inde. Si ampliores repertæ fuerint, Prior & Cellerarius, Grangiarius, & Carpentarius, & eorum ſolacii, ſimul etiam quibus cuſtodia feneſtræ committitur, à perceptione corporis & ſanguinis Domini priventur; & per totum annum ſingulis ebdomadibus duobus diebus in pane & aquâ pœniteant; Canonicis verò & fratribus ingreſſum in domum feneſtræ interdicimus, niſi pro negocio domus; vel fortè cum conferendum fuerit de expenſis domus in multorum & majorum præſentia; exceptis hiis qui deputantur ad feneſtræ cuſtodiam, quemadmodum Moniales è regione deputantur ad eandem. Qui aliter fecerit, ſicut de furto pœniteat. Subcellerario tamen licet ibi, ſub ſilentio, juvare ad quæq; pondera. Omnino prohibemus ne quis ignem nocte petat à ſororibus, niſi fortè lumen fratrum caſu extinctum fuerit, vel alia aliqua manifeſta neceſſitas compellat; & tunc tribus præſentibus detur. Similiter & per feneſtram verſatilem nocte dari permittimus tribus præſentibus.

7. De Monialibus cuſtodibus feneſtrarum, & ingreſſu domus feneſtræ Monialibus prohibito.

Duæ Moniales ad minus moribus maturæ & religioſæ aſſignentur, & aſſiduè aſſiſtant magnæ feneſtræ verſatili; quarum una principaliter ſermonem ibi habeat, & principalem poteſtatem ſuper victualibus ibidem ſervandis & diſtribuendis. Habeat etiam claves archarum & armariorum ibidem conſtructorum, & feneſtræ de nocte, quas inde recedens, alteri Moniali ei aſſignatæ, ut audiat & intelligat quæ verbo vel opere ibidem fiunt; committat, non ſorori. Una earum Miſſis & Capitulo una die interſit, alia altera. Nulli noſtrarum ibidem loqui permittimus, niſi plures præſentes & audientes aſſociatæ ei fuerint. Sorores aliæ, dantes vel recipientes aliquid ad magnam feneſtram ibidem, nichil loquantur. Præpoſitæ & Cellerario ſine ſcrutatrice comite, non ingrediantur domum feneſtræ niſi ad rationandum de expenſâ pecuniæ, & hoc ubi verſatiles habentur feneſtræ. Soror autem feneſtræ vel alia ad feneſtram nichil loquatur, niſi altera Monialium feneſtræ aſſignatarum, vel aliqua Præpoſita ibidem præſens fuerit & audiat. Attamen non duæ tantum, ſet plures præſentes & audientes erunt, & una loquatur. Ipſa abſente ſolatium ejus vices loquentis ſuppleat: Monacha quidem & ſoror, quæ ad feneſtram ſermonem habent, cum fratre feneſtræ loquantur, quaſi ad terciam perſonam & frater ſimiliter cum eis. Ad feneſtram verò ſororum Canonicis aut fratribus nichil detur, vel ab eis à ſororibus recipiatur, abſente fratre feneſtræ, niſi Magiſter fortè per Priorem vel ſummum ſcrutatorem aliquod ſecretum mandaverit ipſis dari, vel dici. Ut autem ſorores plures adeſſe deforis ſciant, qui adeſſe de jure debent, certificentur verbo vel ſigno ab eis qui foris ſunt.

8. De fratre feneſtræ & ejus officio & ſilentio circa domum ejus, & ſolacio ejus, & cybis clientium,

Frater feneſtræ non ingrediatur curtem Sanctimonialium, nec loquatur cum Sutoribus, vel Fabris, vel Pellipariis, niſi Prior permiſerit, vel ejus ſolatium, vel Cellerarius, cum ratio poſtulaverit. Iſte verò frater, per quem, quæ intus mandanda ſunt mandantur, & quæ danda ſunt dantur, & recipienda recipiuntur, cautus & diſcretus provideatur. Similiter & è regione ſoror diſcreta, quæ non ſit procax vel garula, ſet benigna & curæ ſibi creditæ intenta, nunquam ibidem locutura aliis abſentibus ſibi deputatis. Eodem modo, qui locum eorum tenuerint ſe habeant, illis abſentibus. In circuitu quidem domus feneſtræ ſororum & ad fæneſtram illarum, intus & extra, omnibus loquendi poteſtas interdicitur, exceptis hiis quibus à Priore omnium ſermo conceditur. Terminato ſigno horæ, frater & ſoror,

ſoror, quibus datur ſermo feneſtræ, eodem tempore debitum horæ perſolvant. Dicto Completorio *aſſocietur fratri feneſtræ alter frater fidelis, ut ſciat quomodo ſe habeat in ſermone vel opere, qui ſilentium teneat, niſi Prior viderit expedire ut loquatur. Set de inordinatis, quæ audierit, vel viderit, vel cognoverit; cum tempus & locus congruerit, fideliter clamet. Quod ſi frater feneſtræ abſens fuerit in aliquo negocio intricatus, ille alter frater vices ejus ſuppleat cum oportuerit. Singulis verò diebus recipiat frater feneſtræ, præſente Cellerario vel ejus ſolatio, quantum ſufficere crediderint ad victum & ad potum unius diei, tam hoſpitibus quam clientibus, & in domunculâ, ad hoc præparatâ, recepta reponantur. Si verò honeſtiores hoſpites ſupervenerint, licet cum tempus exegerit à ſororibus ſuperexigi quod eis conveniat. Victus & potus infirmantium, quandocumq; opus fuerit, à ſororibus petantur & dentur à quibus præparanda & danda ſunt, quæ neceſſaria ſunt, infirmantibus & valentibus.*

De diſcuſſione pecuniæ ad feneſtram faciendâ. *9.*

SI fortè aliquid ortum fuerit de expenſâ pecuniæ unde oporteat, ut collatio vel diſcuſſio fiat, inter fratres & ſorores aſſenſu Prioris omnium, Prior & Cellerarius, Procurator & Grangiarius, & ſi quis alius neceſſarius inter noſtros fuerit, in parte feneſtræ, quæ viris patet, & diſcretæ ſorores, quas Præpoſita elegerit, in eâ parte, quæ ſororibus patet, conferant ſalubriter, de expenſis pecuniæ; unus ſolus loquatur diſcretus & modeſtus, & una ſola diſcreta & modeſta, aliis audientibus & diſcernentibus intra ſe de hiis quæ audierint. Et unuſquiſq; loquentium quaſi ad terciam perſonam alternatim loquatur. Nec omittenda eſt hæc diſcuſſio pecuniæ.

De ingreſſu ad Moniales generaliter prohibito. 10.

Diligenter ab omnibus obſervetur, ne aliquis clauſuram vel domos Sanctimonialium ingrediatur, dum ipſæ debitum horæ perſolverint, vel in Refectorio curæ carnis neceſſariæ intenderint, aut in Dormitorio debito ſompno indulſerint. Quod ſi fortè neceſſitas caſu aliquo compulerit ingredi, plures ingrediantur, & peracto negocio ſimul egrediantur, caventes videre vel videri à ſororibus. Si Prior omnium curtem earum, caſu ſolus, ingreditur, quod tamen cavendum decernimus, plures earum vicino pede ingredientem comitentur; videlicet tres vel quatuor ad minus, nec ſolus cum ſola uſquam maneat, niſi fortè aliqua privatim confiteri voluerit; quod bene licet, ſi plures in eadem domo affuerint, vel ad hoſtium domus videntes, ſi fortè ipſa domus minus ampla fuerit. Quæ verò in hoc negligentes fuerint, & aliquem ſolum cum aliquâ ſcienter permiſerint permanere, gravi verbere corripiantur, ut de cætero caveant. Eminens tamen periculum excluditur. Summa eſt prudentia & cautela laudabilis per omnia omni virtute delinquendi materiæ reſiſtere, propter ſcandali periculum vel infamiæ obprobrium. Eapropter omnibus noſtris, Clericis & laicis Grangiariis, & cæteris clauſuram Sanctimonialium ingredi, ſine mandato & aſſenſu Prioris vel ejus ſolatii, vel Cellerarii, vel qui vices eorum tenuerint, ſi ipſi quoquam abierint, ſub anathematis interminatione interdicimus. Verumptamen propter ignis incendium, vel mortis inſtantis periculum, vel propter furtum & latrocinium omnibus ſuſtinemus introitum, ad earum præſidium & auxilium.

De Cellario, coquinâ, & auctoritate Monialium & de cybariis omnibus intromittendis. 11.

UNum cellarium & una coquina erit omnibus, ſub Præpoſitæ curâ & Sanctimonialium. Similiter & Canonicorum ſeperatim converſantium, ad quorum providentiam victus omnium & veſtitus modus ſpectat & menſura, quemadmodum pecuniæ cuſtodia & telarum & pannorum, tam veterum quàm novorum. Ipſis enim debetur dominium univerſæ ſubſtantiæ domorum, quæ datæ ſunt illis. Omnino interdicimus, ne aliquis laicorum ſibi uſurpet dominium in ſubſtantiâ domorum, quæ Sanctimonialibus datæ ſunt propriè; nec aliquid de univerſa ſubſtantia domus eroget, ſine earum aſſenſu, cum hoc literatis non liceat, ne gladio anathematis feriatur & pereat; & ab earum conſortio omnino excludatur. Nec aliquis præſumat vendere vel diſtribuere caſeos vel butrium, quæ extra *curtem Sanctimonialium fiunt, ſine aſſenſu Præpoſitæ & Cellerariæ. Contra hoc facientes, quaſi de perpetrato ſcelere furti, vel rapinæ puniantur. Quicumq; verò victualia domus, videlicet carnes, caſeos, butirum, mel, piſces, & cætera, quæ mandi poſſunt, & ea quæ feruntur à grangiis, vel quæ emuntur intra clauſuram noſtrorum vel extra diſtribuerint in cibos, vel aliquo alio modo, priuſquam in cuſtodiâ Sanctimonialium venerint, graviori vindicta feriantur, & de poteſtate ſua deponantur, & in aliquâ aliâ domorum pœnitentiæ caſtigatione corrigantur, ut de cetero caveant. Si verò alicui dandum eſt aliquid ad grangias remotiores, cauſâ neceſſariâ cogente, de hiis, quæ mandi poſſunt de portione quæ aſſignatur grangiis, ad ſuſtentationem mercennariorum detur; & quod datum fuerit notum fiat in communi Capitulo domus, ut ſciant majores utriuſq; ſexus cauſam & rationem dati muneris; & ſi opus habuerint, reſtituatur eis, prout juſtum fuerit viſum.*

12. De ſubſtitutione trium Præpoſitarum, & earum officio & Celleraria, & ſubpræpoſitâ, & Capitulo ſororum tenendo.

DE tribus Præpoſitis, quæ præſunt ſingulis domibus noſtræ profeſſionis, hoc firmiter teneatur. Si qua earum, quod abſit, ad exaltationem ſui ipſius prælationem, vel gratiam ſingularem à fratribus, vel à ſororibus adquirere deprehenſa fuerit, in aliquâ domorum noſtrarum, prout Prior omnium judicaverit, ſaniori conſilio in ultimo gradu pœnitebit, ad ſuam domum de cætero non reditura. Similiter ſi ab advocatis domus ſuæ, vel à qualibet alia poteſtate, vel ſtudio, vel munere, vel obſequio, vel blando ſermone, vel per notos & amicos, vel per aliquem alium, ſingularem gratiam, vel prælationem, ſibi ipſi adquiſierit, pro hujuſmodi cauſa eadem feriatur ſententiâ. Tali etiam caſtigatione corripiatur quæcumq; diſcordias vel diſceptationes in Conventu ſeminaverit. Hoc idem inter Canonicos & fratres teneatur. Illa verò Præpoſita, quæ ſermonem & curam domus ſuâ vice habuerit, primum ſtallum teneat; altera aliarum ad dextram; altera ad ejus ſtabit ſiniſtram. Ipſa Capitulum tenebit, culpas examinabit, pœnitencias injunget, quas neutra aliarum relaxabit, nec etiam quando vice ſua illi ſuccedet. Licentias omnes ordinatas dabit; non alia. Infirmas viſitabit, vel ab aliqua ſociarum ſuarum viſitari faciet. Eadem poteſtas & dignitas erit omnibus, ſcilicet ſingulis ſuo tempore. Si qua tamen earum ratione & conſilio præſtantior fuerit, juſtum eſt, ut ejus perfruantur conſilio, cum neceſſitas poſtulaverit. Cum aliqua earum obierit de alterâ domo, altera ſubſtituatur per Priorem omnium, & circatrices, ſi fortè in domo illa ydonea reperta non fuerit, ne malignâ machinatione alicujus, diſſolucio vel diviſio inter domos profeſſionis de **Sempingham** *contingat, vel poſſit contingere. Et ſi Conventus Sanctimonialium infra* XV. *dies ſecundùm Ordinis formam Præpoſitam ad mandatum Magiſtri non elegerint, vel quam Magiſter eis Præpoſitam aſſignaverit, refutaverint, à Communione & Miſſâ priventur, quouſq; pœniteant & ſatisfaciant.*

Regularibus quoq; diſciplinis & mandatis Præpoſitæ omnes aliæ obediant & reverentiam deferant. Solatium ſuum vel Cellerariam non licet ei deponere, inconſulto Priore omnium, vel communi aſſenſu omnium & conſilio, pro manifeſto crimine. Victus verò & veſtimenta omnium diſpoſitioni Præpoſitæ & Cellerariæ pertinere decernimus. Victus per Cellerariam diſtribuantur, veſtimenta verò per Præpoſitas inſcidantur, ſuantur & dividantur in ſexu fœmineo. Non licet alicui Præpoſitarum noſtrarum, juxta aliquem in domibus noſtris ſedere, niſi aliqua diſcreta ſoror interpoſita ſedeat; nec alibi, ſi convenienter poſſit vitari. Licet Præpoſitis Subpræpoſitam mittere in Infirmitorium, ad ſumendas venias, ſi ipſæ detinentur in aliquo negocio & opere. Studeat Præpoſita ſæpius viſitare ſorores, niſi fortè eam in Coquinâ eſſe contigerit, vel infirmitate detenta fuerit. Si aliqua confiteri voluerit, ſignificet Præpoſitæ, ſi in Clauſtro vel in Oratorio fuerit, & illi confiteatur, vel cui ipſa juſſerit. Diebus quibus feriatur licet Præpoſitæ, quæ ſermonem, ſuâ vice ad omnes habet, mittere aliquam doctam cum libro ad ſorores, quæ dicat eis aliquid de profectu animæ & Ordinis rigore. Ipſa verò Præpoſita interſit Capitulo ſororum, ut inferiùs in ſcriptis ſororum dictum eſt, niſi ratio congrua impedierit, vel unaquæq; Præpoſitarum, ebdomadâ, quâ vice ſua ſermonem habuerit, ſæpius earum venias veſpertino ſumet in Capitulo. In feſtivis diebus eas, cum tempus habuerit, viſitabit, & de Ordine & earum religione diligenter ſollicitabit. Si qua verò Monialis ſubſtituenda eſt ad venias Sanctimonialium capiendas, & diſcutiendas, ad hoc opus à prædictis Præpoſitis aſſignetur, quæ æqualiter ipſas diligat & ab ipſis diligatur ſine ſimulatione.

De exitu Præpoſitæ ab Eccleſiâ, Dormitorio, & Clauſtro. 13.

SI Præpoſita poſt prandium, vel poſt Completorium *de Dormitorio egreditur, non ſine Monialibus egrediatur ſola. Egreſſus ejus cauſam Priori omnium indicare debebit, vel cui regulariter indicandum providerit. Si verò Celleraria egreditur, & ſilentium fregerit, ſequenti die, egreſſus & ſermonis cauſam in Capitulo confiteatur : Nec ipſa niſi cum pluribus egrediatur. Scrutatrices verò, ſi cum Celleraria egrediuntur, nichil ſignificent, niſi manifeſtâ neceſſitas hoc fieri faciat. Si verò Præpoſita exierit de Monaſterio infirmitate cogente, confitebitur in Capitulo, in cujus ſtallo nulla ſtet niſi ad Miſſas, ſi neceſſitas hoc fieri poſtulaverit. Si verò ipſa fuerit in Coquinâ, in ſcapulari aliarum venias ſumere poteſt. Ipſa verò ſerviens in Coquinâ, ſi fallaciam fecerit in Refectorio, ibidem pœniteat. Caveat etiam Præpoſita cum Scrutatricibus alterius domus ſibi deputatis conferre, vel inquiſitionem facere de aliquâ re, niſi in communi Capitulo. Si Præpoſita in Infirmitorio fuerit, reſtrictiùs ſe habeat & non loquatur cum pluribus ſimul quam cum duabus, & hoc in loco terminato, niſi fortè neceſſitas cum pluribus loqui eam conſulendi cauſâ compulerit, aut cum infirmantium Capitulum tenere contigerit. Licet etiam ei Capitulo Conventus intereſſe & tenere, ſi magna neceſſitas emerſerit, confeſſioneſq; ſuſcipere. Si verò inmoderatâ infirmitate tenetur, ſicut & cæteræ in lecto, loquatur.*

De loco ſermonis Monialium, cum ſororibus in curte earum. 14.

IN curtem Sanctimonialium provideatur locus determinatus Sanctimonialibus & ſororibus ad loquendum cum Præpoſitâ, & Cellerariâ, & in omnibus officinis earum ſtando ; & duæ tantùm cum ea.

De Subpræpoſitâ. 15.

DE Subpræpoſitâ non fiat Præpoſita, niſi Prior omnium vel ſpeculatrices neceſſarium judicaverint. Non licet Subpræpoſitæ Cellam Noviciarum ingredi, niſi ſigno vocata à Magiſtra earum, ad ſuſcipiendas venias. Ipſa enim abſentibus Præpoſitis, ſi de aliquo locuta fuerit, niſi de labore, confiteatur in Capitulo ſermonem. Si fortè alia ſermonem habuerit, abſente Præpoſitâ, ſubpræpoſita tamen venias ſumat in Capitulo & extra. Set non eat ad portam feneſtræ ſine maturâ comite.

De Cellerariâ, & ejus officio, & ſorore ei aſſignata ; & de domo panis ad furnum, & piſtoribus, & farina ; & de victualibus cuſtodiæ illius deputandis. 16.

CEllereria cum annuis ſcrutatricibus, quæ de alia domo fuerint, occultè non loquatur ; nec cum aliquâ aliâ de aliquo vel aliquâ, ut ſcrutatrices audiant ; nec in Coquinâ ſerviat, Subcelleraria vero ſerviat. Soror aliqua aſſocietur Cellerariæ in auxilium, cum quâ loqui ei de neceſſariis licet apertè in Cellario. Ipſa verò Celleraria curam gerat de pannis Refectorii abluendis. In Cellario verò nulla loquatur niſi Præpoſita & Celleraria, & feneſtraria, & hoſpitalis ſoror, & illa de Coquinâ, & quæ deputatur Cellerariæ in auxilium. In Infirmitorio ſororum Celleraria ſedendo non loquatur. In hoc ſi deliquerit, in Capitulo delictum examinetur, & prout decet, juſtè puniatur. Fiat domus non longè à furno, ad quam ſine periculo & viſu hominum poſſint accedere ſorores, ad Cellarium panes portaturæ : In quâ ſilentium ab omnibus omnino teneatur. Similiter in illâ, per quam à viris panes ſororibus traduntur. Et locus per quem panes trajiciuntur ; cautâ conſideratione eâ arte præparetur, ut viſus & acceſſus virorum ad ſorores impediantur, vel ſororum ad viros.

Panes infirmantium & omnium, ad voluntatem & ſecundùm mandatum Cellerariæ fiant: Nec ullo modo retineantur vel dividantur alicubi, niſi priùs in cuſtodiâ Sanctimonialium venerint, & per feneſtram dentur, per quam & alia dantur & recipiuntur, vel per illum locum, ubi & panes triticei ad furnum Monialibus intromittuntur. Piſtor verò farinam Cellerariæ dare non differat, quocienſcumq; ipſa mandaverit. Ipſi etiam Præpoſitæ, præ omnibus obediat, in hiis quæ ad Moniales de piſtrino pertinent. Una de Cocis auxilium præſtet Cellerariæ ad panes vel ad potum in Refectorium portandum. Cocæ verò referant reliquias pitanciarum in Cellarium; & ipſæ Sanctimonialibus ad cœnam ſerviant.

Quibus poſt refectionem monacharum commedere convenit, & mixtum ſumere licet quemadmodum ſervitricibus. Provideatur ſoror quæ ſerviat Cellerariæ, & commedentibus cum eâ, niſi fortè duæ Sanctimoniales in coquina ſervierint. Quæ benedictionem dederit ad menſam ſervientium, ipſa, poſtquam refecerint, percutiendo ſuper menſam, ſignificabit ei quæ terminatura eſt lectionem. Omnia victualia Canonicis & Monialibus, fratribus & ſororibus pro locis & temporibus, tam ſanis quàm infirmis eroganda, ſub poteſtate Cellerariæ, & cuſtodiâ habeantur, & per eam univerſis & ſingulis more debito diſcretè diſtribuantur; Videlicet panis, piſces, carnes, & potus, ova, lac, caſei, & butirum, fabæ, ſal, farina, & fructus. Nec aliqua literata vel illiterata, exceptis Præpoſitis, aliquam ſibi poteſtatem ſuper hiis vel aliis cybariis, contra ejus aſſenſum, ſibi uſurpare præſumat. Nec aliqua zenium aliquod ſine licentiâ recipiat; vel receptum cuiquam eroget, vel inde comedat. Quod ſiqua ſuper præmiſſis vicioſa fuerit reperta, gravi diſciplinæ & jejunio ſubjaceat, & niſi ſufficienter emendaverit, tanquam excommunicata Magiſtro præſentetur. Idem à Cellerariis, & ſubcellerariis in domibus Canonicorum per ſe manentium, ut decet, firmiter teneatur.

17. De veſtitu Monialium, & longitudine veſtium omnium generaliter prohibita; & veſtibus aliorum Religioſorum non ſuendis; & veſtibus ſine licentiâ non dandis.

Monachæ noſtri Ordinis quinq; tunicas habeant, tres ad laborem, & duas amplas, id eſt cucullas in Clauſtro, & in Eccleſiâ, & in Capitulo, & in Refectorio, & in Dormitorio, & ſcapulare ad laborem. Habeant etiam pelliceam de adultis agnis, & camiſeam de groſſiori panno, ſi voluerint, & mitras lineas, nigras & forratas de agninis pellibus. Omnes panni, quibus capita earum involvuntur, nigri erunt & groſſi. Similiter & vela earum. Caveant etiam Præpoſitæ & omnes cæteræ pannos inſcidentes, ne pallia vel tunicæ & alia indumenta Canonicorum, fratrum, vel ſororum, vel cucullæ Sanctimonialium terram tangant, nimia ſui longitudine: quia qui in hoc, vel in veſtis ſpecie gloriatur, à Domino proculdubio reprobatur. Si fortè culpâ Præpoſitæ vel incuriâ hoc factum fuerit, in communi Capitulo in areâ comedet ſine menſâ & mapulâ duobus diebus. Si verò culpâ inſcidentis hoc contigerit, ter in Capitulo vapulet. Panni namq; qui fiunt in domibus noſtris, vel de ſubſtantia domus emuntur, intra clauſtrum Monialium inſcidantur, & ſuantur. Si verò dandi ſunt panni mercennariis, vel aliis ſecularibus, detur unicuiq; pars non inſciſa, ſecundùm quod debitum cujuſq; exigit. Nec ſuant ſorores pannos quos non inſciderint, ſine juſſu Prioris omnium, exceptis pannis Noviciorum, ſi inſcidantur ab ipſis vel inſcidi fecerint.

Veſtimenta verò ſacerdotalia alienorum, ſeu Monachorum, ſeu Canonicorum, non noſtrorum vel ſecularium, non inſcidantur, nec ſuantur à ſororibus noſtris, niſi per Priorem omnium, vel communi aſſenſu Canonicorum & fratrum, ſi viſum fuerit expedire, cauſâ cogente fructuoſâ. Camiſiæ etiam, vel femoralia noſtrorum, vel aliorum à ſororibus noſtris non inſcidantur, nec ſuantur. Præpoſita quidem vel aliqua alia non præſumat pannos vel aliquid alicujus precii extra domos ſuas dare, vel mittere, exceptis hiis, qui de propriâ domo ſuâ fuerint cui præſunt, ſine præcepto Prioris omnium, & eorum earumq; aſſenſu, qui præſunt familiæ domus & ſubſtanciæ & religioni.

18. De ablutione, & generali inſtitutione pannorum.

Cum abluendi ſunt eodem tempore panni Sanctimonialium & ſororum, non dividantur in tempore ablutionis, ſet unaquæq; caritative alteri ſubveniat, cum opus fuerit. Similiter & indumenta Canonicorum, per duos Canonicos ad hoc deputatos, ad feneſtram verſatilem Prioriſſis ſemel in menſe, ſi abluenda ſunt, tradantur; & eodem modo cum abluta fuerint recipiantur. Si verò diverſis temporibus vel diebus laverint, ſub hoc mandato non tenentur. Pulſatâ tabulâ à Præpoſitâ poſt Capitulum, ſi abluendi ſunt panni linei, ſignificet ipſa vel dicat de ablutione, quomodo fiat vel à quibus. Semel in annis tribus albas cucullas licet ablui, niſi fortè aliquo caſu accidenti maculatæ fuerint. Quæ tres tunicas habet, unaquæq; poteſt ſemel in anno ablui; nec ſæpius niſi manifeſta neceſſitas caſu poſtulaverit, ut fiat. Quicquid ſuperius dictum eſt in ſcriptis de veſtibus Canonicorum, quod convenienter &

rationabiliter in ſexu fœmineo regulariter poſſit obſervari, inter Sanctimoniales pro modo veſtium illarum firmiter cuſtodiatur; videlicet de veſtium precioſitate fugiendâ; & de diſtributione veſtium, & de pœnitentiâ pro earum refutatione, & amiſſione vel oblivione, & de pannis non tondendis, & datis ſine licentiâ non utendis, de pellibus & pelliceis, & de veſtibus non excambiendis; & lanâ non ſtudioſe miſcendâ. Summus verò Prior Ordinis, prout Ordo permiſerit, & ratio dictaverit, in quibus oportet & decet, diſcretè diſpenſet.

De officio Sacriſtæ, & ejus ſolaciis; & de loquela prohibita, cum pulſatur hora; & multitudine luminum vitanda, 19.

SAcriſta cum nocte ſurrexerit ad ſignum pulſandum, duas ad minus Moniales ſecum habeat, quas ei Præpoſita aſſignaverit. Nec ulla poſtquam pernoctaverit quoquam eat, vel maneat, niſi duas ſecum habeat, niſi fortè manifeſta neceſſitas imminente magno periculo fieri compulerit. Nec uſquam duæ ſolæ ex induſtriâ maneant, niſi maturæ vitæ & probatæ virtutis, nec illæ ſine juſſu Præpoſitæ ullo tempore. Ad ſacriſtam verò pertinet pulſare ſignum ad Capitulum, & ad omnes horas diei. Ipſa verò & ſolatium ejus aream Eccleſiæ in vigilia Paſchæ, *& poſt* Sextam *Altare ornabunt. Ipſa etiam accendat lampadem in intervallo ad lectiones. Ipſius etiam eſt obedientiæ præparare carbones ad thuribulum, & ad patellam, & ad Miſſas in yeme. Si enim intervallum contigerit inter nocturnum &* Laudes *eo tempore quo laborare non licet, ſine lumine non ſedeant, nec in oratorio, ex induſtriâ maneant ad orandum, minus quam* iv. *vel tres. Una tamen provectæ ætatis & probatæ religionis aſſenſu Præpoſitæ orationi vacare poterit, duæ tantùm, ſcienter nunquam poterunt. Omni verò tempore cum intervallum fuerit inter* Laudes *&* Primam, *in Clauſtrum exeant feſtivis diebus; & tunc dicetur* Pater noſter *antequam inchoetur* Prima. *Ipſa quoq; ſacriſta vel alia matura recipiat ad feneſtram aquam benedictam, & lapidem pacis, quem circumferat Monialibus & ſororibus, incipiens ſemper pacem dare in dextro Choro, ſive præſente ſive abſente Præpoſitâ. Siqua verò de noſtris cum aliqua vel aliquo ſermonem habuerit, pulſante ſigno ad aliquam horam, feſtinet ad clauſtrum omni morâ remotâ, niſi Prior omnium affuerit, & feſtinantem ad Clauſtrum modicùm retardaverit, ſicut veritas religionis permiſerit & ratio dictaverit. In domibus noſtris de multitudine luminum non curetur, niſi tribus noctibus tenebrarum, & in die purificationis beatæ* Mariæ *Virginis; nec in ſabbato* Paſchæ *curetur de pondere cerei, ſet in omnibus caveatur ſuperfluitas & vanitas, & nimia parcitas.*

De cantu Monialibus prohibito; & quomodo ſe habere debent in Eccleſia. 20.

SAnctimoniales noſtras cantare non permittimus; ſet omnino interdicimus, cupientes magis cum illa beata Virgine, perpetua Dei omnipotentis matre, & filiâ in ſpiritu humilitatis indirecto pſallere, quam cum illâ Herodiadis *filia laſciva modulatione infirmorum mentes pervertere. Sanctimoniales verò, quæ pſalmodiam tenent, ſimul ſtent in Choro, & aliæ ſeorſum in alio Choro. Unaquæq; teneat locum proprium ſuæ converſionis, niſi fortè aliqua ex negligentiâ pſallere noluerit, & talis ultima ponatur in omni loco. Quæ doctæ fuerint, ſecundùm ordinem Pſalmos incipiant ad juſſum Præpoſitæ. Nulla officium in Eccleſiâ teneat, niſi bene exercitata priùs fuerit in Refectorio & in Capitulo. In ultimâ parte Chori ſtet aliqua monacha matura ad Miſſas, ad explorandum, nequa inordinatè ſe habeat in Choro. In æſtate poſt* Tertiam, *cum ſacerdos ſacerdotalibus induitur indumentis, non exeat aliqua de Monaſterio, niſi cauſa neceſſaria poſtulaverit; & quæ exterioribus officiis præſunt.*

De tenentibus Collectam; & de horis in labore terminandis, & de *Veſperis* in Quadrageſima, & de Monialibus quæ non poſſunt legere. 21.

SAnctimonialis, quæ Collectam tenet, & aliud officium non poteſt implere, in præcedenti Hebdomadâ, tempore lectionis providebit Collectam, ne graviter clametur, ſi in ipſâ erraverit. Quæ verò Collectam tenet, non miniſtrabit ad biberes, poſt Nonam. *Junior ſerviat pro præpoſitâ ad biberes ante cœnam. Poſt biberes ſemel licet bibere, acceptâ licentiâ,* *æſtivo tempore. Si Celleraria, vel aliqua alia Pſalterium ſciens, extra Chorum horas dixerit; & Collectam vel Capitulum neſcierit, horam incipiet ſicut in Conventu. Completis Pſalmis horarum, quemadmodum ſorores, terminabit horam. Si verò cum aliquâ ſororum fuerit, ipſa incipiet & terminabit horam in omnibus, ſequens conſuetudinem ſororum. Licet in* Quadrageſima Veſperas *pſallere, in loco quo laboraverint, & nonam poſt feſtum* Sanctæ Crucis, *&* Veſperas *in æſtate. Sanctimoniales, quæ non poſſunt legere & officium in Eccleſiâ tenere, in tempore lectionis laborabunt, quamvis Pſalterium ſciant. In tempore verò quo Sanctimoniales ſcientes legere oraverint, poſſunt & ipſæ orare nocte & die, Et omnes poſſunt ſtare vel ſedere ad lectiones Miſſæ.*

22. De non occurrentibus ad initium horæ; & de miſericordiâ dormiendi, & de ebdomadariâ Pſalterii, & de laicis Monialibus.

OMnes Moniales generaliter officium eccleſiaſticum perſolvere ſcientes, extra infirmitorium exiſtentes, ad omnes horas regulares diei & noctis communiter accedant in Eccleſiâ, nec inde exeant niſi neceſſitate excuſabili compellente, exceptis certis laboribus & ordinatis officiis aſſignatis. Nec ſubcellerariæ, vel aliæ obedientiarum ſolatiæ, cum rationabiliter poſſint intereſſe, aliquâ inutili occaſione indè ſe abſentare præſumant. Quæ verò in infirmitate vel debilitate manifeſtâ cogente, officium in Eccleſiâ regulariter perſolvere non poſſunt, illud eiſdem horis in Capitulo vel alio loco competente congregatæ, ordinatè perſolvant. Si qua verò ſuper hiis vicioſa reperta fuerit, corripiatur ſemel & ſecundò, quod ſi non emendaverit, Magiſtro præſentetur jejunio gravi & verbere punienda. Idem à Canonicis ubiq;, prout rationabiliter fieri poterit, firmiter teneatur.

Confitebitur in Capitulo, quæ non occurrerit ad orationem ante horam primam in æſtate, & terciam in yeme, & quando feriatur. Et quæ non occurrerit ad primum Gloria *horæ privatis diebus, ſumat veniam ſuper terram. Si qua Sanctimonialis ad primum ſignum* Nonæ *in æſtate, non ſurrexerit, ſequenti die in Capitulo confiteatur, exceptis hiis, quæ poſt Conventum commederint. Sanctimoniales laicæ in ſtallis ſui s ſtent ad Miſſas & ad gratias tantùm. Moniales quibus miſericordia dormiendi præſtatur, in utroq; Choro dividantur; & media pars in una nocte dormiet, & altera ſecunda nocte. Si duæ tantùm fuerint vel una, in Infirmitorio dormiant. Ebdomadaria quoq; Pſalterii, quod per domos noſtras dividitur ſingulis diebus perſolvendum in Capitulo, die ſabbati legatur in tabula.*

23. De Capitulo Monialium, & clamationibus faciendis; & de pœnitenciis, & cauſis pœnitenciarum Magiſtro manifeſtandis.

IN vigiliâ Natalis *domini, cum legitur in Capitulo* Nativitas *Domini noſtri Jheſu Chriſti, omnes proſtratæ dicant* Pater noſter. *Siqua de gravi culpa convincitur rea, finito Capitulo, in loco pœnali ponatur à Præpoſita. Celleraria verò miniſtrabit ei quæ oportet, & prout delicti culpa requirit: Si aliqua excommunicatur vel diſciplinatur in Capitulo, ſumptâ veniâ, manifeſtet Priori omnium, cum venerit in Capitulo, cauſam excommunicationis vel diſciplinæ, vel ſummis ſcrutatricibus, vel altera pro ipſa, ſi prout decet, ipſa neſcierit. Super terram ſedeat, quæ diſciplinam ſuſceptura eſt, privatim vel in communi. Omni die quo laborant, poſſunt & diſciplinam ſumere. Pulſatò ſigno ad prandium, non detur cuiquam diſciplina.*

In virtute Dei & Sanctæ obedientiæ diſtrictè prohibemus ne aliqua Monialis in Conventu exiſtens, ad corpus Chriſti accedat dominicâ, niſi ordinatè clamaverit in ebdomadâ, privatim vel publicè, ſi delictum privatum vel manifeſtum viderit, unde regularis clamatio fieri debeat; exceptis valdè juvenibus, vel valde vetulis. Et ſi aliqua inſtitutionis hujus obſervantiæ prætermiſſa à perceptione Corporis Chriſti aliquâ dominicâ ſe ſubtraxerit, ab ejuſdem Sacramenti perceptione uſq; ad adventum Magiſtri penitùs ſeperetur, niſi pro mortis articulo vel periculo amarè flenti & ſufficienter pœnitenti miſericorditer ſubveniatur; ſi qua verò inordinatè in Capitulo locuta fuerit, vel in Capitulo contencioſa vel contumax, vel inobediens, vel litigioſa, vel tumultuoſa fuerit, vel Præpoſitæ tenenti Capitulum in aliquo caſu inordinatè contradixerit, vel pro aliquâ ordinatè clamatâ, dum in judicio ſteterit, rogaverit, ut pœnitentiâ illi injunctâ relaxetur, vel aliquid ſedens in audientiâ locutâ fuerit, niſi clamando, vel teſtimonium veritati perhibendo, vel aliquod neceſſe regulariter inquirendo, à corpore Chriſti ſeperata, niſi pro mortis periculo in ultimo *gradu omni ſextâ feriâ in pane & aquâ pœnitens, ſemel in ſeptimanâ regulari diſciplinæ ſubjacet, in adventu Magiſtri illi præſentanda.*

Idem & eodem modo, inter ſorores laicas firmiter teneatur, ita quod quæcumq; in ebdomadâ ordinatè non clamaverit, ut ſupra ſcriptum eſt, ab audicione divini officii, omni dominicâ & feſto feſtivali uſq; ad adventum Magiſtri ſeperabitur; & à corpore Chriſti, niſi pro mortis periculo. Caveant etiam ſummopere & ſummæ ſcrutatrices, & ſubpræpoſitæ, & omnes aliæ literatæ, & illiteratæ, ne ſimilem vel graviorem pœnam incurrant, ſi aliquam profeſſam, vel noviciam, vel juvenculam, gratiâ conſanguinitatis, vel familiaritatis, vel alicujus obſequii, vel aliquâ aliâ de cauſâ inordinatè manuteneant, defendant, vel excuſent, in Capitulo vel extra. Quicquid ſuperiùs dictum eſt in ſcriptis de Capitulo Canonicorum; ſcilicet de horâ Capituli, de modo & formâ in Capitulum veniendi & in eo loquendi, & venias petendi & clamandi, & in judicio reſpondendi, & ſententiam exponendi, & de Capitulo exeundi, quantum decenter convenit & congruit ſexui fœmineo, ſecundùm regulam beati Benedicti, *inter Moniales diligenter cuſtodiatur, niſi Prior omnium aliquid alio modo ratione dictante, vel neceſſitate cogente, fieri judicaverit.*

De Proceſſionibus in Clauſtro Monialium faciendis. 24.

In *domibus Monialium* xiv. *Proceſſiones ſollempnes fiant per annum; ſcilicet die* Natalis *Domini*, Epiphaniæ, Purificationis, *depoſitionis beati* Gileberti, Annunciationis, Paſchæ *floridi, die* Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, *Sanctæ* Trinitatis, Aſſumptionis *beatæ* Mariæ, Nativitatis *ejuſdem, Tranſlationis beati* Gileberti *&* Omnium Sanctorum; *& cum corpora mortuorum efferuntur ad ſepeliendum, vel corpora ſororum inferuntur Monaſterio à ſororibus. Proceſſiones verò hoc modo ordinentur. Præcedat aquæ benedictæ bajulus; deinde thuribulum ferens, poſt Crux & candelabra; deinde diaconus, textum ferens & Reliquias; quem è veſtigio ſequantur Canonici, noviciis præeuntibus. Poſt ſeculares, ſi fuerint. Hos ſequantur fratres, ſenioribus præcedentibus, exceptis duobus ſenibus, qui novicios ſequantur. Deindè Moniales præeuntibus Præpoſitis, ſequentibus cæteris, ordine converſionis ſenioribus. Deindè ſorores, poſt noviciæ Sanctimonialium; tunc noviciæ ſororum; duæ tantùm maturæ, quibus Præpoſita juſſerit, poſt non velatas gradiantur, diligenter eas cuſtodientes. Januæ verò inter Altare Sanctimonialium, & ipſas conſtructæ claudantur, in tranſitu virorum; ne videant vel videantur mares tranſeuntes à fœminis. Similiter per* iv. *angulos Clauſtri vela ponantur; nec minus per ſingula latera Clauſtri per anſulas cortinæ extendantur, ut ſuperior pars Clauſtri columpnarum cortinis texta vel velata illicitum auferat viſum hiis, qui fuerint in diverſis lateribus clauſtri. Hoc autem fideliter ſervetur, niſi aliquid magis ſervandum gratia Dei fuerit repertum vel revelatum, ad majorem cautelam. Poſt proceſſiones dicatur Collecta de feſto illius diei, exceptis proceſſionibus vigiliarum* Paſchæ *&* Pentecoſtes, *quæ non fiunt in domibus Sanctimonialium.*

De geſtu Monialium in clauſtro, & de exitu inde prohibito; & de ſignis iracundis, & linguâ Latinâ prohibitâ. 25.

Feſtivis diebus, & feriis, tempore lectionis, omnes Moniales, Officialibus exceptis, orationibus in Eccleſiâ, vel lectioni, ſeu meditationi communiter vacent in clauſtro reſidentes, ſub voto & profeſſione, quam Deo fecerunt. Quæ cum ſederint in Clauſtro, in quocumq; latere ſederint, collaterales ſedeant non fronte oppoſitâ, ſet tergo unius alterius vultui verſo, niſi fortè in eodem libro lecturæ ſunt, vel inſpecturæ, vel in uno eodem panno ſuere contigerit & hujuſmodi. Quod ſi minor ambitus clauſtri in oppoſitâ parte aliquas ſedere compulerit, nemo accuſare præſumat, quas neceſſitas excuſat. Nulla ſibi aſſumat licentiam dare cuiquam egredi de clauſtro, exceptâ Præpoſitâ & Subpræpoſitâ, niſi aliqua matura ad hoc deputata, ſi ipſa & Subpræpoſita abſentes fuerint. Egredientes ſine licentiâ, exceptis officiis diverſis deputatis, in Capitulo vapulabunt, niſi manifeſta neceſſitas culpam excuſare ſufficiat. Nulla tranſiens per Clauſtrum, alicui ſedenti inclinet, niſi Præpoſitæ, cum interfuerit mandato & collationi. Nec ulli literatæ poſt Primam, *ſine libro, licet ſedere in Clauſtro. Si qua ocioſa ad librum ſederit, aliquod opus injungatur ei à Subpræpoſita, vel à Clauſtri ſcrutatrice. Licet omnibus mutuo honore inclinando capita ſibi præ-*

venire, ex quo dies illuceſſerit. Caveatur ab omnibus, nequa iracundo vultu, vel torvo aſpectu, in Clauſtro vel extra alteri ſignificet. Quæcumq; in hoc vicioſa reperta fuerit, in areâ Refectorii, ſine mapulâ & menſâ comedat, ut confundatur, & pœniteat. Caveant omnes ſignificare in Clauſtro ſicut in Dormitorio, niſi neceſſitas poſtulet aliqua hoc fieri. Quod ſi aliqua vicioſa in ſignis ocioſis, & hujuſmodi deprehenditur, in Capitulo culpa puniatur, ut deleatur.

Omnino probibemus Latinam linguam inter omnes, niſi conveniens occaſio compellat. Quæ autem fecerit, diſciplinetur in Capitulo, vel in pane & aquâ pœniteat. Silentium verò firmiter ubiq; teneant, nuſquam interloquentes, niſi ordinatâ licentiâ petitâ & acceptâ; congruis ſcilicet locis & temporibus. Quæ vero in infractione ſilentii vicioſa fuerit reperta, Monialis vel ſoror, ut ſupraſcriptum eſt, in ſcriptis Canonicorum Capitulo xxix. *plenè ſatiſfaciat. Set ſiqua Monialis vel ſoror ſorori ſuæ maledixerit, vel aliquam obprobriis ſeu conviciis, aut criminum objectionibus, aut litibus inhoneſtis verbis, vel ſignis affecerit, à perceptione corporis Chriſti privata, in ultimo gradu pœnitens Magiſtro præſentetur, graviter & turpiter affligenda, ut cæteræ ſuper delicto ſimili ſibi caveant.*

Et cum firma fidelitas inter omnes Religioſos & religioſas debeat obſervari, & furtum artiùs evitari, prohibemus ſub anathematis interminatione, ne aliqua Monialis vel ſoror rem aliquam grandem vel minimam non ſuam alicubi occultè capiat vel furtim ſubtollat; aut ſublatam aliquatenus retineat. Quod quæ fecerit, & rem ſublatam auditâ publicâ ammonitione renuerit, & clanculo vel publicè rem alienatam & quæſitam non rejecerit vel reddiderit, ſi deprehenſa vel convicta fuerit, non fiat pro ea poſt ipſius obitum, ſicut pro Moniale vel ſorore, niſi in extremis agens, vel ante, publicè pœnituerit. Idem inter Canonicos & fratres pro modo ſuo firmiter teneatur. Quicquid ſuperiùs ſcriptum eſt de geſtu Canonicorum in Clauſtro, quod deceat & convenienter poſſit ſervari, inter Moniales firmiter obſervetur.

26. De mandato Monialium, & ſororum in cœnâ Domini.

IN cœna domini ſorores cum Monialibus intereſſe debent mandato. Ad mandatum pauperum non dicatur Miſerere mei Deus. *Panni verò manuum & pedum ad mandatum in Clauſtro poni debent. Peracto mandato, non bibant ſorores, nec venias ſumant, ſet in Cellâ ſuâ, dicto* Completorio, *eant dormitum. In cœna domini ſervitrices lotricibus deputantur hoc modo; Præpoſitæ duæ, cæteris unicuiq; una, quæ aquam & lintheamina ſufficienter eis amminiſtrent. Quociens autem Subpræpoſitam tranſierint, tam Præpoſita quàm ceteræ inclinent. Peracto itaq; officio, Præpoſita ſibi ſervientium pedes lavet in Capitulo; ceteræ ſibi invicem lavent. Noviſſimè verò una de eis, quæ ſibi ſervierint, videlicet in Ordine ſenior, lavabit pedes Præpoſitæ, & alia tergat & oſculetur. Poſt hæc tam Præpoſita quàm ceteræ ſibi viciſſim aquam in manibus fundant.*

27. De adoratione Crucis à Monialibus, & ſororibus in *Paraſceue*, & mundatione areæ Eccleſiæ, Clauſtri, & Capituli.

IN Paraſceue *aptetur convenienter locus in Eccleſiâ Sanctimonialium, ubi ponatur Crux adoranda, quam ibi ponant duo maturi Canonici. Quibus egreſſis, adorent duæ ſimul. Poſtquam verò omnes adoraverint, tam Moniales quam ſorores, Sacriſta percutiendo ad hoſtium inter Chorum ipſarum, & chorum Canonicorum firmatum Canonicis notificet jam omnes adorâſſe. Tunc duo prædicti Canonici, accedentes ipſam Crucem, elevent ſuper Altare Monialium, eam collocantes diſcoopertam; & ſic uſq; poſt* Veſperas *remaneat; & ſic ipſis in Chorum Canonicorum revertentibus, adoratâ jam Cruce ab omnibus, incipiant qui ad hoc aſſignati fuerint in Choro Canonicorum,* Super omnia &c. *Crucem, quam adoraverint Canonici & fratres, ſuper Altare Canonicorum ponentes: Ipſo verò die* Veſperæ *tacitè dicantur. Completo officio, licet ablutos pedes pannis mandati tergere Ipſo die mundent aliquæ ſororum aream Eccleſiæ, dum Moniales refecerint. Clauſtrum & Capitulum, poſt* Completorium. *Idem faciant fratres ex parte Canonicorum.*

De areâ Capituli non ſternendâ; & Clauſtro & Capitulo ornandis. 28.

In Sabbato Paſchæ *non ſternatur area Capituli de aliqua re antequam Capitulum teneatur, niſi fortè madida ſit area. In. intervallo verò, quod ſit inter* Nonam *& Miſſam, ſubpræpoſita Capitulum & Clauſtrum ornabit.*

De tabulâ ſcribenda, & Collatione, & pœna amittentium benedictionem Collationis. 29.

Tempore laboris non ſcribatur tabula Capituli, niſi occaſio neceſſaria hoc fieri permiſerit. Præcentrix quoq; præparet librum Collationi. Sanctimoniales, ſi aliqua occupatione impediente benedictionem Collationis ſuâ incuriâ perdiderint, eodem modo ſatisfaciant, quo & Celleraria, ſi omnino Collationi defuerit; videlicet inchoante ymno Completorii *ad gradum ibunt; eodem modo ſe habentes quo illæ de Choro ſe habent, quouſq; hora terminetur, & oratio quæ ſequitur. Quæ legerit ad Collationem, non mutet locum ſuum, quouſq; dicatur à Præpoſita* Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

De Præcentrice & ejus ſolatiâ, & armariolo librorum, & libris ſine licentia omnino non ſcribendis vel habendis. 30.

Cum præcentrix ſervierit in Coquinâ, ſolatium ejus armarii clavem habeat. Armarium verò librorum ſemper firmetur cum lectionis tempus non fuerit. Præcentrix, finito xxx. *die defuncti, notum hoc faciat in Capitulo. Ipſa etiam & ſolatium ejus, in primâ dominica* Quadrageſimæ, *finito Capitulo, dividant libros ad juſſum Præpoſitæ. Poſt diviſionem librorum ſumant venias, quæ non perlegerint libros ſibi traditos, in anno præterito. Deinde Præpoſita ſtatuet, quæ diligenti curâ cuſtodiant Clauſtrum & religionis rigorem. Poſtea orationem, quam facturæ ſunt monachæ, per totam* Quadrageſimam *injunget eis. Orationem verò, quæ Conventui injungitur in initio Quadrageſimæ, ſi Cocæ, vel aliæ non perſolverint ante* Tertiam *in die dominica, non ideo venias ſumant. Nulla verò de noſtris librum ſibi aſſumere præſumat, quem altera habuerit. Si verò ei valdè neceſſarius fuerit, à Præpoſitâ, vel à Subpræpoſitâ, vel Præcentrice cautè petatur, ne fortè Sanctimonialis offendatur. Libros tamen ad divinum Officium ſibi aſſumere ebdomadariis licet. Nulla etiam de noſtris præſumat libros aliquos, vel orationes, vel meditationes ſcribere vel ſcribi facere, ſine aſſenſu Prioris omnium, vel ſcriptores conducere & retinere in Eccleſiis Monialium. Quod ſi aliqua contra hoc facere præſumpſerit, Ordinis vel poteſtatis ſuæ, ſi officialis fuerit, periculo ſubjaceat; & flagello gravioris culpæ reatum luat. Et quod ſcriptum eſt ad Prioris omnium voluntatem, ad aliam domum tranſmittatur; & ipſa quæ ſcripſit vel ſcribere fecit, & domus illa illo ſcripto in æternum careat. Libri tamen ad divinum Officium ſcribi permittuntur.*

De Refectorio Monialium, & quomodo ſe habere debent in refectione, & de cybariis inde non efferendis. 31.

Ad hoſtium Refectorii ſedeat Monialis fideliſſima, quæ cum ingredientibus ad potum ingrediatur; videlicet cum minutis & non minutis. Quæ ſi defuerit minuta alteri ſignificet, & cum eâ intret & egrediatur. Quæ autem legerit ad menſam Monialium, ad menſam ſervientium dicat Jube Domine, *ante benedictionem. Quæ prior fuerit in Ordine dicat benedictionem. Si fortè ipſa prior fuerit, alia in loco ipſius legat; & ipſa dicat benedictionem. Et poſtquam commederint, ipſa ſemper terminet lectionem,* Deus pacis, *&c. ſi deeſt lectrix. Cum verò cerviſia vel cicera defuerit, Cocæ deferant aquam in Refectorio. Quicquid ſuperius dictum eſt de Refectorio & refectione Canonicorum, quod decenter conveniat, & poſſit juxta regulam beati* Benedicti, *inter Moniales ſervari, firmiter cuſtodiatur, excepto quod cibi & potus illarum per hoſtium poſſunt inferri & reliquiæ ad Cellarium efferri; & campana ad ſervitrices convocandas poſt refectionem Conventus pulſabitur; & poſt earum refectionem ſimiliter.*

In virtute ſanctæ obedientiæ, ſub animarum periculo firmiter prohibemus, ne aliqua

Monialis, vel ſoror, panem vel pitanciam vel potum in Refectorio capiat, ſine licentiâ, vel efferat, aut efferri faciat, exceptis Præpoſitis & Cellerariis vel earum ſolaciis, quæ ſecundùm Ordinem efferre debent. Nec duæ de uno pane comedant, alium panem integrum reſervantes, ut illum pro voluntate alicubi erogent. Nec reliquias aucis vel gallinis, vel aliis avibus, aut canibus temerè diſtribuant. Minutæ micæ parvulis pullis gallinarum erogandæ excipiuntur. Panis verò penuria, duas de uno pane commedentes excuſare poterit. Siqua autem literata vel illiterata, ſuper aliquo prædictorum convicta fuerit, in ultimo gradu uſq; ad adventum Magiſtri pœniteat. Quæ gratis fuerit confeſſa, corripiatur, & mitius cum illa agatur, ſi in poſterum emendaverit.

32. De loquela in auditorio Monialium prohibita. Et de veniis ipſarum & ſororum, in ipſo ſumendis; & de confabulationibus prohibitis.

Cum hoſtis antiquus dampna ſibi in Capitulo illata in Auditorio ſibi proponat reſtitui; rarum ingreſſum, ſet neceſſarium, in Auditorio noſtris concedimus; videlicet pro veniis ſumendis, cum ratio permiſerit. Et ſiqua loquenda ſunt, quæ ſignis indicari nequeunt, vel ſi quid fortè emerſerit, quod conſilio tractari opus ſit, cum ſummis etiam ſcrutatricibus, vel alia matura; vel ſiqua fortè nobilis ſupervenerit, ſecularis vel Religioſa, noſtræ vel non noſtræ profeſſionis domeſtica loqui ſuſtinemus. Quæ venias ſuſcipit, ſi plures confitentes affuerint, ſedeat. Sedeant etiam, quæ cum ſupervenientibus hoſpitibus loquuntur, vel cum ſcrutatricibus. Cæteræ ſtantes loquantur, niſi manifeſta infirmitas & gravis neceſſitas miſericordiam mereatur. Completo negotio, pro quo ingreſſæ ſunt, citò exeant, niſi à Præpoſitâ detineantur. Sorores ſumentes venias, in Auditorio vel in Capitulo breviter ſumant; videlicet quamdiu ſemel moderatè miſerere mei Deus, dici poteſt. Quo dicto ab aliqua, ipſa ſignum ictu faciat, & terminatur ſermo in Auditorio. Aliter facientes in pane & aqua pœniteant, cum eâ cui confitentur. Confabulationes enim & vaniloquia inter ſorores, omnino interdicimus & condempnamus; ſimiliter & inter fratres. Quæ vicioſa in hoc reperta fuerit, verberibus & abſtinentia eſcæ corripiatur, & contemptibilis ab omnibus habeatur & vitetur. Præpoſitâ loquente in Auditorio cum duabus, nulla ingrediatur, niſi ab ea vocata, cauſâ cogente aliquâ; ſi non vocata venerit, in Capitulo vapulabit, vel in areâ Refectorii in pane & aquâ pœnitebit, niſi ex ignorantiâ hoc contigerit. Similiter quæcumq; ingreditur hoſpitium hoſpitum, ſine ejus mandato, hoſpicii Cuſtodibus exceptis. In Auditorio etiam, cui ipſa juſſerit, Moniales ſtando docere convenit expoſitionem regulæ. Quicquid ſuperiùs ſcriptum eſt in ſcriptis de Canonicis, de Auditorio, Calefactorio, Dormitorio, Infirmitorio, & Infirmis, minutione & minutis, quod rationabiliter poſſit, & quod deceat Religionem & fœminei ſexus honeſtatem, firmiter ſuo modo inter Moniales & ſorores, pro loco & tempore teneatur; & è converſo.

33. De Cocis & Coquinâ Monialium; & de cura fratris feneſtræ, & Hoſpitalis, circa neceſſaria Coquinæ providenda, & ingreſſu Coquinæ prohibito.

Si una ſola monacha ſervitura eſt in Coquina, cum illa benedictionem ſumet, quæ in futura ebdomada ſerviet in Coquina. Quæ verò exit de Coquinâ, cum illa ſumet benedictionem, quæ in præterita ebdomadâ ſervivit in Coquinâ. Siqua etiam ſuſceptura eſt benedictionem, alia pro eâ dicat Benedicamus in choro, ſi ſuum eſt dicere. Soror verò de Coquina, & quæ deputantur ei in auxilium, completis matutinis ſuis yemis tempore feſtivis diebus, tali hora de Eccleſia exeant, ut miniſterium de Coquina eis deputatum, bene valeant adimplere. Ipſa verò ſoror coquinæ menſæ ſororum non miniſtrabit, nec illam horam inchoabit.

Cum autem ſorores jejunabunt non ingrediantur coquinam ſervitrices ante horam Primæ, yeme vel æſtate. Caveant omnes ne ſine permiſſione Cellerariæ, propriam ſequentes voluntatem aliquid in Cellario capiant, Ordinis contemptrices ne fiant. Exeuntes verò de Coquina, vaſa coquinæ cum ſcapulari tradant; recipientes, cum cucullâ recipiant. Sorores verò, quæ debilitate gravantur à Coquinâ excludantur, & ab omni officio in Eccleſiâ. Ad curam fratris feneſtræ, & fratris Hoſpitalis, & ortolani pertinet præparare quæ neceſſaria fuerint ſororibus ad Coquinam; videlicet aquam, igni materiem, & olera, & hujuſmodi, quantum valitudo permittit & ſitus loci permiſerit, cum opus habuerint. Nulla *ingrediatur Coquinam, exceptis Præcentrice, ad planandam tabulam, ad calefaciendum incauſtum, & Scriptricibus ad ſiccandum percamenum; & Sacriſtâ vel qualibet aliâ pro accendendo lumine in Eccleſiâ, vel prunis in thuribulo, vel patellâ imponendis, vel ſale benedicendo. Set nec iſtæ intrare debent, ſi in Calefactorio ignem ſufficienter invenerint; & exceptis Cocis & Infirmariâ, pro officio ſuo; & illa quam aliqua de Cocis vocaverit ad ponendam ſuper ignem caldariam, vel deponendam. Calefactorium verò poſſunt ingredi, ad illa, quæ ſupradiximus facienda; & ad minuendum ſe & ad calefaciendum. Notandum tamen, quia has officinas ingredi poterunt illæ, quæ ſecundùm regulam per annum circueunt clauſtrum Monaſterii.*

De hoſpitio mulierum, & ejus Cuſtodibus. Et de generali prohibitione loquendi in eo. Et de mandato hoſpitum, & de puero maſculo non intromittendo. 34.

Quæ recipit hoſpites advenientes, ipſa ſermonem hoſpitibus faciat. Si nocturnalibus calciatur, altera quæ non calciatur ad hoſpitium eas ducat. Panni ad pedes hoſpitum in hoſpitio ſerventur. Hoſpitium fæminarum Curti Sanctimonialium incluſum ſit, viis & aſpectibus earum excluſum. Nec ulla de noſtris ingrediatur domum hoſpitum illis præſentibus, ſine licentiâ, exceptis Præpoſitis, & hiis quæ ad hoc deputatæ fuerint. Hoſpitales verò ſorores, in Oratorium introducere hoſpites poſſunt, hoſpitibus paratum; dum Moniales debitum horarum perſolverint, ſet reducant eas antequam de Choro exeant. Provideantur diſcretæ & maturæ Sanctimoniales, duæ vel tres, quæ hoſpicio præficiantur, & cum hoſpitibus honeſtis & nobilibus loquantur cum advenerint. Sorores tamen hoſpitibus ſerviant, & in hoſpitio miniſtrent; & res hoſpitii cuſtodiant; & in hoſpicio jaceant cum opus fuerit, non Moniales. Set ſi hoſpites quoquam intra Curtem Sanctimonialium ducendæ ſunt, de licentiâ Præpoſitæ à Monialibus ducantur. Probibemus ſiquidem in virtute obedientiæ, ne aliqua literata vel illiterata præſumat alicui hoſpiti, nobili vel ignobili, dare carnes ad manducandum, ſine ſpeciali licentiâ Magiſtri. Nec aliquam balneare, vel minuere, vel ultra unam noctem retinere, vel in Refectorium aut Infirmitorium Monialium vel ſororum ad manducandum vel potandum ducere ſine licentia Præpoſitæ; Quod ſiqua fecerit, corripiatur ſemel & ſecundò, & niſi ſufficienter emendaverit, ab obedientiâ ſibi credita inboneſtè deponatur, & præſumptionem ſuam gravi jejunio & verbere multiplicato luat. Ceteræ non egrediantur de Clauſtro ſine licentiâ.

Si verò aliqua hoſpitum cum parentibus ſuis noſtri Ordinis, maſculis, vel cum ſuis, qui cum ipſâ venerint, dum penès nos eſt, loqui voluerit, cum noſtris ad magnam feneſtram loquatur, vel in receſſu ſuo ad hoſpitium foras, vel ad portam cum teſte ordinato. Cum ſuis verò ad parvam feneſtram, ſi nobiles fuerint, vel advocatæ, ſi Prior viderit oportere. Præpoſitæ noſtræ & Cellerariæ, & quæ præſunt ſubſtantiæ domus, non loquantur cum parentibus, vel notis ſuis, niſi aliquæ aliæ maturæ præſentes fuerint, quæ audiant; videlicet ſummæ vel annuæ ſcrutatrices, vel clauſtri ſpeculatrices, vel aliæ Religioſæ zelum Ordinis habentes. Licet tamen Præpoſitæ in hoſpitio fæminarum, cum honeſtis mulieribus loqui cum teſtimonio aliquarum prædictarum, & non aliter. In hoſpitio hoſpitum Moniales vel ſorores cum licentia loquantur, & hoc raro fiat, ratione cogente; ſcilicet ut declinetur offenſio, dampnum & odium magnatum fæminarum. Nullam de noſtris permittimus cum peregrinis loqui mulieribus, hoſpitali ſorore exceptâ. Nulla Sanctimonialis à mandato hoſpitum excludatur, niſi infirmitate gravata. Nec pulſetur tabula ad mandatum hoſpitum, ante Conventus ingreſſum in Dormitorium. A cuſtode hoſpitum tabula pulſabitur ad mandatum. Hoſpitalis ſoror, dum ſola fuerit, cum hoſpite in hoſpitio pauca & honeſta loquatur. Si altera matura præſens fuerit, ſicut ſtatutum eſt, cui ſilentium indicitur, illâ audiente loquatur cum hoſpite, quæ deceant, & alloquenti reſpondeat. Si fortè hoſpita puerum maſculum in hoſpitium noſtrarum ſecum caſu duxerit, nulla de noſtris, ſi ſcierit, ingrediatur. Ingreſſa feſtinè egrediatur, niſi puer maſculus omnino excludatur. Quod ſi aliqua ſcienter contra hoc facere præſumpſerit, trinæ diſciplinæ in Capitulo ſubjaceat, & tribus diebus in pane & aquâ pœniteat; & illud delictum Priori omnium manifeſtum fiat.

35. De parvulis Noviciis, & earum Magiſtris. Et loquelâ cum eis prohibitâ. Et de ætate ſuſcipiendarum, & profeſſione earum.

Nulla loquatur cum parvulis, nondum Noviciis, niſi Præpoſita & earum Magiſtra, vel cui Præpoſita juſſerit, magnâ & manifeſtâ neceſſitate cogente. Cæteras verò monachas cum Noviciis loqui abhominabile judicamus, ſi ſine damno vel periculo poteſt vitari. Et quicquid ſuper hoc faciendum eſt, in Prioris omnium & majorum pendet arbitrio. Nulla recipiatur inter noſtras, niſi priùs fecerit moram in hoſpicio ſororum per aliquot dies; ut ſciant & probent animum ejus, & cognoſcant de ſanitate corporis & mentis deſiderio, ad pondus 34. *tanti laboris, & tam diſtrictæ religionis. Et non cogantur aliquam recipere, quàm non ſuſcipiendam probaverint. Noviciæ autem in Capitulo ſuſcipiendæ, à duabus Monialibus introducantur, & ſcutellæ earum ab ipſis abluendæ ſunt. Hoſpitalis ſoror, die quâ recipienda eſt Novicia, in hoſpitio loquatur cum eâ, prout convenit. Præpoſita autem in Auditorio, antequam introducatur in Cellam Noviciarum, omnia aſpera ei prædicet, ut probet quanto deſiderio ad pondus tanti laboris, & tam diſtrictæ Religionis aſpiret & Ordinis gravitatem. Non admittatur aliqua in Monialem, minus quàm plenè duodecim annos ætatis habens. Nec fiat Novicia niſi adulta quindecim annorum. Nec admittatur ad profeſſionem, donec Pſalterium, Ymnarium, & Cantica benè corde tenus ſcierit & Antiphonarium corde tenus reddiderit, ſi citra viginti annos ad converſionem venerit. Si verò viginti annos ætatis habentes vel amplius ad Converſionem venerint, ad omnia præmiſſa non cogantur, niſi habilioris & ſubtilioris ingenii fuerint, ita ut præmiſſa ſine magnâ difficultate complere poſſint, ſed de conſilio Magiſtri cum eis diſpenſetur.*

Nec eant ad laborem continuè Noviciæ Monialium, donec ſervicium ſuum reddiderint, & ſcierint. Magiſter ad Altare Monialium celebret, quotiens Noviciæ Monialium profeſſionem ſunt facturæ, ſive feſtum ſit, ſive feria. Noviciæ Monialium, poſt Confeſſionem Magiſtro factam, octies in anno, ſcilicet quando ſorores communicant, communicabunt. Cætera verò quæ ſuperiùs in Scriptis Canonicorum Capitulo ſecundo continentur, inter Moniales, prout decet, & poteſt fieri, firmiter & plenè cuſtodiantur. In yeme introducantur Noviciæ in cellam Noviciarum ante Miſſam, in æſtate ante Primam; *Et ingredienti dicatur,* Ingredere ſoror ſi vis, aſpera & dura pro Chriſti amore paſſura. *Quibus licet, ſi Præpoſita voluerit, albâ velâ habere, & in Eccleſiâ ad Miſſas in ultimo gradu, in ſtallis vacuis ſtare. Siqua venerit ad Converſionem, ut Monacha fiat, & Præpoſita vel Magiſtra Noviciarum viderit eam ad officium in Eccleſiâ non poſſe doceri, antequam recipiatur dicatur ei, quod inter laicas Monachas, ſicut una earum ad opus manuum deputabitur, dum literatæ officium Eccleſiæ prævidere ſtuduerint. Quod ſi libens annuerit, ad Monacham ſuſcipiatur: Si verò renuerit, diſcedat, niſi ratio vel Manifeſta occaſio faciat ne diſcedat. Licet Noviciis, ante factam profeſſionem, de vita Sanctimonialium, ad ſororum vitam laborioſam tranſire; de vitâ autem ſororum ad Sanctimonialium non licet.*

Siqua Magiſtra Noviciarum ſervierit ad menſas, non loquatur interim cum Noviciis; nec in earum Cellam ingrediatur. Per hoſtium tamen licet introſpicere & videre utrum ſe ordinatè habuerint. Non licet ei de aliquo opere faciendo licentiam illis dare, nec in Cella earum poſt Veſperas *loqui, niſi caſu aliquo tempus lectionis perdiderit. Nec venias Noviciarum privatas ſumere, nec eas diſciplinare ſine juſſu Præpoſitæ, niſi Magiſter aliter juſſerit; quo jubente, hoc ordinatè facere poteſt. In yeme, cum ratio exigerit, Magiſtra Noviciarum, Noviciis quæ facturæ ſunt profeſſionem, regulam exponat ante* Terciam. *Quod ſi fortè ante* Terciam *non expleverit, poſt Capitulum, licet ei cum cucullâ quod reſtat exponere. Raro concedatur Noviciis à Magiſtro earum in Auditorio reſidere, tempore ſibi credito, ad Novicias Monachas de Ordine inſtruere. Antequam pulſetur nola Refectorii non dicant Noviciæ* Benedicite *ad cibum, nec ſorores, ſi eâ horâ refecerint; quâ & Moniales, nec manus abluant antequam pulſetur à Præpoſitâ. Si Novicia infirmitate tacta de Eccleſiâ egrediatur, quæ Monachas infirmas ſequitur, eam ſequatur. Quæ autem infirmantur, non poſſunt cum aliis Noviciis eſſe, niſi velum vel paries interponatur. Illæ quæ miniſtrant infirmantibus, loquantur cum eis. Infirmæ autem cum miniſtrantibus ſibi neceſſaria loquantur. Quicquid ſuperiùs ſcriptum eſt in ſcriptis de fratribus de eorum Capitulo, & horis, & feſtis, Refectorio, Infirmitorio, ſilentio, & aliis Ordinis obſervantiis, quod rationabiliter poſſit in ſexu fæmineo ſervari, firmiter inter laicas ſorores obſervetur; & è converſo.*

Incipiunt

Incipiunt Inſtitutiones de laicis ſororibus.

De laicis ſororibus, & earum veſtibus; & lectis, & horis, & communione, & de totâ ſerie vitæ illarum. I.

Nulla ad habitum ſororum admittatur, minus quàm viginti annos ætatis habens. Susceptæ, ſtatim aſſignetur aliqua ſoror diſcreta, quæ ipſam ordinem vivendi & modum laborandi doceat. Et laboribus utilibus ſtatim aſſignetur. Quæ cum illa, quæ ad ordinem illarum ſpectant, didiſcerit, ſi obediens, humilis & devota reperta fuerit, poſt annum plenè peractum in probatione vel ampliùs profiteatur: Cujus profeſſionem Magiſter in pallio exiſtens, die feriali ad Altare Monialium accipiat. Profeſſa, laboribus ſibi aſſignatis diligenter intendat; obedientiam, devotionem, reverentiam & honorem Monialibus ſemper impendat, & modis omnibus pro poſſe ſuo neceſſitatibus illarum in rebus, quibus illarum debilitas indiguerit, diligenter ſine omni murmuratione aut contradictione devotè ſubveniat, ut à Deo remunerationem, & à ſuis ſuperioribus gratiam valeat promereri. Prohibemus etiam in virtute obedientiæ diſtrictè, ne ſorores cerviſiam facientes, vel in Coquinâ exiſtentes, vel aliis officinis ſervientes, in laboribus ſuis inchoandis Moniales expectent, vel labores ſuos uſq; ad adventum Monialium differant, ſet ſtatim labores ſuos incipiant & faciant, quam citius rationabile tempus affuerit, auxilium Monialium accepturæ, ut à beato Gilberto *inſtitutum eſt; quibus & Moniales temporibus congruis diligenter, ut decet, aſſiſtant, & auxilium devotè ſubminiſtrent.*

Sororibus cum palliis in Eccleſiâ conſiſtentibus, feſtivis omnibus diebus, quibus Moniales non laborant, Moniales ad aliquem laborem manuum nullatenus exeant, niſi laboris gravitas ſororum vires excedat, vel temporis laboris brevitas auxilium neceſſario Monialium exigat. Tunc enim oportet & decet ipſas illis auxiliari. Siqua verò ſoror laica, lixivium vel aquam calidam, vel utenſile aliquod, vel aliud quid inopiæ Monialium neceſſarium denegaverit, vel lixivium tempore meridiano vel tempore intervalli, vel poſt Completorium, *ut Monialibus occultetur faciat, vel peplâ & velâ earum nigrare, vel alia minuta & ordinata, quibus ipſarum neceſſitas ordinata carere non poteſt, ipſis miniſtrare contempſerit, corripiatur ſemel & ſecundò, & niſi emendaverit, in ultimo gradu pœnitens, omni ſextâ feriâ, in pane & aqua à corpore Chriſti ſeperetur, niſi pro mortis periculo Magiſtro præſentanda. Item ſi ſorores ante tempus ſibi ſtatutum Eccleſiam de nocte vel die ſine licentiâ intraverint, vel ibidem diutiùs, quàm ſibi ſtatutum eſt, moram fecerint, ſemel & ſecundò correptæ, ſi non emendaverint, ab ingreſſu Eccleſiæ per* XXX. *dies ſuſpendantur.*

Omni die feſtivali, quo Moniales non laborant, aſſignetur ſoror una Coquinæ, præter illas, quæ in ea miniſtrant, per ebdomadam in auxilium Monialium, in Coquinâ miniſtrantium; videlicet ad olera ſecanda, & alia neceſſaria facienda. Filum ad ſutorium opus neceſſarium à ſororibus aſſidentibus, magnæ feneſtræ verſatili fiat. Prohibemus item in virtute obedientiæ, ne ſorores laicæ tunicas ſubtiles de ſayo lude, pro infirmitate ſui corporis habentes, eis manifeſtè in caputiis exiſtentes, utantur, ſet ſub aliis tunicis, vel ſub earum palliis. Item Capitulo ſororum, quod omni dominicâ, & bis in ebdomadâ debet teneri, una Præpoſita, vel Subpræpoſita, cum annuâ ſcrutatrice, & una Clauſtri ſpeculatrice, vel alia Moniale matura & ordinata interſit, ut teſtimonio illarum trium, ſi quid in eo, quod Deus avertat, inordinatum emerſerit; videlicet litis, murmuris, inobedientiæ, contentionis vel contumaciæ ſufficienter poſſit probari, & probatum regulariter emendari. Scrutatrix quidem vel ſpeculatrix non habent in illo Capitulo poteſtatem clamandi, niſi aliqua inordinatè ibidem loquatur; ſet Præpoſita & Subpræpoſita & Celleraria in eo clamare poſſent & debent.

Sorores operi aſſignatæ textrino, nichil inconſultis Præpoſitis texant; vel telas textas in illarum abſentia ſcindant; nec omnino aliquid de alia domo Ordinis, ſine licentiâ Magiſtri texendum admittant. Nec aliquæ Moniales vel ſorores aliquid texendum ad aliam domum mittant; ſet ſiquæ filum ordinatè ſibi adquiſierint, ad aliquod neceſſarium ſibi texendum, ea, quibus regulariter indigent Præpoſitæ ſuæ domus, ſine difficultate texere faciant. Nec manutergia, vel pepla, vel vela, vel alia quæq; à noſtris texta, ſæcularibus ſine ordinatâ licentiâ erogent, vel in ſæculum vendenda mittant, ſub pœna excommunicationis. Converſæ verò laicæ ſorores veſtiantur ſicut Monachæ, cucullis & ſcapulari exceptis; quorum loco habeant pallia de adultis agnis forrata; & caputia earum mamillas tegentia ad formam ſcapulariorum Sanctimonialium, non caputiorum fratrum. Pallia eis pro coopertoriis computantur.

Omnes habeant mitras lineas de groſſiori panno, vel vetuſtiſſimo, qui non ſit ad vela ydoneus, nigras & forratas de agninis pellibus. Omnes panni, quibus capita earum involvuntur, nigri erunt & groſſi. Similiter & vela earum. Lecti ſororum ſternantur, ſicut & Monialium, exceptis coopertoriis & culcitris. Licet omnibus, acceptâ licentiâ, minutas ſciſſuras pannorum ſuorum reſarcire, cum acus habeant, & ſufficiant Sanctimonialibus & ſororibus duæ tunicæ, quouſq; fratres tres habeant. Cum ſurrexerint ſorores à lectis, antequam aliquid operis faciant, dicant nocturnam ſynaxim; nec dicant Primam *antequam pulſetur. Quod ſi aliquod opus inchoaverint, antequam pulſetur, quælibet hora diei licet eis inchoatum opus finire, ſi ſine dampno operis non poſſit differri. In die* xii. *lectionum, quâ laborant ſorores, poſt ſextum Pſalmum excitentur à lectis. Ingreſſæ in Monaſterium, ſedeant ſuper miſericordias; & dicant ſolitam orationem, quamvis Monachæ ſtantes aliquid de divino officio perſolverint. A feſto Omnium Sanctorum; uſq; ad* Cathedram Sancti Petri, *omni die detur eis ante* Laudes *&* Primam, *Sanctimonialium aliqua hora ſupplicandi, & devotioni intendere. A feſto Sanctæ* Crucis, *uſq; ad feſtum* Omnium Sanctorum *tali horâ dicant* Primam, *ut poſſint mox tranſire ad opus manuum, dictâ* Primâ.

Cum ſorores dixerint horas, quamvis bis Pater noſter *perdixerint, poteſt aliqua abſens ad horam ingredi. Si plures perdixerint, non ingrediatur, ſet per ſe debitum horæ perſolvat. Siqua horam prolongaverit, vel nimis abbreviaverit corrigatur ab illa, quæ labori earum præfuerit. Omnes ſorores* Completorium *dicant ſimul, exceptâ ſorore feneſtræ, & quæ cum ipſâ fuerint, vel aliis negociis neceſſariis intricatæ, & tunc cum palliis, ſicut in intervallo orationis. Omni verò tempore, dicta* Primâ *&* Completorio, *aquâ benedictâ ſe aſpergant. Die verò, qua ſorores habent communicari, ſi Monialis eſt communicanda, præcedat ad communionem. Sorores octies in anno communicabunt, ſicut & fratres & eiſdem terminis. Noviciæ verò ſororum ter in anno, ſcilicet die* Natalis *Domini, die* Abſolutionis, *& Sancto die* Paſchæ, *& quociens pro infirmitate opus fuerit.*

2. De noviciis ſororum, & earum Magiſtris, & clamationibus ſororum.

N*oviciæ ſororum exeant de Capitulo earum, ex quo audiant dicere* Loquamur de Ordine noſtro. Finito *Capitulo ſororum ingrediantur Noviciæ, & ſumant venias ſuas, prius ſororibus egreſſis. Licet Magiſtræ, quæ præeſt Noviciis ſororum, poſt veſperas Sanctimonialium cum ipſis loqui de Ordine, ſedendo. Clamores verò ſororum, vel de ſororibus non admittantur fieri in Capitulo Monialium, niſi delictum publicè fuerit commiſſum, erga aliquam Sanctimonialium. Soror tamen de Coquinâ, ſi peccaverit, à Celleraria clamabitur in Capitulo.*

3. De fratribus & ſororibus communicandis, poſt profeſſionem.

S*I die laboris fecerint fratres vel ſorores profeſſionem, ſequenti dominicâ Euchariſtiam accipiant, niſi aliqua cauſa impediat.*

De refectione ſororum, & earum delicto in Refectorio corrigendo. 4.

ANtequam Prior earum ſedeat, ſorores non reſideant ad menſam. Soror, quæ dixerit horam, benedicat ad menſam, & Miſerere mei deus *inchoet, &* Kyrieliſon. *Quod ſi ſubitâ infirmitate occupetur, quæ ei in Ordine præeſt ſuppleat vices ejus. Si fortè neſcierit, tunc illa quæ ſubeſt. Sorores miniſtrantes ad menſam in* Quadrageſimam, *& ceteræ earum, quibus cum Conventu non licet commedere, dictis* Veſperis, *poſt nonam commedant. Soror quæ ſervit menſæ miniſtret ad potum. Si ſorores deliquerint ad menſam, in Capitulo veſpertino indè venias ſumant, vel ſatiſfaciant, ut Moniales. Si fortè aliqua perdiderit* Benedicite *ad menſam, pœniteat ſicut Moniales. In feſtivis diebus, quando Moniales ad biberes vadunt, eant & ſorores ordinatè ad ſuas biberes. Habeant & Refectorium. Acceptâ licentiâ licet ipſis poſt Veſperas bibere.*

De labore ſororum. 5.

LIcet ſororibus, quæ intendunt cerviſiæ faciendæ, in ipſâ domo horam Matutinam perſolvere. Si fortè ſorores in exteriori labore fuerint, illa, quæ præeſt labori, habeat aliquam vetulam, quæ de re neceſſariâ cuicumq; ſororum ipſa juſſerit, cæteris audientibus loquatur. Soror Cuſtos laboris percuciet unum ictum, antequam dicat Benedicite *ad menſam.*

Incipiunt Capitula de Monialibus & ſororibus infirmis.

De ſacerdote Confeſſionis. I.

PRovideatur ſacerdos diſcretus, caſtitatis & Religionis amator; qui circumeat domos noſtras, confeſſionem Sanctimonialium & ſororum ſuſcepturus ad feneſtram confeſſionis. Quo veniente ad aliquam domorum noſtrarum, mandetur intus Sacerdos confeſſionis adeſt. *Et ſi Præpoſita viderit neceſſarium, ut aliqua confiteatur, mandetur foras,* Veniat ad confeſſionis locum. *In domo verò ubi confitebitur, aſſideant duæ diſcretæ, ſemotæ à feneſtrâ, ut videant qualiter ſe habuerit quæ confitetur. Ipſe verò ſacerdos caveat ne loquatur vana & Religioni contraria, vel confeſſioni non neceſſaria. Nec quæſtionem faciat, quæ ſit, vel undè, vel alia hujuſmodi; nec de ſe dicat quis ſit, vel undè venerit. Hoc etiam obſervetur per omnia ab hiis quæ confiteri voluerint, & à cæteris. In parte verò, quâ ſacerdos fuerit ſemotus, locus aptetur undè aliquis videri queat, quomodo ſe ad feneſtram habeat. Feneſtra verò confeſſionis ejuſdem quantitatis fiat, quantæ & ſermonis cum parentibus, ſi fortè ad feneſtram ſermonis congruè non poſſit teneri confeſſio. Nulla verò ei attribuatur obedientia, niſi Confeſſionis. Peracto officio ſibi credito, circumeat omnes domos noſtras diligens executor obedientiæ ſibi creditæ. Et a Circatoribus provideantur ei quæq; neceſſaria religioni noſtræ congrua, unde poſſit haberi ſine diſcrimine & omni moleſtiâ. Ad quamcumq; domum venerit in caritate ſuſcipiatur, & deferatur ei ſicut Dei miniſtro. Ipſe generaliter omnes ad Confeſſionem admittat.*

De feneſtrâ Communionis, & de Communione, & inunctione Monialium, & ſororum; Et de Canonicis eiſdem officiis aſſignandis. Et de loquelâ cum Monialibus Prioribus prohibitâ; & de communione Infirmarum. 2.

IN unaquaq; domorum noſtrarum præparentur feneſtræ cautè, ad communicandum Moniales & ſorores. Et provideatur locus in Eccleſiâ, vel in Infirmitoriis earum ad inunguendum eas, ita ut in quantum rationabiliter poteſt, vitetur viſus & propinquus acceſſus virorum, eo excepto qui officium eſt completurus. Ad excitandum vel convocandum Conventum ad inunctionis officium pulſetur campana bis, cum moderato intervallo. Quo ſigno audito, conveniant omnes Canonici & fratres in ſuâ Eccleſiâ. Ex quibus quatuor Canonici & unus frater laicus per Priorem, aut ſubpriorem aſſignati, intrent officium expleturi, cæteris in Eccleſiâ remanentibus & ſeptem Pſalmos dicentibus. Quibus perdictis, poſt paululum recedant. Sacerdoti hujus officii licet infirmæ confiteri ſi voluerit, unctio, quæ ſolet fieri circa umbilicum infirmorum, fiat in pectore ſororum circa guttur. Unctio gulæ, in mento. Quod ſi fortè ad unctionis locum vitam finierit, pulſetur campana ter paulò prolixiùs, quàm ad inunctionem, & cum paulo majori intervallo. Ad quod ſignum conveniant omnes feſtinanter dicentes, Credo in unum Deum patrem omnipotentem, *ut inferiùs ordinatum eſt.*

Interim defunctæ corpus deferatur in Capitulum, vel ad alium aptum locum, ubi ornetur, prout decet, & ponatur in feretrum. Deinde deferatur in Monaſterium. Tres vero ſacerdotes maturi, de quibus nulla ſit mali ſuſpicio, aſſignati ſint per ſingulas domos noſtras ad Communicandum & inunguendum Moniales & ſorores, juſſu Prioris; & ad loquendum de Confeſſione; ſi neceſſitas fuerit. Quod ſi nullus ex tribus nominatis adeſſe poterit, in diſpoſitione Prioris erit aliquem mittere maturum ad hoc opus & Miniſtros aſſignare. Et ſi plures ſacerdotes in aliquâ domo defuerint, unus maturus presbyter provideatur, de quo nulla ſit mali ſuſpicio ad hoc miſterium, cui morti proximæ ſorores confiteri poterunt. Ipſi verò Priori domus, confiteri non licet. Omnis enim loquela adverſus Præpoſitas, vel quaſlibet alias Ordinis noſtri Prioribus interdicitur, niſi in com-

muni audientia vel communi Capitulo, cum neceſſitas vel ratio poſtulaverit. Sacerdos Altari miniſtrans non communicet ſorores; ſet unus prædictorum, quem Prior domus juſſerit & viderit expedire. Duæ vero Moniales ſub mento communicandæ teneant lintheum album, ſicut mos eſt noſtrarum.

Quæ infirmantur & ire poſſunt, in ordine ſuo eant ad Communionem. Et quæ infirmantur poſt Miſſam matutinalem, viaticum ſumant à ſacerdote Miſſam celebrante, niſi fortè infirmitas impedierit. Similiter & hæ quæ officiis præponuntur. Hoc autem dico, ſi alius ſacerdos non affuerit. Si verò plures affuerint; unus eorum, qui ad hoc aſſignati ſunt, juſſu Prioris ſacerdotalibus indutus, aſſumptâ ſtolâ, hiis quæ communicandæ ſunt viaticum miniſtret. Quæ verò non poſſunt cum cæteris ad Communionem ire in ordine ſuo, ad feneſtram Communionis, vel in Eccleſiâ Communionem accipiant. Quod ſi genus infirmitatis non permiſerit ad feneſtram plures efferri, duo de noſtris literatis honeſtis, & caſtitatis amatores cum fratre maturo cautè ingrediantur, vitantes videre vel videri à ſororibus, vel à Clauſtralibus, in quantum licitè poſſunt, & ad hoc provideatur via congrua, ſi poteſt fieri, excluſa à viſu & acceſſu Clauſtralium.

3. De Monialibus infirmantibus.

Quæ infirmitate tacta à choro exierit, Præcentrix ei officium injunctum, cui voluerit, injungat. Nulla verò horâ dicatur in Infirmitorio, antequam hora in Monaſterio inchoetur, exceptâ horâ ſextâ & veſpertinâ ſinaxy in Quadrageſimâ. Quod ſi aliqua literata Monacha infirmata fuerit, altera, ſicut mos eſt, horas ei dicat, ſi literatæ habundaverint. Alioquin, ſufficiat ei hora, quemadmodum ſororibus.

4. De Infirmariâ Monialium, & ejus ſolaciâ; & loquela in infirmitorio prohibita.

Licet Infirmariæ Monialium ſolaciam habere, mulierem laicam in albo velo, quæ ad nutum ejus Infirmis diligenter miniſtret, cibos paret, pannos illarum abluat, impotentes portet, cæcas ducat, & alia quæq; infirmis neceſſaria faciat. Pro iſta fiet poſt obitum ſuum, ſicut pro ſorore, & communicabitur, ut ſoror novicia. Nullum officium deputetur Infirmariæ, vel ejus ſolaciæ extra Infirmitorium, dum aliqua graviter ægrotat. Licet Moniali Infirmariæ, uſq; ad poſtcommunionem Miſſæ intereſſe, niſi aliqua Infirmarum neceſſitas illam impediat. Nulla Clauſtralis ſine licentiâ ingrediatur Infirmitorium, vel ibidem loquatur, niſi pro aliqua ſubita neceſſitate vocata fuerit. Si Infirmaria non poterit indicare ſigno quod infirmæ optaverint, veniat ipſa Celleraria in Infirmitorio, & ea audiente, dicat Infirmaria quibus indigeat, & indigentibus in hiis quæ poterit clementer ſubveniat. Infirmaria non ſerviat in Coquinâ, cum graviter infirmantes habuerit. Ipſa verò det pacem infirmæ, cum infirma dicat Confiteor.

5. De debilibus infirmantibus, & earum laboribus, & continuè languentibus.

Inbeſcilles extra Infirmitorium exiſtentes, licet non valeant intereſſe nocturnæ ſinaxi, occurrant tamen orationi ante horam dicendæ. Similiter cæteris horis. Si non occurrerint, in Capitulo confiteantur. Siquam tetigerit ſubita infirmitas, non ſocietur Conventui in labore, niſi priùs ſociata ei fuerit in divino officio. Quæ infirmantur, in Refectorio, vel in Infirmitorio tantummodò comedant & bibanto. Hoc idem de Præpoſitis venientibus ad Capitulum, & cæteris omnibus fideliter ſervetur. Siqua infirmatur, quæ ſervire debeat, in Eccleſia vel in Coquinâ, vel alibi, cum convaluerit, non exigatur ab ea, ut debitum obedientiæ reſtituat, quod pro infirmitate non potuit adimplere. Quæ infirmantur non ingrediantur Eccleſiam ad orandum, præſente Conventu. Quæ infirmantur non ſignificent ad menſas vel poſt Completorium, vel ante Primam, vel ad meridiem, niſi inmoderata earum infirmitas compellat. Licet eis in Infirmitorio aliquid laborare vel legere, quamdiu in æſtate Conventus commederit.

Quæ laboraverint, cum ſcapulari laborare poſſunt, & dormire per diem, nocte verò cum Cucullâ. Quæcumq; verò infirmitate tacta, de Choro exierit, antequam Venite finiatur,

niatur, licitè Infirmitorium ingrediatur. Licet infirmanti, quæ ambulare poteſt, cum ſupervenientibus parentibus ſuis loqui ad feneſtram, ſi Præpoſita viderit expedire, ſi ordinata fuerit. Moniales vel ſorores in continuo languore decumbentes, carnibus aſſiduè non veſcantur, ſet ſingulis majoribus & minoribus, bis vel ter vel quater in anno, ſi neceſſe fuerit, miſericorditer ſubveniatur, per xv. *dies, vel paulò plus ſingulis vicibus. Omnes verò infirmantes, tam Moniales quàm ſorores, à lecto ſurgere valentes, ſimul commedant, ſuis locis & horis ſtatutis, tam yeme, quàm æſtate; & horas diei & noctis regulariter perſolvant. Siqua verò negligens, vel vicioſa ſuper hiis fuerit reperta, corripiatur ſemel & ſecundò; & niſi emendaverit, tanquam contumax Magiſtro præſentetur. Idem & eodem modo inter Canonicos & fratres, prout decet & convenit, firmiter teneatur; & è converſo.*

Incipiunt Capitula de officio mortuorum.

De morti proximis, & officio mortuorum, Canonicorum & Monialium ; fratrum & ſororum ; Et eorum omnium ſepultura. Et de obitibus mittendis, & de Miſſa pro eis celebranda ; & de horis ſepeliendi mortuos. I.

APpropinquante horâ mortis feſtinet unuſquiſq; venire ad morientem, & in eundo dicat Credo in Deum ; *& repetat bis vel ter, ſi opus fuerit. Cum autem omnes illuc pervenerint, ibi circa illum expectent, & legantur ab aliquo Paſſiones & Evangelia. Et dicantur ſeptem Pſalmi cum Letaniâ, & aliis conſuetis & competentibus orationibus, ſi tam diu vixerit. Quo mortuo, pulſetur Campana ter, cum aliquanto intervallo, ad excitandum vel convocandum Conventum. Nec aliquis literatus vel illiteratus extra Abbatiam quoquam eat, niſi à Priore vel ſubpriore juſſus, vel magnâ neceſſitate permiſſus ; donec corpus defuncti ſepulturæ tradatur ; ſet omnes more debito exequiis & officio defuncti devotè aſſiſtant. Officium præſentium mortuorum Priores compleant, qui ſi defuerint Præcentores, prævideant, qui vices eorum ſuppleant. Sacerdos verò, qui officium commendationis, tam Canonicorum quàm fratrum, & Monialium ſororumq; implere debet, veſtibus ſacerdotalibus induatur. Dum lavatur corpus cantetur Pſalterium. Si tempus ſuffecerit ad cantandum* Placebo *&* Dirige, *in Eccleſiâ cantetur. Sin autem, dum lavatur corpus, dicant* Placebo *&* Dirige.

Cum Monialis vel ſoror obierit, commendatio animæ fiat à ſacerdote, ad Altare, licet ipſe, quavis cauſâ aſſit morienti. Sorores autem faciant officium ſuum circa defunctum. Cum autem Canonicus vel frater obierit, circa corpus fiet commendatio. Quæ vero Collectam tenet, officium præſentis defunctæ, quantum ad Moniales ſpectat, complebit. Si fortè ipſa neſcierit, alia, quam juſſerit Præcentrix, officium faciat, vel ipſa præcentrix. Cum defunctæ ſorores efferuntur de Infirmitorio, præcedens aquam benedictam ferens ; deinde luminaria ferentes, poſtea thuribulum ; deinde Crucem ferens, tunc ſequuntur corpus defunctæ, tunc Præpoſita, & cæteræ Moniales ; deinde Noviciæ ; poſtea ſorores ; poſt quas Noviciæ earum ſequantur ; & aliqua matura ſoror ultima ſequatur ad earum cuſtodiam. Eundem modum habeant Canonici & fratres inter ſe cum aliquis eorum obierit.

Corpora Sanctimonialium ſororum, & omnium fœminarum ponantur in Choro earum, dum vigiliæ & aliud officium pro eis celebratur. Set ante gradus Altaris extra januas ponantur, dum pro eis Miſſa celebratur in Conventu, ut Canonici & fratres licitè poſſint poſt Miſſam accedere ad officium ſuum complendum abſq; viſu Monialium. Corpora Canonicorum ponantur in Choro eorum. Corpora fratrum in Choro ſuo : Redditorum ſecularium ad Altare ſecundum ; Circa defunctum vel defunctam Dicatur Placebo *&* Dirige *feſtinè ; priùs à Canonicis, ſi tempus congruerit ; poſtea à Monialibus ſi tempus ſuffecerit. Set numquam Invitatorium pro defuncto, vel defunctâ, noſtræ profeſſionis dicatur. Ad Pſalterium circa defunctum vel defunctam in ſellis ſedeant omnes, tam Canonici, quàm Moniales, niſi infirmitas vel ſenectus interdicat. Dextra Chorus Canonicorum priùs vigilet, & dum Canonici cantaverint, Moniales taceant ; & è converſo. Non omittatur Miſſa pro vivis, quamvis defuncti corpus interim fuerit in Eccleſiâ. Ad quam dicetur una Collecta pro defuncto.*

Ad Miſſam pro præſenti corpore, tres Collectæ tantùm dicantur. Prima, Inclina domine, *vel* Quæſumus *domine. Secunda* fidelium. *Tercia* Omnipotens. *Ordine ſupradicto eant Moniales ad corpus ſepeliendum, præeuntibus tantùm Canonicis ; ita quod ſeniores præcedant ; deinde fratres ſequantur eodem Ordine, præter duos ſenes, qui Novicios ſequantur. Poſt benedictionem tumuli, ſi Monialis vel ſoror, vel alia fœmina fuerit, remotis viris, accedant Sanctimoniales ad Sepulchrum, & una Monialis, & altera ſoror ponant corpus in Sepulchro, & ſuper extendatur velum dum corpus ponitur in Sepulchro : Canonicorum*

corum verò corpora Canonici in terram ponent; fratrum & aliorum virorum, fratres, ſemotis Monialibus. Canonici cum tunica, caputio & capa linea, & caligiis & ſotularibus ſepeliantur. Moniales cum tunica, cuculla, velo & ſotularibus. Fratres verò cum tunica, caputio, caligiis & ſotularibus. Sorores cum tunica, caputio, velo, & ſotularibus. Novicii Canonicorum ſine capâ. Noviciæ verò Monialium & ſororum, cum caputiis & albis velis. Cooperto verò corpore vel de lignis, vel de lapidibus, longiùs diſcedant fœminæ. Tunc accedat ſacerdos ſecundùm morem, & aſpergat aquâ benedictâ corpus & ſepulchrum. Poſtea thurificet & projiciet ter de terra ſuper corpus, dicens, Temeritatis eſt ut homo; *ſet in hac Collectâ pro fœmina non dicatur* novus homo. *Deindè fratres compleant opus ſepulturæ.*

Hiis peractis, revertantur omnes, primò Canonici præeuntibus Noviciis; deindè fratres eodem ordine. Poſt ex alia parte Noviciæ ſororum, quas ſequantur ſorores; tunc Noviciæ Monialium, quas ſequantur Moniales, & Præpoſita ultima, & ea quæ ei aſſociata fuerit in proceſſione. Ad ſepulturam verò non eant parvulæ nondum Noviciæ. Et ita ſepulto defuncto, Conventus perſolvat ſeptem Pſalmos redeundo in Oratorium; ibiq; proſtratus compleat. Et Noviciæ in loco ſuo, quo faciunt orationem; poſt Completorium, *& quæ infirmantur cum eis. Cum aliquis vel aliqua de noſtris obierit, infra tres dies mittantur, qui ſcripta defuncti, per ſingulas domos noſtras ferant. Qui hoc neglexerit, ſive Prior, ſive Cellerarius, aut Subcellerarius, vel quiſlibet majorum, tribus diebus in pane & aquâ pœniteat in Conventu, niſi cauſa evidens Culpam excuſare poterit. Portiteri brevium obituum noſtrorum detur panis regularis, & potus per ſingulas domos. Cum obitus pro defuncto noſtri Ordinis recitatur in Capitulo, dicatur pro eo in Conventu quàm citius ordinatè dici poterit: Nec differatur Miſſa ultra octo dies, quamvis infra ſollempnes octavas obitus venerit; exceptis octavis* Natalis *Domini, &* Paſchæ, *&* Pentecoſtes; *& ſcribatur nomen ejus in Martyrologio & fiet pro eo tricennale in ſingulis domibus; & unuſquiſq; ſacerdos dicet pro eo tres Miſſas, & unuſquiſq; inferioris ordinis unum Pſalterium; fratres & ſorores laicæ pro Pſalterio ſepties viginti & decem* Pater noſter.

2. De horis ſepeliendi mortuos.

OMni tempore, quo jejunamus, tam in æſtate, quàm in yeme; ſi ab inicio Nonæ *uſq; ad principium* Laudum *obierit aliquis, dictâ Miſſâ poſt* Primam *ſepeliatur. Si à* Laudibus *uſq; ad finem* Primæ *tranſierit, poſt* Terciam *ſepeliatur. Si indè, uſq; ad* Terciam *mortuus fuerit, poſt* Sextam *ſepeliatur. Si à* Tercia, *uſq; ad* Sextam *obierit, dictâ Miſſâ ante* Sextam, *vel poſt; poſt* Primam *refectionem ſepeliatur. Si inter* Sextam *&* Nonam, *vel inter* Nonam *&* Veſperas, *dicatur Miſſa ante* Nonam, *&* Nona, *ſi neceſſe eſt, differatur; poſt ſecundam refectionem ſepeliatur. Tempore* Quadrageſimæ *poſt* Nonam *poteſt dici Miſſa pro defuncto, & poſt primam refectionem ſepelietur, ſi inter* Sextam *&* Nonam *obierit. Tempore autem, quo non jejunamus, ſi à prandio uſq; ad* Laudes *ſequentis diei obierit, poſt* Primam, *dicta Miſſâ ſepeliatur. Si à* Laudibus *uſq; ad* Sextam, *ſecundùm quod ſuperiùs ſcriptum eſt fiat. Si à ſigno ſextæ horæ uſq; ad refectionem obierit, hora & Miſſa celeriùs dicantur; & poſt Miſſam reficiant omnes; poſt* Nonam *verò mortuus ſepeliatur. Et ſciendum eſt quod nunquam aliquis vel aliqua noſtri Ordini ſine Miſſâ ſepelietur.*

3. De officio mortuorum, poſt magnum Capitulum & Capitulum ſingularum domorum, & orationibus ſtatutis pro mortuis, & Aniverſariis ſervandis.

POſt generale Capitulum quod annuatim à noſtris tenetur, terminato Capitulo per ſingulas domos noſtras, mox cum convenienter fieri poterit, obſequium defunctorum pluraliter, per ſingulas domos, per omnia fiat, ſicut pro præſenti defuncto fratre noſtro vel ſorore ſingulariter; videlicet pro noſtris, quorum nomina recitatæ ſunt in Capitulo; & pro hiis, quos Prior omnium, vel Priores domorum, conſilio Conventus ſui, prece Nobilium fieri ſpoſponderunt. Et fiet unum tricennale per omnes domos Ordinis, cum Collectâ, Deus veniæ. *Et unuſquiſq; inferioris gradus, poſt iſtud Capitulum ſingulis annis dicet decem Pſalteria, fratres verò & ſorores laicæ ſuo modo decem Pſalteria dicent. Sacerdotes noſtri Ordinis viginti Miſſas generaliter, pro defunctis noſtri Ordinis, tam profeſſis, quàm familiaribus dicent, poſt iſtud Capitulum, cum Collecta,* Deus veniæ.

Item poſt aliud Capitulum, quod tenetur in præſentiâ ſummi Prioris Ordinis, ſemel in Anno, per ſingulas domos; ſuper hiis, quæ in generali Capitulo tractata, diſcuſſa, terminata ſunt; videlicet de puniendis, vel de eradicandis, vel plantandis, ubi & recitabuntur omnia nomina defunctorum, quæ recitata ſunt ad magnum Capitulum; Fiet obſequium defunctorum ſollempniter ſicut pro præſenti defuncto, & unum ſpeciale tricennale cum Collectâ, Inclina: *Et ſinguli ſacerdotes dicent tres Miſſas cum Collectâ,* Inclina, *& unuſquiſq; inferioris gradus unum Pſalterium; fratres & ſorores ſuo modo. Item poſt feſtum* Omnium Sanctorum, *fiet ſollempniter obſequium defunctorum; ſicut pro præſenti defuncto, cum Collectâ,* Fidelium. *Et iterum in craſtino beati* Eadmundi *ſimiliter fiet ſpecialiter pro hiis, qui familiaritate nobis juncti ſunt, cum Collectâ* Omnipotens ſempiterne Deus, cui numquam ſine ſpe. *Et iterum in Aniverſario Regis* Henrici *ſecundi, cum Collectâ,* Præſta quæſumus omnipotens Deus. *Et in Aniverſario* H. Cantuarienſis *Archiepiſcopi, cum Collectâ,* Deus qui inter apoſtolicos. *Et in Aniverſario principalis fundatoris, & fundatricis, in domo, quam fundaverunt. Et in Aniverſariis omnium Magiſtrorum Ordinis, & præterea quociens præſens mortuus fuerit in Eccleſiâ.*

De officio mortuorum per totum annum generaliter dicendo. 4.

Qualibet die per totum annum, quando non dicitur officium defunctorum in Conventu, compleat illud ebdomadarius præcedentis ſeptimanæ cum ſuis miniſtris eadem horâ, qua dici ſolet in Conventu, ſcilicet in yeme ſtatim poſt prandium, in æſtate ſtatim poſt Nonam. *Iſtud verò officium omittitur in Conventu, diebus principalium feſtorum, & die* Paraſceuæ *tantùm; ſet in ebdomadâ* Natalis *Domini, &* Paſchæ, *&* Pentecoſtes, *& in dupplicibus feſtis; & per ſollempnes octavas, in Conventu dicatur. In hac ebdomadâ* Natalis *&* Paſchæ, & Pentecoſtes, *& omnibus principalibus & dupplicibus feſtis non dicimus* de profundis *poſt horas; nec* Deus venerunt, *ad Miſſas. Qualibet ſeptimana per totum Annum præter ſollempnes octavas, primâ die vacante, dicetur Miſſa in Conventu, pro defunctis; ſcilicet* Deus cui proprium *pro Aniverſario, vel* Inclina Domine, *pro præſenti obitu, ſi venerit, vel* Deus veniæ, *pro tricennali magni Capituli, poſt octavas Sanctæ Trinitatis, vel* Inclina: *Pro ſollempni tricennali,* Inclina Deus.

De ſuſceptis in morte, & eorum debitis. 5.

Suſceptus quilibet in morte, in habitu Canonici, vel fratris, per Priorem & Conventum alicujus domus, ſine Magiſtri aſſenſu, in illâ domo quâ ſuſceptus eſt, fiat pro eo ſicut pro Canonico vel fratre, excepto cibo XXX. *dierum. Et mittetur Obitus ejus cum obitu primi defuncti domus illius, poſt mortem illius: Et ſic fiet pro eo in aliis domibus, ſicut pro familiari, & in tricennalibus ponetur. In domo verò, quâ ſuſcipitur, ſcribetur in Martyrologio, & in brevibus mortuorum ſcribetur; ad ſuccurrendum, ſi habitum habuerit. Set non mittentur brevia pro eo per ſe, niſi habuerit Cartam Magiſtri. Si quis verò mundum reſpuens, religionem deſideraverit, & veniens ad aliquem de noſtris deſiderium ſuum intimaverit, ſic ſe etiam ei vel alicui illius Eccleſiæ reddiderit, hic talis, ſi ante petitionem ſuam in Capitulo regulariter factam obierit; non pro Novicio habeatur, ſet pro familiari.*

De beneficiis, pro parentibus mortuis faciendis. 6.

Patres & matres, fratres & ſorores, & conſanguinei defuncti fratrum noſtri Ordinis, in annuo Capitulo in Conventu nominatim debent abſolvi. Similiter fiet in omnibus Abbaciis noſtri Ordinis, poſt ſollempnem abſolutionem fratrum noſtrorum, in retro Capitulo uniuſcujuſq; domus poſt generale Capitulum; in quibus abſolutionibus dicetur tantùm Requieſcant in pace. *Participes quoq; fient omnium, quæ in generali Capitulo ſtatuuntur facienda pro fratribus. Pro eis quoq; ſemel in anno communiter per omnes Abbacias noſtras præcipuum fiet officium ſollempniter in craſtino Sancti* Eadmundi. *Quando verò aliquis quærit miſericordiam pro patre & matre, fratre & ſorore, filio & filia; quia pro aliis parentibus petere non licet, abſolvatur defunctus, in Capitulo ſic,* Anima ejus Requieſcat in pace, *& omnes præſentes Canonici & Moniales dicent pro eo ſeptem Pſalmos pœnitenciales, cum Collectis,* Abſolve, fidelium; *Fratres laici & ſorores ſepties* miſerere *cum totidem* Pater noſter.


W. Hollar fecit.

Monialis Ordinis S^{ti} GILBERTI.

783.

Incipiunt Capitula Inſtitutionum, communiter ad Moniales & ſorores pertinentium.

De nullâ inter Moniales ſuſcipiendâ, ſine earum aſſenſu. I.

N*Ullus præſumat omnino aliquem, vel aliquam, vivum vel mortuum, in conſortium Sanctimonialium ſuſcipere; vel eas ſine aſſenſu earum ut ſuſcipiant compellere: Suſcepti vel ſuſceptæ pecuniam foris retinere vel reticere. Reticere dico, ſi vel terra vel animalia dantur pro vivo vel defuncto funere.*

De exitu Monialium & ſororum, ad laborem penitùs prohibito. 2.

O*Mnino prohibemus ne Moniales vel ſorores ad aliquem laborem exeant, nec etiam ad linum colligendum, ſive mundandum, nec ad metendum, nec ſotulares de cordewan ab aliquo accipiant, vel ad utendum, vel ad erogandum.*

De calvatione, & ablutione Monialium & ſororum. 3.

A*D* Paſcha, *& ad feſtum Sanctæ* Mariæ Magdalenæ, *& ad feſtum* Omnium Sanctorum *ad minus decalventur ſorores. Septies in anno licet Sanctimonialibus lavare capita ſua; nec ampliùs, niſi permittente Præpoſitâ, ſi neceſſitas fieri poſtulet. Cum abluuntur capita earum, licet pannis mandati facies ſuas tergere. Nulli licet pedes abluere ſine juſſu Præpoſitæ, niſi in luto vel palude nudis pedibus caſu laboraverint & pedes defœdaverint. Panni verò manuum & pedum in clauſtro poni debent.*

De Monialibus & ſororibus ad aliam domum non ituris. 4.

S*Iqua propriâ voluntate, à Præpoſitâ quæſierit, de unâ domo ad aliam tranſmigrare, in ultimo gradu pœniteat per* xv. *dies, ter flagellata in Capitulo, & omnino poteſtas denegetur ei abeundi alicubi. Hoc idem de fratribus inter fratres teneatur.*

De inobedientibus Monialibus & ſororibus. 5.

S*Iqua inobediens, in quolibet negotio agendo alteri extiterit, in pane & aquâ pœniteat, quouſq; delictum purgetur, vel corrigatur ad plenum. Similiter pœniteat quæcumq; alteri inordinatè obedientiam injunxerit, aliter quam oportet & ordo requirit.*

De ſingulari familiaritate inter Moniales & ſorores penitùs prohibitâ. 6.

S*Iqua ſingularem familiaritatem cum aliquâ habuerit, ſi clamato non emendaverit, ad commune Capitulum deducatur, ibi luitura culpam tranſgreſſionis, multarum conſilio.*

De ſcriptis legendis ſororibus à Monialibus. 7.

Q*Uater in anno legantur ſcripta fratribus, & ſororibus, & Monialibus, non tamen omnibus ſimul; à Canonicis fratribus, Sororibus verò à Monialibus, remotis ſecularibus, legantur.*

De

8. De marſupiis non faciendis.

NOn fiant marſupia à Monialibus, vel ſororibus noſtris, niſi de coreo albo & ſine ſeryco colorato: nec aliqua omnino opera ſericata; niſi fortè ad corpus domini & ad hoſtias & calices & corporalia; & ad alia divini cultus & librorum ornamenta.

9. De diſcordiâ vitandâ inter Canonicos, fratres, Moniales & ſorores.

SAnctimoniales & ſorores noſtras rogamus, in nomine domini noſtri Jheſu Chriſti, ut quietè ſe habeant erga fratres ſuos in Chriſto; & non quietent nec quærant improbè, quæ ſunt vel non ſunt quærenda, ſet cum omni humilitate & manſuetudine quærant quæ neceſſaria ſunt. Et ſciant illas eſſe fæliciores, quæ in ſuſtinenda paupertate fuerint fortiores. Omnes illud Apoſtoli audiant & ſequantur, videlicet Supportantes invicem: *& non contriſtetur quis adverſus alterum.*

10. De prohibitione balnei.

CAveatur ab omnibus noſtris balneum, cum ſit libidinis fomentum; nec ulla balneetur, niſi graviori labore gravata, vel medicinæ cauſâ, vel ſcabie occupata. Balnea verò ſive ablutiones in communi Capitulo domus, remotis viris Priori omnium indicari decernimus. Quod ſi neceſſitas compulerit ut balnei fomento cuilibet ſubveniatur, lintheo vel laneo amplo induatur veſtitu, ne nuditas vel vilitas humanæ conditionis cæteris appareat. Aliter facientibus in obprobrium deputetur, & gravi pœnâ culpa luatur.

Incipiunt

Incipiunt Inſtitutiones, ad unitatem omnium domorum ſervandam pertinentes.

De unitate Domorum. I.

IN verbo Dei prohibemus ne aliqua domus noſtræ profeſſionis inſurgat adverſùs alteram, vel poſſeſſiones ejus inquietet, vel obprimat; vel nimis in vicinia ejus quolibet modo aliquid ſibi arripiat, unde illa domus vel poſſeſſiones ejus & paſturæ artentur, vel aliquod dampnum ſuſtineat. Quod ſi fortè aliquid datum fuerit, alteri domui, cujus poſſeſſione approximat, concedatur: & ipſa gratiam pro gratiâ ab illâ domo recipiat, prout fideles fratres aliarum domorum juſtum judicaverint; niſi fortè aſſenſu fratrum illius domus, ſibi datum liceat poſſidere. Si verò auſu temerario aliter fecerit, quodcumq; adquiſitum fuerit, tranſeat in perpetuam poſſeſſionem domus illius, quam conturbare præſumpſit, ſine reſtitutione impenſæ pecuniæ domus ſuæ, vel laboris, & reus ſatisfaciat, prout culpa tantæ tranſgreſſionis poſtulaverit.

De mutuâ miſericordiâ invicem impendendâ. 2.

SIqua domus noſtri Ordinis graviori pondere paupertatis premitur, caritas ſubveniat, & miſericordia aliarum domorum Ordinis communi conſilio & beneficio. Set pigra manus ad laborem caritatem impedire poterit; ſimiliter & Ordinis negligentia & diſſolutio. Quicumq; huic beneficio caritatis obviaverit, poteſtate & dignitate ſuâ, tranſlatus ad aliam domum, careat, & ad correctionem multorum pœniteat.

De terris non conducendis vel emendis; & debitis ad uſuram non accipiendis: Et Eccleſiis & Altaribus & molendinis ad firmam non dandis, ſine conſilio. 3.

QUicquid ad firmam temporalem habetur, vel perpetuam, de ipſâ re non aliundè fiat firma, & totus ſumptus conſilio Prioris & majorum domus, omni occaſione & neceſſitate excluſâ, ut ſciatur, quid ſuperhabundaverit. Similiter fiat de Grangiis, & de Eccleſiis, & Molendinis. Nec emantur terræ, nec conducantur, nec in vadimonium accipiantur, vel ad firmam ſumantur, niſi permiſſione Magiſtri. Qui verò in veritate Deo militare cupiunt, caveant à ſæcularibus terras vel paſturas ſub annuâ penſione accipere, & eorum tributari vel firmarii fieri; niſi intollerabili paupertate vel neceſſitate cogantur. In virtute quoq; obedientiæ inhibetur, ne aliquis omnino aliquod debitum accipiat ad uſuram, niſi de licentiâ Magiſtri. De cætero non dentur Eccleſiæ noſtræ nec Altaria ad firmam; nec conducantur Capellani habentes focarias; quod ſi habuerint, ſtatim deponantur. Nec minus terras vel terræ colonos, vel nemora, vel Eccleſiarum redditus, vel molendina, vel alia hujuſmodi; nec noſtris nec alienis pro denominatâ pecuniâ omnino committi inhibemus, ſine communi aſſenſu majorum domus utriuſq; ſexus. Qui contra hoc facere præſumpſerit, in alterâ domo Ordinis noſtri, ad minus per annum pœniteat, ut de cætero caveat.

De pane delicato à noſtris non faciendo. 4.

SIcut in Eccleſiaſticis, aliiſq; obſervationibus cavemus ne inveniamur diſcordes; ſic etiam in victu cotidiano diverſitas eſt cavenda; ne carnis, vel ſpiritus fragilitate victi, groſſiorem panem abhorrere & lautiorem incipiamus deſiderare. Ideo ſtabilimus, ne in Cœ-

nobiis noſtris ſiat panis candidus, ad delicias, niſi in præcipuis feſtivitatibus; ſet groſſus, ideſt, cum cribro factus. Ubi frumentum defuerit, cum ſeatio licet fieri. Quæ lex infirmis non tenebitur, Set eciam hoſpitibus, quibus viſum fuerit, album panem apponi decernimus, & Conventui in regulari minutione ſuâ, ſicut in eorum ſententiâ deſcriptum eſt. Cujus panis albi, viz. *qui minutis apponitur, ſicut & cotidiani, paſta in ſtatera poſita nequaquam plus ponderare debet, ſet æquâ lance appendi.*

5. De mutuis datis noſtris, vel dandis, à noſtris prohibitis.

Quæcumq; ſororibus ab extraneis dantur, vel extraneis à ſororibus data fuerint, quæ inter neceſſaria fuerint computanda, notificentur Priori & Procuratoribus, curam domus gerentibus. Hoc idem fratres ſororibus faciant. Non facientes corripiantur; Et in communi Capitulo delictum examinetur & puniatur. Et quæcumq; majoris precii, aliquibus à noſtris, quacumq; de cauſâ data fuerint, notificentur Præpoſitis & circatoribus, vel Priori omnium, ut rationem dati ſciant, ne ſuſpecti habeantur. Minora ſoli Præpoſitæ notificentur: Non enim licet cuiquam aurum vel argentum, vel pannos, vel ſotulares, vel cultellos, vel zonas, aut aliquid hujuſmodi dare vel accipere, ſine Prioris vel Præpoſitæ aſſenſu. Contempnentes, vel aliter præſumentes, Prioris omnium judicio, pro tali præſumptione puniantur, ut cæteri caveant.

6. De obedientiâ, propriâ voluntate non relinquendâ.

Nullus propriâ voluntate obedientiam ſibi injunctam relinquat. Hoc facientes in ultimo gradu pœniteant, & à dominico corpore priventur, niſi pro imminenti morte pœnitenti ſubveniatur. Verumptamen verè & humiliato corde pœnitenti, cum Prior omnium viderit expedire, Sententia poterit mitigari. Prohibemus nequis Canonicus vel frater, nec aliqua Monialis vel ſoror de cætero aliquod depoſitum ſuſcipiat, nec aliquid mutuo det vel accipiat, abſq; conſenſu & licentiâ Prioris domus, vel Procuratorum, Quod ſi fecerit, tanquam furti reus ejiciatur.

Incipiunt Inſtitutiones de magno Capitulo.

De magno Capitulo & perſonis Ordinis, ad magnum Capitulum congregandis. I.

IN Ordine noſtro, inter cætera, hoc decretum eſt; quod ſingulis annis ſemel conveniant omnes Priores, & Cellerarii Cœnobiorum, quæ Dei gratiâ in diverſis ſunt ordinata provinciis; & duæ Præpoſitæ ſingularum domorum, & Circatores magni, & annui anni præteriti & futuri; & fratres, quos Prior omnium & Priores domorum providerint ad Eccleſiam de Sempingham, *quod ibi de obſervatione Sanctæ Regulæ & Ordine totius vitæ ſuæ, ac indiſſolubili inter ſe pace cuſtodiendâ diligentiſſimè tractent, ut tenor vivendi ſæpius replicatus, ac divinarum Scripturarum auctoritate corroboratus, non facilè tepere; ſet per diuturna plurimorum annorum ſpacia poſſit vigere. Hac ergo ratione, in loco prædicto congregati, hæc Capitula inſtituerunt, & per univerſam congregationum noſtrarum fraternitatem, tenenda decreverunt. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et quia Colloquia mala & ſermones inutiles fructus proferunt non bonos; ſet religioni & animarum ſaluti contrarios; Hoc vicium declinare cupientes, volumus* Ciſtercienſis *Capituli veſtigia ſequi; in quo non admittuntur Grangiarii, ſet omnino excluduntur; Quod & nos decernimus in noſtro generali Capitulo diligenter obſervari, ne fortè Grangiarii Grangiarum noſtrarum, ſibi jure dicant deberi hoc iter ad Capitulum. Et ut omnis ſuſpicio mali & diſcordiæ excludatur, nullus noſtrorum, præter prædictos, ad Capitulum generale veniat; niſi fortè à Priore omnium aliquis cauſa neceſſaria è nomine vocetur.*

De itinere Monialium ad Capitulum, & earum ductoribus, & digreſſione nuſquam faciendâ. 2.

SOrores Ordinis noſtri iter agentes, vehiculo trahantur; Nam equitare omnino prohibentur propter multa inconvenientia Religionis vitanda, quæ ſolent vel poſſunt equitantibus accidere. Infirmanti & morti proximæ, prout caritas expoſcit, & ratio dictaverit, ſubveniatur, in lecticâ vel alio modo; ut arrogantia & vanitas excludatur per omnem modum. Nulla etiam de noſtris reverſura ad propria, ſine aſſenſu Præpoſitæ domus ingrediatur Cellarium, vel aliquid inde ſumat occultè vel aliunde. Quod ſi fortè fecerit, furti judicio publicè puniatur in fœminarum Capitulo. Quæ verò neceſſaria fuerint ituris a Præpoſita domus vel Celleraria petantur & dentur: Simili etiam pœnâ puniantur fratres, qui ſine aſſenſu Prioris, ſuâ cupiditate talia præſumpſerint. Quando autem Sanctimoniales diriguntur ad Capitulum vel ad alium locum, una maturior provideatur quæ loquatur de hiis, quæ neceſſitas earum requirit, & quod religioni earum convenit, Priores & fratres feneſtræ caveant, ne cum Sanctimonialibus quoquam eant; ſet alii maturi per Priorem ad hoc aſſignati, qui neceſſitatibus earum diligenter & reverenter & in omnibus bonis, pro poſſe ſuo, prout decet, ſubveniant. In navi autem non intrent cum eis niſi qui per Priorem omnium aſſignati fuerint. Et ſi quid ab aliquo ſermone vel opere reprehenſione dignum in viâ committitur, in Capitulo Culpa renovabitur, ut juſtâ caſtigatione mundetur, quod injuſtè committitur. Similiter per omnia fiat cum revertente à Capitulo, præſente Priore omnium.

Cæteri omnes in itinere, à Sanctimonialium conſortio diſjungantur. Quicumq; Prælatorum noſtrorum, venientibus eis ad domos noſtri Ordinis non amminiſtraverit, infidelis habeatur; & ut infidelis puniatur, ut cæteri ſibi caveant. Cum aſcenderint bigas vel deſcenderint Moniales, removeantur mares à fœminis. Moniales verò iter agentes, poſt Primam *vel ante dicant* Precioſa. *Caveant omnes Priores & cæteri noſtri Ordinis & profeſſionis literati & illiterati, vinculo maledictionis & excommunicationis*

onis innodari, quo innodantur omnes, qui aſſenſum vel auxilium præbuerint fœmineo ſexui noſtrarum Congregationum de una domorum noſtrarum ad alteram, vel non noſtrarum tranſitum arripere, ſine grato aſſenſu Prioris omnium. Ipſius enim ſolius poteſtas eſt licentiam præſtare ſuper hoc, ſi viderit expedire, vel neceſſarium fore: Ipſæ verò Moniales vel ſorores, vel etiam Præpoſitæ, hujuſmodi auſum arripientes, excommunicatæ habeantur, & à poteſtate Prioratus ſui deponantur, & in alterâ domo in ultimo gradu pœniteant; & à perceptione corporis & ſanguinis Domini priventur, quouſq; manifeſtè pateat pœnitentia & earum cordis contritio.

Sancimus enim & firmiter obſervari præcipimus, ut nulla Monialium noſtrarum ad domum alterius religionis commedere vel bibere, vel ibidem hoſpitari permittatur, ne ſcandali detur occaſio. Si Sanctimoniales, vel ſoror aliqua, non mandata, ad Capitulum magnum veniat, ad domum ſuam non redeat; ſet in aliâ domo pœnâ inobedientiæ puniatur, nec ullo modo præſumant aliquam ſecularem ſecum in quadrigis ſuis ducere. Quod ſi fecerint, ſimili pœnâ puniantur. In annuo Capitulo non permittantur fratres vel ſorores cum parentibus ſecularibus loqui, niſi fortè vir vel mulier magnæ poteſtatis & auctoritatis fuerit, nec cum illis, niſi Prior omnium juſſerit, & manifeſta ratio poſtulaverit. Noſtri verò, quibus loqui cum extraneis ſtatutum eſt, cum ſupervenientibus loquantur, prout convenit cum hoſpitibus loqui, nec cum parentibus, niſi licentia regulariter data permiſerit.

3. De pitantiâ euntium ad Capitulum, & domi manentium.

Duo genera pitanciarum euntibus ad Capitulum ſufficiant, butirum videlicet & caſeus; & hujuſmodi, ſi piſces non habentur. Domi verò remanentibus unà cum pulmento. ſufficiat etiam fratribus domorum noſtrarum in annuo Capitulo regularis cibus & menſura potus, & una pitantia, ne fortè à Deo vel à fratribus noſtris, aut alienis, ſi caſu interfuerint, judicentur, ſi plus ventris quam mentis eos voluptas tenuerit.

4. De ingreſſu generalis Capituli prohibito.

Omnes generaliter, Canonici & fratres, Moniales & ſorores, Officialibus exceptis, & per officia ſibi credita impeditis, generale Capitulum ingrediantur, ædificationem ſermonis verbi audituri, ac poſtea inde exituri, niſi qui ſecundùm Ordinis ſtatuta Capitulo intereſſe debent. Cum verò finiendum fuerit Capitulum, audito ſigno omnes communiter ad abſolutionem devotè conveniant. Ad annuum Capitulum de Sempingham, *nullus ex Canonicis domus, neq; ex ſupervenientibus exeat clauſuram Canonicorum, niſi de licentiâ Prioris vel Subprioris domus. Siquis verò egreſſus fuerit extra curtem Abbaciæ, abſq; licentiâ Magiſtri, non intromittatur, niſi de licentiâ Magiſtri tanquam fugitivus.*

5. De Sententia in generali Capitulo faciendâ, & poſt in ſingulis Capitulis domorum.

In annuis Capitulis generalibus, accenſis candelis, anathemate feriantur omnes contra Ordinem conſpirantes, & diſſidium domorum machinantes. Idem fiet in ſingulis domibus proximo feſto poſt adventum Priorum in domum ſuam in Capitulo, præſentibus Canonicis & fratribus. Combuſtores & fures, & proprietarii ſingulis annis excommunicentur in generali Capitulo, & poſt per ſingulas domos.

6. De numero Sanctimonialium, fratrum & ſororum.

Hunc numerum fratrum creſcere in domibus noſtris omnino prohibemus. In Sempingham, lx. Chikeſande, lv. Watton, lxx. Malton, xxxv. Lincoln, xvi. Haverholm, L. Chattelay, xxxv. Bulington, L. Syxel, lv. Ormeſbi, L. Alſwingham, xl. Novo loco xiii. Hoſpitali, lv. Mareſoia, *& apud Sanctum* Leonardum, x. *Summa eſt* DC. *ſex minus. Perpetuo languore laborantis, alius recipi poteſt. Interdicimus etiam, in virtute obedientiæ, ne in aliquâ præfatarum domorum numerus creſcat Monialium, quibus ſorores connumeramus. In* Watton, Cxl. Chikeſand, Cxx. Sempingham, Cxx. Haverholm, C. Kattelay, lx. Lincoln, xx. Bulington, C. Syxel, Cxx. Ormesbi, C. Alſwingham, lxxx.

Adhuc

Adhuc de prædicto *Gilberto* primo ejuſdem Ordinis inſtitutore.

ANno MCxlvi. (*Regis* Stephani *ſeptimo.*) -------- *Claruerunt iis temporibus in* Angliâ, *viri ſanctitate illuſtres,* **Thurſtinus** Eborac. *Archiepiſcopus, &* Gilbertus *Ordinis de* **Sympling-ham** *inſtitutor ; quorum primus, depoſito Archiepiſcopatu, apud* Pontem fractum, *inter* Cluniacenſis *Ordinis monachos vitæ dies exegit. Alter* Gilbertus, *vir eximiæ religionis, in fœminarumq; cuſtodiâ gratiæ ſingularis . . . . . . infirmiorem ſexum cœpit propenſiùs emulari, omni emulatione piâ, auſu ſumpto ex ſupernæ gratiæ fiduciâ, & conſcientiâ propriæ caſtitatis. Cumq; cœptis ejus favor videretur arridere divinus ; veritus ne fortè in vacuum curreret, ſi irrumpentem zelum moderatrix ſcientia non condiret,* Clarevallenſem *Abbatem D.* Bernardum *adeundum cenſuit, cujus ſalubri informatus conſilio, & in propoſito roboratus, tantò ferventiùs, quantò confidentiùs piis cœptis inſiſtere non ceſſavit . . . . . Deniq; ſervorum Dei duo, & ancillarum Dei octo, non ignobilia conſtruxit Monaſteria, quæ & numeroſis replevit Collegis, & regularibus inſtitutis ornavit.*

Ex Annalibus *Nich. Triveti* MS. in bibl. *Cotton.*

A. Domini MCLxxxviii. *Hoc tempore obiit Sanctus* Gilbertus *Fundator alborum Monachorum, Ordinis de* **Sempyngham.**

Ex hiſt. Anglic ſcript. antiq. ædit. Lond. 1653. col. 1149. l. 17.

A. D. MCxxxi. *Exordium Ordinis de* **Sempingham.**

Annal. de **Derley** in bibl. *Cotton.*

A. D. MCxxxix. *Abbatiæ de* **Kyrkſtede,** Parchus Ludæ, *&* **Kingeſwode** *de Ciſterſienſibus ;* **Thornton** *ſuper* Humbram, *de nigris Canonicis, &* **Sempingham** *de Monialibus incluſis, fundantur.*

Chron. de **Peterborough** in bibl. *Cotton.*

A. D. MCxlviii. *Sanctus* Gilbertus *inſtituit ordinem* Sempynghamenſem.

Ibid.

Eodem anno, ſcil. MCLxxxviii. *Magiſter* Joannes Gilbertus *de* **Sempling-ham,** *primus inventor, & paſtor illius Ordinis, qui dicitur de* **Semplingham,** *obiit, in Eccleſiâ ſuâ de* **Semplingham,** *inter velatas ſepultus eſt.*

R. *Hoved.* f. 370. a.n. 10.

Angelus Monrique *laurea Evangelica lib.* 3. *diſc.* 8.

Ordo (inquit) Monaſticus Gilbertinorum, *qui inſtitutus eſt in* Angliâ *anno* MCxlviii. *militat ſub inſtituto* Ciſtercienſi. *Hoc idem affirmat* Miræus *Orig. Monaſticorum lib.* 5. *cap.* xi. Montalbus *verò lib.* 2. *cap.* xxiii. *ait.* Gilbertini, *habitu & omnibus alius rebus, ſunt* Ciſtereienſes : *Papa enim* Eugenius *tertius, utpote* Ciſtercienſis, *quando eorum ordinem approbavit, præcepit ut Regulam S.* Benedicti, *ſecundùm inſtitutum* Ciſtercienſem *obſervarent; & ſic eam ſervant, & Feſtum S. Patris* Bernardi, *poſt* Gilbertum, *& utriuſq; ordinis legiſlatorem, ſanctum* Benedictum *ſolemniter coluit.*

Ex Menologio *Ciſtercienſi* per *Chriſoſtomum. Henriquez.* p. 42.

Adhuc de eodem *Gilberto,* & ordine quem inſtituit.

---- NEc *ſilentio prætereundus eſt venerabilis* Gillebertus, *vir planè mirabilis, & in cuſtodiâ fœminarum ſingularis, à quo etiam Ordo* Sempringhamenſis *ſumpſit exordium, & cum celeri proventu celerem ſtatum. Hic ab annis, ut dicitur, adoleſcentiæ, propriâ nequaquam ſalute contentus, ſed lucrandum Chriſto animarum zelo ignitus, infirmiorem ſexum propenſiùs cœpit æmulari Dei æmulatione, pio auſu ſumpto, ex propriæ caſtitatis conſcientiâ, & gratiæ ſupernæ fiduciâ. Cumq; cœptis ejus favor vi-*

Guil. Neubrigenſis de rebus *Angl.* lib. 1. cap. *xvi.* (edit. *Par.* 1610. cum Notis I. *Picardi*) p. 50.

deretur arridere divinus; veritus ne fortè in vacuum curreret, aut cucurriſſet, ſi erumpentem zelum moderatrix ſcientia non condiret, præſertim minus adhuc à majoribus inſtitutus, tam arduam ſollicitudinem arripuiſſet: Virum ſapientiæ & ſanctitatis titulis clarum, venerabilem ſcilicet Abbatem Clarevallenſem, Sanctum Bernardum adeundum putavit; cujus venerandis conſiliis informatus, atq; in ſuo propoſito roboratus, tantò ferventiùs, quantò confidentiùs piis cœptis inſiſtere non ceſſavit; proſperatuſq; eſt in hiis *Gen. 26. quæ gerebat; & ſicut de nobili * Patriarchâ dicitur, bat proficiens atq; ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus eſt, tam in multitudine copioſâ ad omnipotentis Dei ſervicium aggregata, quàm in adjectione rerum temporalium ad neceſſaria ſubſidia corporum, † Math. 6. juxta illud Dominicum † Quærite primùm Regnum Dei, & juſticiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. Deniq; ſervorum Dei, duo; & ancillarum Dei octo, non ignobilia conſtruxit Monaſteria; quæ & numeroſis replevit Collegis, & juxta datam ſibi ſapientiam Regularibus ornavit inſtitutis: Et quidem circa ſervos Dei inſtituendos abundavit, indultâ ei divinitùs gratiâ, in ſollicitudine fœminarum: Quippe in hac parte, meo judicio palmam tenet inter omnes, quos inſtituendis regendiſq; fœminis religioſam operam impendiſſe cognovimus; & quidem ante annos aliquot ſpiritualibus lucris onuſtus, jamq; decrepitus, cœleſtis ſponſi paranymphus migravit ad Dominum. Porro filiorum & filiarum ejus numeroſitas permanet; potenſq; eſt in terrâ noſtrâ ſemen ejus, & generatio ejus benedicetur in ſeculum.

Epiſtola Willielmi Norwicenſis Alexandro tertio Rom. Pontifici.

Ib p. 697. SAnctiſſimo Patri, ſummo Pontifici Alexandro, ſuæ ſanctitatis ſervus Willielmus Norwicenſis ſalutem, & cum ſumma devotione obedientiam. Statuta paternitatis veſtræ, ex pietatis & rationis fonte procedere, nulli dubium eſt; & ea ſolo ſpiritui noſtro complacent, quæ ſpiritus ſanctus ſuggerit, & veritatis dulcedine condiuntur; inde eſt, quod veſtræ Majeſtati audeo ſcribere, cum ſim pulvis & cinis, & teſtimonium perhibere veritati, quam viſu & rerum argumentis expertus ſum: Gilbertus de Sempringham, tùm ex vicinitate, tum ex celebritate ſanctitatis, quâ præeminet, mihi incognitus eſſe non poteſt; anima ejus ſedes ſapientiæ eſt, & mens ejus haurit de ſpiritu ſancto, quæ aliorum auribus excellenter infundit. In lucrandis & conſervandis Deo animabus tam ſtudioſus & efficax eſt, ut ex comparatione ejus, tædet me ignaviæ meæ, & mihi & conſimilibus mei Propheta improperet, dicens Eſai 34. Erubeſce Sidon ait mare. In Sanctimonialibus, quarum multitudinem innumeram Deo acquiſivit, fervet & religionis amor, & caſtitatis diligentiſſima cuſtodia, & ſe ab hominum viſu & colloquiis gloriantur eſſe exceptas, ut meritò eis conveniat, quod ſcriptum eſt, Dilectus meus mihi & ego illi, qui paſcitur inter Lilia.

De Canonicis, quorum innocentiæ audio apud Clementiam veſtram eſſe derogatum, teſtor Deum & animam meam, quod nec verbum infamiæ memini me audîſſe; cum ex propinquitate loci & frequentiâ venientium ad nos ignorare non poſſem. Acceſſus ad Sanctimoniales ſic eis penitùs inhibitus eſt, ut nec Priori quidem eorum, videndi vel loquendi cum aliquâ, licentia pateat; & in perceptione Euchariſtiæ, & dans & accipiens invicem ignorantur. Habent ſiquidem domos ſuos, clauſtrum, & Oratorium in quo dormiunt, meditant & orant. A converſis ſuis tantum exigit, ut vitam, quam profeſſi ſunt, inviolabiliter conſervent; quod & ipſi, me præſente, ſe devotiſſimè facturos promiſerunt: Quod illis prædeceſſorum noſtrorum & veſtrâ auctoritate firmatum eſt; & quod illi, poſt longam experientiam profitentes devoverunt, ipſe mutare non præſumit, ne levitatis & præſumptionis arguatur. Lis tamen, quam adverſùs eum ſuſcitaverunt, plus tepidi quàm ferventes charitate, utinam dimitteretur talium judicio & teſtimonio, qui haberent zelum Dei ſecundùm ſcientiam; qui ex inſpectione Apoſtolicorum privilegiorum, & rerum ipſarum evidenti cognitione veritatem agnoſcerent, & regularis obſervantiæ nec inexperti eſſent nec ignari, & quos non tæderet ſuſceptæ religionis; & manu miſſâ ad aratrum non reſpicerent retrò. Vir verò confectus ſenio; & virtutum plenior quàm dierum, non eſt deterrendus, ne à propoſito ad multorum ruinam deficiat; ſed hortandus & demulcendus, ut perſeveret ad conſervandum ſalutem, quam Deus per eum operatus eſt in medio terræ noſtræ. Rareſcunt cotidiè grana in areâ Domini, ſed paleæ multiplicantur. Deus ſanctitatem veſtram Eccleſiæ ſuæ conſervet incolumem; Vale.

MONASTICON ANGLICANUM.

PRIORATUS *de* Sempringham, *in agro* LINCOLNIENSI.

De Poſſeſſionibuſe juſdem Cœnobii, infra Comitatum Lincolniæ.

Wapentachium de Avelund, *in* Keſtevene.

Rotul. tre- in Lin- f. de 3. E. inc.

INquiſitio facta (&c.)........ Juratores dicunt, quod Prior de Sempingham tenet tres carucatas terræ in Sempingham, de *Gilberto de Gaunt*, in elemoſinam, ſuper quas Prioratus fundatus eſt, ex dono *Gyſleberti de Gaunt*, jam octo viginti anuis elapſis, & amplius; & non ſunt geldabiles, quo waranto neſciunt, & idem *Gilbertus* de *Gant* tenet illas de Rege in Capite, quo ſervitio & quo Warranto neſciunt; & valent per annum *xx.* libras.

Item idem Prior tenet tres carucatas terræ in eadem villâ in elemoſinam, ex dono *Reginaldi de Ba*, jam centum annis elapſis, & amplius, & non ſunt geldabiles, quo waranto & quo ſervitio neſciunt; & valent per annum *xx.* libras. Et idem *Reginaldus* tenuit illas tres carucatas terræ, per medium de *Gilberto de Gaunt*, & per ſervitium unius feodi militis, & idem *Gilbertus* tenet illas de Rege in Capite, quo waranto, & quo ſervitio neſciunt.

Item, Prior de Sempingham tenet unam carucatam terræ in Kirkeby de *Ada Sancto Lando* in elemoſinam; & idem *Adam* tenet illas de *Elia* de *Rabain.* (&c.)

Item dicunt, quod *Hubertus de Ria*, qui tenuit manerium de Aſelakby de Rege in Capite, dedit centum acras boſci Priori & Conventui de Sempingham, jam centum annis elapſis, in præjuditium Domini Regis, (&c.)

Item dicunt, quod *Johannes le Mareſcal*, hæres dicti *Huberti*, dedit magiſtro militiæ Templi quoddam Capitale meſſuagium in Aſlakby, & unam carucatam terræ in eadem villâ, & viginti arcas boſci, & centum ſolidatas redditus in eadem villâ, in prejuditium Domini Regis, jam quatuor annis; & valent per annum *x.* libras.

Item idem *Johannes* le *Mareſcal* dedit eiſdem Templariis Eccleſiam de Aſelakby eodem tempore, & valet per annum *xxx.* marcas.

Item dicunt, quod Prior de Sempingham tenet dimidium feodum in Horbling, de *Rogero Goylin* in elemoſynâ, jam quinquaginta annis elapſis, quo waranto neſciunt.

Item dicunt, quod Prior de Sempingham tenet *xv.* bovatas terræ in *Stowe*, in elemoſinam, de dono *Ricardi Pikanot.*

In Hundredo de Trehew.

Item dicunt, quod Prior de Sempingham tenet unam carucatam terræ in Weſthorp, quæ valet per annum *xxx.s.* & fuit feofatus per Dominum *Gilbertum* de *Preſton* jam *xv.* annis elapſis, & nunc eam tenet de *Laurentio* de *Preſton*, quo ſervitio neſciunt, &c.

Carta Hugonis *de* Bajocis, *de tota terra in* Sempingham *&* Bilingburc, *quam* Rogerus *filius* Gocelini *habuit ibidem.*

Ex autog. in officio Armorum.

CUnctis Chriſti fidelibus *Hugo* de *Bajocis* ſalutem. Notum ſit fidelibus Chriſti, quod conceſſi, & dedi, ex meâ parte Sanctimonialibus, quæ Deo ſerviunt, apud Sempingham, totam terrã, quam *Rogerus filius Gocelini* habuit in Sempingham, & Bilingburc, cum omnibus pertinentiis ſuis, in villâ & extra villã, liberam & quietam ab omni exactione, & ſeculari ſervitio: Et hoc feci preceipſius *Rogeri*, et hæredũ ejus: Nam ipſe *Rogerus* acquietabit prædictam terram de ſervitio unius militis, quod debebat mihi de illâ terrâ, & hæredes ejus, qui totam aliam terram ſuam habent, quam de me tenuit; & de hoc me fecerunt ſecurum. Hujus donationis meæ teſtes ſunt, *Acardus* avunculus meus; & *Alanus*, *Willielmus*, *Robertus* fratres mei, *Clemeus* Capellanus meus, *Supirius* de *Bajocis*; *Ace* de *Silvanecto*; *Wido* de *Brancewelle*; *Robertus Crecht*; *Petrus* de *Gouſla*; *Jordanus* de *Hayelinge*; *Galfridus* de *Wittale*; *Jvo* de *Mariſco*; & multi alii.

Carta Regis Henrici *tertii de Eccleſia de* Fordham.

Cart. 12. H. 3. m. 11.

REx omnibus, &c. ſalutem. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ, &c. conceſſiſſe, & quantũ ad nos pertinet, dediſſe Deo & beatæ, *Mariæ* de Simplingham & Monialibus ibidem Deo ſervientibus, ad procurationem faciendam Capitulo Ordinis de Simplingham, convenienti;

venienti, ſingulis annis apud **Simplingham**, per tres dies *Rogationum*, Eccleſiam de **Fordham** cum ſuis pertinentiis ſuis, quæ ad noſtram ſpectat donationem. Habendam & tenendam de nobis & hæredibus noſtris, eiſdem Monialibus & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Quare volo (&c.) Data per manum noſtram apud **Graham** *xxi. Nov.* annos &c. *xi.*

Carta Johannis Daldreby Lincoln. *Epiſcopi pro Scolaribus in augmentationem Conventus de* **Sempingham**, *apud* Stanford *ſtudentes, per* Robertum Lutere *inſtitutis.*

Ex Regiſtro *Johannis Daldreby* Epiſcopi. *Lincolnienſis.* fol. 8. a.

JOhannes permiſſione divinâ *Lincolnienſis* Epiſcopus, dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui de **Sempingham** ſalutem. Cum Magiſter *Robertus Luterel* manerium, quod in parochiâ ſancti *Petri* **Stanford** habuit, vobis contulerit, intuitu charitatis, volens ut ſcolares, pro numero Conventus veſtri augmentando ſtudentes in divinâ paginâ, vel Philoſophiâ in eodem manerio, & unum Capellanum ſæcularem vel regularem, divina celebraturum in Capellâ beatæ *Mariæ*, infra dictum manarium ſcituatâ, perpetuis temporibus ſuſtenteris. Nos pium factum hujus, & propoſitum commendantes, licèt in dictâ Capellâ à multis retro temporibus habita fuerit Cantaria, prout didicimus, pro conſtanti, ad majorem tamen corroborationem voluntatis magiſtri *Roberti* prædicti, ſtudentiumq; ſolatium & quietem, ut in Capellâ prædictâ abſq; præjudicio parochialis Eccleſiæ ſancti *Petri* **Stanford** infra cujus parochiam ſituatur, & aliarum Eccleſiarum vicinarum, poſſitis perpetuò facere celebrari divina; licentiam, quantum & nobis eſt, vobis concedimus ſpecialem: Ita tamen, quod nec fons baptiſmalis, nec comparile erigantur; nec proceſſio, aut actus cujuſvis ſolemnitatis fiat, nec ulli modo ſacramenta inibi miniſtrentur; & Oblationes faciendæ ibidem Rectori parochialis Eccleſiæ ſupradictæ reddantur, eadem Eccleſia indempnis per omnia conſervetur, & ei in nullo honor debitus ſubitus ſubſtrahatur. Et ſi contra formam conceſſionis hujuſmodi, quicquam fuerit attemptatū, eadem conceſſio nullius penitus ſit momenti: In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum, Datum apud **Buchden** tertiò Idus *Novembris*, anno domini, *milleſimo trecenteſſimo tertio.*

De tribus Capellanis divina celebraturis pro anima Magiſtri Roberti Luterell; *& ſcolaribus apud* **Stanford** *ſtudentibus, imperpetuum ſuſtentandis.*

Ibid. fol. 8. b.

UNiverſis Chriſti fidelibus (&c.) Prior & Conventus de **Sempingham** ſalutem, Sciatis nos aſſenſu veneralibis Patris domini *Philippi* magiſtri Ordinis noſtri, tenemur in verbo veritatis, dilectiſſimo Domino & amico noſtro, magiſtro *Roberto Luterell*, Rectori Eccleſiæ de *Irnham*, & hæredibus in perpetuum, pro terris, & tenementis, quæ & quas nobis dedit in villis de **Keten**, **Cotiſmore**, & **Caſtreton**, in Comitatu **Ruteland**, & in **Stanford** in Comitatu *Lincolnienſi*, ad ſuſtentationem trium Capellanorum, divina celebrantium, pro ſalute animæ ſuæ, & in formâ ſubſcripta; videlicet ad ſuſtentationem unius Capellani ſæcularis in Eccleſiâ parochiali Sancti *Andreæ* de **Irnham** (&c.) & unius Capellani, divina in perpetuum celebrantis pro anima &c. (ut ſupra) in Capellâ beatæ *Mariæ*, infra manerium de **Stamford** ſita, quam habemus de dono prædicti magiſtri *Roberti*; & ad ſuſtentationem unius Capellani, continuè Miſſam beatæ *Mariæ*, in perpetuum celebrantis in Eccleſia Conventuali de **Sempingham**. Concedimus etiam per præſentes, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, & obligatos eſſe fatemur prædicto Magiſtro *Roberto Luterel*, & hæredibus ſuis, ad ſuſtentationem ſcholarium pro numero Conventus noſtri augmentandi in divinâ paginâ, vel philoſophiâ, congruis temporibus apud **Staunford** ſtudentium (&c.) Sigillatum cum ſigillo domini *J. Lincolnienſis* Epiſcopi. Teſtibus domino *Roberto* de **Fliſkelthorp**; *Philippo* de *Paunton*; *Theobaldo* de *Neurile*; *Johanne* de *Folevile*; *Rogero Morteyn*; *Radulpho* de *Sancto Lando*, *Galfredo* de *Brunne* militibus, (&c.)

COENOBIUM

de **Haverholme** *in Commitatu* Lincolniæ.

Carta fundationis ejuſdem, per Alexandrum Lincoln. *Epiſcopum.*

Ex in bib othec Cotto

BEnedictus Deus & dominus noſter *Jeſus Chriſtus*, qui aperuit oculos miſericordiæ ſuæ ſuper nos, & illuminavit oculos mentis noſtræ, & inclinavit cor noſtrum neceſſitati ancillarum ſuarum, fidelium Sanctimonialium, *videlicet* miræ religionis, quæ ſub cuſtodiâ & doctrinâ *Gileberti* ſacerdotis, Chriſto Deo devotè militant. Hæ vitam artam, vitam ſanctam, vitam ſcilicet monachorum *Ciſtercenſis* religionis arripientes, quantum illius ſexus valitudo permittit, eam tenere contendunt, & tenent: Quæ, cum locum religioni earum congruum non haberent, divinâ inſpirante gratiâ, præparavimus & dedimus eis, quod ſatis vitæ earum competat. Dedimus enim eis Inſulam **Hafreholm**, prius vocatam, quæ nunc Inſula ſanctæ *Mariæ* appellatur, & eſſe creditur, cum omnibus quæ ad eam pertinent, in prato, & in terrâ, quæ culturæ ſatis eſt congrua; & in mareſco, & in aquis, & in cæteris, uſque ad fines ipſius Inſulæ, cum duobus molendinis, ſolutam & quietam ab omni humano & ſæculari ſervicio, in poſſeſſione perpetuâ. Illis verò, qui nobiſcum in eadem

Vide Ca E.3.

dem Inſulâ partem habuerunt, pro parte eorum ſatiſfecimus; videlicet *Radulfo Halſelin*, & *Roberto* de *Calz*. Dedimus autem eis eſcambium ad gratum eorum in molendino uno. Hanc autem donationem, quam fecimus ſupradictis Sanctimonialibus, confirmavimus, & confirmamus, aſſenſu & teſtimonio Capituli noſtri Sanctæ matris Eccleſiæ *Lincolniæ*, & teſtimonio *Rannulfi* Comitis *Ceſtriæ*, & *Willielmi* Comitis *Cantebrigiæ*, fratris ejus, & proprii ſigilli mei teſtimonio.

Quicumque autem fideles, pro Dei amore, & noſtrâ prece, eis manum miſericordiæ porrexerint; vel beneficium aliquod inpenderint, vel defenſionem contra Dei inimicos, & earum adverſarios prætenderint, quantum ad noſtri Ordinis dignitatem, ſimul & poteſtatem pertinet, ſuſcipimus eos in orationibus, & in omnibus beneficiis noſtræ matris Eccleſiæ *Lincolniæ*, & noſtris & omnium Eccleſiarum noſtræ parochiæ, ſimul etiam & Abbatum, & Monachorum, & Canonicorum, & ſacerdotum, & Hæremitarum & Anachoritarum, & omnium fidelium; & participes eſſe concedimus. Qui autem hanc gratiam & caritatem noſtram adnichilare, vel ad deterius mutare voluerit; vel diripere, vel minuere præſumpſerit; vel eas, vel ſuos, vel ſuâ malivolâ mente infeſtaverit, vel vi abſtulerit; vel fraude circumvenerit; vel aliquâ injuriâ moleſtaverit, illâ dampnatione, quâ *Judas* iſte Dei & Domini noſtri *Jeſu Chriſti* traditor periit, & illa quam *Petrus* Apoſtolus *Simoni Mago* intulit, & quam *Datan* & *Abiron* meruerunt, & pertulerunt, dampnamus, & maledicimus, & anathematizamus, niſi verè pœnituerint, & Eccleſiaſticâ diſciplinâ & conſilio errata correxerint, Amen. Hanc autem gratiam contulimus ſupradictis Chriſti famulabus, pro conſolatione & provectu noſtræ matris Eccleſiæ, & pro nobiſmet; ipſis & amicis noſtris, & pro animâ Regis *Henrici*, & avunculi mei *Rogeri*, qui fuit Epiſcopus *Sareſberienſis*; & pro animabus patris & matris meæ & amicorum meorum defunctorum. Memores eſtote noſtri kariſſimi in orationibus veſtris, ut Deus miſereatur veſtri. Amen. A.D. 1139. Anno *M. C. xxxix.* ab incarnatione domini noſtri *Jeſu Chriſti*, Ego *A. Lincolniæ* Epiſcopus, hac Cartâ meâ confirmavi ſupradictam donationem ſub prædictorum & multorum aliorum teſtimonio.

PRIORATUS de Chikeſand in agro Bedfordienſi.

Carta Pagani *de* Bellocampo *Eccleſiam de* Chikeſand *& diverſas terras, tam de ſuo feodo, quàm de aliorum donatione, confirmans.*

Ex ipſo autogr. in bibl. *Deuveſiana*.

Omnibus ſanctæ Eccleſiæ fidelibus, tam præſentibus quàm futuris; *Paganus* de *Bellocampo* & uxor ejus *Rohaiſa* Comitiſſa, Salutem: Notum ſit vobis omnibus, quod ego *Paganus* de *Bellocampo*, & uxor mea *Rohaiſa* Comitiſſa dedimus Sanctimonialibus in Eccleſiâ Sanctæ *Mariæ* de *Chikeſandia*, Deo devotè ſervientibus, ſub cuſtodiâ *Gilleberti* de Sempingeham, illas terras totas, quas tenuerunt in *Chikeſandia Ricardus* cognomento Monachus, & *Avenellus*, & *Warnerius* de *Hagnes* cum Eccleſiâ, & omnibus rebus pertinentibus ad eaſdem terras; videlicet in Molendinis, in aquis, in pratis & in paſcuis, in boſco & in plano: *Ricardo* verò, & *Avenello*, & *Warnerio* ſatisfecimus, dantes eis alias terras in excambiis ad gratum & voluntatem eorum: Dedimus etiam in villâ de Hagnes, Grangiam, cum quadringentis acris, quas eis aſſignari fecimus per *Normannum* Sacerdotem, & *Gaufridum Loharum*, cum teſtibus plurimis, ſicut & modo tenent: & ſilvam de *Appeleia*, exceptâ parte, quam tenuit *Olavus* Sacerdos de Hagnes, & noſtrum demenium virgultum, juxta Eccleſiam ejuſdem villæ: & dimidiam virgatam, quam tenuit *Lefſtenus* Cuſtos virgulti, cum manſurâ ſuâ: Et *Godricum* Carpentarium ad reficiendum domos Sanctimonialium cum menſurâ ſuâ, & quartâ parte virgatæ. Eccleſiam quoq; ejuſdem villæ, cum pertinentiis ſuis, eis conceſſimus, poſt deceſſum *Philippi* de *Broi*. Præter hæc dedimus eis molendinum de *Willitona*, cum terrâ adjacente; ſcilicet dimidiâ virgatâ cum manſurâ: In villâ quæ vocatur *Cogo Pol* conceſſimus eis viginti acras terræ, quas eis dedit *Adeliz* uxor *Wigani*, concedentibus filiis ſuis *Radulfo* & *Waltero*. In villâ de *Cameltona* tres virgatas terræ de noſtro feodo item illis conceſſimus, quas *Adeliz* uxor *Walteri* des *Mareis* eis dedit, concedente filio ſuo *Hugone*; & quicquid ad eaſdem virgatas pertinet; in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, ſcilicet totum dimidium demenii ſui, exceptâ manſurâ Domus propriæ. Hæc omnia dedimus eis in perpetuam poſſeſſionem, libera & quieta ab omni terreno ſervitio & exactione, pro amore Dei & beatæ Virginis *Mariæ*, & omnium Sanctorum, & pro animabus patrum & matrum noſtrorum, & pro animâ *Simonis* de *Bellocampo*, & omnium parentum ſuorum.

Nnnnn Denique.

Denique ne iſta aliquis perturbare aut diminuere quæreret, privilegio Domini Papæ fecimus confirmari. Hujus Donationis noſtræ teſtes ſunt *Henricus Eboracenſis* Archiepiſcopus; *Simon* Abbas de *Sartis*; *Nicholaus* Archidiaconus; *Willielmus* de *Gorham*; *Willielmus* Capellanus; *Nicholaus Acelini* filius, *Paganus* Canonicus; *Gillebertus* Capellanus; *Radulfus* Manſel; *Normannus* Sacerdos; *Philippus* de *Sannera*; *Robertus* filius *Briani*; *Gaufridus Loharius*; *Gaufridus* filius *Radulfi*; *Rogerus* de *Candos*; *Willielmus* de *Sancto Edwardo*; *Robertus Faucillinus*; *Walterus* de *Hagnes*; *Hugo* de *Hagnes*; & multi alii.

Carta Willielmi *filii* Simonis *de* Bellocampo, *donationes ſui patris & aliorum recitans & confirmans.*

Ibid.

OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, *Willielmus* de *Bellocampo*, filius *Simonis* de *Bellocampo*, ſalutem. Sciatis Univerſi, quod ego *Willielmus* de *Bellocampo*, pro animâ patris mei *Simonis*, & animabus anteceſſorum meorum; & pro ſalute meâ & matris meæ *Iſabellæ*, & uxoris meæ *Gunnoræ*, & fratrum & amicorum meorum (&c.) conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Chikeſand**, & Conventui ejuſdem loci, quicquid pater meus *Simon* de *Bellocampo* eis dedit & conceſſit, tam in Eccleſiis, quàm in terris, pratis (&c.) ſcilicet Eccleſiam de **Chikeſand**, cum pertinentiis; & illas terras totas, quas tennerunt in **Chykeſande** *Ricardus Monachus*, & *Avenellus*, & *Hugo* de *Bereford*, & *Warnerus* de *Hagenes*, cum omnibus libertatibus (&c.) & Eccleſiam de **Hagnes** cum omnibus pertinentiis; & Grangiam de **Hagnes**, cum omnibus pertinentiis (&c.) & Eccleſiam de **Cogepol** cum omnibus pertinentiis; & quicquid habent in **Cogpole** de dono patris mei; Et Eccleſiam de **Cayſhou**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & quicquid habent in **Cayſhou**, & **Scottou**, & alibi de feodo meo, de dono & confirmatione *Rogeri Landos*, *Roberti Faucilun* & ſedecim aliorum in eadem villâ (&c.) Et Eccleſiam de **Stotfalde**, cum Capellâ de **Eſtwyke** (&c.) & Eccleſiam de **Lincelade**, cum omnibus pertinentiis (&c.) Teſtibus *Bartholomæo* de *Lega*, *Radulfo Morini*, *Roberto* de *Broy*, *Galfrido Rufo*; *Johanne* de *Pavham*, *Henrico* de *Boeles*. (&c.)

Carta Regis Edwardi *ſecundi; per quam licentiam dat* Johanni Blondel, *quod ipſe Manerium de* **Chikeſand** *dare poſſit Priori & Conventui ejuſdem loci.*

Pat. 10. E. 2. p. 2. m. 29.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Licet de communi conſilio (&c.) Ad requiſitionem tamen dilecti conſanguinei & fidelis noſtri *Adomari* de *Valencia*, Comitis *Pembrochiæ*, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, *Johanni Blondel*, quod ipſe manerium de **Chikeſonde**, cum pertinentiis dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui de **Chikeſonde**, Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Et eiſdem Priori & Conventui, quod ipſi manerium prædictum cum pertinentiis à præfato *Johanne* recipere poſſint, & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem; Nolentes quod prædictus *Johannes* vel hæredes ſui, aut præfati Prior & Conventus ſeu ſucceſſores ſui ratione Statuti prædicti, per nos vel hæredes noſtros indè occaſionentur in aliquo, ſeu graventur: Salvis tamen capitalibus dominis feodi illius, ſerviciis indè debitis & conſuetis. In cujus &c. T. Rege apud **Saunford**. *xxviii.* die *Januarii.*

PRIORATUS

de **Bolington** *in agro* Lincolnienſi.

Carta fundationis ejuſdem.

CUnctis Chriſti fidelibus, *Simon* filius *Willielmi* ſalutem. Sciatis me fundâſſe domum quandam religionis in parco meo de **Bolyngton**, in honore Dei, & beatæ Virginis *Mariæ*: & dediſſe illam Sanctimonialibus Ordinis de **Sempingham**, & fratribus earum, Clericis & laicis, ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ & *Agnetis* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum noſtrorum. Dedi eciam eis partem de parco meo, ut ibi habitent; & partem de boſco meo, & de terris meis, in Aquilonali parte, & orientali ejuſdem domus, per metas & diviſas determinatas, & eis aſſignatas. Similiter dedi eis, ad ſuſtentationem ſuam, Eccleſias de **Bolyngton** & **Langton**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & molendinum meum de **Hachethorn**. Dedi ſimiliter eis, in territorio meo de **Faldigwert**, totum **Aldefeld**, de **Rafneſtoft**, uſque ad **Wormatehem** in occidente; & exinde rectâ lineâ, verſùs meridiem, uſque ad diviſa de **Hanewort**; & ex eodem **Wormathem** uſque ad diviſas de *Neutona*, in aquilonali parte. Aſſignavi eciam eis in eodem territorio, locum ad habitandum, ut ibi faciant domos & grangias & cæteras officinas ſuas, cum libero introitu & exitu. Dedi etiam totam terram, quam habebam in **Wameth**, de feudo *Willielmi Bechet*, in territorio de **Faldigword**; cum communi paſturâ ejuſdem villæ, & de **Aldefeld** ſexcentis ovibus, & aliis animalibus & pecoribus ſuis. Hæc omnia eis dedi & aſſignavi per manum *Roberti* ſecundi Epiſcopi *Lincolniæ*, in puram & perpetuam eleemoſinam, libera & quieta ab omni ſeculari ſervicio

Ex vetuſt rotulo pergamenaceo, in bibl. Deveſiana, 1648.

ſervicio & exactione. Et ego, & hæredes mei poſt me warantizabimus eis hæc omnia prædicta, contra omnes homines, ſicut ſpecialem elemoſinam noſtram. Hujus rei teſtes ſunt, ipſe Dominus *Robertus*, Epiſcopus *Lincolnienſis*, *Adelinus* Decanus; Magiſter *Haimo*; *Robertus* archidiaconus; *Malgerus* de *Newerc*; *Philippus* de *Kima*, & *Simon* & *Walterus* filii mei: *Willielmus Bechet*.

Carta Willielmi *filii* Philippi *de* Kimâ, *de ſitu Abbatiæ, necnon omnibus terris & Eccleſiis de feodo ſuo.*

OMnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris, *Willielmus* de *Kima*, filius *Philippi* de *Kima* ſecundi ſalutem in Domino. Noveritis me divinæ caritatis intuitu, & pro ſalute meâ, & *Luciæ* ſponſæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & Priori ac Conventui utriuſque ſexus domus de **Bolyngton**, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervicio, & terrenâ exactione, quicquid habent de feodo meo, ſine aliquo retinemento, ſcilicet ſcitum Abbatiæ ſuæ, cum omnibus terris & nemoribus, tenementis, & paſturis, & omnibus aliis pertinentiis & aiſiamentis ſuis; & liberam viam per omnes terras meas ad omnes uſus ſuos, ſicut ad uſus meos proprios, vel hæredum meorum; exceptis blado & prato ſecundùm morem & antiquam conſuetudinem patriæ poſitis in defenſo; & exceptis boſcis de **Bolyngton**, ſalvâ dictis Priori & Conventui liberâ viâ ad omnes decimas ſuas pacificè inde cariandas; Et totam grangiam ſuam de **Aldefeld**, cum omnibus terris & tenementis, quæ de feodo meo habent in **Faldingworth**, in **Spridlington**, in **Toft**, & in **Neuton**, in **Ingham**, in **Rande**, & in **Bolyngton**, in **Wragby**, in **Herdewic**, in **Hakethorn**, in **Langton**, in **Drecumbe**, in **Burgo**, in **Winthorp**, in **Scegnes**, in *Freskena*, in **Wanfleth**, in **Braitoft**, in **Ganneby**, in **Hotoft**, in **Sutton**, in **Malberthorp**, in **Hemmingby**, in *Sarewya*; & in mariſco de **Metringham**, cum omnibus pertinentiis, libertatibus, & aiſiamentis ſuis, infra villas & extra; & liberam piſcariam in aquâ meâ, & de **Dokedic** inter **Winſtanhow** & **Brudewar**; videlicet quatuor hominibus cum duobus batellis & duobus tramaliis, per duos dies per annum, in adventu Monialium apud **Bolyngton**, verſùs magnum Capitulum de **Sempingham**.

Et præterea conceſſi & confirmavi prædictis Priori & Conventui omnes patronatus & advocationes Eccleſiarum de **Bolyngton**, de **Langton**, de **Fulethby**; de **Haveringham**; de **Burgo**, de **Wynthorpe**; de **Preſtwald**; de **Ingham**; de **Sprydlington**; in medietate Eccleſiæ de *Firskena*, & in medietate Eccleſiæ de **Hackthorn**, cum omnibus terris & tenementis ad prædictas Eccleſias pertinentibus, & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus ſuis. Habenda & tenenda prædicta omnia & ſingula, ſine aliquo retinemento, ſibi & ſucceſſoribus ſuis liberè, quietè, pacificè & honorificè, in puram & perpetuam elemoſinam in perpetuum; Ita quidem, quod nec ego nec hæredes mei, vel aſſignati aliquod jus vel clameum, ſeculare ſervicium vel demandum, aliquâ ratione de cætero poſſimus exigere de prædictis terris & tenementis, cum omnibus ac ſingulis pertinentiis: ego verò *Willielmus* & hæredes mei, vel aſſignati, adquietabimus & defendemus omnia, & ſingula præmemorata de omnibus rebus, & exactionibus, ſectis Curiarum & demandis, & de omnibus ſerviciis & conſuetudinibus, querelis & occaſionibus, & de omnimodis forinſecis ſerviciis contra dominos feodorum, & contra omnes homines & fœminas, ſicut puram & perpetuam elemoſinam noſtram in perpetuum. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, dominis *Philippo* de *Arc'*, *Nicholao Burdeth*, *Ada* de *Toutheby* militibus; *Gilleberto* de *Cherles*; *Roberto* de *Miſterton*; *Stephano de Lund*; *Thoma Muſtell*; *Hugone* de *Helewelle*; *Philippo* de *Merle*; *Roberto Herre* de **Wynthorp**; *Ada Jaumbes*. Data apud *Lincolniam* die ſanctæ *Katherinæ* virginis, anno Domini, *M.C.C.lvi.*

Carta Roberti Putrel *de Eccleſia de* Houtunâ *in comitatu* Leiceſtriæ.

OMnibus &c. *Robertus Putrel* de *Cotes*, ſalutem. Notum ſit vobis me (&c.) dediſſe (&c.) Sanctimonialibus de **Bolyngton**, & fratribus earum, Clericis ac laicis, Eccleſiam de *Houtuna*, & advocationem ejus, cum omnibus pertinentiis (&c.) in puram & perpetuam elemoſinam (&c.) Hiis teſtibus, *Willielmo* Sacerdote de **Rande**; *Herberto* Capellano de **Barkeword**; *Anketello* Capellano de **Preſtwold**; *Hugone* Capellano de *Hou*, *Ivone* de *Preſtwold* (&c.) Hæc carta facta eſt in Capitulo Sanctimonialium, quando prædictus *Robertus Putrel* in fraternitatem ſuſceptus eſt.

Carta Eliæ *filii* Ankitelli *de* Preſtwould, *de Eccleſia de* **Preſtwould**.

OMnibus (&c.) *Elias* filius *Anketelli* de *Preſtwald*, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe (&c.) Monialibus de **Bolyngton** (&c.) donationem patris mei; ſcilicet Eccleſiam S. *Andreæ* de **Preſtwald**, cum Capellis & omnibus aliis pertinentiis ſuis (&c.) Hiis teſtibus, magiſtro *Ricardo* de *Kima* de *Preſtwald*, (&c.)

Carta Simonis *de* Kima, *donationem unius toſti in* Burc *confirmans.*

SCiant (&c.) quod ego *Simon de Kima* conceſſi, (&c.) Deo & beatæ *Mariæ*, & Conventui Sanctimonialium de **Bulintune**, & fratribus earum, Clericis & laicis, donationem quam *Willielmus* filius *Gilberti* de *Sceggeneſſe* fecit eis; ſcilicet de uno toſto trium acrarum in **Burc**: (&c.) Hiis teſtibus, *Willielmo* de *Kima*; *Simone* de *Sais*; *Thoma* de

Hudetorpe; *Willielmo* de *Cantto*, *Waltero Bec*, *Hugone* de *Merle*; *Simone* de *Kima* perſonâ. *Aluno* de *Muer*; *Roberto* Clerico de *Saunford*, & multis aliis.

Carta Philippi *de* Kimâ *donationem* Philippi *avi ſui, de terris in campis de* **Hotofte** *&* **Sutton**, *confirmans.*

UNiverſis (&c.) *Philippus* de *Kima*, filius Domini *Simonis* de *Kima* ſalutem. Noveritis me pro ſalute meâ, & animabus patris mei, & matris meæ *Roiſiæ*, & omnium anteceſſorum meorum, dediſſe, quietas clamâſſe, (&c.) Priori & Conventui utriuſque ſexus de **Bolyngton**, quæ eſt de fundatione progenitorum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam, omnes terras (&c.) quæ habent de feodo meo de dono & feoffamento quondam *Philippi* avi mei, in villis & campis de **Hotofte**, & **Sutton**; videlicet locum in quo fratres habitare ſolebant, (&c.)

Carta Alexandri *de* Crevequer *de* xl. *acris terræ arabilis in territorio de* **Hachetorn**.

SCiant, tam præſentes quam futuri, quod ego *Alexander* de *Crevequer* conceſſi (&c.) Monialibus de *Bulingtuna*, quadraginta acras terræ arabilis in territorio de **Hachetorn**, & decem acras prati, & duas ad habitandum juxta molendinum, quod ſitum eſt in feudo *Symonis filii Willielmi*, liberas & quietas ab omni ſeculari ſervicio, cum communi paſturâ de **Hachetorn**, & de **Hanetworth** quingentis ovibus & decem vaccis, & totidem vitulis. Conceſſi etiam & dedi & confirmavi ipſis Monialibus totam Inſulam quæ dicitur **Tunſtale**, in territorio de **Redburn**, & in inſula **Hadhe**, totam partem, quæ ad feudum noſtrum pertinet, præter illam terram quam *Reginaldus Waſſelin* de feudo noſtro tenuit, pro quâ terrâ pater meus *Reginaldus* & ego dedimus prædictis Monialibus extra inſulam triginta acras de terrâ arabili in campo de **Redburn**, & communem paſturam treſcentis ovibus cæteriſque pecoribus earum; & plenariam communionem in paſturis, & in mariſcis, & in aquis, & in piſcariis, & totum pratum noſtrum, quod eſt inter **Tunſtale** & **Hadhe**, uſque ad [illegible]; & totum **Wlfholm**, & ſexdecim acras alias extra inſulam in campis de **Redburn**. Præter hæc conceſſi eis & dedi & confirmavi ſitum molendini quod tenuit *Serr* de *Bove*, de feudo noſtro. Et ut hæc omnia, terram *ſcilicet* arabilem, pratum, & paſturas, & piſcariam, tam in aquis quàm in mariſcis, ſecurè & plenariè habeant, Sigilli noſtri munimine Divinæ pietatis intuitu, illis corroboravi, (&c.)

Stemma Reginaldi **Creuker**, *Baronis de* **Redburn**.

Ex quodam cartaceo Rotulo M. S. in bibl. *Deweſiana*.

REginaldus Creuker, qui deſponſavit *Matildem* filiam & hæredem *Gilberti* filii *Goſcelini*, qui contulit domui de **Bullyngton** in primâ fundatione ejuſdem domus, quod habemus in **Redburne**. Et poſt deceſſum dicti *Reginaldi Matildis*, uxor ejus confirmavit donationem *Reginaldi* mariti ſui. Et poſt eos *Alexander* filius & hæres eorum; Et poſt eum *Simon* frater ejus & hæres; Et poſt eum *Cecilia Creuker*, filia *Simonis* & hæres. Iſta fuit deſponſata domino *Waltero* de *Nevyle*, de quâ habuit exitum *Alexandrum* filium & hæredem. Et poſt obitum Domini *Walteri* viri ſui, iſta movit placitum in curia Domini Regis de prædicta terrâ de **Redburne**; & concordati fuerunt, ſicut patet in fine levato inter eos, coram Juſticiariis de Banco, anno regni Regis *Johannis* primo. Dictus *Alexander* habuit alterum *Alexandrum* filium ejus, & hæredem. Et iſte *Alexander* fuit ultimus Baro de **Redburne**, qui habuit quinque filias, inter quas Baronia fuit partita.

Carta Philippi de Kyma *& uxoris ejus* Habewiſſæ.

Ibid.

OMnibus Chriſti fidelibus, *Philippus* de *Kima* & uxor ejus *Habewiſſa*, Salutem. Sciatis nos conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ de *Bulinctunna*, quam Pater meus & ego *Philippus*, in honorem St. *Mariæ* fundavimus, ad opus Sanctimonialium ibidem Deo ſervientium, quicquid *Simon*, *filius Willielmi* Pater meus eis dedit; videlicet in terris, pratis, paſcuis, nemoribus, ... omnibus. Præterea ego & *Habewiſſa* uxor mea conceſſimus & dedimus, & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus Deo & Eccleſiæ de *Bullinctunna* ad ſuſtentationem Canonicorum ibidem ſervientium, totam terram quam in Dominio meo habui in **Falvingwurth**, & Eccleſiam de **Sprictintune** cum omnibus pertinentiis ſuis, in feudo meo ſitam; & Eccleſiam de **Winetorp**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & dimidiam Eccleſiam de **Freſchenei**, & ſtatutum redditum unius marcæ argenti de redditu molendini de **Croft**, quam annuatim perſolvent Eccleſiæ de **Hempingham** pro Eccleſia de **Tirintune**. Dedimus etiam prædictis Canonicis viginti Sextarios Salis, per ſingulos annos in perpetuum, in **Croft**. Hæc omnia conceſſimus prædictis Canonicis & Sanctimonialibus, in præſentiâ Veneralibis Patris noſtri *Roberti* ſecundi Epiſcopi *Lincolniæ*, & ejus authoritate & teſtimonio confirmavimus, ut proſit nobis & hæredibus noſtris, & cæteris amicis noſtris, vivis & defunctis, & nunc, & in perpetuum. Hæc autem omnia dedimus eis in puram, & perpetuam elemoſynam, liberam & quietam ab omni exactione & conſuetudine & ſeculari ſervitio; Nam nos guarantizabimus ea erga omnes homines. Hujus donationis Teſtes ſunt *Robertus* ſecundus Epiſcopus *Lincolniæ* & *Walterus* Abbas, & *Godefridus*, & *Albri* Monachi de *Barbeneia*; & *Odardus*, & *Hugo*, & *B.* ... Monachi de **Reveſbi**; & *Hugo* Canonicus de *W.* ..& *Rogerus* de *Beningworta*; & *Thomas* filius *Willielmi Hacum*, & *Ricardus* Clericus de *Cantebriſge*, & *Willielmus Haſtvicer*.

Carta

Carta Philippi *de* Kima.

Cunctis Chriſti fidelibus, præſentibus & futuris, *Philippus* de *Kima* ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe, dediſſe, & hac præſenti Chartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Conventui de **Bolingtone** ad ſuſtentationem veſtimentorum ſuorum viginti acras prati in territorio de **Hotofte**, de Dominico prato meo: *viz.* in **Holecrofte**, undecim acras; *ſcilicet* à foſſato *Willielmi Hellecor* in latitudine, verſùs auſtrum, uſque auſtralem angulum orti prædicti Conventus; & de eodem angulo in longitudine verſùs occidentem, ſecundùm diviſas & metas, factas inter eundem pratum & meum, quod eſt ex auſtrali & occidentale parte: Et in **Suthenges** novem acras in duobus locis; ſcilicet quæ vocantur **Wraes**. Conceſſi etiam & confirmavi eidem Conventui in communi paſtura mea de **Hotofte**, paſturam ſexcentis ovibus ſuis. Conceſſi etiam & confirmavi eidem Conventui locum in quo habitant fratres prædicti Conventus, quem avus meus *Philippus* de *Kima* eis dedit, & ſicut poſtea omnimodo tenuerunt. Hunc autem tenementum prædictum; cum ſuis pertinentiis, ego & hæredes mei warantizabimus prædicto Conventui in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio & exactione, contra omnes homines & fœminas in perpetuum. Hanc donationem & conceſſionem feci dicto Conventui cum libero introitu & exitu ſuo; & omnium ſuorum, pro ſalute mea & *Agnetis* ſponſæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Hiis teſtibus, *Gileberto* de *Benigwrd*, *Thoma* de *Muleton*, *Simone* de *Chauncy*, *Johanne* de *Oreby*, *Philippo* de *Chauncy*, *Simone* de *Marton*, *Willielmo Creſſant*.

Carta Simonis *de* Crevequer.

Cunctis Chriſti fidelibus *Simon* de *Crevequer* ſalutem: Sciatis omnes, tam præſentes quàm futuri, me conceſſiſſe, & hac Cartâ meâ confirmâſſe omnium quam Pater meus *Reginaldus* de *Crevequer*, & mater mea, & *Alexander* frater meus dederunt Sanctimonialibus Ordinis de **Sempingham**, quæ & S. *Mariæ* ſerviunt in **Bulintone**, & fratribus earum, tam Clericis quàm Laicis in perpetuam elemoſinam, ſicut Cartæ eorum teſtantur; videlicet, quadraginta acras terræ arabilis in territorio de **Haccatona**, & decem acras prati, & duas acras ad habitandum juxta molendinum, quod ſitum eſt in feudo *Simonis* filii *Willielmi*, quod prædictarum Sanctimonialium fratres tenent, liberas & quietas ab omni ſeculari ſervitio, cum communi paſturâ in territorio de **Hacchstoane**, & de **Hanewrthe**, quingentis ovibus & decem vaccis, cum totidem vitulis. Confirmavi etiam ipſis Sanctimonialibus & earum ſucceſſoribus, quicquid eis dederunt in territorio de **Redburne**, ſcilicet totam inſulam quæ dicitur **Tunſtal**, & in Inſula **Hathe** totam partem, quæ ad feudum noſtrum pertinet, præter illam terram quam *Reginaldus Wacelin* de feudo noſtro tenuit; pro quâ terrâ dedimus eis excambias extra Inſulam; ſcilicet triginta acras de terrâ arabili in territorio de *Redburna*, & communem paſturam trecentis ovibus, cæteriſq; pecoribus earum & communionem in paſturis, in mariſcis, in aquis, in piſcariis, & pratum noſtrum, quod eſt inter duas Inſulas; ſcilicet inter **Tunſtal** & **Hathe**; & totam **Wiſholm**; & ſexdecim acras alias extra Inſulam in campis de *Redburna*. Hæc omnia confirmavi prædictis Sanctimonialibus poſſidenda benè & in pace, libera & quieta ab omni ſeculari ſervitio, & conſuetudine & exactione, in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut aliqua elemoſina à Religioſis liberiùs poſſideri poteſt. Quoniam ego & hæredes mei acquietabimus iſta omnia ſupradicta ad opus earum, erga Regem & omnes homines, pro ſalute meâ & meorum, & pro animâ Patris mei, & matris meæ, & *Alexandri* Fratris mei, & omnium parentum meorum, ut proſit nobis in perpetuum. Hiis teſtibus, *Philippo* de *Kyme*, *Waltero* Vicecomite, *Dromone* fratre ejus, *Rogero* de *Maletot*, *Rogero* de *Beningword*, *Herberto* filio *Adelardi*, *Thoma* filio *Willielmi*, *Henrico* de *Campania*, *Warnero* de *Campania*, *Olivero* de *Vendoure*, *Willielmo* fratre ejus, *Radulfo* filio *Oſberti*, *Willielmo* de *Barchewrthe*, *Roberto* de *Ormeſbi*, *Roberto* de *Maringa*, *Roberto Ribald*.

Carta Philippi *de* Kime.

Cunctis Chriſti fidelibus, *Philippus* de *Kime*, ſalutem. Notum ſit vobis me aſſenſum præbuiſſe donationi Patris mei, qui dedit Sanctimonialibus de **Bulingtun** Eccleſiam ipſius villæ, & Eccleſiam de **Langetune**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in decimis, terris & in omnibus aliis rebus. Et ut ſecuriùs & firmiùs teneant ex parte meâ, quantùm ad me pertinet, qui ſum hæres ejus, eaſdem Eccleſias eis dedi in perpetuam elemoſinam manu meâ in manu *Roberti* ſecundi Epiſcopi *Lincolniæ* poſitâ. Hanc donationem meam hoc ſcripto confirmavi, ut liberas & quietas eaſdem Eccleſias ab omni exactione & ſæculari ſervicio teneant. Hujus rei Teſtes ſunt Dominus *Robertus* ſecundus Epiſcopus *Lincolniæ*, *Radulfus* de *Diſci* Archidiaconus *Lundoniæ*; *Nicolaus* del *Seel*; *Robertus* de *Burun*; Magiſter *Malgerus*, *Rogerus* filius *Willielmi*; *Petrus* de *Melide*, *Walterus* de *Amundavilla*, *Rogerus Doli*, *Johannes Miles Templi*, *Simon* filius *Simonis*, *Willielmus* frater ejus, *Will.* filius *Ricardi*, *Henricus* filius *Ngelli*.

Carta R. *de* Crevequer *de Inſulis de* **Tunſtal** & **Hade**.

.. Episcopo *Lincolniæ* & univerſis filiis ſanctæ matris Eccleſiæ, tam præſentibus, quam futuris *R.* de *Crevequer* ſalutem. Sciatis me dediſſe & hac meâ præſenti Cartâ confirmâſſe, conceſſione & conſilio *Matildis* uxoris meæ, & *Alexandri* filii mei, & aliorum

orum hæredum meorum, Deo & Sanctæ *Mariæ* & Sanctimonialibus de *Inſula*, quæ dicitur **Tunſtal**, eandem Inſulam, & in Inſula **Hade** totam partem quæ ad feudum meum pertinet, & totum **Wulſholm**, & pratum meum quod eſt inter duas Inſulas, ſcilicet inter **Tunſtal**, & **Hade**, & ſedecim acras de terra mea, & communam in paſturis, in mariſcis, in aquis, in piſcariis. Hanc donationem feci prædictis Sanctimonialibus pro anima *Henrici* Regis, & *Gilleberti* filii *Goſcelini*, & pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, & filiorum meorum, & Patris mei, & Matris meæ, & omnium parentum noſtrorum, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni terreno ſervicio ſive dono, & ad conſtruendam Abbatiam loca prænominata conceſſi. Hujus rei teſtes ſunt *Robertus* Archidiaconus *Lincolnienſis*; *Umfridus* ſubdecanus; *Gillebertus* filius Archidiaconi; Magiſter *Rogerus*; *Thomas* de *Brachenberga*, Monachus de *Parco Lude*; & *Willielmus* filius *Goſcelini* Monachus ejuſdem loci; *Willielmus* de *Crevequer* nepos meus; *Oliver* de *Vendonere*; *Rogerus* de *Planca*; *Ricardus* de *Carci*; *Fromund.*

Carta Prioris & Conventus de **Sixhill**, *de Eccleſia de* **Nettilton.**

Ex autographo in bibl. *Hattoniana.*

SCiant præſentes & futuri, quod nos Prior & Conventus domus ſive Prioratus ſanctæ *Mariæ* de **Sixhill**, Ordinis Sancti *Gilberti* de **Sempingham**, in Comitatu *Lincolniæ*, dedimus, conceſſimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus Deo & beatæ *Mariæ* & Priori, & Conventui domus, ſive Prioratus ſanctæ *Mariæ* de **Bolyngton**, in comitatu prædicto, in puram & perpetuam elemoſinam, unam bovatam terræ arabilis, quam habemus in territorio & campis villæ de **Nettilton** in Comitatu prædicto, cum advocatione & patronatu Eccleſiæ ſancti *Joh.* Baptiſtæ ibidem. Habendum & tenendum prænominatam bovatam terræ arabilis, cum advocatione, & patronatu prædictæ Eccleſiæ, prænominatis Priori & Conventui de **Bolyngton**, & eorum ſucceſſoribus in perpetuum. Datum in domo noſtrâ Capitulari de **Sixhill** Viceſimo die menſis *Martii*, Anno Domini *Mileſimo CCCC. Sexageſimo nono.*

PRIORATUS

de **Watton**, *in agro* Eboracenſi.

De prima ejuſdem Fundatione.

Hiſt. *Angl.* Script. antiq. col. 415.

INter Monaſteria virginum, quæ vir venerabilis, ac Deo dilectus, pater & presbiter *Gilbertus*, per diverſas *Angliæ* provincias, in fervore conſtruxit; unum in provinciâ *Eboracenſi* ſitum eſt, in loco qui aquis & paludibus ſeptus, ex re nomen habet: Dicitur **Watton**, id eſt humida villa, qui quondam, ut refert venerabilis *Beda*, magno ſanctarum mulierum pollebat examine, ubi & beatus pontifex *Joannes*, puellam, ob incautam ſanguinis diminutionem ferè deſperatam, ſalubri tactu, & oratione ſanavit. (&c.)

Carta fundationis ejuſdem, per Euſtachium *filium* Johannis.

Eſc. 8. E. 2. n. 63.

OMnibus Chriſti fidelibus *Euſtachius* filius *Johannis* ſalutem. Sciant omnes, qui legerint & audierint hanc Cartam, quod ego *Euſtachius* & uxor mea *Agneta*, & hæredes noſtri, dedimus in perpetuam elemoſinam Sanctimonialibus, quæ Deo ſerviunt in *Wattona*, ipſam villam de *Wattona* totam, in terris, in aquis, in pratis, & in paſcuis, & in mariſcis, & in cæteris rebus, intra villam, & extra villam, pro animabus patrum, & matrum, & filiorum, & filiarum; fratrum, & ſororum noſtrorum, & amicorum noſtrorum; & eam habeant & teneant liberam, & quietam ab omni exactione & ſeculari ſervitio. Dedimus etiam eis *Hor* de **Feribye**, cum totâ terrâ ſuâ; videlicet, tres bovatas terræ, cum manſurâ ſuâ, & omnibus rebus ſuis in perpetuam elemoſinam, in liberâ poſſeſſione; ſine omni ſeculari ſervitio. Hujus donationis teſtes ſunt *Willielmus* filius *Gueri*; *Willielmus Latimer*; *Willielmus* filius *Oſberti*; *Richardus* Capellanus; *Warinus* Presbiter; *Herveus* Canonicus de *Lincolnia*; *Willielmus* de *Mynghall.*

Confirmatio Henrici *Archiepiſcopi* Eboracenſis, *de fundatione domus de* **Wattun** *per* Euſtachium *filium* Johannis *fundata, & confirmata per* W. Foſſard, *in cujus feodo ſita eſt.*

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ* Eboraci.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Henricus* Dei gratiâ *Eboracenſis* Archiepiſcopus ſalutem, & Dei benedictionem: Univerſitati veſtræ innoteſcat, apparuiſſe in præſentiâ noſtrâ *Willielmum Foſſard* apud *Beverlaicum*, ibiq; coram communi Capitulo, in Eccleſiâ *Sancti Johannis* conceſſiſſe & confirmâſſe Sanctimonialibus de *Wattona*, donum *Euſtachii* filii *Johannis*, ſuper eadem villâ de **Wattun**, eiſdem Sanctimonialibus factum prece ipſius *Euſtachii*. Superaddidit etiam eis ex proprio dono ſuo, & quietum clamavit, quicquid juris ipſe in prædictâ villâ de **Wattun** habebat, in puram & perpetuam elemoſinam, & nominatim ſervitium duorum militum, quod præfatus *Euſtachius* ei indè debebat, & hoc totum ſpecialiter aſſignavit, & dedit ad ſuſtentamentum tredecim Canonicorum qui ibidem jam dictis Sanctimonialibus perpetuò ſervituri & proviſuri ſunt, tam in divinis quàm in terrenis, ſecundùm inſtituta Ordinis de **Sempingham**. Hanc donationem & confirmationem atteſtamur, & juxta petitionem ſupradictorum virorum venerabilium, *Willielmi* ſcilicet *Foſſard*, & *Euſtachii* filii *Johannis*, quam ſanctam & juſtam judicavimus, authoritate Eccleſiæ beati *Petri Eboraci*, & noſtrâ, quâ fungimur, ac præſentis Cartæ noſtræ atteſtatione ; perpetuâ ſtabilitare confirmamus, & inconcuſſè communimus. Confirmamus etiam & corroboramus, & indiſſolubiliter conſiſtere decernimus, ut tredecim illi Canonici præſint præfatis Sanctimonialibus, & ſanctè eis miniſtrent ſecundùm Ordinem de **Sempingham**, & omnibus prædicta dona & jura eis ſervantibus, commune beneficii totius dioceſis noſtræ concedimus, cum Dei benedictione & noſtrâ. Cunctis autem hanc viri donationem, & noſtram confirmationem corrumpere, vel caſſare intenti, indignationem *Jeſu Chriſti*, & beatæ genetricis Dei, & omnium Sanctorum imprecamur, niſi condignè pœnituerint; & eos anathematis vinculo innodamus, niſi ad plenam ſatiſfactionem venerint. Hujus rei teſtes ſunt *Adam* Abbas de *Melſâ*; *Willielmus Cantor Eborac. Rob.* Archidiaconus: Et Canonici de *Beverlaco*, *Ailwardus*, *Radulphus*, *Simon*, *Rogerus*, *Willielmus Morin*, & *Aluredus* Sacriſta, & *Warinus* Clericus Comitis: *Willielmus* de *Wartre*; *Everardus*, *Rogerus* Elemoſinarius; & laici *Robertus* de *Stutevilla*, *Hugo Murdac*, & *Richardus* frater ejus, filii ipſius *Hugonis*, *Stephanus*, *Will. Henr.* & *Jordanus Malerba*, *Radulphus* filius *Wimundi*, *Thomas* filius *Odardi*; *Bernardus*, *Ernaldus* de *Aiemis*, *Godfridus Talun*, *Engelbert*; Cartam quietantiæ ſervitii duorum militum, & petitionis Domini *Euſtachii* ad opus prædictarum Sanctimonialium in manu mea tradidit.

Carta Agnetis *filia* Willielmi *Conſtabularii Ceſtria, de tota villa de* Wattuna.

Ex autogr. penès Willielmum Conſtable, nuper de **Flamburgh** in Com. Ebor. Baronettum.

OMnibus Sanctæ Eccleſiæ fidelibus, *Agnes* filia *Willielmi* Conſtabularii *Ceſtria*, ſalutem; Notum ſit vobis, quod ego conceſſi & dedi Sanctimonialibus de *Wattuna* in perpetuam elemoſinam, totam villam de *Wattuna*, cum omnibus pertinentiis ſuis, in terris & aquis, pratis & paſturis, in mareciis & piſcariis, in villa & extra villam, ut eam habeant liberam, & quietam, ab omni exactione, & ſeculari ſervicio, pro qua videlicet *Wattuna* conceſſi & confirmavi excambias, quas Dominus *Euſtachius*, vir meus dederat pro ea, de Maritagio meo, ut hæreditario jure poſſideant, & hæredes eorum, qui *Wattonam* poſſiderunt, & prædictas excambias ſuſceperunt; *viz. Rich.* de *Bald.* & *Willielmus* filius *Onfridi*: Hanc autem elemoſinam dedi pro ſalute Domini, & meâ, & pro animâ *Richardi* filii mei, & *Gaufridi*, & cæterorum amicorum meorum; & warantizabo eam, & hæredes mei, ſicuti propriam elemoſinam noſtram: Hanc donationem meam confirmavi meâ Cartâ, & teſtimonio bonorum virorum; *viz. Petri* Prioris de *Nortona*, & *Willielmi* Prioris de *Erberia*; & *Heliæ* Capellani, & *Radulphi* Capellani, & Magiſtri *Gilberti* de **Sempingham**, & *Roberti* Canonici; & *Hard.* & *Rogeri* filii Conſtabularii; & *Pagani* de *Trace*; & *Will.* de *Croili*, & *Alexandri* filii *Warini*; & *Richardi Pincernæ*, & *Rich. Ceſtriæ*.

Carta Roberti Conſtabularii *de* **Flamesburgh**, *de quatuor bovatis terra in* **Hildertorp**.

Ib.

CUnctis Chriſti fidelibus *Robertus Conſtabularius* de **Flamesburgh**, ſalutem. Notum ſit vobis omnibus, me dediſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Sanctimonialibus de *Wattuna*, fratribuſq; earum Clericis, & laicis, quatuor bovatas terræ in **Hildertorp**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam, ſicut aliqua elimoſina liberiùs datur, aut poſſidetur, ſine omni ſervitio & exactione. Conceſſi etiam eis **Fligheres** ad ſuam propriam navem colligendas in territorio de **Flamesburgh**, quandocunq; ſibi libuerit, ſine omni contradictione mei, vel meorum, Hiis teſtibus, Magiſtro *Rogero Arundel*, *Martino* Presbytero, *Johanne Arundel*, *Walerano* de *Cranwic*, *Willielmo* filio ejus, *Alexandro* de *Buchetun*, *Richardo* de *Altune*, *Radulpho* Clerico de *Altun*, *Rodberto* de *Holm*.

Carta Roberti, *Conſtabularii Comitis* Ceſtriæ, *de tota terra* de Wattuna.

Ib.

OMnibus fidelibus ſanctæ Eccleſiæ, *Robertus* filius Comitis Conſtabularii *Ceſtria*, ſalutem: Sciatis me, pro Dei amore, & pro ſalute animæ meæ, & petitione, & aſſenſu *Agnetis* uxoris meæ, donâſſe & conceſſiſſe Sanctimonialibus, quæ Deo apud *Wattunam* ſerviunt, totam terram ejuſdem *Wattuna*, infra villam, & extra, cum omnibus pertinentiis ſuis, in paſcuis, in pratis, in aquis, & molendinis, & in mareſcis, & in piſcariis, & illam tenendam in perpetuam elemoſinam, ſolam, & quietam, & liberam ab omni ſeculari ſervicio, ſicut *Euſtachius* filius *Johannis* illis eam dedit, & Cartâ ſuâ confirmavit, prece & aſſenſu *Agnetis* uxoris ſuæ, per cujus maritagium excambiata ipſa *Watuna*, ſcilicet per *Loditunam* & **Hildertorp**. Teſte *Petro* Priore de *Nortona*, & *Willielmo* Priore de *Herbera*, & *Helia* Capellano, & *Radulpho* Capellano, & *Gilberto* de *Sempingham*, & *Roberto* Canonico de *Waltuna*, & fratre *Sceimano* de **Sempingham**, & Magiſtro *Roberto* de *Iſtellapio*, & *Ardewino*, & *Willielmo* de *Croili*, & *Alexandro* filio *Warini*, & *Pagano* de *Traci*, & *Rogero* filio *Willielmi* Conſtabularii, & *Richardo* de *Ceſtria*, & parvo Concilio, & *Richardo Pincerna*, & *Archillo*, & *Radulpho Coco*, & *Willielmo* de *Chinun*.

Carta Rogeri *de* Laſci *Conſtabular'a* Ceſtriæ, *donationes & excambias* Euſtachii *filii* Joh. *in* **Wattun & Hildredthorp**, *recitans & confirmans*.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Rog.* de *Laſci* Conſtabularius *Ceſtria*, ſalutem: Sciatis me conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Maria*, & Conventui Sanctimonialium de *Wattona*, quæ ſunt de Ordine de **Sempingham**, & fratribus earum Clericis & Laicis, in puram & perpetuam elemoſinam, omnia tenementa quæ poſſident in **Wattun**, & in **Hildredthorp**, de dono *Euſtachii* filii *Johannis*, avi Patris mei, uxoris illius *Agnetis*, quæ ad feodum meum pertinent. Conceſſi etiam & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, quod ratæ ſint eſcambiæ, quas fecit prænominatus *Euſtachius* de Conſtabulatu *Ceſtriæ*, *Richardo* le *Bauld*, & hæredibus ſuis; *videlicet* de terrâ de **Lodington**, quam idem *Richardus* accepit in excambias à prædicto *Euſtachio*, avo patris mei, pro medietate villæ de *Wattuna*, quam medietatem dedit præfatus *Euſtac.* Conventui de *Wattuna*, cum aliâ medietate ejuſdem villæ, in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut Cartæ præfati *Euſtachii*, & uxoris ejus *Agnetis*, & *Joh.* patris mei teſtantur. Hanc verò conceſſionem, & confirmationem feci prædicto Conventui, pro ſalute meâ & hæredum meorum, & pro animabus Patris mei, & Matris meæ, & omnium prædeceſſorum meorum, ut mihi & illis proſit imperpetuum: Hiis teſtibus, Magiſtro *Rogero* Ordinis de **Sempingham**, *Albino*, & *Rogero* Capellanis ſuis, Magiſtro *Jacobo* Hoſpitalis Sancti *Nicholai*, *Richardo* decano de **Marnham**, *Euſtachio* fratre Domini, *Roberto Walenſi*, *Willielmo* de *Lungvilers*, *Adam* de *Dutton*, *Gilberto* de *Laſci*, *Alano Boidele*, *Henrico* de *Eland*, *Willielmo* filio *Everard*, *Gaufrido Pincerna*, *Roberto* de *Luvethorp*, *Reimundo* Clerico, *Rob.* Clerico de *Pontefracto*.

Carta Willielmi Foſſard, *de tribus carucatis terræ in* **Houwald**.

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Willielmus Foſſard* in Chriſto ſalutem: Notum ſit vobis me dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Watton**, tres carucatas terræ in territorio de **Houwald**, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberas & quietas ab omni ſervitio, & exactione, & conſuetudine, in liberam & perpetuam elemoſinam, ſicut aliqua elemoſina liberiùs à fidelibus datur quibuſlibet religioſis, præter Danegeldum ſolumodò, ſi Rex illud quietum Cartâ ſuâ non clamaverit: & hoc feci maximè pro itinere quod facturus eram *Jeroſolomi*, & pro remiſſione peccatorum meorum, & parentum meorum omnium, vivorum, & mortuorum, (&c.) Teſte *Rogero* Archiepiſcopo *Eborum*, *Johanne* Theſaurario, *Johanne* filio *Letoldi*, & Magiſtro *R.* Hoſpitali, & fratre *Suano* Preſbytero, *Waltero Aguilun*, *Willielmo* filio *Geroldi*, *Willielmo* de Sancto *Pancratio*, *Bertramo* de *Bulemer*, *Philippo* de *Monte*.

Carta Alexandri *de* Santon, *de quibuſdam terris in* **Santon**.

Ex ipſo autogr. in bibl. Cotton.

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis *Alexander* filius *Willielmi* de *Santun* ſalutem. Sciat univerſitas veſtra me dediſſe, & hac meâ Cartâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Sanctimonialibus de **Wattun**, & fratribus earum Clericis & laicis, totam terram meam, quæ vocatur **Heſelthou**, in campis de **Santun**, octies ſcilicet viginti acras terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis, infra villam de **Santun** & extra, in viis & ſemitis, in aquis & exitibus, & in omnibus paſcuis, ut eam in perpetuum ſecundùm voluntatem ſuam colant & ædificent, habeant, & poſſideant, & quicquid ſibi placuerit faciant. Inſuper etiam dedi prædictis Sanctimonialibus & fratribus ſuis communem paſturam totius campi de **Santun**, quantum ad meum feudum pertinet. Hæc omnia eis in puram & perpetuam elemoſinam dedi, ut ea quieta & abſq; omni terreno ſervitio liberè & ſecurè & honorificè in pace in perpetuum poſſideant. Hanc ergo donationem & confirmationem eis feci pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & liberorum & anteceſſorum meorum & ſucceſſorum: Et ego & hæredes mei guarantizabimus & acquietabimus eis hanc noſtram elemoſinam contra omnes homines, de omnibus rebus & calumpniis in perpetuum. Hujus donationis meæ teſtes ſunt Capitulum Sancti *Johannis* de *Beverlaco*: Canonici, *Oſbertus Arundel*, *Symon*, *Ailwardus*, *Will. Morin*, *Robertus* Sacriſta; *Nicholaus* de *Hugat*, *Rob. Willielmus*, *Alanus* ſacerdotes; *Bernardus*, *Gerardus* fratres Sacriſtæ; *Jordanus*, *Will.* filii *Rogeri*; *Petrus* de *Cave*; *Herebertus* de *Hovetona*; *Stephanus Foreſter*; *Alexander* filius *Normanni*; *Walterus Engain*, *Igelbertus* de *Wetewange*.

Carta Richardi *de* Santon, *donationem* Alexandri *Patris ſui confirmans*.

Ex ipſo autogr. in bibl. ton.

OMnibus Chriſti fidelibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris, *Rich.* filius *Alexandri* de *Santon*, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe, quietum clamâſſe, & præſenti ſcripto confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Conventui de **Watton**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, omnes terras & tenementa, redditus & poſſeſſiones, cum advocatione medietatis Eccleſiæ de **Santon**, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, quas habent ex dono prædicti *Alexandri*, quondam Patris mei, in villâ & in territorio prædicto de **Santon**. Tenendum & habendum omnia prædicta liberè, quietè, integrè & pacificè; ita ſanè, quod nec ego nec aliquis hæredum vel ſucceſſorum meorum aliquod jus vel clamium, aliquodve ſæculare ſervitium in omnibus prædictis terris & tenementis, ut prædictum eſt, apponere, aut exigere poterimus in perpetuum. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigillum meum appoſui; Hiis teſtibus, Dominis *Galfr. Ageylun*, *Jacobo* de *Mora*, *Will. Daniel* Militibus, *Joh.* de *Hothom*, *Galfr.* de *Hothom*, *Thoma* filio *Briani* de *Kylingwike*, *Rich.* de *Santon*, *Joanne* de *Santon*, *Ricardo* de *Aldeford*, *Tho. Walleran*, *Joh.* filio *Johannis* de *Crancewike*; *Johanne Scroppe*, & aliis.

Carta Regis *Johannis*, de tota **Langedale**, *& totâ terrâ & paſturâ inter ipſam &* **Butreſdaleſbec.**

rt. 1. Joh. p. 1. n. 16.

JOhannes Dei gratiâ, &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Sanctimonialibus de **Watton**, in puram & perpetuam elemoſinam, totam **Langedale**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam terram, & paſturam inter ipſam **Langedale** & **Butreſdaleſbec**, ſicut aqua quæ vocatur **Tybbey** deſcendit, ad faciendum inde omnem voluntatem ſuam; pro ſalute noſtrâ, & pro animabus omnium anteceſſorum noſtrorum. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod prædictæ Sanctimoniales totam terram illam habeant, & teneant, & paſturam benè & in pace, liberè, & quietè, integrè, & plenariè, & honorificè, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis locis, & aliis rebus ad eas pertinentibus, & cum libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, ſicut Carta Regis *Henr.* Patris noſtri rationabiliter teſtatur. Teſte *G.* filio *Petri* Comite *Eſſexiæ*, *Hugone Bardolf*, *Will.* de *Stuteville*, &c. Datum per manus S. *Wellen.* Archidiaconi, & *J.* de *Gray*, apud *Dancaſtriam xxviii.* die *Martii*, anno Regni noſtri primo.

Stemma Fundatorum iſtius Domus.

Eſc. 8. E. 2. n. 63.

MEmorandum quod *Johannes* Pater primi *Euſtachii*, & *Serlo* de *Burgo*, ſive de **Pembrok**, fuerunt fratres. Iſte *Johannes* genuit *Euſtachium*, qui dictus eſt *Euſtachius* filius *Johannis*. Iſte *Euſtachius* genuit *Willielmum*, ex filiâ & hærede *Ivonis* de *Veſcy*, qui *Will.* cæſo ventre matris, natus eſt & mater mortua. Iſte *Willielmus* fuit primus cognominatus de *Veſcy*, & hoc propter hæreditatem matris; qui *Willielmus* genuit *Euſtachium* de *Veſcy*, ex *Burgâ* ſorore *Willielmi* de *Stotevill*, & cepit cum eâ in maritagium villam de **Langetone**. Ipſe *Euſtachius* genuit *Willielmum* de *Veſcy* ſecundum, ex *Margeriâ* filiâ *Will.* Regis *Scotiæ*; qui *Will.* genuit *Johannem* & *Willielmum*, ex *Agnete* filia Comitis de *Ferrariis*; qui *Will.* obiit, & ſepultus eſt apud **Watton**. *Joh.* verò filius ejus frater ſenior, obiit apud **Mumpelers**, & ſepultus eſt apud *Alnewyk*. Et quia non habuit hæredem de ſe, *Will.* frater ejus ſucceſſit ibi in hæreditatem: Qui quidem *Will.* genuit *Johannem* de *Veſcy*, ex *Iſabella* filia *Roberti* de *Peryngton*, & relictâ Domini *Roberti* de *Welles*. Qui quidem *Johannes* mortuus eſt apud **Cunewey**, ſine hærede, & ſepultus eſt apud **Maltone**, Propter quod dictus *Willielmus* feoffavit Dominum *Antonium* Epiſcopum *Dunelm.* in *Alnewyk*, cum ſuis pertinentiis, & cum reverſione Manerii de **Eltham**, juxta **Grenewych** quod Domina *Iſabella*, quæ fuit uxor Domini, *Joh.* filii dicti *Willielmi* tenuit in dotem: Item prædictus Dominus *Will.* feoffavit Dominum *Edwardum* Regem *Angliæ* de **Kyldare** in *Hiberniâ*, & de **Sprorton** in *Scotiâ*, propter licentiam feofandi; de omnibus aliis terris ſuis, *Willielmum* filium ſuum, quem genuit in **Kyldare**, de quadam *Dervorgule* filiâ cujuſdam Reginæ *Hiberniæ*, nomine *Dovenald Rochmaccarti.*

Regis?

Eſc. 9. E. 2.

Memorandum quod *Johannes* Pater primi *Euſtachii*, & *Serlo* de *Burgo*, ſive de **Penbrok** fuerunt fratres. Iſte *Johannes* genuit *Euſtachium*, qui dicitur *Euſtachius* filius *Joh.* Iſte *Euſtachius* genuit *Willielmum*, ex filiâ, & hærede *Ivonis* de *Veſcy*; qui *Willielmus*, (cæſo ventre matris) natus eſt, & mater mortua. Iſte *Will.* primus vocabatur *Will.* de *Veſcy*, & hoc propter hæreditatem, quam habuit ex parte matris: Qui *Will.* genuit duos filios; *viz.* *VVillielmum* & *Euſtachium*, ex *Burgâ* ſorore *VVill.* de *Stotevill*, & cepit cum eâ in maritagio villam de **Langetone**. Mortuo *VVill.* fratre, *Euſtachius* ſucceſſit in hæreditatem. Iſte *Euſtach.* genuit *VVill.* de *Veſcy*, ex *Agnete* filiâ *VVillielmi* Regis *Scotiæ*: Et iſte *VVill.* genuit *Johannem*, & *VVill.* ex *Agnete* filiâ Comitis de *Ferrers*. Mortuo *Johanne* ſine hærede, *VVill.* ejus frater ſucceſſit in hæreditatem: Mortuo *Johanne*, filio dicti *VVillielmi*, *VVillielmus* dedit hæreditatem *VVill.* filio ſuo Baſtardo, qui natus fuit in *Hibern.* & occiſus apud **Strivelin**.

Et ſciendum eſt, quod dictus *Serlo* conſtruxit Caſtrum apud **Knareſburgh**. Mortuo *Serlone* deſcendit hæreditas ejus ad *Euſtach.* filium *Johannis*, ſicut ad nepotem, & hæredem proximum. *Euſtachius* verò tenuit dictum Manerium, cum pertinentiis, totâ vitâ ſuâ: Quo mortuo, ſucceſſit filius & hæres, qui tenuit dictum Manerium aliquantiſper, & per quandam indignationem, quam accepit Dominus *Joh.* Rex contra illum, ablatum eſt dictum Manerium, & datum *VVill.* de *Stotevile*. Et ſciendum eſt quod *Euſtachius* filius *Joh.* poſt mortem uxoris ſuæ, deſponſavit *Agnetem*, filiam *VVill.* Conſtabularii *Ceſtriæ*, & genuit filios & filias; de quibus proceſſerunt calumpniatores hæreditatis *VVill.* de *Veſcy*; & ex unâ illarum proceſſit quidam *VVill.* qui vocabatur *VVill.* de *Veſcy*, & genitus fuit in . . . . . . & nutritus fuit cum *VVill.* filio *Euſtachii* primogenito: Et iſte *VVill.* *Baſtard* genuit *VVarinum*, qui vocatur *VVarinus* de *Veſcy*, ex unâ ancillâ cujuſdam nutricis, in Caſtello de **Malton** in . . . . & quia nutritus fuit cum *Euſtachio* filio *VVillielmi* de *Veſcy*; ideo vocabatur *VVarinus* de *Veſcy*: Qui *VVarinus* deſponſavit *Matildem* filiam *Walranni* de *VVellon*, & genuit ex eâ *Matildem* & *Marjoriam*, filias & hæredes; quarum una fuit deſponſata *Gilberto* de *Aton*, & ſic linealiter, de hærede in hæredem, uſq; ad *Gilbertum* modo petentem.

PRIORATUS

de **Alvingham**, *in agro* Lincolnienſi.

Carta Hamelini *Decani, de Eccleſia de* **Alvingham.**

Ex Regiſt. de **Alvingham**, in bibl. *Bodl.* [Arch. Cant. F. 119.] f. 10. a.

SCiant omnes, tam præſentes quàm futuri; quod ego *Hamelinus* Decanus, aſſenſu & conſilio hæredum meorum, dedi & conceſſi, & præſenti Cartâ confirmavi Deo & Eccleſiæ *S. Mariæ* de **Alvingham**, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſynam poſſidendam, totam partem Eccleſiæ S. *Adelwoldi* de **Alvingham**, quæ pertinet ad terram quam teneo de feudo Comitis *Britanniæ* in eadem villâ; *ſcil.* tres partes ejuſdem Eccleſiæ, cum omnibus pertinentiis ſuis. Hanc elemoſynam ego & hæredes mei contra omnes gentes warantizabimus. Quartam verò partem ejuſdem Eccleſiæ tenent præſcriptæ Sanctimoniales de donatione *Rogeri* filii *Gocelini*, per conceſſum meum, qui aliquo tempore perſona ejuſdem Eccleſiæ extiterim: ſed dimiſſionem perſonatus, in manu *Roberti* de *Chenei*, *Lincolnienſis* Epiſcopi feci: Factâ dimiſſione Pontifex memoratus Sanctimoniales prædictas de præfatâ Eccleſiâ, cum pertinentiis ſuis, integrè & plenariè inveſtivit in Capitulo de **Sempringham.**

Carta Petri *de* Melſâ, *de quadam manſurâ.*

NOtum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod ego *Petrus* de *Melſâ* & *Beatrix* ſponſa mea, & *Johannes* filius noſter & hæres, dedimus Deo & Sanctimonialibus, quæ ſerviunt in Eccleſiâ beatæ Virginis *Mariæ* de **Alvingham**, manſuram illam, quæ eſt in occidentali parte virgulti earum; & præſenti Cartâ confirmavimus eis, in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut aliqua elemoſyna liberiùs donari poteſt alicui. Hanc verò manſuram tenuit *Walterus* filius *Edrici* Ruſticus operarius (ſicut & pater ejus fuit) quam dedimus eis ad honorem Dei, & beatæ Virginis *Mariæ* & *S. Aldewoldi*, ut proſit nobis & hæredibus noſtris, poſt nos in perpetuum.

Carta Beatricis *de* Melſâ *de medietate demenii ſui.*

SCiant tam futuri, quàm præſentes, quod ego *Beatrix* ſponſa *Petri* de *Melſâ*, conceſſu & aſſenſu *Johannis* filii mei & hæredis, dedi in puram & perpetuam elemoſynam, Deo & Eccleſiæ *S. Mariæ* de **Alvingham**, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, & fratribus earum, illam dimidietatem totius demenii noſtri, quæ ſola propinquior eſt in territoriis utriuſq; villæ de **Alvingham**, & de *Cokeringtoniâ*, cum omnibus aiſiamentis & pertinentiis ſuis, excepto toſto & virgulto demenii noſtri. Et ſciendum eſt verò, quod de illâ medietate dedi prædictis Sanctimonialibus triginta acras terræ arabilis, & decem acras prati, cum filiâ meâ, quam præfatæ Moniales in conſortium ſuum ſuſceperunt. Hæc omnia feci, aſſenſu & conceſſione *Petri* ſponſi mei, & *Johannis* filii mei; & warantizabimus erga Regem & dominos, & omnes homines; & hæredes noſtri poſt nos in perpetuum, ſicut aliqua elemoſyna meliùs & liberiùs quibuſlibet viris religioſis warantizari poteſt. *G.* verò Prior de **Alvingham**, & prædictæ Eccleſiæ Conventus viderunt & intellexerunt, quam magno debito ego & dominus meus *Petrus*, & *Johannes* filius meus obligati eramus erga Judæos, alleviaverunt nos & acquietaverunt de octoginta ſeptem marcis argenti, & dimidiâ.

Carta Johannis *filii* Petri *de* Melſâ, *de terris in* **Alvingham** *&* **Cokerington.**

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam futuris quàm præſentibus, *Johannes* filius *Petri* de *Melſâ* ſalutem. Sciatis me dediſſe, & hac præſenti Chartâ confirmâſſe in puram & perpetuam elemoſynam Deo & Eccleſiæ *S. Mariæ* de **Alvingham**, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, & fratribus earum, totam manſuram meam in **Alvingham**, cum manſurâ illa, quam *Tinghi* tenuit, del weſt virgulti indè; & cum manſurâ quam *Ailwardus* tenuit, & ipſum meum virgultum, & totum demenium meum in **Alvingham** & in *Cokeringtoniâ*, tam in terrâ arabili, quàm in pratis & mareſcis & paſcuis & paſturis, & in omnibus ad prædictum demenium pertinentibus, cum omnibus libertatibus; exceptis hominibus meis, cum toſtis ſuis & terris ipſorum; *ſcilicet* decem & octo bovatis & dimidiâ, ſicut in illo die tenuerunt, quo hanc elemoſynam prædictis Monialibus dedi. Hæc omnia ego *Johannes* & hæredes mei, aſſenſu & conceſſione patris mei *Petri*, & matris meæ *Beatricis*, & cæterorum amicorum meorum fecimus. Et hanc prædictam elemoſynam de demenio noſtro warantizabimus & acquietabimus eiſdem Monialibus, de omni ſervicio & conſuetudine & ſeculari exactione erga Regem & dominos, & omnes homines imperpetuum, & hæredes noſtri poſt nos, ſicut aliqua elemoſyna meliùs & liberiùs quibuſlibet viris religioſis warantizari poteſt. Hanc verò donationem & confirmationem factam in anno incarnationis Domini *MCCxxxii.* ego ipſe *Johannes* acquietare & defendere affidavi in manu *Jukel* de *Jerdeburgo*, coram hiis teſtibus (&c.)

Confirmatio donationum per Robertum Lincolnienſem *Epiſcopum.*

Ibid. f. 12. b. R*Obertus* Dei gratiâ Epiſcopus *Lincolniæ*, Univerſis ſanctæ Eccleſiæ filiis ſalutem. Debemus ex officio omnium Eccleſiarum, quæ nobis ſubjectæ ſunt, jura tueri; illis tamen ſpecialem curam impendimus, quæ ſub religionis habitu ordinatæ novimus inſtitutas: Eapropter Eccleſiæ beatæ Dei genetricis *Mariæ* de **Alvingham**, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, Epiſcopalis officii, quo fungimur, auctoritate confirmamus poſſeſſiones & bona, quæ vel in præſentiarum Canonicè poſſident, vel in poſterum, annuente Domino, juſtè poterunt adipiſci; inter quæ hæc propriis duximus exprimenda nominibus. In **Alvingham**, ex donatione *Willielmi* de *Friſtunâ*, quinq; toſtos & quatuor bovatas terræ & dimidiam. Et in eadem villâ, ex donatione *Hugonis* de *Scotineiâ* unum toſtum & unam bovatam terræ: Et in *Cokeringtoniâ* Eccleſiam, cum cæteris eidem Eccleſiæ pertinentibus. Et dimidium molendinum, cum duodecim acris terræ. Præter hæc Eccleſiam de **Caletorp**, & unam bovatam terræ; & ſexaginta acras terræ, quas *Affridus* de *Lecheburne* eis dedit, ſicut ejuſdem Charta teſtatur. Hæc itaq; ſtatuimus, ut liberè & quietè poſſideant, ſalvâ in omnibus matris *Lincolnienſis* Eccleſiæ reverentiâ; noſtrâq; & ſucceſſorum noſtrorum debitâ obedientiâ. Valete.

De Eccleſiis, Cœnobiis Gilbertini *Ordinis appropriatis.*

Ibid f. 56. a. H*Enricus* Dei gratiâ Rex *Angliæ* & *Franciæ*, & dominus *Hiberniæ*, venerabili in Chriſto patri *Henrico*, eadem gratiâ, Epiſcopo *Lincolniæ*, ſalutem. Volentes, certis de cauſis, quod Theſaurarius & Barones de Scaccario noſtro, per vos certiorentur, ſi Eccleſiæ ſubſcriptæ ſint appropriatæ Monialibus ſubſcriptis, ac tempore conceſſionis Decimæ, & medietatis Decimæ, nobis per Clerum *Cantuarienſis* provinciæ, ultimè conceſſarum appropriatæ fuerunt; *viz.* Eccleſiæ de **Norton**, **Kirkeby** *S. Petri*, & **Cranwell**: **Sempryngham**, cum Capellâ de **Poynton**, **Billingburgh**, cum Vicariâ ejuſdem: **Horbling**, cum Vicariâ: **Stowe**, cum Capellâ de **Birthorp**: **Walcote**, **Louthton**, & **Hakunby**, Monialibus de **Sempryngham**. Eccleſiæ de veteri **Lafford** & **Anwik**, Monialibus de **Haverholme**. Eccleſiæ de **Bylyngay** & **Diggeby**, Monialibus de **Catelay**. Eccleſiæ de **Alvingham**, **Cokerington** *S. Mariæ*, **Cokerington** *S. Leonardi*, **Kedynton** & **Calthorp**, Monialibus de **Alwyngham**. Eccleſiæ de **Weſtryngton**, **Bolyntone**, **Langtone**, **Burgo*, **Wynthorpe**, **Ingham**, & **Spridlington** *S. Albini*; ac medietas Eccleſiæ de **Friskenay**, Monialibus de **Bolintone**. Eccleſiæ de **Sixill**, **Luddeford** Majore, **Leggesby**, **Thevelby**, **Wynelingham**, **Eſt-Raſyn**, **Cateby**, **Wykham**, & **Saleby**; ac medietas Eccleſiæ de **Weſtwykham**, Monialibus de **Sixill**. Et Eccleſiæ de **South Elkington**, **Ormesby**, **Utterby** *parva*, **Grymesby** & **Foterby** Monialibus de **Ormesby**. Et ſi Moniales prædictæ Eccleſias prædictas ſeparatim, ut præmittitur, in proprios uſus habeant & teneant; ac tempore prædicto, & ante habuerunt & tenuerunt, necne; vobis mandamus, quod ſi per Regiſtra, Rotulos, & Memoranda veſtra, aut alio modo legitimo, vobis conſtare poterit, Eccleſias prædictas Monialibus (ut præfertur) appropriatas exiſtere, ac tempore prædicto extitiſſe; tunc dictos Theſaurarium & Barones, apud *Weſtmonaſterium*, à die *S. Michaelis*, ultimo præterito, in unum menſem, ſub Sigillo veſtro, indè diſtinctè & apertè reddatis certiores, Hoc Breve ibidem remittentes. Teſte *J. Cokain* apud *Weſtm.* Septimo die *Octobris*, anno regni noſtri tertio.

Henricus, permiſſione divinâ *Lincolniæ* Epiſcopus, honorabilibus viris Theſaurario & Baronibus de Scaccario domini noſtri Regis, ſalutem, & ſinceræ dilectionis continuum incrementum. Breve dicti domini noſtri Regis, nuper nobis directum, & præſentibus incluſum, nos cum eâ quæ decuit reverentiâ noveritis recepiſſe: cujus quidem Brevis auctoritate & vigore, Regiſtra, Rotulos, & Memoranda noſtra diligenter & cum effectu fecimus perſcrutari: per quæ, unâ cum aliis evidenciis & informationibus ſufficientibus & legitimis, auctoritate noſtrâ, in hac parte captis, ſufficienter nobis conſtat; quod Eccleſiæ de **Norton**, **Kirkeby** *S. Petri*, **Cranwell**, **Sempryngham** cum Capellâ de **Poynton**; **Bylyngburgh** cum Vicariâ ejuſdem; **Horblyng** cum Vicariâ ejuſdem; **Stowe** cum Capellâ de **Birthorpe**; **Walcote**, **Lonthone**, & **Hakunby**, Monialibus de **Sempryngham**. Eccleſiæ de veteri **Lafford** & **Anwyk**, Monialibus de **Haverholme**. Eccleſiæ de **Bylingay** & **Diggeby** Monialibus de **Cateleg**. Eccleſiæ de **Alwyngham**, **Cokeryngton** *S. Mariæ*, **Cokerington** *S. Leonardi*, **Kedynton** & **Calthorp**, Moniabus de **Alwyngham**. Eccleſiæ de **Weſteryngton**, **Bolyngton**, **Langton**, *Burgo*, **Wynthorp**, **Ingham** & **Spridlington** *S. Albini*, ac medietas Eccleſiæ de **Friſkenay**, Monialibus de **Bolyngton**. Eccleſiæ de **Sixill**, **Luddeford** Majori, **Leggeſby**, **Thevelby**, **Wynelyngham**, **Eſt-Raſyn**, **Cateby**, **Eſt-wykham**, & **Saleby**; ac medietas Eccleſiæ de **Weſt-wykham**, Monialibus de **Sixill**. Et Eccleſiæ de **South-Elkington**, **Ormeſby**, **Otterby**, **Grymeſby** *parva*, **Foterby**, noſtræ dioceſis, Monialibus de **Ormeſby**, prout in dicto Brevi regio ſeparatim continentur, appropriatæ ſunt; & toto tempore conceſſionis Decimæ, & medietatis Decimæ, de quibus in eodem Brevi fit mentio, ſic fuerunt. Et quod eædem Moniales Eccleſias ante dictas, toto tempore ſupraſcripto, & ante, in ipſarum uſus proprios habuerunt & tenuerunt, prout adhuc habent, poſſident, atq; tenent. Quæ omnia & ſingula vobis, tenore præſentium ſignificamus; ac de eiſdem, juxta dicti Brevis exigentiam & tenorem, vos reddimus certiores, Sigillo noſtro conſignatum. Datum apud **Bugden**, decimo die menſis *Octobris*, anno Domini *MCCCCi.* & noſtræ conſecrationis anno quarto.

Carta Hugonis *de* Scoteni, *de tertiâ parte Eccleſiæ S.* Mariæ; *& de Eccleſiâ de* **Cokerington.**

Ib. f. 60. a. OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Hugo* de *Scoteni* ſalutem. Sciatis me, aſſenſu & conſilio *Lamberti* filii mei, & *Beatricis* ſponſæ meæ dediſſe, & hac præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & beatæ Virgini *Mariæ*, & Conventui de **Alvingham**, tertiam partem, quam habebam in Eccleſiâ beatæ *Mariæ* conſtituta, in illo loco ubi idem Conventus manet, cum omnibus pertinentiis, & terras univerſas, quas homines mei de feudo meo eidem Eccleſiæ, & Eccleſiæ S. *Leonardi*, & Eccleſiæ S. *Margaretæ* in elemoſinam dederunt. Dedi etiam prænominato Conventui Eccleſiam de **Cokerinton**, quam *Vitalis* Sacerdos in vitâ ſuâ tenuit; & unam bovatam terræ in territorio de **Cokerinton**, cum omnibus ſuis pertinentiis. Præterea dedi eis molendinum, cum filiâ meâ, quod vulgò vocatur *Wramilna*, cum crofto adjacente eidem molendino; & cum *xii.* acris terræ in campis de **Cokerinton**. Hæc omnia ſupradicta dedimus & confirmavimus ego *Hugo* & *Lambertus* filius meus, & *Beatrix* ſponſa mea prænominato Conventui, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animarum noſtrarum, & omnium parentum noſtrorum, in Capitulo matricis Eccleſiæ *Linc.* in præſentiâ *Rob.* Epiſcopi. Hiis teſtibus, *Rob.* Archidiacono, *David* Archidiacono de **Bukingham**, *Humfredo* Subdecano, *VVillielmo Oſberti* Archidiaconi filio; *Alexandro* Canonico, *Wingo* & *Rogero* Canonicis; *Gerardo* Canonico, & aliis multis.

De Altaragio Eccleſiæ de **Cokerington.**

Ib. f. 37. a. P. Dei gratiâ Magiſter Ordinis de **Sempingham**, dilectis in Chriſto filiis & filiabus, Prioribus & Præpoſitis omnibus, eundem Ordinem profeſſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra, nos veſtigiis anteceſſorum noſtrorum adhærentes, aſſignationem ab eis factam, ſuper ordinatione Altaragii Eccleſiæ de **Cokerington** & **Alvingham** ratificâſſe & conceſſiſſe; quod totum Altaragium dictæ Eccleſiæ, tam in oblationibus & aliis proventibus, quàm in decimis agnorum & lini, & arreragiis denariorum indè provenientibus, exceptis mortuariis vivorum animalium, aſſignetur infirmariis Monialium & ſororum domus de **Alvingham**, ſicut priùs eſt aſſignatum à venerabili Patre Domino *Rob. Groſſeteſt*, quondam *Linc.* Epiſcopo confirmatum, qui dictam approbans aſſignationem Excommunicationis ſententiam in omnes contravenientes fulminavit, (&c.) In cujus (&c.)

Literæ Regis Edwardi *primi pro admittendo aliquem liberorum* Lewelini filii *Griffini, quondam Principis* Walliæ, *&* Davidis *fratris ſui, in Ordinem de* **Sempingham.**

Ib. f. 42. a. E*Dwardus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, (&c.) dilectis ſibi in Chriſto Priori de **Alvingham** & Prioriſſæ, & eorum Conventibus ſalutem. Licet ſi ad retroacta convertamus intuitum mentis noſtræ, & quorundam merita interiùs advertamus liberis *Leulini* filii *Griffini*, quondam Principis *Walliæ*, & *Davidis* fratris ejus, quorum perfidia apud omnes retinetur, recenter & memoriter recitatur, ſubvenire, modicùm teneamur; Dominum tamen habentes præ occulis, ipſorum etiam compacientes ſexui & ætati, ne forſan innocentes & inſcii, iniquitates & ſcelera impiorum luere videantur; ipſis, caritatis intuitu duximus ſalubriter providere: Quocirca, de veſtrâ devotione confiſi, veſtriq; converſationem Ordinis præcipuè contemplantes, dilectionem veſtram votivis precibus exoramus, quatinus aliquem vel aliquos de filiis dictorum *Lewelini* & *Davidis* fratris ſui, quem vel quos vobis duxerimus nominandos, velitis admittere ad Ordinem & habitum domus veſtræ, & quid ſuper hoc duxeritis faciendum, nobis citra feſtum *Natalis Domini*, vel ſaltem in ipſo feſto, per veſtras literas reſcribatis. Datum ſub privato Sigillo noſtro apud **Ludelawe** *xi.* die *Novemb.* anno Regni noſtri *xi.*

Carta Walteri Bec *de Eccleſia de* **Neuton.**

Ib. f. 147. NOtum ſit omnibus, legentibus, & audientibus literas has; quod ego *Walterus Bec*, pro amore Dei & redemptione animæ meæ & omnium parentum meorum, conceſſi & donavi Eccleſiam Sancti *Petri* de **Newton** Sanctimonialibus de **Alvingham**, & fratribus ibi in ſanctâ religione Deo ſervientibus, in elemoſinam; & omnes appenticias, quæ pertinent ad eandem Eccleſiam. Hanc donationem feci prædictis ancillis Chriſti cum conceſſione uxoris meæ *Agnetis*, & *Hugonis* filii mei, & omnium hæredum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni terreno ſervicio imperpetuum poſſidenda, cum duabus filiabus meis, quas, inter eas, in ſorores receperunt. De hac quoq; conceſſione, & donatione, confirmationem Domini Regis *Henrici*, ancillis Dei habere pepigi, ſecundùm poſſe meum.

Stemma familiæ de Bec.

Ibid. W*Alterus Bec* fuit primus, & venit cum Conqueſtore, & habuit hæreditatem ſuam in *Flandriâ*; & de dono Regis habuit **Creſby**, & multa alia Maneria. *Hugo* fuit filius primi *Walteri*, & habuit quatuor fratres; *Henricus Bec*, *Walterus*, *Johannes*, & *Tho.* *Hugo*, in redeundo de terrâ ſanctâ, deceſſit ſine hærede de corpore ſuo. *Henr.* *Walterus*, &

& *Johannes* diviſerunt hæreditatem, quia *Henricus* primogenitus non fuit multùm ſapiens. *Tho.* habuit omnes Eccleſias quæ ſpectabant ad donationem fratrum ſuorum. *Henr.* retenuit **Creſby**, **Spilleſby** ..... **by**. **Wiſperton**; *Walterus*, **Luſſeby**, **Wynceby**, **Newton**, & **Fuleſtowe**, *Johannes*, **Beby** in **Beſteven**, & alia duo Maneria.

De *Henrico Walterus*. De *Waltero Joh.* qui nunc eſt.

De *Waltero* de **Luſceby**, *Henr.* qui vendidit *Stephano* de *Langeton* Manerium de **Fuleſtowe**.

De *Henrico*, *VValterus Bec*, qui fuit pugil, & Conſtabularius Caſtri *Lincolniæ*.

Confirmatio terrarum & poſſeſſionum Eccleſiæ de **Sempingham**, & aliis ejuſdem Ordinis Cœnobiis, per Papam *Innocentium* tertium.

Adhuc ex præfato Regiſtro de **Alvingham**.

INnocentius *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Roberto *ſuperiori Priori Eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* **Sempingham**, *atq; ſucceſſoribus Canonicè ſubſtitutis, & reliquis fratribus Canonicis, atq; ſororibus, tam præſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Quociens à nobis petitur, quod religioni & honeſtati convenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri; Eapropter dilecti in Domino filii juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam S.* Mariæ *de* **Sempingham**, *in quâ divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri *& noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; ſtatuentes ut quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè ac Canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Eccleſias noſtras Conventuales de* **Sempingham**, *de* **Haverholme**, *de* Cateleia, *de* **Bulingtone** *de* Sixlâ, *de* **Ormeſby**, *de* **Alvingham**, *de* **Walton**, *de* **Malton**, *de* **Chikeſande**, *de* **Lincolne**, *de* Mareſeyâ, *de* **Fordham**, *de* **Miremand**, *de* **Clatercote**, *de* **Merleberg**, *cum omnibus pertinentiis earundem; Eccleſiam S.* Mariæ *de* **Suldham**; *Eccleſiam S.* Andreæ *de* Eboraco, *& Hoſpitalem domum de* Lincolniâ, *cum omnibus pertinentiis earundem; Eccleſias Parochiales de* **Alvingham**, *de* **Cokerintun** *S.* Leonardi *loci ejuſdem, de* **Kedington**, *de* **Staynton**, *& de* **Calethorp**, *cum omnibus pertinentiis earundem.*

Grangiam, quæ extra Abbaciam vocatur, quæ habetis in villâ quæ dicitur **Alvingham**, *cum terris, poſſeſſionibus, redditibus, pratis, paſcuis & omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam, quæ vocatur* **Hayntoft**, *quam habetis in* **Cokerinton**, *cum omnibus pertinentiis ſuis: Terras, poſſeſſiones, redditus, prata, paſcua & molendina, quæ habetis in eadem villâ, & territorio ejus. Grangiam, quam habetis in villâ quæ dicitur* **Germeſtrop**, *cum terris, poſſeſſionibus, redditibus, pratis, paſcuis, ſalinis, & omnibus pertinentiis ſuis: Annuum redditum trium marcarum ſterlingorum, quem habetis in Eccleſiâ de* **Germeſthorp**: *Terras, poſſeſſiones, redditus, prata, paſcua, quæ habetis in villâ de* **Jerdeburg** *& territorio ejus. Grangiam, quam habetis in villâ quæ dicitur* **Kedington**, *cum terris, poſſeſſionibus, redditibus, pratis, paſcuis, & omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam, quam habetis in villâ de* **Calethorp**, *cum terris, poſſeſſionibus, redditibus, pratis, paſcuis, & omnibus pertinentiis ſuis. Terras, poſſeſſiones, redditus, prata, & paſcua quæ habetis in villa, & territorio de* **Lekeburn**. *Terram & nemus, quæ habetis in territorio villæ de* **Tathewelle**. *Duas bovatas terræ, prata, & paſcua in villa de* **Raitheby**. *Grangiam, quam habetis in villa quæ dicitur* **Neuton**, *cum terris, poſſeſſionibus, redditibus, pratis, paſcuis & omnibus pertinentiis ſuis. Terras, poſſeſſiones, redditus, prata, & paſcua in villa quæ dicitur* **Seinop** *& territorio ejus. Grangiam quam habetis in villa de* **Keaburn**, *cum terris, poſſeſſionibus, paſcuis, & omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam, quam habetis in villa de* **Conniſgeſby**, *cum terris, poſſeſſionibus, redditibus, pratis, paſcuis, & omnibus pertinentiis ſuis. Terras, prata, & paſcua in territorio villæ de* **Faltheſburw**. *Grangiam, quam habetis in villa de* **Sutneflet**, *cum terris, poſſeſſionibus, redditibus, & omnibus pertinentiis ſuis. Terram ad comburendum, quæ vulgariter dicitur turbaria, quam habetis ibidem. Terras, poſſeſſiores & redditus quæ habetis in villa de* **Reddeneſſe**. *Terras prata, & paſcua in territorio villæ de* **Cuninſgeſholm**. *Molendinum unum cum pertinentiis ſuis. Terras, poſſeſſiones, & redditus in villa & territorio de* **Semercotes**. *Domos, poſſeſſiones, & redditus in villa quæ dicitur magna* **Grimeſby**. *Redditum quem habetis in Civitate* Lincolnienſi. *Terras, redditus, prata & paſcua quæ habetis in villis quæ* **Otteby**, **Normanby**, *&* **Wikeham** *vocantur, & territoriis earundem. Domos, terras, poſſeſſiones, redditus, prata, & paſcua, quæ habetis in villa quæ media* **Raſene** *vocatur, & territorio ejus. Domos, terras, poſſeſſiones, & redditus, quos habetis in villis quæ* Luda, **Wythale**, **Grimolſeby**, **Manneby**, *&* **Saltfleteby** *vocantur, & territorio earundem. Domum, terram, & redditum in villa, quæ dicitur Sanctus* Botulfus. *Domos, terras, & redditus in villa de* **Tileneye**, *& territorio ejus.*

Eccleſiam de **Aſlakeby** *cum pertinentiis omnibus ſuis; de* **Hamengetone**, *de* **Burtone**, *de* **Brunethorp**, *de* **Lokyeton**, *de* **Tunigton**, *de* **Broculneſtowe**, *de* **Parton**, *de* Wanteſleia, *Eccleſias cum pertinentiis ſuis earundem. Beneficia quæ habetis in Eccleſiis de* Trowella, *& de* **Kierkelby** *juxta* **Aſlakeby**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* **Sempingham**, *de* **Stowe**, *cum capella de* **Birkethorp**, *& aliis pertinentiis ſuis. Eccleſias de* **Turſtanton**, *de* **Horbling**, *de* **Hekynton**, *de* **Hale**, *de* **Walecote**, *& de* **Tunigton**, *cum pertinentiis ſuis.*

Eccleſias S. Margaretæ, *&* omnium Sanctorum *de* Suldham, *de* Stokees, *& de* Thorp, *cum pertinentiis ſuis. Quicquid habetis in* Sempingham, *in* Thorp, *in* Birkethorp, *in* Lokyeton, *in* Bilingburg, *in* Walecote, *in* Cortum, *in* Aslakiebie, *in* Folkiengham, *in* Hale, *in* Horblingge, in Gunwarbi, *in* Graham, *in* Bolebie, *in* Langeton, *in* Kickebie, *in* Haunthorp, *in* Kaiſebie, *in* Pointon, *in* Billeſfeld, *in* Barton, *in* Levethorp, *in* Willebie, *in* Sillebie, *in* Fulebek, *in* Cranevel, *& dominico Manerio de* Suldham, *cum pertinentiis ſuis. De* Cavenham *de* Cotel, *de* Thorp, *de* Wikehale, *de* Welle, *& de* Len, *de* Stok, *cum terris & redditibus, quos quondam* Hugo Murdac *&* Willielmus *filius* Petri *nobis pie in elemoſinam conceſſerunt. Paſturam cum manſura* Johannis *quondam Heremitæ in mariſco de* Hoilande, *cum pertinentiis ſuis. Inſulam de* Rutholm. *Terras & redditus quos habetis in* Huſum *& in* Keeadeneia. *Eccleſias de* Keerinton, *de* Eſtlaford, *& de* Amewic, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſias S.* Jacobi *de* Bulington, *& S.* Albini *de* Sprilgeton, *cum pertinentiis ſuis, de* Ingham, *de* Langeton, *de* Burg, *de* Winthorp, *de* Hameringham, *de* Drecumbe, *de* Theford, *de* Preſtwald, *de* Bileburg, *& de* Weſtthorp *Eccleſias, cum pertinentiis earundem.*

Jus quod habetis in Eccleſiis de Drington, *de* Seuſenbi, *de* Hakeetorn, *de* Freskeeneya, *cum Capellis & omnibus pertinentiis earundem. Eccleſiam quoq; Conventualem ſanctæ* Trinitatis *in proprio fundo inclitæ memoriæ Regis* Angliæ Henrici *ſecundi, in Inſulâ quæ dicitur* Rucholm *fundatam; auctoritate nobis Apoſtolica nihilominus confirmamus. Statuentes ad inſtar fœlicis recordationis* Innocentii, Eugenii, Adriani, Alexandri, Lucii, Clementis, Celeſtini, *&* Innocentii, *prædeceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum, ut non liceat cuiquam religionem veſtram, vel jura, aut rationabiles inſtitutiones, à primo Patre veſtro beato* Gilleberto *ſcripto commendatas, & prædictorum prædeceſſorum, ac noſtri auctoritate, ſcriptoq; confirmatas, ſine majoris, & ſanioris partis conſilio & conſenſu, corrumpere vel mutare, vel aliquid ſuperaddere, quod prædictæ religioni veſtræ vel ſalubribus videatur inſtitutionibus obviare. Inter hæc autem nominatim duximus hæc exprimenda, ut unum Cellarium, una coquina ſub Sanctimonialium & ſororum cura ſit omnibus, tam Sanctimonialibus & ſororibus quam Canonicis & fratribus; & pecunia in auro & argento & pannis ſub earundem cuſtodiâ exiſtere debeat, atq; omnis Monachorum, Canonicorum, Clericorum & laicorum illicitus ingreſſus & acceſſus ad eas penitùs inhibeatur, quemadmodum in earum ſcripto ſalubri & rationabili providentiâ diſtinctum eſſe dinoſcitur & ſtatutum.*

Obeunte verò te nunc ſupradictæ religionis Magiſtro, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus eiſdem congregationibus qualibet ſurreptionis aſtutia, vel violentia præponatur, ſed ſummus Prior eligatur conſilio Priorum Ordinis, & curatorum, & aſſenſu Præpoſitarum, ſicut in veſtris inſtitutionibus continetur, cui ſoli omnis Conventus domorum profiteri, & obedire ſecundum formam Ordinis veſtri cenſemus. Omnis autem poteſtas Abbatibus & Prioribus ſuper hiis, quæ ad divinum cultum pertinent, conceſſa in ſibi ſubditos & divino cultui mancipatos, tam in coronis faciendis, quam in confeſſione ad Miſſam dicendâ, & benedictionem ante Evangelium dandâ, & cæteris omnibus ſuperiori Priori veſtro, qui præeſt univerſis congregationibus Ordinis de Sempingham, *inconcuſſa permaneat. Inhibemus itaq; ne terras vel Eccleſias, aut aliquod beneficium aliud prædictis congregationibus collatum liceat alicui perſonaliter dari, niſi communi & generali aſſenſu omnium, ſine majoris & ſanioris partis præfatæ profeſſionis Canonicorum & Sanctimonialium.*

Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, à vobis ſive ab aliis, pro eo quod illa in cuſtodiâ vel paſturâ ſuâ habent, ubicunq; ſint, nullus omnino Decimas exigere vel extorquere præſumat. Libertates verò & immunitates, quas illuſtris memoriæ Rex Anglorum Henricus *ſecundus, &* Ricardus *Rex filius ejus, Eccleſiæ veſtræ Cartis ſuis confirmaverunt ratas perpetuò decernimus permanere. Prohibemus autem, ut nulli veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem liceat ex eodem clauſtro diſcedere; diſcedentem verò, abſq; Prælati ſui licentia, nullus audeat retinere; ſet nec alicui* Ciſtercienſis *Ordinis liceat aliquem fugitivorum veſtrorum retinere, vel vobis illorum fugitivos recipere, contra autenticum ſcriptum inter nos rationabiliter factum. Præterea auxilia & univerſas indebitas & inconſuetas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliiſve quibuſlibet Eccleſiaſticis perſonis, in veſtris Eccleſiis omnino fieri prohibemus, & maximè pro aliquo Eccleſiaſtico ſacramento percipiendo, niſi Synodalia tantum, & Epiſcopalia, quæ de Canonum jure debentur, quibus tam Conventuales Eccleſias veſtras, contra id quod de ducentibus communem vitam in ſacris Canonibus eſt ſtatutum, nullius volumus improbitate gravari. Paci quoq; & tranquilitati veſtræ, paterna diligentia providentes, inhibemus, ne Archiepiſcopus vel Epiſcopus, ſeu Archidiaconus, aut alia qualibet Eccleſiaſtica perſona, hoſpicia vel procurationes, ſeu tallias ab Eccleſiis veſtris, contra antiquam & rationabilem conſuetudinem exigere audeat. Set nec Priorem veſtrum, vel Canonicos ſeu Moniales, aut aliquem de profeſſis veſtris, ſuſpendere, interdicere, vel excommunicare præſumat. Inhibemus etiam ut nulli Eccleſiaſticæ ſæcularive perſonæ, infra Parochias Eccleſiarum veſtrarum, Monaſterium Monachorum, Canonicorum, Sanctimonialium, Heremitarum, ſeu Incluſorum, Capellas, Altaria & cimiteria, liceat quomodolibet, ſine veſtro & dioceſani Epiſcopi aſſenſu conſtruere; ſalvis tamen privilegia Apoſtolicæ ſedis, nec quiſquam Clericos ſeu Capellanos, qui vobis vel Eccleſiis veſtris Parochialibus deſerviunt ſub interdicto ponere, niſi ordine judiciario præſumat.*

Præterea paci & quieti veſtræ attetius pro-

videre volentes, auctoritate Apoſtolicâ, inhibemus, ut infra clauſuras locorum veſtrorum, ſeu elemoſinarum veſtrarum nullus violentiam vel rapinam, ſeu furtum facere, hominem capere, aut interficere, ſeu ignem apponere audeat. Et ſi quis auſu temerario preſumpſerit, cenſurâ Eccleſiaſticâ percellatur. Adjicimus inſuper ut unicuiq; domui veſtri Ordinis Sanctimonialium, ad earum & fratrum laicorum integritatem & diſciplinam ſervandam, ſecundum ipſius Ordinis inſtituta, Canonici, vitâ & moribus maturi, ſicut neceſſarium viſum fuerit, præponantur, quibus & animarum curâ, pro diſpoſitione Prioris, immineat, & totius domus cura in exterioribus committatur, ut bona temporalia poſſint per eos ad ſubſidium Monialium fideliter cuſtodiri. Et ne aliquis poſſeſſiones vel alia bona, inconſulto & contradicente Priore uſurpent, debent attentius provideri. Laici vero converſi in omnibus Priori & Canonicis ſubditi & obedientes exiſtant; nec aliquam poteſtatem domus vel pecuniæ ſibi uſurpare præſumant, niſi quæ à Priore ordinatè & rationabiliter ad tempus fuerint eis injuncta. Habitacula quoq; Canonicorum & converſorum, ita ſint à domibus Monialium extra illarum ſepta remota pariter & disjuncta, ne ad invicem ſe videre valeant, aut hinc inde audiri, niſi ad Divinum tantum officium complendum, cum manifeſta neceſſitas & certa ratio id fieri poſtulaverit; ſet neq; hoc fiat, niſi ſub præſentia plurimorum. Altare vero, in quo divinum Monialibus celebratur officium, lapideo pariete intercludatur, aut ligneo; ita quod neuter ſexus viſione alterius perfruatur. Canonici autem in divinis officiis ubiq; ſine ulla exceptione, cum Miſſas etiam Monnialibus celebrant, ſervicium habeant clericorum. Moniales quoq; in omnibus illum modum officii ſui in Eccleſia ſervent, qui & ſupradicto Sancto Gilberto, *primo Priore Ordinis de* Sempingham, *inſtitutus, & à beato* Bernardo *quondam* Clarevallis *Abbate; necnon & aliis pleriſq; religioſis perſonis pri*[illegible] *fuerat approbatus;* ſcilicet *non muſice cantando, ſeu honeſte, moderate, ac diſtincte ſpallendo atq; legendo: liceat quoq; vobis, quandocunq; in aliquo vos prægravari ſenſeritis, ad remedium appellationis confugere, etiamſi in cauſa, quæ contra vos agitur, inhibita ſit appellatio. Poſt factam vero appellationem nemini liceat in vos ſententiam dare, vel aliquid innovare, ſeu vos vel poſſeſſiones veſtras temerario auſu turbare. Ad hæc ſi aliquod inter vos ſcandalum, quod Deus avertat, ſeu diſſentiones emerſerint, eas, & alia quæ corrigenda fuerint judicio Capituli veſtri, ſecundum veſtri Ordinis inſtituta, corrigi volumus & Canonice terminari. Liceat quoq; vobis clericos vel laicos è ſeculo fugientes liberos & abſolutos ad converſionem recipere, & eos abſq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut qui Ordini veſtro tenentur aſtricti, fidejubere pro aliquo nequaquam attemptent; & ſi fecerint, aliqua domus veſtra de fidejuſſione illorum nullatenus obligetur. Ad reſpondendum quoq; ac ſatisfaciendum nullatenus teneamini, ſi forte aliquis profeſſus veſter Canonicus ſive converſus Magiſtro & Capitulo non mandante, pro ſua temeritate aliquod debitum fuerit, aut promiſſionis ſuæ literarum præſtiterit caucionem, de qua gravamen poſſit domui pervenire, cum cautum ſit Canonibus, ut delictum perſonæ in dampnum Eccleſiæ non redundet.*

Adhæc auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut nullus Ordinis veſtri profeſſus, clericus ſeu laicus, ab aliquo ſine aſſenſu Prioris vel Capituli domus ſuæ, ſive vicem Prioris agentis, depoſitum aliquod ſuſcipere audeat quomodolibet retinere. Adjicimus inſuper, ut teſtimonio bonorum fratrum in negiotiis veſteris, in quibus teſtium probationes fuerint admittendæ, uti libere valeatis. Præterea cum generale interdictum fuerit, liceat vobis clauſis januis, non pulſatis campanis, excluſis communicatis & interdictis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare. Sepulturam quoq; Eccleſiarum veſtrarum liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas ſit præfatum Ordinem temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre vel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed integra & illibata conſervantur omnia eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & dioceſani Epiſcopi Canonicæ juſtitia, in aliis & non in expreſſis capitulis vobis indultis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat; & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti *aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant.* Amen.

PRIORATUS

S. Andreæ, *in ſuburbio Civitatis* Eboracenſis.

Carta fundationis ejuſdem.

Ex autog. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

Omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Hugo Murdac* ſalutem. Sciatis me dediſſe, & præſenti Chartâ meâ confirmâſſe, in perpetuam elemoſinam Deo, & duodecim Canonicis Ordinis de **Sempringham**, Deo ſervituris in perpetuum, apud Sanctam *Andream* in *Eboraco* in **Fiſhergate**, Eccleſiam ejuſdem loci, cum terris adjacentibus; & perpetuum redditum *xxi.* marcarum; ita *ſcilicet*, quod dedi eis domos meas lapideas apud Sanctum *Petrum* pro redditu trium marcarum, & Cameram lapideam contiguam illis, quam *Willielmus* Archidiaconus *Nottinghamiæ*, tenuit pro *xvi.* ſolidis; & terras quas *Turpinus* & *Firminus* tenuerunt de feodo *Hugonis* de *Verly*, pro duabus marcis; & pratum de **Thorp**, quod fuit Monachorum de *Rievalli*, pro duabus marcis; & terram *Sancti Clementis*, pro quadraginta denariis; & terram de **Gudemadham** pro viginti ſolidis. Dedi etiam *xxvi.* marcas, pro redditu *xi.* marcarum, & quinq; ſolidorum. Præterea dedi illis terram quæ fuit *Danielis*, & acram prati de *Acaſtriâ*, in adquietatione ſedis Abbatiæ Sancti *Andreæ*, quam liberam & quietam eis debebam facere. Et ut hæc mea donatio ſtabilis ſit in perpetuum, præſens ſcriptum ſigillo meo roboravi. Teſtibus, *S.* Decano, & Capitulo *Eborum*, Magiſtro *Rogero Arundel*, *Willielmo* de *Percii* de **Kernethi**, *Willielmo filio Petri*, *Waltero* de **Wiverethorp** (&c.) Et ſciendum eſt, quod de præfato redditu, aſſignavi Conventui, ad piſcem, duodecem denarios omni ſeptimanâ in perpetuum.

Conventiones inter Decanum & Capitulum S. *Petri Ebor; Et Priorem de* **Semplingham**, *& Priorem & Conv.* S. Andreæ Ebor: *ſuper quibuſdam terris.*

Ex Regiſtro Decani, & Capituli *Ebor.* parte tertia. f. 16.

Notum ſit omnibus Sanctæ matris Ecclæſiæ filiis, has literas viſuris, vel audituris, quod ita convenit inter *Symonem* Decanum & Capitulum Sancti *Petri Eboraci*, & Magiſtrum *Rogerum* Priorem Ordinis de **Semplingham**, & Priorem, & Capitulum *S. Andreæ* in **Fiſhergate**, & *Hugonem Murdac*, Fundatorem ejuſdem loci; *ſcilicet*, quod prædicti Magiſter *Rogerus*, & Canonici Sancti *Andreæ* & *Hugo Murdac* demiſerunt prædicto Decano & Capitulo, & Eccleſiæ Sancti *Petri* imperpetuum, terram illam ante hoſtium occidentale Majoris Eccleſiæ, quam tenuerunt de *Hugone* de *Virly*, ad dilitandum Cimiterium Eccleſiæ, ad vitanda pericula, quæ poſſent evenire Majori Eccleſiæ & domibus Domini Archiepiſcopi occaſione incendii; & eandem terram eis imperpetuum warantizabunt & adquietabunt, de omnibus ſervitiis ad eandem terram pertinentibus. Prædicti verò Decanus & Capitulum, volentes providere indemnitati Eccleſiæ Sancti *Andreæ*, & prædictorum Canonicorum, de communi conſilio Capituli, aſſignaverunt in excambium præfatæ terræ, dederunt & conceſſerunt eiſdem Canonicis tantum redditus de duabus carucatis terræ, cum pertinentiis, in villâ de *Cavâ* de communiâ ſuâ, quarum unam *Willielmus* de *Arenes* hæreditariè tenuit, & alteram *Margareta* de *Cavâ* & *Richardus* filius ejus hæreditariè tenuerunt, quantum prædicti Canonici percipere ſolebant de Majori parte prædictæ terræ; *ſcilicet* duas marcas, & dimidium; & eundem redditum de prædictis terris eis imperrpetuum warantizabunt. Prædictus verò *Hugo Murdac* dedit prædictis Canonicis de Sancto *Andreâ*, redditum unius marcæ in Molendino de **Thorp**, in eſcambium cujuſdam partis terræ ſupradictæ, quam Deo & beato *Petro* dedit ad dilatandum Cimiterium, ad ſupradicta pericula vitanda, antequam in hunc modum inter prædictum Capitulum & Canonicos Sancti *Andreæ* conveuit.

Aſſignaverunt autem prædicti Decanus & Capitulum prædictum *Willielmum* de *Araines* & hæredes ſuos, quicunq; tenebunt præfatam carucatam terræ, ut reddant annuatim imperpetuum Canonicis Sancti *Andreæ* ſexdem ſolidos & octo denarios, de prædictâ carucatâ, medietatem ad Feſtum Sancti *Martini*, & medietatem ad *Pentecoſten*; & *Margaretam*, & hæredes ſuos, vel eorum quicunq; tenebunt alteram carucatam, ut reddant annuatim in perpetuum eiſdem Canonicis ſexdecem ſolidos & octo denarios de illâ carucatâ ad eoſdem terminos: quod ſi non fecerint, licebit prædictis Canonicis de Sancto *Andreæ*, eis per averia ſua diſtringere, & ad firmæ prædictis ſolutionem, competentem ſatiafactionem, ſicut Decanus & Capitulum facerent. Præſtabunt autem ſibi invicem conſilium & auxilium in his, quæ ſunt ad Deum, ſalvo honore & dignitate utriuſque Eccleſiæ. Facta ſunt hæc de communi aſſenſu Decani & Capituli Sancti *Petri Eborum*, & Magiſtri *Rogeri*, Prioris Ordinis de **Sempringham**, & Prioris, & Canonicorum Sancti *Andreæ Eborum*, & *Hugonis Murdac*, fundatoris ejuſdem loci; utilitatem utriuſq; Eccleſiæ tam beati *Petri*, quàm Sancti *Andreæ*, anno incarnationis Dominici *MCCii*, in feſto Sancti *Laurentii*: Et ad majorem ſecuritatem appenſa ſunt ſigilla Capituli Sancti *Petri*, & Magiſtri *Rogeri*, & Conventus Sancti *Andreæ*, & prædicti *Hugonis Murdac*, Hiis teſtibus, *Hamone* Theſaurario, *Willielmo* Archidacano *Nottinghambi*, *Adam* de *Thornover*, *Radulpho* de *Kimâ*, *Willielmo* filio *Ricardi*; Magiſtro *Gregorio*, *Liſiardo Columbâ*, *W.* de *Cavâ* Canonicis: *Willielmo* de *Stuteville*, *Hugone Bardulfe*, *Rogero Arundel*, *Willielmo* de *Percy*, de *Kernetteby*, *Radulpho*

Vid H. 4 m. 5

Radulpho Bardulf, W. de *Wynerthorp*, Magiſtro *Thomâ Vitori, Waltero* de *Bovinton*; *Ricardo* de *Boſſale, Radulfo* de *Charenci*, *Will.* filio *Arnaldi, David, Lewenino* Burgenſibus.

PRIORATUS

de **Stikeſwould** *in agro* Lincolnienſi.

De quibuſdam poſſeſſionibus ejuſdem Cœnobij.

Ex Rotul. Hundredorum in arce *Lond.* 3. E. 1. *Lincoln* Hundr. de **Trehowe.**

INquiſitio facta apud **Stanford**, coram Dominis *Will.* de *S. Omero*, & *Warino* de *Chawcombe*, Juſticiariis Domini Regis, ad hoc aſſignatis, per duodecim de **Trahow** juratos, & ſubſcriptos, (&c.) Qui dicunt ſuper Sacramentum, Quot & Maneria Dominus quæ Rex habet in manu ſua, (&c.) Dicunt quod Dominus Rex nullum Manerium habuit in wapentac de **Trehow.**

Item dicunt quod Magiſter, & Moniales de **Stikeſwald** tenent in **Huntington** duas carucatas terræ, quæ valent per annum *iiii.* lib. de quibus elemoſinantur, ex dono Domini *Galfridi* de *Ezmondeys Lx.* annis elapſis: Et Idem *Galfridus*, eas tenet de Domino *Gilberto de Gaunt*, quo ſervitio dicunt quod neſciunt. Et ſunt geldabiles, ad Wapentacium, ad dampnum Domini Regis per annum. . *iiii s. vii d.* Et dicunt quod Dominus Rex amittat de auxilio Vicecomitis, quo waranto neſciunt; nihilominus terræ, warda, & maritagium cum acciderit, eo quod dicta terra elemoſinatur, *iiii. lib.* per annum. Poſtea venit prædictus Magiſter & recognovit, quod prædictum tenementum eſt geldabile, (&c.)

Item dicunt quod idem Magiſter de **Stikeſwald**, & Moniales tenent in elemoſinam in villâ de **Huntington**, duas carucats terræ, & quatuor bovatas terræ, quæ valent per annum *C. s.* de dono Domini *Alexandri* de *Crevequer*: & idem *Alexander* eos tenuit de Domino *Gilberto* de *Gaunt*, pro quadam ſectâ ad Curiam dicti *Gilberti* apud **Folkingham**, de tribus ſeptimanis in tres ſeptimanas; & idem *Gilbertus* eas tenet de Domino Rege in Capite, quo ſervitio, vel quo waranto dicunt quod neſciunt, & ſunt geldabiles, (&c.)

Vid. Pat. 7. H. 4. l. 2. m. 5.

Item dicunt quod prædictæ Moniales de **Stikeſwald** tenent in **Huntingdon**, ſeptem Carucatas & quatuor bovatas terræ, & valent per annum *xv.* libras. De quibus elemoſinantur, ex dono Dominæ *Luciæ* Matris Domini *Ranulfi* Comitis *Ceſtriæ*, jam Centum annis elapſis; & dicta Domina *Lucia* eas tenet de Domino Rege in Capite, quo ſervitio, vel quo waranto dicunt quod neſciunt. Et dicunt quod non ſunt geldabiles ad *Wapontachium*, quia ſunt de libertate *Ceſtriæ*, (&c.) Et dicunt quod Dominus Rex amittit terræ wardam & maritagium, cum acciderit, eo quod prædicta terra elemoſinatur, *xv. l.* per annum, quia de tempore *C.* annorum; ideo indè nihil, (&c.)

Et dicunt quod dictæ Moniales de **Stikeſwald** tenent in **Bareſton**, unam carucatam, & duas bovatas terræ, & valent per annum. *L. s* de quibus elemoſinantur, ex dono Domini *Ranulfi* Comitis *Ceſtriæ C.* annis elapſis, & dictus Comes eas tenet de Domino Rege in Capite, quo ſervitio, vel quo waranto dicunt quod neſciunt. Et dicunt quod non ſunt geldabiles ad wapentachium, quia ſunt de libertate *Ceſtriæ*. Et dicunt quod Dominus Rex amittit terræ wardam & maritagium, cum acciderit, eo quod dictæ terræ elemoſinantur, *L. s.* per annum, quia de tam longinquo tempore, ideo indè nihil, (&c.)

ABBATHIA

de **Ormeſby** *in agro Lincolnienſi.*

Carta Gileberti *filii* Roberti *de* **Ormeſby**, *primi fundatoris* Abbathiæ *de* **Ormeſby.**

Ex Regiſtro de **Ormeſby**, penès *Robertum, Rockley*, de **Rockley**, in Com. E*bor.* 1638.

NOtum ſit omnibus, tam futuris, quàm præſentibus, quod ego *Gilebertus*, filius *Roberti* de *Ormeſby*, primus fundator Abbathiæ Sanctimonialium de **Ormeſby**, dedi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & prædictis Sanctimonialibus, & fratribus ſuis univerſis, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omnibus ſervitiis, donationem, & conceſſionem, confirmationemq; Domini mei, *ſcilicet Willielmi* Comitis de *Albemàre*, & meam, quam eis fecimus, pro ſalute animarum noſtrarum; *videlicet* dimidietatem Eccleſiarum de **Ormeſby**, & de **Utterby**, cum omnibus pertinentiis earum. Et præterea terciam partem totius terræ meæ in utraq; villâ; *ſcilicet, xx.* bovatas terræ arabilis, cum toftis, & croftis, boſcis, & aquis, pratis, & paſcuis, & omnibus libertatibus, quæ ad eas pertinent, cum Communi paſturâ, & liberis introitibus & exitibus in viis, & ſemitis, in boſco & plano, & in omnibus rebus, infra villas & extrra, ubique & in omnibus. Sciendum autem eſt. quod Comes præfatus, Dominus meus, aſſignavit Domino meo *Odoni* de *Fribois*, ſervitium *Stephani* de *Lund*, pro ſervitio hujus terræ prænominatæ, quam dedimus in elemoſinam præſcriptis Sanctimonialibus, ſicut Carta ipſius Comitis teſtatur. Præterea verò dedi eis terram illam, quæ vocatur **Crigdale**, ad occidentalem partem Abbaciæ, *xxi.* particatas longitudinis, latitudinis verò totius feudi mei ibidem, tam hominum meorum; quam mei; &

totum feudum meum de **Warlotes**, apud **Barchrant**, juxta campum de **Covenham**, à Campo parvæ **Grimeſby**, ad **Routhenges**, cum prato, quod ad eas pertinet. Et præterea **Tremares**, & totas **Warlotes**, à **Thremares**, ad Campum de **Ludebrant** aquilonem & auſtrum verſùs, quantum ego & homines mei habuimus ibi: & à **Tremares**, orientem & occidentem verſùs in **Warlotes**, totum Dominum meum; & extra hoc quantum pertinet ſuæ tertiæ parti. Et præterea ſex acras terræ, quas dedi eis ad obitum uxoris meæ, pro ejus animâ, de Dominio meo, ex occidente **Dragedake**, ab eadem **Dale**, uſque ad viam quæ aſcendit ex auſtro Abbaciæ: Et præterea *x.* acras apud **Durewardethorn**. Conceſſi & dedi, atque confirmavi eis omnia hæc prænominata, cum omnibus rebus & univerſis libertatibus, & appenditiis ſuis, ſicut aliqua eleemoſina meliùs & liberiùs dari poteſt, libera & quieta ab omni ſervitio & exactione, & conſuetudine ſeculari, pro ſalute animæ meæ, & omnium meorum vivorum & mortuorum. Et Ego & hæredes mei, poſt me, warrantizabimus hæc omnia præſcripta Sanctimonialibus prædictis, contra omnes homines imperpetuum.

Carta Roberti *Dapiferi* Willielmi *de* Perci, *de Eccleſiâ de* **Elkinton.**

Ibid. fol. 50,

EPiſcopo *Lincolniæ*, & cæteris Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Robertus* Dapifer *Willielmi* de *Perci*, ſalutem in Chriſto. Cupiens ſalutem animæ Patris mei, & *Gileberti* avunculi mei, & cæterorum anteceſſorum meorum; & profectum meum, & ſponſæ meæ *Rhoaſia*, & prolis quam dedit nobis Deus; dedi Sanctimonialibus de **Dameſbi** Eccleſiam meam de *Elkintonâ*, quæ eſt in auſtrali parte ſita alterius *Elkintoniæ*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam, de *medica* **Grimeſbi**, cum omnibus quæ ad eam pertinent, (&c.)

Carta ejuſdem Roberti, *de paſturâ* Lx. *ovibus in campis de* **Suth-alkinton,**

Ibid. 52.

NOtum ſit omnibus quod ego *Robertus* Seneſchallus concenſu *Roiſæ* ſponſæ meæ, dedi Deo & beatæ *Mariæ*, & Sanctimonialibus de **Dameſbi**; Paſturam ad ſexaginta ovibus ubiq; in campis de *Suthelkintonâ*. præter totam communiam paſturam meam, quam habui, vel aliquis hominum meorum, quam quietam clamo prædictis Sanctimonialibus inter viam, quæ tendit verſùs auſtrum, uſq; ad campum de **Welletune**, (&c.)

Confirmatio Willielmi *de* Kimâ.

Ibid. f. 51.

VVIllielmus de *Kimâ* confirmat Sanctimonialibus de **Dameſby**, totam terram, quam *Robertus* Dapifer, filius *Roberti*, filii *Fulconis*, dedit eis, tam in *parva* **Grimſby**, quàm in **Foterby**. Et Eccleſiam de **Grimſby**, & Eccleſiam de **Suthelkinton**: Et inſuper quietum clamavit totum ſervitium, & omnia quæ ad eum pertinent, & ad hæredes ſuos, de omnibus ſupradictis, ſalvo tamen ſervitio Regis, & *Willielmi* de *Perci*, & hæredum ſuorum,

---

ABBATHIA de Sixill in agro Lincolnienſi.

De fundatione ejuſdem

Ex vet. Rotulo, de extenta Manerii de **Sixill**, facta 15. E. 2. penès *Georgium Heneage*, eq. auratum.

EST ibidem quædam Abbathia Ordinis de **Sempingham**, vocata *le Sixle*, quæ eſt de tam antiquo feofamento, quod pro certo neſcitur diſcutere, quomodo feofata fuit, eò quod fictè diſclamant facta recognita; ſed tamen habetur evidentia, contra quos in hoc, quod particulatim per placeas terræ & acras mixtim jacent in Dominio, & ſcitus Abbathiæ in medio Dominii, ita quod exire non potuerunt niſi ſuper ſolum Domini ex omni parte (&c.)

Ibid.

Indentura inter *Thomam de la Warre*, Clericum & Canonicos de **Sixhill**, per quam patet, quod ...... de *Grelle*, anteceſſor ejuſdem *Thomæ*, fundator erat ejuſdem Abbathiæ.

Carta Regis Johannis, *donationem de Manerio de* **Ludeford**, *per* Agnetem *de* Percy *factam recitans & confirmans.*

Cart. 7. Joh. 1. n. 44.

JOhannes Dei gratiâ, &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtra confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & Sanctimonialibus de *Sixle*, & earum fratribus, Clericis & laicis, omnes donationes, conceſſiones, & confirmationes de Manerio de **Ludeford**, quas *Agnes* de *Percy* eis fecit, & Cartis ſuis confirmavit; & quas *Ricardus* de *Percy* filius, & hæres ejuſdem *Agnetis* eis conceſſit, & Cartâ ſuâ confirmavit, ſicut Cartæ prædictorum *Agnetis* & *Ricardi*, quas indè habent, rationabiliter teſtantur. Quare volo, (&c.) Data per manum *H.* de *Welle* Archidiacon. *Wellenſis*, apud *Fremantell v.* die *Novembris*.

De terris in **Melton**, **Heryewyke** *&* **Wycham** *Abbatiæ de* **Sixill** *ſpectantibus*

Ex Rotl. Hundr. de anno 3. E. 1. *Linc.*

DOminus *Johannes* de Novavillâ Camerarius, tenet in **Melton**, **Heryewike**, & **Wicham**, quinq; bovatas terræ de Rege in Capite, de conqueſtu dictus *Johannes* dedit *Haldano* de *Heryewyke* dictas quinq; bovatas terræ. & dictus *Haldanus* dedit eas Priori de **Sixhill** in elemoſinam, qui eas modo tenet à primâ fundatione Domus.

Haco de *Wicham* tenet in eadem, de Domino Rege in Capite, de conqueſto *v.* bova-

ras

tas terræ; & ipſe *Haco* dedit dictas quinque bovatas terræ, in elemoſinâ, Priori de **Sixill** à primâ fundatione Domus.

Licentia Regia pro Manerio de **Hotham** *perquirendo.*

Pat. 12. R. 2. p. 2. n. 10. REx omnibus ad quos &c. Salutem. Licet (&c.) de gratiâ tamen noſtrâ ſpeciali; & pro decem libris, quas dilecti nobis in Chriſto Prior & Conventus de **Sixhill**, Ordinis *S. Gilberti*, nobis ſolverunt, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis *Johanni* de *Thymilby* perſonæ Eccleſiæ de **Netiltone**, *Albino* de *Endirby*, & *Willielmo* de *Langholme*, quod ipſi Manerium de **Hotham**, cum pertinentiis, in partibus de **Lindeſeye**, in Com. *Lincoln.* quod de nobis non tenetur, & quod valet per annum *xl. ſol.* ſicut per Inquiſicionem indè per dilectum nobis *Willielmum Bolle* Eſcaetorem noſtrum in Com. prædicto, de mandato noſtro captam, & in Cancellariâ noſtrâ retornatam, eſt compertum, dare poſſint & aſſignare præfatis Priori ac Conventui, ac Sanctimonialibus ejuſdem domus. Habendum & tenendum eiſdem Priori & Conventui, ac Sanctimonialibus, & ſucceſſoribus ſuis, in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum. (&c.) T. Rege apud *Weſtm.* *xxviii.* die *Aprilis.*

PRIORATUS

de **Mareſey** *in agro* Lincolnienſi.

Carta Regis Edwardi *tertii donationes* Iſabellæ *de* Chauncy *recitans & confirmans.*

Cart. 4. E. 3. n. 50. Vide Cart. 16. E. 2. n. 1. REx Archiepiſcopis (&c.) Salutem. Inſpeximus &c. Cartam *Iſabellæ* de *Chauncy*, quam fecit prædictæ Eccleſiæ de *Marſeiâ*, in hæc verba.

Omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſens ſcriptum viſuris, vel audituris, *Iſabella* de *Chauncy*, filia domini *Thomæ* de *Marſeyâ*, ſalutem in domino; Noverit univerſitas veſtra, me in liberâ viduitate meâ, & in ligiâ poteſtate meâ, pro ſalute animæ meæ, & Domini *Philippi* de *Chauncy* quondam mariti mei, & omnium anteceſſorum meorum, remiſiſſe, conceſſiſſe, & confirmâſſe, & omnino de me, & hæredibus meis imperpetuum quietum clamâſſe, Deo, & ſanctæ *Helenæ* de Inſula de **Marſay**, Priori & Conventui ejuſdem domus de **Marſay** ibidem Deo ſervientibus, totum dominium meum, cum omnibus homagiis & ſervitiis villarum de **Marſay**, & **Thorp**; & omnes terras, poſſeſſiones, & tenementa; quæ, vel quas habent, & tenent ex dono & Feoffamento anteceſſorum meorum, in villis de **Marſay** & **Thorp**, **Gameleſton**, **Elkeſley**, **Weſt-Retford**, **Miſyn**, & **Boulton**, vel alibi ubicunq; de feodo meo; cum advocationibus Eccleſiarum de **Merſay**, **Gameleſton**, **Miſyn**, & **Boulton**; tenendum & habendum dictis Priori, & Conventui de **Merſay**, & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, abſq; omni terreno ſervitio, ſeculari exactione & demandâ imperpetuum. Habeant eciam prædicti Prior & Conventus Curiam ſuam, de omnibus hominibus, & tenentibus ſuis prædictarum villarũ, cum omnimodis rebus, ad Curiam pertinentibus, ſine aliquo retenemento mei, vel hæredum meorum: ita quod nec ego *Iſabella*, nec hæredes mei, vel aſſignati, quicunq; fuerint, aliquod ſervitium, vel clamium in prædictis terris, tenementis, & advocationibus Eccleſiarum prædictarum, verſùs prædictos, Priorem, & Conventum, vel eorum ſucceſſores, exigere, habere, vel vendicare de cætero poterimus: Et ego dicta *Iſabella*, & hæredes mei vel aſſignati, omnia prædicta tenementa, terras & poſſeſſiones, ſervitia & Eccleſiarum advocationes, abſq; omni ſervitio terreno, prædictis Priori, & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium huic confirmationi & quietæ clamationi Sigillum meum appoſui. Hiis Teſtibus, Domino *Hugone* de *Hercy*, Domino *Roberto* de *Saundby*; Domino *Laurencio* de *Chauworth* Militibus; *Roberto Pover*, *Roberto* de *Wlrington*, *Roberto* de *Lanum*; *Roberto* de *Bekyngham*; *Henrico* de *Sutton*; *Johanne* filio *Radulfi*; *Willielmo* de *Aubeny*; & aliis. Data per manum noſtram apud **Notingham**, Sexto die *Septembris.*

ABBATIA

de Novo loco *ſuper* **Ancolm**, *in agro* Lincolnienſi.

Diploma Regis Edwardi *ſecundi, Cartam fundationis ejuſdem Abbatiæ, per Regem* Henricum *ſecundum factam, recitans & confirmans.*

REx Archiepiſcopis &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam, quam celebris memoriæ Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* progenitor noſter fecit in hæc verba. Cart. 13. E. 2. n. 21. *H.* Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ*, *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Juſticiariis, Baronibus, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me dediſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Magiſtro *G.* & Canonicis Ordinis de **Sempingham** in inſula de **Rucholm**, in territorio de **Cadenei**, totum feudum meum de **Warlotes**, apud **Barcbrant**, juxta campum de **Covenham**, à Campo parvæ **Grimeſby**, ad **Routhenges**, cum prato, quod ad eas pertinet. Et præterea **Tremares**, & totas **Warlotes**, à **Thremares**, ad Campum de **Ludebranc** aquilonem & auſtrum verſùs, quantum ego & homines mei habuimus ibi: & à **Tremares**, orientem & occidentem verſùs in **Warlotes**, totum Dominum meum; & extra hoc quantum pertinet ſuæ tertiæ parti. Et præterea ſex acras terræ, quas dedi eis ad obitum uxoris meæ, pro ejus animâ, de Dominio meo, ex occidente **Dragedake**, ab eadem **Dale**, uſque ad viam quæ aſcendit ex auſtro Abbaciæ: Et præterea *x.* acras apud **Durewardethorn**. Conceſſi & dedi, atque confirmavi eis omnia hæc prænominata, cum omnibus rebus & univerſis libertatibus, & appenditiis ſuis, ſicut aliqua elemoſina meliùs & liberiùs dari poteſt, libera & quieta ab omni ſervitio & exactione, & conſuetudine ſeculari, pro ſalute animæ meæ, & omnium meorum vivorum & mortuorum. Et Ego & hæredes mei, poſt me, warrantizabimus hæc omnia præſcripta Sanctimonialibus prædictis, contra omnes homines imperpetuum.

Carta Roberti *Dapiferi* Willielmi *de* Perci, *de Eccleſiâ de* **Elkinton.**

Ibid. fol. 50.

EPiſcopo *Lincolniæ*, & cæteris Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Robertus* Dapifer *Willielmi* de *Perci*, ſalutem in Chriſto. Cupiens ſalutem animæ Patris mei, & *Gileberti* avunculi mei, & cæterorum anteceſſorum meorum; & profectum meum, & ſponſæ meæ *Rhoaſiæ*, & prolis quam dedit nobis Deus; dedi Sanctimonialibus de **Ormeſbi** Eccleſiam meam de *Elkintonâ*, quæ eſt in auſtrali parte ſita alterius *Elkintoniæ*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam, de *modica* **Grimeſbi**, cum omnibus quæ ad eam pertinent, (&c.)

Carta ejuſdem Roberti, *de paſturâ* Lx. *ovibus in campis de* **Suth-alkinton**,

Ibid. 52.

NOtum ſit omnibus quod ego *Robertus* Seneſchallus concenſu *Roiſæ* ſponſæ meæ, dedi Deo & beatæ *Mariæ*, & Sanctimonialibus de **Ormeſbi**; Paſturam ad ſexaginta ovibus ubiq; in campis de *Suthelkintonâ*. præter totam communiam paſturam meam, quam habui, vel aliquis hominum meorum, quam quietam clamo prædictis Sanctimonialibus inter viam, quæ tendit verſùs auſtrum, uſq; ad campum de **Welletune**, (&c.)

Confirmatio Willielmi *de* Kimâ.

Ibid. f. 51.

WIllielmus de *Kimâ* confirmat Sanctimonialibus de **Ormeſby**, totam terram, quam *Robertus* Dapifer, filius *Roberti*, filii *Fulconis*, dedit eis, tam in *parva* **Grimſby**, quàm in **Foterby**. Et Eccleſiam de **Grimſby**, & Eccleſiam de **Suthelkinton**: Et inſuper quietum clamavit totum ſervitium, & omnia quæ ad eum pertinent, & ad hæredes ſuos, de omnibus ſupradictis, ſalvo tamen ſervitio Regis, & *Willielmi* de *Perci*, & hæredum ſuorum,

---

ABBATHIA *de* **Sixill** *in agro* Lincolnienſi.

De fundatione ejuſdem

Ex vet. Rotulo, de extenta Manerii de **Sixill**, facta 15. E. 2. penès *Georgium Heneage*, eq. auratum.

ESt ibidem quædam Abbathia Ordinis de **Sempingham**, vocata *le Sixle*, quæ eſt de tam antiquo feofamento, quod pro certo neſcitur diſcutere, quomodo feofata fuit, eò quod fictè diſclamant facta recognita; ſed tamen habetur evidentia, contra quos in hoc, quod particulatim per placeas terræ & acras mixtim jacent in Dominio, & ſcitus Abbathiæ in medio Dominii, ita quod exire non potuerunt niſi ſuper ſolum Domini ex omni parte (&c.)

Ibid.

Indentura inter *Thomam de la Warre*, Clericum & Canonicos de **Sixhill**, per quam patet, quod ...... de *Grelle*, anteceſſor ejuſdem *Thomæ*, fundator erat ejuſdem Abbathiæ.

Carta Regis Johannis, *donationem de Manerio de* **Ludeford**, *per* Agnetem *de* Percy *factam recitans & confirmans.*

Cart. 7. Joh. 1. n. 44.

JOhannes Dei gratiâ, &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtra confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & Sanctimonialibus de *Sixle*, & earum fratribus, Clericis & laicis, omnes donationes, conceſſiones, & confirmationes de Manerio de **Ludeford**, quas *Agnes* de *Percy* eis fecit, & Cartis ſuis confirmavit; & quas *Ricardus* de *Percy* filius, & hæres ejuſdem *Agnetis* eis conceſſit, & Cartâ ſuâ confirmavit, ſicut Cartæ prædictorum *Agnetis* & *Ricardi*, quas indè habent, rationabiliter teſtantur. Quare volo, (&c.) Data per manum *H.* de *Welle* Archidiacon. *Wellenſis*, apud *Fremantell v.* die *Novembris.*

De terris in **Melton**, **Heryewyke** *&* **Wycham** *Abbatiæ de* **Sixill** *ſpectantibus*

Ex Rot. Hundr. de anno 3. E. 1. Linc.

DOminus *Johannes* de Novavillâ Camerarius, tenet in **Melton**, **Heryewike**, & **Wicham**, quinq; bovatas terræ de Rege in Capite, de conqueſtu dictus *Johannes* dedit *Haldano* de *Heryewyke* dictas quinq; bovatas terræ. & dictus *Haldanus* dedit eas Priori de **Sixhill** in elemoſinam, qui eas modo tenet à primâ fundatione Domus.

Haco de *Wicham* tenet in eadem, de Domino Rege in Capite, de conqueſto *v.* bovatas terræ; & ipſe *Haco* dedit dictas quinque bovatas terræ, in elemoſinâ, Priori de **Sixill** à primâ fundatione Domus.

Licentia Regia pro Manerio de **Hotham** *perquirendo.*

Pat. 12. R. 2. p. 2. n. 10.

REx omnibus ad quos &c. Salutem. Licet (&c.) de gratiâ tamen noſtrâ ſpeciali; & pro decem libris, quas dilecti nobis in Chriſto Prior & Conventus de **Sixhill**, Ordinis *S. Gilberti*, nobis ſolverunt, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis *Johanni* de *Thymilby* perſonæ Eccleſiæ de **Netiltone**, *Albino* de *Endirby*, & *Willielmo* de *Langholme*, quod ipſi Manerium de **Hotham**, cum pertinentiis, in partibus de **Lindeſeye**, in Com. *Lincoln.* quod de nobis non tenetur, & quod valet per annum *xl. ſol.* ſicut per Inquiſicionem indè per dilectum nobis *Willielmum Bolle* Eſcaetorem noſtrum in Com. prædicto, de mandato noſtro captam, & in Cancellariâ noſtrâ retornatam, eſt compertum, dare poſſint & aſſignare præfatis Priori ac Conventui, ac Sanctimonialibus ejuſdem domus. Habendum & tenendum eiſdem Priori & Conventui, ac Sanctimonialibus, & ſucceſſoribus ſuis, in auxilium ſuſtentationis ſuæ imperpetuum. (&c.) T. Rege apud *Weſtm. xxviii.* die *Aprilis.*

PRIORATUS

de **Mareſey** *in agro* Lincolnienſi.

Carta Regis Edwardi *tertii donationes* Iſabellæ *de* Chauncy *recitans & confirmans.*

Cart. 4. E. 3. n. 50. Vide Cart. 16. E. 2. n. 2.

REx Archiepiſcopis (&c.) Salutem. Inſpeximus &c. Cartam *Iſabellæ* de *Chauncy*, quam fecit prædictæ Eccleſiæ de *Marſeiâ*, in hæc verba.

Omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſens ſcriptum viſuris, vel audituris, *Iſabella* de *Chauncy*, filia domini *Thomæ* de *Marſeyâ*, ſalutem in domino; Noverit univerſitas veſtra, me in liberâ viduitate meâ, & in ligiâ poteſtate meâ, pro ſalute animæ meæ, & Domini *Philippi* de *Chauncy* quondam mariti mei, & omnium anteceſſorum meorum, remiſiſſe, conceſſiſſe, & confirmâſſe, & omnino de me, & hæredibus meis imperpetuum quietum clamâſſe, Deo, & ſanctæ *Helenæ* de Inſula de **Marſay**, Priori & Conventui ejuſdem domus de **Marſay** ibidem Deo ſervientibus, totum dominium meum, cum omnibus homagiis & ſervitiis villarum de **Marſay**, & **Thorp**; & omnes terras, poſſeſſiones, & tenementa; quæ, vel quas habent, & tenent ex dono & Feoffamento anteceſſorum meorum, in villis de **Marſay** & **Thorp**, **Gameleſton**, **Elkeſley**, **Weſt-Retford**, **Miſyn**, & **Boulton**, vel alibi ubicunq; de feodo meo; cum advocationibus Eccleſiarum de **Merſay**, **Gameleſton**, **Miſyn**, & **Boulton**; tenendum & habendum dictis Priori, & Conventui de **Merſay**, & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, abſq; omni terreno ſervitio, ſeculari exactione & demandâ imperpetuum. Habeant eciam prædicti Prior & Conventus Curiam ſuam, de omnibus hominibus, & tenentibus ſuis prædictarum villarũ, cum omnimodis rebus, ad Curiam pertinentibus, ſine aliquo retenemento mei, vel hæredum meorum: ita quod nec ego *Iſabella*, nec hæredes mei, vel aſſignati, quicunq; fuerint, aliquod ſervitium, vel clamium in prædictis terris, tenementis, & advocationibus Eccleſiarum prædictarum, verſùs prædictos, Priorem, & Conventum, vel eorum ſucceſſores, exigere, habere, vel vendicare de cætero poterimus: Et ego dicta *Iſabella*, & hæredes mei vel aſſignati, omnia prædicta tenementa, terras & poſſeſſiones, ſervitia & Eccleſiarum advocationes, abſq; omni ſervitio terreno, prædictis Priori, & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium huic confirmationi & quietæ clamationi Sigillum meum appoſui. Hiis Teſtibus, Domino *Hugone* de *Hercy*, Domino *Roberto* de *Saundby*; Domino *Laurencio* de *Chauworth* Militibus; *Roberto Pover*, *Roberto* de *Wlrington*, *Roberto* de *Lanum*; *Roberto* de *Bekyngham*; *Henrico* de *Sutton*; *Johanne* filio *Radulfi*; *Willielmo* de *Aubeny*; & aliis. Data per manum noſtram apud **Notingham**, Sexto die *Septembris.*

ABBATIA

de Novo loco *ſuper* **Ancolm**, *in agro* Lincolnienſi.

Diploma Regis Edwardi *ſecundi, Cartam fundationis ejuſdem Abbatiæ, per Regem* Henricum *ſecundum factam, recitans & confirmans.*

REx Archiepiſcopis &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam, quam celebris memoriæ Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* progenitor noſter fecit in hæc verba. *H.* Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ*, *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Juſticiariis, Baronibus, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me dediſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Magiſtro *G.* & Canonicis Ordinis de **Sempingham** in inſula de **Rucholm**, in territorio de **Cadeneſ**,

Cart. 13. E. 2. n. 21.

quæ *Novus Locus* dicitur, Deo & beatæ *Mariæ*, ſecundùm regulam beati *Auguſtini*, & inſtituta Ordinis de **Sempingham** perpetuò ſervientibus, ipſum locum habitationis ſuæ, & duas carucatas terræ & dimidiam; & unam bovatam terræ & dimidiam; & unam acram terræ, quæ vocatur *Grovie acre*, quæ ſunt in dominico meo in territorio de **Kadenei**, & de **Huſum** in ſochâ de **Caſtre**, cum univerſis pertinentiis ſuis, quæ ſolebant reddere michi annuatim octo libras & decem ſolidos. Et unam bovatam terræ in territorio de **Hibaldeſtowe**, quæ fuit *Ricardi* de *Hibaldeſtowe*: Similiter locum habitationis ſuæ in Inſulâ territorii de **Hibaldeſtowe**, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & Reginæ *Alienoræ* & hæredum meorum, & omnium Regum fidelium, qui futuri ſunt, poſt dies meos; & pro ſtatu regni mei, & pro animâ Regis *H.* avi mei, & *Galfridi* patris mei, & omnium anteceſſorum meorum. Præterea conceſſi eis ut faciant conductum aquæ, de *Ancolnâ* & de *Kadeneiâ*, quocumq; modo meliùs & utiliùs provideri poterit in prædicta terrâ, quam eis dedi ad neceſſarios uſus ſuos. Dedi etiam eis in perpetuam elemoſinam quinq; bovâtas terræ cum pertinentiis ſuis, in **Herdewych**, quas *Ivo* & anteceſſores ſui tenuerunt; pro quibus ipſi *Ivoni*, & domino ſuo *Stephano* filio Camerarii, dedi eſcambium de meo proprio dominio, ad libitum eorum.

Quare volo & firmiter præcipio, quod jam dicti Canonici omnes terras ſuas, & tenuras, & omnes poſſeſſiones ſuas, & homines ſuos habeant & teneant benè & in pace, liberè & quietè, integrè & plenariè, & honorificè, in boſco & plano, in pratis & paſcuis; in aquis & piſcariis; in mariſcis & foreſtis; in molendinis & ſtagnis; in toftis & croftis; in viis & ſemitis; in Civitate & burgo; in foris & nundinis quorumcumque ſint; in tranſitu pontium & maris portuum; & in omnibus locis, per totam *Angliam* & *Normanniam*; & per omnes terras meas ſint quieti, tam ipſi quàm homines ſui de *thelonio*, & *pontagio*, & *leſtagio*, & *ſtallagio*, & *hidagio*; & wardis, & operibus Caſtellorum & pontium; & parcorum & ſummagiis, & de omnibus *geldis*, & *danegeldis*; & *fengeldis*; & *horngeldis*, & *penigeldis*, & miſericordiis, & forisfacturis, & auxiliis, & wapentachiis, & Hundredis, & tridingis, & Sciris, & murdris, & de omnibus auxiliis Vicecomitum, & miniſtrorum ſuorum, & de ſcutagiis, & aſſiſis, & ſummonitionibus, & tallagiis, & franco plegio, & *bornewyng*; & de omnibus occaſionibus, & conſuetudinibus; & de averiis ſuis in manum capiendis, & de omni terreno ſervicio & ſeculari exactione. Habeant verò prædicti Canonici Curiam ſuam, & juſtitiam, cum *ſacâ* & *ſocâ*, & *tol* & *tem*, & *infangenetheof*, cum omnibus aliis libertatibus. Nec habeant Vicecomites, nec miniſtri eorum, aliquam poteſtatem in feudis, aut terris, ſeu hominibus, vel poſſeſſionibus prædictorum Canonicorum. Et ſi quis verſùs prædictos Canonicos, de tenementis vel rebus ſuis aliquid clamaverit, ſeu eos in aliquo vexare, vel in placitum ponere voluerit, prohibeo ne pro aliquo reſpondeant, nec in placitum intrent; niſi coram me: Nec aliquis eos placitare faciat niſi coram me. Teſtibus *Galfrido Cantuarienſi* Archidiacono *Ricardo Pictavenſi* Archidiacono, *Reginaldo* Archidiacono, *Saleſbiriæ*, & *Johanne* Decano de *Sareſbiriâ*; *Ricardo* de *Humet* Conſtabulario; *Willielmo* de *Sancto Johanne*, *Willielmo* filio *Andelinæ*, apud *Burmoun*.

Carta Regis Henrici *tertii*, *Conventionem inter Abb. & Conv. de* Longavillâ, *& Canonicos de* Novo loco *ſuper C. ſolidatas terræ, in ſokâ de* **Kirketon**, *confirmans*.

Videſis Cart. 1. Job. p. 2. n. 127.

INſpeximus eciam Cartam confirmationis, quam dominns *H.* quondam Rex *Angliæ* avus noſter fecit in hæc verba. *H.* Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos conventionem factam inter Abbatem & Conventum de *Longa villâ* Ordinis *Ciſtercienſis*, & Priorem & Conventum de *Novo loco* in *Angliâ*, Ordinis *Simplingehamenſis*; *viz.* quod dicti Abbas & Conventus dederunt & conceſſerunt prædictis Priori, & Conventui, centum ſolidatas terræ in ſokâ de **Kirketon**, quas habuerunt in puram & perpetuam elemoſinam de dono *Reginaldi* quondam Comitis *Boloniæ*, & *Idæ* Comitiſſæ, ad firmam perpetuam; ut eas habeant & teneant in omnibus & per omnia, ſicut dictis Abbati & Conventui aſſignatæ erant in **Hibaldeſtowe**, & **Gameleſthorp**, pro centum ſolidis annuis, ſicut pleniùs continetur in ſcripto de prædictâ conventione inter eos confecto, gratam habere & acceptam, & eam pro nobis & hæredibus noſtris concedimus, & hac Cartâ noſtrâ confirmamus, ſicut eadem conventio rationabiliter eſt inter eos confecta. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *R. Cyceſtriæ* Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud **Wodeſtok**, ſexto decimo die *Junii*, anno regni noſtri ſexto decimo.

Carta Regis Johannis *de terrâ in* Cadeneiâ, *quæ vocatur* **Huſum**.

INſpeximus etiam Cartam, quam dominus *J.* quondam Rex *Angliæ*, progenitor noſter, fecit in hæc verba. *Johannes* Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis nos, pro ſalute noſtrâ, & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, dediſſe, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe, Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis* de *Novo loco* in *Lyndeſeiâ*, & Canonicis Ordinis de **Sempingeham** ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, terram quandam in *Cadeneiâ*, quæ vocatur **Huſum**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ conſuevit nobis reddere ad Scaccarium ſexaginta & ſex ſolidos per annum. Quare volumus (&c.) Data per manum *Simonis* Archidiaconi *Wellenſis*, apud *Beverlacum*, *xxv.* die *Januarii*, regni noſtri anno ſecundo.

Nos autem donationes, & confirmationes prædictas, ratas habentes, & gratas, eas, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Priori & Canonicis loci prædicti, qui modo *Novus Locus* ſuper **Ancolnt** nuncupatur, & eorum ſucceſſoribus, concedimus & confirmamus, ſicut Cartæ prædictæ rationabiliter teſtantur (&c.) Data per manum noſtram apud *Eboracum xii.* die *Octobris.*

De poſſeſſionibus eiuſdem Abbatiæ de Novo loco, 3. Edwardi 1.

Ex Rotulo Hundredorum de com. *Linc.* 3. E. 1.

MAgiſter Ordinis de **Semperingham** habet ſitum Abbatiæ de *Novo loco*, duas Carucatas terræ, & dimidiam; unam bovatam terræ & dimidiam; & unam acram terræ in **Cadeney**, & **Huſum**: Et in **Heriewyke** *v.* bovatas terræ, cum pertinentiis in dominico, ex dono *Henrici* regis attavi domini regis *Edwardi*, qui nunc eſt; & valet per annum *x.* libras.

Item idem Magiſter habet in **Huſum**, & **Cadeney** tres libratas terræ, & ſex ſolidatas, ex dono Domini *Johannis* regis in elemoſinâ.

Carta Fundationis ejuſdem per Petrum *filium* Henrici *de* Bilingeyâ.

Inter Memoranda Scacc. de anno 8. H. 4. Rot. 11.

HEnricus *Dei gratiâ* Rex *Angliæ* (&c.) *omnibus* (&c.) *Salutem, Sciatis quod inſpeximus quoddam Recordum annotatum in Memorandis Scaccarii noſtri*; viz. *inter Recorda de termino* Paſchæ *Anno regni Regis* Henrici, *poſt Conqueſtum quarti, progenitoris noſtri octavo, Rotulo undecimo inter alia continetur.* Lincoln. *Memorandum* (&c.) Cunctis Chriſti fidelibus, *Petrus* filius *Henrici* de *Bilingeyâ* ſalutem: Noveritis me dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, Deo & beatæ *Mariæ*, & Sanctimonialibus Ordinis de **Sempingham**, & fratribus earum, Clericis, & Laicis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, quicquid habui, habeo, vel de cætero, aliquo jure, imperpetuum potero habere infra Inſulam quæ vocatur **Catheley**, & mariſco de **Walecote**, uſq; ad antiquum curſum aquæ, juxta mariſcum de **Diggeby**, ad inhabitandum in eâ & Deo ſerviendum imperpetuum, cum omnibus commoditatibus, & pertinentiis ſuis; *viz.* cum boſco, & fundo, plano, pratis, paſturis, mariſcis; cum aquis, piſcariis, & cum ſuis foſſatis, ex omni parte dictæ Inſulæ de **Cateley** fundata & facta; Et molendinum aquatilium in eadem Inſulâ, & ſtagnum ad illud factum totum, cum ripis ſuis, utriuſq; partis, & cum toto curſu aquæ ſuper ſolum feodi mei; *viz.* à **Mykelmare** de **Thorp**, ex utraq; parte, uſq; **Wlfbarne-Rouhe**, verſùs **Bilinghey**; & cum totâ piſcariâ ejuſdem ſtagni, infra prædictas metas, in puram elemoſinam; & cum conductu aquæ ad omnes ſuos uſus neceſſarios, quacunq; parte voluerint, tam extra feudum meum quàm infra, ſecundùm quod viderint meliùs, pro commodo ſuo proprio expedire omni horâ, & tempore anni, ſine omni impedimento & calumpniâ mei ſeu hæredum meorum imperpetuum.

Dedi etiam eiſdem ſitum grangiæ, inter **Walecote**, & mariſcum, ſuâ cum clauſurâ & foſſatis ſuis, & cum duabus culturis terræ arabilis juxta ſuam grangiam jacentes, quarum una vocatur **Suthcroft**, & altera vocatur **Weſtcroft**, cum libero introitu, & exitu, per feudum meum ubiq; & duas carrucatas terræ in territorio de **Walecote**, cum tribus toftis in eadem villâ, cum omnibus pertinentiis ſuis; & paſturam in mariſco meo de **Gubian** ad animalia ſua, cujuſcunq; generis fuerunt ibidem nutrienda, & cum ſitu Vaccariæ ſuæ in eadem paſturâ. Præterea dedi eiſdem Monialibus & fratribus earum unam culturam terræ arabilis, quæ vocatur **Calkecliffe** in territorio de **Caldecote**, cum aliis tribus culturis terræ, & duabus culturis prati in eodem territorio; quarum una jacet apud **Hallegarthdyke**, & una juxta **Bilingeydyke**; & duæ culturæ prati jacent in quodam . . . . . . ſubter **Walecote**, à parte Boreali, quæ vocatur *le* **Meire** diviſim; & tertia vocatur **Croked** & **Furlang**, buttans ſuper **Bilingeydyke**, quas *Oſbertus Preſter* de **Corby**, quondam de patre meo ad firmam tenuit. Dedi etiam dictis Monialibus, & ſuis fratribus Eccleſiam Sancti *Andreæ* de *Bylingei*, ad ſuos uſus proprios perpetrandam & poſſidendam; & ſex bovatas terræ arabilis in territorio de **Bilyngay**, cum omnibus ſuis pertinentiis, & cum duobus toftis in eadem villâ, & Capellam de **Walecote**, ſine onere, quia illa eſt annexa dictæ Eccleſiæ; & dimidiam carucatam terræ, in campis de **Bylyngay**; duas bovatas, quas *Gerardus* tenuit, & duas quas le . . . . tenuit, cum toftis & aliis ſuis pertinentiis. Similiter dedi & conceſſi eiſdem Fragium, Focalia, & Coopertoria ſufficientia ſine aliquo impedimento ad omnes ſuos uſus neceſſarios in omnibus mariſcis, & communibus villæ de **Billingey**, & **Walecote** ſpectantibus; & paſturam ad ducentas oves in territorio de **Walecote**, & ad ducentos in territorio de **Bylingay**. Hæc omnia ſupradicta cum univerſis ſuis pertinentiis, & commoditatibus infra villam & extra, ubiq; per feodum meum; & cum liberis introitibus & exitibus, ſine aliquo retenemento dedi & confirmavi eiſdem in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, pro animabus anteceſſorum & hæredum meorum: Et ego & hæredes mei warantizabimus omnia prædicta prædictis Sanctimonialibus, & earum fratribus, Clericis & laicis, & defendemus de omnibus rebus erga dominum regem & omnes dominos meos, & omnes homines imperpetuum. Hiis teſtibus, *Rogero* Decano de **Scalby**; *Roberto* Clerico de **Scroxton**; *Henrico* de *Marton*; *Willielmo Vacelyn*; *Rogero* Clerico & totâ parochiâ de **Bilyngey**: Quæ omnia & ſingula, ad requiſitionem dilectorum noſtrorum *Willielmi Maſon* & *Johannæ* uxoris ejus, conſanguineæ & hæredis prædicti *Petri* de *Bilyngey*, ſub ſigillo Scaccarii noſtri duximus exemplificanda.

PRIORATUS

de Katteley *in agro* Lincolnienſi.

Carta Petri *filii* Petri *de* Belyngey *anteceſſorum ſuorum donationes confirmans.*

Ibid.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quàm futuris, quod ego *Petrus* filius *Petri* de *Belyngeiâ*, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo, & Sanctimonialibus de *Catleiâ*, & fratribus earum, Clericis, & Laicis, omnes donationes anteceſſorum meorum, quas dederunt, & Cartis ſuis confirmaverunt in territoriis de *Bylingeiâ*, & de **Walcot**, & pertinentiis earum prædictæ domui; Scilicet, ipſum ſitum Abbathiæ, & adjacentibus, & pertinentiis ejus, & Eccleſiam de *Belyngeiâ*, cum Capellâ de **Walcote**, & cæteris pertinentiis ſuis: Et præter alias terras, & elemoſinas, quas habent in territoriis prænominatarum villarum; *ſcilicet* **Belyngey** & **Walcote**, ſicut Cartæ donatorum teſtantur, de feodo noſtro; in boſco, & plano; in villis & extra villas; in viis, & ſemitis, in liberis introitibus, & exitibus; in campis, & Mariſcis; in pratis, & paſcuis; in aquis, & piſcariis, & in omnibus locis, cum communi paſturâ, & omnibus libertatibus, & ayſiamentis ad prædictam pertinentibus, ſicut meliùs, & liberiùs habuerunt in diebus patris mei, vel anteceſſorum meorum. Præterea dono eis, de dono meo, unam acram terræ in *Bylingeiâ*, ex occidentali parte Bercariæ ſuæ, quæ vocatur **Wych**, propinquiorem extra foſſatam, pro ſalute animæ meæ, & ſponſæ meæ, & hæredum noſtrorum; & præcipuè patris mei, & omnium fidelium, in puram & perpetuam elemoſinam. Hæc omnia prænominata conceſſi, & confirmavi præfatis monialibus de *Cateleiâ*, & warantizabimus eis ego, & hæredes mei poſt me, erga Regem, & Dominos, & omnes homines imperpetuum, ſicut puram & ſpecialem, atq; perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus, *Willielmo* filio *Radulphi* de *Ledenham*, *Adâ Blundo Linc*: & *Johanne* fratre ejus; *Johannie* filio *Hugonis Flamang*, *Wygoto Vinetario*; *Johanne Rufo*; *Thomâ* Capellano; *Godfrido* Preſbitero; *Willielmo* filio *Willielmi*, filii *Thomæ* de *Digby*; & *Herveio* Præpoſito, *Radulpho* de *Funtenei*; *Rogero* de *Sempingham*; *Rogero* Clerico; *Rogero* Puero Prioris; *Galfrido* de Hoſpitio; *Thomâ* filio *Willielmi* de *Paris*; *Waltero Delum*; & *Fulcone* filio *Mauritii*; *Roberto* Præpoſito de *Belyngeiâ*, & cæteris hominibus ejuſdem villæ.

PRIORATUS

S. Katherinæ, *in ſuburbio Civitatis* Lincolnienſis.

Carta Regis Henrici *ſecundi*, *fundationem ejuſdem*, *per* Robertum Linc. *Epiſcopum*, *& diverſas terras & Eccleſias confirmans.*

Cart. 1. E. 3. n. 28. per Inſpex.

H Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſc. (&c.) ſalutem. Sciatis me ad petitionem *Roberti* ſecundi Epiſcopi *Linc.* Epiſcopi, & Capituli *Lincoln.* conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Eccleſiæ Canonicorum Ordinis de **Sempingham**, quam præfatus *Robertus* Epiſcopus *Lincolniæ*, aſſenſu Capituli ſui, fundavit juxta Civitatem *Lincolniæ*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, præbendam de **Canewich**, cum omnibus pertinentiis ſuis: & quinque bovatas terræ in **Wiggeſle**, cum omnibus pertinentiis ſuis: Et Eccleſias de **Newerc**, & de **Norton**, & de **Martune**, & de **Newetune** cum omnibus pertinentiis ſuis, & duas manſuras in burgo de **Newerc**, & domos cum terrâ ab aquilonali parte & orientali matris Eccleſiæ de **Newerc**; Et quatuor bovatas terræ in campis de **Newerc**, cum manſuris; Et *xx.* acras in bruerâ, & manſuram, quam priùs habuerat ipſa Eccleſia de **Newerc**, cum duabus bovatis terræ in campis ejuſdem villæ, Et Capellam Apoſtolorum *Philippi* & *Jacobi*, in Caſtello ejuſdem villæ, fundatam, & antiquitùs matri Eccleſiæ datam, cum decimo denario totius telonei de burgo de **Newerc**, exceptis nundinis. Et tres bovatas terræ in **Baldertune** cum manſuris; Et quatuor ſolidatas terræ quas *Malgerus* tenuit in **Newerc**. Conceſſi etiam eis Eccleſiam de **Bracebrigge**, cum unâ bovatâ terræ, & manſurâ, & cum omnibus pertinentiis ſuis in **Bracebrigge**. Prædictorum verò Canonicorum curæ & cuſtodiæ Hoſpitale *S. Sepulchri Linc*: & poſſeſſiones omnes pauperum & fratrum illius conceſſi, & præſenti Cartâ confirmavi. Quare volo (&c.) Hæc omnia conceſſi prædictæ Eccleſiæ, pro anima Regis *H.* avi mei, & pro animâ *M.* Imperatricis matris meæ, & pro ſalute meâ, & *A.* Reginæ, & hæredum meorum; & pro ſtatu Regni mei. T. *Rogero Eborac.* Archiepiſcopo; *Hugone Dunelmenſi*; *Hilario Ciceſtrenſi* Epiſcopis: *Reginaldo* Comite *Cornubiæ*; *Rogero* de *Mulbrai*, *Reginaldo* de *Curtenai* apud *Weſtmonaſterium*.

PRIORATUS

de **Heyninges**, *in agro* Lincolnienſi.

Carta Regis Henrici *tertii*, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 52. H. 3. m. 5. per Inſpex.

Henricus (&c.) Inſpeximus Cartam, quam *Reynerus* de *Evermu* fecit Deo & beatæ *Mariæ* & omnibus ſanctis & fratribus ac ſororibus de **Heyninges** ibidem religioſè converſantibus, in hæc verba. Epiſcopo *Lincolniæ*, & Capitulo, & omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, *Reynerus* de *Evermu* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me conceſſiſſe, dediſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & omnibus ſanctis, & fratribus & ſororibus de **Heyninges** ibidem religioſè converſantibus, totum nemus, ubi habitant, & communem paſturam mariſcorum, & turbariam; & duas hirſtes circumjacentes; & ſartum juxta mariſcum; & Warnotum de **Linley**, & angulum prati de **North**, cum duabus acris de Creis, in eodem prato; & veterem piſcariam de **North**; & Eccleſiam de **Uptone**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & duas garbas de dominio meo de *Clineyâ*, & decem ſticcas anguillarum de Eccleſiâ de *Clineyâ*, ſalvâ donatione ejuſdem Eccleſiæ mihi & hæredibus meis. Concedo etiam prædictis Sanctimonialibus, omnes decimas ſuas de eadem parochiâ, quietas; & unam Carucatam terræ in *Holowellâ*, quam *Agnes* filia mea tenet, quando ſe demiſerit de eadem terrâ quocunq; modo. Hæc omnia conceſſi prædictis Sanctimonialibus, & dedi in liberam & puram, & perpetuam elemoſynam, & ſolutam ab omni ſeculari ſervicio. Teſtibus *Gwaltero* de *Amundevill*, & uxore ejus *Haviz*, & *Joſt.* & *Gulielmo* de *Evermu*, *Gilberto* de *Nevill*, *Guilelmo* filio *Roberti* (&c.)

Inſpeximus etiam Cartam, quam *Odo* de *Sanctâ Cruce* fecit eiſdem fratribus & ſororibus, in hæc verba. *Odo* de *S. Cruce* omnibus (&c.) Notum vobis omnibus fieri volo, quod ego & *Odo* filius & hæres meus, dedimus & conceſſimus Deo & S. *Mariæ* & Sanctimonialibus de **Heyninges**, *xl.* acras terræ, cum communi paſturâ in campis de **Uptone**, *xx.* *ſcilicet* ex unâ parte villæ, & *xx.* ex alterâ parte; tenendas & habendas imperpetuum, pro *iii. s.* annuatim reddendis, *xviii. d.* in dominicâ ramis Palmarum & *xviii. d.* ad feſtum S. *Michaelis* pro omni ſervicio (&c.) Teſtibus, *Willielmo* filio *Oberti* Archid. *Jordano* Theſaurario, & *Adam* filio ejus (&c.) Nos autem prædictas donationes (&c.) confirmamus (&c.) Datum per manum noſtram apud *Lincolniam* *xvi.* die *Auguſti*, anno regni noſtri *Lii.*

PRIORATUS

de **Holland-brigg**, *in agro* Lincolnienſi.

De fundatione ejuſdem per Godwynum *divitem de* Lincolniâ.

Claus. 7. E. 3. p. 1. m. 24.

Rex dilectis & fidelibus ſuis *Galfrido* le *Scrope*, & ſociis ſuis Juſticiariis ad Placita coram nobis tenenda aſſignatis, ſalutem. Cum nuper comperto per Inquiſitionem, captam coram *Roberto* de *Malberthorpe*, & ſociis ſuis nuper Juſticiariis noſtris, ad ſupervidendum wallias, foſſata, gutteras, ſeweras, pontes, calceta, & gurgites in partibus de **Keſtevene** & **Holand**; & ad quædam alia in commiſſione noſtrâ eis factâ, facienda & explenda aſſignatis per Breve noſtrum, quod Prior Capellæ S. *Salvatoris* reparare deberet & ſuſtentare calcetum de **Holandbrigg**, & triginta pontes ſuper eodem, per certas metas & bundas: Ad proſecutionem ejuſdem Prioris, aſſeritis ipſum de hujuſmodi reparatione & ſuſtentatione onerari non debere, Recordum & proceſſum Inquiſitionis prædictæ coram nobis venire fecerimus. Ac poſtmodum per petitionem ejuſdem Prioris, coram nobis & conſilio noſtro in Parliamento noſtro *Eboraci*, ultimo convocato, exhibitam; accipientes, quod in redditione judicii ſuper proceſſu negotii prædicti, coram nobis poſtmodum habito, error intervenit manifeſtus, ad dampnum ipſius Prioris non modicum & gravamen; tenorem Recordi, & proceſſus inde habitorum, coram nobis & conſilio noſtro prædicto in eodem Parliamento venire fecerimus. Et quia per inſpectionem tenoris Recordi & proceſſus prædictorum, coram nobis & conſilio noſtro in eodem Parliamento examinatorum pleniùs apparet, quod *Godewinus* dives de *Lincolnia*, fundator ejuſdem Prioratus, locum S. *Salvatoris* de *Ponte-Aſlaci*, & quædam alia terras & tenementa, fratribus Ordinis de **Sempyngham** ibidem commorantibus dedit & conceſſit; ita quod bona indè provenientia ibidem ad laudem S. *Salvatoris*, & fratrum in eodem loco commorantium ſuſtentationem expenderentur, & quæ ſuperfuerint in prædicti pontis reparationem apponerentur, & quod error in redditione judicii prædicti intervenit; in eo, quod per Cartam fundatoris prædicti, ſuſtentatio prædictorum Prioris & fratrum primò ſalvata exiſtit, ut eſt dictum; ita quod illud quod ſupereſt, in reparatione Calceti prædicti apponi debet; ac per judicium illud ſuſtentatio eorundem Prioris & fratrum, quæ eſt principalis, ponitur acceſſoria; Et ſic conſideratum eſt in eodem, contra fundationem prædictam, quod calcetum priùs reparetur, & eorum ſuſtentatio poſtmodùm ſit ſalvata: Volentes id, quod in hac parte minus ritè conſideratum eſt, prout convenit, emendari; vobis mandamus, quod viſis Recordo & proceſſu negotii prædicti, coram vobis, ut dicitur exiſtentibus, Recordum & proceſſum prædicta in hac parte emendari faciatis, & nos de valore terrarum & tenementorum fratribus Prioratus prædicti, per præfatum Fundatorem ſuum collatorum; necnon de viâ aliquâ, per quam reparatio dicti Calceti præfatum Priorem contingens, in certo poni poterit, informetis; Et taliter ulteriùs ordinetis, quod judicium inde reddatur, & diſtrictioni eidem Priori, præmiſſâ occaſione factæ, ſuperſederi faciatis, pendente coram nobis prædicto negotio indiſcuſſo. *T.* Rege apud *Pontemfractum x.* die *Februarii.*

PRIORATUS

de **Malton** *in agro* Eboracenſi.

Carta Fundationis ejuſdem, per Euſtachium *filium* Johannis.

Ex Regiſt. de **Malton** in bibl. *Hatton.* f.34.a. Videſis etiam Eſc. 8. E.2. n.63.

E*uſtachius* filius *Johannis*, Cunctis Chriſti fidelibus, tam futuris, quàm præſentibus, ſalutem in Chriſto: Cupiens providere ſaluti animæ noſtræ, & uxoris meæ, & filiorum, & parentum meorum, dedi in perpetuam elemoſinam Deo, & beatæ *Mariæ*, & Canonicis, de Ordine de **Semplingham**, qui Deo ſerviunt, ſecundùm regulam Sancti *Auguſtini*, & Apoſtolicam doctrinam, locum religioni aptum; *viz.* Eccleſiam de **Malton** cum omnibus qui ad eam pertinent, tam in Capellis, & terris, quàm in cæteris rebus: Dedi etiam illis unam carucatam terræ in eadem villâ cum manſurâ demenii mei, & virgulto. Præter hæc dedi eis Eccleſiam Sancti *Petri* de **Wintringham**, cum manſurâ demenii mei, in occidentale parte prædictæ Eccleſiæ, & duo molendina in eadem villâ, cum omnibus pertinentiis ſuis, in decimis, & in terris, in pratis, & in paſcuis, in molendinis, & in aquis, in mareſco, & in plano, & in vaſto, & omnibus aliis rebus & libertatibus, quæ antiquitùs eidem Eccleſiæ de **Wintringham** adjacebant, vel datæ ſunt: Et villulam quæ vocatur *Lintunia*, cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in pratis, & paſturis, quàm in terris, & cæteris rebus. Hæc autem omnia dedi eis in perpetuam poſſeſſionem, ut ea liberè, & quietè teneant & poſſideant ſine omni exactione, & ſeculari ſervicio, pro ſalute animæ meæ, & Patris mei, & Matris meæ, & anteceſſorum & omnium parentum meorum, vivorum & mortuorum: Et ego & hæredes mei warantizabimus omnia hæc erga omnes homines. Hujus donationis meæ teſtes ſunt Dominus *Henricus* Archiepiſcopus *Ebor.* Magiſter *Rob.* de Hoſpitali, *Adam* Abbas de *Melſâ*, *Walterus* & *Ricardus* Capellani, *Guarinus* Clericus, *Will. Latimer*, *Will.* filius *Guer*, *Will.* filius *Walonis*, *Johannes Dapifer*, *Robertus Fraſer*, *Albertus*, *Brienus*, *Aelardus*, *Rog.* filius *Willielmi Cuneſter*, & etiam Domina *Agnes* uxor mea.

Carta ejuſdem Euſtachii, *de Eccleſia de* **Brumpton.**

Ibid.

Cunctis Chriſti fidelibus *Euſtachius* filius *Johannis* ſalutem: Vobis omnibus innoteſcat, quod ego *Euſtachius*, divino ductus inſtinctu, conceſſi & dedi, quantum fas eſt laicæ perſonæ, & hac Cartâ meâ confirmavi Canonicis beatæ *Mariæ* Virginis de **Malton**, Eccleſiam de **Brumtune**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, ad ſuſtentationem eorum, & ad profectum animæ meæ, & hæredum meorum & pro animâ *Galfridi* filii mei, & *Ricardi* fratris ſui, & pro animabus omnium parentum meorum & amicorum: Ego verò & hæredes mei guarantizabimus eis hanc elemoſinam erga omnes homines. Hiis teſtibus, *Warino* Capellano, *Ric.* Capellano, *Adâ* Abbate de *Melſa*, *Rob.* de *Templo*, & aliis.

Carta Will. *de* Veſci, *de* **Ormeſby**, *&* **Spaldingham.**

Ibid.

Prioratus de Ormeſby.

Sciant præſentes & futuri, quod ego *Will.* de *Veſci* dedi & hac Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & fratri *Gilberto* Magiſtro Ordinis de **Sempingham**, & Sanctimonialibus de **Ormeſby**, earumq; fratribus, Clericis & layicis, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, &c. Heremitorium de **Spaldingholm**; & à *Brendhac*, ex auſtrali parte viæ, quæ ducit verſùs orientem uſq; in *Fulna*, & iterum verſùs Aquilonem in latitudine quarencena & dimidia, & indè uſq; *Fulnam* in longitudine, ut ſit ejuſdem latus juxta *Fulnam*, quàm juxta **Brandach.** Et communem paſturam in vicino nemore & mariſcæ quadraginta vaccis, cum ſectâ unius anni, decem juvencis, cum ſectâ unius anni; & in nemore, quantum ſuppetit uſui fratrum ...... ſine donatione & venditione & vaſto. Præterea dedi eis ..... in puram & perpetuam elemoſinam, ſufficientem paſturam *CC.* ovibus ubiq; in territorio de **Spaldingholme**, in campis & moris, pratis, & paſcuis, & planis, ſiccis & humidis, cum liberis introitibus & exitibus, & omnibus libertatibus & aiſiamentis infra villam & extra; & communem paſturam omnibus aliis averiis ſuis prædictis ubiq; in feodo meo, inter aquam de *Fulna* & **Derwent**, ſimul cum toſto ubi fratres manent dudum eis accomodato, ita quod ſi aliquid ſcriptum ſignatum Sigillorum dictorum Magiſtri *G.* vel Monialium huic dono contrarium fuerit inventum, nullius virtutis robur optineat, nec habeat. Et ego dictus *VVill.* & hæredes mei warantizabimus & defendemus, & adquietamus eis omnia prænominata, ſicut prædictum eſt, contra Regem, & omnes homines & fœminas imperpetuum. Hiis teſtibus, &c.

Carta Willielmi *filii præfati* Euſtachii, *de Eccleſiâ de* **Watton**, *cum ipſâ villa.*

Ib.f.34.b. CUnctis Chriſti fidelibus *Will.* de *Veſci* ſalutem: Notum ſit vobis, quod ego *Will.* de *Veſci*, cupiens profectum, tam corporis mei quàm animæ meæ, & Patris mei, & Matris meæ, & Fratris mei *Galfridi*, necnon & aliorum parentum meorum, præſentium & ſubſequentium; conceſſi, & quantum ad me pertinet, dedi, & hac Cartâ meâ confirmavi omnes donationes, quas Pater meus *Euſtachius* filius *Joh.* dedit, tam Canonicis quàm Monialibus, ſive in *Wathona*, ſive in *Maltona*, ſive in **Wintringham**, ſive alibi; *viz.* Eccleſiam de **Wintringham** cum manſurâ demenii mei in occidentali parte Eccleſiæ S. *Petri*: Et duo molendina in eadem villâ, & villulam quæ vocatur *Lingtona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnibus aliis rebus quæ antiquitùs prædictæ Eccleſiæ de **Wintringham** datæ ſunt. Et Eccleſiam de *Maltona*, cum omnibus quæ ad eam pertinent, tam in Capellis & in terris, quàm in cæteris rebus. Conceſſi etiam & dedi Monialibus, ſuiſq; fratribus Eccleſiam de **Watton**, cum ipſâ villâ, ſicut Pater meus eis dedit & conceſſit, & *Willielmus Foſſard* Cartâ ſuâ confirmavit. Hæc omnia verò conceſſi & dedi eis in perpetuam poſſeſſionem, ut ea liberè, & quietè teneant ſine omni exactione & ſeculari ſervicio, pro ſalute animæ meæ & Patris mei, &c. Hiis teſtibus, &c.

Carta ejuſdem Willielmi *de Eccleſiâ de* **Anecaſtre.**

Ibid. CUnctis Chriſti fidelibus *Will.* de *Veſci* ſalutem: Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe & dediſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Canonicis Eccleſiæ beatæ *Maria* de **Malton**, Eccleſiam de **Anecaſtre**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & quicquid juris in eâ habui, in puram & perpetuam elemoſinam, pro animabus Patris & Matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum; necnon & pro ſalute mei & meorum, ſicut aliqua elemoſina liberiùs dari poteſt: Et hanc elemoſinam warantizabo eis, & hæredes mei poſt me imperpetuum. Hoc autem feci aſſenſu & conſilio venerabilis viri *Rob. ſcil. Lincoln.* Epiſcopi, & in manu ejus hanc donationem poſui, & teſtimonio ejus corroboravi, &c.

Carta præfati Willielmi.

Ib.f.35.a. CUnctis Chriſti fidelibus *Will.* de *Veſci* ſalutem: Notum ſit vobis, quod ego *Will.* de *Veſci*, cupiens profectum tam corporis mei quàm animæ meæ, & Patris mei, & Matris meæ, & fratrum meorum *Galfridi* & *Ricardi*, necnon & aliorum parentum meorum præſentium & ſubſequentium, dedi, conceſſi, & hac Cartâ meâ confirmavi omnes donationes, quas Pater meus *Euſtachius*, filius *Johannis*, dedit Canonicis de **Malton**; *viz.* Eccleſiam de **Malton**, cum omnibus quæ ad eam pertinent; tam in Capellis & in terris, quàm in cæteris rebus; & manſuram demenii mei, cum virgulto, cum omnibus aiſiamentis ad quæcunq; facere voluerint præfati Canonici ad profectum domus ſuæ, tam in ſtagno, quàm in curiâ ſuâ: Et molendina veteris *Maltonæ*, cum omnibus pertinentiis ſuis; & piſcariam in aquâ de **Derewent** per totum dominium meum.

Dedi etiam prædictis Canonicis meis de **Malton** unam acram terræ in morâ prædictæ villæ de **Malton**, ad bercariam faciendam; & totum pratum meum ex orientali parte pomerii *Rogeri* de *Laſcels* in eadem villâ. Dedi etiam & conceſſi dictis Canonicis meis Eccleſiam de **Wintringham**, cum manſurâ demenii mei in occidentali parte Eccleſiæ S. *Petri* in eadem villâ, cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus, & aliis rebus, quæ antiquitùs eidem Eccleſiæ adjacebant, vel datæ fuerunt; *viz.* omnimodas decimas quatuor carucatarum terræ de feodo meo in **Staniſtone**; & duas partes omnimodarum Decimarum duarum carucatarum terræ in **Thurgelby**; & duas partes omnimodarum decimarum terræ meæ in **Penſom**, cum totâ decimâ villæ de *Brendâ*: Et duas partes decimarum de dominicis terris meis in Parochiâ de **Helpringham**: Et duas partes decimarum terræ meæ in **Catthorp**; & omnimodas decimas Capellæ de **Saureby**, juxta **Treſk**; quæ omnes & ſingulæ antiquitùs ad Eccleſiam de **Wintringham** prædictam pertinere dinoſcantur.

Dedi etiam & conceſſi eiſdem Canonicis meis duo molendina in villâ prædictâ de **Wintringham**, in villulâ quæ vocatur *Linctona*, cum omnibus ſuis pertinentiis, & duas culturas terræ in campo de **Wintringham**, quarum una vocatur le *Nureflat*, altera eſt ad capud de *Cornemalflat*: Et totum ambitum antiqui vivarii, & Capellam S. *Helena*, cum ſitu, ſicut includitur. Præterea dedi eiſdem Canonicis meis locum qui dicitur le **Berlote**, ſicut includitur; & ſimiliter locum qui vocatur le **Bouhouſe**, juxta **Cnaptone**, cum ſufficienti paſturâ per totum dominium meum, & totum quod dicitur **Depeker**. Hæc omnia conceſſi & confirmavi dictis Canonicis meis in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio, pro ſalute meâ & *Euſtachii* filii mei, & pro animâ *Euſtachii* Patris mei, & *Beatricis* Matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum. Ego verò & hæredes mei guarantizabimus omnia prædicta dictis Canonicis meis erga omnes homines imperpetuum. Hiis teſtibus, &c.

Carta Burgæ *uxoris ejuſdem* Willielmi, *de Eccleſiâ de* Langetonâ.

Ibid. b. CUnctis Chriſti fidelibus *Burge* uxor Domini *Willielmi* de *Veſci* ſalutem: Vobis omnibus innoteſcat, quod ego *Burge*, divino ducta inſtinctu, conceſſi & dedi, quantum fas eſt liberæ mulieri, & hac meâ Cartâ confirmavi Deo & Canonicis beatæ *Mariæ* Virginis de *Maltonâ*, Eccleſiam de **Langatune**, quæ eſt de maritagio meo, cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, tam liberè quam liberiùs aliqua elemoſina poteſt religioni donari. Hanc autem donationem feci eis pro ſalute Domini mei *Willielmi* de *Veſci*, & *Euſtachii* filii noſtri, & pro ſalute Patris mei, & fratrum meorum, & pro meipſâ, &c. Hiis teſtibus, &c.

Carta Ivetæ *de* Arches *in Eccleſiâ de* Nortonâ.

Ib. f. 55. a. CUnctis Chriſti fidelibus, vobis omnibus innoteſcat, quod ego *Iveta* de *Arches* uxor Domini *Rogeri* de *Flamevillâ*, divino ducta inſtinctu, unà cum domino & ſponſo meo *Rogero* de *Flamevillâ*, conceſſi & dedi, quantum fas eſt liberæ mulieri & ſponſæ, & hac meâ Cartâ confirmavi Eccleſiam de **Norton**, quæ eſt de dote meâ, cum omnibus pertinentiis ſuis, in perpetuam elemoſinam, Canonicis beatæ *Mariæ* de *Maltunâ*, tam liberè quàm liberiùs aliqua elemoſina poteſt religioni donari, ad ſuſtenſtationem duorum Canonicorum, quos ipſi conceſſerunt nobis & hæredibus noſtris habere in perpetuum in domo ſuâ ad profectum animarum noſtrarum, & liberorum noſtrorum, & patrum & matrum, & omnium ſpecialium amicorum noſtrorum. Hiis teſtibus, &c.

Carta Prioris & Conventus de Novoburgo, *de plateâ.*

Ib. f. 55. b. NOtum ſit omnibus ad quos literæ iſtæ pervenerint, quod ego *Ricardus* Prior, & Capitulum S. *Mariæ* de *Novoburgo* conceſſimus Magiſtro *Willielmo* de *Flamavillâ* terram illam, quam *Wido* Canonicus, juxta pontem de **Norton** tenuit, de feodo Domini *Rogeri de Flamavillâ* patris ſui; & quam idem *Rogerus* pater ejus nobis in liberam & perpetuam elemoſinam dedit: Et tenebit idem Magiſter *Willielmus* eandem terram, & hæredes ejus poſt eum; quos *ſcilicet* hæredes facere voluerit, pro duodecim denariis annuatim reddendis, & hoſpicio tam noſtro, quàm hominum noſtrorum per eundem locum tranſeuntium. In exhibitione autem ejuſdem Hoſpicii nihil ab eo exigetur præter ſpacium domus ad manendum, ita quod in arbitrio noſtro erit, vel in communi domo hoſpitali, vel intra curtem habere aliam domum hoſpicio noſtro ſpecialiter deputatam. Hiis teſtibus, &c.

Carta Magiſtri Willielmi *de* Flamvill, *de Platea.*

Ibid. UNiverſis ea quæ præſens ſcriptum continet audituris, participibus Eccleſiaſticæ communionis, Magiſter *Willielmus* de *Flamevil*, in eo, qui vera ſalus eſt, ſalutem: Ad omnium cujuſcunq; conditionis Catholicorum noticiam pervenire deſidero, quod locum illum, qui platea dicitur apud **Norton**, cum ædificiis & omnibus pertinentiis, conceſſi & donavi, & hac Cartâ meâ confirmâvi, in perpetuam elemoſinam, Canonicis & fratribus Ordinis de **Semplingham**, ad adminiſtrandum ibidem & ſerviendum pauperibus Chriſti, qui apud eundem locum illum pro diurno victu ſuo requirentes; ita *ſcilicet* ut quotquot ſuſtinere facultates loci poterint, illic habeant hoſpitium diurnum & refectionem. Conceſſi verò locum memoratum viris venerabilibus prædictis, ſuæ pauperumq; ſuſtentationis gratiâ, tot & talibus, quot & quales reverendus Magiſter totius Ordinis ad hæc neceſſarios eſſe decreverit, quorum diligenti cuſtodiâ & curâ, proviſioneq; ſolicitâ, procuratio pauperum & egenorum perpetuò diſponatur, & caritativo moderamine, ſecundùm Dominum gubernetur. Sanè conceſſionem hanc viris prænominatis feci, ſalvo Conventu de *Novoburgo* debito annuatim illi ſervicio, *viz. xii d.* & ut fratres de *Novoburgo* per locum illum tranſeuntes ibidem, ſuis, non loci ſumptibus hoſpicio ſuſcipiantur, etenim non ampliùs exigere poſſunt, præter ſpacium nudæ habitationis; ſic etenim in Cartâ ſuper hoc conceptâ continetur, Teſtibus, &c.

Carta Rogeri *de* Flamvill *de Eccleſia de* **Marton.**

Ibid. f. 58. a. REverendo Domino ſuo & Patri *Eborum* Archiepiſcopo, & univerſis Sanctæ Eccleſiæ filiis, qui præſentem Cartam audient vel videbunt, *Rogerus* de *Flamavill* ſalutem. Notum facio veſtræ venerationi, quod pro Dei amore & beatæ *Mariæ* Virginis, Matris Dei, & S. *Nicholai*, conceſſi & hac Cartâ meâ confirmavi, quantum laicæ perſonæ fas eſt, Eccleſiam beatæ *Mariæ* de *Martona*, cum ſuis pertinentiis, Hoſpitali pauperum, quod eſt ad capud pontis *Nortonæ*, in feudo meo, in liberam & perhennem elemoſinam; ad ſuſtentandos pauperes, qui in eo ſuſcipiuntur hoſpicio, & miniſtros eis ibidem miniſtraturos. Conceſſi etiam prædicto Hoſpitali paſturam ducentis ovibus in eadem villâ de *Mortona*, liberam & quietam, & placeam in Campo ubicunq; cuſtos Hoſpitalis illius elegerit, ad ovile faciendum, & ad illud removendum de loco ad locum convenientem, ſine dampno magno hominum ejuſdem villæ. Præterea conceſſi jam dicto Hoſpitali, paſturam *CC.* ovibus in **Nortone**; & manſuram unam unius bovatæ terræ; & bovatam terræ quando liberabitur; & placeam in Campo ad Ovile faciendum. Conceſſi etiam illi ſingulis annis *xx.* quadrigatas

Ibid. iii.

gatas turbæ in morâ *Fr'tona* & ramum in boſco meo ad ſæpes claudendas. Teſtibus,&c.

Confirmatio Hugonis *de* Flamvill, *filii præfati* Rogeri, *de eadem.*

CUnctis Chriſti fidelibus *Hugo* de *Flamvill* ſalutem. Notum vobis facio omnibus me conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & beatæ Virgini *Mariæ*, & beato *Nicholao*, & Elemoſinariæ domui de plateâ apud *Nortonam*, & Canonicis Ordinis de **Semplingham**, procuratoribus pauperum Chriſti ibidem, Eccleſiam de **Marton** in **Burgerſire**, in perpetuam & liberam elemoſinam, cum omnibus pertinentiis & libertatibus, antiquis & novis; quam Eccleſiam Pater meus eidem loco antea dedit, & Cartâ ſuâ confirmavit, in puram & perpetuam elemoſinam: Et quam etiam Eccleſiam ego ipſe conceſſi & confirmavi prædictæ Elemoſinariæ antequam ſororem meam *Matildem Flamvill Roberto de Haſtinges* in matrimonium dederam, ut habeant perpetuoq; poſſideant in liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum. Et ego & hæredes mei warantizabimus ipſis hanc prædictam Eccleſiam erga dominos & omnes homines, & de omnibus rebus, quantum pertinent ad laicum perſonam. Hiis teſtibus, &c. ☞

Carta Magiſtri & Capituli de **Semplingham**, *de Eccleſia de* **Marton**.

Ibid. CUnctis Chriſti fidelibus, præſentibus & futuris *R.* Prior Ordinis, & Capitulum de **Semplingham**, ſalutem in domino: Ad noticiam veſtram cupimus pervenire, nos de conſilio & conſenſu Ordinis noſtri & Capituli, conceſſiſſe devotis fratribus noſtris Canonicis de **Marton**, procuratoribus plateæ ad partem de **Northon**, Eccleſiam de *Martona* in **Burgerſire**, cum omnibus pertinentiis, ad perpetuos uſus proprios, ut de ipſâ diſponant, quemadmodum ſibi & prædictæ placeæ de **Northone**, & domui ſuæ de *Maltona*, plus & meliùs noverint expedire, ſicut de aliis rebus domui præfatæ de **Malton** collatis. Et ne hæc noſtra conceſſio in poſterum poſſit infirmari, præſentem paginam Sigillorum noſtrorum appoſitione corroborare curavimus. Hiis teſtibus, &c.

Confirmatio Hugonis *Epiſcopi* Lincolnienſis, *de Eccleſia de* **Waldene**.

Ibid. f. 111. a. OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Hugo* Dei gratiâ *Lincoln.* Epiſcopus, ſalutem in domino: Noverit univerſitas veſtra nos pietatis intuitu conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Canonicis Ordinis de **Semplingham** apud **Malton**, domino ſervientibus, Eccleſiam de **Waldene**, cum pertinentiis ſuis in perpetuum, ſicut eis rationabiliter collata eſt ex dono *Walteri* de *Nevile* & *Alani Hayrun*, ejuſdem Eccleſiæ Patronum; ſalvis Epiſcopalibus conſuetudinibus, & *Lincolnienſis* Eccleſiæ dignitate. Hiis teſtibus, &c.

Stemma Fundatorum.

MEmorandum, quod *Johannes* Pater primi *Euſtachii*, & *Serlo* de *Burgo*, ſive de *Penbroke* fuerunt fratres. Iſte *Johannes* genuit *Euſtachium*, qui dictus eſt *Euſtachius filius Johannis*. Iſte *Euſtachius* genuit *Willielmum* ex filiâ & hærede *Ivonis* de *Veſcy*, qui *Willielmus*, cæſo ventre matris, natus eſt, & matre mortuâ. Iſte primò vocabatur *Willielmus* de *Veſcy* propter hæreditatem quam habuit ex matre. Ibid. f.

Iſte *Willielmus* genuit *Euſtachium*, ex *Burgâ* ſorore *Willielmi Stutevill*, & cepit cum eâ in maritagium villam de *Langetonâ*. Iſte *Euſtachius* genuit *Willielmum* ex *Agnete* filiâ *Willielmi* Regis *Scotiæ*: & iſte *Willielmus* genuit *Johannem*, qui nunc eſt, ex *Agnete* filia Comitis de *Ferrers*.

Et ſciendum, quod dictus *Serlo* primùm conſtruxit caſtrum apud **Knareſburg**. Mortuo *Serlone* deſcendit hæreditariâ ſucceſſione ad *Euſtachium filium Johannis*, ſicut ad nepotem & hæredem primum: Qui *Euſtachius* tenuit dictum Manerium, cum pertinentiis totâ vitâ ſuâ: Cui mortuo, ſucceſſit *Willielmus* filius & hæres, qui tenuit dictum Manerium aliquantiſper; ſed per quandam indignationem, quam accepit Dominus Rex contra illum, ablatum eſt ei dictum Manerium, & datum *Willielmo de Stutevill*.

Anno Domini *MCCLxxxviii.* quarto Idus *Februarii*, obiit nobilis vir, Dominus *Johannes de Veſcy*. Ibid.

Anno Domini *MCCXCv.* quinto Idus *Maii*, obiit Domina *Agnes de Veſcy* Mater ejuſdem.

Anno Domini *MCCXCv.* Quinto Kal. *Auguſti*, obiit Dominus *Willielmus de Veſcy*, Pater ejuſdem.

Anno Domini *MCCXCvii.* octavo Kal. *Maii*, obiit Dominus *Johannes de Veſci*, junior.

Anno Domini *MCCCvii.* Kal. *Auguſti*, obiit Dominus *Gilebertus de Aton*, advocatus de **Malton**, &c.

Inquiſitio capta apud *Ebor*; coram Eſcaetore Domini Regis ultra *Trentam*, ſecundo die *Junii* anno regni regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi*, nono; per *Alexandrum* de Cave, *Johannem* de *Hothum*, (&c.) qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod *Gilbertus de Aton* eſt propinquior hæres *Willielmi* de *Veſci* ſenioris. Dicunt enim, quod poſt mortem ipſius *Willielmi* ſenioris, quia obiit ſine hærede de ſe, reſortitum fuit jus tenementorum quæ fuerunt ipſius *Will.* cuidam *Warino de Veſci*, ut conſanguineo & hæredi, fratri cujuſdam *Euſtach.* avi prædicti *Willielmi* de *Veſci* ſenioris, ex parte Patris; Et de ipſo *Warino* deſcendit jus tenementorum illorum cuidam *Marjoria*, ut filiæ & hæredi: Et de ipſa *Marjoriâ* cuidam *Willielmo* ut filio & hæredi: Et de ipſo *Wil-* Ibid.

lielmo cuidam *Gilberto*, quia obiit ſine hærede de ſe, deſcendit jus tenementorum illorum cuidam *Willielmo* ut fratri & hæredi. Et de ipſo *Willielmo* deſcendit jus tenementorum eorundem *Gilberto* de *Aton*, ut filio & hæredi: Et dicunt, quod idem *Gilbertus* de *Aton* eſt plenæ ætatis. In cujus, (&c.)

Carta Regis Johannis, *octies viginti acras terræ in diverſis villis exiſtentes, ratificans & confirmans,*

Cartæ *A*ntiq. F. n. 18.

J. Dei gratiâ Rex *Angliæ* & Dominus *Hyberniæ*, &c. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ, & *H.* Regis Patris noſtri, & omnium anteceſſorum noſtrorum, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Sanctæ *Mariæ* de **Malton**,, & Canonicis Ordinis de **Sempingham**, ibidem Deo ſervientibus, quod octies viginti acræ terræ, quas habent; *ſcilicet*, in territorio de **Jarpeſtorp**, ſexaginta acræ; & in territorio de **Hoton**-*Bardolfe*, **Colſwain Hoton**, & **Hoton** *Maniuvevilain*. *Lx.* acræ, & in territorio de **Kirkeby** *Miſperton xv* acræ; & in territorio de **Wintringham**, & de **Cnapeton** *xx.* acræ, & in territorio de **Honingham**, *v.* acræ, ſint quietæ ab omni Waſto & reguardo Foreſtæ in perpetuum. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici prædictas octies viginti acras terræ habeant & teneant liberas & quietas ab omni Waſto & reguardo Foreſtæ imperpetuum, benè & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad prædictas octies *xx.* acras terræ pertinentibus. Hiis teſtibus, *G. filio Petri*, Comite *Eſſexiæ*; *Willielmo Brewerre*, *Petro* de *Pratellis*, *Roberto* de *Thornham*, *Simone* de *Parteſhull*, & multis aliis.

Bulla Innocencii *Papæ tercii ſuper Decimis de* **Soureby**.

Ex ipſo autographo in turri S. *Mariæ Eboraci*.

OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis *R.* Abbas Sanctæ *Mariæ Eboraci*, & *R.* Prior Sanctæ *Trinitatis Eboraci*, & Magiſter *W.* de *Gilling* Clericus, Canonicus de *Riponâ* ſalutem in Domino: Literas Domini Papæ *Innocencii* tertii ſuſcepimus in hæc verba, Innocencius *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati Sanctæ* Mariæ Eboraci, *Priori Sanctæ* Trinitatis Eboraci, *&* W. *Clericico de* **Gilling**, *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum noſtrorum Prioris & Canonicorum de* Maltonâ *nos accepiſſe noſcatis, Quod cum decimas de dominio* Euſtachii *de* Veſci *in* **Saurebi** *ad eorum Eccleſiam de* **Wintringham**, *de jure ſpectantes, diu pacifice poſſediſſent,* W. *de* Laceles *miles illud Dominium tenens decimas inde præfatæ Eccleſiæ reddere contradicit: quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus dictum militem, ut decimas de dominio illo Eccleſiæ memoratæ perſolvat, ſicut de jure tenetur, & de ſubſtractis ſatisfaciat competenter, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, cogatis, nullis literis veritati & juſtitiæ præjudicantibus, a ſede Apoſtolica impetratis obſtantibus. Quod ſi omnes hiis exequendis nequiveritis intereſſe, duo veſtrum ea nichilominus exequantur. Data* Laterani *Kal.* Junii, *Pontificatus noſtri anno ſecundo.* Hujus autoritate mandati partibus in præſentiâ noſtrâ, apud *Eboracum*, in majori Eccleſiâ conſtitutis, die ſabati proximo poſt *Epiphaniam*, anno ab incarnatione Domini *MCC.* amicabilis Compoſitio, de utriuſq; partis aſſenſu & voluntate, in hunc modum amicabiliter interceſſit. Prædicti ſiquidem Prior & Canonici de **Malton**, decimas ſuas de dominio *Euſtachii* de *Veſci* in **Saurebi** ad eorum Eccleſiam de **Wintringham** de jure ſpectantes, Capellæ de **Saurebi**, quæ pertinet ad Eccleſiam de **Tresk**, perpetuò conceſſerunt poſſidendas. Prædictus verò *W.* de *Laceles*, in iſtarum recompenſationem decimarum, dedit prædictis Priori & Canonicis de **Malton**, duas bovatas terræ in veteri *Maltonâ*, propinquiores terræ eorundem Canonicorum, cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus intra villam & extra, præter toftum, in puram & perpetuam elemoſinam; Ita quod præfatus *W.* de *Laceles* & hæredes ſui, prædictam terram dictis Canonicis contra omnes homines warantizabunt, & ab omni ſervicio imperpetuum adquietabunt. Juravit etiam ſæpedictus *W.* de *Laceles*, tactis ſacroſanctis; quod nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam, eis ſuper præfatâ terrâ quæſtionem movebit, ſed compoſitionem fideliter & firmiter obſervabit. Et ut hæc compoſitio firma & ſtabilis perſeveret, eam autoritate nobis commiſſa confirmavimus, & ſigillorum noſtrorum appoſitione communimus. Hiis teſtibus, *P.* Magiſtro Hoſpitalis *Ebor.* *Martino* Priore de *Sancto Andreâ*; *Johanne* Priore Sanctæ *Mariæ Eboraci*; *Turgis* Monacho Sanctæ *Trinitatis*; Magiſtro *Gregorio*; Magiſtro *Thomâ* de *Vitri*; Magiſtro *Henrico* de *Driffeld*; *Roberto* de *Sigillo*; *Johanne Buſtard* Canonico Celerario; *Adâ* de *Sigillo* Canonico; *Rogero* de *Richemund*; *Willielmo Criſpin*; *Johanne* de *Carl* ..... *Johanne* de *Scalb* .....

PRIORATUS

de **Shouldham** *in agro* **Norfolcienſi.**

Carta fundationis ejuſdem per Galfridum *filium* Petri *Comitem* Eſſexiæ.

Paſch. Recorda 8. H. 4. Rot. *x.* in dorſo. Vide Pa. 38. E. 3. p. m. 7.

UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, *Gaufridus filius Petri* Comes *Eſſexiæ* ſalutem. Sciat univerſitas veſtra, me divinæ pietatis intuitu, & pro animâ Domini mei Regis *Angliæ Henrici*, & pro animâ, mâ *Beatricis* de *Say* uxoris meæ, cum Corpore ſuo; & pro animabus Patris, & Matris meæ, & pro animâ meâ, & cum corpore meo, Si infra Regnum *Angliæ* obiero; & pro animabus omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum; & pro ſalute Domini mei Regis *Richardi*, & meâ, & hæredum meorum dediſſe, & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Suldam, & Sanctimonialibus, & fratribus eorum Clericis, & laicis ibidem Deo ſervientibus, totum Manerium meum de Suldham, cum omnibus membris ſuis ſubſcriptis, *videlicet*, Caneham, Wyrham, Wrotton, Boketon, Stokerie, Carbyſtorp, Tofton, Stradeſlete, Totenhille, Watlyngton, Wallyngton, Bekeſwell, Fordham, Welle, Wygchale, Seche, Sadelbowwe, Clenchewardune *Low* & Wrangel, & omnibus aliis ejuſdem Manerii, ac membrorum pertinentiis, in boſco & plano, pratis, & paſcuis, paſturis, aquis, ſtagnis, vivariis, molendinis, & mariſcis, & mariſcorum ſervitiis, turbariis, viis, & ſemitis, & Eccleſiarum advocationibus, homagiis, redditibus, wardis, releviis, eſcaetis, & villenagiis; necnon, & libertatibus Regiis, judiciis, & liberis conſuetudinibus; exceptis ſexies viginti acris terræ de dominio meo, & capitali meſſuagio meo, & gardinis, & vivariis meis, & paſturâ ad centum oves, & decem vaccas; & exceptis homagiis, & ſervitiis liberorum hominum meorum in Suldham, quæ ego retinui in manu meâ: habendum & tenendum prædictis Sanctimonialibus, & eorum fratribus in liberam, puram & perpetuam elemoſynam, quietam ab omni Servitio, & onere ſeculari, liberè, quietè, & pacificè, ſicut aliqua Elemoſyna liberiùs, & meliùs teneri, vel haberi poteſt, ita quod nec ego, nec hæredes mei, vel aſſignati, in prædictis terris, tenementis meis, meſſuagiis, villenagiis, advocationibus Eccleſiarum, & omnibus aliis ſupradictis, ratione dominii, vel advocationis, aliquid, de cætero exigere, vel vendicare, vel in aliquo, vel de aliquo, hanc meam Elemoſynam poterimus quoquomodo. Præterea dedi, eis & conceſſi, & per aſſenſum, & conceſſionem Domini *Johannis Norwicenſis* Epiſcopi, Patris noſtri Spiritualis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſynam, Eccleſias *Omnium Sanctorum*, & *Sanctæ Margaretæ* de Shuldham, & Eccleſias de Carbyſtorp, Stoke-ferre, & Wirham, cum omnibus earundem pertinentibus. Habendum & tenendum in proprios uſus imperpetuum; Quæ omnia, & ſingula data, & retenta, tenui de Domino meo Rege *Richardo* in Capite, excepto uno feodo militis, & dimidio, quæ tenui de Comite *Gloverniæ* in Capite. Et ego prædictus *Gaufridus*, & hæredes mei, vel aſſignati, totam prædictam donationem præfatis Sanctimonialibus & earum fratribus, contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus, & imperpetuum defendemus. Et ut hæc mea donatio, conceſſio, & confirmatio, ratæ, & firmæ permaneant imperpetuum, hoc Scriptum, ſigilli mei appoſitione, roboravi. Hiis Teſtibus, *H. Cantuar.* Archiepiſcopo, *Johanne Norwicenſi* Epiſcopo; *Waltero* Abbate de *Waltham*; *Rogero Bigod* Comite; *Waltero* filio *Roberti*, *Gaufrido de Bokeland*, Magiſtro *Simone de Suthwell*, *Thomâ*, & *Johanne*, & *Rogero*, & *Gaufrido* Archidiacono; & multis aliis.

De morte uxoris Galfridi filii Petri.

TEmpore illo, uxor illius *Beatrix*, auctrix *ſcilicet* malorum, uterum habens impregnatum, diu parturiens, ſed non pariens, periclitabatur: tandem verò fœtum effundens exanimatum, animum ſimul exalavit; unde ſatis confuſus eſt, & ultra quam credi poteſt, dolens effectus: Et tamen in hiis omnibus non eſt adverſus furor ejus, ſed adhuc manus in nos extenta. Corpus verò mulieris *Chikeſandam* tranſtulit, ibiq; in Capitulo Sanctimonialium honorificè ſepelivit. Admirans itaq; vir iſte, cum cæteris vana, novaq; ſectantibus, Ordinem *videlicet* illum à quodam *Gilberto* de Simplingham recenter adinventum, Domus Ordinis ejuſdem in *Norfolkâ*, apud villam quæ dicitur Suldham fundavit; illicq; ut novus ille & ſeculis inauditus Religionis exigit modus, Canonicos cum Sanctimonialibus, fratres cum ſororibus aggregavit; ac non multò poſt, Corpus mulieris, de *Chikeſandâ* tranſlatum, ibidem ſepulturæ commendavit.

Ex Cod. MS. in bibl. *Arundeliana* [α. 29.] fol. 55. a. (è Chatulario Abb. de Walden.)

PRIORATUS

de Ellerton *in agro* Eboracenſi.

Carta Fundationis ejuſdem.

UNiverſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris *Willielmus* filius *Petri*, ſalutem in Domino: Noverit univerſitas veſtrâ, me, divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute Domini noſtri *Johannis* illuſtriſſimi Regis *Angliæ*; & pro ſalute reverendi Patris noſtri *Galfridi* Dei gratiâ *Eboracenſis* Archiepiſcopi; & pro ſalute Domini *Roberti* de *Thornham*, & Dominæ *Johannæ* ſponſæ ejus; & pro ſalute *Galfridi* Comitis *Eſſexiæ*; & pro ſalute *Alani* de *Wilton*, & *Mariæ* ſponſæ ejus; & pro ſalute animæ meæ, & *Aliciæ* ſponſæ meæ, & omnium hæredum meorum, & dominorum, & amicorum & hominum meorum; & pro ſalute omnium eorum, qui hanc donationem meam manutenebunt; & pro animabus dominorum meorum *Henrici* & *Ricardi*, Regum *Angliæ*; & pro animabus *Petri* Patris mei & *Criſtianæ* Matris meæ; & pro animâ *Hugonis Murdac*, ac omnium parentum meorum, & anteceſſorum, dediſſe, & conceſſiſſe, & hac præſenti

Ex autogr. penès *Ric. Robinſon* de Thikhed in agro *Ebor.* Arm. a. 1652.

Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & Ordini de **Sempingham**, ad faciendum quendam Prioratum Canonicorum ejuſdem Ordinis in villâ de **Ellerton** cohabitandorum; ac ad paſcendum ibidem treſdecem pauperes, totam terram meam de feodo meo in villâ de **Elreton**, cum ſervitio, tam liberorum, quàm cæterorum hominum; & totum boſcum de **Lathingholm**, ac totam ſartam ex auſtrali parte de **Lathingholm**, cum cæteris boſcis eidem villæ pertinentibus de feodo meo de **Ellerton**; ac cum paſturis, aquis, piſcariis, pratis, & paſcuis, moris, & turbariis, viis & ſemitis, cum introitu & exitu, & cum omnibus pertinentiis ejus, libertatibus, & aiſiamentis, & liberis conſuetudinibus, in villâ & extra villam, ſine aliquo retenemento; ac duas bovatas terræ in **Lathom**, quas *Nicolaus* filius *Pagani* aliquando tenuit, & omnibus pertinentiis ejus, ſine retenemento; ac duodecem acras terræ arabilis in territorio de **Acton**, ac decem acras terræ in territorio de **Lathom** propinquiores diviſæ de **Herlethorp**, verſùs Aquilonem. Hæc omnia dedi prædictis Canonicis apud **Elreton** manentibus, in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut aliqua elemoſina liberiùs & meliùs, & ſecuriùs poteſt dari religioni. Ego verò & hæredes mei pro me, warantizabimus, & acquietabimus, & defendemus prædictis Canonicis omnes prædictas terras, cum pertinentiis ſuis, contra omnes homines imperpetuum, de omnibus ſervitiis & demandis, quæ ſunt, vel eſſe poterunt. Hiis teſtibus, Domino *G. Eborac.* Archiepiſc. *Rob.* de *Turnham*, *Henr.* de *Puteaco*, *Alano* de *Wilton*, *Johanne* de *Beverlaco*, *Johanne* de *Bulemer*, *Willielmo Aguillon*, *Joh.* de *Hotonâ*, *Hugone* de *Kelingthorp*, *Rob.* de *Baravill*, *Jordano* Clerico, *Tho.* de *Hugath*, *Will. Bataill*, *Adâ Bataill*, *Rob.* filio *Savine*, *Galfrido Piremage.*

Carta Petri *filii* Petri *de* Malolacu *terras omnes de feodo ſuo confirmans.*

Ibid.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Petrus* filius *Petri* de *Malolacu*, conceſſi & hac meâ Cartâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & Canonicis de *Elretonâ* omnes terras, tenementa, & poſſeſſiones, cum omnibus ſuis pertinentiis, quas habent de feodo meo, in liberam & perpetuam elemoſinam; *viz.* totum ſitum Abbathiæ in *Elretonâ*, cum Eccleſiâ ejuſdem villæ, & unam carucatam terræ & dimidiam carucatam in eodem territorio, cum toftis & croftis, & cum omnibus aliis ſuis pertinentiis. In villâ de **Lathum** & in eodem territorio ſex bovatas terræ, cum toftis & croftis, & cum omnibus ſuis pertinentiis, & molendinum cum ſequelâ. In villâ de *Actonâ* duo tofta, cum croftis; & quadraginta acras terræ in eodem territorio, cum omnibus ſuis pertinentiis; & **Danskelandes**, cum prato adjacente, & omnes boſcos, & culturas, & acras, quas habent in territoriis de **Elreton**, & de **Lathum**, & de *Actonâ* cum omnibus ſuis pertinentiis. In villâ de **Gudmunham**, & in eodem territorio, ſeptem bovatas terræ, cum toftis & croftis, & cum omnibus ſuis pertinentiis: Et **Weſtmilne**, cum pertinentiis ſuis; & quatuor bovatas terræ in eodem territorio, quas *Germanus Hay* debet defendere, cum omnibus ſuis pertinentiis. In villâ de **Hugate**, & in eodem territorio, quinque bovatas terræ, cum toftis & croftis, & omnibus ſuis pertinentiis; & molendinum, cum ſuis pertinentiis & totum **Panillach**, & quicquid habent in eodem territorio per acras. In villâ de **Honum**, & in eodem territorio, quinq; bovatas terræ, cum toftis, & croftis, & cum omnibus ſuis pertinentiis. In villâ de **Spaldington**, quinque tofta cum croftis & ſeptem acras terræ, cum omnibus ſuis pertinentiis in eodem territorio. In **Cathweyt** tria tofta, cum croftis, & viginti acras terræ, cum omnibus ſuis pertinentiis in campo ejuſdem villæ. In **Weſtcollingwith**, & in **Croſſum** & in eiſdem territoriis, tres bovatas terræ, cum toftis & croftis, & cum omnibus ſuis pertinentiis. Et quicquid habuerunt de feodo meo, prædictis Priori, & Conventui conceſſi, & hac meâ Cartâ confirmavi, in liberam & perpetuam elemoſynam; *ſcilicet* Die Sancti *Bartholomæi* Apoſtoli anno Domini *milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto* 1255. ; excepto tantummodo forinſeco ſervitio, quod dicitur Scutagium: Tenenda & habenda dictis Canonicis, & ſuis ſucceſſoribus omnia prædicta tenementa cum omnibus ſuis pertinentiis, in villis, & extrà, in liberam, & perpetuam elemoſynam, quietam de omnibus ſervitiis ſecularibus, & ſectis Curiæ, conſuetudinibus, exactionibus, & demandis; & generaliter de omnibus rebus me & hæredes meos contingentibus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium huic ſcripto impreſſionem ſigilli mei appoſui. Hiis teſtibus, Domino *Willielmo* tunc temporis Priore de **Malton**; Domino *Patricio* tunc temporis Priore de **Watton**; Domino *Johanne* de *Bolemere*; Domino *Waltero Guer* .... militibus. Magiſtro *Johanne* de *Hovedene*; *Romundo Tyrelk* de **Gudmunham**; & *Johanne* de *Towecote* tunc temporis Seneſchallo Domini *Petri* de *Malolacu*, & aliis.

Carta Adæ *de* Lintonâ, *omnes donationes* Willielmi *filii* Petri, *confirmans.*

Ibid.

UNiverſis Chriſti fidelibus, præſentibus & futuris, *Adam* de *Lintonâ* ſalutem: Noveritis me, divinæ pietatis intuitu, pro ſalute animæ meæ, & ſponſæ meæ, & omnium hæredum meorum; & pro ſalute animæ Domini *Willielmi* filii *Petri*, & *Alivæ* ſponſæ ſuæ, confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Canonicis de *Ellertonâ*, in puram & perpetuam elemoſynam, omnes terras, redditus, & poſſeſſiones, & tenementa, quæ dominus *Willielmus* filius *Petri* eis contulit in puram & perpetuam elemoſinam; *ſcilicet* totam terram, quam dominus *Willielmus* filius *Petri* habuit in villâ de *Ellertona*, cum ſervitio, tam liberorum, quàm cæterorum hominum; & totum boſcum de **Lathingholm**; & totam eſſartam ex auſtrali parte de **Lathingholm**, cum cæteris boſcis eidem tenemento pertinentibus. Et cum paſturis, acris, piſcariis, pratis, & moris, & turbariis, viis & ſemitis, cum libero introitu & exitu; & cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus & aiſiamentis, & liberis conſuetudinibus, infra villam & extra, ſine retinemento. Et unam culturam in territorio de *Actonâ*, quæ vocatur **Danſklandes**, cum prato eidem culturæ adjacente. Et duodecem acras terræ arabilis in eodem territorio verſùs **Harlethorp**. Et totum tenementum quod *Galiena* tenuit in *Actonâ*. Et dimidiam carucatam terræ in **Lathom**, cum pertinentiis. Et decem acras terræ in territorio de **Lathom**, propinquiores diviſæ de **Harlethorp** verſùs Aquilonem. Et ſex toſta & croſta in *Spaldingtonâ*, cum pertinentiis. Et ſex bovatas terræ in **Guthmundham**, cum pertinentiis; *ſcilicet* dimidiam carucatam terræ, quæ jacet propinquior tribus bovatis Eccleſiæ verſùs Orientem. Et duas bovatas terræ, quas *Petrus Grukan* aliquando tenuit. Et unum toſtum apud **Chiriflat** in culturâ meâ juxta diviſam, in latitudine octo perticarum verſùs Orientem; & in longitudine à ſemita, quæ tendit per medium villæ de **Guthmundham**, verſùs Orientem, uſque **Hertilgate**, verſùs Boream. Et medietatem molendini verſùs Occidentem, cum ſtagno & totâ ſequelâ ſuâ. Et medietatem prati & terræ eidem molendino adjacentem. Et dimidiam carucatam terræ in **Hugate**, cum ejus pertinentiis, & particulis, quam habent de dono *Walteri* filii *Galfridi*. Et quatuor bovatas terræ in eadem villâ, quas *Oliverus* de *Gunneby* aliquando tenuit. Hæc omnia tenementa ſupradicta confirmavi eiſdem Canonicis de *Ellertonâ*, tenenda & habenda libera & quieta in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut Cartæ præfati *Willielmi* filii *Petri*, quas inde habent, teſtantur. Ego verò & hæredes mei warantizabimus, adquietabimus, & defendemus præfatis Canonicis præfata tenementa, de omnibus ſervitiis & demandis, quæ aliquo modo oriri poterunt, contra omnes homines in perpetuum. Hiis teſtibus, Magiſtro *Rogero* de *Inſulâ* tunc Decano de *Eborum*; Magiſtro *Waltero* de *Wiſebech* Archidiacono de **Eſtriſin**. Magiſtris *Roberto* de *Wintoniâ*, & *Godardo*, Canonicis de *Eborum*, *Simone* de *Hal* tunc Vicecomite, *Roberto* de *Percy*; *Alano* de *Wiltonâ*; *Willielmo* de *Tamtunâ*; *Roberto* de *Everingham*; *Willielmo Conſtabulario* de *Holmo*; *Olivero* de *Gunneby*; *Willielmo* de *Gartonâ*, *Will. Bataill*; *Ada Bataill*, *Thomâ* de *Harlethorp*.

Conventiones pro ix. *pauperibus in dicto Prioratu admittendis, ex præſentatione* Germani *de* Hay, *ejuſdem Domus Advocati, & hæredum ſuorum.*

HÆc Indentura facta inter religioſos viros Priorem & Conventum de **Ellerton**, Ordinis de **Sempryngham**, ex parte unâ, & *Germanum Hay* Advocatum Prioratus de **Ellerton** ex alterâ, teſtatur, quod cum idem Prior & Conventus, ad exhibitionem treſdecim pauperum in dicto Prioratu, perpetuis futuris temporibus, ex primariâ fundatione teneantur; ex quibus idem *Germanus* habet præſentationem unius prædictorum treſdecim pauperum, prout, per quandam Cartam per prædeceſſorem prædicti Prioris anteceſſoribus prædicti *Germani* indè confectam liquet manifeſtè: prædictus Prior & Conventus volunt & concedunt, & per præſentes confirmant, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quod prædictus *Germanus*, hæredes & aſſignati ſui, domini Manerii de **Aghton**, præſentabunt prædictis Priori & Conventui octo pauperes, de prædictis treſdecim pauperibus, ultra prædictum pauperem, per prædictum *Germanum* & hæredes ſuos præſentandum; *videlicet*, quod decedente aliquo de dictis novem pauperibus, idem *Germanus*, hæredes & aſſignati ſui, Domini de **Aghton**, alium loco defuncti, ad libitum eorum, dictis Priori & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis præſentare poſſunt, ita quod prædicti Prior & Conventus & ſucceſſores ſui prædictos novem pauperes, ad præſentationem prædicti *Germani*, hæredum & aſſignatorum ſuorum, dominorum de **Aghton**, ſucceſſivè imperpetuum recipiant, & eis exhibeant, prout aliis pauperibus in eodem gradu conſiſtentibus ante hæc tempora, annuatim conferre ſolebant; & prout in Cartâ de Ordinatione eorundem pauperum pleniùs continetur. Et præterea idem Prior, & Conventus volunt & concedunt, per præſentes, pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, quod ſi aliquid ſubtrahatur à dictis pauperibus, eis in primariâ Ordinatione conceſſum, ob defectum ipſorum Prioris & Conventus, ſeu ſucceſſorum ſuorum, per viſum prædicti *Germani*, hæredum & aſſignatorum ſuorum, dominorum de **Aghton**, ſecundùm Ordinationem ſupradictam emendatur infra menſem poſt requiſitionem per eos ritè factam. Et ſi idem Prior & Conventus, ſeu ſucceſſores ſui, aliquos defectus, ſi qui fuerint, in ſubſtractione portionis alicujus pauperis eorundem, ad valenciam duodecim denariorum, infra menſem prædictum, ad requiſitionem prædicti *Germani*, ſeu hæredum & aſſignatorum ſuorum, dominorum de **Aghton**, emendari, ſeu prædictos novem pauperes, aut aliquem eorum recipere recuſaverint, prædicti Prior & Conventus concedunt, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quod prædictus *Germanus*, & hæredes, & aſſignati ſui, domini de **Aghton**, omnes prædictos treſdecim pauperes ſucceſſivè præſentabunt, & eoſdem pauperes, ad præſentationem prædicti *Germani*, hæredum & aſſignatorum ſuorum, dominorum de **Aghton**, in pauperes domus de **Ellerton**, juxta ordinationem prædictam admittere concedunt.

Concedunt etiam idem Prior & Conventus prædicto *Germano* & *Aleſia* uxori ejus, & utriq; eorum, unum obitum, per prædictos Priorem & Conventum, poſt deceſſum ipſorum *Germani* & *Aleſia* & alterius eorum, die quo contingat ipſos, ſeu eorum alterum in fata decedere, perpetuis futuris temporibus, pro animabus eorum, anteceſſorum, hæredum & liberorum ſuorum annuatim celebrandum in Eccleſiâ ſuâ Conventuali de **Ellerton**; *videlicet* cum *Placebo*, & *Dirige*, & Miſſâ pro defunctis,

functis, prout decet ad talem obitum, cum notâ & ſolemnitate, per Priorem in propriâ perſonâ ſuâ, ſi commodè ibidem intereſſe poterit. Si autem in aliquo principali feſto, in quo non deceat Miſſam pro defunctis celebrari, dies obitus prædicti contigerit, tunc in feriâ proximâ ſequenti celebrabatur, cum ſolempnitate debitâ ſupradictâ. Et ſi prædicti Prior & Conventus vel eorum ſucceſſores prædictos pauperes, aut aliquem eorum per prædictum *Germanum*, hæredes & aſſignatos ſuos, Dominos de **Achton** impoſterum, ut præmittitur, præſentandos admittere recuſaverit per menſem, poſt præſentationem per prædictum *Germanum*, hæredes & aſſignatos ſuos, ut prædictum eſt, eis rationabiliter factam: Ac etiam ſi prædicti Prior, & Conventus, vel ſucceſſores ſui, obitus prædictorum *Germani* & *Aleſiæ*, vel eorum alterius non fecerint, vel adimpleri negaverint, temporibus ſuperiùs limitatis, in formâ prædictâ; quod extunc prædicti Prior & Conventus, & eorum ſucceſſores teneantur & obligentur prædicto *Germano*, hæredibus & aſſignatis ſuis, Dominis de **Aghton**, in decem libris ſterlingorum ſolvendorum eidem pro quolibet paupere ſic præſentato, & non admiſſo; & pro quolibet obitu non celebrato; ſi tamen defectus præmiſſorum contingat à parte Prioris & Conventus prædictorum. Et prædictus *Germanus* concedit, pro ſe, hæredibus & aſſignatis ſuis, Dominis de **Aghton**, quod prædicti novem pauperes, per ipſum, aut per ipſos in poſterum præſentandi, ſtent & permaneant Ordinationi prædictorum Prioris & Conventus & eorum ſucceſſorum imperpetuum, ſecundùm quod continetur de eiſdem in primariâ fundatione. In cujus rei teſtimonium partes prædictæ præſentibus Indenturis ſigilla ſua alternatim apposuerunt. Datum apud **Ellerton** decimo die menſis *Aprilis*, anno Domini *milleſſimo trecenteſſimo octuageſſimo ſeptimo.*

Carta Henrici *de* Puteaco, *de quodam prato verſus* **Cliffe**, *in ſubventionem prædictorum* xiii. *pauperum.*

bid.

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Henricus* de *Puteaco* ſalutem: Noverit univerſitas veſtra, me divinæ pietatis intuitu, pro ſalute Domini mei *Johannis* Regis *Angliæ*, & pro ſalute animæ meæ, & *Dionyſiæ* uxoris meæ, & pro animabus Dominorum meorum *H.* & *R.* Regum *Angliæ*, & Domini Patris noſtri *Hugonis* Epiſcopi *Dunelm.* & Matris meæ *Aliciæ* de *Perci*, & omnium eorum, qui hanc elemoſinam manutenebunt, dediſſe, & conceſſiſſe, & hac mea Cartâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & Canonicis de **Elreton**, ad ſuſtentationem eorum treſdecem pauperum, qui ibi paſcentur imperpetuum, in liberam elemoſinam, illud pratum verſùs **Cliffe**, inter **Wichton** & **Guthemundham**, qoud *Willielmus* fil. *Petri Guthemundham* aliquando tenuit de me (&c.) Teſtibus *Henrico* de *Novomercato*, *Willielmo filio Petri*, *Henrico Murdac*, *Willielmo filio Adæ de Garton.*

Literæ Magiſtri Ordinis de **Semplingham** *ſuper dictis* xiij. *pauperibus paſcendis apud* **Ellerton.**

Ex Cartulario Dec: & Capituli Eccl. Cath. S. Petri Ebor. f. 84. b.

OMnibus Chriſti fidelibus has literas viſuris, vel audituris, *Gilbertus* ſecundus Magiſter Ordinis de **Semplingham**, & *Johannes* prior & Conventus de **Elreton** æternam in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, nos teneri ad perpetuam ſuſtentationem treſdecim pauperum faciendam in Hoſpitali Eccleſiæ de **Elreton**, prout proviſum eſt inter nos, & *Willielmum* filium *Petri*, Fundatorem jam dictæ Eccleſiæ, & ut in autenticis ipſius & noſtris continentur: quod ſi aliquo tempore, aut nos, aut ſucceſſores noſtri contra hanc proviſionem venire præſumpſerimus, licebit venerabili Patri *Ebor.* Archiepiſcopo, qui pro tempore fuerit, nos ad prædictam ſuſtentationem competenter faciendam, appellatione remotâ, compellere. Cujus examini ſuper hoc, nos appellatione remotâ, ſubjaciemus. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigilla noſtra appoſuimus.

Carta Alani *de* Wiltun, *de terris in* **Holm** *&* *alibi.*

Ex autog. in turri S. Mariæ Ebor.

OMnibus Chriſti fidelibus *Alanus* de *Wiltun* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute Domini *J.* Regis *Ang.* & pro ſalute animæ meæ, & *Mariæ* uxoris meæ, & fratrum meorum, & ſororum, & anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum; & pro ſalute Domini *Roberti* de *Turnham*, & *Johannæ* uxoris ſuæ, & *Willielmi* filii *Petri* & *A.* uxoris ejus, dediſſe & conceſſiſſe, & hac meâ Cartâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Sancto *Laurentio*, & Canonicis de **Elreton**, qui ſunt de Ordine de **Sempingham**, & ad ſuſtentationem prædictorum Canonicorum, & treſdecim pauperum, qui ibi paſcentur in perpetuum, in puram & perpetuam elemoſynam, duodecim bovatas terræ in **Holm** propinquiores terræ de **Watton**, ex unâ parte, & alia parte terræ *Hugonis* de *Langeluth*, cum ſeptem toftis & croftis, quæ *Reginaldus* præpoſitus & *Ranulfus*, & *Willielmus* filius *Chriſtianæ*, & *Botilda* vidua, & *Ricardus*, & *Elvima* & *Galfridus* tenuerunt, cum omnibus pertinentiis ſuis, infra villam & extra, ſine aliquo retenemento. Præterea dedi eis in puram & perpetuam elemoſynam ſeptem bovatas terræ in *Brech* ...... cum toftis & croftis & cum omnibus pertinentiis, infra villam & extra, ſine aliquo retenemento; Et quinq; ſceppas ſalis per annum de ſalinis meis in **Weſtcotun**, per traditionem meam & hæredum meorum ad vincula S. *Petri* in autumpno. Dedi eciam prædictas terras & prædictas ſceppas ſalis ita liberè, ſicut aliqua elemoſyna meliùs & liberiùs & ſecuriùs poteſt dari alicui Religioni. Et ego & hæredes mei warantizabimus & adquietabimus & defendemus prædictas terras & prædictas ſceppas ſalis prædictis Canonicis verſùs omnes homines imperpetuum. Hiis teſtibus, *Roberto* de *Turnham*, *Willielmo filio*

lio Petri, Ricardo de *Luttaie, Willielmo* filio *Adæ* de *Garton, Willielmo* Clerico de **Baroubi**, *Petro* filio *Thomæ, Roberto* de *Barevillâ*, & multis aliis.

Carta Willielmi *filii* Nicholai, *filii* Patricii *de* Habbeton *in* **Ridale**, *de* xii. *bovatis terræ in territorio de* **Habbeton**.

bid.

OMnibus Chriſti fidelibus, *Willielmus* de *Habbeton*, filius *Nicholai* filii *Patricii* ſalutem. Noveritis me divinæ pietatis intuitu, pro ſalute animæ meæ, & uxoris, patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum & hæredum, conceſſiſſe & hoc ſcripto confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Canonicis de **Elreton** in perpetuam elemoſynam, duodecim bovatas terræ in territorio de *Parvâ* **Habbeton**, cum toſto & crofto & cum omnibus earum pertinentiis, & aiſiamentis, infra villam & extra, ſine retenemento. Tenendas & habendas liberas, quietas, & ſolutas de omnibus ſervitiis & demandis, mihi & hæredibus meis pertinentibus, ſalvo tantummodo mihi & hæredibus meis forineſco ſervicio Domini Regis, quod dicitur Scutagium, quantum pertinet ad duodecim bovatas terræ, unde octo carucatæ terræ faciunt feodum unius militis. Ego vero *Willielmus* & hæredes mei manutenebimus & defendemus prædictas duodecim bovatas terræ præfatis Canonicis contra omnes homines, quantum ad nos pertinet. Hiis teſtibus, Domino *Rogero* de *Neuſam* milite; Domino *Willielmo* de *Stainegrive* milite; Domino *Johanne* fratre ejus; *Matheo* de *Malton*; *Ricardo* de *Berch*.

Carta Alani *de* Wilton, *de ſex bovatis terræ in* **Habeton**.

bun-
ello Car-
um de
alanda
turri S.
ria Ebo-
.

CUnctis Chriſti fidelibus *Alanus* de *Wilton* ſalutem. Noveritis me, pro ſalute animæ meæ, & *Thomæ* fratris mei, & omnium parentum meorum, & pro ſalute *Will.* filii *Petri*, & ſponſæ ſuæ, & omnium parentum ſuorum, & ſuarum, & pro omnibus qui elemoſinam manutenebunt & benefacient huic domui, & animabus Patris mei, & Matris meæ, & *Johannis* de *Bulemer*, (&c.) dediſſe (&c.) Deo & beatæ *Mariæ*, & Canonicis de **Elreton**, ad ſuſtentationem eorum & treſdecim pauperum, qui ibi paſcentur imperpetuum, ad inveniendum lumen ad Altare Sancti *Laurencii* in Eccleſiâ eorundem Canonicorum; & ad ſuſtendandum unum Capellanum, qui ad idem Altare Sancti *Laurencii* imperpetuum celebrabit, (&c.) ſex bovatas terræ in **Habeton**, cum toſtis & croftis, & duas bovatas terræ in . . . . . cum toſtis & croftis, & molendinum meum de **Marton**; & totam ſequelam Cuſtumariorum meorum, qui ad dictum molendinum bladum ſuum molent, ad ſextum decimum Vas, & braſeum; ſuum ſine multurâ. Et ego & hæredes mei molemus ad idem molendinum ſine multurâ de proprio dominio noſtro de **Thornton**. Dedi etiam eidem Conventui tria toſta & tres acras terræ & dimidiam, arabiles, in *parva* **Edeſton**, quæ habui de dono *Mathæi* de *Marton*. Teſtibus, *Widone* de *Helbec*, *Rob.* de *Aulum*; *Tho.* de *Wilton*, *Will.* filio *Petri*, *Will.* filio *Adæ* de *Garton*; *Olivero* de *Gunneby*, *Will.* de *Bolebec*, (&c.)

De Cantariâ duorum Capellanorum in Prioratu de **Ellerton**, *per* Gerardum Salvayn *chivalier fundandâ.*

INquiſitio capta apud *Eboracum*, coram *Gerardo Salvayn* Eſcaetore Domini Regis in Comitatu *Eboraci* die dominicâ in vigilia omnium *Sanctorum*, anno Regni Regis *Edwardi* tertii, poſt Conqueſtum *Angliæ xxiv.* per ſacramentum *Thomæ Delattay*, (&c.) qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum; quod non eſt, ad dampnum Domini Regis, nec aliorum, ſi Rex concedat *Gerardo Salvayn* de **Herſwell** chivalier, quod ipſe duodecim meſſuagia & *xxiv.* bovatas terræ, cum pertinentiis in *parva* **Thorp**, juxta **Hayton**, dare poſſit Priori & Conventui de **Ellerton**, ad inveniendum duos Canonicos regulares, Capellanos, divina pro animabus ipſius *Gerardi* & *Agnetis* uxoris ejus, in Eccleſiâ Prioratus prædicti, (&c.) & quod remanet prædicto *Gerardo* ultra donationem prædictam Manerium de *North*-**Duffeld** cum pertinentiis in eodem Comitatu, quod tenetur de *Johanne Chamberlayn* de **Dzar**, (&c.)

Inquiſitio de *Ad quod dampnum.* 24 E.3.n. 36.

PRIORATUS

de **Oveton** *in* **Hertnes**, *in Epiſcopatu* Dunelmenſi.

Carta Regis Johannis, *donatorum conceſſiones ratificans & confirmans.*

JOhannes Dei gratiâ, ſciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & Ordini de **Sempligham** rationabilem donationem, quam *Alanus* de *Wiltone* eis fecit, ad faciendum quendam Prioratum ejuſdem Ordinis Canonicorum, de totâ villâ de **Oveton** in **Hertnes**; excepto ſervicio *Thomæ* de *Flecham*; & de *xii.* bovatis terræ in **Hoiton**, juxta **Fodebi**; & in **Huplin** de unâ carrucatâ terræ; & in **Weſtcote** de duabus bovatis terræ; & in **Midleton** in **Clivelando**, de dimidiâ carrucatâ terræ, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, per ſervicium, quod in Cartâ prædicti *Alani*, quam inde habent, continetur, ſicut eadem Carta rationabiliter teſtatur. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici de **Sempligham**, habeant & teneant omnia prædicta tenementa, cum omnibus pertinentiis ſuis, per prædictum ſervicium, benè & in pace, liberè & quietè, &

Cart. 5. *Joh.*m. 6. n. 41.

integrè, in omnibus locis & rebus, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, ad ea pertinentibus, ſicut prædictum eſt. Teſtibus, *G.* filio *Petri* Comite *Eſſexiæ*; *Will.* Comite *Arundelliæ*, *Hugone* de *Nevill*, *Will. Briwerr*, *Tho.* de *Samford*, *Rob.* de *Veteri ponte*, *Petro* de *Stoke*. Data per manum Domini S. *Ciceſtrenſis* electi, apud **Clarendon**, ſecundo die *Maii*, anno &c. *quinto*.

PRIORATUS

de **Welles** *in agro* Lincolnienſi.

Carta Regis Johannis *donationes* Gaufridi *de* Hauvill, *Fundatoris ejuſdem domus, recitans & confirmans.*

Cart. 5. *Joh.* n. 28. JOhannes Dei gratiâ, &c. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & Ordini de **Sempingham**, donationem, quam *Radulphus* de *Hauvill* eis fecit, ad conſtruendum domum Canonicorum ejuſdem Ordinis, de totâ terrâ ſuâ, quam habuit in territorio de **Welle**, ex utraq; parte aquæ ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & ædificiis, & aiſiamentis & libertatibus ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, cum corpore prædicti *Radulfi* de *Hauvill*, & cum córpore *Matildis* uxoris ſuæ; ſalvâ ſibi & hæredibus ſuis, ſumptibus ſuis propriis, paſturâ ad *lx.* averia, tam vetera, quàm juvenia, ubiq; cum averiis prædictorum Canonicorum paſcentia in territorio prædictæ villæ de **Welle**; ſalvo etiam ſibi & hæredibus ſuis, redditu quinq; ſolidorum annuorum, ultra ſervicium quod prædicta terra debet, quem in manu ſuâ & hæredum ſuorum retinuit ad terram ſæpedictam, erga Dominos & omnes alios de omnibus adquietandam: Et præterea conceſſimus eiſdem Canonicis, & præſenti Cartâ confirmamus donationem prædicti *Rad.* de *Hauvill*, quam fecit eis de Eccleſiis de **Dunton**, & de **Doketon**, & **Betleſton**, & de **Acuneby**, cum omnibus illarum Eccleſiarum pertinentiis, ſicut Carta prædicti *Radulphi*, quam eis indè fecit rationabiliter teſtatur. Prædicti verò Canonici nobis conceſſerunt, quod unaquaq; die in perpetuum celebrabitur una Miſſa in Eccleſiâ prædicti loci de **Welle**, pro animâ Dominæ *Alienoræ Reginæ* Matris noſtræ. Quare volo, (&c.) quod prædicti Canonici habeant & teneant imperpetuum omnia prædicta benè, & in pace, liberè, & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, in omnibus locis, & rebus; cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, ut prædictum eſt, ſicut Carta prædicti *Radulphi*, quam inde habet, rationabiliter teſtatur. Hiis teſtibus, *H. Sarr. Ph. Dunelm.* S. *Bathon.* Epiſcopis, *G.* filio *Petri*, (&c.) Dat. per manum S. *Ciceſtr.* Electi apud *Suwic. ix.* die *Maii*, anno, &c. quinto.

PRIORATUS

de **Pulton** *in agro* Wiltonienſi.

Inquiſitio ſuper ejuſdem domus fundatione, per Thomam *de* Sancto Mauro, *militem.*

Eſc. 21. E. 3. n. 59. INquiſitio capta coram *Thomâ* de *S. Mauro* Eſcaetore Domini Regis in Com. *Wilts.* apud **Crekelade**, ſecundo die *Auguſti* anno regni Regis *Edwardi* tertii, poſt conqueſtum viceſſimo primo; virtute cujuſdem Brevis Domini Regis huic Inquiſitioni conſuti, per Sacramentum *Willielmi Colnham*, (&c.) Qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod non eſt ad dampnum neq; præjuditium Domini Regis, ſive aliorum, licèt Dominus Rex concedat dilecto & fideli ſuo *Thomæ* de *Sancto Mauro* militi, quod ipſe Manerium de **Polton**, cum pertinentiis, & advocationem Eccleſiæ ejuſdem Manerii det & aſſignet dilecto ſibi in Chriſto Magiſtro Ordinis de **Sempingham**, pro quadam domo, pro certo numero Canonicorum de eodem Ordine, infra procinctum ejuſdem Manerii, divina ibidem, pro ſulubri ſtatu ipſius Regis, quamdiu vixerit, & pro animâ ſuâ, cum ab hac luce migraverit, & pro animabus progenitorum & hæredum ſuorum; ac præfati *Thomæ*, & hæredum ſuorum; necnon omnium fidelium defunctorum celebraturorum, juxta Ordinem ejuſdem Magiſtri de novo fundando: Habendum & tenendum eiſdem Magiſtro, & Canonicis & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam; & eisdem Magiſtro & Canonicis, quod ipſi Eccleſiam prædictam appropriare, & ſic eam appropriatam in proprios uſus tenere, ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis. Et dicunt quod prædictum Manerium cum pertinentiis, cum Advocatione Eccleſiæ ejuſdem tenentur de Domino Rege in Capite, per ſervitium dimidii feodi militis: Et dicunt, quod prædictum Manerium, cum pertinentiis, valet per annum in omnibus exitibus, juxta verum valorem ejuſdem, decem libras, & Advocatio Eccleſiæ valet *C. s.* Et quod terræ & tenementa eidem *Thomæ* remanent ultra Manerium & Advocationem prædictum; *vid.* Manerium de **Eton**-*Meyſy*, cum Advocatione Eccleſiæ ejuſdem Manerii, & parva **Cheleſworth**; & quod Manerium de **Eton**, cum Advocatione Eccleſiæ ejuſdem tenentur de Comite *Glouc.* per ſervitium dimidii feodi militis; & dictum Manerium de **Cheleſworth** tenetur de Comite *Sarum* per ſervitium *vi.d.* per annum. Et quod Manerium de **Eton**, cum Advocatione Eccleſiæ ejuſdem, valent per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem eorundem *xx.* libras. Et prædictum Manerium de **Chelſworth** valet per annum in omnibus exitibus juxta verum ejuſdem valorem *C s.* In cujus rei teſtimonium huic Inquiſitioni prædicti juratores ſigilla ſua appoſuerunt. Datum die, loco, & anno ſupradictis.

Carta Regis Edwardi *tertii de diverſis libertatibus & privilegiis præfato Prioratui conceſſis.*

Cart. 18 E. 3. m. 4.

EDwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ* & *Franciæ* & Dominus Hiberniæ, Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis, quod cum ob honorem Dei & Sanctæ Matris Eccleſiæ, quandam domum Canonicorum regularium Ordinis Sancti *Gilberti* de **Sempingham**, apud **Pulton** in Comitatu *Wilteſ.* fundari, & quibuſdam terris, tenementis, redditibus, & poſſeſſionibus, ad ſuſtentationem Canonicorum eorundem dotari fecerimus. Nos, ut Prior & Canonici dictæ domus, quiecius divinis, pro nobis, hæredibus & progenitoribus noſtris, ibidem ordinatis, & ordinandis, celebrandis intendere valeant in futurum; ipſos Priorem & Canonicos libertatibus & quietanciis, quas per inſpectionem Rotulorum Cancellariæ noſtræ Domui de **Sempingham**, & aliis domibus Regni noſtri *Angliæ*, dicti Ordinis per præfatos Progenitores noſtros invenimus fore conceſſas, prout inferiùs exprimuntur, communire cupientes; conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus, quod prædicti Prior & Canonici, & ſucceſſores ſui, imperpetuum habeant & teneant omnia terras, tenementa, redditus, & poſſeſſiones ſuas, quæcunq; & ubicunq; benè & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè, & honorificè; in boſco & plano; in pratis & paſcuis; in aquis, piſcariis, vivariis, in ſtream, & ſtrande; in mariſcis, & foreſtis, in molendinis & ſtagnis; in toftis & croftis; & virgultis; in viis & ſemitis: Et quod ſint quieti, tam ipſi, quàm homines eorum in Civitate, Burgo, foris, & Nundinis; in tranſitu poncium & maris portuum, & in omnibus locis, per totum Regnum noſtrum *Angliæ*, & per omnes terras noſtras & aquas, de Theolonio, pontagio, paſſagio, panagio, muragio, pedagio, laſtagio, ſtallagio, hidagio, cariagio; & wardis, ac operibus caſtellorum, pontium, parcorum, & wallorum, ac foſſarum, & vectigalibus, tributis & xeniis, excercitu, & equitatu, & de miſericordiâ foreſtæ, & de eſchape, & de regardo & vaſto ubiq; in mariſco per totam foreſtam noſtram de **Bradene**; & de omnibus geldis, & *Danegeldis*, & *Wodegeldis*, & *Fengeldis*, *Hornegeldis*, *Fotegeldis*, & *Penygeldis*, & *Thenedingpeny*, *Hundrediſpenny*; & de *Meskennyng*, & de *chenagio*, & *Henedpenny*, & *Bucſtall*, & *Triſtris*; & de omnibus miſericordiis & merciamentis, forisfacturis, & auxiliis & wapentachiis, comitatibus, *Trichinges*, *Hundredis*, & *ſiris*, & *thenemannetale*; & de murdro & latrocinio, & *conceylis*; & *utflat*, & *hamſoca*, *Grethbriche*, *Blodwit*, *fletwit*, & *foreſtall*, & *Hengwit*, & *Leirwit*: Et ſint inſuper liberi de *Scotto*, & *wardepenny*, & *Burghalpenny*, & ab omni *careio* & *ſumagio* & navigio, ac domuum regalium edificatione & omnimodâ operatione, Et de omnibus auxiliis Vicecomitum, & Miniſtrorum ſuorum; & ſcutagio, & aſſiſis, & donis, ſumonitionibus, & talliagiis, franciplegiis, & de *Borthnenlig*; & de omnibus placitis & querelis, occaſionibus & conſuetudinibus; & de averiis ſuis in namium capiendis, & de omni terreno ſervicio, & ſeculari exactione ſilvæ eorum ad prædicta opera, vel ad aliqua alia nullo modo capiantur.

Habeant etiam prædicti Prior & Canonici & ſucceſſores ſui Curiam ſuam, & juſticiam, cum *ſokâ*, & *ſaka*, & *thol*, & *theam*, & *infangenethef*, & *utfangenethef*, & *flemenefrith*, & *Ordel*, & *Oreſle*, infra tempus, & extra, & cum omnibus aliis liberis conſuetudinibus, & immunitatibus, & libertatibus; & cum omnibus placitis & querelis, & quietanciis ſuis. Conceſſimus etiam, pro nobis & hæredibus noſtris, & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus, ut cum Magiſter dictorum Prioris & Canonicorum obierit, cura & cuſtodia prædicti Ordinis, tam domorum, quàm grangiarum atq; Eccleſiarum, ſive ſubſtanciarum, in cuſtodiâ & regimine Prioris & Canonicorum ſemper permaneat. Prohibemus etiam, quod nullus Vicecomes, vel Miniſter, ſeu alia perſona magna, vel parva, infra elemoſinas ſuas hominem capere, ligare, verberare, interficere, vel ſanguinem fundere; ſeu rapinam, aut aliquam violenciam facere audeat; neq; averia eorum, de terris elemoſinæ ſuæ aliquis in namium capere præſumat ſuper foriſfacturam noſtram; nec nativos, & fugitivos ſuos, vel catalla eorum aliquis detineat; nec homines venientes ad molendina ſua ullo modo impediat; nec eos, aut homines eorum, pro conſuetudine aliquâ, vel ſervicio, aut exactione, vel pro aliquâ cauſâ diſturbet de rebus ſuis, quas homines eorum affidare poterunt eſſe ſuas proprias, ſet ſint quieti de omnibus conſuetudinibus, exactionibus & occaſionibus, quæ ſunt vel eſſe poſſunt; & generaliter de omnibus rebus in omnimodis quæ ad nos vel hæredes noſtros & ſucceſſores noſtros pertinent, vel pertinere poſſunt, exceptâ ſolâ juſticiâ mortis & membrorum.

Conceſſimus inſuper, pro nobis & hæredibus noſtris, & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus præfatis Priori & Canonicis de **Pulton** in perpetuam elemoſinam, miſericordias & foriſfacturas hominum ſuorum, de omnibus placitis ubicumq; fuerint indictati; ſive in Curiâ noſtrâ, ſive in alia, quantum ad nos pertinet; & ſi fortè dampnati fuerint homines eorum ad mortem vel ad membrorum perditionem, vel in exilium imperpetuum; prædicti Prior & Canonici omnia Catalla eorum habeant ſine aliqua contradictione; retentâ nobis, per Ballivos noſtros executione juſticiæ de vitâ & membris, cujus queſtum omnimodum eis concedimus. Et prohibemus ne ſuper hiis libertatibus aliquis domui de **Pulton** moleſtiam faciat, vel gravamen; vel eorum oves, aut animalia capiantur in namium, neq; in communiâ paſturâ imparcentur ſuper foriſfacturam noſtram decem librarum, & ſuper foriſfacturam Vicecomitis viginti ſolidorum, ſicut confirmatio celebris memoriæ Domini *J.* quondam Regis *Angliæ* Progenitoris noſtri, quam Domus de **Sempyngham** indè habet, teſtatur.

Suſcepimus inſuper in cuſtodiam & ſpecialem protectionem, & defenſionem noſtram, dictam domum de **Pulton**, cum omnibus membris & pertinenciis ſuis; ita quod dicti Prior & Canonici ea teneant benè & in pace, liberè, quietè, & integrè, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſupradictis: Et ſi aliquis verſùs dictam domum de **Pulton** aliquid de poſſeſſionibus ſuis clamaverit, ſive eos in aliquo vexare vel in Placitum ponere voluerit, prohibemus ne dicti Prior & Canonici, pro aliquo reſpondeant, neq; in placitum intrent; neq; aliquis eos placitare faciat, niſi coram nobis vel hæredibus noſtris, vel capitali Juſticiario noſtro, vel hæredum noſtrorum, vel coram Juſticiariis Itinerantibus. Quare volumus (&c.) Data per manum noſtram apud *Weſtm.* quinto die *Februarii,* anno Regni noſtri *Angliæ* viceſimo octavo, Regni vero noſtri *Franciæ* quintodecimo.

Cœnobia Anglicana,

ORDINIS

S. TRINITATIS

PRO

Redemptione Captivorum.

REGULA MONACHORUM S. TRINITATIS, EJUQUE APPROBATIO AB Innocentio III. Pontifice Romano facta.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Fratres domus Sanctæ Trinitatis ſub obedientia Prælati drmus ſuæ, qui Miniſter vocabitur, in caſtitate, & ſine proprio vivunt. Omnes res undecunque licite veniant in tres patres dividant æquales, & in quantum duæ partes ſufficiant, exequantur ex illis opera miſericordiæ, cum ſui ipſorum & eis neceſſario famulantium moderata ſuſtentatione. Tertio verò pars reſervetur ad redemptionem captivorum, qui ſunt incarcerati pro fide Chriſti à paganis: vel dato precio rationabili pro redemptione ipſorum, vel pro redempttone paganorum captivorum, ut poſtea rationabili commutatione, & bona fide redimatur Chriſtianus pro pagano ſecundum merita, & ſtatum perſonarum. Cum verò pecunia data fuerit, vel aliquid aliud licet ſpecialiter & proprie detur ad aliquid, ſemper de conſenſu illius qui dederit, tertia pars ſeparetur, & aliter non recipiatur, exceptis terris, pratis, vineis, nemoribus, ædificiis, nutrituris, & hujuſmodi. Fructus enim inde exeuntes, deductis expenſis, in tres patres dividentur æquales: ſed quæ paucas, vel nullas recipiant expenſas, omnibus dividantur. Cum verò panni, vel calceamenta, vel minuta hujuſmodi, quibus neceſſe ſit uti, quæ vendi, vel conſervari non expedit, data fuerint, vel à ſeipſis habuerint, non dividantur, niſi miniſtro domus & fratribus viſum fuerit expedire. De quibus ſingulis Dominicis diebus, ſi fieri poteſt, in Capitulo deliberetur. Si tamen prædicta, ut panni, terræ, nutrituræ, ſive minuta venderentur, precium inconveniens in tres partes ut ſupra dividatur.

Res donatæ huic Ordini dividendæ.

Omnes Eccleſiæ iſtius Ordini intitulentur nomine Sanctæ Trinitatis, & ſint plani operis.

Eccleſiæ hujus Ordinis cujus nominem erigendæ.

Fratres poſſunt eſſe in una cohabitatione, tres Clerici, & tres laici, & præterea unus, qui Procuratur ſit: qui no Procurator, ſed Miniſter (ut dictum eſt) nominetur, ut frater N. N. Miniſter domus Sanctæ Trinitatis: cui fratres repromittere, ac impendere obedientiam teneantur. Omnibus fratribns ſuis, ſicut ſibimet, Miniſter fideliter adminiſtret.

De miniſtro Ordinis.

Veſtimenta ſint lanea, & alba: & liceat eis habere pelliceas ſingulis ſingulas & bracas, quas jacentes non deponant.

Veſticus Ordinis hujus.

Jaceant in laneis, ita quòd plumea fulcra, vel culcitras niſi in ægritudine laborantes in domibus propriis minime habeant. Cervical verò ad ſuſtentationem capitis permittantur habere.

Lectiſternia.

In cappis fratrum imponantur ſigna.

Equos non aſcendant, nec etiam habeant: ſed aſinos tantum liceat aſcendere datos, vel accomodatos, vel de propiis nntrituris ſuſceptos.

Equis non utendum Ordini.

Vinum ſumendum à fratribus taliter temperetur, ut ſobrie ſumi valeat.

Potus Ordinis.

Jejunent ab Idibus Septembris ſecunda, quarta, & ſexta feria, & ſabbato,

Jejunia.

niſi ſolennis feſtivitas intervenerit uſque ad Paſcha, exceptis dominicis diebus in cibo quadrageſimali jejunent, & alia ſimiliter jejunia, quæ conſuevit Eccleſia celebrare. Poteſt tamen quandoque jejunium Miniſter cum diſcretione relaxare propter ætatem, vel viam, & aliam juſtam cauſam, vel facultate inſpecta etiam argumentare.

Cibus.

Carnibus datis ab his, qui foris ſunt, vel ſumptis de propriis nutrituris veſci liceat tantum in dominicis diebus à Paſcha uſque ad Adventum Domini, & à Natali uſque ad Septuageſimam: & in Nativitate, & Epiphania Domini, & in Aſcenſione Domini, & Aſſumptione, & Purificatione beatæ Mariæ, & in feſtivitate Omnium Sanctorum. Nihil emant ad victum præter panem, & pulmentum; ſcilicet fabas, & piſa, & hujuſmodi legumina, olera, oleum, ova, lac, caſeos, & fructus: ſed neque carnes, neque piſces, ſive vinum liceat emere niſi ad neceſſitatem infirmorum, vel minutorum, vel pauperum, aut in magnis ſolennitatibus. Liceat tamen nutrituras emere, & nutrire. Cum verò in itinere ſive peregrinatione fuerint, liceat eis, ſed parcè vinum emere; & piſces in quadrageſima ſi neceſſe fuerit: & ſi quid eis datum fuerit inde vivant, & reſiduum in tres partes dividant. Tamen ſi fuerint in via profecti ad redimendum captivos, quicquid eis datum fuerit, totum debent ponere in redemptionem captivorum, præter expenſas.

In ſuis domibus edant, non extra fratres hujus Ordinis.

In civitatibus, in villis, ſive caſtellis, in quibus proprias domos habuerint, nihil omnino extra domos illas, niſi in domo religionis, etiamſi à quovis rogentur, comedant, vel bibant, niſi fortè aquam in domibus honeſtis: nec pernoctare præſumant extra hujuſmodi domos: nunquam in tabernis, vel in hujuſmodi locis inhoneſtis habitent, comedant, vel bibant. Qui autem hoc præſumpſerit juxta arbitrium Miniſtri gravi vindictæ ſubjaceat.

Charitati ſtudeant Ordinis hujus fratres.

Talis ſit charitas inter fratres, clericos & laicos, ut eodem victu, veſtitu, dormitorio, refectorio, & eadem menſa utantur.

Infirmorum hujus Ordinis cura.

Infirmi ſeorſum dormiant, & comedant: ad quorum curam habendam converſus aliquis laicus, ſive clericus deputetur: qui ea, quæ neceſſaria fuerint, inquirat, & miniſtret ſicut fuerit miniſtrandum. Moneantur tamen infirmi, ut lauta, ſive nimium ſumptuoſa cibaria non requirant, commoda potius, & ſalubri moderatione contenti. Ad lauta quidem, & ſumptuoſa cibaria non oportet quenquam admitti. Quæcunq; tamen præſentanda ſunt cum hilaritate præſententur: & nulli maledictum pro maledicto reddatur.

Hoſpitum receptio.

Si quis, & maximè religioſus ad hoſpitandum advenerit benignè ſuſcipiatur, & charitative juxta poſſe domus illi ſubminiſtretur. Avena tamen, vel aliud in loco avenæ hoſpitibus non detur, ſi fuerint in civitate, vel oppido, vel ubi venalis inveniatur: niſi fortè religioſi ſint hoſpites, vel tales, qui ad manum non habeant, & non emere poſſint. Si autem hoſpites venalem non invenerint, & in domo qua ſuſcepti fuerint, inveniatur, congruenter eis præbeatur.

Trinitarii monachi laborent.

Nullus frater laicus vel clericus ſit, ſi fieri poteſt, ſine proprio officio. Si quis verò laborare noluerit & potuerit, locum ipſum deſerere compellatur: cum Apoſtolus dicat, qui non laborat non manducet.

Silentium obſervent ubique.

Silentium obſervent ſemper in Eccleſia ſua, ſemper in refectorio, ſemper in *dormitorio: De neceſſariis tamen liceat loqui in aliis temporibus aptis, & remiſſa voce, humiliter, & honeſtè, & extra prædicta loca ubique ſermo eorum ſit honeſtus, & ſine ſcandalo: ſimiliter & eorum omnis ſtatus, geſtus, vita, actio & omnia alia honeſta in eis reperiantur.*

Capitulum habeant.

Capitulum ſi fieri poteſt ſingulis diebus dominicis in ſingulis domibus Miniſter cum fratribus ſuis teneat: & de negotiis domus, & domui ſive fratribus datis: ut ad redemptionem captivorum tertia pars deputetur, fratres Miniſtro, & Miniſter fratribus rationem fideliter reddat. Non ſolum fratribus, ſed & familiæ domus pro capacitate ſua ſimiliter ſingulis dominicis diebus, ſi fieri poſſit, exhortatio fiat: & quod credere, aut agere debeant, ſimpliciter moneantur. De omnibus rebus, & clamoribus in Capitulo fratres judicentur.

Nullus fratrẽ ſuum publicè accuſet.

Nullus fratrum fratrem ſuum in publico accuſet, niſi bene poſſit probare. Qui autem hoc fecerit pœnam ſubeat, quam reus ſubiret, ſi convinci potuiſſet, niſi Miniſter ex cauſa cum eo diſpenſare voluerit.

Correptio delinquentis.

Si qui ſcandalum, vel aliquid hujuſmodi fecerint, vel (quod abſit) ſe invicem percuſſerint, juxta arbitrium Miniſtri, majori vel minori vindictæ ſubjaceant. Si quis frater in fratrem peccaverit, id eſt, contra fratrem, id eſt, eo ſolo ſciente, qui injuriam paſſus eſt, ſuſtineat patienter, licet ſit innocens: & cum quieverit commotio animorum, benignè, & fraternè commoneat, & corripiat eum uſque ter inter ſe, & ipſum ſolum, & pœnitentiam agere de commiſſo, & à ſimilibus in poſterum abſtinere: quod ſi audierit, dicat Miniſtro, & ille corripiat eum ſecreto ſecundùm quod viderit ſaluti ejus expedire. Qui verò ſcandalum movit, & per ſe emendare voluerit, totum ante pedes ſcadalizati petens veniam ſe extendat: & ſi ſemel non ſufficit uſque ter illud idem faciat. Si verò hoc in publicum venerit, quæcunque ſecutura fuerit pœnitentia hæc ſit prior, ſcilicet ante pedes Miniſtri petendo veniam totius corporis extenſio, & poſtea ſecundùm ejus arbitrium emendetur.

Capitulum generale quando celebrandum.

Generale Capitulum ſemel in anno celebretur: qui fieri debet in Octavis Pentecoſtes.

Si pro neceſſitate domus debitum fuerit aliquod contrahendum, prius in Capitulo fratribus proponatur, & cum eorum fiat conſilio, & aſſenſu: ut ſic, & ſuſpitiones, & murmura evitentur.

Si quiſquam de ſubſtantia domus violentiam fecerit, & ad judicem oportuerit referri, non ante hoc fiat, quàm charitativè ille à fratribus primò, poſt ab aliis vicinis ſimiliter moneatur.

Miniſtri hujus Ordinis electio.

Electio Miniſtri per commune fratrum conſilium fiat: nec eligatur ſecundùm dignitatem generis, ſed ſecundum vitæ meritum, & ſapientiæ doctrinam. Ille verò qui eligitur, ſacerdos ſit, vel clericus ordinibus aptus. Miniſter verò ſive major, ſive minor ſacerdos ſit.

Miniſtrorum officium.

Major Miniſter confeſſiones fratrum omnium congregationum ejuſdem Ordinis audire poteſt. Minor verò Miniſter omnium fratrum ſuæ domus audiat confeſſiones, dummodo verecundia repetiti exceſſus occaſionem minimè prebeat tardius prælatis ſuis, vel minus purè, quàm deceat confitendi. Solicite verò Miniſter provideat, ut præcepta regulæ, ſicut cæteri fratres per omnia teneat. Poſtquàm verò electus fuerit, ſi ex culpa deponi meruerit, per Majorem Mini-

Miniſtrum convocacis tribus, vel quatuor Miniſtris minoribus deponatur, & alius qui dignus ſit loco ejus ſubrogetur. Si verò pro remotione terrarum, vel alia cauſa rationabili major Miniſter hoc facere non poterit, Miniſtris minoribus magis religioſis committat: & quod illi fecerint authoritate majoris, ratum habeatur. Major verò Miniſter, ſi proceſſibus corrigendus, vel deponendus ſit, per quatuor, aut quinque Miniſtros ejuſdem Ordinis magis religioſos hoc fiat: qui tunc auctoritate generalis Capituli ad hoc eligi debent.

Receptio novitii. Si quis hujus Ordinis frater eſſe voluerit, primò per annum cum expenſis ſuis, præter victum, habitu ſuo, & omnibus ſuis retentis, in Ordine pro Deo ſerviat: & poſt annum, ſi bonum & conveniens videatur Miniſtro domus, & fratribus, & illi, & locus vacaverit, recipietur: dum tale ſit, de quo non videatur Eccleſiæ litigium imminere. Si verò de cujuſque moribus viſum fuerit dubitandum, prolixior de eo probatio habeatur. Si ante receptionem aliquis ſe intemperanter habuerit, & impatiens diſciplinæ, & ad arbitrium Miniſtri non emendaverit mores ſuos, tribuatur ei modeſte licentia cum omnibus quæ attulit recedendi. In Ordine verò aliquis non recipiatur, antequam annum videatur vigeſimum complevisse: Profeſſio verò in arbitrio Miniſtri relinquatur.

Pignora non accipiant, niſi decimas cum licentia Epiſcopi ſui de manu laici; juramenta non faciant, niſi magna neceſſitate cum licentia Miniſtri, vel juſſi ab Epiſcopo ſuo, vel ab alio vices Apoſtolicas gerente, & hoc pro honeſta, & juſta cauſa.

Si quod vitium in re, quæ venditur netum fuerit, indicetur emptori: depoſitum auri, vel argenti, vel pecuniæ non liceat eis ſuſcipere. Ipſa die, qua infirmus venerit, vel apportatus fuerit, de peccatis ſuis confiteatur, & communicet.

Omni ſecunda feria præterquam in Octavis Paſchæ, & Pentecoſtes, & Nativitatis Domini, & Circuncisionis, & Epiphaniæ, & præterquam in feſtivitatibus, quæ ad colendam pronunciantur, finita Miſſa pro fidelibus fiat abſolutio fidelium defunctorum in Cœmiterio. Singulis quoque noctibus ad minus in hoſpitali coram pauperibus pro ſtatu & pace Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & totius Chriſtianitatis, & pro benefactoribus, & pro his, pro quibus generalis Eccleſia conſuevit orare, & communis fiat oratio.

In regularibus horis morem beati Victoris obſervent, niſi forte pauſationes, vel aliæ prolixitates, vel vigiliæ, occaſione laboris, & paucitatis ſervientium de conſilio piorum, & religioſorum virorum fuerint remittendæ, propter paucitatem etenim ſuam tantas pauſationes in pſallendo facere non tenebuntur; nec ita tempeſtive ſurgere.

Raſura Trinitariorum. In raſura ſimiliter Ordinem Sancti Victoris ſequantur Clerici. Laici verò barbas non radant, ſed eas creſcere modeſte permittant. Nulli ergò, &c. noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis, &c.

MONA


W. Hollar fecit.

Trinitarianus.

831

PRIORATUS *de* Theleſford, *in agro* WARVVICENSI.

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pa.3.E.3. p.2.m.8.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Donationem & conceſſionem, quas *Will.* filius *Walteri* de *Cherlecote*, per ſcriptum ſuum fecit Deo & Sancto *Johanni Baptiſtæ*, & beatæ Virgini *Radegundi*, de treſdecim acris terræ de dominico ſuo de Cherlecote, propinquioribus viæ de Cherlecote, quæ ducit ad pontem de Teſleſford, ex parte occidentali, ſuper rivulum de Teſleſbroc, cum pratellis ſuper eundem rivulum ad eaſdem treſdecim acras pertinentibus; & cum parte ejuſdem rivuli ad eaſdem treſdecim acras pertinente: Et etiam de totâ terrâ ex alterâ parte prædictæ viæ verſùs orientem, quæ eſt inter ipſam viam, & terram arabilem, quæ fuit *Geraldi* de *Cherlecote*, in puram & perpetuam elemoſinam, liberis & quietis ab omni ſeculari ſervicio & exactione, ad conſtruendum ibidem Eccleſiam in honore prædictorum Sanctorum, & domum Hoſpitalem, ad pauperum recreationem, & peregrinorum ſuſceptionem, & virorum Religioſorum ibidem imperpetuum Deo ſervitorum ſuſtentationem. Confirmationem etiam, quam idem *Willielmus*, per idem ſcriptum ſuum, fecit Deo & Sanctis prædictis, de donatione dimidiæ virgatæ terræ in villâ de Cherlecote, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam *Cecilia* mater ipſius *Willielmi* fecit eiſdem. Confirmationem inſuper, quam idem *Willielmus* per Cartam ſuam fecit eiſdem Sanctis, necnon fratribus Ordinis ſanctæ *Trinitatis*, & redemptionis Captivorum, & eorum ſucceſſoribus, de totâ domo de Theuliſford, cum gardinis & croftis, & cum omnibus pertinentiis ad dictam domum pertinentibus, unà cum advocatione Eccleſiæ de Cherlecote, cum omnibus juribus, & poſſeſſionibus, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, ad dictam Eccleſiam ſpectantibus.

Donationem, etiam conceſſionem, & quietam clamantiam, quas *Fulco* filius *Willielmi* de *Lucy* per ſcriptum ſuum indentatum fecit *Roberto* tunc Miniſtro prædictæ domus de Teſleſford, de Ordine prædicto, & fratribus ejuſdem loci, de viâ ad claudendum inter Eccleſiam de Teſleſford, & Curiam eorundem Miniſtri & fratrum, in puram & perpetuam elemoſynam, Donationem inſuper, conceſſionem & confirmationem, quas *Will.* de *Lucy* miles, & nuper Dominus de *Cherlecote*, per ſcriptum ſuum fecit *Henrico* dudum miniſtro domus prædictæ, & fratribus ejuſdem domus, de poteſtate claudendi, & ad clauſum ipſorum fratrum addendi & incluſum imperpetuum retinendi, duas acras terræ propinquiores clauſui ipſorum fratrum, & etiam de tantâ placeâ de dominico ipſius *Willielmi*, vocatâ Lattaye, ad Capita dictarum duarum acrarum, uſq; ad rivulum qui vocatur Theuliſfordbrok, in quantum dictæ duæ acræ ſe extendunt in latitudine; ita quod, nec idem *Willielmus*, hæredes, vel aſſignati ſui, aliquam communam, ſive jus in prædictis duabus acris terræ, & dictâ placeâ ſic incluſis, de prædictis Miniſtro & fratribus vel eorum ſucceſſoribus extunc quoquo modo habere poſſent, exigere vel vendicare.

Conceſſionem inſuper & quietam clamantiam, quas *Johannes* de Paſſord, nuper Dominus de Bereford, juxta Warrewyk, pro ſe, hæredibus & aſſignatis ſuis, per ſcriptum ſuum fecit Miniſtro & fratribus prædictæ domus de Theuliſford, & eorum ſucceſſoribus, de omnibus amerciamentis in quibus, dicti Miniſter & fratres & eorum tenentes, & Cotarii quicumq; in Curiâ ſuâ de Bereford, tam in Curiâ viſus franci plegii, quàm aliis Curiis ſuis, occaſione quacumq; extunc amerciari, vel eos puniri contigerit, pro tranſgreſſionibus, ſive pro defectibus, vel aliquâ aliâ occaſione, percipienda & habenda imperpetuum.

Conceſſionem eciam & confirmationem, quas *Will.* de Paſſord, dudum Dominus de Bereford, per Cartam ſuam fecit Miniſtro & fratribus prædictis de omnibus donationibus terrarum, reddituum, domorum, & paſturarum in villâ de Bereford, vel extra, quas *Phillippus* de Kynton de *Henrico* de Bereford, prædeceſſores prædicti *Willielmi*, & de *Waltero* de Bereford, & *Aliciâ* filia *Reinbaldi* de Cherlecote adquiſivit, & fratribus prædictis contulit in puram & perpetuam elemoſynam, ab omnibus ſecularibus ſerviciis, &

omnimodis Curiis, ſectis, adventibus ad viſum franci plegii, exactionibus, querelis, & demandis univerſis, quietè poſſidendis, exceptis *Warth* & ſcutagio, quantum pertinet ad quinq; virgatas terræ, quas prædicta *Alicia* dedit prædictis fratribus in eadem villâ. Conceſſionem inſuper, quam idem *Willielmus*, per eandem Cartam ſuam fecit prædictis Miniſtro & fratribus, de liberâ piſcariâ in aquâ ipſius *Willielmi* de **Avene**, omnibus diebus præterquam diebus dominicis, ubiq; à malendino de *la Le*, uſq; ad ſtagnum molendini ipſius *Will.* cum buttorio; & à gardino ſuo ubiq; usq; ad diviſas inter **Bereford** & **Waſperton**, cum ſpurte, & quolibet genere butitorii imperpetuum. Conceſſionem etiam, quam idem *Willielmus*, per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem fratribus, de habendo ſeparatim ſuper terram & ſolum ipſorum fratrum in **Bereford**, ſuum proprium imparcum & meſſarium, ad capiendum, chaceandum & imparcandum abſq; impedimento vel calumpniâ prædicti *Willielmi*, hæredum vel aſſignatorum ſuorum, animalia in dampnis dictorum fratrum inventa, & rationabiles dampnorum eſtimationes indè exigendos, & inconcuſſè percipiendos.

Conceſſionem inſuper, quam idem *Will.* per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem fratribus, in puram & perpetuam elemoſinam, de tribus virgatis terræ, quæ appellantur libera hida, in **Bereford**, quietis de **Warth**, & ſcutagio, & ab omni ſeculari ſervicio, ſectis Curiæ, & adventibus, & afforciamentis; & de habendo liberum ingreſſum & regreſſum eundi & redeundi, cum animalibus ſuis paſcendis in communâ paſturæ de **Bereford**, à paſturâ forinſecâ abſq; impedimento & calumpniâ ipſius *Willielmi*, hæredum, & aſſignatorum ſuorum. Conceſſionem eciam, quam idem *Wil.* per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem fratribus, de non veniendo ad Curiam ipſius *Willielmi*, hæredum vel aſſignatorum ſuorum, per ſummonicionem, attachiamentum, captionem averiorum, vadium, plegiorum, queredarum, querimoniorum vel quamcumq; aliam cohertionem, occaſione queſtionum, contentionum, querelarum, aut tranſgreſſionum quarumcumq; inter ipſum *Willielmum* & prædictos fratres, vel homines & ſervientes ſuos quoſcumq;, aut inter ipſos fratres & alios quoſcumq;, undè verbera, huteſiæ, clamores, queremoniæ, ſanguinis effuſiones emergere poſſent infra limites libertatis ipſius *Will.* contingentium: ſet quod abſq; ſtrepitu judiciali certis die & loco, infra libertatem illam, & extra Curiam prædictam rationabiles emendæ fiant, de omnibus prænominatis, parti cui tranſgreſſum fuerit, per viſum bonorum & diſcretionem legalium virorum, quos partes elegerint. Conceſſionem inſuper, quam *Johannes* filius & hæres prædicti *Willielmi* per Catam ſuam fecit prædictis fratribus, de eo quod iidem fratres, cum animalibus ſuis paſcendis in communiâ paſturæ de **Bereford**, à paſturâ forinſecâ; *ſcilicet*, de **Hethcote**, & omnibus aliis paſturis forinſecis liberum haberent ingreſſum & regreſſum eundi & redeundi, & pro voluntate ipſorum fratrum in eadem paſturâ de **Bereford** commorandi abſq; impedimento vel calumpniâ ipſius *Willielmi*, hæredum & aſſignatorum ſuorum. Remiſſionem etiam & quietam clamantiam, quas *Fulco* de *Lucy* per ſcriptum ſuum fecit fratribus prædictis de decem ſolidatis annui redditus, quos idem *Fulco* ab eiſdem fratribus annuatim percipere conſuevit, pro duobus meſuagiis & tribus virgatis terræ in villâ & campis de **Bereford**, quæ appellatur *liberâ hida*; quæ quidem duo meſuagia, cum tribus virgatis terræ prædictis, præfatis fratribus remanſerunt per finalem concordiam inter *Will.* de *Lucy*, avum prædicti *Fulconis*, & fratrem *Eliam* tum domus prædictæ miniſtrum, factam apud **Warrewick**, coram *Rogero* de **Thurkelby**, *Gilberto* de **Preſton**, Magiſtro *Simone* de **Malton**, & *Johanne* de **Cobeham**, quondam Juſticiariis itinerantibus *Henrici* filii Regis *Johannis*, anno regni ſui triceſſimo primo.

Donationem etiam & conceſſionem, quas *Ricardus* filius *Willielmi* *Mallore* de **Kirkeby**, per ſcriptum ſuum fecit præfatis fratribus, in puram & perpetuam elemoſinam, de terrâ quæ vocatur **Harlichwong**, de dominico ipſius *Ricardi*, in quâ fundata eſt *Eccleſia* de **Kirkeby**, ſicut certis circumdata eſt limitibus, verſùs Aquilonem, & verſùs Occidentem; unà cum advocatione ejuſdem Eccleſiæ, & cum Capellis de **Sulton** & **Pekynton**, & cum omnibus aliis ad eam pertinentibus, de jure imperpetuum poſſidendis. Donationem inſuper, conceſſionem, & confirmationem, quas *Willielmus* de *Putot* per Cartam ſuam fecit præfatis fratribus, de unâ virgatâ terræ in villâ de *Eſſorâ*, & extra, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum domibus & meſuagio, & cum duabus acris terræ, quæ fuerunt de dominico ipſius *Willielmi*, quarum una jacet in uno campo verſùs **Merhulle**, & alia in alio campo verſùs *Donam*. cum jure & dominio duarum acrarum terræ, quas idem *Willielmus* attornavit & aſſignavit miniſtris Eccleſiæ de **Neubald**; ita quod idem *Willielmus* & aſſignati ſui de *Eſſorâ* erunt ſoluti & quieti de minutis decimis de **Chircheſoth** in villa de **Neubald** imperpetuum, unà cum pratis & terris, quas *Robertus* de *Mortimer* habuit de prædicto *Willielmo* ad terminum; & cum omnibus pertinentiis, libertatibus, & aiſiamentis ad prædicta tenementa pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſynam. Remiſſionem etiam & quietam clamantiam, quas *Willielmus* de *Nafford* junior, per ſcriptum ſuum fecit præfatis miniſtro & fratribus, & eorum ſucceſſoribus de ſeminando totam illam terram, quæ vocatur *la* **Blakeheth** in campo de **Bereford**, quocienſcumq; ſibi viderent expedire, abſq; contradictione vel impedimento ipſius *Willielmi* & hæredum ſuorum. Donationem inſuper, conceſſionem, & confirmationem, quas *Wil.* de **Doddyngeſheles** per ſcriptum ſuum fecit prædictis fratribus de totâ terrâ illâ, quam *Robertus* de **Gorſthulle** tenuit in **Hundeſhule** in Manerio ipſius *Willielmi* de **Solehulle**, cum peciâ terræ jacente in angulo inter viam extendentem verſùs **Wilakesford**, & viam extendentem verſùs **Solehulle**, juxta eandem terram, cum communibus paſturis, & libertatibus & aiſiamentis ad prædictam terram pertinentibus, in liberam & perpetuam elemoſynam. Et quod iidem fratres liberi ſint & quieti à ſectâ Curiæ, & ab omni exactione ſeculari dicto *Willielmo* & hæredibus ſuis pertinente. Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Willielmus* de *Bello Campo*, dudum Comes *Warwikyæ* per ſcriptum ſuum fecit præfatis miniſtro, & fratribus, de tribus culturis terræ, quarum una *le* **Cleipultes**, & alia *la* **Morecroft**, & tertia **Fernyfurlong** vocantur, cum liberâ communia in tempore aperto, & aliis pertinentiis ſuis: Habendum liberè & quietè, cum libero introitu & exitu abſq; ſectis Curiæ, releviis, & omnibus ſecularibus ſervicijs, conſuetudinibus, & demandis univerſis, præfato Comiti vel hæredibus ſuis aliquo modo pertinentibus. Remiſſionem inſuper & quietam clamantiam, quas *Willielmus* nuper Prior de *Coventre*, & Conventus ejuſdem loci per ſcriptum ſuum indentatum fecerunt Miniſtro, & fratribus domûs prædictæ, de terris, & tenementis, quæ *Rogerus* filius *Henrici* de **Wittele**, & *Emma* vidua, quondam tenuerunt in **Heitcote**; cum wardis, releviis, heriettis, eſcaetiş, & aliis ſervitiis dictorum tenementorum. Habendum liberè & quiete ab omni ſervicio ſeculari, exactione, ſectâ Curiæ, quærelâ, & demandâ, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto fratri *Thoma* de **Offynton**, nunc Miniſtro domus prædictæ, & fratribus ejuſdem domus, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, concedimus, & confirmamus, prout Cartæ & ſcripta prædicta rationabiliter teſtantur, & prout iidem Miniſter & fratres ac eorum prædeceſſores terras & tenementa prædicta hactenus rationabiliter tenuerunt. In cujus, &c. T. Regè apud **Kenylworth**, *xxvi*. die *Novembris*.

PRIORATUS

de **Mottinden** *in agro* Cantiano.

Muttenden *fratres Ordins* S. Crucis.

Vol. I.

R*Obertus* de *Rokeſley* miles, originalis fundator. Modernus Comes de **Northumberland**.

PRIORATUS

de **Ingham** *in* Norfolcia.

Ord. S. Trinit. *& redempt. Captivorum*

DOminus *Gulielmus Staferton* primus fundator; nunc *Franciſcus Calthorp*. Lel. Coll. Vol. I. p. 58.

PRIORATUS

de **Knaresburgh** *in agro* Eboracenſi.

Carta Regis Henrici *tertii donationem Regis* Johannis *de* xl. *acris terræ*, Ivoni *Heremitæ factam, jacentibus in* **Swineſco**.

REx Omnibus &c. ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ &c. conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe fratri *Ivoni* Heremitæ Sanctæ Crucis de **Cnaresburg**, & ejus ſucceſſoribus *xl*. acras terræ, cum pertinentiis in **Swineſco**, quod Dominus *J*. Rex Pater noſter priùs dedit, & conceſſit fratri *Roberto* quondam Heremitæ ejuſdem loci. Habendas & tenendas de nobis & hæredibus noſtris, eidem fratri *Ivoni*, & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſynam, pro omni ſervitio. Quare volo, (&c.) quod prædictus frater *Ivo* & ejus ſucceſſores habeant & teneant prædictas *xl*. acras terræ, cum pertinentiis de nobis & hæredibus noſtris benè & in pace, liberè, & quietè, & integrè, in liberam, puram, & perpetuam elemoſynam, ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus, *H*. de *Burgo*, (&c.) *J*. Conſtab. *Ceſtriæ*, *Thomâ* de *Muletone*; *Briano* de *Inſulâ*; *Willielmo* de *Cantilupo*; *Ph*. de *Albiniaco*, *Radulpho* de *Trublevil*; *Radulpho* filio *Nicholai*, *T*. de *Craucumbe* & aliis. Data apud *Pontemfractum xxx*. die *Novembris* Anno *xii*. Cart. 12. H. 3. m. 10.

Carta Regis Edwardi *ſecundi*, *conceſſiones* Ricardi *Regis* Alemanniæ *& Comitis* Cornubiæ *recitans & confirmans*.

REx Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam confirmationis, quam celebris memoriæ Dominus *E*. quondam Rex *Angliæ* pater noſter fecit fratribus Ordinis Sanctæ *Trinitatis*, & captivorum de **Knareſburgh**, in hæc verba. *Edwardus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, (&c.) Archiepiſcopis, Epiſcopis, Cart. 5. E. 2. n. 16.

pis, Abbatibus, (&c.) ſalutem. Inſpeximus Cartam Domini *Richardi* Regis *Alemanniæ* & Comitis *Côrnubiæ* avunculi noſtri, quam fecit fratribus Sanctæ *Trinitatis*, & Captivorum de **Knaresburgh**, in hæc verba; Omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Richardus* Comes *Cornubiæ* ſalutem; Noveritis nos dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe, Deo & fratribus Ordinis Sanctæ *Trinitatis*, & Captivorum de **Knareſburgh**, pro ſalute animæ noſtræ, anteceſſorum, & ſucceſſorum noſtrorum, Capellam Sancti *Roberti* de **Knaresburgh**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quantum ad nos pertinet, cum advocatione Eccleſiæ de **Hampſtwayt**, cum ſuis pertinentiis; & totam illam terram, cum pertinentiis quas Dominus *Johannes* Rex Pater noſter dedit prædicto Sancto *Roberto* in vitâ ſuâ & et etiam illum Campum qui dicitur **Swyneſco**, cum quodam boſco adiacente, qui vocatur **Halikeldeſyks**, ex parte boriali aquæ, quæ appellatur **Nid**, uſq; pontem pendentem; & ex alia parte ejuſdem aquæ in occidente verſùs boream, uſq; ad viam quæ protendit de **Knaresburgh** verſùs **Heywra**; totam illam terram, quæ appellatur **Bellmond**, inter Foreſtam, & parvum parcum de **Knaresburgh**, ſicut via ſe extendit de ponte ſubtus Eccleſiam de **Knaresburgh**, eundo verſùs Foreſtam à ſiniſtris; & etiam totam illam terram, quæ vocatur **Spitelcrofts**, cum pertinentiis.

Præterea dedimus & conceſſimus dictis fratribus, & eorum ſucceſſoribus, paſturam ad viginti vaccas, cum earum ſequelâ trium annorum, in **Hamsthuett**, & ad treſcentas oves ibidem; & ad quadraginta porcos quietos de paunagio in **Ockeden**; & ſi plures habuerint, faciant pro eis ſicut alii de paſturâ, ſylvis & parcis noſtris: Habendum & tenendum dictam Capellam, cum advocatione dictæ Eccleſiæ, & omnes alias terras prædictas, cum earum pertinentiis, de nobis & hæredibus noſtris, prædictis fratribus, & eorum ſucceſſoribus, benè & in pace, liberè & quietè, ab omni Servitio ſeculari, exactione, conſuetudine, & demanda ad nos vel hæredes noſtros pertinentibus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, ſalvis nobis, & hæredibus noſtris beſtiis noſtris ſilveſtribus; ita quod liberum habeant introitum & exitum, ſicut priùs habere conſueverunt in prædictis; ita *videlicet*, quod homines noſtri de **Knaresburgh**, communicabunt in omnibus prædictis terris, poſtquam prædicti fratres veſturas earum aſportaverint, cum animalibus ſuis, per totum, ubi non fuerit, ſeminatum, uſq; ad feſtum *Natalis* Domini, præterquam in **Swyneſco**, & cultura veteris parci, quæ quieta, & ſoluta ab omni communicatione, prædictis fratribus remanebunt. Et nos & hæredes noſtri, prædictis fratribus prædictas Capellam, & terras, cum advocatione dictæ Eccleſiæ, & paſturâ, ut prædictum eſt, ſicut puram & liberam elemoſinam noſtram warantizabimus contra omnes homines, & fœminas, quamdiù dicti fratres in dicto loco morabuntur. Et ut hæc noſtra donatio, conceſſio & Cartæ noſtræ confirmatio ſtabilis permaneat, atq; rata, præſentem Cartam Sigilli noſtri munimine duximus roborandam. Hiis Teſtibus, Dominis *Willielmo* de *Ros*; *Johanne* de *Stotevill*; *Willielmo* de *Ireby*; *Willielmo* de *Furnivall*; *Richardo* de *Turri*, *Johanne* filio *Thomæ*; *Rogero* de *Aumary* Militibus; Dominis *Phillippo* de *Eyâ*; *Willielmo Blundell*; *Roberto* de **Rynton**, Clericis, & aliis. Datam *Londoniis* decimo die *Aprilis* anno gratiæ *MCCLvii.*

FINIS:

ADDITAMENTA
IN
Tomum Primum,
MONASTICI
ANGLICANI.

ADDITAMENTA

PAG. 18. col. 2. lin. 5.

Carta Regis Edwi *de* Pathneberge, *Cœnobio* Glaſtonienſi *conceſſa.*

Ex Regiſtro *Glaſtonienſis* Cœnobii, penès *Radulphum Sheldon*, de Beoley in Com. *Wigorn.* Arm. f. 149.b.

ADjuva nos *Jheſu Chriſte*, Cœli terræq; moderator. Cum ſeculi varietas crebrâ vacillatione defectum ſui, cunctis ſapientibus liquidò patefaciat frequentativis orthodoxorum ammonitionibus hortamur, ut ea quæ æternaliter ſtabilia indefectaq; perſeverant, cœleſti amniculante baſileo alacres, inceſſibili adquiramus lucello: Quamobrem ego *Edwith*, annuente altritoni moderatoris imperio, totius Albionis triumphatum potitus gubernamine, Rex ac gubernator, non immemor ob hoc michi occidiva fore conceſſa, ut hiis ſtrenuè jugi conamine turpitudines æterna lucrarer, quandam vineæ particulam, cum hærentibus ſibi duobus manſiunculis, in loco qui agnoſcitis hujuſce patriæ *at* **Pathenebergе**, noſcibili nuncupatur vocabulo, ſanctæ Dei genitricis Eccleſiæ, quæ *Glaſtingenſi* olim data videtur Monaſterio, cum omnibus huic ruſculo ritè pertinentibus; pratis, paſcuis, ſilvis, capturis, æternâ largitus ſum hæreditate: obſecrans; ut nullus superveniat hominum ſuperbiæ inflatus rancore, qui hanc noſtram largifluam donationem immutare, minuere, preſumptionis audeat. Si quis autem minuere, vel auferre, quod Domino largiti ſumus, obſtinatus voluerit, deleatur nomen ejus de libro vitæ, reuſq; anathema poſt obitum, æternis baratri deputatus incendiis, cum *Judâ* Chriſti proditore miſerimus lugubriter puniatur niſi cum dignâ ſatisfactione devotus emendaverit, quod contra Domini voluntatem violentus perpetravit. Acta eſt autem hæc noſtræ dapſilitatis munificentia, anno incarnationis Domini *DCCCCLvi.* indictione verò *xiiii.* hiis teſtibus conſentientibus, quorum inferiùs ordinatim nomina recitantur. ✠ Ego *Edwhi* Rex Anglorum hoc donum cum triumpho S. Crucis impreſſi. ✠ Ego *Edgar*, frater ejuſdem Regis confirmavi. ✠ Ego *Oda* Archiepiſcopus confirmavi. ✠ Ego *Elſie* Epiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Brithelm* Epiſcopus corroboravi. ✠ Ego *Daniel Wintonienſis* Epiſcopus confirmavi. ✠ Ego *Oſwolf* Epiſcopus favi. ✠ Ego *Wolſie* Epiſcopus dictavi. ✠ Ego *Athelſtan* Dux conſenſi. ✠ Ego *Athelwold* Dux conſenſi. ✠ Ego *Edm.* Dux conſenſi. Sit autem prædictum rus, quod ego, cum conſenſu optimatum meorum, Domino, ejuſq; genitrici, patronâ amodum devotione largifluus conceſſi, omni terrenæ ſervitutis jugo liberum; nec pontis, arciſve reſtauratione, ſive quempiam expeditione ullo modo affligatus; ſed tranquillum perſeverens domini ſolummodo ſerviatur.

Carta Eddi *Epiſcopi*, *facta* Hengiſlo, *Abbati* *de* **Lantocal**, *&* **Ferramere**.

Ibid.

REgnante ac gubernante nos domino noſtro *Jheſu Chriſto*, menſe *Julii*, pridie nonas, indictione quintâ, anno incarnationis ejuſdem *DCLxxx.* Nichil intulimus in hunc mundum, verùm nec auferre poſſumus; ideo terrenis cœleſtia, & caducis æterna comparanda ſunt: Quapropter ego *Eddi* Epiſcopus, terram, quæ dicitur **Lantocol**, tres caſſatos, *Hengiſco* Abbati libenter largior: Necnon terram in alio loco, duas manentes; hoc eſt in Inſulâ, qui girum cingitur hinc atq; illinc palude, cujus vocabulum eſt **Ferramere**. Deniq; ſolerter peto. ut nullus poſt obitum noſtrum, hoc donativum in irritum facere præſumat. Si quis vero id temptaverit, ſciat ſe Chriſto rationem redditurum. Ego *Eddi* Epiſcopus ſubſcripſi.

Ib.f.150.a. *Carta* Fortere *Epiſcopi, facta Abbati* Aldberto *de* **Bledeneye**.

EGo *Forterus* famulus famulorum Dei, pro redemptione animæ meæ, unum caſſatum dedi *Aldberto* Abbati, quæ ſita eſt juxta fluvium **Aeſce**, ad portam, quæ dicitur **Bledenithe** ad Inſulam parvam, & ad Eccleſiam beati *Martini* Confeſſoris in propriam ſubſtantiam; Habendum, donandumq; cuicunq; voluerit. Qui hanc Cartam infringere temptaverit, ſciat ſeipſum à communione Sanctorum ſeparatum, & ab omnipotenti Deo. ✠ Ego *Forterus* conſenſi & ſubſcripſi. Acta eſt autem hæc donatio anno *DCCxi:* indictione primâ.

Ibid. *Carta* Cenwalli *Regis* Weſtſaxoniæ, *de* **Ferramere**.

REgnante ac gubernante nos, Domino noſtro Jeſu Chriſto. Nichil intulimus in hunc mundum, verum nec auferre quid poſſumus; ideo terrenis cœleſtia, & caducis æterna mercanda ſunt: Quapropter ego *Cenwalli*, terram quæ dicitur **Ferramere**, unum caſſatum, *Beortwaldo* Abbati libenter largior: Necnon duas parvas Inſulas; hoc eſt cum capturâ piſcium in utraq; parte ſtagni; cum paludibus, ſilvis, paſcuis, apium; & omnibus ad ſe pertinentibus dabo: Et ut habeant diebus vitæ ſuæ; & poſt obitum ſuum cuicunq; voluerit derelinquere, corroboravimus nunc, Cruciſq; ſigno confirmato, hoc donativum, ſtabili jure gratum & ratum decerno, durare quamdiu vixero, poli terras atq; æquora circa æthera ſiderum juſſo moderamine volvet. Si quis autem niſus fuerit hujus meæ donationis teſtamentum confringere, aut adimere conatur, ipſe atrius multatus ſit infernalis ergaſtuli pænâ demorſus, quam eo demon vel aliis dampnatorum paravit. ✠ Ego *Cenwallus* baſileos *Weſtſaxonum*, propriæ manus ſubſcriptione ſanctæ Crucis deſignavi effigiem; ut nemo qui ſe regeneratum in Chriſto noverit, hujus largitionis Domini mutare præſumat. ✠ Signum manus *Theodori* Archiepiſcopi. ✠ Signum manus *Leuteri* Epiſcopi. ✠ Signum manus *Hedda* Abbatis. ✠ Signum manus *Aldelmi* Abbatis. Scripta eſt hæc Cartula privilegii, anno incarnationis Chriſti *DCLxx*.

Carta Regis Ynæ *de terris in* **Piltone**, *in Com.* **Somerſet**. Ib.f.171.a.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti Salvatoris. Ea quæ ſecundùm decreta Canonum tractata fuerint, licet ego *Yni*, regnante Domino, Rex *Saxonum, xx.* caſſatos, pro remedio animæ meæ, *Beorthwaldo* Abbati, ad Sanctum Monaſterium **Glaſtingaburghe** videor contuliſſe; & hæc pars modica tellure, ex utraq; parte fluminis, cujus vocabulum eſt **Doulting**. Si quis autem hanc Cartulam amplificare voluerit, amplicet Deus partem ejus in libro vitæ. Si quis frangere temptaverit, ſciat ſe coram Chriſto & Angelis ejus rationem redditurum. Scripta eſt hæc cingrapha anno ab incarnatione Domini *DCCv*. ✠ Ego *Ini* ſignavi ſalutifero ſigno. ✠ Ego *Birthwald* Archiepiſcopus ſignavi.

Carta Edmundi *Regis*, *de* **Wottone**. Ib.f.177.a.

IN nomine Domini ego *Edmund*, divinâ gratiâ favente, Rex & primicerius totius *Albionis*, aliquantulam terræ portiunculam, id eſt quinq; manſas, in loco qui dicitur **Wodetone**, *Athelnodo* miniſtro meo, in æternam hæreditatem concedo; eâ tamen ratione, ut omni anno, in ſolemnitate S. *Martini*, ad vetuſtam Eccleſiam beatæ Dei genitricis, in Monaſterio *Glaſtingencium*, quinq; congios celiæ, & unum ydromelli, & triginta panes, cum pertinentibus pulmentariis; & quinq; congios frumenti: reddat inſuper & omne ſacrificium, quod nos dicimus minus Eccleſiaſticum; & opus eccleſiaſticum, & minus rogificum, ab omni familiâ illius terræ reddatur: quod ſi uno in anno hoc cenſum tranſgreſſus fuerit, duppliciter, ſi duobus, tripliciter reddat. Quod ſi in tertio anno non reddiderit, tunc præcipio, in nomine *S. Trinitatis*, ut fratres illius Monaſterii hanc Cartulam deferant in conſpectu Regum & Epiſcoporum, optimatumq; regionis: & ab illo tempore prædictâ poſſeſſione deprivetur; & terra præfata, in uſum fratrum in ſempiternum redigatur. Et ſi per culpam aliquam hujus delectio, ſucceſſorumve ſuorum hæc terra perdita fuerit, hoc præcipio, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut nemo ſucceſſorum noſtrorum, ſibi aliquid præſumat de illâ terrâ, quia æternæ hæreditatis eſt præfatæ Sanctæ Eccleſiæ; ſed ſine aliquâ contradictione Monaſterio reddatur. Acta anno Domini *DCCCCxlvi*. Ego *Edmund* Rex, impreſſione ſigni S. Crucis, hoc donum miniſtro meo, & cenſum illi Sanctæ Eccleſiæ depingere juſſi. ✠ Ego *Wolſtan* Archiepiſcopus conſenſi, & ſubſcripſi. ✠ Ego *Odda* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Dunſtan* Abbas, nolens, ſed regalibus obediens verbis, hanc Cartulam ſcribere juſſi.

Ibid. f. 178. b.

Carta Regis Ini *de* **Doulting**; *in Com.* **Somerſet.**

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſalvatoris. Ea quæ ſecundùm decreta Canonum tractata fuerint; licèt ſermo tantum ad teſtimonium ſufficeret; tamen, pro incerta futuri, cirographorum cedulis ſunt roboranda. Quapropter ego *Ini*, regnante Domino, Rex *Saxonum*, viginti caſſatos, pro remedio animæ meæ, *Beorwaldo* Abbati, ad ſanctum Monaſterium *Glaſtingaburghe* videor contuliſſe; & hæc pars modica telluris, ex utraq; parte fluminis, cujus vocabulum eſt **Doulting.** Si quis hic hanc Cartam amplificare voluerit, amplificet Deus partem ejus in libro vitæ. Si quis frangere temptaverit, ſciat ſe, coram Domino & Angelis ejus rationem redditurum. Scripta eſt hæc cingrapha anno ab incarnatione Domini *DCCii.* indictione quartâ menſe *Junio.* ✠ Ego *Ini* ſignavi ſalutifero ſigno. ✠ Ego *Beorthwald* Archiepiſcopus ſignavi. ✠ Ego *Hedda* Epiſcopus ſubſcripſi, ſub teſtimonio multorum.

Ibid. f. 183. a.

Carta Baldredi *Regis*, *de* **Pennard**, *in Com.* **Somerſet.**

OMnia quæcunq; ſecundùm Eccleſiaſticam normam juſto moderamine decernuntur, quanquam proprium robur juris optineant; attamen, quia incertus humanæ vitæ ſtatus evidenter agnoſcitur, paginis ſaltem vilibus pro ampliori firmitate roborentur: Deniq; ego *Baldredus* Rex, ob amorem cœliſtis patriæ, & indulgentiam criminum meorum, aliquam terram portiunculam, *Hanigiſlo* Abbati, libenter, ad ſupplimentum honorabilis Eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & S. *Patricii*, confero; cum conſenſu Pontificis noſtri *Heddi*; qui etiam eundem venerabilem *Hengiſtum*, *Kentwino* Rege conſentiente, ibidem Abbatem pro ſuâ fideli converſatione conſtituit; & cæterorum cognatorum gubernacula regni regentium: prolargita verò terra eſt ſuper verticem montis, cujus vocabulum eſt **Pennard**; & eſt ſub eſtimatione ſex manentium, & hiis intro ad Eccleſiam beatæ *Mariæ.* Sic obſecro augentibus pars in regno Dei. Si quis autem, quod abſit, tirannicâ fretus poteſtate, hoc decretum violenter irritum facere temptaverit; ſciat ſe iram & indignationem æternæ judicis incurſurum, per tempora ſeculorum. Hæc verò Cartula ſcripta eſt, anno ab incarnatione Chriſti *DCLxxxi.* Fœliciter augeat Chriſtus vitam æternam augentibus hanc donationem. Ego *Hedde* Epiſcopus hanc Cartulam ſcripſi. ✠ Signum manus *Baldredi* Regis. ✠ Ego *Aldehn* Abbas ſubſcripſi:

Ibid. f. 185. a.

Carta Regis Edgari *de* **Middeltone**, *in Com.* **Somerſet.**

ANno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti *DCCCCLxvi.* Ego *Edgar*, divinâ albeſcente gratiâ, Rex & primicerius totius *Albionis*, ruris partem aliquantulam, binis ab accolis æſtimata manſiunculis, in loco qui dicitur **Middiltone**, ad boream paludeſtris fluminis, qui dicitur **Cari**, ad Monaſterium *Glaſtingenſe* in perpetuum jus, libenter admodum largitus ſum; cum omnibus huic pertinentibus, pratis, paſcuis, ſilvis; obſecrans ut nullus ſuperveniat hominum ſuperbiæ inflatus rancore, qui hanc noſtram largifluam donationem immutare vel minuere audeat. Si quis autem minuere, vel auferre, quod Domino largiti ſumus, obſtinatus valuerit; deleatur nomen ejus de libro vitæ, reuſq; anathema poſt obitum, æternis baratri deputatus incendiis, niſi cum dignâ ſatisfactione, devotus, emendaverit. Et hujus doni conſtipulatores extiterunt, quorum inferiùs nomina caraxari videntur. Ego *Edgar* Rex ſubſcripſi, ✠ Ego *Dunſtanus* Archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi, cum multis aliis.

Ibid. f. 190. b.

Carta Edgari *Regis*, *de* **Hamme**, *in Com.* **Somerſet.**

ANno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti *DCCCCLxxiii.* Ego *Edgar*, divinâ allubeſcente gratiâ, Rex & primicerius totius *Albionis*, ruris quandam particulam, ſeptenis ab accolis æſtimatam manſiunculis, in loco qui dicitur **Hamme**, liberam, præter arcem, pontem, expeditionem; ad Eccleſiam beatæ Dei genitricis *Mariæ*, quæ ſita eſt in Monaſterio, quod dicitur **Glaſtingaburg**, in perpetuam poſſeſſionem libenter admodum largitus ſum, ad ſupplementum neceſſarium fraternæ converſationis, ibidem Deo ſervientium: hoc præcipiens, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut noſtrorum nemo ſucceſſorum Chriſtiano vigente, minimè hoc noſtrum decretum audeat violare: quod ſi quis temptaverit, hic & in perpetuum, perpetuas inferni pœnas luat. Hoc tamen inter notandum eſt, quod hæc præfata terra, in **Hamme**, adepta eſt ſupradicto Monaſterio, per commutationem alterius terræ, quæ dicitur **Brancminſtre**; & acta eſt hæc commutatio, pacta viciſſitudine, per conſilium & licentiam omnium optinatum noſtrorum, quorum inferiùs nomina caraxantur. ✠ Ego *Edgar* Rex *Anglorum* conſenſi. ✠ Ego *Dunſtan* Archiepiſcopus ſubſcripſi, cum multis aliis.

Ibid. f. 191. a.

Carta Regis Inæ, *de Manerio de* **Sowi** *in Com*, **Somerſet.**

SIquidem ſalutaribus inſtruimur eloquiis, *amicos nobis de mammonâ iniquitatis faciendos eſſe, qui nos in æterna recipient tabernacula*; undè ego *Ini* Rex *Weſt Saxonum*, unà cum conjuge *Ethelburge*, portiunculam terræ, quæ nobis divinâ diſpenſatione collata eſt, Dei ſervorum mancipare uſibus decrevimus, quo nobis amplior, in hæreditate juſtorum portio tribuatur; terram *videlicet* quæ ſic appellatur **Sowy**, *xii.* manentium, Chriſti familiæ, quæ in **Glaſtinburi**, omnipotenti Domino, voluntariæ devotionis obſequium impendit,

pendit, liberali munificentiâ collatam, cum conſcientiâ ac conſenſu venerandi pontificis, *Fortheres* in convulſâ collatione donavimus poſſidendam, atq; ut certioribus documentis præfata conceſſio roboretur, propriis ſubſcriptionibus ipſius donationis titulum firmamus, præſentium quoq; teſtium infra ſubjectis annotationibus jus teſtimonio plurimorum ratum ſtabileq; curavimus efficere judiciis. Si quis verò cujuſlibet dignitatis, vel potentiæ, quovis deinceps tempore, qualibet occaſione, hanc infringere, tyrannicâ fretus præſumptione, collationem temptaverit, ſit â Collegio catholicæ Eccleſiæ ſeparatus. Si quis verò piâ prædictus intentione, hoc probare, ac defendere curaverit, amplificet Deus portionem ejus in terrâ viventium. Scripta eſt autem hæc Cartula hujus donationis, anno ab incarnatione Domini *DCCxxv.* indictione octava. ✠ Ego *Ina* ſubſcripſi. ✠ Ego *Fortherus* Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi, cum multis aliis.

Ib.f.201.a. *Carta Regis* Inæ, *de* **Brente** *in Com.* **Somerſet.**

IN nomine Dei Patris omnipotentis, anno incarnationis ſalvatoris humani generis *DCLxiii.* indictione ſexta, Kalendas *Auguſti*, ſcripta eſt hæc pagina privilegii. Ego *Ini*, Rex *Saxonum*, pro remedio animæ meæ, aliquam partem terræ donans impendo; id eſt decem caſſatos *Hengiſto* Abbati, cum Pontificis noſtri conſilio; conſentiente *Baldredo*, qui hanc terram donavit ei, per petitionem *Sergheris*, per me donatio hæc imperpetuum ſit confirmata, ut nullus infringere audeat. Terra autem hæc ſita eſt in monte, & circa montem, qui dicitur **Brente**; habens ab occidente *Sabrinam*; ab Aquilone *Axam*; ab oriente **Termick**; ab Auſtro **Siger.** Si quis verò cupiditate inlectus voluerit irritam facere hanc donationem, ſciat ſe rationem Domino redditurum. ✠ Ego *Hiddi* Epiſcopus conſentiens, propriis manibus ſubſcripſi. Hæc enim ſunt nomina teſtium ſubrogatorum poſterioris temporis, pro majoris muninime firmamenti. ✠ Ego *Baldredus* Rex. ✠ Ego *Athelbaldus* Rex. ✠ Ego *Herewaldus* Speculator Eccleſiæ Dei, cum multis aliis. Iſti præfati, ne ſequentium rapacitas præcedentium irrumperet inſtituta, hiis verbis inhibitionem indidiſſe videntur. Si quis autem quovis deinceps tempore, hoc infringere tot nobilitatis gradibus roboratum præſumeret jus, ſit à conſortio benemerentium anathema; rapacium collegio adplicitus, temeritatis ſuæ commiſſa luat, ſub diris dentibus ſalamandri, Cerberiq; rectibus reatum exſolvat proprium, ſine fine ſemper mœrens. Si quis verò benevolâ intentione potius præditus, hæc exacta decernit, poſſideat bona ſempiterna, cum bene merentibus.

Carta Edredi *Regis*, *de* **Wringtone**, *in Com.* **Somerſet.** Ib.f.206.b.

REgnante imperpetuum, & mundi monarchiam gubernante altritoni Patris ſobolo, qui cœleſtia ſimul & terrena moderatur; illius etenim incarnationis anno *DCCCCiiii.* indictione verò ſextâ; contigit, quod *Ethelfritho* duci omnes hæreditarii libri, ignis vaſtatione combuſti, perierunt; Tali igitur neceſſitate cogente, prædictus dux rogavit *Edwardum* Regem, & *Elredum* quoq; & *Ethelfledam*; qui tunc principatum & poteſtatem gentis *Merciorum*, ſub prædicto Rege tenuerunt; omnes etiam ſenatores *Merciorum*, ut ei conſentirent & licentiam darent alios libros reſcribendi. Tunc illi unanimiter omnes devotâ mente conceſſerunt, ut alii ei libri ſcriberentur eodem modo quo ut priores ſcripti erant, in quantum eos memoriter recordari potuiſſet. Si verò quoſlibet recordari minimè potuiſſet, tunc ei iſta Cartula & affirmatione fieret, ut nullus eum contentioſè cum aliis libris affligere valuiſſet, nec propinquus nec alienus, quamvis aliquis homo aliquem de vetuſtis libris protulerit, quem priùs fraudulenter, vel horâ ipſius incendii, vel alio quolibet tempore per furtum abſtraxiſſet; novimus namq; quod omnia, quæ in hoc mundo contigere ſolent, aliquando citiùs, aliquando tardiùs, ex memoriâ mortalium delapſa deveniunt, niſi in cedulis literarum caracteribus annotentur: Quapropter, in hac Cartulâ innoteſcere ratum atq; gratum, ſatiſq; commodum duximus, de illâ videlicet terra, *at* **Wringtone**, cujus quantitas eſt viginti caſſatorum. Et hanc præfatam largitionem ego *Edred* Rex, & totus Senatus *Anglorum*, devoto animo *Ethelfrido* duci, in perpetuum hæreditatem perſolvimus; ut nemo poſt nos percipientes, ſine indignatione Dei omnipotentis, illam irritam faciat. Ego *Athelret* conſenſi & confirmavi. Ego *Edward* Rex conſenſi & ſubſcripſi. Hanc præfatam hæteditatem *Athelſtan* Dux, filius *Etheredi*, converſus & factus Monachus optulit ſecum ad Monaſterium *Glaſtingenſe*, illam quæ ſibi largitus eſt *Athelſtan* Rex.

Carta Athelſtani *Regis*, de **Lym**, *in Com.* Devoniæ. Ib.f.212.a.

REgnante imperpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, egregius agoniſta ſermocinatus eſt in divinis ſcripturis omnia quæ videntur temporalia ſunt; quæ autem non videntur æterna: iccirco ſuperflua utentibus divinus ſermo, ut ſupra taxati ſumus terribiliter promovet, ut hujus ſeculi caduca contempnentes, ſpiritualiq; imitantes, cœleſtia properemus ad Regna: Quamobrem ego *Athelſtanus*, deſiderio Regni cœleſtis exardens, favente ſuperno numine baſileos induſtriâ, *Anglorum*, cunctarumq; gentium in circuitu perſiſtentium, cuidam adoptivo fideli meo, Comiti, *Athelſtano* vocitato, ob illius amabile obſequium, dignatus ſum largiri; ſex manſas aſeluli, juxta derivativis

rivativis

f.206.b.

rivativis fluentium ſucceſſibus, ubi vulgares, priſco uſu, moraliq; relatione, nomen indiderunt **at Lym**; cum pratis, paſcuis, necnon & ſilvis, ſilvarumq; denſitatibus ; ut hæc proſperè poſſideat, ac æternaliter teneat, dum hujus avi fragilis curſum uti audebit: Poſt ſe autem, veluti affirmavimus, cuicunq; voluerit hæredi derelinquat, ſeu ſupradiximus, in æternam hæreditatem. Fiat etenim præfata terra, ab omni ſervili jugo libera, cum omnibus ſibi rectè pertinentiis, exceptis iſtis tribus, expeditione, pontis, arciſvè coædificatione. Deniq; verò, ſi quis, nobis non optantibus, noſtrum hoc donum violare fraudulenter perpetrando conſenſerit, aut infringere temptaverit, perpeſſus ſit gelidis glaciarum flatibus ex ...... excercitu malignorum ſpitituum, niſi priùs irriguis pœnitentiæ gemitibus, in purâ emendatione emendaverit. Acta eſt hæc præfata donatio anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti *DCCCCxxxviii.* indictione undecimâ. Ego *Athelſtanus* Rex totius *Britanniæ*, præfatam donationem, cum Sigillo S. Crucis confirmavi. ✠ Ego *Wulfhelm.Dorob.*Eccl. Arch. ejuſdem Regis donationem, cum trophæo agiæ Crucis conſignavi, cum multis aliis. Hujus præfati juris poſſeſſio *Athelſt.* Duci, ab *Athelſtano* Rege largita, duce arma projiciente, & militiam Chriſti in **Glaſtingburi** ſuſcipiente, in jus illuc perpetuum, per *Athelſtanum* ſe collatum videtur.

Ibid.

Carta Regis Edgari *de* **Stoure**, (**Nywetone** *nuncupata,*) *in Com.* **Dorſet.**

DIvini eloquii monitu creberimè inſtruimur, ut illi opido ſubjecti ſuppeditantes famulemur, ex totius concivi fabricam, ex informi materiâ, mirâ, ineffabiliq; ſerie condidit; ac ſuis quibuſq; locis luculentiſſimè diſpoſuit: Attamen, in hac practicâ, erumpnoſaq; vitâ nichil perſeveranter conſiſtere valet; nichilq; prolixâ fælicitate fruitur, vel diuturnâ dominatione potitur; nichil quod non ad fatalem vitæ terminum veloci curſu tendatur; & ideo ſic vobis mundanarum rerum patrimoniæ ſunt perfluenter, ut cum æternæ patriæ emolumentis nunquam fraudulemur. Hinc eſt enim, quod ego *Edgar*, totius *Britanniæ* baſileus, quandam telluris particulam, triginta videlicet caſſatos, loco qui celebri **at Stoure** nuncupatur onomate, cuidam ſanctæ Dei Eccleſiæ, Domino noſtro Jeſu Chriſto, ejuſq; genitrici, ſemperq; virgini *Mariæ* dicatæ, loco celebri, qui **Glaſtingaburi** nuncupatur onomate, ob animæ meæ remedium, ad uſus Monachorum inibi degentium, cum omnibus utenſilibus, pratis, *viz.* paſcuis, ſilvis, perpetuâ largitus ſum hæreditate. Sit autem prædictum rus, omni terrenæ ſervitutis jugo liberum ; tribus exceptis; ratâ *viz.* expeditione, pontis, arciſve reſtauratione. Si quis igitur hanc noſtram donationem, in aliud quàm conſtituimus transferre voluerit, privatus conſortio ſanctæ Dei Eccleſiæ, æternis baratri incendiis lugubris, jugiter cum Judâ Chriſti proditore, ejuſq; complicibus puniatur, ſi non ſatisfactione emendaverit congruâ, quod contra noſtrum dereliquit decretum. Anno dominicæ incarnationis *DCCCCLxviii.* ſcripta eſt hæc Carta, hiis conſentientibus, quorum inferiùs nomina caraxantur. ✠ Ego *Edgar* Rex *Anglorum* corroboravi. ✠ Ego *Dunſtan* Archiepiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Oſcytel* Archiepiſcopus confirmavi, cum multis aliis.

Carta Regis Edwy *de* **Netelingtone**, *in Com.* VViltoniæ.

Ib f 234.b.

CHriſto jura regnorum omnia diſponente ; primo anno mei regiminis, ego *Edwi* præpotens Angligenæ genologiæ ſceptro fretus, uni meo fideli, *viz.* Abbati *Glaſtingenſi* vocitato, nomine *Elſwio*, viginti manſas conſenſio ; illo in loco ubi ruricolæ appellativo uſu nomen indiderunt **at Netelingtone**, & in ſuo vivere cum proſperitate ſemper iſtum exennium optineat ; & poſt ſe cum cirographo perpetuo, cui voluerit, æternaliter derelinquat, cum campis, paſcuis, pratis, ſilvis, ſine expeditione, & pontis arciſve conſtructione. Sic verò maneat prædictum rus defenſum ab omni obſtaculo, & liberum à cuncto ſervicio, exceptis iſtis tribus, ſicut ſuperiùs prænotatum eſt. Si quis autem, quod non optamus infringere temptaverit, quod abſit, ſciat ſe rationem redditurum coram Deo & Angelis ejus, niſi priùs hic dignâ ſatisfactione emendare maluerit. Acta eſt hæc præfata donatio, anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti *DCCCCLvi.* indictione *xiv.* ✠ Ego *Edwi* Rex *Anglorum*, indeclinabiliter conſenſi. ✠ Ego *Edgar*, ejuſdem Regis frater, celeriter conſenſi. ✠ Ego *Oda* Archiepiſcopus, cum ſigno S. Crucis roboravi, cum multis aliis.

Carta Regis Edmundi *de* **Grutelingtone**, *in Com.* VViltoniæ.

Ibid.

OMnis ſapientia à Domino Deo eſt; & ut profert prophetica *Salomonis* ſententia, ſemper cum illo fuit & eſt ante eum; qui *viz.* Deus ſanctæ Trinitatis autoritate, numero, menſurâ, & pondere creavit omnia ; ſimul ac finito mundi machinamento, in ictu attonio & momento, cuncta item decretis cœleſtibus, transformando in integrum, juxta meritorum qualitatem gratulabunda conglomerat ; quiq; etiam auctor verus *Edmundum* Regem *Anglo-ſaxonum*, regali proſapiâ procreatum honorificè ſummo ſolio ſublimavit; cujus mellifluâ largitate, anno dominicæ incarnationis *DCCCCxl.* præfatus Rex *Edmundus*, primo anno principalis potentiæ, miniſtrum ſuum *Wlfrik*, valdè fœliciter, non pro lucro filargiriæ, ſed perhenni privilegio, atq; hujus viri fideliſſimâ ſtabilitate honorat, ac benignè beatificat, largiens illi terram *xxv.* manentium, jure perpetuo, **at Grutlingtone** antiquo confinio, ſibi ſuiſq; hæredibus perfruendam ; & ab omni jugo vectigalium, præter pontem, arcem, expeditionemq; perpetualiter poſſidendam. Caveant hæc frangentes clauſtra infernalia, gaudeantq; Jeſu aliginnaſio hæc augentes eulogia, *Amen.* Hæc Cartula caritatis, caraxata eſt in collateſto. Ego *Edmundus* hoc primitivum prærogativum, meo miniſtro *Wulfrico* ſigno Crucis conſignavi. ✠ Ego *Wlſhelm* Archiepiſcopus; cum cæteris pontificibus, benevolâ mentis intentione annotavi. Hanc præfatam poſſeſſionem *Wulfric* miniſter *Eadredi*, poſt dies conjugis ſuæ commendavit Monaſterio *Glaſtingenſi*; quod tamen alius fecit; *Elſwine viz.* nomine.

Ib.f.235.b.

Carta Ethelredi *Regis, de* **Kingtone**, *in agro* Wiltonienſi.

ANnuente Dei patris ineffabili humanæ proh clementiâ, quâ adnullatâ primi terrigenæ piaculo novæ reſtaurationis admirabile quoddam mundo decus æternæ conſortem Majeſtatis, filium ſuum mittere dignatus eſt, qui terrenæ condolens fragilitati cuſtoditæ, per virginei pudicitiam foſculi affatu Angeli Virginis clauſtra ſubintrans, novæ incarnationis myſterium ſe oſtentando dedicavit; oſtendens ſe dictis verborum, factiſq; miraculorum, quibus deificè pollebat Dominum, curans omni imparanti ſermone ægrotantium; pondus tandem quadrati, pro nobis ferens ſupplicia ligni; jugum hæreditariæ mortis aſſumens, diu longèq; interdictæ reſeravit limina portæ; pro cujus inenarrabilis gloriæ recordatione, ego *Athelredus*, gratiâ Dei ſullimatus Rex & Monarchus totius inſulæ *Britanniæ*, quoddam prædium, id eſt *xl.* manſas, cum pratis ſilviſq;, quod dicitur **Kingtone**, Deo ejuſq; venerabili ſemper Virgini *Mariæ*, ad Monaſterium *Glaſtingenſe* devotus admodum in perpetuam poſſeſſionem donando donavi: quod quidem prædium, quondam *Elſwith*, conjux *Elphegi* ducis, digno plenoq; pretio, à glorioſiſſimo Rege *Edgaro*, cum *xl.* puri auri emit mancuſis. Hanc autem præfatam donationem ſupraſcripti prædii, præfato Monaſterio perpetuâ libertate conceſſi; eo *ſcilicet* tenore, ut venerabilis ibidem Abbas, cum grege, dignè Deo degens, habeat ac poſſideat, quamdiu fides in *Anglorum* catholicâ permanſerit plebe. Si quis igitur hanc noſtram donationem, in aliud quam conſtituimus, tranſferre voluerit, privatus conſortio ſancti Dei Eccleſiæ, æternis baratri incendiis lugubris jugiter, cum *Judâ* Chriſti proditore, ejuſq; complicibus puniatur, ſi non ſatiſfactione emendaverit congruâ, quod contra noſtrum deliquit decretum. Hæc autem cedula ſcripta eſt anno ab incarnatione Domini noſtri Jheſu Chriſti D*CCCCLxxxvii.* indictione *xv.* Hiis teſtibus conſentientibus, quorum nomina inferiùs ſcripta cernuntur. ✠ Ego *Athelredus* Rex *Anglorum*, hujus donationis libertatem, regni totius faſtigium tenens, libenter conceſſi. ✠ Ego *Dunſtan* Archiepiſcopus *Dorovernenſis* Eccleſiæ, cum ſigno S. Crucis confirmavi. ✠ Ego *Oſwald Eboracenſis* Civitatis archipræſul, Crucis taumate annotavi.

Ib.f.239

Carta Edmundi *Regis de* **Criſtemalforde**, *in agro* Wiltonienſi.

EGregius agoniſta ſermocinatus eſt in ſcripturis divinis, *Omnia quæ videntur temporalia ſunt*; *quæ autem non videntur æterna*: iccirco ſuperflua utentibus divinus ſermo, ut ſupra taxati ſumus, terribiliter præmonet, ut hujus ſeculi caduca contempnentes, ſpiritualiaq; imitantes, cœleſtia properemus ad regna. Quamobrem ego *Edmundus*, divinâ michi arridente gratiâ, Rex *Anglorum*, & curagulus multarum gentium, cuidam adoptivo fideli meo Abbati *Dunſtano*, vocitato, viginti manſas ibidem, ubi vulgares pulchro more, nobiliq; relatione vocitant at **Criſtemalforde**, juxta dirivativis fluentium ſucceſſibus **be Afene**; quatinus ille benè perfruatur ac perpetualiter poſſideat, cum omnibus ſibi rectè pertinentibus, campis, paſcuis, pratis, ſilvis, ſilvarumq; nemoribus. Fiat etenim præfata terra ab omni ſervili jugo libera, exceptis iſtis tribus, Expeditione, pontis, arcis ve coædificatione. Deniq; verò, ſi quis, nobis non optantibus, noſtrum hoc donum violari fraudulenter perpetrando conſenſerit; conſideret hinc ſe die ultimo judicii coram Deo rationem redditurum; atq; cum reprobis, quibus dicitur *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum*, pœnis atrocibus ſe eſſe paſſurum, ſi non antea corporeâ lamentatione emendaverit. Acta eſt hæc præfata donatio, anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti *DCCCCxl.* indictione *xiii.* Ego *Edmundus* Rex *Anglorum* præfatam donationem, cum Sigillo S. Crucis confirmavi. ✠ Ego *Eddred*, ejuſdem Regis frater, conſignavi. ✠ Ego *Wlfhelm Dorobernenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus, ejuſdem regis donationem, cum trophæo agiæ Crucis confirmavi, cum multis aliis.

Ib.f.242.a

Carta Edredi *Regis, de* **Baddeborwe**, *in agro* Wiltonienſi.

ANno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti *DCCCCLv.* ego *Edred* divinâ gratiâ favente, Rex & primicerius totius *Albionis*, *Dunſtano* Abbati meo, ob ejus amicabile & fidele obſequium, hoc eſt *C. s.* auri, ruris particulam, ſub eſtimatione *xxv.* caſſatorum, in loco qui dicitur **Baddeburi** libenter admodum conceſſi; & tenore hujus munificentiæ donum perſtringens, ut poſt obitum ſuum inperpetuum, cuicunq; voluerit hæredi derelinquat. Quod ſi quiſq;, quod non optamus, hujuſce donationis Cartulam infringere temptaverit, niſi priùs emendaverit, niſi priùs in hoc ſeculo dignè caſtigetur, in futuro perhenni cruciatu prematur. Hujus doni conſtipulatorum nomina inferiùs notata videntur. ✠ Ego *Oda* Archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Wulſtan* Archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi, cum multis aliis.

Ibid. f. 245. a.

Carta Edredi *Regis de* **Ayſhedoune.**

REgnante inperpetuo domino noſtro Jeſu Chriſto. Manifeſtum eſt cunctis, quod omnia cœleſtia & terreſtria providentiâ Dei gubernantur; quæ ſollicitudo mortalis vitæ totis niſibus in Carorum, amicorumq; amiſſione conqueritur, ac defletur: ideo certis adſtipulationibus mellita oracula diem clamationis nos frequentantinis orationibus ſuadet, ut cum hiis fugitivis, & ſine dubio tranſitoriis poſſeſſiunculis, jugiter manſura Regna Dei ſuffragio adipiſcenda ſunt: Quamobrem ego *Edredus*, Rex *Anglorum*, cæterarumq; gentium in circuitu perſiſtentium gubernator & rector, cuidam meo fideli Comiti, vocitato nomine *Edrigo*, ob illius amabile obſequium, ejuſq; placabili fidelitate, viginti manſas ei libenter largiendo, concedens perdonabo; illic ubi vulgus priſcâ relatione vocitat **at Ayſhedoune**, quatenus ille benè perfruatur, ac perpetualiter poſſideat, dum hujus labentis ævi curſum tranſeat illæſus, atq; vitalis Spiritus in corruptibile carne inhæreat; & poſt ſe cuicunq; voluerit perhenniter hæredi derelinquat, ſicuti prædiximus. Sit hoc prædictum rus liberum ab omni mundiali obſtaculo, cum omnibus quæ ad ipſum locum pertinere dinoſcuntur, tam in magnis, quàm in modicis rebus; campis, paſcuis, pratis, ſilvis, excepto iſtis tribus, Expeditione, pontis, arcisve coædificatione. Si qui deniq; michi non optanti, hanc libertatis Cartam livore depreſſi, violare ſatagerint agminibus tetri caliginis lapſi, vocem audiant examinationis diem arbitris, ſibi dicentis, *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum*, ubi cum Dæmonibus, ferreis ſartaginibus crudeli torqueantur in pœnâ, ſi non ante mortem dignâ hoc emendaverint pœnitentiâ. Acta eſt hæc præfata donatio anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti *DCCCCxlvii*. ✠ Ego *Edredus* Rex *Anglorum* præfatam donationem, cum Sigillo S. Crucis indeclinabiliter conſenſi atq; roboravi. ✠ Ego *Oda Dorobernenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus, ejuſdem Regis donationem & benevolentiam, cum Sigillo S. Crucis concluſi, cum multis aliis.

Poſtea præfatus *Edricus* memoratum Manerium, quod nunc vocatur **Ayſhebury**, cum omnibus pertinentiis ſuis, adeo plenè & liberè, ſicut præfatus Rex illud ſibi donaverat, dedit ſancto *Dunſtano* tunc Abbati *Glaſtoniæ*, ejuſdemq; loci Conventui, ac Monaſterio *Glaſtoniæ* imperpetuum poſſidendum; offerens Cartam præſentem, cum jure Manerii.

Ibid. f. 169. a.

Carta Edberti *Regis de* **Buddecleighe**, *in Com.* **Somerſet.**

REgnante imperpetuum domino noſtro Jeſu Chriſto, & hæc temporalia terræ regna cuicunq; voluerit diſpenſante. Ego *Edbertus* Rex, eodem donante, *Occidentalium Saxonum*, *Eadgilſo* miniſtro meo, ob ejus amabile obſequium, & fidelem famulatum, terram viginti manſionum, in loco qui dicitur **Bodecanleighe**, inſolubili jure, ſibi ſuiſq; heredibus, ab omni regali fiſco liberam, præter expeditionem, & muniminis atq; pontis operationem, libenter impendo hanc munificentiam largitatis, anno Dominicæ incarnationis *DCCCi*. ſic perſtringens; ut nemo ſucceſſorum noſtrorum, ſine irâ Dei violare præſumat. Et hæc ſunt teſtium nomina, apicibus literarum adjuncta. ✠ Ego *Cinebert* circumſpector Eccleſiarum Dei. ✠ Ego *Whitbrd* Epiſcopus. ✠ Ego *Wifer* miniſter. ✠ Ego *Lulla* præfectus. ✠ Ego *Muca* Abbas. ✠ Ego *Whitbrord* præfectus. ✠ Ego *Oſmund* præfectus.

Hanc Cartulam reddit *E dbuch* ad Eccleſiam *Glaſtingenſem*.

Ibid. f. 169. b.

Carta Lullæ, *Chriſti ancillæ*, *de* **Baltoneſborghe**, *in Com.* **Somerſet.**

OMne quidem decretum Commutationis, atq; commercium temporalis negotiationis inter mortales, ſolet apicibus, inextricabili *ſcilicet* roborari fœdere, ſecundùm antiquitùs Collatum, ne fortè naſcentium ſobolis delicto falſitatis ignorantes contaminentur, rurſumq; dampnare conentur, quæ fida inter ſe primorum autoritas, ſub almæ Trinitatis conteſtatione, ſtabili conſtituit jure. Ob hoc autem militantium Chriſto humilis ancilla, ſincerâ *ſcilicet* devotione placata, precio numeris accepti, extemplò prolati, cum conſcientiâ *viz.* ac regali licentiâ ejus, qui *Britannicæ* inſulæ Monarchiam diſpenſat, regaliſq; regni regimina gubernat, *Athelbaldi*, venerandorumq; antiſtitum teſtimonio, ac dignitatum conſenſu, pro redemptione meæ animæ; eorumq; *viz.* qui michi contribulium ac neceſſitudinum nexibus conglutinati ſunt, inſtabilem poſſeſſionem ruris portionem, id eſt **Balteresberghe** & **Scobbonwirth**, ſub decem manentium, eſtimatione certâ taxatam, cum adſtipulatione literarum & idoneorum teſtium, *Cunberti* Abbatis, *Boſan*, *Urtan*, *Walcſtodes*, *Tidbertes* Sacerdotum; & *Tidan* Præpoſiti; *Cuthwiniq*; Comitis in abſida dedicata quidem patrocinio eximiorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, ſub quorum præſentiâ hujus Cartulæ donationem Altario Dei, propriâ manu, ultroneâ voluntate, in die ſexto Idus *Julii*, liberali munificentia libenter tradidi; ac familiæ, quæ in Monaſterio **Glaſtingaburgh**, ſub ſimplicis archimandritæ, diſpoſitis regulis *Tunberti*, fideli Deo famulatur obſequio; ita ut ex hoc die, inconvulſo jure, præfata poſſeſſio ipſius Monaſterii uſibus mancipetur. Ejuſdem namq; numeri caſſatorum calculum, in locis qui priſco vocabulo **Lottiſham** & **Ledenford** nominantur. Reliqui dimiſi quæ arbitrio & *Elbaldi* Regis.

Hæc autem vocabula rerum divulgant terminos agrorum, *videlicet* prædictorum confinia, inter poſſidentes propriæ ſortis, emenſo *ſcilicet* ſpacio aquarum; id eſt **Whateleighe**; **Effrezeſucht**, **Holebroc**, **Beaulida** + **Pinet**, **Tidanleigh**, **Bitanpath**, **Bradeleighe**: *Olan*, quam ſuſcepit alveum fluminis **Bzu**; ad levam verò obtanæ fluminis **Bzu**, circa quidem prata evidens foſſa declarat limites. Hæc verò vocabulorum ſigna *Tomi* ſtilo indita ſunt, ne fortè litium, vel contentio, ſeu jurgium jam erepſerit inter tributarios veſtros, noſtroſq; colonos, quod autem crebrò ſolet fieri, ubi evidentiora alluſionibus literaliæ, elementorumq; diffinitione indicia limitum metum non procederint. Hoc pictacium, cum conceſſo donativo, anno ab incarnatione Chriſti *DCCxliv.* cum conſenſu *Athelbaldi* Regis, atq; imperio; reverentiſſimiq; pontificis conſcientiâ *Herewaldi*, indictione *xii.* caraxatum eſt. Quapropter, ſi quis, quovis deinceps tempore, tyrannicâ fretus inſolentiâ, qualibet occaſione interrumpere, atq; in irritum deducere, ſeu unius jugeris ſpacium placiti iſtius teſtamentum niſus fuerit, ſit à conſortio Eccleſiæ Chriſti anathema, extremiq; ventilabro examinis diſpertitus, rapaciumq; Collegio combinatus, violentiæ ſuæ præſumptionem luat in ævum. Qui verò benevola potius præditus intentione, hæc probare, roborare ac defendere ſtuduerit, voti compos ipſe altritoni gloriam aſcultet, indefectâ perhennitate, cum fauſtis agminibus Angelorum, atq; omnium Sanctorum. ✠ Ego *Athelbaldus* hoc donativum propriæ manus ſubſcriptione ratum fore ſanxi. ✠ Ego *Cuddred* annuens ſubſcripſi, firmaviq;, ſubſcripſi & confirmavi devotâ mente. ✠ Ego *Ova* ſuffragator conſenſi & ſubſcripſi, devotione ſubſcripſi & roboravi. ✠ Ego *Athellen* ſubſcripſi & ſolidavi. ✠ Ego *Herewald* Epiſcopus ſupplex in Chriſto conſenſi & confirmavi. ✠ Ego *Dudalla* ſubſcripſi & confirmavi. ✠ Ego *Hearbeorth* auxiliator, votiva conſultum & ſubſidium præſtans conſenſi.

Ib.f.60.b.

Carta Regis Stephani *de* **Offcolm**.

STephanus Rex *Anglorum*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis quoniam reddidi & conceſſi Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ Glaſtoniæ*, & Abbati & Monachis Deo in eâ ſervientibus, præſentibus & futuris, in perpetuam poſſeſſionem, pro redemptione animæ *Willielmi* avi mei; & Regum *Willielmi* & *Henr.* avunculorum meorum; & pro ſalute meâ & uxoris meæ Reginæ, & filiorum & fratrum meorum; & pro ſtatu & incolumitate Regni mei, Manerium de **Offcolm**, cum Eccleſiis & Capellis, & omnibus ejus adjacentiis, tanquam ea, quæ de antiquo jure, ipſius erant Eccleſiæ, & quæ prædictus avus meus, Rex *Willielmus*, ab eadem abſtraxit Eccleſiâ. Quare volo, (&c.) Et ut hæc illi Eccleſiæ in perpetuum illibata, inconcuſſaq; remaneat, regiâ authoritate & Sigilli mei impreſſione, & propriæ manus meæ, & fidelium meorum ſubnotatione conſignando corroboro apud *Weſtmonaſterium*, anno incarnationis Domini *MCxxxvi.* Regni verò mei primo.

PAG. 31. col. 2.

Excambium inter Cantuarienſem *Archiepiſcopum* Hubertum, *&* *Monachos Eccleſiæ* Roffenſis, *de Maneriis de* **Lammedhe** *&* **Darente**.

Ex ipſo autogr. penes Archiepiſc. Cant. an. 1640.

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*, anno ab incarnatione Domini *MCXCvii.* pro communi utilitate *Cantuarienſis* Eccleſiæ, & *Roffenſis* Eccleſiæ, de voluntate & aſſenſu *Ricardi* illuſtris Regis *Angliæ*, factum eſt eſcambium de Manerio de **Lammedhe** cum pertinentiis, inter Dominum *Hubertum Cantuar.* Archiepiſc. & Priorem atq; Conventum jam dictæ Eccleſiæ *Roffenſis*, in hunc modum, *viz.* quod prædicti Monachi *Roffenſes*, auctoritate & aſſenſu *Gilberti* tunc *Roffenſis* Epiſcopi, conceſſerunt prædicto Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, prædictum Manerium de **Lammedhe**, cum Eccleſiâ ejuſdem Manerii, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, tam in eodem Manerio exiſtentibus, quàm in **Suwerc**, quàm in ſocnâ de *Lond.* ſalvo prædicto & ſucceſſoribus ſuis medietate ejuſdem ſocnæ in *Lond.* Set ſciant omnes, quod molendinum illud, quod prædicti Monachi habent extra **Suwerc**, ſuper *Tamiſiam*, verſùs orientem contra Turrem *London.* & mariſcus quem habent in **Oxen**, quam *Baldewinus Cantuar.* Archiepiſcopus eis dedit pro ſede Capellæ beati *Tho.* Martyris, & areâ circumjacente apud **Lammedhe**, non venerunt in hoc eſcambium, ſet eiſdem Monachis quieta remanſerunt, licèt Prior de **Lammedhe** conſueviſſet exitus indè percipere antequam hoc eſcambium factum eſſet.

Et è contra prædictus Archiepiſcopus *H.* dedit & conceſſit in eſcambium prædicti Manerii de **Lammedhe**, monachis Eccleſiæ S. *Andreæ Roffenſis*, totum Manerium de **Darente**, cum Eccleſiâ, & cum Capellâ de **Helles**, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & omnibus aliis rebus ad ipſum Manerium pertinentibus; ſalvo jure ſpirituali in ipſâ Eccleſiâ prædicto Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, donec ipſe vel ſucceſſores ſui illud de merâ liberalitate Epiſcopo *Roffenſi* conceſſerit. Et unam bercariam in **Clive**, quæ appellatur **Esmers**, cum ducentis viginti ovibus, cum terrâ certâ in **Clive**, quæ pertinet ad eundem mariſcum: Et in eadem villâ de **Clive**, *Hemmericum*, *Thomam Haghenildam* viduam, *Joſcelinum*, *Walterum*, *Bedellum*, *Eilwinum*, *Martinum*, *Willielmum*, *Adam* & *Eilmerum* Piſcatorem, cum terris quas tenuerunt, & redditibus & omnibus ſerviciis, & conſuetudinibus ſuis, ſine aliquo retenemento, ipſi

Archiepiſcopo vel ſucceſſoribus ſuis, ita quod prædicti Monachi *Roffenſes* habebunt in uſus victualium ſuorum, prædicta eſcambia, ſicut priùs habuerunt Manerium & Eccleſiam de **Lammedhe**; ſalvo jure Epiſcopo *Roffenſi* in ipſo eſcambio, ſicut priùs habuit in ipſo Manerio de **Lammedhe**.

Et ſciendum eſt, quod idem Archiepiſcopus & ſucceſſores ſui warantizabunt ipſis Monachis *Roffenſibus* prædictum Manerium de **Darente**, cum pertinentiis ſuis, & prædictam bercariam cum pertinentiis ſuis, & prædictos homines, cum terris, redditibus & ſerviciis ſuis. Et prædicti Monachi warantizabunt ipſi Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, ipſum Manerium de **Lammedhe**, cum pertinentiis ſuis. Et ſciendum eſt, quod nec ipſe Archiepiſcopus, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum poterit dare alicui aut vendere, aut eſcambire ipſum Manerium de **Lammedhe**, aut aliquo modo à corpore Archiepiſcopatus ſui alienare. Et ſimiliter Monachi *Roffenſes* non poterint dare, aut vendere alicui, aut excambire, aut aliquo modo alienare à ſua Eccleſiâ *Roffenſi* prædictum Manerium de **Darente**, nec Eccleſiam, nec aliquod tenementum aliud de hiis, quæ pro Manerio de **Lammedhe** in eſcambium receperunt: Et ad majus eſcambii hujus robur, prædictus Archiepiſcopus & omnes Epiſcopi & univerſus Clerus *Angliæ*, de aſſenſu & voluntate Domini Regis, ſententiam excommunicationis intulerunt in omnes, qui contra hoc venire præſumpſerint: Et tam ipſe Archiepiſcopus quàm Epiſcopi, Comites, & Barones *Angliæ*, Sigillorum ſuorum teſtimonium appoſuerunt.

PAG. 49. col. 2.

Ex cod. MS. de exordio & ſtatu Lindiſfarn. Eccl. &c.

Literæ Regis Will. *Conqueſtoris fidelibus ſuis de* Garleolo, *& ultra* Loedriam; *præcipientes ut Chriſtianitatem ab Epiſcopo* Dunelm. *recipiant.*

WIllielmus Rex *Angliæ*, *W.* filio *Theoderici*, & omnibus fidelibus ſuis de *Caerleolo*, & omnibus qui manent ultra *Loedriam*, ſalutem. Præcipio vobis ut recipiatis Chriſtianitatem de Epiſcopo *Dunelm.* & de Archidiacono ſuo, & prædicto Epiſcopo ſitis obedientes de Chriſtianitatis legibus, ſicut juſtè debetis obedire veſtro Epiſcopo. Et videte, ſicut me diligitis, ne ampliùs faciatis inde aliquam moleſtiam miniſtris Epiſcopi injuſtè. Teſtibus *Roberto* filio *Giroldi*, (&c.)

Alia Carta ejuſdem Regis.

WIll. Rex *Angliæ*, *G.* Vicecom. & Baronibus ſuis de **Caerleil** ſalutem. Volo & præcipio, ut ita intendatis de Chriſtianitate ad Archidiaconum *Dunelm.* ſicut intendebatis tempore *Will.* Epiſcopi *Dunelm.* (&c.) Teſte *E.* dapifero.

Alia Carta ejuſdem Regis, de terris de **Lunt** *&* **Hogum**.

WIll. Rex *Angliæ*, *Th.* Archiepiſcopo, & *Bertramo* de *Verdon*, & Baronibus ſuis *Francis* & *Anglis* de **Everwicſcire** ſalutem. Sciatis me reddidiſſe *Ranulpho* Epiſcopo *Dunelm.* terras illas omnes, de quibus erat lis inter illum & *Alanum* de *Percei*; & nominatim **Lunt** & **Hogum**, & quicquid pertinet **Wellentone**, & tu *Bertrame* ſaiſe eum inde. Teſtibus *Will.* Cancellario, & Comite de **Mellent**, & *Roberto* filio *Hamonis* apud *Saleſberiam*, quarto die *Theophaniæ*

Carta Regis Henrici *primi, de terra de* Clivelandiâ.

HEnricus Rex *Oſberno* Vicecomiti, & omnibus miniſtris ſuis de *Everwycſchirâ* ſalutem. Præcipio vobis, ut reſaiſiatis *Ranulphum* Epiſcopum *Dunelmenſem*, de omnibus illis terris quæ pertinent ad Epiſcopatum *Dunelmenſem*, & nominatim de terrâ de *Clivelandâ*, quam *Copſius* dedit S. *Cuthberto*, (&c.) Teſte *Urſone* de *Abetot* apud **Hereford**.

Carta Reginæ Matildis, *de terra* de **Ros**.

MAtildis *Angliæ* Regina, *Nigello* de *Albineio* ſalutem. Præcipio tibi, ut facias *Ranulpho* Epiſcopo *Dunelm.* habere planum rectum de *Roberto* de *Muſcams*, de terris quas occupavit ſuper S. *Cuthbertum*, & ſuper eam de **Ros**, & aliis terris quas ipſe *Robertus* occupavit poſt concordiam, quæ facta fuit inter *Willielmum* Epiſcopum & Comitem *Robertum Northumberlandiæ*, ſicut *Ranulphus* Epiſcopus monſtrare poterit.

Alia Carta Regis Henrici, *de terris de* **Burdune**, **Caerletune**, *&* **Heaclyfe**.

EGo *Henricus* Dei gratiâ Rex *Anglorum*, filius magni Regis *Willielmi*, qui beatæ memoriæ *Ewardo* in Regnum ſucceſſit, terras *ſcil.* **Burdune** & **Caerlentune**, & **Heaclyfe**, quas homines *Northumbrenſes* de Comitatu eſſe dicentes, ſuper S. *Cuthbertum* & *Ranulphum* Epiſcopum calumpniabantur, Deo & S. *Cuthberto* & Eccleſiæ *Dunelm.* & *Ranulpho* Epiſcopo confirmavi, (&c.) Hæc donatio facta eſt anno ab incarnatione Domini *MCix.* in conſilio totius *Angliæ* apud **Notingham**. Teſtibus *Tho.* Archiepiſcopo *Ebor.* &c. Et *Rob.* Comite *Mellenti*, *Will.* de *Warennâ*, *Gilberto* de *Aquilâ*, & *Rob.* de *Laceio*, & *Rob.* de *Brus*, & *Goſfrido Ridell*, & *Alfr. Nicholſon*, (&c.)

Alia Carta ejuſdem Regis, de Alvertonâ, Hovedenâ, *&* Welletonâ.

HEnricus Rex *Angliæ Thurſtino* Archiepiſcopo, & *Nigello* de *Albyneio*, & *Auſchitello* de *Bolmere*, & *Odardo* Vicecomiti de *Northumberlandâ* ſalutem. Sciatis me reddidiſſe *Ranulpho* Epiſcopo *Dunelmenſi*, omnes illas terras unde eum diſſaiſivi; & quas cepi in manu meâ apud *S. Albanum*, quando ibi coronatus fui in *Pentecoſtes*, *ſcil. Alvertonam*, & *Hovedenam*, & *Welletonam* (&c.) Teſtibus, *Ranulfo* Cancellario, *Roberto* Comite de *Mellent*, & *Willielmo* de *Tancardi-villâ* apud *Windeſoras* (&c.)

De injuriâ Dunelmenſi *Ecclesiæ per* Nigellum *de* Albeneio *illatâ.*

TEmpore *Henrici* Regis primi & *Ranulfi Dunelmenſis* Epiſcopi, vir quidam præpotens & dicto *Henrico* regi multum acceptus, *Nigellus* de *Albineio*, Monaſterium S. *Cuthberti* de *Dunelmo*, de Maneriis de **Bernyngham** & **Skyrningham**, & quædam alia Monaſteria de diverſis terris ſpoliavit; quæ poſtea, dum graviter eſſet infirmatus, pœnitentia ductus reſtituit.

De Eccleſiâ de **Middelham.**

TEmpore *Willielmi* ſecundi *Dunelmenſis* Epiſcopi, *Oſbertus* Vicecomes, & nepos *Ranulphi* Epiſcopi, qui tunc Manerium habuit de **Middelham** ex dono *Ranulphi* Epiſcopi, in plena ſynodo, præſente dicto *Willielmo* Epiſcopo, contulit Priori & Monachis Eccleſiam de **Middelham**, cujus donationem idem *Willielmus*, per Cartam confirmavit.

De Rege Ricardo *primo*, *&* Hugone Dunelmenſi *Epiſcopo.*

HUgo *Dunelmenſis* Epiſcopus interfuit coronationi Regis *Ricardi* primi; quem Rex in tantæ familiaritatis & dilectionis gloriam aſcivit, ut patrem nomine veneraretur, & filiali coleret affectu; nec aliquid in regno ſuo, ſine ipſius arbitrio, ſtatui vel diſponi permitteret: Curamq; regni ejus prudentiæ & fidei, donec à peregrinatione reverteretur, committeret. Deditq; ei Comitatum *Northumbria*; & *Sadbergiam*, cum pertinentiis ſuis; & Cartâ ſuâ confirmavit, pro undecim mille libris; ita tamen quod *Northumbriam* in vitâ ſuâ teneret; *Sadbergiam* autem jure perpetuo poſſidendam, tam in ſuos quàm in ſuccedentium uſus, perſeveraret. Verſumq; omnibus in miraculum videre Epiſcopum gladio militari accinctum, de veteri Epiſcopo novum Comitem factum.

Rex autem *Ricardus*, circa *Jeroſolomytanam* profectionem, quam voverat; ſtudioſius ſatagens, ſumptus parat, & *Willielmum* regem *Scotiæ*, pro Caſtellis ſibi ablatis triſtitiâ laborante, *Berwicum* & **Rokeſburgh**, numeratis decem milibus marcarum, ſibi reſtituit. Plurima etiam in *Angliâ* vendidit, quaſi nunquam ad *Angliam* eſſet reverſurus.

Rex *Ricardus* de terrâ *Syriæ* revertens, à Duce *Auſtriæ* captus, & Imperatori venditus, Legatoriis in *Angliam* directis, mandavit ſuæ liberationi celeriùs, & ubiq; ab omnibus ſubveniri; aurumq; & argentum Eccleſiarum, & vaſa ſancta, vel eorum redemptionem, ad ſe tranſmitti. Epiſcopus autem *Hugo Dunelmenſis*, Eccleſiam ſuam nullam volens ſuſtinere diminutionem, quam novis ſemper decoris optabat incrementis proficere, theſaurum datis centum marcis redemit, & illibatum, loco muneris, Eccleſiæ reſtituit: Miſitq; regi duo milia librarum argenti, quæ ille minùs gratanter accepit, eo quod cenſeret modicum præſtitiſſe, quem ſub optentu liberationis ſuæ immanes Copias didicerat adunâſſe: Amiſſo igitur Comitatus officio, *Sadbergiam* revocare ſatagebat.

Iſte *Hugo* Dunelm. Epiſcopus, obiit apud **Hovedene** anno D. *MCXCiiii.* corpore ejus *Dunelmum* delato, & nondum ſepulto, *Hugo Bardolin* ſaiſivit Caſtellum in manum regis domini ſui.

De Antonio Beek Dunelm. *Epiſcopo.*

ANtonius *Beek* electus eſt Epiſc. *Dunelmenſis* A. D. 1283. vir magnanimus, poſt regem nulli in regno, in apparatu geſtu & potentia militari ſecundus. In guerrâ regi potenter aſſiſtens, & in conſiliis providus. Aliquando in guerrâ *Scotiæ* habuit de ſuâ familiâ *xxvi.* vexillarios, & communiter de ſuâ ſectâ *Cxl.* milites.

Provocatus Rex contra *Antonium* Epiſc. *Dunelm.* eo quod pactis inter ipſum & Priorem *Dunelm. Ricardum*, rege mediante initam non obſervaret, & ex aliis cauſis Caſtrum *Bernardi* cum pertinentiis ab eo abſtulit, & Comiti de *Warwyke* contulit; **Hert**, & **Hertneſſe** *Roberto* de *Clifford*; **Kewerſton** *Galfrido* de *Hertilpole*, quæ Epiſcopus habuit ex foriſfacturâ *Johannis* de *Baliolo*, *Roberti* de *Brus*, & *Chriſtopheri* de *Seton*. Abſtulit ei etiam Rex **Werke in Tyndale**, **Penreth**, & Eccleſiam de **Symondburne**, quam appropriavit menſæ ſuæ.

Iſte *Anthonius* appropriavit Eccleſiæ *Dunelmenſi*, Manerium de **Evenwood**, datâ ſummâ pecuniæ *Johanni Haunſard*. Manerium de **Aucland** cum Capellâ & cameris ſumptuoſiſſimè conſtruxit. Caſtrum de **Somerton** juxta *Lincolniam*, & Manerium de **Eltham**, juxta **London**, curioſiſſimè ædificavit, ſed primum regi & ſecundum Reginæ poſtea contulit. Inſulam de **Man**, ex dono domini Regis, uſq; ad terminum vitæ habuit.

Mortuus eſt *Anthonius* Epiſcopus *Dunelmenſis* apud **Waltham**, & ſepultus eſt in Eccleſia *Dunelmenſi* anno Domini 1310. contra morem prædeceſſorum ſuorum in fronte Eccleſiæ ad Aquilonalem partem. Ante illum enim, ob reverentiam corporis S. *Cuthberti*, non eſt permiſſum corpus mortuum ingredi Eccleſiam *Dunelmenſem*.

Pag. 62. col. 1.

Ex ipſo ogr. penès Radulphum Sheldon de Beoley, in Com. Wigorn. rm.

Licentia per Reginaldum Pole S. *Romanæ Eccleſiæ Cardinalem*, Philippo & Mariæ *Regi & Reginæ* Angliæ *conceſſa, pro reſtauratione Cœnobii* Weſtmonaſterienſis.

Reginaldus miſeratione divinâ, tituli S. *Mariæ* in *Colmedin* S. Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis *Polus*, Archiepiſcopus Cantuarienſis, ſanctiſſimi domini noſtri Papæ, & ſedis Apoſtolicæ ad ſereniſſimos *Philippum* & *Mariam Angliæ* Reges, & Univerſum *Angliæ* regnum, de Latere Legatus; dilectis nobis in Chriſto Decano & Capitulo Eccleſiæ S. *Petri Weſtmonaſterienſis*, ſalutem in domino ſempiternam. Pro parte veſtrâ nobis nuper exhibita petitio continebat, quod vos ad eum finem & effectum, ut Eccleſia S. *Petri* præfata, Eccleſiæ Cathedralis titulo, necnon dignitate Decanali, & Capitulo, quæ in eadem Eccleſiâ, tempore præteriti ſchiſmatis Monaſterio, quod ab antiquiſſimis temporibus, per olim ſereniſſimos *Angliæ* Reges, fundatum & dotatum fuit, & Ordine regulari, quæ ibi vigebant ſuppreſſis, de facto inſtituta & erecta fuerunt, re & nomine ſublatis, & penitùs extinctis, ad priſtinum ſtatum regularem Monaſterio inibi reſtituto, ſeu de novo fundato & erecto, ſereniſſimis *Philippo* Rege, & *Mariâ Angliæ* Reginâ, hoc maximè deſiderantibus & expetentibus, reducatur, omni titulo & juri in dictâ Eccleſiâ vobis quomodolibet competentibus, in manibus noſtris cedere; ac omnia bona dictæ Eccleſiæ, & vobis ſeu veſtris prædeceſſoribus, ab *Henrico* octavo *Angliæ* Rege Collata, ac ad eam, & vos ejuſdem Eccleſiæ nomine ſpectantia, & quomodolibet pertinentia, eiſdem ſereniſſimo *Philippo*, & ſereniſſimæ *Mariæ, Angliæ* Reginæ, & ejuſdem Reginæ hæredibus & ſucceſſoribus, ut Monaſterium in eâ Eccleſiâ, ut præfertur, reſtituendum, ſeu de novo erigendum, dotare; eademq; bona Abbati & Conventui inibi inſtituenda, & eorum ſucceſſoribus, in puram & perpetuam elemoſinam conferre & donare poſſint & valeant, cedere, dare & relinquere deſideratis. Cum autem hoc, abſq; Apoſtolicæ ſedis licentiâ facere vereamini; propterea nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut vobis de præfatis bonis, ceſſionem & dationem liberè & licitè faciendi, licentiam & poteſtatem concedere, de benignitate Apoſtolicâ dignaremur: Nos igitur piis veſtris, in hoc, deſideriis annuentes, voſq; à quibuſvis excommunicatione, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſq; Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à Jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis, ad effectum præſentium duntaxat, conſequentium harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes; vobis, ut omnia & ſingula bona mobilia & immobilia, actiones & jura quæcunq;, tam ſpiritualia quàm temporalia, cujuſcunq; qualitatis & quantitatis exiſtant eorum denominationes, qualitates, & quantitates, valores & confinia præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, ad dictam Eccleſiam, & vos ejuſdem Eccleſiæ nomine ſpectantia, & quomodolibet pertinentia, ſereniſſimo *Philippo* Regi, & ſereniſſimæ *Mariæ* Reginæ, & ipſius *Mariæ* Reginæ hæredibus & ſucceſſoribus præfatis; ut ex eiſdem Monaſterium, ut præfertur, dotare; eaq; Abbati & Conventui, eorumq; ſucceſſoribus præfatis, in puram & perpetuam elemoſynam, dare, elargiri, & concedere poſſint & debeant cedere, dare, & relinquere liberè & licitè poſſitis & valeatis, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolicâ, nobis in hac noſtrâ legatione conceſſâ, quâ fungimur, tenore præſentium concedimus facultatem; non obſtantibus Apoſtolicis, ac bonæ memoriæ *Othonis* & *Othoboni*, olim in hoc regno ſedis Apoſtolicæ legatorum, ac in provincialibus & Synodalibus conciliis editis ſpecialibus vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus; necnon fundatione, Statutis, & conſuetudinibus Eccleſiæ veſtræ præfatæ, & juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, quibus eorum omnium & ſingulorum tenores præſentibus, pro expreſſis habentes, ſpecialiter & expreſſè derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcunq;. Datum in Manerio noſtro de Croydon, *Wintonienſis* diocæſis, Anno à Nativitate Domini Mileſimo, quingenteſimo quadrageſimo ſexto, *xvii*. Kal. *Octobris*, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini *Pauli* divinâ providentiâ Papæ, quarti, anno ſecundo.

Reg. Car. *Polus*, leg.

Pag. 143. col. 2.

Carta Roberti *de* Gaunt *de reſtauratione* Bardeneyenſis *Cœnobii*.

Ex Regiſt. de Bardeney penès *Will. Thorold* Eq. aur. f. 41. a.

Radulfo Dei gratia *Cantuarienſi* Archiepiſcopo, & *Roberto* eadem gratiâ *Linc.* Epiſcopo, & omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Walterus* de *Gaunt* ſalutem. Notum ſit omnibus vobis, quod Chriſtianæ devotionis affectu, ego *Walterus* de *Gaunt*, ad Monaſticæ religionis promotionem, ex conceſſione domini mei *Henrici* Regis *Anglorum*, conſilio parentum & hominum meorum, Monaſterium *S. Petri* & *S. Oſwaldi* Regis & martyris, quod ſitum in territorio de Bardney, pater meus *Gilebertus* de *Gaunt*, Congregatis ibi Monachis, poſſeſſionum ſuarum largitione ſuſtentatis, diligenti curâ Priorum reædificans, tam interiùs, quam exteriùs, ordinari conſtituit, in liberam Abbatiam promovi. Et quoniam antiquitùs, ut venerabilis *Beda*, in Eccleſiaſticâ *Anglorum* hiſtoriâ teſtatur, pro ſui veneratione & excellentiâ, nobile Monaſterium, cum propter crebram ibi miraculorum oſtenſionem, tum propter nobilium virorum converſionem vocabatur ardentiori deſiderio, & majori mentis devotione, locum iſtum, qui jam per ducentos & eo amplius annos, Monachorum numero & ordine, propter exterarum gentium imminentes perſecutiones deſertus, debitâ veneratione deſtituebatur, facultatibus meis reparare, poſſeſſionibuſq; meis dilatare curavi, ut ordo Monaſticus, qui ſecundùm Dei timorem & beati *Benedicti* regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur; præſenti itaq; Cartâ, omnia quæ Pater meus præfato Monaſterio in elemoſinam contulit, & ea quæ ex proprietatis meæ jure eidem Monaſterio, titulo donationis optuli: Necnon & ea quæ homines feudi noſtri pietatis intuitu dederunt, confirmans, rata & illibata, & ab omni terreno ſervicio & inquietudine libera eſſe concedo.

Pater verò meus *Gilbertus* dedit **Bardeney**, & **Oſgoteby**, cum pertinentiis ſuis; & quatuor carucatas terræ, & duas bovatas in **Stepinges** & **Friſeby**; & Eccleſiam ejuſdem villæ. In **Skendelbi** Eccleſiam S. *Petri*, cum terris & decimis ſuis, & decimæ de dominio ſuo in eadem villâ, & in **Stepinge**, & in **Partenay**. In prædicta verò **Partenay**, Eccleſiam cum ſuis pertinentiis. In **Baenburg** totam decimam de dominio. In **Edlington** duas partes decimæ de dominio. In *Schamtonâ* cum terris & decimis ſuis. In **Horkeſton** duas partes decimæ de dominio. In **Holme**, & villis eidem pertinentibus, totam decimam de dominio. In **Torpe** & appendiciis ſuis, totam decimam de dominio. In **Folkingham** totam decimam de dominio. In **Edeleſberge** Eccleſiam, cum adjacentibus terris & decimis de dominio.

Ego verò, ex propria poſſeſſione, dedi Eccleſiam S. *Petri* de *Bartonâ*, cum terris & decimis ſuis, & Capellam *omnium Sanctorum*, & tranſitum *Humbriæ*, ſine precio, Abbati & Monachis ſuis, cum famulis & equis ſuis. In **Hundemanby** matricem Eccleſiam, cum Capellis eiſdem pertinentibus, cujus Parochia eſt **Burtone**, **Newtone**, **Fordune**, **Muſtune**, **Foletorpe**, **Rutone**, **Barkeſdale**; & una carucata in **Ergum**, in cujus feudo fundata eſt Eccleſia. Dedi etiam tres carucatas terræ in *Burtonâ*, & duas bovatas in *Suttunâ*, & ſex bovatas in **Hagwordingham**, in quarum feudo fundata eſt Eccleſia.

Hiis verò decimæ quatuor molendinorum meorum de *Bartona*. Addidi etiam decimam molendinorum de **Skendelby**, & molendinum de **Baumburg**, & molendinum de **Schamtone**, & molendinum de **Holme**, & molendinum de **Folkingham**, & molendinum de **Hundemanby**.

Confirmavi autem donationes hominum meorum, liberas ab omni terreno ſervicio, ſicut ipſi conceſſerunt. In **Wilegby** totam decimam. Decimam de dominio *Raingeri*, & duas partes decimæ de dominio ſuo in **Aſkebi**. In **Scrubi** duas bovatas & dimidium, & molendinum de **Wierne**. In **Lucebi** duas partes decimæ de dominio; & in **Wincebi** duas partes decimæ de dominio. In **Alwardebi** duas partes decimæ de dominio; & in **Wilegbi** duas partes decimæ dominii; & in **Walecote** duas partes decimæ *Will.* & hæredum ſuorum.

Prænominata verò omnia, titulo donationis oblata, per hanc Cartam, Sigillo meo ſignatam, ego & uxor mea, & hæres meus confirmamus ſigno ſanctæ Crucis, propriis manibus. ✠. ✠. ✠. imprimentes: Et univerſa beneficia, cum eadem libertate & poteſtate, & conſuetudine, quâ feudum noſtrum tenemus, Abbatiæ tenere concedimus. Teſtibus, *Roberto* de *Gaunt*, *Willielmo* Conſiſtore *Ceſtriæ*, *Willielmo* de *Mundevile*, *Lamberto* Conſiſtore, *Radulpho* Capellano, *Will.* de *Baumbr.* *Ricardo Laart*, *Alano* filio *Haconis*. Hæc autem confirmatio facta fuit apud **Bardeney**, incarnatione dominici anno *MCxxv.* imperii *Henrici* Regis anno *xx.*

Carta Gilberti *de* Gaunt, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ib. f. 54. a.

H. Dei gratia *Cantuar.* Archiepiſcopo; & *W.* eadem gratiâ Epiſcopo *Linc.* & omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Gilbertus* de *Gaunt*, filius *Roberti* de *Gaunt*, ſalutem: Univerſitati veſtræ notificetur, quod Chriſtianæ devotionis affectu, ad pacem & quietem Monachorum de **Bardney**, præſenti paginâ, Sigillo meo munitâ, corroboro atq; confirmo omnes donationes, quas anteceſſores mei Monaſterio S. *Petri* & S. *Oſwaldi* Regis & martyris, & præfatis Monachis de **Bardney** in elemoſinam optulerunt; *viz. Gilebrictus* de *Gaunt* actavus meus, & uxor ejus *Aliz*, & *Walterus* de *Gaunt* avus meus, & Comes *Gilbertus* avunculus meus, & *Rob.* de *Gaunt* Pater meus; & quæcunq; homines eorum & homines mei, in Eccleſiis, in terris, in decimis, in molendinis præfatæ Abbathiæ de **Bardney** in elemoſinam contulerunt; quæ, ſicut hic notantur, propriis ſunt expreſſa vocabulis. Ex dono *Gilberti* de *Gaunt* attavi mei, **Bardney** & **Oſgoteby**, cum pertinentiis ſuis. Ex dono attaviæ meæ *Aliz.* de *Muntfort*, conceſſione ſponſi mei *Gilberti* de *Gaunt*, **Edlington** cum univerſis adjacentiis ſuis. Item ex dono ejuſdem *Gilberti* de *Gaunt* in **Stepings** quatuor carucatas terræ, & duas bovatas, cum Eccleſiâ de **Friſebi**. In **Schendelby** Eccleſiam cum pertinentiis ſuis. In **Stepinge** Eccleſiam, cum pertinentiis ſuis, & totam de dominio decimam. In **Partenay** Eccleſiam S. *Nicholai* cum pertinentiis ſuis, & Capellam S. *Mariæ*, cum pertinentiis ſuis. In **Wilegbi** totam decimam de Domino *Reingeri*, & duas partes decimæ de dominio ejus in **Aſchebi**, ſicut ipſe conceſſit.

In **Lucebi** duas partes decimæ de dominio; & duas partes decimæ de dominio in **Wincebi**.

cebi. In **Baemburg** totam decimam de dominio. In **Edlington** totam decimam de dominio. In **Schamton** Eccleſiam, cum terris & decimis ſuis. In **Horkeſtone** duas partes decimæ de dominio. In **Holme** totam decimam de dominio. In **Torpe** totam decimam de dominio. In **Aſwardeby** duas partes decimæ de dominio. In **Wilegby** duas partes decimæ de dominio. In **Walecote** dimidiam partem decimæ de dominio, *Willielmi* & hæredum ſuorum. In **Folkingham** totam decimam de dominio. In **Edenham** totam decimam caſeorum & lanæ, de dominio. In **Stantone** totam decimam de dominio. In **Edeleſberge** Eccleſiam, cum pertinentiis ſuis, & totam decimam de dominio.

Ex dono avi mei *Walteri* de *Gaunt*, Eccleſiam de **Hundemanbi**, cum unâ carucatâ terræ, & cum Capellis quæ ſunt per Parochiam, Capella de *Burtona* cum pertinentiis ſuis; Capella de **Neuton**, cum pertinentiis ſuis; Capella de **Fordune** cum pertinentiis ſuis; Capella de **Muſetone** cum pertinentiis ſuis; Capella de **Rutone** cum pertinentiis ſuis. In *Bartonâ* Eccleſiam S. *Petri*, cum terris & decimis ſuis, & cum Capellâ *omnium Sanctorum*, & manſionem cum pomerio juxta vivarium, & tranſitum **Humbre** ſine precio, Abbati & Monachis ſuis, cum famulis & equis ſuis. Et decimas quatuor molendinorum de *Bartonâ*: Et decimas molendinorum de **Skendelbi**, & molendini de **Baemburg**, & molendini de *Schamtonâ*, & molendini de **Holme**, & molendini de **Folkingham**, & molendini de **Hundemanbi**, & decimam novi molendini de **Edlingtone**; & tres carucatas terræ in *Burtonâ*, cum pertinentiis ſuis; & ſex bovatas terræ in **Hagwordingham**, quas *Reingerus* tenuit, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum pertinentiis ſuis, & duas bovatas terræ in *Suttonâ*. In **Scrubbi**, de elemoſinâ *Ragameri*, duas bovatas terræ, & molendinum de **Wierne**, ſicut ipſe conceſſit. Ex dono *Walteri*, filii ejuſdem *Ragameri*, **Thuait**, cum terrâ appendente.

Ex dono Comitis *Gilberti* avunculi mei, & hominum ſuorum, tertiam partem de **Baemburg**, cum pertinentiis ſuis, & molendinum ejuſdem villæ, & totam terram, quam habuit apud **Hagwordingham**; *viz.* feodum unius militis, quem *Rogerus* filius *Reingot* de ipſo tenuit, & quicquid ad præfatum feodum pertinet. Eccleſiam de **Folkingham**, cum univerſis pertinentiis ſuis. Eccleſias de **Hale**, & de **Hekington**, cum univerſis pertinentiis ſuis; & totam decimam de dominio de **Hekington**. In *Bartonâ* unam bovatam terræ, pro anima *Seer* de *Arcels*, & **Crakecroft** de appendiciis de **Hagwordingham**. Ex dono *Seer* de *Arcels* Eccleſiam de **Lucebi**, cum pertinentiis ſuis; & duas bovatas terræ in *Suttona*; & duas bovatas terræ in **Lucebi**, & unam bovatam terræ in **Wincebi**. Ex dono *Leonii*, pro animâ præfati *Seer*, molendinum unum in territorio præſcriptæ **Lucebi**: Et **Tonnecroft** juxta **Lime**. Similiter ex dono *Radulphi* filii *Gilberti*, pro animâ *Hugonis* fratris ſui, terram quam tenuit in **Friſebi**; & terram quam tenuit *Dane*, & *Will. Kiken*, & **Deirfletescroft**. Ex dono *Herberti* filii *Alardi xii.* acras prati juxta **Friſebi**. Ex dono **Bonde** de **Stepinges** duas acras terræ, & unum ſextarium ſalis apud **Wainflet**.

Excambium verò quod fecit Comes *Gilbertus* avunculus meus, cum præfatis Monachis de **Bardney**, apud *Bartonam*, quando firmavit Caſtellum in eadem villâ, concedo & confirmo, ut ſit firmum & ſtabile; *ſcil.* totam terram quæ eſt inter viam quâ intratur in villam, & viam propinquiorem ad orientem, & ad ima foſſati ex tranſverſo, uſq; ad viam quæ dirigitur verſùs *Thorentonam*.

Item conceſſi memoratis Monachis ſicut ante conceſſerant anteceſſores mei, quatinus pecunia eorum ubiq; in paſtura eat, ubi mea & anteceſſorum meorum ire ſolet; *ſcil.* oves cum ovibus, & boves cum bobus.

Edlingtonam quoq; cum omnibus adjacentiis, ex dono attaviæ meæ, conceſſione ſponſi ſui *Gileberti* de *Gaunt*, concedo & confirmo eiſdem Monachis, quietam ab omni terreno ſervicio, in puram & perpetuam elemoſinam. Capellam quoq; S. *Jacobi*, cum omnibus pertinentiis ſuis; *ſcil.* decem acras terræ infra clauſum Capellæ, & duos ortos & duo molendina, unum in **Schendelbi**, & unum apud **Bradam**, cum totâ multurâ domus meæ, & totius villæ de **Schendelbi**; & totam decimam Curiæ meæ, & vivariorum meorum; & omnia quæ pertinent ad prædictam Capellam de **Schendelbi**; & homagium & ſerviciium *Tholi* & hæredum ſuorum, cum duabus bovatis terræ, & cum mediâ parte molendini **Scutte**. Et homagium & ſervicium *Gunnes* & ſuorum hæredum, cum tribus partibus unius bovatæ terræ, & cum totâ manſurâ ſuâ; & paſturam in eadem villâ ubiq; cum pecoribus meis. Et præter hæc communem & Capellam S. *Mariæ Magdelenæ* de **Partenay**, cum ſuis pertinentiis; & Hoſpitale ejuſdem villæ, cum pertinentiis ſuis. In *Stantona* Eccleſiam, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Hirnham**, cum pertinentiis ſuis; & duas bovatas terræ pertinentes ad Eccleſiam de **Folkingham**, liberas & quietas ab omni ſervicio.

Ex dono *Rob.* de *Gaunt* Patris mei, concedo & confirmo toſtum unum in **Hundemanby**, ex occidentali parte villæ, quod fuit de culturâ *Walteri* de *Gaunt*; & ex eodem toſto liberum exitum & introitum ex occidentali parte, uſq; ad viam. Et in **Torpe**, quæ eſt in Parochiâ de **Schendelbi**, *Godefridum* filium **Bonde**, cum totâ ſucceſſione ſuâ, liberum & quietum de me & hæredibus meis, & totam ejus, & manſum quod de Patre meo tenuit, in puram & perpetuam elemoſinam: Et totam decimam totius **Salterhage**; & decimam de dominio de **Hale**. Hæc omnia prænominata, tam ex dono meo, quàm anteceſſorum meorum, & hominum ſuorum & meorum, concedo & præſenti ſcripto confirmo memoratis Monachis de **Bardney**, in puram & perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus, *Jordano* Priore de *Kyma*, *Symone* de *Kyma*, *Waltero* Decano tam interiùs, quam exteriùs, ordinari conſtituit, in liberam Abbatiam promovi. Et quoniam antiquitùs, ut venerabilis *Beda*, in Eccleſiaſticâ *Anglorum* hiſtoriâ teſtatur, pro ſui veneratione & excellentiâ, nobile Monaſterium, cum propter crebram ibi miraculorum oſtenſionem, tum propter nobilium virorum converſionem vocabatur ardentiori deſiderio, & majori mentis devotione, locum iſtum, qui jam per ducentos & eo amplius annos, Monachorum numero & ordine, propter exterarum gentium imminentes perſecutiones deſertus, debitâ veneratione deſtituebatur, facultatibus meis reparare, poſſeſſionibuſq; meis dilatare curavi, ut ordo Monaſticus, qui ſecundùm Dei timorem & beati *Benedicti* regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur; præſenti itaq; Cartâ, omnia quæ Pater meus præfato Monaſterio in elemoſinam contulit, & ea quæ ex proprietatis meæ jure eidem Monaſterio, titulo donationis optuli: Necnon & ea quæ homines feudi noſtri pietatis intuitu dederunt, confirmans, rata & illibata, & ab omni terreno ſervicio & inquietudine libera eſſe concedo.

Pater verò meus *Gilbertus* dedit **Bardeney**, & **Oſgoteby**, cum pertinentiis ſuis; & quatuor carucatas terræ, & duas bovatas in **Stepinges** & **Friſeby**; & Eccleſiam ejuſdem villæ. In **Skendelbi** Eccleſiam S. *Petri*, cum terris & decimis ſuis, & decimæ de dominio ſuo in eadem villâ, & in **Stepinge**, & in **Partenay**. In prædicta verò **Partenay**, Eccleſiam cum ſuis pertinentiis. In **Baenburg** totam decimam de dominio. In **Edlington** duas partes decimæ de dominio. In *Schamtonâ* cum terris & decimis ſuis. In **Horkeſton** duas partes decimæ de dominio. In **Holme**, & villis eidem pertinentibus, totam decimam de dominio. In **Torpe** & appendiciis ſuis, totam decimam de dominio. In **Folkingham** totam decimam de dominio. In **Edeleſberge** Eccleſiam, cum adjacentibus terris & decimis de dominio.

Ego verò, ex propria poſſeſſione, dedi Eccleſiam S. *Petri* de *Bartonâ*, cum terris & decimis ſuis, & Capellam *omnium Sanctorum*, & tranſitum *Humbriæ*, ſine precio, Abbati & Monachis ſuis, cum famulis & equis ſuis. In **Hundemanby** matricem Eccleſiam, cum Capellis eiſdem pertinentibus, cujus Parochia eſt **Burtone**, **Newtone**, **Fordune**, **Muſtune**, **Foletorpe**, **Rutone**, **Barkeſdale**; & una carucata in **Ergum**, in cujus feudo fundata eſt Eccleſia. Dedi etiam tres carucatas terræ in *Burtonâ*, & duas bovatas in *Suttunâ*, & ſex bovatas in **Hagwordingham**, in quarum feudo fundata eſt Eccleſia.

Hiis verò decimæ quatuor molendinorum meorum de *Bartona*. Addidi etiam decimam molendinorum de **Skendelby**, & molendinum de **Baumburg**, & molendinum de **Schamtone**, & molendinum de **Holme**, & molendinum de **Folkingham**, & molendinum de **Hundemanby**.

Confirmavi autem donationes hominum meorum, liberas ab omni terreno ſervicio, ſicut ipſi conceſſerunt. In **Wilegby** totam decimam. Decimam de dominio *Raingeri*, & duas partes decimæ de dominio ſuo in **Aſkebi**. In **Scrubi** duas bovatas & dimidium, & molendinum de **Wierne**. In **Lucebi** duas partes decimæ de dominio; & in **Wincebi** duas partes decimæ de dominio. In **Alſwardebi** duas partes decimæ de dominio; & in **Wilegbi** duas partes decimæ dominii; & in **Walecote** duas partes decimæ *Will.* & hæredum ſuorum.

Prænominata verò omnia, titulo donationis oblata, per hanc Cartam, Sigillo meo ſignatam, ego & uxor mea, & hæres meus confirmamus ſigno ſanctæ Crucis, propriis manibus. ✠. ✠. ✠. imprimentes: Et univerſa beneficia, cum eadem libertate & poteſtate, & conſuetudine, quâ feudum noſtrum tenemus, Abbatiæ tenere concedimus. Teſtibus, *Roberto* de *Gaunt*, *Willielmo* Conſiſtore *Ceſtriæ*, *Willielmo* de *Mundevile*, *Lamberto* Conſiſtore, *Radulpho* Capellano, *Will.* de *Baumbr.* *Ricardo Laart*, *Alano* filio *Haconis*. Hæc autem confirmatio facta fuit apud **Bardeney**, incarnatione dominici anno *MCxxv.* imperii *Henrici* Regis anno *xx.*

Carta Gilberti *de* Gaunt, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ib.f. 54.a.

H. Dei gratia *Cantuar.* Archiepiſcopo; & *W.* eadem gratiâ Epiſcopo *Linc.* & omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Gilbertus* de *Gaunt*, filius *Roberti* de *Gaunt*, ſalutem: Univerſitati veſtræ notificetur, quod Chriſtianæ devotionis affectu, ad pacem & quietem Monachorum de **Bardney**, præſenti paginâ, Sigillo meo munitâ, corroboro atq; confirmo omnes donationes, quas anteceſſores mei Monaſterio S. *Petri* & S. *Oſwaldi* Regis & martyris, & præfatis Monachis de **Bardney** in elemoſinam optulerunt; *viz.* *Gilebrictus* de *Gaunt* actavus meus, & uxor ejus *Aliz*, & *Walterus* de *Gaunt* avus meus, & Comes *Gilbertus* avunculus meus, & *Rob.* de *Gaunt* Pater meus; & quæcunq; homines eorum & homines mei, in Eccleſiis, in terris, in decimis, in molendinis præfatæ Abbathiæ de **Bardney** in elemoſinam contulerunt; quæ, ſicut hic notantur, propriis ſunt expreſſa vocabulis. Ex dono *Gilberti* de *Gaunt* attavi mei, **Bardney** & **Oſgoteby**, cum pertinentiis ſuis. Ex dono attaviæ meæ *Aliz.* de *Muntfort*, conceſſione ſponſi mei *Gilberti* de *Gaunt*, **Edlington** cum univerſis adjacentiis ſuis. Item ex dono ejuſdem *Gilberti* de *Gaunt* in **Stepings** quatuor carucatas terræ, & duas bovatas, cum Eccleſiâ de **Friſebi**. In **Schendelby** Eccleſiam cum pertinentiis ſuis. In **Stepinge** Eccleſiam, cum pertinentiis ſuis, & totam de dominio decimam. In **Partenay** Eccleſiam S. *Nicholai* cum pertinentiis ſuis, & Capellam S. *Mariæ*, cum pertinentiis ſuis. In **Wilegbi** totam decimam de Domino *Reingeri*, & duas partes decimæ de dominio ejus in **Aſchebi**, ſicut ipſe conceſſit.

In **Lucebi** duas partes decimæ de dominio; & duas partes decimæ de dominio in **Wincebi**.

cebi. In **Baemburg** totam decimam de dominio. In **Edlington** totam decimam de dominio. In **Schamton** Eccleſiam, cum terris & decimis ſuis. In **Horkeſtone** duas partes decimæ de dominio. In **Holme** totam decimam de dominio. In **Torpe** totam decimam de dominio. In **Aſwardeby** duas partes decimæ de dominio. In **Wilegby** duas partes decimæ de dominio. In **Walecote** dimidiam partem decimæ de dominio, *Willielmi* & hæredum ſuorum. In **Folkingham** totam decimam de dominio. In **Edenham** totam decimam caſeorum & lanæ, de dominio. In **Stantone** totam decimam de dominio. In **Edeleſberge** Eccleſiam, cum pertinentiis ſuis, & totam decimam de dominio.

Ex dono avi mei *Walteri* de *Gaunt*, Eccleſiam de **Hundemanbi**, cum unâ carucatâ terræ, & cum Capellis quæ ſunt per Parochiam, Capella de *Burtona* cum pertinentiis ſuis; Capella de **Neuton**, cum pertinentiis ſuis; Capella de **Fordune** cum pertinentiis ſuis; Capella de **Muſetone** cum pertinentiis ſuis; Capella de **Rutone** cum pertinentiis ſuis. In *Bartonâ* Eccleſiam S. *Petri*, cum terris & decimis ſuis, & cum Capellâ *omnium Sanctorum*, & manſionem cum pomerio juxta vivarium, & tranſitum **Humbre** ſine precio, Abbati & Monachis ſuis, cum famulis & equis ſuis. Et decimas quatuor molendinorum de *Bartonâ*: Et decimas molendinorum de **Skendelbi**, & molendini de **Baemburg**, & molendini de *Schamtonâ*, & molendini de **Holme**, & molendini de **Folkingham**, & molendini de **Hundemanbi**, & decimam novi molendini de **Edlingtone**; & tres carucatas terræ in *Burtonâ*, cum pertinentiis ſuis; & ſex bovatas terræ in **Hagwordingham**, quas *Reingerus* tenuit, & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum pertinentiis ſuis, & duas bovatas terræ in *Suttonâ*. In **Scrubbi**, de elemoſinâ *Ragameri*, duas bovatas terræ, & molendinum de **Wierne**, ſicut ipſe conceſſit. Ex dono *Walteri*, filii ejuſdem *Ragameri*, **Thuait**, cum terrâ appendente.

Ex dono Comitis *Gilberti* avunculi mei, & hominum ſuorum, tertiam partem de **Baemburg**, cum pertinentiis ſuis, & molendinum ejuſdem villæ, & totam terram, quam habuit apud **Hagwordingham**; *viz.* feodum unius militis, quem *Rogerus* filius *Reingot* de ipſo tenuit, & quicquid ad præfatum feodum pertinet. Eccleſiam de **Folkingham**, cum univerſis pertinentiis ſuis. Eccleſias de **Hale**, & de **Hekington**, cum univerſis pertinentiis ſuis; & totam decimam de dominio de **Hekington**. In *Bartonâ* unam bovatam terræ, pro anima *Seer* de *Arcels*, & **Crakecroft** de appendiciis de **Hagwordingham**. Ex dono *Seer* de *Arcels* Eccleſiam de **Lucebi**, cum pertinentiis ſuis; & duas bovatas terræ in *Suttona*; & duas bovatas terræ in **Lucebi**, & unam bovatam terræ in **Wincebi**. Ex dono *Leonii*, pro animâ præfati *Seer*, molendinum unum in territorio præſcriptæ **Lucebi**: Et **Tonnecroft** juxta **Lime**. Similiter ex dono *Radulphi* filii *Gilberti*, pro animâ *Hugonis* fratris ſui, terram quam tenuit in **Friſebi**; & terram quam tenuit *Dane*, & *Will. Kiken*, & **Deirfletescroft**. Ex dono *Herberti* filii *Alardi xii.* acras prati juxta **Friſebi**. Ex dono **Bonde** de **Stepinges** duas acras terræ, & unum ſextarium ſalis apud **Wainflet**.

Excambium verò quod fecit Comes *Gilbertus* avunculus meus, cum præfatis Monachis de **Bardney**, apud *Bartonam*, quando firmavit Caſtellum in eadem villâ, concedo & confirmo, ut ſit firmum & ſtabile; *ſcil.* totam terram quæ eſt inter viam quâ intratur in villam, & viam propinquiorem ad orientem, & ad ima foſſati ex tranſverſo, uſq; ad viam quæ dirigitur verſùs *Thorentonam*.

Item conceſſi memoratis Monachis ſicut ante conceſſerant anteceſſores mei, quatinus pecunia eorum ubiq; in paſtura eat, ubi mea & anteceſſorum meorum ire ſolet; *ſcil.* oves cum ovibus, & boves cum bobus.

Edlingtonam quoq; cum omnibus adjacentiis, ex dono attaviæ meæ, conceſſione ſponſi ſui *Gileberti* de *Gaunt*, concedo & confirmo eiſdem Monachis, quietam ab omni terreno ſervicio, in puram & perpetuam elemoſinam. Capellam quoq; S. *Jacobi*, cum omnibus pertinentiis ſuis; *ſcil.* decem acras terræ infra clauſum Capellæ, & duos ortos & duo molendina, unum in **Schendelbi**, & unum apud **Bradam**, cum totâ multurâ domus meæ, & totius villæ de **Schendelbi**; & totam decimam Curiæ meæ, & vivariorum meorum; & omnia quæ pertinent ad prædictam Capellam de **Schendelbi**; & homagium & ſerviciium *Tholi* & hæredum ſuorum, cum duabus bovatis terræ, & cum mediâ parte molendini **Scutte**. Et homagium & ſervicium *Gunnes* & ſuorum hæredum, cum tribus partibus unius bovatæ terræ, & cum totâ manſurâ ſuâ; & paſturam in eadem villâ ubiq; cum pecoribus meis. Et præter hæc communem & Capellam S. *Mariæ Magdelenæ* de **Partenay**, cum ſuis pertinentiis; & Hoſpitale ejuſdem villæ, cum pertinentiis ſuis. In *Stantona* Eccleſiam, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Hirnham**, cum pertinentiis ſuis; & duas bovatas terræ pertinentes ad Eccleſiam de **Folkingham**, liberas & quietas ab omni ſervicio.

Ex dono *Rob.* de *Gaunt* Patris mei, concedo & confirmo toſtum unum in **Hundemanby**, ex occidentali parte villæ, quod fuit de culturâ *Walteri* de *Gaunt*; & ex eodem toſto liberum exitum & introitum ex occidentali parte, uſq; ad viam. Et in **Torpe**, quæ eſt in Parochiâ de **Schendelbi**, *Godefridum* filium **Bonde**, cum totâ ſucceſſione ſuâ, liberum & quietum de me & hæredibus meis, & totam ejus, & manſum quod de Patre meo tenuit, in puram & perpetuam elemoſinam: Et totam decimam totius **Salterhage**; & decimam de dominio de **Hale**. Hæc omnia prænominata, tam ex dono meo, quàm anteceſſorum meorum, & hominum ſuorum & meorum, concedo & præſenti ſcripto confirmo memoratis Monachis de **Bardney**, in puram & perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus, *Jordano* Priore de *Kyma*, *Symone* de *Kyma*, *Waltero* Decano de Folkingham, *Ricardo* Decano de Hagwordingham &c.

Ib. f.50. b. *Stemma fundatoris.*

G*Iſlebrictus* de *Gaunt* venit cum *Willielmo* Baſtardo avunculo ſuo. Hic genuit *Giſelbrictum* & *Walterum*, de *Aliciâ* de *Monteforti* ſponſâ ſuâ. Porro *Giſelbrictus* mortuus eſt ante patrem, & *Walterus* ſucceſſit patri in hæreditatem. *Walterus* autem genuit *Gilebertum*, qui Comes *Lincolniæ* appellabatur, & *Robertum* fratrem ejus. Porro *Gilbertus* genuit quandam filiam, nomine *Aliciam*, quam duxit *Simon* de *Sancto Lizio* Comes *Norhamtoniæ*, cum hæreditate; & genuit quandam filiam, nomine *Gonnoram*, quæ mortua eſt ſine hærede; unde hæreditas ad *Robertum*, fratrem dicti *Gilberti* revertebat. *Robertus* autem genuit *Gilbertum*; *Gilbertus* genuit *Robertum* & *Gilbertum*. Porro *Robertus* mortuus eſt ante patrem; & *Gilbertus* ſucceſſit patri in hæreditatem. Quo mortuo, ſucceſſit ei *Gilbertus* filius ejus. Hic fuit ultimus, & habuit uxorem *Loram*, ſororem *Alexandri* de *Baliol*. Mortuo ſine hærede, hæreditavit regem *Edwardum*, filium *Henrici* Regis, de **Bartone**, **Folkyngham**, **Hekyngtone**, & de **Edenham**. Duas ſorores habuit, *Margaretam* & *Nicholaam*. Primam duxit *Will.* de *Kardeſtone*; Secundam *Petrus* de *Malolacu*: Tertia ſoror, *Juliana*, virgo obiit. *Willielmus* genuit *Rogerum*, *Petrus Petrum*. Item *Rogerus* genuit *Willielmum*.

Ib. f.77. b. *Carta* Roberti Marmiun *de villâ de* **Butegate**.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens Carta pervenerit, *Philippus* le *Marmiun*, filius & hæres *Roberti* le *Marmiun* ſalutem in Domino. Inſpeximus Cartam *Roberti* le *Marmiun* prædeceſſoris noſtri, quam Abbas & Conventus de **Bardney** nobis monſtraverunt, in hæc verba. Robertus Marmiun *omnibus fidelibus ſuis* Francis *&* Anglis *ſalutem. Notifico tam præſentibus quàm futuris, quatinus ego &* Miliſent *uxor mea, &* Robertus *filius meus, dedimus* S. Oſwaldo *de* **Bardney**, *in elemoſinâ, & abſq; omni ſervicio, pro animâ patris mei & matris meæ, & uxoris meæ, & meâ, hæredumq; meorum, villam illam quæ ſita eſt juxta* Bardeneyam; viz. **Butegate**, *cum omnibus quæcunq; in eam & extra eam illi appendentia, jure hæreditario & ego & pater meus poſſidebamus*; viz. *in nemore, in prato, in hominibus & in agris; hac conditionis ratione ſubſtitutâ, ut unus Monachus in Eccleſiâ* S. Oſwaldi *de* **Bardney** *ad ſerviendum Deo pro animâ patris mei & matris meæ, & uxoris meæ, & meâ, hæredumq; meorum ſuſcipiatur; eoq; mortuo alter ſuccedat; ſicq; deinceps alter alteri uſq; in æternum. Deinceps verò, ne aliquis meorum ſucceſſorum temerè audiat vel uſurpare, vel inquietare, quod eo ſuper hac re pro animâ patris mei, & matris meæ, & meâ, & uxoris meæ, hæredumq; meorum, hoc ſcripto confirmo. Valete. Teſtibus,* Odone *Capellano,* Roberto *de* Fontenei, Rogero *de* Moy, Odone *Clerico,* Roberto *de* Faleys.

Nos autem prædictam donationem, & prædicti ſcripti confirmationem ratas & gratas habentes, eiſdem Abbati & Conventui & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, pro nobis & hæredibus noſtris, concedimus, & Cartâ noſtrâ confirmamus, quam Sigilli noſtri munimine roboramus. Præterea omnem quærelam & omne jus & clamium, quod dicebamus nobis componere in unâ pelliciâ & uno pari botarum, nomine ſervicii, unde placitum fuit inter nos, per Breve domini Regis, coram domino *H.* de *Bathoniâ*, & ſociis ſuis Juſticiariis domini Regis itinerantibus, caritatis intuitu, pro animâ noſtrâ, & pro animabus ſucceſſorum noſtrorum & anteceſſorum plenè remiſimus, & quietum clamavimus de nobis & hæredibus noſtris imperpetuum. Hiis teſtibus, dominis *G.* de *Gaunt*, domino *Roberto* de *Taterſale*, &c. Data menſe *Junii*. A. *MCCxlviii.*

Carta Philippi *de* Kyme, *de Eccleſiâ de* **Sottebi**. Ib. f.86. b.

VEnerabili domino ſuo *Roberto* Dei gratiâ *Linc.* Epiſcopo, *Philippus* de *Kyme*, Dapifer Comitis *Gilberti*, & *Hadewiſa* uxor ſua, ſalutem. Cognoſcat dilectio veſtra quia dedimus Deo & S. *Oſwaldo* de **Bardney**, & Monachis ibidem Deo ſervientibus Eccleſiam de **Sottebi**, pro animabus noſtris & prædeceſſorum noſtrorum in perpetuam elemoſinam: unde humiliter ſanctitatem veſtram precamur, quatinus hanc donationem noſtram, in manu veſtrâ factam, pro rato habeatis & auctoritate veſtrâ confirmetis. Valeat ſanctitate veſtrâ, & venerabilibus Abbatibus *Waltero* de *Kirkeſtede*; *Walone* de S. *Laurencio*, & *Davide* de **Brunne**, *Gilberto* de **Sempingham**; & Conventu Sanctimonialium de eodem loco.

Carta Hugonis Lincolnienſis *Epiſcopi*, *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.* Ib. f.58. a.

H*ugo* Dei gratiâ *Linc.* Epiſcopus, Univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ſalutem. Religioſorum virorum juſtis petitionibus Epiſcopalis auctoritas ſolicitè debet ſuffragari, ne beneficia eis Canonicè collata malignantium inquietationibus aliquatenus perturbentur, aut inportunis vexationibus alienentur. Proinde dilectis filiis noſtris Abbati & monachis de **Bardeney**, in Monaſterio S. *Oſwaldi* divinâ gratiâ congregatis, omnes res & poſſeſſiones eorum, in terris, in hominibus, in Eccleſiis, in Decimis, & in cæteris rebus; quæ in præſentiarum juſtè & Canonicè poſſident, & autentica ſcripta habent, Epiſcopali auctoritate confirmamus, & præſentis ſcripti munimine roboramus. Quæcunq; ergo *Gilbertus* de *Gaunt* primus, & *Aliz* de *Muntfort* ſponſa ejus, reparatores præfati Monaſterii; *Walterus* de *Gaunt* & Comes *Gilbertus* filius ejus, necnon & homines feudi eorum, pro ſalute animarum ſuarum, titulo donationis, in elemoſinâ, prædicto Monaſterio contulerunt, ſicut Cartæ eorum

rum teſtantur, libera & ſoluta ab omni terreno ſervicio & præſtatione imperpetuum fore decrevimus. Similiter verò quæcunq; Comes *Simon*, qui Comitiſſam *Aliz.* filiam Comitis *Gilberti*, uxorem duxerat, cum hæreditate prænominatorum virorum dedit, & Cartis ſuis confirmavit.

Hæc ſunt omnia poſſeſſionum Collatarum; **Bardeney**, & **Oſgotebi**, cum pertinentiis ſuis. In **Stepings** habent præſcripti Monachi quatuor carucatas terræ, & duas bovatas; & Eccleſiam de **Friſebi**. In **Schendelbi** Eccleſiam S. *Petri*, cum terris & decimis ſuis; & ad auſtrum ejuſdem villæ, Capellam S. *Jicobi*, cum virgulto proximo, & duo molendina ejuſdem; & terram *Tholi*, & ſervicium ejus, & terram *Gunnes*, cum ſervicio ejus. In **Partenay** Eccleſiam S. *Nicholai*, cum pertinentiis ſuis, & Capellam S. *Mariæ* in eadem villâ, & decimam molendini ejuſdem villæ. In **Braitoft** dominii *Simonis* filii *Willielmi*, totam decimam. In **Croft**, ex dono *Philippi* de *Kimâ*, *xx.* ſextaria ſalis ex redditibus ejuſdem villæ. Ex dono *Galteri* de *Braitoft x.* acras prati, in territorio de **Friſeby**. Ex dono *Herberti* filii *Alardi*, *xii.* acras prati, ultra **Scalflet**. Ex dono *Radulphi* filii *Gilberti*, pro animâ *Hugonis* fratris ſui, terram quam tenuit in **Friſebi**, & quam habuit in **Ingaldelmeles** & **Derfleteſcroft**; & Eccleſiam de **Stepinge**.

In **Wainflet** unam bovatam cum ſalinis appendentibus. In *Haltonâ*, ex dono *Willielmi* de *Rumarâ* quinq; bovatas terræ & dimidiam; & molendinum, & nonam partem alterius molendini. In **Hagwrdingham**, ex dono *Walteri* de *Gaunt*, ſex bovatas terræ, & Eccleſiam ejuſdem villæ: Et ex dono *Gilberti* de *Gaunt* feudum militis, quod habuit in eadem villâ. In **Lucebi** duas bovatas terræ & Eccleſiam ejuſdem villæ, cum pertinentiis ſuis; & manſionem unam, & molendinum unum in territorio ejuſdem villæ; & unam bovatam in **Wincebi**, & **Tonnecroft** juxta **Lyme**. Ex dono *Ranulphi* Comitis *Ceſtriæ* molendinum de **Bradewad**, & unam marcam argenti de redditu molendini de **Bracebrigge**. Molendinum de **Strattone**, **Edlingtone**, cum univerſis pertinentiis ſuis. Ex dono Comitis *Gilberti* tertiam partem *Baumburgi*, & molendinum ejuſdem villæ. Eccleſiam de **Hotteberi**, cum terris & decimis ſuis. Eccleſiam S. *Hillarii* de *Spridelingtonâ*, cum decimis ſuis. In *Burtonâ* tres Carucatas terræ. In *Schamtonâ* cum terris & decimis ſuis. In *Edelingtonâ* Eccleſiam, cum omnibus pertinentiis ſuis.

Ex dono *Roberti Marmiun* **Buteyake**, cum omnibus pertinentiis ſuis. In *Bartonâ* Eccleſiam S. *Petri*, cum Capellâ *omnium Sanctorum*, cum terris & decimis ſuis, & omnibus pertinentiis; & decimam molendinorum ejuſdem villæ. Et ex dono *Gilberti* Comitis unam bovatam terræ, pro animâ *Seer* de *Arcels*: Et ad auſtrum ejuſdem villæ, terram quam dedit Monachis in excambio. In **Horkeſton** decimam dominii. In **Torpe** totam decimam dominii. In **Folkingham** Eccleſiam cum terris & decimis ſuis.

Ex dono *Roberti* de *Gaunt* Eccleſiam de **Irnham**, cum terris & decimis ſuis. In **Aſwardebi** duas partes dominii. In **Willegbi** duas partes decimæ dominii. In **Staunton** totam decimam dominii. In **Sutray** totam terram quæ fuit *Ivon's* filii *Schardman*, cum eſarto ſuo; & eſſartum *Willielmi* filii *Haconis* in territorio ejuſdem villæ; & eſſartum *Willielmi Bigot*, cum terrâ *Gippolf* in eadem villâ. In *Suttonâ* dimidiam carucatam terræ, cum paſturis & pratis adjacentibus, & prato in territorio de **Hotoft**. In **Scrubbi** duas bovatas & dimidiam. In **Wdetorp** unam bovatam terræ; & **Thuait** cum terrâ appendente, & molendinum de **Wlerne**. **Herteſholme** cum terris & redditibus. Eccleſiam de **Bultham** cum appendiciis ſuis. In **Bracebrige**, ex dono *Willielmi* filii *Walteri Winterhard*, unam bovatam terræ. In **Edeleſberg** Eccleſiam cum pertinentiis ſuis. In **Hale** Eccleſiam cum pertinentiis ſuis. In **Hekington** Eccleſiam cum pertinentiis ſuis.

Prænominata itaq; omnia quæ prædeceſſores noſtri eis rationabiliter confirmaverunt, cum libertatibus & conſuetudinibus, & immunitatibus ſuis, ſicut munimenta eorum teſtantur, ſub protectione noſtrâ ſuſcipimus, tuitionem Eccleſiaſticam impendentes; ſalvis in omnibus Epiſcopalibus conſuetudinibus, & *Lincolnienſis* Eccleſiæ dignitatibus. Hiis teſtibus, *Hamone* Decano *Licolniæ*, *Willielmo* ſubDecano, Magiſtro *Stephano* &c.

PAG. 152. col. 2.

De principalibus Eoveſhamenſis *Cœnobii benefactoribus.*

Ex Regiſtro quodam Abbathiæ de **Eveſham**, per *Rob. Glover*, **Somerſet** Heraldum, deſumpta.

REx *Ethelredus*, filius *Pendæ* Regis *Merciorum*, primus & præcipuus fundator noſter, dedit beato *Egwino* locum illum, qui tunc **Ethomme**, nunc *Eveſhamia* vocatur, ubi Monaſterium conſtruxit anno Domini *DCCi.*

Idem Rex dedit poſtea Caſtellum de **Chaddebury**, & vetus Monaſterium de *Stratfordâ*, anno Domini *DCCiii.*

Iſte *Ethelredus* factus eſt Monachus apud **Bardeney**, relicto Regno, & ibi jacet ſepultus: & regnavit in *Merciâ xxx.* annis; relicto Regno temporali, apud **Bardeney** regulariter eſt attonſus, anno Domini *DCCv.* & *xiii.* annos ibidem devotè peregit.

Offa Rex *Orientalium Saxonum*, filius *Sigheri* Regis *Orientalium Saxonum*, dedit anno Domini *DCCiii.* **Offenham**. Iſte *Offa*, hortatu *Keneſwithæ*, filiæ *Pendæ*, ſororis *Ethelredi*, quam cupierat uxorem, *Romam* cum *Kenredo* Rege & beato *Egwino* ivit, ubi Monachus factus , ibidem requieſcit , anno Domini *DCCx.*

Ethelwardus, aliàs *Aylwardus* , *Wicciorum* ſubregulus , dedit nobis *Ombreſleyam*, anno Domini *DCCvi.*

Ailricus filius *Oſheri* regis, dedit nobis *Childeſwykwane*, eodem anno. *Kenredus* Rex *Merciorum*, filius *Wolferi* regis, dedit nobis **Hamton**, (&c.) anno Domini *DCCviii.*

Ceolredus Rex *Merciorum*, filius *Ethelredi* fundatoris noſtri, ſed non *Oſtritha* reginæ, dedit nobis *Raggeleiam* (&c.) Anno Domini *DCCxi.*

Ethelbaldus Rex *Merciorum* , aliàs vocatus *Ethelardus*, filius *Alwii*, conſobrinus *Cohelredi*, dedit nobis **Hactone**, an. Domini *DCCxvi.*

Offa filius *Tunfrith*, Rex *Merciorum*, dedit nobis **Dunnynton** (&c.) anno Domini *DCCLvii.*

Beortulphus Rex *Merciorum* , dedit nobis *Pebwortham*, anno Domini *DCCLxxiiii.*

Ufa Comes *Warwici*, dedit nobis *Witlakeſfordiam*, & **Graſton** *minorem* , anno Domini *DCCCCLxxiii.* tempore *Edgari* regis.

Ethelredus Rex *Angliæ*, frater beati *Edwardi* martyris , dedit nobis unam manſam in *Stowyâ*, juxta **Malgaresbury** , anno Domini *DCCCCLxxxvii.*

Canutus Rex totius *Angliæ*, dedit nobis anno Domini *M.xviii.* dominium de **Badby** & **Newnham**.

Warinus Buſhell , dedit nobis Eccleſiam de **Penwortham** , cum decimis &c.

Ricardus Buſhell, filius prædicti *Warini*, dedit nobis Eccleſiam de **Leylonde**, &c.

Albertus Buſhell, filius prædicti *Ricardi*, dedit nobis diverſas terras in **Longeton**, **Ekeſton**, **Lelande**, & **Meoles**.

Robertus Buſhell, dedit diverſas terras apud **Penwortham**.

Galfridus Buſhell, filius *Roberti*, dedit nobis diverſas terras in **Longetone**.

Ex Regiſt. de **Eveſham** in bibl. *Cotton.* f. 25. b.

Carta Regis Willielmi, *terras ad* Eveſhamenſem *Abbathiam, in* Warwicenſi *Comitatu jacentes, confirmans.*

W. Rex *Anglorum*, *W.* Epiſcopo & *R.* Vicecomiti ſalutem : mando vobis & præcipio, quatinus *Adelwinum* Abbatem terras Eccleſiæ de **Eveſham** ; *Saltforda ſcilicet* & **Edriceſtun**, & *Milecotam*, & **Ragele**, & *Arwam*, & *Eccleſhalam* , & **Bildeburgwith** , & **Graſton**, & **Withlakesford**, & **Dorſitone**, & alias terras, quas in Vicecomitatu de **Wareſwic** habet, cum magno honore & quietè tenere faciatis, ut eas habeat & teneat ad uſus ſervorum Dei , cum meâ bonâ pace & protectione : Et tibi præcipio *R.* Vicecomes, ut non conſentias, quod aliquis ei injuſticiam de aliquâ re faciat ; quia conſentire nolo ; ſet cum *ſacâ* & *ſocâ*, & omnibus conſuetudinibus plenaliter ſuas res teneat : Et ſi ei aliquis injuſticiam facere præſumpſerit , clamet ad me Abbas, & ego ei plenam rectitudinem , de quibus clamaverit, faciam.

Carta Leofrici *Comitis , de terrâ de* **Hamtune**.

Ib. f. 26. a.

EGo *Leofricus* Comes manifeſto in Brevi iſto; quod terram, quæ vocatur **Heamtune**, ad Monaſterium de **Eveſham** dedi ; & miſi in illam Eccleſiam , quam ego & conjux mea *Godgyve* ibidem in honore Sanctæ & individuæ *Trinitatis*, pro animabus noſtris devotè ædificavimus ; & hoc cum victu & hominibus, & omnibus rebus & conſuetudinibus ad eandem pertinentibus, ita ſicuti ego ipſe unquam meliùs illam in manu meâ tenui & poſſedi : Et ego, quamdiu vixero, illius terræ procurator & defenſor eſſe volo ; & conſentire nolo, ut aliquis injuſticiam in eâ faciat plus nunc , quàm tunc, quando in manu meâ ipſum habui, & in eâ ſedi. Iſtam terram ex dono regio accepi ; & ad eam, ſicut *Cnut* Rex mihi conceſſit, veni ; quia ſuæ erat poteſtatis eam poſſidendam cui vellet tradi ; nam frater meus *Normannus* illam ante me habuit, ſicut Rex *Ethelredus*, ad relinquendum, poſt ſe, cui hæredi voluiſſet, libenter ei, pro ſuo grato ſervicio eam conceſſit ; quia ex prævaricatione in jus ejus, recto nobilium ſuorum judicio, accepit ; & ipſe frater meus tam diu ſine clamore & calumpniâ omnis hominis in eâ ſedebat & poſſidebat, quamdiu vivebat ; & ego poſt eum quantum michi placuit ; Et qui modo habent, ſicuti ego habui, volo ut ipſi habeant. Iſte brevis ſcriptus habetur, ut ſit in teſtimonium, & meæ elemoſinæ ſtabile firmamentum, quam Eccleſiæ conceſſi ſervis Dei, ad eorum victum. Modo eſt *Birtegus* Epiſcopus teſtis hujus meæ donationis, & totus Comitatus *Wigornienſis* Civitatis. Deus totius mundi creator & rector, qui cuncta creavit & fecit, & cunctorum corda ſcrutatur & renes, cunctos qui huic meæ donationi adjuvaverit, ut firma ſit, ſuâ benedictione multiplicet, & cuſtodiat : Et accreſcere qui voluerint, cunctis bonis creſcant & repleantur.

Carta Roberti *de* Stafford, *donationem de* **Wroteſlete** *&* **Livintone**, *per* Robertum *avum ſuum, confirmans.*

Adhuc ex præf. Regiſt. de **Eveſham** in bibl. *Ctoton.* f. 52. a

SCiant univerſi, tam præſentes quàm futuri, quod ego *Robertus* de *Staffordiâ* , & *Robertus* filius meus & hæres, conceſſimus & confirmavimus, & præſenti ſcripto atq; ſigillo corroboravimus donationes terrarum illarum, *ſcilicet* **Wroteſlete** & **Livintune**, quas *Rodbertus* avus meus contulit , & Pater meus *Nicholaus* conceſſit Eccleſiæ de **Eoveſham**, & Monachis ibidem Deo ſervientibus ; ut prænominata Eccleſia terras illas prædictas habeat & poſſideat in puram atq; perpetuam elemoſinam ; atq; imperpetuum teneat prædicta Eccleſia prædictas terras liberas & quietas, & ſolutas ab omni exactione & ſeculari ſervicio, tam regio, quam ad me & ad hæredes meos pertinente ; in ſylvis, in pratis, & in paſcuis, & in omnibus aiſiamentis, quæ ad prædictas villas pertinent. Hiis teſtibus, *Rodberto* filio *Odonis*, *Willielmo* de *Witteleiâ* , & *Rodberto* fratre ejus ; *Godefrido*

Bras & *Johanne* Conſtabulario, *Rogero* de *Ulehale*; *Rodberto* Clerico, & pluribus aliis.

Pag. 169. col. 2.

Ex Col. MS. penès Joh. Oldfrid de Spalding in Com. Linc. arm.

Carta Fregiſti, *de Manerio de* **Langtoft**, Croilandenſi *Cœnobio conceſſa.*

CUnctis Chriſticolis regni *Merciorum*, *Fregiſtus* miles in Domino ſalutem. Sciant, tam præſentes quàm poſteri, quod ego ad S. Matris Eccleſiæ honorem & divini cultus exaltationem, Domino Deo, omnium bonorum largitori magnifico, Sancto *Guthlaco* Confeſſori, & *Siwardo* Abbati *Croylandiæ*, & Abbatibus ejuſdem loci poſt ipſum ſuccedentibus, & monachis ſuis, totum Manerium meum, & villam de **Langtoft**, & in campis ejuſdem villæ ſex carucatas terræ arabilis, habentes in longitudine *xv.* quarentenas, & *ix.* quarentenas in latitudine, & centum acras prati, & ſylvam & mariſcum duarum leucarum in longitudine, & Eccleſiam ejuſdem villæ, & *xl.* acras prati de eodem feodo in campo de **Deping**. Hec paucula donaria mea, cum omnibus rebus, & in rebus ſuis eiſdem appendentibus, liberè & ſpontè Deo & S. *Guthlaco*, & Monachis in *Croylandenſi* Monaſterio Deo famulantibus, in puram & perpetuam elemoſinam liberè dedi, pro ſalute animæ meæ & omnium progenitorum meorum. Iſtud meum cyrographum apud *Legeceſtriam*, in præſentiâ domini Regis *Withlaphii*, & aliorum dominorum, in feſto S. *Jacobi* Apoſtoli collectorum, anno Dominicæ incarnationis *DCCCxix.* Ego *Frigiſtus* miles, ſigno S. Crucis confirmavi. ✠ Ego *Witthaphius* Rex *Merciorum* concenſi. ✠ Ego *Athelardus* Archiepiſcopus *Dorobernenſis* aſſenſum dedi. ✠ Ego *Egbaldus Wintonienſis* Epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego *Adulphus Lichfieldenſis* Epiſcopus collaudavi. ✠ Ego *Turſtanus* Presbyter Domini mei Regis *Withlaphii*, hoc cirographum manu meâ ſcripſi.

Ibid.

Carta Algari *militis de Manerio de* **Baſton**.

CHriſtianis univerſis per totam *Merciam* commorantibus, *Algarus* miles, filius *Vorthangiæ* ſalutem. Intelligere volo vos omnes, quod ego donavi Deo, S. *Guthlaco*, & ſpeciali Patri meo *Sywardo* Abbati *Croylandiæ*, & omnibus ibidem Abbatibus poſt ipſum, & eorum monachis, Manerium meum de **Baſton**, cum quatuor carucatis terræ arabilis, continentes in longitudine octo quarentenas, & octo quarentenas in latitudine; & *xlv.* acras prati; & mariſcum continentem in longitudine *xvi.* quarentenas & *viii.* quarentenas in latitudine: Et Eccleſiam ejuſdem villæ, & unum molendinum, & dimidium alterius molendini; & totam piſcariam meam in aquâ à prædicto molendino verſùs occidentem, uſq; ad finem mariſci ejuſdem villæ verſùs orientem. Hæc mea donaria dedi præfato Abbati *Siwardo*, & monachis ibidem Deo ſervientibus in perpetuam elemoſinam imperpetuum, ad ſuſtentationem ſui Monaſterii; quia, ſicut ſæpè didici, Inſula ſua nullius eſt ferax tritici. Hoc præſens cyrographum meum apud *Legeceſtriam*, in præſentiâ Domini mei *Withluphii* Regis *Merciorum*, anno incarnationis Domini *DCCCxxv.* Signo Crucis ſtabiliter confirmavi. ✠ Ego *Oſmundus London.* Epiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Osbertus* Abbas *Rapodii* interfui. ✠ Ego *Athelinus* dux audivi. ✠ Ego *Swithunus* Presbyter præſens fui ✠.

Pag. 176. col. 1.

De prima fundatione Deheramenſis *Cœnobii.*

De Brithnodo, *primo* Elienſis *Cœnobii Abbate.*

Ex hiſt. *Elienſ.* Eccleſiæ in bibl. *Cotton.* (ſub effigie *Titi* A. 1.) f. 81. a.

--- IDem Abbas tranſtulit corpus S. *Wythburgæ*, de **Derham** apud **Ely**; de cujus origine & integritate legitur, quod *Withburga*, adoleſcentior filiarum *Annæ* ſublimiter eſt nata, & ad Regnum cœleſte conſequendum, & juxta mare, cum ſuâ nutrice, in quodam vico paterni juris nutrienda tradebatur, *Holkham* vocitato, ubi proceſſu temporis, in memoriam ipſius, Eccleſia eſt constructa, quæ *Anglicè* **Withburgſtowe** dicitur. Præfata autem virgo, audito Patris ſui interitu, ad Sanctimonialem confugit profeſſionem, ubi in umbra alarum Dei ſperans, ſuaviter requievit. Sed indè, ubi nutrita fuit, recedens, quaſi *xx.* miliaribus, apud **Derham**, in humilem locum paterni juris devenit, illic ſolitariè volens vivere, elegit ubi Monaſterium condere ſatagebat. Cumq; Domino ſuo templum conderet, contigit ut nichil victualium, præter ſutum panem haberet, quod operariis ædificii opponeret; ob quod ad Dei genitricem confugit, eamq; querulis precibus pro inſtanti urgere cepit nutrimento, Cui inter preces pualulum dormitanti, aſtitit virgo *Maria*, docens eam non ſollicitari de victu corporali, nec cogitare de craſtino: *Mitte* inquit *diluculo puellas miniſtras ad proximum pontem ſilveſtris fluvii, ibi obſervantibus illis diatim occurrent duæ feræ lactifluæ, quas tractabiliter mulgentes ſolacium victui veſtro interim adminiſtrabunt.* Sic ancilla Domini, cœlitùs edocta, mittit manè mulctrices ad pontem præmonſtratum, qui ferè uno ſtadio diſtat à Monaſterio, quæ ſtans ſilva, grato irrigatur fluvio:

undè continuò duæ aſſiliunt cervæ, quæ ſe familiariùs quàm domeſtica animalia, præbebant mulcturæ: Has ſingillatim aſtantes, vel ſuccedentes, mulgebant manus Virgineæ, tantamq; lactis uberitatem in vaſa ſua expreſſere, ut indriam plenam duo viri injecto per anſas vecta, humeris ejus efferrent, & omnibus domi convivis hæc copia ſufficeret, quæ ſupernæ pietatis beneficia, cum cotidiano uſu, per aliquod tempus habundanter proficerent. Præpoſitus ipſius villæ, vir pravi ingenii, cepit tanta miracula, aut parvi pendere, aut irridere; dehinc livore, cupiditate, ac ſuperbiâ, indignatione agitatus, adducens canibus, nitebatur inſontes feras captare; contemptis *ſcil.* commodis, quæ dominicæ exhibebant familiæ; at illæ exacerbatæ & abſterritæ, procul in ſuas ſilvas aufugere. Villicus verò, non tam beſtiis, quàm Dei domeſticis gratuito noxius, ſuæ malivolentiæ ſine dilatione pœnas ſolvit; nam eadem hora dum emiſſario equo feras inſectatur fugaces, equus in obſtantem ſepem, urgentibus calcaribus incurrit; ſepiſq; acuta ſude transfixus ilia dum reſiliendo tergiverſaretur, ſeſſor ſuperbus ſupino capite excutitur, fractâq; cervice exanimatur: Ablato autem lacte ferino, non defuit Dominus gregi ſuo, ſed rediit qui defuerat victus tempore oportuno. Commendatis demùm pupillis ſuis æterno Regi, de hoc ſeculo migravit *xvi.* Kal. *Aprilis*, & in cimiterio Eccleſiæ *Deramenſis* ſepelitur; & poſt annos ferè quinquaginta quinq;, ſine corruptione corpus ejus inventum eſt, & in Eccleſiâ, quam ipſa ibidem condiderat, tranſlatum anno Domini D*CCXCviii.* ubi uſq; ad tempora Regis *Edgari* ſervabatur; & uſq; ad annum Domini *DCCCCLxxiv.* & ita requievit in prædicta Eccleſiâ *CLxxvi.* annis. A. igitur Domini *DCCCCLxxiv.* Abbas *Brithnodus*, conſenſu Regis *Edgari*, & Epiſcopi *Ethelwoldi*, ſanctam *Withburgam* de **Derham** in **Ely** fecit transferri, *viii.* Id. *Julii*, & juxta ſorores ſuas ſepeliri, ibiq; requievit *Cxxxii.* annis, hoc eſt uſq; ad annum Domini *MCvi.* in quo quidem anno Abbas *Ricardus*, in novum Monaſterium eam tranſtulit. De loco autem illo, in quo primò ſepulta fuit, apud **Derham**, fons aquæ lucidiſſimus manat.

PAG. 191. col. 1.

Ex Reg. de **Winchcumbe**, penès *VVill. Morton* Eq. aur. an. 1659. f. 13.

Bulla *Alexandri* tertii Rom. Pontificis, Eccleſias, villas, ac redditus *Winchelcumbenſi* Cœnobii confirmans. Anno *MCLxxv.*

ALexander *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Henr. *Abbati Monaſterii beatæ* Mariæ, *&* S. Kenelmi Winchelcumbiæ, *ejuſq; loci fratribus, tam præſentibus, quàm futuris, regularem vitam profeſſis imperpetuum, religioſam vitam eligentibus. Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet; aut robur (quod abſit) ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri *& noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus: Statuentes, ut quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona idem Monaſterium, in præſentiarum, juſtè & canonicè poſſidet; aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipſum, in quo prædictum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* **Twinnynges**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* Schurburnâ, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* Enneſtonâ, *cum Capellâ de* Chalfordiâ, *& omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* Alnâ, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* Bladyngtonâ, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* Stawntonâ, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* **Snoweshull**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam beati* Kenelmi, *cum Capellâ S.* Petri, *cum Capellâ de* **Hailes**, *Capella de* Suthleiâ, *Capella de* Aldrintonâ, *Capella de* Dicleſdona, *Capella de* Preſtecotâ, *Capella de* Charlyngtonâ, *cum omnibus pertinentiis earum.*

Villam de Twinnyngiâ, *cum terris, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, molendinis, & omnibus pertinentiis ſuis. Villam de* Sireburnâ, *cum hominibus, terris, pratis, paſcuis, aquis, molendinis, & omnibus pertinentiis ſuis. Villam de* Enneſtonâ, *cum hominibus, terris, ſilvis, pratis, paſcuis, molendinis, aquis, & omnibus pertinentiis ſuis. Villam de* Alniâ, *cum hominibus, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, & omnibus pertinentiis ſuis. Villam de* Bladyngtonâ, *cum hominibus, terris, pratis, paſcuis, molendinis, aquis, & omnibus pertinentiis ſuis. Villam de* Stawntonâ, *cum hominibus, terris, pratis, paſcuis, molendinis, & omnibus pertinentiis ſuis. Villam de* **Snoweshull**, *cum hominibus, terris, paſcuis, & omnibus pertinentiis ſuis. Villam de* Ethelmintonâ, *cum molendinis, hominibus, terris, pratis, paſcuis, & omnibus pertinentiis ſuis. Terram de* Niwetonâ, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Terram de* Wenricâ, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Dominium veſtrum, quod habetis in* Winchelcumbâ; *& alias terras, quas ex donatione vel emptione in eadem villa habetis; & duo molendina in eadem villa. Dominium veſtrum, quod habetis in* Cotâ. *Dimidiam hidam, quam* Haroldus *de* Sudeleyâ *Eccleſiæ veſtræ in elemoſynam dedit. Communem paſturam inter* VVinchelcumbam *&* Sudeleyam. *Virgatam terræ & tres acras, quas emiſtis à* Roberto Ruſſell, *cum pertinentiis ſuis. Virgatam terræ, quam* Radulphus *de* Sudeleyâ *Eccleſiæ veſtræ in elemoſinam dedit, cum omnibus pertinentiis ſuis. Hidam terræ quam*

quam habetis in Gretonâ. *Duas hidas quas habetis in* Aldrintonâ. *Terram quam habetis in* Freulintonâ. *Duas hidas quas habetis in* Hudicotâ. *Tres manſiones in* Lundoniâ. *Salinas veſtras de* VVichiâ. *Unam manſionem in* Oxenfordia.

Prohibemus inſuper, ne tibi, fili Abbas, vel ſucceſſoribus tuis liceat, ſine aſſenſu Capituli, vel majoris, vel ſanioris partis, Eccleſias vel poſſeſſiones, aut theſaurum veſtri Monaſterii alienare. In parochialibus autem Eccleſiis, quas tenetis, liceat vobis ſacerdotes eligere, & Epiſcopo præſentare; quibus, ſi idonei inventi fuerint, Epiſcopus animarum curam committet, ut de plebis quidem curâ, Epiſcopo autem vobis de temporalibus debeant reſpondere. Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis; ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas præſumat exigere. Sepulturam quoq; ipſius loci, liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat: Salva tamen juſticia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare. Ad hæc præſenti decreto ſanctimus, & arctius inhibemus, ne pro benedictione indulgenda, ab Abbate veſtro aliquid exigatur. Liceat præterea vobis Clericos, vel laicos, liberos & abſolutos, ad converſionem veſtram ſuſcipere, & eos abſq; ullius contradictione, in veſtro Monaſterio retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in eodem loco profeſſionem, aliqua levitate, ſine licentia, Abbatis ſui fas ſit de clauſtro diſcedere: diſcedentem vero, abſq; communium literarum cautione, nullus audeat retinere, niſi ad arctiorem vitam voluerit tranſmigrare. Criſma vero, oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſive baſilicarum, ordinationes Monachorum, ſive clericorum veſtrorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, à Dioceſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atq; communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis & abſq; ulla pravitate vobis voluerit exhibere: alioquin liceat vobis, quem malueritis adire antiſtitem, qui veſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Obeunte vero te, nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi, qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur; niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti *regulam providerint eligendum.*

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalvâ ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & Dioceſani Epiſcopi Canonica Juſticia. Siqua igitur, in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit; poteſtatis, honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat; & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei, & Domini redemptoris noſtri Jheſu Chriſti, aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit Pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Carta Ricardi Wigornienſis *Epiſcopi, appropriationes Eccleſiarum* Winchelcumbenſi *Cœnobio, dudum factas, confirmans.*

Ib.f.21.a.

NOverint univerſi per præſentes, quod nos *Richardus*, permiſſione divinâ *Wigorn.* Epiſcopus, noſtram dioceſim, jure noſtro ordinario actualiter viſitantes, dilectos in Chriſto filios, religioſos viros Abbatem & Conventum Monaſterii de **Winchelcumbe**, Ordinis S. *Benedicti*, noſtræ dioceſis, Eccleſias parochiales de **Winchelcombe, Rowell, Schurburne, Twynnyng, Bladyngtone**, eis & eorum Monaſterio appropriatas & unitas; necnon portiones & penſiones annuas; *videlicet* ab Eccleſiâ de **Bladyngtone**, *xx s.* De Eccleſiâ de **Pukceltone**, infra parochiam Eccleſiæ de **Quentone** *x s.* Decimas de terris dominicis apud **Bladyngtone.** Decimas etiam de terris dominicis ipſorum, apud **Adelmyngton**; ac decimas de terris dominicis ipſorum apud **Perſtone** *ſicca.* Decimas etiam de terris dominicis ipſorum in **Stawntone** & **Snoweſhulle**: necnon duas partes Decimarum majorum totius parochiæ de **Stawntone** prædictâ, ac etiam Decimas de terris dominicis ipſorum apud **Alne**, in parochiâ de **Hynewartone**: necnon decimas de terris dominicis ipſorum apud **Charletone, Hallynge, Haſeltone**, & **Panworth**, dictæ noſtræ dioceſis obtinentes; percipientes, poſſidentes, & habentes, ad exhibendum munimenta, jura, & titulos, quibus præmiſſas Eccleſias, portiones & penſiones ſic occupant, detinent & percipiunt, fecerimus ad certum diem & locum competentes, coram nobis ad judicium evocari; idem religioſi viri, juxta effectum vocationis noſtræ hujuſmodi, coram nobis die & loco ad hoc aſſignatis legitimè comparentes, proponi fecerunt, quod ipſi prædictas Eccleſias ſuperiùs memoratas; necnon portiones & penſiones ritè fuerunt & ſunt aſſecuti; ac ipſas, à tempore aſſecutionis hujus, per nonnulla tempora obtinuerunt, poſſiderunt, perceperunt, & habuerunt pacificè & quiete, petentes à nobis ſæpiùs & inſtanter, quod ipſos, ad præmiſſa probanda in debitâ juris formâ admittere; necnon, pro eorum hujus poſſeſſione Canonicâ pronunciare, eaq; confirmare, & à noſtris officio & examine dimittere dignaremur.

Noſq; dictis religioſis viris in hac parte volenlentes facere juſticiæ complementum, Literas Apoſtolicas bullatas, & alia munimenta in hac parte ſufficientia, ac alias probationes, præmiſſa concernentes; per eoſdem, coram nobis judicialiter exhibitia, admiſimus, inſpeximus, & diligenter examinavimus; per quæ ipſi religioſi viri, ſuam intentionem ſufficienter in hac parte fundaverunt; undè nos legitimè procedentes, pro jure, titulo & poſſeſſione Canonicâ eorundem religioſorum virorum in Eccleſiis, portionibus, penſionibus, & decimis ſupradictis; ipſaſq; Eccleſias, portiones, & penſiones, necnon & decimas omnes & ſingulas memoratas, ad ipſos religioſos viros & eorum Monaſterio pertinuiſſe; ac & modo & formâ, de quibus præmittitur pertinere, & pertinere debere in futurum, pronunciamus & declaramus ſententialiter & diffinitivè, in hiis ſcriptis; præmiſſaſq; Eccleſias, decimas, portiones, & penſiones omnes & ſingulas, per ipſos religioſos viros, ut præmittitur, aſſecutas, eis & eorum Monaſterio, ex certâ noſtra ſcientia, auctoritate noſtrâ Ordinariâ confirmamus; ac ipſos veros & Canonicos, in eiſdem Eccleſiis, decimis, portionibus & penſionibus poſſeſſores fuiſſe & eſſe decernimus; eaſq; ratas & firmas eis habere volumus inperpetuum eoſdem religioſos viros, tanquam ſufficienter in hac parte munitos à noſtris officio & examine, quoad omnia & ſingula dimittimus per Decretum. In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtrum fecimus hiis apponi. Data in Manerio noſtro de **Blokeley** *xvi.* die menſis *Novembris*, anno Domini *MCCCC.iiii.* & noſtræ tranſlationis anno quarto.

Ib.f.111.b. *Ex vitâ* Roberti *quarti*, Winchelcumbenſis *Cœnobii Abbatis.*

ANno itaq; quinto Regis *Ricardi* primi, optimo Patre *Radulpho*, ab *Winchelcumbenſibus* ſublato, religioſus vir, *Robertus*, noſtri loci monachus, legitimis omnium ſuffragiis, in ejus locum ſufficitur, homo certè omni genere virtutum admodum commendandus; qui ea diligentiâ, prudentiâ, ſollicitudineq; in hiis præſertim, quæ tum ad divinum cultum, ac regularem obſervantiam, tum ad novam Eccleſiæ noſtræ, domorumq; clauſtralium extructionem; tum ad augmentum poſſeſſionum noſtrarum attinebant, ſemper uſus eſt (&c.) Inter tamen cætera, quæ nobiliter & munificentiſſimè, in noſtri **Cœnobii** utilitatem, atq; commodum fieri procuravit, illud occurrit ab omnibus poſteris, non ab re accuratiſſimè animadvertendum, quòd dominia noſtra de *Tanworthâ*, *Haſiltonâ*, *Hallynga*, cum advocatione Eccleſiarum in eiſdem noſter Abbas *Robertus*, de manibus Domini *Williel.* Advocati *Betuna*, expoſitis, pro eiſdem ad vices amplius, quàm quingentis quinquaginta & octo libris primò nobis adquiſivit. Expoſuit præterea in deforeſtationem dominii noſtri de *Twynnyngyâ* (quod priùs commemoratum eſt, inter ea quæ pertinebant ad foreſtam de *Harwellâ* & *Ambreſleyâ*) quinquaginta & ſeptem marcas duodecimq; ſolidos ſterlingorum. Hic etiam reverendus Pater, haud ſine multarum pecuniarum effuſione nobis fieri procurabat Aquæductum, quo in fiſtulis plumbeis de fonte apud le **Hanwell**, uſq; ad Abbatiam noſtram, ſub terræ meatibus continuo motu, aquâ mundiſſimâ decurrere valeret, (&c.)

Ipſius etiam *Roberti*, viri optimi; decreto Ordinatum fuit; ut craſtino *Omnium Sanctorum*, quotannis; pane, potu, jurilento unoq; ferculo, centum pauperes paſcerentur, ob fidelium animas pœnis Purgatorii liberandas. Ib.f 112.a

Statuit præterea, ut quoties obtigerit quempiam Monachorum noſtræ Eccleſiæ obire mortem, ejus tum nomen per totam *Angliam*, *Scociam* & *Walliam*, apud omnia regularia loca quum primum eſſe denunciandum, quatenus etiam ipſi ejus animæ Deo optimo maximo humili prece commendent, (&c.)

Ex Vitâ Johannis Yanworthe *Abbatis.* Ib.f.112.b

ANno equidem Regis *Henrici* tertii, uno ſupra triceſimum, Sancti Patris *Henrici* Abbatis honorabili funere, magnâ celebritate (uti juſtiſſimum erat) peracto; delegerunt Monachi in ejus locum, communi eorum aſſenſu, religioſum virum, *Johannem*, cognomine *Yanworthe*, noſtri loci meritiſſimum Celerarium, (&c.-) Inter tamen cætera, quæ ab eo legimus geſta fuiſſe, illud occurrit maximè commendandum, quod dominium noſtrum de *Dri-Merſtonâ*, ampliùs quam *MCxxx.* marcis, Eccleſiæ noſtræ perpetuo poſſidendum perquiſierit. Alia etiam perquam plura, tum in decimis, proſionibuſq; ſpiritualibus, tum in prædiis, noſtræ Eccleſiæ illius tempeſtate, aſcriptæ fuere, (&c.)

Ex vitâ Richardi Ydeburi *Abbatis.* Ib.f.226.

ANno præterea Regis *Edwardi*, filii Regis *Edwardi*, nono; religioſo Abbate *Thomâ* ab *Winchelcumbenſibus* ſublato; honorandus vir, *Ricardus* cognomine *Ydburei*, Eccleſiæ noſtræ venerabilis Sachriſta, in ejus locum, juxta patrum Canones ſuffectus eſt, (&c.) Idem *Ricardus*, cum Manerium de **Rowell**, quod eſt contiguum Maneriis ſuis de **Hallyng**, **Cotyſdene**, & boſco ſuo de *Winchelcumbâ*, immediatè, venale fuiſſet; idem Abbas cepit dictum Manerium ad feodi firmam, pro quo ſolvit, cum ſuis pertinentiis quingentas & quinquaginta libras. Illis etiam temporibus perquiſivit idem Abbas aſſertum infra bundas Manerii ſui de **Enneſtone**, quod cuſtavit in omnibus, cum pacificâ poſſeſſione vicinorum, Centum marcas, (&c.) Idem perquiſivit Abbas le ferme de **Cotes** perpetuò.

Ex

133.a

Ex vitâ Walteri Winſortune *Abbatis.*

ANno equidem Regis *Edwardi* tertii, quarto ſupra triceſimum, *Roberto* de *Ippewellâ* nuper Abbate, per propriam abdicationem officio regiminis Abbathiæ noſtræ abſoluto; ſortitus eſt ejus locum, bonorum virorum ſuffragiis, qui tantum Deum præ oculis habuerunt; per viam (ut aiunt) compromiſſi, venerandus vir *Walterus* de *Winfortonâ*, ſacratiſſimæ ædis *Wigornienſis* meritiſſimus celerarius, (&c.)

Idem præterea reverendus Pater, ſecum crebro animadvertens, quomodo Abbathia noſtra, ab publicis miniſtris Domini Regis, contra omnem juſticiam eſſet moleſtata; maximè verò ab illis miniſtris, qui Hundredis de **Kyftiſgate**, **Holfoꝛd**, & **Greſton** tum præfuerint; eò quòd tum eadem Abbathia noſtra, tum ferè omnes poſſeſſiones noſtræ, in eiſdem Hundredis, ſituata exiſterent. Venit proinde eidem venerabili patri *Waltero* in mentem, quod paci & quieti noſtri multum conferret; ſi præſidio, laboreq; amicorum ſuorum, eadem Hundreda eſſent Eccleſiæ noſtræ ſubjecta; occupataq; per proprios noſtri loci miniſtros: Hanc namq; ob rem regiam majeſtatem aggreſſus eſt *Walterus*; apud quem, tum prece, tum precio, tum amicorum præſidio; demum, poſt multos conatus, quod petierat impetravit; eâ itaq; clementiâ, eâ pietate, eaq; benignitate fuerat illuſtriſſimus princeps *Ricardus* ſecundus in *Winchelcumbenſes*, ob amorem divi martyris *Kenelmi*, eorum glorioſiſſimi patroni, ut viſus ſit plurimo gaudio affici, ſibi dari occaſionem, quæ Monaſterio noſtro aliquod beneficium conferret, quo ſui memoriam illius loci Monachi, majori devotione, de cætero, haberent.

PAG. 191. col.2.

cod. in Cot- [Fau- B.]

De primâ fundatione Wiltonienſis *Cœnobii.*

ISta fundatorum ſunt nomina Cantariæ Prioriæ *Ellendunia*, id eſt *Wiltoniæ*. Fundator Cantariæ fuit *Wulſtanus* Comes *Ellendiniæ*, id eſt *Wyltoniæ*, pro animâ ejus & anteceſſorum ejus animabus. Fundator Prioriæ fuit *Egbertus* primus Rex totius *Angliæ*, & ipſe fuit cauſa mutationis nominis *Britanniæ*: Sed *Elburga*, filia *Alqmundi* martyris, filii *Alrudi* Regis *Northumbrorum*, & ſoror *Egberti* Regis, ex parte matris, quia *Egbertus* fuit filius *Alqmundi*, filii *Offæ* Regis, de proſapiâ *Inæ*, poſt mortem Patris *Alqmundi* martyris, filii *Alrudi* Regis *Northumbrorum*, & ſui mariti *Wulſtani* Comitis de *Ellendiniâ*, id eſt de *Wyltoniâ*, vovit ſe caſtitati, & petiit ac deſideravit de *Egberto* rege fratre ſuo, concedere ſibi auxiliumq; præbere de ſuo Manerio in *Wyltonia*, fundare unam Prioriam, ut ipſa caſtè ibidem vivere potuiſſet, cum duodecim mulieribus etiam caſtè viventibus, ac virginibus eodem propoſito exiſtentibus, quod conceſſit Rex, & Manerium Comitis *Ellendiniæ*, id eſt *Wylt.* cum ſuis pertinentibus, datur in perpetuam elemoſinam, mulieribus ſeu virginibus caſtè viventibus, anno Domini *DCCLxxiii.* 773.

Dicit hæc Magiſter *Henricus Crompe* albus Monachus & Doctor in theologiâ, in ſuo tractatu de fundatione omnium Monaſteriorum in *Anglia*, à tempore Sancti *Birini* confeſſoris & Epiſcopi *Dorcheſtrienſis*, uſq; ad tempus *Roberti Groſthede* Epiſcopi Lincolniæ; in ſecundâ parte libri, ubi tractat de Monaſteriorum regni *Weſtſaxoniæ* fundatione, Capitulo ſic incipiente, *Regnum* Weſtſaxoniæ *quod incepit anno Domini* Dxix. *ſub Duce* Cerdyke, *diutius omnibus ſeptem regnis duravit, cujus caput fuit* Ellendinia, *id eſt* Wyltonia, *quæ per regem Alrudum dabatur Sanctimonialibus.*

Secundus fundator fuit *Adelwulfus*, filius *Egberti* Regis totius *Angliæ*. Tertius fundator fuit *Ethelbaldus* Rex, filius *Adelwulfi*. Quartus fundator fuit *Ethelbryztus*, frater *Athelbaldi*: Sed primus fundator reverendæ Abbathiæ, ſeu Monaſterii *S. Editha*, adhuc proſperè in *Wyltonia*, bono ſtatu exiſtentis, erat ille glorioſus Rex *Alrudus*, junior filius *Adelwulfi*, & frater junior prædictorum trium regum, quem *Leo* Papa unxit in Regem, dum apud eum *Romæ* adhuc juvenis reſidebat: Qui Rex *Alrudus* cauſâ *Elfledæ* infantis, & filiæ principis *Edwardi* ſenioris, *Mucilda* Reginâ *Elfleda* duciſſâ *Marchiæ* & *Ethelſwytha* infantulæ genitrice ſuadentibus, *Edwardo* patre ejuſdem *Elfledæ* infantulæ annuente, ſuum Manerium in *VVyltonia*, cum omnibus ſuis libertatibus, dedit in perpetuam elemoſinam Sanctimonialibus, per illum in prædicto Monaſterio mox facto inſtitutus, imperpetuum duraturum.

Carta Regis Athelſtani, *de* Nywantune

Ex Cartulario de **Wilton** penès Comitem *Pembr.* an. 1658.

Ðiꞅ hiꞅ Noꞃþ Niƿanꞇuneꞅ boc.

Id eſt.

Hic eſt Nywantunæ *aquilonaris Codicillus.*

Ib. fol. 73. a.

IN nomine Dei excelſi, qui cunctum ſuo ſancto moderamine, ſub axe & ſupra mundum gubernat; eſt enim ſingulis quibuſq; ſollerter ſtudendum, dum indulta temporum ſpatia Dei nutu conceſſa poſſident, ut ea quæ in diebus illorum aguntur, literarum apicibus commenmendare curaverunt, ne in oblivionem ſucceſſorum perveniant, quæ inantea ſalubriter fuerunt conſtituta: Quamobrem ego *Æthelſtanus*, omni creantis diſponente clementiâ, Angligenarum omniumq; gentium undiq; ſexus habitantium Rex, donans conceſſi ad Monaſterium Sanctæ Dei genitricis *Mariæ*, quod dicitur **Wiltune**, quandam telluris particulam; decem *viz.* manentium, ubi ab incolis **Fywantune** nominatur, **be Avene ſtreme**, & quinq; caſſatos ſecùs ſilvam, quæ appellatur **Safernoc**, illi in loco ubi plebili narratione dicitur **at Motenes oꝛan**, cum campis, pratis, & paſcuis, & ſilvis, & omnia illuc pertinentia; magnis, modiciſq;, notis ignotiſq; æternaliter poſſidendam. Sit autem prædicta terra libera ab omnibus ſecularibus negotiis præter expeditione, & Pontis, Arciſvè conſtructione. Præcipimus etiam in nomine S. Trinitatis, ut nullus noſtrorum ſucceſſorum huic kartulæ, nec cum antiquâ kartâ, nec cum alicujus ingenii ſagacitate ledere valeat, ſed ipſa ſemper in ſuo ſtatu fixa & inleſa permaneat. Conſentientibus & conſervantibus hanc noſtram diffinitionem, perpetua maneat Pax: Contradicentibus verò vel frangere nitentibus, pœnalis ſit vindicta, niſi in præſenti emendent ſeculo. Territoria autem hujus agelli, hæc ſunt.

Aeꞃeꞅꞇ on Auene aꞇ Sꞇinꞇeꞅ ꝼoꞃꝺe þat ⁊ lanᵹ ƿeᵹeꞅ on ꞇeolton ꝼoꞃꝺe ⁊ ꞅƿa on ᵹean ꞅꞇꞃeam on ƿiꝼeleꞅ ꝼoꞃꝺe. þonne ⁊ lanᵹ þaeꞅ ꝼꞃið heꞃƿaþeꞅ on Sanꝺ beoꞃh. Oꝼ þam beoꞃᵹe ꞇo Boꞇan ƿẏlle. þonne ꝼoꞃð be ꞅꞇꞃeame on blacan lace. ꝥ ⁊ lanᵹ lace on Aꝼene. ⁊ ꞅƿa anꝺ lanᵹ ꞅꞇꞃeame. eꝼꞇ on Sꞇinꞇeꞅ ꝼoꞃðe⁊

Thiꞅ ꞅẏnꝺ þa lanꝺ ᵹemæꞃe æꞇ þam Oꞃan. Æꞃeꞅꞇ on heeꞅel ƿylle ꝥ anꝺ lanᵹ ƿeᵹeꞅ on Beoꞃh ꝺic. þonne ⁊ lanᵹ þæꞃe ꝺic on Riꞅþẏꝼel ⁊ ꞅƿa ƿeꞅꞇ on buꞇan on bꞃaꝺanꞅꞇane. oꝼ þam ꞅꞇane on ꞃuᵹan ꝺic. þonne on luꞅa beoꞃᵹ. ꝥ ⁊ lanᵹ ƿeᵹeꞅ on ꞃeaꝺan ꞅloh ⁊ ꞅƿa ꞇo ƿoꝺneꞅ ꝺic. þonne ꝼoꞃð be þaꞃe ꝺic on Cꞃẏpel ᵹeaꞇ. þonne ꞇo Dꞃaᵹ ꞅꞇane ⁊ ꞅƿæ ꞇo Meoꞅleaᵹe. Oꝼ þaꞃe leaᵹe * ⁊ lanᵹ Oxna ƿæþeꞅ, eꝼꞇ on heeꞅel ƿẏlle⁊

* Ib.

Id eſt.

INprimis ad *Avenam** (fluvium ſic dict.) apud vadum **Stintesfoꝛd** dictum; inde per viam ad vadum **Teoltonfoꝛd** dictum: Et ſic adverſus fluvium ad vadum **Wifelesfoꝛd** dictum: Inde per liberam viam militarem ad collem arenarium; à colle ad torrentem (vel fontem) **Botan-wylle** dictum; inde ſecùs fluvium ad nigrum lacum, inde per lacum ad *Avenam*, & ſic per fluvium iterum ad vadum **Stintesfoꝛd** dictum.

* Hodiè Avon.

Hi ſunt fundi (vel, terræ) limites apud **Oꝛan.** Inprimis ad fontem **Heeſelwylle** dictum; inde per viam ad **Beoꝛhdicam** (*i.* collis foſſam;) inde per foſſam ad **Scirpetum**: Et ſic Occidentem verſùs ad *Bradanſtanam* (*i.* latum lapidem;) à lapide ad aggeris foſſam: Inde ad Luſæ collem; inde per viam ad rubeum volutabrum (*l.* ſtagnum:) Et ſic ad *Wodeni* foſſam; * inde a foſſâ ad ſpeluncæ portam (*l.* oſtium;) inde ad *Dragſtanam* (lapidem ſic dictum;) & ſic ad *Meoſleagam* (*i.* campum muſcoſum;) à campo per viam boariam iterum ad **Heeſelwillam.**

* Hodiè, Wanſdike

Acta eſt autem hæc ſcriptio hujus kartulæ, anno dominicæ incarnationis *DCCCCxxxiii.* hiis conſentientibus teſtibus, quorum nomina ſubtus notatæ ſunt.

Ego *Athelſtan* Rex *Anglorum* præfatam donationem indeclinabiliter conceſſi. Ego *Wlfhelm Dorobernenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus conſignavi. Ego *Ælfeah Wintonienſis* Eccleſiæ Epiſcopus conſenſi. *Eodred* Epiſcopus, *Cenwald* Epiſcopus, *Wulfhun* Epiſcopus, *Do* Epiſcopus, *Aelfeah* Epiſcopus, *Burhric* Epiſcopus. *Aelfwold* Dux. *Ulured* Dux. *Od,* miniſter, *Wulfgar* miniſter. *Sigered* miniſter. *Eadmund* miniſter. *Aefric* miniſter. *Wulfſige* miniſter. *Aelfhere* miniſter. *Wihtgar* miniſter. *Aethelwold*, miniſter. *Aelfheah* miniſter. *Aelfred* miniſter. *Wulfmeer* miniſter. *Wulfgar* miniſter,

Carta præfati Regis Athelſtani, *de ſex manſis apud* **Bꝛydancumbe.** Ib.f.59.2.

Thiꞅ hiꞅ Brydancumbeꞅ lanꝺ boc þe Aþelꞅꞇan cinᵹ ᵹebocoðe þam hiƿum æꞇ ƿilꞇune, ꝼoꞃ hine ⁊ ꝼoꞃ Eaꝺꝼleꝺe hiꞅ ꞅƿiꞅꞇoꞃ on ece ẏꞃꝼe⁊

Id eſt.

Hic eſt prædii *Brydancumbæ* dicti codicillus, quod *Athelſtanus* Rex ſcripto contulit Conventui *Wiltonienſi*, pro ſeipſo, & pro *Eadfleda* ſorore ſuâ in perpetuam hæreditatem.

Regnante theomeona eoum. Neminem quippe immortali ſolo, quamvis univerſam coſmi ſeriem quiſq; ſolerti mentis acumine perluſtret expertem reperiret debitæ mortis extitiſſe; illamq; juſtè ſeveritatis ſententiam protoplaſti prævaricationis noxam delatam evaſiſſe; ut dicitur, *Terra es, & in terram ibis; Pulvis es, & in pulverem reverteris.* Sed tamen divina clementia in erarchali potentiâ nobis jacentibus in infimis ad autrapon, ſalutem conceſſit duo ineſſe, quibus tantum humanarum conſtat* effectus actuum; voluntas *ſcilicet* atq; pote-

* Ib. b.

poteſtas: Idcirco illæ divitiæ cum mentis intentione diligendæ ſunt, quæ nunquam decipiunt habentem; nec in ipſâ morte amittuntur, ſed plus habundant, dum cernitur quod amatur: Quapropter ego *Æthelſtanus*, nodante Dei gratiâ baſileos *Anglorum*, & æquè totius *Britanniæ* orbis curagulus, perpetuali libertate tribuendo condono venerabili Collegio Chriſticolarum, in illo celebri loco qui dicitur **Wilhoꝛe**, ad Eccleſiam S. *Mariæ* matris Domini, in ſempiternâ hæreditate, ſex manſas hilariter impenderem, ubi ruricoli antiquo uſu nomen impoſuerunt, & appellativa relatione nuncupaverunt **Brydancumba** juxta dirivativis aquarum curſibus **at Noddꝛe**; ut illa præfata congregatio prædictam terram habeat ac poſſideat, cum omnibus ad ſe ritè pertinentibus, Campis, pratis, paſcuis, dirivatiſq; curſibus aquarum, ſeu ſupradiximus, in æternam hæreditatem. Hoc autem fructuoſum eulogige munuſculum, in ſempiterno graphio, cum ſignaculo Sanctæ *Crucis* maneat, pro redemptione piaculorum meorum, necnon & germanitatis meæ, **Eadflede**; eatenus, ut veſtra veneranda Monaſticæ Claſſis caterva, medullata Orationum holocauſtomata, concorditer noſtri memoriam ſummo tonanti commendare non pigeat. Sit autem prædictum rus ab omni mundiali cenſu & regali coactione liber, exceptis iſtis tribus, expeditione, * Arcis, pontiſve conſtructione: Injunctis verò ſucceſſoribus hoc jus donationis augendo amplificando ſatagerint, augeat, amplificetq; cuncti parens genitor, in hoc præſenti, vitam illorum; & inter cœlibes beati fœlices, quæ ſine fine in æterna doxa lætentur. Si quis autem, quod non optamus, hanc noſtram donationem infringere temptaverit, perpeſſus ſit gelidis glaciarum flatibus, & malignorum ſpirituum: terribiles tormentorum cruciatus evaſiſſe non quieſcat, niſi priùs in riguis pœnitentiæ gemitibus, & purâ emendatione emendaverit.

Ib. 60. a.

Ibb.

Iſtis terminibus prædicta terra circumgyrata eſſe videtur.

Ðiꞅ ꞅẏnꝺon þa lanꝺ ᵹemæꞃo æꞇ Bꞃẏꝺancumbe. Oꝼ Noddꞃe ꞅꞇaþe up oꝼeꞃ eaꞅꞇ cumbe, ꞅƿa ꞅe ꞅꞇan hꞃẏcᵹ ꞅcẏꞇ ꞇo þem heeþanne Bẏꞃᵹelꞅe. þonne ƿeꞅꞇ ⁊ lanᵹ hꞃiᵹeꞅ ꞅƿa ꞅe heꞃepoþ ꞅceaꞇ ꞇo þam beoꞃᵹe ꞇo ꞅcoꞃꞇe hꞃẏþꞃum. þonne ꝼoꞃð be ẏꝼꞃe oþ Bꞃinᵹƿolꝺeꞅ ꞇꞃeoƿ. þonne ⁊ lanᵹ heꞃpoþeꞅ in on beoꞃᵹe, ꝼoꞃð þonne ⁊ lanᵹ ꞅꞇꞃeameꞅ oþ Oxnaꝼoꞃꝺ. þonne þæꞃ oꝼeꞃ on ane lake. þonne ⁊ lanᵹ lake eꝼꞇ in on Noꝺꝺꞃe;

Ib. b.

Id eſt.

HI ſunt fundi limites apud *Brydancumbam.* A *Nodderi* * (fluvii) ripâ ſurſum ultra orientalem vallem, ſicut agger lapideus protendit ſe ad ſepulchretum in planitie; * indè Occidentem verſùs per aggerem ſicut via militaris procurrit in collem ad breve hꞃẏþꞃum, indè per Yfram ad *Bringwoldi* arborem, tunc per viam militarem ad collem; deinde per fluvium uſq; *Oxnafordam*; (*i.* vadum boarium:) indè trans vadum ad quandam lacum, inde per lacum iterum ad *Nodderum.*

* Hodiè **Aderbourne.**

* Fortè, **Stonehenge.**

Acta eſt hæc præfata donatio, anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti *DCCCCxxxvii*, Indictione *X.*

Ego *Æthelſtanus* Rex totius *Britanniæ*, præfatam donationem, cum Sigillo *S. Crucis* confirmavi. Ego **Wulfhelm** *Doroberneuſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus, ejuſdem Regis donationem cum tropheo agyæ Crucis conſignavi. Ego *Ælfheah Wintonienſis* Eccleſiæ Epiſcopus triumphalem tropheum agyæ Crucis impreſſi. Ego *Theodred Lundonienſis* Eccleſiæ Epiſcopus conſignavi. Ego *Cenwald* Epiſcopus, prædictum donum conſenſi. Ego *Odo* Epiſcopus confirmavi. Ego *Ælfheah* Epiſcopus conſignavi. Ego *Burgric* Epiſcopus conſenſi. Ego *Æthelgar* Epiſcopus roboravi. Ego *Ælfwold* Dux. Ego *Uhtred* Dux. Ego *Odo* miniſter. Ego *Wulfgar* miniſter. Ego *Sigered* miniſter. Ego *Ælfric* miniſter. Ego *Eadmund* miniſter. Ego *Wulfſige* miniſter. Ego *Ælfhere* miniſter. Ego *Witgar* miniſter. Ego *Æthelwold* miniſter. Ego *Ælfheah* miniſter. Ego *Ælfred* miniſter. Ego *Wulfmære* miniſter. Ego *Wulfgar* miniſter. Ego *Ælfſige* miniſter. Ego *Ælfnoth* miniſter. Ego *Ordeah* miniſter. Ego Oꞃꝺeah miniſter. Ego *Ælfric* miniſter. Ego *Sigulf* miniſter. Ego *Beorthnoth* miniſter. Ego *Æthelstan* miniſter. Ego *Ælfric* miniſter. Ego *Eadric* miniſter. Ego *Ealhelm* miniſter. Ego *Ælfſige* miniſter. Ego *Æthered* miniſter. Ego *Æthelmund* miniſter. Ego *Wulfhelm* miniſter. Ego *Wullaf* miniſter.

* Ib.

Carta Regis Eadwie, de Ceolcum.

Ib. f. 83. a.

IN nomine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, anno Dominicæ incarnationis *DCCCCLv.* ego *Eadwie*, divino fulciente numine, nunc nuperime Rex regimina tentans, audivi à ſapientibus & prudentibus hanc mellitam dulcedinem ſermocinationis ſeriem, quod *bona voluntas, in die Examinationis pro bono opere reputabitur*, idcirco venerandi Sanctimonialium congregationi, in Monaſterio quod dicitur **Wiltune**, terram, quæ dicitur **at Ceolcum**, centenis eſtimatam manſiunculis, in jus perpetuum ab omni ſeculari ſervicio liberam, præter Arcem, Pontium, Expeditionem, libenter admodum concedo; & interpoſito tenore, qum noſtrorum nemo ſucceſſorum, nec cum antiquâ Cartâ, nec cum alicujus ingenii ſagacitate * quam diu Chriſtianitas vigeat, hoc noſtrum decretum audeat violare: Et quiſquis, benevolâ mente, meam donationem amplificare ſatagerit, in hoc præſenti ſeculo vitam illius proſpera fœliciter longiturnæ vitæ gaudia teneat: Si quis autem propria temeritate violenter invadere præſumpſerit; ſciat ſe proculdubio ante tribunal diſtricti Judicis titubantem, tremebundumq; rationem redditurum, niſi priùs digna ſatisfactione emendare maluerit.

* Ib. b.

Et hiis limitibus hæc telluris particula circumgirari videtur.

Æꞃeꞅꞇ on Aꝼꞇe peaꞃꝺe be eaꞅꞇan Sꞇoke þaꞃe hine lanꝺe up oꝼ Ebbeleꞅbuꞃnan ⁊ lanᵹ anꞃe ealꝺꞃe ꝺic piþ Aelꝼeaᵹeꞅ lanꝺ ᵹemaeꞃo. þanne aeꞇ þaꞃe ꝺiche enꝺ hiꞇ bẏhꝺ eaꞅꞇ aenne aekeꞃ innan Ælꝼheaᵹeꞅ lanꝺ. *þanne aꞇ þæꞅ akeꞃeꞅ up enꝺe hiꞇ ꝼehð on ða lanꝺ ᵹepẏꞃꞃu up oþ lanꝺꞅcaꞃe hlinche. ꝼꞃam þam hlinche up ⁊ lanᵹ þaꞃa lanꝺ ᵹepẏꞃꞃa oð puꝺuburᵹh hẏlle. þanne bẏhð hiꞇ þæꞃpeꞅꞇ on þaꞃe cnihꞇalanꝺ anne akeꞃ. ðonne ðanan eꝼꞇ enꝺlanᵹ ðaꞃa lanꝺ ᵹepẏꞃꞃa þaꞇ ðpẏꞃeꞅ oꝼeꞃ miꝺꝺel ꝺune oþ þaꞇ hiꞇ cẏmð ꞇo þam haþenum bẏꞃᵹelꞅum. þonne ꝼoꞃð oꝼeꞃ ða ðꞃẏ cꞃunꝺelaꞅ oð þaꞇ hiꞇ cẏmð ꞇo þan þoꞃne ⁊ þaꞃ ꞇo peᵹe ⁊ ꞅpa ꝼoꞃð anꝺ lanᵹ peᵹeꞅ oð þaꞇ hiꞇ cẏmð ꞇo þan hokeꝺan ᵹaꞃan. ðonne belẏhð hiꞇ ðone ᵹaꞃan uꞇan oð þaꞇ hiꞇ cymð ꞇo lanꝺꞅchaꞃe peᵹe. þonne ꝼoꞃð anꝺ lanᵹ peᵹeꞅ oð þaꞇ hiꞇ cẏmð ꞇo Cheꞇoleꞅbeoꞃᵹe. Oꝼ ðam beoꞃᵹe þaꞇ hiꞇ ꞅꞇicað on Cheoꞇeleꞅ heaꝼꝺe. þanne ꞇo Michelan bẏꞃᵹ. ðonne ꞇo ꞇꞃoᵹan. þonan ꞇo hloꞅ hꞃẏcᵹe ⁊ ꞅpa ꞇo Beoꞃnhanneꞅ peᵹe. * of þan peᵹe ꞇo Bican ꞅeꞇle ⁊

* Ib. 84.a.

* Ib. b.

þonne anꝺ lanᵹ peᵹeꞅ ꞇo ꞇilluceꞅ leaᵹe. ⁊ þanne peꞅꞇ ꞇo Laꞃeꞅ meꞃe. þonan ꞇo pulꝼ pẏꞇꞇan. ðonne ꞇo meaꞃe ꞇꞃeope ⁊ ꞅpa ꞇo Biꞇan ꝺene. þonne anꝺ lanᵹ Biꞇan ꝺene ꞇo Coꞃꞇeꞅhamme. þonne ꝼoꞃð oð ðaꞇ hiꞇ cẏmð þaꞃ mon þane chioꞃl ꞅloh ꝼoꞃ ðan buccan. þone þonan ꞇo eꞃꞅe ᵹꞃaꝼan ꝼoꞃð. þone ꞇo meꝺ akeꞃan. þone ⁊ lanᵹ peᵹeꞅ up onᵹene ᵹaꞃan. ⁊ ꞅpa ⁊ lanᵹ hꞃẏcᵹeꞅ þaꞃ hiꞇ cẏmð ꞇo Beaceꞅ hlape. ðone eꝼꞇ ⁊ lanᵹ peᵹeꞅ ꞇo Scẏlꝺeꞅ ꞇꞃeope. a ꝺune þone ⁊ lanᵹ lanꝺꞅchaꞃe ꝺene. þone aꞇ þaꞃe ꝺene enꝺe ꞇo ðan heꞃe-paþe aꞇ heaꝼoꝺ ꞅꞇoccan. þone licᵹað binnan þiꞅꞅum ᵹemaꞃum ꞅẏx hiꝺa lanꝺeꞅ hẏꞃað ꞇo Dunheaꞃꝼꝺan.

þa ᵹemaꞃo ꞅẏnꞇ þuꞅ ᵹenamoꝺe. Æꞃeꞅꞇ oꝼ þaꞃe ꞅꞇꞃæꞇe æꞇ þaꞃe enꝺ hiꞇ ᵹeþ upon ane ꝼuꞃh oð þaꞇ hiꞇ cẏmþ ꞇo þæꞅ hlincheꞅ oꞃꝺe ꞇo þan ellen ꞅꞇẏbbe* þannen ꞇo pinꞇeꞃbuꞃᵹe ᵹeaꞇe. þonan ꞇo Eꞃna ꝺiche ᵹeaꞇe. þone ꞇo þane ꞅꞇane caꞅꞇel. þone ꞇo ealcan ꞅeaðe. oꝼ ðam ꞅeaðe up on Mapulꝺoꞃ cumb. þone ⁊ lanᵹ cumbeꞅ ꞇo þæꞅ cnmbeꞅ heaꝼꝺe. þone ꞇo Ippan beoꞃᵹe. þonan ꞇo þoꞃnpẏlle ⁊ ꞅpa ꞅo þan peꞃe. þone on þone heꞃe paþ peꞅꞇ. þone ⁊ lanᵹ heꞃe-paþeꞅ ꞇo þam heaꝼoꝺ ꞅꞇoccum þæꞃ pe hiꞇ æꞃ ꝼoꞃleꞇen.

* Ib. 85.a.

Ðaꞅ ᵹemeꞃo ⁊ þaꞅ ꞅẏx hẏꝺa pe læꞇaþ huꞇ oꝼ þiꞅꞅe boec. Nuꝼehþ hiꞇ eꝼꞇ on þa lanꞇh ᵹemeꞃo æꞇ þan heaꝼoꝺ ꞅꞇoccan þþẏꞃeꞅ oꝼeꞃ þone heꞃepaþ ꞇo noꞃꞇh ꝺune enꝺ. þonan ꞇo Bꞃẏꝺinᵹa ꝺic. ꞇhonne eaꞅꞇ ⁊ lanᵹ hꞃẏcᵹeꞅ oþ þa ꝼuꞃh. Ðone licᵹaþ heꞃ ꞅẏx hiꝺe þe hẏꞃaꞇh ꞇo Rimuc puꝺe þþẏꞃeꞅ oꝼeꞃ ealle ꞇhæꞇ lanꝺ ꞇhe hẏꞃꞇh ꞇo Cheolcun. Ða ᵹemæꞃo ꞅẏnꞇ þuꞅ hiꞇene Niꞇheꞃ ⁊ lanᵹ þeꞃe ꝼẏꞃh ꝥ hiꞇ cymꞇh ꞇo hẏꞃel. þone þpyꞃeꞅ oꝼeꞃ hyꞃel* on ꞇha ꝼuꞃh oꝼeꞃ Clænan ꝺune. þone þuꞃh puꝺu ꞇo ꞇꞃoᵹan bibyᵹꞇh þone ꞇhone puꝺa ꞇhe hyꞃꞇh ꞇo Rimuc puꝺa þaꞇ hiꞇ cymꞇh up on hꞃicᵹ peᵹe. þone eꝼꞇ on Clænan ꝺune minþ. þone on oþꞃe healꝼe aneꞅ hipiꞅceꞅ þaꞇ hiꞇ cymþ ꞇo hyꞃel ꞇo þam cliꝼe. ⁊ ꞅpa anꝺ lanᵹ cliꝼeꞅ ꞇo Aꞅꝺene. þone ᵹæþ hiꞇ noꞃþ oꝼeꞃ hyꞃel ꞇo þam pyꞇꞇe ꞅeiꞅ æꞇ lanꝺ ᵹemaꞃe. Ðiꞅ lanꝺ pe leꞇaþ eac huꞇ oꝼ þiꞅꞅe bocc. þone oꝼ þan pyꞇꞇe eaꞅꞇ anꝺ lanᵹ hꞃẏcᵹeꞅ ꞇo Sꞇochæmalanꝺe ꞅpa þane ꝼoꞃþ þæꞇ hiꞇ cymþ eꝼꞇ innan Ebbeleꞅ buꞃnan. þone ⁊ lanᵹ ꞅꞇꞃeameꞅ ꞇo þan þæꞃpe æꞃ onꝼenᵹon.

* Ib. b.

Ðiꞅ ꞅynꝺ þa lanꝺ ᵹemeꞃo on Semeleaᵹe. Æꞃeꞅꞇ on Noꝺꞃe ꝼoꞃꝺe æꞇ ᵹenonᵹemyþan. up be Noꝺꞃe ꞇo Chealꝼa leaᵹe. þone þþeꞃeꞅ oꝼeꞃ þa leaᵹe peꞅꞇ ⁊ ꞅuþ anꝺ lanᵹ Beoꞃcoꞃan. þone oꝼeꞃ Linꝺoꞃan. þonan ꞇo Reocheꞅoꞃan ⁊ ꞅpa on þa ꞅꞇiᵹele. þanna ꞇo Raꝺeleaᵹe. þonan ꞇo Bilanleaᵹe ⁊ ꞅpa on ꞅemeꝺ * oþ hiꞇ cymþ eꝼꞇ ꞇo Noꝺꞃe ꝼoꞃꝺe.

* Ib. 86.

Id eſt.

INprimis apud *Aſteweardam* ad Orientem terræ colonariæ (vel, ſervilis,) **Stoke** dictæ, ſurſum torrentem verſùs *Ebele* * dictum, per quandam antiquam foſſam juxta fines fundi cujuſdam *Aelfegi*, deinde ad finem foſſæ ingerit ſe Orientem verſùs per ſpatium unius jugeri in fundum *Aelfegi*; tunc

* Hodiè, **Ebbeſborne.**

tunc ad finem illius jugeri ſuperiorem porrigitur in terræ flexuram ſurſum uſq; territorii aggerem; ab aggere ſurſum per terræ curvationem uſq; collem **Wuduburh** * dictum: tunc occidentem verſùs per ſpatium unius jugeris procurrit in puerorum terram: Deinde iterum per terræ curvationem; indè tranſverſè ultra medium montem donec pervenitur ad ſepulchretum in planitie; * Deinde ultra tres cpunoelap (*i.* forte, tumulos:) donec pervenitur ad ſpinam: Et inde ad viam, & deinde per viam donec pervenitur ad vallis **Pokedan** dictæ imum: tunc flectitur extra (vallis) imum uſq; dum pervenitur ad *Chetoli* collem; à colle protenditur in *Chetoli* caput, inde ad *Michelenbyrgam*, inde ad *Trogam*, inde ad *Herſbrycgam* (aggerem vel terræ dorſum ſic dictum:) & ſic ad *Beornhammæ* viam; à via ad *Bicanſellam* (manſionem ſic dictam:) tunc per viam ad campum *Filmeſleage* dictum: Et tunc Occidentem verſùs ad lacum (vel ſtagnum) *Lareſmere* dictum ad *Lupi puteum*: * inde ad arborem terminalem, & ſic ad vallem **Bitandene** dictum: Inde per *Bitandenam* ad **Corteſhamme**: Deinde rectà donec pervenitur ad locum ubi homo quidam occidebatur pro damà, deinde ad lucum **Erſegrafan** dictum, deinde ad jugerum paſcuale; tunc per viam ſurſum adverſus vallis imum: Et ſic per terræ dorſum donec pervenitur ad aggerem **Beacleſhlawe** dictum: Tunc iterum per viam ad arborem **Scyldeſtrowe** (*i. e.* fortè patibulum) dictam: Tunc deorſum per regionis vallem, tunc ad vallis finem in viam militarem apud **Stoke** caput. Continentur autem intra hos limites ſex hidæ terræ ad **Dunheafdan** pertinentes.

* hodiè, **Woodborow.**

* fortè, **Stonehenge.**

* hodiè, **Wolfhill.**

Limites ſic nominantur: Inprimis à plateæ fine protendit ſe ultra quendam ſulcum donec pervenitur ad aggeris initium, ad roboris ſtipitem; inde ad *Winterburgæ* portam, inde ad portam foſſæ *Eſna* dictæ; inde ad lapideum caſtrum, inde ad communem foveam, à fovea ſurſum ad convallem **Mapuldor** dictam, indè per convallem ad convallis caput, inde ad *Ipparbeorgam* (*i.* montem ſpecularem, vel ſpeculam præbentem,) inde ad fontem ſpinoſam, & ſic ad vivarium, inde ad viam militarem Occidentem verſùs, inde per viam militarem ad capitalem ſtipitem unde diſceſſimus.

Limites & ſex terræ hidæ omiſimus ex hujuſmodi codicillo. Nunc incipiunt iterum terræ fines apud capitalem ſtipitem obliquè ultra viam militarem ad Aquilonarem montem, inde ad *Bridyngæ* foſſam, inde Orientem verſùs per dorſum terræ uſq; ad ſulcum, inde jacent hic ſex hidæ quæ pertinent ad *Rimuci* ſylvam tranſverſè ultra univerſum fundum ad **Cheolcam** pertinentem. Limites ſic vocantur, deorſum per ſulcum uſq; dum pervenitur ad **Hyrel**, tunc obliquè ultra **Hyrel** ad ſulcum ultra montem **Clene** dictum: tunc per ſylvam ad **Trogan** flectitur, inde per ſylvam ad *Rimuci* ſylvam ſpectantem, donec aſcenditur *in Hricwegam* (*i.* viam aggeratam,) tunc iterum ad *Clenendunæ* mind: inde ad ſeſquialteram hidæ partem donec pervenitur ad **Hyzel**, ad clivum, & ſic per clivum ad *Aſdenam* (*i.* aſinorum vallem:) inde tendit Aquilonem verſùs trans **Hyzel** ad puteum ad terræ finem ſitum (puteum fortè terminalem:) Hanc terram omiſimus etiam ex hoc libro. Tunc à puteo illo Orientem verrùs per dorſum terræ ad terram **Stochemalande** dictam; ſic inde donec regredimur intra torrentem **Ebbeleſburne** dictum: Tunc per fluvium uſq; ad locum ubi incepimus.

Hi ſunt terræ termini apud *Semeleagum*: Inprimis ad *Nodderi* vadum apud ʒenonʒe oſtium (vel, foramen:) ſurſum per *Nodderum* ad campum **Chealfaleage** dictum: Tunc obliquè trans campum Occidentem & Auſtrum verſùs per *Beorcoram* (littus, ripam, vel oram ſic dict.) tunc ultra *Lindonam*: inde ad *Reexbeſoram*, & ſic ad ſcalam: Inde ad campum **Radeleage** dictum: Inde ad *Bilenleagam*, & ſic inſimul donec pervenitur ad *Nodderi* vadum.

Ego *Eadwig* Rex *Anglorum* præfatam donationem ſub Sigillo S. Crucis indeclinabiliter conſenſi atq; roboravi. Ego *Eadgar* frater ejuſdem Regis, cum Sigillo S. Crucis confirmavi. Ego *Odo Dorobernenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus, ejuſdem Regis Principatum & benevolentiam ſigno *Sanctæ* Crucis perſtruxi. Ego *Wulfſtan* Archiepiſcopus prædictum donum conſenſi. Ego *Ælfſie Wintonienſis* Eccleſiæ Epiſcopus corroboravi. Ego *Cenwald* Epiſcopus confirmavi. Ego *Oſulf* Epiſcopus conſignavi. Ego *Ælfwold* Epiſcopus roboravi. Ego *Byrhthelm* Epiſcopus conſenſi. Ego *Wulfſie* Epiſcopus ſubarravi * Ego *Wulfhelm* Epiſcopus ſignum Crucis impoſui. Ego *Oſkitell* Epiſcopus concluſi. Ego *Kyneſie* Epiſcopus conſenſi. Ego *Athulf* Epiſcopus conſignavi. Ego *Daniel* Epiſcopus benedixi. Ego *Dunſtanus* Abbas teſtudinem S. Crucis ſubſcripſi & confirmavi. Ego *Byrhthelm* Diaconus hoc prædictum donum laudavi. Ego *Æthelferth* Diaconus libenter conſenſi. Ego *Ælfgyth* Magiſtra præfati Monaſterii, cum gaudio magno recepi. *Aethelſtan* Dux. *Athelmund* Dux. *Eadmund* Dux. *Æthelſtan* rota Dux. *Byrhtferth* Dux. *Leofwine* propinquus Regis miniſter. *Aelfhere** ex parentelâ Regis miniſter, *Aelfheah* frater ejus miniſter. *Aeflſie* miniſter. *Aethelmar* miniſter. *Aelfric* miniſter. *Aelfgar* miniſter. *Byrhtferth* miniſter. *Oſweard* miniſter. *Aelfſie* dyring, miniſter. *Lyneſie* miniſter. *Aynſie* miniſter. *Aelfred* miniſter. *Aelfheah* miniſter. *Aethelgeard* miniſter. *Aethelbriht* miniſter, *Oſulf* miniſter. *Eſwig* miniſter. *Irdwald* miniſter. *Wulfgar* miniſter. *Aelfric* miniſter. *Aelfwold* miniſter.

* Ib. 86.b.

* Ib. 87.a.

* Ib.b.

Þone beode ƿe godes bebode ⁊ þas Cinges ⁊ þas Ercefiscopes ⁊ ealra þa Biscopea þe heora noman heron aƿritene syndon. ⁊ þis eall geðafedan ⁊ þas boc into þare stoƿe gebletsodan þat ne sy nan man þe ðyses landes æniges dæles bruke, butan he hit of gange æt þam hifum þe æt ðam mynstre gode ðemað mid rihtum landrihte ⁊ leod rihte sƿa hit on lande stonde. ⁊ se þe þis don nelle oððe ongean þissum gange þone bruke he his ofer godes sit ⁊ ofer ealra his haligra ⁊ ealles þæs hisedes þe on þan mynstre sy. butan he to þære bote gechyrre.

Id eſt.

Nunc præcipimus Dei mandata & Regis, atq; Archiepiſcopi, omniumq; Epiſcoporum, quorum nomina hic ſcribuntur, & his omnibus conſenſerunt atq; libro huic illius loci gratiâ benedixerunt; ut ne quis ſit, qui iſtius fundi parte utatur aliqua, niſi eam à Conventu, qui in illo Monaſterio Deo ſerviturus ſit juſto prædiatorio & populari jure pro more gentis accipiat. Et qui hoc (ita fieri) noluerit, aut huic (decreto) contravenerit, tunc ſui in Deum, & omnes Sanctos, & totum in eodem Monaſterio qui pro tempore fuerit Conventum contemptus pœnas luat, niſi facta compenſârit.

Ib.f.24.b. *Carta Regis* Edgari *de* **Niwantun, Scearntun.**

Thir hir ðare landa boc þe Eadgar Kyng gebocode gode and S. Marian to ƿiltune. sƿa sƿa he hy ær for let to ƿulfðriþe him to ecere alysednesse.

Id eſt.

Hic eſt terrarum liber quas *Eadgarus* Rex ſcripto contulit Deo & S. *Mariæ* apud *Wiltoniam*, ſicut eas antea *Wulfthritha* conceſſerat, ſuiipſius ſalutis æternæ intuitu.

Omnium jura regnorum, Cœleſtium atq; terreſtrium, clauſtra quoq; infernalium duntaxat divinis Dei nutibus ſubjecta ſunt: quapropter cunctis ſanum ſapientibus ſatagendum eſt, toto mentis conamine, ut prævideant qualiter tormenta valeant evadere infernalia, & cœleſtis vitæ gaudia, concedente Chriſto Jeſu concendere. Hoc *Ead*-* Ib.25. a. *gar* Rex *Anglorum*, cum *North hymbra* regimine, ac progenie Paganorum *Britonum q*; proſapiâ ſublimiter roboratus, ſagaciter intelligens ſecum tractat; concedens largifluè lucrum Coſmi Chriſticolis, ut Choris Angelicis fœliciter collocetur: Hujus rei gratiâ Rex præfatus, rura quæ olim *Wulfrythe* temporaliter conceſſerat Domino noſtro Jeſu Chriſto, ejuſq; genitrici *Mariæ*, ad uſus Sanctimonialium in **Wiltune** degentium, æterna largitus eſt dapſilitate, uti Eccleſiæ *Mariæ* genitricis Domini noſtri Jeſu Chriſti conſecrare, cum omnibus utenſilibus; pratis *viz.* paſcuis, ſilvis perpetuo deſerviant. Prædictæ telluris nomina hæc ſunt **Niwantun, Scearntun, Tefereal, Babbanſtoc, Fryſteſfeld, Hwetinc.** Sint autem hæc rura * omnis Ib. b. terrenæ ſervitutis libera, tribus exceptis; rata *viz.* Expeditione, Pontis, Arciſve reſtauratione. Si quis igitur hanc noſtram donationem, in aliud quàm conſtituimus, transferre voluerit, privatus conſortio Sanctæ Dei Eccleſiæ, æternis barathri incendiis lugubris, jugiter, cum *Juda* Chriſti proditore ejuſq; complicibus puniatur, ſi non ſatisfactione emendaverit congruâ, quod contra noſtrum deliquit decretum. Hiis autem metis præfata rura hinc inde girantur.

Ðis sint þare *x.* hida gemære to Niƿantune. Ærest of þare lake up ⁊ lang ƿilig on Stanford þup. ⁊ lang þær hƿitan ƿeges. of ðam ƿeige on þa dic. ⁊ lang dic east on ðone ealdan herpaðe. Of þone ealdan herpaðe ut * on Afene. ⁊ lang Afene on þas poles heafod þon ættandenes norð hyldan sƿa seo ealda furh scæt up to þam stænænan stapele ⁊ sƿa ƿest to þare ealdan hlinc ræƿe ⁊ sƿa be þare yrþ mearce nyþer to Higforda. * Ib. 26.a. Of þan forda eft ofer ƿilig on Otores hol. Of ðam hole up and lang ƿilig. Of ƿilig on þa fulan lace. Of þare lace ðƿires ofer þa dic ƿest be þare dic heafde on Pinding ford ufeƿearde ꝥ up ⁊ lang þare ƿestmyste lace sƿa eft on ƿilig.

Ðis synt þara *x.* hida lang gemæra to Scearntune. Ærest on Odenford. þon heandum sƿeoran eastƿeardan ⁊ sƿa up ⁊ lang ƿille ƿeges. þon on Grimes dic. and lang dic on Leofheres garan. ƿestƿeardan of ðam garan on Bradan leage. ƿestƿeardan ðone ⁊ lang hlinces to ðam ealdan Elebeme ⁊ * sƿa norð to ƿurdes lea middeƿearde ⁊ þone on Mæden beorge. ⁊ sƿa it on ƿilig. * Ib. b.

Ðis synt þare *xx.* hida landa gemæra to Defereal. Ærest of Defereal on þa ealdan dic ⁊ sƿa ⁊ lang dic to langan beorge. ꝥ on þone herpað. ⁊ lang paðes on Pudelan ham ꝥ on hean leage. ꝥ on Peoces ham. Of þam hamme on landes ƿege. Of þam ƿege on ða ealꝺan ꝺic. oꝼ þaꞃe ꝺic on þone heꞃƿað. ⁊ lanᵹ ƿaðeꞅ on Eꝼeꞃ beoꞃh. oꝼ þam beoꞃᵹe ꝥ eꝼꞇ on Deꝼeꞃeal.

Ðiꞅ ꞅynꞇ þaꞃa *x.* hiꝺa lanꝺ ᵹemæꞃe ꞇo hƿeꞇincᵹ le þe hyꞃað inꞇo Niƿanꞇune. Æꞃeꞅꞇ oꝼ þæꞃe ꞅee ⁊ lanᵹ ꞅꞇiðeꞅ ꝼleoꞇeꞅ. heaꝼoꝺ. oꝼ þam heaꝼꝺe on þa ᵹe clyppelan ꞇꞃeoƿa. oꝼ ðam ꞇꞃeoƿan on heoꞃꞇ leᵹe. ꝥ on þa ƿylle. ꝥ on þa ꞃæƿe on þane haliᵹan ꞅꞇane. þanon on þæꞃe ealꝺan heoꝼꞇ heᵹeꞅ ꞃæƿe on moꞇ beoꞃh. * þanon on hƿeꞇeꞅcumbeꞅ heaꝼꝺe on þane limpyꞇ. þane on hƿæce leaᵹe miꝺꝺe ƿeaꞃꝺꞃe. þonon on æꞅe ꞅꞇeꝺe. Oꝼ Æꞅe ꞅꞇeꝺe ꝥ eꝼꞇ on þa ꞅæ.

Ðiꞅ ꞅynꞇ þaꞃe *iii.* hiꝺa lanꝺ ᵹemæꞃe ꞇo ꝼyꞃꞅꞇeꞅꝼelꝺa. Æꞃeꞅꞇ oꝼ þam ꞅceaꞃꝺan hƿeole ⁊ lanᵹ hemeꝺe ƿeᵹeꞅ on ðone ealꝺan mapolꝺꞃe þone on þa ꞃuƿan þiꞃnan. þanon on ða oðꞃe on ðæꞅ heᵹeꞅ byhꞇ. Oꝼ ðaeꞅ heᵹeꞅ byhꞇ on ꝼox hyllee. þone ƿeſꞇ in on þone cꞃunꝺel. þanon on þæne ealꝺan oꞃcheaꞃꝺ eal ſƿa ðe heᵹe byhð on ðæꞃe heꞃƿað. ⁊ lang ƿaþeꞅ on Dyꞃe bꞃoc. oꝼ þam bꞃoce on þone ƿylmam onƿiꞇan ƿille. þanon on hæſyloꞃan. þonne uꞇ þuꞃh þane holꞇ on þæꞇ ſceaꞃꝺe hƿeol.

Ðiꞅ ſynꞇ þaꞃa *iii.* hiꝺa lanꝺ ᵹemæꞃe ꞇo Bebanſꞇoce. Æꞃeſꞇ oꝼ ꝺic on huna ƿeᵹ. ⁊ lanᵹ huna ƿeᵹeꞅ on Æſe ƿylle. ⁊ lanᵹ Æſe ƿylleꞅ uꞇ on Noꝺꞃe. up oꝼ Noꝺꝺꞃe on Luinᵹ lace * oððe on ꝼoꞃꝺ. þanon noꞃꞇh ⁊ lanᵹ ꝺic on ða ꞃeaꝺan hane. þonon on ealꝺan þoꞃn. oꝼ þam ðoꞃne on þaꞃan ƿic ƿeſꞇeƿeaꞃꝺne. þonan on haꞃan Apulꝺꞃe. þanon on ða ealꝺan ᵹemoꞇ ƿyle. þanon ⁊ lanᵹ ꝺic þaꞃ eꝼꞇ on huna ƿeᵹe.

Ðonne ꝼealꝺe Eadgaꞃ cing ꞇƿa mylna on ƿilꞇune inꞇo þæꞃe ꞅꞇoƿe ꞅƿa ꞅƿa he hy æꞃ ƿulꝼðꞃyðe geꞅealꝺ hæꝼꝺe.

Id eſt,

HI ſunt *x.* hidarum terræ termini apud *Niwantunam*: * Inprimis à lacu ſurſum per *Wil'gam* (fluvium hodie **Willy** dictum) ad *Stanfordum* (*i.* vadum lapideum:) indè ſurſum per albam viam: à via ad foſſam; per foſſam Orientem verſùs, ad veterem viam militarem: à veteri via militari extrorſum ad *Aſenam* (fluvium ſic dictum, hodie *Avon.*) per *Aſenam* ad ſtagni caput; tunc æꞇꞇanꝺeneꞅ Aquilonem verſus inclinat, ſicut antiquus ſulcus ſurſum tendit ad lapideum fulcrum ſcanſile: Et ſic Occidentem verſus ad veterem aggerum ſeriem; & ſic per fundi arabilis fines deorſum ad *Higfordam* (vadum ita vocatum;) à vado iterum ultra *Wiligam* ad *Otoreſholan* (*i.* lutrarum ſpecum; à ſpecu ſurſum per *Wiligam*, à *Wiliga* ad luteum lacum, à lacu obliquè trans foſſam Occidentem verſùs, per foſſæ caput ad *Windingfordam* (*i.* vadum flexuoſum) ſuperiorem ; indè ſurſum per lacum *Weſtmyſte* dictum ; ſic iterum ad *Wiligam*.

Hi ſunt *x.* hidarum terræ termini apud *Sceartunam*: Inprimis apud *Odenfordam* (vadum ſic dict.) inde ponè columnam Orientem verſùs; & ſic ſurſum per viam fontanam; tunc ad *Grimeſdicam* (foſſam ſic dictam;) per foſſam ad *Leofhari* vallem; à valle Occidentem verſùs ad *Bradanleagam* * (*i.* latum campum) inde Occidentem verſùs per aggerem ad veterem olivam, & inde ad *Wurdeſlea* (campi ſic dicti) medium; & tunc ad *Maderbeorgam* (*i.* collem virginalem;) & ſic deniq; ad *Wiligam*.

* hodiè, **Bradley.**

Hi ſunt *xx.* hidarum terræ apud **Deſereal** * termini: Inprimis à **Deſereal** ad veterem foſſam, & ſic per foſſam ad *Langanbeorgam* (*i.* longum collem;) inde ad viam militarem; per viam ad manſionem **Pudelenham** dictam; inde ad *Heanlegam* (campum ſic dict.) inde ad manſionem **Peoceſhem** dictam; à manſione ad viam patriam; à via ad veterem foſſam; à foſſa ad viam militarem; per viam ad collem **Eferbeorh** (*i.* collem aprinum) dictum; à colle iterum ad **Deſereal.**

* hodiè, **Deverel.**

Hi ſunt *x.* hidarum terræ apud **Hwetinegam** ad **Niwantunam** pertinentium termini: Inprimis à mari per violenti æſtuarii caput; à capite ad detonſam arborem: ab arbore ad **Heortlegam** (*i.* cervorum campum:) indè ad fontem: inde rectà ad ſacrum Lapidem: inde ad veterem ſepti cervini ſeriem, ad collem **Mot-beorh** (*i.* Congreſſionis collem) dictum: inde ad **Hweteſcumbe** (*i.* vallis frumentariæ) caput, ad calcariam: indè ad campi **Hræceleage** dicti medium: inde ad locum **Æſc-ſtede** dictum: ab *Æſe-ſtedâ* iterum ad mare.

Hi ſunt 3. hidarum terræ apud *Fyrſtesfeldam* (*i.* induciarum campum) limites: Inprimis à fractâ rotâ per conſeptam viam ad veterem arcem: indè ad aſperam ſpinam: indè ex alterâ (parte) ad ſepis flexuram: à ſepis flexurâ ad montem vulpinum: inde Occidentem verſùs ad cꞃunꝺel (*i.* fortè, tumulum:) indè ad veterem hortum quemadmodem ſepes inclinat ad viam militarem: per viam ad rivulum **Dyrebroc** dictum: à rivulo ad ebullitionem apud putei fontem; inde ad *Haſyleram*; inde extrorſum per ſylvam ad fractam rotam.

Hi ſunt 3. hidarum terræ apud *Bebanſtocam* limites: Inprimis à foſſâ ad *Hunawegam* (*i.* viam marrubio abundantem:) à via ad fontem **Eſewylle** dictum, per *Æſewyllam* extrorſum ad *Nodderum*; ſurſum à *Noddero* ad lacum **Luinglace** dict. uſq; ad vadum, inde Aquilonem verſùs per foſſam ad rubeum gallum, inde ad veterem ſpinam, à ſpina ad vicum Occidentem verſùs; inde ad mucidum pomum; inde ad veterem congreſſionis fontem, inde per foſſam iterum ad *Hunawegam*.

Deinde dedit *Eadgarus* Rex duo molendina apud *Wiltonam* eidem loco (*i.* Monaſterio) ſicut ea ipſemet antea *Wulfthritha* conceſſerat.

Anno dominicæ incarnationis *DCCCCLxviii.* ſcripta eſt hæc Carta, his teſtibus conſentientibus, quorum inferiùs nomina notantur.

Ego *Eadgar* Rex *Anglorum* corroboravi. Ego *Dunſtan* Archiepiſcopus conſenſi. Ego *Oſcytel* Archiepiſcopus confirmavi. Ego *Athelwold* Epiſcopus conſolidavi. Ego *Ælfſtan* Epiſcopus conſignavi. Ego *Oſulf* Epiſcopus conſenſi. * Ego *Bryhthelm* Epiſcopus conceſſi. Ego *Oſwold* Epiſcopus adquievi. Ego *Aſwold* Epiſcopus confirmavi. *Aelfthryth* Regina. *Aelwig* Abbas. *Oſgar* Abbas. *Aelfſtan* Abbas. *Aethelgar* Abbas. *Cynweard* Abbas. *Purcytel* Abbas. *Ealdred* Abbas. *Siferth* Abbas. *Aethelſtan* Dux. *Aelfeah* Dux. *Ordgar* Dux. *Oſlac* Dux. *Aethelwine* Dux. *Eadulf* Dux. * *Beorhtnoth* Dux. *Fyrhtferth* miles. *Eanulf* miles. *Aelfwine* miles. *Aethelweard* miles. *Wulfſtan* miles. *Aelfſige* miles. *Alfwold* miles. *Leofſige* miles. *Aelfhelm* miles. *Leofwine* miles.

* Ib.28.a. * Ib. b.

Ib.78. a. *Alia Carta ejuſdem Regis* Edgari, *de duabus hidis terræ.*

Ðiꞅ hiꞅ þæꞃe ꞇƿeᵹe hiꝺa boc ƿe Eaꝺᵹaꞃ cẏning ᵹebocoꝺe ᵹoꝺe ⁊ ꞅancꞇa Maꞃian inꞇo ƿilꞇune.

Id eſt.

HIc eſt duarum hidarum (terræ) liber, quas *Eadgarus* Rex ſcripto conceſſit Deo & S. *Mariæ* apud *Wiltoniam.*

*Ib.b. Altithrono in æternum, univerſis ſophiæ ſtudium intento mentis conamine ſedulò rimantibus, liquidò pateſcit, quod hujus vitæ periculis, nimio ingruentibus terrore, recidivi terminis coſmi appropinquare dinoſcitur; ut veridica Chriſti promulgat ſententia, quâ dicit, *Surget gens contra gentem, & regnum adverſus regnum, &c.* Quapropter ego *Eadgar* totius *Britanniæ* baſileus, quandam telluris particulam, duos *viz.* caſſatos, quos *Regenweard* mercator quidam olim poſſederat, juxta Civitatem ſitos, Domino noſtro Jeſu Chriſto, ejuſq; genitrici *Mariæ*, ad communem uſum Sanctimonialium in **Wiltune** degentium æternâ largitus ſum dapſilitate; ut Eccleſiæ *Mariæ* genitricis Domini noſtri Jeſu Chriſti conſecratæ, cum omnibus utenſilibus; pratis *viz.* paſcuis, ſilvis, molendinis perpetuo * deſerviat. Sit autem ſupradicta tellus, cum ſuis terminis, omni terrenæ ſervitutis jugo libera, tribus exceptis; ratâ *viz.* Expeditione, Pontis, Arciſve reſtauratione. Si quis igitur hanc noſtram donationem in aliud quam conſtituimus tranſferre voluerit, privatus conſortio ſanctæ Dei Eccleſiæ, æternis baratri incendiis lugubris jugiter, cùm *Juda* Chriſti proditore, ejuſq; complicibus puniatur, ſi non ſatisfactione emendaverit congruâ, quòd contra noſtrum deliquit decretum.

*Ib.f.7 Ib.f.87

His metis præfatum rus hinc inde giratur.

*Ib.f.8

Ðiꞅ ꞅẏnꞇ þaꞃe ꞇƿeᵹa hiꝺa lanꝺ ᵹemæꞃa ƿe Blið æꞃ haꝼꝺe. Æꞃeꞅꞇ oꝼ þam oꞇeꞃholan on ƿiꝼoꞃꝺ. Oꝼ þam ꝼoꞃꝺa on þæne ƿoꞇan hlinc. þanon up ⁊ lanᵹ ẏꞃð lanꝺeꞅ on ða ealꝺan ꝺic. ⁊ lanᵹ ꝺic on ðæne ꞅꞇapol. oꝼ þam ꞅꞇapole on Aꞇꞇenꝺene uꝼeƿeꞃꝺe. oꝼ þæꞃe ꝺene innan Avene on þæne ᵹꞃæꞇan hlinc. þonan * on * Moꞃþ cꞃunꝺe. oꝼ Moꞃþ cꞃunꝺele on þone bꞃaꝺan heꞃpaþ. þanon ⁊ lanᵹeꞅ þæꞅ ꞅmalan ƿeᵹeꞅ in on ꝥ ẏꞃð lanꝺ. þꞇꞇ on ðæne ƿeoꝺ heꞃpaþ on þæne Chelc pẏꞇ. oꝼ ðam pẏꞇꞇe ⁊ lanᵹeꞅ ðæꞃe ꝺic æꞇ ðæne ellen ꞅꞇybbe on ƿiliᵹ. an cẏꞃche ⁊ ane mylne ⁊ heꞃ ᵹebyꞃiaþ oꝼ þaꞃe ᵹemænan mæꝺe *xvi.* æceꞃaꞅ.

*Ib.

Id eſt.

HI ſunt duarum hidarum terræ termini, quas (quidam) *Blith.* dudum habuit: Inprimis ab *Oterholâ* (*i.* lutarum ſpecu) ad vadum **Wiforð** dictum; à vado ad *Wotæ* aggerem limitarem: indè ſurſum per fundum arabilem ad veterem foſſam: per foſſam ad ſtipitem: à ſtipite ad vallem **Attendene** dictum, ſurſum à valle intra *Avenam* ad magnam aggerem terminalem; inde ad *Morth-crundelam*, à *Morth-crundelâ* ad latam viam militarem, inde per parvam (vel anguſtam) viam ad fundum arabilem, inde ad genis illius viam militarem uſq; ad Calcariam, à Calcariâ per foſſam apud ſtipitem roboreum, à ſtipite ad *Wiligam* (fluvium) Eccleſia una, & unum molendinum, & huc pertinent compaſcui communis *xvi.* jugera.

Anno dominicæ incarnationis *DCCCCLxviii*, ſcripta eſt hæc Carta; His teſtibus conſentientibus, quorum inferiùs nomina notantur.

Ego *Eadgar* Rex *Anglorum* corroboravi. Ego *Dunſtanus* Archiepiſcopus conceſſi. Ego *Oſcytel* Archiepiſcopus conſolidavi. Ego *Athelwold* Epiſcopus confirmavi. Ego *Ælfſtan* Epiſcopus conſignavi. Ego *Oſulf* Epiſcopus adquievi. Ego *Oſwold* Epiſcopus conceſſi. Aelꝼðꞃẏþ Regina. *Aelfric* Abbas. *Aeſcwig* Abbas. *Oſᵹaꞃ* Abbas. *Aelfſtan* Abbas. *Aethelgar* Abbas. *Cyneweard* Abbas. *Aethelſtan* Dux. *Aelfhere* Dux. *Aelfheah* Dux. *Ordgar* Dux. *Oſlac* Dux. *Aethelwine* Dux. *Byrhtnoth* Dux. *Eanulf* miniſter. *Aelfwine* miniſter. *Aethelweard* miniſter. *Wulfſtan* miniſter. *Aelfweard* miniſter. *Aelfſige* miniſter.

Ib.f.87.b. *Carta Regis* Eadgari *de* **Cheolcan**, *& de diverſis privilegiis.*

*Ib.f.88.a. Thiꞅ hiꞅ ꞅeo ꝼꞃeolꞅ boc ꞇo Cheolcan ⁊ ealꞃa þaꞃe lanꝺa þe * inꞇo þe minechina liꝼe æꞇ ƿilꞇune ꝼoꞃᵹiꝼene ꞅẏnꞇ. æþeꞃ oþ ðe þuꞃh Eaꝺᵹaꞃ cẏnᵹe oððe þuꞃh hiꞅ ẏlꝺꞃan. oððe þuꞃh oðꞃe ꞃihꞇ ᵹelẏꝼeꝺe men ⁊ eac ꝼoꞃe beboꝺe þeꞇ oꝼ nanum oðꞃum Mẏnꞅꞇꞃe ne ꞅẏ Abbaꝺiꞅꞅe ᵹecoꞃen æꝼꞇeꞃ oðeꞃe ꝼoꞃðꞅiðe buꞇon oꝼ ðeꞃe ꞅẏlvan ᵹe ꝼeꞃꞃeꝺe. ne æꝼꞇeꞃ ᵹoꝺeꞅ ᵹecoꞃnnẏꞅꞅe ⁊ ealleꞅ ᵹeꞃeꞅ miꝺ cinᵹeꞅ ᵹeþeahꞇe eal ꞅƿa ꞅe halᵹa ꞃeᵹul ꞇæᵹð.

Id eſt.

HOc eſt privilegium (ſive privilegiorum liber) *Cheolcanenſe*, & omnium terrarum quas in Sanctimonialium *Wiltonenſium* ſuſtentationem collatæ fuerunt, ſive per *Eadgarum* Regem, ſive per deceſſores ejus, ſive per alios fideles homines, & etiam prohibuerunt ne ex aliquo alio Monaſterio eligatur Abbatiſſa, poſt mortem alterius, ſed ex ſocietate (vel, Conventu) propria, nec poſt Dei electionem, * & omni anno cum Regis conſilio, ſicut regula docet.

*In Sax. locum bitror rruptum, muti-

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſalvatoris coſmi, magnificentia conceſſionis divinæ ſenſibili nos inſtruens mentis devotione, ad bona fœliciter agenda, quatinus ſubrigamur * inſtigat cotidie, cupiens clementi pietate extemporaliter nobis indultis redditibus verſâ vice, quo ipſius ſponſam Eccleſiam, *viz.* orthodoxam certemus politæ decoroſitatis munere exornare, in cujus amplificatione ſanctus Deus gaurizans letatur per maximè; etenim dum pro modulo uniuſcujuſq; poſſibilitatis, manente incolumitate corporis. In hujus operatione ſtudii fallit, operam dare curaq; omnimodis, præcipuè plaudente devotione interioris hominis, qui ſecundùm Deum diatim renovatur in agnitione deificæ veritatis agendum eſt nobis, quos Domini Jheſu ſalutaris dignatio ſolio ſublimavit imperii regalis, atq; dignè conceſſit quò manentia adipiſcerentur præmia ex collatione terrenæ poteſtatis. Perpendens ſiquidem ego *Eadgar* ſceptrifero diſpoſitionis jure * totius *Britannici* orbis baſileus, juxta *Salomonici* verbi edictum, *Generationem inſtantem ad ima delabi, tandemq; humanitus reparari*: agnoſcenſq; circa nos quanta divinitùs præviſio maneat benigni Dei, ejus multiplici inſpirante clementiâ ſum provocatus, quatinus præſente catervâ cunctorum regni noſtri primatum ſanctificatione principali ſacratus, & ſacri unguinis infuſione fierem delibutus, ut ex materiali infuſionis munere munimen & ſubſidium proveniret benedictionis calice, quod etiam actitari in famoſæ celebritatis urbe, placuit ſerenitati veſtræ cum ab aquis calentibus **Bathan** dudum eſt impoſitum vocabulum, ipſo *viz. revolutionis die, quo cœlis ſpiritus ſanctus adveniens cenaculo, reſidentibus Apoſtolis* * *diverſa dona cariſmatum* * *dignatus eſt miniſtrare.*

Ib. b. (Ib. b.) *Ib.f.89.a. (see above)

Undè nunc & deinceps comperiat omnis ſexus, omnis ætas, omniſq; conditio principalitatem noſtam gratanti dapſilitate, qualiter Cœnobium, quod ab atavo noſtro *Eadwardo, viz.* in celebri loco, qui à ſolicolis noto **Wiltun** vocatur nomine, ſitum eſt; eliminans indè earum ſpurcitiis quæ Deum irritare, potiùs quam digno videbantur cultu venerari, cuidam venerabili Abbatiſſæ *Wulfthryth* nomine, libens, cum omni mentis alacritate commendare, atq; perpetuo libertatis privilegio, cum *Cheolca* cæteriſq; eodem ritè pertinentibus prediis letabundus beare decrevi, tribus exceptis, Expeditione, pontis arciſvè conſtructione. Sic inconcuſſa hujus privilegii maneat libertas, quatinus dum ſors inreparabilis extremæ horæ mundo exemerit Abbatiſſam, proviſoremq; ipſarum vitæ * illis quam potiorem in ſanctitatis honeſtate repererint, ex ipſis matrem ſibi liceat ſubſtituere; nec ſit extra conſenſus illarum ſcientiam, qui huic noſtræ immo deificæ conſtitutioni aliquando conetur rebellis contrariuſq; exiſtere. At ſi quem prophanum Deoq; odibilem ita melancolnæ virus obſederit penitùs, ut hujus liberalitatis noſtræ munimento hinc indè malit fieri adverſarius, ab omni ſanctitatis cœtu diſparatus Flegetontis, pœnas luens ſit jugiter miſerimus, intra ſemet ni reverſus fuerit quam citius, emendando prava cordis molimina devotus: Filius autem matris Eccleſiæ vires augmentando præbens in hac conſtitutione illud capeſſat benedictum, quod præcurrens derivatur de montibus collium ſupernorum lætus vitam degens, ſic miſtam quatinus ſumat ſupernam.

*Ib.f.90.a.

Hæc quidem & laudanda * conſtat fore peracta largitio dominicæ incarnationis *DCCC. Lxxiv.* anno; Imperii nobis à Deo collati anno *xv.* procreatus matris alvo quarto & tri-

*Ib. b.

triceſimo, eorum confirmatione quorum inferiùs enarihtmata liqueſcunt caraxata. Ego *Eadgar* Rex *Anglorum* præfatam donationem ſub Sigillo S. Crucis indeclinabiliter conſenſi, atq; corroboravi. Ego *Dunſtanus Dorobernenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus ejuſdem Regis principatum atq; benevolentiam, ſub Sigillo S. Crucis concluſi. Ego *Oſwold* Archous divinæ ſervitutis officio mancipatus, *Eboraca* Civitatis Archiepiſcopus, Sigillum S. Crucis, impreſſi. Ego *Athelwold Wintonienſis* Eccleſiæ Epiſcopus teſtitudinem S. Crucis ſubſcripſi & confirmavi. Ego *Aelfſtan Lundonienſis* Eccleſiæ Epiſcopus corroboravi. Ego *Wynſtge* Epiſcopus conſenſum præbui, figens crucem. * Ego *Aelfſtan Wiltonienſis* Eccleſiæ Epiſcopus donum Regis confirmavi. Ego *Alfwold* Chriſti Crucis vexillo corroboravi. Ego *Brihtelm* Epiſcopus confirmavi vexillo Crucis. Ego *Sideman* Epiſcopus Crucis modum depinxi. *Aelfric* Abbas. *Aeſcwig* Abbas. *Oſgar* Abbas. *Lyneweard* Abbas. *Aethelgar* Abbas. *Aelfnoth* Abbas. *Aelfheah* Abbas. *Erihteah* Abbas. *Godwine* Abbas. *Oſweard* Abbas. *Aelfþere* Dux. *Aſlac* Dux. *Aethelwine* Dux. *Beorhtnoth* Dux. *Hanulf* miniſter. *Aelfweard* miniſter. *Aethelweard* miniſter. *Welfſige* miniſter. *Wulfgeat* miniſter. *Aelfhelm* miniſter. *Oſweard* miniſter. *Ealdred* miniſter. *Wulfgar* miniſter. *Leofwine* miniſter. *Beorhtwold* miniſter. *Aelfric* miniſter. *Wulfric* miniſter. *Culnric* miniſter. *Leofa* miniſter. *Aelfſtan* miniſter.

* Ib.f 91.a.

Ib.f.39.a. *Carta Regis* Aethelredi, *de* **Fobbafuntan.**

CUncta tonans largitor multiplici ac ineffabili modo, terreſtria cuncta per vices, mutationes locaq; diſtinguens, quodam modo ſibi ſervientibus perplurimis in hoc quoq; terreſtri habitaculo, prout ſibi complacet, recompenſans ſuimet famulis ac familiabus etiam præſentes dignitates affert, quo ſe certiùs, ſi has ritè ſervaverint æterna præmia noverint adepturos. Quapropter ego *Aethelred* Chriſto Deo annnente, cunctis *Anglorum* populis & tribubus præordinatus in Regem, cum conſenſu Pontificum & conſultu cunctorum, à quibus ſceptra imperii & gubernacula regni reguntur, quendam ruris particulam, quæ *x.* caſſatorum numero ſupputatur, cujus vocabulum * eſt æt **Fobbafuntan** tradidi Deo & Domino noſtro Jeſu Chriſto, Eccleſiæq; S. *Mariæ* Virginis, quæ ſita eſt in vico regio æt **Wiltune**, jure perpetuo optans, ut & ibidem cœnobialis vitæ formula, & regularis diſciplinæ normula, Chriſto patrocinium præſtante, in diſrupta vigitate excerceatur, & ut mihi merces permaneat æterna. Sit autem ſupraſcripta terra libera, exceptis tribus, Expeditione, *viz.* Pontis, Arciſve conſtructione. Si quis verò contra hæc decreta, noſtræ diffinitionis, tyrannicâ poteſtate fretus, venire tempraverit, noverit ſe in tremendo ultimæ diſtrictionis examine, præſentiæ divinæ rationem acturum: Enimvero & ſi temporibus futuris quiſquam objecerit ſe priſcam habere generalitatem, monſtraveritve * antiqua conſcripta, ſint ea omnia in nihilum redacta, permaneatq;* hæreditas Domini Domino. His metis præfatum rus hinc inde giratur.

* Ib. b.

* Ib f.40.a.

Ðis sẏndon ða land ȝemæro to Fobbefunden. Þat hẏr ærest on þone haran heesle on Earnhẏlle middeƿearde. Of Earnhylle on Pottƿyll. Of Pottƿille on ða ealdan ƿyrþe. Of þære ƿyrþe to hearpaþe. þonne ⁊ lanȝ hearpaþes to þam an heafdan. Of þam an heafdan on Lokeresleaȝe. Of Lokeresleaȝe on Siȝƿinne dic. þone of Siȝƿinne dic up on dune þryttiȝ ȝyrda be eastan ceaster Bieedbyriȝ on þa byriȝenne. Of þare byriȝenne on þane herepaþ þonne ⁊ lanȝ herepaþes on þone scearpan ȝaran ƿesteƿeardne * of þam ȝaran in on þa yfre. Of þære yfre in on þa ȝareþru. Of þam ȝereþran feoƿer akeras be ƿestan þam hanȝran. Of þam feoƿer akeran ⁊ lanȝ heafda on blacan hylle norþ to hearpaþe. Of þam hearpaþe on þa ƿestran dune ƿestƿearde. Of þære dune on Chealfhylle middeƿerde. þone of Chielf hylle on ƿilfhylle middeƿerde. Of ƿulfhylle to ƿuda sƿa be ðan ealde ƿyrtruman in on Nodre. þone ⁊ lanȝ streames eft on þæne Heeran hæll.

* Ib. b.

Id eſt.

HI ſunt fundi apud **Fobbefunden** termini, *i.e.* Inprimis apud *Haranheeſlam* ad *Earnhilla* (*i.* montis aquilini medium ab *Earnhilla* ad fontem **Pottwyll** dictum, à *Potwilla* ad veterem curtim, à curte ad viam militarem; deinde per viam militarem ad *Anheafdan*; ab *Anheafda* ad campum **Lokereſleage** (*i.* opilionum campum) dictum, à *Lokereſleaga* ad *Sigwini* foſſam; tunc à *Sigwini* foſſâ ſurſum in montem triginta virgis ad Orientem caſtri **Bledbyꝛig** dicti ad ſepulchretum; à ſepulchreto ad viam militarem; tunc per viam militarem ad acutam lacunam Occidentem verſùs; à lacuna ad ripam; à ripâ ad lacunæ foramen; à foramine ad quatuor jugera ad Occidentem convallis; à quatuor jugeribus per *Healfdam* ad nigrum collem Aquilonem verſùs ad viam militarem; à via militari ad occidentalem montem; à monte Occidentem verſùs ad **Chealfhyll** (montis ſic dicti) medium; tunc à *Chielfhylla* ad **Wylfhill** (*i.* montis lupini) medium; à *Wulfhilla* ad ſylvam; ſic per veterem radicem in *Nodderum* (fluv.)

tunc per fluvium iterum ad *Heeranhællam*.

Scripta eſt hæc ſcedula anno dominicæ incarnationis *DCCCCXCiv*. His teſtibus conſentientibus, quorum inferiùs nomina caraxata videntur.

b.f.41.a. Ego *Æthelred* per gratiam Dei Rex *Anglorum*, donationis iſtius inſcriptionem, Crucis ſigno corroboro. Ego *Sigeric Dorobernenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus ejuſdem Regis donationem cum tropheo agyæ Crucis conſignavi. Ego *Ælfheh Wintonienſis* Eccleſiæ Epiſcopus præfatam donationem cum Sigillo S. Crucis confirmavi. Ego *Ælfſtan*, *Lundonienſis* Eccleſiæ Epiſcopus triumphalem trophæum agyæ Crucis impreſſi. Ego *Æſcwig*, *Dorcenſis* Eccleſiæ Epiſcopus prædictum donum cum ſigno S. Crucis confirmo. Ego *Ælfric Wiltunienſis* Eccleſiæ Epiſcopus, ad munimentum prædictarum rerum ſignum S. Crucis appono. Ego *Æthulf* Epiſcopus conſenſi * Ego *Ælheh* Epiſcopus conceſſi. Ego *Theodered* Epiſcopus conſolidavi. Ego *Segegar* Epiſcopus adquievi. Ego *Alfwold* Epiſcopus prænotavi. Ego *Ealdulf* Epiſcopus confirmavi. Ego *Wulfſie* Epiſcopus concluſi. Ego *Ælfwerd* Abbas. Ego *Ælfſige* Abbas. Ego *Leofric* Abbas. Ego *Brihtelm* Abbas. Ego *Wulfgar* Abbas. Ego *Ælfhere* Abbas. Ego *Ælfric* Abbas. Ego *Æthelwerd* Dux. Ego *Ælfric* Dux. Ego *Ælfhelm* Dux. * Ego *Leofwine* Dux. Ego *Leofſige* Dux. Ego *Northman* Dux. Ego *Waltheof* Dux. Ego *Æthelmer* miniſter. Ego *Ordulf* miniſter. Ego *Ælfſige* miniſter. Ego *Æthelſige* miniſter. Ego *Frana* miniſter. Ego *Wulfget* miniſter. Ego *Leofric* miniſter. Ego *Æthelwerd* miniſter. Ego *Athelwold* miniſter. Ego *Brihtwold* miniſter. Ego *Ælfgar* miniſter. Ego *Wulfſige* miniſter. * Ego *Æthelnoth* miniſter. Ego *Leofſige* miniſter. Ego *Æthelric* miniſter. Ego *Wulfheh* miniſter. Ego *Wulfric* miniſter. Ego *Ordric* miniſter. Ego *Wulmar* miniſter. Ego *Ælfwig* miniſter.

Ib.b.

Ib.f.42.a.

Ib.b.

h.f.36.a. *Carta Regis* Eadredi *facta* Wulfrico *fideli miniſtro ſuo, de quinq; manſis apud* **Didelintune**.

Thiꞅ hiꞅ ðam *v.* hiꝺe boc æꞇ Diꝺelingꞇune þe Eaꝺꞃeꝺ cinꝫ ꝫebocoꝺe ƿulꝼꞃic hiꞅ þeꝫne on eche ẏꞃꝼe.

Id eſt.

Hic eſt *v.* hidarum liber apud *Didelingtunam*, quas *Eadredus* Rex ſcripto contulit *VVulfrico*, Miniſtro ſuo, in æternam hæreditatem.

Regnante imperpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, ſummo ineffabili rerum, ac moderatori omnium, temporaq; ſua multimodo diſponens temporibus potentiam, ut voluerit finem imponet, & in hac vitâ degentibus cunctis, certum, ut propoſuerat dierum terminum conſtituet; idcirco cunctis agendum eſt, ut hic bonis actibus futuræ beatitudinis fœlicitatem perpetualiter adipiſci mereatur: quapropter ego *Eadredus* Rex *Anglorum* cæterarumq; gentium in circuitu perſiſtentium gubernator & rector, cuidam * meo fideli miniſtro, vocitato nomine *Wulfrico*, *v.* manſas agelluli æternaliter in poſſeſſionem trado illi in loco quem dicunt *at* **Didelingtune**; habeatq; vitæ ſuæ tempore meum hoc regale donum non contra dictum ſed proſperè, quod potius opto, cum omnibus illic pertinentibus, majoribus minoribuſve, maximis vel minimis, campis, paſcuis, pratis, ſilvis: Expleto ſiquidem dierum tempore ſuorum ſuccedentium ſibi carorum, cuicunq; ſuæ placuerit menti derelinquat & tradat, veluti propoſueram ipſe in æternum; & inter catervas ſubripientium futuris temporibus, quod abſit. *Belial* ſi quis filius Cartam hanc jure meo conſcriptam inimicali zelo corrumpere deſideraverit, ſi non dubitet, * à cunctis Regni mei ſervientibus, Deo nunc & tunc & uſq; in ſempiternum abdicatum & excommunicatum ſine fine cruciandum, undè poſt mortem à Tartariis raptus miniſtris, in profundum peſtiferæ mortis Inferni flammigerâ concludetur in domo, & ibidem in quandam ollam *Vulcani*, ligatis projicietur membris, quæ aſſiduè bulliente pice repleta eſſe teſtatur; & à talibus frangentibus ſeu minuentibus intoleratiſſimè atrociterq; abſq; ullâ miſericordiâ ſentitur, niſi hoc ante mortem pœnitentiæ lamentis emendaverit:

* Ib. b.

* Ib.37. a.

Maledictio notabilis.

PAG. 193. col. 1.

Pat. 22. H. 6. p. 1. m. 14. per Inſpex.

De monialibus Ordinis S. Ebraldi *in Ambreſburienſi Cœnobio inſtituendis; & de terris & Eccleſiis dicto Cœnobio S.* Ebraldi, *inde conceſſis.*

IOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ*, (&c.) Sciatis Moniales de **Ambreſberi**, circiter triginta, propter vitæ turpitudinem, & Ordinis ſui diſſolutionem & infamiam, quæ devulgabatur publicè, mandato Domini Papæ *Alexandri*, voluntate etiam Domini Regis *Henrici*, Patris noſtri; conſilio quoq; & prudentiâ *Ricardi Cantuarienſis* Archiepiſcopi, Apoſtolicæ ſedis legati, & *Joſcelini Sarum*, & *Bartholomæi*, *Exon. Rogeri Wygorn.* & *G. London.* & aliorum plurimorum Epiſcoporum & magnatum, & Baronum noſtrorum, à Monaſterio ſuo fuiſſe amotas, & in aliis Monaſteriis collocatas, & Moniales *Fontis Ebraldi* ibidem ad ſerviendum Deo introductas: Quamobrem concedimus, & præſenti Cartâ confirmamus Eccleſiæ & religioni *Fontis Ebraldi*, donationem quam Pater noſter Rex *Henricus* dedit eidem Eccleſiæ & religioni, pro ſalute animæ noſtræ, & religionis honeſtate; & pro ſalute animæ Regis *H.* patris noſtri, & matris noſtræ, & anteceſſorum noſtrorum; *ſcil.* Eccleſiam beatæ *Mariæ*, & S. *Melori* de **Ambreſberi**, cum omnibus rebus quæ ad eam pertinent, tam in Eccleſiaſticis, quàm in mundanis poſſeſſionibus, ut ordo & inſtituta Eccleſiæ *Fontis Ebraldi* ibidem perpetuò conſervetur, & Conventus monialium multò major quam fuerat, ſub cuſtodiâ Prioriſſæ, ſecundùm ordinem præfatæ Eccleſiæ Deo famuletur.

Præterea concedimus & confirmamus præfatæ Eccleſiæ, Eccleſiam de **Etone**, * ubi Moniales de prædicto ordine manent, cum omnibus pertinentiis ſuis; quam *Robertus* Comes *Leiceſtriæ* donavit Eccleſiæ *Fontis Ebraldi*: Similiter Eccleſiam de **Weſtwode**, * cum omnibus pertinentiis ſuis, quam Domina *Euſtachia* de *Saye* donavit memoratis Monialibus, ſicut Cartæ, quas indè habent teſtantur. Concedimus & confirmamus donationem Patris noſtri, Regis *Henrici*, de *Lx.* libratis terræ, quas dedit in perpetuam elemoſinam Deo & monialibus *Fontis-Ebraldi*; *viz.* Manerium noſtrum de **Lectone** in **Bedefordſhire**, pro *Lvi.* libris, cum terrâ *Walteri Pullam*, quæ valet *xxxii s.* quam Dominus *H.* Pater noſter dedit eis in eſcambio molendini, quod dedit Monachis de **Woburne** in eodem Manerio: Et in **Bokinghamſire**, quatuor libras in Manerio noſtro de **Radenas**, *viz. xv.* libras de elemoſinâ *Willielmi* avunculi noſtri, & *xlv.* libras de quaterviginti libratis, quas habebant annuatim ad feſtum S. *Michaelis*, ad Scaccarium, de elemoſina Regis *Henrici* avi Patris noſtri, & Domini Regis *H.* Patris noſtri, & noſtrâ. Item concedimus eis & confirmamus donationem, quam *Willielmus* de *Sancto Johanne* eis fecit pro animâ matris ſuæ & anteceſſorum ſuorum, de tribus marcis ſingulis annis, habendis de redditu ſuo de **Cunctone**, de termino S. *Michaelis*, ut de die S. *Benedicti*, quâ mater ſua obiit, Moniales reficiantur indè. Item concedimus eis & confirmamus decem marcatas redditus apud **Neuford**, de Manerio de **Pimpre**, & apud **Beneford**, quas *Robertus* Comes *Legeceſtriæ* dedit eis, cum filiâ ſuâ, ſicut Carta ejus teſtatur. Concedimus etiam eis & confirmamus donationem quam *Waukelinus Maminot* eis rationabiliter fecit, de molendino de **Berlynges**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in perpetuam elemoſinam; ſimiliter & donationem quam *Reginaldus* & *Bernardus* de S. *Walerico* fecerunt eiſdem Monialibus, *ſcil.* **Ermundeſtre**, cum omnibus pertinentiis ſuis in **Gloceſtreſchire**.

* Abbatia Sanctimonialium apud **Nun Etone** in agro *VVar.*

* Prioratus de **Weſtwode**, in Com. *VVigorn.*

Conceſſimus etiam eis & præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus duo molendina quæ ſunt apud **Porteſmues**; volentes, ut hæc omnia ſupradicta habeant & teneant, ſicut Carta Patris noſtri *Henrici* Regis, & Cartæ illorum donatorum rationabiliter teſtantur. Quare volumus, (&c.) Teſtibus hiis, *Bartholomæo Turonenſi* Archiepiſcopo, *Willielmo Mareſcallo* Comite de **Penbroc**, *Willielmo* de *Hometo* Conſtabulario *Normanniæ*; *Garino* de *Glaptone* Seneſcallo *Normanniæ*; *Willielmo Brewarre*, *Roberto Thornham*, *Roberto* filio *Galteri*, *Guillelmo* de *Saguo*. Data per manus *Simonis VVellenſis* Archidiaconi, & *J.* de *Grey*, Archidiaconi de *Glouceſtriâ* apud *Chinonem xxv.* die *Junii*, Regni noſtri anno ſecundo.

Pag. 242. col. 2.

…Col-
…tanea
…berti Glo-
…, nuper
…erſet
…aldi
… Miſcel.
…1.]

De Guiſcardo *de* Lymoſin Rameſienſi *Abbathiæ benefactore, & ejus progenie.*

ANno *xii*. Regis *Hen.* primi, & anno Domini *MC.* inierunt bellum diverſi proceres contra Regem, cum *Roberto* de *Montegomerico*, & *Will* Comite *Carnubiæ* & *Morton*; & deinde fugierunt in *Normanniam*, & ibi agitaverunt ad Bellum *Normannos*: unus tamen, *Guiſcardus* de *Lymoſin*, alias *Levemezoun*, dominus *Molyns*, proſequebatur eos ex parte Regis; cui Rex, poſtquam devenit in *Normanniam*, dedit Caſtra & Honores, & ſimul adduxit in *Angliam*; deditq; ei terras aliquas prædicti *Roberti* de *Montegomerico*; procuravit quoq; uxorem filiam *Jacobi* de *Longvale*, quæ fuit hæres prædicti *Jacobi* & *Elianoræ* de *Towrs*. Qui quidem *Guiſcardus* ædificavit illam partem Monaſterii de *Ramſey*, vocatam *Normandes* **Ile**; poſuitq; Arma *Normannorum* jam exiſtentium. Qui quidem *Guiſcardus* & *Gertruda* habuerunt exitum *Robertum*, *Matildam*, *Elianoram* & *Thomam*: quæ quidem *Matilda* nupta fuit Domino *Brews*; & *Alianora Willielmo* de *Pateſyne*. *Robertus*, per uxorem ſuam *Graciam* de *Harcourt*, habuit exitum *Henricum* dominum de *Molins*; qui quidem *Henricus* ſubmerſus fuit, cum multis aliis proceribus inter *Normanniam* & *Angliam* Anno Chriſti *MCLxvi*: Poſt cujus mortem *Thomas* filius *Thomæ* prædicti & *Margaretæ Tye*, erat Vicecomes de *Molyns*: & dictus *Thomas*, per ſororem Domini de *Monteforti*, habuit *Walterum* Dominum *Molyns* & quatuor filias; quarum unam duxit *Johannes* de *Heterſett*; alteram *Georgius* de *Melbourne*; tertiam Dominus de *Maundevill*. Qui quidem *Walterus* duxit filiam .... de *Segrave*, & habuit exitum *Willielmum* Dominum *Molyns*, *Rogerum* Caſtellanum de **Nottingham**, qui nominavit ſeipſum *Rogerum* de *Leumeſin* (Anglicè **Waterhouſe**) deditq; ei uxorem *Johannam* filiam & hæredem .... *De la Mere* & *Mariæ Giffard*. Habuit quoq; prædictus dominus *Molins*, *Katherinam* nuptam *Thomæ Howard* militi, & aliam nuptam Domino de *Morley*. Et prædictus dominus *Willielmus* habet exitum *Willielmum* Dominum *Molyns*, jam viventem.

Pag. 253. col. 2.

Literæ precatoriæ per Robertum Elien. *Epiſcopum*, R. Linc. *Epiſcopo porrectæ, in favorem Sanctimonialium de* **Chateriz**, *ratione combuſtionis illarum Cœnobii.*

Ex ipſo autogr. in bibl. Hutton.

VEnerabili in Chriſto patri, domino *R.* Dei gratiâ *Londonenſi* Epiſcopo, *Rob.* ejuſdem permiſſione, *Elyenſis* Eccleſiæ miniſter, ſalutem, & fraternam in Domino caritatem. Ignis fortuitus Eccleſiam & domos Abbatiſſæ & Sanctimonialium de *Chateritz* noſtræ diocæſis, & omnia bona Maneriorum ſuorum pro earum ſuſtentatione ibidem collocata, nuper ita funditùs devaſtantur; quod nec reſtat eis locus, ubi earum Capita reclinent, nec remanſit aliquid incombuſtum, quo pro victu tantummodo poſſunt aliqualiter ſuſtentari; ſed neceſſe habent circumquaq;, quod paternitati veſtræ, non ſine cordis dolore nunciamus, pro vitæ neceſſariis alienum ſubſidium implorare: Cujus combuſtionis amaritudo in tantum nos excitavit; quod eiſdem, quæ de proprio honeſtè vivere conſueverunt à noſtris ſubditis elemoſinas facimus elargiri. Hinc eſt, quod paternitatem veſtram duximus, ex intimis, deprecandum, quatinus earundem inopiæ, pio compacientes affectu, exactionem Decimæ jam currentis, quam pauperes hujuſmodi agnoviſſent, ſi priſtina bona optinuiſſent, unà cum collegâ veſtro, jubere dignemini relaxari: impoſſibile enim eſt eis Decimam ſolvere, quæ tam lamentabiliter ſunt bonis, de quibus Decima exigitur, devaſtatæ. Valeat reverenda paternitas veſtra ſemper in Chriſto & virgine glorioſâ. Data apud **Dounham** *viii*. Kal. *Octobris*.

Pag. 276. col. 1.

Carta Nigelli *Abbatis de* **Burton** (*ſuper* Trentam) *de terrâ de* **Acovere**.

Ex Regiſtro de **Burton**, penès *Will.* dominum *Paget*. fol. 17. a.

EGo frater *Nigellus*, Dei gratiâ, Abbas *Bertoniæ*, dedi, in Capitulo noſtro, & omnes fratres mei mecum, terram de **Acovere**, *Orme*; hac Conventione, ut unoquoq; anno nobis *xx*. oras perſolvat; & proinde factus eſt homo noſter, ſuper quatuor Ewangelia jurando, ſe nobis fidelitatem ſervaturum, & quod de iſtâ terrâ, nec de aliâ, neq; de aliquâ re, per ſe aut per aliquem alium, nobis in dampno erit in vitâ ſuâ. Cum autem mortuus fuerit, deferre ad nos ſe faciat, cum totâ pecuniâ ſuâ, ad ſepeliendum: Quo ſepulto, filius ejus in Capitulum noſtrum veniet, daturus pro relevatione ipſius terræ tantum pecuniæ quantum nobilis homo dare debet pro tali terrâ; jurando ſimiliter ſicut pater ejus juravit; donando ſicut pater ejus donavit; tenendo ſicut pater ejus tenuit; *Ricardo* Abbate S. *Petri* ſuper *Dinam* præſente, *Sueno* noſtro Priore, cæteriſq; fratribus præſentibus, hujus rei teſtes fuerunt illi.

Ex vet. Cod. MS. penes *Joh. Vincent* gen. fol. 2.

De tenurâ de **Acoure** *& aliarum terrarum per* Rogerum de *Acoure.*

DOminus *Rogerus* de *Acoure* tenet Manerium de **Acoure** de Abbate de **Burtone** & ſucceſſoribus ſuis, adeo liberè & purè, ſicut dominus Rex conceſſit Eccleſiæ de **Burtone**: Reddendo indè dictis Abbati & Conventui duas marcas, ad feſtum S. *Martini*, pro omnibus. Et prædictus *Rogerus* ibit cum prædicto Abbate, ſumptibus ipſius Abbatis, pro negotiis domus, apud *Londonias*.

Item prædictus *Rogerus* veniet ad Curiam de **Burtone**, ſi fuerit rationabiliter ſummonitus, ad judicandum latronem, vel ſi fuerit bellum vadiandum.

Item idem *Rogerus* tenet de Priore de **Tetteburi**, omnes terras & tenementa infra has diviſas ſubſcriptas; *viz.* inter le **Wrleſweye**, deſcendendo in le **Horwall**, & ſic in **Briſewall**; & de **Briſewall** per rivulum, qui vocatur **Meriſthe**, uſq; **Douve**, in longitudine; & in latitudine ſe extendit de aqua de **Douve** uſq; ad altam viam parcum directè uſq; aquam de **Lortebourne** & à **Lortebourne**; aſcendendo uſq; **Blorewalle**; faciendo ſervicium ſubſcriptum; *viz.* reddendo *xxii. s.* per annum, *viz.* ad feſtum S. *Martini xi. s.* & ad feſtum S. *Joh. Bapt. viii. s.* & ad feſtum S. *Mich. iii. s.* Et debet arare in *Quadrageſimâ* cum tribus carucis per unum diem ad cibum dicti Prioris; & valet opus cujuſlibet carucæ *iii. d.* Item inveniet *xvi.* homines ad metendum per diem; & valet opus cujuſlibet hominis *i. d. ob.* Et benè liceat domino de **Acoure**, aut facere illud ſerviturum, aut reddere *ii. s. ix. d.* pro prædicto ſervicio.

Item idem *Rogerus* & hæredes ſui venient ad Concilium dicti Prioris, infra Comitatus **Derbey** & **Stafford**, ſi fuerit rationabiliter ſummonitus, niſi per alios dominos ſuos alibi contigerit ſummoniri; ſed ſi extra prædictos Comitatus laboraverit, dictus Prior ſibi & hominibus ſuis & equis, in omnibus inveniet.

Item, ſi Dominus Caſtri de **Tottiburi** fuerit impriſonatus, ita quod redemi debeat, vel ſi primogenitam filiam ſuam maritaverit, & petat auxilium de prædicto Priore, tunc idem *Rogerus* talliabitur pro unâ carucatâ terræ, ſicut & cæteræ carucatæ terræ de feodo dicti Prioris & Eccleſiæ de **Tottiburi** talliantur.

Carta Roberti *Abbatis de* **Burton** *& ejuſdem loci Conventus de terrâ de* **Acoure.**

Ibid. fol. 3. a.

SCiant omnes, tam præſentes, quam futuri; quod ego *Robertus* Abbas *Burtonæ*, & totus Conventus ejuſdem loci, conceſſimus & confirmavimus *Radulpho* filio *Ormi*, & hæredibus ſuis, totam terram de **Acoure**, cum omnibus pertinentiis quæ pertinent illæ prædictæ terræ, tenendam de nobis, & de Eccleſiâ *Burtonæ*, tam liberè & tam quietè, quam Dominus Rex noſter conceſſit Eccleſiæ noſtræ de **Burton**: Reddendo nobis annuatim duas marcas argenti, ad feſtum *S. Martini*, pro omni ſervicio. Sed ſciendum eſt, quod prædictus *Radulphus*, & hæredes ſui, debent ad Curiam Regis ire cum Abbate, pro negotio domus, ſuper expenſam Abbatis. Et *Radulphus* prædictus & hæredes ſui ad Curiam Abbatis venire debent, cauſâ judicandi latronem, ſi ſit Captus, vel cauſâ judicandi bataille: Et hoc ad faciendum prædictus *Radulphus* & hæredes ſui debent rationabiliter ſummoniri. Teſtes ſunt hii, Primùm ipſum Capitulum Eccleſiæ *Burtonenſis*; *ſcil. Jordanus* Prior, *Briennius*, *Willielmus* de S. *Albano*, & cæteri Monachi Eccleſiæ prædictæ. Deinde *Galfridus* de *Bachepiz*, *Radulphus* de *Mungumeri*, *Galfridus* de *Tatinhul*, *Willielmus* de *Winſhill*, *Godwinus* de *Brandeſtone*, & *Leiſincus*, & plures alii.

Alia Carta ejuſdem Abbatis & Conventus de eadem terrâ.

Ibid.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Robertus* Abbas *Burtonæ*, totuſq; Conventus ejuſdem loci, conceſſimus & præſenti Cartâ confirmavimus *Hugoni* filio *Radulphi* de *Acoure*, ſibi & hæredibus ſuis, terram & tenuram ſuam quam habet in **Acoure**, in feodo & hæreditate de nobis tenendam, ita liberè & quietè ſicut *Radulphus* ejus pater tenuit: Reddendo nobis annuatim duas marcas argenti ad feſtum S. *Martini*. Teſtibus, *Willielmo* Decano de *Tatenhull*, *Roberto* de *Stapenhull*, *Ailwino* Capellano, *Roberto* de *Lundoniis*, *Galfrido Salvagio*, *Radulpho* filio *Radulphi*, *Richerio* ejus fratre, *Roberto* de *Greſeleiâ* & *Henrico* fratre ejus; *Henrico* de *Legâ*, *Nicholao* filio *Johannis* de *Wilintone*, *Ricardo* de *Legâ*, *Reginaldo* de S. *Albano*, *Simone* pugili; *Mathæo* fratre ejus, *Jordano* de *Povele*, & multis aliis.


Vide pag 263.
primi Volum:
Monast: Anglic:
LOYAVTE MON HONNEVR.
BURTONI
Ecclesiæ (in
STAFFORDI
olim Conventualis,
prospectus
W: Hollar sculp:


ONIENSIS
leſiæ (in agro
FFORDIENSI)
ventualis, ab Africo
proſpectus.
lp: A° 1661.

A° 1006. Wulfricus Merciorum *Comes, dedit* Cetiſthorne (*modò* Caſterne) Burtonienſi *Cœnobio.*

A°. 1506. Iohannes Walker *Armiger (inter alia) tenuit* Caſterne.

A° 1660. Edwardus Walker *Eques auratus, principalis Rex Armorum Anglicorum, (vulgariter* Garterus *denominatus) dicti* Iohannis *abnepos, in tam fundatoris quam progenitoris ſui memoriam, hanc Reliquiarum iſtius figuram poſuit.*

PAG. 310. col. 1.

De inchoatione ſive fundatione Spaldingenſis *Cœnobii.*

Ex Regiſtro de Spalding penès Job. Oldfield arm. a. 1659.

EX Cartis & munimentis, tangentibus fundationem ſive inchoationem Prioratus *Spaldingenſis*, colligi poteſt, quod quidam *Thoroldus*, *Luciæ* Comitiſſæ anteceſſor, dedit beato *Nicholao*, & Eccleſiæ, & Monachis de **Spalding**, decimas in **Tetenay**, **Alkebarg**, **Normanby**, **Weltiſford**, & **Scamelisby**. Et tempore iſtius *Thoroldi*, habuerunt Monachi *Spaldingenſes*, boſcum & mariſcum, ut in Carta Regis *Henrici* primi patet. Cumq; poſtmodum Rex *Willielmus* adquiſiviſſet regnum *Angliæ* per conqueſtum, mortuoq; dicto *Thoroldo*; relicta ſibi herede *Luciâ* prædictâ, & *Yvo Talboys*, eandem *Luciam* duxerat in uxorem; cui *Yvoni*, dictus Dominus Rex dedit licentiam & conceſſit, quod ipſe Manerium ſuum *Spaldingenſe* dare poſſit beato *Nicholao* Civitatis *Andegavenſis*; ita tamen, quod Eccleſia *Spaldingenſis*, in Manerio ſuo ſita, & ſervitores ejuſdem, dictum Manerium habeant, cum omnibus appendiciis ſuis, cum ſokâ & ſakâ, tol & them, & infangthef, & omnibus libertatibus & conſuetudinibus ſuis, ſicut aliquis anteceſſorum ſuorum illud meliùs habuit; ita tamen, quod habeat in vitâ dicti *Yvonis*, vel poſt mortem ſuam, prout voluerit. Dictus verò *Yvo* poſtmodum apud *Glouceſtriam*, conceſſit *Natali* Abbati S. *Nicholai*, & Monachis *Andegaviæ*, Eccleſiam de **Spalding**, cum unâ carucatâ terræ, & omnibus quæ ad Eccleſiam pertinent; ita tamen, quod iidem Monachi recognoſcant hujuſmodi donationem ſibi factam ab eodem *Yvone*, tanquam primam donationem, excluſo quodammodo dono facto priùs per *Thoroldum*: cui tamen Eccleſiæ *Spaldingenſi*, & ipſius miniſtris, dicti Abbas & Monachi *Andegavenſes* aſſignaverunt & conceſſerunt decimas, quas prædictus *Thoroldus*, & ſui, S. *Nicholao* priùs dederunt.

Dictus *Yvo* nichilominus, pro hujuſmodi decimis cuſtodiendis, de ſuis hominibus aſſignavit & donavit Monachis *Spaldingiæ*, in **Teteney**, unum ruſticum, in **Alkebar**, unum ruſticum, & **Normanby**; unum ruſticum, & decimam telonii & ſalinarum ſuarum; & unam de piſcariis ſuis, **Weſtlode**; & multa alia. Defuncto verò *Yvone* eadem Domina *Lucia* ſucceſſive ſumpſit ſibi alios viros; *ſcilicet Rogerum* filium *Geroldi*, & Comitem *Ceſtriæ Ranulphum*. Mortuis quoq; Domino Rege *Willielmo*, & maritis Dominæ *Luciæ* ſupradictis; ipſa, in viduitate ſuâ donavit Monachis *Spaldingiæ*, Manerium ſuum *Spaldingiæ*, cum ſokâ & ſakâ, tol & them, & infangenethef, & omnibus aliis libertatibus; quod donum *Willielmus* de *Romarâ*, filius *Luciæ* Comitiſſæ, & *Willielmus* nepos & hæres ejuſdem *Willielmi*, & *Ranulphus* Comes *Ceſtriæ*, & ..... ſucceſſores dictæ *Luciæ* confirmârunt.

Præfectis poſtmodum diverſis Prioribus temporalibus, ſucceſſivè in Prioratu *Spaldingenſi*, per Abbates *Andegaviæ*, Celariis, & Sacriſtis, aliiſq; miniſtris variis dictæ domus; ac ipſis, pro voluntate dictorum, Abbatiam à ſuis officiariis depoſitis & amotis, ipſi in receſſu ſuo ab eodem Prioratu recedentes, & ſe ad partes alienigenas transferrentes; quicquid de eiſdem officiis colligere poterant, aſportârunt, in dicti Prioratus prejudicium non modicum & gravamen: Super quo, bonæ memoriæ *Hugo Lincolnienſis* Epiſcopus ſecundus, dicti Prioratus dioceſanus, immo nobilis vir, Dominus *Ranulphus* Comes *Ceſtriæ* & *Lincolniæ*, ejuſdem loci patronus, meritò condolentes, *Conſtantium* Abbatem, tunc temporis *Andegaviæ*; & *Simonem*, *Spaldingiæ*, tunc Priorem, ſuper premiſſis, ad compoſitionem amicabilem perduxerunt. Qui quidem Abbas *Conſtantius* & *Simon* Prior habentes à ſuis Conventibus mandata ſufficientia componendi ſuper præmiſſis, de conſenſu eorundem dioceſani & Patroni, compoſuerunt ut Priores de cætero *Spaldingiæ* per dioceſanum inſtituerentur, ac immobiles permanentes, plenam adminiſtrationem in ſpiritualibus & temporalibus optinerent. Mortuo verò Abbate *Conſtantio* memorato, *Jacobus* ejuſdem ſucceſſor, dictam compoſitionem volens totaliter infirmare; veniens *Spaldingiæ*, *Simonem* Priorem, per Epiſcopum, juxta compoſitionem præmiſſam inſtitutum, ac alios dictæ domus miniſtros, contra eandem compoſitionem voluit depoſuiſſe. Cui dictus Prior & ipſius Conventus reſiſtentes, per eundem Abbatem & ſuum Conventum procurabantur ad ſedem Apoſtolicam evocari. Dicti verò Abbas & Conventus ſuus, coram Domino Papâ, contra eoſdem Priorem & Conventum ſuum propoſuerunt, ſe & Monaſterium ſuum, per eoſdem Priorem & Conventum à ſubjectione Prioratus *Spaldingiæ* in ſpiritualibus & temporalibus ſpoliatos, petentes per Papam ſe reſtitui ad hujuſmodi ſubjectionem; lite verò pendente prædictâ, ac ipſis Abbate & ſuo Conventu, extra omnimodam poſſeſſionem ſpiritualium & temporalium Prioratus *Spaldingiæ*, juxta aſſertionem ſuam propriam factam judicialiter exiſtentibus, compoſitum ſecundo extitit inter partes, quam compoſitionem eiſdem Abbati & Conventui nichil attribuitur temporale, niſi quædam præſtatio annua *xl. l.* & mora quatuor Monachorum; quæ quidem compoſitio per ſedem Apoſtolicam confirmatur, de verbo ad verbum totaliter recitata.

PAG. 352. col. 1.

Carta fundationis Prioratus, ſive Cellæ Monialium S. Trinitatis *de Boſco, juxta* Merkyate, *in agro* Bedfordienſi.

Carta fundationis ejuſdem.

Ex ipſo autogr. in bibl. *Hatton.*

Videſis etiam cod. MS. penès Decanum & Capit. Eccl. Cath. S. *Pauli Lond.* (A) f. 15. a.

UNiverſis Sanctæ Dei Eccleſiæ filiis, tam prælatis quàm ſubditis, tam præſentibus quàm futuris; *Radulphus* Decanus, & Capitulum S. *Pauli London.* ſalutem in Domino. Noverit caritas veſtra, nos conceſſiſſe, & in perpetuum confirmâſſe fundum, in quo ſitum eſt Monaſterium S. *Trinitatis*, in territorio *Cadendonæ*, ſicut foſſata hodie continent; & Boſcum quod eſt inter foſſata & Wallingheſtrete, quod continet in longitudine, inter Wallingheſtrete, tres quadrantenas & *xxx.* perticatas, *Criſtiræ*, & ei Canonicè ſuccedentibus in propoſito Sanctimoniali, in præfato Monaſterio Deo ſervientibus; ita *videlicet*, quod ſingulis annis tres ſolidos Capitulo S. *Pauli* de recognitione fundi, in natali S. *Pauli* perſolvet. Boſcum autem præfatum permaneat indeſtructum ad operimentum Monaſterii pro tranſeuntibus. Quæcunq; verò huic ſucceſſerit, ſuccedet per electionem Sanctimonialium ibi commorantium, & aſſenſu ſubſtituetur Canonicorum prætaxati Capituli. Juravit autem eis ipſa, & ſuccedentes ei Magiſtræ jurabunt in Capitulo Canonicorum S. *Pauli*, de ſupradictâ tenurâ fidelitatem & indempnitatem. Juraverunt etiam Sanctimoniales, quæ tunc fuerunt, fidelitatem & indempnitatem; & quod non recipient Magiſtras ſuccedentes ſine prædicto juramento fidelitatis & indempnitatis in Capitulo S. *Pauli*. Hoc idem etiam futuræ Sanctimoniales jurabunt Magiſtrabus ſuis, in Capitulo ſuo. Facta eſt autem *Londini* hæc conceſſio & confirmatio, anno *MCxlv.* ab incarnatione Domini. Nulli autem ibi liceat mutare Ordinem Sanctimonialium; quia ſuper hac tenurâ, nec Clericis nec Monachis aliquam facimus conceſſionem, niſi Sanctimonialibus tantum ibi commorantibus. Præterea conceſſimus eis imperpetuum terram quam tenuit *Radulphus Ferrarius* in *Cadendonâ*, ut teneant eam de Capitulo Canonicorum S. *Pauli*; reddendo indè Præpoſito *Cadendonæ*, ſingulis annis, ſex ſolidos, pro omnibus ſerviciis, exceptis conſuetudinibus regalibus. Hii verò ſunt Teſtes, *Gaufridus* Abbas S. *Albani*; *Hugo* Abbas *Colecestriæ*; *Normannus* Prior S. *Trinitatis*; *Johannes* Prior S. *Botulfi Colecestriæ*; *Robertus* Prior de *Meretona*, & *Robertus* ſub-Prior, *Thomas* Prior S. *Bartholomæi*; *Germanus* Prior de *Bellovidere*; *Thomas* Monachus; *Rogerus* Sacriſtes; *Milo* Monachus; *Oſgotus* Monachus; *Gervaſius* Monachus de *Bermundeſei*; Magiſter *Walterus*, *Ilbertus* Magiſter Infirmorum; *Aluredus* de *Wathamſtede*; *Rogerus* de *Crocheſlei*; *Gaufridus* de *Gorham*; *Simon* de *Hundendunâ*; *Willielmus* de *Claendonâ*; *Radulfus* Decanus S. *Pauli*; *Willielmus* Archidiaconus; *Richardus* de *Belmeis* Archidiaconus; *Alwaldus* Archidiaconus; *Robertus* de *Auco*; *Robertus* de *Cadomo*; *Nicholaus* Canonicus, *Theodorus*, *Gaufridus* Conſtabularius; Magiſter *Henricus*; *Valterus*, *Odo*, *Gaufridus* & *Robertus* fratres; *Hubertus*, *Randulfus*; *Hugo* nepos Decani.

Conſecratio Eccleſiæ, & confirmatio ejuſdem fundationis per Alexandrum Lincoln. *Epiſcopum.* Ibid.

ALexander Dei gratiâ *Lincolnienſis* Epiſcopus; univerſis Sanctæ Eccleſiæ filiis, tam prælatis quàm ſubditis, tam præſentibus quàm futuris, ſalutem in Domino: Notum ſit fraternitati veſtræ, me *Alexandrum* Epiſcopum conſecrâſſe Eccleſiam Sanctæ *Trinitatis* de *Boſco*, quæ eſt ſita in territorio *Cadendonæ* anno *MCxlv.* ab incarnatione Domini, ex petitione Dominæ *Chriſtinæ* & Sanctimonialium ibidem Deo ſervientium, & ex conceſſione *Radulfi* Decani, & Canonicorum S. *Pauli Londoniæ*, in quorum territorio ſita eſt Eccleſia. Conceſſi etiam, & ex auctoritate officii mei, in eadem dedicatione confirmavi Conventionem, quæ facta fuit in Capitulo S. *Pauli*, inter Canonicos & Sanctimoniales, ſicut in Cartâ S. *Pauli* habetur; ſalva minirùm in omnibus dignitate Epiſcopi & Eccleſiæ *Lincolniæ*. Huic præfatæ dedicationi interfuit *Radulfus* Decanus, & *Theodericus* Canonicus, & *Nicholaus* Clericus ex parte Capituli S. *Pauli*; & optulerunt ſuper Altare, in dotem Eccleſiæ & elemoſynam, perpetuò poſſidendam, præfatam poſſeſſionem, tam in boſco, quam in plano, ſicut in Cartâ eorum ſcriptum eſt. Hujus rei teſtes ſunt *Patricius* Epiſcopus de Limerich, *Aleelinus* Decanus Eccleſiæ S. *Mariæ Lincolniæ*; *Henricus* Archidiaconus de *Huntendone*; *Nicholaus* Archidiaconus de Bedeford; *David* Archidiaconus de Buchingham; *Rogerius* de *Dalmeri* Canonicus; & *Petrus* Canonicus; & *Reinaldus* ſimplex Canonicus; & *Radulfus* de *Munemue*; & *Gaufridus* Abbas *S. Albani*, cum Priore, & pluribus Monachis ejuſdem Eccleſiæ; & *Robertus* Prior de Meretone, & *Reinaldus* Canonicus ejuſdem Eccleſiæ; & *Ilbertus* Magiſter Infirmorum S. *Juliani*; & multi alii tam Clerici, quàm Laici.

PAG. 356. col. I.

Literæ Thomæ Cantuarienſis *Archiepiſcopi, pro Decimis dominicorum*, Tuttesbiriæ *dominorum.*

Ex Regiſtr. de Tutburi penès. *Will.* Comitem *Devon.* n. 9. THomas Dei gratiâ *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas, Apoſtolicæ ſedis legatus, dilecto filio *R.* Archidiacono *Berkeſyre*, & aliis Archidiaconis, in poteſtate quorum Monachi de *Tuttesbiriâ* Decimationes habent, & habere debent, ſalutem: Si præfati Monachi *Tetteſbiriæ* legitimis teſtibus probare poſſunt Eccleſiam ſuam de *Tuttesbiriâ* eſſe fundatam de Decimationibus dominii dominorum de *Tutteſbiria*, & Baronum ſuorum; & illas Decimationes in tempore Regis *H.* & tempore *E.* de *Ferrariis*, & *H.* de *Ferrariis*, & *Roberti* de *Ferrariis* in pace poſſiderunt; tunc vobis mandamus, ut eis, ſicut ratio exigit, eos ipſas Decimationes omnes cum integritate habere faciatis; nec eis prejudicet ad illas Decimationes percipiendas, quod alii quàm proprius Dominus terras præfati Dominii colunt, ita ergo eis in juſtitiâ faciendâ provideatis, ut pro defectu juſticiæ ad nos inde laborare non cogantur, Valete.

Ibid.n.53. *Carta* VVillielmi *Comitis de* Ferrariis, *pro quadam bovata terræ in* **Merſtone.**

EGo *Willielmus* Comes de *Ferrariis*, Epiſcopo *Ceſtrenſi R.* & omnibus fidelibus ſanctæ matris Eccleſiæ, & omnibus Baronibus, militibuſq; & hominibus, atq; cunctis amicis meis Clericis & laicis, tam *Francis* quàm *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam, huic Eccleſiæ meæ *Tuttesbiriæ*, in honore ſanctæ Dei genitricis *Mariæ* conſtructæ, unam bovatam terræ in **Merſtone**, quam *Hugo* filius *Radulphi* tenet, cum eodem ſervicio, quod michi & anteceſſoribus meis pertinet; liberam & quietam ab omni exactione ad me pertinente. Hanc donationem feci, illo die quo corpus *Henrici* de *Ferrariis* feci deferri & deponi in dextrâ parte majoris Altaris ejuſdem Eccleſiæ. Præterea concedo & confirmo quicquid anteceſſores mei, *ſcil.* prædictus *Henricus* de *Ferrariis*, & *Eugenulphus*, & *Robertus* avus meus, & *Robertus* Comes Pater meus, ſive uxores, vel Barones, ſeu milites, vel homines eorum donaverunt, vel conceſſerunt prædictæ Eccleſiæ, tam in villis quàm in terris, tam in decimis quàm redditibus, tam in molendinis, quàm in paſcuis, tam in nemoribus quàm in planis, tam in pratis quàm in piſcinis, cum omnibus conſuetudinibus & libertatibus, quas illi in eis meliùs unquam habuerunt, ſive ego habeo; nominatim od *Tol*, od *Tem*, od *Sache*, od *Infanginthof*, ita ut ſuprædictam Eccleſiam de nullis hiis rebus, per querimoniam, vel per minas, vel per placitum nemo commoveat vel inquietet ampliùs. Hanc donationem dedi, & confirmationem feci, pro ſalute meâ, & uxoris meæ *Sibillæ*, & liberorum meorum, & pro requie animæ *Henrici* de *Ferrariis* proavi mei, & *Roberti* Patris mei, & *Roberti* avi mei, & *Eugenulphi* de *Ferrariis*, omniumq; anteceſſorum meorum. Teſtibus. &c.

Ibid.n.58. *Carta* Willielmi *Comitis* de Ferrariis, *pro toto exitu de tota foreſta de* **Duffeld.**

WIllielmus Comes de *Ferrariis*, filius *Willielmi* Comitis de *Ferrariis*, omnibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Domui S. *Mariæ* de *Tuttebria*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & *Agnetis* uxoris meæ, & anteceſſorum meorum, in puram & perpetuam elemoſynam, omnes Decimas de omni exitu de totâ foreſtâ meâ de **Duffeld**; *ſcilicet* de paunagio, de venatione, de melle, de denariis. Et quia volo aſſartare quaſdam particulas prædictæ Foreſtæ meæ, & de hominibus aſſedere, concedo & confirmo prædictæ domui & Monachis prænominatis, de omnibus aſſartis factis & faciendis in prædictâ Foreſtâ; veluti Decimas de venatione, de paunagio, de melle, ex eadem terrâ, ex dono anteceſſorum meorum habere conſueverunt. Ut autem donatio anteceſſorum meorum & mea ſit rata, ſtabilis, & inconcuſſa, Sigilli mei teſtimonio illam corroboravi. Hiis teſtibus, &c.

Ibid.n.62. *Carta* R. *Comitis de* Ferrariis. *pro villâ quæ vocatur* **Neutone.**

R. Comes de *Ferrariis*, omnibus Baronibus & hominibus ſuis, & univerſis Sanctæ Eccleſiæ filiis, tam Clericis. quàm laicis ſalutem: Sciatis me conceſſiſſe S. *Mariæ* de *Tutteburiâ*, & Monachis, illam donationem, quam *Henricus* filius *Sawali* dedit eis; *ſcilicet Neutonam*, cum omnibus pertinentiis ſuis: Et præterea conceſſi eis facere unam trencheam in morâ de **Huttokeshale** ad campos ſuos ſalvandos, qui nimiâ aquâ ſæpè periclitabantur; & rameam de ſalicibus & oſeris, quæ ſuper aquam pendent, ad emendationem camporum humidorum. Teſte *R.* Capellano, &c. Et huic dono accrevit *Jurdanus* rectus hæres *H.* filii *Sawali* pratum de *Marâ*, & tres acras terræ de fractitio. Hiis teſtibus, &c.

Ibid.n 71. *Carta* Roberti *Comitis junioris*, *pro Decimâ firmæ* Tuttesburiæ.

ANno ab incarnatione Domini *MCxli.* ego *Robertus* junior, Comes de **Notingham**, concedo & do huic Eccleſiæ S. *Mariæ Tutteſburiæ* omnem decimam denariorum de novo burgo, quem Pater meus accreſcere fecit, & de hoc quod ego accrevi aut accreſcere faciam; *videlicet* de redditibus domorum hujus villæ, & hoc facio pro ſalute animæ meæ, & Patris & Matris meæ, & maximè pro ſolutione marci argenti, quam *Robertus* filius *Walkelini* de *Roburnâ* huic Eccleſiæ ſolvebat ſingulis annis de **Heginton**, poſt mortem *Hauwiſiæ* matris meæ. Sciant igitur præſentes & poſteri, quod ego & Prior & omnes Monachi, hoc pacto prædictum *Robertum* ab hac marchâ argenti liberum acclamavimus & fecimus imperpetuum. Huic etiam prædictæ donationi adjeci omnem parochiam de *Novo-Burgo*, ſicut de veteri; quam donationem per unum cultellum ſuper Altare S. *Mariæ* optuli, aſtante Priore, cæteriſq; Monachis & baronibus meis, *ſcil. Alano* de *Leica* &c. Sciant igitur præſentes & poſteri, quod *Radulphus* filius *Venatoris* dedit huic Eccleſiæ duas bovatas terræ in **Holintone**, pro animâ uxoris ſuæ, & pro animabus anteceſſorum ſuorum, liberam ab omni ſervicio.

Ib. n. 75. *Carta* Willielmi *Comitis de* Ferrariis, *filii* Willielmi *Comitis de* Ferrariis, *pro omnibus Decimis de* **Nedewode**, *tam in defenſis, quam in aſſartis.*

WIllielmus Comes de *Ferrariis*, filius *Willielmi* Comitis de *Ferrariis*, omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit ſalutem. Noſcat univerſitas veſtra, me conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Eccleſiæ S. *Mariæ Tuttesbiriæ* & Monachis ibi Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & *Agnetis* uxoris meæ, & anteceſſorum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam, omnes Decimas de omni exitu de totâ foreſtâ meâ de **Nedewode**; *ſcil.* de omnibus defenſis meis, & ubi nullus poteſt commune clamare, de paunagio, de venatione, de melle, de Denariis: Et ſi in defenſis illis in Foreſtâ prædictâ aſſartare voluero, & de hominibus aſſedere illas aſſartas, de omnibus illis prædictæ domui & Monachis prænominatis Decimas concedo & confirmo, veluti de paunagio, de venatione, de melle, de denariis in eiſdem defenſis, ex dono anteceſſorum meorum Decimas habere conſueverunt: & ut iſta donatio ſit ſtabilis & inconcuſſa, Sigilli mei teſtimonio confirmavi. Hiis teſtibus, &c.

Ib. n. 80. *Carta* Willielmi *de* Ferrariis *Comitis* Derbiæ, *pro villâ de* **Thornihul.**

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Will.* de *Ferrariis*, Comes *Derb.* ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, me divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Eccleſiæ beatæ *Mariæ Tuttesbiriæ*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, infra foreſtam de **Nedewode** villam de **Thornihul**, cum omnibus pertinentiis, libertatibus, aiſiamentis, Communis & paſturis, infra foreſtam & extra. Præterea dedi & conceſſi eiſdem Monachis, de incremento, octies viginti acras terræ & duodecem infra has metas; *ſcil.* à culturâ de **Adgareleg** propinquiori verſùs **Hamburi** uſq; ad corneriam prati de **Adgareſleg**; & à ſuperiori parte prati *Willielmi* de *Foſton*, per foſſatum, juxta **Preſtett** uſq; **Withinſich**; & ſic à **Withinſich** deſcendendo uſq; ad haiam *Ric. Rokele*; & ſic extendendo uſq; ultra domus *Hugonis Marveiſſin*; & ſic retro per viam quæ tendit verſùs **Horecros**, uſq; ad corneriam haiæ *Walteri Karles* & ita per tranſverſum uſq; ad campos de **Aggareſle** verſùs **Horecros.** Hæc omnia tenebunt prædicti Monachi in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſervicio & ſeculari exactione, ſicut aliqua elemoſina poteſt vel debet liberiùs dari vel recipi. Et ſciendum, quod prædicti Monachi vel homines eorum in prædictâ villâ, vel terrâ manentes, habebunt *husbote*, & *haibote* in prædictâ Foreſtâ, & porcos ſuos de nutrimentis ſuis quietos de paſnagio ſine aliorum agiſtamento. Et ne aliquis Clericus vel laicus hanc meam elemoſinam aliquo tempore in alios uſus, quam in proprios uſus prædictorum Monachorum, in quorum ſuſtentatione data eſt, convertere præſumat; à Priore & omnibus Monachis prædicti loci feci excommunicari omnes, qui talia præſumpſerint attemptare. Ut autem hæc mea donatio rata permaneat & inconcuſſa, huic præſenti Scripto Sigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, &c.

Pro Manerio de **Norburi.** Ib. n. 88

ANno ab incarnatione Domini *MCxxv. Willielmus* Prior & Conventus Eccleſiæ S. *Mariæ Tutteſbiriæ*, dedit *Willielmo* filio *Herberti*, *Norberiam*, in feodo, ſibi & hæredibus ſuis, pro Centum ſolidis reddendis unoquoq; anno; quinquaginta ſolidos in *Annunciatione* S. *Mariæ*, & alios quinquaginta in feſtivitate S. *Michaelis*, pro homagio ſuo: Et ſi ſubmonitus fuerit à Priore, intererit Placitis & negotiis Eccleſiæ in provinciâ *Tutteſbiriæ*. Et ſi dominus *Tutteſbiriæ* de captione corpus ſuum redimerit, vel primogenitam filiam maritaverit, vel honorem ſuum reemerit, & Prior *Tutteſbiriæ* ad hæc prædicta ei auxilium conceſſerit, tunc *Willielmus* aut hæres ejus, Priori competens auxilium, ſecundùm feodum ſuum exhibebit. Et ſi Prior & Conventus aliquam terram emerit, ſupradictus *Willielmus*, ſeu hæres ejus, ſecundùm feodum ſuum, Competens auxilium faciet. Et ſi ipſe *Willielmus* aut hæres ejus, prædictam firmam terminis ſtatutis non reddiderit, juſticietur: & ſi non potuerit juſticiari & firmam retinuerit, Prior faciet tunc *Norberiam* ſaiſiri; & poſtea, ſecundùm judicium Curiæ Priori juſtè tractetur *Willielmus* aut hæres ejus. Et quando *Willielmus* obierit, hæres ipſius relevet ſuum feodum à Priore & Conventu. Præter hæc autem, pro decimâ dominii, & pro duabus bovatis terræ decimæ pertinentibus, dabit *Willielmus* aut hæres ejus, ſingulis annis quinq; ſolidos prædictis terminis. Propter hanc conceſſionem dedit *Will.* Priori & Monachis, unum modium frumenti. Hujus Conventionis ſunt teſtes, *Robertus* Epiſcopus, & pluribus aliis.

Ibid. n. 89. *Compoſitio inter Priorem & Conventum de* **Tutteſbiri**, *& N. Fitzherbert.*

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos hoc præſens Scriptum indentatum pervenerit, *Nicholaus Fitzherbert* armiger, & *Radulphus Fitzherbert* filius & hæres apparens ejuſdem *Nicholai*, ſalutem in domino ſempiternam. Cum ego præfatus *Nicholaus* tradiderim, conceſſerim, & per quandam Indenturam, cujus data eſt *xviii.* die *Jan.* anno Regni Regis *Henrici* ſexti *xxx.* confirmaverim *Thomæ Gedney* Priori Monaſterii beatæ *Mariæ* de **Tutteburi**, omnes terras & tenementa mea, redditus & ſervicia, cum pertinentiis in **Oſmondeſtone** in Com. *Derb.* necnon unum meſſuagium, vocatum le **Halle place**, & *Lvii.* acras terræ & prati, cum pertinentiis, in **Foſtone**, quæ *Thomas Badeley* tenet; unum meſſuagium, & *xx.* acras terræ & prati ibidem, nunc in tenurâ *Ricardi Dawkyn* & unam acram & duas partes unius dimidiæ acræ prati, cum pertinentiis, in **Birke-Broughton**; Habenda & tenenda eidem Priori & ſucceſſoribus ſuis, à feſto *omnium Sanctorum* proximo ante datam ejuſdem Indenturæ, uſq; finem & terminum quatuor annorum, extunc proximè ſequentium & plenariè complendorum, prout in eadem Indenturâ pleniùs apparet: Noveritis nos præfatum *Nicholaum* & *Radulphum*, pro eo quod prædictus Prior & Conventus Monaſterii prædicti, per quoddam ſcriptum ſuum ſub eorum Sigillo communi ſignatum, remiſerunt & relaxarunt mihi præfato *Nicholao* & hæredibus meis, totum jus ſuum & clameum, quæ habuerunt ſeu habere potuerunt in quodam redditu *C. s.* tunc exeuntium de Manerio de **Norbury** in Com. prædicto; ac in omnibus ſerviciis, quæ ego ſeu hæredes mei pro Manerio illo eidem Priori ſeu ſucceſſoribus ſuis facere deberemus; quod quidem Manerium de **Norbury** de præfatis Priore, in jure Monaſterii ſui prædicti tunc tenebatur per eundem redditum & alia ſervicia; remiſiſſe, relaxâſſe, ac omnino pro nobis & hæredibus noſtris, per præſentes imperpetuum quietum clamâſſe præfatis Priori & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, totum jus noſtrum & clameum, quæ habemus, habuimus, ſeu quoviſmodo habere poterimus, de & in omnibus terris, tenementis, redditibus, & ſerviciis prædictis; ita quod nec nos nec hæredes noſtri, nec aliquis alius nomine noſtro aliquid juris ſeu clamei in eiſdem, ſeu in aliquâ parcellâ eorundem; de cætero exigere ſeu vendicare poterimus; ſed ab omni jure, titulo, & clamio indè totaliter ſimus excluſi per præſentes imperpetuum. Et nos verò præfati *Nicholaus* & *Radulphus*, & hæredes noſtri, omnia terras & tenementa, redditus & ſervicia prædicta, cum pertinentiis, præfatis Priori & ſucceſſoribus ſuis, contra omnes gentes warantizabimus & imperpetuum defendemus. In cujus rei teſtimonium huic præſenti ſcripto noſtro Sigilla noſtra appoſuimus; Datum *xxviii.* die *Jan.* anno Regni Regis *Henrici* ſexti poſt Conqueſtum *xx.*

Carta Roberti *Comitis de* Ferrariis, *pro Manerio de* **Staunfort**. Ib. n. 103.

EGo *Robertus* Comes de *Ferrariis*, nutu divino, ſuccedens in hæreditatem bonæ memoriæ, *viz. Henrici* patris mei, concedo libens & meâ auctoritate confirmo quæcunq; pater meus & mater mea donaverunt Eccleſiæ S. *Mariæ*, quam ipſi à fundamentis conſtruxerunt apud Caſtellum meum *Tutteſburiæ*, tam in villâ quàm in decimis & in conſuetudinibus; & in omnibus omnino denariis, ſicut ſancitum eſt ...... juniore *Willielmo* Rege, ſicut ipſi ea in vitâ ſuâ meliùs tenuerunt & habuerunt; & ea pro poſſibilitate virium mearum contra omnes homines defendo & manuteneo. Præterea notum ſit præſentibus & futuris, quod *B.* mater mea morti appropinquans, præfatæ Eccleſiæ S. *Mariæ* donavit unum Manerium, quod **Eſtanfort** appellatur, me annuente atq; concedente, per conceſſionem & auctoritatem *H.* Regis *Anglorum*, ſicut ipſa multis ante annis in ſanitate ſuâ Deo voverat atq; promiſerat; quod quidem Manerium, quoniam vicinoribus meis erat parvum, atq; commodum à Monachis Monaſterii prædicti longuorum atq; remotum, mutuum illud à Priore & Monachis ejuſdem loci, & pro eo dedi illis in vicinâ ipſorum, mutuâ viciſſitudine, *x.* libratas terræ meæ, cum decimâ ejuſdem Manerii, & omnes conſuetudines, quas ego in illâ habebam, mediante *R.* Epiſcopo *Ceſtriæ*, atq; cauſas utriuſq; partis fideliter ac ſtrenuè peragente: Peracto itaq; negotio, & ab utraq; parte confirmato, dedi illi, pro centum ſolidis, *Broctonam* villam meam: Deinde operam de fratre *W. Lorburi*, & dedi illis pro quatuor libris; reliquos *xx.* ſol. dabo eis per annum de ratione meâ, donec conſiderem & tradam illis aliquam terræ meæ portionem *xx. s.* valentem. Hujus rei fuerunt teſtes prædictus *R.* Epiſcopus, *W.* Capellanus ſenior, *Wachelinus* de *Raborna* &c.

Carta Sawali *de* Scyrle, *pro quadam cultura terræ in villa de* Hogâ. Ib. n. 114.

OMnibus amicis ſuis & hominibus *Sawalus* de *Syrle*, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod ego dedi & conceſſi Deo & S. *Mariæ Tutteſbiriæ* & Monachis ibidem Deo ſervientibus, unam culturam terræ de dominio meo de *Hoga*, * pro animâ meâ & uxoris meæ *Mathildis*; & pro animabus Patris & Matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, & hæredum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſervicio & exactione ſeculari, illam *ſcil.* culturam, quæ vocatur **Polforland**, propinquiorem *Merſtona*, quam una ſemita dividit ab aliâ culturâ, quæ ſimiliter **Polforlone** appellatur, quam ego retinui in manu, propinquiorem *Tutteſbiriæ*. Ne autem aliquis malignitate aliquâ præfatis Monachis ſuper conceſſione iſtâ detrimentum valeat afferre, Sigilli mei auctoritate volui communire. Hiis teſtibus, &c.

* id eſt **Hawne**.

Carta

Ib.n.140. *Carta* Willielmi *de* Eytone *militis, pro parco de* Dubbrigge.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris, *Will.* de *Eytona* miles, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me dimiſiſſe, & penitùs quietum clamâſſe Priori & Conventui de *Tuttesbiria*, totum jus & clamium quod habebam vel habere poteram in Parco ſuo de Dubbrigge, qui vocatur *le* Holt, cum terris & pratis eidem prato adjacentibus; ita quod nec ego, nec hæredes mei, nec homines de feodo meo in prædicto Parco & dictis terris & pratis aliquid de cætero poterimus reclamare: Et in hujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, &c.

Ib.n.142. *Carta* Sewali, *pro virgulto ſub Caſtello.*

RIcardo Dei gratiâ *Coventrenſi* Epiſcopo, & univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quam futuris, *Sawalus* filius *Fulcheri* ſalutem in Domino. Sciatis me dediſſe & præſenti ſcripto & Sigilli mei munimine confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* apud *Tuttesbiriam*, & Monachis ibi Deo ſervientibus, virgultum meum quod eſt ſub Caſtello *Tuttesbiriæ*; illud *ſcil.* quod fuit *H.* filii *Sawal* patrui mei; & omnem terram, quæ eſt de feodo meo, inter ſepem virgulti monachorum, uſq; ad viam quæ deſcendit à portâ Caſtelli, uſq; ad portam Molendini, in liberam & puram, & perpetuam elemoſinam, illis & eorum ſucceſſoribus omnibus, uſq; in ſempiternum: Habendum & tenendum liberè & ſolutè, & quietè ab omni exactione & calumpniâ, & omni ſeculari ſervicio, tam hæredum meorum, quam meis temporibus, pro animâ *H.* filii *Sawali*, & animabus Patris & Matris meæ, & animabus omnium prædeceſſorum, parentum meorum, & ſuccedentium hæredum meorum, & in remiſſione meorum & uxoris meæ peccatorum, & parentum & amicorum meorum. Mater enim mea moriens, ſub Teſtamento diviſit prædictæ Eccleſiæ & Monachis redditum annuum, *ſcil. vii s.* ex quibus ſeptem ſolidis ego in manu meâ cepi quatuor ſolidos, annuatim reddendos, & *Henr.* frater meus primogenitus, ad cujus voluntatem ſuſcepi hæreditatem noſtram, reliquos tres ſolidos recepit reddendos. Nunc verò in hac donatione virgulti & prædictæ terræ, redditus annuus ſeptem ſolidorum prædictorum aſſignatur Eccleſiæ prædictæ, & Monachis in virgulto & terrâ prædictâ, Prior *Fulco* & totus Conventus ejuſdem Eccleſiæ abſolutam clamaverunt, & quietam animam matris & meæ & me, & *H.* fratrem meum, & meos & ſuos hæredes omnes, uſq; in ſempiternum à redditu prædicto; & ſi quid indè minus reddidimus, totum nobis quietum dimiſerunt. Hanc verò donationem feci ego, conceſſione & aſſenſu Domini mei *Willielmi* Comitis de *Ferrariis*, & *H.* fratris mei, de quo ſuſcepi hæreditatem noſtram; nam & ipſe hoc conceſſit, & manu dedit propriâ, ſicut & ego coram Domino meo *Will.* Comite de *Ferrariis*, & aſſenſu etiam *Matildis Ridel*, uxoris meæ, Teſtibus, &c.

PAG. 367. col. 2.

De fundatione Malvernenſis *Cœnobii.*

Plac. coram Rege apud *Ebor.* term. *Mic.* 12. *E.* 2. Rot. 28.

PRior dicit, quod Prioratus majoris *Malv.* aliquo tempore ante Conqueſtum, fuit quoddam Heremitorium, de fundatione cujuſdam *Urſonis, D'abytot* fundatum: Et poſtmodum quidam Abbas *Weſtmonaſterii*, prædeceſſor Abbatis nunc, de aſſenſu ipſius *Urſonis*, conſtituit ibidem quendam Priorem, & Monachos, & contulit eis & ſucceſſoribus ſuis Maneria de *Nova terra*, Wortefeld, & Powyk. Et ſimiliter quidam *Oſbertus* filius *Pontii* contulit eis Manerium de Longeneye, *Guido* filius *Holgodi* duas hidas terræ, & *Rogerus* de *Chaundos* villam de Hatfeld; Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis in puram & perpetuam elemoſinam: Quas quidem donationes Dominus *Henricus* Rex primus (*ſcil.* Regis *Willielmi* Conqueſtoris filius) ratificavit, conceſſit & confirmavit; & etiam dedit eiſdem Priori & Conventui decem libratas terræ cum pertinentiis in Badenhale, Malverne, Northwood, & Fulford; habenda & tenenda, ſibi & ſucceſſoribus ſuis in formâ prædictâ, quieta ab omni onere & ſervicio ſeculari, pro animâ ipſius *H.* Regis, & animabus progenitorum & hæredum ſuorum.

PAG. 370. col. 2.

Carta Widonis *filii* Tezonis, *de Eccleſia de* Evertonâ, *Cœnobii S.* Neoti *conceſſâ.*

Ex Reg. de Cart. Abbathiæ S. *Neoti* in bibl. *Cotton.*

EGo *Wido* filius *Tezonis*, dedi Eccleſiæ S. *Neoti*, pro animabus Patris & Matris meæ, quorum corpora ibi requieſcunt, & pro ſalute meâ, & uxoris meæ, & hæredum meorum in perpetuam elemoſinam, Eccleſiam de *Evertonâ*, cum omnibus terris, quæ eidem Eccleſiæ adjacebant, die quo *Rogerus* filius *Ricardi* vitam finivit. Præterea conceſſi eis illam virgatam terræ quam *Gaufridus* de *Wanford* eidem Eccleſiæ dedit; & aliam virgatam, quam *Rogerus* frater meus dedit illis in eſcambio, pro quadam virgatâ quam habebant apud Aſtricheſheie. Conceſſi etiam eis virgatam illam, quam idem *Rogerus* dederat eis pro animâ *Walteri* filii *Ricardi*, &c. Teſtibus, &c.

Carta

Carta Tedbaldi *de* Eſchalers.

EGo *Tedbald.* de *Eſchalers*, pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & hæredum meorum, & Patris mei, dedi Monachis S. *Neoti*, totam terram meam, quam habui ex utraq; parte **Madeldene**, quæ jacebat inter terras Domini mei *Stephani*, & terram *Gaufridi* militis: Et quoniam ego Sigillum non habui, petitione meâ Dominus meus *Stephanus* hanc donationem meam, ſub ſuo Sigillo confirmavit.

Carta Rogeri *de* Clarâ *Comitis* Hertfordiæ, *de Eccleſia de* Bertonâ.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Rogerus* de *Clarâ* Comes *Hertfordiæ*, conceſſu filii mei *Richardi*, & conſilio Baronum meorum, dedi & conceſſi Eccleſiam de *Bertona*, quæ eſt de feodo meo, Monachis *Becci* apud S. *Neotum*. Hæc autem feci pro ſalute meâ & uxoris meæ & hæredum meorum, & anteceſſorum meorum, qui Monaſterium S. *Neoti* fundaverunt, & ſuis beneficiis ædificaverunt.

Carta Walteri *filii* Roberti, *de Eccleſiis de* Obeſtonâ *&* Henelinghamâ.

NOtum ſit præſentibus & futuris, quod ego *Walt.* filius *Rob.* dedi Eccleſiam de *Obeſtona* & Eccleſiam de *Henelinghama* Deo & Eccleſiæ S. *Neoti*, & Monachis *Beccenſibus*, (&c.) pro animâ *Roberti* filii *Ricardi* Patris mei, cujus corpus ibi requieſcit, & pro ſalute meâ & *Matildis* uxoris meæ, & hæredum meorum. Hanc donationem confirmo, & donationem ſimiliter, quam fecit *Matildis* ſoror mea de Eccleſiâ de **Cratefeld** Cartâ meâ.

Carta VVillielmi *de* Albineio Britonis, *de Eccleſiâ de* **Cratefeld**.

WIllielmus de *Albineio*, filius *Matildis* de *Seint Liz*, univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis ſalutem. Notum ſit vobis, quod ego, conſilio prudentum hominum & militum meorum, confirmavi Monachis *Becci* apud S. *Neotum*, Eccleſiam de **Crattefeld**, (&c.) cum *xx.* acris terræ, jacentibus in villâ de **Crattefeld**, & quatuor acras juxta Eccleſiam, quas mater mea eis ante dederat & conceſſerat, (&c.)

Carta Roberti Waſte, *de duabus partibus decima de Wereſlai.*

EGo *Rob. Waſte* conceſſi Deo & S. *Mariæ Becci*, & S. *Neoto* confeſſori, & Eccleſiæ ejus de *Ernulfesberia*, & Monachis qui inibi Deo deſerviunt, duas partes totius decimæ meæ de **Wereſlai**, (&c.) & hoc feci præcipuè pro animâ *Soeni* de *Eſſeſſa*, & pro ſalute Domini mei *Roberti*, filii prædicti *Soeni*, qui mihi hanc terram dedit; & pro ſalute *Gunnora* uxoris ſuæ, & pro ſalute meâ & uxoris meæ, & *Willielmi* filii *Geroi* Patris ſui, (&c.)

Carta Petri *de* Monteforti *anteceſſorum donationes* confirmans.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Petrus* de *Monteforti*, filius *Turſtini* de *Monteforti* dedi Sancto *Neoto* omnes terras in villâ de **Wenge**, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, quæ anteceſſores mei dederunt prædictæ Eccleſiæ S. *Neoti*, (&c.) Data apud **Preſton** anno gratiæ *MCCxlv.* die decollationis S. *Johannis Baptiſtæ*.

PAG. 439. col. 2.

Carta Eufemiæ, *Comitiſſæ* Oxon. *de* C *s. redditus in* Iclintonâ.

Ex Collect. *Rob. Gloveri*, **Somerſet** Heraldi [Miſcel. lib. 5. f. 73. b.]

EGo *Eufemia* Comitiſſa, conceſſu Comitis *Alberici* mariti mei, dedi Monachis de **Colne** redditum *C s.* in *Iclintona*, cum corpore meo ſepeliendo, pro ſalute corporis & animæ *Stephani* Regis *Angliæ*, & pro animâ *Matildis* Reginæ; & pro animâ Comitis *Euſtachii* filii eorum, (&c.) ita liberè & honorificè in omnibus rebus, ſicut Rex *Steph.* & *Matildis* Regina uxor ſua, qui prænominatum Manerium de *Iclintona* mihi dederunt in libero maritagio, unquam meliùs habuerunt, & ego poſt habui. Teſtibus, Comite *Alberico*, *Gilberto* de *Veer*, *Radulpho* de *Hoſdene*, *Rob.* Conſtabulario, *Rogero* de *Bellocampo*, (&c.)

Carta Roeſiæ *Comitiſſæ*, *de molendino apud* **Stibbing**.

ROeſia Comitiſſa omnibus hominibus ſuis & amicis, Francis & Anglis, ſalutem. Sciatis me dediſſe, perpetuò, in elemoſynam, unum molendinum apud **Stibbing**, quod reddit *xxxii. s.* in Eccleſiâ S. *Mariæ* de **Colne**, & Monachis illic habitantibus, pro animâ Patris mei *Alberici*, & *Gaufridi* Domini mei; & pro meipſâ; & pro omnibus parentibus meis. Teſtibus, *Ricardo* de *Belmeis* Archidiacono, *Willielmo* de *Veer*, & *Adeliſâ* de *Veer*, & *Adeliſâ* de *Eſſexâ*.

Carta Adelizæ *de* Veer, *de* x. s. *redditus.*

DOmino & Patri reverendo *Willielmo Norwycenſi* Epiſcopo, & Comiti *Alberico* filio ſuo, & omnibus amicis & hominibus & fidelibus ſuis *Adeliza* de *Veer* ſalutem. Notum ſit univerſitati veſtræ, me conceſſiſſe in dedicatione Eccleſiæ de **Colne**, ipſi Eccleſiæ & fratribus ibidem Deo ſervientibus, in molendino de **Aſſe** decem ſolidos, quod pertinet ad *Aldam*, in perpetuam elemoſynam, tenendam de me & hæredibus meis, ita liberè & quietè

& honorificè, ſicut Dominus meus & ego, vel alius prædeceſſor noſter meliùs tenuit. Quam donationem & ego manu meâ ſuper Altare Dei genitricis & S. *Johannis* Evangeliſtæ, ad majorem confirmationem in præſentiâ Prioris *Hugonis*, & multorum aliorum, obtuli. Teſtibus hiis, *Willielmo* de *Veer* filio meo, *Radulpho* de *Hiſpaniâ*, & aliis.

Carta Hugonis *de* Montecaniſio *de Eccleſia de* **Edwardeſton.**

Reverendo Domino & Patri *Willielmo Norwycenſi* Epiſcopo, Dominis, amicis, & hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, *Hugo* de *Montecaniſio* ſalutem. Notum ſit præſentibus & futuris, me conceſſiſſe & confirmâſſe Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Colne**, Eccleſiam de **Edwardeſton**, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio, (&c.) Quam Eccleſiam Pater meus *Hubertus* priùs dederat Eccleſiæ de **Abendon**, (&c.) Et totam decimam turbarum de **Staverton**, ſicut Pater meus Eccleſiæ de **Abendon** dedit, & Rex *Henricus* Cartâ ſuâ confirmavit Eccleſiæ de **Colne**. Duos etiam Monachos, quos Abbas *Faricius* conſtituit pro animâ Patris mei *Huberti* in Eccleſiâ de **Edwardeſton**, *Walch.* Abbas *Abendoniæ* aſſignavit ipſi & mihi & hæredibus meis in Eccleſiâ de **Colne** perpetuò. Hanc autem Cartam ego *Hugo* de *Montecaniſio*, & *Stephanus* filius & hæres meus, obtulimus ſuper Altare beatæ *Mariæ* de **Colne**, conteſtantes Deum, & ejus beatam genitricem *Mariam*, in nullo nos eidem Cartæ contraire. Iſtius verò Conventionis & confirmationis ſunt teſtes, Comes *Albricus*, *Willielmus* de *Veer*, *Rogerus* de *Montecaneſi*; *Stephanus* filius & hæres meus; *Rogerus* de *Bellocampo*; *Gaufridus* de *Veer*, noviſſimè ſuperveniens; *Johannes Brito*, (&c.)

Carta Ricardi *de* Bellocampo, *de Eccleſiâ de* Lamerſeiâ.

Ricardus de *Bellocampo*, omnibus hominibus ſuis & vicinis, *Fraucis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe Monachis de **Colne**, Eccleſiam de *Lamerſeiâ*, (&c.) Et hoc feci conſilio *Adelinæ* uxoris meæ. Hiis teſtibus, *Pagano* de *Bellocampo*, *Stephano* & *Waltero* de *Bellocampo*, (&c.)

Carta Rogeri Bigot *Comitis* Norff. *de Eccleſiâ de* **Dovercourt**, & *Capellâ de* **Herewich.**

Sciant præſentes & futuri, quod ego *Rogerus Bigot*, Comes *Norfolchiæ*, conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Colne**, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Dovercourt**, cum omnibus ad eam pertinentibus; & cum Capellâ de **Herewyche**, quam ego aſſenſu eorum fundavi, pro ſalute animæ meæ, & Comitis *Hugonis* fratris mei, & Comitiſſæ *Julianæ* Matris meæ, & *Ida* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum in parochiâ de **Dourecourt**, (&c.) Hiis teſtibus, *Hugone Bigot* filio meo, *Euſtathio* de *Braham*, *Rogero* de *Braham*, *Ricardo* de *Goſfeld*, *Willielmo* & *Bertramo* de *Verdon*, *Waltero* de *Cadomo*, *Gaufrido* de *Bellomonte* & aliis.

Carta W. *de* Mandevill *Comitis Eſſexiæ, de duabus partibus decimarum de* **Roinges.**

Willielmus de *Mandevill* Comes *Eſſexiæ*, omnibus hominibus & amicis ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Colne**, duas partes decimarum de toto dominio in **Roinges** de omnibus rebus, quæ decimari debent, ſicut Carta avi mei *Alberici* de *Ver* teſtatur. Hiis teſtibus, *Alberico* Comite, *Johanne* de *Rockele*, *Willielmo Walenſi*, *Radulpho* de *Vere*, *Rogero* de *Bellocampo*.

Carta Petri *de* Burgate, *de totâ terrâ de* **Palgrave.**

Omnibus (&c.) *Petrus* de *Burgate*, filius *Roberti* de *Burgate* ſalutem. Noveritis me, pro ſalute animæ meæ, & *Roberti* Patris mei, & omnium anteceſſorum meorum conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, in liberam & puram elemoſynam, Monachis de **Colne**, totam terram de **Palgrave**, quam *Willielmus* avus meus dedit prædictis Monachis: & totam terram illam de **Randeſtune** ad feodum meum pertinentem, &c. Excepto tantummodo ſervicio Domini Comitis *Oxonii*, Domini mei; *ſcilicet* ad ſcutagium, cum aſſiſum fuerit per regnum, dicta terra de **Palegrave** reddet ad Marcam ſex denarios, & terra de **Rendeſtone** tres denarios, niſi Comes Dominus meus illud condonare voluerit, (&c.) Et ſi contingat, quod homines prædicti, dictam terram tenentes, in Curiâ meâ de **Burgate** implacitentur, dicti Monachi Curiam ſuam de hominibus ſuis liberè habebunt. Hiis teſtibus, Dominis *Hugone* de *Veer* Comite *Oxonii*, *Willielmo* le *Breton*, *Willielmo* le *Blund*, *Othone* filio *Willielmi*, *Willielmo* filio *Reyneri*, *Henrico* de *Bellocampo*, *Thomâ* de *Laneham*, *Waltero* de *Creppinges*, *Radulpho* de S. *Oſithâ*, & aliis.

Carta Jordani Camerarii, *de Eccleſiâ de* **Wilbergham.**

Jordanus Camerarius, omnibus (&c.) ſalutem. Sciatis me dediſſe Eccleſiæ de **Colne** Eccleſiam de **Wilbergham**, pro ſalute animæ meæ, (&c.) Teſtibus, *Beatrice* uxore meâ hanc donationem concedente; & *Avenello* fratre meo, *Pagano* de *London*, *Willielmo* filio ſuo, & *Willielmo* filio *Fulconis* (&c.)

Pag. 479. col. 1.

Carta Rogeri *de* Scalis, *Patris ſui donationem, aliasq; terras Prioratui concedens.*

Ex Regiſt. de **Blakebergh** penès V. Cl. H. *Spelman* Eq. aur. anno 1640. f. 1. b.

NE diuturnitas perturbet temporis memoriam geſtorem, intuitu caritatis, aut revolvat hominum improbitas injuſta, ea quæ Dei nutu juſtè ſunt diſpoſita, ego *Robertus* de *Scalis* confirmo, Cartæ præſentis teſtimonio, ea quæ à patre meo matreq; mea Sancti ſpiritus facta ſunt conſilio. Noverit ergo univerſitas fidelium Chriſti, tam præſentium quàm futurorum, me *Robertum* de *Scalis* conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & S. *Mariæ* & Sanctæ *Katherinæ* virgini, & ſororibus præſentibus, fratribuſq; Deo ſervientibus & ſervituris, in loco qui vocatur **Shiplade**, mariſcum & terram *Wamble*; & brucram octoginta perticas in latitudine, & in longitudine à diviſione *Wirmegeyæ*, uſq; ad terram cultam *Middeltoniæ*: & ſuper **Blakebeghe** *xx.* acras, & culturam de **Heigh**; & undecim perticas in latitudine in boſco, & *xxvi.* acras apud orientem de **Haleth**; & apud occidentem de **Haleth** treſdecem perticas in latitudine, & *xxv.* in longitudine de prato; & *Faldſognam* per omnes campos *Middeltoniæ*: & homagium *Ednothi* & uxoris ejus, & filiorum & filiarum ejus: & **Sandgateknol**; & quatuor acras & dimidiam de prato in **Haleth**; & terram quæ ad me pertinet de cenſu de **Sengdeberge**; & in **Haleth** juxta croftam **Lize**, unam acram: & duas acras de prato in **Cawelle**; & *xii. d.* reddendos annuatim, ex dono *Willielmi* fratris mei. Et partem quæ ad me pertinet de **Leveſtoc**. Et terram quæ ad me pertinet de **Lameſeye**; & ſeptem perticas in latitudine, cum totâ longitudine ſuâ in mariſco apud **Sechieh**. Et præterea ex dono meo *xii. s.* annuatim reddendos de molendino *Wrydelingtoniæ*.

Hæc omnia conceſſi, & præſenti Cartâ meâ confirmavi in perpetuam elemoſynam liberè & quietè, cum omni libertate poſſidendâ, Deo & S. *Mariæ*, & S. *Catherinæ* Virgini, & prædictis ſororibus & fratribus, abſq; omni exactione & ſervicio temporali & conſuetudine ſeculari; pro ſalute animæ meæ & Patris mei & Matris meæ, & uxoris meæ, & fratrum & ſororum mearum, & omnium prædeceſſorum meorum, & omnium benefactorum meorum, & omnibus quibus injuſtè nocui, conceſſione & conſenſu filiorum meorum *Rogeri* & *Roberti*. Hiis teſtibus. &c.

Ibid. f. 2. a.

Carta ejuſdem Rogeri *de* Scalis *de parte ſuâ de* **Leveſtoc**, *& terrâ de* **Lameſeye**.

ROgerus de *Scalis*, univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis ſalutem. Notum ſit univerſitati veſtræ, me, conceſſione uxoris meæ *Muriel*, & *Roberti* filii mei, conceſſiſſe domui, S. *Catherinæ* de **Blakeberge**, & fratribus ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, quum *Willielmus* filius meus ſumpſit habitum religionis in eadem domo, in puram & perpetuam elemoſynam, meam partem de **Leveſtoc**, & terram meam de **Lameſeye**; & ſeptem perticas in latitudine, cum totâ longitudine ſuâ in mariſco verſùs **Sechie**. Hanc verò conceſſionem meam, ut perpetuam haberet firmitatem, Cartâ meâ confirmavi. Hiis teſtibus, *Euſtachio* & *Jocelino*, Monachis, &c.

Ib. f. 28. b.

Carta Roberti *de* Scalis, *donationes* Roberti *avi ſui, de Eccleſiis de* **Middelton**, *&* **Sandone**; *& medietatis Eccleſiæ de* **Wetherdene**, *confirmans.*

OMnibus in Chriſto fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Robertus* de *Scalis* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me intuitu pietatis, pro ſalute animæ meæ, & Patris mei & Matris meæ; & pro ſalute omnium anteceſſorum meorum, conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Sanctæ *Catherinæ* de **Blakebergh**, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, conceſſionem & donationem & confirmationem Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Middelton**, & Eccleſiæ S. *Andreæ* de **Sandone**, & medietatis Eccleſiæ de **Wetherdene**, cum omnibus ad eas pertinentibus, in liberam & puram & quietam & perpetuam elemoſynam, ſicut Cartæ, quas *Robertus* de *Scalis* avus meus; & *Rogerus* de *Scalis* Pater meus eiſdem Monialibus fecerunt, teſtantur & proportant. Et ut hæc conceſſio imperpetuum permaneat illibata, eam præſenti ſcripto & Sigilli mei appenſione confirmavi. Hiis teſtibus, &c.

Ib. inter Cartas de **Ilſyngton** f. 2. b.

Carta Roberti *de* Scales *de Eccleſiâ de* **Ilſyngtone**.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Robertus* de *Scales*, Dominus de **Neuſels**, conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Prioriſſæ de **Blakebergh**, & ejuſdem loci Monialibus, advocationem Eccleſiæ de **Ilſyngtone**, in Com. *Norff.* Habendam & tenendam eiſdem Prioriſſæ & Monialibus, & eorum ſucceſſoribus, de Capitalibus Dominis feodi illius, per ſervicia indè debita & conſueta imperpetuum, (&c.) In cujus (&c.) Hiis teſtibus, Domino *Johanne Bardolf*, Domino de **Wirmegeye**, Domino *Johanne* de *Tilneye* Milite; Domino *Willielmo* de *Duntone* milite; Domino *Roberto* de *Cauſtone* milite; *Willielmo Duraunt*, (&c.) Data apud **Middeltone** in Com. prædicto, die *Veneris* proximâ ante feſtum S. *Ambroſii*, anno regni Regis *Edwardi* tertii poſt conqueſtum *xxiiii.*

Ib. inter Cartas de *parva* **Bycham.**

Carta Will. *filii* Galfridi *de parva* **Bycham**, *& aliorum de advocatione Eccleſiæ ejuſdem loci.*

NOverint omnes hoc ſcriptum viſuri vel audituri; quod ego *Will.* filius *Galfridi* de *parva* **Bycham**, & ego *Ric.* frater prædicti *Will.* & ego *Martinus* filius *Rogeri* de *parva* **Bycham**; & ego *Will.* frater prædicti *Martini*, dedimus & conceſſimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus, Deo & Eccleſiæ S. *Cath.* de **Blakebergh**, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, totum jus patronatus Eccleſiæ de *parva* **Bycham**, cum omnibus pertinentiis, quod habuimus vel habere potuimus in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animarum noſtrarum, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum: Et in hujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigilla noſtra appoſuimus. Teſtibus, Magiſtro *Roberto* de *Bilneye* officiali *Norwicenſi*; Domino *Radulpho* de *Gatelee*; Domino *Eudone Harſyk*; Domino *Frari* de *Capravillâ*, Domino *Will. Lovell* de *Berton*; *Tho.* de *Gatelee*; Domino *Godefrido* Decano *de* **Briſſelee**; *Adâ perſonâ* de *Gatelee*; *Ric.* de Sancto *Germano*, & aliis.

Ib. inter Cartas de **Wiltone.**

Carta Emmæ *de* Bellofago *de quater centis anguillis annuatim, de piſcariâ ſua in* **Wiltone.**

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Emma* de *Bellofago* conceſſi & dedi, & hac meâ præſenti Cartâ confirmavi, in viduitate meâ, & in liberâ poteſtate meâ, pro ſalute animæ meæ, & animæ *Iſabellæ* de *Fryville*; & pro ſalute animarum anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, Monialilibus de **Blakebergh** ibidem Deo & beatæ *Mariæ*, & *S. Catherinæ* ſervientibus, quatuor Centum anguillarum de redditu piſcarii mei de **Wiltone** annuatim, in principio *Quadrageſimæ*; habenda, ſcilicet novem eſtickes de gurgite qui vocatur **Lodwere**, & totam partem meam de **Rubene**; *ſcilicet* ſeptem eſtickes ad dictum terminum ſumendas, in puram & perpetuam elemoſinam. Et ego dicta *Emma* & hæredes mei warantizabimus dictam elemoſinam dictis Monialibus contra omnes homines imperpetuum, (&c.) Teſtibus, &c.

Pag. 489. col. 2.

Ex Regiſt. Prioratus S. *Mich.* juxta **Stanford** penès *Galfr. Minſhull* gen. anno 1657. f. 3. a.

Carta Willielmi *de Langvale, de Eccleſia* S. Clementis.

SCiant tam præſentes quàm futuri, quod ego *Will.* de *Langvale*, filius *Will.* de *Langvale*, do & concedo, & hac præſenti Cartâ meâ confirmo Sanctimonialibus Eccleſiæ S. *Michaelis* de **Staunforde**, Eccleſiam S. *Clementis* ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, liberè & quietè, divini amoris intuitu, & pro ſalute animarum Patris & Matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum. Teſtibus hiis, *Olivero* Seneſchallo, *Willielmo Oliver*, *Johanne* fratre *Oliveri*, *Radulpho* de *Ambli*, (&c.)

Ibid.

Carta Achardi *de* Staunford, *de Eccleſia Omnium Sanctorum.*

NOtum ſit omnibus, quod ego *Achardus* de *Staunford*, in morte *Gwid.* filii & hæredis mei, conceſſi & dedi, & adhuc concedo & præſenti Cartulâ confirmo Eccleſiam *Omnium Sanctorum* de **Staunford**, in *Nicolſcira*, Eccleſiæ S. *Michaelis* Archangeli, & ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam & puram elemoſinam, pro animâ ejuſdem *Gwidonis*, & pro animabus patris & matris, & omnium anteceſſorum meorum, & pro Redemptione peccatorum meorum. Hiis teſtibus, *Gileberto* Abbate de **Swineſheved**, *Thoma* Monacho. (*&c.*)

Ib. f. 4. b.

Carta Richardi *de* Humet, *de Eccleſia* S. Andreæ.

NOtum ſit præſentibus & futuris, quod ego *Ricardus* de *Humet* Conſtabularius *Henrici* Regis *Angliæ*, ſupernæ pietatis intuitu, & meorum remiſſione peccatorum, & petitione dilecti noſtri *Will.* de *Colville*, donavi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ confirmavi, Abbatiæ S. *Michaelis* de **Staunforde**, & Monialibus ibi Deo ſervientibus, Eccleſiam S. *Andreæ* de **Staunforde**, quam *Petrus* Decanus tenet in elemoſinâ perpetuo poſſidendam; ſalvo jure præfati *Petri*, diu vixerit. Actum eſt hoc, incarnati verbi *MCLxx.* die S. *Blaſii*, in aulâ apud **Staunforde**, præſentibus *Bertramo* de *Verduno*, *Giroldi* de *Normanvilla*, *Galtero* de *Cardunvilla*, *Galtero Britone*, *Roberto* de *Kernelle*, *Galtero* de *Amundeville*, *Helte* de *Boſcoale*, & pluribus aliis.

Carta

Ibid. *Carta* Willielmi *Abbatis de* Burgo *S.* Petri, *de Eccleſia S.* Martini.

NOtum ſit omnibus, tam futuris quam præſentibus, quod ego *Willielmus*, Dei gratiâ Abbas *Burgi*, aſſenſu Conventus, coram multitudine Virorum, ac mulierum, donavimus & præſentium auctoritate muniendo confirmavimus Sanctimonialibus, quæ in Monaſterio beati *Michaelis* Archangeli, penès Staunforde Deo ſerviunt, in ſubjectione noſtrâ & cuſtodiâ, Eccleſiam beati *Martini* de Staunforde, in liberam & perpetuam elemoſynam, cum omnibus rebus eidem Eccleſiæ pertinentibus, ob amorem Dei, & pro remedio animarum noſtrarum; ita ut eædem Sanctimoniales perpetuo habeant eandem Eccleſiam, & poſſideant ad proprios uſus; neq; liceat eis dare eam alicui, neq; in alienas manus ponere; quia decrevimus præſentis paginæ teſtimonio, ut de beneficiis iſtius Eccleſiæ, unà cum cæteris elemoſinis, quas eiſdem, deſerviendum Deo aſſignavimus, ipſæmet, de cætero, uberiùs ſuſtententur, recogneſcentes indè Eccleſiam *Burgi* annuâ penſione decem ſolidorum, ad feſtum S. *Michaelis*, cum vacaverit à *Petro* Presbytero. Hæc donatio facta eſt in Eccleſiâ beati *Michaelis* Archangeli apud Staunforde, coram pluribus.

Ibid. *Confirmatio* Oliveri, Lincolnienſis *Epiſcopi de eadem Eccleſia*, *S.* Martini.

UNiverſis ad quos pervenerit litera præſens, *Oliverus* permiſſione divinâ *Lincolnienſis* Epiſcopus in omnium ſalvatore. Univerſitate veſtræ notum facimus per præſentes, quod examinato Regiſtro de ordinationibus Vicariarum, in noſtrâ dioceſi conſiſtentium, ſic inter cætera contineri compertum eſt in eodem. *Vicariâ in Eccleſia S.* Martini Staunforde, *quæ eſt Prioriſſæ & Conventus S.* Michaelis Staunforde, *conſiſtit in toto Altaragio dictæ Eccleſiæ; reddendo indè annuatim dictis Monialibus duas marcas; ita tamen, quod ſi Capella de* Burgele, *in eadem parochia ſua divinum officium habere debeat, dictæ Moniales onus illius Capellæ ſuſtinebunt: Vicarius autem ſolvet tantummodo Sinodalio, & dictæ Moniales procurabunt hoſpicium Archidiaconi, & cætera onera omnia ſuſtinebunt.* In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Data apud Edelesberge; quarto Nonas *Junii* anno Domini *MCCLxxxix*.

Ibid. f. 5. b. *Carta* Rogeri *de* Torpel, *de Eccleſiâ de* Corby.

UNiverſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, hoc ſcriptum viſuris vel audituris, *Rogerus* de *Torpel* ſalutem in Domino: noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Eccleſiæ S. *Michaelis* de Staunforde, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus, donationem Eccleſiæ beati *Johannis* Evangeliſtæ de Corby, quæ ad matrem meam pertinet, cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſynam, pro animâ patris mei, & pro animabus omnium prædeceſſorum meorum. Et ut iſta conceſſio rata & illibata permaneat, eam Sigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus, *Regero* de *Huntyngfeld* Clerico, *Thomâ* de *Coleville*, *Hugone* de *Gretforde*, *Willielmo* de *Heddone* milite, (&c.)

Ibid. f. 6. a. *Carta* Matildis *de* Divâ, *de tertiâ parte Eccleſiæ de* Corby.

NOtum ſit omnibus præſentibus & futuris, quod ego *Matildis* de *Divâ*, filia *Galfridi* de *Waltervillâ*, ſupernæ pietatis intuitu, & pro animabus patris mei, matriſq; meæ & nominatim materteræ meæ *Matildis* de *Dovere*, & mariti mei *Willielmi*; & pro ſalute meâ & puerorum meorum, dedi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ Monialium de S. *Michaele* de Staunforde, tertiam partem in Eccleſiâ de Corby, cujus tertia pars jus advocationis ad me pertinuit, liberè & quietè in perpetuâ elemoſynâ poſſidendam, cum omnibus pertinentiis ſuis. Hiis teſtibus, *Reinero* Decano de Staunforde, *Alexandro* perſonâ, (&c.)

Ibid. *Carta Domini* H. *Epiſcopi*, *& Capituli* Lincoln. *de duabus partibus Eccleſiæ de* Corby.

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Hugo* Dei gratiâ *Lincolnienſis* Epiſcopus, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, nos de aſſenſu & voluntate dilectorum in Chriſto filiorum, *Willielmi* Decani & Capituli noſtri *Lincolniæ*, divinæ pietatis intuitu, dediſſe & conceſſiſſe dilectis filiabus in Chriſto, Monialibus S. *Michaelis* extra burgum Staunforde, duas partes Eccleſiæ de Corby, quæ de dono *Matildæ* de *Divâ*, & de dono *Aſcelinæ* de *Watervilla*, & hæredum ſuorum; de dono etiam *Hamonis Peche*, ad ipſarnm Monialium advocationem pertinent: habendas eiſdem; & in propriis uſibus inperpetuum poſſidendas; ſalvâ *Hugoni* de *Oſberneby* portione ſuâ ibidem, quoad vixerit; & ſalvâ vicariâ perpetuâ, cum manſo competenti, quam *Hilarius* Capellanus optinet de dictis portionibus, ſibi & ſucceſſoribus ſuis dictarum portionum vicariis aſſignatâ. Prædictæ autem Moniales omnia onera Epiſcopalia & Archidiaconalia ſæpedictas duas partes contingentia, ſuſtinebunt: Salvis etiam in omnibus Epiſcopalibus conſuetudinibus *Lincoln.* Eccleſiæ dignitate: quod ut perpetuam optineat firmitatem, præſentem Cartam Sigillo noſtro, uno cum Sigillo prædicti Capituli noſtri duximus muniendam. Hiis teſtibus, *Willielmo* Decano, *Johanne* præcentore (&c.) Data (&c.) in Capitulo *Linc.* *xiii.* Kal. *Maii*, pontificatus noſtri *xvii.*

Ibid. b. *Carta* Radulphi *de* Divâ *de tertiâ parte Eccleſiæ de* **Corby**, *necnon Capella de* Uptone.

RAdulphus de *Divâ* omnibus amicis *Francis* & *Anglicis*, tam præſentibus quàm futuris ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me dediſſe & conceſſiſſe, & hac meâ præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Michaelis* de **Staunforde**, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus, tertiam partem in Eccleſiâ de **Corby**, quam *Matilda* de *Divâ*, Mater mea prædictis Monialibus dedit, & Sigilli ſui impreſſione munivit; & pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, in puram & perpetuam elemoſynam, cum omnibus pertinentiis, & cum ſartis modo ſartatis, & impoſterum ſartandis, nobis & hæredibus noſtris pertinentibus in perpetuum. Præterea concedo & præſenti Cartâ meâ confirmo donationem & confirmationem partis Capellæ de *Uptona*, quæ ad me pertinere dinoſcitur, cum decimis & terris, & cum omnibus ad eandem Capellam pertinentibus, *ſcilicet* quam *Matilda* de *Diva* Mater mea prædictis Monialibus dedit, & Cartâ ſuâ confirmavit. Et ut hæc donatio rata & inconcuſſa, & inpoſterum valitura permaneat, Sigilli mei impreſſione confirmo. Hiis teſtibus, *Alexandro* Capellano de **Corby**, *Willielmo* Capellano *Omnium Sanctorum*, (&c.)

Ibid. f. 7. a. *Carta* Willielmi *Abbatis de* Burgo, *& ejuſdem loci Conventus, de Eccleſia de* **Turleby**.

NOtum ſit omnibus, tam futuris quàm præſentibus, quod ego *Willielmus* Dei gratiâ Abbas *Burgi*, totuſq; Conventus, donavimus, & præſentium auctoritate muniendo confirmavimus Sanctimonialibus quæ in Moſterio beati *Michaelis* Archangeli, penès **Staunforde**, Deo ſerviunt, in ſubjectione noſtrâ & cuſtodiâ Eccleſiam beati martyris *Firmini* de **Thurleby**, in liberam & perpetuam elemoſynam, cum omnibus rebus eidem Eccleſiæ pertinentibus, ob amorem Dei, & pro remedio animarum noſtrarum, ita ut eædem Sanctimoniales perpetuò habeant eandem Eccleſiam, & poſſideant ad proprios uſus: neq; liceat eis dare eam alicui, neq; in alienas manus ponere; quia decrevimus præſentis paginæ teſtimonio, ut de beneficiis iſtius Eccleſiæ, unà cum cæteris elemoſinis, quas eiſdem ad ſerviendum Deo aſſignavimus, ipſemet de cætero uberiùs ſuſtententur; recognoſcentes indè Eccleſiam noſtram annuâ penſione de dimidiâ marchâ argenti, duobus terminis, *Paſchæ ſcilicet* & S. *Michaelis*, Almario noſtro reddenda, cum vocaverit, & *Salfrido* Capellano.

Carta Aſcelinæ *de* Waterville, *de medietate Capella de* **Uptone**. Ibid. b.

OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Aſcelina* de *Walterville* æternam in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me dediſſe & conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ S. *Michaelis* de **Staunforde**, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus, in proprios uſus, medietatem Capellæ de **Uptone**, quæ ad nos pertinere dinoſcitur, cum omnibus ad eandem Capellam pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſdnam, ad coquinam earum, pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & pro animâ *Galfridi* & *Thomæ* filiorum meorum, & pro animabus omnium prædeceſſorum & ſucceſſorum meorum. Hiis teſtibus, *Ricardo* Decano de **Norburi**, (&c.)

Carta Willielmi *Comitis* Warennæ *de redditu* xl. s. *annuatim de molendino de* **Wakefeild**. Ib. f. 16. a.

UNiverſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Willielmus* Comes *Warennæ* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, me caritatis intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & pro animabus patris mei & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, & ſucceſſorum meorum; & pro ſalute animæ *Heliæ* de *Marnile*, dediſſe & conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe in puram & perpetuam elemoſynam, Deo & Eccleſiæ S. *Michaelis* de **Staunforde**, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus, quadraginta ſolidos argenti, eiſdem Monialibus, annuatim percipiendos de redditu molendini mei de **Wakefeld**, ad feſtum S. *Michaelis*, quos aſſignavi ad coquinam prædictarum Monialium, ita ut prædictæ Moniales faciant Anniverſarium prædicti *Heliæ* annuatim in Vigilia S. *Georgii*. Hanc autem conceſſionem & donationem ego *Willielmus* Comes *Warennæ* & hæredes mei warantizabimus præſcriptis Monialibus, contra omnes imperpetuum: & ut hæc mea conceſſio & donatio rata ſit & imperpetuum inconcuſſa permaneat, præſentem Cartam meam Sigilli mei appoſitione roboravi. Hiis teſtibus, *Johanne* de *Baſyngburne*, *Radulpho* de *Normanville*, *Radulpho* de *Wauncy*, *Radulpho* de *Albo Monaſterio*, *Alexandro* Decano *Staunfordiæ*, dicto Vicario S. *Andreæ*, (&c.)

PAG. 496. col. 1.

Ex hiſt. Elien. Inſulæ in bibl. Cotton. [ſub effigie Titi A. 1.] f. 49. b.

Carta Roberti *Camerarii Comitis* Richmundiæ, *de duabus partibus de* Elmeneyâ; *necnon de terris in* Beche, *& de Eccleſiis de* Wendeiâ, Wilburham, *&* Kirkeby, *Cœnobio de* Denny *conceſſis.*

R*Odbertus* Camerarius Comitis *Richmundiæ*, omnibus, tam præſentibus, quàm futuris Sanctæ Eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe in perpetuam elemoſynam, *S. Jac.* & *S. Leon.* & *Regin.* Monacho de Ely, & Monachis ejuſdem Eccleſiæ in *Inſulâ* quæ vocatur *DENEIA* Deo & *S. Leonardo* ſervientibus, duas partes de *Elmeneiâ*. Poſtquam dedi in villâ de Beche, Eccleſiæ *S. Jacobi* & *S. Leonardi* de *Deneia*, in præſentiâ Domini *Nigelli* Epiſcopi, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, & pro animâ patris mei & matris meæ, quando locus ille ab eodem Epiſcopo fuit conſecratus; *viz.* novem acras terræ, tres in quolibet campo; & unum curtilagium, liberè & quietè, & ſine omni conſuetudine perpetuò tenendas. Præter hanc donationem feci eis & alias, *viz.* Managium in Beche, quod tenuit *Godricus* filius *Rafridi Britonis*, cum totâ terrâ, quam ipſe *Godricus* tenuit in Campis; quæ ſe defendit pro dimidiâ virgatâ: & ita liberè eis dedi, quod quieti erunt imperpetuum ab omnibus ſcutagiis & auxiliis, & omnibus conſuetudinibus pertinentibus, vel ad me vel hæredes meos, vel etiam ad dominos noſtros de quibus tenemus; excepto duntaxat, quod pro hac dimidiâ virgatâ, Gelda ad Coronam Regis pertinentia, & per totum Comitatum currentia, exſolvere.

Poſt hæc autem dedi de dominio meo, nonam garbam de Wilburham, & de *Wendeiâ*; & Eccleſiam de *Wendeia* & omnia pertinentia eidem Eccleſiæ, Deo & S. *Jacobo* & S. *Leonardo*, & fratribus in præfatâ Inſulâ Deo ſervientibus imperpetuum. Confirmo etiam præfatæ Eccleſiæ de *Deneia* donationem quam feci coram domino *Nigello* Epiſcopo; *viz.* omnes Eccleſias terræ meæ, ſicut vacabunt ubiq; ſint; Eccleſiam *ſcil.* de *Wendeia* & Wilburham, & de Kirkeby: Et volo & præcipio, ut præfata Eccleſia eas habeat & teneat liberè & quietè in perpetuam elemoſinam. Has autem donationes meas, hæredes mei, *ſcil. Georgius* & *Nigellus*, conceſſerunt in præſentiâ domini *Nigelli* Epiſcopi in communi audientiâ. Volo igitur & vehementer exopto, & quaſi pater filiis chariſſimis præcipio, ut multiplicent & augeant, tam præfatam Inſulam, quam terram in Beche, ad præfatam Inſulam pertinentem, quibuſcunq; modis legitimè poterunt, ad commodum ejuſdem Eccleſiæ, & ſuæ animæ. Hoc autem totum feci, ut perpetua memoria mei & parentum meorum habeatur ibi ante dominum: Quod ſi fortè poſt hæc aliquis hæredum meorum de hiis elemoſynis à præfatâ Eccleſiâ de *Deneia* aliquid abſtulerit, ex ore meo in conſpectu Dei ſit ille maledictus, & in tremendo judicio, niſi reſipuerit, condemnatus; Amen. Teſtibus, *Waltero Pilato*, *Martino* Decano de *Bodch.* *Rad.* Decano de *Wadd.* *Petro* Decano de *Hiſt.* *Baldrico* Decano, Magiſtro *Malgerio*, *Bernardo* ſacerdote de Beche, *Roberto Ran.* *Ranulfo Lau.* *Henrico* Clerico, *Radulfo* Dapifero, *Willielmo* Clerico ejus, *Everardo* de *Beche*.

Carta Conani *Ducis* Britanniæ, *donationem* Roberti *Camerarii ſui confirmans.* Ib. f. 50. a.

C*Onanus* Dux *Britanniæ*, Comes *Richemondiæ*, omnibus tam præſentibus quàm futuris ſanctæ Eccleſiæ filiis, & omnibus ballivis ſuis; necnon & omnibus amicis ſuis *Francis* & *Anglicis* ſalutem. Notum ſit vobis omnibus me conceſſiſſe, & hac Cartâ meâ confirmâſſe, pro ſalute animæ meæ, & animarum anteceſſorum meorum, omnes donationes, quas *Robertus Camerarius* meus caritativè dedit Eccleſiæ S. *Jacobi* & S. *Leonardi* de Inſulâ, quæ vocatur *Deneia*, & Monachis *Elienſibus* ibidem Deo ſervientibus. Quare volo & præcipio, ut prædicti Monachi benè & in pace & integrè illas donationes habeant & poſſideant; ſicut Carta jam dicti *Roberti* teſtatur eis; quia idem prædictus *Rodbertus* inde me vivâ voce requiſivit, & ego ei conceſſi. Teſtibus *Margareta* Comitiſſâ, *Alanus* Conſtabularius, *Radulphus* Camerarius, *Robertus* frater Comitis, *Brianus* & *Reginaldus* fratres Comitis, *Henricus* frater *Hervei*, *Walterus* filius *Achari*, *Nigellus* filius Camerarii, *Henricus Bertram*. Duabus gemellis *Nicholaus* de *Multune*, *Wimer* filius *Warnerii*; Magiſter *Drui*, *Alanus* de *Baſſeb.* *Henricus* de *Camera*, *Johannes* de *Camera*, *Blanchard*, *Bartholomeus* Monachus, *Gord. Pincardus*, & aliis quampluribus.

Carta Alberici Picot *de tranſlatione Monachorum ab* Elmeneiâ *ad Inſulam de* Deneiâ.

A*Lbericus Picot*, omnibus, tam præſentibus quàm futuris ſanctæ Eccleſiæ filiis, ſalutem. Auditâ *Reginaldi* Monachi & fratrum de *Elmeneia* frequenti querimoniâ; quod *viz.* in eadem Inſulâ ab aquis nimis infeſtari, & in Dei ſervitio impediri ſolent, condolens eorum incommoditati, & eiſdem volens ſubvenire; & elemoſynam meam provehere volens in meliùs; ut *viz.* divinum obſequium liberè & quietè ab eiſdem poſſit frequentari; donavi Deo & S. *Jacobo*, & S. *Leonardo*, & præfato *Reginaldo* Monacho, fratribuſq; ſuis prædictis, & eorum ſucceſſoribus in perpetuam elemoſynam, & liberam & ſolutam & quietam ab omni ſeculari ſervitio & conſuetudine & exactione in perpetuum; ſive erga Regem, ſive erga me, ſive erga hæredes meos, ſive quemcunq; alium, quatuor acras & dimidium in In-

Inſulâ

ſulâ quæ vocatur *Deneia*; in eminentiori *viz.* loco, propter aquarum inundationes, & in competentiori ad Eccleſiam & ædificia ſua conſtruenda, ad ortos & virgulta facienda; ut ab illâ Inſulâ, propter aquarum, ut dictum eſt, incommoda, ad hanc Inſulam commodiorem manſionem tranſferant; remanente tamen ad uſus illorum prædictâ Inſulâ, *viz. Elmeneiâ*, cum terrâ quam *Henricus* pater meus dedit illis in villâ **Beche**, id eſt *vi.* acras, duabus in quolibet Campo, & uno curtilagio: Et hoc feci aſſenſu uxoris meæ, & fratrum meorum & hæredum meorum. Prænominati verò *Reginaldus* Monachus & fratres ſui, volentes neceſſitatibus meis ſubvenire, dederunt mihi de ſubſtantiâ Eccleſiæ ſuæ, invicem beneficii, duas marcas argenti & dimidium, & *xii.* denarios. Volo igitur ut iſta donatio mea firma & ſtabilis permaneat ad honorem Dei & ſanctorum ſupradictorum & præfatorum fratrum commoditatem & pacem; & meam, meorumq; omnium ſalutem. Teſtibus &c.

PAG. 528. col. 2.

Ex Collect. *Rob. Glover*, nuper **Somerſet** Heraldi.

Conceſſio Manerii de **Eton** *Abb. de* **Godeſtowe**, *per* Regin. *filium Comitis* Herefordiæ.

EPiſcopo *Lincolniæ*, & omnibus S. Dei Eccleſiæ fidelibus (&c.) *Reginaldus* filius *Rogeri* Comitis *Herefordiæ*, & *Emelina* uxor ſua, in Chriſto ſalutem. Univerſitati veſtræ notum ſit, me *Reginaldum* prædicti Comitis filium, & uxorem meam *Emelinam*; necnon filios & filias meas; *Willielmum ſcil. Reginaldum* & *Hamelinum*; nec non *Agnetem* & *Julianam*, dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſynam, Sanctimonialibus de **Godeſtow**, *Eatonam* Manerium meum, de primo dominio noſtro, pro ſalute noſtrâ & remedio peccatorum meorum; necnon pro animâ *Henrici* Regis (&c.) & quod teneant & habeant illud benè & in pace (&c.) ſicut nos meliùs illud habuimus, dum in manu noſtrâ fuit, tempore Regis *Henrici*, & poſtea Regis *Stephani* (&c.) Teſtes *Ricardus* de *Canvilla*, *Hugo* de *Berneriis*, *Rogerus Briton* milites Regis (&c.)

Carta Reginaldi *de* Baelun, *de prædicto Manerio de* **Eton**.

NOtum ſit omnibus, me *Reginaldum* de *Baelun*, *Reginaldi* filii Comitis filium, & *Emelinæ* de *Baelun*, conceſſiſſe & confirmâſſe illam donationem, quam pater meus, & mater mea fecerunt de Manerio ſuo, *ſcil. Eatona* Sanctimonialibus in **Godeſtow** in perpetuam elemoſynam. Quare concedo & opto, quatenus prædictæ Moniales teneant & habeant præfatum Manerium, benè & in pace, ſicut *Reginaldus* pater meus meliùs tenuit, dum in manu ſuâ fuit, & ſicut *Hamelinus* de *Baelun* avus meus meliùs & liberiùs in vitâ ſuâ tenuit. Hiis teſtibus, *Hugone Brit*, *Hamelino* de *Baelun* (&c.)

Carta Oſberti *filii* Hugonis, *de una ſalinâ in* Wichiâ.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Oſbertus* filius *Hugonis*, dedi & conceſſi Sanctimonialibus de **Godeſtowe**, ſalinam unam in *Wichiâ*, quæ appellatur Vacca, pertinentem ad Manerium meum de **Wichebalt**, pro petitione domini *Walteri* de *Clifford*, & pro ſalute animæ uxoris ſuæ *Margaretæ*, & animæ filiæ ſuæ *Roſamundæ*, quarum corpora ibidem requieſcunt, & pro ſalute animæ meæ (&c.) Hæc donatio facta eſt aſſenſu domini Regis *Henrici*, & conceſſu *Hugonis* fratris mei. Hiis teſtibus, *Waltero* de *Clifford*, *Ricardo* filio ſuo, & *Lucia* filiâ ſuâ, *Willielmo* de *Hetona* (&c.)

Carta Iſabellæ *de* Clare, *donationem* Matildæ *Comitiſſæ de* **Clare**, *confirmans*.

OMnibus Chriſti fidelibus (&c.) *Iſabella* de *Clare*, domina de **Berklee**, ſalutem. Inſpexi Cartam *Matildæ* Comitiſſæ de **Clare** factam Monialibus de **Godeſtowe** in hiis verbis; Sciant præſentes & futuri, quod ego *Matildis* Comitiſſa de **Clare**, filia *Jacobi* de *Sancto Hillario*, dedi in perpetuam elemoſynam, pro animabus patris & matris meæ, & pro animâ Domini mei *Rogeri* Comitis de **Clare**, Sanctimonialibus de **Godeſtow** unam marcam argenti (&c.) Hii, ſunt teſtes, *Johannes* de *Clare*, *Robertus* de *Braybroke*, & alii. Quam quidem Cartam confirmamus & ratificamus prædictis Monialibus & ſucceſſoribus ſuis, ad totam vitam noſtram in formâ ſupradictâ. In cujus rei teſtimonium huic Scripto Sigillum meum eſt appenſum. Data apud **Schipton**, (&c.) anno Reginæ Regis *Edwardi*, poſt conqueſtum tertii, ſecundo.

Carta Walteri *de* Clifford, *de molendino de Frantonâ, & ſalina in* Wichiâ.

Ex præfatis Collect. *Rob. Glover* [Miſcel. lib. 1.] f. 143. b.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Walterus* de *Clifford* conceſſi & dedi, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus uxoris meæ *Margaretæ* de *Clifford*, & filiæ noſtræ *Roſamundæ*, & cæterorum amicorum & prædeceſſorum meorum, Eccleſiæ de *Godeſtowe*, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, molendinum de *Frantona*, cum omnibus pertinentiis, & quoddam pratellum ſub molendino jacens, quod vocatur **Lechtun**, in perpetuam elemoſinam, liberè & quietè ab omni exactione, Salvâ molturâ meâ, de domo meâ propriâ quæ quieta ſit mihi & hæredibus meis de Tolneio. Et ſalinam meam in *Wichia* cum omnibus pertinentiis ſuis, prædictæ domui conceſſi & dedi in perpetuam elemoſynam, perpetuo tenendam, tam liberè & quietè, ſicut ego unquam meliùs tenui. Donationem iſtam, ſicut prædictum eſt, feci, conſenſu & aſſenſu Domini Regis, & hæredum meorum. Et ego *Walterus* de *Clifford* junior, filius & hæres prædicti *Walteri*, qui hanc donationem fecit, illum, ſicut ipſe conceſſit & dedit, ſic ego conceſſi, & imperpetuum Sigillo meo confirmavi. Hujus donationis & conceſſionis ſunt teſtes, *Oſbertus* filius *Hugonis*, *Hugo* de *Sey*, *Ric.* de *Clifford*, *Will.* frater ejus, *Ric.* de *Kareſi*, *Will. Charbunell*, &c.

autogr.
bibl,
tton.

Carta Simonis Wadelliæ, *de medietate Eccleſiæ de* **Patiſhille**.

OMnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ Rectoribus & prælatis, tam præſentibus, quàm futuris, *Simon Wadellie* ſalutem. Notum ſit vobis omnibus, me, faventibus hæredibus meis, dediſſe & conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ*, & S. *Johannis Bapt.* de **Godeſtowe**, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam elemoſinam, mediam partem Eccleſiæ **Pateſhille**, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervicio, pro redemptione animæ meæ, & uxoris meæ, & anteceſſorum meorum, cum duabus filiabus meis *Mariâ* & *Ceciliâ*, quas prædictæ Sanctimoniales in ſervitio Dei ſuſceperunt: Et indè teſtis eſt *Walterus* de *Wadelliâ* hæres meus, & alii, *Stephanus* de *Leugâ*, *Hugo* Dapifer, *Rog.* Sacerdos, & fratres de Templo Domini *Jeruſalem*, *Paganus* de *Mundiſder*; *Hoſte* de S. *Odmero*, *Oſbertus* de *Gloec*.

PAG. 529 col. 1.

ipſo au-
g. pe-
s Magi-
rum &
ios Col-
gii S.
h. Bapt.
ntab.

Carta Abbatis & Conventus Coleceſtriæ *de Eccleſiâ de* **Hecham**,

NOtum ſit omnibus præſentibus & futuris, quod *Hugo* Abbas, & Conventus Monachorum S. *Johannis Baptiſtæ* de *Coleceſt.* conceſſerunt & quietam clamaverunt Eccleſiam de **Hecham**, cum omnibus ſuis pertinentiis, Conventui Monialium de **Lillechirche*** inſtituto imperpetuum illis & ſuis ſucceſſoribus tenendam, liberè & abſq; calumpniâ, per eſcambium ſuſceptum pro ipſâ Eccleſiâ, in Centum ſolidatis terræ; *viz.* *Dunilanda*, cum omnibus ſuis pertinentiis imperpetuum poſſidenda à prædictis Monachis, & eorum ſucceſſoribus, ita liberè & quietè, abſq; omni terreno ſervicio, ſicut prædictam Eccleſiam ſuam tenuerunt; *Henrico* etiam de *Merch*, cujus fuerat *Dunilanda*, concedente ipſum eſcambium, & Monachis Clamante perpetuò quietam omnem calumpniam de *Dunilanda*, & de omnibus ejus pertinentiis, de ſe & de omnibus ſuis, & indè faciente ſuam ſubſcriptionem. Hoc eſcambium factum eſt inſtantiâ Reginæ *Matildis*, gratiâ filiæ ſuæ *Mariæ*, Deo ſacratæ; volentibus & confirmantibus illud Rege *Steph.*, & filio ejus Comite *Euſtachio*; qui etiam pro arbitrio Reginæ pacaverunt *Henricum* de *Merch* de redditibus tranſmarinis, ad ſuam voluntatem pro *Dunilanda*: Et redditam ab eo coram Baronibus *Dunilandam*, tradiderunt pariter Abbati & Monachis *Coleceſtriæ*, in perpetuum warantizandum eis, de ſe ac de ſuis ſucceſſoribus. Teſtes fuerunt *Teobaldus* Dei gratiâ *Cantuar.* Archiepiſcopus, *R.* Epiſcopus *Linc.* *Ricardus* Epiſcopus *Lundonienſis*, *Walterus* Epiſcopus *Roſenſis*, *Will. Martell*, *Ric.* de *Luci*, *Fulco* de *Oilli*, *Warnerius* de *Luſoris*, *Alexander* de *Salchovilla* Clericus.

* in Cantio.

Ratificatio Walteri *Epiſcopi* Roſenſis, *ſuper quieta clamatione facta per Abbatem & Conv.* Coleceſtriæ *in Eccleſia de* **Lillechurche**

Ibid.

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit *G.* divinâ miſeratione *Roſenſis* Eccleſiæ miniſter ſalutem. Ad univerſitatis veſtræ noticiam volumus pervenire, nos inſpexiſſe Cartam bonæ memoriæ prædeceſſoris noſtri *Walteri*, ſub hac formâ. *Walterus* Dei gratiâ, *Roſenſis* Epiſcopus, omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem: Notum ſit univerſitati veſtræ, quod *Hugo* Abbas S. *Joh. Bapt.* de *Colceſtria*, & plures Monachi ſui, qui ex parte totius Capituli ejuſdem Monaſterii, ſe eſſe miſſos, teſtati ſunt, in noſtram venientes præſentiam, Eccleſiam de **Lillechirche**, liberam & abſolutam ſine omni calumpniâ refutaverunt; & in manibus noſtris, coram pluribus Clericis & Laicis, ſine omni reclamatione & fatigatione quietam reddiderunt: Et ad majorem certitudinem dimiſſionis & refutationis habendæ & credendæ, literas ſuas utroq; Sigillo, *viz.* ipſius Abbatis & totius Capituli de **Coleceſtre**, munitas ſuſcepimus: quarum auctoritate, quod nobis dixerant magis ratum habuimus. Et quoniam ad noſtrum pertinet officium Eccleſiis paſtorali cura deſtitutis providere, & ad eas perſonas idoneas eligere; nos tam pietatis intuitu, quàm caritatis affectu, præfatam Eccleſiam dedimus, & in elemoſinam conceſſimus *Mariæ* filiæ *Steph.* Regis, & Sanctimonialibus ſuis apud **Lillecherche** Deo ſervientibus, cum omnibus pertinentiis ad prædictam Eccleſiam jure pertinentibus; Habendam & tenendam, & pleno jure poſſidendam, ſicut unquam aliquis anteceſſorum ſuorum meliùs & liberiùs & honorabiliùs aliquo tempore eam tenuit. Ut autem hæc donatio noſtra, tam Canonicè facta, futuris temporibus ſtabilis & inconcuſſa permaneat, eam præſentis ſcripti munimine confirmamus & corroboramus. Hiis teſtibus, &c. Nos igitur volentes donationem ipſam, ſicut eſt rationabiliter factam, firmam & inconvulſam permanere, eam præſenti ſcripto, & Sigilli noſtri teſtimonio duximus roborandam: Nichilominus etiam & Vicariam ipſius Eccleſiæ ſic ordinavimus, de aſſenſu & voluntate *Ampheliſæ*, tunc Prioriſſæ, & Monialium ejuſdem loci; *viz.* quod Ca-

Ordinatio Vicariæ de **Lilchurch**

pellanus miniſtrans in Eccleſiâ ipſâ Parochiali, habebit omnes obventiones Altaris, exceptis viginti quatuor Candelis, quas Moniales percipient in die *Purificationis* beatæ *Mariæ*, de pulcrioribus illius diei. Similiter habebit omnia legata facta, tam ipſi quàm Eccleſiæ, exceptis Equo, Bove, & Vacca, quos Prioriſſa & Moniales percipient, ſi fuerint ipſi Eccleſiæ legati. Habebit etiam omnes minutas decimas de Parochia provenientes, exceptis minutis decimis, provenientibus de Curia ipſarum Monialium, & de nutrimentis animalium eorundem; & excepta decima lanæ proveniente de Parochia. Habebit etiam annuatim ſex ſummas bladi de ipſis Monialibus; *viz.* duas de frumento, duas de ordeo, & duas de avena; quarum duæ ſolventur ad feſtum S. *Michaelis*, duæ ad *Natale*, & duæ ad *Paſcha*: habebit etiam foragium & herbam ad unum Equum. Ipſe etiam ſuſtinebit onus Clericorum neceſſariorum ad miniſterium ipſius Eccleſiæ; quorum unus ſingulis diebus intereſſe debet majori Miſſæ, coram ipſis Monialibus. Prioriſſa autem ſolvet Synodalia, & ſuſtinebit alia onera Epiſcopalia; ſalvo in omnibus jure Epiſcopali Epiſcopo *Roſenſi*. Et ut hæc noſtra ordinatio ſimiliter perpetuæ firmitatis robur optineat, eam præſenti Cartâ communivimus. Hiis teſtibus, *W.* Archidiacono *Roſenſi*, Magiſtro *R.* de *Lenham*, Magiſtro *Egidio*, *Ada* de *Rigingeham*, *Johanne* de *Glanville*, *W. Medico*, *Radulfo* Capellano, *Adam* de *Bromle*, *Hugone Stuteville*, & multis aliis.

Ibid. *Indulgentia* Alexandri Papæ, *contributoribus reparationis Eccleſiæ de* **Hegham**.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, per *Gantuarienſem*, *Roſſenſem*, & *Londonienſem* Civitates, & dioceſes conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quoniam, ut ait Apoſtolus, *omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum*; oportet nos diem meſſionis extremæ, miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis, firmam ſpem, fiduciamq; tenentes; quoniam qui parce ſeminat, parce & metet; & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam, cum igitur ſicut dilectæ in Chriſto filiæ Prioriſſa & Conventus Monaſterii beatæ *Mariæ* de **Hegham**, Ordinis S. *Benedicti* *Roffenſis* dioceſis nobis ſignificare curarent, eædem Eccleſiam ipſius Monaſterii de novo reparare inceperunt, opere ſumptuoſo; & ad reparationem ipſius Eccleſiæ eis propriæ non ſuppetunt facultates, univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamus in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum, injungentes, quatinus de bonis vobis à Deo collatis, pias eis elemoſinas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram, prædictum opus valeat conſummari, & nos per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante, feceritis ad æternæ poſſitis fælicitatis gaudia pervenire. Nos enim, de omnipotentis Dei miſericordiâ, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui eis propter hoc manum porrexerint adjutricem, *xl.* dies de injunctâ ſibi pœnitentiâ miſericorditer relaxamus, præſentibus poſt quinquennium minime valituris, quas mitti per queſtuarios diſtrictiùs inhibemus eas, ſi ſecùs actum fuerit, carere viribus decernentes. Dat. *Viterbii* *v.* Idus *Julii* Pontificatus noſtri anno quarto.

In dorſo hujus Bullæ, ſic ſcribitur.

Bulla pro renovatione de **Lillechirche**.

Pag. 534. col. 1.

Carta A. *de* Brintone *de totâ terrâ ſua in villâ de* **Kyngtone**. Ex Regiſt. de Kyngton penes *Joh. Aubrey* de Eſton *Piers*, in agro *Wilton.* Arm.

Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *A.* de *Britone* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Sanctimonialibus de **Kyngton**, totam terram meam de eadem villâ, quam ipſæ Sanctimoniales de me tenent in puram & perpetuam elemoſynam, liberam & quietam ab omni demandâ & ſeculari ſervicio; & hoc facio pro ſalute animæ meæ & Patris & Matris meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum: Et ego & hæredes mei totam prædictam terram, cum omnibus pertinentiis ſuis, prædictis Sanctimonialibus warantizare deberemus & acquietare de regali ſervicio; nominatim de tertiâ parte ſervicii unius militis, quam michi facere ſolebant, de omnibus querelis & demandis contra omnes gentes. Et ut hæc mea donatio & conceſſio imperpetuum perſeveret, præſenti ſcripto Sigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, *Ricardo* Canonico *Sarum*, *Waltero* Capellano, & *H. Bigod*, *Roberto* de *Brolett*, *Alexandro* filio ejus, & *Rogero* de *Pottemora*, & multis aliis.

Carta H. *de* Mortuomari *de tota terrâ, quam* A. *de* Brintone *tenuit de feodo ſuo in* **Kyngton**. Ibid.

H. de *Mortuomari* omnibus Baronibus ſuis, & hominibus, *Francis* & *Anglicis*, de *Anglia* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ* & Sanctimonialibus de *Kyngtona*, Deo ſervientibus in perpetuam elemoſynam, pro ſalute animæ meæ, & Patris & Matris meæ, & *Rogeri* fratris mei, terram quam *A.* de *Brintone* tenet de feodo meo in eadem villâ; eo concedente & Cartâ ſuâ confirmante, quam *R.* filius *Weyferi* de *Brinton* eis dedit, & locum conſtituit. Quare volo & firmiter præcipio, ut ſint quietæ de omnibus quærelis, quæ michi pertinent de tanto feodo; *ſcil.* de relevatione, de wardis & auxiliis, & de omnibus actionibus. Teſtibus, *R.* Capellano, & *R.* de *Brintone*, & *W. Rudele*, & *Alurico* Camerario, & multis aliis.

Ib. b. *Carta* Rogeri *de* Mortuomari, *de tota decima domus ſua.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Rogerus* de *Mortuomari*, pro ſalute animæ meæ, & Dominæ *Iſabellæ* uxoris meæ; & pro ſalute parentum noſtrorum & ſucceſſorum, conceſſi & dedi, in puram & perpetuam elemoſynam Deo & S. *Mariæ* de *Kyngtona*, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, totam Decimam domus meæ, de pane & allece, de **Biſelee**, de **Stratfeld**, & de **Worthe**: Et prohibeo, ne aliquis hæredum meorum iſtam præfatam elemoſynam impedire, vel retinere præſumat. Hanc autem donationem meam hac Cartâ meâ, Sigillo meo munitam, confirmavi. Hiis teſtibus, *Philippo* de *Mortuomari*, *Willielmo* de *Mortuomari*, *Henrico* de *Hilleford*, *Radulfo* Capellano, *Thoma* Clerico, *Roberto Corbet*, *Ernaldo* de *Boſco*, *Hankino* de *Camera*, *Radulfo* de *Gueres*, & multis aliis.

Ib. f. 2. a. *Carta* Petronillæ Bluet *de tota terra ſua de* Bradleyâ.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Petronilla Bluet*, uxor *Willielmi* de *Felcham*, pietatis intuitu, dedi & conceſſi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Kington**, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus, totam terram meam de *Bradleia*, in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, & in omnibus locis, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, in liberam & puram & perpetuam elemoſynam; tenendam ita liberè, & quietè, ſicuti ego ipſa ea tenui de *Tho.* filio *Willielmi* de *Salemonvill*; *ſcilicet* reddendo ei indè annuatim quinq; ſolidos pro omni ſervicio, & quærelâ & conſuetudine & exactione, & demandâ, ſalvo ſervicio Domini Regis, quantum pertinet ad duas partes feodi unius militis. Et quia emi terram illam de prædicto *Thoma* & hæredibus ſuis jure hæreditario tenendam, pro animâ meâ, & animabus anteceſſorum meorum, Deum, & Eccleſiam beatæ *Mariæ* de **Kyngtone**, & prædictas Moniales ibidem Deo ſervientes, de hac eadem prædictâ terrâ, de præfato *Thoma* & hæredibus ſuis, liberè & quietè per prædictum ſervicium tenenda, hæredes meos feci. Et, ut hæc mea donatio & conceſſio rata & illibata & inconcuſſa perſeveret in poſterum, præſentis ea Cartæ meæ munimine, & Sigilli mei impreſſione confirmavi. Hiis teſtibus, *Radulpho Bloet*, *Radulpho* filio ejus; *Radulpho Bloet* filio *Walteri Bloet*, *Ricardo* de *Herierd*, *Roberto* filio *Pagani*, *Rogero* filio ejus, *Willielmo Briwere*, *Petro* de *Scudamore*, *Roberto* de *Berkeleya*, *Johanne* de *Warra*, *Helya* de *Stodleya*, *Gilberto* Capellano, *Roberto* Capellano, *Waltero* Clerico, qui hanc Cartam fecit, & aliis.

Carta Ricardi Heriet, *de Eccleſia de* **Somerford**. Ib. f. 5. a.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Ricardus* de *Heriet*, divinæ pietatis intuitu & hæredum meorum, dedi & conceſſi, quantum ad patronum pertinet, in præſentiâ Domini *Herberti Sarum* Epiſcopi, & *Willielmi* de S. *Mariæ Eccleſia* Archidiaconi *Wiltonienſis*, Deo & S. *Mariæ* & Eccleſiæ de **Kington**, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Somerford**, in puram & perpetuam elemoſynam: habendam liberè & quietè, cum omnibus pertinentiis ſuis, pro ſalute animæ meæ, & patris & matris meæ, & pro animâ uxoris meæ *Ela* & liberorum ſuorum. Et ut hæc donatio rata & inconcuſſa imperpetuum permaneat, præſens ſcriptum Sigilli mei appoſitione, firmiter & fideliter roboravi. Teſtibus, (&c.)

Carta Alexandri de *Stodleye*, *de grangiis de* **Stodleye** *&* **Cadeham**: *necnon de Decimis de* **Stodleye**, **Redmor** *&* **Cadeham**. Ib. f. 10. a.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Alexander* de *Stodleye*, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & domui de *Kyngton*, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus, pro animâ meâ, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorũ, in puram & perpetuam elemoſynam, grangiam quam eædem Moniales levaverunt in bertoniâ meâ de *Stodleya*; & locum ubi fundata eſt illa grangia, cum pertinentiis, & cum libero egreſſu & ingreſſu; & in bertoniâ meâ de **Cadeham** unum locum ad conſtruendum aliam grangiam, cum libero ingreſſu & egreſſu, & aliis pertinentiis; *Videlicet* inter grangiam meam & *Wihtmere*. Conceſſi etiam, pro me & hæredibus meis & confirmavi dictis Monialibus, ut omnes decimas meas, tam de **Stodleye**, quam de **Redmore** & de **Cadenham**, ad hoſtia grangiarum mearum recipiant: Et ut habeant arcam ſuam in molendino meo, ad decimam recipiendam: habenda & tenenda dictæ domui & dictis Monialibus imperpetuum, de me & hæredibus meis liberè, quietè, & in pace, ab omnibus ſerviciis & ſecularibus exactionibus. Et ego *Alexander* & hæredes mei warantizabimus prædictæ domui de **Kyngtone**, & prædictis Monialibus in eâ, Deo ſervientibus, omnia prædicta, ſicut noſtram puram & perpetuam elemoſynam imperpetuum, contra omnes mortales. Et quia volo, quod hæc mea donatio & conceſſio & confirmatio in perpetuas æternitates robur optineant, præſentem Cartam Sigillo meo confirmavi. Hiis teſtibus, Domino *Johanne* de S. *Quintino*, Magiſtro *Henrico* de *Corne*, *Adâ* de *la Mare*, *Thoma Burel*, *Henrico Keynel*, & aliis.

Ib. f.17.a. *Carta* Willielmi *de* Harpetre *de ſecundis Decimis frugum ſuarum in* Stures *&* Sanford..

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus* filius *Johannis* de *Harpetre*, conſilio & aſſenſu *Matildis* uxoris meæ & hæredum meorum, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Kyngton, & Monialibus ibidem Deo & beatæ *Mariæ* ſervientibus, pro animâ meâ, & pro animâ *Matildis* uxoris meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, ſecundas Decimas frugum mearum de Stures & de Sanford; & Decimas carnis meæ non emptæ in prædictis terris, in puram & perpetuam & liberam elemoſynam percipiendas & habendas, & imperpetuum poſſidendas, de me & de hæredibus meis liberè & quietè & inconcuſsè, & abſq; omni impedimento. Et ut hæc donatio mea & elemoſyna rata & ſtabilis imperpetuum permaneat, illam præſenti Cartâ meâ, & Sigilli mei impreſſione corroboravi. Hiis teſtibus, *Ricardo* Abbate de Kayneſham, *Willielmo* Abbate de Kyngeſwode & aliis,

Ib.f. 17.b. *Carta* Rogerii *de* Villiers, *de ſecundis Decimis ſuis bladi in* Stures *&* Sanford; *& de Decimis carnis ſuæ, non emptæ.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Rogerius* de *Villiers*, pro Deo & caritatis intuitu; & pro animâ meâ, & pro animabus anteceſſorum meorum, conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Kyngton, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus, ſecundas decimas meas bladi de Dominio terrarum mearum; *ſcil.* de Stures & de Sandford, & decimas carnis meæ non emptæ, in puram & perpetuam elemoſynam, de quibus placitum motum fuit inter me & prædictas Moniales, coram judicibus à ſede Apoſtolicâ delegatis, *ſcilicet Alberto* Priore *Brhuperiæ*, & Decano Chriſtianitatis ejuſdem Provinciæ; percipiendas & habendas de me & de hæredibus meis, liberè, quietè, integrè & inconcuſſè abſq; omni impedimento, prout *Ricardus* de *Oreſcuil*, filius *Heliæ Oreſcuil*, avunculus meus, eis dedit & conceſſit, & Cartâ ſuâ confirmavit. Ut autem hæc confirmatio mea & conceſſio rata & ſtabilis imperpetuum perſeveret, præſens ſcriptum Sigilli mei munimine confirmavi. Teſtibus, &c.

Ibid. *Carta* Roberti *de* Bryntone *de Eccleſiâ de* Iwernâ.

JOceo, *Sarum* Epiſcopo, *Adelelmo* Archidiacono de *Dorſeta*, *Robertus* de *Bryntone* ſalutem. Sciatis me & *Evam* uxorem meam, pro ſalute animæ noſtræ, & patrum atq; matrum noſtrarum, & benefactorum noſtrorum, dediſſe & conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Kyngtone, & Sanctimonialibus ejuſdem Eccleſiæ, Eccleſiam de *Iwernâ* in elemoſynam in æternum, cum *Emmâ*; & quicquid juris in eadem Eccleſiâ de *Iwernâ* ad nos ſpectabat, cum omnibus pertinentiis & libertatibus, quas *Aluricus* ſacerdos habuit. Teſtibus, *Ricardo* Canonico, *Roberto* de *Huntilandâ*, *Ricardo* filio *Colomanni*, *Roberto* de *Acfordiâ*, *Wygero*, *Roberto* de *Portâ*, & toto alimoto. Valete.

Carta Willielmi Malreward, *de Eccleſia de* Twyvertone. Ib.f.25.a.

SCiat ætas præſens & Poſteritas, quod ego *Willielmus Malreward*, per voluntatem hæredum meorum conceſſi, & in perpetuam elemoſynam donavi Eccleſiam de Twyverton, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberam & quietam ab omnibus ſervitiis, pro animâ meâ, & animabus patris & matris meæ, Monaſterio de Kyngtone, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus: ſalvo quidem in omnibus jure Epiſcopali. Hiis teſtibus ſubſcriptis, *Thoma* de *Erlega* Archidiacono *Wellenſi*; *Ricardo* Archidiacono *Bathoniæ*; *Ilberto* præcentore *Wellenſi*.

Carta Galfridi Malreward *donationem* Willielmi *attavi ſui confirmans.* Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Galfridus Malreward*, filius *Galfridi Malreward* ſalutem in Domino. Ad univerſitatis veſtræ notitiam deſidero pervenire, me inſpexiſſe Cartas *Willielmi Malreward* atthavi mei, & *Galfridi* avi mei, quas fecerunt Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de Kyngtone, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, ſuper advocatione Eccleſiæ de Twyvertone. Quia igitur pia & honeſta facta prædeceſſorum meorum, caritatis intuitu confirmare teneor & acceptare, ... prædictis donationem Eccleſiæ prædictæ, dictis Monialibus factam per prædeceſſores meos prædictos, ratam habeo, gratam & acceptam. Totum jus etiam quod in advocatione prædictæ Eccleſiæ habui, vel habere potui, pro me & hæredibus meis prædictis Monialibus, in puram & perpetuam elemoſynam, inſtinctu divino conceſſi, & quantum ad hæredem pertinet, confirmavi. Hiis teſtibus, *Johanne* tunc Abbate de Keynſham, Magiſtro *Henrico* de *Cerne*, &c.

Carta Jocei Sarum *Epiſcopi, donationem Eccleſiæ de* Lazartone *per* Rob. *de* Brintone *factam, confirmans.* Ib.f.26.b.

J. Dei gratiâ *Sarum* Eccleſiæ Epiſcopus, *A.* Archidiacono de Dorſete ſalutem: Sciatis me conceſſiſſe & Cartâ meâ confirmâſſe Eccleſiam de Lazartone Sanctimonialibus de Kyngtone, quam *Robertus* de *Brintonâ* & uxor ejus *Eva* dederunt eis in perpetuam elemoſynam, cum *Emmâ* ſorore *Evæ*: Et quia pauper eſt, volo ut ſit quieta ab omnibus querelis, quæ ad me pertinent, exceptis Synodalibus. Teſtibus, *Humfrido* Canonico, *Waltero* Canonico, *Duncano* Capellano.

Carta

Ib.f.29.a.

Carta Roberti Burnell Bathon : *&* Wellen : *Epiſcopi de advocatione Eccleſiæ de* **Lyngtone** *S*. Michaelis.

SCiant præſentes & futuri, quod nos *Robertus Burnel*, permiſſione divinâ *Bathonienſis* & *Wellenſis* Epiſcopus, aſſenſu & conſenſu Capitulorum noſtrorum *Bathon.* & *Wellen.* dedimus, conceſſimus, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Lyngtone** *Monialium*; ac *Clariciæ* Prioriſſæ & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, unam acram terræ in **Lyngtone** S. *Michaelis*, quæ jacet in campo orientali, & terram *Ricardi* Carpentarii ex parte occidentali, unà cum advocatione & jure patronatus Eccleſiæ de **Lyngtone** S. *Michaelis*, quæ ad nos & ad præſentationem noſtram & prædeceſſorum noſtrorum de jure ſpectabant & pertinere ſolebant. Habendum & tenendum prædictam acram, cum pertinentiis, & cum advocatione & jure patronatus Eccleſiæ de **Lyngtone** S. *Michaelis* prædictæ, ſupradictis *Clariciæ* Prioriſſæ, & Sanctimonialibus de **Lyngtone** Monialium ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, liberè, quietè, integrè, & ab omni ſervicio ſeculari penitùs purè & abſolute, ac bene & in pace imperpetuum, (&c.) Hiis teſtibus, dominis *Johanne* de la *Mare*, *Galfrido* de *Wroxhale*, *Henrico* de *Cerne*, *Johanne Maudut* militibus; *Ricardo Pigot*, *Rogero* de *Combâ*, *Reginaldo Croke*, & aliis.

PAG. 544. col. 2.

De tranſlatione Canonicorum de **Holand** *in Monachos Ord. S.* Benedicti.

Ex codice MS. [libro Albo. *Lich.* Eccl.Cath. nuncupato] f. 174. a.

REverendo Patri ſuo in Chriſto, Domino *Waltero* Dei gratiâ *Coventriæ* & *Lich.* Epiſcopo, ſuus humilis & devotus filius *Robortus* de *Holand* miles, patronus Eccleſiæ ſeu Capellæ Collegiatæ S. *Thomæ* Martyris de **Holand**, veſtræ dioceſis, ſalutem, obedientiam cum honore debito tanto Patri. Licet olim in Eccleſiâ ſeu Capellâ prædictà, fuiſſent Canonici ſeculares ad Deo famulandum conſtituti, quibus certos redditus ad eorem ſuſtentationem aſſignâſſem & donâſsem: putans tamen veriſimiliter, quod dictus locus, inſpectâ ejus ferocitate magis ſit conveniens viris religioſis, quàm ſecularibus, quod magis ſedet in augmentum cultus divini; præſertim, cum Canonici loci prædicti, paucis temporibus concordes, locum memoratum, à diu eſt, temere deſeruerant, quod ibidem Monachos Ordinis S. *Benedicti*, nigrum habitum gerentes, præficere licitè poſſit & conſtituere, juris tam patronatus michi & ſucceſſoribus meis ſemper ſalvo. Et quod cedente vel decedente Priore loci prædicti, liceat Conventui ejuſdem loci, tres ydoneos eligere, quorum alter per me vel ſucceſſores meos, juxta electionem dicti Conventus, dictus ſeu approbatus, & loci dioceſano præſentatus, præficiatur in Priorem, expreſſe aſſencio per præſentes. In cujus rei teſtimonium Sigillum meum præſentibus eſt appenſum. Data apud **Pontefract**, die purificatiouis beatæ Virginis, Anno Domini *MCCCxviii.*

COENOBIUM de Colcheſter
in Comitatu *Eſſexiæ.*

MS. co- x inbi- theca niana. b effigie onis. D.] ad cal- m. a

Hiſtoria fundationis ejuſdem.

REx *Willielmus* junior Civitatem *Coleceſtriæ*, cum ſuis pertinentiis, tradidit ſervandam *Eudoni*, qui erat *Major domus Regiæ*, quem nos vulgariter *Seneſcallum* vel *Dapiferum* vocamus. Fecit autem hoc, civium *Coleceſtrenſium* poſtulatione, qui hoc ab eo impetravere grandi exenio, tam victualium quam impendiorum trans mare delato. Acceperat autem *Eudo* hunc honorem ab *Willielmo* ſeniore, pro ſui Patris ſuaq; in regalem familiam devotione. Pater verò ejus erat *Hubertus* de *Riâ*, qui internuntius & ſequeſter inter ducem *Normanniæ* & Regem *Angliæ* extiterat. Siquidem Rex *Edwardus* ægrotans, cum eo maxime cruciaretur, quòd in ſe regium genus deficere videret: per quendam *Goſcelinum Wyntonienſem* negotiatorem, qui ſolitus erat, cum mercibus longinquas adire terras, mandavit *Willielmo Normanniæ* duci, ut ſibi aliquem dirigeret à ſuo latere, cui tutò committeret quæq; vellet mandata. Quo nuntio accepto, factoq; magno procerum Conventu; dum ſinguli citantur, dum omnes recuſant, barbaram expetere gentem, propter illa quæ audierant facta, apud *Geldefordiam*, ſolùm *Hubertum* dux invenit, qui ſe diceret ſpontanea hac legatione functurum. Itaq; ab omnibus laudatus, à duce muneratus, profectus eſt cum grandi apparatu, cum pompâ magnâ, equis phaleratis & fremitu terribilibus; hominibus ſerico indutis, & colore veſtium ſpectabilibus. Ad regem veniens honorificè ſuſcipitur, & ei primæ in *Anglia* ſuæ manſionis villa, quæ Eſce dicitur, perpetuò poſſidenda conceditur.

Peracto colloquio, & mandatis acceptis, reverſus ad ducem, detulit inſignia quibus *Willielmus* declarabatur hæres *Edwardi* Regis *Anglorum*; ſpatam *ſcilicet*, cum capulo, in quo erant incluſæ Sanctorum reliquiæ; Cornu de auro venatorium, & caput ingens cervinum. Pro hiis etiam laudatus à duce, promiſſionem habuit Dapiferatus: Sed veniente *Willielmo* in *Angliam*, accipere ſibi regnum, quoniam à *Cenomanica* regione ſuſpicabatur tumultus, *Hubertus*, quia erat promptus manu, & conſilio bonus, miſſus eſt illic prætendere & ſervare pacem. Secuti ſunt autem ducem quatuor filii ejus; *Radulfus*, cui commiſſa eſt cuſtodia caſtelli & Comitatus *Notingehamiæ*, *Hubertus*, cui commiſſa eſt turris *Norwici*, poſt fugam *Radulfi* de *Waer*; & *Adam*, qui magnas poſſeſſiones habuit in *Cantia*. *Eudo* verò adhæſit ſervitio regali. Erat tunc temporis Major domus regiæ *Willielmus* filius *Osberni*, habens hunc honorem ex ſucceſſione procerum *Bretulienſium*. Is, cum quodam feſto die Regi carnem gruis ſemicrudæ, adeo ut ſanguis exprimeretur, appoſuiſſet, & à rege objurgatus; tandem licèt ſtomachans manum porrexiſſet, ictum ferientis Regis ſubjecta manu *Eudo* excepit, Nec ſine dolore, quoniam lachrimæ, licet invitè, prodiderunt. Itaq; iratus *Willielmus*, ceſſit ab officio, rogans ut illud *Eudoni* contraderetur: Ita tam pro ſui Patris merito, quàm pro ſuo officio, quam etiam *Willielmi* poſtulatione, Dapiferatus *Eudoni* traditur. Poſt hæc decumbente Rege *Willielmo* apud *Cadomum*, *Eudo*, arreptâ occaſione, ex paternâ conceſſione, *Willielmum* juniorem aggreditur, & ut negotio inſiſtat, hortatur. Inde in *Angliam* tranſvecti, appliciti *Worceſtriæ*, comparato ſibi favore *Willielmi* de *Ponte-arce*, claves theſauri *Wintoniæ* ſuſcipiunt, quarum idem *Willielmus* cuſtos erat. Deinde *Eudo* impiger, Caſtellum *Dobriæ* adiit, fideq; & Sacramento cuſtodes obligat, nemini niſi ſuo arbitrio claves munitionis tradituros. Hoc ipſum apud *Peveneſen*; hoc ipſum apud *Haſtingas* facit, cæteraq; maritima Caſtella, prætendens regem in *Normannia* moras facturum, & velle de omnibus munitionibus *Angliæ* ſecuritatem habere; per ſe *ſcilicet* qui Seneſcallus erat. Acceleratoq; negotio, *Wintoniam* redit; & tunc demùm regem obiiſſe propalat. Ita dum cæteri proceres de regni ſucceſſione tractant in *Normannia*, interim ſtudio & operâ *Eudonis*, *Willielmus* junior in regem eligitur, conſecratur, confirmatur in *Anglia*. Pro his omnibus non ingratè accepit idem Rex preces *Coleceſtrenſium*, qui ſe poſtulabant ſub *Eudonis* tuitione committi. Poſt hæc reverſus in *Angliam*, otio ſibi facto, *Coleceſtriam* adiit; cauſas cœpit inquirere, ſublevare gravatos, comprimere elatos, & in ſuis primordiis omnibus complacere. Terras damnatorum, exlegatorum, & pro culpis eliminatorum, dum nemo coleret, exigebantur tamen plenaliter fiſcalia; & hac de cauſâ populus valdè gravabatur. Has ergo terras *Eudo* ſibi vindicavit, ut pro his fiſco ſatisfaceret, & populum eatenus alleviaret.

Eſt igitur *Colceſtria* civitas in orientali parte *Brittaniæ* poſita; civitas vicina portui, ſitu ameno, fontibus undiq; ſcaturientibus irrigua; aere ſaluberrimo, Mœnibus firmiſſimis conſtructa; Civitas inter eminentiſſimas numeranda, ſi non vetuſtas, conflagrationes, eluviones, deniq; piratarum immiſſiones, variæq; caſuum afflictationes omnia civitatis memorialia deleviſſent. Traditur tamen *Helenam*, quondam imperii Matrem, ex hac Civitate natam & educatam; quæ quanti fuerit, vel eo conjicitur, quod *Conſtantius Conſtantini* magni genitor, triennio dicitur hanc obſediſſe; nec optinuiſſe, niſi tandem per *Helenæ* nuptias. Conjicitur etiam ex his, quæ de terrâ foſſores eruerunt; tam ferrum, quàm lapides, quàm æra ſignata, quàm ædificia ſub terrâ inventa. Juxta hanc civitatem erat à parte monticulus auſtrali; in cujus aquilonali declivo habebat *Siricus* Presbyter habitationem, & Eccleſiam ligneo tabulatu compactam, S. *Johanni* Evangeliſtæ devotam, in quâ, per obſcuras noctis tenebras, divina ſæpe viſa ſunt micare luminaria, & voces Deum laudantium auditæ, dum eſſet nemo intrinſecus. Cum etiam illud accidit ut quidam vir, qui juſſu Regis erat compeditus, & viciſſim alebatur à civibus, dum quodam die feſto Sancti *Johannis* adeſſet ibidem, cum multis ſubitò, dum Miſſa celebraretur, peſſulus boiarum ultra quartum vel quintum aſſiſtentium exilivit, & boiæ cum ſonitu fractæ ſunt, & homo ſolutus aſtitit. Hoc miraculo exultavit tota Civitas. Hac itaq; famâ, itemq; loci amœnitate delectatus *Eudo*, Cœnobium ibi ædificare decrevit; volebat enim & ſui memoriam parare, & ſuæ animæ ſuffragia æterna præparare. Accitus ad hæc *Lundonienſis* Epiſcopus *Mauritius* conſilium laudavit, promiſit opem, attulit ſuffragium. Itaq; anno Domini *MXCvi.* 1096. die quarto Kalendarum *Septembrium*, permenſum eſt ædificium, præſente eodem Epiſcopo, & appoſiti operarii. Anno verò ſequenti, poſt *Paſcha*, ipſemet primum lapidem miſit in ædificium; alterum *Roaſya* uxor ejus; tertium *Gilbertus* Comes, *Rohaiſæ* frater; & deinde alii prout ordo tulit.

Erat ipſo tempore *Hrofenſis* Epiſcopus *Gundulfus*, vir magnæ religionis, & famæ; Cui cum eſſet *Eudo* notus & familiaris, impetravit ab eo, ut ſibi Monachos deſtinaret, qui regularem vitam in Cœnobio novo exercere valerent. Miſſi duo ſunt primùm, qui ſtipendiis *Eudonis* alerentur, ſed viri deliciis aſſueti, & in hiis enutriti, cum ſæpe, ſi non fuiſſent ſaturati, murmurarent, extediati domum reverſi ſunt, & alii loco eorum miſſi; inter quos erat unus *Radulfus* nomine, religioſus vir & induſtrius. Is ſæpius inſtabat *Eudoni*; dicens, quod erat verum, non debere Monachos victum ſperare à laycis, nec eſſe quaſi præbendarios; ubi enim id deeſſet aliunde quæſituros; oportere magis, ut ſibi res



Eccleſiæ Cœnobialis
COLCESTRENSIS
in Agro Eſsexiano,
(Cœnobio nondum everſo)
delineatæ, & in quodam Codice
M.S. in Bibliotheca Cottoniana
repertæ, figura.



SAMVEL TVKE DE LAYERMARNEY, EX
Agro Essexiae Armiger, et Bello Civili pro Carolo I. Rege,
Tetrarchihilarchus, Cum post varia pericula Quæ a prima
Iuventute fortiter, nec Infeliciter, pro Patria, Aris et Focis pugnando tolerarat, nec non tandem, Memorabili
Obsidione Colcestria Perduellium Rabie inter cæteros
Heroas Neci adjudicatus fuit, et Divino favente Numine
liberatus, Hoc Coenobialis eiusdem Civitatis Templi
Ectypum in memoriam tanti beneficij, et gratitudinis
suae perennitati, Sacratum esse voluit.

res & redditus deſignarentur, quibus uti potuiſſent & ſuſtentari quaſq; ſuo arbitratu diſponerent. Hoc magis convenire, quàm ut laicorum degerent arbitratu. Graviter audiebat hæc *Eudo*, & graviùs accipiebat; nam & ſtatus ipſius tunc fluctuabat. Agebantur hæc in primordiis *Henrici* Regis, qui *Eudoni* ſuccenſebat inſimulato, quod magis cum fratre ejus *Roberto* ſenſiſſet; ſimulq;, quod ejus favorem nimis ægrè obtinuiſſet in tali articulo; Parcebatur tamen *Eudoni*, propter genus uxoris ipſius *Rohaiſæ*: Erat enim hæc de genere nobiliſſimo *Normannorum* filia; *ſcil. Richardi*, qui fuit filius *Gileberti* Comitis; duxitq; *Rohaiſam* uxorem, quæ erat ſoror *Willielmi Giffardi* Epiſcopi *Wintoniæ*: Itaq; cum fratres & propinqui junioris *Rohaſiæ* quoſlibet motus machinaturi putarentur, ſi contra maritum ipſius aliquid duriùs decerneretur; ſic factum eſt, ut interventu prædicti Epiſcopi, itemq; *Petri* de *Valoniis*, qui erat ſororius *Eudonis*, res in pace deducta eſt, & Rex *Eudonem* ſuſcepit in gratiam.

Inter has igitur turbelas, cum prædictus Monachus inſtaret, & *Eudo* ægrè delibaret; tandem eis decimas quaſdam & Eccleſias longinquas, nec ſatis magnas, deſignavit; quæ *ſcil.* magis inferrent detrimentum in colligendo, quàm emolumentum conferrent in fruendo. Quo perpenſo, *Radulfus* & ſocii ejus rem totam cum iis promiſſionibus renuerunt, abdicârunt, reliquerunt, & ad ſua diſceſſerunt, non ſine jurgio & utrinq; ſtomachatione. Pro his omnibus cepit *Eudo* contriſtari, & tædere, ita ut cepti illum penè peniteret; Sed poſt hæc adeptus eſt noticiam *Stephani* Abbatis *Eboracenſis*, viri in Dei rebus probati, ſed & in ſeculi negociis valdè idonei. Huic ergo familiariter collocatus *Eudo*, mirabiliter ab eo conſolatus & confortatus eſt; adeo ut totam curam exſtruendi Cœnobii ei committeret. Erat enim idem *Stephanus* Monachus inſignis, vir bonus, & juſtus; plenus Deo & bonis operibus, atq; affectibus Sanctis, cujus memoria in benedictione erit uſq; in ſeculum: Quiq; reverſus domum elegit quos in opus novi Cœnobii condendi dirigeret. Fuerunt autem ſecundùm numerum Apoſtolicum, duodecim fratres; & unus, qui interim cæteris Præpoſiti vel Prioris nomine præeſſet; & ſi opportunitas exigiſſet, Abbas ordinari eſſet dignus. Itaq; hii tredecim miſſi *Coleeſtriam*, cum gaudio magno ab *Eudone* & à ſuis excepti ſunt: ædificium interea non ſegniter exurgebat, cum neq; operarii neq; impenſæ ullatenùs ceſſarent. Venientibus autem Monachis ab *Eboraco*, cepit ædificatio vehementiùs urgeri. Præerat enim operi Sacerdos quidam, *Willielmus* nomine, *Eudonis* cognatus; qui nullatenus parcebat impenſis, dummodo quod faciendum erat acceleraret. At verò Monachi, ſecundùm ſuum propoſitum, ceperunt religioſam vitam exercere; horis Canonicis, Die noctuq; in Eccleſiam convenire; ſilentii metas præfixas non tranſgredi; & per omnia, velut in congregatione, Ordinem obſervare Monaſticum. Erat intrinſecus unanimitas; extrinſecus hoſpitalitas, utrinſecus fidelis caritas. Gaudebat in his *Eudo*; gaudebant & ſui; atq; ita cepit res paulatim proficere & in meliùs creſcere. Quin etiam pleriq; vicinorum ibi converſi, domini ſervicio ſeſe mancipabant. Quid multa? Poſt non multos annos, electus eſt in Abbatem unus illorum tredecim, qui venerant ab *Eboraco*, *Hugo* nomine, vir magnæ pietatis & religionis, licet non magnæ ad ſeculum aſtuciæ, ſicut ex fine patuit. Conſecravit autem illum *Mauricius* Epiſcopus *Londoniæ*, Anno domini, circiter *MCiiii*.

Cum igitur eſſent officinæ, & habitacula fratrum ſitæ à parte Aquilonali Eccleſiæ, pertæſus idem Abbas clamoris & tumultus urbici, decrevit in partem Auſtralem transferre totam habitationem; quod & factum eſt: Ita colliculus ille ſublatus eſt, qui Eccleſiæ imminebat, & indè Cimitereum complanatum à parte Septentrionali. Poſt hæc cepit *Eudo* contradere ad ipſum locum terras, Eccleſias, poſſeſſiones, redditus. Suaſit etiam ſingulis magnatum, ut unuſquiſq;, ſecundùm ſuum modum, Eccleſiæ conferret, quod vellet. Dedit itaq; *Eudo* terras & decimas; dederunt etiam ſinguli procerum, ſecundùm quod eis viſum fuit: quæ omnia in dedicatione Eccleſiæ commemorata ſunt & conceſſa, & ſuper Altare oblata: Ubi cum aliqui Civium reclamâſſent, quod ædificium novæ Eccleſiæ terras illorum occupâſſet, miſſum eſt & de theſauro *Eudonis* pecuniæ protractæ, & omnibus ſatisfactum; ita ut omnes bono animo, omnia bona loco optarent. Contulerunt etiam vicini ad ipſum locum pleroſq; redditus & terras. Facta eſt igitur dedicatio illa quarto Idus *Januarii*, cum magnâ gloriâ, magnâq; populorum devotione & laude: Sed & fratres, qui ab *Eboraco* venerant, omnes vel domum redierant, vel ibidem obierant; exceptis tribus; ipſo *ſcilicet* patre & Abbate *Hugone*, *Waltero* ſeniore, & *Oſmundo* ſeniore, poſtea Priore. Accreverat in eodem Monaſterio numerus fratrum ultra vicenarium; qui omnes in eodem loco converſi, domino ibidem devotiſſimè, ſub regulari diſtrictione, ſerviebant. Fervebat in eis Sanctæ religionis amor, præveniebant ſe invicem honore & officio; certabant invicem, quis abſtinentior, quis vigilantior, quis devotior, quis obedientior inveniretur. Mira inter omnes caritas; Mira benignitas fuit: Nulla ibi murmuratio; nulla detractio; nullum obloquium; nullum diſcordiæ ſeminarium. *Hugo* autem Abbas, ingraveſcentibus cauſis inter ipſum & *Eudonem*, timens ne ſuâ cauſâ locus dampnis ſubjaceret, curam Cœnobii in Regis manum refudit; & ad *Eboracum*, undè venerat, ſeceſſit. Ubi honorificè ſuſceptus, honorificè tractatus, in Sanctâ converſatione uſq; in finem deguit. Quiq; etiam ſui obitus diem & horam, ante triduum, fratribus prædixit; & eâ, quâ prædixerat horâ, ipſemet ſe ſuper cilicium ſtravit; & evocatis fratribus migravit, ipſe pſallens ad dominum.

Eudo Regum Dapifer, cum *Normanniâ* apud Caſtellum *Pratellenſe* decumberet infirmitate, quâ & mortuus eſt, omnes rectitudines boni chriſtiani morientis percepit. Omnibus quibus aliquid deberet, ſive pro ſervitio, ſive aliquo alio modo, perſolvit. Ipſe verò, per aliquas ebdomadas, ſæpe confeſſus peccata ſua, ſemper pænitens, ſemper deflens, ſæpe abſolutus, ſæpe diſciplinatus, ſecundùm quod *Gaufridus Rothomagenſis*, & *Turſtanus Eboracenſis* Archiepiſcopi dictabant, rerum omnium ſuarum fecit diviſionem, præſente, & adhortante, atq; concedente Rege *Henrico*. Præcepit etiam ſuis omnibus, conteſtans fidem, quam ei debebant, ut ſuum corpus ad Abbatiam ſuam, quam *Colceceſtria* conſtruxerat, deferrent. Delegavit etiam cum ſuo corpore ad illum locum Manerium *Bryht-Lyngeſeia*, & Centum libras denariorum; annulum etiam ſuum aureum, inſignitum topatio præcioſo. Præterea Cyphum ſuum, cum operculo utrumq; laminis aureis ornatum; Equum etiam ſuum & mulam: quæ tamen omnia *Gilebertus* Abbas (qui *Beccenſis* Monachus, *Hugonis* loco ſucceſſerat) Regi *Henrico* remiſit, ut impetraret ab eo conceſſionem prædicti Manerii; & beneficium regium in hoc impetratum eſt. Ita *Eudo*, uti bonus Chriſtianus pœnitens, pectus tundens, & Dei miſericordiam invocans, ultimum efflavit ſpiritum. Corpus ejus, ſicut diſpoſuerat, in *Angliam* delatum eſt. Comitata eſt igitur corpus defuncti *Rohaiſa* uxor ejus, volens in *Angliam* illud perducere; Sed retenta eſt à fratribus & cognatis, qui ſperabant eam in Reginam levari: quod forſitan eveniſſet; niſi ejus & continua ægritudo & infra annum obitus impediſſet. Corpori *Eudonis* obviaverunt Monachi milario à Cœnobio, concurrente turbâ multâ, tàm civium, quàm regionalium. Cum ecce, dum corpus *Eudonis* affertur ab Occidente, *Waltherius* ejus nepos, afferebatur ab Aquilonali parte. Deniq; ſub uno corpus utrumq; procurant, & honorificè ſepultum eſt. Quod actum eſt die pridie Kalend. *Martiarum* Anno domini *MCXX*.

Relicta *Eudonis* Dapiferi uxor, *Rohaiſa*, quæ illo ægrotante optaverat ſibi donari à Deo, ne annum integrum viro tam caro, tam nobili ſuperſtes fieret, viſa eſt à Deo exaudiri; toto enim reliquo vitæ ſuæ ſpatio ægrotans, tandem decubuit; Sentienſq; mortem ſibi addeſſe, exitum ſuum confeſſione, communione, rerum omnium diſtributione, & tandem mundana renuntiatione, ſanctiq; veli ſuſceptione munivit. Voluit quidem ſuum corpus in *Angliam* deferri, & juxta mariti corpus tumulari; fratres verò ejus, utpote homines ſeculo dediti, parcentes expenſis, *Beccum* eam deferri & tumulari fecerunt. Commorata eſt autem marito annis triginta duobus, cui ante habiles annos nupta eſt: Mulier verò morigera, Eccleſiarum ornatrix; ædificatrix etiam domorum Religioſarum; nam & maritum oculis captum, ante annos *xv.* ſui obitus, miro ſtudio coluit, miro affectu procuravit. Omni ancilla ſubjectior & obſequentior. Ornamenta Eccleſiaſtica per omnes ciſmarinas vel tranſmarinas Eccleſias, magno ſtudio diſperſit. Xenodochium etiam juxta *Rothomagum* ſuis ſumptibus ædificavit. Miſit etiam ad Eccleſiam *Colceceſtrenſem* phylacteria criſtallina quatuor; ſerica pallia duo, calicem argenteum; & thuribulum argenteum. Delegavit etiam eidem Eccleſiæ, terram *Tholi* in *Halyngeberiâ*, quam tamen poſtea occupaverunt *Richardenſes*.

Carta Eudonis *Dapiferi, de fundatione Eccleſia S.* Johannis *de* **Colceſtre**.

Ex Regiſt. Abb. S. *Joh.* Bapt. de **Colceſter**, penès *Johannem* Dominum *Lucas*. lib. 1. pag. 1.

Pat. 14. E. 3. p. 3. m. 12.

Vide confirm. Donationum plurimorum in Pat. 51. E. 3. m. 25.

EUdo Dapifer Domini Regis totius Regni *Anglici*, omnibus Dei fidelibus præſentibus & futuris ſalutem. Cum largiflua divinæ miſerationis clementia, me, licet immeritum, multis in hac vitâ donaverit beneficiis; & de nihilo creatum, ampliſſimis honoribus ditaverit, donariis, & divitiarum copiis; tanti memor beneficii, quid Regi Regum Domino potiſſimùm poſſem retribuere, pro omnibus quæ retribuit mihi, pervigili ſæpius animo revolvi. Piæ igitur fautrix devotionis meæ ſtudioſitati, ſuperna inſinuavit pietas, hoc ſibi fore acceptabile, hoc mihi ſalubre, ſi religionis ſtudium dilatans, Regi Regum Domino, de ſuis donis ac datis pietatis munus offerrem. Ego verò hanc intentionem, pio fovens animo, meditari cepi, quem de cœleſti militiâ æterno Deo familiarem mihi apud Deum eligerem interceſſorem, per cujus manus dominorum Domino meum donarium offerrem: Cujus devotionis inſpirator ſupernus, cælorum arbiter me inſinuavit curioſitati, ipſum mihi eligendum eſſe in cœlo patronum; quo, teſte veritate, inter natos mulierum didici, non ſurrexiſſe majorem *Baptiſtam*, *viz.* Domini & præcurſorem Regis æterni Sanctum *Johannem*. In cujus igitur nomine ad laudem, & Gloriam & honorem creatoris, & recreatoris noſtri *Jheſu Chriſti*, in feudo meo juxta *Colceceſtriam*, Eccleſiam, Deo cooperante, conſtruxi; & in eâ Monachicæ Diſciplinæ viros religioſos inſtitui; quibus Paſtorem & Abbatem, Deo diſponente, præfeci; volens ergò fratribus in eadem Abbatiâ, ſub regulari vitâ Deo famulantibus, vitæ providere neceſſaria, piiſſimo Domino Anglorum Rege *Henrico* annuente, & illud pietatis opus, regiâ autoritate confirmante, de hiis quæ mihi ſuâ gratiâ contulit propitiata Divinitas, has ſubſcriptas terrulas pariter, & redditus, pro ſalute ejuſdem Domini mei Regis *Henrici*, & Reginæ ſuæ *Matildis*, & pro ſui Regni pace, & ſtabilitate; necnon & pro redemptione animarum anteceſſorum ſuorum Regum; Patris *viz.* & matris ejus *Will.* Regis magni, & *Matildis* ejuſdem Reginæ; ſed & pro ſalute animæ Regis *Will.* fratris & anteceſſoris ſui; pro memetipſo etiam, & uxore meâ *Roayſia*, & pro omnibus anteceſſoribus & ſucceſſoribus noſtris devotus optuli.

Inprimis Manerium de **Witlege**, Manerium de **Brichling**, Manerium de **Mundover**, Manerium de **Picheford**. Hæc quatuor integra, eidem venerabili Monaſterio S. *Johannis* conceſſi & donavi; excepto in **Picheford** feudo *Radulfi* de *Mundover*; & exceptâ terrâ *Ailwini Sokeman*;

Sokeman; & præter hoc unum mariſcum olim pertinens **Lillecherche**, nunc autem adjacentem **Picheford**, & præter hæc **Hallingeberi**, cum pertinentiis & in *Coleceſtriâ* duas carrucatas terræ, & unam manſuram, & duo vivaria; & unum molendinum, & unum virgultum: Et feriam quatuor dierum ad *Nativitatem* S. *Johannis*: Et totum feudum *Turſtini Wiſcard*. Et terram *Ranulſi* de *Broch*, & in *Turnecruſt* Eccleſiam ipſius villæ, & unam hidam terræ de **Eſſe**, decimam caſeorum, & lanæ, & virgultorum; & de **Lillecherche** decimam molendinorum, & caſeorum & lanæ. De **Berton** & **Sandford** duas partes decimarum, de *Etonia* dimidiam decimam, & totam decimam Molendinorum. Decimam paunagii omnium nemorum, & parcorum meorum citra fluvium *Tamiſya*. De **Standeie** duas partes decimarum. De *Gameleggâ* duas partes decimarum: De **Hamerton** duas partes decimarum, de **Eſtune** duas partes. De **Niweſeles** Eccleſiam. De **Walden** decimam molendini, & lanæ. De **Hallingeberi** duas partes decimæ. De **Sabricheſworth** tertiam partem decimæ. De **Takelee** duas partes decimæ. De **Roynges** totam decimam. De **Waltham** tertiam partem decimæ. De **Witham** duas partes decimæ. De **Creſwell** duas partes decimæ. De *Eſtanweya*, & de **Lexrden** duas partes decimæ. De **Granſtede** totam decimam, & in unoquoq; Maneriorum iſtorum, unum bordarium de duabus acris, ſolutum ab omni ſeculari ſervicio, exceptis tribus Maneriis circa *Coleceſtriam*; & exceptis **Witham**, & **Waltham**, **Sabricheſworth**, & **Waledene**. Et decimam totam paunagii mei, & pullorum equarum, & molendinorum, & Eccleſiam S. *Helenæ*; & quatuordecem acras pertinentes ad prædictam Eccleſiam S. *Helenæ*. Et Eccleſiam S. *Mariæ* de **Weſtcheping London**, quæ vocatur **Niewecherche**, concedente *Ailwardo Groſſo* Presbytero, qui in eadem Eccleſiâ, ex donatione anteceſſoris mei *Huberti* de *Ria* perſonatum conſecutus fuerat: Poſtmodum verò juri perſonatus ſpontè renunciavit, penſionarius Eccleſiæ S. *Johannis* de eadem Eccleſiâ factus.

Præterea Eccleſiam S. *Stephani* ſuper **Walebroch**, & domum meam petrinam juxta **Niewchurch**; cum ſuis appenditiis, & ſex acras terræ quæ fuit mulieris viduæ *Alvevæ*; & dimidiam manſuram, & omnes proventus Capellæ in Caſtello de *Coleceſtria*. Inſuper & omnes proventus omnium Capellarum in Maneriis meis citra fluvium *Tameſyæ*; maximè in præcipuis feſtis, ita tamen, ſi Monachi aliquem de ſuis ibi tranſmittant, qui diebus feſtis ibi ſervitium Dei faciant. Has verò terrarum reddituumq; particulas, de meo feodo, & *Baronia*, Deo & ejus beatiſſimo præcurſori *Joh.* gratanter optuli. Si quis autem hiis de ſuis beneficiis adjiceat, adjiceat ei Deus dies bonos, & vitam concedat æternam. Si quis verò ejuſdem S. Eccleſiæ res, vel poſſeſſiones diripere vel minuere præſumpſerit, minuantur ejus tempora vitæ, & cum *Juda* proditore portionem percipiens, cum *Dathan* & *Abiran* locum teneat gehennæ, niſi reſipuerit, & citâ ſatisfactione ſuam præſumptionem erga Deum, & Sanctum *Johannem* emendare curaverit, *Amen*.

Carta Willielmi *de* Hauvill, *de Eccleſia de* **Takele**.

Ex autogr. in bibl. *Hatton*.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Will.* * de *Hauvill*, filius *Radulfi* de *Hauvill*, cum conſenſu *Willielmi* filii & hæredis mei, conceſſi & dedi, & præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ S. *Joh. Bapt.* de **Colecestre**, & Abbati & Monachis ejuſdem loci, in puram & perpetuam elemoſinam, advocationem Eccleſiæ de **Takele**, ſine ullo retenemento, cum omnibus ſuis pertinentiis. Quare volo, (&c.) Hanc autem donationem & conceſſionem feci pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum; & pro fraternitate Eccleſiæ S. *Joh. Baptiſtæ*, ubi corpus meum ſepeliendum devovi. Et precor Dominum Epiſcopum *Lundonienſem*; quod, pro amore Dei, hanc meam donationem & elemoſynam, præfatis Abbati & Monachis confirmet. Hiis teſtibus, *Alexandro* filio *Oſberti*, *Wymundo Mantel*, *Theobaldo* de *Feringes*, *Ricardo* de *Berdeſtaple*, *Ricardo* filio *Pagani*, &c.

* Falconarius Regis.



Carta Regis Henrici *ſecundi, per quam quietum clamat Monachis* S. Johannis Bapt. *de* Colceſtriâ *tributum de Danegeld, murdro, & hidagio, in diverſis terris ſuis.*

Chartæ Antiquæ, T. n. 38.

HEnricus ſecundus Rex *Angliæ*, Baronibus de Scaccario ſalutem; ſciatis me conceſſiſſe & quietum clamâſſe triginta octo hidas, & unam carucatam terræ de Danegeldis, & murdris, & hidagiis, Deo, & Abbathiæ Sancti *Johannis Baptiſtæ* de *Coleceſtriâ*, & Abbati, & Monachis ejuſdem loci in perpetuum; *viz.* in *Eſſexia*, de Hundredo de *Tendringiâ*, decem hidas in *Brinlitlingeleia*; & tres hidas in *Wileia*, & de Hundredo de **Wibrithſhire**, decem hidas in *Mundonia*. Et de Hundredo de **Bardeſtable**, ſex hidas in *Preicheſeia*: Et de **Lexdene** Hundredo, tres virgatas, & viginti acras terræ in *Dumlandâ*. Et de Hundredo *Coleceſtriæ*, tres hidas, & dimidiam. In **Hertfordſhire** de *Admineſtre* Hundredo, quatuor hidas & dimidiam. Et decem acras in *Adiareſlawia*. In *Sudfulcâ*, de Hundredo de *Sainfordia*, unam carucatam terræ in **Hecham**. Et præcipio vobis

bis, quod ſingulis annis, quicquid evenerit ſuper prædictis hidis, de Danegeldis, & murdris, & hidagiis, computetis Vicecomitibus, in quorum ballivis terræ illæ ſint, Et . . . . . . detrahatur de ſummâ Rotulorum meorum, ita quod ulteriùs ab eis nec exigatur ab aliquo, Teſte *Theobaldo Cantuarienſi* Archiepiſcopo.

PRIORATUS

de **Snapes** *in* Eſſexiâ, *Cella Abbathiæ S.* Johannis Colceſtriæ.

De fundatione ejuſdem.

Plac. de Jur. & Aſſiſ. &c. apud *Gipwic.* in Com. *Suff.* craſt. Anim. 14. E. 1. Rot. 46.

Prior de **Snapes**, placitatus pro wrecco maris de **Thorpe**, uſq; ad capud quod vocatur *Nes* de **Hereford**, dicit quod Manerium de **Snape** aliquo tempore fuit cujuſdam *Willielmi Martell*, qui *Willielmus* fuit in ſeiſinâ de prædicto wrecco tanquam pertinente ad prædictum Manerium à tempore Conqueſtus; qui *Willielmus* poſtea dedit dictum Manerium Abbati & Monaſterio S. *Johannis Colceſtriæ*, ad quendam Prioratum ibidem fundandum, tenendum adeo liberè, ſicut ipſe vel anteceſſores ſui unquam. (&c.) Qui Abbas ibi fundavit Prioratum, qui eſt Cella prædictæ Abbathiæ.

Lel. Col. vol. 2. p. 372.

Anno Domini *MCLv.* fundata eſt Eccleſia de **Snapes.**

Pat. 51. E. 3. m. 36. per Inſpex.

De dotatione dicti Prioratus per Willielmum Martell, Albredam *uxorem ejus, &* Gaufridum *eorum filium & hæredem.*

Willielmus Martel & *Albreda* uxor ejus, & *Gaufridus Martel* filius & hæres eorum, cum conſenſu & conſilio liberorum & amicorum ſuorum, conceſſerunt & dederunt in perhennem & liberam elemoſinam, & tradiderunt Abbati & Monaſterio *Coleceſtriæ* manerium ſuum de **Snape** & de **Aldeburc**, cum omnibus ſuis pertinentiis, præter milites illic feudatos, per talem quidem conventionem, quod Abbas & Capitulum *Coleceſtriæ*, communi conſilio & electione ſuâ & Domini, ponent in eodem loco Priorem & Monachos, juxta poſſibilitatem loci, abſq; gravamine; Deo ſervituros, ſub obedientiâ & inſtitutione Monaſterii *Coleceſtriæ*; reddituros Monaſterio *Coleceſtriæ* annuatim, de recognitione, penſionem; *ſcil.* dimidiam marcam argenti. Itaq; idem Prior & Monachi in eodem fundo conſtituti, teneant prænominatam elemoſinam in terris, & aquis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in mariſcis & molendinis, in piſcationibus, & in wrecco, & warennâ, cum eadem *ſaca* & *ſoca*, & *toll* & *theam*, & *Infangenethief*, & cum omnibus aliis libertatibus benè, & plenè, & liberè, ſicut meliùs, & pleniùs, & liberiùs tenebat ipſe *Will. Martel*, vel ſui prædeceſſores. Et hanc elemoſinam fecerunt pro amore Dei & honore, & Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Johannis Baptiſtæ*, in emendationem ejuſdem loci, & ſuſtentationem ſervorum Dei ibidem degentium, pro redemptione animarum ſuarum, & pro ſalute *Gaufridi Martell* Patris, & *Albredæ* Matris, & cæterorum parentum & anteceſſorum ſuorum & ſucceſſorum. Pro eodem etiam Domino & Dominâ, & pro ſuis omnibus, dicent prædicti Monachi, per ſingulas ebdomadas, duas Miſſas; unam de *Spiritu Sancto*, & alteram de Sancta *Maria*, dum quidem vixerint idem Dominus & Domina. Poſt mortem alterius eorum, incipient ibidem Miſſam pro *Defunctis*; propriè quidem pro eo qui obierit, & pro omnibus anteceſſoribus & ſucceſſoribus ſuis, & pro omnibus fidelibus defunctis continuandam. Bis autem in anno viſitet Abbas *Coleceſtriæ* Cellam illam cum duodecim equis, per quatuor dies ibi perendinaturus; ſet loci neceſſitate citatus veniat ſæpiùs, & pro neceſſitate præmunitus hanc elemoſinam confirmavit, cum Sigillo ſuo, *Will. Martel.* Teſtes ſunt *Willielmus Norwicenſis* Epiſcopus, *Walchelinus* Archidiaconus, *Edwardus* Decanus, *Oſebernus Martel*, *Johannes* de *Port*, *Rogerus* & *Eudo*, & *Walt.* & *Euſtachius*, & *Rogerus* tunc Conſtabularius *Eyæ*, filii Domini; *Radulfus* Capellanus, *Hubertus* Presbyter *Eyæ*, *Herveus* de *Glanvill*, *Rogerus Gulafre*, *Ranulfus* de *Glanvill*, *Gaufridus Treſgoz*, *Alanus Dapifer*, *Jurdanus Peverel*, *Johannes* Magiſter, *Malet* de *Donewiche*, *Oſebernus* & *Hamo* homines Abbatis.

PRIORATUS

S. Helenæ, *juxta vicum de* **Biſhopſgateſtreete** *in Civitate* Londoniarum.

De Conſtituendo Moniales in eadem.

Ex cod. MS. penès Dec. & Capit. Eccl. Cath. S. *Pauli* *Lond.* [A.] f. 24. b.

Sciant præſentes & futuri, quod ego *Alardus* Eccleſiæ S. *Pauli Lond.* Decanus, & ejuſdem Eccleſiæ Capitulum, conceſſimus *Willielmo* filio *Willielmi* Aurifabri, Patrono Eccleſiæ S. *Helenæ Lond.* ut conſtituat in eadem Eccleſiâ Moniales, Deo ibidem imperpetuum ſervituras, & collegio ibidem conſtituto jus patronatus ejuſdem Eccleſiæ, quod à prædeceſſoribus noſtris ei fuerat conceſſum, conferat; ita quidem quod quicunq; ibidem nomine Prioriſſæ miniſtrabit, poſt electionem ab eodem collegio factam, Decano & Capitulo *Lond.* præſentetur, & juret fidelitatem Decano & Capitulo, tam de ipſâ Eccleſiâ, quàm de penſione dimidiæ marcæ annuæ, infra octo dies *Paſcha* ſolvendâ, & de jure patronatus non alienando, & quod nulli alio Collegio ſe ſubjiciet. Conceſſimus etiam, quantum in nobis eſt, quod Collegium ibi ſtatutum omnes obventiones ſupradictæ Eccleſiæ, exceptâ dictâ penſione, in uſus proprios convertat; Idem quoq; Collegium omnia onera Epiſcopalia ad Eccleſiam prædictam pertinentia, ſuſtinebit. Si autem in loco ſupradicto, aliquo caſu fortuito, converſatio Monialium eſſe deſierit, conceſſimus ut ibidem viri religioſi, abſq; contradictione, ſecundùm formam de Monialibus ſuperiùs expreſſum, conſtituantur; Et ſimili modo Decano *Lond.* & Capitulo obligentur. Ut autem hujus conceſſionis noſtræ, necnon & totius Conventionis tenor inperpetuum memoria firmiter teneatur, & firmiter obſervetur, ipſum totum, ſub formâ cyrographi, ſcribi fecimus; cujus pars una noſtro, pars verò altera ipſius *W.* & Monialium Sigillis, ut omnis impoſterum tollatur malignandi occaſio, ad mutuam hinc inde cautelam roborata eſt. Hiis teſtibus, *Alardo Lond.* Decano, & aliis.

Ex ipſo autogr. in bibl. Hatton.

Conſtitutiones per Decanum & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis S. Pauli Lond. *facta, Moniales Cœnobii S.* Helenæ *prope* **Biſhop's-gate**, *infra Civitatem* London, *tangentes.*

REynold Kentwode **Dean and Chapeter of the Church of** Poules; **to the religious women, Prioreſſe and Covent of the Priory of Seynt** Eleyns **of owre Patronage and juriſdiccyon immediat, and every Nunne of the ſayde Priory gretyng in God, with deſyre of religyous obſervances and devocyon. For as moche as in owre viſitacyon ordinarye in yowre Priorye, boothe in the hedde, and in the membris late actually exerſyd, we have founden many defautes and exceſſes, the wiche nedythe notory correccyon and reformacyon; we wyllyng vertu to be cheriſched, and holy Relygion for to be kepte, as in the rulee of yowre Ordyerte; we ordeyne and make certeyne Ordenauns and Injunccyons, weche we ſende yow wrete and ſeelyd undir owre commone Seele for to be kepte in forme as they ben articled and wretyn unto yow.**

Firſte. we ordeyne and injoyne yow, that devyne ſervyce be don by yow duly nythe and day; and ſilence duly kepte in due tyme and place, aftir the obſervaunce of yowr religione.

Alſo we ordayne and injoyne you Prioreſſe and Covente, and eche of yow ſynglerly, that ye make due and hole confeſſion to the Confeſſor aſſigned be us.

Alſo we injoyne yow Prioreſſe and Covent, that ye ordeyne convenyent place of Firmarye, in the wiche yowre ſeeke ſuſtres may be honeſtly kepte and relevyd withe the coſtes and expences of yowre Houſe acuſtomed in the relygion duryng the tyme of heere ſikeneſſe.

Alſo we injoyne you Prioreſſe, that ye kepe yowre Dortour, and ly thereinne by nythe, aftyr obſervaunce of yowre Religion, withowt that the caſe be ſuche, that the Lawe and the obſervaunce of yowre Religione ſuffreth yow to do the contrarye.

Alſo we ordeyne and injoyne yow Prioreſſe and Covent, that noo ſeculere be lokkyd withinne the boundes of the Cloyſtere; ne no ſeculere perſones come with-inne aftyr the Belle of Complyne, except wymment ſervauntes and mayde childeryne lerners; Alſo admitte noone ſojournauntes wymment withowte lycence of us.

Alſo we ordeyne and injoyne yow Prioreſſe and Covent, that ye, ne noone of yowre ſuſtres uſe nor haunte any place with inne the Priory, thoroghe the wiche evel ſuſpeccyone or ſclaundere mythe aryſe; weche places for certeyne cauſes that move us, we wryte not here inne in owre preſent injunccyone, but wole notyfie to yow Prioreſſe: nor have no lokyng nor ſpectacles owte warde, thorght the wiche ye mythe falle in worldly dilectacyone.

Alſo we ordeyne and injoyne yow Prioreſſe and Covent, that ſomme ſadde woman and diſcrete of the ſeyde Religione, honeſt, wele named, be aſſigned to the ſhittyng of the Cloyſters dorys, and kepyng of the keyes, that non perſone have entre ne iſſu into the place aftyr Complyne belle; nethir in noo other tyme be the wiche the place may be diſclaunderid in tyme comyng.

Alſo we ordeyne and injoyne yow Prioreſſe and Covent, that noo ſeculere wymmen ſlepe be nythe with inne the Dortour, with owte ſpecialle graunte hadde in the Chapetter houſe, among yow alle.

Alſo we ordeyne and injoyne yow, that noone of yow ſpeke, ne comone with no ſeculere perſone; ne ſende ne receyve Letteres myſſyves or geſtes of any ſeculere perſone, with oute Lycence of the Prioreſſe: and that there be an other of yowre ſuſtres preſent, aſſigned be the Prioreſſe to here and recorde the honeſte of bothe partyes, in ſuche communycation; and ſuch Letters or geſtes ſent or receyvyd, may turne into honeſte and wurchepe, and none into velanye, ne diſclaundered of yowre honeſte and Religione.

Alſo we ordeyne and injoyne yow Prioreſſe and Covent, that none of yowre ſuſtres be admitted to noon office, butt they that be of gode name and fame.

Alſo we ordeyne and injoyne yow, that ye ordeyne, and cheſe on of yowre Suſtres, honeſt, abile and cunnyng of diſcrecyone, the wiche can may and ſchall have the charge of techyng and informacyone of yowre Suſtres that ben uncunnyng, for to teche hem here ſervice, and the rule of here Religione.

Alſo, for as moche, that diverce Fees perpetuelle Corrodies and Lyvers have be grauntyd before this tyme to diverce officers of yowre Houſe, and other perſones, whech have hurt the Houſe, and be cauſe of Delapidacyone of the Godys of yowre ſeyde Houſe, we ordeyne and injoyne yow, that ye reſeve noone Officere to no perpetuelle fee of Office, ne graunte no Annuete, Corody, ne

Lyvery, withowt ſpecialle aſſent of us.

Alſo we enjoyne yow, that alle daunſyng and revelyng be utterlely forborne among yow, except Chriſtmaſſe and other honeſt tymys of recreacyone, among yowre ſelfe uſyd in abſence of ſeculers in alle wyſe.

Alſo we injoyne yow Prioreſſe, that there may be a doore at the Nonnes Quere, that noo ſtraungers may loke on them, nor they on the ſtraungers, wanne thei bene at divyne ſervice. Alſo we ordene and injoyne yow Prioreſſe, that there be made a Hache of cenabyll heythe, creſtyd withe pykys of herne to lore the Entre of yowre Kechyne, that noo ſtraunge pepille may entre with certeyne Clekettis avyſed be yow and be yowre Stward to ſuche perſonys as yow and hem thynk oneſt and conabell.

Alſo we injoyne yow Prioreſſe, that non Nonnes have noo keyes of the Poſterne doore, that gothe owte of the Cloyſtere into the Churche yerd but the Prioreſſe for there is moche comyng in and owte unlefulle tymys.

Alſo we ordeyne and injoyne, that no Nonne have, ne receyve noo ſchuldrin wyth hem into the Houſe forſeyde but yif that the profite of the comonys turne to the vayle of the ſame Howſe.

Thes Ordenauns and Injunccyons and iche of them, as thei be reherſid above, we ſende unto yow Prioreſſe and Covent, chargyng and commaundyng yow, and iche of yow alle, to kepe hem truly and holy in vertu of obedience, and upon peyn of contempte: and that ye doo them be redde and declared foure tymes of the yeere in yowre Chapell before yow, that thei may be hadde in mynde, and kepte under peyne of excommunicacyone, and other lawfulle peynes to be yove into the perſone of yow Prioreſſe, and into ſinguler perſones of the Covent, wheche we purpoſe to uſe agens yow, in caſe that ye diſſobeys us: Reſervyng to us and owre ſucceſſours powre thes forſayde Ordinaunces and Injunctiouns to chaunge, declare, adde, and diminue, and with hem deſpence, as ofte as the caſe requirethe, and it is nedfulle. In to whiche wittenesse we ſette owre common Seele, Yovyn in owre Chapitter Houſe the xxi. day of the monyth of June, the yere of owre Lord MCCCCxxxix, Et anno regni Regis *Henrici* ſexti, poſt conqueſtum, decimo ſeptimo.

PRIORATUS

de Catesby *in agro* Northamptonienſi.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 57. H. 3. m. 25.

REx Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos, pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe dilectis nobis in Chriſto Prioriſſæ & Monialibus de Katebi, omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas; *videlicet* ex dono *Roberti* filii *Philippi* Eccleſiam beatæ *Mariæ* de Kateby, cum Capella de Helidene; & cum culturis, terris, tenementis, molendinis, ſtangnis, quæreris, ductibus aquarum, pratis, paſturis, & omnibus aiſiamentis & pertinentiis ſuis, & Eccleſiam de *magna* Eſſeby, cum omnibus pertinentiis ſuis; & cum terris, manſuris, toftis, paſturis, molendino, ſtangno; cum ductibus aquarum, & aliis pertinentiis ſuis in *magna* Eſſeby; cum libera viâ *xii.* pedum in latitudine, per pratum dicti *Roberti*, eundi & redeundi de dictâ villâ ad molendinum: Et Eccleſiam beati *Leodegari* de Baſeford, cum omnibus pertinentiis ſuis; & cum terris & tenementis, pratis, paſturis, & omnibus aiſiamentis ſuis in Baſeford. Ex dono *Willielmi* filii prædicti *Roberti* quoddam pratum de Dominico ſuo in Kateby, quod eſt inter culturam, quæ dicitur Milnhil, & rivulum qui manat de valle de Birkehill. Ex quietâ clamatione *Willielmi* filii *Roberti* ſecundi, totam communiam quam idem *Willielmus* habuit, vel habere potuit in crofto dictarum Monialium in *magna* Eſſeby, ubi bercaria ſua ſita eſt. Ex dono *Philippi* filii *Roberti* de *Eſſeby*, quatuor virgatas terræ, cum toftis & croftis; pratis, paſturis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis in Theingworth. Ex dono *Ricardi* filii *Roberti* de *Northampton*, octo virgatas terræ, cum pratis, paſturis, & omnibus aiſiamentis & pertinentiis ſuis in Bifeld. Ex dono *Adæ* filii *Ranulfi* de parva *Eſſeby*, annuum redditum ſex denariorum, de terrâ quam *Adam* le *Cnute* tenet in *parva* Eſſeby. Ex dono *Willielmi* de *Eſſeby*, unam virgatam terræ de Dominico ſuo in Kateby; & dimidiam virgatam terræ de villenagio, quam *Robertus* de *Brichewine* tenuit, cum *Feliciâ* filiâ ſuâ in eadem villâ; & quam eadem *Felicia* eiſdem Monialibus poſtea quietam clamavit. Ex dono *Willielmi* de *magna* Eſſeby, unum toftum & croftum cum pertinentiis ſuis in *magna* Eſſeby. Ex dono *Ricardi* filii *Roberti* de *Daivill*, unam virgatam terræ, cum pertinentiis, in Sharneford, cum tofto eidem terræ pertinente. Ex dono *Aliciæ* filiæ *Ricardi* Clerici de *Dodeford*, novem acras terræ, cum pertinentiis ſuis, in Dodeford. Ex dono *Aliciæ* quæ fuit uxor *Radulfi* de *Normanvill*, tres virgatas terræ, cum pratis, paſcuis, paſturis, & aliis pertinentiis ſuis, in Neubold, cum tofto, & crofto, quæ *Rogerus* de *Bermingham*

ham aliquando tenuit in eadem villâ. Ex dono *Radulfi Harang* aſſertum ſuum de parco ſuo de **Weſtbury**, quod eſt inter foreſtam de **Whittlewode**, & terram *Jordani* de *Sancto Lacio*; & totum aſſartum de boſco ſuo de **Weſtbury**, quod eſt inter terras Abbatum de *Oſeneyâ* & **Buttleſdene**, & hattam dicti *Radulphi* ita tamen, quod in eſſartis, extra parcum, feræ noſtræ rationabiliter habeant ingreſſum & egreſſum. Et etiam illum dominicum boſcum ſuum qui ſe extendit à prædicto aſſarto; juxta trenchejam de **Blakeputterod**, uſq; le **Blakeputte**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volumus, (&c.) Data per manum noſtram apud **Notingham** *x.* die *Decembris.*

Ex autogr. in bibl. Huttoniana.

Carta Johannis *de* Vallibus *de terra ſua, & dominio in* **Botindon** *inferiori.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego Dominus *Johannes* de *Vallibus*, filius Domini *Oliveri* de *Vallibus*, dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & Sancti *Edmundi* & domui & Prioriſſæ de **Categby**, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus pro ſalute animæ meæ (&c.) totam terram, & dominium, quam habui in villâ, & territorio de **Botendone**, tàm in dominicis, cum omnibus ad illam terram ſpectantibus; illam terram *videlicet*, quam habui de dono Domini *Rogeri* de *Clifford* & *Matildis* uxoris ſuæ (&c.) Teſtibus Dominis *Thomâ* de *Audeham*, *Richardo* de *Haveringham*, *Euſtachio* de *Watford*, *Willielmo Hodinet* militibus.

Ibid.

Bulla Gregorii (*octavi*) *Romanis Pontificis.*

GRegorius *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſæ & Conventui Monaſterii de* **Catesby**, *Ordinis Sancti* Benedicti, Lincolnienſis *Dioceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos, & humiles filios, ex aſſueta pietatis officio, propenſius deligere conſuevit; & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, nos tanquam pia Mater ſuæ protectionis munimine confovere. Ea propter dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus, grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & locum, in quo, divino eſtis obſequio mancipatæ, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, ſub beati* Petri, *& noſtrâ protectione ſuſcipimus: Specialiter autem, de* **Catesbi** *de* **Eſsebi**, *& de* **Eliden** *Eccleſias, cum pertinentiis earundem, quas venerabilis frater noſter* Hugo Lincolnienſis *Epiſcopus, & prædeceſſores ipſius, Capituli ſui accedente concenſu, piâ vobis liberalitate conceſſerunt, in uſus proprios, retinendas: necnon de* **Eſsebi**, *& de* **Basford** *Maneria, terras, poſſeſſiones, decimas, Molendina, redditus, prata, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè, & pacificè poſſidetis, vobis & pro vos, eidem Monaſterio, auctoritate, Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti protocinio, communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, Indignationem omnipotentis Dei, & beatorum* Petri, *&* Pauli *Apoſtolorum, ejus ſe noverit incurſurum.* Data Romæ xvii. *Kalendas* Decembris, *Pontificatus noſtri Anno quinto.*

PRIORATUS

Monialium S. Mariæ *de* **Pratis** *juxta* **Derby**, *in agro* **Derbienſi.**

Pat. 1. H. 4. p. 8. m. 33. per Inſpex.

Carta Regis Henrici *quarti, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*; Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum dediſſe, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Prioriſſæ & Monialibus de **Dereby**, unum meſſuagium, & duodecim acras terræ cum pertinentiis, in **Bittallegh** & **Athop**, quæ *Orm* leproſus habuit de baillio *W.* Comitis de **Dereby**, tempore quo idem Comes habuit cuſtodiam *Pecki*. Habenda & tenenda eiſdem Prioriſſæ & Monialibus, & earum ſucceſſoribus, de nobis & hærebibus noſtris imperpetuum in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* Epiſcopi Cancellarii noſtri apud *Weſtmonaſterium*, decimo die *Octobris*, anno Regni noſtri nunc *tertio decimo*. *Henricus* Dei gratiâ, Rex *Ang.* Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm. Aquitaniæ* & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ & pro animabus anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Prioriſſæ & Sanctimonialibus Sanctæ *Mariæ* de *Pratis* juxta **Dereby** & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, viginti & ſeptem acras terræ cum pertinentiis in foreſtâ noſtra de *Pecco* ſuper **Dringhebroc**, & communam paſturæ in **Farefeld**, in eadem foreſtâ, per metas & diviſas ſubſcriptas; *viz.* per **Bathinegate** uſq; **Kilcote**; & de **Kilcot** rectâ lineâ uſq; **Smalvale** ex oppoſito de **Derſtanlew**; & ita de **Smalvale** uſq; in **Weyhe** & de **Weyhe** aſcendendo uſq; in **Kingſtret**, & deſcendendo per **Kingſtret** uſq; in **Gint**, & deſcendendo uſq; in **Fernilegh**, & de **Fernilegh** aſcendendo extra **Alſtanicombes**, uſq; **Aldport**, & de **Aldport** deſcendendo uſq; le **Coldretes**; & de **Coldretrets** deſcendendo le **Dringhebrot**, uſq; ad foſſatum prædictæ terræ ſuæ arabilis, in quas prædictæ Prioriſſa & Sanctimoniales habuerunt ingreſſum poſt mortem Domini Regis Patris noſtri per *Willielmum* de *Ferariis* Comitem *Derebiæ*, tempore quo Caſtrum & Foreſta noſtra de *Pecco* fuerunt in manu ſuâ. Habendas, & tenendas de nobis & hæredibus noſtris ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri apud *Weſtm.* *xxiii* die *Octobris*, anno Regni noſtri *decimo nono.*

Ibid. Omnibus ad quos &c. ſalutem Sciatis, quod cum, ut accepimus, dominus *Henricus* quondam Rex *Angliæ*, poſt Conqueſtum tertius, progenitor noſter, nuper per litteras ſuas patentes, in augmentationem, & ſuſtentationem ſtatus dilectarum nobis in Chriſto Prioriſſæ, & Conventus Monialium, tam Prioratus de *Pratis* de Derby, dederit & conceſſerit eiſdem Prioriſſæ & Conventui, ad exorandum pro animâ *Johannis* patris præfati *Henrici* Regis, centum ſolidos, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam percipiendos annuatim ſibi & ſucceſſoribus ſuis de feodi firmâ villæ Notyngham, per manus ballivorum ibidem pro tempore exiſtentium; quæ quidem litteræ nuper per ſubitum infortunium ignis combuſtæ extiterunt: Nos de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ad ſupplicationem prædictarum Prioriſſæ & Conventus, & conſideratione præmiſſorum, dedimus & conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Prioriſſæ & Conventui, centum ſolidos percipiendos annuatim, ſibi & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, de feodi firmâ villæ noſtræ de Nothyngham, per manus ballivorum ejuſdem villæ pro tempore exiſtentium, ad terminos Sancti *Michaelis*, & *Paſchæ*, per æquales portiones. In cujus &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* ſecundo die *Julii.*

ABBATIA

Monialium apud Grimeſby, *in* Lincolnienſi *Comitatu.*

Pat. 7. H. 4. p. 2. m. 23. *Carta Regis* Henrici *quarti, Donationes progenitorum ſuorum Regum* Angliæ, *& aliorum, eidem Abbathiæ factas, confirmans.*

REx &c. Sciatis, quod cum dilectæ nobis in Chriſto, Prioriſſa & Conventus domus Monialium de Grymmeſby in Com. *Lincoln.* de fundatione progenitorum noſtrorum, quondam Regum *Angliæ* & noſtro patronatu exiſtentis, ut dicitur, nobis dederint intelligi; quod tam Eccleſia, Clauſtrum, & Dormitorium; ac major pars cæterorum domorum & ædificiorum ibidem, quàm veſtimenta, libri, bona & Catalla ſua; & ſimiliter Cartæ, ſcripta, & munimenta, terras, tenementa, redditus & poſſeſſiones ſua, cum eorum pertinentiis, in villis & Campis de Grymmeſbye, Starthowe, Clee, Thorpe, Welleſby, Houton, Calthorpe Covenham, Ravendale, Aſkeby, Wyllingham, Berkeworth, Thoreſway, Waltham, Lincolne, Litlecotes, Stalingburgh, Swalowe, Kylyngholme, Kynryngton & Swyneflete, ultra Trentam, in Com. *Linc.* & *Ebor.* Necnon Eccleſias ſuas de Grymmeſby, Litlecotes, & Ravendale in eodem Com. *Linc.* tangentia, per ſubitum infortunium ignis, nuper arſa & deſtructa extiterunt. Nos ſecuritati dictarum Prioriſſæ & Conventus, ac earum ſucceſſorum in hac parte; ad effectum, quod cultus divinus, ac alia Caritatis opera, per ipſas in Domo prædicta, pro nobis & dictis progenitoribus noſtris, ac aliis benefactoribus ejuſdem Domus, prout ante infortunium prædictum inibi fieri ſolebat, continuari poſſint, providere volentes; de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & de aſſenſu Conſilii noſtri, omnimodas donationes, conceſſiones, & confirmationes eiſdem Prioriſſæ & Conventui & earum prædeceſſoribus, tam de terris, tenementis, redditibus & poſſeſſionibus, quàm de Eccleſiis & beneficiis Eccleſiaſticis, per progenitores noſtros prædictos, ac alias perſonas quaſcunq; ante hæc tempora qualitercunq; factas, ſive conceſſas, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt acceptamus, approbamus, ratificamus (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm.* *xxiii.* die *Junii.*

PRIORATUS

de Newtone *in agro* Eboracenſi:

Licentia Regia pro fundatione ejuſdem.

Pat. 15. E. 2. p. 2. m. 4.

REx (&c.) Sciatis quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, dilecto conſanguineo & fideli noſtro *Thomæ Wake*, quod ipſe unum meſuagium cum pertinentiis in villâ de Neutone, ad quandam domum religioſam, cujuſcunq; Ordinis voluerit, ibidem de novo fundandam & conſtruendam: necnon & unum meſuagium & unam Carucatam terræ, cum pertinentiis in eadem villâ de Neutone & Cotyngham, & advocationem Eccleſiæ ejuſdem villæ de Cotyngham; quæ quidem meſuagia, terram & advocationem idem *Thomas* de nobis tenet in Capite, ut dicitur, dare poſſit & aſſignare religioſis in dictâ domo conſtituendis; Habenda & tenenda eiſdem religioſis & ſucceſſoribus ſuis, in puram & perpetuam elemoſynam; ita quod iidem religioſi dictam Eccleſiam appropriare, &

& eam appropriatam in proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. (&c.) In cujus &c. T. Rege apud *Ebor. xxvi.* die *Junii.*

PRIORATUS

de Bromhale *in agro* Berrocenſi.

x ipſo autogr. penès Magiſtrum & ſ.cios Collegii S. Jo. Bapt. antabr.

Carta Henrici *de* Laci, *Comitis* Lincolniæ, *de* C. *acris terræ de vaſto ſuo de* Aſſerige.

ATutz Ceus ke ceſt eſcrit verrunt ou orrunt, *Henri* de *Laſci* Conte de *Nichole* & Coneſtable de *Ceſtre*, ſeignur de **Ros** & **Reweynnok**, & *Margaret* ſa femme ſalut. Sachez nus, pur le ſalu de nos aumes, e pur le ſalu de nos anceſtres & nos heirs, aver releſſe, e du tut de nos e de nus heirs quiteclame a Deu e noſtre dame de **Bromhale**, e as Noneins illekes deu ſervant, Cent acres de terræ de noſtre waſt de **Aſſerige**, ove ſes apurtenances; meſures par la perche de vint per, ke giſent entre **Pyllingbere** e le chemin roial, ke vet de **Brakenhale**, deskes a **Redinge**; a aver e a tenir de nous e de nos heirs as devantditz Noneins e a lur ſucceſſurs, en franche, pure, e perpetuele aumoſnie a tut jours. (&c.) En teſmoigne de queu choſe a ceſt eſcrit avons fet mettre nos Seaus, a ces teſmoignes, Monſire *Roberd le fiuz Roger*; Monſire *Perres* de *Maulley*; Monſire *Willame* le *Vavaſur*; Monſire *Roberd* de *Maulley*, Monſire *John* de *Creſakre*, adunk noſtre Seneſchal; Monſire *Gefray* de *Picheford*; Monſire *Willame* de *Eſtopham*, chevalers; e autres.

PAG. 551. col. 1.

Carta Regis Edwardi (*dicti Confeſſoris*) **Leveſham** *in* Cantio, *cum diverſis terris & Maneriis eidem pertinentibus, Eccleſiæ S.* Petri *de* Gant, *confirmans.*

cart antiq. T. n. 10.

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*, ego *Edw. Anglorum* Dei gratiâ baſileus, omnibus poſt me futuris Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, omnibuſq; Baronibus, ac miniſtris, cunctiſq; præſentibus & futuris ſalutem, & hujus rei notitiam. Summum in Regibus ac Principibus bonum eſt, juſticiam Dei colere & Eccleſiarum quieti proſpicere, & de illarum perpetuâ ſecuritate ſollerter tractare; quia, qui eam exaltant & honorant, cum eâ & in eâ, & per eam exaltantur, & honorantur. Et quoniam in locis plurimis inquietudines, plurimas moleſtias, perſecutiones, ſcandala, atq; gravamina Monachos à nonnullis pertuliſſe cognovimus, decet ut noſtræ excellentiæ regia proviſio de ipſorum venturâ quiete, ſalubri meditetur diſpoſitione, ut in ipſis manentes tranquillâ mente in ſervitute, Dei ipſius ſubveniente gratiâ, permaneant: Undè præſentes & poſteri ſciant univerſi, quod antiqui glorioſi Reges, *Aelwredus, viz.* & *Edwardus* filius ejus, Eccleſiam S. *Petri* de *Gant*, quæ in monte *Blandinio* ita & animo affectare diligerunt, honoraverunt; & donationem illam, **Leveſham** * *ſcil.* cum omnibus ſibi pertinentiis, quam *Elthrudis* præfati *Elfredi* neptis Eccleſiæ eidem liberè contulit, Regiâ conceſſione, & libertate perpetuâ munierunt: Quorum boni operis intentione perpendens ne eorum ſtatuta umquam ducantur in irritum, aut ullis (quod abſit) poſteris turbentur temporibus, ego quidem hujus libertatis patrocinator, donis eorum favens, pro eorum & meâ omniumq; ſucceſſorum meorum regum, atq; *Baldwini*, Comitis cognati mei; necnon & omnium fidelium proſperitate & ſalute, Deo & beato Apoſtolo *Petro*, pio fautori noſtro, & Abbati *Richardo* Monachiſq; præfatæ Eccleſiæ de **Gant** concedo, atq; meâ regiâ auctoritate confirmo Manerium de **Leveſham**, cum omnibus ſibi pertinentibus; *viz.* **Greenewic**, **Wulewic**, **Modingeham**, atq; **Cumbe**; & cum vallibus etiam in *Andredâ* eiſdem Maneriis adjacentibus; *ſcilicet* **Aeſhthore**, *Aeſſebaga*, **Thingindene**, **Scarendene**, **Sandhewiſce**; & cum Eccleſiis, cimiteriis, decimis, redditibus, in campis & ſilvis, in pratis & paſcuis, in aquis & paludibus, in piſcariis & piſcationibus, in molendinis & in omnibus ſuis appendiciis. Præterea addidi loco illi prælibato infra *Londoniam*, partem terræ de terrâ illâ, *viz.* quæ **Werman, Echer**, *Anglicè* nuncupatur, cum huervo eidem terræ pertinenti; & cum omnibus rectitudinibus & conſuetudinibus, quæ ad illam pertinent. Concedo eis etiam in omnibus terris ſuis prænominatis, conſuetudines hic *Anglicè* ſcriptas, *ſcil. Infangenetheof, Mondbruce, Miſchenninge, Uthleaw, Ferdwite, Wearwite, Blodwite, Hleaſtyng, Sceawing, Hamſocne, Forſtall*, aliaſq; omnes leges & conſuetudines, quæ ad me pertinent. Donavi etiam *Richardo* religioſo Abbati & omnibus futuris poſt eum, . . . ibidem Abbatibus, & fratribus ejuſdem loci, in omni prædictâ Monaſterii poſſeſſione, *ſacam* & *ſocam*, Theolondumq; ſuum in terrâ, & in aquâ, & conſuetudine, quæ dicitur *Teames*, Latrones, latronumq; captiones vel emiſſiones, & pacis fracturam, & pugnam in domo factam, & domus invaſionem, & omnes aſſultus in ſuo jure, in viâ & extra, in feſto & extra, in urbe & extra, in aquâ & extrâ, tam plenè, & tam liberè ſicut eas habebam in manu meâ: Nullus itaq; unquam graventur honeribus expedicionum nec Pontium vel Caſtrorum reſtructione, nec regalium ſive Epiſcopalium miniſtrorum exactione.

* Cella de **Leveſham** in *Cantio.*

Defendo inſuper, & ex nomine ſanctæ *Trinitatis* prohibeo, ut nullus Regum ſuccedentium, Epiſcoporum, Principum, Comitum, Vicecomitum, Procuratorum, ſive aliorum Regum clientium, vel Epiſcoporum miniſtrorum, paſtum, cenſum, vel inpenſionem, ſeu aliud quodlibet ab Eccleſiâ illâ, vel à terris præſcriptis ad eam pertinentibus per vim aut per conſuetudinem exigat, ſed omnimodam libertatem meâ regiâ corroboratione perpetualiter poſſideant, quatinus ipſa religioſa concio, pro remedio animæ meæ, & ſucceſſorum meorum Regum *Angliæ*, omniumq; benefactorum ejuſdem Eccleſiæ, ac fidelium ſalute, pervigiles perſolvat deprecationes, oleumq; bonæ actionis, more ſapientium virginum ſub habitu religionis ſervans Chriſto Domino & ejus beato Apoſtolo *Petro* indefeſsè deſerviat.

ſerviat. Siquis autem contra hanc auctoritatis noſtræ paginam ſenſerit, quicunq; ille fuerit, cujuſcunq; ætatis, vel poteſtatis, gradus, & ordinis, & eam infringere voluerit, vel alios ad hoc conduxerit, unuſquiſq; pro ſeipſo libras *v.* partibus S. *Petri* perſolvat, & quicquid exindè fiſcus noſter in murdris, geldis, danegeldis, omnibuſq; aliis rebus, vel ſtipendiis, quæ in terris illis ſurrexerint, ad partem noſtram ſperare poterat in luminaribus, ſive fratrum ipſius Monaſterii victus aminiculis perenniter per noſtra oracula ad integrum ſit conceſſum, atq; indultum: Quicunq; ſucceſſorum meorum hanc donationis libertatem firmiter atq; inviolabiliter cuſtodierit, æternâ coronetur claritate, cœleſtiſq; regni perfruatur fœlicitate: Si quis verò eam (quod abſit) deſtruere voluerit, ſive eandem poſſeſſionem à donatione & ſervicio ſæpedictæ Eccleſiæ & Abbatum ejuſdem loci, & Monachorum ſubtrahere conatus fuerit, vel per partes, quaſi hæreditatis jure auferre præſumpſerit, ſicut contradictor & convulſor hujus noſtri decreti, ac temerator, cum *Judâ* traditore Domini, æterno anathemati ſubjaceat, niſi Deo & beato ſuo Apoſtolo *Petro* dignâ pœnitentiâ ſatisfecerit. Non enim ſuperiorem, vel inferiorem aliquem decet hominem illud ſibi in jus hæreditatis vendicare, quod per regiam corroborationem ad illud, cujus eſſe debeat, providâ ratione fuerit redactum.

Anno igitur Dominicæ incarnationis A.D.1044. *M. xliiii.* Indict. *xii.* & *vii.* concurrentibus, atq; *xi.* Epactis rotantibus, hæc regalis conceſſio & donatio facta eſt ſub aſtipulatione Primatum, quorum nomina karaxata videntur. Ego *Edwardus* Rex totius *Britanniæ* hanc propriam donationem regali ſtabilimento affirmavi ✠. Ego *Elfgive* ejuſdem regis mater aſſenſum accommodavi ✠. Ego *Eadſinus Dorobernenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus hanc pietatem divulgavi ✠. Ego *Aelfricus Eboracen.* Civitatis Archipræſul, hanc territoriam ſchedulam diligenter aſſignavi ✠. Ego *Aelwardus Londonienſis* Epiſcopus conſolidavi ✠. Ego *Godwinus Rofenſis* Epiſcopus gaudenter impreſſi ✠. Ego *Alwynus Wintonienſis* Epiſcopus corroboravi ✠. Ego *Beorwoldus Wiltunienſis* Epiſcopus coadunavi ✠. Ego *Livingus Cridienſis* Epiſcopus confirmavi ✠. Ego *Aedelſtanus Herfordienſis* Epiſcopus conſignavi ✠. Ego *Wulſtanus Wigornienſis* Epiſcopus hanc divulgavi ✠. Ego *Eadnodus Dortcenſis* Epiſcopus condixi ✠. Ego *Duduco Willenſis* Epiſcopus conſcripſi ✠. Ego *Grunkellut* Epiſcopus *Auſtralium Saxonum* concenſi ✠. Ego *Wulſinus* Epiſcopus *Licetfeldenſis* commodum duxi ✠. Ego *Britinus* Epiſcopus *Burnenſis* concluſi ✠. Ego *Goodwinus* Dux, Amen dixi ✠. Ego *Leoricus* dux teſtificavi ✠. Ego *Siwardus* dux teſt ✠. Ego *Haroldus* dux teſt ✠. Ego *Leofwinus* dux teſt ✠. Ego *Swelfenus* dux teſt ✠. Ego *Toſtius* dux teſt ✠. Ego *Gyrdus* dux teſt ✠. Ego *Aedwinus* Abb. *Weſtm* ✠. Ego *Wuldoldus* Abb. **Certeſige** ✠. Ego *Aelfi* Abb. S. *Auguſtini* ✠. Ego *Godwine* Abb. **Wincelcumbe** ✠. Ego *Manny* Abb. *Eoveſhamenſis* ✠. Ego *Alfricus* Abb. *Perſcorenſis* ✠. Ego *Hugelinus* Camerarius ✠. Ego *Eſgar Stallere* ✠. Ego *Robgetus* fil. *Wimarcſtallere* ✠. Ego *Ordgar* Miniſter ✠. Ego *Oſgod* Miniſter ✠ Ego *Odda* Miniſter. ✠. Ego *Elfgard* Miniſter ✠. Ego *Rarld* Miniſter ✠. Ego *Thured* Miniſter ✠. Ego *Æthelwic* Miniſter ✠. Ego *Aedridg* Miniſter ✠. Ego *Ordulf* Miniſter ✠. Ego *Duduco* Miniſter ✠. Ego *Siward* Miniſter ✠.

PAG. 551. col. 2.

Carta Edmundi *Comitis* Cornubiæ, *donationes* Ricardi *Patris ſui Monachis S.* Michaelis *de* Monte, *in* Cornubiâ, *recitans & confirmans.*

Ex Regiſt. Cartarum Prioratus S. *Mich.* de *monte*, penès *Will.* Comitem *Sarum.* f. 3.b.

Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Edmundus* claræ memoriæ, *Ricardi* regis *Alemanniæ* filius, & Comes *Cornubiæ* ſalutem in Domino. Noveritis nos inſpexiſſe Cartam prædicti patris noſtri, quam fecit Priori & Monachis S. *Michaelis*, in *Cornubiâ* in hæc verba. Omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Ricardus* Comes *Pictaviæ* & Cornubiæ ſalutem: noveritis me dediſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, pro me & hæredibus meis, Priori & Monachis S. *Michaelis* in *Cornubiâ* ibidem Deo ſervientibus, pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, totam terram in morâ meâ de **Goenhib**, hiis metis incluſam; *videlicet* à diviſâ quæ ſe extendit à villâ de **Roſiwik**, ad terram de **Trurabo**; & ita uſq; ad viam propè **Crucareſken**; & indè uſq; ad **Boneſdu**; & de **Boneſdu** uſq; ad **Ponſdonſili**; & indè uſq; ad **Gzzlenbeſels**, uſq; ad magnam viam **Gzudgozahenot**; & indè uſq; ad **Gzugkemnpwol**; & indè ſicut diviſa ſe extendit inter **Crunent & Polkere**: Habendum & tenendum ſibi in puram & perpetuam elemoſynam, quietam & ſolutam ab omni ſervicio ſeculari; & ad majorem ſecuritatem præſentem Cartam Sigilli mei impreſſione feci roborari. Hiis teſtibus, venerabili viro *A.* Abbate *Belli loci* Regis, *Andreâ* de *Cancellis*, *Widone* de S. *Amando*, *Johanne* filio *Thomæ*, *Petro Brettone*, *Ric.* de *Poncherdone*, *Roberto* de *Eſchalers*, & aliis.

Inſpeximus etiam aliam Cartam prædicti patris noſtri in hæc verba. Omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Ricardus* Comes *Pictaviæ* & *Cornubiæ* ſalutem: Noverit univerſitas veſtra, me dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, intuitu caritatis, pro me & hæredibus meis, Priori de *Monte* S. *Michaelis* in *Cornubiâ*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſynam, decem ſolidatas redditus, quos

quos *Willielmus* de *Walebreaus* mihi annuatim reddere conſuevit pro Nundinis S. *Jacobi*, extra eundem montem; habendum eiſdem Priori & Monachis liberè & pacificè; & percipiendum de eodem *Willielmo* de *Walesbreaus* & hæredibus ſuis annuatim, ſicut illos percipere conſuevit. Et quia volo, quod hæc mea donatio perpetuæ firmitatis robur optineat, præſens ſcriptum Sigillo meo ſignatum produxi in teſtimonium. Hiis teſtibus, Domini *Andrœa* de *Cardinan*, *Willielmo* de . . . . . . *Andrœa* de Cancellis, *Waltero* de *Turri*, *Waltero* de *Therbyn*, tunc temporis Vicecomite *Cornubiæ*, *Odone Taerbyn* filio ſuo, & aliis.

Nos autem prædictas donationes, conceſſiones, & confirmationes, ratas & gratas habentes, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus, ſicut prædictæ Cartæ præfati Patris noſtri rationabiliter teſtantur. Præterea concedimus & præſenti ſcripto noſtro confirmamus Deo & beatæ *Mariæ*, & S. *Michaeli*, ac Priori & Monachis montis S. *Michaelis*, in *Cornubia*, quantum in nobis eſt, quod habeant & teneant montem *S. Michaelis*, cum dictâ hida terræ, cum ſuis pertinentiis, ita ſoluta & quieta, ac libera ab omnibus conſuetudinibus, querelis & placitis, ſicut recolendæ memoriæ *Robertus* Comes *Moritoniæ* unquam ea tenuit: Et quod habeant & teneant tres acras terræ in **Manael**, **Trurabo**, **Leſmanack**, **Trerravers**, **Carnelel**, ita quietè & liberè ab omnibus placitis & querelis, atq; forisfactis, ſicut præfatus *Robertus* Comes *Moritoniæ* illam unquam tenuit, cum ſuis omnibus pertinentiis. Conceſſimus eiſdem Priori & Monachis, quod cum domus ſua prædicti montis, per ceſſionem vel deceſſum Prioris, qui pro tempore fuerit, ad cuſtodiam noſtram fuerit devoluta, omnis exitus de toto tempore vacationis ipſius Prioratus, integrè reſerventur futuro Priori liberandas, in utilitatem prædictæ Prioratus convertendum, ſine ullo impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum: Salvis tamen cuſtodi noſtro dicti Prioratus rationabilibus ſuſtentationibus ſuis, tempore vacationis ſicut hominem petitem decet. In cujus rei teſtimonium præſenti Scripto Sigillum noſtrum apponi fecimus, Hiis teſtibus, Dominis *Willielmo* de *Camvile*, *Henr.* le *Tyes*, *Will.* de *Botreaux*, *Willielmo* de *Bereford*, *Reginaldo* de *Botreaux*, *Tho. Kent*, *Ric.* de *Hiwys*, & aliis. Data apud **Roſtormel** *xxx.* die *Decembris*, anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici* *xix.*

Ib. f. 5. a. *Carta* Alani *Comitis* Britanniæ *de* xs. *annui redditus de feria de* **Merdreſem**.

A. Dei gratiâ Comes *Britan.* & *Cornubiæ*, & *Richemuntis*; omnibus fidelibus ſuis & filiis ſanctæ Eccleſiæ per *Cornubiam* conſtitutis ſalutem. Sciatis, quod ego dedi & conceſſi in perpetuam poſſeſſionem, Deo & Eccleſiæ S. *Michaelis* de *monte* in mari, pro ſalute animæ meæ, & uxoris & filiorum meorum; & pro redemptione animæ *Brientii* avunculi mei, de cujus hæreditate terram *Cornubiæ* poſſideo, & aliorum, anteceſſorum meorum, & parentum meorum; & pro ſtabilitate Domini mei Regis *Stephani*, & filiorum, & uxoris ſuæ, illos *x s.* quos habui de redditu ſingulis annis de feriâ **Merdreſem**, & quicquid plus proficui, cum ad opus meum pertinere videbitur, ſi in futuro creverit, totum eidem dono Eccleſiæ, ita liberum & quietum in omni re, ſicut ego vel aliquis anteceſſorum meorum poſſidemus. Et ut hæc donatio mea in perpetuum maneat, Sigilli mei impreſſione, ſubſcriptorum teſtimonio corroboravi, anno incarnationis Domini *MCxl.* conquiſitionis meæ, quo ego *Alanus* Comes ſcripſi. ✠ Ego *Conanus* Capellanus Comitis. ✠ Ego *Ric.* de *Luci*. ✠ Ego *Racorus* de *Valle torta*. ✠ *Ego Will.* de *Tribus inmutis*. ✠ *Ego Rualdus* Coneſtabularius. ✠ *Ego Gaufridus* de *Corrun* homo Comitis. ✠ *Ego Hugo* de *Terrvana*, apud **Bomme** peracta fœliciter. Quicunq; eidem *E*ccleſiæ pro Deo benefecit, benè concedo. Teſtibus eiſdem.

Carta Richardi *Regis* Romanorum *de feriis de* **Marhaſgon**. Ib. f. 6. a.

RIcardus Dei gratiâ *Romanorum* Rex, ſemper *Auguſtus*; Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus omnibuſq; libere tenentibus & aliis fidelibus ſuis in Comitatu *Cornubiæ* ſalutem, & omne bonum: Noverit Univerſitas veſtra, nos, per præſentem confirmationem noſtram, conceſſiſſe & confirmâſſe Priori *montis* beati *Michaelis* in *Cornubiâ*, & ſucceſſoribus ſuis, quod tres ferias, & tria mercata, quæ ex conceſſione prædeceſſorum noſtrorum Regum *Angliæ*. *viz. mediæ Quadrageſimæ*, die & in craſtino; *Vigilia* beati *Michaelis* die & in craſtino, vigilia beati *Michaelis* in *Monte tumba*, die & in craſtino, in **Marghaſbigan**, alieno ſolo hactenus habuerunt, habeant de cætero, in ſolo ſuo proprio in **Marchadyon**, juxta grangiam ſuam, & imperpetuum poſſideant, ita quod feria & mercata prædicta, ſecundùm legem & conſuetudinem Regni *Angliæ*, in nullius feriæ vel mercati dampnum cedat, vel nocumentum. In cujus rei teſtimonium præſentem confirmationem Sigillo regiæ majeſtatis noſtræ duximus confirmandam: Hiis teſtibus, Dominis *Henrico Teutonico*, *Hugone* de *Boyvile*, *Stephano Haym*, Magiſtro *Ada* de *Beleſtede*, *Johanne Beaupre*, & aliis.

Carta Conani *Ducis* Britanniæ, *de* **Wath**. Ib. f. 37. b.

COnanus Dux *Britanniæ*, Comes *Richmundiæ*, Dapifero ſuo & Conſtabulario ſuo, & omnibus Baronibus ſuis, & omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis* ſalutem: Notum ſit vobis omnibus me conceſſiſſe in puram & perpetuam elemoſinam, pro animâ Patris mei & animabus anteceſſorum meorum, & hac meâ Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Michaelis* de periculo maris, fratribuſq; ibidem ſervientibus, terram illam quam anteceſſores mei illis in puram & perpetuam elemoſinam dederunt & conceſſerunt; *ſcil.* **Wath** cum omnibus pertinentiis & appendiciis: Quare volo & præcipio, ut habeant & teneant benè & in pace, liberè & quietè, & honorificè, integrè & plenariè, in Eccleſiâ, in boſco & plano, in pratis & in paſcuis, in aquis & molendinis, in terrâ arabili & non arabili, & in omnibus locis ejdem terræ pertinentibus. Teſtibus, *Radulpho* filio *Rabaldi*, *Alano* Coneſtabulario, *Herveo* filio *Acariæ*, *Terſino* filio *Roberti*, *Wyg uno* filio *Cades*, *Roberto* filio *Radulfi*, *Ribaldo* fratre ſuo, *Warnero* filio *Gunnari*, *Radulfo* Camerario, *Waltero* filio *Acariæ*, *Willielmo* de *Comeriis* apud *Richemundiam.*

140 b. *Bulla* Adriani *Papæ*, *Anno* MCLv. *omnes poſſeſſiones Monaſterio* S. Michaelis *in periculo maris*, *in* Britanniâ, *confirmans.*

ADrianus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis *Roberto* Monaſterii S. *Michaelis* de *periculo maris* Abbati, atq; fratribus, tam præſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis imperpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat: Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati *Petri* & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus: Statuentes ut quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona idem Monaſterium in præſenti juſtè & Canonicè poſſidet, aut in futuro conceſſione Pontificum, largitione regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata permaneat; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. *E*ccleſias in Caſtro montis ſitas, cum redditibus, & dignitatibus ejus, tam *E*ccleſiaſticis quàm ſecularibus; villam quæ vocatur *Gornicum*, cum *E*ccleſiis ipſius & cum pertinentiis ſuis; & *E*ccleſiam S. *Clementis*, & villam quæ vocatur *Drago*, cum *E*ccleſiâ. *E*t *E*ccleſiam S. *Michaelis* de *Lupis*; & Eccleſiam de **Hartiſhey**: *Ardenor*, cum *E*ccleſiâ, & omnibus pertinentiis ſuis: *E*t villam de *Belneyr*, cum *E*ccleſiâ; & villam de *Paſſibus*, cum *E*ccleſiâ; villam de *Cureyo* cum *E*ccleſiâ; villam de *Huſius*, cum Eccleſiâ; villam quæ *Crox* vocatur, cum pertinentiis ſuis. **Ballenc**, cum pertinentiis ſuis, & burgum *Bremonis*, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Cangeye**, cum pertinentiis ſuis. Eccleſias *pontis Vixonis*, cum decimis reddituum ipſius Caſtri. Capellam *Hamelini*, cum pertinentiis ſuis.

In Epiſcopatu *Conſtancienſi*, villam S. *Paterni*, cum Eccleſiâ & pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. *Johannis* de *Campis*. Eccleſiam S. *Pancratii*. Eccleſiam de *Coldevilla*. *E*ccleſiam de *Fulquerevilla*, cum ipſâ villâ & pertinentiis ſuis. Villam de *Eenoch*; terram de *Elleos*; Eccleſiam de *Cartereth*, & inſulam de *Chanſye* & quicquid habent in Inſulâ quæ vocatur **Jerſey**; & in Inſulâ quæ vocatur *Gurneie* quartam partem; & in eadem Inſulâ Eccleſiam S. *Salvatoris*. Eccleſiam S. *Mariæ* de *Caſtro*. Eccleſiam S. *Michaelis* de *Valle*; & *E*ccleſiam S. *Petri* de *Boſco*. Eccleſiam S. *Mariæ* de **Liſhon**, cum pertinentiis ſuis, & Capellam S. *Georgii*. Inſulam quæ vocatur .... *enchen*, cum *E*ccleſiâ.

In Epiſcopatu *Bajocenſi*, villam quæ vocatur *Donus Johannis*, cum pertinentiis ſuis, villam quæ dicitur *Bretenvilla*, cum Eccleſiâ & pertinentiis ſuis: & villam quæ dicitur *Berſum*, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de *Virete*, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de *Sear*, cum pertinentiis ſuis.

In Epiſcopatu *Rothomagenſi*, in ipſius urbis foro, Eccleſiam S. *Michaelis*. In Epiſcopatu *Lexovienſi*, prata quædam, in villâ quæ dicitur *Pons Epiſcopi*. In Epiſcopatu *Carnotenſi* villam quæ dicitur *Gohere*, cum Eccleſiâ & pertinentiis ſuis. villam quæ dicitur *Polerma* de feudo *Odonis Borrel*, cum Eccleſia & pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu *Cenomanenſi* Cellam S. *Victurii* in ſuburbio ipſius urbis, cum burgo ipſius ſuburbii, cum omnibus juſtis conſuetudinibus, tam vini, quàm aliarum rerum venalium, & aliis pertinentiis ſuis. In eodem ſuburbio Eccleſiam S. *Johannis*, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de *Lucare*, cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam de *Pontenay*, cum pertinentiis ſuis. *Vilarentum*, cum pertinentiis ſuis. Vineas quas habetis apud caſtrum *Sillaim*. In Epiſcopatu *Turonenſi* terras & vineas quas habetis apud ipſam Civitatem. In Epiſcopatu *Andegavenſi* in ipſa civitate domum unam & vineas; & terram juxta urbem. Eccleſiam de *Creant*, cum appendiciis ſuis. In *Britanniâ* in Epiſcopatu *Dolenſi*, montem *Randum*, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. *Broeladrii*, cum pertinentiis ſuis. *Praſtaam* villam. *Melnen* & *Landem* in Epiſcopatu *Alletenſi*, & Eccleſiam quandam, cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. *Tigal*, cum pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu S. *Corentini*. Eccleſiam S. *Michaelis* de *Cornugalliâ*. In Epiſcopatu *Redonenſi*, villam quæ dicitur *Villa maris*, cum Eccleſia & pertinentiis ſuis.

Eccleſiam de *Polleyo* in *Angliâ*, in Epiſcopatu *Exoniæ*: Cellam S. *Michaelis* de *Monte*, *Cornubiæ*, cum pertinentiis ſuis. Villam *Ettoniæ*, cum Eccleſiâ & pertinentiis ſuis. *Sedewne* & Eccleſiam ipſius. Eccleſiam de **Endebrie**; *Wiſcumbam Eſtolleiam*; *Ercumbam* & Eccleſiam. Villam quæ vocatur *Hedrin*. In Epiſcopatu *Wintonienſi* Eccleſias tres. In villâ quæ dicitur **Baſinges Baſingſthoc**. Eccleſiam *Saliburnæ* in Epiſcopatu *Saliſburienſi*. Eccleſiam *Hetonæ* in Epiſcopatu *Wellenſi* & *Batonienſi*. Eccleſiam de *Merthoc* cum pertinentiis ſuis, in *E*piſcopatu *Helienſi*. Eccleſiam de **Went**, in Epiſcopatu *Eboracenſi*. Villam quæ dicitur **Wath**, cum Eccleſiâ, & cum omnibus hiis, quæ ad eandem Eccleſiam pertinere noſcuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat ſupradictum Monaſterium temerè perturbare,

turbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere vel minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia integrè obſerventur eorum, pro quorum libertate & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalvâ nimirùm Apoſtolicæ ſedis auctoritate, & dioceſanorum Epiſcoporum Canonicâ juſtitiâ. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiovè commonitus, niſi præſumptionem ſuam congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtit de perpetratâ iniquitate cognoſcat; & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat; atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſuum jus ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen.

Pag. 558 col. 2.

Ex collect. *Rob. Gloveri*, Somerſet Heraldi [*Miſcel.* lib. 5. f. 9. b.]

Carta H. *de* Bellocampo, *donationes anteceſſorum ſuorum Monachis de* **Bergavenny** *confirmans.*

H de *Bellocampo*, omnibus fidelibus *Francis*, *Anglicis*, & *Walenſibus* ſalutem. Pro ſalute regis *H.* & Reginæ, tam corporum quàm animarum, & anteceſſorum ejus: pro me & uxore meâ, & anteceſſoribus meis; pro omni ſucceſſione meâ, ſciatis me conceſſiſſe Deo & Monachis de **Bergeveni**, omnes illas poſſeſſiones, quas in elemoſynâ anteceſſores mei *Hamelinus* de *Balon*, & *Brientius* filius Comitis, & alii Domini de **Bergeveni** eis caritativè & rationabiliter impenderunt; *ſcilicet* in Eccleſiis, in decimis, in terris, in ſilvis, in aquis, in pratis, in Molendinis, in paſnagüs, in pullis, in caſeis, in nummis, in pomis, & in omni decimatione; quæ & quas, tam Dominus quàm milites iſtius Honoris rationabiliter dederunt, vel daturi ſunt; ſalvo jure & honore meo.

Inſuper concedo eis terram illam, quam dedit *Philippus Alis* pro *Radulpho* fratre ſuo, quando ad Monacatum venit. Adhuc etiam concedo eis terram quæ ſita eſt juxta minorem **Eſchireit**, quam dedit *Galterius* de *Malvenon*, quando ſe pro habitu religionis eiſdem conceſſit. Adhuc do eis *xvi. d.* de reddito terræ *Bertram*, pro animabus militum meorum ibidem jacentium. Hæc omnia jam dictis Monachis annuo & confirmo, & Sigilli mei impreſſione corroboro; prohibens & defendens, ne aliquis præpoſitorum eis inferat injuriam, ne pro tali facto Dei maledictionem incurrat. Hiis teſtibus, *Gauterio* & *Richerio* fratribus Domini, *Radulfo* de *Norfoc*, *Philippo* filio *Roberti*, *Simone* Capellano, *Gauterio* Clerico, *Roberto Gunter*, *Aniſen*, *Roberto* Præfecto, *Radulfo Lanbert*, *Inberto*. De Monachis, *Durando* Priore, *Herveo* Monacho, *Herberto M.* *Mauricio M.* *Gauterio M.* *Reginaldo M.* *Radulfo M.* *Burgonio M.* *Matthæo* Presbytero, *Albino* Presbytero, *Petro* Clerico, *Matheo* Clerico, *Willermo* Clerico; *Seſſill* & *Herberto* fratre ejus Clericis; *Henrico* præfecto, *Radulfo* Coco, *Garino* filio ejus, & multis aliis.

Pag. 592. col. 1.

Ex Chronicis de **Lanthony** in *Wallia*, per *Rob. Gloverum*, *Somerſet* Heraldum deſumpta.

Titulus Ricardi *Ducis* Ebor. *ad dominium de* **Karlyon**, *& ad patronagium Prioratus de* **Goldclyve**.

Fuit quidam *Oweyn Wan* dominus de **Karlyon**, & dominus omnium terrarum, & tenementorum & cæterarum poſſeſſionum, quæ Prior de **Goldclyve** modo occupat, tam in dicto Prioratu quàm extra: Super quem *Owenum* quidam *Robertus* de *Candos* conqueſtus eſt dominium de **Karlyon** & **Goldclyve**, ac cæteras terras. *Et* poſt dictum conqueſtum dictus *Robertus* primò fundavit Prioratum de **Goldclyve**, in proprio ſolo ſuo de **Goldclyve**, ſic per eum conqueſto. *Et* poſt mortem dicti *Oweyn Wan*, venerunt duo filii ſui; *viz. Jorverth* ap *Owayn* & *Walterus Morgan* frater ejus, & conqueſti fuerunt dictum dominium de **Karlyon**, & Prioratum, ſuper dictum *Robertum*; & fuerunt ſeiſiti de omnibus placitis Regalibus, & placitis Coronæ; de Hutesiâ & clamore & ſanguinis effuſione, *Forſtal*; & de omnibus aliis placitis emergentibus de tenentibus prædicti Prioris de **Goldclyve**, citra **Poleny** verſùs **Karlyon**; & precipuè prædicti *Jorverthi*, *Morgan*, *Howelus* de **Karlyon**, & *Mereduth*.

Ac etiam Comites *Glouceſtriæ*, *Ricardus* de *Clare*, *Walterus*, *Gilbertus*, & *Gilbertus*; & quorum placitorum cognitionem Prior dicti Prioratus clamat in ea hæredationem dominæ *Elizabethæ*, protunc dominæ de **Karlyon** (&c.) Virtute Cartæ ſupradictæ *Roberti* de *Candos*, primi Fundatoris dicti Prioratus; & quæ Carta, ut dicebatur, fuit adjudicata per miniſtros dictæ dominæ; nullum robur & effectum habere propter conqueſtum per filios dicti *Owein*, factum ſuper dictum *Robertum* de *Candos*, qui conqueſtus fuit priùs patrem ſuum prædictum: & qui etiam Prior, adtunc oſtendebat Cartas confirmationum dictarum terrarum & francheſiarum, unà cum Cartis confirmationis terrarum, quas Abbas de **Karlyon**, & alii tenent.

Item idem Prior protulit alias Cartas de dono & conceſſione *Howeli*, Domini de **Karlyon**

lyon (&c.) & anteceſſorum ſuorum, factis eidem Priori & ſucceſſoribus ſuis, ad piſcandum in aquâ de Uſke, (&c.)

Item memorandum, quod quidam *Willielmus* Comes *Glouceſtriæ*, dominus de Newport, conqueſtus fuit dominium de Karlyon. (&c.) Super *Mereduth ap Howell* dominum de Karlyon, filium *Howeli* Domini de Karlyon ſupradictâ.

Item quod idem illuſtriſſimus princeps, *Ricardus* Dux *Ebor.* &c.

PRIORATUS

de Caresbroke, *in inſula* Vectis.

Ex Regiſtro Cartarum *Careſbrocenſis* Cœnobii, in Inſula *Vectis.*

Progenies Willielmi *filii* Osberni, *Comitis* Herefordiæ, *& primi Conqueſtoris Inſulæ* Vectis.

MEmorandum, quod *Willielmus* Baſtardus, Conqueſtor terræ Anglicanæ, habuit *Willielmum* filium *Osberni*, Mareſcallum ſuum; qui conquiſivit Inſulam *Vectam* tempore quo dictus *Willielmus* Baſtardus conquiſivit terram *Angliæ*. Et fecit dictum *Willielmum* filium *Osberni* Comitem *Herefordiæ*. Qui quidem *Willielmus* filius *Oſberni*, habuit duos filios, *Johannem* & *Ricardum*, qui obierunt vivente patre eorum: Poſt quorum mortem & *Willielmi* patris eorum, deſcendebat hæreditas illa *Ricardo* de *Rivers*, nepoti prædicti *Willielmi* filii *Osberni*, tunc Comiti *Exoniæ*. De quo *Ricardo* venit *Baldwinus* filius ejus. De quo *Baldwino*, quia obiit ſine hærede de ſe, deſcendit hæreditas illa *Iſabellæ* ſorori ejus, quam *Willielmus* de *Fortibus* deſponſavit: Qui quidem *Willielmus* & *Iſabella* obierunt ſine hærede de ſe; & dicta *Iſabella* ſupervixit: Poſtquam dominus Rex *Edwardus* nunc, de eâ, illam adquiſivit.

Carta Baldwini *Comitis* Exoniæ.

B. Comes *Exoniæ*, *Hild.* Dei gratiâ *Lirenſi* Abbati &c. ſalutem. Sciatis me, pro Dei amore &c. omnes Eccleſias noſtras, decimas & terras, & homines & poſſeſſiones, & redditus & beneficia de Inſula *Wht*, conceſſiſſe Abbatiæ S. *Mariæ Liræ*, & Eccleſiæ veſtræ, & vobis; ea tenere in bona pace & amore meo, ſicut illa unquam in tempore *Willielmi* filii *Oſberti*, vel in tempore *Ricardi* de *Ridvers* patris mei, meliùs & liberiùs habuiſtis. Teſtibus, *Willielmo* de *Elion* dapifero, *Galfrido* de *Forne*, *Pagano* Vicecomite, *Brien* de *Inſula*, *R.* de *Widvil* & aliis, apud Caresbroc. Valete.

Carta Willielmi *de* Vernun.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus* de *Vernun*, filius Comitis *Baldwini*, dedi & conceſſi & hac Cartâ confirmavi, Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Caresbroc, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, duas marcas argenti in perpetuam elemoſynam, in eſcambium diviſæ, quam fecit eis *Ricardus* de *Redvers* nepos meus, percipiendas ſingulis annis ad quatuor terminos, in *Novo Burgo* meo, de theoloneo Inſulæ, per manum Præpoſiti, quicunq; fuerit Præpoſitus &c. Prior autem & Monachi de Caresbroc, quietum me clamaverunt de prædictâ diviſâ *Ricardi* de *Redvers* nepotis mei; & Cartam quam de illo habuerunt mihi in Curiâ meâ, coram Baronibus meis reddiderunt &c. Hiis teſtibus, *Mabiliâ* Comitiſſâ, *Waltero* de Inſulâ, *Waltero* de *Portâ*, *Roberto* filio *Briani*, & aliis.

Carta Willielmi *Comitis* Devoniæ.

NOtum ſit omnibus, præſentibus & futuris, quod ego *Willielmus* Comes *Devoniæ*, & dominus Inſulæ *Vectæ*, conceſſi & Sigillo meo confirmavi, pro ſalute animæ meæ, & omnium parentum & amicorum meorum, Deo & Sanctæ *Mariæ* de *Lirâ*, & Monachis ejuſdem loci, omnes elemoſynas ſuas & beneficia ſua, & omnes res ſuas, & poſſeſſiones de terrâ meâ, & de feodo meo in Inſula *Vecta* &c. Et nominatim Eccleſiam de Caresbroc &c. & terram circa Caresbroc quam *Peverellus* de *Argenteom* & *Willielmus* frater ſuus eis dederunt &c. Hiis teſtibus, *Sanſone Foliot*, *Thomâ* de *Monaſteriis*, *Will.* de *Inſula*, *Ricardo* de *Aneville*, & aliis.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorum conceſſiones Cœnobio* Lirenſi *recitans & confirmans.*

HEnricus Rex *Angliæ* &c. Sciatis me conceſſiſſe, & in perpetuam elemoſynem confirmàſſe Eccleſiæ *Lirenſi*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, quicquid eis rationabiliter datum eſt, & tenementa ſua, & quicquid juſtè & rationabiliter poſſiderunt tempore Regis *H.* avi mei, & tempore patris mei, in Epiſcopatu *Eboracenſi*, in loco qui vetus *Lirâ* dicitur: Ex dono *Willielmi* Comitis, terram de eadem villâ, quam tenebant in dominio; & duo molendina in eadem villâ, & quartam partem *Novæ Liræ*, & molendinum ejuſdem villæ; & molendinum *Foleret*, & aquam à ponte de *Novâ Lirâ* uſq; ad *Calet*, Et totam decimam Foreſtæ *Britolii*, & decimas ſeptimanas *Britolii*, *Lirâ*, *Paceii*, & *Glotis*, & Pontis S. *Petri*: Eccleſias *Britolii*, cum feodo *Walonis*; Eccleſias *Glotis*; Eccleſias de utraq; *Lirâ*; Eccleſiam S. *Andreâ* de *Barrâ*; Eccleſiam de *Cormul*, Eccleſiam de *Candamniell*, Eccleſiam de *Boterellis*, Eccleſiam de *Noeriâ*; Eccleſiam de *Alverniaco*. Præterea dotem Comitiſſæ *Adeliciâ*; *ſcil. Triliacum*,

cum molendino; & *Melrueras*, & *Rubramont*. Et in Epiſcopatu *Rothomagenſi*, *Scannu* Comitis: In ipſâ Civitate Eccleſias Pontis S. *Petri*; *ſcil.* S. *Nicholai*, S. *Gregorii*, & S. *Criſtini*, cum appendiciis ſuis; & redecimam de *Valle Piſtris*.

In *Angliâ*, in Epiſcopatu *Wintoniæ*, ex dono prædicti *Willielmi* Comitis; in ipſâ civitate, duos Burgenſes; Eccleſiam de **Claford**, cum appendiciis ſuis. In **Hantone** novem libras & quinq; ſolidos, & unum Burgenſem, & Eccleſiam S. *Johannis*. Eccleſiam de **Careſbroc**, cum appendiciis ſuis, & totam decimam de dominio Comitis. Eccleſiam de *Arretonâ*, & totam decimam de dominio Domini ejuſdem villæ; & de **Baſeler**, & de **Lunecumbe**, & de *Caudecumbâ*: Eccleſiam de **Freſkewater**, & totam decimam de dominio domini: Eccleſiam de **Godeſhulle**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Wippingham**; Eccleſiam de **Pecherche**: Eccleſiam de **Peutone** cum appendiciis ſuis: Decimam de dominio de *Brumlegâ*.

In Epiſcopatu *Herefordiæ*, in ipſâ villâ *xii*. lib. & Burgenſem, *Acram*; Eccleſiam de **Tedeham** cum appendiciis ſuis. Eccleſiam de **Weſthinde**; Decimam de **Wbre**; Eccleſiam de *Benâ*; Eccleſiam de **Thamebere**; Eccleſiam de *Hopâ*, cum appendiciis ſuis. Decimam de *Pultona* de dominio domini & decimam de **Chinghaples** de toto dominio; Et decimam de dominio domini de **Credhulle**; & decimam dominii de **Cheſlet**, & unum hominem, cum terrâ ſuâ.

In Epiſcopatu **Landaf**, Manerium de **Languinai**, & decimam totius Foreſtæ de **Groſſemonte**; & medietatem decimæ Thelonei de *Strigulio*: Et medietatem totius decimæ, quæ eſt inter *Guaiam* & *Oſcam*; *ſcil.* Vaccarum, porcorum, nummorum, piſcium, & mellis. Et decimam dominii de **Stanford**; & unum hominem; & decimam dominii de **Tornebere**, & unum hominem; Et decimam de dominio de **Logordine** & unum hominem; Et in **Suttone** unam virgatam terræ; quæ omnia ſunt in Epiſcopatu de **Hereford**; *ſcil.* **Stanford**, & de quietanciâ.

In Epiſcopatu *Wigorniæ* Eccleſiam de *Henleya*, cum appendiciis ſuis; & decimam foreſtæ *Malverniæ*, præter venationem: Et decimam totius dominii de **Cuhelle**; Et decimam totius dominii de *Biſſeleia*, & unum hominem; & decimam totius dominii de **Edrefeld**, & unum hominem: Et decimam totius dominii de *Fortelintona* & unum hominem. Eccleſiam de **Fecheham**, cum appendiciis ſuis, in villâ de *Aurintona* & de totius dominii, & unum ruſticum; *Duntesburniæ* duas hidas terræ, & decimam totius dominii de *Eſſameſtede*; & duos Burgenſes in villâ *Gloceſtriæ*, & unum pratum.

In Epiſcopatu *Sareberiæ*, Eccleſiam de *Baſtendena*, cum appendiciis ſuis; Eccleſiam de **Eſſameſtede**; Eccleſiam de **Soningefech**, & Eccleſiam de **Sorfech**, cum appendiciis ſuis.

Ex dono Comitis *Leiceſtriæ* Eccleſias de *Waram*, cum appendiciis ſuis: Eccleſiam de *Guerſit*, & centum ſolidatas terræ: & Eccleſiam de **Kinchorde**, cum appendiciis ſuis.

In Epiſcopatu *Lincolniæ*, Eccleſiam de *Hinkelai*, cum appendiciis ſuis. In Epiſcopatu *Ceſtrenſi* Eccleſiam de *Eitona*, cum appendiciis ſuis, & unum hoſpitem apud *Leiceſtriam*. Ex dono Comitis *Mellenti* unum Burgenſem liberum ad pontem *Odomari*. Ex dono *Hen.* de *Ferrariis* unum hoſpitem liberum, *Canbreſt*. Ex dono *Richerii* de *Aquilâ*, unum hoſpitem liberum. Ex dono *Rainaldi* de *Bordeneio Lx.* ſolidos in foeſa foreſtæ, & decimam Molendinorum ipſius.

Præterea Eccleſiam de *Gutteriis*, & Eccleſiam de *Morenvilla*, & Eccleſiam de *Paſceio*, cum appendiciis ſuis. In introitu *Quadrageſimæ* duo millia allectiorum, ex dono Comitis *Mellenti*. Ex feodo de *Botrellis*, apud *Loreiam*, unum hominem, & *xxi*. ſummas ſalis. Ex feodi *Britolii*, de dono *Willielmi* Comitis, & *Hugonis* venatoris ſui, villam quæ dicitur *Boſcus Hugonis*. Ex dono *Ricardi* de *Rudvers*, in Inſulâ de *Wiht L. ſol.* per annum. Ex dono *Willielmi* de *Waimuta* unam hidam terræ de **Warham**. Quare volo (&c.) Teſtibus, *Roberto* Comite *Legerceſtriæ*; & *Will.* Comite *Gloceſtriæ*; & *Ric.* de *Humet* Conſtabulario; *Manaſſero Biſet* dapifero; & *Werino* filio *Geroldi*, Camerario; & *Roberto* de *Dunſtanville*, apud *Weſtmonaſterium*.

PAG. 614. col. 1.

Carta Willielmi *de* Boterell, *donationem Eccleſiæ* S. Georgii *de* Clune, *Cœnobio de* Wenloke *confirmans.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus* de *Boterell*, dedi & conceſſi, & hac Cartâ meâ confirmavi, & Sigilli mei impreſſione roboravi, in puram & perpetuam elemoſynam, pro ſalute animæ meæ, & *Willielmi* filii mei, Deo & S. *Milburgæ* de Wenloke, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, donationem quam domina *Iſabella* de *Say*, uxor mea, eis dedit ſuper Eccleſiâ S. *Georgii* de Clune, cum omnibus Capellis & terris, & omnibus aliis ad eam pertinentibus, liberè & quietè poſſidendam, juxta tenorem Cartæ, quam prædicti Monachi habent indè de præfatâ dominâ *Iſabella* de *Say*: Hiis teſtibus, *Brientio* de *Say*, *Rogero Anglico*, *Petro* de *Uptune*, *Huberto* de *Bechevill*, *Hugone Peverell*, *Johanne Camerario*, *Roberto* de *Camera*, *Willielmo* Capellano, *Warino* de *Burwardele*, & multis aliis.

PAG. 614. col. 1.

Carta Fundationis Prioratus de Dudley *per* Gervaſium Paganell.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *G. Painel*, *Radulfi Painel* Patris mei propoſitum conſiderans, qui in vitâ ſuâ religioſorum fratrum Conventum apud Dudile ſtabilire propoſuerat; ſpecialiter pro animâ ejus, cæterorumq; anteceſſorum meorum, & pro ſalute meâ & *Iſabellæ* uxoris meæ, & *Roberti* filii mei, omniumq; meorum, Patris mei ſuppleo propoſitum: Do igitur & concedo, & hac meâ Cartâ confirmo in perpetuam elemoſynam, Deo & ſancto *Jacobo* de Dudlie, & Sanctæ *Wylburgæ* de Weneloc, & Monachis apud Dudile Deo ſervientibus, terram in quâ prædicta Eccleſia Sancti *Jacobi* ſita eſt, & quæ certis diviſis terminatur. Do etiam prædictis Monachis de Dudile, Eccleſiam S. *Edmundi* & S. *Thomæ* de Dudile, & Eccleſiam de Norhphel, & Eccleſiam de Segeſle, & Eccleſiam de Iggepenne, cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus. Do inſuper eis Eccleſiam de Bradefel, poſt deceſſum *Johannis* perſonæ, cum omnibus pertinentiis ſuis. Do etiam eis dimidiam hydam in *Chirreh-hullâ*, & reliquam partem villæ, quæ *Agnes* contulit prædictæ Eccleſiæ Sancti *Jacobi* de Dudile, cum corpore ſuo, dari conceſſi, cum appenditiis ſuis, quæ tota eſt de feodo meo. Si quis autem hominum meorum, ſive miles, vel cujuſcumq; conditionis fuerit, aliquid proprii juris Monachis Sancti *Jacobi* conferre voluerit, quanticunq; illud ſit, ratum habeo; ita tamen ut ego & hæredes mei, ſervicium quod ad nos pertinet, non admittamus. Et in quibuſcunq; paſcuis mea dominica pecora paſcantur ibidem & Monachorum pecora de Dudile, ſine contradictione paſcantur, exceptis Parcis meis.

Concedo etiam eis padnagium de propriis porcis ſuis, & hominum ſuorum in elemoſynâ meâ reſidentium, per Foreſta mea. Do etiam eis Decimam panis mei, & venationum, & piſcium, quam diu apud Dudile, vel in *Herdſnâ* morabor. Ad ædificia quoq; ſua propria, & ad alia eſyamenta ſua, capiant neceſſaria, exceptis Haiis meis & Parcis, per viſum Dapiferi mei. Libertates etiam, quas eis donare poſſum, libenter dono, cum *Soc*, & *Sac*, & *tol* & *tac* & *tem*. Prior verò de Weneloc fratres, quos voluerit de ſibi commiſſis, in Monaſterio Sancti *Jacobi* de Dudile, ad ſerviendum Deo ſtabiliet, & eis Priorem, de Monachis ſuis, conſilio & aſſenſu meo & hæredum meorum conſtituet: & ſi removeri debeat, conſilio & aſſenſu mei & hæredum meorum, & Prioris de Weneloc removebitur. Et quando prædicta domus de Dudile Conventum ſuſtinere potuerit, Prior de Weneloc, conſilio Conventus, & mei, & hæredum meorum, Conventum ibidem conſtituet. Hanc donationem feci & confirmavi, & propriâ manu meâ optuli ſuper Altare Sanctæ *Mylburgæ* de Weneloc, coram Conventu, & ſuper Altare S. *Jacobi* de Dudile, coram Monachis ejuſdem loci. His teſtibus, Iſabellâ Comitiſſâ uxore meâ; & *Roberto Painel* filio meo; *Willielmo* filio *Widonis*; *Willielmo* filio *Petri*; Adâ Sacerdote de Weſtune; *Alano* Dapifero, *Rogero* de Hagile, *Hugone* Clerico de *Brigiâ*, *Radulpho* de *Sumeri*, *Ricardo* filio *Willielmi*, filii *Widonis*; *Wal-*

tero filio *Thomæ*, *Oſberto* de *Ruſhale*, & pluribus aliis. *Warnerio* de *Wilile*, *Rogero* Dapifero, *Hamundo* Præpoſito, *Rogero Welcume*, *Rogero Frend*, *Waltero Pleſent*, *Roberto* de *Chaalun*, *Rogero Barat*; *Thomâ Coco.*

Indulgentiâ orantibus pro anima Rogeri de Somery *militis, cujus corpus in Prioratu* de **Duddeley** *humatum eſt.*

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſentes literas inſpecturis, *Rogerus* permiſſione divinâ *Cov.* & *Lich.* *E*piſcopus, ſalutem in omnium ſalvatore. Clerici & populi nobis commiſſi, ac aliorum Chriſti fidelium mentes ad devotionis opera propenſiùs excitare volentes, de Dei omnipotentis miſericordiâ, beatæ *Mariæ* virginis, gentricis ejuſdem, beati *Ceddæ* *E*piſcopi, & omnium Sanctorum meritis & precibus confidentes, parochianis noſtris omnibus, & aliis quorum Dioceſani hanc noſtram ratam habuerint Indulgentiam, verè contritis & confeſſis, qui pro animâ Domini *Rogeri* de *Somery* militis, cujus corpus in *E*ccleſiâ conventuali de **Doddeleg**, noſtræ dyoceſis, quieſcit humatum, ac animabus omnium fidelium defunctorum, orationem dominicam, cum ſalutatione beatæ *Mariæ* Virginis dixerint piâ mente, quadraginta dies de injunctâ ſibi pœnitentiâ miſericorditer relaxamus, Indulgentias à quibuſcunq; *E*piſcopis Catholicis pro eodem conceſſas, ſeu impoſterum concedendas, ratas habentes penitùs & acceptas. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Data apud **Heywode** *xv*, Kal. *Febr.* Anno Domini *MCCxc.* & conſecrationis noſtræ *XXXiii.*

PAG. 619. col. 1.

Ex libro Computorum, olim Prioratûi de **Lewes**, ſpectante.

De antiquis benefactoribus Abbatiæ de **Lewes.**

IN *Devenſchira*, *E*ccleſiam de **Bere** dedit nobis mater *Roberti* de *Bachentuna*.

In *Dorſeta*, ad *Melesberiam* habemus unam hidam & dimidiam terræ, quam dedit nobis *Girardus* filius *Baldwini*.

Ad *Winterburnam* in *Wiltuneſhira*, dedit nobis, *Rainaldus* de *Duneſtaneſvilla* *E*ccleſiam de eadem villâ, & quicquid ad eam pertinet.

In *Suſſexia*, in *E*piſcopatu *Cyceſtria*, Eccleam de *Contuna*, de dono *Rogerii* de S. *Johanne*.

Decima de **Graſham**, de feodo *Rogerii* de *Caiſneto*, de dono ipſius *Rogeri* Eccleſia de **Bercham**, quam dedit nobis *Robertus* de *Duneſtanvilla*, de feodo *Alani* nepotis ſui, qui poſtea conceſſit redditum *xx. s.*

Capella de **Greteham**, de dono *Roberti* de *Dunſtanvilla*.

Apud *Bremlram* habemus quatuor ſalinas, de dono *Philippi* de *Braiuſe*.

Feodum *Willielmi* de *Warenne*, & in parte feodum *Johannis* de *Chaiſneto*, **Erdlaveſtwyk.**

Decimæ *Radulphi* de *Caiſneto* de *Sadeleſcumba*, & *Briſtelneſtuna*.

In *Surregia*, decima de *Suttuna*, de feodo *Stephani* Comitis de *Moritonio*.

Terra de *Banberga*, de feodo Comitis *Rothroci*.

Decima de **Saldeford**, de feodo *Ricardi* filii *Gilberti*.

Decima *Willielmi Damartin*, de **Michelham.**

Domina *Dionyſia* uxor quondam Domini *Roberti* de *Beauchamp*, dedit nobis pro ſe & animâ mariti ſui prædicti *Roberti*, & filiorum & omnium anteceſſorum ſuorum ſalute temporali & æterna, *xii. d.* annuatim reddendos, cum *x. s.* quos *Ricardus*, filius ejus nobis tenetur ſolvere de tenemento, quod de nobis tenet.

Anno Domini *MCCvii.* venit *Ricardus Ruſſell*, filius *Euſtachii Ruſſell*, de **Walpudze** & petiit quandam terram quæ fuit Patris ſui die quo obiit, & obtinuit.

In Cantiâ.

DE feodo *Reginaldi* de *Sancto Leodegario*.

Decima *Gaufredi* de *Baileolo*, de *Binelea*.

In Caſtelariâ de **Peveneſel** dedit nobis *Aluredus* Pincerna *E*ccleſiam de *Greneſteda*, cum dimidiâ hydâ terræ ad eam pertinente.

Willielmus de *Cahaynnes* dedit nobis, pro animabus filiorum ſuorum *Ricardi* & *Willielmi*, unam hidam terræ in *Langenia*.

Ad *Rameginga*s, de feodo *Hugonis* de *Cahaennis*, unam partem terræ, quæ reddit dimidiam marcam.

Ad *Duclintunam*, duas hidas terræ, quas dedit nobis *Adeleidis*, pro animâ *Willielmi* de *Chaennis* viri ſui; & hoc donum confirmavit. *Hugo* filius ejus.

Ad *Sidenoram*, *Hugo* de *Cahaines* dedit nobis duas hidas & dimidiam pro Monacatu; & *Ricardus* filius ejus confirmavit per Cartam ſuam.

Apud **Haſtinges**, de feudo *Reginaldi* de S. *Leodegario*, habemus terram ſuam de **Crottellee**, quam dedit nobis pro animâ uxoris ſuæ, & fecimus quendam Monachum pro animâ ipſius; & reddit nobis ipſa terra per annum *xxv. s.*

Eccleſiam villæ de *Briſtelmeſtonâ*, dedit nobis *Radulfus* de *Cheiſneto*, pro animâ *Emmæ* uxoris ſuæ, & decimam omnium quæ habet in eadem villâ: Et *Willielmus* Comes junior conceſſit.

Ad *Pinchendenam*, decimam de dominio ſuo dedit *Raynaldus* de *Puninges* filius *Reinerii*, concedente Comite.

Eccleſiam de **Dicelinges**, cum una hidâ terræ, dedit nobis junior Comes, pro *Rainaldo* fratre ſuo, ad opus Anniverſarii, *Rainaldi*.

Ad *Elintunam* dedit nobis *Radulfus* vetus de *Chaiſneto* unam hidam terræ; pro animâ *Mathildis* uxoris ejus.

Radulfus junior de *Chaiſneto* dedit nobis unam hidam terræ, & molinum de *Bardeſciâ*, pro anima *Emmæ* uxoris ejus, conceſſu Comitis junioris. Et ab utroq; *Radulfo*, Patre & filio, data ſunt nobis duæ hydæ.

Primus Comes, Fundator hujus loci, dedit nobis *Phalmeram*.

In *Norfolciâ*.

AD *Eſtunam Rannulfus* de *Warenna* dedit nobis unam virgatam terræ.

Ad **Gelham** dedit nobis *Willielmus* filius *Rannulfi*, decimam terræ, quam tenet *Godvinus*.

Simon de *Fleinvilla* dedit nobis decimam de **Epinges**.

Eccleſiam de *Eſſenduna* dedit nobis *Gaufredus Bainardus*, & *Radulfus* frater ejus; quando terra venit in manu ejus, accrevit, &c.

Karletuna, quam dedit *Matildis* Regina, Mater *Henrici* Regis & *Gundredæ* Comitiſſæ; & ipſe *Gundreda* dedit nobis: Locata fuit pro *x*. Libris.

Ricardus filius *Haerdewini* de *Scalariis*, dedit nobis terras in **Willingeham**.

Ad *Thatesfordam* unum ortum dedit nobis *Willielmus* de *Pigchenie*.

Walterus de *Grantcurt*, dedit nobis ad **Burnham** duas Eccleſias, unam S. *Mariæ*, & alteram S. *Petri*, & terras & decimas; quæ omnia tenet *Philippus* de *Warenna*, pro duabus marcis argenti, quoad vixerit.

Hercheham dedit nobis *Willielmus* ſecundus Comes, ad mortem patris ſui; qui rogavit eum per Barones ſuos, ut daret nobis unum de melioribus Maneriis ſuis de **North**. Et idem *Willielmus* ſecundus Comes, dedit nobis ibidem, quicquid tenebat de eo *Willielmus* de *Cailli*, & Cartam inde nobis fecit.

VVillielmus Comes primus, concedente filio ſuo ſecundo Comite, dedit nobis pro animâ *Gundredæ* uxoris ſuæ, *VValtunam*.

PAG. 636. col. I.

Carta Regis Edwardi *ſecundi, de Manerio de* **Baketone**, *Monachis de* **Bromholme** *conceſſo*.

n.3.E.
.n.11.per
pex.

EDwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, (&c.) Sciatis nos ad honorem Dei, & ob ſpecialem devotionem, quam habemus ad glorioſam Crucem, per quam altiſſimus domum Monachorum de **Bromholme**, prout ſibi placuit, viſitavit; necnon & pro centum marcis, quas dilectus nobis in Chriſto Prior dicti loci nobis ſolvit, dediſſe, (&c.) præfato Priori & Conventui ejuſdem loci, Manerium de **Blaketone**, cum pertinentiis, juxta **Bromholme** in Com. *Norff.* quod per mortem *Edmundi* quondam Comitis *Cornubiæ*, ad manus celebris memoriæ Domini *E.* genitoris noſtri, devenit; & quod in valorem *xii l. xix s. vii d.* & unius quadrantis per annum, *Margareta* quæ fuit uxor præfati *Edmundi*, in dotem habendum per dictum Patrem noſtrum, fuit aſſignatum; & per mortem ejuſdem *Margaretæ* in manu noſtrâ jam exiſtit. Habendum & tenendum eiſdem Priori & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris, ad feodi firmam imperpetuum, cum wrecco maris, viſu *franci plegii*, & omnibus aliis ad Manerium illud pertinentibus. Reddendo indè nobis & hæredibus noſtris, per annum, ad Scaccarium noſtrum *xx. l.* (&c.) Quare volumus (&c.) Dat. per manum noſtram apud **Wyndeſore** *xvi.* die *Apr.* anno regni noſtri ſexto.

PAG. 668. col. I.

Carta Fundationis Prioratus de **Montecute**, *per* Willielmum *Comitem* Moritonii.

Ex ipſo autogr. penès *Georgium Stroude*, de hoſpicio *Lincolnienſi* Armigerum.

Videſis etiam bund. 2. de Brev. & Recordis, temp. E.3. n.4.

NOverint præſentes & futuri, quod ego *Willielmus* Comes *Moritonis*, pro ſalute mei ipſius, in vitâ & poſt mortem; & pro animabus patris mei *Rodberti* Comitis, & matris meæ *Mathillidis* Comitiſſæ, dono & concedo Deo & ſanctis Apoſtolis ejus *Petro* & *Paulo*, ad locum *Cluniacum*, Eccleſiam S. *Petri*, juxta caſtellum meum *Montem acutum* ſitam, ad commanendum ibidem Monachos ſupradicti Monaſterii in ſervicium Dei, pro ſe & pro nobis, & pro omnibus Chriſti fidelibus; in quorum ſuſtentationem do burgum & mercatum, cum theoloneo; & Caſtellum & Capellam, cum appendiciis ſuis; & cum pomeriis & vineâ, quæ ibi juxta habebam in dominio meo: Manerium etiam meum de *Biſcopeſtuna* & Hundredum, & molendinum, cum appendiciis ſuis; & feriam de **Hamedone**. Manerium etiam meum de **Tintenelle**, Eccleſiam & Hundredum & molendinum & feriam, cum appendiciis ſuis: Et Manerium de **Criche**, cum *Hammâ* & *Etenebergâ*: & *Nigemdâ*, & Eccleſiam & Hundredum, cum appendiciis ſuis. Manerium etiam **Cinnuc** & Eccleſiam & Hundredum de *Hunesbergâ* & **Wrthelay**, cum omnibus appendiciis ſuis. Manerium etiam *Cloveſuurda* & Eccleſiam & molendinum, & terras de **Pelebiri** & de **Widecumba** & *Forda*; & **Deneiwoldeſham** cum appendiciis ſuis. Manerium etiam *Mudiforda*, Eccleſiam & Hundredum & molendinum: & terras de **Attebare** & *Humbra*, cum appendiciis ſuis: Et terram de la **Welle**; & *Thornam* cum appendiciis ſuis: Et Manerium de *Legha*, & **Fiſeham** & Eccleſiam & Hundredum in **Deveneſire**, cum appendiciis ſuis; & viginti ſolidatas terræ in **Gerſic**, **Hunecroft**, & **Loverlay**; & quandam terram nomine **Bareſeld**. Et Eccleſiam de **Gerſic** omnium Sanctorum, cum appendiciis ſuis. Et in *Cornubia* Eccleſiam de **Lerky**; Eccleſiam de **Altremine**; Eccleſiam de **Sennet**, & Eccleſiam de *Sancto Carentoco*, cum omnibus quæ ad eas pertinent, tam in terris, quam decimis: Et unam berewicam, quæ vocatur **Pennard**, & Eccleſiam de **Gerlintune**, cum appendiciis ſuis, & Eccleſiam de **Brimetune**, cum appendiciis ſuis; & Eccleſiam de *Odicumba*, cum appendiciis ſuis; & duas partes decimarum de **Acforde**, & decimam de **Cinnuc**; medietatem decimarum de *Ciſelberga*, de **Clafford**, de *Nortuna* juxta **Tantone**, & decimas de *Merſcetuna*, & de *Cridelincota*, & de *Hececumba*, de **Candel**, de **Torp**, de **Cernel**. Item de **Cernel**. Item de tertio **Cernel**, de **Tolre**, de **Hoc**, & duas partes decimarum de **Bichehulle** de **Dirwineſtune**, de *Pondintunâ*, de **Lodre**; & duas partes decimarum de *Cilterna*. Et ſi qui meorum hominum, ſive in terris, ſive in decimis, aliqua deinceps voluerint dare, ſimiliter concedo & volo, quod dicti Monachi *Cluniacenſes*, apud *Montem acutum* in Dei ſervicio commorantes, omnia prædicta Maneria, terras, Eccleſias, & decimas, & ferias, & Hundreda, cum appendiciis ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam habeant, & in benè, & in pace de me & hæredibus meis, in vitâ & poſt mortem, in perpetuum teneant, adeo libera & quieta, ab omnibus cauſis & conſuetudinibus de ſeculo, ſicut ego unquam meliùs & honorabiliùs eadem habui & tenui, quando fuerunt in manu meâ, tanquam proprium dominicum meum, & ſicut aliqua elemoſina liberiùs & meliùs donari poterat. Et ego *Willielmus* & hæredes mei, poſt me, omnia prædicta, cum appendiciis ſuis, dictis Monachis imperpetuum garantizabimus erga omnes homines: Quod ut ratum apud omnes homines imperpetuum permaneat, præſentem Cartam confirmo, ſigilloq; meo conſigno. S. *Willielmi Comitis Moritonii*. ✠ S. *Aluredi* Pincernæ. ✠ S. *Willielmi Deſbiars*. ✠ S. *Ranulfi* Capellani. ✠ S. *Stephani* Capellani. ✠ S. *Hervei Avenel*. ✠ S. *Ricardi* filii *Turaldi*. ✠ S. *Reginaldi* de *Valletorta*. ✠ S. *Hamelini* de *Cornubia*. ✠ S. *Anſgerii Britonis*. ✠ S. *Britelli* de *Sancto Claro*. ✠ S. *Willielmi* filii *Aluredi* Pincernæ. ✠ S. *Jordanis* de *Barnavilla*. ✠ S. *Pagani* de *Barnavilla*. ✠ S. *Rodberti* de *Bruis*. ✠ S. *Willielmi Capre*. ✠ S. *Hugonis Torta quercu*. ✠ S. *Goſfredi Capre*.

PAG. 687. col. 1.

Carta Gervaſii Paganelli, *donatorum conceſſiones Monachis de* **Tikford**, *recitans & confirmans*.

Ex Collectaneis Rob. Gloveri (quondam Heraldi à Somerſ. denominati) penès præ nob. … Comitem de Elgin, an. 1656.

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Gervaſius Paganellus* ſalutem: Noverit univerſitas veſtra, me dediſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, conſilio & aſſenſu uxoris meæ *Iſabella* Comitiſſæ de **Norhamton**, Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Neuport**, & beato *Martino Majoris Monaſterii*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & pro animâ Patris mei & Matris meæ, & uxoris meæ *Iſabella* Comitiſſæ; & pro animabus omnium anteceſſorum meorum, & filiorum meorum, quorum corpora requieſcunt in Eccleſiâ, & in Capitulo beatæ *Mariæ* de **Neuport**, omnes donationes de Eccleſiis & Capellis, & decimis, & terris, & hominibus, & pratis, & paſcuis, & libertatibus, & aliis omnibus Eccleſiaſticis beneficiis, quas anteceſſores mei; *ſcil. Fulcodius Paganellus*, avus meus, & *Radulfus Paganellus*, Pater meus dederunt Deo & beatæ *Mariæ* & Monachis *Majoris Monaſterii* apud **Neuport** commorantibus: Similiter & meas donationes, & donationes hominum meorum concedo & confirmo; *viz*. Eccleſiam de **Neuport**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & terram, *viz*. unam hidam in **Neuport**, & Capellam de **Linford** cum pertinentiis ſuis, & Eccleſiam de **Chichele**, cum ſuis Capellis & aliis pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam de **Tiringeham** ex dono *Giffardi* de *Tiringeham*, cum pertinentiis ſuis; & Capellam de parvâ **Cranle**, cum pertinentiis ſuis; & Capellam de **Eſtwde**, cum pertinentiis ſuis; & Eccleſiam de **Eſtone**, cum ſuis Capellis & pertinentiis ſuis; & Eccleſiam de **Botendune**, cum pertinentiis ſuis; & Eccleſiam de **Bernache**, cum pertinentiis ſuis: Et duas virgatas terræ in parva **Cranle**, ex dono *Johannis* de *Sumeri*, & *Radulfi* ejus filii. Et duodecim acras terræ, quæ dicuntur Foreſt, ex dono *Pagani* de *Embertune*. Et terram & ſilvam de **Eſgarz**, ex dono ejuſdem *Pagani*. Et totam terram meam de **Chichele**, quam *Willielmus Paganellus* de me tenuit, liberam & quietam, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis: Et molendinum de **Caldecote**, & dimidiam virgatam terræ, cum prato, quæ pertinet ad molendinum de **Caldecote**; & totam terram meam de feudo meo de **Torneberge**; Et humagium, & fidelitatem, & ſervicium de *Reginaldo* filio *Adchur*, & de hæredibus ſuis; & decem ſolidos, quos terra illa annuatim reddit, de firma: Et totam terram illam, quæ eſt de dominico meo circa **Laverkebrugge**, apud **Tikeford**.

Præterea concedo eis omnes donationes,

quas homines de feudo meo prædictis Monachis dederunt, ſive daturi ſunt; & Capellam de *Petteſho*, cum pertinentiis ſuis, ex dono *Oſberti* Dapiferi, & *Michaelis* ejus filii. Similiter, culturam quandam, quæ jacet ante portam Monachorum, uſq; ad magnam . . . . meam de dominico meo, cum cæteris elemoſynis; & pratum quod eſt ſitum inter pontem de **Neuport**, & domum Monachorum: Et decimam pathnagii de **Neuport**, & de **Linford**; & totum meſſuagium, quod eſt inter portam cimiterii S. *Petri*, & curiam Domini; & decimam molendini de **Linford**, & unam hidam terræ in **Haremede**; & terram de **Brochelesthai**, & terram de **Cadeworthe**, & medietatem terræ de **Cuculmestho**; & totam terram, quam *Will.* de *Lovente*, & Pater ejus, prædictæ Eccleſiæ dederunt; *v z.* unam virgatam terræ ex dono *Godrici* Coci; & dimidiam virgatam terræ ex dono *Radulfi* ejus filii; & unam virgatam terræ in **Bradewelle** ex dono *Michaelis* filii *Oſberti* de *Petteſho*: Et duas partes decimæ de dominico *Walteri Manſelli*, & *Johannis* ejus filii: & octo denarios, quos *Johannes Manſellus* dedit prædictæ Eccleſiæ pro animâ *Roberti Paganelli*: Et duas acras terræ & unum meſſuagium ex dono *Ricardi* Magiſtri, in **Linford**. Præterea omnes donationes, & omnes homines & terras, & omnia prata & paſcua, & omnes ſilvas & libertates & vias, quas *Radulphus Manſellus* & uxor ejus *Cecilia*, & hæredes eorum dederunt prædictæ Eccleſiæ de **Neuport** in elemoſinam, eis concedo, ſicut Cartæ eorum teſtantur. Concedo etiam eis & confirmo, ut decimam habeant in domo meâ, & in domo hæredum meorum, de pane & piſcibus & venâtionibus, cum apud **Neuport** fuerimus vel **Bradefeld**, vel **Botunden**; Et boſcum in omnibus ſilvis meis per totam terram meam *Angliæ*, ad Eccleſiam ſuam conſtruendam, & ad domos faciendas & reparandas, ubicunq; capere voluerint extra parca; & decimam venationum de parco de **Neuport**: Et ut ſui homines licentiam habeant vendendi & emendi, quicquid neceſſe eis fuerit, ſolutè, liberè & quietè, ab omni redditu, & in foro & extra forum apud **Neuport**.

Concedo iterum eis licentiam piſcandi in omnibus aquis meis ejuſdem villæ, & paſcua bobus eorum, ubicunq; boves mei paſcunt; & paſtionem porcis eorum, in omnibus ſilvis meis & parcis, per totam terram *Angliæ*, abſq; omni conſuetudine. Iterum autem concedo eis, quod ſi homines illorum Monachorum, hominibus meis aliquam injuriam feciſſent, quod abſit; homines mei & hæredum meorum rectum in Curiâ Monachorum habebunt. Concedo etiam eis & confirmo illam elemoſynam quam *Robertus* de *Caſtretona*, homo meus, tempore *Radulfi* patris mei, Eccleſiæ de **Neuport**, & Monachis dedit; *ſcil.* duas partes decimæ ſuæ de dominico ſuo de **Colthorep**: Similiter & elemoſinam quam *Radulfus* Dapifer, tempore *Radulfi* patris mei, & diebus *Fulcodii Paganelli* avi mei, prædictis Monachis dedit; *ſcil.* duas partes decimæ ſuæ de dominicho ſuo de **Bernaches**.

Has autem omnes elemoſinas & libertates, do & concedo Deo & Monaſterio S. *Mariæ* de **Neuport**, & Monachis, in puram elemoſynam, liberas & quietas ab omni ſervicio, quantum ad me pertinet, vel ad hæredes meos perpetuò poſſidenda; & ut firmè & impoſterum & inconvulſè permaneant, præſentis eis ſcripti mei patrocinio, & Sigilli mei appoſitione, Teſtium quoq; ſubſcriptione duxi communire. Hiis teſtibus, *Simone* Comite *Northamptoniæ*, *Iſabella* Comitiſſa, matre ejus; *Petro* Dapifero; *Helia Foliot*; *Fulcone Paganello*; *Willielmo* fratre ejus; *Godwino* Dapifero; *Pagano* de *Emberton*; *Galfrido* de *Rodi*; *Michaele* filio *Oſberti*; *Willielmo Paganello*, *Bernardo* filio ejus, *Willielmo Simone* Capellanis; *Roberto* Diacono; *Garino* filio ejus; *Thoma* Camerario, *Willielmo* de *Duddele*; *Herverard* Pincernâ; *Radulfo Coco*; *Willielmo* de *Lovente*; *Willielmo* de *Stabulo*; *Philippo* de *Haggeleia*; *Philippo Lorimer*; *Roberto Suitſt*; *Radulfo Dad*; *Rogero Segin*; *Simone* de *Caſtertūn*; & multis aliis.

Hæc Carta facta fuit tempore *Roberti* de *Bohun*, apud **Neuport**, tunc ejuſdem loci Prioris, Anno Dominicæ incarnationis *M. C.* octogeſimo ſeptimo, Rege *Henrico*, filio *Impetratricis*, regnante (33. *H.* 2.)



Carta Fulcodii Paganelli, *de Eccleſiâ de* Burgewalter.

Ex dictis Collect. *Rob. Glover. Somerſet* Heraldi [Miſcel. lib. 5. f. 40. a.]

EGo *Fulcodius Paganellus* de **Bahantune**, omnibus qui præſens ſcriptum viderint vel audierint, notum eſſe volo, quod Eccleſiam de **Burgewalter**, de **Sumerſete**, quæ ad donationem meam pertinet, & me paternâ ſucceſſione contingit, intuitu pietatis, & ſpe remunerationis æternæ, & pro ſalute animæ meæ, & patris mei *Willielmi Paganelli*, & matris meæ *Julianæ* de *Bahantune*, & *Aldæ* uxoris meæ, & filiorum meorum *Willielmi* & *Fulcodii*

codii, filiarumq; mearum *Juliana* & *Chriſtianæ*, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum animabus, donavi Deo & beato *Martino*, & Monachis *Majoris Monaſterii* in perpetuam elemoſinam (&c.) Feci autem hoc donum aſſenſu prædictæ *Adæ* uxoris meæ, & filiorum & filiarum mearum, præſentibus & audientibus teſtibus, quorum nomina ſubſcripta ſunt, *Willielmo Paganello* fratre meo, *Stephano* de *Bahamtune*, *Alberto* de *Bahamtune* (&c.)

Carta ejuſdem Fulcodii, *de Eccleſiâ de* Huneſpill.

NOverint omnes, tam poſteri quàm præſentes, quod ego *Fulcodius Paganellus*, pro amore Dei (&c.) dedi in elemoſynam, beatæ *Mariæ* de Neuport, & Monachis *Majoris-Monaſterii* in ejus Eccleſiâ commorantibus, Eccleſiam de Huneſpill in Brentemares cum omnibus appendiciis ſuis. Teſtes affuerunt *Gervaſius Paganellus* & uxor ejus Comitiſſa *Iſabella*, & *Robertus Paganellus* eorum filius, & *Willielmus Paganellus* prædicti *Fulcodii* frater; & *Robertus Baldwini* filius, & *Radulphus* de *Sumeri*, & *Henricus* de *Moium*, & *Willielmus* de *Mareys*.

Carta Hawiſiæ Paynel.

SCiant tam præſentes quàm futuri, quod ego *Hawis Paynel*, conſilio & voluntate domini mei *Rogeri* de *Berkele*, dedi Deo & beatæ *Mariæ* de Tykeford, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & *Gervaſii Paynel* fratris mei, & omnium anteceſſorum meorum, in puram elemoſinam, totam terram *Bernardi Segm.* in Tykeford, cum omnibus pertinentiis (&c.) Hiis teſtibus, *Simone* de *Hocton* (&c.)

Alia Carta ejuſdem Hawiſiæ.

SCiant tam præſentes quàm futuri, quod ego *Hawys Paganella*, dedi Monachis *Majoris Monaſterii* de Neuport, duas virgatas terræ, quas *Johannes* de *Sumeri* vir meus dedit prædictis Monachis. Teſtibus, *Radulfo* de *Sumeri* filio meo (&c.)

Carta Willielmi Paynel, *de Manerio de* Brugewalter.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus Paynel*, filius *Fulconis Paynell* de Bamtone, conceſſi (&c.) *Willielmo Briwere* & hæredibus ſuis, donationem quam *Fulco Paynel* pater meus ei fecit de Burgh *Walteri*, *ſcil.* totum Manerium de Burgh *Walteri*, integrè (&c.) Tenendum de me & hæredibus meis, per ſervicium dimidii militis, pro omni ſervitio (&c.) Teſtibus, *Reginaldo* de *Mohun*, *Ricardo Briwere*, & aliis.

Carta Radulfi Manſell, *de terrâ de* Cuculmeſho.

OMnibus Chriſti fidelibus *Radulfus Manſellus* ſalutem. Noveritis me dediſſe Monachis *Majoris Monaſterii* de Neuport, aſſenſu & voluntate uxoris meæ *Ceciliæ*, & *Seheri* filii mei & hæredis; & pro animabus patris mei & matris meæ, & filiorum meorum *Gileberti*, *Rogerii*, *Simonis*, *Willielmi*, *Hugonis*, & omnium anteceſſorum meorum, in puram elemoſynam, terram meam de Cuculmeſho (&c.) Dedi & conceſſi, & ſigillo meo confirmavi, audiente & concedente domino meo *Gervaſio Paganello*, & Sigillo ſuo confirmante. Hiis teſtibus, *Iſabellâ* Comitiſſâ *Northamptoniæ*, *Ricardo* de *Lund.* *Rogero Paganello*.

PAG. 704. col I.

Bulla *Eugenii* tertii Rom. Pontificis, donatorum conceſſiones *Waverleyenſi* Cœnobio recitans & confirmans.

Ex autographo penès prænob. *Baſilium* Comitem *Denbigh.* a. 1657.

Eugenius *Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, dilectis filiis* Gilberto *Abbati Monaſterii S.* Mariæ *de* Waverleiâ, *ejuſq; fratribus, tam præſentibus quàm futuris, regulariter profeſſis, in Chriſto ſalutem. Apoſtolici moderaminis Clementiæ convenit religioſos diligere, & eorum loca piâ protectione munire. Dignum namq; & honeſtati conveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas & à pravorum hominum nequitiâ tueamur, & Apoſtolicæ ſedis patrocinio foveamus: Ea propter, dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum beatæ* Mariæ *Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri *& noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus: Statuentes, ut quaſcunq;*

poſſeſſiones, quæcunq; bona in præſentiarum juſtè & Canonicè poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, preſtante domino, poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Locum ipſum in quo Abbatia fundata eſt, cum omnibus ſuis pertinentiis. Ex dono Stephani *Regis* Anglorum Nietham & Ferneham, *cum omnibus ſuis pertinentiis: Ex dono* Adelizæ *Reginæ, boſcum de* Norholte, *& Culturas juxta ipſum boſcum: Ex dono* Alani *de* Vilers *terram de* Bo.hilde: *De* Faramuſo Bolonienſi, *Wenebergiam. Ex dono* Richerii *de* Aquilâ, Oxenefordam: *De* Radulfo *Vicecomite*, Riehullam: *Ex dono* Sawali, Cuſerugiam: *Ex dono* Roberti *de* Manetio, Nuteſcheolvam: *Ex dono* Richardi *de* Sifrewaſt, *dimidiam hidam terræ de* Polementonâ: *Ex dono* Ingelranni Piſcis, *Virgatam terræ & paſturam juxta Chiminum* Wintoniæ, *de Manerio* Stiventonæ.

Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus vel ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas exigere præſumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prædictum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalvâ ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & dioceſani Epiſcopi Canonicâ juſtitiâ. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temerè venire temptaverit; ſecundò, tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit; poteſtatis, honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini, Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti *aliena fiat; atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat: Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniant: Amen.*

Data Pariſiis *per manum* Hugonis *preſbyteri Cardinalis, tenentis vice domini* Guidonis *S.* Romanæ *Eccleſiæ diaconi Cardinalis, & Cancellarii* v. *Kal. Junii,* Indictione x. *Incarnationis dominicæ Anno* MCxlvii. *Pontificatus verò domini* Eugenii *Papæ tertii, anno tertio.*

Pag. 768. col. 1.

Carta Willielmi *filii* Ranulfi, *de certis terris & boſcis Cœnobio* de **Cumbermere**, *conceſſis, per metas deſcriptis.*

Ex ipſo autogr. penès .... *Cotton* de **Cumbermere**, in Com. *Ceſtriæ* arm.

OMnibus ſanctæ Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quam futuris, *VVillelmus* filius *Ranulfi* ſalutem: Notum ſit vobis me dediſſe, & in elemoſynam perpetuam conceſſiſſe, Deo & S. *Michaeli*, & Monachis de **Cumbermere**, pro animabus patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum; & pro ſalute meâ, & uxoris meæ & filiorum meorum, & *Reinaldi* de *VVarenne*, de boſco meo & plano meo, de diviſâ meâ & diviſâ *VVillielmi Malbene*, ſub **Broncheldu**; & inde uſq; ad ſuperius caput de **Blakepulles**, cum redundatione aquæ, & octodecem pedes ultra refullum aquæ, pro voluntate dictorum Monachorum: Et inde uſq; ad **Lefoi-ac**; & inde uſq; ad pontem de **Hortalebroc**; & inde uſq; ad **Havecthelmes**, & inde rectè ad **Hevecthelbeche**, quod eſt iterum in diviſâ inter me & *VVillielmum Malbenc*, ſicut ſigna facta ſunt, & hæc nomina deſignata ſine occaſione & ingenio, ſicut ſupradicti termini deviſant, uſq; in **Cumburmere**, & uſq; in **Dinteſmere**, liberam & quietam ab omni terreno ſervicio ...... ut quietam me clamavi .... de totâ calumpniâ, quam adverſum me habebant, & nominatim de **Choleſtune** & **Levicthelcote**. Cujus donationis ſunt teſtes .... *Adam* filius *Rogeri*, *VVillielmus* de *VVithcheſhale*, *VVion* filius *Landeſ*, *Philippus* de *Erdintone*, *VVillielmus* Clericus, (&c.)

Carta Rogeri *de* Ichtefeld, *de medietate Eccleſiæ* de **Ichtefeld**.

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quam futuris, *Rogerus* de *Ichtefeld* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ* & Monachis de *Combremara*, medietatem Eccleſiæ de **Ichtefeld**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & medietatem unius Feorwendel terræ de meo dominio in eadem villâ; & alteram medietatem unius Feorwendel, quam *Augerus* tenet, ut hæc habeant & teneant liberè quietè, cum omnibus aiſiamentis & communiis ejuſdem villæ, in boſco & plano, propè & longè. Et hanc donationem eis feci pro animâ meâ & uxoris meæ, & omnium parentum & amicorum meorum, ut eam habeant liberè & quietè ab omni terreno ſervicio, & ſeculari exactione, quantum ad me & hæredes meos, in puram & perpetuam elemoſynam. Hujus donationis ſunt teſtes, *Owinus* & *VVil.* Diaconi; *Adam* & *Petrus*, Clerici, *Radulfus* filius *Amonis*, *Reinaldus* de *Wlaveſtune*, *Matthæus* de *Scavintone*, *Aldredus* de *Dottecote*, *Osbertus* de *Eſſhe*, *Rogerus* de *Elfſtanefeld*, & multi alii.

Ibid. *Carta ejuſdem* Rogeri, *de parte nemoris ſui de* Wivelesde, *dicta* Threpwode.

OMnibus hominibus præſentibus & futuris, *Rogerus* Dominus de *Ictefeld* ſalutem: Sciatis omnes; quod, cum controverſia mota eſſet inter me, & inter Abbatem de Cumbermare, de quadam parte nemoris ſui, de Wivelesde, quæ dicitur Threpwode, quam clamavi pertinere ad liberam tenementum meum de Ictefeld; tandem, per conſilium amicorum noſtrorum, ex utraq; parte in hac formâ concordati ſumus; *ſcil.* quod ego *Rogerus* Dominus de Ictefeld remiſi & omnino quietum clamavi, de me & hæredibus meis, ſive aſſignatis imperpetuum, antedicto Abbati & Conventui de Cumbermare, totum jus quod habui vel habere potui in jam dicto nemore de Wivelesde; ita quod nec ego, nec hæredes mei, nec aliquis per nos, aliquid nobis de cætero poterimus vendicare in illo nemore. Et ſciendum eſt, quod per has diviſas, & per hos terminos diſtinguitur nemus illud, *ſcil.* de Preſfotemor uſq; in capud de Grenehul, & ſic de Grenehul uſq; in Spritlewithimle, & indè uſq; Risewithebroc. Pro hac autem remiſſione, & quietâ clamancia, idem Abbas & Conventus de Cumbermare dederunt mihi duas marcas argenti. Et ad majorem hujus quietæ clamantiæ noſtræ ſecuritatem, Cartam meam præſentem Sigilli mei teſtimonio roboravi. Hiis teſtibus, *Normanno* de *Verdoun*, *Reinaldo* de *Wilvaſtone*, *Hugone* de *Draicote*, *Maltheo* de *Scavintone*, *Osberto* de *Eſſhe*, & multis aliis.

Ibid. *Confirmatio* Huberti Cantuarienſis *Archiepiſcopi, de Eccleſiis de* Acton, Namptwiche, Sandone, *&* Alſtonesfeld.

HUbertus Dei gratiâ *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas; omnibus ſanctæ *Eccleſiæ* filiis, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem in Domino. Ad univerſitatis veſtræ noticiam pervenire volumus, quod nos ſcriptum confirmationis *Baldwini* bonæ memoriæ, prædeceſſoris noſtri, & manibus tractavimus, & ſub hac formâ intuitu corporali inſpeximus. Univerſis Chriſti fidelibus, ad quos literæ iſtæ pervenerint, *Baldwinus* Dei gratiâ *Cantuar.* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas, æternam in Domino ſalutem: Ut ea, quæ à fratribus & coepiſcopis noſtris, ad quietem, & ſecuritatem virorum religioſorum ordinata ſunt, in ſtatu debitæ tranquilitatis perſeverent, eorum geſtis authoritatis noſtræ robore duximus accommodare: Ea propter, ad univerſitatis veſtræ noticiam volumus pervenire, nobis ex inſpectione auctentici ſcripti *Ricardi*, bonæ memoriæ, *Conventrenſis* Epiſcopi, innotuiſſe ipſum Epiſcopum, ex donatione & conceſſione *Willielmi Walbanc*, Abbati & Conventui de *Cumbermara*, Eccleſias de *Actona*, de *Rametwico*, de *Sandona*, & de Alſtonesfeld, cum Capellis, terris, decimis, obventionibus, & libertatibus ad eaſdem Eccleſias pertinentibus, contuliſſe & confirmâſſe; undè & nos, quod à prædicto Epiſcopo memoratis fratribus piâ devotione conceſſum eſt, ratum habentes & acceptum, literas confirmationis & conceſſionis ipſius Epiſcopi, ſicut rationabiliter facta eſt, authoritate, quâ fungimur confirmamus, & Sigilli noſtri appoſitione communimus; Nos igitur præoominati prædeceſſoris noſtri veſtigia dignè imitanda eſſe cenſentes, confirmationi ipſius in hac parte, ſicut rationabiliter & piè prænominatis Monachis de Cumbermare ſuper ſupraſcriptis Eccleſiis, & earum pertinentiis facta eſt, & ſcripto ipſius autentico confirmata, noſtræ auctoritatis aſſenſum & robur accommodamus: eamq; tàm præſenti ſcripto noſtro, quàm Sigilli noſtri teſtimonio confirmamus & communimus, Præcipientes & volentes, omnia, ſicut idem ſanctus prædeceſſor noſter ſtatuit, perpetua permanere. Hiis teſtibus, *Galfrido Bocland*, Magiſtro *Simone* de *Siwell*, Magiſtro *Willielmo* de *Sumercotes*, (&c.) & aliis.

PAG. 782. col. 2.

Carta Hugonis Coventrenſis *Epiſcopi*, *de Hoſpicio in villa de* Lichesfeld, *Monachis de* Bildewas *conceſſo*.

Ex ipſo autogr. p nès *Joh.* Comite de B water.

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſentes literæ pervenerint, *H.* miſeratione divinâ; *Coventrenſis* Epiſcopus ſalutem in vero ſalutari. Noverit univerſitas veſtra Monaſterium de Bildewas, à venerabili patre noſtro, *Rogero Coventriæ* Epiſcopo, fundatum fuiſſe in Dominio *Conventrenſis* Eccleſiæ. Et quoniam ad nos ſpecialiter noſcitur pertinere; ipſum Monaſterium, & fratres in eo commorantes, ſpirituali tenemur caritate diligere, & ſinceræ dilectionis brachiis fortius amplexari; quomodo igitur ad prædictos fratres, quando volumus, ſecurius, quam ad alios divertere poſſumus & debemus, ut eiſdem verſâ vice reſpondeamus, Hoſpicium eis in villâ de Lichesfeld perpetuo conceſſimus, in quo, cum ad nos venerint, & honeſtè recipi & ſecurè valeant commorari: Burgagium itaq;, quod de nobis tenebat *Willielmus* Clericus de Stafford, eis in perpetuum conceſſimus; ſalvo jure hominis illius; qui, ſicut diximus, terram illam de nobis tenebat; ſed eis de cætero reſpondebit. Hiis teſtibus, Magiſtro *Alexandro Coventrenſis* Eccleſiæ præcentore; Magiſtro *Will.* de *Sancta-fide*, ejuſdem Eccleſiæ Cancellario; Magiſtro *Ricardo* Theſaurario *Lichfeldiæ*; Magiſtro *Willielmo Durdent*, Magiſtro *Ricardo Medico*, Magiſtro *Stephano* de *Beverlaco*, *Ricardo* de *Rudiford*, *Hugone* de *Waſewe*.

Ibid. *Carta* Willielmi *filii* Alani *de villa vocata parva* **Buldewas**.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ego *Willielmus*, filius *Willielmi*, filii *Alani*, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus Patris & matris meæ, conceſſi & confirmavi, ſicut Pater meus conceſſit & dedit, Deo & S. *Mariæ* & Monachis de **Buldewas**, tam præſentibus, quam futuris, villam quæ vocatur parva **Buldewas**, cum omnibus ad eam pertinentibus; in terrâ & aquâ, in ſilvâ, in pratis & paſcuis; ita *ſcil.* liberam & quietam, ab omni exactione ſeculari, ut nichil in eâ retinuerim, niſi ſolummodo tutelam & protectionem contra aliorum incurſiones. Confirmavi ergo eis liberum & quietum à me & à meis ſucceſſoribus, *Alanum* filium *Beringeri*, cum ſuo ſervicio, quod Patri meo, propter præfatam parvam **Buldewas** facere ſolebat. Ut autem firma ſit & integra hæc mea elemoſyna, omnia exſarta, quæ circa parvam **Buldewas** facta ſunt, præfatis Monachis concedo & confirmo, ſimul & totum nemus de *Wrocceſtriâ*, ut illud habeant in ſua cuſtodiâ jure hæreditario, & in ipſo habeant omnia ſua neceſſaria; *ſcil.* in paſturâ, in paſnagio, & in omnibus aliis rebus Abbaciæ neceſſariis: ſed non exartent illud, neq; vendant, niſi meo conceſſu. Et in ipſo boſco retineo mihi neceſſaria & paſnagium ad porcos meos proprios & ad porcos hominum meorum de *VVrocceſtria*. Hæc itaq; omnia, ut firma & inconcuſſa in perpetuam elemoſynam Eccleſiæ de **Buldwas**, permaneant, ſicut Pater meus dedit ea, & Cartâ ſuâ confirmavit, in præſenti cartulâ meâ proprii Sigilli mei impreſſione communio, manus meæ ſubſcriptione corroboro, & teſtes aſſigno. Teſtes, *Johannes Extraneus*, & *VVido* frater ejus. *Johannes* filius *Johannis Extranei*. *Wido* & *Hamo*, filii *Widonis Extranei*. *Thomas* filius *Roberti* filii *Noelli*, *Ricardus* de *Stanewrdin*, de **Marescot** & *Henricus*; & *Hamo*, filii ſui, *Willielmus* de *Bruna*, *Radulfus Hoſe*, *Adam* de *Herletone*, *Rogerus Muiſun*, *Henricus Malviſin*, *Herbertus* de *Brolecurt*, *Radulfus* de *Cleia*.

Ibid. *Quieta clamatio* Galfridi *de la* Holte, *de toto jure ſuo in Manerio de* parvâ **Buldewas**.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Galfridus* filius *Galfridi* de la *Holte*, remiſi & omnino quietum clamavi, pro me & hæredibus meis & aſſignatis, religioſis viris Abbati & Conventui de **Buldewas**, & eorum ſucceſſoribus imperpetuum, totum jus & clamium, quod habui, vel aliquo modo, jure aut colore habere potui, vel in futurum habere potero, in Manerio de *parva* **Buldewas**, vel in aliquâ ſui parte; ita quod ego vel hæredes mei, vel aſſignati, aut aliquis nomine noſtro, nichil omnino juris, vel clamii, aut alicujus terreni emolumenti in dicto Manerio, vel in aliquâ ſui parte, ſicut prædictum eſt, exigere vel vendicare; aut aliquam calumniam ſuper hoc movere poterimus inperpetuum. In cujus (&c.) Hiis teſtibus, dominis *Ricardo* de *Leighton*, *Hugone* le *Fizeyr*, militibus; *Hugone* domino de **Cheyntone**, *Rogero Careles*, *Ricardo* de *Hirreys*, de **Dableye**; *Willielmo Payne* de **Leghtone**, *Johanne Conſtantyne* de **Etone**, *Will.* Hed. (&c.) Data apud Abbatiam de **Buldewas**, in feſto *Nativitatis* S. *Johannis Bapt.* anno regni Regis *Edwardi*, filii Regis *Edwardi*, quinto.

Quieta clamatio Edmundi *de* Leynham, *&* Aliciæ *uxoris ejus de toto jure in eodem Manerio.* Ibid.

SCiant præſentes & futuri, quod nos *Edmundus* de *Leynham* & *Alicia* filia *Alani* quondam Domini de *parva* **Bildewas**, uxor mea, dedimus, conceſſimus, remiſimus, & omnino quietum clamavimus de nobis & hæredibus noſtris & aſſignatis Eccleſiæ S. *Mariæ*, Abbati & Conventui de **Bildewas**, & eorum ſucceſſoribus & aſſignatis, totum Manerium de parvâ **Bildewas**, cum omnibus pertinentiis, (&c.) Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis & eorum aſſignatis imperpetuum, de Capitalibus dominis illius feodi, pro ſervitiis inde debitis & conſuetis, liberè, quietè, (&c.) imperpetuum. Hiis teſtibus, dominis *Waltero* de *Beyſeyn*, *Johanne* de *Lee*, *Ricardo* de *Leyghtone*, *Hugone* le *Fizeyre*, *Reginaldo* filio *Reginaldi* de *Charnes*, *Michaele* de *Moreton* & multis aliis. Data apud *Ebor.* in feſto Apoſtolorum *Philippi* & *Jacobi*, anno regni Regis *Edwardi*, filii Regis *Henric.* *xxxi*.

Relaxatio Hamonis *de* Benthale, *de quodam ſtipendio, in domo de* **Buldewas**, *ſibi conceſſo.* Ibid.

UNiverſis ad quos præſentes literæ pervenerint, *Hamo* de *Bentaale*, filius *Johannis Burneld*, quondam Domini de **Benthale**, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum nuper dominus *Henricus* Abbas de **Buldewas**, videns *Margeriam* matrem ſuam multis liberis eſſe oneratam; ad inſtantiam ejuſdem, quoddam ſervicium, cum liberatione & ſtipendio, ad totâ vitam meam, michi gratioſè conceſſit, in domo de **Buldewas** ſupradictâ: ego tamen *Hamo* ſupradictus, in propriis habitare deſiderans, ad inſtantiam & rogatum *Petri* de *Eytone*, & *Philippi* fratris mei, pro quadam ſummâ pecuniæ, quam dictus *Johannes* nunc Abbas de **Buldewas**, michi in neceſſitate meâ dedit præ manibus; remiſi, relaxavi, & omnino quietum clamavi, prædicto Abbati & ſucceſſoribus ſuis, totum jus, quod in dictis ſervicio, liberatione & ſtipendio michi competere poſſet; ita quod nec ego, nec aliquis nomine meo, aliquam actionem, calumniam (&c.) occaſione prædictâ, exigere, movere, vel vendicare poterimus imperpetuum, (&c.) Datum apud **Buldewas** in hoſpicio hoſpitum, die *Sabbati*, proximâ poſt feſtum S. *Petri* ad *vincula*, Anno regni Regis *Edward*, filii Regis *Edwardi*, *xi*.

Quieta

Ibid. *Quieta clamatio* Philippi *Domini de* Benethale, *de toto jure in terrâ qua vocatur* Hermiteſhelde, *&* Holweruding.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Philippus* dominus de Benethale, remiſi & quietum clamavi, pro me & hæredibus meis imperpetuum, Deo & beatæ *Mariæ* & Abbati & Conventui de Buldewas, totum jus & clamium, ſi quod habui, vel aliquo modo habere potui, in terrâ quæ vocatur Hermiteſhelde, & Holweruding; & in omnibus aliis terris & boſchis, quæ ſunt inter hajicium, quod includit prædictas terras, de Hermiteſhelde & Holweruding, & Abbaciam de Buldewas; ita quod nec ego, nec hæredes mei, nec aliquis nomine noſtro verſùs dictos Abbatem & Conventum, vel eorum ſucceſſores, de prædictis terris, aliquod jus, clamium, vel calumpniam movere poterimus imperpetuum. Conceſſi etiam & confirmavi eiſdem, ut faciant, ſi voluerint, foſſatum, quomodocunq; voluerint, extra prædictum hajicium, verſùs terram de Benethale, ad includendum totam terram ſuam & boſcum; ita quod totum hayicium, inter foſſatum remaneat ex parte illorum, & faciant indè quicquid voluerint; *ſcil.* à prato illorum, quod vocatur Eſtemedewe, aſcendendo per veterem ſepem; & ſic per vetus foſſatum & hajicium uſq; ad heſiam extra boſcum eorum de Hertlupe; & ita deſcendendo per vetus foſſatum, uſq; Mallebroth, & terram Prioris de Wenloc. Et ut habeant omnia ayſiamenta ambulando & laborando ſuper terram meam ad prædicta foſſata & hayicium emendanda. Dicti verò Abbas & Conventus prædictum hayicium vel foſſatum ita faciant claudi, quod averia mea non poſſint tranſire. Et ſi tranſierint, indè non occaſionabor. Conceſſi etiam & confirmavi eiſdem, ut liberè poſſint trahere, vel cariare lapides, carbones, maremium, & alia; & chiminum ad hæc facere, ultra terram meam quando voluerint, etiamſi in feodis alienis prædicta adquiſierint, ſine impedimento mei vel meorum. Et ego & hæredes mei, omnia prænominata præfatis Abbati & Conventui warantizabimus & defendemus contra omnes homines & fœminas imperpetuum. Hiis teſtibus, Domino *Hugone* de Sheyntone, *Willielmo* de *Lechtone*, *Ricardo* de *Grenhul*, *Roberto Traynel*, *Roberto* de *Dudemoneſtone*, & aliis.

Ibid. *Carta* Henrici *de* Lacy *Comitis* Lincolniæ, *permutationem grangiæ de* Caldone, *in Comitatu* Staff. *pro terris in* Edwyneye *in Comitatu* Salopiæ, *confirmans.*

UNiverſis, ad quorum noticiam præſentes literæ pervenerint, *Henricus* de *Lacy* Comes *Lincolniæ* & Conſtabularius *Ceſtriæ* ſalutem in Domino. Cum religioſi viri Abbas & Conventus de Buldewas, Ordinis *Ciſtertienſis*, grangiam ſuam de Caldone, in Comitatu *Staff.* cum omnibus terris & tenementis, & pertinentiis ſuis, quam habuerunt de feodo noſtro cum Abbate & Conventu Vallis S. *Mariæ* de Crokeſden ejuſdem Ordinis, pro omnibus terris & tenementis & pertinentiis ſuis in Edwyneye in Comitatu *Salopiæ*, duxerint permutandam: Nos utriuſq; Monaſterii utilitatem penſantes, & quamplurimum affectantes, permutationi prædictæ, quantum in nobis eſt, pro nobis & hæredibus noſtris imperpetuum, noſtrum præbemus aſſenſum pariter & conſenſum; ita tamen quod iidem Abbas & Conventus vallis S. *Mariæ* de Crokeſden, & ſucceſſores eorum, nobis & hæredibus noſtris reddant & faciant eadem onera & ſervicia, quæ prædicti Abbas & Conventus de Buldewas, nobis facere & reddere conſueverunt temporibus retroactis. In teſtimonium cujus rei, præſenti ſcripto Sigilli noſtri apponi fecimus impreſſionem. Datum apud Blankeforde juxta Burdegaliam *x.* die *Junii*, Anno gratiæ *MCCLxxxvii.*

PAG. 802. col. 1.

De fundatore & præcipuis Benefactoribus Abbathiæ de Newminſter.

Ex martyrologio Novi Monaſterii.

DOminus *Ranulphus* de *Merlay* principalis fundator noſter, & *Juliana* uxor ejus, qui nobis contulerunt ſitum hujus Abbathiæ, grangiam de Hulwane, & duas *Ritonas*. *Willielmus* de *Merlay*, *Rogerus* de *Merlay* primus, Magiſter *Oſbertus* de *Merlay*, filii prædicti *Ranulphi*. *Rogerus* de *Merlay* ſecundus; *Marjoria* uxor ejus, qui nobis contulerunt tres piſcarias in *Tyna*, *Rogerus* de *Merley* tertius, qui renovavit & confirmavit nobis omnes donationes anteceſſorum ſuorum, & obiit anno Domini *MCCLxv.* & reliquit tantum duas filias hæredes, quarum prima vocabatur *Maria*; & hanc deſponſavit Dominus *Willielmus* Baro de Grayſtoke: Secunda vocabatur *Iſabella*, & hanc deſponſavit Dominus *Robertus* de *Somervill*; & in eis diviſa fuit Baronia de *Merlay*.

Ranulphus de *Merlay* junior.

Item pro animâ *Philippi* de *Somervill.*

Will. Bertram Baro de Mitford, qui dedit nobis terram inter Abbathiam & Mitford, *Rogerus Bertram* filius ejus, qui primus dimiſit nobis ad firmam grangias de Heylan & de Hortune, & partem Peteric. *Ada Bertram* uxor ejus, *Will. Bertram* ſecundus, *Rogerus Bertram* ſecundus, *Rogerus Bertram* tertius, qui vendidit nobis prædictâ loca ex integro, cum omnibus pertinentiis ſuis, qui etiam confirmavit nobis grangiam de Aldeworth, quam nobis vendidit *Petrus* ſacerdos, filius *Joh.* quondam perſonæ de Mitford.

Dominus *Everardus* de *Ros*, qui nobis contulit grangiam de Stratton.

Robertus de *Ros*, filius ejus, qui confirmavit nobis eundem locum.

Dominus *Robertus Bertram* de *Bothall*, qui dedit nobis terram, quæ dicitur **Fozum**, & quicquid ad illam pertinet. *Ric. Bertram* filius ejus, *Robertus Bertram.*

Dominus *Odonellus* de *Umframvill*, qui primus dimiſit nobis ad firmam, moras de **Chyviothe**, & grangias de **Filtone** & de **Collard**, *Will.* de *Umframvill*, *Ricardus* de *Umframville*, filii dicti *Odonelli*, *Gilbertus* de *Umframville*, *Matildis* uxor ejus, qui dederunt nobis paſturam de **Turfhille**, *Gilbertus* de *Umframvill* filius ejus, qui vendidit nobis dicta loca ex integro, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis.

Jacobus de *Bolum*, qui primus dimiſit nobis ad firmam, grangiam de **Newtone**, *Gilbertus* filius ejus, *Walt.* filius ejus qui vendidit nobis eundem locum, *Alicia* filia & hæres dicti *Walteri*, quæ confirmavit nobis eundem locum.

Walterus de *Bolbek* & *VValterus* filius ejus, ſupremi Domini illius feodi, qui ſimiliter confirmaverunt nobis eundem locum, *ſcil.* dictam *Nentonam.*

Rob. de *Cambon*, *Alicia* uxor ejus, qui commutaverunt nobis locum de **Ruthlaw**, pro terrâ noſtrâ in **Cambon**, *VValterus* filius ejus, qui confirmavit nobis eundem locum.

Dominus *Hugo* de *Bolbek*, *Theophania* uxor ejus, per quos habuimus villam de **Rothcley**. *Hugo* de *Bolbek* filius ejus, qui confirmavit nobis eundem locum.

Edgarus dictus *Unniying*, qui dedit nobis carucatam terræ in **Werthill**. *Patricius* filius ejus, qui vendidit nobis aliam. *Johannes* de *Keſtern* filius ejus. *Johannes* de *Keſtern* filius ejus, qui vendidit nobis utrumq; locum de **Keſtern**, & de **Werthill**, cum omnibus pertinentiis.

Dominus *Rogerus* filius *Ricardi*, Dominus de **Werkeworth**, & *Adeliza* uxor ejus, qui contulerunt nobis ſalinam de **Werkeworth**, *Robertus* filius ejus, qui confirmavit nobis eundem locum.

Henricus Coniers, *Eda* uxor ejus, qui contulerunt nobis terram in **Clifton**, & in **Caldwell.**

VVill. Coniers, qui commutavit nobis grangiam de **Caldewell**, qui proprio nomine dicitur **Scarplane**, pro terris in **Clifton.**

Dominus *Hugo* de *Morewyk*, pro ſtagno molendini noſtri, ultra **Roketh.**

Sibilla de *Morwyk* uxor ejus, quæ in libera viduitate ſua dedit nobis locum de **Raſethe.** *Hugo* filius ejus, qui confirmavit nobis eundem locum.

Dominus *Joh.* de *Pleſſeto*, qui dedit nobis terram in **Tirtlinton.**

Dominus *Ric. Gubiun*, qui dedit nobis redditum *xx s.* in molendino de **Schilbinton.** *Hugo Gubiun*, qui confirmavit nobis eundem redditum.

Dominus *Rogerus* de *Merlay*, de **Stanton**, qui dedit nobis redditum *xx s.* in molendino ſuo de **Stanton.**

Anno Domini 1336. *xv.* Kal. *Febr.* obiit Dominus *Rogerus* de *Somerville*, qui dedit nobis advocationem Eccleſiæ de **Staington**, & ſepultus eſt apud *Anneys*-**Button.**

Anno Domini 1359. ſexto Idus *Julii*, obiit Dominus *Will.* Baro de **Grayſtok.**

Item pro animâ Domini *Henr.* ap *Griffith.* Item pro animâ *Iſabella.*

Anno Domini 1377 obiit piæ memoriæ Domina *Johanna Somevyle*, octavo Idus *Octob.* Item *Willielmus Somervile*: Item *Henricus*, *Nicholaus*, *Johannes*, *Richardus*, *Thomas Somervile.*

Anno Domini 1372. obiit *Robertus* de *Fenwik* de quo habuimus duas partes villæ de **Poington.**

Anno Domini 1380. obiit Dominus *Gilbertus* de *Umframville*, Comes *D'angos*, qui dedit nobis *xx l.*

Anno Domini 1413. nono kal. *Maii*, obiit Domina *Catherina* Baroniſſa de **Grayſtok.**

Anno Domini 1416. obiit Dominus *Radulphus*, Baro de **Graſtok**, qui dedit nobis *xx l.* ad opus Eccleſiæ.

Anno Domini 1434. obiit Domina *Elizabetha* Baroniſſa de **Graſtoke**, & jacet in Eccleſia fratrum prædicatorum *Eboraci.*

Anno Domini 1439. in craſtino *Circumciſionis*, obiit *Rogerus* de *Thornton*, Burgenſis villæ *Novi-Caſtri*, & Dominus de **Witton**, qui caſtrum ibidem conſtruxit, & dedit nobis plumbum, quo operitur navis Eccleſiæ noſtræ; pro quo *Rogero* & *Agnete* uxore ejuſdem, & liberis, dicimus quotidianam Miſſam beatæ *Virginis*, & aliam Miſſam pro defunctis; & jacent in Eccleſia omnium Sanctorum in *Novo-caſtro.*

Anno Domini 1436. ſexto Idus *Auguſti*, obiit piæ memoriæ Dominus *Johannes* Baro de **Grayſtok**, qui dedit nobis *xx l.* ad opus Eccleſiæ, Item 40 *l.*

Anno Domini 1436. ſexto Kal. *Januarii* obiit Dominus *Robertus* de *Umfravile* miles, Dominus de *Kyma*, & de **Rediſdale.**

Anno Domini 1438. in die S. *Silveſtri*, obiit Domina *Iſabella* uxor prædicti Domini *Roberti Umfravile*, & jacent ſimul ad Altare S. *Mariæ Magdalenæ.*

Anno Domini 1440. in vigilia S. *Kath.* Virginis, obiit *Elizab.* uxor *Rogeri Thornton* armigeri, quæ fuit filia Domini *Joh.* Baronis de **Grayſtok.**

Anno Domini 1468. *xiii.* Kal. *Aprilis*, obiit Domina *Elizabetha* Baroniſſa de **Grayſtoke.**

Anno Domini 1472. *xviii.* die *Julii*, obiit Domina *Elizabetha* quondam uxor Magiſtri *Roberti* primogeniti Domini *Radulphi* Baronis de **Grayſtok** & **Wemme**, cujus animæ propitietur Deus.

Anno Domini 1483. *xv.* Kal. *Julii* obiit Dominus *Robertus Grayſtok*, primogenitus Domini *Radulphi* Baronis de **Grayſtoke**, & **Wemme.**

Anno Domini 1487. obiit inclitus Dominus *Radulphus* Dominus de **Grayſtok** & **Wemme**, primo die menſis *Junii.*

Anno Domini 1499. obiit Domina *Cecilia* Domina de **Grayſtok**.

Anno Domini 1516. *xiii.* die menſis *Auguſti* obiit Domina *Elizabetha Dacre*, quondam filia *Roberti Grayſtok* militis, primogeniti Domini *Radulphi* Baronis de **Grayſtoke** & **Wemme**.

Anno Domini 1525. *xxiv.* die menſis *Octobris*, obiit piæ memoriæ Dominus *Thomas Dacre*, quondam Dominus de **Dacre**, **Grayſtok**, & **Gilleſland**, miles nobiliſſimi Ordinis Garterii, ac gardianus generalis Marchiarum verſùs *Scotiam*.

Anno Domini 1569. *xvii.* die *Maii*, obiit *Georgius Dacre*, Dominus de **Gilleſland** & **Grayſtok**, puer magnæ ſpei & optimæ indolis, ex caſu equi lignei Saltatorii; repentinè corruit *Thetfordiæ* in Com. *Norff.* infra ætatem, tum exiſtente in cuſtodiâ *Thomæ* Ducis *Norfolciæ*.

Alibi in eodem cod. MS. ſub titulo Benefactorum *Novi-monaſterii.*

Anno Domini 1323. *iii.* Id *Julii*, obiit Dominus *Radulphus* de **Grayſtok**, & jacet juxta magnum Altare.

Anno Domini 1325. ſecundo Id. *Apr.* obiit Dominus *Robertus* de *Umfravill* Comes de *Angus*, & jacet juxta magnum Altare.

Anno D. 1325. ſecundo Kal. *Martii*, obiit Dominus *Rogerus* de *Felton*.

Anno Domini 1346. obiit Dominus *Rad.* de *Haſtinges*, de vulnere accepto in bello apud *Dunelmum*.

Anno D. 1346. obiit Dominus *Will.* de *Herll.*

Anno D. 1356. obiit Dominus *Joh.* de *Fenwyk* miles.

Anno D. 1350. obiit Domina *Joh.* de *Umfravile* Comitiſſa *D'Angos*, *viz.* *xvii.* Kal. *Auguſti*.

Johanna quondam uxor *Hugonis* de *Brandon*. Item pro *Waltero* patre ejuſdem *Hugonis*, & *Aliciâ* uxore ejuſdem *Walteri*.

Anno D. 1361. obiit *Robertus* de *Camera*. Item *Alexander* de *Camera*, *Yſota* de *Camera*. Item *Katherina* uxor *Joh.* de *Camera*. Item *Hugo* de *Angirton*, & *Dulcia* ejus uxor. *Thomas* de *Merlay*, *Ranulphus* de *Merley*.

Anno D. 1362. die *Jovis* proxima poſt feſtum *Converſionis* S. *Pauli* Apoſtoli, obiit Dominus *Gerardus* de *Woderyngton* miles.

Anno D. 1368. obiit Dominus *Radulphus* de *Nevile*, qui dedit nobis, per vices, *C.* marcas.

Anno D. 1372. *Rogerus* de *Woderyngton*. Item Domina *Margareta* de *Percy*. Eodem anno *Robertus* de *Fenwyk*.

Anno D. 1374. in Octabis *Epiphaniæ* Domini, obiit Domina *Aleſia* Domina de *Nevil* (filia Domini *Hugonis* de *Audley* ſenioris) quæ quondam fuit uxor Domini *Radulphi* Baronis de **Grayſtoke**; cujus *Radulphi* corpus in Eccleſiâ noſtrâ humatum eſt.

Anno D. 1403. obiit Domina *Johanna* Domina de **Morpath**.

Anno D. 1480. *xxvii.* die *Maii* obiit *Will. Lawſone*, qui multa dona contulit huic Monaſterio.

Anno D. 1489. obiit *Tho. Lawſone* benefactor noſter ſpecialis.

Anno Domini 1502. obiit Dominus *Radulphus* Dominus de **Wodryngton**.

Anno D. 1505. Nonas *Aprilis*, obiit *Eliz. Radcliff*, quondam uxor *Thomæ Lawſon*, quæ ſpecialis benefactrix noſtra exiſtebat.

PAG. 866. col. 1.

Carta Rogeri *de* Clifford, *de corpore ſuo in Cœnobio* Dorenſi *ſepeliendo.*

Ex Collect. Rob. Glover, Somerſet Heraldi. [Miſcel. lib. 5. f. 20. b.]

Omnibus (&c.) *Rogerus* de *Clifford*, conſilio & aſſenſu *Sibillæ* (de *Ewias*) uxoris meæ, dedi & conceſſi corpus meum Deo & beatæ *Mariæ* & Monachis de *Dorâ*, ad ſepeliendum in Eccleſia de *Dorâ*, juxta filium ſuum. Et propter hoc nomine dotis, cum corpore meo, & corpore filii mei, dedi dictis Monachis totam terram quam habent ex dono *Willielmi* de *Ewyas*, de quâ aliquando vexavi eos (&c.) Teſtibus, *Ricardo* de *Clifford*, *Willielmo* de *Ewyas* ſeniore, *Willielmo* de *Ewyas* juniore, filio *Sibillæ*, (&c.)

PAG. 885. col. 1.

Carta Pagani *de* Cadurcis, *Monachis de* Albalanda.

Ex cod. MS. *Rob. Gloveri*, Somerſet Heraldi [*Miſcel.* lib. 5. f. 4. a.]

Omnibus Chriſti fidelibus (&c.) *Paganus* de *Cadurcis*, filius & hæres Dominæ *Hawiſiæ* de *Londoniâ*, ſalutem. Noveritis nos dediſſe (&c.) Deo & beatæ *Mariæ*, & Monachis de *Alba domo*, *Ciſtercienſis* Ordinis, *Menevenſis* Dioc. (&c.) in puram & perpetuam elemoſynam, decem & novem acras terræ arabilis (&c.) Et quod quilibet Sacerdos dictæ domus Miſſam celebrans ſingulis diebus, pro animabus dominorum *Thomæ* de *Londoniâ*, *Patricii* de *Cadurcis*, *Will.* & *Mauricii* de *Londoniâ*, *Warini* de *Baſingburne*, Dominæ *Evæ* de *Tracy*, *Aleys* & *Gundre* defunctorum. Item pro Domina *Hawyſiâ* de *Londoniâ*, matre noſtrâ, & pro nobis *Pagano* de *Cadurcis*, pro Domino *Patricio* & *Hernico* fratribus noſtris, & pro *Emmâ*, *Evâ* & *Agnete* ſororibus noſtris ſuperſtitibus, ſpecialem memoriam in Canone faciat Miſſæ, pro vivis inter vivos, & pro defunctis inter mortuos, (&c.) Hiis teſtibus, dominis *Patricio* & *Her-*

Hernico militibus, fratribus noſtris. Data apud **Bedwelly**, (dominium dicti *Pagani*) die *Veneris* ante feſtum S. *Trinitatis*, Anno *D. MCCLxx.*

PAG. 892. col. 2.

Ex ipſo autogr. penes Thom. Mainwering de **Pever** in Com. Ceſtr. Arm.

Carta Rogeri *de* Menilwarin *de communia in boſco de* **Pevere**, *Monachis de* **Deulacres** *conceſſa.*

OMnibus hanc Cartam viſuris vel audituris, *Rogerus* de *Shenilwarin* æternam in Domino ſalutem; Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ Domini *Ranulphi* quondam Comitis *Ceſtriæ* & *Lincolniæ* Avunculi mei, & pro ſalute animæ meæ, & animarum anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe, conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & Abbati & Monachis de **Deulacreſſe**, & eorum grangiæ de **Biveleg**, in liberam, puram & perpetuam elemoſynam liberam communam in boſco meo de **Pevere**; *ſcil.* ut accipiant de eodem boſco *Husbot* & *Haybot* rationabiliter per viſum alicujus foreſtariorum meorum, quantum neceſſe habuerunt, ſine impedimento aeriarum niſorum meorum, ubicunq; nidificaverint. Præterea dedi eis liberam peſſionem & quietam de paunagio quinquaginta porcis quandocunq; voluerint in prædicto nemore meo de **Pevere**. Pro hac autem, donatione & conceſſione meâ, Ego *Rogerus* prædictus, & hæredes mei, de prædictis Abbate & Monachis de **Deulacreſſe** nichil exigere poterimus, niſi orationes & ſuffragia Ordinis *Ciſtercienſis*. Ego verò & hæredes mei ſæpedictam donationem & conceſſionem meam dictis Abbati & Monachis & grangiæ de **Biveleg**, contra omnes gentes warrantizabimus imperpetuum. Et, ut hæc donatio mea rata & inconcuſſa in ſempiternum perſeveret, eam præſentis Cartæ teſtimonio & Sigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, *Will.* de *Shenilwarin*, *Will.* Capellano de **Lauton**, *Ricardo* de *Moſton*, *Bened.* de *Cowdray*, *Johanne* de *Motlawe*, *Will.* de *Pevere*, *Hugone* de *Weloc*, *Nicolao* de **Wereford**, *Gilleberto Gekell*, & aliis.

PAG. 893. col. 1.

De dotatione Cœnobii de **Clunnok-vaur.**

Ex Cod. MS. penes Auditorem *North-walliæ.*

QUidam *Gwithno* dedit propriam villam ſuam **Clynoc-vaur**, Deo & *Beunono* tunc Abbati Abbatiæ de **Clynoc-vaur**, pro animâ ſuâ, & animâ conſobrini ſui *Catwalani* (Regis) ſine cenſu regali & ſine Conſule .... alicui, quam diu fuerit lapis in terrâ.

Ac perſonæ ſubſcriptæ dederunt Deo & S. *Beyno*, res ſive terras ſubſcriptas, ſicut *Gwythno* dedit **Clynnok-vaur.**

Cadwaladrus Rex, dedit **Grayanoc.** *Tegwared* Rex dedit **Porthcamal.** *Marvin* princeps dedit **Carnguch.** *Cadwgan ap Cynvelyn* dedit *Bodveilion* in **Llyn**, & **Bodvael.** *Rodri* filius *Mervyn* dedit **Denio**, *Gruff.* filius *Tungcon* dedit tertiam partem **Maeſtref.** *Idwal* dedit **Penrhos.** *Rodri* dedit tertiam partem **Newrwf.** *Grean* dedit **Dorwyn** aut **Corwyn.**

Rodri filius *Idwal* dedit **Botelak.** *Gwithnet* filius *Tridok* dedit **Llanllyvin** & **Coret Aber-ſaint.** *Cadel* Rex dedit **Kylcourt.** *Idwal* dedit **Clynok-vechan.** *Tridok* dedit **Coret Gwrvin**, à ſilvâ uſq; mare. *Idwal* dedit **Aber Y-Braint.** *Cadel* ap *Rodri* dedit **Brynhidugen.** *Anarawt* filius *Rodri* dedit **Yſcallen** in **Crenddyn.**

Cadel dedit **Botwynok** & **Llwyn-Dynwal.** *Rodri* ap *Mervyn* dedit **Priſcoell** & **Pant-ſoch** in **Llyn**, *Cadel* dedit **Ethinoc.** *Rodri* dedit **Illanor** in **Llyn.** *Anarawt* dedit **Bodagwyn.** *Anarawd* filius *Rodri*, dedit **Dolbebin.** *Grevax* filius *Iwen*, dedit **Dolcoydok.** *Gruff.* filius *Llywellyn*, dedit **Aberllyvin.**

Elived filius *Madoc*, dedit **Mayſang** in ſuis terminis. *Jago* filius *Idwal*, dedit **Llechedern** in **Llyn.** *Gruff.* ap *Kynan*, dedit **Boterid.** *Trahayarn* ap *Carodoc*, dedit **Treſwyn.** *Jago* filius *Idwal*, dedit **Brinerit.** *Gruff.* ap *Llywelyn*, dedit **Yvanol.** *Cadwaladar* dedit **Llanvawr** in **Llyn.** *Gruff.* ap *Llywelyn*, dedit **Tre-ſew**,

Lunlion, alias *Conlion*, filius *Llowvryon*, dedit **Hirdref** in **Llyn.** *Jonas* dedit **Bodegro.** *Rodri* filius *Merfyn*, dedit **Mowedd.** *Cadel* filius *Rodri*, dedit **Penhidgen.** *Gruff.* filius *Llywellyn*, dedit **Treſlagh.** *Rodri* dedit **Penchos**, in **Twrkelyn.** *Howel* filius *Cadel*, dedit duas partes de **Llechheithior.** *Gruff.* ap *Llywelyn*, dedit **Roſeweneſaf.**

PAG. 916. col. 2.

Ex ipſo autogr. penès *Will. Hayward* de **Tanridge** in Com. *Surr.* Eq. aur.

Carta Aliciæ *Comitiſſæ* Augi *de tota terra ſua de* **Snergate**, *Monachis de* **Robertsbrigge** *conceſſa.*

NOverint tam præſentes quam futuri, quod ego *Alizia* Comitiſſa *Augi*, conceſſi & præſenti Cartâ meâ confirmavi, pro animâ *Willielmi* Comitis *Arundeliæ* Patris mei, & *Aliziæ* reginæ, matris meæ, & pro animâ Domini mei *J.* Comitis *Augi*, & *Godefridi* fratris mei, & *Matildis* & *Margaretæ* filiarum mearum; & pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, Abbatiæ de *Ponte-Roberti*, in puram & perpetuam hoſpitalitatem ibidem ſuſtentandam, de libero mariagio meo, de feudo de **Wilſingtone**, *Snelingum* de *Snergate* & hæredes ipſius, cum toto tenemento ſuo, cum omnibus ſerviciis & conſuetudinibus ejuſdem tenementi. Ad hæc autem dedi eidem Abbatiæ, totam terram meam de **Snergate**, infra wallam & extra, tam ex parte feudi mei, quàm de parte *Willielmi* de *Curci*; ſalvâ conventione quam feci contra *Lewinum Ram* & filios ejus, ſicut cirographum, quod feci contra eos determinat; quod & Monachis dedi, cum toto tenemento illo, in puram & perpetuam elemoſynam ad hoſpitalitatem ſuſtentandam. Conceſſi etiam eidem Abbatiæ & confirmavi terram quam emi à *Radulpho* de *Wicham*, & fratribus ejus, reddendo eidem *Radulpho*, & hæredibus ejus ſex denarios annuatim ad ſanctum *Michaelem*, pro omni ſervicio, quod ad eum pertinet. Pro hac autem emptione dedi prædicto *Radulpho* unam marcam argenti in gherſam, & ſingulis fratribus ejus duodecim denarios. Et ipſi affidaverunt, pro ſe & hæredibus ſuis, hanc conventionem tenere. His teſtibus, Magiſtro *Firmino*, *Henrico* Comite *Augi*; *Roberto* fratre ejus; *Aluredo* de *Sancto Martino*; *Sanſone* de *Geſtling*; *Stephano* de S. *Martino*, *H.* Clerico, & multis aliis.

Ibid.

Carta Willielmi *tertii Comitis* Suſſexiæ *præfatam amitæ ſuæ donationem confirmans.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus* Comes tertius *Suſſexiæ*, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* & Monachis de *Ponte Roberti*, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, in puram & perpetuam elemoſynam, terram de **Snargate**, quæ eſt de feodo de **Wilſentone**, quam habent ex dono *Adeliciæ* Comitiſſæ de *Augo*, amitæ meæ; ut habeant & teneant liberè & quietè, ſicut Carta ejuſdem *Adeliciæ* teſtatur. Hiis teſtibus, *Renerio* de *Aubenio*, *Willielmo* de *Albineio* filio Comitis; *Rogero* de *Brom.* *Henrico Flamango*, *Roberto* de *Tatteſale*, *Roberto Hoſe*, *Hugone* de *Millers*, & multis aliis.

Mandatum Roberti *de* Curci, *pro wallis & watergargis apud* **Snargate** *faciendis.* Ibid.

OMnibus baillivis de **Weſintone** ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Robertus* de *Curci* ſalutem: mando vobis atq; præcipio, quatinus juſticietis meos homines de **Snargate**, ut faciant wallas & watergangas, & clauſuras wallarum, ſicut debent facere: Et ſi facere noluerint, tum juſtitietis illos ut faciant. Et ſciatis, quod quietos clamo homines meos de **Snargate**, ut de tribus ſolidis, quos homines recipiebant à Monachis, ita quod Abbas & Conventus reddent mihi in Capite infra octavas S. *Michaelis*. Teſte *Willielmo* fratre, apud **Curci**.

Carta Henrici *Comitis* Augi, *de* **Wertham**, *cum comba juxta foreſtam de* Briſtlinga. Ibid.

NOtum ſit præſentibus & futuris, quod ego *Henricus* Comes *Augi*, conceſſi, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus anteceſſorum meorum, & *Roberti* fratris mei, Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Ponte Roberti*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, in elemoſynam perpetuam, *Wertham*, cum combâ juxta foreſtam meam de *Briſtlingâ*, in plano & boſco & paſturis, cum omnibus villanis & redditibus, & cum omnibus pertinentiis earundem terrarum, liberè & quietè ab omni ſervicio & conſuetudinibus omnibus ad me & hæredes meos pertinentibus, de me & hæredibus meis tenendum. Præter hæc etiam conceſſi, ut Conventio, quæ inter prædictos Monachos, & *Ringerium* de *Nordiâ*, ſuper prædictis terris facta eſt, firma imperpetuum & rata habeatur, ſicut Cartæ eorum demonſtrant: & ut liberè & quietè in perpetuum poſſideant Monachi, præſenti ſcripto & Sigilli mei auctoritate confirmavi. Teſtes, *Osbertus* Abbas *Augi*, *Aluredus* de S. *Martino*, *Ingeramus* de *Friſſenevill*, *Walterus* de *Eſcotegnies*, *VVillielmus* de *Achingehan*, *Sanſon* de *Geſtling*, *Stephanus* de S. *Martino*, *VVillielmus* de *Bodinhan*, *Johannes* frater Comitis, *VVillielmus* de S. *Martino*, & multi alii.

Carta Johannis *de* Augo, *donationem* Aliciæ *matris ſuæ, &* Henrici *fratris ſui, de mariſco de* **Snergate** *confirmans.* Ibid.

NOtum ſit omnibus, tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Johannes* de *Augo*, filius *Johannis* Comitis de *Augo*, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* & Monachis de *Ponte Roberti*, in liberam & perpetuam elemoſynam, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus Patris & matris meæ, & *Henrici* Comitis de *Augo* fratris mei, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, totum mariſcum de **Snergate**, qui pertinet ad feudum meum de **Wilſintone**, cum pertinentiis plenariè, ſine ullo retenemento, quam habent ex dono *Aliciæ* Comitiſſæ de *Augo* matris meæ, & *Henrici* Comitis de *Augo* fratris mei; Et **Papelleſdenn**, & **Cumdenne**, cum pertinentiis ſuis. Præterea confirmo eis terras quas tenent de feudo *Randulfi* de *Hethindenne*, quæ pertinent ad feudum de **Matham**, undè habent Cartam ejus & cyrographum in curiâ Domini Regis inter eos factum, ſalvo redditu ejuſdem *Randulfi*. Quare volo, & firmiter præcipio, quod præfati Monachi habeant & teneant omnia prædicta tenementa, cum pertinentiis ſuis, liberè, quietè, integrè & plenariè, honorificè & abſolutè, ab omni ſeculari exactione, ſicut puram & perpetuam elemoſynam. Hiis teſtibus, Domino *Huberto Cantuarienſi* Archiepiſcopo; *VVillielmo Londonienſi*; *Johanne Norwicenſi*; *Gilberto Roffenſi*; *Savarico Bathonienſi* Epiſcopis; *Willielmo* Comite *Arundeliæ*, Comite *David*; *Radulfo* de *Arden*; *Hugone* de *Aubervill*; *Roberto* fratre ejus; *VVillielmo* de *Cyretone*; *Amfrido* de *Denne*; *Ricardo* de *Gosfeld*; *Hugone* de *Lunesford*, & pluribus aliis.

Carta Radulfi *de* Yſſondun *Comitis* Augi, *omnes donationes in Rapo de* **Haſtings**, *& in* Cantiâ, *de feodo ſuo, confirmans.*

RAdulſus de *Yſſondun* Comes *Augi*, omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum Abbatiæ de *Ponte Roberti*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnia tenementa & elemoſinas, quæ habent in feudo meo in Rapo de **Haſtings**, & in *Cantiâ*, cum omnibus libertatibus ſuis, ſicut *Henricus* Comes *Augi*, prædeceſſor meus, eis conceſſit & Cartâ ſuâ confirmavit. Confirmo etiam eiſdem Monachis donationem fundatorum ſuorum, & conventiones emptionum ſuarum, in omnibus tenementis ſuis, quæ de feudo meo ſint, tam in Rapo de **Haſtings**, quàm in *Cantiâ*, ſecundùm quod Cartæ & cyrographa teſtantur, quæ habent, tam ex donatione fundatorum ſuorum, quam ex Conventione emptionum ſuarum. Quare volo & firmiter præcipio, quod prædicti Monachi habeant & teneant omnia tenementa ſua ſecundùm prædictas Cartas & cyrographa benè & in pace, liberè & quietè, ab omni ſeculari exactione, & ab omni ſervicio quod ad me pertinet, integrè & plenariè, in boſco & plano; in pratis & paſcuis; in aquis & molendinis; in redditibus & villanis; in viis & ſemitis, & in omnibus aliis rebus ad tenementa ſua pertinentibus, cum omnibus libertatibus & immunitatibus, quas habuerunt & habent in omnibus, de *Henrico* Comite *Augi*, prædeceſſore meo. Hiis teſtibus, *Rorgo* de *Freaville*; *Reginaldo* de *Manieres*; *Engelramo* de *Preſſeville*; *Waltero* de *Scotenai*; *Engelranno Leverel*; *Johanne Reimund*; *Simone* le *Echingeham*; *Willielmo* de *Bodiham*, *Radulfo* le *Borne*; *Hugone* de *Lunesford*; *Roberto* de *Geſtlinge*; *Johanne* de *Geſtlinge*, & multis aliis.

PAG. 926. col: 2.

Pro conſtructione Abbatiæ de Bello loco.

Clauſ. 6. *Job.* m. 13.

REx &c. *W.* Theſaurario, &c. Liberate de Theſauro noſtro Abbati de *Belloloco* in novâ Foreſtâ, *C.* marc. ad Abbatiam noſtram conſtruendam, ad terminos quos vobis dicerit Dominus *Norwic.* & *G.* filius *Petri*, & *Petrus* de *Rupe*. *T.* meipſo apud **Brehill** 23. *Oct.*

Ib. m. 19. in dorſo.

Rex &c. omnibus Abbatibus *Ciſterc*, &c. Rogamus vos attentiùs, quatinus intuitu Dei, auxilium faciatis novæ Abbatiæ noſtræ de *Bello loco*, in novâ Foreſtâ, quam de Ordine veſtro ibidem inchoavimus, ad eam de averiis inſtaurandam: Et quod ei, ſinguli veſtrum, indè fecerint, nobis per literas veſtras ſignificetis. T. &c. apud *Wigorn.* 16. die ....

PAG. 936. col. 2.

De initio Fundationis Abbatiæ de Valli Regali; *& de voto Regis.*

Ex Regiſtro Abbathiæ de *Valle regali* penès *Thomam Marbury* de **Marbury**, in Com. *Ceſtriæ* Arm. 18. *Aug.* a. 1658. fol. 3. a.

INicium Fundationis Abbathiæ de *Valle regali*, erat miraculoſa per *Mariam* Virginem præmonſtratum: nam dominus *Edwardus* princeps *Walliæ* & Comes *Ceſtriæ*, cum haberet patrem ſanctiſſimum, *Henricum viz.* Regem *Anglorum*, qui fuit filius Regis *Johannis*, & iſte *Henricus* quinquaginta ſex annis regnavit, undè præfatus *Edwardus* in armis tam ſtrenuè ſe gerebat, quod ob amorem Crucifixi, ad paganorum exterminium terram Sanctam pluriès viſitaret: Igitur, cum quadam vice verſùs *Angliam* rediret, & ad mare jam veniſſet, in navi cum ſuis omnibus decenter receptus eſt; ipſo ergò verſùs *Angliam*, cum maximâ multitudine navigante, tempeſtates in mari ſubito exortæ ſunt, ita ut omnia navis armamenta minicatim, in momento, rumpebantur: Nautæ igitur, non habentes ultrà quid facerent, & de ſuâ ſalute penitùs deſperantes, præ timore ad Dominum fortiter vociferârunt, & hii qui in navi cum ipſis fuerant perſuaſerunt, ut ſinguli Domino voverent quid unicuiq; Spiritus ſanctus inſpiraret: Quod, cum ab omnibus devotiſſimè fuiſſet impletum, nondum pro hiis ceſſârunt tempeſtates, ſed magis ac magis in eos ingruebant: contemplantes ergo ſibi mortem adeſſe vicinam, omnes qui erant in navi, unanimiter Principem devotiſſimis precibus, cum lacrimis exorabant, quod & ipſe, qui cum aliis votum non emiſerat, dignaretur votum aliquod emittere, per quod & Dominum placaret, & ipſos periclitantes poſſet ab iminenti periculo confeſtim liberare.

Quorum lacrimalibus precibus Princeps ſacratiſſimus delinitus, Deo & beatiſſimæ Virgini *Mariæ* humilimè devovit, quod ſi ſe ſuos & ſua Dominus ſalvos faceret, & ad terram uſq; perduceret illæſos, quod tunc Monaſterium alborum Monachorum, Ordinis *Ciſterciensis*, in honore Dei genitricis *Mariæ*, de novo infra regnum *Angliæ*, in loco ad hoc competenti, citiſſimè fundaret; quod quidem tam copioſè rebus & poſſeſſionibus ditaret, quod ad Centum Monachorum ſuſtentationem ſufficeret in æternum. Et ecce virtus Dei ad ſalvandas gentes ſtatim apparuit; nam vix Princeps Chriſtianiſſimus expleverat ſermonem, & tota illa tempeſtas, aeris ſerenitate apparente, penitùs diſſipata eſt, ita ut omnes de tam ſubitâ mutatione mirarentur; undè factum eſt, ut navis illa, quæ per multa loca rupta, fiſſa, & lacerata erat, ita ut aquæ periculoſiſſimè undiq; introirent, per *Mariam* Virginem, in cujus laudem Princeps votum emiſerat, abſq; omni humano Miniſterio, Navis eadem, cum omnibus in ea contentis, miraculoſè ad terram tranſportata eſt; cunctis hæc videntibus, & præ gaudio mirantibus, atq; Virginem glorioſam, ſupra humanum modum, letanter venerantibus, quæ ſic devotos nunquam ſinit perire. Cæterùm, præter hoc res mira valdè horâ eadem, quæ non eſt ſilentio tranſigenda, fertur acceſſiſſe; nam cum cuncti de navi res ſuas aſportâſſent, Princeps poſt omnes in navi reſidebat: Cum autem navis jam eſſet vacua, ipſe ad terram de mari egreſſus eſt, quo aſcendente, navis in duas partes, in ictu occuli, diviſa eſt; ut per hoc daretur intelligi, quod vir Sanctus, dum in navi manſit, ſuis meritis integram eam præſervavit; nam poſtquam prædicta navis diviſa apparuit maris profunda concitò quæſivit, nec ultrà ſe humanis aſpectibus repræſentare curavit.

Quomodo Dominus Rex aſſumpſit ſibi Conventum de Monaſterio de Dorâ, *& de tempore quo venerat idem Conventus apud* **Dernehale**; *& dehinc ad quandam parvam Abbathiam juxta* Vallem regalem.

HIis igitur ita peractis, applicuit prædictus Princeps in *Angliam*; & cum eſſet quædam diſſentio inter dominum *Henricum* Regem patrem ſuum, & Anglorum nobiles, Comites & Barones exorta, prædictus Princeps fortiter omnes expugnabat. Factum eſt autem, ut in conflictu quodam præfatus *Edwardus* captus eſſet, & uſq; ad Civitatem *Herefordiæ* tranſmiſſus carceri & cuſtodiæ à ſuis emulis ibidem commendatus, ſet poſtmodum gratioſè è manibus cuſtodum, Domino ſic diſponente, evaſit: Manſit tamen aliquandiu in cuſtodiâ in Civitate prænotatâ: erant igitur viri valdè religioſi & ſancti juxta eam habitantes in Abbathia de *Dorâ*, qui crebro prædictum Principem, in captivitate poſitum, juxta vires conſolabantur; & eidem, cum *Marthâ*, neceſſaria ſæpiſſimè miniſtrabant; & tandem ab eo pro ſuâ reverentiâ invenire gratiam meruerunt. Igitur prædictus *Edwardus* ſui juris effectus, votum quod in mari Virgini devovit, cogitabat adimplere; & ob devotionem, quam gerebat erga Monaſterium de *Dorâ*, pro beneficiis eidem in captivitate ab ipſo impenſis, Conventum ſuum de memorato Monaſterio ſibi aſſumpſit. Exivit autem Conventus de Monaſterio de *Dorâ* uſq; *Vallem regalem* quinto Idus *Januarii* anno Domini *MCCLxxiii*. & *xix*. Kal. *Februarii*, venit idem Conventus apud **Dernehale**, & ibi morabatur per octo annos & ampliùs, quantum diſtat à die adventus ſui uſq; ad diem Sancti *Roberti*; quo die primò venit de **Dernehale** ad *Vallem regalem*: Et anno Domini *MCCLxxvii. viz. ix*. Kal. *Auguſti* conſecratus eſt locus, qui primò dicebatur **Wetenhalewez** & **Munechene-wro**, à venerabili patre *Aniano Aſſavenſi* Epiſcopo, ad Abbathiam novam conſtruendam; cui impoſuit præfatus *Edwardus* nomen *Vallis regalis*; dans evidenter cunctis intelligi, quod ſuæ eſſet voluntatis, quod non eſſet aliquod Monaſterium illo regalior in libertatibus, diviciis, & honore, in univerſâ terrâ; ſed heu morte naturali præventus, quodammodò fruſtratus eſt deſiderio ſuo.

Quomodo dominus Rex poſuit, in novo opere, primum Lapidem; & de hiis qui interfuerunt.

POſtea verò eodem anno, ſexto *viz*. Idus *Auguſti*, anno Domini *MCCLxxvii*. præfatus *Edwardus* tunc illuſtriſſimus Rex *Angliæ*, congregatis ad hoc majorum natu totius regni ſui, manibus ſuis poſuit primum Lapidem, in loco ubi majus Altare conſtrui deberet. Domina etiam *Alianora* regina *Angliæ*, quæ & ipſa præſens fuerat, poſuit duos Lapides, unum pro ſe, & alium pro domino *Alfonſo* filio ſuo. In eodem verò loco venerabilis pater, dominus *Robertus Burnel*, tunc *Batonienſis* & *Wellenſis* Epiſcopus, & etiam domini Regis Cancellarius, ſolempniter quoq; aſſiſtente ſibi *Aniano Aſſavenſi* Epiſcopo, Miſſam celebravit.

Erant & ſubſcripti cum Rege, *Gilbertus* de *Clare*, Comes *Glouceſtriæ*, *Edmundus* Comes *Cornubiæ*, *Johannes* de *Warennâ*, Comes *Surreihæ*, *Willielmus* de *Bellocampo* Comes de *Warwiko*; dominus *Mauricius* de *Croun*, *Oto* de *Grandiſono*; *Johannes* de *Greyly*; *Robertus Typpethoth*; *Robertus* de *Vere*; qui omnes, poſt dominum Regem in loco prædicto majoris Altaris Lapides poſuerunt. Qui quidem Rex Lapidem poſuit in honore domini noſtri *Jeſu Chriſti*, & glorioſæ Virginis *Mariæ*, & ſanctorum Confeſſorum *Nicholai*, *Nichaſiiq*; Epiſcoporum; & locum tunc illum deinceps fecit appellari *Vallem regalem*, quod Anglicè ſonat **Kynggeſdale**. Fuerunt etiam ibi tunc cum domino Rege, duo Comites de partibus tranſmarinis.

De

De parvâ Abbathia, in qua Monachi habitabant per tempora quatuor Abbatum, & quomodo ad novum Monaſterium tranſlati ſunt.

Iſtis igitur ſic peractis, fecerat Dominus Rex parari unam Abbathiam pro illo Conventu ſuo, non longè à novo opere *Vallis regalis* diſtantem. Ibi per longa tempora Abbas & Conventus moram traxerunt, eo quod juxta novum opus prænotatum, nondum erat ædificium aliquod conſtructum: Undè ad Abbathiam illam parvulam, tranſlatus eſt Conventus de Manerio de **Dernehale**, tertio Idus *Maii*, die *viz.* S. *Roberti* Abbatis, anno Domini *MCCLxxxi*. In eodem verò loco, quatuor Abbatum temporibus, integrè remanſerunt, *viz.* Domini *Johannis Cheampeneys* primi Abbatis; & etiam Domini *Walt.* de *Herford*, qui erat ſecundus; & Domini *Joh.* de *Ho*, qui in numero fuerat tertius; & Domini *Ric.* de *Eveſham*, qui æquè quartus extiterat. Tandem mediante glorioſiſſimâ virgine *Mariâ*, de illâ Abbathiâ deformi & ruinoſâ, ſuperiùs expreſſâ, ad novum uſq; Monaſterium de *Valle regali*, in feſto *viz.* *Aſſumptionis* beatiſſimæ Dei genetricis, *Mariæ*, anno Domini *MCCCxxx.* reverendus ille Conventus magno cum honore tranſlatus eſt.

Abbas autem, qui tunc præerat, quoſcunq; nobiles & etiam prælatos, cæteroſq; vicinos, ad hanc ſolempnitatem ſpecialiſſimè evocarat; qui omnes in tantâ multitudine confluebant, quod vix præ turbâ, illud novum Monaſterium ipſos infra ſe poterat continere; inter quos advenerat bonæ memoriæ Magiſter *Ric.* Abbas de *Dorâ*, qui & ipſe illo die ſolempniter celebravit, & Sermonem de beatâ Virgine, ad populum faciens, cibo ſpecialis alimoniæ, more ſuo conſueto, devotiſſimè reficiebat. Sacer igitur iſte Conventus, cum hiis qui advenerant prælatis, & aliis viris magni nominis, deducebant feſtum Virginis cum jubilo, in ympnis & Pſalmis, & Canticis ſpiritualibus, in Organis etiam, ac ferè omnium genere muſicorum, & illam devotiſſimè benedicebant; in cujus honore locus ille extitit conſecratus, per quem in mari miraculoſè fuerat voto ſolempni iniciatus.

Contigit autem in prædicto feſto *Aſſumptionis*, mirum quoddam, relatu dignum; nam inter illud feſtum, per quadraginta dies ferè & noctes, tanta inundatio omnes circumquaq; adeo commovit, ut credebatur iteratò Dominum, diluvium, ſicut in diebus *Noæ*, adduxiſſe ſuper terram; ſed res mira valde accidit; nam in vigiliâ *Aſſumptionis*, & duobus ſequentibus diebus, tanta apparuit aeris ſerenitas, ut nec gutta quædam aquæ caderet ſuper terram; ſed omnibus, ad tanti feſti ſolempnitatem, neceſſariis rite conſummatis, & omnibus in ſuâ receptis, inundatio, ut priùs ſuborta eſt, quæ per multa tempora poſtea non quievit. Quis ergo dubitet iſtam aeris ſerenitatem meritis ac precibus beatiſſimæ virginis *Mariæ*, non fuiſſe veraciter impetratam, ne ſibi in hiis ſolempniis devote miniſtrantes, per aeris intemperiem à ſuo miniſterio vel in modico impedirentur. Sicq; luce clariùs patet, ſecundùm jam relata, quod valde acceptus erat Virgini beatæ ad ſuum Monaſterium in ipſius honore in maris periculo mirabiliter fundatum, ſuorum Monachorum acceſſus & adventus; unde, ut reor, quilibet intra ſe Monachorum, cum ad locum Domini deſideratum jam veniſſet, ait, *Hæc requies mea in ſeculum ſeculi; hic habitabo, quoniam elegi eam*, quos omnes virgo beata alloquebatur, dicens quod in *Apocalypſi* deſcribitur, *Ambulabunt mecum in albis, quoniam digni ſunt, & non delebo nomina eorum de libro vitæ.*

Qualis erat locus Abbathiæ ante ipſius fundationem.

Ferunt enim antiqui, quod in loco ubi præfatum Monaſterium modo ſitum eſt, erat prædorum habitatio, & nunc per *Mariam* virginem, factus eſt locus ille Sanctorum Monachorum converſatio; non quorumcunq; Monachorum, ſed alborum Monachorum, ſecundùm quod in Capitulo ex parte tuâ noveris de decimis, patet manifeſtè: Tales enim ſunt omnes profeſſi in ordine *Ciſtercii*, ſicuti tenet Curia Romana, & ideo in partibus tranſmarinis dicuntur albi Monachi, Monachi beatæ *Mariæ*, qualis erat Dominus *Benedictus* Papa duodecimus, & alii quamplures ſummi pontifices, qui de Ordine *Ciſtercii* eum præceſſerunt: Girant proinde miſeri ac ydiotæ, qui ipſos griſeos Monachos, in contemptum Apoſtolicæ ſedis præſumunt appellare, cum hiis diebus pauci vel nulli vix inveniantur de ordine griſeorum; nam albi Monachi juxta Canonum inſtituta, tenent locum in Eccleſiâ, quoad proprietatis abdicationem, duodecim Apoſtolorum; & de quocunq; ordine à ſe venientes admittere poſſunt, perpaucis exceptis: ipſi autem ad aliorum ordines, ne viderentur deſcendere, tranſire non poſſunt.

De mutatione nominis loci ubi modo Abbathia ſita eſt, per Regem facta.

Locus namq; in quo Monaſterium modò ſitum eſt, binominus erat ab antiquo; dicebatur enim **Munechene-wro**, quod Latinè interpretatur *Monachorum ſilva*; ad deſignandum, quod locus ille veraciter futurus eſſet religioſus, ſeu religioni applicandus, quia **Munechene** *Anglice*, *Monacha* ſeu *Monialis* dicitur Latine. **Wro** verò *Anglice*, Latine dicitur *ſilva*.

Dicebatur etiam locus ille **Quetennehalewes**, quod Latinè ſonat *frumentum Sanctum*, vel *frumentum Sanctorum*; & congruè dici potuit *frumentum Sanctum*; nam de puro grano frumenti, & non de alio conficitur ſanctum corpus Chriſti; ideo, quia futurum erat illud frumentum ibidem conſecrandum, de quo in Ewangelio ſcribitur, *Niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit*, ipſum ſolum manet meritò **Quetenne-halewes** locus ille dictus eſt. Benè autem *frumentum ſanctorum* locum illum appellamus, quia *frumentum* Latinè **Whete** Anglicè; & **Halewes** Anglicè, *Sancti* dicuntur Latinè; ad deſignandum, quod de loco eodem eſſet frumentum excolendum, per quod viri Sancti & religioſi in hac lachrymarum valle degentes, corporaliter ad literam ibidem alerentur; ut ſic, per temporale ſubſidium pervenirent Sancti ad regnum ſine fine manſurum: Et ideo convenienter Dominus Rex locum illum fecerat *Vallem regalem* appellari, quod Anglicè ſonat **Kinggeſdale**, per quod deſignatur, quod quælibet creatura rationabilis ab ipſo Domino ad vitam æternam præordinata, debet eſſe **Kinggeſdale**; hoc eſt Rex, ſe ipſam benè regens in valle humilitatis; & ſic à Chriſto merebitur audire iſtud; *Veni ſponſa Chriſti, accipe Coronam quam tibi Dominus præparavit in æternum*; quam Coronam non accipit, niſi qui legitimè voluerit decertare in Regali valle, *ſcil.* in Chriſti humilitate.

De viſione quam viderant Paſtores, & alii, in loco ubi nunc Abbathia eſt.

NArrant viri Catholici & valdè veraces, quod dum locus, qui nunc *Vallis regalis* dicitur, erat vaſta ſolitudo, multa annorum curricula priuſquam Abbathia ibidem fundaretur, à patribus ſuis multotiens ſe audiſſe, quod in Feſtis ſollemnibus Dei gentricis *Mariæ*, ipſi & paſtores ſui in eodem loco circa medias noctes audierunt voces, tanquam in cœlo pſallentes: ſplendor etiam coruſcæ lucis eiſdem apparuit, qui noctis obſcura in diem transmutavit; nec in hiis defuit ſonitus campanarum. Et poſtquam Eccleſia conſtructa fuerat, quidam qui uſq; ad hæc tempora ſuperfuerunt, aſſerebant ſe tantum in eadem lucem contemplâſſe in noctis oppaco, quod multi hæc videntes credebant Eccleſiam totam fuiſſe igne ſuccenſam: factumq; eſt, ut ad tam grande ſpectaculum, quidam cum maximâ admiratione accurrerunt: alii ab eodem loco longè poſiti, extra ſua domicilia, ab aliis excitati, ſalientes, pro viſione mirificâ, dominum collaudabant. Hæc autem dixerim, ut cunctis appareat, quod locus ille à Chriſto veraciter pro Monaſterio fuerat ab æterno præordinatus, qui mortalibus de ipſo tot & tanta miracula reſerare dignatus eſt: Et ad majorem hujus rei probationem, unum relatu dignum in fine non omitto; quod cum Rex *Angliæ*, fundator Abbathiæ memoratæ, Monachis ſuis, tunc in Manerio de **Dernehale** conventualiter reſidentibus; quia locus ille pro Abbathiâ aptus non fuerat, dediſſit in mandatis, ut per totum regnum *Angliæ* locum ſibi providerent, in quo competenter poſſet Abbathia Ordinari; qui juſſa Regis implentes, circuibant ubiq; terrarum, & quamvis diverſis in locis ſumptos magnos apposuiſſent, nunquam tamen, quouſq; veniſſent ad locum qui **Munechenewro** & **Quetennehalewes** dicitur, requiem invenerunt; quod nutu Dei factum fuiſſe, nullus ſanæ mentis eſt, qui ambigat; ibi ergo fixerunt tabernacula ſua temporibus ſempiternis.

De portione ligni S. Crucis, *de terra ſancta per Regem adquiſita, & cum rebus aliis Monaſterio collata.*

SIleamus interim de ſecretis cœleſtibus; & quomodo Rex Piiſſimus votum ſuum implere curavit, ulteriùs proſequemur. In ſuperioribus, qualiter præfatus Dominus Rex, dummodo Comes *Ceſtriæ* extiterat, patre ſuo vivente, terram Sanctam quæſierat, enarravimus tranſcurrenter; ſed quid indè attulerit, nuſquam declaratur. Ipſe etenim Rex, pro Chriſti ſui nomine, Paganos ac Saracenos, cum eſſet ibidem, non ceſſavit expugnare; quinimo, tanquam bonus miles Chriſti, pro Domino ſuo animam ſuam morti addixit; & quouſq; ad locum ubi lignum Crucis reſidebat, in quo pependit ſalus mundi, perveniſſet, pes ejus non quievit; undè & ab ipſo portionem pulcherimam, cum ingenti gaudio violenter auferebat, quam uſq; in *Angliam* ſecum lætanter tranſportavit; per cujus virtutem, omnes ſibi undecunq; adverſantes tam fortiter debellerat, ut nullus eſſet ſibi ſimilis in Regibus in univerſâ terrâ: nec mirum, nam circa colli nuda, in omni exercitu ſecum gerebat ſanctiſſimum Chriſti vexillum, per quod & diabolus eſt victus, & mundus Chriſti ſanguine redemptus. Iſtam ſanctæ Crucis ſacratiſſimam portionem, in primâ fundatione Abbathiæ, magnâ contulit cum devotione, ut ex ipsâ perſecutoribus incuteret timorem, & religioſè viventibus vitam conferret ſempiternam.

Et præter iſtud jocale pretioſiſſimum, queſivit Rex devotus ibiq; Sanctorum reliquias, Canonicè approbatas, & illas ſuo Monaſterio benigniſſime commendavit, De vaſis inſuper ſacratis, ac veſtimentis elocericis, unà cum libris pretioſis, illud nobiliſſimè ditavit. Dulciſſima præterea, & in Chriſto præamanda Domina, *Alianora* tunc *Angliæ* regina, tanquam altera *Maria*, quæ pro peccatoribus non deſinit exorare; ſic & ipſa Regem, pro Monaſterii confirmatione, non deſtitit imprecare: nec ſic eſt ſatiata concupiſcentia ſua, ſed Monaſterium ac Monachos immenſis honoribus ac muneribus inceſſanter adornavit. Quapropter viri illi ſanctiſſimi & Deo devoti, non degeneres, neq; tantorum beneficiorum immemores, inter ſe ſtatuerunt, quod annis ſingulis in eodem Monaſterio, in feſto tranſlationis S. *Thomæ* Martyris, fieret Regis prædicti Anniverſarium, cum ſolempnitate; & pro dominâ Reginâ fiet illud idem tertio Kal. *Decembris*, in vigiliâ S. *Andreæ*. Ad hæc ſtatuitur & ordinatur, quod diebus ſingulis, pro prædicto Domino Rege, Miſſa peculiaris, ac pro Dominâ Reginâ in eodem Monaſterio celebretur uſq; in ſempiternum; & quod unuſquiſq; divina in Altari pertractans, Collectam pro Rege effundat Domino ſpecialem, præter cotidianam memoriam, quam de Rege ac Reginâ in memoria pro defunctis habendâ cotidiè tenebuntur facere ſpecialem. In horis etiam Canonicis Collectam optinent ab omnibus conſtitutam. Inſuper & in fine gratiarum, poſt refectionem corporalem, ſemper à Præſidente dici conſuevit, *Anima Regis* Edwardi, *reginæ* Alianoræ, *& omnium fidelium defunctorum, per miſericordiam Dei requieſcant in pace*; ad quod cuncti reſpondeant, dicentes *Amen.*

De Eccleſiâ de **Kyrkham**, *quomodo Rex Monaſterio ſuo eam contulerat: & de Placito inter ipſum Regem, & dominum* Theobaldum *le* Botiller, *&* Otonem *de* Grandiſono.

IN ſuperioribus utcunq; de rebus variis Monaſterio collatis pervagati ſumus, nunc verò de hiis quæ omiſimus, aliqua diſſeramus. Quodam namq; tempore dominus Rex volens certiorari ſuper valore omnium reddituum præfato loco de *valle Regali* ſpectantium, quibuſdam ſuis Juſticiariis dederat in mandatis, ut diligenter de præmiſſis inquirerent veritatem, & ipſum ſuper hiis redderent certiorem. Quibus juxta præfati Regis ordinationem ritè peractis, perpendit Dominus Rex illa, ad onera prædicto Monaſterio incumbentia ſufficere non poſſe; ideoq; liberato conſilio ſuo, advocationem Eccleſiæ de **Kirkham** decrevit eidem erogandam. Quo audito, dominus *Theobaldus Walteri*, majeſtati regiæ in facie reſiſtebat: aſſerebat namq; advocationem illam hæreditario jure ſibi competere debere, pro intentione ſuâ plura in medium perducens argumenta. Rex verò, adunato conſilio ſuo, omiſſis illis quæ ad propoſitum non faciebant; allegabat, quod Pater ſuus ultimò de jure regali ad prædictam Eccleſiam, tanquam Rex, nomine Coronæ ſuæ, præſentabat Clericum ſuum quendam, qui admiſſus fuerat & inſtitutus in eadem, & non ratione cuſtodiæ hæredum *Theobaldi Walteri*. Præfatus verò *Theobaldus*, per Attornatum ſuum, coram Juſticiariis domini Regis fatebatur cum Rege, quod Rex nomine ſuo præſentaverat, ſicuti inferioribus continetur, & non ratione cuſtodiæ, quapropter advocatio Domino Regi extitit adjudicata, & Dominus *Theobaldus* in miſerecordiâ remanebat,

Erat autem illo in tempore, cum Domino Rege vir bonus & ſanctus, ac in armis miles ſtrenuiſſimus, *Oto videlicet* de *Grandiſono*, cujus memoria ſit in benedictione in ſeculum ſeculi. Ipſe verò propter negotia regni ad ſedem Apoſtolicam nuncius deſtinatus eſt, ubi cum perveniſſet, inſtinctu ſpiritus Sancti, ut credi poteſt, ductus, appropriationem Eccleſiæ de **Kirkham** Monaſterio de *Valle Regali*, ab *Honorio* Papâ quinto perpetuò impetravit. Cum autem in *Angliam* cunctis negotiis regiis gratioſè jam peractis, applicuiſſet, Abbati de *Valle Regali* Bullam ejuſdem Eccleſiæ de **Kirkham** devotiſſimè commendavit. Ipſe verò Abbas tantorum non immemor beneficiorum; perpendens, quod nullus tenetur propriis ſtipendiis militare, præfato militi optulit auri & argenti non parvam quantitatem. Miles verò malens à Deo, quàm ab homine præmiari, cuncta penitùs tanquam vana recuſabat: quapropter Abbas, cum unanimi concenſu Conventus ſui, ſtatuit ac decrevit, ut præfati militis memoria perpetuò à cunctis haberetur in eodem Monaſterio ſpecialiter recommendata; & ideo geſta ejuſdem militis præſentibus ſunt inſerta, ut per hoc futuris in Monaſterio annuntientur, pro eo inceſſanter Chriſtum exorare, quatinus pro ſuo labore temporali ad præmia perveniat ſempiterna.

De conſecratione loci, ubi nunc Abbathia ſita eſt; & de pœnâ ingredientium aliunde quam per fores Monaſterii.

REx etenim ſacratiſſimus conſiderans, quod benedictio patris firmat domos filiorum; volens providè relinquere poſt ſe benedictionem, advocat Archiepiſcopos, Epiſcopos, & cæteros regni ſui Prælatos, ad locum de *Valle regali* benedicendum: qui omnes juſſa Regis adimplentes, de finibus ſuis adventârunt; atq; locum illum ſuis ſacratiſſimis benedictionibus conſecrantes, poſtquam divina inibi in Altari optuliſſent, ſacras ſuas veſtes, quibus induebantur, in ſui perhennem memoriam devote ſatis referuntur ibidem optuliſſe. Erat autem inter eos tunc temporis quidam magnus, & apud Regem valde carus, Patriarcha *Jeroſolomitanus*, Dominus *Antonius* de *Beck*, Epiſcopus *Dunelmenſis*; qui & ipſe, cum aliis, locum prælibatam benedicebat, & Miſſam celebrabat. Igitur benedictione ſolempniter conſummatâ, præfati Epiſcopi indulgendo ſeparatim omnibus, præfatum locum ob amorem Chriſti frequentantibus, & glorioſiſſimæ Virginis *Mariæ*, matris ejuſdem, quadraginta dies de injunctis ſibi pænitentiis perpetuò concedendo relaxârunt.

Inſuper Dominus Rex terminos ejuſdem Abbathiæ ſuæ, ſub iſto procinctu quadrangulum ordinavit; incipiendo *viz.* ad locum illum, ubi nunc parca exterior, quæ barra Abbathiæ **Wilgodæ** ſituatur; & ſic ſequendo quoddam magnum foſſatum uſq; ad grangiam Conventus de novo conſtitutam, & Crucem ſupraſtantem pro ſigno in primâ fundatione per Regem ibidem collocatam, linialiter uſq; ad aquam de **Wevere** procedendo: & ſic ſequendo aquam de **Wevere** uſq; ad finem foſſæ de novo circa parcum fabricatæ, quæ uſq; in eandem aquam de **Wevere** æquè derivatur: Et ſic ſequendo foſſam circa parcum, uſq; ad molendinum Abbathiæ, & de molendino Abbathiæ aſcendendo directè uſq; ad prædictam parcam exteriorem, barram primitùs nuncupatam. Et ne locus iſte ſacer, à tot & tantis patribus benedictus, de cætero pateret deſpectui, ſeu greſſibus impiorum eſſet conculcatus, ad nutum Domini Regis prædicti, Prælati excitati, ſtatuerunt omnes & ſinguli patres annotati, ne qui alteriùs aliunde quam per portas Monaſterii quoquo modo introirent: Ac etiam in contra venientes majoris Excommunicationis ſententiam ſolempniter fulminârunt; quæ quidem ſententia à cunctis illius Monaſterii habitatoribus, & illam etiam contempnentibus uſq; in hodiernum diem non mediocriter formidanda eſt. Poſt multum verò temporis Epiſcopus *Evachdunenſis* ſex Altaria in novo opere, perfectè ædificata, conſecravit, atq; ſuis indulgentiis gratioſiſſimè decoravit.

De quatuor primis Abbatibus, qui in eodem Monaſterio præfuerunt; quomodo Monaſterium rexerunt, & de ipſorum converſatione.

INter opera caritatis non cenſetur eſſe minimum, geſta virorum fortium in Eccleſiâ pro Chriſto dimicantium, ad aliorum informationem cunctis enarrare: Ad hoc namq; Chriſti exemplo provocamur, qui idcirco ſua facta per ewangelica ſcripta nobis voluit denudare, ut ſic per ea inſtruerentur mundum debellare; igitur de Abbatum virtutibus, qui ante nos præfuerunt, quædam brevia præſentibus duximus inſeranda, ut præſentes & futuri eorum edocti exemplo, diſcant in templo Chriſti ad conſimilia hannelare, quatinus ipſorum opitulantibus meritis, ad gaudia æterna pervenire mereantur.

Primus igitur omnium Abbas de *Valle regali*, *Johannes Chaumpeneys* hic erat. Et reverâ, de virtute ſermonis nominis ſui, & cognominis, juſtè iſte præfectus eſt primus in Abbatem loci memorati: nam *Johannes* ille, in quo eſt gratia, vel *Domini gratia* interpretatur; quia ergò gratiâ Dei mediante Monaſterium fundatum fuerat, per votum Regis emiſſum in mari, per cujus virtutem populus innumerus extitit à periculo mortis mirabiliter liberatus: ideo, quia Salvator noſter *Johannem* voluit Monaſterio ſuo primum præeſſe paſtorem, ut per hoc cunctis pateſceret, quod non ſolùm Abbas à domino electus, ſed etiam locus ipſe ſacer gratioſus eſſet futurus: quia ergò Domini gratiâ Regem ſalvavit in maris fluctibus, ipſâ eadem gratiâ *Johannem* Abbatem gubernabat in terris. Ipſe etenim *Johannes* illi diſcipulo ſimilis erat, qui requievit in cenâ ſupra pectus *Jeſu*: nam inter cæteras, quas habebat virtutes, erat inter omnes humilimus; edoctus ab eo, qui ait, *Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris.* Ferunt enim de eo, qui eum noverant, in hac luce, quod injurias etiam à ſubjectis ſibi allatas non vindicabant; ſed juxta præceptum domini eas dimiſit domino vindicandas; ideo animæ ſuæ requiem invenire merebatur: & ſic *Johannes* Ewangeliſta præfuit Apoſtolis & Diſcipulis Chriſti in caſtitate, ſicut & iſte *Johannes* votum caſtitatis emittens in eo uſq; in finem puriter perſeveravit: & ideo benè *Johannes* dictus eſt; id eſt *gratia Dei*; quippe qui tantâ in conſpectu Domini Regis meruit gratiâ decorari, ut Monaſterium cui præerat, rebus & poſſeſſionibus Rex, ſui contemplatione, a Deo ditaverat, ut ei ſimilis inventus non ſit prælatus in univerſâ terrâ: Quapropter convenienter *Chaumpneys* cognominatur, per quod Campio deſignatur. Et re verâ iſte campio erat fortiſſimus, qui tres hoſtes, Diabolum, Carnem, & Mundum viriliter devincebat; Mundum per terrenorum abdicationem, Carnem per ipſius macerationem, & Diabolum per propriæ voluntatis renunciationem. Inſuper alios hoſtes domui ſuæ nocere volentes, gratioſè expugnabat; ut ſic non immeritò *Johannes*, id eſt *gratia Dei*, & cognomento *Chaumpneys* diceretur, qui gratiâ Dei mediante taliter ſe habebat: nec injuſtè Campio Chriſti appellari mereretur, qui ubiq; victoriâ potitus eſt: quæ omnia præſagium futurorum erant; *viz.* quod locus de *Valle regali* foret in eventum, tam Deo, quàm hominibus ſatis gratioſus, & Eccleſiæ perſecutoribus cunctis Chriſti inimicis terribilis ac timoroſoſus; undè de loco illo jam infallibiliter dici poteſt, *Non eſt hic aliud niſi Domus Dei & porta cœli.*

Tandem, poſt *Johannem* Abbatem primum, supervenit Abbas ſecundus, *Walterus* de *Herefordiâ*, qui & ipſe vir pulcherimæ figuræ, quantum ad exteriorem aſpectum erat: Verumptamen, quia talis pulchritudo vanitati comparatur, abſq; eâ, quæ intrinſecùs latet, de interiori quæ nituit pauca perloquamur. Fuit enim vir iſte vitæ venerabilis, Deo & beatæ Virgini ſemper & ubiq; devotus; qui etiam in bonis operibus ſtrenuè Chriſto militavit: Cilicio namq; utebatur Carnem edomando, per cujus excercitium illam ſpiritui ſervire coegit. Carnibus raro, vel nunquam, niſi in caſu permiſſo, propter infirmitates, veſcebatur. Ipſe etiam, tanquam paſtor bonus, pro Eccleſiâ ſuâ ſe ultrò morti addixit, ut cum illo mereretur annumerari, qui ait, *Ego ſum paſtor bonus, qui pono animam meam pro ovibus meis.* Aliquando namq; accidit, quod major pars provinciæ, in quâ habitaverat, ad inſtanciam cujuſdam tyranni, tunc temporis Juſticiarii ibidem, levato vexillo inſurgeret contra eum in Monaſterium ſuum. Factum eſt autem, cum veniſſet ante tribunal in conſpectu tyranni ſupradicti Abbas memoratus, ac ſecum maximam multitudinem nobilium adduxiſſet, omnes timore percuſſi, relicto Abbate domino ſuo, ſolo, in fugam verſi ſunt; ſed ipſe ſolus intrepidus, fundatus ſuper petram uſq; in finem perſeverans, cauſam Eccleſiæ ſuæ audaciter defenſavit; & ideo meritò impoſitum eſt ei nomen *Walterus*, quod interpretatur valdè ferus; quia opprobria hominum pro Chriſto nunquam legitur expaviſſe. Aliâ autem vice quidam miles, cum maximâ multitudine armatorum advenerat, qui iter per medium Monaſterii ſui ſibi competere malicioſè vendicabat: Quo audito, Abbas inermis præfatæ multitudini tam fortiter, cum paucis, pro jure Eccleſiæ ſuæ reſiſtebat, ut omnes in momento in fugam verſi ſunt; quod meritis viri ſancti accidiſſe dubium non eſt: Dignè igitur iſte *Walterus*, id eſt *valde ferus*, Abbas iſtius novi Monaſterii factus eſt, velut quia propter novitatem ab omnibus impetebatur, eſſet ferus, qui ſtaret murus ex adverſo, & ipſorum malicias in principio expugnaret, juxta illud,

Principiis obſta, ſerò medicina paratur.

Legitur etiam, quod quodam vice, ubi Sanctus in ſellâ ſuâ orationi, more ſuo incumberet; factum eſt poſtquam ab oratione ſurrexiſſet, & ecce intuebatur Dæmonem, pice nigriorem, in feneſtrâ ſellæ ſuæ reſidentem; quem cum evidenter aſpexiſſet, quæſivit ab eo quiſnam eſſet: qui reſpondet ei, *legio ſum.* Cui præcipit ſanctus, ut ſtatim diſcederet, & deinceps in loco eodem, nullum Deo devotum moleſtaret: Cujus ſanctitatem malignus ſpiritus ferre non valens, continuò diſceſſit; & ultra, juxta ſermonem viri Dei, humanis aſpectibus ſe ibidem non exhibuit. Ne ergo ſine cauſâ iſte *Walterus*, id eſt *Valdè ferus*, ſecundus in Ordine ſucceſſit *Johanni*, id eſt *gratia Dei*, velut per hoc cunctis daretur intelligi, quod feritas *Walteri*, per quam & hoſtibus & malignis ſpiritibus reſiſtebat, non ſibi, ſed *Dei gratiæ* eſſet attribuenda, ut in veritate dicere poſſet cum Apoſtolo, *Gratiâ Dei ſum id quod ſum; & gratia ejus in me vacua non fuit.* Nec abs re de *Herfordiâ* extitit oriundus; nam in illâ nobili Civitate & regiâ, ab olim erat virorum ſanctorum habitatio, inter quos & ipſe ab infantiâ erat educatus, à quibus didicerat *Jeſu Chriſto* humiliter miniſtrare, ut ſic Sanctorum meritis & ipſe Sanctus efficeretur, juxta quod ſcriptum eſt, *Cum Sancto Sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris.* Et non ſolùm acciderat ei ſanctitas à ſanctorum cohabitatione, verùm etiam à naturali imitatione; quâ ratione, de ſuis progenitoribus intelligi poteſt, quod de Sancto quodam dictum eſt, *Omnis cognatio ejus in ſanctâ converſatione permanſit.*

Iſti igitur viro nobili & religioſo, vir bonus, mitis & ſimplex, tertius in Ordine ſucceſſerat, qui *Johannes* de *Oo* cognominatus eſt: Ipſe etenim, ſicuti & prædeceſſores ſui, ſacrum illum Conventum ſibi commiſſum honeſtiſſimè in omnibus gubernabat, qui à Deo gratioſus & manſuetus erga omnes extiterat, ut juſtè *Johannes*, id eſt ille in quo eſt gratia, appellari mereretur: Ipſe enim tantâ pietate nituit, ut pro fratribus delinquentibus ſepiſſimè lacrymas non poterat continere; & tamen rigorem quandoq; cum manſuetudine viſus eſt temperare; nam quos à viâ Domini reperit devios, ad tempus à grege ſuo ſegregavit, ut ſic ſpiritus ſalvus eſſet in die Domini noſtri *Jeſu Chriſti.* Erat etiam *Johannes* iſte valdè gracioſus erga dominum Regem, ita ut ei à Rege pluriès diceretur, *Pete è me quod vis, & dabo tibi:* Qui peccato avariciæ, & alterius mali omnino expers, ut ſibi officio ſuo cedere liceret, à Rege ſimpliciter poſtulavit: Cum & Rex eidem nullatenùs acquieſceret, ipſe Corporis infirmitatem & plebis maliciam conſtanter allegabat, malens apud Regem periclitari, quàm contemplationis ſecreta declinare; volens cum illis annumerari, quibus loquitur Dominus in Ewangelio, dicens, *Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis.* Rex igitur viri Dei ſupplicationibus inportunis devictus, Abbati de *Dorâ* literas ſuas ſpeciales, pro ipſius ceſſione admittendâ quamtotiùs deſtinavit; atq; ipſius ſimplicitati compaciens, quadringentas libras, in quibus Monaſterium præfato Regi fuerat, pro quodam converſo Eſcaetore obligatum, ob dicti *Johannis* Abbatis reverentiam & amorem penitùs relaxabat; volens ſimiliter, quod in vitæ neceſſariis, tanquam benè merito, juxta proprii arbitrii diſcretionem perpetuò eidem provideret; quod & factum eſt: igitur iſte *Johannes* non immeritò dici poteſt ille, in quo eſt gratia, qui tantam in conſpectu Regis optinuit gratiam, qualem nullus ante eum aſſecutus eſt.

Dictus eſt inſuper cognomento *Hoo*, per quod interpretatur excitatio; nam quando quis vult aliquid excitare, *Hoo* ſcilicet proclamare; id eſt ſurge & parate: Congruè igitur *Hoo* cognominatus eſt, pro eo quod vocem Domini eum excitantem audivit, quâ dicit; *Niſi quis renuntiaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus:* Quo audito, ipſe relictis omnibus ſecutus eſt Chriſtum redemptorem; à quo *Johannes*, id eſt, *Dei gratia* meruit appellari: Benè ergo iſte *Johannes* gracioſus ſucceſſit *Waltero*, qui erat ferus, juxta ſui nominis interpretationem; quia niſi prælati eſſent miſerecordes, non invenirentur in hominibus, qui pœnas Canonicas, pro peccatis irrogandis aliqualiter ſuſtinerent. Sanctus iſte *Johannes* adeo mitis & miſericors & mitis apparuit, ut diſſimularet peccata hominum, ſaltem occulta propter pœnitentiam; conſiderans ſententiam Domini, dicentis; *Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt; & nolite judicare, & non judicabimini*; & illud

Peccantes dampnare cave, nam labimur omnes;
Aut ſumus, aut fuimus, aut poſſumus eſſe quod hic eſt.

Quia verò ſcriptum eſt, *Ne laudes hominem in vitâ ſuâ, lauda poſt mortem.*

De præfato venerabili viro *Joh.* adhuc ſuperſtite, ulteriùs non proſequamur, ne Scriptori ſimulatio imponatur, quia ſimulator ore decipit amicum ſuum; & ne etiam commendatus in ſuperbiâ erigatur, qui pocius cum omnia benefecerit, quod ſervus inutilis ſit proprii vocis oraculo, à ſummo Doctore, Chriſto Domino inſtructus habet profiteri; ut per hoc ab eo, pro ſuâ humilitate, ut ſupernis aſcendat cum gloriâ evocari mereatur.

Iſtis igitur tribus *Margaritis* in arâ Chriſti, hoſtiam Sanctam, Deo placentem, ſe ultrò offerentibus, atq; in pace Eccleſiæ cum Domino quieſcentibus interim omiſſis, ad quarti Abbatis commendationem, quamtotiùs properemus. Vir namq; iſte ſanctus & juſtus, qui quartus rexerat Monaſterium de *Valle regali*, *Ricardus* de *Eweſham* hic erat; quiq; à flore juventutis ex omni corde ſuum dilexerat Creatorem, tandem cum *Mariâ* optimam partem, quam elegit, à Domino meruit optinere. Benè ipſius virtutes abſconderat ſub modio, ne laudem ab hominibus in hoc mundo, loco mercedis acceptaret. Et quia perfectus eſt, qui non offendit in verbo; iſte quaſi mutus, & non habens in ore ſuo redargutionem effectus, ad vana os ſuum non aperuit. Inſuper vacabit die, noctuq; legi Domini, quatinus per hanc, corpus & animam Deo mundiſſimè conſervaret: Legerat namq;, ubi ſanctus, quod amans ſcientiam ſcripturarum, carnis vicia non amabit. Corpus etiam ſuum vigiliis ac jejuniis macerando, cilicii aſperitate non minùs edomabat. Ipſe autem inceſſanter cœleſtia cogitans, mundum penitùs deſerebat; nec minùs didiſcerat; namq; ab Apoſtolo, quod *nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus*; quia juxta veritatis vocem, *non poteſt quis Deo ſervire & Mammonem*: quapropter vir Dei, ſpontè, virtutis amore, dignitati ſuæ renuncians, uſq; ad ultimum vitæ ſuæ hiatum, in ſanctâ converſatione jugiter permanebat: Et ideo verè beatus dici poteſt, qui poſt aurum non ambiit, nec ſperavit in pecuniæ theſauris. Fecit enim mirabilia in vitâ ſuâ, quæ per ſequentia patebunt.

Quidam Monachus viri Dei, ipſo in remotis agente, infirmitate graviſſimâ detentus eſt, & accerſito quodam Confeſſore, omnia peccata ſua, undè & apertè eidem confitetur, confeſtim viam univerſæ carnis ingreſſus eſt. Poſt hæc Abbas ad proprium Monaſterium regreſſus eſt; & cum audiſſet de morte confratris ſui, dolore cordis attactus eſt; ſequenti autem nocte, iis, qui defunctus eſt Monachus Abbati, poſt Matutinas paululùm quieſcenti, in veſtibus albis, ſui habitus formam prætendentibus, legitur apparuiſſe; qui quidem defunctus Abbatem piis precibus humiliter, inclinato toto corpore ad terram, abſolutionem poſtulabat; qui ſtatim de loco conſurgens, & cuncta per ordinem fratribus enarrans, præfatum defunctum in Capitulo abſolvebat, & ſic eum liberum ad cœlos uſq; compulit avolare; ex quibus liquet evidenter, quod vita ipſius multùm Deo placuit, quia ſic rebus humanis exutus, pro abſolutionis beneficio tam devotè exquiſivit.

Aliud etiam miraculum temporibus viri Dei accidiſſe certiſſimè enarratur, quod cum per triennium fames tam valida adeo totam terram occupaverat, quod ipſa, præ nimiâ egeſtate populos compulit interire, ita quod de fetore morientium plurimi periclitabantur: ipſe tamen ita opulenter ſuos protegebat ab hac peſte, cum in rei veritate parvum vel nihil poſſideret, ut nullus dubitaret quin ab omnipotenti Deo iſta proculdubio eſſent à cœlo uſq; ad terras, meritis beati viri infallibiliter derivata. Alio quoq; tempore, vir Dei, priuſquam Monaſterio præerat, ab Abbate ſuo, contra quoſdam tyrannos, pro decimis colligendis, ad quendam locum, non longe à dicto Monaſterio tranſmiſſus eſt; quo cum veniſſet, tyranni inſurgentes, volebant eum trucidâſſe, & non poterant; ſed equum, quem inſedebat, per medium ſagittantes, ipſe illæſus, Domino diſponente, mirabiliter evaſit. Iſtis, & aliis ſignis claruit vir Domini *Ricardus*; qui idcirco dici poteſt *Ricardus*, id eſt *ridens*, *carus & dulcis*; qui quia in hac vitâ, propter Dominum, à riſu ſe abſtinuit; iccirco nunc, cum Domino, ipſius triſtitia in gaudium converſa eſt. Erat etiam dulcis, quia illi ſoli perfectè adhæſerat, de quo canit Eccleſia, dicens; *Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in viâ.* Et iterum *Spiritus meus ſuper me dulcis*: Et propter hanc ſanctitatis dulcedinem, quam ab ipſo ſummo vero Deo habuerat, poteſt dici Deo carus; & ideo ne malicia mutaret intellectum illius, de ſeculo nequàm raptus eſt, atq; à Domino ad Cœli culmina evocatus, ubi jam cum ipſo regnat in gloriâ in ſeculâ ſeculorum.

Iſtos igitur quatuor Abbates, qui pro Monaſterio de *Valle regali* tam viriliter diebus ſuis agonizârunt, ut pro ipſo parati eſſent etiam muros ferreos penetrare, quatuor Angelis eos poſſumus comparare, quos in Apocalypſi *Johannes* viderat ſtantes ſupra angulos quatuor terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent ſuper terram, vel alicui nocerent; ſic & iſtorum ſonus ad inſtar quatuor Ewangeliſtarum, exivit in omnem terram, ad expugnandas gentes, & omnes præfati Monaſterii inimicos: Quapropter, de illis intelligi poteſt, quod ab Angelo *Johanni* dictum eſt in *Apocalypſi, hii qui amicti ſunt albis, hii ſunt qui venerunt ex magnâ tribulatione, & lavârunt ſtolas ſuas, & dealbaverunt eas in ſanguine Agni.* Et ne fruſtra in vineâ Domini, & abſq; denario diurno contingeret eos deſudare, adnectitur, *Ideo ſunt ante thronum Domini, & Agni, & ſerviunt ei die ac nocte in templo ejus, ubi non eſurient, neq; ſitient amplius, & non cadet ſuper eos ſol, neq; ullus eſtus; quoniam Agnus, qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet ad vitæ fontes aquarum, cum quo jam coronantur & vivunt in ſecula ſeculorum*, Amen.

De deliberationibus denariorum, antiquitus factis novo operi.

Adhuc ex eodem Regiſtro de *Valle regali* fol. 32. b.

ABbas de *Valle regali* capiet per annum de Rege ad conſtructionem Abbathiæ prædictæ *DCCC iiii*^{xx}. & decem marcas; de quibus recipiet in feſto *Omnium Sanctorum C l.* & in primâ ebdomadâ *Quadrageſima CC.* marcas, & in die *Aſcenſionis CC.* marcas, & in feſto S. *Petri* ad *vincula CLx.* marcas.

Item debet recipere idem Abbas *CLxxx.* marcas; *viz.* ad quemlibet dictorum terminorum *xlv.* marcas; & incipiet prima ſolutio ſua die *Aſcenſionis* proximo futuro, & ſic de cætero ſatisfaciat ei de prædictis ſummis ad prædictos terminos in formâ prædictâ, ſuper Breve de *Liberata*, nomine Magiſtri *Willielmi* de *Ludâ*, de quibus recipiet *xlv.* marcas, & de termino primæ ebdomadæ *Quadrageſima XCv.* marcas, quas recipiet de Scaccario.

In Parliamento Regis apud Acton-*Burnell*, anno Regni ſui *xi.* ordinatum fuit, quod Abbas de *Valle regali* recipiet de Garderobâ, ad operationes Abbathiæ ſuæ annuatim, inter feſtum S. *Michaelis* & *Natalis C l.* & in *Natale*

tale & *Paſchâ CC.* marcas: Inter *Paſcham* & feſtum S. *Johannis Baptiſtæ CC.* marcas: Inter feſtum S. *Johannis Baptiſtæ*, & feſtum S. *Michaelis* octo viginti marcas; & præter hoc, de exitibus Comitatus *Ceſtriæ*, per manus Juſticiarii ibidem, ſeptingintas quater viginti & decem marcas: & in univerſo recipiet ad operationes prædictas, annuatim mille libras.

Abbati de *Valle regali* ſuper operationes Eccleſiæ ſuæ de termino *omnium Sanctorum*, anno *xi.* finiente, *C l.*

Item eidem Abbati ſuper eiſdem operationibus, anno *xii.* tam per Scaccarium, per *Mercatores* de *Lucâ*, quàm per Garderobam *Dxxvi. l. i. marc.*

Eidem Abbati anno tertio decimo, per manus prædictorum, *CCC. l.*

Eidem Abbati anno *xiiii.* per manus prædictorum, *DCCxxiii. l. dim. marc.*

Eidem Abbati anno *xv.* per manus mercatorum, & per Scaccarium, *CCCLxiii. l. dim. marc.*

Eidem Abbati anno *xvi.* per Scaccarium, & per Mercatores, *Dxvi. l. t. marc.*

Eidem Abbati anno *xvii.* per Scaccarium, & per Mercatores, *DLxx. l.*

Eidem Abbati anno *xviii.* per Scaccarium tantùm, ſuper Brevibus de *Liberatæ* Magiſtro *W.* de *Ludâ*, *CCLx. l.*

Summa *MMM.CCCCLxxx. l.*

Ibid.

Memorandum, quod Dominus Rex ſolvit per Compotum Theſaurarii ſui, pro novo opere de *Valle regali*, triginta duo millia librarum ſterlingorum.

PRIORATUS

de Marham *in agro* Norfolcienſi.

Cart. 15. E. 2. n. 8. Clauſ. 36. H. 3. m. 4. per Inſpeximus.

Carta Fundationis ejuſdem, per Iſabellam *de* Albini *Arundelliæ Comitiſſam.*

Univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis præſens ſcriptum viſuris vel audituris *Iſabella* de *Aubeni* Comitiſſa de Arundell ſalutem in Domino ſempiternam: Noverit univerſitas veſtra, quod ego, in viduitate & ligiâ poteſtate meâ, pro ſalute animæ meæ, & pro animâ *Willielmi* Comitis *Warrenniæ* Patris mei, & animâ *Matildis* Comitiſſæ *Warrenniæ* matris meæ; & pro animâ *Hugonis* Comitis *Arundelliæ* quondam viri mei; & pro animabus Anteceſſorum & ſucceſſorum meorum dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Abbatiſſæ & Conventui beatæ *Mariæ* de Marham, ad Abbatiam Ordinis *Ciſtercienſis* ibidem fundandam, totam terram meam in Manerio de Marham, cum pertinentiis, quam prædictus *Willielmus* Pater meus dedit mihi in liberum maritagium. Habendum & tenendum dictis Abbatiſſæ & Conventui, & ſibi ſucceſſuris in liberam, puram, & perpetuam elemoſynam. Quare volo, quod prædicta Abbatiſſa & Moniales, cum ſibi ſucceſſuris dictam terram cum omnibus pertinentiis ſuis in dominicis homagiis, ſervitiis, libertatibus, aiſiamentis, & univerſis pertinentiis in omnibus locis & rebus dictam terram contingentibus, ita liberè habeant & teneant, ſicut ego eam liberiùs & pleniùs habui, & tenui, vel habere ſeu tenere potui, & ſicut aliqua elemoſyna ab aliquo mortali liberiùs & quietiùs poteſt dari, vel poſſideri. Et ego *Iſabella* & hæredes mei prædictam terram, cum omnibus & omnimodis pertinentiis ſuis dictis Abbatiſſæ & Conventui, & ſibi ſucceſſuris warantizabimus, acquietabimus, & defendemus contra omnes gentes imperpetuum: Et ut hæc mea donatio & conceſſio, & præſentis Cartæ meæ confirmatio, ac warantizatio perpetuæ firmitatis robur optineat, præſens ſcriptum Sigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, Domino *Waltero* de *Suthfeld*, Epiſcopo *Norwicenſi*; Domino *Ricardo* de *Wicio*, Epiſcopo *Ciceſtrenſi*: Magiſtro *Waltero* de London. Archidiacono Norff. Domino *Rogero Bigod*, Comite *Norff.* & Mareſchallo *Angliæ*, fratre meo; Domino *Hugone Bigod*, & *Johanne* de *Warennâ* fratribus meis; Magiſtro *Willielmo* de *Shirwood*, Domino *Radulpho* de *Hanvill*, Domino *Alexandro* de *Harisk*, & aliis.

A. D. *MCClii.* domus de Marham Sanctimonialium incorporata eſt Ordini *Ciſterc.* Let. coll. Vol. 2. p. 375.

Pag. 966. col. 2.

Pat. 51. E. 3. m. 10.

Licentia Regis Edwardi *tertii pro fundatione domus* Carthuſienſium *apud* Kingſton *ſuper* Hull.

REx omnibus ad quos, &c. Sciatis, quod cum nuper de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſiſſemus & licentiam dediſſemus, pro nobis & hæredibus noſtris *Willielmo de la Pole* ſeniori, jam defuncto, quod ipſe quoddam Hoſpitale Capellanorum & pauperum apud Kingeſton ſuper Hull, fundare; & Magiſtro & fratribus ibidem ſtatuendis, viginti acras terræ, & viginti libratas annui redditus, cum pertinentiis, in dictâ villâ de Kingeſton, & villâ de Miton, quæ de nobis tenentur in Capite, ut in ſocagio & burgagio, dare poſſet & aſſignare: Et etiam quod idem *Willielmus*, hæredes vel executores ſui, teneant temporalia & beneficia ſpiritualia ad valentiam ducentarum marcarum per annum, quæ de nobis non tenentur, juxta rationabilem extentam indè faciendam, adquirire poſſent & ea dare & aſſignare præfatis Magiſtro & fratribus; Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Et inſuper conceſſiſſemus & licentiam dediſſemus, pro nobis & hæredibus noſtris, dilecto & fideli noſtro *Ricardo le Scrope*, quod ipſe advocationem Eccleſiæ de Medburne, quæ de nobis in ſocagio tenetur, dare poſset, & concedere præfato *Willielmo*, habendam & tenendam ſibi & hæredibus ſuis; & quod idem *Willielmus* eandem advocationem præfatis Magiſtro & fratribus, ſibi appropriandam, dare & aſsignare poſſet; habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante.

Ac poſtmodum præfatus *Willielmus*, mutando, pro majore devotione, propoſitum ſuum, dictum Hoſpitale in domum religioſam Monialium, ſeu ſororum Minoriſſarum, de quibus una foret Abbatiſsa; ac certum numerum pauperum conſtituere & ordinare; necnon terras, tenementa & redditus, ac omnia alia prædicta, præter advocationem dictæ Eccleſiæ de Medburne, quam verſùs prædictum *Ricardum* poſtmodum recuperavimus, & quæ quidem Eccleſia ad *xx. l.* taxatur; & loco ejuſdem advocationis terras, tenementa & advocationes beneficiorum ſpiritualium ad valorem *xx. l.* per annum eidem domui ac præfatis Abbatiſsæ, Monialibus vel ſororibus & pauperibus dare, aſſignare, & concedere imperpetuum poſsidendas propoſuerit; & ſuper hoc licentiam noſtram regiam petierit & optinuit gratioſè: Et nos ſubſequenter volentes conceſsionem noſtram prædictam effectui debito mancipare, conceſserimus & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit, præfato *Willielmo*, quod ipſe Manerium de Frisby, cum pertinentiis, & quatuor meſſuagia cum pertinentiis, in Kinggeſton ſuper Hull, & advocationes Eccleſiarum de Frisby, North-Cave, & Foſtone juxta Holderneſse, quæ quidem meſuagia de nobis ut in burgagio; & prædicta Manerium & advocationes de aliis quàm de nobis tenentur; & valent prædicta Manerium & meſſuagia *xvii. l.* & *xvi. s.* & dictæ Eccleſiæ *xlii.* marcas per annum, ſicut per diverſas Inquiſitiones indè, de mandato noſtro per *Willielmum* de *Reygate* in Com. *Ebor.* & *Walt.* de *Kelby* in Com. *Linc.* nuper Eſcaetores noſtras captas, & in Cancellariâ noſtra retornatas, extitit compertum, dare poſſet & aſſignare præfatis Abbatiſſæ, Monialibus, ſive ſororibus & pauperibus: Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, in valorem *Cxl.* marcarum per annum, in partem ſatisfactionis viginti acrarum terræ, viginti libratarum redditus, & tenementorum temporalium, & beneficiorum ſpiritualium, ad valorem *CC.* marcarum annuarum prædictarum imperpetuum; Et eiſdem Abbatiſſæ, Monialibus, ſive ſororibus & pauperibus; quod ipſi dicta Manerium & meſsuagia, cum pertinentiis, & advocationes prædictas, à præfato *Willielmo* recipere; & Eccleſias illas appropriare. & eas ſic appropriatas in proprios uſus tenere poſſent ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, ſicut prædictum eſt, ſimiliter licentiam dederimus ſpecialem, prout in diverſis literis noſtris patentibus indè confectis pleniùs continetur.

Jamq; dilectus & fidelis noſter *Michael de la Pole*, filius & hæres præfati *Willielmi*, nobis ſupplicaverit, ut cum dictæ literæ noſtræ in nullo ſortitæ ſunt effectum; idemq; *Michaell* cupiens intimè voluntatem & devotionem dicti patris ſui effectualiter adimplere; & pro ſecuriori regimine & meliori tuitione dictæ domus, cum perfecta fuerit providere, loco dictorum Abbatiſsæ & Monialium vel ſororum, quæ inibi nondum ſunt conſtitutæ, treſdecem Monachos de Ordine *Cartuſienſi*, quorum unus ſit Prior, & juxta Ordinis illius regulam regimen habeat aliorum, per quos tutiùs, vigilantiùs & devociùs, quàm per mulieres, Deo ibidem verſimiliter creditum deſerviri: necnon ſicut priùs proviſum erat, treſdecem viros pauperes & treſdecem pauperes mulieres, quorum unus cæteris ſimiliter præſit, & Magiſter nuncuperur, in dictâ domo religioſâ ponere,

nere, conſtituere & ordinare proponat: Qui quidem Prior & Monachi, ac Magiſter & pauperes, ſimul vel ſeperatim. *viz.* dicti Prior & Monachi per ſe, & prædicti Magiſter & pauperes per ſe vivant, regantur, permaneant . . . . antur juxta ordinationem ipſius *Mich.* hæredum, vel executorum ſuorum in hac parte faciendam imperpetuum: Velimus in eâ parte licentiam regiam impartiri; & ulteriùs concedere eidem *Michaeli*, quod ipſe hæredes, vel executores ſui terras, tenementa, redditus, & omnia alia prædicta, quæ dictis Abbatiſſæ, Monialibus, vel ſororibus & pauperibus, virtute dictarum literarum noſtrarum dari, aſſignari, & concedi deberent, ſi ibidem conſtitutæ fuiſſent & abſq; amotione pro perpetuo remanſiſſent, dare poſſent, concedere & aſſignare præfato Priori & Monachis, ac Magiſtro & pauperibus conjunctim vel diviſim poſſidenda, juxta dictam ordinationem præfati *Michaelis*, hæredum vel executorum ſuorum prædictorum imperpetuum.

Nos ad piam & devotam intentionem prædicti *Michaelis*, in hac parte, noſtræ conſiderationis intuitum dirigentes; & ut cum eo in tantæ tamq; ſalubris & perfectæ devotionis retributionibus & præmiis participes effici valeamus (&c.) conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem *Michaeli*; quod intervenientibus auctoritate & aſſenſu loci dioceſani, & aliorum quorum intereſt, loco dictarum Abbatiſſæ & Monialium, vel ſororum Minoriſſarum, treſdecem Monachos Ordinis *Cartuſienſis*, quorum unus ſit Prior, & regimen habeat aliorum; ac *xiii.* viros pauperes, & *xiii.* pauperes mulieres, quorum unus cæteris præſit, & Magiſter nominetur, ut prædictum eſt, in domo prædictâ, per ipſum *Michaelem*, hæredes vel executores ſuos, de licentiâ noſtrâ de novo fundandâ, ponere, conſtituere & ſtabilire poſſit; ita quod iidem Prior & Monachi, ac Magiſter & pauperes, ſimul vel ſeparatim, ut præmittitur, vivant, regantur, permaneant & . . . . antur imperpetuum juxta prædictam ordinationem ipſius *Michaelis*, hæredum, vel executorum ſuorum prædictorum. Et quod idem *Michael*, hæredes vel executores ſui, hujuſmodi *xx.* acras terræ, & *xx l.* annui redditus, cum pertinentiis in prædictis villis de **Bingeſton** & **Piton**, quæ de nobis tenentur in Capite, ut in ſocagio, & burgagio; ac tenementa temporalia cum pertinentiis & advocationes beneficiorum ſpiritualium, ad valorem *CC.* marcarum per annum, quæ de nobis non tenentur. Et loco prædictæ advocationis Eccleſiæ de **Pedburne**, terras, tenementa, & advocationes beneficiorum ſpiritualium ad valorem *xx l.* per annum, quæ de nobis tenentur in ſocagio, juxta rationabilem extentam indè faciendam, in feodo adquirire; & ea cum adquiſita fuerint, dare poſſent & aſſignare præfatis Priori & Monachis, ac Magiſtro & pauperibus; Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis, conjunctim vel diviſim, juxta ordinationem prædictam imperpetuum (&c.) *T.* Rege apud *Weſtm. xx. Maii.*

ABBATIA

de Loco Dei.

De fundatione ejuſdem.

Clauſ 9. *H.* 3. m. 19. in dorſo. Ex Teſtamento *Wil. Longeſp.* Com. *Sarum*, facto in medio Quadrageſſimæ A. *MCCLv.*

ITem ego aſſignavi ad ædificationem domus *Loci Dei*, Ordinis *Carthuſienſis*, omnes proventus cuſtodiæ terræ hæredis *Sicardi* de *Campvill*, undè modo ſum ſaiſitus, uſq; ad plenam ætatem hæredis mei. Item ego aſſignavi eidem domui, unum Calicem de auro, cum pulcris Eſmeraldis & Rubetis, & Pixidem unum de auro cum *xlii. s.*; & duas fialas de argento, quarum una eſt deaurata & altera plana, & Magnam Capellam ſuam, *ſcil.* unam Caſſibulam de rubeo ſamito, & unam Capam Chori de rubeo ſamito; unam tuniculam, unam dalmaticam de croceo cendallo, benè efforciato; unam albam cum paruris, unam amicam & nnam ſtolam; unam favonem cum tuallo, & omnes Reliquias ſuas. Item ego aſſignavi eidem domui mille bidentes matrices, & trecentos multones, *xlviii.* boves & *xx.* tauros, (&c.)

Ex Re
de [illegible]
mon p
D. Ma
Barker
1657.

ADDITAMENTA
IN TOMUM SECUNDUM.

PAG. 49. col. 2.

De jure fundatoris Abbathiæ de Haghmon, *& de patronatu ejuſdem.*

Ex Regiſt. de Haghmon penès D. Margar. Barker an. 1657.

HEnricus Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, omnibus Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, miniſtris & aliis ſuis ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe inperpetuum, ad preces *Aluredi* Abbatis de Haghmon, Nutricii mei, *Willielmo* filio *Alani* & hæredibus ſuis, cuſtodiam Abbatiæ de Haghmon in Salopſchire, & omnium poſſeſſionum ejuſdem, in omnibus vacationibus quoties contigerit ipſam Abbathiam vacare, non obſtantibus dotationibus ſive donationibus per me factis, vel poſſeſſionibus quibuſcunq; per me vel hæredes meos, Reges *Ang.* dandis in futurum eidem Abbathiæ; ita quod nullus hæredum meorum, vel miniſtrorum meorum, aliquo tempore vacationis dictæ Abbathiæ, ſe intromittat, quod ad ipſam Abbatiam pertineret; ſed dictus *Will.* & hæredes ſui, ſic cuſtodiant dictam Abbathiam inperpetuum, in ſingulis vacationibus ejuſdem, quod Ordo regularis ibidem teneatur; & totum inſtaurum, redditus, & omnia quæ pertinent ad ipſam Abbathiam, vel proveniunt ex ipſa, durantibus vacationibus, fideliter cuſtodiantur, & liberentur integrè ſingulis ſucceſſoribus dicti *Aluredi*, cum fuerint præfecti & inſtallati. Teſtibus, *Gaufrido* Archiepiſcopo *Cantuariæ*, *Ricardo* de *Canvill* &c. apud Wodeſtoke.

Ibid.

De corrodio per Abbatem & Conventum dicti Cœnobii Roberto Lee *de* Uffington *conceſſo.*

SCiant præſentes & futuri, quod nos *Radulphus* Abbas Monaſterii *S. Johannis* de Haghmon, & ejuſdem loci Conventus, unanimi aſſenſu & concenſu, ad inſtanciam & ſpeciale rogatum excellentiſſimi & reverendiſſimi domini noſtri, *Thomæ* Comitis *Arundeliæ* & *Surreiæ*, dedimus, conceſſimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ indentatâ confirmavimus *Roberto Lee* de Uffington, unum Corrodium pro termino vitæ ſuæ, eſſendo cum Abbate Monaſterii prædicti Armigerum, cum uno garcione & duobus equis; capiendo ibidem eſculenta & poculenta ſufficientia pro ſeipſo, ſicut Armigeri Abbatis, qui pro tempore fuerint, capiunt & percipiunt, & pro garcione ſuo ſicut garciones Abbatis & Armigerorum ſuorum capiunt & percipiunt: Capiendo etiam pro equis ſuis fœnum & præbendam, durante termino prædicto, ſicut Armigeri Abbatis, qui pro tempore fuerint, capiunt & percipiunt, quotienſcunq; & quandocunq; idem *Robertus* in Monaſterio prædicto eſſe voluerit: Et quod idem *Robertus* habeat veſturam Armigerorum, per tempus prædictum, de tot ulnis, & tali panno, quando Abbas, qui pro tempore fuerit, dat veſturam, ſicut aliquis Armigerorum ſuorum capit & percipit: ita quod non eſt intentio neq; voluntas dicti excellentiſſimi & reverendiſſimi domini noſtri, vel noſtri aut ſucceſſorum noſtrorum, nos aut ſucceſſores noſtros, vel Monaſterium prædictum, de cætero, de aliquo tali corrodio onerare. Data &c. die Sabbati proximo poſt feſtum Apoſtolorum *Philippi* & *Jacobi*, anno regni Regis *Henrici* quinti, poſt Conqueſtum *Angliæ*, tertio.

Obligatio pro Collegio Canonicorum Oxonii *facta Monaſterio de* Haghmon.

Ibid.

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Johannes* permiſſione divinâ Prior Eccleſiæ *S. Trinitatis* Civitatis *Londoniarum* & ejuſdem loci Conventus, ſalutem in domino ſempiternam. Illuſtris & metuendus princeps, dominus noſter *Henricus*, Dei gratiâ, Rex *Angliæ* ſextus poſt Conqueſtum, fidelem & Chriſtianam intentionem inviĉtiſſimi principis, & domini *Henrici*, nuper Regis *Angliæ*, patris ſui, concedendo omnibus Canonicis regularibus Ordinis S. *Auguſtini* Doctoris, licentiam ad perquirendum certas terras extra muros villæ ſuæ *Oxonienſis*, & in francheſiam ejuſdem; ad finem, quod omnes ſtudentes Ordinis prædicti, in univerſitate villæ prædictæ, pro honeſtate ſuæ religionis, ac virtutis & ſcientiæ incremento, & fidei Chriſtianæ manutenentiâ, inſimul morari poſſent, prout in quadam literâ indè ſub ſigneto ejuſdem patris ſui factâ, & præſentibus Abbatibus & Prioribus Ordinis prædicti miſſâ, pleniùs poterit apparere: quæ quidem intentio, in vitâ ejuſdem patris ſui minimè adimpleta, fideli devotione intuens & contemplans, de gratiâ ſuâ ſpeciali, & de aviſamento & conſenſu conſilii ſui, conceſſerit & licentiam dederit, dilectis ſibi *Thomæ Holden* armigero, jam defuncto, & *Elizabethæ* uxori ejus, quod ipſi unum meſſuagium, cum gardinis eidem pertinentibus, in parochiâ *S. Petri* in Balliâ, & S. *Michaelis* propè **Northgate**, infra dictam villam *Oxonii*, dare poſſint & aſſignare nobis præfato Priori & ſucceſſoribus noſtris, nomine totius Ordinis ſupradicti; habenda & tenenda dicta meſſuagium & gardina, cum pertinentiis: nobiſq; dicto Priori S. *Trinitatis* & ſucceſſoribus noſtris, nomine totius ejuſdem Ordinis: Et nobis, quod nos prædicta meſſuagium, & gardina, cum pertinentiis, à præfatis *Thomâ* & *Elizabethâ* recipere, & ea nobis & ſucceſſoribus noſtris prædictis, ut prædictum eſt, imperpetuum tenere: necnon, quod nos, vel ſucceſſores noſtri, indè quoddam Collegium, pro Canonicis ſtudentibus, Ordinis prædicti, ad ibidem inſimul, ſicut ſuæ religionis honeſtas exigit, commorandis, facere poſſumus, ſimiliter licentiam dederit ſpecialem, prout in literis ſuis patentibus, indè confectis, pleniùs continetur: Nos, ſecuritati Ordinis prædicti, pro perficiendâ intentione prædictâ, ne dicta meſſuagium & gardina, per nos vel aliquem ſucceſſorum noſtrorum, in alios uſus, quam ut præmittitur, convertantur, aut aliqualiter alienentur, quo minus Collegium, pro Canonicis ſtudentibus Ordinis prædicti, ut præmittitur, indè fiat continuè duraturum; de communi aſſenſu & concenſu noſtris, obligamus nos dictos Priorem S. *Trinitatis London* & ejuſdem loci Conventum, Abbati de **Haghmon**, & ejuſdem loci Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, in quadraginta libris ſterlingorum, ſolvendis eiſdem Abbati & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, ſi & quando unquam, (quod abſit) nos, aut aliqui ſucceſſorum noſtrorum, meſſuagium, & gardina prædicta, aut aliquam indè partem, in alium uſum, quàm ut prædicitur, mutaverimus, vel mutaverit, alienaverimus vel alienaverit, aut aliud quid fecerimus vel fecerit, quo minus dictum Collegium indè fiat continuè duraturum: Ad quam quidem ſolutionem, ſub modo, formâ, & conditione prædictis, benè & fideliter faciendam, obligamus nos & ſucceſſores noſtros, firmiter per hoc ſcriptum. In cujus rei teſtimonium huic præſenti ſcripto noſtro, Sigillum noſtrum commune appoſuimus. Data in domo noſtrâ Capitulari *xx.* die menſis *Maii*, anno regni Regis *Henrici* ſexti, poſt Conqueſtum *xxi.*

Ibid.

Inquiſitio pro prædicto jure fundatorio.

HÆc eſt inquiſitio facta per hos ſubſcriptos, domino *Hugone* de *Scheynton*; *Rogero* de *Pivelesden* &c. qui dicunt, quod vacante Abbathia de **Haghmon** per mortem, vel per ceſſionem Abbatum ejuſdem loci, anteceſſores domini *Johannis* filii *Alani*, conſueverunt habere cuſtodiam ejuſdem Abbathiæ; & quod Prior & Conventus ejuſdem loci, ſolebant requirere licentiam eligendi à prædeceſſoribus dicti *Johannis* filii *Alani*; & ipſius anteceſſores ſemper præbuerunt aſſenſum electioni illi: Et quod dominus Rex, nec prædeceſſores ſui, nunquam habuerunt cuſtodiam ejuſdem Abbatiæ, niſi quando dominus *Johannes* filius *Alani* fuit infra ætatem, & tota terra ſua in cuſtodiâ domini Regis, tunc vacavit Abbaciæ, & Conventus petiit licentiam à Domino Rege, eligendi, & elegerunt *Gilebertum* in Abbatem, & dominus Rex præbuit aſſenſum electioni illi: Et dicunt, quod anteceſſores domini *Johannis* filii *Alani*, eâ ratione habuerunt cuſtodiam; quia dicta Abbacia eſt de feudo dicti *Johannis* filii *Alani*, & à prædeceſſoribus ſuis fundata, anno *xxxvii.* Regis *Henrici* ſecundi.

Privelegium Epiſcopale Monaſterio de **Haghmon** *conceſſum.*

Ibid.

RIcardus Dei gratiâ *Coventriæ* Epiſcopus, omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ſalutem. Concedimus, quod in Monaſterio de **Haghmon**, ſit unus confratrum Sacriſta ſub Abbate, qui poſſit baptizare tam Judæos quam parvulos, in dicto Monaſterio; & habeat jus parochiale in familiares & domeſticos ejuſdem, miniſtrando eis eccleſiaſtica ſacramenta. In cujus rei teſtimonium & robur Sigillum noſtrum appoſuimus.

Ordinatio pro coquinâ Conventus.

Ibid.

UNiverſis præſentes literas inſpecturis, frater *Nicholaus*, Abbas Monaſterii de **Haghmon**, ſalutem in virgine glorioſâ. Religionis honeſtas, quam ſicut decet, ſuper omnia converſationem habere quietam, ita poſtulat conſequenter ut laborantibus in vinea taliter miniſtrenter victualia, ne ex inordinatè, ſeu defectivo hujus miniſterio murmur ingruat; ſeu forſan quies ad inquietem, vel tranquillitas in turbationis materiam convertantur: Cum igitur longis retrò temporibus fuerat in Monaſterio de **Haghmon** uſitatum miniſtrari Priori & Canonicis in refectorio comedentibus, ſub quadam formâ mediocri & ſimplici (ut de paupertate propter Monaſterii honeſtatem taceamus ad præſens) ex quâ frequenter oblocutionis dabatur occaſio, & os bovis triturantis ſæpè videbatur eſſe ligatum: Ac noviter per Dei gratiam dicti Monaſterii facultates aliqualiter, licèt non ſufficienter, prout expoſcit neceſſitas, ſint adauctæ. Nos volentes augmentationem hujus participare cum fratribus, ut tenemur, de voluntate & conſenſu Prioris & Conventus prædicti, taliter duximus ordinandum; *viz.* quod iidem Prior & Conventus habeant de cætero novam coquinam, pro refectorio aſſignatam, quam ædificari celeriter faciemus; in quâ parari faciant per coquum eorum ſpecialem, cibaria eorum quæ ad coquinam pertinent, de quibus miniſtrabitur eiſdem, diebus ſingulis, per Canonicos & miniſtros ad hoc per eos, cum Abbatis licentiâ deputandos. Habebunt iidem Prior & Conventus Eccleſiam am parochialem de **Hunſtanton**, *Norwicenſis* Dioceſis; ac Eccleſiam parochialem de **Ruyton** *Coventr.* Dioceſis, cum earum pertinentibus & obventionibus quibuſcunq;, cum vivario de **Saleiſpark**, & vivario illo quod vocatur vivarium Prioris, pro alimentatione in carnibus & piſcibus, prout ad Coquinam pertinet antedictam; omnes etiam aliæ expenſæ ad coquinam neceſſariæ, ut in focalibus, farinâ, piſis, omnimodis pottagiis, pro tempore conſuetis, vaſis æneis, caſeo, & butiro, debent nihilominus fieri de communi. Concedimus etiam pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, quod omni tempore anni habeant in communi porcariam domus quæ eſt extra portam, viginti porcos ad ſumptus communes domus, pro eorum lardario faciendo. Habebunt etiam annuatim duas ſummas frumenti, pro paſtellis, cum voluerint, faciendis; miniſtrabiturq; Abbati de eadem coquinâ, ſicut duobus Canonicis ubicunq; fuerint infra ſepta dicti Monaſterii, ac etiam in uno ferculo pro ſecularibus, ſeu extraneis, quorum unus erit Clericus communis domus, cum eos ſecum adducere voluerit in Refectorio commeſſuros.

Cumq; Celerarius liberaverit pro aliquo Canonico, extra Monaſterium, in aliquâ grangiâ dicti Monaſterii, panem & cerviſiam, liberabuntur pro eodem Canonico cibaria de coquinâ novâ ſuperiùs expreſſâ, ac ſi idem Canonicus perſonaliter domi eſſet: Pro Abbate tamen nec ejus Capellanis, nec etiam Seneſcallo domus erit quicquam extra ſepta dicti Monaſterii liberatam de proventibus dictæ Coquinæ; ſin autem lis & contentio ſuper eiſdem Eccleſiis, vel earum alterâ, oriatur, expenſæ litis debent fieri de communi, ita quod ex hoc nihil ex alimentatione Conventui ſolitâ ſubtrahatur. Cocus etiam & garcio ſuus in prædictâ Coquinâ ſpecialiter ſervientes, victualia & ſtipendia in omnibus percipient, ſicut Cocus, & page ſuus, qui in communi Coquinâ deſerviunt, ante hæc tempora perceperunt. Per hanc tamen diſpoſitionem intendimus facere diviſionem bonorum, quæ ad Monaſterium noſtrum de **Haghmon** pertinent, ne quicquam includere, quod ſectionem inferat ſeu ſeparationem effectualem in rebus aut perſonis; ne quod ad bonum, ut præmittitur, eſt diſpoſitum, ad noxam ſeu diſſolutionis opprobrium tendere dinoſcatur: Volentes etiam, quod mininſter dictæ Coquinæ, quicunq; fuerit, de expreſſum factis in dictâ Coquinâ, Abbati & Conventui reddat, quater, compotum annuatim. Concedimus etiam, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, quod diebus infraſcriptis, *viz.* die *Natalis* Domini, S. *Joh.* Evangeliſtæ, die *Paſchæ*, *Aſcenſionis* Domini, die *Pentecoſtes* & in diebus *Corporis Chriſti*, *Aſſumptionis* beatæ Virginis, & in die *Omnium Sanctorum*, dicti Prior & Conventus nullas expenſas facient de Eccleſiis antedictis, ſed tam ipſi quàm eorum ſervientes, in Coquinâ prædictâ, annis ſingulis, in dictis diebus procurari debent in omnibus de communi: Ne tamen præſens diſpoſitio in eventum aliquem ſit mutata, eam, tam Sigillo Monaſterii noſtri, quàm Sigillo noſtro privato, fecimus communiri; & à venerabili patre noſtro in Chriſto Domino *Coventr.* & *Lichefelden.* Epiſcopo procurabimus confirmari; Data in Capitulo noſtro de **Haghmon** die *Martis* in vigiliâ *Epiphaniæ* Domini, anno Domini *Milleſimo trecenteſſimo triceſimo ſecundo.*

Ordinatio pro officiis Prioris & Sub-prioris ibidem. Ibid.

IN Dei nomine Amen, divinâ inſpirante gratiâ, anno Domini *milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono* die S. *Michaelis* Archangeli, *Richardus Burnell*, ſub tuitione deificâ, Abbas Monaſterii S. *Joh.* Apoſtoli & Evangeliſtæ de **Haghmon**, columnæ Canonicalis gerens officium, in pleno Capitulo, cum aſſenſu ſui Conventus, & aliorum prudentum virorum fretus conſilio, obſervantias pertinentes ad miniſtrationes, quos Priori clauſtrali, & Sub-priori, in ordinali ſuo non aliquo modo repertas, ita prudenter & laudabiliter ordinavit: Inprimis quod vices Abbatis, illo abſente, generaliter habeant, ſtatutaq; ejus legalia inviolata conſervent, & ſemper in omni loco Sanctorum Patrum ordinationes ad regulam Canonicalem conſtituta teneantur. Et præter hæc ſpecialiter ordinavit certas in Oratorio, ad præfati Prioris officium pertinentes, obſervantias: Primariè ſancivit, quod locum & ſedem pro Priore deputatum, dummodo fuerit in Eccleſiâ, habeant & cuſtodiant præter in horâ poſtquam celebrabit Miſſam altam, & tunc chori ultimum ſervet locum. Item in omni Proceſſione Conventuali proſequatur Dominus Prior totalem Conventum immediatè, & directè ante Abbatem; & abſente illo ſervat locum ipſius Abbatis; *viz.* poſt Conventum directè, & in medio, niſi in Proceſſionibus ad Aquam benedictam, & ad recreationes perquirendas, in quibus conſimilem ordinem & locum teneat Conventus in procedendo, ſicut in aliis poſt Conventum. Subſequendo inſuper Ebdomodarii curam minimè obſervet, ſed celebret ipſe Miſſam Conventualem in feſtis omnibus duplicibus, exceptis illis in quibus Dominus Abbas voluerit celebrare. Præterea ſemper poſt incenſationem Abbatis in choro, immediatè & ſecundariè incenſetur Prior ab eodem à quo incenſabatur & Abbas. Ulteriùs in Capitulo, Refectorio, in Infirmariâ, & in omnibus locis, tam Conventualibus quàm non Conventualibus ſervet & cuſtodiat ſæpedictus Prior, poſt Dominum Abbatem, locum & ſedem ſuper omnes ſuos confratres, maximè ſuperiorem: Et quod in omni loco, abſente Abbate, ſibi ſerviatur de cipho & omnibus ferculis coopertis.

Item ad Sub-prioris curam decrevit ſolicitamq;, ſicut poſt Priorem, præcedit alios onere, ita omnes præcedet honore; quare poſt Priorem in omni loco ſit primus, & ab Abbate in Choro teneat ſedem, quæ eſt quinta. Et ut hæc omnia inviolabiliter à prædictis & aſſiduè obſerventur & religioſorum animæ ad horum curas ſolicitudines ſpe allectivâ condignæ remunerationis ferventiùs excitentur, protegentibus cœleſtis oraculi verbis; *viz. dignus eſt ſuâ mercede operarius*: Decretiſq; ſanctorumq; Patrum munientibus; ſc. *à mercede repelli non debet, qui eligitur ad onus*; ſancivit in hunc modum; Inprimis, quod præfatus Prior clauſtralis habebit pro recreationibus ſuis, Cameram quandam ſub Dormitorio, introitum habentem in clauſtro juxta parlarii oſtium, quam prædilectus confrater noſter & Concanonicus Dominus *Will. Salop* pronunc, & diu ante, Prior clauſtralis nuper magnis reparavit ſumptibus & plurimis renovavit laboribus, cum garcino vocato ab antiquo **Longe-nores-gardine** cameræ præſcriptæ annexo, unà cum columbari in eodem; quæ omnia & ſingula prædicto præfato Domino *Will. Salope* Priori concedimus, vitâ ſibi comitante, per præſentes; poſſidebitq; ſæpefatus Prior clauſtralis cameram antedictam, cum ſupraſcriptis, poſt deceſſum ſolum prænominati *Will. Salop*, nunc Prioris, ac omnia & ſingula jocalia & ornamenta, tam Altari in Capellâ S. *Andreæ* in Eccleſiâ, quam dictæ Cameræ pertinentia, quæ conſcribuntur, ſeu aliquibus futuris temporibus conſcribentur, ex conceſſione ſeu donatione ejuſdem, ad officium prædicti Prioris clauſtralis, & alterius cujuſcunq; in ſcedulâ præſentibus annexâ, ita tamen quod annuatim feriâ ſextâ proximè poſt feſtum *Aſſumptionis* virginis glorioſæ ſæpenominatus Prior clauſtralis, qui pro tempore fuerit, ſeu alius qualiſcunq; dictam cameram, cum aliis prænominatis habens & occupans dicet & faciet dici pro *A*niverſario dicti domini *Will.* nunc Prioris, per totum Conventum, cum nota, *Placebo* & *Dirige*, cum novem lectionibus; & in craſtino, *viz.* die Sabbati ſequentis *Commendationes* & *Miſſam* de *Requiem*, pro quo eodem die dabitur per prædicta habentem & occupantem eidem Conventui *xvi d.* in piſcibus, ſeu in aliis ad pietantiam, & Domino *A*bbati *viii d.* pro lagenâ vini ad audiendum per ſe, aut per ſuam aſſignatum Compotum de omnibus & ſingulis jocalibus, & ornamentis in præfatâ ſcedula ſpecificatis ſeu ſpecificandis; & ſi aliqua eorundem, per prædictum Priorem clauſtralem, ſeu alium, prædicta habentem, dampnificantur, tunc Dominus Abbas penſionem Priori clauſtralis inferiùs aſſignandam detinebit, quouſq; de dictâ dampnificatione fuerit ſatisfactum, ſeu per retractionem alterius pecuniariæ diſtributionis pertinentis alicui alteri, omnia prædicta habenti & poſſidenti, & quouſq; ſolutum ſit Abbati, *vi s. viii d.* quociens deficitur in ſervitio & computo ſupradictis.

Præterea percipiet de pecunia pro ebdomodariis ordinata non minus, & denarios quadraginta. Item omnes ad Abbathiam infraſcriptam de **Wiriton** redditus recipiet, cum pencione quadam ex decimis de **Eton** ejuſdem Rectore . . : . . ſolidos ipſe *xx.* habebit, Sub-prior decem, ſed Domino Abbati reliquum remanebit. Et ut hoc decretum perpetuæ firmitatis robur obtineat invocato Dei conſilio in Capitulari domo contradictores ſententiâ excommunicationis innodavit, ut quicunq; temporibus futuris, hanc paginam violare, vel contra hanc collationem ſuam venire præſumpſerit, indignationem Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti & beatæ virginis *Mariæ*, & beati *Johannis* Apoſtoli & Evangeliſtæ, & omnium Sanctorum irremediabiliter poſſit incurrere. Et quia voluit quod hæc ſua donatio & conceſſio, & confirmatio rata & ſtabilis imperpetuum permaneat, hoc ſcriptum Sigilli ſui munimine, unà cum communi Sigillo domus de **Haghmon**, & toto Capitulo. Datum apud **Haghmon** die & anno ſupradictis.

Privilegia per Papam Alexandrum *tertium, conceſſa anno Domini* 1172. *& deinceps in ſex bullis, Monaſterio de* **Haghmon**. Ibid.

INprimis ut Ordo Canonicus qui ſecundùm Deum, & beati *Auguſt.* regulam ibidem eſſe dinoſcitur perpetuis temporibus obſervetur.

Item quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona Eccleſia de **Haghmon** poſſidet nunc, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis poterit adipiſci, firma & illibata permaneant.

Item de novalibus dicti Monaſterii & nutrimentis animalium, nullus præſumat exigere decimas.

Item confirmamus libertates & immunitates ab Epiſcopis, Regibus, Principibus, ſeu aliis quibuſcunq; fidelibus vobis conceſſas.

Item ſepulturam ipſius loci liberam eſſe concedimus; & eorum extremæ voluntati nullus obſiſtat, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint.

Item nequis fratres, Clericos & laicos, poſt factam in dictâ Eccleſiâ profeſſionem, ſuſcipiat aut retineat ſine literarum veſtrarum cautione.

Item prohibemus, ut neq; Eccleſiaſticæ, nec ſeculari perſonæ novas & injuſtas exactiones in præfatâ Eccleſiâ vel in locis eis ſubditis exercere, aut indebita gravamina irrogare.

Item quod nullus ibi in Abbatem præponatur, qualibet ſubreptionis aſtutiâ, ſeu violentiâ, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem, & beati *Auguſtini* regulam providerint eligendum.

Item decernimus, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam, vel loca ſibi ſubdita, temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare.

Siqua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi præſumptionem ſuam dignâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat; reamq; ſe divino juditio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat; & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Item liceat vobis perſonas liberas & abſolutas, è ſeculo fugientes, ad converſationem veſtram recipere; & eatenus, ſine alicujus contradictione in veſtro Collegio retinere.

Item in parochialibus Eccleſiis, quas tenetis, liceat vobis Clericos eligere & Epiſcopo, præſentare; quibus, ſi idonei inventi fuerint, Epiſcopus animarum curam committat, ut de plebis curâ Epiſcopo; vobis autem de temporalibus debeant reſpondere.

Item cum generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſâ voce, divina officia celebrare.

Item Eccleſiam veſtram cum omnibus quæ in præſentiarum legitimè poſſidet, & in futurum juſtis modis poterit adipiſci, ſub beati *Petri* & noſtrâ protectione ſuſcipimus.

Item de molendinis & pratis veſtris, nemini decimas ſolvere teneanimi, ſi de hiis non conſueverunt aliquando decimæ ſolvi.

Item liceat vobis Eccleſias piè vobis collatas, de auctoritate dioceſanorum Epiſcoporum, & aſſenſu Dominorum fundi, recipere, à ſecularibus viris, jus patronatus, ſi jus ipſum piè vobis duxerint conferendum.

Item inhibemus, ne cui liceat, infra parochias veſtras, ſine aſſenſu dioceſani Epiſcopi, & veſtro, Eccleſiam vel Oratorium ædificare.

Item inhibemus, nequis, infra grangias aut clauſuras veſtras, ignem apponere, furtum vel rapinam facere, hominem capere, aut interficere audeat.

Item nequis, pro benedictione ſeu intronizatione Abbatis veſtri, quicquam à vobis exigere vel extorquere præſumat, quia, ſicut libera & gratuita ejus eſſe debet electio, ita ipſius benedictio & intronizatio.

¶ *Item* Honorius *Papa tertius*; auctoritate tibi præſentium indulgemus, ut ſalvis commiſſionibus à te hactenus impetratis, de cauſis cognoſcere de cætero minime tenearis, niſi de indulgentiâ hujuſmodi optinendâ, ad te literæ plenam fecerint mentionem.

Item Nicholaus *Papa tertius*, perſonas veſtras, & locum in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ inpræſentiarum poſſidetis, aut in futurum juſtis modis, præſtante domino poteritis adipiſci, ſub beati *Petri* & noſtrâ protectione ſuſcipimus; ſpecialiter terras, domos, poſſeſſiones, grangias, redditus, prata, ſilvas paſcua, paſturas, nemora, Maneriâ, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos Monaſterio veſtro, auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Item Nicholaus *Papa tertius*, omnes libertates, & immunitates, à prædeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus, ſive per privilegia, vel alias indulgentias Monaſterio veſtro & vobis conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum, à regibus, Principibus, & aliis Chriſti fidelibus vobis indultas, vobis & per vos eidem Monaſterio, auctoritate Apoſtolicâ, confirmamus.

Item Bonifacis *Papa nonus*, de omnipotentis Dei miſericordiâ & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui in *Aſſumptionis* beatæ *Mariæ* Virginis, *Johannis* Evangeliſtæ, ac *Inventionis* & *Exaltationis* S. *Crucis*, & *Johannis Baptiſtæ* feſtivitatibus, necnon per ipſarum *Aſſumptionis* beatæ *Mariæ*, *Johannis* Evangeliſtæ, & *Joh. Baptiſtæ* feſtivitatem octavas, Eccleſiam Conventualem S. *Johannis* Evangeliſtæ Monaſterio de Haghmon devotè viſitaverint annuatim, & ad conſervationem hujuſmodi, manus porrexerint adjutrices, ſingulis feſtivitatum tres annos & totidem quadragenas; octavarum verò diebus, quibus Eccleſiam ipſam devote viſitaverint, ut præfertur, centum dies de injunctis eis pertinentiis miſericorditer relaxamus.

Item Martinus *Papa quartus*; prædeceſſores veſtri, qui fuerunt pro tempore, quibuſdam privilegiis, & indulgentiis à prædeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus Monaſterio veſtro conceſſis propter ſimplicitatem, & juris ignorantiam, uſi non fuerint temporibus retro actis; nos veſtris ſupplicationibus inclinati, indempnitati ejuſdem Monaſterii volentes impoſterum præcavere, ut de cætero hujuſmodi privilegiis, & indulgentiis liberè uti poſſitis, dummodo eis non ſit per præſcriptionem vel alias legitimè derogatum, auctoritate vobis præſentium indulgemus.

PAG. 56. col. 2. l. 37.

Stemma fundatorum Prioratus de Wyrkſope

Ex vet; pergam: MS. penès.... *Talbot* de Grafton, in in Com. *Wigorn.* arm. a. 1587.

WHich had that aſſiaunce and inſpiration
The Monaſtery of Worſoppe firſt for to
Poſteſt therto goods thereupon (found
Woddes, medues and moundes:to ſay a greate
Therefore in ſpeciall, certs we are bounde (grounde,
To pray for his ſoule, and his ſucceſſours
As we nightly do, and dayly at all houres.

This was founded in King Herrye dayes
The firſt, as we rede after the Conqueſt
Of William Conquerer, as the Cronicles ſays
Third ſonne, which England mightely poſſeſt
Third day of the moneth of Mars as is ceſt.
The third yere renynge of Herry aforeſayd
As in diverſe Monuments tyl us is conveyd.

The ſeventh yere and xxx. of William Conquerour
That Conqueſt this Realme the yere of our Lord
A thouſand fiftie and ſix. was that ſhoure
Againſt Harrold King, the Cronicles accord;
And ſo ſone counted it is to record
The yeres of our, that now preſent be,
How many they are, ſene he had the gree;

Anno milleno ſexageno quoq; ſeno.
Anglorum metæ crimen ſenſere Cometa,
Dux Normannorum tranſit mare, vicit Haraldum.

* Lovetot.

Which Sr. William * diceſt and was tumulate
In the ſaid Church on the North ſide,
On the nedereſt gree, for his hye eſtate,
Tendyng to the hye Awter, and there doth abyde:
And he gat Sr. Richard his ſonne in good tyde
Which beryed was beneth him under a white ſtone
The lefte ſide Thomas Nevill, and thereon gone.

And Sr. Richard gate William Lovetoft alſo
Beryed next the neder gree on the ſaid payment;
Sr. William gate good Molde Lovetoft called tho
Laſt of that tayle as auncheaunt hath ment:
Then by King Richard Conquerer was ſent
Firſt Furnivall Gerard, and he her marryed
That came out of Normandie ſtreight as we rede

Apud Ebrard *in* Neuſtriâ, Normandia *vocata eſt*, *tumulatus in ſuo Dominio*, *quod conſtat* Fornevall, *per rectam ſucceſſionem; ſi patria cum* Anglia *exiſteret pacificata.*

Which Gerard gate Thomas; and Gerard eke
Good Sr. William cleped alſo in dede:
Which Thomas to the holy lande went for to ſeeke
The ſepulture of Chriſte, and therto agreed
With Gerard his brother, and there Thomas dyed
Slayne of the Sarazens for Chriſtes love
Therfore we triſt Chriſt hath reward him above.

Then diceſt Gerard the firſt Fournyvall (tance;
And beryed was in Normandy, his owne inheri-
Which this place indued with Lordſhips royall;
And good Molde them confirmed with goode aſſi-
Gave us more to withouten diſtaunce (ance;
For his ſaule and hers as Monuments declare
Under ſure ſeales where ſo that they are.

To report the good deedes, that they did to us
Right longe time and ſpace they wold have, I write
Bot in ſpeciall: reward them our Lord Jeſus,
Progenitours and ſucceſſours, and in Heaven them
And of their ſucceſſors further to indyte (quyte.
How they do ſucceed by noble yſſue
More under I will ſay in this Pedegree.

Good Molde was beryed moſt principall
Above Sr. Thomas Nevill afore the hye Autere
For a goode doer moſt worthie of all
That indued this place; and her huſband in fere
To reherſe what ſhe did, dyvers things ſere
As expreſſed is afore it wolde take longe ſpace,
Bot in Heven therfore we truſt is there place.

When Sr. Thomas was ſlayne for Chriſtes ſake
His broder came home Gerard agayne,
And that Molde ther moder grevouſly gan take
That his bones emong hathen ſhuld be lane,
And made him retorne without more diſdeyne
Againe to the holy land, & his bones home brought
As it was Goddes will, that him dere boght.

Then tumulate here in Notinghamſhire
At Wyrkſoppe the north ſyde of this Mynſter
With his Helme on his hede will enquere (ſere,
With precious ſtones ſometyme that were ſett
And a noble Charbuncle on him doth he bere
On his hede to ſee they may who ſo will
Of my writing witnes for to fulfill.

Sr. Gerard on the South ſide under a merbill ſtone
Next S. Peters Chappell is beried alſo,
And Sr. William ther brother both fleſh and bone
In our Lady Chappell was beried even tho,
In the midſt of the Chappell good Molde a little fro
Wyf to firſt S. John Fornivall that was; (grace:
Which forſaid Sr. Will. was greatly endued with.

For five Candells perpetuall in that Chappell
He ordeyned to brynne afore our Lady;
And mych more he ordeyn'd as we herd tell
As his aunceſtrie afore had done worthely
And there lyeth tumulate full worſhipfull
All in free-ſtone, and on him is write
Theſe verſes here that thus are indite.

Me memorans palle, ſimilis curriſq; calle
De Fournivalle *pro* Willielmo *rogo pſalle*;

Then Thomas gat Thomas which beryed was (ſter;
At the bare foote-Fryers in the towne of Donca-
And Thomas gat Gerard, this is the caſe
Beryed at Wyrkſoppe, in this place here
In ſeynt Mary Chappell which doth noght appere
Under the ſtall, nothing but the hede
Of this Through-ſtone is ſene lengthe and brede.

Then Gerard gate Thomas and William his broder
Which Thomas ſterne and right haſty man,
The haſty Fournivall, but he was good founder
To the place of Wyrkſoppe in his time than;
Which had none yſſue from him that ran
Bot of his broder Sr. William foreſaid
And from him dame Jone certs was conveyd.

Which forſaid Thomas on the North ſide is layde
In a tumbe of Alabaſter above the hye Quere,
And William of the South ſide enens him is ſeid,
Here theſe two breder are beried in fere.
This Thomas Nevill firſt gan appere
Brother that was to Erle Weſtmaryland
By dame Johanne, Lord Fournivall we underſtand

And he maryed dame Johane, daughter to S. William;
And they had a doghter, dame Molde that hight
With which doghter maryed the moſt noble of fame
Sr. John Talbot, warryour that noble Knight,
Here alterats the name, as we have in ſight
Of Fournivalls to Talbots, knyt both in one,
Lovetofts and Fournivalls to the Talbots thus gone.

Dame Johane is beryed aboven the hye Quere
Next Thomas Nevill, that was her husband,
In Alabaſter an ymage Sr. Thomas right nere
As he is tumulate on his right hand;
And by her daughter Molde we underſtand
Went owt the Fournivalls, as by their name
As Lovetofts by dame Molde afore did the ſame,

And Sr. Thômas Nevill Treaſorer of England
Aboven the Quere is tumulate, his tumbe is to ſee
In the middes for moſt royall there it doth ſtand:

And his doghter Molde of right hye degree.
In Saynt Mary Chappel tumulate lyeth ſhee
Afore our bleſſed Lady, next the Stall ſide
There may ſhe be ſeene, ſhe is not to hyde.

Whom Sr. John the noble Talbot mary d
And gate of her three ſonnes by naturall yſſue;
Firſt Thomas which diceſt right yonge in dede,
And then John Talbote, who ſo it knewe,
And Sr. Chriſtofer, no mo by that Pedegrue:
Which Sr. John Talbote, firſt Sr. John Fournivall,
Was moſt worthie warriour we reade of all:

For by his Knighthode, and his chivalrye
A Knight of the Garter firſt he was made;
And of King Henry fift, Erle Scrovesberye
To which Sr. John his ſone ſucceſſion hade
And his noble ſucceſſors now therto ſade
God give them good ſpeede in their progreſſe
And Heaven at their ende, both more and leſſe.

The live to report of this foreſeid Lorde
How manly he was and full chivalroſe,
What deedes that he did, I cannot by worde
Make reherſall by meter ne proſe:
How manly, how true, and how famoſe
In Ireland, France, Normandy, Gyon and Gaſcone
His pere ſo lang reynyng I rede of none.

When he was no more bot xvi yere of age
By Sr. Thomas Nevill Lord Fournivall
He was ſent to Ireland, and there right ſage
He quyt him full manfully in that land over all.
Both Caſtles and Townes he gat there royall.
Lord Fournivall was by the ſaid Nevills daughter
And after Lord Talbot by his Progenitor.

Which while he reigned was moſt Knight
That was in this Realme here many yere
Moſt doughty of hand, and fereſeſt in fight
Moſt drede of all other with Frenchmen of werre:
In Ireland; France, Gyon; whoſe ſaule God abſolve
And bring to that blyſs, that will not diſſolve.

For ſpeciall remembrance moreover alſo
His ſonne Sr. John Talbot have we in mynde,
To whom dame Elizabeth was maryed tho
The Erle daughter ſaid of Ormunde we finde:
Which John Erle was of Shrovesbery we finde
And true ſucceſſion of his Father afore
The ſecond Erle ſaid of Shrovesbery that wore.

And they had faire yſſue from theim procedynge
Sr. John, James and Gilbert, and Chriſtopher ſaide
With doghters royall they forth gan bring
And thus theire ſucceſſion to us is conveyde:
Which Sr. John, Erle ſecond is tumulate and layde
In our Lady Quere, at Northampton ſlayne
The tenth day of July, it is not to layne.

Anno Milleno quater C. X. quoq; ſeno
Feſto ſep. Fratrum Northampton *dat tibi bellum*
Prato Sanctarum mœnia juxta Monacharum.
Quid plagis, quid aqua ſunt multa corpora ſtrata
Ex quibus hii; Buckingham Talbot *proceres* Bemont
(*dic. &* Egremont
Et Lucy *miles; Deus omnibus hiis requiem des.*

Salopiæ *Comitis lapis hic tegit oſſa* Johannis,
Cui nihil antiquius, quam fuit alma fides.
Hanc ut ſervaret, Regi tormenta ſubivit,
Intrepidus ferri, ſanguineamq; necem.
Ergo licet parvum condat ſua viſcera ſaxum,
Virtus Angligenum luſtrat in omne ſolum.
Hii verſus ſuper Tumbam ſuam.

By his moder his ſon is at the ixth. degree
From Gilbert Beker, fader that was (ſay we
To ſeynt Thomas of Canterbery, by the Ormundes
The more as we truſt ſhall fortune his grace:
With Duke of Buckingham doghter which maryed
Third Sr. John Talbot, and Erle Shrovesbery (was
Which gat George Talbot, no ferther can I.

This proceſſe one Pigote brevely thus ſaith
If any can ſay more it is corrigible
To there better adviſe I me bequaith
To make it in matter more intelligibill,
That none to my knowledge ſhuld be forgotten
Bot remembrance lineall ſhuld be forſhotton.

Theſe ſaules, reherſed in generall afore,
Have in remembrance, what man ſo thow be;
Have piety, and pray for theim evermore.
Say Pater-noſter, with the ſalutation Ave:
And if thow a Clerke be, for there hye degree,
Say De profundis withouten diſdeyne,
For theim and all chriſten, that ſuffres pane.

Iſte Dominus Johannes Talbot, *Comes* Salopiæ *tertius, natus fuit in vigiliâ S.* Luciæ *Virginis, & martyris, anno Domini Milleſſimo quadringeteſimo quadrageſimo octavo. In horâ cujus ortus Nativitatiſq;,* ſcil. *quartâ horâ poſt mediam noctem, quidem ſimplex Canonicus audivit vocem, per aures ſuas procedentem & dicentem,* Gloria in excelſis Deo & Angelis.

¶ vii. *Idus Aprilis, obiit* Willielmus de Loyetoft; *fundator iſtius Eccleſiæ; jacet ante majus Altare; juxta parietem, ex parte boreali. Qui legi debet in Capitulo die præcedenti obitus ſui; & habebit* Placebo & Dirige, *cum notâ, cum Miſſa & pulſatione, & præbendam in Refectorio.*

¶ iv. *Idus* Maii *obiit Dominus* Thomas de Fournivall, *filius* Berthæ, *Advocatus noſter; qui jacet in Eccleſiâ fratrum minorum* Doncaſtriæ: *qui legi debet in Capitulo die præcedenti obitus ſui: & habebit* Placebo & Dirige, *ſine Notâ, cum Miſſà & pulſatione, & præbendam in Refectorio.*

PAG. 86. col. 1.

Carta Ricardi Wintonienſis *Epiſcopi* ; *donatorum conceſſiones Canonicis S.* Mariæ (Overie) *in* Suthwerc *confirmans.*

Ex ipſo autogr. penès *Ricardum Parre* Camber-Well in Com. *Surr.* gen. a. 1658.

R*Icardus* Dei gratiâ *Wintonienſis* Epiſcopus, omnibus parochianis ſuis, Clericis & laicis, præſentibus & futuris ſalutem, gratiam & benedictionem. Quoniam religioſis viris in his quæ rationi & honeſtati conveniunt propenſius decet impartiri ſuffragium, univerſitati veſtræ dignum duximus intimare, quod Eccleſiam S. *Mariæ* de Suwerch, & fratres ibidem Deo ſervientes, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſub Dei & noſtrâ protectione ſuſcepimus; & poſſeſſiones ſuas in parochiâ noſtrâ conſtitutas, quas dignum duximus certis deſignare nominibus; *videlicet* Eccleſiam de Benſtede, cum omnibus pertinentiis ſuis, ex conceſſione & præſentatione *Nigelli* de *Munbrai*. Eccleſiam de Wudemareſtorne, & Eccleſiam de Berghes, pertinentes ad Eccleſiam de Benſtede. Eccleſiam de Totinges, ex præſentatione & conceſſione *Hamonis* de *Gravenel*; & totam decimam de dominio ex conceſſione ejuſdem *Hamonis*. Eccleſiam de Edintone, cum Capellâ *omnium Sanctorum*, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, ex conceſſione & præſentatione *Bartholomæi* de *Kaiſneto*; in quâ *viz.* Capellâ *Omnium Sanctorum*, *Reginaldus* de Edintone jus patronatus quandoq; ſibi vendicaverat, ipſamq; poſtea, coram nobis & plurbus aliis, Deo & Eccleſiæ præſcriptæ, Canoniciſq; ibidem Deo ſervientibus in perpetuum elemoſynam conceſſit; ita quod ipſe vel hæredes ſui, nichil in ea juris, de cætero, modis aliquibus poterunt vendicare. Subſequenter etiam idem *Reginaldus*, memoratam Capellam, coram *Herberto Cantuarienſi* Archidiacono, & aliis viris diſcretis & honeſtis, quos ad faciendum deſtinaverimus, hoc in Eccleſiâ beatæ *Mariæ* de Suwerch ſæpedictis Canonicis conceſſit, eamq; ſuper majus Altare, per cultellum plicatum, velut in memoriale perpetuum, eiſdem aſtantibus optulit; ſeq; id ipſum feciſſe ſtatim coram nobis confeſſus eſt. Item Eccleſiam S. *Margaretæ* in Suwerc, undè habent confirmationem Domini Regis *Henrici* ſecundi, & *Willielmi* bonæ memoriæ *Wintonienſis* Epiſcopi, quas nos ipſi vidimus. Eccleſiam de Niwethgate, ex conceſſione & præſentatione Comitis de Warenne, Has igitur & quaſcunq; alias poſſeſſiones, quæcunq; bona, donatione, conceſſione, vel oblatione fidelium adepti ſunt, ſive amodo juſtè & Canonicè adipiſci poterunt, firmè & inconcuſsè poſſidenda, concedimus, & præſenti Scripti munimine confirmamus. Quiſquis igitur hanc noſtræ confirmationis paginam, ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundò, tertiove commonitus, ſi non congruâ ſatisfactione emendaverit, omnipotentis Dei maledictionem & iram ſe noverit incurſurum, Cunctis autem eidem loco bona facientibus, ſit pax & gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, hic, & in æternum. Amen.

PAG. 143. col. 1.

Confirmatio Huberti Cantuar. *Archiepiſcopi facta Canonicis de* Ranton, *ſuper conceſſionibus* Roberti Noel, *&* Thomæ *filii ſui.*

Ex Regiſt. de Haghmon, penès D. *Margar.* *Barker* a. 1657.

H*Ubertus*, Dei gratiâ, *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas &c. Nos itaq; præter hæc Cartas *Roberti Noel*, & *Thomæ Noel* filii ſui factas ſæpedictis Canonicis, & Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Eſſartis*, quæ in obedientiâ & ſubjectione tenetur & teneri debet Eccleſiæ S. *Johannis* de Haghmon, inſpeximus; & ex earum tenore intelleximus Eccleſiam de Heſtefozde, * cum Capellis ſuis de Elinhale & de Rontone, & de Dutentone, eis Canonicè à prædicto *Roberto Noel* & *Thomâ* filio ſuo fuiſſe collatam & conceſſam: & præterea Eccleſiam de *Greneburgâ*, cum omni integritate & libertate ſuâ &c.

* modo Heſtforde.

Compoſitio inter Canonicos de Haghmon, *&* Rontone.

Ibid.

HÆc eſt amicabiliscompoſitio, facta inter Abbatem & Conventum de Haghmon, & Priorem & Conventum de Ranton; *viz.* quod cum præficiendus erit Abbas de Haghmon, vocandi erunt Prior & Canonici de Rantone, ad electionem ejus celebrandam, ſicut & Canonici de Haghmon. Præterea Abbas de Haghmon, ſemel in anno veniet apud Rantone cauſâ viſitationis, ad corrigendum quæ viderit eſſe corrigenda; & ſi pluries expedierit ut veniat ibi, cauſa correctionis, ad vocationem Prioris & Conventus accedet: ſed quum viſitationis cauſâ ibidem advenerit, non moram ibidem faciet niſi per unam noctem, niſi ad inſtantiam & petitionem Prioris & Conventus de Rontone. Si autem tranſeundo ob alia negotia expedienda ibi acceſſerit, honorificè admittatur tanquam alius Abbas. Præterea Prior & Conventus de Rantone admitterent quem viderint idoneum in Canonicum & fratrem de Rantone, irrequiſito conſenſu Abbatis & Conventus de Haghmon, dum tamen profeſſionem faciet Abbati de Haghmon, tanquam ſuo Abbati in Eccleſiâ S. *Mariæ* de Rantone, ad vocationem Prioris & Conventus de Rontone. Præterea, ſi Prior creandus erit apud Rontone, Canonici de Rontone eligent unum de Canonicis de Haghmon, quem voluerint, exceptis Abbate & Capitali Priore, & alium quem voluerint de Canonicis de Rontone, & utrumq; electum præſentabunt Abbati de Haghmon; & Abbas quem voluerit ex illis duobus electis præficiet in Priorem apud Rontone.

Submiſſio Prioris & Conventus de Rantone.

Ibid.

OMnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuſuris vel audituris, *Aluredus* Prior & humilis Conventus de Rantone, ſalutem in domino ſempiternam. Univerſitati veſtræ notum facimus, quod cum inter dominum *Gilbertum* Abbatem & Conventum de Haghmon, ex unâ parte, & nos ex alte-


S. MARIÆ OVERIE
(olim Conventualis Eccleſiæ)
ab Auſtro proſpectus.
W: Hollar delin: et ſculp: 1661.


Vt reædificetur in te
Ieruſalem,
posuit
RADVLPHVS SHELDON
de Beoly in Com: Wigorn: Arm:

râ, ſuper ſubjectione, viſitatione, correctione Prioratus de **Rontone**, profeſſione & obedientiâ, & ſuper procurationibus certis; & etiam ſuper electione Abbatis de **Haghmon** & Prioris de **Rontone**, & quibuſdam aliis, coram delegatis à domino Papâ judicibus queſtio verteretur: Nos viam pacis eligentes ſuper hiis & omnibus aliis, nos & domum noſtram & Abbatem & Conventum, & domum de **Haghmon** ad invicem contingentibus, Ordinationi venerabilis in Chriſto patris *Rogeri* Dei gratiâ *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* Epiſcopi, de conſilio diſcretorum virorum Decani, Præcentoris, & Theſaurarii *Lich.* & Magiſtri *Petri* Archidiaconi *Salopiæ*, faciendum, jure & abſolutè, necnon & ſpontaneâ voluntate nos ſubjecimus jus, nunciantes ſuper hiis omnibus impetratis & impetrandis. Volumus etiam & expreſſè concedimus, quod dicto domino Epiſcopo, & ejus ſucceſſoribus reſervata ſit poteſtas compellendi partem noſtram imperpetuum, ſine ſtrepitu judiciali, ad obſervationem jam dictæ Ordinationis: In hujus autem rei teſtimonium, Sigilla noſtra fecimus apponi. Valete. Data apud **Rontone** die Cinerum Anno gratiæ *MCCxlvi.*

Ordinatio Centum ſolidorum penſionis de **Rontone** *Conventui de* **Haghmon.**

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſentes literæ pervenerint, *Gilbertus* Dei gratiâ, Abbas de **Haghmon**, ſalutem in domino ſempiternam. Cum ſcriptum ſit in Evangelio, *Qui Altari deſerviunt, de bonis Altaris debent ſuſtentari; Et qui ſolliciti operarii ſunt in orrea Domini Sabaot, dignâ teneantur mercede remunerari*: Nos attendentes infatigabile miniſterium dilectorum fratrum noſtrorum & Con-Canonicorum Eccleſiæ de **Haghmon**, pondus diei & æſtus in eadem, continuis vigiliis & aliis Dei ſerviciis ſubportantium cupientes, eorum laboribus & ſudoribus diuturnis refrigerium inferre, & ad corpora ipſorum aliquâ refectione refocillanda, gratiâ divinâ inſpirati, ex merâ liberalitate noſtrâ eiſdem Canonicis dedimus, conceſſimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus ad ipſorum pietantiam Centum ſolidos annuos, ad duos anni terminos apud **Cheſewrthin** percipiendos, de *Rontonâ* provenientes, per Ordinationem venerabilis patris noſtri *Rogeri Coventr.* & *Lich.* Epiſcopi, ſine omni contradictione, reclamatione noſtri vel ſucceſſorum noſtrorum, imperpetuum; unà cum Vivario de **Pimbeleg**, ut in eodem Vivario poſſint, pro voluntate ſuâ, & quotienſcunq; & quandocunq; voluerint, liberè & pacificè, ſine deſtructione ſimiliter poſſimus piſcari. Hanc gratiam noſtram eiſdem concedimus, invocato S. *Trinitatis* nomine, contradictores ſententiâ excommunicationis innodantes, ut quicunq; futuris temporibus hanc paginam violare, vel contra hanc collationem noſtram venire præſumpſerit, indignationem Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti, & beatæ Virginis *Mariæ*, & beati *Johannis* Apoſtoli & Evangeliſtæ, & omnium Sanctorum irremediabiliter poſſint incurrere. Et quia volumus, quod hæc noſtra donatio, conceſſio & confirmatio rata & ſtabilis imperpetuum permaneat, hoc Scriptum. Sigilli noſtri munimine, unà cum communi Sigillo domus de **Haghmon** fecimus corroborari. Teſte Deo & toto Capitulo. Data apud **Haghmon** anno incarnationis dominicæ *MCCLii.xiiii.* Kal. *Septembris.*

PAG. 144. col. 1.

Fundationis hiſtoria.

Ex Regiſtro de **Lilleſhull**, penès *Ric. Leveſon*, de balneo mil. p. 100.

ECcleſia S. *Alcmundi* temporibus antiquorum *Anglorum*, in magnâ habebatur veneratione; *Ædelfleda* etenim Regina *Merciæ*, eam dicitur fundâſſe, & magnis honoribus ditâſſe. Poſt multum temporis Rex *Edgarus* pacificus, conſilio beati *Dunſtani*, eam ampliavit & ditavit terris & poſſeſſionibus & decem Præbendis fecit, quia erat de genere beati *Alemundi* deſcendens de nobili proſapiâ Regum *Northanhumbrorum*; itaq; una de decem Præbendis erat *Wilfreſcota*, *Mora*, *Merſſe*, *Effechota*, **Wiſtaneſtowe**, *ſcil.* quatuor hidæ, & Eccleſia de **Wiſtaneſtowe**. Habuerunt itaq; ex dono regum Præbendam iſtam Canonici ſucceſſivè, uſq; ad tempus Regis *Edwardi*. Rex verò *Edwardus* dedit eam *Godrico Wiffeſune*. Iſte verò *Godricus Wiffeſune* tenuit eam in temporibus Regis *Willielmi Normannorum* ducis, & *Rogeri* Comitis *Salopiæ*. Mortuo *Godrico* ſucceſſit ei in Præbendâ, per Comitis *Rogeri* donum, *Nebel* Clericus, qui fuit Medicus Comitis. Mortuo *Nigello*, *Hugo* Comes, filius *Rogeri* Comitis, impetravit à Canonicis S. *Alcmundi*, quod dimitterent Præbendam illam *Gilleberto* de *Cunedore* laico per tres vel quatuor annos; reddendo inde *x s.* Eccleſiæ S. *Alcmundi* per annum, & infra hoc tempus & terminum prædictum noluit providere, unde reddent prædicto *Gileberto* ſervicium ſuum, & deinde reddent prædictam præbendam Eccleſiæ S. *Alcmundi*; optinuit Comes, quia guerra erat inter ipſum & *Walenſes*, & tota **Longefeld** fère deſtructa erat; & *Gilebertus* promiſit ſe auxilium & manutenementum à Comite *Herefordiæ* & Domino de *Clunâ* habiturum, & Præbendam reſtauraturam: ita Decanus & Canonici decepti conceſſerunt: ſed Comes *Hugo* infra hunc terminum morte præventus eſt in *Angliſeiâ*, cui ſucceſſit *Robertus* de *Beliſmo*, qui guerram movit contra Regem *Henricum*; cujus tempore prædictus *Gilbertus* de *Cunedore* per *Robertum* Comitem vi occupavit Præbendam illam. Tunc temporis, expulſo *Roberto* Comite, *Paganus* filius *Johannis* fuit Vicecomes; Canonici verò S. *Alcmundi* planxerunt ſe Vicecomiti *Pagano*, de *Gileberto*, quod injuſte detinuit Præbendam, & ipſe *Gilebertus* auctoritate Epiſcopi excommunicatus erat; Vicecomes verò *Paganus* tamen locutus eſt cum *Gileberto*, quod *Gilebertus* pœnitentiam egit, & reddidit Præbendam in manus *Adæ* Decani, & *Roberti* de *Longedone* & *Walteri* filii *Gubaldi*; & ab unoquoq; Canonico totius Eccleſiæ prædictus *Gilebertus* & milites ſui verberati & diſciplinati ſint in Eccleſiâ S. *Martini* & in conſpectu totius populi; & ſic nudus dictus eſt *Gilebertus* in Eccleſiam S. *Alcmundi*, & ibi optulit Præbendam ſuper Altare: Canonici verò conceſſerunt Vicecomiti *Pagano* facto cyrographo, quod teneret Præbendam illam, non hæreditariè ſed Canonicè in vitâ ſuâ, & reddent annuatim *x s.* Eccleſiæ S. *Alcmundi*

Vicecomes verò *Paganus* dedit *Gilberto*, **Uptune**, quia per conſilium ejus dimiſerat Præbendam illam in manus Canonicorum. Mortuo *Pagano* Vicecomite Canonici S. *Alcmundi* ſaiſierunt Præbendam **Wiſtaneſtowe**; ſed *Rogerus* Comes *Herefordiæ*, vir bellicoſus, vi occupavit illam, quia habuit filiam *Pagani* in conjugem, quam poſtea ſprevit. *Helyas* verò de *Say* Dominus de **Clune**, quia Præbenda illa erat ei vicina & utiliſis, petiit eam *Hereford. Rogero*, & hoc conſilio *Baldwini* de *Stepelton*, & dedit ei *xxx.* marcas & optinuit eam *Helyas* à Comite *Herefordiæ*, qui nec potuit nec debuit eam dare nec vendere; & ſic concordati ſunt Comes *Rogerus* & *Helyas*, qui primitùs inimici erant & guerram habebant inter ſe, & hoc fuit in tempore Regis *Stephani*. *Helyas* de *Say* dedit eam *Baldwino* de *Stepelton* pro ſervicio uniis militis. *Baldwino* conceſſit *Philippus* filius ejus, qui eam injuſtè occupavit, & *Iſab.* de *Say*, filia *Heliæ* recepit ſervicium unius militis ad *Clunam* de *Philippo* filio *Balwini*. Hæc accepimus à ſenibus viris venerabilibus, *ſcil. Adâ* Decano S. *Alcmundi*, *Waltero* filio *Gubaldi*, *Roberto* de *Longedone*, *Ric. Pigot*, Canonicis S. *Alcm. Hereberto* de *Caſtello*, *Rogero Ang.* & *Gileberto* & *Baldw. Anglico*, & *Ailw. Botte* de **Cunedoure**; & *Thoky*, & *Ulfinge* ſacerdotibus de **Cunedoure**.

Carta Walteri Coventrenſis *Epiſcopi, quicquid in diocæſi ſua collatum eſt, ratificans.*

WAlterus Dei gratiâ *Coventriæ* Epiſcopus, omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam poſteris quàm præſentibus ſalutem. Fidelium oblationes, quas pietatis intuitu religioſorum fratrum Conventibus Canonicè impenderint confirmare, eorumq; devotioni aſſenſum præbere ad Epiſcopalem maxime ſpectat ſollicitudinem: itaq; *Ric* de *Beumeis* Decanus Eccleſiæ S. *Alcm.* de *Salopiâ*, aſſenſu Regis *Steph.* & ſanctione Domini Papæ, eandem Eccleſiam in meliùs reformans, Canonicos religioſos de Ordine *Arroaſiæ* ſub obedientiæ jugo Chriſto militantes in eâ conſtituens, Canonicis ſecularibus præfatæ Eccleſiæ, in eorum Præbendas & beneficia ſubrogavit. Dedit quoq; eis Præbendam ſuam propriam; *ſc.* **Lilleſhull** & **Ettingham**, cum omnibus eorum pertinentiis; qui egreſſi de Eccleſiâ S. *Petri* de *Dorkeceſt*. Abbatiam ad honorem perpetuæ virginis *M.* in boſco de **Lilleſhull** ædificare ceperunt. Hanc donationem liberam & quietam, & ab omni exactione abſolutam à Domino *Papâ Eugenio* imperpetuum eis confirmatam, & à Domino Archiepiſcopo corroboratam, & à prædeceſſore noſtro bonæ memoriæ *Rogero* Epiſcopo præmunitam: Nos quoq; tantorum patrum auctoritatem ſequentes, conceſſimus & confirmamus. Præterea quicquid in dioceſi noſtrâ fidelium devotione eis legitimè collatum eſt, vel poſtmodum conferetur, præſentis Cartæ confirmatione communimus. Hiis teſtibus; *Will.* Abbate de *Radmora* &c.

Supplicatio Canonicorum de **Lilleſhull**, *pro appropriatione Eccleſiæ Parochialis de* **Hulme**.

Ex vet. membr. penès præf. *R.* *Leveſon.*

Supplicant Sanctitati veſtræ religioſi viri Abbas & Conventus Monaſterii de **Lilleſhull**, Ordinis Sancti *Auguſtini*, *Coventr.* & *Lich.* dioceſ. quod cum poſſeſſiones & redditus, de quibus dictum ipſorum Monaſterium fundatum extitit, pro ſuſtentatione Canonicorum in eodem Deo famulantium, & aliis oneribus ſupportandis circiter & juxta partes *Walliæ*, pro magnâ parte exiſtant; ac per oppreſſionem & violentiam potentum ipſis Religioſis adverſantium ſint invaſi & ab eis ablati, ſic quod eorum fructus & proventus ad uſum ſuum percipere nequeunt quoviſmodo, nec percipient veriſimiliter in futurum: prædictumq; Monaſterium, juxta & de prope altam viam vocatam **Watlingſtret** ſcituatur, ad quod, propter diſtantiam villarum circumquaq; tanta populi confluit multitudo, quod ea quæ pro cotidiano victu Abbatis & Conventus, ſunt parata, oportebit quampluries hoſpitibus advenientibus miniſtrare: Idem inſuper Monaſterium, domus, & ædificia quæ ad illud pertinent, deformitati & ruinæ ſubjaceant manifeſtè; ac redditus, & proventus ad dictum Monaſterium pertinentes, quos prædicti religioſi percipiendi habent facultatem, adeo ſint tenues & exiles, quod ad ſuſtentationem ſoliti numeri Canonicorum ipſius Monaſterii, & alia eidem incumbentia onera ſupportanda, minimè ſufficere dinoſcuntur, Eccleſiam parochialem de *Hulmo*, cujus præfati religioſi jus optinent patronatus *Norwic.* Dioc. ipſis & eorum ſucceſſoribus prædictoq; ſuo Monaſterio appropriare, unire & in uſus proprios concedere perpetuò poſſidendam, dignetur veſtra ſanctiſſima paternitas intuitu charitatis.

Nos *Ludovicus* Dei & Apoſtolicæ ſedis gratiâ Epiſcopus *Vulterannus* ejuſdem ſedis nuntius & collector in *Angliâ*, recepimus à religioſis viris Abbate & Conventu Monaſterii de **Lilleſhull**. *Lich.* Dioc. quinq; libras ſterlingorum, in plenam ſolutionem Eccleſiæ parochialis de **Hulme**, ſuper mare, *Norwic.* Dioc. rigore appropriationis eis factæ per ſedem Apoſtolicam, &c. Data *London.* ſexto die *Septembr. M. CCCC.* quinto.

Pag. 564. col. 1.

Mandatum Templariis, *ad aliam aliquam Religionem, poſt Ordinis ſui diſſolutionem ingrediendam.*

Ex vet. membr. penès præf. *R.* *Leveſon.*

Valterus, permiſſione divinâ, *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas; dilectis in Chriſto filiis Priori Eccleſiæ Chriſti *Lond.* ſalutem. Literas Apoſtolicas, ſub verâ Bullâ plumbeâ, & filo canabi, bullatas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliquâ parte earum vitiatas, ſeu ſuſpectas; ſed omni ſuſpicione carentes, nuper inſpeximus, ſeriem continentes infraſcriptam.

Johannes *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus Abbatibus, Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ad quos literæ præſentes pervenerint, ſalutem. Apoſtolicam benedictionem ad hoc libenter intendimus, & vigiliis ſollicitudinis, & ſollicitæ vigilantiæ ſtudium adhibemus, ut in perſonis Eccleſiaſticis præſertim jugo regularis profeſſionis, auſteritas vitæ, mundicia, & honeſtatis vigeat pulchritudo. Sanè ad audientiam Apoſtolatus noſtri pervenit; quod nonnulli fratrum Ordinis quondam militiæ Templi* Jeroſolomitani, *poſt ſublationem Ordinis memorati, inconſulto mentis effectu, ſe inde nimium torquentes, veſtes præſumunt induere laicales, ſeq; gerunt pro laicis, tanquam laici, in animarum ſuarum periculo converſantes: Quidam tamen eorundem, ſe amplius mundi voluptatibus immergentes, de facto matrimonia contrahunt; quæ potius concubinæ dici debeant, & publicè ducunt uxores, cum illis publice habitantes; Nos attendentes, quod per profeſſionem, quam in ingreſſu dicti Ordinis, dimiſerunt ad continentiam, & alia Religionis ..... ſicut ſe voto ſuo obligârunt; quodq; per ſublationem dicti Ordinis, factam in generali conſilio* Viennenſi, *nequaquam fuerunt à votorum obſervantia abſoluti. Volentes igitur tantæ inſolentiæ, ac damnabilis præſumptionis audaciæ, de fratrum noſtrorum conſilio ſalubriter, & ſaluti eorum, de celebri & opportuno remedio providere; fraternitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta, diſtricte præcipiendo mandamus; quatinus vos, & veſtrum ſinguli, in ſingulis Civitatibus & Dioceſis veſtris, ubi aliqui vel aliquis ex dictis fratribus commorant, infra menſem poſt receptionem præſentium, eoſdem ad* *veſtram præſentiam convocatis; ipſosq; diligenter monere, & ſalubriter inducere audeatis; quod infra tres menſes ammonitionis veſtræ tempore computandos, ad aliquam tranſeant de religionibus approbatis, ibidem Domino perpetuo ſervituri: Prælatum quoq; & fratres domus, ſeu Monaſterii, ad quem tranſire voluerint, cum diligentiâ inducatis, ut ipſos in ſocios recipiant, & in fratres: Clericos tantum ut Clericos, laicos ut converſos, ſincerâ in Domino caritate pertractent. Quod ſi fortè Prælatus ſeu fratres omnino id facere recuſârint, ut eoſdem quondam Templarios, etſi non ut fratres, ſaltem in domibus & Monaſteriis ſuis recipiant; ut in iis Domino, juxta votorum ſuorum obſervantiam, famulentur, cum diligentiâ moneatis; & ſi neceſſe fuerit, auctoritate noſtrâ, per cenſuram Eccleſiaſticam compellatis eoſdem.*

Si vero dicti fratres quondam miliciæ Templi, infra prædictorum menſium ſpacium, poſt monitionem & inductionem hujuſmodi aliquam de Religionibus approbatis non elegerint, vel ad illam non tranſierint cum effectu, in eâ ſecundùm modum perpetuò moraturi prædictum; ſtipendia ipſis pro vitæ ſuſtentatione deputanda, quibus extunc ipſos fore privatos decernimus, auctoritate noſtrâ eiſdem ſubtrahi faciat; domos & manſiones, ſeu loca quæcunq; ejuſdem quondam Ordinis Templi, ſeu Ordinis Hoſpitalis S. Johannis Jeruſalem, *eis pro hujuſmodi ſtipendiis aſſignata, vel quocunq; modo conceſſa nihilominus auferens.*

Ne autem præfati quondam militiæ Templi, domibus, ſeu Monaſteriis, aut locis aliis, ad quæ tranſierint, oneroſi reddantur; volumus & ordinamus quod ipſis in præfatis domibus ſeu Monaſteriis commorantibus, ſtipendia, quæ per alias literas noſtras eis taxari mandamus, & etiam aſſignari faciatis, quamdiu vixerint miniſtrari.

Inſuper volumus & ordinamus, quod dicti Fratres quondam Templi, Prælatis illorum Monaſterium, ſeu domorum ad quæ tranſierint; ſive ut fratres, ſive ut pœnitentes omnino pareant; ipſiq; Prælati in eoſdem fratres, ſicut in alios regulares domorum & Monaſteriorum, ſuam juriſdictionem & correctionem valeant excercere; ita tamen, quod Prælatos religionum, quas dicti fratres quondam Templi duxerint eligendas, per ſingulas domos & loca, ſeu Monaſteria, & obedientiis eis ſubjecta, taliter dividantur; quod ultra duos fratres, in eadem domo vel loco, ſeu Monaſterio, aut obedientiâ non ponantur, domibus dicti Ordinis S. Johannis Jeroſolomi, *exceptis. Cæterùm fratres illos, qui, ut præmittitur, de facto, matrimonia contraxerint, ſinguli veſtrum, in ſingulis Civitatibus & dioceſis, ubi talia contigerint, ad dimittendas uxores, & ad tranſeundum, ut de aliis præmittitur, ad aliquam de religionibus approbatis, per ſubtractionem ſtipendiorum prædictorum, & alias, diſtrictione quâ convenit, compellatis; invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis; non obſtantibus de certo fratrum, ſeu regularium aut Monachorum numero, & quibuſlibet aliis Statutis & conſuetudinibus domorum, Monaſteriorum, & religionum juramento, confirmatione Apoſtolicâ; vel quacunq; firmitate aliâ roboratis; ſeu ſi aliqui authoritate literarum noſtrarum, in dictis domibus ſeu Monaſteriis, in fratres ſeu Monachos vel regulares alios, quocunq; cenſeantur nomine, ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant; aut ſi Prælatis ſeu Conventibus, aut fratribus domorum & Monaſteriorum prædictorum conjunctim & diviſim à ſede Apoſtolicâ ſit indubium, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli; aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi, mentionem, & qualibet aliâ de ſedis indulgentiâ, generali vel ſpeciali, cujuſcunq; tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus præſentium impediri valeat quomodolibet vel deferri; & de quâ cujuſq; toto tenore habenda ſit in literis noſtris mentio ſpeciales.*

Volumus autem, quod de hiis quæ ſuper præmiſſis duxeritis facienda, nos reddatis, per literas veſtras certiores. Datum Avinioni xvi. *Calendarum* Januarii, *Pontificatus noſtri anno tertio.*

Volentes itaq; mandatis Apoſtolicis reverenter obedire, ut tenemur; & ea, pro viribus, executioni debitæ mandari; *Rogero de Stowe* quondam fratri Ordinis militiæ Templi *Jeruſalem*, Presbytero, coram nobis, inter cæteros convocato; ipſum diligenter monemus, & ſalubriter induximus; quod infra tres menſes monitionis noſtræ tempore computandos, ad aliquam tranſiret de religionibus approbatis ibidem Domino perpetuò ſervituro: Qui quidem *Rogerus*, monitionibus noſtris & injunctis offerens ſe, paratum ut dixit, ad vos & religionem veſtram tranſire; elegit obedientiam veſtrâ regulari diſciplinæ in domo veſtræ inter vos, ſecundùm modum, perpetuò moraturum antedictum.

Vos igitur auctoritate Apoſtolicâ ſupradictâ, monemus & inducimus, ac hortamur in Chriſto, ut præfatum *Rogerum*, quondam fratrem militiæ Templi, juxta tenorem Apoſtolici mandati ſupraſcripti, abſq; difficultate qualibet admittatis, ut præmittitur, inter vos perpetuò moraturum; ita quod ob veſtri defectum nos ad id compellere non oporteat . . . . .

De die verò receptionis præſentium, & quid in præmiſſis duxeritis faciendum, nos infra quindecim dies harum receptionis tempore, certificare non omittas, per literas veſtras patentes, harum ſeriem continentes. Datum apud Saltwode tertio Idus *Junii*, anno Domini *MCCCxix*. Nos quoq; dictis Apoſtolicis mandatis & cauſis, cum omni reverentiâ, ſicut decet, parere volentes, præfatum *Rogerum* de *Stowe*, quondam fratrem Ordinis militiæ Templi *Jeruſalem* Presbyterum, ſecundùm formam literarum Apoſtolicarum, ac modum prædictum recipere; ac omnia & ſingula, quatinus mandatum exigit ſupradictum, ...

excerexercere parati ſumus & erimus in Conventu dicto, durante ſpacio in mandato Apoſtolico prædicto ſupra limitato. Datum *Londoniis*, in Capitulo noſtro *xii.* Kal. *Junii*, anno Domini ſupradicto.

Et nos *Walterus*, permiſſione divinâ, *Cantuar.* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas, in hujus teſtimonium copiæ, Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum apud Lamhethe tertio Kal. *Junii.* A. Domini *MCCCxix.*

Ibid,

Pro liberatione bonorum Templariorum, Hoſpitalariis S. Johannis Jeroſolomitani.

W*Alterus*, permiſſione divinâ, *Cantuar.* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas; Venerabili in Chriſto fratri noſtro, domino *Hamoni* Dei gratiâ *Roffenſi* Epiſcopo, ſalutem & Caritatem in domino. Reverendiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini *Johannis*, divinâ providentiâ, ſummi Pontificis Literas Apoſtolicas Verâ Bullâ, & filo canabis, bullatas; non Cancellatas nec oblitas, in veſtrâ & ſuffraganorum noſtrorum præſentiâ, pridiè nobis exhibitas, & penès nos reſidentes, recepimus & inſpeximus; formam quæ ſequitur continentes.

Johannes *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei; venerabilibus fratribus Archiepiſcopo* Cantuarienſi, *& ejus ſuffraganeis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dum in judicium vocationis adducimus diſcrimina, labores, & pericula, quæ dilecti filii Magiſter & fratres Hoſpitalis* S. Johannis Jeroſolomitani, *pro defenſione Chriſtianitatis, continuè ſuſtinent in partibus tranſmarinis; præſertim pro terræ ſanctæ ſubſidio, ad quod elaborant continuè, ſe & ſua liberaliter exponentes; mortis pericula non vitando; reddimus nimirum corde ſolliciti; quod bona ipſorum, quæ pro dicta terra ſanctæ ſubſidio, ipſis ſpecialiter ſunt conceſſa; & ſine quibus ad præmiſſa vacare non poſſunt, in pace poſſideant, per alios occupata recuperent, eaq; eiſdem quorumlibet malignantium auſibus Apoſtolicæ ſedis præſidio ſerventur illæſa: Ad omnium quidem notitiam perveniſſe jam credimus; nec poteſtis vos ignorantiam ſpecialiter allegare; qualiter jamdudum, poſt ſublatum quendam Ordinem militiæ Templi* Jeroſolomitani, *in generali conſilio* Viennenſi, *fælicis recordationis* Clemens *Papa quintus, prædeceſſor noſter; volens de bonis ipſius, quondam Ordini militiæ Templi ſalubriter ordinare, eodem approbante conſilio; domum ipſius militiæ Templi, cæteraſq; domos, Eccleſias, Capellas, Oratoria, Civitates, Caſtra, Villas, terras, grangias, loca, poſſeſſiones, juriſdictiones, redditus atq; jura, omniaq; alia bona mobilia & immobilia, penès ſe manentia, cum omnibus membris, juribus, & pertinentiis ſuis, ultra & citra mare; ac univerſis & quibuſlibet mundi partibus conſiſtentia, quæ ipſe Ordo, ac Magiſter & fratres ipſius Ordinis militiæ Templi, tempore quo ipſe Magiſter, & nonnulli ex eiſdem fratribus communiter* Capti *fuerunt, per ſe vel per quoſcunq; alios, habebant, tenebant, & poſſidebant; vel ad eaſdem Domum & Ordinem, ac dictos Magiſtrum & fratres ipſius Ordinis militiæ Templi quomodolibet pertinebant; nec non actiones & jura, quæ eiſdem Domui, Ordini, vel perſonis ipſius quomodolibet competebant, vel competere poterant, contra quoſcunq; cujuſcunq; dignitatis, ſtatus, vel conditionis exiſterent, in omnibus privilegiis, indulgentiis, immunitatibus, & libertatibus; quibus præfati Magiſter & fratres dictorum domus & Ordinis, ac ipſi domus & Ordo per ſedem Apoſtolicam, vel per Catholicos Imperatores, Reges, & Principes; & fideles alios, vel quocunq; modo erant legitimè communiti, Ordini ipſius Hoſpitalis S.* Johannis Jeroſolomi: *& ipſi Hoſpitali, quibuſdam, tum ex bonis ipſis, in certis locis conſiſtentibus, tum per prædeceſſorem eundem exceptis; quæ nos, poſtmodum ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, præter quædam ex eis, de quibus duximus aliter ordinandum, eiſdem Magiſtro & fratribus, ac Hoſpitali S.* Johannis Jeroſolomitani, *de fratrum noſtrorum conſilio, modo ſimili duximus concedenda; donavit, conceſſit, univit, incorporavit, applicavit, & annexavit inperpetuum, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis.*

Qualiter autem idem prædeceſſor, occupatores dictorum bonorum, aut illicitos detentores, cujuſcunq; ſtatus, conditionis, excellentiæ, vel dignitatis exiſterent, etiam ſi Pontificali, vel regali dignitate vigerent; niſi infra unius menſis ſpacium, poſtquam per eoſdem Magiſtrum & fratres, vel ipſorum nomine, requiſiti fuiſſent, dicta bona, plenè, liberè, & expeditè dimitterent, ipſis, in quibuſcunq; partibus & provinciis conſtitutis, & eorum ſingulis, vel procuratoribus eorum nomine, Hoſpitalis, & Ordinis prædictorum; nec non omnes, qui ſcienter occupatoribus & detentoribus prælibatis, in occupatione vel detentione hujuſmodi, daret conſilium vel auxilium, vel favorem, publicè, vel occultè, Excommunicavit: Capitula verò, Collegia, ſeu Conventus Eccleſiarum, & Monaſteriorum; nec non univerſitates Comitatuum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum; & ipſas Civitates, & Caſtra, villas, & loca, quæ in hiis culpabilia exiſterent: ac etiam Civitates, Caſtra, & loca, in quibus detentores, & occupatores hujuſmodi obtinerent dominium temporale, ſi hujuſmodi domini temporales, in dimittendo bona prædicta, reſtituendo illa Magiſtro & fratribus Hoſpitalis ejuſdem, nomine Hoſpitalis ipſius, obſtaculum adhiberent; & infra dictum menſem ab hujuſmodi præmiſſa non deſiſterent, poſtquam ſuper hoc, ut præmittitur, requiſiti forent, ipſo facto interdicti ſententiis ſubjacere decrevit, à quibus abſolvi non poſſent, donec ſuper hiis plenam & debitam ſatiſfactionem exhibere curarent. Nec veró minus occupatores & detentores hujuſmodi, vel præſtantes eiſdem, ut præmittitur, auxilium, conſilium, vel favorem; ſive ſingulares perſonæ, ſive Capitula, Cellegia, ſeu Conventus Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, aut univerſitates Civitatum, Caſtrorum, terrarum, vel aliorum locorum exiſterent, præter pœnas præſcriptas, omnibus, quæ à Romanâ vel aliis Eccleſiis quibuſcunq; tenerent *veſtram præſentiam convocatis; ipſoſq; diligenter monere, & ſalubriter inducere audeatis; quod infra tres menſes ammonitionis veſtræ tempore computandos, ad aliquam tranſeant de religionibus approbatis, ibidem Domino perpetuo ſervituri: Prælatum quoq; & fratres domus, ſeu Monaſterii, ad quem tranſire voluerint, cum diligentiâ inducatis, ut ipſos in ſocios recipiant, & in fratres: Clericos tantum ut Clericos, laicos ut converſos, ſincerâ in Domino caritate pertractent. Quod ſi fortè Prælatus ſeu fratres omnino id facere recuſârint, ut eoſdem quondam Templarios, etſi non ut fratres, ſaltem in domibus & Monaſteriis ſuis recipiant; ut in iis Domino, juxta votorum ſuorum obſervantiam, famulentur, cum diligentiâ moneatis; & ſi neceſſe fuerit, auctoritate noſtrâ, per cenſuram Eccleſiaſticam compellatis eoſdem.*

Si vero dicti fratres quondam militiæ Templi, infra prædictorum menſium ſpacium, poſt monitionem & inductionem hujuſmodi aliquam de Religionibus approbatis non elegerint, vel ad illam non tranſierint cum effectu, in eâ ſecundùm modum perpetuò moraturi prædictum; ſtipendia ipſis pro vitæ ſuſtentatione deputanda, quibus extunc ipſos fore privatos decernimus, auctoritate noſtrâ eiſdem ſubtrahi faciat; domos & manſiones, ſeu loca quacunq; ejuſdem quondam Ordinis Templi, ſeu Ordinis Hoſpitalis S. Johannis Jeruſalem, *eis pro hujuſmodi ſtipendiis aſſignata, vel quocunq; modo conceſſa nihilominus auferens.*

Ne autem præfati quondam militiæ Templi, domibus, ſeu Monaſteriis, aut locis aliis, ad quæ tranſierint, oneroſi reddantur; volumus & ordinamus quod ipſis in præfatis domibus ſeu Monaſteriis commorantibus, ſtipendia, quæ per alias literas noſtras eis taxari mandamus, & etiam aſſignari faciatis, quamdiu vixerint miniſtrari.

Inſuper volumus & ordinamus, quod dicti Fratres quondam Templi, Prælatis illorum Monaſterium, ſeu domorum ad quæ tranſierint; ſive ut fratres, ſive ut pœnitentes omnino pareant; ipſiq; Prælati in eoſdem fratres, ſicut in alios regulares domorum & Monaſteriorum, ſuam juriſdictionem & correctionem valeant excercere; ita tamen, quod Prælatos religionum, quas dicti fratres quondam Templi duxerint eligendas, per ſingulas domos & loca, ſeu Monaſteria, & obedientiis eis ſubjecta, taliter dividantur; quod ultra duos fratres, in eadem domo vel loco, ſeu Monaſterio, aut obedientiâ non ponantur, domibus dicti Ordinis S. Johannis Jeroſolomi, *exceptis. Cæterùm fratres illos, qui, ut præmittitur, de facto, matrimonia contraxerint, ſinguli veſtrum, in ſingulis Civitatibus & dioceſis, ubi talia contigerint, ad dimittendas uxores, & ad tranſeundum, ut de aliis præmittitur, ad aliquam de religionibus approbatis, per ſubtractionem ſtipendiorum prædictorum, & alias, diſtrictione quâ convenit, compellatis; invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis; non obſtantibus de certo fratrum, ſeu regularium aut Monachorum numero, & quibuſlibet aliis Statutis & conſuetudinibus domorum, Monaſteriorum, & religionum juramento, confirmatione Apoſtolicâ; vel quacunq; firmitate aliâ roboratis; ſeu ſi aliqui authoritate literarum noſtrarum, in dictis domibus ſeu Monaſteriis, in fratres ſeu Monachos vel regulares alios, quocunq; cenſeantur nomine, ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant; aut ſi Prælatis ſeu Conventibus, aut fratribus domorum & Monaſteriorum prædictorum conjunctim & diviſim à ſede Apoſtolicâ ſit indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli; aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi, mentionem, & qualibet aliâ de ſedis indulgentiâ, generali vel ſpeciali, cujuſcunq; tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus præſentium impediri valeat quomodolibet vel differri; & de quâ cujuſq; toto tenore habenda ſit in literis noſtris mentio ſpeciales.*

Volumus autem, quod de hiis quæ ſuper præmiſſis duxeritis facienda, nos reddatis, per literas veſtras certiores. Datum Avinioni xvi. *Calendarum* Januarii, *Pontificatus noſtri anno tertio.*

Volentes itaq; mandatis Apoſtolicis reverenter obedire, ut tenemur; & ea, pro viribus, executioni debitæ mandari; *Rogero* de *Stowe* quondam fratri Ordinis militiæ Templi *Jeruſalem*, Presbytero, coram nobis, inter cæteros convocato; ipſum diligenter monemus, & ſalubriter induximus; quod infra tres menſes monitionis noſtræ tempore computandos, ad aliquam tranſiret de religionibus approbatis ibidem Domino perpetuò ſerviturо: Qui quidem *Rogerus*, monitionibus noſtris & injunctis offerens ſe, paratum ut dixit, ad vos & religionem veſtram tranſire; elegit obedientiam veſtrâ regulari diſciplinæ in domo veſtræ inter vos, ſecundùm modum, perpetuò moraturum antedictum.

Vos igitur auctoritate Apoſtolicâ ſupradictâ, monemus & inducimus, ac hortamur in Chriſto, ut præfatum *Rogerum*, quondam fratrem militiæ Templi, juxta tenorem Apoſtolici mandati ſupraſcripti, abſq; difficultate qualibet admittatis, ut præmittitur, inter vos perpetuò moraturum; ita quod ob veſtri defectum nos ad id compellere non oporteat . . . . .

De die verò receptionis præſentium, & quid in præmiſſis duxeritis faciendum, nos infra quindecim dies harum receptionis tempore, certificare non omittas, per literas veſtras patentes, harum ſeriem continentes. Datum apud **Saltwode** tertio Idus *Junii*, anno Domini *MCCCxix.* Nos quoq; dictis Apoſtolicis mandatis & cauſis, cum omni reverentiâ, ſicut decet, parere volentes, præfatum *Rogerum* de *Stowe*, quondam fratrem Ordinis militiæ Templi *Jeruſalem* Presbyterum, ſecundùm formam literarum Apoſtolicarum, ac modum prædictum recipere; ac omnia & ſingula, quatinus mandatum exigit ſupradictum, ...

excerexercere parati ſumus & erimus in Conventu dicto, durante ſpacio in mandato Apoſtolico prædicto ſupra limitato. Datum *Londoniis*, in Capitulo noſtro *xii.* Kal. *Junii*, anno Domini ſupradicto.

Et nos *Walterus*, permiſſione divinâ, *Cantuar.* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas, in hujus teſtimonium copiæ, Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum apud **Lambethe** tertio Kal. *Junii*. A. Domini *MCCCxix.*

Ibid.

Pro liberatione bonorum Templariorum, Hoſpitalariis S. Johannis Jeroſolomitani.

WAlterus, permiſſione divinâ, *Cantuar.* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas; Venerabili in Chriſto fratri noſtro, domino *Hamoni* Dei gratiâ *Roffenſi* Epiſcopo, ſalutem & Caritatem in domino. Reverendiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini *Johannis*, divinâ providentiâ, ſummi Pontificis Literas Apoſtolicas Verâ Bullâ, & filo canabis, bullatas; non Cancellatas nec oblitas, in veſtrâ & ſuffraganorum noſtrorum præſentiâ, pridiè nobis exhibitas, & penès nos reſidentes, recepimus & inſpeximus; formam quæ ſequitur continentes.

Johannes *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei; venerabilibus fratribus Archiepiſcopo* Cantuarienſi, *& ejus ſuffraganeis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dum in judicium vocationis adducimus diſcrimina, labores, & pericula, quæ dilecti filii Magiſter & fratres Hoſpitalis* S. Johannis Jeroſolomitani, *pro defenſione Chriſtianitatis, continuè ſuſtinent in partibus tranſmarinis; præſertim pro terræ ſanctæ ſubſidio, ad quod elaborant continuè, ſe & ſua liberaliter exponentes; mortis pericula non vitando; reddimus nimirum corde ſolliciti; quod bona ipſorum, quæ pro dicta terra ſanctæ ſubſidio, ipſis ſpecialiter ſunt conceſſa; & ſine quibus ad præmiſſa vacare non poſſunt, in pace poſſideant, per alios occupata recuperent, eaq; eiſdem quorumlibet malignantium auſibus Apoſtolicæ ſedis præſidio ſerventur illæſa: Ad omnium quidem notitiam perveniſſe jam credimus; nec poteſtis vos ignorantiam ſpecialiter allegare; qualiter jamdudum, poſt ſublatum quendam Ordinem militiæ Templi* Jeroſolomitani, *in generali conſilio* Viennenſi, *fælicis recordationis* Clemens *Papa quintus, prædeceſſor noſter; volens de bonis ipſius, quondam Ordini militiæ Templi ſalubriter ordinare, eodem approbante conſilio; domum ipſius militiæ Templi, cæteraſq; domos, Eccleſias, Capellas, Oratoria, Civitates, Caſtra, Villas, terras, grangias, loca, poſſeſſiones, juriſdictiones, redditus atq; jura, omniaq; alia bona mobilia & immobilia, penès ſe manentia, cum omnibus membris, juribus, & pertinentiis ſuis, ultra & citra mare; ac univerſis & quibuſlibet mundi partibus conſiſtentia, quæ ipſe Ordo, ac Magiſter & fratres ipſius Ordinis militiæ Templi, tempore quo ipſe Magiſter, & nonnulli ex eiſdem fratribus communiter* Capti *fuerunt, per ſe vel per quoſcunq; alios, habebant, tenebant, & poſſidebant; vel ad eaſdem Domum & Ordinem, ac dictos Magiſtrum & fratres ipſius Ordinis militiæ Templi quomodolibet pertinebant; nec non actiones & jura, quæ eiſdem Domui, Ordini, vel perſonis ipſius quomodolibet competebant, vel competere poterant, contra quoſcunq; cujuſcunq; dignitatis, ſtatus, vel conditionis exiſterent, in omnibus privilegiis, indulgentiis, immunitatibus, & libertatibus; quibus præfati Magiſter & fratres dictorum domus & Ordinis, ac ipſi domus & Ordo per ſedem Apoſtolicam, vel per Catholicos Imperatores, Reges, & Principes; & fideles alios, vel quocunq; modo erant legitimè communiti, Ordini ipſius Hoſpitalis S.* Johannis Jeroſolomi: *& ipſi Hoſpitali, quibuſdam, tum ex bonis ipſis, in certis locis conſiſtentibus, tum per prædeceſſorem eundem exceptis; quæ nos, poſtmodum ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, præter quædam ex eis, de quibus duximus aliter ordinandum, eiſdem Magiſtro & fratribus, ac Hoſpitali S.* Johannis Jeroſolomitani, *de fratrum noſtrorum conſilio, modo ſimili duximus concedenda; donavit, conceſſit, univit, incorporavit, applicavit, & annexavit inperpetuum, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis.*

Qualiter autem idem prædeceſſor, occupatores dictorum bonorum, aut illicitos detentores, cujuſcunq; ſtatus, conditionis, excellentiæ, vel dignitatis exiſterent, etiam ſi Pontificali, vel regali dignitate vigerent; niſi infra unius menſis ſpacium, poſtquam per eoſdem Magiſtrum & fratres, vel ipſorum nomine, requiſiti fuiſſent, dicta bona, plenè, liberè, & expeditè dimitterent, ipſis, in quibuſcunq; partibus & provinciis conſtitutis, & eorum ſingulis, vel procuratoribus eorum nomine, Hoſpitalis, & Ordinis prædictorum; nec non omnes, qui ſcienter occupatoribus & detentoribus prælibatis, in occupatione vel detentione hujuſmodi, daret conſilium vel auxilium, vel favorem, publicè, vel occultè, Excommunicavit: Capitula verò, Collegia, ſeu Conventus Eccleſiarum, & Monaſteriorum; nec non univerſitates Comitatuum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum; & ipſas Civitates, & Caſtra, villas, & loca, quæ in hiis culpabilia exiſterent: ac etiam Civitates, Caſtra, & loca, in quibus detentores, & occupatores hujuſmodi obtinerent dominium temporale, ſi hujuſmodi domini temporales, in dimittendo bona prædicta, reſtituendo illa Magiſtro & fratribus Hoſpitalis ejuſdem, nomine Hoſpitalis ipſius, obſtaculum adhiberent; & infra dictum menſem ab hujuſmodi præmiſſa non deſiſterent, poſtquam ſuper hoc, ut præmittitur, requiſiti forent, ipſo facto interdicti ſententiis ſubjacere decrevit, à quibus abſolvi non poſſent, donec ſuper hiis plenam & debitam ſatiſfactionem exhibere curarent. Nec veró minus occupatores & detentores hujuſmodi, vel præſtantes eiſdem, ut præmittitur, auxilium, conſilium, vel favorem; ſive ſingulares perſonæ, ſive Capitula, Cellegia, ſeu Conventus Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, aut univerſitates Civitatum, Caſtrorum, terrarum, vel aliorum locorum exiſterent, præter pœnas præſcriptas, omnibus, quæ à Romanâ vel aliis Eccleſiis quibuſcunq; tenerent *in feudum, ipſo facto decrevit eſſe privatos, ſive privata; ita quod ad Eccleſias, ad quas ſpectabant, illa libera, ſine contradictione alicujus reverterentur; earumq; Eccleſiarum prælati, ſive Rectores, de ipſis, pro ſuâ voluntate diſponerent, ſicut utilitati Eccleſiarum ipſarum cognoſcerent expedire.*

Et licet Chariſſimus in Chriſto filius noſter, Edwardus Angliæ *Rex illuſtris, progenitorum ſuorum ſuccedens virtutibus, qui Eccleſiæ Romanæ Ordinationibus, & mandatis ſemper humiliter paruerunt; ad requiſitionem eorum Magiſtri & fratrum, factâ ſibi confeſſione hujuſmodi, & aliis præmiſſis fide plenariâ, præfata bona omnia, dicti quondam Ordinis Templi, in regno & terris ſuis conſiſtentia, tanquam devotus Eccleſiæ filius, pura & libera, ab ejus ditione dimiſerit Magiſtro & fratribus, ac Hoſpitali prædictis; eaq; omnia, per alios regni ſui dimitti mandaverit etiam expedita. Nonnulli tamen Comites & Barones, nobiles, milites, univerſitates Civitatum, Caſtrorum, & alii laici; ac quod gravius mentem noſtram amaricat, aliæ perſonæ eccleſiaſticæ, qui ſe debent fratribus ipſis murum defenſionis opponere, præfatas ſententias non verentes, ad præfata bona conceſſa, ut prædicitur, pro tam ſalubri negotio, Magiſtro & fratribus ſupradictis extendentes, rapaciter manus ſuas, ea ſicut ex ipſorum Magiſtri & fratrum doloroſis celatibus, dolenter audivimus, occuparunt hactenus violenter, & detinent violentiùs occupata, in animarum ſuarum pernitiem, grave dampnum Hoſpitali ejuſdem, ac terræ ſanctæ præcipuè, ad cujus ſubſidium deputata, ut prædicitur, fore noſcuntur non modicum detrimentum; nonnullis executoribus eiſdem Magiſtro & fratribus, ſuper eiſdem bonis, & ſententiis ſupradictis, per prædeceſſorem eundem deputatis; & quod deterius eſt, & leviter ferre non poſſumus, quibus ſpecialiter ineſt ipſius terræ ſanctæ cura præcipua; cujus oppreſſiones, Deo teſte, nos opprimunt, & ad recuperationem ipſius, intentis deſideriis aſpiramus; ac de tali, ſuper occupationibus ipſis, providere remedio, quod tam ſalubris negotii;* viz. *terræ prædictæ ſubſidii, tollatur cujuſlibet cauſa prepedii, conceſſio dictorum bonorum, facta per ſedem eandem, debitum ſortiatur effectum; & occupatores hujuſmodi, à ſuis illicitis actibus reſipiſcant: ipſoſq; ſequatur pœna condigna, in deluſione & contemptu præfatis mandatis & ſententiis Apoſtolicis non deductis, firmari, veſtræ in virtute obedientiæ, & ſub ſuſpenſionis pœnâ, quam & quilibet veſtrum, qui poſtquam hujuſmodi mandatum noſtrum ad vos pervenerit, incurrere volumus ipſo facto, ſi mandatis Apoſtolicis, in hac parte neglexeritis obedire, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes & ſingulos, in Civitatibus & dioceſibus conſtitutos, cujuſcunq; ſtatus vel conditionis exiſtant, & quos inveneritis ſupradicta bona, dicti quondam Ordinis Templi occupaſſe, vel occupata tenere, per ſe vel alios publicè vel occultè, peremptoriè monere curetis; ut infra unius menſis ſpacium, poſt monitionem veſtram hujuſmodi, omnia & ſingula, in quibuſcunq; & ubicunq; conſiſtant, & quocunq; nomine cenſeantur, cum fructibus indè perceptis, & medio tempore percipi potuerunt, Magiſtro & fratribus, ac Hoſpitali reſtituant ſupradictis.*

Alioquin, ſi infra prædictum terminum, eidem monitioni veſtræ, humiliter ac effectualiter non pervenerint; occupata per eos, vel eorum nomine, cum fructibus ex eis perceptis, ut prædicitur, non dimittendo liberè Magiſtro & fratribus ſupradictis; ipſos omnes & ſingulos, cujuſcunq; ſtatus, Ordinis, aut conditionis extiterint, & quacunq; fulgerint dignitate, ex tunc auctoritate noſtra excommunicamus. Capitula verò, Collegia, ſeu Conventus Eccleſiarum, & Monaſteriorum; necnon univerſitates Civitatum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum; & ipſas Civitates, Caſtra, Villas, & loca quæ in hiis culpabilia fuerint; vel in quibus occupatores hujuſmodi dampnum obtinent temporale; ſi infra prædictum terminum, poſt monitionem veſtram, hujuſmodi bona non reſtituerint, ut præmittitur, ſupradicto, ipſo facto, Interdicti ſubjacere ſententiis decernimus. Et ad majorem ipſorum ignominiam ſuper dictas ſententias, & alias pœnas, per prædeceſſorem eundem, ut ſupra, ponitur promulgatas, in tales denuncietis incurriſſe, & ab aliis denunciari faciatis, ac ab omnibus arctius evitari, donec præmiſſa, cum integritate reſtituant, & debitæ abſolutionis beneficium meruerint obtinere; non obſtantibus quibuſcunq; privilegiis & indulgentiis, ipſis vel eorum aliquibus, ab Apoſtolicâ ſede conceſſis; ſeu quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint; etiam ſi, de verbo ad Verbum, ſpecialis mentio ſic habenda præſentibus, quæ ipſis, quoad præmiſſa, in nullo volumus ſuffragari. Datum Avinioni xv. *Kal.* Februarii, *Pontificatus noſtri anno quarto.*

Cumq; ex tenore hujuſmodi literarum, quatenus contenta in eis, veſtram contingunt dioceſim tenemini, ſicut & cæteri exequi principaliter quod eſt veſtrum; præmiſſa ſub Sigillo noſtro vobis fore decrevimus dirigenda; ut vos in executione mandati hujus Apoſtolici taliter habeatis, quod mandantis authoritas minimè contempnetur, diſpendium, quatinus ſit poſſibile, immineat aliundè. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum apud **Lamhethe** Kal. *Novembris*, anno Domini *MCCCxx*.

COENOBIA GALLICANA

Ex Cod. MS. in bibl. Bodl. Oxon. [E. 2. 11. Th.]

De immutatione Ordinis Monachorum. De Abbatibus, & Abbatiis *Normannorum*; & ædificationibus earum.

Libet in præſenti demonſtrare, qualiter, & à quibus antiqua conſuetudo victûs & habitus Monachorum immutata ſit. In *Burgundiâ* eſt locus, qui dicitur *Moliſmus*; ibi tempore *Philippi* Regis *Francorum*, *Robertus* Abbas Cœnobium condidit, & magnæ religionis diſcipulos aggregavit: Poſt aliquantos annos, Regulam *Sancti Benedicti* perſcrutatus, ad literam voluit perſuadere diſcipulis ſuis, ut labore manuum viverent; Decimas & oblationes Clericis, qui dioceſi deſervirent, relinquerent; femoralibus ſtaminiis, pelliceiſq; abſtinerent. At illi è contra, nitentes conſuetudinibus, quæ in occiduis orbis Monaſteriis obſervabantur (quas conſtat eſſe inſtitutas à Beato *Mauro*, diſcipulo ſancti *Benedicti*, & a Beato *Columbano* & (ut ad modernos veniam) a ſancto *Odone* Abbate *Cluniacenci*) dicebant ſe ab eis non recedere. Hæc *Robertus* audiens, & in ſuâ ſententiâ permanens, receſſit ab eis, cum viginti & uno ſibi aſſentientibus; diuq; locum quæſivit doneum ſibi ſuiſq; ſodalibus, qui decreverant Regulam *Sancti Benedicti*, ſicut *Judai* legem *Moyſis* ad literam penitùs obſervare. Tandem *Odo* filius *Henrici*, *Burgundia* Dux, illis compaſſus, Prædium eis in loco qui *Ciſtertius* dicitur, in Epiſcopatu *Cabillonenſi* largitus eſt. Ibi *Robertus* Abbas, cum electis fratribus aliquamdiu habitavit, Deoq; donante, in brevi pleroſq; æmulatores diſtrictæ Religionis, quam in illa Eremo arripuerat, & ſuæ ſanctitatis habere promeruit. Cumq; *Moliſmenſes* per aliquod tempus Paſtore carerent, unoq; Dei virtutibus famoſo decedente, deſpicabiliores erga vicinos & notos fierent. *Vrbanum* Papam ſupplices adierunt eiq; prorſus enodatâ ſerie rerum, quas ſuperiùs retuli, conſilium & auxilium ab eo poſtulaverunt. Ille verò paterno affectu utriſq; conſuluit: Abbati enim Apoſtolicâ juſſit auctoritate, ut priùs Monaſterium repeteret: &, ne laberetur, regulariter regeret: ac in alio, quod poſtmodum inceperat, quemlibet de ſuis idoneum ſubſtitueret. Redeunte itaq; *Roberto* Abbate, ad *Moliſmenſe* Cœnobium, juſſu *Vrbani* Papæ, primus *Albericus* factus eſt Abbas *Ciſtercienſis* poſt ipſum, cui ſucceſſit *Stephanus Anglicus*, qui uterq; magnæ religionis fuerunt. Ipſo adhuc vivente & jubente, *Guido* Abbas *Trium Fontium* electus eſt, & per duos annos idem Monaſterium regens, utcunq; tandem inſipienter reliquit: Deinde *Reinaldus*, filius *Milonis* Comitis de *Bar* ſuper *Sequanam*, ei ſucceſſit: Quo mortuo, anno ab incarnatione Domini *MCLi*. *Gotſuinus*, qui erat Abbas cujuſdam Monaſterii in *Viennenſi* Provincia, natione *Lotharienſis*, factus eſt quintus Abbas *Ciſtercienſis*, excepto *Roberto* Abbate *Moliſmenſe*, qui illum Ordinem inchoaverat; ſed querimoniâ *Moliſmenſium*, & juſſu *Vrbani* Papæ (ut prædictum eſt) ad prius Monaſterum redire compulſus fuerat. Jam fere quinquaginta quinq; anni ſunt, ex quo *Robertus* Abbas (ut dictum eſt) *Ciſtericum* incoluit, Et tanta virorum copia illuc confluxit, ut indè ferè Abbatiæ quingentæ à *milleſſimo nonageſſimo octavo* incarnationis dominicæ, uſq; ad annum ejuſdem divinæ incarnationis *MCLii*. conſurgerent. Et hac de causâ in generali Capitulo, ubi annuatim, mediante menſe *Septembris*, apud *Ciſtercium*, Abbates, & etiam Epiſcopi, qui aſſumpti de illo Ordine, conveniunt, quatenus negligentiæ, quæ omnino in tot & tantis Conventibus nequeunt evitari, emendentur, hac de cauſâ, inquam, quia tantum multiplicabantur Abbatiæ ejuſdem Ordinis, ſtatutum eſt, *ut amplius nullam novam Abbatiam inſtituerent*.

In deſertis atq; ſylveſtribus locis Monaſteria proprio labore condiderunt, & ſacra illis Nomina ſolerti proviſione impoſuerunt; ut & *Domus Dei*, *Clara vallis Eleemoſyna*, *Curia Dei*, & alia plura hujuſmodi: quibus auditores ſolo nominis nectare invitantur feſtinanter experiri, quanta ſit ibi beatitudo, quæ tam ſpeciali denotetur vocabulo. Multi nobiles, & divites, & profundi ſophiſtæ, pro novitate ſingularitatis ad eos concurrerunt & inuſitatam diſtrictionem ſponte amplexati ſunt.

Eodem fere tempore, quo Ordo *Ciſtercienſis* in *Cabillonenſi* parochiâ exortus eſt, *Carthuſienſis* etiam in Epiſcopatu *Granopolitano* adinventus eſt. Genus hoc Eremitarum ſub Priore agit, nec numerum tertium Decimum eorum multitudo tranſcendit. Unuſquiſq; in Cellâ ſuâ, privatis diebus ſeparatis ab aliis, orat, dormit, & manducat: Quæ Cellæ tamen contiguæ, & loco conjuncta ſunt, Feſtis diebus ad Eccleſiam, & ad menſam conveniunt, & de ſpiritualibus inter ſe conferunt. Inſtituta verò, & nocturni & diurni officii, ſecundùm Regulam *Sancti Benedicti* perſolvantur.

Exacto aliquanto tempore exindè, ex quo *Ciſtercienſis* Ordo inceptus eſt, *Andreas* genere *Italus*, de *Valle Bruciorum* Monachus effloruit, & in *Biturienſi* pago Monaſterium, quod *Caſale Benedicti* nuncupatur, conſtruxit.

Iiſdem temporibus tres ſocii in Religione fuerunt, *Bernardus*, qui priùs fuerat Abbas *Quinciaci*, in *Pictavenſi* ſolo; & *Robertus* de *Arbrexo*; & *Vitalis* Eremita, qui fuerat Capellanus Comitis *Moritolii*: Hi ſinguli, ſingula Monaſteria ædificaverunt: *Bernardus*, quia nolebat Monaſterium *Quinciaci*, quod hactenus liberum fuerat, Monachis *Cluniaci* ſubjici, cùm *Paſchalis* Papa ei exindè vim inferret, illud relinquens, adjutus à venerabili *Ivone Carnotenſi* Epiſcopo, & *Rottrone* Comite *Moritoniæ*, in loco ſylveſtri, qui *Tiron* dicitur, Cœnobium in honorem *Sancti Salvatoris* conſtruxit. Hic omnes ad ſe venientes ſuſcipiebat; & artes, quas noverant legitimas, infra Monaſterium exercere præcipiebat: Cui ſucceſſit *Willielmus Pictavenſis*, vir literatus, & admodum religioſus. *Robertus* de *Arbrexo*, vir aptus ad lucrandas animas, & prædicandum verbum Dei, Cœnobium, quod *Fons Ebrardi* dicitur, in confinio *Andegavenſis*, & *Pictavenſis* ſoli ædificavit, & Sanctimoniales fœminas, ſub arctiſſimâ Regulâ ibidem congregans, eis *Petronillam* Abbatiſſam præfecit. Quâ mortuâ ſucceſſit ei regimine ejuſdem Monaſterii, *Matildis* ſoror *Gaufridi* Comitis *Andegaviæ*.

Vitalis Eremita, optimus ſeminiverbius in confinio *Normanniæ*, & *minoris Britanniæ* in vico *Savinurio*, Monaſterium ædificans, modernas inſtitutiones in aliquibus *Ciſtercienſibus* ſimiles, Monachis ſuis impoſuit, Huic ſucceſſit *Bajocenſis Gauffridus*, *Caraſienſis* Monachus vir admodum literatus, & in religione fervens. Hic multa Monaſteria ſuâ *Ciſtercienſi* Ordini . . . . . . & exinde poſt paucos annos, ut Deo liberiùs poſſet vacare, relictâ curâ Monaſteriorum, in Monaſterio *Claræ Vallis*, Deo & ſibi vacans delituit. Cui ſucceſſit in regimine *Savinurii*, *Ricardus* de *Curceio*, Prior ejuſdem loci.

Eodem anno & tempore, Magiſter *Willielmus* de *Campellis*, qui fuerat Archidiaconus *Pariſienſis*, vir admodum literatus & religioſus, habitum Canonici Regularis ſumens, cum aliquibus diſcipulis ſuis extra urbem *Pariſ.* in loco ubi erat quædam Capella *Sancti Victoris* martyris, cæpit Monaſterium ædificare Clericorum: Aſſumpto autem illo ad Epiſcopatum *Cantalavenſium*. venerabilis *Geldomus*, diſcipulus ejus, primus Abbas ibi factus eſt. Sub cujus regimine multi Clerici nobiles ſecularibus & divinis literis inſtructi, ad illum locum habitaturi convenerunt. Inter quos Magiſter *Hugo Lotharienſis*, & ſcientiâ literarum, & humili religione maximè effloruit. Hic multos libros edidit, quos quia vulgò habentur, non oportet enumerari. Eodem etiam tempore novi Canonici Regulares, apud *Trimucum Berengarii*, & apud *Premonſtratum* adunati ſunt, labore manuum viventes, laneis veſtibus, & his ruſticanis & vilibus utentes.

Videntes itaq; Abbates nominatiſſimorum Monaſteriorum, quæ Reges *Francorum*, & alii conſulares viri, & potentes, in prædiis ſuis ædificaverunt, ſed propter abundantiam divitiarum nimium diſſoluta erant, Monachos novi Ordinis *Ciſtercienſis*, *ſcil.* & *Carthuſienſis*, necnon etiam Canonicos, quos prædiximus, vitam ſuam ſub diſtrictâ religione agere, rubore ſuffuſi, vel ſpontè vel inviti (coacti. *videlicet* à Regibus & pontificibus) Monachos ordinatiſſimorum Monaſteriorum; *ſcil. Cluniaci*, *Majoris Monaſterii*; *Becci*, & aliorum æquè in religione vivere ſtudentium, ad ſe evocant; & ad eorum exemplum vitam ſuorum ſubditorum conformare ſatagunt. Ad regimen etiam Abbatiarum minus religioſarum aſſumuntur plurimi Abbates de illis Monaſteriis, quæ in religione aliis præcellere videbantur.

Quia de Monaſteriis noviter factis aliqua diximus, libet de Ducum *Normanniæ* piis operibus in ædificatione ſive reædificatione Monaſteriorum, aliqua vel breviter commemorare.

Rollo igitur, qui & *Robertus*, anguſtiâ temporis poſt baptiſmum præventus, nullum Monaſterium vel inſtituit, vel renovavit: Set (ſicut ſuperiùs jam diximus) multas poſſeſſiones pluribus Eccleſiis & Monaſteriis donavit.

Willielmus filius ejus, *Longaſpata*, Monaſterium *Gemeticenſe*, quod Sanctus *Phillibertus* conſtruxerat, ſed *Haſtingus* paganus deſtruxerat, reſtauravit; in quo fuerunt Abbates à Sancto *Philliberto* uſq; ad exterminium ejuſdem Monaſterii, viginti; à reſtauratione verò quæ ſub *Martino* Abbate facta eſt (quem

Gerle

Gerloc Comitiſſa *Pictavenſis*, cum duodecim Monachis à Monaſterio S. *Cypriani Pictavis*, miſit *Willielmo* fratri ſuo Duci *Normanniæ*) uſq; ad annum *MCLiv.* dominicæ incarnationis (quo iſte Catalogus Abbatiarum *Normanniæ* factus eſt à nobis) fuerunt Abbates *xiiii.* quorum ultimus fuit *Euſtachius* ejuſdem loci Monachus.

Primus *Ricardus*, filius *Willielmi* Ducis, tria Monaſteria; unum *Fiſcanni*, in honorem ſummæ *Trinitatis*; aliud in *Monte Tumba*, in honorem Sancti *Michaelis*; tertiam *Rothomagi* in venerationem S. *Petri*, Sanctiq; *Audoeni*, multas poſſeſſiones, quæ eis à paganis ablatæ fuerant, reſtituendo reſtauravit, licèt *Ricardus* filius, plurima prædia addendo, & ordinem Monachicum in eis ponendo ipſa conſummaverit. Monaſterio *Fiſcannenſi* primus Abbas præfuit *Will. Cluniacenſis* Monachus; & habuit ſub regimine ſuo Monaſterium Sancti *Benigni Diuhonis*, Sanctæ *Trinitatis Fiſcannenſis*; Sancti *Germani*, *Pariſienſis*; S. *Faronis*, *Meldis*, S. *Mich.* de *Monte tumba*, & alia Monaſteria ferè triginta. Secundus Abbas *Fiſcanni*, *Johannes Longobardus*. Tertius, *Willielmus*, Monachus S. *Stephani*, *Cadomi*. Quartus, *Rogerus*, ejuſdem loci Monachus. Quintus, *Henr.* Monachus *Cluniac.*

In Monaſterio Sancti *Michaelis* fuerunt Abbates ferè *xiv.* quorum decem habuerunt de extraneis Monaſteriis.

Hildebertus primus Abbas factus eſt in Monaſterio Sancti *Audoeni*, poſt inſtaurationem. Secundus, *Herfaſtus*. Tertius *Nicolaus*, filius tertii *Ricardi* Ducis *Normanniæ*. Quartus, *Hiſgotus*, Prior *Cadomi*, hic Ordinem emendavit. Quintus, *Willielmus*. Sextus, *Reinfridus*, ejuſdem loci Monachus. Septimus *Frehernus* Monachus *Cluniacenſis*.

Secundus *Ricardus*, Dux *Normanniæ*, ex integro Abbatiam Sancti *Wandregeſili* quam *Fontinellam* antiquitùs vocaverunt, reædificavit. A Sancto *Wandregiſilo* uſq; ad *Mainardum*, qui tempore primi *Ricardi* cœperat eundem locum, pro poſſe ſuo emendare, fuerunt Abbates *xiv.* A *Mainardo* uſq; ad præſens tempus *xii.* quorum ultimus fuit *Rogerus*, Monachus ejuſdem loci, qui adhuc ſupereſt.

Judith Comitiſſa, uxor ſecundi *Ricardi*, fecit Monaſterium *Bernaii*. Hujus cuſtodes fuerunt *Radulfus* Abbas S. *Michaelis*, & poſt ipſum *Theodoricus Gemeticenſis*; quorum Prior dedit *Uticum* & *Bellum montellum Hunfrido* de *Vetulis*; ſequens verò medietatem burgi *Bernaii*, Patri *Rogerii* de *Monte Gomerici*, ut indè ſe procuraret quando *Bernaium* veniſſet. Primus ibi factus eſt Abbas *Vitalis*, Monachus *Fiſcanni*, cui cum poſtmodum *Willielmus* Rex *Anglorum* Abbatiam Sancti *Petri Weſtmonaſterii* dediſſet; *Oſbernus* frater ejus Monachus *Troarnenſis*, ſecundus præfuit Monaſterio *Bernaii*. Tertius, *Nicolaus*, Monachus *Fiſcanni*. Quartus, *Ric.* Monachus ejuſdem loci.

Monaſterium S. *Thaurini Ebroicenſis*, prædictus *Ricardus* ſecundus Dux *Normannorum*, ex parte reſtauravit: Cui Monaſterio noſtris temporibus præfuerunt Abbates, *Radulfus*, *Willielmus*, *Paulus*, *Philippus*, *Ranulfus* Monachi *Fiſcanni*. Item *Villare Monaſterium*, quod Sanctus *Philibertus olim* conſtruxerat, prædicti Principis uxor, ſcilicet *Judith*, ad opus Sanctimonialium reparavit.

Venerabilis *Herluinus* in proprio ſolo Monaſterium *Becci* ædificans, primus eidem Monaſterio præfuit. Cui ſucceſſit *Anſelmus*, *Willielmus Boſo*, *Theobaldus*, *Lecardus*, *Rog.* ejuſdem Monaſterii Monachi.

Robertus Dux *Normannorum* filius ſecundus *Ricardi*, ædificavit Monaſterium *Ceraſiacenſe*. Primus Abbas ibi præfuit *Durandus*, Monachus S. *Audoeni*. Secundus, *Almodus* exabbas S. *Michaelis* de *Monte*. Tertius, *Garinus*, Monachus S. *Michaelis*. Quartus, *Hugo*, Monachus *Troarnenſis*. Quintus, *Hugo*, Monachus ejuſdem loci.

Willielmus Dux, filius prædicti *Roberti*, duo Cœnobia *Cadomi* ædificavit; unum virorum, & alterum fœminarum.

Monaſterio Monachorum primus Abbas præfuit *Lanfrancus*, Prior *Becci*. Secundus, *Willielmus*. Tertius, *Giſlebertus*. Quartus, *Robertus*. Quintus, *Eudo*. Sextus, *Alanus*. Septimus, *Petrus*, ejuſdem loci Monachi.

Willielmus filius, Dux *Geroii*, Monachus *Becci*, & nepotes ejus *Robertus* & *Hugo* de *Grentemaiſnil*, reſtauraverunt Monaſterium S. *Ebrulfi* apud *Uticam*: Sed quia idem *Will.* cùm ſuſcepiſſet habitum Monachi apud *Beccum* dederat eundem locum *Beccenſi* Monaſterio; unde etiam *Lanfrancus*, qui poſtea fuit Abbas *Cadomi*, cum tribus Monachis illo directus eſt ad habitandam; ideo dedit villam *Ruſſeriæ* Eccleſiæ *Becci* pro commutatione Eccleſiæ S. *Ebrulfi*. Primus Abbas præfuit huic Monaſterio *Theodoricus Gemeticenſis*, Secundus, *Robertus* Prior ejuſdem loci. Tertius *Oſbernus*, Monachus S. *Trinitatis*, *Rothomagi*. Quartus, *Manerius*. Quintus, *Rogerus*. Sextus, *Garinus*. Septimus, *Ricardus*. Octavus, *Ranulfus*. Undecimus, *Bernardus*, Monachus ejuſdem loci.

Goſſelinus Vicecomes *Artacenſis* patruus *Godefridi*, Patris *Matildis* uxoris *Will.* Camerarii, fecit Monaſterium S. *Trinitatis* in *Monte Rothomagi*. Et Monaſterium inſtituit *S. Amandi*, intra muros ejuſdem civitatis, ad opus Sanctimonialium. Monaſterio S. *Trin.* de *Monte*, primus præfuit *Iſembertus Teutonicus*, vir religioſus, Monachus *S. Auderni*. Secundus, *Reinerius*. Tertius, *Walterius* Quartus, *Helias*. Quintus, *Walterius* ejuſdem loci Monachi.

Eodem tempore, *ſcilicet* ſub duce *Willielmo*, reſtauratum eſt Monaſterium *Sanctæ Crucis*, *Sanctique Leuffredi*, de terra quæ fuerat *Helchonis* de *Cruce*; primus Abbas factus eſt hujus Monaſterii, poſt reſtaurationem, *Albericus*. Secundus, *Henr.* Tertius, *Will.* Monachi S. *Audoeni*. Quartus

& quintus *Garnerius* & *Rodolphus* Monachi ejuſdem loci.

Rog. de *Toenio* conſtruxit Monaſterium *Caſtelionis.* Cui Monaſterio primus & ſecundus Abbates præfuerunt *Gilb.* & *Willielmus*, Monachi *Fiſcanni.* Tertius & quartus *Will.* & *Zocardus*, Monachi *Bleſis.* Quintus *Giſlebertus*, Monachus *Becci.* Sextus & ſeptimus, *Simplicius* & *Vincentius*, Monachi *Columb.* Octavus, *Bernerius*, Monachus ejuſdem loci.

Will. filius *Oſberni Normanniæ* dapifer, & cognatus *Will.* Ducis, duo Monaſteria in honorem beatæ Dei genetricis *Mariæ* ædificavit, unum apud *Liram*, in quo *Aelizam* uxorem ſuam, filiam *Rogeri* de *Toeneio*, poſtmodum ſepelivit; Alterum apud *Cormelias*, in quo ipſe mortuus conditus eſt. Primus Abbas *Liræ* fuit *Robertus* ejuſdem loci Monachus. Secundus *Erfaſtus.* Tertius, *Burno.* Quartus *Ernaldus.* Quintus, *Hildebertus.* Sextus, *Giſlebertus*, Monachi Sancti *Ebrulfi.* Septimus, *Will.* ejuſdem loci Monachus. Octavus, *Radulphus*, Monachus *Becci*: Hic ordinem reparavit. Nonus, *Hildebericus*, Monachus Sancti *Ebrulfi.* Decimus, *Will.* Monachus ejuſdem loci. *Cormeliis* primus præfuit *Rob.* Monachus S. *Trinitatis Rothomagi*, qui in maris naufragio periit. Cui ſucceſſit *Gauffr.* ejuſdem loci Monachus. Et illi *Wil.* Monachus *Becci.* Et illi *Bened.* Monachus ejuſdem loci.

Hunfr. de *Vetullis Pratellis* duo Monaſteria ædificavit, unum Monachorum & alterum Sanctimonialium. Monachis primus Abbas præfuit *Gauff.* Monachus Sancti *Wandregiſili*; cui ſucceſſit *Gauff.* Monachus ejuſdem loci; cui *Ricardus* de *Tramellis*, vir religioſus & valdè literatus, qui fuerat Monachus Sancti *Vigoris Bajocenſis* ſub *Roberto* de *Tumbâ Helenæ*, qui fuit illius loci primus Abbas & ultimus. *Ricardo* ſucceſſit alter *Ricardus.* Et illi *Reinaldus*, ejuſdem loci Monachus, Et illi *Michael* Monachus *Becci.*

Rogerus de *Monte Gomerici*, filius *Rogerii* Vicecomitis *Oſſunenſis*, in honorem Sancti *Martini* duo Monaſteria ædificavit; unum in ſuburbio *Sagienſis Urbis*, & alterum in Vico ſuo *Troarno* ſuper *Dinam.* Monaſterio *Sagienſi* primus præfuit *Robertus* Monachus S. *Martini Troarnini.* Secundus *Rodulphus* Monachus ejuſdem loci. Cui ſucceſſit *Hugo.* Et illi *Gilbertus.* Item *Giſlebertus* & *Johannes* Monachi ejuſdem loci.

At Monaſterio *Troarnenſi* primus præfuit *Durandus* Monachus *Fiſcanni.* Cui ſucceſſit *Arnulfus*; Prior *Sagii.* Et illi *Andreas*, Monachus ejuſdem loci. Et ei *Ricardus* Monachus *Cluniaci.* Et illi *Giſlebertus* Monachus ipſius loci.

Fecit etiam, immo reſtauravit, prædictus Comes *Rogerus* Monaſterium fœminarum apud *Almenechias*, ubi olim *Sancta Oportuna* fuerat Abbatiſſa, antequam *Normanni* in Regnum *Francorum* venirent.

Lecelina Comitiſſa *Aucenſis*, relicta *Will.* Comitis, qui fuerat naturalis frater ſecundi *Ricardi Normannorum* Ducis, adjuta à filiis ſuis *Roberto* Comite *Aucenſi*, & *Hugone* Epiſcopo *Lexovienſi*, Monaſterium Sancti *Petri* ſuper *Dinam*, virorum, & Monaſterium fœminarum ante urbem *Lexovienſem*, virili animo conſtruxit. Monaſterio S. *Mariæ Dinæ*, primus Abbas factus eſt *Arnardus*, Monachus Sanctæ *Trinitatis* de *Rothomago*: Cui ſucceſſit *Fulco*, Prior Sancti *Ebrulfi.* *Fulconi Benedictus*, Prior S. *Audoeni.* Quartus, *Gauterius*, Monachus *Gemeticenſis.* Quintus *Robertus*, Monachus Sancti *Dionyſii.* Sextus, ſeptimus, octavus, *Rodulfus*, *Ricardus*, & *Haimo*, Monachi ejuſdem loci. Nonus, *Warnerius*, Monachus *Cluniacenſis.*

Filius verò prædictæ *Lerelinæ*, *Robertus* Comes *Aucenſis*, Monaſterium Sancti *Mich. ulterioris portus* ædificavit; in quo primus Abbas fuit *Herbertus* Monachus S. *Trinitatis* de *Monte Rothomagi.* Secundus, *Alueredus* Monachus. Tertius, *Oſbernus*, Monachus ejuſdem loci. Quartus *Fulcherius.* Monachus *Cluniacenſis.*

At *Rogerus* de *Mortuomari*, filius *Walterii* de *Sancto Martino*, frater verò primi *Will.* de *Warennâ* Monaſterium S. *Victoris* in proprio ſolo fundavit, & ædificavit. Cui præfuerunt Abbates *Ricardus*, *Robertus*, *Mainardus*, *Hugo* Monachi S. *Audoeni.*

Ricardus Comes *Ebroicenſis* in eadem urbe ad opus Sanctimonialium Monaſterium S. *Salvatoris* conſtruxit.

Monaſterium S. *Mariæ Greiſtein Herluinus* de *Contevillâ* condidit, in quo ipſe requieſcit corpore, & *Herleva* uxor ejus. Horum filii fuerunt *Robertus* Comes *Moritolii*, qui idem Monaſterium auxit, & *Odo* Epiſcopus *Bajocenſis.* Primus Abbas ejuſdem Monaſterii, *Gauffridus* Monachus S. *Sergii Andegavenſis*, Secundus *Fulcoius* Monachus *Sagii.* Tertius, *Herb.* Monachus ejuſdem loci. Conſuetudines & Monachos in initio habuerunt partim de S. *Wandregiſilo*, partim de *Pratellis.*

Hugo Vicecomes *Abrincatenſis*, poſtea Comes *Ceſtrenſis*, Abbatiam S. *Severi* in *Conſtantinenſi* Epiſcopatu fecit. Primus Abbas fuit ejuſdem *Anſelmus*, Monachus *Gemiticenſis.* Secundus, *Arnulfus Ebroicenſis.* Tertius, *Petrus*, Monachus S. *Benedicti*, *Floriaci.* Quartus, *Robertus*, ejuſdem loci Monachus. Quintus, *Guido Ceſtrenſis.*

Monaſterium S. *Trinitatis Exaquii*, *Eudo* cum Capello fecit: Primus Abbas ejus *Rogerus*, Monachus *Becci.* Secundus & tertius *Gaufridus* & *Garinus* Monachi ejuſdem loci. Quartus, *Robertus* Monachus *Cadomi.* Quintus & ſextus *Radulfus* & *Rog.* Monachi ejuſdem loci.

Nigellus Vicecomes *Conſtantinenſis* Cœnobium S. *Salvatoris* conſtruxit. Primus Abbas ibi factus eſt *Benignus*, Monachus *Fiſcanni.* Secundus, *Hamelinus.* Tertius, *Auffridus.* Quartus, *Will.* Quintus, *Hugo*, Monachus S. *Mich.* de *Monte.*

Monaſterium S. *Stephani Fontaneti*, primus *Rod. Taiſon*, qui fuit avus *iii. Rad.* Patris *ſcil. Jordani Taiſon*, adjutus ab *Herneiſio* fratre ſuo condidit. Primus Abbas ibi conſtitutus eſt *Gauffridus*, Monachus S. *Wandregiſili.* Secundus *Hugo*, Monachus *Troarni.* Tertius, *Herbertus*, Monachus *Cadomi.*

¶ Monaſterium *Montis Burgi* ædificatum eſt à *Rogero* Monacho S. *Crucis*, in Dominio Ducis *Normanniæ*; Cujus primus Abbas effectus eſt idem *Rogerus*, vir religioſus & ſocius *Wimundi*, qui poſtea fuit Epiſcopus *Averſanus.* Huic *Rogero* prædictus *Wimundus* ſcribit librum *De Corpore Domini.* Secundus Abbas fuit *Urſus*, ſubprior *Gemeticenſis*, qui & Ordine & ædeficiis eundem locum nobilitavit. Tertius, *Petrus.* Quartus, *Walterus*, ejuſdem loci Monachus. Hanc Abbatiam dedit *Henricus* Rex *Anglorum Ricardo* de *Reviers*, ut eam cuſtodiret & augmentaret, ſicut propriam; quod & idem facere curavit.

¶ *Rogerus* de *Ibreio* condidit Monaſterium de *Ibreio.* Primus Abbas ibi fuit *Petrus.* Monachus *Columbenſis.* Secundus, *Durandus*, Monachus *Becci.* Tetius, *Osbernus*, Monachus *Fiſcanni.* Quartus, *Hubertus*, Monachus *Columbenſis.* Quintus, *Normannus*, Monachus *Becci.* Sextus. *Hunbertus* Monachus *S. Petri Carenoti.* Nullus autem eorum adhuc potuit reperire ibi ſepulturam.

Monaſterium S. *Mariæ Lonlei* primus *Will. Tallevaeius*, (qui caſtrum Domui *Frontonis* in *Monte*, exciſo nemore erexit) ædificavit. Qui locus, licet in Epiſcopatu ſit *Cœnomannenſi*, ad Ducatum tamen *Normaniæ* pertinet. Primus Abbas ibi fuit *Will.* Monachus S. *Benedicti Floriaci*, ſecundus, *Hugo*, Monachus ejuſdem Monaſterii. Tertius, *Garinus*, Monachus *Ebronis.* Quartus, *Radulphus*, Monachus *Cadomi.* Quintus, *Lanfredus*, Monachus ejuſdem Monaſterii. Sextus, *Johannes*, Monachus S. *Launomari*, *Bleſis*; quo depoſito, ſucceſſit ſeptimus, *Bernio* Monachus S. *Martini Majoris Monaſterii.*

A B B A T I A

S. *Gregorii* de *Banguervilla* in *Normannia.*

Pat. 9 E. 2. p. 2. m. 11. per Inſpex. Videſis Cart. 2. E. 3. n. 73. per Inſpex.

Carta W. *de* Tancervilla *donationes* Radulphi *patris ſui confirmans.*

W De *Tancervillâ*, Camerarius Regis, *Rabello* filio ſuo, & cunctis hominibus ſuis & fidelibus ſalutem: Sciatis quod dedi & conceſſi Deo & Abbaciæ *S. Georgii*, in quâ Monachos poſui auctoritate Apoſtolicâ, & Regis *Henrici* & *Gaufredi Rothomagen.* Archiepiſcopi & Epiſcoporum totius *Normanniæ*, omnes illas donationes, quas Pater meus *Radulfus* Camerarius dederat Canonicis illius loci; *ſcil.* imprimis, in *Magnevillâ* quicquid habebat præter feodum militum, ego do & confirmo perpetuò in elemoſynam; *ſcil.* hoſpites, bordarios omnes, & portum de *Mollecroſta*, & aquam *Sequanæ* ad piſcandum, ſicut ego habebam in meo dominio; & prata & Eccleſiam cum omnibus appendiciis ſuis. Et do & confirmo dona & elemoſinas, quas milites mei dederunt de meo feodo; *ſcilicet xv.* acras terræ circa Eccleſiam, quas *Radulfus* filius *Normanni* dedit novæ Abbaciæ; & quicquid calumpniabat in illâ Eccleſiâ; & decimam de *Hangemara*, & de *Danbon*, ſimiliter confirmo, & de ripariâ terram *Sethebot* & *Griæ*; Eccleſiam de *Bardovill*, & Capellam, & decimam quæ *Gaufridus* filius *Pagani* dedit Monachis, & Eccleſiam *Sancti Martini* de *Chevillon*; & ſimiliter Eccleſiam de *Homvill.*

Inſuper do & confirmo in *Julia Bona* unum molendinum braſarium de meo dominio; & in Vicecomitatu decimam *Lxx.* librarum, quas ibi habeo, & decimam molendini *Eſragi*, & unum hoſpitem, & decimam de omnibus quæ pertinent ad me in foreſtâ *Fiſcanni*, & in foreſtâ *Juliæ bonæ*, & in foreſtâ *Montisburgi*; *ſcilicet* de nummis, de averiis, de arietibus, & de cunctis aliis rebus, & de Herbagio, & de paſnagio; & quietantiam Monachis & hominibus eorum de herbagiis, & de paſnagiis, & de moltâ, & theoloneo; & Monacho Sancti *Martini* procurationem unius militis; ita tamen quando ego vel uxor mea fuerimus apud *Tancervillam*, concedo ut habeat aſinos ſuos quietos ad conſuetudinem meam. Inſuper concedo totam decimam de *Ilas* in omni re, de nummis, de terris, & de herbagio & de paſnagio: & do etiam decimam totam de aliis nemoribus meis de honore de *Manehovilla*, de *Foreſtel*, de nemore de *Torvilla*, & de *Michewich*; & de ſupra *Anſuevillam* totam decimam de herbagio & paſnagio, & de avenis, & cunctis aliis rebus, & etiam decimas terrarum, quæ adjacent iſtis nemoribus, & decimam ſenſuum de *Manehovill*, & de *Torvilla*, & decimam molendini de *Sauchevilla*; & decimam de *Arcell*, & decimam de omnibus quæ habeo in *Diepâ*, & in *Spineto.* Et do unum hoſpitem apud *Manehovillam*, & unum apud *Anſnevillam*, & decimam cenſuum de *Orrivilla*, & apud *Tunum*, de omni eo, quod ibi habeo.

Decimam & villam, quæ dicitur *Holdecot* do & confirmo, ſicut eam Canonici habebant de elemoſynâ Patris mei cum Eccleſiâ illius villæ; ſimiliter totum dominium meum, quod habebam in *Bodevilla* do & concedo, cum boſco & molendino *Stigandi*, & decima de *Torp*, & molta hominum meorum illius villæ; & decimam nemoris de *Larunſai*, in omni re, herbagio, & paſnagio, & de omni conſuetudine totius nemoris, in avenis, & gallinis, & aliis rebus. Apud Sanctum *Georgium* do omnia mea dominia in vavaſſoribus, in terris, & pratis, & alnetum totum de arabili terrâ, uſq; in *Sequanam*, cum foſſato *Rabelli*, & *Baucheri*, & Canonici; & do inſulam *Rabelli*, cum hoſpitibus, & do & confirmo in *Limeſi* decimas de meo feodo, quas milites mei dederunt Abbaciæ, *Gaufridus* & *Alanus*, & quicquid

Rogerus filius *Orm* dedit in hoſpitibus, in terris, in boſco & plano & in Eccleſia. Et in *Abetot* do Eccleſiam & decimam & terram pertinentem Eccleſiæ, & quatuor acras, quæ ſunt inter Eccleſiam & domum *Roberti* filii *Urſi*, & tres acras apud *Capeton*. Et do etiam Eccleſiam Sancti *Romani*, & decimam mercati ejuſdem villæ; & decimam molendinorum meorum de *Bruredan*: Et Eccleſiam de *Eſprotot*, cum decimâ, ſicut *Hubertus* eam tenuit. Apud *Riſpevillam* do totum meum dominium, & totam villam, *ſcil. xxxii.* hoſpites, & totum boſcum ſicut mater mea conceſſerat Abbaciæ. Apud *Wimunvill* do quicquid habebam, & portum meum de *Berneval*, & navem quam habeo quietam, apud *Eſtrutart*.

In *Anglia* do Abbaciæ, de meo Dominio, villam de * *Aneberia*, & *Wintrebornam*, cum terris & pratis meis, & nemore, & *Beleberiam*, & *Catacumbam*, & * *Weſtonam*, cum Eccleſiâ. Et do Eccleſiam de **Yeiles**, & totam decimam de meo dominio, & de pomeriis, & de terris.

Et in *Rothomago* do quatuor domos, quietas, cum pratis meis. Teſtibus, *Gaufrido* filio *Pagani*, *Euuardo* de *Saleſb. Will.* de *Fiſc. Rogero Pavilli*, *Johanne* de *Boſemuncel*, *Gilberto* de *Eaz*, & aliis.

* **Anebury** in Com. *Wilteſ.* Cella S. *Georgii* de *Bauquervilla*.
* **Edyweſton** in Com. *Rutl.* alia Cella.

Cart. 2. E. 3. m. 29. n. 73. per Inſpex.

Carta Regis Henrici *ſecundi, pro terris Monachorum de* Bauquervill *infra metas Foreſtæ de* **Rotelande** (*in* Angliâ) *excolendis*,

HEnricus de gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, omnibus Juſtitiariis ſuis, & magiſtris Foreſtariarum in *Anglia* ſalutem: Sciatis nos dediſſe licentiam, & poteſtatem Monachis S. *Georgii* de *Baukervill*? quatinùs totam terram ſuam de **Huchelay**, quam *Willielmus* Camerarius de **Tankervill** dedit eidem Abbaciæ, & quæ eſt ſita, infra metas Foreſtæ de **Rotelande**, & quantum ibi habent brullii poſſint excolere, & convertere ad terram arabilem, ad opus Abbaciæ. Et do eis quietantiam bonam de rewardo, & de waſto in illo brullio, & in toto brullio ſuo, & in terrâ ſuâ de **Catecumbe**, & in omnibus quæ ad dictum nemus pertinent, ſine impedimento alicujus. Et volo & firmiter præcipio, ne aliquis eis injuriam ferat vel de terrâ illâ, vel de rebus aliis, quæ ab antiquis temporibus, ad præfatam Eccleſiam pertinere noſcuntur, ſed teneant benè, & in pace, liberè, & quietè, & honorificè in puram & perpetuam elemoſynam. Teſtibus, *Henrico Bajocenſi*, *Frogero Sagienſi*, *Reg. Bathon.* Epiſcopis; Magiſtro *Waltero* de *Conſtantiis*, *Richardo Guiffard* apud *Rothamagum*.

Ibid.

Alia Carta dicti Regis Henrici, *de diverſis privilegiis & immunitatibus eiſdem Monachis conceſſis.*

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſc. (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, Deo & Abbatiæ Sancti *Georgii* de *Balkiervill*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes, quæcunq; eis factæ ſunt, & confirmatæ Cartis donatorum ſuorum. Do etiam & concedo prædictæ Abbatiæ & manupaſtui ejus, in propriis rebus, libertates, & quietantias per totam terram meam, citra mare, & ultra; *ſcil.* in partibus maris, & *Sequana*, & in Civitate *Rothomagi*, quietantiam de theoloneo, & de modiatione, & de omnibus aliis conſuetudinibus, & in Foreſtâ *Roumare*, viride lignum, de liberatione captum ad omne opus Sancti faciendum, & ad Ignem Abbatiæ & herbagium & paſnagium ſibi, & manupoſtui ejus quietum, & in omnibus dominicis meis Foreſtis; Inſuper & quietantiam in omnibus civitatibus meis, Caſtellis; Burgis, Mercatis, paſſagiis, & portibus citra mare, & ultra. Præcipio etiam, quod Maneria ipſius Abbatiæ in *Anglia*; *ſcil. Anesberia*, * *Wintreborna*, & *Weſtona* * habeant quietancias, & libertates ſuas de ſciris, & Hundredis, & de **Teingepeni**, & de **Danegeldo**, & de omnibus aliis rebus. Volo etiam, & firmiter præcipio, quod prædicta Abbatia Sancti *Georgii* de *Balkiervill*, & Monachi in eâ Deo ſervientes, omnia ſupradicta habeant, & teneant, in liberâ, & perpetuâ elemoſynâ, benè & in pacè, & liberè, & quietè, plenariè, integrè, & honorificè, in Eccleſiis, & terris, & Decimis; in aquis, & molendinis, & in omnibus aliis locis, & aliis rebus ad eam pertinentibus; & cum omnibus libertatibus, & quietanciis, & liberis conſuetudinibus ſuis. Teſtibus, *Radulpho* de *Wadnevilla* Cancellario, *Seharo* de *Quenci*, *Roberto* de *Stutevill*, *Reineiro* de *Pavelli* apud *Juliam bonam*.

* *Anesburia*, in Com. Wil*teſ.* Cella Abbatiæ S. *Georgii* de *Bauquervill*.
* *Weſton* (vulg. *Ediweſton*) in Com. *Rutl.* Cella ejuſdem.

ABBATIA

de Becco, in ducatu *Normanniæ*.

De primâ fundatione ejuſdem.

Ex Collect. *Rob. Glover Somerſet* Heraldi [Miſcel. lib. 1.]

G*iſlebertus Brionenſis* Comes, primi *Ricardi Normannorum* ducis nepos, ex filio conſule *Godefrido*, *Herlewinum* primum Abbatem *Beccenſem*, enutritum penès ſe, inter omnes curiæ ſuæ primates habuit acceptiſſimè. Habilis ille ad arma plurimùm erat, nec minori eâ animoſitate geſtabat. Omnes omnium totius *Normanniæ* majorum familiæ in electis illum habebant in armis, omniq; rei militaris uſu & cultu corporis ſui attollebant. Ab inhoneſtis avertebat animum honeſtis; quæ curiæ magni faciunt, impendebant omne ſtudium. Domi ac militæ commilitonum ſuorum præſtantiſſimus erat: quibus de rebus, non ſolùm ſingularem Domini ſui obtinuerat favorem verumetiam, apud *Robertum* totius *Normanniæ* ducem, & apud exterarum dominos regionum pepererat ſibi nomen plurimum, acceſſumq; familiarem. Hic talis & tantus vir, cum prediis ac facultatibus, licèt minimis, ad monacatum venire deſiderans, & in fundo ſui juris, qui *Burnevilla* dicitur, haud procul à *Brionnio*, volens Cœnobium conſtruere, Eccleſiam ædificavit in honorem S. *Mariæ*, ibiq; religionis habitum, ab Epiſcopo *Luxovienſi Herberto*, maximæ ſanctitatis viro, quadrageſſimo ætatis ſuæ anno devotè ſuſcepit. Nec multo poſt ab eodem præſule ſacerdos ordinatus eſt, & Abbas conſtitutus, quia propter paupertatem ipſius loci quivis alius regimen ipſum nolebat ſuſcipere. Verum, quia campeſtris & inaquoſus eſt locus monitus per ſoporem à beatâ Dei genitrice *Mariâ*, in vallem ad rivum, qui *Beccus* dicitur, Deo adjutore ſucceſſit, ibiq; nobile ædificare cæpit in honorem ejuſdem Matris Domini *Mariæ*, Monaſterium, quod Deus perfecit ad ſui nominis gloriam: cui Deus ad auxilium & conſilium adauxit, juxta deſiderium cordis ſui *Lanfrancum*, virum peritiſſimum, deinde *Anſelmum*: qui ambo poſtea Archiepiſcopi *Cantuariæ* conſecrati ſunt.

Rot. Norm. 1. H. 5. p. 1. 213. per Inſpex.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

HEnricus Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andegav.* Arciepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti meâ Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* & Monachis de *Becco Herlevini*, omnes donationes & elemoſynas Eccleſiarum, decimarum, terrarum, (&c.) quæ eis factæ ſunt, in totâ terrâ meâ, tam in *Normanniâ*, quàm in *Angliâ*: Et præcipuè ex dono *Baldvini Clare*, filii Comitis *Giſleberti*, *Pulletam*, juxta *Sapum*, cum omnibus pertinentiis ſuis; & in *Novavillâ* quaſdam terras & decimam molendinorum ſuorum. Et ex dono ipſius Eccleſiam de *Boſco Ranulſi*, cum jure patronatus & advocationis, & omnibus aliis rebus ad eandem pertinentibus. Ex dono *Radulſi* de *Groelai*, quando factus fuit Canonicus, Eccleſiam de *Huanariâ*, cum jure patronatus & advocationis, & decimâ, & omnibus aliis ejuſdem Eccleſiæ pertinentiis. Ex dono *Fulconis*, de *Aneto*, & hominum ſuorum, Manerium de *Meſnillo-Simonis*, cum Eccleſiâ, & omnibus Eccleſiæ & Manerii pertinentiis. Ex dono *Albredæ*, ſororis ejuſdem *Fulconis*, aſſenſu & voluntate ipſius, terram de *Groſelers*, quæ eſt juxta *Landam* ſita, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Willermi Criſpini*, Eccleſiam de *Droecurt*, cum terrâ & decimâ, & omnibus ejuſdem Eccleſiæ pertinentiis. Ex dono *Girardi* de *Gornaio*, & *Baſiliæ* matris ſuæ, medietatem totius Manerii de *Longolio*, cum omnibus ad ipſum Manerium pertinentibus. Item ex dono ipſius *G.* & *B.* matris ejus, Eccleſiam de *Brannoſt*, cum terrâ & decimâ, & omnibus, quæ ad eam pertinent, & Manerium de *Boſco Girardi*, cum omnibus pertinentiis. Ex dono *Galchelini* de *Mancelles* Eccleſiam S. *Mariæ* de *Aion*, cum jure patronatus & advocationis, & decimâ, & omnibus aliis ejuſdem Eccleſiæ pertinentiis, & *xx*. acras terræ.

Ex dono *Rogeri* filii *Ricardi* Manerium de *Colevillâ*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Will. Malet*, Manerium de *Contevillâ*, cum Eccleſiâ & omnibus ejuſdem Eccleſiæ & Manerii pertinentiis. Ex dono *Roberti* de *Monteforti* Eccleſias de *Monteforti*, & de *Appevillâ*, & de *Froulancurt*, cum terris & decimis, & omnibus earundem Eccleſiarum pertinentiis. Ex dono *Thomæ Bard* & *Rohais* uxoris ſuæ, Eccleſiam de *Bernonville*, cum jure patronatus, & advocationis, & omnibus aliis ejuſdem Eccleſiæ pertinentiis. Ex dono *Frogerii Sagienſis* Epiſcopi Eccleſiam de *Ruullon*, cum decimâ & omnibus ejuſdem Eccleſiæ pertinentiis. Ex dono *Hugonis* de *Gornaio* decimam de præpoſiturâ & portione ſuâ in villâ de *Eſthoci*, & pertinentiis ſuis. Ex dono *Wil.* Clerici portionem illam, quam habebat in Eccleſiâ & decimâ de *Longolio*. Ex dono *Hawiſiæ* de *Morbaſton*, terram dominii ſui de *Morbaſtone*, quam dedit, quando ſe reddidit Eccleſiæ *Becci*, & habitum religionis ſuſcepit. Hæc autem omnia, non ſolum, quæ in præſenti ſcripto continentur, ſed & omnes alias donationes (&c.) conceſſa eidem Eccleſiæ & Monachis, concedo & præſenti Cartâ confirmo. Quare volo (&c.) Teſtibus, *Johanne* de *Conſtanciis*, Archidiacono *Oxonii*, *Willielmo* Clerico de Camerâ, (&c.) apud *Montemfortem*.

Carta Sibillæ *de* Tyngrie, *de una hida terræ in* **Balgeham**, *pertinente ad Manerium de* **Clopham** *in Com.* Surregiæ *in* Angliâ.

Ex autographo in Officio Armorum.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Sibilla* de *Tyngria* filia *Farami* de *Bolonia*, Domina de **Clopham**, quæ eſt in Chriſto ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me in viduitate, & liberâ poteſtate meâ recognoviſſe, & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, pro Deo & ſalute animæ meæ, & anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, & pro fraternitate Eccleſiæ *Beccenſis*, donationem quam anteceſſores mei fecerunt Deo & dictæ Eccleſiæ beatæ *Mariæ Becci*, & Monachis ibidem Deo deſervientibus, de una hidâ terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis, in **Balghebam**, quæ pertinebat ad Manerium de **Clopham**: Tenenda & habenda prædictis Monachis & ſucceſſoribus ſuis, in puram & perpetuam elemoſynam. Et ego *Sibilla* & hæredes mei warantizabimus prædictam hidam terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis, prædictæ Eccleſiæ & Monachis ibidem Deo deſervientibus, & in perpetuum ſervituris, contra omnes gentes; & acquietabimus eam de omnibus ſerviciis, conſuetudinibus, & exactionibus in perpetuum. Pro hac autem conceſſione & confirmatione prædicti Monachi dederunt mihi quadraginta ſolidos Eſterlingorum, per manum *Willielmi* de *Waneting*, tunc procuratotis de **Kiſlepe**. Ut autem hæc conceſſio & confirmatio rata & inconcuſſa permaneat, præſens ſcriptum ſigilli mei appoſitione corroboravi. Hiis teſtibus, *Martino* de *Pateſhill*; *Ricardo* de *Gravenell*; *Waltero* de *Wendleſworth*; *Ricardo* de *Hayford*; *Pentecoſte* de *Wendleſworth*; *Roberto* de *Wymbeldon*; *Henrico* de *Donâ*; *Arnoldo Ruffo* cive *Londinenſi*; *Roberto*, *Radulfo*, & *Johanne* de *Wytecrofte* fratribus, *Roberto* perſonâ de **Stretham**; & *Andreâ* de *Croindon* clerico, qui hanc ſcripſit Cartam; & multis aliis.

Cartæ 12. *Hen.* 3. m. 11. per Inſpex.

Alia Carta Regis Henrici *ſecundi*, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Vide Pat. 1. R. 2. p. 6. m. 18.

Et Pat. 12. H. 6 p. 1. m 13.

Pat. 1. H. 5. p. 2. m 21.

HEnricus Dei gratiâ, Archiepiſcopis (&c.) Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* (&c.) ſalutem. Sciatis me dediſſe in perpetuam elemoſinam, pro ſalute patris mei *G.* Comitis *Andegavenſis*, & matris meæ *M.* Imperatricis, & pro ſalute meâ & heredum meorum & omnium anteceſſorum meorum, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & ſanctæ *Mariæ*, & Eccleſiæ de *Becco*, & Monialibus (&c.) *Oſburvillam* in *Normanniâ*. Et in *Angliâ* Eccleſiam de **Wanttinge** cum omnibus pertinenciis ſuis. Præterea concedo eis, & hac noſtrâ Cartâ confirmo omnia ea, quæ eis data ſunt in perpetuam elemoſinam; *ſcilicet* de dono Regis *H.* avi mei **Stiventon** in *Angliâ*.

De dono *M.* Imperatricis matris meæ in foreſtâ *Fiſcampni*, in Miniſterio de *Striecard*, totum campum de *Willervillâ*, & villæ de *Bernevill*, uſque ad vallem de *Perreficâ*, per diviſionem terræ *Nicholai* de *Stutevill*, per diviſionem *Roberti* de *Inneneio* in eodem Miniſterio, & duas Capellas, quæ ibi erant, cum elemoſinis ad eas pertinentibus: Et in *Rotomago* maſuram *Stephani Cementarii*, quietam ab omni conſuetudine, exceptâ modiatione. Et apud Pontem *Arche* quatuor libras de piſcatoribus; & in foreſtâ *Romare C. s.* De dono *Willielmi* de *Fubblati x. l.* in Manerio de **Weſtbiri**.

*Nunc **Atherſtone** in Com. *VVarr.*

De dono Comitis *Hugonis Ceſtriæ*, in *Angliâ* Manerium quod vocatur * **Aloredeſtone**: & ex dono *Hugonis* de *Grentemenill* Manerium in *Angliâ* quod dicitur *Auna*. De dono *Roberti* filii *Gerardi*, Manerium in *Angliâ*, quod dicitur **Pountton**. De dono *Willelmi* filii *Baldewini* in *Angliâ* **Cuwic**, & **Crewic**: Et ex dono *Ricardi* filii *Gileberti* Comitis, & *Roeſiæ* uxoris ejus, in *Anglia*, apud **Ernembtit** duas Eccleſias, & decimam dominici eorum. Et ex dono *Adelinæ* uxoris *Rogeri* de *Ivereyo*, unum molendinum in villâ quæ dicitur **Iteſlepe**. Et de *Radulpho* filio *Willelmi* Hoſtiarii *xvi. ſol.* in decimâ. Et de *Waltero Mobert* decimam, quæ reddit *xii. s.* Et ex dono *Matildis* de **Walingford**, *Minorem* **Okeburne**, & *Majorem* **Okeburne**. Et ex dono *Amelinæ* uxoris *Ernulfi* de **Heding** in *Angliâ* Manerium de *Cumba*. Et ex dono *Roberti* de *Curcy* Manerium de **Coteford**. Ex dono *Walteri Giffard* Manerium de * **Blakeham** in *Suffolciâ*. De dono *Willelmi* de *Rolles* totam illam terram, quam ipſe *Willielmus* habebat in **Ikeham**. Ex dono *Radulfi*, filii *Roberti*, filii *Anketilli*, quicquid ipſe *Radulphus* habebat in Manerio, quod vocatur **Derinton** in *Wilteſ.* De dono *Nigelli* de *Albimaco xx. l.* terræ in **Dunton**. De dono *Willielmi*, Comitis de **Morton**, terram quæ vocatur **Preſtone**, quæ eſt in Rapo de **Peveneſell**. Ex dono *Emmæ* uxoris *Baldewini* filii Comitis *Gileberti*, & filiorum ejus, *Roberti* & *Ricardi*, Manerium quod vocatur **Bradeforde**, in *Devoniâ*, & Eccleſiam ſancti *Michael's* in **Hemmintone**, cum totâ terrâ presbyteri ejuſdem Eccleſiæ. De dono *Rogeri* de *Thebovill* medietatem Manerii de **Wedone**.

Iſlip, in Com. *Oxon.*

Okeburn in Com. *VVilteſ.* Cella hujus Cœnobii.

Blakeham in Com. *Suff.* Cella ejuſdem.

* De dono Regis *H.* avi mei, in *Normanniâ* Manerium quod dicitur **Bures**, cum pertinenciis ſuis. De dono *Willielmi Malet*, in *Normanniâ*, *Cuntevill*. De dono *Petri* de *Lazun*, terram quam habebat apud *Ivetot*, & apud *Abafaran*; & de patrimonio Abbatis *Herlewini* in *Normanniâ Cauillein*, & pratum; & *Sawaruill*, & *Rofferiam*, & *Sarnay*, & *Surceyne*. De dono *Willielmi Criſpini*, *Tyliam* in Epiſcopatu *Lexovienſi*. De dono *Baſilii* de *Gornay*, medietatem *Lungoly*. De dono *Hugonis* de *Gornay* boſcum *Gerardi*.

* In Com. *Northampt.* Cella ejuſdem.

De dono *Ernulphi* de **Heding**, in *Angliâ*, le *Rullepe*. De dono *Milonis Criſpin* **Swineſcumb**, & decimas de dominico de Honore **Walingford**. De dono *Matildis* Reginæ, matris *H.* Regis ſenioris, **Cornel** & **Deverell** De dono *Ricardi* filii *Baldewini*, **Criſteneſtowe**. De dono *Radulphi* de *Tony*, **Wrotham**. De dono Comitis *Leiceſtriæ Chinchebiri*. De dono *Gerardi* de *Gurnay* **Liſingham**. De dono *Iſabellæ* de *Candos Membiri*. De dono *Hugonis Wak* **Wileforde**. Quare volo (&c.) quod Eccleſia ſanctæ *Mariæ* de *Becco*, & Monachi (&c.) habeant & teneant omnia hæc prædicta benè, in pacè liberè, & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, cum omnibus pertinenciis ſuis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in vivariis, & piſcariis; in viis & ſemitis, & in omnibus aliis locis, & aliis rebus ad ea pertinentibus, cum *ſoka* & *ſak*, & *tol* & *them*, & *infangenthef*; & cum omnibus aliis libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis. Teſtibus Archiepiſcopo *Rotomagenſi*; *G.* Epiſcopo *London.* *R.* Epiſcopo *Wigornenſi*; *Arnulpho* Epiſcopo *Lexovienſi*; *H.* Epiſcopo *Bajocenſi*; *Frogero* Epiſcopo *Sagienſi*; *G.* Archidiacono *Cantuarienſi*; *Johanne* Decano *Sarreſberienſi*; Comite *Willelmo* de *Mandeville*; *Ricardo* de *Humet* Conſtabulario; *W.* de *Curcy*; *Ricardo* de *Camvillâ*. *E.* filio *Erniſii*. *S.* de *Quincy*; *W.* de *Dunſtonvillâ* apud *Rotomagum*.

Willeſford in Com. *Linc.* Cella *Becci.*

ABBATIA

de Bellobecco.

Pat.Norm. 8.H.5.p.3. n.8.

Diploma Regis Henrici *quinti* , *Cartam Regis* Johannis *de diverſis terris &c. recitans & confirmans.*

INſpeximus Cartam inclitæ recordationis *Johannis* dudum Regis *Angliæ* , progenitoris noſtri, in hæc verba. *J.* Dei gratiâ Rex *Angliæ* , Dominus *Hiberniæ* , Dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*,& Comes *Andegaviæ*, omnibus ad quos præſens hoc ſcriptum pervenerit, ſalutem. Sciatis nos , pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum, & ſucceſſorum noſtrorum , conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & Eccleſiæ de *Belbec*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, nemus in quo Abbatia fundata eſt , cum omni dominico circa idem nemus, & de *Meſnisboſchet*, de *Spineto* de *Balleteriâ*, de *Morimont*, de *Cantecot* ,de *Porniaco*, de*Corcellis*,de *Botellis*,de *Bonoputeos*,de *Hadencourt*, de *Antis*, de *Mureamont*, de *Sancto-Oyno*, de *Haya Gonnor*, de *Gillakeran*, de *Eſton*, & de *Ayſton*; loca, domos, terras, nemora vineas, prata, paſcua, aquas ; vias & ſemitas, cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnia Maneria, tenementa, terras, villas, redditus, redevancias, decimas,patronatus Eccleſiarum; Molendina, vivaria, piſcarias, gurgites, ſalinas , paſturagium,paſnagia, uſagia ; & omnes res alias, & poſſeſſiones , quaſcunq; acquiſierunt, & in futurum juſtis modis acquirere poterunt, in villis, burgis, portubus, caſtris, civitatibus, & in cunctis aliis locis. Quare volumus , & firmiter præcipimus , quod omnia & ſingula prædicta habeant, & per quoſcunq; voluerint, bene & in pace poſſideant in puram & perpetuam eleemoſynam, liberam penitus & quietam ab omnibus rebus pertinentibus ad regiam majeſtatem. Damus etiam eis , & omnibus hominibus, & ſervientibus ipſorum, præſentibus & futuris, per terram & per aquam , vendendo, emendo,& tranſportando, omnes libertates quas dare poſſimus. Teſtibus, *Garino* de *Glap.* Seneſchallo *Normanniæ* ; *Huberto* de *Burgo*, Camerario noſtro ; *Stephano* de *Longocampo*, apud *Montemfortem*, viceſſima ſexta die *Octobris*; anno regni noſtri tertio.

Nos autem Cartas prædictas , ac omnia & ſingula, in eis contenta,quoad dona & conceſſiones,infra ducatum noſtrum *Norm.* ac partes *Franciæ* nobis ſubjectas, facta, rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus noſtris , quantum in nobis eſt , acceptamus,approbamus, & dilectis nobis in Chriſto nunc Abbati & Conventui loci prædicti , & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum , de gratiâ noſtra ſpeciali, tenore præſentium concedimus & confirmamus, prout Cartæ prædictæ, quantum ad dona & conceſſiones ciſmarina rationabiliter teſtantur; ac prout,& quatenus iidem Abbas & Conventus, & prædeceſſores ſui, donis, & conceſſionibus hujuſmodi hactenus rationabiliter uſi ſunt & gaviſi. Et ulterius pro eo quod prædicti nunc Abbas & Conventus quaſdam literas *Blancheæ*, nuper Reginæ *Franciæ*, nobis exibuerunt, continentes eandem *Blancheam* fundâſſe & ordinâſſe , pro perpetuo , quandam Miſſam celebrandam , & dicendam quolibet die in Eccleſiâ prædictâ ; necnon quædam alia onera ibidem ſupportanda, ſub certâ formâ in dictis litteris ſpecificata ; & ad complendum & manutenendum fundationem & ordinationem ; illas dediſſe conceſſiſſe & amortaziſſe, præfatæ Eccleſiæ, ac Abbati & Conventui pro tempore exiſtentibus, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, quadraginta libras *Pariſienſes*,redditus annualis, quas, ipſa de quodam *Mathæo* de *Trye* chevalier, Domino de *Fontenay* , & uxore ejus adtunc acquiſivit, percipiendas quolibet anno in die S. *Michaelis* , per manus Vicecomitis de *Giſors*, in & ſuper præpoſituris , traverſis, redditibus , proficuis , emolumentis , & reventionibus quibuſcunq; Caſtellaniæ *Dandeli* , ſuper *Saine* , prout in dictis litteris ipſius *Blancheæ* , plenius continetur. Quas quidem quadraginta libras *Pariſienſes*, iidem nunc Abbas & Conventus, & prædeceſſores ſui continuè , poſt donationem prædictam , ſibi factam , ut prædictum eſt , perceperunt & habuerunt, pacificè , & quietè, ut dicunt. Ac proinde volentes , quod pia donatio , & ordinatio prædictæ *Blancheæ* in quantum ad nos attinet , nullatenùs deteriorentur, ſet ſuum in omnibus ſortientur effectum , prædictoſq; Abbatem & Conventum in ſuis juſtis poſſeſſionibus omninò perſeverare , indempnos & illæſos : de uberiori gratiâ noſtrâ conceſſimus , præfatis Abbati & Conventui , quod ipſi & eorum ſucceſſores , habeant , & percipiant prædictas quadraginta libras *Pariſienſes* quolibet anno , in die *Sancti Michaelis*, per manus Vicecomitis de *Giſors* , in & ſuper prœpoſituris, traverſis, redditibus, proficuis , emolumentis , & reventionibus prædictæ Caſtellaniæ , eiſdem modo & formà quibus ipſi & eorum predeceſſores eaſdem ante hæc tempora habere, & percipere conſueverunt ibidem. In cujus &c. Datum ut ſupra decima die *Januarii*.

ABBA-

ABBATIA

S. Stephani, *de* Cadomo, *in* Normanniæ *ducatu.*

Ex vetuſto exemplari in bibl. *Cottoniana.*

Carta Regis Willielmi *Conqueſtoris, de fundatione ejuſdem.*

Quiſquis Deo, ſeu pro Deo aliquid præſtat, non ipſum à ſe alienat ſed potiùs in futurum, cum ſpe vitæ æternæ, multiplicandum conſervat: Hoc agit pia Creatoris largitas, & larga ejus erga nos pietas; qui, cum bonorum noſtrorum non egeat, (*ſuis enim eſt orbis terræ, & plenitudo ejus*) honorari tamen de noſtrâ ſubſtantiâ, immolariq; ſibi ſacrificium laudis pro noſtrâ ſalute deſiderat. Hortatur nos, ut ei ſerviamus, tribuit quod pro collatis beneficiis ſuis ei retribuamus. Quod tamen miſericors pater, quaſi alienum ſuſcipit, quaſi noſtrum rependit, in hoc ſeculo peccata remittens, in futuro Centuplum accepturus, ſeipſum & regnum Cœleſte promittens. Quâ ſpe ductus, ego *Will. Angl.* Rex, *Norm.* & *Cenomannornm* princeps, Cœnobium in honorem Dei, & beatiſſimi Prothomartyris *Stephani*, intra burgum quem vulgari nomine vocant *Cadomum*, pro ſalute animæ meæ, uxoris, filiorum & parentum meorum diſpoſui conſtruendum. Cui loco, divinæ religionis cultura aliquando propter inopiam deſit, hoc modo ipſi in poſterum mea ſollicitudo proſpexit: Trado igitur præfato Cœnobio villas juris mei; *Lenſium*, *Ros*, *Alamanniam*, *Pontem-Dinæ*, *Cathburgum*; cum Colonis, & conditionariis (&c.) Terram quoq; quam habuit *Hugo* de *Roſal* in *Gramivillâ*; Silvam de *Walopertuſo*, & de *Tortavalle*, & de *Folonia*, & de *Caſneto*, cum aquis, & terris, ſeu omnibus ad eas pertinentibus. Concedo etiam totum alodium, quod tenent *Oſmundus Aculeius*, & *Ricardus*, & *Rogerus* in territorio *Calvi Montis* ſuper *Dinam*; & etiam totum illud, quod tenent quicunq; alodarii infra leugam pontis *Dinæ*.

Frampton, Cella de *Cadomo*.

Welles, Cella de *Cadomo*.

* **Paunfeld**, Cella de *Cadomo*.

In terrâ *Anglorum* in Comitatu de **Deveneſire**, Manerium do, quod vocatur **Northam**. n Comitatu de *Dorſeta* duo Maneria; unum quod vocatur *Frantonia*, & aliud quod vocatur **Brencumbe**. In Comitatu de *Sumerſeta*, in territorio **Cruche**, decem hidas terræ, & Eccleſiam, cum omni decimâ ejuſdem territorii. In Comitatu de *Wilteſirâ* Eccleſiam de **Coſham**, cum omni terrâ, & decimâ ad eam pertinente. Concedo quoq; in Comitatu de **Northfolc**, Manerium quod vocatur **Welles**, quod dedit prædicto Cœnobio *Will.* de *Scocris*; cum Eccleſiâ de *Northonâ*, & terrâ, cum decimâ eidem Eccleſiæ pertinente, in *Eſſexâ*.

Item concedo in Comitatu *Eſſeſſa* maneriolum, quod vocatur * *Panſella*; & in **London** quandam terram, quæ fuit *Leuzech*, ſitam propè Eccleſiam S. *Petri*, quietam de *Gelt* & de *Scoth*, & de omni aliâ conſuetudine, quam dedit *Waleranus* filius *Rannlfi*, cum decimâ totius terræ ſuæ, quam habet in *Anglia*, tam pro animâ ſuâ, quàm pro meâ. S. ✠ *Willielmi* Regis. Signum ✠ *Matildis* Reginæ. Signum *Johannis* ✠ Archiepiſcopi. Signum *Roberti* ✠ Comitis, filii Regis. Signum *Will.* ✠ Comitis, filii Regis. S. *Lanfranci* ✠ Archiepiſcopi. S. ✠ *Odonis Bajocenſis* Epiſcopi. S. *Hugo*✠*nis*, *Luxovienſis* Epiſcopi. S. *Giſle*✠*berti Ebroicenſis* Epiſcopi. S. *Roberti* ✠ *Sagienſis* Epiſcopi. S. *Mich*✠*aelis Abrincenſis* Epiſcopi. S. *Gau*✠*frid Conſtantienſis* Epiſcopi. S. *Roberti* ✠ Comitis de *Melent*. S. *Henri*✠*ci* de *Bellomonte*. S. *Hug*✠*onis* de *Gorniaco*. S. *Walt*✠*eri Giffardi*. S. *Ricar*✠*di Abrincencis* Vicecomitis. S. *Hugo*✠*nis* Comitis. S. *Willielmi* ✠ Comitis *Ebroicenſis*. S. *Rogeri* ✠ Comitis de *Montegomerico*. S. *Willielmi* ✠ de *Bretolio*. S. *Roberti Au*✠*cenſis* Comitis. S. *Roberti* de ✠ *Beleſmo*. S. *Hug*✠*onis* de *Monteforti*. S. *Hug*✠*onis* de *Grantemaiſnil*. S. *Nigel*✠*li* de *Conſtantino*. S. *Will.* ✠ *Dunelmenſis* Epiſcopi. S. *Ricardi* ✠ de *Courcero*. S. *Will.* ✠ *Criſpin*. S. *Ingelran*✠*ni* filii *Hiberti*. S. *Alani* Comitis. *Sigillum Will.* ✠ de *Warenna*. S. *Henrici* ✠ de *Ferrariis*.

Carta ejuſdem glorioſi Willielmi *Regis, poſt dedicationem firmata.*

Ibid.

Ego *Willielmus* Rex *Anglorum*, princeps *Normannorum* & *Cœnomamorum*, trado Cœnobio S. *Stephani*, quod in burgo *Cadomi* à me conſtructum eſt, Eccleſiam S. *Audoeni* de *Vileriis*, cum totâ terrâ, quam dedit *Milo Mariſcallus* in maritagio, cum filia ſuâ *Arphaſto*, in territorio *Venuncii*, & *Cadomi*, & *Valceles*. Trado etiam totam terram cum pratis *Oſberni Maſculi*. Concedo quoq; totam, quam de me tenet *Giraldus Mareſcallus* in territorio *Cadomi*, tam in alodio, quàm in foedio. Medietatem quoq; Eccleſiæ S. *Michaelis*, cum medietate decimæ ad eandem Eccleſiam pertinente, quam dedit jam dicto Cœnobio *Radulfus* Presbyter, ut Monachus fieret, concedente *Hugone* de *Grantemaiſnil*, de cujus foedio erat (&c.) S. *Will.* Regis *Ang.* Ducis *Northmannorum*, & Principis *Cœnomannorum*, S. *Roberti* filii Regis. Signum *Will.* Archiepiſcopi. S. *Gaufridi Conſtanſienſis* Epiſcopi. S. *Roberti Sagienſis* Epiſcopi. S. *Giſleberti Luxovienſis* Epiſcopi. S. *Rogeri* Comitis S. *Roberti* Comitis *Moretonii*. S. *Roberti* Comitis de *Mellent*. S. *Huganis* Comitis. S. *W.* de *Bretolio*. S. *Rogeri Bigoti*. S. *Ricardi* de *Corceio*. S. *Roberti* de *Molberaco*. S. *Eudonis* filii *Huberti*. S. Radulfi de *Todeneio*. S. *Hugonis* de *Gornaico*. S. *Henrici* de *Ferrariis*. S. *Walteri Giſardi*. S. *Will. Criſpini*.

Carta

Carta de donationibus Baronum & Nobilium Normanniæ, *a glorioſo Rege* Will. *ſuſcepta & confirmata.*

EGo R*ogerus* de *Montegomerico* fidelis Domini mei *W. Anglorum* Regis, *Northmannorum* & *Cœnomannorum* principis, ob amorem Dei, ejuſdem Domini mei, & pro ſalute animæ meæ, trado Cœnobio quod ab eo in burgo *Cadomo*, in honorem beati *Stephani* conſtructum eſt, Burgum de *Trum*, cum ſilva de *Alge* (&c.) Ego R*ainardus*, Regis *Willelmi* Camerarius, do Cœnobio S. *Stephani* de *Cadamo* ſuper Altare, unà cum filio meo *Corbello*, Molendinum de *Waimara*, quod de Rege teneo (&c.).

Ego *Serlo* de *Lingeuro*, homo, peccator, & miſericordiam Dei indigens, tradidi de jure meo, Cœnobio S. *Stephani* de *Cadomo* Eccleſiam de *Buxedello*, cum tribus acris terræ, & dimidiâ, & totâ rectâ decimâ de dominio meo, & villanis meis, cum tertiâ quoq; parte decimæ de militibus meis, jam dictæ villæ & de aliis parochianis, qui ad eandem Eccleſiam conveniunt, pro ſalute meâ, & uxoris meæ, filiorum quoq; & omnium parentum meorum, concedente hoc uxore meâ, & filiis meis, concedente quoq; Domino meo, *Willielmo*, *Anglorum* Rege, *Northmannorum* & *Cenomannorum* Principe, & *Willielmo Camerario*, & R*oberto* de *Molbrai*, de quorum foedio prædictæ villæ terram & Eccleſiam teneo. Et ut hæc donatio mea firma, & ſtabilis in perpetuum permaneat, recepi à *Giſleberto*, tunc temporis Abbate jam dicti Monaſterii, ex charitate *XLv.* libras denariorum, & duas marcas argenti, & *Ranulfus* filius meus habuit unum bonum Palefridum. De hoc verò dedi eidem Abbati fidejuſſores, *Ranalfum*, *videlicet* filium meum, *Arnaldum* de *Tilleio*, *Robertum* de *Maiſuilio*, ut ſi aliquando quis calumniam inferret S. *Stephano*, & hac meâ donatione, ego, vel hæres meus omnino benè acquietaret. Teſtes ex parte meâ, qui & fidejuſſores, & *Willielmus Pictavienſis*, & *Willielmus* de *Hotot*. Ex parte S. *Stephani W.* de *Taiſel Anſchitillus* de *Maletot*, & R*ogerus* filius ejus.

Ego *Hugo* de R*oſel* trado Cœnobio S. *Stephani* de *Cadamo*, terram quam in *Grainvilla* teneo, de beneficio Regis eodem Rege concedente, cum uxore meâ & filio meo *Hugone*, ea conditione, ut in præſenti me recipiant Abbas & Monachi ad ordinem. Teſtes, *Hugo* filius meus, R*adulfus* de *Grainvillà*, R*obertus* de *Ros*, & alii plures.

Has donationes, quas Barones & fideles mei, pro amore meo, & ſalute ſuâ, Abbatiæ meæ fecerunt, cum gratiarum actione ſuſcipio, concedo, & cum eis hæc eadem confirmantibus, meâ manu & autoritate corroboro, & confirmo; Illorum verò qui hanc Cartam firmaverunt, iſta ſunt nomina. *Willielmus* Rex *Anglorum*, princeps *Northmannorum*, *Cœnomannorum*. *Mathildis* Regina. R*obertus* filius Regis. *Will.* filius Regis. *Henricus* filius Regis. *Lanfrancus Cantuarienſis* Archiepiſcopus. *Odo Bajocenſis* Epiſcopus. *Giſlebertus Luxovienſis* Epiſcopus. *Gaufridus Conſtancienſis* Epiſcopus. *Michaelis Abrincenſis* Epiſcopus. *Giſlebertus Ebroicenſis* Epiſcopus, R*obertus Sagienſis* Epiſcopus. R*ogerus* de *Montegomerico* Comes. R*obertus* Comes de *Moratonio*. *Willielmus* Comes *Ebroicenſis*. *Rogerus* de *Bellomonte*. *Robertus* Comes de *Mellent*. *Robertus* de *Baleſmo*. *Henricus* de *Bellomonte*. *Hugo* de *Monteforti*, *Robert. Bertrannus*. *W. Bertrannus*. *Ricardus* filius *Turſtin'*. *Ranulfus* Vicecomes. *Hugo* Comes. *Eudo* Vicecomes. *Robertus* Comes de *Molbrai*. *Ingilrannus* filius *Ilberti*. *Radulfus* filius *Anſeredi*. *W. Goir*. *Rainardus*. *Hugo* filius *Hugonis* de *Roſel*. *Cerla* de *Lingaurio*. *Corballus* Camerarius, filius *Rainard'*. *Will.* Canonicus, filius *Sueri*. *Bernardus* filius *Oſpaci*. *Radulfus* filius *Harfred*.

Carta R*egis* Henrici, *primi donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Chartæ Antiquæ S. n. 22. Vide Cart. 6. E. 3. n. 25. Vide Pat. 1. R 2. p. 6. m. 39. Et Pat. 2. H 4. p. 1. m 33.

HEnricus Rex *Anglorum*, & Dux N*ormannorum*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis totius *Angliæ*, & *Normanniæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & Sancto *Stephano* de *Cadamo*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, patris ac matris, uxoris, filiorum, ac parentum, anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, quicquid Rex *Willielmus* pater meus, & *Matildis* Regina uxor ejus, dederunt & conceſſerunt Deo & Sancto *Stephano* de *Cadamo*; *ſcilicet*, duo Maneria in *Dorſheta*; *Frantonam*, *viz.* & **Biencome**, cum membris & appendiciis ſuis, **Alphilicome**, **Betheſcome** **Dinouſkerigge**, *Erneleys*, **Sedelinch**, *Wintreborna*, **Teirnell**, & **Pubich**, ſolida, libera, & quieta, in boſco, & plano; in pratis, & paſcuis, in viis & ſemitis, in aquis & molendinis, in piſcariis & in omnibus rebus, libertatibus, & dignitatibus, & conſuetudinibus ad ipſa Maneria pertinentibus. Et Manerium quoddam **Portham**, *ſcilicet*, ſitum in Comitatu de *Deveneſirâ*, cum omnibus pertinentiis ſuis, in terris, & aquis, & ſalinis, liberum, & quietum de *Warreccho* & & de *Scyra*, & de Hundredo, cum conſuetudine navium ibidem venientium. Et in *Bercheſira* apud **Heinreth** ſeptem hidas terræ, liberas ſolidas, & quietas, & homines habitantes in eis de omnibus conſuetudinibus, liberos, & quietos. Et in *Eſſexâ* maneriolum de *Penfeldâ*, cum boſco, & lundis ſibi adjacentibus ſolidum & quietum, in omnibus conſuetudinibus, quod dedit *Walerandus* filius *Ranulfi*, cum totâ decimâ ſuâ alterius terræ, cum manſione terræ infra *Londoniam* in *Woodeſtratâ*, quieta de *Gelth* & de *Scoth*, & de omni aliâ conſuetudine, & mercatores ementes in eâ & vendentes, ſolidos, liberos & quietos, & Eccleſiam de *Morthonâ*; quam dedit *Willielmus* de *Eſcoeis* Sancto *Stephano*, ſolidam & quietam, cum virgulto & terrâ, & decimâ eidem Eccleſiæ pertinenti. Et in **Norfolch**, de dono

Frampton, Cella de Cadomo.

ejuſdem *Willielmi*, Welles cum ſuis pertinentiis. In *Gartona* Eccleſiam, & decimam, quæ ſibi pertinent. Confirmo etiam donum, quod feci de Manerio de *Bridetona* in *Dorſeta* ſolidum, liberum & quietum; & omnia Maneria alia ſupraſcripta, ſolida, libera & quieta, de *Wrecco*, de *Scygra*, & *Hundreto*, cum *ſocco* & *ſacchâ*, & *Tol*, & *Theam*, & de *Wanganetheof*, & de *Denegveut*, & de omnibus conſuetudinibus. Hæc omnia ſupradicta do, & confirmo Deo & ſancto *Stephano*, & Monachis Deo ſervientibus, pro redemtione animæ meæ, patris & matris, uxoris, parentum, anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, & nominatim pro Coronâ cæteriſq; ornamentis eidem Coronæ adjacentibus, quæ pater meus Rex *Will*, mortuus, ſancto *Stephano* dimiſerat, quæ mihi prædicti Monachi reddiderunt apud *Cadomum*. Signum *Henr*✠*ici* Regis. Signum *Hugo*✠*nis* *Rothomagenſis* Archiepiſcopi. Signum *Ricar*✠*di Bajocercis* Epiſcopi. Signum *Johan*✠*nis Luxovienſis* Epiſcopi. Signum *Roge*✠*rii Saliſbirienſis* Epiſcopi. Signum ✠ *Roberti* Comitis *Glocestriæ*. Signum *Raun*✠*ulfi* Comitis. Signum *Gaufr*✠*idi* de *Magnavilla*. Signum *Nig*✠*elli* de *Albigni*. Signum *Roberti* ✠ de *Haia*. Signum *Euſ*✠*tachii* filii *Johannis*.

A B B A T I A

S. Trinitatis *de* Cadomo, *in ducatu* Normanniæ.

Cart. Antiq. R. n. 37.

Carta Regis Henrici *primi*, *de Manerio, de* Horſtede *&* Theolniſhed.

HEnricus Rex *Angliæ*, omnibus fidelibus ſuis, totius *Angliæ* & *Normanniæ*, ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Abbatiæ S. *Trinitatis* de *Cadomo*, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus Manerium de Horſtede in *Norfolcia*, quod *Willielmus* Rex frater meus eis dedit & conceſſit; & Manerium quod vocatur Theolniſhed in *Wilteſir*, quod ego ipſe eis dedi poſtea & conceſſi. Et volo, & firmiter præcipio, quod benè & in pace, honorificè & quietè teneant, cum *ſochâ* & *ſachâ* & *thol* & *Theam*, & *infangenethef*, & cum omnibus conſuetudinibns & libertatibus, in boſco & plano, & infra burgum & extra, & in aquis & in mariſcis, & *infangenetheof*, cum quibus *Willielmus* Rex frater meus, & ego ipſe meliùs & quietiùs & liberiùs tenuimus, cum eadem Maneria eſſent in dominio meo. Hiis teſtibus, *Thurſtano* Archiepiſcopo *Eboracenſi* (&c.)

Carta Regis Edwardi *ſecundi*, *progenitorum ſuorum donationes recitans & confirmans.*

Pat. 17. E.2.p.1. m.19.

Confirmatio Regis Edwardi *ſecundi.*

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Donationem quam *Willielmus* & *Henricus*, quondam Reges *Angliæ*, progenitores noſtri, fecerunt Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis Cadomi*, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, de Maneriis ſubſcriptis; in *Angliâ videlicet* de Maneriis de *Hamptoniâ*, & Anelingues, & *Peneberiâ* & *Feleſteldâ*, & *Horſteldâ*, & *Tarentâ* & *Tecluesiâ*, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & pertinentiis, eiſdem Maneriis pertinentibus, cum *ſoca* & *ſaca*, & *thol* & *thiem*, & Infanguenethef, ratam habentes & gratam, eam pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Abbatiſſæ & Monialibus dicti loci de *Cadomo*, & earum ſucceſſoribus, concedimus & confirmamus, ſicut Cartæ prædictorum *Willielmi* & *Henrici*, & Carta confirmationis celebris memoriæ Domini *H.* quondam Regis *Anglorum* avi noſtri, dictis Abbatiſſæ & Monialibus ejuſdem loci confectæ, rationabiliter teſtantur, & prout præfatæ Abbatiſſæ & Moniales, & earum prædeceſſores Maneria prædicta juſtè, pacificè,, & quietè hactenùs tenuerunt, & libertatibus prædictis uſæ ſunt & gaviſæ, ſalvo ſemper in omnibus, & per omnia jure noſtro. In cujus &c. Teſte Rege apud Pykering *xii.* die *Auguſti*.

A B B A T I A

S. Vigoris Ceraſii, *in* Normannia.

Carta de fundatione ejuſdem, per Robertum Normannorum *Comitem.*

Pat. Norm. 7 H.5.p.2. n.37.

SAnctorum patrum auctoritate docemur, quod hæc mortalis vita, brevi intercludatur ſpacio, & ideo bona tranſitoria nobis divinæ largitatis dono conceduntur, ut æterna verèq; manentia Deo reddente viciſſitudinem, per caritatis officium mercemur. Quapropter ego *Robertus Normannorum* Comes, omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quàm futuris notum eſſe cupio; qualiter, in nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*, congregationem Monachorum, in loco qui dicitur *Ciriciacus* ordinavi; & præſente *Hugone*, ejuſdem loci Epiſcopo, quàm aliis quampluribus autenticis perſonis, tam Epiſcopis, quàm Abbatibus, Abbaciam ſub liberâ poteſtate, in honore S. *Vigoris*, piiſſimi Confeſſoris Abbate conſtituto, conſtruxi: De rebus autem meis fiſcalibus locum ſupradictum cum omni donatione dotavi, & in hujus privilegii teſtimonio, omnia, ne oblivioni tradita ſolverentur, notari præcepi. Hæc igitur concesſi; ipſum *viz.* locum ubi poſitum eſt Monaſterium, qui dicitur *Ciriſiacus*, cum Eccleſiis, aquis, pratis, molendinis, & terris arabilibus, cultis & incultis, in ſilvis meis circumcirca poſitis: Decimam *ſcilicet* totius nemoris ab ipſâ Abbatiâ uſq; ad *Dromum* fluvium, in paſnagiis, in venationibus, in placitis, in Caſeis Vaccarum, ovium, Capratarum & porcariarum. In terris incultis, quæ ad cultum rediguntur, & cæteris, quæ decimari poſſunt: liberam etiam poteſtatem in paſcuis, lignis accipiendis, ad ædificia Monachorum conſtruenda. Addidi quoq; in omnibus ſilvis meis paſnagium, tam porcorum Monachorum, quàm ſuorum hominum.

Dedi etiam decimam totius nemoris de *Malepertus*, de omnibus quæ decimari poſſunt. Silvam quoq; quæ dicitur *Moletus*, cum omni venatione, quæ in eâ capi poteſt. In *Bajocenſi* autem Civitate donavi præfatæ Eccleſiæ, terras meas dominicales, in loco qui dicitur *Cromella Cxl.* acras; & ex alia parte Civitatis *Lx.* & tres acras prati; ſuburbanos quatuor, cum terris ſuis & hominibus. Eccleſiam S. *Georgii*, cum terris quæ eidem Eccleſiæ pertinent: & in monte *Pinchon* ſeptem acras terræ. In *Rodomo* Civitate vineas meas dominicales, *ſcilicet xxx.* arpennos, cum prato, & terris, & hoſpitibus, quæ eis adjacent; & unoquoq; anno *Lx.* modios vini ſuper ripam *Secanæ*, unam menſuram terræ ab omni conſuetudine ubiq; liberam; unam domum juxta Cimiterium S. *Mariæ*.

Hæc quidem omnia præfatæ Eccleſiæ contuli, quæ michi jure hæreditario contigerant, nichil mihi in hiis omnibus terrenæ conſuetudinis retinens, in foro, in nundinis, in paſſagiis ab omni inquietudine, liberam etiam hæc omnia ab omni conſuetudine Eccleſiaſtica, conſilio & conſenſu *Roberti Rothomagenſis* Archiepiſcopi, atq; *Hugonis Bajocenſis* Epiſcopi, cæterorumq; Epiſcoporum meorum ſeu Baronum, in quorum præſentiâ hæc acta ſunt.

Poſtea autem ego *Robertus*, volens augere Eccleſiam, quam ædificare incœperam, dedi ei omnem decimam totius nemoris de *Leonibus*, *ſcilicet* in redditibus villæ S. *Dionyſii*, in molendinis, in exartis, in omnibus ei pertinentibus terris, quæ ad cultum rediguntur: In venationibus, in avibus, in placitis, in paſnagiis, in porcariis, & in omnibus conſuetudinibus ſuis. In *Argenciis* tres arpennos terræ ad faciendam vineam, liberos ab omni conſuetudine. Et in *Cadomo* unam manſuram terræ ab omni conſuetudine ubiq; liberam, & tres acras prati. Villam *Spineti* dimidiam, cum dimidia Eccleſiâ, & molendinis, aquis & pratis, liberam ab omnibus conſuetudinibus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus. In *Vianâ* duas villanos, cum terris ſuis, & duas acras prati. Eccleſiam S. *Amandi*, cum omnibus appendiciis ſuis; & terram ad duas Carrucas etiam in villâ quæ dicitur *Crocii*, cum omni decimâ; & unum villanum, cum terrâ ſuâ.

Acta ſunt hæc in *Rodomo* Civitate, tempore *Johannis* Papæ, anno ab incarnatione Domini *Mxxxii.* *Normannorum* tenente primatum, Marchione *Roberto*, primatus ejus anno quinto, ſub *Francorum* Rege *Henrico*, regni ejus, poſt patris obitum, anno primo, indictione *xv.* Epactâ *vi.* primâ feriâ, lunâ quintâ; pridie Idus *Novembris*.

Hujus etenim conceſſionis rationem, in oculis ſanctæ matris Eccleſiæ, tali auctoritate confirmavi, ut quicunq; eam violare præſumpſerit, Anathematis jugulo ſubjaceat. Sic inquam feci, & Cartam iſtam, autem meam, corroboravi; nominibuſq; Epiſcoporum & Baronum meorum corroborari præcepi. Signum *Rob.* Archiepiſcopi ✠. Signum *Hug. Bajocenſis* Epiſcopi ✠. Signum *Rob.* Epiſcopi ✠. Item *Hug.* Epiſcopi ✠. *Herberti* Epiſcopi ✠. S. *Rabot* Epiſcopi ✠. S. *Roberti* Comitis ✠. S. *Gilleberti* Comitis ✠.

Carta Willielmi Normannorum *Ducis*.

Ibid.

Ego *Willielmus*, *Normannorum* Dux, Abbatiam S. *Ceraſii*, in honorem S. *Vigoris* à patre meo conſtitutam augere ſtudens, pro remedio animæ meæ, atq; ipſius, eidem loco donavi decimam omnium denariorum Vicecomitatus *Conſtantini*, & decimam Vicecomitatus *Conſtanciarum*, & decimam Vicecomitatus *Waureti* in molendinis, in luco, & in omnibus redditibus meis; in ſilvis meis; *ſcilicet* in ſilvâ *Montiſburgi*, & in ſilvâ de *Bruiz*, & in ſilvâ *Rabeti*, & in ſilvâ *Ceriſburgi*, & in ſilvâ *Vallis-ſeiæ*, & in ſilvâ *Lucumeriæ* & parcorum donavi decimam eidem Eccleſiæ; in paſnagio, in placitis, in vacariis, in porcariis, in venationibus: in *Valoigniis* decimam culturarum mearum, & unum hoſpitem ab omni conſuetudine liberum. In *Chetelhou* dedi unum hoſpitem, cum terrâ ſuâ ab omni conſuetudine liberum. Dedi etiam Eccleſiæ *Radulfmille*, & unum alodialem in ipſâ villâ. Et in *Sotevillâ* tertiam partem Eccleſiæ, & unum alodialem; & in Inſula *Gerſu*, duas Eccleſias liberas; *ſcilicet* S. *Mariæ Arſimonaſterii* & S. *Martini* veteris, cum terris ſuis; & tertiam partem decimæ de annona. Item dedi quartam partem totius *Withvillæ*; *ſcilicet* terram, quam *Wigotus* barbatus tenebat in alodio, liberam & abſolutam ab omnibus conſuetudinibus, michi pertinentibus. Dedi quoq; unum alodialem in *Amundavillâ*, quietum ab omni conſuetudine. Hiis ſupradictis ſuper *acrem Liſtreme*, cum omnibus appendiciis ſuis, cum Eccleſiâ, cum ſilvis, cum molendinis, cum aquis, cum pratis, liberum & abſolutum ab omnibus conſuetudinibus, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus.

Itidem conceſſi ſilvam, quæ *Canda* vocatur, & terminatur ab ortu rivuli *Morelli*, uſq; ad montem *Friardi*, cum omnibus conſuetudinibus, quas prius habebat, Hanc Cartulam ego *Willermus*, *Normannorum* Dux, meâ auctoritate confirmo, & ab omnibus conſuetudinibus liberam & abſolutam eſſe concedo. Quicunq; verò, ex hiis omnibus violare præſumpſerit, Anathema ſit. Actum eſt hoc anno Dominicæ incarnationis *Mxlii.* *xii.* Kal. *Maii.* regnante *Henrico* Rege *Francorum.* Signum *Willielmi* Comitis ✠. Signum *Mathildis* Comitiſſæ ✠. S. *Rogerii* de *Montegomerii* ✠. S *Willielmi* filii *Osberti* ✠. S. *Aluredi Gigantis* ✠. S. *Tuſtinus Handub* ✠.

Donationes aliorum.

EGo *Tuſtinus Handub*, in præſentiâ Domini mei Comitis *Willermi*, ac omnium ejus procerum, pro animâ meâ, uxoriſq; meæ, ſeu anteceſſorum noſtrorum, animo Deo & S. *Vigori* ejuſq; Monachis, ex uxoriâ hæreditate, illâ *viz.* concedente, quicquid poſſideo in *Marſario*, & in *Vallis*, & in *Corday*, & in *Florineyo*, & quicquid in eis eſt mei juris, & indè à fratribus prædicti loci *xxviii.* libras nummorum accepi. Addo inſuper *Crienciis* unam ſalinam, & ligna in luco meo ſufficienter ad incendium ejus, & terram *Drogonis* Clerici mei, cum omnibus conſuetudinibus meis concedo. Ego *Willermus* Comes, hanc prædictam donationem firmam, & liberam ab omnibus conſuetudinibus meis eſſe concedo, & in manu meâ ita retineo, ut non operentur alicubi, nec ſummoneantur, niſi cum Burgenſibus meis de *Argenceio*.

Ego *Robertus Oiſon*, filius *Olivarii* de *Merulâ*, concedente Domino meo *VVillermo* Comite, dedi Deo & S. *Vigori* in elemoſynâ apud *Marſam*, terram *Ricardi Muſtelli*, *ſcilicet Lx.* acras & terram *Fulconis* de *Landâ*, illis annuentibus S. *Will.* Comitis ✠. S. *Roberti Oiſon* ✠. S. *Roberti Muſtelli.* ✠. S. *Fulconis* ✠. S. *Willermi* Archiepiſcopi.

Ego *Herbertus* de *Hogâ*, terram, quam in *Spineto* tenebam, dedi Deo & S. *Vigori*, & Abbati *Warino*, concedente *Sellone* de *Lingeneure*, de quo ipſam tenebam, & hoc in præſentiâ Domini noſtri *Willermi* Comitis ✠. S. *Sellonis* de *Lingneure* ✠. S. *Herberti* de *Hogâ* ✠. S. *Ranulphi* Vicecomitis.

Ego *Wigotus* de S. *Dionyſio*, totam terram, quam tenebam in *Spineto*, in allodio, cum quartâ parte Eccleſiæ ejuſdem villæ, annuente domino meo *Willielmo* conſule. Et ego *Willermus Normannorum* Comes, concedo eam liberam ab omnibus conſuetudinibus, granariorum & bernagiorum. S. *Willermi* Comitis ✠. S. *Mathildis* Comitiſſæ ✠. S. *Wigoti* ✠. *Ranulphi* Vicecomitis.

Ego *Hubertus* filius *Herien*, dedi Deo & S. *Vigori*, terram quam apud *Brechei* in alodio habebam, & duas domos apud *Bajocas*, concedente *Oſmundo* de *Columbis*. *Clarebaldus* præfati *Oſmundi* filius, tres acras terræ ſuperappoſuit, concedente Domino ſuo *Willelmo* Comite S. *Willielmi* Comitis ✠. S. *Huberti* ✠. S. *Oſmundi* ✠. S. *Clarebaldi* ✠. Ego *Aluredus* Gigas, in præſentiâ Domini mei *Willielmi* Comitis, ac omnium procerum ejus, pro meâ parentumq; meorum, dedi Deo & S. *Vigori*, & Monachis ejus, totam terram meam de *Leporibus*, faventibus uxore meâ & filiis & filiabus; necnon & omnibus propinquis meis, in jus propriæ hæreditatis, cum omnibus quæ in dominio illic tenebam; hoc eſt terram cultam & incultam & prata; totamq; aquam cum dimidio molendino: Silvam etiam de *Ceomâ* ſet & terram quam tenebam in valle *Clopelli*, & omnes francos viros atq; villanos. Addidi etiam totam terram quam *Walterus* presbyter de me tenebat, in villâ quæ dicitur *Taiſſei*, cum totâ Eccleſiâ & decimâ; & in *Surrehamno* tertiam partem Eccleſiæ cum decimâ illi parti pertinente & in eadem villâ *xx.* acras terræ: Et in *Hutevillâ* totam terram, quam prædictus Presbyter tenebat; & prata, & ſextam partem unius molendini. Hæc omnia nobis pertinentia, ego *Walterus* Presbyter, & filius meus *Aigulfus* Deo & S. *Vigori*, pro animabus noſtris, poſt mortem noſtram in dominio habere perpetualiter concedimus hanc Cartulam. Ego *Willermus Normannorum* Dux, meâ auctoritate, coram Epiſcopis & Baronibus meis confirmo, atq; ab omnibus conſuetudinibus liberam eſſe concedo; & quicunq; hæc violare præſumpſerir, Anathema ſit. S. *Willermi* Comitis ✠. S. *Mathildis* Comitiſſæ ✠. S. *Odonis* Epiſcopi ✠. S. *Aluredi* gigantis ✠. S. *Rogerii* de *Montegomerii* ✠. S. *Walteri* Presbyteri ✠. S. *Aigulfi* filii ejus ✠.

Ego *Radulfus Suſhart* dedi S. *Vigori* de *Ceraſio*, terram unius vavaſſoris apud *Lepores*, concedente Domino meo *Odone* Epiſcopo, & indè accipiens, & Abbate *Alinodo* tres libras denariorum, & poſt à *Hugone* Abbate *xxx s.* tali tenore, quod ego ipſe & hæredes mei, liberam ab omnibus conſuetudinibus S. *Vigori Seraſii* conceſſimus. S. *Willielmi* Regis ✠. S. *Odonis* Epiſcopi ✠. S. *Radulphi Suſhart* ✠. S. *Rogerii* filii ejus ✠. S. *Auſchetelli* de *Gueron* ✠.

Ego *Walterus Giffart* dedi Deo & S. *Vigori*, pro remedio animæ meæ, terram unius villani, in villâ quæ dicitur *Meiſen*, & unum piſcatorem, cum hoc quod poſſideat, & decimam omnium piſcium, qui ad me pertinent; & caſeorum meorum: Et omnia iſta ita concedo, annuente Domino meo Rege *Anglorum*, ſicut liberaliter teneo. S. *Willermi* Regis ✠. S. *Mathildis* Reginæ ✠. S. *Walteri Giffart* ✠. S. *Radulfi* de *Granvillâ* ✠. S. *Ricardi Talebot*.

Ego *Wido* de *Sancto Quintino*, accipiens monachalem habitum, dedi Deo & S. *Vigori* de *Ceraſio* terram quam tenebam in *Meaſnil Segart*, cum tertiâ parte unius molendini, & in *Couveniz* terram unius militis, & duas partes decimæ ejuſdem villæ: Et in *Savigneio Lx.* acras terræ, cum duabus partibus unius molendini, concedente Domino meo *VVillermo* Rege, & hanc Cartulam coram idoneis teſtibus confirmante. . *VVillielmi* Regis ✠. S. *Mathidis* Reginæ ✠. S. *Guidonis* de S. *Quintino* ✠. S. *Ranulfi* Vicecomitis.

Ego *VValterus Broc.* cum fratribus meis *Hugone* & *Rogerio*, do Eccleſiam de villâ quæ dicitur *Neon*, concedente *Odone*, *Bajocenſi* Epiſcopo, cum omni decimâ ejuſdem Eccleſiæ, Deo & S.*Vigori Ceraſii*, quam *Robertus Gams*, avunculus noſter domino *Garino* Abbati in elemoſynâ primitùs annuerat; & inſuper annuimus rectam decimam de beſtiis noſtris, caſeis & fructibus arborum. Hanc Cartulam confirmavimus coram Rege *VVillermo*, concedente Vicecomite *Ranulfo*. S. *VVillielmi* Regis ✠ (&c.)

Ego *Radulfus*, *VVillermi* filius, animæ meæ conſulere volens, dedi Deo & S.*Vigori* tertiam partem oblationis Altaris S.*Clari*, in feſtivitate ſuâ; & quatuor acras terræ ubi manſio una efficeretur coram Rege, concedente Domino ſuo *Ricardo* de *Moreio*. S. *VVillermi* Regis, ✠ (&c.)

Ego *Aluredus* de S. *Quintino* dedi Deo & S. *Vigori* de *Ceraſio* decimam quam tenebam in *Convenis* de Domino meo *Ranulfo* Vicecomite, eodem Domino concedente S. *Ranulphi* Vicecomitis ✠ (&c.) Ego *Oſmundus* S. *Vigoris* Monachus facio donationem eidem S. de meo allodio, quem poſſideo in *Crecavillâ*, *ſcilicet* dimidium molendinum, cum ſex acris terræ, concedentibus propinquis meis coram *VVillermo* Rege S. *VVillermi* Regis ✠.

Ego *Rogerus* de *Montigueio*, Monachus effectus, dedi Deo & S. *Vigori*, terram quam tenebam de *Willielmo Bacone*, undè ipſe *Willermus* habuit *Lx s.* denariorum Abbate *Hugone*, & unum equum *C s.* appreciatum, & *Ranulfus* Vicecomes, Dominus ſuus Centum ſolidos habuit & unum palefridum; & ipſi conceſſerunt Deo & S. *Vigori*, coram *Willermo* Rege, quicquid terreni juris in eâ habebant, præter recognitionem dominii S. *Willermi* Regis ✠ (&c.)

Ego *Willermus* de *Montefichet* dedi Deo & S. *Vigori*, Eccleſiam S. *Marculfi*, concedente hoc *Willermo* Camerario de quo illam tenebam, & quicquid mei juris eſt in eadem Eccleſiâ, *ſcilicet* totam decimam quæ ad eam pertinet; & terram unius aratri; & Eccleſiam de *Fonceneit*, cum totâ decimâ; & totam terram quam *Acelinus* Clericus ibi in *Sotavillâ* tenuit & duas naves ad eraſſum piſcem, & duas ſalinas; & dexteram alam de craſſo piſce; & fruſtrum unum de craſſo ejuſdem piſcis, & aliud de macro: Et duas inſulas, quæ ſunt ibi in mari, Domino meo Rege *Willielmo* & *Gaufrido Conſtantienſi* Epiſcopo concedentibus. S. *Willielmi* Regis ✠. (&c.)

Ego *Gauffridus* filius *Weſmani*, cum *Mathilde* uxore meâ, dedimus Deo & S. *Vigori Ceraſii* partem illam, quam habebamus in Eccleſiâ de *Marſaio*, ex hæreditate *Herveii* fratris *Surchaerii Malherbe*, patris *Mathildis* uxoris ſuæ. Ego *Willermus* de *Houmez Roberti* nepos & hæres, cum viderem Eccleſiam S. *Fromundi*, per negligentiam Clericorum adnichilari, fretus conſilio *Gaufridi Conſtancienſis* Epiſcopi, ac religioſarum perſonarum, ſeu Baronum meorum, Monachis ibidem reſtituere decrevi, concedente hoc ſereniſſimo *Anglorum* Rege *Willielmo*: Propterea de Eccleſiâ illâ, *ſcilicet* S. *Fromundi*, Deo & S. *Vigori Ceraſii*, & Monachis ejus, donationem feci, cum omni poſſeſſione ſuà, de qua ab anteceſſore meo *Roberto* dotata fuit; *ſcilicet* cum terrâ quatuor carrucarum, & cum decimâ ejuſdem villæ, & vineâ, quæ erat ex latere Eccleſiæ, & Eccleſiâ *Canigneii*, cum decimâ, & decimâ de *Boſcflameno*, & parte ſuâ de Eccleſiâ *Airel*, cum decima: Et cum decimâ de omni ſubſtantiâ meâ; & cum decima meorum molendinorum de *Nirâ*, & de meis piſcariis; hac conditione, ut Abbas, remotis Clericis, ſubſtitueret Monachos Deo & S. *Fromundo* honorificè ſervientes; & ne occaſionem intermittendi officium Eccleſiaſticum aliquam haberent, ab ſolvi eos ab omnibus ſecularibus ſerviciis, quæ ad me pertinent. S. *Willielmi* Regis *Anglorum* (&c.)

Ego *Robertus* de Inſulâ dedi Deo & S. *Vigori Ceraſii*, medietatem terræ, quam tenebam de *Ranulpho* Vicecomite in *Hupame*, cum omnibus ſerviciis michi pertinentibus S. *Roberti* de Inſulâ ✠. S. *Roberti* de *Gaii* ✠. S. *Bernardi* de *Novillâ*.

Ego *Tuſtinus* de *Aniſeio* dedi Deo & S.*Vigori* terram unius villani in *Buſchervillâ*, & omnia, quæ michi pertinent de terrâ; filiis meis *Eudone* & *Radulfo*, & Domino meo *Ranulfo* Vicecomite concedentibus: qui Vicecomes ab Abbate unum palefridum habuit pro ſervicio ſibi pertinenti. S. *Tuſtini* ✠. S. *Eudonis* ✠. S. *Radulphi* ✠.

Confirmatio Henrici *Regis* Angliæ.

Ibid.

EGgo *Henricus* Rex *Anglorum* ab Abbate requiſitus Cœnobii *Ceraſienſis*, & à Monachis ejuſdem loci, ut Cartam Eccleſiæ ſuæ inveteratam, meà auctoritate & meo Sigillo renovarem, inito conſilio Epiſcoporum meorum, ſimul & Baronum; volens etiam proficere animabus anteceſſorum meorum, & mei ipſius animæ, meo tempore, hanc Cartam ab anteceſſoribus meis confirmatam, ſuſcepi corroborandam & confirmandam, pro Deo & pro ſalute meâ, & pro omnibus hiis, qui præfatæ, Eccleſiæ, in ſpe ſalutis æternæ ſua beneficia contulerunt: Quicunq; ergo hanc Cartam, vel quæ in ea continentur violare præſumpſerit, Dei auctoritate, & Sanctæ matris Eccleſiæ & omnium Epiſcoporum conſilio, quorum hæc concedo, atq; omnium Chriſtianorum excommunicatus & anathemizatus infernalibus pænis perpetualiter dampnetur. S. *Henrici* Regis ✠. S. *Ranulfi* Cancellarii ✠. S. *Gaufridi Rothomagenſis* Archiepiſcopi ✠. S. *Ricardi Bajocenſis* Epiſcopi ✠. S. *Johannis Lexovienſis* Epiſcopi ✠. S. *Rogerii Conſtantienſis* Epiſcopi ✠. S. *Turgiſi Abricenſis* Epiſcopi ✠. S. *Roberti* Comitis ✠. S. *Ricardi* Comitis ✠. S. *Ranulfi* Vicecomitis ✠. S. *Roberti* de *Haiâ* ✠. S. *Rogerii* filii *Ricardi*. Actum eſt apud *Barbeſluvium* anno ab incarnatione Domini *MCxx.* indictione *xiii.* Epactâ *xviii.* *xi.* Kal. *Decembris.*

ABBATIA

de Cormeliis *in ducatu* Normanniæ.

Ex autogr. in Curia *Augmentac.*

Bulla Alexandri *Papæ tertii, donationes diverſarum terrarum, & in* Normanniâ, *&* Angliâ, *confirmans.*

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, *Willielmus*, permiſſione divinâ *Lexovienſis* Epiſcopus, de *Becco*, de *Pratellis*, de *Greſteno*, de *Cornevillâ*, Abbates, ſalutem in ſalutis autore. Noveritis nos diligenter inſpexiſſe privilegium fœlicis recordationis Domini Papæ *Alexandri*, nec viciatum, nec cancellatum, nec in aliquâ ſui parte abolitum, ſub hac formâ.

Alexander *Epiſcopus*. T. *ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Roberto *Abbati Monaſterii* Cormelienſis, *ejuſq; fratribus, tam præſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum, religioſam vitam eligentibus: Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne cujuſlibet temeritatis incurſus eos, aut à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) ſacræ religionis infringat: Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus, gratum impertimur aſſenſum, & præfatum Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri, *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo monaſticus, qui, ſecundùm Deum, & beati* Benedicti *regulam, in eodem Monaſterio noſcitur, inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona idem Monaſterium, in præſentiarum, juſtè, & Canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci; Firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam Sancti* Petri; *Eccleſiam Sanctæ* Crucis; *Eccleſiam Sancti* Silveſtri, *cum omnibus pertinentiis ſuis: Burgum* Cormelienſem, *cum Theoloneo, furno, aquis, molendinis, pratis, nemoribus, quinq; nundinis, & quinq; pheudis militum, & toto territorio juxta ipſum Monaſterium. Eccleſiam Sanctæ* Mariæ *de* Ferfol, *cum Capella Sancti* Chriſtopheri, *& cum hominibus, decimis, & oblationibus: dimidiam decimam Eccleſiæ S.* Germani *de* Folmuchun, *cum decima molendini ipſius villæ; Medietatem decimarum Eccleſiæ Sancti* Albini *de* Scarnum, *cum unâ acrâ terræ; & in molendino ipſius villæ ſeptem quarterios frumenti. Triginta acras terræ apud Capellam* Banieb. *unum hominem apud* Butevillam. *Terram de* Wibraio, *cum duobus molendinis, apud* Faleſiam; Hogum ſiccum, *cum Eccleſia, boſco, & molendino. Apud* Romelli; *unam carucatam terræ. Apud* Wellebone; *duas partes piſcariæ de aureâ foſſâ in* Secanâ, *cum tenemento quod pertinet Monaſterio* Cormelienſi. *Molendinum villæ, quæ dicitur* Vitre. Martineium, *cum medietate molendini de* Arches; *Et medietatem molendini de* Martineio, *cum appenditiis ſuis.* Osbernіueivill, *cum Eccleſia. Apud* Huglevillam *ſedecim ſolidos. Eccleſiam de* Crepun. *cum omnibus decimis, & decem & octo acras terræ. Eccleſiam de* Griſros. *Unum modium bladi in molendino de* Altariis. *Quietanciam omnium rerum, quæ Monaſterio* Cormelienſi *undecunq; venerint, apud Burgum de* Ponte Aldemare, *ſive quas in uſus ſuos Monachi ejuſdem Monaſterii emerint. Pratum in* Corhulene, *& in* Chevilli, *Vineam de* Rollant. *Vineam de clauſo* Hildwini, *cum medietate unius domus, & medietate omnium fructuum ad eandem domum pertinentium, cum tribus modiis vini. Apud* Gamilli, *dimidium modium vini.*

In Angliâ *Manerium de* * Poent, *cum omnibus pertinentiis ſuis,* ſcil. *quinq; hidas terræ, & Eccleſiam, cum omnibus decimis, oblationibus, pratis, molendinis, & nemoribus de* Larclesdune, *& de* Teteſwude. Contonam, Lindam, Eclam, *&* Meleſwicam, *cum molendinis, & pratis.* Ligeſleiam, *cum omnibus ſartis, quæ perninent ad* Puents, Stanling, *&* Boleſdunam, *cum Capella. Eccleſiam de* Tedinton, *& Capellam de* Panteleiâ. *Eccleſiam de* Dimoc, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & decimis. Decimam de toto dominio, & unam virgatam terræ in eadem villâ. Eccleſiam de* Bekeford, *cum Capellis; decimis & cæteris pertinentiis ſuis: Decimam de toto dominio, & in augmentis & aſſartis, & dimidiam hidam terræ. Eccleſiam de* Eſtanâ, *cum Capellis & omnibus pertinentiis ſuis, & unam virgatam terræ; & totam decimam in dominio. In* Totintonâ, *totam decimam de Dominio, in omnibus rebus, & unam virgatam terræ in eadem villa. In* Contonâ *totam decimam de Dominio, & unam virgatam terræ. In* Caldebroc, Orâ, *&* Caleſtan, *totam decimam de Dominio. Totam villam de* Cigeſtonâ, *cum omnibus pertinentiis ſuis;* ſc. *cum duabus hidis terræ, & Capella ipſius villæ. In* Weſteſtingeſtan *decimam de toto Dominio, & unam virgatam terræ; Eccleſiam de* Maurdin, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam decimam de Dominio, & unam virgatam terræ. Eccleſiam de* Cigeſtone, *cum Capellis, & omnibus pertinentiis ſuis, & totam decimam de Dominio, & unam virgatam terræ. In* Pioniâ *totam decimam de Dominio, & unam virgatam terræ. Eccleſiam de* Succeleiâ, *cum Capellis & omnibus pertinentiis ſuis, & totam decimam de Dominio, & unam virgatam terræ. Eccleſiam de* Merleiâ, *cum Capellis, & omnibus pertinentiis ſuis, & tres virgatas terræ: Et totam decimam de Dominio, apud* Wigreſtun. *Ad* Witche *rectum ſuum in ſalinis: Apud* Holewei *totam decimam de Dominio, & unam virgatam terræ. Apud* Sydeham *decimam de Dominio & dimidiam terræ hidam. Apud* Raineham *totam decimam de dominio, & unam virgatam*

* Poent in Com. *Glouc.* C… la ejuſde…

Vide Pat. 47. E. 3. p. 1. m. 29.

virgatam terræ. Apud Toriſtonam *totam decimam de Dominio, & dimidiam hidam terræ, & unum pratum. Eccleſiam de* Sidairt *cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam decimam de Dominio, & unum pratum. Eccleſiam de* Canoel, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam decimam de Dominio, & duas virgatas terræ. Decimas redituum villæ de* Munenutâ, *de* Troy, *& de* Concarvan, *& de* Novavillâ. *Medietatem decimæ de Dominio. Et de terra* Richardi *filii Comitis* Gileberti *Manerium* Uſchanæ, *&* Waiam *dimidiam decimam de Dominio ſuo, in boſco, & plano, in piſcariis, & melle, in placitis, & paſnagiis, & quartam partem decimæ* Srigulliæ. *Et ad prædictum Manerium de* Newent, *unam* Bleſſagham, *& carbonem in nemore ſuo, ad* Bleſſagham *ſuſtinendum, & terram ſuam ad ollas: Et boſcum ſuum de* Edulfeſhellâ *ad eſſartandum, ſi non eſt in Foreſta Regis. Eccleſiam de* Strigul, *cum omnibus pertinentiis. In villa de* Hereford, *duodecim libras ad ſcaccarium Regis. In* Sudhamtonâ *novem librarum, & quinq; ſolidos, in eadem villa, Monachos de* Cormeliis *& homines eorum & domum quam ibi habetis, ab omnibus conſuetudinibus libera de decima,* Stukeleiæ, *&* Merleiæ. *Septuaginta quinq; ſolidos apud* Gloceſtriam, *&* Dimoc *quadraginta ſolidos. Porro in Eccleſiis, quas tenetis, Presbyteros eligatis, & Epiſcopis præſentetis, quibus ſi idonei fuerint; Epiſcopi curam animarum committant, ut de plebis quidem cura eis reſpondeant. Vobis autem pro rebus temporalibus debitam ſubjectionem exhibeant. Sepulturam quoq; ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum qui ſe illic ſepeliri deliberaverint devotioni & extremæ voluntati (niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint) nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia Eccleſiarum illarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.*

Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas præſumat exigere. Cum autem generale interdictum fuerit, liceat vobis, januis clauſis, non pulſatis tintinabulis, excluſis excommunicatis & interdictis, ſuppreſſa voce, divina celebrare. Obeunte verò te, nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres, communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſenioris, ſecundùm Deum, & beati Benedicti *Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre vel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Apoſtolicæ ſedis autoritate, & Diœceſani Epiſcopi Canonica juſtitia. Siqua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona, hanc paginam noſtræ conſtitutionis, ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſq; ſui dignitate careat, reumq; ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, ac Domini redemptoris noſtri* Jeſu Chriſti, *aliena fiat; atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Dat.* Benevent....... *gratiam Sanctæ* Romanæ *Eccleſiæ Subdiaconi & Notarii* V. Kalendas Maii, *Indictione ſecunda, Incarnationis dominicæ Anno* M. C. LXviii. *Pontificatus verò Domini* Alexandri *Papæ, tertii, Anno Decimo.*

✠. *Ego* Hulbaldus, *Presbyter Cardinalis, titulo Sanctæ* Crucis *in Hieruſalem.*

✠. *Ego* Johannes, *Presbyter Cardinalis titulo Sancti* Johannis *&* Pauli Pamachii.

✠. *Ego* Albericus, *Presbyter Cardinalis, titulo Sancti* Laurentii, *in* Lucinâ.

✠. *Ego* Boſo, *Presbyter Cardinalis, titulo Sancti* Pudent. Piſtoris.

✠. *Ego* Petrus, *Presbyter Cardinalis S.* Laurencii *in* Damaſco.

✠. *Ego* Johannes, *Presbyter Cardinalis titulo Sancti* Marci.

✠. *Ego* Theoder, *Presbyter Cardinalis titulo Sancti* Vitalis Veſtine.

✠. *Ego* Hubaldus, Hoſtienſis *Epiſcopus.*

✠. *Ego* Jacinthus, *Diaconus Cardinalis Sanctæ* Mariæ *in* Lumbardiâ.

✠. *Ego* Ard....... *Diaconus Cardinalis Sancti* Theodori.

✠. *Ego* Alexander, *Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*

✠. *Ego* Bernardus, Portuenſis *& Sancti* Rufini *Epiſcopus.*

✠. *Ego* Cinchius, *Diaconus, Cardinalis Sancti* Adriani.

✠. *Ego* Hugo, *Diaconus Cardinalis Sancti* Euſtachii *juxta templum* Agrippæ.

✠. *Ego* Vitellus, *Diaconus Cardinalis Sanctorum* Sergii *&* Bachi.

✠. *Ego* Petrus, *Diaconus Cardinalis Sanctæ* Mariæ *in Aquiro.*

Nos verò, ob inſtantiam virorum Religioſorum, Abbatis & Conventus *Cormelienſium*, Sigilla noſtra fecimus apponi. Data anno Domini *M. CC. xl. ſecundo*, menſe *Novembri.*

Carta Regis Henrici *ſecundi, donationem Manerii de* Newent; *necnon de diverſis terris & Eccleſiis in Comitatibus* Glouc. Herefordiæ, Wigorniæ, Monemuthæ, *&* Suthamptoniæ, *infra regnum ſuum* Angliæ, *confirmans.*

Cart. 2. E. 2. n. 29.

H. Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, & *Aquitanniæ* & Comes *Andeg.* Juſticiariis & Vicecomitibus & Baronibus, & Miniſtris ſuis totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis nos dediſſe & conceſſiſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Cormeliis* & Abbati & Monachis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſias ſuas, & terras ſuas, & elemoſinas, & decimas, & omnia tenementa ſua, tenere ita benè & in pacè &

Juſtè & honorificè, & quietè, ſicut illa meliùs tenuerunt tempore Regis *H.* avi mei & nominatim totum Manerium de * **Newent**, cum omnibus pertinentiis ſuis, *ſcilicet* quinq; hidis terræ, & Eccleſiam, cum omnibus decimis, & oblationibus, & pratis, & molendinis, & nemoribus de *Jarcleſdunâ* & de **Tedeſwode**; *Cumtonam*, & *Lindum*, & *Eaclam*, & *Melſwicham*, cum molendino & pratis; & *Ongheleia*, cum omnibus ſartis, quæ pertinent ad **Newent**. Et **Stanling** & *Buleſduna*, cum Capellâ: & Eccleſiam de *Tedingtona*, & Capellam de *Panteleia*, & Eccl. de **Dimoch**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & decimis, & decimam de toto dominio; Et unam virgatam terræ in eadem villâ. Et Eccleſiam de **Bekeford**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & decimis ſuis, & Capellis; & totam decimam de toto dominio, & in augmentis, & in eſſartis; & dimidiam hidam terræ. Et Eccleſiam de *Eſtonâ*, cum omnibus decimis & Capellis, & pertinentiis ſuis; & unam virgatam terræ, & totam decimam de dominio: Et ad *Tokingtunam* totam decimam de dominio, cum omnibus rebus; & unam virgatam terræ in eadem villâ. Et ad *Cuntonam* totam decimam de dominio, & unam virgatam terræ: Et ad **Cadyhroc** totam decimam de dominio. Et ad *Euram* totam decimam de dominio. Et ad *Elkeſtam* totam decimam de dominio; & totam villam de *Kyngaſtonâ*, cum omnibus pertinentiis ſuis, *ſcil.* duabus hidis terræ, & Capella ipſius villæ. Et ad *Weſtkyngeſtunam* decimam de toto dominio, & unam virgatam terræ; & Eccleſiam de **Matordia**, cum omnibus decimis & pertinentiis ſuis; & totam decimam de dominio; & unam virgatam terræ, & Eccleſiam de *Kyngeſtenâ*, cum omnibus decimis & pertinentiis ſuis, & Capellis, & oblationibus; & totam decimam de dominio, & unam virgatam terræ.

* Newent, in Com. *Glouc.* Cella de *Cormeliis.*

Et ad *Pioniam* totam decimam de dominio, & unam virgatam terræ, & Eccleſiam de *Sukeleiâ*, cum omnibus Capellis, & decimis, & pertinentiis ſuis; & totam decimam de dominio, & unam virgatam terræ; Et Eccleſiam de *Merleiâ*, cum omnibus Capellis & decimis, & pertinentiis ſuis; & tres virgatas terræ, & totam decimam de dominio. Ad **Wich** rectum ſuum in ſalinis. Ad **Holewei** totam decimam de dominio, & unam virgatam terræ, & ad **Sideham** totam decimam de dominio, & dimidiam hidam terræ; & ad **Reineham** totam decimam de dominio & unam virgatam terræ; & ad *Tunkeſtonam* totam decimam de dominio & dimidiam hidam terræ, & unum pratum. Et Eccleſiam de **Lidiar**, cum omnibus decimis & pertinentiis ſuis; & totam decimam de dominio, & unum pratum. Et Eccleſiam de **Hanoel**, cum omnibus decimis & pertinentiis ſuis; Et totam decimam de dominio & duas virgatas terræ: Et de villâ de **Monemute** decimam de redditibus villæ. Et de **Troi**, & de **Cumcarvan**, & de *Novâ villâ* medietatem decimæ de dominio. Et de terrâ *Ricardi* filii Comitis *Gilberti* inter *Uſkam* & *Waiam* dimidiam decimam de dominio ſuo, in boſco & plano, & in piſcariis, & melle, & paſnagio, & placitis; & quartam partem decimæ *Strugulii*. Et ad prædictum Manerium de **Newent** unam *Bleſſagham*, & carbonem in nemus ſuum ad *Bleſſagham* ſuſtinendam; & terram ſuam ad illas: Et boſcum ſuum de *Eadulveſhellâ*, ad eſſartandum, ſi non eſt in Foreſtâ meâ. Et Eccleſiam de *Strigulio*, cum Capellis & omnibus decimis & redditibus & pertinentiis ſuis. Et in villâ *Herefordiæ*, duodecim libras ad Scaccarium meum. Et ad *Sudhamtunam* novem libras, & quinque ſolidos. Et in eadem villâ ſunt prædicti Monachi & homines ſui de dominio ſuo & domus illorum liberi & quieti de omnibus conſuetudinibus; Et de decimâ de *Sukeleiâ*, & de *Merleiâ* ſexaginta & quindecim ſolidos: Et ad *Glocceſtriam*, & ad **Dimoch** quadraginta ſolidos. Teſte *R.* Comite *Cornubiæ* apud *Weſtmonaſterium*.

A B B A T I A

S. Dioniſii, *juxta* Pariſeos.

Ex Cartulario Abb. S. *Dionyſii*, per v. cl. *Andr.* du *Cheſne* deſumptum.

Donatio Bertoaldi *Ducis, de* **Haſtinges**, *&* **Peveneſel**, *portibus maris; & villâ* Radrefeldâ, *in* Angliâ.

IN nomine Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, ego *Bertoaldus* Dux, juſto Dei judicio cecidi in infirmitatem, de quâ medicorum nemo me ſanare poterat. Audivi autem in *Galliis*, apud Monaſterium Sanctorum martyrum *Dioniſii*, *Ruſtici*, & *Eleutherii*, cui præeſt venerabilis Abbas *Folcradus*, per eoſdem Sanctos, virtutes multas fieri; & petens à domino *Karolo* Imperatore tranſitum, veni illuc, ubi cum diebus admodum paucis æger, ad eorum memoriam decubuiſſem; miſeratione Domini, & deprecatione eorundem martyrum, pleniſſimè ſanatus ſum. Vovi autem votum Domino & Sanctis illis, & de eorum ſanctis reliquiis impetrata patrocinia mecum detuli, & in eorum nomine Eccleſiam ædificavi in ſede meâ, in villâ vocabulo *Ridrefelda*, quæ à progenitoribus meis jure hæreditario mihi relicta fuerat. Quapropter dignum eſt, ut per quos ſum ab omni corporis liberatus infirmitate, ipſi mihi in ipſâ meâ debeant hæreditate ſuccedere. Undè ego, unà cum favore fratris mei *Eadbaldi*, & conſenſu meorum fidelium, per hanc ſcripturæ ſeriem omnem illam villam meam, quæ vocatur *Ridrefelda*, ſitam ſuper fluvium qui dicitur *Salforda* in pago qui dicitur *Succeſſa* * & pagi Civitas appellatur *Chicheſtra*, cum omnibus appendiciis ſuis, terris, pratis, paſcuis, campis, ſilvis, aquis,

* *Suſſex.* in *Anglia.*

ita ſicut ego uſus ſum hactenus poſſidere, ſanctis Dei martyribus, *Dionyſio*, *Ruſtico*, & *Eleutherio*, Habendam & diſponendam & in perpetuum tenendam trado. Concedo etiam per hujus monimenta Cartæ, ad uſus Monachorum ibidem Deo famulantium, meæ poſſeſſionis portus, qui ſunt in eadem Civitate ſuper mare; **Haſtingis** & **Pevenesel**, cum ſalinis & omni integritate ſui, ut ſicut ego poſſidere videor, ſic fratres in ipſo Monaſterio ſanctorum martyrum Deo ſervientes amodò poſſideant & diſponant, & pro me Deum deprecari dignentur. Si quis autem aliquid de hiis detrahere, aut minuere, vel uſurpare temptaverit, & ab illis Sanctis & ſervitoribus eorum Monachis abſtulerit, Regi ſeculorum Deo peccabit, qui ab eo requirat in judicio futuro quod injuſtè abſtulit, *cum veniet in ſua majeſtate & ſanctorum Angelorum reddere unicuiq; prout geſſit, ſive bonum ſive malum, & ibunt impii in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam.* Actum dominicæ incarnationis an. *DCCXcii.* anno quo cæpit *Offa* Rex regnare *xxxi.* præſente fratre meo *Eadbaldo*, & coram ſubſcriptis teſtibus. Ego *Berthoaldus* Dux, manu meâ firmavi, & ſubſcripſi. *Eadbaldus* frater ejus firmavi & ſubſcripſi. *Egfridus* Comes ſubſcripſi. *Edilwinus* Comes ſubſcripſi. *Cingils* firmavi & ſubſcripſi. *Eadbertus* firmavi & ſubſcripſi. *Hunwaldus* firmavi & ſubſcripſi. *Edilfridus* firmavi & ſubſcripſi. Ego *Eanfric* Cancellarius ſcripſi, relegi, & ſubſcripſi. Ego *Deodatus* Monachus de manu Ducis *Berthoaldi*; omnia, quæ in hoc teſtamento ſcripta ſunt in nomine Sanctorum martyrum *Dionyſii*, *Ruſtici*, & *Eleutherii*, poſſidenda ſuſcepi, & hanc traditionem per hoc ſcriptum, coram cunctis fratribus Monaſterio adſignavi.

[Sequitur confirmatio Regis *Offa* ſuper eandem donationem, an. regni ſui *xxiii.* Et Regis *Ethelwefi*, anno regni ſui *xix.* quæ brevitatis intuitu omiſſæ.]

Carta Regis Edwardi (*confeſſoris dicti*) *de villâ de* Teintunâ, *in Com.* Oxon.

id.

IN nomine ſummi Dei viventis (&c.) Ego *Edwardus* Rex *Anglorum*, cum eſſem in pace in gloriâ regni mei; pro ſalute animæ meæ patrumq; meorum, qui ante me regnaverunt, cum conſultu & decreto primatum fideliumq; meorum, dedi Sancto *Dionyſio*, qui celebris memoriæ apud nos quidem nominatur, apud *Francos* autem & colitur & habetur, villam quandam nominatam *Teintuna* in territorio & Comitatu urbis quæ *Oxenaforda* dicitur, cum omnibus appendiciis ejus, id eſt, terris, ſilvis, paſcuis, aquis, pratis, cultis & incultis. Sit autem terra hæc immunis & libera ab omni negotio, exceptâ expeditione & pontis vel acris inſtauratione. Quod ſi qui violaverint, ſit pars eorum, decreto Dei & meo, omniumq; Epiſcoporum, quorum nomina hîc habentur. cum *Judâ* traditore, cum *Dathan* & *Abiron* in ignem æternum, *ubi vermis eorum non moriatur, & ignis non extinguitur*, niſi reatum ſuum coram Deo & Sancto *Dionyſio* emendaverint. Anno dominicæ incarnationis *MLix.* ſcripta eſt hæc Cartula, hiis teſtibus conſentientibus.

Ego *Edwardus*, Rex totius *Britanniæ* telluris, hanc meam donationem S. *Dionyſio* conceſſi, & ſigno ✠ agiæ Crucis munitam condonavi.

Ego *Eadgiva*, conlaterana ejuſdem Regis, hoc mihi placere cum benevolentiâ profeſſa ſum.

Ego *Stigandus*, metropolitanus *Chriſti* Eccleſiæ Archiepiſcopus; necnon *Wintonienſis* Eccleſiæ, donum Regis cum tropheo Sanctæ Crucis ✠ libentiſſimo animo confirmavi.

Ego *Kynſinus*, Archiepiſcopus *Eboracenſis* Eccleſiæ, præfatum munimen conſolidavi.

Ego *Wilwinus*, *Dorcaceſtrenſis* Eccleſiæ Epiſcopus prædictum hoc Regis donum benigniſſimâ manu conſcripſi.

Ego *Dodico* Epiſcopus &c. *Hermannus* Epiſcopus, *Aldredus* Epiſcopus, *Will.* Epiſcopus, *Agelmerus* Epiſcopus (&c.)

Haroldus Dux. *Ealſgar* Dux. *Toſtig* Dux. *Leofwine* Dux. *Gyrth* Dux.

Eſgar miles. *Raulf* miles. *Robert.* miles. *Brictric* miles. *Ulf* miles, conſenſum præbuimus.

Et ego *Baldwinus* Sancti *Dionyſii* Monachus, ſub regimine Abbatis mei *Hugonis* conſtitutus, tunc temporis *Anglorum* Regis medicus, omnibus, quorum hic annotata ſunt nomina, ſine cujuſlibet calumniâ, ſcriptum hujus donationis confirmantibus, de manu ejuſdem Regis, & ſcriptum & donum Sancto *Dionyſio* in perpetuum habendum ſuſcepi.

Carta Willielmi *Comitis de* Ferrariis.

Ibid.

OMnibus Sanctæ Eccleſiæ filiis (&c.) *Willielmus* Comes de *Ferrariis* ſalutem (&c.) Noverint (&c.) me dediſſe (&c.) Deo & Sancto *Dionyſio*, in firmam & perpetuam elemoſynam, pro ſalute animæ meæ & *Sibillæ* Comitiſſæ uxoris meæ & hæredum meorum, unum cereum ſingulis annis preiio *xiii.* denariorum, & unum cervum engreſſe, & unum ſenglier engreſſe; ita quod per ſingulos annos tranſmittentur ad feſtum S. *Dionyſii* per proprios nuncios meos vel hæredum meorum (&c.) Teſtes, *Willielmus Baligan* Capellanus Comitis; *Radulfus* le *Butillier*; *Robertus* frater ejus. *Robertus* filius *Ranulfi*, Actum in Capitulo Sancti *Dionyſii*, Anno gratiæ *M.C.lxxxix.*

ABBATIA

S. Ebrulfi *apud* Uticam *in ducatu* Normanniæ.

Orderic. Vital. Hiſt. Eccleſ. pag. 602.

Carta Regis Willielmi *Conqueſtoris de terris quamplurimis*, *in* Angliâ, *dicto Monaſterio conceſſis.*

G*Ulielmus* Dei gratiâ Rex *Anglorum*, & Dux *Normannorum*, atq; Princeps *Cenomannorum*, omnibus fidei Catholicæ fautoribus, pacemq;in Eccleſiâ ſervantibus, ſummum & inexplebile gaudii munus. Quoniam brevis eſt mortalis vita, & de generatione in generatione tranſeunt omnia, volumus litterarum teſtimonio temporis noſtri decreto confirmare; ut quæ nos rectè facimus ex noſtro jure, & ex datâ à Deo poteſtate, nemo ſucceſſorum noſtrorum audeat violare, ne *ſcilicet*, ei contradicat, qui omnia regna ſuo arbitrio diſpenſat. Ego itaq; *Willielmus* Dei gratiâ Rex, in regno mihi divinitùs commiſſo, elemoſynam, quæ mihi perenniter proſit, Cœnobio *B. Ebrulfi* tradere diſpono: Et ea quæ fideles noſtri pro communi omnium ſalute de poſſeſſionibus, quas eis dedi legitimè. . . . Deo, concedo, præſentiq; cirographo confirmationem noſtram præſentibus & futuris omnibus Dei fidelibus notifico.

Inprimis igitur *Uticenſi* Monaſterio, quod beatus *Chriſti* Confeſſor *Ebrulfus* conſtruxit in Heremo, de Dominio meo, pro amore Dei, dono in **Glouceſtre**-*ſcira* villam, quæ *Ravella*, id eſt *Caprea fons* dicitur; & in **Nichole**-*ſcira*, quandam Eccleſiam, & quicquid ad eam pertinet in villâ quæ **Nethleham** vocatur. Præterea optimates noſtri de rebus ſuis S. *Ebrulfo* hæc largiti ſunt; atq; ut in Chartâ regiæ auctoritatis contra omnium infeſtationes inſerantur, popoſcerunt: *Rogerius* Comes *Scrobesburia* dedit omne quod habebat in *Melleburna*, in **Granteburge**-*ſcira*: *Othnam* quoq;& *Mereſtonam* in **Eſtaforde**-*ſcira*, & unam hidam terræ in **Graphan**, & terram *Vulfuini* aurifabri in *Ciceſtra*, decimamq; Caſeorum, & lanarum de *Pultonâ*, & decimam de **Senegai** in **Granteburge**-*ſcira*. *Mabilia* verò, ejuſdem Comitis filia, de redditibus ſuis in *Anglia LX.* ſolidos ſterilenſium, pro decimis ſuis, dedit S. *Ebrulfo* per ſingulos annos ad luminaria Eccleſiæ. *Guarinus* Vicecomes de *Scrobesburia* dedit S. *Ebrulfo Neutonam*, & Eccleſiam de **Halis**, cum decimâ, decimamq; de *Gueſtona* in **Eſtaforde**-*ſcira*; Et hæc dominus ejus *Rogerius* Comes conceſſit. Porrò *Hugo* de *Grentemaiſnil* (qui cum *Roberto* fratre ſuo, & avunculis ſuis, *Guillelmo* & *Roberto*; filiis *Geroii*, *Uticenſe* reſtaurarat Cœnobium) hæc eidem dedit in *Anglia* in perpetuam hæreditatem; totam terram, quam habuit in *parvâ Pilardentona*, in **Guarewiche**-*ſcira*, omniumq; duas partes decimarum totius terræ ſuæ dedit: & *xvi.* ruſticos ad ipſas decimas cuſtodiendas, atq; novem Eccleſias. Dedit enim tres villanos *Sceltonis*; tres *Guaris*; duos *Belegraviæ*, unum *Scotonæ*, unum *Chirchebiæ*, unum *Merſitonæ*, unum *Oſteſilva*, unum *Cherletona* Et alium in alia *Cherlentunâ*. Dedit etiam Eccleſiam de *Guaris*, & totam decimam, quæ ad illam pertinebat, terramq; duarum Carrucarum; Eccleſiam de *Turthilleſtona*, Decimamq; ad illam pertinentem, & duas virgatas terræ.

Eccleſiam de **Clenefeld**, cum decimâ totâ, & duabus virgatis terræ: Eccleſiam de *Charlentona*, cum decimâ & quinq; virgatis terræ: Eccleſiam de **Novreſlay**, cum decimâ & duabus virgatis terræ; Eccleſiam de *Merthegrava*, quæ nunc alio nomine *Belegrava* dicitur, cum tota decimâ, & *xi.* virgatis terræ; & *Guillecotam*, & quicquid *Hugo* Clericus de *Sappo* in *Anglia* de ipſo tenebat; Eccleſiam de *Merſitona*, cum totâ decimâ & terrâ ad Eccleſiam pertinente: Eccleſiam verò de **Goteford**, cum decimâ, & unâ hidâ terræ: Eccleſiam de *Sellingis*, cum toto quod *Leofricus* ibidem de ipſo tenebat. Hæc ſunt quæ *Hugo* de *Gretemaiſnill* Sancto *Ebrulfo*, me concedente, dedit in *Anglia*.

Radulfus quoq; de *Conchis* eidem Sancto dedit duos Manerios *Aluumtonam* in **Wigherceſtre**-*ſcira*, & *Caldcotam* in **Nortfuch**: Et *Hugo* filius *Conſtantii* dedit Eccleſiam de *Gafra* & unam hidam terræ. *Hugo* autem *Ceſtrenſis* Comes, filium ſuum nomine *Rodbertum* in *Uticenſi* Eccleſiâ ad Monachatum Deo obtulit, & eidem Eccleſiæ dedit unam hidam terræ in *Parva Pilardentona*, & decimam, ac unum Ruſticum in villâ quæ dicitur *Brichella*, decimamq; de *Sanleia* in **Buccringeham**-*ſcira*. *Robertus* verò de *Rodelento* (præfato *Hugone Ceſtrenſi* Comite, Domino ſuo, concedente) dedit S. *Ebrulfo Chirchebiam* cum duabus Eccleſis; una *ſcilicet* quæ in ipſa villa eſt, & alia propè illud Manerium in Inſulâ Maris, & Eccleſiam S. *Petri* Apoſtoli, & quicquid ad eam pertinebat in *Ceſtrenſi* urbe. Et in *Mereſtona*, quæ eſt in **Northamtone**-*ſcira*, Eccleſiam S. *Laurentii*, & quicquid ad eam pertinet: & in eadem *Provincia* Eccleſiam de *Bivivella*, cum duabus terræ carrucatis. Alii quoque homines *Hugonis* Comitis, *Uticenſi* Eccleſiæ decimas ſuas dederunt. In **Nichole**-*ſcira* *Rozſcelinus* de *Eſtentona*, *Osbernus Tezſonis* filius, de *Neubela*, *Baldricus* de **Fareford**, Decimam cum uno Ruſtico. *Rogerius* de **Willai** & *Briſard*, & *Robertus Pultrel* in **Legreceſtre**-*ſcira*. Omnes hi decimas ſuas Sancto *Ebrulfo* dederunt, & prædictus Comes gratanter conceſſit. Hæc itaq; quæ de noſtro Dominio ſæpè memoratæ Eccleſiæ dedi, & omnia quæ à Baronibus noſtris eidem data ſunt conceſſi, Anno ab Incarnatione Domini *M. Lxxxi.* Indictionis. *iv.* præſenti Cirographo in urbe *Guenta* corroboro, & Proceribus meis, qui Eleemoſynas ſuas dederunt, vel aſtipulatores earum ſunt, Hoc Teſtamentum ſigno 1081.

ſigno Sanctæ Crucis dedicandum trado: ut in æternum Regali auctoritate rata ſit hæc donatio, & Sacrilegos Sacrarum violatores rerum irremediabilis, niſi à reatu reſipuerint, feriat Maledictio.

Carta Roberti *Comitis* Leiceſtriæ, *de diverſis Eccleſiis, terris & Decimis infra Comitatum* Leiceſtriæ.

RObertus Comes *Leyceſtriæ*, Comitis *Melentini* filius, omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ, & patris mei & matris meæ, & omnium aliorum anteceſſorum meorum, & ſucceſſorum, donâſſe & conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Monaſterio S. *Ebr.* & Abbati & Monachis ejuſdem loci, quicquid habent in totâ terrâ meâ in liberam, & abſq; omni terreno ſervicio & conſuetudine & exactione, quietam elemoſynam; ita quod nulli aliquod terrenum ſervicium inde facere teneantur; neq; homines in terrâ ipſorum, manentes apud *Leyceſtriam*, plenam decimam de omni dominio meo de Præpoſiturâ; *videlicet*, de pontibus de **Holegate**, de molendinis, & piſcationibus, atq; virgultis, quæ modò in eadem villâ ſunt, vel de novo fient in tota Foreſtâ ejuſdem villæ; in defenſis *videlicet*, & in altâ Foreſtâ, & alibi per totam Foreſtam *Leyceſtriæ*, plenam decimam de omnibus paunagiis & herbagiis, & venationibus, & venditionibus, & araciis equorum & equarum, & de omnibus fructibus & eſſartis & agriculturis, & molendinis, & furnis & piſcationibus, & cenſibus, & Eccleſiis, & villis & Capellis, & obventionibus quæ ex eâ & in propreſturis ejus, præſentibus & futuris operibus, etiamſi ad agriculturam redacta fuerit, poterunt pervenire; & quietanciam herbagii, & paunagii ad Centum porcos Conventus S. *Ebrulfi* per annum; *videlicet* in fenſis, & in altâ Foreſtâ, & alibi per totam ipſam Foreſtam cum meis propriis porcis. Infra muros Civitatis *Leyceſtriæ* novem Burgenſes; extra verò quinq;. Decimam quoq; dominicarum terrarum mearum in eadem villâ: Eccleſiam de **Belegrave** &c.

In **Clenefeud** Eccleſiam, cum duabus virgatis terræ, & Capellam de **Branteſton**, & de **Kereby**, cum decimis & aliis pertinentiis ejus in **Prkynfeld** &c. In **Rotheby** duas partes decimarum totius dominii mei, de omnibus de quibus decima datur & accipitur, & ita habet Monaſterium S. *Ebrulfi* in omnibus dominiis de feodo *Leyceſtriæ*. In **Groby** &c. In **Boſceby** duas partes omnium decimarum de duabus aulis; & in **Humbirſton** ſimiliter decimam de duabus aulis, & unam virgatam terræ. In **Stocton** decimam de dominio, & unam virgatam terræ. In **Evington** decimam de dominio. In **Pgwarby** decimam de dominio. In **Syleby** decimam de dominio. In *Torp-Ernaud* decimam de dominio. In **Brantingesby** decimam de dominio. In **Waltham** &c. In **Wykyngeſton** decimam de dominio. In **Houtheby** &c.]

Volo itaq; & firmiter præcipio ut hujus meæ donationis, conceſſionis, & confirmationis Carta ab omnibus hæredibus meis, & ballivis illibata conſervetur & integra; & ut ea quæ in eâ ſcripta ſunt & nominata; tam in Eccleſiis quàm decimis, & eſſartis & terris; aliiſq; pertinentiis ſuis & poſſeſſionibus, Abbati & Monachis plenariè & abſq; malivolâ dilatione perſolvantur; & ut ipſi ſuper hiis omnibus, quæ donavi, conceſſi, & confirmavi, nullam de cætero moleſtiam patiantur; nec homines in terris ipſorum manentes, ſed cum omni integritate, & abſq; omni exactione, conſuetudine & diſtrictione terreni ſervicii, ea pacificè & quietè in puram, liberam, perpetuam, & quietam elemoſynam poſſideant, præſentem paginam Sigilli mei munimine confirmavi & roboravi, ipſis contra omnem calumpniam perpetuo valituram. Hanc autem donationem, confirmationem, & conceſſionem ego & omnes hæredes dictis Abbati & Monachis tenemur contra omnes homines warentizare, & defendere. Si quis verò hæredum, ballivorum vel hominum meorum hanc meæ donationis, conceſſionis, & confirmationis Cartam, ſciens infregerit, vel contra eam aliquo modo venire temptaverit, indignationem Dei omnipotentis, meamq; maledictionem ſe noverit incurſurum. Hiis teſtibus, *O. Ebor.* Epiſcopo, & *Hugone* de *Raceto*, & *Ricardo* de *Bellomonte* Magiſtro, & Capellano meo, & *Tombeto* de *Morevilla*, & aliis.

Carta Roberti *Comitis* Leiceſtriæ, *filii præfati Comitis.*

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*; ego *Robertus* Comes *Leyceſtriæ*, omnibus hominibus & Baronibus, & amicis, & fidelibus meis, ballivis atq; miniſtris ſalutem, & pacem. Noverit univerſitas veſtra, me ad preces & ad monitionem kariſſimæ uxoris meæ *Petronillæ* Comitiſſæ *Leyceſtriæ*, & filiorum, *Willielmi videlicet*, *Roberti*, atq; *Rogeri*, & *Amiciæ* Comitiſſæ *Rocefortis*, filiæ meæ, donâſſe, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Monaſterio beati *Ebrulfi*, & Abbati & Monachis ejuſdem loci, quicquid habent in totâ terrâ meâ in liberam, & ab omni terreno ſervicio & conſuetudine puram & quietam elemoſynam; ita quod nemini præter dominum terrenum in ſervicium aliquod facere teneantur; vel auxilium ſeu etiam talliam vel relevamentum, vel gardam; nec homines in terris ipſorum manentes, in *Normannia videlicet* & in *Anglia*, tam de donis illuſtris viri *Hugonis* de *Grantemenyl* proavi memoratæ Comitiſſæ, & jamdicti Monaſterii fundatoris, & meis & fidelium ſuorum atq; meorum, quam de donis *Willielmi* filii *Osberni* attavi mei, & meis, aliorumq; anteceſſorum meorum, & fidelium ſuorum atq; meorum, in quibus hæc propriis neceſſariam duxi exprimenda vocabulis; Eccleſiam *videlicet* de *Miceto* &c.

In *Anglia* verò apud *Leyceſtriam* plenam decimam de omni dominio meo, De præpoſiturâ, *videlicet* de pontibus de **Holegate** (&c.)

Decimam quoq; dominicarum terrarum mearum in eadem villâ. Eccleſiam S. *Sepulcri*, quæ eſt extra Civitatem, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de *Belegrave*, (&c.) Teſtibus *Petronillâ* Comitiſſâ *Leyceſtria*, uxore meâ, & *Willielmo*, & *Roberto*, & *Rogero* filiis meis, & *Amicia* filia meâ Comitiſſâ *Rochefortis*, *Simone* de *Grammenil*, & aliis.

Pat. 12. E. 3. p. 3. m. 13. per Inſpex.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donationem Manerii de* **Cherlton**, *per* Adelinam *de* Juri *factam, confirmans.*

H. Rex *Angliæ* Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Baronibus, & Vicecomitibus, & fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & reddidiſſe Deo & Sancto *Ebrulfo*, & Monachis ſuis Manerium de *Ceorlotona* quod *Adelina* de *Juri* eis dedit. Et volo & concedo & firmiter præcipio, ut benè & quietè, & honorificè teneant. Teſtibus *Nigello* de *Albiniaco*. & *Fulcone* de *Alnou*, & *Rad.* de *Ponte Erchenfr.* apud *Rothomagum*.

Cella de **Cherlton** in Com. *Wil.*

Cart. 12. E. 2. m. 18. n. 92. per *Inſpex.*

Carta ejuſdem Regis Henrici *ſecundi, de libertatibus.*

H. Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ* & Comes *Andegaviæ*, omnibus Vicecomitibus & Miniſtris ſuis tocius *Angliæ*, & *Normanniæ*, & nominatim portuum maris ſalutem. Precipio, quod omnes victus & veſtitus & omnes res Monachorum de Sancto *Ebrulpho*, & quicquid homines eorem affidare poterunt eſſe proprium Abbatis & Monachorum Sancti *Ebrulphi*, ſit quietum ab omni theloneo, & paſſagio, & conſuetudine. Et prohibeo quod nullus eos vel res eorum injuſtè diſturbet ſuper *x. l.* forisfacturâ. Teſte *Rotrodo* Epiſcopo *Ebroicenſi*, apud *Leons*.

ABBATIA

de Exaquio, *in ducatu* Normanniæ.

Pat. *Norm.* 8 H. 5. p. 2. n. 21.

Carta Regis Henrici *quinti, ratificationem Regis* Henrici *ſecundi, & aliorum donatorum recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam celebris memoriæ *Henrici* quondam Regis *Angliæ*, incliti progenitoris noſtri, factam in hæc verba. *H.* Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Seneſcallis, Vicecomitibus, & omnibus Ballivis, & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Trinitatis* de *Exaquio*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes rationabiles donationes, ſubſcriptas ſibi factas, & Cartis donatorum confirmatas. Ex dono *Truſt. Haldup*, & *Eudonis* filii ejus, & conceſſione & confirmatione *Roberti* de *Haia* & *Muriellæ* uxoris ejus, & *Ricardi* & *Radulphi* filiorum eorum, in villâ ſanctæ *Opportunæ*, in quâ ſita eſt præfata Eccleſia totam partem, quam præfatus *Truſt.* & *Eudo* filius ejus ibi habebant in Eccleſiis, & terris, & ſilvis, in aquis, & molendinis, in piſcariis, & ſalinis: Et in villâ de *Familerus* totam partem quæ fuit *Adelais* de *Balto*, & ſilvam quæ appellatur *Canilliacum*, cum omnibus terris & molendinis, cum aquâ, & cum moltâ de Manerio de *Cirenciis*, exceptis tantum ſervientibus ſuis; & omnia quæ ad præfatam ſilvam pertinent, ſicut ipſi eam habebant; & quicquid habebant in *Orevilla*, & in *Warevilla*, & in omnibus Mainillis ad *Orevillam* pertinentibus, cum Eccleſiâ, & omnibus aliis pertinentiis; & Eccleſiam Sanctæ *Mariæ* de *Probail*, cum omnibus pertinentiis, & partem ſuam in Eccleſiâ Sancti *Georgii* de *Tummevill*, cum elemoſinis, & decimis, & omnibus exitibus ejuſdem Manerii: & totam partem ſuam in Eccleſiâ Sancti *Joh.* de *Turgiſvilla*, cum pertinentiis; & ad *longam famem* terram ad unam carrucam, & rectam decimam omnium exituum, & Eccleſiam de *Conneis*, cum elemoſinis & rectis decimationibus omnium exituum ejuſdem Manerii: Et terram ad unam carrucam; & unum vavaſſorem, cum hoc quod tenet in eadem villâ, & in *Boſevilla*, in plano; & in *Apavilla*, & in *Oſonvilla*, & in *Mainvilla*, ad *Apavillam* pertinentibus, quicquid ibi habebant, in Eccleſiâ, in terris, in ſilvis, & in omnibus aliis pertinentiis; & duas dimidias piſcarias in *Unna*, quæ eſt juxta *Hulum*, & partem ſuam Eccleſiæ Sancti *Georgii* cum pertinentiis ſuis, & Eccleſiam Sanctæ *Suſannæ*, cum elemoſinis; & Eccleſiam Sancti *Ermelandi* juxta *Pleſſeiam*, & omnes Eccleſias ſuas de *Ranteis*: Et rectam decimationem juxta parcum & extra, illius foreſtæ de *Pleſſeio*; de paunagiis, de vehiculo, de venatione, & de omnibus lucris, quæ ibi fiunt, aut fient, de molendinis, piſcariis, exitibus, & nutrimentis; & extra parcum omnibus beſtiis & porcis Monachorum, & animalibus ſervientum eos cuſtodientium, paſtum & paſturam. Et ſi infra parcum mittuntur porci ad paſtum, habeant Monachi in eodem parco *C.* porcos à feſtivitate *S. Martini*, uſq; ad *Quadrageſimam*, quietos. Et ſi ibi non mittuntur porci deforis ad paunagium, tamen habeant Monachi *L.* quietos uſq; ad prædictum terminum, cum eiſdem conſuetudinibus in nemore de *Folleâ*. Et extra parcum ligna ad Eccleſiam & domus ſuas & omnia neceſſaria ſua in eadem foreſtâ, & homines animalia ſua cuſtodientes ſimiliter. Et in eadem foreſtâ partem quandam, per loca & diviſas, quas indè habent determinatas in Cartis, cum omnibus terris

& pertinentiis, ſicut præfati donatores habuerunt.

Et terram trium famulorum in *Balteis*; *ſcil. Ranamoti* & *Wimundi* porcarii, & *Sarraceni*, quam ipſi de eis tennerunt, & rectam decimam partis ſuæ de Manerio *Pleſſeii*, de omnibus exitibus: Et Eccleſiam de *Crienciis*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & unum Vavaſſorem cum terrâ ſuâ, & in eadem villa terram ad duas carrucas, & tres ſalinas, & unam piſcariam in mari; & terram duarum bercariarium, quam paſtores tenent; & ſex ſuburbanos cum alodiis ſuis, & de theloneo ejuſdem villæ *lx s.* Et in mariſco de *Creſſoneres vi.* acras terræ; & rectas decimas de omnibus exitibus Manerii de *Crienciis*, Et in nemore de *Fulleiâ* rectam Decimam de omnibus exitibus, cum omnibus conſuetudinibus, quas habent in nemore *Pleſſeii*; & decimam molendini de *Folleiâ*, & de piſcariis: Et Eccleſiam Sancti *Georgii* de *Rota*, cum pertinentiis ſuis, & ad montem *Cathonis* terram ad unam carrucam; & decimam molendinorum & piſcariarum, & omnium exituum illius Manerii. Et Eccleſiam de *Argenti*, cum pertinentiis & rectis decimis exituum ejuſdem Manerii; & terram ad duas carucas, & partem ſuam de Eccleſiâ Sancti *Philippi* de *Walſeia*; & ea quæ *Hugo* de *Valſeio* ibidem tenuit de ipſis. Et partem quam habebant in Eccleſiâ Sanctæ *Mariæ* apud *Martrume* cum pertinentiis ſuis; & id quod *Hugo* de *Valſeio* ibidem de eis tenuit; Et partem quam habebant in Eccleſiâ de *Coeſneriis*, cum pertinentiis ſuis, & terram ad unam carrucam, & de hiis omnibus rectam decimam omnium exituum.

Item ex dono *Roberti* de *Haiâ*, Eccleſiam Sancti *Martini* de *Eudonvillâ*, & terram *Pippini*, liberam & quietam ab omni ſervicio & auxilio; Et Eccleſiam Sanctæ *Mariæ* de *Anſgovilla*, cum decimis & elemoſinis eidem Eccleſiæ pertinentibus; Et Eccleſiam S. *Martini* de *Britevilla*, & decimam molendinorum de *Monte Acuto*, & decimam molendinorum de *Bertanvilla*, & de *Eudonis-villa*; Et Eccleſiam Sancti *Nicholai* de *Foliata*; Et Eccleſiam Sancti *Quirini* de *Pleſſeio*.

Cella de *Boxgrave* in *Suſſexia*.

Item ex dono præfati *Roberti* de *Haia*, in *Anglia*, Eccleſiam de *Boxgrava*, cum pertinentiis ſuis, Et Eccleſiam de **Brokebi**, & quicquid habebant in Eccleſiis de **Riſum**, & de **Bellinges**, & de **Subroc**, & de **Suanatone**, cum omnibus pertinentiis ſuis; Excepto eo quod Monachi de * *Acrâ* habent in ipſâ Eccleſiâ de **Suanatone**. Et Eccleſiam de *Callatona*, & totam decimam denariorum ſuorum de Maneriis ſuis de **Brokebi**, & de **Felingeham**, & de **Riſon** & *Suanitona*, & *Suttona*, & de *Hatona*, & de *Scortona*; & unam bovariam terræ apud **Brokebi**. Apud *Boxgravam ii.* hidas terræ, & dimidiam circa Eccleſiam de *Boxgrava*; & omnem decimam ipſius parochiæ, & totam decimam gablorum ſuorum de natali de eadem parochiâ; Et decimam ſui nemoris in paſſone & venditione. Et in eodem nemore dedit Monachis in eadem Eccleſiâ morantibus ignem & materiam ad omnia ædificia ſua & opera, & paſſonem porcis ſuis, & paſturam ad omnia animalia ſua dedit, & Eccleſiam ſancti *Petri* de *Haunconete*, & terram & decimam quæ ad eandem Eccleſiam pertinent: Et Eccleſiam Sancti *Leodegarii* de *Honeſtan*, & Eccleſiam de **Budeham**, & Eccleſiam Sanctæ *Mariæ* de *Waborgotona*, & Eccleſiam Sanctæ *Mariæ* de **Berneham**, & Eccleſiam Sanctæ *Katerinæ*, quæ eſt ſita ſuper fluvium *Tamiſiæ* & Eccleſiam Sancti *Georgii* de *Bantona*, & Eccleſiam de *Cadea*, & terras & decimas, quæ ad eaſdem Eccleſias pertinent. Dedit etiam illam menſuram frumenti quæ vocatur *Cherchet*, de omnibus Maneriis ſuis, cum Eccleſiis & decimis.

* Caſtle-Acre in Com. Norff.

Ex dono *Ricardi* de *Haia* decimam frumenti ſui, & avenæ de *Britevilla*, Ex dono *Renaldi* de *Aurea-valle* Eccleſiam Sanctæ *Helenæ*, cum decimis omnibus ejuſdem villæ, & terras & elemoſynas eidem Eccleſiæ pertinentes; *videlicet* clauſum quod vocatur *Vinea*, & totam partem laundæ, quam dedit *Robertus Banum* juxta *Turcuti villam*, & totam decimam de omnibus redditibus totius ſilvæ ſuæ, & paunagium porcorum Monachorum in eadem ſilvâ quietum, & ligna ad materiam ad ædificia etiam neceſſaria Monachorum, & paſturam de *Aurea valle* communem omnibus animalibus Monachorum, cum animalibus Domini, & *Sagrunent*: Et in *Gerevilla ii.* acras terræ: Et in *Litearia* unam acram, & decimam feriæ *Aureæ vallis*, & dimidium dominium Eccleſiæ de *Hugevilla*, & alteram medietatem quam *Rogerus* filius Epiſcopi, cum *Roberto* de *Haia* dedit. Et *Rogerum* de *Monaſteriis*, cum terrâ ſuâ, id eſt, *iii.* acras, & terram *Pagani* juxta clauſum ad ipſum clauſum & terram *Herſendi*, & *Annoti*, & clauſum *Leecelinæ*, cum domo ſuâ. Ex dono *Hugonis* filii ejus, dimidiam Eccleſiam Sancti *Landi* de *Orevilla*, cum elemoſinis & decimis illius Eccleſiæ, & decimâ trium molendinorum duorum de *Aurea valle*, & unius in *Balceſio*. Et terram de *Rekenerell* liberam & quietam ab omni ſervicio & auxilio. Ex dono *Roberti Banm.* unum vavaſſorem, cum terrâ ſuâ. Ex dono *Roberti* filii ejus de *Aſelvilla* terram reddentem unum quarterium frumenti, & in *Balceſio* prædicti *Renaldi* unam acram terræ juxta terram *Balmeri*: Et omnia quæ idem *Renaldus* dedit, & omnia, quæ de calengiis ſuis relaxavit infra burgum *Exaquii*, & in *Incunâ* totâ, & in aliis locis & villis eidem *Reinaldo* pertinentibus, libera & quieta, ſicut Carta ejus dividit & teſtatur.

Ex dono *Willielmi* de *Aurea Valle* molendinum ſanctæ *Oportunæ*, cum omnibus conſuetudinibus, & moltâ, & omnibus rebus, quæ ad illud molendinum pertinebant; & partem Eccleſiæ ſanctæ *Oportunæ*. Ex dono *Guillielmi* de *Abrincis* quartam partem Eccleſiæ Sancti *Salvatoris*, cum Capellariâ ſuæ domus, & *xx.* & *vi.* acras terræ, & dimidiam decimam ſui molendini, cum aliis minutis decimis, & hominibus ejuſdem elemoſinæ communem paſturam & focum, ſicut ſuis: Ex dono *Jordani* de *Campo Arnulphi*, & *Willelmi* de *Rollos*, & *Willielmi* de *Ponte*, & *Clarembaldi* de *Girarcot*, &

& *Ricardi* de *Rollos*, quicquid habebant in Eccleſia S. *Sanſonis* de *Ginefoſſâ* : & in eadem villâ ex dono *Gaufridi Ourem iii.* acras terræ liberas & quietas ab omni ſervicio, & auxilio, & unum maſuagium, & terram eidem pertinentem. Ex dono *Willielmi* & *Riciardi Pirou*, & ex conceſſione & confirmatione hæredum eorundem *Radulphi* de *Pirou*, & fratrum ipſius *Gaufridi*, *Rogeri*, & *Stephani*, Eccleſiam de *Pirou*, & decimam totius villæ, in garbis, & molendinis, & omnibus aliis, quæ contigerint decimari; & *xliiii.* acras terræ, & brociam dejuxta *Laundam* : & unam piſcariam in mari; & decimam anguillarum, & terram in quâ Monachi ædificaverunt domos ſuas, & ortos & pratum de *Broc*, & pratum de *Mela*, & unam acram terræ juxta Crucem; & acram, quam *Robertus* filius *Oſmundi*, & virgatam terræ, quam *Giroldus* de *Pirou* donaverant Monachis. Et præterea conceſſionem & confirmationem, quam *Radulphus* filius & hæres *Ricardi* de *Pirou*, & fratres ſui fecerunt, *viz.* ut in voluntate ſit Abbatis de *Exaquio* & ſui Conventus prædictas decimas & cætera beneficia ad Abbaciam deferre & expendere, & quæcunq; cuſtodire voluerint ad *Pirou* ſuarum rerum, ſeu Monachum, ſeu alium habere, & talem quitanciam in moltâ, qualem Carta dividit.

Ex dono *Rogeri* de *Albinneio*, & *Guillielmi* patris ejus, Eccleſiam de *Folgeriis*, cum decimis, & elemoſinis eidem pertinentibus, & partem Eccleſiæ de *Ginefoſſâ*, quam *Oſmundus* Clericus tenuit, cum pertinentiis ſuis, & totam terram illam, quam idem *Oſmundus* tenuit in *Kercavilla*, & in *Francavilla*, & *lxiiii.* acras terræ in *Linervilla*, & quicquid filii *Ranulphi Eſpee* tenuerunt de Honore *Albinneii* in *Alno*, & in *Aſtella*, ſive in Eccleſiâ, ſive in terrâ, & decimam feriæ Sancti *Chriſtoferi*, & de foro *Albinneii*, & in *Macheſis* unum ortolanum, cum terrâ ſuâ, & quicquid *Avicia* uxor prædicti *Rogeri* dedit in *Monte Fameloſo*, & in *Meſnillo Ogis*. Et ex dono ejuſdem, & *Auſchetilli* de *Clens*, & *Roberti* filii ejus, & *Aeliz* filiæ ipſius *Roberti*, Eccleſiam Sancti *Patricii* de *Clens*, & Eccleſiam Sanctæ *Margaretæ* de *Baudrevilla*, & Eccleſiam de *Probail*, cum omnibus decimis, & elemoſinis eidem pertinentibus de Honore *Albinneii* & libertatem & quietanciam ab omni ſervicio & redditu, ſicut Carta donatoris teſtatur; *ſcilicet* in terrâ de *Monte Catonis*, & in quadam terrâ apud *Criencias*. Ex dono *Willielmi* de *Bricevilla* dimidium molendinum de *Matun*. Et ex dono *Thomæ* filii ejus, Eccleſiam de *Alno*, cum omnibus decimis & elemoſinis eidem Eccleſiæ pertinentibus, & unam acram terræ in *Alno*, & alteram in *Velleio*, & partem quam habebant in piſcariâ de *Matun*. Ex dono *Ricardi* de *Rollos*, totam decimam de terrâ ſuâ de *Francavilla*, & quicquid habebat in Eccleſiâ de *Ginefoſſâ*; & quicquid *Thomas* de *Bricevilla*, & *Willielmus* de *Aurea Valle*, & *Robertus* de *Verleio*, cum *Roberto* filio ſuo, & *Gaufridus Eſcurun*, cum *Radulpho* filio ſuo dederunt in Eccleſia de *Verli*, cum terris, & elemoſinis eidem Eccleſiæ pertinentibus, & Eccleſiâ de *Waringebet*, quam *Ricardus* de *Haia*, & *Matildis* uxor ejus dederunt, cum decimis & elemoſinis eidem Eccleſiæ pertinentibus. Ex dono *Roberti* de *Monaſteriis*, & filiorum ejus *Will.* & *Heberti* Eccleſiam de *Surevilla*, & Eccleſiam de *Glatinneio*, cum decimis & elemoſinis eiſdem Eccleſiis pertinentibus, & *xii.* acras terræ in *Glatinneio* : Et quicquid *Jordanus* de *Barnevilla*, ex dono patris ſui & matris ſuæ conceſſit & confirmavit; *ſcilicet* totum feudum unius vavaſſoris in *Britevilla*, & quandam terram in *Gerſeio iii.* quarteria frumenti reddentem. Et confirmationem, quam *Robertus Bertamus* fecit de elemoſynâ de *Sotewaſt*, quam ſicut pater ſuus de omnibus ſervicis & auxiliis liberam & quietam conceſſiit, ſicut ipſe, ab omni ſervicio & auxilio, ad ſummum Dominum terræ pertinente, in perpetuo acquietare conceſſit & confirmavit.

Et ex dono *Radulphi* de *Satawaſt*, Eccleſiam de *Satawaſt*. Et ex dono *Willielmi* de *Auſnevilla*, Eccleſiam de *Auſnevilla*, apud *Sarna*; & quandam domum juxta cimiterium, & totum mariſcum à cimiterio uſq; ad aquam *Sares*. Et Eccleſiam de *Witſel*, & Eccleſiam de *Petot*, cum pertinentiis ſuis. Et ex dono *Godefredi* de *Buſſone*, Eccleſiam Sancti *Martini* de *Gronvilla*, in *Griſeio*. Et ex dono *Ricardi* fratris *Will. Avenel. iii.* acras terræ in *Herevilla*, & aliam terram. Et ex dono *Rogeri Foliot*, concedente *Ricardo* de *Wavilla* Eccleſiam de *Oſmunvilla*. Ex dono *Willielmi* de *Marcheio* menſuram *Pantof* in *Trienciis*. Et ex dono *Engolgerii* de *Bohon* dimidium millarium anguillarum apud *Bohun*. Et conventionem, quam fecerunt *Will.* de Sancto *Johanne*, & *Robertus* frater ejus, & *Oliva* uxor *Willielmi* de Prioratu *Boxgrava* cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut cirographum determinat, & teſtatur. Et ex dono *Gilleberti* de *Campans*, *ii.* garbas de terrâ quam tenet in *Verleio*, de feudo de *Liteare*. Et ex dono *Simonis* de *Verleio* duas garbas de terrâ ſuâ. Quare volo, & firmiter præcipio, quod præfata Eccleſia & Monachi in eadem Eccleſiâ Deo ſervientes, habeant & teneant omnes prænominatas donationes benè, & in pace, & quietè, integrè, plenariè, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, ad eas pertinentibus, in Eccleſiis, & decimis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in vivariis & ſtagnis, & in piſcariis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis locis & rebus, ad eas pertinentibus. cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, ſicut Cartæ donatorum teſtautur. Teſtibus, *Johanne Ebroicenſi* Epiſcopo; *Henrico Bajocenſi* Epiſcopo, *Hugone* de *Nuvaunt* electo de *Ceſtre*, *Roberto* de *Novo Burgo* Decano *Rotomagenſi*, *Willielmo* de *Humet*, *Willielmo* filio *Radulphi* ſeneſcalli *Norman.* *Roberto* Archidiacono de *Notingaham*, *Aluredo* de Sancto *Martino*, *Seero* de *Kency*, *Hugone* de *Creſſy*, *Thoma Baldolf*, & multis aliis, apud *Ceſaris Burgum*.

Cella de *Boxgrave* in *Suſſexia*.

Inſpeximus inſuper quandam Cartam *Roberti* de *Briquevill* militis; factam in hæc verba. Noverint univerſi, præſentes pariter & futuri,

turi, quod ego *Robertus* de *Briquevill* miles, pro ſalute & remedio animæ meæ, & *Thomæ* de *Briquevill*, quondam filii mei, militis defuncti; dedi & conceſſi in puram & perpetuam elemoſynam liberam ab omnibus, & quietam, Deo & Abbathiæ Sanctæ *Trinitatis* de *Exaquio*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, tria quarteria frumenti annui redditus, ad menſuram de *Welleio*, ad Anniverſarium dicti *Thomæ* in dictâ Abbathiâ annuatim faciendum, percipienda ſingulis annis, de cætero, in molendino meo de *Piſſot*, ad feſtum beati *Michaelis* in *Monte Gargano*. Volo etiam & concedo, quod dicti Monachi in dicto molendino, pro dicto frumento, niſi eis ad dictum terminum integrè ſolveretur, juſtitiam ſuam plenariam, ſine contradictione aliquâ valeant excercere. Et ego & hæredes mei prædictam donationem & elemoſynationem tenemur dictis Monachis contra omnes homines, ac mulieres defendere & garantizare, & deliberare; & ſi neceſſe eſſet in noſtrâ hæreditate propriâ, & proximâ, in loco ſibi competenti & utili, excambiare competenter ad valorem. Et, ut iſtud firmum & ſtabile perſeveret imperpetuum, præſentem Cartam Sigilli mei munimine roboravi. Actum eſt hoc Anno Domini
An. 1256. *Milleſimo Ducenteſimo quinquageſimo ſexto*, menſe *Julio*.

Inſpeximus etiam quandam aliam Cartam *Ricardi* de *Mereio*, & *Roberti* de *Mereio*, fratrum, factam in hæc verba. Univerſis hæc viſuris vel audituris, *Ricardus* de *Mereio* & *Robertus* de *Mereio*, fratres, ſalutem in Domino. Notum facimus vobis, quod nos concedimus & ratam & gratam penitùs habemus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmamus illam conceſſionem & confirmationem, quam *Michaelis* de *Mereio*, quondam frater noſter fecit Abbathiæ ſanctæ *Trinitatis* de *Exaquio*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, de decimâ molendini de *Monte Crotel*, ſiti in parochiâ Sancti *Petri* de *Felgeriis* & de terrâ, quam *Martinus la Marchaant* tenuit de *Nicholao* de *Felgeriis* in feodo & hæreditate, de quâ reddebat annuatim eidem *Nicholao* quinq; buſſellos frumenti ad feſtum Sancti *Michaelis*, & duos panes & duas gallinas ad *Natale Domini*; & viginti ova ad *Paſcha*: quam terram *Gaufridus*
1257. *le Marchaant* vendiderat dicto *Nicholao* de *Felgeriis*. Hæc autem prædicta concedimus & confirmamus prædictis Abbathiæ & Monachis, in puram & perpetuam elemoſynam, liberam ab omnibus & quietam; ita quod nos & hæredes noſtri prædictam Eccleſiam dictis Abbathiæ & Monachis contra omnes homines defendere & garantizare, & de omnibus acquietare tenemur, & ſi neceſſe eſſet in reſidico feodi noſtri excambiare competenter ad valorem. Et ut iſtud firmum & ſtabile perſeveret imperpetuum, præſentem Cartam ſigillorum noſtrorum munimine dignum duximus confirmandam. Actum eſt hoc anno *Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo* menſe *Auguſto*. Nos autem Cartas, ac omnia & ſingula in eis contenta, quoad dona & conceſſiones præfatæ Abbathiæ infra regnum *Franciæ*, ac ducatum noſtrum *Normanniæ*, facta, & conceſſa, rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt, acceptamus, approbamus, & dilectis nobis in Chriſto nunc Abbati, & Conventui loci prædicti & ſucceſſoribus ſuis (tenore præſentium) concedimus & confirmamus, prout Cartæ prædictæ, quantum ad conceſſiones & dona ciſmarina, rationabiliter teſtantur; & prout idem Abbas & Conventus, & prædeceſſores ſui donis & conceſſionibus illis infra regnum *Franciæ* & ducatum noſtrum prædictum hactenus rationabiliter uſi ſunt & gaviſi. Nolumus tamen, nec intentionis noſtræ exiſtit, quod per hanc confirmationem præfatis Abbati & Conventui, aut ſucceſſoribus ſuis adverſùs nos ſeu quemcunq; alium in poſſeſſione vel proprietate, jus novum nullum acquiri valeat; nec quod nobis aut quibuſcunq; noſtris ſubditis proindè prejudicium aliquod generetur; Nec etiam quod prædicti Abbas & Conventus, ſeu ſucceſſores ſui, aliquod jus vel clameum ſuper aliquibus poſſeſſionibus infra regnum noſtrum *Angliæ*, colore præſentibus confirmationis, habeant, vendicent, ſeu clament quomodo libet in futurum. In cujus &c. T. Rege in excercitu ſuo ante *Meleun*, *xxvi*. die *Septemb*.

ABBATIA

de Fiſcampe *in ducatu* Normanniæ.

Carta Willielmi *Ducis* Normanniæ *&* *Regis* Angliæ *de terra de* **Staninge**, *&* **Bereminiſtri**, *in* Angliâ.

Cart. antiq. S. n. 1.

EGo *Willielmus* Dei miſeratione patronus *Normannorum*, Rex etiam *Anglorum*; timore Dei tactus, & amore; & præcavens mihi in futurum, concedo & confirmo S. & individuæ *Trinitati*, & Eccleſiæ *Fiſcannenſi*, omnes terras ſuas in *Angliâ*, terram *ſcilicet* de * *Stanning*, & terram de **Bereminiſtri**, cum omnibus omnino appendiciis terrarum, cum omnibus legibus, & omnibus libertatibus, liberis conſuetudinibus, & quietantiis, omnibus placitis, & querelis, & cauſis omnibus, quæ ſunt, vel fore poſſunt abſq; ulla inquietudine, vel diminutione cujuſlibet ſecularis vel judiciariæ poteſtatis, ſicut res ad fiſcum dominicum pertinentes: Quare inviolabiliter præcipio, quod prædictæ terræ cum omnibus omnino earum appenditiis, & earum poſſeſſoribus liberæ ſint & quietæ ab omni conſuetudine terrenæ ſervitutis, & ab omni dominatione, & ſubjectione Baronum, vel principum & omnium aliorum. Et quod Abbas & Monachi Eccleſiæ *Fiſcannenſis*, vel eorum miniſtri omnem regiam habeant libertatem, & conſuetudinem, & omnem juſtitiam

* **Stanings**, in Com. *Suſſexiæ*, Cella *Fiſcannenſis* Cœnobii.

Vide Pat. 52. H 3. m. 23.

ſuam de omnibus rebus, & omnibus negotiis, quæ in terrâ ſuâ evenient vel poterunt evenire; nec aliquis, niſi per eos, ſe indè intromittat, quia hoc totum regale beneficium eſt, & ab omni ſervitute quietum. Similiter concedo & confirmo prædictæ Eccleſiæ *Fiſcannenſi*, pro animâ meâ, & omnium prædeceſſorum meorum, omnes terras ſuas in *Normanniâ*, cum omnibus earum pertinentiis, cum omnibus dignitatibus, liberis conſuetudinibus, & quietantiis omnibus, quas Dominus & prædeceſſor meus, Comes *Normannorum Ricardus*, in elemoſynam prædictæ dedit Eccleſiæ quietas ab omni inquietudine vel diminutione cujuſlibet ſecularis vel judiciariæ poteſtatis, ſicut res ad fiſcum dominicum pertinentes; quod non ſolùm multorum relatione didici, ſed etiam ejus literis ſigillatis. Si verò aliquis contra hanc confirmationem meam aliquid præſumpſerit, iram Dei omnipotentis incurrat, & coactus auri librâ centum ad fiſcum dominicum perſolvat. Hoc autem ut ratum & ſtabile omni tempore permaneat, aſſenſu conjugis meæ, & prolis & procerum meorum regiâ autoritate, & Crucis caractere confirmo, & manibus fidelium meorum corroborandum trado. Signum *Willielmi* Regis *Anglorum* ✠. S. *Matildis* Reginæ *Anglorum*. S. *Willielmi* Comitis filii Regis. ✠ S. *Roberti*, Comitis filii Regis. ✠ S. *Henrici* de *Bellomonte*. S. *Roberti* de *Bellomonte*. S. *Roberti* de *Montegomerico*. S. *Odonis* Epiſcopi *Bajocenſis*. S. *R.* Comitis *Moritonia*. S. *Hugonis* Comitis *Ceſtria*. S. *W.* Abbatis *Cormelienſis*. S. *Oſmundi* Cancellarii. S. *Rogeri* de *Bellomonte*. S. *Fulconis* de *Moſteriolo*. S. *Bernardi* filii *Oſpacii*.

Concordia inter Abbatem Fiſcannenſem & Philippum *de* Braioſâ.

Cart. antiq. *S*.n.4. Vide Cart. antiq. EE. n. 1. Ex Pat. 40. E.3.p.1. m.41.

ANno *M.Ciii.* ab incarnatione Domini, Idus *Januarii* die octavarum *Epiphania*, apud *Sariſberiam* concordaverunt *Willielmus Fiſcannenſis* Abbas tertius, & *Philippus* de *Braioſâ*, præſente *Henrico* glorioſo *Anglorum* Rege, & Deo dilectâ ejus conjuge *Matilde*, aſtantibus multis Baronibus hoc modo; Decem & octo *Burgenſes*, quos *Willielmus Philippi* pater, in *Stanningis* de dominio ſancti occupaverat, & quos præſente *Willielmo* Rege priore, Abbas pro ſuis denarrans per juditium Regis & Baronum receperat, & de quibus die quo idem Rex vivus fuit, & mortuus ſeiſitus fuerat, quouſq; poſt mortem ipſius Regis, *Philippus* iterum occupans, vim *Fiſcannienſi* Eccleſiæ de ſuo fecerat; quos etiam, tam calumpniis Abbatis, quàm aſſertionibus veritatis conſtrictus, tunc demùm injuſtè, & cum peccato ſe tenuiſſe cognoſcebat; ab Abbate in feodo ſuſcepit. Et pro his homo Abbatis devenit, eiq; & Eccleſiæ *Fiſcanenſi* fidelitatem fecit. Suſcepit pariter in feodo *Warennam* ſub tali diviſione quod Monachus de *Stanings*,* & homines qui ſunt de menſâ ejus, capient lepores, & in Warrennâ *Philippi*, & in Warrennâ Abbatis: & ſiquis de aliis hominibus S. *Trinitatis*, in Warrennâ forisfecerit, *Philippus* indè clamorem ad Monachum vel miniſterialem ejus faciat; & Monachus forisfacturam accipiet, *Philippo* nihil in eâ habente. Si verò externus ibi inventus fuerit, qui tamen Advocatum ſibi Monachum dicat, adducetur ad eum; quem, ſi pro ſuo cognoverit, accipiet de eo rectum, ſin autem faciat *Philippo* quod de externo & forisfacto. Abbas quoq; quando in provinciâ fuerit, liberè mittet familiam ſuam capere lepores in utraq; Warrennâ & *Philippi* & ſua. Porro captura foreſtium remanet in quietudine utriq; Abbati & *Philippo*, ſuum cuiq;. De navibus, quæ non poterunt ad pontem tranſire, propter impedimentâ pontis, concordatum atq; gradatum fuit, quod pons ad eum modum mittetur, quo naves liberè tranſibunt ad pontem, aſcendentes & deſcendentes ad talem conſuetudinem, & quietudinem, quâ fuerunt tempore Regis *Edwardi*: Quod ſi ad modum, qui dictus eſt pons mitti tardaverit, ut erunt naves euntes, ac redeuntes quietè per eam conſuetudinem ad Caſtellum *Philippi*, quâ forent ad portum S. *Cuthmanni*.

De parochiâ S. *Cuthmanni*, quæ per vaſa erat in Caſtello *Philippi*, & in *Beddinghis* concordatum ac judicatum eſt, eam ita quietam & liberam manere S. *Trinitati*, ac Eccleſiæ *Fiſcanenſi*, & in vivis & in mortuis & in omnibus quæ ad parochiam pertinent cuſtumis, ſicut fuit antequam *Normanni* cepiſſent *Angliam*, & in tempore Regis *Edwardi*. Sciendum verò, quod illa omnia quæ de dominio *Fiſcanenſis* Eccleſiæ *Philippus* ab Abbate propter pacem & concordiam ſuſcepit in feodo *Fiſcannenſi* S. *Trinitatis* Eccleſiæ relinquit, ſi ſine legitimo hærede mortuus fuerit, aut ſi terram ſuam forisfecerit, vel in alienâ obierit. De Theoloneo quod injuſtè recipiebant homines *Philippi*, de hominibus de *Staningis*, & de pertinentibus ad ipſum Manerium, poſt illam denarrationem, quæ de ipſo Theoloneo facta eſt, alachoche in præſentiâ *Willielmi* Regis antiquioris, ac Baronum ejus, proclamationem ad Regem Abbas, *Philippo* audiente, fecit: *Philippus* verò cum ſe hæc ignorare reſpondiſſet, diem ad denarrandam aut dimittendum ipſum Theoloneum, à Rege accepit diem *Purificationis* S. *Maria*; ad quem, cum non occurriſſet, judicatum eſt à Rege & Baronibus, quoniam *Philippus* non veniebat, nec pro ſe hominem mittebat, Theoloneum S. *Trinitatis* perpetuò manere quietum, ſicut tempore Regis *Willielmi* denarratum fuerat debere eſſe quietum.

Hæc omnia ego *Henricus* Dei gratiâ *Anglorum* Rex concedo, & ſigni mei autoritate confirmo, ac Sigilli impreſſione corroboro. Ego *Matildis* Regina concedo & confirmo. Ad hæc Barones fuerunt *Robertus* Epiſcopus *Lincoln*. *Rogerus Sariſberia*, *Johannes Bathon*, *Robertus* filius *Hamonis*, & *Hamo* frater ejus, *Eudo* Dapifer, *Ric.* de *Redivers*, *Rogerus Bigot*, *Humfr.* de *Bohuna*, *Will.* de *Albani*, *Gilbertus* filius *Ricardi*, *Rogerus* de *Nuvant*, *Waldericus* Cancellarius, *Henr.* de *Port*. *Paganus Piperellus*, & *Auſgeri* filius *Walterus*.

Ex parte

* Stanings, in Com. *Suſſexia*.

parte S. *Trinitatis*, *Will.* Abbas, *Rogerus*, *Robertus*, *Hugo* & *Hulricus* Monachi, *Johannes* Epiſcopi filius, *Johannes Sagienſis*, *Helgotus* Archid. *Herbertus* de *Ros*, *Galfridus Martel*. *Will. Maluſconductus*, *Ric. Bajocis* Campio Regis; *Magnus Calvus*; *Tebaldus* de *Wimone*, & *Judicialis* frater ejus. *Hoellus* & filius ejus. *Will. Ingelramus*, *Galfridus Odoni* filius; *Radulfus Aforeillun*, *Robertus Griſton*. *Robertus* filius *Wimundi*, *Simon* de *Concta-villâ*, *Giraldus*, *Ric.* de *North*, *Witſi*, *Sotriz*, *Turbertus*, *Martinus*, *Gilb.* Clericus, Ex parte *Philippi*, *Robertus* frater ejus, *Anchetilli* filius. *Galfridus*, *Willielmus* de *Lacinghis*, *Rad.* de *Vimonaſterio*, *Radulphus* de *Penebruge*, *Turſtinus Flandrenſis*, *Gilbertus* de *Sancto Audoeno*, *Radulphus* de *Gurnay*; *Ordwinus*, & *Aluieth*.

ABBATIA

S. Florentii *de* Salmuro *in provincia* Andegavenſi.

Pat. 1. H. 4. p. 7. m. 22. per Inſpex.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

H Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ* Archiepiſcopis; (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & in perpetuam ele noſinam confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sancti *Florencii* de **Salmur**, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes, quæ eis rationabiliter factæ ſunt, ſicut Cartæ & ſcripta donatorum teſtantur; *videlicet* ex dono *Willielmi* de *Braoſâ*, & ex conceſſione *Philippi* filii ejus, Eccleſiam Sanctorum *Gervaſii* & *Procaſii* de *Braoſâ*, & Eccleſiam Sancti *Petri* de * *Selâ*; & Eccleſiam Sancti *Nicolai* de *Bremlâ*; & Eccleſiam Sancti *Nicholai* de **Sorehani**, & Eccleſiam Sanctæ *Mariæ* de *Portu*; & Eccleſiam de *Veteri Ponte*; & Eccleſiam de *Waſſyng-betonâ*; & donum quod prædictus *Philippus* eis fecit de prebendâ *Ganfridi* de *Bremlâ*. Quare volo, & firmiter præcipio, quod prædicta Eccleſia, & Monachi prædicti habeant & teneant hæc omnia prædicta, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & in omnibus locis in pace, liberè, & quietè, & honorificè, ita quod nemo eis indè injuriam vel contumeliam faciat, quia ipſi & omnes res & poſſeſſiones eorum ſunt in meâ propriâ cuſtodiâ, & protectione. Teſtibus, *Philippo Bajocenſi*, & *Arn. Lexovienſi* Epiſcopis, & *Willielmo* filio *Hamonis* & *Roberto* de *Duneſter*, apud *Weſtmonaſterium*.

* Cella de Sele in Com. Suſſ.

FONTANENSE

Cœnobium, in ducatu Normanniæ.

Carta fundationis ejuſdem, per Radulſum Taxonem.

Ex vetuſto exemplari in bibl. *Cottoniana.*

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti; Notum ſit omnibus Catholicis viris, Deum diligentibus, & etiam ſanctæ matris Eccleſiæ adverſariis, & injuriam facientibus, quod *Radulſus TAXO*; filius *Radulſi Andegavenſis*, & *Alpaidis*, ad laudem Dei omnipotentis, & ſancti *Stephani* protomartyris, fundavit Cœnobium, pro indulgentiâ peccatorum ſuorum, & ſalute animæ ſuæ, atq; pro remedio animarum omnium parentum ſuorum, in hoc loco qui *FONTANETUM* dicitur vulgari nomine, in quo congregati ſumus, ad ſerviendum Deo omnipotenti, ſub Monachali habitu, & religione. Ipſe enim, per gratiam ſancti ſpiritus animatus, conſilio & autoritate *Romani* Pontificis, & nutu *Willielmi Normannorum* principis, filii *videlicet*, *Roberti* Comitis, qui *Willielmus* Regnum *Angliæ* armis ſubjugavit, & ſtrenuè gubernavit; per conſenſum quoq; *Hugonis Bajocenſis* Epiſcopi, atq; per conſilium *Alberedæ* uxoris ſuæ, & omnium Baronum amicorumq; ſuorum, de propriis rebus, & facultatibus ſuis, opus incepit, & ad effectum perduxit, quantum potuit; dedicans in uſus Monachorum in hoc eodem loco pro ſe & omni parentelâ ſuâ Deo ſervientium, de propriis poſſeſſionibus ſuis, ea quæ hic adſcripta ſunt, abſq; retractione, & abſq; retinentiâ cujuſlibet conſuetudinis, ſive ſervitii, ſeu alicujus gerſumæ, aut ſecularis exactionis, ne oblatio quam offerebat Deo, qui regit omnia, minùs acceptabilis fuiſſet, oculis divinæ majeſtatis, ſi foret cujuſlibet laicalis perſonæ ſervitio ſubdita, ſed eſſet omnino libera & quieta, Et, ſicut jam dictum eſt, ab omnibus conſuetudinibus & ſervitiis ſuis, hæredumq; ſuorum abſoluta. Concedente itaq; & laudantibus *Alberedâ* uxore ſuâ, cunctiſq; Baronibus ſuis, dedit huic *Fontanenſi* Cœnobio omnem terram quam habebat in hac *Fontanenſi* valle, à viâ quæ deſcendit de *Maiaco*, & ducit ad *Stavellos*, uſq; ad fluvium qui dicitur *Olna*; & quadraginta acras terræ, quas appreciaverat in hoc *Fontanenſi* territorio, ab *Oſmundo* cognomento *Larvita*. In villâ verò, quæ dicitur *Icius* dedit duos Vavaſores, *Rainaldum ſcilicet*, & *Ingulfum*, cum omnibus rebus ſuis, ab eodem *Larvitâ*, appreciatis (&c.). Hæc omnia quæ ſupra ſcripta ſunt dedit ad laudem Dei, & Sancti *Stephani* protomartyris huic *Fontanenſi* Cœnobio *Radulfus Taxo*, filius *Radulfi Andegavenſis*, & *Alpaidis*, conſilio & nutu *Will. Normannorum* principis, qui fuit filius *Roberti* Comitis.

Eodem *Radulfo Taxone* defuncto, ſecundus

Radulfus Taxo, filius ejus, & filius *Alberedæ* filiæ *Wimundi* de *Molins*, , cum optinuiſſet hæreditatem, hæc omnia ſupradicta, ſicut fuerant à patre ſuo huic Eccleſiæ data, conceſſit, & incremento donorum largitatis ſuæ teſtificatus eſt & corroboravit. Auxit etenim poſſeſſionem hujus *Fontanenſis* Abbatiæ de omnibus terris & decimis, atq; rebus, quas, *Herlvinus* de illo tenebat, eodem *Herluino* ſecum donationem rerum ipſarum ſuper Altare ſancti *Stephani* ponente, atq; *Willielmo Caprâ* vidente & teſtificante. Donatio verò iſta fuit omnium rerum quas idem *Herluinus* habuerat in *Finevillâ*, & *Vercis* atq; *Maiſato*, & *Vallenceyo*, & *Muſtreceo*, & *Icio*. De his autem quæ habuerat in *Craſſomaiſnilio* fuit facta donatio, concedente *Willielmo* de *Curſellâ*, & *Hutone* de *Craſſo-maiſnilio*, atq; *Haduiſa* uxore ſuâ, ſorore *Willielmi* de *Curſellâ*, ad cujus hæreditatem pertinebat terra illa: ſimiliter data ſunt ea quæ præfatus *Herluinus* habuerat in *Barbareio*, & *Cingali*, atq; *Freſneto*, *Franſeiugalenſem* ſilvam dedit autem *Radulfus Taxo* huic Abbatiæ; cui & omnia alia quæ ſupra. Adhuc etiam donavit, & conceſſit huic ipſi Eccleſiæ duo molendina, quæ ſunt in *Fontaneto*, & molturam omnium hominum Eccleſiæ, qui habitant in *Fontanenſi valle*, à viâ quæ diſcendit de *Moiaco*, uſq; ad Eccleſiam Sancti *Andreæ*; quæ Eccleſia ſita eſt ad ſiniſtram partem ipſius viæ. In hac eadem villâ dedit dimidiam maſuram terræ, quam tenebat *Oſmundus Piteuer*.

Diebus iſtius *Radulfi Taxonis*, filii *Alberedæ*, filiæ *Wimundi* de *Molins*, conſtituit *Will.* Rex *Anglorum*, & princeps *Normanniæ*, filius *Roberti* Comitis, Abbatem in hac *Fontanenſi* Eccleſiâ, *Gaufridum* nomine, quondam Monachum ſanctæ *Mariæ Lyræ*, prædicto *Radulfo* deprecante, & *Odone Bajocenſi* Epiſcopo, id ipſum laudante, & concedente. Quorumq; autem ipſe Abbas appreciavit de hominibus ejuſdem *Radulfi*, ſive dono recepit, ſeu cujuſlibet rei gratiâ conquiſivit, idem *Radulfus* conceſſit, & in Cartâ firmavit. Hujus Abbatis tempore dedit adhuc ipſe huic Cœnobio dimidiam Eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Rouron*, & decimam ad eam pertinentem. Poſt obitum verò ejus, cum veniſſet poſſeſſio illius in manus *Mathildis* uxoris ſuæ, filiæ *Gauterii* avunculi *Willielmi* Regis *Anglorum*, & principis *Normannorum*, & in manus *Radulfi Taxonis*, filii ejuſdem *Mathildis*, qui tunc erat parvulus, cumq; cœpiſſent aliquanti ex Baronibus Honoris de *Cadamo* Abbati prædicto injurias facere, & ea, quæ iſte *Radulfus Taxo*, & pater ejus huic Eccleſiæ dederant velle retrahere, & hoc ad noticiam *Willielmi* prædicti Regis perveniſſet, nolens imminui, quæ conſilio ejus & nutu antea facta fuerant; præcepit *Ricardo* Vicecomiti *Abrincarum*, quatenus de parte ejuſdem Regis, ante ſe & *Willielmum* Abbatem *Cadomenſem* prædictâ *Mathildâ* jubente, Barones honoris de *Cadamo* convenire juſſiſſet; & omnia, quæ prædicti duo *Radulfi Taxones*, huic *Fontanenſi* Eccleſiæ dederant, ſacramento, ſuper ſanctum Evangelium facto veraciter recordari feciſſet, quod & factum eſt. Itum fuit *Cadomum*, juxta præceptum Regis, & electi ſunt quatuor legitimi viri communi aſſenſu, qui omnia hæc, quæ prædicta ſunt, recordati ſunt, & ſe illa veriſſimè recordata fuiſſe, ſuper ſanctum Evangelium juraverunt. Nomina verò eorum, qui juraverunt, hæc ſunt. *Rogerius* filius *Giraldi Tulſtamis* de *Fontibus*, *Turginus* de *Muſtreceo*, *Ingulfus* de *Fontaneto*, præpoſitus *Radulfi Taxonis* primi, & ſecundi. Deindè, prædicto *Willielmo* Rege jubente, ſcripta ſunt hæc omnia in Cartâ, & eidem Regi coram Baronibus ſuis recitata, ſignoq; manus ſuæ, & teſtimonio eorundem Baronum confirmata, & corroborata. Conceſſit quoq; idem Rex huic *Fontanenſi* Eccleſiæ, per gratiam Regis, pietatis ſuæ libertatem, de omnibus propriis rebus ſuis, & poteſtatem vendendi, & appreciandi liberè, & abſolutè, atq; immunitatem, & quietanciam de omnibus Theoloneis, & conſuetudinibus, per omnia dominia ſua totius *Normanniæ*, ut extunc in antea pacificè, & quietè poſſideret omnia ſua iſta *Fontanenſis* Abbatia.

✠ Signum *Wilhelmi* Regis *Anglorum*. ✠ Signum *Mathildis* Reginæ & *Mathildis* filiæ *Gautherii*. ✠ Signum *Odonis Bajocenſis* Epiſcopi. ✠ Signum *Roberti* Comitis *Moritoniæ*. ✠ Signum *Rogerii* de *Montegomeri* Comitis. ✠ Signum *Rogeri* de *Bellomonte*. ✠ Signum *Ricardi* Vicecomitis *Abrincarum*. ✠ Signum *Willielmi* Abbatis *Cadomenſis*. ✠ Signum *Radulfi* de *Vallibus*. ✠ Signum *Radulfi* filii *Gaufredi*. ✠ Signum *Radulfi* nepotis. ✠ Signum *Radulfi pura-aqua*. ✠ Signum *Ingulfi* de *Eſſun*. ✠ Signum *Ogerii* de *Toerceio*. ✠ Signum *Ingelranni* de *Toerceio*. ✠ Signum *Radulfi* de *Montabon*. ✠ Signum *Rogerii* fratris ejus. ✠ Signum *Richardi* de *Valle-dario*.

Carta Roberti Marmion.

Ex Collect. MS. Cl. V. *Andr. du Cheſne.*

SCiant (&c.) quod *Robertus Marimon*, filius *Roberti Marmion*, & uxoris ejus *Matildis* de *Bellocampo*, pro ſalute animæ meæ; ad petitionem Abbatis & Conventus S. *Stephani* de *Fontaneto*, conceſſi eis & confirmavi, quod homines & milites mei, & homines militum meorum liberam habeant poteſtatem donandi, ſive vendendi eiſdem Abbati & Monachis conpetenter de tenementis ſuis, quod valuerint; ita tamen, quod tantum remaneat de feodo in manu donatorum, quod ipſi poſſint ſufficienter reſpondere mihi & hæredibus meis, de omnibus ad me & hæredes meos pertinentibus (&c.) In cujus rei teſtimonium præſentem Cartam feci Sigilli mei munimine communiri.

Carta Regis Willielmi *Conqueſtoris donationes Eccleſiarum de* Wincherte, Bridetune, Scoreſtan, *&* Touceſtre (*in* Angliâ) *confirmans.*

Plac. de Banco de term. *Mich.* 34 E. 1.

NOtum ſit omnibus, tam poſteris, quàm præſentibus, quod ego *Willielmus* Dei gratiâ Dux *Normanniæ*, & Rex *Anglorum*, pro redemptione animæ meæ, & ſalute conjugis & filiorum meorum *Fontanellenſi* Monaſterio in honore ſancti *Wandregiſili* conſtructo, pro amore *Guncardi* Capellani mei, qui ibi Monachus factus eſt, quatuor Eccleſias in Anglicâ terrâ poſitas conceſſi, cum decimis & omnibus ſuis cuſtumis, ſicut anteceſſor *Guncardi* eas tenuit, tempore anteceſſoris mei beatæ memoriæ *Edwardi* Regis. Quarum duæ **Pincherte** & **Baidetune** ſunt in Comitatu *Dorſet.* Tertia verò **Scoreſtam**, eſt in Comitatu **Wilte**-*ſcire.* Quarta verò **Toveceſtre** eſt in Comitatu **Northante**-*ſcire.* Et ut donatio rata & firma ſit, proprio ſigno eam autorizavi; imprecans eis anathema & maledictionem, qui eam violaverint & eam diſturbare voluerint, &c.

ABBATIA

de Fonte-Ebraldi *in ducatu* Normanniæ.

Cart. antiq. GG. n. 8.

Vide Cart. antiq. PP. n. 32.

Carta Regis Henrici *ſecundi, de Manerio de* **Lecton** *in Comitatu* Bedfordiæ.

H. Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* & Aquit. & Comes *Andeg.* Baronibus ſuis de Scaccario ſalutem. Sciatis me dediſſe Monialibus de *Fonte Ebraldi* in perpetuam elemoſynam *lx.* libratas terræ; *videlicet*, in **Bedeford**-*ſcire* Manerium meum de **Lecton** pro *lvi. l.* cum terrâ quæ fuit *Walteri Pullam*, quæ valet *xxxii. s.* quam eis dedi in eſcambio molendini quod dedit Monachis de *Woburnâ* in eodem Manerio; *ſcilicet xv.* libratas terræ pro elemoſynâ *Willielmi* fratris mei, & *xlv.* libratas de quater viginti libratis, quas habebant annuatim ad Scaccarium ad feſtum S. *Michaelis* de elemoſynâ regis *H.* avi mei & meâ. Et præcipio vobis, quod de prædictâ elemoſynâ *Henrici* regis, avi mei & meâ faciatis eiſdem Monialibus habere annuatim ad feſtum S. *Michaelis* ad Scaccarium *xxxv l.* quæ eis retro ſunt de prædictâ elemoſynâ. *T. Nigello Elyenſi* Epiſcopo, *Roberto* Comite *Leiceſtria, Ricardo* de *Luci* apud *Weſtm.*

Cart. 12. H. 3. m. 11.

Vide Cart. 8. E. 2. n. 23.

Et Pat. 3. H. 4. p. 1. m. 24.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

H. &c. ſciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Eccleſiæ & religioni *Fontis Ebroldi*, donationem, quam Rex *H.* avus noſter dedit eidem Eccleſiæ, & religioni; *ſcilicet* Eccleſiam ſanctæ *Mariæ*, & ſancti *Melori* de *Ambreſberi*, † cum omnibus rebus quæ ad eam pertinent, tam in eccleſiaſticis, quàm in mundanis poſſeſſionibus, ut ordo & inſtituta Eccleſiæ *Fontis Ebroldi* ibidem perpetuò conſerventur, & Conventus Monialium ſub cuſtodiâ Prioriſſæ, ſecundùm ordinem præfatæ Eccleſiæ, Deo famulentur. Concedimus eciam & confirmamus præfatæ Eccleſiæ Eccleſiam de * **Etone**, ubi Moniales de eodem Ordine manent, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam *Robertus* Comes *Leiceſtria* donavit Eccleſiæ *Fontis Ebroldi.* Et ex dono *Euſtachiæ* de *Sayes*, Eccleſiam de * **Weſtwode**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Item ex dono avi noſtri regis *H.* ſexaginta libratas terræ, quas eis dedit in perpetuam elemoſynam; *videlicet*, Manerium de **Lecton** in *Bedeford-ſcirâ*, pro quinquaginta ſex libratis, cum terrâ *Walteri Pullani*, quæ valet triginta & duos ſolidos, quam idem avus noſter dedit eis in excambio molendini, quod dedit Monachis morantibus in eodem Manerio. Et in *Bukinghamſcirâ* quatuor libras in Manerio de **Rodenache**; *videlicet, xv.* libratas de elemoſynâ *Willielmi* avunculi Domini *J.* Regis, patris noſtri, & Regis *H.* avi noſtri, & prædicti *J.* Regis, patris noſtri, & noſtrâ.

† **Ambresbiri**, in Com. *Wilts.* Cella ejuſdem.

* **Nun-Eaton** in Com. *VVarr.*

* Cella de **Weſtwode**, in agro *VVigorn.*

Item concedimus eis & confirmamus donationem, quam *Willielmus* de Sancto *Johanne* eis fecit de tribus marcis ſingulis annis habendis de redditu ſuo **Cumpton**, de termino Sancti *Michaelis*, ut die Sancti *Benedicti* Moniales inde reficiantur. Item concedimus eis & confirmamus *x.* marcatas redditus apud **Nutteford**, de Manerio de **Pimpre**, & apud **Blaneford**, quas *Robertus* Comes *Leiceſtriæ* dedit eis cum filiâ ſuâ, ſicut Carta ejus rationabiliter teſtatur. Concedimus etiam eis & confirmamus donationem quam *Walkelinus Maminot* eis rationabiliter fecit, de molendino de **Berlinge**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in perpetuam elemoſynam: ſimiliter & donationem, quam *Reginaldus* & *Bernardus* de Sancto *Walerico* fecerunt eiſdem Monialibus; *ſcilicet*, **Eylmudeſtre**, cum omnibus pertinentiis ſuis in Comitatu *Glouceſtriæ.* Concedimus etiam eis & confirmamus duo molendina, quæ habent ex dono *R.* Regis, avunculi noſtri, apud *Porteſmuthum.* Volentes & præcipientes, ut hæc omnia ſupradicta habeant & teneant ſicut Carta Regis *H.* avi noſtri, & confirmatio *R.* Regis, avunculi mei, & confirmatio Domini *J.* Regis, patris noſtri, & Cartæ aliorum donatorum, quas indè habent, rationabiliter teſtantur.

Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod memoratæ Moniales de *Fonte Ebroldi*, & fratres & univerſi homines & miniſtri & ſervientes earum, habeant & teneant omnes poſſeſſiones ſuas & elemoſynas benè & in pace, liberè, & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, cum *ſocâ*, & *ſacha*, *thol* & *theam*, & **Infangentheof** & **Utfangenethef**, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & quietanciis ſuis; in boſco, in plano, in pratis, in paſturis; in aquis & molendinis, in viis, in ſemitis, in ſtagnis & vivariis, in mariſcis & piſcariis, in grangiis & virgultis, infra burgum & extra, in omnibus locis, in omnibus rebus, ſolutas, quietas, & liberas de *Syris*, & *Hundredis* & placitis, & querelis, & de pecuniâ pro *Murdro* & latrocinio, & de *Hamſocâ*, & *Foreſtâ*, & de *Wapentak*, & *Scutagio*, & *Hidagio*, *Geldis*, & *Danegeldis*, & *Horngeldis*, & *Fordgeldis*, &

Aſſiſis, & donis, & ſectis, & auxiliis, & operationibus Caſtellorum, domorum, vallorum, parcorum, vivariorum, pontium, & foſſarum; & de *Fredewithâ* & **Hengwit**, & **Flemenefrith**; & de *Summagio*, & *Cariagio*, & de auxiliis Vicecomitum & miniſtrorum eorum, & noſtrorum, & de *Wardepeni*, & *Averpeni*, & *Theddingpeni*, & *Hundredpeni*, & de *Meskening*, & de *Blodwit*, & *Fictbwit*, retentâ nobis per ballivos noſtros executione juſtitiæ de vitâ & membris, cujus queſtum omnimodum eis concedimus: & omnes res earum quas homines ſui affidare potuerunt ſuas eſſe proprias imperpetuum ſint quietè per totam terram noſtram, citra mare & ultra, tam per terram, quàm per aquam, & in omnibus portibus maris terræ noſtræ; & de omni *Theoloneo* & *Paſſagio*, & *Pontagio*, & *Tallagio*, & *Stallagio*, & *Leſtagio*: & omnes terræ ſuæ ſimiliter & poſſeſſiones ſint liberæ & quietæ de omni *Tailliatâ*, & excercitu, & equietatu, & de omni exactione, & occaſione, & omni conſuetudine, quæ ad nos vel ad hæredes noſtros pertinent, vel pertinere poſſint.

Prohibemus etiam, regiâ autoritate à Deo nobis conceſſâ, ne aliquis hominum, ſive miniſter noſter, ſive alius, in totâ terrâ noſtrâ præfatæ Eccleſiæ & Monialibus, vel ullis rebus ad eas pertinentibus, moleſtiam ſive injuriam vel contumeliam inferat; nec res vel jura ſua, nec nativos ſuos, nec fugitivos ſuos, vel catalla eorum detineat, nec homines venientes ad molendina ſua ullo modo inpediat; nec ipſas vel homines earum pro conſuetudine aliquâ, vel ſervicio, aut exactione; vel pro aliquâ cauſâ diſturbet de rebus ſuis, quas homines poterunt affidare ſuas eſſe proprias; nec de aliqnâ poſſeſſione ſuâ ponantur in placitum, niſi in præſentiâ noſtrâ vel hæredum noſtrorum, ſicut Carta Regis *Ricardi*, avunculi noſtri, & Carta Domini *J.* Regis, patris noſtri, quas indè habent, rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus, (&c.) Data per manum venerabilis patris *Radulphi Cyceſtrenſis* Epiſcopi, & Cancellarii noſtri apud *Weſtm. xxviii.* die *Octobris* anno regni noſtri *xii.*

ABBATIA

de Fulcardimonte.

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ Eboraci.*

Carta Aliciæ *Comitiſſæ de* Augi, *donationes* Johannis, *avi ſui confirmans*,

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Alicia* Comitiſſa *Augi* conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, ſanctoq; *Johanni* de *Fulcardi monte*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, donum quod fecit eis bonæ memoriæ, *Johannes* quondam Comes *Augi* avus meus, *videlicet*, decimam partem omnium reddituum meorum de *Angliâ*, quam decimant dicti Monachi in Maneriis meis; *ſcil.* in **Helam**, in **Anſigton**, in **Burgeſse** ſex libras ſterlingorum. In **Fichill** ſeptem libras, in **Lacton** centum ſolidos ſterlingorum ſingulis annis percipiebant. Pro quâ decimâ dedi dictis Monachis in eſcambium, homagium & ſervitium *Richardi* Camerarii; *ſcil.* viginti ſolidos & decem denarios annui redditus, & homagium & ſervitium *Nicholai* filii *Johannis Blundi* dimidiæ marcæ, & homagium & ſervitium *Nicholai* Clerici duorum ſolidorum in Manerio meo de **Lacton**, pro omnibus tenementis, quæ de me tenuerunt, cum univerſis releviis, gardis, eſchaetis ad eadem tenementa pertinentibus, & in villâ de **Ker**, *Henricum*, *Willielmum* de *Mariſco*, *Willielmum Sementarium*, *Robertum* filium *Johannis*, *Johannem Releg*; *Reynaldum* filium *Johannis*, *Willielmum* filium *Rey.* . . . *Willielmum* filium *Johannis*, *Adam* filium *Johannis*, *Johannem* filium *Simonis*, *Rogerum* filium *Johannis*, *Rogerum* de *Quercu*: In **Thorcroft** *Willielmum*, *Angnetam* de *Thorecroft*, *Margaretam*. In **Hetom**, *Robertum* de *Slade*, *Rogerum* filium *Mariæ*, *Johannem Ruſticum*; *Adam* & *Adam* Germanos, *Arturum*, *Johannem* filium *Willielmi*, *Rogerum* de *Greſebroc*, *Rogerum Blund*, *Johannem Magnum*, *VVillielmum* filium *Jordani*, *VVillielmum* filium *VVillielmi*, *Rogerum* filium *Arturi* nativos; & ipſos nativos cum omni ſequelâ ſuâ, & omnibus catallis ſuis, & terris quas de me tenuerunt, ſine ullo retenemento, & ſex coterios in **Hoton**; *viz.* *Rogerum*, qui tenet duos coterios, *VVillielmum* filium *Willielmi*, *Burdonem* filium *Jordani*, *Emundum* de *Eboraco*, *Godam* uxorem *Germund le Qarreur*, cum debitis ſervitiis & conſuetudinibus.

Conceſſi etiam hominibus præfati Abbatis & Monachorum habere ingreſſum liberum, & egreſſum liberum per boſcum meum de **Lacton** ad communes paſturas; ita tamen, quod licebit mihi præfatum boſcum aſſertare ſi voluero, ſalvâ dictis hominibus communi paſturâ, ubiq;, poſt amotionem bladi & feni factam, temporibus oportunis. Dedi etiam dictis Monachis Molendinum de Petrâ, cum ſtagno & curſu aquæ, & cum omni ſectâ ſuâ hominum de **Thurcroft**, de **Hoton**, del **Ker**, de *Brochuſis*, & *Rogerum* de *Quercu*, & cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut ego dictum molendinum tenui; ita quod ego nec hæredes mei aliquod Molendinum conſtruemus, vel conſtrui permittemus in dicti Molendini detrimentum. Hæc omnia tenebunt dicti Monachi, & habebunt in liberam, puram & perpetuam elemoſynam, cum omnibus libertatibus, & ayſiamentis, in boſcis, & planis, moris, pratis & mariſcis, viis & ſemitis, & omnibus aliis aiſiamentis, infra villam & extra, ſoluta & quieta ab omni terreno ſervitio, exactione ſeculari & demandâ; & ab omni re ad terram pertinente, ſicut aliquâ elemoſynâ liberiùs, & quietius conferri poteſt & teneri. Et ego & hæredes mei warantizabimus, adquietabimus, & defendemus præfatis Monachis & aſſignatis omnia prædicta, per omnia, ut prædictum eſt, contra omnes imperpetuum. Hiis teſtibus, Domino *Radulfo* de *Toeny*, *Toeni*, Domino *Johanne* de *Stutevil*, Domino *Roberto* de *Dayvill*, Domino *Rogero* de *Creſſey*. Domino *Willielmo* de *Chaurcis*, Domino *Malueſyn* de *Herſin*, Domino *Simone* de *Hedon*, Domino *Willielmo* de *Langetthuage*, Domino *Roberto* de *Wikerſle*, Domino *Nicholao* de *Dayvill*, Domino *Radulpho Salvayn* militibus, *Waltero* Camerario; tunc temporis Ballivo meo.

GEMETICENSE

Cœnobium, in ducatu Normanniæ.

Cart. 11. E.2.n. 9. per Inſpex.

Vide Cart. antiq. E.E. n. 7.

Et Pat. *Norm.* 8. H.5.p.1. n. 24.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Eccleſiæ beatæ *Mariæ*, & Sancti *Petri* de *Gemetico*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus omnes elemoſynas, quæ eis rationabiliter datæ ſunt, in Eccleſiis, & terris, & decimis, & in omnibus aliis rebus; *ſcilicet*, ex dono *Willielmi*, *Rollonis* filii, *Villam Gemeticam*, cum Eccleſiis & omnibus appendenciis villæ, & aquæ decurſum, à loco qui dicitur *Belingueſvyt*, uſq; ad *Joſeph-eſſart*; excepto quod Domini *W.villæ*, *Annevillæ*, & *Bervillæ* habent uſq; ad filum aquæ quantum terræ eorum durant, *Junivillam* etiam, cum omnibus appendicis ſuis, & Eccleſiam & Capellas de tractu *David-villam Durder*, cum Eccleſiâ, & omnibus aliis appendiciis ſuis, & terram ex integro, uſq; ad *Sanctum Martinum* de *Spineto*, & ejuſdem villæ tertiam partem, cum totâ Eccleſiâ, & molendinum unum in **Caudebec**, & *Nutrivillam*, cum Eccleſiâ & omnibus aliis appendiciis; & portum qui dicitur *Twit*, cum Eccleſiâ & villâ, & *Kilebeof*, & *Wamburgum*, cum Eccleſiis, & partu, & Theolonio, & quicquid ex hiis ad fiſcum ſuum pertinebat, cum integritate aquæ ex parte terræ Monachorum; & graſpeis ſi forte capiantur. Hayam etiam, quæ adhæret *Brotonnæ* à vacariâ uſq; ad *Hinas*, *Boiacum Waſſiel* Cariſii, *Rowrei*, cum Eccleſiis & omnibus aliis appendiciis.

Ex dono verò *Roberti* Archiepiſcopi *Rothomagenſis*, aſſenſu Ducis *Richardi* ſecundi; omnes conſuetudines, quæ ad Ducatum pertinebant in *Boiaco* & *Warſiel*. Ex dono Ducis *Richardi*, filii *Willielmi*, filii *Rollonis*: *Haretelvillam*: apud *Haneſieis* octo hoſpitia, & in *Biſniano*, viginti hoſpitia, cum Eccleſiâ ejuſdem villæ, & decimis, & in iis duabus villis duas carucatas terræ. *Vimonaſterium* cum Eccleſiâ, & omnibus aliis appendiciis ſuis; Totam terram, & nemus uſq; ad viam aſiniariorum. *Cruptas* cum Eccleſiâ, & omnibus aliis villæ pertinentiis, exceptis duabus vavaſſoriis & quartam partem de *Menullo-Reinard*. Boſcum etiam, quod eſt inter *Vimonaſterium*, & *Cruptas*, & terram uſq; ad pontem de *Vie*, ſicut via dividit quæ vadit ad montem *S. Michaelis*. *Cyſiacum*, & *vadum Fulmerii*, cum Eccleſiis illarum, & aliis appendiciis ſuis; & *Minillum*, quod eſt juxta villas illas apud *Conde*, unam carrucatam terræ. Ex dono autem ſecundi Richardi *Pontem-Arche*, cum Eccleſiâ, & omnibus villæ appendiciis; Et Eccleſiam de *Dans*, cum tribus hoſpiciis, & in *Longa villa*, *Altiz*, cum Eccleſiâ, & cum aliis pertinentiis ſuis. *Cantalupum* cum Capellâ, & aliis omnibus appendiis. Comparationes de *Brovilla*. Tertiam partem Decimarum omnium S. *Marcelli*, & S. *Juſti*. Eccleſiam de *Furvilla*, & totam terram ad Eccleſiam pertinentem, & decimas villæ Capellani, de villâ quæ dicitur *Boiacas*; & decimas villæ quæ dicitur *Altaria*, & ejus quæ dicitur *Gruciamus* apud *Rothomagum* manſum pertinentem ad turrem *Alwredi*, cum ipſa turre, & duas domos juxta pratum belli, & in ſuburbio ipſius Civitatis Eccleſiam Sancti *Andræi*, cum virgulto & quatuor hoſpiciis. Molendinum unum apud *Lillebonam*. *Furnvillam*, cum Eccleſiâ, & omnibus aliis appendiciis, & boſcum à portu, qui dicitur *Twit*, uſq; ad vallem *Furnevillæ*. Eccleſiam de *Caluncell*, cum majore partæ villæ, & decimarum *Voiri*. *Eſterces*, *Seraiz*, & quartam partem territorii de *Truni*, & Eccleſiam de *Potteria*, & vavaſſorias quas tenent de Eccleſiâ *Robertus* de *Angervilla*, & *Robertus Sarſon*, *Hugo* de *Uri*, *Alanus* de *Faleſia*, *Regin. Burdun*, *Gerardus* de *Memillo*, *Vilo* de *Ballolio*, & alii in eadem Provinciâ: Molendinum unum & dimidium juxta *Coluncellas*, & partem de *Maipre*, & de *Ulineto*, & de *Mannevilla*. Eccleſiam de *Manere*, cum omnibus decimis, & unum vavaſſorem. Decimam ſeptimam Civitatis *Bajocenſis*, & Vicecomitatus *Baocaſſini*, juxta *Cheus*; Molendinum unum & quatuor ſalinas apud *Huneflet*. Apud *Diuetam* vel *Waravillam* ſexdecim ſalis ſextarios. Ex dono *Roberti Bert.* ſeptem ſummas ſalis. Ex dono autem *Rad.* Comitis *Ebroic.* molendinum unum ſuper fluvium qui vocatur *Itan*, cum uno arpento terræ, & apud *Granum* hoſpitem unum, & apud *Caburgum* octo hoſpicia, cum manſcis, & *Suthulmum*. Ex dono verò *Criſtianæ* de *Lucerna*, eandem villam cum Eccleſiâ, & aliis appendiciis ſuis, exceptis vavaſſoribus. Ex dono *Furgoti*, quicquid ipſe habebat in *Fridevilla*; & apud *Wattecot* tenementum *Herberti* de Sancto *Albino*.

Ex dono Regis *Willielmi* in *Angliâ* majorem partem Inſulæ *Harengee*, cum Eccleſiâ, & decimas totius Inſulæ, exceptis decimis leguminis & avenæ in terrâ Epiſcopi *Wintonienſis*; & in eadem Inſulâ *ſaccam* & *ſocham*, & *tol*, & *team*, & *infannethef*, cum omnibus aliis conſuetudinibus. Et apud *Legam* juxta *Sanctam Fidem* dimidiam hidam; Apud **Wynterbourneſtoch** Eccleſiam, & unam carucatam terræ, & quinq; hoſpites, cum decimis totius parochiæ. Apud *Ch.wetonam xxii.* hoſpites, & unam carucatam terræ in dominico, & Eccleſiam cum decimis totius parochiæ, & ſex Capellas; *ſcilicet Annelebergâ*, & de *Peltonâ*, & de *Eſtonâ*, & de *Ferendonâ*, & de *W.ltonâ*.

Et in *Normanniâ* partem pontis *Alton*, ſicut illa dividit, cum Eccleſiâ & molendino, & homines ejuſdem villæ quieti ſunt ab omni conſuetudine in *Lac..brione*. Et duas acras & dimidiam prati inter *Sanctam Mariam* prati, & *Sechanam*. Tertiam etiam partem de *Malevillâ*, & medietatem de *Turbevillâ*, cum Eccleſiâ & decimis. Apud *Malevillam* & parcum, Eccleſiam, & Capellam, cum decimis & feodo, quod tenet *Hugo* le *Bigot*. Apud *Amondevillam*, unam carucatam terræ & Eccleſiam Sancti *Vedaſti*, cum decimis totius parochiæ, & cum boſco & *xxii.* acras alodii in *Balvaco*, & tenementum *Gerardi* & *Walteri* & *Malgerii*, & *Hugonis*. Decimam etiam de feodo *Gaffridi*. Ex dono *Rogeri* filii *Richardi* Eccleſiam de *Cot-Ewrardi*, cum decimis totius parochiæ, in boſco & plano, & dimidiam carucatam terræ, & boſcum *Druellæ*, cum decimâ molendini de *Roſei*. Eccleſiam de *Boſco Berengarii*, & decimas de *Groſmelon*, & de *Brello*. Ex dono autem reginæ *Matildæ*, Reginæ Capellam, tenementum quod ipſa habebat infra urbem *Baiocenſem* & extra. Ex dono *Gilberti Criſpini*, & *Gilberti Stricarii*, quicquid ipſe habebat apud *Hanvillam*. Ex dono *Willielmi* de *Watevillâ* Eccleſiam de *Croiſmarâ*, cum totâ decimâ in nundinis, in terris, & in omnibus aliis rebus. Ex dono Regis *Henrici* avi mei, ſilvulam quæ dicitur *Andelâ*; & apud villam quæ dicitur *Lurâ* tredecim ſummas ſalis, & hoſpites qui cuſtodiunt ſalinas, & quietanciam in omnibus portibus *Angliæ* & *Normanniæ* Monachis & propriis ſervientibus ſuis & rebus de dominico Eccleſiæ: Paſnagium etiam quietum in omnibus foreſtis ſuis, & quietanciam in totâ *Angliâ* & *Normanniâ* de omnibus rebus ad uſagium Eccleſiæ pertinentibus. Ex dono *Thomæ* filii *Gerardi*, apud *Brethevillam* decimam feodi ſui, & quicquid tenebat apud *Foſtas*. Et apud *Pontem Sancti Petri* tenementum *Bartholomei* de *Plaiſſicio*. Ex dono *Valonis* medietatem ſcottarum juxta *Rothomagum*. Ex dono anteceſſorum *Roberti* de *Weneſby*, molendinum de *Corneville*. Ex dono *Alberti* divitis villam quæ vocatur *Done Mariæ*, cum Eccleſiâ, & omnibus aliis villæ pertinentiis, & apud *Paeleriam* partem quam in eâ habebat. Apud *Vernolium* domum ſuam quietam, & alteram ad cenſum. Ex dono *Willielmi* de *Camvilla* Eccleſiam de *Hottot*, cum decimis totius parochiæ, & terram quæ dicitur *ſororis Oſberti* in eadem villâ. Ex dono *Radulphi Geofridi* filii *Criſponis*, partes duas decimarum de *Wimenerivilla*. Ex dono *Roberti* de *Scacherjun* decimas feodi ſui apud *Flamevillam*. Ex dono *Acibui* decimam feodi ſui apud *Budevillam*. Apud *Burevillam* decimam feodi ejuſdem; Ex dono *Willelmi* de *Folniaco*, decimam feodi ſui in eadem villâ. Ex dono *Geraldi* Eccleſiam de *Puteolis*, cum tertiâ parte decimarum. Eccleſiam de *Gamvilla* cum decimis totius parochiæ. Ex dono *Walteri* de *Aufranvilla*, decimam feodi ſui apud *Miſeri*. Ex dono *Wilielmi* de *Lunda*, decimam *Vallis Merdoſe*. Ex dono *Walteri* de *Beauvies* decimam feodi ſui apud *Frollancurt*; & apud *Warengervillam* decimas omnes in parochiâ *Sanctæ Mariæ*. Et tertiam partem decimæ in porochiâ *Sancti Petri*. Apud *Alnetum* molendinum unum ſuper ſtagnum *Durcleri*. Ex dono *Baldrici* de *Boſco* tertiam partem decimarum de *Maſerus* & de *Boſco Rogeri* apud *Leirejum*. Ex dono *Roberti* de *Watevilla*, ſexdecim ſolidos, & unum arpentum vineæ. Et ex dono *Gilberti Calecot* apud *Butelles*, unum modium ſalis. Ex dono *Radulphi* filii *Richardi* decimam feodi ſui apud *Eſprevillam*. Ex dono *Hugonis* de *Mara* triginta ſolidos *Andegav.* in ſuo molendino, & ſex ſolidos apud *Robertot*. Et ex dono *Richardi* de *Morevilla*, terram quæ vocatur *boſcum Halduci* juxta *Nutrivillam*. Quare volo (&c.) Teſtibus, *Rotroldo* Archiepiſcopo *Rothomagenſi*; *Henrico Baiocenſi*, *Egidio Ebroicenſi*, Epiſcopis; Comite *Willelmo* de *Mandevilla*, *Richardo* de *Humet* Conſtabulario; *Regin.* de *Courtenay*, *Roberto Marmion*; *Richardo* de *Camvilla*; *Hugone* de *Creſſy*, *Seihero* de *Quinci* & *Regin.* de *Pavelli*; *Willielmo Malovicino*; *Richardo* de *Vernone*; *Hugone* de *Lacy*; *Hugone* de *Longo-campo*; *Roberto* de *Stuteville*; *Aluredo* de *Sancto Martino*; *Gilleberto Malet*; *Gerardo* de *Camvilla* apud *Rothomagum*.

Carta de **Haringey**, *per Regem* Henricum *primum.*

Cart. 11. E. 2. m. 3. n. 9. per Inſpex.

HEnricus Rex *Anglorum* *Anſelmo Cantuar.* Archiepiſcopo, *Willielmo Wynton.* Epiſcopo; *Henrico* de *Portu* Vicecomiti, cæteriſq; ſuis fidelibus *Francis* & *Anglis*, de *Hanteſcira* ſalutem. Sciatis quod ego concedo S. *Petro Jumeticenſi*, *Haringejam*, & omnia quæ ad illam pertinent cum *ſacâ*, & *ſoca*, & *tol*, & *team*, & *Infangenenthef*, cum omnibus aliis conſuetudinibus, nec volo pati ut aliquis quicquam indè auferat neq; minuet. Teſte, *Roberto* Comite de *Mellent*, & *Henrico* Comite de **Warrewyc**; & *Roberto* filio *Hamonis*, & *Ricardo* de *Retvers*, & *Roberto* filio apud *Wynceſtram*, in *Paſchâ*.

ABBATIA

de Goiſlafontanâ

Pat. Norm. 8.H. 5. P. 3. n. 15. per Inſpex.

Carta Hugonis *de* Gornaio, *de fundatione ejuſdem.*

Hugo de *Gornaio* omnibus fidelibus, tam futuris, quàm præſentibus ſalutem. Notum volo fieri univerſis, quod ego & *Milleſend* uxor mea, conſtruxerimus Eccleſiam beatæ Dei genitricis *Mariæ*, & S. *Johannis Bapt.* apud *Goiſlam fontanam* juxta *Alnetum*, qui eſt ſecùs rivulum, qui vocatur clarus rivus: pro quo etiam loco dedimus unam acram terræ Eccleſiæ S. *Mauricii*, & aliam acram *Hugoni* de *Sancto Mauricio*. Ad eandem igitur Eccleſiam tranſire fecimus Sanctimoniales, quæ antea in valle *Prelii* habitaverunt; quibus omnes elemoſynas & poſſeſſiones, quas ante eis dederamus, iterum eidem loco aſſignantes in elemoſynam perpetuam donamus, & præſenti ſcripto confirmamus, quæ etiam propriis nominibus ſubnotare volumus; unam carrucatam terræ apud *Goiſlam fontanam*, decimas Furnorum ejuſdem villæ, & quinquaginta ſolidos *Belveiſinorum*, in redditibus ejus; *ſcilicet*, in traverſo *xx. s.* in redditu Foreſtæ *xx.* in cenſibus *x.* in molendino *xviii.* minas frumenti. Apud *Caſtrum firmitatis* unam carrucatam terræ, & decimam Pomerii noſtri de *Wellebue*. Decimam de *Loceio*, quam *Oliverus* de *Agiâ* debet eis reddere, cum decimâ quatuor librarum, quas habet theoloneo *Eſcoceii*. In *Laudeunenſi*, de maritagio *Milleſend*. uxoris meæ *xl. s.* provenientium.

In *Angliâ* apud *Caſtram* duas marcas argenti, & dimidiam. Eccleſiam de Walpeltreham, poſt deceſſum *Radulfi*. Sciendum etiam, quod omnes præfatæ donationes, ſunt conceſſione filiorum noſtrorum, *Girardi* & *Hugonis*. Poſtea quoq; dedimus eis campartagium totius feodi *Hugonis* de *Braunoſtier*, apud *Brokedale*, quod emimus à *Rogero Sorix*. *Lx. s.* *Belveioſinorum*. Conceſſimus inſuper eis omnes terras & elemoſynas, quas ex donatione hominum noſtrorum poſſident, quas etiam propriis volumus deſignare vocabulis: Ex dono *Johannis* de *Boell.* nemus & terram, quam habebat juxta locum earum, pro quo tamen ei dedimus *Lx. s.* *Belveiſiorum*. Ex dono *Aletini Burgundenſis*, & *Haewiſæ* uxoris ſuæ, pro filiâ ſuâ *Gremburc*, totam terram, quam habebant in *Meſnillo Aelelini*, & vadimonium *xx. s.* in eadem villâ: & vadimonium *Lx. s.* apud *Foſſatum*, & decimam pomerii ſui apud *Goiſlam fontanam*. Ex dono *Guarini* de *Rameiâ* decimam de *Calni*, quam hæreditario jure poſſidebat, & quicquid habebat in molendino de *Malis pultibus*, & in alio molendino de *Hericurt*, & campartagium quod habebat in eâ villâ; quæ omnia dedit eis pro duabus filiabus ſuis, *Beatice* & *Adâ*.

Ex dono *Roberti* de *Hanſelaines*, & uxoris ejus *Haewiſa*, & *Ricardi* filii illius, qui in eadem domo ad converſionem venerunt, cum duabus filiabus ſuis, *Maria* & *Grembert*, unam carrucatam terræ apud *Frielourt*, & *iii.* modias frumenti, & in avena apud Boſcum *Hugonis*, quos reddunt Monachi *Mortui maris*, conceſſione filiorum ejuſdem, *Roberti*, *Warini*, & *Radulfi*. Ex dono *Theobaldi* Theſaurarrii *Belvant*, duos modios avenæ apud boſcum *Hugonis*. Ex dono *Mariæ* filiæ *Godeleris* medietatem decimæ feodi *Petri* de S. *Luciano*, apud *Maltaies*. Ex dono *Odonis* de *Helpegneis*, pro *Luſcia* filiâ ſuâ, duas garbas decimæ totius terræ ſuæ, & unam acram prati apud *Helpegneias*. Ex dono *Johannis* de *Roſeio* decimam totius feodi ſui apud *Heregnem*. Ex dono *Radulfi Eſcovart* unum campum terræ apud *Goiſlam fontanam*. Ex dono *Gaufridi Cordele* campos duos ibidem. Ex dono *Hugonis* de *Belmont* in eadem villâ campum unum. Ex dono *Hugonis* filii *Albecire*, ibidem campum unum. Ex dono *Hugonis* de *Bettemert* duas minas frumenti. Ex dono *Rainaldi* duas minas in Molendino de *Malis pultibus*. Iſta omnia dedimus & conceſſimus præfatis Sanctimonialibus in elemoſynam perpetuam, pro remedio animarum noſtrarum, & anteceſſorum, necnon & liberorum noſtrorum, & præſenti Carta communivimus. Præterea ego *Mileſendis* dedi in elemoſynam perpetuam, liberam & quietam, prædictæ Eccleſiæ, omnes emptiones meas in vadimoniâ meâ, quæ in die obitus mei habitura ſum: inſuper & omnes acquiſitiones meas in omnibus rebus. Teſtibus, *Roberto* de *Priſſe*, *Johanne* de *Hoſdene*, (&c.)

PRIORATUS

Grandimontenſis *in Foreſta de* Bellomonte-Rogeri, *in* Normannia.

Chartarum confirmatio, per Regem Henricum *quintum.*

Pat. Norm. 8. H. 5. p. 2. m. 8.

Rex omnibus ad quos &c. ſalutem. Inſpeximus tenores quarundam Cartarum, & literarum inclitæ recordationis nobilium progenitorum noſtrorum, quondam *Franciæ* & *Angliæ* Regum, de & ſuper certis libertatibus, franchеſiis, privilegiis, quietanciis, donis, & conceſſionibus dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui *Grandimontis*, in foreſtâ de *Bello monte-Roger*; ac fratribus de *Belleria* ejuſdem Ordinis, datis & conceſſis; quarum originalia per guerrarum infortunium deperdita ſunt & amiſſa, ut dicunt.

cunt. Nichilominus pro eo quod modis & viis evidentiſſimis nobis plenè liquet hujuſmodi Cartas, & literas, ex antiquo exiſtere, eaſdem in formam debitam & ſcripturam novam redigi, noſtroq; muniri ſigillo regio, ne fides ſive memoria ipſarum futuris temporibus deperire valeat, caritatis intuitu affectamus & volumus, juxta tenores ſupradictos, qui ſunt tales.

Carta Regis *Henrici* ſecundi.

Henricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, Comes *Andegavenſis*, *Henrico*, *Ricardo*, *Gaufrido*, *Johanni*, cariſſimis filiis ſuis, Archiepiſcopo *Rothomagenſi*, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus & omnibus Miniſtris & fidelibus in Archiepiſcopatu *Rothomagenſi* conſtitutis, ſalutem. Sciatis nos dediſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe, pro amore Dei, & pro animabus patris noſtri & matris noſtræ, & filiorum & anteceſſorum noſtrorum, Deo & domui de *Grandmonte*, quæ dicitur *Belleria*, in Caſtro meo de *Argenthonio*, hominem, & in Caſtro meo de *Faleſiâ* alium hominem, & in Caſtro meo de *Caen* alium hominem, & in omnibus parochiis adjacentibus prædictis Caſtris, in unaquaq; earum unum hominem, qui beneficia & elemoſinas, quæ fratribus prædictæ domus in prædictis villis, pro amore Dei dabuntur, recipiant & eis legitimè referant.

Volumus autem & concedimus, & firmiter præcipimus, quod homines prætaxati à nobis dati, & conceſſi fratribus prædictæ Domus, ad ſuum ſervicium faciendum, ſint in omnibus quieti & pacifici ab excercitu, ab equitatu, & ſervicio, *foagio*, *vinagio*, & *paſſagio*, *pedagio*, theloneo, & de omnibus conſuetudinibus in terrâ, & in mari ad dominium noſtrum pertinentibus. Teſtes autem hujus donationis & conceſſionis noſtræ ſunt *Frag.* Epiſcopus de *Sagio*, *Robertus* de *Mulant*, *Henricus* de *Novo Burgo*, *Fulco* de *Duno*, *Fulco Poumelli*, *Ricardus Guiffart*, & plures alii.

Carta *Richardi* primi regis.

Ricardus Dei gratia Rex *Angliæ*, (&c.) Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos dediſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe, pro amore Dei, & pro animabus patris & matris noſtræ, Deo & fratribus *Grandmontis*, quæ dicitur *Belleria*, donationem illam, quam fecit cariſſimus dominus & genitor noſter *Henricus* Dei gratiâ quondam Rex *Angliæ*, *videlicet* in Caſtro ſuo de *Argenthomo* unum hominem, in Caſtro ſuo de *Faleſiâ* alium, & in Caſtro ſuo de *Caen* alium. Et in omnibus parochiis adjacentibus prædictis Caſtris in unaquaq; earum unum hominem, qui beneficia & elemoſinas, quæ prædictis fratribus & domui dabuntur, pro amore Dei in prædictis villis recipiant, & eis legitimè deferant ab omnibus conſuetudinibus ad ſuum dominium pertinentibus, in terrâ & in mari, ſicut in ſuâ Cartâ continetur, liberos & quietos.

Præterea nos dedimus & conceſſimus & præſenti Cartâ prædictis fratribus & domui confirmavimus, in omnibus Caſtris, villis, burgis, parochiis *Sagienſis* dioceſis, in unaquaq; earum unum hominem, qui ad faciendum ſervicium prædictæ Domus & fratrum ibidem Deo ſervientium, ſint liberi & quieti in vitâ pariter & in morte, integrè, plenariè, honorifice, per totam terram noſtram, per terram & per aquam, & per ripam maris in *Angliâ*, & in *Normanniâ*, & *Acquitaniâ*, & in *Andegavenſi* & *Cenomanenſi* Comitatibus, & in omnibus aliis locis, in nundinis & mercatibus & portubus maris, ab excercitu, ab equitatu, ſervicio, *foagio*, *vinagio*, *paſſagio*, *paſſuagio*, *pedagio*, *theloneo*, *ponthagio*, *ſtallagio*, & *leſtagio*; Et de omnibus rebus, quas ipſi poterant aſſecurare, fide datâ vel preſtito ſacramento, quod vendant vel emant, & de omni ſeculari ſervicio, exactione, & opere ſervili; Et de omnibus placitis & querelis, aſſiſiis, & operationibus Caſtellorum, & parcorum, & pontium, & calcetarum; & de pecuniâ dandâ pro forefactâ, & de omnibus aliis occaſionibus & conſuetudinibus ſecularibus ad dominium noſtrum pertinentibus, exceptâ ſolâ juſtitiâ vitæ & membrorum, quæ nobis retenta eſt.

Contulimus etiam prædictis fratribus, ut ſumant ligna viva & arida in cunctis noſtris nemoribus ad uſus proprios dictæ domus; Et ſi quis ſuper hoc forefacere voluerit, id eis ſine dilatione emendari benigniter faciat. Teſtibus *Hugone Dunelm.* *Godefrido Winton.* *Huberto Carrag.* *Willermo* Mareſcallo noſtro, *Johanne* Mareſcallo, *Henrico* de *Longo Campo*; *Rogero* de *Pratellis*; *Hugone Bardouf.* Datum *Turonis* per manum *Willermi* de *Longo Campo*, *Elienſis* Electi, Cancellarii noſtri, *xiii.* die *Novembr.* regni noſtri anno primo.

Carta *Philippi* regis *Francorum*.

Carta *Roberti* Com. de *Mellent.* Fundatio Cœnobii *Grandimontenſis.*

Philippus Dei gratiâ *Franc.* Rex, notum facimus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quod nos literas *Roberti Mellenti* quondam Comitis, quarum ſigillum, caſu, in præſentiâ noſtrâ confractum extitit, vidimus in hæc verba. Univerſa negocia mandata literis, ac voci teſtium ab utroq; trahunt immobile firmamentum. Sciant ergò, qui viderint præſentem paginam, quod ego *Robertus* Comes *Mellenti*, cognitâ honeſtate & religione pauperum *Jeſu Chriſti* fratrum *Grandiſmontis*, & quàm piè pro benefactoribus ſuis Crucifixo ſupplicant devotis animis inceſſanter; Volens orationum ſuarum particeps effici, dedi eiſdem & conceſſi in liberam & perpetuam elemoſinam locum in quo conſiſtant in foreſtâ de *Bellomonte*, & omnes pertinencias; *viz.* totum nemus cum fundo terræ, & omnibus aliis rebus mobilibus & immobilibus, prout facta foſſata ad circuitum ſpacioſè dividunt & diſtinguunt, poſſidenda & explectanda modis omnibus perpetuis temporibus abſolutè; Ita *videlicet* in omnimodâ libertate de dominatione perpetuâ, quod ego vel ſucceſſores mei in nullo accidente infra dicta foſſata non habebimus ullam occaſionem, violentiam, inforciam, captionem, venationem, conſuetudinem, ſaiſinam, aſſiſiam, aut aliquid hujuſmodi quoquomodo. Nichilominus dedi & conceſſi fratribus memoratis molendinum de *Caſtro Lune*, cum omni jure & dominatione, in liberam & perpetuam elemoſinam poſſidendum. Dedi eciam & conceſſi prædictis fratribus plenam juſtitiam ſuper omnes illos, vel illas, qui de dicto Caſtro ratione molendi ad aliud molendinum accedent, vel qui ad dictum Caſtrum de foris panem ad vendendum, niſi de voluntate fratrum afferent, ſive qui in dicto Caſtro inventi fuerint rei, vel contra quos emerſerit querela ſuper hoc, quod ad vendendum faciant vel habeant parvum panem, excercendam perpetuò liberè & quietè, tanquam domini capitales.

Item dedi & conceſſi fratribus ſæpedictis quicquid juris, honoris, ac Dominii habebam, vel habere poteram in aquâ *Riſilis*, à capite excluſarum prædicti molendini uſq: ad fines ſexdecim acrarum terræ, quas *Gilberto* de *Meſnillo* excambiavi apud *Barcum*: Donans & concedens eaſdem acras prænominatis fratribus in liberam elemoſinam perhenniter poſſidendas. Item dedi & conceſſi præfatis fratribus ſex modios frumenti, & quinque modios avenæ percipiendos ſingulis annis in feſto beati *Remigii*, de propriis redditibus meis in orreo meo de *Bello-monte*, in liberam elemoſinam perpetuò poſſidendos. Nichilominus dedi & conceſſi fratribus memoratis viginti & octo libras monetæ currentis in præfecturâ *Bellimontis*, & in redditibus meis de *Ponte Odemer* ſingulis annis duobus terminis perſolvendas; *videlicet* in præfecturâ novem libras ad terminum *Paſchæ*, & centum ſolidos apud *Pontem Odomer*; & alias novem libras, & alios centum ſolidos in feſto ſancti *Remigii*, in locis ſuperiùs nominatis. Item dedi & conceſſi eiſdem fratribus de propriis redditibus meis, quinq; millia allecium in primâ ebdomadâ quadrageſimæ, apud *Fontem Odomer* ſingulis annis percipienda, & per ſingulos menſes unam ſumam ſalis in eodem loco; & in unaquaq; ebdomadâ totius anni per duos dies integrè piſcationem in aquâ meâ de *Bellomonte* omnibus ingeniis in liberam elemoſinam perpetuò poſſidendam. Item dedi & conceſſi memoratis fratribus quinq; modios vini in celario meo de *Bellomonte*, ſingulis annis percipiendos. Dedi eciam præfatis fratribus in puram & perpetuam elemoſinam, gurgitem *Herodis*; & in foreſtâ meâ de *Bellomonte* capiendum & utendum quicquid eiſdem neceſſarium fuerit perpetuis temporibus abſolutè. Dedi eciam ſæpedictis fratribus unum hominem apud *Bello-montem*, & alium apud *Pontem Odomer*; & alium apud Caſtrum *Lune*, cum omnibus rebus, & pertinentiis ſuis liberos & immunes ab omni exactione, & conſuetudine, & ab omnibus rebus aliis, quæ ad me vel hæredes ſive ſucceſſores meos pertinent, vel de cætero quocumq, modo poterunt pertinere. Cum hiis igitur omnibus parvis donationibus diſtinctis præſenti paginâ ſeriatim memorati loci pauperimâ fundatione proviſâ, & dictorum fratrum nimiâ ſimplicitate recognita, dedi eiſdem & conceſſi in elemoſinam perpetuam libertatem, ut omnes res indifferenter, mobiles & immobiles, quas ratione cujuſcumq; donationis ſive conqueſtus ad manus illorum devenerunt, abſq; ullâ occaſione, vel reclamatione, tam à me quàm à ſucceſſoribus meis faciendâ, perhenniter poſſideant liberè & quietè. Quod ut firmum & ſtabile perſeveret, ſigilli mei atteſtatione confirmavi. T. *Oſberno* tunc Priore de *Bello-monte*, *Emaurico*, *Rogero*, fratribus meis, *Ricardo* de *Warelmâ*; *Ricardo* Abbate de *Tornayo*; *Bucardo* de *Hulmo*; *Radulpho* de *Grolayo*; *Willermo* de *Marmoran*; *Rogero Manſionario*; *Guillermo* le *Petit*; *Guillermo Caym*. In cujus rei teſtimonium & perpetuam memoriam, præſentibus literis noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum *Pariſiis* anno domini *Milleſimo Ducenteſimo ſeptuageſimo tercio*, Menſe *Julio*.

Charta Johannis *regis, patris ſui donationem de* CC. l. *annui redditus, confirmans.*

Cart. 1. Joh. m 10. n. 155.

Johannes Dei gratiâ &c. Sciatis nos conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe bonis hominibus *Grandimontis*, fundationem domus, quam pater noſter *H.* bonæ memoriæ in dominico ſuo juxta *Rothomagum* fecit, & donationem, quam idem pater noſter eis fecit ad victualia ſua; *ſcilicet CC. l. Andegav.* recipiendas annuatim de Vicecomitatu *Rothom*; *videlicet C. l.* ad *Paſcha*, & *C. l.* ad feſtum Sancti *Michaelis*. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod ipſi eas habeant in liberam & perpetuam elemoſinam, & ſingulis annis ad prædictos terminos eas in prædicto vicecomitatu recipiant, ſicut in Cartâ *H.* Regis, patris noſtri, continetur. Teſtibus *R.* ſancti *Andrea* Epiſcopo, *Willielmo Longeſpie* Comite *Sarum*; *Willielmo* Comite *Arundellia* &c. Dat. per manum *S.* Archidiaconi *Wellenſ.* & *J.* de *Grai* apud *Chinonem xxvi.* die *Septembr.*

Alia ejuſdem Regis Charta, donationes per Johannam *filiam* Willielmi Foſſard *factas, confirmans.*

Cart. 15. Joh. n. 29.

Joh. Dei gratiâ, &c, Omnibus, &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & fratribus *Grandimontis*, omnia tenementa & redditus, & poſſeſſiones, tam Eccleſiaſticas, quàm alias, quæ *Joh.* filia *Will. Foſſard*, quondam uxor *Roberti* de *Turneham*, eis dedit & Cartâ ſuâ confirmavit in perpetuam elemoſinam, ſicut Cartæ eorundem *Roberti* & *Johannæ*, quas prædicti fratres inde habent rationabiliter teſtantur. Quare volo, (&c.) Dat. per manum Domini *P. Winton.* apud Witton *v.* die *Novembris*, Anno *xv.*

ABBATIA

de Greſtino, *infra ducatum* Normanniæ.

Cart 9. E. 2 n. 21. per inſpex.

Carta Regis Ricardi *primi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ricardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe omnes ſubſcriptas donationes, factas Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Greſtein*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, ex dono *Willielmi* Regis *Anglorum*, & Ducis *Normannorum*, in *Anglia* quicquid habebat in *Peintona*, in terrâ, in pratis, in ſilvis, in conſuetudinibus, & aliis villæ pertinentibus, cum totâ Eccleſiâ. Ex dono *Rob*, Comitis *Moreton*, fratris *Willielmi* Regis, duo Maneria, **Gratinges**, * & **Bretcham** in Vicecomitatu *Suffolchiæ*, & decimam de *Cambis*, & quod habebat in *Salſintona* in Vicecomitatu de *Cantebrig*; & *Wilmintonam* * & quicquid ad eam pertinet. Et in *Ferlis*, *vi*. hidas terræ. Et in **Peveneſel**, domum *Engelerii*, & quicquid ad eam pertinet, cum omni conſuetudine. Et in foreſtâ ſuâ de **Peveneſel** paſnagium, & herbagium, & materiem ad Eccleſias ſuas, & ad proprias domos ſuas conſtruendas, & ad focum ſuum. Ex dono *Matildis* Comitiſſæ *Moreton*. **Conoc** *x*. hidarum, & quicquid ad eam pertinet. Et in **Bedingeham** duas hidas terræ, & Eccleſiam ipſius villæ: Et unam domum in *London*. cum omni conſuetudine. Et *xxxii*. hidas terræ, quas dederat ei pater ſuus *Rogerus* de *Monte Gomerico*, *ſc*. apud *Harintonam viii*. hidas, & apud **Merſam** *xi*. hidas. Et apud **Piteford** *vi*. hidas. Et apud *Largebergam* duas hidas: Et apud **Taviſtone** *iii*. hidas & dimidium. Et apud **Clauendon** *iii*. virgatas per conceſſum Regis *Willielmi*.

* Cella de Cretings in Com. *Suff.*

* In Com. *Suſſexiæ* Cella *Greſtinenſis* Cœnobii.

Ex dono *Radulphi Walletorte* **Portone**, juxta *Montem-acutum*, & quicquid ad eam pertinet. Ex dono *Roberti Ivonis*, filii, unam carrucatam terræ in **Fridelakeſtoc**, & quinq; villanos & ſervos & ancillas. Ex dono *Will*. Comitis *Moreton*. in *Dorſeceſtreſcirâ*, quicquid habebat in **Wynburne**. Et in *Norhanteſcirâ* quicquid habebat in *Graftonâ*, & apud **Peveneſel** unam virgatam terræ, & in *Blaculveſlega* Monaſterium & duas hidas terræ, quas tenuit *Sagrim* Presbiter. Et in *Draitonâ*, quæ eſt in *Bukingehamſcirâ* unam hidam terræ, & dimidiam & Eccleſiam. Et in *Merſetona*, quæ eſt in *Hertfordſcirâ*, dimidiam hidam. In *Coningetona*, quæ eſt in *Suſſexiâ*, tres hidas & dimidiam, & decimam: Et in **Fibelwich** unam virgatam terræ & dimidiam. Et in *Telletonâ* unam virgatam in eadem ſcirâ. Et in *Heſtonâ* tres hidas terræ. Et Eccleſias de **Berchamſtede**, & Capellam Caſtri, & decimas, & terram quam tenuit *Godefridus* Capellanus in eadem villâ. Et decimam de **Hamelameſtede**, & de **Renetone**, & de **Fletcham**, & de **Stamere**, & de *Aldeberiâ*, & de *Aldrintonâ*, & de *Haddonâ*, & de *Suillâ*, & de *Toviſtonâ*. Et Eccleſiam de **Bradeſtewes**, & unam hidam terræ. Et Eccleſiam de **Stokes**, & decimam. Et terram quæ Eccleſiæ pertinet. Et Eccleſiam de **Butebroc**, & decimam, & terram quæ pertinet Eccleſiæ. Et unam hidam terræ, quam tenuit *Alwricus*: Et Eccleſiam de *Graftona*; & Eccleſiam de **Halmeden**.

Item ex dono præfati Comitis, dimidiam piſcinam de **Langenega**, & totam decimam ipſius piſcinæ. Et Eccleſiam de *Eſdenâ*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam de **Weſdene**. Et Eccleſiam de **Ferles**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et unam hidam terræ apud **Hectone** quam *Alnodus* Presbyter tenuit. Ex dono *Aluredi* Pincernæ in **Cherletone**, totam decimam in ſuo dominio. Item ex dono prædicti Comitis apud **Middelton** unam hidam terræ, & dimidium pratum quod dicitur **Turide**. Ex dono *Theodorici* Camerarii in *Cornubiâ*, quoddam Manerium, quod vocatur **Portone**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Rogeri* de *Fraxineto iii*. acras terræ in *Suptona*; & *Garam* & totam decimam in ſuo dominio. Ex dono *Rogeri* de *Broſtone*, dimidiam virgatam terræ in *Tedoordâ*, & paſturam ad quinquaginta oves ſuper montes, & quicquid habebat de feodo ſuo in **Ruſſelac**, quietum & liberum ab omnibus conſuetudinibus & ſerviciis. Ex dono *Rogeri Marmion* decimam totius dominii ſui de **Berewic**. Ex dono *Ricardi* filii *Hammingi*, totam decimam de dominico ſuo de **Eſſetes**, & de **Ferles**, & **Sirinton** & **Clotintone**, & tres acras terræ in **Harrop**; & decimam de omni pecuniâ ſuâ, de pullis, & agnis, & purcellis, & caſeis, & paſturam ad *xxx*. oves, & tres boves, cum ſuâ pecuniâ dominicâ in **Eſſetes** quieta ab omni conſuetudine & ſervicio. Ex dono *Hugonis* de **Cahaignes** decimam de Manerio ſuo de **Witeford**, in blado, & agnis, & lanâ, & caſeis, & porcellis, & omnibus quæ ad decimam pertinent. Et unam acram terræ in eadem villâ. Et paſturam *xxv*. ovibus, & duobus bobus, & in **Peveneſel** *iiii*. acras terræ. Ex dono *Willielmi* filii *Alfwredi iiii*. acras terræ, quas tenuit *Sefredus* juxta Eccleſiam *Sancta Maria* de **Peveneſel**, ex parte Occidentis. Ex dono *Willielmi*, Comitis de *Warennâ* ſuam conſuetudinem & libertatem in *Sefordiâ* ex omnibus; *ſcilicet* ex *leſtagio* & *pontagio*, & *paſſagio*, & de omnibus aliis conſuetudinibus. Ex dono *Theodorici* de *Forhou*, unam virgatam terræ in **Coneſgrave**, & medietatem decimæ ſuæ de **Forhou**, conceſſu domini ſui *Willielmi*, quietam ab omni ſervicio.

Ex dono *Richerii* de *Aquilâ*, terram & nemus quod jacuit manerio de **Willendone**, quod *Ricardus* de *Culturâ* ei dederat. Et decimam molendini in eodem Manerio, & herbagium in foreſtâ ſuâ, & porcos ſuos quietos de paſnagio, & nemus ad materiem ad domos ſuas proprias, & ad ſepes, & ad ignem eorum in foreſtâ ſuâ, per viſum foreſtariorum ſuorum: & bruariam quam habet apud *Buſcheium* juxta illam, quæ illorum erat; *ſcilicet* inter illam viam quæ vadit apud Heleſham, & illam quæ venit apud Buſcheiam uſq; ad foſſatum de Norht. Et omnes decimas de dominio ſuo de Caſtellariâ de Peveneſell, in quocumq; modo terræ lucratæ fuerint. Et bordarium de *Buſcheio* liberum & quietum. Et decimam piſcatoriæ ſuæ antequam ulla pars indè exeat. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod præfata Abbacia ſanctæ *Mariæ* de *Greſtein*, & Monachi in eo Deo ſervientes, habeant & teneant omnes Eccleſias, & decimas, & terras ſuas, & omnia tenementa ſua eccleſiaſtica & laica, benè, & in pace, liberè & quietè, & honorificè, & quieta de omni conſuetudine & ſerviciis, cum *ſochâ*, & *ſachâ*, & *thol*, & *theam*, & *Infangenetheof*. Et habeant omnes libertates & liberas conſuetudines, in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in viis & ſemitis, in molendinis, & in aquis, & in omnibus locis. Volumus eciam & firmiter præcipimus, quod omnes res præfatorum Monachorum, quas ſervientes eorum poterunt affidare ſuas eſſe proprias, ſint quietæ de *theloneo*, & *paſſagio*, & *leſtagio*, & *pontagio*, quocumq; ducantur vel reducantur, per terram noſtram, & per portus maris. Et prohibemus ne quis eos indè diſturbet. Teſtibus, *W. Rothom.* Archiepiſcopo. *H. Dunelm.* & *H. Covintr.* & *R. Bathon.* Epiſcopis, *Willielmo* de *Sancto Johanne*, *Willielmo Mareſcallo*. *Henrico* de *Longo Campo*. Data per manum *Willielmi* de *Longo Campo*, Cancellarii noſtri, *Elienſis* Electi, apud *Weſtm.* *xiiii.* die *Novembris* anno primo regni noſtri.

Pat. 9. E. 2. p. m. 13.

Carta Regis Edwardi *ſecundi*, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas *Berengarius Tyrel*, de Weſtham, fecit Abbati & Conventui beatæ *Mariæ* de *Greſten*, de duabus acris prati in Bradewiſſe, cum pertinentiis. Remiſſionem eciam & quietam clamantiam quas *Radulphus Alman*, & *Thomas* filius *Beatricis Peling*; & *Sarra* quæ fuit uxor *Willelmi Criket* fecerunt præfatis Abbati & Conventui de toto jure ſuo & clamio, quod habuerunt vel habere potuerunt in omnibus terris & tenementis cum pertinentiis, quæ *Willielmus* filius *Bruning* de *Peling*, avunculus eorum tenuit in Weſtham. Donationem eciam, conceſſionem & quietam clamantiam, quas *Thomas* de *la Cnock* fecit eiſdem Abbati & Conventui de totâ terrâ ſuâ in eadem villâ, cum pertinentiis. Remiſſionem eciam & quietam clamantionem, quas *Nicholaus* filius *Radulphi* de *Firſ.* fecit præfatis Abbati, & Conventui, de toto jure, quod habuit, vel habere potuit in ſex acris terræ, cum pertinentiis, quæ *Radulphus* de *Fris.* pater ſuus aliquando tenuit in eadem villâ. Donationem inſuper & confirmationem, quas *Robertus* de *Horſtede* fecit eiſdem Abbati & Conventui de omnibus tenementis quæ tenuerunt de feodo ſuo; *ſcilicet* terrâ de *la* Hoke, cum pertinentiis & de omni eo quod tenuerunt in parochiis *S. Nicholai* de Peveneſell, & ſanctæ *Mariæ* de Weſthame, tam in Burgagiis, quàm in terris arabilibus. Remiſſionem eciam & quietam clamantiam, quas *Alanus* de *Weſtham*, & *Margeria* uxor ejus fecerunt prædictis Abbati & Conventui de toto jure & clamio quod habuerunt, vel habere potuerunt in omnibus terris & tenementis cum pertinentiis, quæ *Ricardus* de *Peling* tenuit in Weſtham; Conceſſionem inſuper, quam *Rogerus* de *Fraxino* fecit eiſdem Abbati & Conventui de tribus acris terræ in *Sudtona*, & de totâ decimâ de dominico ſuo in eadem villâ; & de *Gara* deſuper *Sudtonam*. Conceſſionem eciam, quam *Paganus* de *Cap.* fecit eiſdem Abbati & Conventui de totâ decimâ ſuâ in Middelton; Donationem eciam, quam *Richerinus* de *Aquila* fecit eiſdem Abbati & Conventui de quodam herbergagio apud Safort, ſoluto & quieto ab omni ſervicio; Donationem eciam & conceſſionem, quas *Jordanus* de *Saukevill* fecit eiſdem Abbati & Conventui de ſeptem acris terræ, cum pertinentiis ſuper *Nattewode*. Donationem inſuper & conceſſionem, quas *Walterus* de *Ratetun* fecit eiſdem Abbati & Conventui de terrâ de *Diepedenâ*, cum pertinentiis. Dimiſſionem, conceſſionem, & quietam clamantiam, quas *Robertus le Spirè* de *Exeter* fecit eiſdem Abbati & Conventui de quadam domo in *Exeter*, quam de eo tenuerunt, & de dimidiâ acrâ terræ, quæ jacet juxta prædictam domum, & de tribus acris terræ cum paſturâ & omnibus pertinentiis ſuis in eadem villâ; Donationem eciam, conceſſionem & confirmationem quas *Willielmus* filius *Radulphi Heringaud* fecit præfatis Abbati & Conventui de decem acris prati, cum foſſatis ſuis in Wilindone cum pertinentiis.

Donationem eciam, conceſſionem, & confirmationem quas *Adam Cuk* fecit eiſdem Abbati & Conventui de redditu duodecim denariorum, quem *Thomas* faber de Heyleſham ei reddere ſolebat pro tenemento quod de eo tenuit in Heyleſham. Donationem eciam & conceſſionem, quas idem *Adam* fecit præfatis Abbati & Conventui de quatuor denaratis redditus percipiendis de molendino de Eyleſham; & de toto jure & clamio, quod habuit vel habere potuit in eodem molendino ratione prædictorum *iiii.* denariorum. Donationem inſuper, conceſſionem, & confirmationem, quas præfatus *Adam* fecit eiſdem Abbati & Conventui de viginti denaratis redditus, quas *Willielmus Sortharin* ſibi reddere conſuevit pro tenemento, quod de eo tenuit in Heyleſham: Remiſſionem eciam & quietam clamantiam, quas *Ricardus* filius *Adæ le Cuke* fecit eiſdem Abbati & Conventui de toto jure & clamio, quod unquam habuit, vel quocumq; modo habere potuit in terrâ & domibus,

mibus, cum pertinentiis, quas prædictus *Adam* pater ſuus tenuit de prædictis Abbate & Conventu in **Heyleſham**. Conceſſionem etiam & quietam clamantiam, quas *Radulphus* de *Colvill* fecit eiſdem Abbati & Conventui de toto jure & clamio, quod habuit vel habere potuit in totâ terrâ, cum pertinentiis, quam aliquando tenuit in **Jewington**, exceptâ dimidiâ acrâ terræ, quæ jacet juxta terram *Johannis Palmeri*. Donationem eciam, conceſſionem & confirmationem quas *Galfridus* vicarius Eccleſiæ de **Wylyndon** fecit præfatis Abbati & Conventui de quatuor acris prati, cum pertinentiis in **Wylyndon**. Donationem eciam, conceſſionem & confirmationem, quas *Gervaſius* perſona Eccleſiæ de **Fokenton** fecit eiſdem Abbati & Conventui de octo ſolidatis redditus cum pertinentiis in eadem villâ. Donationem eciam, conceſſionem & confirmationem, quas *Hugo* filius *Ricardi* de *Willendon* fecit præfatis Abbati & Conventui, de novem acris terræ cum pertinentiis in eadem villâ. Confirmationem eciam, quam *Simon* de *Notingham* fecit eiſdem Abbati & Conventui de terrâ illâ cum pertinentiis, quam *Hugo* filius *Ricardi* de *Willendone* eis dedit in **Willendone**. Donationem eciam, conceſſionem, confirmationem, & quietam clamantiam, quam *Willielmus* de *Heyton* fecit eiſdem Abbati & Conventui de uuâ placeâ terræ, cum pertinentiis in **Heyton**. Remiſſionem eciam & quietam clamanciam, quas *Emma*, quæ fuit uxor *Rikewardi Poſtel* fecit eiſdem Abbati & Conventui de toto jure & clamio, quod habuit vel habere potuit in toto tenemento, quod fuit de feodo ipſorum Abbatis & Conventus in **Telleton**.

Remiſſionem eciam & quietam clamantiam, quas *Walterus* filius *Henrici* de *Wolkeſted*, & *Matildis* uxor ejus fecerunt præfatis Abbati & Conventui de toto jure & clamio, quod habuerunt vel habere potuerunt in toto tenemento quod fuit de feodo prædictorum Abbatis & Conventus in eadem villâ. Donationem eciam, quam *Rogerus* de *Borſtanâ* fecit eiſdem Abbati & Conventui de ſeptem acris terræ, & de paſturâ ad quinquaginta oves in *Tedeurdâ*. Donationem eciam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Rog.* de *Borſtanâ*, & *Matildis* uxor ejus fecerunt eiſdem Abbati & Conventui, de dimidiâ virgatâ terræ, & paſturâ ad quinquaginta oves ſuper montes in eadem villâ. Donationem eciam & confirmationem, quas *Willielmus* de *Burtune* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de unâ virgatâ terræ, cum pertinentiis in *Burtunâ* & **Riſlake**. Conceſſionem eciam, quam *Henricus Maltravers* fecit eiſdem Abbati & Conventui de omnibus decimis & terris, quas habuerunt de *Willielmo* filio *Aluredi*, & de terrâ *Leſſi*, cum pertinentiis in **Wilmynton**. Donationem eciam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Johannes* de *Monte Acuto* fecit præfatis Abbati & Conventui de Manerio de **Merſe**, cum pertinentiis in Comitatu *Bukinghamia*, & advocatione Eccleſiæ ejuſdem Manerii, & de unâ hidâ terræ cum pertinentiis in eadem villâ. Conceſſionem eciam, remiſſionem, & confirmationem, quas *Baldewinus* filius *Thomæ* de *Haldeham*, & *Iſabella* de *Monte Acuto* fecerunt prædictis Abbati & Conventui de Manerio de **Merſe**, & de decimis feodi ſui in **Ikeford**, & de Capellâ Manerii ſui de *parva* **Preſton**. Donationem eciam, conceſſionem, confirmationem, & quietam clamantiam, quas *Galfridus* filius *Berneri* de *Magna* **Horewode** fecit eiſdem Abbati & Conventui de toto tenemento quod habuit in **Salden** & **Horſell**; & de redditu quem habuit de unâ virgatâ terræ, quam *Radulphus Payn* de eo tenuit in **Salden**; & de unâ virgatâ terræ, quam *Robertus* filius *Willielmi* de eo tenuit in **Horſel**, unà cum homagiis & aliis ſerviciis prædictorum *Radulphi* & *Roberti* & hæredum ſuorum. Conceſſionem eciam & confirmationem, quas *Rannulphus* Comes *Ceſtriæ* fecit prædictis Abbati & Conventui de Eccleſiâ de **Bucchebrok**, & de quatuor virgatis terræ cum pertinentiis in eadem villa. Donationem eciam, quam *Teodoricus* de **Fortho** fecit eiſdem Abbati & Conventui de duabus virgatis terræ cum pertinentiis in **Fortho**, & de medietate decimæ de **Fortho**. Donationem eciam, & conceſſionem, quas *Adam* de **Polebic** fecit eiſdem Abbati & Conventui de viginti ſolidatis terræ cum pertinentiis in *Aignelintona*. Remiſſionem eciam & quietam clamantiam; quas *Johannes* filius *Walteri* de *Widevil* de **Grafton**, fecit prædictis Abbati & Conventui, pro ſe & tenentibus ſuis de **Grafton**, de ſectâ Hundredi de **Cleyle**. Remiſſionem eciam, conceſſionem, relaxationem, & quietam clamanciam, quas *Thomas* filius *Alani* filii *Nicholai* **atte Melne** de **Darneford** fecit eiſdem Abbati & Conventui de toto jure & clamio, quod habuit vel habere potuit in uno meſuagio, quod vocatur **Darneford**; & in quinque acris terræ, cum pertinentiis in **Sauſton**; Donationem eciam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Willielmus* de *Merſſe* fecit prædictis Abbati & Conventui de totâ terrâ illâ, cum pertinentiis, quæ aliquando fuit *Randulphi* de *la Hulle*, & *Aliciæ* uxoris ejus in **Penton-Greſteyn**, & **Clanefeld**, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Abbati & Conventui & eorum ſucceſſoribus concedimus, & confirmamus, prout Cartæ & ſcripta donatorum ſuorum prædictorum, quæ indè habent rationabiliter teſtantur. In cujus &c. T. Rege apud *Weſtmonaſt.* xxiiii. die *Aprilis*.

COENOBIUM

de Lirâ, in ducatu Normanniæ.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ex vetuſto Regiſtro Lirenſis Cœnobii penès *Andream* du *Cheſne* illuſtriſſ. Galliar. Regis Hiſtoriographum, 1640. n. 3.

HEnricus Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, (&c.) totius *Angliæ*, & *Normanniæ* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & in perpetuam elemoſinam confirmâſſe Eccleſiæ *Lirenſi*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, quicquid eis rationabiliter datum eſt, & tenementa ſua, & quicquid juſtè & rationabiliter poſſederunt tempore Regis *Henrici* avi mei, & tempore Patris mei.

In Epiſcopatu *Ebroicenſi*, in loco qui *Vetus Lira* dicitur, ex dono *Will.* Comitis, terram de eadem villâ quam tenebat in dominio, & duo molendina in eadem villâ, & quartam partem *Novæ Liræ*, (&c.) In *Anglia*, in Epiſcopatu *Wintoniæ*, ex dono *Willielmi* Comitis, in ipſâ Civitate duos burgenſes, Eccleſiam de **Clatford** cum appendiciis ſuis. In **Hantoniâ** *ix. l.* & *xv s.* & unum burgenſem, & Eccleſiam Sancti *Johannis*. In Inſula de **Wiht** Eccleſiam de **Caresbroch**, cum appendiciis ſuis, & totam decimam de dominio Comitis; Eccleſiam de *Arretona*, & totam decimam de dominio Domini ejuſdem villæ, & **Baſelee**, & de *Luvecomba*, & de *Scaldecomba*, Eccleſiam de **Freſchewatre**, & totam decimam de dominio Domini, Eccleſiam de *Godeſhella*, cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam de **Wipngeham**, Eccleſiam de **Peucherche**, Eccleſiam de *Neutona*, cum appendiciis ſuis, Quinquaginta ſolidos pro decimis nummorum Domini de Inſulâ; decimam dominii de *Brunlegâ*.

Careſbroke Cella ejuſdem Cœnobii.

In Epiſcopatu *Herefordiæ*, in ipſâ villâ *xii l.* & unum burgenſem *Aclam*, Eccleſiam de **Tedeham**, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de **Lidenai**, Eccleſiam de *Lintona*, Eccleſiam de *Wiltona*, Eccleſiam de **Perchelai**, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de *Weſteorda*; decimam de **Dunre**, Eccleſiam de *Hopâ*, cum appendiciis ſuis, *xii.* denarios in terrâ *Radulfi* de *Monte*, Eccleſiam de **Tameteberi**, Eccleſiam de *Lena*, decimam de *Pultonâ* de dominio Domini; decimam de **Chingeſtaples** de toto dominio; decimam de dominio Domini *Credehella*, decimam dominii de **Chiſlet**, & unum hominem cum terrâ ſuâ, decimam dominii de **Stanford**, & unum hominem, decimam dominii de **Tornebere**, & unum hominem, decimam de dominio de **Lagordine** & unum hominem. In *Sutona* unam virgatam terræ.

In Epiſcopatu de **Landaf**, Manerium de **Langmai**, & decimam totius foreſtæ de *Groſſomonte*, medietatem decimæ telonii de *Strigulio*, & medietatem totius decimæ inter *Oſcam* & *Waiam*, *ſcil.* vaccarum, porcorum, nummorum, piſcium, & mellis.

In Epiſcopatu *Wigorniæ*, Eccleſiam de *Hanlega*, cum appendiciis ſuis, & decimam foreſtæ de *Malvernia*, præter venationem. Decimam totius dominii de *Cohella*, & decimam totius dominii de *Briſſeleia*, & unum hominem, & decimam totius dominii de *Fortelmetona*, & unum hominem, & decimam totius dominii de **Eldresfeld**, & unum hominem. Eccleſiam de **Fechcham** cum appendiciis, & unam carrucatam terræ. Eccleſiam de *Chedeorda*, cum appendiciis ſuis. In villâ de *Alurintona*, decimam totius dominii, & unum ruſticum. *Dunteſburnie* duas hidas terræ, decimam totius dominii de **Hrbamſtede**, duos burgenſes in villâ *Gloeceſtriæ*, & unum pratum.

In Epiſcopatu *Salesburiæ* Eccleſiam de *Baſtendenâ*, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de *Eſſameſteda*, Eccleſiam de **Sunningefeld**, cum appendiciis ſuis. Ex dono Comitis *Legerceſtriæ*, Eccleſias de **Warham**, cum appendiciis ſuis, & unam hidam terræ. Ex dono *Willielmi* de *Waimuta*; unam unciam auri in præpoſitura de **Warham**.

In Epiſcopatu *Lincoliæ*, Eccleſiam de **Hinchelai**, * cum appendiciis ſuis. In Epiſcopatu *Ceſtrenſi*, Eccleſiam de *Ettona*, cum appendiciis ſuis, & unum hoſpitem apud *Legerceſtriam*. Quare volo, (&c.) quod prædicta Eccleſia & Monachi in ea Deo ſervientes omnia ſupradicta teneant, (&c.) liberè, (&c.) ſicut meliùs, (&c.) tenuerunt tempore Regis *H.* avi mei. Teſtibus, *Philippo Bajocenſi* Epiſcopo, & *Ernulfo Luxovienſi* Epiſcopo, & *Roberto* Comite *Legerceſtriæ*, & *Willielmo* Comite *Gloeceſtriæ*, & *Ricardo* de *Humet* Conſtabulario, *Manaſſero Biſet* Dapifero, & *Warino* filio *Geroldi* Camerario, & *Roberto* de *Dunſtanvill*, apud *Weſtmonaſterium*.

* Cella *Lirenſis* Cœnobii.

Carta Petronillæ *Comitiſſa* Leiceſtriæ; *de* xl *s. annui redditus, pro Aniverſario filii ſui.*

Ib. n. 7.

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis; (&c.) *Petronilla*, Comitiſſa *Legerceſtriæ* ſalutem, (&c.) Noverit, (&c.) me dediſſe, (&c.) Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Lira*, (&c.) *xl s.* in molendinis meis de *Britolio* annuatim perſolvendos, (&c.) ad faciendum anniverſarium *Willielmi* de de *Britolio* filii mei, (&c.) Teſtibus hiis, *VVillielmo Buſſeio*, (&c.)

Carta Roberti *Comitis* Leiceſtriæ.

Ib. n. 8.

ROBertus Comes *Legerceſtriæ*, omnibus hominibus, (&c.) Sciatis me conceſſiſſe, (&c.) pro ſalute animæ meæ, & *Petronillæ* Comitiſſæ uxoris meæ, & *Roberti* Comitis *Legerceſtriæ* Patris mei, & *Amiciæ* Comitiſſæ matris meæ, & aliorum prædeceſſorum meorum & ſucceſſorum; omnes donationes quas *Willielmus* filius *Oſberti*, & *Robertus* Comes *Legerceſtriæ* pater meus, & alii prædeceſſores mei dederunt Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Lira* (&c.) Teſtibus, *Petronillâ* Comitiſſâ uxore meâ, *Willielmo* & *Roberto* filiis meis, *Roberto* de *Boſco* Capellano meo. *Willielmo* de *Albaniâ*, *Giliberto Lavel*, *Willielmo* de *Campaniis*; *Ern.* de *Turvill*; *Simone* fratre ſuo; *Simone* Clerico.

Ibid. n.23. *Carta* Roberti *Comitis* Leiceſtriæ, *donationem* Amiciæ *uxoris ſuæ, de unâ unciâ auri confirmans.*

R. Comes *Legerceſtriæ*, *Ernaldo* de *Boſco* Conſtabulario ſuo, & omnibus Baronibus & hominibus ſuis de Honore *Britolii*, & Pontis *Sancti Petri* ſalutem: Sciatis quia bene volo & optimè concedo, quod *Amicia* Comitiſſa *Legerceſtriæ*, uxor mea, dedit in elemoſinam perpetuam Deo & beatæ *Mariæ* de *Lira*, & Conventui ejuſdem loci, unam unciam auri, quam habebat in Ponte *Sancti Petri*. Quare volo (&c.) Teſtibus, *Simone* Comite, *Iſabella* uxore ſuâ, *Radulfo* Pincernâ, *Reginaldo* de *Bordign.* *Ricardo Mall.* *Ricardo* Clerico; *Godefrido* nepote *Ernaldi*.

Ibid. n.29. *Carta* Amiciæ *dominæ* Montis fortis *de* xv. s. *ſterlingorum annuatim.*

Nota. SCiant (&c.) quod ego *Amicia*, Domina *Montis fortis*, dedi (&c.) Deo & beatæ *Mariæ* & Monachis *Lirenſibus* ſexaginta ſolidos *Andegavenſes*, vel quindecim ſterlingorum annuatim de maritagio meo, pro animâ fratris mei *Willielmi* de *Britolio* in liberam & perpetuam elemoſinam (&c.) Hiis teſtibus, fratre meo *Rogero* Sancti *Andreæ*, Electo; *Willielmo* ſacerdote de *Britolio* (&c.)

Ibid. n.43. *Carta* Henrici *de* Novo burgo, *de decimis garbarum de* **Baſtendon**, *&* **Eſſanſtede**.

HEnricus de *Novo burgo* omnibus amicis & hominibus ſuis *Francis* & *Anglicis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me dediſſe (&c.) Deo & ſanctæ *Mariæ* & Monachis de *Lira*, decimam garbarum totius dominii mei de **Baſtendon** & de **Eſſanſtede**, & Eccleſias villarum præfatarum, decimam acram in campis, ſicut anteceſſores mei conceſſerunt, *ſcilicet Willielmus* filius *Oſberni*, Comes *Henricus* avus meus, & *Margareta* Comitiſſa avia mea: & Monachis præfatis totam decimam de agnis & caſeis & velleribus (&c.)

Ibid. n.81. *Carta* Margeretæ (Warwici) *Comitiſſæ; de iiſdem decimis.*

COmitiſſa *Margareta* omnibus amicis ſuis & hominibus, *Francis* & *Anglicis* totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me dediſſe (&c.) Deo & ſanctæ *Mariæ* & Monachis de *Lirâ* decimam garbam totius dominii mei de **Baſtendon** & de **Aſſanſtede**, & Eccleſiam villarum præfatarum, decimam acram in campis ſicut anteceſſores mei conceſſerunt; *ſcilicet Will.* filius *Oſb.* Comes *Hen.* Dominus meus. Et Monachis præfatis totam decimam de agnis, de caſeis, & velleribus, & de purcellis, & de patnagio, & de vitulis, & de ruſchis, & de faldravis, & de chiricſetis, & decimum denarium de boſco vendito, & decimam de molendinis in denariis & piſce, & decimum denarium de omnibus placitis & purchaciis undecunq; venerint. Et decimum denarium, ſicut antiquitùs conſtitutum fuerit à *Willielmo* filio *Oſberti*, de cenſâ meâ villarum prædictarum; Et decimum fructus totius gardini mei.

Carta Roberti *de* Candos *anteceſſorum ſuorum donationes, confirmans.* Ibid. n.83.

G. Dei gratiâ *Herefordenſi* Epiſcopo, & omnibus in *Herefordenſi* ſyrâ commanentibus, & *Emmæ* uxori ſuæ, & filiis. *Robertus* de *Candos* filius *Rogerii* de *Candos* ſalutem. Notum ſit vobis omnibus quod ego *Robertus* de *Candos* confirmo Abbatiæ *Lirenſi* & fratribus ibidem Deo ſervientibus, ea quæ anteceſſores mei eidem cœnobio contulerunt; *ſcilicet* Aclam, & terram de **Sutone**, & Eccleſiam de *Hopâ*, cum appendiciis ſuis; & Eccleſiam de *Salpertonâ*, & decimam de **Credenele**. Et præterea de prædicto cœnobio *xii.* nummos in *Hopa* in terrâ *Ranulphi* de *Monte*; ita ut quicumq; terram illam tenuerit, reddat per annum prædictos nummos. Teſtibus iſtis, *Radulfo* de *Frollencurt*, & *Rogero Boteri*; & *Gualtero* de *Haia* & *Willielmo* de *Carflor* & *Minnun*.

Carta Gilberti Herefordenſis *Epiſcopi*, *Eccleſias in ſuo Epiſcopatu conceſſas, ratificans.* Ibid. n.84.

NOtum ſit (&c.) Quod ego *Gilbertus*, *Herefordenſis* Dei gratiâ Epiſcopus concedo (&c.) Abbati de *Lira* & Monachis, omnes Eccleſias & omnia eccleſiaſtica beneficia, quæ in noſtro Epiſcopatu habent. Inter quæ hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam de **Merthelat**, & Eccleſiam de **Lintun**, & illam de **Wilton**; & Eccleſiam de *Fonte David*, & illam de *Tameteberia*; & Eccleſiam de *Hopa*; & illam de *Leena*; & Eccleſiam de *Ledeneia*, & illam de **Tedeham**. Quæ omnia (&c.) atteſtatione ſigilli communimus. (&c.)

Carta Henrici Wintonienſis *Epiſcopi, poſſeſſiones Monachorum de* Lirâ *in ſuo Epiſcopatu conceſſas, ratificans.*

HEnricus Dei gratiâ *Wintonienſis* Epiſcopus, Archidiaconis & clero *Wintonienſis* Epiſcopatus ſalutem. Quoniam ad noſtri curam ſpectat (&c.) *Chriſti* fidelibus (&c.) providere. Indè eſt, quod omnes poſſeſſiones, quas Monachi de *Lira* (&c.) poſſident, ſub Dei & noſtrâ protectione tuendas ſuſcipimus.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; *videlicet* Eccleſiam de **Claford**, cum appendiciis ſuis. In *Hamtona ix.* libras & *v.* ſolidos. Eccleſiam Sancti *Johannis*, Ecclecleſiam de **Carebroc**, cum appendiciis. Ecclecleſiam de *Arretona*, & totam decimam de dominio Domini ejuſdem villæ, & de **Baſelce**, & de **Lunecumb**, & de **Caudecumb**. Eccleſiam de **Freſcawatre**, Eccleſiam de *Godeſhella* cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de **Wipingaham**, Eccleſiam de **Neucherche**, Eccleſiam de *Neutona*, cum appendiciis ſuis, decimam de dominio meo de *Brunleia*. Si qua igitur eccleſiaſtica ſecularisve perſona aliquam poſſeſſionum iſtarum auferre (&c.) præſumpſerit (&c.) Dei iram (&c.) incurrat (&c.) *Amen.*

Carta Johannis Wigornienſis *Epiſcopi, poſſeſſiones ejuſdem Cœnobii in ſuo Epiſcopatu exiſtentes, confirmans.*

JOhannes Dei gratiâ *Wigornenſis* Epiſcopus, Omnibus (&c.) ſalutem. Sciant tam præſentes, quam futuri, nos omnes poſſeſſiones Eccleſiæ de *Lira* (&c.) ſub meâ protectione ſuſcepiſſe (&c.) Has *vidilicet*, Eccleſiam de **Fecheham**, cum appendiciis ſuis. Eccleſiam de **Hanleg**, cum appendiciis ſuis. Eccleſiam de *Chedeworda*, cum appendiciis ſuis; & decimam foreſtæ de *Malverna*, & decimam totius dominii de *Cohulla*, & decimam totius dominii de **Biſſeleg**. Et decimam totius dominii de *Fortelmeſtona*, & decimam totius dominii de **Eldreſfeld**. Et decimam totius dominii de **Hechameſton**. Et decimam totius dominii de *Aluerintona*, & duas hidas apud **Dunteſburn**. Volumus itaq; quod Eccleſia de *Lira* liberè & quietè, ſalvo jure epiſcopali, teneat (&c.)

Ib. n. 124. *Carta* R. Herefordenſis *Epiſcopi, Eccleſiam de* Lideneiâ, *cum Capella de S.* Briavello, *ad* Lirenſem *Abbath. pertinere declarans.*

UNiverſis (&c.) R. Dei gratiâ *Herefordenſis* Eccleſiæ Epiſcopus (&c.) univerſitati veſtræ notum facimus coram nobis recognitum fuiſſe in dedicatione Eccleſiæ de Sancto *Briavello*, quam (Deo annuente) fecimus, ipſam eſſe Capellam pertinentem ad Eccleſiam de *Lideneia*, & utramq; *videlicet* Eccleſiam de *Lideneia*, & Capellam de Sancto *Briavello* pertinere ad perpetuum jus *Lirenſis* Monaſterii, cum omnibus pertinentiis earum, (&c.)

Ib. n. 125. *Carta* R. Wigornienſis *Epiſcopi, controverſiam inter* Salmurenſes *&* Lirenſes *Monachos, ſuper Capellis de* parvâ Lideneiâ, *&* **Hualdefeld** *terminans.*

R. Dei gratiâ *Wigornenſis* Epiſcopus univerſis, (&c.) Univerſitati veſtræ notum fieri volumus controverſiam ſuper Capellam de *parva Lideneia*, & ſuper Capellam de **Hualdefeld**, inter *Salmurenſes* & *Lirenſes* Monachos diu fuiſſe agitatam (&c.) Auditis ex utraq; parte aliquibus allegationibus in præſentia noſtrâ, tandem . . . . imperpetuum poſſidibit, exceptis duabus garbis de decimâ dominii de *parva Lideneia*, quas *Salmurenſes* Monachi ſolent antiquitùs habere; & ſimiliter illas amodo habebunt *Lirenſes*. *Lirenſes* verò Monachi pro hac dimiſſione ſupradictarum Capellarum, *ii.* ſolidos imperpetuum eis remiſerunt de *viii.* s. quos *Salmurenſes* eis pro decimis dominii de *Monumeta* annuatim reddere ſolebant; ſed amodo eis tantummodo *vi.* s. reddent. Hujus autem tranſactionis compoſitores fuerunt *Willielmus* Abbas *Lirenſis*, pro ſe & pro ſuo Capitulo. Ex alterâ verò parte, *Robertus* Prior *Monumetenſis*, qui nobis in eadem cauſâ literas *Philippi* Abbatis *Salmurenſis* attulit (&c.)

Carta R. *Herefordenſis Epiſcopi, de Capellis de* Rachefordiâ, *& de* Curâ. Ib. n. 126.

R. Dei gratiâ *Herefordenſis* Eccleſiæ humilis miniſter, Archidiaconis (&c.) ſalutem. Notum vobis fieri volumus, quod Capella de *Rachefordia* & de *Cura* ſunt pertinentes ad Eccleſiam de *Temeteberia*, ei epiſcopalia jura reddentes, ſicut Capellæ matri Eccleſiæ. Apud Capellas verò, ad pauperum refugium, conſtringente neceſſitate, à me facta ſunt cimiteria, conceſſu prædictæ matris Eccleſiæ de *Themetberia*: Salvâ tamen dignitate ſuâ, quàm poſſeſſione. Corpora quæ voluerit apud ſe habebit, quæ verò juſſerit, remanebunt. Capella iterum de *Rachafordia*, pro quadam terrâ, quam eadem mater Eccleſia liberè tenebat, & pro conceſſu cimiterii ſingulis annis in die Sancti *Michaelis* matri Eccleſiæ tres ſolidos perſolveret: Capella de *Cura* eidem matri Eccleſiæ pro conceſſu cimiterii, ſingulis annis tercia die ante *Nativitatem* Sanctæ *Mariæ xii.* denarios perſolvet.

Conventiones inter Monachos Lirenſes *&* Gloceſtrenſes, *ſuper decimis apud* **Ewias**. Ib. n. 127.

NOtum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quod anno ab incarnatione Domini *MClxxviii.* facta eſt hæc conventio inter Monachos *Lirenſes* & Monachos *Gloeceſtrenſes*, *ſcilicet* quod Monachi *Lirenſes* conceſſerunt prædictis Monachis *Gloeceſtriæ* omnes decimas quas habent vel debent habere apud *Ewias*, pro dimidiâ marcâ argenti ſingulis annis duobus terminis reddenda, ad *Paſcha* & ad feſtum beati *Michaelis*, apud *Gloeceſtriam*, quod ut ſtabile (&c.) permaneat (&c.) parti Monachorum de *Lirâ* appoſitum eſt ſigillum Monaſterii *Gloeceſtriæ* (&c.)

Ib. n. 128. *Carta* Roberti Herefordenſis *Epiſcopi , de corporibus defunctorum de* Clivâ, *ſepeliendis.*

UNiverſis (&c.) *Robertus* Dei gratiâ *Herefordenſis* Epiſcopus æternam in Chriſto ſalutem. Noverit (&c.) quod cum in præſentiâ noſtrâ mota fuiſſet quæſtio inter Eccleſiam de **Ros**, & Eccleſiam Monachorum de *Lirâ*, de **Wilton**, de corporibus de *Clivâ* ſepeliendis. Tandem inter ipſas, partibus aſſentientibus, convenit imperpetuum unum prædictorum corporum in cimiterio de **Wilton**, & alium in cimiterio de **Ros**, ſine contradictione ſepeliantur, omnibus obventionibus atq; legatis exinde provenientibus inter prædictas Eccleſias æquis portionibus dividendis, quicunque pro defuncto ſepeliendo Miſſam celebraverit, hoc tamen ordine ſervato, ubi celebraturi fuerint, priùs celebret ſacerdos Eccleſiæ apud quam ſepelietur, & demùm alius. Nos igitur huic conventioni aſſenſum præbuimus, (&c.)

Num. 129. *Carta* Oſberti *filii* Hugonis *de Eccleſia de* Tametbiriâ.

UNiverſis (&c.) & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, *Oſbertus* filius *Hugonis* ſalutem. Noverint tam futuri, quàm præſentes, me dimiſiſſe (&c.) calumniam quam habui adverſus Monachos de *Lira* ſuper Eccleſiam de *Tameteberia*. Quare volo (&c.) quod prædicti Monachi de *Lira* præfatam Eccleſiam de *Tameteberia* habeant in perpetuum elemoſinam liberè (&c.)

Ib. n. 130. *Quieta clamatio* Walteri *de* Clifford *ſuper eadem Eccleſiâ.*

WAlterus de *Clifford* omnibus hominibus ſuis (&c.) Noverint (&c.) me (&c.) quietam clamaviſſe, in præſentiâ Capituli *Hereford.* (&c.) calumniam quam habui adverſùs Monachos de *Lira* ſuper Eccleſiam de *Tametebiria* & Capellam de *Rachefordia.* Quare volo (&c.)

Ib. n. 131. *Carta Comitis* Gilberti, *de Eccleſia de* **Tedeham.**

ROberto Dei gratiâ *Herefordenſi* Epiſcopo, & totius ejuſdem Eccleſiæ Capitulo, & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, Comes *Gilbertus* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe donationem Eccleſiæ de **Tedeham** imperpetuum Abbaciæ de *Lira.* Et volo & concedo quod fratres ejuſdem loci illam firmiter & quietam habeant (&c.)

Carta Willielmi *de* Brenſe *de Eccleſia de* Orleſluâ. Ib. n. 132.

WIllielmus de *Breuſe* univerſis (&c.) & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Univerſitati veſtræ notum eſſe volo, me conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Lira* (&c.) Eccleſiam de *Orleſleua* cum omnibus pertinentiis ſuis (&c.) liberam & quietam ab omni ſeculari & terreno ſervicio &c.

Carta Briani *de* Bromton, *& de terris & decimis in* **Kinled, Frenchote, & Walton.** Ib. n. 133.

BRianus de *Bromton* univerſis (&c.) Noverit (&c.) me conceſſiſſe (&c.) donationem quam fecerunt anteceſſores mei Monachis ſanctæ *Mariæ* de *Lira*, *ſcilicet* unum hominem cum terrâ ſuâ in Manerio de **Kinled**, & duas partes decimarum totius dominii de **Kinled** & de **Freuchote** & de **Walton**, tam in bladis quàm in fœtibus & caſeis omnibus, quàm aliis rebus de quibus decimæ dari ſolent. Terram etiam prædictam ego & frater meus *Rogerus* & hæredes mei, pro ſalute animarum noſtrarum, & anteceſſorum noſtrorum, adquietabimus ab omni ſervicio regali (&c.)

Carta Reinaldi *filii Comitis, de terra* Hugonis *de* Pomervillâ. Ib. n. 134.

NOtum ſit omnibus (&c.) quod ego *Reinaldus* filius Comitis, & *Emmelina* uxor mea, filiiq; mei *Willielmus*, *Reinaldus*, & *Hamelinus* concedimus Eccleſiæ S. *Mariæ Liræ*, in perpetuam elemoſinam, terram *Hugonis* de *Pomerevilla* cum ſervicio liberam & quietam (&c.)

Carta Willielmi *filii* Rainaldi, *donationes anteceſſorum confirmans.* Ib. n. 135.

UNiverſis (&c.) *Willielmus* filius *Rainaldi* filii Comitis ſalutem. Notum ſit (&c.) quod ego (&c.) pro amore Dei (&c.) concedo in elemoſinam (&c.) cœnobio *Lirenſi* (&c.) ea quæ ab anteceſſoribus meis conceſſa ſunt apud *Merkeleia* (&c.) & nominatim feodum *Hugonis* de *Pomerii-villa.*

Carta Willielmi *Comitis* Glóceſtriæ, *donationes* Willielmi *filii* Oſberti *confirmans.* Ib. n. 136.

WIllielmus Comes *Gloeceſtriæ* omnibus Baronibus (&c.) ſalutem. Sciatis quia ego concedo (&c.) in terris & decimis Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Lira*, donationes quas Comes *Willielmus* filius *Oberti* fecit eidem Eccleſiæ; *ſcilicet* Eccleſiam de *Harlega*, cum pertinentiis ſuis, & *xx.* s. de redditu ejuſdem villæ. Decimam totius dominii ejuſdem villæ, & unum hominem cum dimidiâ virgatâ terræ; decimam de foreſtâ de *Malvernia*, præter venationem. Decimam totius dominii de *Cubulli*, & unum hominem cum dimidiâ virgatâ terræ, decimam totius dominii de *Biſſelegâ*, & unum hominem cum unâ virgatâ terræ. Decimam totius dominii de **Eldreſfeld**, & unum hominem cum unâ virgata terræ. Et ideo præcipio &c.

n.138. *Carta* Johannis Wigornienſis *Epiſcopi*, *Eccleſias*, *decimas*, *&* *terras*, *in ſuo Epiſcopatu conceſſas*, *ratificans*.

JOhannes Dei gratiâ *Wigornenſis* Epiſcopus, Omnibus(&c.)Sciatis me (&c.)confirmâſſe elemoſinas, quas Monachi de *Lirâ* habent in meo Epiſcopatu; *ſcilicet* Eccleſiam de **Fetheham**, cum appendiciis ſuis, & Eccleſiam de **Huleg**, cum appendiciis ſuis, & Eccleſiam de **Chedeuurda** cum appendiciis ſuis, & totam decimam de dominio de **Alverthone**; & *viii*.s. de Eccleſiâ de **Salpertone**, & decimam totius dominii de *Chobulâ*, & decimam totius dominii de *Biſſelega*, & de *Forthelmetona*, ſimiliter & decimam totius dominii de **Helder**[illegible]. Et unam hidam & unamvirgatam terræ in *Danteburnâ*. Hæc tam præſenti ſcripto, quàm ſigilli noſtri impreſſione communimus. Valete.

n.139. *Carta* Nicholai Landavenſis *Epiſcopi*, *Eccleſias & decimas in ſuo Epiſcopatu*, *confirmans*.

OMnibus (&c.) *Nicholaus* Dei gratiâ *Landavenſis* Eccleſiæ humilis miniſter (&c.) Univerſitati veſtræ notum fieri volumus, nos præſenti Cartâ confirmâſſe Monaſterio *Lirenſi* (&c.) omnia beneficia, quæ in noſtro Epiſcopatu ab antiquis temporibus habuiſſe noſcuntur, *ſcilicet* Manerium de **Languian**, cum Eccleſiâ ejuſdem villæ, & omnibus pertinentiis ejus; decimam totius foreſtæ de *Craſſo monte* de omnibus quæ ex eâ pervenerint; medietatem decimæ telonei de *Strigolio*, medietatem decimarum omnium rerum de dominio de **Troi**, & **Concauvern**; decimæ nummorum de *Nova villa*, medietatem omnium decimarum de foreſtis, quæ ſunt inter **Oſchim** & *Waiam*; *ſcilicet* ſegetum, nummorum, & vaccarum, porcorum, piſcium, mellis, & omnium rerum. Hiis teſtibus, &c.

n.143. *Carta* Walteri Bloet *donationes* Willielmi *filii* Oſberti *in villâ de* **Ragthan** *confirmans*.

W*Alterus Bloet* omnibus amicis ſuis & hominibus, *Francis*, *Anglis*, & *Walenſibus* (&c.) Sciatis me (&c.) confirmâſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Lirâ* (&c.) & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Cormeliis*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes, quas dedit eis *Willielmus* filius *Oſberti* in villâ de **Rigthan** & pertinentiis ſuis; *ſcilicet* decimam redditus villæ & panagii & mellis. Et ego pro animabus patris (&c.) dedi prædictis Eccleſiis (&c.) omnem decimam provenientem de omnibus ſartis quæ facta ſunt in villâ illâ poſtquam mihi data ſint, & decimam denariorum, porcorum, & mellis, & ſegetum. Teſtibus &c.

Charta Roberti *Comitis* Leiceſtriæ *de Decimis in Foreſta ſua de* Britolio.

Ex Collect.MS, cl.v.*Andr.* du *Cheſne*, illuſtr. *Ludov.*Regis *Franciæ* hiſtoriographi.

R*Obertus* Comes *Leiceſtriæ*, omnibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, ſalutem. Sciatis, quod antequam arriperem iter peregrinationis meæ apud *Hieroſolymam*, inquiſivi per milites ſervientes Foreſtarios, quæ jura, & quas libertates Monachi de *Lirâ* habent & debent habere in foreſtâ de *Britolio*: Et recognitum fuit coram me, quod prædicti Monachi habent & debent habere Decimam de omnibus exitibus Foreſtæ in omnibus rebus (&c.) Ego autem, pro amore Dei, omnes prædictas libertates ipſis Monachis concedo & confirmo: Hiis teſtibus, *Petronilla* Comitiſſâ, *Anketillo Mallore*, *Willielmo* de *Campania*, *Rogero* de *Hume*, *Willielmo* de *Bermecort*; *Nicholao* de *Gloz*, & multis aliis.

ABBATIA

de Lonleio, *in Provincia* Cenomanniæ.

Confirmatio Charta fundationis ejuſdem, *per* Gulielmum de *Beleſmo*

Pat. *Norm.* 8.H.5.m.

REx omnibus ad quos ſalutem, &c. Inſpeximus quaſdam literas patentes *Petri* quondam Comitis de *Alenconio* factas, in hæc verba. *Nous* Pierres, *Conte* Dalencon, *Seigneur de* Fongieres, *et Viconte de* Beaumont, *faiſons ſaveir a toutz preſeens et avenir de la partie de noz bien amez en Dieu*, *les Religieux Abbe et Convent de noſtre dame de* Lonlay *en noſtre Chatellerie de* Danfront *en dioceſe du* Mans, *nous avoir eſte monſtre et exile un liure ancian*, *contenant pluſeurs Cartres des dons a eux faitz per pluſeurs Seigneurs*, *et autres*, *tant en leur fondacion que autrement*: *et outre les autres en commencement dicelui eſtoit eſcripte une chartre de feu de noble recordacion* Guillamme *jadis Prince de* Beleſmois *contenant la forme qui en ſuit*. In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Quicunque purioris vigore intrinſecus fulcitur rationis, divinæ paginæ teſtimonio docente, patenter colligit, quod mortalium propago tanta peccaminum enormitate ſuffocatur, ut ruinæ damnationis æternæ irreparabiliter pateat, niſi devota elemoſinarum diſtributio & electorum Dei veneranda ſubveniat interceſſio. Hinc eſt, quod ipſe generis humani ſalvator nos ad pietatis opera provocans, inter cætera, ſic ait, *Menſura quâ menſi fueritis remecietur vobis*. Inde eſt etiam quod omnis peccator, dum ſuo conditori collectis animi viribus, nititur reconciliari, unumquemlibet

libet ſibi ex Dei amicis obſequio venerationis ſibi efficit familiarem, per cujus patrocinii opitulationem diſtricti Judicis iram credit ſibi fieri placabilem. Ego itaque *Guillielmus*, *Beliſmenſis* provinciæ principatum gerens, in navi viciorum virle preſſus, quanto divitiarum copiis affluens, tanto lacrimabilius ſub meæ pravitatis pondere ingemiſcens, diutinâ & ſedulâ intentione intra me revolvens, ad quem electorum Dei pro ſalutis remedio confugerem, nullumque ad opitulationis copiam reperiens oportuniorem, quàm ſacroſanctam Dei genitricem, quæ ipſam genuit miſericordiam, quæ, ſicut in literis patrum legimus, enormes peccatores ad ſe confugientes indultâ peccatorum veniâ ſolet lætificare, & de profundo baratri potenter liberare.

Ita MS.

In hujus igitur beatiſſimæ Dei genitricis *Mariæ* honore, aſſenſu meæ conjugis; & filiorum meorum, *ſcilicet Fulconii*, *Warini*, atq; *Willermi*, quoddam Monaſterium, ſub nomine Abbaciæ; in loco qui dicitur *Longiledum*, de propriis facultatibus conſtruximus; & in eodem Abbatem, & ſub eo Monachos, qui pro nobis & pro noſtris anteceſſoribus, nocte ac die in divinis obſequiis excubantes, ſupernam clementiam exorarent, poſuimus. Ad quorum uſus & ſuſtentationem, de noſtris hæreditariis beneficiis, quæ ibidem habentur, plurima, quæ hic infra dividimus, conferimus. Ex parte Orientis terram illam damus, ſicut illam dividit ille rivus qui vocatur *Pulcher ductilis* uſq; in *Egramme* fluvium; & ab ipſo fluvio, ſicut mons de brueriâ per convallem diſterminat, uſq; in *Normanniæ* commarchium. Dedimus eciam decimas omnium reddituum noſtrorum, & exituum de caſtro *Domfrontis*, & de bailliâ, quæ ad nos pertinent; & decimas duarum foreſtarum noſtrarum; *ſcilicet Andene* & *Silverdrue*, de herbagio, de paſnagio, de venditione mortui boſci, & vini, & de omnibus exitibus prædictarum foreſtarum, exceptâ venatione & avibus noſtris.

Conferimus eciam prædictæ Abbaciæ omnes molendinos noſtros conſtructos & conſtruendos de *Doumfronte*, cum omnibus juribus ad molendinos pertinentibus, ita liberè, & quietè, ſicut ibidem tenemus. Dedimus eciam Eccleſias *Doumfrontis* cum omnibus pertinentiis & decimas omnium agriculturarum, quæ fient in exemplariis foreſtarum prædictarum, exceptis illis, quas Heremitæ facient propriis manibus & pedibus. Deindè Eccleſiam Capellæ, cum totâ decimâ ad eam pertinente, ſicut eam terminat *Pulcher ductilis*, uſq; in fluvium *Varanna*, qui diſcurrit ad radicem *Doumfrontenſis* Caſtri, apud *Condatenſem* vicum. Damus molendinos, cum omni jure molendinario delationis bannali leugæ, ita liberè, ſicut ibidem teneo: & Eccleſiam *S. Martini*, cum decimis, & cum omnibus pertinentiis; & Eccleſiam *S. Petri* de *Reſpectu*, cum decimâ; & terram quam tenuit *Ulgerus* presbyter, quam ei dedit *Reginaldus* Epiſcopus. In *Alencianenſi* pago conferimus vicum, qui vocatur *Pulcher Mammolus*, cum Eccleſia, & appendenciis omnibus. Alium quoq; vicum qui vocatur *Elthufl s*, cum omnibus ibidem manentibus. Hujus quoq; ſcripti atteſtatione nolo ſucceſſores noſtros latere, ubicumq; fuerit ſilvaticus paſtus in noſtrâ regione, omnis grex porcorum hominum in illis terris, quas dedi vel (Deo monente) daturus ſum manentium liberè & quietè diſcurrant per omnia mea nemora, ſilvaticum paſtum accipientes, & à nemine requiratur paſnagium niſi ab ipſis Monachis prædicti loci, quæ perpetualiter eis concedimus.

Conferimus eciam ut omnia pecora magna & parva manentium in ſupradictis terris, pergant ſecurè & quietè per omnes ſilvas noſtras ad paſcua. Omnes quoq; homines in ipſis terris à me datis commanentes, ad omnia neceſſaria facienda ſumant mortuum boſcum, abſq; foreſtarii reprehenſione. Monachi autem ad proprios uſus arida & viva accipiant ligna. Quod autem dono ad præſens, vel permittente Deo, conceſſurus ſum, ita ſit deliberatum, ut nec vicarius, nec foreſtarius, vel brenator, vel venator, unquam terram illam penetret, nec thelonearius ibi aliqua requirere temptet.

Hiis ſupradictis placuit adjungere, quod ſi quis hominum ſanctæ *Mariæ* jam dicti cœnobii michi, vel cuilibet ex miniſtris meis in ſilvâ, vel in Caſtro, vel in foro, ſive ubicumq; forificent, vel de quacumq; foriſſacturâ calumpniatus fuerit, ſi indè ad terram ſanctæ *Mariæ*, abſq; vadimonii datione reverti poterit, nequaquam provocetur ad placitandum, niſi in Curiâ S. *Mariæ*. De quacumq; autem querelâ homo Sanctæ *Mariæ* ad placiti diſcuſcionem invitatus fuerit, non purgabit ſe adverſùm me, vel adverſùm famulum meum, niſi propriâ & ſingulâ manu, abſq; teſtium adhibitione. Huic verò ſupradictæ liberalitati adjungo, quod ſi quis ſanctæ *Mariæ* hominum, manens ac reſidens in præfatâ terrâ, aquam quæ *Wanda* vocatur, eundo ſive redeundo tranſierit, quodcunq; ſibi proprium ducat vel defferat, nullatenùs paſſagium, neq; conſuetudinem dabit. Hiis itaq; eſt adnectandum, quod concedo Monachis ſanctæ *Mariæ* in tribus feſtivitatibus; *ſcilicet S. Mariæ*, *Aſſumpcionis*, & *Nativitatis*, & *Penthecoſtes*, per tres dies, & quatuor noctes piſcari in *Egrammâ* & *Varanna*, in ſilvâ vel extra, omni genere piſcandi. Hiis itaq; conceſſis & peractis, meæ ſucceſſionis progeniem moneo & monendo rogo, ut huic donationi totâ mentis alacritate faveant, favendo augeant, quatenus ipſi in orationibus & Miſſarum ſuffragiis cæteriſq; ſpiritualibus beneficiis, quæ in prædicto loco per Dei famulos fient, mereantur fieri participes. Si quis autem profanæ mentis, execrabili ingluvie cupiditatis exagitatus, hujus teſtamenti firmitatem infirmare vel minuere temptaverit, niſi reſipiſcat, ab Epiſcopis præſentibus perpetui anathematis fulmine percuſſus, in exteriores tenebras gehennalis abyſſi, ubi erit fletus & ſtridor dentium, cum *Juda*, *Chriſti* traditore, & cum *Dathan* & *Abyron*, quos vivos terra abſorbuit, detrudatur, ſine fine cruciandus. Ut autem hujus ſcripti paginâ, per ſeriem defluentis ſeculi perſeveret indiſſolubilis & firma, ſigilli mei munimine eam inſignire ſatago, aſtantibuſq; Epiſcopis & meis fidelibus corroborandam. Hujus affirmationis & donationis teſtes ſunt *Anelgandus*, *Cenomanniæ* Epiſcopus; *Sigifredus Sagienſis* Epiſcopus, *Achardus*, dives miles de *Doumfronte*; *Herveius* de *Gradato*; *Fulco* de *Altâ ripâ*, *Giroldus Malfeus*, *Guill'elmus* Princeps, & *Mathildis* uxor ejus, & filii ejus *Fulco* & *Garinus*, & *Guillielmus*, & *Robertus* miles. *Et pour ceo, que avecques le dit l'ure, qui bien eſt ancien, il nous eſt apparu d'un* vidimus *ſain & entier*, (&c.)

ABBATIA

S. Martini *de* Majori Monaſterio, *in provincia* Turonenſi.

Cart. 10. E. 3. n. 34. per Inſpex.

Vide Pat. 9. E. 2. p. 1. m. 28.

Carta Regis Henrici *ſecundi, de Manerio de* **Torvertone**, *& Eccleſiâ de* **Coſham**.

HEn. r. Dei gratiâ Rex *Ang.* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Monaſterio *S. Martini* de *Majori-Monaſterio*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, Manerium de **Torvertone**, & Eccleſiam ejuſdem Manerii cum omnibus pertinentiis ſuis. Et ideo volo & firmiter præcipio quod prædicti Monachi prædictum Manerium, ſicut *Exa* dividit, habeant & teneant integrè, benè & in pace, liberè & quietè, & honorificè cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, quæ ad Manerium illud pertinent. Præterea concedo prædicto Monaſterio *S. Martini* de *Majori-Monaſterio*, Eccleſiam de **Coſham**, cum omnibus quæ ad illam pertinent Eccleſiam; tam in terris quàm in decimis & hominibus, & in omnibus aliis rebus, & omnem decimam hominum meorum de **Coſham**, * & decimam garbam totius meſſis meæ de **Coſham**, ita quod decima accipiatur ad hoſtium grangiæ meæ, & ibi Monachis vel eorum ſervientibus liberaliter detur. Concedo etiam eis de me & de hominibus meis de **Coſham**, decimam lanarum, & caſeorum, & agnorum, & vitulorum, & porcorum & pullorum, & omnium rerum quarum decima detur, & benignè eis & hominibus ſuis communitatem illius villæ. Iterum autem concedo, quod prædicti Monachi habeant ſexdecim boves & quinq; vaccas, & unum taurum in omnibus paſturis meis ubicunq; homines mei pergunt paſcere. Volo etiam & firmiter præcipio quod ipſi Monachi Eccleſiam ſuam de **Torvertone**, * cum Manerio, ad proprios uſus habeant, & teneant integrè, benè, & in pace, liberè, & honorificè, & quietè, ab omnibus ſerviciis, & geldis, & ſcotis, & omnibus aliis quærelis; & de feudo, ne aliquis cum eis hoſpicium capiat abſq; licentiâ Monachorum. T. Magiſtro *Waltero* de *Conſtantiis Oxon.* Archidiacono, *Willielmo Paynel*, *Gervaſio Paynel*, *Ambrico* Archidiacono, *St.* de *Turri* ſeneſc. de *Andeg. Hugone Bardulf* Dapifero, *Galfrido* filio *Petri*, *Erniſio* de *Nev'll*, apud *Chinonem*.

* In Com. *Wilt*ſ. Cella hujus Monaſterii.

* In *Devonia*.

MONASTERIUM

Novum S. Johannis Pictaviæ.

Cart. 1. *Joh.* p. 1. m. 27. n. 57.

Vide etiam n. 60.

Charta Johannis *Regis de Eccleſiâ* S. Nicholai Pictav.

JOhannes Dei gratiâ &c. Noveritis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe, pro ſalute animæ noſtræ, & kariſſimi fratris noſtri *Ricardi* quondam Regis *Angliæ*, & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, Abbaciæ & Monachis ſancti *Johannis* Monaſterii novi *Pictaviæ* Eccleſiam beati *Nicolai Pictav.* quam *Agnes* avia avi matris noſtræ fundavit, & eidem Abbatiæ donavit. Concedimus eciam illi Abbaciæ omnes donationes, libertates, & liberas conſuetudines, quas ſupradicta *Agnes* & alii anteceſſores noſtri præfatæ Abbatiæ illi dederunt & conceſſerunt. Tenendas & habendas pacificè, liberè, integrè & quietè, ſicut Cartæ donatorum teſtantur quod habere debeant. Teſtibus, S. *Bathon.* Epiſcopo, *W. Mareſcallo* Comite de *Penbroc.* &c. Dat. per manum *H. Cantuar.* Archiepiſcopi, Cancellarii noſtri, apud *Rothomagum* primo die *Auguſti* Anno regni noſtri primo.

COENOBIUM

de Montisburgo, *in ducatu* Normanniæ.

Ex Coll. M. S. cl. v. *Andr. du Cheſne.*

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

H*Enricus* Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, (&c.) Sciatis me conceſſiſſe; (&c.) Deo & Abbatiæ S. *Mariæ* de *Montisburgo*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes rationabiles donationes ſubſcriptas, & Cartis donatorum confirmatas, (&c.) Ex dono *Ricardi* de *Revers*, in *Angliâ*, unum Manerium in *Dorſetâ*, quod dicitur **Lodres** * liberam & quietam, cum omnibus pertinentiis, per quinq; hidas; & Eccleſiam ejuſdem Manerii, cum Capellâ de **Belementone**, & decimis; & aliud Manerium, Auxemudam * in *Devonia*; & Eccleſiam, cum Capellis & decimis. Ex dono *Adeliciæ* uxoris prædicti *Ricardi* de *Revers*, de maritagio ſuo, conceſſu filiorum ſuorum, Comitis *Baldwini*, & *Roberti* de S. *Mariæ* Eccleſiâ, unum Manerium in *Berkeſcira*, quod dicitur **Olnelay**, cum omnibus pertinentiis. Ex dono *Hadewiſæ* de *Revers* Eccleſiam de *Fleta*, cum decimis & omnibus pertinentiis. Ex dono prænominati *Ricardi* de *Revers*, & *Willielmi* de *Vernon* filii ejus, quicquid ad eos pertinebat in Eccleſia de *Revers*, cum decimis, & decimam molendinorum ſuorum ejuſdem villæ, (&c.) Ex dono *Willielmi* de *Vernone*, & *Ricardi* filii ejus, decimam molendinorum & piſcariarum ſuarum *de* **Pigelhume** & *Columbeyo*, (&c.) Ex dono *Ricardi* de *Revers*, & *Willielmi* filii ejus decimam foreſtæ ſuæ de *Monteroont*, (&c.) Et omnes elemoſinas, quas idem *Ricardus* de *Revers*, & *Willielmus* filius ejus, & *Beatrix* uxor ejuſdem *Ricardi* dederunt Abbatiæ, & Monachis de *Montiſburgo*, (&c.) Ex dono *Willielmi* Comitis de **Arundell**, & *Willielmi* de *Vernone*, & *Luciæ* uxoris ſuæ, quicquid ad eos pertinebat in Eccleſiâ de *Torclevilla*, (&c.) Quare volo, (&c.) Teſtibus *G.* Epiſcopo *Elienſi*, apud *Cadomum.*

* Cella ejuſdem Cœnobii.

* **Ermouth.**

Pat. 7. E 3. p. 1. m. 27.

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Vide etiam Cart. 4. E. 3. n. 104.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Conceſſionem & confirmationem, quas *Iſabella* de *Fortibus*, quondam Comitiſſa *Albemarliæ Devon.* ac Domina *Inſulæ*, per Cartam ſuam fecit Abbati & Monachis de *Monte Burgi*, de Maneriis de **Loderis**, * **Aremue**, **Wolbeleye**, **Apeldrecumbe**, & **Wyke**, cum pertinentiis, & de centum ſolidatis terræ cum pertinentiis in Manerio de **Wrokeſhale**, & de omnibus Eccleſiis, quas habuerunt & tenuerunt de feodo ſuo. Conceſſionem etiam, remiſſionem, & confirmationem, quas *Matilda Eſtur*, Domina de **Gatecumbe**, per Cartam ſuam fecit eiſdem Abbati & Monachis de toto tenemento de **Wytecumbe** cum pertinentiis ſuis in Parochiâ de **Godeſhull**; & de toto jure & clamio, quæ eadem *Matilda* in dicto tenemento habuit vel aliquando habere potuit, vel quæ ſibi & hæredibus ſuis accedere poſſent; ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto nunc Abbati & Conventui dicti loci de *Monte Burgi* & ſucceſſoribus ſuis, concedimus & confirmamus, ſicut Cartæ prædictæ rationabiliter teſtantur, & prout iidem Abbas & Conventus, & prædeceſſores ſui Maneria terras & tenementa, & Eccleſias prædicta hactenus tenuerunt; in cujus, &c. T. Rege apud *Eborac. xxviii.* die *Januarii.*

* In Com. Dorſ. Cella hujus Cœnobii.

ABBATIA

de Noâ, *in ducatu* Normanniæ.

Carta Matildis Imperatricis, *de fundatione ejuſdem.*

Pat. Norm. 7. H 5. p. 2. n. 20.

REx, (&c.) Inſpeximus quandam Cartam inclitæ recordationis *M.* Imperatricis, filiæ *Henrici* quondam Regis *Angliæ*, progenitoris noſtri, factam in hæc verba. *M.* Imperatrix *Henrici* regis filia, Archiep. *Rothomagenſi*, Epiſcopis, Abbatibus, Baronibus, Juſticiariis, & omnibus ſuis fidelibus de terra *Normanniæ* ſalutem: Sciatis quod ego terram quandam pro *xl. l.* emi, quam Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Noa*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, ad conſtruendum ejuſdem loci Cœnobium, pro ſalute animæ meæ, & animarum patris & matris meæ, & *Gaufridi*, Comitis *Andegavenſis*, & filiorum meorum *Gaufridi* & *Willielmi*, in perpetuam donavi elemoſinam; terram autem illam totam, *viz.* quæ eſt inter viam molendini de **Chatmel**, & propriam terram prædictorum Monachorum, & inter ſuperiorem viam *Ebroicenſem*, & aquam **Ithum** emi à *Mauricio* de *Bonaville*, & *Rob. Saddote* & fratribus ejus *Rocelino* & *Rogero*, & à *Thoma* milite, & à *Giroldo* de *Hepelande*, & *Rob.* nepote ſuo, & *Willielmo* fratre *Thomæ*, & ab *Eurardo* de *Chattmel* & filiis ejus, *Roberto Comite Mellenti*, & *Richerio* de *Aquilâ*, Dominis ejuſdem terræ concedentibus, (&c.) Prædictam verò donationem, ut rata ſit, (&c.) Sigilli mei munimine confirmo & corroboro. Teſtibus *Rogerio* Archidiacono *Brionnii*, *Will. Malonepote*, (&c.)

PRIO-

PRIORATUS

S. Martini *de Campis, in ſuburbio Civitatis* Pariſienſis.

Ex Col-lect. MS. v. cl. *Andrei du Cheſne.*

Carta Stephani *Comitis* Albamarlæ, *de toto jure in Eccleſiis de* Arenis.

Notum ſit (&c.) quod ego *Stephanus* Comes *Albamarlæ*, concedente Comitiſſâ *Haviſia* conjuge meâ, & patre ejus *Radulfo* de *Mortuomari* (ex eorum enim hæreditate erat) communicato cum hominibus noſtris concilio, do & concedo Deo & S. *Martino* de *Campis*, quicquid habebam in Eccleſiis de *Arenis*, pro redemptione animæ meæ, & conjugis meæ prædictæ *Haviſæ*, & præfati *Radulphi* de *Mortuomari*, & *Miliſendæ* conjugis ejus, jam defunctæ, & omnium anteceſſorum meorum, & illorum; præſente domino *Theobalda* Priore S. *Martini* de *Campis*, & multis teſtibus, quorum iſta ſunt nomina, *Gaufredus* filius *Fulconis*, *Berengarius* de *Alniaco*, *Willielmus Biſeta*, *Oilardus Baloſellus*, *Willielmus* Capellanus, *Warinus* de *Arenis* Theſaurarius *Ambienſis*. Et ut hoc donum ſtabile (&c.) permaneat (&c.) Cartulam iſtam ſigilli mei impreſſione confirmavi.

ABBATIA

S. Remigii *in Civitate* Remenſi.

Par. 6. E. 3. p. 1. m. 8.

Carta Regis Edwardi *tertii*, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Rex omnibus ad quos &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam celebris memoriæ domini *H.* quondam Regis *Angliæ*, progenitoris noſtri, in hæc verba. *H.* Rex *Anglorum R.* Epiſcopo & N. Vicecomiti de **Statford** ſalutem. Volo ut ſciatis, quod ego concedo & volo, ut S. *Remigius* terras ſuas cum honore habeat, & omnes conſuetudines, quas anteceſſores ibi habuerunt, qui ei terras dederunt, ipſe pleniter teneat, & iſte Monachus *Fulce*, quietè & honorificè eas in meâ pace cuſtodiat. Et ſcitote, quod ego dedi ſancto, unam hidam ad **Merſtun**, pro animâ meâ, ſicut umquam meliùs habuit tempore Regis *E.* & fratris mei *Willielmi*, in campo, in ſilvâ & in aquâ. Quod ſi negligas & clamorem indè audiam *x.* libras michi perſolvas. Teſtib. *R.* Epiſcopo de *Dunelmo R.* Epiſcopo de **Ciceſtre** & *H.* Vicecomite de *War.*

Inſpeximus eciam quandam aliam Cartam ejuſdem progenitoris noſtri in hæc verba; *Henricus* Rex *Angliæ*, *Ricardo* de *Belmi*, & *Fulqueio* Vicecomite, & omnibus Baronibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Salopeſcira* ſalutem. Sciatis quod volo & præcipio, ut Monachi Sancti *Remigii* ita benè, & quietè, & cum honore teneant terram ſuam, quam habent in *Salopeſcira* & omnia ſua, ſicut meliùs, & quietiùs tenuerunt tempore patris vel fratris mei, Regis *Willielmi*. Et ſi quis injuſtè de rebus eorum ſibi uſurpare voluerit, eis plenam juſticiam facite, & ita ne ampliùs indè clamorem audiam pro penuriâ recti. Teſte *Wald.* Capellano, apud *Weſtmonaſterium*, in concilio.

Inſpeximus inſuper quandam aliam Cartam ejuſdem progenitoris noſtri in hæc verba. *Henricus* Rex *Angliæ Roberto* Epiſcopo *Ceſtriæ*, & *Nicholao* Vicecomiti de **Statfort**, & omnibus Baronibus, *Francis* & *Anglis* de *Statfortſcira* ſalutem. Sciatis quod *Godricus* Monachus de ſancto *Remigio* de *Remis*, ante me & Barones meos apud *Tamewordam*, diſrationavit Eccleſiâm de * *Lapeleiâ*, & decimam, & corpora mortuorum contra *Rotbertum* Capellanum meum de *Rotomago*, ſicut ſanctus *Remigius* meliùs tenuit & habuit in tempore Regis *Edwardi* & patris & fratris mei *Willielmi* Regis. Et volo quod iſtas res & omnes alias ſuas res benè, & in pace teneant ipſe Sanctus & Monachi ſui. Teſtibus, *Roberto* Epiſcopo *Lincoln.* & *R.* Epiſcopo *Saleſberie*, & *Willielmo* Epiſcopo *Exoniæ*, & *Goiſfrido Ridello* & *Aluredo* de *Lincolia* apud *Tamewordam.*

* Cella de **Lapley** in Com. *Staff.*

Inſpeximus eciam quandam aliam Cartam ejuſdem progenitoris noſtri, in hæc verba. *H.* Rex *Angliæ*, *Roberto* Epiſcopo *Ceſtriæ* & *Nicholao* Vicecomiti de **Statfort** & *Ricardo* de *Belmis* Vicecomiti *Salop.* ſalutem. Prohibeo ne ſumoneatis Monachos de ſancto *Remigio* de *Remis*, ut eant ad Hundreta, nec ad ſciras, ſet præpoſitos ſuos, vel unum ex hominibus ſuis mittant. Teſte *Henrico* Comite de **Warwic** apud **Waltham.**

Inſpeximus inſuper quandam aliam Cartam ejuſdem progenitoris noſtri in hæc verba. *H.* Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* & Comes *Andegaviæ*, Juſticiariis & Vicecomitibus & miniſtris ſuis de *Staffordſcire*, & de *Salopeſcire* ſalutem. Sciatis quod ego volo ut Monachi Sancti *Remigii* de *Remis*, qui morantur apud * *Lapeleiam* teneant omnes terras & tenuras ſuas benè & in pace, & quietè, & juſtè, in boſco & in plano, & in paſturis, & in aquis, & in aliis locis; & nominatim illam terram de **Merſtone**, quam Rex *Henricus* avus meus eis dedit in elemoſinam, ſicut eas tenuerunt die quâ Rex *Henricus* avus meus fuit vivus & mortuus; & non eant ad Sciras, & ad Hundreta, niſi ſicut ſolebant tempore Regis *Henrici.* Teſtibus, Comite *Canciæ*; *Ricardo* de *Humet* Conſtabulario; *Warino* filio *Ger.* Camerario apud *Sar.*

* Cella de **Lapley** in Com. *Staff.*

Inſpeximus eciam Cartam celebris memoriæ domini *Stephani* quondam Regis *Angliæ*, progenitoris noſtri in hæc verba. *S.* Rex *Angliæ* Epiſcopo *Ceſtriæ*, & Juſticiariis & Baronibus & Vicecomitibus & miniſtris & omnibus fidelibus ſuis de *Stadfordſcira* ſalutem. Sciatis me reddidiſſe & conceſſiſſe in elemoſinam, Eccleſiæ *S. Remigii Remenſis*, & Monachis, illam hidam terræ de *Merſtona*, quam Rex *H.* eis dedit, & alias terras ſuas de quocumq; illas habeant, ſicut Rex *H.* eis illas conceſſit per Cartam ſuam. Et volo & firmiter præcipio, quod benè & in pace, & liberè, & quietè teneant in boſco, & plano, & pratis, & paſturis; & aquis, & molendinis; & in viâ, & ſemitis, & in omnibus aliis locis, ſicut meliùs tenuerunt tempore Regis *H.* ne ſuper hoc fiat eis inde injuria vel contumelia ſuper decim librarum foriſſacturam, ſicut Rex *H.* hoc præcepit per Cartam ſuam. Teſtibus, *R.* filio *Ricardi* & *Walch. Maminot* apud *Notingam.*

Inſpeximus eciam Cartam celebris memoriæ Domini *E.* quondam Regis *Angliæ*, avi noſtri, in hæc verba. *Edwardus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitaniæ*, Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe dilectis nobis in Chriſto Abbati & Conventui S. *Remigii Remenſis*, quod ipſi & ſucceſſores ſui imperpetuum habeant unum Mercatum ſingulis ſeptimanis per diem *Martis* apud Manerium ſuum de **Aſton**, in comitatu *Staff.* & unam feriam ibidem ſingulis annis per duos dies duraturam; *videlicet* in vigilia & in die Sancti *Petri ad vincula*; niſi Mercatum illud, & feria illa ſint ad nocumentum vicinorum mercatorum & vicinarum feriarum. Et quod habeant liberam warennam imperpetuum in omnibus dominicis terris ſuis de **Lappeleie**, **Merſton**, **Hiſdellunde**, & **Aſton**, in comitatu prædicto; ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum, quod ad warennam pertineat, ſine licentiâ & voluntate ipſorum Abbatis & Conventus, vel ſucceſſorum ſuorum, ſuper foriſfacturam noſtram decem librarum. Quare volumus (&c.) Data per manum noſtram apud **Stebenhethe**, duodecimo die *Aprilis*, anno regni noſtri Viceſimo. Nos autem conceſſiones, redditionem], & confirmationem, prædictas; necnon donationem, quam *Ricardus* hæres *Herveii* de *Stretonâ* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem Abbati & Conventui de terrâ de **Cobeſford**, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto nunc Abbati & Conventui ſancti *Remigii Remenſis*, & eorum ſucceſſoribus, concedimus & confirmamus, prout Cartæ & ſcriptum prædicta rationabiliter teſtantur, & prout iidem Abbas & Conventus terras & tenementa prædicta modò tenent, & ipſi & eorum prædeceſſores à tempore confectionis Cartarum & ſcripti prædictorum ea tenuerunt, ac libertatibus prædictis hactenus rationabiliter uſi ſunt & gaviſi. In cujus &c. Teſte Rege apud **Hertford** *v.* die *Aprilis.*

ABBATIA

de Prato Rothomagi.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. Norm. 8. H. 5. p. 1. n. 16. per Inſpex.

HEnricus Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* & *Aqu't.* & Comes *Andegav.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe, in perpetuam elemoſinam, pro ſalute meâ & hæredum meorum, & pro animabus patris mei, & matris meæ *Matildis* Imperatricis, & omnium anteceſſorum meorum, Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Prato Rothomagi*, & Monachis *Becci* ibi Deo ſervientibus, ex dono *Matildis* Reginæ *Meſnillum* & *Becdane*, & molendinum de *Kareville*, quod vocatur molendinum Reginæ, cum omni libertate ſuâ: & Eccleſiam de *Auberville*, & decimam: Et ex dono *Henrici* avi mei, pii amatoris & fundatoris ejuſdem loci, Manerium in *Normanniâ*, quod vocatur *Bures*, & omnia ad illud pertinentia, cum toto dominio & omnibus regiis libertatibus, & conſuetudinibus & quietanciis, ad me pertinentibus, & in foreſtis meis de *Anni* & de *Alibermont*, quicquid ad opus ejuſdem Manerii neceſſarium fuerit ad ardendum & ad ædificandum; & plenariam paſturam & paſnagium, quietum ſibi & hominibus ſuis in eiſdem foreſtis. Et de parco *Rothomagi* totam decimam feni; & decimam de foreſtâ de *Romare*; & prata ſua de *Valle Femli*, & famulum qui cuſtodit ea: Et in foreſtâ de *Rourerio* quicquid eis opus fuerit ad ardendum, & ad omne quod ſibi neceſſarium fuerit faciendum & ædificandum; & plenariam paſturam liberam & quietam omnibus animalibus ſuis, per totam prædictam foreſtam, & paſnagium quietum per omnes foreſtas meas de *Normanniâ* ſibi & hominibus ſuis de manupaſtu eorum, niſi negotiatores fuerint & nundinas de *Ermentrimille*, & libertates earum in omnibus locis & in omnibus rebus: Et in unoquoq; anno *xl.* modios vini de Cellario meo *Rothomagenſi*, *ſc.* de modiatione meâ: Reddendo, ſine contradictione, ſex modios de modiatione de *Waeneio*, reddendo apud *Guerni.*

Et Manerium in *Angliâ*, quod vocatur **Eſtmentone**, & omnia ad illud pertinentia, cum omnibus regiis libertatibus, & conſuetudinibus, & quietanciis ad me pertinentibus.

Et in foreſtâ *Fiſcanni*, de dono *Matildis* Imperatricis, matris meæ, & meo, totum campum de *Willervill*, à profundo vallis de *Bernouville* uſq; in profundum vallis de *Freficâ*, per diviſionem terræ *Nicholai* de *Eſtoteville*, & diviſionem terræ *Roberti* de *Joneneio*, in Miniſterio de *Eſtrutart*, Et duas Capellas, cum elemoſinis ad eas pertinentibus. Et de dono matris meæ quatuor libras apud *Pontem Arche*, de piſcatoribus, quas annuatim reddere ſolebant pro libertate piſcationis ſuæ. Et præter hoc concedo eis & confirmo in perpetuam elemoſinam, decem libratas redditus in Manerio de *Weſtberiâ*, de elemoſinâ *Willielmi Deſlubati*. Et ex dono *Ricardi* presbyteri Eccleſiam de *Fulecote*, cum terris & decimis ad eandem Eccleſiam pertinentibus, ſicut idem *Ricardus* unquam meliùs & pleniùs tenuit. Has tenuras & omnes alias tenuras ſuas, quæcunq; ſint & ubicunq; ſint, & de quibuſcunq; habeant, ſive in *Normanniâ*, ſive in *Angliâ*, volo & firmiter præcipio, ut habeant & teneant benè & in pace, & integrè (&c.) Et præter hæc concedo & confirmo eis in perpetuam elemoſinam, tres maſuras terræ, & domos deſuper, quas *Aufrida* de *Ponte Audomari* tenet in *Rothomago*, quietas de omni cenſu & conſuetudine, & omni aliâ re, exceptâ ſolâ modiatione meâ, de vino. Et ut hæc omnia, & omnia alia, quæ fideles Chriſti eis contulerunt, & in futuro contulerint, inconcuſſa & incontradicta remaneant, nunc, & uſq; in ſempiternum, regiâ hac auctoritate confirmo, & Sigilli mei impreſſione & ſubſcriptorum teſtimonio corroboro. Teſtibus, *Rotrodo* Archiepiſcopo *Rothomagenſi*, *Ricardo* de *Houmet*, Conſtabularo (&c.)

ABBATIA

Sanctimonialium de S. Amando Rothomagi.

Pat. Norm. 7.H 5.p.2. n.39.

Diploma Regis Henrici *quinti, diverſorum Regum Cartas recitans & confirmans.*

REx (&c.) Inſpeximus quandam Cartam inclitæ recordationis *Philippi*, quondam *Francorum* Regis, progenitoris noſtri, factam in hæc verba. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis* Amen. Philippus *Dei gratiâ* Francorum *Rex*; *Inter cætera virtutum præconia quibus regalem excellentiam condecet inveſtiri, illud credimus eſſe non minimum, ſi ad Dei ſacroſanctas Eccleſias, & maximè religioſas, in ſuorum conſervatione jurium, ſe liberalem exhibeat & benignum. Sanè ex parte religioſarum mulierum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii S.* Amandi Rothomagenſis, *nobis fuit exhibita quadam antiqua ſcriptura, nullo tamen Sigillo munita, jura plurima & libertates ejuſdem Monaſterii continens, quæ in ſui quibuſdam partibus, propter vetuſtatem nimiam & palpationem frequentem detrimentum aliquod ſuſtinebat; cui etiam ad conſervationem & excercitium jurium & libertatum contentarum in eâ, in Scacariis noſtris* Rothomagenſibus, *Parliamentis & alibi, in noſtris indiciis fidem aſſerebant plenariam adhiberi; ſupplicando humiliter & attentè, ut ſcripturam eandem in formam debitam, & ſcripturam novam redigi, noſtroq; muniri Sigillo regio juberemus, eamq; noſtrâ confirmare auctoritate regiâ dignaremur: Nos autem progenitorum noſtrorum, qui ad ſanctas Dei Eccleſias piè jugiter geſſiſſe noſcuntur, devotionis affectum, quantum cum Deo poſſumus veſtigiis inhærentes, dictarum religioſarum ſupplicationibus inclinati, ſcripturam prædictam & contenta in eâ, præfatis religioſis, quatenus de hiis ritè & legitimè hactenùs uſæ fuerunt, & in eorum poſſeſſione exiſtunt, auctoritate noſtrâ regiâ confirmamus, & in formam communem & ſcripturam novam redigi mandavimus, ſub tenore ſuo, qui ſequitur in hac verba,*

In nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis Rodbertus* divinâ ordinante providentiâ *Norm.* Dux & Rector. Si fidelium noſtrorum petitionibus nos præbemus exorabiles, maximè in hiis, in quibus Eccleſia Chriſti & loca Sanctorum indigent noſtri regiminis functione juvari, & illorum animos in noſtrâ fidelitate ſolidamus; & quod majus eſt, Deo nos gratiores, & in principatu noſtro perdurabiles fore confidimus. Quicquid enim in uſus neceſſarios Eccleſiis Chriſti & cultibus divinis dependimus; *viz.* aut donativa conferendo, aut donativa principalibus edictis confirmando, confirmata ſollicitè regendo, ad animarum non ſolum remedium, ſed & temporalis regni ſtatum & patriæ ſalutem proficere credimus: Proindè notum eſſe cunctis regni noſtri fidelibus, tam præſentibus quàm futuris, volumus, qualiter ad ſuggeſtum quorundam fidelium noſtrorum; *Goſcelini viz.* Vicecomitis, & *Emmelinæ* uxoris ejus, locum noſtræ ſerenitatis muros *Rothomagi* dono conceſſum, in quo ipſi ex proprio cenſu, in honorem & venerationem ſanctæ Dei genitricis, & glorioſæ Virginis *Mariæ*, & S. *Amandi* glorioſiſſimi Confeſſoris, omnium ſimul Sanctorum, Eccleſiam fundârunt, hunc immunem juris noſtri judicariâ exactione reddentes, & eccleſiaſticis uſibus mancipantes in perpetuam concedimus: Qui locus circa Eccleſiam extenditur uſq; ad vicum per quem ad portam *Roddebecce* itur; & indè uſq; ad terram *Willielmi* de *Tornebu*. Iterum ab iſtâ, uſq; ad terram *Radulfi* de *Warennâ*; indè verò uſq; ad murum Civitatis; cujus rei ſignum eſt altera pars noſtræ Elemoſinæ, quæ huic conjuncta in alterâ parte muri ſita eſt.

Hæc ſunt itaq; res, quas donavit ſanctæ *Mariæ*, ſanctoq; *Amando* memorati fidelis. In foro *Rothomagi* unam aream; deindè molendinum in *Rannelum* villâ, & unum Cellarium juxta pontem *Sequanæ*, poſitum in loco, qui dicitur *Poteria*. Prata quoq; ſua, quæ ſunt apud Cenille, & terram cultam, cum ſilvâ quæ eſt juxta vallem *Eicembaldi*: Et in monte qui dicitur *Cocerel v.* acras terræ; & illam ſilvam quam habent inter aquas; *ſcilicet Guarennam* & *Sedam*, cum terrâ cultâ, quæ pertinet ad illam: Et totum dominium quod hactenus tenuerunt in *Maneholt* villâ, cum Eccleſiâ & molendino;

molendino ; & quicquid habent in *Montvillâ*, præter Eccleſiam, & in *Eſletis*, & in *Freſchenis*, & in *Cardonivillâ* ſimiliter, & villa quæ *Spinetum* vocatur, cum hiis quæ pertinent ad illam ; *viz.* cum terrâ unius carrucæ & toloneo. Donant etiam terram & ſilvam, quam *Malalvert* tenet, & terram vineæ ſuæ, quæ vocatur *Poceron*, juxta *Rothomagum*, cum eâ, quæ ad illam pertinet.

Ego *Emma*, dudum conjux Chriſtianiſſimi viri, *ſcilicet Osberni*, fidelium dictis ammonita, atq; exemplis inſtructa, pro remedio animarum noſtrarum, & propinquorum, amicorum quoq; noſtrorum, de beneficiis, quæ gratuitâ pietate contulit nobis Deus, Eccleſiæ S. *Mariæ* & S. *Amandi* partem concedo, annuente domino; *viz.* *Willelmo Normannorum* Duce, & fratre meo *Hugone Bajocenſium* Epiſcopo, & filiis meis *Willielmo* & *Osberno*, ad opus ſanctimonialium ibidem famulantium. Hæc ſunt nomina donorum in comitatu *Rothomagenſi*, medietatem villæ quæ dicitur Framis, & Eccleſiam villæ ejuſdem, cum omnibus quæ ad illam pertinent. Præter hæc concedimus illud manſum, quod michi conceſſit frater meus *Hugo* Epiſcopus, & duo molendina, unum in villâ, quæ appellatur *Periers*, alterum apud villam, quæ vulgariter *Lumptaing* nuncupatur ; & item *xii.* acras pratorum apud villam quæ vocatur *Quatuor Molendina* : Extra autem muros Civitatis *xvi.* acras de terrâ arabili, in præſentiâ domini *Willielmi Norm.* Ducis.

Willielmus, *Osberni* filius, ſuâ matre volente, dedit terram de *Abavillâ* Eccleſiæ S. *Mariæ* & S. *Amandi* ; illam quam tenebat *Maridage*, *Maheldis* uxoris *Radulfi Hachet*, & dotem *Halviſæ* conjugis *Radulfi* de *Evrart maiſnil*, & unum hoſpitem ; & in *Rothomago* domos quatuor panificorum, & terram *Turſtini* de *Addelvillâ*. Teſtes ſunt *Gofredus* de *Magnavillâ*, & *Hachenon*, & *Humfredus* de *Osbermaiſnil*. (&c.)

Ego *Hugo*, *Bajocaſſinæ* urbis, Dei gratiâ Epiſcopus, ſollicitè perpendens, & inhianti animo concupiſcens, ut in Civitate domini virtutum, in monte ſancto ejus merear fieri gloriæ ſanctorum conſors, divini voti, quo dicitur *Veruntamen date elemoſinam & ecce omnia munda ſunt vobis*, humiliter obtemperans hæreditatis terrenæ ipſum noſtri honoris largitorem fieri conſortem, ratum duco : proindè terram, quam vulgò dicunt *Bochas*, cum appendiciis ſuis ; *viz.* Eccleſiam, & *Bothebuculum*, & terram de *Serloſvillâ*, & terram de *Torreteribus*, & terram *Rogerii Malpaſnace*, & terram *Gocelini Bellatica*, Chriſto & ſanctæ ejus genitrici, ſanctoq; *Amando* glorioſiſſimo Confeſſori, ob ſalutem animæ meæ, in præſentiâ domini mei *Willielmi* Comitis & *Normannorum* Ducis, largior, in loco urbis *Rothomagenſis*, de nomine ejuſdem S. *Amandi* nuncupato, ac victum ancillarum Dei ibidem congregatarum, quibus præeſt Abbatiſſa *Emma*, & ſpiritu & carne ſoror mea : quam largitionem literis ad futurorum noticiam mandare decrevimus, & noſtræ auctoritatis ſigno, contra perfidorum violentias roborare ſtatuimus, ubi & Anathematis dampnatione omnes hujus Cartulæ prævaricatores æternaliter, niſi reſipuerint, ferimus, & à Chriſti ſanctorumq; ejus conſortio ſequeſtramus. Hujus itaq; privilegii teſtes & adſtipulatores ſunt hii, *Hugo* Pincerna, *Ansfridus Alabarba*, (&c.)

Baldwinus filius Comitis *Giſleberti*, annuente Domino *Willielmo* Comite & *Normannorum* Duce, dedit ſancto *Amando*, & Sanctimonialibus ibidem Deo famulantibus, Eccleſiam de *Moles*, & totam decimam quæ ad illam pertinet, pro ſalute ſui, & pro ſuâ matre & propinquis ſuis & amicis. Hujus rei teſtes ſunt *Ricardus* frater ſuus *Hugo*, Pincerna, (&c.)

Ricardus de *Belfou*, annuente Domino *Willielmo* Comite & *Norm.* Duce, dedit ſancto *Amando* Eccleſiam de *Almeravilla*, & totam decimam quæ ad illam pertinet, & feudum laici *C.* acrarum, quod *Anchetillus* Presbyter tenet pro filiabus ſuis. ✠. *Will. Norm.* Ducis & *Ricardi*.

Willielmus de *Cluvillâ* & *Robertus* frater ejus, annuente domino *Willielmo Norm.* Duce, dederunt S. *Amando* & Sanctimonialibus, medietatem villæ quæ dicitur *Pucene*, pro filiabus ſuis : & *Humfredus* de *Bochin* dedit decimam propriæ carrucæ ſuæ, & unum hortum in eadem villâ prædicto Sancto, pro ſe & tribus mulieribus ſuis : Cujus teſtes ſunt *Renaldus* Camerarius, (&c.)

Annuente Domino *Willielmo* Comite & *Norm.* Duce, *Rogerus* filius *Hugonis*, Epiſcopus *Conſtanciæ* urbis, conceſſit Eccleſiæ glorioſæ Virginis *Mariæ*, & beati *Amandi*, Chriſti antiſtitis, quæ eſt infra muros urbis *Rothomagi*, quando filiam ſuam *Emma* Chriſti obſequio mancipavit, in Comitatu Talou, hoc manſum, quod vulgò vocatur *Herbur maiſnil*, cum uno molendino in eodem Comitatu ; & terram quæ dicitur de *Lamara*, quam tenet *Walchelinus* Presbyter ; & terram quam tenet *Turondus* Presbyter, & *Turchitillus* frater ejus, cum hiis quæ ad illam pertinere videntur. In hoc etiam dono habetur piſcatoria una, quæ de cenſu ſolvit *xv s.* Monachis S. *Dionyſii* uno quoq; anno. Præter hoc tres acræ terræ annotantur, quas *Osbernus Ganai* S. *Mariæ*, & S. *Amando* tribuit, quando filiam ſuam Sanctimonialem fecit. Hujus rei teſtes ſunt *Stigandus* Dapifer (&c.)

Gilbertus, annuente, (&c.) tribuit S. *Mariæ*, & S. *Amando*, ad victum Monacharum, poſſeſſiones quas habebat in *Lambertivillâ*, & in *Seccanâ*, ex alodio ſuæ conjugis, quando effecta eſt Monacha, *viz.* tres Eccleſias, & homines liberos & ruſticos, & duo molendina, terras, aquas, & nemora. Teſtes hujus rei ſunt *Senfredus* Capellanus, (&c.)

Ego *Willielmus*, Dei gratiâ Rex *Anglorum*, & Dux *Norm.* concedo S. *Amando*, de omnibus rebus, quas in *Rothomago* habent Sanctimoniales, ita per omnia liberas conſuetudines, ſicut S. *Audoenus* habet ſuas res. Præterea concedo S. *Amando*, quatuor viros panificos, ab omni ſervicio meo quietos & liberos,

&

& moltam ſuam, ſed & moltam ſimiliter omnium civium S. *Amandi*; & theloneum & exitum, & unam domum in vico *Burnengi*. Iterum etiam dono S. *Amando*, ad victum ancillarum Dei ibidem congregatarum, decimas quas habeo in foreſtis de *Aleriomonte*, & de *Alwit*, tam in eſſartis, quàm in denariis. Dono etiam prædicto Sancto decimam denariorum meorum de *Barb fluvio*, & de S. *Jacobo*; & decimam meæ moiationis de *Rothomago*. Concedo quoq; prædicto S. unum mercatum in *Sedanâ*, unaquaq; hebdomadâ die dominicâ. Teſtes ſunt *Hugo Pincerna*, *Willielmus* filius *Oſberni*, *Stigandus* Dapifer, & *Radulfus* de *Montpoincon*.

Ego *Mathildis* Regina, annuente Domino *Willielmo Anglorum* Rege, concedo S. *Amando*, de dotario meo, terram unius carrucæ in *Maintrud*, & tres ortos in eadem villâ, & unum hoſpitem *Alpleidis*; & carpartrem de culturis meis propriis de *Maintrud*, & de *Bures*, & de *Hulmoid*. Teſtes ſunt *Sefredus* de *Valle*, & *Radulfus* de *Montegomerico*.

Ego *Giroldus* miles Chriſti, in præſentiâ *Willielmi* Regis *Anglorum*, & eodem annuente, pro ſalute animæ meæ & *Emiciæ* uxoris meæ, & parentum meorum & amicorum, concedo Sanctimonialibus de S. *Amando*, Eccleſiam de *Rolmare*, & omnem decimam, & *v.* acras terræ: De equabus, & de vaccis, de porcis quoq;, ac de ovibus decimam ejuſdem villæ: Præterea quatuor hoſpites dono & concedo ſimiliter, & decimam de quatuor molendinis, quorum duo habeo in villâ quæ dicitur *Dunu*, & duo in alterâ, quæ dicitur *Barentin*, & decimam de mercato quod habeo apud *Dunu*, ſimul quoq; decimam de theoloneo quod habeo apud *Archas*. Hujus donationis ſunt teſtes iſti, *Osbernus* de *Novoforo* (&c.)

Johannes Archipræſul dedit S. *Amando*, in ejus dedicatione, tres acras pratorum ultra *Sequanam*, inter villam, quæ vulgò vocatur *Sotavilla*, & S. *Stephanum*, teſtimonio *Fulberti* Archidiaconi, (&c.)

In cujus, (&c.) Teſte Rege apud Caſtrum ſuum *Rothomagi xxi.* die *Januarii.*

ABBATIA

de Savaniaco. *in ducatu* Normanniæ.

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 12. E. 2. n. 33. m. 10. per. Inſpex.

Cart. 12. E. 1. n. 34.

INſpeximus Cartam, quam celebris memoriæ Dominus *H.* Rex *Angliæ*, avus noſter, fecit dilectis nobis in Chriſto Abbati & Conventui de *Saviniaco*, in hæc verba; *Henricus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, (&c.) Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum, & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Abbati de *Saviniaco* & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes ſubſcriptas; *videlicet* ex dono *Willielmi* filii *Rodland* de *Sutton*, totam terram de Frozton & Benyntone * *ſcilicet*, in dominicis, ſerviciis & conſuetudinibus, tam liberorum quàm villanorum, cum hominibus in eadem terrâ manentibus, & ſequelis eorundem. Ex dono *Guidonis* de la *Val* quinquaginta ſolidatas redditus in Manerio de Hammes ad ſuſtentationem unius Monachi. Ex dono *Ricardi* de *Kaerdif xl s.* redditus in terrâ de Teppeſfeld. Ex dono *Clemenciæ* filiæ *Willielmi* de *Fugeres*, Thomam filium *Willielmi* de *Fotſtune*, cum totâ ſequelâ ſuâ; & quatuor bovatas terræ, quas dictus *Willielmus* pater ejuſdem *Thomæ* tenuit in prædictâ villâ de Fotſtun; cum tofto, & crofto, & prato, & omnibus pertinentiis, & aiſiamentis, & libertatibus ad prædictas quatuor bovatas terræ pertinentibus. Ex dono ejuſdem *Clementiæ*, totum tenementum quod *Walterus* de *Suynderby* tenuit in villâ de Benyngton, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis; & toftum quod *Malgerus* filius *Galfridi* tenuit in eadem villâ, cum unâ bovatâ terræ, & pertinentiis ſuis, Ex dono ejuſdem *Clementiæ*, omnes terras, res, & poſſeſſiones, quas habuerunt in villâ de Benyngton, & Fotſtune, die illo quo *Ranulphus* Comes *Ceſtriæ* & *Linc.* obiit. Quare volumus, (&c.) Data per manum venerab. Patris *R. Ciceſtr.* Epiſcopi Cancellarii noſtri, apud *Weſtm. xix.* die *Aug.* anno Regni noſtri *xix.* (&c.)

* Long-Beninton in Com. Linc. Cella de Saviniaco.

Nos autem (&c.) confirmationes prædictas, necnon donationem, (&c.) quas *Willielmus* de *Tolneye*, filius *Galfridi* de *Tolneye*, per Cartam ſuam fecit prædictis Abbati & Conventui, de totâ terrâ ſuâ in Barnebigate, cum domibus ſuper appoſitis, & cum omnibus aliis pertinentiis in Newarke, exceptâ unâ placeâ, quam tenuit *lielmus* de **Weſtburgh.** Donationem, (&c.) quas *Walterus* filius *Johannis Benet* de **Bubygton**, per Cartam ſuam fecit Abbati & Conventui, de tòto jure & clamio, quod habuit vel habere potuit in unâ bovatâ terræ in **Bubigtone**, cum prato adjacente, & cum quodam tofto cum crofto & aliis pertinentiis ſuis. Donationem (&c.) quas *Rogerus Coſyn* de *Toſton* per Cartam ſuam fecit præfatis Abbati & Monachis, in puram & perpetuam elemoſinam, de *xii d.* redditus in eadem villâ de **Bubigtone.** Donationem, (&c.) quas *Willielmus* de *Sancto Paulo* per Cartam ſuam fecit præfatis Abbati & Monachis in perpetuam elemoſinam, de unâ parte de tofto ſuo in **Benigton**, ex occidentali parte; *ſcilicet* quinquies *xx.* pedes in longitudine, & *lx.* pedes in latitudine, cum liberis introitibus & exitibus, & omnibus aliis pertinentis. Donationem etiam, quam idem *Willielmus*, per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem Monachis, de aliâ parte ejuſdem tofti ſui tendente ſuper viam juxta toftum quod fuit *Roberti* filii *Hugonis*, ex aquilonari parte; *ſcilicet* quinquies *xx.* pedes in longitudine, & *lx.* pedes in latitudine. Donationem etiam, quam idem *Willielmus*, per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem Monachis, de unâ maſurâ terræ, & ſupradicto tofto habente in longitudine *lx.* pedes, in latitudine *xxvi.* quæ *ſcilicet* ſita eſt juxta illam, quam antea eis dedit. Donationem etiam, quam idem *Willielmus* per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem Monachis ad incrementum maſuræ priùs habitæ, in longitudine extra domum verſùs orientem, ſex pedum.

Conceſſionem etiam & confirmationem, quas prædictus *Willielmus*, per Cartam ſuam fecit Deo & Eccleſiæ S. *Maria* de *Saviniaco*, & Monachis prædictis, de duabus bovatis terræ in eadem villâ, quas *Johannes* de *Stubbeton* dictis Monachis dedit, de feodo ipſius *Willielmi*, habendum cum pertinentiis in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas prædictus *Willielmus*, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de unâ parte de tofto ſuo in eadem villâ; *viz.* ſex rodis in longitudine, tendentibus ſuper viam juxta totum, quod fuit *Roberti* filii *Hugonis*; in latitudine verò verſùs domum ipſius *Will.* tribus rodis & dimid. in latitudine verò juxta viam quinq; rodis: In illâ verò parte quæ tendit verſùs domum, quæ fuit *Helwiſa*, in longitudine tribus rodis & tribus pedibus, in latitudine verò unâ rodâ & dimidiâ. Donationem, (&c.) quas prædictus *Will.* (&c.) fecit Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis* Sanctæq; *Maria*, dicti loci de *Saviniaco*, & Monachis prædictis, in puram & perpetuam elemoſinam, de medietate unius acræ terræ, cum pertinentiis, in **Aldelond**, & de medietate unius acræ terræ, & unâ rodâ, in **Ingeſelmere.** Confirmationem etiam & conceſſionem, quas prædictus *Willielmus*, per eandem Cartam ſuam fecit prædictis Monachis de unâ bovatâ terræ de feodo ſuo, quam *Alicia* uxor *Rob.* filii *Hugonis* eiſdem in elemoſinam contulit, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervicio, ſalvo ſervicio terræ, *ſcilicet*, *xii d.* Donationem etiam & confirmationem quas *Willielmus* de *Ferrariis* per Cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ, (&c.) de quinquaginta *s.* redditus cum pertinentiis in **Wodeham**, & **Gingès** *Laudri.* Conceſſionem, (&c.) quas *Simon* filius *Willielmi* de *Stilton*, per Cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ, & Monachis, & eorum procuratoribus apud **Bungtone** commorantibus, in puram & perpetuam elemoſinam de quinq; ſelionibus terræ cum pertinentiis in prædictâ villâ de **Foſtone.** Conceſſionem, (&c.) quas *Will.* filius *Ricardi Mauger* de **Foſton**, (&c.) fecit, (&c.) de tribus acris terræ, cum pertinentiis in prædictâ villâ de **Foſton.** Donationem, (&c.) quas *Alicia* filia *Radulfi* Clerici, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de unâ bovatâ terræ cum pertinentiis in dictâ villâ de **Benigtone**, in perpetuam elemoſinam habendam. Donationem, (&c.) quas *Henricus* filius *Galfridi Conayn* de **Benigton**, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de uno ſelione terræ ſuper **Redlandes.** Donationem, (&c.) quas *Gaufr. Con yn* per Cartam ſuam fecit, (&c.) de totâ terrâ ſuâ, quæ jacet inter terram, quæ fuit *Ranulphi Coci*, & culturam ipſius *Gaufridi*; *ſcilicet* de quatuor ſelionibus terræ & dimidiâ, cum pertinentiis in dictâ villâ de **Benigtone**, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, (&c.) quas prædictus *Gaufridus* per aliam Cartam ſuam fecit, (&c.) de duabus acris terræ, cum pertinentiis in eadem villâ. Donationem, (&c.) quas idem *Gaufridus*, (&c.) fecit, (&c.) de duabus buttis terræ, cum pertinentiis, quæ abbuttaſſent ſuper campum de **Stantone** verſùs auſtrum. Conceſſionem, (&c.) quas *Gaufridus Cunanus* per Cartam ſuam fecit eiſdem Monachis de quadam parte tofti ſui in **Benigtone**, juxta toftum *Joh. Albert*, *ſcilicet* in longitudine ſex perticatis, & in latitudine ad capud, verſùs viam, duabus perticatis & tribus pedibus, & alterum capud verſùs aquam in latitudine duabus perticatis & dimidiâ, & tribus pedibus, de exitu, & introitu cum karetâ, & cum omnibus aliis rebus, in longitudine juxta prædictam terram, cum omnibus aliis pertinentiis; & de unâ bovatâ terræ in eadem villâ, cum pertinentiis, in puram & perpetuam elemoſinam, (&c.) rata habentes & grata, (&c.) confirmamus, (&c.) Data per manum noſtram apud *Eboracum* *viii.* die *Decembris.*

ABBA-

ABBATIA

S. Martini *de* Alceio, *in ducatu* Normanniæ.

Ex ipſo autogr. in turri S. *Mariæ Eboraci.*

*Carta fundationis ejuſdem, per S*tephanum *Comitem* Albamarliæ.

✠ IN nomine Sanctæ & individuæ *Trinitatis*, hoc notum ſit, tam præſentibus, quàm futuris, quia ego *Stephanus Albemarlenſis* Comes, Monachis Sancti *Luciani Belvacenſis*, quibus mater mea *Adeliza* donavit & conceſſit Eccleſiam Sancti *Martini* de *Alceio*, conſtructam & ædificatam ab anteceſſoribus meis extra Caſtellum *Albemarla*, ſicut mater mea conceſſit, ſic dono & concedo Eccleſiam Sancti *Martini*, & omnes redditus ipſi Eccleſiæ adjacentes, pro remiſſione peccatorum meorum, & *Willielmi* Regis *Angliæ* avunculi mei, atq; omnium anteceſſorum meorum: Quibus etiam Monachis, præter hæc ſupradicta, addo & concedo omnes Eccleſias & decimas meas *Angliæ*, quas teneo ab *Henrico* Rege *Anglorum*, ita quietas & liberas, & ſine retentu ullo, ſicut de ipſo Rege teneo. Necnon & ipſas ſacerdotes ita liberimè habeant & teneant à me, ut neq; Dapifer, neq; Vicecomes, nec aliquis miniſtrorum meorum ſuper eos manus imponant. Si verò ſacerdotes forisfecerint aliquid, illi juſtificent. Has Eccleſias & decimas, *viz.* in *Holderneſa* Eccleſiam & decimam de *Paglâ*, quam in dominio habeo. Similiter & de *Preſtonâ*, & de *Eſchechilingâ*, & de **Wiforneunic**, de *Waglâ*, de **Frohingeham**, & de Caſtello de *Aldeburgo*, & de *Mapletonâ*, de **Doneſtal**, de *Eſinctona*, de **Bereſtal**, de **Chinleſei**, de **Caingeham**, de **Wiforneſel**.

In *Lindeſeiâ* Eccleſiam & decimam de *Carlentona*, & decimam de **Wiuelesbi**, & de *Barowâ* dimidietatem Eccleſiæ & decimæ; aliam verò dimidietatem, quam *Willielmus* Capellanus tenet de me in vitâ ſuâ, & unam de Eccleſiis de **Wiforniſel**, poſt obitum ejus, ipſis Monachis concedo. Quineciam omnes decimas dominicatus mei; *viz.* horreorum, id eſt totius annonæ meæ, & vaccarum mearum, omniumq; ovium, & baconum, & caſeorum, atq; pullorum equarum mearum. Hæc omnia ſupradicta ad utilitatem Monachorum in Eccleſiâ Sancti *Martini* de *Alceio* morantium & ſervientium, ut liberè diſponant & ordinent, confero. Hoſpitem etiam unum ad flumen **Heldone** dono. Quinetiam tranſitum de *Humbro* ad opus Monachorum, & omnium illis ſervientium, & ad omnia neceſſaria eorum, ita liberè, ſicut à Rege teneo.

Omnes etiam Eccleſias de feudo meo in *Normania*, cum decimis & omnibus pertinentiis ſuis; Eccleſiam *viz.* de *Vilers*, Eccleſiam de *Landricurt*, Eccleſiam Sancti *Walerici*, Eccleſiam de *Belfraiſno*, Eccleſiam Sancti *Saturnini*, Eccleſiam de *Ailecurt*, Eccleſiam de *Flamines*, Eccleſiam de *Hillais*, Eccleſiam de *Vilers*, ultra nemus, cum duabus partibus decimæ. Nundinas quoq; in feſtivitate Sancti *Martini*, & quicquid utilitatis de eis, ex conſuetudine, provenerit. Addo etiam decimam molendinorum meorum & furnorum, & thelonei & traverſi de *Albemarle*, & decimam omnium, quæ navis mea de *Anglia* attulerit, quæ decimari poſſunt; Et decimam omnium piſcium, qui comeduntur in Curiâ meâ, ſive in *Albemarlâ*, ſive ubicumq; in hac patriâ. Decimam quoq; in *Bloſſavilla*, piſcium, porcorum, baconum, & lanæ de ovibus meis. Silvam etiam de *Muſleres*, ad omnes uſus neceſſarios jure perpetuo. Si quis autem hanc donationem meam infringere aut minuere voluerit, divino judicio illum puniendum commendo. Actum eſt apud *Albemarlam* regnante *Henrico* Rege *Anglorum*, & Duce *Normannorum*, & ipſo concedente; poſt, uxore meâ hac cauſâ, & filio meo concedentibus. Anno *MCxv.* ab incarnatione Domini. Hiis *viz.* teſtibus, *Waltero* de *Senardiponte*, *Gaufrido* filio *Fulconis*, *Willielmo Biſâ*. *Berengario* de *Alneto*, *Gerardo* de *Caineio*, *Giroldo* de *Hornet*, *Alano* de *Hambi*, *VVillielmo* de *Albamarle*; *Ricardo* fratre ejus, Clericis. Verò *Roberto* Decano, *Alberto* Canonico, *VVarnero* Clerico.

Carta Roberti Lincolnienſis *Epiſcopi*, *de confirmatione Eccleſiarum in dioceſi ſuâ.* Ibid.

ROBERTUS Dei gratiâ *Lincolnienſis* Epiſcopus, univerſis Sanctæ Eccleſiæ fidelibus ſalutem. Ex ſuſcepti officii aminiſtratione nobis incumbit religioſorum virorum utilitatibus in futurum providere; & beneficia, quibus ſuſtentari debent, ſicut à fidelibus rationabiliter conceſſa, & Cartis confirmata ſunt, pontificali autoritate ſolidare: Hinc eſt quod dilectorum filiorum noſtrorum Monachorum de *Albamarla*, juſtis petitionibus benignum præbentes aſſenſum, Eccleſias & quaſcumq; alias poſſeſſiones in noſtrâ dioceſi à nobilibus viris *Stephano* Comite *Albamarla*, & *VVill.* ejus filio, Eccleſiæ Sancti *Martini* de *Albamarla*, & Monachis in eâ Deo ſervientibus rationabiliter conceſſa & confirmata; *ſcil.* paterno affectu eis concedimus, & præſentis ſcripti paginâ roboramus. Eccleſiam de **Barou** cum appendiciis ſuis, & decimam dominii de **Willesbi**, Eccleſiam de **Groſsebi**, & decimam dominii de **Andelbi**, Eccleſiam de *Carlentona*, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de **Bitham**, cum omnibus appendiciis ſuis. Omnibus itaq; ejuſdem Eccleſiæ jura ſervantibus, Dei miſericordiam & benedictionem imploramus, è contrario verò, intentibus & injuſtè vexantibus extremi examinis ultionem comminando inferimus. Actum anno ab incarnatione Domini

mini *M.C.Lvi.* Teſtibus, *Philippo* Abbate *Tornetonæ*, & *Reinfrido* ejus Canonico; *Radulpho* Abbate de *Parco Lude*, & *Thomâ* de *Brachenb.* ejus Monacho; *Roberto* Archidiacono *Lincolniæ*, Magiſtro *Malgero*, & Magiſtro *Warnero*, apud *Ludam*.

ABBBATIA

S. *Nicholai Andegavenſis.*

Hiſtoria fundationis ejuſdem.

Ex Chron. MS. S. *Nicolai Andeg.*

L*E primier fondateur de l'egliſe & Abbaye de S.* Nicholas *à eſte* Foulques *dit* Nera, *Comte d'*Aniou, *fils de* Geofray *ſurnomme* Tunica grigâ, *ou, ſelom le langage du pays lors,* Griſogonelle. *Cete primiere fundation, ou dedication fut faicte en l'an dapres l'incarnation* Mxx. *aux Calendes de* Decembre, *en l'honneur des Saincts* Nicholas *Archeveſque de* Nyche, *de S.* Hieroſme, *et de S.* Lazare *dit le bien ayme de* Jheſus Chriſt.

*Ce fut un Eveſque d'*Angers *nomme* Hubert *qui en ſolemniſa cete primier dedicace en l'an* Mxx.

Le primier Abbe fut un moine celebre, nomme Baldricus, *tire du Monaſtere de S.* Martin *de Tours.*

Les fundations et donaiſons faictes par ce Foulques Nera *furent faicte par lui l'an xxvii. du regne de* Robert *filz de* Hugues *ſurnomme le grand.*

Geofrai Martel, *filz du dit* Foulques Nera *ayant ſuccedè au Compte, fiſt pluſieurs donations à iceluy Monaſtere, qu'il fiſt confirmer et authoriſer par le Roy* Henry *premier, lors Roy de* France *l'an* Mxxxvii. *es kalendes de* Mars, *dans le Monaſtere de Sainct* Aulbin *d'*Angiers, *l'an* xxvi. *de ſon regne, et confirma tout ce que ſon pere avoit donne, en preſence de* Hubert *Eveſque d'*Angiers, *et de* Guillaume, *et* Geofrai *Comtes de* Poictiers, *de* Hubert *Comte de* Maine,

Le troiſieſme fundateur et bienfacteur de ce Monaſtere à eſte Foulques *ſurnomme* Rechin, *au temps du quel, le Pape* Urban, *ſecond du nom, dedi à l'egliſe de ce Monaſtere qui fut l'an dapres l'incarnation du filz de Dieu le* Mxcvi. *le* viii. *de ſon pontificat. Ce Pape fiſt tranſporter le corps de* Geofray Martel (*qui avoit eſte enſeveli dans le Chapitre du dit Monaſtere,*) *dans la Chappelle de Saint* Andre, *qui eſt appelle dans l'ancien Cartulaire la nef de l'egliſe di celui Monaſtere, aupres de l'autel appelle de S.* Andre, *ou il repoſe encore à preſent.*

Ce Pape confirma et authoriſa tout ce, que les precedents fondateurs avoient donne, et octroia de grandes Indulgences aux fidelles qui viſiteroient cete egliſe, &c.

Cete confirmation fut faict par le dit Pape, dans le Chaſteau de Sable *en* Aniou, *le* xvi. *des kalendes de* Mars *Indictione* iiii. *anno ab incarnatione Domini* Mxcvi. Urbani 2. *Pape* viii.

La femme primier de Geofrai Martel *ſ'appelloit* Agnes; *ſa mere ſ'appelloit* Hildegardis, *femme de* Foulques Nera; *vivoient en la troiſieſme lignee de nos Rois de* France, *du temps de* Philippe *primier.*

Ce Geofrai Martel *ſe maria en ſeconde nopces avec* Mathilde *fille de* Henry *Roy d'*Angleterre. *Cete Princeſſe en noſtre Cartulaire eſt appellee* Imperatrix; *et ce fut elle qui lega et donna pluſieurs Egliſes et Prieures aux Abbes et moynes de S.* Nicolas, *qui ſont en* Angleterre, *dont elle en avoit lors la diſpoſition (eſtant ſortie des Roys* Angloys.) *Ces Egliſes Prieures, Abbayes, et aultres ſont appelles en noſtre Cartulaire; les uns du nom, et tiltre de* Spalingue, *de* Kirkebere, Guinugâ, *de* Guilgetonâ, *de* Holbechâ, *de* Sofflecho, *cum earum elemoſinis.*

Charta Mathildis *Imperatricis, de diverſis Eccleſiis in* Angliâ.

Ex Autog. penès Abbatem & Conventum S. *Nicolai Andeg.* Anno *MDCXLvii.*

M*Athildis* Imperatix, regis *Angliæ* filia, omnibus ſuis *Angliæ*, tam Sanctæ Eccleſiæ, quàm ſecularis poteſtatis, Prelatis & Subjectis, *Francis*, & *Anglis*, & in burgo & extra burgum, ſalutem. Sciatis me gratuitò concedere & confirmare, ut elemoſinæ, quæ in *Angliâ* datæ ſunt Eccleſiæ Sancti *Nicholai Andegavenſis*, ſint ſtabiles à quocunque fuerint ei datæ, ſive tempore avi mei, *Willelmi* Regis *Anglorum* ſive ſucceſſoris ejus filii *Wil.* avunculi mei, *Anglorum* regis, ſeu patris mei *H.* ſubſequentis Regis *Angliæ*. Inter quas elemoſinas majores habemus, Eccleſia de [a] *Spalinguâ*, cum elemoſinis ei datis, Eccleſia de [b] *Kirkbeiâ*, cum elemoſinis ei datis; & Eccleſia de [c] *Guninugâ*, cum elemoſinis ei datis; & Eccleſia de [d] *Guilgetonâ*, cum elemoſinis ei datis, & Eccleſia de [e] *Holbechâ*, cum elemoſinis ei datis, & Eccleſia de [f] *Soffleto*, cum ſuis elemoſinis; volo igitur & conſtanter præcipio, ut ita liberè & honorificè Monachi præfati Sancti *Nicholai* Eccleſiæ, prememoratas elemoſinas; & præter iſtas cæteras omnes ei datas in *Angliâ* teneant, tempore meo, ut eas unquam liberiùs & honorabiliùs & quietiùs prædictorm anteceſſorum meorum temporibus tenuerunt, & cum eiſdem conſuetudinibus; præſentibus tunc *Henrico* filio meo, & Abbate *Johanne*; quo interceſſore iſtud conceſſi, & *Gaufrido* filio *Garini*; & *Rich.* Capellano, & *Folcomaro Cavillâ*, & *Sanſone* Camerario; & *Geraldo Goveſtâ*; & *Herberto* Clerico; & *Willielmo* de *Angerivillâ*, cum multis aliis.

[a] *Spilding* in Com. *Linc.*
[b] *Monkskirby.* in Com. *War.*
[c] *Wenge* in Com. *Buck.*
[d] *Willoughton* in Com. *Linc.*
[e] *Holbeche*
[f] Et *Sufflet* in Com. *Linc.*

Vide Cart. 4. E. 2. n. 95.

Et. pat. 2. E. 4. p. 3. m. 29.

Bul-

Bulla *Eugenii* Papæ.

Eugenius *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio* Bartholomeo *Abbati Monaſterii Sancti* Nicholai *ſecus* Andegaviam, *ejuſq; ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur, quod religioni & honeſtati convenire dignoſcatur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium: Eapropter dilecte in Domino fili* Bartholomee *Abbas, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum beati* Nic. *Monaſterium, cui Deo auctore te præeſſe novimus, ſub beati* Petri *& noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio, communivimus; ſtatuentes, ut quaſcumq; poſſeſſiones quæcumq; bona idem Monaſterium impræſentiarum juſtè & Canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium; ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi tuiſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc duximus propriis exprimere vocabulis de* Verlenceio, *de* Magneriâ (&c.) *in Epiſcopatu* Pictavienſi, *Eccleſiam* de Monſteriolo, *cum Capellâ ſanctæ* Mariæ *de* Liniaco (*&c.*) *In Epiſcopatu* Conſtancienſi *Eccleſiam de* Sanctonio.

In Angliâ, *in Epiſcopatu* Lincolnienſi, *Eccleſias de* Gainugnâ, *de* Spalinga, *de* Pinchebeche, *de* Sufflet, *de* Meltonâ, *de* Gueltonâ, *de* Altebergiâ, *de* Scirbecciâ, *de* Stiqueneiâ, *de* Gungutoniâ, *In Epiſcopatu* Ceſtrenſi *Eccleſias de* Quirquebeiâ, *de* Neobalo, *de* Coſtfort *de* Langue Lelefort, *de* Pett Lelefort, *de* Eſgenellâ, *de* Palintoniâ, *de* Wilebroc, *de* Guapinberiâ, *de* Sernefort, *de* Seniſtonâ, *de* Neolham. *Quæcumq; præterea bonæ memoriæ* Fulco Andegavenſis *Comes, & prædeceſſores ejus legitimè prædicto Monaſterio donaverunt* (*&c.*) *Ego* Eugenius, *catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Ego* Gregorius, *Preſbyter Cardinalis tituli* Caliſti *ſubſcripſi,* (*&c.*)

[Vide plura, (in Tomo primo) in Spalding, inter cœnobia *Benedictina.*]

ABBATIA

S. Salvatoris, *de* Conſtantino.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart 1. E. 2. n. 40. per Inſpex.

Henricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Vicecomitibus, Juſticiariis & omnibus fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe Abbaciæ Sancti *Salvatoris* de *Conſtantino*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, Capellam ſanctæ *Margaretæ* de Babyndone, cum decimis & elemoſinis eidem Capellæ pertinentibus; & cum oblationibus Curiæ *Willielmi*, filii *Willielmi*, filii *Johannis*, quæ idem *Willielmus* eidem Abbaciæ dedit, & conredii ſui decimam in eadem villâ, & paunagium *xx.* porcorum ſuorum liberum, & ad uſus ſuos, de boſco præfati *Willielmi* unaquaq; die feſſum unius hominis, vel duobus diebus unam ſummam equi: Si verò Monachus, qui ibi moratur abſens fuerit, cum redierit, & habere voluerit, habebit quantum ei indè in abſentiâ ſuâ retro fuerit: Inſuper *xvi.* acras terræ in eadem villâ ad præfatam Capellam pertinentes. Item concedo & confirmo prædictæ Abbaciæ Eccleſiam *Omnium Sanctorum* de Alingeham, cum Capellâ ſanctæ Mariæ, & cum omnibus beneficiis ad eandem Eccleſiam pertinentibus: Et præterea in eadem villâ dimidiam carucatam terræ, & viginti acras prati, & tres acras juxta Eccleſiam ad ædificium domorum ſuarum, ſicut *Willielmus* de *Solariis* eidem Abbaciæ dedit. Concedo etiam eis & confirmo terram quam *Baldewynus* de *Porteſeia* in Inſulâ de *Porteſeia* eis dedit, conceſſu Domini ſui *Adæ* de *Port*; dimidiam *ſcil.* hidam & tres acras terræ. Inſuper dedi eis & conceſſi, per totas terras meas, ut in Foreſtis meis accipiant de mortuo boſco, quantum eis neceſſe eſt, ad focum ſuum & ad claudendum haias ſuas, & paunagium dedi eis liberum in Foreſtis meis. Et volo ut non reſpondeant de hiis omnibus alicui niſi coram me vel Juſticiis meis. Hæc omnia dedi eis & conceſſi in perpetuam elemoſinam, pro amore Dei, & pro animâ *Henrici* Regis avi mei, & aliorum anteceſſorum meorum. Teſtibus, *Ricardo* de *Humet*, *Jordano Teſſy*. *Will.* filio *Joh.* *Nicho* de *Vayens*, *Will.* filio *Hamonis*, apud *Cadomum.*

ABBATIA

S. Martini *de* Troarno.

Pat. 11. R.2.p.1. m.6 per *Inſpex.*

Carta Regis Henrici *Ducis* Normanniæ, *&c. donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

HEnricus Dux *Normanniæ*, & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, miniſtris & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis*, totius *Angliæ* ſalutem. Sciatis me dediſſe & confirmâſſe Deo & Sancto *Martino Troarni*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, vel ſervituris, pro animâ meâ, & pro animabus Patris mei, & matris meæ & omnium anteceſſorum & amicorum meorum, Elemoſinas quas habuerunt in toto Regno *Angliæ*, tempore *Henrici* Regis avi mei, *ſcil. Rogentonam*, & *Horingeiam*, & *Horſleyam*; quæ omnia *Rogerus* Comes *Scroberienſis* prædicto ſancto dedit.

Horſley in Com. *Eſſex.* cella hujus Cœnobii.

Concedo etiam tres hidas terræ quas *Herlvinus* apud **Walton**, & decimas de **Grafton**, & de **Eſtretementon**, & duas maſuras in *Ciceſtriâ*; & decimam de *Merſetona*, quam *Orſmelinus* dedit. Et Eccleſiam de **Mundreham**, quam *Torſtinus* de *Fontanis* dedit. Et decimam de *Norburna*, quam *Radulphus Baſtardus* dedit. Et decimam de **Olfant**, quam *Alſcio* dedit. Concedo etiam hoc quod *Robertus* de *Romeliolo* dedit; *ſcil.* Eccleſiam S. *Andreæ* de **Witenehet**, cum terrâ ſacerdotum & decimis, quæ ad ipſam villam pertinent, & Eccleſiam de *Mapeldra*, cum terrâ Presbyteri & terrâ unius carucæ, cum pratis adjacentibus ipſi terræ, & decimis ipſius villæ, & Eccleſiam de *Molandâ* cum ſacerdote, & decimis ipſius manſionis, & terrâ ad unam carucam, cum pratis, & tres hoſpites cum terrâ ſuâ. Et in *Eſpicemut* unum hoſpitem, & Eccleſiam de *Warocle*, cum decimis. quas ipſe *Robertus* prædicto ſancto dedit. Et præter hoc volo & præcipio, quod decem hidæ de *Horſleyâ* ſe acquietent, pro ſeptem hidis de omnibus *Geldis* & omnibus rebus, ſicut Rex *Henricus* confirmavit per Cartam ſuam: Et præter hæc præcipio, quod Eccleſiam Sancti *Martini* de *Troarno* teneat benè & in pace terram & domos quas *Johannes* filius *Gilberti* prædictæ Eccleſiæ dedit, quæ ſunt apud *Wyntonam*, de foeudo Sancti *Petri* de *Hidâ*. Teſte *Willielmo* Cancellario Regis; Comite *Cornubiæ*, Comite *Gloeceſtriæ*, *Roberto* Comite *Leyceſtriæ*, *Rogero* Comite *Herfordiæ*, *Patricio*, Comite *Wilteſciræ*, *Humfredo* de *Buhun* Dapifero, *Richardo* de *Humez* Conſtabulario, *Elia Giffard*.

ABBATIA

S. Victoris *de* Caleto, *in* Normannia.

Carta Regis Henrici ſecundi, *de libertatibus & privilegiis huic cœnobio conceſſis.*

Cart. 2. E. 3. n 94. per Inſpex.

H Dei gratiâ Rex *Anglorum*, & & Dux *Normannorum*, & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Abbatiæ S. *Victoris* Martyris, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes, quæ eis factæ ſunt, & confirmatæ Cartis omnium donatorum ſuorum; Regum *ſcil.* Comitum, & Baronum, & omnium Dominorum, & amicorum ſuorum. Do etiam & concedo prædictæ Abbatiæ in propriis rebus & manipeſtui ejus, libertates & quietancias, de paſſagio, theloneo & omni ſervili conſuetudine, per totam terram meam, cis mare & ultra; *ſcil.* in portibus maris & in portibus *Sequanæ*; & in Civitate *Rothomagenſi* quietanciam de Theoloneo, & de modiatione, & de omnibus aliis conſuetudinibus. Præcipio etiam ut habeant ſatis ad neceſſaria de Foreſtâ de *Alwi*, mortuum boſcum ubicunq; invenient; Set quia ſæpiùs defecit ibi, & non poteſt inveniri, volo ut habeant præter hoc ſatis de ramis & frondibus, & reſiduum carpentariorum, & ea omnia quæ gentes de patriâ ſument, per licentiam, ad ignem faciendum, vel ad alia neceſſaria; & ad domos reficiendas habebunt de maiori boſco per liberationem capto. Volo etiam & præcipio, ut maneria præfatæ Abbatiæ de *Angliâ*, ſcilicet *Hunlavintona*, **Claford**,* & *Strafella* habeant quietancias & libertates ſuas, de ſciris, & hundrez & hidages, & danegelt, herbagium & paſnagium ſibi quietum, & manipaſtui eorum in omnibus foreſtis meis in omnibus civitatibus meis, caſtellis, burgis, mercatis, paſſagiis, portibus, cis mare & ultra, do eis quietantiam & libertatem de paſſagio, thelonio, & omni alia conſuetudine. Præter cætera volo & jubeo, ut juſtè habeant fugitivos ſuos ubicunq; eos invenient; Nec aliquis retineat eos, nec catalla eorum ſuper forisfacturam *x. l.* & ſimiliter habeant nativos ſuos. Præcipio etiam ut pecunia prænominatæ Eccleſiæ non capiatur in nampnum, nec hominum ſuorum, pro debito vel forisfacto *Hugonis* de *Mortuomari*, aut hæredum ipſius, vel quorumlibet hominum ſuorum: Et ſi ſuper hoc capta fuerit pro debito vel forisfacto alicujus illorum, reddatur quieta. Volo itaq; & firmiter jubeo ut Abbacia *S. Victoris*, & Monachi Deo in ea ſervientes omnia ſupradicta habeant rata & teneant in libera & perpetua elemoſina, benè & in pace, (&c.) T. *Rad.* de

Wannevill

* in Com. *Wiltſ.* Cella hujus Cœnobii.

Wannevill Cancellario, Magiſtro *Waltero* de *Conſt.* *Seihero* de *Quenci*; *Hugone* de *Creſſeio*; *Raginaldo* de *Pavilleio*, apud *Juliam bonam*.

ABBATIA

S. Walerici, in Picardiâ.

Cart. 54. H.3.m.10. per Inſpex.

Carta Regis Henrici *ſecundi*, donatorum *conceſſiones recitans & confirmans.*

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Archiep. Epiſc. Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, & omnibus miniſtris, & fidelibus ſuis ſalutem: Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beati *Walerici*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam & liberam elemoſinam, omnes terras & teneuras ſuas, & omnes decimationes dominicorum ſuorum, & omnes donationes, quæ donatæ ſunt eis in elemoſinam, vel donabuntur; *viz.* *Tacheleyam* * cum pertinentiis ſuis, *Wallam*, & *Daneſiam* cum pertinentiis ſuis, **Arthitun**, & **Lindeſele** cum pertinentiis ſuis, **Medelburi** & **Byleghengre** cum pertinentiis ſuis; & quicquid habuit in **Mangedene**, & in **Botilton**, & in **Machekes**, & in **Chavenfeld**; Eccleſias etiam de **Hiſtelworthe**, & de **Heſtune**, & de **Ticheham**, & de **Canton**, & quicquid habent apud **Henton**, vel alibi. Nulla antem perſona, parva vel magna, per debitum, ſeu per conſuetudinem, aut per violentiam, aliquid ab hominibus & terris & poſſeſſionibus prædicti Monaſterii exigat, non equitationem, ſeu expeditionem; non Pontium vel Caſtrorum ædificationem, non veicula, non ſummagia, non vectigalia, non navigia, non opera. non tributa, non xenia, non leſtagia, non *Tethingpanie*, non *Timpany*. Et habeant quietanciam de exartis & ex vaſtis nemorum.

* **Tackley** in *Eſſex.* cella hujus Cœnobii.

Vide Clauſ 4. E 3.m.4. & m.4.

Nullus verò foreſtarius Regis quicquam ſe intromittat de boſcis Abbatis & Monachorum, qui ſunt in foreſtâ, ſet omnem libertatem & poteſtatem, quam habet Rex in boſcis ſuis, habeant & Monachi in omnibus boſcis ſuis; & ſint ipſi & homines eorum & res ipſorum abſoluti & liberi à *Danegeldis*, & omnibus *geldis*, & de *hydagio*, & *portagio*, & *paſſagio*, & *Thelonio*, & auxilio Vicecomitis & præpoſitorum, & *Wardiani*, & omni aliâ exactione, in Nundinis, in foris quorumcumq; ſint, in terris, in aquis, in tranſitibus pontium & maris portuum; per totam *Angliam* & *Normanniam*, & per totam terram meam in omnibus rebus, & in omnibus locis. Sintq; Abbatis & Monachorum, de hominibus ſuis, & de alienis in eis, foriſfacientibus, vel ibi cum foriſfacto interceptis, placita omnia cum *ſocca* & *ſacca*, & *tol*, & *Them*, & *Infangenethef*, & *Utfangenthef*, & *hamſoca*, infra burgum & extra, in viis, & ſemitis, & in omnibus locis. Habeantq; Abbas & Monachi in totâ poſſeſſione ſuâ omnem juſtitiam, de aſſaltu, & ſanguinis effuſione, & pacis infractione: Sintq; liberi & quieti de *Shiris* & *Hundredis*, & placitis, & querelis, & omnibus conſuetudinibus. Prohibemus etiam, ne pro aliquâ cauſâ ponantur in placitum de tenementis ſuis, niſi coram me vel coram capitali Juſtitiâ, quia non permitterem judicium fieri de elemoſinâ meâ, & anteceſſorum meorum, niſi coram me. Nec quicquam teneatur de donationibus, quæ factæ ſunt per non ſapientes Abbates de terris & tenementis Sancti *Walerici*, niſi confirmatione Conventus, & Sigilli ejus appoſitione.

Volumus igitur & firmiter præcipimus, quod prædicti Monachi hæc omnia prædicta, in omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & quietanciis prædictis, benè & in pace, liberè & quietè, & integrè habeant imperpetuum, & honorificè teneant. T. *Rogero* Epiſcopo *Sarr.* & *Walderico* Cancellario; & *Reginal. de S. Walerico.*

De Manerio de **Takeleye** *huic Cœnobio ſpectante.*

Clauſæ 4. Ed. 3. m. 42.

REx dilecto & fideli ſuo *Simoni* de **Bereford**, Eſcaetori ſuo citra *Trentam*, ſalutem. Cum nuper volentes certiorari ſuper cauſâ captionis terrarum & tenementorum Abbatis de Sancto *Valerico*, in Comitatu *Eſſexiæ* per vos, ut dicebatur, in manuum noſtram, vobis mandaverimus quod nos ſuper cauſâ prædictâ ſub Sigillo veſtro redderitis certiores, ac vos nobis retornaveritis, quod ex relatu fide dignorum accepiſtis, quod frater *Johannes*, nuper Abbas de Sancto *Valerico* in *Picardia* diem clauſit extremum, propter quod Manerium de **Takkeleye** * & quaſdam alias terras & tenementa, cum pertinentiis in Comitatu prædicto, quæ ſunt temporalia Abbathiæ S. *Valerici* in *Anglia*, & quæ de nobis tenentur in Capite, ut intellexiſtis, quæ eciam fuerunt in cuſtodiâ fratris *Andreæ* de *Bona*, Prioris & Procuratoris, ipſius Abbatis in *Anglia*, cepiſtis in manum noſtram, tanquam cuſtodiam ad nos pertinentem, ratione vacationis ejuſdem Abbatiæ: Poſtmodumq; ex parte ipſius Prioris accipientes, quod prædictus Abbas Manerium & omnia terras & tenementa prædicta, per Cartas progenitorum noſtrorum, quondam Regum *Angliæ* tenet in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, abſq; aliquo ſervicio indè faciendo; & quod eadem Manerium, terræ, & tenementa, vacante Abbatiâ prædictâ, per mortem alicujus Abbatis loci illius, in manus alicujus progenitorum noſtrorum aliquibus temporibus retroactis capta vel ſeiſita fuerunt; & quod aliqui progenitorum noſtrorum, exitus ſeu proficua aliqua indè, prætextu alicujus vacationis Abbatiæ prædictæ, nullatenus perceperunt: Volentes inde

* Cella de **Takkeleye** in Com. *Eſſexiæ*.

de certiorari, vobis mandaverimus, quod per ſacramentum proborum & legalium hominum de balliva veſtra, per quos rei veritas melius ſciri poſſet, diligenter inquireretis, utrum manerium, terræ, & tenementa illa, temporibus vacationis Abbathiæ illius per mortem alicujus Abbatis loci prædicti, in manus alicujus progenitorum noſtrorum capta vel ſeiſita fuiſſent, necne; Et ſi ſic, tunc quo tempore, & per cujus Abbatis mortem, & ſi aliqui progenitorum noſtrorum ratione vacationis hujuſmodi exitus & proficua aliqua perceperunt necne.

Eſc. de *Ad quod Dampnum* 3 *E.* 3 n. 88.

Ac per inquiſitionem inde de mandato noſtro per vos ſic captam, & in Cancellariâ noſtra retornatam, compertum ſit, quod Abbas Monaſterii Sancti *Valerici* in *Picardiâ* & Monachi ibidem Deo ſervientes, feoffati fuerunt de manerio, terris, & tenementis prædictis, in puram & liberam elemoſinam, abſque aliquo ſervicio indè faciendo de dono & per Cartam Domini *H.* quondam Regis *Angliæ*, progenitoris noſtri; quam quidem Cartam *Dominus H.* quondam Rex *Angliæ*, proavus noſter poſtmodum confirmavit; & quod Manerium terræ & tenementa illa, poſt mortem alicujus Abbatis loci prædicti, in manus alicujus progenitorum noſtrorum capta ſeu ſeiſita non fuerunt; & quod iidem progenitores noſtri exitus vel proficua aliqua indè non perceperunt; vobis mandamus quod vos de Manerio, terris & tenementis prædictis, quæ eidem Priori, unà cum exitibus indè perceptis per ſufficientem ſecuritatem vobis per ipſum inveniendam de reſpondendo nobis de exitibus Manerii, terrarum & tenementorum prædictorum, ſi ad nos deberent pertinere, nuper reſtituti mandavimus, ulteriùs non intromittatis, exitus indè ſi quos perceperitis præfato Abbati, vel ejus procuratori prædicto reſtituentes, ac ipſum & ejus manucaptores de dictâ ſecuritate exonerantes. Teſte Rege apud **Eltham** *xxx* die *Januarii.*

ABBATIA

S. *Wandragiſili*, in dioceſi *Rothamagenſi*.

Par. Nor. 7. *H* 5. p. 2. *m* 8. per Inſpex. Vide Par. 7 H 5, p. 1 m. 6.

Philippi quinti, Regis, *Franciæ*, & *Navarræ* diploma, *Ricardi* & *Roberti Normanniæ* ducum Cartas recitans & confirmans.

REx omnibus ad quos, &c Inſpeximus quaſdem literas patentes inclitæ recordationis Domini *Philippi* quondam *Franciæ* & Navarræ Regis, progenitoris noſtri, factas in hæc verba. *In nomine Sanctæ & individuæ* Trinitatis, *Amen.* Philippus *Dei gratiâ* Franciæ *& Navarræ Rex. Inter cætera virtutum preconia, quibus regalem excellentiam condecet venuſtari, illud credimus eſſe nec minimum, ſi ad Dei ſacroſanctas Eccleſias & maxime religioſas in ſuorum conſervatione jurium ſe liberalem exhibeat & benignam.* Sane ex *parte Religioſorum virorum Abbatis & Conventus Monaſterii Sancti* Wandragiſili, Rothomagenſis *dioceſis, quod ab ipſo ſancto & prædeceſſoribus noſtris* Franciæ *Regibus piâ devotione fundatum in noſtrâ exiſtit, cum omnibus ſuis membris, regali gardia ſpeciali, nobis fuerunt exhibitæ plures literæ, Cartæ atque cyrographi, ſeu antiquæ ſcripturæ; qui quidem cyrographi ſeu* Scripturæ*, nullo ſunt, nec unquam fuerunt aliquo Sigillo muniti, jura plurima ejuſdem Monaſterii continentes, qui in ſuis quibuſdam partibus propter vetuſtatem nimiam, & palpationem frequentem detrimentum aliquod ſuſtinebant, ſupplicando humiliter & attentè, ut literas, Cartas, cyrographos, ſeu antiquas ſcripturas hujuſmodi, in formam debitam, & ſcripturam novam redigi, noſtroque muniri Sigillo regio, juberemus; eoſque noſtra confirmare auctoritate regia dignaremur. Nos autem progenitorum noſtrorum, qui ad ſanctas Dei Eccleſias piè jugiter geſſiſſe noſcuntur devotionis affectum, quantum cum Deo poſſimus, veſtigiis inhærentes, dictorum Religioſorum ſupplicationibus inclinati, literas, Cartas cyrographos, ſeu antiquas ſcripturas præfatas, & contenta in eis, ne fides ipſarum ſine memoria, propter vetuſtatem & deteriorationem earundem, deperire futuris temporibus valeat, præfatis religioſis, quatenus de præmiſſis ritè & legitime hactenùs uſi fuerunt, & in eorum poſſeſſione exiſtunt, auctoritate noſtra regia ex certa ſcientia confirmamus & in formam communem & ſcripturam novam redigi mandavimus, ſub ſuis tenoribus; quorum aliqui ſequuntur in hac verba.*

Carta *Richardi Normannorum* principis. Vide etiam Cart. 14. E. 1. n. 34.

Pax ubique hæc elementa legentibus. Quia humanâ fragilitate præpediti, atque terrenâ inhabitatione aggravati, in multis offendimus omnes, eorum nobis patrocinia comparare neceſſe eſt, qui & carnis impedimenta viriliter abrupere, & mundana fideliter proterentes inſeri, Cœleſtibus meruere. Quod ego *Ricardus*, nutu Dei *Normannorum* Princeps, advertens, conſideratis *Fontanellenſis* cœnobii privilegiis, ſuggerentibus Abbate & fratribus, niſi nonnullas libertates in unum colligere, quæ ſub diverſis cyrographis habentur, de Sancti *Wandregiſili* poſſeſſionibus, quia Cartæ, quæ plures ſunt numero facile aut negligentiâ ſepæ perduntur, aut fraude malignorum furtim ſubtrahuntur: Igitur hæc omnia quæ ſubterſcripta ſunt, ab antiquis temporibus uſque ad noſtra tempora ad *Fontavellenſe* Monaſterium legitimo jure probantur pertinere; *Fontanella*, ubi conſtructum eſſe videtur illud Monaſterium, quod priſtino nomine ſic eſt dictum, cum viculis ad ipſam reſpicientibus; *videlicet Gotvilla*, *Bethevilla*, *Reſenciaco*, *Caldebec*, *Anſgothmoulins*, cum omnium earum juſticiâ, altâ, & baſſâ, per totam aebdomadam nundinarum mediæ *Quadrageſimæ*, &

arreſtis. Inſuper totam aquam fluentem ab *Anſgothmoulins* ad fluvium *Secanæ*, cum omni piſcariâ; decimam quoque totius theolonei, quod *Rothomagi* accipitur: Et in ſuburbio ejuſdem urbis, Eccleſiam Sancti *Laurentii* cum hoſpitibus & terrâ ad eandem pertinente, & conſuetudinibus. Et in eadem urbe domum unam ſimiliter de *Archis* & Eccleſiam cum decimis & hoſpitibus, & piſcariâ per totam hebdomadam præcedentem feſtum Sancti *Wandregiſili*.

Similiter decimam thelonei de *Dyeppa*, Eccleſiam de *Boutelles*, cum decimis, terris & hoſpitibus. Eccleſiam de *Martegny*, cum decimis, terris & hoſpitibus. Eccleſiam Sancti *Albini*, cum decimis & *xii.* bovatis terræ, & hoſpitibus, *Nothmilla*, cum omnibus ſuperiùs nominatis, ſolidis, ac quietis ab omni pontificali querela, *Cartint* in plano & boſco, & villulis ſibi adjacentibus, cum duobus molendinis & piſcariâ, Eccleſiam de *Gonneville*, & quatuor hoſpites. In *Bertrevilla ix.* hoſpites, cum duobus cottariis, & decimis & allodium quem de me tenebant *Oſbernus* & *Anfredus* frater ejus, in Monaſterio *Odilerii*, cum Eccleſia, terris, ac ſilvis, & Capellâ Sancti *Deſiderii*, quando facti fuerant Monachi, quorum ſororem *Papiam* duxi in uxorem. Villam quæ dicitur *Fontes*, in *Brayo*, in plano & boſco, & Eccleſiam. *Brandiancourt*, cum Eccleſia, Eccleſiam de *Novo Boſco*; Eccleſiam de *Boſmenil* cum ſuis pertinentiis. *Eſclaveles* & Eccleſiam, cum conſuetudinibus in foreſtâ *Braemonſtier*, & Eccleſiam. Eccleſiam de *Freanville* cum pertinentiis, & hoſpitibus. Eccleſiam de *Baſleyo*, cum pertinentiis, *Gliſcuriam* in plano & boſco, cum Eccleſiâ *Bethencourt*, cum aquâ, molendinis, & pratis. Eccleſiam de *Guolemecurt*, cum decimis, & aliquâ parte terrarum. Eccleſiam de *Greinville*, cum decimis, terris, & hoſpitibus. Et in *Cotheriaumont vii.* hoſpites. In *Bernovilla* terram & hoſpites. In *Eſtrutat*, terram & hoſpites, & unam navem liberam & quietam, ad omnem piſcationem per omnes portus *Normanniæ*. In *Fiſcammio*, unum molendinum. *Voranaſt*, & *Hotot*, cum Eccleſia & pertinentiis. Et in *Scrutavilla ii.* hoſpites. *Lounetot* & Eccleſiam, cum decimis & terris apud *Mallenrier*. Liberum quoque tranſitum battorum eorum, ſive navium per *Sequanam* aſcendentium aut deſcendentium, vina aut blada ſeu aliqua alia portantium, & ab omni couſtumâ pontagii vel tranſverſi, quantum extenditur juſticia mea in pago *Bajocaſſino*. Liberiatum cum Eccleſiâ, & omnibus ſuis appendiciis, & Eccleſiam de *Calvomonte*. Eccleſiam de *Chens*, cum totâ decimâ, & terram unius carrucæ ſufficientem, & *ix.* hoſpites. Eccleſiam *Maſinpatric. Baſly* & Eccl. cum decimis, & hoſpitibus & uno molendino. Apud *Cadomum* unum hoſpitem, & decimam Nundinarum de prato.

In *Oximenſi* pago, Eccleſiam de *Oximis*, cum decimis, & duos hoſpites; & decimam thelonei. Eccleſiam *Cambagi*, cum decimis & hoſpitibus & theloneo. Eccleſiam *Ulmiri*, Eccleſiam de *Avenele*. Eccleſiam de *Argentele*, cum decimis & hoſpitibus. Hæc omnia non ex dono alterius, ſed ex meâ largitione Cœnobium *Fontanellenſe* in perpetuum teneat, ad reſtaurationem ejuſdem loci; quia malinguis & perverſis dudum ſubverſum fuiſſe dignoſcitur. Quæ meâ auctoritate corroboro, ac confirmo, ac cum conſilio & auctoritate Epiſcoporum & Abbatum meorum æterno anathemate ferio eos omnes, qui indè fraude aut violenciâ aliquid ſubtraxerint, aut alienaverint, cum teſtium ſubter aſcriptorum firmâ aſtipulatione. Signum *Ricardi* Principis ✠ qui hanc Cartam fieri juſſit. Signum *Papiæ* ✠ Comitiſſæ. Signum *Roberti Rothomagenſis* ✠ Archiepiſcopi. Signum *Hugonis* ✠ *Ebroicenſis* Epiſcopi. Signum *Ricardi* filii ✠ Comitis. Signum *Ro* ✠ *gerii Montis Gomerii*. Signum *Lannomari* ✠ militis de *Budeiot*. Signum ✠ *Odonis* filii *Lannomari*. Signum *Wl* ✠ *lerini* filii *Oſberni*. Signum *Gille* ✠ *berti* de *Noviers*. Signum *Ricar* ✠ *di* filii *Gilleberti* Comitis. Signum ✠ *Mangeſi* Epiſcopi *Abrincatenſis*. Signum *Roberti* ✠ Epiſcopi. Signum ✠ *Giraldi*. Signum *Giſ* ✠ *leberti* de *Freſnoyſe*. Actum *Fiſcani* publicè menſe *Auguſto*, anno ab incarnatione Domini *M. xxiv.* Indictione ſeptimâ, Regnante *Roberto* Rege.

Charta *Rob. Norm.* Principis.

Item ego *Robertus*, diſpoſitione divinâ *Normannorum* Princeps, hanc Cartam, quam prædeceſſores mei confirmaverunt, egoq; cum eis firmavi, nunc quoq; firmo perpetuæq; immunitati ea quâ utor poteſtate roborata mando, & quæ ſubter aſcripta noſtris temporibus ſunt addita, ſuggerente *Gradulpho* Abbate cœnobii *Fontenillæ*, eadem firmitatis aſtipulor auctoritate; id eſt, *Fieri villam*, cum Eccleſia, & cum omnibus ad ipſam pertinentibus, in planis & ſilveſtribus, quam idem *Gradulphus* à me peciit, rogante *Vernonenſi Hugone*, qui eam de me tenebat eo tempore: Villam quoq;, quæ dicitur S. *Stephani*, cum viginti quatuor arpentis pratorum, & omnibus conſuetudinibus, tam in terra, quàm in aqua inde exeuntibus, quam prædictus Abbas emit *lxxx.* denariorum libris, me volente, à *Hugone* Archidiacono, qui eam ex me tenebat in beneficio. Quartam quoq; partem villæ, quæ dicitur *Luvetot*, id eſt terram *Durandi* militis, quam præfato Abbati, cum ſervicio filioq;, ipſius dedi. Villam etiam, quæ *Briol* vocatur, quam injuſtè cultam, ſano uſus conſilio juſtè reddidi. Decimam inſuper Nundinarum totiuſq; Comitatus *Oximenſis*, & omnium mercationum. Terram quoq; *Goſelini*, quæ eſt in *Sefredivilla* ſufficiens uni carcutæ; & unum & alterum, id eſt duos hoſpites. ✠ Ego *Willielmus*, pro redemptione animæ meæ, Sancto *Wandregiſilo*, & ei famulantibus vineam meam, cum terrâ concedo, poſt deceſſionem meam, & filiæ meæ, quam habet *Aſcelinus*; ipſi verò Monachi ſemper habent comparationem vinearum. Quam largitionem ſi quis violare præſumpſerit anathema ſit ✠. Signum *Roberti* Comitis & Ducis *Norm.* ✠ Signum *Roberti* Arch. Signum ✠. *Hugonis* ✠. *Gileberti* Comitis ✠. *Engelrandi* Comitis ✠. *VVillielmi* filii

filii *Roberti* Comitis. Signum *Oſberni* ✠. *Toroldi* ✠. *Achardi* ✠. *Turſtini* ✠. *Rodulphi*; Magiſtri *Willielmi* filii *R.* Comitis. Signum *Anſchetilli* Vicecomitis. Noſtræ tamen intentionis exiſtit, quod per hanc confirmationem, vel innovationem præfatis Religioſis, adverſùs nos, ſen quemcumque alium quomodolibet, in poſſeſſione vel proprietate, jus novum nullum acquiri valeat, nobiſve aut quibuſcumq; noſtris ſubditis modo quolidet, nullum prejudicium generetur; Noſtro etiam & alieno in omnibus jure ſalvo. Quod ut perpetuæ ſtabilitatis robur obtineat, præſentes literas Sigilli noſtri impreſſione, regiique nominis caractere inferiùs deſignato fecimus communiri. Act. *Pariſ.* anno incarnati verbi *Milleſimo treceteſimo decimo nono*, Regni verò noſtri anno terico, Menſe *Novembris*, Aſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt, & ſigna (dapifero nullo.) Signum *Henrici* Buticularii; ſignnm *Ludovici* Camerarii; ſignum *Galcheri* Conſtabularii.

ABBATIA

Xantonenſis, in *Aquitanenſi provincia.*

Cart. 1. *Joh.* p. 1. m. 27. n. 53.

Crata Johannis *Regis, libertates dicto cœnobio, conceſſas, ratificans.*

J*Ohannes* Dei gratiâ, &c. Noveritis nos conceſſiſſe & præſenti Carta noſtra confirmâſſe, pro ſalute animæ noſtræ, & Dominæ *A.* Reginæ *Angliæ*, matris noſtræ, & bonæ memoriæ Regis *Ricardi* fratris noſtri, & omnium parentum noſtrorum, Abbathiæ & Monialibus beatæ *Mariæ Xantonenſis*, omnia jura & libertates ſuas, quas habuerunt, & tenuerunt de dono *Galfridi* Comitis *Pictavorum*; & Comitiſſæ *Agnetis*, & aliorum anteceſſorum noſtrorum; Tenendas & habendas pacificè, liberè, integrè & quietè, ſicuti eas umquam meliùs habuerunt & tenuerunt, ita ne aliquis in poſſeſſionibus ejuſdem Abbathiæ herbergamentum, aut queſtum aut procurationem, aut cabalcatam, aut excercitum, aut aliquam aliam injuſtam conſuetudinem vi aut terrore, ulteriùs exigere præſumat; Set homines ſuos quietos & liberos, & jugeriam de homicidio, de furto, de raptu, de incendio, prorſus duntaxat, ſicut Cartæ Donatorum teſtantur, quod de jure habere debeant. Teſtibus S. *Bathon.* Epiſcopo. *Willielmo* mareſcallo, &c. Data per manum *H. Cantuar.* Archiepiſcopi Cancellarii noſtri apud *Rothamagum* primo die *Auguſti* anno regni noſtri primo.

CLUNIACENSE

Cœnobium, *in Ducatu* Burgundiæ.

Ex Cartulario *Cluniac.* per v. cl. *Andr. du Cheſne* deſumptum.

Carta Rogeri *Comitis* Salopiæ, *de Manerio de* Chelton.

CUM omnis mundanorum poſſeſſio hominibus à Deo concedatur, ut ipſi dignè indè ſerviatur, (&c.) Hoc conſiderantes, ego *Rogerius* Comes, uxorq; mea *Adelidis*, unum ex poſſeſſione Manerium, quod *Celtona* vocatur, damus & perpetuò habendum concedimus Eccleſiæ S. *Petri Cluniaci*, & S. *Mariæ* de *Marcilleio*, tam ipſum Manerium, quam omnia quæ ad illud pertinent, in terrâ, pratis, (&c.) Hoc autem devotionis noſtræ donum conceſſit Dominus noſter *Willielmus Anglorum* Rex, & Dux *Norm.* Concedit hoc etiam Dominus noſter *Willielmus* Rex, filius ejus & ſucceſſor in Regnum, (&c.) S. *Willielmi* Regis ✠. S. *Rogerii* Comitis ✠. S. *Henrici* de *Bellomonte* ✠. S. *Thomæ* Archiepiſcopi ✠. S. *Roberti* filii *Hamonis* ✠.

ABBATIA

de Alneto.

Ex Col. MS. cl. v. *Andr.* du *Cheſne.*

Carta Willielmi *de* Similleio. *de ſitu loci Abbatiæ prædictæ.*

NOtum ſit, præſentibus & futuris, quod ego *Willielmus* de *Similleio* filius *Engeranni* de *Humeto*, anno ab incarnatione Domini *MCXCIX.* bono animo conceſſi, & præſenti Cartâ Sigillo meo munitâ confirmavi Deo & Abbatiæ de *Alneto* (&c.) donationes, quas ſinguli anteceſſorum meorum, & ego, Deo & dictæ Abbatiæ fecimus; *ſcilicet* locum in quo prædicta Abbatia conſtructa eſt, cum vivario & molendinis, (&c.) & quandam manſuram in burgo de Caſtello meo; & totam villam quæ dicitur *Ferraria*, cum omnibus nemoribus & pertinentiis ſuis, exceptâ Eccleſiâ & molendino, (&c.) Et Eccleſiam S. *Ebremundi* de *Similleio*, cum omnibus Capellis, & pertinentiis ſuis, (&c.)

Dimiſſio

Ex ipſo autographo in Curia *Augment.*

Dimiſſio Eccleſiæ de **Burtlington** *ad perpetuam firmam.*

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſentes literas viſuris, vel audituris; pateat per præſentes, quod cum religioſi viri Abbas & Conventus de *Alneto*, *Bajocenſis* dioceſis, Ordinis *Ciſtercienſis*, decimas garbarum provenientium de dominicis terris, nunc Domini *Johannis* de **Langelege**, & Dominæ Prioriſſæ, & Conventus de *Cellâ*, infra territorium de [a] *Berenceſtria* ſcituatas, legitimè fuiſſent aſſecuti, ratione Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de [b] **Burtlyngton**, eiſdem Abbati & Conventui de *Alneto*, & eorum ſucceſſoribus, imperpetuum canonicè appropriatæ, (&c.) Abbas de *Alneto* dimiſit Eccleſiam de **Burtlington**, Priori & Conventui de *Berenceſtria*, ad perpetuam firmam; Reddendo quadraginta ſolidos per annum, (&c.) Dat. decimo quarto *Maii*, Anno *MCCCiv*.

a In Com *Oxon.*
b intra Regnum *Angliæ.*

In dorſo ejuſdem.

Controverſia inter Priorem de **Bisseter** *& Priorem de* Alneto.

PRior & Conventus de **Berencester** dimiſerunt *Galvano Beke* de *Florentia*, & *Stephano* germano ſuo, Eccleſiam præbendalem de **Sotton**, cum Capellâ de **Wokingham**, & earum Maneriis, Anno Domini *mileſſimo, trecenteſſimo*, in feſto Sancti *Hillarii*, (&c.) ad terminum duorum annorum, pro redditu ducentarum librarum ſterlingarum, &c.

ABBATIA

de Bono-portu.

Pat Norm. 8.H.5.m. 6 n.3 per Inſpex.

Carta Ricardi *primi ejus nomine*, Anglorum *Regis; de fundatione ejuſdem.*

R*Ichardus* Dei graciâ Rex *Angliæ*, (&c.) Sciatis nos dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti Chartâ noſtrâ confirmâſſe, pro ſalute animæ noſtræ, & anteceſſorum noſtrorum, in puram, & perpetuam elemoſinam, Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Bono-portu*, quæ in Foreſtâ noſtrâ de *Bord.* ſita eſt & fundata; in loco *ſcilicet*, qui prius dicebatur *Mareſdans*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus de ordine *Ciſtercienſi*, locum ipſum de *Mareſdans*, in quo prædictam Eccl. ad honorem Dei & beatæ Virginis *Mariæ* fundavimus; & totam haiam de *Mareſdans*, ſicut chiminus dividit eandem haiam à foreſtâ, & in eadem Foreſta de *Bord. ſc.* in loco qui dicitur *Balnea Morm.* & circa locum illum, viginti carrucatas terræ; *ſcil.* unicuiq; carrucatæ ſexaginta acras terræ ad perticum noſtrum; *viz.* viginti quinq; pedum. Dedimus etiam eiſdem in prædictâ Foreſtâ, omnia neceſſaria ad propria harbergagia facienda, & ad ignem ſuum, & ad omnes uſus ſuos, & paſturam ad omnes beſtias ſuas per totam Foreſtam illam & quietanciam paſnagii de porcis ſuis & hominum ſuorum & examina apum in uſum Eccleſiæ.

Dedimus etiam eis omnes vineas, quas habebamus apud *Guanereio*, cum pertinentiis ſuis, & totum cloſum de *Lere*, cum ſuis pertinentiis, & omnes vineas & vina, quæ habebamus in valle *Rodob.* & omnia prata noſtrâ, *ſcil.* de *Guanereio*, & de *Hinna*, de *Lowers*, & de *Wiſtarvilla*, de *Leyre*, cum peſticiis ejus, & omne fenum noſtrum in valle *Rodob.* quod venire ſolebat ad grangias noſtras, excepto illo quod vadit ad carrucas & ad feoda ſervientium; & omnem aquam ad faciendum in eâ quicquid voluerint, & omnes piſcarias, & Molendinum de *Roſes* cum pertinentiis, & omnes redditus, quos habebamus à *Ponte-Arche* in *Sicanâ* ſurſum uſq; quantum durat vallis de *Rodob.* & quietanciam per mare, & per terram, & per aquam de omnibus rebus ſuis & hominum ſuorum, de modiatione etiam viri ad omnes uſus ſuos, & de omni aliâ conſuetudine in omni poteſtate noſtrâ.

Dedimus etiam prædictis Monachis decem carrucatas terræ in Foreſtâ noſtrâ de *Arorum* unicuiq; carrucatæ ſexaginta acras terræ ad ſuâ pradictam particam noſtram, ad faciendum ibi grangiam, & ad beſtias ſuas, & ad bladum ſuum, & ad ea quæ voluerint, & in eadem Foreſtâ ligna ad ædificia ſua facienda, & ad ardenda quantum opus habebant ad omnes uſus ſuos, & in eadem Foreſtâ herbagium beſtiis ſuis quotcunq; in nemore illo, quo voluerint habere, & quietanciam paſnagii porcis ſuis. Dedimus quoq; jam dictis Monachis, centum marcas de redditu noſtro de villâ de **Dieppe** in perpetuum, ſingulis annis, ad duos terminos perſolvendos; *ſcil.* medietatem ad *Paſcha* & medietatem ad feſtum Sancti *Michaelis*.

Dedimus etiam eis, habendam & tenendam in perpetuum in proprios uſus ſuos, Eccleſiam de *Crikobce*, integrè, cum omnibus pertinentiis ſuis. Volumus autem vos ſcire, quod advocacio ejuſdem Eccleſiæ nobis adjudicata fuit per recognitionem in Curiâ noſtrâ. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicta Abbathia noſtra, & Monachi, & fratres in eadem domo Deo ſervientes habeant & teneant in perpetuum, omnia ſupradicta benè, & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, in boſco & in plano, (&c.) Teſtibus *Willielmo* filio *Radulphi*, tunc Seneſcallo *Norm. Rob.* de *Harecourt*, Magiſtro *Maugero* Archidiacono *Ebroicenſi*; *Johanne* de *Alent*, Archidiacono *Luxovienſi*, *Will. Tobomer*, *Petro* de *Pratellis*, & pluribus aliis. Data per manum Magiſtri *Guarini* Prioris *Loel vend.* tunc gerentis vicem Cancellarii, apud bellum Caſtrum de *Rupe*, viceſſimo octavo die *Februarii* anno Regni noſtri nono.

ABBATIA

S. Mariæ de Voto, *apud* Cæſariſburgum *in* Normanniâ.

Pat. *Norm.* 7 *H.* 5. p. 2. n. 38. per Inſpex.

Carta Regis Henrici *ſecundi, de Fundatione ejuſdem.*

Vide Pat. *Norm.* de anno 8. *H.* 5. m. 3.

REx (&c.) Inſpeximus Cartam, (&c.) *Henrici*, quondam Regis *Angliæ*, progenitoris noſtri, factam in hæc verba. *Henricus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem, Sciatis me, & Dominam matrem meam *M.* Imperatricem, *H.* Regis filiam, fundâſſe Abbathiam Sanctæ *Mariæ* de *Voto* de ordine *Ciſtercienſi*, pro amore Dei, & pro anima prædicti Regis avi mei, & pro anima *G.* Comitis *Andegaviæ*, patris mei, & aliorum parentum & anteceſſorum noſtrorum, & pro ſalute noſtrâ, & hæredum noſtrorum, & pro ſtabilitate & pace *Angliæ* & *Normanniæ*: Et hinc Abbathiæ & Monachis in ea Deo ſervientibus, dedimus in elemoſinam perpetuam, & confirmavimus totum Dominium noſtrum ipſius vallis, in qua fundata eſt, inter *Inſulam bonam* & *Bolibee*. In Foreſta etiam *Fiſcanni*, totam terram, quam metæ ibi poſitæ demonſtrant, *ſcil.* *Belfaiellum* & boſcum, ſicut via *Girenillæ* dividit, quæ dirigitur per magnam vallem uſq; ad *Tyham Anlapi*, cujus totius terræ diviſæ ſunt iſtæ; vallis prædicta, vallis de *Caſa Orgri*, vallis de *Sturnello* uſq; ad *Cantelupum*; & exinde per vallem quæ dicitur vallis *Sequanæ* uſq; ad Calceiam in diviſis de *Theboltot*, & ſicut termini *Girevillæ* dividunt uſq; ad viam ſupradictam. Dedimus etiam terram de *parvo Becco*, cujus partem quandam, venerabilis Imperatrix *M.* mater mea emit à Monachis de *Brioſtel* pro *C. xx l. Belvacenſium*; & terram & boſcum, quod ego eis addidi de Foreſta mea, ſicut diviſæ demonſtrant, quæ ſunt cheminum, quod dirigitur à *Bolebec* ad *Milevillam*; & exindè juxta terras *Boſeville* uſq; ad *Calceiam*; dehinc per vallem Comitiſſæ, & vallem magnam, uſq; ad fractum Monaſterium, indè juxta terras infirmorum uſq; ad prædictum cheminum. Inſuper conceſſimus eis & in elemoſinam perpetuam confirmavimus in utraq; Foreſta *Inſulæ bonæ*, & *Fiſcanni*, omnia aiſiamenta ſua, cum omnimoda libertate paſnagii, & paſturæ & ligna, & materiem ad domos ſuas faciendas, & ad alias res uſui ſuo neceſſarias.

Præterea conceſſimus eis & confirmavimus omnes donationes, quæ eis in elemoſinam datæ ſunt, ſicut Cartæ donatorum teſtantur. Ex dono *Walteri* Comitis *Giffard*, unum pondus ſalis apud *Luram* ſingulis annis. Ex dono *Waleranni* Comitis *Mellenti* & *Roberti* filii ejus, totam haiam de *Lintot*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & ſex millia alecium, & hoſpitem unum apud pontem *Audomari*. Et quæcumq; de cætero juſtè adquirere poterunt, vel eis in elemoſinam data fuerint, concedimus & confirmamus. Quare volumus, & firmiter præcipimus, ut Abbatia prædicta & Monachi in eâ Deo ſervientibus hæc omnia prædicta habeant, & in elemoſinam prædictam teneant benè & in pace, liberè & quietè, integrè & honorificè, cum omnibus libertatibus, & quietanciis ſuis, de theloneo & paſſagiis, & aſſiſis, & de omnibus aliis conſuetudinibus. Teſtibus *R.* Archiepiſcopo *Rothomagenſi*, *A.* *Lepovienſi* Epiſcopo. *E.* *Ebroic.* Epiſcopo, Comite *Willielmo* de *Mandevilla*, *A.* Comite *Ebroic.* *Nicholao* de *Stotevilla*, *Hugone* de *Longo Campo*, *Reginaldo* de *Courtenai*, *Reginaldo* de *Pavilli*, *Roberto* de *Stotevill.* apud *Rothomagum*.

Carta Regis Ricardi *primi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

INſpeximus, (&c.) *Ricardus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem: Sciatis, quod nos pro ſalute animæ noſtræ, & pro animâ patris noſtri Regis *H.* & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Vito*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, dotem quam Dominus Rex *H.* Pater noſter in dedicatione ejuſdem Eccleſiæ dedit & per *Annulum* ſuum ſuper Altare optulit; qui ob hujus rei teſtimonium, juxta Sigillum noſtrum eſt appenſus; *viz.* terram & nemus in Foreſtâ *Inſulæ bonæ*, ſicut Calceia dividit, quæ protenditur ab *Inſulâ bonâ* ad Sanctum *Romanum*; & indè per *Ciſeleriam*, & *Rannes*, & *Gomervillam*, & per novam villam, & per magnam vallem uſq; ad *Bolebeck*, & indè per vallem uſq; ad Calceiam ante nominatam. Conceſſimus etiam & confirmamus eidem Eccleſiæ S. *Mariæ*, & Monachis ejuſdem loci, omnes elemoſinas & donationes, & libertates eis factas, quorumcunq; donatorum fuerint, ſicut Cartæ & ſcripta donatorum rationabiliter teſtantur. Ex dono *ſcil.* Regis *H.* patris noſtri, & Imperatricis *Matildis* aviæ noſtræ, vallem omnem in qua fundata eſt Eccleſia, quæ eſt de dominico noſtro, inter *Inſulam bonam* & *Bolebeck*; & in Foreſta *Fiſcanni* totam terram, quam metæ ibi poſitæ deſignant; & terram & boſcum de *parvo Becko*, ſicut diviſæ demonſtrant, & in Foreſta *Fiſcanni* omnia aiſiamenta ſua, cum libertate paſnagii, & paſturæ, & materiem lignorum ad ædificia facienda, & ad ignem & cætera ſibi neceſſaria. Similiter in Foreſta *Inſulæ bonæ*, ex dono Comitis *Mellenti*, totam haiam de *Lintot*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus, & ſex millia alecium apud Pontem *Aldemari* prima ebdomada *Quadrageſimæ*; & duos hoſpites in eadem villa liberos & quietos ab omni conſuetudine & unum mille anguillarum apud *Brionnam* ad *Purificationem* Sanctæ *Mariæ*, & quandam terram juxta Foreſtam de *Wellibeo*, & quietanciam per totam terram ſuam ab omni conſuetudine.

Ex dono Comitis *Giffardi*, unum pondus ſalis apud *Loiram*. Ex dono *Mathei* de *Gerardvillâ* unum pondus ſalis in eadem villâ. Ex dono Magiſtri *Roberti* de *Buttelles*, unam ſalinam apud *Buttelles*. Ex dono *Roberti* de *Angervillâ*, unam ſalinam apud *Girafarvillam*. Ex dono *Ricardi* de *Molines*, quaſdam terras apud *Gunfrevillam*. Ex dono *Walteri* de *Molines*, campum de *Portâ*, & campum de *Aldebertot*, & tenementum trium hominum. Ex dono & venditione *Fulcherii* & *Thomæ Deſmaiſeres*, & *Willielmi Britonis*, & *Bernardi*, & aliorum plurium, quaſdam terras in territorio de *Gunfrevillâ*. Ex dono *Ricardi* de *Goſcekmmaiſnil*, unum hoſpitem apud *Eſtenhus*. Ex dono *Roberti* de *Binevillâ*, totam terram quam *Robertus* de *Juvenni* dedit ei pro ſervicio ſuo in vaſtatione Foreſtæ *Fiſcanni*, quam donationem *Robertus* & *Galfridus* de *Juvenni* Sigillis ſuis confirmaverunt. Ex dono *Simonis Lochepoys* unum hoſpitem apud *Winemervillam*. Ex dono *Willielmi Martel*, & *Simonis* ſacerdotis, & *Roberti* de *Bermonvilla*, tres maiſuras apud *Eſtrutat*. Ex dono *Laurencii* Archidiaconi, unum maſuagium apud Sanctum *Vivianum*. Ex dono *Ricardi* de *Vernon*, paſſagium vini eorum quietum apud *Vernun*. Ex dono Abbatis & Conventus Sancti *Petri Gemeticenſis*, quietanciam per omnes portus ſuos *Secanæ* ad proprios uſus. Ex dono *Abbatis* & Conventus *Fiſcanni*, decimas terrarum, quas Monachi habent in Foreſtâ *Fiſcanni*. Ex dono *Godardi* de *Vallibus*, quietanciam in mercatu ſuo ipſis & hominibus eorum, & unum maſuagium apud *Godardvillam*. Ex dono Comitis *Augi*, quietanciam per totam terram ſuam. Ex dono *Henrici* de *Novo Burgo*, domum emptam à *Teroldo* Clerico. Ex dono *Thomæ* de *Monte aureo*, domum unam apud *Pontem-Aldemari*. Ex dono *Roberti* de *Glocceſtria*, unum hoſpitem, & medietatem molendini apud *Bolebek*. Ex dono *Nicholai Porteſel*, unum maſuagium apud *Bloppunt*. Præterea conceſſimus eis & confirmavimus omnes acquiſitiones & elemoſinas, & libertates, quas juſtè & rationabiliter acquiſierint. Quare volumus, (&c.) Datum apud *Rothom.* per manum *Will.* de *Longo Campo*, *Elienſis* Epiſcopi Cancellarii noſtri *xx.* die *Marcii*, Regni noſtri anno primo: Nos autem Cartas prædictas, (&c.) confirmamus, (&c.) In cujus, (&c.) T. Rege apud Caſtrum ſuum *Rothomagi xxix. Januarii.*

Pat. *Norm.* 8.H.5.p.2. m.3. per Inſpex.

Alia Carta dicti Regis Henrici ſecundi.

HEnricus (&c.) Sciatis me, pro Dei amore conceſſiſſe & Sigilli mei munimine confirmâſſe Abbatiæ S. *Mariæ* de *Voto*, quam Domina *M.* Imperatrix, mater mea, proprio cenſu fundavit, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam S. *Margaretæ* de *Tilia*, cum omnibus pertinentiis ſuis, heremum S. *Aichadri*, cum omnibus pertinentiis ſuis; heremum S. *Martini* de *Prato* ſimiliter; & quicquid *Rogerus* de *Magnevill* tenuit in Manerio *Otheville*, ſicut Carta ejuſdem *Rogeri* teſtatur: Et tres partes molendini *Tiolphi*, de accato Dominæ matris meæ: Et maram quam tenuit *Robertus* Capellanus juxta *Hogam*: Et terram de venditione *Willielmi* de *Carkigneio* apud *Jorborche*, & terram apud *Sheldrevillam*, de conceſſione *Willielmi* de *Braioſa*. Præterea quaſcunq; terras vel manſuras jam dicta Abbaciâ & Canonici in *Cæſaris burgo*, juſtis donationibus & adquiſitionibus adepti ſunt. Quare volo (&c.) Teſtibus *Waltero Rothomagenſi* Archiepiſcopo, Comite *Willielmo* de *Magnavilla*. *W.* de *Mara*, & pluribus aliis, apud *Cadomum*.

Conſimilis Carta ejuſdem Regis.

Ibid.

HEnricus (&c.) Sciatis me, Dominæ matri meæ *Mathildi* Imperatrici conceſſiſſe Capellariam de *Valoniis*, cum omnibus appendiciis ſuis, ita benè & integrè & plenariè, ſicut unquam meliùs fuit tempore *H.* avi mei Regis. Præter hæc concedo quoddam membrum Manerii de Sanctæ *Mariæ* Eccleſiâ, *ſcil. Novam Villetam*, ad dandum in perpetuam elemoſinam Abbatiæ S. *Mariæ* de *Voto*, quæ eſt juxta *Cæſaris Burgum*, ab ipſâ Dominâ meâ fundatâ. Similiter & locum meum conceſſiſſe ſciatis, *ſc.* Inſulam *Ulmi*, in quâ ipſam Abbathiam ſitam eſſe conſtat, pro animabus *H.* Regis avi mei, & Domini patris mei, *G.* Ducis *Norm.* & *Andeg.* Comitis, omniumq; anteceſſorum noſtrorum, (&) Teſt. *Herberto Abrincenſi* Epiſcopo, (&c.)

Carta dicti Regis Henrici *ſecundi de Manerio de* Hacg *in Comitatu Lincolniæ.*

Cart. 11. E.2.n.55. per Inſpex.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm.* *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti ſcripto confirmâſſe Abbatiæ & Canonicis noſtris de *Cæſarburg.* Manerium de Hacg,* cum Eccleſiâ, & omnibus pertinentiis, in puram, & liberam ac perpetuam elemoſinam, cum omnibus libertatibus domui religioſæ neceſſariis & convenientibus. Quare volumus, (&c.) Data per manum venerabilis patris *R. Ciceſtr.* Epiſcopi Cancellarii noſtri apud *Weſtm.* ſecundo die *Junii* anno Regni noſtri *xi.*

* Hacg. in Com. *Linc.* Cella Ab. de *Cæſariſburgo.*

Pat. 51. Hen. 3. m. 4.

Carta Regis Henrici *tertii, donationes* Henrici *avi ſui de Decimâ cujuſdam partis Foreſta de* **Bruys**; *& de Manerio de* **Hak**, *in* Angliâ, *certificans.*

REx omnibus &c. Cum bonæ memoriæ *H.* quondam Rex *Angliæ*, avus noſter, ad inſtantiam *Matildis*, dudum Imperatricis *Alemaniæ*, matris ſuæ, fundatricis & patronæ Monaſterii beatæ *Mariæ* de *Voto* juxta *Cæſaris burgum*, de ipſius fundatione, dedit & conceſſerit, per Cartam ſuam Abbati & Conventui ejuſdem loci, Decimam cujuſdam partis foreſtæ de *Bruys*: ac ipſi Abbas & Conventus, motâ contentione ſuper Manerio ſuo de * **Hak** in *Angliâ*, Cartam prædictam, quaſdam libertates & jura ad ipſos in regno noſtro ſpectantia continentem, tempore turbationis habitæ in eodem regno tranſmiſerit in *Angliam* ad majorem declarationem juris eis competentis in Manerio prædicto; Carta prædicta, unà cum aliis bonis & catallis dictorum Abbatis & Conventus tempore turbationis prædictæ à quibuſdam malefactoribus capta fuit, & aſportata, prout ex teſtimonio virorum fidedignorum, pro certo intelleximus, quibus fidem duximus adhibendam: Et hoc vobis tenore præſentium duximus intimandum. In cujus &c. T. Rege apud *Weſtmonaſterium*.

* Cella de **Hak** in Com.

ABBATIA

S. Martini, & S. Barbaræ, in Normannia.

Cart. 9. E. 2. m. 4. m. 7. per Inſpex.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

HEenr. Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Eccleſiæ S. *Martini* & S. *Barbaræ* de *Eſchaiolet*, & Canonicis in eadem Deo ſervientibus, in perpetuam elemoſinam, quicquid eis rationabiliter datum eſt, ſicut Carta regis *H.* avi mei, & Carta *Rabelli* Camerarii, & cæterorum donatorum ſuorum eis teſtantur; *ſcilicet* ex dono *Odonis Stig.* terras & prata cum Decimâ parochiæ prædictæ Eccleſiæ adjacentis, & totius dominici ſui, quod eſt apud *manſum Odonis*, tam in terris, quàm in vineis, & molendinis, & virgultis, & velleribus, & vitulis, in agnis, & caſeis, & porcis & piſcibus; & piſcariam inter *manſum Odonis* & *Eſchaiolet*. Ex dono *Willielmi Mirebel*, & *Oſmundi Boenot*, de *Sequantiâ*, decimas ſuas; quarum duas partes primitùs retinebant. Terram etiam quem idem *Odo* habebat apud *Sanctam Mariam Calidam*, cum mediâ parte Eccleſiæ & decimæ, ita liberè, ſicut in dominio ſuo habebat. Ex dono *Serlonis*, ex manſione *Malg.* terram quam apud *Brolium* de alodio ſuo habebat. Item ex dono prædicti *Odonis*, decimas telonii de manſione *Odonis* ad luminare Eccleſiæ, & terram *Safredi Wambaſarii*, & terram *Auſchetilli Baconis*.

In *Conſtantienſi* pago, apud *Seovillam*, terram cum decimâ unius molendini, & cum decimâ villanorum ejuſdem vici, quam tenebat in ſuo dominio. Et inſuper oblationes Capellæ ſuæ. Item ex dono *Rabelli Camerarii* in *Normanniâ*, totam terram, quam habebat in ſuo dominio apud *Manſum-Odonis*, ultra *Dinam*, ex parte ejuſdem Eccleſiæ; & prata, & londam propinquam, & hoſpitari burgenſes in totâ terrâ ſuâ liberè & quietè, exceptis Burgenſibus reſidentibus in *Manſo-Odonis*; Moltam etiam ſuam & omnium hominum ſuorum & totius terræ ſuæ quietam; Et locum in *Dinâ* ad faciendum molendinum, placitaq; omnium hominum ſuorum libera in Curiâ ſuâ, ita quod ſi ipſi vel eorum homines quærelam habuerunt verſùs homines illius, in Curiâ ipſorum teneri eam conceſſit; ſalvo ſibi jure de ſuis hominibus, ſicut in Curiâ ſuâ; Et redecimam vini ſui ad Cellarium ſuum, præter primam decimam, quæ ſolito more datur ad torcularia. Decimam etiam totius corredii ſui apud tria Maneria, citra *Secanam*; *ſcilicet* apud *Manſum Odonis*, & *Oiſtriam*, & *Thorrum*, & decimam dominici ſui de *Cadomo*, exceptis quatuor ſolidis, quos habet *S. Georgius*. Apud *Sanctam Mariam calidam*, terram quam *Aſcelinus* de Monaſterio tenebat de illo ad firmam, per unam minam frumenti, & campum de vineâ. Apud *Horſtreham* unum fordarium, *Hugonem ſcilicet* de *Gardino*, & unam acram terræ ex dono *Roberti* filii *Alani*; Et libertatem quam eis conceſſit piſcandi in aquâ, & licentiam capiendi lepores in warennâ ſuâ propter infirmos & hoſpites; & quietantiam omnium pecorum ſuorum in paſtione, ſicut ſuorum dominicorum ubicunq; habuerit; & unam virgatam terræ in culturâ ſuâ pro eſcambio terræ *Safredi* quæ fuit neceſſaria excluſæ molendini ſui.

Et *x.* libratas terræ; quas eis dedit in *Angliâ*, in ſocâ de **Graham**; *ſcilicet* apud **Coleſteor.** *C. ſol.* apud **Hocheſton & Sumerdeby** quatuor libras, & in molendino de **Eſtoches** *xx. ſol.* In valle de *Gloeceſtriâ* totum Manerium de * **Beccheford**, & de *Aiſſetonâ*, unde nichil ſibi retinuit, niſi, pro amore Dei, tutelam & defenſionem.

* Cella ejuſdem Cœnobii.

Totum etiam Manerium de *Manul-Gerolt*, cum pertinentiis ſuis; *ſcilicet* feodum de *Huchemaine*, quod tenebat *Ricardus* de *Altaribus*; & feodum, quod *Fulco* filius *Teobaldi* tenet in prædicto Manerio, exceptâ Buxeriâ, ita liberè, ſicut ipſe *Rabellus* & pater ſuus, & anteceſſores ſui meliùs & liberiùs illud tenuerunt de anteceſſoribus meis; & præcarias de ipſâ Buxeriâ, ſicut ſemper pertinuerunt ad *Manul-Gerolt*; & vivarium ſuum deſuper *Manſum Odonis*; & totum boſcum ſuum de

S.

S. *Mariâ Calidâ*, ſine omni retenemento; Et in *Caleto* Capellam de S. *Michaele*, quam tenuerunt in ſuo dominio. Præterea quæcunq; prædictæ Eccleſiæ à quocunq; ſuorum hominum dabuntur, vel venandabuntur, vel eſcambientur, ſalvo jure Domini, niſi ultrò conceſſerit. Pacem etiam faciam inter Canonicos, & *Adam* de *Maigneio*, de quadam terrâ, quam *Rabellus* dederat ſuper *Dinam*, verſùs *Maigneium*, præfatæ Eccleſiæ, ita ut dimidia remaneret in dominico Canonicorum, & dimidiam teneret *Adam* de ipſis in feodo, per ſervicium præſtandi unum equum bis in anno ad neceſſaria itinera eorum infra *Normanniam*; & eundi ad placita eorum, & alia negotia citra *v. vel vii.* leugas convenienter. Terram etiam quam *Lega* uxor *Roberti* de *Albetot* dedit prædictæ Eccleſiæ, & ipſe *Robertus* poſuit ſuper Altare, & manſuram *Ricardi Freſchet*, cum terrâ ſuâ, & eſcambium quod factum eſt inter ipſos Canonicos, & *Odonem* Decanum, cum filiis ſuis, *Tho.* & *Will.* Præterea ex dono *Theod.* de *Menul-Maug.* Capellariam ſuam de *Menul-Maug*, & totam tenuram *Rob.* de *Hotot*, quam tenebat de eo. Ex dono *Rog.* de *Pilevilla* libertatem capiendi terram in mareſco de *Pilevilla*, ad focum ſuum imperpetuum, ſicut ad proprium focum ipſius *Rabelli*. Et ipſorum Canonicorum burgenſibus, libertatem eandem, ut ibidem capiant terram ad focum ſuum, ſicut burgenſes de *Manſo Odonis*. Et eſcambium quod fecit *Hugo* de *Manſo Odonis* cum prædictis Canonicis; *ſcil.* totam terram ſuam, quam habebat juxta viam verſùs *Londam*, pro quâ ipſi dederunt *Hugoni* duas acras terræ ſuper *Dinam*, & dimidiam acram ad veterem calciatam ſubtus *Londam*; & *xiv s.* ſterlingorum, & *iv d.* De dono *Mariæ* filiæ *Herberti Preſchet* dimid. acram terræ. De dono *Riculſt* de *Perorio* unam virgatam terræ ad quadrariam. Ex dono *Mathei Buſcardi* terram quam habebat inter boſcum de S. *Mariâ Calidâ*, & *Cathechemille*; *ſcil.* vallem *Buſcardi*, & *Leſajel*, & terram de *Fonte-vulpis*; & totam tenuram *Gaufridi Gualdin*, cum toto reddito & ſerviciis, liberam & quietam imperpetuum.

Ex dono *Anfridæ Dee* unam virgatam terræ ſuper *Dinam*. Ex dono *Eremburge* Comitiſſæ, dimidiam acram terræ de burgagio ſub *Londâ*. De dono *Willielmi* filii *Hugonis Lovel*, terram quam *Gilbertus Gallus* tenebat de ipſo, & unam acram terræ apud *Montem-Boterel*, quam *Fautelinus* de ipſo tenebat. Ex dono *Thomæ* filii *Odonis* Decani, unam virgatam terræ in *Monte-decani*, pro patre ſuo. Ex dono *Buſchardi* filii *Baldwini* unam virgatam terræ, juxta pratum Canonicorum. Præterea ex dono *Willielmi Camerarii*, filii *Rabelli*, dimidiam terram nemoris de *Rahaja* apud *Coleſtenord*, quæ fuit *Willielmi Citharíſtæ*; & totam terram *Baſiria*, quam *Rogerus* Presbyter de patre ſuo & de illo tenuit. Ex dono *Radulfi* de *Inſula*, acram & dimidiam terræ, cum *Linarja*, & domo quam *Hugo* Presbyter tenebat de eo; & terram quam *Rogerus* Presbyter de eo tenebat ad foſſatum *Tinier*, & tres virgatas, quæ terminantur cum terrâ *Gaufridi* de *Mercato* ad vallem, & dimidiam acram ad foſſam marleriam. De dono *Roberti* de *Torno*, *i.* acram terræ & tres virgatas. De dono *Gaufridi* de *Mercato* unam manſuram apud *Tornum*. Ex dono *Gaufridi* filii *Mabiræ*, & *Reginaldi* filii *Anfridæ*, unam manſuram quam *Reginaldus* de vianâ tenebat. De dono *Willielmi* de *Monte-calum*, apud *Oſtreham*, unam manſuram, & unam acram terræ. Ex dono *Radulfi Corbet*, unam acram terræ apud *Tornum*. Ex dono *Gill.* de *Ebroicis*, & filiorum ejus, confirmatione *Baioc.* Epiſcoporum, *Ricardi ſcil.* & *Philippi*, terram quam idem *Gilb.* & filii tenebant ſui in ageio, ſicut alodium ſuum de S. *Mariæ* feodo, & dimid. Eccleſiæ ejuſdem villæ, cum omnibus quæ ad eandem terram pertinent in molendino & hominibus, & omnium redditu, liberam & quietam ab omni ſervicio & axactione. Ex dono *Roberti Agnel* decimas quas dedit Canonicis in Parochiâ *Decani*. Ex dono *Roberti* de *Eſchaiol* decimam dimidii molendini apud *Can.* Ex dono *Willielmi* filii *Mabiræ*; Decimas quas tenebat apud *Chetevillam*; Et eſcambium quod factum eſt inter Canonicos & *Willielmnm Lovel* de terra *Gilleberti Galli*; & eſcambium quod factum eſt de terrâ *Radulfi* de *Beliſmo*, quæ eſt ſuper *Dinam*. Ex dono *Luciæ* filiæ *Willielmi* Camerarii, in molendino de *Seolvilla* unum ſextarium frumenti, Ex dono *Rogeri* filii *Ricardi* paſnagium omnino quietum in Foreſtis ſuis de *Orbet*, & de *Benefacta*.

Ex dono *Gualeranni* Comitis de *Mellent*, quietanciam de teloneo & paſſagio, & omni conſuetudine per totam terram ſuam. Præterea compoſitionem factam inter Monachos *Beccenſes*, & prædictos Canonicos de decimis feodi *Turulſi* de *Maigneio*, quod eſt in Parochiâ de *Maiſnil-ſimont*, quæ talis eſt, quod Monachi reddent annuatim Canonicis unum ſextarium frumenti, & duos ſextarios avenæ, decimâ Monachis remanente. Ex dono *Will.* de *Olvilla*, Eccleſiam de *Olvilla*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Radulfi* filii *Sirlonis*, & *Willielmi* filii ſui, dimidium Eccleſiæ S. *Mariæ Calidæ*. Ex dono *Gaufridi* filii *Teoderici* de *Maiſnil-Maug.* quicquid pertinet ad Eccleſiam S. *Stephani* de *Maiſnil-Maug.* *ſcil.* de feodo Camerarii de *Tancarville*, & de feodo *Roberti* de *Monteforti*, totam tenuram *Roberti* de *Hotot*, & partem illam, quam tenebat *Willielmus Burgeiniſſam*; & illam, quam tenebat Mag. *Rogerus*. Et ex dono *Radulfi* de *Meſheldin* elemoſinam quam habebat in manu ſuâ, cum duabus acris terræ, & tribus virgatis. Et ex dono *Willielmi Lovel* in eadem Eccleſiâ partem illam, quam tenebat *Robertus Tendereden*, & decimam dimidii molendini. Ex dono *Philippi Baioc.* Epiſcopi Eccleſiam S. *Laurentii* de *Montibus*, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Will. Tanetani*, & *Durandi* de *Diva*, apud *Bram.* Eccleſiam S. *Albini*, cum Capellâ & decimis Cameræ, & elemoſinis ad eam pertinentibus. Ex dono *Ricardi* de *Tornai*, & *Gaufridi* filii ſui, Capellam S. *Benedicti* juxta Foreſtam de *Gofer*, cum terris ad eam pertinentibus, & decimam molendini ſui; Et ex dono ejuſdem *Gaufridi* & *Willielmi* de *Tornei* Capellam de *Tercu*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi* Comitis de *Pont.* locum de *Salte cocheria*, & herbagium, & paſnagium, & omnem conſuetudinem ſolutam & liberam. Ex dono *Frogerii Sagienſis* Epiſcopi, aſſenſu *Will.* de *Sola*, & *Rogeri* de *Cumbrai*, Eccleſiam de *Eſnes*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volo, (&c.) T. *Thoma* Cancellario, & *Rich.* de *Humet* Coneſtabulario, & *Ricardo* de *Luci*, apud *Rothomagum*.

PRIORATUS

de Belencumbris.

Ex Coll. MS.cl.v. *Andr.* du *Cheſne.*

Carta Willielmi *de* Warennâ *de quibuſdam terris, & redditibus.*

EGo *Willielmus* de *Warenna*, & *Yſabella* Comitiſſa uxor mea; & filii noſtri, *Willielmus* ſcil. & *Radulphus*, damus, (&c.) Deo & Eccleſiæ *Omnium Sanctorum Belencumbris*, & infirmis fratribus in eâ Deo ſervientibus (&c.), culturas noſtras de S. *Martino*, (&c.) Et ego *Yſabella* Comitiſſa do & concedo ſupradictis fratribus, de hæreditate & patrimonio meo de *Wellebof*, *C s.* *Rothomagenſes*, per annum, conceſſu *Waleranni* Comitis *Mellenti*, filii mei, in præſentiâ Domini noſtri *Hugonis* Archiepiſcopi *Rothomagenſis*, in dedicatione prædictæ Eccleſiæ *Omnium Sanctorum*, cum eam dedicaret & conſecraret. In *Anglia*, de redditu Burgi noſtri de *Lewes C s.* ſterlingorum. Teſtibus *Stephano* Capellano (&c.) Hæc donatio, ab incarn. Domini *MCXXXv.* facta, & à Domino noſtro *Henrico*, *Anglorum* Rege, in *Normannia* principante, regali poteſtate ſtatuta & confirmata, (&c.)

PRIORATUS

S. Wluari Boloniæ, *in Provincia* Picardenſi.

Carta Regis Henrici *primi*, *de Manerio de* Potfeld.

Cart. an. A.n.30.

EGo *Henricus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, hortatu ſimul & rogatu *Idæ*, Comitiſſæ *Boloniæ*, Manerium quod Potfeld dicitur, quod in *Surreyâ* ſitum eſt, quod etiam eadem *Ida* à patre noſtro primùm, dehinc verò tenuerat à me Eccleſiæ S. *Wluari* Confeſſoris, qui in *Bolonia* requieſcit, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in commune, perpetuo jure poſſidendum, concedo, ab omni conſuetudine quietum, & liberum, cum *ſoka* & *ſaka*, *tol* & *theam*, & *infangethef*, & cæteris omnibus, pro ſtatu, & incolumitate Regni mei, & uxoris meæ, *Matildæ* Reginæ, & liberorum meorum, & procerum meorum; ac pro remedio animæ patris & matris, & fratrum meorum, quantum autem Regiæ dignitatis ..... omni ſollicitudine, & curâ prohibeo, ne quis ſucceſſorum meorum, contra jus & fas aſſertionem hanc, aliquo modo violare aut immutare præſumat. Ut igitur in poſterum, quod ſuper hac re conſtituimus, ſtabile, directum, & firmum manu propriâ ſubſcriptione confirmo, ✠ ſignum..... de Sancto *Sidonio*, ✠ ſignum Regis *Henrici*, ✠ ſignum *Anſelmi* Archiepiſcopi *Cantuarienſis*, ✠ ſignum *Matildæ* Reginæ, ✠ ſignum *Roberti* Epiſcopi *Lincolnienſis*, ✠ ſignum *Willielmi Cubicularii*, ✠ ſignum *Mariæ* ſororis Reginæ, ✠ ſignum *VVill.* de *Evereus*, ✠ ſignum *Rogeri* Cancellarii, ✠ ſignum *VVidonis* de *Balliol*, ✠ ſignum *Everardi* ſcriptoris.

PRIORATUS

de Fulgeriis, *in Ducatu* Britanniæ.

Carta Conſtanciæ *Duciſſa* Britanniæ, *& Comitiſſa* Richmundiæ, *de Eccleſia de* Creſtrehunt.

Ex autogr. in bibl. Hatton.

REverendo & chariſſimo patri ſuo *R.* Dei gratiâ *Lond.* Epiſcopo, *Conſtantia Conani* Comitis filia, Duciſſa *Britanniæ*, Comitiſſa *Richmundiæ*, ſalutem, & debitam reverentiam. Pro Canonicis de *Fulgeriis* paternitati veſtræ preces porrigo, quantum poſſum attentiùs rogans, quod pro Dei amore & prece meâ, eos in perſonatum Eccleſiæ de **Ceſtrehunt** recipiatis, quam habent ex dono *Conani* Comitis patris mei & meo, & Cartarum noſtrarum confirmatione. Teſte meipſâ apud *Teillolium*.

Ibid. *Carta* Ranulphi *Comitis* Ceſtriæ, *de eadem Eccleſia.*

REverendo & chariſſimo patri in Chriſto dilecto.... *Lond.* Epiſcopo *Ranulphus* Comes *Ceſtriæ* ſalutem & debitam & devotam ſubjectionem. Paternitati veſtræ, de quâ plenè confido, preces porrigo affectuoſas, pro dilectis meis Canonicis *Fulgerienſibus*; quantum poſſum rogans inſtanciâ, quod divinæ pietatis intuitu, & meæ petitionis interventu, prædictos Canonicos juvetis & promoveatis, ad habendum Eccleſiam de **Ceſtrehunt** quam Comites *Britanniæ*, prædeceſſores mei, eis dederunt, & Cartis ſuis confirmaverunt, ſicut vobis ſatis notum eſt: Et ipſos Canonicos, pro Dei amore, à jure ſuo, nullo modo prolongare aut diſturbare velitis, ſed veſtri gratiâ ipſos in poſſeſſionem ejuſdem Eccleſiæ mittatis, vel penſionem eis reddi faciatis, à Magiſtro *Oſberto*, qui illam poſſidet. Et tantum ſuper hoc, ſi placet, faciatis, quod me vobis, & omnibus veſtris obnoxium & devotum habeatis ad omnia, quæ pro vobis facere poterit. ☞ Et ſciatis, quod poſtquam egrotavi, Sigillum meum penès me non habui, & ideo has literas vobis deſtino ſub Sigillo Dominæ matris meæ. Teſte meipſo apud *Martillum*.

HOSPITALE

S. Mariæ Magdalenæ *de* Boloniâ *in provinia* Picardenſi.

Cart. 11. E. 2. n. 30. per Inſpex. *Carta Regis* Henrici *primi de xx.* libratis *redditus in Manerio de* Butonâ *infra Comitatum* Cantii, *in* Angliâ.

HEnr. Rex *Angliæ* Archiepiſcopo *Cantuariæ*, & Epiſcopo *Roueceſtriæ*, & Abbatibus & Vicecomitibus, & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de **Chent** ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Deo & Infirmis de S. *Mariæ Magdalene* de *Bulonia* *xx.* libras de redditu in Manerio de *Butona*, ſicut Comes *Euſtachius* de *Bolonia* eas eis dedit & conceſſit, ad victum & veſtitum ſuum, & ſicut Comes *Stephanus* nepos meus, de cujus feodo Manerium illud eſt, eis conceſſit, & per Cartam ſuam confirmavit: Et volo & firmiter præcipio, ut ipſi bene & in pace, quietè & honorificè, & perhenni jure teneant, ſicut eas à prædictis duobus Comitibus datum & conceſſum & ſancitum eſt. T. *Roberto* de *Sigillo*, & *Willielmo* filio *Odonis*, apud *Rothomagum*.

HOSPITALE

Leproſarum de Kenilli, *juxta* Rothomagum, *in* Normanniâ.

Carta Regis Henrici *ſecundi, de dotatione ejuſdem.* Pat. Norm. 7. H. 5. p. 2. n. 36. per Inſpex.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* (&c.) Sciatis me dediſſe in liberam & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe fœminis leproſis de *Kenilli*, clauſum meum domorum mearum de *Kenilli*, ubi manſionem ſuam conſtruxi, & *CC l. Andegavenſium*, ad victum & veſtitum earum in Vicecomitatu *Rothomagenſi*, per annum; *ſcil. C l.* ad feſtum S. *Michaelis*, & *C l.* ad *Paſcha*, donec eas ipſis aſſignavero aliundè percipiendas, in terris, vel in redditibus Eccleſiarum; & pratum de *Kenilli*, quod *Martinus* de *Hoſâ* eſſartavit; & paſturam beſtiarum ſuarum in Foreſtâ, & quietanciam de paſnagiis porcorum ſuorum, & in eadem Foreſtâ, quod neceſſe eis fuerit in clauſo ſuo ad focum ſuum, & ad domos ſuas reficiendas, & quietantiam per terram & aquam de omnibus rebus ſuis, & de modiatione vinorum ſuorum, & de theloneo & paſſagio, & pontagio, & paagio, & de focagio, & tallagio, ipſis & hominibus ſuis. Quare volo, (&c.) Teſtibus *Waltero Rothomagenſi* Archiepiſcopo, *H. Bajocenſi*, apud *Cæſariſburgum*.

Carta Regis Ricardi *primi*, *de xl l.* Andegavenſium. Ibid.

RIcardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* (&c.) Sciatis me dediſſe, (&c.) Deo & Hoſpitali S. *Mariæ Magdalenæ Roth.* in puram & perpetuam elemoſinam, (&c.) *xl. l. Andegavenſium*, in Vicecomitatu *Roth.* ad ſuſtentationem pauperum ejuſdem Hoſpitalis. Quare volumus, & firmiter præcipimus, ut quicunq; tenuerint Vicecomitatum *Rothomag.* ſolvant liberè & integrè, (&c.) prædicto Hoſpitali *xx l.* uſualis monetæ *Rothomag.* ad *Paſcha*, & *xx l.* ad feſtum S. *Michaelis*. Teſtibus *Waltero Rothom.* Archiepiſcopo, (&c.) Data per manum *Joh.* Vicecancelarii primo anno regni noſtri, ſecundo die *Januarii*, apud *Vernolium*.

HOSPITALE

de Vernone.

Par. Norm. 7. H 5 p. 2. n. 12. per Inſpex.

Carta fundationis ejuſdem, per S. Ludovicum Franciæ *Regem.*

IN nomine ſanctæ individuæ Trinitatis Amen, *Ludovicus* Dei gratiâ *Francorum* Rex: notum facimus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quod nos divini amoris intuitu, & pro ſalute animæ noſtræ; necnon & pro remedio animarum inclitæ recordationis genitoris noſtri *Ludovici* regis, & genitricis noſtræ *Blanchâ* Reginæ, & aliorum anteceſſorum noſtrorum, domui Dei *Vernone*, quam de novo ædificari fecimus, ad neceſſitatem egenorum & pauperum, confluentium ad eandem, & perſonarum ibidem Deo & pauperibus ipſis famulantium conſtructis, ædificiis & manſionibus oportunis, ut ibidem Chriſto domino in membris honorabiliùs ſerviatur, ad ſuſtentationem perſonarum & pauperum prædictorum, in puram & perpetuam elemoſinam, dedimus & conceſſimus eiſdem totam terram noſtram de *Spineto*, propè *Gallardum*, cum Manerio & pertinentiis omnibus, tam in terrâ arabili, cenſibus, redditibus bladi, denariorum, & caponum, quam in aliis quibuſcunq; pertinentibus ad Manerium & terram prædictam: retento nobis in eo duntaxat placito Enſis, & eis, quæ ad placitum enſis pertinere noſcuntur. Inſuper *xx.* modios vini albi, & nonaginta modios vini rubei in præpoſiturâ noſtrâ *Vernonæ* tempore vindemiarum percipiendas: & *CL.* libras *Pariſienſium*, in eadem præpoſiturâ, ad tres terminos compotorum noſtrorum annuatim ſolvendas. Item totum pratum noſtrum ſitum juxta *Vernonem*, ſupra ripariam *Secanæ*, in quadam peciâ. Item *xx.* modios bladi ſupra molendinos noſtros *Paciaci*, ad menſuram *Paciaci*, in feſto S. *Remigii* annuatim percipiendos. Volentes & percipientes, ut quicunq; pro tempore, Præpoſituras noſtras *Vernonis* & *Paciaci* tenuerint, bladum, vinum, & pecuniam ſupradictam perſolvant, ſicut prædictum eſt, abſq; morâ, ſeu difficultate, vel diminutione qualibet Domui ſupradictæ. Quod ut perpetuæ ſtabilitatis robur obtineat, præſentem paginam Sigilli noſtri auctoritate, ac regii nominis caractere, inferiùs annotato fecimus communiri. Actum apud *Pariſius*, anno incarnationis Domini *MCCLx.* menſe *Mayo*, regni verò noſtri anno *xxxiiii.* aſtantibus in palacio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna, Dapifero nullo. Signum *Johannis Buticularii.* Signum *Alfonſi* Camerarii. Signum *Egidii* Conſtabularii.

Carta ejuſdem Regis de quinquaginta libratis annui redditus. Ibid.

L*udovicus* Dei gratiâ *Francorum* Rex: notum facimus univerſis (&c.) quod cum nuper Domum Dei *Vernonis*, ut in eâ pauperes & infirmi poſſent impoſterum commodiùs recreari, novis & amplis ædificiis, ac perſonis Deo & pauperibus ſerviturìs ibidem ampliaverimus, & eidem novos redditus duxerimus aſſignandos: volentes adhuc ipſos redditus, ad ſuſtentationem prædictorum pauperum augmentare, divini amoris intuitu, & pro ſalute animæ noſtræ, ac prædeceſſorum noſtrorum, donamus & aſſignamus eidem domui, & pauperibus ac perſonis aliis degentibus in eadem, in puram & perpetuam elemoſinam, quinquaginta libras *Pariſienſium*, annui redditus, percipiendas in præpoſiturâ noſtrâ *Vernonis*, ſingulis annis, terminis ſubnotatis; *viz.* ad Octabas *Omnium Sanctorum* medietatem; & ad Octabas *Purificationis* beatæ *Mariæ* aliam medietatem: Volentes & concedentes, ut quicunq; pro tempore præpoſituram ipſam tenuerit, dictas quinquaginta libras dictæ Domui, ſicut prædictum eſt, ſine difficultate vel diminutione perſolvat. Quod ut ratum & ſtabile permaneat in futurum, præſentes literas fecimus Sigilli noſtri impreſſione muniri. Actum *Pariſius* anno Domini *MCCLxi.* menſe *Novembris.*

HOSPITALE

S. Spiritus *in urbe* Romana.

De Eccleſiâ de Wrytele *in* Eſſexiâ *ad dictum Hoſpitale ſpectante.* Eſc. 20 E. 3. n. 68.

JUratores dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod Eccleſia de Wrytele, cum pertinentiis ſuis, non tenetur ſeu oneratur ad aliquas Cantarias, Suſtentationes pauperum & infirmorum, ſeu ad aliquas alias diverſas elemoſinas faciendas & inveniendas in dicta Eccleſiâ de Wrytele, niſi tantummodo ad uſus & ſuſtentationes pauperum & Infirmorum in Hoſpitali apud Eccleſiam S. *Mariæ* in *Saxiâ*, in urbe Romanâ constructo, quod Hoſpitale S. *Spiritus* communiter nuncupatur: & quod quidem *Hoſpitale Anglorum* dicitur, & *Anglorum* fuit hoſpicio deputatum, prout in Carta domini *Johannis* quondam regis *Angliæ*, progenitoris domini Regis nunc, qui dedit dictam Eccleſiam de Wrytele cum pertinentiis ſuis, dicto Hoſpitali in puram & perpetuam elemoſinam, ad uſus & ſuſtentationes pauperum & infirmorum illius Hoſpitalis pleniùs continetur, & prout Carta de confirmatione domini Regis nunc ſuper eandem ratificata teſtatur. Dicunt etiam, quod cuſtodes prædictæ Eccleſiæ de

Wrytele nullas Cantarias, ſuſtentationes pauperum & infirmorum, aut aliquas alias diverſas elemoſinas ante hæc tempora fecerunt, ſeu facere conſueverunt, niſi de merâ voluntate Cuſtodum prædictæ Eccleſiæ de Wrytele pro tempore ibidem exiſtentium. In cujus (&c.)

ABBATIA

de Blancalanda, *infra ducatum* Normanniæ.

Cart. 11. E. 2. n. 72. per Inſpex.

Carta Ricardi *de* Hayâ *de villâ de* Camringham *in* Angliâ.

Rich. de *Haia* & *Mat.* uxor ejus, omnibus amicis & hominibus ſuis *Francis* & *Anglicis* ſalutem: Notum ſit vobis, & omnibus fidelibus, tam futuris quàm præſentibus, quod nos donavimus Abbathiæ noſtræ S. *Nicholai* de *Blancalandâ*, villam Cambringeham, * cum omnibus pertinentiis ſuis in perpetuam elemoſinam liberam & abſolutam ab omni jure & dominio, quærelis & vexationibus & exactionibus ad nos pertinentibus; Et el baile caſtelli *Linconia* unam placeam *Augabbe*, Monaſterii S. *Pauli* ultra *Rum* el *Weſth*. T. *Roberto* Epiſcopo *Lincolniæ*; *Roberto* Archidiacono; & *Baldwino* de Sigillo; Magiſtro *Hamone* Cancellario; Magiſtro *Rogero* de *Herſintonâ*; *Durando* Clerico noſtro; *Hugone Bardo*; *Dodone Bardo*; *Hamelino Bardo*, & aliis multis.

* Cambringham in Com. *Linc.* Cella de Blancalanda.

Ibid.

Carta Nicholaæ *de* Hayâ, *patris ſui donationem confirmans.*

OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Nicholaa* de *Hayâ*, filia *Ricardi* de *Hayâ*, ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, quod ego in liberâ viduitate & poteſtate meâ conſtituta, confirmavi Deo & Abbatiæ S. *Nicholai* de *Blancalandâ*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum; totam villam de Kambringham, cum omnibus pertinentiis ſuis infra villam & extra, quam dictus *Ricardus* pater meus, & mater mea illis dederunt in puram & perpetuam elemoſinam. Habendam & tenendam liberè, quietè & pacificè ab omni ſeculari ſervicio & exactione, cum omnibus libertatibus & aiſiamentis ad prædictam villam pertinentibus. Cæteras autem terras & alia dona, quæ ſunt de feodo meo, quæ illis collata ſunt, de donis hominum liberorum meorum, illis confirmavi in puram & perpetuam elemoſinam, ſicut Cartæ donatorum legaliter & rationabiliter teſtantur. Ut autem hæc mea confirmatio rata ſit & ſtabilis imperpetuum, eam Sigilli mei appoſitione corroboravi. Hiis teſtibus, *Roberto Griffin*, tunc ſeneſcallo; *Willielmo* de *Newtone* tunc Conſtabulario; *Roberto* de *Bakepuz*; *Radulfo* de *Marchemedlee* militibus; *Roberto* de *Campvillâ*, *Johanne* de *Lincolniâ*; *Johanne* de *Elſeby*; *Johanne* de *Claxſeby*; *Roberto* de *Eſtrorpe*; *Rogero* de *Claxſeby*; *Alano* de *Elkington*; *Gileberto* de *Croxmare*; *Alano* Janitore; *Euſtachio* Coquo; *Waltero* de *Campvillâ*.

Carta Dodonis Bardi *de redditu quatuor marcarum in Manerio de* Folingeham. Ibid.

NOverint (&c.) quod ego *Dodo Bardus*, divinæ pietatis intuitu (&c.) dedi (&c.) Eccleſiæ beati *Nicholai* de *Blanca landâ* (&c.) annuum redditum quatuor marcarum argenti in Manerio meo de Folingeham; & hunc redditum taliter aſſignavi, *videlicet* ſex bovatas terræ de dominico meo in eadem villâ, unamquamq; bovatam *ix* acrarum terræ, & trium acrarum prati. Et hiis ſex bovatis addidi duos toftos in ſeptentrionali parte ejuſdem villæ, juxta domum *Ramei*; Et alias ſex bovatas; duas *ſcil.* bovatas quas tenet *Henricus* ſororius *Sueni* de *Chamlyngeham*; duas quas tenet *Willielmus Muſſin*; & duas bovatas, quas tenuit *Fulco* de *Berbig*, cum ipſis hominibus & omnibus pertinentiis & ſervitiis ſuis. Et hanc donationem, tam in dominico, quàm in ſervili, dedi eiſdem fratribus adeo liberè & abſolutè, ſicut ea unquam liberiùs habui, nihil mihi vel hæredibus meis eis retinens. Hanc etiam donationem feci per manum *Willielmi Conſtantienſis* Epiſcopi in Capitulo de *Blancalandâ*, in die dedicationis ejuſdem Eccleſiæ. Hiis teſtibus, *Willielmo* de *Monteburgo*; *Rogero* de *Sancto Salvatore*; *Thomâ* de *Exaquio*; *Willielmo* de *Sancto Lando*; *Angolo* de *Lucernâ*, Abbatibus; *Willielmo* de *Humeto*, *Willielmo* de *Rollos*, *Ranuldo* de *Meiſnill*; *Rogero* de *Muſtiers* (&c.)

Carta Ricardi de *Hayâ*, *de molendino de* Welletune. Ibid.

NOtum ſit omnibus, tam futuris quàm præſentibus, quod ego *Ricardus* de *Hayâ*, conceſſi, & præſentis ſcripti teſtimonio confirmavi pactum, quod eſt inter *Joſlenum D'englebi*, & Canonicos de *Blancalandâ* de molendino de Welletune, quod ipſe tenebat de me pro *x. ſol.* annuatim reddendis; hoc *ſcil.* quod ipſe *Joſlenus* affirmavit Canonicis præfatum molendinum, tenendum de ſe & hæredibus ſuis jure hæreditario reddendo annuatim *xii. ſol.* decem *videlicet* michi, & duos illi. Similiter notum ſit, quod ego conceſſi & confirmavi præfatis Canonicis in perpetuam elemoſinam, hos meos decem ſolidos de præfato molendino; Et in *Cotis* tenementum quod *Radulfus Craſſus* de me tenuit, ita liberè, & quietè de omnibus ad me pertinentibus, ſicut unquam elemoſina meliùs poteſt teneri, (&c.) T. *Ragin.* de *Maiſnillo*, nepote meo, *W. Folioth*, *Hugone Bardo*, *Rob.* filio *Juliani*, (&c.)

ABBATIA

de Belloportu, *in Ducatu* Normanniæ.

Carta Alani, Henrici *Comitis filii, de diverſis Eccleſiis de ſochâ de* Waltham, *in agro* Lincolnienſi, *in* Angliâ.

Ex autog. in bibl. *Deuveſiana* an. 1648.

Vide Pat. 16. *E.* 3. p. 2. m. 42.

Notum ſit omnibus, tam futuris, quam præſentibus, quod ego *Alanus*, *Henrici* Comitis filius, dedi Deo, & Abbatiæ Sanctæ *Mariæ* de *Belloportu*, & Canonicis regularibus *Præmonſtratenſis* Ordinis, ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & Patris, & matris meæ, & *Petronillæ* uxoris meæ, & parentum meorum, omnes Eccleſias meas de *ſochâ* de Waltham in Epiſcopatu *Lincolnienſi*; *viz.* Eccleſiam *Omnium Sanctorum* de Waltham, & Eccleſiam de Beleſbi, & Eccleſiam de Hautecloue, & Eccleſiam de * Ravendale, & Eccleſiam de Bernoleſbi, & Eccleſiam de Baichelai, & Eccleſiam de Hawardebi, & Eccleſiam de Alewardebi, & Eccleſiam de Beſeby, cum omnibus pertinentiis earum. Et ad veſtimentum ipſorum Canonicorum, totam villam meam de Weſt-Ravendale, cum omnibus ſuis pertinentiis, liberam, & quietam de omnibus, quæ ad me pertinent, integrè, & liberè, & quietè, perpetuis temporibus poſſidendam. Quod ut firmiter, & ſtabile teneatur in perpetuum, præſentis Cartæ & ſigilli mei munimine confirmavi. Actum eſt hoc anno incarnationis Domini *M. CC. ii.* præſentibus hiis, *Gaufr.* Epiſcopo, *H.* Archiepiſcopo *Tretorenſibus*. *Gaufr.* de *Begar.* *Eudone* de *Comaloain*, *Auſiche* de *Lucerna*, Abbatibus, *Olivero* Arch. *Will. Rabin* præcentore, *Will.* Decano *Briocenſibus*. *Nich.* Presbytero, *Herveo* Clerico, *Eudone Nigro* .... *Thudoreth* militibus, & multis aliis.

* Ravendale in Com. *Linc.* cella ejuſdem.

DOMUS *Monialium*

Ord. S. Dominici, *juxta* Rothomagum.

Cartâ fundationis ejuſdem, per S. Ludovicum Franciæ *Regem.*

Pat. *Norm.* 7. *H.* 5. p. 2. n. 24. per Inſpex.

In nomine Sanctæ, & individuæ *Trinitatis*, *Amen.* *Ludovicus* Dei gratiâ *Francorum* Rex. Notum facimus univerſis, tam præſentibus quam futuris, quod cum ex cauſâ permutationis inter nos & dilectum & fidelem noſtrum *O.* *Rothomagenſem* Archiepiſcopum habitæ, de conſenſu Capituli *Rothomagenſis* acquiſierimus Manerium dictum de S. *Mathao*, ſitum juxta *Rothomagum*, ultra pontem, cum prato, gardino, & omnibus pertinentiis ſuis, ſicut idem Archiepiſcopus ea antea tenebat & poſſidebat, in quo quidem loco priùs *fratres Prædicatores* habitare ſolebant: Nos deſiderantes, ut in eodem loco Domino perpetuo ſerviretur, ad honorem ipſius Domini noſtri, bonorum omnium largitoris, congregationem quandam religioſarum mulierum ibidem collocari fecimus, quæ habitum & ordinem S. *Dominici* ſuſceperunt, & eidem Ordini incorporatæ, curæ & cuſtodiæ *fratrum Prædicatorum*, auctoritate Apoſtolicâ ſunt commiſſæ. Quibus Prioriſſæ, *viz.* & ſororibus, divini amoris intuitu, & ob remedium animæ noſtræ, & animarum inclitæ recordationis *Ludovici* Regis progenitoris noſtri, & Reginæ *Blancha* genetricis noſtræ, ac aliorum anteceſſorum noſtrorum donamus & concedimus in puram & perpetuam elemoſinam, locum ipſum, dictum de S. *Mathao*, cùm ædificiis, tam veteribus, quam novis, à nobis poſtea conſtructis; necnon prato, gardino & pertinentiis omnibus, ab eis imperpetuum quietè & pacificè poſſidendis. Inſuper quadringentas libras *Turonenſium*, annui redditus, percipiendas imperpetuum in Vicecomitatu noſtro aquæ *Rothomag.* medietatem, *viz.* ad Scaccarium S. *Michaelis*, & aliam medietatem ad Scaccarium *Paſcha*; quam pecuniæ ſummam volumus & concedimus eis reddi de primis denariis, qui ad menſam Scaccarii, de dicto Vicecomitatu afferentur, per manum illius, qui pecuniam Vicecomitatus prædicti recipiet vice noſtrâ.

Et præter hoc Capellam noſtram de *Glapion*, cum redditibus omnibus pertinentibus ad eandem; quam antea, de conſenſu Dioceſani conceſſeramus eiſdem. Donamus etiam & concedimus eiſdem, in Foreſtâ noſtrâ *Roverii*, juxta *Rothomagum*, perpetuum uſagium, liberum & quietum, *viz.* de boſco ad ardendum in domo ſuâ prædictâ, per liberationem Foreſtarii, & in eadem Foreſtâ uſagium boſci ad ædificandum, cum opus fuerit, in eadem domo, mo, & aliis domibus & grangiis ſuis, ſi quas fuerint habituras, percipiendum ſimiliter per liberationem Foreſtarii noſtri, qui pro tempore fuerit, ſine difficultate quacunq;. Concedentes etiam eiſdem, ut in eadem Foreſtâ *Lx.* porcos imperpetuum habeant ad paſnagium, liberè & quietè; ita quod ſi aliquando dictum paſnagium deficeret in dictâ Foreſtâ, poterint mittere dictos ſexaginta porcos ad alias Foreſtas noſtras, ubi eſſet paſnagium ſimiliter liberè, & quietè. Inſuper eiſdem ſororibus concedimus, ut imperpetuum habeant *xxx.* capita Vaccarum, & *CC.* oves ad herbagium in Foreſtâ noſtrâ *Romara*, liberè & quietè, ita quod non vadant in talleis, ſeu in Foreſtâ, quouſq; ſe poterit defendere. Item donamus eiſdem imperpetuum & concedimus *Lx.* acras terræ, ad excolendum in eſſartis prædictæ Foreſtæ noſtræ de *Romare* juxta *Montegui*, ad conſtructionem unius granchiæ. Item donamus eiſdem imperpetuum maſuram, cum gardino, quam habebamus apud *Molas*, in diocæſi *Lexoviensi*, ſicut ſe protendit in longum & latum, ad unam granchiam faciendam in prædictis *Lx.* acris terræ, & in maſurâ prædictâ, cum gardino ejuſdem maſuræ, nobis & ſucceſſoribus noſtris Regibus *Franciæ*, omnimodam juſticiam retinentes. Item donamus & concedimus eiſdem imperpetuum franchiam moltuVram in molendinis noſtris de *Bapaluns*, ſitas juxta *Deivillam*, ita quod poſſint, ſine contradictione, bladum ſuum molere, poſtquam ille, cujus bladum invenietur in treminâ integrè fuerit expeditus. Præterea concedimus eiſdem, ut de rebus ſuis in uſus proprios convertendis, plenam libertatem habeant in propriis pedagiis noſtris, ita quod de ipſis, tam per terram, quam per aquam, vehendum vel trahendum, nullum præſtare teneantur pedagium, theloneum ſeu exactionem quamlibet, aut cuſtumam. Siqua autem alia priùs conceſſeramus eiſdem, ea nobis & hæredibus noſtris retinemus, exceptis decimis, quas dedimus eiſdem. Quod ut perpetuæ ſtabilitatis robur optineat, præſentem paginam Sigilli noſtri auctoritate, & regii nominis caractere, inferiùs annotato fecimus communiri. Actum apud *Vernonem* anno Dominicæ incarnationis *MCCLxix.* menſe *Auguſto*, regni noſtri anno *xliii.*

ROTHOMAGENSIS

Eccleſia Cathedralis, in Ducatu Normanniæ.

De terris in Angliâ *ad* Rothomagenſis *Eccleſiæ Canonicos ſpectantibus.*

Clauſ. 7. *Joh.* m. 1. in dorſo.

HÆc ſunt quæ petunt Canonici *Rothomagenſis* Eccleſiæ à Domino Rege; Manerium de *Clere*, * cum ſuis pertinentiis, quod ſibi collatum eſt à Domino *Henrico* bonæ memoriæ, illuſtri Rege *Angliæ*, avo Domini regis, quod poſitum eſt ad firmam pro *xl.* marcis.

* In Com. *Suth.*

Manerium de *Oteri*, * cum pertinentiis ſuis, quod datum fuit ad victum Capituli, à bonæ memoriæ *Othone* Comite, ante adventum *Normannorum* in *Angliam*, quod poſitum eſt ad firmam pro *Lxvi.* marcis.

* In Com. *Devon.*

Manerium de *Kilburn*, * cum pertinentiis, quod datum fuit à primo *Henrico*, bonæ memoriæ, illuſtri Rege *Angliæ*, Archiepiſcopo & Capitulo *Rothomagenſi*, quod poſitum eſt ad firmam pro *Lxx.* marcis.

* In Com. *Ebor.*

Capellaria de *Tikehull*, data à Domino Rege *Johanne*, quando fuit Comes, ad quatuor præbendas, ad faciendum Anniverſaria patris ſui & fratrum, quæ valet *C.* marc. unde *Lx.* marcæ aſſignatæ ſunt ad quatuor Præbendas, & *xl.* marcæ aſſignatæ ad obitum Regis *H.* & *R.* & *Joh.* Regis faciendum.

Carta Regis Johannis *de* Capellariâ *de* Blyâ, *cui diverſæ Eccleſiæ parochiales* ſpectant.

Inter Brevia & Recorda de temp. R. *Edw. iii.* bund. 2. n. 2.

JOhannes Dei gratiâ, (&c.) Omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, (&c.) Noverit univerſitas veſtra, quod nos pro ſalute animæ noſtræ, & pro ſalute animarum bonæ memoriæ *Henr.* Regis patris noſtri, & fratris noſtri *Henr.* Regis junioris, qui in Eccleſiâ *Rothomagenſi* habent ſepulturam, & omnium anteceſſorum noſtrorum, ad petitionem Dominæ noſtræ *Alianoræ Anglorum* Reginæ, conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ Rothomagenſi*, & venerabili patri noſtro *Waltero Rothomagenſi* Archiepiſcopo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis Canonicis in prædictâ Eccleſiâ Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, Capellariam de *Blya*, cum omnibus pertinentiis ſuis; *viz.* Eccleſiam de *Hareworth*, cum Capellis de Serleby, & de Marchone, cum omnibus pertinentiis ſuis: Eccleſiam de Watelay, cum omnibus pertinentiis: Eccleſiam de *West*-Marcham, cum Capellis de Birletone, Walſeby, Hoctone, Bevercote, Draytone, Gameleſtone, & Eggemontone, cum omnibus pertinentiis ſuis: Eccleſiam de *Eſt*-Marcham, cum omnibus ſuis pertinentiis: Eccleſiam de

Brigeford, cum omnibus pertinentiis ſuis; Eccleſiam de **Luddeham**, cum omnibus pertinentiis ſuis; *viz.* Capella de **Gunnetorpe**, & aliis pertinentiis: Eccleſiam de **Gunolveſtone**, cum omnibus pertinentiis ſuis: Terram de *Falda*, quam *Johannes* filius *Sulſi* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis: Unam bovatam terræ in **Dunyngtone**, quam *Leveneth* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis: Terras in **Frbrecce**, quam *Walterus Rob.* de *Frbrecce*, & *Will.* Capellanus tenuerunt, cum omnibus pertinentiis ſuis. In *Terneſco*, quatuor bovatas terræ, quas *Adam* filius *Roſkill* tenuit, cum omnibus pertinentiis. In *Wellum* unum pratum, quam *Adam* de *Wellum* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis. Duas garbas de Dominico de **Tikeill**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Duas garbas de dominio de **Wademorth**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Duas garbas de dominio de **Tinelaw**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Duas garbas de dominico de **Lameleya**, cum omnibus pertinentiis ſuis. De dominico de **Marnham** medietatem decimarum, cum omnibus pertinentiis ſuis. In **Lindriz** duas acras terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis. In **Marcham** unam bovatam terræ, quam *Rogerus* filius *Willielmi* & *Henricus* Presbyter tenuerunt, cum omnibus pertinentiis ſuis. In **Tiketill** unum toftum quod *Willielmus Goner leffi* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis in eadem villa; unum toftum quod *Willielmus Sutor* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis in eadem villâ; unum toftum quod *Will.* Canonicus tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis in eadem villa; unum toftum quod *Aelicia* de *Weſtgate* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis in eadem villâ; unam bovatam terræ quam *Rob.* filius *Siwardi*, & *Rob.* de *Eſtfelde* tenuerunt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Has autem omnes ſupraſcriptas Eccleſias, Capellas & terras, cum omnibus pertinentiis ſuis. Deo & S. *Mariæ Rothom.* & prædicto Archiepiſcopo & omnibus ſucceſſoribus ſuis, & præfatis Canonicis *Rothom.* conceſſimus & præſenti Cartâ noſtrâ, in puram & perpetuam elemoſinam confirmavimus; Tenendas quidem liberè, & quietè, & pacificè, (&c.) ſicut Cartâ noſtrâ quam inde eis fecimus, dum eſſemus Comes *Moretone*, & Carta *Ric.* fratris noſtri rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus *Rad. Teſſone*, *Petro* de *Pratellis*, *Rob.* de *Turnham*, *Rob.* de *Treſgoz*. *Rob.* de *Mortuomari*. Data per manum S. *Wellen.* Archidiaconi apud *Cæſarisburgum xxv.* die *Sept.* anno regni noſtri ſecundo.

COENOBIA HIBERNICA

PRIORATUS S. *Andreæ*, in territorio de **Ardes**, Cella Abbathiæ de *Lonleya* in *Normannia*.

Ex vetuſtâ membranâ penès *Will.* Ripoint armig.

Carta Johannis *de* Curceio, *de fundatione ejuſdem.*

OMnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ fidelibus, tam præſentibus quàm futuris, *Francis*, *Anglis*, & *Hibernienſibus* *Johannes* de *Curceio* ſalutes imperpetuum. Noverit univerſitas veſtra, quod ego *Johannes* de *Curceio*, obtemptu caritatis, & amore miſericordis Dei, pro ſalute domini mei *H.* Regis *Angliæ* & *Johannis* filii ſui, domini *Hiberniæ*; necnon pro ſalute meâ, & uxoris meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum & propinquorum meorum, tam vivorum, quàm mortuorum, dedi, conceſſi, & præſenti Cartâ confirmavi Deo & ſancto *Andreæ* de *Stokes*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, decem carucatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis in terrâ de **L'art**; *ſcil.* in terrâ *Maccolquâ*: Et præter hoc omnes decimas de omni meo dominico, ab aquâ de **Darnart**, uſq; in aquam de **Carlingford**, exceptis decimis de iſtis duobus Caſtellis; *viz.* **Archen**, & **Ontaht**; tenendas de me & hæredibus meis ſucceſſivè, liberè, & quietè, pacificè & integrè, in puram, liberam, & perpetuam, elemoſinam, ab omni ſervicio temporali, & exactione ſeculari ſolutam. Ut autem hæc donatio mea & confirmatio impoſterum rata & firma habeatur, teſtimonium ſubſcriptorum annotatione & mei ſigilli appoſitione confirmavi, & corroboravi. Hiis teſtibus, *Willielmo* Priore de **Dun**; *Richardo* filio *Roberti*; *Rogero* de *Ceſtriâ*; *Adam* Camerario; *Radulfo Paſſelene Simone* fratre ſuo, *Bernardo* Monacho de **Stokes**, qui Cartam iſtam de manu meâ recepit; & multis aliis.

Carta Abb. & Conv. S. Mariæ *de* Lonleyâ *in* Normanniâ, *de Cella ſua de* **Ardes**, *Archiepiſcopo* Armachano *conceſſa.*

NOverint univerſi nos Abbatem & Conventum domus & Monaſterii beatæ *Mariæ* de *Lonleyâ* Ordinis ſancti *Benedicti*, *Senemanenſis* dioceſis, in *Normanniâ*, ex unanimi conſenſu & aſſenſu noſtro, dediſſe, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe *Ricardo* Archiepiſcopo *Ardmachano*, *Hiberniæ* Primati, & ſucceſſoribus ſuis Cellam noſtram, vel Prioratum noſtrum, ac domus noſtræ prædictæ in *Hiberniâ*; qui quidem Prioratus, ſeu Cella vocatur Prioratus S. *Andreæ* en *le* **Arde**, in *Vltonia*, & omnia terras & tenementa noſtra in *Ultonia*, cum dominiis, dominicis, ſerviciis, redditibus, tam liberorum tenentium firmarum, quam nativorum, & betagiorum, cum nativis, betagiis, cum eorum ſectis, conſuetudinibus, & ſequelis ejuſdem Cellæ ſeu Prioratus; necnon reverſionibus ſingulorum tenentium noſtrorum, ad terminum vitæ vel annorum, ſeu aliorum tenentium noſtrorum quorumcumq;, ac cum advocationibus Eccleſiarum vikariarum & Capellarum eidem Prioratui, & Cellæ appropriatarum, & omnibus aliis advocationibus eidem Prioratui alio quoviſmodo tenendis, annexis, ſeu ſpectantibus; cum præmiſſorum omnium juribus, & pertinentiis quibuſcumq;. Habenda & tenenda omnia & ſingula ſupradicta, ut pleniùs ſuperiùs eſt expreſſum, in terris, pratis, molendinis, aquis, ſtagnis, piſcariis, mariſcis, paſcuis, &

paſturis, & omnibus aliis libertatibus, liberiſq; conſuetudinibus, juribus, & pertinentiis ſuis, præfato Archiepiſcopo, & ejus ſucceſſoribus, ac ſuæ Eccleſiæ *Armachanæ* imperpetuum, de capitalibus dominis feodi illius, per ſervicia indè debita, & de jure conſueta. Et nos præfati Abbas & Conventus, & ſucceſſores noſtri prædictum Prioratum, & Cellam, ac omnia alia ſupradicta, ut prædictum eſt, & declaratum, prædictis Archiepiſcopo & ſuis ſucceſſoribus, ac ſuæ Eccleſiæ *Ardmachanæ* prædictæ warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum commune appoſuimus.

ABBATIA

Sanctimonialium apud **Corke.**

De diverſis terris eidem collatis.

Eſc. 29. E. 1. n. 150.

INquiſitio capta coram fratre *Willielmo* de *Ros*, Priore Hoſpitalis ſancti *Johannis Jeruſalem* in *Hibernia* tenente locum capitalis Juſticiarii *Hiberniæ*, apud **Cork**, die *Mercurii*, in vigilia ſancti *Bartholomæi*, anno regni Regis *Edwardi* viceſimo nono, per ſubſcriptos, *ſcil. Geroldum* filium *Mauritii* (&c.) Qui Jurati dicunt, ſuper Sacramentum ſuum, quod non eſt ad Dampnum, vel prejudicium domini Regis aut aliorum, ſi dominus Rex concedat *Willielmo* de *Barry*, quod ipſe unam carucatam terræ, cum pertinentiis in **Cleynboly**, in **Inyſmor**; & advocationem Eccleſiæ de **Dongorny**; Et *Johanni* de *Barry*, quod ipſe viginti libratas terræ, cum pertinentiis in **Muſcryolethan**, & **Ohaun**; Et *Johanni* filio *Gilberti*, quod ipſe unam carucatam terræ & dimidiam, cum pertinentiis in **Garrancor** in **Ohaun**, & **Kyllyneleth**, in **Fimerthrach**; & advocationem Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Karatha**; & duas acras terræ, cum pertinentiis in **Kylcoan** in **Olethan**, unà cum advocatione Eccleſiæ de **Kylcoan**: Et *Philippo* filio *Roberti*, quod ipſe duas acras terræ; cum pertinentiis in **Kylmyde** in **Kynaletha**, unà cum advocatione Eccleſiæ de **Kylmyde**; & duas acras terræ cum pertinentiis in **Kathirlaga**, unà cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, & duas acras terræ, cum pertinentiis in le **Chircheton**, in **Yniſmatnel**, unà cum advocatione Eccleſiæ del **Chircheton**, dare poſſint & aſſignare *Agneti* de *Hareford*, & quibuſdam aliis mulieribus ſub habitu moniali Deo ſerviturís in domo ſancti *Johannis Bapt.* de *Seint Joneſtrete*, in ſuburbio de **Cork**, ad ſuſtentationem earundem. Habendas & tenendas eiſdem *Agneti* & mulieribus & earum ſucceſſoribus ibidem ſic in habitu moniali Deo ſerviturís in perpetuum. Item dicunt, quod prædicta terra de **Cleynboly** in **Iniſmor**, & advocatio Eccleſiæ de **Dongorny**, ſunt de feodo prædicti *Willielmi* de *Barry*, & tenentur de *Johanne* de *Barry* immediatè per ſervicium unius libræ piperis per annum; & quod prædicta terra & advocatio valent per annum quatuor marcas (&c.)

DUNENSE

Cœnobium.

De fundatione ejuſdem.

Anno Domini *MCLxxxiii.*

Ex Regiſt Abb. S. *Werburgæ* penès Dec. & Capit. Eccl. Cath. *Ceſtriæ* anno 1640. f. 28. a.

JOhannes de *Curci* dedit Eccleſiæ ſanctæ *Werburgæ Ceſtriæ*, **Hurmach**, unà cum decem carucatis terræ infra **Thewet**, de **Chenelternan**, in perpetuam elemoſinam ...... ita quod Abbas *Ceſtrenſis* inveniet ſibi de domo ſuâ, Priorem & Ordinem ſuum, ad conſtruendam Abbatiam ſui Ordinis in Eccleſiâ S. *Patricii Duni*; ita quod præfata Eccleſia *Dunenſis* libera permaneat, ab omni ſubjectione *Ceſtrenſis* Eccleſiæ, per decem Carucatas prædictas. Teſte *Malachia, Dunenſi* Epiſcopo &c.

Diploma Regis Edwardi *tertii, diverſorum donatorum Cartas recitans & confirmans.*

Par. 41. E. 3. p. 2. m. 11.

REx &c. Inſpeximus quandam Cartam *Malachiæ* quondam *Dunenſis* Epiſcopi, in hæc verba; Sciant futuri tanquam præſentes, quod ego *Malachias Dunenſis* Epiſcopus, conceſſi ad honorem Dei & ſanctæ religionis, Eccleſiam S. *Patricii* de **Dune**, cum omnibus pertinentiis ſuis, ad opus Prioris & nigrorum Monachorum; quorum ipſe Epiſcopus ero cuſtos & Abbas, ſicut fit in Eccleſiâ *Wyntonienſi* vel *Coventrenſi*. Conceſſi itaq; eis & ſucceſſoribus ſuis & confirmavi villas ad Eccleſiam ſuam pertinentes; *ſcil.* **Lochmonne**, **Meſſeſarech**, **Ferrochen**, **Balinſcanlan**, **Arthgothin**, **Balinrothan**, **Telagnocroſſi**, **Balienbrethnaghe**, **Belgach**, **Delen**, **Tipermeni**, **Balmiechethe**, **Dunnovere**, **Balienlemath**, **Balienlirnoni**, **Telaghmethan**, **Balinbothan**, **Melrath** cum pertinentiis; **Kno**, **Chengar**, **Monenmor**, **Pochenduf**, **Chemard**, **Tirgorc**, **Tireſtruther**, **Balioconewi**, **Cremſe**, **Croch**, **Balindethdume**, cum pertinentiis; **Balima**, **Celendre**, **Balmangatha**, **Balinculter**, **Balmiackelli**, **Bloker**, **Balienſcruthi**, **Balinzimurgam**, **Kelleiohan**, **Baliowoſan**, **Leſconan**, **Kortef**, **Cronoch**, **Lanne**, **Karenlatheri**, **Tcod**, cum pertinentiis; **Balimagereg**, **Karenneſche**, **Chellenimten**, **Rathoop**. Et Eccleſias de **Killerleth**, & de **Brichten** & **Stethian**, cum pertinentiis ſuis in **Dalibinn**, **Latrath**, **Donenath**, **Kellagkinere**.

Præterea ad honorem & reverentiam Epiſcopatus mei, retinui in manu meâ medietatem oblationis in hiis quinq; feſtis anni, & non amplius; *ſcil.* in *Natale* Domini; in *Purificatione* S. *Mariæ*; in feſto S. *Patricii*; in *Paſchâ*, & *Pentecoſten.* Hujus conceſſionis iſti ſunt teſtes, *L. Dublinenſis* Archiepiſcopus, T. *Ardmachanus*, & multi alii.

Inſpeximus inſuper quandam aliam Cartam *Johannis* de *Curci*, in hæc verba; Sciant tam præſentes, quam futuri, quod ego *Johannes* de *Curci* dedi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ confirmavi Deo & S. *Patricio* & Eccleſiæ ſuæ de *Duno*, & *D.* Priori & Monachis ejuſdem Eccleſiæ, & ſucceſſoribus ſuis, omnes querelas & omnia placita de omnibus hominibus ſuis, & de omnibus tenementis ſuis, quæcunq; in præſentiarum habent, & quæcunq; in poſterum habebunt, in toto dominio & in omni poteſtate meâ, de murdriâ, & de rapinâ, & de rap, & de igne, & de ſanguine, & de ſanſoche, & de omni purpreſturâ; & de omni vi & violentiâ; & de omnibus cauſis & caſibus & negotiis & rebus quibuſlibet, quæcunq; ſolent vel poſſunt emergere; & plenaria forisfacta, & miſericordias; & plenarium jus; & omnimodam juſticiam, & juſticiæ executionem omnium ſupradictorum, ſine omni reſpectu & expectatione mei & meorum, vel enſis mei, ſeu dominii mei; præterquam quod ſerviens meus, quem ad hoc aſſignavero, interſit cauſis illis, ad videndum & audiendum ſolummodò, ſine omni præſumptione & juris prævaricatione, quod omnia juſtè fiant. Teſtibus *Ricardo* filio *Roberti* Seneſcallo meo; *Rogero* de *Ceſtre*, Conſtabulario; *Adam* Camerario; *Willielmo* & *Henrico Copland*; *Willielmo Saraceno*; *Willielmo* de *Curci*, *Philippo* de *Haſting*; *Simone Paſſelew*; *Will. Savage*; *Ric.* de *Dudovenald*, *Rainero* fratre ſuo, *Will. Hach. Waltero* de *Loga*, Magiſtro *Waltero*; & multis aliis.

Inſpeximus etiam quandam aliam Cartam *Johannis* de *Curci*, in hæc verba; Sciant tam præſentes quam futuri, quod ego *Johannes* de *Curci* dedi & conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ S. *Patricii* de **Dune**, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, paſſagium de aquâ de **Strangford** verſus **Duffran**; & paſſagium de aquâ de **Carlingeford**; & paſſagium de **Cragfergus**; & paſſagium de aquâ de **Banne**; & omnia paſſagia totius conqueſtus mei in *Hibernia*, quæ adquiſivi, vel quæ adquirere potero, excepto ſolo paſſagio inter **Lethcathel** & **Art**, pro animâ patris & matris meæ, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum; & pro animâ *Beatricis* de *Vilers*; & pro animâ meâ, & uxoris meæ *Affricæ*, & pro animabus omnium eorum qui mortui ſunt & morientur in ſervicio meo: tenenda & habenda in puram & perpetuam elemoſinam, liberè, quietè, & honorificè, ſicut aliqua elemoſina liberius & quietius dari & teneri poteſt. Teſtibus, *M. Dunenſi*, & *R. Conerenſi* Epiſcopis. *E.* de *Taes*, & *G. Helmo*, & *P.* de *Saballo* Abbatibus. *G.* de *S. Thoma*; & *P.* de *Mucmor*; *W.* de *Cracfergus* Prioribus. *Rog.* Conſtabulario; *Ric.* Seneſcallo, *Step.* Clerico, Magiſtro *Walt. Rob.* Clerico.

Inſpeximus etiam quandam aliam Cartam *Hugonis* de *Laſcy*, quondam Comitis *Ultoniæ*, in hæc verba. Univerſis, ad quos præſens Scriptum pervenerit, *H.* de *Laſcy* Comes *Ultoniæ*, ſalutem in domino. Univerſitati veſtræ ſignificamus, nos divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute animæ noſtræ, & omnium anteceſſorum noſtrorum, dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Priori & Monachis S. *Patricii* de *Duno*, ibidem Deo & S. *Patricio* ſervientibus, unum batellum & unum rete libera ad piſcationem de **Banne** imperpetuum ab omni demanda ad nos vel hæredes noſtros pertinente. Et ut hæc noſtra donatio & confirmatio perpetuam optineat firmitatem, præſenti Scripto Sigillum noſtrum appoſuimus. Hiis teſtibus, *T. Dunenſi* Epiſcopo, *Henrico Wellenſi*, *Rad. Pendelu*, *Will.* de *Avillers*; *Will. Ponmeur*, *Roberto Ponmeur*, *Will.* de *Stokys*, *Michaele* de *Waletune* Clerico noſtro, *Philippo* filio *Davidis*, & aliis.

Inſpeximus etiam quandam aliam Cartam *J.* de *Curci*, in hæc verba; Omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quam futuris, *J.* de *Curci* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me dediſſe & hac præſenti meâ Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ S. *Patricii* de *Dune*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnem decimationem totius venationis meæ per totam terram meam, ubicunq; & omnibus locis ubi venatores mei convenerint ad venandum, in puram & perpetuam elemoſinam; pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ *Affricæ*, & domini mei *H.* Regis *Angliæ*; & pro animabus patris & matris meæ & anteceſſorum meorum; & pro animâ *Beatricis* de *Vilers*. Quare volo (&c.) Hiis teſtibus, *Willielmo* Priore de *Creefergus* (&c.)

Inſpeximus inſuper quandam aliam Cartam *Johannis* de *Curci*, in hæc verba; Sciant omnes præſentes & futuri, quod ego *Johannes* de *Curci* conceſſi (&c.) Deo & Eccleſiæ S. *Patricii* de *Duno* (&c.) illam donationem, quam *Amauricus* de *Hanebhe* fecit illis, de terrâ ſuâ de **Balitrou** omnibus modis, ſicut eandem donationem eis fecit, & Cartâ ſuâ confirmavit. Teſtibus, *Malachia Dunenſi* Epiſcopo (&c.)

Inſpeximus etiam quandam aliam Cartam *Johannis* de *Curci*, in hæc verba; Sciant tam præſentes quàm futuri, quod ego *Johannes* de *Curci*, ex parte domini mei Regis *Angliæ* dedi, & hac meâ Cartâ conceſſi Eccleſiæ S. *Trinitatis* de **Dune**, terram dextrâ parte S. *Georgii* intrantibus murum, uſq; ad Curiam S. *Columbæ*; & de Curiâ S. *Columbæ*; per vicum juxta Crucem S. *Moninnæ*, uſq; ad murum & *Mungona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in terris quàm in Civitate, ſicuti melius & liberius *Hibernienſes* habuerunt & tenuerunt (&c.) Hiis teſtibus, domino Epiſcopo *R.* de *Conere* (&c.)

Inſpeximus (&c.) Sciant omnes, tam præſentes quàm futuri, quod ego *Johannes* de *Curci* dedi (&c.) Deo & Eccleſiæ S. *Patricii* de *Duno*, & *Andræo* Priori & Monachis ibidem

Deo ſervientibus, quamlibet decimam vaccam, & quodlibet decimum animal, de omnibus predis meis, & de omnibus adquiſitis, & purchaciis meis de animalibus factis, ab aquâ de Lenard verſùs auſtrum; præterquam de Art, quocunq; modo factis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, liberè (&c.) pro ſalute animæ meæ & matris meæ; & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum; & pro animabus omnium illorum, qui conſilium & auxilium michi impendent ad conquiſſendum *Ultoniam*. Teſtibus *Jordano* de *Curci* fratre meo; *Ricardo* filio *Roberti* Seneſcallo meo (&c.) Nos autem tenores Cartarum prædictarum (&c.) duximus exemplificandas. In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm.* *xxiiii.* die *Nov.*

PRIORATUS

Monialium de Grane, *in Comitatu* Kildariæ.

Ex ipſo autogr. per *Jac. Waræum* eq. aur. exſcriptum.

Bulla confirmationis poſſeſſionum ejuſdem Domus per Innocentium 3. *Papam.* A. D. 1207.

INnocentius Epiſcopus dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſæ & Conventui de Grane, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum; & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente, complere. Quapropter dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & Monaſterium de Grane, in quo divino eſtis ſervitio mancipatæ, cum omnibus bonis, quæ impræſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, ſub *B. Petri* & noſtrâ protectione ſuſcipimus; Specialiter autem Bona quæ dilectus filius *Walterus* de *Rideleford* vobis pro redemptione animæ ſuæ ſuorumq; parentum conceſſit; *ſcil.* viginti & unam carucatas terræ de Grane; & Dolke; unam carucatam terræ inter Dolke & longum vadum qui appellatur *Da* . . . . . . Molendinum de Vgreſſi, cum aquâ de *Lirnâ* ad idem molendinum currente; libertatem tholneti per totam terram ſuam, jus quoq; patronatus Eccleſiarum de Triſteldermot, S. *Nicholai* de *Balinſderic* in Fotheredonolan, & de Kenheih; ac omnium Eccleſiarum totius Baroniæ ipſius *Walteri* de *Bre*; *viz.* Eccleſiæ de Kergham, Eccleſiæ de Kilmehad, & Eccleſiæ de Kouleſcopſachen: Decimam etiam molendini ſui de *Bre*; necnon Decimam totius expenſæ ſuæ, tam in cibo quàm in potu, quàm in aliis omnibus, quæ ad menſam ſuam pertinet ubicunq; . . . . . . quæ . . . . . . habetis in nemore de Maniſothero.

Præterea ex dono *Willielmi* de . . . . jus patronatus Eccleſiæ de Dunletin; Burgagium unum in eadem villâ, cum duodecim acris terræ; Decimam molendini ejuſdem loci; Decimam piſcarii ſui, octo *Burgagia* in Taghmelinmor. Ex dono verò *R.* de *Guines*, decimas terræ ſuæ de Ballivedan, Balliorelin de Fantho, & de Ballſcuman; & duo Burgagia apud Trucum, in plateâ, quæ eſt juxta Eccleſiam, verſùs aquilonem: Ex dono autem cujuſdam de *Rupe*, unam carucatam terræ in Streleſhi; Decimas de Mainſothered. Ex dono ſiquidem *Gilleberti* filii *Hugonis* Decimas de Leunauh. Ex dono *Haketi* de *Rideleford* Decimas de Kilmachen, & totius terræ, quam tenet à *Waltero* de *Rideleford* inter *Bre* & . . . . . . Et jus patronatus Eccleſiæ de Kenheith. Ex dono *Mauritii* filii *Philippi* viginti ſolidos ſterlingorum annuatim. Ex dono *Johannis* de *Penris* ſeptem ſolidos ſterlingorum annuatim ſolubiles à *Fulcone Senublano*: Terram quæ jacet juxta terram de Grane, ſicut ea omnia benè & pacificè poſſidetis Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communivimus. Nulli ergò omnino liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel eam auſu temerario contraire. Siquis autem attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. *Laterani* . . . . . . Kal. *Maii* Pontificatus noſtri anno Decimo.

Carta Regis Johannis, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 9. *Joh.* m. 5. n. 50.

JOhannes Dei gratiâ (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Sanctæ *Mariæ* de Grane, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, ex dono *Walteri* de *Rideleſſord* totam terram de Grane, & de Dolkae; *ſcil,* viginti carrucatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam carrucatam terræ inter Dolke & longum vadum. Et præterea totale beneficium dictarum terrarum in decimis, & obventionibus, & omnibus aliis eccleſiaſticis beneficiis. Et molendinam de Vggreſſy, cum aquâ de *Lirnâ*, ad idem molendinum currente. Et libertatem Tholneti per totam terram ejuſdem *Walteri*; & omnia eccleſiaſtica beneficia, tam Eccleſiarum quàm Capellarum totius Baroniæ ſuæ de Bre; *ſcil.* Eccleſiam de Dercat, & Eccleſiam de Kilmohud, & Eccleſiam de Kileſcoſather, cum omnibus pertinentiis illarum, in decimis & obventionibus, & omnibus aliis eccleſiaſticis beneficiis; & decimas molendini ſui de Bre, & Eccleſiam de Triſteld, cum omnibus pertinentiis ſuis in decimis & obventionibus, & omnibus aliis eccleſiaſticis beneficiis. Et de univerſo patrimonio ſuo decimas totius expenſæ domus ſuæ, tam in cibo, quàm in potu, & in aliis omnibus quæ ad menſam ſuam pertinent ubicumq; fuerit, ſicut Cartæ ipſius *Walteri*, quas indè habent, rationabiliter teſtantur. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod prædictæ Sanctimoniales habeant & teneant imperpetuum omnia prædicta cum omnibus pertinentiis ſuis benè & in pace, liberè, & quietè, & integrè, in omnibus locis & rebus, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad ea pertinentibus, ſicut prædictum eſt. Teſtibus *G.* filio *Petri* Comite *Eſſexiæ*; *R.* Comite *Ceſtriæ*; *S.* de *Querci* Comite *Wintoniæ*; *R.* de *Veteri ponte*; *M.* filio *Henrici* Juſticiario *Hiberniæ*; *Johanne* Mareſcallo; *Ph.* de *Prendigaſt.* *Will.* de *Barry*; *Euſtachio* de *Rupe*, *Rob.* filio *Martini.* Data per manum *H.* de *Welles* Archid. *Well.* apud *Theokeſbiriam xii.* die *Novembr.* anno regni noſtri nono.

PRIORATUS

de Kilcumyn.

Ex Cod. MS. in bibl. *Cotton.* authore *Joh.* Monacho *Glaſtoniæ.* f. 101. a.

De fundatione ejuſdem.

QUidam *Philippus* de *Wigornia* dictus, Conſtabularius *Hiberniæ* factus, contulit Monaſterio *Glaſtonienſi*, villam de Kilcumyn, cum Eccleſiâ ejuſdem villæ, & centum carucatas terræ quietas ab omnibus ſecularibus ſerviciis, & liberis conſuetudinibus, cum Eccleſiis & Capellis, burgis (&c.) fundans & ædificans ibidem Collegium ſive Prioratum Monachorum in honorem ſanctorum Apoſtolorum *Philippi* & *Jacobi*, atq; ſancti *Cumini.* Quod & factum eſt. Nam miſſus eſt illuc à *Glaſtonia* quidam *Jacobus*, cum aliis ejuſdem loci Monachis, & factus eſt ibi Prior primus.

COENOBIUM

de Neddrum (*Cella S.* Begæ *in Com.* Ebor.)

Ex vetuſto Rotulo MS. in bibl. *Cotton.*

ANno gratiæ *M. C. Lxx. vii.* ante *Purificationem* beatæ *Mariæ*, Dominus *Johannes* de *Curci* ſubjugavit *Ultoniam*, *Henrici* Regis an. *xxiii.* qui regnavit *xxxv.* annos. Et Anno *M. C. Lxx. viiii.* dedit Dominus *Johannes* de *Curcy* terram de Neddrum Monaſterio, & Monachis Sanctæ *Begæ* de Couplond.

Carta Domini Johannis *de* Curci *de Inſula de* Neddrum, *& Eccleſia.*

NOtum ſit omnibus, tam præſentibus, quam futuris, quod ego *Johannes* de *Curcy* conceſſi, & dedi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo, & Sanctæ *Mariæ Eboracenſi* & Sanctæ *Begæ* de Coupland, & Monachis inibi Deo ſervientibus, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam, duas partes cujuſdam Inſulæ, quæ vocatur Neddrum, & duas partes villæ ejuſdem Inſulæ; & duas partes omnium beneficiorum, quæ in eadem Inſulâ fundata eſt, & ipſam Eccleſiam totam ad laudandum Deum in eâ. Et duas partes omnium terrarum ad eandem Eccleſiam pertinentibus, tam in villis quàm in agris, & cæteris aiſiamentis. Tertiam autem partem, tam de beneficiis memoratæ Eccleſiæ, quam Inſulâ prænominatâ, & terris prædictis habebit *Malachias* Epiſcopus de *Duno.* Præterea concedo & dono memoratis Monachis in Duffren, totam terram illam quæ fuit *Gillanbari*, cum pertinentiis ſuis in boſco, & plano; in pratis, & paſcuis; in Eccleſiis, & molendinis; in ſtagnis, & ripis; in viis, & ſemitis; in aquis dulcibus, & ſalſis, in Inſulis & portibus; in piſcariis, & piſcationibus, in ſalinis, & in *Wrekemaris*, ubicumq; inventum fuerit in terrâ prænominatâ.

Conceſſi etiam eiſdem Monachis, *Sok*, & *Sac*, *Tack*, & *Tol*, & *Them*, & *Infangthef*; & omnes libertates, quas habent Monachi in *Anglia* de terris ſuis, & hominibus. Hanc verò elemoſinam dedi ad honorem Dei, præfatis Monachis, pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animarum patris, & matris meæ; & omnium anteceſſorum meorum, liberam & quietam ab omni ſeculari exactione, ut ego & hæredes mei participes ſimus omnium elemoſinarum, & orationum, & omnium bonorum .... fiunt in Abbathiâ S. *Mariæ Eboracenſi*, & in domo Sanctæ *Begæ* virginis, & in omnibus .... Adhuc autem ſciendum eſt, quod prædicti Monachi habebunt amodo in ſilvis meis .... neceſſaria fuerint ad ædificandum, & ardendum; & animalibus ſuis & equis paſturam ad .... ſimiliter ſine pannagio, abſq; ullâ vexatione & impedimento Foreſtariorum meorum. Præterea hac Cartâ meâ confirmavi ſæpedictis Monachis omnes terras, & poſſeſſiones ſuas, quas ego, & homines mei eis in elemoſinam dederunt vel daturi ſunt imperpetuum. (&c.) Hiis teſtibus, ...*naldo* Epiſcopo de Daluaro, *Mauritio* Abbate de Bangor, Patricio .... *Ricardo* filio *Roberti*, *Rogero* de *Ceſtria*, *Adam Camerario* (&c.)

Carta Rogeri *de* Dunesſord *de Eccleſiis infra feodum ſuum.*

NOtum ſit, tam præſentibus, quàm futuris, quod ego *Rogerus* de *Duneſeforthe*, cum conſilio & aſſenſu uxoris meæ, & hæredis mei *Thomæ* conceſſi, & dedi, & hac meâ præſenti Cartâ confirmavi Deo & ſanctæ *Mariæ Eboracenſis*,

racenſis, & Monachis de **Neddrum**, ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de **Anelori**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum unâ carucatâ terræ, quæ jacet inter nemus & villam, & omnes Eccleſias alias, & donationes Eccleſiarum de totâ terrâ meâ; *ſcil.* de feudo decem militum, exceptâ Eccleſiâ de **Dunſeford**, liberè, & quietè de me, & hæredibus meis, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute Domini mei *Johannis* de *Curci*, qui mihi hanc contulit terram, & libertatem; pro ſalute meâ, & uxoris meæ, & hæredum meorum, & omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum. Et ut hæc donatio mea perpetuitatis robur optineat, Sigilli mei impreſſione corroboravi. Hanc autem Cartam dedi Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ Eboracenſi*, & Monachis de **Neddrum**, anno Incarnationis Domini *M. C. nonageſimo quarto*, in Capitulo *Eboracenſi*, quando fraternitatem, & ſocietatem ſuſcepi. Hiis Teſtibus, *Thomâ* hærede meo, *Waltero* de *Bovinton*, *Turgiſio* filio *Turgis*, *Ricardo* filio *Euſtachii*, *Roberto Bachiler*, *Oſberto Portario*, *Johane Albo*, *Johane Coco*, *Pagano Pincernâ*, *Radulfo* de *Longavilla*, & multis aliis.

Carta Brieni *de* Eſchalers.

SCiant omnes qui viderint, vel audierint literas has, quod ego *Brien* de *Eſchallers* dedi, & conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo, & beatæ *Mariæ Eboracenſi*, & S. *Begæ*, & Monachis de **Neddrum** ibidem Deo ſervientibus, unam carucatam in **Balichatlan**; *ſcil.* propinquiorem **Balidergan**, in omnibus aiſiamentis ſuis ad eandem terram pertinentibus, liberam & quietam ab omni terreno ſervitio in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ Domini mei *Johannis* de *Curci*, & pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & hæredum meorum, & parentum meorum. Hanc terram ego, & hæredes mei contra omnes homines warantizabimus. Teſtibus hiis, Domino meo *Johane* de *Curci*, *Richero* filio *Roberti*, Dapifero, *Eliâ* Priore, *Willielmo* filio meo, & multis aliis.

Confirmatio *Johannis*, Tituli Sancti *Stephani* in *Cœlio monte* Presbyteri Cardinalis, de omnibus terris, & Eccleſiis huic Cœnobio collatis.

JOhannes, *miſeratione divinâ tituli Sancti* Stephani *in* Cœlio monte *Presbyteri Cardinalis; Sedis Apoſtolicæ legatus, dilecto filio* Walranno *Priori de* **Neddrum**, *& ſucceſſoribus ejus ſalutem, & benedictionem. Dignum eſt & rationi conſentaneum, ut viros religioſos, quos divinis officiis novimus cotidie mancipatos, ampliora curâ, & ſollicitudine foveamus, & eorum petitiones debeamus, quantum cum Deo poſſumus, promovere; ea propter dilecti filii in Domino, juſtis veſtris poſtulationibus clementer annuimus, & perſonas veſtras, & ſucceſſorum veſtrorum, ſub beati* Petri, *& Domini Papæ, & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & vos ſuper hoc præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut poſſeſſiones, terras, villas,* (*&c.*) *& bona quæ nunc de conceſſione nobilis viri* Johannis *de* Curci, *ſeu aliorum proborum virorum juſtè, & pacificè poſſidetis, ſive in futurum, Domino dante, juſtis modis poteritis adipiſci, vobis, & ſucceſſoribus veſtris firma & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis;* Locum ſcil. *in quo domus veſtra ſita eſt: Ex donatione memorati* Johannis *de* Curci *Eccleſiam, in Inſulâ, quæ vocatur* **Neddrum**, *fundatam, cum duabus partibus ejuſdem Inſulæ, & cum duabus partibus totius terræ, quæ ad eandem Eccleſiam pertinet, & totam terram illam quæ fuit* **Gillanharna** *in* **Duffran**, *& tres Inſulas in* **Lochwene**, *quarum nomina ſunt hæc.* **Scatra**, **Raynche**, *&* **Crafne**. *Ex donatione verò* Jurdani *de* Curci, xv. *carucatas terræ, cum decimatione domus ſuæ.*

Ex præſentatione autem Heliæ *de* Ceſtriâ *Eccleſiam de* **Balimer**, *in quâ conſtruitur Caſtellum ejus, cum omnibus Eccleſiaſticis beneficiis ad eandem Eccleſiam pertinentibus, & unam carrucatam terræ in eadem villâ ex dono Baldwini. Ex præſentatione autem* Ricardi Maſculi *omnes Eccleſias, & Capellas totius terræ ſuæ, quas habet in* Ultoniâ, *de dono Domini ſui* Johannis *de* Curci, *& de dono aliorum virorum, tam in* **Clenelhireth**, *quàm in* **Leſmochan**, *& in aliis locis, cum omnibus Eccleſiaſticis beneficiis, ad eaſdem Eccleſias, & Capellas pertinentibus: Et unam carrucatam terræ in* **Thweth**, *quæ vocatur* **Cleneſperth**, *ex dono* Stephani Locardi. *Ex dono* Rogeri *de* Croſt, *&* Gilberti *fratris ejus, duas carrucatas terræ. Decernimus autem ne cui liceat perſonas veſtras moleſtare, redditus, poſſeſſiones, & cætera bona veſtra minuere, ſubtrahere, vel in aliquo perturbare, ſed omnia integra, & illibata permaneant eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione ſunt collata uſibus, omnimodis profutura. Indulgemus quoq; vobis, ut in terris in quibus de Epiſcoporum conceſſione Eccleſiaſtica beneficia Canonicè poſſidetis, liceat vobis ea per omnia liberè tenere, ſalvâ in omnibus Apoſtolicæ ſedis autoritate, & diœceſani Epiſcopi Canonicâ Juſtitiâ. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc noſtræ protectionis & confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario contrarie. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum* Petri *&* Pauli *Apoſtolorum ejus, Domini Papæ & noſtram ſe noverit incurſurum. Anno Domini M. CC. ii. & anno quinto Pontificatus Domini Papæ* Innocentii *tertii*, menſe *Junii* ix. *die ſtante. Datum* Duni.

PRIORATUS

de Orymild.

De fundatione ejuſdem.

Ex cod. MS. in bibl. Cotton. Authore *Joh.* Monacho *Glaſton.* f. 101.b.

ALius quoq; vir, nomine *Willielmus* de *Burgo*, circa idem tempus, dedit cuidam *Ric.* Monacho *Glaſton.* quandam villam in *Hibernia* quæ vocatur **Ardmur**, cum Eccleſiâ, & omnibus pertinentiis, (&c.) Dedit etiam quandam domum Religionis ad ſui Ordinis profeſſionem conſtruendam in honorem Dei, & beatæ *Mariæ* Virginis. Fundato igitur ibidem Prioratu, vocatus eſt locus ille **Orymild**; Prædictuſq; *Ricardus* factus eſt ibidem primus Prior.

COENOBIUM

de **Arkelo** (*Cella* Furnienſis *Abbathiæ in agro* Lancaſtrenſi, *infra Regnum* Angliæ.

Ex autogr. in bibl. Cotton.

Carta Fundationis ejuſdem, per Theobaldum Walteri, *Pincernam* Hiberniæ.

OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, *Theobaldus Walteri*, Pincerna *Hiberniæ*, ſalutem in Domino. Sciatis me pro amore Dei, & beatæ Dei genitricis Virginis *Mariæ*, & pro ſalute animæ *H.* Regis *Angl.* & pro ſalute animæ Regis *Ricardi*, & pro ſalute animæ *Johannis* Regis *Angliæ*, & pro animâ *Ranulphi* de *Glainvill*, & pro ſalute animæ Comitis *Willelmi Mareſcalli*, & pro ſalute animæ Domini *H. Cantuarienſis* Archiepiſcopi fratris mei, & pro animabus *Hervei Walteri* patris mei, & *Matildis* de *Valuniis* matris meæ, & pro ſalute animæ meæ, & *Matildis* ſponſæ meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, Deo & beatæ *Mariæ*, & Monachis *Ciſtercienſis* Ordinis, qui exierunt de Abbatia de *Furneſio*, omnes Dominicos meos de **Arkelo**, verſùs auſtrum aquæ, cum burgagiis ex illâ parte aquæ, cum omnibus ſuis pertinentiis; ita quod neq; ſtagna, neq; piſcaria in tranſverſo aquæ ibi fieri poſſit, & ſic aſcendendo uſq; ad terram *Adæ Anglici*: Et ſic aſcendendo illam aquam quæ venit de Auſtro, inter terram quæ fuit *Adæ Anglici* uſq; ad terram *Johannis* de *Pencott*. Dedi etiam eis totam marinam, cum omnibus ſalinis prædictæ terræ, uſq; ad terram *Moricii* filii *Moritii*, cum wreccâ maris, exceptâ terrâ & ſalinâ Abbatis & monachorum de **Balkinglas**. Præterea dedi eis Inſulam de **Arkelo**, ad fundandam ibi unam Abbatiam de Ordine *Ciſtercienſi*, vel alibi ubi viderint, quod fuerit utilius & convenientius ad opus eorum infra eandem terram, & medietatem aquæ prædictæ, cum piſcatione, & cum totâ venatione, in quantum terra eorum ſe extendit; & cum omnibus *Hibernicis* ad prædictam terram pertinentibus, & cum totâ ſequelâ eorum, & cum omnibus catallis ſuis. Hæc omnia dedi eis in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam; habenda & tenenda ſicut ulla elemoſina liberiùs, & quietiùs, dari & teneri poterint, in boſco, in plano, in pratis, paſcuis, & paſturis, in moris, muſcis, & mariſcis, in aquis & molendinis, in madido & ſicco, & in omnibus aiſiamentis, quæ infra prædictam ſunt & eſſe poſſunt. Et ego & hæredes mei illos prædictos Monachos de omni ſeculari ſervitio & demandâ adquietabimus, & eis terram illam contra omnes homines, ad poſſe noſtrum, warantizabimus. Hiis teſtibus, *H. Cantuarienſi* Archiepiſcopo. Domino *R.* Abbate de *Furneſio*, & Conventu ejuſdem loci, *R.* Clerico de **Thireton**, *Gilberto* de *Kentewell*; *Hamarico* de *Belliſaco*; *Moricio* filio *Moricii*; *Waltero* de *Kentewell*, *Johanne* de *Pencott Galfrido* de *Stanton*, *Johanne Waſcelin*, *Gilberto* Clerico, qui Cartam ſcripſit, & multis aliis.

ABBATIA

de Bello Becco, *cella* Furneſienſis *Cœnobii, in* Angliâ.

Breve Regis Edwardi *tertii, per quod,* Walterum *de Laſcy, ejuſdem loci primum donatorum fuiſſe liquet.*

Clauſ. 22. E.3.p.1.m.

REx dilecto & fideli ſuo *Rogero Darcy* Eſcaetori ſuo *Hiberniæ*, vel ejus locum tenenti, ſalutem. Cum *Walterus* de *Laſcy*, dudum per Cartam ſuam dediſſet & conceſſiſſet Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & S. *Laurentii* de *Bello Becco*, & Monachis ibidem reſidentibus & Deo ſervientibus in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, totum Dominicum carucarum ſuarum, cum omnibus pertinentiis ſuis, quod habuit vel habere potuit in villâ de **Killekerran**; ſimiliter & totam terram quam *Bethani* & *Anglici* habuerunt & tenuerunt de ipſo *Waltero* in eadem villâ de **Killekeran**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ quidem tenementa nunc Manerium de *Bello Becco* nuncupantur, ut dicitur; tenendum & habendum totum Dominium prædictum; & totam terram prædictam, cum omnibus pertinentiis ſuis de ipſo *Waltero*, & hæredibus ſuis, eiſdem Monachis, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, in liberâ, purâ & perpetuâ elemoſinâ, adeo liberè, & quietè, in omnibus locis, & in omnibus rebus, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, ſicut unquam elemoſina aliqua alicui Domui religioſæ meliùs, liberiùs, & pleniùs collata fuit, & conceſſa, libera & quieta ab omni ſeculari ſervicio & demandâ: Necnon in liberâ, purâ & perpetuâ elemoſinâ unum Burgagium in villâ *Marinariorum*, cum libertate habendi unum batellum ad uſus proprios, ſine telonio, conſuetudine, vel demandâ: ſubſequenterq; celebris memoriæ dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* proavus noſter, pro ſe & hæredibus ſuis, conceſſiſſet & per Cartam ſuam confirmâſſet Deo & Monachis prædictis, donationem & conceſſionem, quas præfatus *Walterus* eis fecit de toto dominico carucarum ſuarum ſupradicto, cum omnibus pertinentiis ſuis; & de totâ terrâ prædictâ, quam *Bethani* & *Anglici* habuerunt, & tenuerunt; & de dicto Burgagio, cum libertate habendo dictum batellum; habendum & tenendum in liberam elemoſinam, ſicut Carta prædicti *Walteri*, in quâ prædicta donatio & conceſſio pleniùs continetur, rationabiliter teſtatur. Ac poſtmodum Abbas & Conventus dicti loci de *Bello Becco*, Ordinis *Ciſtercienſis*, de * licentiâ noſtrâ priùs habita, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, dediſſent, conceſſiſſent, & per Cartam ſuam confirmâſſent, dilectis nobis in Chriſto, Abbati & Conventui de Furneys, dictum Manerium ſuum de *Bello Becco*, cum pertinentiis ſuis in *Hiberniâ*, & quicquid habuerunt in *Hiberniâ*, tam in dominico, quàm in ſervicio, ſine ullo retenemento; habendum & tenendum prædictis Abbati & Conventui & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, adeo liberè & integrè, ſicut iidem Abbas & Conventus de *Bello Becco*, & prædeceſſores ſui, ex feoffamentis feoffatorum ſuorum, ea liberiùs, & integriùs tenebant. Et nos etiam habitâ conſideratione ad hoc, quod donatio & conceſſio, quas prædictus *Walterus* fecit præfatis Monachis de *Bello Becco*, de prædictis terris & tenementis in in Gilkeran, quæ nunc Manerium de *Bello Becco* nuncupantur, & quas præfatus progenitor noſter, per dictam Cartam ſuam, anno *videlicet* Regni ſui viceſimo, confirmavit, ut præmittitur, factæ fuerunt diu ante publicationem ſtatuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis editi; volentes ſecuritati prædictorum Abbatis & Conventus de Furneys, ad quorum manus terræ & tenementi illa, nunc Manerium de *Bello Becco* nominato, ſic ex adquiſito devenerunt providere, donationes & conceſſiones ſupradictas, tam *videlicet* prædictorum Abbatis & Conventus de *Bello Becco*, quàm ipſius *Walteri*, præfatis Abbati & Conventui de Furneys, conceſſerimus, & confirmaverimus, ſicut Cartæ eorundem Abbatis & Conventus de *Bello Becco*, quam ipſius *Walteri*, ac dicti progenitores noſtri rationabiliter teſtantur. Nolentes quod idem Abbas & Conventus de Furneys vel eorum ſucceſſores, ſuper poſſeſſione Manerii prædicti, ratione adquiſitionum prædictarum, vel dicti ſtatuti, ſeu pro eo quod terræ & tenementa prædictæ, de progenitoribus noſtris tenebantur in Capite, ut dicitur, inquietentur, impediantur in aliquo, ſeu graventur, ſed quod iidem Abbas & Conventus de Fourneys, & dicti ſucceſſores ſui, prædicta terras & tenementa Manerium de *Bello Becco* ſic nominata habeant & teneant juxta formam adquiſitionum prædictarum, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Balivorum, ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcunq; in perpetuum, prout in literis noſtris Patentibus, indè confectis pleniùs continetur; Vobis mandamus, quod manum noſtram de Manerio prædicto, quod per mortem fratris *Johannis* de *Cokerham*, ultimi Abbatis de Fourneys, cepiſtis in manum noſtram, ut dicitur, ſi eâ occaſione, & non aliâ, in manu noſtrâ exiſtat, ſine dilatione amoventes, vos indè ulteriùs non intromittatis, exitus ſi quos indè perceperitis fratri *Alexandro* nunc Abbati & Conventui dicti loci de Fourneys liberantes. Teſte R. apud *Weſtmonaſterium* quarto die *Maii*;

*Vide Pat 15. E. 3. p. 1. m. 42.

Licentia regia pro donatione Manerii de Bello Becco. *Abb. & Conv. de* Furneſſe.

Pat. 6. E. 3. p. 3. m. 3.

Pat. 14 E. 3 p. 2. m. 25.

Rex omnibus ad quos, &c. ſalutem; Licet, &c. Volentes tamen dilectis nobis in Chriſto Abbati & Conventui de Fourneys gratiam facere ſpecialem, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Abbati & Conventui de *Bello Becco* in *Normannia*, quod ipſi Manerium de *Bello Becco*, juxta Droghda, cum pertinentiis, & tria meſuagia, ſexaginta acras terræ, & dimidium, & quinquaginta, & ſeptem ſolidatas, & novem denaratas redditus cum pertinentiis in Marinſton, Kenneles, & Drogheda, ex utraq; parte, & quandam piſcariam in aquâ de Boyne, cum pertinentiis, dare poſſint & aſſignare præfatis Abbati & Conventui de Fourneys: Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. Et eiſdem Abbati & Conventui de Fourneys, quod ipſi prædicta Manerium, meſuagia, terram, & redditus, cum pertinentiis, à præfatis Abbate & Conventu de *Bello Becco*, recipere poſſint & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis imperpetuum, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem. Nolentes quod prædicti Abbas & Coventus de *Bello Becco*, vel ſucceſſores ſui, aut præfati Abbas & Conventus de Fourneys, ſeu ſucceſſores ſui, ratione præmiſſorum, ſeu ſtatuti prædicti per nos vel hæredes noſtros indè occaſionentur in aliquo, ſeu graventur; ſalvis tamen capitalibus dominis feodi illius ſerviciis indè debitis & conſuetis. In cujus, &c. T. Rege *Ebor. xiv.* die *Decembris*.

MONASTERIUM

B. Mariæ *de* **Dunbrothy**, *alias de* Portu *S.* Mariæ *in Comitatu* Wexfordiæ. (*Cella de* **Bildwas** *in* Angliâ.)

Carta Fundationis ejuſdem.

Ex Regiſt. dicti Cœnobii, per *Jac. Waræ*umeq. aur. exſcriptum.

SCiant omnes Sanctæ matris Eccleſiæ filii, tam moderni quam futuri, quod ego *Herveius* de *Monte Moriſco* Mareſcallus Domini Regis de *Hibernia*, & Seneſcallus de totâ terrâ *Richardi* Comitis, dedi & conceſſi, & hac meâ præſenti Chartâ confirmavi; Deo & S. *Maria*, & S. *Benedicto*, & Monachis de **Bildewas**, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & *Henrici* Regis, & *Richardi* Comitis, & uxoris meæ, & anteceſſorum meorum, ad Abbatiam conſtruendam de ordine *Ciſtertii*, has terras cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco & plano, & aquâ, *ſcil.* **Ardfithem**, & **Croſgormoſs**, & cum plano, nemus ibi per fluctum, & ſic ſurſum per aquam quæ vocatur **Kempul**, uſq; ad quendam torrentem, qui venit ab auſtrali parte & cadit in **Kempul** ad **Malpas**, per viam quæ vadit ad **Thearchmun**. Has verò terras, cum prædictis terris dedi & conceſſi; *ſcil.* **Calatrum**, & **Cuſduf**, & **Raidern**, & **Coilan**, & **Urbegan**, & **Leſculenan**, & **Urgoneran**, & **Buillefkerd**, & **Balligone**, & ſic per torrentem, qui eſt in oriente de **Balligone**, & in occidente de **Drunculip**, ut ſit ille torrens terminus terræ illorum ibi, ſicut ipſe torrens deſcendit ad aquam de **Banne**; & indè publica via quæ vadit de eadem aqua per extra nemus, uſq; ad **Balliſtrage**, terminus eſt terræ illorum inter eos & nigros Monachos; Ita ut planum quod eſt inter viam & nemus, & ipſorum nemus in parte illorum ſit, & planum ex alterâ parte viæ ſit nigrorum Monachorum.

Dedi etiam iis **Dunmeſhanan** & **Dunbrodik**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & duas carucatas terræ in Inſulâ ex auſtrali parte, & quatuor heilandos proximos ipſi terræ, cum piſcariis. Volo igitur & ſtabiliter confirmo, quod prædicti Monachi prædictæ Abbatiæ teneant & poſſideant prædictas terras plenariè; ſine aliquo retenemento, in boſco, in plano, in aquis per terminos ſuos, in terrâ, in mari, in ſalinis, in piſcariis, in piſcaturis, in ſtagnis & locis, & molendinis, in pratis & paſcuis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis rebus pertinentibus ad prædictas terras, liberè & quietè ab omni ſeculari ſervitio & exactione, & à tolneo per fora mea; & materiam lignorum ad domos ſuas per omnia nemora mea habeant; & Curiam ſuam. Et ſi malefactor ad eos confugerit, pacem habeat dum fuerit cum eis. Teſtibus *Joſepho* Epiſcopo de **Weſeford**; *Falice* Epiſcopo de **Oſſorie**; Dominâ *Neſtâ*; *Willelmo Brun*; *Jordano* Canonico; *Richardo* Presbytero; *Rogero* de **Puntfret**; *Heliâ Keting*; *Simone* Clerico; *Willielmo* de . . . . . *Richardo* filio *Hay*; *Nicolao* filio *Willielmi Brun*; & multis aliis.

Carta Regis Edwardi *tertii, donationem* Walteri Mareſcalli *Comitis* Pembrochiæ, *recitans & confirmans.*

Pat. 22. E. 3. p. 2. m. 11.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam, quam *Walterus Mareſcallus*, quondam Comes *Pembrochia*, fecit Abbatiæ de *Portu* S. *Maria*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, Ordinis *Ciſtercienſis*, in hæc verba; *Walterus Mareſchallus* Comes *Pembrochia*, univerſis hominibus ſuis, *Francis*, *Anglicis*, *Walenſibus* & *Hibernicis*, & omnibus præſentem Cartam viſuris vel audituris ſalutem. Sciatis me, pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & pro animabus bonæ memoriæ *Willielmi Mareſcalli* patris mei, & *Iſabella* matris meæ, fratrum & ſororum meorum, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, hac præſenti Cartâ meâ, in puram & perpetuam elemoſinam confirmâſſe Abbatiæ de *Portu* S. *Maria*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, Ordinis *Ciſtercienſis*, has terras ſubſcriptas, de dono Comitis *Ricardi* & *Hervici* de *Monte morecy* ſibi collatas; *ſcil.* **Archfitheny**, **Croſtormock**; & cum plano nemus ibi per fluctum; & ſic curſum per aquam, quæ vocatur **Kempul** uſq; ad quendam torrentem, qui venit ab auſtrali parte, & cadit in **Kempul** apud **Malpas**; & de **Malpas**, per viam quæ ducit ad **Tachmone**. Has verò terras, cum prædictis terris conceſſi & confirmavi eis, *ſcil.* **Balacrum** & **Cuſduf**, & **Rathcron**, & **Coillath**, & **Tyrbegan**, & **Leſtolenan**, & **Tyregoneran**, & **Bnylleſcard**, & **Baligone**, & ſic per torrentem qui eſt in oriente de **Baligone**, & in occidente **Drumgulput** ſit ille torrens terræ illorum ibi, ſicut ille torrens deſcendit in aquam de **Banewa**: Et indè publicâ viâ, quæ ducit de eadem aqua per extra nemus uſq; ad **Baliſtragh** terminus eſt terræ illorum, inter eos & nigros Monachos, ita quod planum quod eſt inter viam & nemus, & ipſum nemus in parte illorum ſit, & planum ex alterâ parte viæ ſit nigrorum Monachorum.

Dedi etiam eis **Doncanan** & **Dombrothy**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Conceſſi etiam pro me & hæredibus meis eidem Abbaciæ, & Cartâ meâ confirmavi quicquid ei poterint in futuro rationabiliter piâ donatione & devotione, ſeu venditione fidelium, ſalvo ſervicio meo & hæredum meorum provenire. Volo igitur & firmiter ſtatuo, ut Abbatia prænominata, & Abbas & Monachi illius loci, habeant & teneant omnes prædictas terras, & tenementa prænominata, cum Eccleſiis & Capellis, & omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, cum *ſok*, & *ſak*, & *thol*, & *them*, & *Infangethef*, benè & in pacè (&c.) Et habeant ſibi omnimodam foriſſacturam propriorum hominum ſuorum, ſolâ juſticiâ vitæ & membrorum michi & hæredibus meis retentâ. Et per omnes foreſtas meas paſturam habeant animalium ſuorum quietam; *ſcil.* ad quater viginti vaccas, cum exitu earum unius anni, ſive ad totidem alia animalia; & ad Mille & quingentas oves, cum earum exitu ſimiliter unius anni, ſive ad totidem alias bidentes, ſalvâ ſemper venatione michi & hæredibus meis. Habeant etiam quicquid eis neceſſe fuerit ad ardendum & ædificandum, per viſum foreſtariorum. Si quis etiam, vel in præſenti, vel in futuro, de hiis quicquam, quæ prædictæ Abbathiæ conceſſi calumpniatus fuerit, non tenebuntur indè Monachis reſpondere, ſed ad me pertinebit & hæredes meos calumpniatoribus eorum, vel excambio vel alio rationabili modo ſatisfacere; Monachiſq;, quicquid eis donavi vel conceſſi, warantizare, & in integrum conſervare: Diſtrictè ergo prohibeo, ſuper foriſfacturam meam, *viz.* decem marcarum, ne quis eos, vel homines ſuos, aut ſervientes, aut poſſeſſiones eorum, malicioſè gravet aut vexet, vel in aliquâ re diſturbet: quod ſi quis facere præſumpſerit, in foriſfacturam prænominatam ſe noverit incidiſſe. Et ut hæc mea conceſſio & confirmatio perpetuæ firmitatis & ſtabilitatis robur optineat, præſenti ſcripto munimen impreſſionis Sigilli mei appoſui. Hiis teſtibus, dominis *Radulpho* filio *Nicholai*, *Johanne* filio *Galfridi*, *Rogero* de *Somery*, *Ricardo* de *Burgo*, *Mauricio* de *Londoniis*, *Willelmo* de *Dene*, *Milone* de *Rupeforti*, *Stephano Archidiacono*, *Henrico* de *Burmingham*; *Davide Baſſet*, tunc Seneſchallo *Lageniæ*, *Rogero* de *Sottone*, *Reſo* de *Arderne*, *Clemente* filio *Ricardi*, & *Rogero* de *Pembrokiâ* Clericis, & aliis. Nos autem donationes (&c.) prædictas, ratas habentes & gratas, eas (&c.) confirmamus (&c.) T. Rege apud *Weſtm.* vi. die *Auguſti*.

ABBATIA

de Jeriponte.

Pat. 34. E. 3. p. 3 m. 14 per Inſpex.

Carta Johannis *Comitis* Moritoniæ, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

JOhannes dominus *Hiberniæ* & Comes *Moretoniæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Conſtabulariis & omnibus Miniſtris & Ballivis & fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* & *Hibernienſibus*, de totâ *Hiberniâ* ſalutem. Noveritis me, divini amoris intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Jeriponte*, & Monachis Ordinis *Ciſtercienſis*, & fratribus eorum ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes terrarum & tenementorum, quas *Hibernienſes* eis fecerunt rationabiliter ante primum adventum Comitis *Ricardi* in *Hiberniam*; & nominatim rationabilem donationem quam *Dumvaldus* Rex *Oſſoriæ* eis fecit de terris ſubſcriptis; Terram *viz.* **Baleochellam**, cum omnibus pertinenciis ſuis, in quâ Monaſterium ipſum ſitum eſt; & terram **Caſſel Corbrin**; & terram **Tigi Glaſſam**; & terram **Baleynarich**; & terram **Baleychechani**; & terram **Baleyellela**; & terram **Baley Longſin**; & terram **Guari**, & **Machogbail**, & **Coda**, cum omnibus pertinentiis ipſarum terrarum in longitudine & latitudine; & terram **Buntili**; & terram **Raichoſalich**, & **Muliam Mobruoch**; & terram **Tritiriadoir**, & terram **Raichellela**; & terram **Keltorkadub**; & terram **Ardehen**; & terram **Raicheda**; & **Seit Gurth**, quæ pertinent ad **Raicheda**; & ſunt collaterales *fieda* reſidui; & terram de **Raichamackellich**; & terram **Caſſlieremaich**; & terram **Magleth**; & terram **Baleiethnat**, **Mielx**, **Areth**. Has ſiquidem terras omnes conceſſi & confirmavi prædictis Monachis in liberam & puram, & perpetuam elemoſinam, cum omnibus pertinentiis ſuis, in longitudine & latitudine; & cum omnibus terminis & diviſis & metis, quæ ad præſcriptas terras pertinent, ſicut Carta memorati *Dunvaldi* Regis teſtatur, & diſtinguit.

Conceſſi eciam & confirmavi eis villam *Kell* **Rudi**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam habent de dono *Felicis* Epiſcopi *Oſſoriæ*. Conceſſi eciam eis omnes terras & omnia tenementa, quæ eis rationabiliter collata ſunt, poſt primum adventum Comitis *Ricardi* in *Hiberniam*; & quæ de cætero eis rationabiliter collata erunt, ab hominibus de linguâ meâ in *Hiberniâ*; *ſcil.* ex dono *Manaſſeri Arſic.* terram de **Dadurles** in **Uthoh**; & ex donatione ejuſdem & *Ricardi* filii *Folconis*, **Balemacgillore Weig** in **Arewy** campo; & communiam. Ex donatione prædicti filii *Folconis* terram propè grangiam **Raichellela**. Et ex donatione *Johannis* filii *Roberti* villam totam, quæ vocatur **Clohan**, & alio nomine dicitur **Dunchrohi**, in **Congtella**. Et ex dono *Johannis* de *Lenhal* partem terræ, cujus pars vocatur **Raithdoninall**, quæ eſt propè grangiam **Raithellela**, cum omnibus pertinenciis, & terminis, & metis ipſarum terrarum, ſicut Cartæ donatorum teſtantur, & diſtinguunt. Quare volo, & firmiter præcipio, quod præfati Monachi habeant & teneant benè, & in pace, liberè, & quietè, integrè, & plenariè, honorificè, & pacificè omnes terras & tenementa ſupraſcripta, cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco & plano, in pratis & paſturis; in herbagiis, & turbariis; in moris & mariſcis, & omnibus aliis locis & rebus, & pertinentiis ipſarum terrarum, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam, libera & quieta & ſoluta ab omni ſervicio & conſuetudine & exactione ſeculari. Teſtibus hiis, *Stephano*

R.d.

Rid. Cancellario meo; *Theob. Walteri*; *Willielmo* de *Wennen*, *Rogero* de *Plan*, *Willielmo Parvo*, *Roberto Flandrenſi*, *Rogero Tirel*, *Ricardo Tirel*, *Amilrico* de *Bello Fago*, *Geraldo* filio *Moricii*, Magiſtro *Benedicto* de *Raunſ. Ricardo Aaron*, *Ric. Uvdal*, *Radulfo* de *Cireceſtre* Clericis; *Manaſſero Arſic*, apud *Leiceſtriam*.

ABBATIA

de Kylleconil.

Pa. 30. E. 3. p. 1. m. 13. p. Inſpex.

Carta Regis Henrici *tertii*, *donationes per* Donaldum O Bryan, *fundatorem ejuſdem*, *confirmans*:

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe, pro nobis & hæredibus noſtris, Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Kylleconil, *Ciſtercienſis* Ordinis ibidem Deo ſervientibus, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, donationem & conceſſionem quam *Donallus Obryan* fecit eiſdem Monachis; *viz.* locum in quo Monaſterium eorum eſt ſitum, & omnes terras & poſſeſſiones, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſicut meliùs & pleniùs & liberiùs eas *Donallus Obryan* dedit & conceſſit, & ſua Cartâ confirmavit. Iiſdem verò conceſſimus, ut prædictum eſt, has terras, cum omnibus pertinentiis; in Eccleſiis, in Capellis, in decimis & obventionibus, in boſco, in plano, in pratis, in paſturis, in ſtabulis, & in aquis, in molendinis, in ſtagnis, & vivariis; in viis, in ſemitis, in piſcariis & piſcaturis; in villis infra burgum & extra, & omnibus aliis locis, & omnibus aliis rebus conceſſimus prædictis Monachis. Quare volumus (&c.) Dat. apud *Dubliniam vii.* die *Auguſti*, anno regni regis noſtri quarto.

ABBATIA

de Melliſonte.

Cart. 22. E 3. m. 7.

Carta Regis Johannis, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

JOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis nos divino amore intuitu, & pro ſalute animæ noſtræ, conceſſiſſe & dediſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Drocheda* & Monachis ibidem Deo ſervientibus, grangias & terras ſubſcriptas, quæ ſunt de feodo noſtro, *ſcil.* Liſnamanache; & in terrâ quam *Occanel* tenuit de nobis, grangiam *Salinarum*, & terram de Leacht Gerram; & terram de Dumwabair; & terram de Eglas, Mocabdeo, & de Mullachois, quas ipſi habuerunt ante adventum *Francorum* in *Hiberniam*. Grangiam verò de Balimeit Edugain, *ſcil.* quatuor carucatas terræ, cum pertinentiis ſuis in paſturis & waſtinis, & terram de Ibar Tigy liberam, & terram de Incean, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ eis poſt adventum domini Regis patris noſtri, & ante adventum noſtrum in *Hiberniam* collata fuerunt, eis dedimus & conceſſimus, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus. Has autem terras & grangias ſubſcriptas, cum omnibus pertinentiis ſuis, contulimus & conceſſimus eiſdem Monachis ex dono noſtro proprio, quia de dominico noſtro fuerunt, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, anno ab incarnatione Domini *MCLxxxviii*, tenendas benè & in pace; grangiam *ſcil.* de *Balimeit Edugani*, & terram de *Ibar Tygi* liberam; & de Incean ſicut eas meliùs, pleniùs, & liberiùs & integriùs habuerunt & tenuerunt, ante adventum, vel poſt adventum noſtrum in *Hiberniam*.

Grangiam verò *Salinarum*, & alias terras ſupra ſcriptas, ſicut eas meliùs, liberiùs, pleniùs, & integriùs habuerunt ante adventum *Francorum*, uſq; ad adventum domini Regis vel noſtrum in *Hiberniam*. Quare volumus (&c.)

Conceſſimus ſiquidem eis piſcariam ſuam liberam & quietam in aqua de Buni, quam longè terræ eorum extenduntur, ex utraq; parte ipſius aquæ de Buni. Et prohibemus ne quis in aquâ illâ proprietatem habeat vel communiam piſcationis, niſi per eos inter terras illorum quam longè terræ eorum extenduntur, ex utraq; parte ipſius aquæ de Buni, ſicut Carta noſtrâ quam eis indè fecimus, dum eſſemus Comes *Moretonii* rationabiliter teſtatur. T. *G.* filio *Petri* Comite *Eſſexiæ* & Juſticiario *Angliæ* (&c.) Data per manum S. præpoſiti *Beverlaci* & Archid. *Wellenſis* apud *Rotomagum*, primo die *Aprilis*, anno regni noſtri quarto.

Ibid.

Carta Regis Henrici *tertii.*

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Monachis de *Mellifonte*, donationem & conceſſionem quam *Henricus* Rex avus noſter eis fecit; *ſcil.* locum & ſedem Abbatiæ ſuæ, cum omnibus pertinentiis ſuis; Grangiam *ſcil.* de **Kulibudy** & **Mumgratan**, cum pertinentiis ſuis; & grangiam de **Melle** cum pertinentiis ſuis; & grangiam de **Drochtath** cum pertinentiis ſuis; & **Raythmolan** & **Finnanere**, cum pertinentiis ſuis; & grangiam de **Theachlenny**, cum pertinentiis ſuis; & grangiam de **Roſnarryhs**, cum pertinentiis ſuis; & **Cullen** cum pertinentiis ſuis; & grangiam de **Cnogna**, cum pertinentiis ſuis; & grangiam de **Kelkalma** cum pertinentiis ſuis; & **Tuelacnacornary** cum pertinentiis ſuis; & **Callan** cum pertinentiis ſuis; & grangiam de **Finnaner**, cum pertinentiis ſuis, ſicut Carta *Henrici* Regis, avi noſtri, teſtatur & determinat.

Conceſſimus etiam & confirmamus eis omnes terras ſubſcriptas, & alias eis poſtea rationabiliter collatas; *ſcil.* ex dono *Hugonis* de *Lacy*, duas carucatas terræ, *ſcil.* **Croch** & **Inſeil**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et ex dono *Roberti Flandrenſis* unam carucatam terræ in *Crenodâ*, ſicut Cartæ donatorum ſuorum teſtantur. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *Radulfi Cyceſtrenſis* Epiſcopi & Cancellarii noſtri, apud **Walingford**, *xxv.* die *Aprilis*, anno regni noſtri *xxii.*

Ibid.

Alia Carta ejuſdem Regis Henrici.

HEnricus (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe (&c.) Deo & beatæ *Mariæ* & Eccleſiæ de *Mellifonte* (&c.) conceſſionem & donationem, quam eis fecit *Henricus* Rex noſter avus, per Cartam ſuam de Abbathiâ ejuſdem loci, cum omnibus pertinentiis ſuis; & de grangiâ de **Culkuney**, & **Mumgatram**, cum pertinentiis ſuis; & de grangia de **Melle** cum pertinentiis ſuis; & de grangiâ de *Droghda*, cum pertinentiis ſuis; & **Rachmolan** & **Finnanyr** cum pertinentiis ſuis; & de grangiâ de *Cnogva*, cum omnibus ad eam pertinentibus; Et de grangiâ de *Kelkamma* cum pertinentiis ſuis; & de grangiâ de **Thaghlynny**, cum pertinentiis ſuis; & de grangia de **Roſmaring**, cum pertinentiis ſuis; & **Cullen** cum pertinentiis ſuis; **Thuelagerhernatornary**, cum pertinentiis ſuis, **Collon** cum pertinentiis ſuis; & de grangiâ de **Kethopk**, cum pertinentiis ſuis; & de grangiâ de **Fynavyr**, cum pertinentiis ſuis. Quare volumus (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* *xxviii.* die *Decembris*.

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 2. E. 3. n. 7. per Inſpex.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Monachis de *Melliſſonte* donationem & conceſſionem, quam *Henricus* Rex avus noſter eis fecit; *ſc.* locum & ſedem Abbatiæ ſuæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & grangiam *ſcil.* de **Kulibud** & **Mangraton**, cum pertinentiis ſuis; & grangiam de **Melle**, cum pertinentiis ſuis; & grangiam de **Drochtach**, cum pertinentiis ſuis; & **Ravthmolan** & **Fynnaver** cum pertinentiis ſuis, & grangiam de **Theachlenny**, cum pertinentiis ſuis; & grangiam de **Roſnarryhs**, cum pertinentiis ſuis; & **Cullen**, cum pertinentiis ſuis; & grangiam de **Cnogna**, cum pertinentiis ſuis; & grangiam de **Kelcalma**, cum pertinentiis ſuis, & **Tuelacnacornary**, cum pertinentiis ſuis; & **Callan**, cum pertinentiis ſuis; & grangiam de **Finnaver**, cum pertinentiis ſuis, ſicut Carta *Henrici* Regis avi noſtri teſtatur; & determinat. Conceſſimus etiam & confirmamus eis omnes terras ſubſcriptas, & alias eis poſtea rationabiliter collatas; *ſcil.* ex dono *Hugonis* de *Lacy* duas carucatas terræ; *ſcil.* **Croch** & **Inſeil**, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et ex dono *Roberti Flandrenſis* unam carucatam terræ in *Crenodâ*, ſicut Carta donatorum ſuorum teſtantur. Quare volumus (&c.) Data per manum *Radulfi Cyceſtrenſis* Epiſcopi & Cancellarii noſtri apud **Wallingford** *xxv.* die *Aprilis* anno regni noſtri viceſimo ſecundo.

Nos autem concedimus & confirmamus nunc Abbati & Monachis de *Melliſſonte* & ſucceſſoribus ſuis, omnes prædictas donationes, & conceſſiones (&c.) Conceſſimus etiam eiſdem Abbati & Monachis, quod ipſi & ſucceſſores ſui imperpetuum habeant liberam warrenam in omnibus dominicis terris ſuis in **Callan**, **Balymaſcallan**, **Salthons**, **Cuilboyg**, **Graunegeth**, *Nova villâ* de **Munkelond**; **Balyſedok**, **Fernaght**, **Slenbroght**, & in grangiis ſuis de *Veteriponte*, **Staghlyn**, **Roſnery**, **Knouthe**, **Doe**, **Couldboyde**, & *Nova-grangia*, in comitatu *Midia*, & *Virelis*, dum tamen terræ illæ non ſint infra metas foreſtæ noſtræ (&c.) Datum apud *Weſtmonaſterium* *xxviii.* die *Septembris*.

ABBATIA

beatæ Mariæ *de* Newry, *alias de* Viridi ligno, *in Comitatu* Dunenſi.

Ex vet. membr. penès *Jac. Waraum* aur. eq.

Carta Mauritii mag Lochlain *Regis totius* Hiberniæ, *de dotatione ejuſdem.*

M*Auritius mag Lochlain*, Rex totius *Hiberniæ*, univerſis magnatibus ſuis, ſubregulis, principibus, Ducibus, Clericis & laicis, omnibuſq; & ſingulis *Hibernienſibus*, præſentibus & futuris ſalutem. Sciatis, quod ego, unanimi voluntate, & communi conceſſione magnatum *Ultoniæ* & *Ergalliæ*, & de Ducach, *ſcil. Doncad O Cerbait*, Regis totius *Ergalliæ*; & *Murcad* ejus filii, Regis Mineth; & *Tricaſed Erther*; & *Corla* Regis *Ultoniæ*; & *Donaldi O Hede*, Regis Oneac, condonavi & confirmavi in honore beatæ *Mariæ* & *S. Patricii*, & S. *Benedicti* patris & fundatoris Ordinis *Ciſtercienſis*, Monachis Deo ſervientibus in *Nivorc'yntractâ* in perpetuam & puram elemoſinam, terram O Cormaic, ubi fundatum eſt Monaſterium; Athcrathin, cum terris ſuis, ſilvis & aquis; Enacratha, cum terris ſuis, ſilvis & aquis, Cromglean, cum terris ſuis, & aquis, Caſelaragan, cum terris ſuis, & aquis, Liſſinelle, cum terris ſuis & aquis, Croa Druimfornact, Letir, Corcrach, Fedglaſſayn, Tirmorgonnean, Cimocioll, Padromanna uſq; Athnarap, cum terris ſuis, ſilvis, & aquis, Cromcaill, Balenatin uſq; ad Athniſcail, Saolccan, uſq; ad omnem Athadoniayn, Bile in Ledengan, cum terrâ ſuâ Liſdorca, Caracteаn cum terris ſuis & molendino, Betheac cum terrâ ſuâ.

Has terras, ex dono meo proprio, dictis Monachis confirmavi, pro ſalute animæ meæ, & ut particeps ſim omnium bonorum, Miſſarum & horarum, & orationum, quæ in Monaſterio ipſo fient, & uſq; in conſummationem ſeculi. Et quia ipſum Monaſterium Pharcyntracta, merâ meâ voluntate collocavi; ipſos Monachos, tanquam filios & domeſticos fidei, ſub protectione meâ ſuſcepi, ita quod à moleſtationibus, & incurſionibus omnium hominum ſint liberi. Volo etiam, ut quando Reges vel duces de Dueac, vel de *Ergalliâ*, aliquas terras, pro ſalute animæ ſuæ, ipſi Monaſterio conferre voluerint, id diebus meis facient, dum liberam licentiam & voluntatem meam habeant; ut ſciam, quid & quantum de terreno meo regno, cœleſtis Rex poſſideat ad opus pauperum ſuorum Monachorum. Teſtes & fidejuſſores ſunt, *Gillamacliag* Archiepiſcopus *Armachanus*; tenens baculum *Jeſu* in manu ſuâ; *Ed O Killedy* Epiſcopus *Ergalliæ*; *Muriac O Coffan* Epiſcopus Tireheogain; *Moliſſa mac Inclericur* Epiſcopus *Ultoniæ*, *Gillacomide O Caran* Epiſcopus *Tirconail*, *Earmacach O Cathan* Rex Fearnacrim, & *Kennacta O Carried* magnus Dux de *Clan Engaſa*, & *Clanneil Cumaige O Flain* Rex Murtray, *Gillacriſt O Dubdare* Rex Fermanach, *Earmarcach O Foſilain*, *Malmocta mac Onebla*, *Ed* magnus *Magangaſa* Dux *Claneda*, *Oveachulad*, *Dermait mac Cortaryn* Dux Kenelfagarthay; *Eachmili mac Coulacha*. *Gillananem O Lourada* Dux Kyneltemnean, *Gillaodar O Cathaſay*, *Herbennanus Dundalethgla*, *Edri Maglanza*, *Erenanus* in Secumſcray; *Angen Herbenanus Dromamoir*; & alii plurimi Clerici & laici.

ABBATHIA

de Roſglas, *alias de* Roſeâ Valle.

Ex ipſo autogr. per *Jac. Waraum* eq. aur. exſcripto.

Charta fundationis ejuſdem.

D*Ermitius O Demeſy* Rex *Ofaliæ*, univerſis nobilibus, Clericis & laicis, tam præſentibus, quàm futuris ſalutem; univerſitati veſtræ notum facio me *Dermitium O Demeſy* Regem *Ofaliæ* per aſſenſum *Wuredachi O Concur*, dediſſe & confirmâſſe Deo & Monachis S. *Mariæ* de Roſglas, terras ad Monaſterium conſtruendum, in honorem beatæ *Mariæ* ſemper virginis, & beati *Benedicti* Abbatis, in elemoſinam, jure perpetuo. Hæ ſunt ergo terræ, quas ego *Dermitius O Demeſy* Rex *Ofaliæ* dedi & confirmavi præfatis Monachis de Roſglas, in remiſſionem peccatorum meorum, & parentum meorum; Situm Monaſterii de Roſglas, & totam terram de Ciothil, & Racheathar, cum pertinentiis ſuis, Clonarkerhan, Clerangay, Dere, Ardmidie, & Kilmore, cum pertinentiis ſuis, Glaſſigelly deſcendens uſq; Barue, Hadinſefot, uſq; Hadhadred, Hadelonan uſq; Barue, Henſeredan, cum pertinentiis ſuis; Thacſartan, & Archadachaſernan cum pertinentiis ſuis, & cum hominibus ad eaſdem terras pertinentibus. Has ergo terras omnes ſupraſcriptas do & confirmo prædictis Monachis, tenendas in liberam & puram & puram, & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Quare volo & firmiter præcipio, quod præfata Eccleſia de Roſglas, & Monachi, & fratres eorum ibidem Deo ſervientes habeant & teneant prædictas terras, & poſſideant bene & in pace, liberè & quietè integrè, & plenariè, honorificè, & pacificè, omnes terras prædictas, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis; *ſcil.* in ſylvis & planis, in pratis, & paſturis, & mariſcis, in aquis & piſcariis, in viis, & ſemitis, in ſtagnis & molendinis, & vivariis, in turbariis & omnibus montibus & vallibus, & aliis locis & rebus ad eaſdem terras pertinentibus, liberas & quietas & ſolutas ab omni conſuetudine, & exactione, & ſervitio ſeculari. Teſtibus, *Nehemiâ Darenſi* Epiſcopo, *Donato Lethlinenſi* Epiſcopo, *Filano* filio *Filani*, *Flan* O *Demeſi*, *Hekinech* O *Dimeſi*, *Donchad* O *Dimeſi*, *Fin* O *Dimeſy*, *Ædo Dimeſy*, *Culballino* O *Duin*, *Congal* O *Kelly*, *Rccnur Dengulla*, *Kelach mac Aulaf*, & aliis multis.

ABBATIA

S. Salvatoris.

Cart. 57. H 3. m. 6.

Diploma Regis Henrici *tertii*, *Cartam* Willielmi Mareſcalli, *Comitis* Pembrochiæ *recitans & confirmans.*

Rex Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem. Inſpeximus Cartam, quam *Willelmus Mareſcallus*, quondam Comes *Penbrochie*, fecit Abbaciæ Sancti *Salvatoris* de Ordine Monachorum *Ciſtercienſium* in *Hyberniâ*, in hæc verba, *Willelmus Mareſcallus* Comes *Penbrochiæ* univerſis hominibus ſuis, *Francis*, & *Anglis*, *Walenſibus* & *Hybernienſibus*, & omnibus amicis, & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos pro amore Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & pro ſalute animarum Patris noſtri, *W. Mareſcalli* Comitis *Penbrochia*, & matris noſtræ Comitiſſæ *Iſabellâ*, atq; omnium prædeceſſorum, ac ſucceſſorum noſtrorum, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Abbaciæ S. *Salvatoris* de Ordine Monachorum *Ciſtercienſium*, in terrâ **Dowvskir**, donationes omnium terrarum, poſſeſſionum, cum libertatibus omnibus, & liberis conſuetudinibus, quas prædictus Pater noſter eidem Abbaciæ, in puram & perpetuam elemoſinam dedit & incartavit, *ſcil.* totam illam terram **Dowyſkir**, cum pertinentiis ſuis, & **Achemolt**, pro undecim carucatis terræ, & **Tulachemny**, cum pertinentiis ſuis; *ſcil.* **Clundaf**, & **Kilmeggeth**, & **Liſcrithan**, juxta **Kilkenny** pro decem carucatis terræ, unum quoque Burgagium in **Kilkenny**, & aliud in **Weyſeford**; & tercium in Inſulâ. Et præterea quicquid ei poterit in futuro piâ donatione ſeu vendentione fidelium, ſalvo ſervicio noſtro & hæredum noſtrorum provenire.

Volumus igitur, & firmiter ſtatuimus, ut Abbacia prænominata, & Abbas & Monachi ipſius loci, habeant & teneant omnes prædictas terras, & tenementa prænominata, cum Eccleſiis & Capellis, & omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, cum *Soc*, & *Sac*, & *Thol*, & *Theam*, & *Infangenethef*, benè, & in pace, liberè, & quietè, plenariè, & integrè, & honorificè, in boſco & in plano, in pratis, & paſturis, in aquis, & molendinis, in ſtagnis & vivariis, in mariſcis & piſcariis, & gliſeriis, in grangiis & virgultis, in viis & ſemitis, infra burgum & extra; & in omnibus aliis locis & rebus; & ſint quieti ipſi & homines & ſervientes ſui & res & poſſeſſiones eorum, de *geldo*, & *Denegeldo*, & murdro, & latrocinio, & de pecuniâ quæ ad murdrum pertinet, vel ad latrocinium, & de vaccarum ſolutione, quæ dari ſolebant pro capitibus utlagorum, & de ſcuagio, & hidagio, & carvagio, & cornagio, & ſummagio, & *utrban*, & Schiris, & Hundredis, & de ſectis Schirarum & Hundredorum, & de excercitibus, & aſſiſis & ſummonitionibus, & de Theſauro ducendo, & de auxilio vicecomitis, & omnium ſervientum ſuorum, & omnibus aliis auxiliis & de operationibus Caſtellorum, & pontium, & parcorum, & murorum, & vivariorum, & de miſericordiâ Comitatus, & de theoloneo, & pontagio, & paſſagio, & leſtagio, & ſtallagio, & tallagio, & de clauſu, *Wardpeny*, & de *averpeny*, & *Tethincpeny*, & *Blodvyte*, & *ſithwyte*, & *hengwyte*, & *flemeneſwyte*; & ſit ipſa Abbacia, cum omnibus terris ſuis extra foreſtam, & omnino ſine regardo foreſtariæ. Et liceat eiſdem Monachis de boſco & in omni boſco ſuo, de aquis & in aquis ſuis, quicquid voluerint facere; & ſint liberi ab omni vexatione, & penitùs extra dangerium foreſtariorum, & omnium aliorum ſervientium terræ; de paſtu *viz.* & omnibus aliis exactionibus, quas foreſtarii & alii ſervientes terræ ſolent exigere; & omnibus querelis, & placitis, & occaſionibus, & conſuetudinibus; & de omni ſervili opere & ſeculari exactione.

Et habeant ſibi omnimodam foriſſacturam propriorum hominum ſuorum ſolâ juſtitiâ vitæ & membrorum nobis & hæredibus noſtris retentâ: Et per omnes foreſtas noſtras paſturam habeant porcorum ſuorum quietam à paunagio, & quicquid ad ardendum, & ad ædificandum habuerint neceſſarium. Si quis vero vel in præſenti, vel in futuro, quicquam de hiis quæ prædictæ Abbaciæ conceſſimus, calumpniatus fuerit, non tenebuntur indè Monachi reſpondere; ſet ad nos pertinebit, & ad hæredes noſtros calumpniatoribus eorum, vel eſcambio, vel alio rationabili modo ſatiſfacere; Monachiſq; quicquid eis pater noſter donaverit warantizare, & integrum conſervare. Diſtrictè ergo prohibemus, ſuper foriſſacturam noſtram, *viz.* decem marcarum, ne quis eos vel homines ſuos, aut ſervientes ſuos, aut res, aut poſſeſſiones eorum maliciosè vexet, aut gravet, vel in aliquâ re diſturbet, quod ſi quis facere præſumpſerit, Dei maledictionem, & noſtram, ſimul & foriſſacturam præmonſtratam ſe noverit incidiſſe. Quicumq; verò locum ipſum, & elemoſinam patris noſtri, ac noſtram eiſdem aſſignatam promoverint, & manutenuerint, cum Dei benedictione &

noſtrâ remunerationem æternam inveniant. Hiis teſtibus, domino *Petro Oſſorienſi* Epiſcopo, *Johanne Mareſcallo*, *Thomâ* filio *Antonii* tunc ſeneſcallo *Lageniæ*, *Henrico* le *Butiller*, *Waltero Purcell*, *Willelmo Craſſo*, *Hamone Graſſo*, *Henrico* de *Kernet*, *Reginaldo* de *Kernet*, Magiſtro *Deodato*, & multis aliis. Nos autem prædictas donationes (&c.) confirmamus (&c.) Data per manum noſtram apud **Wudeſtok** *x.* die *Auguſti*.

Unio Abbatiæ de **Kilkenny**, huic Cœnobio.

Rex Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Unionem Abbaciæ de **Kylkenny** factam Abbaciæ de *valle Sancti Salvatoris*, per Abbatem & Capitulum generale *Ciſtercii*, quam *Willelmus Mareſcallus*, quondam Comes *Pembrochiæ*, Abbati & Monachis prædictis *Sancti Salvatoris* confirmavit, cum ſuis pertinenciis, ratam habentes & gratam eam pro nobis & hæredibus noſtris præfatis Abbati & Monachis *S. Salvatoris*, concedimus & confirmamus, ſicut Inſtrumentum prædicti Capituli *Ciſtercienſis*, & confirmatio ejuſdem Comitis, quam iidem Abbas & Monachi indè habent rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus, venerabili patre *W. Bathonienſi* & *Wellenſi* Epiſcopo (&c.) Data (&c.) *x.* die *Auguſti*.

ABBATIA

de **Tynterne**, *alias de* Voto.

Ex ipſo autogr. penès *Jac. Waræum* eq. aur.

Carta Regis Johannis *Teſtamentum* Will. Mareſcalli *Comitis* Pembrochiæ, *pro fundatione ejuſdem, confirmans.*

Johannes Dei gratiâ Rex *Angliæ*, dominus *Hyberniæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*; Omnibus fidelibus ſuis ſalutem. Noveritis nos gratum & ratum habere teſtamentum dilecti & fidelis noſtri *Willielmi Mareſcalli* Comitis *Pembrochiæ*, ſicut illud condidit, per manus executorum ipſius teſtamenti faciendum. Volentes & firmiter præcipientes, quod inviolabiliter obſervetur; & præcipue de voto ſuo perficiendo; *ſcil.* de quadam Abbaciâ de Ordine *Ciſtercienſi* in *Hyberniâ* conſtruendâ, de triginta carrucatis terræ in loco competenti. Sicut *J.* Comitiſſa uxor ſua & *Gaufridus* filius *Roberti*, Seneſchallus ejus, providebunt; quibus injunxit hoc facerent. Teſtibus, Dominis *Exon.* & *Wigorn.* Epiſcopis; *G.* filio *Petri* Comite *Eſſexiæ*, & *W.* Comite *Sareſbiriæ*, apud **Hamſtede** *iii.* die *Decembris*.

ABBATIA

de Valle Salutis.

Carta Johannis (*filii* Henrici *ſecundi Regis* Angliæ) *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 17. E. 3. p. 1. m. 25. per Inſpex.

Johannes filius domini Regis *Angliæ*, & dominus *Hiberniæ* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me divini amoris intuitu conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Valle Salutis*, & Monachis Ordinis *Ciſtercienſis*, & fratribus eorum ibidem Deo ſervientibus, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, omnes terras ſubſcriptas, quas ipſi habuerunt de donatione & conceſſione *Dermitii* Regis, & hominum ſuorum, ante adventum Comitis *Ricardi* filii Comitis *Gilleberti* in *Hiberniam*; ſicut Carta memorati Regis *Dermitii* teſtatur; *ſcil.* terram *Valathimani* & **Tathiartdir**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & terram de *Rathâ Chrininâ*, & de **Kelbrudim**, & villam **da Dunelaig**, & villam **da Mochan**, & villam **Raithbranaib**, cum appendiciis, & finibus ſuis; *ſcil.* à vado **Mac Suul**, uſq; ad ſummitatem **Ardda Sellach**; & in foſſatum ex aquilonali parte **Rathabrannaib**; & indè uſq; in ſupercilium montis **Croſſi Cromni.** Indè verò uſq; ad **Croſdanall**, & à foſſato ex aquilonali parte **Macroadanle** uſq; ad vadum **Contrac da Uſche**, à vado verò eodem, uſq; in ſtagnum quod vocatur **Lochlaig**, & à rivo ejuſdem ſtagni uſq; ad vadum **Culantucca**, & indè in foſſatum uſq; ad vadum **Inderi.** Indè verò in foſſatum **Pacheſtreſſi** uſq; **dunt Muked.**

Concedo eciam eis & confirmo terram de **Teth in Poderan**, & de **Ros in Altem**, cum pertinentiis & finibus ſuis. Concedo eciam eis & confirmo terram de **Rodhart**, cum finibus ſuis; *ſcil.* à **Carrach Paſſannald**, & foſſatum, inde uſquè ad mariſcum, ſive pratum, & per mariſcum ſive pratum illud, uſq; ad vadum lapidoſum, à vado verò ipſo, per longum ipſius aquæ parvæ uſq; ad vadum **Solos.** Inde verò per convallem uſq; ad foſſatum aliquantulum ſuperius, & per idem foſſatum in longum uſq; ad vadum **Crin**, à vado verò **Crin**, uſq; ad aquam **Burin**, indè verò per longum ipſius amnis **Burin** uſq; ad vadum magnum **Belleſne**, à vado verò magno uſq; ad parvum vadum ab occidentali parte **Finabrath**; & inde per pratum ſive mariſcum uſq; ad foſſatum ex orientali parte ejuſdem **Finabrath**, & foſſatum illud per tranverſum prati ex aquilonali parte **Paſertha**, uſq; **Glaſſe Crin**, & uſq; ad vadum in **Bathior** & foſſatum indè uſq; **Lin in Pardain**: Inde verò per longum & latum ipſius amnis **Slam**, uſq; iterum **Carrach Paſſannald.**

Concedo eciam & confirmo eis terram de

Cluan Melſige, & cellas ei proximas; *ſcil.* **Kelminſigi**, & **Kelchruthuz**, **Ludedath**, & **Kelogan**, cum pertinentiis, & finibus ſuis; *ſcil.* in longitudine à **Clogay**, **Pagine**, uſq; ad vadum molendini **Panz**, in latitudine verò à vado **Palleth** uſq; ad vadum **Pareſſe**, in confinio **Wabarthe**, & **Agrellig**, **Ymel**, **Mugin** uſq; **Dun Medon**. Concedo eciam eis & confirmo terram de **Cartnamant**, cum pertinentiis & finibus ſuis; *ſcil.* à campo qui dicitur **Ataddarith** uſq; ad omnem **Borin** apud **Belach Ele**, & indè per longum & latum ipſius amnis **Borin** uſq; **Sudi Gillam**, indè verò adhuc per longum ipſius amnis uſq; **Moley Godwin**, indè verò uſq; convallem, quæ dicitur **Fantirrai**; per convallem verò ipſam uſq; **Kel Magiſtrath**. & ſic juxta **Kel Magiſtrath** uſq; **Ataddarith**. Iterum concedo eciam & confirmo eis terram de **Kelchomch**, cum pertinentiis & finibus ſuis, & terram **Athhargith**, cum appendiciis & finibus ſuis; *ſcil.* ipſum **Ath Hargith**, & **Kennanns**, & **Teath** in **Madaith**, & **Kelern**, **Thirconan**, & **Kel Migdohey**, & **Dun Chruthin**, & **Carn Mabradan**, cum finibus ſuis; *ſcil.* à lapidibus albis in tranſverſum mariſcorum, ſive pratorum, uſq; ad ſummitatem **Aminin**, & uſq; ad lapidem ſtantem, qui dicitur **Corthi**, & à **Corthi** uſq; **Athabudi**, & ab **Athabudi** in tranſverſum mariſcorum, ſive pratorum uſq; **Durgen**, & indè uſq; **Dun Chringthein**. Indè verò uſq; **Bernaid** in **Chiul**; à **Bernaid** verò in **Chiul**, ad **Carbut Dornam**, & indè uſq; ad lapides albos.

Iterum concedo etiam & confirmo eis **Inſiobrſtem**, cum appendiciis ſuis, & finibus; *ſcil.* à vado longo **Killeculin**, per longitudinem rivuli ejuſdem vadi, uſq; ad amnem **Liſi**, ab amne vero **Liſi** per longitudinem & latitudinem uſq; ad foſſatum **Dunenathinor**, & per illud foſſatum uſq; **Durgen**. Et præterea terram de **Magaſſin** cum ſuis pertinentiis. Et præterea duas carucatas terræ & unam ſalinam apud **Artlo**, ex occidentali parte aquæ de **Peinachinor**. Has autem terras omnes ſupraſcriptas concedo & confirmo prædictis Monachis; tenendas in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & domini Regis *Anglorum Henrici*, patris mei, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum. Quare volo & firmiter præcipio, quod præfata Eccleſia de *Valle Salutis*, & Monachi & fratres eorum ibidem Deo ſervientes, habeant & teneant & poſſideant benè & in pace, (&c.) omnes terras prædictas (&c.) ſicut Carta memorati Regis *Darmitii*, quam ipſi habent, teſtatur (&c.) Teſtibus *Hugone* de *Laci* Conſtabulario, *Bertramo* de *Verdun* Seneſcallo, *Gilleberto Vipard* (&c.)

MONASTERIUM

de Wotheny, (*alias* Woney) *in Comitatu* Limericenſi, *fundatum circa Annum Domini* MCCV.

Carta Fundationis.

Ex Archivis Cancellariæ Hiberniæ.

Omnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quàm futuris, *Theobaldus Walteri*, Pincerna *Hiberniæ* ſalutem. Sciatis me pro amore Dei, & beatæ Dei genetricis *Mariæ*, & pro animâ Domini *Henrici* mei Regis *Angliæ*, & *Ricardi* Regis *Angliæ* filii, & pro ſalute Domini mei *Johannis* Comitis *Mortoniæ* & domini *Hiberniæ*, & pro ſalute *Huberti* fratris mei *Cant.* Archiepiſcopi; & pro animâ chari mei *Ranulfi* de *Glanvill*; & pro animâ *Hervai Walteri* patris mei, & pro animâ *Matildæ* de *Waltenes*, * Matris meæ, & pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute *Matildæ* ſponſæ meæ, & pro ſalute omnium amicorum & anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Chartâ meâ confirmâſſe in puram & perpetuam elemoſinam Deo, & beatæ *Mariæ*, & Abbati & Monachis de **Wodeny** in cantredo de **Wodeny O Cathelan**, & **Wodeny O Ilian**, totum theud, ſive fundum de **Wodeny Fidenwide**, in quo villa de **Clonſene** ſita eſt cum medietate aquæ de **Molkerne**, in quantum prædictum twede ſe extendit ſuper prædictam aquam de **Molkerne**, cum omnibus pertinentiis ſuis, rationabiliter diviſis; *ſcil.* per has diviſas: Ex Aquilonali parte per aquam de **Clodach**, ubi cadit in **En-Olkerne**; ſic aſcendendo uſq; ad **Ballivagarth**, & **Willenagarth**, cum pertinentiis ſuis; & à **Willenagarth** per eandem aquam ſic aſcendendo uſq; ad montana, & ſicut aqua de **Clodach** circuit montana; & ſic per exteriores partes montanas, verſùs orientem deſcendendo uſq; lacum de **Grey**; & ſic per aquam de **Molkerne**, quæ exit de lacu prædicto deſcendendo uſq; ad Abbatiam.

* Valoniis.

Et præterea feodum unius militis quod dicitur **Dromenakelwy** tam in boſco, quam in plano, de terrâ quæ proximâ eſt aquæ de **Molkerne** ex auſtrali parte, contra villam de **Clonkeene** & terram, quæ eſt ex aquilonali parte de **Molkerne**, quæ vocatur **Balligabeg**, in quantum præfatum feodum ſe extendat ſuper præfatam aquam de **Molkerne**, cum totâ medietate ejuſdem aquæ, & cum omnibus pertinentiis ſuis uſq; ad **Bucrum** inter **Karkenlis** & **Dromenalewy**, & alias diviſas ſuas rationabiles. Et unum burgath in *Limerico*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volo & firmiter præcipio, quod præfati Abbas & Monachi habeant & teneant omnia prænominata, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberè & quietè, benè, & honorificè, pacificè, integrè, & plenariè, in boſco & in plano, in viis, & ſemitis, in pratis, paſcuis, & paſturis; in aquis & molendinis, in ſtagnis & vivariis, in maris & mariſcis, in piſcationibus, & piſcariis, in . . . . . . & turbariis, in vivariis, & leporiis, in Eccleſiis, & Capellis & in omnibus aliis libertatibus & liberis conſuetudinibus, & omnibus aiſiamentis quæ in prædictis terris ſunt & eſſe poſſunt. Conceſſi etiam, eiſdem Abbati & Monachis, eandem libertatem qua & Magiſter Domus ipſorum, *ſcil. Saveine* haberi dinoſcitur; *ſc. Sach* & *Soch*, & *Thol*, & *Them*, & *Infangthef*, & *Outfangtheif*, & Duelum & furcas & foſſas, & judicium ferri & aquæ. Inſuper conceſſi eiſdem Abbati & Monachis, ut ipſi & homines ſui ſint quieti à tolneto, pontagio, ſtallagio & paunagio per totam terram meam. Et volo, ut ſint quieti ab omnibus cauſis, & quærelis, & placitis, Ballivorum & Præpoſitorum Hundredi; & à pulturâ ſerjanorum, & de rewardo Foreſtariorum, & Foreſtæ; & de omnibus aliis cauſis, & querelis, & placitis ad me, & hæredes pertinente; & de omni placito quod eis & hominibus ſuis accidere poteſt. Et volo, ut habeant & teneant omnes rationanabiles donationes tenentium meorum, quas eis conferre voluerint, in elemoſinam & liberè & quietè, ſicut ulla elemoſina liberiùs, & quietiùs teneri & haberi poeſt. Hiis teſtibus, *Philippo Roigorn. Hamond* de *Valenc*; *W.* de *Burgo*, *Adâ* de *Hereford*, *Eliâ* filio *Normanni*; *G.* de *Kentowell*; *Jordano* de *Luſe*; *Adam* de *Rathelden*; *Amory* de *Beauſon*, *Ricardo* de *Samuelby*, & multis aliis.

MONASTERIUM

de Sanctâ Gruce, *in Comitatu* Tiperariæ.

Carta Donaldi, *Regis* Lumnicenſis.

Ex autographo per præf. *Jac. Waræum* eq. aur. exſcriptum.

D*Onaldus* Dei gratiâ *Lumnicenſis* Rex, omnibus regibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, militibus, cæteriſq; Chriſtianis in quocunq; Ordine per *Hiberniam* conſtitutis, perpetuam in Chriſto ſalutem. Sciatis vos omnes boni Chriſtiani, me dediſſe, & hac meâ Chartà in perpetuum confirmâſſe **Cealluaitair**, **Lamudin**, **Ballidubain**, **Balli-iduibatin**, **Balli-igirridir**, **Balli-imoeluchain**, **Gualuhelach**, **Seirdach**, **Bali-icheallach**, **Bali-icoꝛcain**, & **Iconligain culeta**, cum ſuis pertinentiis in honore Dei omnipotentis, & S. *Mariæ* virginis, & S. *Benedicti* & S. *Crucii*, pro ſalute animæ meæ, & parentum meorum, in campis, in ſylvis, in paſcuis, in pratis, in aquis, in piſcariis, in molendinis, ſanè & integrè, & liberè, & quietè Monachis de *Sanctâ Cruce*, in præſentiâ domini *Gregorii* Abbatis. Teſte *Chriſtiano Leſmorenſi* Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis in *Hiberniâ* legato. *M. Caſel.* Archiep. *B. Lunicenſi* Epiſcopo; & *Donall mac Meiceochach* & *Ruadri Vagradi*, & *Gillapatric Vaidelain*, & *Diarmaid Vaneill*, & *Ragnall mac meic Conmaca*, & *Scaulau mac meic Gormain.* Valete.

ABBATHIA *de* **Ballintobber**, *alias de* Fonte S. Patricii, *in Comitatu* Maionenſi

Ex Regiſtro de **Ballintobber**, per *Jac. Waræum* eq. aur.

De fundatione ejuſdem.

IN Dei nomine Amen. Sempiternæ poſteritati hominibus hac de re ſolicitis, & ambigentibus, notum facimus per præſentes, qualiter frater *Thomas* O *Ronain*, Abbas Monaſterii S. *Trinitatis* villæ *Fontis* S. *Patricii*, Ordinis Canonicorum Regulæ S. *Auguſtini*, in Cantredâ de *Karrâ*, deferens in manu quoddam vetuſtum reſcriptum vetuſtate nimiâ conſumptum, legibile tamen, rogavit me *Donatum* O *Riagain*, publicum Notarium, qui etiam hujus muneris eram, ut hujuſmodi reſcripti ſeriem in novam formam & recentiorem Chartam conſcriberem, nec quicquam intermitterem de his quæ per eccleſiaſticas perſonas, vel ſeculares huic Monaſterio conceſſâ ac donata ſunt, à tempore *Catholi* O *Conogher*, Regis *Conatiæ*, & ejuſdem Monaſterii primi fundatoris, ac *Bricii Imacin* primi ejuſdem Monaſterii Abbatis; qui eodem tempore, ut in antiquiori Chartâ intuebar, deceſſerunt, quorum animabus propitietur altiſſimus; Et ut tam feuda, quàm cenſus, ac etiam Decimas & jura quæcunq; ab antiquo huic Monaſterio conſtituta, vel conſeſſa reſcriberem, quod & feci, præſentibus *Thomâ* Abbate, *Eugenio Donail* Priore clauſtrali dicti Monaſterii, *Philippo* O *Ronain* dicti Abbatis nepote, ex fratre. Anno *MCCCCXvi*.

Dicti Rex & Abbas *Bricius* obierunt An. 1224. Dictum Monaſterium inceptum eſt. An. Dom. 1216.

ABBATIA de **Connal**, *Cella* Lantonienſis *Cœnobii in* Angliâ.

De fundatione ejuſdem.

MS. de rebus *Hibern.* in bibl. *Bodl.* [F. 99. tom. 4.] p. 43.

ANno *MCCii.* Fundator Domus de **Conale** per *Meylerum* filium *Henrici*.

Anno *MCCxx. Meylerus Henricus*, nobilis *Hiberniæ* Conquiſitor, obiit.

Carta Regis Johannis, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 7. *Joh.* m. 7. n. 59.

JOhannes Dei gratiâ &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & Sancto *David*, & Abbathiæ de **Connal**, quam *Maylerus* filius *Henrici* fundavit, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, de **Lantoni**, ex dono ejuſdem *Mayleri*, in puram & perpetuam elemoſinam, villam de *Tachenohea*, cum pertinentiis ſuis; **Liſnerguith** cum pertinentiis ſuis. **Athcargr.** cum pertinentiis ſuis. **Kellin**, cum pertinentiis ſuis. **Balehumochan**, cum pertinentiis ſuis. **Foſſeth** cum pertinentiis ſuis. **Crommoch**, cum pertinentiis ſuis. **Madzuchtan**, cum pertinentiis ſuis. **Clonbzagan** cum pertinentiis ſuis. **Mulinkerly**, cum pertinentiis ſuis. **Baletarſna**, cum pertinentiis ſuis. **Bithelan**, cum pertinentiis ſuis. **Oluvartheda**, cum pertinentiis ſuis. Apud **Connal** *iii.* carrucatas terræ, *ſcil.* medietatem de **Baliborchel**, quam de eſcambio *Rogeri Gernun* habuit. Et ex alia parte aquæ unam carrucatam, quam *Stephanus* Carpentarius tenuit. Et unam carucatam terræ in vale *Dubliniæ*, quam habuit de *Deruntia*, apud **Wikingelo**, **Kilpol**, cum pertinentiis ſuis. Et *viii.* meiſas allecium de reddito. Et apud **Dungarvan** *v.* burgagia. Apud **Karebzi**, *iii.* carrucatas terræ.

Apud **Atozno20ho2** villam de **Rathet**, cum *v.* carrucatis terræ. Apud **Kerry** *x.* carrucatas terræ, & omnes Eccleſias & beneficia de omnibus

nibus terris ejus *Hiberniæ*, tam conqueſitis, quàm conquerendis in proprios uſus, cum vacaverint convertenda. Et decimam totius expenſæ domus ejus, ubicumq; fuerit, vel uxoris ejus; *viz.* de pane, & potu, & Coquinâ & Camerâ. Et decimam omnium reddituum ejus, tam in denariis quàm in aliis rebus; & omnium purcatiarum ſuarum de terris ſuis. Et Capellariam Curiæ ſuæ. Et decimam omnium molendinorum ejus, & piſcariarum, lanæ, lini, & feni; ortorum, & gardinorum; & de fetibus animalium.

Quare volumus (&c.) quod prædicti Canonici habeant & poſſideant prænominatas terras, cum omnibus pertinentiis earum, & prænominata beneficia, & Eccleſias, ab omni ſeculari ſervicio & exactione, liberè, & integrè, plenariè, pacificè, & honorificè; in boſco & in plano, in viis & ſemitis, in ſtagnis, & aquis, & molendinis, in vivariis & vivariis, in pratis, & paſcuis, & piſcariis, & venationibus, & in omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus; Salvis nobis placitis & quereliſ, & jure & dignitate quæ pertinent ad Coronam noſtram, ſicut Carta prædicti *Mayleri*, quam indè habent rationabiliter teſtatur. Teſtibus, domino *J. Dublinenſi* Archiepiſcopo, *W.* de *Glind. D. Waterfordiæ* Epiſcopis, *G.* filio *Petri* Comite *Eſſexiæ*, Comite *Alberico*, *Sahero* de *Quency*. Data per manum *H.* de *Welle* Archid. *Wellen.* apud **Briſtoll** *x.* die *Sept.* anno &c. *vii.*

HOSPITALE

S. Mariæ, *juxta* **Droheda.**

Par. 32. E. 3. p. 1. m. 24. per Inſpex.

Carta Urſi *de* Swemele, *fundatorus ejuſdem.*

SCiant præſentes & futri, quod ego *Urſus* de *Swemele*, fundator Domus Hoſpitalis S. *Mariæ* Virginis extra portam occidentalem de **Droheda**, communi conſilio & concenſu mei, & *Chriſtianæ* ſponſæ meæ, dedi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, in puram & perpetuam elemoſinam, pro animabus noſtris & anteceſſorum noſtrorum, & omnium fidelium defunctorum, omnes terras & redditus, quos ego *Urſus* habui in *Hiberniâ*, Deo & dictæ Domui Hoſpitalis S. *Mariæ*, ad ſuſtentationem Hoſpitalitatis miſerorum & infirmorum languentium: necnon & omnium illorum qui ibidem de Hoſpitalitate, caritatis intuitu, indigebunt. Verum etiam inprimis conceſſi prædictæ domui Hoſpitalis quadraginta acras terræ, quæ jacent in unâ culturâ extra prædictam portam, ſuper quas jam ſæpedicta Domus Hoſpitalis fundata eſt: Deindè totam terram de **Kilneir**, ſalvo redditu domini Regis; *ſcil.* per annum dimidiâ unciâ auri, quam prædicta Domus debet reddere domino Regi, per annum, pro omni ſervicio, pro terrâ illâ, cum prædictis *xl.* acris terræ. Deindè illam terram in montanis, quam teneo de domino Rege; pro quâ terrâ dicta Domus debet reddere domino Regi per annum decem ſolidos pro omni ſervicio. Item & illas acras quas per legalem emptionem de Burgagiis in territorio de **Droheda** habui. Item de terrâ, quam *Radulphus* de *Kildare* tenuit de me in *Bodeſtrata*, per annum dicto Hoſpitali tres ſolidos & ſex denarios. Item de terrâ, quam *Johannes Blundus* tenet de me per annum, *xvii.* s. & *vi.* d.

Item de terrâ *Radulphi Blundi* Mercenarii, per annum *xiiii.* s. Item de terrâ *Adæ* de *Kayrdif*, per annum *xvii.* s. *vi.* d. Item de terra *Ricardi Palmerii* per annum ſex denarios. Item de terrâ quâ *Rogerus* de *Kedwali* tenuit per annum, *vi.* d. Item de terrâ *Odinæ* per annum *xii.* d. Item de terrâ *Johannis* filii *Miliſſand* per annum *vi.* d. Item de terrâ, quam *Johannes Walenſis* tenuit de me per annum *ii.* s. Item de terrâ propinquiori, quam *Boydin* ſenex tenuit per annum *xii.* Item de orto *Ricardi* de *Kayrdif* verſùs molendinum ventorium *Hugonis* de *Watervilla*, per annum *ii.* ſol.

Sciendum eſt, quod iſti ſupranominati tenentes tenent de illo burgagio ad cornerium; de quo burgagio, prædicta Domus Hoſpitalis debet ſolvere domino Regi per annum *xii.* d. Item de *Gilberto Gardinario* pro quinq; acris, quarterium minus, quas tenet per annum, tres uno denario minus. Item de cornerio, quod *Adam Pelliparius* tenet ad orientalem partem Capellæ S. *Nicholai* ultra pontem per annum *ii.* s. De eadem terrâ de *Martino Parmentario* per annum *xii.* d. Item de terrâ *Rogeri Molendinarii* ad auſtralem Capellæ S. *Nicholai* per annum tres ſolidos. Item de terrâ *Henrici Palmerii* per annum *xii.* d. tenenda & habenda omnes iſtas prædictas terras & prædictos redditus Deo & domui Hoſpitalis S. *Mariæ* imperpetuum jure & hæreditario, liberè & quietè, integrè & plenariè, ſicut ego *Urſus* eas unquam liberiùs vel quietiùs tenui per prænominata ſervicia. Præterea volo & firmiter obſecro in domino, ut quis poſt obitum meum Cuſtos fuerit prædictæ Domus illius, per electionem proborum hominum de **Drogheda** eligatur; & ut dum legalem cuſtodiam prædictæ domui adhibebit, vocetur cognomine Cuſtos, ſed non Prior. Cum autem aliquis Cuſtos ſe verſùs domum præfatam inhoneſtè habuerit, quod Deus avertat, à prædictâ cuſtodiâ deponatur, & alias per prædictos probos homines eligatur. Hiis teſtibus, domino *Euſtachio* tunc *Armachano* Archiepiſcopo, totius *Hiberniæ* primate. *Luch.* tunc Archidiacono *Armachano*, Magiſtro *Raguele*, Magiſtro *Statio*, *Roberto* tunc Capellano de Eccleſiâ S. *Petri*, Univerſitate Burgenſium de **Droheda**, *Willielmo* Capellano, qui hanc Cartam compoſuit, & multis aliis.

PRIORATUS

Omnium *Sanctorum in Orientali parte Civitatis* Dublinenſis.

Ex Regiſt. dicti Prioratus per Jac. Ware eq. aur. tranſcriptum.

Carta Diermitii *Regis* Lagenienſium.

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*, Patris & filii & Spiritus Sancti, Ego *Diarmitius* Rex *Lagenienſium*, pro Dei amore, & animæ meæ ſalute, donavi & tradidi ſpirituali patri & confeſſori meo *Edano Lugudenſi* Epiſcopo ad opus Canonicorum Eccleſiæ filiæ *Zolæ* & ſucceſſorum eorum, terram quandam quæ dicitur **Ballidubgail**, cum hominibus ſuis; *ſcil. Meliſu mac Feileran*, cum filiis & nepotibus ſuis, liberam & abſolutam à procuratione & expeditione meâ, & omnium in regimine *Lageniæ* & *Dubliniæ*, mihi ſuccedentium, in perpetuam elemoſinam, cum legitimis & antiquis terris & omnibus aliis ad eandem villam pertinentibus, (&c.) Teſtibus, *Laurentio Dublin.* Archiepiſcopo, *Kinad* Epiſcopo, & *Benigno* Abbate de *Glendolachâ*, *Enna* filio meo, *Felano mac Feolain*, *D. mac Gillacolmec*, *Ethmarehac*, & *Aralt*, filiis *Corrail*, *G. mac Gunnar*, & aliis multis.

Cart. 22. E. 3. n. 2.

Carta Regis Henrici *ſecundi, poſſeſſiones ejuſdem domus recitans & confirmans.*

HEnricus, Dei gratiâ, Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, & hac Cartâ meâ confirmâſſe Eccleſiæ *Omnium Sanctorum*, in orientali parte *Dubliniæ*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, has terras; *ſcil.* **Balencomgalan**, **Kaucurc**, **Duncarnac**, **Baledubgal**, **Kubanagan**, **Cnoccliſlan**, **Kaldzonan**, in perpetuam & puram elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum, cum decimis & antiquis terminis, & aliis liberis cõſuetudinibus ſuis, ſicut meliùs ante adventum meum in *Hiberniam* habuit. Quare volo & firmiter præcipio, quod præfatam Eccleſiam & Canonicos ſuos, & omnes res & terras ſuas manuteneatis & cuſtodiatis & protegatis (&c.) & permittatis prædictam Eccleſiam habere omnes prædictas terras & poſſeſſiones, & omnes liberas & antiquas conſuetudines, & libertates ſuas, ſicut meliùs & pleniùs *Dermot* Rex *Lageniæ*, prædictas terras prædictæ Eccleſiæ, ante adventum meum in *Hiberniam* donavit, & liberas conſuetudines & libertates conceſſit. Teſtibus, *Laurentio Dublinenſi* Archiepiſcopo (&c.)

PRIORATUS

S. Thomæ *Martyris, in Civitate* Dubliniæ.

Cart. 4 E. 3. n. 27. m. 14. per Inſpex.

Diploma Regis Edwardi *tertii, donatorum Cartas recitans & confirmans.*

Vide Pat. 9. E. 2. p. 2. m. 4.

Pat. 2. H. 4. p. 4. m. 17.

& Pat. 2. R. 2. p. 2. m. 4.

EDwardus (&c.) Inſpeximus (&c.) *H.* Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquitanniæ*, & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me Dei gratiâ ſanum eſſe & incolumem, & negotia mea benè & honorificè procedere; Ego vero quantum potero, vacabo magnis negotiis meis *Hiberniæ*. Nunc autem ad vos mitto *Willielmum* filium *Audelini* Dapiferum meum, cui commiſi negotia mea tractanda & agenda, mei loco & vice. Quare vobis mando, & firmiter præcipio, quod ei, ſicut mihimet, intendatis de agendis meis, & faciatis quicquid ipſe vobis dixerit ex parte meâ, ſicut amorem meum habere deſideratis, & per fidem quam mihi debetis. Ego quoq; ratum habebo & firmum quicquid ipſe fecerit, tanquam egomet feciſſem; Et quicquid vos feceritis erga eum ſtabile habebo (&c.)

Inſpeximus etiam Cartam, quam *Willielmus* Dapifer *H.* Regis Proavi noſtri fecit Deo & Eccleſiæ beati *Thomæ* martyris Chriſti, in hæc verba. *Will.* filius *Audelini* Domini Regis Dapifer, Univerſis Chriſti fidelibus ſalutem. Sciatis me, in præſentiâ *Viviani* Cardinalis & *Laurentii* Archiepiſcopi *Dublin.* & plurimorum Epiſcoporum *Hiberniæ*, dediſſe & optuliſſe Deo & Eccleſiæ beati *Thomæ*, Martyris Chriſti, unam carucatam terræ, quæ vocatur **Dunobere**, cum molendino, & prato & omnibus pertinentiis ejuſdem terræ, tam in boſco, quàm in plano, pro animâ *Galfridi* Comitis *Andegaviæ* patris *Henrici* Regis, & matris ejus Imperatricis, & anteceſſorum ejus, & pro ipſo rege *Henrico*, & filiis ejus in perpetuam & puram elemoſinam. Quare volo, & ex parte domini Regis præcipio, ut quicunq; in honore Dei & beatæ *Thomæ* Martyris Chriſti, & voluntate domini regis *Angliæ*, prædicti loci Cuſtos fuerit, omne prædictum tenementum teneat adeo liberè & quietè & honorificè, purè, & integrè, ſicut aliqua Eccleſia aliquod tenementum liberiùs tenet infra regnum *Angliæ* vel *Hiberniæ*. T. *Eugenio Midiæ* Epiſcopo, *Nemiâ* Epiſcopo de **Kildare**, *Auguſtino Waterfordiæ* Epiſcopo, *Roberto* filio *Stephani*, *Milone Cogan*, *Galfrido* de *Coſtent.* *Waltero* de *Ridleford*, *Roberto* de *Burmingeham*, *Reinundo*, filio *Willielmi*, *Meilero* filio *Henrici*, *Philippo Puer*, *Roberto* de *Sancto Michaele*, *Johanne* de *Claballa*, *Gilberto* de *Auger*, *Thoma Marc*, *Altalmer*, *Rogero* filio *Alu*, *Ricardo*

Vide Clauſ. 33. E. 3. m. 33.

de *Ber. Willielmo Brimig.* (&c.) Inſpeximus (&c.)

H. Dei gratiâ, Rex *Angliæ* (&c.) Archiepiſcopis (&c.) ſalutem; Sciatis me conceſſiſſe, dediſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beati *Thomæ Martyris*, unam carrucatam terræ de **Dunovere**, quam *Willielmus* filius *Audelini*, Dapifer meus, ex parte meâ dedit eidem Eccleſiæ, quam idem *Willielmus* fundari fecit extra portam occidentalem apud **Dublin**, pro ſalute meâ & ipſius, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Quare volumus (&c.) Teſt. ipſo *Willielmo* filio *Audelini*; *Reginaldo* de *Curtenei*; *Hugone* de *Lacy*, *Thomâ* de *Baſſet*, *Roberto Poer*, apud **Oxenford**. Inſpeximus (&c.)

Walterus de *Lacy* omnibus amicis & hominibus ſuis, *Francis*, *Anglicis* & *Hibernienſibus*, ad quos præſens ſcriptum pervenerit ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beati *Thomæ* Martyris de **Dublin**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & animarum patris mei & matris meæ, cujus corpus in prædictâ Eccleſiâ requieſcit, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, Eccleſiam de **Dunclinſahlin**, cum terrâ grangiæ eorum, ſicut pater meus eam eis dedit, & aſſignavit; & Eccleſiam de **Rathouthe**, cum omnibus ad eam pertinentibus; & Eccleſiam de **Domenathmor**, cum omnibus pertinentiis; & Eccleſiam de **Oxenocks**, cum omnibus pertinentiis; & Eccleſiam de **Killeglan**, cum omnibus pertinentiis; & Eccleſiam de villâ **Magliſwine**, cum omnibus pertinentiis; & Eccleſiam de **Kinocmarck**, cum omnibus pertinentiis; Et Eccleſias omnes, & Capellas, cum earum pertinentiis totius terræ *Leoniſii* de *Bromiard*, ſicut Carta ejus teſtatur; Et Eccleſiam de villâ *Willielmi Scorlagge*, cum omnibus pertinentiis; Et Eccleſiam de **Lethercor**, cum omnibus pertinentiis. Quare volo & firmiter præcipio, quod prædicti Canonici habeant & teneant prædicta beneficia; Et quæ poterunt de cætero adipiſci, in terrâ meâ, in puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus libertatibus, (&c.) Hiis teſtibus, *Hugone* de *Lacy*; *Roberto* de *Lacy*, *Ricardo* del *Tuit* (&c.) Inſpeximus (&c.)

Sciant præſentes & futuri, quod ego *Walterus* de *Lacy*, pro animâ patris mei, & matris meæ, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & *S. Thomæ* de **Dublin**, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus Eccleſias eiſdem, ex patronorum conceſſione collatas; *viz.* Eccleſiam de **Sydan** ex collatione *Hay Teling*; Eccleſiam de **Dovenachine**, juxta portum *Balbii*, ex collatione *Roberti* de *Mandeville*; Eccleſiam de **Trevet** ex collatione *Walteri* de *Eſcotok*. Confirmavi etiam dictis Canonicis perpetuam firmam terræ de **Dovenathmor**, juxta **Oxenocks**, ſecundùm quod continetur in Cartâ dicti *Walteri*: Et in hujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, *Nicholao Parvo*; *Simone* de *Clifford*; *Nicholao* de *Slane*; *Waltero Parvo*; *Johanne* de *Cremford*; *Henrico* Clerico; *Johanne* Capellano; & multis aliis.

FERNENSE

Cœnobium in Comitatu Wexfordienſi *fundatum circa annum Domini* MCLviii.

Fundationis Carta ejuſdem per Dernatium *Regem* Laginenſium.

Ex vetuſto exemplari penès *Jac. Waræum* eq. aur.

UNiverſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, & omnibus hominibus tam Clericis quam laicis, *Dernatius*, nutu Dei, Rex *Laginenſium*, ſalutem: Sciatis quod ego, conſilio & aſſenſu principum & optimatum meorum, dedi & conceſſi & hac meâ Cartâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* Virginis, quam fundavi apud *Terniam*, & Canonicis ibidem domino ſervientibus, terras illas; *ſcil.* **Baliſifin**, **Balilacuſſa**, pro unâ villâ, **Borin** & *Roſhenâ*, & **Kilbridi** pro duabus villis, **Baliſillan** in **Fotherth** juxta **Wexford**; & villam quæ vocatur **Munemothe** in **Ferneghenal**; & Cellam quandam apud **Thamoling**; *ſcil.* Capellam S. *Mariæ*, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum terrâ **Baligery**, cum omnibus piſcaturis ejus; & Capellaniam meam; & omnes decimas & primitias de dominico meo **Perhukenſilich**, & quoddam debitum potus, quod dicitur *Scaith*; *ſcil.* de qualibet ſerviciâ vel medone, quæ fit in villâ *Terniæ*, quandam menſuram, quæ vocatur lagena vel galo, de me & hæredibus meis dictis Canonicis & ſuis ſucceſſoribus, in puram, perpetuam & liberam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum & ſucceſſorum: Et Cellam *Finachia* in *Terniâ*, cum **Balticulum**, & **Balinafuſin**; & tria acra juxta eandem Cellam. Et ideo volo & firmiter præcipio, quod prædicta domus & antedicti Canonici ibidem Deo ſervientes, habeant & teneant & poſſideant dictas terras & prænominatam elemoſinam, de me & hæredibus meis ſibi & ſucceſſoribus ſuis, benè, in pace, plenariè & integrè, abſq; aliquo redditu debito, & ſervicio ſeculari; neq; Epiſcopi, neq; Regis, neq; Comitis, neq; alicujus omnino hominis, in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, in piſcariis, ad me & ad noſtros hæredes pertinentibus, in aquis, in molendinis, in viis & ſemitis, & in moris & mariſcis, in omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, quas ego & hæredes mei dictis Canonicis & ſuis ſucceſſoribus dare poſſumus & warantizare: Ego verò & hæredes mei eandem domum in prædictis terris & poſſeſſionibus eiſdem Canonicis & ſuis ſucceſſoribus,

ceſſoribus, contra omnes homines & feminas warantizare tenemur. Conceſſi etiam eis, quod in amovendis, ſive eligendis ejuſdem domus Abbatibus, nullus hæredum meorum ſe debent intromittere, ſed juxta beati *Auguſtini* regulam, per conſenſum hujus Conventus, vel ſanioris partis, qui ordinandus eſt, liberè conſtituatur; & poſt ejuſdem electionem, antequam ab Archiepiſcopo vel Epiſcopo crearetur in Abbatem, michi vel hæredibus meis, vel eorum Seneſcallis cauſâ Dominii præſentetur, ut per nos, ab Epiſcopo benedicatur. Dat. *xxi*. Kal. *Februarii* apud *Ferniam*. Hiis teſtibus, *Criſtiano Liſmorenſi* Epiſcopo, totius *Hiberniæ* legato; *Donato Leighlinenſi* Epiſcopo; *Joſepho* Epiſcopo *Fernenſi*; *Domnaldo* Epiſcopo *Oſſerenſi*; *Malachiâ* Epiſcopo de *Kildariâ*; *Celeſtino* Epiſcopo de *Glindalachâ*; *Laurentio* Abbate de *Glindalacha*; *Florencio* Regis Cancellario; *Marco* Capellano; *Lorquan* filio *Dufgillæ*, *Gillapatric* O *Murchuda*, & multis aliis.

COENOBIA

S. Mariæ *de* **Kenlis**, *& S.* Columbæ *de* **Iniſtiock** *in Comitatu* Kilkennienſi.

Ex Regiſt. Cœnobii S. *Mariæ* de **Kenlis**.

MEmorandum quod Dominus *Galfridus* filius *Roberti*, Baro de **Kenlis**, venit primò in *Hiberniam* cum *Willielmo* Mareſchallo Comite; & idem *Galfridus* acquiſivit Baroniam de **Kenlis** in *Oſſoria*, & Baroniam de **Elgren** & **Ozen** in *Momonia*. Et poſtea idem *Galfridus* fundavit domum de **Kenlis** in honore *S. Mariæ* per Conſilium dicti Comitis, quam fundationem dominus *Felix O Duflan* B. *M.* Epiſcopus tunc *Oſſorienſis* confirmavit. Et quia tunc temporis non fuerunt Canonici Regulares Anglici in *Hibernia*, Dominus *Galfridus* quatuor Præſbyteros divina celebrantes in Eccleſiâ S. *Kerani* de **Kenlis**, loco Canonicorum inſtituit, uſq; fuerit proviſus de aliquibus Religioſis viris, & habuerunt habitacula eorum circa Eccleſiam S. *Kerani*. Et poſtea idem *Galfridus* transfretavit mare verſùs *Botmoniam*, in *Cornubia* & duxit ſecum iterum in *Hiberniam* de domo *Botmoniæ*, quatuor Canonicos; *viz.* *Reginaldi* de *Aclond*, *Hugonem* de *Rous*, *Aluredum*, & *Algarum*. Et tunc Dominus *Reginaldus* creatus fuit in Priorem per .... cui ſucceſſit *Hugo* de *Rous*, qui poſtea fuit primus Anglicus Epiſcopus *Oſſorienſis*, qui jacet apud **Kenlis**. Et prædictus *Galfridus* filius *R.* feoffavit dictum domum de **Kenlis** cum ſeptem Carucatis terræ, quarum tres carucatæ terræ ſunt inter villam de **Kenlis** & villam de **Kilry**; & aliæ tres Carucatæ terræ ſunt ultra aquam de **Righi** circa villam quæ dicitur **Rathalwey**, & illa Carucata terræ quam Prior Hoſpitalis Sancti *Johannis* nunc petit verſùs Priorem de **Kenlis** eſt una carucata terræ, & jacet infra metas dictarum trium carucatarum terræ, inter villam de **Kenlis** & de **Kilry**, quam Carucatam terræ prædictus *Galfridus* filius *Roberti* fundator dictæ domus de **Kenlis**, ſimul cum multis aliis bonis, prout in Charta fundationis dictæ domus continetur, dedit, quam Chartam & cætera omnia fidelium dona, quæ poſſident, *Walterus* Mareſcallus Comes *Pembrochiæ* per Chartam ſuam confirmavit; & eſt nomen illius carucatæ terræ, quam Prior Hoſpitalis nunc implacitat, villà de **Balluſcallan**, cum terris & nativis, prout continetur in Chartâ fundationis. Et ſunt à primâ confectione dictæ Chartæ fundationis ſexies viginti & decimanni. Poſt multum verò temporis dominus *Thomas* filius *Anthonii* fundavit domum de **Iniſtiock**, & rogavit Priorem de **Kenlis**, ut frater *Algarus* & *Aluredus* eſſent in domo de **Iniſtiock** ad reformandum & inſtruendum cæteros Canonicos. Et ſic creatus fuit *Aluredus* in Priorem apud **Iniſtiock**; & *Algarus* pro communi utilitate utriuſq; domus, ad eorum privilegia perquirenda, miſſus fuit ad Curiam Romanam, & morabatur ibidem per longum tempus, & creatus fuit in Epiſcopum, ex collatione Domini Papæ in *Lombardia*. Et ſic per Chronica invenitur, quod nunquam fuit Prior de **Kenlis**.

An. 1183.

Bodmin.

Circi an. 1206.

Carta Regis Ricardi *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans, & confirmans.*

Pat. 14. R. 2. p. 1. m. 26. per Inſpex.

REx (&c.) Inſpeximus quaſdam literas patentes, Sigillo *Hugonis* de *Lacy* conſignatas, ut dicitur, in hæc verba; *H.* de *Lacy*, Archiepiſcopis, Epiſcopis & Abbatibus, & militibus, & omnibus hominibus ſuis & amicis, *Francis* & *Anglicis*, & *Hybernenſibus* totius terræ ſuæ ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Canonicis S. *Mariæ* de **Kenlys** divini amoris intuitu, & pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam, **Balingoddan**, cum omnibus pertinentiis ſuis, **Hadmecrechtugan**, **Cluain**, **Midlind**, **Tirnaſidmaigi**, & **Milechan**, & **Iniſnaclerech**, cum pertinentiis; **Athalaarg** cum pertinentiis ſuis; **Laigilli**, **Raithgruga**, **Achadnaſcerbach**; & villam quæ vocatur **Roſbindig**; **Ardduun**, **Balynlanrada**, & **Cluanmulig**, **Began** & **Achadmac Elida**, & **Tirneſamoua**, plenariè & integrè & honorificè; habenda & tenenda à me & ab heredibus meis imperpetuum. Quare volo (&c.) Hiis teſtibus, *Willielmo* de *Meſet* Dapifero, *Willielmo* parvo, *Roberto* *Dardies*, domino de *Lemno*, *Roberto* de S. *Michaele*, *Galfrido* de *Logan*, *Roberto* Capellano, *Waltero* de *Lacy*, & *Waltero* de *Baſcherville*, & *Macunebi*, & pluribus aliis; & *Pille* Clerico hujus Cartæ ſcriptore.

Inſpeximus etiam quaſdam alias literas patentes Sigillo *Johannis* quondam domini *Hiberniæ*, & Comitis *Mortoniæ* conſignatas, ut dicitur, in hæc verba. *Johannes* dominus *Hiberniæ*, Comes *Mortoniæ*, omnibus (&c.) ſalutem. Sciatis me, pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, necnon anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe, & hac Cartâ meâ confirmâſſe, in puram & perpetuam eleemoſinam Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Kenlis**, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus, omnes terras ſuas, redditus & poſſeſſiones, quas habent de dono *Hugonis* de *Lacy*; *viz.* **Balyochodam**, cum omnibus pertinentiis ſuis, **Cluamminlind**, **Tirnafionagi**, **Inilechan**, **Athdalaarg**, cum pertinentiis ſuis; **Luscharmilache**, **Laigilli**, **Radrugan**, **Acadnadkethache**; **Rosbindig**, cum pertinentiis ſuis, **Arduun**, **Baliboſti**, **Clumuacarad**, **Clumanhicama**, **Clunachad**; **Inſnadercaihe**, cum pertinentiis ſuis, **Fionaredrean**, **Dunnagalle**, **Achad**, **Cairgi**, **Shailti**, **Acathnaata**, **Madaburind**, **Drumſir**, **Chailnachoy**, **Liſmin**, **Inchardachad**, **Acchatmoccayda**, **Tirnaſemour**, **Achadmeccrethugan**, & unam carucatam terræ, quæ dicitur **Muniliath**, **Cluan**, **Inilizbeggan**. Quare volo (&c.)

Conceſſi etiam eiſdem Canonicis, & hac Cartâ meâ confirmavi, de proprio dono meo, villam de **Dormache**, cum pertinentiis ſuis; *ſcil.* **Edangugt** **Achadicongho**, **Cluanchonnaid**, **Cluan-Gamna**, **Ranthingairg**, **Raidna**, **Chairache**, **Indurnd**, cum omnibus pertinentiis ſuis, tenendam in puram & perpetuam & liberam elemoſinam, bene & in pace (&c.) Teſtibus *Stephano Ridello* Cancellario meo, *Waltero* de *Dunſtanvill*, *Ingelramo* de *Pratellis* (&c.) & multis aliis, anno domini Regis *Ricardi*, tertio, vigiliâ *Aſcenſionis*, apud **Radingis**.

Inſpeximus etiam quaſdam alias literas patentes Sigillo *Walteri* de *Lacy*, ſimiliter, ut dicitur, conſignatas, in hæc verba. Sciant præſentes & futuri, quod ego *Walterus* de *Lacy*, dedi (&c.) domui beatæ *Mariæ* de **Kenles**, & Canonicis ibidem reſidentibus, & Deo ſervientibus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & *Margaretæ* uxoris meæ; & pro animabus *Gilberti* de *Lacy* filii mei, & *Willielmi* de *Lacy* fratris mei; necnon & pro ſalute animarum anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, unam bollam de qualibet braſcinâ cerviſiæ in villâ de **Kenles**; *viz.* illam bollam cerviſiæ quam ego nomine telonei de qualibet bracinâ in eadem villâ capere conſuevi, vel capere potui; tenendam & habendam de me & hæredibus meis eiſdem Canonicis & eorum ſucceſſoribus imperpetuum (&c.) Pro hac verò donatione & conceſſione meâ dicti Canonici & eorum ſucceſſores habebunt in domo ſuâ ſucceſſivè, quendam Capellanum de ſuis Canonicis ſpecialiter imperpetuum, pro animâ meâ & animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum divina celebrantem. Et ut hæc donatio & conceſſio, meæ perpetuæ firmitatis robur optineant, præſentem Cartam ſigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus,

Si

domino *Ricardo Midenſi* Epiſcopo; domino *Ada* parvo, Archidiacono de **Kenles**; *Michaele Groſſo*; Fratre *Hugone* Canonico, tunc Cancellario (&c.) Nos autem literas prædictas (&c.) duximus exemplificandas (&c.) Teſte, *Johanne* de *Stanley* Juſticiario noſtro *Hiberniæ*, apud *Drogheda*, *xxi.* die *Januarii*, anno regni noſtri *xiii.*

PRIORATUS

ſive Hoſpitale S. Johannis *Evang. de* **Kilkenny**, *fundatus circa ann. Domini* MCCxx.

Carta Fundationis.

Ex autogr. per *Jac. Waræum* eq. aur. exſcriptum.

Willielmus *Mareſchallus*, Comes *Pembrochiæ*, omnibus tam præſentibus quam futuris, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem: Notum ſit univerſitati veſtræ, me pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beato *Johanni* Evangeliſtæ, locum quendam ad caput parvi pontis de **Kilkenny**; *ſcil.* inter ductum minoris aquæ, & viam quæ ducit ad **Loghmadheran**, ab horreis meis; & ſexdecem acras de terrâ liberâ ex eadem parte aquæ illius, cum omnibus pertinentiis ſuis, ad conſtruendum ibidem Domum religionis, in honore Dei & *S. Johannis*, & ad ſuſtentationem pauperum & indigentium. Conceſſi etiam & præſenti Cartâ meâ confirmavi eidem Domui, & fratribus ibidem Deo ſervientibus totam parochiam ultra pontem de **Kilkenny** verſùs orientem, & adjacentem eidem ponti cum omnibus pertinentiis ſuis, abſq; omni retenemento. Conceſſi etiam eiſdem beneficium Eccleſiaſticum totius terræ meæ **Donfert**, quantum *ſcil.* indè ad patronum pertinet: & inſuper beneficium Eccleſiaſticum totius terræ meæ de **Loghmaderhan** eodem modo, cum omnibus pertinentiis, tam in decimis, quàm oblationibus, & obventionibus. Et inſuper omnes decimas molendinorum, piſcariarum, pomeriorum, & Columbariorum meorum de **Kilkenny**. Volo etiam & concedo, quod prædicti fratres deſerviant Capellæ Caſtri mei de **Kilkenny**, & indè habeant omnes obventiones, & oblationes, ſi ego abſens fuero, vel hæredes mei: ſin autem, tunc dominici Capellani mei oblationes ex eâ provenientes percipient.

Conceſſi etiam, & hac præſenti Chartâ meâ confirmavi ſæpedictis fratribus locum quendam ad caput magni pontis, ubi primitùs Domus earum inchoata fuit. Reddendo de eodem loco mihi, & hæredibus annuatim meis tres ſolidos ad duos terminos; *ſc.* medietatem ad *Paſchæ*, & medietatem ad feſtum S. *Michaelis*, pro omnibus ſervitiis, demandis, conſuetudinibus, & exactionibus. Concedo etiam eis quod habeant & poſſideant pacificè omnes redditus Burgagiorum, quæ eis in villâ de **Kilkenny** data fuerunt, & danda; ſalvo ſervitio meo; & ſalvis omnibus, quæ juris mei ſunt, & hæredum meorum. Præterea conceſſi, & intuitu charitatis confirmavi, quantum ad Patronum pertinet, Deo & dicto Hoſpitali S. *Johannis* de *Kilkenny*, Eccleſiam de **Haghamaw**, & Eccleſiam de *Novâ villâ*, & totum beneficium veteris villæ, cum omnibus prædictarum villarum pertinentiis, tam in Decimis, quam oblationibus & obventionibus, & cæteris rebus omnibus ad eaſdem Eccleſias ſpectantibus. Et præterea conceſſi, & hac eadem Chartâ meâ confirmavi prædictæ Domui Decimas omnium molendinorum meorum, & fenorum meorum in parochiis prædictarum Eccleſiarum. Et inſuper conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi prædictæ Domui. Hoſpitalis S. *Johannis* de **Kilkenny**, triginta Marchas argenti de decimâ redditus mei aſſiſi in *Hiberniâ*, percipiendas imperpetuum ad Scaccarium meum de **Kilkenny**, ad terminos prædicti redditus precipiendi per annum aſſignatos; *ſc.* medietatem ad feſtum S. *Michaelis*, & alteram medietatem ad *Paſcham*. Quare volo, & firmiter præcipio, & hac præſenti Chartâ meâ confirmo, quod omnes hæredes mei omnes donationes, conceſſiones, & confirmationes prædictas inviolabiliter teneant & eas ratas & ſtabiles habeant de me, hæredibus & aſſignatis meis, & quod præſcripti fratres habeant & teneant omnes donationes, conceſſiones, & confirmationes, prædictas in liberam puram & perpetuam elemoſinam, adeo liberè, & quietè, ſicut aliqua elimoſina liberus, & quietius dari poteſt & haberi.

Et præter hæc omnia, conceſſi, dedi, & hac præſenti Chartâ meâ confirmavi dictæ domui Hoſpitalis S. *Johannis* de **Kilkenny** & fratribus ibidem Deo ſervientibus, unam carucatam terræ, cum pertinentiis *viz.* illam quam *Thomas Drake* conſuevit tenere juxta **Kilkenny**; tenendam & habendam de me & hæredibus meis, dictæ Domui & dictis fratribus in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ſolutam. & quietam ab omnibus ſervitiis, conſuetudinibus, demandis, & exactionibus. Quare volo (&c.) Et ut hæc mea donatio, conceſſio & confirmatio perpetuæ firmitatis & ſtabilitatis robur obtineat, præſentem Chartam munimine impenſionis Sigilli mei confirmavi. Hiis teſtibus, domino *Johanne* Mareſcallo, *Thomâ* filio *Anthonii*, tunc Seneſcallo *Lagenia*; *Fulcone* filio *Warini*, *Waltero Purcell*, tunc *vic.* **Kilkenny**; *Will. Graſſo* juniore, *Hamundo Graſſo*; *Rogero* de *Hidâ*. (&c.)

PRIORATUS

de **Kluaynard**.

Bulla *Celeſtini* tertii Rom. Pontificis, donationes eidem Domui factas, confirmans.

Ex ipſo autogr. penès *Jac. Wareum* eq. aur.

Celeſtinus *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus*, Agneti *Abbatiſſa Monaſterii S.* Mariæ *de* **Kluaynard**, *ejuſdem ſororibus, tam præſentibus, quàm futuris, regularem vitam profeſſis imperpetuum. Prudentibus virginibus, quæ ſub habitu religionis, accenſis lampadibus, per opera ſanctitatis jugiter ſe præparant ire obviam ſponſo, ſedes Apoſtolica debet præſidium impertire; ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eas a propoſito revocet, aut robur (quod abſit) ſacræ religionis infringat. Ea propter dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium de* **Kluaynard**, *quo divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub beati* Petri, *& noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus, qui ſecundùm Domini, & beati* Auguſtini *regulam, atq; inſtitutionem* Froenſium *fratrum, in eodem Monaſterio inſtitutis eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus immutabiliter obſervetur. Præterea, quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona idem Monaſterium in præſenti juſtè & Canonicè poſſidet; aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, & eis quæ vobis ſucceſſerint & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis.* **Leſnabinny**, **Echlem**, **Balinchuleman**, **Roſinbartan**, *cum earum pertinentiis. Eccleſiam ſanctæ* Mariæ *de* Luſchâ, *cum decem ageribus, de elemoſina* Johannis Dublinenſis *Archiepiſcopi in adjacenti campo*, Cuodmna, **Artd**, **Grenog**, **Leſamulin**, **Kellathlechty**, *cum earum pertinentiis. Eccleſiam S.* Mariæ *de* Dubliniâ, *cum villis*, **Balinſgellan**, **Kelmactalmanais**, **Kelbrigt**, **Glenduah**, *cum earum pertinentiis. Eccleſiam S.* Mariæ *de* **Damliay**, *cum villâ* **Balimleochid** *cum ſuis pertinentiis. Eccleſiam S.* Mariæ *de* **Thermunfechin** *cum villâ* **Achaderſantid**, *cum ſuis pertinentiis, Eccleſiam S.* Mariæ *de* **Scrin**, *cum adjacenti campo* **Dundonnuill**, *cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam S.* Odra *cum ipſa villa, & omnibus ſuis pertinentiis. Eccleſiam Sanctæ* Brigidiæ *de* **Athtrim**, *cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sanctæ* Mariæ *de* **Kenennus**, *cum manſione ſua in eadem civitate, & villa* **Diſnerthirechan**. *Eccleſiam Sanctæ* Mariæ *de* **Fawor**, *cum villa* **Kellarthalgach** *cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam S.* Mariæ

Kellarthalgach.

Mariæ *de* **Durmaig**, *cum ſuis poſſeſſionibus. Eccleſiam S.* Mariæ *de* **Cluaynmacnois**, *ad orientem, cum villâ de* **Kellogainechan**, *cum ſuis pertinentiis. Eccleſiam S.* Mariæ *ad occidentem, cum villâ* **Drumalgach**, *cum ſuis pertinentiis. Eccleſiam S.* Mariæ *de* **Evachdun**, *cum villâ* **Kelgel**, *cum ſuis pertinentiis.*

Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoq; vobis perſonas liberas, & abſolutas, à ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, & eas, abſq; contradictione aliquâ retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli ſororum veſtrarum, poſt factam in loco veſtro profeſſionem, fas ſit, abſq; Abbatiſſæ ſuæ licentiâ, de eodem loco, niſi arctioris religionis obtentu, diſcedere: Diſcedente verò, abſq; communium litterarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis, excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſâ voce, divina officia celebrare. Inhibemus etiam, ne ullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, vel alia qualibet perſona, niſi à vobis fuerit requiſitus, in veſtro Monaſterio conventus puplicos convocare, cauſas ſeu alia negotia pertractare præſumat, niſi à Romano Pontifice, vel ejus legato ſuper hoc mandatum receperit. Novas etiam, & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliiſq; omnibus eccleſiaſticis, ſecularibuſq; perſonis, vobis omninò fieri prohibemus. Ad hæc etiam duximus inhibendum, ne ulli Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, ſeu aliæ perſonæ à vobis, pro decimis veſtris, injuſtè aliud petere, & recipere liceat, quàm fuerit à prædeceſſoribus eorum, uſq; ad hæc tempora requiſitum, decimas & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à laicis detinentur redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorum; & ad Eccleſias, ad quas pertinent, revocandi, libera ſit vobis de auctoritate noſtrâ facultas. Eas etiam decimas, quas ad Monaſterium veſtrum à quadraginta annis inconcuſſè poſſedit & in præſentiarum rationabiliter poſſidet, vobis, & per vos eidem Monaſterio nihilominus confirmamus. Libertates præterea, & munitiones veſtras antiquas, & rationabiles conſuetudines Monaſterio veſtro conceſſas, hactenus obſervatas, & eas futuris temporibus illibatas manere ſancimus. Sepulturam quoq; ipſius loci, liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat; ſalvâ tamen juſticiâ illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Obeunte verò te, nunc ejuſdem loci Abbatiſſâ, vel earum qualibet, quæ tibi ſucceſſerint, nulla ibi in qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quam ſorores, communi conſenſu, vel ſororum pars conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem & beati Auguſtini *regulam providerint eligendam. Paci quoq; ac tranquillitati veſtræ, paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum veſtrorum nullus rapinam, ſeu furtum committere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Decernimus ergo, ut nulli omnino homini liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel allatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet exactionibus fatigare; ſed omnia illibata & integra conſerventur, earum pro quarum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: Salva ſedis Apoſtolicæ, & Dioceſſani Epiſcopi Canonica juſtitia. Siqua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſq; ſui careat dignitate, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat; & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini redemptoris noſtri* Jeſu Chriſti *aliena fiat, atq; in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *quatenus & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant.* Amen.

Datum Laterani (&c.) 4. *Kal.* Martii. *Indictione* 4. *Incarnationis Dominicæ* Anno 1195. *Pontificatus verò Domini* Celeſtini *Papæ tertii,* Anno *quinto.*

PRIORATUS

S. Johannis Bapt. *de* Nenath, *in* *Comitatu* Tipperariæ.

Carta Fundationis ejuſdem, circa annum Domini MCC.

Ex Cod. rubro MS. penès Comitem *Ormoniæ.*

UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Theobaldus Walter* Pincerna *Hiberniæ*, Salutem. Noveritis me divini amoris intuitu, & pro ſalute animæ meæ, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti Chartâ confirmâſſe Deo & S. *Mariæ*, & Priori Domus Sancti *Johannis Baptiſtæ* del **Nenath**, & Canonicis & infirmis ibidem Deo ſervientibus, ſex carucatas & quadraginta acras terræ in **Keremath**, propinquiores de **Louthunlauth**; & unam carrucatam terræ & dimidiam in **Louthunlauth** propinquiores de **Keremath**, & quatuor carucatas & *xl.* acras terræ in **Cloncurry**, & **Leſrony**. & **Balnath**, & **Beelderg**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Habenda & tenenda ſibi & ſucceſſoribus ſuis in puram & perpetuam elemoſinam, integrè & liberè & quietè, ab omni ſeculari exactione. Ita tamen, quod in dictâ domo Sancti *Johannis* ſint in perpetuum treſdecim infirmi decumbentes ad minimum, qui de bonis dictæ Domus commodè ſuſtineantur; ita quod quilibet habeat ſingulis diebus panem integrum & potum de cellario, & ferculum de coquo, ad minus. Et cum facultas dictæ domus ſe obtulerit, creſcat numerus Canonicorum; ita quod ſit ibi Conventus. Conceſſi etiam dictis Canonicis, pro me & hæredibus meis; quod decedentibus eorum Prioribus in fata, liberam habeant poteſtatem eligendi & confirmandi ſibi Priorem, ſine aliquâ contradictione in perpetuum. Conceſſi etiam eiſdem Priori & Canonicis, quod habeant piſcinas, ſtagna, & molendina, in terris prædictis ſibi & hominibus ſuis. Teſtibus (&c.)

PRIORATUS

de Ponte **Fermoy**.

Cart. 18. E. 1. n. 99.

Diploma Regis Edwardi *primi, Cartam fundationis ejuſdem Domus recitans, & confirmans.*

Vide Cart. 17. E. 1. n. 22.

REx Archiepiſcopis (&c.) ſalutem; Inſpeximus Cartam, quam *Alexander* filius *Hugonis* fecit Canonicis domus beatæ *Mariæ* de *Ponte* in **Fermoy** in *Hiberniâ*, in hæc verba. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, quod, Ego *Alexander* filius *Hugonis* dedi, conceſſi & præſenti Cartâ meâ confirmavi, Deo & Monaſterio ſanctæ *Mariæ* de *Ponte* in **Fermoy**, & Canonicis ſub regulâ beati *Auguſtini*, ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute domini *Jo.* Regis *Ang.* & anteceſſorum & ſucceſſorum ſuorum; & animæ meæ, & patris mei, & matris, & ſponſæ meæ, & *Griſini* fratris mei, & anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, locum ipſum ad Monaſterium conſtruendum aſſignatum, ipſum *Fontem*, cum octo carucatis terræ arabilis, quæ ſunt inter aquam de **Avenebeg**, & terram *Roberti Keting* in longitudine; & inter dominicum meum, juxta caſtellum meum lapideum, & **Avenemore**, in latitudine, ſicut diviſæ & perambulatæ fuerint; & ab eadem terrâ aſſignata; Et totam terram meam, & nemus meum, & aquam, & omnes montes, & paſturam, quæ ſunt uſq; **Glymbride**, verſùs **Corke**, inter terram *Keting*, & terram Monialium de **Grane**: Item quinq; carucatas terræ arabilis, ſuper **Avenebeke**; *ſcil.* duas ex dono *Mauritii Flandrenſis*, & tres ex meo; quæ ſunt inter domum prædicti *Mauritii*, & metas terræ de **Calcumere**; & liberè totam aquam, prout latitudo terræ eorum extendatur ad ſtagnandum, & dirmandum, & eorum omnimodos uſus, & fructus.

Dedi etiam eiſdem ibidem, in nemoribus, omnia aiſiamenta, ad eorum & hominum ſuorum omnimodos uſus neceſſaria; & tertiam partem Molendini mei, & piſcariæ meæ juxta Caſtellum meum, abſq; aliquo cuſtu à Canonicis exigendo, ſive ad lapides, ſivè ad præparationem, vel reparationem aliquam Molendini, ſtagni, & piſcariæ. Item omnia beneficia Eccleſiaſtica totius terræ meæ dominicæ, cum decimis Molendinorum, & feni, piſcariarum, venationum, & cunctarum rerum, quæ mihi, vel hæredibus meis renovantur per annum. Item tria Burgagia apud *Lincericum*, quorum unum tenet *Neſta* uxor *Walteri Crop*; reddendo indè annuatim dimidiam Marcam; & *Siwardus* alia duo, reddendo indè annuatim unam Marcam. Item feodum unius militis in **Olethan**. Item aliud feodum in **Obathwen**. Item villatam terræ juxta **Carrig**, nominatim illam, quæ mihi jure hæreditario à *Remundo* fratre meo devenit. Prædicta autem omnia, conceſſi eis tenenda & habenda, in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam, quietè, pacificè, & honorificè, integrè, & plenariè, abſq; omni ſervitio, & exactione, & demando, auxilio, tallagio, & geldo, & abſq; . . . . Canes ſubjurnare homines vel equos ire, vel mittere in exercitum, vel *enchenache*; & nominatim abſq; nativâ conſuetudine, & prout aliqua elemoſina liberiùs & meliùs dari poteſt, in boſco, in plano, in viis, in ſemitis; in aquis, in ſtagnis; paſcuis, paſturis, moris; piſcariis, venationibus, molendinis; mariſcis, exitibus, paſturis; in foris, in furcis, & in omnibus aliis libertatibus, & liberis conſuetudinibus, quas habeo vel concedere poſſum; Ad hæc, defuncto Priore, vel tranſlato, nec ego, nec hæredes mei, intromittimus nos de aliquâ ſeiſinâ faciendâ illius domus, vel rerum ad illum pertinentium; ſed generalis & libera domus, & rerum diſpoſitio, & gubernatio, fratribus ejuſdem loci reſervabitur, & liberè gaudent prælati ſui electione. Et ſi fortè inter eos Priorem idoneum non poſſunt de gremio proprio invenire, per eoſdem eligatur, vel de domo Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, de *Midenſi*, vel etiam de domo Sancti *Thomæ* Martyris de *Dubliniâ*, de quibus initium, & formam Ordinis acceperunt; vel alibi qui ſit ejuſdem ſubſtantiæ Ordinis ſi in prædictis Eccleſiis ſufficiens, & idoneus non inveniatur.

Concedo etiam, & volo, ut dicti Canonici habeant omnes nativos cunctarum terrarum prædictarum, & Curiam ſuam, de omnibus querelis & placitis, quæ emergunt de terris ſuis, & eorum hominibus, exceptis illis, quæ fortè ad regiam Coronam pertinent. Iidem autem Canonici omnimodam habeant licentiam ubiq; per totam terram meam piſcandi in **Avenemore**, & in **Avenebeg**, in polis, & extra polos, ſine vexatione aliquâ, vel impedimento. Sciendum eſt autem, quod ego prædictus *Alexander*, & hæredes mei warantizabimus, defendemus, & acquietabimus prædictas terras prædictorum Canonicorum, ab omni exactione ſeculari, & ſervicio forinſeco; Et ſi ego, & hæredes mei dictas terras & paſturas, aquas, nemora, & montes, præfatis Canonicis,

nonicis, contra omnes venientes, warantizare non poterimus, eis rationabile eſcambium, alias, in loco eis competenti, per viſum legalium virorum, plenariè faciemus. Ut autem hæc mea donatio, & conceſſio rata & ſtabilis, & inconcuſſa perſeveret, præſentem paginam Sigilli mei munimine dignum duxi roborare. Hiis teſtibus, Domino *Philippo*, de *Prendelgáſt*; Domino *Philippo* de *Barre*; Domino *Willielmo* de *Kantitune*; Domino *Roberto* de *Kantitune*; Domino *Henrico* de *Sancto Michaele*; Domino *Riſ. Beket*; *Mauricio Flandrenſis*; *Mauritio* de *Porttrahan*; & multis aliis.

Nos autem donationem & conceſſionem prædictas, ratas babentes, & gratas, eas, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prædictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus concedimus, & confirmamus, ſicut Carta prædicta rationabiliter teſtatur. Hiis teſtibus, (&c.) Data per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium xii.* die *Februarii.*

PRIORATUS

de **Toberglorie**, *in Comitatu* Dunenſi, *Cella Cœnobii S.* Mariæ Karleoli, *in* Anglia.

Pat. 12. E. 2. p. 1. m. 19.

Carta Regis Edwardi *ſecundi*, *donationes* Johannis *de* Curceio, *in fundatione ejuſdem Cœnobii factas*, *confirmans*.

REx omnibus ad quos (&c.) ſalutem. Volentes dilectis nobis in Chriſto Priori & Canonicis Eccleſiæ beatæ *Mariæ Karlioli*, qui per hoſtiles aggreſſus *Scotorum*, inimicorum & rebellium noſtrorum deſtruuntur, & depauperantur, gratiam facere ſpecialem, donationes, conceſſiones, & confirmationes, quas *Johannes* de *Curceio* fecit Deo & Canonicis regularibus Eccleſiæ prædictæ, de loco quem fundavit in honore Sancti *Thomæ* Martyris, ad honorem ipſorum Canonicorum, juxta *fontem* quæ *vocatur* **Toberglorie**, in ſuburbio de **Dun**, inter duas vias, quarum una tendit ad **Crems**, alia ad grangiam de *Saballo*, cum tribus carucatis terræ eidem loco propinquioribus, de dominio ipſius *Johannis*, cum terris, pratis, paſcuis, molendinis, & cæteris aiſiamentis, in aquis ſalſis, & dulcibus, in nemoribus, in *ſoc* & *ſac*, *tol* & *team*, & *tac* & *infangthef*, liberè, quietè, & honorificè in omnibus libertatibus; & ita liberè, & quietè, & tam honorificè, ſicut aliqua elemoſina eſt quietior & liberior in totâ *Angliâ* &c.

Donationem eciam, conceſſionem, & confirmationem, quas idem *Johannes* fecit prædictis Canonicis, de uno burgagio infra urbem de **Dun**, & de totâ decimatione Domus prædicti *Johannis*, & hoſpicii ſui, & omnium dominicorum ſuorum, tam Caſtellorum, quàm aliorum locorum, de quibuſlibet cibis & potibus, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt præfatis Priori, & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis concedimus, & confirmamus, ſicut Cartæ, quas indè habent rationabiliter teſtantur; & prout ipſi terras & tenementa prædicta huc uſq; tenuerunt, & libertatibus prædictis uſi ſunt, & gaviſi. In cujus &c. T. Rege apud *Eboracum* ſecundo die *Novembris.*

PRIORATUS

de **Tristernagh**, *in Comitatu* Midiæ *occidentalis, fundatus circa Annum Domini* MCC.

Carta fundationis ejuſdem, per Galfridum *de* Conſtantine

Ex Regiſt. ejuſdem Cœnobii, per *J. C. Waræum* eq. aur. exſcriptum.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Galfridus* de *Conſtantine* dedi & conceſſi, & hac præſenti Chartâ meâ confirmavi Deo & Domui, quam ego, Deo authore, fundavi in territorio de **Bilbisky**, in honorem beatæ Virginis *Mariæ*, & Canonicis ibidem Deo in regulari habitu miniſtrantibus, pro ſalute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, & uxoris meæ *Lætitiæ*, & omnium anteceſſorum meorum, & hæredum, terras, Eccleſias, & libertates ſubſcriptas; *viz.* locum in quo domus ſita eſt, qui vocatur **Tristernagh**, cum quatuor carucatis terræ adjacentibus per diviſas quæ illis ſunt diviſæ, & perambulatæ; & Inſulas de lacu qui vocatur **Loghern**, quæ ſubjacent Domui, & de eodem lacu quicquid ad me dinoſcitur pertinere apud **Bilbisky** totam terram, à calciatâ, per quam itur ab Eccleſiâ ad Caſtellum, & à capite ejuſdem calciatæ per viam in valle uſq; ad ſitum molendini; & ejuſdem molendini ſitum & ſtagnum; & ſic per ſtagnum molendini & ductum aquæ uſq; ad diviſas terræ, quam dedi *Agneti* uxori *Thurſtani*; & ſic per diviſas terræ ejuſdem uſq; ad Crucem Sancti *Columbæ* in magno itinere; & ſic per magnum iter uſq; ad domum quæ fuit veteris Capellani *Hibernici*. Conceſſi etiam & confirmavi prædictis Canonicis meis, ut ipſi, quandoq; placuerit, prædictum molendinum & ejuſdem molendini ſtagnum valeant mundare, meliorare, & largiùs facere; & ut nemo aquam indè valeat avertere.

In **Cure nuks** duas carrucatas terræ, propinquiores lacui **Loghyern**, inter aquam quæ dicitur *Etheio*, & aquam quæ dicitur **Deloghmuegen**;

nuegen; & ſuper eandem aquam ſitum unius molendini, & duas piſcarias, quæ vocantur **Duſchara** & **Carangilly**. Conceſſi etiam jam dictis Canonicis meis, ut aquam, quæ vocatur **Moylle**, per terram meam valeant conducere uſq; ad domum ſuam ubicunq; voluerint, per largum & ſufficientem canalem, ſine alicujus contradictione, aut vexatione. In **Balirothry** unum toſtum; & in campo ejuſdem villæ totam terram quæ fuit *Radulphi* Carpentarii. Apud *Dubliniam* extra muros Civitatis, juxta **Hogges**, unum meſſuagium, ſicut illis eſt diviſum & aſſignatum. In *Conatiâ* decem Carucatas terræ de terrâ meâ, cum omnibus pertinentiis ſuis, in loco eis idoneo & magis competenti. Dedi etiam & confirmavi prædictis Canonicis meis, quoad patronum pertinet, Eccleſias de **Kilbyſky**; de **Balyrothry**; de **Tyrcloghir**; de **Rathroin**, de **Glyn**, de **Croſkeyn**, de **Killor**, cum earum pertinentiis. Dedi etiam eis & confirmavi dimidiam carrucatam terræ, quæ fuit *Awardi*, & dimidiam carrucatam terræ, quæ fuit *Henrici* Prioris; & dimidiam carrucatam terræ, quæ fuit *Roberti Moyſon*; & dimidiam carrucatam terræ, quæ fuit uxoris *Thurſtani*; & totam terram, quæ fuit *Aluredi* vigilis & aliorum, quæ eſt, *ſcil.* inter pontem qui eſt in valle juxta Crucem Sancti *Columbæ*, & domum eorundem Canonicorum; pro quibus omnibus dedi prædictis, *ſcil.* *Awardo*, *Henrico* Priori, & hæredibus *Roberti Moyſon*, & *Agneti* uxori *Thurſtani* & *Aluredo* vigili, & aliis, pro voluntate ſuâ excambium.

Dedi etiam eis & confirmavi quinq; carrucatas de Boſco meo, *viz.* **Kilkareth**, cum quinq; carrucatis de proximo adjacentibus. Dedi etiam eis & conceſſi & confirmavi communam ubicunq; in omnibus boſcis meis dominicis, ad omnia averia ſua, & omnes porcos ſuos cum libertate paunagii & ad omnia alia ædificia ſua, & ad omnia uſibus ſuis neceſſaria. Conceſſi etiam & confirmavi jam dictis Canonicis meis unam carrucatam terræ, quæ fuit *Roberti* de **Stokbord**, in territorio de **Kilbiſky**, pro quâ idem *Robertus*, pro voluntate ſuâ, accepit excambium, ſecundùm tenorem Chartarum & ſcriptorum inter eos confectorum. Conceſſi etiam eis & confirmavi totam terram *Taurini Carpentarii* in territorio de **Kilbyſky**, quam idem *Taurinus* eis dedit, & Chartâ ſuâ confirmavit.

Conceſſi etiam eis & confirmavi dimidiam carrucatam terræ de dono *Radulphi* de *Trivers* in territorio de **Kilbiſky**; & de donatione *Fulconis Flandrenſis* unum molendinum, quod dedit eis cum ſtagno & omnibus aliis ad illud pertinentibus & de dono *Stephani Sagittarii* unum toſtum apud **Balyrothry**, quod de eis tenet *Robertus* de *Balidonegan*, reddendo indè eis annuatim redditum duodecem denariorum, quos eis reddit *Willielmus* de *Curtelagh*, & hæredes ſui de terrâ, quam idem *Alanus* ei vendidit. Conceſſi etiam eis & confirmavi toſtum quod fuit *Eadrici Textoris* in villâ de **Kilbiſky**, & in campis ejuſdem villæ, totam terram quæ fuit ejuſdem, quam eis vendidit *Fælicia* ſoror *Orni Coci*, & finabiliter quietam clamavit. Conceſſi etiam & confirmavi jam dictis Canonicis meis, ut de omnibus hominibus ſuis ubicunq; in terrâ ſuâ manentibus liberam Curiam habeant, & ut ipſi & omnes homines eorum, per totam terram meam, habeant liberam emptionem, & venditionem ſine actione alicujus conſuetudinis. Conceſſi etiam & confirmavi jam dictis Canonicis meis; & eorum ſucceſſoribus, quod ipſi habeant, recipiant & in perpetuum poſſideant liberè & quietè, *tolle*, abſq; contradictione cujuſcunq; de omnibus & ſingulis rebus emptis & venditis ſuper terras eorum, ubicunq; in villis forinſecis terras habuerint, per totum dominium meum, in propriam, liberam & perpetuam elemoſinam.

Conceſſi etiam, eiſdem Canonicis meis & confirmavi omnes donationes terrarum, & elemoſinarum de feudo meo, quæ eis rationabiliter datæ ſunt, vel in poſterum dabuntur. Conceſſi etiam eis & confirmavi, ut ipſi in deceſſu Prioris ſui *Henrici*, & omnium aliorum ipſius ſucceſſorum, liberam Prioris ſui habeant electionem, nullius habito vel requiſito conſenſu. Statui etiam, quoad patronum pertinet, ut ſi (quod abſit) de ſubſtituendo Priore orta fuerit inter Canonicos diſſentio, aut diſcordia, convocent quos placuerit viros religioſos & alios diſcretos, quorum communicato conſilio ſecundùm Deum procedat electio & ſubſtitutio, & ut Prioratu vacante, Canonici liberam & generalem Domus ſuæ habeant procurationem, & adminiſtrationem, donec Prior ſubſtituatur, nullo omninò in eos vel in Domum ſuam manum mittente.

Quare volo, & omnibus hæredibus meis & hominibus meis firmiter præcipio, ut ſæpedicti Canonici, quo liberius ſaluti animæ & ſuarum, & aliorum, quorum bonis ſuſtentantur, poſſint intendere, omnes prædictas Eccleſias cum omnibus earum beneficiis, *viz.* cum decimis ſegetum, fœni, molendinorum, hortorum, piſcariarum, columbariorum, & omnium aliorum, quæ per annum renovantur, & quibus ſancta Eccleſia decimas accipere & exigere conſuevit, & omnes prædictas terras, cum omnibus ſuis & cum omnibus hominibus, earum pertinentiis; *viz.* pratis, & paſcuis, maris, & mariſcis, aquis, currentibus, lacubus, molendinis, viis & ſemitis, boſcis & planis, & cum omnibus aliis præſcriptis libertatibus habeant, teneant & poſſideant in propriam & perpetuam elemoſinam, benè & in pace, liberè, & quietè, integrè, & honorificè, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, quas ego eis dare poſſum & confirmare immunes, liberas, & quietas, & à tallagiis, cariagiis, auxiliis, ſervitiis, demandis, exactionibus, & ab omni ſeculari officio & exactione. Ut autem hæredes mei hanc donationis meæ Chartam forſitan inſpecturi & audituri, perpendant quo animo & affectu de toto adquiſito meo labore, fame, & inediâ, hoc tantillum, non tantum mihi, ſed & ipſis in futurum reſervaverim, ipſis omnibus hujus donationis meæ benefactoribus conceſſoribus, manutentoribus, & adjutoribus perpetuam relinquo benedictonem: præſumptuoſi verò auſertores, violatores, & contradictores, ne benedictione priventur periculum eis imminens videant & caveant. Hiis teſtibus, *Symone* Dei gratiâ *Midenſi* Epiſcopo; *Radulfo Parvo* ejuſdem Archidiacono; *Patricio Roſſell* Clerico, *Thomâ* de *Roſſell*; *Willielmo* de *Roſſell*; *Henrico* de *Rupe* Clerico; *Willielmo* de *Arcy*; *Thurſtano* de *Sandall*; *Mario Gardinero*; *Richardo Roſſell*, *Lamberto* de *Londeby*; *Roberto* de *Burnell*; *Hugone* Capellano, qui hanc Chartam ſcripſit, & multis aliis.

ECCLESIA

Cathedralis S. Trinitatis Dubliniæ.

Ex Cod. albo Eccl. S. *Trinit. Dublin.* Compoſito per *Thomam Fiche* ejuſdem domus Canonicum.

De fundatione ejuſdem.

INprimis fornices, ſive voltæ fuerunt fundati per *Danos*, ante adventum S. *Patricii* ad *Hiberniam*; & tunc temporis Eccleſia non fuerat fundata & conſtructa ut nunc eſt; quapropter *S. Patricius* celebravit Miſſam in uno fornace ſive voltâ, qui in hodiernum diem appellatus fornix, ſive volta *S. Patricii*. Deinde *S. Patricius* cernens ingentia miracula, quæ Deus ei oſtenderat, prophetavit & dixit; Poſt multos annos futuros, hîc erit Eccleſia fundata & conſtructa, & Deus laudabitur in eâ poſt omnes Eccleſias totius *Hiberniæ.*

Poſtea venit *Sitrius* Rex *Dubliniæ*, filius *Ableb* Comitis *Dubliniæ*, & dedit S. *Trinitati*, & *Donato* primo Epiſcopo *Dubliniæ*, locum ad ædificandam Eccleſiam *S. Trinitati*, ubi fornaces ſive voltæ ſunt nunc fundati, cum terris ſubſcriptis; *viz.* **Kealdulek**, **Rectrapoꝛteacre**, cum villanis & vaccis & bladis; necnon aurum & argentum ſufficienter ad ædificandam Eccleſiam, cum totâ Curiâ contulit. Tunc iſte religioſiſſimus vir *Donatus* dixit, quod ſatisfaceret voluntati & mandato iſtius *Sitruic* Regis, in quantum potuiſſet; & cum divinâ gratiâ ædificavit navim Eccleſiæ, cum duobus collateralibus ſtructuris, & ſolium imagini Crucifixi, cum Capellâ *S. Nicholai* in parte boreali, cum aliis ædificiis ad placitum fundatoris: Et etiam prædictus Epiſcopus ædificavit Eccleſiam *S. Michaelis*. Deindè, poſt multos annos venerunt *Laurentius*, Archiepiſcopus ſecundus *Dublinenſis*, & *Ricardus* Comes *Strigulia*, & Comes Mareſchallus, & *Robertus* filius *Stephani*, & *Raymundus*, qui deſponſavit ſororem Comitis Mareſchalli, & fecerunt Chorum Eccleſiæ metropolitanæ, cum Campanis & duabus Capellis, *viz. S. Edmundi* Regis & Martyris, & *Mariæ*, quæ dicitur alba, & S. *Landi*. Ac etiam dedit Eccleſiam S. *Michaelis* ad menſam Canonicorum. Et antequam Archiepiſcopi fuerunt creati *Dublin.* placea palatii fuit in dominio Prioris & Conventus S. *Trinitatis Dublin.* & ibi fuit ortus illorum.

Et poſt *Laurentium* venit Archiepiſcopus alius, qui nominabatur *Henricus*; & poſt *Henricum* venit alius, qui vocabatur *Lucas*; & hii tres Archiepiſcopi ſucceſſivè præcedentes, ædificaverunt Cancellam à Choro, cum duabus collateralibus ſtructuris, uſq; ad locum ubi nunc extat ſedes Archiepiſcopalis, pro cujus notitiâ *Johannes Comyng*, & *Lucas* Archiepiſcopus ſepeliuntur in quadam tumbâ lapideâ in auſtrali latere Eccleſiæ. *Henricus* verò Archiepiſcopus ſepelitur ex alterâ parte Cancelli, ex oppoſito, ſub tumbâ ligneâ. Deindeq; poſt multos annos ſucceſſit *Johannes* de S. *Paulo* Archiepiſcopus: & ubi prædicti tres Archiepiſcopi omiſerunt ædificare Cancellam, cum ſede Epiſcopali, & magnam feneſtram in orientali parte ſummi Altaris, & alias tres feneſtras inter magnam feneſtram & ſedem Archiepiſcopalem, ex parte Auſtrali conſtruxit: in cujus memoriam corpus ſuum, ſub lapide marmoreo, cum imagine æneâ in ſecundo gradu ante prædictum Altare, in ſuo ultimo Eulogio ſepeliri diſpoſuit: Ac ſubſequentes Cives *Dubliniæ*, moti ex quodam magno miraculo S. *Laurentii* Epiſcopi prædicti (ut in ejuſdem vitâ pleniùs continetur) Capellam magnam beatæ *Mariæ* Virginis, ex boreali parte Cancelli honorificè fundârunt & conſtruxerunt.

Carta Regis Johannis *Archiepiſcopo* Dublinenſi.

Cart. 15. *Joh.* m. 3. n. 26.

J*Ohannes* Dei gratiâ (&c.) omnibus (&c.) Sciatis, quod nos divini amoris intuitu, pro ſalute animæ noſtræ, & *H.* Regis patris noſtri, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe venerabili patri noſtro *H. Dublinenſi* Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopatum de **Glendeſach**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & Abbaciam de **Gludeſach** cum omnibus pertinentiis ſuis, ſalvo tenemento *Th.* *Abbatis*, *ſcil.* dimidio Candredo, quoad vixerit, de eodem *Archiepiſcopo* tenendo; ita tamen, quod poſt deceſſum vel receſſum ipſius *T.* illud dimidium Candredum, & quicquid ad illud ſpectat, redeat ad diſpoſitionem & dominicum *Dublinenſis Archiepiſcopi*. Exceptis feodis trium militum, quæ retinuimus in manu noſtrâ in loco magis idoneo, in illo dimidio Candredo ad cuſtodiendum foreſtam noſtram:

ſtram: Et terram de **Coillach**, cum omnibus pertinentiis ſuis pro *xx. l.* terræ, quas ei in Baroniam dederamus, & Cartâ noſtrâ confirmaveramus; tenendas de nobis, & hæredibus noſtris in feodo, & hæreditariè, pro ſervicio unius militis; tali tamen conditione, quod cum in *Hiberniam* venerimus, ſi voluerimus, prædictam terram in propriâ manu noſtrâ retinere, excambium eis ad valenciam, in loco tuto & competenti, aſſignabimus, antequam indè diſſeiſientur. Et Eccleſiam noſtram de **Trinn**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ad faciendum indè Præbendam unam in Eccleſiâ Sancti *Patricii* in ſuburbio *Dubliniæ*. Et quod habeant nundinas in villâ de **Surdes**, quæ eſt de *A*rchiepiſcopatu *Dublinenſi* ſingulis annis circa feſtum Sancti *Kelumkilli*, per octo dies duraturas, ſicut idem Archiepiſcopus ea tenet in præſenti, & ſicut Cartæ noſtræ, quas prædictæ Eccleſiæ *Dublinenſi*, tempore quo fuimus Comes *Moreton*, fieri fecimus, rationabiliter teſtantur. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædictus Archiepiſcopus, & ſucceſſores ſui habeant & teneant omnia ſupradicta; *ſcil.* Epiſcopatum & *A*bbaciam de **Glindenth**, & terram de **Caillach**, & Eccleſiam de **Trinn**; & nundinas de **Swerdes**, benè & in pace; & cætera ad ea pertinentia, ſicut prædictum eſt. Teſtibus domino *P. Winton.* Epiſcopo; *W.* de *Ferrariis* Comite *Derebiæ*, & aliis. Data per manum *R.* de *Mar.* apud **Porſtkot** *xxx.* die *Julii* anno *xv.*

Ord

Ex
MS.
bibl
V. 4
Jur
22.

COENOBIA SCOTICA

PRIORATUS de **Coldingham**, Cella Prioratus *Dunelmenſis* in *Anglia*.

Ex hiſt. MS. in bibl. *Bodl.* V. 4. 4. *Jur.* lib. 22. Cap. 3.

De fundatione ejuſdem.

SAncta verò *Ebba*, ex regali progenie orta: ſoror enim *Oſwi Northanhumbrorum*, & *Egfridi* Regis amita fuit; quorum temporibus, velut mater regni & decus enituit, quæ regnum mundi, & omnem ornatum ſeculi contempſit propter amorem filii Dei, quem mundo corde dilexit; & à Sancto *Finano Lindiſfarnenſi* Epiſcopo, ſanctæ converſationis velamen accepit: dominicam ſervitutem nobilitati prætulit; ſpiritualem paupertatem divitiis, & honoribus ſpontaneam abjectionem: Petebatur autem à quodam *Scotorum* tyranno, rege *Eadano*, in uxorem; quo raptum meditante & amore ſimul & violentiâ eam perſequente, traditur ad montem *Coludi*, id eſt **Coldyngham** fugiſſe, & ad preces ejus à meridie in altum mai...ſe erigens, ſubjectæ vallis alveum tranſcurrens, hoſti triduo continuis fluctibus obſtitiſſe; & cooperante domino, munitionis præſidium Virginis præſtitiſſe: Habet enim mons ille fontes duos, ad ſuæ ſolitudinis & hæremeticæ converſationis ſolatium; unus enim ad radices ejus latice perpetuo madet; alter in cacumine ejus ad calores æſtivos quandoq; areſcit. Horum hauſtu ſalubri, meritis S. *Ebbæ*, multi debiles & infirmi ſanitatem conſecuti ſunt: ex hiis enim beata *Ebba*, & ſuæ congregationis Cives potare conſueverunt. In hujus vaſtitate deſerti, utrum ſpiritu ſancto præventa, religionis cultum primò inſtituerat, an ab anteceſſorum ſtudiis inſtitutum invenerit, incertum eſt; nichil autem veriùs, quam quod ibi ſobriè, juſtè ac piè converſata ſit; & beatum cœlo ſpiritum, relicta terræ corporis ejus glebâ, intulerit.

Aliud autem Monaſterium fœminarum, ex dono fratris ſui *Oſwy*, juxta ripam *Dorwercionis* fluminis conſtruxit; eiq; ex nomine ſuo, **Ebbeceſtre**, in *Caſtrum Ebbæ* vocabulum dedit; quod quale quantumq; in ſe olim fuerat, dum ſtaret, ex ruinis ſuis manifeſtè nunc docet: mutato namq; ut aſſolet ſtatu temporum, interfectis habitatoribus ſuis, à nephandis principibus *Ingnar* & *Ubba*, ſubverſum eſt, & in plurimam nemorum vaſtitatem, & animalium paſcua, ſicut hodiè videtur, commutatum.

In *Coludi* enim Monaſterio, virorum & virginum congregationi beata *Ebba* præfuit; & contigua utriq; ibidem habebant habitacula, qui dominio conductu, fœdere cum ſimillimâ ſpiritus & animæ jocunditate, ſub eâ gaudebant vivere, quæ ſe admirabili diſcretionis gratiâ & puellis matrem exhortationis, inſtancia, & viris patrem, animi conſtantiâ exhibuit.

Carta Regis Edwardi *tertii, de protectione.*

Pat. 1. E. 3. p. 2. m. 18.

REx omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ad quos &c. ſalutem. Sciatis, quod cum Prioratus de **Coldyngham** in *Scociâ*, Cella Prioratus *Dunelmenſis*; Priorq; & Monachi Cellæ prædictæ *Anglici*, & in prædicto Prioratu *Dunelmenſi* profeſſi exiſtant; & in eadem Cellâ, de voluntate & diſpoſitione Prioris *Dunelmenſis* morentur. Nos volentes præfatos Priorem & Monachos dictæ Cellæ de **Coldyngham**, eo pretextu, favore proſequi gratioſo, ipſos Priorem & Monachos Cellæ prædictæ, homines, terras, res, redditus, & omnes poſſeſſiones ſuas ſuſcepimus in protectionem & defenſionem noſtram ſpecialem: Et ideo vobis mandamus, quod ipſos Priorem, & Monachos Cellæ illius, homines, terras, res, redditus, & omnes poſſeſſiones ſuas, manuteneatis, protegatis & defendatis. Non inferentes eis vel inferri permittentes injuriam, moleſtiam, dampnum, aut gravamen. Et ſi quid eis forisfactum fuerit, id eis ſine dilatione faciatis emendari. Nolumus enim, quod de bladis, fenis, equis, carectis, cariagiis, victualibus, aut aliis bonis, ſeu catallis ipſorum Prioris & Monachorum Cellæ prædictæ, contra voluntatem ſuam, ad opus noſtrum, vel aliorum, per Ballivos, ſeu Miniſtros noſtros, aut alterius cujuſcumq; quicquam capiatur. In cujus (&c.) T. Rege apud *Eboracum* tercio die *Junii*.

COENOBIUM

de Londors.

Ab ipſo autographo, per *Jac. Balfoure* eq. aur. & Baronem *Lyon* exſcriptum.

Carta fundationis ejuſdem, per Davidem, Huntendoniæ *Comitem.*

UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, & fidelibus, tam præſentibus quam futuris, Comes *David*, frater Regis *Scotiæ* ſalutem. Sciatis me fundâſſe quandam Abbaciam apud Londors, de Ordine *Kelchoenſi*, ad honorem Dei & S. *Mariæ* Virginis, & S. *Andreæ* Apoſtoli omniumq; Sanctorum, pro ſalute animæ Regis *Davidis*, avi mei, & pro ſalute animæ Comitis *Henrici* Patris mei; Et pro ſalute animæ Regis *Willielmi* fratris mei, & Reginæ *Armegard* & omnium anteceſſorum meorum; & pro ſalute animæ meæ & *Matildis* Comitiſſæ ſponſæ meæ; Et pro ſalute animæ *Davidis* filii mei, & omnium ſucceſſorum meorum; Et pro ſalute animarum, fratrum & ſororum meorum. Conceſſi etiam, & hac Cartâ meâ confirmavi prædictæ Abbaciæ de Londors, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam. Eccleſiam de Londors, cum omnibus pertinentiis ſuis, & terram ad prædictam Eccleſiam pertinentem, in boſco & plano, ſicut eam Magiſter *Thomas* tenuit & habuit. Et Eccleſiam de Dunde, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam de Fintriche, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et Eccleſiam de Inuerurin, cum Capellâ de Munkegin, & omnibus aliis pertinentiis ſuis: Et Eccleſiam de Durnach; Et Eccleſiam de Prame; Et Eccleſiam de Radmuriel; Et Eccleſiam de Inchemabanin; Et Eccleſiam de Culſamuel; Et Eccleſiam de Kelalemund, cum Capellis earundem Eccleſiarum; Et terris & decimis, & omnibus aliis pertinentiis earum ad proprios uſus & ſuſtentationes eorundem Monachorum. Quare volo & concedo, ut prædicti Monachi habeant & teneant in perpetuam & puram elemoſinam, prædictas Eccleſias, cum Capellis, & terris, & decimis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, ſine omni ſervitio, & conſuetudine, & auxilio ſeculari, & exactione, benè, & in pace liberè, quietè, plenariè, integrè, & honorificè, ſicut aliqua Abbacia, vel domus religionis in toto Regno *Scotiæ*, meliùs, liberiùs, quietiùs, pleniùs, & honorificentiùs aliquas Eccleſias, vel aliquas alias elemoſinas haberet, poſſidet. Has autem Eccleſias prænominato Monaſterio de Londors, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, ita liberè, & pacificè jure perpetuo poſſidenda conceſſi, & confirmavi, ut in ſuccedentium nullus aliquid ab eis niſi ſolas orationes ad animæ ſalutem exigere præſumat. Hiis teſtibus, *Villielmo* Rege *Scotiæ*, *Johanne* Epiſcopo *Aberdonenſi*; *Radulpho* Epiſcopo *Brechinenſi*; *Osberto* Abbate *Kelchoenſi*; *Henrico* Abbate de Aberbrodock; *Simone* Archidiacono de Aberdoen; *Roberto* Decano de Aberdoen; *Valtero* Officiali; *Matheo* de *Aberdoen*, Clerico domini Regis; *David* de *Lindeſeiâ*, *Valtero* de *Olfard*; *Roberto Baſſet*, *Valkelino* filio *Stephani*; *Villielmo Vaſcelin*; *Galfrido* de *Watterveille*; *Normano* filio *Malcolmi*, Conſtabulario de Inuerurin; *Henrico* de *Bruile*; *Matheo Falconario*, *Simone Flamang*, cum multis aliis.

ABBATHIA

de Aberbrothe.

Carta fundationis per Willielmum *Regem* Scotorum.

Exſcript. ab autogr. per præſ. *Jac. Balfoure.*

W*Illielmus* Dei gratiâ Rex *Scotorum*, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, & omnibus probis hominibus totius terræ ſuæ, Clericis & laicis, ſalutem. Sciant præſentes, & futuri, me pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animarum anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac meâ Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ quam fundavi in honorem Dei & S. *Thomæ* Archi preſulis & Martyris, apud Aberbrothoicke, & Monachis ibidem Deo & S. *Thomæ* ſervientibus & ſervituris, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam Aberbrothoc cum totâ ſchyrâ ſuâ, per rectas diviſas ſuas, in boſco & plano, terris & aquis, in pratis & paſcuis, cum omnibus juſtis pertinentiis ſuis: Et Eccleſiam ejuſdem villæ; *ſcil.* Aberbrothoc, cum plenariis decimis ſuis; & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Dedi & conceſſi eiſdem licentiam & libertatem faciendi Burgum & habendi Portum & habendi Forum unaquaq; die *Sabati*, in eadem terrâ. Conceſſi etiam eis inperpetuum hanc in eorum Burgo libertatem, ut omnes eorum Burgenſes, qui in eodem Burgo terram vel domum habuerint, & in eo manentes fuerint, & Burgenſes eorum, qui in toftis eorum manent, in Burgis meis quieti & liberi ſint à Thelonio & conſuetudine per totam terram meam, & per omnes portus terræ meæ, de omnibus mercibus & mercaturis ſuis propriis, quas emerint vel venderint. Dedi & eis conceſſi **Athyn**, per rectas diviſas ſuas, & cum omnibus juſtis pertinentiis ſuis; Et Eccleſiam ejuſdem villæ, cum plenariis decimis ſuis, & cum aliis juſtis pertinentiis ſuis. Dedi & eis **Achinglas**, per rectas diviſas ſuas, & cum omnibus juſtis pertinentiis ſuis; Et **Dunechtyn** cum totâ Schyrâ ſuâ, per rectas diviſas ſuas, & cum omnibus aliis juſtis pertinentiis ſuis; Et Eccleſiam ejuſdem villæ cum omnibus ad eam juſtè pertinentibus: Et **Kingoldrum**, cum totâ Schyrâ ſuâ, & per rectas diviſas ſuas; Et Eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus ad eam juſtè pertinentibus. Et Eccleſiam S. *Mariæ* de *Veteri* **Munros**, cum terrâ ejuſdem Eccleſiæ quæ *Scot'ce* **Abthen** vocatur, per rectas diviſas ſuas; Et cum decimis plenariis & omnibus aliis juſtis pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam de **Benchoryn**, cum omnibus juſtis pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam de **Clamynes**, cum omnibus juſtis pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam de **Hautwyſtle** in **Tyndale**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in Capellis, & terris, in decimis, in elemoſinis, & in omnibus aliis eccleſiaſticis rectitudinibus, conſuetudinibus & beneficiis, cum communi paſturâ & omnibus aliis aſiamentis ejuſdem Parochiæ: Et unum plenarium toftum in ſingulis Burgis meis, quæ habeo & habiturus ſum. Et licentiam capiendi in Foreſtis meis quæcunq; eis neceſſaria fuerint ad ædificia ſua, & ad uſus proprios: Et unum rete ſuper aquam meam de **Perthe**, quæ vocatur **Stock**. Et unum plenarium rete ſuper aquam de **Northeſcke**, juxta **Muros**; Et unam ſalinam juxta ſalinas meas in **Karſ** apud **Strevelyne**, cum quinq; acris terræ, & cum paſturâ & focali ad prædictam ſalinam ſufficientibus. Concedo etiam eis liberam terram ſuam, cum *ſacco* & *ſocco*, cum *Thol* & *Teme*, & *Infangeltheiſe*; Et Ferrum & Duellum; Foſſam, & Furcas, & liberam electionem Abbatis, & firmam pacem intra diviſas de **Aberbrothoc**. Præterea conceſſi iis & hac Cartâ meâ confirmavi, ut omnia tofta, quæ iis dedi in omnibus burgis & Maneriis meis, per totam terram meam libera ſint & quieta ab omnibus auxiliis ad me & hæredes meos pertinentibus. Quare prohibeo firmiter, ne quis de prædictis terris auxilia vel operationes aliquas exigere præſumat ſuper meam defenſionem.

Conceſſi etiam iis, ut nullus hominum ſuorum in terris eorum Manentium, non capiantur pro alicujus debito niſi pro debitis eorum propriis. Conceſſi eiſdem & confirmavi ut omnes terræ, quas iis dedi, & homines ſuper illas manentes, communem paſturam habeant, cum omnibus vicinis ſuis, ita liberè, & plenariè, ſicut homines, qui in terris illis manebant, antequàm illas dederam in elemoſinam, & meliùs, & pleniùs habere ſolebant in tempore meo vel anteceſſorum meorum. Præcepi & jam, ut omnes Homines in Schyrâ de **Aberbrothoc**, & de **Athyn** manentes, qui ipſum Molendinum non habent, & eorum homines veniant molere ad Molendinum de **Aberbrothoc**, & non alibi eant molere ſuper meam defenſionem. Præterea dedi eis Eccleſiam de **Innernyts**, cum unâ carucatâ terræ, quæ dedi eidem Eccleſiæ in honore Sanctæ *Mariæ* in perpetuam elemoſinam, & cum omnibus aliis juſtis pertinentiis ſuis. Dedi etiam iis Eccleſiam de **Abirkerdour**; Et Eccleſiam de **Innerbondyne**; Eccleſiam de **Baneffe**; Eccleſiam de **Gamryne**; Et Eccleſiam de **Tarways**; & Eccleſiam de **Nug**; Et Eccleſiam de **Fyvyne**; Et Eccleſiam de *Culâ* in **Marr**; Et Eccleſiam de **Katryne**; Et Eccleſiam de **Innerlunane**; Et Eccleſiam de **Panbryde**; Et Eccleſiam de **Fethmeſſe**; Et illis undecem acras terræ juxta eandem Eccleſiam, quas *Willielmus Cumyne* Vicecomes de **Forfar** eis, per præceptum meum dedit. Et Eccleſiam de **Monieky**; Et Eccleſiam de **Cuthryne**; Et Eccleſiam de **Abirnythy**, cum Capellis, terris, decimis, & oblationibus omnimodis, cum communi paſturâ, & omnibus aliis aſiamentis, & cum omnibus aliis ad prædictas Eccleſias juſtè pertinentibus: Tenedam in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ita liberè & quietè, plenariè, & honorificè, ſicut aliqua elemoſina in toto Regno meo liberiùs, & quietiùs, pleniùs, & honorificentiùs tenent & poſſident. Dedi etiam iis & conceſſi Batellam paſſagii mei de **Munros**, cum terrâ ad prædictam Batellam pertinente, cum omnibus rectitudinibus ad Batellam & ad terram illam pertinentibus, quam *ſcil.* terram *Helias* Clericus meus de **Munroſſe** tenuerat: Tenendum in liberam puram & perpetuam elemoſinam, liberè & quietè ab exercitu & expeditione & operatione, & auxilio, & ab omnibus conſuetudinibus & omni ſervicio & exactione. Dedi & iis conceſſi cuſtodiam de **Brechenoch**, & terram de **Forglint**, cum prædicto **Brechenoch**, faciendo indè ſervitium quod in exercitu debetur noſtro, de terrâ illâ, & de **Brechenoch**. Dedi & iis unam Carucatam terræ in **Monechen**, ſuper aquam de **Bervyne**, quam *Willielmus* de *Munford*, & *Humphridus* de *Berkelay*, & *Valterus Scotus* & *Alinus* filius *Simonis*, & alii probi homines mei per præceptum meum eis menſurarunt: Tenendum in liberam, & perpetuam elemoſinam, cum communi paſturâ & cum omnibus aſiamentis ad terram illam pertinentibus, ita liberè, plenariè, & honorificè, & quietè ab occupatione & ab omni ſeculari exactione ſicut aliquam elemoſinam ſuam liberiùs & quietiùs, pleniùs, & honorificentiùs tenetur, in Regno meo. Teſtibus Domino *Alexandro* filio Domini Regis; *Henrico* Abbate de **Kalkow**; *Villielmo* de *Boſco*, Cancellario; *Philippo* de *Valon*, Camerario; *Johanne* de *Maxuſwell*; *Roberto* Capellano domini Regis, *Roberto* de S. *Germano*, & *Gilberto* de *Strewelyne* Clericis domini Regis, Magiſtro *Martino* & Magiſtro *Radulpho* Medicis; *Jordano Cumyne*; *Valtero Cumyne*. Apud **Selkirke** 25. die *Februarii*.

COENOBIUM

de **Drybrughe**.

Carta Davidis *Regis* Scottorum, *de dotatione ejuſdem.*

Exſcript. ab autogr. per præf. *J. Balfoure.*

DAvid Rex *Scottorum*, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Juſticiariis, Baronibus, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus hominibus totius terræ ſuæ, *Francis Anglis* & *Scottis*, & *Gallawidenſibus*, ſalutem. Sciant, tam poſteri, quàm præſentes, me conceſſiſſe, & dediſſe, & hac meâ Cartâ confirmaſſe Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Drybrughe**, quam fundavi, & fratribus Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animarum prædeceſſorum & ſucceſſorum meorum, ad tenendum de me & hæredibus meis, in liberam & perpetuam elemoſinam, Eccleſiam de **Drybrughe**, cum Capellis, decimis, oblationibus, & omnimodis pertinentiis ſuis; Eccleſiam de **Lanarke**, cum terris & decimis & omnibus rebus ad illam juſtè pertinentibus: Et Eccleſiam de **Pedynane**, cum omnibus ſuis pertinentiis: Et in eadem villâ illam carucatam terræ, quam *Nicholaus* Clericus meus de me habuit & tenuit, ita quietè, & liberè ab omni ſeculari exactione, & conſuetudine eiſdem fratribus perpetuò poſſidendas, ſicut aliqua alia Eccleſia vel Eccleſiæ terræ meæ Elemoſinas ſuas meliùs, & quietiùs tenent & poſſident; ita tamen, quod in Eccleſiis illis officium divinum honeſtè fiat. Dedi iis inſuper landam illam qui vocatur **Caddyſleya**, cum paſturâ infra foreſtam meam, pro ſalute animæ *Henrici* filii mei, in liberam & perpetuam elemoſinam; Et unum Manerium in Burgo meo de **Caruile** iis dedi cum tribus Rudis terræ ad illum pertinentibus. Dedi dictis fratribus & iis confirmavi illam terram & omnia ad eam pertinentia, quàm *Beatrix* de *Bello Campo* de *Rogero Janitore* emit, & iis in liberam & perpetuam elemoſinam dedit. Et illud etiam toftum extra portam occidentalem de **Rogeſbrughe**, quam *Johannis* Capellani fuit, ita liberum & quietum eis concedo, ſicut Carta *Henrici* Comitis filii mei iis donatum & confirmatum. Concedo etiam & confirmo iis illam terram, quæ eſt inter Murum ejuſdem portæ, quam *Ada* Capellanus meus iis conceſſit, & in liberam & perpetuam elemoſinam dedit, cum eadem libertate quam eidem *Ada* conceſſeram; *ſcil.* ut nullus ſuper plenarium foreſſactum meum de illâ terrâ cenſum aut aliquam omnino conſuetudinem quando in Burgo advenerit præſumat exigere. Præterea præfatis fratribus concedo ut liceat iis in nemoribus meis accipere ea, quæ neceſſaria habuerint in uſibus ſuis, & ædificiis, ita ut nullus eos injuſtè diſturbet, & ut ſint liberi & quieti in omni Regno meo de Teloneo & omnibus ſecularibus exactionibus & conſuetudinibus, ſicut aliqui viri Religioſi in totâ terrâ meâ, liberiores inveniuntur; *viz.* quantum ad ſe & propria catalla ſua: Volo itaq; & præcipio, ut prædicta domus prænominatas elemoſinas, donationes, & libertates ita liberè quietè & honorificè teneat & poſſideat ſicut aliqua Eccleſia in omni Regno meo liberiùs & quietiùs tenet & poſſidet. Teſtibus *Henrico* Comite filio meo, *Adâ* Comitiſſâ ſuâ, *Valterus* Cancellarius, *Duncanus* Comes; *Hugo* de *Morvillâ*, *Valterus* de *Lindeſei*; *Robertus Avenell*; *Walterus Ridell*; *Herbertus* Camerarius, *Nicholaus* Clericus, *Aluinus* filius *Arkill*, *Even* Mariſchallus, *Gillecolme Mackthumpethin*, *Mackbeth*, *Macktorphrin*, *Menin* filius *Colbani*.

✠ Ego *Robertus* S. *Andreæ* Epiſcopus confirmo.

✠ Ego *Gregorius Dunkeldenſis* Epiſcopus confirmo.

✠ Ego *Andreas Katenenſis* Epiſcopus confirmo.

COENOBIUM

de **Dumfermelinge**, *alias* **Fermelodunum.**

Carta fundationis per Malcolmum *Regem* Scotiæ.

Exſcript. ab autogr. per præf. *J. Balfoure.*

IN Nomine Sanctæ *Trinitatis*, ego *Malcomus* Dei graciâ *Scottorum* Baſileus, authoritate Regiâ ac poteſtate *Margeretæ* Reginæ uxoris meæ, Epiſcoporum, Comitum, Baronumq; Regni mei confirmatione, & teſtimonio; Clero etiam adquieſcenteq; populo. Sciant præſentes & futuri me fundaſſe Abbaciam in Monte infirmorum in honorem Dei omnipotentis, & S. & individuæ *Trinitatis*, pro ſalute animæ meæ, & omnium Anteceſſorum meorum, & pro ſalute animæ Reginæ *Margaretæ*, uxoris meæ, & omnium ſucceſſorum meorum. Conceſſi etiam, & hac Cartâ meâ confirmavi prædictæ Abbathiæ, omnes terras & villas de **Parduſin**, **Pitnaurcha**, **Pittecorthin**, **Petfactachin**, **Lavar**, **Bolgin**, & Shiram de **Kircaladunt**, & **Innereſc** minorem, cum totâ Schirâ de **Foſriffe**, & **Muſelburge**, cum omnibus ſuis pertinentiis, tam in Capellis & decimis, aliiſq; oblationibus, quàm in omnibus aliis ad eas terras, villas, & Schyras juſtè ſpectantibus, ita liberè, ſicut aliquis Rex aliquas elemoſinas unquam dedit vel contulit ab initio Mundi ad hanc diem: Teſtibus **Ivo Belledeorum** Abbate, **Mackduffe** Comite; *Duncano* Comite; *Araldo* Comite; *Neis* filio *Willielmi Merleſwain*, Apud **Edinburge**.

Exſcript. ab autogr. per præf. *Jac. Balfoure.*

Confirmatio fundationis dicti Monaſterii de **Dumfermlinge**, *per Regem* Davidem *primum filium natu minimum* Malcolnis *tertii &* S. Margaretæ *Reginæ*.

IN nomine Patris, filii & ſpiritus Sancti, Ego *David* Dei gratiâ Rex *Scottorum* authoritate Regiâ, ac poteſtate, *Henrici* filii mei aſſenſu & *Matildis* Reginæ uxoris meæ, Epiſcoporum, Comitum, Baronumq; Regni mei confirmatione & teſtimonio, Eccleſiæ S. *Trinitatis* de **Dumfermlinge** prædeceſſorum meorum, pietatis ſtudio, & largitionis .... omnia ſubſcripta concedo, & pace perpetuâ confirmo. Patris itaq; & Matris meæ Dona ſubſequentia propono; Hæc *ſcil.* **Parduſin**; **Pitnaurcha**; **Pittecorthin**; **Pilbaclachin**; **Lavar**; **Bolgin**; Schiram de **Kircaldunt**; **Invereſc** minorem. Dona Regis *Doncani* fratris mei, duas villas nomine **Luſcars**. Dona Regis *Edgari* fratris mei, Schiram de **Galland**. Dona Comitis *Ethelredi* fratris mei **Hales**. Dona *Alexandri* Regis fratris mei **Prmuros**, Schiram de **Gaitmilk**; **Pitcomarchin**; **Baltherin**; **Dunſbinin**, **Kethe**. Dona *Sybillæ* Reginæ **Becth**. Et hæc prædicta prædeceſſorum meorum dona concedo liberaliter præfatæ Eccleſiæ imperpetuum cum omnibus ſuis appenditiis & rectis diviſis. Dona deniq; propria ſubſequuntur, **Dunfermelin** citra aquam, in quâ eadem Eccleſia ſita eſt; **Kingoren** cum ſuis appenditiis, qui propinquior eſt **Dunfermlin**; **Inuereſc** Majorem, & Molendinum, & Piſcinam, & **Suinthetune**, & **Creſbarrin**. Et Eccleſiam de **Infreſc**, & **Wymet**, cum ſuis rectis diviſis. **Fotheros** juxta S. *Andream*, cum ſuis rectis diviſis. Et **Pethenach** cum ſuis rectis diviſis. Et unam carrucatam terræ **Pettoker**. Præterea do & concedo aſſenſu *Henrici* filii mei, & pro ſalute animarum noſtrarum & anteceſſorum noſtrorum, in perpetuam elemoſinam, **Pithbren** cum ſuis appenditiis, & **Belcriſtin**, cum ſuis rectis diviſis, in pratis, & paſcuis, exceptâ rectitudine, quam *Keledei* habuerunt, & habere debent, cum omnibus rebus ad eas juſtè pertinentibus, ſicut datæ fuerunt prædictæ Eccleſiæ in dotem die quâ dedicata fuit. Præterea do eiſdem Eccleſiæ unam manſuram in **Berwick**; aliam in **Roxburghe**; aliam in burgo de **Hadingtune**; aliam in **Edinburge**; aliam in **Linlithcu**; aliam in burgo de **Streuelin**; Et in eadem villâ duas Eccleſias, & unam carrucatam terræ, quæ adjacet ipſæ Eccleſiæ. Et omnem decimam meorum dominiorum in frugibus & animalibus, & in piſcibus de propriis retibus. Et etiam in denariis. Et decimam mei *Can* totius *Caſtenſis* provinciæ, & Manſiones Regii preſbyteri, ita plenè ſicut ipſe ſanus & incolumis tenuit. Et unum rete & dimidium & unam Manſionem in Burgo de **Dunfermlin**, liberam & quietam; Et omnem decimationem denariorum firmæ Burgi; Et decimationem Molendini & de omnibus dominiis meis de **Dunfermlin**; Et unam Manſionem in Burgo de **Perthe**: Et Eccleſiam ejuſdem villæ; Et unam Manſionem, quæ pertinet ipſæ Eccleſiæ. Et omnem decimam de dominio meo. Omnia autem dona prædicta ita liberaliter & quietè præfatæ Eccleſiæ concedo, ſicut ego terras meas proprias poſſideo, defenſione Regni mei, exceptâ & Regali Juſtitia, ſi Abbas in Curiâ ſuâ aliquem negligentiâ de Juſticiâ decederit.

Concedo etiam octavam partem de omnibus placitis & lucris meis de **Fyffe** & **Fothriffe**, & omnem decimam totius mei *Can*, & braſei de **Fiffe**, & de **Fothreiſe**, exceptis rectitudinibus quas Abbaciæ de **Dunkelden** pertinent. Et decimam omnium venationum, qui capiuntur inter **Lamberemure**, & **Tay**; Et Medietatem coriorum, & Seporum & Saginimis omnium beſtiarum, qui occidentur ad feſtivitates tenendas in **Strevelin**, & inter **Forth** & **Tay**. Concedo etiam ut habeant in nemoribus meis omnia neceſſaria ad ignem, & ad ædificia ſua; Sicut mihi ipſi, & hominibus eorum, ſicut & meis. Volo itaq; ut omnes oblationes, quæ ad majus Altare ejuſdem Eccleſiæ offerentur, ſine calumpniâ liberaliter habeant, & de *Selchis*, qui ad **Aldkingorne** capientur, poſtquam decemati fuerint. Concedo ut omnes Septimos Selichos habeant; ſalis quoq; & frumenti, qui ad opus meum ad **Dumfermlin** allata fuerint omnem decimam concedo. Præterea pater meus, & mater mea dederunt Eccleſiæ S. *Trinitatis* parochiam totam **Fothreiſe**, & ſic concedo. Deniq; do & concedo, in elemoſinam imperpetuum Eccleſiæ S. *Trinitatis* tractum de **Aldſtelle**, & omne quod juſtè ei pertinet. Tractus iſte datus eſt in **Berwich** liber & quietus. Præter hæc & prohibeo ne aliquod namium capietur ſuper terram vel ſuper homines S. *Trinitatis*, pro forisfacto alicujus, niſi pro ipſo forisfacto illorum. Concedo etiam, quod juſte reddantur Eccleſiæ S. *Trinitatis* omne ſervitium, quod pater meus & mater mea & fratres mei ei dederunt, & omnes ſui *Cumerlach* * à tempore *Edgari* Regis, uſq; nunc cum totâ pecuniâ ſuâ, ubicunq; inveniatur; Et prohibeo ſuper meum foresfactum, ne injuſte retineantur. Concedo Abbati & Monachis ut habeant omnes homines cum omni pecuniâ eorum, in cujuſcunq; terrâ fuerint, qui fuerunt in terris die quâ oblatæ & datæ Eccletenetur, in Regno meo. Teſtibus Domino *Alexandro* filio Domini Regis; *Henrico* Abbate de **Kalkow**; *Villielmo* de *Boſco*, Cancellario; *Philippo* de *Valon*, Camerario; *Johanne* de *Maxuſwell*; *Roberto* Capellano domini Regis, *Roberto* de S. *Germano*, & *Gilberto* de *Strewelyne* Clericis domini Regis, Magiſtro *Martino* & Magiſtro *Radulpho* Medicis; *Jordano Cumyne*; *Valtero Cumyne*. Apud **Selkirke** 25. die *Februarii*.

---

* Fugitivi.

COENOBIUM

de **Drybrughe**.

Exſcript. ab autogr. per præf. *J. Balfoure*.

Carta Davidis *Regis* Scottorum, *de dotatione ejuſdem*.

DAvid Rex *Scottorum*, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Juſticiariis, Baronibus, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus hominibus totius terræ ſuæ, *Francis Anglis* & *Scottis*, & *Gallawidenſibus*, ſalutem. Sciant, tam poſteri, quàm præſentes, me conceſſiſſe, & dediſſe, & hac meâ Cartâ confirmaſſe Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Drybrughe**, quam fundavi, & fratribus Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animarum prædeceſſorum & ſucceſſorum meorum, ad tenendum de me & hæredibus meis, in liberam & perpetuam elemoſinam, Eccleſiam de **Drybrughe**, cum Capellis, decimis, oblationibus, & omnimodis pertinentiis ſuis; Eccleſiam de **Lanarke**, cum terris & decimis & omnibus rebus ad illam juſtè pertinentibus: Et Eccleſiam de **Pedynane**, cum omnibus ſuis pertinentiis: Et in eadem villâ illam carucatam terræ, quam *Nicholaus* Clericus meus de me habuit & tenuit, ita quietè, & liberè ab omni ſeculari exactione, & conſuetudine eiſdem fratribus perpetuò poſſidendas, ſicut aliqua alia Eccleſia vel Eccleſiæ terræ meæ Elemoſinas ſuas meliùs, & quietiùs tenent & poſſident; ita tamen, quod in Eccleſiis illis officium divinum honeſtè fiat. Dedi iis inſuper landam illam qui vocatur **Caddyſleya**, cum paſturâ infra foreſtam meam, pro ſalute animæ *Henrici* filii mei, in liberam & perpetuam elemoſinam; Et unum Manerium in Burgo meo de **Carutle** iis dedi cum tribus Rudis terræ ad illum pertinentibus. Dedi dictis fratribus & iis confirmavi illam terram & omnia ad eam pertinentia, quam *Beatrix* de *Bello Campo* de *Rogero Janitore* emit, & iis in liberam & perpetuam elemoſinam dedit. Et illud etiam toftum extra portam occidentalem de **Rogeſbrughe**, quam *Johannis* Capellani fuit, ita liberum & quietum eis concedo, ſicut Carta *Henrici* Comitis filii mei iis donatum & confirmatum. Concedo etiam & confirmo iis illam terram, quæ eſt inter Murum ejuſdem portæ, quam *Ada* Capellanus meus iis conceſſit, & in liberam & perpetuam elemoſinam dedit, cum eadem libertate quam eidem *Ada* conceſſeram; *ſcil.* ut nullus ſuper plenarium foreſſactum meum de illâ terrâ cenſum aut aliquam omnino conſuetudinem quando in Burgo advenerit præſumat exigere. Præterea præfatis fratribus concedo ut liceat iis in nemoribus meis accipere ea, quæ neceſſaria habuerint in uſibus ſuis, & ædificiis, ita ut nullus eos injuſtè diſturbet, & ut ſint liberi & quieti in omni Regno meo de Teloneo & omnibus ſecularibus exactionibus & conſuetudinibus, ſicut aliqui viri Religioſi in totâ terrâ meâ, liberiores inveniuntur; *viz.* quantum ad ſe & propria catalla ſua: Volo itaq; & præcipio, ut prædicta domus prænominatas elemoſinas, donationes, & libertates ita liberè quietè & honorificè teneat & poſſideat ſicut aliqua Eccleſia in omni Regno meo liberiùs & quietiùs tenet & poſſidet. Teſtibus *Henrico* Comite filio meo, *Adâ* Comitiſſâ ſuâ, *Valterus* Cancellarius, *Duncanus* Comes; *Hugo* de *Morvillâ*, *Valterus* de *Lindeſei*; *Robertus Avenell*; *Walterus Ridell*; *Herbertus* Camerarius, *Nicholaus* Clericus, *Aluinus* filius *Arkill*, *Even* Mariſchallus, *Gillecolme Mackthumpethin*, *Mackbeth*, *Macktorphrin*, *Menin* filius *Colbani*.

✠ Ego *Robertus* S. *Andrea* Epiſcopus confirmo.

✠ Ego *Gregorius Dunkeldenſis* Epiſcopus confirmo.

✠ Ego *Andreas Katenenſis* Epiſcopus confirmo.

COENOBIUM

de **Dumfermelinge**, *alias* **Fermelodunum**.

Carta fundationis per Malcolmum *Regem* Scotiæ.

Exſcript. ab autogr. per præf. *J. Balfoure*.

IN Nomine Sanctæ *Trinitatis*, ego *Malcomus* Dei graciâ *Scottorum* Baſileus, authoritate Regiâ ac poteſtate *Margereta* Reginæ uxoris meæ, Epiſcoporum, Comitum, Baronumq; Regni mei confirmatione, & teſtimonio; Clero etiam adquieſcenteq; populo. Sciant præſentes & futuri me fundaſſe Abbaciam in Monte infirmorum in honorem Dei omnipotentis, & S. & individuæ *Trinitatis*, pro ſalute animæ meæ, & omnium Anteceſſorum meorum, & pro ſalute animæ Reginæ *Margareta*, uxoris meæ, & omnium ſucceſſorum meorum. Conceſſi etiam, & hac Cartâ meâ confirmavi prædictæ Abbathiæ, omnes terras & villas de **Parduſin**, **Pitnaurcha**, **Pittecorthin**, **Petfactachin**, **Lavar**, **Bolgin**, & Shiram de **Kircaladunt**, & **Jnnereſc** minorem, cum totâ Schirâ de **Foſtiffe**, & **Muſelburge**, cum omnibus ſuis pertinentiis, tam in Capellis & decimis, aliiſq; oblationibus, quàm in omnibus aliis ad eas terras, villas, & Schyras juſtè ſpectantibus, ita liberè, ſicut aliquis Rex aliquas elemoſinas unquam dedit vel contulit ab initio Mundi ad hanc diem : Teſtibus **Jvo Kelledeorum** Abbate, **Mackduffe** Comite; *Duncano* Comite; *Araldo* Comite; *Neis* filio *Willielmi Merleſwain*, Apud **Edinburge**.

Exſcript. ab autogr. per præf. *Jac. Balfoure.*

Confirmatio fundationis dicti Monaſterii de **Dumfermlinge**, *per Regem* Davidem *primum filium natu minimum* Malcolnis *tertii &* S. Margaretæ *Reginæ*.

IN nomine Patris, filii & ſpiritus Sancti, Ego *David* Dei gratiâ Rex *Scottorum* authoritate Regiâ, ac poteſtate, *Henrici* filii mei aſſenſu & *Matildis* Reginæ uxoris meæ, Epiſcoporum, Comitum, Baronumq; Regni mei confirmatione & teſtimonio, Eccleſiæ S. *Trinitatis* de **Dumfermlinge** prædeceſſorum meorum, pietatis ſtudio, & largitionis . . . . omnia ſubſcripta concedo, & pace perpetuâ confirmo. Patris itaq; & Matris meæ Dona ſubſequentia propono ; Hæc *ſcil.* **Parduſin** ; **Pitnaurcha** ; **Pittecorthin** ; **Pilbaclachin** ; **Lavar** ; **Bolgin** ; Schiram de **Kircaldunt** ; **Jnvereſc** minorem. Dona Regis *Doncani* fratris mei, duas villas nomine **Luſcars**. Dona Regis *Edgari* fratris mei, Schiram de **Galland**. Dona Comitis *Ethelredi* fratris mei **Hales**. Dona *Alexandri* Regis fratris mei **Primros**, Schiram de **Gaitmilk** ; **Pitcomarchin** ; **Baltherin** ; **Dunſbinin**, **Kethe**. Dona *Sybillæ* Reginæ **Beeth**. Et hæc prædicta prædeceſſorum meorum dona concedo liberaliter præfatæ Eccleſiæ imperpetuum cum omnibus ſuis appenditiis & rectis diviſis. Dona deniq; propria ſubſequuntur, **Dunfermelin** citra aquam, in quâ eadem Eccleſia ſita eſt ; **Kingorn** cum ſuis appenditiis, qui propinquior eſt **Dunfermlin** ; **Jnuereſc** Majorem, & Molendinum, & Piſcinam, & **Suinthetune**, & **Creſbarrin**. Et Eccleſiam de **Jnfreſc**, & **Wymet**, cum ſuis rectis diviſis. **Fotheros** juxta S. *Andream*, cum ſuis rectis diviſis. Et **Pethenach** cum ſuis rectis diviſis. Et unam carrucatam terræ **Pettoker**. Præterea do & concedo aſſenſu *Henrici* filii mei, & pro ſalute animarum noſtrarum & anteceſſorum noſtrorum, in perpetuam elemoſinam, **Pithbren** cum ſuis appenditiis, & **Belcriſtin**, cum ſuis rectis diviſis, in pratis, & paſcuis, exceptâ rectitudine, quam *Keledei* habuerunt, & habere debent, cum omnibus rebus ad eas juſtè pertinentibus, ſicut datæ fuerunt prædictæ Eccleſiæ in dotem die quâ dedicata fuit. Præterea do eiſdem Eccleſiæ unam manſuram in **Berwick**; aliam in **Roxburghe**; aliam in burgo de **Hadingtune** ; aliam in **Edinburge** ; aliam in **Linlithcu**; aliam in burgo de **Streuelin**; Et in eadem villâ duas Eccleſias, & unam carrucatam terræ, quæ adjacet ipſæ Eccleſiæ. Et omnem decimam meorum dominiorum in frugibus & animalibus, & in piſcibus de propriis retibus. Et etiam in denariis. Et decimam mei *Can* totius *Caſtenſis* provinciæ, & Manſiones Regii preſbyteri, ita plenè ſicut ipſe ſanus & incolumis tenuit. Et unum rete & dimidium & unam Manſionem in Burgo de **Dunfermlin**, liberam & quietam; Et omnem decimationem denariorum firmæ Burgi; Et decimationem Molendini & de omnibus dominiis meis de **Dunfermlin**; Et unam Manſionem in Burgo de **Perthe** : Et Eccleſiam ejuſdem villæ ; Et unam Manſionem, quæ pertinet ipſæ Eccleſiæ. Et omnem decimam de dominio meo. Omnia autem dona prædicta ita liberaliter & quietè præfatæ Eccleſiæ concedo, ſicut ego terras meas proprias poſſideo, defenſione Regni mei, exceptâ & Regali Juſtitia, ſi Abbas in Curiâ ſuâ aliquem negligentiâ de Juſticiâ decederit.

Concedo etiam octavam partem de omnibus placitis & lucris meis de **Fyffe** & **Fothriffe**, & omnem decimam totius mei *Can*, & braſei de **Fiffe**, & de **Fothreiſe**, exceptis rectitudinibus quas Abbaciæ de **Dunkelden** pertinent. Et decimam omnium venationum, qui capiuntur inter **Lamberemure**, & **Tay**; Et Medietatem coriorum, & Seporum & Sagiminis omnium beſtiarum, qui occidentur ad feſtivitates tenendas in **Strevelin**, & inter **Forth** & **Tay**. Concedo etiam ut habeant in nemoribus meis omnia neceſſaria ad ignem, & ad ædificia ſua ; Sicut mihi ipſi, & hominibus eorum, ſicut & meis. Volo itaq; ut omnes oblationes, quæ ad majus Altare ejuſdem Eccleſiæ offerentur, ſine calumpniâ liberaliter habeant, & de *Selchis*, qui ad **Aldkingorne** capientur, poſtquam decemati fuerint. Concedo ut omnes Septimos Selichos habeant; ſalis quoq; & frumenti, qui ad opus meum ad **Dumfermlin** allata fuerint omnem decimam concedo. Præterea pater meus, & mater mea dederunt Eccleſiæ S. *Trinitatis* parochiam totam **Fothreiſe**, & ſic concedo. Deniq; do & concedo, in elemoſinam imperpetuum Eccleſiæ S. *Trinitatis* tractum de **Aldſtelle**, & omne quod juſtè ei pertinet. Tractus iſte datus eſt in **Berwich** liber & quietus. Præter hæc & prohibeo ne aliquod namium capietur ſuper terram vel ſuper homines S. *Trinitatis*, pro foriſfacto alicujus, niſi pro ipſo foriſfacto illorum. Concedo etiam, quod juſte reddantur Eccleſiæ S. *Trinitatis* omne ſervitium, quod pater meus & mater mea & fratres mei ei dederunt, & omnes ſui *Cumerlach* * à tempore *Edgari* Regis, uſq; nunc cum totâ pecuniâ ſuâ, ubicunq; inveniatur ; Et prohibeo ſuper meum foresfactum, ne injuſte retineantur. Concedo Abbati & Monachis ut habeant omnes homines cum omni pecuniâ eorum, in cujuſcunq; terrâ fuerint, qui fuerunt in terris die quâ oblatæ & datæ Eccle-

* Fugitivi.

ſiæ S. *Trinitatis.* Concedo quoq; præfatæ Eccleſiæ decimam de omnibus meis ſilveſtribus equabus de **Fothreiſe**, & de **Fyffe**. Concedo Abbati & Monachis ut habeant per totam terram meam Theoloneum quietum de cunctis rebus, quas Mercati fuerint ad propria eorum neceſſaria.

Præter iſta ſupradicta, dono & concedo Abbati & Monachis, ut habeant ſingulis annis *V.* Mercas argenti ad veſtimenta eorum de primis navibus qui venient ad **Strevelin**, vel ad **Perthe**. Concedo etiam Eccleſiæ S. *Trinitatis* paſſagium & Navem de **Innerkethin**, ſicut habui in meo Dominio; tali conditione, quod peregrinantes & Nuntii ad me venientes, & à me redeuntes, & homines Curiæ meæ, & filii mei liberi ſint in paſſagio: Et ſi contingat aliquem iſtorum ſine precio tranſire non poſſe, & Abbas indè clamorem audierit, & illud non emendaverit; ut illud ego ipſe emendare ſine Abbatis & fratrum Eccleſiæ moleſtiâ poſſim. Concedo & volo quatenus Abbas & Monachi Eccleſiæ S. *Trinitatis* non reſpondeant alicui calumnianti de hominibus qui fuerunt in terris die quo oblatæ & datæ fuerunt Eccleſiæ S. *Trinitatis.* Concedo & Eccleſiæ S. *Trinitatis* decimam totius mei *Can* de **Clamanan**, Abbas & Monachi S. *Trinitatis* citra **Lambermure**, in totâ Regiâ poteſtate ſingulis Sabbathis in Curiâ habeant unum Corium. Et in ſexto Sabatho habeant duo Coria & duas partes de ſepo. Et ſextam pellem arietum & agnorum. Concedo eidem Eccleſiæ dimidiam partem decimi mei de **Ergaithel**, & de **Kentir**; Eo *ſcil.* Anno, quo ego recepero inde *Can:* Supra taxatam autem Eccleſiam, cum omnibus qui Dei dante clementiâ, in præſenti ſunt præſens teſtatur priviligium, & optinet, & in futuro eadem adquirere clementiâ valebit in ſummæ pacis tuta tranquilitate & ab omni liberè maneat, tam ſecularis quam Eccleſiaſticæ poteſtatis ſubjectione permaneri decrevimus, exceptâ ſolâ & Canonicâ obedientiâ, quam debet unaquaq; Matri ſuæ per orbem Eccleſia; Cujus & jura, in hoc priviligio prænominata & dignitatis priviligia immutilata ſervare & ſtabilitare perpetuâ firmare. Nos qui præſentes ſumus ſucceſſoribus noſtris ſub hàc conditione confirmando mandamus, & mandando confirmamus, ut ſi quis in eâ perturbare voluerit, noſtræ defenſionis ſtatuta devellere, imminuere & violare contenderit, non ignoret ſe contra ipſum Mundi Salvatorem niti: Et ideo niſi reſepiſcerit, æternæ damnationis ſententiam incurrere, eumq; Deus de libro vitæ deleat, qui Eccleſiæ præfatæ de conceſſæ poteſtatis jure aliquid abſtulerit, *Amen. Fiat, Fiat.* Hujus privilegii Teſtes aſſertatoreſq; ſunt, *Walterus* Cancellarius, *Duncanus* Comes, *Hugo* de *Morevillâ*; *Waltero* de *Lindeſeiâ*; *Osberto* Priore de **Jedbrughe**; *Johanne* Abbate de **Kelchow**; *Iſaac* Priore de *Scona*; *Matheo* Archidiacono.

✠ Ego *Villiel, Moravienſis* Epiſcopus confirmo.

✠ Ego *Eduardus, Aberdonenſis* Epiſcopus confirmo.

✠ Ego *Arnaldus* Epiſcopus S. *Andreæ* confirmo.

✠ Ego *Cormacus Dunkeldenſis* Epiſcopus confirmo.

✠ Ego *Macbethe Roſmarkinſis* Epiſcopus confirmo.

ABBATIA

de **Balmerynach.**

Carta fundationis per Alexandrum *Regem* Scotiæ.

Exſcript. ab autogr. per præſ. *Jac. Balfoure.*

Alexander Dei gratiâ Rex *Scotorum*, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus probis hominibus totius terræ ſuæ, Clericis & laicis ſalutem. Sciant præſentes, & futuri. Nos ad honorem Dei & glorioſæ Virginis *Mariæ*, & Sanctiſſimi Regis *Edwardi*; & ad exaltationem Sanctæ Religionis, pro ſalute noſtrâ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum; Et pro animabus illuſtris Regis *Willielmi*, patris noſtri, & **Ermengardis** Reginæ Matriſq; noſtræ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, quandàm Abbaciam *Ciſtercienſis* Ordinis, fundâſſe apud **Balmerynach** in **Fyffe**; Vobiſq; Monachis ipſius Ordinis ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris dediſſe, conceſſiſſe, & hac Chartâ noſtrâ confirmâſſe totam terram de **Cultrach** & **Balmerinach** in **Fyffe**, cum omnibus pertinentiis ſuis, *ſcil.* **Ballindan**, & **Balindard**, & **Corbi**, per ſuas rectas diviſas, & cum omnibus aliis ad prædictas terras juſtè pertinentibus, quas etiam *Adam* de *Stawell*, frater & hæres *Richardi Revell* nobis ad opus Dominæ *Ermergardis* Reginæ, Matris noſtræ, in plenâ Curiâ noſtrâ apud **Forfar** quietas clamavit, & in manu noſtrâ pro ſe & hæredibus ſuis per fuſtum & baculum reſignavit. Conceſſimus etiam præfatis Monachis *Ciſtercienſis* Ordinis, ad fundationem prænominatæ Abbaciæ **Jethmure** in **Anegus**, per ſuas rectas diviſas, & omnibus juſtis pertinentiis ſuis. Et nos & hæredes noſtri manutenebimus & varantizabimus prædictis Monachis prædictas terras, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis imperpetuum contra omnes homines. Quare volumus ut prædicti Monachi omnes prædictas terras habeant & teneant de nobis, & ſucceſſoribus noſtris in liberam, puram, quietam & perpetuam elemoſinam, in terris, & in aquis, in pratis & paſcuis, in moris & mareſiis, in ſtagnis & molendinis, in viis & ſemitis, in ſalinis & piſcariis, & omnibus aliis aſiamentis ad prædictas terras juſtè pertinentibus, ita liberè, & quietè, plenariè, & honorificè,

rificè, ſicut aliqua elemoſina liberiùs, & quietiùs, pleniùs, & honorificentiùs, ab auxiliis & excercitibus, tallagiis, toloneis, & omnibus exactionibus, conſuetudinibus & ſerviciis ſecularibus, in Regno *Scotiæ* tenetur, aut poſſidetur; ita quod nihil horum omnino præter ſolas orationes ab eis per totum Regnum *Scotiæ* poſſit exigi. Teſte *Andreâ* Epiſcopo *Morraviæ*; *Valtero Cumym* Comite de **Menintetht**; *Valtero Olifaril* Juſticiario *Laodoniæ*, *Valtero* filio *Alani*, Seneſchallo & Juſticiario *Scotiæ*; Comite *Patricio*, *Henrico* de *Bell*; *Thomâ* de *Hay*; *Johanne* & *Valtero* fratribus ſuis; *Thomâ* filio *Randulſi*; *Galfredo*, & *Willielmo* de *Nethyn*, Clericis noſtris. Apud **Clacmannan** tertiâ die *Februarii* Anno Regni noſtri ſeptimo Decimo.

De Cœnobiis Ciſtercienſium.

Ex Mænelogio *Ciſterc.* autore *Chryſoſt. Henriquez*, edito *Antverpiæ*, anno 1630. p.147.

FLoruit in *Scotiâ* Monaſticæ religionis vigor, variiſq; in locis, inter ipſas rupes, vel abſtruſas valles, Monachorum cœtus, Dominum in Canticis, & hymnis celebrantium & collaudantium reperire erat. De aliis alii loquantur; Ego nè *Ciſtercienſium* aſcetarum, & virorum Principum, qui noſtrum inſtitutum ibidem propagarunt, memoria pereat, Monaſteriorum *Ciſtercienſis* Ordinis, origines, & fundatorum nomina, paucis commemorabo.

S. *David*, *Scotorum* Rex, *Macolmi pii* & *Margaretæ* Sanctæ filius, ex quatuordecim Monaſteriis, à ſe ſplendide fundatis, ſex *Ciſtercienſi* Ordini attribuit; nempè *Melroſa* vulgo **Maylros**, in Marchiâ, ad *Tuidi* amnis ripam. **Machline**, in *Cuningamiâ*; **Newbotle**, in *Lothiania*; **Kilflos**, ſeu Cella florum, in *Moravia*; **Holme** * in *Cumbria*; *Dundrenam*, in *Gallovidia*, cujus noviſſimus ſuperior fuit *Edvardus Maxvell*, filius *Johannis Maxvell*, cognomento *Juſti*, & *Heroici*; Baronis de **Herreis**, & frater *Willielmi*, cognomento *Humani*; atq; *Roberti Maxvell* Equitis aurati.

*Id eſt **Holme Coltram.**

Henricus, cognomento *Heroicus*, Princeps *Scotiæ*, filius S. *Davidis*, & conjux ejus *Ada* de *Warrenih*, *Gulielmi* Comitis *Warreniæ* & *Surriæ* filia, fundarunt **Hadington** in *Lothiania*.

S. *Macolmus*, cognomento virgo, S. *Davidis* Regis, ex filio *Henrico* nepos, fundavit *Cuprum* in *Anguſia*, **Mannell** in *Sterlinia*, & **Abermorenochton**, quod poſtea Regnia *Emirgarda* auxit.

Willielmus Rex *Scociæ*, cognomento *Leo*, Regis *Macolmi* caſti frater, & uxor ejus *Emirgarda* de *Beumont*, fundarunt **Balmerinoch** in *Fifa*.

Dominus *Fatricius Dumbar*, Comes *Marchiæ*, & uxor ejus *Agatha*, fundarunt **Coldſtream** in *Marchia*.

Eufemia Comitiſſa *Marchiæ* conſtruxit propè **Lamermure**, Monaſterium S. *Bothanis*.

Altera Comitiſſa *Marchiæ*, cujus nomen temporum injuriâ periit, fundavit **Egles** in *Marchia*.

Comes *Fifæ* fundavit **Northberwick**, ubi dominicæ Crucis fragmentum, magnâ cum veneratione aſſervabatur. Erat autem Prioratus, ſicut & Prioratus quoq; fuit *Bellus-locus*, ſeu *Beaulieu*, in *Roſſia*.

Dominus *Willielmus Comin*, Comes *Buchaniæ* fundavit *Deer* in *Buchania*.

Dominus *David Lindſay*, Baro de **Clemeſte**, fundavit Monaſterium de *Elcho* in *Strathernia*. Hic cum aliis nobilibus *Scotiæ*, Sancto *Ludovico* Regi *Franciæ* in expeditione *Jeroſolymitanâ* ſe adjunxit Comitem; quo in numero primarii fuerunt; *D. Patricius Dunbar*, Comes *Marchiæ*. *D. Walterus Stuart* Baro de **Dundonald**, progenitor *Jacobi* & *Caroli* Regum *Scotiæ* & *Angliæ*; & Dominorum *Ludovici Amadei*, & *Jacobi* Ducum *Lenoxiæ*, *Jacobi* Comitis *Moraviæ*, & aliorum complurium nobilium. Adjunxit ſeipſis etiam *Edovardus Maxvell*, Baro de **Carlaverok**, progenitor Baronum & Comitum *Maxvelianæ* familiæ; nominatim *Roberti* Comitis de **Nithſdale**; *Johannis* Baronis de **Herreis**; *Herberti* Caſtellani de **Kirconell**, & multorum aliorum.

Dominus *Sorlins Maderdi*, *Dynaſta* de **Kentire**, fundavit ibidem Monaſterium de **Sandall**.

Rolandus Macdonal Princeps *Gallovidiæ*, fundavit Abbathiam *Vallis-lucis*, vulgò **Glenluce**, in *Gallovidia*, cujus ultimus Abbas fuit *D. Laurentius Gordon*.

Domina *Dervogilla Macdonall*, filia *Alani*, *Brigantini* Reguli, fæmina devotiſſima, fundavit Monaſterium *Dulciscordis* propè **Nitham** amnem, quatuor millibus paſſuum ab oppido *Dumfriſiæ*; hujus Cœnobii benefactores fuerunt *Maxvelli* Domini de **Kirkonell**; qui in viciniâ Caſtellum, territorium, & habitationem habent, à *Maxvelianis* Regulis rectè oriundi; cujus loci noviſſimus Abbas fuit *Gilbertus Brunus*, natalium ſplendore, variaq; doctrinâ conſpicuus, qui nonnulla ingenii ſui monumenta nondum in lucem ædita reliquit.

Johannes Dominus de **Kirconell** fundavit *Sacrum-boſcum*, ſeu nemus, vulgo **Halywod**; ex cujus Cœnobiarchis fuit *Johannes Maxvell* filius *Maxveliani* Dynaſtæ. Ibidem profeſſionem emiſiſſe ferunt *Johannem* de *Sacroboſco*, qui librum de Sphærâ Aſtronomicâ, & aliqua alia opera ſcripſit. Præter prædicta Cœnobia, alia noſtri inſtituti ibidem conſtructa fuerunt; ſed fundatorum nomina non reperio.

* * *

[illegible]

[illegible] Harr[illegible]

Williams [illegible]

Regis Attorn[illegible]

[illegible]

Dominus [illegible]

⁂

INDEX COENOBIORUM.

A

A**berbrothy** (in *Scotiâ*) per *Willielmum* Regem *Scotiæ* fundatum. 1052. b.

Acornbury (in agro *Herefordenſi*) per *Margeriam* de *Lacy* fundatum. 330. a.

* *Albalanda*. 918. b.

Aleſburie (in agro *Buck.*) Hoſpitale S. *Johannis* & S. *Leonardi* ibidem, per *Robertum Ilhale*, & alios fundatum. 396. b.

Alnewike (in *Northumbriâ*) per *Euſtachium* filium *Johannis* fundatum. 591. a.

Alvingham (in agro *Linc.*) per *Hamelinum* ejuſdem Eccleſiæ Decanum fundatum. 802. a.

* **Ambreſburie.** 868. a. 975. 61.

Anebury (in agro *Wilton.*) Cella Abbathiæ S. *Georgii* de *Bauquervillâ* in *Normannia*. 952. 19.

Ardes (in *Hiberniâ*) Cella Abbathiæ de *Lonleio* in *Normannia*. 1019.

Arkelo (in *Hibernia*) per *Theobaldum Walter* fundatum; Cella *Furneſienſis* Abbathiæ in agro *Lancaſtrenſi*. 1025. a.

B

B**adleſmere** (in agro *Cantiano*) per *Bartholomeum* de *Badleſmere* fundatum. 351. a.

Ballintobber (in *Hiberniâ*) per *Catholi O Conogher* Regem *Conaciæ* fundatum. 1037. a.

Balſal, præceptoria. 543. 55.

* **Bardney**: Reſtauratio ejuſdem. 847. b.

Barlings (in agro *Linc.*) per *Radulphum* de *Hayâ* fundatum. 643. b. Stemma Fundatoris. 645. a.

Baſingſtoke (Hoſpitale in agro *Suthampt.*) per Regem *Henricum* tertium fundatum. 459. b.

Beauchief (in agro *Derb.*) per *Robertum* filium *Ranulphi*, Baronem de **Alfreton** fundatum. 607. a.

Beckford (in agro *Glouc.*) Cella Abbathiæ S. *Martini* & S. *Barbaræ* in *Normanniâ*. 1010. 54.

Begeham (in comitatu *Suſſexiæ*,) per *Radulfum* de *Dena* fundatum. 636. b.

Bellobec (in *Hiberniâ*) Cella *Furneſienſis* Abbatiæ in agro *Lanc.* 1025. b.

* **Beaulieu** (ſive de *Belloloco*) Regis. 921. b.

* **Bergavenny**. 904. a.

Berilz (in agro *Sumerſetenſi*) 249. a.

Bernewell (in agro *Cantabrigienſi*) 28. per *Picotum* Vicecomitem, & *Hugolinam* uxorem ejus fundatum. 29. 15. 63. Fundationis hiſtoria. ibid. Ratificatio Donationum per *Paganum Peverel*. 29. 51. Catalogus Priorum. 33. 50. a. & 33. 10. b.

Bethkelert (in *Walliâ*) 100. a.

* **Bildewas**. 914.

Bilegh, alias **Maldon,** in *Eſſexiâ*, per *Robertum Mantel* fundatum † 626. a.

Bilſington (in *Cancio*) per *Johannem Maunſel*, præpoſitum *Beverlaci* fundatum. 333. a.

Biſſemede (in agro *Bedfordienſi*) per *Hugonum* de *Bellocampo* fundatum. 157. a.

* **Blakebergh**. 879. a.

Blakeham (in agro *Suffolcienſi*) Cella *Beccenſis* Abbatiæ in *Normanniâ*. 954. 66.

Blancland (in *Northumbriâ*,) per *Walterum* de *Bolebec* fundatum. 611. a.

Bliburgh (in agro *Suffolcienſi*) 593. a.

Bocking (Hoſpitale in *Eſſexiâ*) per *Johannem Doreward* fundatum. 477. a.

Bocland (Hoſpitale in agro *Somerſetenſi*) 438. a.

Bodmyn (in *Cornubia*.) 5. l. 39. Donatio manerii de **Newtone** dicto Cœnobio, per Regem *Eadredum*. ibid. l. 56.

Bolington (in agro *Lincolnienſi*) per *Simonem* filium *Willielmi* de *Kime* fundatum. 794. b.

Bolton (in agro *Eboracenſi*) primò apud **Emmerſey** fundatum, poſtea verò uſq; **Bolton** tranſlatum. 100. b. 101. a. 38; & 37. b. 102. 10. Abſolutio à ſubjectione domui de **Huntendon.** 104. a. b.

Bolton (Hoſpitale in *Northumbriâ*) per *Robertum* de *Roos* fundatum. 450. b.

Boſenham (in *Suſſexiâ*) Collegium Canonicorum ſecularium, per *Will. Warwiſt*, *Exonienſem* Epiſcopum, fundatum. p. 6. l. 46.

Bourne (alias **Brunne**, in agro *Linc.*) per *Baldwinum* filium *Gilberti* fundatum. 235. b.

Bowes (Hoſpitale infra Inſulam de **Gerneſeye**) per *Petrum* de S. *Petro* fundatum. 471. b.

Boxgrave (in *Suſſexiâ*) Cella Abbatiæ S. *Trinitatis Exaquii*, in *Normanniâ*. 969. 49. 970. 37.

Brackley (Hoſpitale in agro *Northampt.*) per *Robertum* Comitem *Mellenti* fundatum. 375. a. Poſtea in Domum *Fratrum Prædicatorum*, per *Matildem*, quæ fuit uxor *Johannis* Domini *Lovel* tranſlatum. 375. a.

Bradenſtoke (in agro *Wiltonienſi*) per *Walterum* Comitem de **Roſmare** fundatum. 206. b.

Bradley (in agro *Leiceſtrenſi*) per *Robertum Bundi* fundatum. 334. b.

Bradſole (in *Cantio*) 244. a.

Bredon (in agro *Leiceſtrenſi*) Cella S. *Oſwaldi* de **Noſtel.** 39. 20. per *Robertum* de *Ferrariis*, Comitem *Notinghamiæ*, fundatum. Ibid. l. 28. Conventio ſuper electione Prioris. 41. 8.

Bridlington (in agro *Eboracenſi*) per *Walterum* de *Gant* fundatum. 161. b.

Brinkburne (in *Northumbriâ*) per *Willielmum Bertram* fundatum. 203. b.

Briſet (in *Suffolciâ*) per *Radulphum* filium *Briani* fundatum. 86. 32.

Briſtoll (in agro *Somerſ.*) Prioratus S. *Auguſtini*, per *Robertum* filium *Hardingi* fundatum. 233. a.

Briſtoll juxta, Hoſpitale S. *Laurentii*. 438. a.

Bruweton (in agro *Somerſetenſi*) per *Willielmum* Comitem *Somerſetenſem* fundatum. 205. b.

Brodholme (in agro *Notinghamenſi*) 646. b.

Broke

Broke (in *Rutlandiâ*) Cella Prioratus de **Kenilworth**. 130. a.

* **Bromhale** (in agro *Berrocenſi*) 899. a.

Brugwalter (Hoſpitale in agro *Somerſetenſi*) per *Willielmum Briwere* fundatum. 432. b.

Bruge North (Hoſpitale in agro *Salop.*) per *Radulphum le Strange* fundatum. 433. b.

Brummore (in agro *Wilton.*) 201. b.

Buckenham (in agro *Norfolcienſi*) per *Willielmum* Comitem *Ciceſtriæ* fundatum. 274. a.

Buckland, Præceptoria. 550. 21.

Burnceſter (vulgò **Biſſeter**) in agro *Oxonienſi*. 283. b.

Burſcough (in agro *Lancaſtrenſi*) 303. a.

Burton-Lazers. (Hoſpitale in agro *Leic.*) 397. a. Cauſa Fundationis dicti Ordinis. 399. 60.

* **Burton** ſuper *Trentam*. 869. b.

Buſtleſham (in agro *Berrocenſi*, vulgò **Biſham**) per *Will.* de *Monteacuto*, Comitem *Sarum*, fundatum. 358. a.

Butley (in *Suffolcia*) 245. b.

C

Calk (in agro *Derbienſi.*) 280. 52. 282. 34.

Caldwell (in agro *Bedfordienſi*) per *Simonem Baſket* Aldermannum *Bedfordiæ* fundatum. 257. a.

Cambringham (in agro *Linc.*) Cella Abbatiæ de *Blancalandâ* in *Normanniâ*. 1015. a.

Canon Leigh. 362. b.

Canterbury. Hoſpitale S. *Gregorii* ibidem per *Lanfrancum* olim Archiep. fundatum. 373. b. 375. a. Poſſeſſiones ejuſdem, per *Hubertum*, quondam Archiepiſcopum *Cantuar.* confirmatæ. 374. a.

* **Careſbroke** (in Inſulâ *Vectis*) 905. a. 985. 35.

Carleol (in *Cumbriâ*) 73. 4.

Carman's Spitel (Hoſpitale in agro *Ebor.*) per quendam militem, nomine *Acborne*, temporibus Regis *Athelſtani* fundatum. 372. a.

* **Cateſby** (in agro *Northamptonienſi*) 896. b.

* **Chateriz** (in agro *Cantabr.*) 869. b.

Chaucumbe (in agro *Northampt.*) 279. a.

Chetwode (in agro *Buck.*) per *Robertum Chetwode* militem fundatum. Poſtea Abbatiæ de **Nutley** annexum. 340. b.

Chiche S. *Oſithæ* (in *Eſſexiâ*) per *Ricardum* de *Belmeis* Epiſcopum *London* fundatum. 182. 63.

Chikeland (in agro *Bedfordienſi*) per *Paganum* de *Bellocampo*, & *Robaiſiam* ejus uxorem fundatum. 793. b.

Cirenceſtre (in agro *Glouc.*) per Regem *Henricum* primum fundatum & dotatum. 89.

Clafort (in agro *Wiltonienſi*) Cella Abbatiæ S. *Victoris* de *Caleto* in *Norm.* 1002. b.

* **Clunnokvaur** (in *Walliâ*) 919. b.

Cokerſand (in agro *Lanc.*) per *Theobaldum Walter* fundatum. 631. b.

Cokeſford (in *Norfolciâ*) 234. b.

* **Colcheſter** (in *Eſſexiâ*) Abbatia S. *Johannis Bapt.* per *Eudonem* Regis *Henrici* primi Dapiferum fundata. 889. Hiſtoria fundationis, *ibid.*

Colcheſter. Hoſpitale S. *Mariæ Magdalenæ*, per præfatum *Eudonem* Dapiferum fundatum. 396. a.

Colcheſter. Prioratus S. *Juliani* & S. *Botulphi*. 44. 3. Ordinis Canonicorum S. *Auguſtini* primus in *Angliâ*. 45. 47. Fundatus per *Eynulphum* virum religioſum. 46. 17.

Coldnorton. 275. b.

Coldingham (in *Scotiâ*) 1051.

* **Colne**. 877. b.

Connal (in *Hiberniâ*) per *Meylerum* filium *Henrici* fundatum. 1037. b.

Conyngeſheved (Hoſpitale in agro *Lanc.*) per *Will.* de *Loncaſtre* fundatum. 424. a.

Corke (in *Hiberniâ.*) 1020. a.

Coſham (in agro *Wiltonienſi*) Cella *S. Martini Majoris Monaſterii*, in provinciâ *Turonenſi*. 991. a.

Coventre. Hoſpitale S. *Johannis Bapt.* Ad petitionem *Edmundi* Archidiaconi *Coventrenſis*, per Priorem & Conventum *Coventriæ* fundatum. 427. b.

Coverham (in agro *Eboracenſi*) per *Helewiſam* filiam & hæredem *Ranulfi* de *Glanvillâ* fundatum. 648. a.

* **Creſſing-Temple**, (in *Eſſexiâ*) Præceptoria. 543. 42.

Cretings (in *Suffolciâ*) Cella *Greſtinenſis* Cœnobii in *Normanniâ*. 982. 26.

Creyke (in *Norfolciâ*) per *Robertum* de *Nerford* fundatum. 327. b. Fundationis hiſtoria, *ibid.*

Croxton (in agro *Leiceſtrenſi*) per *W. Parcarium* fundatum. 603. a.

* **Croyland**. 853. a.

* **Cumbermere**. 913. a.

Cumbwell (in *Cantio*) per *Stephanum* de *Turnham* fundatum. 270. a.

D

Dale (ſive de *Parco Stanley*) in agro *Derb.* per *Matildem* de *Salicoſâ morâ* fundatum. 616. b. Necnon per *Serlonem* de *Grendon*. 648. b. Fundationis hiſtoria. 627.

* **Denney**. 883. a.

* **Derby**. Prioratus monialium S. *Mariæ* de *Pratis*. 897. b.

* **Dereham**. 853. b.

Derley (in agro *Derbienſi*) per *Hugonem Derbienſem* Decanum fundatum. 230. a.

Dertford (in *Cantio*) per Regem *Edwardum* tertium fundatum. 357. b.

Dertford. Hoſpitale ibidem, per *Johannem Bamburgh*, & alios, fundatum. 479. a.

* **Deulacreſſe**. 919. a.

Dodford (in agro *Wigornienſi*) 307. b.

Donington (Hoſpitale, in agro *Berrocenſi*) per *Ricardum Abberbury* chivalier fundatum. 474. a.

Dorcheſter (in agro *Oxonienſi*) per *Alexandrum* Epiſcopum *Lincolniæ* fundatum. 197. b.

* **Dore**. 918. b.

Dovor (in *Cantio*) Canonici primò in caſtro ibidem, per Regem *Aedbaldum* conſtituti. p. 1. l. 27. & p. 3. l. 1. In Eccleſiam S. *Martini* per Regem *Withredum* amoti, ibid. l. 43. 8. 29. Poſtea *ſcil.* per *Theobaldum Cantuar.* Archiepiſcopum, Monachi in eodem introducti, p. 2. l. 43. & p. 3. l. 34. & p. 4. l. 33. unitum Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* p. 3. l. 38. p. 4. l. 60.

Dovor Hoſpitale S. *Mariæ*. 423. b.

Drax (in agro *Ebor.*) per *Will Paganell* fundatum. p. 96. a.

Dryburghe (in *Scotiâ*) 1054

Dublin

Dublin (in *Hiberniâ*) Prioratus *Omnium Sanctorum*. 1039. a.

Dublin. Prioratus S. *Thomæ* martyris. 1039. b. per *Willielmum* filium *Audelini*, Dapiferum Regis *Henrici* ſecundi, fundatus. 1040. 10.

Dublin. Eccleſia Cathedralis S. *Trinitatis*. 1048. a.

* **Dudley.** 907. a.

Dumfermeling (in *Scotiâ*) 1054.

Dunbrothy (in *Hiberniâ*) Cella de **Bildwas**, in agro *Salop.* per *Hervæum* de *Montemoriſco* fundatum. 1027. a.

Dune (in *Hiberniâ*) 1020. b.

Dunmow (in *Eſſexiâ*) 75. 5. Hiſtoria Fundationis, & Fundatorum, *ibid.* De Lardo ibidem. 78. 25. & 79.

Dunſtaple (in agro *Bedfordienſi*) per Regem *Henricum* primum fundatum.

E

Eboracum. Vide **Yorke**.

Edindon (in agro *Wiltonienſi*) per *Robertum Weyvile* Epiſcopum *Sarum* fundatum. 357. a. b.

Ediweſton (in *Rutlandiâ*) Cella S. *Georgii* de *Banquervillâ*, in *Normanniâ*. 952. 20.

Egleſton (in Epiſcopatu *Dunelmenſi*) 196. 10.

Elleſham (Hoſpitale in agro *Linc.*) per *Goſlanum* de *Amundevill* fundatum. 421. a.

Ellerton (in agro *Ebor.*) per *Willielmum* filium *Petri* fundatum. 821. b.

Erdbury (in agro *Warwicenſi*) 265. a.

Eſſeby (vulgò **Aſhby**-*Canonicorum*, in agro *Northampt.*) 291. b.

Eſtbridge (Hoſpitale in Civitate *Cantuarienſi*) 458. a.

* **Eveſham.** 851. b.

Ewelme (Hoſpitale in agro *Oxonienſi*) per *Willielmum de la Pole*, Comitem *Suffolciæ*, & *Aliciam* uxorem ejus fundatum. 475. a.

Exeter. S. *Johannis Bapt.* Prioratus. 362. b.

Exeter. Hoſpitale S. *Johannis Bapt.* per *Gilbertum* & *Johannem Longe* fundatum. 461. a.

F

Felley (in agro *Notinghamenſi*) 56. 44.

Ferns (in *Hiberniâ*) per *Dermatium* Regem *Laginenſium* fundatum. 1040. b.

Finſhed (in agro *Northamptonienſi*) per *Ricardum Engayne* fundatum. 296. a. Fundationis & Fundatorum hiſtoria. 297. a.

Flaneſford (in agro *Herefordenſi*) per *Ricardum Talbot* fundatum. 356. b.

Flixton (in Com. . . . .) 362. a.

Frompton (in agro *Dorſetenſi*) Cella S. *Stephani* de *Cadomo*, in *Normanniâ*. 955. 55.

Freſton (in agro *Linc.*) per *Alanum* de *Croun* fundatum. 69. 56.

Frithelſtoke (in agro *Devon.*) per *Robertum* de *Bellocampo* fundatum 326. a.

G

Gaunt (juxta **Briſtoll**) Hoſpitale, per *Robertum* de *Gurnay* fundatum. 455. a.

Giſeburne (in agro *Ebor.*) per *Robertum* de *Brus* fundatum. 147. b.

Glanford brigg (Hoſpitale in agro *Ebor.*) per progenitores *Radulphi Painell* fundatum. 455. b.

Glannauch (in *Walliâ*) 338. a.

* **Glaſtonbury.** 837.

Glouceſter juxta; Prioratus S. *Oſwaldi* 28. 20. 24. *Ethelredus* Rex *Merciorum*, & *Ethelfleda* uxor ejus, primò fundârunt ibidem Eccleſiam Collegiatam de Canonicis ſecularibus. 28. 59. Deinde *Eborac.* Archiepiſcopus (*Oſwaldus*) Canonicos regulares induxit. 28. 10. 31.

Glouceſter. Hoſpitale S. *Bartholomæi*, per *Willielmum Myparty* Burgenſem *Glouceſtriæ*, constructum. 456. a.

* **Godſtow.** 884. a.

* **Goldclyve** 904. b.

Grane (in *Hiberniâ*) 1022. a.

Gretham (Hoſpitale in Epiſcopatu *Dunelmenſi*) per *Robertum Dunelm.* Epiſcopum fundatum. 457. a.

Grimeſbi (in agro *Linc.*) Prioratus. 316. a.

* **Grimeſby.** Domus monialium. 898. a.

Gypeſwic. Vide **Ipſwich.**

H

Haeg (in agro *Linc.*) Cella Abbatiæ S. *Mariæ* de *Voto*, apud *Cæſarisburgum* in *Normanniâ*. 1009. b. 1010. a.

Hagneby (in agro *Linc.*) per *Agnetem* de *Orrety* fundatum. 616. a.

Haghmon (in agro *Salopienſi*) per *Willielmum* filium *Alani* fundatum. 46. 26. 37. Et. p. 933.

Hagustald (in *Northumbriâ*) vulgò **Hexham.** 90. 21. Canonici regulares in eodem primò ducti, per *Thomam* Archiepiſcopum *Ebor.* 91. b. qui poſſeſſionibus illud dotavit. *ibid.* 1. 55.

Hales-Owen (in agro *Salop.*) per *Petrum* de *Rupibus Wintonienſem* Epiſcopum fundatum. 655. a. Prioratus de **Dodford** huic Cœnobio conſolidatus. 308. 10.

Haltempriſe (in agro *Ebor.*) per *Thomam Wake* fundatum. 347. a.

Harewold (in agro *Bedf.*) 202. a.

Haſtings (in *Suſſexiâ*) per *Walterum Bricet* primò fundatum. 84. 10. Poſtea, uſq; **Warbilton**, ratione fluctuum maris, tranſlatum. 84. b.

Haſelberge (in agro *Somerſetenſi*) per *Willielmum* filium *Gualteri* fundatum. 113. b.

Haverford (in *Walliâ*) 293. b.

Haverholme (in agro *Linc.*) per *Alexandrum* Epiſcopum *Lincolniæ* fundatum. 792. b.

Hedon (Hoſpitale S. *Sepulchri*, in agro *Ebor.*) 418. b.

Helagh parke (in agro *Ebor.*) per *Bertramum Haget* fundatum. 287. a. Catalogus Priorum. 288. 37.

Heitsbury (Hoſpitale in agro *Wilton*) per *Margaretam* relictam *Roberti* Domini *Hungerſord*, *Johannem Cheyney*, & *Johannem Mervyn* armigeros fundatum. 483. a.

Hempton, alias **Fakinhamdam.** 362. a.

Heppe (in agro *Weſtmerlandenſi*) per *Thomam* filium *Goſpatrici* fundatum. 594. b.

Hickling (in agro *Norff.*) 319. a.

Herbaldowne (Hoſpitale in *Cantio*) 418. a.

Hertland (in agro *Devon.*) per *Gau-*

fridum de *Dynam* ſeniorem fundatum. 285. a.

Heringham (in *Suſſexiâ*) 180. 30.

Hethe (Hoſpitale in agro *Cantiano*) per *Hamonem Roffenſem* Epiſcopum fundatum. 468. b.

Heynings (in agro *Linc.*) per *Reynerum* de *Evermu* fundatum. 815. a.

Hode (in agro *Ebor.*) Cella de *Novo burgo*. 194. 33.

Holbeche (Hoſpitale in agro *Linc.*) per *Johannem* de *Kirketone* fundatum. 469. a.

* **Holand.** 889. b.

Holland brigg (in agro *Linc.*) per *Godwinum Divitem* de *Lincolniâ* fundatum. 815. b.

Hornechurche (Hoſpitale in *Eſſexiâ*) 418. a.

Horſley (in *Eſſexiâ*) Cella Abbatiæ S. *Martini* de *Troarno*, in *Norm.* 1002. a.

Hoſpitalariorum militum S. *Johannis Jeroſolom.* origo 489. a. b. Confirmatio Regulæ 493. a. Prima inſtitutio 497. Modus recipiendi Fratres ad Ordinem 500. Cronica Magiſtrorum 501. Donationes terrarum 506. *&c.* Privilegia 511. a. *Templariorum* terræ eiſdem liberatæ 511. b. Protectio inde 512. b. Manerium de *Nova Templa London.* *Hoſpitalariis* conceſſum. 513. b.

Huntendon. Prioratus per *Euſtachium* Vicecomitem fundatus. 24. 41.

Huntendon. Hoſpitale S. *Margaretæ*. 417. a.

Hyrſt (in agro *Linc.*) Cella de **Noſtel**, per *Nigellum* de *Albini* fundatum. 42. 6.

I

I**Erpont** (in *Hiberniâ*) 1028. a.

Illeford (Hoſpitale in *Eſſexiâ*) per Abbatiſſam & moniales de **Berking** fundatum. 390. a. Statuta ejuſdem Hoſpitalis. *ibid.*

Ingham (in *Norfolciâ*) per Dominum *Willielmum Stafferton* fundatum. 833. a.

Iniſtiock (in *Hiberniâ*) per *Thomam* filium *Anthonii* fundatum. 1041. a.

Ipſwiche (in *Suffolciâ*) 295. a.

Ivichurch (in agro *Wilton.*) 273. a. 274. a.

Ixworth (in *Suffolciâ*) per *Gilbertum Blundum* fundatum. 184. b. Progenies ejuſdem *Gilberti*. ibid.

K

K**Ermerdin** (in *Walliâ*) 284. b.

Katteley (in agro *Linc.*) per *Petrum* filium *Henrici* de *Billengey* fundatum. 813. a.

Keinſham (in agro *Glouc.*) per *Willielmum* Comitem *Glouceſtriæ* fundatum. 298. b.

Kenilworth (in agro *Warwicenſi*) per *Gaufridum* de *Clintonâ*, Regis *Henrici* primi Camerarium fundatum. 114. a. **Calwich**, in Com. *Staff.* Cella ejuſdem. 119. 56.

Kenlis (in *Hiberniâ*) per *Galfridum* filium *Roberti* fundatum. 1041. a.

Kertmele (in agro *Linc.*) per *Willielmum Mareſcallum* fundatum. 300. b.

Kilcumyn (in *Hiberniâ*) per *Philippum* de *Wigorniâ*, Conſtabularium *Hiberniæ* fundatum. 1023. a.

Kilkenny (in *Hiberniâ*) 1033. a. per *Will. Mareſcallum*, Comitem *Pembrochiæ* fundatum. 1042. b.

Kime (in agro *Linc.*) per *Philippum* de *Kime* fundatum. 245. a.

* **Kingſton** ſuper **Hull** (Domus *Carthuſienſium*) 930.

* **Kington.** 886. b.

Kirkby-Beler (in agro *Leic.*) per *Rogerum Beler* fundatum. 344. a. 346. b.

Kirkham (in agro *Ebor.*) per *Walterum Eſpec* fundatum. 105. a.

Kilmaynard (in *Hiberniâ*) 1043. b.

Knareſburgh (in agro *Ebor.*) 833. b.

Kylleconill (in *Hiberniâ*) per *Donaldum O Bryan* fundatum. 1029. a.

Kynewaldgreves (Hoſpitale in agro *Ebor.*) 415. a.

L

L**Acock** (in agro *Wilton.*) per *Elam* Comitiſſam *Sarum* fundatum. 341. a. Fundatorum hiſtoria. *ibid.*

Lande (in agro *Leic.*) per *Ricardum Baſſet*, & *Matildem Ridel* uxorem ejus fundatum. †. 90. b.

Lanercoſt (in *Cumbriâ*) per *Robertum* de *Vallibus* fundatum. 130. b.

Langdone (in *Cantio*) per *Willielmum* de *Auberville* fundatum. † 622. b.

Langley (in agro *Norfolcienſi*) per *Robertum* filium *Rogeri* fundatum. 659. a.

Langrigh (Hoſpitale) 454. a.

Lanthony (primò in *Walliâ*; deinde juxta *Glouceſtriam* fundatum.) 58. Hiſtoria Fundationis. *ibid.*

Eccleſia S. *Mariæ* extra *Glouceſtriam*, Cella ejuſdem. 64. 3.

Fundatorum progenies. 66. a. Dotatio ejuſdem Cœnobii per *Rogerum* de *Glouceſtriâ* & *Walterum* Conſtabularium. 70. 47. a. & 48. b.

Terræ & Eccleſiæ in *Hiberniâ*, per *Walterum* de *Laci* dicto Cœnobio conceſſæ. 72. Unio amborum Prioratuum, *ſcil.* de **Lanthony** in *Walliâ*, & de **Lanthony** juxta *Glouceſtriam*. 72. 50.

Lavinden (in agro *Buck.*) per *Johannem* de *Bidun* fundatum. 613. a.

Launceſton (in *Cornubiâ*) per *Will. Warwiſt*, *Exon.* Epiſcopum fundatum. 107. b.

Lechelade (Hoſpitale in agro *Glouc.*) per *Ricardum* Comitem *Cornubiæ* fundatum. 451. a.

Tranſlatio ejuſdem in Cantariam trium Capellanorum. 451. b.

Ledbury (Hoſpitale in agro *Herefordenſi*) per *Hugonem Folliot*, *Herefordenſem* Epiſcopum fundatum. 452. b.

Ledes (in *Cantio*) per *Robertum* de *Creveceur* fundatum. 110. b.

Leiceſter (*ſcil.* de *Pratis* Abbatia) per *Robertum* Comitem *Mellenti* & *Leiceſtriæ* fundata. 308. b.

Hiſtoria de terrarum donatoribus. *ibid.*

Fundatoris hiſtoria. 312. b. Fundationis hiſtoria. 313. b.

Leiceſter. Hoſpitale S. *Leonardi*, per *Willielmum* filium *Roberti* Comitis *Leiceſtriæ*, Leproſum, fundatum. 454. a.

Leiceſter. Hoſpitale S. *Mariæ* Virginis, per *Henricum* Comitem *Lancaſtriæ* fundatum. 468. a.

Lenne (Hoſpitale in agro *Norff.*) 413. b.

Lenne (Hoſpitale S. *Mariæ Magdalenæ*) 414. a.

Leſnes (in *Cantio*) per *Ricardum* de *Luci* fundatum. 301. a.

* **Leveſham.** 900.

* **Lewes.** 908. a.

Leye (in Inſulâ de **Gerſeye**) 204. b.

Leyſtone (in *Suffolciâ*) per *Ranulphum* de *Glanville* fundatum. 606. a.

* **Lillechurche.** 885. a.

Lilleſhull (in agro *Salopienſi*) per *Philippum*

Index Cœnobiorum.

Philippum de **Belmeis**, & **Ricardum** de **Belmeis** Decanum Eccleſiæ S. *Alcmundi* *Salopiæ* fundatum. 144. a.
Hiſtoria fundationis. 144. a. 941. b.
Eccleſia de **Hulme** dicto Cœnobio appropriata. 943.

Lincolne juxta. Prioratus S. *Katherinæ*, per *Robertum* ſecundum Epiſcopum *Linc.* fundatum. 814. b.

Lincolne juxta. Hoſpitale S. *Innocentium*, per Regem *Henricum* primum fundatum. 388. a.

* *Loci Dei* Abbatia. 931. b.

London. Hoſpitale S. *Bartholomæi*, in ſuburbio ejuſdem Civitatis, per Regem *Henricum* primum fundatum 386. a.
Unio ejuſdem, Hoſpitali de **Burton** *Lazers*. 389. a.

London. Prioratus S. *Bartholomæi*, in **Smithfeild**, per **Raherum** fundatus. 166. 20.
Hiſtoria dicti *Raberi*, & ejuſdem loci fundationis. 167.
Confirmatio Donationum per Regem *Henricum* tertium. 171.

London. Hoſpitale S. *Mariæ* extra **Biſhopſgate**, per *Walterum Brune* & *Roiſiam* uxorem ejus fundatum. 383. col. 1. l. 18.
Nomina aliorum Fundatorum. 385. b.

London. Hoſpitale S. *Egidii* in ſuburbio ejuſdem Civitatis, per *Matildem* uxorem Regis *Henrici* primi fundatum. 381. a. 400. a.

London. Hoſpitale S. *Mariæ* de **Bethlem**, extra **Biſhopſgate**, per *Simonem* filium *Mariæ*, Civem *Lond.* fundatum. 381. b.

London. Prioratus S. *Trinitatis* (juxta **Aldgate**) per *Ricardum* de *Beaumeis* *Lond.* Epiſcopum, fundatus 80. nec non per *Matildem* Reginam. 81. 67.

Cnihtengild ſoca, dicto Cœnobio per Regem *Henricum* primum confirmata. 81. 19.

London. Hoſpitale S. *Thomæ* martyris, de **Acon**; per *Thomam* filium *Theobaldi* de *Helles* fundatum. 411. a.

London. Hoſpitale S. *Johannis* *Jeroſolom.* in ſuburbio ejuſdem Civitatis, per *Jordanum Briſet* fundatum. 505. a.

London. *Domus Converſorum*, per Regem *Henricum* tertium fundatum. 450. a.

London. Hoſpitale de **Savoy** (in ſuburbio) per Regem *Henricum* octavum fundatum. 484. a.

London. Hoſpitale S. *Katherinæ*, juxta Turrim, per *Alianoram* Reginam *Angliæ* (Regis *Henrici* ſecundi uxorem) fundatum. 460. a.

London. Hoſpitale de **Elſing Spittle**, per *Willielmum Elſyng* fundatum. 462. a.

London. Hoſpitale in parochiâ de **Berking Church**, per *Robertum* de *Denton* Capellanum fundatum. 465. a.

London. Prioratus S. *Helenæ*, juxta Vicum de **Biſhopsgate** 894. b.
Conſtitutiones Decani & Capituli Eccleſiæ Cathedralis S. *Pauli* *Lond.* pro meliori Monialium gubernatione. 895. a.

Londoros (in *Scotiâ*) per *Davidem* Comitem *Huntendoniæ* fundatum. 1052. a.

Long Benington (in agro *Linc.*) Cella de *Savaniaco* in *Normanniâ*. 997. b.

Ludlow (in agro *Salopienſi*) Hoſpitale S. *Johannis* *Bapt.* per *Petrum Undergod* fundatum. 449.

Lyes. 362. a.

M

MAiden-Bradley (in agro *Wilton.*) per *Manſerum Biſet* fundatum. 408. a.

Malton (in agro *Ebor.*) per *Euſtachium* filium *Johannis* fundatum. 826. a. Stemma Fundatoris. 819. a.

* **Malverne** *Major.* 876. b.

Marreſey (in agro *Linc.*) 811. a.

* **Marham.** 929. a.

Marleburgh (in agro *Wilton.*) 272. b.

Marton (in agro *Ebor.*) 98. b. Poſtea ad **Moleſby** tranſlatum. *ibid.* l. 20.

Marſtoke (in agro *Warwicenſi*) per *Will.* de *Clinton*, Comitem *Huntendoniæ* fundatum. 351. b.

Melcheburne, Præceptoria. 546. 10.

Mellefont (in *Hiberniâ*) 1029. b.

Merkeby. 362. b.

* **Merkyate.** 872. b.

Merleberge (vulg. **Marlborough**) Hoſpitale, in agro *Wilton.* 437. b.

Merton (in agro *Surregienſi*) per Regem *Henricum* primum fundatum. 135. a. b.

Michelham (in *Suſſexiâ*) per *Gilbertum* de *Aquilâ* fundatum. 334. b. 335. a.

Modberley (in agro *Ceſtrenſi*) per *Patricium* de *Madberley* fundatum. 320. a.

Mistis S. *Johannis*, Præceptoria. 551. 65.

Mottiſfont (in agro *Suthampt.*) per *Willielmum Briwer* fundatum. 322. b.

Mottenden (in *Cantio*) per *Robertum* de *Rokeſley* militem fundatum.

N

NEddrum (in *Hiberniâ*) Cella Abbathiæ S. *Begæ* in agro *Ebor.* 1023. a.

Nenath (in *Hiberniâ*) per *Theobaldum Walter*, Pincernam *Hiberniæ* fundatum. 1044. b.

Newbo (in agro *Linc.*) per *Ricardum Malbiſſe* fundatum. 612. a.

Newburgh (in agro *Ebor.*) per *Rogerum* de *Molvray* fundatum. 190. 50.

Newcaſtle ſuper *Tinam* (in *Northumbriâ*) Hoſpitale ibidem Vocatum **Thornton's Hoſpitall**, per *Rogerum* de *Thornton* fundatum. 474. b.

Newent (in agro *Glouc.*) Cella *Carmelienſis* Cœnobii, in *Normanniâ*. 962. 23.

Newhus (in agro *Linc.*) per *Petrum* de *Goſlâ* fundatum. 589. a.

Newland, Præceptoria. 546. 52.

* **Newminſter.** 916. b.

Newnham (in agro *Bedfordienſi*) per *Paganum* de *Bellocampo* fundatum. 238. a.

Newry (in *Hibernia*) per *Mauricium mag Lochlan*, Regem totius *Hiberniæ* fundatum. 1031.

Newſtede (ſive de *Novoloco*) juxta **Guildford**, in agro *Surregienſi*. 247. a.

Newſtede (ſive de *Novo loco*) ſuper **Ancolme** (in agro *Linc.*) per Regem *Henr.* tertium fundatum. 811.

Newſtede (in agro *Notingh.*) per Regem *Henr.* ſecundum fundatam. 317. b.

* **Newtone** (in agro *Ebor.*) per *Thomam Wake* fundatum. 898. b.

Nocton (in agro *Linc.*) per *Robertum* d'*Areci* fundatum. 211. a.
Stemma fundatoris. *ibid.*

Northampton. Hoſpitale S. *Johannis Bapt.* 362. b.

Northampton. juxta; Abbatia S. *Jacobi*, per *Willielmum Peverell* fundata. 49.

Norton (in agro *Ceſtrenſi*) per *Rogerum* Conſtabularium *Ceſtriæ* fundatum. 185. 45. Fundatorum progenies & hiſtoria. 187. a.

Norwich; Hoſpitale, per *Edwar-*

dum ſecundum *Norwicenſem* Epiſcopum fundatum. 461. a.

Norwich; Hoſpitale S. *Egidii*, per *Gualterum Suffeld*, alias *Calthorpe*, Epiſcopum *Norwicenſem* fundatum 461. a.

Noſtell (in agro *Ebor.*) per *Robertum* de *Laci* fundatum. Donatorum Conceſſiones per Regem *Henr.* primum confirmatæ. 34. 33. Necnon per Regem *Henr.* ſecundum. 36. 5.

Notingham. Hoſpitale. 447. b. Regula Fratrum & Sororum, *ibid.*

Notingham, aliud Hoſpitale (juxta Pontem) per *Johannem Plumtre* fundatum. 448. a. b.

* **Nun Eaton**. 868. 50.

Nutley (ſive de *Parco* **Crendon**) in agro *Buck.* per *Walterum Giffard* Comitem *Buckingh.* fundatum. 154. a.

O

OTymilo (in *Hibernià*) per *Will.* de *Bargo* fundatum. 1025. a.

Okeburne (in agro *Wiltonienſi*) Cella *Beccenſis* Cœnobii in *Normannià*. 954. 61.

Okeham, Hoſpitale (in agro *Rutl.*) per *Willielmum Dalby*, de **Extone**, fundatum. 473. b.

Ormeſbi (in agro *Linc.*) per *Gilbertum* filium *Roberti* fundatum. 809. b.

Oſeney (juxta Civitatem *Oxonii*) per *Robertum* D'*Oilleyo* fundatum. 136. a.

Oſulveſton (vulgò **Ouſton**) in agro *Linc.* per *Rob. Grimbold* fundatum. 376. a.

Overton, in **Hertnes**, (infra Epiſcopatum *Dunelmiæ*) per *Alanum* de *Wiltone* fundatum. 825. b.

Oxford. Hoſpitale S. *Johannis*, extra portam Orientalem, per Regem *Henr.* tertium fundatum. 443. b.

Oxford. Hoſpitale S. *Bartholomæi*. 407. a.

P

Panfeld (in *Eſſexià*) Cella Abbathiæ S. *Stephani* de *Cadomo*, in *Normannià*. 956. 67.

Penteney (in agro *Norff.*) per *Robertum* de *Vallibus* fundatum. 19. 16.

Plimton (in agro *Devon.*) per *Will. Warwyſt Exon.* Epiſcopum fundatum. 6.

Poghele (in agro *Berrocenſi*) per *Radulfum* de *Chadeleworth* fundatum. 266. b.

Pontis **Fermoy** (in *Hibernià*) per *Alexandrum* filium *Hugonis* fundatum. 1045. a.

Pontfract; Hoſpitale (in agro *Ebor.*) per *Will. le Tabourere* fundatum. 461. b.

Pontfract: Hoſpitale vocatum **Knollis-Almeshouſe**, per *Robertum Knollis* Eq. aur. Civem *Lond.* fundatum. 473. a.

Præmonſtratenſis Ordinis origo, & inſtitutio. 579.

Pulton (in agro *Wilton.*) per *Thomam* de *Sancto Mauro* militem fundatum. 826. b.

Pynham (ſive de *Calceto*) juxta **Arundel**, in *Suſſexià*, per *Willielmum* Comitem *Arundelliæ* fundatum. 143. 42.

R

* **Ramſey**. 869. a.

Ratlingcope (in agro *Salopienſi*) 336. b.

Ravendale (in agro *Linc.*) Cella Abbatiæ de *Belloportu* in *Normannià*. 1016. a.

Ravenſtone (in agro *Linc.*) per *Petrum Chaceport*, quondam magnæ Garderobæ Regis *Henrici* tertii, cuſtodem, fundatum. 337. a.

Repindon (in agro *Derbeienſi*) per *Matildem* uxorem *Ranulphi* cogn. *Gernons*, Comitis *Ceſtriæ* fundatum. 280. b.

Reygate (in agro *Surregienſi*) 346. b.

Ribſtane, Præceptoria. 551. 52. 557. 4.

Richmund juxta, (in agro *Ebor.*) Hoſpitale. 479. a.

Rippon (Hoſpitale in agro *Ebor.*) per *Thurſtanum Eborac.* Archiepiſcopum fundatum. 380. a.

* **Robertſbrigge**. 920. a.

Romenale (Hoſpitale, in *Cantio*) per *Adam* de *Cherrynges* fundatum. 405. 23. Et per *Johannem Fraunceis* reſtauratum, *ibid.*

Roſglas (in *Hibernià*) per *Dermitium O Demeſy*, Regem *Ofaliæ* fundatum. 1031. b.

Ronton (in agro *Staff.*) per *Robertum* filium *Noeli* fundatum. 143. a. Vide etiam p. 940. b.

Roceſter (in agro *Staff.*) per *Ricardum Bacun* fundatum. 267. b.

Rounceball, Hoſpitale juxta **Charing**, in ſuburbio Civitatis *Weſtmonaſterii*, per *Willielmum Mareſchallum*, Comitem *Pembrochiæ* fundatum 443. a.

Royſton (in agro *Cantabr.*) per *Euſtachium* de *Merc.* fundatum. 264. a.

S

S. *Agathæ*, (juxta **Richmund** in agro *Ebor.*) per *Roaldum* Conſtabularium fundatum. 649. b.

S. *Crucis* (in *Hibernià*) 1035. a.

S. *Germani* (in *Cornubià*) p. 5. l. 18.

Sedes Epiſcopalis *Cornub.* olim ibidem, *ibid.* l. 38.

Diverſis terris & Eccleſiis, per Regem *Canutum* dotata, *ibid.* l. 35. & p. 6. l. 10.

Criditonenſi Epiſcopatui per *Livingum* Epiſcopum unita, ibid. l. 43.

In *Exonienſem* Civitatem per Regem *Edwardum Confeſſorem* tranſlata, *ibid.* l. 48.

Prioratus Canonicorum Regularium ibidem per *Leofricum* Epiſcopum fundatus, *ibid.* p. 51. & p. 6. l. 31.

S. *Juliani* Hoſpitale, juxta S. *Albanum* (in agro *Hertf.*) per *Gaufridum* S. *Albani* Abbatem fundatum. 376. a.

Statuta ejuſdem Hoſpitalis. 377.

* S. *Michaelis* de *Monte* Prioratus. 901. b.

* S. *Neoti* Abbatia. 876. b.

S. *Salvatoris* (in *Hibernià*) 1032. a.

S. *Thomæ* martyris, juxta **Stafford** (in agro *Staff.*) per *Ricardum Peche*, olim *Coventriæ* Epiſcopum, fundatum. 316. b.

Saliſbury. Hoſpitale S. *Trinitatis*, per *Johannem Chaundeler* ſeniorem fundatum. 472. b.

Sandone, Hoſpitale in agro *Surregienſi*. 441. b.

Unio ejuſdem Hoſpitali S. *Thomæ* martyris in **Suthwerke**. 442. b.

Santingfelde, Hoſpitale. 404. a.

Scardeburgh, (Hoſpitale in agro *Ebor.*) per *Hugonem* de *Bulemere* fundatum. 404. b.

Scarthe (in agro *Ebor.*) Cella *Giſeburnenſis* Cœnobii; per *Stephanum Meinilium* fundata. 153. a. b.

Scokirke (in agro *Ebor.*) Cella de **Noſtell**. 43. 3.

Sele (in *Suſſexià*) Cella Abbatiæ

S. *Florentii* apud *Salmurum*, in *Andegavenſi* provinciâ. 973. 46.

Seleburne (in agro *Suthampt.*) per *Petrum* de *Rupibus*, Epiſc. *Wintoniæ*, fundatum. 343. a.

SEMPRINGHAMENSIS ordo; *ſcil.* S. *Gilberti*. 667.
Vita ejuſdem S. *Gilberti*. 669.
Exordium dicti Ordinis. 674.
Propagatio Monaſteriorum. 676.
Aſperitas ejus vitæ (*ſcil.* S. *Gilberti*) 681. Miracula, 689. Obitus, 691. Sepultura, 693. Canonizatio, *ibid.* Tranſlatio, 696. Reſcriptum Cartæ in feretro poſitæ. 968.
Inſtitutiones ejus, pro meliori Fratrum & Sororum dicti Ordinis gubernatione. 699.

Sempringham (in agro *Linc.*) Prioratus. 791.
De Scolaribus apud **Stanforde** ſtudentes, in numerum Canonicorum ejuſdem Domus augmentationem. 792. a.
Confirmatio omnium Eccleſiarum & poſſeſſionum Cœnobiis dicti Ordinis ſpectantium, per Papam *Innocentium* tertium. 805. a.

Shelbrede. 362. b.

Shengay, Præceptoria. 546. 48.

Shireburne (Hoſpitale in agro *Dorſetenſi*) per *Robertum Nevile*, Epiſcopum *Sarum*, & alios, fundatum. 476. b.

Shireburne. Prioratus alienigena (in agro *Suthampt.*) Hoſpitali S. *Juliani*, juxta **Suthampton**, conceſſa. 441. b.

Shireburne (Hoſpitale in Epiſcopatu *Dunelmenſi*) per *Hugonem* de *Puteaco*, *Dunelm.* Epiſcopum, fundatum. 437. a.

Shouldham (in agro *Norfolcienſi*) per *Galfridum* filium *Petri*, Comitem *Eſſexiæ*, fundatum. 820. b.

Shrewſbury. Hoſpitale *S. Egidii*. 405. a.

Sixill (in agro *Linc.*) per .... *Grelle* fundatum. 810. b.

* **Snapes** (in *Eſſexiâ*) Cella Abb. S. *Johannis Colceſtriæ*, per *Willielmum Martel* fundatum. 894. a.

Southampton. Hoſpitale Vocatum **Gods houſe**, 439. a. Cuſtodiam ejuſdem Præpoſito & Scholaribus *Aulæ Reginali Oxon.* conceſſa. 440. b.

Southampton juxta, Prioratus S. *Dionyſii*. 108. b.

* **Spalding.** 871. a.

Spiney (in agro *Cantabr.*) per *Ricardum Aithelwald* fundatum. 320. b.

Stanford (in agro *Linc.*) Hoſpitale S. *Johannis Bapt.* per *Brand* de *Foſſato* fundatum, Ac per *Ricardum* de *Humet* & *Bertramum* de *Verdun* confirmatum. 403. b.

Stanford juxta, Hoſpitale de *Novo loco* (ſive **Newſtede**) per *Willielmum* de *Albaniaco* fundatum. 444. b.

* **Stanford**, Prioratus S. *Michaelis*. 880. b.

Stanings (in *Suſſexiâ*) Cella *Fiſcannenſis* Cœnobii in *Normanniâ*. 971. 50: 972. 64.

Staverdale (in agro *Somerſetenſi*) 306. b.

Stikeſwould (in agro *Linc.*) 809. a.

Stodley (in agro *Warwicenſi*) per *Petrum* de *Stodley* fundatum. † 89.

Stokfaston (Hoſpitale in *Cantio*) per *Johannem* de *Boyvile* Armigerum fundatum. 482. b.

Stone (in agro *Staff.*) Cella de **Kenilworth**. 119. b. Hiſtoria Fundationis ejuſdem, *ibid.*
Eccleſia S. *Wulfadi* de **Stanes** (vulg. **Stone**) primò Canonicis de **Kenilworth** conceſſa per *Eniſanum* de **Waletone**. 127. 54. Confirmata per *Nicholaum* (Baronem) de **Stafford** 128. 48.

Stoneley (in agro *Huntendonenſi*) per *Willielmum* de *Mandevile*, Comitem *Eſſexiæ*, fundatum. 319. b.

Strode (Hoſpitale in *Cantio*) per *Gilbertum Roffenſem* Epiſcopum fundatum. 434. a.

Sulby (in agro *Northampt.*) per *Willielmum* de *Widevill* fundatum. † 627. a.

Suthwarke (in agro *Surr.*) Prioratus S. *Mariæ Overie*. 84. 50. per *Willielmum Giffard*, *Winton.* Epiſcopum, fundatus, *ibid.* l. 61. vide etiam 940. a.

Suthwarke, Hoſpitale S. *Thomæ*; per *Petrum* de *Rupibus*, *Winton.* Epiſcopum, fundatum. 439. a.

Suthwyke (in agro *Suthampt.*) per Regem *Henricum* primum fundatum. 134. a.

Sutton (Hoſpitale in agro *Ebor.*) per *Galfridum* filium *Petri*, Comitem *Eſſexiæ*, fundatum. 437. b.

Syon (in agro *Middleſexiæ*) per Regem **Henricum** quintum fundatum. 360. a.

T

Tackley (in *Eſſexiâ*) Cella Abb. S. *Walerici* in *Picardiâ*. 1003. a.

Tanregge, (Hoſpitale in agro *Surregienſi*) per *Odonem* de *Dammartin* fundatum. 403. a.

Taunton (in agro *Somerſetenſi*) per *Willielmum Giffard*, *Winton.* Epiſcopum, fundatum. 83. 15.

TEMPLARIORUM militum, inſtitutio Ordinis. 517. Deſtructio. 519.
Sanctuarium quibuſcunq; Domibus eorum confugientibus. 522. b.
Donationes diverſæ per Reges *Angliæ* iiſdem factæ. 553. a. b. Libertates & privilegia 558. a.
Proceſſus adverſùs eos, in eorum Ordinem deſtructionem. 559. a.
Mandatum *Templariis*, per *Walterum* Archiepiſcopum *Cantuar.* poſt Ordinis eorum diſſolutionem, ad aliam aliquam Religionem ingrediendum. 943. b.
Mandatum ejuſdem Archiepiſcopi, pro liberatione bonorum eorundem Hoſpitalariis S. *Johannis Jeroſolomitani*. 945. a.

Temple *Bruer*, præceptoria. 547. 26.

Temple Combe, præceptoria. 551. 34.

Temple Hyrſt, præceptoria. 551. 10: 556. a. b.

Temple Newſum, præceptoria. 551. 10: 556. a. b.

Thelesford (in agro *Warwicenſi*) per *Willielmum* filium *Walteri* de *Cherlecote* fundatum. 831. a.

Thetford (in agro *Norfolcienſi*) per *Willielmum* Comitem *Warennæ* fundatum. 574. a.

Thorkeſeye (in agro *Linc.*) 278. b.

Thornholme (in agro *Linc.*) per Regem *Stephanum* fundatum. 230. a.

Thornton, ſuper **Humber**, (in agro *Linc.*) per *Wil. le Groſe*, Comitem *Albamarliæ*, fundatum. 198. 18. Series Abbatum, *ibid.*

Thremhale (in *Eſſexiâ*) per *Gilbertum* de *Munfichet* fundatum. 23.

Thurgarton (in agro *Notingh.*) per *Radulfum D'Ayncourt* fundatum. † 92. a.

Tichfeild (in agro *Suthampt.*) per *Petrum* de *Rupibus*, *Winton.* Epiſcopum, fundatum. 660. a.
Inventorium Bonorum in eodem A. 1320. 685. a.

* **Tikford.** 910. b.

Tiltey (in *Eſſexiâ*) 75. 62.

Toberglorie (in *Hiberniâ*) per *Johannem* de *Curci* fundatum. 75. 32. Et 1046. a.

Todington (Hoſpitale in agro *Bedf.*) per *Johannem Broughton* fundatum. 478. a.

Tonebrugge (in *Cantio*) per *Ricardum*

dum de *Clare*, Comitem ***Hertfordiæ***, fundatum. 258. a.

Torpington. 362. b.

Torre (in agro *Devon.*) per *Williel mum Briwere* fundatum. 652. a.

Trehigh præceptoria. 551. 45.

Trentham (in agro *Staff.*) per *Ranulphum* Comitem *Ceſtriæ* fundatum. 260. a.

Triſternagh (in *Hiberniâ*) per *Johannem* de *Conſtantine* fundatum. 1046. b.

Tupholme (in agro *Linc.*) per *Gilbertum* de *Nevile* fundatum. 596. a.

* **Tutbury** 873. 1.

Twyneham (in agro *Suthampt.*) 177. Hiſtoria Fundationis. *ibid.*

Tynterne (in *Hiberniâ*) per *Willielmum Mareſcallum*, Comitem *Pembrochiæ*, fundatum. 1033. a.

V

* **VAl: Royal** (in agro *Ceſtrenſi*) 921. b. Hiſtoria Fundationis. *ibid.*

Vallis Salutis (in *Hiberniâ*) 1033. b.

Ulveſcrofte. 362. b.

W

WAlſingham (in agro *Norff.*) per *Gaufridum* de *Favarches* fundatum. 20.
Donationum confirmatio per Regem *Henricum* tertium. 21. 28: Et per Regem *Edw:* primum 21. 36.
Cantaria in eodem. 22. 14.

Waltham (in *Eſſexiâ*) 11. 18.
Conceſſio ejuſdem loci *Haraldo* Comiti, per Regem *Edwardum Confeſſorem*. 11. 44.
Conſtructio Monaſterii S. *Crucis* ibidem per præfatum Comitem *Haraldum*. *ibid.* l. 65: & p. 18. l. 25.
Donationum confirmatio per Regem *Edw. Conf.* 11. 25.
Canonici ſeculares amoti, & Regulares inducti. 13. 33: *ſcil:* per Regem *Henr.* ſecundum. p. 14. l. 6.
Donationum confirmatio per dictum Regem *Henricum* ſecundum. p. 13. 42: Et per Regem *Ric.* 1. p. 15. 44: & p. 17. 50.

Wartre (in agro *Ebor:*) per *Galfridum Truſbut* fundatum. 172.
Hiſtoria Priorum iſtius Cœnobii. 172, 173.

Warwic. Prioratus S. *Sepulchri*, per *Henricum* Comitem *Warwici* fundatus. 573. a.

Watton (in agro *Ebor:*) per *Euſtachium* filium *Johannis* fundatum. 798. a.

* **Waverley**. 912.

Wedon (in agro *Northampt.*) Cella *Beccenſis* Cœnobii, in *Normanniâ*. 954. 15.

Wellebec (in agro *Notinghamenſi*) per *Ricardum le Flamang* fundatum. 597. b.
Fundationis & Fundatoris hiſtoria. 598. a.

Welles (in agro *Somerſ.*) Hoſpitale ibidem per *Hugonem* Epiſc. *London.* fundatum. 434. a.

Welle (in agro *Norff.*) Cella Abbatiæ S. *Stephani* de *Cadomo*, in *Normanniâ*. 956. 62.

Welle (Hoſpitale in agro ……) per *Radulphum* de *Nevill* fundatum. 461. a.

Welles (in agro *Linc.*) per *Radulphum* de *Hauvill* fundatum. 826. a.

Wendlyng (in agro *Norff.*) per *Willielmum* de *Wendlyng* fundatum. 613. b.

* **Wenlok**. 907.

West Dereham (in agro *Norff.*) per *Hubertum*, *Eboracenſis* Eccleſiæ Decanum, fundatum † 624. a.

* **Weſtminſter**. Reſtauratio Abbathiæ tempore Reginæ *Mariæ*. 847. a.

Weſtminſter juxta; Hoſpitale S. *Jacobi*, per Regem *Henricum* tertium fundatum. 402. b.

* **Weſtwode**. 868. 54.

Wigmore (in agro *Herefordenſi*) per *Hugonem* de *Mortimer* fundatum. 213. b.
Hiſtoria Fundationis ejuſdem. *ibid.* & 220. a.

Wikes (in *Eſſexiâ*) 282. b.

Willeſford (in agro *Linc.*) Cella *Beccenſis* Cœnobii, in *Normanniâ*. 954. 38.

Willinghton, Præceptoria. 547. 65.

Wilminton (in *Suſſexiâ*) Cella *Greſtinenſis* Abbathiæ in *Normanniâ*. 982. 29.

* **Wilton**. 857. a.

* **VVinchcumbe**. 854. a.

VVinchester juxta; Hoſpitale S. *Crucis*, per *Henricum* Cardinalem, *Winton.* Epiſcopum fundatum. 480. a.

VVirkſope (in agro *Notingh.*) per *Will.* de *Lovetot* fundatum. 50. Vide etiam p. 937. b.

VVodbrigge. 362. a.

VVodekirke (in agro *Ebor.*) Cella de **Noſtell**. 41. 54.

VVolverhampton (in agro *Staff.*) Hoſpitale per *Clementem Luſone* & *Will. Waterfall* fundatum. 472. a.

VVombrigge (in agro *Salop.*) per *Willielmum* filium *Alani* fundatum. 252. b.

VVormeley (in agro *Herefordenſi*) 261. a.

VVoſpring (in agro *Somerſetenſi*) 271. a.

VVotheney (in *Hiberniâ*) per *Theobaldum Walter*, Pincernam *Hiberniæ* fundatum. 1034. b.

VVroxton (in agro *Oxon.*) per *Michaelem Belet* fundatum. 326. b.

VVytham, Præceptoria. 547. 62.

Y

YArum (Hoſpitale, in agro *Ebor.*) 400. b.
Canonicis de *Parco* **Helagh** conceſſum. 401. a. b.

Yevele, Præceptoria. 546. 63.

Yorke. Hoſpitale S. *Leonardi*, per Regem *Willielmum Rufum* fundatum. 368. 44: 369. 10.
Hiſtoria Fundationis ejuſdem. 367.
Rex *Stephanus* ampliorem ædificavit Eccleſiam. 362. 12.
Præcepta in dicto Hoſpitali excercenda. 370. a.

Yorke. Prioratus S. *Andreæ*, per *Hugonem Murdac* fundatus. 808. a.

Yorke. Hoſpitale S. *Petri*. 592. b.

Yorke juxta. Hoſpitale S. *Nicholai*. per *Willielmum* de *Grenefeld* Cancellarium *Angliæ* fundatum. 469. b.

Quæ *Aſteriſco* (ſic *) annotantur, inter *Additamenta* reperies.

INDEX
Cœnobiorum Gallicorum.

A

A*Lmenichaense* Cœnobium, per Comitem *Rogerum* de *Montegomerico* fundatum. 950. 62.

Alneti Abbatia. 1006. b.

Andegavenſe Cœnobium S. *Nicholai*, per *Fulconem* de *Nerâ Andegaviæ* Comitem fundatum. 1000. a. Hiſtoria fundationis ejuſdem. ibid.

B

B*auquervillæ* Cœnobium S. *Georgii*, per *W*. de *Tancervilla* fundatum. 951. a.

Beccenſe Cœnobium, per *Herlewinum* fundatum. 949. 10. Hiſtoria fundationis. 952. b.

Belencumbris Prioratus. 1012. a.

Bellobeccenſe Cœnobium. 955. a.

Belloportenſe Cœnobium in Ducatu *Norm*. 1016. a.

Bernaienſe Cœnobium, per *Julitham Normanniæ* Comitiſſam, ſecundi *Ricardi* Ducis uxorem fundatum. 949. 50.

Blancalandenſis Abbatia in Ducatu *Norm*: 1015. a.

Bolonienſis Prioratus S. *Wulvari*, in *Picardiâ*. 1012. b.

Bolonienſe Hoſpitale S. *Mariæ Madg*: 1013. a.

Boni portus Abbatia, per *Ricardum*, ejuſdem nominis primum Regem *Angliæ* fundata. 1007. a.

C

C*adomenſe* Cœnobium S. *Stephani*, per *Willielmum* Ducem *Norm*. fundatum. 949. 24: 956. a.

Cadomenſe Cœnobium S. *Trinitatis*. 958. a.

Caſtelionenſe Cœnobium (apud *Conchis*) per *Rogerum* de *Toenio* conſtructum 950. 4.

Cæſariſburgenſe Cœnobium; *ſcil*: S. *Mariæ* de *Voto*, per Regem *Angliæ Henricum* (ejuſdem nominis ſecundum) fundatum. 1008. a.

Ceraſienſe Cœnobium S. *Vigoris*, per *Robertum Norm*: Ducem fundatum. 949. 15: 958. b.

Cluniacenſe Cœnobium in Ducatu *Burgundiæ*. 1006. b.

Conſtantinenſe Cœnobium S. *Salvatoris*, per *Nigellum* Vicecomitem *Conſtantinenſem* fundatum. 950. 59: 1003. b.

Cormelienſe Cœnobium, per *Willielmum* filium *Oſberni*, *Normanniæ* Dapiferum, fundatum: 950. 17: 962. a.

E

E*broicenſe* Cœnobium S. *Thaurini*, per *Ricardum* ſecundum Ducem *Normanniæ*, ex parte, reſtauratum. 949. 66.

Ebroicenſe Cœnobium S. *Salvatoris*, per *Ricardum* Comitem *Ebroicenſem* fundatum. 950. 29.

Exaquienſe Cœnobium S. *Trinitatis*, per *Eudonem cum Capello*, fundatum. 950. 51: 968. a.

F

F*Iſcannenſe* Cœnobium, per *Ricardum*, filium *Willielmi* Ducis *Norm*: fundatum. 949. 10: 971. b.

Fontanetenſe Cœnobium S. *Stephani*, per *Radulfum Taiſon*, fratris ſui *Herneiſii* auxilio, fundatum. 950 64: 973. b.

Fontinellæ Abbatia S. *Wandrageſili*; per *Ricardum* ſecundum Ducem *Normanniæ* fundata. 949. 40: 1004. a. b.

Fontis Ebrardi Abbatia, per *Robertum* de *Arbrexo*, fundata. 948. 58: 975. a.

Fulcardimontis Cœnobium. 976. a.

Fulgerienſe Cœnobium in Ducatu *Britanniæ*. 1012. b.

G

G*Emeticenſe* Cœnobium (quod S. *Philibertus* conſtruxerat) per *Willielmum Longaſpatâ*, reſtauratum. 948. 64: 977. a.

Goiſlafontanæ Abbatia per *Hugonem* de *Gornai* fundata. 979.

Grandimontenſe Cœnobium, in Foreſtâ de *Bellomonte Rogeri*. 979. b.

Greſteinenſe Cœnobium S. *Mariæ*, per *Herlewinum* de *Contevilla* fundatum. 950. 32: 982. a.

I

I*Breienſe* Cœnobium, per *Regeium* de *Ibreio* fundatum. 951. 28.

K

K*Emillionſe* Leproſorum Hoſpitale, juxta *Rothomagum*. 1018. b.

L

L*Exovienſe* Cœnobium, per *Lecelinam* Comitiſſam *Aucenſem*, auxilio filiorum ſuorum, *Roberti* Comitis *Aucenſis*, & *Hugonis* Epiſcopi *Lexovienſis*, fundatum. 950. 4.

Lirenſe Cœnobium, per *Will*. filium *Oſberni*, *Normanniæ* Dapiferum, fundatum. 950. 15: 985. a.

Lonleienſe Cœnobium S. *Mariæ*, per *Will*. *Tallevacium* fundatum. 951. 28. Confirmatio dictæ fundationis Chartæ per *Gulielmum* de *Beleſmo*. 989. b.

M

M*Ajorie monaſterii* S. *Mortini*, Abbatia in provincia *Turonenſi*. 991. a.

Montiſburgenſe Cœnobium per *Rogerum*

Index Cœnobiorum Gallicorum.

rum Monachum S. *Crucis* fundatum. 951. 4: 992. a.

N

NOA. Abbatia, per *Matildem* Imperatricem fundata. 992. b.

P

Pariſiis S. *Victoris* Abbatia, per *Will.* de *Campellis* Archidiac. *Pariſienſem.* 498. 16.

Pratellis duo monaſteria conſtruxit, (unum Monachis alterum Sanctimonialibus) *Humfridus* de *Vetulis*. 950. 32.

R

Roma Hoſpitale S. *Spiritus*. 1014. b.

Rothomagum juxta, Ordinis S. *Dominci* Moniales per S. *Ludovicum* Regem *Franciæ* fundatæ. 1016. b.

Rothomagenſe Cœnobium S. *Petri*, & S. *Audoeni*, per *Ricardum*, filium *Willielmi* Ducis *Norm.* fundatum. 949. 13.

Rothomagenſe Cœnob. S. *Trinitatis*, in monte, per *Goſſelinum* Vicecomitem *Artacenſem* fundatum. 949. 52.

Rothomagenſe Cœnobium S. *Amandi*, per *Goſſelinum* Vicecomitem *Artacenſem* fundatum. 949. 53: 995. a.

Rothomagenſe Cœnobium S. *Mariæ* de *Prato*. 994. b. per Regem *Angl.* *Henricum* primum fundatum. 994. 27.

Rothomagenſis Eccleſia Cathedralis. 1017. b.

S

Sagienſe Cœnobium, S. *Martini*, *Rogerius* de *Montegomerico* fundavit. 950. 45.

Salmurenſe Cœnobium S. *Florencii.* 973. a.

S. *Dionyſii*, juxta *Pariſcos*, Abbatia. 984. b.

S. *Johannis Pictaviæ* Abbatia. 991. b.

S. *Martini* de *Alceio* Abbatia, per *Stephanum* Comitem *Albamarliæ* fundadata. 999. a.

S. *Martini* & S. *Barbaræ* in *Normanniâ* Abbatia. 1010. a.

S. *Martini* de *Campis*, *Pariſiis*, Prioratus. 993. a.

S. *Michaelis* in *Monte tumbâ* Cœnobium, per *Ricardum*, filium *Willielmi* Ducis *Norm.* fundatum. 949. 11.

S. *Petri* ſuper *Dinam* Abbatia, per *Lecelinam* Comitiſſam *Aucenſem* fundata. 950. 3.

S. *Remigii Remenſis* Abbatia. 993. a.

S. *Severi* Cœnobium in Epiſcopatu *Conſtantinenſi*, per *Hugonem* Vicecomitem *Abrincatenſem* (poſtea Comitem *Ceſtrenſem*, in *Angliâ*) fundatum. 950. 44.

S. *Victoris* (de *Caleto* in *Normanniâ*) Cœnobium per *Rogerum* de *Mortuomari*, (filium *Walteri* de S. *Martino*) fundatum. 950. 25: 1002. b.

S. *Walerici*, in *Picardiâ*, Abbatia. 1003. a.

S. *Wandragiſili* Abbatia in dioceſi *Rothomagenſi*. 1004. b. Vide *Fontanellæ* Cœnobium.

Savaniacenſe Cœnobium in ducatu *Normanniæ*. 997. b.

Savinurienſe Cœnob. per *Vitalem* Eremitam fundatum. 948. 66.

T

Tironenſe Cœnob. S. *Salvatoris*, per *Bernardum* Abbatem *Quinciaci*, *Ivonem Carnotenſem* Epiſc. & *Rotronem* Comitem *Moritoniæ* fundatum. 958. 40.

Troarnenſe Cœnobium S. *Martini* (ſuper *Dinam*) per *Rogerium* de *Montegomerico* fundatum. 950. 47: 1002. a.

V

Vernonenſe Hoſpitale. 1014. a.

Villarenſe Cœnobium, à S. *Philiberto* olim conſtructo, per *Juditham*, *Ricardi* ſecundi *Norman.* Ducis, uxorem reſtauratum. 949. 4.

Ulterioris Portus S. *Mich.* Cœnobium per *Robertum* Comitem *Aucenſem* fundatum. 950. 17.

Uticenſe Cœnobium S. *Ebrulfi*, à *Willielmo* Duce *Geroii*, & nepotibus ejus *Roberto* & *Hugone* de *Grantemaiſnil* reſtauratum. 949. 35: 966. a.

X

Xantonenſe Cœnobium in provinciâ *Aquitanenſi*. 1006. a.

INDEX VIRORUM.

A

ABbe Galfr. 548. 41. *Ric.* 312. 25.
Abertum Johannes 248. 16.
Abberbury Ric. 474. 43.
Abetot Urſo 845. 29: 876. 19. *Walterus* 547. 10.
Abrincatenſis Comes Hugo 950. 43.
Abrincenſis Vicecomes Ricardus 956. 19: 974. 29.
Abrincis Sim. † 623. 8. *Will.* 969. 59.
Abſedene Brianus 531. 9. *Lucas* 531. 10.
Acangre Jac. 343. 16.
AcclumRob. 401. 29. 34. *Will.* 151. 38.
Acford Rob. 888, 5.
Achard Rob. 355. 62. *Will.* 529. 48.
Achingham Will. 920. 44.
Acoure Hugo 870. 40. *Radulfus* 870. 8. 40. *Rog.* 870. 13.
Acres Johanna 77. 12. Funus ejus *ibid.* l. 20. *Will.* 101. 10.
Acton Adam 304. 56. *Johannes* 11. 5.
Aculf Adam 74. 36. *Gilb.* 74. 23.
Adelfleda *Merciorum* Regina. 144. 57.
Aelidis Regina, uxor Regis *Henr.* 1. 140. 31: 143. 15.
Aelfgarus Comes 13. 57.
Aeſſibi Walt. 145. 47.
Agnylon Galfr. 99. 55: 800. 59. *Manaſſes* 637. 62. *Rob.* 645. 33. *Walt.* 800. 56. *Will.* 822. 36.
Ailricus filius Oſheri Regis 852. 6.
Ailſi Bernardus 507. 1.
Aiſſibi Will. † 630. 38
Aithelwald Ric. 320. 47.
Albamara Regin. 652. 57: 653. 13: 662. 18. *Galf.* 653. 13.
Albamarle Will. 999. 31.
Albamarle Comes Stephanus 163. 8: 993. 14: 999. 11. *Will. le Groſe* 198. 18. 34: 199. 43: 394. 67: 809. 46. *Will.* de *Fortibus* 394. 62.
Albamarle Comitiſſa Hawiſia 420. 28. *Iſabella de Fortibus* 103. 16.
Albani. *Vide Albinei.*
Albervill Will. 246. 18. *Robertus* 335. 10.
Albinei Godefridus 274. 57. *Helias* 590. 41. *Henr.* 71. 62. *Nicholaus* 446. 4. *Nigellus* 7. 14: 42. 15: 193. 8: 393. 49: 845. 34: 846. 6. 24: 954. 5: 958. 26: 968. 23. *Odonellus* 446. 5. 3. *Oliverus* 590. 42. *Philippus* 438. 65: 661. 15: 833. 52. *Radulfns* 590. 42: 646. 36. *Robertus* 446. 4. *Rogerus* 970. 29. *Sampſon* 118. 50: 192. 35. 45: 198. 48. *Willielmus* 7. 12: 90. 15: 444. 39: 446. 18. 3. 19: 590. 57: 645. 32: 920. 64: 972. 64. [Vide *Aubeni*]
Albini *Brito* Will. 90. 16: 387. 23: 877. 4.
Albinum Engelramus 18. 35.
Albomonaſterio Rad. 882. 52.
Albus Rad. 531. 8.
Aldeburi Will. 573. 47.
Aldeford Ric. 800. 63.
Aldelane Gilb. 234. 23.
Aldelei Will. 446. 8.
Aldereſcote Hamundus 254. 26.
Aldham Rad. 442. 5.
Aldithle Jac. 261. 13: 284. 37.
Henr. 261. 14: 509. 23: 655. 36.
Aldrintune Ric. 529. 1.
Aldwerc Rob. † 622. 27.
Alferton Rob. 607. 54: 608. 60.
Alianora Regina (Regis H. 3. uxor) 460. 12.
Aliton Ric. 646. 13.
Aliz Philippus 904. 56. Will. 110. 50.
Allerton Rob. 306. 50.
Alneto Berengarius 999. 30.
Alneto Herbertus. 7. 32.
Alneto Joh. 200. 45. *Rob.* 195. 39 *will.* 183. 25.
Alniaco Berengarius 993. 29.
Alnore Fulco 968. 23.
Alreweſs Uctredus 93. 23.
Alſelin Will. 590. 10.
Altune Ric. 799. 23.
Alvertone W. 556. 48.
Alveſton Ric. 454: 50.
Aluredus Rex 857. 33.
Alyngton Will. 321. 60.
Amblie Galfr. 87. 39. *Radulfus* 880. 23.
Amundevill Adam 422. 52: 689. 57. *Elias* 200. 3: 421. 30: 422. 52: 423. 52. *Goſlanus* (ſive Jollanus 200. 15.) 421. 24: 423. 30: 815. 45. *Ermetryda* 423. 23. *Jordanus* 401. 18. *Radulfus* 422. 52: 534. 57. 59: 538. 52. *Walt.* 421. 29. 49: 423. 48: 536. 34: 797. 54: 815. 45: 880. 61: 104. 15. *Willielmus* 422. 52. 7: 815. 46.
Andegaviæ Comes Gaufridus 574. 16.
Andevill Tho. 248 37.
Aneſty Ric. 82 34: 82. 40.
Aneſwic Rob. 533. 65.
Anevile Ric. 905. 39:
Angervill Will. 1000. 61.
Angirton Hugo 918. 47.
Anglicus Alanus 152. 25. *Henr.* 525. 38. *Rogerus* 637. 62: 907. 18. *Willielmus* 110. 30: 596. 15.
Angos Comes Rob. de Umfraville 918. 26. *Johanna* Comitiſſa 918. 38.
Ankerug Will. 453. 50.
Anneſlai Joh. 608. 23. *Rad.* 56. 48.
Anſelm Rad. 533. 13.
Apegard Maſilia. 604. 20.
Apilgarth Rob. 197. 42.
Appleford Joh. 544. 43.
Aquila Gilb. 188. 56: 334. 43: 335. 47: 638. 5: 845. 59. *Matilais* 510. 35. *Richerius* 510. 35: 638. 38. 42: 906. 29: 913. 16: 982. 74: 983. 24: 992. 62.
Arabi Rob. 312. 16.
Arbalaſtarius Beringarius 106. 6. *Thomas* 162. 53.
Arbrexo Rob. 948. 40.
Arceles Saierus 527. 8: 532. 23: 849. 59: 851. 64.
Archard Rob. 544. 51.
Archer Nich. † 629. 67.
Arches Alanus 295. 44. *Gilbertus* 394. 61. *Iveta* 43. 17. 37: 818. 25: 290. 7. *Willielmus* 34. 56: 35. 10: 36. 33. 56: 43. 41: 287. 36: 393. 50.
Archidiaconus Steph. 1028. 37.
Archus Ranulphus. 183. 25.
Arde Baldw. 203. 19.
Arden Henr. 118. 67: 119. 7. *Hugo* 119. 8: 312. 18. *Radulphus* 117. 53: 246. 56: 292. 63: 362. 28. *Siwardus* 114. 59. *Thomas* 246. 56: 292. 63. *Will.* 117. 53.
Arderne Euſtachius † 629. 29.
Arderne Rufus 1028. 39.
Ardinton Petrus 506. 30. *Serlo* 506. 30.
Arenis Guido 141. 8.
Arennes Tho. 421. 40. *Will.* 808. 13. *Warinus* 993. 31.
Argenteon Peverellus 905.
Argentine Rog. 264. 39.
Armenters Rob. 531. 56: 547. 47. *David.* 533. 4. *Will.* 533. 6.
Arraby 344. 51.
Arſic Manaſſerus 118. 21: 1028. 42. *Galfridus* 507. 14. *Robertus* 244. 66: 528. 37. *Rogerus* 230. 21.
Artacenſis Vicecomes Goſſelinus 949. 49: 995. 37.
Arthurus Britan. Rex, aulam & Cameram in caſtro *Dovor.* conſtruxit 1. 47: 3. 54. Bellavit ſuper Berhamdune 3. 57.
Arturet Joh. 152. 19.
Arundel Johannes 394. 60: 799: 21. *Henricus* 442. 6. *Mathæus* 421. 44. *Robertus* 510. 33: 551. 32. *Rogerus* 510. 33: 799. 20: 808. 65.
Arundeliæ Comitum Origo 193. 11.
Arundel Comes Edmundus 68. 63. *Hugo* 929. 5. *Ricardus* 68. 65: 69. 1: 228. 9. *Willielmus* 143. 33: 920. 15: 929. 3. *Iſabella* Comitiſſa 929. 50.
Aſemunderlawe Will. 425. 15.
Aſke Hugo 197. 40.
Aſke Rog. 650. 29: 370. 17.
Aſkebi Jord. 531. 53: 547. 50.
Aſlacton Walt. 95. 34.
Aſquitade Rolandus 637. 63.
Aſrugge Petrus 90. 61.
Aſtley Tho. 354. 14. Vide *Eſtley.*
Aſtmel Will. 397. 19.
Aſſton Ric. 663. 50.
Aſwy Rad. 382. 17.
Athelſtanus Rex Angl. 840. 50: 857. 50.
Athelſtanus Dux (Merciorum) militiam Chriſti in *Glaſtonienſi* Cœnobio ſuſcepit 841. 29.
Athelwald Ric. 22. 26.
Atone Gilb. 164. 24: 801. 58: 819. 48. 56: 820. 5.
Aubeni Rob. 531. 15. 36. *Elias* 534. 52. *Rad.* 534. 65. *Reinerus* 920. 64. Vide Albinei.
Aubervil Hugo 921. 17. *Rob.* 921. 18. *Willielmus* 246. 18. 19: † 622. 20.
Aubrincis Matilda 245. 13.
Aucenſis Comes Rob. 950. 16: 956. 23.

Index Virorum.

Aucenſis Gomitiſſa Lecelina 950. 65.
Auco Ingelramus 25. 54: 26. 24.
Audeham Tho. 460. 65: 897. 32.
Audley Hugo 938. 62: 258. 3. *Jacobus* 225. 32. *Mauritius* 277. 60. Vide *Alditbley.*
Aveneburi Matilda. 68. 12.
Avenel Gerv. 268. 60. *Nich.* 301. 42.
Avenel Hervæus 910. 46.
Avenel Rad. 71. 8. *Ric.* 970. 30. *Rob.* 599. 45. *Rog.* 152. 17: 242. 10.
Avener Alanus 548. 30. *Will.* 9. 11: 268. 59: 312. 52.
Averenges Joh. 250. 23.
Averes Rob. 535. 3.
Aufranville Walt. 978. 8.
Augi Comes Radulfus de Yſſondun 921. 22. *Henricus* 920. 46. 19. *Johannes* 920. 49: 976. 67.
Aula Warinus 551. 28: 530. 31.
Aulum Rob. 825. 2.
Aumeri Gilb. 648. 19.
Aunger Jocelinus 131. 46.
Aungervill Sibilla 613. 44.
Aungevyn Philippus 646. 12.
Aureavalle Will. 969. 55.
Aurichestune Joh. 638. 45.
Auring Henr. 599. 48.
Aurundel Rob. 83. 11.
Auſneville Will. 970. 22.
Auxevill { Rad. Will. } 409. 40. 65.
Ayſcogh Will. 479. 59.

B

BA Henr. 151. 37.
Ba Regin. 157. 55: 159. 47: 791. 18.
Baa Gilb. 536. 47.
Bachentune Rob. 908. 49.
Bachepuz { Galfr. 870. 29. Rob. 547. 20.
Bachiler Rob. 1024. 23.
Bacod Ric. 554. 41.
Bacun Ric. 267. 14. *Will.* 260. 2.
Badleſmere Barth. 68. 18: 77. 23: 225. 54. *Gunſelinus* 187. 70.
Baelun Regin. 884. 60. *Emelina* 884. 61. *Hamelinus* 884. 2: 904. 45.
Bagenold Will. 261. 33.
Bagot Hervæus 129. 61.
Bahamune Juliana 711. 66. *Steph.* 912. 10.
Bainard Will. 148. 58. *Galfr.* 369. 29: 909. 19. *Radulfus* 909. 19.
Bajocenſis Epiſcopus Odo 950. 36: 996. 44.
Bajocis Alanus 589. 41: 591. 1: 791. 34. *Hugo* 533. 38. 42. 44: 536. 39. 45: 547. 66: 589. 41: 590. 3. 27: 591. 8. 20: 791. 19. *Matildis* 532. 44: 537. 3. *Ranulfus* 532. 54: 589. 40: 590. 33. *Ricardus* (Gampio Regis H. I.) 973. 5. *Supirius* 791. 37. *Robertus* 536. 52: 791. 35. *Willielmus* 791. 35.
Baius Tho. 299. 10. Vide *Bayhus.*
Baienville { Will. Rob. } 9. 60.
Bakepuz Johannes 267. 24. *Robertus* 1015. 16. *Walt.* 599. 50.
Baldredus Rex Weſt Saxonum 839. 27.
Baldricus 978. 16.
Baleya Will. † 622. 42. *Gilbertus* † 622. 44.
Baletone Henr. † 622. 13.
Baliol Alexander 850. 25.
Baliol Bernardus. † 88. 17: 183. 57: 510. 24: 523. 11: 524. 44: 531. 14. 22: 543. 18. *Euſtachius* 510. 14. *Gaufridus* 908. 30. *Goſcelinus* 142. 57: 285. 6. *Hugo* † 88. 45. 46: 612. 10. *Johannes* 543. 4: 846. 47. *Ingelramus* 523. 25. *Oſbertus* 128. 34. *Radulfus* 574. 62. *Simon* 556. 13. *Wido* 1012. 45. *Willielmus* 96. 56: 98. 31.
Balle Ric. 48. 49.
Bamburgh Johannes 479. 55.
Banaſtre Thurſtanus 268. 18. *Rob.* 119. 21: 303. 36. *Warinus* 631. 53.
Barbo Rob. 554. 42.
Barcheworth Will. 797. 30.
Bard Dodo 1015. 41. 18. *Hugo* 1015. 40. *Ric.* 150. 24. *Thomas* 953. 14.
Bardolf Hugo. † 94. 65: 643. 34: 644. 17. 24: 808. 65. Dapifer Regis H. 2. 991. 14.
Bardolf Hamelinus 644. 16. *Johannes* 879. 53. *Radulfus* 175. 31: 809. 1. *Robertus* 644. 34. 59. Ejus ſtemma 645. a. b. *Thomas.* 302. 48.
Barectur Johannes 548. 59.
Barentine Drugo 545. 13.
Barenton Humfr. 16. 47: 294. 55. *Nich.* 23. 43.
Baret Joh. 476. 18.
Bareville Rob. 822. 38: 825. 3.
Barkeſton Odo 98. 61. *Thomas* 327. 50. *Willielmus* 446. 10.
Barkeſworth Rob. 99. 39.
Barkerthorp Rob. 105. 67.
Barkworth Rad. 597. 11. 26.
Barnard Rog. 530. 51.
Barneville Will. 106. 1. *Jordanus* 910. 51: 970. 10. *Paganus* 910. 51.
Barones quidam teſtes Cartæ Regis *Henrici* primi 972. 60.
Barow Alicia 543. 15.
Barre Tho. 185. 21. *Will.* 302. 65: 610. 36. 48. *Philippus* 1046. 9.
Barry Will. 1020. 39: 1023. 14. *Johannes* 172. 58.
Bars Will. 31. 40.
Barſecote Sim. 256. 65.
Barſtaple Johellus 7. 19.
Barton Nich. 18. 4.
Barton Will. 558. 6: 644. 49: 650. 28. 54. *Galfridus* 631. 56.
Bartun Johannes 172. 58.
Baskervill Rad. 71. 32. *Walt.* 72. 59.
Baſing Rob. 544. 10.
Baſſet Alanus 659. 43. *Alicia* 284. 56. *David* 1028. 38. Fulco 284. 57. *London.* Epiſc. 284. 49. *Gilbertus* 283. 19: 526. 36: 542. 22. *Johannes* 266. 43. *Nicholaus* 35. 52. *Oſmundus* 269. 18. *Petrus* 35. 47: 540. 10. *Philippus* 284. 37. 43: 341. 43: 605. 7. *Philippa* 142. 33. *Radulfus* † 630. 9. *Ricardus* 4. 23: 90. 46: 91. 27: 134. 49: 387. 24: 602. 9. *Robertus* 532. 25: 537. 10. 13: 548. 1: 1052. 28. *Thomas* 15. 38: 256. 58: 284. 57: 294. 39: 1040. 15.
Baſſet Will. 15. 38: 269. 10: 315. 66.
Baſſingburne Johannes 882. 50. *Maria* 320. 21. *Warinus* 252. 3: 264. 37. † 624. 65: 918. 58.
Baſtard Hubertus 631. 52.
Baſtenthwait Rob: 427. 10.
Bataille Adam 822. 39. *Steph.* 94. 33. *Theophania* 88. 27. *Walterus* 592. 57. *Willielmus* 822. 39.
Bateman Rad. 321. 60.
Bathonia Hugo 266. 59.
Batvent Eudo 537. 33.
Baudefer Hugo 336. 3.
Bavent Adam 183. 24. *Michael* 594. 24. [illegible]*dus* 615. 63.
Baul[illegible] 800. 10.
Baynard Galfr. 75. 21. *Juga* 75. 11. *Will.* 75. 25.
Bayns Hugo 200. 38. [Vide Bajocis.] *Reginaldus* 151. 15. *Rogerus* 151. 14.
Beaufo Amari 1035. 36.
Beaupre Joh. 902. 53.
Beauver Rad. 372. 36: 395. 39: 555. 15.
Beauvies Walt. 978. 10.
Bebaldethaytes Jordanus 650. 49.
Bec Walt. 796. 1: 804. 40. Ejus ſtemma 804. 60.
Beche Everardus 33. 62: 33. 7. *Henr.* 147. 41.
Becco Ric. 458. 64. *Willielmus* 458. 64.
Bechet Will. 795. 9.
Bechevill Hubertus 907. 19.
Beckebury Hugo 254. 14; 256. 13.
Bedfordiæ Dux Johannes 522. 40.
Bedminſtre Alanus 233. 12.
Beke Johannes 644. 22.
Bekeford Regin. 529. 49.
Beket Gilb. 411. 24. *Johannes* 596. 47. *Riſ.* 1046. 12.
Bekering Petrus 230. 20.
Belauny Rob. 613. a.
Belch Will. 528. 53.
Belchamp Sim. 376. 16. *Willielmus.* 4. 55.
Belebet Rad. 536. 23.
Beleſme Guil. 989. 33. *Robertus* 956. 23.
Beleſcoth Adam 141. 19.
Beler Rogerus 344. 20. 38: 346. 34. *Willielmus* 344. 37. *Hamo* 555. 15. *Radulfus* 344. 40: 398. 62.
Belhus Ric. 615. 58.
Beleſbi Yvo 538. 14.
Beleſtede Will. 419. 37.
Belet Hervæus 235. 39: 326. 62. *Hugo* 204. 38. *Johannes* 664. 25. *Michael* 234. 33: 326. 13: ejus Fratres 326. 19. 20. *Robertus* 276. 19.
Belfou Ric. 996. 17.
Bellaſton Baldw. 653. 17.
Belew (ſive de Bellaquâ) Johannes 149. 28: 150. 26. *Adam* 557. 2. *Thomas* 417. 15. *Willielmus* † 94. 37.
Bello Alneto Rob. 664. 49.
Bellofago Alanus 296. 19.
Bellofago Amilricus 1029. 4. *Emma* † 94. 31: 96. 23: 880. 30. *Hamaricus* 1025. 32. *Radulfus* † 94. 41. 23.
Bellocampo Eudo 596. 10.
Bellocampo H. 904. 35. *Hugo* 157. 16: 158. 14: 28. 17: 159. 54: 162. 50: 508. 6: 530. 53: 546. 42. *Henricus* 878. 49. *Nicholaus* 157. 50. *Oliverus* 157. 17. *Paganus* 135. 38: 793. 16: 878. 50. *Ricardus* 157. 51. 63. 30: 159. 46: 613. 6: 878. 45: 904. 1: 908. 19. *Rogerus* 157. 54: 158. 6: 877. 38: 878. 39. *Robertus* 326. 53: 395. 42: 908. 15: *Simon* 793. 67. *Stephanus* 295. 30: 526. 3: 878. 50. *Walterus* 878. 50: 904. 1. *Willielmus* 529. 40: 794. 21. [Vide *Beuchamp.*]
Bellomonte Gaufr. 878. 5.
Bellomonte Henr. 350. 5: 956. 17: 959. 8: 972. 30: 1006. 31. *Ricardus* 967. 30. *Robertus* 972. 31. *Rogerus* 313. 37: 957. 8: 972. 35: 974. 28.

Bellunt

Index Virorum.

Bellunt Rad. 42. 66: 369. 56.
Belmeis Alicia 147. 40. *Philippus* 145. 10. 42. 40: 147. 30. *Ricardus* 144. 46: 145. 64: 146. 30: 993. 5. 43. [Vide *Beumeis*.]
Belmunt Ric. 134. 27.
Belt Rogerus 397. 56.
Belvere Rad. 191. 17.
Benburge Johannes 112. 47.
Bendavill Aluredus 508. 1. 22: 510. 58: 543. 48.
Bendenge Petrus 82. 38.
Benet Walt. 998. 2.
Benetham Will. 425. 54.
Beningwrth Rog. 537. 30: 796. 64: 797. 25. *Gilbertus* 797. 38.
Bentele Thomas 350. 25.
Benthale Hamo 915. 41: *Philippus* 916. 2.
Bentune Gualt. 395. 13.
Beortulphus Rex Merciorum 852. 20.
Bercale Will. 71. 6.
Berch Ric. 825. 36.
Bercleſwell Nich. 261. 33.
Berdeſeye Rog. 425. 65.
Bereford Henr. 242. 27; 831. 45. *Hugo* †629. 18. *Humfridus* 242. 27. *Simon* 344. 48: 1003. 32. *Walt.* 831. 47. *Willielmus* 280. 5: 902. 51.
Berehe Rog. 543. 23.
Bereville Alicia. 95. 1. *Willielmus* † 94. 44.
Berewik Joh. 545. 46.
Bereſſe Ric. 435. 28.
Berkes Rog. 299. 2.
Berking Will. 82. 21.
Bergates Euſtach. 532. 46.
Berewik Joh. 545. 46.
Berkley Henr. 194. 11. *Thomas* 225. 35: 605. 58. *Robertus* 301. 39: 887. 65. *Rogerus* 209. 5: 912. 33.
Berlay Henr. 557. 2.
Bermecort Will. 989. 19.
Bermingham (*ſcil.* Will. filius Petri) 907. 48.
Bernak Will. 297. 51: 630. 14. *Gervaſius* 610. 52. *Ricardus* † 630. 6.
Bernaldby Will. 151. 23.
Bernavill Galfr. 88. 54.
Bernehus Will. 525. 10. *Nicholaus* 525. 11.
Bernes Ric. 610. 60.
Berneriis Rad. 171. 72. 386. 56. *Hugo* 884. 53. *Will.* 590. 11. *Johannes* 336. 6. *Ricardus* 207. 27.
Berſtaple Ric. 893. 28.
Bertoaldux Dux 964. 37.
Bertram Guido 203. 15. *Henricus* 883. 39. *Ricardus* 203. 15: 917. 3. *Robertus* 917. 1. *Rogerus* † 87. 54: 203. 15: 204. 6. 46: 557. 15: 612. 40: 916. 54.
Bertram Rog. † 87. 54.
Bertran Rob. 957. 10. *W.* 957. 10.
Bervile Will. 532. 50.
Beſton Herbertus 35. 19. *Robertus* 36. 64.
Bethún Rad. 631. 51. *Rogerus* 631. 51.
Beuchamp (de *Bedford*) Will. 240. 31. *Milo* 243. 50.
Beuchamp [Vide *Warwici Comes*.]
Beuchamp Paganus. 238. 24; *Simon* 238. 14: 239. 11. 24. *Willielmus* 193. 54.
Beverel Jordanus 152. 22.
Bevill Math. 247. 14. *Ricardus* 415. 44.
Beverley Reinerus 164. 25. *Johannes* 822. 35.
Beumeis Ricardus (Decanus Eccleſiæ S. *Alcmundi* Salopiæ) 942. 17. *Robertus* 25. 33.
Beygle Lucas 610. 32. 63. *Serlo* 610. 65.
Beylham Rad. 88. 48.
Beynin Gerardus 542. 34.
Beyſin Walt. 915. 29.
Bidon { Halnadus 589. 2.
Hanelacus 200. 13.
Ermingarda 613. 22. *Johannes* 613. 25. *Walterus* 202. 7.
Bigot Alanus 650. 8. Amabilis 650. 2.
Bigot Hugo 4. 20: 90. 14. Dapifer 7. 8: 134. 47: 295. 32: 387. 27: 872. 2: 929. 42: 978. 20. *Rogerus* 15. 36: 972. 63. *Ricardus* 109. 30. *Thomas* 112. 43.
Bigot Hugo Comes (*Norff.*) 274. 32: 640. 58.
Bigrame 319. 59.
Bikeſley Oſb. 108. 64.
Biknore Rob. 358. 11.
Bilingai Petrus 195. 27: 395. 39: 533. 12: 813. 39: 814. 13.
Billiburgh Hugo 172. 24.
Bilney Rob. 22. 27.
Bincourt Joh. 608. 19.
Bingham Will. 422. 57.
Birches Rad. 268. 62.
Birkin Adam 34. 27. *Johannes* 288. 48: 541. 63.
Biron [Vide *Burun*.]
Biſa Will. 999. 29.
Biſet Henricus. † 93. 30. 49. 13: 95. 5: 409. 28: 440. 40.
Bartholomeus 409. 15. *Manſerus* † 93. 49: 93. 49. Dapifer 4. 55: 156. 23: 202. 18: 408. 6: 409. 33. *Johannes* 440. 64. *Ernulphus* † 93. 49. *Willielmus* 993. 29.
Bitering Galfr. 615. 63.
Blabi Hugo 316. 1. *Johannes* 397. 57.
Blakeburne Adam 454. 48. *Johannes* 454. 49.
Blakeford Rob. 323. 43.
Blakenham Benedictus 460. 66.
Bland Petrus 207. 66.
Blankaigel Joh. 550. 60.
Blanknei Randulphus 533. 3. *Rogerus* 532. 67.
Blaſton Will. 645. 34.
Blen Hamo 428. 27.
Blenumd Will. 82. 63.
Bloen Johannes 111. 23.
Bloet Robertus 301. 40. *Radulfus* 887. 61. *Sampſon* 530. 33. *Walterus* 530. 42: 887. 63: 989. 50.
Blondel Johannes 794. 66.
Bloſſevill Rob. 202. 20.
Blount Henr. 330. 54. *Will.* 69. 61. [Vide *Blundus*.]
Bluet Will. 208. 25. *Petronilla* 887. 31.
Blumvile Ric. 594. 52.
Blundel Will. 834. 36. *Johannes* 117. 57. *Henr.* 117. 56.
Blunden Ric. 113. 43.
Blundus Gilb. 184. 13. Ejus progenies *ibid.* 597. 10. *Adam* 814. 51. *Alexander* 266. 47. *Humfridus* 287. 35. *Johannes* 814. 52. *Willielmus* 878. 48.
Bluſſul Paganus 200. 2.
Bobi Hugo 446. 9. 605. 63.
Boceio Rob. 525. 11.
Bochart Rad. 47. 34.
Bockerel Andreas 542. 32.
Bocland Alanus 323. 58.
Bocland Tho. 267. 22: 530. 37. *Hervicus* 530. 37. *Gaufridus* 437. 40: 821. 4: 914. 21.
Bodeham Will. 921. 61.
Bodinham Will. 920. 46.
Boec Walt. 536. 20.
Boeli Osbertus 236. 6.
Boels Nich. 241. 65. *Henricus* 242. 17: 794. 52.
Boidele Alanus 800. 30.
Boivil Ricardus 507. 8. [Vide *Bovill.*]
Bohun Humfr. 4. 20: 7. 34: Conſtabularius Regis H. 2. 15. 35: 67. 47: [*Ejus progenies* ibid.] 119. 10: 134. 48: 219. 17: 341. 1. Dapifer *Henrici* Ducis *Norm.* 1002. 64. *Engelgerius* 114. 60: 128: 29: 970. 34. *Margareta* 72. 21. 30. 72. 30. *Matilda* 75. 52. 55. *Savaricus* 442. 67.
Bois Hugo 56. 57.
Boivill Johannes 482. 26: 650. 29. *Robertus* 424. 58. *Thomas* 650. 62.
Bokeland Alanus 653. 21.
Bolebec Walt. † 87. 67: 529. 1: 592. 25: 593. 4: 611. 52. 32: 917. 21. *Hugo* 154. 8: 593. 4: 611. 42. 53: 917. 29. *Willielmus* 825. 5. *Jordanus* 410. 5.
Bolle Will. 811. 21.
Boleſover Will. 599. 43.
Bollers Beatrix 507. 22.
Bolemer Auſchitellus 846. 7: 34. 66: 36. 47. *Johannes* 822. 41: 825. 49. [Vide *Bumer*.]
Boleſdon Tho. 592. 28.
Bollingal Hugo 147. 45.
Bolonia Faramuſius 135. 33: 526. 55: 530. 45: 913. 15: 953. 43. *Robertus* 532. 21: 537. 53: 548. 4.
Boloniæ Comes Euſtachius 81. 55: 153. 36. *Gilbertus* 537. 25. 54: 548. 4. *Mathæus* 140. 9. *Reginaldus* 275. 65: 812. 32. *Willielmus* 604. 4.
Bolteby Odo 551. 5.
Bolum Alicia 94. 29. *Aliva* † 88. 58. *Jacobus* 917. 15. *Gilbertus* 917. 16.
Bonamcourt Guido 548. 67.
Boniface Hugo 106. 4.
Bonesbor Gilb. 134. 12.
Bonington Rob. 150. 66.
Bononiæ Comes 343. 51. Ida Comitiſſa 1012. 15. [Vide *Boloniæ* Co.]
Booſt Tho. 479. 38.
Borde Simon 246. 45.
Bordels Regin. 538. 34. 60.
Bordenei Regin. 312. 42: 906. 30.
Bordeſdene Tho. 82. 45.
Born Rog. 446. 5. *Radulfus* 921. 62.
Borſton Rog. 984. 45. 49.
Boſchervill Galfr. 547. 22.
Boſco Ernaldus 277. 19: 309. 16. 13: 311. 13. 36. 49: 887. 28: 986. 17. *Galfridus* 248. 34. *Willielmus* 171. 7: 386. 42: 544. 6: 545. 39. *Ricardus* 152. 18.
Boſinton Ric. 325. 36.
Boſovill Will. 114. 61: 228. 30.
Boſvill Helias 37. 34.
Boſworth Rob. 312. 5.
Boſſale Ric. 809. 3.
Boteler Henr. 1033. 4. *Robertus* 593. 7: 965. 53. *Radulfus* 266. 58: 965. 53. *Jacobus* 68. 27. *Theobaldus* 925. 13. *Willielmus* 303. 35: 344. 31.
Boterel Will. 207. 66: 209. 12: 286. 30: 907. 3.
Boteri Rog. 986. 35.
Botereux Regin. 902. 51. *Willielmus* 902. 50: 483. 59.
Botetort Johanna 657. 53. *Johannes* 657. 10. 57.
Botevilain Will. 335. 10. † 629. 15.

Index Virorum.

Botteleſden Rob. 106. 4.
Bovil Ric. 49. 60. *Will.* 87. 38. *Otvetus* 526. 6. *Mathæus* 543. 29. *Hugo* 902. 52.
Bovinton Walt. 164. 54: 809. 2: 1024. 22.
Bourton Henr. 254. 20.
Braal Rad. 129. 64.
Brabazun Rog. Juſticiarius Regis 278. 52. *willielmus* 344. 48.
Brabanhoun Rog. † 629. 62.
Bracebrig Johannes 327. 45. *Iſabella* 184. 51.
Braci Will. 141. 56.
Bracking Theob. 82. 34.
Brade Rikewardus 638. 22. *Randulfus* 638. 23.
Bradley Haimundus 102. 11. *Humfridus* 156. 22.
Bradworthyn Steph. 263. 4.
Bradway Alanus 611. 16.
Bradwell Will. 185. 19.
Braham Euſtachius 878. 3. *Rogerus* 878. 3.
Brai { *Rogerus* *Milo.* } 16. 10. *willielmus* 143. 42: 330. 22. *Johannes* 278. 54. *Robertus* 242. 29. *Radulfus* 613. 49. 59: 242. 29.
Braibroke Henr. 160. 58: 243. 56. *Robertus* 884. 38.
Braileſford Henr. 231. 7.
Braitoſt Gualt. 851. 24.
Brakenbergh Rog. 425. 24.
Bramewic Ric. 655. 38.
Brampton Will. † 629. 39.
Bramton Brianus 528. 4. [Vide *Brompton.*]
Brancewelle Wido 791. 38. *Wigot* 589. 47: 591. 2.
Branche Ric. 637. 26.
Brandeſton Godwinus 870. 31.
Brandon Hugo 918. 41.
Braoſe Willielmus 302. 47: 331. 44: 508. 41: 525. 22: 973. 43: 1009. 12. *Philippus* 523. 6: 908. 1: 972. 40: 973. 44. *Robertus* 613. 27: 973. 13.
Bras Gaufr. 853. 1.
Brehul Benedictus 275. 1.
Bremdon Rob. 250. 3.
Breouſe Katherina 359. 10. *Willielmus* 555. 35.
Bret Johannes 255. 13: 650. 59: 665. 10. *Radulfus* 129. 63. *Robertus* 331. 46: 665. 19. 58. *Simon* 18. 36. *Ricardus* 331. 47. *Willielmus* 10. 56: 608. 19: 665. 67. *Matildis* 665. 10.
Bretolio Will. 956. 22.
Breton Rog. 608. 20. *Philippus* † 630. 28. *Willielmus* 878. 47.
Brettevile Galfr. 158. 10. *Willielmus* 157. 22: 158. 38. 44: 159. 17.
Bretton Petrus 901. 56.
Brews Alianora 68. 7. *Willielmus* 66. 51. Ejus progenies *ibid.* 69. 18: 194. 1: 223. 10: 332. 52. *Matilda* 223. 29. *Johannes* 332. 54: 549. 67.
Brews de Brecnok *Willielmus* 325. 66: ejus liberi 325. 1: 988. 50. *Johannes* 325. 23. 44.
Bricet Hamelinus 88. 5. *Walterus* 84. 10. [Vide *Briſet.*]
Briceville Will. 970. 53. *Thomas* 970. 55.
Briddeſhale Simon 99. 40.
Briegewere Joh. 653. 12. *Willielmus* 653. 19. [Vide *Briwere.*]
Brincheworth Galfr. 202. 30. *Radulfus* 409. 40.
Brinnington Johannes 608. 21.
Brinton A. 886. 29. *Wyſerus* 886. 66. *Robertus* 888. 61.
Brionenſis Comes Gilb. 952. 50.
Briquevil Rob. 971. 1.
Briſelingthorpe Walt. 644. 2.
Bertramus 644. 3.
Briſet Jordanus 505. 1: [ejus ſtemma *ibid.*] 506. 9: 541. 67: 542. 9.
Briſewurth Hubertus 21. 37. 65.
Britannia Johannes, Comes Richmundiæ 196. 44.
Britanniæ, Cornubiæ & Richmundiæ Comes Alanus 902. 59. *Conanus* 902. 57. *G.* 510. 26.
Britanniæ Gomitiſſa *Margareta* 210. 15: 883. 34.
Britanniæ Comitis *Stephani* filia *Matildis.* 164. 18.
Britanniæ Comitis fratres; *ſcil. Robertus, Brianus, Reginaldus* 883. 36.
Britanniæ Dux *Conanus* 883. 17: 1013. 4. *Conſtantia* Duciſſa 1012. 63.
Brito Anſgerus 910. 49. *Rogerus* 83. 21: 294. 65. *Robertus* 41. 30: 41. 45: 49. 59. *Willielmus* 71. 8: 195. 9. *Johannes* 878. 39. *Gualterus* 880. 60. *Robertus* 535. 48.
Britolio Will. 985. 57: 986. 39.
Briton Rad. 53. 29: 54. 41: 56. 58. *Simon* † 625. 31. *Rogerus* 884. 54.
Briwere Will. 179. 37: 322. 19. 52: 323. 46. 7. 56: 324. 39: 325. 6: 432. 48: 652. 15: 653. 9. 43: 654. 29. 16: 887. 64. *Johannes* 324. 43. *Ricardus* 912. 23.
Broc Simon 242. 48. *Robertus* 242. 48. *Walt.* 960. 64.
Brocleſbi Alanus 589. 4.
Brocton Tho. 253. 9.
Broi Rob. 531. 48.
Brolet Rob. 886. 50.
Brolecurt Herbertus 915. 47.
Brom Rog. 920. 65.
Bromford Hubertus 25. 24.
Bromle Adam 886. 32.
Brompton Brianus 217. 35: 988. 50. *Johannes* 217. 36. [Vide *Bramton.*]
Bronewiz Johannes 663. 51.
Broſele Walt. 71. 9.
Brotherton Thomas Comes Mareſcallus 225. 40.
Broughton Johannes 478. 65: 297. 64.
Broy Robertus 794. 51.
Brucurt Rob. 20. 11.
Bruere Martinus 544. 3. *Radulfus* 551. 23. *willielmus* 67. 10: 62. 44. Ejus progenies *ibid.*
Bruges Ric. 254. 5. 10.
Bruis Rob. 910. 52.
Bruile Henr. 1052. 31.
Brumare Rob. 409. 41.
Brun Regin. 274. 34. *Galfridus* 792. 28. *VValterus* 383. 20. *VVillielmus* 384. 48: 915. 44. *Radulfus* 592. 59. *Helias* 592. 59. *Helias* 592. 59.
Bruncoſt Petrus 152. 25.
Brunham Tho. 397. 56. 32.
Brunnewiz Johannes 662. 14.
Brunnington Johannes 608. 23.
Brus Adam 43. 49: 148. 14: 200. 22: 402. 20: 539. 55. 57: 540. 18. *Bernardus* 417. 50. *Johannes* 152. 17. *Iſabella* 417. 4. *Petrus* 43. 57: 44. 17: 150. 55: 290. 7: 400. 58: 401. 47. 8. 402. 8: 636. 19.
Brus Robertus 80. 27: 147. 15: progenies ejus 148. b. 149. a. & 150. a. 151. 50: 152. 36. *Robertus* 202. 9. 60: 402. 16: 417. 26: 442. 3: 531. 62: 845. 60: 846. 47. *Paganus* 202. 60. *Rogerus* 401. 38. *Simon* 401. 65. *VVillielmus* 151. 56: 152. 17: 152. 37.
Bruſia Will. 549. 60.
Brut Johannes 662. 15.
Bruttevil Galfr. 508. 15. [Vide *Brettevill.*] *VVillielmus* 242. 29.
Bruton Rob. 150. 32.
Buch { *Adam* 401. 30. *Gozelinus* 161. 52: 162. 59.
Buche Hugo 148. 59. *Radulfus* 161. 29. *Rogerus* † 624. 53.
Bucheam Rad. 274. 34.
Bucheton Alex. 799. 22.
Buckton Will. 164. 60: 276. 15. *Radulfus* 538. 36.
Buci Walt. 141. 25.
Budelers Steph. 129. 36: 529. 32. *Robertus* 146. 21.
Budli Will. 554. 44.
Buffyn Tho. 340. 38.
Buggi Will. 664. 26.
Bught Rad. 162. 59.
Buhery Walt. 395. 51.
Bullli Will. 34. 28.
Buiſlei Rog. 535. 25: 547. 63.
Buiſſun Ric. 637. 64.
Bukerel Petrus 549. 14. *Andræas* 248. 17.
Bulles Rog. 547. 66.
Bulmer Bertramus 98. 60: 106. 5: 800. 58. *Johannes* 99. 57: 822. 36.
Bulzun Rob. 8. 35.
Bundy Rob. 334. 14.
Buoc Rad. 163. 37.
Burcote Will. 292. 53.
Burdet Will. 276. 14: 398. 22. 41. 66: 398. 34: 531. 42. *Robertus* 398. 60. *Nicholaus* 795. 20.
Burdun Hamo 329. 56. *Johannes* 532. 2: 534. 3. *Willielmus* 591. 43.
Bureford Walt. 300. 22.
Burel Rob. 82. 16. *Willielmus* 544. 53. *Henricus* 887. 63.
Burgate Rob. 547. 50. *Petrus* 878. 26.
Burgh Will. 228. 22. *Radulfus* 261. 32.
Burgh Comes Ultoniæ 227. 51: 228. 9.
Burgham Johannes 22. 28.
Burgherſh Barthol. 69. 60.
Burghul Rog. 263. 40.
Burgo Eliz. 258. 24. 48: 259. 53. *Hubertus* 21. 59. Juſticiarius *Angliæ* principalis 327. 58: 330. 40. Camerarius Regis *Johannis* 604. 46: 955. 54. [Vide *Cantii* Comes.] *Ricardus* 21. 20: 1028. 35. *Johannes* 329. 44. *Serlo* 801. 35. *Thomas* 596. 59. *Reimundus* 329. 44.
Burguylon Will. † 622. 28.
Burmyngham Henr. 757. 40: 1028. 37. *Robertus* 1039. 63.
Burnel Rob. 251. 26: 1048. 15. *Rob. Bathon. & Wellen.* Epiſc. 889. 6. *Philippus* 256. 54. *Rogerus* 532. 13: 533. 43: 653. 22. 2.
Burnavil Rob. 87. 40: 88. 2.
Burne Hugo 147. 59.
Burnelbi Rog. 548. 36.
Burnes Will. 458. 2.
Burre Sampſon 19. 65.
Burton Will. 249. 52: 984. 54. *Thomas* 336. 22: 615. 62. Nigellus 650. 61.
Buſci Will. 190. 59: 195. 8. *Oliverus* 192. 37: 397. 59. *Robertus* 397. 60: 395. 38.
Burtun Rob. 312. 12.
Burun Gaufr. 200. 57. *Rogerus* 446. 6: 510. 67: 547. 24. *Robertus* 264. 44: 631. 53: 797. 522.

Burwardle Warinus 907. 21.
Buſey Nich. 8. 39.
Buſſy Galfr. 646. 42.
Buyſſy Will. 105. 55. *Jordanus* 105. 56. *Rogerus* 105. 56.
Buſſel Hugo 171. 1: 386. 36: 647. 58. 3. *Ricardus* 604. 35. *Walterus* 171. 35.
Buſhell Warinus 852. 32. *Ricardus* 852. 34. *Albertus* 852. 36. *Robertus* 305. 49: 852. 39. *Galfridus* 306. 2. 5. 852. 41. Walt.
Buſſone Gaufr. 970. 28.
Buteler Rad. 589. 2.
Buthe Regin. 662. 43.
Buveneye Galfr. 250. 25.
Bycham Will. 880. 8.
Bykerſtath Rad. 305. 54: 306. 54.
Byrkes Adam 304. 5.
Byronne Johannes 303. 36.

C

CAbergh Alanus 650. 26.
Cade Ernaldus 510. 7. *Will.* 510. 8.
Cadentone Rob. 7. 23.
Cadomo Walt. 878. 5.
Cadurcis Paganus 918. 43. *Hugo* 209. 4. *Willielmus* 607. 59. *Patricius* 918. 57. *Sibilla* 341. 3. [Vide *Chaworth.*]
Calwalader Rex 919. 20.
Cadwalader frater Oweni magni. 47. 10.
Cahaines Ric. 139. 28. *Willielmus* 908. 34. 42. *Hugo* 908. 37. 44: 982. 46.
Cailli Gerardus 533. 60. *Oſbertus* 615. 58. *Willielmus* 909. 40.
Caineio Gerardus 999. 30.
Caines Will. 638. 44.
Caiſneto Oſbertus 645. 52. *Will.* 645. 66. *Johannes* 908. 3. *Hugo* † 93. 64: 95. 12. *Radulfus* 908. 4. 55. 66: 909. 1. [Vide *Cheinduit.*]
Calce Walt. 161. 55.
Calc Johannes 412. 8.
Cales Rob. 545. 52.
Calecot Gilb. 978. 20.
Calmeſdune Ric. 549. 28.
Calne Rog. 208. 2.
Calthorp Oliv. 22. 21. *Walterus Norwic.* Epiſc. 461. 43.
Calton Adam 268. 62.
Calva Rualdus 247. 39. 16.
Calum Will. 599. 44.
Calz Rogerus 200. 43. *Robertus* 531. 50: 533. 51. 60: 793. 3.
Cambord Rob. 539. 36.
Camera Henricus 117. 55: 544. 25. *Hankinus* 887. 28. *Robertus* 907. 20: 918. 44. *Alexander* 918. 45. *Ricardus* 544. 25. *Johannes* 883. 42: 918. 46. *Walterus* 150. 23.
Camerarius Hubertus 81. 35. *Hugo* 548. 19: 395. 41. *Theodoricus* 982. 26. *Rabellus* 1010. 55. *Willielmus* (*Rabelli* filius) 1011. 59. *Benedictus* 200. 29. *Henricus* (Regis H. 1.) 317. 56. *Adam* 200. 31. *Simon* 276. 14. *Stephanus* 536. 23. *Jordanus* 302. 43: 878. 56. *Willielmus* 395. 41.
Camerarius (Comitis *Richmundiæ*) *Robertus* 883. 12. *Radulfus* 883. 35. *Johannes* 907. 20.
Cameringtoa Steph. 419. 17.
Camhou Robertus 917. 25.
Camin Hugo 106. 3.
Camois Rad. 601. 67.
Campania Warnerus 200. 9. *Robertus* 509. 24. *Margareta* 527. 18: 797. 27. *Henricus* 797. 27. [Vide *Champaine.*]
Campaniis Will. 986. 9: 989. 18.
Campans Gilb. 970. 40.
Campdaneyne H. Comes S. *Pauli* 302. 14.
Campellis Will. (Archidiac. *Pariſ.*) 948. 13.
Campendene Oſmundus 263. 4.
Campeuſe Cecilia 540. 32.
Campo Ernulfi Henr. 653. 11. *Jordanus* 969. 67.
Campion Paganus 239. 43: 242. 1. *Stephanus* 242. 2.
Camvill Hugo 139. 27. *Ricardus* 142. 48: 302. 48: 369. 17: 523. 1: 884. 52: 931. 33: 884. 52: 933. 31: 954. 57: 978. 33. *Rogerus* 193. 45. *Gerardus* 302. 48. *Willielmus* 246. 20: 902. 50: 978. 61. *Robertus* 1015. 8. *Gilbertus* 978. 38. *Agnes* 646. 55. *Ida* 341. 43.
Canceis Rob. 537. 36.
Cancellis Andræas 901. 55: 902. 12.
Canci Walt. 106. 1. *Simon* 547. 61. 63: 531. 41: 535. 31.
Candeure Ric. 207. 64.
Candos Rogerus 71. 66. 3. 18: 794. 12. *Robertus* 904. 32. 59: 986. 23.
Candous Philippus 327. 33. *Rogerus* 376. 17. *Iſabella* 954. 37.
Caneto Will. 796. 1.
Cantabrigiæ Comes *Willielmus*, frater *Ranulfi* Comitis *Ceſtr æ* 793. 10.
Cantabrigiæ Comes *Ric.* de *Coneſburgh* 229. 63: 441. 20.
Cantabrig Johannes 259. 39.
Cantelou Alexander 206. 55. *Ricardus* 612. 60.
Cantelou (ſive Cantilupe) *Willielmus* 67. 45: 551. 3: 833. 51. *Robertus* 31. 42.
Cantelupe Will. † 90. 4. 12. 27. 35: 151. 36: 325. 10: 330. 38. *Nicholaus* 231. 50. *Robertus* 248. 36. *Thomas* Epiſc. *Herefordiæ* 346. 6.
Cantii Co. *Thomas Holland* 229. 53. *Hubertus* de *Burgo* 423. 33.
Cantuarienſis Archiepiſcopus *Lanfrancus* 373. 21.
Canutus Rex *Angliæ* 852. 29.
Capel Alicia 184. 37.
Capella Hugo 53. 3. *Robertus* 202. 9.
Capra Galtr. 594. 27. *Will.* 910. 53. *Goffredus* 910. 54.
Capravill Frari 880. 25.
Caraville Henr. 206. 53.
Carbunel Robertus 537. 51: 590. 31. Will. 885. 10.
Cardeville Ric. 664. 13.
Cardinan Andræas 902. 11.
Cardun Will. 538. 34.
Cardunvill Gualt. 880. 60.
Careles Rog. 915. 3.
Careville Hugo 23. 46.
Carew Gawinus 107. 15.
Caril Will. 299. 3.
Carleolenſes ab Epiſcopo *Dunelmenſi* Chriſtianitatem recepturi à Rege *Willielmo* Conqueſtore mandantur 845. 2.
Carlton Will. 102. 49.
Carun Walt. 526. 67. *Margeria* 547. 13.
Carpentarius † Will. 93. 44. 3: 94. 33. *Alanus* 551. 60.
Cary Tho. 306. 42.
Caſtell Herbertus 145. 46: 528. 56. *Hubertus* 546. 5.
Caſtreton Rob. 911. 60.
Cateſbiri Helias 509. 1.
Cateſtun Rob. 615. 60.
Cateſworth Rob. 268. 61.
Catherton Alanus 288. 35. [Vide *Kaderton.*]
Catton Will. 401. 41.
Cattune Raven. 394. 62.
Caudecote Walt. 330. 55.
Cave Margareta 808. 15. *Ricardus* 808. 15. *Alexander* 819. 54. *Petrus* 800. 31.
Cavez Alex. 350. 6: 175. 43.
Cavilla Falcomarus 1000. 59.
Caunceſeld Johannes 650. 58.
Caundel Emma 547. 27.
Caus Jacobus 94. 29.
Cauſton Will. 543. 3. *Robertus* 879. 56.
Cauz Jacobus † 88. 58. *Robertus* † 94 35: 317. 32: 534. 46. 29. 34. 40: 535. 67. *Galfridus* 534. 11. *Hugo* 535. 42. *Oſbertus* 535. 47. *Matilda* 547. 26. S. *Ceadda Lichf.* Epiſc. 120. 39. 44. 52. Fons ejus 122. 18. *Wulfadum* baptizavit 121. 60. nec non fratrem ſuum *Rufinum* 122. 45.
Cenwallus Rex Weſt Saxonum 838. 28.
Ceolredus Rex Merciorum 852. 10.
Cerne Henr. 889. 32.
Cernigton Guil. 432. 52.
Ceſtre Rogerus 1021. 36.
Ceſtreton Radulfus 284. 38: 285. 22. *Bardulfus* 142. 26.
Ceſtria Robertus 612. 54. *Ricardus* 799. 66. *Helias* 1024. 21.
Ceſtriæ Comes Hugo 527. 53: 950. 44: 954. 46: 966. 35. *Lucia* Comitiſſa 809. 61.
Ceſtriæ Comes Ranulphus 233. 42: 260. 53. 54: 267. 17: 268. 30: 280. 20: 312. 6. 42: 388. 61: 510. 49: 527. 51: 531. 48: 532. 33. 13. 16. 19. 21: 537. 16: 547. 3. 11: 548. 15: 613. 46: 809. 10: 851. 45: 871. 59. 16: 984. 19: 1013. 11.
Chaceport Petrus 333. 24. 48: 337. 37. *Hugo* 337. 45.
Chadelington Walt. 276. 20.
Chadleworth Rad. 266. 38.
Chaiſnei Will. 139. 1.
Chalke Walt. 110. 10.
Chamburlein R. 310. 33. *Johannes* 825. 30.
Champaine Will. 631. 17. *Nicholaus* 631. 22. *Robertus* 112. 45. *Petrus* 646. 59: 647. 14. 64.
Champeus Rob. 653. 11.
Champfleure Rog. 529. 51. *Martinus* 663. 50.
Chandos Ric. 263. 3. *Rogerus* 876. 28.
Charenci Rad. 809. 3.
Charnes Regin. 915. 31.
Charnels Rad. 90. 19.
Charrun Guiſc. 92. 42.
Chaucumbe Hugo 279. 22. 58. 16. *Warinus* 809. 19. *Robertus* 279. 34: 280. 21.
Chavincurt Nich. † 622. 30.
Chauncy Simon 797. 39. *Philippus* 797. 39. *Iſabella* 811. 52.
Chaundeler Johannes 472. 15.
Chaure Ranulphus 508. 42.
Chaworth patricius 188. 42: 324. 56. *Paganus* 325. 44. *Thomas* 607. 6: 608. 29: 609. 11. 49: 611. 2. 8. *Willielmus* 611. 9: 977. 3.
Chautune Adam 157. 22: 158. 35:

159. 21. *Willielmus* 157. 55.
Chedworth Thomas 259. 41.
Chednei Will. 593. 53.
Cheleſſord Petrus 527. 16.
Cheinduit Adeliza 35. 39: 37. 18. *Simon* 35. 40: 37. 19. *Hugo* 35. 40: 37. 19.
Chelers Henr. 530. 64.
Cheney Johannes 234. 10. 54: 235. 30: 295. 61: 483. 35. *Hugo* 331. 4. *Petrus* 234. 67. *Willielmus* 235. 30: 297. 48. *Rogerus* 593. 9. 44.
Cheresburg Wiganus 109. 29.
Cherlecote Walt. 831. 8. *Willielmus* 831. 7. *Geraldus* 831. 22.
Cherinton Adam 255. 9. *Ricardus* 255. 23.
Cherles Gilb. 795. 21.
Cherleton Adam 253. 66: 254. 1.
Chernok Ric. 306. 63.
Cherrings Adam 405. 23.
Chetilton Rob. 261. 34.
Chetwind Johannes 147. 49: 317. 62. *Philippus* 317. 62.
Chetwode Radulfus 339. 35. *Robertus* 339. 40.
Chevene Henr. 113. 44.
Cheverel Alex. 207. 30.
Cheurecort Walt. 277. 30.
Cheyntone Hugo 915. 3.
Cheynduit Ulianus 344. 40. *Radulfus* 412. 9.
Chilham Hamo 527. 21.
Chilton Rob. 10. 39: 432. 53.
Chinun Will. 799. 56.
Chiſelford Will. 295. 35.
Chiſhul Johannes 338. 28.
Chiwene Henr. 112. 47.
Chokerell Will. 154. 53.
Chorleton Joh. 224. 27: 225. 37.
Chukehull Hugo 109. 67.
Chyriton Will. 374. 44.
Ciceſtriæ Comes Will. 274. 56.
Claie Petrus 275. 1. 13. *Henricus* 554. 43.
Claiton Jordanus 454. 59.
Clare Will. 664. 19. *Jacobus* 508. 22. *Johannes* 884. 37. *Baldwinus* 953. 41. *Ricardus* 508. 22.
Clare Comites, eorum Origo 193. 11. [Vide *Hertfordiæ* Co.]
Clare Comes *Gilbertus* 507. 51: 508. 35: 510. 53: 530. 27. 43: 531. 6. 12: 900. 51. *Rogerus* 20. 30: 507. 57: 510. 44: 510. 55: 523. 67: 549. 45: 631. 50. *Ricardus* 640. 45: 75. 44. *Matilda* Comitiſſa 188. 34: 510. 19: 546. 32: 547. 37: 884. 32.
Clare, Iſabella (domina de *Berkley*) 884. 28.
Clarentiæ Dux Leonellus 228. 25.
Clavill Walt. 8. 42: 205. 18. *Gilbertus* 362. 19.
Claxſeby Johannes 1015. 9. 10. *Rogerus* 1015. 9. 10.
Claxton Jeremias 664. 46.
Cleie Radulphus 915. 47.
Cleipol Galfridus 531. 60: 547. 51. *Ricardus* 647. 56.
Clement Rogerus 422. 61.
Clens Auſchitellus 970. 44.
Clere Robertus 148. 43.
Cleremunt Alicia 507. 63: 510. 44: 531. 44: 546. 7.
Clesby Harſculphus 197. 43.
Cliff Adam 610. 22. *Johannes* 664. 14.
Clifdon Will. 234. 24.
Clifford Walterus 48. 17. 46: 49. 14: 331. 28. 14: 646. 15: 647. 47. 53: 884. 15: 21. 51: 988. 42. *Rogerus* 48. 23. 27: 331. 2. 45: 897. 31: 918. 22. *Hugo* 331. 4. *Ricardus* 884. 21: 885. 9: 918. 33. *Egidius* 330. 52. *Robertus* 846. 45. *Simon* 72. 58. *Willielmus* 885. 9. *Margareta* 331. 57.
Clifton Reginaldus 637. 66.
Clinton Galfridus 81. 30: 114. 14. 21: 115. 8. 39: 117. 1. 38: 119. 6: 126. 61: 129. 4: 141. 63. *Edwardus* 239. 27. *Henricus* 116. 15: 527. 4: 545. 63. *Johannes* 352. 27. *Jordanus* 548. 24. *Eva* 661. 28: 662. 32. *Willielmus* 81. 30.
Clinton Willielmus Comes *Huntendoniæ*, Vide *Huntend. Comes.*
Cliveland Petrus 151. 20.
Clopton Will. 546. 59.
Clopton Rob. † 630. 24.
Clotingham. Rob. 546. 29.
Clottone Will. 538. 38.
Clovile Savaricus 142. 13.
Cobham Henr. 258. 20: 628. 59: 435. 29.
Coches Rob. 548. 33.
Cocton Sim. † 90. 9.
Codham Mich. 639. 41.
Codicote Will. 376. 12.
Cogan Johannes 233. 9. *Milo* 1039. 62.
Cogepol Ernaldus 242. 57. *Simon* 242. 12.
Coigne Rob. 261. 34.
Coigners Rog. 611. 46.
Cokefeld Rob. 558. 5.
Coker Rob. 10. 40.
Cokerington Johannes 644. 24.
Cokyn Will. 458. 18.
Coldinton Aluredus 26. 40.
Colekirk Alicia 184. 23.
Coleſon Will. 658. 19.
Colet Johannes 437. 42.
Coleworth Hugo 294. 45. [Vide *Culeworth.*] *Willielmus* 292. 47.
Colevill Rogerus 593. 16. *Radulfus* 984. 5. *Philippus* 196. 34: 202. 66: 449. 34: *Willielmus* 268. 19: 532. 11: 538. 49: 880. 50. *Thomas* 397. 59: 540. 46: 881. 7. *Ricardus* 536. 1.
Colingham Aluredus 647. 52. *Walterus* 532. 27. *Robertus* † 630. 30.
Colinham Ric. 611. 25.
Colſhill Laurentius 322. 6.
Colum Walt. 653. 15.
Columbe Will. 269. 23.
Columbers Mathæus 110. 25: 325. 18. *Philippus* 110. 26: 244. 27: 530. 25. *Baldwinus* 530. 61. *Willielmus* 244. 41.
Coluncis Hugo 325. 6.
Columtarius Osbertus 203. 21.
Comba Rog. 889. 34.
Combrug Rob. 269. 63.
Comeriis Will. 903. 14.
Comin Will. † 90. 49. *Johannes* 251. 16. *Maria* 184. 67. *Ricardus* 94. 54. 65.
Conayn Galfr. 998. 21.
Conchis Rad. 966. 30.
Condei Rog. 371. 50. *Alicia* 538. 8.
Condecote Walt. 72. 60. *Hugo* 529. 3.
Coniers 319. 59.
Coniers Will. 917. 48. *Henricus* 917. 45. *Rogerus* 152. 33.
Conſtabularius Will. 161. 26. 47: 162. 56. *Lambertus* 161. 47.
Conſtabularius (*Richmundiæ*) *Roaldus* 394. 45: 649. 50: 902. 18. *Alanus* 883. 34: 903. 9.
Conſtabularius Robertus 164. 53: 200. 25. *Baldwinus* 183. 31. *Willielmus* 799. 53: 823. 52. *Rogerus* 799. 52.
Conſtabularius (de *Flamburgh*) *Robertus* 799. 6.
Conſtabularius *Ceſtriæ Willielmus* 186. 51: 799. 38. *Agnes* filia 799. 37: 801. 43. *Rogerus* 188. 37. Hiſtrionum intra Comitatum *Ceſtriæ* Advocatus 88. 54. *Robertus* 799. 30: 877. 38. *Johannes* 188. 55. 19: 548. 45.
Conſtantine Johannes 915. 5. *Nigellus* 956. 26.
Conſtantine Ric. 46. 56. *Galfridus* 1046. 31.
Conſtentin Tho. 254. 19.
Conſtantinenſis Vicecomes *Nigellus* 950. 58.
Conſtantiis Walt. Archidiac. *Oxon.* 991. 11.
Conſtantiis Johannes Archidiac. *Oxon.* 953. 33.
Contevilla Herlevinus 950. 33.
Cophin Galfr. 323. 44.
Cophull Ric. 304. 48: 305. 67.
Coppegrave Rog. 450. 60.
Corbet Nicholaus 24. 49. *Robertus* 71. 5: 887. 27. *Rogerus* 147. 66. *Thomas* 255. 35. *Walterus* 94. 23: 336. 54. *Willielmus* 337. 4. *Hadwiſa* 362. 34.
Corbicun Petrus 527. 52. 11. 14: 545. 66.
Cordon Petrus 25. 20.
Corneburgh Hugo 148. 58. *Ingeram* 99. 62.
Cornhille Gervaſius 526. 44. *Johanna* 18. 65. *Henricus* 435. 19: 648. 20.
Corney Henricus 82. 35.
Corneys Will. 662. 65.
Cornhampton Adam 664. 67.
Cornubia Hamelinus 910. 48.
Cornubiæ Comes *Reginaldus* 108. 24. [544. 37] *Almerus* 206. 5. *Edmundus* 344. 19: 346. 64: 543. 29: 901. 26: 922. 53. *Ricardus* 834. 7: 901. 34. 60. *Willielmus* 869. 13.
Corri Hugo 152. 19.
Corrun Gaufr. 902. 19.
Coſtein Galfr. 1039. 62.
Coſtentyne Tho. 47. 67. *Robertus* 203. 5.
Cotel Ric. 206. 57. *Robertus* 325. 35.
Coterel Will. 511. 24: 542. 17.
Cotes Will. 258. 29. *Petrus* 603. 21. *Robertus* 293. 20: 312. 40. *Ricardus* 446. 6. *Alanus* 591. 36.
Cottuſmore Johannes 375. 62.
Couele Will. 284. 61.
Coupland Robertus 350. 27. *Alanus* 425. 7. *Ricardus* 425. 7. *Johannes* 426. 11. *Henricus* 1021. 37.
Courtney 6. 62. *Hugo* 68. 35: 179. 62. [Co. Devon. 179. 66.] *Regin.* 1008. 18. *Robertus* 179. 36. 60: 297. 1. *Willielmus* 271. 18.
Cowdray Bened. 919. 52.
Craft Gaufr. 312. 20. *Robertus* 312. 22: 315. 65. *Rogerus* 543. 25.
Cramaville Rog. 18. 38.
Craneewyke Johannes 800. 64. *Waleranus* 799. 21. *Willielmus* 799. 21.
Craſſus Will. 1033. 5.
Craunford Joh. 543. 33.
Crawedone Hugo 611. 44.
Crec Bartholomæus 183. 11: 362. 35.
Crecht Rob. 791. 38.
Creft [Vide *Craft.*]
Crepito Corde Vide *Crevequer.*
Creppings Joh. 397. 55. *Walt.* 878. 50.
Creſacre Joh. 899. 17.
Creſſaunt Will. 597. 40.

Index Virorum.

Creſſy Hugo 154. 41: 593. 58: 978. 33: 1003. 2. *Will.* 53. 2. *Alexander* 533. 67. *Rogerus* 977. 2.
Crevequer Robertus 110. 12. 27. 47: 111. 14. 32 44. 29: 112. 52: 113. 43. 56. *Elias* 110. 40: 112. 66. 57: 113. 57. *Hamo* 113. 6: 245. 10. *Alexander* 796. 28. Ejus ſtemma 796. 2. 809. 50. *Ocardus* 458. 28. *Simon* 797. 44. *Daniel* 526. 65: 110. 40: 111. 8: 112. 66. 2. 44. *Reginaldus* 536. 44: 797. 64. *Emma* 641. 32. *Willielmus* 798. 23.
Creyk Galfr. 329. 55. *Ricardus* 22. 23. *Robertus* 329. 55.
Cridel Walt. 249. 41.
Crieil Ric. 94. 54.
Crigleſton Tho. 288. 53.
Crikelade Walerand 284. 59.
Criketot Guil. 184. 43. [Ejus progenies *ibid.*] 593. 47: 594. 9. *Eva* 184. 63.
Criſpin Rog. 508. 67. *Milo* 535. 67: 954. 29. *Gilbertus* 978. 35. *Willielmus* 953. 58: 954. 24: 956. 27.
Croc Will. 118. 53: 527. 8.
Croer Ric. 540. 58.
Croft Rog. 1024. 36.
Croilli Will. 799. 64. 51.
Croke Regin. 889. 34. *Rogerus* 112. 39.
Crokeſton Galfr. 422. 60.
Crokedayk Adam 92. 43.
Crolli Berardus 536. 47. 54.
Cropthorn Godardus 36. 14.
Croſſebi Galfr. 647. 32.
Croun Petronilla 69. 47: 70. 11. *Alanus*, ejus progenies 96. 50: 70.
Croxmare Gilb. 1015. 11.
Croxton Joh. † 622. 55.
Crun Mauricius 533. 56: 922. 55.
Cryel Bertramus 332. 52: 605. 14. *Nicholaus* 604. 55: 605. 15: † 623. 30. 37. *Margeria* 604. 5.
Cubicularius Will. 1012. 42.
Cugantio Helias 277. 60.
Cuili Hugo 145. 46.
Cukeney Vide *Kukeney.*
Culeſworth Hugo 246. 62. *Ricardus* 293. 7. *Hervicus* 293. 9.
Culture Henr. 8. 46.
Cumbe Hugo 525. 9. *Norm.* 525. 9. *Ricardus* 637. 25. *Baldwinus* 83. 22. 27.
Cumin Walt. † 89. 28. *Ric.* 89. 7.
Cumpton Walerand 117. 54.
Cumtevile Adam 233. 12.
Cundi Osbertus 646. 3. *Regin.* 664. 11. *Rogerus* 369. 24: 395. 51: 528. 18. *Agnes* 331. 15.
Cundale Henr. 596. 14.
Cuntone Rad. 545. 11.
Curbuel Paganus 449. 33.
Curci Robertus 90. 14: 387. 25: 920. 2: 954. 65. *Johannes* 75. 9: 1019. 9: 1020. 22: 1021. 10. 44. 25. 42. 65: 1023. 59. 63. 6: 1046. 49. *Jordanus* 9. 61. *Ricardus* 798. 25: 956. 27. *Willielmus* 9. 49: 920. 29. Dapifer Regis H. 2. 522. 57: 1021. 38. *Alicia* 250. 28. *Maſci* 536. 49.
Curli Will. 116. 7.
Curſon Will. 22. 41: 354. 15. *Ricardus* 548. 38. *Rob.* 593. 8: 614. 63.
Curteis Will. † 625. 16.
Curcellis Wandr. 637. 65.
Curtenai Regin. 15. 36: 294. 39: 814. 59: 978. 32: 1040. 14. *Henricus* 284. 56. *Johannes* 556. 16: 557. 24.
Curthoſe Robertus (filius Regis *Will.* Conq.) 220. 32.
Curtune Ernaldus 45. 55.
Cuſerug Rog. 266. 49.
Cutte Johannes 484. 56.
Cyretone Will. 921. 18.

D

DAcre Ranulphus 132. 13. 15. Ejus progenies *ibid.* *Theobaldus* 74. 22. *Ranulphus* 197. 36. *Georgius* 918. 15. *Elizabetha* 918. 4. *Thomas* 918. 10.
Daci Aſcelinus 34 43: 36. 10.
Daiville Vide *Dayville.*
Dalby Gaufr. 312. 38. 48. *Robertus* 344. 39. *Willielmus* 473. 29: 309. 24: 314. 1.
D'Alnei Will. 119. 20.
D'Altaripa Ric. 102. 14. *Will.* 442. 1. *Philippus* 230. 18: 645. 35.
Dalton Will. † 88. 32.
Dammartin Albericus 87. 11. *Willielmus* 135. 35: 324 50: 908. 12. *Odo* 247. 13: 403. 16. 62.
Damori Rogerus 137. 28: 228 24: 285. 22: 834. 35. *Robertus* 137. 31: 284 57. *Gilbertus* 299. 4.
Daneis Joh. 342 54.
Danenſis Ric. 98. 2.
D'Aneto Fulco 953. 42.
D'Angervill Will. 395. 37.
D'Angervill Bened. 207. 33. *Rogerus* 190. 57. *Robertus* 1009. 11: 192. 38: 193. 19: 371. 49: 395: 37.
Daniel Will. 800: 60. *Johannes* 610. 66.
D'aniſei Turſtinus 961. 21.
Dantſei Milo 207. 28. *Hugo* 279. 66.
D'anvers Ric. 395. 38.
Dapifer Eudo 972. 63. [Vide *Eudo.*]
Dapifer Petrus (*ſcil. Gervaſii Paganelli*) 911. 12.
Dapifer Regis *Willielmi* Conqueſtoris *Stigandus* 997. 4
Dapifer Johannes 816. 6. *Alanus* 894. 37. *Osbertus* 911. 4. *Radulfus* 911. 64.
Darci Rob. 211. 11. Ejus progenies *ibid.* & l. 53. *Henricus* 212. 23: 230. 18. *Johannes* 644. 48. *Michael* 211. 42. *Normannus* 212. 12: 597. 20. *Radulfus* 211. 49. *Robertus* 211. 13. 40. *Rogerus* 211. 36 16: 536. 3. *Thomas* 211. 36. 16: 536. 3. *Philippus* 70. 24: 211. 61: 644. 48: 795. 20. *Willielmus* 212. 19: 1048. 13.
Darell Mamaducus 395. 12. *Willielmus* 195. 9.
Daſtard Will. 205. 59.
Daventre Phil. † 629. 47.
David filius *Lewelini* principis de Aberfraw 338. 65.
Davillers Will. 1021. 20.
Dayloffe Will. 548. 43.
Dayville Rob. 42. 66: 555. 14: 896. 59: 977. 2. *Nicholaus* 977. 6. *Ricardus* 896. 59. *Thomas* 174. 36.
De Flubati Will. 331. 1.
Deincourt Oliverus † 93. 23: 95. 16. *Johannes* 603. 25: 547. 36. *Radulfus* † 92. 14: 94. 17. 53. *Rogerus* † 93. 43: 95. 44. 29. *Walterus* † 93. 26: 532. 35. 43. 45. 64: 533. 5: 596. 13.
De la Beche Nich. 355. 61.
De la Berre Adam 664. 10.
De la Lande Paganus 538. 32.
De la Lay Hugo 288. 51. *Robertus* 290. 12.
De la Mare Adam 887. 63. *Alanus* 49. 7. *Johannes* 889. 31: 19. 13.
De la More Galfridus 549. 9.
De la Planche Rad. 113. 58.
De la Pole Will. 350. 26: 930. 7.
De la Vale Guido 997. 34. *Gilbertus* 611. 46. *Hugo* 24. 50: 34. 24. 47: 36. 58. *Robertus* 612. 41: † 87. 40. 3. *Wado* 554. 24. *Will.* 294. 40.
De la Ward Joh. 77. 1.
De la Ware Johannes 455. 43.
Dene Johannes 298. 8. *Radulfus* 544. 13: 636. 47: 637. 28. *Robertus* 637. 54. *Willielmus* 1028. 36.
Denham Johannes 355. 64.
Denne Amfridus 921. 19.
Denſy Rob. 280. 34.
Denton Rob. 467. 56.
Derbiæ Comes [Vide *Ferrers.*]
Derham Galfr. 22. 24.
Derneford Hugo 295. 22. 33. *Adam* 295. 32.
Desbiars Will. 910. 44.
Deſpenſer Gaufr. 163. 30. *Hugo* 186. 32: 184. 44: 224. 48: 225. 20: 513. 59. *Thomas* 268. 19. *Will.* 268 20.
Derling Will. 112. 44: 639. 37.
D'evereus Johannes 529. 6: 549. 45. *Willielmus* 331. 1: 1012. 43.
Devon. Comes *Baldwinus* 8. 51. *Ric. de Riveriis* 8. 59: 9. 36. *Baldwinus* 530. 17. *Willielmus* 905. 23. *Amicia* Comiteſſa 343. 22. *Katherina* filia Comitis 297. 34.
Diggeby Johannes 278. 54: 399. 7. *Willielmus* 814. 55.
Dinneſlei Will. 526. 11.
Dirinton Walt. 533. 49.
Diſci Radulfus Archidiac. *London.* 797. 51.
Ditton Will. 336. 9.
Dive Philippus 277. 59. *Hugo* 30. 62: 31. 40: 312. 57: 545. 50. † 624. 46: 642. 16. *Johannes* 422. 53. *Willelmus* 422. 53: 545. 48: † 630. 28. *Galfridus* 140. 56. *Radulfus* 882. 2. *Mathæus* 423. 26. *Matildis* 30. 60: 31. 6: 881. 10.
Dod Will. 254. 20.
Dodeneis Hervæus 295. 30.
D'odingſels Will. 341. 47: 832. 61. *Johannes* 545. 5. *Hugo* 545. 5.
Doliſwelle Will. 529. 54.
D'Oilli Rob. 136. 12. 31 39. 3: 137. 1. 12. 14. 16. 25. 41 39. 528. 24: 545. 30. *Nigellus* 136. 33: 137. 17. 25. 28. *Henricus* 136. 4: 137. 43. 41: 138. 45: 139. 20. 36: 545. 31. *Gilbertus* 137. 43. 41. *Fulco* 137. 27. *Rogerus* 529. 29.
Doiſnelli Rob. 510. 14: 544. 52.
Doli Rogerus 797. 55.
Domeſman Hugo 33. 56.
Donevill Robertus 196. 35.
Donington Petrus 453. 38.
Donſtanvill Walt. 252. 48. [Vide *Dunſtanvill.*]
Dottecote Aldredus 913. 65.
Dovor Robertus 302. 17. *Hugo* 527. 12. *Fulbertus* 653. 20. *Iſabella* 602. 47. *Roeſia* 302. 53. *Matildis* 30. 32.
Douherd Johannes 113. 46.
Draicote Hugo 914. 34. *Philippus* 269. 26.
Drayton . . . . . 197. 40.

Dreiton Alex. 295. 32.
Drew Johannes 22. 22.
Drine Alfredus 282. 40.
Driſtoke Gilb. 447. 55.
Druel Will. 239. 42.
Druet Walt. 528. 21. 35.
Drunal Thomas 284. 55.
Duce Helewiſia 147. 38.
Dudemonſtone Robertus 916. 52.
Dudunul Helias 538. 59.
Duket Nicholaus 302. 12. *Ricardus* 558. 5.
Duly Johannes 298. 10.
Duneleſton Thomas 94. 25.
Dune Radulfus 324. 53. *Petrus* 644. 23.
Dunebrig Ric. 324. 54.
Dunelme Steph. 599. 32.
Dunelm. Epiſc. Hugo (de *Puteaco*) 846. 42. *Anthon. Bek.* 846. 30.
Duneſſord Rog. 123. 60.
Dunham Johannes 615. 62.
Dunſtall Accrofius 539. 35.
Dunſtanvill Rob. 4. 55: 908. 62. 66. *Walterus* 253. 16: 603. 40. 1042. 36. *Rainaldus* 908. 55. [Vide *Donſtanvill.*]
Dunton Will. 879. 55.
Duntrope Will. 276. 24.
Durant Joh. 382. 17. *Willielmus* 879. 57.
Duranteſthorpe Petrus 269. 61.
Dutton Hugo 186. 30. 52. *Adam* 800. 30.
Dynam Oliverus 285. 52. 29. 30. *Galfridus* 285. 52. 29. 30.
Dynant Joceus 215. 43.

E

EAton Johannes 450. 28.
Eboraco Will. 151. 35: 557. 17: 664. 45.
Eboraci Archiepiſc. Willielmus 546. 47.
Eboraci Dux Ricardus 441. 19. *Cecilia* Duciſſa 451. 26.
Ebroicis Steph. 261. 50: 263. 19. 60. *Johannes* 263. 2. *Willielmus* 263. 60: 1011. 12. [Vide *Devereux.*]
Ebroicenſis Comes Ricardus 950. 29. *Willielmus* 956. 20: 957. 7.
Ecbertus Rex Occidentalium Saxonum 843. 59.
Eccleſhale Rad. 53. 2. *Thomas* 129. 65. *Robertus* 608. 17.
Echewyke Tho. 87. 44.
Echingham Simon 358. 8: 921. 61.
Eclingham Will. 112. 42.
Eddi Epiſcopus (Weſt Sax.) 838. 1.
Edgarus Rex Angl. 839. 66. 26: 841. 33: 862. 39: 864. 44: 865. 21: 941. 26.
Edmundus Rex Weſt Sax. 838. 24: 842. 2.
Edmundus Rex Angl. 841. 41: 842. 2.
Edmundus filius Regis Henr. tertii. 263. 14.
Edneſoure Rad. 268. 63.
Edredus Rex Anglorum 840. 2. Cartas de **Wringtone**, in agro *Somerſetenſi*, ignis vaſtatione combuſtas, in quantum memoriter illarum tenor recordari poterat, reſcribi juſſit & confirmavit 840. b. 842. 43: 843. 2. Donum ejus memorabile *Wulfrico* miniſtro ſuo factum de quinq; manſis apud **Divelintune**, 867. a. b.
Edwardus Rex *Angliæ* (cognom. Confeſſor) Donatio ejus de *Teintunâ* Cœnobio S. *Dyoniſii* juxta *Pariſ.* 965. a.
Edwardus Princeps *Walliæ* & Comes *Ceſtriæ* (primogenitus Regis H. 3.) Abbathiæ de *Valle regali* fundationem vovit 921. 40.
Edwardus Rex *Angliæ*, poſt conqueſtum primus, Dona ejus Hoſpitalariis 549. 33.
Edwi Rex Anglorum 837. 841. 20: 859. 61.
Egbertus Rex 857. 58.
Egleſclive Walt. 650. 23.
Egremont Will. 101. 18.
Eiſhe Osbertus 913. 66.
Eiverie Johannes 136. 24.
Eland Henr. 800. 31.
Elfand Joh. 543. 35.
Elhale Grimbaldus 426. 17. 26.
Elkington Alanus 1015. 11.
Ellerton Will. 22. 25.
Elmingeham Juliana † 625. 10.
Elſeby Johannes 1015. 9.
Elſtanefeld Rogerus 913. 67.
Elſyng Will. 462. 45.
Ely Robertus 301. 35.
Elylond Petrus 542. 44.
Embertune Paganus 910. 52: 911. 15.
Empaſtorat Picot 82. 40.
Endirby Albinus 811. 16.
Engaine Adam 132. 2. *Henricus* 25. 32: 271: 58: 298. 26. *Gilbertus* 131. 36. *Hugo* 241. 15. *Johannes* 76. 42: 271. 39: 298. 18. *Matildis* 532. 16: 547. 57. *Odo* 241. 46. *Ricardus* 296. 41. Ejus progenies 297. a. b. *Robertus* 297. 5: 546. 50. *Radulfus* 74. 61. 131. 36. *Thomas* 24. 25. *Vitalis* 297. 3: 298. 67. *Walterus* 800. 33. *Warnerus* 538. 31. *Willielmus* 74. 65.
Engelby Jollanus 212. 43: 531. 42. *Goſlanus* 536. 32. *Joſcelinus* 1015. 56. *Willielmus* 644. 23.
Engelram Willielmus 148. 32: 151. 54.
Englechevill Theob. 545. 5. 24.
Englefeld Alanus 663. 49. *Hugo* 663. 51. *Willielmus* 330. 65.
Ercalwe Will. 255. 3. *Johannes* 255. 7.
Erdington Henr. 147. 61. *Philippus* 913. 40.
Ereſbi Steph. 536. 21.
Erghom Malgerius 161. 52. *Walterus* 164. 30.
Erkelawe Johannes 147. 1.
Erleg Johannes 301. 41. *Willielmus* 550. 17. 551. 8.
Erpingham Tho. 22. 35. Seneſchallus Regis H. 5. 362. 24.
Eſchales Simon 374. 40.
Eſchalers Robertus 901. 57. *Brianus* 1024. 31. *Tedbaldus* 877. 4.
Eſcois Will. 957. 65.
Eſcotegnies Walt. 920. 43.
Eſcotok Walt. 1040. 61.
Eſcrope [Vide *Scrope.*]
Eſenres Rogerus 661. 29. *Thomas* 662. 37. 1.
Eſkelby Wimarus 393 49.
Eſlington Rog. 592. 60.
Eſpec Walt. 35. 34: 105. 39: 106. 15. 46: 80. 28: 541. 4.
Eſſebi { Adam † 629. 51.
Eſſebi { Philippus 896. 19. 41. *Robertus* 896. 19. *Willielmus* 896. 50.
Eſſele Ivo 323. 60.
Eſſex Henr. Conſtab. Regis 4. 54: 37. 27. 81. 47: 527. 6: 546. 25: 548. 3. *Suanus* 877. 63. *Adeliza* 877. 54. *Robertus* 4. 23.
Eſſexiæ Comes Willielmus 82. 26. *Willielmus* de *Mannevile* 302. 45: 386. 43: 542. 12: 544. 14: 878. 11. *Galfridus* filius *Petri* 411. 59: 437. 20: 820. 63: 821. 56. *Roheſia* Comitiſſa 877. 50.
Eſt Walt. 327. 50.
Eſtentona Rozelinus 966. 54.
Eſterby Thoraldus 536. 61.
Eſtle Thomas 631. 37.
Eſtley Andræas 265. 16. *Thomas* 265. 28.
Eſticheſwald Rog. 422. 57.
Eſtokes Petrus 90. 16.
Eſton Jacobus 103. 52. *Johannes* 38. 11: 272. 8. *Osbertus* 207. 34: 209. 67. *Ranulphus* 506. 61. *Ricardus* 37. 31. *Willielmus* 207. 21. *Odo* 51. 63. *Robertus* 10. 40.
Eſtopham Will. 899. 19.
Eſtre Rog. 180 51. *Galfridus* 653. 16.
Eſturmi Rob. 151. 5. *Rogerus* 295. 31.
Eſtutevill [Vide *Stutevill.*]
Eſtwike Will. 242. 46.
Eſvile Sewale 664. 23.
Ethelbaldus Rex Merciorum 852. 14.
Ethelredus Rex 842. 13: 851. 46. 56: 852. 25: 866. 36.
Ethelſtanus Rex 367. 11. plurima de eo *ibid.*
Ethelwardus Wicciorum Subregulus 852. 3.
Eton Ivo 53. 29.
Eudo Dapifer Regis H. 1. 889. 57. (filius *Huberti* de *Riâ* 67.) 892. 9.
Eu Radulfus 88. 4.
Evenle Tedbaldus 293. 9.
Everdone Ric. 658. 20.
Everingham Rob. 547. 30: 823. 51. *Adam* 608. 15.
Everingham Rob. 41. 30.
Evermond Jollanus 200. 29: 421. 40. *Walterus* 421. 41.
Evermu Jorſlenus 422. 40: 643. 51. *W.* 312. 15. *Reynerus* 815. 20. *Willielmus* 422. 41.
Ewias Sibilla 332. 28: 918. 24. *Robertus* 210. 29: 332. 28. 529. 42. *Willielmus* 332. 43: 918. 32. 34. *Rogerus* 145. 47.
Ewreus Walt. 341. 55. Comes de *Roſmare.* Ejus progenies 341. a.
Extraneus Johannes 47. 47. 146. 54: 252. 36: 915. 39. 41. *Radulfus* 47. 13. *Fulco* 256. 24. *Hamo* 252. 31: 915. 41. *Wydo* 47. 6: 915. 40. *Rogerus* 255. 17. *Willielmus* 146. 5.
Exoniæ Comes Ric. de Rivers 905. 40. *Baldwinus* 905. 53.
Eya Philippus 834. 36.
Eylesford Walt. 263. 40.
Eytone Willielmus 876. 6. *Petrus* 915. 51.
Ezmondeys Galf. 809. 34.

F

FAgenulf Walt. 394. 47.
Fairchild Osb. 101. 14.
Falconer Henr. 151. 41. *Wicius* 201. 60. *Mathæus* 1052. 32.
Faleleye Ric. 662. 42.
Falcis Alanul 510. 62.
Faleſham Will. 593. 11. *Nicholaus* 593. 56.
Falken-

Index Virorum.

Falkenburgh Petrus 200. 16.
Famthre Payn 47. 38.
Fandon Petrus † 87. 47.
Fanecurt Gerardus 96. 10. [Vide *Phanecurt.*]
Farendone Will. 542. 42.
Farlinton Steph. 162. 51.
Farnhill Aldredus 101. 13.
Farſinton Rog. 101. 11. 22.
Fauconberg Walt. 149. 31. 58: 150. 20: 297. 13: 598. 31: 599. 58. *Stephanus* 599. 60. *Henricus* 600. 20. *Willielmus* 600. 47.
Faucillinus Rob. 794. 13.
Faverches Gauf. 20. 37. 47: 21. 24. 46. *Richildis* 20. 43.
Fauconer Will. 665. 8.
Faverſham Thomas 258. 28.
Fauntleroy Johannes 476. 18.
Fauvel Adam 101. 27.
Fayerwald Johannes 649. 39.
Fecherby Rad. 539. 48.
Felcham Will. 887. 35.
Felton Johanna 22. 49. *Thomas* 22. 61. *Rogerus* 918. 30.
Fenes Matilda 68. 34.
Fenne Will. 249. 50.
Fenneby Hugo 616. 2.
Fenwick Tho. † 87. 18. *Robertus* 917. 14: 918. 59. *Johannes* 918. 36.
Fere Drogo 197. 41.
Fereis Henr. 259. 39.
Fethou Theodoricus 982. 70.
Feringes Theob. 893. 27.
Ferendone Bern. 266. 57.
Ferlee Henr. 662. 10.
Ferlege Philippus 209. 46.
Ferlings Oſmundus 534. 6.
Ferlington Henr. † 87. 33: 196. 36. *Johannes* 99. 58.
Fernhil Adam 101. 26.
Ferre Acius 33. 24. 26. *Guido* 460. 67.
Ferrers Johannes 249. 2. *Hugo* 40. 39: 130. 33. 13: 118. 42. *Henricus* 69. 62: 873. 51. 55: 906. 28: 956. 29: *Johanna* 250. 20. *Egenulfus* 873. 55. *Iſabella* 218. 64. 17. *Leticia* 511. 11: 546. 64. *Radulfus* 647. 7. *Robertus* 506. 13. 21: 509. 8: 873. 56. *Willielmus* 118. 43: 130. 54: 509. 22: 523. 1: 538. 23: 598. 3. *Walchelinus* 130. 14. 30. 54.
Ferrers Comes Will. 47. 7: 294. 47: 398. 27: 407: 506. 56: 508. 32. 66: 510. 40: 511. 5. 9: 543. 55: 546. 64: 873. 38. 13: 874. 25. 54: 965. 42.
Ferreis Comes Robertus 231. 45: 294. 46: 317. 34: 506. 57: 523. 62: 547. 41. [Vide *Derbiæ* Comes.]
Ferrers Rob. Comes *Notingh.* 39. 28: 873. 56: 875. 5.
Ferre Radulfus 131. 35. *Margeria* 324. 30. *Willielmus* 325. 56.
Feskeford Lucia 250. 38.
Fetherſton Rad. 34. 50: 36. 23.
Feulers Will. 422. 44.
Fichet Hugo 10. 38.
Fil. Achari Walt. 883. 38: 903. 13. *Hervæus* 903. 10.
Fil. Acelini Nich. 794. 7.
Fil. Adæ Meuriche 549. 60. *Alam* † 624. 34.
Fil. Adelardi Herbertus 797. 26: 849. 3.
Fil. Aeri Joh. 147. 66.
Fil. Ailwini Gaufr. 171. 10: 386. 44.
Fil. Ailrici Sweno 34. 35. 37: 36. 2.
Fil. Alani Brianus 197. 35: 288. 35. *Galfridus* 276. 7. *Johannes* 117. 54: 934. 65. *Radulfus* 650. 48. *Walterus* 202. 9: 528. 1. *Warinus* 208. 24. *Willielmus* 46. 45: 252. 16: 276. 3: 327. 47: 527. 34. 19: 528. 63. 7: 546. 2: 915. 2: 933. 10.
Fil. Alardi Herbertus 603. 20.
Fil. Aldridi Rad. 539. 18.
Fil. Alel Will. 510. 15.
Fil. Alexandri Nigellus 533. 18.
Fil. Altredi Chetellus 394. 28.
Fil. Alurichi Johannes 438. 1.
Fil. Alwardi Johannes 18. 41.
Fil. Ameti Lefwinus 35. 26: 37. 4.
Fil. Angot Rob. 295. 21.
Fil. Anſgeri Fulco 8. 45. 28.
Fil. Anthonii Thomas 1033. 3: 1043. 60.
Fil. Arkil Tho. 541. 25.
Fil. Askitilli Rob. 108. 38: 131. 43: 132. 26. 40.
Fil. Aucheri Henr. 19. 13: 149. 42: 150. 27.
Fil. Audelini Willielmus Dapifer Regis H. 2. 239. 52: 509. 31: 510. 6. 18: 544. 46: 1039. 23: 1040. 8.
Fil. Auſgeri Walt. 972. 67.
Fil. Azonis Rad. 440. 36.
Fil. Baldwini Gerardus 908. 53. *Willielmus* 954. 1. *Ricardus* 7. 16. *Robertus* 20. 65.
Fil. Berengarii Will. 597. 22.
Fil. Bernardi Walt. 248. 39: 395. 11. *Helias* 295. 25. *Radulfus* 251. 43. *Robertus* 507. 28. *Hugo* 251. 39. *Thomas* 307. 65.
Fil. Boſonis Will. † 87. 52: 88. 20.
Fil. Briani Alanus 287. 37: 394. 48. *Rogerus* 82. 47. *Robertus* 794. 10: 905. 21.
Fil. Brienni Radulfus 86. 41: 87. 59: 88. 3.
Fil. Brientii Rob. 135. 54.
Fil. Britonis Reinaldus 41. 60.
Fil. Cliberni Albredus 101. 26.
Fil. Comitis Brientius 4. 20: 71. 11. 59: 134. 46: 902. 66: 904. 45. *Reinaldus* 988. 37.
Fil. Conani Henr. 150. 22. *Gulielmus* 128. 36.
Fil. Conſtabularii Rob. 162. 54.
Fil. Conſtantii Hugo 966. 33.
Fil. Coſti Ran. 536. 64.
Fil. Crinani Colpatric 74. 51.
Fil. Dru Radulphus 536. 10.
Fil. Duncani Will. 101. 19.
Fil. Eadnothi Norm. 295. 29. 4.
Fil. Edgari Alanus 295. 7.
Fil. Edwini Sweno 34. 52: 37. 29.
Fil. Eliæ Conanus 394. 21.
Fil. Eliæ Rob. 41. 60.
Fil. Eliæ Will. 142. 24.
Fil. Eltredi Kerellus 395. 4.
Fil. Epiſcopi Philippus 143. 43.
Fil. Effolf Petrus 96. 53.
Fil. Eſulfi Ricardus 101. 10. 21.
Fil. Erniſii Rob. 200. 52.
Fil. Everardi Will. 209. 12: 800. 31.
Fil. Everardi Walt. 596. 63.
Fil. Euſtachii Ric. 1024. 23. *Will.* 34. 29.
Fil. Forni Ivo 74. 18.
Fil. Fulconis Rob. 8. 30: 394. 59. *Gaufridus* 993. 28: 999. 29. *Ricardus* 1028. 44.
Fil. Fulcheri Sewallus 231. 4. *Fulcherus* 268. 32. *Jordanus* 268. 38.
Fil. Fulquini Walt. 528. 62.
Fil. Galfridi Will. 109. 28: 591. 28: 109. 28. *Johannes* 11. 6: 664. 45: 1028. 34. *Mauricius* 294. 47. *Gaufridus* † 624. 16. *Radulfus* 112. 40. *Robertus* 295. 26. *Baldwinus* 507. 24.
Fil. Garini Hugo 296. 19.
Fil. Gerardi Rob. 954. 50. *Thomas* 978. 50.
Fil. Geremundi Radulfi 627. 38.
Fil. Geroi Will. 877. 67.
Fil. Geroldi Will. 164. 26: 549. 16: 800. 57. *Henricus* 394. 37. *Alexander* 424. 40. *Rogerus* 871. 59.
Fil. Gilberti Ric. 4. 22: 75. 29: 508. 30: 908. 11. *Radulfus* 849. 66: 851. 27.
Fil. Gilberti Comitis Ric. 954. 53: 1005. 22. *Baldwinus* 954. 9.
Fil. Gilberti Rachmarus 164. 28. *Baldwinus* 164. 29: 235. 17: 236. 67: 508. 41: 996. 8. [Vide *Wake.*] *Johannes* 209. 46. *Radulphus* 362. 38.
Fil. Gocelini Gilb. 35. 24: 37. 2: 796. 65. *Robertus* 45. 62.
Fil. Godardi Nigellus 51. 64.
Fil. Godberti Rob. 549. 10.
Fil. Goſpatri i Simon 101. 12. *Waldevus* 74. 22. *Thomas* 594. 49: 595. 44.
Fil. Gregorii Will. 234. 32.
Fil. Griffini Reſus 549. 49: 550. 11. *Caduganus* 549. 55.
Fil. Gualteri Will. 113. 39.
Fil. Gudmundi Walt. 112. 40.
Fil. Gueri Will. 798. 30.
Fil. Gunnari Warnerii 903. 12.
Fil. Haher Rob. 47. 28.
Fil. Haimonis Will. 549. 10. *Hamo* 972. 62. *Robertus* 845. 16: 972. 62: 1006. 32.
Fil. Hammingi Ric. 982. 38.
Fil. Hamelini Hugo 152. 23.
Fil. Harchle Ric. 539. 16.
Fil. Hardingi Rob. 233. 29: 234. 25.
Fil. Heliæ Johannes 557. 4.
Fil. Henrici Hugo 197. 35. *Meylerus* 1037. 13. *Johannes* 650. 22. *M.* Juſticiarius *Hiberniæ* 1023. 13.
Fil. Herberti Petrus 325. 12: 342. 53: 66. 44. Ejus progenies. *Willielmus* 874. 38: 35. 4. *Nicholaus* 875. 6. *Herbertus* 36. 51: 66. 42.
Fil. Herniſii R. 164. 36.
Fil. Hervæi Will. 35. 48: 539. 34. *Henricus* 539. 30. *Robertus* 183. 55. *Osbertus* 87. 38: 526. 60.
Fil. Hirgini Will. 510. 19.
Fil. Holdewin Walt. 534. 41.
Fil. Holgodi Guido 876. 27.
Fil. Hordfaſt Nigellus 71. 61.
Fil. Huberti Eudo 956. 61. *Radulfus* † 92. 14. *Robertus* † 92. 52.
Fil. Hudardi Will. 131. 34.
Fil. Hugonis Rogerus Epiſc. *Conſtantienſis* 996. 34.
Fil. Hugonis Alexander 1045. 37. *Robertus* 71. 9: 128. 35: 260. 12: 538. 45: 533. 62. *Herbertus* 534. 35. *Walterus* 538. 40. *Johannes* 147. 50. *Osbertus* 527. 36: 844. 10: 845. 8: 988. 30: 48. 56. 62.
Fil. Hunfridi Rogerus 529. 22: 549. 4.
Fil. Ilberti Ingelramus 957. 14.
Fil. Johannis Euſtachius 35. 23: 37. 28: 90. 15: 161. 46. 163. 10. 27: 260. 10: 392. 58: 591. 32. [*Ejus ſtemma* 592. b.] 798. 11: 799. 48. [*Ejus ſtemma* 801. a.] 816. 32. 14: [*Ejus ſtemma* 819. b.] 958. 27. *Thomas* 522. 29. *Alanus* 269. 25. *Mathæus* 326. 47. *Paganus* 4. 21: 35. 24: 90. 15: 941. 65. *Willielmus* 90. 15: 394. 37: 530. 6: 1001. 27.
Fil. Jordani Will. 539. 38.

Fil. Ivonis Johannes 426. 14. *Walterus* 653. 22. 58.
Fil. Ketelli Alanus 426. 11.
Fil. Mainfelini Hamo 547. 47.
Fil. Malgeri Galfr. 162. 52.
Fil. Mani Alanus 71. 6.
Fil. Mariæ Simon 381. 62.
Fil. Martini Rob. 8. 18: 30. 38. 9. 11: 71. 12: 530. 50: 1023. 15. *Raimundus* 550. 8.
Fil. Mauricii Mauricius 1025. 33. *Geraldus* 1029. 5.
Fil. Michaelis Johannes 197. 38.
Fil. Milonis Will. 171. 2.
Fil. Nicholai Rad. 327. 22: 386. 37: 556. 4: 1028. 33. *Robertus* 143. 42.
Fil. Nigelli Nicholaus 119. 14. *Robertus* 47. 54: 511. 12. *Willielmus* Conſtabularius *Ceſtriæ* 185. 51. Ejus progenies 187. a. b. *Willielmus* 35. 2: 36. 50: 163. 9. 26.
Fil. Noeli Rob. 143. 11.
Fil. Normanni Alexander 800. 32. *Elias* 1035. 34.
Fil. Odardi Thomas 799. 28.
Fil. Odonis Rogerus 145. 47. *Willielmus* 7. 25: 83. 14: 116. 6: 1013. 6. *Robertus* 128. 28: 852. 66. *Goſcelinus* 394. 61. *Philippus* 98. 48: 145. 46. *Serlo* 530. 66.
Fil. Osberni Will. (*Normanniæ* Dapifer) 950. 12.
Fil. Osberni Walt. 507. 10. *Alexander* 893. 26. *Osbernus* 996. 19.
Fil. Osberni Willielmus 395. 63: 536. 53: 900. 27: 905. 25: 967. 60: 986. 3. 55: 988. 61: 989. 59: 996. 19. 34: 997. 14: 1005. 20. [Vide *Herefordiæ* Comites.] *Ricardus* 395. 63. *Vincentius* 543. 22.
Fil. Osberni (ſive Osbarti) Simon 260. 12: 295. 4. *Michael* 911. 16. *Radulfus* 797. 29. *Willielmus* 798. 31.
Fil. Otonis Will. 31. 28.
Fil. Pagani Alanus 106. 2. *Willielmus* 114. 62. *Robertus* 115. 31: 129. 62: 887. 64. *Galfridus* 35. 10: 36. 57: 43. 18: 173. 48: 393. 20. *Radulfus* 301. 36. *Johannes* 387. 25. *Nicholaus* 508. 42. *Ricardus* 893. 29.
Fil. Petri Adam 97. 56. *Willielmus* 143. 41: 806. 16: 808. 42: 821. 47: 822. 56: 824. 66. 13. *Ricardus* 97. 60. *Hugo* 143. 41. *Thomas* 162. 54. *Simon* 276. 15. *Galfridus* 301. 39. [† 624. 60.] 991. 15. Comes *Eſſex* 67. 33. *Reginaldus* 530. 66.
Fil. Picoti Rob. 270. 14.
Fil. Pontii Osbertus 876. 26.
Fil. Puinz Ric. 530. 55.
Fil. Punzun Joh. 427. 15.
Fil. Rabaldi Radulphus 903. 9.
Fil. Radulphi Willielmus 15. 37: 99. 56: 603. 41: 630. 15: † 621. 7. 24. Seneſchallus *Norm.* ſub Rege *Anglorum Ric.* 1. 1007. 59: 621. 34. 66. *Robertus* 139. 2: 315. 42: 381. 11: 547. 53: 649. 14: 903. 11. *Hubertus* 95. 61: 230. 30: 231. 18. 67. *Briennus* 87. 21. *Hugo* † 622. 33. 38. *Baldwinus* 395. 11. *Elias* 650. 48 *Rogerus* 395. 12. *Gaufridus* 794. 11. *Radulfus* 527. 33: 870. 49. *Richerius* 870. 49. *Rivaldus* 903. 12.
Fil. Ranulphi Will. † 94. 26: 533. 15: 535. 36: 596. 10: 607. 42: 608. 32: 909. 14: 913. 12. *Robertus* 56. 59: 965. 54. *Radulphus* 649. 13. *Henricus* 649. 65: 650. 46. *Adam* 650. 28. *Walerandus* 957. 58.
Fil. Raven Will. 41. 58.
Fil. Reginaldi Robertus 530. 28: 612. 42. *Johannes* 71. 64.
Fil. Reinfridi Rogerus 294. 40: 302. 42: 395. 15: 507. 9: 508. 41: 637. 18. *Gilbertus* 596. 8: 636. 16. Dapifer Regis H. 2. 648. 17. *Jocelinus* 637. 20.
Fil. Ribaldi Radulfus (dominus de Midleham) 649. 18.
Fil. Ricardi Hugo 117. 39: 573. 23. *Gilbertus* 508. 30: 972. 65. *Rogerus* 953. 6: 978. 26. *Radulfus* 653. 16: 978. 21. *Robertus* 75. 34. 41: 82. 50: 597. 25: 877. 34. *Walterus* 876. 67.
Fil. Roberti Johannes 171. 38: 386. 5: 554. 4: 1028. 48. *Nicholaus* 234. 27. *Helias* 633. 53. *Willielmus* 7. 30: 80. 57: 84. 50: 241. 29: 815. 47. *Rogerus* 76. 16. *Ranulphus* 649. 4. *Walterus* 20. 64: 75. 51. 65: 248. 29: 341. 44: 508. 50: 542. 27. † 624. 59. 26: 821. 4: 877. 31. *Galfridus* 301. 39: 597. 5. 14: 1033. 57: 1041. 37. *Radulfus* (dominus de Midleham) 648. 44. *Walleranus* 648 45. 62. *Gilbertus* 809. 36 *Terſianus* 903. 10. *Philippus* 904. 3. *Ricardus* 1021. 35. *Richerius* 1024. 45.
Fil. Rogeri Radulfus 137. 30. *Robertus* 76. 16 56: 171. 38: 297. 4: 386. 5: 612. 38: 659. 45. *Gilbertus* 507. 64. 9. *Willielmus* 26. 52: 530. 5. *Adam* 913. 38. *Rogerus* 917. 40. *Baldwinus* 954. 33.
Fil. Savarici Rad. 511. 14.
Fil. Serlonis Will. 106. 5. *Paganus* 8. 38.
Fil. Sewalli Henricus 118: 45: 873. 44. *Fulcherus* 876. 24. *Henricus* 876. 41.
Fil. Silveſtri Rob. 56. 57.
Fil. Simonis Simon 603. 27. *Turſtanus* 71. 7.
Fil. Stephani Radulphus *Camerarius* Regis H. 2. 15. 39: 230. 29: 408. 41. *Hugo* 45. 46. *Willielmus* 302. 50. *Radulfus* 648. 18. *Robertus* 454. 51: 549. 43: 1039. 61: 1048. 2. *Walchelinus* 1052. 29.
Fil. Swani Henricus 101. 19: 304. 24. *Robertus* 877. 64. *Thomas* 370. 19. *Walterus* 507. 10. *Willielmus* 507. 10. *Adam* 101. 7. 18.
Fil. Tancredi Ric. 549. 11. 58.
Fil. Terrici David 132. 25.
Fil. Tezonis Wido 876 50.
Fil. Thomæ Willielmus 644. 7. *Petrus* 825. 3. *Johannes* 834. 34: 901. 56.
Fil. Torfini Ketellus 101. 25.
Fil. Turberti Will. 42. 67.
Fil. Turgis Turgiſius 1024. 22.
Fil. Turoldi Ric. 910. 47.
Fil. Turſtini Walt. 7. 36.
Fil. Turſtani Ricardus 611. 45: 957. 11.
Fil. Uchtredi Adam 74. 13. 52.
Fil. Udardi Will. 132. 33.
Fil. Venatoris Radulfus 874. 14.
Fil. Vitalis Robertus 113. 60.
Fil. Urſi Regin. 408. 40: 530. 10: 551. 43.
Fil. Waldevi Alanus 74. 32. 37. 44.
Fil. Walthefi Gilb. 304. 48.
Fil. Walkelini Robertus 506. 14: 874. 1. *Henricus* 506. 15. *Petrus* 506. 15.
Fil. Walonis Ric. 312. 64: 816. 6.
Fil. Walteri Rad. 95. 51. *Germanus* 596. 66: 597. 1. *Ricardus* 638. 60: 653. 10. *Willielmus* 162. 50: 593. 13. *Walterus* 25. 49. *Ranulphus* 74. 16. *Matilda* 76. 6. *Robertus* 76. 15. 34. 56. 64: 76. 11. 27: progenies ejus *ibid.* & 77: 543. 18: 549. 32: 659. 41.
Fil. Wandardi Joh. †. 90. 9.
Fil. Warini Alexander 799. 65. 52. *Gaufridus* 1000. 58. *Fulco* 1043. 61. *Willielmus* 89. 55.
Fil. Warneri Wimerius 370. 31: 883. 40.
Fil. Wiberti Will. 84. 54.
Fil. Widonis Will. 907. 47. *Robertus* 137. 28.
Fil. Willielmi Hugo 139. 57. *Johannes* † 94. 57. *Galfridus* 154. 9. *Osbertus* 253. 5. *Otho* 523. 44: 878. 48. *Simon* 260. 11: 851. 21. *Ricardus* 82. 37: 637. 18. *Robertus* 56. 54: 649. 23. *Rogerus* 797. 53. *Walterus* † 87. 41.
Fil. Wimundi Radulfus 276. 13: 799. 28.
Fitz-Eyr Hugo 915. 2. 30.
Fitz-Hugh Henr. *Camerarius* Regis H. 5. 362. 23.
Fitzpayn Rob. 645. 15.
Fitz Robert Rogerus 899 15.
Fitton Ric. 547. 17.
Flamang Johannes 814. 53. *Henricus* 920. 66. *Simon* 1052. 32. *Rainerus* 540. 47. *Galfr.* 131. 42. *Bernardus* 131. 36.
Flamburch Will. 164. 58. *Ricardus* 164. 58.
Flamvill R. 43. 48. *Rogerus* 192. 36: 372. 34: 118. 28. 45. *Willielmus* 818. 49 7. *Hugo* 819. 6. *Matildis* 819. 21.
Flandrenſis Henr. 531. 11: 540. 51. *Ricardus* 653. 8. *Turſtinus* 973. 16 *Robertus* 1029. 3: 1030 31. *Mauritius* 1045. 59: 1046. 12. *Walterus* 101. 9. *Willielmus* 101. 33. 20.
Flandriæ Comes Philippus 140. 6.
Fleinvill Simon 909. 16.
Flemangh Joceus 597. 48. *Ricardus* 597. 53. Ejus ſtemma *ibid.* & 598. 2.
Flemeng Rob. 440 19.
Fleming Rob. 25. 35. 3. 9. 21. *Thomas* 25. 60. *Hugo* 25. 34.
Flet Ric. 535. 16.
Fligeſthorp Rob. 792. 24.
Flerus Walt. 644. 11.
Fluri Hugo 83. 28.
Flyntham Ric. 599. 52.
Fokeram Ric. 263 39.
Fokintun Hugo 637. 66.
Folet Rob. 113. 57.
Folevill Will. 527. 28. *Johannes* 792. 26.
Folifair Adam 288. 52. *Alanus* 288. 35.
Foliot Galfridus 83. 23. *Willielmus* 34. 29: 36. 65: 505: 536. 17: 643. 44. *Gilbertus* 543. 11. *Helias* 532. 30: 911. 13. *Hugo* (*Heref.* Epiſc.) 452. 65. *Samſon* 905. 38. *Henricus* 505: 554. 41. *Jordanus* 532. 18: 541. 52. 60: 547. 59: 554. 49: 615. 48. *Ricardus* 505: 544. 46: 645. 9. *Robertus* 203. 4. *Paganus* 533. 38. *Rogerus* 545. 24: 970. 31. *Thomas* 543. 11.
Folniaco Will. 978. 3.
Fonteney Milo 201. 7. *Robertus* 850. 2.
Foreſter Steph. 800. 31.
Forne Editha 136. 35.

Fornells Will. 118. 13. *Galfridus* 905. 64.
Forſtbury Johannes 323. 22.
Forte Sampſon 202. 43. 18. 59.
Fortere Epiſc. (Weſtſax.) 838. 13.
Fortho Theodoricus 984. 23.
Fortibus Iſabella Comitiſſa *Devon.* 179. 50. *Willielmus* 905. 45.
Foſſe Michael 301. 21.
Foſſard Robertus 34. 58: 36. 42: 195. 7: 393. 47: 555. 65. *Adam* 194. 48: 195. 3: 551. 3. *Willielmus* 36. 42: 394. 50: 798. 45: 800. 39: 817. 32: 981. 52. *Gaufridus* 195. 7. *Johanna* 981. 44.
Foſſato Ricardus 612. 59.
Fotesbroc Osbertus 269. 23.
Foune Oliverus 546. 66.
Founeys Mich. 426. 19.
Franca quercu Milo 551. 35.
Francis Johannes 111. 23.
Franſham Gilb. 329. 58. *Willielmus* 615. 61.
Fraſer Rob. 816. 6.
Fraunceys Johannes 405. 18. *Willielmus* 613. 12.
Fraxineto Rog. 982. 29: 983. 17.
Freaville Rorgus 921. 58.
Frebody Henr. 657. 42. *Ricardus* 658. 19.
Freſchevill Ankerus 231. 52.
Fribois Rob. 589. 49. *Odo* 809. 60.
Friſton Will. 34. 27. *Johannes* 287. 44.
Friſtune Will. 803. 19.
Friſſenvill Ingeramus 920. 43.
Friville Iſabella 880. 38.
Frollencurt Rad. 986. 36.
Froſtendene Alicia 594. 19.
Fubblati Will. 954. 44.
Fugiers Will. 302. 64: 997. 38. *Clementia* 997. 38. 51.
Fuillet Ric. 662. 13. 41.
Fulchermont Gilb. 302. 55.
Fulewell Adelinus 141. 15.
Fun Rad. 506. 37.
Funtenei Rad. 814. 57.
Furches Will. 263. 50.
Furneaus Phil. 323. 43. *Walterus* 610. 55. *Thomas* 600. 31. *Ricardus* 608. 16.
Furneiſe Anſelmus 596. 13. *Willielmus* 636. 44.
Furnellis Henr. 82. 33.
Furnival Girardus 50. 22: 52. 27. 60: 55. 10. 35: 56. 2: 610. 2: 938. 14. 30. 4. 32. *Thomas* 55. 39: 56. 20: 69. 59: 608. 15: 610. 18. 30: 938. 22. 24: 939. 53. *Willielmus* 53. 27. 56. 13: 834. 33: 938. 23. 6.

G

GAirgrave Barthol. 506. 64.
Gairſtang Paulinus 507. 12.
Gaiſt Rogerus 18. 24. *Everardus* 18. 41.
Galhecoſt Ric. 539. 65.
Galrug Adam 325. 35.
Galwitenſium Rex Fergus 551. 24.
Gang Elias 335. 11.
Gant Gilbertus 163. 33: 200. 59: 455. 42: 524. 43: 533. 27: 536. 25: 791. 7: 847. 65: 848. 33. 42. 44: 849. 45. [*ejus ſtemma* 850. a.] 851. 38. *Alicia* 193. 22: 369. 54: 372. 3: 398. 16. *Mauricius* 455. 21. *Philippus* 605. 41. 44. *Robertus* 97. 20. 56: 98. 11: 162. 50: 164. 36: 165. 37: 532. 64: 605. 42: 848. 19. 44: 849. 49: 851. 3. *Walterus* 161. 12: 162. 43. 49. 66: 163. 33. 60: 164. 19. 42: 847. 59: 848. 43: 849. 17: 851. 35.
Gant R. *Cancellarius Regis* 246. 13.
Gant Gilbertus Comes *Linc.* 162. 8. 63: 163. 65: 164. 43. [*V. de Linc. Com.*
Girdino Umfridus 152. 20.
Gardinis Will. 662. 62.
Garton Rob. 558. 8. *Willielmus* 823. 53: 824. 67: 825. 2.
Gatele Rad. 329. 29: 880. 23. *Thomas* 880. 26.
Gattun Rob. 82. 49: 637. 62.
Gaveſton Petrus 77. 30.
Gay Robertus 142. 44.
Gekel Gilb. 919. 55.
Gemeges Robertus 532. 15.
Genevile Galfr. 69. 26. 12. [ejus progenies *ibid.*]
Geofrid Rad. 978. 64.
Gerardi villa Math. 1009. 8. *Simon* 80. 50.
Gerbert Rob. 207. 36.
Germyn Rob. 653. 21.
Gernet Bened. 631. 50.
Gernon Rad. 362. 51. *Rogerus* 51. 25.
Geroii Dux Willielmus 949. 32.
Gerponvill Will. 154. 42.
Gerſant Johannes 453. 58.
Geſcingale Regin. 33. 37.
Geſtlyng Sanſon 920. 47. *Robertus* 921. 63. *Johannes* 921. 63.
Giffard Walterus 8. 2: 956. 18. 63: 960. 41: 1009. 6. *Osbertus* 212. 59. *Willielmus* 118. 30: 129. 24: 527. 15. *Helias* 529. 37: 1002. 67. *Willielmus* Epiſc. *Winton.* 891. 15.
Giffard Walterus Comes *Buckingh.* 154. 23. 52: 156. 4: 1008. 65.
Giffard Walt. *Ebor.* Archiep. 93. 54.
Gilbewyn Galfr. 271. 34.
Gimiges Robertus 547. 45.
Girarcort Clarembaldus 969. 67.
Giroldus (nobilis *Normannus*) 997. 25.
Girrors Rob. 49. 48.
Gladfen Osbertus 296. 20.
Glanvill Willielmus 87. 41: 246. 23. *Radulphus* 154. 40: 606. 22. *Gerardus* 599. 67. *Johannes* 886. 31. *Osbertus* † 624. 63. *Helewiſia* 648. 29. *Hervæus* 183. 13: 894. 36. *Ranulphus* 245. 14: 246. 4. 36. [Ejus progenies 246. a. b.] 302. 47: † 622. 44: 624. 50: 631. 24: 894. 36: 1025. 51: 1034. 27.
Glapton Garinus Seneſchallus *Normanniæ* 868. 42.
Glapum Garinus 90. 16.
Glaucus Rob. 113. 60.
Glentham Gilb. 536. 10.
Glaſtoniæ Abbas *Hengiſlus*, per Heddi Epiſcopum, conſentiente *Kentwino* Rege conſtitutus 839. 43.
Glotingham Rob. 639. 40.
Glouceſtriæ Milo 4. 21: 387. 24. *Osbertus* 531. 26.
Glouceſtriæ Comes Rogerus 65. 19. *Gilbertus* 193. 61: 208. 8: 227. 66: 258. 28: 299. 16: 439. 25: 922. 52: 988. 50. *Willielmus* 210. 19: 233. 50. 58: 298. 30: 300. 10. 16: 905. 5: 988. 57. *Almaricus* 299. 31. *Robertus* 530. 10: 958. 23. *Ric. de Clare* 228. 2: 904. 50. *Iſwyſra* Comitiſſa 299. 38.
Gloumorgan Will. 663. 48.
Gloz Nich. 989. 20.
Godebert Galfr. 269. 62.
Godecnave Joh. 117. 57.
Godwinus Comes 180. 33.
Goincurt Petrus 186. 30.
Goldington Hugo 240. 63: 241. 8. *Michael* 240. 65. *Johannes* 297. 42. *Petrus* † 629. 58. 63. 26.
Goldingham Will. 526. 15.
Gollofre Hugo 546. 44. *Rogerus* 274. 39. *Matilda* 546. 37.
Gonewarton. Rad. † 88. 28: 93. 66: 94: 12.
Goniz Rog. 260. 1.
Gorges Georgius 224. 63.
Gornay Gerardus 953. 61. *Hugo* 953. 20: 954. 27: 956. 18: 979. 11. *Baſilius* 954. 26. [Vide *Gurnay.*]
Gorram Galf. 510. 19. *Willielmus* 794. 6.
Goſteild Ric. 878. 3: 921. 19.
Goſla Rad. 163. 16. 33. 47. *Petrus* 589. 10. 20: 591. 9. 23.
Goſelin Rob. 533. 40.
Goughe Margareta 476. 17.
Goveſla Geraldus 1000. 60.
Gouſhul Walt. 608. 16.
Gouſle Adam 164. 60. *Petrus* 422. 22: 647. 2: 791. 38. [Vide *Goſla.*] *Sarra* 646. 45.
Goylin Rog. 791. 48.
Grace Johannes 321. 61.
Graham Walt. 532. 59.
Graindorg Will. 506. 61.
Grainvill Rad. 957. 55.
Grammaticus Radulphus 34. 7: 36. 34.
Grant Rob. 608. 23.
Grancurt Walt. 909. 29.
Grandys Brianus 459. 4.
Grantevile Will. 539. 25. *Hawiſia* 556 23.
Grandiſon Oto 922. 56: 925. 13.
Grantmenyl Hugo 313. 24: 454. 21: 956 50.
Graas Johannes 417. 26.
Graſſe Will. 208. 9: 1043. 62. *Hamo* 208. 12: 1033. 6: 1043. 63. *Anſelmus* 208. 12.
Graſmuln Jac. 284. 58.
Gravenel Tho. 300. 20. *Hamo* 940. 29. *Ricardus* 954. 5.
Graunſon Petrus 225. 38.
Gray Walt. *Eborac.* Archiepiſc. 93. 38. 53. *Henricus* 297. 61: 645. 2. *Ricardus* 362. 23. *Robertus* 543. 36. *Johanna* 543. 35. 45. *Johannes* 333. 51: 645. 4. *Ricardus* 605. 59: 645. 3. *Simon* 30. 34. *Ranulphus* 611. 45. *Willielmus* 645. 5.
Grayſtoke Cecelia 918. 1. *Willielmus* 916. 46: 917. 5. *Catherina* domina 917. 20.
Grayſtoke Radulphus 917. 23. 67: 918. 23. *Elizabetha* domina 917 26. 54. 57. *Johannes* 917. 40. *Robertus* 917. 61.
Grelly Aubertus 188. 4: 295. 12. *Johannes* 922. 56.
Grendale Rad. 161. 51: 163. 38. *Walterus* 164. 29.
Greinvile Girardus 528. 65.
Grendon Warinus 331. 5. *Serlo* 628. 5. 53: † 621. 31. *Radulphus* 628. 20. *Andræas* 628. 20. *Robertus* 628. 22: † 622. 40. *Willielmus* 629. 37: 621. 7: 622. 5.
Grenefeld Will. *Angliæ* Cancellarius 469. 24.
Grenhull Ric. 256. 16: 916. 51.

Greneway Johannes 113. 45.
Grentmenil Hugo 954. 48: 956. 25: 966. 63: 967. 57. *Simon* 968. 8.
Greſley Nich. 119. 39. *Will.* 119. 40: 128. 29.
Greſeley Eugenulfus 129. 22. *Radulfus* 511. 3. *Robertus* 511. 3. *Willielmus* 260. 11: 269. 35: 511. 4. *Nigellus* 511. 4. *Henricus* 511. 4: 870. 50. *Robertus* 870. 50.
Greſſenhal Alex. 615. 65.
Greſſy Gilb. 547. 33.
Gretford Hugo 881. 8.
Greynvill Will. 252. 36.
Griffin Gaufr. 48. 12: 254. 58: Howel Griffin. 254 255. 5. *Willielmus* 129. 63. *Henricus* 917. 6. *Robertus* 1015. 4. *Bertramus* 255. 3.
Grimbold Robertus 276. 51. 41: 277. 35. Sigillum ejus 278. a. *Hugo* 276. 12. *Will.* 276. 12. *Radulfus* 538. 5.
Groelay Rad. 953. 48.
Groſſus Rogerus 535. 25.
Grout Johannes 642. 50. *Willielmus* 642. 51.
Grover Ric. 540. 63.
Grueys Oliverus 544. 2.
Gremthorpe Will. 548. 64.
Gubiun Ric. 917. 59. *Hugo* 917. 61.
Gueres Rad. 887. 29.
Gulafre Johannes 335. 12. *Rogerus* 894. 36.
Gulewaſt Rogerus 539. 45.
Gunnebi Hunfridus 540. 3. *Oliverus* 823. 53: 825. 4.
Gunynges Thomas 662. 9: 664. 13.
Gurney Edmundus 22. 23. *Johannes* 22. 22. *Hugo* 193. 40. *Gerardus* 954. 36. *Robertus* 455. 17. *Radulfus* 973. 17.
Guz Rob. 31. 40.
Gymmingham Reinerus 615. 6. 15.
Gynes Ingelrannus 636. 28.
Gyros Rob. 47. 45.
Gyrth Comes 13. 58.

H

HAbbeton Will. 825. 11.
Hacon W. 87. 11.
Hacoum Ric. 88. 42.
Haconeſhowe [Vide *Hakuneſho.*]
Hacan Hubertus 87. 42.
Haddele Will. 266. 64.
Haddon Henr. † 629. 5.
Hagagh Henr. 536. 6.
Haget *Bertramus* 287. 15. *Ejus ſtemma* 287. b. 372. 13. *Rolandus* 287. 39. *Galfridus* 287. 7. *Radulfus* 287. 21. *Willielmus* 99. 40.
Hagile Rog. 907. 49.
Hagnes Walt: 794. 14. *Hugo* 794. 14.
Haia Galterus 87. 13. *Robertus* 958. 27: 961. 57: 968. 8: 969. 37. 48. *Radulfus* 637. 67. *Ricardus* 969. 16: 970. 2: 1015. 22. 49. *Juliana* 526. 17. *Nicholaa* 1015. 49. *Johannes* 335. 44.
Haier Walt. 51. 45: 52. 6.
Haiwode Chriſtiana 543. 43.
Hairun Albanus 531. 18. 21. *Jordanus* 540. 23.
Hakeburne Ric. 23. 45.
Hakuneſho Johannes 632. 12: 638. 43. *Galfridus* 633. 48: 634. 7. *Willielmus* 634. 24.
Hal Simon 823. 49.
Haldham Baldw. 984. 3.
Hale Simon 288. 50: 648. 4.
Hales Steph. 22. 21. *Johanna* 22. 40.
Halez Will. 542. 30.
Halghton Hugo 253. 2.
Haliwelle Will. 542. 53.
Halleſtede Jordanus 426. 25. *Rogerus* 597. 11. 21. *Theobaldus* 597. 22.
Halſale Gilb. 303. 38.
Halſelin Rad. 534. 55: 535. 10: 793. 2.
Halſewich Wiſcardus 264. 34.
Halſiche Ric. 530. 64: 531. 1.
Halſtune Rog. 454. 59.
Halteclo Gilb. 394. 17.
Halton Rad. 198. 66: 590. 11. *Gilbertus* 200. 56. *Ricardus* 532. 19.
Haltune Gervaſius 591. 3.
Hamby Mathæus 200. 33. *Alanus* 999. 31.
Hame Willielmus 664. 25.
Hamelyn Johannes 49. 10: 344. 47: 542. 51. *Willielmus* 605. 60.
Hamptone Rogerus 439. 16. *Gilbertus* 543. 40. *Philippus* 545. 24. *Johannes* 656. 65. *Ricardus* 72. 60: 657. 6.
Hamton Warinus 108. 52. *Philippus* 137. 29. *Stephanus* 139. 1. *Nicholaus* 4. 52.
Handſacre Hubertus 143. 26. *Robertus* 143. 27: 265. 34. [illegible] 143. 27.
Haneworth Philippus 95. 6. *Galfridus* 95. 10.
Handub Turſtinus 960. 13.
Hanley Walt. 637. 65.
Hanſelains Rob. 979. 1. *Willielmus* 98. 59. *Galfridus* 34. 29. *Radulfus* 535. 65.
Hanxe[illegible]n Will. 230. 20.
Haram Drui 105. 64.
Harang Rad. 897. 2.
Harcla Henr. 407. 35.
Hardel Rog. 662. 14.
Hardela Johannes 596. 16. *Rogerus* 662. 64.
Hardreſhulle Will. 268. 20.
Harecurt Albreda 30. 49: 43. 33. *Robertus* 117. 52: 527. 40: 545. 65. 10: 1007. 6. *Henricus* 134. 29. *Willielmus* 117. 52: 509. 23: 525. 23: † 630. 57. *Ivo* 315. 66. *Ricardus* 524. 66. *Philippus* 524. 49.
Harenge Rad. 82. 58.
Haringaude Thomas 70. 19. [Vide *Heringaud.*]
Harleſton Johannes 185. 26.
Harisk Alex. 929. 45.
Hariſon Will. 549. 21.
Harle Walt. 546. 26.
Harlethorp Tho. 823. 54.
Haroldus Comes 11. 44: 13. 24.
Harpetre Will. 888. 2.
Harpham Johannes 164. 7.
Harſforth Rogerus 72. 32.
Harſic Rog. 615. 62. *Eudo* 880. 24.
Harum Will. 106. 8. *Drogo* 195. 5.
Haſilden . . . . . 239. 31.
Haſſeham Hugo 638. 44.
Haſteng Autropius 35. 31: 37. 8: 508. 43. *Umfridus* 35. 34.
Haſtings Matildis 30. 22. *Willielmus* 45. 31: 526. 53: 543. 26: 551. 15. *Radulphus* 551. 15: 556. 63: 918. 32. *Ricardus* 556. 3. *Robertus* 819. 22. *Philippus* 1021. 39. *Laurentius* 352. 18. *Nicholaus* 548. 8.
Haſtings Johannes Comes Pembr. 225. 33. [Vide *Pembr. Co.*]
Hauberk Simon 344. 50.
Haverbrec Will. 425. 34.
Havering Ric. 664. 24.
Haverford Thancardus 293. b.
Haverhull Will. 526. 39.
Haveringham Ric. 897. 32.
Haverſham Nich. 613. 3.
Haunſard Will. 270. 59. *Johannes* 411. 39: 846. 54.
Haunton Ric. 263. 50.
Hauſel Simon 592. 28.
Hauteyn Will. 142. 40.
Hauvill Rad. 826. 30: 692. 30: 929. 44. *Willielmus* 893. 9.
Haward Johannes 24. 59. 64.
Hay Simon 549. 52. *Germanus* 823. 64.
Haya Radulphus 643. 25. *Ricardus* 643. 25. *Galfridus* 643. 39. *Walterus* 986. 36.
Hayford Ric. 954. 6.
Hayling Jordanus 791. 39.
Haym Steph. 902. 52.
Hayrun Alanus 819. 66.
Heddon Will. 881. 8.
Hedingeham Helias 46. 56.
Hedington Alvaradus 590. 12.
Hedinton Nich. 266. 54.
Hedley Alanus 255. 45.
Hedon Simon 977. 4.
Hedune Will. 596. 40.
Heford Radulfus 18. 22.
Hegeling Ric. 596. 25.
Hele Will. 202. 5.
Helewelle Hugo 795. 23.
Heliom Will. 112. 38.
Helles Theob. 411. 18: 412. 67. *Thomas* 412. 67.
Hellebec Wido 596. 9: 825. 2.
Helling Rikewardus 642. 23.
Hene Will. 664. 10.
Henemerdon Will. 108. 10.
Henneth Rob. 261. 31.
Henreth Nich. 663. 47.
Henricus primus Rex *Anglorum*, fundator Abbathiæ S. *Mariæ* de *Prato Rothomagi* 994. 27. Donationes ejus Eccl. Cath. *Rothomagi* 1017. 19. 29.
Henricus ſecundus Rex *Angl.* Donationes ejus Templariis 522. a: 532 7. 9: 543. 63: 546. 8. 11: 547. 59: 548. 38: 551. 65. Cœnobium de *Novo loco* ſuper *Ancolme*, in agro *Linc.* (Ord S. *Gilb.* de **Sempringham**) fundavit 811. b. Necnon Abbathiam S. *Mariæ* de *Voto*, apud *Cæſariſburgum* in *Normanniâ* 1008. a.
Henricus tertius Rex *Angl.* fundator Hoſpitalis S. *Johannis* extra portam Orientalem *Oxon.* 443. 51. Corpus ſepulturæ apud Novum Templum *Lond.* commendat 521. a. Necnon *Alianora* Regina uxor ejus 521. a. Cantariam trium Capellanorum ibidem inſtituit 521. b. Templariis dona 544. 43: 547. 53: 548. 51: 552. 37. Libertates iiſdem per ipſum conceſſæ 558. a. Monialibus de **Sempringham** Eccleſiam de **Fordham** 791. 41.
Henxteworth Johannes 297. 59.
Herci Malveſin 977. 4.
Hereford Walt. 71. 67: 72. 25. *Henricus* 72. 7. *Adam* 1035. 34.
Herefordiæ Comes Rogerus 144. 21: 546. 66: 1002. 63: 529. 46: 877. 17: 942: 23. *Milo* 545. 48. . . . . . 547. 35: 548. 27. *Humfr.* de *Bohun* 224. 59: 225. 13. *Willielmus* filius *Osberni* 905. 35. *Comitiſſa Cecilia* 86. 8.
Herefordiæ Comitum (familiæ de *Bohun*) progenies 67. & 68. filius *Rogeri*

Index Virorum.

geri Comitis *Heref.* *Reginaldus* 884. 35.
Heri Ric. 111. 27.
Herierbi Will. 532. 50.
Herbertus 532. 60.
Heriz Will. † 92. 53: 230. 43. *Johannes* 608. 20. *Simon* 612. 59.
Herier Ric. 887. 8: 63.
Heringaud Will. 983. 42.
Herlaue Will. 23. 44.
Herle Will. 918. 35.
Herlei Will. 510. 35. *Johannes* 510. 35.
Herleton Adam 915. 45.
Hermebi Gilb. 589. 2.
Herpenham Rob. 663. 48: 664. 25.
Herre Rob. 795. 24.
Herſt Philippus 642. 32.
Hertford Rob. 598. 59.
Hertfordiæ Comes Ric. 21. 49: 258. 31: 507. 38. *Matilda* de *Clare* Comiriſſa 507. 38.
Herthull Adam † 93. 42. *Ricardus* † 93. 55.
Hertill Rob. 535. 53.
Hertilpole Galfr. 846. 46.
Hertimere Tho. 248. 44.
Heryewike Haldanus 810. 62.
Hervermu Gilb. 532. 51.
Hervey Rob. 649. 33.
Heſding Ernulphus 954. 63. 28.
Heſel Hugo 71. 7.
Heſelarton Johannes 350. 6. *Simon* 350. 26. *Walterus* 351. 3.
Heſton Will. 631. 57. *Ricardus* 631. 57.
Heterſet Johannes 869. 42.
Hethe Tho. 185. 24: 556. 47.
Hetone Will. 610. 62: 884. 22.
Heyhirde Ric. 662. 63.
Heyſende Arnulphus 592. 37.
Heyton Will. 984. 29.
Hibaldeſtowe Ric. 812. 13.
Hiecleſham Rob. 637. 21.
Hide Rog. 70. 31.
Hidone Osb. 83. 26.
Hiltone Rob. 70. 31.
Hillary Rog. 657. 39: 658. 18.
Hilleford Henr. 887. 26.
Hingilram Johannes 539. 50.
Hirreys Ric. 915. 4.
Hiſpania Nich. 209. 64. *Radulfus* 878. 8.
Hiwys Ric. 902. 52.
Hobrugge Will. 300. 19.
Hocclum Will. 539. 53.
Hocton Paganus 277. 48. *Thomas* 324. 51. *Adam* 454. 50. *Simon* 912. 40.
Hodeleſton Ric. 424. 18: 556. 14. *Johannes* 426. 66.
Hodenet Baldwinus 48. 15. 21. *Willielmus* 897. 34.
Hoelus Rex Arwiſtil 47. 25.
Hoga Herbetus 960. 40.
Hokynhed Adam 305. 2.
Holand Rob. 889. 13.
Holcum 197. 36.
Holden Tho. 934. 4.
Hole Walt. 306. 38.
Holeford Hugo 251. 66.
Holewey Ric. 8. 35.
Holme Rob. 799. 24.
Holney Sim. 613. 10.
Holt Galfr. 915. 49.
Holteby Will. 370. 18: 650. 26, 58.
Holyns Rog. 611. 26. *Willielmus* 611. 30.
Homelyn Will. 380. 4.
Hoo Robertus 292: 50. 4. *Ricardus* 376. 11.
Hopitune Tho. 593. 61. *Rogerus* 594. 6.
Horbiry Rad. 41. 47.
Hordewell Ric. 272. 47.
Horkeſtune Johannes 423. 26.
Hornet Geraldus 999. 31.
Hornigton Jordanus 174. 16.
Horſenden Rob. 641. 55. *Johannes* 642. 5.
Horſley Will. 196. 35.
Horſtede Rob. 983. 3.
Horwode Galtr. 984. 10.
Hoſatus Henr. 510. 50.
Hoſe Gilb. 109. 65. *Gilo* 109. 2. 110. 7.
Hoſe Henricus † 93. 11. 22: 94. 34: 141. 38: 301. 36: 544. 49: 546. 48. *Radulfus* 915. 45. *Willielmus* 655. 38. *Robertus* 920. 67.
Hoſdene Rob. 877. 37.
Hotham Galfridus 175. 43: 800. 61. *Johannes* 175. 44: 800. 61: 819. 55. *Johannes* Epiſcopus *Elienſis* 601. 21. *Alanus* 601. 55. *Will.* Epiſc. *Dublin.* 601: 60.
Hoton Ric. 151. 39: 402. 57. *Emma* 151. 22. *Helias* 632. 61. *Johannes* 290. 16: 822. 37.
Hoton Rob. 288. 54. *Adam* 454. 60. *Elias* 305. 16. *Walterus* 401. 37.
Hotot Will. 956. 46. *Thomas* 25. 21. *Johannes* † 629. 67.
Houby Matilda 344. 41. *Johannes* 344. 42.
Hovedene Will. 611. 6. *Johannes* 822. 43.
Hoveringham Hugo † 94. 45. *Simon* 95. 54. *Robertus* † 94. 40.
Hoverone Herebertus 800. 31.
Houton Rog. 95. 47. *Willielmus* 257. 59.
Hoyland Rad. 597. 10.
Hoyvile Hugo 662. 11: 665. 7. *Philippus* 665. 7.
Howard Thomas 194. 9: 869. 52.
Hubertus Camerarius Reginæ *Matildis* 82. 52.
Huderſale Tho. 454. 50.
Hudetorpe Tho. 795. 67.
Hugath Thomas 822. 38.
Hugford Will. 147. 51.
Hulle Gilb. 544. 21. *Randulphus* 984. 48.
Hulleburne Tho. 267. 38.
Hullileye Johannes 454. 52.
Hulmo Rob. 615. 58.
Hume Rog. 989. 19.
Hümet Ric. 4. 52: 152. 18. *Willielmus* 294. 40. Conſtabularius *Normanniæ* 868. 41. *Ricardus* 403. 44. Conſtabularius Regis H. 2. 812. 8: 880. 47: 1002. 56.
Humet Engerannus 1006. 48.
Hundereſham Sicanus 454. 58.
Hunke Will. 149. 32.
Hungerford Rob. 274. 35: 483. 31. *Walterus* 483. 57.
Huntendon Vicecomes 24. 53: 26. 39. *Simon* Comes 308. 16: 525. 45. 6: 528. 47. *David* Comes 32. 18. *Bruceus* 26. 41. *Willielmus* *Clinton.* 351. 33.
Hunt Johannes 298. 12.
Huntercombe Walt. 24. 51. *Willielmus* 592. 67.
Huntiland Rob. 888. 5.
Huntingfeld Walt. 439. 45.
Huntingdene Rob. 454. 53.
Huntinton Phil. 254. 49.
Hurleton Rog. 305. 30.
Hurſt Henr. 757. 43.
Huſe Henr. 529. 46. [Vide *Hoſe.*]
Huſom Goldwinus 106. 7.
Huſſeemayn Gerardus 263. 4.
Huwelle Alfredus 534. 43.
Huweth Johannes 658. 19.
Hychenden Nich. 118. 62.
Hycumbe Rob. 250. 2.
Hyerun Rad. 82. 20.
Hyton Alex. 427. 44. *Adam* 427. 47.

I

JAumbes Adam 795. 25.
Ibrei Rog. 950. 18.
Iccleſham Rad. 642. 19.
Ichtefeld Rog. 913. 42: 914. 2.
Jerdeburgh Jukel 802. 62.
Ina Rex *Weſt-Sax.* 832. 2: 839. 2. 59: 840. 30.
Inge Johannes 355. 60.
Ingeloſe Hervæus 274. 36.
Ingelram Johannes 151. 65. *Walt.* 150. 8. [Vide *Engelram.*]
Ingelthorpe Johannes 321. 58.
Ingkepen Nich. 663. 48: 664. 23. *Gervaſius* 664. 24.
Inglai Johannes 106. 3.
Inſula Rob. 35. 14: 94. 62: 320. 18: 961. 15. *Walterus* 94. 17: 905. 20. *Ricardus* 35. 51. *Radulfus* 35. 49: 36. 60. *Warinus* 77. 36: 247. 7. *Willielmus* 35. 50: † 87. 65: 558. 4: 663. 47: 905. 39. *Brianus* 558. 4: 833. 51: 905. 64. *Alexander* 397. 57. *Jordanus* 556. 46: 557. 3. *Otvelus* 528. 59. *Simon* 589. 45. *Rogerus* † 629. 47. *Agnes* 184. 32. *Johannes* (de *Rubeomonte*) 104. 46. *Johannes* Rex *Angliæ*. Donationes ejus *Templariis* 545. 59: 552. 33: 557. 10. Donationes ejus monialibus de **Sempringham** 801. a: 812. b.
Jokesford Alanus 594. 11.
Jonet Rogerus 479. 38.
Joy Will. 544. 59.
Ipray Will. 525. 61: 81. 46.
Ireby Will. 834. 33.
Kingeden Petrus 664. 49.
Iveri Gaufr. 140. 64. 24. *Rogerus* 137. 15: 954. 55. *Adelina* 968. 11.

K

KAde Arnulphus 546. 13.
Kaderton Alanus 288. 52.
Kaerdif Ric. 299. 26.
Kailli Rog. 574. 44.
Kaines Rad. 135. 48.
Kaiſneto Barth. 940. 35.
Kayneto Alicia 210. 2.
Kanciæ Comes *Hubertus* de *Burgo* 244. 62. *Johanna* Comitiſſa 350. 48.
Kantitune Will. 1046. 10. *Robertus* 1046. 11.
Kardevill Ric. 324. 49.
Kareli Ric. 885. 9.
Karles Walt. 874. 8.
Karletüne Rad. 372. 37.
Karun Hugo 508. 14.
Kaſkington Will. 446. 5.
Kelby Walt. 278. 24.
Kelingthorp Hugo 822. 37.
Kellet Rad. 507. 12. *Adam* 631. 55.
Kelly Will. 653. 17.
Kemeſeke Henr. 544. 28.

Kendale Mich. 301. 37.
Kenebel Regin. 611. 44.
Keneile Rob. 538 18.
Kenerſwel Walt. 129. 22.
Kenet Nich. 575. 3.
Kentewell Gilb. 631. 51: 1035. 35.
Kenredus Rex *Merciorum* 852. 7.
Kent Tho. 902. 52.
Kentewell Gi.b. 1025. 32.
Kentlesbi i Walt. 10. 63.
Kerco ſton Will. 96. 9.
Kerdene Ric. 454. 53.
Kerdeſtone Will 850. 31.
Kereby W. 312 31.
Ketnelle Rob. 880. 60.
Kernet Rogerus 409. 14. *Henricus* 1033. 6.
Keiſindon Petrus 545. 28.
Kerſune Will. 131. 35.
Keſtern Johannes 917. 36.
Kethou Rob. 402. 59.
Keynel Henr. 887. 64.
Keythorp Ric. 278. 58.
Kilby W. 312. 28.
Kilkenny Will. 327. 22: 333. 50. Epiſc. *Elien.* 33. 19.
Killeſton Will. 543. 23. *Otho* 543. 23.
Kilpek Hugo 330. 39.
Kime Philippus 795. 8: 796. 10. 23: 797. 4. 35. *Willielmus* 795. 16: 810. 60. *Simon* 795. 60. [Vide *Kyme.*]
Kinebele Will. 612. 43.
Kinierbi Ric. 535. 26.
Kiriel Ric. 92. 54.
Kirk Will. 397. 58.
Kirkbyirlum Rog. 507. 12.
Kirlingtone.
Kirn. Will. 589. 5.
Knolles Rob. 473. 37.
Kuillingworth Rog. † 630. 3.
Kukeney Thomas 599. 60. 27.
Kunesburg Herbertus 527. 29.
Kuriel Matildis 159. 54. 66.
Kydeſley Hugo 332. 43.
Kylingwike Tho. 800. 62.
Kyme Philippus 245. 43: 532. 39: 616. 64: 850. 27. *Dapifer Comitis Gilberti. Simon* 245. 44: 268. 18: 596. 20: 849. 67. *Alicia* 596. 20. [Vide *Kime.*]
Kynton Phil. 831. 45.
Kyriel Nich. 246. 31. [Vide *Kiriel.*]

L

Laart Ric. 848. 22.
Lacels Rad. 35. 20: 36. 65: 37. 31. *Robertus* 150. 18. [Vide *Laſcels.*]
Laci Hugo 59. 41: 60. 50: 61. 7: 69 8. Ejus progenies *ibid.* 71. 45. 64: 216. 17: 978. 36: 1021. 4: 1030. 30: 1034. 57: 1040. 14: 1042. 12 *Henricus* 398. 29: 541. 49: 546. 59: 554. 10: 556. 57. *Euſtachius* 800. 28. *Ilbertus* 34. 65. *Gilbertus* 214. 65: 263. 14. 60: 449. 53. 64: 529. 15. 22. 58: 549. 2: 800. 30: 1042. 48. *Robertus* 34. 66. 6: 36. 33: 189. 9. 19: 331. 3. *Walterus* 60. 62: 71. 56: 72. 35. 50. 43. 66: 330. 40: 331. 8: 449. 32. 50: 453. 37: 1025. 55: 1040. 17. 50: 1042. 41. *Jordanus* 37. 31. *Willielmus* 97. 66: 330. 51. *Katherina* 331. 8. *Margeria* 330. 25. 1. *Agnes* 548. 66. *Margareta* 543. 19.
Laci Rogerus Conſtabularius *Ceſtriæ* 799. 64: † 629. 26. *Edmundus* 188. 3. 26. *Johannes* † 629. 23. *Edmundus* Junior 188. 38.
Laci Henricus Comes *Lincolniæ* 187. 59: 188. 7. 32: 189. 12. 26. 40: 307. 66: 633. 44: 899. 16.
Laci Johannes Comes *Lincolniæ* 633. 47: 151. 33.
Laci Emelina *ultoniæ* Comitiſſa 292. 59. (filia *walteri* de *Ridelesford* 293. 55.)
Laceorum hæreditas ad hæredes *Edmundi* Comitis *Lancaſtriæ* devoluta 190. 29. [Vide *Laſcey.*]
Lacimerus Blodericus 282. 35.
Lakenby Hugo 150. 59. *Robertus* 151. 30.
Lamburne Ric. 544. 8.
Lancaſtria Johannes 24. 48: 272. 46: 593. 5. *Rogerus* 24. 46. *Gilbertus* 394. 51: 395. 10. *Willielmus* 394. 51: 395. 55. 19: 425. 52: 507. 63: 632. 39: 633. 24. Ejus ſtemma 636. 2: 636. 13. *Robertus* 507. 13. *W.* 312. 32.
Lancaſtriæ Dux Henr. 468. 24.
Lancaſtriæ Comes Thomas 188. 60: 189. 30. 34: 225. 11.
Lancaſtriæ Comes Henricus 189. 47: 468. 35. 3. 18.
Lancelevee Iſaac 662. 15.
Lancelenee Johannes 662. 10.
Lancelyn Steph. 546. 24.
Lande Will. 128. 36.
Laneham Tho. 878. 50.
Langeberge Phil. 419. 24.
Langeley Will. 355. 62. *Johannes* 1007. 11.
Langethuage Will. 977. 5.
Langetut Rog. 329. 61.
Langetwait Will. 35. 47.
Langford Will. 513. 64. *Rogerus* † 626. 28. *Stephanus* 209. 54.
Langham Tho. 614 53.
Langholme Will. 811. 16.
Langport Will. 142. 17.
Langvale Will. 880. 11.
Lantune Hugo 263. 3.
Lanval Will. 15. 37: 18. 62: 297. 1: 603. 38.
Lardiner David 372. 36. *Johannes* 393. 33: 395. 11.
Laſcels Agnes 510. 38. *Sibilla* 518. 38. *Gilbertus* 175. 45. *Alanus* 394. 25. *Thomas* 195. 8. *Rogerus* 197. 37: 394. 47: 817. 17. *Willielmus* 394. 47: 419 1: 649. 44. *Pigotus* 536. 4: 539. 23. *W.* 820. 59.
Latimer Will. 150. 23: 257. 2: 798. 30: 816. 4. *Radulfus* 18. 62.
Lathum Robertus 303. 37. 46: 304. 52: 306. 8: 607. 61. *Ricardus* 304. 30.
Latton Rogerus 421. 40.
Lavard Thurſtanus 540. 23.
Lavenden Huwardus 202. 33.
Launſelyn ..... 239. 31.
Lawſone Will. 918. 2. *Thomas* 918. 4. 9.
Lazun Petrus 954. 20.
Lecarde Johannes 550. 14.
Lechampton Mauricius 638. 65.
Leche Ric. 40. 7.
Lecheburne Affridus 803. 28.
Leddrede Johannes 355. 65.
Ledenham Rulf. 533. 55. *Will.* 814. 51.
Ledes Alex. 556. 47. *Ricardus* 556. 47.
Lee Johannes 915. 29. *Henricus* 269. 61. *Robertus* 933. 45.
Leec Haraldus 527. 24: 282. 33.
Lefwinus Co. 13. 58.
Lega Willielmus 549. 21. *Bartholomæus* 794. 50. *Henricus* 143. 42: 870. 51. *Ricardus* 870. 52. *Conſtantia* 343. 35.
Leger Steph. 376. 14.
Leica Alanus 874. 13.
Leeke Mathæus 70. 42.
Legreceſtre Hugo 115. 28.
Leiceſtre Hugo 128. 28. *Rogerus* 631. 52.
Leiceſtriæ Comes Robertus 975. 4. 29: 958 63. *Rob. Quincy* 543. 18. *Robertus* (Comes *Mellenti*) 313. 29: 314. 22: 510. 65: 527. 63: 529. 33: † 630. 31: 631. 45: 868. 53. 20: 967. 11. 38: 989. 5. *Robertus* filius *Petronillæ* 309. 48. *Robertus Blanchmains* 454 18. *Petronilla Comitiſſa* 310. 23: 985. 52. *Robertus Boſſu* 313. 64: *Loretta Comitiſſa* 438. 11. *Simon* de *Monteſorti* 548. 61.
Leigton Ric. 49 10: 915. 1: 916. 51. *Johannes* 915. 29.
Leke Vide *Leec.*
Lekeburne Henr. 327. 48.
Leminton Osb. 312. 24.
Lenhal Johannes 1028. 50.
Lenham Nich. 113. 42.
Lenne Rog. 285. 23.
Lenveſiz Rob. 105. 66. *Hugo* 106. 7.
Leofricus Comes *Merciorum* 852. 5.
Letton Walt. 336. 45.
Levecote Matilda 543. 1.
Leverel Englr. 921. 60.
Leuga Steph. 885. 30.
Levinthorpe Greg. 401. 30: 402. 58. *Willielmus* 151. 60: 401. 65. *Ricardus* 402. 68.
Leukenore Galfr. 330. 53. 66.
Levinton Petrus 131. 44.
Lewelinus filius Griffini *Princeps Walliæ* 47. 35. 41: 100. 30. 31. 37: 804. 12: 339. 12: *Princeps de Aberfrau* 338 40.
Lewes Ric. 34. 30.
Lexinton Rob. 151. 34. *Johannes* 333. 52. *Robertus* † 622. 19.
Leye Gilb. 196. 26. 30.
Leyham Elm. 915. 11.
Leyrton Will. 151. 40.
Lilleburn Hugo 265. 35. *Paulinus* 99. 63. 60.
Limesi Gerardus 72. 1. *Rog.* 35. 29: 37. 7: 376 9. *Alanus* 529. 54. 59. 61: 530. 20. [*Vide Limeſy.*]
Limeſlett Henr. 272. 38.
Linacre Hugo 608. 21.
Lincoln Aluredus 113. 36: 993. 37. *Rogerus* 50. 54. *Sampſon* 113. 35. *Alanus* 590. 65. *Petrus* 278. 45. *Johannes* 1015. 8. [*Vide Lyndſay.*]
Lincoln. Co. Henr. 188. 48: 916. 61. *Will. Longſpe* 284. 67: 531. 46: 537. 23: 589. 52. [Ejus ſtemma 645.] 646 36. *Gilb.* (de *Gaunt*) 165. 10: 851. 50. 63. [*Vide Gaunt.*] *Galfridus frater Comitis* 165. 31. *Johannes* de *Lacy* 612. 35. *Aleſia Comitiſſa* 190 8: 644. 34.
Lindeſei Randulfus 74. 47: 101. 8. *Will.* † 89. 28. *David* 1052. 27. *Walt.* 537. 35.
Lindley Ric. 288. 37.
Litelcote Will. 207. 9.
Littelbiri Johannes 25. 14.
Litlington Simon 242. 42.
Lizours Aubræa 188. 10. *Fulco* 276. 15: 538. 44.
Lingeu. Serlo 957. 18.
Lingor Rog. 539. 42.
Linton Adam 822. 52.
Locard Steph. 1024. 35.

Lodbroc W. 312. 3. *Johannes* † 627. 30. *Willielmus* 630. 52.
Lodowyk Will. 524. 17.
Loft Ric. 150. 61.
Loggis Mabilia † 630. 25.
Loharius Gaufridus 794. 11.
Loncaſtre Will. 424. 15.
Londeby Lambertus 1048. 15.
London Johannes 76. 16: 117. 55. *Alexander* 544. 61. *Will.* 97. 65: 234. 2: 549. 27: 878. 62: 918. 58. *Matilda* 530. 32. *Hawiſia* 918. 49. *Thomas* 918. 57. *Mauricius* 918. 58: 1028. 35. *Paganus* 878. 61.
London Epiſc. Ricardus 510. 30. *Gilbertus* 510. 30.
Longe Gilbertus 461. 17. *Johannes* 362. 11: 461. 17.
Longchamp Henr. 67. 46: 70. 18: 612. 54. *Galf.* 453. 45. *Will.* 70. 12: 268. 21. *Hugo* 978. 36: 1008. 18.
Longford Nich. 119. 8. *Simon* 119. 15.
Longenore Will. 253. 58.
Longſpe Margareta 188. 39. *Matilda* 331. 19. 29: 644. 51: 646. 39. 1. *Will.* 230. 28: 242. 26: 302. 58: 341. 17. [Ejus progenies] 341. 23: 342. 7: 644. 52. *Steph.* 284. 37: 292. 62, Comes *Vitoniæ* 341. 15. *Nicholaus* Epiſc. *Sarum* 341. 39.
Longvale Jac. 869. 23.
Longevill Rob. 154. 54. *Henr.* 538. 54.
Lopinton Alex. 252. 60.
Loreng Will. 151. 43.
Loring David 241. 11. *Ricardus* 241. 11. *Rogerus* 478. 64. *Nigellus* 478. 65.
Loſthelford Bertr. 480. 60.
Lou Rob. 645. 31.
Loveday Ric. 88. 57. *Willielmus* 880. 25: 544. 6.
Lovel Will. 106. 2: 880. 25. *Ricardus* 306. 53. *Johannes* 272. 18.
Lovente Will. 911. 17.
Lovetot Will. 25. 4. 13. 15. 42: 26. 53: 50. 16. 36: 51. 11. 17. 20. 43: 52. 14: 53. 63: 55. 43: 938. 9: 939. 46. *Ricardus* 25. 5. 11. 27: 938. 5. 50. 15: 51. 8. 19. 44: 52. 5. 23. 56: 55. 25. *Nigellus* 25. 13. 16. 18: 51. 10. 17. 18: 54. 44. *Rogerus* 25. 41: 51. 10: 55. 60. *Robertus* 25. 21: 51. 11. *Radulfus* 51. 60. *Henricus* 51. 58: 52. 44. *Matilda* 51. 35: 53. 14: 55. 48: 610. 11: 938. 11. *Cecilia* 53. 33.
Loverot Baronia 24. 63.
Luci Johannes 110. 62. *Robertus* 110. 64: 302. 40: 545. 27. *Ricardus* 15. 35: 81. 47: 82. 29: 163. 38: 294. 39: 301. 54. Præfectus *Angliæ* 302. 2. Juſticiarius *Angliæ* 302. 8. 27: 362. 42: 523. 67: 885. 12: 902. 16. *Galfridus* 345. 10: 662. 61: 664. 47. *Fulco* 831. 48: 832. 4. *Reginaldus* 302. 51. *Ricardus* 664. 48. *Willielmus* 831. 6: 832. 13. *Matilda* 75. 57. *Beatrix* 545. 30.
Lucres Simon 592. 58.
Ludford Paganus 449. 33.
Ludham Walt. 612. 55.
Ludlow Edm. 449. 34.
Lumbard Picotus 510. 32.
Lund Steph. 795. 22. *Will.* 978. 9.
Lunderthorp Simon 327. 48.
Lundoniis Gilb. 421. 44. *Robertus* 870. 48. [*Vide London.*]
Lunesford Hugo 921. 20. 62.
Lungvilers Will. 800. 29.
Lurry Steph. 510. 20.
Luſe Jordanus 1035. 35.
Luſone Clemens 472. 28.
Luſoriis Warinus 81. 47. *Warnerius* 885. 13.
Luterel Galfr. 604. 56. *Andræas* 604. 57. *Robertus* 605. 27: 792. 19. 64.
Luttaie Ric. 825. 1.
Luvet Gaufridus 114. 13: 115. 28. *Willielmus* 162. 54. *Johannes* † 627. 30: 628. 20. *Robertus* † 628. 31. *Ricardus* † 628. 32.
Luvel Radulfus 209. 34. *Willielmus* † 625. 15. *Katherina* 343. 27.
Luvethorp Rob. 800. 33.
Lyeſchamp Petrus 526. 14.
Lymeſy Alanus 395. 40: 545. 1. *Gerardus* 545. 2.
Lymburi Agnes 70. 27.
Lymoſin Guiſchardus 869. 16.
Lyndin Will. 298. 13.
Lyndſay Will. 636. 22. *Walterus* 636. 25.
Lyngain Joh. 69. 41.
Lynge Johannes 22. 23. *Johanna* 22. 28.
Lyntone Adam 558. 7.

M

MAcun Rob. 101. 25.
Madeneſtan Dunſtanus 113. 45.
Madoc Rex Powiſiæ. 47. 19.
Magnavil Gaufr. 958. 25. *Rogerus* 109. 5. [*Vide Mandevill.*]
Mainers Engelr. 20. 24. *Reginaldus* 921. 58.
Mainwarin Rad. 270. 12: 320. 20.
Mainil Rob. 164. 25. *Radulſus* 599. 54. *Gilbertus* 195. 10. *Stephanus* 195. 10.
Maiſi Walt. 274. 37.
Maiſnil Rob. 957. 41.
Makerel Walt. 183. 38.
Malaterra Ric. 131. 30.
Malbanc Will. 247. 42. 20. *Henr.* 525. 38.
Malbisse Hugo 372. 35: 395. 40: 540. 12: 541. 6: 555. 14. *Robertus* 532. 2: 547. 53. *Ricardus* 195. 56: 612. 9. *Beatrix* 320. 50.
Malberthorpe Rob. 815. 20.
Malcal Rog. 592. 33.
Malchael Umfr. 74. 34.
Malcuvenant Will. 207. 13.
Malebranche Rog. 535. 29.
Malerbe Jord. 799. 27.
Malekake Alanus 195. 5.
Malet Will. 10. 38: 285. 6: 408. 40: 953. 8: 954. 18. *Gilbertus* 530. 60: 978. 38. *Ricardus* 547. 42.
Maletoth Rog. 537. 18: 797. 25. *Auſchitillus* 957. 48.
Maleverer Elto 101: 11. 20: 102. 15. 63. *Leonius* 51. 57.
Malherbe Johannes 230. 16: 242. 48: 535. 63: 632. 50. *Ricardus* 270. 58. *Rulandus* 154. 22. *Surcharius* 961. 55. *Roulandus* 72. 5.
Mallore Bertramus 613. 64. *Ricardus* 314. 64: 832. 22. *Anketillus* 989. 18.
Maltalent Rob. 192. 41.
Maltravers Henr. 984. 57.
Malo alneto Petrus 544. 12.
Malolelacu Petrus 99. 8: 151: 36: 822. 45: 850. 31. *Hillaria* 149. 14. *Robertus* 99. 54. *Will.* 99. 56.
Malquinci Galfr. 56. 30.
Malton Mathæus 825. 35.
Malreward Will. 888. 14. *Galfridus* 888. 31.
Malvecin Henr. 46. 56.
Malveſein Nich. 119. 23: 129. 35. *Will.* 508. 43: 978. 34. *Hugo* 874. 6. *Henricus* 915. 46.
Malvenon Gualt. 904. 59.
Malvoier Oliverus 531. 15. 28. 30: 543. 7.
Malus Conductus Will. 973. 5.
Malus Leporarius Ric. 393. 52.
Malus Nepos Will. 992. 67.
Mameby Adam 650. 47.
Manant Johannes 87. 39. *Robertus* 87. 43.
Mancolles Galchelinus 953. 1.
Maminot Walkelinus 639. 52: 640. 35. 59: 868. 23: 975. 32: 994. 21.
Mandevill Will. Comes 82. 57: 171. 9: 182. 62: 188. 26. [*Vide Co. Eſſex*] 307. 66: 510. 53: 108. 16. *Stephanus* 8. 18. *Walterus* 80. 65: 82. 60. 63. *Thomas* 45. 49. *Galfridus* 179. 35: 437. 41: 996. 42. *Ranulphus* 182. 46. *Gilbertus* 182. 62. *Robertus* 323. 65: 1040. 59. *Matilda* 544. 22.
Manekeſye Rob. 335. 13: 336. 27. *Radulphus* 336. 13.
Maners Walt. 592. 60. *Robertus* 913. 18. *Thomas* 592. 7.
Maniers Tirellus 85. 50.
Manniæ Rex Magnus 427. 62.
Manilius Steph. 153. 14. *Rob.* 153. 15.
Manſel Seherus 912. 32. 34. 35. *Rogerus*, *Gilbertus*, *Simon*, *Willielmus*, *Hugo* 912. 32. 34. 35. *Walterus* 663. 18: 664. 23: 911. 23. *Johannes* 911. 25. *Radulſus* 794. 9: 911. 31: 912. 29. *Galfridus* 663. 54.
Manſel Johannes Præpoſitus *Beverlaci* 333. 14.
Mantel Rob. 294. 42: † 626. 41. *Wymundus* 893. 27.
Mara Rob. 549. 24. *Wiganus* † 630. 42. *Hugo* 978. 23. *Mabilia* 549. 24. *Avicia* 209. 8. *Agnes* 409. 44.
Marc Will. 109. 37. 39. *Eudo* 109. 39.
Marcey Tho. 266. 47.
Marcheneſe Adam 542. 62.
Marchei 970. 32.
Marchemedle Rad. 1015. 7.
Marchiæ Comes *Rog.* de *Mortuomari* 224. 47: 228. 35.
Marci Rad. † 626. 23.
Marei. Will. 912. 27. *Walterus* 793. 57.
Marenham Nich. 532. 3.
Mareſchal Aliva 21. 62.
Mareſchal Johannes 4. 57: 21. 5. 18. 51: 292. 66. Domini Regis *Mareſchallus* 300. 37: 455. 43: 529. 37: 791. 35. 44: 1023. 13: 1033. 3: 1043. 59. *Giraldus* 956. 44. *Milo* 956. 40. *Joſcelinus* 314. 1. *Robertus* 239. 44. *Rogerus* 257. 1. *Willielmus* 15. 48: 67. 12: 81. 47: 253. 53: 254. 27: 300. 49.
Mareſchal Will. Comes *Pembrochiæ* 156. 17: 223. 32: 1025. 52.
Maring Robertus 797. 31.
Mark Regin. 548. 49. *Philippus* 604. 58.
Markes Rog. 662. 15. 63. *Willielmus* 663. 52.
Markham Rog. 610. 58.
Marines Hugo 82. 47.
Mariſco Simon 234. 51. *Reginaldus*

551. 49. *Ivo* 791. 40.
Marmin Walt. † 625. 25.
Marmiun Philippus 411. 40. 49: 850. 40. *Rogerus* 982. 37. *Robertus* 527. 44: 528. 19: 655. 36: 850. 45: 851. 58: 974. 42: 978. 32. *Galfridus* 527. 46. 48: 545. 66: 549. 23.
Marnile Helias 882. 32.
Marra Rad 549. 36.
Martel Rad. 49. 59. *Willielmus* 526. 46: 531. 39: 885. 12: 894. 29. 47. *Galfridus* 894. 48: 973. 4: 1000. 40. *Oſebernus* 894. 32.
Martin Will. 513. 36.
Martiwaſt Rad. 312. 11.
Marton Phil. 95. 39: 58. 13. *Henricus* 813. 58. *Simon* 797. 40.
Maſcherel Walt. 283. 2.
Maſon Will. 813. 62.
Matildis *uxor Regis Henrici primi* 25. 61: 80. 25: 381. 27.
Matildis *Imperatrix Henrici* primi filia, fundatrix Abbatiæ de *Noâ* in Ducatu *Norm.* 992. 33. Conceſſiones ſuæ Cœnobio S. *Nicholai Andegav.* 1000. b.
Matilda Regina (uxor Regis *Stephani*) 81. 18.
Maton Ingulphus 34. 48.
Maubanc Will. 129. 43. *Hugo* 129. 56. *Philippa* 256. 57.
Mauduit Rob. 409. 36. *Thomas* 48. 64: 49. 2: 432. 54. *Johannes* 889. 33.
Mauſe Walerand. 335. 11. *Willielmus* 460. 67: 637. 25: 638. 45: 642. 7.
Maule Petrus 642. 38: 899. 15. *Robertus* 899. 17.
Mauteby Will. 151. 39.
Mautravers Johannes 471. 16.
Maweye Jord. 542. 66.
Maza Rob. 23. 41.
Meauling Will. 284. 38.
Meaux Johannes 350. 21. *Godefridus* 509. 22: 350. 44. [*Vide Melſa.*]
Meburne Walt. 597. 17.
Medicus Ric. 545. 27.
Meinil Gilb. 53. 26: 54. 37: 540. 43. *Steph.* 162. 53. *Burnaldus* 34. 28. *Willielmus* 546. 62: 608. 21. *Egidius* 608. 22.
Meiſnill Rob. 51. 56: 56. 27. *Willielmus* 139. 3.
Meiſi Rob. 529. 35.
Melbourne Georgius 869. 42.
Mellenti Comes Wallerannus 134. 24: 555. 52: 1008. 66: 1011. 35: 1012. 39. *Robertus* 308. 28. [*Hiſtoria de eodem & ejus progenies* 312. b.] 375. 39: 845. 59: 957. 8: 980. 46: 992. 62.
Mellent Hugo 134. 25.
Mellinc Henr. 632. 67.
Mellyng Will. 306. 47. *Thomas* 632. 23.
Melſa Petrus 802. 44. *Robertus* 194. 58. *Johannes* 419. 28: 802. 45. 29. *Beatrix* 802. 63.
Mendham Alanus 295. 61.
Menilwaryn Rog. 919. 12. *Willielmus* 919. 51.
Merc Euſtachius 264. 25. *Henricus* 386. 18: 885. 60. 3.
Mercintone Rog. 317. 66.
Mere Johannes 355. 60.
Merei Ric. 971. 31. *Robertus* 971. 31.
Merel Oliverus 303. 6.
Merſelin Hamo 529. 4.
Merieth Henr. 530. 19. *Walterus* 530. 20.
Merk Henr. 171. 51. *Simon* 200. 11.
Merlaw Guido 382. 17.
Merle Phil. 795. 24. *Hugo* 796. 2.
Merley Tho. 918. 48. *Rogerus* † 87. 24: 204. 17: 612. 39: 662. 12: 916. 36: 917. 63. *Ranulfus* 916. 29: 918. 48.
Merlemond Simon 216. 9. *Oliverus* 213. 40: 220. 54.
Merſe Will. 984. 45.
Merſton Hugo 631. 30.
Mervyn Johannes 483. 37.
Merwald *Rex Merciorum* 280. 33.
Meryet Hugo 645. 39. *Nicholaus* 645. 41.
Meſange Ankitillus 295. 19.
Meſchyn Will. 25. 63. 66: 27. 36: 100. 10: 101. 50: 102. 22: 145. 44.
Meſſenden Hugo 293. 8.
Metheringham Thomas 212. 15.
Meverel Tho. 317. 64.
Meules Nich. 409. 12. *Rogerus* 409. 13.
Mida Rob. 152. 23.
Midelham Ranulfus 602. 55.
Midelton Arkil 426. 33.
Midilhope Ric. 450. 27.
Miendham Thomas 295. 24.
Miliers Will. 234. 51: 274. 59.
Millers Hugo 920. 67.
Millum Henr. 424. 21. *Johannes* 427. 1.
Milneburne Alanus 426. 30.
Milo *Conſtabularius Herefordiæ* 4. 21: 63. 41: 64. 24: 65. 26. progenies ejus 66. 2: 70. 47: 71. 59: 90. 13: 103. 26.
Milton Hugo 507. 4.
Mineres Will. 530. 53.
Miſterton Rob. 795. 22.
Mitton Will. 305. 7: 306. 30.
Mocot Ric. 446. 7.
Modberley Patricius 269. 8: 320. 14.
Moen Rog. 297. 2.
Mohun Will. 206. 6. *Johannes* 513. 38: 664. 61: 665. 42. *Reginaldus* 250. 53: 251. 12: 654. 6. 43: 912. 22. *Robertus* 513. 41. *Paganus* 513. 42.
Moiun Henr. 912. 26. *Will.* 115. 47: 163. 23. 42: 83. 18.
Moine Alex. † 624. 53. *Rogerus* 26. 38. [*Vide Moyne.*]
Moleſcroft Rog. 415. 52. *Thomas* 416. 20.
Molbray Rogerus 190. 50: 192. 21. 25: 369. 40: 371. 33: 372. 17: 393. 43: 394. 13: 395. 19. 30: 397. 34. 29: 510. 50. *Philippus* 190. 56. *Robertus* 190. 57: 371. 49: 397. 57: 957. 32. *Comes Northumbr.* 193. 48: 957. 13. *Gundreda* 369. 42. *Willielmus* 190. 65: 371. 26. *Nigellus* 192. 33: 371. 48: 397. 8. 57. *Johannes* 194. 11: 24. 41. *Comes* de *Notingham* 194. 43. *Thomas* 240. 22.
Molbraiorum Progenies 192. 47. [*Vide Moubray.*]
Molins Johannes 355. 61. *Henricus* 869. 33. *Walterus* 869. 40: 1009. 14. *Wimundus* 974. 2. *Ricardus* 1009. 12.
Monaſteriis Rob. 394. 9: 970. 5. *Thomas* 905. 38.
Monay Will. 593. 59.
Monbaſton Hawiſia 953. 25.
Monceaus Petrus 401. 20. *Drogo* 134. 5. *Idonea* 536. 49. *Miliſent* 532. 43. *Robertus* 401. 23.
Moncellis Alanus 163. 44. *Engelramus* 200. 46.
Monemue Joh. 449. 32: 450. 25.
Monfichet Gilb. 508. 52: 543. 56. *Ricardus* 510. 17. *Willielmus* 961. 37.
Montabon Rad. 974. 36.
Montacute Will. 335. 66. *Co. Sarum* 83. 41. *Johannes* 544. 23: 984. 63. *Ricardus* 530. 64. *Agnes* 336. 40. *Iſabella* 984. 3. *Matildis* 390. 46.
Montalt Rog. 268. 18: 275. 23.
Monte Phil. 800. 58.
Monteaureo Walt. 446. 8.
Monte begonis Aluredus 548. 13.
Monte caniſio Sara 184. 27. *Hugo* 878. 16. *Hubertus* 274. 33: 878. 21. *Willielmus* 87. 41. *Warinus* 274. 38: 661. 14. *Stephanus* 87. 41: 878. 31. *Rogerus* 878. 37. [*Vide Munchenſi.*]
Montemoreci Hervæus Mareſcallus *Hiberniæ* 1027. 19. 35.
Monteny Rob. 53. 27.
Montfort Petrus † 90. 2: 457. 43: 877. 5. *Rogerus* 210. 7. *Robertus* 253. 63: 953. 11. *Henricus* 527. 38. *Simon* 310. 6: 311. 35: 313. 47: 454. 28: 548. 45. *Hugo* 956. 24: 957. 9. *Amicia* 986. 34. *Alicia* 848. 52.
Montgomeri Rog. 950. 44: 957. 6: 960. 7. *Willielmus* 269. 26: 546. 65. *Robertus* 869. 12. *Radulfus* 997. 23.
Montgomeri Comes Rogerus 546. 47: 956. 22: 957. 5: 974. 27: 982. 42: 1005. 17.
Montignei Rog. 961. 26.
Montpincon Rad. 997. 15.
Mordant Baldw. 202. 36.
More Jac. 800. 60.
Morel Rad. 302. 67.
Morener Ric. 548. 59.
Morgan Walt. 904. 39.
Morevill Hugo 74. 3. 28: 80. 27: † 89. 25: 202. 8: 507. 65: 540. 28. *Johannes* 74. 10. *Simon* 132. 18. *Eudo* 234. 4. *Ilbertus* 287. 37. *Ricardus* 539. 51: 540. 1: 978. 25. *Willielmus* 596. 14. *Tombetus* 967. 31.
Mortein Rog. 792. 27. *Euſtachius* † 90. 7.
Moreton Michael 915. 31.
Moretonii Comes Rotro 948. 49. *Robertus* 902. 29: 957. 6: 974. 26: 982. 25. *Stephanus* 387. 22: 908. 7: 35. 28: 37. 6. *Willielmus* 590. 14: 954. 7: 982. 54. *Johannes* 233. 15: 438. 41. 64. 44: 1028. 56. *Matildis* Comitiſſa 982. 37.
Moritolii Co. Rob. 950. 35.
Moritoniæ & Boloniæ Comes, Steph. 135. 40.
Morin Rad. 251. 12: 794. 51. *Johannes* 251. 8.
Morker Walt. 509. 49.
Morſum Galfr. 150. 40.
Mortimer Hugo 49. 57: 213. 18: 220. 64: 221. 16. 48: 222. 4: 223. 4: 338. 27: 532. 24: 886. 56: 1002. 60. *Rogerus* 67. 25. *Ejus progenies* 69. 26: 218. 1. 22. 65: 220. 57. 64: 221. 22. 20: 222. 30: 223. 7. 35. 64. 54: 224. 59: 225. 13. 31. 8. 25. *Ejus liberi* 226. 32: 228. 39: 229. 21: 325. 15: 329. 59: 886. 63: 887. 9: 950. 23. *Robertus* 832. 47: 1018. 25. *Philippus* 887. 25. *Willielmus* 220. 21. 64: 221. 17: 887. 26. *Edmundus* 68. 19: 223. 56: 224. 16: 225. 42: 226. 9. 28. 58. 13: 228. 29. 41. 13. *Galfridus* 223. 57. [*Vide Marchiæ Co.*]
Morting Johannes 426. 45. *Willielmus* 426. 54.

Morton Walt. 151. 9. *Galfr.* 330. 20. *Will.* 590. 14. *Petrus* 101. 23.
Morwic Arnulphus 592. 36: 917. 51.
Moſton Ric. 919. 52.
Motlow Johannes 919. 53.
Motun Rob. † 627. 32: 629. 55.
Moubray Rogerus 42. 45: 118. 49: 163. 20: 528. 15: 531. 32: 535. 19: 537. 40: 539. 11: 540. 11. 25. 31: 541. 34: 545. 32. 55: 548. 56: 551. 1. 29: 554. 51: † 627. 51: 628. 2: 650. 38. *Johannes* 551. 47. *Nigellus* 85. 6. 21: 940. 25.
Mounteney Will. 505. *Rob.* 505. *Euſtachius* 505.
Moyne Berengarius 25. 33. *Willielmus* Comes *Somerſetenſis* 205. 35.
Mucegros Rob. 301. 40.
Muden Henr. 548. 27.
Muer Alanus 796. 3.
Mues Will. † 628. 57. 66. *Johannes* † 629. 2.
Muhaut Sim. 101. 22.
Muiſun Rog. 915. 46.
Mulet Bern. 544. 40.
Mulethorpe Adam 99. 39.
Mulewic Nich. 118. 27: 129 21.
Multon Tho. 132. 6. 8. 10: 547. 17: 644. 26: 697. 38: 833. 50. *Alanus* 636. 23. *Nicholaus* 883. 40. *Radulphus* 196. 34.
Munbegun Adam 97. 57: 200. 36. *Jacobus* 590. 7.
Munceaus Engeramus 152. 22. *Williel.* 335. 9. [*Vide Monceaus.*]
Munchenſi Hubertus 295. 14. *Matildis* 296. 8. *Rogerus* 295. 15. *Will.* 86. 20.
Muncin Rog. 101. 25.
Mundeford Ric. 88. 56.
Mundegumer Jac. 536. 12.
Mundene Henr. 526. 10.
Mundevill Will. 161. 48: 848. 20. *Elias* 25. 23: 533. 57. *Nigellus* 25. 23. 40. 8. 24: 116. 58. *Ricardus* 284. 39. *Radulfus* 25. 22.
Munemuth Gilb. 302. 48. *Henricus* 330. 21.
Mungiroun Drogo 653. 51.
Mungumeri Rad. 870. 29.
Munfichet Rad. 23. 42. *Gilbertus* 23. 24: 24. 3. *Ricardus* 18. 4: 23. 12: 24. 8: 24. 4: 76. 17. 57. *Warinus* 23. 44. *Origo Baronum de Munfichet* 23. 16.
Murdac Ric. 72. 28: 209. 7: 799. 25. *Stephanus* 106. 8. *Hugo* 799. 25: 821. 65: 806. 15: 808. 12. 59. *Henricus* 824. 66. *Adam* 592. 34.
Muſard Aſcuil 535. 44 60: 547. 8: 549. 31: 551. 30. *Radulfus* 610. 42. 52: *Willielmus* 109. 39.
Muſchamp Steph. 186. 29. *Maria* † 630. 20. *Radulfus* 647. 46. *Willielmus* 592. 60. *Robertus* † 622. 46: 845. 37. *Thomas* 592. 26. 64. *Hugo* 35. 1: 36. 8.
Muſca Will. 538. 43.
Muſele Regin. 312. 11. 9.
Muſgrave Tho. 426. 39.
Muſhet Rog. 549. 5.
Muſtel Tho. 795. 23.
Muſters Rob. 539. 66. 20.
Muſſon Rog. 253. 12: 256. 10. *Dionyſia* 253. 57. *Ameidus* 254. 3.
Muſters Liſiardus 95. 42.
Muſturel Rad. 548. 17.
Mutun Will. 454. 5.
Mynghall Will. 798. 33.
Myparty Will. 456. 63.

N

Nairford Will. 20. 4. 9.
Napton Adam 527. 16.
Nasford Johannes 831. 26. *Willielmus* 831. 40: 832. 60. 53.
Nivesby Rob. † 629. 27.
Netford Rob 327. 26. 56. *Adam* 650. 25: 650. 57. *Alicia* 328. 55: 329. 15. *Petrus* 664. 45. *Johannes* 329. 59. *Matilda* 575. 27.
Neſebyte Walt. 92. 19.
Nevil Alanus 596. 45. *Aleſia* 918. 61. *Bernardus* 961. 20. *Edmundus* 634. 15. *Erniſius* 590. 13: 596. 29: 991. 15. *Galfridus* 409. 47: 596. 67. 6: 597. 3. *Gilbertus* 596. 44: 815. 46. *Henricus* 98. 53: 99. 49: 596. 17: 597. 9. *Herbertus* 230. 21. *Hugo* 268. 20: 446. 8: 543. 38: 596. 32. *Johannes* 18. 62: 166 24: 409. 47: 810. 58. *Jollanus* 557. 18. *Maria* 648. 32. *Radulfus* 149. 4: 161. 50: 162. 51: 164. 17: 165. 51: 461. 64: 918. 55. *Ranulfus* 649. 26. *Robertus* 531. 51: 597. 56. 65: 649. 12. 28. *Theobaldus* 792. 26. *Thomas* 596. 22: 938. 7. 48. 44. 65. *Thoraldus* 536. 21: 644. 5. *Walterus* 796. 7: 819. 66.
Neuton Will. 1015. 5. *Radulfus* 644. 26.
Newark Rad. 288. 37. *Malgerus* 795. 7.
Newſole Dionyſia † 624. 7.
Newſum Godric 648. 41. 59. *Rogerus* 825. 33.
Neweton Johannes 443. 31.
Newport Walt. 532. 4. *Radulfus* 532. 4.
Newmarch Bernardus 66. 21. [*Vide Novomercato.*]
Nicholſon Alfredus 845. 61.
Nichol Aluredus 530. 3.
Noel Philippus 143. 24. 43. *Thomas* 143. 23. 35: 527. 48: 915. 42: 940. 13. *Ricardus* 33. 55. *Robertus* 143. 54: 915. 42: 940. 13. *Willielmus* 143. 59.
Nofuel Henr. 274. 39.
Norfolc Rad. 904. 2. *Willielmus* 117. 57.
Norfolciæ Comes Hugo 548. 5. *Rogerus Bigod* 878. 56: 929. 40. *Hugo* 878. 65.
Normanby Will. 369. 59. *Ricardus* 150. 64.
Norman Gilb. 135. 23.
Normanniæ Dux Ricardus primus 949. 9. *Ricardus* ſecundus 949. 40. 67. *Juditha* Comitiſſa 949. 49. *Robertus* Comes 958. 46. *Robertus* Dux 949. 14. *Willielmus* Dux 949. 23.
Normannia perdita per Regem *Johannem*, eo quod *Homagium* Regi *Franciæ* facere recuſavit 222. 37.
Normanvil Regin. 534. 19. *Radulfus* 540. 56: 882. 50: 896. 64. *Geroldus* 880. 59. *Johannes* † 87. 60. 66: 88. 16: 92. 13.
Norfeis Henr. 132. 40. *Alanus* 303. 39.
Northampton Jac. 664 12.
Northampt. Co. Simon 544. 35: 850. 15: 851. 4: 911. 9.
Northburne Rogerus 374. 44.
Northia Will. 643. 33.
Northon Petrus 410. 17.
Northumbriæ Comitiſſa *Matildis* 97. 58.
Northumbriæ Comes Copſius 845. 28. *Henricus* filius Regis *Scotiæ* 204. 22. *Will. Gwaren* 203. 59. *Henr. Perci* 591. 7.
Nortote Ranulphus † 630. 12.
Northwalliæ Princeps *Lewelinus* filius *Gervaſii* 336. 25: 338. 59.
Norton Simon 276. 23. *Jacobus* 343. 19. *Walterus* † 628. 34.
Norwic Will. 22. 27. *Radulfus* 339. 23.
Notingham Henr. 321. 61. *Simon* 984. 24.
Notingh. Co. Robertus 873. 60. (*Rob. de Ferrariis*) 39. 28.
Nova villa Henr. 394. 46. *Robertus* 591. 41. [*V. de Nevill.*]
Novant Rog. 530. 13. [*Vide Nuvant.*]
Noviers Gilb. 1005. 21.
Novo burgo Rog. 234. 50. *Henricus* 549. 29: 986. 44. *Alexander* 254. 17.
Novo mercato Adam 37. 33: 53. 1: 557. 17. *Henricus* 824. 65. *Willielmus* 207. 65: 312. 41: 314. 63.
Nutricius Gilb. 573. 48.
Nuvant Rog. 8. 20: 972. 65. *Wido* 8. 17.
Nyweton Hugo 271. 42.

O

O Bryan Donaldus 1029. 34.
Odingſels *Vide Dodingſels.*
Odowelle Simon 544. 55.
Offa Rex *Orient. Saxonum* 851. 62. Rex *Merciorum* 852. 17.
Offre Robertus 272. 5.
Oilli Rob. 90. 14. *Fulco* 885. 12.
Oildeboef Walt. 324. 53.
Oiſon Rob. 960. 32.
Olifart Rob. 534. 61. *Walterus* 1052. 28.
Oliver Will. 880. 22.
Ominour Paganus 71. 46.
Onneby Roheſia 596. 36. *Gilbertus* 596. 38.
Ordeſhale Nich. 53. 30.
Ormesby Walt. 151. 11. *Robertus* 797. 30.
Orenge Will. 242. 46.
Ores Lucas 435. 30.
Oreſcuil Ric. 888. 50. *Helias* 888. 50.
Orival Will. 80. 57.
Ormesbi Gilb. 809. 36.
Ormundiæ Comitiſſa Alianora 397. 3.
Orreby Philippus 260. 58: 268. 21. *Johannes* 616. 30: 797. 39. *Agnes* 616. 16. 24. *Herbertus* 616. 20. *Alardus* 616. 20.
Osbernus *nobilis Normannus, nepos* Hugonis Bajocenſis *Epiſcopi.* 996. 11: 1006. 1.
Oſeville Sewallus 510. 63. *Henricus* † 627. 28.
Oſithi *Sancta* 182. 11.
Oſmundeſthorpe Petrus 540. 43.
Oſmundus *Cancellarius Regis* Willielmi *Conqueſtoris.* 972. 35.
Oſſoriæ Rex Dumwaldus 1028. 7.
Ottehain Petrus 112. 42.

Otteby Rob. 397. 18.
Ottringden Rad. 112. 43.
Otteringham Ric. 230. 22. *Willielmus* 163. 43.
Ottrington Tho. 650. 25. 58.
Ovilla Hugo 534. 32.
Owenus filius Griffini 339. 60.
Oxonii Comes (297. 25.) *Rob.* de *Vere* 24. 15: 507. 9. *Albericus* de *Vere* 547. 56: 877. 37: 878. 19. *Hugo* de *Vere* 878. 46. *Euſemia* Comitiſſa 877. 22.
Oxenden Ricardus 276. 15.
Oyſel Mathæus 662. 65.

P

PAbenham Johannes 243. 48. *Laurentius* 297. 45. 60.
Pacton Adam 426. 14.
Pacy Johannes 327. 50.
Paganel Fulco 96. 67: 97. 41. *Fulcodius* 910. 30: 911. 13. 58: 912. 9. *Gervaſius* 510. 22: 907. 30: 910. 12: 912. 36: 991. 12. *Hawiſia* 912. 32. 5. *Radulfus* 96. 52: 369. 30: 907. 33: 910. 31. *Robertus* 907. 47: 911. 26: 912. 23. *Rogerus* 912. 42. *Willielmus* 96. 59: 97. 22. 53: 142. 7: 910. 55: 911. 14. 65: 912. 9. 14.
Pageham Will. 663. 48.
Painel Adam 98. 59: 151. 1: 643. 54: 644. 23: 645. 34. *Alexander* 36. 45: 37. 26. *Fulco* 302. 28: 408. 39: 522. 57. *Gervaſius* 547. 39. *Hugo* 645. 36. *Jordanus* 37. 30: 161. 46: 162. 44. 51: 163. 22. 35. *Radulfus* 456. 2: 645. 10. *Robertus* 344. 49. *Matilda* 181. 67. *Willielmus* 181. 47: 991. 12. [*Vide Paganell.*]
Pakenham Edm. 184. 65. *Gulielmus* 185. 6. *Ejus progenies* ibid.
Palerne Henr. 642. 9.
Palexton Will. 458. 34.
Palinges Gergaga 511. 14. *Radulfus* 511. 15.
Palmer Johannes 419. 50. *Willielmus* 115. 46.
Palton Johannes 307. 7.
Pancevot Humfr. 109. 29. *Lanval* 109. 65. *Iſabella* 159. 11. 55. *Ricardus* 263. 50.
Panton Henr. 254. 29.
Pantulf Norm. 129. 63. *Alanus* 255. 40. *Willielmus* 129. 44. 61: 525. 42. *Philippus* 96. 6: 792. 25. *Ivo* 128. 28: 134. 3.
Papilam Halnaldus † 629. 53.
Parcarius Ingeramus 604. 55. *Hugo* 603. 1. 4: 604. 37. *Willielmus* 603. 55: 604. 32.
Parc Hawiſia 529. 29. *Henricus* 286. 46.
Parnes Paganus 510. 65. *Baldwinus* 510. 65.
Parvus Rog. 71. 8. *Walterus* 72. 60. *Willielmus* 1029. 3.
Paſſelew Rob. *Archidiac. Lewenſis* 267. 65. *Simon* 1021. 39. *Johannes* 280. 51. *Robertus* 664. 48.
Paſtun Johannes 110. 30.
Paſturel Ric. 590. 30.
Pateſle Hamo 329. 60: 615. 59.
Pateſyne Will. 869. 31.
Patric Ric. 25. 32. *Willielmus* 25. 33. 58: 85. 16. *Hugo* 190. 58. *Robertus* 270. 12: 320. 20.
Patrok Godefridus 312. 30.
Patſhull Martinus 558. 3: 954. 4. *Simon* 157. 29: 158. 24. 33: 632. 34.
Paveham Johannes 794. 52.
Paveilli Rog. † 625. 40. *Robertus* † 627. 16. 56: 628. 52. 57. 61. *Willielmus* † 628. 42. *Reinerus* 952. 36. *Reginaldus* 978. 34: 1003. 3: 1008. 19.
Payne Will. 915. 4.
Peche Almaricus 87. 54: 88. 14. 2. *Barthol.* 88. 33. *Johannes* 30. 40. *Edmundus* 30. 40: 88. 33. *Hamo* 30. 36. 42. 2. *Gaufridus* 30. 40: 246. 34. *Gilbertus* 30. 39. 46. 63. 21. 33. 51: 32. 19. 41: 316. 58: 607. 18. *Matilda* 95. 17: 453. 44. *Maria* 184. 46. *Ricardus* 280. 45. *Mathæus* 419. 49. *Willielmus* 30. 17: 432. 52.
Pedis Canis Alanus 533. 46.
Pedwardin Rog. 69. 29. Ejus progenies *ibid.* 70. 20. 23. 28. 38. *Walt.* 70. 40.
Pedworth Adam 95. 20.
Peſorer Fulco 112. 54: 113. 41.
Peiſun Rob. 95. 29. *Radulfus* 534. 20.
Pelham Johannes 84. 15.
Pembrochiæ Comes *Gilbertus* 543. 9. 13. 16. *Will. Mareſchallus* 227. 67: 301. 17: 443. 52. 26: 524. 57: 545. 19: 549. 64: 1032. 32: 1033. 48: 1042. 24. *Walt. Mareſchallus* 1027. 17. *Rad. Haſtings* 228. 39.
Pembrochiæ Comitiſſa *Maria* de S. *Paulo* 437. 12: 601. 62. *Alicia* de *Cleremunt* 547. 7.
Pencot Joh. 1025. 34.
Penrys Rob. 550. 4.
Pendeney Henr. 272. 51.
Pendelu Rad. 1021. 20.
Penebruge Rad. 973. 15.
Penhnoſte Rad. 544. 15.
Penigton B. 424. 44: 426. 1. *Alanus* 426. 42. *Gamelus* 424. 51. *Meldredus* 424. 51.
Penkrich Rob. 259. 42.
Pennard Osb. 233. 59.
Pentiz Nich. 440. 20.
Perbalt Henr. 305. 58. 42.
Percevent Galfr. 324. 55: 432. 54.
Perci Alanus 161. 45: 394. 50: 854. 12. *Ernardus* 148. 28: 150. 66. *Johannes* 395. 13. *Henricus* 228. 34: 350. 4: 441. 59. *Petrus* 509. 48. *Picotus* 35. 8. 49: 36. 55. *Ricardus* 810. 47. *Robertus* 163. 34: 823. 50. *Walterus* 99. 59: 151. 8: 506. 54. *Willielmus* 35. 33. 37. 27: 150. 1: 151. 5: 161. 50: 163. 24: 290. 59: 394. 66: 441. 58: 442. 19: 540. 15: 808. 41. 66. *Agnes* 616. 14: 810. 46. *Alicia* 824. 56. *Johanna* 602. 47. *Margareta* 547. 61. 66: 918. 58.
Perendune Picotus † 626. 61. *Rogerus* † 626. 64. *Robertus* † 626. 67.
Perer Matildis 603. 54.
Pereſeth Ric. 324. 54.
Perington Rob. 801. 56.
Perot Rad. 376. 20.
Perpont Rob. 70. 39: 300. 21. *Hubertus* 530. 21: 551. 41.
Perrun Galfr. 534. 14.
Peſchale Will. 295. 57. *Radulfus* 295. 58.
Peſun Will. 535. 9.
Peteſho Mich. 911. 22.
Petit Walt. 330. 53.
Petra facta Gaufr. 114. 60.
Pevenſe Ric. 461. 4.
Pevere Will. 919. 53.
Peverell Matilda 8. 18: 30. 57. *Hugo* 286. 38: 907. 19. *Jordanus* 894. 37. *Paganus* 29. 14. 27: 30. 14. 27. 55: 31. 10: 32. 8. 26. *Ricardus* 286. 40. *Robertus* 297. 24. *Willielmus* 30. 24: 86. 50: 511. 28: 527. 2: 547. 47.
Peuforer Fulco 111. 41. [Vide *Peforer.*]
Peytevin Will. 263. 2. *Thomas* 509. 32. *Rogerus* 509. 30: 546. 52.
Peyure Tho. 478. 4. [Vide *Pevere.*]
Phanecurt Girardus † 94. 36.
Philip Will. 544. 2.
Philingham Alanus 536. 40.
Picard Rad. 72. 26.
Pichford Engelardus 254. 41. *Gefray* 899. 18. *Johannes* 147. 49.
Picot Albericus 883. 50. *Euſtachius* 33. 32: 527. 10. *Rogerus* 73. 42: 510. 59. *Petrus* 23. 42.
Picotus Vicecomes 28. 64: 32. 23.
Pictavenſis Rogerus 34. 20. 23: 36. 1. *Robertus* 393. 47: 554. 39. *Willielmus* 548. 66: 957. 46.
Pictavenſis Archidiaconus Ricardus 285. 40.
Pictavenſis Comes Galfr. 1006. 47.
Pierſith Walt. 110. 28.
Pigaz Ric. 88. 4.
Pigot ...... 239. 33. *Baldw.* 327. 33. *Ricardus* 889. 33.
Pikonot Ric. 791. 4.
Pimpe Rad. 403. 52.
Pin Henr. 8. 31.
Pincerna Aluredus 910. 43. 50: 982. 22. *Alanus* 596. 16. *Gaufridus* 186. 33: 800. 32. *Girardus* 161. 53. *Hugo* 997. 13. *Johannes* 239. 38. *Osbertus* 106. 6. *Radulfus* 115. 29: 118. 11: 134. 28: 309. 14: 986. 27. *Ricardus* 8. 46: 98. 1: 117. 56: 161. 53: 192. 43: 260. 12: 268. 19: 530. 38: 799. 55. 65. *Reginaldus* 533. 53. *Robertus* 309. 15. *Thomas* 131. 41: 260. 4: 419. 52. *Willielmus* † 92. 42: 200. 34.
Pinel Ric. 422. 61.
Pinu Morinus 134. 11. *Willielmus* 134. 12.
Pinkney Rob. 267. 40: 292. 25. *Henricus* 291. 47. 56: 292. 66: 355. 65. *Willielmus* 292. 15.
Pinnok Walt. 438. 7.
Pinzun Andr. 212. 16.
Pipard Adam 240. 66. *Gilbertus* 154. 41. *Robertus* 240. 67. *Walterus* 240. 67.
Piperellus Paganus 972. 67.
Piremage Galfr. 822. 40.
Pirho Will. 82. 17.
Pirou Rob. 231. 4. *Ricardus* 970. 6. *Will.* 398. 62: 970. 6. *Dapifer* 7. 10.
Piſhull Steph. 198. 36.
Piſtor Sim. 537. 19.
Piueleſdon Rog 934. 62.
Plaiz Hugo 23. 41: 26. 49. *Stemma* 23. 49. *Ægidius* 24. 24. *Johannes* 24. 56. *Radulfus* 574. 43. *Ricardus* 24. 53.
Plan Rog. 1029. 2.
Planca Rog. 798. 24.
Pleſſets Hugo 409. 13. *Johannes* 917. 56.
Plompton Petrus 290. 14. *Robertus* 290. 18. *Gilbertus* 292. 17. *Will.* 546. 27.

Pludi Will. 528. 9.
Pluket Hugo 80. 51.
Plumere Johannes 448 59.
Poatter Will. 207. 36.
Pochard Galfr. 664. 26.
Poer Philippus 549. 8. *Hugo* 527. 55. *Radulſus* 171. 34: 386. 1. *Robertus* 1040. 15. *Willielmus* 549. 19: 631. 50.
Poinings Johanna 184. 54. [Vide *Punings.*]
Pointon Aluredus 590. 7.
Poinz Nich. 300. 18. *Hugo* 645. 7.
Pois Walt. 324. 53.
Pole Rog. 8. 46.
Polebie Adam 984. 28.
Polton Steph. 244. 8.
Pomerai Henr. 4. 56: 551. 45: † 625. 25. *Matildis* 8. 36.
Pomereda Goſelinus 7. 27.
Pomervill Hugo 988. 40. 52.
Poncherden Ric. 901. 56. [Vide *Punchardine.*]
Poncius Ric. 71. 58.
Ponmeur Will. 1021. 21. *Rob.* 1021. 21.
Ponte Will. 968. 67. *Robertus* 295. 57.
Pontearche Will. 86. 54: 108. 51: 134 66: 900. 45. *Robertus* 9. 32.
Ponteclive Will. 450. 30.
Pontefract Rad. 510. 20.
Ponteni Alfredus 534. 4.
Ponzon Johannes 424. 48.
Pool Walt. 321. 59. *Serlo* 506. 63.
Popham Hugo 10. 60.
Porſnell Rob. 510. 14.
Porter Will. 549. 18. *Robertus* 598. 22.
Porter Ingelr. 604. 13.
Porthis Rog. 527. 58.
Port Rog. 302. 49. *Henricus* 972. 66. *Johannes* 529. 31: 894. 32. *Robertus* 888. 6. *Adam* 529. 44: 530. 48: 548. 29: 659. 42: 1001. 49. *Walterus* 905. 20.
Portrahan Mauricius 1046. 13.
Portſei Baldw. 1001. 47.
Potevile Wido 590. 29.
Pothou Johannes 99. 58.
Pottemore Rog. 886. 51.
Potton Rob. 298. 11.
Pouchard Johannes 327. 29. *Willielmus* 327. 29.
Povele Jord. 870. 54.
Povere Johannes 663. 51.
Power Walt. 312. 13.
Powis Rog. 510. 44.
Pozard Galfr. 663. 50.
Praers Rob. 200. 49: 261. 1.
Pratellis Petrus 820. 37: 1018. 23. *Ingelramus* 1042. 36.
Praxton Ogerus 531. 61.
Prendelegaſt Phil. 3001. 40: 1023. 14: 1046. 8.
Preſſevile Engelr. 921. 59.
Preſtecote Patricius 304. 44.
Preſton Laur. 971. 13. *Will.* 294. 47. *Adam* 418. 54: 541. 65. *Gilbertus* 791. 11.
Prætium lineæ telæ, ſotularium, & aliarum rerum 321. 30.
Preſtwould Ivo 795. 41. *Elias* 795. 48.
Prophet Johannes, Cuſtos privati Sigilli ſub Rege *Henrico* quinto 362. 26.
Puer Phil. 1039. 65.
Pulford Herb. 270. 15: 320. 22.
Puleſdon Savarus 530. 24.
Pulleſley Sivardus 268. 63.
Punchardine Rog. 99. 26. *Hugo* 205. 58. *Richardus* 267. 48. *Will.* 653. 10. *Oliverus* 267. 50.
Pungarde Rad. 530. 35.
Puninges Adam 637. 19. *Rinaldus* 908. 60. [Vide *Poinings.*]
Purcel Rob. 140. 66. *Walt.* 1033. 5: 1043. 61.
Puſac Henr. 35. 46.
Puteaco Henr. 548. 61: 822. 34: 824. 48.
Putot Will. 832. 34.
Putrel Ric. † 94. 50. *Robertus* 795. 31.
Putti Arnulphus † 629. 21.
Pycatiſton Rob. 252. 31.
Pyleſdon Savarus 551. 58.

Q

Quenburgh Rad. 312. 35.
Quency Rog. 362. 4: 310. 20. *Saherus* 78. 7: 310. 32: 311. 25: 313. 49: 454. 30: 527. 36: 659. 42: 952. 35: 978. 33: 1003. 2. *Robertus* 188. 2. *Margareta* 188. 2: 310. 42: 544. 62.
Querceto Rad. 234. 54.

R

Rabaz Rob. 312. 4. *Steph.* † 630. 63.
Raborne Walchelinus 875. 44.
Race Rob. 532. 52.
Raceto Hugo 967. 30.
Radclive Walt. 95. 38. *Henr.* 304. 48. *Eliz.* 918. 9.
Raddon Ric. 108. 33.
Radel Mauricius 535. 21.
Radeſhangre Rob. 250. 16.
Radulf Robertus 534. 8.
Rage Elias † 628. 6. 12. *Adam* † 628. 44.
Raherus *fundator Prioratus* S. *Bartholomæi Lond.* 166. 24.
Raimes Will. 538. 30.
Ralegh Wymundus 323. 43: 442. 2. 21.
Ramis Rob. 386. 37. *Rogerus* 386. 40. *Willielmus* 386. 44.
Randolf Will. 544. 37.
Ranglas Rog. 426. 37. *Ricardus* 426. 48.
Rannes Sibilla 510. 42: 546. 46.
Ratetun Walt. 983. 31.
Rathelden Adam 1035. 36.
Raucebi Walt. 535. 23.
Rauns Rob. 171. 4. *Rogerus* 171. 6. *Willielmus* 171. 12. 28.
Rautheclive Ric. 99. 19.
Raynes Leonia 602. 3. [Vide *Rannes.*]
Rayni Will. 664. 48.
Raz Rob. 533. 52.
Redman Henr. 596. 12.
Redneſſe Walt. 419. 7.
Redvers Baldwinus 7. 18: 8. 16: 108. 6. *Comes Devon.* 179. 47: 180. 27. *Henricus* 180. 63. frater Comitis *Baldwini* 181. 23. *Willielmus* 180. 63. *Ricardus* 178. 17: 180. 47. *Comes Devon.* ejus progenies 179. a: 179. b: 181. 8: 972. 63. *Hawiſia* 286. 44. *Margeria* 439. 28: 440. 42.
Retham Ric. 574. 66.
Regny Will. 251. 47: 665. 35.
Regenbaldus *Cancellarius Regis Elwardi Confeſſoris* 13. 64.
Reimes Ric. 45. 64. *Robertus* 45. 2: 183. 48.
Reimund Johannes 921. 60.
Reinerville Adam 34. 31: 36. 67.
Rembel Rog. 592. 29.
Rennes Osbertus 295. 55. 38.
Rerisby Simon 608. 20. *Robertus* 610. 55.
Revel Rob. 511. 18.
Revenelle Jordanus 51. 60.
Reygate Will. 930. 15. *Johannes* 509. 23.
Reynham Edm. 22. 29.
Reynes Leonia 602. 7. 25. [Vide *Raynes.*]
Rio Hubertus 532. 12: 535. 19: 547. 61. 3: 791. 30: 889. 49: 900. 22.
Ribald Rob. 797. 31.
Riboſ Rob. 598. 34: 599. 59.
Ricardus *Norm.* Dux Carta ejus Cœnobio *Fontanellenſi.* 1004. b.
Richardus Rex *Angliæ* primus. Ejus Dona Hoſpitalariis 549. 35: 553. 2. Fundatio Abbatiæ de *Bonoportu*, in *Normanniâ*, per ipſum. 1007. a.
Rich. Swanus 548. 43.
Ricthon Malgerus 164. 56.
Richmundiæ Comes *Conanus* 540. 4.
Ridale Alanus 370. 20.
Ridel Galfr. 111. 27: 112. 38: 511. 18: 203. 4: 845. 61: 993. 37. *Valterus* † 89. 27. *Stephanus* 1042. 35. *Matildis* † 90. 46: 876. 3.
Rideleſtord Walt. 293. 55: 1022. 51. 45: 1039. 63.
Rider Stephanus 234. 48.
Ridware Will. 506. 16.
Rienvilla Will. 554. 40.
Rievallis Petrus 322. 43.
Rigingeham Adam 886. 31.
Rigni Rog. 9. 56.
Rihil Rob. † 88. 23.
Rilleſton Will. 101. 12. 24. *Euſtachius* 99. 62.
Ringeſele Anſelmus 88. 4. *Jordanus* 87. 14.
Ripariis Baldw. 662. 49.
Riparia Henr. 191. 59. 20. *Johannes* 99. 59.
Riperiis Johannes 408. 52: 409. 38.
Rippa Will. 113. 59.
Rippingale Alanus 591. 4.
Risbef Walt. 295. 31.
Rivel Rob. 546. 3.
Rivers Baldw. 201. 54.
Robertus Regis *H.* 1. nothus 139. 17.
Roche Vide *Rupe.*
Rocheford Waleranus 234. 57.
Rockele Johannes 878. 19.
Rocſfort Wido 154. 9.
Rodes Rad. 96. 38.
Rodgniton Alicia 48. 2.
Rodelent Rob. 966. 41.
Rodwell Adam 591. 3.
Roeli Galfr. 911. 15.
Roets Rad. 592. 61.
Roſſeceſtria Solomon 511. 56.
Rohale Rad. 557. 5.
Roigorn. Phil. 1035. 33.
Rok Ricardus 592. 33. *Nich.* 597. 24.
Rokeby Henr. 197. 39. *Thurbertus* 398. 56.
Rokenla Rob. 302. 33.

Roldeſton Bened. 95. 58: 605. 61.
Rolleſton Iſabella 419. 2.
Rolles Will. 954. 67.
Rollendrict Alanus 276. 20.
Rollinges Rog. 160. 7.
Rollos Will. 969. 67.
Rollous Ric. 539. 46: 970. 60.
Romeſis Walt. 109. 65.
Romelli Avicia 97. 43. [Vide *Rumeli.*]
Rompan Gilb. 395. 40.
Romeſcot, ſcil. Denarium de quolibet Domo 1. 20.
Ronhale Galfr. 242. 53.
Roos Everardus 105. 60: 163. 29: 916. 54. *Johannes* 20. 16. *Herbertus* 973. 4. *Petrus* 172. 47: 592. 25. *Willielmus* 20. 6: 30. 55: 107. 12: 151. 38: 172. 32: 175. 7: 278. 32: 350. 3: 834. 32. *Robertus* 20. 54: 105. 60: 149. 21. 60: 150. 24: 174. 28: 458. 38: 548. 24: 551. 52. 65: 557. 16. 38: 916. 66: 957. 56.
Roos Thomas 150. 24. *Nicholaus* 278. 55. *Margareta* 424. 22.
Ropeſle Rob. 161. 54: 532. 27: 645. 32. *Hugo* 645. 36.
Rople Simon 423. 21: 548. 41: 645. 36.
[Ros Vide *Roos.*]
Roſel Rob. 148. 34: 150. 6. *Hugo* 957. 49.
Roſeio Johannes 979. 16.
Roſſel Thomas 1048. 11. *Will.* 1048. 11.
Roſet Patriz 535. 56.
Roſmare Will. 341. 61. Ejus progenies *ibid.*
Rothele Will. 479. 37.
Rothing Matilda 542. 57.
Rotingron Bened. 426. 26.
Rotomago Will. 653. 20.
Roveceſtre Rad. 264. 26. *Ric.* 432. 53.
Roumare Will. 537. 17. 23: 548. 7. 17: 871. 66: 200. 63.
Roxby Rob. 56. 57.
Ruda Will. 420. 18.
Rudby Hugo 153. 8.
Rudſton Malgerus 164. 60.
Rufford ...... 362. 46.
Ruffus Will. 655. 21.
S. Rufinus *Merciorum Regis* Wulferi *filius.* Hiſtoria de ejus paſſione 119. b.
Rufus Galfr. 242. 62: 794. 52. *Johannes* 814. 54.
Rugemund Rad. 372. 36.
Rumare Hawiſia Comitiſſa 381. 64. *Willielmus* 537. 34: 851. 34.
Rumeli Alanus 285. 23. *Alicia* 101. 22. 40. 47. 44: 102. 54. 42. 51. 56. 61: 424. 40. *Cecilia* 100. 59: 101. 50: 102. 22. 28: 103. 27. 58.
Runeys Will. 38. 17.
Rupe Simon 557. 3. *Euſtachius* 1023. 15. *Henricus* 1048. 12.
Rupeforti Milo 1028. 36.
Rupibus Petrus *Winton. Epiſc.* 343. 54: 439. 15: 655. 40: 660. 34: 664. 45: 921. 15. *Galfridus* 662. 12: 664. 11.
Ruſel Rob. 202. 34: 292. 44: 548. 21. *Alanus* 551. 26. *Jacobus* 293. 10. *Willielmus* 336. 57.
Ruſſel Alanus 547. 1. *Robertus* 88. 5: 854. 64. *Ricardus* 908. 23. *Euſtachius* 908. 23.
Ruſhale Osb. 908. 1.
Ruſteng Rog. 274. 59.
Ruthe Walt. 163. 53.
Rutingdon Ric. 56. 40.
Ruyt Adam 264. 43.
Rydeford Hakettus 201. 5.
Rye Nich. 423. 24.
Rymeſwell Rog. 420. 32.
Ryſeley Walt. 546. 17.

S

SAbaudia Petrus 546. 52.
Sabricheſwrth Will. 421. 42: 422. 60.
Saccavile Galfr. 637. 21. [Vide *Saukeville.*]
Sacy Emericus 662. 8: 664. 11.
Sadelingſtanes Adam 93. 5.
Sadenefeld Will. 594. 57. *Walterus* 594. 3.
Saham Rob. 615. 60.
Sais Simon 795. 67.
Sakevill Rob. 45. 50.
Salcheville Alex. 885. 14.
Salceto Hugo 9. 2.
Saleſburi Edw. 67. 63. *Walt.* 67. 10.
Salemonvill Will. 887. 44.
Salford Nigellus 241. 31: 242. 36. *Hugo* 242. 36.
Salicoſamora (vel *Sawcimere*) *Matildis* 627. 41.
Salopiæ Comes *Edricus* 220. 16. *Rogerus* 966. 48: 1002. 30: 1006. 11. *Hugo* 144. 17. *Johannes Talbot* 939. 51. 36.
Salt Walt. 129. 64.
Salle Rog. 21. 34.
Saltmerſh W. 233. 65. *Adam* 233. 8.
Salvagius Galfridus 143. 40: 870. 48. [Vide *Sauvage.*]
Salvaine Rad. 53. 3: 977. 7. *Thomas* 422. 57. *Gerardus* 825. 12. 19.
Samlesburi Will. 454. 49.
Samford Tho. 826. 6.
Sampford Simon 285. 24. *Elias* 455. 54.
Sampſon Will. 92. 61: 94. 38.
Samſon Rogerus 312. 8: † 630. 58. *Robertus* † 630. 64.
Sandal Thurſtinus 1048. 13.
Sandeford Tho. 432. 51.
Sandes Beatrix 247. 42.
Sandiacre Petrus 230. 62.
Sanlo Gilb. 589. 45.
Sannera Phil. 794. 10.
Santon Johannes 800. 62. *Ricardus* 350. 28: 800. 39. 62. *Alexander* 800. 64.
Sanzuſemare Galfr. 596. 31.
Sapcote Will. 269. 25.
Sapenton Nigellus 590. 9.
Saracen Will. 1021. 38.
Sarum Philippus 301. 44.
Sarum Comes *Patricius* 206. 38: 341. 4: 530. 18. [Vide *Wiltſcire.* Co.] *Willielmus* 207. 44. 46: 341. 13. *Will. Longſpe* 341. 35: 931. 30. *Johannes* de *Monteacuto* 356. 44. *Will. Mountagu* 226. 47: 355. 21: 356. 15.
Sarum Comitiſſa (de *Viterio Alianora*) 207. 49. *Ela* Comitiſſa 341. 39: 342. b.
Satawaſt Rad. 970. 21.
Savage Will. 1021. 39. *Radulfus* 112. 44.
Savage Rob. 242. 49. *Johannes* 242. 49.
Saukevile Ela 637. 36: 638. 11. *Galfridus* 637. 63. 6. *Radulfus* 637. 8. *Elena* 544. 13. *Jordanus* 301. 34: 335. 10: 983. 28.
Saucy Will. 150. 20.
Saumur Will. † 622. 24.
Sautcheverel Rob. 608. 22.
Saunford Rob. 440. 48. *Thomas* 544. 27.
Saunzaver Will. 653. 15.
Saureby Walt. 558. 7.
Sauteby Ric. 604. 1.
Sauzuceſmare Rog. † 622. 62.
Sawcemere Galfr. 630. 28. 25: † 621. 9. 47. 32: 621. 7. 59.
Saxholme Tho. 185. 17.
Say Elias 49. 35: 942. 26. *Hugo* 48. 60: 49. 14: 145. 46: 885. 8. *Brientius* 907. 17. *Ricardus* 49. 20. *Robertus* 49. 40. *Galfridus* 545. 21: 555. 22. 39: 638. 66: 640. 28. 23. *Willielmus* 249. 45. *Beatrix* (uxor *Galfridi* filii *Petri* Comitis *Eſſexiæ.*) 821. 1. 12. *Iſabella* 907. 11. *Matildis* 249. 29. *Euſtachia* 868. 57. 975. 6. *Lucia* 543. 27.
S. Albano Regin. 870. 53.
S. Albino Wymerius 603. 46.
S. Amand Wido 901. 55.
S. Audoeno Rob. 92. 54. *Radulfus* 262. 67. *Gilbertus* 973. 16. *Rogerus* 999. 48.
S. Brigida Rad. 637. 27: 638. 1.
S. Clare Britellus 910. 49. *Hubertus* 183. 47. *Willielmus* 662. 9.
S. Cruce Odo 536. 15. 43: 815. 50. *Alanus* 664. 10.
S. Dionyſio Ric. 329. 57. *Gilbertus* 329. 57. *Wigotus* 960. 47.
S. Edwardo Hugo 241. 14. *Willielmus* 241. 13: 794. 12.
S. George Baldw. 31. 41.
S. German Rad. 409. 16.
S. Hylario Barth. 446. 7. *Alardus* 527. 38. *Jacobus* 884. 33.
S. John Johannes 141. 47. 65: 223. 11: 665. 18. *Rogerus* 908. 58. *Willielmus* 292. 16: 548. 29: 812. 8: 868. 11: 970. 36: 975. 22. *Robertus* 643. 57. 64: 970. 36.
S. Johannes Beverlaci, miracula ad ejus tumbam 367. 33.
S. Lando Simon 299. 1. *Adam* 791. 27. *Richerius* 128. 33. *Radulfus* 792. 27.
S. Leger Galfr. 209. 60: 637. 67. *Radulfus* 111. 40. *Lucas* 260. 2. *Reginaldus* 908. 29. 49. *Willielmus* 23. 43: 301. 42. *Gilbertus* 111. 22: 112. 54.
S. Liz Simon 264. 48. *Ace* 590. 9.
S. Lize Matildis 75. 35. 49: 877. 45.
S. Maria Jordanus 287. 48. 62: 288. 61. *Adam* 655. 39. *Johannes* 338. 28. *Radulfus* 599. 50.
S. Martin Adam 394. 18: 598. 43. *Aluredus* 920. 47. *Helias* 192. 41. *Stephanus* 920. 48. *Walterus* 950. 24. *Willielmus* 207. 33. *Rogerus* 362. 42: 535. 40.
S. Maur Barthol. 299. 5. *Galfridus* 530. 11: 546. 5. *Ricardus* 307. 25. *Petrus* 530. 59. *Thomas* 826. 31.
S. Medardo Nich. 298. 12.
S. Michael Henr. 1046. 11.
S. Omer Will. 809. 18.
S. Pancratio Will. 800. 58.
S. Patric Warinus 96. 54.
S. Paul Gozelinus 94. 32. *Reginaldus* 207. 30. *Henricus* 284. 25. *Johannes* 355. 62. *Willielmus* 998. 13.
S. Quintin Will. 99. 55: 246. 48. *Herbertus* 198. 63: 200. 36. *Walterus* 547. 29.
S. Quintin Johannes 887. 62. *Galfridus*

fridus 637. 26. *Radulfus* 119. 60. *Wido* 960. 52. *Aluredus* 961. 16.
S. Remigio Juliana 117. 36.
S. Roerius Gaufridus 115. 20.
S. Sydonio Fælicia 221. 2.
S. Walerico Thomas 140. 10. 61: 141. 51. *Matilda* 69. 17. *Bernardus* 140. 50: 141. 48: 381. 1: 400. 48: 868. 27: 975. 36: 1003. 26. *Reginaldus* 529. 42: 868. 27: 975. 36: 1003. 26.
Scacherlun Rob. 978. 66.
Scalariis Galfr. 18. 48 8: 19. 65. *Ricardus* 909. 25. *Albericus Mathæus* 19. 66. *Hardewinus* 909. 25. *Henricus* 82. 54.
Scales Rob. 543. 44: † 624. 66: 879. 14. 13. 40. *Rogerus* 879. 58. 61.
Scalteby Rob. 394. 11.
Scargil Will. 200. 4.
Scatlat Hugo 540. 20.
Scardclive Petrus 599. 43.
Scaresbrek Walt. 304. 64: 305. 9.
Scarlet Will. 643. 28.
Scarneſton Malgerus 34. 20.
Scavington Math. 913. 65.
Sceltun Will. 148. 60.
Scenges Rob. 274. 63: 275. 4.
Schegnes Rob. 288. 36.
Schevynton Spratlingus 306. 14. *Adam* 306. 21.
Scheyne Sibilla 326. 23.
Scheynton Hugo 934. 61.
Schilingetun Osb. 590. 14.
Scibthorp Henr. 423. 25.
Sconewelle Will. 323. 41.
Scorburgh Rob. 350. 7.
Scorne Henr. 435. 29.
Scot Will. 556. 49.
Scoteni Walt. 98. 44: 538. 42: 921. 59. *Engelerus* 84. 58. *Thomas* 596. 53. *Lambertus* 536. 65. 66: 804. 11. *Hugo* 803. 22: 804. 10.
Scotheus Rob. 411. 29.
Scotorum Rex David 80. 17: 551. 22. *Willielmus* 94. 44: 152. 30: 202. 47. Fundavit Abbath. de *Aberbrothe* 1052. b. *Malcolmus* 202. 53: 417. 51.
Scotton Nich. 596. 41.
Scraſton Gilb. 649. 29.
Scrobesbiriæ Comes Vide *Salop. Comes.*
Scrope Lambertus 98. 64. *Johannes* 800. 65. *Willielmus* 334. 20. *Galfridus* 355. 59: 815. 15. *Radulfus* 536. 60. *Ricardus* 651. 12. 51: 930. 26.
Scrueton Henr. 598. 24.
Scudamore Petrus 887. 64.
Scures Rob. 589. 48.
Scyrle Sewalus 875. 50.
Secroft Tho. 556. 48.
Seel Nich. 797. 52.
Seggeſhale Ivo 269. 27.
Segrave Amabilia 279. 46: 281. 1. *Gilbertus* 197. 44: 280. 62. *Johannes* 280. 16. *Nicholaus* 280. 27.
Segrave Eliz. 194. 29. 42. .... 197. 33.
Segre Alex. 209. 48.
Seile Rad. 527. 22.
Seiſina terrarum per Annulum *ſuper Altare* oblatum 1008. 37.
Selvein Will. † 627. 39. *Hugo* 422. 23. *Henricus* 533. 11.
Semere Nich. 442. 6. *Walterus* 548. 10. *Johannes* 548. 10.
Senardiponte Walt. 999. 28.
Senkewche Will. 544. 42.
Senzaver Gilb. 131. 46.
Sergeaux Philippa 228. 50.
Ses Rob. 269. 23.
Seſſingham Will. 641. 50. *Robertus* 641. 52.
Seſton Henr. 633. 15. 29.
Seton Ivo 151. 2: 152. 44. *Chriſtophorus* 846. 47.
Seveſterne Ricardus 538. 25.
Sewale Will. 410. 12.
Shardlow Thomas (*Attornatus Regis R. 2.*) 443. 19.
Shaveni Gaufr. 590. 8.
Shelegrave Will. 440. 38.
Shelley Tho. 478. 35.
Shelton Rad. 22. 22.
Sheynton Hugo 916. 50.
Shipton Gilb. 455. 54.
Sibford Tho. 544. 59. *Agnes* 545. 34.
Siccavilla Rad. 653. 12.
Sidenham Walt. 599. 49.
Sifrewaſt Rob. 312. 60. *Willielmus* 324. 44: 545. 41. *Halenaldus* 410. 3. *Ricardus* 545. 41: 913. 20.
Sigillo Baldricus 525. 43.
Sigillo Donatoris deficiente Donum Sigillo alterius confirmatum 877. 10: 1013. 31.
Silvain Osb. 37. 23: 599. 41.
Silvanecto Ace 791. 37.
Silver Henr. 164. 59. *Rob.* 164. 59.
Silverley Will. 544. 30.
Simillei Will. 1006. 47.
Singelton Alanus 454. 41.
Siwardebi Will. 164. 55.
Skegneſſe Will. 795. 64.
Skemereſhege Rob. 414. 41.
Skerning Alex 615. 64.
Skipton Rob. 93. 28.
Slaveley Rog. 612. 42. *Gilb.* 94. 53.
Slopesbiri Walt. 631. 58.
Smert Tho. 25. 61.
Smitheton Alanus 557. 4.
Snaringes Rad. 235. 15.
Snartford Tho. 646. 14.
Sneſtanes Rob. † 87. 10.
Sneteſham Will. 22. 35.
Sniterby Will. 344. 52.
Snyterton Ric. 329. 60.
Solariis Will. 1001. 54.
Someri Adam 171. 31. *Elias* 171. 31: 386. 65. *Rogerus* 664. 30: 908. 9. [Vide *Sumeri.*]
Somervill Rog. 917. 67. *Willielmus* 917. 10. *Johanna* 917. 9.
Sones Henr. 507. 12.
Sorell Rob. 300. 22. T. 312. 66.
Soſela Rad. 102. 11.
Sotindon Will. 270. 60.
Sottone Rog. 1028. 39.
Souche Vide *Zouche.*
Soveldene Gunnora † 624. 5.
South Kynilligworth Ric. 631. 7.
Sourdevalle Petrus 105. 66.
Spenſer Hugo 189. 2. [Vide *Deſpenſer.*] *Johannes* 645. 34.
Spet Rob. 286. 41.
Speton Gilb. 164. 57.
Sprenchoſe Rog. 147. 59.
Spring Henr. 179. 39.
Sproſton Rob. 105. 65.
Sproxton Ogerus 533. 31: 538. 7.
Stanham Johannes 640. 5.
Stacheden Nich. 241. 64. *Thomas* 241. 67. *Reginaldus* 158. 41.
Stafford Robertus 117. 30: 118. 22. 36. 26. 4. 39: 128. 35: 129. 16: 527. 67: 533. 36: 545. 63: 852. 50. *Nicholaus* 115. 26: 117. 29: 126. 28: 128. 44. *Herveus* 126. 52. 63. *Gerardus* 317. 6. *Johannes* 657. 40. *Edmundus* 127. 21. *Matildis* 118. 36: 129. 30.
Stafford Comes Thomas 127. 14. *Willielmus* 127. 22. *Edmundus* 127. 27. *Radulfus* 127. 42. *Hugo* 127. 63.
Stafford Hugo Dominus Bourchier 127. 42.
Stanegref Johannes 99. 57.
Will. } 96. 55.
Sim. }
Henricus 98. 62.
Stainegrene Will. 370. 18.
Stainegrive Will. 106. 2: 540. 66: 825. 34. *Johannes* 825. 35.
Stainsby Will. 608. 21.
Stanford Johannes 453. 18. *Achardus* 880. 30.
Stanham Gregorius 109. 66. *Johannes* 110. 30.
Stanewrdin Ric. 915. 43.
Stanley Johannes *Juſticiarius Hiberniæ* 1042. 6.
Stanton Walt. 95. 54. *Orricus* 180. 34: 201. 62.
Stantune Rob. 47. 59: 48. 3.
Stanyhurſt Ric. 305. 15.
Stapelford Ric. 412. 8: † 622. 11.
Stapenhil Rob. 870. 47.
Stapleton Milo 149. 38: 150. 26. *Robertus* 551. 13: 556. 46.
Staveley Goditha 301. 65. *Adam* 650. 45.
Staundone Johannes 543. 55.
Staunton Andræas 217. 12. *Hugo* 536. 8.
Stawill Henr. 252. 45.
Steele Radulfus 350. 28.
Stepelton 144. 26. 32: 942. 29. *Philippus* 942. 37.
Stephanus Rex Angliæ *dedit Templariis Maneria de* **Creſſing** *&* **Witham** 543. 42. *& dimidium Hundredi de* **Witham** 543. 49. *Et Manerium de* **Ecle** 548. 37: 551. 59. *Et Monachis de* **Waverle** *Maneria de* **Nietham** *&* **Ferneham** 913. 11. Matildis *Regina, ejus uxor, dedit eis Manerium de* **Couley** 544. 31. *Et Eccleſiam de* **Strattone** 546. 55. Maria *filia Regis* Stephani *Abbatiſſa de* **Lilchirche** 885. 49.
Stivele Rob. 53. 28: 54. 39.
Stilton Will. 998. 7.
Stoddon Hugo 653. 14.
Stodhow Hamo 394. 48.
Stodley Petrus † 89. 55: 529. 39. *Johannes* † 90. 16. *Alexander* 887. 30. *Helyas* 887. 66.
Stokes Hugo 86. 25. *Mathæus* 147. 36. *Saierus* 265. 26. *Petrus* 546. 33: 826. 7. *Willielmus* 1021. 22.
Slokiſlay Adam 291. 27.
Stokton Rob. 278. 56.
Stonor ...... unus *Juſticiariorum de Banco* 197. 29. *Johannes* 355. 6.
Stopford Rob. 507. 11.
Stowe Hugo 327. 49.
Strange Ebulo 188. 53: 190. 11. [Vide *Extraneus.*] *Radulfus* 433. 48.
Stratton Mathæus 142. 20. *Willielmus* 663. 49: 665. 8.
Stretton Hervæus 994. 52.
Stricarius Gilb. 978. 35.
Striguil Gilb. 15. 28.
Striguliæ Comes Ricardus 1048. 67.
Strode Adam 637. 28.
Strongbow Ric. 223. 35.
Stubbeton Johannes 998. 40.
Stures Rog. 195. 6.
Sturmy Rob. 49. 10: 48. 30: 150. 3.

Stutecumbe Ric. 301. 43.
Stutevill Barthol. 194. 57. *Henricus* 602. 22. *Hugo* 886. 33. *Johannes* 834. 31: 977. 1. *Nicholaus* 348. 41: 401. 63: 595. 65: 1008. 17. *Rogerus* 94. 64: 644. 23. *Robertus* 195. 23: 350. 8: 592. 56: 615. 24. 12: 799. 24: 952. 35: 978. 36: 1008. 19. *Willielmus* 94. 64: 194. 42: 195. 23: 348. 41: 541. 12: 644. 23: 801. 40: 808. 65: 819. 34.
Suanus Adam 541. 43.
Sudecampe Juliana 18. 44. 67.
Sudle Radulfus 265. 9: 266. 42: 527. 63. 60: 545. 6: 854. 65. *Johannes* 330. 23: 529. 61. 13. *Howelus* 265. 2. *Bartholomæus* 265. 32. *Ricardus* 265. 4. *Haroldus* 854. 60.
Suffolciæ Co. *Will. de la Pole* 475. 28: 476. 30.
Suffolciæ Dux *Mich. de la Pole* 606. 37.
Suggenhil R. 129. 21.
Sukemund Petrus 663. 53.
Suili Henr. 37. 27.
Sule Rand. 531. 17.
Sullye Henr. 664. 46.
Suldrope Johannes 546. 20.
Sumburn Rad. 323. 60.
Sumerbi Alex. 533. 67.
Sumercotes Will. 914. 23.
Sumerford Regin. 109. 31.
Sumeri Rad. 207. 65: 907. 50: 910. 50: 912. 26. *Johannes* 910. 50: 912. 26. [Vide *Someri.*]
Sumervill Rob. 51. 59: 52. 63: 55. 30: 56. 14: 916. 48. *Willielmus* † 89. 27. *Philippus* 916. 51. *Walterus* 202. 9: 527. 22. [Vide *Somervill.*]
Sunderesse Galfr. 435. 22.
Surdeval Will. 540. 61. *Walterus* 401. 18. *Johannes* 420. 3. *Alanus* 420. 3.
Surreiæ Comes *Johannes de Warenna* 346. 43: 922. 53.
Suthart Rad. 960. 30.
Sussexiæ Co. *Willielmus* 274. 48: 302. 46: 920. 54.
Sutton Gerardus † 94. 31. *Griffinus* 254. 36: 255. 55. *Amaus* 419. 10. *Madocus* 255. 55. *Johannes* 350. 5: 657. 38. *Sierus* 419. 18. *Robertus* 662. 63. *Willielmus* 997. 27.
Swalewehirst Gerardus 426. 56.
Swanem Ric. 662. 64.
Swemele Ursus 1038. 44.
Swereford Alex. 171. 42. 49. *Thesaurarius Ecclesiæ S. Pauli Lond.* 386. 8.
Swift Ric. 299. 9.
Swineburne Johannes † 88. 41.
Swineford Rad. † 91. 19. *Alanus* † 627. 29.
Swineheved Rad. 301. 37. *Willielmus* 301. 37.

T

TAbley Will. 270. 15: 320. 23. *Robertus* 320. 23.
Tabourere Will. 461. 49.
Taflesbi Mathæus 536. 45.
Tailbot Ydo 636. 4.
Taisel W. 957. 47.
Taison Rad. 950. 65: 973. 17: 974. 1. *Jordanus* 950. 66. *Herneisius* 950. 66.
Talboys Yvo 871. 23.
Talebot Will. 506. 63. *Johannes* 938. 51: 939. 6. 11. 48.
Talbot Guil. 341. 60. *Ricardus* 356. 17: 362. 23: 409. 16: 433. 65. *Gilbertus* 433. 65.
Talemasche Will. 295. 38.
Talentune Odo 529. 12.
Talington Mart. 446. 19.
Talvacius Will. 951. 28.
Talun Godefridus 799. 29.
Tameton Rad. 152. 21. *Willielmus* 151. 58: 558. 6: 823. 51.
Tampton Will. 401. 29. 53.
Tancardivilla Will. 846. 15: 951. 55. *Camerarius Regis. Radulfus* 951. 52. *Camerarius Regis.*
Tantone Guido 461. 4.
Tany Johannes 19. 8. *Ricardus* 19. 13. *Avicia* 53. 31: 54. 42.
Tatham Bened. 507. 8.
Tathewell Will. 547. 13.
Tatinhull Galfr. 870. 30.
Tatshall Walr. 41. 10. *Robertus* 275. 50: 649. 10. 30: 850. 21.
Tattesale Rob. 920. 66.
Tavistoche Osb. 7. 28.
Taxo [Vide *Taison.*]
Teillol Petrus 131. 33: 132. 36. *Simon* 132. 38.
Tempest Rog. 101. 9. 33. 21.
Temple Rob. 816. 30.
Tercope Phil. 285. 25.
Terra vasta Roelanus 21. 54.
Tervana Hugo 902. 20.
Tesard Rad. 26. 19.
Tessun Rad. 179. 35: 1018. 23.
Testard Rog. 137. 30. *Guil.* 135. 52.
Tetteburn Lucas 653. 14.
Teutonicus Everardus 208. 23. *Franco* 208. 23. *Henricus* 902. 51.
Thable Thomas 664. 14.
Thaigland Philippus 450. 29.
Thame Philippus, *Prior Hosp. S. Johannis Hierosol.* 542. 58.
Thaney Ric. 236. 6.
Thebovill Rog. 954. 14.
Therbyn Walt. 902. 13. *Odo* 902. 14.
Theydene Paulinus 142. 24.
Thingden Rob. † 630. 48.
Thirlewall Bricius † 87. 7: 88. 2. *Rogerus* † 87. 7. *Thomas* † 88. 10.
Thirneby Will. 596. 15.
Tholebu Rog. 536. 16.
Thorne Will. 394. 18. 37.
Thornbiry Bened. 598. 28.
Thornham Rob. 820. 37: 821. 54.
Thornton Rog. 474. 56: 917. 29.
Thorpe Johannes 306. 60.
Thours Galfr. 591. 30. [Vide *Turs.*]
Trokelagh Christiana 87. 10.
Thrusse Will. 82. 21.
Thuand Ric. 242. 47.
Thunestall Alex. 419. 56.
Thuret Barth 288. 51: 401. 38.
Thweng Rob. 151. 38. *Thomas* 30. 33. *Marmaducus* 149. 43: 150. 21: 291. 26: 402. 23.
Thymilbi Johannes 811. 15.
Thyrun Rob. 150. 29. 31.
Tielli Rad. 554. 40. *Odo* 554. 40.
Tilli Arnaldus 957. 41. *Willielmus* † 630. 43. *Otto* 35. 49: 37. 55: 541. 55. *Rogerus* 556. 5.
Tilemeburg Anfridus 163. 52.
Tilleshop Sim. 330. 54.
Tilliol Rog. 537. 58.
Tilney Johannes 879. 54.
Tindal Will. 298. 9.
Tipperot Rob. 922. 57.
Tirel Ric. 331. 3: 1029. 3. *Rogerus* 1029. 3. [Vide *Tyrel.*]
Tireteia Gaufr. 294. 64. *Mauricius* 294. 64.
Tiringham Giffardus 910. 41.
Tirteling Johannes 612. 40.
Tisun Adam 546. 50.
Tivereshat Galfr. 599. 42.
Tiwa Gilb. 137. 31. *Hugo* 137. 27.
Toc Jordanus 40. 20. *Henricus* 508. 42.
Tocwith Alb. 43. 50.
Toeni Hugo 80. 39. *Radulfus* 80. 31: 954. 34: 976. 67. *Rogerus* 80. 43: 950. 3. 16. *Simon* 80. 43. *Alicia* 80. 35: 529. 28.
Toerceio Ogerus 974. 34. *Ingelramus* 974. 35.
Toignard Rob. 442. 6.
Tokotis Will. 151. 45. 2. *Galfridus* 150. 48. *Rogerus* 151. 67. *Johannes* 151. 3.
Tolebuc Gaufr. 87. 13. *Rogerus* 531. 39: 548. 13.
Tolneye Will. 997. 62.
Toppesfeld Petrus 543. 58.
Toringni Galfr. 195. 6.
Tornai Ric. 1011. 67.
Torneris Ric. 114. 14: 115. 29: 128. 30.
Torpel Rog. 881. 61.
Torpe Rog. 34. 47.
Torpel Rog. 30. 61.
Torritone Johannes 653. 8. 56.
Torsmains Rad. 51. 61.
Torta quercu Hugo 910. 53.
Toscotes Rog. 401. 64.
Tostinus Comes 13. 57.
Toteneys Guido 7. 21.
Touk Rog. 261. 32.
Touthebi Adam 795. 21.
Towecote Johannes 822. 44.
Traches Henr. 102. 39.
Traci Will. 265. 3: 652. 16: 653. 50. *Robertus* 540. 7. *Paganus* 799. 64. 53. *Oliverus* 286. 25. *Eva* 918. 59.
Trahamton Rog. 536. 36. *Robertus* 536. 41. 45.
Trailli Galfr. 105. 58: 531. 61.
Trailli Will. 105. 58. *Nicholaus* 105. 58. *Gilbertus* 105. 59.
Traitone Fulco 51. 62.
Travel Rad. 535. 58.
Traynel Rob. 916. 52.
Travers Rad. 183. 45. *Henricus* 304. 45.
Tregoz Thō. 49. 9. *Robertus* 247. 30: 332. 44: 1018. 24. *Willielmus* 330. 55. *Gaufridus* 894. 37.
Treket Laur. † 87. 25.
Trenchard Paganus 181. 23. *Henricus* 663. 50.
Trevet Johannes 10. 60. *Thomas* 10. 40.
Treyere Rad. 248. 18.
Tribusinmuris Will. 902. 17.
Trihamtune Rob. 190. 59. *Radulfus* 616. 12.
Triket Hugo 80. 41: 81. 60: 82. 36. *Radulfus* 82. 3: 171. 13: 386. 48: 531. 3. *Willielmus* 241. 2: 312. 63: 531. 62.
Triketof Will. 534. 29.
Trinel Rad. 98. 62.
Trismarisch Anguinius 163. 60.
Trivet Tho. 511. 55.
Triville Sayerus 615. 59.
Trop Will. 164. 54. *Simon* † 627. 28.
Trubleville Rad. 833. 52.
Trusbut Galfr. 30. 50: 172. 24: 173. 44: 316. 60. *Willielmus* 43. 36.

Hillaria

Hillaria 146. 14. 53: 147. 43. *Robertus* 173. 35. *Agatha* 174. 23: 444. 46. *Ricardus* 174. 59. *Willielmus* 200. 45.
Trussell Will. † 630. 15. *Amicia* 630. 19.
Trussevile Sim. 638. 2.
Truve Rad. 527. 14.
Trye Mathæus 955. 20.
Tryvet Rob. 252. 19.
Tuchet H. 312. 55.
Tudeham Johannes 295. 50.
Tuke Jord. † 622. 15. *Robertus* † 622. 17.
Tung Adam 592. 34.
Tunstale Regin. 151. 32. 11. *Robertus* 151. 35.
Turbervill Ric. 83. 19: 250. 40. *Walterus* 207. 66. *Galfridus* 267. 55. *Hamo* 403. 52. *Willielmus* 549. 39. *Walterus* 547. 32. *Johanna* 224. 16.
Turet Barth. 287. 32.
Turkildeby Rog. 664. 47. (*Justic. Itin.*) 509. 48.
Turpis Rog. 128. 34.
Turre Greg. 233. 67. *Johanna* 150. 50.
Turri Will. 110. 63. *Odo* 115. 50: 118. 8. *Ricardus* 522. 28: 834. 34. *Prior Hosp.* 508. 64. *Gilbertus* 536. 27. *Walterus* 902. 12.
Turribus Will. 425. 18.
Turs Galfr. 200. 40: 590. 16.
Turneby Adam † 627. 31.
Turnham Mich. 637. 20: 639. 28. 52.
Turnham Steph. 270. 59: 639. 7: 648. 19. *Robertus* 270. 57: 638. 51: 640. 12: 642. 32: 822. 34: 824. 35: 981. 52: 1018. 24.
Turvey Rob. 344. 49.
Turvill Ernaldus 986. 10. *Gaufr.* 309. 22. *Radulfus* 312, 23: 508. 14.
Tuschet Thomas 252. 41. 45. *Simon* 268. 19: 531. 53: 532. 28: 535. 1. 7: 547. 49. *Radulfus* 537. 5.
Tutesburi Gilb. 573. 46.
Tuyllet Tho. 33. 23. 30.
Twenge Marmaducus 164. 24. *Willielmus* 164. 25.
Twicham Nich. 544. 17.
Twynho Johannes 452. 56.
Tyes Henr. 902. 50.
Tyheis Wirannus 605. 4.
Tyndale † 88. 8. 13: 93. 65. 17: 94. 13.
Tyngrie Sibilla 953. 42.
Tyrel Rog. 147. 59. *Fulco* 276. 10. *Berengarius* 982. 47.
Tyrelk Romundus 822. 43.
Tyson Adam † 92. 63: 94. 45. *Ricardus* 592. 20. *Will.* 592. 57. 40.

V

VAcelyn Will. 813. 59.
Valence Hamond 1035. 33.
Valle Beatrix 653. 47. *Sefredus* 997. 23.
Valletort Rainaldus 7. 29. *Racorus* 902. 17. *Radulfus* 525. 37: 982. 49. *Reginaldus* 910. 48. *Walterus* 6. 54.
Vallibus Johannes 25. 50: 897. 21. *Rogerus* 131. 44. *Willielmus* 131. 45. *Eustachius* 132. 41. *Reginaldus* 604. 64. *Oliverus* 897. 21. *Godardus* 1009 39. *Radulfus* 974. 31. [Vide *Vaux* & *Vaus.*]
Valoines Hamo 234. 50: 298. 67. *Galfridus* 592. 8. *Johannes* 546. 19. *Petrus* 544. 6: 891. 21. *Robertus* 18. 39. 56: 184. 61: 246. 19. *Theobaldus* 246. 19. 3: 319. 37: † 624. 64: 649. 22 *Varasius* 546. 16. *Willielmus* 246. 18. *Matildis* 1034. 29. *Sibilla* 548. 49.
Vascelin Will. 1052. 59.
Vavasour Will. 899. 16.
Vaudre Rob. 325. 34.
Vautort Johannes 543. 31.
Vaus Rob. 19. 29. 11. Ejus stemma *ibid.* 45: 74. 41: 130. 12: 131. 37. Ejus progenies 132. a. b.
Vaux Joh. 70. 13. *Hubertus* 130. 13. 46.
Venables Will. 270. 13: 320. 21.
Venator Will. 186. 34. *Adelardus* 163. 4. 31.
Vendoure Oliverus 797. 28: 798. 24. *Willielmus* 797. 28.
Vendure Ric. 325. 34.
Ventre Will. 21. 57.
Venuz Tho. 662. 13.
Ver R. 295. 35.
Verburc Hugo 131. 37.
Verdon Bertramus 117. 46: 403. 45: 845. 8: 878. 4: 880. 57: 1034. 58. *Henricus* 129. 65. *Johannes* 69. 23. 35. *Ejus progenies* ibid. 275. 63. *Normannus* 128. 28: 914. 33. *Willielmus* 171. 52: 386. 19: 878. 4.
Vere Albericus 134. 48: 182. 65: 183. 35: 387. 23: 878. 18. *Galfridus* 46. 56: 47. 22: 878. 39. *Gilbertus* 24. 16: 510. 11. *Guido* 511. 23. *Hugo* 24. 43. 26: 545. 63. *Robertus* 4. 23: 81. 47: 90. 13: 134. 47: 546. 25: 922. 57. *Radulfus* 878. 20. *Simon* 548. 21. *Walterus* 164. 60. *Willielmus* 182. 64: 647. 22: 877. 54. *Alicia* 183. 41. *Adeliza* 877. 61. *Cecilia* 184. 35.
Verlei Simon 970. 42.
Vernon Rob. 109. 28. *Willielmus* 25. 35. 67: 905. 2. *Egidius* 614. 31. *Ricardus* 978. 35: 1009. 32. *Margeria* 25. 40.
Vesci Eustachius 395. 60: 612. 38. *Galfridus* 817. 13. 65. 54. *Ivo* 591. 43: 801. 39. *Ejus progenies* ibid. *Walterus* 653. 60. *Ricardus* 817. 65.
Vesci Guil. 204. 16; 395. 57: 531. 64. 67: 547. 42: 554. 39: 591. 45: 592. 39. 1. *Ejus progenies* 592. 54: 816. 36: 817. 9. 42. 62. *Ejus stemma* 819. b. Burga *uxor Willielmi de Vesci* 818. 5: 819. 16.
Veteriponte Ivo 87. 13. 20. 30. *Hugo* 158. 11: 503. 15. *Idonea* 522. 7. *Robertus* 522. 10: 545. 54: 558. 2: 595. 47: 826. 6.
Vetulis Hugo 950. 22.
Vez Rob. 527. 4
Ufford Rob. 185. 2: 257. 6: 263. 39.
Vianes Walt. 101. 9.
Villaghesam Rob. 87. 12.
Vilers Math. † 92. 26: 94. 27: 95. 50. *Alanus* 913. 14. *Arnaldus* 369. 56. *Robertus* † 94. 3. *Willielmus* † 94. 18: 128. 33: 539. 8: 554. 14 *Rogerus* 324. 50: 888. 29. *Ricardus* 605. 62. *Beatrix* 1021. 39.
Vinetarius Wygorus 814 53.
Virley Hugo 808. 66.
Vitulus Galfr. 208. 1.
Ulecumbe Gilb. 112. 41.
Ulehale Rog. 853. 2.
Umfravill Gilb. 93. 48: † 89. 25: 204. 16: 917. 9. 17. *Comes Angusiæ* 97. 63. *Odonellus* 89. 26: 93. 42: 917. 5. *Ricardus* † 88. 39: 93. 53. 60: 612. 39: 917. 8. *Robertus* 917. 43: 918. 26. *Willielmus* 917. 8. *Margeria* 94. 8: 446. 20.
Uptune Petrus 907. 18.
Useburne Will. 650. 27.
Uvedale Rob. 274. 40.
Vynon Hugo 337. 59.

W

WAbert Robertus 536. 18.
Wabuig Rob. 106. 9.
Wac Ricardus 109. 29. [Vide *Wake.*]
Wachesham Ric. 87. 12. *Egidius* 88. 3.
Wadell Sim. 885. 17. *Walterus* 885. 29.
Wadington Ogis 532. 9.
Wadnevill Rad. 952. 34. *Cancellarius Normanniæ.*
Wa r Rad. 900. 24.
Wafre Rob. 224. 11.
Waham Alex. 283. 6.
Wahull Sim. 202. 33: 524. 39. *Saierus* 337. 39. *Walterus* 337. 49.
Waimute Will. 985. 28: 906. 43.
Wake Baldwinus 236. 12. 10: 238. 5: 348. 44: 551. 8: 602. 48: 647. 42. *Hugo* 236. 17. 44. 20: 268. 16: 348. 42: 602. 60: 954. 38. *Johannes* 237. 56: 348. 40. 45. *Nicholaus* 608. 19. *Thomas* 236. 42: 237. 66: 344. 41: 347. 54. 29: 348. 33: 350. 51: 898. 52.
Wakirle Petrus 298. 9.
Walbroke Ric. 411. 65.
Walche Tho. 309. 57.
Waldgrave Henr. 542. 45.
Waldricus *Cancellarius Regis* H. 1. (*Norm.*) 972. 66. Et Regis H. 2. 1003. 26.
Wale Tho. 292. 65.
Waledam Jac. 300. 20.
Waleford Hugo 8. 43.
Waleins Vide *Valoins.*
Waleis Johannes 548. 32.
Waleys Ric. 280. 56. *Robertus* 284. 59: 507. 9. *Henricus* 509. 23.
Walens Ric. 288. 36: 304. 45. *Rogerus* 330. 23. *Robertus* 146. 47.
Walensis Ric. 82. 54: 554 42. *Willielmus* 878. 20. *Radulfus* 264. 36. *Robertus* 800. 29. *Walterus* 267. 52. *Johannes* 303. 38.
Walerand Rob. 333. 53.
Waler Herbertus 207. 35.
Waleran Will. 301. 44. *Thomas* 800. 64.
Walesham Alex. 259. 40. *Willielmus* 22. 23.
Waleton Ivo 129. 62. *Ricardus* 683. 50. *Enysan* 126. 50: 127. 55. *Herbertus* 186. 33.
Walingford Matildis 954. 60.
Walton Rob. 111. 23.
Wallingley Bertramus 538. 61.
Wallop Johannes 118. 28.
Walter Theobaldus 234. 60: 631. 17: 624. 64: 648. 18. *Pincerna Hiberniæ* 1025. 43: 1029. 1: 1034. 18: 1044. 47. *Hervæus* 245. 64: 631. 25: 1034. 28.
Wambeys Rog. 201. 13.
Wan Oweynus 904. 25.
Wannevill Rad. (*Cancellarius Regis* H. 2. *Norm.*) 1002. 67: 1003. 1.
Wancy Rog. 135. 42. *Robertus* 292. 16. 64. *Nicholaus* 442. 2.
Wanton Johannes 642. 25.
Waren Ranulphus 909. 11. *Reginaldus* 85. 7. 41: 234. 64: 574. 62: 913. 19. *Radulfus* 574. 61. *Willielmus* 85. 24. 40: 574. 42: 637. 19: 845. 59:

908. 2: 956. 29. *Hamelinus* 85. 12. *Gundreda* 109. 60. *Johannes* 929. 42.
Warennæ Comes Johannes 41. 43: 574. 14. *Willielmus* 35. 13: 36. 59: 41. 7: 85. 15. 24: 574. 23. 46: 575. 24. 5: 882. 27: 982. 56: 1012. 27. *Hamelinus* 574. 64. 65: † 625. 14. *Iſabella* Comitiſſa 574. 2.
Waren Will. *Comes Northumbr.* 203. 59.
Wariner Johannes 380. 14.
Warinus *Vicecomes* de *Scrobesbiri* 966. 59.
Warnerius *Dapifer Comitis Richmundiæ* 370. 8.
Warra Johannes 877. 66.
Warwici Comes *Vſa* 852. 22. *Henricus* 573. 11. *Will.* de *Bellocampo* 833. 8: 922. 24. *Tho.* de *Beuchamp* 225. 31. *Ela* Comitiſſa 343. 13. *Margareta* Comitiſſa 555. 39. 63: 986. 63.
Warwic Rad. 534. 23.
Warwici Comes *Rog.* 143. 44: 118. 6: 128. 26: 134. 24: 312. 46: 532. 47: 538. 13. 56: 573. 51.
Waſelyn Regin. 796. 42. *Johannes* 1025. 35.
Waſte Rob. 877. 58.
Waſtney Phil. 446. 6.
Watenvill Rob. 526. 34.
Watevill Rog. 529. 26: 549. 7.
Watevill Rob. 542. 22: 978. 18. *Matildis* 544. 66. *Willielmus* 978. 37.
Waterfall Rob. 269. 61. *Willielmus* 472. 29.
Watford Euſtachius † 629. 34. 39: 897. 33.
Waterhouſe Rog. 869. 48.
Waterville Aſcelina 30. 59. 60: 31. 49. *Rogerus* 309. 20: 312. 49: 882. 2. *Radulfus* 31. 36. 55. 14. *Johanna* 184. 49.
Wathe Mich. 355. 62.
Watſand Alanus, Juſticiarius Regis 415. 43.
Watteburthayt Adam 426. 8.
Waterville Galfr. 881. 15: 1052. 30.
Wavere Will. 265. 33: 397. 20: 511. 21. *Gaufridus* 511. 20.
Wavil Ric. 970. 22.
Wauncy Rad. 882. 51.
Waulle Sim. 531. 50. 7: 545. 18: 546. 14.
Waunci Mich. 15. 18.
Welle Galfr. 397. 18. *Hugo* 109. 67. *Robertus* 801. 57.
Welletone Ran. 537. 1.
Weloc Hugo 919. 54.
Wendlyng Will. 613. 63.
Wendleſworth Walt. 954. 5.
Wendover Oliverus 590. 30. *Willielmus* 644. 27.
Wenesby Rob. 978. 55.
Wengham Henricus *Decanus* S. *Martini Lond.* 244. 44.
Wenhaweſtune Simon 593. 27.
Wenhou Griffinus 331. 47.
Wennen Will. 1029. 2.
Wereford Nich. 919. 54.
Weſt Tho. 355. 60.
Weſtbury Hugo 139. 28. *Paganus* 139. 28.
Weſtby Georgius 483. 61.
Weſtham Alanus 983. 11.
Weſton Godefr. 8. 32. *Nicholaus* 141. 42. *Simon* 453. 28.
Wetteley Jordanus 454. 59.
Wetewang Igelbertus 800. 33.
Whitfeld Math. † 88. 29. *Robertus* 139. 66: 284. 54.
Whytelagh Adam 88. 5.
Wiburvill Rad. 234. 65.
Wicham Haco 810. 66.
Wicherley Rog. 56. 7.
Wickindon Will. 248. 32.
Wiclif Rob. 197. 50.
Widvill Will. 372. 33. *Ricardus* 480. 31. *Johannes* 984. 32. *Walterus* 984. 32. *R.* 905. 65. [Vide *Withvill.*]
Wigornia Philippus, *Conſtabularius Hiberniæ* 1023. 30.
Wigornia Will. 142. 48. *Rogerus* 142. 54.
Wikerſle Rob. 977. 6.
Wikenden Tho. 336. 64.
Wilcotes Johannes 375. 62.
Wildebuf Rad. 157. 54: 158. 11. *Hugo* 157. 56. *Will.* 157. 57. *Oliverus* 157. 57. *Gerardus* 157. 58. *Walt.* 157. 59.
Wilibi Rob. 203. 5.
Wilgeſic Rad 56. 2.
Wilile Warnerius 908. 2.
Wilintone Nich. 281. 67. 23: 870. 52.
Wilhebi Rob. 534. 10: 599. 48.
Willendon Hugo 984. 20.
Willerdebi Henr. 162. 53.
Willielmus *frater Regis Henrici ſecundi.* 21. 5.
Willielmus (Conqueſtor) *Rex Angl.* Cœnobium S. *Stephani Cadomi* fundavit 956. a. *Inſignia quibus hæres S. Edwardi Regis declaratus eſt* 900. 10.
Wilmecote Johannes 265. 35.
Wilteſcire Comes *Patricius* 1002. 64.
Wilton Alanus 400. 48: 401. 38: 402. 57: 821. 41. 57: 822. 35: 823. 50: 824. 29: 825. 52. *Thomas* 825. 43. *Radulphus* 400. 52.
Windeſore Will. 248. 8. *Hugo* 248. 15.
Windeſofres Alex. 131. 33: 132. 30. *Galterus* 131. 37.
Wineceſtre Johannes 94. 18.
Winequie Will. 631. 56.
Winerthorp W. 809. 1.
Winſhill Will. 870. 31.
Winſterthwaits Adam 301. 50.
Winterhard Will. 851. 21. *Walterus* 212. 38.
Wintoniæ Comes *Rog.* de *Quincy* 310. 32.
Wirceſtre Gilb. 94. 37. *Johannes* † 88. 52.
Wirham Walt. † 625. 1.
Wiſcard Turſtanus 893. 8.
Wiſcart Will. 255. 18.
Wiſchard Baldw. 49. 61.
Wiſterman Nich. 549. 16.
Withcheſhale Will. 913. 39.
Witheng Rog. 299. 1.
Withville Rob. 163. 23. *Adam* 251. 23. *Radulfus* 192. 42. *Ricardus* † 628. 10. *Willielmus* 192. 39. 42: † 627. 14: 628. 15.
Wittelei Will. 852. 67.
Wittenor Will. 251. 53.
Wittale Galfr. 791. 39.
Wiverthorp Walt. 808. 43.
Wiverton Ric. 602. 27.
Wiville Ric. 527. 34.
Wlaveſtone Rainaldus 913. 64.
Woddam Petrus 546. 32.
Wodecote Rob. 254. 17. *Henricus* 664. 12.
Wodehalle Rog. 417. 18.
Wodhouſe Johannes 321. 59.
Wodeton Rob. 11. 6. *Willielmus* 331. 6.
Wodenceberge Acelina 113. 49.
Woderyngton Gerardus 918. 52. *Rogerus* 918. 57. *Radulphus* 918. 7.
Wodſtok Jac. 355. 64.
Wogan J. 601. 66.
Wokindon Will. 183. 51.
Wolhope Johannes 323. 60.
Wolkſted Walt. 984. 39.
Wolmere Ric. 305. 13. 27.
Wombwell Ric. 288. 37.
Wormengai Will. 85. 16.
Wotton Andr. 230. 19. *Willielmus* 506. 60. *Hugo* 506. 61.
Wrotham Will. 437. 20.
Wroxhale Galfr. 889. 32.
Wulfletecote Rob. 250. 7.
Wulfadus *Wulpheri Merciorum Regis filius.* Hiſtoria de paſſione ejus 119. b.
S. Wulfricus 113. 17.
Wulſtanus *Comes Ellandiniæ* 857. 55.
Wunton Rog. 599. 51.
Wurm Rob. † 622. 64.
Wrmitone Rog. 529. 66.
Wutton Johannes 409. 16.
Wybern Ric. † 629. 12.
Wychendune Will. 415. 44.
Wyldeker Walt. 558. 7.
Wylderdelega Ric. 48. 39.
Wyleford Ric. 613. 57.
Wyndehulle Petrus 303. 37.
Wynfranvil Johannes 332. 39.
Wynter Will. 22. 24.
Wyppeleſden Gilb 251. 18.
Wyt Walt. 285. 24.
Wyta Johannes 662. 40.
Wyttenor Will. 252. 7.
Wyvertone Ric. 96. 26. 30.

Y

YAtingdon Nich. 285. 20.
Yſeni Will. 533. 17.

Z

ZOuche Alanus 145. 35: 311. 4: 409. 61: 544. 56. *Rogerus* 409. 61: 438. 65. *Willielmus* 49. 65.

INDEX LOCORUM.

A

Abbadaeth 338. b.
Abſam 17. b.
Acaſter 612. b.
Acforde 530. b. 910. a.
Acheneſchage 33. 65.
Aclam 986. b.
Acle 71. 48: 310. a.
Aclum 148. 30: 150. 4: 200. a.
Acovere 869. b.
Acoure 870. a. b. b.
Acton 376. b. 914. a. 822. a. 823. a.
Acton *magna* 187. b.
Acum 393. b.
Acuneby 826. a.
Adalacheſton 119. 17.
Adelinctone 95. 10.
Adeſtok 312. a.
Adewic 34. 40.
Adingburgh 57. 52, & 51.
Little Adinton 629. b. 630. a.
Adintune 629. b.
Aeſſebi 145. 30.
Affebruge 544. b.
Affwardebi 851. b.
Aicles 532. a.
Aignelinton 984. b.
Ailſboton 426. b.
Aileſſord 434. b.
Ailrichesbeie 876. b.
Aiſſordeby 314. a.
Aiſſeton 1010. b.
Akes 449. a. b.
Akeſholes 590. a.
Aketon 625. b.
Akum 93. 45.
Alawarthorpe 539. b.
Alberton 233. b.
Albi Monaſterii *Hoſpitale* 47. 58.
Aldeberia 982. b.
Aldebiri 210. a.
Aldeburche 529. a.
Aldeburc 894. a.
Aldeburg 424. a. 999. a.
Aldebury 247. a. b.
Aldeby 309. a. b. 312. b.
† Aldechele 87. 33.
Aldefeld 539. b.
Aldelſby 198. b. 199. b.
† Aldeneſton 87. 18.
† Aldeſmelle 90. 62.
Aldetſhcroft 96. 15.
Aldewerk 231. a.
Aldeworth 916. b.
Aldgate, *portus Civitatis Lond.* 82. 6.
Aldintone 110. 53.
Aldredeſton 954. a.
Aldrinton 854. b. 855. a. 982. b.
Aldwinde 29. 62.
Alemilne 594. a.
Aleſbi 536. b.
Aleſthorne 183. b.
Aletorpe 395. a. 531. b. 535. b. 587. b. 545. 8.
Alewardebi 1016. a.
Alfemeſton 8. 39.
Alfreton 607. a. 608. a. b.
Alfſtonesfeld 914. a.
Alfſtanesford 527. a.
Alingeham 1001. b.
Alintun 534. a.
Alkebarwa 200. b.
Alkam 245. a.
Allerſtone 548. b.
Allerthorpe 548. a.
Allerton 306. a.
Alminton 985. b. 987. a.
Almodeſbury 232. a. 233. a.
Alna 854. b.
Alneardbi 848. b.
Alneham 592. a.
Alnewick 591. b.
Alnia 854. b.
Alreton 185. b. 186. b. 522. b.
Alreweſſe 93. 22. 27.
Alricheſeie 11. 43: 12. 44: 18. 21: 14 14: 16: 16. 55.
Alſon 314. a.
Alſtanſtorp 236. a.
Alſwike 80. 60: 82. 37.
Alſyntone 9. 21.
Altofces 509. a. 546. b.
Altremine 910. a.
Alveſton 846. a.
Alverthorne 989. a.
Alvideleg 47. 16.
Alvingham 802. b. b. 803. a.
Alvyntone 71. 67.
Alwaldeſton 622. a.
Alwartune 11. 33. 14. 6. 16. 49.
Alwaſton 627. b.
Amalaſtone 549.
Ambreſbury 480. b.
Amenel 89. 47.
Amerath 549. b.
Amewell 171. b.
Amewic 806. a.
Amney 549. a.
Amoth 199. b.
Ampleford 540. b.
Amwell 386. b.
Analaſtone 549 a.
Anant 15. 57: 112. 38.
Ancaſtre 534. b. 817. a.
Andelby 999. b.
Andenby 201. a.
Andewicke 538. b.
Andreskirke 39. 40. 47: 40. 42.
Aneberi 952. a.
Anebiri 89. 61.
† Anedeburn 89. 43.
Aneford 529. a.
Anelingues 958. b.
Anetone 8. 2. 17.
Anglia 966. b.
Angria 303. a.
Anleſhargh 304. b.
Anley 3012. b.
Anneleberga 978. a.
Anſington 976. b.
Anſty 309. b. 547. a.
S. Antonini 9. 6.
Anwick 803. a.
Apelei 53. 21.
Apelly 230. a.
Apeltre 279. b.
† Apeltreleg 88. 17.
Apeltrewic 99. 56: 103. 54.
Apeltune 539. b.
Appelei 793. b.
Appelſtede 134. a.
Appelton 186. a.
Appeltreley 611. b.
Appeward 192.
Applaheved 424. b.
Applebi 535. b.
Apſall 179. b. 180. a.
Ardelſci 45. 57.
Ardington 284. a. 506. b.
Ardulſley 138. 38.
Areſton 315. b.
Arkendene 146. 23.
Arreton 906. a. 986. a. 987. a.
Artecuba 530. a.
Artureth 74. 48.
Arundel 144. 1. 3. 5.
Aruſum 148 32: 151. 60: 62. 64.
Arwan 852. a.
Aſadale 147. 29.
Aſaley 51. 3: 54. 15.
Aſchaby 394. a.
Aſcun 175. b.
Aſelackeby 152. 21.
Aſhe 138. 48.
Aſhby *de la Zouche*. vide Eſſeby.
Aſhby 547. b.
Aſheley 544. a.
Aſhover 610. b.
Aſkeby 388. b. 531. b. 597. b. 848. b.
Aſkelby 547. a.
Askelaros 636. b.
Askerton 131. 56.
Aſlacheby 532. a. 535. a. 805. b. 806. a.
Aſlacton 95. 38.
Asfordeby 308. b.
Aſpeleia 239. b. 239. b. 240. a.
Aſſeby 527. b.
Aſſele 507. a.
† Aſton 90. 41: 994. a. a.
Athelinton 93. 32.
Atlerton 358. b.
Attebare 909. b.
Attingewil 163. 16. 29.
Aubetowne 534. a.
Aveinton 906. b.
Auna 954. a.
Aurisbey 164. a. 421. b.
Auſton 191. a.
Axholm 627. b.
Aykton 290. b.
Aylmon deſtre 213. b. 217. b. 220. b.
Aylricheſey 71. 65.
Ayneſty 52. 23.
Aynewik 92. 46.
Ayre *aqua* 96. 19.
Ayremina 96. 17: 97. 25.
Ayſhebury 843. a.
Ayſhedowne 843. a.

Index Locorum.

B

BAbbanſtoc 862. b.
Babington *parva* 94. 33.
Babyndon 1001. b.
Backeton 533. b.
Badburgham 18. 49. 11.
Badby 852. a.
Baddeborne 842. b.
Badele 508. a. 628. b.
Badenhale 876. b.
Badewetune 281. a.
Baemburgh 162. 25: 163. 13: 849. a.
Baenburch 34. 14: 36. 42: 848. a. *Sive* Birnaburch 36. 31. 37. 36.
Bagaley 394. a.
Bagenig 338. b.
Baggaby 369. b. 540. b.
Baggaflet 541. a.
Baggeby 191. b.
Bagotby 172. b.
Bagworth 375. b.
Bainard *Caſtri honor* 75. 31: 76. 13.
Bakeſtone 909. a.
Baldache 530. b.
Baldeſtune 814. b.
Baldoke 543. b. 552. a.
Baldindon 138. 60.
Baleſherſ. 82. 39.
Baleton 622. a.
Balgheham 953. b.
Balidun 142. 58.
Balifax 301. b.
Balſall 545. b. 552. b. b.
Balſcote 326. b.
Baltonesborgh 843. b.
Balunadon 301. b.
Balwareheche 84. 38.
Bamberge 908. b.
Bampton 138. 44.
Banham 155. 19. 12.
Bannawyke 420. a.
Banton 969. b. 529. a.
Barch 537. a.
Bardeney 848. a.
Bardeſey 909. a.
Baresfeld 909. b.
Bareſton 809. b.
Bareſworth 630. a.
Barew 200. a. 200. b.
St. Bari 552. a.
Barkbe 312. b.
Barkley 189. b.
Barkſdale 848. a.
Barkſune 534. a.
Barkworth 537. a.
Barle 546. a.
Barlings 643. b.
Barnardeſie 401. b.
Barnebigale 997. b.
Barnewode 646. b.
Barnwell 29. 32.
Baro 312. a.
Baron 187. a.
Barow 198. b. 199. a. 999. a. b. 546. a.
Barſell 84. 46.
Barton 114. 41: 115. 7: 118. 12: 162. 26: 163. 2: 850. a. 650. b. b. 175. b. 172. b. 200. b. 536. a. 848. a.
Barton *Hinred* 629. b.
Barton *Olmis* 138. 33: 141. 58.
Barton *magna* 141. 50.
Bartunaſheved 294. a.
Bartune 539. a.
Barua 589. a.
Barwa 185. b. 199. b. 200. b.
Barwelford 94. 5.
Baſburn 425. a.
Baſeford 896. b. 897. a.
Baſelee 985. a. 987. a.
Baſeler 906. a.
Baſing 343. b. 162. 57: 903. b.
Baſingburne 264. a.
Baſingham 534. a.
Baſingſtock 343. b. 903. b.
Baſnet 510. b.
Baſſingſhagh 171. b.
Baſtenden 985. b. 986. a. 908. b.
Baſton 853. a.
Bately 33. 3: 34. 25: 36. 62.
Bathekinton 118. 66.
Batisford 552. a.
Batwin 555 a.
Baudeſey 246. b.
Baudreſhey 245. b.
Baumburg 849. a.
Bayleclyve 410. a.
Bayton 287. b.
Beattichelden 374. a.
Beaumonk 548. b.
Becchefore 1010. b.
Becchingham 532. a.
Bechale 34. 60: 36. 23.
Beche 883. a.
Becheton 285. a. b.
† Becheſeld 88. 6.
Becheſworth 85. 67.
Beckele 138. 46.
Becles 593. b.
Bedford 26. 45.
Bedingham 21. 60: 982. a.
Beforth 548. b.
Begebury 142. 29.
Begendon 71. 17.
Begham 296. a.
Begton 47. 36.
Beinton 140. 60: 162. 65.
Beinſinton 140. 49. 1. 26.
Bekeford 962. b.
Bekeham 82. 39.
Bekinton 551. a.
Belebery 952. a.
Beleſhale 528. a. a.
Belgrave 309. a. 312. a. 966.
Belh 54. 39.
Bellinges 969. a.
Belſteed 35. b.
Be'ſebi 1016. a.
Belton 42. 61: 42. 38: 349. a. 191. a. 152. a. 534. a. 545. b.
† Belton 91. 10.
Belſteed 358. b.
Bencham 295. a.
Benediſhe 81. 42.
Beneſtede 85. 58. 11: 940. a. 143. b.
Benetle 295. a. b.
† Benewell 87. 3.
Benhalley 245. b. 246. b.
Benigfeld 538. b.
Benighe 552. b.
Benney 549. a.
Benordewude 8. 45.
Bentley 175. a.
Benton 163. 41.
Bentune 140. 8.
Benynton 997. b.
Bere 538. a.
Berch 275. b.
Berchal 272. a.
Bercham 908. a.
Berchamſtede 982. b.
Berchton 535. b.
Berdſay 425. a.
Bereby 534. a.
Berechoult 526. a.
Berecony 325. b.
Bereford 160. 66: 138. 28: 210. a. 240. a. 242. b. 279. a. b. 833. b.
Berefort 239. b.
Berehe 453. b.
Bereminſter 971. b.
Berenceſtre 138. 37.
Bereſtall 999. a.
Bereſtaneſton 527. a. 528. a. a. 510. b.
Bereton 529. b.
Beretun 529. a.
Berewic 529. b. 982. b. 274. b.
Berghes 940. a.
Berghſtede 111. 58.
Bergholte 547. a. 552. a.
Bergueny 325. b.
Berham 235. b. 374. b. 373. b.
Berhamdone: *de acervis ibidem* p. 3. l. 14.
Berkendene 82. 33.
Berlay 96. 15.
Berlynge 868. b. 969. a.
Bermingham 846. a.
Bernache 910. a. 911. b.
Bernaldby 150. 5. 56.
Berneceſtre 142. 56.
Berneham 969. b.
Berneſton 96. 32. & 40: 96. 29. 32.
Bernetby 201. a.
Berrington 70. 26: 71. 41: 71. 60. & 63.
Bernoleſby 1016. a.
Berſtandby 605. b.
Bertelithe 69. 37.
Berton 31. 35. 57: 31. 15: 71. 44: 70. 48: 164. a. 877. a. 893. a.
Berugge 529. b.
Berwod 312. b.
Beſeby 1016. a.
Beſyngby 161. 27: 162. 24: 163. 66.
Betenaſſ. 84. 58.
Betheſly 109. 36.
Bethreſhant 71. 46.
Betrinton 138. 55.
Bevercote 117. b.
Beverlac 200. b.
Beverſtan 232. a.
Beumond 93. 45.
Beygle 610. b.
Bibewiche 982. a.
Bichehull 910. a.
Bidenham 241. a.
Biencom 957. b.
Bifeld 896. b. 410. a.
Biford 163. 49.
Biham 538. a.
Bikele 8. 9.
Bikir 277. a.
Bilchaungre 24. 16. 29.
Bildeburgth 852. a.
Bildeſton 87. 19.
Bildewas 915. b.
Bileburgh 806. a.
Biling 312. a.
Bilingay 813. b.
Bilingburch 532. a.
Bildſdon 312. a.
Bilton 290. b. 401. b.
Billeſdon 399. a.
Billeſſeld 806. a.
Billingbure 533. b.
Billingburgh 803. a.
Billingery 245. a.
Bellingheia 533. a.
Billingley 610. a.
Bilton 290. b. 401. b.
Binely 908. b.
Bingelay 96. 6.

Index Locorum.

Binigton 534. a.
Birche 183. b.
Birkethorpe 805. b. 806. a.
Birlay 87. 22: 610. a.
Birtele 93. 52.
Birthorpe 803. a.
Biſſeleg 987. a. 989. a. a.
Biſſeley 906. b.
Biſſopeſworth 930. b.
Bitham 999. b.
Biton 536. a.
Bitſwell 312. b.
Bivivell 966. b.
Blaby 312. b.
Blactordeby 145. 43: 147. 33.
Blacgrave 267. a.
Blacheham 535. a. 626. a.
Blachwell 116. 35. 41.
Blackeneſphurd 232. b.
Blacolneſly *Great* 546. b. b.
Blacolneſly *Litle* 546. b. b. 552. a.
Blacſtane 8. 36. 66.
Blaculveſleg 982. a.
Bladington 854. b.
Blakburnſhire 199. a.
Blakdon 83. 4: 249. b. 549. b.
Blakeham 954. a.
Blakemere 72. 31.
Blakemore 18. 56.
Blakeneſword 233. a. 234. a.
Blakewell 94. 26.
Blaneford 975. b.
Blankeney 532. b.
Blanſwid 160. 65.
Blarewike 296. b.
Blatherwike 297. a. 298 a.
Blankney 92. 34: 94. 25.
Blawith 425. a.
Blaynthelevely 325. b.
Blayſworth 159. 20. 59.
Blecchyngelegh 439. a.
Blecheſdon 138. 36.
Blechingley 508. a.
Bledeniche 838. a.
Blegedun 528. b.
Bleintreit 132. 14.
Blen 458. a.
Blentaſe 549. b.
Bleſſagham 963. a.
Bliaburc 183. b.
Bliburch 535. b. 593. a.
Blibury 544. b.
Blida *honor* 53. 7.
Bliford 594. b.
Bliton 536. a.
Blorton 260. b.
Blunteſton 209. b.
Bly 1017. b.
Bochelcote 551. a.
Bochemecombe 552. a.
Bockland 279. b. 510. b. 530. b.
Bocolſcont 630. a.
Bodeſcombe 551. a.
Bodmyn p. 7. l. 40.
Bodyngeſham 155. 17. 10.
Boeby 533. b. 534. a.
Boicole 89. 24
Boileſton 95. 19.
Bointon 163. 31.
Boiwell 183. b.
Bokenhull 217. a.
Bokingeſand 113. 25.
Boldham 49. 10.
Boleburn 438. b.
Boleby 806. a.
Bolehirſt 160. 13.
Boleſdun 962. b.
Boleſton 549. a.
Bollinghall 147. 46. 56.
Bolra 180. a.
Bolre 177. b.
Bolſtrode 356. a.
Bolton 101. 42. 51: 102. 10. 57:
105. 36.
Bolum 50. 67: 51. 29: 52. 25: & 57:
53. 17: 54. 13. & 21: 55. 31.
Bolynbrok 189. b.
Bolynton 794. b. 795. a. 803. a.
Boneſhull 71. 67: 549. a. 553. a.
Bonnyton 282. a.
Boltons *Percy* 35. 8. 34. 37: 36. 55.
Borcton 217. b.
Bordeſdene 82. 46.
Borewell 645. a.
Borgrave 969. a. a.
Borlakeſtand 550. a.
Borton 35. 203 36. 49.
Boſceby 967. a.
Boſcum Arſum 183. b.
Boſtell 180. a.
Boſworth 312. b. 527. a.
Botelegee 528. a.
Boteley 546. a.
Botendon 897. a. 910 b.
Boteneſford 548. a.
Botilton 1003. a.
Botington 535. b.
Bottle-bridge 547. b. 424. b.
S. Botulfi (*villa*) *scil.* Bolton 535. a.
Botulf bridge 532. a.
Botunden 911. a.
Bovelton 458. b.
Bovinton 163. 8.
Bouland 190. a.
Boyendeſwade 235. a.
Bracebridg 814. b. 532 a. b. 851. b.
Bracinton 622. a.
Brackele 314. a.
Bradefield 171. b. 180. a. 386. a.
911. a.
Bradetel 907. b.
Bradefeud 171. b. 386. a.
Bradeford 954. b.
Bradele 613. b.
Bradeley 408. b. 887. a. 155. 14: 7.
156. 44.
Bradend 527. b.
Bradeney 376. b.
Bradenham 78. 13.
Bradenſlewes 982. b.
Bradenſtoke 206. b.
Bradeway 609. a.
Bradeworth 652. a.
Bradfeld 55. 36: 56. 5 & 22.
Bradham 75. 35.
Bradiſcompe 111. 36. 60.
Bradley (*viz.* Mayden Bradley) 156.
17. 19. 29.
Bradſted 300. a.
Bradwels 45 a. 526. a. 529. b. 911. a.
Brafterton 191. a.
Bragahal 395. a.
Brailes 118. 2.
Braking 80. 32: 81. 26: 82. 30. & 53:
& 56.
Brambelegh 82. 5. & 12. & 17. &
20. & 28.
Bramham 34. 58: 34. 67: 36. 35: 36.
43: 131. 640
Brampton 130. 35: 131. 5: 27. 48.
Branceton 532. b.
Brancewell 533. a. 552. b.
Brancote 118. 23: 129. 17.
Branċton 7. 48.
Brandesby 191. b.
Brandeſton 146. 56: 358. b.
Brandon 103. 38.
Branford 295. a.
Brankote 309. a. 312. a.
Branteſham 295. b.
Branteſton 967. a.
Brantingesby 967. a.
Braſcebridge 388. b.
Braunceby 548. a.
Brauneceton 212. b.
Braunſton 388. b.
Braworthy 653. a.
Bray 89. 16.
Brecham 236. a.
Brechui 71. 40.
Bredley 267. b. 409. b.
Bredlincon 164. b. 1655. a.
Bredon 39. 46: 40. 12: 40. 13: 41. 12.
Brekenok 67. 47.
Brekeſherr 55. 41.
Brembry 908. a.
Bremdon 250. b.
Brencumbe 956. a.
Brend 817. b.
Brendedwyn 47. 29.
Breneſdale 132. 22.
Brenkibec 130. 40: 131. 11.
Brente 840. a.
Brenwod 155. 56.
Brerlacton 147. 38.
Bretcham 982. a.
Bretford 118. 17.
Bretton 149. 15.
Briavello *Sancto* 987. a.
Brichalay 1016. a.
Brichet 270. b.
Bricheſtoc 89. 31.
Brichling 892. b.
Bricſtaneſton 8. 1.
Brideton 958. b.
Bridetune 974. b.
Bridgeford 1018. a.
Briggeford 95. 6: 286. a.
Brikendune 11. 40. 14. 13: 16.
14: 54.
Brillinton 163. 33: 60. 36.
Brinetune 910. a.
Brinham 205. b.
Brinkburn 204. a.
Brinkelagh 87. 31.
Brineſale 99. 6.
Brinton 91. 45. & 24.
Briſard 966. b.
Briſere 87. 2 62: 88. 18. & 43.
Briſigham 275. a.
Briſſeley 985. b.
Biſteleſham 523. b.
Briſtelneſton 908. b. b.
Briſtoll 233. b. 300. a. 530. a. a.
Brithelmeſtun 336. a.
Briweton 205. b.
Brocele 639. b.
Broch (*id eſt* Brooke *in Com. Rutl.*)
118. 41.
Brocheleſhay 911. a.
Brochtune 49. 50.
Brocktune 540. b.
Broclesby 589. a. 590. b. 596. a.
597. a.
Broclousby 200. a.
Brocton 491. 27: 147. 39: 150. 27:
30. 31: 875. b. 255. b. 256. a. 478.
b. 604. a.
Broculeſtow 805. b.
Brocwerne 71. 58.
Brocwordyn 71. 3. & 6. & 19. & 30.
Brodeſton 622. a.
Broford 249. b.
Brokedene 111. 21: 112. 26.
Brokely 638. b.
Brokenhurſt 177. b. 179. b. 180. a.
Brokes 295. a.
Brokesborn 511. a.
Brokhurſt 179. b.
Brom. 610. b.

Index Locorum.

Bromfeld 81. 2: 82. 61: 111. 55. 53.
Bromlegh 385. b.
Brompton *ſuper Swale* 651. b.
Bromtune 593. b.
Broſthall 546. a.
Broſtorp 70. 20.
Broteby 969. a. a.
Brouton 631. a.
Bructune 534. a.
Brudeſham 112. 50.
Brudon 148. 15.
Bruerie 534. b.
Brugenorth *Caſtle* 216. a.
Bruggeford 267. b.
Brugwater 325. b.
Brugy 528. b.
Bruhull *foreſt* 154. 34.
Brumleg 906. a. 987. a.
Brumley 183. b.
Brumtune 816. b.
Brune 148. 18.
Brunethorpe 805. b.
Brunford 540. a.
Brunham 21. 57: 241. a. 327. b.
Brunleg 985. a.
Brunlond 249. b.
Brunne 29. 41: 30. 26: 199. b. 200. a. 200. b.
Brunneby 175. b.
Bruntingſthorpe 309. a.
Bruntton 149. a.
Bruntune 539. b.
Brunum 175. b.
Brutereſwurde 8. 26.
Bruth 643. b.
Brydancumbe 858. b.
Bryht-Lyngeſey 892. a.
Brytlingaſey 396. a.
Bucetone 161. 31: 162. 63: 163. 39.
Buchebrock 984. b.
Buckeby 527. b.
Buckhall 596. a.
Buckland 550. a.
Buckminſter 344. a.
Buckwood 133. 13.
Buddecleighe 843. a.
Buddeſword 186. a. 900. a.
Budeham 969. b.
Budewrth 185. a.
Budiford 117. 65.
Bukenhull 138. 38.
Bulcamp 594. a.
Buldewas *parva* 915. a. a. b.
Buleford 394. a.
Buleruge 47. 35.
Bulington 806. a.
Bulkinton 309. a. 311. b. 312. a.
Bullingbrock 537. a.
Bulmer 99. 30.
Bulſtrode 355. a.
Bultham 851. b.
Bungey 644. a.
Buntingford 530. b.
Burbach 272. b. 324. a.
Burc 795. b.
Burch 132. 4. 20.
Burchul 70. 58: 71. 43.
Burcloy 114. a. 220. b.
Burdune 845. b.
Bures 626. a. 954. b.
Bureton 8. 30.
Burewoldiſcumbe 205. a.
Burford 300. a.
Burg 424. a. 806. a.
Burgate 408. b.
Burgeſſe 976. b.
Burgewalter 911. b.
Burgo 795. a. 803. a.
Burnebem 539. b.
Burnham 21. 38. 66: 22. 25: 198. b. 531. b. 535. b. 615. a.
Burnham S. *Marg.* 615. a.
Burnhom 172. a. 148. b.
Burnus 147. 65.
Buroldeſcumbe 8. 43.
Burrath 596. a. b.
Burreth 597. b.
Burrl: 539. b.
Burrgum 540. b.
Burthon 138. 18. 44.
Burton Vide Borton.
Burton 160. 56: 162. 33: 163. 10: 56. 31. & 33. & 44: 185. b. 186. b. 190. b. 191. a. 308. b. 314. a. 538. a. 848. a. a.
Burton-*Croun* 69. 51.
Burton *ſuper Trent* 56. 49.
Burtune 984. a. 533. b.
Buſelingthorpe 644. a.
Buſtede 544. a.
Buſtleſham 355. a.
Butebroc 982. b.
Butegate 850. a.
Buteley 245. b.
Buterhull 139. 19.
Butherſie 84. 38.
Butheſtoke 299. a.
Butintune 529. a.
Buton 1013. a.
Buxton 805. b.
Bycham *parva* 880. a.
Byfort 200. a.
Bykyrſtath 306. a.
Byleghengre 1003. a.
Bylingey 814. a.
Byllingburgh 548. b.
Bylyngay 803. a.
Bynetre 21. 64.
Byngefeld 93. 21. 27.
Byres 93. 15.
Bytteſwell 312. a.
Bywell 611. b.

C

CAburny 200. b. 536. b.
Cadebiri 3025. a.
Cadeland 661. b. 662. a.
Cadelaw 661. b.
Cadeney 812. b.
Caderon 94. 43.
Cadewrth 911. a.
Cadey 969. b.
Cadewurd 8. 46. (*vulg.* Catworth) 26. 16.
Caingeham 999. a.
Caitorp 531. b.
Cald-Cotam 966. 8.
Caldebeche 74. 52.
Caldebrocke 962. b.
Caldecote 910. b. 29. 42. 60: 70. 19: 72. 8: 82. 42: 148. 27: 150. 64: 151. 19: 160. 67.
Caldengelby 151. 44.
Caldewell 917. a. a.
Caldſtrother 94. 27.
† Caldſtrother 88. 57.
Caleſtan 962. b.
Calew 510. b.
Calikeote 26. 16.
Callaton 969. a.
Callow 549. a. 553. a.
Calmeſdene 549. a.
Calthorpe 551. a. 803. a. 805. b.
Calvedon 185. b. 186. b.
Calvertun 529. a. 540. b.
Calwich 119. 16. 56.
Calwort 239. b.
Calworth 240. a.
Calwurd 239. b.
Camareon 220. b. 221. b. 222. a.
Cambesburch 531. b.
Cambis 982. a.
Camboc 394. a.
Camelton 793. b.
Cameleſford 97. 18.
Cameryngton 419. b.
Camoel 963. a.
Candell 910. a.
Candeure 134. 64.
Cane 191. a.
Caneford 207. a.
Canendinan 71. 42.
Canewich 814. b.
Cankewell 211. b.
Cankysbyrry 312. a.
Canonthorp 38. a. 20: & 44: 38. b. 21: 39. 14.
Cantorbiry 45. 10.
Canton 1003 a.
Carbyſtorpe 821. a.
Cardington 546. a. 527. a.
Carditon 527. a. 528. a.
Carebrock 987. a. 508. a. 510. b.
S. Carentoc 910. a.
Caresbrock 906. a. 985. a. 548. b.
Carleton 95. 27: 103. 25: 100. 33. 45: 102. 24. 103. 25: 200. b. 534. a. 552. a. 644. a. a.
Carleton (*viz.* 4.) 645. a. a. b.
Carleton in Balne 148. 19: 149. 29: 150. 11.
Carletun 845. b.
Carlinton 999. a. b.
Carram 105. 21.
Carrawer 94. 52.
Carſtroc 108. 2.
Caſenell 295. b.
Caſteledun 151. 4.
Caſtleford 398. a.
Caſtelan-*Emlin* 549. b.
Caſtlerden 152. 43.
Caſtram 979. a.
Caſtrum *Bernardi* 846. b.
Catacumb 952. a. a.
Cateby 316. a. 803. a. 134. 18.
Caterall 507. a.
Catesby 897. a.
Catewell 537. a.
Cathangre 250. b.
Catheley 813. a.
Cathtorp 534. a.
Cathweyt 822. b.
Catteden 93. 50.
Catteworte 25. 50.
Catthrope 547. b. 817. b.
Cattun 540. a.
Caudecumb. 906. a.
Caudewell 138. 64: 412. a.
Cave 372. a. 808. b. 540. a. 551. b.
Cavenby 644. a. 645. b.
Cavenham 806. a.
Caverſham 155. 4. 64.
Cayſhon 794. a.
Ceolcum 859. b.
Ceorloton 968. a.
Cernell 910. a. a.
Cerney 70. 32: 72. 18: 209. b. 233. a.
Certeley 317. a.
Ceſtercfeld 535. a.
Ceſtrehunt 510. b. 1012. b. 1013. a.
Ceſtreton 264. a. 527. b. 25. 27: 26. 21: 31. 28: 118. 52: 137. 58: 138. 65: 142. 31.
Ceſtry 185. b. 186. b.
Cettre 208. a. 209. a.

Index Locorum.

Ceveton 528. b.
Chadalewurth 266. b.
Chadelington 276. a.
Chadham 887. b.
Chakirſton 203. a.
Chaldecote 553. b.
Chaldewerdbury 547. a.
Chalford 854. b.
Chalgrave 478. b.
Chamreth 543. a.
Chanford 147. 42.
Chapeton 820. a.
Chaptoft 312. a.
Charlen 665. a.
Charlentun 966. b.
Charlington 854. b.
Charlton 299. a. 480. b. 544. a. 552. b.
Charwelton 35. 41: 37. 20.
Chateſham 283. a.
Chattewell 528. a. 546. b.
Chavenfeld 1003. a.
Chaulingham 592. b.
Chaureth 508. a. b. 510. a.
Chaucumb 279. a.
Chebſey 35. 34: 37. 12.
Chedendon 35. 41: 31. 19.
Chedeord 985. b. 987. a. 989. a.
Chedeſton 19. 57. 23.
Chedinges 84. 40.
Cheichele 910. b. b.
Cheilmers 215. a. 217. b. 220. b. 221. a. 222. b.
Cheleſworth 826. b.
Cheleworth 109. 16.
Chelham 110. 63.
Chelles 552. b.
Chelton 1006. b.
Chelverdeſcote 527. b. 552. b.
Chelverton 93. 33.
Chen 9. 22.
Cheneceſtre 71. 67.
Cheningwrd (*id eſt* **Kenilworth**) 115. 58.
Cheolcan 865. a.
Cheppingham 544. a.
Chercheby 966. b.
Cherdeſle 155. 3. 63.
Cherdynton 239. b.
Cherehull 907. b.
Cheringham 526. b.
Cherinton 138. 51. 255. a.
Cherlecote 831. a.
Cherleton 147. 28. 65: 982. b.
Cherlentun 966. b.
Cheſeburgh † 87. 67.
Cheſelet 420. b.
Cheſeley 154. 64: 155. 21. 14.
Cheſey 551. a.
Cheſham 312. a.
Cheſlet 906. a.
Cheſtrefeld 602. a.
Cheſtrethorpe 94. 10.
†Chetelby 91. 41. & 15.
Chetham 111. 55. 53: 112. 29.
Chetton 592. a.
Cheverell 545. a.
Cheverell *Burnell.* } 483. b.
Cheverell *Hales.* }
Cheureſwell *Walt.* 118. 28.
Chiche 183. b. 184. a.
Chidelinton *Vide* Kidelinton.
Chikeſand 239. b. 240. a. 544. a.
Childecote 629. a.
Childecumton 209. b.
Childeſwykwane 852.
Childewic 100. 62: 101. 64: 102. 42. 57. 31. 48.
Childherſt 639. a.
Childwall 306. a.
Childwell 230. b. 231. b.
Chiltcombe 551. a.
Chiltun 154. 61: 155. 8: 155. 1.
Chilverdeſcote 265. a.
Chinechebiry 954. b.
Chingeſtaples 985. a.
Chinghaples 906. a.
Chinleſey 999. a.
Chintinges 335. a. b.
Chineon 117. 58: 299. a.
Chipcheſe 94. 60.
Chipeham 510. b.
Chipenham 542. a. 552. a.
Chircheby 966. b.
Chircheton 547. a.
Chircſtow 286. a.
Chiresbire 530. a.
Chiriton 72. 17.
Chirk 226. a.
Chiſlet 985. a.
Chitteham 72. 25.
Chivel 33. 68.
Chiwelſhope 71. 37.
Chnaresburch 36. 47.
Chobahangre 251. b.
Chogelog 251. a.
Cohul 989. a.
Choletun 554. a.
Chorlecote 438. b.
Chorler 306. a.
Chremhoc 47. 17.
Chuneworth 250. a.
Chyburne 551. b.
Chygwall 478. a.
Cigeſton 962. b.
Cilteham 89. 51.
Cilton 910. a.
Cinnuc 909. b. 910. a.
Cireceſtre 89. 39. 37: 90. 46.
Cireton 70. 35.
C ſelberg 910. a.
Claford 906. a. 910. a. 987. a.
Clafort 1002. b.
Claihurſt 82. 39.
Claindon 137. 57: 138. 65: 139. 26. & 50.
Claketon 87. 41: 183. b.
Clamenges 511. a.
Clanefeld 984. b. 549. a. a.
Clariarleg 142. 59.
Claryndon 274. a.
Clatford 985. a.
Clavendon 982. a.
Claverburg 50. 31: 53. 4: 54. 53.
Clavering 171. b. 386. b.
Clee 316. a.
Cleipol 534. a.
Clenefeld 966. b.
Clenefend 967. a.
Clent 658. a. a.
Clere 1016. b.
Cleton 217. b.
Cleyangre 551. a.
Cleybury 217. a. 217. b. 220. b.
Cleythorp 275. a.
Clic 48. 66.
Clichware 545. a.
Clif 540. a.
Clifdon 134. a.
Clifton 175. b. 284. b. 309. a. 311. b. 530. b. 547. a. 917. a.
Climciſton 108. 18.
Clinton 114. 41: 115. 6. 54: 118. 10.
Clive 93. 50: 94. 34: 312. a. 988. a.
Cliveland 845. b.
Clone 224. b.
Clopham 138. 57.
Clopton 25. 9. 46. 62: 26. 17: 302. b. 546. a.
Clothangre 530. a.
Clotinton 982. b.
Cloveſumd 909. b.
Clumthorpe 552. a.
†Clune 56. 30.
Clyney 815. a.
Cneſhall 186. b.
Cnihtinton 315. a.
Cnipton 315. b.
Cnithengild (*in Civitate Lond.*) 82. 18.
Cnoklas 226. a.
Cnoſſinton 277. a.
Cocheham 89. 14.
Cochenache 260. b.
Cockeham 181. b. 182. a. 545. b.
† Cocton 89. 11. 43.
Codeham 295. a.
Coldenham 264. a.
Codruch 531. a.
Coferun 549. b.
Cogpole 794. a. a. 793. b.
Cohell 985. b. 987. a.
Cokeram 312. b. 636. a.
Cokerington 802. b. b.
Cokerington 803. a. a. S. *Mariæ.* S. *Leonardi.*
Cokeſlage 252. a.
Colceſtre 44. 47. *Domus Fratrum minorum ibidem fundatur per Robertum fil. Walteri* 77. 41.
Colebi 533. a.
Colebroc 8. 11.
Colebron 7. 59.
Colebruge 73. 46.
Coldene 93. 58.
Colemaneſley 324. b.
Colesburne 70. 27.
Coleſteor 1010. b.
†Coleſton 90. 55: 91. 42. & 9: 138. 57: 50. 56: 51. 23: 52. 54: 53. 2. & 9: 54. 2.
Coleton 654. a.
Coletun 540. a.
Colewell 94. 22.
Colford 510. a.
† Colingham 93. 69. 52.
Colingham 95. 45: 532. a. 647. b.
Colington 95. 31.
Colkesby 548. a.
Collesby 151. 21.
Colum 45. 41.
Colſwaine 820. a.
Colton 190. b. 652. b. 653. a.
Colwenſton 359. a.
Combes 358. b.
Combrigge 267. b.
Compton 284. a. 545. b.
Concarve 962. a.
Concanverne 989. a.
Conduote 529. b.
Coneſgrave 982. b.
Conniſgesby 805. b.
Connok 476. a.
Conton 962. b. b.
Contun 908. a.
Coped-Hall 149. 43.
Corbrigge 94. 5.
Corby 881. a. b. b. 882. a.
Coreingham 536. a.
Corſham 331. a.
Corneburg 99. 24.
Cornel 954. b.
Corney 81. 60: 82. 35. & 37: 531. a.
Cornhampton 664. a. b.
Cornuby 982. b.
Cornwell 138. 31.
Corſham 604. b.
Cortum 806. a.
Cosby 309. a.
Coſham 660. a. 991. a. 956. a.
Coſſeby 314. a.
Cote 854. b.

Cotford 954. a.
Coteham 29. 57.
Cotel 806. a.
† Cotes 92. 30: 94. 21: 251. a. 532. b. 603. a. a. 629. a. 856. b.
Cotesbrock 629. b.
Coteſden 529. b.
Coteſmore 529. b.
Cotſlow 210. a.
Cotum 147. 61.
Cotyngham 347. a. 349. a. 898. b.
Covele 117. 42: 138. 3: 140. 42: 538. b.
Coveſle 70. 23.
Coveton 528. b.
Couley 551. b. 544. b.
Courcham 648. b.
Crachale 539. b.
Crachethorpe 74. 30.
Craft 312. b. 631. a.
Crakecroft 849. a.
Crakehove 99. 16.
Crakemers 39. 49: 40. 19.
Crakhall *magna* 648. b. b.
Craneford 138. 56.
Cranevell 806. a.
Cranewell 531. b. 533. b. 547. b. 803. a.
Cranford 543. a.
Cranle 910. b. b.
Craſſo-monte 989. a.
Crathorne 150. 66.
Cratecord 160. 6.
Cratefeld 877. a.
Crandene 29. 61.
Crante 160. 55.
Cranton 35. 26: 37. 5.
Crechesfeld 85. 66.
Credehell 985. a.
Credenele 986. b.
Credhull 906. a.
Crekelaghei 94. 24.
Crekeſtoc 74. 11.
Cremlin 339. a.
Crendon 154. 42. 1: 155. 1. 33. 54. 57. 61. 26.
† Creſſewell 92. 64: 94. 39: 603. a.
Creſſyng 525. b. 543. b. 551. b.
Crevequer *Baronia* 111. 17.
Criche 909. b.
Cridelinton 910. a.
Crikelde 89. 58.
Crinetorp 535. a.
Criſtemeleford 209. b. 842. b.
Criſteneſtow 954. b.
Criſteſhale 545. b.
Croc 636. b.
Croftes 138. 61.
Crofton 34. 36: 36. 3.
Crokere 84. 46.
Cromhal 233. a.
Crondale 481. a.
† Crophill 92. 32. & 51. & 55: 94. 29.
Crophull 95. 53. 57.
Croſſeby 74. 26: 74. 32.
Croſſeby *Raveneſwart*. 394. a.
Croſſum 822. b.
Crotelleſley 908. b.
Croule 262. b.
Croxtone 25. 56: 26. 44: 27. 29: 603. b. 604. b.
Cruche 230. b. 231. a. b.
S. Crucis 510. a.
Crucre 956. a.
Crudworth 312. b.
Crukes 530. a.
Crundale 19. 50. 32.
Cubinton 118. 59: 279. b.
Cubleſdon 129. 52. 55. 60.
Cuculmeſh 911. a.
Cudelinton 138. 31.
Cudeſlawe 138. 5: 140. 42.
Cudeſley 71, 22.
Cuden 336. a.
Cueſword 264. a.
Cugenho 527. b.
Cuhell 906. b.
Cuhull 989. a.
Cukeney 597. b. 598. a. b. 599. a. a. b. 600. a. b. 602. b. 603. a.
Cukewald 190. a. 191. a. 200. b. 540. b.
Culcherton 70. 33.
Culertun 530. a.
Culington 604. b.
Culiton 7. 57.
Culmitun 48. 31.
Cumb 206. b. 954. a. 530. a.
Cumbe-*Kaines* 135. 49.
Cumberton 409. b.
Cumberties 151. 59: 152. 40.
Cumberworth 35. 21: 8. 66.
Cumbreton 29. 43: 31. 21.
Cumpton 118. 10: 975. b.
Cumpton *Weſt* 267. a. 324. b. 410. b.
Cunertun 530. a,
Cundal 190. b. 191. a.
Cuniton 26. 38. 37.
Cuningſton 200. a.
Cunninghesby 537. b.
Cunnunſgeſholm 805. b.
Cure 987. b.
Curtlinton 138. 64.
Cuſerugg 266. b.
Cuſerugy 913. a.
Cuthardicote 48. 59.
Cuthon 163. 10. 28.
Cutun 394. a. 539. a.
Cuwic 954. a.

D

DAdyngton 284 b.
Daingbere 171. b.
Dalby 91. 13: 548. b.
Dalham 183. a b.
† Dalton 88. 26.
Daltun 540. a.
Damgebiri 386. a.
Daneby 147. 66: 148. 16: 149. 15: 150. 23.
Daneſy 626. a. 1003. a.
Danteburn 989. a.
Darent 844. b.
Darnethorpe 94. 45.
Dauby 279. a.
David 986. b.
Dedham 49. 63.
Defereal 862. b.
Delf 295. a.
Denby 189. b.
Dene 25. 62: 26. 32: 27. 25: 507. b. 510. a. 546. b.
Dene *foreſta* 66. 19.
Denewoldeſham 909. b.
Denham 183. a.
Dens 552. a.
Denſted 373. b. 374. b.
Denſton 267. b.
Denton 132. 29. 48: 532. a. 534. a.
Deping *Eaſt* 235. b. *Weſt* 235. b.
Derect 265. b.
Dereby 535. a.
Dereseth 527. b.
Dereſham 593. b.
Derieby 535. a.
Derinton 954. b.
Derlanſton 129. 28.
† Derleſthorp 93. 45.
Derlford 526. b. 544. b.
Derneford 529. b.
Dertfeld 544. b.
Dertinton 9. 11.
Deſſorth 309. b.
Deverell 954. b.
Diceſworth 39. 43: 40. 26.
Dicleſdon 854. b.
Diclinges 908. b.
Didelintun 867. a.
Diepeden 983. b.
Digby 535. a.
Diggeby 803. a.
Dijlewic 239. b.
Dilewike 241. b.
Dimoc 962. b. 963. b.
Dineſly 53. 34: 55. 55.
Dinneſley 523. b.
Diringhton 533. a.
Dirwineſtun 910. a.
Diſceby 532. a.
Diſſum 83. 12.
Docherg 395. a.
Dodenes 295. b.
Dodford 142. 19.
Dodiford 549. a. 553. a. 896. b.
Dodinton 200. a.
Dodyndon 547. a.
Doketon 826. a.
Donacaſtre 394. a.
Don *aqua* 42. 5: 42. 49.
Doneſtall 999. a.
Donewye 593. a.
Donheved 108. 45.
Donington 551. a.
† Dormeſtun 89. 44.
† Dornthorp 93. 45. 58. & 62.
Dorſiton 852. a.
Dottun 154. 62: 155. 8: 155. 1.
Dotteland 93. 12.
Doverbec 94. 24.
Doverbert 94. 36.
Dovercourt 878. a.
Doulting 839. a.
Doun 549. a.
Dounton 217. b.
Dovor Caſtr. *munitum adverſus Romanos* p. 1. l. 29. *Eccleſia in eodem conſtructa.* Ib. l. 41. Ib. l. 48. *alta Turris, vocata le* **Dungeon** *erecta.* p. 2. l. 34. *munitum per Regem* Arviragum p. 3. l. 28. *Eccleſiæ in eodem per Regem* Lucium *conſtructa* Ib. l. 40.
Draintun 530. a.
Draiton 982. a.
Drax 95. 5. 18: 97. 14. & 44.
Draycote 208. a.
Drayton 1017. b.
Drifeld 89. 47.
Dri-Merſton 856. b.
Drington 806. a.
† Dripintel 87. 52.
Driſtoke 547. b.
Driſtone 551. a.
Drog 426. b.
Droghed (in *Hiberniâ*) 72. 36.
Droitune 541. a.
Dronefeld 602. a.
Dubbrigge 876. a.
Duberton 83. 20.
Duchintun 908. b.
Ducmantun 535. a.
Dudecomp 179. b.
Dudene 427. a.
Dudinton 637. b.
Dudintun 531. b.
Duffeld *foreſt* 873. b.
Dugwle 239 b.

Duheland 205. a.
Dukelington 138. 45.
Dukmanton 602. b. b.
Dulverton 83. 45.
Duneham 644. a.
Duneſby 533. a.
Duneſford 205. b.
Dunetrope 276. a.
Dungledy 549. b.
Dungley 549 a.
Dunham 536. a.
Duniland 45. 56.
Dunington 186. b. 852. a. 1018. a. 603. a. b.
Duninton 185. b. 277. b.
Dunmow *parva* 75. 26.
Dunnemor 510. b.
Dunneſtiwe 138. 34.
Dunre 985. a.
Dunſtable 133. 8. 29.
Dunſtall 535. b.
Dunſtone 14. 16. 15. 7: 16. 37: 49. 36: 597. a.
Dunteſoutne 72. 28: 906. b. 985. b. 987. a.
Dunteſſeld 385. b.
Dunthull 147. 28.
Dunton 826. a. 954. b.
Dunttun 277. a. 535. a.
Durcete 508. a.
Duſebi 535. a.
Dutentone 940. b.
Duton 86. 33.
† Duverbert 94. 42.
Dylan 263. b.
Dylivortane 138. 45.
Dynmore 549. a. 553. a.
Dynnebigh 229. a.
Dynneſley 523. b. 552. b. 524. a.
Dynryth 220. a. 221. b.

E

EAdwerth 530. b.
Eaſtwic 235. b.
Eaſtwod 112. 27.
Eatendon 118. 47.
Eatton 89. 57.
Eaumendon 302. a.
Ebford 8. 62.
Eblinton 110. 12.
Eboracum 541. a.
Eccles 532. a.
Echeneſwell 481. a.
Eclam 962. b.
Edbrighteleg 147. 28.
Edburburi 138. 21: 141. 43.
Edeleſburgh: 848. a.
Edelmeton 82. 25.
Edendon 444. a.
Edenham 166. a. 850. a. 161. 36: 163. 1. 62.
Edmundebyres 152. 24.
Edinton 940. a.
Edlinton 848. a. b.
Edneſhour 268. b.
Edrefeld 906. b.
Edriceſtun 852. a.
Edriſcheſton 527. a.
Edulfeſham 963. a.
Edwaldeſton 608. b. 878. a.
Effechote 144. 67: 941. b.
Effingham 133. 25.
Eggemonton 1017. b.
Egele 551. b.
Egleſton 196. a.
Egluiskeyn 282. b.
Egluyſnewith 282. b.
Egmonton a. 193. a. 319. a.
Egrom 510. a. 548. b.
† Egrum 92. 66. (*Honor* 93. 11.) 94. 35: 95. 46.
Eiſi 89. 55.
Eiſſemore 233. b.
Eiton 135. 41.
Ekeſton 852. a.
Elcheſdon 163. 64.
Eldreſſeld 985. b.
Eleyhanere 513.
Elfaud 543. b.
Elflinton 138. 55.
Elhale 312. b.
Elden 897. a.
Elinges 325. b.
Elinhale 940. b.
Elintun 908. b.
Elkinton 810.
Ellale 306. b.
Elle 551. b.
Elleden 109. 46.
Elleg 849. a.
Ellertun 370. a.
Elmeney 883. a.
Elmerſfeld 374. a.
Elmeſted 374 a.
† Elmeton 92. 35: 94. 20.
Elmoure 70. 21: 71. 21: 72. 50.
Elmundeſtan 89. 50.
Elndelege 47. 10.
Elretun 370. a.
† Elrington 87. 29.
Elſefeld 138. 49.
Elcham 300. a. 846. b.
Eltheſdon 161. 55.
Elvall 459. a.
Emmeſey 100. 33. 46. 101. 55. 57.
Empynghs 312. b.
Endebry 903. b.
Enefeld 82. 59.
Eneſbrigg 48. 4.
Engelby 647. a.
Englefeld 187. a.
Enneſton 854. b. 856. b.
Eoſingdon 544. b.
Epinges 909. a.
Eppewrth 191. a.
Eppinges 14. 35. 57. 16: 31.
Erchelew 255. a.
Erchinton 130. 34.
Ercumb 903. b.
Erdeburch 276. b.
Erdelby 312. a. 314. a.
Erdeſlaw 41. 7: 41. 35.
Erdinton 142. 50. 55: 284. b.
Erdlaufwik 908. b.
Ere 548. a.
Erelade 530. a.
Erenclive 150. 9.
Ereſwell 893. a.
Eringe 87. 34.
Erkindene 147. 43. (*vide Arkindene*)
Erle 528. b.
Erlingham 233. a.
Erminton 8. 55. 15. 59.
Ermundeſtre 868 b.
Ernehale 91. 66.
Ernembiry 954. a.
Ernemua 180. a.
Erneſdene 613. b.
Erneſdun 87. 14.
Ernicote 140. 45: 138. 10.
Eſcadale 148. 10.
Eſchebi 37: 4.
Eſchechiling 999. a.
Eſchimauhir 549. b.
Eſden 982. b.
Eſdike 287. b.
Eſendun 909. a.
Eſincton 999. a.
Eſinton 148. 34: 150. 8.
Esk 427. a.
Eſpatric 74. 22.
Eſſameſtad 985. b. 986. a.
Eſſe 893. a.
† Eſſeby 90. 54: 91. 41. & 23: 145. 43. 45: 147. 31.
Eſſeby *magna* 552. b. 896. b. 897. a.
Eſſelege 324. a. 325. b.
Eſſelſwrd 232. a.
Eſſelword 232. a 233. a.
Eſſerugge 344 b.
Eſſeſho 117. 46.
Eſſetes 982. b.
Eſſevendon 154. 63: 155. 9.
Eſſewell 312. a.
Eſſor 832. b.
Eſſover 610. b.
Eſſoure 622. a.
Eſt 18. 50.
Eſtameſted 906. b.
Eſtan 962. b.
Eſtanfort 875. b.
Eſtanwey 893. a.
Eſtburn 149. 35.
Eſtenton 966. b.
Eſtewell 312. b. 315. a.
Eſtheney 267. a.
Eſthenred 267. a.
Eſthyrſt 556. b. 557. a.
Eſtkote 138. 45.
Eſtlaford 806. a.
† Eſt *Mathſen* 87. 14.
Eſtmenton 994. b.
† Eſt-*Neſebith* 88. 5.
Eſtoches 1010. b.
Eſtolley 903. b.
† Eſton 161. 30: 162. 41. 61: 163. 53. 57: 89. 19: 90. 14: 186. a. 207. a. 910. b. 978. a. 209. a. b. 607. a.
Eſt-*Kaſyn* 803. a.
Eſtretementon 1002. a.
† Eſt *Swineburne* 88. 44 a. b.
Eſtbn 893. a. 909. a.
Eſtwde 910. b.
Eſtwiſel 612. b.
Eſtwyke 376. b. 794. a.
Eteneberg 909. b.
Ethe 117. 45.
Ethelminton 554. b.
Etherdawike 419. b.
† Ethewyke 87. 37.
Ethon 137. 10: 139. 10. 22.
Etingham 145. 6: 146. 32: 147. 26.
Eton 546. b. 884. a.
Etoni 903. b.
Eton *Meſey* 826. b.
Etun (*vide Hetun*) 158. 35. 38. 47. 61. 66. 2. 34: 159. 21. 30: 36. 59: 160. 49. 53. 56.
Ettewell 599. a.
Etton 906. b. 985. b.
Evedune 533. a.
Evenley 26. 14.
Evenwood 846. b.
Evere 138. 53.
Evereſdon 29. 59.
Everlas 309. a
Everley 309. b.
Everſholt 239. b. 240. a.
Everton 876. b.
Evyngton 311. b. 967. a.
Ewelle 527. a.
Ewias 71. 60. & 63: 987. b.
Exewic 954. a.
Exon *Ecc'. de Caſtello* ibid. 9. 27.
Exon *Eccleſia Cath.* 7. 35.
Eya *inſula* 19. 37.
Eye 604. b.

Eyleſh 983. b.
Eylmundeſtre 975. b.
Eyſden 267. a.
Eyton 312. b.

F

FAccum 267. a.
Fageham *parva* 109. 64.
Faghadre 96. 14.
Faid 1018. a.
Faldigwert 794. b.
Faldingworth 796. b.
Fareburne 314. b. 541. a.
Farefort 966. b.
Fareham 245. b.
Farewei 8. 45.
Farlam 130. 36: 131. 7.
Farlegh 110. 60: 111. 56. 55: 112. 8.
Farmanby 175. b.
Farnig 309. b.
Farningehow 314. a.
Fatheſburne 805. b.
Faukebrigge 548. b.
Faukefoſſe 548. a.
Fawimore 530. a.
Faxflete 200. a. 551. b.
Fechaham 985. b. 987. a. 989. a.
Fecham 906. b.
Federſtan 34. a. 17: 34. b. 25: 36. 60.
Feleſteld 958. b.
Feld 661. b.
Feliley 71. 1. & 10.
Felingeham 969. a.
Felkerick 34. 39: 36. 6.
Felley 53. 30: 54. 41: 56. 53. & 55.
Feltham 400. a.
Fenwic 541. a.
Ferendon 266. b. 978. a.
Ferenherge 234. a.
Ferles 545. b. 982. b. b.
Ferley 404. a.
Ferlis 982. a.
Ferneham 913. a.
Fernham 267. a.
Fernlee 529. b.
Ferramere 857. b. 838. a.
Feſt yn 290. b.
Fichill 976. b.
Fiffhide 233. b. 358. b.
Fifid 232. b. 233. a.
Fikerzfeld 542. a. b.
Fileſham 84. 40.
Filknich 530. a.
Filton 917. a.
Finburgh 246. b.
Finemer *Heremitorium* 154. 21.
Finchingfield 526. b. 543. b. 552. a.
Finerere 234. a.
Finilai 161. 37.
Firsken 795. a.
† Fiskerton 92. 27: 94. 18: 65. 52.
Fithvenni 74. 13.
Fitton 299. a.
Fivele 165. b.
Flaineburgh 163. 26.
Flameſburgh 799. b.
Flaſloe 548. a.
Flaxton 99. 32.
Fleet 373. b. 374. a. 326. b.
Flemeburgh 163. 10.
Flentwell 614. a.
Flet 535. a.
Flete 539. b.
Fleteham 982. b.
† Flethen 91. 10.
Fletwell 26. 48.
Flighamſtede 527. a. 528. a.
Flikhamſted 546. a. 552. a.
Flintham 95. 41.
Flinton 200. a.
Flitwick 552. b.
Flixton 304. a. 372. a.
Fobbafunton 8. 66. a.
Foleſham 21. 7. 22. 64.
Folethby 388. b.
Foletorp 848. a.
Folewode 610. b.
Folingeham 1015. b.
Folkeſworth 538. b.
Folketon 372. b.
Folkiengham 806. a.
Folkingham 848. a. 849. a. a. 840. a.
Fons *David* 986. b.
Fonteney 200. a.
Forbiri 286. a.
Ford 909. b.
Fordes 239. b. 241. a.
Fordeſham 547. a.
Fordingbrigge 481. a.
Fordington 537. b.
Fordham 544. a. 45. 51.
Fordune 848. a. 162. 26: 163. 1.
Fordwich 374. b.
Foreſthill 279. b.
Forſthull 279. b. 138. 18.
Fortelinton 906. b.
Fortelmeton 985. b. 989. a.
Forterby 803. b. 810. a.
Forth 984. b.
Fortiſcre 85. 25. 46.
Forton 632. b.
Forum 917. a.
Foſſeton 442. a. 875. a. 930. b.
† Foul 87. 53.
Foulwell 138. 39.
Fowbrigge 548. b.
Foxhale 295. b.
Foxley 71. 40.
Foxton 312. b.
Framelinton 204. a.
Frameſden 607. a.
Framton 530. a.
Francham 548. b.
Franſam *great & little* 614. a.
Franton 884. b.
Frantony 956. a. 957. b.
Frebrecce 1018. a.
Fredeſham 186. b.
Freiſtingethorp 163. 21.
Freminton 286. a.
Frenchote 988. b.
Frendesbery 433. b.
Fres 138. 7.
Freſcawatre 987. a.
Freſcheneie 796. b.
Freſchewatre 985. a.
Freskeeney 806. a.
Freskewater 906. a.
Freſton 70. 14.
Freulinton 855. a.
Fridelakeſtoc 982. a.
Frisbie 34. 30: 36. 66.
† Friſebie 90. 51: 91. 42. 5: 848. a.
930. b. b. 532. a. 547. b.
Friſeham 909. b.
Friskenay 803. a.
Friton 190. b.
Frodeſwell 118. 28: 129. 21.
Frohingeham 999. a.
Frome 71. 47: 89. 1: 262. a.
Froſtendene 594. b.
Frothingham 199. a. b.
Frozton 997. b.
Fryſteſſeld 862. b.
Fugeſhangre 251. b.
Fugletorp 616. a.
Fulebeck 806. a.
Fuletheby 795. a.
Fulewell 141. 17: 30.
Fulford 876. b.
Fulleſton 536. b.
Fulſhaw 547. a.
Fulnethorp 596. a.
Fyleſgrave 613. b.

G

GAdesbe 412. a.
Gafra 966. b.
Gagehamſtede 419. b.
Gailocuſſey 180. a.
Gaiſt 18. 38: 21. 15. 19.
Gaiſthorpe 18. 39.
Gaiton 536. b.
Galkewell 548. a.
Galmeton 161. 40: 163. 7. 33.
Galvyte 551. b.
Gamelegg 893. a.
Gameleſthorp 812. b.
Gameleſton 1017. b.
Gamelgey 45. 40.
Gamesburch 536. a.
Gare 982. b.
Gareſtang 633. a.
Gardelandſton 549. b.
Garinges 138. 52.
Garſton 8. 51.
Garthorp 97. 45.
Garton 105. 52: 106. 18: 199. a. 200.
a. 459. a. 958. a.
Gatell 329. b.
Gatesbiri 82. 42. 44.
Gateſden 344. b.
Gauby 398. a.
Gay 312. a.
Gedinges 538. b. 547. b.
Gelham 909. a.
Gelialand 83. 21.
Gendelaie 538. b.
Gerlintun 910. a.
Germeſtorp 805. b. b.
Gernemuthe 171. a.
Gernemuthe *Civitas* 386. a.
Gernuſe 535. b.
Gerſic 910. a.
Geſtingthorp 544. a.
Geton 536. b.
Genesburgh 548. a.
Geyton 614. a.
Giding 25. 53: 26. 12: 27. 26.
Gildale 540. b.
Gildasburge 545. b. b.
Gilford 139. 51.
Gilleſland *Baronia* 132. 58.
Ging 294. b. 508. a.
Ging *magna* 18. 56.
Giſeborne 442. a. 147. 24: 148. 51.
Giffelingham 547. a.
Gives 56. 15.
† Glaeſton 91. 41.
Glantun 538. b.
Glaſwik 54. 12.
Glemham 245. b.
Glentham 645. b.
Gloceſter 963. a.
Glouceſter 529. a.
Glouceſtria *primò conſtructa* p. 1. l. 34.
Caſtellum ibidem 66. 8.
Glouceſtria *Eccleſia S. Mariæ* 72. 4.
Godeby 312. a.
Godefield 510. a.
Godeſhall 906. a.

Godeſhell 985. a. 987. a.
Godeve 87. 35.
Godinges 532. a.
Godmancheſter 135. 46.
Godnton 374. a.
Golckeſby 531. b. 536. b. 587. a. 532. a. 537. a. 547. b.
Goldhangre 626. a.
Goldington 339. b. 240. a.
Goldwell 138. 42.
Golekeby 537. a.
Golſa 589. a.
Golſtanton 374. b.
Golſton 373. b.
Golthorpe 610. a.
Gonaldeſton 95. 50.
Gonewarton 93. 63: 94. 43.
Gonington 982. a.
Gortun 72. 8.
Goſeford 200. b. 545. a.
Goſchale 374. b.
Goſhall 373. b.
Goſla 163. 47. 48.
Goſtel 179. b.
Gouteby 597. a.
Gouxyll 199. a.
Graham 534. a. 806. a.
Grafham 26. 35: 908. a.
Grafton 1002. a. 549. a. 982. a. b. 984. b.
† Gradeby 92. 30: 94. 20.
Graneford 160. 56.
Grantenden 234. a.
Graphan 966. a.
Graſton 852. a. a.
Gratinges 982. a.
Grave 180. a.
Gravenherſt 239. b. 241. a.
Grauntendene 281. a.
Grayſhirſt 602. a.
Grendale 161. 31: 162. 62.
Greneburg 940. b.
Greneham 547. a. a.
Grenehull 607. b.
Greneſted 45. 43: 908. b. 893. a.
Grenewick 640. b.
Grenham 510. b.
Grenhull 253. a.
Grenlow 147. 37.
Greſebrock 394. a.
Gretaham 532. a.
† Grete 90. 56: 529. b.
Gretcham 908. a.
Gretenhou 151. 60: 152. 41.
Gretham 457. a. 538. a.
Greton 855. a.
Gretton 29. 56: 128. 39.
Grettun 529. a. 532. a.
Grif 106. 42.
Grimboc 639. a.
† Grimeſton 91. 7.
Grimolſeby 805. b.
Grimeſby 810. a.
Grindil 653. a.
Grineleſhull 47. 50.
Gringelai 50. 54: 50. 28. 51. & 9. & 54: 52. 36. 53. 67: 54. 50. & 28: 55. 28. & 59. & 56.
Groby 309. b. 311. a. 967. a. 805. b. 803. b.
Gronton 164. b.
Groſſeby 999. b. 199. b.
Groſſemont 906. a.
Grotenton 93. 14.
Gratelington 841. b.
Gruttcford 508. a.
Grymeſby 316. a. 536. b. 548. a.
Gryſby 198. b.
Guaris 966. b. b.
Gudmunham 822. a.
Gueiſit 906. b.
Gueſton 966. a.
Guillecote 966. b.
Guilgeton 1000. b.
Guinng 1000. b.
Guneby 275. a.
Gunetorp 1018. b.
Gunfordeby 534. a.
Gunnebi 537. b.
Gunolveſton 1018. a.
Gunſtane 286. a.
Gunthorp 96. 21.
Gunwarbi 806. a.
Guthmundham 823. a.
Gutterſte 110. 56: 111. 56: 112. 10.
Guttinge 529. b. b. 549. a.
Guttingres 529. a. a.
Gynele-*South* 240. a.
Gyſnes 592. a.
Gyſours *Hall* 542. b.

H

HAbbeton *parva* 828. a. a.
Habidaet 339. a.
Haborch 590. a.
Haburc 597. a.
Haburge 596. b.
Haburn 534. a.
Hacheburn 89. 19. 22.
Hachet 74. 19.
Hachethorne 794. b.
Hachworth 36. 60.
Hackalege 324. a.
Hackthorn 795. a. 796. a.
Haclinges 264. a.
Hacton 37. 60: 852. a.
Haddeſcroth 87. 15.
Haddon 982. b. 312. a.
Haddun 630. a.
† Haderſege 90. 56: 91. 43. & 16.
Hagaindeby 290. b.
Hageneford 295. b.
Hagenes 239. b.
Haggelegh 653. a.
Haghefeld 374. a.
Hagneby 616. a.
Hagnes 793. b. 794. a.
Haguſtaldenſis *Epiſcopatus per beatum* Wilfridum *fundatus*. 91. 16. *Series Epiſcoporum* Haguſtaldenſium. *Ibid. Ad* Konceſtriam *poſtea & demum* Dunelmum *migravit. Ibid. Eccleſia* Haguſtaldenſis *per Regem* H. 1. *Archiepiſcopatui* Ebor. *collata*. 91. 5.
Hagwordingham 848. a. 849. a.
Haillingherſt 526. b.
Hailſle 294. b.
Hainei 154. 52. 60.
Haiton 51. 17: 52. 47: 53. 15: 54. 13: 56. 17: 539. b.
Hak 1010. a.
Hakeetorne 806. a.
Hakewell 376. b.
Hakunby 803. a.
Hakuneſhon 632. b.
Hal *parva* 648. a.
Halberton 234. a.
Hale 398. a. 805. b. 806. a. 849. a.
Halechtun 47. 62: 48. 4.
Halecton (*Vide* Halghton) 112. 30.
Halgell 544. b.
Halgh 592. a.
Halghton 111. 22. 57.
Haliden 93. 47.
Halis 966. a.
Hallingeberi 893. a. a.
Haliwell 545. a.
Hallyng 856. a. 434. b. 436. a.
Halmeden 982. b.
Halfe 551. a. 553. a.
Halſewic 264. a.
Halſham 200. a. 510. a.
Halſiton 856. a.
Halthauſt 103. 22. 37.
Halton 102. 58: 34. 53: 36. 26: 37. 28: 185. b. 186. a 187. a. 198. b. 200. a. 537. a. 590. a. 532. a. 548. a.
Halum 622. a.
Hamburne 93. 34.
Hamedon 909. b.
Hamelamſted 344. b. 982. b.
Hamengeton 805. b.
Hameringham 806. a.
Hamerinton 34. 56: 36. 34: 893. a.
Hamlac 107. 13.
Hamme 8. 33: 71. 51: 528. b. 839 b. 909. b.
Hammes 997. b.
Hamneby 535. a.
Hampſtwayt 834. a.
Hampton 138. 35. 50: 543. a. 958. b.
Hampton-*Gay* 142. 46.
Hampten (ſc. *South-Hampton*) 109. 22.
Hamſtede 82. 49: 179. b. 180. a. 410. a.
Hamtone 552. a. 852. a. b.
Hamtun 528. b. 529. a.
Hancy 616. a.
Haneberge 140. 20. 40.
Hanelane 72. 6.
† Haneworth 92. 31: 94. 22: 95. 61: 212. a. b. 532. b.
Hankwell 88. 6.
Hanleg 985. b. 987. a. 988. b.
Haningefeld 294. b.
Hannes 240 a.
Hanton 906. a.
Hanus 87. 16.
Hardenwic 34. 5: 37. 61.
Hardeſhope 71. 40.
Hardington 300. a.
Hareby 531. b. 537. a. b. 548. a. a.
Hareſtan 315. a.
Hareſton 132. 23.
Harewell 138. 55: 142. 58.
Harewold 613. b.
Harewood 552. a. 552. b. 616. a. 612. a.
Hareworth 1017. b.
Hargrave 546. b. 26. 35.
Harhendon 630. a.
Harleſay 150. 19.
Harleſton 29. 44: 36. 32.
Harleweſton 27. 46: 29. 59: 30. 41.
Haringey 978. b.
Harrop 982. b.
Harteſch. 530. b.
Harudon 241. a.
Hawendun 239. b.
Harwod 103. 25. 30. 38. 44: 104. 58.
Harwod *litle* 630. a.
Haſeland 602. a.
Haſelbech 298. a.
Haſelden 138. 51.
Haſelei 35. 36: 38. 14: 37. 14: 138. 44.
Haſelingfeld 29. 59.
Haskelthorp 200. b.
Haſtings p. 3. l. 35: 908. b. 965. a.
Hateſhall 552. a.
Hatfield 544. b. 876. b.
Hathereſey 613. a. a.
Hathetune 607. a.
Hathfeld 15. 2: 45. 9.
Hatlo 508. a.
Haton 969. a.

Hattele 29. 61.
Hatteley 239. b. 240. a.
Hatton 74. 42.
Havckwill 252. a.
Haverbec 424. b. 425. b. 426. a.
Haverford 293. b. 549. b.
Haveringham 795. a.
Hivertune 538. b.
Hauley 640. a.
Haunconcte 969. b.
Haunthorpe 806. a.
Haurugge 138. 57.
Hauteclove 1016. a.
Hawardebi 1016. a.
Haxai 191. a. 192. a.
Hayden 94. 10.
Haye 325. b.
Hayham 412. a.
Headyſe 845. b.
Heal 541. a.
Hebamſted 985. b.
Hebi 98. 14.
Heccam 199. b.
Heccamſtude 70. 14: 4. 56: 71. 48.
Hecchiſdenne 374. a.
Hececumb 910. a.
Hecham 87. 16: 885. a.
Hechameſtod 987. a.
Hecherington 544. b. 552. b.
Heckeleie 440. a.
Hecton 982. b.
Heddon 140. 60.
Hedenesbury 180. a.
Hedeneſhalech 89. 19.
Hederſete 648. b. 649. a.
Hedone 611. b.
Hedrey 511. a.
Hedrin 903. b.
Hedure 26. 42.
Heecheſham 358. b.
Heenton 284. b.
Heftercu be 83. 29.
Hegham 886. a.
Heiles 952. a. 854. b.
Heinreth 957. b.
Heitcote 833. a.
Heiton 132. 42.
Hekeley 440. a.
Hekinton 398. a. 849. a. 805. b.
Hekyngton 850. a.
Helchelhampton 206. b.
Heldereſfeld 989. a.
Hele 438. b 976. b.
Helewell 199. b.
Helinhcham 295. a.
Hellerton 150. 12. 14. 16.
Helles 844. b.
Hellinges 638. b. 641. b.
Helmeſlac 105. 46. 10: 106. 24. 57. *Vide Hamlac.*
Helpryngham 235. b. 817. b.
† Hemeſton 90. 29.
Hemingeſtre 295. a.
Hemmingford 26. 19.
Hemmingtone 954. b.
Hempingham 538. a.
Henelawe 376. b.
Heneleſey 394. a.
Henelingham 877. a.
Henemers *Bardulfus* 142. 28.
Henemordon 8. 4.
Hengeſtey 142. 42. 64.
Henley 906. a. 481. a.
Hennebi 539. a.
Hennecote 147. 28.
Henricheby 74. 62.
Henſentune 529. a.
Henſinton 138. 33.
Henton 210. a. 1003. a.
Henxſton 29. 45.
Henxtrigge 480. b.
Herbaldon 374. b.
Herberburi 115. 54: 117. 23: 118. 56.
Hercheham 909 a.
Herchenfeld 71. 49.
Herclope 460. a.
Herdefeld 553. a.
Herdeſley 71. 34. & 39.
Herdewic 155. 13. 6: 138. 40: 527. a. 528. a. 545. b. 548. b.
Herdewic (*Vide Hardewic*) 39. 53: 40. 18: 118. 31: 129. 25.
Herdewych 812. a.
Herdewyke 547. a.
Herdinton 138. 55.
Herdiſlaw (*Vide Erdiſlaw.*)
Hereburebiri 527. b.
Herefeld 233. a. 507. b.
Hereford 963. a.
Herefordiæ *Caſtellum* 6628. a.
Herepole 527. b.
Herewich 878. a.
Herford 26. 22: 27. 56.
Herierby 523. a. 534. a.
Heringthorpe 610. b.
Herkeſtede 358. b.
Herle 611. b.
Hermeſton 95. 25. 26.
Hermodeſtone 53. 32: 54. 43.
Herſefeld 72. 7.
Herſege (*Vide Haderſege.*)
Herſt 113. 30.
Herſwell 627. b.
Hert 846. b.
Herte 148. 2. 18. 49: 150. 32. 45: 151. 65: 152. 5. 15.
Herteby 53. 14: 54. 12.
Hertemere 248. a.
Herteſholme 851. b.
Herteſhorn 527. b.
Herteſland 374. b.
Hertewell 603. a.
Hertfeld 336. a.
Hertford 18. 17. 40: 59: 171. b. 249. a. 386. b.
Herthewic 50. 42: 51. 67: 53. 9: 54. 65.
Hertilpole 152. 4. 15.
Hertiſtoft 604. a.
Hertiton 286. a.
Hertneſſe 148. 18. 50: 150. 32. 45: 846. b.
Hertſic 42. 55.
Herewell 142. 16.
Heryewyke 810. b.
Heſel 34. a. 1: 34. b. 25: 36. 64. (*Vide Haſelei.*)
Heſeley 35. 36.
Heſelwode 612. a.
Heſlerton (*Vide Hellerton.*) 150.
Heſton 82. 59: 982. a.
Heſtune 1003. a.
Heterop 209. b.
Hetfeld 44. 23.
Heth 34. 2.
Hethcote 39. 53.
Hetheneſhalgh 94. 58.
Hetherick 103 30.
Hetherope 209. b.
Hetom 976. b.
† Heton *parva* 88. 57: 94. 26.
Hetone 903. b.
Hettone 74. 47.
Hettune 157. 13. 21. 29. 43: 158. 27. 35. (*Vide Etune.*)
Heutone 536. b.
Hewelme 528. b.
Hewſon 105. 67.
Hexham 93. 2.
Heyden 93. 63.
Heyforde 138. 35.
Heylan 916. b.
Heyſend 592. a.
Heyton 984. a.
Hibaldeſton 812. a. b.
Hicche 11. 46.
Hiche 235. b. 552. b.
Hichen 523. b. 524. a.
Hichenden 115. 14. 63.
Hide 49. 42: 70. 25: 276. a.
Highbury 543. a.
† Hikeling 94. 46.
Hilderthorp 162. 25: 163. 54.
Hildertrop 161. 28: 162. 42. 59: 163. 67.
Hildeſlai 314. a.
Hildeſdon 154. 63: 155. 10: 155. 3.
Hildretune 105. 29: 106. 10.
Hildridthorp 799. b. 800. a.
Hiledene 896. b.
Hille 83. 8.
Hillcferm 251. b.
Hillinton 625. a.
Himodeſtun 533. a.
Hinchelai. 985. b.
Hinham 849. b.
Hingham 536. a.
Hinkelai 906. b.
Hinkerſhull 610. a.
Hinſtaps 613. a.
Hinte. 527. b.
Hirſt 42. 55: 42. 58: 53. 27: 54. 38: 602. b.
Hiſdelund 994. a.
Hiſham 26. 16.
Hiſtelworth 1003. a.
Hiſtoft 36. 1.
Hiſtone 29. 56: 34. 32.
Hiteford 982. a.
Hobrege 87. 31.
Hoc 930. a.
Hochenarton 137. 57. 3: 138. 24. & 28: 138. 64: 139. 13. 18. 46.
Hocheſton 1010. b.
Hoſton 133. 44: 1016. b.
Hode 190. a. 191. a. 195. a.
Hodenac 71. 53.
Hodenho 82. 48.
Hodon 200. a.
Hoeltune 105. 37.
Hof 394. a.
Hoggeſhane 547. a.
Hoggeſtheſton 511. a.
Hogum 845. b.
Hokenhale 418. b. 604. a.
Hokeſworth 93. 37.
Hoketon 29. 57.
Holbech 100. b. b.
Holbeck 600. a.
Holecumbe 140. 65. 23.
Holecume 593. b.
Holeford 529. a.
Holeherſt 179. b. 180. a.
Holewei 662. b. 530. a.
† Holewell 91. 16: 239. b. 249. a.
Holinton 874. a.
Holkham 853. b.
Holme 622. a. 848. a. a.
Holmker 52. 20: 55. 45.
Holewell 815. a.
† Holt 91. 40.
Holthorp 172. b.
Homeleſey 393. b.
Honeſtan 969. b.
Honetune 540. a.
Honflet 216. a.
Honingham 190. b. 191. a. 829. a.
Honington 409. b.
Honum 822. b.
Hoo 654. a. b.
Hooton 400. b. 633. a.

Index Locorum.

Hope 71. 2: 906. a. 985. a. 986. b. b. 262. a.
Horbeling 533. b. 803. a. 805. b.
Horblingge 806. a.
Hordefeld 549. a.
Hordewic 331. a.
Hordhull 179. b. 180. a.
Hordhirieland 8. 29.
Hordull 179. b.
Hore 84. 47.
Horkeſlowe 552. b.
Horkeſtone 848. a.
Horkeſtowe 548. a.
Hormede *magna* 18. 57.
Hormgei 1002. a.
Horneby 394. b.
Hornhag 647. a.
Hornyngeſham 155. 15. 8.
Horſley 1002. a.
Horſpath 138. 49: 544. b.
Horſtede 958. a.
Horſteld 958. b.
Horton 128. 38: 138. 46.
Hortope 71. 38.
Hortune 916. b.
Hotofte 796. a. 797. a. 851. b. 316. a.
Hoton 151. 23: 820. a. a. 825. b. 976. b. 507. a. 818. b.
Hoton *Bardolfe* 820. a.
Hotteham 636. b.
Hotun 394. a. 633. b.
† Hotwet 91. 42.
Hoveden 846. a.
† Hoveringham 94. 40: 95. 57.
Houghton 132. 49: 133. 10: 19 58. 25.
Houkeſwell 540.
Houtheby 977. a.
Houton 95. 49: 240. a.
Houtun 795. b.
Houwald 800. a.
Howald 173. b.
Howath 507. a.
Howghton 591. b.
Howm 824. b.
Howne 875. b.
Hualdefeld 987. b.
Huburne 179. b. 180. a.
Huchelay 952. a.
Huchemerſe 528. a.
Huclife 591. b.
Hudicote 155. a.
Hugate 822. b.
Hugford 147. 52.
Huggeley 215. a. 220. b.
Hulfyngore 551. a.
Hull 530. a.
Hulme 146. 61.
Hulmo 943. a.
Hulmos 295. b.
Hulveſton 425. b.
Humberſton 309. b. 311. b. 312. b. 316. a.
Humbeſbi 537. a.
Humbleton 199. a. 200. a.
Humbra 526. b. 906. b.
Huncote 312. a.
Hundemanneby 394. a. 848. a. a. 162. 4.
Hundresfeld 33. 63: 34. 25. 36. 61.
Hunesberg 909. b.
Huneſdune 239. b.
Huneſtone 240. a.
Hungerton 278. a. 312. b.
Hunlavinton 1002. b.
Hunningham 527. b.
Hunſflet 96. 12.
Hunſtanton 935. a.
Huntendon 26. 1. 27: 160. 4. *Eccleſia S. Mariæ* 26. 6: 27. 19. *S. Johannis & S. Martini* 26. 7. 27. 22. *S. Benedicti & S. Edmundi* 26. 8. 27. 22. *Omnium Sanctorum* 26. 10. 27. 24. *S. Botulphi* 27. 21.
Huntington 809. a. a.
Hunton 539. b.
Huntworth 551. a.
Hupiton 253. b.
Huplin 824. b.
Huplium 401. a.
Hurceneſcumbe 25. a.
Hurdecote 355. a.
Hurleton 305. a.
Hurne 179. b. 180. a. b.
Hurſt 552. b. 556.
Huſum 106. 55. 806. a. 812. a.
Huthe 681. b.
Huton 304. a.
Hutthorpe 630. a.
Hwetinc 862. b.
Hychenden 118. 63.
Hychin 543. a.
Hychinton 131. b.
Hycombe 250. b.
Hyde 453. b.
Hynkelee 313. a.
Hylton 922. a.
Hyngeſdon 134. 57.
Hyrnham 96. a.

I

JAkeſham 614. a.
Janeſore 71. 36.
Jarpeſtorpe 820. a.
Jarum 151. 50: 200. a. 401. a. b. 539. a.
Ichtefeld 913. b.
Icington 335. b.
Ic inton 624. b. 877. b.
Ideſhale 253. a.
Idulveſtra 171. b. 386. a.
Jerdeburg 805. b.
Jernefeld 409. b.
Jernewic 539. b.
Jewington 984. a.
Iggepenne 907. b.
Ikeford 984. b.
Ikeham 954. b.
Ilketone 380. b.
Ilmeſdon 314. a.
Ilſyngton 879. b.
Immeny 209. a.
Imperone 29. 56.
Ii deſley 308. b.
Ingeflod 529. b. b.
Ingelby 151. 55.
Ingepenne 663. a. b. 664. a.
Ingham 795. a. 803. a. 806. a.
Inhoc 267. a.
Jokeſſford 593. b.
Irceſtra 468. a.
Irnham 851. b.
Iſeldone 171. b. 386. a.
Iſtede 246. a. 625. b.
Itelicote 114. 34: 117. 29.
Iteſlepe 954. a.

K

KAburn 590. a. b.
Kadenei 812. a.
Kadeburi 324. a.
Kaieſho 239. b.
Kairſebie 806. a.
Kaitheby 805. b.
Kalkewelle 211. b.
Kametan 221. b.
Kamlesforth 149. 29.
Kaneford 208. a. 209. a.
Kardyf 224. b.
Karlton 149. a.
Karletune 540. b. 908. a.
Karluton 130. 35: 131. 7.
Kardedon 108. 55.
Karram 106. 14. 17. [*Vide Carram*]
Karrewarſid 94. 46.
Karſalton 135. 33.
Kateram 18. 27.
Kateby 545. b. 896. b.
Kacham 624. b.
Kavereſham 154. 58.
Kayham 217. a. b. 220. b.
Kayrmerdyn 282. b.
Kayſho 160. 10: 240. a.
Keaburne 805. b.
Keil 527. b.
Keadnei 806. a.
Kedinton 803. a. 805. b.
Kedewyn 222. b. 224. b.
Keeringion 806. a.
Keldrei 302. a.
Kele 546. a. 552. a.
Keleby 596. b.
Keleſterne 536. b.
Kelintune 541. a.
Kellingſtoke 546. b.
Kellingtone 546. b.
Kellum 458. b.
Kelmeſcote 545. a.
Kelſtron 199. a.
Kemcote 138. 44.
Kencheſter 71. 67 31.
Kendall 148. 17: 149. 23.
Kenemund 546. b.
Kenerman 131. 5.
Keneſworth 132. 49: 133. 14. 44.
Kenildeword 136. 25: 129. 2: 223. a. 312. b.
Kenerede 642. a.
Kenewych 47. 39.
Kenetone 982. b.
Kenepeleyh 453. a.
Keniſtoune 82. 66.
Kenthles 222. b.
Keninghale 275. b.
Kepwyke 93. 49.
Ker 976. b.
Kercolſton 96. 15.
Kerdinton 239. b. 240. a.
Kerebi 540. b.
Kerebi *dam* 163. 29.
Kereby 551. b. 967. a.
Kerebroke 546. a.
Kerey 222. b.
Kerendebi 163. 35.
Kerkebi 803. a. 805. b. 806. a.
Kermerdin 210. b.
Keſtern 917. a.
Ketebi 537. b. 554. a.
Ketebrok 86. 9.
Ketelbi † 90. 55. [*Vide Chetilby*]
Ketelwelle 648. b. 649. a.
Keteringham 91. 57. 25.
Ketilſtall 301. a.
Ketleſton 826. a.
Kevencles 222. a.
Kewerſton 846. b.
Kibbeclive 115. 42: 118. 8.
Kiburgh 233. b.
Kidelinton 137. 56: 138. 63: 139. 49.
Kiderminſter 408. b. 409. b.
Kidlacton 108. 57.
Kildwelly 549. b.

Kildewike 103. 61.
Kilgremut 47. 32.
Killeburne 191. a. 1017. b.
Killeſton 543. a.
Killum 458. b.
Killingholm 200. a. 589. a. 590. a.
Killmain 549. b.
Kilmerby 163. b.
Kilneſſe 200. a.
Kilros 301. b.
Kilſtevan 142. 54.
Kilton *caſtrum* 70. 33.
Kilvington 196. a.
Kinemund 426. b.
Kinerdelei 186. b.
Kinerbi 421. a. 423. a.
Kingsburi 132. 61: 133. 41. Vide *Kyngesberi.*
Kingeſclere 355. a.
Kingſ-Norton 276. b.
Kinmolton 319. b.
Kingſland 109. 50.
Kingſton 29. 60: 189. a. 269. a.
Kingeſthorp 25. 46.
Kinlet 528. b.
Kininghaule 274. b.
Kinled 988. b.
Kington 547. a. 842. a.
Kinton 119. 2. 3. [Vide *Chinton* & *Kyngtone.*]
Kirdinton 539. a.
Kirkeburne 149. 15.
Kirk *Levington* 151. 47.
Kirk *Patric* 151. 58: 152. 39.
Kirkeby † 92. 33: 94. 23. 45. 50: 95. 4: 190. b. 191. a. 344. a: 803. a. 820. a. 805. b. 806. a. 832. b. 883. a. 552. b. 532. b. b. 537. b. 613. a. a.
Kirkby *in* Kendall 70. 35.
Kirkeby *in* Crandale 105. 50: 106. 22.
Kirkebere 1000. b.
Kirketone 547. b. 1017. b.
Kirkham 105. 40. 44: 106. 16.
Kirſing 526. a.
Kiſebi 535. a.
Knapetoft 314. a.
Knaresburgh 819. b.
Knell 84. 43.
Kneſhale 185. a. 548. a.
Knitelheſel 93. 13.
Knoclas 222. a. b.
Knoll 55. 44.
Knoveſley 304. a.
Knyton 309. a. b.
Knyvetone 612. b. 622. a. a.
Konkeſworth 94. 33.
Korkeby 132. 32.
Kunitone 417. b.
Kurtliggton 1007. a.
Kynaltone 94. 46.
Kynby 312. b.
Kynerby 423. a.
Kyngesberi 376. b.
Kyngeſtane 227. a.
Kyngeſwere 653. a.
Kyngeſwood 552. a.
Kyngtone 889. a.
Kynleth 217. a.
Kynmeſdon 551. a.
Kyrkham 925. a.

L

LAchaworth 34. 25.
Lache 206. b.
Lachecocth 530. b.
Lackenbi 150. 61.
Lacton 536. a. 976. b.
Lageſare 264. a. 626. b.
Lagordine 985. a.
Lakingheth 258. b. 259. b.
Lambehithe 11. 36: 12. 59.
Lamberhert 110. 58: 111. 56. 57: 112. 9: 639. b.
Lamberd 533. b.
Lamburne 14. 10: 16. 52.
Lamcote 630. a.
Lameley 1018. a.
Lamentone 35. 33: 37. 11: 119. 9.
Lamerſei 878. a. 879. a.
Lammadoc 555. b. b.
Lammedhe 344. 66.
Lancaſtre 634. b. 638. b.
Lancheviton 530. b.
Lancidean 549. b.
Landeford 191. a. 192. a. 524. b.
Landloho 8. 60: 9. 43.
Langden 373. b.
Landegoſe 549. b.
Landeth 530. b.
Landenmare 549. b.
Landſtephen 549. b.
Langeberge 982. a.
Lang Carewey 552. a.
Langeford 531. a.
Langeham † 91. 40: 614. a.
Langehage 35. 41: 73. 20.
Langehiwis 8. 47.
Langelei 93. 63: 171. b. 386. b.
Langenei 141. 64: 908. b. 982. b. 985. b.
Langeriche 14. 63.
Langeſtane 8. 5.
Langton 312. a. 794. b. 795. a. 803. a. 806. a. a.
Langatune 818. a. 797. b.
Langport 641. b.
Langſtoke 314. b. 324. a.
Langtoft 853. a.
Languat 599. a.
Lanwath † 92. 35: 172. b. 176. b. 602. 6: 603. a. 643. b.
Languini 906. a. 989. a.
Lankinhorne 108. 27.
Lanrecoſt 131. 66.
Lanſefret 550. a.
Lanſtaveltune 530. a.
Lanteglos 433. a.
Lantocal 837. b.
Lanverz 550. a.
Lappelei 994. a.
Latton 89. 55.
Latebiri 160. 55: 613. a. b. b.
Lathum 304. a. 822. a. a. 823. a.
Lavinton 148. 2. 533. b.
Laurake 6. 17.
Laxton 296. b. 298. a.
Lazarton 888. b.
Lechelade 218. b. 222. a. b. 451. a.
Lecham 295. b.
Lecton 975. a. 868. a.
Ledecote 213. b.
Ledbreton 163. b.
Ledecumbe 138. 55.
Ledenei 986. b.
Ledes 96. 19: 110. 54: 111. 54. 61. 11. 52.
Ledenham 534. a.
Ledwell 141. a.
Lee 147. 27: 536. a.
Leſlingeham 533. b.
Lega 232. b. 233. a. b.
Leene 986. b.
Leſſtanchirche 80. 46: 82. 26.
Leghe 83. 7: 84. 44: 85. 67: 255. b. 266. b. 909. b.
Leggesbi 803. a.
Legra 45. 42. 46.
Leia 526. b.
Leibrunne 539. a.
Leirton 95. 44.
Leiſdone 244. b.
Leiſingby 132. 21.
Leisby 316. a.
Leiton 82. 22.
Leitorpe 533. b.
Leke 40. 19: 282. a.
Lekeburne 805. b.
Lelande 852. a.
Lellinges 294. b.
Lelpintorp 538. a.
Leminton 113. 38: 118. 59.
Lemingbrigge 539. b.
Len 806. a.
Lenhale 261. a. 262. a. 263. a.
Lenteham 536. a.
Lerky 910. a.
Leſburi 591. b.
Leskeret 108. 26.
Leſnes 82. 32.
Leſton 630. a.
Letardſtone 550. a.
Leterſtone 549. b.
Levertone 18. 41.
Leveſham 900. a.
Levethorpe 806. a.
Leveſtoc 879. a.
Leving horpe 151. 58: 539. a.
Levinton 200. a.
Levingtone 148. 16: 151. 45. 47.
Lexeden 893. a.
Leye 26. 39: 112. 35.
Leyes 138. 56.
Leylonde 852. a.
Leynctewardyn 220. b.
Leynthale 217. b.
Lid (Vide *Lithe.*)
Lidenei 985. a. 987. a. a.
Lidale 533. a.
Lideneſton 276. a.
Liddune 251. b.
Lidele 546. a.
Lidlegee 528. a.
Ligeſlei 962. b.
Lilburne 308. b. 312. b.
Lilenton 124. 40: 115. 5: 117. 45. 52.
Lillechurch 885. b. 893. a.
Lilleſhull 145. 6: 146. 32: 147. 26.
Lilleſtone 523. a.
Lilling 99. 33.
Limneton 181. a.
Lincelade 239. b. 249. a. 794. a.
Lincrofts 275. a.
Lindam 962. b.
Lindebi 539. b.
Linburgh 200. a.
Lindeſele 376. b. 1003. a.
Lindriz 1018. a.
Linford 910. a. 911. a.
Lingeberch 536. a.
Lington 817. a.
Linguede 179. b.
Linerton 150. 21.
Linham 208. a.
Linton 106. 8: 985. a.
Lintune 816. a. 986. b.
Liſingham 954. b.

Lith.

Lithe 34. 61: 36. 38.
Litleford 544. b.
Litlington 300. a.
Litteſheſel 42. 9: 54.
Littune 395. b.
Livinton 852. b.
Loc 930. a.
Locheſlei 119. 3: 129. 32.
Locklege 171. b. 386. b.
Lochud 549. b.
Locmaban 151. 57: 152. 38.
Lodelaw *caſtr.* 225. a.
Lodbroch 118. 1.
Lodeſworth 183. b.
Lodinton 26. 31: 90. 50: 91. 4: 800. a.
Lodre 910. a.
Loſhus 148. 33: 150. 5. 20. 25.
Logordine 906. a.
Lokerige 545. a.
Lokeſwood 543. b.
Lokking 271. a.
Lokyeton 805. b.
Lolinton. *Vide* Lulinton.
Lolleſworth 29. 58.
London *Eccleſia* S. *Sepulchri* 171. a.
  Eccleſia S. *Mich.* de **Baſſinghe ſhage** 386. a.
  Eccleſia S. *Clementis Dacorum* 522. a. 552. a.
  Eccleſia S. *Botulphi* 81. 21.
  Eccleſia S. *Trinitatis* 46. a.
Longedon 147. 27.
Longford 70. 23: 119. 44. 12.
Longeneye 876. b.
Longton 306. a. 852. a. a.
Lonſton 480. b.
Lopen 551. a.
Lopinton 252. b. 253. a.
Loretune 74. 49.
Loſe 87. 3. 63.
Loſchesford 48. 62.
Lotherig 70. 34.
Loterford 355. a.
Lottiſham 843. b.
Loucros *Hoſpitale* 151. 24.
Loudham † 94. 24.
Lovebyri 451. a.
Louſeby 398. a.
Louthere 74. 35.
Luceby 848. b. 849. a.
Luda 805. b.
Luddeforde 803. a. 810. a.
Luddeham 1018. a.
Luddyngeland 171. a.
Ludewell 118. 20: 138. 35.
Ludhuſe 539. b.
Lueton 8. 63.
Lugge 529. a.
Lukintone 11. 48: 14. 6: 16. 49.
Lulcacumbe 9. 1.
Lullinton 25. 54: 26. 30: 27. 26.
Lunde † 92. 28: 172. a. 175. b. 604. a. 613. a.
Lundeiaſlande 557. b.
Lunt 845. b.
Lunecumbe 906. a. 987. a.
Lunesford 84. 42.
Luſard 145. 52: 147. 34.
Luthe 596. a.
Luttegerſahale 404. a. 209. b.
Lutton 401. b.
Luvecumbe 985. a.
Lydiard 83. 6. 18.
Lyde 334. a.
Lydebury 214. a. 220. b.
Lym 840. b.
Lyn 151. a.
Lynchelade 240. a.
Lynne 19. 45. 30.
Lyncroft 175. a.
Lynyngsborne 374. a.
Lynton 105. 2.
Lenewardyn 217. b.
Lyum 147. 60. 64.

M

Machekes 1003. a.
Macrefeld (*Vide* Winwic) 35. 30: 37. 8.
Madelli 129. 26.
Maddingele 29. 43: 33. 33.
Maddlei 118. 32.
Magdigle 160. 7.
Maghfeild 336. a.
Maleſart 191. a. 192. a.
Malghedale 624. b.
Malgum 102. 14. 63.
Malteby 151. 40: 547. b. b. 552. b.
Malton 816. a. 817. a.
Malverne 876. b.
Manebrig 440. a.
Mangedene 1003. a.
Maningford 67. 8.
Mannteby 805. b.
Mannetorp 532. a. 533. b. 534. a. 588. a.
Mantone 50. 63: 53. 23: 54. 6: 547. a.
Mapelclareſted 510. b.
Mapeldra 1002. a.
Mapeldreſted 544. a. 552. a.
Mapeltreham 979. a.
Mapleteſted 509. b. 510. a.
Mapleton 199. b. 999. a.
Mapudrith 220. b.
Mapulduham 299. b.
Marcaden 286. a.
Marcham *Weſt* 1017. b. 1018. a.
Mardeford 71. 13.
Mardfeud 276. b.
Maresfeld 299. a.
Marham 234. b.
Marenham 532. a.
Marghasbigan 902. b.
Marghadyen 902. b.
Mareſhert 537. b.
Mareſtone 552. a.
Marnneleke 251. a.
Marnham 548. a. 607. a. 1018. a.
Martherlby 550. a.
Martineland 95. 53.
Marton 95. 41: 98. 64. 65: 99. 21: 148. 29: 150. 2: 151. 23. 14. 16: 163. 22. 46: 533. a. 536. b. 818. b. 819. a. a. 825. a.
Martune 814. b.
Maryburen 549. a.
Misham 191. a. 192. a.
Maſſingham 359. a.
Mathſen † 88. 5.
Maudon 626. a.
Maurdin 962. b.
Maurigge 245. a.
Meauton 552. b.
Mebrunne 74. 4: 394. a.
Mechesburc 34. 40: 36. 8.
Meddlimete 87. 41.
Medburne 334. b. 930. a.
Medelbury 1003. a.
Medelburne 264. a.
Meiland 183. b.
Melburne 966. a.
Melcheburne 507. b. 510. a. 546. b. 552. a.
Meldune 526. b.
Melebune 89. 66.
Melebiri 909 b.
Melebroc 531. a.
Melebroche 531. b.
Melesbiri 908. a.
Melford 179. b.
Melenythe 220. a. 221. a. b.
Meleſwic 962. b.
Melmerby 649. a.
Melnho 11. 42. 14. 15: 15. 7: 16. 56.
Mellyng 306. a.
Melton 173. b. 548. b. 810. b.
Mendham 295. b.
Menedepe 530. a.
Mentemore 171. b. 386. a. a. 473. b.
Menyngthorpe 648. b.
Meoles 852. a.
Meoles-*Bracy* 216. b.
Merden 302. a.
Merdreſem 902. a.
Mere 532. a. b. 548. a. a. 552. b.
Merewe 543. b.
Merigham 532. a.
Mereſton 966. a. 966. b.
Meretone 544. b. 545. a. 135. 23.
Mereſſe 941. b. 984. a. b.
Merieth 530. a.
Merchelai 985. a. 986. b.
Meritune 528. b. b.
Merkes 148. 14.
Merkelei 988. b.
Merlei 962. b. 963. a.
Merſe 146. 64: 149. 33: 150. 50.
Merſe 144. 67: 982. a.
Merſton 290. b. 631. a. 873. a. 993. b. 994. a.
Merſeton 1002. a. 966. b. 982. a.
Merſetune 910. a. 993. a. 994. a.
Merthegrave 966. b.
Merſhe 476. a.
Merſland 199. b.
Merthoc 903. b.
Merton 279. b. 304. a. 322. b. 324. a.
Meſcinge 183. b.
Meſſeworth 138. 57.
Metheringham 212. b. 597. a.
Methricham 532. b.
Michelham 335. b. 640. b. 908. b.
Michesbergh 622. a.
Middeleie 141. 45.
Middletone 83. 26: 634. a.
Midletone 29. 56: 35. 43: 37. 21.
Middelton 175. a. 459. a. 527. b. 879. b. 200. b. 208. b. 299. a. 825. b. 982. b. 983. b.
Middleton *Brien* 135. 53.
Midle *Raſyn* 96. 7.
Middeneie 141. 16. 45.
Midditone 839. b.
Miderdene 8. 38.
Midleham 846. a.
Miggeham 267. a.
Milecote 852. a.
Millai 966. b.
Milleburne 595. b.
Mincherte 474. b.
Minchy 90. 48. 12.
Miſperton 820. a.
Miſterton 50. 55. 29: 51. 55: 53. 4: 54. 52.
Mittingsbi 537. b.
Mixbury 138. 39: 140. 10. 63.
Modberley 269. b.
Mogerharg 160. 9.
Molande 286. a. 1002. a.
Molcaſtre 404. a. 426. b. b.
Molecroft 416. a.
Moldeſton 389. a.
Molesby 98. 35.
Moleſworth 26. 16.
Mollinton 117. 35.

Kildewike 103. 61.
Kilgremut 47. 32.
Killeburne 191. a. 1017. b.
Killeſton 543. a.
Killum 458. b.
Killingholm 200. a. 589. a. 590. a.
Killmain 549. b.
Kilmerby 163. b.
Kilneſſe 200. a.
Kilros 301. b.
Kilſtevan 142. 54.
Kilton *caſtrum* 70. 33.
Kilvington 196. a.
Kinemund 426. b.
Kinerdelei 186. b.
Kinerbi 421. a. 423. a.
Kingsburi 132. 61: 133. 41. Vide *Kyngesberi.*
Kingeſclere 355. a.
Kingſ-Norton 276. b.
Kinmolton 319. b.
Kingſland 109. 50.
Kingſton 29. 60: 189. a. 269. a.
Kingeſthorp 25. 46.
Kinlet 528. b.
Kininghaule 274. b.
Kinled 988. b.
Kington 547. a. 842. a.
Kinton 119. 2. 3. [Vide *Chinton* & *Kyngtone.*]
Kirdinton 539. a.
Kirkeburne 149. 15.
Kirk *Levington* 151. 47.
Kirk *Patric* 151. 58: 152. 39.
Kirkeby † 92. 33: 94. 23. 45. 50: 95. 4: 190. b. 191. a. 344. a: 803. a. 820. a. 805. b. 806. a. 832. b. 883. a. 552. b. 532. b. b. 537. b. 613. a. a.
Kirkby *in* Kendall 70. 35.
Kirkeby *in* Crandale 105. 50: 106. 22.
Kirkebere 1000. b.
Kirketone 547. b. 1017. b.
Kirkham 105. 40. 44: 106. 16.
Kirſing 526. a.
Kiſebi 535. a.
Knapetoft 314. a.
Knaresburgh 819. b.
Knell 84. 43.
Kneſhale 185. a. 548. a.
Knitelheſel 93. 13.
Knoclas 222. a. b.
Knoll 55. 44.
Knoveſley 304. a.
Knyton 309. a. b.
Knyvetone 612. b. 622. a. a.
Konkeſworth 94. 33.
Korkeby 132. 32.
Kunitone 417. b.
Kurtliggton 1007. a.
Kynaltone 94. 46.
Kynby 312. b.
Kynerby 423. a.
Kyngesberi 376. b.
Kyngeſtane 227. a.
Kyngeſwere 653. a.
Kyngeſwood 552. a.
Kyngtone 889. a.
Kynleth 217. a.
Kynmeſdon 551. a.
Kyrkham 925. a.

L.

LAchaworth 34. 25.
Lache 206. b.
Lachecocth 530. b.
Lackenbi 150. 61.
Lacton 536. a. 976. b.
Lagefare 264. a. 626. b.
Lagordine 985. a.
Lakingheth 258. b. 259. b.
Lambehithe 11. 36: 12. 59.
Lamberhert 110. 58: 111. 56. 57: 112. 9: 639. b.
Lamberd 533. b.
Lamburne 14. 10: 16. 52.
Lamcote 630. a.
Lameley 1018. a.
Lamentone 35. 33: 37. 11: 119. 9.
Lamerſei 878. a. 879. a.
Lammadoc 555. b. b.
Lammedhe 344. 66.
Lancaſtre 634. b. 638. b.
Lancheviton 530. b.
Lancidean 549. b.
Landeford 191. a. 192. a. 524. b.
Landloho 8. 60: 9. 43.
Langden 373. b.
Landegoſe 549. b.
Landeth 530. b.
Landenmare 549. b.
Landſtephen 549. b.
Langeberge 982. a.
Lang Carewey 552. a.
Langeford 531. a.
Langeham † 91. 40: 614. a.
Langehage 35. 41: 73. 20.
Langehiwis 8. 47.
Langelei 93. 63: 171. b. 386. b.
Langenei 141. 64: 908. b. 982. b. 985. b.
Langeriche 14. 63.
Langeſtane 8. 5.
Langton 312. a. 794. b. 795. a. 803. a. 806. a. a.
Langatune 818. a. 797. b.
Langport 641. b.
Langſtoke 314. b. 324. a.
Langtoft 853. a.
Languat 599. a.
Lanwath † 92. 35: 172. b. 176. b. 602. 6: 603. a. 643. b.
Languini 906. a. 989. a.
Lankinhorne 108. 27.
Lanrecoſt 131. 66.
Lanſefret 550. a.
Lanſtaveltune 530. a.
Lanteglos 433. a.
Lantocal 837. b.
Lanverz 550. a.
Lappelei 994. a.
Latton 89. 55.
Latebiri 160. 55: 613. a. b. b.
Lathum 304. a. 822. a. a. 823. a.
Lavinton 148. 2. 533. b.
Laurake 6. 17.
Laxton 296. b. 298. a.
Lazarton 888. b.
Lechelade 218. b. 222. a. b. 451. a.
Lecham 295. b.
Lecton 975. a. 868. a.
Ledecote 213. b.
Ledbreton 163. b.
Ledecumbe 138. 55.
Ledenei 986. b.
Ledes 96. 19: 110. 54: 111. 54. 61. 11. 52.
Ledenham 534. a.
Ledwell 141. a.
Lee 147. 27: 536. a.
Leſlingeham 533. b.
Lega 232. b. 233. a. b.
Leene 986. b.
Leſſtanchirche 80. 46: 82. 26.
Leghe 83. 7: 84. 44: 85. 67: 255. b. 266. b. 909. b.
Leggesbi 803. a.
Legra 45. 42. 46.
Leia 526. b.
Leibrunne 539. a.
Leirton 95. 44.
Leiſdone 244. b.
Leiſingby 132. 21.
Leisby 316. a.
Leiton 82. 22.
Leitorpe 533. b.
Leke 40. 19: 282. a.
Lekeburne 805. b.
Lelande 852. a.
Lellinges 294. b.
Lelpintorp 538. a.
Leminton 113. 38: 118. 59.
Lemingbrigge 539. b.
Len 806. a.
Lenhale 261. a. 262. a. 263. a.
Lenteham 536. a.
Lerky 910. a.
Lesburi 591. b.
Leskeret 108. 26.
Leſnes 82. 32.
Leſton 630. a.
Letardſtone 550. a.
Leterſtone 549. b.
Levertone 18. 41.
Leveſham 900. a.
Levethorpe 806. a.
Leveſtoc 879. a.
Leving horpe 151. 58: 539. a.
Levinton 200. a.
Levingtone 148. 16: 151. 45. 47.
Lexeden 893. a.
Leye 26. 39: 112. 35.
Leyes 138. 56.
Leylonde 852. a.
Leynctewardyn 220. b.
Leynthale 217. b.
Lid (Vide *Lithe.*)
Lidenei 985. a. 987. a. a.
Lidale 533. a.
Lideneſton 276. a.
Liddune 251. b.
Lidele 546. a.
Lidlegee 528. a.
Ligeſlei 962. b.
Lilburne 308. b. 312. b.
Lilenton 124. 40: 115. 5: 117. 45. 52.
Lillechurch 885. b. 893. a.
Lilleſhull 145. 6: 146. 32: 147. 26.
Lilleſtone 523. a.
Lilling 99. 33.
Limneton 181. a.
Lincelade 239. b. 249. a. 794. a.
Lincrofts 275. a.
Lindam 962. b.
Lindebi 539. b.
Linburgh 200. a.
Lindeſele 376. b. 1003. a.
Lindriz 1018. a.
Linford 910. a. 911. a.
Lingeberch 536. a.
Lington 817. a.
Linguede 179. b.
Linerton 150. 21.
Linham 208. a.
Linton 106. 8: 985. a.
Lintune 816. a. 986. b.
Liſingham 954. b.

Lithe 34. 61: 36. 38.
Litleford 544. b.
Litlington 300. a.
Litteſheſel 42. 9: 54.
Littune 395. b.
Livinton 852. b.
Loc 530. a.
Locheſlei 119. 3: 129. 32.
Locklege 171. b. 386. b.
Lochud 549. b.
Locmaban 151. 57: 152. 38.
Lodelaw *caſtr.* 225. a.
Lodbroch 118. 1.
Lodeſworth 183. b.
Lodinton 26. 31: 90. 50: 91. 4: 800. a.
Lodre 910. a.
Loſhus 148. 33: 150. 5. 20. 25.
Logordine 906. a.
Lokerige 545. a.
Lokeſwood 543. b.
Lokking 271. a.
Lokyeton 805. b.
Lolinton. *Vide* Lulinton.
Lolleſworth 29. 58.
London *Eccleſia* S. *Sepulchri* 171. a.
  Eccleſia S. *Mich.* de Baſſingheſhage 386. a.
  Eccleſia S. *Clementis Dacorum* 522. a. 552. a.
  Eccleſia S. *Botulphi* 81. 21.
  Eccleſia S. *Trinitatis* 46. a.
Longedon 147. 27.
Longford 70. 23: 119. 44. 12.
Longeneye 876. b.
Longton 306. a. 852. a. a.
Lonſton 480. b.
Lopen 551. a.
Lopinton 252. b. 253. a.
Loretune 74. 49.
Loſe 87. 3. 63.
Loſchesford 48. 62.
Lotherig 70. 34.
Loterford 355. a.
Lottiſham 843. b.
Loucros *Hoſpitale* 151. 24.
Loudham † 94. 24.
Lovebyri 451. a.
Louſeby 398. a.
Louthere 74. 35.
Luceby 848. b. 849. a.
Luda 805. b.
Luddeforde 803. a. 810. a.
Luddeham 1018. a.
Luddyngeland 171. a.
Ludewell 118. 20: 138. 35.
Ludhuſe 539. b.
Lueton 8. 63.
Lugge 529. a.
Lukintone 11. 48: 14. 6: 16. 49.
Lulcacumbe 9. 1.
Lullinton 25. 54: 26. 30: 27. 26.
Lunde † 92. 28: 172. a. 175. b. 604. a. 613. a.
Lundeiaſlande 557. b.
Lunt 845. b.
Lunecumbe 906. a. 987. a.
Lunesford 84. 42.
Luſard 145. 52: 147. 34.
Luthe 596. a.
Luttegerſahale 404. a. 209. b.
Lutton 401. b.
Luvecumbe 985. a.
Lydiard 83. 6. 18.
Lyde 334. a.
Lydebury 214. a. 220. b.
Lym 840. b.
Lyn 151. a.
Lynchelade 240. a.
Lynne 29. 45. 30.
Lyncroft 175. a.
Lynyngsborne 374. a.
Lynton 105. 2.
Lentwardyn 217. b.
Lyum 147. 60. 64.

M

Machekes 1003. a.
Macrefeld (*Vide* Winwic) 35. 30: 37. 8.
Madelli 129. 26.
Maddingele 29. 43: 33. 33.
Maddlei 118. 32.
Magdigle 160 7.
Maghfeild 336. a.
Maleſart 191. a. 192. a.
Malghedale 624. b.
Malgum 102. 14. 63.
Malteby 151. 40: 547. b. b. 552. b.
Malton 816. a. 817. a.
Malverne 876. b.
Manebrig 440. a.
Mangedene 1003. a.
Maningford 67. 8.
Mannieby 805. b.
Mannetorp 532. a. 533. b. 534. a. 588. a.
Mantone 50. 63: 53. 23: 54. 6: 547. a.
Mapelclareſted 510. b.
Mapeldra 1002. a.
Mapeldreſted 544. a. 552. a.
Mapeltreham 979. a.
Mapletereſted 509. b. 510. a.
Mapleton 199. b. 999. a.
Mapudrith 220. b.
Mapulduham 299. b.
Marcaden 286. a.
Marcham *Weſt* 1017. b. 1018. a.
Mardeford 71. 13.
Mardfeud 276. b.
Maresfeld 299. a.
Marham 234. b.
Marenham 532. a.
Marghasbigan 902. b.
Marghadyen 902. b.
Mareſhert 537. b.
Mareſtone 552. a.
Marnneleke 251. a.
Marnham 548. a. 607. a. 1018. a.
Martherlby 550. a.
Martineland 95. 53.
Marton 95. 41: 98. 64. 65: 99. 21: 148. 29: 150. 2: 151. 23. 14. 16: 163. 22. 46: 533. a. 536. b. 818. b. 819. a. a. 825. a.
Martune 814. b.
Maryburen 549. a.
Miſham 191. a. 192. a.
Maſſingham 359. a.
Mathſen † 88. 5.
M udon 626. a.
Maurdin 962. b.
Maurigge 245. a.
Meauton 552. b.
Mebrunne 74. 4: 394. a.
Mechesburc 34. 40: 36. 8.
Meddlimete 87. 41.
Medburne 334. b. 930. a.
Medelbury 1003. a.
Medelburne 264. a.
Meiland 183. b.
Melburne 966. a.
Melcheburne 507. b. 510. a. 546. b. 552. a.
Meldune 526. b.
Melebu ne 89. 66.
Melebiri 909 b.
Melebroc 531. a.
Melebroche 531. b.
Melesbiri 908. a.
Melford 179. b.
Melenythe 220. a. 221. a. b.
Meleſwic 962. b.
Melmerby 649. a.
Melnho 11. 42. 14. 15: 15. 7: 16. 56.
Mellyng 306. a.
Melton 173. b. 548. b. 810. b.
Mendham 295. b.
Menedepe 530. a.
Mentemore 171. b. 386. a. a. 473. b.
Menyngthorpe 648. b.
Meoles 852. a.
Meoles-*Bracy* 216. b.
Merden 302. a.
Merdreſem 902. a.
Mere 532. a. b: 548. a. a. 552. b.
Merewe 543. b.
Merigham 532. a.
Mereſton 966. a. 966. b.
Meretone 544. b. 545 a. 135. 23.
Mereſſe 941. b. 984. a. b.
Merieth 530. a.
Merchelai 985. a. 986. b.
Meritune 528. b. b.
Merkes 148. 14.
Merkelei 988. b.
Merlei 962. b. 963. a.
Merſc 146. 64: 149. 33: 150. 50.
Merſe 144. 67: 982. a.
Merſton 290. b. 631. a. 873. a. 993. b. 994. a.
Merſeton 1002. a. 966. b. 982. a.
Merſetune 910. a. 993. a. 994. a.
Merthegrave 966. b.
Merſhe 476. a.
Merſland 199. b.
Merthoc 903. b.
Merton 279. b. 304. a. 322. b. 324. a.
Meſcinge 183. b.
Meſſeworth 138. 57.
Metheringham 212. b. 597. a.
Methricham 532. b.
Michelham 335. b. 640. b. 908. b.
Mi heſbergh 622. a.
Middeleie 141. 45.
Middletone 83. 26: 634. a.
Midletone 29. 56: 35. 43: 37. 21.
Middelton 175. a. 459. a. 527. b. 879. b. 200. b. 208. b. 299. a. 825. b. 982. b. 983. b.
Middleton *Brien* 135. 53.
Midle *Raſyn* 96. 7.
Middeneie 141. 16. 45.
Midditone 839. b.
Miderdene 8. 38.
Midleham 846. a.
Miggeham 267. a.
Milecote 852. a.
Millai 966. b.
Milleburne 595. b.
Mincherte 474. b.
Minchy 90. 48. 12.
Miſperton 820. a.
Miſterton 50. 55. 29: 51. 55: 53. 4: 54. 52.
Mittingsbi 537. b.
Mixbury 138. 39: 140. 10. 63.
Modberley 269. b.
Mogerharg 160. 9.
Molande 286. a. 1002. a.
Molcaſtre 404. a. 426. b. b.
Molecroft 416. a.
Moldeſton 389. a.
Molesby 98. 35.
Moleſworth 26. 16.
Mollinton 117. 35.

Monkskirby 1000. b.
Montgomeri 297. a.
Monton 272. b.
More 83. 23: 144. 67: 188. a. 941. b.
Moralai 36. 63. 65: 84. 45.
Morba 251. b. 252. a.
Morcote 138. 46.
Mordon 29. 39: 205. a.
Mordune 8. 44.
Morintone 532. b. 545. b.
Morley 35. 18. 30.
Morſeil 984. b.
Morſum 150. 41. 44.
Moreton † 94. 56: 142. 22.
Morton 138. 12: 140. 43: 151. 9: 527. a. 528. a.
Mortune 235. b.
Morweneltowe 433. a.
Moubray 510. a.
Muchelmarer 322. b. 323. b.
Muddewich 36. 7.
Mudiforde 909. b.
Mulinton 186. a. b.
Mulleford 548. b.
Mullewathe 380. b.
Mulneford 180. a.
Multon 196. b.
Mundene 526. b.
Mundover 892. b.
Mundreham 1002. a.
Munemuth 963. a.
Munſichet *caſtr.* 384. b.
Muſale 312. b.
Muſchampe 622. a.
Muſtune 848. a.
Mydelton 174. b. 401. a.
Mygeland 87. 35.
Mylwode 550. a.
Myndrom 105. 36.

N

NAketune 295. a. b.
Nampſwiche 914. a.
Nantemalan 549. b.
Narteſtord 421. a.
Naſinges, *ſive* Neſingan 11. 38: 12. 65: 14. 61: 16. 36: 17. 56: 18. 22.
Natynton 374. a.
Navenby 533. a. 547. b. 312. a.
Navesby 629. a.
Necherche 906. a.
Nectaneſtoke 285. b.
Nedewode 874. a.
Nehus 539. b. 540. a.
Nene 220. b.
† Neſebeth 87. 63.
Netherley 220. b.
Nethleham 966. a.
Nethleſwell 11. 45. 14. 64. 16. 39.
Netteton 596. b.
Netleſted 295. b.
Netlington 841. b.
Nettelham 388. a.
Neubald 528. a. 896. b.
Neubel 966. b.
Neubo 612. a.
Neubrun 295. a.
Neuby 380. a. 394. a.
Neucherche 985. a. 987. a.
Neuſome 552. b.
Neuton 596. b. 804. b. 805. b. 848. a. 873. b. 906. a. 917. a. 987. a. 347. a. 348. a. 398. b. 533. b. 543. a. 551. a. 553. a.
Neuyn 47. 14.
Newarch 535. b.
† New-*Biggings* 88. 13: 93. 34: 539. a.
Newbold 35. 34: 37. 12: 39. 43.
Newenthon 140. 67.
Newenton 47. 27: 47. 31. 67. 1: 302. a. 279. b.
Newere 814. b.
Newerk 647. a.
Neweſole 624. a.
Newetone 551. a. 200. a.
Newetune 814. b.
Newhall 53. 29: 54. 40.
Newhus 589. a.
Newnham 852. a.
Newport 910. b. 911. a.
Newſom 817. b.
Newtone 115. 32: 163. 25: 9. 30: 82. 30. 917. a. 966. a. 985. a.
Newton *in Glendale* 105. 31: 106. 12.
Newton *in Cokedale* 94. 15.
Newton-*Morell* 651. a.
S. Nicholai *inſula* p. 6. l. 58.
Nietham 913. a.
Nieuhus 554. a. 589. a.
Nieweb'ghing 648. b.
Nigemd 909. b.
Ningwood 180. a.
Nitheraton 205. a.
Nivebenk 93. 51.
Niwantun 862. a. b.
Niweburne 73. 21.
Niweham 114. 34: 115. 64: 117. 38.
Niwenton 118. 1.
Niweſeles 893. a.
Niweton 854. b.
Niwetun 529. a.
Niwethgate 940. a.
Nocton 211. a. b.
Nocton *Baronia* 70. 26.
Noent 962. b.
Norboro 312. a.
Lorburi 874. b.
Norburn 1002. a.
Norcote 89. 46: 388. b.
Nordſtoke 49. 43.
Nordwidhem 277. a.
Norwyem 277. b.
Norhyhel 907. a.
Norkalles 593. b.
Normanby 805. b.
Normanton 50. 56: 50. 30: 51. 18. & 56: 52. 49: 53. 1. & 16: 54. 54. & 18: 119. 20: 509. a. 581. b. 535. a. 546. b. 547. b.
Northam 956. a. 957. b.
Northawude 205. a.
Northbroke 138. 38.
Northbroke *Gaytorum*, 138. 36.
North-*Burton* 548. a.
North-*Cave* 930. b. 541. a.
North-*Dalton* 548. a.
North *Kynilligwrth* 630. b.
Northland 11. 1.
Northley 138. 32.
Northmanby 150. 63. 65.
Northmardeſend 548. b.
North *Milburne* 94. 22.
Northon 956. a. 957. b.
North-*Oſeney* 141. 54: 142. 1.
North-*Schillinford* 652. b. 653. a.
Northulle 267. b.
Northumbrie 846. a.
Northwod 876. b.
† Norton 91. 14.
Nortone 18. 46: 34. 30: 36. 65: 108. 30: 138. 44: 982. b. 185. a. 271. a. 294. b. 312. b. 814. b. 358. b. 607. a. 608. a. 608. b. 803. a. 818. a. 982. a.
Nortune 541. a. 602. b. b.
Norwyneſford 251. a.
Norwine 277. a.
Noteſton 438. b.
Notfeld 1012. b.
Notholt 913. a.
Notingham 535. a.
Novavilla 963. a. 989. a.
Noveſle 966. b.
Novum-*Caſtellum ſuper Tinam* 73. 21.
Nun-*Eyton* 309. a.
Nutelegh 82. 65.
Nuteſcheolve 913. a.
Nutteford 655. b.
Nuttele 201. a.
Nuvintune 540. b.
Nybotle 276. b.
Nywantune 857. b.
Nywenham 653. a.
Nywentone 841. a.

O

OBeſton 877. a.
Ocley 138. 49.
Octeby 805. b.
Odecumb 910. a.
Odewell 544. a.
Offcolm 844. a.
Offeley 209. b.
Offenham 851. b.
Offeſey 19. 48.
Offington 446. a.
Offiton 49. 5.
Ogereſtane 538. b.
Oggerſtone 547. b.
Okebroke 621. a. b. 622. a.
Okebruck 627. b. 628. b.
Okeburne 954. a. a.
Olfane 1002. a.
Ombreſley 852. a.
† Ondeby 90. 55: 91. 42. & 12.
Onedeſley 72. 13.
Onneby 596. b.
Ophil 622. a.
Oppefort 26. 18.
Oppinton 253. b.
Orchaſton 410. b.
Oreford 295. b.
Ores 374. a. 510. b.
Ormeſby 148. 25: 150. 63: 151. 6. 11. 13. 15. 17. 21. 34. 8: 803. b. 809. b.
Ormeskirk 304. a.
Ormeſchirche 303. a. b.
Orthaſton 209. a.
Osberton 56. 57. & 60.
Oſcinton 510. b.
Oſemundeſton 231. a. 875. a.
Oſgoreby 848. a. 536. b. 540. b.
Oſgothorpe 548. b.
Oſingwald 551. b.
Oſmundethorpe 551. b.
Oſolveſton 276. b.
Oſſington 546. b. 552. a.
Oſteſilve 966. b.
Oſtrefeld 522. a.
Oteri 1017. b.
Othna 966. a.
Otringham 163. 43.
Overſlag 84. 45.
Overtone 26. 20. 21: 39. 54: 40. 23: 145. 49: 160. 61.
Ovesby 423. a. 536. a.
Ounesby 326. b. 327. a.
Ouſton 192. a.
† Outhorpe 92. 33.
Owelton 21. 60.
Oxecumbe 806. a.
Oxenbrigg 84. 43.

Oxeneford 913. a.
Oxenford 545. a. 855. a.
Oxeney 622. b.
Oxenhall 549. a.
Oxford 136. 15. 18.
Oxneburgh 614. b.
Oxon *Eccleſia S. Gregorii* 137. 54: 139. 16: 140. 35.
Oxon *Eccleſia* S. *Mar. Madg.* 137. 56: 140. 37.
Oxonia 528. b. b.
Oxonii *Caſtellum* 137. 13.
Oxton 56. 22.

P

PAccelade 26. 52.
Pachinton 115. 35: 119. 5.
Pacton 426. a.
Padington 602. a.
Pagla 999. a.
Pakmaſton 479. a.
Pakynton 832. b.
Palgrave 878. b.
Palings 511. a.
Pampelworth 29. 62.
Panfell 956. a. 957. b.
Panteley 962. b.
† Panton 91. 42.
Paplewick 317. b.
Pappeworth 26. 18. 39: 247. b.
Pariſh-*Gardyn* 522. b.
Partenay 848. a. a. 849. b.
Paſſefeld 11. 23. 12. 4. 14. 65. 16. 40.
Paſſeham 89. 26.
Paſſenham 546. a.
Paſton *parva* 160. 12: 171. a.
Pateſhill 885. a.
Patheneberge 837. a.
† Patingham 90. 57: 91. 44. & 25.
Patton 424. b.
Pattrickeſworth 549. b.
Pauntons 458. b.
Paxton 805. b.
Pebworth 852. a.
Pech 108. 11.
Pechaye 607. a.
Pelton 978. a.
Pembrugge 227. a.
Pencric 230. b. 231. b.
Peneberi 958. b.
Peneſey 89. 59.
Penigton 426. b.
Peniton 984. b.
Penkethly 549. b.
Penmayne 550. a.
Penmon 339. a.
Pennard 233. b. 839. a. 910. a.
Pennel 539. a.
Penreth 846. b.
Penrys 550. a.
Penteney 19. 38.
Penworth 852. a.
Perbalc 305. a.
Percy 349. a.
Pereſted 87. 30. 63.
Perham 246. b.
Peri 26. 15: 142. 25.
Perretone 550. a. 551. a. a.
Pervein 281. a.
Peryet 138. 56.
Peſemere 166. b.
Peſey 279. b. a.
Peteley 641. b.
Peterice 916. b.
Petfeld 526. a.
† Petling 91. 11.
Petreſham 84. 48.
Petteſho 911. a.
Peveneſell 908. b. 982. a. a. b. 983. a. b. 965. a. 982. a. a. b.
Phalmer 909. a.
Pichal 394. a.
Picheford 892. b.
Picheleſthorne 344. b.
Pickenham 649. a.
Picwarding 533. b.
Pideleton 179. b. 180. a.
Pikeham 648. b.
Piketone 549. b.
Pilardenton *parva* 966. b. b.
Piltone 838. b.
Pilleſley 95. 36.
Pimpe 300. a. 868. b. 975. b.
Pinchenden 908. b.
Pioni 962. b.
Piteſwell 54. 54.
Pirie 138. 49.
Pirinton 186. b.
Piriton 67. 1: 530. a. 185. b.
Piſhull 198. a.
Piteſle 90. 54: 91. 40. & 23.
Piton 401. b.
Platahalm 234. a.
Pleiford 623. a.
Plimrige 8. 24.
Plimton 7. 48. 8. 17.
Plompton 290. b. 495. a.
Pluckley 374. a. b.
Plumbton 85. b.
Plumton 425. a.
Pochebroc 538. b.
Pockle 107. 19.
Podiford 255. a.
Poiwyk 876. b.
Pokebroc 25. 45. 62. 11. 26. 17.
Pole 208. a.
Polementon 913. a.
Poley 903. b.
Pomeri 171. b.
Pondintun 910. a.
Ponſonby 424. a.
Pontefract 34. 3: 36. 67.
Porbery 234. a.
Porceſtre 134. 52: 660. a.
Port 973. a.
Port *Ric.* 80. 56.
Portebrugge 357. b.
Portſlade 244. a.
Porteſmues 868. b.
Porteſheved 530. a.
Portheynon 549. b.
Poſterig 9. 53: 10. 65.
Poſtlings 244. b.
Poulton 244. b.
Powley 234. a. 455. a.
Poynton 803. a. 806. a.
Prankardeſwike 652. a.
Prendegeſt 549. a.
† Preſedat 87. 10.
Preſhaveth 632. b.
Preſhout 633. b.
Preſtcleyd 306. b.
Preſtecote 854. b.
Preſtesfeld 139. 19.
Preſtwarth 173. b.
Preſton 86. 14: 89. 45: 104. 17: 200. a. 543. a. 552. b. 594. b. 954. b. 523. b. 999. a.
Preſton *in Craven* 25. 30.
Preſton-*Golalt* 147. 27.
Preſton *juxta Munford* 147. 29.
Preſton *parva* 179. b. 180. a. 295. b. 984. b.
Preſtune 531. a.
Preſtwald 795. a. b. 806. a.
Prime 47. 48.
Prodehou 88. 36.
Puleſdune 530. a.
Puley 89. 10.
Pulithe 226. a.
Pulleſey 186. b.
Pulrone 426. b. 906. a. 966. a. 634. b. 638. b. b. 985. a.
Pultune 529. a.
Pulule 71. 38.
Puncſworth 510. a.
Punrunby 427. a.
Purlai 14. 11: 16. 52.
Purvik 358. b.
Putfould 358. b.
Putinhe 239. b. 240. a.
Puttenham 385. b.
Pyleſdon 551. a.
Pynſlad 309. a.
Pypeminſtre 83. 10.

Q

QUarrom 349. a.
Quedeſle 70. 63: 70. 15.
Quei 29. 54.
Queldrake 172. a.
Queldrie 175. b.
Quenburgh 312. b.
Queneburgh 548. b.
Queneby 99. 25.
Quenington 548. b. 549. a.
Queninton 510. a.
Quentone 547. a. a.
Querunden 312. a.
Quickeſull 267. b.
Quinteley 93. 8.
Quurne 548. b.

R

RAby 185. b. 186. b.
Radburne 796. a.
Radeclive 210. a. 185. a.
Radclyve 138. 43.
Raddenore 127. a. 325. b.
Radeford 118. 10: 55. 25: 54. 42. & 48. & 25.
Radenache 545. a. 552. a.
Radenas 868. b.
Radewell 531. b.
Radewey 265. a.
Radewynter 81. 46.
Radford 234. a. 528. a.
Raggele 852. a. a.
Ragthan 989. a.
Raineham 962. b.
Rain-*Patric* 151. 59: 152. 41.
Ramegings 908. b.
Rameſden 302. b.
Ramham 110 65.
Rampton 29. 44. 57: 51. 18: 52. 48: 53. 25: 54. 11.
Ramrugge 476. a.
Ramſwinderby 301. a.
Ramurthewyke 72. a.
Rand 199. b.
Randeby 596. b.
Ranehale 239. b. 240. a.
Raneſtone 531. b.
Rangle 426. b.
Raſat 595. b.
Raſethe 917. a.
Raſene 805. b.
Raſne 596. a.
Raſum 506. a. 596. b.

Ravell 966. a.
Raveneſden 239. b. 242. a.
Raveneſthorp 545. b.
Ravendale 536. b. 1016. a.
Ravenſcliffe 162. 30.
Ravenſton 240. a. 337. a. 511. a.
Recherb 279. a.
Recheſham 26. 50.
Redcumbe 248. a.
Redder 29. 39.
Rededole 629. a.
Redene 622. b.
Redeneſſe 805. b.
Redenhache 526. b.
Rederby 279. b.
Redmerſham 510. b.
Redmore 887. b.
Redreby 279. b.
Redwerenne 71. 47.
† Reiebi 91. 40.
Reilci 245. b.
Reinham 510. b.
Renegill 595. b.
Rengo 613. a.
Renham 111. 55. 54: 112. 7: 460. a.
Renneham 302. a. b.
Rependone 280. b. 281. a.
Reresbi 536. a.
Reſſemere 295. b.
Retcumb 276. a.
Reubalt 527. a.
Reymes 45. 67.
Ribelceſter 454. b.
Ribſtane 551. a. 552. b.
Riburgh *magna & parva* 22. 29.
Richburg p. 3. l. 35.
Richemund 540. b.
Richeton 161. 33: 162. 64: 163. 40.
Richton 180. a.
Richull 913. a.
Ridley 592. a.
Ridrefeld 964. b.
Rieby 316. a.
Rinchord 906. b.
Rineſhale 275. a.
Ringeland 625. b.
Ringkeſdune 535. a.
Ringſtancor 534. a.
Ripley 230. b. 231. b. 247. b.
† Riplington 87. 44.
Ripon 380. a.
Ripplingham 541. a.
Riſcheles 94. 56.
Riſeberge 98. 37.
Riſebi 536. b.
Riſelee 510. a.
Riſeley 546. b. 552. a.
Riſenberge 154. 59. 2: 155. 6: 34. 66. 28.
Riſenden *parva* 138. 50.
Riskinton 534. b.
Riſlacke 984. a.
Riſley 546. b.
Riſſemere 594. b.
Riſtheborne 374. b.
Riſtone 26. 17.
Riſum 643. b. b. 645. b.
Riveling 55. 28.
Rivere 244. a.
Riwenhale 526. a.
Roceland 640. a.
Rocheburn 409. a. b.
Rocheford 987. b.
Rochell 511. a.
Rochesford 49. 17. & 23: 49. 5.
Rochilde 913. a.
Rockelaunde 642. a.
Rockley 529. b. b.
Rocle 545. a.
Rodeberi 73. 47.
Rodenache 975. b.
Roebi 537. b.
Roed 460. a.
Rogenton 1002. a.
Roings 878. b. 893. a.
Rokeby 311. b.
Rokeland 639. a. 84. 40.
Rokeley 639. a.
Rokeſden 242. b.
Roldeſtone 95. 60.
Rolei 312. a.
Rolendrict 276. a.
Roleſham 138. 33.
Rolſton 312. a.
Ronhale 242. a.
Ronne 234. a.
Ronſtone 547. b. 552. b.
Rontone 940. b.
Roos 188. b. 229. a.
Ros 988. a.
Roſmarthe 549. b.
Roſſeley 549. b.
Roſtinton 267. b.
Rotheby 967. a.
Rothelam 49. 42.
Rotheleg 412. a.
Rotheley 548. b. b. 552. b. 553. a. 917. a.
Rothenwell 34. 24: (*Vide* Rowell) 36.
Roucebi 534. b.
Roudone 103. 25. 39.
Rouley 93. 52: 656. b. 658. a.
Rowceſtrie 267. b.
Rowell 33. 64: 89. 29: 422. a. 631. a. 856. b.
Rowenhalle 543. b.
Rowergnok 188. b.
Roxeby 96. 6. 20. 24: 98. 59.
Roydon 543. b.
Rubarbe 549. b.
Ruch 163. b.
Rucholm 806. a.
Rudeby 153. 27. 34.
Rudeſcocke 438. b.
Rudham 235. a.
Rudpacſton 549. a.
Rughadone 8 6.
Rullepe 954. b.
Rullidene 530. b.
Runcon 185. b. 186. a. 185. a.
Runcorne 137. b.
Ruſhale 656. a.
Ruſſelac 982. b.
Ruſtind 549. b.
Ruth 530. b.
Ruthlaw 917. a.
Rutholm 806. a.
Rutone 47. 50: 848. a.
Ruwynnok 229. a.
Ruyton 935. a.
Rymeſwell 420. a.
Ryſangre 549. a.
Ryſe 149. 31.
Ryſeley 507. b.

S

SAbrichesſwrth 893. a.
Sadbergy 846. a.
Sadelingſtanes 93. 4.
Sadendone 133. 44.
Sadleſcombe 545. b. 908. b. 555. a.
Saford 982. b.
Safort 983. b.
Saldeford 37. 10: 908. b.
Saldene 35. 42: 37. 21: 989. b.
Saleby 803. a.
Salford 114. 33: 115. 62: 117. 18: 339. b. 241. a.
Salle 21. 35.
Salopesbury 528. b.
Salop *Eccleſia* S. *Alemundi*.
† Salperton 89. 12. 26: 41. 64: 986. b. 989. a.
Salpenune 529. a. 989. a.
Salſintone 982. a.
Salteby 96. 28: 98. 16: 96. 9. 97. 49.
† Salteſord 91. 8.
Saltfletebi 536. b. 805. b.
Saltford 852. a.
Saltre 26. 18. [*Vide Sautre.*]
Saluho 242. a. b.
Sandeherſt 84. 41.
Sandes 247. b.
Sandford 141. 51: 888. a. a. 893. a.
Sandhon 92. 47.
Sandon *parva* 129. 49.
Sandone 879. b. 914. a.
Sandiacre 622. a. a.
Sandwath 151. 26.
Sanford 8. 32.
Sanley 966. b.
Santford 138. 17.
Sappeley 201. b.
Sarakes (*Vide Schirakes.*)
Sarnebroch 531. a.
Sarneford 527. b.
Sartum 190. b. 191. b.
Saunford 544. b. 545. a. a. 551. b.
Saureby 817. b.
Sautebi 532. a.
Sautre 25. 35. 26. 33.
Sautre *Abb.* 25. 53.
Saxebi 40. 58: 536. a. 643. b.
Saxelby 646. b. 647. a.
† Saxendale 93. 67: 95. 15: 105. 63: 106. 51.
Saxolebi 590. a.
Saxton 34. a. 19: 34. b. 34: 36. 2: 893. a.
Scaddebothes 132. 13.
Scadebothes 74. 67.
Scalacher 40. b. 29: 40. b. 16.
Scaldecumb 985. a.
Scales 132. 37.
Scalleby 163. 28: 532. a.
Scalletune 541. a.
Scanton 536. a.
Scapelford 355. a.
Scarneſton 34. 22.
† Scartheclive 92. 17: 95. 64.
Scarventune 539. b.
Scaudebi 96. 5.
† Scaupewic 92. 32.
Scearntun 862. a. b.
Sceleſhull 90. 38.
Scelford 533. a.
Scelton 966. b. 200. a.
Scepelwell 286. a.
Scepewic 317. b. 318. b.
Sceſtlirg 200. a.
Schamton 848. a. a.
Scharnbroke 312. a.
† Scheſlinton 91. 43.
Scheltune 554. a. 556. a.
Schendelby 849. b.
Schepiſhed 310. a.
Schilvinton 917. a.
Schinand 533. a.
Schobbedone 213. b. 214. a. 220. a. b.
Schurburn 854. b.
Scittra 200. a.
Scone 236. a.
Scoreſtan 974. b.
Scorteſton 129. 30.
Scorton 969. a.

Scoſtorn 644. a. a. 645. a.
Scothorn 644. b.
Scorton 794. a. 666. b.
Scranlesbi 537. a.
Scriveham 89. 12.
Scruby 848. b. 851. b.
Sedewne 903. b.
Sedgrave 314. a.
Segbroks 604. b.
Segeſle 907. b.
Seggeſwold 312. a.
Segrave 308. b.
Segres 208. a. 209. b.
Seile 527. b.
Seinop 805. b.
Seldfort 35. 33.
Sele 973. a.
Selegheford 82. 27.
Seleſtene 622. a.
Selingis 966. b.
Seltone 613. a.
Semercotes 805. b.
Sempringham 803. a. 805. b. 806. a.
Senecamp 552. b.
Senegat 966. a.
Senegey 510. a.
Seneſtan 137. 57: 138. 65.
Sennet 910. a.
Senovere 95. 36.
Sepenheve 314. a.
Seperey 510. b.
Septon 247. b.
S. Sepulchri 171. a. 386. a.
Serres 111. 54.
Serteby 1017. b.
Seſſebi 40. 17.
Seſteford 940. b.
Sethburn 149. 31.
Seton 88. 21: 173. b. 174. b. 175. a.
Sevesby 279. b.
Seveſterne 538. a.
Seufubi 806. a.
Seurebi 540. b.
Shaldeſton 138. 41.
Shaldford 385. b.
Shaltone 394. a.
Shamelherſt 440. a.
Sharnebroke 546. b.
Sharneford 896. b.
Sharpenho 552. b.
Shaubury 147. 61.
Shefeld 52. 10: 55. 46: 610. b. b.
Sheleburne 343. b.
Shene 543. b.
Shenegey 546. a.
Shenley 171. b. 386. a.
Shepley 524. b. 545. b.
Shill 596. b.
Shippborne 357. b.
Shirakas 51. 3: 52. 29: 52. 27: 53. 18. & 24: 54. 23. & 29: 55. 18.
Shireburne 138. 54: 163. 24: 545. b. 552. b.
Shiriff Hoton 99. 34.
Shopington 543. a.
Shorewell 343. a.
Shortcumb 250. a.
Shortegrave 171. a. 386. b.
Shortwode 19. 48.
Shoteſham 19. 53: 58. 59: 24. 25. 27.
Shottley 611. b.
Shottover 551. b.
Shuldham 821. a.
Shurbergy 312. b.
Shurlaw 255. a. b.
Shuſtoke 354. b.
Sibeforde 142. 11: 530. a. 544. b. 545. a.
Siberteſwaud 244. b.
Sibethorpe 26. 31.
Sibetrop 531. b.
Sidairt 963. a.
Sidan 142. 50. 61.
Sidenhale 629. a.
Sidenham 8. 28.
Sidenore 908. b.
Siford 533. b.
Sigleſden 102. 37.
Sigreſham 314. a.
Sikebroc 246. a.
Silkebi 534. b.
Sillebie 806. a.
Silton 190. b. 191. a.
Silverle 507. a.
Silverley 544. a.
Sirdeſtone 551. a.
Sireburne 527. a. a. a. 528. a. 854. b.
Sirigtheſcote 527. b.
Sirinton 982. b.
Sirſton 551. a.
Siryngeham 155. 18. 11.
Siwardeſtune 14. 33. 15. 57.
Sixill 803. a.
Skarle 548. a. 551. b.
Skelton 147. 65: 148. 14: 149. 33: 150. 36: 151. 5. 6: 539. a.
Skendelby 848. a. a.
Skernyng 614. a.
Skeroverton 426. b.
Skibdune 101. 4.
Skibedon 101. 60.
Skipton 25. 65: 100. 32. & 44: 101. 60: 102. 14. 24. 60: 103. 24.
Skirbeke 547. b. b.
Skreveton 96. 15.
Skripton 540. a.
Skyrningham 846. a.
Slavele 94. 47.
Slaſwyk 50. 64: 51. 35: 53. 14: 55. 27.
Slauſton 276. b.
Slaythurn 189. a.
Slebethe 549. a.
Slendeſlund 536. b.
Smalgreg 625. a.
Smeleſho 376. b.
Smercote 428. b.
Smite 118. 51.
Smithfeld [*in ſuburb. Lond.*] 87. 33.
Snape 461. b. 894. a.
Snargate 920. a. a. b. b.
Snaringes 255. 19.
Snarkeſton 527. b.
Snayth 189. a.
Snelleſhall 613. a.
Smithenefeld 537. b.
Snodinton 247. b.
Snowſhall 854. b. b.
Snyterton 96. 11.
Snytton 217. a.
† Snochewell 90. 7.
Sodington 548. b.
Soffleth 1090. b.
Soheravene 529. b.
Soleby 627. a. a.
Solehull 832. b.
Somborne 322. b.
Somercroft 198. b.
Somerford 887. b.
Somerton 846. b.
Soningſech 906. b.
Soreham 973. a.
Soppele 179. b.
Sorfech 906. b.
Sottebi 850. b.
Souldrope 552. a.
Soureby 75. 9.
South-*Burton* 200. b.
† Southernkeſton 90. 20.
South-*Elkington* 803. b.
South-*Keleſey* 200. b.
South *Langedon* 250. b.
Southlingis 275. b.
South *Mordefeud* 548. b.
Southwalde 18. 54.
South-*Warnborn* 69. 53.
Southwode 646. b.
Sowy 839. b.
Spalding 1000. b.
Spaldingholm 816. b.
Spaldington 822. b. 823. a.
Spalingue 1000. b.
Spanby 235. b. 533. b.
Sparweſey 139. 12. 22.
Spene 545. a.
Spernoure 90. 10.
Sperſholt 529. b. 544. b.
Speton 162. 28.
Spondene 298. a.
Spriligeton 806. a.
Sprotelai 163. 34: 163. 16.
Sprotteley 164. a.
Sproxton 26. 42.
Sprydlington 795. a. 796. b. 803. a.
Stapwic 532. b.
Stabel *Rob.* 99. 40.
Stacheſdene 160. 56.
Staford 118. 25. 33: 129. 19.
Stafford *Eccleſia* S. *Nich.* 129. 26.
Stafford *Fratres Minores* 127. 30.
Stagesburi 47. 57.
Staghes 8. 24.
† Staincroft 89. 13: 93. 63: 94. 62.
Stainey 186. b.
† Staington 87. 22: 917. b.
Stainhou 539. a.
Staininghes 185. b.
Stainton 74. 17: 148. 1.
Stalingburgh 200. b.
Stalingham 131. 16.
Stalleſford 274. a. 546. a.
Stallingburch 536. b.
Stallington 129. 34: 119. 22.
Stamputt 179. b. 180. a.
Standey 893. a.
Stanefeld 510. b.
Staneley 610. b. 630. a. 621. a.
Stanes 129. 5.
Stanes (*id eſt Stone in Comitatu Staff.*) 115. 23: 118. 59: 127. 64.
Staneſgate 87. 37.
Stanewey 477. a.
Stanewode 661. b.
Stanford 24. 29: 26. 44: 87. [illegible] 88. 3: 140. 44: 376. b. 547.
Stanhill 97. 16.
Stanho 552. b.
Staninho 537. a.
Staning 971. b.
Stanington 52. 54: 55. 26: 55. 45.
Staniſtone 817. b.
Stanley 117. 61: 610. b. 630. a. 621. a.
Stanling 962. b.
Stanmare 171. b.
Stanmare *parva* 171. b.
Stanmere 386. a.
Stanningis 972. a.
Stanpet 201. b.
Stanſlede 15. 37. 15. 49: 23. 121. 135. 43.
Stanton 90. 56: 91. 43. & 24: 39. 41: 40. 28: 40. 34: 48. 15: 67. 1: 83. 25: 310. b. 312. a. 314. a. 527. b. 800. b. 917. a. 536. a. 849. b.
Stantun 890. b.
Stanway 218. b.
Stanwell 248. a.
Stapelhon 532. a.
Stapleford 39. 52: 40. 47: 40. 51: 538. a. 643. b. b.

Starle 532. a.
Stacheden 240. a. 241. a. b. 242. a.
Stavele 547. a.
Staveley 610. a.
Staundon 507. b. 510. a.
Staunford (*Omnium Sanctorum*) 880. b.
Staunford (S. *Andreæ*) 880. b.
Staunford (S. *Martini*) 881. a.
Staunton 851. b.
Staynhill 164. b.
Staynton 198. b. 200. a. 596. a. 622. a.
Stebing 509. a. 543. a.
Stede 102. 5.
Stele 94. 50: 102. 52.
Stellinghon 235. b.
† Stellings 88. 12.
Stepinges 537. a.
Steple 87. 36: 294. b.
Sterning 186. b.
Steynwenge 239. a.
Stibbing 877. b.
Stibeton 101. 38.
Sticheltone 26. 20.
Sticheſwald 35. 25: 37. 3.
Stiford 611. b.
Stigand 532. a.
Stikeford 537. a.
Stiptune 529. a.
Stittone 160. 60.
Stivecle 25. 57: 26. 11. 27: 27. 30.
Stiventon 913. a. 954. a.
Stivinton 198. b. 200. a. 596. a. 622. a. 203. a.
Stiucle 117. 19: 118. 10: 538. b.
Stoches 538. a.
Stokingforth 309. b. 312. a.
Stocton 309. b. 312. a. 299. a. 309. a. 538. a. 976. a.
Stocton *magna* 150. 62.
Stocton *parva* 160. 64.
Stodleg 527. a. 244. b. 380. b.
† Stodley 89. 11. 41: 138. 47: 887. b. b.
Stoford 250. a.
Stoke 25. 60: 26. 41: 27. 32: 312. b. 325. b. 547. a. 806. a.
Stokebrigge 324. a.
Stokeley 9. 3.
† Stokes 92. 42: 86. 27. 33: 118. 29: 119. 23: 115. 12. 5: 262. b. 532. a. 806. a. 982. b.
Stokeſeld 87. 52. & 57: 88. 17.
Stokewde 299. a.
Stokkiford 3 14. a.
Stone 141. 58: 235. b. 544. a. 553. a.
Stonhall 138. 13.
Stoppele 180. a.
Storterigge 8. 65.
Stotfalde 239. b. 240. a. 242. b. 794. a.
Stotlon 26. 38.
Stow 29. 55: 138. 11: 140. 43: 317. a. 613. a. a. 803. a. 805. b. 852. a. 536. a.
Stowmarket 183. b.
Stractone 551. b.
Stradmurik 549. b.
Strafell 1002. b.
Strantône 148. 3: 151. 64: 152. 6. 20.
Stratford 138. 41.
Stratton 108. 46: 101. 2: 916. b. 531. b. 446. a. 596. b.
Strawnton 854. b. b.
Streatle 376. b.
Strengeſton 281 a.
Stretford 529. a. 540. b.
Stretton 71. 36: 101. 4. 38: 212. b. 283. b. 424. a.
Stretton *ſuper Aven* 47. 9.
Strigole 989. a.
Strigull 963. a. a. 906. a.
Strode 526. b. 179. b. b. 454. b. 436. a. 526. b. 552. a.
Stroxton 458. b.
Stubinton 664. b.
Stukele 963. a.
Stupentune 538. b.
Stures 888. a. a.
Stynteforde 547. a.
Styreford 8. 44.
Suanatone 969. a.
Subroc 969. a.
Succeley 962. b.
Suddebury 221. a. 526. b.
Sudham 26. 15. 34.
Sudhamton 963. a.
Sudminſter 183. b. 147. a.
Sufflet 1000. b.
Sudecampes 18. 47: 19. 4.
Suilla 982. b.
Suineflet 805. b.
Suinhamſtede 538. a.
Sulbury 300. a.
Suldham 806. a.
Suldrope 546. b. b.
Suliford 374. b.
Sulton 832. b.
Sultrope 510. a.
Sumburn 324. a. 325. b.
Sumerbi 532. a.
Sumerdeby 1010. b.
Sumpting 545. a. 525. a.
Sunningfeld 985. b.
Supton 982. b.
Suraple 205. a.
Surcheleghe 253. b.
Surnaleth 186. b.
Surrey 596. a. 597. a. 851. b.
Suſchwyke 545. b.
Sutgrave 70. 36.
Sutham 70. 24: 72: 29.
Suthcave 553. a.
Suthelkinton 810. a. a.
Suth-*Feribi* 161. 37: 163. 2. 63.
Sutholme 35. 47: 3. 6. 52.
Suth-*Kirby* 34. 16: 34. b. 25.
Suth-*Kynelingworth* 631. a.
Suthley 854. b.
Sutho 25. 41. 27: 27. 46.
Suthorpe 507. b.
Suthwerk 85. 40.
Suthwick 25. 59: 26. 13: 27. 32: 525. a.
† Sutton 94. 32: 99. 24: 135. 37: 796. a. 848. a. 851. b. 906. a. 969. a. 547. a. 185. b. 631. a. 186. b. 195. a. 282. a. 293. a. 312. b. 534. a.
Suttune 531. a. 908. a.
Suwyke 134. 1.
Swadole 165. a.
Swadale 164. b.
Swaledale 161. 38: 163. 4. 64.
Swaneburne 143. 46.
Swaneſland 459. a.
Swanewyk 666. a.
Swanton 552. b.
Swanton-*Nowers* 22. 39.
Swaton 644. b.
Swasfeld 92. 31: 94. 21.
Swerdeling 546. a. a.
Swereford 138. 28.
Swindale 595. b.
Swinderby 540. a. 551. b.
Swineford 511. a. 546. b.
Swinesby 648. b.
Swineſcumb 954. b.
Swineten 279. b.
Swinfeild 546. a. a.
Swinſtane 8. 29.
Swinton 37. 25.
Swyneflet 200. b.
Swynehamſtede 96. 8: 97. 23.
Swynton 610. b.
Sybthorp 547. b.
Sydeham 249. b. 962. b.
Syetone 163. 3.
Sygreſham 308. b. 309. b. 312. a.
Syleby 967. a.
Symonborne 846. b.
Synetun 48. 33: 48. 50.
Sytheſton 326. b.

T

TAcheham (Vide *Thachcham.*)
Tacheley 1003. a.
Tachelesbroce 116. 67.
Taff 549. b.
Tafleſbi 536. b.
Taingewrth 312. a.
Takele 893. b.
Takeleg 24. 16. 29.
Takeley 1003. b.
Talentune 160. 57.
Talenty 74. 53.
Tamedbury 48. 20. & 25.
Tameſtone 8. 67.
Tametebery 985. a. 986. b. 988. a. a.
Tanet 112. 64.
Tannington 373. b.
Tanyaton 837. a.
Tapton 602. a.
Tarent 409. b. 530. b. 958. b.
Tathewell 547. b. 805. b.
Tattenho 613. a.
Taviſtone 982. a.
Taydene 386. a.
Teclueſy 958. b.
Tedeham 985. a. 986. b. 988. a. 906. a.
Tedinton 962. b.
Tedoord 982. b.
Teintun 965. a.
Telleton 637. a. b. 982. a. 984. a.
Temple-*Bruere* 552. a.
Tendryng 477. a.
Teneſſe 138. 56.
Tenham 374. b.
Teppesfeld 997. b.
Terenford 302. b.
Terlings 526. a. 526. b.
Terneſco 1018. a.
Terſtane 111. 56. 55: 112. 9: 110. 61.
Tertlinton 917. a.
Terenay 316. a.
Tettebury 138. 51.
Texton 394. a. 648. b. 649. a. a.
Teydene 171. b.
† Thachcham 90. 56: 91. 43. & 24.
Thadclaws 29. 40.
Thalegard 325. b.
Thalewell 552. b.
Thamabere 906. a.
Thedyngwrth 309. a. 312. b.
Theford 806. a.
Theidone *Boys* 19. 12.
Theingwrth 630. a. 856. b.
Thele 15. 17.
Thelwell 185. b. 1. 6. a.
Theolniſhed 958. a.
Therneſco 37. 30.
Thevelby 803. a.
They 45. 47.
Thichencote 538. a.
Thimelby 540. b.

Thineſto

Index Locorum.

Thinesto 596. b.
Thingden 639. b.
Thirning 25. 23. 35.
Thomestone 613. a.
Thoralby 648. b.
Thorcroft 976. b.
Thorendon 18. 67.
Thoresby 616. a.
Thoressee 358. b.
Thorse:ghe 425. b.
Thormarethe 209. a.
Thormodby 151. 42.
Thornburg 138. 43.
Thorngrafton 93. 11.
Thorne 200. b. 637. b.
Thorneton † 87. 63: 99. 28: 138. 43: 198. b. 199. b. 200. a. 312. a. 375. b. 825. a.
Thornihull 874. a.
Thorpe 51. 44: 52. 5: 53. 18: 54. 27: 55. 8: 99. 6: 138. 31: 278. a. 279. b. 312. b. 326. b. 643. b. 306. a. 309. a. b. 311. b. 312. a. 806. a. a. a.
Thorpe-*Arches* 44. 2: 148. 19: 149. 30.
Thorpe *parva* 825. b.
Thorston 19. 56. 23.
Thremhale 23. 20. 67.
† Throkelagh 87. 7.
Thuait 851. b.
† Thurgarton 92. 27: 94. 17. 55.
Thurgelby 817. b.
Thuringtune 593. b.
Thuritone 594. a. b.
Thurkilby 94. 43.
Thurkisby 190. a.
Thurlakestone 551. a.
Thurmanton 548. b.
Thurmenton 548. b.
Thurmodeston 308. b. 310. a.
Thurmoston 311. a.
Thurnam 909. b.
Thurnby 309. a. 629. a.
Thurnum 636. a.
Thurrok 543. a.
† Thyrlewall 87. 2: 88. 66.
Tibriton 255. a.
Tichebe (Vide *Tytheby*.)
Ticheham 1003. a.
Tichehell 34. 16: 36. 44.
Tichewell 625. b.
Tiesho 117. 34: 118. 23. 34. (Vide *Tyesho*) 129. 16. & 28.
Tikeill 1018. a.
Tikencote 276. b.
Tikenhale 281. a.
Tikeull 1018. b.
Tikham 234. a.
Tileney 805. b.
Tilingham 87. 33.
Tillestow 106. 41.
Tilton † 91. 34: 398. a.
Timberland 96. 2: 533. a.
Timbrebiri 324. b.
Tindale 846. b.
Tindene 240. a.
Tincholm 627. b.
Tinelaw 1018. a.
Tintenell 909. b.
Tinton 597. b.
Tippedene 11. 31: 12. 38: 14. 8: 16. 51.
Tireingham 1003. a.
Tirintune 796. b.
Tiriton 191. a.
Tirlington 312. a.
Tisho 545. b.
Titlington 106. 10.
Tiverington 99. 26.
Tiwing 171. b.
Tocheham 70. 33.
Tocheswde 234. b.
Tochwich 34. 55: 35. 12: 36. 58. 43. 18.
Tofte 29. 60.
Togrynde 544. a.
Tohou 7. l. 40.
Tokotis 151. 3. 4.
Toland 551. a.
Toleshunt 183. b. 283. a.
Tollard 917. a.
Tollesby 150. 3: 151. 58. 18.
Tolre 910. a.
Toltam 510. a.
Tolthorp 911. a.
Tonge 39. 39: 147. 40.
Tonge *Castrum* 149. 54.
Torboc 186. a.
Tore 652. a.
Torenton 264. a.
Toreston 963. a.
Torkesey 278. b.
Torneberge 910. b.
Tornebery 906. a. 985. a.
Torpe 34. 46: 36. 19: (Vide *Thorpe*.) 532. a. 534. a. 536. a. 539. b. 848. a. 910. a.
Torp-*Ernaud* 967. a.
Torphigam 551. b.
Torvertone 991. a.
Toteham 80. 19.
Totenho 153. 45.
Totham 626. a.
Totinges 940. a.
Totinton 962. b.
Tottington 537. a.
Totungewich 511. a.
Toucestre 508. a. 974. b.
Toviston 982. b.
Toulasby 401. b.
Touleshunt 160. 12.
Toulestone 401. b.
Touseter 546. b.
Toustoke 438. b.
Trapestone 235. b. 538. b.
Tregof 108. 66.
Treker † 87. 23.
Trent † 90. 45.
Trese 190. b. 191. a. b. 540. b.
Trescemer 47. 24.
Trestrahi 549. b.
Treton 138. 50.
Treverman 130. 33.
Treuldon 152. 34.
Treuris 108. 65.
Triken *Apeltre* † 89. 23. 66.
Trikingham 398. a. 533. b.
Trobrege 67. 2.
Trocking 82. 48.
Trop 314. a. 531. b.
Trowell 630. a.
Troy 963. a. 989. a.
Trumpitone 29. 58: 160. a.
Tudeham 295. b.
Tudenham 71. 53.
Tudewrth 409. b.
Tughale 591. b.
Tukesford 643. b.
Tunbruge 510. a.
Tuncote 438. b.
Tunigton 805. b.
Tnnington 805. b.
Tunstall 183. a. 295. a. b. 796. a.
Tunstane 211. b. 212. a.
Turesmere 138. 41.
Turgrimby 536. b.
Turide 982. b.
Turke 622. a.
Turkeden 138. 49: 142. 27.
Turkillebi 191. a.
Turleby 882. a.
Turmestone † 94. 51.
Turmodeston 314. a.
Turneby 314. a. 629. a. b.
Turnecrust 893. a.
Turnehag 647. a.
Turnham 270. b.
Turninge 26. 17.
Turrok 508. a.
Turstede 526. a.
Turstanton 805. b.
Turthilleston 966. b.
Turvei 239. b. 240. a.
Turveston 138. 41.
Tuttesbury 527. b.
Tuxford 51. 23: 52. 53: 53. 11: 54. 4.
Twenge 164. a.
Twicros 138. 61.
Twiford 294. a.
Twynnynges 854. b.
Twynningy 856. a.
Twyverton 888. b.
Tybthorp 148. 19: 149. 30: 151. 1. 2.
Tychefeud 660. a.
Tydulvestre 386. a. 171. b.
Tyesho 127. 32.
Tymberland † 92. 34: 94. 24.
Tymelthorp 21. 52.
Tympaurin 74. 12. & 21. & 38.
Tynford 138. 40.
Tyreswell 50. 59: 50. 32: 51. 56: 53. 4.
Tysho 527. a. 528. a.
Tytelinton 105. 26.
Tytheby 92. 31. & 50: 94. 24. 46.
Tywinge 306. b.

V

VAllis *Arandiæ* 148. 17. 23: 150. 30.
Uckinton 147. 27.
Vechilthe 230. b.
Velechburch 358. b.
Vernham 510. a.
Uggeburgh 653. a.
Uggetone 548. b.
Vilytone 551. a.
Vincle 533. b.
Vinceby 537. b.
Ulesby 200. b.
Ulfikeby 200. b.
Ulkerthop 231. b.
Ulkeston 88. 6.
Ulseby 173. b. 175. b. 199. b. 200. a.
Ulverston 424. a. b.
Ulveston 191. a.
Up-Lyum *alias* Up-Lythum 147. 66: 148. 15: 149. 34: 150. 49.
Upminstre 11. 27: 12. 20: 14. 2. 16. 44.
Uppecote 83. 22.
Uppene 84. 45.
Upsale 151. 12. 35. 37.
Upton 141. 40: 200. b. 246. a. 254. a. 536. a. 815. a. 882. a.
Uptune † 91. 20: 135. 39.
Urthitun 1003. a.
Uschen 963. a.
Usebrunne 393. b.
Utelicote 115. 63.
Utterby *parva* 803. b. 809. b.
Uttolishathar 231. a.
Uvetorp 94. 58. 6. & 11. 14. 17. 21.
Vulrikby 423. a.
Vure 906. a.

W

WAbergeton 969. b.
Wademorth 1018. a.
Wadenhall 373. b. 374. a. b.
Wadeſelfe 610. a.
Wadington 19. 49: 535. b.
Wadingworth 597. a.
Wadon 70. 20.
Wago 963. a.
Wagla 999. a.
Wakefeild 41. 44: 882. b.
Walbertewic 593. b.
Walcote † 91. 19: 803. a. 805. b. 806. a. 812. a. b. b. 814. a. 848. b.
Walcketune 532. a.
Walcringham 50. 55. 29: 51. 55: 52. 43. 50: 53. 67: 54. 51: 55. 57. 21: 317. b. 318. b.
Walde 11. 25: 12. 13: 14. 56: 16. 41.
Waldene 819. a. 893. a.
Waldeſton 608. b.
Waldelintune 639. b.
Waleford 8. 43: 557. b. 627. a.
Walemere 622. b.
S. Walerico 591. b.
Wales 208. a.
Walesburne 118. 2.
Walesford 551. a.
Walingford 954. b.
Walle 89. 49: 93. 46: 530. a.
Wallam 1003. a.
Waleſhale 655. b. b.
Waleſworth 660. a.
Wallifare 11. 29: 12. 31: 14. 2: 16. 43.
Walnesford 552. a.
Walney 19. 48. 26.
Walmeſgare 643. b.
Walmere 3. 35.
Walſeby 1017. b.
Walſingham *magna* 21. 50. 55.
Walſingham *parva* 20. 31. 21. 47.
Waltham 16. 21: 374. a. 527. a. 546. a. 893. a. 967. a. 1016. a.
Waleton 127. 65: 128. a. 129. 11: 137. 58: 511. a. 527. b. 534. a. 549. a. a: 624. b.
Walton 67. 1: 118. 65: 130. 22. 32. 52: 131. 2. 4. 22: 139. 23: 140. 39: 401. b. 1002. a. 909. a. 988. b.
Waltrey 51. 16: 52. 46.
Walveſhull † 90. 57: 91. 45. 25.
Wameth 794. b.
Wandeſleye 622. a.
Waneting 139. 25: 954. a.
Wanteſlei 805. b.
Wapham 291. b.
Wappelei 232. b.
Wapping 411. a.
Waram 906. b. 985. b. b.
Warbilton 84. 18.
Warbergh 140. 27.
Warburton 186. a.
Wardone 93. 60.
Warhum 34. 60: 36. 37: 394. a.
Warenodbi † 91. 15.
Warington † 92. 30. 49: 94. 28.
Warlingeham 403. a.
Warke 149. 22.
Warleie † 90. 54: 91. 42. 9.
Warnfeld 33. 62: 34. 54: 36, 26.
Warneford 529. b. 548. b.
Warnothby 412. a.
Warſop 35. 46: 36. 52.
Warrre 173. b. 175. a.
Warwic 118. 65.
Waſſinglai 26. 20.
Waſhebrooke 358. b.
Watekre 374. b.
Woterbeche 29. 55.
Waterſale 85: 267. b.
Wallouſe 539. b.
Watelay 1017. b.
Waterford 522. a.
Warh 902. b. 903. b.
Wathford 629. b.
Watlinton 138. 51: 139. 18: 142. 9.
Watton 817. a.
Wattun 799. b. 800. a.
Waver 311. b.
Waverton 138. 60.
Wauteſdene 245. b.
Waxam 200. a.
Wedele 523. b.
Wedermundefeld 45. 53.
Wedetone 374. b.
Wednesbergh 111. 58.
Wedon 292. a. 954. b.
Welcomſtow 80. 45.
Welde 549. a.
Weleburne 532. a. 533. a.
Weledon † 90. 53: 91. 39. 17.
Welkeſtede 302. b.
Welcume 286. a.
Welcham † 90. 54: 91. 40. 18.
Welendone 984. a.
Welingale 542. a.
Welle 26. 50: 461. b. 806. a. 909. b.
Wellebergh 150. 11.
Welleburne 99. 29: 190. b. 191. a.
Welleford 629. b.
Welles 956. a. 958. a.
Welnetord 527. b.
Welleton 537. b. 846. a. 978. a.
Welletune 1015. b.
Wellton 200. b. 309. b. 314. a.
Wellum 55. 56: 1018. a.
Wem 903. b.
Wemedon 432. b.
Wencote 528. b.
Wendey 546. a. 883. a.
Wendlyng 614. a.
Weneberge 913. a.
Wenge 877. b. 1000. b.
Wenham 295. b.
Wenhaweſtone 593. b.
Wennakexton 171. b.
Wenrica 854. b.
Wepham 144. 9.
Werch 105. 26.
Wercheord 73. 46.
Werdeham 266. b.
Were 232. a. 234. a.
Wereſlai 877. b.
Werihill 917. a. a.
Weriſſe 25. 35.
Werke 846. b.
Werkworth 204. a. 917. a.
Werkeword 592. a.
Wertham 920. b.
Wervelege 657. a.
Wervelthun 153. 28. 35.
Werpeſgrove 544. b.
Werum (*Vide* Warrum.)
Weſdene 982. b.
Weſeford 552. a.
Weſenham *Omn. Sanct.* 615. a.
Weſtbury 356. b.
Weſterfeld 295. b.
Weſterleghe 323. a.
Weſterleke 282. a.
Weſt-Baterton 266. b.
Weſt-Bedefunte 248. a.
Weſtberi 995. a.
Weſtbiri 954. a.
Weſtcote 251. a. b. 529. b. 544. b. 825. b.
Weſtburi 138. 40.
Weſtcollingwith 822. b.
Weſteorde 985. a.
Weſterdale 548. b. 552. b.
Weſt Grenewich 555. a.
Weſt Haddon 629. b.
Weſt Hilton 633. b.
Weſt Ham 983. a. b.
Weſt Henred 267. a.
Weſt Grafton 272. b.
Weſthinde 906. a.
Weſthone 105. 56.
Weſtkales 537. a.
Weſteſtingeſtan 962. b.
Weſtletune 593. b.
Weſtleke 39. 51.
Weſt Markham 643. b.
Weſtmelme 82. 49. 52.
Weſtmere 596. a.
Weſton 25. 56: 26. 32: 27. 29: 67. 676: † 90. 53: 91. 39. 17: 96. 13: 137. 56: 138. 37. 64: 139. 35: 141. 28. 36: 187. b. 292. a. 309. a. 453. a. b. 524. a. 530. b. 531. b. 543. b. 952. a.
Weſton *juxta* Burnceſtre 141. 56.
Weſton *juxta* Oyltre 138. 52.
Weſtryngton 803. a.
Weſt Scyrefort 8. 20.
Weſt Swinburne † 88. 51.
Weſt Thorpe 806. a.
Weſt Waltham 11. 49. 14. 18. 16. 59.
Weſts Wyneburne 94. 16.
Weſt Wic 275. b.
Weſt Wykham 803. a.
Weſtwood 975. b.
Weſtyby 148. 15: 149. 35.
Wetheley 548. a.
Wethelesborne 527. b.
Wetherbe 551. a. 552. b. b.
Wetherdene 879. b.
Wethetone 103. 22.
Wetings 26. 47.
Weynbiri 7. 59: 8. 11.
Whaleſey 548. a.
Whalton † 87. 36.
Wharram 351. a.
Whatton 309. a.
Wheſton 309. a. 312. b.
Whetacre 373. b.
Whitefeld † 89. 30: 94. 39.
Whittelye 359. a. 552. b.
Whitene 599. a. 602. b.
Whitwell 105. 60: 106. 49.
Wiboldeſton 160. 49.
Wice 89. 50.
Wicchaberi 201. b.
Wicforde 597. a.
Wichale 290. b.
Wichebald 48. 58. 64.
Wicheford 163. 24. 42.
Wicham 607. a.
Wichele 540. a.
Wicherlei 56. 8.
Wickham 161. 36: 163. 1. 62.
Wiche 142. 31: 527. b. 855. b. 884. b. b. 962. b.
Wicheſtaneſwurde 8. 40.
Wichetune 21. 13.
Wicreſſe 56. 4.
Widhe 8. 34.
Widchelſe 84. 47.
Widecumbe 205. a. 989. b.
Wideſlete 543. a.
Widerdelai † 90. 57: 91. 44. 11. *Vide* Widerle.
Widihale 82. 37. 56.

Index Locorum.

Widine 538. b.
Widnes 185. b.
Wierne 848. b.
Wietofc 549. a.
Wiflcford 534. b.
Wiforneſel 999. a.
Wiggele 613. a.
Wiggeſlei 814. b.
Wiggeſhel 84. 53.
Wiggemore 218. a. 220. a. b.
Wighale 287. b.
Wigheſleie 647. b.
Wight 178. b.
Wiginton 138. 28.
Wigreſton 962. b.
Wike † 90. 13: 295. a.
Wikeforde 409. b.
Wikehale 806. a.
Wikeham 805. b.
Wikes 282. b.
Wilageſh 295. b.
Wilardeby 163. 33.
Wilbergh 878. b.
Wilburgh 544. a. 883. a.
Wildelande 83. 14.
Wilderdelege 48. 48.
Wilecote 206. b. 208. a.
Wileforde 954. b.
Wilege 892. b.
Wilcketone 531. b. 535. b.
Wilebi 999. b.
Wileton 480. b. 530. b.
Wilfreſcote 144. 67: 941. b.
Wiliketune 535. b.
Wilintone 281. b.
Wiliton 240. a.
Wilindone 983. b. 984. a.
Willaneſton 138. 39.
Willardby 350. a.
Willerdeby 161. 39: 163. 7.
Willebie 806. a.
Willerby 348. a.
Willegby 848. b. b. 851. b.
Willendene 982. b. 984. a.
Willeſtorp 162. 25.
Willivinton 510. a.
Willingham 909. a.
Willinghere 533. a.
Williton 793. b.
Willminton 982. a. 984. a.
Willoughton 1000. b.
Wilmelethton 115. 53: 118. 9: 280 a.
Wilton 985. a. 986. b. 988. a.
Wiltune 540. b.
Wimbleton 190. b. 191. a. 541. a.
Wime 531. b. 532. a.
Wimunde 538. a.
Wincebe 848. b. 849. a.
Winchelcumbe 529. a. 854. b:
Wincheton 163. 45.
Windeſore 400. 18. 15. 52.
Winebrug 510. b.
Winefeld † 94. 54.
Winefen 279. b.
Winepole 29. 61.
Winer 200. b.
Wineſtowe 106. 38.
Winetorpe 421. b. 796. b. 806. a.
Winewic 26. 18: 35. 30: 538. b.
Winfrod 510. a.
Winkeburne 510. a.
Winſterh 301. a.
Winterburne 209. a. b. 908. a. 952. a.
Winterſet 34. 37: 36. 4.
Winton 89. 35: 510. a.
Wintringham 816. a. 817. a. 820. a.
Wintrington 535. b.
Wiping ham 906. a. 985. a. 987. a.
Wirceſtre 527. b.
Wirelesbi 999. a.
Wirham 821. a.
Wirkeſop 50. 43. 44. 50: 51. 30. 35. 45: 52. 1. 15. 32. 43: 55. 13.
Wiſcumbe 903. b.
Wiſel 74. 20.
Wiſtaneſtow 144. 67: 941. b. b.
Witechirche 554. a.
Witeford 982. b.
Witeleg 358. b.
Witencher 1002. a.
Witewelle (*Vide* Whitwell.)
Witewich 314. a.
Witham 525. b. 526. a. 543. b. 551. b. 552. a. 893. a.
Witheges 251. b.
Withekirke 540. a.
Withele 541. a.
Withornwik 200. a.
Withene 200. b.
Withermundford (*Vide* Wormingford.)
Witingeham 73. 46.
Witkale 536. b.
Witlakesford 852. a. a.
Witteham (*Vide* Wyttenham.)
Wittehneſſe 35. 36: 37. 15: 118. 53.
Wittinton 510. b.
Witton 200. b. 232. b.
Wittune 239. b.
Wiverthorp 35. 6: 36. 53.
Wiweleſton 39. 40.
Wifareſwaye 286. a.
Wlfetecot 249. b.
Wlhebi 534. a.
Wlnetueit 394. a.
Wlwardhope 611. b.
Wod-Blacolvelley 546. b.
Wodeburge † 94. 26.
Wodeford 11. 34: 14. 5: 16. 48: 269. a.
Wodeham 294. b. 542. b.
Wodehuſe 113. 54: 393. a. 602. 6.
Wodekirke, *Cella* de **Noſtel** 35. 15: 36. 61.
Wodenceburg 113. 54.
Wodmancote 525. b. 545. b.
Wodnesburi 656. a.
Wodeſmoneſcote 343. a.
Wode Newton 298. a.
Wod-Piry 138. 48.
Wodſtoke 549. a.
Wodetone 838. b.
Woghenerſh 385. b.
Woleburge 652. a. 653. a.
Woleſtrop 538. a.
Wolforton 348. a.
Wolgaricote 138. 60.
Wolney (*Vid:* Walney.)
Wollavinton 547. a.
Woltikebi 536. a.
Wolton 240. a. 373. b.
Wombrugge 252. b.
Worle 271. a.
Wormebrigge 553. a.
Wormeburge 549. a.
Wormingford 18. 58.
Wortefeld 876. b.
Worton 138. 16.
Wotton 19. 46: 30. 36: 114. 38: 115. 3. 50: 117. 49: 52: 118. 7. 24. 60: 129. 18: 267. b. 536. a.
Wdehorne 510. b.
Wdetorpe 851. b.
Wraggeby 644. a.
Wrech 264. b.
Wrecheroych 284. b.
Wrechewyche 138. 37: 283. b. 284. a.
Wreck 268. a.
Wridefen 115. 46. 49: 116. 54. 56. 1. 15. 58.
Wringtone 840. b.
Writelam 294. a.
Wrmley 11. 44: 263. a.
Wroceſtre 254. b.
Wrogeland 275. a.
Wrotham 954. b.
Wroteſley 852. b.
Wroxton 327. a. a.
Wrton 140. 44.
Wryghtinton 305. b. 306. a.
Wrytele 1014. b. b.
Wudford 8. 37: 12. 54.
Wudeham 508. a.
Wudmanneſwelle 8. 6.
Wudeſtoke 276. a. 318. b. 396. a.
Wultharde 129. 27.
Wulfereceſtre 129. 28.
Wulneley 266. b.
Wulnwey 325. a.
Wulricheſton 119. 26.
Wulrickby 423. a.
Wulwarde 118. 33.
Wurdihel 8. 31.
Wurdinton 39. 41: 40. 15.
Wurmelei 14. 12. 16. 53.
Wychale 290. b.
Wycham 810. b.
Wyche † 89. 21: 90. 1.
Wychele 253. a. b. b.
Wyclye 248. a.
Wyčton † 89. 6. 10. 19. 36. 42: 90. 66.
Wydmerſh 223. a.
Wyffeley 310. a.
Wyg 232. a.
Wygedone 103. 19. 38.
Wygemore 215. b. 216. a. b. 217. b. 221. b. 222. b. 223. a. 267. a.
Wyggemore 220. a. b. 222. b. 223. a. b.
Wykale 288. a.
Wykam 154. 58.
Wyke 71. 66: 138. 43: 253. a.
Wykeford 409. a.
Wykeham 412. a. 803. a.
Wyken 322. a.
Wykingeſtono 967. a.
Wykys 320. b. 321. a. b.
Wyleby 155. 20. 13.
Wylgeby 56. 57: 54. 55.
Wyliton 240. a. b.
Wymandeſwald 608. b.
Wymondwold 608. a.
Wyn 547. b.
Wynburne 982. a.
Wynchendone 154. 63: 155. 2. 62.
Wyndeſores 376. b.
Wynelcote 47. 62. 1.
Wynelesford 67. 7.
Wyneleſthorpe 163. 67.
Wyner 200. b.
Wynerdelay 103. 38.
Wyneſtow 547. b.
Wynetone 22. 46.
Wyngfeld 246. a.
Wyngham 374. b.
Wynhill 556. a.
Wynkalſton 307. a.
Wynkeburne 546. b.
Wynnes 281. b.
Wynterborne 480. b.
Wynterbourne *Stoke* 978. a.
Wynthorp 795. a. 803. a.
Wyntrehard 212. b.
Wynwike 25. 50.
Wyperley 404. a.
Wyſhon 50. 58: 56. 30: 51. 25: 53. 1. & 12: 54. 55. 5. & 45: 55. 62. 55. 3.

Index Locorum.

Wyſtaneſtow 147. 29.
Wyſton 549. a.
Wytebec 426. a. b.
Wytebroc 48. 1.
Wyteker 191. a.
Wythedenſlade 317. a.
Wytheges 252. a.
Wythem 211. b.
Wythen 200. b.
Wytheton 103. 39. 37.
Wythe 84. 25.
Wythornwyk 200. a.
Wythu 138. 31.
Wyton 200. b.
Wytſand 404. a.
Wyttenham 155. 24. 17.
Wyxham 551. b.

Y

Yarhull 453. a.
Yarnrigg 92. 48.
Yarum 401. b. 148. 16: 149. 15.
Ybbeſton 138. 62.
Yddel *aqua* 42. 5: 42. 49.
Ydington 917. b.
Yeltrop 535. b.
Yerdeley † 90. 50. 55.
Yeſthec 84. 49.
Yeveley 506. a. 546. b.
Yſtele 117. 42.
Ygwarby 967. a.
Yiſteley 974. a.
Ylſham 654. a.
Ymbehloweſmere 283. b.
Ymeney 527. a.
Ynedich 254. b.
Yneſford 438. b.
Ynge at *Stone* 544. a. 553. a.
Yrebi 74. 37. & 40.
Yrkingfeld 967. a.
Ywarebi 533. b.
Yxworth 184. b.

F I N I S.

Errata, ſic corrigenda.

PAg. 1. col. 1. l. 29. murs. p. 3. col. 1. l. 43. *Fagnii.* p. 10. col. 1. l. 44. noſtros. p. 19. col. 2. l. 1. ſart. p. 25. col. 1. l. 22. & 40. *Mundevil.* p. 25. col. 2. l. 23. **Pokebroke.** p. 26. col. 1. l. 16. **Normancros.** p. 26. col. 2. l. 8. *Edmundi.* p. 28. col. 2. l. 40. erat. p. 31. col. 1. l. 28. 32. *Otonis.* p. 33. col. 2. l. 45. **Noſtell.** *Ibid. in marg.* Ex Cartulario de **Noſtel** in bibl. *Hatton.* p. 34. col. 1. l. 34. *in marg.* Ibid. p. 34. col. 1. l. 19. *Rogerus.* l. 34. *in marg.* Ibid. p. 35. l. 3. *Burtona.* p. 43. l. 5. col. 1. **Noſtel.** p. 45. col. 2. l. 25. ſervus ſervorum. p. 46. col. 2. l. 40. dele *de ſede* &c. p. 49. col. 1. l. 3. *Maudut.* p. 51. col. 2. l. 30. filiæ. p. 53. col. 2. l. 3. **Willeby.** Ibid. l. 12. **Wiſhou.** p. 56. col. 2. l. 14. *Somervillâ.* p. 63. col. 2. l. 55. Epiſcopus Conventum. p. 77. col. 1. l. 6. *Buttetort.* p. 83. col. 2. l. 32. *Legreceſtriæ.* p. 92. col. 2. l. 27 faciant. † p. 91. col. 1. l. 14. Landâ. l. 45. *Walviſhilla.* p. 95. col. 2. l. 12. & 16. **Haneworth.** p. 108. col. 2. l. 26. & 29. **Lanſtanton.** p. 113. col. 1. l. 66. una cum. p. 115. col. 2. l. 45 & 49. **Wrideſen.** p. 117. col. 1. l. 42. **Yſtele.** p. 126. col. 1. l. 32. *Armenild.* p. 129. col. 1. l. 16. **Tiesho.** Ib. col. 2. l. 22. *Greſeleg.* p. 130. col. 2. l. 19. 28. & 29. landam. p. 131. col. 1. l. 1. landa landam. p. 133. col. 2. l. 41. Blodwith. p. 134. col. 1. l. 66. *Pontearch.* Ib. col. 2. l. 49. *Baſſet.* Ib. l. 59. **Wautham.** p. 141. col. 2. l. 54. North. **Oſeney.** p. 143. col. 2. l. 22. **Arundel.** p. 144. col. 2. l. 23. 32. & 35. *Say.* p. 147. col. 1. l. 61. **Shaubury.** p. 150. col. 1. l. 30. Vallem. Ib. col. 2. l. 22. *Conani.* p. 151. col. 1. l. 45. 47. 49 **Levington.** Ib. col. 2. l. 6. *Eſturmi.* Ib. col. 1. l. 39. **Mauteby.** p. 152. col. 1. l. 4. **Hertilpole.** p. 153. col. 1. l. 60. Capitulo. p. 155. col. 2. l. 11. **Stringeham.** p. 157. l. 25. (in marg.) Armig. Ib. col. 1. l. 10. fundatione. p. 161. col. 2. l. 36. **Wickam.** Ib. l. 37. **Fintlat.** p. 163. col. 2. l. 10. **Cuthone.** l. 58. Bigod. l. 61. *Duneſtanvilla.* p. 165. col. 2. l. 37. *Lateranenſis.* p. 166. col. 1. l. 20. *Humbriam.* p. 167. col. 1. l. 5. oriundus. p. 186. col. 1. l. 56. & col. 2. l. 4. **Baron.** p. 204. col. 1. l. 46. **Witford.** col. 2. l. 30. **Gerſeye.** p. 214. col. 1. l. 50. *Mortemer.* p. 233. a. l. 7. *Eſſelwoldam.* p. 252. col. 2. l. 24. **Wetlingeſtret.** p. 273. col. 1. l. 53. diviſas. p. 299. col. 2. l. 43. ovibus. p. 319. col. 2. l. 45. *Bigrames.* p. 337. col. 1. l. 39. *Wabull.* p. 341. col. 2. l. 43. *Camvyle.* p. 368. col. 1. l. 11. dele: p. 379. col. 2. l. 10. tactis. p. 383. col. 1. l. 18. HOSPITALE S. *Mariæ* extra **Biſhopſgate** *London.* p. 386. col. 1. l. 8. ſuo urbio. p. 387. col. 2. 6. 62. *Angliæ* Regis patris noſtri. p. 397. col. 2. l. 50. *Burdet.* p. 438. col. 2. l. 4. *Wellenſi.* p. 466 col. 1. l. 18. Regulares. p. 538. col. 2. l. 42. **Audwicle.** p. 813. col. 1. l. 26. PRIORATUS de **Ratteley** in agro *Linc.* p. 826. col. 1. l. 22. *Radulphi.* p. 829. *in margine Hoſpin.* de orig. & progreſſu Monachatus mpr. *Tiguri* 1588. fol. 268. a. p. 837. col. 1. l. 18. particulam. p. 852. col. 1. l. 53. **Hildeburgworth.** p. 899. col. 2. l. 7. pcz. p. 914. col. 1. l. 63. *Malbanc.* l. 65. *Nametwico.* p. 919. col. 1. l. 18. 51. *Menilwarin.* p. 931. col. 2. l. 33. *Ricardi-* p. 951. col. 1. l. 48. S. *Gregorii de Bauquervilla.*